
Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
13
13 E
29

C. 28 C.

13-22.E.21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS

IN QVO CONTINENTVR DECLARATIONES Cardinal. S. Congreg. Concil. Trident. & Deciſiones Rotæ,

*Tàm manuſcriptæ, quàm impreſſæ; & his ornatus, & ad ſingulas materias ſecundum hodiernam praxim accommodatus; hoc ſigno notatæ.* ☞

In Duos Tomos diſtributus.

AVCTORE NICOLAO GARZIA HISPANO.
I. V. Profeſſore, & Eccleſiæ Abulenſis Canonico.

Cum Additionibus ad calcem totius Operis, olim ab eodem Auctore concinnatis. Nunc ſuis quibuſq; locis diuerſo caractere hac poſtrema editione diſpoſitis.

*Vnà cum triplici Indice, vno Partium, & Capitulorum, altero rerum, & materiarum copioſiſſimo, tertio Deciſionum Rotæ.*

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

VENETIIS, M. DC. XXIX.

Apud Hæredes Ioannis Guerilij.

Digitized by Google

Digitized by Google

# TYPOGRAPHVS LECTORI S.

## BENIGNISSIME LECTOR.

INTER *Tractatus, qui circumferuntur de Beneficijs Ecclesiasticis Principem locum tenet ille, quem edidit Præclarißimus Iurisconſ Nicolaus Garzia Canonicus Abulenſis meritißimns, cum illum ornarit, ac illuſtrarit quamplurib*us *Sacræ Congregationis Concilij Tridentini declarationibus, ac Rom Rotæ Deciſionibus, huic operi plurimum conducentibus, vt nihil penitus ad huiuſce beneficiorum pleniſſimam tractationem deſiderari poßet. Quam deinde Idem Excellentißimus Author quamplurimis additionibus, & concluſionum declarationibus decorauit, & auxit, quas adhuc viuens reliquit; & deinde ad calcem Operis fuerunt impreſſæ. Quapropter cum nobis cura ſit quotidie tuæ commoditati, vt par eſt, morem gerere; Hunc eundem tractatum ſub noſtris prælis excuſum ampliorem tibi, ac vitijs, & mendis expurgatiorem in lucem iterum exire curauimus, & animaduertentes, has tanti viri lucubrationes, & additiones penè inutiles fore, niſi ſuis locis magno labore, & induſtria inſererentur; nec ſumptibus nec labori parcendum exiſtimauimus, & ita effecimus, & eaſdem additiones ſuis quibusque locis collocandas decreuimus, ac diuerſo caractere imprimi fecimus, vt poßit haberi plena cognitio eorum, quæ addita ſunt, & ab authore declarata, ab his, quæ antea Idem author ſolertißimus enucleauit, vt his peractis nihil huic tam frugifero tractatui deſit, quod tuo commodiori vſui deſeruire poßit: his fruere, & alia ex noſtra Typographia expecta, non iniucunda tamen ad tui animi recreationem.*

*Et bene Vale.*



Digitized by Google

# PRAEFATIO.

QVAMQVAM de Beneficijs, quorum materia ampliſſima eſt, pluresque tractatus, & maximam iuris Canonici partem complectitur, multi ſint editi tractatus, nempe Ioan. Seluæ de Benefic. Rebuffi praxis benefic. Duar. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs, Coraſ. paraphraſis Sacerdotiorum, Io. Nicol. Gimon. Enchiridion Beneficiorum, Roſin. de Beneficijs, ſeu de re pontificia lib. 3. P. Greg. de Beneficijs, ſeu Inſtitutiones Beneficiales. Quintanaduennas Eccleſiaſticon. & Lelij Zecchi de Benefic. & penſio. Eccleſ. & ſint etiam alij tractatus acceſſorij, vt de reſeruatione, permutatione, reſignatione, & incompatibilitate Beneficiorum, & de vnio. &c. quos omnes vltra ordinarios, & alios vidi, & legi, non tamen ideo tractatus noſter inutilis erit, ſed adhuc valde vtilem ne dicam neceſſarium exiſtimo, & candidus ac ſapiens Lector iudicabit, nam vltra quod in illis materia iſta, nec plene, nec exacte tractatur, nec multum ad praxim præſertim hodiernam conducunt, ſunt iam in hac materia multa innouata ex S. Concil. Triden. nouis conſtitutionibus & Cancellariæ regulis; ſtilo curiæ, & conſuetudine, quæ illi non attingunt, nec deguſtarunt, neque materia iſta videtur poſſe exactè, & ſatis intelligi ab ijs, qui non ſunt in Curia, & Rota, eiuſque ſtilo & deciſionibus verſati, vt qui de Beneficijs hactenus ſcripſerunt. Ego quidem tempore quo Romæ fui, licèt pauco, nempe ſolo triennio, huic ſtudio auidè & ſedule me addixi, & poſtea accuratè proſecutus ſum voluendo, & reuoluendo Rotæ deciſiones, & reſolutiones, tàm impreſſas, quàm manuſcriptas ac declarationes S. Congregationis Concilij, librosq; ad hoc conducentes, vnde in mentem mihi venit hunc tractatum ſcribere in vtilitatem Reipublicæ, ſi fortè ei poſſem meo exiguo talento, & tenui facultate prodeſſe, quem magno labore, & ſtudio, Deo adiuuante, confeci ad ipſius honorẽ, & gloriam, ſacratiſſimæq; Virginis Mariæ, atque in duodecim partes ordine ni fallor non incongruo diuiſi, quarum quælibet habet ſua Capit. vbi plures particulares tractatus huius materiæ continentur. Sed quia in hoc tractatu allego, & adduco multas declarationes S. Congregationis ac deciſiones, & reſolutiones Rotæ, oportet de earum vi, & authoritate lectorem certiorem facere, ac breuiter admonere. Et quod attinet ad declarationes S. Congregationis, certum eſt eas non eſſe declarationes doctrinales, ſicut latas à Doctoribus, & Iuriſperitis, vt aliqui Theologi perperam dicunt, ſed eſſe declarationes definitiuas, ſeu deciſiuas, vim legis habentes, & vt leges recipiendas, vtpote latas ex commiſſione Papæ, & à perſonis habentibus interpretandi, & reſpondendi facultatem a Principe, vt apparet ex Bulla Sixti V. quæ eſt in 2. par. ſui Bullarij 7. in ordine, vbi habetur facultas dictæ S. Congregationis: quæ etiam ponitur ab Emman. Rodriguez quæſt. regul. 1. tom. quæſt. 11. artic. 1. qui artic. 2. ſeq. ita docet, facit tex. in §. reſponſa prudentum. Inſtitut. de iure naturali. Et eadem S. Congregat. cuidam Abbatiſſæ Maſſanen. ſic reſpondit. *Eadem ratio habenda eſt de his quæ ſcribuntur à Cardinalibus S. Congregat. Concilij Trident. nomine ipſius Congreg. ac ſi à Papa ſcripta eſſent.* & alias ſic cenſuit. *Decreta, & literæ Congreg. Concilij ſemotis litibus ſunt executioni demandanda, nec ſuper his ſententia, nec decretum aliquod eſt faciendum.* Et ita ſuper declarationibus S. Congregationis Papa ſtatim dat Breue, & Auditor Cameræ monitorium in earum executionem, & Rota eas abſque vlla controuerſia, & diſputatione amplectitur, ſuſcipit, & obſeruat, vt praxis oſtendit; Et poſt hæc me citato tradit Salas de legibus diſp. 21. ſect. 12. & quod Cardinales in eo quod determinant iure conſanguinitatis, habent eandem authoritatem, ac ſummus Pontifex, dicit Salacar de Mendoza. §. 2. ibi, 19. diſt. cum alijs adductis, 1. par. cap. 5. num. 218. ibi, Obligant, quamuis eum impugnet Salas de legib. diſp. 2. ſect. 9. & diſput. 10. ſect. 9. num. 68. & diſput. 12. ſect. 1. num. 8. & dubitet d. diſput. 21. ſect. 12. 5. corol. & quicquid velit Lorca 1. 2. diſp. 18. de legib. in dubio appendice ad finem. & quamuis declaratio ſit facta ad inſtantiam alicuius, ſeu in caſu particulari, tamen facit ius quoad omnes, & in vniuerſum, ad l. vlt. C. de legibus, cap. in cauſis, de re iudic. & cap. 1. 19. diſtinct. Emman. Rodrig. d. artic. 2. ad fin. quicquid aliqui Theologi dicant. Nec requiritur publicatio, ſeu promulgatio, aut intimatio huiuſmodi declarationum, vt etiam aliqui Theologi male volunt. nam vt recte inquit Emman. Rodriguez ibi, licet leges vt obligent ſit neceſſarium quod publicentur, vt tamen declarationes legum iam publicatarum, & receptarũ obligent, non eſt neceſſarium quòd publicẽtur, ſufficit enim quòd ipſæ leges ſint promulgatæ, & receptæ ad hoc vt earũ declarationes à Principe, vel ab habente poteſtatẽ ab ipſo

Prin-

Principe datæ obligent eodem modo quo ipſæ leges obligant. Deciſiones autem Rotæ non faciunt ius (niſi tranſeant in ſtilum) quicquid velit D. Marta de tribunalibus vrbis, cap. 5. Sed habentur pro deciſionibus magiſtralibus, vt poſt Cardin. in cap. paſtoralis. de fide inſtrumen. dicum Pauinus in præludio extrauagan. verſic. Deciſiones Rotæ. Vantius de nullitatibus, tit. de nullitate ex defectu proceſſus, num. 111. Caſſad. deciſ. 17. de præbend. nume. 7. Lancellottus de attentatis, cap. 20. limitat. 1. num. 2. & alij, tamen vt inquit Vantius ibi deciſiones Dominorum de Rota magni ponderis ſunt. Rotæque authoritas maxima eſt, præcipue in hac materia beneficiali, & eius opinio propter ipſius authoritatem exactamque & maturam reſolutionem & etiam propter numerum Doctorum in ea militantium communis reputatur, vt per Ludo. Gomezium Epiſcopum, Sarnen. in prohemio regularum cancellariæ, q 2. verſic. 4 pro iſta parte. & D. Martam vbi ſupra num. 17. & Ceuallos in communib. contra comm. in præfat. num. 23. & 26. qui etiam ait cum additione Decij in l. iura ſanguinis, ff. de regu. iur. quod deciſio Rotæ eſt maioris authoritatis quàm communis opinio Doctorum & ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 104. num. 56. Accedunt quæ de grauitate & laudibus huius ſacri Auditorij, & integerrimi tribunalis, poſt alios tradunt Sarnen. ibi Mandoſ. de commiſſio. 14. commiſſione attentatorum, verb. auditorio. D. Marta d. cap. 5. & Grauatius ad Veſtrium in praxi, lib. 2. cap. 17. qui ait, *Ab his Auditoribus ob ſummam earum iuris peritiam inſigne iudicium, publicam authoritatem incredibilemq; grauitatem quod in controuerſijs deciditur, tanquam ex oraculo dictum in omne annum creditur, vt in rebus iudicatis eorum ſententia, quas deciſiones Rotæ vocamus demonſtrant, quorum quanta ſit authoritas nemo neſcius eſt, vnde non iniuria dici poteſt, quod tanta eſt Auditorum Rotæ opinio, quanta Pithagoræ apud Pithagoricos fuit, vt nullus non ſatis eſſe putet dicere, ſic Rota definiuit, &c.* hæc Grauatius. Et ſi vt inquit Mandoſ. vbi ſupra inter doctos ſcriptores non reperitur aliquis qui ad Sacra Rotæ decreta non ſecus ac ſitibundus ad limpidiſſimum fontem non currat à qua doctorum ſcripta alioquin ſterilia, frugifera, ac fructuoſa redduntur, nil mirum ſi ego ſcriptorum minimus plures deciſiones, & reſolutiones Rotæ adducam, quibus doctrinam meam confirmem, & tractatum meum amplificem, exornem, & locupletem, licet aliquando à Rotæ ſententia diſcedam iure, ſeu ratione cogente, vtpote nullius addictus iurare in verba magiſtri; placuitq; multas earum integras ponere, licet non totæ faciant ad id de quo ibi agitur, tum vt earum intentum factumque, & ius melius percipiatur, tum vt Lector fruatur earum vtili ſolida & exacta doctrina, tum etiam quia ſeruiunt ad dicta aliàs, vbi eas allegamus remittendo ad locum vbi ponuntur; & cui non placuerit, ſeu per tempus non licuerit deciſiones poſitas legere, & in eis immorari, poterit abſque vlla detentione, & difficultate eas prætermittere, ſiue pertranſire, cùm appoſita in margine manu vnaquæque deſignetur; nec miretur Lector quòd earum allegationes aliquæ non ſint fideles, & certæ, id enim præcipue prouenit ex errore, & incuria ſcribentium, & tranſcribentium, variantur etiam allegationes ex diuerſitate editionum, quod etiam dictum ſit pro noſtris allegationibus, quarum fidelitatem veritatemque, tàm quo ad doctrinam, quàm quo ad loca curaui quantum potui. Omnia autem in hoc tractatu contenta, & à me ſcripta libenter ſubijcio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſapientumque hominum cenſuræ ac iudicio.

# INDEX PARTIVM, ET CAPITVLORVM TRACTATVS DE BENEFICIIS. PRIMI TOMI.

## PRIMA PARS.

De nomine, diffinitione, & diuisione Beneficij, continet sex Capit.


*Capit.1, De nomine Beneficij, & origine,* pag. 1
*Cap.2, Quid sit Beneficium.* 2
§.1. *De Beneficijs manualibus, & Capellanijs, & præstimonijs,* 10
*Cap.3. De hospitalibus, an sint Beneficia.* 18
*Cap.4. De præceptorijs, seu commendis.* 19
*Cap.5. De pensione, an sit Beneficium, vbi plura de pensionibus,* 21
§.1. *De diffinitione pensionis.* 39
§.2. *Quis possit pensionem imponere, & an requiratur causa,* 54
§.3. *In qua portione, seu quantitate pensio sit reseruanda.* 62
§.4. *Quomodo in causis pensionum sit procedendum.* 69
*Cap.6. De diuisione Beneficij, nempe quotuplex sit, & an appellatione beneficij omnia comprehendantur.* 86


## SECVNDA PARS.

De vtilitatibus prouenientibus ex Beneficio continet quinque Capit.


*Cap.1. De fructibus.* 93
*Cap.2. De priuilegio fori.* 108
*Cap.3. De immunitate & exemptione à gabellis, exactionibus & tributis.* 110
*Cap.4. De subiectione, quo ad ordines ratione beneficij,* 112
*Cap.5. De titulo ad ordines.* 113
§.1. *De alijs dubijs.* 126


## TERTIA PARS.

De obligationibus, & oneribus Beneficij, continet quatuor Capit.


*Cap.1. De obligatione recitandi.* 139
*Cap.2. De residentia.* 160
§.1. *De residentia dignitatum Canonicorum, & Portionariorum.* 183
§.2. *De alijs dubijs.* 225
*Cap.3. De professione fidei.* 245
*Cap 4. De obligatione suscipiendi ordines.* 254


## QVARTA PARS.

De modis prouidendi, & disponendi de Beneficijs, eaq; acquirendi, continet 5. Cap.


*Cap.1. De collatione, electione, & præsentatione.* 260
*Cap.2. De modis quibus acquiritur ius in re in beneficio.* 262
*Cap.3. De modis quibus acquiritur ius ad rem in beneficio.* 268
*Cap.4. De commenda.* 279
*Cap.5. De aduteria.* 284


## QVINTA PARS.

De his ad quos spectat dispositio, seu prouisio Beneficiorum, continet 9. Cap.


*Cap.1. De Papa.* 303
§.1. *De reseruatione ob vacationem in Curia, & clausa in corpore iuris.* 311
§.2. *De reseruatione seu affectione per appositionem manus Papæ.* 316
§.3. *De reseruationibus regularũ Cancellariæ.* 321
§.4. *De regula 2.* 325
§.5. *De regula 3.* 331
§.6. *De regula 4.* 342
§.7. *De regula 5.* 346
§.8. *De regula 6.* 337
§.9. *De regula 7.* 347
§.10. *De regula mensium, & primo de ijs in quibus differt à reg. antiquis, &c.* 353
§.11. *De explicatione regulæ, & notabilibus quæ ex eius verbis, seu circa ea deducuntur.* 367
§.12. *De alternatiua, circa quam multa dubia examinantur.* 402
§.13. *De regula 10.* 426
*Cap.2. De Concilio.* 428
*Cap 3. De Legato.* 429
§.1. *De facultate Nuntij.* 438
*Cap.4. De Ordinarijs.* 455


§.1. *De*

§. 1. *De prouisione Prebendæ Pœnitentiarie, lectu-re, Doctoralis & magistralis.* 466
§. 2. *De prouisione Beneficiorum inferiorum.* 492
§. 3. *De aliquibus dubijs de Ordinario collatore.* 493
*Cap.* 5. *De possessore iuris conferendi.* 503
*Cap.* 6. *De sequestro.* 522
*Cap.* 7. *De Capitulo Sede vacante.* 526
*Cap.* 8. *De Vicario Episcopi.* 542
*Cap.* 9. *De Patronis.* 563
§. 1. *De alijs notabilibus.* 588

## SESTA PARS.

De executoribus literarum & gratiarum Beneficialium, continet 3. Cap.

*Cap.* 1. *De executoribus mandatorum de prouidendo.* 601
*Cap.* 2. *De executoribus literarum & gratiarum de Beneficijs vacan.* 602
§. 1. *An d. executores possint alteri subdelegare, & an sint meri, vel mixti, & quamdiu duret eorum potestas.* 616
§. 2. *Quid debeant verificare d. executores.* 625
§. 3. *An gratia in forma dignum expiret morte Papæ concedentis reintegra.* 643
*Cap.* 3. *De executoribus literarum in forma breuis de capienda possessione.* 647
§. 1. *De clausula sublata & paritione breuis, & clausula volumus.* 658
*Cap.* 4. *De subrogatione.* 670
*Cap.* 5. *De executoribus executorialium.* 683

## SECVNDVS TOMVS

*continet Partes & Capitula sequen.*

## SEPTIMA PARS.

Quibus debeant Beneficia conferri, seu de qualitatibus requisitis ad Beneficia, continet 16. Cap.

*Cap.* 1. *De clericatu & ordine.* 1
§. 1. *De aliquibus difficultatibus & dubijs.* 11
*Cap.* 2. *De legitimitate.* 21
*Cap.* 3. *De filijs presbyterorum.* 36
*Cap.* 4. *De ætate Beneficiandorum.* 46
*Cap.* 5. *De coniugatis.* 57
*Cap.* 6. *De bigamis.* 57
*Cap.* 7. *De scientia seu literatura.* 59
*Cap.* 8. *De moribus & vita.* 64
*Cap.* 9. *De naturalitate.* 69
*Cap.* 10. *De Beneficijs secularibus, secularibus, & regularibus, regularibus conferendis.* 73
*Cap.* 11. *Quod non sit irregularis.* 84
*Cap.* 12. *De corpore vitiatis.* 91
*Cap.* 13. *Quod non sit excommunicatus.* 95
§. 1. *De fructibus Beneficiorum excommunicati.* 102
*Cap.* 14. *Quod non sit suspensus, seu interdictus.* 107
*Cap.* 15. *De Beneficijs debitis certis personis, seu certo generi personarum.* 113
*Cap.* 16. *An Beneficia sint conferenda digniori, an satis sit digne conferre.* 125

## OCTAVA PARS.

De requisitis prouisionis Beneficij, continet 4. Capit.

*Cap.* 1. *Quod fiat gratis, libere, & sine pacto modo, vel conditione ac sine diminutione.* 131
*Cap.* 2. *Quod pure fiat collatio, non conditionaliter, nec alternatiuè, nec copulatiuè.* 144
*Cap.* 3. *Quod non sit surrepticia prouisio.* 149
*Cap.* 4. *An requiratur quod collatio fiat publice, seu palam, & non clandestine, & de probatione illius.* 160

## NONA PARS.

De forma in prouisione seruanda, continet 4. Capit.

*Cap.* 1. *De forma in communi, & an ea non seruata prouisio sit nulla etiam in foro conscientiæ.* 166
*Cap.* 2. *De forma seruanda in prouisione Parochialium.* 168
§. 1. *De alijs dubijs.* 183
*Cap.* 3. *De forma seruanda in prouisione Beneficiorum simplicium.* 221
*Cap.* 4. *De forma edicti seu vocationis in institutione seruanda.* 225

## DECIMA PARS.

De tempore, quo & intra quod debet prouideri de Beneficijs, & de deuolutione, continet 4. Capit.

*Cap.* 1. *Quando debeat prouideri de Beneficijs.* 230
*Cap.* 2. *De tempore intra quod debet de Beneficijs*

*prouideri*, 236
*Cap.3. De deuolutione*, 242
*Cap.4. De tempore intra quod debet fieri institutio, & confirmatio, & collatio necessaria*, 247

## VNDECIMA PARS.

De modis vacandi, & amittendi Beneficia, continet 10. Cap.

*Cap.1. De vacationis modis in communi*, 248
*Cap.2. De vacatione per obitum*, 256
*Cap.3. De renuntiatione*, 258
§.1. *Qui possint renuntiare beneficio*, 263
§.2. *Quod renuntiatio debet esse libera, & pura*. 273
§.3. *Quod renuntiatio cum authoritate superioris fieri debet, &c.* 286
§.4. *De publicanda resignationibus*, 291
*Cap.4. De permutatione Beneficiorum*, 302
*Cap. 5. De vacatione per assecutionem alterius* 313
§.1. *De declaratione pretorum & requisitis ad huiusmodi vacationem*. 325
§. 2. *De incompatibilitate duorum Beneficiorum sub eodem tecto*. 336
§.3. *De incompatibilitate, seu compatibilitate Beneficiorum simplicium*. 348
§. 4. *De dispensatione super pluralitate Beneficiorum*, 355
*Cap.6. De vacatione ob promotionem ad Episcopatum*, 361
*Cap. 7. De vacatione ob promotionem ad Abbatiam*. 366
*Cap. 8. De vacatione ob contractum matrimonij*. 367
*Cap. 9. De vacatione per ingressum Religionis*. 370
*Cap.10. De vacatione per priuationem*, 373
§.1. *De hereticis Apostatis & Schismaticis*. 380
§.2. *De periuris, falsarijs, sacrilegis, concubinarijs, & sodomitis*. 397
§. 3. *De violento beneficij possessore & intruso*. 402

## XII. ET VLTIMA PARS.

De modis quibus extinguitur, vel alteratur Beneficium, continet 5. Cap.

*Cap.1. De suppressione & extinctione*, 406
*Cap.2. De vnione*. 407
§.1. *Quis possit vnionem facere, & ex qua causa*. 413
§.2. *Qua forma & solemnitas requiratur in vnione*, 421
§. 3. *Quomodo probetur vnio, & quando dicatur sortita effectum, & de eius reuocatione*, 430
*Cap.3. De dismembratione*. 443
*Cap.4. De diuisione Beneficij*. 446
*Cap.5. De erectione Beneficij, seu Ecclesiæ in alium statum*, 447

INDEX

# INDEX
# DECISIONVM
## QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.


A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tom. 2 | Abulen. Beneficij de Monbeltran. 30. Ottobr. 1595. nu. 99. pag. | | Blanchetto |
| 2 | 24. Ian. 1596. nu. 307. | 297 | Blanchetto |
| 1 | 26. Iun. 1596. nu. 47. | 609 | Litta |
| 1 | 13. Iun. 1597. nu. 48. | 609 | Litta |
| 1 | 4. Iulij 1597. nu. 55. | 610 | Litta |
| 1 | Abulen. & Zamoren. beneficiorum, 17. Iun. 1594. nu. 126. | 619 | Penia |
| 2 | Canonicatus 16. Iun. 1589. nu. 47. | 7 | Gipsio |
| 1 | Abulen. Canonicatus pœnitentiariæ. 17. April. 1589. nu. 140. | 473 | Mantica |
| 1 | 7. Maij 1607. nu. 735. | 417 | Iusto |
| 1 | Abulen. Canonicatus, & Præbendæ, 24. Nouemb. 1578. nu. 26. | 651 | Decano |
| 1 | Capellaniæ 6. Nouembr. 1562. nu. 158. | 669 | Groperio |
| 2 | Capellaniæ de Creberis, 12. Nouembr. 1599. nu. 101. | 13 | Serafino |
| 2 | Parochialis 1. Febr. 1593. nu. 77. | 35 | Mantica |
| 1 | Parochialis de Calcada, 28. Iunij 1593. nu. 61. | 511 | Corduba |
| 1 | Parochialis 19. Nouembr. 1593. nu. 91. | 515 | Corduba |
| 1 | 22. Iun. 1594. num. 92. | 516 | Blanchetto |
| 1 | 24. Octobr. 1594. nu. 93. | 516 | Blanchetto |
| 1 | 28. Ian. 1594. nu. 791. | 427 | Corduba |
| 1 | 5. Iun. 1595. nu. 285. | 498 | Orano |
| 1 | Agathæ Gotorum Iuris Patronatus 4. Iul. 1597. nu. 127. | 622 | Corduba |
| 1 | Agrigentina Beneficij S. Augustini. 12. Nouemb. 1601. nu. 130. | 622 | Corduba |
| 1 | Albanen. Prioratus 26. Nouembr. 1588. nu. 99. | 578 | Orano |
| 2 | Alben. plebis 8. April. 1598. nu. 256. | 438 | Seraphino |
| 1 | Albiganen. Canonicatus 27. Iun. 1594. nu. 121. | 620 | Corduba |
| 1 | Alexand. Beneficij 29. Mart. 1590. nu. 21. | 567 | Mantica |
| 2 | Decanatus 17. Mart. 1600. nu. 31. | 121 | Lancellotto |
| 1 | Anconitana Parochialis 6. Iun. 1561. nu. 422. | 350 | Rubeo |
| 2 | Terrarum ..... 1577. nu. 165. | 424 | Seraphino |
| 2 | Aquen. Iur. Patronat. 7. Nouembr. 1601. nu. 209. | 429 | Lancellotto |
| 1 | Parochialis 20. Octobr. 1554. nu. 191. | 450 | Caputaq. |
| 1 | Aquilana Canonicatus 6. Octobr. 1586. nu. 652. | 397 | Blanchetto |
| 2 | Aretina Parochialis 25. Iunij ... nu. 311. | 298 | Orano |
| 1 | Pensionis 26. Iun. 1600. nu. 466. | 74 | Millino |
| 1 | Plebis 4. Decembr. 1600. nu. 438. | 69 | Millino |
| 1 | Asculana Pensionis 23. Iun. 1593. nu. 527. | 80 | Orano |
| 1 | Asisien. Beneficij 19. Mart. 1587. nu. 41. | 433 | Orano |
| 1 | 11. Iun. 1587. nu. 50. | 435 | Cõmitulo |
| 1 | Canonicatus 14. Iun. 1600. nu. 477. | 363 | Sacrato |
| 2 | Asterin. Beneficij de Villarin. 11. Decemb. 1585. nu. 188. | 427 | Pamphilio |
| 2 | Auellina Vnionis 13. Ian. 1594. nu. 119. | 419 | Penia |
| 1 | Auertana Beneficij 5. Iul. 1593. nu. 117. | 619 | Seraphino |
| 1 | Aurien. Canonicatus 4. Iun. 1576. nu. 135. | 315. 316 | Lancellotto |
| 1 | Aurien. Canonicatus Cardinalatus 13. Ian. 1578. nu. 740. | 420 | Brauo |
| 1 | Parochialis S. Mariæ de Pao 17. April. 1600. nu. 105. | 661 | Lancellotto |
| 1 | Auximana Iur. Patronatus 7. Feb. 1586. nu. 578. | 382 | Seraphino |
| 1 | 17. Mart. 1586. sub nu. 578. | 383 | Seraphino |
| 2 | Terrarum 23. Ian. 1595. nu. 189. | 427 | Orano |

B

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Barchinonen. Canonicatus 9. Mart. 1598. nu. 23. | 674 | Millino |
| 1 | Beneuentana Beneficiorum 14. Decembris 1600. nu. 418. | 350 | Coccino |
| 1 | Bononien. Decanat. .... 1587. nu. 183. | 630 | Rubeo |
| 1 | Optionis 9. Ian. 1579. nu. 452. | 356 | Rubeo |
| 1 | Bracharen. Benefic. 5. Decembris 1601. nu. 131. | 622 | Corduba |
| 1 | Bracharen. parochialis 17. Iun. 1591. nu. 39. | 509 | Mantica |
| 2 | Brixien. Capellaniæ 2. Mart. 1598. nu. 88. | 13 | Litta |
| 1 | Confidentiæ 5. Iun. 1591. nu. 53. | 28 | Penia |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Tom. 1 | | Parochialis 20. Nouembris 1598. nu. 209. | 335 | Penia |
| 1 | | Pensionis 23. Maij 1594. nu. 490. | 75 | Millino |
| 2 | Burgen. | Abbatiæ 24. & 27. Ian. 1586. nu. 73. | | Cantuccio |
| 2 | | Beneficij de Portugalia. 13. Nouemb. 1595. nu. 168. | 20 | Pamphilio |
| 1 | | Canonicatus 28. April. 1597. nu. 130. | 105 | Pamphilio |
| 1 | | 27. Mart. 1583. nu. 34. | 458 | Bubalo |
| 1 | | 3. Iun. 1583. nu. 252. | 495 | Bubalo |
| 1 | Burgen. | Canonicatus 8. Iun. 1584. nu. 262. | 496 | Bubalo |
| 1 | | Capellaniæ 11. Decembris 1600. nu. 91. | 575 | Corduba |
| 2 | Burgen. | Capellaniæ de Peza, 13. Mart. 1595. nu. 29. | 120 | Blanchetto |
| 1 | | Decimarum de Escalante 5. Iun. 1591. nu. 44. | 7 | Orano |
| 1 | | Iurisdict. Archidiacon. de Virbiesca Dec. 1585. nu. 205. | 201 | Seraphino |
| 1 | | 11. Febr. 1564. nu. 206. | 202 | Mantiça |
| 1 | | 16. Nouembr. 1594. nu. 207. | 202 | Mantica |
| 1 | | 13. Ian. 1595. nu. 208. | 203 | Mantica |
| 1 | | Pensionis 24. Nouembris. 1595. nu. 208. | 203 | Mantica |
| 1 | Burgen. | Pensionis 19. Febr. 1596. nu. 117. | 34 | Blanchetto |
| 1 | Burgen. | Port. 26. Ian. 1582. nu. 213. | 634 | Blanchetto |
| 1 | | Præstimoniorum de Parcoruo 24. Octobr. 1588. nu. 11. | 672 | Gipsio |
| 1 | | 28. Nouemb. 1588. nu. 112. | 672 | Gipsio |
| 1 | | Resident, seu differt. 9. Maij 1594. nu. 448. | 231 | Penia |
| 1 | | Seruitij decani 13. Iun. 1594. nu. 510. | 238 | Litta |
| | | C | | |
| 1 | Calaguritana | Archipresbyt. 13. April. 1587. nu. 182. | 449 | Gipsio |
| 1 | | 20. Maij 1587. nu. 183. | 450 | Gipsio |
| 2 | | Beneficij 20. Febr. 1587. nu. 13. | 71 | Seraphino |
| 2 | | 29. Octobris 1601. nu. 83. | 268 | Lancellotto |
| 1 | Calaguritana | Beneficij de Ali 4. Mart. 1594. nu. 227. | 598 | Mantica |
| 1 | | Beneficij de Arguil. 11. Decemb. 1591. nu. 228. | 599 | Pamphilio |
| 1 | | Beneficij de Arcaya 28. Iun. 1591. nu. 560. | 579 | Seraphino |
| 2 | | Benef. de Archua 7. Maij 1584. nu. 11. | 223 | Aldobrand. |
| 2 | | Benef. de Ariola 16. Nouembr. 1592. nu. 71. | 255 | Gipsio |
| 2 | | 18. Iun. 1593. num. 5. | 446 | Gipsio |
| 1 | | Beneficij de Ascarea 17. Maij 1596. nu. 89. | 549 | Corduba |
| 1 | | Benefic. de Cimiero 30. Octob. 1587. nu. 6. | 671 | Lancellotto |
| 1 | | Beneficij de Haro 17. Octobris 1580. nu. 88. | 554 | Aldobrand. |
| 1 | | Beneficij de Hauariet 20. Iun. 1588. nu. 11. | 162 | Pamphilio |
| 2 | | Benef. de Ondatugui 28. Mart. 1583. nu. 4. | 446 | Lancellotto |
| 1 | | Benef. S. Iacobi & Andreæ 17. Maij 1593. nu. 16. | 546 | Blanchetto |
| 2 | | Canonicatuum 1. Iul. 1595. nu. 83. | | Pamphilio |
| 2 | | Confidentiæ 14. Decembris 1592. nu. 169. | 279 | Penia |
| 1 | | De Iocano 16. Maij 1600. nu. 68. | 275 | |
| 2 | | Dimidij Benef. seu portionis 22. April. 1602. Ertembergo. nu. 206. | 193 | |
| 1 | | Dimidiarum Portionum 20. Decembris 1593. nu. 21. | 674 | Millino |
| 1 | | Expectatiuæ 1. Iul. 1592. nu. 306. | 645 | Penia |
| 1 | | Fructuum 1. Iun. 1583. nu. 377. | 222 | Bubalo |
| 1 | | Iurisdictionis 30. Maij 1580. nu. 88. | | Rubeo |
| 2 | | 10. Decembr. 1599. nu. 209. | 340 | Iusto |
| 1 | Calaguritana | Oblationum 21. Octobr. 1588. nu. 43. | 6 | |
| 1 | | Patronum 12. Ian. 1596. nu. 84. | 615 | Pamphilio |
| 1 | | Pensionis 29. Maij. 1595. nu. 343. | 60 | Penia |
| 1 | Carpentoraten. | pensionis 29. Maij 1602. nu. 256. | 51 | Lancellotto |
| 2 | Cartaginen. | Confidentiæ 21. Iun. 1591. nu. 168. | 278 | Gipsio |
| 1 | | Fructuum 19. Febr. 1588. nu. 75. | 252 | Plato |
| 1 | | 1. Iul. 1588. nu. 76. | 253 | Plato |
| 2 | | Parochialis de Torquera 9. Decembris 1588. nu. 327. | | Orano |
| 1 | | Pensionis 21. Octobris 1588. nu. 36. | 678 | Gipsio |
| 1 | | Sequestri 20. Nouemb. 1599. nu. 127. | 663 | Lancellotto |
| 2 | Casalen. | Parochialis 9. Nouembr. 1597. nu. 95. | 180 | Seraphino |
| 1 | | Seu Nullius præpositiuæ 21. Apr. 1597. nu. 226. | 636 | Gipsio |
| 2 | Casertana | Beneficij 5. Maij 1595. nu. 14. | | Blanchetto |
| 2 | Cetaraug. | Beneficij 4. Maij 1594. nu. 96. | 14 | Mantica |
| 1 | | Benef. de Tauste 14. Nouembris 1586. nu. 706. | 410 | Plato |
| 1 | | 6. Mart. 1587. sub nu. 706. | 410 | Plato |
| 2 | | Capellaniæ 16. Mart. 1587. nu. 5. | 114 | Seraphino |

# Index Decisionum.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Tom. 1 | Pensionis 3. Febr. 1590. num. 147. | 37 | Gipsio |
| 2 | 13. Nouembr. 1591. num. 175. | 334 | |
| 1 | 20. Nouemb. 1591. num. 448. | 72 | Pamphilio |
| 1 | 13. April. 1592. num. 200. | 44 | Pamphilio |
| 1 | Cesenaten. Bonorum 12. Maij 1586. num. 10. | 67 | Plato |
| 1 | Ciuitaten. Pensionis 5. Decembris. 1567. num. 115. | 314 | |
| 1 | Ciuitaten. Scholastriæ & Canonicatuum 24. Mart. 1597. nu. 187. | 631 | Pamphilio |
| 1 | 16. Iun. 1599. num. 188. | 632 | Litta |
| 2 | Ciuitaten. Castellanæ 18. Iun. 1557. num. 20. | 238 | Quiroga |
| 2 | Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. num. 74. | 235 | Pamphilio |
| 1 | Columbren. Canonicatus 24. Maij 1599. num. 724. | 414 | Millino |
| 1 | Comen. Capellaniæ 17. Iun. 1591. num. 94. | 576 | Penia |
| 1 | 29. Maij 1592. num. 95. | 577 | Penia |
| 1 | Compostellan. Canonicatus 25. Iul. 1574. num. 51. | | Rubeo |
| 1 | Parochialis 16. Ian. 1595. num. 48. | 509 | Blanchetto |
| 2 | Parochialis de Baiona 9. Decembris 1592. num. 24. | 227 | Penia |
| 2 | Conchen. Archipresbyt. de Huert 17. Maij 1593. num. 89. | 323 | Penia |
| 1 | 28. Ian. 1594. num. 98. | 442 | Penia |
| 2 | Erectionis 13. April. 1592. | 330 | Penia |
| 1 | Exemptionis Decimas 17. Maii 1589. num. 39. | 289 | Orano |
| 1 | Fructuum 1. Iun. 1558. num. 441. | 231 | Rubeo |
| 1 | Pensionis 28. Iun. 1585. num. 148. | 446 | Orano |
| 2 | 6. Mart. 1598. num. 79. | 384 | Peregrino |
| 2 | Corduben. Beneficij 21. April. 1559. nu. 60. | 254 | Quiroga |
| 1 | Cantoriæ 15. Mart. 1557. num. 23. | 306 | Quiroga |
| 1 | 29. Nouembris 1557. num. 24. | 306 | Rubeo |
| 1 | Corduben. Capellaniæ 24. Maij 18. Iun. 1596. nu. 424. | 351 | Corduba |
| 1 | Portionis 25. Octobris 1557. nu. 54. | 654 | Rubeo |
| 1 | Præstimoniorum 13. Ian. 1586. nu. 199. | 451 | Bubalo |
| 2 | Cremonen. Parochialis 18. Decembris 1556. & 15. & 18. &.... | | |
| 2 | 26. Mart. 1557. num. 47. | | Quiroga |
| 2 | Curzolen. Canonicatus 25. Maij 1601. num. 8. | 85 | Cordoba |
| 2 | 22. Mart. 1602. num. 9. | 86 | Corduba |
| 1 | Cosentina Parochialis 22. April. 1594. nu. 120. | 619 | Pamphilio |
| | D | | |
| 1 | Dortunen. Iuris patronatus 19. Febr. 1600. nu. 30. | 525 | Penia |
| 1 | Dertusen. Parochialis 17. Febr. 1593. nu. 90. | 277 | Penia |
| 1 | 19. Iun. 1595. num. 91. | 278 | Litta |
| 1 | 24. Nouembris 1595. num. 92. | 279 | Corduba |
| 1 | Dertusen. Parochialis de Suta 4. Mart. 1602. nu. 124. | 620 | Ludouisio |
| 2 | Parochialis de Villa Franca 18. Decembr. 1581. nu. 232. | 196 | Gipsio |
| 2 | 4. & 10. Maij 1582. num. 233. | 197 | Gipsio |
| | E | | |
| 1 | Egitt. Beneficij 19. Ian. 1579. num. 463. | 361 | Aldobrand. |
| 1 | Eluen. Beneficij 22. Mart. 1596. num. 699. | 408 | Millino |
| 1 | 30. Octobris 1602. num. 700. | 408 | Ludouisio |
| 1 | 13. Nouembr. 1602. sub num. 700. | 408 | Penia |
| 2 | Eugub. Benef. S. Stephani 10. Decembris 1590. nu. 42. | 306 | Pamphilio |
| 1 | Eugubina pensionis 2. Iun. 1589. | | Rubeo |
| | F | | |
| 2 | Faven. Parochialis 28. Iun. 1596. num. 213. | 194 | Corduba |
| 2 | Fauentina Canonicatus 16. Decembr. 1585. nu. 693. | 405 | Blanchetto |
| 1 | Iuris Conferendi 4. Iul. 1584. num. 83. | 464 | Vicecomite |
| 1 | Parochialis..... 1592. num. 113. | 618 | Pamphilio |
| 1 | Ferrarien. Parochialis 1. Apr. 1596. num. 123. | 620 | Corduba |
| 2 | 8. Nouembr. 1596. num. 198. | 193 | Corduba |
| 1 | Fesulana Præceptoriæ 27. Ian. 1563. nu. 215. | 634 | Robusterio |
| 1 | Firmana Altaris 5. Decemb. 1594. num. 37. | | Blanchetto |
| 2 | 27. Ian. 1595. num. 22. | 244 | Blanchetto |
| 2 | Benef. 12. Maij 1595. num. 13. | 244 | Blanchetto |
| 1 | 13. Maij 1596. num. 591. | 385 | Pamphilio |
| 1 | Olei 9. April. 1576. num. 134. | 664 | Blanchetto |
| 1 | Parochialis 16. Decembr. 1558. num. 112. | 443 | Quiroga |
| 1 | Pensionis 6. Ian. 1582. num. 445. | 72 | Blanchetto |
| 2 | Florentina Canonicat. 14. Iun. 1557. num. 106. | 328 | Chisanen. Foroli- |

| Tom. | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | For oliuien. Capellaniæ | 10. Maij 1589. nu. 66. | 9 | Seraphino |
| 1 | Iur. Patronat. | 8. Feb. 1599. nu. 8. | 226 | Lancellotto |
| 2 | | 26. April. 1599. nu. 9. | 226 | Lancellotto |
| 2 | Forosempronien. Parochialis | 15. Ian. 1593. nu. 133. | 186 | Mantica |
| 2 | Forosempronien. Parochialis | 7. Maij 1593. nu. 134. | 187 | Mantica |
| | | G | | |
| 1 | Gerunden. Beneficij | 20. Iun. 1597. nu. 89. | 575 | Orano |
| 1 | | 19. Ian. 1600. nu. 31. | 676 | Penia |
| 1 | | 31. Maij 1600. nu. 34. | 653 | Corduba |
| 1 | Grenen. Canonicatus & Præbendæ | 4. & 11. Maij 1587. nu. 66. | 656 | Robusterio |
| 1 | Canonicat. de Vbeda | 11. Decembris 1587. nu. 156. | 179 | Mantica |
| 2 | Gerunden. permutationis | 17. Maij 1593. nu. 77. | | Litta |
| 2 | | 5. Iulij 1593. nu. 19. | 260 | Litta |
| 2 | Gienen. præstimonij | ... Iun. 1593. nu. 195. | 427 | Blanchetto |
| | | H | | |
| 2 | Hipporegien. Canonicat. | 22. Octobris 1584. nu. 51. | 253 | Orano |
| 1 | Hispalen. & Corduben. Beneficiorum | 2. & 16. Iun. 1597. nu. 19. | 673 | Gipsio |
| 1 | Decimarum | 20. Iun. 1594. nu. 45. | 7 | Mantica |
| 1 | Et Caurien. permutationis | 11. Mart. 1596. nu. 574. | 84 | Gipsio |
| 1 | Portionis | 19. Ian. 1564. nu. 35. | 308 | Pamphilio |
| 1 | Portionis | 20. Iun. 1594. nu. 37. | 459 | Blanchetto |
| 1 | | 14. April. 1595. nu. 38. | 459 | Blanchetto |
| 1 | | 17. Maij 1595. nu. 39. | 459 | Blanchetto |
| 1 | | 18. Mart. 1596. nu. 40. | 460 | Blanchetto |
| 1 | | 24. Maij 1596. nu. 41. | 460 | Blanchetto |
| | | I | | |
| 2 | Iacen, portionis | 14. Maij seu Iun. 1593. nu. 320. | 299 | Orano |
| 1 | Vicariæ vlt. | Ian. 1590. nu. 279. | 641 | Plato |
| 1 | Illerd. Canonicat. | 7. Maij 1593. nu. 420. | 350 | Pamphilio |
| 1 | Parochialis | 13. Iun. 1558. nu. 60. | 511 | Caputaqu. |
| 1 | Pensionis siue vnionis | 4. Maij 1558. nu. 46. | 608 | Seraphino |
| | | L | | |
| 1 | Legionen. præstimoniorum | 27. Nouembris 1592. nu. 42. | 681 | Pamphilio |
| 2 | | 26. Mart. 1593. nu. 17. | 152 | Pamphilio |
| 1 | | ... Iun. 1594. nu. 136. | 316 | Pamphilio |
| 2 | Præstimoniorum de Palatijs | 16. Ian. 1595. nu. 31. | 403 | Pamphilio |
| 1 | Prioratus | 27. Iun. 1584. nu. 9. | 671 | Aldobrand. |
| 1 | Leodien. Canonicatus | .... 1587. nu. 193. | 451 | Pamphilio |
| 2 | | 9. Decembris 1589. nu. 142. | 331 | Pamphilio |
| 2 | Litteren. Archipresbyteratus | 6. Iun. 1582. nu. 87. | 178 | Blanchetto |
| 2 | Lucana Capellaniæ | 17. Decembris 1593. nu. 71. | 10 | Gipsio |
| 2 | De Insula Sancta | 6. Iun. 1575. nu. 13. | | Lancellotto |
| 2 | Plebis seu Parochialis | 8. Iun. 1571. nu. 18. | 217 | Binar. seu Lāc. |
| 1 | Lunen. Sarzanen. pensionis | 15. Feb. 1593. 465. | 74 | Seraphino |
| 1 | Canonicatus | 25. Octobris 1598. sub nu. 47. | | Seraphino |
| | | M | | |
| 1 | Maioricen. Canonicatus | 15. Nouembris 1593. nu. 732. | 415 | Millino |
| 1 | | 24. Ian. 1597. sub nu. 732. | 416 | Seraphino |
| 1 | | 2. Maij 1594. nu. 117. | 662 | Millino |
| 1 | Capellæ | 15. Iun. 1592. nu. 156. | 447 | Orano |
| 1 | Iuris Patronatus | 4. Octobris 1587. nu. 65. | 912 | Bubalo |
| 1 | Parochialis de Campania | 23. Ian. 1591. nu. 115. | 419 | Bubalo |
| 1 | Præeminentiarum | 21. Maij 1554. num. 54. | | Vestano |
| 1 | Marsicana Dismembrationis fructuum | 14. Feb. 1594. nu. 4. | 444 | Pamphilio |
| 2 | | 28. Mart. 1594. nu. 5. | 444 | Pamphilio |
| 2 | Mediolanen. Benef. | 13. Ian. 1597. nu. 284. | 294 | Corduba |
| 2 | Canonicatum | 1. Iun. 1595. nu. 21. | 162 | Blanchetto |
| 1 | Capellaniæ | 27. Mart. 1602. nu. 14. | 470 | Corduba |
| 2 | Fructuum | 20. Iun. 1597. nu. 113. | 105 | Pamphilio |
| 2 | Iuris Patronatus | .... 1588. nu. 17. | 260 | Blanchetto |
| 2 | | 29. Ian. 1596. nu. 8. | 242 | Blanchetto |
| 2 | Parochialis | 26. Mart. 1599. nu. 283. | 294 | Seraphino |
| 2 | Præposituræ | 28. Iun. 1589. nu. 305. | 296 | Plato |
| 2 | Rescis. permutationis | 10. Ian. 1597. nu. 185. | 426 | Pamphilio |
| 1 | Melenitana Pensionis | 27. Iun. 28. Nouemb. 1597. nu. 463. | 73 | Litta Meliten. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tom. 2 | Meliten. Abbatiæ 24. Ian. 1590. num. 3. | 108 | Gipsio |
| 1 | Meliten. Benefic. Frontini 10. Decembr. 1586. nu. 144. | 665 | Seraphino |
| 2 | Præcedentiæ 5. Decembr. 1578. nu. 268. | 439 | Seraphino |
| 1 | Melphin. seu Bapolien. Iuris patron. 19. Ian. 1594. num. 126. | 585 | Mantica |
| 1 | Miten. Monasterij 21. Februar. 1600. num. 199. | 633 | Litta |
| 2 | Miraden. Parochialis 17. Mart. 1600. nu. 32. | 676 | Penia |
| 1 | 2. April. 1601. num. 33. | 677 | Penia |
| 1 | Monopolitana Pensionis 17. Maij 1596. num. 425. | 67 | Orano |
| | N | | |
| 1 | Neapolitana Rectoriæ 11. Febr. 1598. num. 25. | 675 | Lancellotto |
| 1 | Neritonen. pensionis 5. Nouembr. 1601. num. 472. | 74 | Litta |
| 1 | Nolana Capellæ seu beneficij 19. Ian. 1594. num. 130. | 586 | Arigonio |
| 1 | Nucerina Benefic. 30. Octobr. 1592. num. 64. | 512 | Pamphilio |
| | O | | |
| 1 | Oppiden. Pensionis 3. Iun. 1585. num. 474. | 75 | Pamphilio |
| 1 | Oriolen. Benefic. 21. Maij, & 9. Iun. 1593. num. 151. | 560 | Seraphino |
| 1 | Oriolen. fructuum 26. Nouembris 1593. num. 140. | | Seraphino |
| 1 | Oritana Parochialis, seu Archipresbyt. 18. Iun. 1599. num. 27. | 675 | Corduba |
| 1 | Oscen. Canonicatus 1. Febr. 1593. num. 141. | 474 | Seraphino |
| 1 | Canonicat. seu Optionis 4. Iun. 1595. num. 14. | 673 | Gipsio |
| 1 | Indulti 10. Decembris 1599. & 5. Decemb. 1601. num. 163. | 477 | Millino |
| 2 | Ostunen. Cappellaniæ 17. Nouembris 1600. num. 50. | 164 | Iusto |
| 1 | Oxomen. pensionis 20. Maij 1598. num. 247. | 49 | Litta |
| 1 | Portionis 20. Iun. 1552. num. 63. | 91 | Vestano |
| | P | | |
| 2 | Pacen. Iuris conferendi 4. Maij 1601. num. 14. | 118 | Penia |
| 1 | Paduana pensionis 17. Decembr. 1579. num. 459. | 73 | Rubeo |
| 1 | 28. Iun. 1581. num. 460. | 73 | Rubeo |
| 1 | Palentina fructuum Archipresb. de Portello 16. Febru. 1588. num. 12. | 96 | Lancellotto |
| 2 | Et Oxomen. præstimoniorum 11. Mart. 1594. num. 330. | 300 | Penia |
| 1 | 26. April. 1599. num. 62. | 613 | Corduba |
| 1 | Scholastriæ Canonicatus, & præbendæ de Valledolid 9. & 13. Aprilis 1594. num. 204. | 323 | Robusterio |
| 1 | Pampilonen. Beneficij 22. Maij 1557. sub num. 577. | 383 | Accoramb. |
| 1 | 13. Ianuar. 1578. num. 65. | 656 | Decano |
| 2 | Beneficij de Andron 10. Mart. 1593. num. 61. | 266 | Orano |
| 1 | Decimarum 20. Maij 1598. num. 47. | 8 | Orano |
| 2 | De Munain 23. Ian. 1591. num. 82. | 179 | Bubalo |
| 2 | 29. April. 1591. num. 89. | 179 | Pamphilio |
| 2 | Illegitimitatis 5. Decembris 1608. nu. 40. | 26 | Iusto |
| 2 | 20. Iunij 1609. sub num. 40. | 28 | Iusto |
| 2 | Parochialis de Illuda 16. Iunij 1597. num. 30. | 229 | Litta |
| 1 | Parochialis de Alagrad 27. Iun. 1601. num. 11. | 649 | Corduba |
| 1 | Vicariæ de Ataun 12. Maij 1595. num. 142. | 221 | Penia |
| 1 | Papien. Iurispatronatus 9. Maij 1594. num. 116. | 518 | Millino |
| 2 | Parmen. beneficij 1590. num. 36. | | Pamphilio |
| 2 | Parmen. Iurispatronatus 9. Maij 1594. num. 364. | 218 | Corduba |
| 1 | Pater. pensionis 1. Iul. 1596. num. 550. | 82 | Pamphilio |
| 1 | Phanen. Pensionis 19. Iun. 1573. num. 109. | 103 | Aldobrand. |
| 1 | Pientina Iurispatronatus 1. Febr. 1599. num. 137. | 664 | Corduba |
| 2 | Pientina Iurispatronatus 9. Mart. 1598. num. 25. | 228 | Corduba |
| 1 | Pisana Cappellaniæ 20. Maij 1594. num. 141. | 221 | Blanchetto |
| 1 | Pistorien. Alternatiuę 17. Octobris 1558. nu. 739. | 419 | Quiroga |
| 1 | Pistorien. Decanatus .... 1554. nu. 597. | 387 | Montisflatc. |
| 1 | Placentina beneficiorum 2. Maij 1603. num. 18. | 652 | Millino |
| 2 | Canonicatus 26. Nouemb. 1593. num. 78. | 267 | Orano |
| 1 | 26. Febr. 1596. num. 43. | 460 | Orano |
| 2 | 1. Mart. 1599. num. 62. | 138 | Orano |
| 1 | 14. Ianuarij 1600. num. 210. | 635 | Lancellotto |
| 2 | Cappellaniæ 10. Ian. 1594. num. 28. | 120 | Penia |
| 2 | Cappellan. Angellium 21. Octobris 1594. num. 306. | 296 | Penia |
| 2 | 24. Nouembr. 1595. sub num. 278. | 441 | Penia |
| 2 | Cappellæ 16. Febr. 1598. num. 304. | 296 | Pamphilio |
| 1 | Cantoriæ 31. Ianuar. 1594. num. 67. | 274 | Arigonio |
| 1 | 24. Octobris 1594. num. 80. | 276 | Seraphino |

| Tom. | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | Decanatus 10. Nouembr. 1595. num. 52. | 272 | Penia |
| 2 | Parochialis de Malpartida 28. Iunij 1585. nu. 22. | 238 | Seraphino |
| 3 | 30. Decembris 1585. num. 23. | 238 | Paniphilio |
| 2 | Placentina parochialis 24. Mart. 1586. num. 24. | 239 | Bubalo |
| 2 | Parochialis de Malpartida 29. Nouembr. 1593. num. 9. | | Litta |
| 2 | 28. Octobris 1595. num. 102. | 104 | Litta |
| 1 | Parochialis de Mirabon. 19. & vlt. Ianu. 1594. num. 117. | 583 | Orano |
| 3 | Portionis 10. April. 1559. num. 41. | 263 | Chisanen. |
| 3 | Portionis vlt. Maij 1591. num. 136. | 330 | Seraphino |
| 1 | Voti 2. Maij, & 2. Iunij, 1586. num. 96. & 97. | 465 | Robusterio |
| 1 | 26. April. 1599. num. 98. | 465 | Penia |
| 1 | 6. Nouembris 1600. num. 99. | 465 | Penia |
| 2 | Portugallen. Iuris præsentandi 3. Nouembris 1599. num. 259. | 204 | Corduba |
| 2 | Vicariæ 21. Maij 1599. num. 45. | 164 | Penia |
| | R | | |
| 2 | Rauennaten. parochialis 2. Decembris 1592. num. 250. | 199 | Arigonio |
| 1 | Pensionis 20. Iunij 1597. num. 477. | 76 | Litta |
| 1 | Regien. Beneficij 16. Febr. 1596. num. 436. | 352 | Litta |
| 1 | Canonicatus 1. Nouembris 1595. num. 414. | 349 | Pamphilio |
| 1 | Iurispatronatus 9. Maij 1586. num. 276. | | Pamphilio |
| 1 | Parochialis 18. Ianuarii 1589. num. 56. | 655 | Chisanen. |
| 1 | Prioratus 26. Iunij, & 24. Decembr. 1587. nu. 23. | 261 | Pamphilio |
| 2 | Romana Cappellaniæ 19. Martij 1586. num. 79. | 11 | Pamphilio |
| 3 | 14. Nouembris 1586. num. 80. | 12 | Pamphilio |
| 2 | 2. Ianuar. 1589. num. 94. | 13 | Pamphilio |
| 2 | Casalis 21. Maij 1593. num. 180. | 426 | Seraphino |
| 2 | 28. Iunij 1592. num. 181. | 426 | Seraphino |
| 2 | Pensionis 3. Iunij 1583. num. 30. | 94 | Seraphino |
| 1 | 4. Iunij 1593. num. 214. | 46 | Litta |
| 2 | Vineæ 5. Maij 1589. num. 12. | | Orano |
| 1 | Vnionis seu Iurispatronatus 6. Nouembr. 1598. nu. 96. | 577 | Orano |
| | S | | |
| 1 | Sabinensis Iurispatronatus benefic. Sancti Petri Castr. Forani 26. Octobris 1594. num. 100. | 580 | Litta |
| 1 | Salamantina alternatiue 22. Octobr. 1584. num. 708. | 411 | Robusterio |
| 1 | Beneficij de Duennas 31. Ian. 1596. num. 653. | 397 | Corduba |
| 1 | Et Abulen. benef. 9. Iun. 1599. num. 317. | 338 | Penia |
| 1 | Canonicatus 30. Maij 1572. nu. 461. | 360 | Oradino |
| 1 | 20. Iun. 1572. num. 462. | 360 | Oradino |
| 1 | Capellaniæ del voto 20. Nouembris 1592. nu. 39. | 679 | Pamphilio |
| 1 | 2. April. 1593. num. 40. | 680 | Pamphilio |
| 1 | 5. Iulij 1593. num. 41. | 680 | Pamphilio |
| 2 | 3. Iun. 1595. num. 11. | 71 | |
| 1 | Coadiutoriæ 25. Iun. 1593. num. 134. | 300 | Penia |
| 1 | Salamantina Coadiutoriæ 20. Iun. 1594. num. 135. | 301 | Penia |
| 1 | 1. Iulij 1594. num. 136. | 301 | Penia |
| 2 | Dimidiæ portionis 11. Decembris 1585. num. 128. | 272 | Orano |
| 2 | 1. April. 1591. num. 242. | 405 | Pamphilio |
| 1 | Pensionis 18. Aprilis 1572. num. 443. | 71 | Lancellotto |
| 2 | 26. Iun. 1582. num. 136. | 273 | Gipsio |
| 1 | 26. Mart. 1593. num. 424. | 67 | Bubalo |
| 1 | Portionis 15. Octobris 1585. num. 336. | 340 | Vicecomite |
| 1 | 11. Febru. 1585. num. 337. | 341 | Vicecomite |
| 1 | Vicariæ 15. Mart. 1596. num. 94. | 13 | Blanchetto |
| 1 | Salernitana Cappellaniæ 25. Mart. 1583. nu. 107. | 16 | Seraphino |
| 1 | Oratorij 13. Mart. 1559. num. 106. | 15 | Quiroga |
| 1 | Sebegien. Canonicatus 24. Nouembris 1588. nu. 685. | 403 | Plato |
| 1 | Pensionis 20. Maij, & 26. Iun. 1598. nu. 257. | 50 | Litta |
| 1 | Seguntina Archidiacon. & Canonicat. 9. Mart. 1601. nu. 332. | 339 | Lancellotto |
| 1 | Beneficiorum 1. Iun. 1592. num. 149. | 328 | Orano |
| 1 | Dimidiæ annatæ 16. Iun. 1595. num. 99. | 661 | Litta |
| 1 | Præsimonij 14. Decembris 1592. num. 763. | 423 | Orano |
| 2 | Thesaurariæ 29. April. 1596. num. 181. | 335 | Orano |
| 1 | Senen. pensionis 12. Ian. 1596. num. 455. | 68 | Mantica |
| 2 | Spoletana beneficij 28. Maij 1590. num. 41. | 241 | Blanchetto |

# Index Deciſionum.


| Tom. | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 2 | | Beneficiorum 31. Ian. 1594. num. 11. | 243 | Mantica |
| 1 | | Spoletana beneficiorum 28. Iun. 1595. nu. 92. | 313 | Mantica |
| 1 | | Sulmonen. Canonicatus 4. Mart. 1583. num. 688. | 404 | Cantuccio |
| 2 | | Sutrina beneficij 18. Decembris 1587. nu. 34. | 121 | Plato |
| 2 | | Parochialis, 8. Iun. 1588 num. 59. | 253 | Plato |
| | | T | | |
| 2 | | Tarraconen. beneficij 9. Decembr. 1580. nu. 74. | 10 | Seraphino |
| 1 | | Tarraconen. Canonicat. ſeu officij Pœnitentiarij 5. Iun. 1596. nu. 142. | 474 | Corduba |
| 1 | | Penſionis 10. Octobris 1594. nu. 271. | 52 | Seraphino |
| 1 | | 16. Ian. 1595. num. 272. | 54 | Seraphino |
| 2 | | Sacriſtæ 19. Mart. 1601. num. 8. | 114 | Iuſto |
| 1 | | Tarui ſina Parochialis 5. Decembris 1601. nu. 228. | 637 | Ludouiſio |
| 1 | | 11. Ianuar. 1612. num. 228. | 637 | Ludouiſio |
| 1 | | Taurinen. Commendæ 10. April. 1595. num. 222. | 636 | Orano |
| 1 | | Terdonen. Præpoſituræ 17. Mart. 1600. num. 157. | 179 | Seraphino |
| 1 | | 5. Iun. 1600. num. 158. | 180 | Seraphino |
| 1 | | 1. Decembr. 1600. & 23. Febr. 1607. num. 159. | 180 | Coccino |
| 2 | | Tiraſonen. Canonicat. 9. Ian. 1598. num. 106. | 327 | Seraphino |
| 1 | | Cappellaniæ 7. Maij 1600. num. 63. | 613 | Pamphilio |
| 1 | | Coadiutoriæ 8. Nouembr. 1599. num. 138. | 302 | Penia |
| 1 | | Eleemoſynariæ 28. Ian. 1603. nu. 132. | 622 | Lancellotto |
| 2 | | Tiraſonen. iuris præſentandi 19. Ian. 1583. nu. 306. | 208 | Robuſterio |
| 2 | | 27. Maij 1588. num. 290. | 206 | Bubalo |
| 2 | | 14. Octobris 1588. num. 235. | 432 | Bubalo |
| 2 | | 17. Mart. 1589. num. 236. | 432 | Bubalo |
| 2 | | 9. Iun. 1589. num. 237. | 433 | Bubalo |
| 2 | | 16. Mart. 1592. num. 240. | 433 | Blanchetto |
| 2 | | 16. Octobris 1592. num. 241. | 434 | Blanchetto |
| 2 | | 21. Octobris 1594. num. 242. | 435 | Litta |
| 1 | | 5. Maij 1592. num. 84. | 573 | Penia |
| 1 | | 24. Ianuar. 1594. num. 85. | 573 | Litta |
| 1 | | 19. Ian. 1583. ſub num. 559. | 378 | Robuſterio |
| 1 | | Vicariæ S. Michaelis 13. Octobr. 1595. num. 309. | 208 | Litta |
| 2 | | Toletana Archidiaconatus de Talauera 26. Iun. 1592. ſub nu. 105. | 316 | Seraphino |
| 1 | | Benefic. 1. Febr. 1592. num. 81. | 538 | Millino |
| 2 | | Benefic. de Valleras 20. Nouembris 1592. nu. 284. | 441 | Gipſio |
| 1 | | Canonicatus 22. Iun. 1583. num. 166. | 477 | Aldobrand. |
| 1 | | 18. Maij 1584. ſub num. 166. | 478 | Aldobrand. |
| 2 | | Cappellaniæ 14. Febr. 1583. num. 114. | 17 | Robuſterio |
| 2 | | 3. Mart. 1589. num. 232. | 341 | Mantica |
| 2 | | 4. Iun. 1590. num. 223. | 342 | Mantica |
| 2 | | 15. Februar. 1591. num. 224. | 343 | Pamphilio |
| 1 | | Toletana Iuris Decimandi 8. Nouemb. 1592. num. 145. | 665 | Pamphilio |
| 1 | | 19. Nouembr. 1593. num. 146. | 666 | Pamphilio |
| 1 | | 20. Decembris 1593. num. 147. | 667 | Pamphilio |
| 1 | | 19. Febr. 1594. num. 148. | 667 | Pamphilio |
| 1 | | Iuris nominandi 8. Febru. 1588. num. 41. | 6 | Orano |
| 1 | | 2. Maij 1588. num. 42. | 6 | Orano |
| 2 | | Parochialis de Alcandete 10. Maij 1596. num. 341. | 214 | Arigonio |
| 2 | | 16. Decemb. 1596. num. 342. | 214 | Corduba |
| 2 | | 2. Maij 1597. num. 343. | 215 | Litta |
| 2 | | Parochialis de Herera 3. Ian. 1589. num. 70. | 320 | Pamphilio |
| 1 | | Parochialis de Hueſta 22. Maij 1589. num. 663. | 398 | Mantica |
| 2 | | Parochialis de Madrid 27. Iun. 1601. num. 6. | 444 | Corduba |
| 2 | | 19. Nouembris 1601. num. 7. | 445 | Corduba |
| 2 | | 1. Februar. 1602. num. 8. | 445 | Corduba |
| 1 | | Et Abulen. penſionis . . . . 1553. num. 238. | 138 | Reomano |
| 1 | | Penſionis 15. Nouembr. 1565. ſub num. 392. | 64 | Rubeo |
| 1 | | 11. Maij 1601. num. 118. | 35 | Coccino |
| 2 | | 9. Decembris 1591. num. 3. | 243 | Mantica |
| 2 | | Profeſſionis 27. Febr. 1595. num. 330. | 211 | Pamphilio |
| 1 | | Scolaſticæ de Alcalà 22. Maij 1592. num. 66. | | Orano |
| 2 | | 22. Iunij 1592. num. 13. | 363 | Orano |
| 1 | | Tridentina Benefic. 8. Nouembr. 1593. num. 216. | 615 | Penia |
| 1 | | Tridentina beneficij de Roſal. 12. Decembr. 1594. num. 17. | 604 | Penia |


10. Maij

| Tom. | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | | 10. Maij 1595. num. 18. | 605 | Penia |
| 1 | | Canonicatus 21. April. 1570. num. 21. | 306 | Lancellotto |
| 1 | | 5. Iunij, 1593. num. 116. | 619 | Seraphino |
| 1 | Tuden. | Parochialis S. Christinæ 26. Iunij 1592. nu. 114. | 619 | Pamphilio |
| 1 | | 4. Nouembr. 1592. num. 44. | 654 | Pamphilio |
| 1 | Tuden. | Iurisdictionis 22. Mart. 1596. num. 111. | 582 | Pamphilio |
| 1 | | Parochialis 22. Iunij 1558. num. 147. | 522 | Quiroga |
| 1 | Turritana | Archipresbyteratus 7. Maij 1574. num. 268. | 333 | |
| | | V | | |
| 1 | Valentina | beneficij 26. Mart. 1593. num. 554. | 377 | Orano |
| 3 | | Beneficij de Mercato 6. Martij 1598. num. 30. | 120 | Pamphilio |
| 1 | | Sanctæ Luciæ . . . . 1583. num. 72. | 552 | Aldobrand. |
| 1 | | De carlettis 4. Maij 1601. num. 127. | 585 | Lancellotto |
| 2 | | Iurispatronatus 20. Mart. 1589. num. 113. | 16 | Orano |
| 1 | | Pensionis 17. Iunij 1583. num. 514. | 79 | Robusterio |
| 1 | | 3. Nouembr. 1593. num. 268. | 52 | Millino |
| 1 | | 31. Ianuarii 1600. num. 132. | 36 | Litta |
| 3 | Vallisoletana | Decanatus 11. Decembris 1600. num. 257. | 332 | Millino |
| 1 | | Residentiæ 1. Iunij 1601. num. 182. | 176 | Sacrato |
| 1 | | Scolastriæ 17. Iunij 1602. num. 20. | 542 | Lancellotto |
| 2 | Vercellen. | Canonicatus 23. Ianuar. 1598. num. 278. | 293 | Corduba |
| 2 | | 23. Ianuar. & 4. Maij 1598. nu. 36. & 37. | 67 | Corduba |
| 1 | | Pensionis 26. Ian. 1592. num. 461. | 93 | Mantica |
| 1 | Veronen. | exemptionis 27. Maij 1594. num. 224. | 205 | Pamphilio |
| 1 | Vicen. | Beneficij S. Martini 21. Febru. 1600. num. 61. | 655 | Pamphilio |
| 1 | | Præceptoriæ 14. Decembris 1592. num. 741. | 420 | Blanchetto |
| 1 | Virdunen. | Canonicat. 6. Mart. 1595. num. 43. | 433 | Pamphilio |
| 1 | | 19. Iunij 1595. num. 44. | 434 | Pamphilio |
| 2 | | 13. Maij 1596. num. 332. | 300 | Pamphilio |
| 1 | | Decanatus 9. Mart. 1580. num. 270. | 334 | Lancellotto |
| 1 | Vlixbonen. | Beneficij de Oiudos 20. April. 1598. sub num. 721. | 413 | Lancellotto |
| 1 | | Prioratus 4. Iulij 1601. num. 74. | 275 | Seraphino |
| 2 | Volater. | Parochialis 20. Maij 1591. num. 91. | 180 | Gipsio |
| 2 | | Vnionis 3. Ianuar. 1594. num. 118. | 419 | Blanchetto |
| 1 | Vrgellen. | Archidiaconatus 15. Iun. 1592. num. 16. | 673 | Penia |
| 1 | | Beneficij 17. Decembris 1593. num. 118. | 619 | Orano |
| 1 | | Canonicatus 30. Octobris 1592. num. 59. | 655 | Blanchetto |
| 1 | | 7. Maij 1593. num. 346. | 343 | Blanchetto |
| 1 | | 21. Mart. 1593. num. 21. | 651 | Blanchetto |
| 1 | | 3. Mart. 1595. num. 12. | 115 | Blanchetto |
| | | Z | | |
| 2 | Zamoren. | beneficij de Morales 28. Iun. 1596. num. 300. | 296 | Corduba |
| 2 | | Canonicatus de Toro 18. Maij 1586. num. 90. | 323 | Corduba |
| 2 | | Dimidiæ Annatæ 5. Martij 1586. num. 141. | 331 | Gipsio |
| 1 | | Decis. 112. in manuscriptis num. 534. | 374 | Guidoboni |
| 1 | | Decis. 55. in manuscriptis num. 3. | 225 | Guidoboni |


FINIS.

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De Nomine Diffinitione, & Diuiſione beneficij.*

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

## PARS PRIMA.

### *De nomine beneficij, & origine. Cap. I.*

SVMMARIA.

BENEFICIVM *in genere quid ſit.nu.1.2. & 3.*

*De varia acceptione verbi beneficium, remiſſiuè, num.4.*

*In iure Pontificio, & materia Canonica, appellatione beneficij intelligitur beneficium Eccleſiaſticum, num.5.*

*Beneficij nomine per Antonomaſiam beneficium Eccleſiaſticum intelligitur,num.6.*

*Beneficium ab aliquibus, Sacerdotium dicitur, ſed non eſt relinquendum verbum beneficium vſitatum,num.7.*

*Beneficium dicitur etiam prabenda, & quomodo accipitur prabenda.num.8.& 9.*

*De origine beneficiorum remiſſiuè,num.10.*

1 BENEFICIVM in genere eſt benenola actio † tribuens gaudium capientibus, vt in capit.1.in quibus cauſis feudum amittatur.ex Seneca, lib. de benefic.1.tradunt Selua de benefic.1.par.q.1. & Quintanaduennas Eccleſiaſticon lib.1. cap.1. *& D.Card.Tuſch. concluſ.53.lit.B.* Et quamuis iſta diffinitio † impugnetur à *Lud.* Gometio in rubr.de reſcript.à num.2.non oportet in hoc immorari, quia parum refert præſertim ad praxim. Seu beneficium eſt benefactum in
3 alium collatum † ſiue gratia.Coraſ.in Paraphraſi Sacerdotiorum, ſeu tract. de benef.par.1.cap.1.nu.5. Rebuf.in praxi benef. tit.1. quid ſit beneficium, nu. 2.& 3.*Conſonant Michael Martinez del Villar in tract.del Patronado de Catalayud.4.par.§.1.nu.8. Azor.inſtit.mor. 2.p.lib.3.c.1.q.1. & Ioan.Quintin. Hednus in repet.cap.de multa de præb.à num.3.qui ait, quòd beneficium eſt id,quod per actionem quandam benenolam & ſpontaneam datur alteri & Præſtatur.*

4 Et de varia acceptione verbi beneficium † videndus eſt Quintanaduennas d.c.1.

In iure verò Pontificio, & in materia Canonica,
5 † & Eccleſiaſtica appellatione beneficij intelligitur beneficium Eccleſiaſticum, de quo eſt noſter tractatus. Cardin. in Clement.2. de iudicijs. num.5.8.not. Ripa in rubr. de reſcrip.num. 25. Probus ad Monachum in cap. nullus. de temporib. ordinan. in 6.nu. 2. Rebuf.d.tit.1.num.8. & 9.Franciſ. Marcus deciſ. 515.num.4.p.1. & Emmanuel Rodriguez q.regularium.com.1.q.34.art.1. *& Azor ſupra d.q.1.* & vt inquit Coraſ.d. cap.1.in fi.beneficij † nomine per Antonomaſiam quandam, vulgò beneficia Eccleſiaſtica tantum intelliguntur.*idem Ioan.Quintin.ſupra nu.4.*

Et quamuis aliqui beneficium Eccleſiaſticum Sa-
7 cerdotium dicere malint † vt Coraſ.in d.Paraphraſi, & Tiraquel.in tract.ceſſante cauſa.1.par.num.46. & ita etiam appelletur, vt per Calepinum verb.Sacerdotium, & Vocabularium Eccleſiaſticum, tamen verba vſitata, receptaq; apud Iuriſperitos & Canonum authores non ſunt mutanda, & licèt beneficium Sacerdotale ita dici poſſet, vt in cap.penult.ne prelati vices ſuas. non tamen alia beneficia; & Sacerdotiũ pro presbyteratu, vel officio ipſo, ſeu dignitate Sacerdotis ſumitur, Rebuf. in d. praxi in proemio. Duar. de ſacris Eccleſiç miniſterijs,lib.2.cap.3.P.Pechius in reg.beneficium.lib.6.nu.1. Doctor Sahagũm de Villa ſancta præceptor meus. in cap.fin.de ſequeſtratione poſſ.num.20.Calep.& Vocabul. Eccleſiaſt.ſup.& Anton.*& Azor d.q.1.* Dicitur verò beneficium etiam
8 præbenda. Nam præbenda non ſolum accipitur pro præbenda Canonicali, nempe Canonicatui connexa, quæ dicitur propriè & ſtrictè præbenda, & eſt ſpiritualis ratione Canonicatus,cap.dilecto.de prçb. & pro præbenda merè temporali, nempe quæ datur pro labore,ſeu officio temporali, vt aduocato, medico,ſeu magiſtro,Abb.in cap.cum M.de conſtit.num. 22.& ibi Felin.ex num.13. Decius 99. & Ripa 170. Cardin. in Clemen.fin. de præben.ſub num.14.& ibi Imola Rom. conſ. 318.num.8. Coraſid.1.par. cap.2. num.4. Mar. Ant.Cucchus in inſtitutionibus, canoparuis.lib.3.tit.6. de præben.§.2. *Alex.Mon.de optione,c.2.a nu.13.*& alij, ſed etiam largè pro omni bene-
9 ficio,ſeu iure percipiendi † prouentus in Eccleſia ratione officij, Fel.in cap.poſtulaſti. de reſcrip.nu.4.3. concl.Ripa,verſic.2.modo,& Cucchus vbi ſup.& ita videtur ſumi in rubrica, de præben. & dignit.quæ verba ponuntur tanquam genus, & ſpecies. Et tradit poſt hæc viſus, Hier. Gõçalex ad reg.de menſib.gloſ. 5.§.1. *ſumitur etiam Prçbenda pro beneficio canonicali, ſeu pro Canonicatu & Prçbenda ſimul, ſicut etiam Canonicatus pars pro toto, vt in cap.tua 32.de verb.ſig. & in c.1.& c.fin.§.in Præbendis, vbi id notant D.& Franc.num.1.de conſ.in 6. & in c.1.ne ſede vacante in 6.vbi etiam id notãt D.& Franc.nu.1.& in multis alijs iuribus,præcipue Rubr. & de conceſ.prçb & in Concil.Trid.ſeſ.5.cap.1. & ſeſ 24. cap.8.de refor.& communi modo loquendi Rot.deciſ. 639. nou.Farin.*

De origine autem beneficiorum Eccleſiaſticorum
10 † (quia non placet aliorum ſcripta tranſcribere) audiendi ſunt Selua. 1.par.quæſt.4. Duar. d.lib.2.cap.

1.Roſiniacus de beneficio, ſeu lib.3.de re ſacerdotali,cap.1.à num.3.Burſattus conſ.126.ex num.30.lib. 2.& conſil.352. num. 10.lib.4. M. Anton. Maeſilius Columna de Eccleſiaſtic. redditibus, cap.3.latè Pet. Gregorius in tract.de benef.cap.2. rectè Quintanaduennas d.lib.2.c.2. & Lælius Zecchus de republica eccleſiaſtica,c.de beneficiatis.nu.1.& in tract de benefic.& penſion.Eccleſ.cap.1.*Azor d.2.par.lib.6.cap. 1.q.2.Iſidor.Moſconius de maieſt.milit. Eccleſ.lib.1.p.3.c. 1.& D.Card.Tuſch.d.concluſ.53.lit.B.à nu.2.*

## *Quid ſit beneficium. Cap. I I.*

### SYMMARIA.

*BEneficij Eccleſiaſtici varias diffinitiones, qui tradant, num.1.*

*Beneficium eſt ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis clerico propter diuinum officium competens,num.2.*

*Iſta diffinitio rectè explicat naturam beneficij,num.3.*

*Loco verbi clerica melius eſſet ponere perſonæ eccleſiaſticæ, & addere, vel obſequium,vt diffinitio rectè comprehendat præceptorias.num.4.*

*Beneficium eſt ius ſpirituale, num.5.non principaliter, ſed annexum,num.6.& 7.*

*Simonia in beneficijs ſolum eſt de iure poſitiuo, ſecundum Canoniſtas,num.8.& 9.*

*Contrarium tenent Theologi, num.10.& aliqui diſtinguunt, num. 11.*

*Sententia Canoniſtarum indiſtinctè eſt verior.num.12.iuxta quam facile excuſantur aliqua vitia ſimoniæ.num 13.*

*Pecunia non datur pro executione ordinis, aut clauium,ſed pro iure percipiendi fructus,num.14.*

*Contraria ſententia poſſet procedere in Epiſcopatibus, & alijs prælaturis,num.15.*

*Reſpondetur cap.ex multis 1.queſt.3.num. 16.17.& 18.& quod ſenſus moralis in ſcriptura, non probat aliquid eſſe de iure diuino.d.num.17.*

*Reſpondetur cap.ex diligenti de ſimonia, num.19.*

*Concordia Vgolini inter opiniones Canoniſtarum,& Theologorum.num.20.quam tenet etiam Nauar.num.22.*

*Auditoratus, & clericatus cameræ, quomodo vendantur.numero 21.*

*Concordia Vgolini parum diſtat ab opinione Canoniſtarum. num.23.*

*Etſi in beneficio principale eſſet poteſtas ſpiritualis,non eſſe ſimonia de iure diuino aliquid dare, habito reſpectu ad fructus, nu.24. exemplo auditoratus,& clericatus camerę & aliorum officiorum,ſeu dignitatum huiuſmodi.nu.25.*

*Sententia Durandi quod nulla eſt ſimonia de iure poſitiuo communiter reprobatur,num,26.*

*Licet Valentia dicat,eam non eſſe propriè ſimoniam, admittit tamen eſſe contra religionem,num. 27.*

*Beneficium non poteſt a laico ſine priuilegio apoſtolico teneri, num.28.*

*Cum ex priuilegio apoſtolico beneficium laico conceditur ſit quid ſeculare,& laicum,num.29.*

*Capellania erecta in titulum beneficij, poteſt ex ordinatione fundatoris dari puero ante primam tonſuram titulo ſeculari,nu.30.ſi fundator expreſsè ita diſponat,num.31.*

*Beneficium non poteſt à laico conferri,num.32.niſi ex priuilegio Apoſtolico.num.33.*

*Cum laicus ex priuilegio confert beneficium, non requiritur inſtitutio,aut cõfirmatio Epiſcopi,aut alterius clerici,nu.34.*

*Neque ex conditione in limine fundationis appoſita poteſt laico ius conferendi competere,num.35.*

*Nec ſufficit ad hoc immemorialis. num. 36.reſolutio Rotæ, num.37.*

*Sola immemorialis etiam cum allegatione priuilegij non ſuffragatur,cum adeſt incapacitas,niſi fama priuilegij concurrat, nu.38.reſolutiones Rotæ circa hoc à num.39. vſque ad 47. iuxta quas ſunt accipienda, quæ de decimis à laicis poſſeſſis traduns aliqui Doctores, num.48.*

*Iudex laicus de cauſa beneficij non poteſt cognoſcere,n.49.non ſolum in petitorio,ſed etiã in poſſeſſorio,nu,50.& contraria ſententia improbatur per doctores relatos, n.51.& 57*

*Cauſa poſſeſſoria beneficij & aliorum ſpiritualium, ſeu quaſi dicitur Eccleſiaſtica,num.52.*

*Poſſeſſio beneficij eſt,quid ſpirituale ſeu connexa ſpirituali,& ideo ea carenti non licet redimere vexationem, num.53.reſolutio Rotæ,num.54.*

*Eſto quod cauſa poſſeſſorij beneficij non eſſet ſpiritualis, non poſſet de eo inter clericos laicus cognoſcere,num.55.*

*Reſolutio Rotæ,nu.56.reſpondetur cap.fin.de iudicijs, nu.58.*

*Si clericus ageret contra laicum,qui eum turbat,ſeu vexat,ſine vim infert in poſſeſſione beneficij, ne eum vexet, iudex laicus eſſet competens,num. 59.*

*Beneficium datur propter officium,quod in laudibus diuinis cõſiſtit, num.60.quomodo cognoſcatur beneficium, num.61, reſolutio Rotæ,num.62.*

*Alia reſolutio Rotæ, num.63.& alia, num.64.*

1 BEneficij Eccleſiaſtici varias diffinitiones tradunt Selua † de benef.1.part.q.1. Duar.lib.2.c.4. Io. Nico. Gimon. enchir. benef. tit.1.c.1,nu.7. Quintanaduennas lib.1. Eccleſ.c.3. Pechius in reg.beneficiũ, nu.2. Medices de diffinit.2.p.cap.16, Nauar.de redditib. Eccleſ.1.quæſt,monito 55.nu.4. Hoieda de incompatib. benef. in præfat. num.2. D.Sahaghum in cap.fin.de ſequeſtrat.poſſ.nu.20. Barthol. Vgolinus de cenſuris.tab.4.de ſuſpenſ,cap.8.in prin.num.1.& Zech. de benef.& penſio. Eccleſ. cap.1.nu.8. & poſt hæc ſcripta viſus Hieronym. Gonçalez ad reg. de menſib. gloſſ.5. in princ.à nu 2. *& Azor inſtit.mor.2. p.lib.3.c.1.q.2.*

Sed mihi placet diffinitio Coraſij, 1.par. capit.2. 2 nu.1.quam etiam tradit † Pecchius ſupra,& Cardin. Toletus in ſumma. lib.5.cap.76, vbi eam declarat, nempe quod beneficium eſt ius percipiendi fructus, ex bonis Deo dicatis, clerico propter diuinum officium competens. Quæ † diffinitio rectè explicat na- 3 turam, & ſubſtantiam beneficij, & videtur conuerti cum ſuo diffinito iuxta leg.1.§.dolum,ff. de dolo, & parum differt ab ea, quam tradit Quintanaduennas vbi ſupra.*& Azor,& Leonard.Leſſius de iuſt. & iur.li, 2.cap,34.dubit.1.num.1.*

Aduerte tamen quod loco verbi, clerico, † melius 4 eſſet ponere, perſonæ Eccleſiaſticæ, vt ponit Nauar. ſup.& ibi,propter diuinum officium,addere, vel obſequium,vt illa diffinitio rectè etiam comprehendat præceptorias, ſeu cõmendas militum ordinum militarium,quæ ſunt beneficia, vt dicetur infra cap.4.

Dicitur autem beneficium eſſe ius, † & quidem 5 ſpirituale, vt ait Coraſ.d.c.1.nu.2,cum gloſ.in ſum. 1.queſt.3.Panor.& Fel.in cap.conſulere.de ſimonia, & eſt tex.in cap.dilecto.25. de præben. Sed intelligi 6 debet non quod ſit ius ſpirituale principaliter,† & in ſe,ſed potius temporale cum ſit ius percipiendi fructus, qui ſunt temporales, ſed dicitur ſpirituale,quia eſt ſpirituali connexum dependenter,ſiue conſequenter,

ter, quoniam præſupponit clericatum, vt inquit D. Tho. 2.2. quæſt. 100. art. 4. & ibi eius expoſitores. Abb. in d.cap. conſulere. nu. 3. Nauar. in Man. cap. 23. n. 108. Soto de iuſtitia & iure lib. 9. q. 1. art. 1. Barthol. Vgolin. de ſimonia tab. I. de ſimonia in genere. ca. 34.

Dicitur etiam ius ſpirituale, aut ſpirituali annexum, † quia beneficium datur propter officium, cap. fin. de reſcript. in ſexto: Redoanus de ſimonia, 1. par. cap. 4. num. 12. & cap. 29. num. 1. *& ita erit accipiendũ quod tradit Leſſius ſupra num. 2. tria poſſe diſtingui in beneficio. Primum eſt ipſum officium, ſeu obligatio ad illud; & hoc eſt omninò ſpirituale, non tamen eſt beneficium, ſed fundamentum: & cauſa beneficij. Secundum eſt ius percipiendi certos redditus ex bonis Eccleſiaſticis; & hoc ius eſt proprie beneficium, naſciturque ex officio tanquam ex ſua cauſa, & eſt quid ſpirituale: quia oritur ex re ſpirituali, nempe officio, in quo fundatur, & cui inſeparabiliter eſt annexum. Tertium ſunt ipſi fructus, qui ſunt quid ſpirituale.*

Vnde infertur ſimoniam in beneficijs ſolum eſſe de iure poſitiuo, quia prohibitam à iure, nempe poſitiuo, & humano † prohibente venditionem illorum, propter connexitatem ordinem, & reſpectum, quem dicunt ad ſpirituale, & ſic conſtituente talem actum in ſpecie ſimoniæ. Quam ſententiam tenet gloſ. in ca. ex parte. in verbo dimittere. de officio † delegat. Et in ca. cum pridem, verbo illicitè. de pactis. & ſequuntur Butrius, & Decius nu. 23. in d. cap. ex parte, Cardin. in cap. 1. de ſimonia. Felin. in cap. ad audientiam. 2. num. 3. de reſcript. Cacialup. de penſio. quæſt. 19. nu. 5. Iulius Clarus, lib. 5. recept. ſententiarum. §. ſimonia. num. 5. Ioan. Caraffa in tract. de ſimonia. nu. 58. & ſequentib. Flam. Pariſ. de reſignatione beneficij. lib. 14. quæſt. 3. num. 10. & Lud. Carbo. de reſtitutione. quæſt. 60. dicto cap. par. 4. col. 1. *D. Card. Tuſch. concl. 250. & 552. num. 8. lit. S.* & Canoniſtæ communiter, vt ex citatis apparet.

Quamuis contrarium † teneant Theologi, quos ſequitur Caiet. tom. 2. tract. 9. de ſimonia. q. 1. & in ſũ. verbo ſimonia, Victoria in relectione de ſimonia. num. 44. Soto d. lib. 9. quæſt. 5. art. 2. & quæſt. 7. art. 1. Aragon. 2.2. quæſt. 100. art. 4. Valentia 3. tom. ſuper ſecunda ſecundæ, diſputa. 6. queſt. 16. pun. 2. Coſmas Philiatrus de officio ſacerdotis, 2. part. lib. 6. cap. 2. tertia concluſione. Lud. Lopez inſtruct. conſcientiæ, 1. tom. c. 299. & 302. Emmanuel Rodriguez in ſum. 2. to. cap. 56. nu. 3. & 5. & c. 59. num. 11. Vega in ſum. 2. par. cap. 101. caſu 9. & 52. Pet. Ledeſ. in ſum. 2. par. tract. 12. concl. 19. 29. & 20. *Azor, 3. p. lib. 12. c. 11. q. 3. & nouiſſimè fr. Raph. de la Torre de relig. 2. tom. q. 110. art. 4. diſp. 2. Cantarel. in dict. explic. præcep. Decalogi, lib. 2. c. 52. nu. 227. in fin. per totum, & D. Sahagum in dict. c. ex part. 1. de offic. delegat. nu. 5. dicens, communiorem ſententiam eſſe non ſolum in ordinibus, ſed etiam in beneficijs, ſimoniam lege diuina damnari, obtinere tamen in ſimonia propria, quando datur temporale ad conſequendos ordines, vel beneficia, non tamen in ſimonia impropria; impropriam enim à lege ſolùm poſitiua damnari certum eſt, &c.* & ex Canoniſtis Nauar. d. cap. 23. num. 108. D. Couarr. in reg. peccatum. 2. part. §. 8. verſic. & licèt quibuſdam. & Thom. Campegius in tract. an Papa labem ſimoniæ incurrere poſſit. per totum, in beneficijs habentib. adminiſtrationem ordinis, vel executionem clauium, licèt non in alijs. ſequuntur Abb. in capit. extirpandæ. §. qui verò. de præben. à nu. 53. & in c. 1. de ſimon. à nu. 6. & ibi Bellenzin. in additione. Rebuff. in rep. d. §. qui verò. ad fin. Caſſador. deciſ. 2. de ſimonia. Redoan. de ſimo. par. 1. c. 34. n. 13. Iacob. de Graffis in deciſ. aureis caſuum conſcientiæ, lib. 2. cap. 96. nu. 14.

Sed reuera opinio Canoniſtarum indiſtinctè tenẽtium † ſimoniam in beneficijs eſſe de iure poſitiuo, vt dixi, verior eſt, nam vt ex ſupradictis apparet, beneficium nõ eſt principaliter, & in ſe ſpirituale, quicquid Caiet. Soto & alij citati dicant; vnde, ſecluſo iure poſitiuo id inhibente, poſſent abſque vitio ſimoniæ vendi, iuxta tradita per Caiet. d. verbo ſim. 3. reg.

Et iuxta hanc ſententiam facilè excuſantur à vitio ſimoniæ aliqua quæ † aliàs difficillimè excuſantur per Theologos, vt per Barth. Medinam in ſum. lib. 1. cap. 14. §. 22. & Aragon. vbi ſupra. verſic. ſed eſt dubium conſequens de penſionibus. Vegam in ſumm. 2. par. cap. 65. caſu 4. & Pet. Ledeſma. d. tract. 12. circa 24. concluſionem.

Nec obſtat quod in collatione beneficij datur aliquando executio † ordinis, aut clauium, vt in beneficijs curatis, quia pecunia non datur pro hac executione, quæ eſt ſpiritualis, ſed pro iure percipiendi fructus, quod eſt beneficium. Anania in d. cap. 1. de ſimonia, nu. 8. & cum eo Decius in d. c. ex parte. num. 27. Io. Caraſſa. ſupra num. 60. & beneficium non eſt ius illud adminiſtrandi ſacramenta, & diuina faciendi, ſed eſt percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, cui eſt annexum ius illud adminiſtrandi ſacramẽta, quiæ beneficium, vt dictum eſt, datur propter officium.

Et contraria ſententia † poſſet procedre in Epiſcopatibus, & alijs Prælatis & officijs, in quibus principale videtur prælatio, & iuriſdictio, poteſtaſque ſpiritualis.

Nec obſtat tex. in cap. ex multis. 1. q. 3. † quatenus dicit, quod per nummularios, quos Dominus eiecit de templo. Matthæi 21. Eccleſiaſtici beneficij venditores deſignantur, vnde videtur ſimoniam in beneficijs eſſe de iure diuino, quia † reſpondetur quod intelligitur in ſenſu morali non in literali, qui ſenſus moralis non facit argumentum efficax ad probandũ aliquid eſſe de iure diuino. D. Tho. 1. par. quæſt. 1. ar. 10. & ibi moderni eius expoſitores, idem D. Thom. quod lib. 7. art. 14. ad quartam. Rutilius Benzonius Epiſcopus Lauretanus in ſpeculo Epiſcoporum, ſeu de fuga, lib. 1. quæſt. 2. dub. 5. & Salmeron prologom. 19. *Alphon. a Caſtro aduerſus hæreſes libr. 1. c. 3. Alph. de Mendoça in quodlib. quæſt. 2. expoſitiua, §. 1. And. de Acitores de Theologia ſymbolica proleg. 7. à nu. 76. Azor 1. p. lib. 8. c. 2. q. 10. & in propoſito Suar. de relig. 1. tom. mall. 3. lib. 4. c. 2. nu. 12.*

Ex quo etiam poteſt reſponderi illi textui, † quatenus poſtea dicit ſimoniam in beneficijs eſſe contra ius diuinum, poteſt enim intelligi iuxta dicta, quod ſit contra ius diuinum in ſenſu morali tamen.

Rurſus non obſtat tex. in † cap. ex diligenti, de ſimonia. ibi, præſertim cum hæc taliter præſtita diuinis & humanis legibus contraire noſcantur. Ex quibus videtur ſimoniam in beneficijs eſſe contra ius diuinum; quia reſpondetur cum gloſ. in verbo diuinis, quod ibi leges canonicæ, & eccleſiaſticæ dicuntur diuinæ ad differentiam legum ciuilium, vt in cap. 1. de iurament. calumniæ, ibi, nos itaque diuinæ, & humanæ legis. & facit cap. fi. 3. quæſt. 5. ibi. diuina ideſt Eccleſiaſtica. Nam & ius Canonicum lato quodam dicendi modo diuinum ius dici ſolet, Couarr. pract. ca. 31. ſub. nu. 2. optimè Canus de locis Theolog. lib. 5. c.

5.ad tertium argumentum. & *Franc. Vargas de Epiſcopor.iure axiom.8.& 9.*

Poſt hæc ſcripta vidi Barth. Vgolinum in d.tract. de ſimonia.qui tabula I,de ſimonia gen.cap.2.§.5.ſic
30 concordat opiniones Canoniſtarum † & Theologorum, quod aut Romanus Pontifex beneficium vendens habet in animo vendere ius illud ſacramenta adminiſtrandi, & diuina faciendi, & ſic exercendi clericale munus in eo beneficio, tamen nullo modo exiſtimandum eſt: & in hoc caſu ait veram eſſe opinionem Theologorum, aut in animo habet vendere tantum ius percipiendi fructus temporales, & temporalia ipſa beneficij, non autem ius illud clericalis muneris exercendi, & in hoc caſu ait veram eſſe opinionem Canoniſtarum, ſicut calices conſecrati, corporalia, & alia huiuſmodi vendi poſſunt, habito reſpectu ad materiam ipſorum, non autem ad conſecrationem, vt Doctores communiter tenent. & vſus obſeruat. Concludit ergo quòd tituli beneficiorum reſpectu habito ad ius adminiſtrandi ordines, iuriſdictionemque Eccleſiaſticam exercendi à Romano Pontifice vendi non poſſunt, ſed ſolum habito reſpectu ad bona temporalia ipſorum.

31 Hinc ait † quod Auditoratus, & clericatus cameræ, & alia officia, ſeu dignitates huiuſmodi licèt reſpectu habito ad poteſtatem, iuriſdictionemq. Eccleſiaſticam, quam habent, vendi non poſſint à Papa ſine ſimonia, ſi tamen vendantur habito reſpectu ad emolumenta & fructus, quæ ex ipſis conſequuntur, ſimonia non committitur, in quam partem huiuſmodi alienationes à Papa fieri accipiendum eſt. Et ita apparet ex literis auditoratus cameræ Gregorij XIV. ad fauorem D. Camilli Burgheſij nunc Sanctiſſimi D.N.Pauli V. quas ponit Saluſtius Tiberius in pract. auditoris Cameræ, lib.4.ad fin.ibi. Et quia dictus Horatius in eiuſdem Sixti prædeceſſoris, & dictæ ſedis ſubuentionem pro pretio emolumentorum dicti officij auditoratus 60.miliia ſcuta monetæ ſoluere promiſerat, ac realiter, & cum effectu ſoluere
32 inceperat. Et idem quod † Vgolinus, reperit tenere Nauar.d.cap.23.nu.108.verſic.9.quod in nouiſſimis editionibus, à quo id ſumpſit Vgolinus: licèt ſibi videatur attribuere dictam concordiam.

Sed hæc concordia & ſententia Vgolini, ac Na-
33 narri parum diſtat ab opinione † communi Canoniſtarum qui non negant vendere beneficium habito reſpectu ad ius illud diuina faciendi, eſſe ſimoniam ex natura ſua, & iure diuino, ſicut dare pretium pro calice, habita ratione conſecrationis. Soto libro 9.quæſtione 5.artic.2.aſſertione ſecunda. Sed dicunt abſolutè non eſſe ſimoniam de iure diuino vendere beneficium, quia principaliter & in ſe, vt eſt dictum, eſt quid temporale, ſicut abſolutè loquendo dicitur non eſſe ſimoniam vendere calicem conſecratum, quia principale in eo eſt materia, & ſic cum abſolutè venditur, intelligitur vendi temporale. Caiet. d, verbo ſimonia. & *Tolet.in ſum. lib.5 c.87.4,reg.* habetur au-
34 tem ex ſententia Vgolini, † quod etſi in beneficio principale eſſet ius diuina faciendi, ſeu poteſtas ſpiritualis, vt in Epiſcopatibus, & alijs prælaturis, & officijs diximus, non eſſet ſimonia de iure diuino aliquid dare, ſeu accipere habito reſpectu ad temporalia, & ſic pro fructibus beneficij, ſeu iure percipiendi illos, ſiue pro pretio illorum; nec Papa in hoc committeret ſimoniam; quod rectè comprobatur exemplo auditoratus, & clericatus cameræ, & aliorum of-
35 ficiorum, † ſeu dignitatum huiuſmodi curiæ Romanæ, in quibus principale eſt poteſtas, iuriſdictioque Eccleſiaſtica, & ſpiritualis; cum ſint officia; & tamen venduntur à Papa habito reſpectu ad emolumenta illorum. *Aliter concordat dictas opiniones Leſſius de iuſt. & iur.lib.2.c.35.a nu.17.quòd ſi beneficium conſideretur formaliter, quatenus eſt ius fructuum obtingens per officium ſacrum, ſeu mediante officio ſacro, ſic iure diuino eſt inuendibile; quia non poteſt vendi officium ſacrum, per quod hoc ius habetur: vendere enim hoc modo ius fructuum eſt vendere officium, in quo illud ius conſiſtit. Si verò beneficium conſideretur materialiter, nempe pro iure ad illos fructus, qui officio ſunt annexi, ſic beneficium poteſt vendi abſque ſimonia iuris diuini: quia ius illud poteſt ſeparari ſaltem facto, vel tentari ſeparari ab officio; & hic non eſſe verè ſimoniam iuris diuini, niſi quis intendat ius fructuum vendere mediante officio, vt dixit Adrian quodlib. 6.ad quintum principale. Sed iſta concordia & diſtinctio eſt multum metaphyſica, & mihi non placet; nec verum eſt, ſecluſo iure poſitiuo, ſeu Eccleſiaſtico, quod vendere beneficium formaliter, ſeu ius fructuum obtingens per officium, ſeu mediante officio, eſt vendere officium, vt patet ex dictis.*

*Similiter etiam non placet alia conciliatio dictarum opinionum cum prædicta Leſſij in parte conueniens, quàm nouiſſimè adducit Suarez de religion.tract.3.lib.4.cap.24. ex num.23.nempe. media formali, vel virtuali ſeparatione Præbendæ.ſeu fructuum, quoad aliquam ſaltem eorum partem, poſſe Pontificem cum exactione alicuius pecuniæ dare beneficium; nulla verò facta ſeparatione non poſſe: & ita abſolute loquendo non poſſe vendere beneficium, quia ſi beneficium non ſeparatur ab officio ſpirituali, quando venditur beneficium, pretio emitur facultas obtinendi illos reditus, & ius ad illos, mediante ſpirituali miniſterio: ergo emitur & venditur ipſum ſpirituale miniſterium, ſaltem vt medium neceſſarium ad temporalia acquirenda. Et confirmatur. ſi quis obiecerit 1.quæſt.3. & ſic inferiores Prælatos, qui nõ poſſint diſiungere fructus beneficij a beneficio ex prohibitione iuris poſitiui, & priuatas perſonas poſſidentes beneficia, in quibus nulla eſt poteſtas faciendi vllo modo ſeparationem vnius ab alio non poſſe vendere beneficia, ſine ſimonia contra ius diuinum, &c. vt latius per Suarez ibi.*

Nec ſupradictis obſtat ſententia Durandi in 4.d.
36 25.quæſt.5.nu.9 qui nullam † admittit ſimoniam de iure poſitiuo; quem ſequitur Arrag. d.q.100. art.1. circa ſecundam concluſionem D.Thomæ, dicẽs nullam eſſe verè, & propriè ſimoniam prohibitam tantum iure poſitiuo, ſed omnes eſſe contra ius naturale, & diuinum, quicquid in hac re dicant Canoniſtæ; nam iſta ſententia communiter reprobatur, vt per Nauar.d.c.23.nu.100.verſic.3.quod. & Victoriam in d.relectione.de ſimonia.nu.12.& 16.& rectè eum impugnat Soto d.ar.2. *Ioan.Guttier.can.quæſt.lib.2.c.23. nu.11. Leſſius d.lib.2.c.35. dubit.4. Suar.d.tract.3.de relig.lib.4.cap.7.& c.29.nu.1.& cap.31. Azor.3.tom.lib. 12.c.1.q.3. & fr.Raph, de la Tore de relig.2.tom.q.100. art.1.diſp.3.*

Et quamuis Valentia, d.q.16.pun.5. dicat eam nõ
37 eſſe propriè ſimoniam; ſed † impropriè, & per quandam analogiam, admittit tamen eſſe contra religionem, & non ſolum contra obedientiam, vt dicebat Durandus.

Secundò ex eo quod beneficium eſt ius ſpirituale,
38 infertur, non poſſe à laico, vtpote ſpiritualium † incapace, cap.cauſam.quæ de præſcrip. ſine priuilegio

Apo-

Apoſtolico teneri, Felin. in cap. cum adeo. à nu. 2. de reſcript. Staphil. de literis gratiæ, nona forma expectatiuarum. nu. 24. Ripa in cap. 2. de iudicijs. nu. 129. & 134. Probus ad Monachum. in cap. nullus. de tempor. ordin. in ſexto, ex num. 11. Selua de benefi. 1. par. quæſt. 7. nu. 8. & 9. & 3. par. q. 6. Rebuf. in praxi. tit. de clericis, & à quibus & quomodo creentur. nu. 4. Coraſ. 1 par. cap. 2. nu. 4. & 3. par. cap. 1. nu. 1. Roſini. ca. 1. num. 39. & Pet. Gregor. de benefi. ca. 35. Lambert. de iure patron. 1. par. 2. lib. quæſt. 7. ar. 7. & 29. ad fin. Gigas de penſio. q. 21. nu. 4. Aymon Crauetta. conſ. 93. nu. 1. & 104. nu. 4. & 134. num. 40. Capra reg. 97. nu. 39. Mandoſ. de ſignatura gratiæ. tit. de prouiſio. ex verſic. indubitati iuris eſt. & in reg. 24. Cancel. q. 4. nu. 3. & 12. Franc. Marcus. deciſ. 1353. par. 1. Flam. Pariſ. de reſignatione benefi. l. 4. cap. 2. à nu. 1. & 32. & nouiſſimè poſt hæc Gonçalez ad reg. de mentib. gloſ. 2. à nu. 60. & gloſ. 5. nu. 9. & alij. *Alexand. Monet. de diſtribut. 2. p. quæſt. 19. nu. 33. Leo in Theſ. for. Eccleſ. ca. 22. à num. 19. & 24. Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. p. 3. cap. 2. pagin. 450. D. Cardinal. Tuſch. concluſ. 56. litera B. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 50. §. 6. nu. 2. & Michael Martinez del Villar del patronado de Calatayud. 9. p. §. 2. nu. 4. ad fi. qui tamen malè ait, etiam ex conſuetudine immemoriali poſſe Reges habere Canonicatus, non obſtante quod ſint laici, citans Abbatem in c. extirpanda. §. qui verò, nu. 27. & 28. & de Preb. Montaluum verb. Rex, verſ. Rex Franciæ, & gl. pragmat. ſanct. tit. de annatis, §. item quod d. verb. regalia, qui id non dicunt, & conuincitur ex dictis infra à nu. 35.* Et ideo in diffinitione dicitur, clerico, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ competens.

Et cum ex priuilegio Apoſtolico beneficium laico
29 conceditur, beneficium † ipſum efficitur quid ſæculare, & laicum, ſeu vt ita dicam ſæcularizatur, ita vt ſit ius quoddam ſæculare in mera temporalitate percipiendi fructus conſiſtens, & conſequenter in eo inter uenire non poſſet ſimonia. Io. Garcia de expenſis & meliorat. cap. 9. à num. 93. Laſarte de decima venditionis. cap. 19. nu. 31. & Barboſ. in l. Titia. nu. 41. ff. ſoluto matrimonio.

Et quamuis ſolus Papa poſſit beneficia laica effice
30 re, & laicis dare, † tamen capellania erectea in titulũ beneficij, ex bonis alicuius, authoritate Epiſcopi, poteſt ex ordinatione fundatoris dari puero ante primam tonſuram, titulo ſæculari, donec fiat clericus, qui ſuo tempore tenebitur ordinari, & fieri clericus, & cum capax ſit, & habilis horas recitare, non enim repugnat ita fundari capellaniam cum authoritate ſuperioris, non vt ante primam tonſuram teneat eam quis in titulum beneficij, quod fieri non poteſt, ſed vt pro eo tempore non ſit beneficium, donec fiat clericus, & ex tunc tenebit eam vt beneficium, & in titulum beneficij, accedente tamen collatione ordinarij,
31 niſi fortè in principio, quo eam obtinuit, intervenerit ipſius authoritas. Videtur tamen requiri † quod fundator talis capellaniæ collatiuæ expreſsè ita diſponat, quod poſſit dari puero ante primam tonſurã titulo ſæculari, ſi enim ſimpliciter diſponere, quod talis capellania poſſit dari puero ante primam tonſuram, intelligeretur de capellania vt ſic, & ideo non valeret talis diſpoſitio.

32 Tertio infertur beneficium non poſſe à laico † eadem ratione conferri, cap. Meſſana. c. ſacroſancta de electione, c. ſi quis deinceps, cap. nullus laicorum, c. per laicos, c. laicos, c. laici, 16. quæſt. 7. Abb. in c. dil. 3. de præben. num. 6. & Coraſ. d. 1. part. capit. 2. nu mero 4. & 12. Rota deciſ. 318. & 343. part. 2. diuer. & in Aquinaten. Monaſterij, de qua infra num. 37. *& Azor. 2. part. libro 6. cap. 25. quæſt. 19.* cum aljis infra allegatis.

Ex priuilegio tamen Apoſtolico laicus etiam fa-
33 mina poteſt beneficia † conferre, cap. Adrianus. c. in ſinodo. 63. diſtin. Abb. & Coraſ. ibi Felin. in c. dilecto, nu. 1. de teſtib. & in cap. 2, nu. 3. de maioritate, & obedientia, Staph. de literis gratiæ, vltima forma mandati de prouiden. nu. 5. Selua de benefi. 2. par. q. 5. nu. 1. & q. 23. num. 16. Ripa in d. cap. 2. de iudic. nu. 134. Probus ad Monachum in c. nullus. de tempor. ordin. in 6. ex num. 3. & in cap. 2. de præbend. ex nu. 6. Aufrer. de poteſtate ſæculari ſuper Eccleſias. reg. 2. nu. 25. Palaicos Rub. in rep. cap. per veſtras de donatio. inter virum. in introductione. nu. 28. Lamb. de iure patr. 3. part. 2. lib. q. 1. art. 11. Gigas de penſio. q. 21. num... Ioan. Garcia de nobilit. gloſ. 9. nu. 25. Zec hus de benef. & penſio. cap. 5. num. 2. & Rota in d. Aquinaten. Monaſterij, & Gonçalez, gloſ. 22. num. 13. & gloſ. 23. nu. 18. & 19. & gloſ. 24. nu. 154. *& Azor. d. q. 19. quicquid dicat Villar del patronado de Calatayud. 4. p. in princ. nu. 1.*

Et cum laicus ex priuilegio Papæ poteſt conferre
34 beneficia, per talem collationem † acquiritur beneficium, nec requiritur inſtitutio, aut confirmatio Epiſcopi, aut alterius Clerici, vt clarè ſentiunt citati, id enim operatur priuilegium: nec aliàs eſſet priuilegiũ conferendi: quamuis contra teneat Io. Nicol. Gimon. in Enchir. benefi. tit. 2. cap. 3. nu. 18. & 19. ex d. ca. in ſinodo, quod id non probat, & ante eum Staphileus de literis gratiæ, tit. de vi, & effectu clauſularum, §. executor quomodo beneficio vacanti prouidere poſſit. ad fi. cum Innoc. & Doct. in cap. quod ſicut. de electione, & in cap. poſtulaſti. de iure patro. *& quicquid nouiſſimè dicat Zanallos q. 897. à num. 1091. cum Martha de iuram. 2. p. c. 40.*

Sed cum laici ſecluſo priuilegio Apoſtolico ſint
35 incapaces iſtius iuris conferendi † adeo, vt neque ex conditione in limine fundationis appoſita de conſenſu ordinarij poſſit competere. Lamber. 1. part. d. q. 9. art. 1. num. 70. 96. & 105. *& Coſm. in pragmat. ſanct. d. tit. de annatis § item quod dicta verb. regalia.* & facit quod dicetur infra num. 97. non ſufficiet, ad hoc immemo-
36 rialis. Abb. Fel. Selua, Ripa, nu. 135. Probus. & Palacios Rub. nu. 27. & 28. *& Azor. ibi, ſanctione, vbi proximè, &c.* vbi proxime. Coſmas in pragmat. ſanct. tit. de cauſis, verbo priuilegio, Rochus in ca. fin. de conſuetudine. ſectio. 5. num. 44. Lamber. d. q. 1. art. 12. & Eman. Suarez in theſauro receptarum ſententiarum, verbo beneficiorum conferendorum ius. Rota in d. Aequinaten. Monaſterij, 36, Ianuar. 1601. Coram illuſtriſſimo D. Seraphino, in qua fuit reſolutum. Nul
37 lum ius competere † Ioanni ex collatione ei facta per pro regem, quia laici iuris conferendi ſunt incapaces, eiſque ius reſiſtit, vt in d. iuribus, etiam fuit in hac cauſa reſolutum, & tale ius neque præſcriptione, neque conſuetudine quæritur, ſed requiritur priuilegium Papæ, Abb. & Feli. ſup. Alexan. conſ. 74. num. 17. & 19. lib. 4. Et fuit reſolutum in Toletana iuris nominãdi. 27. April. 1584. Coram D. Blanchero, nec hic poſſe intrare diſpoſitionem ca. conſultationibus. de iure patr. quia non concurrunt requiſita, nempe titulus ſaltem coloratus, præſentatio coram ordina-

rio, & bona fides, vt per gloſ. ibi Butr. num. 8. & tex. ille loquitur in terminis juris patronatus, cuius laici non ſunt incapaces, nos autem ſumus in collatione facta à laico nomine Regis, quæ habet manifeſtam juris reſiſtentiam. *idem Peregr. de priuileg. fiſc. libr. 6. titu lo 8. à numero 18. Alexander. Moneta de decim. capit. 5. à numero 114. & nouiſſimè D. Ioann. Beltran. de Guenara Canonicus Doctoralis huius Eccleſiæ Abulen. & poſthac Archiepiſcopus Saternitanus, & nunc Epiſcopus Pacenſis, in propugnan. Eccleſiaſt. libert. & Pontificiæ poteſtatis. §. 7. primæ aſſertionis, numero 37. vbi ait, quòd cùm laici ſint incapaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, illis non proficit præſcriptio immemorialis, quæ non æquiualet priuilegio, vbi adeſt incapacitas præſcribentis, & allegat Cardin. Teſch. concluſ. 342. numero 117. litera L. verb. libertas Eccleſiaſtica, & verb. iudex ſecularis, concluſ. 453. numero 46. & nouiſſimè Zanallos quæſtion. 897. num. 473. & 1002. licet ſuperiùs à num. 223. & 332. videatur contradicere.*

Nec poteſt dici ex immemoriali præſumi priuile-
38 gium, vt in terminis dicit † Ioann. Garcia, dicta gloſſa 9. numero 26. & 27. quia quicquid ipſe dicat, & Ripa vbi ſupra ſola immemorialis etiam cum allegatione priuilegij non ſuffragatur cum adeſt incapacitas, niſi fama priuilegij concurrat, Felin. in dicto capit. cauſam. quæ de præſcription. à numero 2. & in capit. cum contingat. de foro compet. numero 4. & 5. Probus, & Aufrer. vbi ſupra Balbus de præſcript. 1. part. 5. part. principalis, quæſtion. 7. à numero 16. Gul. Bened. in repet. capit. Rainutius. de teſtament. verb. & vxorem. deciſ. 2. numero 78. Anto. Gabriel. concluſio. 1. de præſcription. à numero 16. Menoch. de præſumptio. libr. 6. præſumptione 86. Domino Sahagum in capitol. 2. de iudic. numero 167. Azor in inſtitutionibus moralibus libr. 5. capit. 12. quæſtion. 1. verſicul. ſed obijcitur. Creſcen. deciſio. 1. numero 2. de decimis. Puteus deciſio. 165. libr. 1. & facit deciſio. eiuſdem 466. libr. 2. & Guido Bonus de-
39 ciſio. 63. † in manuſcriptis in vna Hiſpalenſ. decimarum de Tubuiena, in qua cum de anno 1551. domini tenuiſſent, Quod laici ante concilium Lateranen. erant decimarum incapaces, niſi in feudum, vel in conceſſionem ab Eccleſia habuiſſent, cum laici decimas detinere non poſſint, immo nec præſcribere, capit. cauſam. de præſcriptio. Rebuf. decimis. quæſtion. 10. vt in deciſio. eiuſdem 62. poſtea 1. Iunij fuit pentum quod ſi teſtes examinati pro parte Ducis Medinæ, ſuper articulis continentibus tempus immemoriale, etiam ante concilium Lateranenſis & priuilegio Apoſtolico de perceptione decimarum, dicunt hoc audiuiſſe à maioribus, & de publica voce, & fama, probant intentionem Ducis, vt in d. deciſio. 63. *Poſthac Azor. & Alexander. Monet. dict. capit. 5. de decim. à num. 116. Zanallos dict. quæſtion. 897. à num 431.*

☞ Et tenuit Rota in cauſa Legionem. Decimarum
40 coram Illuſtriſs. Cardinal. Ioan. † Aldobrandino Fratre Domino Clementis. 8. die. 3. Iulij & 23. Octobris 1564. & in cauſa Toletana iuris decimandi. 27. April. 1584. coram Illuſtriſſimo Blanchetto contra Ducem de Beiar, quæ habetur 2. part. diuerſorum. deciſio. 215. & refertur à Barboſa in leg. Titia. numero 45. ff. ſoluto matrimon. *& in Placentina decimarum 31. Ianu. 1586. coram Domino Bubalo.* & in cauſa Toletana iuris nominandi contra eundem Ducem de Beiar. 8. Febraio 1588. coram Domino Orano, in qua dixerunt Domini. Receptum eſſe in ſacro Rotæ au-
41 ditorio, ſolam † immemorialem poſſeſſionem non ſuffragari laico ad nominandum capellanos in parochialibus annoubiles, niſi concurrat fama priuilegij, non ſecus ac in poſſidente decimas, cui præter immemorialem, aut famæ priuilegij, vel recognitionis feudalis, vel æquipollentis probatio incumbit. Balbus dicta quæſtion. 7. Gabriel dicta concluſio. 1. & ſic dubitatum eſt qualis debeat probari fama, ſimplex ne, vel potius diuturna ſaltem ſpatio, quadraginta annorum, & Dominorum vnanimis fuit ſententia, diuturnam requiri non quadragenariam, nam probata diuturnitate famæ oritur præſcriptio priuilegij, Felin. capit. cauſam. numero 3. de præſcription. quod quidem coniunctum immemoriali ſupplet incapacitatem laici, nam hæc fama priuilegij non requirit quod ſit incluſa probationi immemorialis, ſed ſufficit, quod accedat per aliquid tempus diuturnum, cuius quidem quantitas ſecundum ſubiectam materiam arbitrio iudicis relinquitur. Menoch. de arbitrar. caſu. 3. In vnione verò vel in præcedente ſe tueri quia poſſidet decimas vti vaſallus in probanda immemoriali debet probari, quod beneficium ſemper eſt tamquam vnitum poſſeſſum. Ioannes Andr. regul. qui contraria numero 2. in 6. & 2. caſu quod decimas ille ſemper poſſedit vti vaſallus, & quod Eccleſia ſemper fuit in poſſeſſione ſeruitiorum, quia poſſeſſio eſt qualificata. Gemin. cap. 2. §. ſane. numer. 6. de decimis in 6. ſecus in probatione famæ priuilegij, quæ eſt quid ſeparatum à poſſeſſione, nec verſamur in qualitate poſſeſſionis.

☞ Et in eadem cauſa coram eodem Domino Ora-
42 no 2. Maij. 1588. fuit reſolutum † Ad probationem illius famæ priuilegij nominandi, cum ius commune laico reſiſtat, requiri quod teſtes ſint, de quibus nulla ſit veriſimilis dubitatio quod delirent. Aym. conſil. 56. & 75. vnde ſi ſunt vaſſalli, & perſonæ viles, repellendi ſunt Roman. conſil. 382. Aymon. numero 249. Affict. deciſio. 304. maxime ſi ſunt ruſtici & alij teſtes examinati, dictam famam ignorare dicunt, nam ſi fama publica fuiſſet, vtique & ad aliorum notitiam perueniſſet. Aymon. conſil. 57. numero 10. Felin. in capit. 3. numero 9. de teſtibus quod etiam fuit conſideratum in eadem cauſa. 8. Iun. eiuſdem anni, vbi fuit dictum, non tolli iſtud fundamentum de inueriſimilitudine famę, poſtquam ex quadraginta teſtibus in hac, & alia cauſa decimandi examinatis, viginti nihil omninò ſciunt de ea, ex eo quod fama poſſit eſſe in vno loco; & non in alio, nam fuit conſideratum, quod cum omnes iſti teſtes eſſent incolæ eorundem locorum ſubditorum Ducis, in quibus talis fama fuiſſe dicebatur, oportebat omnes, vel maiorem partem eandem ipſius notitiam habuiſſe.

42 Tenuit etiam Rota in vna † Calaguritana ob-
☞ lationum 21. Octobris 1588. in qua fuit reſolutum quod, Vt laicus poſſit percipere oblationes, debet probari immemorialis, & fama priuilegij, cum ius commune reddat laicos earum incapaces, quia ſolis clericis debentur. Hoſtienſis in ſumma de parochijs. numero 3. Maluetius in tract. oblationum. numero 3. & 4. dub. quod non valet conſuetudo in contrarium, etiam (quod magis eſt)

quo

quo ad oblationes, quæ fiunt imagini sitę in domo priuata. Socinus in tract. oblationum. nu. 18. Maluet. sup. 4. dub. ac etiam resistit Concilium. sess. 25. cap. 9. de reform. quod priuilegium cum sit valde inuerisimile, requiritur exactior probatio. Abb. et alij in capit. quia verisimile. de præsumpt. Felin. cap. 3. loco. numero 5. de probation. et in cap. cum ex officio. numero 13. de præscript. *& fuit dictum in causa Burgen. emolumentorum figuli 28. Ianuarij 1591. coram Domino Penna.*

44 Tenuit etiam Rota in vna Burgen. † decimarum de Escalante. 5. Iun. 1591. corâ D. Orano cõtra Dominum de Escalante, in qua fuit resolutum: Immemorialem cum fama priuilegij, aut cum recognitione ab Ecclesia requiri, vt decimas laici percipiant, si nõ apparet de priuilegio, quę immemorialis in proposito non probatur, quia testes nõ deponunt de visu ante litem motam per 40. annos. Nec instrumentorũ enunciatiuę prosunt, quia immemorialis non probatur per instrumenta. Balbus de præscrip. 2. p. 3. part. principalis. q. 6. nec concludunt famam priuilegij ante motam litem, pro vt requiritur, nec ipsam concludunt respectu priuilegij dominis de Gueuara concessi, sed Regibus, et vt illis prosit necesse est quod allegent nouum priuilegium super noua concessione facta à Regibus, cum decimæ de laico in laicum absque priuilegio transferri non possint. cap. prohibemus. de decimis. cum alijs. nec hic cum fama priuilegij suffice re possessionem. 200. annorum, licèt habeant tantam vim, aut maiorem quam immemorialis, nã quicquid sit in aliis materijs, tamen in hac materia non suffragatur, quia stante immemoriali cum fama priuilegij, potest dici illud fuisse ante Concilium Lateranen. Gabriel. de præscript. conclus. 1. numero 18. quod non potest fieri in possessione. 200. annorum, ex quo constat de illius initio post Concilium Lateranen. quod non sufficit absque derogatione. Pute. decisio. 222. libro 1.

45 Idem tenuit Rota in d. Hispalen. † decimarum de Tubuiena 20. Iun. 1594. coram Illustrissimo Domino Mantica vt in Decisio. sequen. Fuit per dominos resolutum, & eis placuit ferendam esse sententiam declaratoriam contra Ducem de Medina Sidonia, ob non paritionem trium conformium sententiarum, quæ contra ipsum in Rota latæ fuerunt, nam coram Reuerend. Domino, Orano die 8. Nouembris & rursus die 15. Decembris 1593. fuit resolutum Comitem de Niebla filium primogenitum ipsius Ducis non posse impedire earum executionem, quia donec pater supereſt, quo ad hoc nihil eius dicitur interesse, nec etiam eo viuente probabilem habet spem succedendi in eius bonis libr. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bonorum & leg. post emancipationem. §. 1. & ibi Bart. de liberat. legat. idem Bart. in leg. sciendum in princip. numero 12. ff. qui satisdare cogantur cum alijs in Decisio. allegatis. Quoniam verò dictum fuerat pro parte Ducis, causam non fuisse defensam, & constare de eius bono iure, placuit dominis, vt viderentur iura, quæ informantes deducerent, & ob id dedi hoc dubium, an sit danda declaratoria contra Ducem in casu, de quo agitur: quo quidem proposito concluſum fuit ex iuribus deductis, non constare de bono iure ipsius Ducis, & consequenter procedendum esse ad declaratoriam pro vltetioni executione, neque enim ex testibus exhibitis probatur immemorialis præscriptio, quæ simul cum fama priuilegij est necessaria, vt laicus possit decimas obtinere contra Ecclesiam, vt fuit resolutum in Legionen. Decimarum de Villaroel. coram bonæ memoriæ Cardin. Aldobrand. die 3. Iulij & 23. Octobris 1564. & in Toletana iuris decimandi. coram Reuerend. Patre D. meo Blancheto 27. Aprił. 1584. neque dubium est, quin testes in probanda immemoriali debeant deponere de visu per annos quadraginta ante motam litem, & de auditu à maioribus, & neque ipsos, neque eorum maiores contrarium vidisse, vel audiuisse, & hanc esse, & fuisse publicam vocem, & famam. glos. communiter recepta, & à Rota sæpissimè comprobata in capit. 1. verbo memoria de præscript. lib. 6. quam pluribus etiam adductis Doctorum authoritatibus sequitur Couar. in capit. possessor. part. 2. §. 3. numero 7. verum plane ex testibus exhibitis nullus est, qui non deficiat in aliquo ex dictis quatuor requisitis; & ideo nullus hanc immemorialem concludenter probat, nec diuersi testes ad probandum hæc requisita possunt simul coniungi, quia singuli cum illis debent explicitè deponere, alias eorum depositio non concludit, vt glos. & Doctores apertè sentiunt, & probatio non concludens reijcitur, capit. in præsentia. de probation. leg. non hoc Codic. vnde legitimi, neque enim agitur de probandis illis requisitis, sed de probanda immemoriali, quam nisi singuli testes concludant, probatio est imperfecta, neque etiam priuilegia deducta pro ipso Duce possunt impedire executionem, quia nullum est priuilegium, quod specialiter ei concesserit hanc facultatem percipiendi decimas Ecclesiæ, de quibus agitur, neque priuilegia, quæ quibusdam specialiter concessa sunt, generaliter obseruari debent. lib. 3. in fine. Codic. de legib. leg. ius singulare. ff. eodem neque etiam Rota vnquam voluit super huiusmodi priuilegijs aliquid statuere, quia eorum tenor ita seruari debet, vt eum transgredi non liceat, capit. porrò. de priuileg. quare cum res iudicata paratam habeat executionem. leg. minor 25. annis. de minor. & legem 2. de exception. rei iudicatæ, & in casu proposito latæ sint tres sententiæ Rotales, & quidem conformes, & fundatæ ex dispositione iuris communis, & ex decisio. in hac causa facta coram Domino Seraphino. 6. Iunio 1580. in qua fuit concluſum non probari immemorialem, neque famam priuilegij, nulla est ratio, quæ debeat impedire executionem. Clementina vt calumnijs. de re iudicata. Rotæ decisio. 2. de restitution. in integrum. in nouis. Quod multo magis in casu proposito est recipiendum, quia Rota in hac causa ex commissionibus post sententias latas præsentatis, habet iurisdictionem limitatam: nam in commissione Ducis, quæ continet restitutionem in integrum, adiecta est clausula, parito iudicato, quę quidem intelligitur, vt oraror, non solum dimittat possessionem, sed etiam fructus perceptos restituat, & expensas soluat, capit. vltim. de restitut. spoliat. & dicta Clementina vt calumnijs. ibi plenariè de re iudicata Staphil. de literis iust. sub titulo clausula, & per breue sanctitatis vestrę, num. 9. & in commissione Comitis, per quam ipse pro suo interesse admittitur, expressa est clausula, sine preiudicio trium conformium, quam quidem commissionem sic signatam procurator etiam Comitis acceptauit: & hæc quidem clausula hunc habet

bet sensum, vt executio trium conformium, quæ sunt prolatæ contra Decem nullo modo possit suspendi, quia in suo robore manent. Præterea cum executoria libus intimatis, & reproductis, agatur de decimis Ecclesiæ à laico vindicandis, quod est maximè fauorabile, cap. quamuis & prohibemus. de decimis, ea multo minus retardari debet (præsertim cum pria lapsa sint quadriennia. capa. de rest. in integrum libr. 6 qui consequens est, vt declaratoria sit decernenda.

46 Idem etiam fuit dictum in vna Paceu. † decimarum. 16. Decem. 1594. coram D. Serapiuno, nempe Quod: vt laicus possit percipere decimas, requiritur immemorialis cum fama priuilegij, vt sæpius fuit resolutum, quæ non probatur per dictionem citra, vel dictionem vltra citra, sine copula &c.

47 Idem etiam fuit resolutum† in causa Pampilonen. decimarum. 20. Maij. 1598. coram D. Orano, in qua fuit dictum quod: vt Guido Bonus d. decis. 63. testatur, Rota in materia decimarum hanc amplexa est sententiam, vt laici omni tempore, etiam ante Concilium Lateranen. fuerint earum incapaces. iuxta doctrinam D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 3. & decretum Vrbani II. in Concilio Claramonten. c. congregata. 16. q. 7. nisi in *feudum*, & si non constat de priuilegio ad reddendos illos earum capaces, immemorialis cum fama priuilegij, vel recognitionis, vel alterius æquipollentis sit necessaria. Guido ib: cum multis congestis in d. Toletana iuris decimandi. coram Blanchetto, nec sufficit quadragenaria cum tit. quamuis alias æquipolleat immemoriali, quando præscribens est cap. 4x. vt in c. 1. de præscr. in 6. secus verò data incapacitate, quæ nullo temporis cursu purgari potest, nisi adsit immemorialis cum fama priuil. *& in Cerulen. decimarum 22. Apr. 1602 coram D. Pena.*

48 Et iuxta præfatas decisiones† sunt accipienda quæ de decimis à laicis possessis tradunt Rebuffus de decimis. q. 13. x nu. 69. Greg. Lopez in l. 23. tit. 20. pag. 1. vbi Humada. Burgos de Paz cons. 50. Couarr. lib. 1. cap. 1. nu. 5. & 6. Auend. de exequen. mand. lib. 2. cap. 4. Merchaca controuers. illust. lib. 2. c. 89. Mascar. de probat. concl. 484. nu. 6. D. Ioan. Guttierrez pract. li. 1. q. 16. & Aceuedo in l. 1. tit. 21. lib. 9. recop. ex nu. 1. *& nouissimè Suar. de relig. 1. tom tractat. 1. lib. 2. cap. 27. qui requirit famam priuilegij coniunctam & currentem, ac æquè antiquam, cum vsu & possessione: & sequitur fr. Raph de la Torre q. 87. artic. 3. disp. 11. num. 5. contra Rotam in illa Toletana supra relata num. 41.*

49 Quartò ex eo quod beneficium est † ius spirituale infertur, iudicem laicum de causa beneficij non posse cognoscere; cum laici Ecclesiastica negotia maxime spiritualia tractare nõ debeant. c. 2. & 3. de iudic. vbi latè Doctores & nouissimè D. Saghag. cum alijs.

50 Quod non solum verum est in † petitorio sed etiã in possessorio, quamuis de possessorio beneficii retinendi vel recuperandi iudicem laicum cognoscere posse præsertim, stante consuetudine, teneant plures Doctores Guido Papa decis. 1. 85. 207. & 552. Ripa in rubrica de iudic. numero 90. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. nu. 19. Aufrer. de potestate sæculari super Ecclesias. reg. 2. nu. 24 Gul. Benedict. in Rep. cap. Rainut. de testam. verbo & vxorem nomine Adelasiam. dec. 2. a nu. 38. Selua de benef. 1. p. q. 7. nu. 12. alias 16. Rebuf. ad leges Gallicas. 3. to. tit. de causis benef. possess. art. 8. glos. 2. & tit. de inquisitor. seu commissarijs. art. 6. glos. vnica in fin. Boer. dec. 69. & Affict. dec. 24. Coras. de benef. 1. par. cap. 2. nu. 8. Ant. Gabr. concl. 5. de rest. spoliatorum, nu. 134. Aym. Crauett. cons. 258. & Ferretus cons. 1. nu. 15. & cons. 18. nu. 4. & cons. ... nu. 7. & cons. 30. nu. 2. & alijs consilijs. decil. Pedem. Cacherani 116. nu. 1. & Ant. Thesauri. 82. vbi idem etiam ait in possessorio adipiscendæ. & 110. ad fi. & 117. & 131. nu. 10. & Fran. Marcus decis. 190. & 541. p. 1. & 245. p. 2. num. 3. Follerius in speculo Marante. 4. p. 11. dist. nu. 77. Ant. Grauatius ad Vestrium in prac. li. 5. c. 1 nu. 5. & 6. P. Greg. de benef. cap. 40. nu. 10. qui ait esse textum expressum in cap. fi. de iud. Mieres de maioratib. 3. par. q. 11. nu. 15. & q. 15. nu. 19. Alu. Valas. consultat. 11. & 93. part. 1. art. ad illa in sua Politica lib. 2. cap. 18. num. 141. Io. Garcia de nob. glos. 9. nu. 46. qui plures refert, & quod in Gallico Senatu Senatores cognoscunt de interdicto retinendæ & recuperandæ inter clericos super poss. beneficij, de qua consuetudine meminit. l. 10. tit. 1. lib. 3. recop. quæ etiam est in regno Nauarræ, vt per Olanum in concordia & differentia iuris communis & Regij lit. C. nu. 14. & 35. & lit. I. nu. 77. & nouissime tradit Gaspar. Rodriguez de annuis redditibus. lib. 1. q. 17. à nu. 55. & tenent etiã alij prælati per Menoch. de recuper. remed. 15. num. 211. & per Cenedum collect. 4. ad decretales. nu. 3. & 4. qui dicunt causam possessorij rei spiritualis temporalem esse non spiritualem. ex glos. in cap. literas. de iuram. calumniæ Card. Clem. dispendiosam de indic. 10. q. nu. 17. cum alijs. *Farin. in praxi crim. 1. p. q. 8. nu. 33. Carroc. decis fin. nu. 3. add. Thes. d. decis. 82. Sese de inhib. iustit. Arag. a. 8. §. 3. Fontanel. de pact. nup. gl. 3. p. 2. c. 1. nu. 4. Zanallos q. 504. & 822. à nu. 08. (male allegans Mand. in reg. 16. de concurrentib. q. 21. nu. 2. cum potiùs ad finem teneat contrarium) & latiùs idem Zanallos lib. 4. q. 1. seu 897. à nu. 147. & 997. & sequitur Cabed. de patronat. Regia corona Lusitan. cap. 49. nu. 10.*

Sed hanc sententiam, & consuetudinem merito
51 post alios reprobant Afflictus in † constitu. Neapol. lib. 1. tub. 67. de iudicijs à num. 9. Beroius. in tub. de iudic. à nu. 51. Rol. consil. 23. vol. 2. Sarnen. in reg. de Annali. q. 46. Mandos. de monitorijs. q. 13. num. 3. D. Couarr. pract. c. 35. nu. 1. Doctor Paz. in praxi. 2. to. 2. præludio. nu. 15. D. Io. Guttierrez cano. quæstionum lib. 1. cap. 34. à nu. 16. Quintanaduenas. Eccles. lib. 1. cap. 9. nu. 13. Zerola in praxi. Episcopali. 2. par. verbo possessorium. & Azor. lib. 5. cap. 24. q. 1. & Cotta dec. 171. in miscellaneis manuscrip. ait quod Rota reijcit illam opinionem, quod iudex laicus possit cognoscere in causa spolij super beneficio inter clericos. Conducit dec. Putei. 361. & 365. lib. 1. *post Cer. Parlad. differ. 9. §. 1. num. 34. latè Alex. Monet. de decim. c. 8. q. 1. 3. concl. a nu. 8. & Pontanus de spolio lib. 2. c. 1. nu. 5.*

52 Et ratio est nam causa possessorij † beneficij & aliarum rerum spiritualium seu quasi, ecclesiastica dicitur. clem. vnica de causa poss. & de sequestrat. poss. maxime quando habet admixtam causam proprietatis. Butr. & Abb. nu. 8. in d. cap. literas. Catlad. dec. 4. nu. 2. vt lite pendente. cum alijs.

53 Secundo quia possessio beneficij † est quid spirituale, seu connexum spirituali propter administrationem ordinis, vel clauium quæ inde sequitur, & ideo carenti possessione, seu spoliato non licet redimere vexationem quantumcumque ius habeat in beneficio, Imola & alij in c. ad aures. de simonia. Abb. in cap. dilectus. 1. eod. tit. Guido Papa d. decis. 1. in fi.

Nauar.

Nauar.in man.cap.23.nu.101. Soto de iuſtitia & iure lib.9.q.6.art.10. Silueſt.in ſum.verb.ſimonia.num. 5. Armilla eod.verbo.nu.25. Summa confeſſorum.li. 1.tit.1.de ſimonia.q.46. Summa corona.3.p.tract.de ſimonia.nu.32.& Lud.Lopez.inſtruc. conſcientiæ.2. to.cap.302. *Vgol.de cenſur. tab.1.c.9.§. 8.nu.5. additio ſumme Bullarij Quarantæ verb.beneficiorum poſſeſſio lit. B. Azor.3.par.lib.12.c.11. quæſt.4. & cap.3.quæſt.3.* & alij quicquid dicant Arragon.2.2.q. 100.art.2. Man. Rodriguez in ſum.2. to.ca.59.nu.5. & cap.62. Vega in ſum.2.par.cap.101.caſu 19.33.& 44.ad fi.& 67. & P. Ledeſ.2.part.ſumma, tractat. 12.concl.26.& 27. *Rebuf.in praxi tit.de ſentent.in reſignat.à num.18.& 34. Farin.conſ.75.à nu.20. Leſſ.d.lib.2.c.35.nu.110. Suar.de relig.tract.3.& lib.4.c.50.à nu.30.ad 34.& fi.Raph. de la Torre eodem tract.q.100.art.4.diſp.9.verſ.quartum.*

54 Et in vna Maioricen.præeminẽtiarum: † 21.Maij. 1554. coram D.Veſtano fuit reſolutum: Poſſeſſionẽ traditam Michaeli per Capitulum de canonicatu, & prębenda fuiſſe vitioſam,& ſimoniacam,ex quo eam tradidit ſub expreſſa conditione, & pacto quod Michael non haberet vocem in capitulo, donec eſſet legitimæ ætatis, nec domum canonicalem, quam ſuus author poſſidebat, & ſuper qua erat controuerſia cũ alio canonico,donec eſſet cognitum ad quem domus ipſa pertineat, quia huiuſmodi poſſeſſio eſt annexa beneficio, & rei ſpirituali & non potuit ſuper ea paciſci ſine labe ſimoniæ. ad not. per Innocen. Io. And. & Abb.in d.cap.ad aures & in cap.dilectus. de ſimonia, & Io.de Imola in cap.ſuper eo. de tranſact. Si ergo poſſeſſio eſt ſpiritualis ſeu ſpirituali annexa, eo modo quo ipſum beneficiũ, cauſa poſſeſſorij beneficij erit ſpiritualis quicquid dicant gloſ.in d.cap.literas.Card.& alij ſup.& idem erit in alijs ſpiritualibus.

55 Præterea eſto quod cauſa poſſeſſorij beneficij † nõ eſſet ſpiritualis, nihilominus inter clericos de poſſeſſorio beneficij litigantes, nulla ratione laicus poterit cognoſcere ex defectu ſubiecti; cum clericus ſit apud iudicem Eccleſiaſticum conueniendus, ex iuris reg. nec valet conſuetudo in contrarium. Rota deciſ.3. & 10.de conſuetud. alias 223. & 840.in antiquis, cuius meminit Naua. in c.cum contingat. de reſcrip. remedio.1.in 1.edit.etiam immemorialis. Rochus. in cap.fin. de conſuetud.ſect.5.num.31. & ſect.6.nume.15.Anton. Gabr.de præſcrip.concl...num.17. & Azor.lib.5.ca.12.q.1. vt in propoſito animaduertũt rectè Mandoſ.Couar.Io.Guttier.n.23. Zerola, & alij relati,et Menoch.ſup.num.22.et 234.et de retinend. remedio 3.nu.346.et ſeq.et à num. 349. nec contradicunt gloſ.Butrius et Abb.in d.cap.literas, nec huic rationi poteſt reſponderi.*poſt Gabr.& Pontan.d.nu.5. Maſ.Galleſius de obligat.in forma camera 2.p.ad 2.particulam q.2.nu.2. & Farin.conſ.68.nu.3.8.11.16. & 26. vbi deciſiones Rota ponuntur ibi.& a nu. 349. & Farin. d.q.8.1.par.num.23. verſ.ſublimita ſecundò, poſt Roland. d.conſ.23.vol.2.& Vrſill.ad Afflict.deciſione 2.& nouiſſimè Alexander Moneta dicto cap.8.de decim.6.concluſione a num. 18.*

56 Vnde in vna Queten. †ſacriſtiæ coram D.Comitulo fuit dictum indubitatum eſſe cauſam poſſeſſorij in beneficijs pertinere ad forum Eccleſiaſticum ſaltem ratione perſonarum.clem.vnica de cauſa poſſ.& *quòd iudex laicus nullam prorſus iuriſdictionem habeat in rebus Eccleſiaſticis, etiam reſpectu poſſeſſionis, fuit reſolutũ in cauſa Mediolanen. Alemanciæ 15. Martij 1602. coram D.Lita, & in Calagur. benefic. ſanctorum Iacobi & Andreæ 17.Maij eiuſdem anni coram eodem.*

57 Et poſt hæc ſcripta viſus † Doctor Sahagum ind. cap.2.de iudic.ex nu.177.recte defendit hanc ſentẽtiam vbi, num.183.eam veriſſimam,et ſemper obſeruandam dicit,ex ratione à me ſup.adducta.nu.53.

58 Nec pro contraria ſententia facit † tex.in d.cap.fi. de iudic.cum illic non agatur de beneficio,ſed officio ſæculari, vt clarè patet ex ipſo tex.et ex gloſ.et communi.ibi recte explicant Berous.Rolan.Couar.Meno.d.rem.15.nu.16.Io.Guttier.nu.29.et Sahagum, nu.186. vbi ſup.qui etiam reſpondent alijs fundamentis contrariæ ſententiæ.

59 Illud etiam placet, quod ſi clericus ageret contra laicum, qui eum turbat in poſſeſſione beneficij, ſeu vexat, infeſtatue, ſiue vim infert ne eum turbet, ſeu vim inferat,iudex, laicus eſſet competens, quia tunc verè non eſt poſſeſſorium beneficiale, nec cauſa beneficialis,ſed temporalis,cum laicus nõ ſit capax beneficij, niſi fortè laicus ille pro clerico ſe gereret, et ad ſe ſpectare beneficium prætenderet, Gul. Bened. verbo & vxorem.2.num.38.et Menoch.d.rem.15.de recuper.nu.223.et 234.et d.remedio 3.de retinenda à nu.314.*Io.Guttier.ſupra nu.42.& Farin.d.quæſt.8.nu. 23.ibid.in fin.ibi, & Menoc.Ioan.Gut.& Farin.* licèt cõtradicat Azor.d.lib.5.ca.14.q.1. cuius ſententia vera videtur quando clericus ageret ſpolio cõtra laicũ, qui eum beneficio ſpoliauit, nec tunc videtur poſſeſſoriũ beneficiale,cõtra Gul.Benedict.et Menoch.ibi.

60 Dicitur in diffinit.beneficij † Propter diuinum officium competens. Nam beneficium datur propter officium.cap.fin.de reſcrip.in 6.quod vt inquit Card. Toletus lib.5.c.76.in laudibus diuinis conſiſtit in ſacrificio miſſæ, et ſacrorum adminiſtratione, nõ quod redditus dentur in pretium,ſed in ſuſtentationem talium perſonarum, vt à cura ſibi prouidendi liberi Deo melius vacare poſſint in populi vtilitatem.

61 Et ex prædicta diffinitione, † & ex dictis apparet, quomodo cognoſcatur beneficium Eccleſiaſticum cognoſcitur enim ex ſequentib.1.ex perſona prouidentis quia eſt perſona Eccleſiaſtica.2. ex perſona cui prouidetur,quia prouidetur ſoli clerico.3.ex qualitate ipſius beneficij quia habet aliquod ſpiritualitatis annexum,quia propter diuinum officium datur beneficium,et quod detur in perpetuum.4.ex modo prouidendi,quia debet prouideri purè,et ſine pacto, modo vel conditione,nec pro commodo temporali, alias eſſet ſimonia,vt latius per Calder.in c.innoſtra. de reſcript.et ibi Bellam.q.3.nu.10.et in c.ſuper hoc de renunt.nu.16.Anch.in reg.beneficium.lib.6.Barbatia in clem.cauſam.§.quod ſi forſan. de elect.à nu. 27. Abb.conſ.47.lib.2. Fel. in d.c.in noſtra.nu.9.de reſcrip.Probum ad Monachum in c.nullus. de temp. ord.in 6.ex nu.2.Rebuf.de pacificis poſſeſſ.limit.10. nu.344.alias 187.Gigan.de penſio.quæſt.86.à nu.7. Coraſ.d.1.p.cap.3.ad fi.Rochum Veronen. de viſit. verbo beneficia Eccleſiaſtica. Menoch.de præſumpt. lib.6.præſumpt.79.num.6.*Lamb.de iur. patr.lib.1.q.9. art.3.nu.10.Reung. de Gouna de immunit. Eccleſ.ampliat. 2.num.3.Tuſch.concl.54.num.5.lit.B.Azor.2.par.lib.3. cap.1.quæſt.3.*Iacob. de Graſſis lib.1.c.97.nu.3.Rotã in vna Firmana coram Cęſare de Graſſis, quæ eſt Deciſ.eiuſd.124.et 12.et 1.par.diuerſorum 508.et 509.

62 in qua fuit reſolutum. † Eſſe beneficium Eccleſiaſticum, Eccleſiam, quæ eſt erecta authoritate Epiſcopi,

ſcopi, et dotata, maxime ſi habet onus ſpirituale annexum, quia tunc poteſt conferri perpetuò, non obſtante quod non conſtet de aliqua collatione quia prædicti Doctores non requirunt, quod fuerit collata Eccleſia, ſed tantum, quod ſit talis quæ non poſſit conferri laico.

63 In vna tamen Volaterrana Capellę. † 16. Nou. ☞ 1594. coram Illuſtriſſimo Seraphino Rota reſoluit: [Impetrantem debere ante omnia probare exiſtentiam beneficij impetrati, et quod ſit Eccleſiaſticum, et collatiuum, alias non dari vacationem, Abb. d. cõſ. 47. nu. 1. Calder. conſ. 4. de relig. domib. Fel. in d. cap. in natura, nu. 9. et tenuit Rota in Hiſpalen. beneficij. 16. Iun. 1586. coram D. Oriolen, et ideo quia ibi nulla afferebatur collatio facta per Epiſcopum, vel ſedem Apoſtolicam capellæ impetratæ, quinimmò pro parte confraternitatis docebatur de vltimo ſtatu, et eo quidẽ antiquiſſimo, quod iuxta conſil. Decij 126. nu. 1. *in conſideranda qualitate beneficij ſolet attendi, ex quo agitur iſtam capellam tãquam ſimplex oratorium fuiſſe per longiſſimum temporis ſpatium rectam per confratres laicos, qui ad eorum nutum, et cum certo ſalario deputarunt capellanos, impetrationem eſſe inualidam. quæ deciſio fuit confirmata in eadem Volaterrana prætenſi beneficij 28. Februarij 1597. coram Domino Orano, dicendo non conſtare de exiſtentia beneficii, quia deficiunt requiſita per Cardin. & Felin. in diſt. cap. in noſtra, Ancharan. Aegid. Abb. Rebuff. Lambert. & Remig. ſupracitatos, nu. 81. cum alijs allegatis in deciſ. Hiſpalenſ. iuris patron. Coram Oriolen. & alia Hiſpalenſ. prætenſi beneficij coram D. Pamphilio, &c.* Accedit Deciſ. 182. n. 64 5. diuerſorum. p. 1. vbi Rota † dixit. Dictum Rebuf. in pract. tit. quid ſit beneficium, nu. 8. vbi voluit, dici beneficium illam partem quæ datur miniſtro Eccleſiæ, procedere ſi daretur in tit. perſonę habili. *conſonant Villar del patronado de Calatayud, 4. par. §. 1. numero 9. & 10. dicens, eſſe beneficia Eccleſiaſtica conſiſtere in hoc, quòd ſint fundata & inſtituta authoritate iudicis Eccleſiaſtici, & conferantur cum illa; non autem in hoc quòd ſint perpetua, & dentur ad vitam.* Et nouiſſimè poſt hęc Gonçalez ad reg. de menſib. gl. 5. à num. 6. ponit prędictas qualitates, de quibus, nu. 61. tanquã requiſita ſubſtantialia beneficij, et quod ſi illę non concurrunt, non eſt beneficium quocunque nomine nuncupetur, et allegat duas nouiſſimas Deciſ. Rotæ. in vna Vliſbonen. adminiſtrationis capellę. 16. Ian. 1591. coram D. Penia. et in alia Hiſpalen. eremitorij. 4. Decem. 1596. coram D. Pamphilio. *Et poſtbac etiam viſus Villar d. 4. p. in princip. num. 4. ponit predicta quatuor requiſita, quæ vt ſint beneficia Eccleſiaſtica, ait debere concurrere copulatiuè, in quibus conſiſtit eſſe beneficia Eccleſiaſtica: & ideò portiones Eccleſiarum dicti patronatus & Archidiaconatus de Calatayud, quæ communiter vocantur beneficia, non eſſe verè beneficia Eccleſiaſtica, ſed ſeruitia, quia in illis deficiunt illa quatuor. Eſt etiam deciſio Rotæ in cauſa Maioricen. eremitorij 22. April. 1602. coram Domino Sacrato, in qua fuit reſolutum, eremitorium, de quo ibi, cuius penſiones erant in regimen. & temporales, & a perſonis laicis, & non habebat aliquod onus ſpirituale annexum, vel cui annecteretur, nec vllos redditus, aut certas reſponſiones, licèt prouiſiones fuerint facta perſonis Eccleſiaſticis, non eſſe beneficium Eccleſiaſticum ceſſante titulo, perpetuitate, Eccleſiaſticitate conferentis, onere ſpirituali, & dote, ex doctrina Aegid. in d. cap. in noſtra, & in d. cap. ſiper hoc, Abbas d. conſ. 47. Gig. d. queſt. 86.*

*Et alia nouiſſima axiomata reſidentiæ 23. Martij 1609. coram Domino Mançanedo, vbi fuit reſolutum, quòd Capellania data à confratribus laicis, &c. Rubric. beneficijs fructus.*

## §. 1.

## *De beneficijs manualibus, & capellanijs, & præſtimonijs.*

### SVMMARIA.

*NOn eſt de eſſentia beneficij eſſe perpetuum. nu. 65. Regularia beneficia ſunt manualia, & ad nutum amouibilia niſi ſint curata aut electiua, nu. 66. reſolutio Rotæ, nu. 67. & 68. & ſunt, verè beneficia. num. 69.*

*Beneficia ſæcularia de ſui natura ſunt perpetua. 70. tamen per Papam, non inferiorem poſſunt ad tempus concedi. 71. & ex fundatione poſſunt eſſe temporalia, & ad nutum amouibilia, 72. licèt Nauar. contra. 73. qui tamen admittit poſſe eſſe temporalia per Papam ſeu per immemorialem. 74.*

*Etiam ex conſtitutione, ſeu ſtatuto beneficia ſæcularia poſſe eſſe temporalia, ſeu manualia, 75. licet Nauar. contra, 76.*

*Beneficia manualia ſunt vere beneficia, & vt in talibus in eis cõmittitur ſimonia, 70. licèt aliqui contra teneant, nu. 78.*

*Poteſt dici eſſe de eſſentia beneficij, quod ſit perpetuum ſaltem aptitudine, num. 79.*

*De beneficio manuali, & ad nutum amouibili facienda eſt mentio in impetratione ſecundi. 80.*

*Capellania ad nutum amouibiles non ſunt beneficia, vbi non inſtituuntur authoritate Epiſcopi, nu. 81. ſecus ſi eſſent inſtituta eius authoritate, 82.*

*Non tamen poterit quis ſacris ordinari ad titulum talis capellania, nec alterius beneficij manualis, 83. nam titulus debet eſſe perpetuus. 84.*

*Patronus capellania etiam collatiua ita fundata vt ſit ad nutum amouibilis, poteſt ad nutum, & liberam voluntatem abſque cauſa amouere capellanum, nu. 85. toties quoties voluerit, num. 86. nec poterit ordinarius deſtitutum tueri in ſua poſſeſſione, num. 87.*

*In beneficijs manualibus poteſt fieri reuocatio ſine cauſa, malitia ceſſante, num. 88. non obſtante reg. de triennali, num. 89. quicquid alij dicant, num. 90.*

*Sic de facto quis ordinetur ad tit. capellaniæ ad nutum amouibilis, non mutatur eius natura, num. 91.*

*Ad titulum capellaniæ amouibilis non ad nutum, ſed ex iuſta cauſa, non poteſt quis ſacris ordinari. num. 92.*

*Vicaria temporalis, ſeu ad nutum amouibilis, non eſt beneficium. num. 93. Deciſ. Rotæ. num. 94.*

*Capellania perpetua inſtituta authoritate Eccleſiaſtica ſunt beneficia ſine dubio, & obligant ad horas, num. 95. reſolutio Rotæ, num. 96. & tunc non tenet prohibito teſtatoris quod, ordinarius non ſe intromittat in earum prouiſione ſed ad ſolos laicos ſpectet. num. 97.*

*Ab adminiſtrat. in cura, & viſitat. iſtarũ capellaniarum poteſt fundator excludere ordinariũ. niſi in caſu negligẽtiæ. 98. ſed non cenſetur excluſus ex eo quod in fundatione alicui cõmittatur viſitatio, 99. nec cõtrarium cenſuit S. cong. in quadam declarat. 100. licèt in terminis breuis Pauli V. cenſeatur excluſus à viſitatione piorum operum de Oropeſa, 101.*

*Capellania etiam perpetua fundata, ſine authoritate ordinarij non ſunt beneficia, nec obligant ad horas. 102. 103. & 104. & in eis valet ordinatio fundatoris, quod ordinarius non ſe intromittat in earum prouiſione, num. 105. deciſiones Rotæ, num. 106. & 107.*

*Capellania in cuius primæua fundatione non interuenit ordinarij au-*

*rij authoritas, poteſt poſtea per ordinarium erigi in beneficium, ſi non reluctatur fundatoris voluntas, num.108.*

*Quod verum eſt in capellanijs inſtitutis in vltima voluntate, 109. aut inter vinos, quarum effectus differtur poſt mortem, nu.110. Secus tamen in inſtitutis inter vinos, & ſtatur effectui actis. num.111.*

*Ad titulum capellaniæ non collatinæ poteſt quis ordinari ſi eſt perpetua tanquam ad titulum patrimonij, num.112.*

*Si appareat de vnica collatione, vel inſtitutione ordinarij, in dubio cenſetur capellania beneficium, num.113. in dubio vltimus ſtatus beneficij attenditur. nu.114.*

*Quando conſtat fundatorem voluiſſe facere capellaniam collatiuam, & beneficium, non videtur ſufficere fuiſſe collatam ſpatio 40. annorum, ſed quod requiratur immemorialis, nu.115. ſed contrarium tenetur, num.116.*

*Præſtimonia, & præſtimoniales portiones ſunt beneficia, num.117. & 118. quamuis aliqui contra teneant, & alij diſtinguant, num.119.*

*Gratia de beneficio ſimplici vacante per obitum. N. capit præſtimonium, num.120.*

*In expectatiua ad beneficium ſimplex, aut cum cura, vel ſine cura cõprehenditur præſtimonium, niſi in certis caſibus, 121.*

*In impetratione beneficij facienda eſt mentio de beneficijs obtentis, licèt de facto, & de iure ad rem, niſi vbi impetrans ignorat, nu.122.123.124. & 125. & de præſtimonijs, nu.126. & etiam de beneficio incompatibili vacaturo per aſſecutionem ſecundi, contra Gonçalez, num.127.*

65 NOn eſt autem opus addere in diffinitione beneficij, vt Nauar.d.q.1.de †redditibus, num.55. nu.4. & Doct. Sahagum in d.c.fin. de ſequeſtratione poſſ.num.20. & alij addunt, perpetuum in ſe ſaltem quoad obtinentem, aut vt Quintanaduennas d.lib. 1.Eccleſiaſticor.capit.3.& Duar.d.lib 2.cap.4. *& nouiſſimè Azor.2.p.lib.3.c.1.quæſt.2.* in perpetuum: non enim eſt de eſſentia beneficij eſſe perpetuum. *Villar del patronado de Calatayud.4.p.§.1.nu.9. & 10. ſupra re-*
66 *latus, nu.64.* † nam regularia beneficia de ſui natura ſunt manualia, & ad nutum amouibilia niſi ſint curata, aut electiua, Caſſad.deciſ.4.num.3. & deciſ.12. num.9.de præben. Achilles de Graſſis, deciſ.242.ſeu noua de præben.nu.3.& Rota deciſ.772. & 778.par. 1.diuerſorum.Selua de benefi,3.part.q.21.& 68. Rebuf.de pacificis poſſeſ.d nu.329 aliàs 272.Coſmas in pragmatica ſanct. tit.de collatio,§. item placuit verbo perpetuis, Mandoſ.reg.3. cancell.q.10.num.5. & quæſt.11.num.3.& eius filius Hor.Mandoſ.de priuil. ad inſtar.gloſ.6.nu.3.Flam.Pariſ.de reſignatione benef.libr.11. quæſt,3. num,81. Et poſt hæc viſus Gonçalez ad reg.de menſibus, gloſ.5.§.6. ex nu.6. & 58. *Perez de Lara de anniuerſar. & Capell.lib.2 cap. 6.nu.9. & Azor. 2.p.lib.3.c.26. quæſt.15.* Et Rota in vna Par-
67 meo. Prioratus.5. Iun.1595. Coram † D.meo Corduba Epiſcopo Pacen.in qua fuit dictum, (Quod in beneficijs manualibus non intrat reſeruatio, nec cadunt ſub reſeruatione,) Calder.conſ. 26. de præben. cum aliis, & quod manualia præſumuntur omnia beneficia regularia, quę nec ſunt curata, nec electiua. Mill.verbo beneficia regularia. Selua 3. parte queſt. 68. Caſſad.deciſ.4.de pręben. Mandoſ,regu.3.quæſt. 10.num.5.& q.11.num.2.& ad probandum quod ſit regulare ſufficit, quod ſit fundatum in Eccleſia Monachali, cum aliasibi ſęcularis eſſe non poſſit, ca,fin. §.precipimus. de ſtatu Monach. Abb.conſ,59. ad fin, libr.2. nec obſtat, quod ille, per cuius obitum vltimò vacauerit eſſet ſæcularis, quia, non reſiſtentibus regularibus, ſæcularis ſimilia beneficia obtinere poteſt,
68 d.§.præcipimus. † Rota etiam in Saguntina Theſaurarię, 29. April. 1596. Coram D.Orano *infra* adducta. 11.p.c.5.nu.181. *& in Fauentina iuris 28. Nouembris 1605. coram Domino Litta.*

69 Et certum eſt eſſe verè beneficia, & †ſic in eis committi ſimoniam, & confidentiam, Flam.Pariſ.de confidentia,q.16. quicquid Duarenus d.l.2,cap.4. dicat Prioratus clauſtrales beneficijs nõ annumerari, quia perpetui non ſunt, & Quintanadu.d.c.23.num.12.& Eman,Rodrig.quæſtionum regul,1.tom.q.32.art.2. *Num.69. & Ioan.Quintan.in cap.de multa de Prabend, num.27.*

Et beneficia ſecularia quamuis de ſui natura, ſeu
70 proprietate ſint † perpetua cap.pręcepta 55. diſt.ca. ſatis peruerſum, 56,diſt.cap.ſanctorum. 70,diſt.cap. vni de capellis monach.in ſexto, & ibi gloſ. ver.perpetui, Abb.in ca,2.de arbitris notab.1. Caſſad.d.deciſ.4.num.3. & d.deciſ.12.nu.9.Felin.in d.cap.in noſtra,nu.9.de reſcrip. Probus in d.ca. nullus.nu.17. de tempor,ordin.in ſexto,& alij relati ſupra num.61. & Mandoſ,d.q.11.Flam.d.q.3.nu.92,Gonçalez ſup.nu. 7.*Perez de Lara d.lib.2.cap.6. num.9. D. Cardin. Tuſch. concluſ 55.litera B. & 422.litera C.dicens, quod beneficia Eccleſiaſtica de ſui natura omnia ſunt perpetua de iure communi, & Rota in Burgenſ. dimidiæ portionis de Caſtillo 21. May 1607. coram D. Lancellotto.* & alij, tamen per
71 per Papam licèt non † per inferiorem poſſunt ad tẽpus concedi, cap.ſi gratioſè, de reſcrip.in ſexto, vbi Doct, gloſ,in d.cap. vnic. Felin. ſupr.& in c.fi. de iudic.num.6. Probus ſup. Selua d.quæſt. 21. Rebuf. in praxi,ti.requiſita ad collationem,nu.13. & 14.Mãd, d,q.11.num,3.Flam. Pariſ.de confiden.q.18. num.4, *Azor.2.p.lib. 6.cap.26.quæſt. 1. & 7.* & alij. Et ex fun-
72 datione † beneficia ſæcularia poſſunt eſſe temporalia & ad nutum amouibilia, Lapus allegatione 67, ſeu 66,nu,6.Mand.reg.34.q.11, Gonçal,ſup,num.8, *Perez de Lara d.c.6.nu,1, & Azor,d.lib.6.c.24.q.5. & fuit nouiſſimè reſolutum in Gienen,Capell.20. Iun. 1608, coram D,Lancellotto, nempè, quod voluit fundator ordinare Capellanos, ſiue Rectores non perpetuos ſed ad tempus, prout ipſi liberet, vt latè deducit Lambertin.de iure patron, lib.1.quæſtione 9,artic.2.&c.*

Quamuis Naua. conſ 5.de præben.& conſil.8. de
73 iure patr,num.7. † dicat capellaniam ſic fundatam etiam authoritate Epiſcopi non eſſe beneficium, qui
74 tamen d,conſ 8.nu,10.† admittit beneficia ſpiritualia poſſe eſſe, ſeu fieri temporalia per Papam, ſeu conſuetudinem immemorialem.

75 Et etiam ex conſtitutione ſeu ſtatuto beneficia † ſæcularia poſſunt eſſe temporalia, ſeu manualia, & ad nutum amouibilia, Lapus allegatione 9. Caſſad.d, dec,12.nu.9. quod tamen non videtur procedere in
76 curatis ex d,cap.vnico,† quamuis Nauar, conſ.9.de officio ord. & 17. de præben. dicat quod per ordinationem, qua capellania perpetua ſit ad nutum amouibilis, definit eſſe beneficium.

77 Et beneficia manualia eſſe verè † beneficia, & vt in talib.in eis committi ſimoniam, tradit Flam.Pariſ. d,quæſt,18. de confiden, *& Azor.2.p.lib.2. cap. 26. quæſt.12. vbi ait negari non poſſe, manuale beneficium eſſe propriè & ſimpliciter beneficium; nam abſolutè beneficium vocatur, & cætera habet, quæ beneficio conueniunt. Et ſequentur, in omnibus idem iuris eſſe de manualibus beneficijs,*

*ficijs, quod de cæteris, hoc ſolo dempto, quod beneficia manualia poſſunt ad nutum ſuperioris reuocari: & libr.5.cap.* 28.*quæſt.7.& lib.6.c.26.q.7.*

78 Et ita tenendum eſt, quamuis† Staphileus de literis gratię.9.forma expectatiuarum.num.29. & Gambarus de officio legati.lib.4. Rubrica.1.num.1.Lud. Gom.de expectatiuis.num.94.P. Greg.de benef.cap. 11.nu.12.& Zerola in praxi Epiſcopali.1.par.ver.beneficium.§.1. dicant beneficia manualia non eſſe verè, & propriè beneficia, quia non ſunt perpetua & Gonçalez ſup.nu.21. & 59. *Et quamuis Leſſius lib.2.ca.* 34.*dubit.1.nu.3.dicat, beneficium debere eſſe perpetuum, quia temporale non eſt beneficium, vt Vicaria temporalis; beneficia verò regularia eſſe beneficia, quia etſi tolli poſſint, id non habent ex ſua inſtitutione, ſed ex eo, quod is, qui ea obtinet, ſubiectus ſit ſuperiori quoad officia, habitationem, tamque vitæ directionem. Et quamuis etiam in dicta Fauentina iuris patronatus* 18.*Nouemb.*1605.*coram D.Litta dicatur, quòd beneficia manualia, vel de menſa, non vacent, nec conferantur vti vacantia, ex latè deductis in cauſa Tarniſina parochialis* 10.*Decembr.* 1603.*coram D.Ludouiſio. Et idem in Elnen. præceptoriæ* 14.*Maij* 1610.*coram D.Penia relata* 5.*p.cap.*1.*nu.*511.

79 Poteſt etiam dici eſſe de eſſentia† beneficij, quod ſit perpetuum ſaltem aptitudine, qualia ſunt manualia, quæ poſſunt eſſe perpetua, vt in d.Sagũtina Theſaurariæ, vbi quod ad eſſe beneficij Eccleſiaſtici requiritur, quod eius titulus ſit ſaltem aptitudine perpetuus. *Et ita poſt hæc viſus tenet Azor locis ſupra citatis num. 77.maximè d.libr.3.capit. 26.quæſt.12. vbi ait, manuale beneficium eſſe verè & ſimpliciter beneficium; nam non confertur ad tempus certum, ac definitum; hoc enim cum beneficij natura, & ratione pugnat; ſed ad tempus incertum & infinitum, ſcilicet quo ad illud reuocarit ſuperior: quod quidem beneficij rationem non tollit, aut minuit: cuius ratio non poſtulat niſi vt ad certum, & finitum tempus non conferatur: perpetuum enim in iure dicitur quod poteſt eſſe perpetuum, & quod certo tempore non terminatur, capit. clericos de cohab.cleric.ibi, perpetuam, & ibidem gloſ.& Doctores, l.iuris peritos, de excuſat. tutor. & l.ſufficit, de condict.indeb.&c. Et ita etiam poſthac tenet Perez de Lara d.lib.2.cap.1.à num.7.dicens, beneficia amouibilia, tam ſæcularia, quàm regularia, eſſe propriè beneficia, ex quo cõferuntur, & ſufficit quòd ſint perpetua aptitudine; & ſic dicuntur perpetua, & quia certo tempore non limitantur: neque ex eo quod ſint amouibilia, deſinere poſſe conferri in titulum, quia benè poſſunt dari in titulum amouibilem, &c. Authoritate tamen Papæ benè poterit eſſe, & dari beneficium ad certum tempus, cùm eſſe perpetuum ſolùm ſit de iure poſitiuo, & ex inſtitutione ipſius Papæ.*

Vnde infertur de beneficio manuali, & ad nutum
80 † amouibili, quod habet impetrans, faciendam eſſe mentionem in impetratione ſecundi Cald. conſil.9. de reſcrip.Fel.in d.cap. in noſtra cor.19. Ripa in cap. ad aures de reſcript.nu.12.Selua 3.part.q.11.num.8. Rebuff. de nominatio.q.9. nu.27.aliàs.25. Menoch. de arbitr.caſu.202.num.46. & Rota. in d.Seguntina Theſaurariæ velit nouiſſime Vuameſius conſ.228.

84 Secundò infertur, capellanias quæ† ſunt ad nutum amouibiles, non ex eo dicendas eſſe non eſſe beneficia propriè, quia ſunt amouibiles, vt inquiunt Staphil.& Naua.ſup. & Auent.in dictionario verſ.beneficia; ſed quia hæ vt plurimum non inſtituuntur authoritate Epiſcopi, vt ſint ſpirituales, & inter bona ſpiritualia computentur, ſed veluti ſalaria, & ſtipendia: Si tamen aliquæ eſſent ſic inſtitutæ, & erectæ au-
82 thoritate † Epiſcopi, vt eſſent ſpirituales, & collatiuę, verè eſſent beneficia, & obligarent ad horas canonicas, quamuis enim ille non eſſet beneficiarius perpetuus, tamen pro eo tempore, verè haberet ius ſpirituale ad percipiendos fructus capellaniæ, & ratione talis capellanię, gauderet priuilegio fori, licèt eſſet tantum in minoribus conſtitutus, ſeu clericus primæ tonſuræ, iuxta decretum Concilij, ſeſſ.23.de refor,c, 6.& quod beneficium manuale, & reuocabile ad nutum, & voluntatem conferentis, obliget ad horas tradit Açor.lib. 10.cap.4.quæſt.2. *Et Perez de Lara dicto libro 2,cap.6 num.15. qui num.ſequent.ait ſic, & ſubſidiũ ſolui ex his Capellanijs amouibilibus, vt diſponit conſtitutio Clementis octani* 24.*Februarij* 1604.*cuius verba ponit, quam ait verè eſſe extenſiuam & ampliatiuam primæ conceſſionis ſubſidij, quæ loquebatur de Capellanijs perpetuis. Ego verò exiſtimo eſſe declaratoriam, vt magis indicant ipſius verba: nam & iuxta primam conceſſionem debebant contribuere habentes huiuſmodi Capellanias amouibiles in titulum, quæ ſunt verè beneficia; & etiam dicuntur Capellaniæ perpetuæ iuxta prædicta; & de iſtis Capellanijs titularibus ad nutum amouibilibus loquitur dictum Breue Clementis Octani, vt colligitur ex verbis ipſius ibi; Aequèac alij titulares ſupra dicti: hoc namque implicat dictio, alij, ex gloſ.in.communiter recepta in l.ſi fugitiui, C.de ſeruis fugitiuis & colligitur etiam ex illis verbis, ipſis ad nutum concedi ſolitas; nam verbum, concedi, titulum & collationem demonſtrat, vt in titulo de conceſſione Prabend. & ita docet Perez de Lara ibi. Et de huiuſmodi Capellanijs amouibilibus titularibus videtur loqui Breue Pauli Quinti* 12. *Nouemb.* 1609.*ſuper confirmatione concordiæ ſtatus Eccleſiaſtici, relatum per eundem Perez de Lara in compendio de las tres gracias libro* 2.*del ſubſidio, pagina* 4.*vbi diſponitur, debere contribuere in ſubſidio Capellanias amouibiles habentes bona, & reditus determinatos ad ſuam ſtabilitatem & prepetuitatem, licet fundatores diſpoſuerint, quòd ex eis non ſoluatur ſubſidium.*

83 Non tamen poterit quis ad ſacros† ordines promoueri, ad titulum talis capellaniæ ad nutum amouibilis, quantumuis ſit collatiua, nec alterius beneficij manualis, Mayol.de irregular. lib.4.cap.15.nu.4. Saldedo in prac.crim.Bernard.Diaz.ca.18.nu.8.Flo. Pari.communem dicens de reſignatione benefi.lib.2. quæſt.6.nu.2. & 3.Zerola in praxi Epiſcopali 2.part. ver.dimiſſoriæ ſub §.9.Marcus Ant.Genuer.in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapol.c.81.ſub num.2.Enriquez in ſum.lib.10.cap.17.§.3.Man.Rodrig.in ſumma.2.tom. cap.15.nu. 12.P. Ledeſ.in ſum.1.part.de Sacram. ordinis. cap.7.11. concluſione. Zecchus de republica Eccleſiaſtica c.de clericis. ſub num.7.verſ. 84.& Soirus de cenſuris.lib.4.cap.14.nu.20. *Et Vgolin.de officio, & poteſtat.Pap.cap.*26.§.8.*num.*3.titulus
84 enim ad quem quis ſacris† ordinibus ordinatur debet eſſe perpetuus, tam ex parte dantis, quam recipientis, vt colligitur ex S.Concilio Triden.ſeſſ.21.de refor, cap.2. capellania autem etiam collatiua ita
85 fundata vt ſit† amouibilis ad nutum patroni, poteſt patronus ad nutum ſuum, & liberam voluntatem, (id enim importat verbum, ad nutum, Fel.in cap.per tuas de maior. & obed.nu.3.ad fi.Mandoſ.d.reg.34. quæſt.11.& Rota.d.Deciſ.778.part.1.diuer.& patet ex ipſa ſignificatione vocabuli, quod accipitur pro voluntate, Calep.verſ.abnuo, & alia dictionaria, & *Nicol, Perot.in cornucop.epigram.*12,*circa fin.col.*699.& verbum

verbum voluntas, importat liberam, & absolutam voluntatem, & non regulatam. Fel.in cap.1. de constit.sub num.51.versic.& si dicatur committimus voluntati tuæ.Ia.in l.si sic ff.de lega.primo.à num.17. Meno.de arbitr.lib.1. quæst.7. à num.2. qui alios referunt) absque aliqua causa amouere capellanum, aliumque ponere seu præsentare, Lamber. de Iure patr.1.l b.quæst.9.art.1,num.71.& art.2.qui quam-
86 nis.d.ar.2.num.15. id admittat † pro prima vice dũtaxat, procedet tamen toties quoties voluerit patronus, quia ita est de intentione disponentis; eademque ratio militat in vlterioribus vicibus, quæ in prima, nec est maior ratio de vno capellano, quam de alio,ita Io.Gutier,pract,q.lib.3.quæst.11.

Qui etiam ait quod non poterit ordinarius defti-
87 tutum † tueri in suã possessione.pro quo facit quod vt fuit dictum in vna Elboren. distributionum. 29. Mar. 1599.coram D.Meo Cordubа,possessio ad tempus,illo elapso, non dicitur amplius possessio, ex natura temporis limitati.l.imperator. de postulãdo. l. statu liberi.§.Stichum.ff. de lega.2. & possessio data per tempus limitatum, vel vt aliquid adimpleatur, cessat illo impleto, vel transacto tempore, Decia.cõs. 108.num.19.to.3.& possessio,quam habet huiusmodi capellanus amouibilis, est ad tempus, scilicet,donec amoueatur, seu dum non amouetur, vel reuocatur. *Et facit etiam quod tradit Tiraquel. in l. si vnquam, verbo reuertatur, alias 278. & hoc est quod ait Perez de Lara dict.lib.2.de anniuers.& Capell.ca.6.nu.20. & 21. quòd is Capellanus amouibilis non possidet contra patronũ, & sic non competunt ei remedia possessoria, &c.*

88 Et quidem in beneficijs manualibus † & ad nutum amouibilibus, potest fieri reuocatio sine causa, malitia cessante. Card. in clem.1.§.præmissa,num. 4.de suppleu.neglig.prælatorum,Decius in c.ad nostram, num.23.de confirmat.vtili.Cosmas d.tit.de collatio. §.item placuit. ver,perpetuis. Selua. 3.p.q.68. in fin. Nauar. commen.2.de regular.num.65. Man.Rodriguez quçst.regul.1. quæst,34.art,9. licèt contrarium dicat ar.2.Açor vbi supra, & fuit tactum in vna Burgen.amotionis magistri capellæ 11. Decem.1581.coram D.Blancheto & in d,Decis.778.part.1.diuersorum Gonçalez sup. à nu.46. *Perez de Lara dict.cap.6.à num.22. Gratian.discep.forens.cap. 167.num. 21. & 27. & nouissimè in causa Pacen.Capellaniarum 22.Iun.1609. coram D.Canallerio fuit resolutum, Rubr.bon.memor.*

89 Nec in eis procedit regula de † triennali quo minus possint amoueri, Rebuf.de pacificis poss.limitatione.6.num.329.alias.272. et seq. Mando.d.reg.34. q.11. Mohed.dec.10. de causa poss.Rota dec.739.n. 7.p.11. diuers. et Gonçalez sup.num.16. *& Perez de*
90 *Lara d.c.6.nu.21.* quicquid alij dicant, et alias † Boerius. Decis. 149. Capicius. Decis.119. et Burgos de Paz.cons.21.nu.5. et quamuis Zeuallos in suis communes quæst. 425.in fi.cum Guttierrez.d. quæst.11. num.6. dicat in capellania ad nutum patroni, vel Episcopi concessa,quod sine causa auferri non potest, et ita pluries vidisse iudicatum, cum tamen Guttierrez.d.quæst.11.contrarium teneat. *Et quamuis D.Cardin.Tusch.conclusione 55,num,8.litera B.dicat,quòd etiãsi ex fundatione possit beneficiatus ad libitum amoueri,adhuc sunt perpetua beneficia, quia intelligitur cum causæ cognitione, ex Bologn.in apostilla ad cons.Ioan. Anan.14.in fin.verb.præterea.*

Et si de facto quis ordinetur sacris ordinibus, ad
91 titulum capellaniæ ad nutum † amouibilis, non ex eo mutabitur eius natura, seu qualitas, maxime si id fiat sine expresso consensu patroni nec enim potest ordinarius etiam cum consensu patroni tollere qualitatem fundationis, cum sit in fauorem Ecclesiæ, & vt melius seruiatur beneficio, vt aliàs dicetur.7. par. cap.1,2 num. 102. *Et conducit quod ait Gonçalus Mendez Vasconcellos diuers.iur. argument. libro 4.capit.8.nu. 8.& 9. quòd quando Episcopus ordinauit aliquem ad titulum officij cantoris,quod non erat perpetuum, sed temporale, & amouibile, poterit nihilominus auferri, quia non potest prædecessor Episcopus assignare officium, quod aliàs est temporale,& amouibile.in perpetuum presbytero ordinato, & eo modo præditum officium facere perpetuum, Molin, de primogen.lib.1,cap.23.à num.17.nec obstare Concilium sess.21.ca.2.quia non procedit in his,quæ Episcopus non potest facere perpetua: sic Episcopus, qui ad sacrum ordinem promoueret illum presbyterum, qui stipendium temporale, & non perpetuum habebat,vel patrimonium assignaret,qui non potuit assignare,male faceret;nec id,quod aliàs erat alienum,vel temporale,potuit facere proprium ordinati,vel perpetuum,ita vt semper ipsius presbyteri remaneat.Vnde non est verum quod ait Piasecius in praxi Episcopali par.1.cap. 1.num. 45.quod deputati ad Capellanias, hospitalia, commendas, seu quæuis beneficia manualia ad nutum amouibilia,potest promoueri ad eorum titulum; sed ab eisdem seruitijs amoueri non poterunt, nisi habita alia prouisione sufficienti, etiam in præiudicium patronorum; qui sibi ipsis imputare debent,quod talem permiserunt promoueri ad huiusmodi seruitium; nec possunt ipsum amouere pro ea vice; & allegat Paris.lib.2. de resignat,quæst. 6.num.84, Gonçalez gl.5.§.6. qui id non dicunt: & in argum.quoddam rescriptum,& Breue datum Patriarchæ Venetiarum ibi allatum,de quo infra 2.p.cap,5. num.98.*

92 Quinimmo etiam ad titulum † capellaniæ amouibilis nõ ad nutum, sed ex iusta causa, vt si capellanus non bene seruiat vel alias, non videtur quis posse sacris ordinari, quia adhuc talis capellania non est perpetua, cum possit amoueri ex causis in iure non expressis.

93 At vicaria temporalis, seu ad nutum † amouibilis non est beneficium,nec titulus beneficialis; quia non confertur in titulum, sed est simplex salarium,seu stipendium.Calder.cons.9.de rescrip,num.2.Rebuf. de nominatio. quæst. 14.num. 62. & in praxi. tit.de dispens.ratione ætatis.verbo,vel earum perpetuæ vicariæ.& sentit Flores de Mena.q.10.nu.26.vbi ait,quod nominatio vicariorum ad nutum amouibilium, pertinet ad prælatum, seu prælatam monasterij, cui beneficium vnitum est, & Episcopus solum debet approbare, & admittere & licentiam administrandi sacramenta dare, si vicarius idoneus inuentus fuerit, quem potest examinare, neque vlla alia requiritur collatio,aut institutio,& quod sic nouissimè declarauit.S.cong.concil.vt vidit in publico instrumento ex Roma misso, & post hæc latè tradit Gonçalez glos.5, §.3.à num.35. *Et Açor,2.p.lib,3.c,6.q.5, & 6.*

94 Et fuit resolutum in vna Salamantina † vicariæ
☞ 15.Mar.1596. coram illustrissimo D.Blanchetto, vt in seq. Dec. Resolutum fuit non intrare gratiam Io.Perez, & sic dandum mandatum de manutenendo Abbati,huiusmodi enim Vicariæ ad nutum amouibiles, non sunt tituli beneficiales, nec impetrabiles. Rota Dec.2. de excess.prælatorum in nouis, non facta mentione manualitatis. Cass.ad Dec.4.de præ-

ben.

bend.Calder.conſ.26.eod. tit. Simoneta Dec. 30.p. 2.quod autem vicaria, de qua agitur ſit talis, appa-ret per vnionem factam à fel.record.Pio.4. huius be-neficij monaſterio, in qua datur facultas apponendi vicarium monachum,ſeu ſæcularem,ad nutum amo-uibilem,cum decreto irritante,& clauſula ſublata. Cui facultati accedit alia conceſſa per conſtitutio-nem Fel.record.Pij.5.num.46.& fuit reſolutum in d. Congr. Concilij.Non obſtat nominatio Abbatis fa-cta de vicario perpetuo anno. 1577. primo quia Ab-bas non potuit in hoc præiudicare Eccleſiæ.Vital.in clem.num.156.& 157.de off.vicarij, neque etiam in poſſeſſorio, non ſolum propter proteſtationem fa-ctam in ipſa nominatione, per quam cenſetur præſer-natum omne ius monaſterij.l. ſi debitor §. 1. quibuſ-modis pignus,vel hypoteca ſoluitur. ſed etiam quia facto ſuo Eccleſia à poſſeſſione non cecidit.Innoc. in cap.in literis,de reſtitutione ſpoliat.deciſ. 1. eod.tit. in nouis.idque multo magis, quia in hac vltima va-catione fuit ſuſpenſum per ordinarium decretum de-putationis vicarij perpetui, & permiſſum abbati, quod poneret ad nutum amouibilem; nec applican-tur quæ deducuntur de vltimo ſtatu, quia probato anteriori,prout hoc caſu, oportet probare poſterio-rem ſpatio.40.annorum,Rota dec.2.num.1. de præ-ben.in nouis,Felin. in cap. in noſtra, num. 43. de re-ſcrip. vide dicta.11.par.cap.2. *Et eſt declaratio S. Con-gregationis Concilij in vna Ciuitaten.quæ ſic ait, Capitulum Eccleſiæ Ciuitaten.habet vnitas menſæ nonnullas parochia-les,quibus ab immemoriali tempore deſeruiri faciunt per Vi carios ad eorum nutum amouibiles,iuxta facultatem ſibi ex-preſſè a Sede Apoſtolica conceſſam. Hi nunc ex declara-tione S.Congregat. non poſſunt deputari niſi prævio exami-ne,& approbatione Epiſcopi: & ſic deputati poſſunt ad nu-tum Capituli,& ab ipſo quoque Ordinario amoueri. Que-ritur,an amotio ab Epiſcopo fieri poſſit ſine cauſa? Congre-gatio cenſuit,Vicarios ipſos poſſe à Capitulo amoueri ad nu-tum Capituli; ab Ordinario verò non niſi ex cauſa legiti-ma, atque probata, propter quam, etiamſi perpetui eſſent, amoueri poſſent.*

*Nec prædictis obſtat deciſ.Rot in cauſa Salamantina ſti-pendiorum 6.Iunij 1603.& 16.Ianuarij 1606.coram D. Lancellotto, vbi fuit reſponſum,quod Capellani ad nutum amouibiles cùm non habeant titulum, non poſſunt iuuari quaſi poſſeſſione prædeceſſorum,neque ex ea pretendere ma-nutentionem in poſſeſſione ſtipendij,prout neque poteſt con-ſiderari aliqua poſſeſſio reſpectu ipſarum Capellaniarum, quia cùm ſint manuales,& ad nutum amouibiles, non ſunt tituli beneficiales,Calder.conſil.26.de Præbend.& fuit dic-tum in d. Salamant. Vicariæ, quamuis reſpectu Eccleſiæ, vel altaris,vbi ſunt dictæ Capellaniæ, poſſit conſiderari di-cta quaſi poſſeſſio,Caputaquen.deciſ.170.par.3.Couar. li. 3.var.cap.16.num.13.& ſic ei dari manutentio ad petitio-nem Rectoris,ſeu Patroni,qui pro ea agere poteſt, &c. Nã iſta reſolutio procedit, & loquitur in Capellanijs ad nutum amouibilibus,quæ non ſunt collatiuæ,ſed ſtipendia,ſeu ſala-ria,nempe quæ ſunt in Eccleſia Sanctæ Vrſulæ Ciuitatis Sa-lamantinæ, & conſtat ex allegatione dictæ Salamantinæ Vicaria,& cætera.*

Cæterum capellaniæ perpetuæ nulli dubium eſt
95 quin ſint beneficia † Eccleſiaſtica, quando ſint inſti-tutæ,& erectæ authoritate apoſtolica, vel ordinaria, vt ſint ſpirituales, & beneficia Eccleſiaſtica quæ di-cuntur capellaniæ collatiuæ, & conſequenter obli-gant ad horas canonicas,glo.tit. in clem. 2. de deci-mis in fi.Rota deciſ.11.de iure patr.in antiquis Feli. in cap.ex parte.2.num.2.de reſcrip.& conſ.41.& 45. Dec.conſ.210.nume.4.Guido Papa.deciſ.187.Silua de benef.1.par.quæſt.3.nu.101. Bellenzinus de cha-ritatiuo ſubſidio quæſt.73. Rebuf. in praxi tit. ſæcu-lare beneficium quotuplex,num. 14. & 15. & de pa-ciſcis poſſ.à num.102.alias.87.Sarnen.in reg.de an-nali quæſt.20.vbi Mando.quæſt. 17. Bermon. de pu-blicis concubinarijs.verbo Papa, num. 5. Auend. in dict. ver.beneficios M.A. Marſil. Columna de eccleſ. redditibus cap.14. num. 2. Fuſcus de viſitatione lib. 2.cap.11.num. 2. Salcedo in pract. crimin. Bernard. Diaz cap. 18. nu.9. Aceuedo in l.1.tit.4.lib.1.recop. num.7.Solis de cenſibus lib.2.cap.vlt.nu.15. Zeual-los quæſt.693.nu.19. A. Rochus de viſitatione ver. capellanias.Zerola in praxi epiſcopali.1. Par. ver.be neficia §. 1. ad fi.& 2.par.eod.ver.§.10.& ver.capel-lania. & Naua.de oratione cap.20.nu.17.Io.Medin. de oratione quæſt.7.Corduba in ſum.q.186. pun. 3. verſic.lib.5.Lud.Lopez inſtruc.conſc.1.to.cap.244. ad fin.& 2.toto cap.105.Man.Rodrig.in ſum.1. to. cap.140. Vega in ſum.1.par.cap.128.caſu 13.verſic. quinto Io.Bap.Corradus in reſponſis caſuum conſc. quæſt.240.in additione Acor.lib.10.cap.3. quæſt.5. *& 2.p.lib.3.cap.8.quæſt.3.Leſſius d.lib. 2. cap. 34. num. 3.& 4.Suar.de relig.2.tom.tractat.4.lib.4.cap.22.nu.11. & ſeq.Fr.Raph.de la Torre de relig.1.tom. tractat.de bo-ris Canon.controuerſ.6.diſp.6.num.7.&* p. Ledeſ.in ſum. ſecunda par.tract.9.cap.4.6.concl.7.diffic. & nouiſ-ſime poſt hæc Gonçalez gloſ.5. num. 68. *Alexand. Moneta de decim.cap.9. num.21.Perez de Lara d.lib.2.c. 1.nu.16.& D. Frechilla in lectura impreſſa cap. admonet, de renunt.nu.5.& Ioan.Gut.de gabel.q.91.nu.13.& 14.*

☞ Vnde in vna Burgen.Iuriſdictionis. 8. Iun. 1587.
96 coram † D. Seraphino fuit reſolutum: Verba con-cordiæ inter clericos, ſeu presbyteros perpetuos be-neficiatos Eccleſiæ comprehendere omnes benefi-ciatos etiam capellanos ex proprietate verborum.

97 Et tunc non tenet prohibitio † teſtatoris quod or-dinarius non ſe intromittat in earum promiſſione, ſed ad ſolos laicos ſpectet, nec pœna adiecta ex cap. 2.10.quæſt.1.Rota deciſ. 10. de teſtam. in antiquis. Ripa in l.nemo poteſt ff.de legat.1.num.127.& 129. Lamber.de iure patr.1.par.1.lib.art.10.& 105.Man do.de ſignatura gratiæ. tit. de exemptio. verſic. am-plia etiam Couar.in 4.2.par.cap.3.§.1.num.20.& in cap.tua.de teſtam.num.8.Greg. Lopez in l. 1. tit. 15. par.1.verſ.dote.Fuſcus vbi ſupra à nu. 12.ad. 15. Io. Gutierr. in Rep. d.l.nemo poteſt ex num.499.Spino de teſtam.gloſ.4.à.num.93.& num.93. & Gonçalez ſup.nu.42.*Perez de Lara d.c.1.nu.16.cum ſeq. & num. 47.Frechilla d.nu.5.& Villar del patronado de Calatayud 4.p.in princ.nu.3.*& alij, quicquid dicat Menchaca de ſucceſſionum creatione.§.7.n.17.cuius opinionẽ ſal-uat Gonçaleza num. 46. intelligendo eam in ſecun-do caſu, quando in fundatione nulla interuenerit authoritas Epiſcopi,& capellania non eſt reuera be-neficium Eccleſiaſticum, vel quando licèt Epiſcopi authoritas interueniat, ipſemet Epiſcopus in ipſa fundatione conſenſit d.cõditioni, ſed certe ſi au tho-ritas Epiſcopi interuenit ad erigendum capellania in titulum,& creandum beneficium, d. conditio non valet etiam ſi Epiſcopus ei in ipſa fundatione con-ſentiat. ex allegatis, ſi vero conſtat fundatorem nol-le facere beneficium, & capellaniam collatiuam, va-

lebit,

lebit, d. conditio ſiue intercueniat authoritas, & conſenſus Epiſcopi, ſiue non: nam etiam ſine conſenſu Epiſcopi, poteſt inſtitui capellania non collatiua, & alia opera pia *Perez de Lara d.cap. 1, num. 15.* quicquid dicat Gonçalez, num. 48. de quo infra.

88 Quamuis ab adminiſtratione, cura. † & viſitatione iſtarum capellaniarum etiam collatiuarum, bene poſſit fundator excludere ordinarium, ex S. Concilio. Trid. ſeſſ. 22. de reformatione cap. 8. & 9. niſi in caſu negligentiæ cap, tua de teſtam, vt ſæpè cenſuit S. Cong. Concilij, & ex eius voto ita nouiſſime declarauit S. D. N. Paulus. 5. die, 7. Apr. 1606. in cauſa Abulen. pro Comite de Oropeſa, contra Epiſcopũ, vt in eius breui ſub annulo piſcatoris. *quicquid velit Perez de Lara d. cap, 1, nu. 15, & 20.* Sed non cenſetur
99 excluſus a viſitatione, ex eo quod in fundatione † alicui committatur viſitatio, vt aliàs cenſuit ead. S. Cõg. Concilij in vna Abulen, viſitationis hoſpitalis de Ol-
100 medo contra † Priorem Monaſterij de la Mejorada. Nec contrarium poſtea cenſuit S. Cong, in alia declaratione ad inſtantiam d. Prioris facta, & confirmata per Breue Clem. 8. datum die, 22. Aug, 1600, quia cũ narratum fuiſſet quod in fundatione, & dotatione, d, hoſpitalis ſpecialiter cautum eſt quod per. d, priorem & non per alium ipſum hoſpitale viſitari, & adminiſtrari deberet, ſolum ibi dicitur iuxta declarationem, aliàs in d. cong. factam decreto, d, cap. 8. non eſſe ſublatam fundationem. *Et ita contra dictum priorem ſolum informantem tenuit Rota in iſta cauſa Abulenſ. iuris viſitandi 10. Nouemb. 1600 coram D. Ludouiſio.*

Licèt in terminis d, breuis S. D. N, Pauli V. cen-
101 ſeatur excluſus † Epiſcopus a viſitat. hoſpitalis, & collegij aliorumque piorum operum D. Franc. de Toledo. Pro regis Indiarum, ex eo quod fundator eorum curam, & viſitationem Comiti de Oropeſa patrono ab eo deputato committit, præmittens id facere, quia Epiſcopi Abulen. non ſolent ſe perſonaliter conferre ad oppidum de Oropeſa, & propter plures occupationes, & obligationes eorum.

At capellaniæ etiam perpetuæ fundatæ & ordi-
102 natæ † ſine auctoritate ordinarij, quæ nõ ſunt ab eo approbatæ, & ſpiritualizatæ, non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, nec ab ordinario cõferri poſſunt, ſed ſunt ſub pia diſpoſitione fundatoris, & eius hæredum, ſeu ſucceſſorum, qui poſſunt tales capellanias donare ſine Epiſcopo, quibus voluerint, dummodo ſint idonei iuxta diſpoſitionem fundatoris, ita Guido Papa d. deciſ. 187. Rebuff. de pacificis poſſ, num. 349, aliàs 287. verſ. & ideo P. Greg, de benef, cap. 11. num. 10. Naua. conſ. 5. & 7, num. 1, de præben. Alu, Valaſcus conſulta, 80. num. 12. & 13. par. 1. Rochus, & Azor, vbi proxime *& Alex, Monet. d. c. 9. de decimis, num. 21.* quamuis de iure non poſſe ſtare dicat Gerola ſupr. & quod capellaniæ ſeu capellæ non ſint beneficia Eccle-
103 ſiaſtica niſi ſint per † Epiſcop. ordinatæ & approbatæ, tradunt Feli. Rebuffus, Bermon, Salcedo & alij relati ſup. nu. 95. & Spino ſup, num. 42. *& Açor, Suar. Torre, & Frechilla, nu. 5, & 7. & pradicta ſequitur.*
104 *Villar. d. 4. p. §. 1. ex nu. 2, & num. 9. &c.* † & Nauar, Corduba, Lud, Lopez, Man, Rodrig, Vega, Corradus, & Azor. ibi citati inquiunt quod capellaniæ inſtitutæ a ſolis teſtatoribus, vel donatoribus citra authoritatem Papalem, vel Epiſcopalem, non ſunt collatiuæ, nec beneficia, neque obligant ſuos poſſeſſores ad horas Canonicas, & prædicta ſequitur poſt hæc Gonçalez ſupra à num. 20. qui tamen male ait, nume. 35. cum Pariſio conſ. 14. libr. 4. quod Epiſcopus non habet in talibus capellanijs ius viſitandi, quod non eſt verum; nam quamuis non ſint beneficium, ſunt tamen opus pium, & ſic poſſunt ab Epiſcopo viſitari; niſi aliud in fundatione cautum ſit, vt in d. cap. 8. & 9. Concilij ſeſſ. 22. de refor. & ita videtur ſentire idẽ Goçnalez inferius. num. 45.

105 Vnde apparet in huiuſmodi † capellanijs valere ordinationem fundatoris, ſeu teſtatoris, quod ordinarius non ſe intromittat in earum prouiſione, ſed ad ſolos patronos ſpectet, vt in informatione, ſeu diſcurſu poſito. 2. par. Deciſionum diuerſorum poſt Deciſionem. 310. nu. 3. *Frechilla c. admonet. nu. 6. & Villar d. 4. p. in princ. nu. 3. vbi ait, quòd quando non fundatur beneficium Eccleſiaſticum, ſed ſeruitium, poteſt fundator mandare, quod Epiſcopus non inſtituat ſeruitorem, ſeu Capellanum, & aliam quam voluerit adhibere conditionem, arg. l. in re mandata, C. mandati, & in expreſſo Menchaca de ſucceſſ. creat. lib. 1. num. 15. Conar. in 4. 2. par. cap. 3. §. 1. num. 20. apparet etiam.* & male agere ordinarios qui faciunt inſtitutionem, & collationem de capellanijs contra voluntatem fundatorum, & teſtatorum, qui noluerunt eas eſſe collatinas, moti aliquãdo, ne imponatur eis ſubſidium, bonis & reddibus Eccleſiaſticis imponi ſolitum, nec eſt in ipſorum ordinariorum poteſtate illas facere collatinas, & erigere in beneficia Eccleſiaſtica contra teſtatorum voluntatem, etiam de conſenſu patroni, ad clem. quia contingit. verſic. cum tamen ea. de relig. domib. & quæ tradit Mando. in reg. 34. quæſt. 11, nu, 2. ita Spino. d. num. 42. & Humada ad Greg. Lopez d. l. 1. tit. 15. part. 1. glo. 6. & Zanallus quæſt. 282. nu. 23. 28. & 29. dicens quod ita ſeruatur in Cancellaria Pinciana, & Azor, & Gonçalez ſup. à num. 44. & ita etiam tenet Rota vt in Deciſionibus ſequentibus.

## *Salernitana oratorij. 13. Mar. 1559. coram D. Quiroga.*

106 TEſtator legauit nonnullos † hortos cuidã preſbytero Maſſello cum onere celebrãdi miſſam qualibet hebdomada in Eccleſia B. Mariæ, et poſt mortem eius voluit, vt hæredes teſtatoris eligãt alium ſacerdotem, cui concedant illa bona per annos decẽ & non vltra, cum prædicto onere, & ſucceſſiuè alius eligatur poſt dictos decem annos. Nunc quia reperiebatur hoc tanquam beneficium ſæpius fuiſſe impetratum, hæredeſque teſtatoris impediebantur elìgere ſacerdotem ex reg. de triennali, dubitatum fuit an prædicta reg, illis obſtaret, Rota reſpondit ſecundum ea, quæ proponebantur, non eſſe locum reg. de triennali, cum hoc non ſit beneficium, ſed oratorium priuatum, in quo non adfuit conſenſus Epiſcopi, ideoq; non potuiſſe impetrari vt beneficium, nec conferri in titulum. Abb. in cap. fi. de cenſibus. Bald. cõſ. 5. in tertio, & ſi aliter fuit impetratum, gratia fuit ſurreptitia, nec conſideranda Dec. conſ. 548. col. 1. Fel. conſ. 41, col. 1. & 2. Quamuis autem non ſit beneficium eſt tamen ſeruanda voluntas teſtatoris, quo ad ea quæ reliquit, iuxta eius diſpoſitionem. Feli. d. conſ. 41. num. 6. & ſeq. Card. conſ. 81. hæc autem firmata ſunt circumſcripto vltimo ſtatu, & nonnullis alijs, de quibus in facto.

Sala-

*Salamantina capellaniæ 23. Mart. 1583, coram D. Seraphino.*

107 DVbium habet duas inſpectiones † quarum altera eſt, an teſtator voluerit erigere beneficiũ Eccleſiaſticum, altera quiſnam ſit præferendus Hieronymus an Fran. Quantum ad priorem Domini inclinabant, quod noluit teſtator erigere beneficium Eccleſiaſticum, cũ velit, quod huius capellaniæ prouiſio ad ſolos laicos ſpectet, qui obtinebunt maioratum, quod fieri non poteſt, nõ enim loquitur de præſentatione, ſed de prouiſione & manifeſtius ex quo vult, quod nec Papa nec alius quiſpiã ſe intromittat in huiuſmodi prouiſione, ex quibus apparet noluiſſe erigere beneficium, cum id ſine canonica inſtitutione à quoquam obtineri nõ poſſit. cap. beneficium de reg. iur. in 6. quod etiam confirmatur ex eo, quod in euentum quod aliquis ſe intromiſerit, reuocauit legatum nam ſi eſſet beneficium fieri non poſſet, & non eſt præſumendum, quod elegerit viam per quam voluntas ipſius impugnari poſſit. d. l. 3. de militari teſt. Anchar. conſ. 197. num. 7. Rota deciſ. 10. de teſtam. in antiquis, & licèt vocet capellaniam tamen intelligẽdum cum his qualitatibus quibus fieri poteſt, vt per Sarnen. de annali q. 20. & de valore. q. 4. quantum ad ſecundam inſpectionem, Domini dixerunt præferendum eſſe Hier. quia eo inſtante, & iudicialiter agente capellania iſta fuit in eſſe deducta, & voluntas teſtatoris impleta, quam hæres exequi negligebat. ideo cũ ſit in pari gradu, cũ Fran. & plus illo contulerit, & ſuſpecta ſit concluſio inter patrem & filium, & concurrant etiam aliæ qualitates in Hier. eſſe gratificandum vt per Lambert. art. 16. 5. q. princip. 3. p. 2. lib. neque obſtat, quod in his non poſſit ſe intromittere ordinarius, quia eſt caſus omiſſus à teſtatore, nempe propter negligentiam hæredis, quæ facit vt ſaltem pro illa vice ius deuoluatur ad ſuperiorem. cap. ſi verò. de iure patr. gl. in c. 1. de off. cuſtodis, & c. ea quæ. de off. Archid. & regulariter Epiſcopus eſt executor vltimarum voluntatum ad piam cauſam. Clem. 1. de teſta. & in Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 8. de refor. nõ obſtat quod Franciſcus ſit pauper quia habet patrem diuitem, qui eum alere tenetur, & ideo concluſum ſententiam ordinarij in hac parte eſſe confirmandam.

*Et nouiſſimè poſt hac prædictam doctrinam ſequitur Perez de Lara d. lib. 2. c. 1. à nu. 10. & 22. qui ait, q cùm iubet teſtator, q ex fructibus bonorum relictorum celebrentur annuatim miſſæ, pro eius anima per clericum nominandum à certo patrono à ſe relicto, tunc bene poteſt addere conditionem, quòd Epiſcopus non ſe intromittat ad conferendum clerico nominato per patronum, & quòd hoc ſeruitium non ſit Capellania collatiua, ſed memoria & anniuerſariũ miſſarum, ita quòd non ſoluatur ſubſidium, vt non ſoluitur ex his memorijs, quorum bona non ſunt ſpiritualizata, & à nu. 22, inquit, quòd ſæpiſſimè contingit fieri ab imperitis literarum, maximè ſæculus, anniuerſarium miſſarum, & vocant illud Capellaniam, diſponendo quòd patronus faciat miſſas dicere per clericum, ſeu clericos, adijciendoque alia verba, ex quibus clarè colligitur, quòd mens relinquentis non fuit inſtituere Capellaniam, ſed anniuerſarium miſſarum: nam eo caſu licèt teſtator, ſeu relinquens vtatur verbo Capellaniæ, non debet Capellania iudicari, nec bona erigi in ſpiritualibus, ſed reliqui in ſua temporalitate pro anniuerſario miſſarum: & perperam faciunt Ordinarij, ſi eam vt Capellaniam conferant contra eius voluntatem, arg. l. non aliter, ff. de legat. 3. l. cum de lanionis, §. aſinam de fund. inſtructo. l. 3. §. conditio, de adim. leg. l. non omnis, ff. ſi cert. petat. cum alijs. Quamuis Perez de Lara ibi confundens doctrinam Doctorum videtur loqui de bonis relictis laicis, vt ab eis poſſideantur cum onere miſſarum, quæ dicuntur anniuerſaria laicorum, vt conſtat ex nu. 12. vbi ait, quòd iudices ſæculares de his cognoſcunt, non Eccleſiaſtici; & num. 34. vbi ait, quòd dicitur iſta Capellania ſæcularis & prophana; & nu. 41. vbi ait eum Aucud. poſſe talia bona collectari & onerari, ſicut bona temporalia aliorum ciuium, deducto onere pio; & ex cap. 6. ſub num. 16. vbi ita ipſe declarat, & ait, quòd quamuis bona relicta laicis cum onere miſſarum, ſeu anniuerſariorum, non contribuant in ſubſidio, quia non ſunt Eccleſiaſtica, ſed temporalia & prophana, & in regimine laici, & iudicis ſæcularis, & contributio ſubſidij ſolùm fit de redditibus Eccleſiaſticis, vt in bullis conceſſionis; tamen Capellaniæ non collatiuæ, quorum bona ſtabilia, certa, & determinata poſſidentur à clericis, quibus ſunt relicta, debent contribuere, & comprehenduntur etiam in conſtitutione Clementis Octaui, de qua ſupra num. 82. quia ea bona, quæ ab eiſdem clericis poſſidentur, verè ſunt translata in patrimonium Eccleſiæ, & ſic Eccleſiaſtica, quod enim relinquitur clericis, Eccleſijs cenſetur relictum, l. annua, §. Attia, ff. de annal. leg. & ſunt in Eccleſiæ regimine, cap. nouerint. 10. quæſt. 1. & ſic eorum redditus Eccleſiaſtici ſunt, ſuper quibus huiuſmodi ſubſidium imponitur, vt patet ex Bulla conceſſionis. Ita Perez de Lara. Quod mihi non placet, quatenus ait, quod dictæ Capellaniæ non collatiuæ debeant contribuere in ſubſidio; quamuis etiam ita intellexerit Congregat. ſtatus Eccleſiaſtici anni 1608. & ordinauerit eis fieri repartitionem dicti ſubſidij, prout de facto aliquibus facta eſt: nam reuera huiuſmodi Capellaniarum bona, & redditus non ſunt Eccleſiaſtica, cùm non ſint beneficia, nec bona alicuius Eccleſiæ, ſed ſolùm habent relicta pia, ſeu opus piums; & ideò gaudent priuilegijs Eccleſiæ, & ſunt ſub regimine & iure Eccleſiæ, iuxta alibi dicta infra 5. p. cap. 1. nu. 602. 603. 607. & 618. & facit quod ibi dicimus. num. 613. de ſubſidio collegiorum, & operum piorum: & ita in ſimili decima Papali impoſita ſuper omnibus beneficijs, Eccleſiaſticiſque redditibus, tenet Alexand. Moneta dict. cap. 9. de decim. num. 21. ſcilicet, non eſſe ſoluendam de capellis mercenarijs, quæ nunquam ab Epiſcopo erectæ fuerunt in titulum, aut ab vlla Eccleſiaſtica perſona conferuntur ſed à defunctis hæredibus ad libitum ſuæ voluntatis ex teſtatoris diſpoſitione eliguntur: quia non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, quales, inquit, quam plurimas Capellanias quotidie videmus, &c. Nec dicta conſtitutio Clementis Octaui loquitur de huiuſmodi Capellanijs non collatiuis, ſed de Capellanijs titularibus, & collatiuis, licèt amouibilibus, vt docet ibi ipſe Lara, & dixi ſupra d. num. 82. vbi idem dico de Breui Pauli V.*

*Nec obſtat d. lex annua. §. Attia, quia loquitur in relicto ſacerdoti, vel miniſtris Eccleſiæ particularis, quod ipſi Eccleſiæ videtur eſſe relictum: vnde ex redditibus relictis clericis, ſeu miniſtris alicuius Eccleſiæ pro anniuerſarijs, ſeu dotationibus miſſarum, debetur ſubſidium tanquàm ex relictis Eccleſiæ, vti practicatur; ſecus in relictis alicui clerico de perſe eligendo & nominando per patronum, ſeu hæredem relinquentis pro Capellania non collatiua, ſeu memoria miſſarũ in aliqua Eccleſia per illum celebrandarum: facit quod docet Bart. in l. 2. ff. de reb. dub. Et ſi illa ratio Laræ eſſet bona, etiam de bonis vinculatis, ſeu maioratus pro conſanguineis clericis, cum onere miſſarum, aut ſine eo ſoluendum eſſet dictum ſubſidium: quod tamen non videtur poſſe dici, nec practicatur.*

Salcedo

108 Salcedo tamen vbi ſup.ait illud iure † defendi poſ ſe,quod licèt in primæua capellaniæ fundatione,non interuenerit ordinarij authoritas, ſi tamen non reludante fundatoris voluntate poſtea capellania in Eccleſiaſticum beneficium fuerit erecta,nempe per collationem,& canonicam inſtitutionem fundatoris,cõ ſanguineus,vel alius,qui ad eam vocatus eſt,eius nomine,& tit.ordinari poterit, & ita receptum eſſe abſque controuerſia,& ſic tenet Salcedo,capellaniam in cuius primæua fundatione non interuenit ordinarij authoritas, poſſe poſtea per ordinarium erigi in Eccleſiaſticum beneficium,ſi non reluctatur fundatoris voluntas,& ſequitur Zauallos ſup.nu.29.facit Deciſ. Rotæ,1122.lib.3.p.3.diuerſorum,quam refert Gonçalez ſup.à nu.58.quod verum eſt in capellanijs inſti-
109 tutis in vltima voluntate † in quibus non ſolet interuenire authoritas, & erectio ordinarij, niſi poſt mortem teſtatoris, quando effectum ſunt habituræ, & teſtator inſtituendo capellaniam ſimpliciter, videtur velle inſtituere beneficium Eccleſiaſticum,niſi aliud conſtet.Zauallos dicto,n.29. *Et Perez de Lara,d. lib.2.cap.1.nu.46.& 47.*

110 Procedit etiam ead. ratione † in capellanijs inſtitutis inter viuos etiam irreuocabiliter, quarum effectus differtur poſt mortem.

In capellanijs verò inſtitutis inter viuos & ſtatim
111 effectuatis per poſitionem † capellani,non videtur procedere,ex quo enim fundator non requiſiuit authoritatem ordinarij, non videtur velle facere beneficium Eccleſiaſticum, ſed capellaniam non collatiuam, & ſic erigere eam poſtea in beneficium Eccleſiaſticum,eſſet alterare diſpoſitionem,& voluntatem fundatoris.Et idem cenſeo, in capellanijs in quibus dicitur quod capellanus ponatur per patronos,contra d.dec.1122.factam per maiorem partem.*Quia verbum, ponere,non conuenit præſentationi,quamuis ſecus ſit, quando dicitur,quòd patronus det, ſiue proponat Capellaniam:nam id poteſt conuenire præſentationi,maximè quando ita fuit obſeruatum,vt fuit reſolutum in Salamant.Capellaniæ del voto 21. Octobr. 1585. coram D. Orano, vt in ſeq.deciſ.105.*

*Nec obſtat alia deciſio Salamantina Capellaniæ ſupra adducta,num.107. nam ibi ex eo præcipuè Domini inclinarunt,noluiſſe teſtatorem erigere beneficium Eccleſiaſticum, quod voluit, quod nec Papa, nec alius ſe intromitteret in proniſione.*

112 Aduertendum autem eſt, quod licèt ad titulum † harum capellaniarum non collatiuarum, non poſſit quis ordinari tamquam ad titulum beneficij.Salcedo ſup.& Spino.d.nu.42.& Gonçalez.nu.31. *Frechilla in d.c.admonet. nu.* 8. tamen poterit ordinari ad titulum earum, ſi ſunt perpetuæ tamquam ad titulum patrimonij iuxta.d.cap.2.concilij ſeſſ.21.de refor.

Rurſus aduertendum eſt, quod ſi appareat de vna collatione,vel inſtitutione ordinarij,in dubio cenſe-
113 tur capellania beneficiũ,† Rebuf.de Pacificis poſſ. d.nu.349.*& Perez de Lara d.cap.1.nu.54. & 58.* facit deciſ.Rotæ 106.n.1.2.& 3.p.2.diuerſ.& Dec.creſcen. 12.de probatio.vbi habetur ſufficere probare ſtatum beneficij, & de eo tanquam de beneficio fuiſſe factas collationes per ordinarium,& effectum ſortitas,vt la-
114 tius in Dec.nam in dubio vltimus † ſtatus beneficij attenditur,ſecus in claris,vt fuit reſolutum in vna Cõ poſtellana Prioratus.17.Martij.1597.coram D. Litta,& fauet Gonçalez.ſup.à nu.50. *& Perez de Lara d. c.1.nu.53.qui ait,quòd quando conſtat de proprietate,vltimus beneficij ſtatus non attenditur, ſi non ſit præſcriptus, Gabr.conſ.185.vol.2.nu.fin. & conducunt deciſiones Rotæ relatæ 7.p.c.10.num.37. & deciſ.Elucn. præceptoriæ 14. Maij 1610.coram D.Penia relata, 5.p.c.1.nu.511.*

Nec in claris quando conſtat fundatorem nolniſ-
115 ſe,† facere capellaniam collatiuam,& beneficium, ſufficiet fuiſſe collatam vt beneficium ſpatio.40. annorum vt habeatur pro beneficio,quamuis contra te-
116 neat † Azor.ſup *d.lib.*10.*c.*3.*q.*5.ſed requiretur tempus immemoriale ad cap. 1. de præſcrip. in 6. iuncta auth.de nuptijs,§.diſponat itaq; ſed eo non obſtante vera videtur ſententia Azorij ex cap.cum de beneficio de præben.in 6.& ibi notatis,& infra dicendis, 7. p.c.7.à nu. 34.& d.c.1.loquitur vbi eſt ius commune contrarium, non lex priuata fundatoris. *Et eſt ad hoc conſilium Nauar.1.de præſcript. ſed & Perez de Lara d.li. 2.c.1.à n.50.tenet contra Açorem non requiri tempus quadraginta annorum, ſed ſufficere in propoſito tempus ordinarium ad præſcriptionem rei prophanæ,ex Meneſ.in cap.ſi aquam,nu.46.C.de ſeruit. & aqua Valaſc.conſult. 105. nu. 42. Sed cùm ſit pia cauſa, ſeu opus pium, verius eſt requiri tempus quadraginta annorum,Authent.de Eccleſ.titulis,§. pro temporalibus,Abb.in cap.de quarta de præſcr.nu.7. & ibi Felin.nu.10.Fulgoſ.in l.omnes nu.23.C.de ſacroſan.Eccleſ.Tiraq.de priuil.piæ cauſæ priuil. 139. &* 140. *& Sforcia de in integr.reſt.1.p.q.3.art.5.à nu.31.& faciunt dicta 5.p.c.1.nu.602. Vnde etiam conuincitur quod ait Zauallos q. 767.à nu. 6.quòd licèt Cappellania non ſit collatiua ex ſua fundatione,tamen ſi ex conſenſu patronorum expreſſo, ſeu tacito,vel ex negligentia efficiatur collatiua, & poſtea iterum vacare contigerit, licet opponatur quòd non ſit collatiua, vltimus ſtatus eſt conſiderandus in proniſione illius: & ita fuiſſe iudicatum Toleti in quadam Capellania oppidi de la Puebla de Montaluan, & in alia oppidi de Tordelaguna.*

117 Tandem de præſtimonijs, & præſtimonialib. portionibus, quæ ex inſtitutione nullum ſeruitium in Eccleſia habere ſolent,dicendum eſt abſolutè eſſe beneficia Eccleſiaſtica, nam omnia præſtimonia, præſertim in Hiſpania communiter ſolis clericis conferuntur, & dantur in tit. perpetuum beneficij, & ſic habent annexum onus ſpirituale, ſcilicet recitandi horas canonicas.cap. fi.de conceſſ. præben. in 6. vbi præſtimonia connumerantur inter beneficia Eccleſiaſtic.& ita tenent Hoſtien. in cap. poſtulaſti de reſcrip.Oldrad.conſ. 81.num. 2. & 3. & conſ.140. nu. 1. 2. & 6. Abb. conſ. 47. num. 1. parte 2. Mil.in rep. ver.beneficij appellatione continentur præſtimonia. Pauinus de officio, & act. capituli, ſede vac.1.quæſt. 2. par. num. 5. Hier. Paulus in pract. cancell. in notab. ſuper vacantibus non reſeruatis, verſic. beneficij appellatione ad fin. Rebuf. in praxi.tit.ſæculare beneficium quotuplex, num. 16. Mandoſ. in reg.34 queſt. 12.num.3.& de monitorijs,queſt.60.num.32. Naua.de oratione cap.21.num.9. Sandoual. de officio canonico,5. par.cap. 5. Cuchus in inſtitutis maio.lib.5.tit.7.num.11.Marſil.Columna de eccleſ.redditibus,cap. 14. num. 1.Fuſcus de viſitat.lib. 1. cap. 20.num.23.Salcedo in pract. crim. Bern. Diaz. cap. 18.num.10.& cap.62.nu.11.Flam.Pariſ.de relig.benef.lib.3.q.1.nu.136.137.& 140.Pacianus de prob, lib.2.cap.31.nu. 1. Achill. de Graſſis Deciſ.288. ſeu. 7.de conceſſ.præben.& Cæſar de Graſſis Deciſ. 115. nu.2,Soto de iuſt.& iure lib.10.quæſt.5.art.3.Cord

qu.l.1.quæſt.21.Pun.3.Arrag.2 2.quæſt.83.art. 12. Azor. lib.10.cap.10.quæſt.4.& 2.p.lib.3.c.7.q.1.& lib.7.c.3.q.2.Suarez,5.to.de cenſuris diſp.13.ſect.1. nu. 7.& de relig.1.tom.tract.3.lib.4.cap.25.& 2.tom. tract.4.lib.4.c.22.à nu.7.& Fr.Raph.de la Torre de relig. 2.tom.tract.de horis Canon.controuerſ.6.diſp.6.nu.6.& 3.tom.q.100.art.4.diſp.4.Iac.de Graffis.lib.2.c.9.7.d. n.14.Lud.Lopez.inſtruct.conſ.1.tom.c.105. Eman. Rodrig.in ſum.1.tom.c.140.nu.7.Vega.1.par.ſum. cap.128.caſu 13.verſiculo 6.& P.Ledeſ.in ſum.2.par. tract.9.cap.46.concl.1.difficultate,& alij.

118 Quamuis contrarium teneant † Io.And.nu.3.& Domin.n.9.in c.i.de rerum permut.in 6.& ibi Gambarus nu,68. Io. Medina de orat. q.7. & Corduba in ſum.queſt.186. Pun. 3. & diſtinguant idem Domin. conſ.89.Fel.in cap.poſtulaſti.de reſcrip.n.7.Staphil. de literis gratiæ.tit.de qualitate benef.§.1.nu.5. Rebuf.de pacificis poſſ.105.& 106.alias 90.& 91.Menoch.de arbit.caſu 201.à n.55.Aceuedo in l.1.tit.4. lib.1.recop.nu.5.Flam.Pariſ. d. tract. de reſignatione lib.2.quæſt. 1.à nu. 123. & Hoieda de incompat. benef.2.par.cap.8.nu.12.qui tamen nu.15.ait,in tota Hiſpania communiter præſtimonia conſueta eſſe dari in tit. perpetuum beneficij, habereque onus annexum ſpirituale.quem ſequitur nouiſſ.Gonçalez gl. 5. §.2.poſt Gambar.Mandoſ.reg.16.Cancell.q.38.nu.7.poſt Flam.Frechi la in c.admonet,de renuntiat.nu.9.in fin.& Perez de Lara lib.2.c.8.à nu.53.ad 57.

Et præterea noſtra ſententia videtur iam expedita 119 ex conſt.Pij V.138.verſ.† declarantes,infra adducta 3.p.c.1.nu.5.vt aduertunt Quintana d.Eccleſ.lib.2.n. 86.Azor.Eman.Rodr.& Vega ſup.Suarez & Torre.

Vnde infertur 1. quod gratia de beneficio ſimpli- 120 ci vacante per obitum † N. capiet præſtimonium vacans per obitum illius, ſi non fuit dictum eſſe ſeruitorium, quia vt ex dictis apparet præſtimonium verè eſt beneficium ſimplex, & ſic appellatione beneficij ſimplicis continetur.

121 Et in expectatiua ad beneficium † ſimplex,aut ad beneficium cum cura,vel ſine cura, comprehenderetur de iure præſtimonium, niſi ex conſuetudine loci, & communi vſu loquẽdi,appellatione beneficij ſimplicis,ſeu beneficij cum cura,vel ſine cura, non veniret præſtimonium, niſi ſpecialiter nuncupetur. Abb. d.conſ.47.Feli.ſupr.nu.8.verſ.4. declaratio Creſcen. deciſ.8.de conceſſ.præben. *Tuſch.concl.59.nu.6.lit.B.* vel niſi doceretur de ſtilo curiæ in contrarium.Caſſa. deciſ.3.de præb.nu.33.

Secundò infertur, quod ſicut in impetratione be- 122 neficij,facienda † eſt mentio de beneficijs obtentis, cap.ſi motu proprio,de præb.in 6.clem.2.de off.ord. cum alijs, licèt de facto. Mill. in repert. ver. gratia.

123 Hier.Paul.in pract.cancell.in † notab.ſuper vacantib.non reſeruatis,& alij & de iure ad rem, Domin.in d.cap.ſi motu proprio nu.6.Fel.in cap.in noſtra,n.4.

124 & Ripa in cap.ad aures,num.12.† de reſcrip.Selua. 3.par.quæſt.11.nu.1.Mill.Hier.Paul.& Menoch,nu. 43. vbi ſupra Burſattus conſ. 351. num. 12. lib. 4. & Flam.Pariſ.de reſignatione benefic.lib. 10. quæſt. 2.

125 nu.73.† & 74.& alij,niſi vbi impetrans ignorat habere alia beneficia, vt in cap. gratia. de reſcrip. in 6. vbi Doct. Ripa Mill.& Hier.Paul.ſup.& Na. conſ. 9. de reſcrip.dicens d. c. loqui. de ignorantia facti non juris.de quo Fel.in c.ſuper literis.nu.6. de reſcript. & ibi Beroius Selua d.3.par.q. 12.17.qualitate, à num. 23.alias 89.& Menoch.ſup.nu.53,ita etiam de præ- 126 ſtimonijs. Oldrad. ſup. & Bonif.in d.clem.2.† de officio ord.ſeu prima,de officio legati. nu. 31. & alij ſup.vbi obiter notandus eſt error Hier.Gonçalez,gl. 15.§.2.nu. 68. dicentis quod beneficium vacaturum tamquam incompatibile per aſſecutionem ſecundi non eſt opus narrari vt obtentum in gratia ſecundi, quod clare eſt contra d.c.ſi motu proprio,& cap.non poteſt,verſ.cum autem, de præb. in 6. & contra praxim & ſtilum, nec dec. Mohedan. 14. de præbend. 126 quam † allegat, id dicit, ſed quod non eſt opus facere mẽtionem de qualitate, quod ſit ſimile ſub eod. tecto. *Et ita fuit reſolutum in vna Calagurritana Canonicatus,& Prebendæ 23.Martij 1579.coram Domino Blanchetto, gratiam ad Canonicatum, & etiam ad Cantoriam fuiſſe ſurreptitiam,& nullam, ob non factam mentionem Parochialis obtentæ,licèt incompatibilis, & vacaturæ per illorum aſſecutionem, etiamſi ius Parochialis eſſet controuerſum propter intruſum:de qualibet enim beneficio, ſeu de iure ad illud competenti eſt facienda mentio in gratia,d.cap. ſi motu proprio,& c.non poteſt.Abb. c. cùm teneamur,nu. 3.& Dec.nu.17.de appell.*

## *De hoſpitalibus an ſint beneficia. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*HOſpitalia beneficia non ſunt.n.1. niſi Eccleſiæ ſeu beneficio eſſent vnita.n. 2.aut niſi religioſis perſonis eſſent deputata eiſque ſolita in tit.conferri.n.3.aut niſi ſint danda in tit.ex ordinatione fundatoris vel per viam electionis etiã clericis ſæcularibus, nu. 4.*

*Non tamen comprehenduntur iſto caſu per literas generales ſuper prouiſione alicuius,nu.5.clem.2.de præben.non habet locum in religioſis,nu.6.qua declaratur per Rotam,n.7.decretum Concilij Trid. de hoſpitalibus,num.8.declarationes S. Congregationis ſuper eo.nu.9.& 10.*

*An quando hoſpitale eſt vnitum alicui Eccleſiæ ſeu beneficio, eius adminiſtratio ſit committenda alicui ad triennium tantum ex d.decreto,nu.11.12.& 13. vbi reſolutur quod ſic.*

*De materia hoſpitalium qui videndi ſunt,nu.14.*

1 HOſpitalia † quorum varia nomina ſeu ſpecies habentur in l.illud, & in l. ſancimus, 2. C. de ſacr. S. Eccleſijs, & in c. in qualibet, §. ſancimus, 23. quæſt. 8. & in cap. ſi quis omnem, ad fin. 1.q.7. & in Auth. de alienatione, & emphyteoſi, in princ. & de Eccleſiaſticis titulis, §. fin. & refert Mariana de Rege, l. 3. cap. 13. ad fi. beneficia non ſunt, nec beneficij nomine veniunt, etiam ſi Eccleſias, vel capellas habeant annexas; decimaſque, & alia iura ſpiritualia, clem. per literas, 2. de præb. cum laicis committantur, clem. quia contingit,§. vt autem,de relig. domibus & hoſpitalia, non beneficium,ſed officium, & adminiſtrationem ad inſtar tutorum, ſeu curatorum habere dicantur, l. orphanotrophos, C. de Epiſcopis & Clericis, & d. §. vt autem. Ita Selua de benef. 1.par.quæſt. 3. nu. 9. Rebuff. de nominatio. q. 15. nu. 16. alias, 12. Coraſ. de benef. 1. par. c. 3. nu. 1. Quintanaduen. Eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 3. nu.13.& Rota deciſ. 106.nu.6.& deciſ. 114. pag. 2. diuerſorum, & ideo in vna Mutinen. coram Mohedano fuit reſolutum quod hoſpitalia non ſubiacent reg.de triennali. Thanis deciſ. 72. & in cauſa Bononien.

hien.hoſpitalis.1560.coram Rubeis fuit concluſum. cap.2.vt litè pendente,in 6.non habere locum in hoſpitali. Rota deciſ. 301.in manuſcriptis,quod tamen limitatur, vbi Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſtico beneficio eſſent vnita;nam tunc naturam principalis fortiuntur, † & iure acceſſorij venirent.cap.ſuper eo.de præbend.in 6.glo.ver.Eccleſias,in d.clem. 2.& ibi Card. q. 17. Imola à nu.15.Bonifacius à n.20.Abb.n.5.Rebuf.n.15.aliàs 14.& Coraſ.vbi ſupra.Bellarm. deciſ. 387.& Rota. d. deciſ. 114. vbi etiam dicitur id non procedere quando vnio eſſet æquè principaliter, vt ait etiam Rebuffus ibi verſ.limit. & conducunt quæ dicemus infra vltima p.c.2. tradit Gonçalez ad reg. menſium.gloſ.5.§.4.nu.16.

Secũdò limitatur,vbi religioſis perſonis eſſent de-
3 putata,eiſque ſolita in titulum † conferri.d.cle. quia contingit.§.præmiſſa.& ibi gloſ.& Coraſ.ſup.

4 Tertiò limitatur vbi ſunt danda in † titulum exordinatione fundatoris, vel per viam electionis etiam clericis ſæcularibus.d.clem. quia contingit. §. vt autem.Felin.in c.de quarta.n.13.de præſcrip. Rebuff.d. q.15.n.14.aliàs 13.& de pacificis poſſ.nu.94.aliàs 81. Duaren.de Sacr. Eccleſiæ,lib.1. cap.4.in fin. & Rota deciſ.739.p.1. diuerſ. Gonçalez ſup.nu.15.adhuc ta-
5 men in caſu huius limitationis non † comprehenditur per literas generales ſuper prouiſione alicuius, vt melius prouideatur iſtis locis.d.clem. 2.vbi gloſ. ver. prouideri,& Bonif.& alij Doctores.& Selua d.1.p.q.
6 3.nu.9.& Rebuf.d.nu.14.at Selua ibi † ait d.clem.2. non habere locum in religioſis ex Rota deciſ.265. in antiquis quæ eſt.1.de regularibus.

Et d.clem.2. declaratur per Rotam.d. deciſ. 114.
7 p.2.diuerſorum, † aduertendum eſt autem quod hodie S.Concilium Triden.ſeſſ.25.de refor.cap. 8. poſt
8 alia de hoſpitalibus ſtatuit,quod † adminiſtratio,ſeu gubernatio huiuſmodi locorum vni, & eidem vltra triennium deinceps non committatur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obſtante quo ad omnia ſupradicta quacunque vnione, exemptione, & conſuetudine in contrarium etiam,immemoriali, ſeu priuilegijs aut indultis quibuſcumque,vt in verſiculo.nec adminiſtratio. in quo Sancta Congregatio
9 Concilij cenſuit; † Comprehendi hoſpitale cuius à 10. annis. & citra collatio, & inſtitutio in perpetuum tit.adminiſtrationis dari conſueuit, quia Concilium excipit vnum caſum dumtaxat, quando aliter in fundatione cautum eſt.

10 Item cenſuit S.Congregatio. Hoc † decretum loquii in adminiſtratoribus hoſpitalium, non autẽ aliorum piorum locorum.

Sed offert ſe difficultas,an hoc procedat etiã quan
11 do hoſpitale eſt † vnitum alicui Eccleſiæ,ſeu beneficio, vt non obſtante vnione eius adminiſtratio ſit committenda alicui vſque ad triennium dumtaxat:&
12 videbatur dicendum non procedere, non enim † credendum videtur eſſe de mente Concilij tollere vnionem; & illa verba; Non obſtante quo ad omnia ſupradicta quacunque vnione.quæ habentur in derogatione in fine poſita, non videntur referenda ad dicta.d.verſic. nec adminiſtratio,ad quæ commodè referri non poſſunt,ſed ad ſuperiora, eſt enim facienda diſtributio accomoda,ad tradita per Feli.in c.cauſam quæ de reſcrip.n.4.& 5. limitatione, & Ant.Gabriel. de clauſulis.concl.9.

Nihilominus contrarium videtur verius ex dictis
13 verbis, † quæ videntur clara cum dicatur,quo ad omnia ſupradicta: & dici poteſt Concilium non tollere in totum vnionem, ſed quod ea non obſtante Eccleſia, ſeu is cui facta eſt vnio, non poſſit in perpetuum vltra triennium deinceps adminiſtrare, & gubernare hoſpitalia, ſed quod debeat alijs committere ad triẽnium. *Sed re melius conſiderata dico, quod Concilium ibi non tollit, quin is, cuius Eccleſiæ, vel beneficio hoſpitale eſt vnitum, poſſit in perpetuum, etiam vltra triennium per ſe illud adminiſtrare, & gubernare; ſed quod non poſſit illius adminiſtrationem, & gubernationem vni, & eidem perſonæ vltra triennium committere, non obſtante vnione, etiamſi in ea contrarium dicatur. Itaque vult Concilium, quod ſi adminiſtratio, & gubernatio hoſpitalis ab eo, cuius Eccleſiæ, ſeu beneficio vnitum eſt, alteri committatur, non poſſit vni vltra triennium committi.*

14 Et de prædictis,& alijs ad materiam † hoſpitalium attinentibus videndi ſunt.Fel.in d.c.cauſam quæ. de reſcrip.à n.13.& in cap.in noſtra. de reſcrip. eor.22. & 23.Pauinus de off.& poteſtate.cap.ſede vac.1.q.2. p.Pe.de Vbaldis. de canonica Epiſcopalis. c.4. q.13. per totam.Selua ſup.& q.7.n.5. & 6.Lamber. de iure patr.1.p.1.lib.q.11. & à 11.Rębuff.d.q.15. de nominatio. à n.12.& de pacificis poſſ.n.94.& 95.aliàs 81. 182.Ant.Gab. de pia cauſa concluſ.2.Mãdoſ. reg.1. Cãcel.q.10.& reg.26.q.5.& reg.34.q.10. Altamirano de viſitatione.verb.teſtam.à n.17.& 29.Sforția de reſtitutione in integrum.3.p.q.3.art. 6.Fl2. Pariſ. de reſignatione benef.li.2.q.14.& li.7.q.6.& l.11.q.3.à n.38.& quæ dicemus inf.5.p.cap.1.2.n. 590. *Et Suar. de relig.1.tom. tract.3.lib.4.cap.27.à num.11.*

## *De præceptorijs commendis. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*PRæceptoriæ S.Io.Hieroſolimitani ſunt beneficia.nu.1.& 2.*
*Milites Hieroſolim.ſunt verè religioſi.n. 3. & ideo per eorum profeſſionem diſſoluitur matrimonium ratum,n.4.quãuis aliqui dicant non eſſe propriè religioſos, n.5.*
*Etiam præceptoriæ ordinis D. Iacobi Calatraua, & Alcantaræ, & ſimilium ſunt beneficia. nu. 6.& 8.*
*Eſt ſimonia dare pecuniam pro huiuſmodi commenda n.7.*
*Iſti milites dicuntur laici ad differentiam clericorum, verè tamen ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ,n.9& 10. & 13.*
*Conuerſi monaſteriorum ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ,& gaudẽt priuilegio canonis, & tamen dicuntur laici,n.11.*
*Moniales dicuntur perſonę Eccleſiaſticæ, & gaudent priuilegio Eccleſiaſtico,nu.12.*
*Iſti milites clerici verè,& propriè dici non poſſunt,n. 14.*
*Milites D.Iacobi Calatraua,& Alcantara ſunt etiam verè et propriè religioſi ſecundum plures,nu.15.contrarium tenent alij.n.6.& Rota n.17.& 19.votum D.Pamphilij, n. 18.*
*Reijcitur concordia Eman.Rodriguez, nu.20.*
*Magis placet eſſe religioſos largè,& ſecundum quid,tamen eſſe perſonas Eccleſiaſticas non poſſe negari, n.21.*
*Ad effectum vt non poſſint habere beneficia ſæcularia cenſentur regulares,num.22.*

1 PRæceptoriæ S. Io. Hieroſolimitani cum non niſi fratribus Hieroſolimitanis, atque ita perſonis Ecclesiaſticis conferãtur,ſunt beneficia Eccleſiaſtica, vt cum Barbatia in clem. cauſam, de elect.tradunt Coraſ.1.p.c.3.nu.2.& Rebuf. de nominat.q. 15. nu. 16. Flam.Pariſ.de reſignatione benef.lib.2.q.13.ad fi.&

l.12.q.3.nu.9.& de confidentia.q.17.vbi etiam dicit in eis cõmitti ſimoniam,*quamuis Mich. Martinez del Villar del patronado de Calatayud.4.p.§.1.n.10. dicat eas non eſſe beneficia Eccleſiaſtica,allegans Bardax.for.39.n. 4.de apprehenſione,& Pariſ.in reg.de infir. reſig. nu.123. Corn.conſ.66.lib.3.nu.4. & nouiſſimè fr. Baſil. Legion. de imp.matr.c.19.§.4.*& quod iſtæ præceptoriæ S. Ioan.
2 ſint beneficia.Eccleſiaſtica licet † manualia,& ad nutum amouibilia tradit Mohed.deciſ.10.de cauſa poſſeſſ.alias 169.& Puteus dec.392.lib. 1. vbi etiã quod
3 ſunt veri religioſi, vt etiam dicit Aceuedo † in l. 14. tit.5.l.3.nu.1.& l.9.tit.18.l.9. recep.quia emittunt tria vota ſolemnia ſubſtantialia religionis.

4 Et ideo per eorum † profeſſionem diſſoluitur matrimonium ratum, ſicut per profeſſionem in alia religione,vt cõtra Sotum in 4.d.27.q.1.art.4. & Mich. à Medina de ſacrorum hominum continentia, lib. 5. c. 35. & Sarmientum in defenſione libri de redditibus.1.p.mon.56.num.1. docent Corduba in ſum. q. 178.ad fin.Arag.2.2.q.88.art.11.1.Coro.Nau.conſ. 1.ſeu 2.de conuerſione coniug.Barboſa in rub.ff. ſoluto matr.2.p.nu.82.Eman.Rodrig. in explicatione Bullæ Cruciatæ.§.9.nu.123.& in ſum.1. tom. c. 237. ſeu 239.nu.2.& q.regular.tom.3.q.1.art.7.Lud. Lopez *inſtruct.conſcientiæ.2.to. p. 2.c. 48.* Enriquez in ſum.li.11.c.8.§.6.Pet.Ledeſma de matrim.q. 61. art. 4.ad 4.Mota in tract.de confirmatione.ordinis B.Iacobi.l.2.c 2.§.28.n.5.Azor lib.13.c.6.q.4.& Thom. Sãchez alios referés de matrimonio lib.2.diſp.18.n.8

5 Quamuis Mandoſ.reg.3.cancel.q.12.nu.3. dicat quod milites Hieroſolimitani non dicuntur proprie religioſi,& Abbas in rubrica de regul.nu.4.quod ſint largo modo religioſi. *Quibus conſonat Alcocer de Lud. c.39.Cerdã de Tallada de viſita de la carcel.c.11.§.4.n.13 et Cabedo de patro.Regiæ coronæ Luſitaniæ,c.15.n.16.et 18*

Et non ſolum præceptoriæ ordinis S.Io. Hieroſo-
6 lim.ſunt beneficia Eccleſiaſtica, † ſed etiam præceptoriæ,ſeu commendæ ordinis D.Iacobi,Calatrauæ,& Alcantaræ,& ſimilium,in quibus milites non profitentur omnimodam caſtitatem, ſed coniugalem, vt contra Sarmientum,d.1.p. defenſio. mon. 55. tenet Nauar.de redditib.eccleſ.1.q.mon.55.n.4.& in propugnaculo,n.15.in fin.alias quæſt.3.mon.27.& Mota d.l.2.c.2.§. 10. nu. 4. & probatur ex ſtabilimento ordinis D.Iacobi per eum relato,lib.1.§.49.Vbi dici-
7 tur eſſe ſimoniam † dare pecuniam pro commenda, & tenet Azor,lib.13.cap.6.q.3.contra Eman.Rodriguez in ſum.2.to.c.59.nu.12. Vegam in ſum. 2. p. c. 101.caſu 52.& Petrũ Ledeſmam.2.p.art.ſum. tract. 12.circa 20.concluſionem. *Aragon.in 2.2.q.100.art.4 & nouiſſimè Suar.de relig.1.to.tract.3.li.4. c.27.à n.16. dicẽtẽ ita cõiter ſentire viros doctos tã Regni Caſtellæ,quã Luſitaniæ,in quibus Regnis hæ cõmẽdæ frequẽtiores ſunt;et F.Raphaelẽ de la Torre de relig.etiã 2.t.q.100.ar.4.diſ.3*
8 Quamuis Mandoſ.reg.16.† cancel.quæſt.51. n.3. dicat quod præceptoriæ propriè beneficia dici non poſſunt. *& Cabedo d.c.15. a nu. 15. quod commendæ & præceptoriæ ordinum militarium non ſunt beneficia Eccleſiaſtica,ſed res prophanæ,& Ioann.Quintin. in repet. c. de multa de Prabend.nu.8.& à n.163.ad 165.quòd præceptores, aut commendatarij S. Ioannis non ſunt beneficiarij, nec beneficium habent,ſed adminiſtrationem & officium.*
9 Nec obſtat quod iſti milites ſint laici, vt ibi † inquit Mandoſ.nu.4.& reg.19.q.20.nu.3.cum glol. in cap.1. de verborum ſignificatione.l. 6. verb. perſoluant.& Mill.in rep.verbo,religioſi ſunt fratres Hoſpitalis S. Ioannis,licèt ſint laici,Lamber. de iure patro.1.par.2.lib.q.7.art.5.& 7.

10 Nam intelligendum eſt dici laicos † ad differentiam clericorum, ſeu ordinatorum, non verò ex eo quod non ſint perſonæ Eccleſiaſticæ,quales reuera ſunt, cum ſint in ordine approbato à Papa. Sicuti conuerſi monaſteriorum reuera ſunt perſonæ Eccle-
11 ſiaſticæ,& gaudent † priuilegio canonis, ſi quis ſuadente diabolo.16.q.7.vt in c.non dubium,& ibi glo. de ſententia excom.Io.Lupus Decanus Segobien. de libertate Eccleſiaſtica.2.par.q.4.& Nauar.ſup.& de ſpolijs.§.1.nu.2.Flores de Mena.q.21.nu.194.& 195 Et tamen communiter dicuntur laici Hiſpane, Frayles legos,ad differentiam religioſorum clericorum vt in cap.ex eo,de electione in ſexto, in fin. ibi. vel conuerſi laici cum clericis. Et ſimiliter moniales dicuntur
12 perſonæ † Eccleſiaſticæ & gaudent priuilegio Eccleſiaſtico.c.de monialibus. de ſententia excomm. Io.Lupus ſup.& Flores q.10.nu.7.

13 Vnde iſti milites nedum largè, vt ait dec. † Cæſaris de Graſſis 47. ſed etiam verè, & propriè poſſunt dici perſonæ Eccleſiaſticæ. Aluarus Valaſcus conſultatio.14.nu.8.1.par.& Flores,d.q.21.nu.205.Quicquid Sarmiento,Io.Guttier. & Laſſarte infra citandi dicant non eſſe perſonas Eccleſiaſticas.Quamuis cle-
14 rici propriè, † & vere dici non poſſint, ſed ad ſummum large,vt ait d.deciſio.

Sed & milites dictorum ordinum D.Iacobi, Cala-
15 trauæ,& Alcantaræ,† non ſolum eſſe perſonas Eccleſiaſticas, & gaudere priuilegio fori, & canonis ſi quis ſuadente diabolo,verum etiam eſſe vere & propriè,& eſſentialiter religioſos docet Nau. cum doct. Marannon.d.mon.53.& 56.& in propugnaculo.nu. 14.15.& 16.alias q.3.mon.27.28.& 29.& conſil.10. & 11.de reg.& cum Fortunio Garzia,Couar.in 4. 2. p.c.3.§.1.num.18.& Salcedo ad Bern.Diaz reg.551. D.M.Ayala in libro Compendio. y declaraçion de la orden de Santiago,per totum, & particulariter. cap. 1.& 2.Belluga in ſpeculo Principum.c.1.rub.7.nu.7. Auendaño de exequen.mandatis.2.p.c.26.num.11. Mich.à Medina ſup.l.4.controu.7.c.39.Vega in ſum. 1.p.c.85.caſu 147.& 2.par.c.129.caſu 86.& in lib.eſpejo de curas.c.12.nu.37. *D.Ioan Ramirez de confirm. ordinis D.Iacobi c.5.& 12.*& latiſſime Mota d.tract. l. 2.per totum,vbi id comprobat multis bullis ſummorum Pontificum.& c.2.§.29. affert reſponſa plurium Theologorum,& iuriſconſultorum,qui conſulti ſcripto idem reſponderunt. *Et nouiſſimè ſequitur Tho. Sanch.in præcep.Decal.lib.4.c.16.nu.11. & fr. Baſil. Legion. de imped.matr.c.19.§.4.& c.8.vbi me citat.*

16 In quo tamen contrarium, nempe illos non eſſe † vere religioſos,& ſimpliciter,& abſolutè loquendo, ſed largè,& ſecundum quid ex D.Thom.2.2. q. 186. art.4.ad 3.tenent Sotus de iuſtit.& iur.l.7.q.5.art.3. & in 4.diſt. 27. q. 1. art. 4. Arag. & Lud. Lopez vbi ſup.Molina de iuſtitia.1.to.tract.2.diſp.141.*& trac. 3.diſp.50.& 55.Leſſ.de iuſt.& iure lib.2.c.41.nu. 7. Poſſi, & de gabell.q.95.nu.12.Ioan.Parlad.differ.9.§.1.n. 10.* Valentia 3.to.ſup.2.2.diſp.10.in q.4.punc.2. Azor.l. 13.c.3.q.2.& ex Iuriſtis,Natta conſ.508.& 509.l. 3. Burgos de Paz,conſ.17.nu.2.& 3.Sarmiento de redditib.4.p.c.1.n.13.& in defenſio.1.p.mon.55.& 56. Molin.de Hiſpanorum primog.l.1.c.13.nu.98.Aceuedo in l.14.tit.5.li.3.recop.nu.3.Io.Guttier. pract.

l.2.q.11.nu.2.Laſſarte.de decima venditionis.c. 19. nu.92.Gironda de Gabelli.7.p.nu.47.& alij.

☞ Et tenet Rota,vt in vna Tiraſonen. penſionis 11. 17 Decem.† 1570.Coram D.Seraphino,quæ eſt.2.par. diuerſorum deciſ.591. & refertur à Flam. Pariſio de reſignatione benef.l.6.q.2.à nu.116.& in vna Lucana plebis,ſub die 22.Maij 1579.Coram D.Robuſterio, vbi loquens in militibus S. Stephani Florentiæ voluit milites, qui vtuntur matrimonio, non eſſe verè religioſos, maximè cum proprio non careant & ſic deficiat votum ſubſtantiale paupertatis,quæ non promittitur ab iſtis militibus Sancti Stephani.

Ex quo, & quia etiam deficit votum obedientiæ, 18 cum promittatur † reſtricta ad certos caſus, & ſic nõ ſit obedientia monachalis. D. Pamphilius Auditor Rotæ peritiſſimus, & nunc Cardinalis meritiſſimus dedit votum, iſtos milites S. Stephani non eſſe propriè,& verè regulares,licèt habeant quendam viuendi modum à Papa approbatum,& ſic eſſe capaces beneficiorum ſęcularium,intelligendo, ſi ordinem clericalem habeant,& habitum etiam clericalem deferant. Quod etiam admittit Azor.d. quæ. 2. ad fin. in clerico qui iuxta ſuæ regulæ profeſſionem poteſt habere proprium,vt ſit capax beneficij ſæcularis.

29 Et in vna Placentina de Medellin. † coram Illuſtriſſimo Seraphino.4.Iun.1582.fuit dictum milites de Alcantara;non eſſe verè,& propriè religioſos, cũ in proprijs domib. vna cum vxore, & filijs habitent, & de eorum bonis ad libitum,tam inter viuos, quam in vltima voluntate diſponant, quæ ſunt de directo contra votum paupertatis.

30 Nec in hoc placet concordia,& diſtinctio † Emmanuelis Rodriguez,quæſtione reg.1.tom.qu. 1.art.6. exiſtimantis hos milites eſſe verè religioſos non abſolutè, & ſimpliciter, ſed cum additamento militares, nam ſi abſolutè, & ſimpliciter non ſunt verè religioſi, non poſſunt dici verè religioſi militares, & ſi ſunt verè religioſi militares poſſunt dici verè religioſi abſolute,& ſimpliciter,per argumentum de toto in modo, nam illud additum militares non variat ſubſtantiam religionis.

Sed quicquid ſit de hoc,an ſint verè,& proprie re- 21 ligioſi,vel tantum large, & ſecundum quid, quod † magis placet,tamen eſſe perſonas Eccleſiaſticas exiſtimo non poſſe negari,vt recte ait Flores.d. nu. 205. dicens,verius putare perſonas Eccleſiaſticas eſſe, licet non perfectè religioſi ſint,& Zerola in praxi Epiſcopali.2.p.ver.commendatarij.§.1. dicens quod cõmendatarij,etſi non ſunt ſtrictè religioſi, ſunt tamen perſonæ Eccleſiaſticæ,& perinde gaudent priuilegio canonis,ſi quis ſuadente.

Et rurſus exiſtimo ad effectum vt non poſſint ha- 22 bere beneficia ſæcularia,† cenſeri regulares, vt conſtat,ex conſtitutione.71.Pij Quinti,de quo infra.7.p. cap.decimo.vbi vide declarationem.S.congregationis poſitam,nu.32.contra votum D. Pamphilij.

23 *Vnde infertur etiam,q Canonici regulares Eccleſiæ Beatæ Mariæ loci del Burgohondo, Abulenſ.diœceſ.ordinis Sancti Auguſtini, non poſſunt habere beneficia ſæcularia, non obſtante ſtatuto 5 quod habetur inter eorum ſtatuta confirmata per Leonem X. anno ab Incarnatione 1514. 4.kalend.Martij ſui Pontificatus anno 2.in quo ſtatuitur & ordinatur;quòd Prior & Canonici poſſint poſſidere, & teſtari, ac habere bona propria, tam illa iure hæreditario,quam alio quocunque modo acquirenda,& eis proueniant, & ex illis tam in vita, quam in morte diſponere, ita tamen quod quinta pars bonorum poſt eorum obitum remaneat, & ſit pro fabrica Eccleſiæ del Burgo. Quæ ſunt verba formalia illius ſtatuti. Nam quamuis ex eo illis permittatur habere bona propria quocunque modo acquirenda; non ideo permittitur habere beneficia ſæcularia, quæ ſint diuerſa ab aris propriis,& ex diuerſis non fit illatio,l. Papinianus exuli,ff.de minor. Nec ratio quare regulares non poſſint obtinere beneficia ſæcularia eſt, quia non poſſunt habere proprium, & ſunt incapaces acquiſitionis bonorum, ſed diſparitas profeſſionis & habitus,vt dicetur infra 7.par.cap.10.in prin.n.2 Et ita quoddam beneficium ſimplex oppidi de Oliuedo huius diœceſ. Abulenſ. quod antea obtinebat quidam Canonicus dictæ Eccleſiæ del Burgo, fuit à Sede Apoſtolica impetratũ tanquam vacans per profeſſionem ſubſequutam ab illo factã in dictã Eccleſia,& fuit illi cum effectu ablatum; quamuis viderim in contrarium conſilium ſubſcriptum à multis Iuriſperitis Hiſpaniæ,nẽpe D.Lopez de Contreras,D.Aguiar, D.Gabriel Henriquez, D. Caruajal, D. Obregon, D. Matute,D.Gabriel Ang.Licent.Montoya,Licent.don Franciſco dela Cueua, Licent. don Hieronimo de Reinoſo, Licent. Valentia de Oliuera, & Licent. Roderico Yañez de Oualle,qui conſuluerunt,dictos Canonicos del Burgo poſſe habere beneficia ſæcularia ſine diſpenſatione Papæ,præcipuè attenta conceſſione dicti ſtatuti, & argumento à contrario ſenſu dicti Concilij Tridentini ſeſſione 14. de reformat. cap. 11. quod ſolum probat, Canonicos regulares poſſe obtinere beneficia ſæcularia curata, niſi ſint translati, vt dicitur d. cap. 10. 7. part. num. 25.*

24 *Poſthæc tamen vidi quandam declarationem S. Congregat. 10. Nouembr. 1609. quæ ſic ait. Congregatio Concilij cenſuit, milites regulares militiæ Sancti Iacobi de Spatha,aliosque huiuſmodi non emittentes omnia tria vota ſubſtantialia,videlicet paupertatis,caſtitatis, & obedientiæ,non eſſe incapaces beneficiorum ſæcularium, ſeu ſimplicium,ſiue curatorum,neque etiam penſionum. Quæ declaratio videtur eſſe iuxta votum Illuſtriſſimi Cardinalis Pãphilij,& ex ea ceſſat quod dixeram præcedenti. nu. 22. & 23.& confirmatur conſilium Iuriſperitorum, de quo num. præcedenti circa Canonicos Eccleſiæ del Burgo.*

## *De penſione,an ſit beneficium,vbi plura de penſionibus. Cap. V.*

### SVMMARIA.

*De penſionibus qui agunt.nu.1.*

*An penſio ſit beneficium,& beneficij nomine veniat,n. ſecundo vbi ponitur ſententia Barbatia affirmatiua.*

*Contraria ſententia nu. 3.& 4.qua approbatur nu.5.& 6.& quod non agitur de penſione quæ datur in titulum beneficij, ſed de ea, quæ ſimpliciter conſtituitur ad tempus ſuper fructibus beneficij, & nu. 48.*

*Ratio huius ſententia, quod penſio eſt quid mere temporale. n. 7.quod verum eſt in penſione,quæ titulo ſeculari,& vti laico aſſignatur,quæ eſt omnino profana;& in laicũ cadit.n.8.*

*Penſio quæ hodie eſt in vſu,quæ loco beneficij aſſignatur nõ eſt quid merè temporale,ſed ſpirituali annexa.n. 9. 17. 18.& 19.& 47. Quia, ſicut beneficium, prærequirit clericatum ſecundum ſtylum curiæ, nu.10.*

*De conſtitutione Sixti Quinti de habitu & tonſura per obtinentes penſiones deferen.n.11.12.13.& 14.*

*Non poteſt ab inferiori à Papa conſtitui penſio laico;à Papa tamen poteſt. nu. 15.16.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

*Penſio non poteſt redimi, ſeu emi, nec pretio transferri, ſine authoritate Papæ.n.20. vſque ad.28.*

*Contraria ſententia eſt vera in penſione, quæ titulo ſæculari, et vti laico aſſignatur in ſtipendium n.vigeſimoquinto.*

*Cõmoditas & fructus penſionis poſſunt vendi, & liberatio obligationis, quã habet Hiſpanus, i cuiuscapite eſt impoſita.n.29*

*Non requiritur authoritas Papæ in redemptione penſionis, ex eo, quod cadat in cauſam alimentorum. n. 30. ſed ad excluden. ſimoniam.n.31. & 33. & 34.*

*Sola penſio ſine cauſa cedit in cauſam alimentorum, n.32.*

*Redemptio penſionis non poteſt fieri authoritate Nuntij.n.35.*

*An poſſit ſolui penſionario pecunia redemptionis conuenta, ante obtentum beneplacitum Papæ, n.37. & 38.*

*Penſio poteſt gratis remitti, abſque authoritate ſuperioris, nu. 39. etiam ſi expreſsè eſſet reſeruata pro alimentis, n.40. 41. 42. 43. 44. & 45. vbi an penſio æquiparetur contractibus, an vltimis voluntatibus.*

*Penſio ad cuius titulum, quis fuit ordinatus non poteſt remitti, abſque authoritate ſuperioris, n.46.*

*Penſio eſt quoddam ius temporale ſeparatum, & formale diſtinctum à beneficio, n.49*

*Per penſionem non intitulatur quis Eccleſiæ, ſicut per beneficium a quo in alijs etiam differt, n.50.*

*Transferentes penſiones per confidentiam non comprehenduntur conſtitutionibus Pij 4. etiam contra confidentiarios, nu 51. dec. Rotæ, n.52.*

*Peccant tamen mortaliter, & committunt ſimoniam, n.53.*

*Habens facultatem transferendi penſionem non poteſt illam transferre cum reſeruatione, ſeu pacto illam exigendi, quoad vixerit, n.54.*

*Nec poteſt eam transferre, ſub conditione, ſi moreretur ex infirmitate præſenti, n. 55*

*Nec poteſt fieri translatio penſionis per teſtamentum, n. 56.*

*An committatur ſimonia, & confidentia per promiſſionem ſaltem a Titio de ſoluendo, ex ſuo penſionem conſtitutam ſuper beneficio Ioannis, ad fauorem Mauij reſignantis ſuum beneficium in fauorem ipſius Titij, n. 57. vſq; ad 63.*

*Pactio reſignationem beneficij præcedens de ſoluenda penſione ſine authoritate Papæ eſt confidentialis, & contra conſtitutionem Pij Quinti, n.63. & 64.*

*Penſionarius non tenetur dicere officium diuinum, n.65. 66.*

*Hodie tenetur ad officium paruum Beatæ Mariæ num.67. ad quod tamen tenetur percipiens penſionem titulo ſæculari, n. 68. & 69*

*Clericus minorum, penſionem habens non gaudet priuilegio fori ſecundum congregationem concilij, cui ſtandum eſt, n. 70. 71. 72. & 73.*

*Clericus minorum, habens penſionem non debet ſoluere gabellam, vel alia tributa, nu. 74.*

*An in impetratione beneficij ſit faciendamentio de pẽſione, n. 75. cũ ſeqq. vbi reſoluitur de penſione, quæ datur in ſtipendium, non eſſe faciendam mentionem, ſicut nec de patrimonio ad cuius titulum quis eſt ordinatus. Nec de Hoſpitali, niſi eſſet in forma pauperum; de penſione verò quæ datur loco beneficij faciendam eſſe mentionem.*

*E conuerſo in gratia penſionis, quæ datur loco beneficij eſt facienda mẽtio de obtentis, niſi ſit reſeruata motu proprio, vel ex cauſa reſignationis, ſeu ceſſionis, n. 83. & 84.*

*De conſuetudine & ſtylo curiæ. ita ſeruatur, n. 85.*

*Optima eſt legum interpres conſuetudo, n. 86.*

*Stylus curiæ facit ius, n 87. vniuerſale etiam in partibus, n. 88.*

*Clauſula quæ ponitur in penſionibus pro Palatinis, n 89.*

*Reſignans beneficium, reſeruata penſione cum habeat ius ad aliud incompatibile, debet facere mentionem de obtentis, & de illo, ad quod habet ius, n. 90. & 91.*

*An cum de penſione eſt facienda mentio, ſit exprimenda eius quantitas, ſicut valor beneficij, ex reg. de valore, nnm. 92. cum ſeqq. reſoluitur quod ſic, & quod dictio, & aliud quodcumque beneficium, comprehendit penſionem.*

*Narrans habere reſeruatos fructus, ſeu partem illorum pro penſione, debet narrare illorum valorem, & illum iuſtificare, nu. 102.*

*Narrans ſe obtinere penſionẽ certę quantitatis, nõ tenetur probare illã habere, & non excedere quãtitatem narratã. n. 103*

*In gratia penſionis, in qua ſunt exprimenda obtenta, eſt exprimendus eorum valor, n. 104.*

*An per contractum matrimonij, et promotionem in Epiſcopũ, amittatur penſio, ſicut beneficium, nu. 105. cum ſequentib. reſoluitur affirmatiuè in penſione aſſignata loco beneficij, et non in ſtipendium. Idem in promotione ad Abbatiam. nu. 112. & in aſſumptione ad Papatum. n. 113.*

*Per profeſſionẽ extinguitur pẽſio, ſicut beneficiũ vacat, n. 114.*

*An illegitimi ſine diſpenſatione, poſſint obtinere penſionem, n. 115. cum ſeqq. reſoluitur quod non, contra Rotam, niſi daretur in ſtipendium.*

*Penſio cum cedat loco beneficij, etiam quo ad habilitatem regulanda eſt, tanquam benef. & qui non eſt capax beneficij, nõ eſt capax penſionis, nu. 121.*

*Inhabilitatus ad beneficia per conſtitutionem penalem, generaliter, & ſimpliciter eſt inhabilitatus ad penſionem, contra Nauar. nu. 122. & 123 ſecus in inhabilitato, ſeu priuato per ſententiam, nu. 124.*

*Suſpenſus à beneficio ſimpliciter, ſeu generaliter per conſtitutionem, eſt ſuſpenſus a penſione, ſecus in ſuſpenſio per ſententiam hominis, nu. 125. & 126*

*Eadem ætas quæ requiritur ad beneficium, requiritur ad penſionem, & ſic ſeptennium de iure antiquo, & hodie 14. ætatis, annus, n. 127. 128. & 129.*

*Reſeruatio penſionis facta excommunicato non abſoluto, ad effectum eſt nulla, nu. 130.*

*Penſionarius excommunicatus non facit ſuos redditus penſionis, nu. 131. 132. & 133. niſi ſit penſio reſeruata in ſtipendium, quæ etiam reſeruata excommunicato valet, n. 134.*

*Penſio non poteſt reſeruari irregulari, nu. 135. ſed contrarium tenet Cong. Concilij loquens in homicida, cui erit ſtandum, n. 136. 137. & 138.*

*Nec religioſo poteſt reſeruari abſque diſpenſatione, nu. 139. reſolutio Rotæ, num. 140.*

*Collatio beneficij facta, ordinato prima tonſura, ab alieno Epiſcopo, ſine dimiſſorijs, eſt nulla num. 141. quia eſt ſuſpenſus, maxime hodie, ex Concilio Triden. nu. 142. ſic etiam reſeruatio penſionis illi facta eſt nulla, 143.*

*Reſolutio Rotæ, num. 144.*

*An illegitimus, vel alias incapax diſpenſatus ad beneficia, poſſit vigore huius diſpenſationis, penſionem obtinere, nu. 145. cum ſeqq. reſoluitur affirmatiuè, niſi ſit diſpenſatus ad certum beneficium.*

*Diſpenſatus ad beneficium, ſi conſequitur penſionem, conſumit diſpenſationem, nam ea intelligitur de primo, num. 152. & 153. contra aliquos num. 154. & penſio cedit loco beneficij, num. 155.*

*Si diſpenſatus ad beneficium illud conſequatur, non poteſt illud reſignare, reſeruata penſione, nu. 156. & 157. licèt ſecus in diſpenſato ad beneficia in plurali, n. 158.*

*Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo ad penſiones dummodo non ſit ſuper beneficio paterno, nu. 159.*

*An penſio faciat ſpolium, & penſionarius de iure prohibeatur teſtari de redditibus penſionis, nu. 160. 161. vbi reſoluitur quod ſic contra aliquos.*

De

1 DE pensionibus late scribunt Io. Baptista, Caccialupus, † Paulus Roma. & Gigas. in suis tract. decis. sed Gigas fecit quinquaginta responsa in materia pensionis, quæ habentur etiam inter eius consilia à consil. 110. ad. 159. latè etiam agit de hac materia Gambarus de officio legati, lib. 6. per totam, & Lælius Zecchus de beneficijs. & pensio. Ecclesiast. c. 11. ad quos præcipuè Gigantem recurrendum est in hac materia, de qua nos hic plura non contemnenda, & in praxi frequentia, & vtilia dicemus.

Est igitur grauis quæstio, an pensio sit beneficium,
2 † & beneficij nomine intelligatur? In qua Barbatia in cap. ad audientiam, secundo rescript. tenet pensionem esse beneficium, quem sequitur Paul. Rom. d. tract. cap. 6. nu. 34. & cap. 7. nu. 16. & Gambarus. d. lib. 6. à nu. 309. dicens, pensionem iudicari beneficium, & venire appellatione beneficij, & hoc solum dicere Barbatiam, non verò pensiones esse propriè beneficia; sed re vera, id etiam videtur dicere, & Maio in 4. d. cap. 25. quæst. 5.

Contrariam tamen sententiam, nempe pensionem
3 non esse † beneficium ecclesiasticum, nec beneficij nomine intelligi, nec venire appellatione beneficij, tenent Dominicus, Fran. n. 2. & alij in c. quamuis 1. de præb. in 6. Abb. nu. 2. & Fel. in prin. in d. c. ad audientiam. Staphil. de literis gratiæ. 9. forma expectatiuarum, n. 27. Selua de benefi. 1. p. q. 3. n. 11. Hier. Paul. in pract. cancel. vers. quod pensiones, quæ constituuntur, & sequenti. Caccialup. de pensio. q. 12. & vltima, Gigas qui ponit regulam cum limitationibus, q. 28. & responsio 30. alias conf. 139. Sarnen. in reg. de infirmis, q. 16. & de annali. q. 21. & tract. de expect. n. 74. & 92. Coras. 1. p. c. 4. nu. 1. Io. Nicol. Gimon. in Enchirid. beneficiorũ, tit. 1. c. 10. n. 30. & Io. Nicol. Delphin. de iur. p. l. 1. nu. 74. Duar. de benef. l. 2. c. 4. & l. 6. c. 4. vers. annua huiusmodi. *Ioan. Quintan. in Repe. c. de multa de Præbend. nu.* 5. Paleotus de nothis, & spurijs. c. 58 n. 4. Mandos. *reg.* 16. *q.* 38. *a nu.* 5. *&* reg. reg. 19. Cancel. q. 11. n. 11. & conf. 55. n. 18. & conf. 139. Redoanus de Simonia. 2. partic. c. 14. nu. 10. Couar. pract. c. 36. n. 10 vers. 4. quoties. Guerrero in speculo, seu Thesauro. c. 61. qui ait quod pensio non est beneficium, quamuis virtualiter sit beneficium, & Nauarr. conf. 11. de constit. nu. 8. & conf. 8. de iure patro. nu. 9. & conf. 66. de simonia, n. 30. Hoieda, qui dicit communem, de incõpatibilitate benefic. in præfatione. nu. 30. & 2. par. q. 7. Azeuedo in l. 1. tit. 1. recopil. n. 5. Lasiarte de decima venditionis, cap. 19. n. 24. Quintanaduennas Ecclesiasticon, lib. 1. cap. 3. nu. 13. Flam. Paris. de resignatione beneficio. l. 1. q. 10. n. 69. & lib. 2. quæst. 15. a nu. 11. & lib. 11. quæst. 4. n. 31. *Suarez de relig. 1. tom. tractat. 3. lib. 4. cap. 26. & cap. 33. a nu. 1. & 2. tom. tract. 4. lib. 4. c. 22. nu. 5. Salon. de iust. & iure q. 63. art. 2. 6. contro. Acor. instit. moral. 2. p. lib. 3. c. 5. q. 2. & lib. 8. c. 5. q. 4. & 5. Toletus in summa lib. 5. c. 82. nu. 2.* Et Suarez. 5. tom. de censuris, disput. 15. sect. 1. num. 7. & post hæc Gonçalez ad reg. mensium, gl. 5. §. 5. *Vgol. de offic. Epis. c. 26. §. 14. nu. 1. & Gratia in addit. decis. 158. nu. 3.*

Et quod pẽsiones propriè beneficia Ecclesiastica
4 † dici non possint, dixit Rota in vna Brixien. cõfidentiæ. 5. Iunij 1591. Corã D. Peña infra adducta. nu. 52.

Et ita tenendum est, aduertendumq; hic nõ agi de
5 pensione quæ datur † in titulum beneficij, nẽpe quãdo certa pensio extrahitur ex pingui beneficio, vt deinceps sit beneficiũ Ecclesiasticũ, dictũ fortè portio, seu pensio, vt in terminis cap. conquerente. dè clericis non residen. vbi Abb. nota. 1. & nu. 5. hæc enim propriè est beneficium, & beneficij appellatione venit, nec refert quod appelletur pensio, quia non est vis in nomine, Card. in Clem. 1. §. eadem nu. 4. de supplenda negligentia Prælatorum, Hier. Paul. sup. Caccialupus. d. q. 12. Gigas. q. 1. nu. 1. & q. 28. nu. 20. & est 99. n. 24. Io. Nicol. Delphinas sup. n. 65. Duarenus d. l. 6. c. 4. Redoa. n. 18. Couarr. supra, & Guerrero versiculo est alia pensio. Nauarr. d. conf. 11. de constit. in fin. & d. conf. 66. nu. 30. Cucchus in institution. maioribus, lib. 5. tit. 7. nu. 17. Lasiarte, & Suarez sup. & Gonçalez. nu. 43. sed agitur de pensione, quæ simpliciter
6 constituitur † ad tempus super fructibus beneficij, & alicui assignatur authoritate superioris: & de hac absolutè dicimus non esse beneficium, nec beneficij nomine intelligi, seu venire.

7 Cuius rationem † reddunt D. Francus Abb. Felin. Staphil. Selua, Caccialupus, Gigas, Sarnen. Coras. verque Io. Nicol. Paleotus. Redoanus, num. 10. Cucchus, Acuedo, Lasiarte, & Quintanaduennas supra, quod pensio nullam spiritualitatem habet in se, sed est quid merè temporale, cuius ideo laicus capax est, idem Gigas, quæst. 1. nu. 1. & q. 21. 33. & 51. nu. 2. Ripa in cap. 2. de iudicijs. nu. 128. Rebuffus de pacificis possessor. à nu. 150. alias 132. Didacus Alaba de consilijs, 2. par. cap. 21. Bursattus conf. 178. nu. 27. lib. 2. & Camillus Cautius de pens. Episcopali, nu. 32. Cæsar de Grassis, decis. 91. nu. 5. & decis. 114. nu. 8. Caiet. in tract. 17. quæst. q. 20. *d. quæst 10. seu opusculorum 1. tom. tract. vlt. resp. 10. Leo in Thes. for. Eccles. cap. 22. & nu. 17. & 80. Isidor. Moscosius de maiestat. milit. Eccles. lib. 1. par. 3. cap. 3. pag. 501. Gratian. d. decis. 158. & nu. 6.* Bart. Medina in summa, lib. 1. cap. 14. §. 22.

8 Sed quamuis id verum † sit in pensione, quæ titulo seculari, & vti laico assignatur in stipendium pro seruitio temporali, puta pro patrocinio, pro pulsandis campanis, aut aperiendo fores Ecclesiæ, vel alias pro remuneratione laborum, ista enim est omninò profana, quæ in laicum cadere potest, Gigas quæst. 67. num. 2. Duaren. d. lib. 6. cap. 4. Mandos. d. quæst. 11. num. 2. & de signatura gratiæ, titulo de pensio. in principio. Guerrero, & alij citati. At in pensione quæ
9 hodie est in vsu, † nempe quæ loco beneficij assignatur, vt commodius quis sustentari valeat, vel ex causa resignationis, seu cessionis, ne ex ea nimium dispẽdium patiatur, quam Mandos. vbi proxime vocat, quæ datur in titulum. Licet Bursattus, dicto consil. 178. num. 32. dicat, quod vbi reseruatur pensio non ob illam causam tantum, ne nimium dispendium patiatur, sed vt commodius quoque, ac decentius sustentari queat, sic alimentorum loco, minimè loco beneficij subrogata dicitur, allegans Gigantem, quæst. 54. num. 4. in fin. versic. quando autem appareret, qui id non dicit. Verius est non esse quid merè temporale, sed potius esse spirituale, aut spirituali
10 † annexum dependenter, seu consequenter instar beneficij; quia sicut beneficium prærequirit, & præsupponit clericatum, & ideo dicitur spirituale, seu spirituali annexum dependenter vt supra cap. 2. num. 6. cum D. Thom. & alijs dixi, ita etiam ista pensio prærequirit clericatum secundum stilum curiæ notissimum, de quo Redoanus, d. cap. 14. nu. 13. & de spolijs Ecclesiast. §. ex his. à num. 6. Nauarrus conf. 63. de simonia, num. 5. Guerrero dict. cap. 61.

verſiculo,& ſi penſio. Marcheſanus de commiſſio, 2. par,cap.4.de commiſſione appellationis,nu.60.& 61 Cucchus d.cap. 11.n. 70. *Leſſius de iuſtit,& iur. lib. 2. c.34.nu.203. Acor. d.lib.8.2.p.c.7. q. 3.* & Rota deciſ. 139.lib.3.p.3.diuerſorum,& faciunt deciſiones Rotæ,de quibus infra n.116.117.& 118. *Et nouiſſimè fuit reſolutum in cauſa Abulenſ. penſionis 11. Maij 1607. coram D.Sacrato,vt in deciſ.ſeq.128.idem in Papien. Prioratus S. Michaelis de Calotio 6.Iun. eiuſdem anni 1607. coram D.Lancellotto infrarelata.nu.14.*

Et conſtat ex conſtitutione 71. Pij Quinti,de reuo
11 catione priuilegiorum,† circa penſiones obtinendas & transferendas per laicos,Bigamos & Clericos coniugatos,&c, Et ex conſtitutione 30.Sixti V. de habitu & tonſura,per clericos,ſeu milites beneficia, vel etiam penſiones obtinentes,deferendis; vbi ſtatuitur, quod clerici obtinentes penſiones, debeant tonſuram,& habitum clericalem,veſtes,ſcilicet talares iugiter,& continuò deferre,alioquin non geſtantes dictum habitum clericalem,penſionibus ſint ipſo facto priuati,& penſiones extinctæ, &c. Et quod in futurum non niſi actu clericis in habitu clericali, & tonſura incedentibus penſiones reſeruentur, cum decreto irritante,&c.

12 Vnde non ſolum requiritur† clericatus ſed etiam ex iſta conſtitutione, quod incedant in habitu,& tonſura clericali, præterquam in penſionibus, in ſimul non excedentibus ſummam ſexaginta ducatorum auri de camera, in quibus ſufficit clericatus, licèt non incedant in habitu, & tonſura clericali, ex conſtitutione 31. eiuſdem Sixti, quæ permittit,& concedit, quod obtinentes penſiones, dictam ſummam inſimul non excedentes, ac certi familiares,de quibus ibi, in habitu & tonſura clericali incedere minimè teneantur, &c.

13 Addit etiam iſta conſtitutio, 31. quod clerici,† quibus penſiones ad quamcumque ſummam ſunt reſeruatæ, vel reſeruabuntur, non aliter ad geſtandum huiuſmodi habitum teneantur, niſi poſtquam eas cum effectu exigere,aut percipere cœperunt, vel per eos ſteterit quo minus exigant, vel percipiant. Vnde non videtur iam neceſſarium, quod tempore reſeruationis in prædicto habitu incedant, vt dicebatur in d. 1.conſtitutione, Qui autem contrauene-
14 rint d.conſtitutioni non poterunt† deinceps penſiones exigere, aliàs tenebuntur reſtituere etiam ante ſententiam iudicis, cum ſint ipſo facto priuati, & penſiones extinctæ,iuxta dicta infra,11.par,cap. vlt. à nu.7.Maxime cum iſta pœna conſiſtat in mera priuatione,ſicut pœna excommunicationis, ſuſpenſionis,&c.Licet cõtra teneat P.Ledeſ.in ſum.2.p.tract. 7.cap.2.circa 14.concluſ.ad fin.pag.384.& 385. *Et licet ante dictam conſtitutionem penſionarius non viuens clericaliter poſſet penſiones exigere,nec eas teneretur reſtituere, nec penſionem perderet ipſo iure, quamuis peccaret mortaliter non viuendo clericaliter,vt per Nauar.conſ. 3. de vit.& honeſt.cler. vbi Additio ait aduertendum,&c. Et dicta doctrina confirmatur ex deciſ. Rot. in d. Papien. prioratus S. Michaelis de Calotio 6. Iun. 1607. coram D. Lancellotto, vbi fuit reſolutum, quòd reſeruatio fructuum non ſuffragatur, &c. Rubr. penſ. 12.* & vide dicenda infra.7.p.c. 1. à nu. 15.

Vnde receptum eſt, non poſſe ab inferiori à Papa
15 † conſtitui penſionem vllo laico etiam non coniugato. Rebuffus de pacificis poſſeſſoribus,nu.153. alias 135. Nauarr.conſ.34.de præben. Flam. Pariſ. de reſignat.benefic.lib.4.q.2.nu. 7. Vega in ſumma 2. p. c. 60.caſu 1. *Et quod penſio non poteſt reſeruari laico, docet Card.Tuſch.concl.56.lit.B.nu.5.& 6. & nouiſſimè Vgol. de offic.Epiſc.cap.50.§.6.nu.2.quod non valet penſio laico*
16 *reſeruata,nec clerico coniugato.* Quamuis Papa† de ſua plena,& abſoluta poteſtate conſtituere eam poſſit, iuſta de cauſa,idem Nauarrus de oratione Miſcel. 45 alias 50.& in Manual.c.25.n.118. Fr.Emmanuel Rodriguez in ſumma.2.to,c.21.n.12. Vega ibi & caſu 3. & P.Ledeſma d.tract.7.c.2.circa 14.concl. pag. 382. *Id autem quod dictum eſt de clericatu ad penſionem requiſito tempore reſeruationis ipſius,intellexit Rota in d. Abulenſ.penſionis coram D. Lancellotto procedere in penſionibus Ordinarijs,quæ reſeruantur à principio, ſeu in concreto ad fauorem certæ perſonæ; ſecus in penſionibus reſeruatis in abſtracto pro perſonis nominandis, vt in penſionibus Epiſcopatuum Hiſpaniæ de iure patronatus Regis, in quibus tenuit non eſſe neceſſarium, quòd perſona nominata haberet clericatum de tempore reſeruationis.ſed ſat eſſe,quod ſit clericus,& habilis tempore nominationis,quo gratia effectuatur, & perficitur,non obſtante quòd literæ expediantur ſub data reſeruationis, & in eis appelletur clericus iuxta ſtilum: quamuis penſiones decurſæ ante clericatum ei non debeantur, &c. vt in deciſionibus ſequentibus, quæ ſunt notandæ 129. 130. 131.*

*Sed ſalua pace tanti tribunalis,deciſiones iſtas nunquam potui ſequi: nam cùm literæ reſeruationis penſionis ſint ad fauorem talis vti clerici,& cum data cedulæ conſiſtorialis, in qua reſeruatur,vtique de eo tempore oportet adeſſe clericatum; etenim iuxta formam & tenorem literarum eſt iudicandum,& earum data attendenda,cap.cum te, de reſeruat.& cap.ſi eo tempore,eodem tit.in 6.& ibi Doctores cũ alijs. Nec refert,quòd nominatio ſit facta pro perſonis incertis,& nominandis:nam facta in ſupplicatione nominationis, & cum clauſula, quod literæ expediantur ſub data reſeruationis,& cedulæ conſiſtorialis, vt in ea dicitur, perinde eſt, ac ſi à principio in fauorem eius eſſet reſeruata;& nominatio retrotrahitur ad tempus reſeruationis, & cedulæ conſiſtorialis: & ita in nominatione, & ſupplicatione, quæ per Papam ſignatur, non ponitur data, quia tempus illius non eſt attendendum: & aliàs non poſſent ſperare ad nominatum penſiones à die datæ literarum etiam ſi ex tunc eſſet habilis. Et eſt optimum ſimile in reſignatione,quæ non perficitur,niſi propoſito conſenſu; & tamen vt dicitur infra 2.par. cap.2.nu. 128.ad tempus datæ retrotrahitur: & ſic de illo tempore requiritur habilitas reſignatarij.vt eſt indubitatũ. Nec valet ſimile de præſentatione, qua non eſt neceſſarius clericatus de tempore, quo quis à patrono nominatur, ſed ſatis eſt, quod adſit, quando cum effectu coram Ordinario præſentatur:quia id ex eo eſt, quòd non eſt vera præſentatio, niſi quando coram Ordinario præſentatur; nec antea poteſt dici præſentatus:nominatio enim nullo modo eſt præſentatio,& ſic ex ea nullum ius acquiritur, ſed eſt præparatio ad præſentationem, vt dicitur 7. parte, cap. 1.à nu. 33. In propoſito autem eſt longè diuerſum: nam reſeruatio penſionum fit in cedula conſiſtoriali ſimul cum prouiſione Eccleſiæ, & poſtea ſolùm fit nominatio & declaratio perſonarum, pro quibus dictæ penſiones à principio reſeruatæ intelliguntur.*

*Videtur tamen,quod cùm nominatio penſionarij non valet ex defectu clericatus, poterit à Papa nominari alius à Rege propoſitus in vim dictæ reſeruationis pro perſonis nominandis,quæ per nominationem nullam & inualidam non conſumitur, ex Felin. in cap.2. de tregua, & pace num. 5.*

*fall.*

*fall.2. Paſ.in l.ſerui electione.ff.de Leg. 1.nu.3.& latè Tiraquellus in l.bonet, §.hoc ſermone,l. vnde cum alijs.*

*Fauet Cantarel. in præcepta Decalog.lib.2. cap.32. nu.* 234.& 235.

Et hodie ante conſtitutione Pij V. 138.† intra adducta,2.par.cap.1.nu. 5. quæ obligat penſionarios ad Horas,& Officium paruum B.Mariæ,poteſt etiam dici annexa ſpirituali.hac ratione,quia iam, vt inquit P. Nauar.de reſtit.lib.2.cap.3. nu. 200. datur ob officium,ſicut beneficium. Poſt quam conſtitutionem. inquit Enriq.in ſum.lib. 13.cap.13. §. 2.quod penſio datur titulo Eccleſiaſtico. *Et vbi iſta bulla Pij Quinti eſt recepta, ibi penſionem eſſe rem ſpiritualem tanquam quoddam beneficium, ait Leſſius dicto lib.2.cap.35.nu.119 ſed pleriſque locis hanc Bullam non videri receptam,quia a plurimis ignoratur; vel etiamſi ſciatur non eſſe in praxim vnquam deductam. Et Suarez dicto tractat. 3.de relig.lib. 4.cap.26.nu.8.& vlt. ait, ſecundum iſtud ius nouum Pij Quinti,has penſiones eſſe ſpirituales, & ſpiritualibus annexas,ſupponereque,vt alibi dicit nempe dict.tract.to 4.libro 4.cap.22.nu.5 illam legem obligare.& non eſſe per contrariam conſuetudinem abrogatam,ſaltem in Hiſpania, quia nec de tali conſuetudine conſtat,nec de tacito conſenſu Pontificis in ea tolerenda, & penſionem clericalem eſſe nunc ſpiritualem,repetit idem Suarez d.tract.to.3.lib.4.c.33.nu. 1.& accedit Gratian.dec.158.a.n.5.& in addit.eius nu.9.*

38 Et hanc ſententiam, de qua nu.9.† tenet Nauarrus d.conſ.93. & conſ.59.61.& 65.de ſimonia, & in Manu.cap.23.nu.111.Mandoſ.d.reg.19.q.11.nu.11. & d.cit.de penſio.verſic. nos loquimur. Guerrero, d. cap.61.Hiero.Gabriel conſ.191.num. 8.lib. 2.qui ait, penſionem non eſſe merè temporalem, cum dependeat à beneficio,& clerico aſſignata ſit, & reſeruata pro alimentis, proquibus regulariter cenſetur reſeruata. Redoanus de ſpolijs,d.cap.§.ex his.à nu.6. Flores,q.21.nu.199.& Cucchus.d.c.11.nu.9.verſic. penſio verò,qui ait,quod penſio non eſt profana,ſed annexa ſpiritualibus. Vialdus in appendice ad ſuum Candelabrum aureum,cap.1,nu.33. *& in nouis editionibus in ſupplem. cap.1.nu.68.* Et Fr.Ludou. Lopea,inſtructorij conſcientiæ,1.to.cap.103.Fr.Emanuel Rodriguez,d.cap.21.nu.7. & 8. & Fr. Lud. Vega in reſpon.caſuum conſcientiæ,caſu 37. qui etiam penſiones conceſſas ſæcularibus,ait eſſe quid ſpirituali annexum, ſed in hoc malè dicit,per Toletum in ſum.lib.5. cap.9. *dicto cap.82.& 92.tenent etiam Leſſius lib. 2.cap.* 34 *nu.202.& Suar.d,tract.to.3.lib.4.c.26.nu.3.5.& 16*

Et hodie iam Rota tenet. quod penſio non ſit pro-
39 fana,† ſed annexa ſpirituali,vt dictum fuit in vna Britorien.commendæ Coram D. Gipſio 12. Decembris 1588.& 5.Maii 1589. & refert Flam. Pariſ. de reſign. beneficij lib.6.q.4.nu.54. *Et illa deciſio. Britorienſ.* 12. *Decembris ponitur a Farin.deciſ. 63. & eſt bona dict. deciſio Gratiani,* 158. *dicens, quod penſio eſt connexa ſpirituali, cum adeſt onus recitandi officium Beatæ Mariæ, & videtur requiri ordo clericalis. Et Azor.d.2.parte libro* 8. *cap.5.quæſt.6. ait, quod nunc hæc ſententia videtur communi conſenſu recepta. & ſuo iudicio eſt vera, & 3.part. lib.12.cap.13. quæſt.2. quod eſt quid ſpirituali rei annexum,ſi quidem datur clerico tanquam clerico,&c.& Magiſter ſacri Palatij in indice librorum expurgandorum in Eman.Sà pag.387.verb.penſio nu.2. ibi.poteſt ab hoc,corrigit, non poteſt ab hoc,& addit in fine. Eſt enim penſio ius quoddam exigendi certam partem fructuum beneficij,& eſt res annexa ſpirituali,ſicut beneficium,&c.*

20 Vnde ſequitur, quod iſta penſio non poteſt† pecunia redimi, ſeu emi,nec pretio transferri, ſine authoritate Papæ; aliàs redemptio, emptio, ſeu tranſlatio erit ſimoniaca,& nulla,licèt non incurratur excommunicatio,vt tenet Nauarr. in locis proximè citatis, & in conſ. 11.de rebus Eccleſiæ,& conſ.47.60. 62.& 66. de ſimonia, *& conſ.2.num. 2.de pact. & Vgolin.& Fab.4.cap.5.num.3. Alexand. Monet.de diſtribut.p.2.q.18. num.52. & 53.* Guerrero ſupr.fuſcus de viſitatione lib.2.cap.25.nu. 40. Salcedo in praxi crimin.Bern. Diaz.cap.91,litera D.verſ.7.quod licèt Fl. Pariſ.de reſign.benefic.lib.9.q.2. à num.124. & 128. & de confidentia,q.23.nu.45.& 47.Vgolin.de ſimonia,tabula 1.de ſimonia in genere,ca.28.§. 3.nu.6.& 7. zerola in praxi Epiſcopali.2. p. verbo penſio. §. 8. & verbo pẽſionarius,§.1.Zecchus d.c. 11.nu. 8. verſ. 15.& nu.9. Adrianus quodlibet 4.ad 5. Corduba l. 1. qu.21.pun.1.Coſmas Philiar.de officio ſacerdotis. 2. p.lib.6.c.3,4.cõcluſ.3.p. cuius ratio in effectu eſt eadem, quia in effectu ait penſionem eſſe annexam ſpirituali,quamuis principaliter ſit ius temporale, vt de beneficio dixi.cap.2.nu.6.& Fra, Ludo Beia, vbi proximè Graſſijs in deciſi. aureis caſuum conſcientiæ,li. 2.cap.50. num.12. Vialdus, Fr.Ludo, Lopez,& Fra. Emmanuel Rodriquez.ſup. Vega in ſum.2.par.cap. 65.caſu 7.& c.101. caſu 68. ad fin. Emmanuel. Sá in ſumm.verbo penſio.nu.1.& Sairus,de cenſuris.l. 2.c. 5.nu.15. *Azor.d.2.parte libro 8.capit.10.quæſt.9. 10.et 11.& 3.parte libro 12.cap.13.quæſt.2. 3. & 4. & noniſſimè Piaſec. in praxi Epiſcop. parte 2;cap.4. num.47.& Cantarel. ſupra.*

Et idem tenent Rebuffus de pacificis poſſeſſori-
21 bus,†.n.152. alias 135. qui tamen non loquitur conſequenter ad id,quod dicit.d.n.15. & Paulus Romanus.d.c.6.n.34.& Gambarus.d. l.6. nu.631.& 633. Sed iſti,maximè Paulus Romanus, tenent,quod pẽſio eſt beneficium,vt dixi nu. 2.idem tenuit Rota in
22 vna Pharen. penſionis† 24.Ianuar.1578.Coram ſanctiſſimo,quæ eſt.1.par.diuerſorum,deciſ.454. num. 7. *& eſt d.deciſio Gratiani* 158,

23 Et ita habet vſus. & ſtilus curiæ, qui facit ius, † vt per Nauarrum.d. conſ. 47. numero 30. & d.conſil. 61.in fine. Flam.Pariſ. d.cap.24. Philiar. & Graſſijs ſupra, & Enriqu.d. l.13. cap. 13. §. 2. ait quod poſt dictam conſtitutionem Pij V. ſuper recitatione Horarum, penſio datur titulo eccleſiaſtico, nec, ſine licentia Papæ, licet eam redimere. aliàs eſt irrita, & ſimoniaca, quamuis non incurratur excommunicatio; & quod ante Pium Quintum penſio reputabatur res temporalis, & redimibilis, ſed in hoc vltimo fallitur. *poſt Gratian. Azor. d.cap. 10.quæſt.10. & d. deciſ. Gratian.*

Et ita tenendum' eſt, quamuis contrarium teneãt
24 † Hieron. Paulus ſupra. Gigas. qnæſt.87. & 99. Rebuff. in repet. cap. extirpandæ. §. qui vero, de præben. notab.6. in materia penſionis ad finem, Duarenus. diſtinctione libro 6. capit. 4. §. annua huiſmodi. Redoanus d. 2.part.de ſimonia cap. 14. num. 15. Burſatus conſil. 126. numero 90.ad finem. libr. 2. Caietanus, & Medina. vbi ſupra, quia contrario nituntur fundamento, nempe quod ſit quid merè temporale. *& Leo ſibi non conſtans in Thel. for. Eccleſ. dict. capitulo 22. a numero 74.* Quorum ſenten-
25 tia, ſolum eſt vera† in penſione, quæ titulo ſeculari, & vti laico alicui aſſignaretur in ſtipendium,

dium, vel aliàs pro remuneratione laborum, Guertero ſupra & Vgolinus. d. num 7.

*Toletus dicto lib.5.cap.92. Leſſ.lib.2.cap.35. nu.123. Suar.dict. tract.3.de relig.lib.4.c.26.nn.4.5.& 16. Licèt nouiſsimè Fr.Raphael de la torre de relig.2.to.q.100. art. 4. diſp.5. ſequutus Caietanum dicat, conſiderato iure antiquo omnes penſiones,etiam clericales,eſſe vendibiles & redimibiles, præter eas quæ dantur titulo ſpirituali, ratione miniſterij ſpiritualis præſtandi,ſeu præſtiti;ſtante verò dict. conſtitutio. Pij Quinti (quæ ſaltem in Hiſpania viget) obligante penſionarios ad recitandum officium paruum Beatæ Mariæ,omnes penſiones clericales,quacunque de cauſa dentur, licet beneficia non ſint, eſſe tamen annexas ſpirituali muneri, ac proinde eſſe inuendibiles, & irredimibiles ſua natura, & ex iure diuino, ſicut beneficia. Sed verum eſt, iſtam ſimoniam, etiam in beneficijs, non eſſe de iure diuino, vt dixi ſupra capit.2. à num.8. & aliàs non poſſent redimi penſiones, etiam authoritate Papæ, vt Tolet. Sed & Torre ibi, in 6. & circa eam videtur hallucinari, & repugnantia dicere.*

26 Et quamuis Toletus d.c.92.& 82.& Valentia † 3. to.diſput.7.q.16. pun.3. dicant, huiuſmodi penſiones,quæ dantur loco beneficij, poſſe redimi ſine authoritate Papæ,quamuis non vendi,& transferri pecunia, in quo non loquuntur ſatis conſequenter.

*Licèt eos ſequatur Leſsius dicto cap.37. num.124. & 129. dicens, redimere talem penſionem non eſſe emere aliquod ius ſpirituale, ſed extinguere onus temporale, ſcilicet debitum ſoluendi quot annis certam ſummam; tamen huiuſmodi penſiones vendi non poſſe abſque Pontificis facultate, etſi dicta Bulla Pij Quinti recepta non ſit, quia ſtilo curiæ eſt prohibitum,& vendens punitur vt ſimoniacus; permitti tamen redimi, teſte Toleto ſupra. Sed illa ratio non ſatisfacit; nam licèt quando redimitur penſio, non ematur, ſeu acquiratur ius ſpirituale, extinguitur tamen pretio ius ſpirituale,quale eſt ipſa penſio, vt ſupponitur: quod ſufficit ad ſimoniam; ſicut ſi Epiſcopus extingueret,vniret, ſeu ſupprimeret pretio beneficium, eſſet planè ſimonia; ſic enim venditur res,& titulus ſpiritualis,etiamſi in aliũ non transfi rat illum, vt in propoſito ait Suar.d.c.26.nu.14.qui tandem in fi cap.reſoluit, ſuppoſita dicta conſtitutione Pij Quinti non ſolum venditionem, ſeu translationem pretio factam, ſed & redemptionem harum penſionum ſine authoritate Papæ eſſe prohibitam & ſimoniacam,& tolli omne dubium ex ſtilo curiæ habente,vt hæc habeantur & puniantur vt ſimoniaca: & ſi hic ſtilus curiæ eſt antiquior quam conſtitutio Pij Quinti, etiam antea id non licuiſſe,& fuiſſe ſimoniam. Et dict.trac.3.lib.4.cap.55.num.22.ait,pœnam contra ſimoniam in beneficijs nõ extendi ad venditionem penſionis,quia non eſt propriè beneficium. Sed & cap.57.nu.13.ait, penſionem quamtus clericalem acquiſitam ſimoniacè interuentu pecuniæ,ſiue detur pecunia Prælato imponenti penſionẽ, ſiue beneficiato, vt in illam conſentiat, ſiue tertiæ perſonæ, vt pro illa imponenda intercedat, eſſe validam, nec teneri penſionarium in conſcientia ad dimittendam illam, quia in rigore non eſt beneficium Eccleſiaſticum; & ita non comprehenditur ſub lege Eccleſiaſtica irritante prouiſionem beneficij ſimoniaci, nec eſt aliàs irritata in iure, & ex natura rei non datur talis irritatio. Sed iſta ſententia eſt falſa, & contra Nauarr.& alios ſupra citatos num.20. taliſque irritatio colligitur ex cap.ea quæ 1.quæſt.3.& cap.fin.de pactis, & cap.fin.de rerum perm. cum aliis, & facit quod de iure patronatus dicimus infra 5.p.cap.vltimo nu.9. contra eundem Suarez,& de Vicaria temporali eadem 5.par,cap. 7,num.16.*

27 Et ad iſta ſunt reducenda,quæ circa hoc docent † Victoria in relectione de ſimonia,à num.47. Soto de iuſtitia, & iure, lib.9.q.7.art.2. Arragon.2.2.q.100. art.4. verſ. ſed eſt dubium conſequens. de penſionibus. & Summa Coronæ 3.p.tract.de ſimonia. nu.34. Io.Baptiſta Corradus, in reſponſis caſuum conſciẽtiæ.q.44.Vega.d.2.p.c.65.caſu 2.& 4.& P.Ledeſma. in ſum.2.par.tract.7.cap.1.circa quartam concluſionem.pagina 381. & tracta.12. concluſ.22.23.& 24. *Num. 27. Et D. Frechilla in capit. admonet de renuntiatione,num.19.*

28 Et quod inquit Platina. in vita Pauli II. † quod Paulus ſecundus redimendarum penſionum vſum non improbauit, videtur accipiendum cum authoritate ipſius Papæ.

*Num.28. Et ita videtur intelligere Azor.d.2.p.lib.8. cap.10.quæſt.9.*

Commoditas tamen,& fructus penſionis poſſunt
29 † vendi, vt per Nauarrum, conſ.11. de rebus Eccleſiæ,& liberatio obligationis, quam habet Hiſpanus, in cuius capite fuit impoſita ſoluendi Italo. Nauarr. conſ.6. de ſimonia, de quo vide dicta infra. 2.p.cap. 1.num.37. & ſequenti.

Nec requiritur authoritas Papæ in redemptione
30 † penſionis, ſecundum ſtilum. ex eo, vt inquiunt Gigas, & Duarenus vbi proximè, quod penſio cedat in cauſam alimentorum, iuxta conſ.Rom.388. num.3. & ſuper alimentis futuris, nõ poteſt tranſigi ſine authoritate ſuperioris.l.cum hi. ff. de tranſact. l.de alimentis. C.eod.ſequitur Surdus de aliment.tit.8. pri-
31 uilegio 56.num.9. Sed requiritur † ad excludendam ſimoniam,iuxta ea,quæ ſupra diximus cap.2.à nu.8. Mandoſ.de ſignatura gratiæ.tit.de extinctio.verſ.aut ſuper huiuſmodi, Mart. Gibertus in additione vltima Cuchi.in inſtit.Canonicis paruis lib.2.tit.8.nam
32 † non omnis penſio cedit in cauſam alimentorum, ſed illa tantum quæ dicitur,ſine cauſa,quę datur clerico cum clauſula, vt commodius ſuſtentari valeat. Quæ clauſula id operatur, vt penſio alimentorum cauſa,videatur aſſignata,vt docet Horatius Mãdoſ. ad Romanum. d.conſ.338. litera C.ſic intelligens d. conſilium,quod forte ibi aderat d.clauſula,& tamen ſecundum illum in redemptione cuius libet penſio-
33 nis † etiam quæ aſſignatur ex cauſa reſignationis, ſiue ceſſionis, ne ex ea nimium diſpendium patiatur, requiritur authoritas Papæ.

34 Præterea ſi ex illa cauſa adhiberetur authoritas † Papæ in redemptione penſionis, ſufficeret etiam authoritas ordinarij,iuxta d.l.cum hi,& l.de alimentis. Item poſſet authoritas illa ſuppleri iuramento.iuxta communem opinionem, de qua Gigas, q.45.nu.10. & q.51.nu.25. Couar.in c.quamuis pactum.2.p.§.6. nu.4. Padilla.in d.lib.de alimentis,nu.5. Io.Guttierrez de iuramento confirm.3.p.c.3.nu.4.& Pontanus de alimentis. cap.6.num.4. & Surdus ſupra à nu.42. *Parlador. rerum quotidianarum lib.2.c.4.num.25.ad fin. Gratian. in addit. deciſ.158. num.2.* & ita admittunt in propoſito Gigas.d.num.10.& diſtinction.quæſt.51. num.26. & Surdus ibid.num.51.ſed eſt falſum.

35 Vnde etiam non poteſt fieri † redemptio pẽſionis authoritate Nuncij, niſi ad id habeat ſpecialem facultatem,quam credo non habet.

36 Sed ſtante quod penſio non poteſt redimi, † ſine authoritate Papæ, aliàs committitur ſimonia, offert ſe difficultas, an quando partes ſunt in Hiſpania, vel

alijs

aliàs partibus, possit solui pensionario pecunia redẽptionis conuenta, ante obtentum beneplacitum Papæ, quod haberi solet per solam supplicationem, & signaturam cum clausula, quod illa sola sufficiat, cuius formam ponit Gigas in dicto tractatu de pensio. ad fin. nam quando partes sunt Romæ, post signatã, & expeditam supplicationem tempore præstantionis consensus solet pecunia solui.

Et videtur, quod non; ad decisionem Callagurri-
37 tanam † integræ portionis, 8. Octob. 1574. de qua infra num. 353. *Et decis. Farinacij 41. post Nauarrum in Manuali, & cons. 1. de transactionibus.* & Nauar. in Man. c. 33. nu. 108. ad fin. nouiss. edit. Sarnen. de triennali, q. 12. Et quod tradit Marcus Anton. Genuen. in praxi curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, c. 51. quod alienans res Ecclesiæ, saluo assensu Papæ, nec aliter, nec alio modo, tradens tamen possessionem ante illũ impetratum incurrit pœnas extrauagantis Ambitiosæ de rebus ecclesiæ. & quod ita declarauit sanctissimus Clemens VIII. & est cons. Nauar. 1. de rebus Ecclesiæ, & post hæc Gonçalez, gl. 12. num. 97. *Quarante in summa Bullarij verbo alienatio, nu. 9. & Vgolin. de offic. Episcop. cap. 14. §. 7. num. 1.*

38 Nihilominus videtur, † quod quamuis ante obtentum beneplacitum Papæ non possit pensionario solui pecunia in executionem conuentionis, ita vt statim pensio maneat extincta, seu partes nequeant resilire, & reuocare mandatum iuxta dicta, potest tamen illi dari pecunia in rationem redemptionis pro tempore beneplaciti obtẽti, idest vt beneplacito obtento, eam sibi habeat pro redemptione, seu tãquam in depositum, & securitatem, vt sit certus & securus de solutione, ac sine necessitate exigendi à redimente, sicut posset accipere fideiussorem pecuniæ soluendæ beneplacito obtento.

39 Potest tamen pensio gratis remitti † per pensionarium, absq; authoritate superioris. Hier. Paul. supra. Sarnen. in reg. de infirmis. quæst. 16. & in compendio signaturæ, num. 87. Coras. d. cap. 14. nu. 4. Io. Nicol. Delphin. sup. num. 77. Redoan. dict. cap. 14 num. 15. Nauar. & Fulcus supra. Burs att. d. cons. 126. num. 91. Flam. Paris. d. lib. 6. quæst. 2. nu. 123. Beia. Graffijs, & Fr. Emmanuel Rodriguez vbi sup. *Azor. 2. par. lib. 8. cap. 10. q. 6. in fine, & ad idem est decisio. Gratiani 158. num. 11. & 12.* Achilles de Graffis decis. 43. & 212. & Rota in d. Pharen. pensionis, decis. 454. nu. 7. & decis. 471. nu. 10. 1. par. diuersorum, & fuit resolutum
40 in vna Lamoscen. Canonicatus 24. Maij 1557. coram D. Quiroga.

Quod reseruatio fructuum potest redigi ad limitatam portionem, & ex schedula priuata potest pensio extingui, & reduci, & liquidari fructus pro vt apparet de cõsensu pensionarij, per eius apocham. Sarnen. in compendio signaturæ, nu. 87. Gigas de pensio. quæst. 64.

40 Quod procedit, etiam † si expresse esset reseruata pro alimentis, vt commodius quis sustentari valeat, quicquid in hoc contra teneant Gigas d. q. 45. nu. 9. & quæst. vlt. num. 8. Gambatus d. lib. 6. nu. 603. Duarenus supra, Cucchus d. lib. 2. tit. 8. in fin. & ibi additio penultima, Mart. Gilberti, Io. Gutierrez, d. cap. 3. num. 5. & Zecchus, d. cap. 11. num. 9. *& Gratian. in addit. dict. decis. 158. num. 1.* ex d. l. cum hi, iuncta doctrina glossæ, ibi verbo alimentorum, versic. item numquid. cum qua transeunt communiter scribentes, vt per Iaſ. ibi num. 10. & Padillam in dicta l. de alimentis. & Surdum sup. num. 19. & 106.

Nam tenendo, quod pensio æquiparetur contra-
41 ctibus † profanis, vt tenent Sarnen. d. quæst. 16. Gigas quæst. 99. num. 10. & Redoan. nu. 14. Quod procedit quando reseruatur de consensu partium respectu cõsensus, Achilles decis. 425. nu. 8. & Puteus decis. 193. nu. 2. lib. 3. cessat inductio d. leg. 15. cum hi, ex versiculo plane eiusdem legis.

42 Si verò tenemus, quod æquiparetur vltimis † voluntatibus, cum Rom. cons. 348. num. 5. & Gigant. quæst. 27. & 83. num. 10. & 96. num. 4. & Barbosa in l. diuortio. ff. solut. matrim. 2. par. nu. 43. Quod Rota apud Puteum, vbi proximè, ait procedere, quando pensio reseruatur motu proprio sine cõsensu partium, secus quando de consensu partium, vt dixi, quã distinctionem, vt nouam ponit Horatius Mandos. ad Roma. d. cons. 348. littera B. & Pontanus sic intelligendus de alimentis, cap. 18. num. 5.

43 Dicendum est, † quod fauor ad hoc consideratus in alimentis relictis in vltima voluntate, de quo Surdus sup. à num. 84. non potest considerari in proposito; nam pensio est odiosa, extinctio verò fauorabilis, quia restituit beneficium ad pristinam libertatẽ, vt ait Rota in dict. Pharen. pens. Caputaquen. decis. 303. par. 2. Flam. Paris. d. lib. 6. quæst. 2. num. 5. & Sarmiento lib. 1. Selectarum, cap. 12. in princip. & lib. 8. in l. 2. ff. de legat. 2. num. 9. & Achilles d. decis. 312. ait quod cessatio pensionis, est quodammodo liberatio beneficij à seruitute.

44 Nec videtur in proposito militare ratio † considerata in alimentis relictis in vltima voluntate, de qua Duarenus lib. 1. disputationum, cap. 44. & Cuiacius in d. l. cum hi. & ibi Oroscius. §. solet. num. 9. & Menoch. de arbitra. casu 170.

45 Et postquam hæc scripseram, vidi Patrem † Molinam 2. tom. de contractibus, disput. 559. vbi reprobat d. sententiam Gigantis, & Io. Gutierrez, dicens, quod cum pensio ortum non habeat ex vltima voluntate, vt est notissimum, consequens profecto est, vt dispositio d. l. cum hi. extendenda non sit ad pensionem concessam ad alimenta.

46 Sane vno casu non poterit † remitti pensio, absq; authoritate superioris, nempe ad cuius titulum quis est ad sacros ordines promotus, quæ sine licentia Episcopi extingui, aut remitti nullatenus potest, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sit adeptus, vel aliunde habeat vnde viuere possit, ex decreto Sancto Concil. Trident. sessione 21. de reformat. cap. 2. ad finem, vt aduertit Fulcus d. lib. 2. de visitatione, cap. 18. num. 40.

47 Habemus ergo in pensione, quæ loco beneficij † clerico, vti tali, assignatur, falsam esse prædictam rationem, quod sit quid merè temporale, nullam spiritualitatem habens: adhuc tamen vera est, indistin-
48 cte prædicta conclusio, quod pensio † non est beneficium verè, & propriè, nec venit appellatione beneficij, pro qua facit Concil. Triden. dicto cap. 2. sessione 21. & cap. 15. sessione 25. de reform. vbi non distinguitur pensio contra beneficium, & facit etiam dicta constitutio 30. & 31. Sixti V. de habitu & tonsura clericali.

49 Nam etsi ista pensio sit spiritualis, † seu spirituali annexa instar beneficij, vt diximus, tamẽ est quoddam ius temporale, idest ad tempus, separatum,

& for-

& formale de per ſe diſtinctum ab ipſo beneficio, vt dixit Rota in vna Legionen. Zamoren. penſionis 10. Octobris 1577. coram D. Robuſterio Epiſcopo Oriolen. quæ habetur 1. p. diuerſor. deciſ. 425. & in Brixien. confidentiæ 5. Iunij 1591. coram D. Penna infra adducta num. 52.

50 Et per penſionem non intitulatur † quis Eccleſiæ, ſicut per beneficium, & in multis differt a beneficio, & præcipuè quod penſio non datur propter officium ſicuti beneficium. Toletus in ſumma lib. 5. cap. 76. & 82. & quamuis hodie ex conſtitutione 138. Pij Quinti, quæ obligat penſionarios ad officium paruum B. Mariæ, dici poſſit, dari propter officium, vt dictum eſt ſupra, n. 17. tamen officium iſtud diuerſum eſt ab officio, propter quod datur beneficium.

51 Vnde infertur primò, quod transferentes penſionem, ſeu fructus reſeruatos per confidentiam, non comprehenduntur in conſtitutionibus Pij IIII. & Pij Quinti contra confidentiarios editis, Nauarrus conſil. 11. nu. 7. de conſtitu. & conſil. 65. & 66. de ſimonia, & Flam. Pariſ. de confidentia, quæſt. 23. à nu. 14. & q. 24. & poſt hæc viſus Gonçalez d. glo. 5. §. 5. nu. 5. *Gratian. in addit. deciſ. 158. nu. 4. & 5. Suarez dicto tract. 3. de religione lib. 4. cap. 43. nu. 4. & fr. Raph. de la Torre eodem tract. 2. to. q. 100. art. 6. diſp. 4. verſ. ex quo ſequitur.* & ita firmauit Rota in d. Brixien. confidentiæ, vt in deciſione ſequenti.

## *Brixien. confidentiæ 5. Iunij 1591. Coram D. Penia.*

52 ARchiepiſcopus Corciren. † omnes fructus Archipresbyteratus Montis Clari Brixien. diœceſis demptis tamen quinquaginta pro titulari, habebat reſeruatos cum facultate in toto, vel in parte vni, vel pluribus eos transferendi, cuius facultatis vigore primum de anno 1568. ſummam ducentorum ſcutorum, & iterum de anno 1575. reſiduum dictorum fructuum ad fauorem Ludouici Campani ſui familiaris tranſtulit, ſed quoniam Franc. Fenicius prædictum Archipresbyteratum titularis prætendebat, in ea translatione commiſſam fuiſſe confidentiam prohibitam per conſtitutiones Pij Quarti, & Quinti: tũ quia poſt translationem, idem Archiepiſcopus eoſdem fructus exegiſſe per quitancias factas ab eius procuratore videbatur, tum ex quibuſdam eiuſdem literis miſſiuis, quibus videbatur ſignificari, Archiepiſcopum poſt translationem exegiſſe tamquã dominum fructuum, quod non videbatur negare Campanus, qui in ſuis conſtitutionibus fatebatur, Archiepiſcopum poſt translationem omnes fructus exegiſſe. Tum denique ex quibuſdam locationum inſtrumentis, vnde inferebatur Campanum tamquam procuratorem Archiepiſcopi, poſt translationem prędictos fructus, tanquam ſpectantes ad Archiepiſcopum, vti illorum reſeruatarium locauiſſe, & propterea prædictus Frãciſcus Campanum, coram iudice confidentiarum accuſauerat, cui fuerat per Sanctiſſimum Dominum noſtrum ordinatum, vt cum voto meo in cauſa procederet, propoſita cauſa in Rota dubitaui, an adeſſet confidentia in caſu, & ad effectum de quo agitur? effectus erat magnus, quia ſi iudicabatur pro confidẽtia translatio prædicta reddebatur nulla, & Campanus inhabilis, iuxta pœnas conſtitutionis Pij V. & licèt ego qui cauſam non Rotalem proponebam, & ideo primus eram dicturus ſuffragium, ex prædictis inclinarem pro confidentia omnes tamen domini cõcorditer tenuere, de illa non conſtare; potiſſima ratio fuit, quia conſtitutiones Pij Quarti, & Pij Quinti, non habent locum in ſimplici translatione fructuum, aut penſionum, cum loquantur de fructibus ac penſionibus, quæ reſeruantur ratione reſignationis beneficiorum. Nam prima conſtitutio Pij Quarti apertè loquitur de beneficijs Eccleſiaſticis, penſiones vero propriè beneficia Eccleſiaſtica dici non poſſunt Sarnen. de infirmit. q. 16. circa medium, verſ. nam clarum eſt. Gigas de penſio. q. 28. n. 10. nam penſio cum non datur in titulum, eſt quoddam ius temporale ſeparatum, & diſtinctum ab ipſo beneficio, vt tenuerunt domini in vna Zamoren. penſionis, ſub die 10. Octobris 1577. Coram D. Oriolen. & cum ſit pœnalis conſtitutio reſtringenda eſt, cap. 1. de filijs presbyterorum, lib. 6. c. odia. & cap. in pœnis. de regulis iuris, lib. 6. clarum autem videbatur, conſtitutionem loqui, de penſionibus, & fructibus ex cauſa reſignationis beneficiorum reſeruatis ibi, ac ſibi propterea penſiones annuas ac fructus redditus, & prouentus Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum, &cet. Ex quibus verbis declarantur etiam alia, quæ ſequuntur in dicta conſtitutione, in verſic. ac fructuum, & penſionum, & in verſ. & inſuper: quibus locis dictio, prædictam, & dictio, huiuſmodi, oſtendunt conſtitutionem ſentire de penſionibus & fructibus procuratis ob reſignationem confidentialem, conſtitutio item Pij Quinti, quę enumerat omnes modos committendi confidentias, ſimiliter loquitur de beneficijs ac penſionibus ſuper beneficijs ratione confidentiæ reſeruatis, nec in ea detagitur aliquod verbum de penſionibus, & fructibus ſeparatim confideratis, vel de illorum translatione. Nec videbatur dominis veriſimile, quod illa conſtitutio id fuiſſet ommiſſura, ſi putaſſet in eo etiã caſu confidentiæ crimen locum habere argumento. l. primæ. §. ſin autem ad deficientis. C. de caducis tollendis, Alexand. conſ. 148. incipient. in caſu appellat. n. 8. lib. 5. Conſiderabant etiam domini, quod cum conſtitutio Pij V. procedat procedat per præſumptiones, non debet extendi ad caſus, in quibus aliàs extẽderetur. Abbas in cap. fi. deſponſal. Ruinus conſil. 112. numero 27. libro 2. Rol. conſi. 27. numero 22. libro 1. Nec videri poteſt Pius Quintus de illis ſenſiſſe in verſic. ſed nequiquam, nam ibi quoque agitur de penſionibus, occaſione confidentiæ, ſuper beneficio cõmiſſæ, de quibus paulo ante in prędicta cõſtitutione tractatum fuerat. Non obſtat ſententia lata a Pio Quinto, per quam declaratur nulla tranſlatio penſionis facta in Archiepiſcopum Corcyren. quia non fuit declaratio nulla tanquam confidentialis, ſed tanquam facta ad commodum incapacium, ac in fraudem priuilegiorum Militum Sancti Pauli. Fuit etiam dictum, quod licèt præfatæ, conſtitutiones Pij Quarti, & Pij Quinti loquerentur de ſimplicibus penſionibus. quod tamen non concedebatur adhuc, ex his quæ proponebantur non videbatur probata aliqua confidentia; primum quia cum Archiepiſcopus vigore ſuæ facultatis, poſſet fructus pro ſe retinere, & illos etiam omnes, vel aliquam partem transferre, nulla aderat probabilis, aut veriſimilis ſimulandi cauſa, qua deficiente, nec præſumitur ſimulatio, nec admittitur eius probatio. Aretinus

conſ.

consil.159.num.10.versic. venio nunc ad tertium, Alexander,cons.57.num.30.vers.& hæc procedunt. lib.5. facti etiam series videbatur tollere confidentiam,nam si confidentiaria, & simulata fuisset translatio,non potest satis commoda assignari differentiæ ratio, cur statim ab initio non fuerit facta de omnibus fructibus, quibus stantibus non concludit confidentiam perceptio fructuum facta per Archiepiscopum,post translationem,sola enim fructuum perceptio non inducit confidentiam, sed animus, & conuentio hoc faciendi ab initio, vt fuit conclusum in illa Crescentina confidentiæ, coram domino Orano de anno præsenti, nec locatio facta per Campanum nomine Archiepiscopi; nam ista, cur ita absq; confidentiæ crimine fieri potuerint,causas habent probabiles.& verisimiles,quas in suis constitutis refert Cãpanus: interetat enim Campani,ne ista translatio ab Archiepiscopi consanguineis intelligeretur, ac vt facilior esset exactio in terris,seu dominio Venetorum, quæ præsumptiones cum sint satis probabiles, contrariam confidentiæ suspicionem ex prædicta parte, & locatione ortam elidũt.dicebãt enim aliqui ex dominis, quod cæteris etiam placuit, quod licèt constitutio Pij V. ponat quasdam coniecturas ad probandam confidentiam, non tamen tollit aliàs præsumptiones,& coniecturas, quidquid priores,vel tollantur, vel elidantur,illæ enim coniecturæ non sunt præsumptiones iuris,& de iure,quæ non possint recipere probationem in contrarium. Confessio Campani nõ obstat, quia cum sit qualificata, non potest diuidi. Abb.in cap.bonæ.num.29.de postulatione Prælatorum.reddit enim rationem,cur nomine Archiepiscopi locauerit, & quod licèt Archiepiscopus exigeret, tamen Campano satisfaciebat de exactis: in literis missiuis Archiepiscopi non poterat fieri fundamentum,cum inde non concluderetur, quod pecunia de quibus in eis agebatur, peruenisset ad Archiepiscopum, atque ex his conclusum pro non confidentia.

53 At ita paciscentes peccant mortaliter, † & committunt peccatum simoniæ, quæ tamen non inducit excommunicationem, vel aliam censuram, iuxta supradicta num.20.Nauarrus vbi proxime & Flam.Paris.d.quæst.23.à num.43. *Et Azor,d.2.par.lib.8.c.11. quæst.14.*

Nec habens facultatem transferendi pensionem
54 † potest illam licitè transferre cum reseruatione, seu pacto illam exigendi,quo ad vixerit,*sine reseruatis fructibus, seu redditibus, vel aliqua parte eorum ipsi transferenti*,aliàs translatio erit nulla. Nauarrus d.cons.65. & Flam.& ibi Fr.Eman.Rodriguez in sum.2.to.c.21. nu.7. Vega in summa,1.par.c.65.casu 7. P.Ledesma, in summa,2.p.tract.7.c.1.circa 14.conclus.pag.381. *Et Suarez d.tract.3.lib.4.cap.26.num.9. qui tamen rectè ait,quod posset is transferre partem pensionis,& aliam sibi retinere cum titulo spirituali, quia potest vti facultate in parte, & non in totum; & quia tunc gratis dat id quod dat; & quia pensio non est indiuisibilis sicut beneficium,sed diuidi potest: & tunc teneretur etiam alter, in quem translata fuit pars pensionis,ad explendam obligationem à Pio V. impositam,quia esset verè pensionarius vt clericus: de stilo tamen semper in facultate transferendi id expresse dicitur, quod possit transferre in totum,vel in partem,in vnam,vel plures personas*, vt per Gig. *quæst.86. ante numerum primum*, *Flam.Paris.de resignat. lib.6.quæst.4. num.16. & Azor. 2.par.lib.8.cap.11.quæst.5.*

55 Et an hic possit eam transferre, sub † conditione si moreretur,ex infirmitate præsenti, Nauar.cons.11. de vsuris,respondet affirmatiue. contra quemtamen rectius tenet additio consilij posita in fine,quod cum per has translationes extinguatur antiqua pensio,& noua constituatur, coram electo,seu per electum authoritate Apostolica, videtur, quod dicta facultas transferendi, non possit sibi locum vendicare, nisi in absoluta translatione, atq; adeo translatio sub conditione facta, erit nulla.

56 Vnde etiam † videtur,quod non possit fieri translatio per testamentum, non obstante decisione Rotæ in causa Placentina pensionis 17.Iunij 1602.Coram D.Corduba,in qua fuit dictum,facta translatione in testamento, attendendum esse tempus mortis, ad effectum validitatis illius.Ripa in l.serui optione. ff.de optione legata. & sic secundam translationem, quæ præcessit tempus mortis, esse validam: quia id accipiendum est, supposito quod posset fieri per testamentum, quòd tamen ibi non deciditur,

Ait tamen Flam.Paris.de confiden.quęst.42.quod
57 licèt in † transferente pensionem per confidentiam, cum tunc nullus titulus beneficialis consideretur, nõ committatur confidentia punibilis, per dictas constitutiones Pij Quarti,& Quinti,tamen committitur simonia, & confidentia per promissionem factam à Titio,de soluendo ex suo pensionem constitutam super beneficio Ioannis, ad fauorem Mæuij resignantis,reseruata sibi dicta pensione,suum beneficium in fauorem ipsius Titij, qui rogauit Ioannem,vt cõsentiret constitutioni dictæ pensionis: citat Nauarrum, cons.60.de simonia. Qui solum ait in hoc casu committi simoniam super beneficio.

58 Et mouetur primò † ex ratione Nauarri,ibi.quod licèt emptio,& venditio pensionis simpliciter facta, non censeatur simonia facta super beneficio, tamen, quando est facta, tanquam medium, seu ad finem quærendi beneficium, censetur simonia facta super beneficio, sicut traditio, vel promissio pecuniæ facta alicui, vt sit mediator ad quærendum beneficium, censetur simonia facta super beneficio.

59 Secundò, † quia in paciscentibus super pensione, pro consequendo beneficio, committitur confidentia punibilis per dictas constitutiones,cum consideretur titulus beneficialis. Nauarrus in Manua.cap, 23.num.109.& habetur dicta constitutione Pij V.§. quatenus, & §.itidem.

60 Verum additio dicti consilij † Nauarr. ait aduertendum referri aliàs ab officialibus Sacræ pœnitentiariæ responsum, quod ego, si Papa sciente, in tui gratiam consentio, vt meum beneficium pensione grauetur,possum à te recipere, etiam ex pacto,indẽnitatem,est ratio,quia communiter beneficiarij non patiantur sua beneficia pensione in gratiam tertij grauari, nisi recepta promissione indẽnitatis, & hoc non lateat Pontificem, vtique admittendo huiusmodi pensionum reseruationem, tacitè etiam consentit, vt fiat dicta conuentio.

61 Sed hoc mihi tutum non videtur, & verius † existimo in prædicto casu committi simoniam super beneficio ex prædicta ratione Nauarri id tenentis, quẽ sequitur Flam. Et Vega in sum. 2.par. cap.101.casu 68. in fine,& consequenter totum illud,tam resignationem, & reseruationem pensionis, quàm prouisiones beneficij resignati esse nullam, etiam si resignatarius

tarius nondum ſoluerit ratione præfatæ promiſſionis vllam penſionem, iuxta dicta infra 8.par.cap.1.à nu. 3.& 16. quamuis in hoc contra teneat Nauar.d.conſ.
62 exiſtimo tamen contra Flaminium † Pariſium, non committi in hoc caſu confidentiam ſuper beneficio, nec comprehendi dictis conſtitutionibus Pij IV. &
63 V. Nec obſtat dict.conſtitutio Pij V. † §.quare nos, & §.itidem. quia loquitur de paciſcentibus pro conſequendo beneficio ſuper penſione ſoluenda ipſi reſignanti, vel collatori, vel alijs, eorum reſpectu.

Vnde quod inquit Cordoua in ſumm. quæſt.165.
64 † & 166. & Fr.Emman.Rodrig.2.to.c.21.nu.9. Vega 1.p.c.36. caſu 8. & P.Ledeſma 2.p.tract.7. cap.1. circa 24.concluſionẽ.pag.381.quod non poteſt ſolui nec recipi penſio ſine literis Apoſtolicis, aliàs incurrunt pœnas dictæ conſtitutionis, eſt intelligendum, quando reſignationem beneficij præceſſit pactio de ſoluenda penſione ſine authoritate, & reſeruatione Papæ, non aliàs, & vide d.infra 4.part.2.num.34.

Secundo infertur, quod licèt habens beneficium
65 tenetur † dicere officium diuinum, vt latè dictum eſt infra 3.par. cap.1. penſionarius tamen ad illud non teneatur. Dominicus Francus,num.2.& alij in cap. quamuis 1. de præben.in 6. Sarnen. in Reg. de infirmis,in q.16.Coras.1.p.c.4.nu.2.Gigas q.30.Io.Nic. de Iphi.de iur.patr.lib.1.nu.76. Sandoual dicens cõmunem de offic.Eccleſiaſt.5.p.c.5.Redoan.de ſimonia 2.p.c.14.num.11.Flam.Pariſ.de reſignat.beneficiorum.lib.2.q.15.nu.18.Soto de iuſt.& iure lib.10. q.5.art.3. Cord.lib.1. quæſtionarij q.21.punct.3. & in ſumma q.186. pun.2. Durandus de ritibus lib.3. cap.22.nu.14.& Azor lib.10.cap.4.quæſt.3.Gonçalez. ſup.num.12. *Suar.de religione tract.4.lib.4. cap.22. num.3.& 4.& Fr.Raphael de la Torre eod.tract.1.tomo, tractatu de hor. Canon.contron.6.diſp.6.num.2.* quamuis
66 contrarium male teneant Guerrero dic.cap.61. † & Gambarus dict.lib.6.nu.326. conſequenter ad ſuam opinionem,quam ibi tenet à num.309.quod penſio iudicatur beneficium, & venit appellatione beneficij, vt dixi ſupra,num.2.

67 Hodie verò ex noua conſtitutione † Pij V. 138.infra adducta.3.par.cap.1.nu.5.propoſitionem percipiens, vt clericus teneatur ad officium paruum Beatæ Mariæ,aliàs obligatur ad reſtitutionem fructuum, vt ibi.Cuchus in inſtitutionibus Maioribus.lib.5.tit.7. num.5. Durandus ibid. Frater Ludouicus Lopez. inſtructorij conſcientiæ 1. tom.cap.145. Graſſis lib.2. cap.50.num.8. & 9.& cap.51.nu.5. Viualdus in appendice candelabri. cap.10. num.32. *poſt quem Leo in Theſ.for. Eccleſ.cap.39.nu.9. Moſconius de maieſtat.milit. Eccleſiæ lib.1.p.3.cap.3.pag.501. Leſſ.de iuſtitia & iure lib.2.cap.34.nu.208.* Valentia 3.tom. ſecunda ſecundæ diſp.6.quæſt.2.pun.10.circa ſecundum Gonçalez 5.num.13.& Arragon.2.2.quæſt.63.art.2.Enriquez in ſum.lib.13.cap.13.§.2. Ioan.Emanuel Rodriguez 1.tom.cap.140.nu.5. Vega 2.par.c.65.caſu 1.Azor. ſupra & 14.q.12. *& 2.p.lib.8.cap.12. quæſt.2. Suar.d. c.22.nu.5.& 6.Fr.Raphael de la Torre ſup.nu.3.& 2.to. quæſt.100.art.4.diſp.5.circa fin. Ibi,qui ſex,dic,qui octo.* & Pet.Ledeſ.d.2.p.tract.9.c.4.con.6.2. difficultate, qui ſex vltimi aiunt dictam conſtitutionem eſſe vſu, & conſuetudine receptam, contra aliquos, qui oppoſitum dicebant, & vide dicta,dict.cap.1. 1.par.7. dubit.à num.117.

Et cum dict.conſtitutio Pij V. loquatur de eo, qui
68 penſionem † vt clericus percipit, dicendum eſt, percipientem penſionem titulo ſæculari non teneri ad dictum officium Beatæ Mariæ, vt per allegatos, ſiue ſit pauper, ſiue dives, ſiue penſio excedat ſexaginta ducatos, ſiue non, quicquid ſine fundamento dicat Vega ſupra,citans Fr.Ludouicum Lopez,& Fr.Emmanuelem Rodriguez; qui id non dicunt, ſed gratia
69 † exempli loquuntur de ſæculari paupere: & ſimiliter conſtitutio Sixti V. de habitu clericali,de qua ſupra num.11. loquitur de clericis penſionem percipientibus; quicquid Vega dicat. *poſt eum,Sed Suarez dicto tract.4.lib.4.cap.22.num.6.ait, quod ſi penſio detur ſine conditione, ſeu requiſito clericatus, non inducit obligationem recitandi officium Virginis, etiamſi detur perſonæ regulari laici, vt militi S.Ioannis, etiamſi aliquo modo ratione penſionis Eccleſiaſtica perſona ſit, & licèt illi vt regulari detur,quia nihilominus nõ datur vt clerico:hoc enim propriè, & rigoroſè accipiendum eſt. Quod etiam tenet Azor 1.par.lib.10.cap.4.quæſt.3. & nouiſſime ſequitur Fr. Raphael de la Torre dicto 1.tom. tract de hor. canon. controuerſ.6.diſput.6.num.3. & confirmatur: nam etiam iſti milites S.Ioannis, aut aliorum ordinum militarium habentes præceptorias, ſeu commendas ſui ordinis, quæ ſunt verè beneficia Eccleſiaſtica,vt ſupra dictum eſt cap.præced. non tenentur ad officium diuinum; ergo nec habentes penſionem vt tales tenentur ad officium Beatæ Mariæ. Sed id ex eo præcipuè verum eſt, quod intentio Pij V. in dicta conſtitutione videtur eſſe,quod penſionarij alioqui non aſtricti ad aliquod recitandum teneantur recitare officium Beatæ Mariæ, & milites ordinum militarium teneantur aliàs recitare aliquas preces à religione præſcriptas vt rectè dicunt Nauarr.Emmanuel Rodriguez, Vega, & Petr.Ledeſm.infra relati 3.par.cap.1.num.117.Vnde videtur, quod ſi iſti milites habentes penſiones non recitarent preces à ſua religione præſcriptas, tenerentur ad reſtitutionem, iuxta dictam conſtitutionem Pij V. ſicut etiam habentes præceptorias, ſeu commendas ſui ordinis, &c.*

Tertio infertur, quod hodie clericus, primæ ton-
70 ſuræ, † ſeu in minoribus conſtitutus, penſionem habens, non gaudebit priuilegio fori, ex decreto Concilij Tridentini ſeſſione 23. de reformat. cap.6. vt tenet in terminis Aceuedo in leg.1. tit.4.lib.1. recompilationis,nu.5.& ita S.Congregatio Concilij declarauit. 19.Iunij 1586. Cuius declarationis meminit, Flam. Pariſ.de reſignat. lib.1.quæſt.10.in fin. & lib. 2.quæſt.15.num.15. quæ inter declarationes ſuper d.cap.6.habetur ſic. Cui reſeruata fuit penſio, vt clerico, ſi non incedat in habitu,& tonſura,non gaudet priuilegio fori. Sic fuit deciſum ex eo, quod Concil.corrigat ius commune, & tres caſus excipiat per dictionem,niſi,quæ dictio alios caſus excludere videtur. leg.qui aliena. §.ſi libertas. ff.de negotijs geſtis. cap.ſi duo. de procuratoribus, in ſexto,cum concordan.citatis per Cravet. conſ.155.nu.1. Iacob. Sbrotius de Vicario Epiſcopi. lib.2. quæſt.111. num.5. & ſubditur in dictis declarationibus. Immo etiam ſi deferat clericalem habitum,& tonſuram,vt in ſcriptis Cardinalis Alciati. *Aliàs autem iſta declaratio habetur ſic, an clericus in minoribus conſtitutus cui vti clerico reſeruata eſt annua penſio ſuper fructibus beneficii Eccleſiaſtici,vt commodiùs ſe ſuſtentare valeat,gaudere poſſit priuilegio fori, licèt habitum clericalem, & tonſuram non deferat nec Eccleſiæ inſeruiat. Congregatio cenſuit, non poſſe gaudere, etiamſi deferat habitum clericalem,& tonſurã.* Et poſt hæc idem docet Gonçalez gl.5.§.5.num.6.

Et

*Et Gratian. in addit. ad decisionem, 158. n. 6. dicentes, habentem pensionem non gaudere priuilegio fori], sicut qui habet beneficium Ecclesiasticum, in terminis Concil. Trident. sessione 23. cap. 6. prout declarauit Congregatio eiusdem Cõcilij. Vide Germon. in praxi cap. 7. n. 7. male ait Parisium referre, Sacram Congreg. censuisse, quod clericus habens pẽsionem solitam concedi clerico gaudeat priuilegio fori, si in habitu & tonsura incedat; cum id non referat, sed quod dictum est in locis citatis.*

Quamuis contrarium, nempe clericum primæ
71 †tonsuræ, seu in minoribus constitutum habentem pensionem gaudere priuilegio fori, teneat Salcedo dicens, ita fuisse in supremo Regio consilio iudicatum in practica criminali Canonica, cap. 67. nu. 10. & in terminis similis constitutionis Clementis VII. emanatæ ad instantiam Reipublicæ Venetorum. Gi-
72 gas quæst. 94. à n. 8. ex eo, quod in materia fauorabili, †qualis est ista, appellatione beneficij Ecclesiastici, venit huiusmodi pensio, quæ largo modo potest dici beneficiũ Ecclesiasticum. idem Gigas quæst. 28. n. 18. Mandos. in regul. 19. Cancell. q. 11. n. 11. Lassarte de decima venditionis, cap. 19. n. 24. & faciunt tradita per Iasonem in l. non dubium. Cod. de legibus. n. 42. *Et quod habentes pensionem super beneficijs Ecclesiasticis gaudeant dicta immunitate fori, licèt propriè non habeant beneficium, tenet etiam Villar del patronado de Calatayud, 4. part. §. 3. nu. 12. cum Gig. supra, & Portolesi in tract. de las competencias de iurisditiones, q. 3. n. 20.*
73 *& sequitur Salcedum Eman. Rodrig. 1. to. c. 155. nu. 11.* & in vltima editione anni 1594. ait dictus † Salcedo scire Illustrissimos Cardinales Sanct. Congregationis, contrarium iudicasse, existimantes dict. capit. 6. concilij, non comprehendere, quoad fori immunitatem, eum, cui fuit reseruata pensio in fructibus alicuius beneficij, prout testatur Flam. d. nu. 15. suam tamen opinionem æquiorem esse, & iuribus apud nos receptam, hæc Salcedo. Sed tamen standum erit declarationi S. Congregationis, quam certum est habere vim legis. *Iam vero ipsa S. Congregatio videtur approbare sententiam Salcedi & Gig. quæ certè est iuri conformior ex dictis, vt in sequenti declarat. 18. Decemb. 1595*
*Congregatio Concilij censuit, obtinentem pensionem haberi*
74 *pro clerico beneficiato ad effectum priuilegij fori.*

In casu de quo agit Lassarte vbi supra, † nempe l. 2. tit. 4. lib. 1. recompilat. dicendum erit cum ipso, & cum Flores. quæst. 21. nu. 199. clericum primæ tonsuræ, seu minorum ordinum habentem pensionem, non debere soluere Gabellam, vel alia tributa, *contra Gut. de gabell. quæst. 9. à nu.* 10. quicquid sit in alijs minorum ordinum, non habentibus beneficium, de quo
75 vide infra 2. par. cap. 3.

Quartò inferri videtur in impetratione † beneficij non esse necessariò faciendam mentionem de pẽsione, cum non sit beneficium, & ius solum iubeat fieri mentionem de beneficio in impetratione à, facta a Papa, vel Legato. cap. si motu proprio. de præbendis. in 6. Clementina 2. de officio ordinarij. cum alijs, & ita tenent Card. in cap. postulasti, num. 5. de rescript. & in d. Clementina 2. nu. 7. & in Clementina 1. §. 1. de supplenda negligentia Prælatorum, Ioannes Andreas, & Enriquez. nu. 5. Butrius 7. in d. cap. postulasti, Domin. in d. cap. si motu proprio. n. 7. Bonifacius in Clementina 2. de præbendis. nu. 18. Felinus in d. cap. postulasti. nu. 8. declaratione 3. & 30. & in cap. in nostra. col. 1. & 3. de rescript. Probus ad Monachum in cap. nemo de electione in 6. sub n. 32. vbi tenet contra glos. reg. 61. Millis in Repertorio. verbo. gratia, vers. 16. Hieronimus Paulus, in practica cancellar. in notabil. super vacantibus non reseruatis. versic. gratiam beneficij impetrans. licèt teneatur Capella Tolosana, decis. 473. & ibi Aufrer. Ioan. Nicol. Gimont. in Enchiridio. beneficiorum. tit. 1. cap. 10. nu. 6. & Ioan. Nicol. Delphinas de iure patronatus. lib. 1. nu. 79. & hoc ait iure esse verius. Coras. d. 1. par. cap. 4. nu. 5. & nouissime Gonçalez, glo. 5. §. 5. à nu. 16. dicens, quod ita seruat Rota, vt ab eisdem dominis auditoribus audiuit. *num. 71. & Azor. 2. p. lib. 3. c. 5. q. 6. & clarius lib. 6. cap. 33. qu. 8. & lib. 8. cap. 12. quæst. 14.*

76 Sed hæc sententia solum est vera in pensione † quæ non datur loco beneficij, sed in stipendium, in qua plerique ex dictis authoribus loquuntur, vt explicat Gigas, quæst. 67. 2. concl. Gambarus d. lib. 6. nu. 323. & Mandos. de signatura gratiæ. tit. de pensionibus. in principio. versic. hinc dicimus & in pensione, quã quis haberet a loco assignata sibi, pro titulo ordinũ, de qua loquitur Rota decis. 39. de rescript. in antiquis, & 9. de præbend. in antiquioribus. & Felin. in d. 3. declaratione. & d. cor. 30. Gambarus sup. nu. 359.

77 Ex quo conuincitur, quod ait Ripa in cap. † ad aures. de rescript. num. 18. quod de patrimonio assignato in titulum loco beneficij, ad cuius titulum clericus dies ordinatus est, debet fieri expressa mentio, cuius contrarium tenent Hieron. Paulus vbi proximè, cum Ioann. Andrea in d. ca. postulasti; & Felinus ibi. n. 5. & Acuedo in l. 1. tit. 4. li. 1. recompilationis,
78 n. 9. cum Calderi. de istis enim † certũ est nõ esse opus facere mentionem in impetratione beneficij, nisi esset in forma pauperum, tunc enim esset surreptitia, non facta mentione de pensione, seu patrimonio si ex ea cessat paupertas. Felinus d. declaratione 3. & d. cor. 30. Staphileus de literis gratiæ, non a forma expectationarum. nu. 11. Ludouicus Gomezius. de expectationis. nu. 25. Gigas, d. q. 67. concl. Coras. d. cap. 4. n. 5. & Ioan. Nicol. Delphinas supra nu. 80. contra Rotam supra, & Cardin. in d. cle. 1. §. 1. de supplenda negligentia Prælatorum, & Gambarus sup. nu. 361. *& Francum in cap. si pauper de Præben. in 6. num. 3. tenentes etiam in impetratione beneficij in forma pauperum non esse opus facere mentionem de tali pensione, quorum sententia procedet, & est vera, quando ex ea, vt potè modica, non cessat paupertas.*

79 Sicut etiam † de hospitali, etsi non sit beneficium, impetrans beneficium mentionem facere debet in literis iustitiæ, & in forma pauperum, licèt secus in literis gratiæ, Cardin. & Imola in clement. fin. de officio ordinarij. Felin. d. cap. in nostra. cor. 23. Selua. 3. part. quæst. 12. 11. qualitate, nu. 17. & Corasius d. 1.
80 part. cap. 3. ad finem. Sicut etiam non valet † impetratio in forma pauperum, si impetrans est dives, tãquam concessa ex falsa causa. Felin. supra, & Ripa in d. cap. ad aures. nu. 18. *& ita posthac visus tenet Azor. dict. 1. par. lib. 3. cap. 4. quæst 4. & cap. 5, quæst. 2. & 6. & lib. 6. cap. 33 quæst. 8. & lib. 8. cap. 12. quæst. 14. dicẽs, in literis iustitiæ causa paupertatis, quæ dicuntur in forma pauperum, debere fieri mentionem patrimonij ad vitæ sustentationem idonei, seu pensionis: secus verò in literis gratiæ: & sequitur Vgolin. de officio Episcopi c. 26. §. 13. nu. 3.*

At de pensione quæ clerico assignatur loco bene-
81 ficij, † vt commodius sustentari valeat, vel ex causa

rcsi-

reſignationis, ſeu ceſſionis ne nimium diſpendium patiatur, neceſſariò facienda eſt mentio in impetratione beneficij, nam cum loco beneficij ſuccedat, perinde eſt, ac ſi beneficium haberet. c. ad audientiã. ſecundo. de reſcript. Innocentius, & Compoſtella, in d. cap. poſtulaſti. Oldradus conſ. 81. num. 1. Socinus Senior, conſil. 260. colum. 1. lib. 2. Ripa in dict. cap. ad aures. num. 12. verſic. 3. amplia. Berous in cap. ſuper litteris. eodem titulo, num. 72. gloſſa dict. regul. 62. Cancell. in fine. dicens. quod quia hodie quælibet penſio ſuccedit loco beneficij, quia eſt ad vitam, recipientis, ideo credit, quod teneatur impetrans facere mentionem de ea. & Sarnen. in regul. de infirmis. quæſt. 16. verſ. nam videmus. Gigas, dict. quæſt. 67. 3. concluſ. Rebuffus de nominationibus quæſt. 9. num. 39. alias 36. verſic. & hodie. & de pacificis poſſeſſoribus, nu. 133. alias 115. verſic. hodie cum quælibet, Guerrero dict. cap. 61. Menochius de arbitrarijs, caſu 201. num. 51. Hoieda de incompatibilitate beneficiorum, 2. par. cap. 7. num. 1. Flam. Pariſ. de reſignatione beneficiorum, lib. 2. q. 15. num. 5. & lib. 6. quæſt. 2. nu. 13. & lib. 10. q. 2. num. 78. vbi ait, ita teneri communiter, & Zecchus de beneficijs, & penſionibus Eccleſiaſticis. 09. nu. 2. ſub verſ. ex parte impetrantis, & verſic. & non ſolum, *Et Dominus Sabagum in cap. cum adeo, de reſcript. nu. 1.* & inclinat Caccialupus, de penſio. quæſt. 26. num. 4. & ita vſum ſanctiſſime recepiſſe, inquit Coraſ. dict. cap. 4. verſ. at verò vſus. & ſequitur Gambarus dict. lib. 6. numer. 321. & 324. vbi ait hoc eſſe verum, ſiue penſio ſit beneficium, ſiue non, & nu. 356. vbi tamen id limitat, niſi eſſent penſiones ad tempus, vel ratione ſtipendij.

82 Sed hæc limitatio, † de penſionibus ad tempus, non videtur vera, argumento deciſ. Putei, 272. lib. 2.

83 Et è conuerſo in gratia † penſionis, quæ clerico datur loco beneficij, vt commodius ſuſtẽtari valeat, erit facienda mentio de obtentis, ſiue beneficijs, ſiue alijs penſionibus eadem ratione, niſi in gratia reſeruatæ ſint Motu proprio, vt ſuper Epiſcopatibus, d. cap. ſi Motu proprio.

84 Licèt ſecus in ea, quæ † reſeruatur ex cauſa reſignationis, ſeu ceſſionis, cum non reſeruetur, ex cauſa lucratiua, ſed oneroſa, ne nimium diſpendium patiatur, ex reſignatione. Flam. Pariſius dict. lib. 6. quæſt. 2. num. 10. & ita Romæ accepi à domino Alberto, qui pluribus annis officiũ Reuiſoris in dataria exercuit, & modo Abbreuiatoris, & in rebus Datariæ, & Cancellariæ eſt peritiſſimus, & ceſſat difficultas.

85 Nam de conſuetudine, † & ſtilo Curiæ, ita ſeruatur, vt in impetratione beneficij fiat mentio de penſione, & in gratia penſionis ſine cauſa, (quæ dicitur illa quæ non reſeruatur ex cauſa reſignationis, ſeu ceſſionis, ſed vt commodiùs quis ſuſtentari valeat, quamuis aliàs, ex iuſta cauſa reſeruetur.) fiat men-

86 tio de obtentis, & optima eſt legum † interpres conſuetudo. l. ſi de interpretatione. ff. de legibus, capit. cum dilectus, vbi Doctores de conſuetudine, & minimè ſunt mutanda quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. l. minimè. ff. de legibus.

87 Et ſtilus † curiæ facit ius c. ex literis, vbi Felin. nu. 4. de conſtitutionibus, c. quam graui. de crimine falſi. Creſcen. deciſ. 1. num. 4. de rebus Eccleſiæ. Caput aquen. deciſ. 331. num. 2. part. 3. Millis in Repertorio, verbo ſtilus curiæ. Hier. Gabriel conſ. 193. nu. 1. libro 2. Mandoſius de commiſſion. ſecunda commiſſione. verbo ſanctitati veſtræ. Et ad Lapum, allegatione 51. litera D. & conſil. 4. nu. .. *Et Everard. in loco a ſtilo.*

Et ſic facit ius vniuerſale, etiam in partibus, Oro-

88 ſcius † in l. de quibus. num. 27. ff. de legibus. Anton. Grauatius ad Veſtrium, in practica, lib. 5. capitul. 3. num. 6. & Ioannes Gutierrez. canon. quæſt. libro 1. cap. 33. nu. 35. in fine, quicquid dicat Ferrettus conſ. 52. num. 3. qui ait ſtilum curiæ non eſſe ſequendum in partibus, niſi ſit firmatus ſpeciali deciſione Papæ, cum ſit varius, modò albus, modò niger. & Zaualloe in ſuis communibus contra communes, quæſt. 737. à num. 20. poſt Albericum in dictionario. verbo. curia, & Felinum in cap. Rodulphus. de reſcript. num. 22. verſic. vbi autem, & Cucchum in inſtitutionibus Maioribus. lib. 1. titul. 8. num. 2. *& Boer. in tract. de auctor. magni conſilii, num. 170.*

89 Et ideo in penſionibus, † quæ ſeruiunt Palatinis, ponitur hæc clauſula, & cum indulto, quod penſio per præſentes reſeruata loco beneficij eccleſiaſtici, non cedat, nec in numero beneficiorum, ſeu penſionum etiam ſub eodem tecto conſiſtentium intret, vel illius taciturnitas in impetrationibus aliorũ beneficiorum, ſeu penſionum, deinceps faciendis ſurreptionem, aut nullitatem aliquam faciat. Ex qua comprobatur prædictus ſtilus.

90 Circa illud autem, † quod dictum eſt, num. 84. non eſſe neceſſario faciendam mentionem de obtentis in penſione, quæ reſeruatur ex cauſa reſignationis, ſeu ceſſionis. Aduertendum eſt, quod non videtur habere locum in eo qui reſignat beneficium reſeruata ſibi penſione, cum habeat ius ad aliud beneficium incompatibile, per cuius aſſequutionem vacaturum erat beneficium, quod reſignat: is enim videtur debere facere mentionem de obtentis, & præſertim de illo alio beneficio incompatibili, ad quod habet ius, nam cum per aſſequutionem illius, vacaturum eſſet beneficium, quod reſignat, non poteſt verè dici reſeruata ſibi penſio, ex cauſa oneroſa, & ne nimium diſpendium ex reſignatione patiatur, & conſequenter reſeruatio penſionis erit ſurreptitia, non facta mentione de obtentis, & de illo beneficio incompatibili, ad quod ius habet.

91 Quod eſt notandum † ad illos, qui reſignant, reſeruata penſione, beneficia curata, habentes electionem, ſeu nominationem ad aliud curatum vacans in menſe Apoſtolico, ad quod ſe oppoſuerunt in concurſu.

92 Sed an cum de penſione † eſt facienda mentio, neceſſe ſit exprimere eius quantitatem, ſicut eſt neceſſaria expreſſio valoris beneficiorum obtentorum de regula cancellariæ de valore? Caccialupus, dicta, quæſtion. 26. tenet quod ſic, ex eo, quod in regula de valore dicitur, & aliorum quorumcumque beneficiorum. Et vbi dicitur, & aliud quodcumque beneficium, comprehenditur penſio. Felin. in dicto cap. poſtulaſti. de reſcript. num. 8. prima declaratione, & in cap. de quarta, num. 16. de præſcript. quem ſequitur Rebuffus de pacificis poſſeſſoribus, numer. 132. alias 114. & videtur ſequi Caſſad. deciſio. 3. de

94 præbendis. num. 32. Et cum Caccialupo † tenet Maſcardus de probationibus, concluſ. 888. nu. 16. poſt gloſſam. dict. regul. 61. in fine, idem tenet Gambarus, dict. lib 6. à num. 350. quia dicit eſſe eandem rationem in beneficio, & penſione, & regulam de valore,

lote, non esse contra ius, sed præter. Idem scilicet, quod mentio fieri debet quantitatis pensionis, & super quo beneficio illam obtineat, ait Zecchus dicto versic. & non solum.

95 Contrarium tamen tenet Gigas, dicta quæst. † 67. 6. concluſ. ex eo quod de iure communi, non est necessaria expressio valoris in impetratione. Fel. in d. cap. ad aures, 1. concluſ. Mascard. sup. num. 7. Crescen. decis. 8. num. 2. de rescript. & regul. cancellariæ; quæ est exorbitans, loquitur tantum de beneficijs. facit quod dicit Felinus, licèt ambiguus in d. cap. postulasti. nu. 8. 9. declarat. & hanc sententiam tenuit Rota in vna Abulens. beneficij. de Monbeltran. 30. Octobris 1595. Coram D. Blanchetto, infra adducta. 11. p. cap. 3. num. 199.

96 Et ad fundamentum Caccialupi, quod, vbi † dicitur, & aliud quodcunque beneficium, comprehenditur pensio, respondet Gigas, supra & quæst. 10. nu. 8. & 9. 28. à nu. 11. ad 17. quod non est verum, nam quotiescunque dictioni, quodcumque, vel simili adiungi-

97 tur dictio, aliud, tunc talis dictio, quæ aliàs † importaret omnimodam generalitatem, comprehenderet quæ aliàs non venirent, Sarmens. in reg. de triennali, quæst. 1. versic. tamen istis non obstantibus Hippolitus, *in* l. vnius, §. cogniturum, ff. de quæst. nu. 28. Mandos. regul. 17. quæst. 8. nu. 2. Acevedo in lib. 4. tit. 17. lib. 4. recopil. nu. 6. & Rota decis. 268. nu. 5. & 791. n. 10. par. 1. diuersorum, cum alijs. *& nouissime Grat. disc. for. cap.* 82. *nu.* 32.

98 Et sic pensiones † Mandos. regul. 33. quæst. 6. nu. 2. & 1. & 9. ad finem. Acevedo in l. 11. tit. 4. lib. 1. recopil. nu. 3. & Rota in Conchen. pensionis, 6. Martij 1598. Coram D. Peregrino, quam vide infra 81. p. c. vlt. 2. dub. num. 79. *& posthac Thomas Sanchez in præp. Decal. lib. 2. cap. 28. nu. 36.*

Restringitur ad similia expressis. leg. si fugitiui

99 † iuncta glossa fin. ibi communiter approbata. C. de seruis fugitiuis, Socin. in consilijs citatis per Gigantem ibi, Ias. in l. quicunque, C. qui admitti, num. 1. & Crescen. decis. 1. de priuilegijs, nu. 2.

Et glossa, in clement. 2. de vita & honestate clerí-

100 corum † in qua fundantur Fel. d. 4. declaratione, & Caccialupus, loquitur quando dicitur, quodcunque beneficium, sine dictione aliud, prout etiam loquitur Felinus, in d. cap. de 4. num. 16. Vltra quod loquitur de pensione data in titulum, Crescen. decis. 14. de re iudicata, nu. 2. & sic nullum fundamentum potuit in ea fieri in proposito.

101 Sed nihilominus, † opinio Caccialupi videtur probabilior, nam quando dictioni, alius, adijcitur dictio vniuersalis, vt quicunque, &c. tunc non similia tantum, sed & diuersa ac generalitatem, & vniuersalitatem designat. glossa verbo quamuis, iuncto textum clement. 1. de re iudicata, & ibi Imola, Ias. in d. l. quicunque, num. 2. additio Felini, in cap. sedes, de rescript. nu. 6. quæ intelligit gloss. d. l. si fugitiui. quando subiecta materia aliud importat. & Mandosius in reg. 12. quæst. 6. num. 8. & 12. & regul. 27. quæst. 5. num. 5. Couarr. pract. cap. 25. num. 5. & Acevedo vbi supra, num. 7. Et post hæc Gonçalez ad regul. mensium, glos. 3. à num. 45.

102 Vnde narrans habere reseruatos fructus, † seu medietatem fructuum pro pensione, deberet narrare illorum valorem, & illum iustificare, quemadmodum

103 in valore beneficij, Narrans verò † se obtinere pensionem certæ quantitatis, adhuc non teneretur probare illam habere, & non excedere quantitatem narratam, vt in d. decis. Abulen. beneficij de Monbeltran, cum valor huiusmodi pensionis non recipiat variationem, sed consistat in quantitate determinata, in qua fuit reseruata, & dicenti illum habere maiorem pensionem, incumberet onus id probandi.

Et similiter in gratia pensionis, in qua sunt expri-

104 menda obtenta, † vt diximus, erit etiam exprimendus eorum valor.

105 Quintò inferri videtur, † quod licèt per contractum matrimonij beneficia vacent, cap. 1. cum alijs, vbi Doct. de clericis coniugatis, & dicam infra. 11. par. cap. 8. & per promotionem in Episcopum, cap. cum in cunctis. §. 1. de electione, & dicam d. 11. par. cap. 6. non tamen amittitur pensio. Cardin. in dicta Clement. 1. §. 1. de supplenda negligentia Prælatorum, num. 5. & ibi Imola, Ripa in cap. 2. de iudicijs. num. 128. Caccialupus de pensio. quæst. 19. Sarnen. in regul. de annali, quæst. 21. & Couarr. in 4. 2. par. cap. 6. §. 3. num. 6.

106 Hoc tamen solum procedit in pensione, † assignata in stipendium pro seruitio temporali, seu aliàs, vti laico, secus in pensione clerico assignata loco beneficij, vt commodius sustentari valeat, vel ex causa resignationis; nam cum hæc cedat loco beneficij

107 † regulanda est quoad amissionem tanquam beneficium, & sic eisdem modis amittitur, quibus beneficium, vt tradit Hieron. Gabriel, consil. 187. num. 11. & consil. 200. lib. 2. qui ita quotidie practicari, & consuetudine, & stilo receptum attestatur, & Flam. Paris. de resignatione beneficiorum, lib. 3. quæst. 1. num. 13. *& Sanchez d. lib. 2. cap. 28. nu. 36.*

108 Vnde sicut per † contractum matrimonij vacant beneficia, vt dixi, per illud etiam amittitur huiusmodi pensio. Gigas quæst. 54. qui ait hanc partem amplecti curiam Romanam, & sibi in facto accidisse post Caccialup. q. 30. idem Gigas, cons. 132. Quem vide quæstione, de qua ibi, & consil. 149. à num. 4. Bermondus de publicis concubina. pag. 403. Coras. d. cap. 4. num. 4. Duarenus de benefic. lib. 6. cap. 4. versic. annua huiusmodi. Iulius Clarus, §. fin. quæst. 73. num. 5. Nauar. de oratione, cap. 21. nu. 53. qui ait ita esse stilum curiæ. Guerrero, dicto cap. 61. versic. nota etiam. Salzedo *in pract. crim.* cap. 80. litera C. Flam. Paris. lib. 1. quæst. 1. num. 15. & lib. 6. quæst. 2. num. 115. qui ait esse communem, & receptam Doctorum sententiam, Quintanaduennas Ecclesiastic. lib. 1. c. 6. num. 9. Zauallos, q. 147. nu. 3. Vivaldus in appendice ad Candelabrum, cap. 1. num. 33. & Sairus de censuris, lib. 2. c. 5. num. 15. *Leo in Thes. for. Eccles. cap. 22. num. 73. Mosconius de maest. milit. Eccles. lib. 1. par. 3. cap. 3. pag. 501. & Farin. 4. par. quæst. 138. n. 103 & Rota in Hispalen. pensionis de anno 1582. coram D. Blanchetto, vt in decisionibus de quibus infra num. 199.* & nouissimè Vuamesius, consil. 284. & 268. nu. 6.

109 † & supradictam distinctionem ponunt Gambaros, d. lib. 6. num. 744. Greg. Lopez, in l. 41. tit. 6. parte 1, glos. 2. Couar. vbi supra inquiens, ita vsum Romanæ curiæ obtinuisse. Puteus decis. 459. libr. 2. Rota decis. 1079. libr. 3. parte 3. diuers. & Gæsar de Grassis, decis. 114. numer. 9. Enriq. in summa, lib. 4. cap. 13. §. 2. & Toletus libr. 5. cap. 82. Açor, lib. 13. cap. 13. quæst. 8. *& 2. par. lib. 8. cap. 10. quæst.* 1. & Thom. Sanchez de matrimon.

lib.7. diſput.44. & facit conſtitut. Pij V. 71. de qua ſupra num.11. *Vnde in vna Romana penſionis 13. Martij, 1609. coram D.Penia, cum Dux Camillus de Comitibus penſionarius obtinuiſſet Breue à Clem.VIII. vt ſi contraheret matrimonium, poſſet penſiones retinere, & exigere ad nouem menſes poſt contractum matrimonium, illicque cõſtante, &c. Et contracto matrimonio, ante lapſos nouẽ menſes emiſſet officia militum Lauretanorum, vt illa retinere poſſet; fuit nihilominus reſolutum penſionem non deberi ſed per contractum matrimonium extinctam eſſe; quia exploratum eſt, penſionem Eccleſiaſticam per contractum matrimonij extingui. Nec indultum Clementis ſuffragari poterat, quia non fuit perpetuum, ſed temporale ad nouem menſes reſtrictum; nec priuilegia militum Lauretanorum proſunt Camillo, licèt durante tempore nouem menſium miles Lauretanus fuit effectus; quia facultas retinendi penſiones intelligitur eo modo, quo erant prius; vt ſi eſſent perpetuæ, poſſent perpetuò retineri; ſi verò temporales, ſolum temporaliter, cum natura retentionis ſit nihil addere, ſed conſeruare in eodem ſtatu, in quo erat. Aretin.conſil.7. Secundò, quia hic caſus non comprehenditur in priuilegijs militum Lauretanorum, &c. Sed mihi non placet iſta reſolutio; nam cum ante lapſum nouem menſium indulti Clementis, & ſic ante extinctionem penſionis Camillus effectus eſſet miles Lauretanus, rectè potuit illam retinere virtute priuilegiorum dictorum militum; nec dicta penſio erat temporalis, ſed ſolum extinguibilis per lapſum dictorum nouem menſium conſtante matrimonio: Si enim ante lapſum eorum fuiſſet matrimonium ſolutum per mortem vxoris, vel aliàs, non extingueretur penſio. Vnde, cum ante lapſum dictorum nouem menſium ſuperueniſſet priuilegium retinendi penſionem cum matrimonio, illa non fuit extincta, &c.*

*Circa quod priuilegium aliàs Rota in vna Elſina penſionis 13. Februarij 1601. coram Domino Lodouiſio reſolnit, quod penſio trauſlata per militem Lauretanum ex priuilegijs Sixti Quinti poteſt retineri a translatario, etiam poſt contractum matrimonium, ſi tunc erat miles Lauretanus, ex dictis priuilegijs, quæ procedunt etiam in penſione translata. Nec refert, quod ſit data facultas transferendi in clericos non coniugatos tantum, quia ſufficit, quod translatarius tempore translationis eſſet talis, licèt poſtea talis eſſe deſierit, l.quæcunque §.fin de public.*

110 Et ſicut per † promotionem ad Epiſcopatum vacant beneficia, vt dixi, ita etiam vacabit huiuſmodi penſio, Gigas quæſt.56. & conſil. 149.nu.8. Caputaquen.2.part. Dec.303.304.& 313.400.& 401. Ferrettus conſil.51. à num.4. Hier. Gabriel. dicto con-
111 ſil.200.lib.2. qui ait, † ita ſemper obſeruatũ fuiſſe, & obſeruari, & illum inueteratum ita ſe habere, qui facit ius & Anaſtaſius Germo. de indultis Cardinalium. §.ſi verò, à num.20. & 39. Flam. Pariſ. lib.3. q. pag.num.8. & 78. & lib.9.quæſt.2.num.121. *Moſcenius d.lib.1. par.3. cap.3. pag.501. Vgolin.de officio Epiſcop.cap.1. §.2.num.3. circa finem, Azor.d.lib.8. 2.par. cap.10.q 2.& Rota in Carthaginen. translationis penſionis 19 Iunij 1606. coram D.Manſanedo infra relata, nu. 241. quæ eſt videnda.* & idem erit in promoto, ad ali-
112 quam Abbatiam † per quam priora beneficia vacant, vt dicam d.11.part.cap.7. & tradit in propoſ. Gigas d. q.56. num.5. *Et Azor.d.quæſt.2.* quamuis Oiedæ de incompatibilitate beneficiorum. cap.9.nu. 5. & c.6.nu.10. dura videatur iſta ſententia in vtro-
113 que; & idem eſſe in aſſumptione ad Papatum † tradunt, Hier.Gabriel ibi. & Flam.Pariſ.lib.2.q.1.nu.9. & lib.3.quæſt.1.à num.7.

114 Et ſicut per profeſſionem expreſſam † vel tacitam religionis vacant beneficia. cap.beneficium. de reg. lib.6. vt dicam d.11.par.cap.9. ita & per illam penſio extinguitur. Gigas quæſt.57. *Poſſ. Gig. Leod.cap. 22.num.73. Moſcenius ſupra & Azor.d.cap.10. quæſt. 3.* Guido Bonus decil.138, in manuſcript. Caputaquen.deciſ.223.par.2. & fuit reſolutum in vna Cæſenaten. penſionis 24. Ian.1594. Coram D.Gipſio, quamuis contradicat Rebuffus de pacificis poſſeſſoribus. num.157.

115 Sextò inferri † videtur illegitimos ſine diſpenſatione poſſe obtinere penſionem, cum non ſit beneficiũ, cuius illegitimi ſunt incapaces, ita tenet Sarnen. in Reg. de annali. q.21. qui ita ait tenuiſſe Rotam in vna Cæſarauguſtana, 20. Maij 1538. & Gambarus lib.6. num.284. ſequitur Paleotus de notis & ſpurijs. cap.58. à num.4. *Maiol.de irregul.lib.1.cap.10.num.3.* Zerola in praxi Epiſcopali 1.par.verb.ordo.§.4.circa finem. & poſt hæc Gonçalez. glo.5. §.5. à num.24. dicens, quod ita ſeruat Rota, & in cauſa Legion.

116 † Camaren. penſionis. 10. Octobris 1577. coram Domino Robuſterio, quæ habetur. 1.part. diuerſorum. deciſ.425. dictum fuit quod illegitimus ſecundum opinionem, quam tenet, & ſeruat Rota, non eſt inhabilis ad obtinendam penſionem, niſi ratione clericatus, ex quo illegitimus non poteſt eſſe clericus; ideo cum ſit diſpenſatus ſuper clericatu, non indiget alia diſpenſatione ſuper illegitimitate ad penſionem.

117 Quod etiam fuit dictum in vna † Burſen. penſio-
☞ nis. 19. Februarij 1596. coram Domino Blanchetto, in qua fuit deciſum: Procedendum eſſe non retardata ſolutione, quia Laurentius habebat fundatam intentionem in literis, & quaſi poſſeſſione exigendi, vnà cum mandato de manutenendo decreto ab auditore cameræ, &c. neq; obſtare nullitates exiſtentes ex ventre, quia ſtante quaſi poſſeſſione exigẽdi, diſcutiendæ ſunt in petitorio, &c. neque obſtare defectum clericatus, quia probatur per teſtes nedum clericatus, ſed etiam presbyteratus, & in illegitimo clericatum probari ex communi reputatione, fuit reſolutum coram Oradino in Taruiſina penſionis. 12. Decemb. 1571. Præterea ſufficere pro diſpenſatione, quod fuerit ordinatus ad clericatum per Epiſcopum, qui hoc poteſt.cap.1.de filijs presbyterorum. in 6. ex eo enim efficitur capax penſionis, quia illegitimus ratione incapacitatis clericatus tãtum excluditur à penſione, vt fuit reſolutum coram Otiolen.in vna Oueten.penſionis. anno 1572. & coram Lipſio in Cæſarauguſtana penſionis. 19. Februarij 1590. *& in eadem 16. Decembris 1596. coram Domino Penna fuit dictum, ad effectum penſionis probandam nõ fuiſſe qualitatem illegitimitatis Laurentij, quod eſſet ex ſoluto & ſoluta procreatus, quia cum illegitimus non ſit incapax penſionis, niſi ob defectum clericatus, in ipſo quod illegitimus ſit clericus, & multo magis ſi ſit ſacerdos, efficitur capax penſionis, vt ſæpe Rota cenſuit, &c. Et idem fuit tentum in cauſa Conimbricen. penſionum 11. Februarij 1598. coram D.Seraphino, & in Aquilegien. Caſtri S.Viti. 14. Iun. 1599. coram D.Lita, in qua fuit dictum, quod de iure cõmuni ad hoc vt baſtardus, vel alius illegitimus ſit capax penſionis, ſufficit ſecundum opinionem, quam ſeruat Rota, quod ſit clericus, Sarnen.de annal.q.21. Gig.de penſion.q.16.in fi. & cõſ.4.de penſ. aliàs 113. Rota diuer.425. p.1. etiamſi ſit ſuper beneficio paterno (ante Concil. Trid.*

ſeſſio-

*ſeſſione 25. cap. 15. quod annullat penſiones de eo tempore reſeruatas) non obſtante conſtitutione Clementis Septimi, quia penſio eſt quid merè tẽporale nil ſpiritualitatis habens cum ipſo beneficio, Gig. d. conſ. Et cum baſtardi effecti clerici ſint eo ipſo capaces penſionis, meritò eos comprehendit facultas transferendi, & præſentatio literarum coram executore probatur ex ipſarum inſertione in inſtrumento translationis, vt aliàs fuit tentum in Segobienſ. penſionis 11. Decemb. 1587. coram D. Pamphilio, & fuit confirmatum in eadem 6. Martij 1600. coram D. Iuſto, idem in Zamoren. penſionis 12. Maij 1613. coram D. Ortembergo.* Hæc in d. Burgen. circa quam. vide Hier. Gab. conſ. 189. lib. 1.

118 idem etiam † fuit reſolutum in vna Toletana penſionis. 11. Maij 1601. coram D. Cocino in qua dixerunt domini: Dandum eſſe mandatum de manutenendo Roderico in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, cum de eius reſeruatione conſtet ex ſumpto literarum habito ex regiſtro, quod plenè probat Rota decil. 1. nu. 1. de fide inſtrumentorum. & deciſ. 28. nu. 1. de probationibus. in antiquis. Aegidius deciſ. 252. Creſcen. 2. de fide inſtrumentorum. Fran. Marcus. deciſ. 575. nu. 1. p. 2. & de eius quaſi poſſeſſione ex pluribus quittantijs factis à procuratoribus dict. Roderici, anteceſſori Ioannis ad computum penſionis, quæ afficit ſucceſſorem in beneficio, Puteus deciſ. 151. lib. 3. & fuit reſolutum in vna Mediolanen. penſionis. 11. Decemb. præteriti corã D. Pamphilio, quas quittantias, pars habuit pro legitimè compulſatis, & ideo non officit, eas non fuiſſe recognitas: nec obſtare quod Rodericus eſſet illegitimus, quia cum oſtendat clericatum, non eſt incapax penſionis, ſecundum opinionem, quam Rota ſeruat, quia illegitimus ex eo eſt incapax penſionis, quia non poteſt eſſe clericus, Sarnen. de annali. q. 21. Rota d. deciſ. 425. 1. p. diuerſorum. Paleotus, & Gambarus ſupra quicquid dicat, Gigas q. 16. & Rebuffus de diſpenſatione ſuper defectu natalium. nu. 48. nec releuare, quod penſio eſſet reſeruata in medietate fructuum, & Rodericus percepit pecunias, quia potuit iuri ſuo renũciare. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. tum etiam, quia illud nõ fuit habitum in conſideratione. in d. Mediolan. de penſione reſeruata in pecunia, quæ fuit ſoluta in fructibus. Hæc in d. Toletana.

119 Sed quamuis hæc ſententia † poſſit procedere in penſione, quæ daretur in ſtipendijs, cum iſtius laicus etiam capax ſit, iuxta ſupradicta, in penſione tamen, quæ datur loco beneficij, vera non videtur. Gigas. d. q. 16. ſequitur Rebuffus. d. tit. de diſpenſatione ſuper defectu natalium. num. 48. & tit. de diſpenſatione ad plura. num. 65. Nauar. d. conſ. 5. de filijs presbyterorum. & conſ. 61. nu. 3. vbi inquit quod de ſtilo curiæ requiritur quod ſit legitimus. & conſ. 63. nu. 5. vbi dicit communem de ſimonia. Et Cucchus in inſtitut. Canon. paruis. lib. 2. tit. 8. §. in primis, Quintana duẽnas. lib. 1. c. 6. nu. 6. Zerola in d. praxi. 2. p. verbo penſionarius. §. 1. & Zecchus de beneficijs, & penſionib. c. 11. nu. 7. *Moſconius d. lib. 1. p. 3. c. 3. pag. 501. Leſſius lib. 2. cap. 34. num. 203. & Azor. d. lib. 8. 2. par. cap. 7. quæſt. 6. qui tamen non loquitur ſatis conſequenter, aut ſibi contradicit ibi, verſic. ſi iterum roges, & verſic. aliud verò, & videtur tenere Mandoſ. de ætate minori, quæſt. 23. num. 2.*

Nec obſtat prædicta ſententia Rotæ, quæ tranſijt

120 in ſtilum † iuxta dicta infra 5. p. c. 1. nu. 563. nam in contrarium videtur eſſe ſtilus datariæ, & cancellariç, cui magis eſt ſtandum, vti magis propinquo Papæ, & eius organo, vt aliàs dicitur infra 4. p. c. 2. num. 18.

121 Etenim cum cedat loco beneficij, † etiam quo ad habilitates regulanda eſt tanquam beneficium. Nauarrus conſil. 11. nu. 2. de temporibus ordinatio. quĩ ait, quod qui non eſt capax beneficij, non eſt etiam penſionis, ſaltem ſecundum ſtilum curiæ, qui eſt ſeruandus. c. quam graui. de crimine falſi. ſequitur Zerola d. 2. p. verbo irregularitas. §. 8. & verbo penſio. §. 6. Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 44. num. 9. *& in princ d. lib. 2. cap. 28. num. 36. & quod qui beneficij non eſt capax, non eſt capax penſionis, dicit Ioan. Quintan. in cap. de multa de Præb. nu. 5. dicens, quod mente repone.*

122 Quod tamen limitat ipſe Nauarrus † conſil. 12. num. 15. de reſcriptis in inhabilitato ad beneficia per conſtitutionem pęnalem, quem ait non videri inhabilitatum ad penſiones, ſequitur Gonçalez gloſ. 5. §. 5. num. 26.

123 Sed hanc limitationem non credo † veram ex dictis, cum inhabilitatus eſt generaliter, & ſimpliciter ad beneficia, Rota deciſ. 109. lib. 2. p. 3. diuerſorum, & in d. Conchen. penſionis infra adducta 11. p. cap. vltimo 2. dub. nu. 70. procederet tamen in inhabili-

124 tato † ſeu priuato per ſententiam hominis, quæ eſt ſtricti iuris. Sarnen. de annali. q. 21. Gigas conſ. 142. num. 9. Creſcen. deciſ. 14. de re iudicata. Flam. Pariſ. de conſiden. quæſt. 58. num. 58. qui ait quod penſio non venit ſub priuatione beneficiorum. *Facit deciſ. Farinac. 51. num. 2.*

Vnde etiam ſuſpenſus à beneficio, ſimpliciter, ſeu

125 generaliter † per conſtitutionem, erit etiam ſuſpẽſus à penſione, ſecus verò in ſuſpenſio per ſentẽtiam hominis. Et ſic procedit ſententia Suarez. 5. tom. de

126 cenſuris. diſput. 27. ſectione 1. nu. 15. vbi † ait, quod ſuſpenſio à beneficio non comprehendit penſiones, quia pœna non eſt extendenda vltra proprietatem vocis ſine cogente fundamento, & penſio non eſt beneficium propriè, neque eſt ius vel ratio, quæ cogat ad hanc extenſionem: &c.

Vnde etiam fit vt eadem ætas requiratur ad obti-

127 nendam † penſionem, quæ ad beneficium ſaltem ſimplex requiritur. Zerola d. §. 6. & ſic cum de iure antiquo ad primam tonſuram, & beneficium ſimplex requiratur ætas ſeptem annorum. cap. nullus. & ibi gloſ. verbo infanti. de tempor. ordinationum. in 6. gloſ. penultima in cap. ſi eo tempore. de reſcriptis eodem libro & dicemus infra 7. part. capit. 4. eadem ætas ad penſionem requiritur, nec minori ſeptennio penſio ſine diſpenſatione reſeruari poteſt aliàs eſt nulla. Selua de benefic. 3. par. quæſt. 5. num. 27. Gigas quæſt. 13. Guerrero. d. cap. 61. verſic. eſt alia penſio. Mandoſ. de ætate minor. quæſt. 23. Cucchus. d. §. in primis. & Flam. Pariſ. de reſignat. ben. lib. 6. cap. 2. *Leſſius dicto lib. 2. cap. 34. num. 203.* & ita fuit reſolutum in vna Adrien. penſionis 29. Aprilis 1552. quę habetur apud Caputaquen. deciſ. 318. p. 2. & latius apud Guido Bonum Deciſ. 139. in manuſcriptis, & refert Mandoſ. vbi proximè, quamuis in vna Catha-

128 nien. penſionis 4. † Maij 1583. coram Domino Gipſio, & antea in vna Veneta penſionis, coram D. Robuſterio Rota tenuerit infantem de iure communi capacem eſſe penſionis, cum ſit temporalis, licèt de conſuetudine, ſeu ſtilo cancellariæ expreſſio infantilis ætatis forſan neceſſaria ſit.

129 Hodie tamen cum per ſacrum † Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. de reformatione, cap. 6. nullus an-

pe 14. annum obtinere poſſit beneficium, vt dicetur dicta 7. par. cap. 4. dicendum erit idem in penſione, & ita S. Congregatio Concilij declarauit, vt habetur inter declarationes illius, cap. 1. ibi, beneficium congregatio idem cenſuit in penſione, refert & ſequitur, Sa. in ſumma. verbo beneficium, nu. 30. *Et Leſſius d. nu. 203. ait ſe credere magis ſecundum mentem Concilij eſſe, vt adſit etas neceſſaria beneficijs. Inſi & Moſcon. d. pag. 501. & videtur ſentire Rot. Burgen. penſionis 16. Decemb. 1596. coram D. Penna.* licèt ſufficere ſeptennij, teneat Zecchus, d. cap. 11, nu. 7. in principio.

Similiter etiam reſeruatio huiuſmodi penſionis
130 facta excommunicato non † abſoluto ad effectum conſequendi eſt nulla. Gigas q. 14. Rebuf. in concordatis tit. de excommunicatis non vitandis, verſic. 20. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 7, num. 29. verſ. 9. idem Cucchus ſupra Flam. Pariſ. de reſign. lib. 4. q. 3. nu. 48. Vgolinus de cenſuris, tabula 2. de excomm. c. 13. §. 2. nu. 8, Enriq. in ſum. lib. 13, cap. 13. §. 2. Ludou. Lopez inſtruct. conſc. 2. tom. 2. par. ca. 17. Toletus in ſum. lib. 1. c. 13. in edit. Rom, Suarez. d. 5. tom. diſp. 13 ſect. 1. nu. 9. Zecchus d, c. 11, nu. 7. & Sayrus de cenſuris. lib. 2. cap. 5. nu. 15. *Moſcon. d. pagin. 501. Leſſius d. nu. 203. & Azor. d. lib. 8. cap. 7. quæſt. 2.*

131 Et etiam penſionarius † excommunicatus non faceret fructus ſuos, nec lucraretur redditus penſionis pro tempore, quo fuit excommunicatus, ſicut beneficiatus excommunicatus non lucratur fructus beneficij, vt dicemus, 7. p. c. 13, d n. 90. ita in terminis Suarez dicta diſputatione 13. ſect. 1. nu. 9. & ſect. 2. nu. 21. & fuit dictũ in vna Valentina penſionis 31. Ian. 1609 ☞ coram D. Litta, in qua Domini dixerunt.

132 Michaelem vti excommunicatum propter † recurſum habitum ad iudices laicos per Bullam Cœnæ Domini, prætendere non poſſe mandatum de manutenendo in exactione penſionis, neque ei eſſe dandum; tum quia in illo iudicio non erat reus neceſſarius, ſed actor originarius, & ſignanter dum petit in primis, & ante omnia manuteneri: tum etiam quia vti excommunicatus non poteſt fructus ſuos facere, Puteus deciſ. 1. de ſententia excommunicationis. *& nouiſſime in vna Pacen. penſionis 20. Nouem. 1609. coram D. Marco Montio fuit reſolutum R. penſio. 15.*

Et ſic vtularis non teneretur ſoluere penſionem
133 † pro illo tempore, & ſi ſolueret ignoranter, poſſet repetere à penſionario, qui ei reſtituere teneretur. *Suar. de relig. 2. tom. tract. 4. lib. 4. cap. 30, nu. 22.*

134 Quæ tamen non procedunt in † penſione reſeruata in ſtipendium, pro ſeruitio temporali, ſicuti laico, iuxta ſupra dicta, quicquid contra teneat Suarez. d. num. 9. & ita hoc caſu eſſet vera doctrina P. Ledeſ. in ſumma de excommunicatione 6. vlt. difficult. & alias non eſt vera,

135 Nec poteſt huiuſmodi penſio † reſeruari irregulari, Nauarr. d. conſ. 63, num 5. de ſimon. dicens communem, & conſilio 44. num. 3. de homicidio, dicens ita eſſe de ſtylo curiæ, ſequitur Flam. Pariſ. lib. 4. qu. 3. nu. 37. Vgolin. de irregularitate, c. 65. §. 1. nu. 3. Zerola, d. §. 8. & 6. & Sayrus de cenſ. lib. 6. cap. 2. nu. 22. *Leſſius d. lib. 2. cap. 34. nu. 203. Molin. de iuſtit. tractat. 1. diſp. 78. nu. 2. & ſentit Rota in Romana penſionis 17. Iun. 1605. coram D. Millino infra relata, nu. 548.*

136 Verum S. Congregatio Concilij, ſuper cap. 7. † ſeſſ. ☞ 14. de refor. in vna Cremonenſi cenſuit: Hoc decretum quod loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua ſunt homicidæ, non extendi ad penſiones. Vnde
137 Emman. Sà. Verbo homicida † num. 21. ait quod homicida voluntarius non eſt incapax penſionis ex Congregatione Concilij, & refert etiam Suarez. d. 5. tom, diſp, 44. ſection, 3. ſeu 4. num. 39. & ait, quod id à fortiori habebit locum in quacunque irregularitate, &c,

Quæ declaratio difficultatem patitur ex dictis,
138 tamen ei erit ſtandum propter † authoritatem S. Congregationis, cuius declarationes ſunt neceſſariæ, & habent vim legis.

Nec religioſo, qui eſt incapax beneficij ſæcularis,
139 vt notatur † in cap. cum de beneficio, de præbendis in 6, & dicemus infra 7. part. cap. 10. poterit ſuper eius fructibus penſio reſeruari abſque diſpenſatione Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de penſio. verſic. militibus Hieroſolymitanis. Zecchus d. cap, 11. nu. 7. vt Rota in Ceſenaten. penſionis, de qua infra nu. 456. quamuis Gigas quæſt. 15. hoc non attingat, ſed diminutè loquatur.

140 Vnde in vna Terulen, penſionis 16. † Decem. 1594. ☞ coram D. Penia Rota tenuit quod, Penſionis tranſlatio vigore facultatis transferendi in perſonam Eccleſiaſticam facta in militem ordinis de Calatrava, eſt nulla, præſuppoſito quod non habeat diſpenſationem ad obtinendum penſiones. Quod etiam fuit reſolutum in eadem coram eod, 26. Iunij. & 13. Nouembris 1596. nempe quod, facultas transferendi, penſionario clerico conceſſa, in alias perſonas, intelligitur. *de perſonis ſimilib. nempe clericis, c. ſedes, vbi Felinus nu. 6. de reſcript. & quod fuit ſtilus curiæ, iuxta quem penſiones non ſolent reſeruari niſi pro clericis, &c. Ait tamen D. Penia in fine deciſione 13. Nouemb. An autem D. Martino ſuffragaretur diſpenſatio, vel aliàs eſſet talis perſona Eccleſiaſtica, quæ penſionem ſine clericatu capere poſſet, particulariter vellem videre. Et quidem mihi videtur, quòd ſi iſte miles haberet diſpenſationem ad obtinendum penſiones, poſſet in eum etiam ſine clericatu transferri penſio ex facultate transferendi in perſonam Eccleſiaſticam, ſeu in alias perſonas Eccleſiaſticas: nam vt dixi cap præceden. à num. 10. huiuſmodi milites nedum largè, ſed etiam verè, & propriè ſunt perſonæ Eccleſiaſtica, & ex alia parte ſtante diſpenſatione, etiam ſine clericatu ſunt capaces penſionis. Ex quo poteſt ſuſtineri deciſio Rotæ in cauſa Veronen. penſionis 23. Februarij, 1600. coram Domino Lancellotto, vbi fuit reſolutum, quod ex facultate, &c. R. penſio 5. Si enim iſti milites non eſſent verè & propriè perſonæ Eccleſiaſtica, ſed tantum largo modo, & impropriè, vt inquit iſta deciſio, non poſſet in illum transferri penſio ex facultate transferendi penſionis Eccleſiaſticis etiam incapacibus: nam verba debent intelligi propriè, l. non aliter. ff. de Leg. 3. l. fin. C. de iis qui veniam ætatis cum aliis, Rota deciſio 223. par. 2. diuerſor. & 73. nouiſ. Farinac. nu. 1. vbi quòd in reſcriptis verba propriè, non impropriè ſunt interpretanda; maxime in materia translationis, quæ eſt odioſa, & ſtricta, vt dicitur in deciſ. Carthag. translationis penſionis 19. Iun. 1606. coram D. Mançanedo infra relata, n. 241. Nec ex eo quod facultas loqueretur etiam de incapacibus, poſſet transferri in eum, qui non eſſet verè, & propriè perſona Eccleſiaſtica, cũ facultas ipſa ſit reſtricta ad perſonas Eccleſiaſticas. Nec etiam placet primum fundamentum iſtius deciſionis: nam cum clericus coniugatus, in quo non concurrunt requiſita c. vnici de cleric. coniug. in 6. & Concil. ſeſſ. 23. de refor. c. 6. in nullo gaudeant privilegio clericali, vt ibi, reputatur laicus, & non perſona Eccleſiaſtica, vt ibidem dicit gloſ. & Doctores,*

*Doctores, & de eo infra 2.par. cap.18. immo etſi deferret habitum, & tonſuram clericalem, non poſſet in eum transferri dicta penſio: nam excepto priuilegio canonis, & fori, in omnibus alijs reputatur laicus, vt ibi etiam dicitur: & ſic in alijs non venit appellatione clerici, ſeu perſona Eccleſiaſtica. Nec obſtat doctrina Abbat. in dict. cap. de cohabit. cleric. num.6. nam vt ipſe ait, communiter Doctores dicunt; quod clerici coniugati non includuntur appellatione clericorum, niſi in caſibus, in quibus gaudent priuilegio clericorum. Et ipſe Abbas ſolum dicit, quòd in ſpecie illius textus, vbi tantum excluduntur laici, non veniunt appellatione laicorum, cum non ſint purè laici, ſed appellentur clerici, vt in Rubr. de clerici. coniug. & ſunt quoddam genus, ſeu quædam ſpecies mixta. Vnde non dicit Abbas, illos abſolutè & ſimpliciter appellari clericos, ſed cum addito, clericos coniugatos, vt in dicta Rubr. quam allegat.*

141 Tandem etiam ſicut † collatio beneficij facta ordinato prima tonſura ab alieno Epiſcopo ſine literis dimiſſorijs eſt nulla, Guido Bonus. deciſ.99. in manuſcriptis, Caputaquen. deciſ.126.par.1. Rebuffus conſ.1. Hier.Gabr.conſ.181.& 189. lib.2.Flam. Pariſ lib.4.quæſt.2. à num.58. & 82. *Poſt Flamin. & Leſſius, lib.2.cap.34. num.& 29 ſequen.* ex eo quod ſic
142 ordinatus non recipit ordinis executionem, † ſed eſt ſuſpenſus, ſaltem quo ad ſe, donec à proprio Epiſcopo ratificetur. cap.1.& 371.diſtinctione,& 9.q.2. per totam. in cap.eos.de temp.ordinat.lib.6.vbi Gl. verbo ſtatuunt. Rebuffus de nominat. quæſtio.22. num.12. Guido Bon. Caputaquen.& Hier. Gabriel ſupra,& Flam. Pariſ.à num.56.& 83. *Et Leſſ.vbi proxime, Mart.de iur.4.part.conſ.2.conſil.149. & Zauall. quæſt.897.num.1034.Gabr. Vazquez 3.par.3. tom.diſp. 243. à num.46. Poſt deciſ. & quod ſic ordinatus non habet vſum & executionem ordinum, nec eſt capax beneficij, docet Azor. 2.part.lib.3. capit.48. quæſt.4. & capit.49. quæſt.4. & lib.6. cap.2. quæſt.6. poſt Emmanuel, & Sà verb. ſuſpenſio ipſo iure num.11. Poſt Suarez Stephan. de Aquila de cenſur. 3.par.diſput.5.dubio 7. Dele à verſ.quod non credo, vſque ad verb. de qua, & die, de quo infra 7.par. cap.1.num.8.* Rota deciſ.731. part.1. diuerſorum, &
☞ in vna Neapolitana, Canonicatus, 21. Maij 1586. coram D.Seraphino, in qua fuit reſolutum; Non cõſtare de clericatu legitimo, quando collatum fuit à non ſuo Epiſcopo ſine licentia, de qua nulla fit mentio in ſcriptura eius, & priuatim non autem publicè in aliena diœceſi, & talem promotum non ritè in ſui præiudicium eſſe clericum, ſed ordinis carere executione. Caputaquen. d.deciſ.126. par.1. & quando cõſtat de malo initio, nil referre quod incedat in habitu clericali, &c. Et hodie ex Sacro Concil. Trident. ſeſſ.23.de reformat.cap.8. in fine, eſt ſuſpenſus vera ſuſpenſione, etiam quo ad alios, quæ irregularitatem inducat, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire. Mayolus de irregularitate, lib.4. capit.20. num.1. Quidquid dicant Lapus allegat.138.à nu.9. Guido Papa deciſ. 449. Probus ad Monachum in cap.1.de temporibus ordinationum, in 6 Nauarrus conſil.11. artic.7.cap.129. de temp.ordinandorum, & Suarez de com.diſp.31.ſect.1.à num.13.& Toletus cap.1. verſic.48. verſic.3.& cap.49. verſic.4. in editione Romana, qui vltimo loco ait, decretum Concilij, d.cap.8. non extendi ad primam tonſuram ex declaratione Congregationis Concilij, num.1. tonſura nomine ordinis in hoc Concilio non comprehenditur, quod non credo, ſed S.Congregatio declarauit, quod de omnibus ordinibus tam in ſacris, quam in minoribus intelligitur, & ſic etiam ordinati in minoribus comprehenduntur in pœna ſuſpenſionis, de qua ibi, vt dicetur infra 7.part.cap.1.num.7. vbi vide,& omitto conſtitutionem 29. Sixti V. contra malè promotos, quia per Clementem VIII. eſt reducta ad terminum ſacrorum canonum, & S.Concilij Tridentini, vt dicetur infra ſequenti parte.cap.5.

143 Sic etiam reſeruatio penſionis † tali facta eſt nulla. Hieron.Gabr.ſupra,& Flam.Pariſ.num.60.Cæſar de Graſſis deciſ.87.num.4.& Rotam cenſuiſſe collationem beneficij, & reſeruationem penſionis tali factam non ſubſiſtere. additio Nauarri in dict. cõſilijs. contra ipſum affirmat. *& Azor.2.par.lib.8.cap.7.q.9.*
☞ & in vna Cęſarauguſtana penſionis.9.Martij 1598.
144 coram D.Orano fuit † reſolutum, quod: Clericatus ſuſceptus cum literis dimiſſorijs non proprij Epiſcopi, non ſuffragatur vt ſibi penſio transferri poſſit, cum non eſſet ſubditus eius, nec ratione originis, nec domicilij, nec beneficij, cap.cum nullus.de temporibus ordinan. in 6. nec refert quod habitaſſet in domo illius Epiſcopi per decennium, quia cum eſſet cũ eo tanquam Patruo, & ſic in domo aliena, excludit præſumptionem, quod permanſerit cauſa conſtituẽdi domicilium, &c. *Refert, & ſequitur Gratian.dict.for. cap.181.num.11.*

Sed ſtante quod illegitimus, vel alias incapax be-
145 neficij † non ſit capax huiuſmodi penſionis abſque diſpenſatione, dubitatur an diſpenſatus ad beneficia abſque expreſſione penſionis, poſſit vigore huius diſpenſationis penſionem obtinere.

In quo Gigas.q.18.tenet quod non, niſi cum con-
146 ſecutus † beneficium, ex diſpenſatione illud poſtea reſignaſſet reſeruata ſibi penſione; quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & non extendenda ad alium caſum. ſequitur Rebuffus dict.tit.de diſpenſatione ad plura. num.65. *& Mandoſ.de ætate minori, quæſt.23.num.2.* & videtur ſenſiſſe Rota in Cęſarauguſtana penſionis.3.
147 Februarij 1590. coram † D. Gipſio, in qua: Cum
☞ fuiſſet penſio reſeruata illegitimo, non obſtãte defectu natalium, qui aliàs erat diſpenſatus ad obtinẽdum vnum beneficium, penſio prætendebatur nulla, quia in eius reſeruatione non fuerat facta mentio de prima diſpenſatione, nam ſi Papa ſciuiſſet primã diſpenſationem, non ita de facili conceſſiſſet penſionẽ, nec prima diſpenſatio, cum ſit ſtrictè interpretanda, erat extendenda ad penſionem, nihilominus tamen fuit reſolutum penſionem eſſe validam, præcipuè ex clauſula, quod diſpenſationes oratoris haberentur pro expreſſis, quæ erat poſita tam in prima, quam in ſecunda gratia, quæ habet vim expreſſionis. Butrius conſil.2. Ita in d.Cæſarauguſtana, quod Gigas.q.19.
148 ait procedere etiam † ſi eſſet diſpenſatus ad beneficia cum cura, & ſine cura, & alia quæcunque beneficia, & Rebuffus.d.tit.de diſpenſatione.ſuper defectu natalium.num.19.etiamſi eſſet diſpenſatus ad beneficia, etiam quęcumque generaliter; dicit tamen Rebuffus ibi quod fortè contrarium eſt verum, vt alibi dicet, & Zecchus.d.c.11.num.7. ait quod non ſat eſt, quod ſit diſpenſatus ad beneficia cum cura, & ſine cura, niſi addatur, & quodcunque aliud beneficium.
149 Verũ Gigas in d.q.19.in † fine dicit, quod præmiſſis non obſtãtibus, ſi eſſet iudex iudicaret ſemper illegitimum diſpenſatũ quo ad ordines, & beneficia eſſe capacẽ Eccleſiaſticę peſionis, & idẽ tenet Reb.d.tit.de

diſpenſati one ſuper defectu natalium. num.82. *Et Azorius d.2. parte libro 8. capitul.6. quæſtione 6. &* 8.

150 Quod † mihi placet, nam cum non ſit alia ratione incapax penſionis, niſi quia cedit loco beneficij, diſpenſatus ad beneficia, erit etiã conſequenter diſpenſatus ad penſionem, nec hoc eſt extendere diſpenſa-

151 tionem. Et oppoſita ſententia † ſolum erit vera in diſpenſato ſpecialiter ad certum beneficiũ argumento eorum, quæ tradit Tiraq. in Lboues. §. hoc ſermone. ff. de verborum ſignificatione. num. 36.

Vnde diſpenſatus ad beneficium ſi conſequatur

152 penſionem, † conſumet per eam ſuam diſpenſatio-

153 nem. Nam ea licèt ſit ad beneficium † incertum, & in communi intelligitur de primo. cap. 1. §. 1. de filijs presbyterorum. lib. 6. cap. non poteſt. de præbendis, eodem lib. Archidiaconus in d.c. 1. ad finem, vbi id dicit pronunciaſſe Bonifacium Pap am. Lap. Anchar. q. penult. Domin. nu. 3, & Francus, num. 12. ibi Rota deciſ. 1. de filijs Presbyt. in nouis. Bellamera. deciſ. vlt. & conſ. 32. Felin. in c. fin. de tregua & pace. nu. 4. Rebuffus dict. tit. de diſpenſatione ſuper defectu natalium. num. 83. & in concordatis in forma mandati, verbo diſpenſationum. Tiraquellus d. §. hoc termone. à num. 29. Roſinus de beneficijs. c. 13. à num. 36. Achilles deciſ. 285. ſeu 1. de conceſſione præbendæ. Mandoſ. conſ. 2. num. 3. & Nauarrus conſ. 9. de præbendis. *Azor 2. par. lib. 6. cap. 3. quæſt. 16. & ſequuntur Couarr. in 4. 2. par. cap. 8. §. 8. num. 5. verſic. 6. & Molin. de iuſt. 1. tomo, tractat. 2. diſputat. 173. circa fin. faciendo deſcrimen inter diſpenſatum, & legitimatum à Papa.*

154 Licet contra teneant Monachus. nu. 11. † & Ioan. And. in d.c. 1. & Gambarus de officio legati. lib. 7. à nu. 237. ad 241. & lib. 10. num. 222. Quem vide in c. vnico de rerum permutatione in 6. num. 39. & 80. & Enriq. in ſumma. lib. 13. c. 57. §. 5. & lib. 14. c. 8. §. 10. gloſ. C. quod dicit æquius Mandoſ. d. conſ. 2. nu. 90. & ſatis probabile. Th. Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 31. num. 11. qui alios citat. *Et ſequitur Aquila de cenſur. 7. par. diſp. 3. dub.*

155 Et penſio habet vicem beneficij, & cedit † loco beneficij, ad quod erat diſpenſatus, & ita tenuit Rebuffus dic. num. 82. & 83. & audiui ita dixiſſe Illuſtriſſimum Cardinalem Contrarellum datarium Gregorij XIII. peritiſſimum, & integerrimum, nempe, per conſecutionem penſionis conſumi diſpenſationem ad beneficia.

156 Ex quo falſum videtur, id † quod dicunt Gigas d. q. 18. in fin. & Rebuffus, tit. de diſpenſatione ad plura. nu. 65. *Et Azor. d. lib. 8. 2. p. c. 7. quæſt. 6. &* 8. quod ſi diſpenſatus ad beneficium, illud conſequatur, & poſtea reſignet reſeruata penſione ſuper eius fructibus, poteſt illam habere, quia ſi potuit retinere totũ beneficium, ergo & illius partem, ſcilicet penſionem, cum idem iuris ſit de toto ac de parte.

Nam hæc ratio nihil valet, penſio etenim non eſt

157 pars † beneficij, ſed ius quoddam ſeparatum, & for male de per ſe diſtinctum ab ipſo beneficio, vt ſupra dictum eſt. num. 49. & contrarium videtur tenere ipſe Rebuffus. d. tit. de diſpenſatione ſuper defectu natalium. num. 83.

In diſpenſato tamen ad beneficia in plurali, pro

158 vt Gigas loquitur † erit vera illa ſententia alia ratione, nempe, quia effectus illius diſpenſationis non extinguitur in 1. Oldradus conſil. 215. Tiraquellus ſup. num. 38. & Nauarrus conſil. 26. de præbendis, *Rota in Bononien. Canonicatus 21. Ian. 1610. coram D. Penia, vbi, quod defectus, illegitimitatis Granutio obiectus ceſſabat ex ſufficienti diſpenſatione Clementis Octaui ad omnia beneficia, dummodo plura ſimul non eſſent, quæ non eſt conſumpta ex eo, quod obtinuiſſet Canonicatum in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris: nam cum eius vigore potuiſſet plura beneficia vnum poſt aliud obtinere, dimittendo primum potuit obtinere ſecundum, præſertim cum verba diſpenſationis eſſent directa ad perſonæ habilitatem, Anchar. conſil. 402. num. 5. quem ſequitur Tiraquel. §. hoc ſermone in princip. num. 31.* atque ideo virtute talis diſpenſationis poterit obtinere penſionem ſibi reſeruatam in reſignatione, iuxta dicta.

155 Sed an Epiſcopus poſſit cum † illegitimo diſpenſare ad penſiones ſicut poteſt ad beneficia ſimplicia. cap. 1 de filijs presbyterorum in 6. de quo infra 7. p. cap. 2. exiſtimo indiſtinctè quod ſic, dummodo non ſit ſuper beneficio paterno, propter decretum Concilij ſeſſion. 25, de reform. capit. 15. Quamuis Gigas quæſt. 17. diſtinguat, quod in caſibus, in quibus poteſt illam imponere, poteſt diſpenſare, in alijs verò non quem refert Rebuffus d. tit. de diſpenſatione. ſuper defectu natalium. num. 7. & ſequuntur Quintanaduennas d. lib. 1. cap. 6. num. 6. & Zecchus d. c. 1. num. 9. *Et Azor. d. lib. 8. 2. par. cap. 7. quæſt. 6. &* 8.

Vltimò inferri videtur penſionem non facere ſpo-

160 lium, nec penſionarium † iure prohiberi teſtari de redditibus penſionis, &c. cum non ſit beneficium. Gigas. quæſt. 52. Couarruuias in cap. cum in officij. num. 6. ad fin. de teſtamen. Quintanaduennas lib. 2. Eccleſiaſtico. num. 7. Menochius de arbitrarijs. caſu 172. in additione, num. 12. & 13. & Zerola in praxi Epiſcopali. 2. part. verbo penſionarius. §. 25. & verbo ſpolium. §. 15. Burſattus conſilio 178. ex num. 27. ad 37.

161 Nihilominus tamen verius † quod penſio æquiparatur beneficio in materia ſpoliorum, & facultatis teſtandi, & diſponendi de redditibus, ex quo datur loco beneficij, vt per Redoanum de ſpolijs Eccleſiaſticis. §. ex his. & de rebus Eccleſiæ. rubr. 33. quæſt. 1. ad finem. Nauarrum de redditibus, quæſt. 1, mon. 12. num. 2. & 3. de ſpolijs 8. num. 8. per conſtitutionem Pij V. quam ibi explicat, & Molinam de iuſtitia, 1. tom. tractatione 2. diſputatione 145. *Sarmient. de reddit par. 3. cap. 5. num. 7. & Azor. 2 par. lib. 8. cap. 3. quæſt. 8. &* 56. *qui variat. cap. 12. quæſt. 4. &* 5. *quamuis in vna Turritana penſionis 31. Ian. 1567. coram D. Graſſis, ſeu Grato ſtrictè ad dubium, ſeclusis conſtitutionibus & Bullis Pauli III, ac etiam vſu Cameræ, fuit concluſum, quòd penſiones decurſæ, & non ſolutæ, non computentur inter ſpolia, ſed magis tranſeant ad hæredes, quia penſio non eſt beneficium Eccleſiaſticum, ſed conſiſtit in mera temporalitate, cap quamuis, vbi Doctores de Præbend. in 6. Felin. in capit. ad audientiam. 2. 1. colum. de reſcript. Quam deciſionem ita ad literam refert Redoan. de ſpol. quæſt. 3. §. & in hac materia. num. 12. vbi ſecus dicit attentis bullis, &c.*

*Ad effectum tamen ornamentorum, & rerum ad vſum & cultum diuinum deſtinatarum, de quibus in conſtit. Pij V. 44. penſio non æquabitur beneficio: nam ea relicta per penſionarium non ſpectabũt ad beneficium, ſ. per quod penſio erat impoſita, nec ad Eccleſiam talis beneficij: nam quantum ad hoc eſt longè diuerſa ratio in penſione, ac beneficio, cùm penſionarius non ſit initiatus in beneficio, ſuper quo penſio erat impoſita, nec in eius Eccleſia, ſed habeat ius quoddã*

tempo-

*temporale, separatum, & formale de per se distinctum ab ipso beneficio, quod expirat morte ipsius pensionarij, vt dicitur in hoc cap. num. 49. & 239.*

## *De diffinitione pensionis.* §. I.

### SVMMARIA.

*Diffinitio pensionis tradita per Gigan. nu. 162. quæ parum differt à diffinitione Corasij, nu. 163.*

*Defenditur ab impugnationibus Rebuffi. nu. 164. non placent diffinitiones Gambari, & Rebuffi. nu. 165.*

*Diffinitio Gigan. displicet Nauar. nu. 166. eius diffinitio qua non placet, nu. 167.*

*Diffinitio Vgolini. nu. 168. & Toleti. nu. 169*

*Melior diffinitio, num. 170.*

*Pensionarius tenetur pro rata soluere subsidium, & excusatum, & alia onera imposita respectu fructuum. nu. 171. nisi pensio sit reseruata libera, & exempta ab omni onere. num. 172.*

*Exemptio in subsidio, & excusato solum durat pro illo quinquennio. num. 173.*

*Resolutio Rotæ, num. 174.*

*Contributio subsidij, & excusati per pensionarium fieri debet habita ratione veri valoris beneficij, & quantitatis, quam titulans soluit. num. 175. 176. & 177.*

*Dimisso beneficio non tenetur quis ad solutionem pensionis, nec ad cautionem bancariam promissam, etiamsi ei consenserit, & se obligauerit in forma camera, & cum iuramento, nu. 178. & cessat obligatio fideiussorum, nu. 181. & etiam si resignatio sit nulla, si resignatarius possidet. nu. 182.*

*Resolutiones Rotæ, nu. 179. & 180.*

*Intrusus, & possidens beneficium sine titulo tenetur ad solutionem pensionis non enim verum titulum habens, d. num. 182. Permutans, & optans bona retento titul. beneficij tenetur ad pensionem, nu. 183.*

*Resignans tenetur ad soluen. pensionem stante clausula, quod non possit resignare in fauorem alicuius, nisi facta pensionario intimatione, ac facta obligatione per resignatarium. nu. 184. & 185.*

*Stante clausula, quod aliàs resignatio censeatur facta in fauorem pensionarij, nihilominus, resignatio est valida si ille non egit ad beneficium 186.*

*Huiusmodi clausula non solet hodie concedi, nisi in pensionibus pro Palatinis. nu. 187. vbi ponitur clausula.*

*Beneficio vacante, pensio soluenda est ex fructibus ab œconomo. nu. 188. & sequestrato beneficio à sequestro, nu. 189.*

*Pensio soluenda est inter anteccessorem, & successorem in beneficio pro rata temporis, quo quis possidet, & gaudet fructibus; num. 190.*

*An successor in beneficio teneatur soluere pensiones decursas tempore anteccessoris. nu. 191. vsque ad 202. resolvitur, teneri, si facta fuerint diligentia contra predecessorem, aliàs non, de stilo Rotæ licèt in rigore, & puncto iuris teneatur, licèt non factis diligentijs.*

*Sufficiet facere diligentias contra haredes, & bona predecessoris, num. 203.*

*Pensionarius tanquam creditor præfertur Ecclesiæ Cathedrali in Pontificiali, & ornamentis pro pensionibus debitis ab Episcopo defuncto, num. 204. & 205.*

*An pensio constituta super fructibus, & distributionibus prebendæ, pro tempore vacationis, seu quo beneficiatus non lucratur, sit soluenda à capitulo, nu. 206. vsque ad 220.*

*Supposita parte affirmatiua, an obligatio soluendi pensionem, incumbat solum capitulo, an verò etiam singularibus de capitulo, pro parte quam percipiunt. n. 221. vsque ad 225. vbi distinguitur.*

*An excommunicatus seu suspensus, qui non percipit fructus beneficij, teneatur de suo soluere pensionem, an verò sit soluenda ex fructibus, nu. 226. vsque ad 230. resolvitur soluendam ex fructibus.*

*Excommunicatus tenetur ratione beneficij recitare, licèt non percipiat fructus. nu. 231. & 232.*

*Pensio debet solui in loco beneficij, nisi aliud in reseruatione expressum sit. nu. 233.*

*Si pensionarius, aut eius procurator, non esset ibi, aut aliàs in loco destinato solutionis pensionem debens non esset in mora, seu culpa. nu. 234. quamuis ad sciendum vtrum ille reperiatur quia erat forensis deberet fieri proclama, & ad effectum clausulæ sine retardatione depositum, nu. 235.*

*Pensionarius præferetur in fructibus benef. quibusuis creditoribus, num. 236.*

*Habens beneficium pensione grauatum non vtitur beneficio c. Odoardus, quo ad pensionem, num. 237.*

*In restitutione fructuum facienda per condemnatum, habenda est ratio, & detrahenda quantitas pensionis antiquæ soluta, licèt non illius, in quam ipse consensit nu. 238.*

*Pensio extinguitur morte pensionarij, nu. 239. nec potest transferri, nisi quando adest clausula transferendi, nu. 240.*

*Clausula transferendi, non censetur per quascumque clausulas generales concessa, nisi speciali mentione facta, nu. 241. & à solo Papa concedi potest, nu. 242.*

*Clausulam facultatis transferendi, & formam huiusmodi translationis, qui ponunt, nu. 243.*

*Huiusmodi translatio, iuxta clausulam facultatis fieri debet coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta, & potest fieri coram Canonico Cathedralis Ecclesiæ. nu. 244.*

*Non potest fieri coram Canonico Ecclesiæ Collegiatæ, nu. 245.*

*Potest fieri per procuratorem, nu. 246.*

*Clausula transferendi, intelligitur de prima duntaxat. nu. 247. vbi ponitur decis. Rotæ, sicut etiam facultas retinendi pensionem, non obstante matrimonio intelligitur de 1. num. 248.*

*Per translationem inualidam non consumitur facultas transferendi, num. 249.*

*An litera facultatis transferendi debeant præsentari coram iudice, remissiuè, nu. 250.*

*Pensio etiam transfertur in alium de consensu pensionarij, & eam soluentis authoritate Papæ, nu. 251.*

*Transfertur etiam in vim priuilegiorum militum S. Petri, & S. Pauli, & aliorum officialium, nu. 252.*

*Sed ista priuilegia sunt reuocata per Pium V. nu. 253. priuilegium Lauretanorum, nu. 254.*

*Per translationem extinguitur prima pensio & noua creatur, nu. 255. resol. Rotæ. nu. 256.*

*Aliæ resolutiones Rotæ. 257.*

*In translatione pensionis, non habet locum regul. de infirmis. n. 258. nec const. de publican. nu. 259.*

*Alia de materia translationis remissiuè. nu. 260.*

*Pensiones reseruatæ in persona, & capite vnius, ad commodum tamen alterius, per cuius obitum expirent. n. 261. cum seqq. resolvitur expirare per mortem vtriusque.*

*Reseruatarius, in cuius persona fuit pensio reseruata, an possit validè eam transferre, & cassationi consentire, etiam sine consensu eius in cuius commodum est nu. 268. & 269. resolvitur affirmatiuè.*

*Probatio ad cuius commodum, & contemplationem sit pensio reseruata, sumitur ex libro datariæ. nu. 270. decis. Rotæ, nu. 271. & 272.*

161 Viſo quod penſio non eſt beneficium, oportet videre quid illa ſit. Et quidem Gigas. quæſt. 1, num. 1. ex Cardin. & Imola eam ſic diffinit, quod eſt certa portio ex aliqua menſa, vel beneficio, ex cauſa ad tempus non in perpetuum ſeparata. Quam diffinitionem ſequitur Zecchus de beneficijs & penſionibus, c. 11. nu. 1. aliquibus additis. *Et eam defendit, & interpretatur Azor. 2. par. lib. 8. cap. 5. q. 1. & eam etiam ex Gig. ponit Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. par. 3. cap. 3. pag. 499. dicens tamen, ad tempus, vel in perpetuum ſeparata.* Et parum differat ab ea, quam tradit Co-
163 raſius de beneficijs. 1. par. cap. 4. num. 6. nempe † quod eſt moderata quædam portio ex redditibus beneficij, authoritate ſuperioris ad tempus ſeparata per modum quantitatis, & cum cauſa alteri aſſignata.

164 Sed illa diffinitio non placet † Rebuffo, de pacificis poſſeſſ. num. 112, alias 96. primo ex eo quod non conuenit penſioni perpetuæ, quæ conſtituitur vicario perpetuo, vel alteri; ſed reſpondetur, quod iſta nō eſt penſio de qua agitur in propoſito. Secundò, quia conuenit alijs à definito, nempe ei quæ datur in titulum beneficij, & tamen non eſt penſio, prout hic accipitur, ſed vt inquit Gigas ibi nu. 5. per illud verbum, ad tempus, diffinitio iſta non conuenit beneficio, quod regulariter eſt perpetuum.

Ex alijs etiam eam impugnat Gambarus de offi-
165 cio legati † lib. 6. à num. 9. quæ tamen non multum vrgent, & eius diffinitio quam ibi tradit. nu. 12. non eſt bona, ſicut nec ea, quam tradit Rebuffus ſupra. nu. 113. alias 97. cum qua concordat diffinitio Ioannis Nicolai Delphin. de iure patronat. lib. 1. nu. 61.

Adhuc tamen prædicta diffinitio diſplicet Nauar-
166 ro † conſ. 63. nu. 6. de ſimonia, & in Manuali. c. 23. num. 111. ex eo quia conuenit etiam ſtipendijs, quæ conſtituuntur etiam laicis, ex fructibus menſæ, vel beneficij. Vlterius, quia ſicut beneficium non eſt fructus, qui percipiuntur ex illo, ſed ius illos percipiendi, penſio non eſt certa portio fructuum menſæ, vel beneficij, ſed potius ius percipiendi illam.

Vnde ipſe aliter diffinit dicens, quod penſio Ec-
167 cleſiaſtica † prout in hac materia capitur, eſt ius non temporarium, ſed ſpirituale, aut ſpirituali annexum, non antecedenter, vt ius patronatus, ſed dependenter, aut conſequenter, inſtar beneficij. *& ſequitur Leo in theſ. for. Eccleſ. cap. 22. num. 1.* Sed reuera iſta diffinitio in parte videtur ſuperflua, ſeu prolixa, & in parte diminuta.

168 Vgolinus verò de ſimonia † tabula prima de ſimonia in genere. cap. 18. §. 3. num. 3. ſic diffinit, quod penſio hæc, eſt ius quoddam ſpirituali annexum, quo quis pecuniam, ſeu fructus ex beneficio aliquo Eccleſiaſtico conſequitur.

169 Et Cardinalis Toletus in ſumma † lib. 5. c. 82. ſic deſcribi poſſe ait, quod eſt ius percipiendi fructus ex alieno beneficio, in qua diffinitione comprehendit penſionem ſpiritualem, & temporalem. *eandem ponit Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. nu. 201.*

170 Ex quibus diffinitionibus præſertim Gigantis † Coraſij, Nauarri, & Vgolini poteſt confici melior diffinitio, dicendo, quod eſt ius ſpirituale, ſeu illi annexum inſtar beneficij percipiendi certam portionem ex fructibus menſæ vel beneficij ad tempus. Quæ diffinitio declaratur, & comprobatur ex ſupradictis.

Ex qua diffinitione infertur primò quod cum pēſi-
171 ſio apponatur † ſuper fructibus, & redditibus beneficij, penſionarius tenebitur pro rata pēſionis, ſoluere ſubſidium, & excuſatum, & alia onera impoſita reſpectu fructuum beneficij. Gigas quæſt. 38. 59. 66. & 90. & conſil. 117. ſeu reſponſo. 8. de penſionibus. Rebuffus de pacifi. poſſeſſoribus num. 138. alias 120. Gambarus de officio legati lib. 7. quæſt. 5. ex nu. 207. Nauarrus conſil. 1. de Eccleſijs ædificandis. Valaſcus de iure emphyteot. quæſt. 17. num. 9. Ioannis Garzia de expenſis, & meliorationibus capite. 11. num. 58. Mohedanus deciſ. 4. de locato alias 234. Puteus. 386. lib. 2. Marches. de commiſſio. p. 2. cap. 4. de commiſſione appellatio. num. 49. qui ait, quod cum penſionarius ad ea onera teneatur pro concurrenti quantitate, rector illa ſoluens retentione pro rata vti poterit. Decius conſil. 156. Caccialupus. q. 17. nec eius occaſione debet dari clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, &c. Rota deciſ. 298. num. 2. par. 1. diuerſorum, & in Aſculana penſionis, de qua infra, nu. 174. *Gratian. deciſ. 20. à num. 10. Alexand. Moneta de decim. cap. 9. a nu. 87. & Azor. 2. par. lib. 8. cap 9. quæſt. 2. & ita in contributione pro ſeminario ſtatuit S. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18. verſ. Ad hanc autem portionem, & S. Congreg declaranit, & cenſuit habere locum etiam in penſionibus reſeruatis ante erectionem ſeminarij, vt in d. declarat. ſeq. An decretum Concilij, cap. 18. ſeſſ. 23. verſ. Ad hanc autem portionem, habeat locum, ſiue ſeminaria erecta ſint ante reſeruationem penſionum, ſiue poſt, Congregatio cenſuit habere locum, ideo beneficiatum compellendum eſſe propenſione, quam ſoluit, quamuis ſeminarium erectum fuerit poſt penſionis reſeruationem, ſed beneficiatum poſſe retinere pro rata quidquid occaſione penſionis ſoluerit ſeminario. Et 30. Martij 1594. Congregatio Concilij cenſuit, titularem occaſione contributionis per eum facta ſeminario non poſſe detrahere ex penſione, quam ſoluit, niſi pro rata penſionis, & ad eam rationem, ad quam ipſe titularis contribuit.*

Quod procedit niſi penſio ſit reſeruata libera, &
172 exempta ab omni onere, † quia tunc onus pertineret in totum ad rectorem, ſeu titularem beneficij. Gigas dict. quæſt. 38. 59. & 90. & d. conſil. 117. ſeu reſponſ. 8. Nauarrus. Ioann. Garzia, & Marche. ſupra. *& Alex. Moneta, & Azor.* de qua clauſula vide. Gābarum ſupra à num. 216. Mohedanum. d. deciſ. 4. & Puteum. d. deciſ. 386. & Flam. Pariſ. de reſignatione lib. 2. quæſt. 2. num. 135.

Quæ tamen exemptio in ſubſidio, & excuſato, ſo-
173 lum durat pro illo † quinquennio, nam in ſequenti ſolet derogari huiuſmodi exēptionibus, & clauſulis in concordia, quæ ſumitur inter Regem, & ſtatum Eccleſiaſticum & confirmationē illius, vt in vna Toletana penſionis, ſiue excuſati. 20. Nou. 1581. coram D. Cantucio, quæ eſt 2. parte diuerſorum. deciſ. 161. quæ eſt videnda in propoſito. *Et eam refert & ſequitur Alex. Monet. ſupra num. 91. & Azor de quæſt. 2. ait, quod priuilegium poſterius ſubſidij ita conceſſum, vt contribuere debeant penſionarij etiam habentes penſionem liberam & exemptam, derogat exemptioni penſionis anteriori.*

Et alias in vna Aſculana penſionis 17. Februarij
174 1586. † coram D. Pamphilio fuit reſolutum: Penſionarium teneri contribuere pro rata ſuæ penſionis in oneribus per religionem Hieroſolymitanam impoſitis ſuper fructibus, ſuper quibus eſt reſeruata ex Gigante. d. q. 59. non obſtante clauſula exemptionis ab omni onere, quia hæc exemptio fuit ſublata

per

per conſtitutionem Gregorii XIII. vt in d. Toletana excuſati, &c. *Aduertendum eſt autem, id procedere, cùm in ſequenti concordia confirmata, ſeu indulto, derogat exemptioni, & clauſulis penſionis, vt penſionarius ipſe debeat contribuere illis non obſtantibus, vt in terminis dictæ deciſionis Toletanæ & Aſculanæ; ſecus vbi clauſulæ indulti, ſeu concordiæ, ſolum reſpiciunt validitatem indulti ad fauorem regis, ſeu principis, cui conceditur ſubſidium, vt ei integrè, & ſine diminutione ſoluatur, & tollit tantum eas clauſulas, quæ ipſi indulto præiudicare poſſunt; nam tunc ſiue præcedat, ſiue ſequatur indultum, penſionarius non tenetur contribuere, ſed titularis debet etiam pro eo ſoluere, iuxta reſeruationem ipſius penſionis liberæ, & exemptæ, vt aliàs reſoluit Rota in vna Vercellen. ſubſidij 20. Martij 1600. coram illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, quæ deciſio ſic ſe habet. Fuit reſolutum quantum ad primum dubiũ, an gratia reſeruationis Reuerendiſſimi domini Epiſcopi Aſtenſis ſuper fructibus Archidiaconatus, faciat illum eſſe immunem & exemptum a ſolutione ſubſidij Apoſtolici conceſſi ſereniſſimo Duci Sabaudiæ, &c. dec. 146.*

175 Penſionarius autem, quatenus † teneatur ad contributionem ſubſidij, & excuſati, ea fieri debet, habita ratione veri valoris beneficij, & eius quantitatis, quam titularis re vera ſoluere tenetur, iuxta modernam taxam facta pro exactione ſubſidij, & excuſati, ita fuit reſolutum in vna Salamantina prætenſi defalcus ſubſidij, & excuſati. 12. Maij. 1595. coram *D.* Seraphino, *quæ deciſio ſic ſe habet, Domini dixerunt, &c. R. ſub. & excuſ.* & patet ex breui ſubſidij Pij V. ☞ 21. Maij 1571. vbi ſic habetur; Itaque quicunque
176 fructus, redditus, † & prouentus, iura, obuentiones, emolumenta ſibi loco penſionum annuarum, ac etiam penſiones annuas ſibi ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentis, & diſtributionibus, etiam ſub quibuſuis exemptionibus, & immunitatibus a ſimilibus, vel diſſimilibus in oneribus genere reſeruatas, & aſſignatas habentes, & percipientes pro rata veri valoris Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum ſuper quibus penſiones huiuſmodi reſeruatæ, & aſſignatæ fuerant, contribuere tenerẽtur. *& ita aliàs in portione & contributione ſeminarij videtur S. Congreg. Concilij declaraſſe, vt in declarat. ſequenti ſuper d. cap. 18. ſeſſ. 22. In taxa ſeminario pro penſionibus ſoluenda ea iucunda eſt ratio, vt primum inquiratur, quanta ſit taxa antiqua vnius decimæ, cuius taxæ partem dimidiam beneficiatus perſoluit: ex penſionibus verò retinebitur proportionabiliter, habito reſpectu ad verum valorem beneficij, & taxam perſolutam hoc modo, videlicet, ſi beneficium in taxa eſt, pro decima integra, puta ſcutorum ſexaginta; triginta quidem a beneficiato ſeminario perſoluẽtur, quæ ſunt pars dimidia decimæ. Attendatur poſtea ad valorem beneficij, nempe ſcutorum nongentorum, penſio fingatur ſcutorum ſexcentorum, atque ita ex triginta ſeminario ſolutis beneficiatus nomine penſionis viginti, reliqua ex portione beneficij præſtabit.*

*Facit etiam alia declaratio eiuſdem S. Congreg. ſuper d. cap. 18. quæ ſic ait: An penſiones ſuper curatis, & menſa Epiſcopali, ad rationem ſimplicium, non curatorum taxari debeant. Congreg. cenſuit, & reſcripſit, Epiſcopo Hieracenſ. non taxandas diſtributiones, & penſiones teneri pro rata illius factæ taxæ, quæ ab Epiſcopo cum conſilio deputatorum ad præſcriptum concilij hoc cap. fuit impoſita beneficijs ipſis, ex quorum fructibus ſoluuntur penſiones.* Nec huic contradicit Gigas conſil. 159. ſeu reſponſ. 10. de pen-
177 ſionibus, † quamuis commiſſarius generalis harum gratiarum aliter ſeruet, nempe præcipiendo defalcari iuxta valores factos in qualibet diœceſi, & milliaria, ad eam ſpectantia.

178 Secundo ex dicta diffinitione † infertur, quod cum penſio imponatur ſupra fructibus, & redditibus beneficij, illo dimiſſo ſiue per reſignationem etiam ex cauſa permutationis, ſiue per optionem, ſiue per aſſecutionem alterius incompatibilis, vel aliàs, non tenetur quis amplius ad ſolutionem penſionis, nec ad cautionem Bancariam promiſſam, niſi remaneat in detentione, etiam ſi ei conſenſerit, & ſe obligauerit in forma cameræ, & cum iuramento ad eam ſoluendam. Gambarus d. lib. 6. 8. & 9. quæſt. ex nu. 405. & 421. Mandoſ. de ſignatura gratiæ. titulo de penſionibus. verſi. quia reſignans beneficium. & ſequenti, Mohedanus deciſ. 1. de renunt. alias 2. & deciſ. 14. de locato. alias 295. Burſattus conſ. 361. lib. 4. & Flam. Pariſ. dicens communem de reſignatione. lib. 1. q. 8. & lib. 6. quæſt 2. nu. 148. & ſeqq. & lib. 10. q. 8. nu. 26. & 72. & Gigas q. 63. num. 1. & 2. & Gonçalez gloſ. 34. a num. 45. *Alexand. Monet. de opt. cap. 7. ad fin. & de diſtrib. par. 3. quæſt. 8. nu. 16. Rota in Salaman. penſionis 13. Iun. 1592. coram D. Orano.*

179 Et ita in vna Prænestina. & Senenſ. penſionis 10. ☞ Ianuarij 1558. coram D. Quiroga fuit reſolutum, Obligantem ſe in forma cameræ de ſoluenda penſione impoſita ſuper beneficijs per eum obtentis, non teneri ad ſolutionem pro beneficijs, poſt obligationem reſignatis, quia obligatio eſt facta propter fructus beneficiorum. Roma, conſ. 417. Tiraquellus in tract. ceſſante cauſa, verbo promiſſionis, n. 217. pa. 1.
180 In qua tamen cauſa coram † eodem 20. Maij, & 1. ☞ Iulij eiuſdem anni fuit reſolutum; Quod quamuis non licet conſtituere penſionem priuatim ſine authoritate Papæ, nec augere. Decius conſ. 141. poteſt tamen qui reſignauit beneficium, ſuper quo erat impoſita penſio, obligare ſe poſt reſignationem ad ſoluendam penſionem, quia non prohibetur quis fideiubere pro alio, & obligare ſe pro re aliena. &c. Refert, & ſequitur Flam. Pariſ. d. lib. 1. q. 8. nu. 16. & 17.

181 Quæ illatio ampliatur primò † vt etiã ceſſet obligatio fideiuſſorũ datorum. Mohedanus deciſ. 6. de locato alias 237. Flam. Pariſ. d. lib. 1. quæſt. 8. nu. 10.
182 Secundò ampliatur vt procedat † etiam ſi reſignatio ſit inualida, & nulla, ſi reſignatarius poſſidet, Mohedanus deciſ. 30. de renunt. aliàs 216. Burſattus ſupra nu. 25. & Flam. Pariſ. d. q. 8. nu. 44. nam & intruſus. & poſſidens beneficium ſine titulo, ex quo percipit fructus, ſuper quibus penſio eſt reſeruata, tenetur ad eius ſolutionem, non autem beneficiatus verum titulum habens Gigas conſ. 138. ſeu reſponſo 29. Burſattus ſupra nu. 19. *Pacificus de Saluiano interdict. inſpect. 3. cap. 4. nu. 187. & deciſ. 5. nu. 4. Vnde etiam in vna Hiſpalenſ. penſionis 11. Iun. 1609. coram illuſtriſſimo Lancellotto ſimiliter fuit reſolutum, non eſſe dandum mandatũ executiuum contra dominum de Acunna, &c. R. penſio. 15* Rota deciſ. 699. nu. 1. p. 1. diuerſorum limitatur ta-
183 men † vt non procedat, quando quis retento titulo beneficij, ſuper cuius fructibus penſio eſt impoſita, permutat eius bona pro alijs bonis, ſeu præbendis, quæ ſubrogantur in locum bonorum dimiſſorum, nam is tenetur ad penſionem, vt fuit reſolutum in vna Valiſoletana penſionis, 1. Mar. 1602. coram D. Pamphilio, *vbi fuit dictum, modernum Decanum teneri*

ad

*ad ſolutionem penſionis, &c. R. penſio. 10.* & tradit Gõçalez d. gloſ. 34. num. 48. ſicut qui retento primo tit. Canonicatus, & præbendæ optaret alia bona pro præbenda temporali. Gigas. q. 63. nu. 3. & 4. & Gonçalez ſupra nu. 46. & 47. & conducit quod dicitur 5. p. ca. 1. nu. 459. *Vnde impoſita penſione ſuper Canonicatu & Prabenda alicuius, ſi ille deinde optat aliam prabendam dimiſſa prima, adhuc tenetur ad penſionem, & non ille qui ſuccedit in Prabenda dimiſſa, & ſimiliter decedente illo, qui penſioni conſenſit, non tenetur ad penſionem ille, qui per optionem ſuccedit in illa Præbenda, ſed qui ſuccedit in canonicatu, & titulo, licèt in alia Præbenda; idque non ſolum procedit, quando Prabendæ actualiter & realiter diſtincta non ſunt (* quo caſu id admittunt *Gig. dict. nu. 3. & 4. & Leo, in Theſaur. for. Eccleſ. cap. 22. num. 47. & etiam Alex. Moneta de opt. d. cap. 7. quæſt. 3. 2. concluſ. num. 32. vbi per Capitulum non aſſignantur certæ, & determinatæ Prabendæ, ſed per procuratorem Capituli fit certa diſtributio in bladis. aut pecunia conſiſtens, ſed quando ſunt prabẽdæ actualiter, & realiter diſtinctæ; quamuis tunc contrariũ teneat Gig. num. 2. & Leo ibi, & Moneta dict. quæſt. 3. 1. concluſ. 2 nu. 28. dicentes, quod optans aliam Præbendam, dimiſſa illa, quam poſſidebat, grauata penſione, amplius ad illius ſolutionem non tenetur, ſed ille penſionum ſoluere debebit, qui dimiſſam Præbendam fuerit aſſecutus, cùm penſio ſit onus reale illius. & allegat Moneta Nauarr. conſil. 3. de ſolut. & Rotam deciſ. 597. nu. 7. 1 p. diuerſ. Sed mihi verius videtur, ſiue Præbendæ diſtinctæ, ſiue indiſtinctæ ſint, per optionem alterius Præbendæ non dimitti onus penſionis, quia per optionem Prabendæ non conſequitur quis nouum beneficium, & nouum Canonicatum, vt alias diximus cum communi dict. 5. part. cap. 1. a nu. 337. & 449. & 7. par. cap. 13. nu. 48. Nec obſtat doctrina Rotæ deciſ. 6. de conſuetud. aliàs 460. in nou. verſic. in aliquibus autem Eccleſijs, in qua fundatur Gig. dict. nu. 2. & conſonat Aegid. deciſ. 63. quod quando Prabendæ ſunt actualiter & realiter diſtinctæ, optans aliam, dimiſſa prima conſequitur nouum canonicatum, & nouum beneficium; quia primus Canonicatus remanet cum Prabenda dimiſſa, ex cap. literas, de conceſſ. Prabend. & Clement. ſi iuxta, de Prabend. Reſpondetur enim, quod Rota ibi loquitur de Prabendis diſtinctis, & inſtitutis ſingulis pro ſingulis Canonicatibus, ita quod ſingulæ Prabendæ ſunt annexæ, & connexæ ſingulis Canonicatibus perpetuo, & inſeparabiliter; nec per optionem ſeparantur: quia conſuetudo habet, quòd canonici in hoc ſequantur Prabendam; & ſic tunc Canonicus optans aliam Prabendam, per optionem ipſam conſequitur, & optat conſequenter Canonicatum, pro quo & cum quo Prabenda illa optata fuit inſtituta, dimittitque primam Prabendam & Canonicatum, pro quo ea conſtituta eſt: & per conſequens non tenebitur amplius ad ſolutionem penſionis ſuper illis impoſitæ. ſed is qui in illis ſuccedit, iuxta dictam.* 178. *Regulariter autem, & in dubio, vbi eſt optio Prabendarum etiam ſi illæ realiter, & actualiter diſtinctæ ſint, non ſunt ſingulæ ſingulis Canonicatibus perpetuò, & inſeparabiliter annexæ, ſed mutantur optione, & modò hæc eſt cum hoc Canonicatu, modò cum illo, prout cadit optio; & ſic tunc per optionem non acquiritur nouus Canonicatus, et nouum beneficium, ſed retento titulo & Canonicatu, vnuſquiſque optat vnam Prabendam, vt rectè tenet, & explicat deciſio Caſſadori 17. de Prabend. dicens, quod ſi deciſ. 6. & Aegid. volunt contrarium, eſt contra communem, a qua non eſt recedendum, Monticel. deciſ. 1. de conſuet. alias 46. Put. deciſ 201. lib. 2. & Prob. ad Monach. in cap. fin. de conſuet. nu. 27. ad fin. ac conſequenter per optionem non liberatur quis a penſione ſuper illius Canonicatu, & Prabenda impoſita, cum Prabenda optata ſuccedat, & ſubrogetur loco dimiſſæ, per argument. a ſubrogatis, de quo Enar. loco 122. a numer. 1. verb ſubrogationis. Et conducit quod dicitur de reſeruatione circa Prabendas optatas dict. 5. part. cap. 1. a num. 337.*

*Nec obſtat dict. cap. literarum, & Clem. ſi iuxta, vbi non agitur de optione, ſed de aſſecutione, & vacatione Prabendæ, id eſt, beneficij canonicalis, ſeu Prabendæ cum Canonicatu, vt ex ipſis textibus apparet, & ſubiecta materia. Et ita accipi Prabendam diximus ſupra cap. 1. nu. 9. Et Nauar. dict. conſil. 3. de ſolut. loquitur expreſsè de optione, & dimiſſione Canonicatus, & non ſolius Prabendæ: & ſic non eſt contra nos, nec benè allegatur a Moneta. Dicta verò deciſio. 597. part. 1. diuerſor. loquitur in reſeruatione fructuum Prabendæ, cum titulo, denominatione, ac adminiſtratione pro reſignante, qui æquiparatur titulari, & in effectu eſt beneficiatus ſicut antea, vt dicitur infra 3. part. cap. 1. a nu. 55. & ſic decedente reſignatario, in quem fuit translatus nouus titulus tantum, quamuis Prabenda poſſet per alium optari, debet eſſe cum grauamine reſeruationis, et ſine præiudicio reſignantis, cùm æquiparetur titulari, & in effectu remaneat beneficiatus, vt dixi, maximè cùm ſit etiam ei reſeruata facultas optandi, vt ibi dicitur: vnde contra eum ſeu in eius damnum non debet alius optare illam Prabendam.*

184 Limitatur tandem, vt non procedat, † quando in reſeruatione penſionis eſt clauſula, vt is qui in pẽſionem conſenſit, non poſſit in fauorem alicuius beneficium reſignare, niſi prius facta penſionario intimatione ac facta ſimili obligatione per reſignatarium, de ſoluenda penſione cum omnibus, & vngulis clauſulis, & cautelis, &c. Quam clauſulam ſæpe concedi ſolitam atteſtatur Mandoſ. ſupra, quem refert Flam. Pariſ. d. lib. 6. quæſt. 2. nu. 148. ſtante huiuſmodi clauſula, ex qua reſignatio aliter facta non valeret in præ-
185 iudicium penſionarij. Sicut alienatio † rei ſpecialiter hypothecatæ cum pacto de non alienando, non valet in præiudicium creditoris, l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtract. pignorum. l. ſi. tit. 5. part. 5. Ioan. Gutierrez in l. nemo poteſt. ff. de legatis 1. ex num. 28. Creſcen. deciſ. 1. de Pignor. & plures relati per Valdes. in additio. ad Rodericum Suarez in l. poſt rem iudicatam in declaratione legis regni 1. limitatione. nu. 5. & 13. & Rodr. de ann. red. lib. 2. quæſt. 9. a nu. 54. & Emman. Rodr. de cenſib. duda. 5. & Licent. Ant. Gom. etiam de cenſ cap. 3. nu. 28. Reſignans teneretur adhuc ad ſoluendam penſionem, ac ſi non reſignaſſet, & inſuper in d. clauſula ſolebat addi quod aliàs reſignatio cenſeatur facta in fauorem penſionarij, vt per Flam. Pariſ. lib. 3. q. 4. qui rectè ait, quod nihilo-
186 minus † reſignatio facta abſque prædicta intimatione, eſt aliàs valida, ſi ille, cui facienda erat intimatio, non egit ad beneficium, vt fuit reſolutum in vna Abulen. Archipresbyteratus, de menſe Nouembris 1555. coram D. Fantuccio. vt habetur deciſ. 232. diuerſorum, in manuſcriptis, ad l. filio præterito, ff. de iniuſto rupto. & Puteum deciſ. 8, lib. 2.

187 Sed hodie huiuſmodi clauſula non † ſolet concedi, niſi in penſionibus pro Palatinis, & alijs gratis Pontifici, in quibus apponitur ſequens clauſula amplißima; Quodque tam ipſe. N. quam quicunque alij in dicto Canonicatu, & præbenda quomodocũque, ſucceſſores pro ſolutione penſionis per præſentes reſeruatæ, & pro indemnitatè, & releuatione A. penſionarij

ſionarij & translatariorum prædictorum ſeſe, ac ſuos hæredes, & ſucceſſores ſuaque, & eorum bona, quæcumque ac fructus, aliaq; huiuſmodi in ampliori forma cameræ Apoſtolicæ N. videlicet ex nunc, ſucceſſores verò quilibet prædicti infra bimeſtre à data prouiſionis tam ordinaria, quam Apoſtolica authoritate, cui quam factæ computandum validè, & efficaciter obligare, ac cautionem Bancariam idoneam ad arbitrium A. & translatariorum prædictorum ſufficientem ad triennium duraturam, & tertiò quoque anno, & per ſex menſes ante finem cuiuſque triennij, quoad reſeruatio penſionis per præſentes reſeruatæ prædictæ durauerit, renouandam in curia prædicta, & propterea duos, vel plures Romanæ curiæ officiales, vel alios fideiuſſores ipſam curiam actu ſequentes idoneos, qui etiam cuicunque N. & ſucceſſorum prædictorum obligationi huiuſmodi prorſus accedentes vti principales, & inſolidum ſeſe, ac ſuos hæredes, & ſucceſſores ſuaque, & eorum bona quæcunque, ac fructus aliaque huiuſmodi in eadem forma cameræ Apoſtolicæ efficaciter omninò obligent, ac ipſis officialibus, ſeu fideiuſſoribus, aut Bancario, qui cautionem præſtiterit, vel eorum quocunque decedente, vel ab vrbe recedente, aut ſua officia dimittente, vel amittente, aut conditionem deteriorãte, alios idoneos Bancarium ſeu Bancarios, & officiales, qui ſimiles obligationes etiam de renouando inſolidum, & principaliter, faciant, hic in curia præſtare teneantur, & ad id cenſuris Eccleſiaſticis, etiam executiuè procedendo cogi poſſint. Quodque nec N. nec omninò vllus ſucceſſorum prædictorum Canonicatum, & præbendam, quæ dictos etiam purè liberè ac ſimpliciter in manibus ſanctitatis veſtræ, ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, aut loci ordinarij, aliaſue quomodolibet reſignare, ſeu dimittere, aut iuri ſibi in illis, vel ad illos quomodolibet competenti, cedere, ſeu deſuper cum aliquo concordare poſſit, neque etiam de illis prouiſio, ſeu commenda cuiquã ſiue Apoſtolica, ſiue ordinaria, vel alia authoritate etiam motu proprio validè fieri queat, niſi ille, vel illi, cui, ſeu quibus prouiſio, ſeu commenda de illis facta fuerit, ſimiliter ſeſe, ac ſuos hæredes, & ſucceſſores, ſuaque, & eorum bona quæcunque, ac fructus aliaque huiuſmodi obligauerint, ſimileſque cautiones, & officiales ac fideiuſſores ſufficerint, & renouare fecerint, alioquin ſemper tam. N. & eius ſucceſſores præmiſſa etiam ſuo tempore legitimè adimplentes, quàm eorum omnium hæredes, cautiones, officiales, ac fideiuſſores eo vſque obligati fuerint, & remaneant, donec per tunc ſucceſſores præmiſſis omnibus ſingulatim, & abſolutè ſatisfactum erit; quodque niſi ille, cui de dicto Canonicatu, & præbenda etiam ex vacatione huiuſmodi pro tempore tam in Romana curia, quam extra eam, vt præfertur, prouiſio, ſeu commenda facta fuerit, præmiſſis, vt præfertur omninò ſatisfecerit cum effectu, quæuis collationes, prouiſiones, commendæ, & aliæ diſpoſitiones huiuſmodi in fauorem A. & translatariorum prædictorum, eo ipſo factæ ſint, & eſſe cenſeantur, ac A. & translatarij prædicti, tunc eorundem Canonicatus, & præbendæ poſſeſſionem literarum ſuper præſentibus conficiendarum vigore ailequi, eo ipſo, & abſque alia iudicis declaratione, & miniſterio Canonicatum, & præbendam prædictos, quo ad vixerint, retinere libere & licite valeant. *Et ita in tua Abulenſi*

*penſionis 28. Ian. 1600. coram domino, fuit reſolutum penſionem deberi per Martinum, &c. R. penſio. 6.*

Tertiò ex dicta diffinitione infertur, beneficio 188 vacante † vel quaſi, penſionem ſoluendam, & ex fructibus eius ab œconomo, ſeu adminiſtratore, Gigas, q. 65. Burſattus d. conſ. 361. num. 24, Ioann. Gutierrez canon. q. lib. 1. cap. 1. num. 116. Flam. Pariſ. d. lib. 1. quæſt. 8. num. 23.

189 Similiter ſequeſtrato beneficio † penſio ſoluenda eſt à ſequeſtro, Gigas, q. 72.

190 Quarto ex dicta diffinitione † infertur penſionem ſoluendam eſſe inter anteceſſorem, & ſucceſſonem in beneficio pro rata temporis, quo quis poſſidet beneficium, & gaudent fructibus, non habita conſideratione temporis, quo erat ſoluenda, quod fuit, vel non maturatum. Mohedanus deciſ. 6. de locato. aliàs 237 & Flamin. Pariſ. d. quæſt. 8. nu. 52. ita fuit reſolutum in vna Romana penſionis, 22. Iunij 1598. coram D. Penja, quod etiam fuit dictum in vna Cæſarauguſtana penſionis. 20. Aprilis 1592. coram D. Pamphilio de qua infra, num. 200. *Etenim annuæ penſiones ſemper terminantur ſingulis annis die reſeruationis, à quo incipit annus, licèt gratia commodioris ſolutionis penſio ſit diſtributa in duobus terminis, Put. deciſ. 189. in fin. lib. 2. deciſio. 680. nouiſ. Farinac. Rot. in dict. Rom. in Nerotonen penſionis 20 Nou. 1606. coram Domino Sacrato, & in Nazarena penſionis 15. Ian. 1607. coram D. Coccino.*

191 Et an ſucceſſor in beneficio † teneatur ſolueré penſiones decurſas tempore anteceſſoris, difficilis eſt quæſtio, in qua Gigas q. 39. 40. 43. & 51. nu. 29. poſt Francum in cap. fin. §. fin. nu. 4. de officio ordinarij in ſexto, docet teneri in omnibus caſibus, in quibus anteceſſor illam ſoluere tenebatur, cum ſit onus reale, cum quo beneficium tranſit, & dicit ita in facto obtinuiſſe in Ciuitate Venetiarum, & eſſe tunc in electione penſionarij agere, vel contra hæredem defuncti, ſiue ipſum anteceſſorem viuentem, vel contra nouum beneficij poſſeſſorem, qui contra illos habebit recurſum, pro eo quod ſic ſoluerit, conſulit tamen, quod potius agat contra poſſeſſorem beneficij, quàm contra hæredem, quia contra poſſeſſorem cui literæ intimatæ fuerint procedi poteſt executiuè, contra hæredem vero non niſi via ordinaria, *vt etiam ait Sal. Tiber. in praxi lib. 1. cap. 3. num. 14. cum Marchſano 1. par. cap. 14. de commiſ. app. ſub num. 4.* Sicut etiam per hæredem penſionarij contra rectorem beneficij agitur via ordinaria, idem Gigas quæſt. 45. num. 6. ſequuntur Guerrero, cap. 61. num. 14. Valaſcus de iure emphyteotico, quæſt. 17. num. 19. Ioan. Garzia de expenſis, & melioration ibus, cap. 11. nu. 54. Burſattus dicens probabiliorem, & communiorem d. conſ. 361. à num. 10. Nauarrus conſ. 1. num. 4. & conſil. 2. num. 3. & 5. deſolutionibus, dicens receptiorem, & ſtilum curiæ id habere, Ioann. Gutierrez d. cap. 1. num. 111. & ſequentibus, dicens veriorem, & communem, atque proinde tenendam in iudicando & conſulendo, & Vincent. de Franchis deciſ. 167. num. 15. & 16. Quintanaduennas lib. 1. cap. 8. num. 5. & lib. 2. num. 44. Surdus conſil. 254. nu. 16 Salcedo 1. par. deciſ. 149. Zerola in praxi Epiſcopali 2. p. verbo penſio, §. 7. & verbo penſionarius, §. 1. & Zecchus de benef. & penſio. cap. 11. num. 8. verſic. 3. & cap. 13. num. 8. verſiculo hinc infertur. & Simon de Pretis de interpretatione vltim. volunt. lib. 4. dubitatione 11. num. 41. pagina 359.

& col-

& collator. lib. 3. cap. 1. nu. 8. in pragm. agricol. *Poſt Collantes Vaſconcellos diuerſ. iuris arg. lib. 2. cap. 14. a nu. 33. Leo in Theſ. for. Eccleſ. cap. 22. num. 52. & 53. Grat. diſcep. for. cap. 94. a nu. 51, Vgol. de offic. Epiſc. cap. 50. §. 17. nu. 3. Molina de iuſt. 2. to. diſp. 534. circa fin. & Azor. 2. p. lib. 8. c. 8. q. 14. & 15, & cap. 13. quæſt. vlt.*

Contrarium tenet Gambarus d. libr. 6. quæſt. 10.
192 ex num. 428. † cum quo tenet Flam. Pariſ. lib. 6. q. 3. num. 19.

Hæc quæſtio fuit in Rota controuerſa, & olim
193 † nondum deciſa ob varietatem Dominorum, vt refert Caſſadorus deciſ. 3. nu. 2. & deciſ. 4. nu. 3. de locato. & Gambarus d. n. 528. nam Domini nunquam voluerunt reſoluere, quod debeatur a ſucceſſore, ne in dies peteretur. Achilles deciſ. 413. ſeu tertia de penſio. & quod Rota nunquam voluit iudicare ſucceſſorem teneri ad penſiones per prædeceſſorem nõ ſolutas, teſtatur Creſcen. deciſ. 3. de ſolutionibus, ad finem, & Antonius Auguſtinus li. 3. deciſ. 12. quæ eſt 3. par. diuerſorum. lib. 3. deciſ. 1182. quod non ſolet Rota procedere contra ſucceſſorem, refert Burſattus, d. nu. 20. & Flam. Pariſ. d. lib. 6. quæſt. 2. n. 103. quam-
194 uis idem † Burſattus ibi. nu. 32. & Flam. Pariſ. libro 1. quæſt. 8. nu. 40. dicant. Rotam quandoque iudicaſſe contra ſucceſſorem in deciſ. 1. & 3. Achilles de pẽ-
195 ſionibus. † Quæ tamen Deciſiones nihil faciunt. nam dicta deciſ. prima non agit de hoc, & tertia lo-
196 quitur in caſu ſpeciali: melius faceret † deciſio Putei. 189. lib. 2. nu. 4. vbi dicitur quod Rota admittebat dictum Gigantis, vt contra nouum poſſeſſorem poſſit agi, quando nouus poſſeſſor poſſet recurrere contra hæredes percipientis, &c. quam refert & ſequitur
197 Ioan. Guttierrez ſupra nu. 112. ex qua deciſione † Saluſtius Tiberius in practica Auditoris cameræ lib. 3. cap. 3. nu. 24. inquit retro actis temporibus audiuiſſe, quod penſionarius poſſit agere contra nouum poſſeſſorem beneficij pro penſionibus antea decurſis. quando tamen nouus poſſeſſor poſſit regreſſum habere contra hæredes prædeceſſoris. Sed reuera in dicta deciſ. Putei id dicitur pro reſponſione, & ſatisfactione argumenti.

Iacobus Buca in tractatu de ſtilo curiæ auditoris
198 cameræ. cap. 24. in hac † quæſtione ait vidiſſe teneri, & obſeruari per R. P. D. Nicolaum de Piccolominibus. tunc locum tenentem Domini auditoris, videlicet quod ſucceſſor teneretur etiam ad ſoluendas penſiones decurſas tempore ſui prædeceſſoris, dummodo is, cui eſt aſſignata penſio, probet ſe fuiſſe in poſſeſſione percipiendarum dictarum penſionum, & a Domino Sagante famoſo procuratore dictæ curiæ, ita audiuiſſe fuiſſe iudicatum per R. P. D. Simonetam tunc auditorem Rotæ in quadam cauſa, pro R. P. D. Andrea Libo Epiſcopo Terracinen. ſuperueniente poſtea D. Carolo Baccio Aretino, qui in locũ dicti Domini Nicolai præfuit pro locum tenente dicto Tribunali, & ipſo adhuc dubitante ſuper huiuſmodi proceſſu, ſe contuliſſe de ſuo mandato ad R. P. D. Caſſadorum auditorem Rotæ, a quo habuit tale reſponſum, quod erat verum quod Rota tenuerat aliàs vti proximè dixit, & ita fuerat iudicatum, ſed poſtea mutauit aliqualiter ſententiam, videlicet, quod fieret diſcuſſio contra hæredes primi debitoris, &c. Sed ſi tales hæredes fuiſſent reperti non ſoluendo in ſubſidium Rota procedebat contra ſucceſſorẽ in d. beneficio, pro penſionibus debitis, per dictum ſuum prædeceſſorem, quia iſta actio non ſequitur perſonam, ſed rem, hæc Buca.

Et quidem Rota iam tenet ſucceſſorem teneri ſi
199 factæ fuerint diligentiæ † contra prædeceſſorem, per alias nõ, vt in vna Hiſpalen. pẽſionis de anno 1577. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, in qua Domini dixerunt; Didacum reintegrandum pro tota ſumma; attentis diligentijs factis contra prædeceſſorem, vt fuit reſolutum in vna Brixien. penſionis coram D. Grato. *Quam deciſionem adducit Pacificus de Saluiano interd. dicti. cap. 99. & in alia Hiſpalenſ. penſionis coram eodem D. Blanchetto in qua. 5. & 23. Martij 1582. ſuit difficultatum, quod licet ſucceſſor teneatur ad penſiones decurſas tempore prædeceſſorum factis diligentijs, tamen durum videtur extendere ad ſeptimum ſucceſſorem, & ex deciſ. Putei, & Mohedan. allegatis, & quòd prædictæ diligentiæ, de quibus ibi. eſſent ſufficientes, & quod penſio erat iam extincta per contractum matrimonij, vt in deciſ. Pacifici de Saluiano interd. 100. & 98. Et tandem 14. Maij eiuſdem anni Domini cenſuerunt, dictum Matthæum Vaz quez non teneri D. Melchiori del Rio ad ſolutionem penſionus ſibi per prædeceſſorem D. Matthæi debitæ ſuper fructibus Canonicatus, & Prebendæ Eccleſiæ Hiſpalenſis, ex eo, quia tempore adepti Canonicatus hypotheca ſuper eius fructibus erat extincta, & fructus liberos D. Matthæus reperijt, vt benè per Gig. conſ. 150. nu. 9. 15. & 16 nec obſt. vt, quod reſeruata ſit penſio cumulatiuè ſuper omnibus fructibus, non autem diſtributiuè ſuper fructibus cuiuslibet anni; quia reſeruatio non eſt attendenda poſtquam penſio eſt extincta; & accedere ex abundanti, quod diligentiæ Melchioris viſæ ſunt Dominis admodum turbidæ.* Et in vna Cæſarauguſtana penſionis. 13. Aprilis 1592. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, in qua fuit reſolutum. Non poſ-
200 ſe † ſuſtineri ſententiam Auditoris cameræ, quatenus condemnat Paſtranam ad ſolutionem penſionis pro termino Natiuitatis S. Ioan. Baptiſtæ anni 1588. quia prætendit illam deberi a Paſtrana tanquam a ſucceſſore Ioannis Laurentij, & cum non conſtet, nec conſtare poſſit. de aliquibus diligentijs contra Ioan. Laurentium, qui obijt ante diem ſolutionis, fruſtra moleſtatur ſucceſſor, quem non factis diligentijs cõtra prædeceſſorem, Rota nunquam voluit condemnare ad ſoluendas penſiones decurſas tempore prædeceſſoris. *Quam deciſionem ponit ad literam Pacifieus de Saluiano interdict. deciſ. 97. & refert Gratianus d. cap. 94 a nu. 59. & ſequitur idem Pacificus dicto tractatu in ſp. 3. cap. 4. ex nu. 199.* Caſſadorus Creſcen. Achilles Puteus, & Ant. Auguſtinus ſupra, idem Puteus Deciſ. vltima de officio ordinarij in fin. & Ant. Auguſt. in Epithome, titulo de ſolutione penſionis, §. 21. & tãto magis, quia Ioannes Marcus qui petit dictum terminum, eſt hæres Ioannis Laurentij, contra quem tãquam hæredem potuiſſet ſucceſſor venire, ſi ſoluiſſet, ad notata per Puteum d. Deciſion. 189. nu. 4. neque deberi iſtum terminum a Paſtrana tãquam ad ipſum ſpectantem, quia cum in reſeruatione penſionis ſub die prima Decemb. caueatur, quod ſolutio incipiat in ſequenti feſto Natiuitatis S. Ioan. Baptiſtæ, clare colligitur deberi pro tempore præterito, & ſic ſpectat ad Ioannem Laurentium prædeceſſorem Paſtranæ, qui percepit fructus vſque ad diem 20. Iunij 1588. quo obijt, ſeu ſunt illi debiti ratione conſtitutionis ſinodalis, quæ ſtatuit attendendam ratam tẽporis. ad notata in cap. fin. §. porro. vbi Geminianus ſub n. 4. Francus nu. 3. de officio ordinarij. in 6. Gigas

quæſt.

quæſt. 39. num. 7. &c. Et nouiſſime in vna Cordubé.
201 penſionis 17. Aprilis 1600. coram † Illuſtriſſimo Se-
raphino fuit reſolutum; Succeſſorem in beneficio, non teneri ſoluere penſiones decurſas tempore prædeceſſoris, niſi factæ fuerint diligentiæ contra prędeceſſorem, neque etiam teneri ad decurſas tempore ſuo, ſi fuit impeditus vti frui fructibus beneficij, quoties reſeruatio penſionis non habet clauſulam, habita, vel non habita. De qua clauſula vide Flam. Pariſ. dict. lib. 6. quæſt. 2. ex nu. 145. *& deciſ. Hiſpalen. penſionis 11. Ian. 1609. coram D. Lancellotto ſupra relatā n.* 182
202 † quæ ſententia videtur ſequenda, tanquam ſtilus Rotæ, qui facit ius etiam extra curiam, iuxta dicta ſupra nu. 87. & 88. & infra 5. par. cap. primo nu. 535. & cap. 3. nu. 239. & pro ea facit, quod de cenſibus ait Soliſ libro 3. cap. vltimo nu. 3. & ſecundo tomo ibidē n. 2, cum alijs, quos allegat. Quamuis in rigore, & pūcto iuris verior videatur dicta ſententia Gigantis,
203 Sed an ſufficiat facere diligentias † contra hæredes, & bona prædeceſſoris videtur quod ſic, cum repræſentent ipſius perſonam, vt per Bucam, ſupra & Saluſtium Tiberium d. libro 3. cap. 3. num. 24. qui ait poſtmodum audiuiſſe Rotam ſententiam mutauiſſe, & tenuiſſe quod contra modernum poſſeſſorem non agatur pro dictis penſionibus, niſi factis prius diligentijs contra hæredes, vt in d. Hiſpalen. penſionis, &c. *Et per Leonem in Theſaur. fori Eccleſ. cap. 22. nu. 53. ſimiliter dicentem in d. Hiſpalen penſionis de menſe Decēb. 1577. firmatum, ſucceſſorem in beneficio ad penſiones decurſas tempore anteceſſoris non teneri, niſi facta cum prædeceſſore, vel eius hæredibus diligentia de illis conſequendis.* quamuis d. Deciſ. Cæſarauguſtana videatur facere in contrarium. *Et in vna Canarienſ. penſionis 15. Ian. & 17. Nouemb. 1597. coram Domino Gipſio fuit dictū, quod ſucceſſor tenetur ad ſolutionem penſionis pro terminis decurſis tempore alterius Epiſcopi facta diligentia contra hæredes prædeceſſoris. Et nouiſſimè in cauſa Toletana penſionis 13. Iun. 1608. coram Domino Penia, quod ſucceſſor in beneficio non tenetur ad terminos decurſus tempore prædeceſſorum, niſi probentur diligentiæ factæ contra ipſos. Et ſucceſſor fuit condemnatus ad ſolutionem terminorum decurſorum tempore prædeceſſoris, factis tamen priùs diligentijs contra eius hæredes, & bona, ſi extarent. Vnde Rota clarè vult. ſufficere diligentias contra prædeceſſorem, vel eius hæredes, & bona.*

*Iſta tamen æquitas, & ſtilus Rotæ, ceſſat poſt factam a ſucceſſore ſolutionem, ſeu oblationem de ſoluendo, non .n. poteſt repetere, ſeu recuſare ſolutionem oblatam ex eo, quòd non fuerint factæ diligentiæ contra prædeceſſorem, vt per Rotam in vna Oſcen. & Barbaſtren. penſionis 59. April. 1602. coram Domino Lancellotto, in qua fuit dictum, quod Capitulum tenebatur, &c. R. penſio. 11. & in Nazarena penſionis 15. Ian. 1607. coram Domino Coccino fuit etiam dictum, quod licèt Rota nunquam voluerit admittere, quod ſucceſſor qui non habuit fructus, teneatur ad integram penſionem, vt per Caſſador. deciſ. 4. nu. 3, de locato, Creſcen. 3. de ſolut. Put. 189. nu. 2. lib. 2. niſi prius factis diligentijs cōtra illum qui fructus percepit, vt in Hiſpalenſ. penſionis 16. Decemb. 1477. & 12. Ian. 1578. coram Domino Blanchetto, & in d. Barbaſtrenſ. Tamen ſtilus Rotæ procedit ex quadam æquitate, quæ ceſſat, ex quo ſucceſſor iam ſoluit, etc.*
204 Et penſionarius, tanquam creditor † preferetur Eccleſiæ Cathedrali, in Pontificali, & ornamentis pro penſionibus decurſis ſibi debitis ab Epiſcopo defuncto, nam omnia ornamenta ſunę conſecrata, & benedicta, ſiue non, quæ reperiuntur in domīnio prælati tempore obitus, & eo viuente non ſunt donata, & applicata Eccleſiæ, cadunt ſub hypotheca, & ſunt obligata pro debitis Epiſcopi contractis, non obſtante Bulla Pij V. 44. quam ponit, & explicat Nauarrus de Spolijs. §. 8. Ex Ioan. Guttierrez practicarum libro 2. quæſt. 94. num. 4. & Emmanuel Rodriguez in ſumma, 1, tomo cap. 23. concluſ. 4. *num. 204. in fin. ibi, concluſ. 4. & quæſt. regu. 1. to. quæſt. 30. art. 11, additio ſumm. Bullar. Quarantæ verb. ſpolia clericorum, & D. Did. de Co-*
205 *nar. in reſp. manuſcripto circa dict. Bullam Pij V.* † & ita fuit reſolutum in vna Canarien. penſionis 4. Nouembris & 18. Decembris 1598. coram D. Gipſio contra capitulum. & Eccleſiam Canarien. pro D. Card. Deza, qui veniebat pro penſionibus ſibi debitis ab Epiſcopo defuncto, contra eius bona, & quia illa non inueniebat contra Cathedralem pro Pontificali, quamuis antea coram eodem. 11. Decemb. 1590. *&* 15. *Ian. &* 17. *Nouemb.* 1597. fuiſſet tentum, contra dictum Cardinalem, & deciſum, Pontificalia Epiſcopi, hoc eſt ornamēta deputata ad cultum diuinum, quæ Eccleſiæ debentur ex d. Bulla Pij V. non cadere ſub hypothecą, neque eſſe obligata, pro debitis Epiſcopi nec pro penſionibus, a qua reſolutione Domini receſſerunt, dicta die 9. Nouemb. & 18. Decembr. 1598.

Quintò ex dicta diffinitione, infertur ad illā quę-
206 ſtionem, an penſio † conſtituta ſuper fructibus, & diſtributionibus præbendæ pro tempore vacationis ipſius prębendę, ſeu quo beneficiatus nō lucratur ob non reſidentiam, vel aliàs, ſit ſoluenda a capitulo illos percipiente, Et videbatur vera pars affirmatiua
207 † ex quo penſio eſt conſtituta ſuper fructibus, & diſtributionibus prębendę, & eſt onus reale, atque adeo cum illo onere videntur ad capitulum peruenire, facit Conſilium Romani. 388. quod ſequitur Gigas quęſtione 51. & Burſactus. d. conſ. 361. num. 17. *&* Rot. deciſ. 102. Farin. *in Cuſentina confidentia coram Domino Orano circa fin. D. Card. Tuſch. concl.* 263. *&* 264. *lit. P. & Pacificus alios citans de Saluiano interd. inſpect.* 3. c. 4. 184. *& ſeq.* & nouiſſimè videtur in terminis cōſ. Vuameſij 267.
208 Pro negatiua verò quę † communiter tenetur in Hiſpania, facit, quod huiuſmodi penſio eſt reſeruata, ſuper fructibus, & diſtributionibus dict. prębendę, quales nō ſunt illi fructus, & diſtributiones, quos capitulum tunc percipit, cum prębenda non habeat fructus in abſentia, ſed capitulum, & beneficiati reſidentes illos percipiunt iure proprio, & perius accreſcendi, ſeu potiùs non decreſcendi, Nauarr. conſilio 20. nu. 3. de celebratio. miſſarum, Zerola in praxi ſecunda part. verbo Canonica. §. 8. nec capitulum eſt ſucceſſor in præbenda, vnde ceſſat ratio contraria,
209 quæ militat in penſionibus impoſitis † ſuper fructibus beneficiorum, habentium fructus in abſentia, & tempore vacationis, qui tranſeunt cum ſuo onere, ſi ad aliquem iure ſpeciali pertineant, vt ſeruatur in pēſionibus Epiſcopatuum, quas ſoluit Camera Apoſtolica, quæ fructus percipit tempore vacationis.
210 Et militat, etiam vbi Canonicus † vigore ſtatuti vel aliàs, tenetur dare capitulo medietatem fructuū ſuæ præbendæ primorum annorum, cum tunc capitulum illos percipiat non iure proprio, ſed tanquam alterius, ad quem ſpectabant ratione ſuæ præbendę, & reſidentiæ, vt per Gigantem quæſt. 80. & Ioan. Guttierrez d. cap. 1, nu. 119. & 123. & ſecus eſſet, ſi ſtatu-

ſtatutum diceret, quod Canonicus non lucraretur illam medietatem fructuum primorum annorum.

211 Et hanc partem negatiuam tenent † Ioan. Guttierrez, dict. cap. 1. ex nu. 109. & Nauarrus d. conſi. 1, de ſolutionibus aliàs, 49. de præbendis, & in eadem inclinat conſilio tertio eodem titulo de ſolutio. vbi ait, duos Doctores eruditiſſimos defendiſſe penſionem prædictam deberi à capitulo. *latè Gonçalus Mendez Vaſconcellos diuerſ. iur. arg. lib. 2. cap. 14. à num. 34. Alexand. Moneta de diſtrib. quotid. par. 3. quæſt. 8. 3. concl. à nu. 17. & de optione. c. 7. nu. 34. & nouiſſimè Gratian. diſcept. foren. c. 166. num. 27.*

212 Additque Ioan. Guttierrez ibi † num. 110. conſuetudine etiam immemoriali iuuari poſſe capitulum ad non ſoluendam prædictam penſionem, cum nunquam aut rarò a capitulis petatur huiuſmodi penſio, ſed à modernis poſſeſſoribus, à quibus poſſe peti cũ perceperint fructus talis præbendæ, vel per eos ſtetерit, ex quibus illam commodè ſoluere poſſint tradit Nauarr. d. conſ. 1. *Et ſequitur dicens probabile Alexand. Moneta d. quæſt. 8 num. 27.*

213 Sed dato, quod capitulum non † teneatur ad illius ſolutionem, videbatur neque etiam ſucceſſorem, ſeu poſſeſſorem teneri, cum non poſſet habere recurſum contra capitulum, quod percipit fructus, & diſtributiones illius temporis, ex dicta Deciſione Creſcen. tertia de ſolutio. & dicta Deciſione Putei. 189. libro ſecundo, quam ſequitur idem Guttierrez num. 112. & Saluſtius Tiberius ſupra, & ex dicta Deciſione Corduben. de quibus illatione præcedenti, at ſtante dicta conſuetudine rectè videtur poſſe peti à modernis poſſeſſoribus ſiue capitulum teneatur, ſiue non, etiã non factis diligentijs contra capitulum.

214 In hac difficili, & grauiſſima quæſt. † Rota in vna Romana penſionis. 4. Iunij 1593. coram D. Litta tenuit partem affirmatiuam, nempe; Penſionem impoſitam ſuper diſtributionibus canonicatus deberi penſionario ex portione dict. Canonicatus pro rata temporis, quo Canonicus non inſeruiuit, & alij clerici illam perceperunt, eo quod Papa imponit penſionem ſuper diſtributionibus Canonicatus, eas principaliter grauando, & conſiderando ſeruitium Canonici, qui non principaliter, ſed in conſequentiam dicitur penſione grauatus, ex eo quod obtinet dictum Canonicatum, & quod penſio onus reale eſt, neque obſtare quod Canonico non inſeruiente diſtriburiones acquirantur inſeruientibus, quia reſpondetur non acquiri inſeruientibus reſpectu illius portionis, quæ tangit ipſam penſionem.

215 Quod confirmo, nam ſi pro penſione † eſſet reſeruata certa pars fructuum, & diſtributionum Canonicatus. illa non acquireretur capitulo, ſeu inſeruientibus, vt conſtat, ergo nec reſpectu portionis, & quantitatis reſeruatæ.

Et quod capitulum teneatur ſoluere penſionem
216 † pro tempore, quo percepit diſtributiones Canonicatus, vt fuit reſolutum in dicta Romana, fuit etiã dictum in vna Reatina penſionis 13. Maij 1598. coram D. meo Corduba Epiſcopo Pacen. & tradit poſt hæc Gonſalex. glo. 5. §. 5. 2 nu. 44. dicens, quod prius fuerat idem tentum per D. Pamphilium in vna cauſa Burgen. penſionis 29. Octob. 1591. *cuius votum vidi, & ſumma Bullarij Quarantæ, verb. diſtributiones quotidianæ ad finem.*

Et Gregorius XIII. anno ſexto 1578. dedit breue,
217 vt capitulum † Elboren. ſolueret certam penſionem impoſitam ſuper diſtributionibus cantoriæ illius Eccleſiæ tanquam ab eo debitam, qui fortè eſt cathed. conſilij Nauarri primi de ſolutionibus, vbi loquitur de pentione impoſita ſuper fructibus, & diſtributionibus cantoriæ,

218 Et ſanctiſſimus D. noſter, † Clemens VIII. anno primo 1592. dedit aliud Breue in fauorem D. Alphõſi Coloma, nunc Epiſcopi Carthaginen. vt capitulum Vlisbonen. ſolueret ei penſionem ſexcentorum ducatorum impoſitam ſuper Canonicatu illius Eccleſiæ, vti ab eo debitam, cum perciperet diſtributiones Canonicatus, ſuper quibus penſio eſt impoſita, & eſt onus reale, non obſtante quod illas percipiat capitulum iure accreſcendi, vel non decreſcendi, vt in breui dicitur. Quæ declarationes, & breuia maximè vrgẽt pro iſta parte ad cap. in cauſis de re iudicata, eſt. l. fin. C. de legibus, vbi Doct. cap. 1. 19. diſtinctione. c. *multi. 2. quæſt. 1. cap. licet, 16 quæſt. 3. cap. ex multa, de voto, Felin. Rubr. de reſcriptis. num. 1. Sarnen. in proem. regul. cancell. quæſt. 2. ad 1. fundam. partis negatiuæ, verſic. quibus addo Nauarr. conſ. 28. de Præb. num. 2. & conſ. 48. de ſentent. excommun. num. 4. Alexand. Monet. de decim. cap. 9. nu. 29. Villad. l. 1. tit. 1. lib. 2. ind. num. 4. & 5.* Burgos de Paz in proœmio legum tauri à num. 450. & Thom. Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 31. nu. 6. & Gab. Vazquez. 12. tom. 2. diſp. 157. à nu. 37. *Lorca. 1. 2. diſputat. 18. de legib. in dub. append. Salas de legib. diſput. 2. ſect. 8. Suar. eod. tract. de legib. lib. 3. cap. 15. à nu. 11. præcipuè nu. 22. & lib. 4. cap. 14. à nu. 3. Marquez del Gouernador Chriſtiano lib. 1. cap. 30. pag. 186.*

*Nec placet ſatisfactio Vaſconcellos d. cap. 14. nu. 48. reſpondentis dicto Breui Eboren. Papam ibi non definiſſe aliquid de iure, nec ſententiam tuliſſe, cùm nulla pars audiretur: nam cùm reſcribat & reſpondeat de iure, ius generale conſiſtit ex allegatis.*

219 Vnde Ioan. Guttierrez d. cap. primo † num. 123. in ſecunda editione, ait poſt primam editionem accepiſſe, Romæ in hac quæſtione diuerſum cenſeri, & inſtanter agi nomine Eccleſiarum Cathedralium Hiſpaniæ, vt de cauſa in Rota diſputetur, & in earum fauorem decidatur, ideoque in re hac ſe ſubijcere declarationi ſedis Apoſtolicæ, Sacroque Palatij auditorio, prout & ego facio.

220 Hactenus tamen non eſt aliud † deciſum, ſeu declaratum, quamuis pro parte dictarum Eccleſiarum fuerit facta inſtantia, pro declaratione cum Sanctiſſimo D. Noſtro Clement. VIII. qui id commiſit cuidam congregationi, & audita eius conſultatione, & informatione, tandem reſpondit. Non conuenit; vt in actis congregationis ſtatus Eccleſiaſtici, An. 1602.

*Num. 220. Et poſt hæc in vna Conimbrienſ. penſionis de ordine eiuſdem Clementis VIII. propoſita 28. Ian. 1605. coram illuſtriſſimo Cardinali Millino idem Rota reſoluit, & confirmauit allegans dictum Breue Clementis, vt in dec. ſeq. 147. Idem etiam fuit dictum in Compenſionis de anno 1606. infra adducta num. 231. & nouiſſimè Ceuallos lib. 4. quæſt. 1. ſeu 897. à num. 505. tenet cum Rota in d. Rom. & Burg. penſionis, & Gonçalez ſupra, iſtam ſententiam, quòd ſi Canonici ſint abſentes à ſuis Canonicatibus, ita quòd fructus vel diſtributiones accreſcant Capitulo per ius decreſcendi, vel non decreſcendi, adhuc penſio debeatur per Capetulum penſionario, & quòd non valet conſuetudo in contrarium, cùm potius ſit quædam vis, vt tradit Creſcent. deciſ. 3.*

tit. de

*.tit. de ſolut. Quam ſententiam dicit veriſſimam, quicquid contrarium videatur ſentire Guttierrez ſupra; & ego, inquit, qui tanquam Canonicus nihil reſoluo, prout fecit Guttier. eodem morbo laborans, & Nauar. conſ 1. de ſolut. qui palinodiam recantauit in conſil. 1. eiuſdem tit. propter authoritatem aliorum Doctorum. Et quod cùm caſus ita de facto contigiſſet in Canonicatu Licent. Valdunieſſi, cupiens Capitulum Eccleſiæ Toletanæ ſine damno partis huius rei veritatem inueſtigare, conſuluit ſuos aduocatos; & Canonicos Doctorales, qui omnes, inter quos ipſe, vnanimiter reſoluerunt, dictum Capitulum teneri ad ſolutionem penſionis impoſitæ ſuper dicto Canonicatu, cuius fructus ſtabant in menſa capitulari per ius non decreſcendi. Et quod in ea cauſa eſt reſolutum, fuit in alia per eum iudicatum tanquam aſſeſſorem executoris cuiuſdam Bullæ penſionis, & cauſa delata per viam violentiæ ad curiam Vallisoletanam, & propter Senatorum varias ſententias ad alios Auditores trãſmiſſa, tandem fuit declaratum, dictum executorem vim nõ facere in executione ſuæ ſententiæ. &c. Hæc Zanallos contra quem aduertendum eſt, malè allegare Creſc. d. deciſ. 3. qui non loquitur de huiuſmodi conſuetudine, nec de penſione impoſita ſuper diſtributionibus, & fructibus, qui reſidendo increſcunt, ſicut etiam male allegat Rom. d. conſil. 388. dicens conſuluiſſe pro ſua opinione, cum tamen non loquatur de huiuſmodi penſione. Malè etiam ait Nauar. palinodiam recantaſſe in d. conſi. 3. propter authoritatem aliorum Doctorum, malle hærere, quam tumultuate indicare. Malè etiam ait me videri ſentire contrarium, & tanquam Canonicum nihil reſoluere, fatus enim ſentire inſinuani, quod debeatur a Capitulo dicta penſio, maximè ſtantibus dictis declarationibus, & Brevibus Gregorij, & Clementis, & propter dict. præteuſionem Eccleſiarum Hiſpaniæ dixi cum Gut. me ſubijcere declarationi ſedis Apoſtolicæ, ſacriquæ Palatij Auditorum.*

221 Sed ſuppoſita parte affirmatiua, † offert ſe difficultas, an obligatio ſoluendi dictas penſiones, incubat ſolum capitulo, an verò etiam ſingulares de capitulo, nempè beneficiati reſidentes ad quos peruenerunt fructus, & diſtributiones præbendæ, ſuper quibus penſio eſt reſeruata, pro parte quam percipiunt teneantur ad ſolutionem d. penſionis?

222 Et videtur dicendum, obligationem † ſoluẽdi huiuſmodi penſionem. principaliter incumbere capitulo, tamquam diſtributori, ſeu diſpenſatori menſæ cõmunis, nec teneri ad ſolutionem ſingulares, qui dictos fructus, & diſtributiones a capitulo percipiunt, ex quo ad eos non ſpectat dicta diſtributio, & debitum a capitulo non eſt debitum a ſingulis de capitulo l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. Nauarrus conſi. 9. de ſententia excommunicationis, nu. 6. & 7. Gonçalez gloſſ. 37. nu. 26. *Rod. Suarez alleg. 26. nu. 1. & ibi Valdes in addit. alios allegans & Anton. Gabr. concluſ. 1. quod cuiuſque vniuerſ. nom. nu. 6. Vgol. de cenſur. tab. 4. c. 12. §. 2. & Suar. 5. tom. de cenſur. diſpu. 28*
223 *ſect. 3. nu. 5.* † quamuis videatur poſſe contra eos agi hypothecaria) vti poſſeſſores illius partis, quamdiù fructus ipſos, & diſtributiones ea, non conſumpſerint, ſed eos habent in ſpecie, iuxta dictum Conſilium Romani. 388. & tradita per Caccialupum de penſionibus quæſt. 9. & Gigantem quæſt. 51. etiam non facta excuſſione contra capitulum pro parte penſionis eos contingente & abſque eo quod poſſint habere recurſum contra ipſum capitulum, pro ea parte, quã ſoluerint, cum pars fructuum, & diſtributionũ d. prębendę contingens penſionẽ, tuerit eis ab ipſo capitulo abſque neceſſitate gratis, & indebitè diſtributa.

224 Sed iſta reſolutio videtur † intelligenda in diſtributionibus, ita conſtitutis vt ſingulis, ſeu cuilibet intereſſenti detur certa, & definita quantitas, in quibus non eſt ius accreſcendi, ſed portio abſentis remanet in menſa capitulari, vnde ſumitur, Couarr. lib. 3. variarum c. 13, nu. 7. Ioan. Gutierrez. d. capitulo 1. nu. 107. & dicemus infra tertia p. cap. ſecundo, nu. 444. & in fructibus principalibus, & Groſſa præbendæ, in qua licèt ſit ius accreſcendi, ſeu non decreſcẽdi, vt ibi per Couarruuiam, & Ioan. Guttierrez, tamen non accreſcit immediatè, & determinatè, beneficiatis reſidentibus, ſed portio abſentis remanet in ipſa menſa commnni dividenda per Capitulum inter beneficiatos reſidentes pro Rata; & in fructibus, ſeù obuentionibus, quæ ſtatim cùm obueniunt, diuidũtur inter præſentes; ſecùs verò videtur in diſtributio
225 nibus, † ita conſtitutis, vt certa quantitas ſit aſſignata intereſſentibus horis, nam, cum in his portiones abſentium, immediatè, & determinatè accreſcãt intereſſentibus, & ad illos ſpectent, iuxta capit. primum de clericis non reſidentibus in 6. ita quod reſtitutio de illis facienda, debeat fieri ipſis intereſſentribus, & non menſæ capituli, ad Nauarrum conſil. 54. nu. 1. de ſententia excommun. Emanuel. Rodriquez in Bulla compoſitionis nu. 16. Enriquez in ſumma li. 7. cap. 36. §. 3. & citatos infra tertia part. cap. 1. nu. nu. 35. videntur accreſcere cũ ſuo onere, atque adeo canonici, ad quos illæ ſpectant, tenebuntur pro rata ſoluere penſionem, etiamſi eas conſumpſerint, vt videtur velle Rota in dicta Romana.

226 Sextò infertur ad illam quæſtionem † an excommunicatus ſeù ſuſpenſus, qui fructus beneficij non percipit propter excommunicationem, ſeù ſuſpenſionem, teneatur de ſuo ſoluere penſionem, an verò ſit ſoluenda ex fructibus per eum amiſſis? Et dicendum
227 eſt, ſoluendam eſſe ex fructibus, † cum ſuper illis ſit impoſita, & ſit onus reale, & idem eſt in ſubſidio, vel alio onere impoſito ſuper fructibus, ita Couarruuias lib. 3. variarum, cap. 13. nu. 8. verſiculo 12. ad finem. Didacus Perez in leg. prima tit. 5. lib. 8 ordinamenti. verſic. eſt etiam aliud, Vgolinus de cenſuris Tabula ſecunda cap. 12 circa finem, & uouiſſime Suarez 5. to. de cenſuris diſputatione decima tertia, ſect. ſecunda, nu. 24. & eſt gloſſa in leg. inter quos §. damnum, ff. de damno infecto. verbo percipiendam in fi. quam ſequitur Baldus in leg. vltima nu. 1. C. de bonis authorit. iudicis poſſiden. & ibidem Cumanus. Quamuis contra eam teneant Bartolus, Alberi-
228 cus, † Angelus, & Paulus in dict. §. damnum, & Bellenzi. loquens in charitatiuo ſubſidio quæſtione 33. & in propoſito Gigas quæſt. 64. & Toletus in ſumma lib. 1. cap. 13. in fine in Romana editione, qui dicunt, excommunicatum debere ſoluere de ſuo, cũ ſua culpa excommunicatus ſit. Sed iſta ratio non ob-
229 eſt, † tum quia penſio non eſt impoſita ſuper perſona, ſed ſuper fructibus, qui tranſeunt cum ſuo onere ad quemcunque pertineant, tum quia in excommunicato culpa non eſt immediata cauſa, non percipiẽdi fructus, ſed ipſa excommunicatio, quæ eſt pœna culpæ, & ſic non imputatur ei. c. quia diuerſitate, de conceſſione præbendæ, & ibi Abbas. n. 11.

Vnde etiam conuincitur ſententia Ioan. Guttier-
230 rez d. cap. 1. nu. 124. † & ſequenti, qui ſequitur, & admittit ſententiam Gigantis in penſione impoſita

ſuper

ſuper fructibus, & diſtributionibus Canonicatus, & præbēdæ, quæ non habet fructus in abſentia, quiatūc inquit, propter culpam, & excommunicationem beneficiarij nulli ſunt fructus ſuæ præbendæ, ex quibus ſua penſio ſoluatur, iuxta opinionem, de qua illatione præcedenti, *quod etiam in fortioribus terminis tenet Alexand. Mon.d. quæſt.* 8, nam non perceptio ei non imputatur culpæ, ſi capitulum non teneretur ad ſolutionem penſionis, neque etiam ipſe excommunicatus videbatur teneri, vt in d. illationem præcedenti dictum eſt. *Immò ex eadem ratione videtur contra Rotā in d. Coimbrien. ſupra adducta nu.*220. *quod quamuis tūc penſionarius poſſit agere contra Capitulum percipiens fructus, & diſtributiones, non tamen contra excommunicatū, & ſuſpenſum, qui illos non lucratur, procedet illa reſolutio Rotæ, quando culpa titularis eſt immediata cauſa non reſidendi, & lucrandi, vt quia cum poſſet reſidere, & lucrari, non vult: & quando excommunicatus, vel ſuſpenſus percepit aliàs fructus, ex quibus poteſt ſoluere penſionem, tunc enim etiam contra illum penſionarius poterit agere iuxta de eſſ. Rotæ in cauſa Comen. penſionis* 21. *Maij* 1606. *coram D. Marco Montio, quæ ſic ait* 148.

231 Dices: ſi non perceptio fructuum † non imputatur culpæ excommunicato, ſequitur excommunicatum non teneri recitare horas Canonicas, ad quas ratione beneficij ſolum aliàs tenebatur, & tamen cōtrarium tenent communiter doctores. vt per Couar. 2 verſ.12. & Suarez diſputatione 12. ſect. 2. num. 15. *& diſput.*26 *ſect.*2. *nu.*1. *& de relig.*2. *to.tract.*4. *lib.*4. *c.*20. *n.*12. *&* c.28. *n.*2. *& Navarr. de orat. cap.*7. *nu.* 16.

Reſpondetur onus recitandi licèt ſit ratione be-
232 neficij, † & fructuum, eſſe tamen perſonale, à quo non liberatur quis propter excommunicationem, immò hæc eſt pœna, quam excommunicatio, ſeù ſuſpenſio inducit, vt priuetur commodo, non verò onere, aliàs ex culpa commodum reportaret, vt rectè inquit Suarez ibi, & diſputatione 27. ſect. 1. nu. 4. 5. & 6. & quo ad effectum onerum perſonalium perinde eſt, quem priuari fructibus ob pœnam delicti inquit Suarez. ibi, ac illos percipere.

Septimò ex d. diffinitione infertur, quod cum pen-
233 ſio ſit ſoluenda † ex fructibus beneficij, & ſuper illis ſit aſſignata, debet ſolui in loco ipſius beneficij, niſi aliud in reſeruatione expreſſum ſit. Buca de ſtilo curiæ Auditoris cameræ cap. 23. & Gambarus d. lib. 6. à nu. 612. *Et noniſſimè Grat. diſcept. forenſ. c.*94. *a nu.*60. *& fuit reſolutum in Aretina penſionis* 20. *Febr. &* 17. *Apr.* 1598. *corā Domino Litta, vt in deciſ.*668. *nouiſſ. Farin.*

234 & ſi penſionarius aut eius † procurator nō eſſet ibi, aut aliàs in loco deſtinatæ ſolutionis, penſionem debens non eſſet in mora, ſeu culpa, etiamſi non faceret depoſitum, nec proteſtaretur. Mohedanus Deciſ. 15. de locato. Gigas quæſt. 77. 2 nu. 16. & Mandoſ. de ſignatura gratiæ titulo de penſionibus. verſicul. quarto deſtinata erat, *& aliàs tradunt Cam. de cauſ. priuat. emphyt. tit. de cauſa priuat. ob non ſolutum canonem. nu.* 2. *&* 3. *Alexand. conſ.* 92. *à num.* 9. *libro* 1. *&* 172. *numero* 4. *libro* 2. *quod etiam eſt* 4. *lib.* 4. *& conſil.* 33. *nu.* 8. *&* 210. *num* 2. *lib.*2. *Dec. conſil.* 566. *Aſflict. deciſ.* 316. *nu.*2. *Tiraquell. de retract. lignag.* §.15. *gloſ.* 2. *num.* 10. *Parladolib.*2. *cap. fin.*5. *p.* §.1. *nu.*24. *& curia Philip.* 2. *p.* §.13. *num.* 4. *& Rota* 806. *non. Farin. quicquid cum Bart. in l. ſi reus, ff. de procur. dicat Neguſ. de pign. lib.*2. *pa.* 3. *mem.*5. *princip. nu.*27. *& Ioan. Gutt. conſil.*33. *num.*2.

235 quamuis ad hoc vt ſciatur, vtrùm ille reperiatur † quia erat forenſis, deberet fieri proclama, Gigas. ſupra, num. 18. & ad effectum clauſulæ ſine retardatione ſolutionis penſionis, de qua infra 2 nu. 316. vt ei ſatisfiat, requiritur depoſitum legitimè factum ad tradita per Carrocium de oblatio. prima par. quæſt. 9. & Solis de cenſib. ſecundo to. lib. 4. cap, vn. à numero primo, vt voluit Rota in cauſa Abulen. penſionis contra Epiſcopum anno 1606. coram D. Litta *in qua* 24. *April. dicti anni coram d. D. Litta fuit reſolutum depoſitum factum per Epiſcopum in manibus Theſaurarij, promſore decernente deponi ad effectum ſoluendi illi, qui habere debuerit, & obligante ſe Theſaurario reſpondere de illo, cum ei mandabitur a dicto promiſore ſine alio iudice, ſine oſtendendo mandatum D. Franciſci de Cordoba, & contendo quòd debeat habere, non ſuffragari propter conditionet, Rot. diuer.* 71. *p.*2.

236 Octauò infertur penſionarium † præferendum eſſe in fructibus beneficij grauati quibuſuis creditoribus etiam anterioribus, vt tradit Marcheſa. de commiſſo. 2. p. c. 4. de commiſſione appell. nu. 69. & nouiſſimè Collantes in pragm. agric. l. 3. c. 1. nu. 8.

237 Nono infertur, quod clericus. † habens beneficiū penſione grauatum non iuuatur beneficio cap. 1. Odoardus, de ſolutio. quo ad penſionem, quæ ante omnia ſoluenda, & deducenda eſt, ex fructibus ipſius beneficij, ſuper quibus eſt impoſita, Lodu. Gomezius in compendio vtriuſque ſignaturæ circa finem, & in regula de annali, quæſtione 53. Matthæus Brunus de ceſſione bonorum quæſt. tertia principali. num. 16. Couarruu. lib. ſecundo variarum cap. 1. nu. 9. Ioann. Guttierrez. de iuramento confirmatorio prima p. ca. 17. nu. 31. Marcheſa. prima p. cap. 3. de commiſſione ſuper dilationibus num. 26. & Collantes vbi ſup. *Genuen. in praxi c.*3. *nu.*10.

Decimò infertur, quod in reſtitutione fructuum
238 facienda per condemnatum, † habenda eſt ratio, & detrahenda quantitas penſionis antiquæ ſolutę, licet non illius, quam ipſe condemnatus conſenſit, cum nō haberet ius in beneficio ob ceſſionem iurium ei factam ab altero impetrante. Gigas conſilio centeſimo vigeſimo quarto, ſeu reſponſo. 15. de penſio.

Vndecimò ex dicta diffinitione infertur, quod cum
239 penſio † ſit ad tempus, expirat, & extinguitur morte penſionarij, Caccialupus, & Gigas quæſt. 1. Coraſ. 1. part. cap. 4. n. 9. & 10. Caputaquen. Deciſ. 303. numer. 13. part. 2. & Flam. Pariſ. lib. 6. quæſt. 4. num. 3. & 31. *Et Leo in Theſſor. Eccleſ. c.*22. *nu.*73. *dicens, quod penſio reſeruetur quoad penſionarius vixerit, & eo mortuo*

240 *eſt extincta, &c.* nec poteſt ad alium † transferri, niſi in tribus caſibus, Primò quando in reſeruatione ad eſt clauſula transferendi, vt in penſionibus pro Pala-

241 tinis, quæ tamen † non cenſetur per quaſcunque clauſulas generales conceſſa, niſi ſpeciali mentione facta. Puteus deciſ. 342. libr. 2. Caputaquen. deciſ. 303. & 319. parte 2. & deciſ. 100. parte 3. Rota deciſ. 1312. libro 3. parte 3. diuerſorum. Chiſanen. deciſ. 110. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de tranſlat. penſ. in princip. Flam. Pariſ. d. quæſt. 4. num. 48. cum ſeqq. & num. 49. & facit deciſ. Putei 324. num. 3. libro 2. *Et conducit deciſio Rotæ in cauſa Carthagin. tranſlationis penſionis* 19. *Iun.* 1606. *coram Domino Mācaredo, in qua fuit reſolutum, quod tranſlatio penſionis eſt inualida, &cet.* R. *penſionis tranſlatio. Et circa iſtud de oppoſitione in curia, ſeu ſecunda inſtantia contraiura & ſcripturas, quod tradit Grat. in addit. deciſ.* 111. *num.* 4.

*vide*

*vide decis. Ceſaraugustanam penſionis 4. Iul. 1608. coram eodem D. Mançanedo infra relata nu. 454. vbi contrarium deciditur, & videtur verius, & tenet Sal. Tib. in praxi lib. 2. cap. 13. alias 10. nu. 4. & 5.*

242 Et à ſolo Papa concedi poteſt, non † autem à legato, vel ordinario. Gambarus d. lib. 6. nu. 225. & Fla. Pariſ. d. qu. 4. nu. 13. 14. & 15. quam clauſulam facul-
243 tatis transferendi, † ponit Gigas. poſt finem tractatus de penſio. verſic. ſciendum eſt etiam. & Mandoſ. ſupra verſic. clauſula poteſtatis, & Flam. Pariſ. d. q. 4. num. 34. & formam huiuſmodi translationis ponit Gigas poſt dictum finem tractatus, & formularium inſtrumentorum, pag. mihi 381. *& curia Eccleſiaſt. Ortiz de Salced. a fol. 142.*

244 Et huiuſmodi translatio † iuxta clauſulam facultatis, fieri debet coram perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, & poteſt fieri coram Canonico Cathedralis Eccleſiæ ad cap. ſtatutum. de reſcript. in 6. Gomezius, nu. 25. Felin. in cap. paſtoralis, de reſcript. nu. 12. Achilles deciſ. 17. Caputaquen. 257. part. 1. & Zerola in praxi Epiſcopali. 1. par. verbo dignitas. §. 1. & 2. par. verbo Canonica. §. 3. Et patet ex clauſula facultatis transferendi, quam ponunt prædicti. Et tenet Gigas, d. verſ. ſciendum eſt etiam, quicquid dicat Nauarrus conſ. 11. n. 1. de iniurijs quem ſequitur Flam. Pariſ. de confiden. q. 23. nu. 49. contra quẽ tamen tenet additio d. conſilij, poſita ad fin. conſiliorum. *Gennen. in praxi cap. 85 num. 10.*

245 Non tamen poteſt fieri coram † Canonico Eccleſiæ Collegiatæ, quia nullo modo poteſt dici in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, vt colligitur ex d. cap. ſtatutum, & allegatis, quicquid aliàs, ſi bene memini, tenuerit Rota in vna Romana, ſeu Adrien. penſionis, ſecundo Decemb. 1593. coram D. Pamphilio, de qua fit mentio in Segobien. penſionis infra relata nu. 257. *& antea in eadem Adrien. coram eodem 20. Octob. eiuſdẽ anni, & poſtea in Bononien. trãslationis pẽſionis coram D. Millino infra adducta n. 257. Nec obſtat quod detur facultas trãsferendi coram Canonicis Metropolitanarũ, vel aliarũ Eccleſiarũ, vt in ſpecie in d. dec. Bononiẽſ. quia illa verba, vel aliarũ Eccleſiarũ, debẽt intelligi de alijs cathedralibus, ex d. c. ſtatutũ, & alijs allegatis; nam cũ Canonici Eccleſiæ collegiatæ nõ ſint in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituti, nõ cõprehendũtur in tali facultate, niſi exprimatur, vt vidi expreſſum in quadã facultate trãsferẽdi certã penſionem Segobien. diœceſ. dicẽdo, vt quicũq; loci ordinarius, ſeu Canonicus Cathedralis, vel collegiatę Eccleſię, aut perſona in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituta, &c. Et mixto caſu poterunt procedere dicta decis. Adrien. & Bonien. Obtinẽs tamẽ beneficũ, aut dignitatẽ in Eccleſia collegiatæ benè cõprehenderetur in cõmiſſione facta perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituta, quia eſt verè dignitas, &c. Et quãuis d. ca. ſtatũ loquatur de cõmiſſionibus cauſarũ, tamẽ cũ trãslatio pẽſionis ſit quid aliud, cõmittitur Canonicis, nõ dicendo, ẽt collegiatæ Eccleſia, videtur cõmiſſum Canonicis Eccleſię cathedralis, tanquã in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutis, & capacibus cõmiſſionũ cauſarũ, maximè quando committitur Canonicis, aut perſonæ in dignitate Eccleſia conſtitutæ, vt in propoſito; nã ex iſta adiectione & ampliatione declaratur verbũ, Canonicus, vt intelligatur de Canonico in tali dignitate Eccleſiaſtica conſtituto. Nec etiã poteſt fieri translatio coram alio non contẽto in facultate & cõmiſſione, quãuis in loco vbi fit nõ reperiatur, nec reperiri poſſit vllus de contẽtis, & transferenti inſtet mors, cũ delegatio ſit ſtricti iuris, & non extẽdatur de perſona ad perſonã, argum. c. 8. & 9. de officio de lega. maximè in facto trãsferẽdæ penſionis, quæ eſt odioſa, vt in illa Carthagin. translationis penſionis ſupra relata n. 241. & ita conſultus reſpondi circa d. penſionem Segobienſ. diœceſis.*

246 Et poteſt fieri per procuratorem † etiam ſi in facultate dicatur; Tibi vt quicũque loci ordinarius ſeu Canonicus, &c. & inferius, per te eligendum, &c. regula .n. eſt, poſſe quem facere per procuratorẽ, quod per ſe ipſum, niſi in ſpecie ſit prohibitum, etiã quod ſimus in priuilegio. ita fuit reſolutũ in cauſa Taurin. penſionis 18. Aprilis 1561. coram D. Rubeis.

247 Intelligitur autẽ dicta clauſula † transferendi, de prima duntaxat, ad regulã l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignif. de qua latè Tiraquell. ibi & Felin. in c. 2. de tregua & pace. à n. 3. & Ant. Gabriel. de reg. iuris. concl. 2. & in terminis, tenet Mandoſ. ſupra verſi. rurſus ſi in vim clauſulæ, & fuit dictum in vna Oxomen. penſionis 20. Maij 1598. corã D. Litta, & reſolutum, translatione facta à Papa motu proprio poſt conſumptã facultatẽ transferendi conceſſam, nõ manere obligatum, fideiuſſorem, datum ad fauorem primi penſionarij, & eius translatarij, vt in ſequenti deciſione: Reſeruata penſione ſcutorum quinquaginta ad fauorem Ioan. ab Agnoa, per Sixtum V. ſuper ſcholaſtica collegiatæ Eccleſiæ oppidi de Soria Oxomen. Diœceſis cum facultate, transferendi, & alijs clauſulis fuit de dicta Scholaſtica prouiſus Fran. del Cerro, qui ſe obligauit ſoluere Ioanni prædicto, & eius translatarijs dictam penſionem, & alia facere iuxta tenorem dictæ reſeruationis, huicque obligationi acceſſit vti principalis principaliter, & inſolidum Didacus Salinas. Io. in art. mortis conſtitutus dictam penſionem tranſtulit in perſonam Thomæ Nauarræ, qui Thomas ex poſt ingreſſus eſt religionem, & antequã profeſſionẽ in ea emitteret. S. Dominus noſter motu proprio prædictam penſionem in fauorem Melchioris trãſtulit; & reſeruauit cum omnibus exemptionibus, obligationibus, cautionibus, & bancarijs, & de renouando fideiuſſoribus alijſque clauſulis, & decretis in prima reſeruatione appoſitis, in fauorem tam Ioan. quam Thomæ, ipſumque Melchiorem in locum Ioãnis, & Thomæ in omnibus, & per omnia, & quo ad omnia, perinde ac ſi penſio ipſa ſibi ſoli à principio reſeruata eſſet, ac cautiones, & alia præmiſſa pro eo emanaſsẽt ſubrogauit, cum clauſula ſublata, & prout latius in literis motus proprij legitur. Hinc Melchior vigore d. reſeruationis coram auditore Cameræ egit contra Didacum de Salinas pro ſolut. d. penſionis de renouatione ſchedulæ bancariæ iuxta obligationem aliàs per eum factam ad fauorem Ioannis, & trãslatariorum, obtinuitque contra eum relaxari mandatum executinum pro prędictis, à quo Didacus appellauit, & obtinuit cauſam in Rota mihi cõmitti cum clauſula, ſi quid exequendum exequatur. Vnde hoc dato per me dubio an mandatum auditoris Cameræ ad fauorem Melchioris ſit exequendum, in caſu, & ad effectũ de quo agitur, Domini vtraque parte informante reſolueruntnon eſſe exequẽdum vti nullum, & iniuſtum, moti reſpectu nullitatis, tum quia de reſeruatione alicuius penſionis ad fauorem Melchioris non conſtat in actis, prout requiritur pro validitate ſententiæ, etiam ſi executiuè agatur, Achilles deciſ. 4. de reſcriptis. nu. 4. Mandoſ. ad regul. 3. cancell. quæſt. 7. num. 2. verſic. hinc voluit Rota, & prout in ſimili fuit tentum in illa Romana cenſus. 4. Decemb. 1595. coram R. P. D. Pamphilio. Nec quo ad hoc

ſuffragari poteſt Melchiori, copia illa aſſerti motus proprij, quæ in extracto reperitur, ſi quidem, quia eſt copia ſimplex non recognita & caret citatione ad dicendum contra, quo fit, vt minime de actis eſſe dicatur, nullamque prorſus fidem faciat, ita Doctores in Auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo. Caſſadorus deciſ. 7. in fin. de appellatio. Cæſar de Graſſis deciſ. 3. num. 7. de reſtitut. ſpoliat. & Roman. conſ. 519. per totum. Tum etiam quia fuit relaxatum d. mandatum citato Didaco. in domo eius ſolitæ habitationis, qui cum abſens eſſet, & in actu dimiſiſſet procuratorem, de iure ſic citari non debuit, ſed eius procurator. ita Iaſ. in l. furioſo. num. 10. ff. de re iudic. & ante eum Bart. num. 4. & in l. procuratoribus. C. de procuratoribus. & reſpectu iniuſtitiæ, quia fuit relaxatum d. mandatum, contra Didacum, qui nullo modo Melchiori obligatus eſt pro tali penſione, nam cum fideiuſſerit ad fauorem Ioannis de Agnoa, & eius tranſlatariorum, quæ tranſlatio in ea verificatur, vulgata l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignific. & prout in terminis tenet Mandoſ. in praxi ſignaturæ gratiæ, tit. tranſlat. penſio. verſicul. rurſus ſi in vim clauſulæ, non poteſt idcirco obligatio Didaci extendi ad fauorem Melchioris, in quem nullatenus tranſlata fuit penſio dicta, pro Ioanne de Agnoa, ſed per Papam motu proprio, & poſtquam cõſumpta fuerat illa facultas tranſferendi, conceſſa d. Ioanni, cum fideiuſſoris obligatio, ſine nouo conſenſu illius, etiam prorogata à principali non debeat vlterius extendi, l. ſitẽ quęritur. §. qui impleto. ff. locati. l. ſi cum Hermes, vbi Bal. C. eod. maximè de perſona ad perſonã. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. nec obſtare dixerunt Domini, quod hæc tranſlatio pẽſionis, de perſona Thomæ in perſonam Melchioris, fuerit facta à Pontifice motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, cũ clauſulis, & decretis, de quibus ſupra: ſiquidem quia prædicta omnia intelligi debẽt in præiudicium ipſius titularis, vt. ſ. prędicta omnia præſtare teneatur ad fauorẽ Melchioris, prout prius tenebatur ad fauorem Ioan. de Agnoa, & eius tranſlatariorum, ſecus in præiudiciũ Didaci fideiuſſoris illius ea rõne, quia Papa vti dñs beneficiorũ, potuit beneficiũ prædictũ, titularemq; ipſum ratione dicti beneficij, prout voluit prægrauare, ad text. in c. 2. de præb. in 6. & notata per Baldum in l. reſcript. col. 2. & ſequenti. C. de precib. imperatori offerendis, & in l. qui ſe patris. col. pen. C. vnde liberi. ſed hoc idem voluiſſe facere in præiudicium Didaci fideiuſſoris, qui ſe non obligauit ad fauorem Melchioris, nec aliquod commodum ſentit ex dicto beneficio, credendum eſt, ad tradita per Alexandrum. conſ. 5. nu. 24. & ſequenti lib. 5. to. 1. maximè cum longè diuerſa ratio vigeat, quo ad eum, vt omnibus notum eſt, nec Papa potuit defectum conſenſus illius ſupplere, vt inquit Sarnen. in compendio vtriuſque ſignaturæ. nu. 71. verſ. idem eſt in cõſenſu. Et tenuit Rota in Compoſtellana Archidiaconatus, 21. Octob. 1557. Coram bonæ memoriæ Cardinali Paleoto, quæ eſt diuerſorum, lib. 3. p. 3. deciſ. 458. & ſine conſenſu clarũ eſt, nõ induci, nec prorogari obligationẽ, l. 1. §. conuentioni. ff. de pactis. l. obligationum ſubſtãtia, & l. quæcunq; gerimus. ff. de oblig. & act. Nec obſtare dixerunt Dñi Didaco clauſulam, ſublata, & alias, de quibus in d. Motu proprio ſi quidem, quia vti conſecutiuæ gratiæ in dicto Motu proprio contentæ, reſpectu expreſſorum tantũ operari debent, & ideo ad ipſum non nominatum in dicto Motu proprio extendi non debent. Puteus deciſ. 232. lib. 1. Caſſador. deciſ. 10. nu. 4. ſuper regul. quod maximè dicendum eſt; nec inde emanare ſolet iuſtitia, vnde iniuſtitia, & iniquitas conſurgat.

Et poſt hæc tradit Gonçalez glo. 11. nu. 82. ſicut
248 etiam † facultas retinendi penſionem non obſtante matrimonio per penſionarium cõtracto, intelligitur de primo duntaxat matrimonio, niſi aliud exprimatur, Gonçalez, ibi num. 83. dicens fuiſſe reſolutum in Rota in vna Palentina penſionis, 21. Nouemb. 1596. Coram D. Blanchetto. *Facultas tamen transferendi penſiones nunc, & pro tempore reſeruatas, quandocunque non eſt reſtricta ad penſiones tempore indulti reſeruatas, ſed etiã futuras comprehendit, ex illa dictione, quandocunque, Ruin. conſ. 77. nu. 13. lib. 2. & ex illis verbis, pro tempore, denotantibus etiam tempus futurum, Bal. in cap. cùm inter. nu. 7. de re iud. præſertim cùm in materia etiam odioſa, & alteri præiudiciali, non excludatur in priuilegijs lata interpretatio ex proprietate verborum prouenieus, Aret. in l. cum lege poſt princ. ff. de teſtam. Calderin. conſ. 1. in princ. de conſanguin. & affin. & fuit deciſum in Carthagin. decimaruta 20. Decemb. 1578. coram D. Bubalo; ita in Lauden. penſionis de menſe Ian. 1601. coram D. Penia.*

249 Per translationem tamen inualidam † non fuit conſumpta facultas transferendi ad deciſ. 47. par. 1. diuerſorum, vt fuit reſolutum in cauſa Placentina penſionis, 17. Iunij 1602. Coram D. Corduba.

250 Et an literæ facultatis transferendi debeant † præſentari, coram iudice, ſeu executore vide infra 6. par. cap. 2. 1. dub.

251 Secundò, penſio poteſt transferri † etiamſi ſit reſeruata, ſine clauſula transferendi, quando de cõſenſu ipſius penſionarij, & ſoluentis penſionem, tranſfertur in alium, authoritate Papæ. Ferrettus cõſ. 53. Mandoſ. ſupra in princ. & Flam. Pariſ. d. q. 4. num. 7.

252 Tertiò potèſt transferri in vim priuilegiorum † conceſſorum militibus S. Petri, & S. Pauli, & nonnullis alijs officialibus Romanæ curiæ, vt per Mandoſ. ſupra verſ. non omittant. & in reg. 19. quæſt. 11. num. 9. & Flam. Pariſ. d. quæſt. 4. num. 7. 8. & 9. & militibus Pijs, vt in conſtitutione 5. & 16. Pij IV. Flam. ibi num. 10. & militibus S. Stephani, vt in conſtitutione 64. Pij IV.

253 Sed iſta priuilegia, † & quibuſuis alijs militibus conceſſa, ſunt reuocata per Pium V. conſtitutione 71. Poſtea tamen Sixtus V. militibus Lauretanis conceſſit priuilegium transferendi penſiones, non tamẽ
254 † ſummam 100. ducatorum auri de Camera, nec medietatem fructuum excedentes, vt in conſtitutione 35. eiuſdem Sixti, quæ eſt videndæ. Et aliquando etiã conclauſtris conceditur priuilegium transferendi, vt in cõſtitutione 32. Sixti V. & tradit. Flam. Pariſ. ſup. n. 12. & circa hoc vide dicta inf. d. 6. p. c. 2. 1. dub.

Et aduerte quod per translationem extinguitur prima penſio, & noua creatur. Gigas, quæſt. 74. num. 1. & 88. num. 8. Mandoſius ſupra in principio Puteus
255 d. deciſ. 524. † num. 3. lib. 2 Flam. Pariſ. d. quæſt. 4. numer. 7. & Saluſtius Tiberius, in practica auditoris Cameræ, lib. 3. cap. 6. adito Veſtrium in practica. lib. 3. cap. vltimo num. 2. Et fuit dictum in vna Brixien. penſionis 23. Maij 1594. Coram D. Mellino, de qua infra nu. 470. & in d. Placentina penſionis 17. Iunij 1602. Coram D. Corduba, & dictum eſt ſupra. n. 55. *Et nouiſſimè tenet Aſor. 2. p. lib. 3. c. 10. quæſt. 5. & c. 11. quæſt. 1.*

*quæſt. 1. & Grat. diſcept forenſ. c. 113. n. 77. & ita expreſsè dicitur in ipſis facultatibus transferendi, & translationibus licèt contrariũ teneat Suar. de relig. tract. 3. li. 4. c. 33. n. 6. qui ait penſionem non extingui per translationem, & pẽſionem translatam non eſſe aliam, ſed eamdem numero.*

256 In vna tamen† Carpẽtoraten. penſionis, 29. Maij 1602. Coram D. Lancellotto fuit reſolutum, quod ad effectum, vt ſit habenda ratio penſionum impoſitarum poſt primam reſeruationem, & facultatem transferendi, penſio translata non poteſt haberi pro noua, cum in ſubſtantia, & reuera ſit eadem. Vitali. Clem. 1. §. eadem n. 3. de ſupplenda negligentia Prælatorum: quamuis enim in translatione procedatur, per viam caſſationis antiquæ, & nouæ reſeruationis; tamen hoc procedit ad certos effectus, ſcilicet mutationis perſonæ, vt vnus ſolus poſſit exigere, & vt ſciatur per cuius obitum debeat extingui, item quo ad viam executiuam, & quaſi poſſeſſionem, & alia huiuſmodi, non autem reſpectu ſubſtantiæ ipſius pẽſionis, quæ in ſubſtantia eſt eadem cum antiqua cum omnibus ſuis qualitatibus, & ideo quamuis reſpectu caſſationis antiquæ dicatur noua; tamen cum iſta caſſatio ſit correſpectiua ad reſeruationem nouę, per iſtam nouam reſeruationem nõ augetur aliquod onus Eccleſiæ, non poteſt dici noua penſionis impoſitio, ſed ſolũ fit mutatio perſonæ, & ſubrogatio vnius in locum alterius. Creſc. deciſ. prima, de rebus Eccleſiæ, &c. *de qua etiam infra n. 463. & tradit Gratian. d. ca. 113. nu. 77. cum ſeqq. & c. 132. nu. 33. & 34.*

257 Et inde in vna Segobien. penſionis, 20. † Maij 1598. coram D. Corduba fuit reſolutum, quod obligatio fideiuſſorum penſionis ad fauorem nominati, qui tunc temporis eam tranſtulerat, extenditur ad translatarios, cum cantet, cum omnibus decretis, & clauſulis in reſeruatione contentis, & quia translatio penſionis debitæ vni perſonæ, ſi in aliam transferatur, non dicitur nouum grauamen in perſonam debentis ſoluere, ſed delegatio ſolutionis faciendæ alteri. Pariſ. conſi. 5. num. 86. lib. 4. & quia principalis ſe obligauerat in fauorem certæ perſonæ in reſeruatione eiuſdem penſionis nominatæ, & quia ſchedula Bancaria cantat pro M. & ſuis translatarijs, & fideiuſſores tenentur ad omne id, ad quod principalis tenebitur, facit deciſ. 806. num. 3. part. 1. & quod potuit fieri translatio nulla facta intimatione, & quod non obſtat, quod translatarius nõn fuerit præſens translationi, quia ſufficit ſtipulatio facta per notariũ pro illo, & apparet de illius acceptatione, per mandatum ad exigendum, &c.

Et 26. Iunij eiuſdem anni, coram eodem fuit idem reſolutũ ſcilicet conſtare validam eſſe translationem penſionis, ex ipſo inſtrumento translationis, non obſtante quod fuerit facta inſcio translatario, quia ſatis videbatur, quod notarius pro eo fuerit ſtipulatus. & interceſſit iuramentum, quod ſupplet abſentiam. Gabriel de verborum obligationibus. concluſ. 1. num. 69. & 95. Vltra quod per ſcientiam ſubſecutam cenſebatur inducta ratificatio, Couarruu. in rubrica de teſtamentis. 1. par. numero 13. non obſtante etiam, quod facta fuerit literis non expeditis, ſtante clauſula, in ſupplicatione, quod ſola ſignatura ſufficiat: nec obſtare, qđ per reg. Sanctiſſimi Domini noſtri, quæ poſtea ſuperuenit, videatur illi derogatum, cum diſponat, quod ſola ſignatura non ſufficiat, licèt in ſupplicatione adſit alia clauſula regul. in contrarium non obſtante, quæ non extenditur ad futura. Simoneta, de reſeruatio. q. 76. nu. 2. & 3. quia placuit reſponſio quod iſtæ penſiones confidentiariæ ad fauorem Itali. cum ſuper illis non expediantur literæ, vt notum eſt, non comprehendantur ſub d. reg. reuocatoria de penſionibus non expeditis literis, & quod opponebatur de translatione facta, coram perſona non conſtituta in dignitate, fuit ſublatum, quia cantor, in cuius manibus fuit facta eſt 2. dignitas in Eccleſia Caſtellaten. ſtante maximè, quod etiam translatio facta in manibus vnius Canonici, alicuius inſignis Eccleſiæ ſufficit, vt voluerunt Domini in vna Romana, ſeu Adrien. pẽſionis, coram D. Pamphilio, 2. Decembr. 1593. Hæc in dicta Segobieni *& quod obligatio ad fauorem nominati in penſione extenditur ad translatarios, quia translatio penſionis debitæ vni perſonæ, ſi in alium transferatur, non dicitur nouum grauamen quoad debentem ſoluere: ſed eſt quadam delegatio ſolutionis alteri faciendæ, vt in d. Segobienſ. penſionis tradit Gratian. deciſ. 113. num. 80. prout idem eſſet, inquit num. 81. quando mutaretur res, ſuper qua fiat cenſus & hypotheca impoſita, non enim dicitur cenſus extinctus, ſi fuerit trãſlatus ad alia bona, quamuis bona prius cenſuata fuerint liberata; ideo perinde eſt, ac ſi a principio fuiſſet factus cenſus in bonis ſubrogatis: vnde remanet firma prima obligatio, & per conſequens non ſunt liberati fideiuſſores, quia ſolum fuit facta mutatio rei. Rot. coram R. P. D. Ludouic. Romana cenſus 10. Iun. 1603. Idemque eſſet* (inquit idem Gratian. nu. 82.) *in translatione penſionis de vno beneficio ad aliud, nam reſpectu penſionarij nihil fuit innouatum, ſed tantum reſpectu beneficij, ex quo penſio ſoluebatur, ita vt nullum fiat præiudicium penſionario per huiuſmodi translationem, cùm non agatur de noua obligatione inducenda, ſed de veteri conſeruanda; ideo obligatio remanet in eodem ſtatu. Rota in dicta Rom. cenſus, & Auſcul. penſionis 1. Febr. 1593. coram Pamphilio. Hæc Gratian. & inde etiam eſt, quod in translatione penſionis, ſeu in facultate eam transferendi ſuper Eccleſiis cathedralibus, ſeu Epiſcopalibus, quorum penſiones comprehenduntur in facultate transferendi quaſcunque penſiones ſuper quibuſuis fructibus quorumcumque beneficiorum non eſt neceſſaria derogatio Concilij Lateranen. vt per Rotam in vna Bononien. translationis penſionis coram illuſtriſſimo Cardinali Millino, quæ ſic ait deciſ.* 132. &

258 † in translatione penſionis non habet locũ reg. de infirmis reſignantibus. Sarnen. ibi, qu. 16. & Mandoſ. q. 11. Fla. Pariſ. de reſig. li. 12. q. 3. à n. 53. nec conſtitutio de publicandis reſignationibus, † Sarnen.

259 in reg. de publicandis, q. 10. Gigas conſi. 139. ſeu reſponſo 30. de penſionibus, & Flam. lib. 11. q. 4. n. 28.

260 Alia de materia translationis† pẽſionem vide per Mandoſ. d. tit. de translatione penſionũ, & Ant. Auguſt. in Epitome eod. tit. & Flam. Pariſ. d. q. 4. per totam, & vide ſupra d. illat. 1. à num. 51.

Sed circa hanc vndecimam illationem, offert se

261 dubium, in pẽſionibus† reſeruatis in perſona vnius ad commodum tamen, & vtilitatem alterius, vt in penſionibus reſeruatis pro Italis ſuper beneficijs Hiſpaniæ, quæ imponuntur in perſona, & capite vt aiũt, alicuius Hiſpani, propter pragmaticas, & leges Regni, per cuius obitum huiuſmodi penſiones expirent, an per obitum Hiſpani, ſeu eius translatarij, an verò per obitum Itali, vel vtriuſque.

262 In quo in primis certum eſt Hiſpano non † tranſlata penſione, aut eius translatario decedente, etiam in vita Itali, ad cuius commodum fuit reſeruata, ex-

ſpirare penſionem, & omnem commoditatem ceſſare, cum penſio, & ius ipſius reſideat penes Hiſpanū, ex l. quidam cum filium. ff. de hæredibus inſtituendis, & fuit reſolutum in vna Hiſpalen. penſionis, de anno 1573. coram D. Graſſis, vt in deciſ. 399. 400. & 401. num. 3. par. 1. diuerſorum, Anaſtaſius Germo. de indultis Cardinalium. §. ſi verò. à num. 56. & Flam. Pariſ. d. quæſt. 4. à nu. 61.

263 Nihilominus etiam dicendum eſt, penſionem extingui, & omninò ceſſare per mortem eius, penes quē eſt commodum, & ad cuius vtilitatem ſeruit, etiam viuente illo, in cuius perſona eſt impoſita, vt Rota, & ſtilus ſeruat, ita fuit dictum in vna Conchen. pecuniaria. 15. Maij 1587. coram D. Pamphilio, & in vna Conchen. penſionis 2. Maij 1588. coram D. Blanchetto; & in vna Calaguritana penſionis. 2. Decemb. 1598. coram D. meo Corduba fuit reſolutum conſtare penſionem fuiſſe reſeruatam ad commodum Herculis, vt apparet, ex fide Cardinalis de Coſcientia tunc Datarij, & ſic per eius obitum extinctam etiam viuente Hiſpano.

264 Vnde additio† conſilij Nauar. 62. de ſimonia, inquit, aduertendum referri in Sacro auditorio Rotæ pronunciatum, penſiones, quæ Italo ſuper caput Hiſpani reſeruātur, extingui, tam per mortē Itali, quam
265 Hiſpani. Quamuis in dicta † Hiſpalen. Rota reſoluerit nō extingui per obitum illius, ad cuius commodum eſt impoſita, ſi ille alium nominauit in commoditate, vel in alium eam tranſtulit, etiam ſine aliqua ſolemnitate, & ſolemni translatione, per reſeruatariū facienda in vita illius, vt in dictis deciſionibus, maximè vltima, quas referunt & ſequuntur Anaſtaſ. Germonius, & Flam. Pariſ. vbi proximè.

266 Sed reuera licèt ius pēſionis reſideat penes eū, in cuius perſona fuit reſeruata, verior eſt deciſio in eadē cauſa Hiſpalen. penſionis, facta coram D. Binarino, 15. Octob. 1571. in qua fuerat reſolutum, penſionem poſitam in cap. Ludouici. ad commodum Cardinalis Neapolitani, ceſſare, & extingui per obitum Cardinalis, quia veritas eſt, quod non pro penſionario, ſed Cardinali facta eſt gratia & penſionario Papa nō aſſignaſſet, niſi intendiſſet prouidere Cardinali, ideo cum totū factum eſſet contemplatione eius, eo deficiente totum perit, ad legē cum dotem. ff. ad le. Falcidiam, l. ſeruo legato, §. ſi teſtator. ff. de legat. 1. Soc. cō ſil. 50. Neque obſtare, quod pēſio ſicut morte pēſionarij ceſſaſſet, & à morte Cardinalis non deberet expirare, quia reſpondetur, quod eſſet cōtra mentē Papæ, qui cogitauit hoc facere ad cōmodum Cardinalis, & nō perſonæ ipſius penſionarij, & hoc etiam admittitur, vt vacet per obitum vtriuſque cum in perſona vtriuſque conſtet, vnius quoad ſubſiſtantiā & formam, alterius quo ad commodum: conueniens. n. eſt vt altero eorum deficiente extinguatur, vt minus à iure recedatur, & fauore Eccleſiæ, vt ſe celerius cōſulatur, attenta maxime rei veritate, iuxta titulum Co. plus valere quod agitur, vbi Baldus in l. 1. in fine, & in l. cum precibus Cod. de probatio. &c.

267 Quam deciſionem viuæ vocis† oraculo, approbauit Greg. XIII. in plena ſignatura gratiæ. 29. Nouēb. 1572. in cauſa Hiſpalen. penſionis pendente coram D. Groperio inter Io. Baptiſtam Montoya, contra translatarios Gaſparis de Penna.

268 Et alias in vna alia Valētina pēſionis † 3. Nouēb. ☞ 1593. corā D. Mellino fuit reſolutum, penſionē cenſeri cōſtitutā contēplatione illius, qui fuit factus procurator irreuocabilis, & vti in rē propriam ad exigēdum, & transferendū ab eo in cuius fauorē in ſupplicatione fuit reſeruata, qui permiſit illum ſemper exigere. Ruin. conſ. 170. li. 4. & ſic nō poſſe penſionē ſine conſenſu illius transferre. l. in cōcedenda. & l. ſeq. ff. de aqua pluuia arcenda, l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & quia ille fuit conſtitutus procurator vti in rem propriā ad transferendū, & ad iſtud mandatū reſeruatarius tenebatur, ex neceſſitate, vti fuit reſolutum in cauſa Toletana penſionis 19. Iun. 1595. coram D. Decano; ideo reſeruatariū non potuiſſe poſtea facere penſionis translationē validā, quia actiones directæ remāſerunt inefficaces. l. 1. §. ſi. ad Trebellianum. Auſrerius in Capella Toloſana, q. 119. nu. 3. & fuit id dictum in Bononien. bonorū de Luparis 11. Apr. 1578. Coram ſanctiſſimo. Præterea etiamſi ius penſionis eſſet radicatum penes reſeruatarium, cum cōmodum ad alium pertineat, ſine illius cōſenſu transferre non poteſt, quia facultas transferēdi fuit data contēplatione illius, & ad eius cōmodum, non obſtante deciſ. Mohedani 28. de renuntiatione, quia ibi pēſionis ius reſidebat penes eum. qui conſtituerat ſimpliciter procuratorem ad transferendam penſionem, &c.

Circa quam tamen reſolutionem aduerto, verius
269 videri, † quod reſeruatarius in cuius perſona fuit penſio reſeruata, poſſit validè eam transferre, & caſſationi conſentire, etiam ſine conſenſu eius, in cuius commodum eſt reſeruata: & licèt ſit cōſtitutus procurator vti in rem propriam ad transferendum, (nā adhuc ius penſionis, & trāsferendi, quod eſt ſpirituale, ſeu quaſi eſt in ipſo reſeruatario, nec poteſt cedi, ſeu trāsferri in alium, per priuatum irreuocabiliter, & quod ſit ad cōmodum alterius, &c.) ſolum faciet, quod ille teneatur ad intereſſe, ſi malè verſatus eſt.

270 Probatio autem, ad cuius commodum, † & contemplationem ſit penſio reſeruata, ſumitur ex libro Datariæ, in quo ſcribuntur huiuſmodi penſiones, & quorum contemplatione ſunt reſeruatæ, vt fuit reſolutum in vna Tarraconen. penſionis de anno 1594. & 1595. Coram Illuſtr. Seraphino, vt in ſequentibus deciſionibus, quæ alia etiam continent ad propoſitum.

## *Tarraconen. penſionis 10. Octobris 1594.*

271 FElicis recordationis † Gregorius XIII. Anno
☞ 1582. Cōtulit Archidiaconatum S. Fructuoſi in Eccleſia Tarraconen. R. D. Doctori Michaeli Carnicer reſeruata penſione ſcutorum 500. ſuper fructibus d. Archidiaconatus, in perſona D. Antonij Io. Girona, contēplatione tamen bonæ memoriæ Cardinalis Commendoni, & dictus Michael obligauit ſe in forma Cameræ, deditq; cedulā bancariā, prout in ſimilibus penſionibus fieri ſolet, fuit hæc penſio viuo Cardinale ſoluta, ſed poſt eius obitū cū prętenderet illuſtris, & R. D. Abb. Caucus, D. Cardinalis ſororis filius d. penſionis vtilitatē, & commodum ad ſe ſpectare, & cādē exigere tētaret, ex aduerſo verò Michael prætenderet extinctā eſſe morte Cardinalis, tādē res deducta fuit in iudicium, & cum ſtatus cauſæ in hoc verſaretur, an conſtaret penſionē fuiſſe reſeruatā ad cōmodū, & fauorē D. Abbatis, & hinc inde multæ deducerentur cōiecturæ, propoſui hoc argu-

ment.

ment.in Rota, & re diſcuſſa maior pars Dominorum cenſuit cõſtare, penſionẽ reſeruatam fuiſſe ad commodũ Abbatis, & quoniam verſamur in materia cõiecturali fuit pro parte D.Abbatis excitatum, onus probandi penſionem extinctam morte Cardinalis incumbere Michaeli, & conſequenter docere debere commodum penſionis ad eum ſpectaſſe. Et quamuis plures ex dominis extarẽt pro parte Abbatis eo potiſſimum fundamento, quia exigebatur pẽſio nomine Ioannis reſeruatarij viuẽtis, qui habebat gratiam ſuam claram, & obligationẽ Michaelis in forma Cameræ, cui nihil aliud opponi poterat, quam extinctio ex perſona eius, ad quẽ vtilitas ſpectet, ideoq; videri onus probandi extinctionem alleganti incumbere. l. qui dicit. cũ vulgatis, de probatio. Tamen quia in cõtrarium deducebatur eſſe in confeſſo, hanc penſionẽ non fuiſſe reſeruatam ad vtilitatem Ioan. vt ipſemet fatetur, ſed alterius perſonæ non nominatæ propter pragmaticas Hiſpaniarum, omiſſa hac diſputatione fuit actum tantummodo de probationibus & coniecturis, quæ hinc deductæ fuerant, & quidem pro parte R.D.Abbatis pro præcipuo fundamento intẽtionis ſuę allegatus fuit liber Datariæ cõſcriptus à quõdam Pet.Antonio, tũc temporis miniſtro Datarij, in quo in margine è regione huius pẽſionis ibi adnotatæ, reperiuntur, hæc verba, Nepoti Cardinalis Commendoni intuitu ipſius Cardinalis. Coadiuuabatur hæc probatio ex ſolutionibus poſtea ſecutis, nã prima dempta, quæ fuit facta Cardinali, cæteræ fuerunt factæ domino Abbati, nempe ſolutio 500. ſcutorum, ſub die 26.Maij 1584. facta à Cæſare Boſil. Dominis de Vbaldinis, per manus Caualcantium ex ordine D. Abbatis, vt cantat partita extracta ex lib.dominorũ de Caualcantibus, & alio ordine, ſub die 3.Septemb. eiuſdem anni 250.ſcuti Cæſari antiquo Boſil.à Ioan. Girona, vt ſoluerẽtur D.Abbati & deinde ex ordine Abbatis, vt ſoluerentur Philippo Antenoro, & Andreæ de Alemãnis, & demũ ex alio ordine Io.Gironę, vt ſolueretur terminus 1.Martij 1585.D.Abbati, qui tamen duo poſteriores termini non fuerunt ſoluti, quia interim obierat Cardinalis, & Archidiaconus cępit prætendere extinctam fuiſſe penſionem, tũ hinc colligitur declaratio Io.Gironæ, qui erat cõſcius, ad quem ſpectaret penſio, neq; alias fuiſſet poſt obitum Cardinalis daturus hunc ordinẽ. Ex aduerſo pro parte Archidiaconi deductũ fuit, ex pluribus conſtare, commodũ penſionis ſpectaſſe ad Cardinalẽ, primò, quia Apoſtilla cãtat intuitu Cardinalis; ſecũdo, quia ſtatim, poſt reſeruationẽ aduenientę primo termino ſolutionis pẽſionis, ea fuit ſoluta Cardinali, vt appareat ex partitis Cæſaris, & Philippi Antenori, & Andreæ Alemanni. Tertiò, quia ſolutiones factæ D.Abbati fuerunt poſtea per eundẽmet poſitæ ad computum Cardinalis, quod redarguit ipſum recepiſſe eas, non tam nomine proprio, quam Cardinalis. Neque obſtare, adnotationem illam, quæ reperitur in libro Datariæ, quia liber ille eſt liber priuatus, & qui non facit fidẽ, vt videtur alias ſenſiſſe, Rota in Pampilonen.pẽſionis, coram bonæ memoriæ Bubalo, & dato etiam, quod ei eſſet fides adhibenda, cũ non cõtineat nomen proprium Abbatis, ſed tãtum ſcriptũ ſit Nepoti Cardinalis, &c. propter incertitudinem non cõcludit.l.duo ſunt Titij, de teſt.tutela.l.nõ hoc.C.vnd. legitimi. cũ ſimilibus. Præterea cum contemplatione Cardinalis fuit reſeruata penſio, vtiq; requirebatur eius declaratio, quæ cum non appareat, remanet vt voluerit pro ſe illã habere, quod obſeruantiæ ſupra conſideratæ conuenire videtur; ad Deciũ conſ.143. nu.4.Pariſ.conſ.17.nu.17.l.4.Hiſtũ non obſtãtibus, Dñi priorem opinionẽ amplexi ſunt pro dño Abbate, ea potiſſimũ ratione, quia exiſtimabant libro Datariæ eſſe fidem adhibẽdam, cũ & liber & manus Petri Antonij fuerint recognita, & cum ſit ſcriptus per officialem ad id deputatũ, ad notata per Bart.in leg. argentarius, & in l.quædam.de edendo, & in l.Titiæ. de legatis.1.Quod etiam ſenſit Rota in eadem Pampilonen. Coram R.P.D. meo Gipſio, anno 1585. & 1586. & in cauſa Carthaginen. 11.Maij 1592. Coram R.P.D. meo Penia. & cum reſeruationes huiuſmodi fiãt ſuppoſita alterius perſona, propter pragmaticas, non poteſt aliunde haberi veritas, quã ex huiuſmodi libris, & quinternis; quo caſu ratione publicę vtilitatis neceſſe eſt, vt eis fides adhibeatur, vt dicitur de teſtibus familiaribus admittendis ad probandum id, quod domi geſtũ eſt, quodque per alios probari non poteſt. Bar.in l.ſcimus.§.licentia.C.de iure deliberãdi, & in leg.conſenſu. §.1.C.de diuortijs.plura cõgerit Pariſ.de ſindicatu.§.teſtis.& Lamber.de iur.patr. art.12.q.11.nu.7.2.p.lib.2. Alias ſemper in incerto eſſet ad quem ſpectaret penſionis cõmoditas, in graue præiudicium eorum, qui eas ſoluere tenentur. Ex adnotatione verò illa, in qua habentur illa verba, contemplatione Cardinalis, arguitur non fuiſſe reſeruatam ipſi Cardinali, non enim diceret; contemplatione ipſius; ſi in ipſomet reſideret penſionis cõmodum. Bart.in l.ſi mandatum.C.de negotijs geſtis. & in l.ſi pupilli. §.item quæritur.ff.eodem. Baldus in l.1. cum aliquis in 2.notabili. C.de iure deliberandi. neque obſtat, quod non fuerit expreſſum nomẽ proprium nepotis, quia cum per teſtes probatum fuerit de illo tempore nullum alium exitiſſe in rerum natura, nepotem Cardinalis præter Abbatem, hæc demonſtratio ei de neceſſitate applicari debet, neq; locum habere poteſt d.lex.duo ſunt Titij. cum hic excludatur pluralitas, & aliorum exiſtentia. Sed nec etiam in illa lege excluditur probatio, per quam res per ſe incerta ad certitudinem redigi poteſt, quod optimè conuenit huic negotio, tunc enim nepotem ab auunculo educatum, & vti filium ab eo tractatum ſemper fuiſſe eſt notiſſimum, & procuraſſe eidẽ Abbatias, & reliqua omnia beneficia per eum poſſeſſa, quæ maluit in eius perſona collocare, quã pro ſe retinere; neque obſtat, quod Cardinalis primum terminum receperit, quia cum ipſe omnia bona nepotis adminiſtraret, hanc etiam penſionem exegit, & ideo eos quoq; terminos, quos Abbas exegit nomine proprio, curauit idem Abbas poni ad computum Cardinalis, cum nulla haberet computa vel rationes diſtinctas, & ſeparatas à computis, vel communib. Cardinalis, quia omnia adminiſtrabat, & ita falluntur ea quæ in contrarium ſuper hac re conſiderata fuerũt. Neque etiam obſtat, quod Cardinalis, cuius contemplatione fuerat reſeruata penſio, non declarauerit ad quẽ ſpectaret, quia immo ex libri annotatione appareret de contrario, cum ibi exprimatur perſona nepotis, quod ſine ipſius declaratione, & voluntate fieri non poterat, & ſanè ex vſu Patrisfamilias arguere poſſumus, Cardinalem voluiſſe eadem ratione penſionẽ collocare in perſona nepotis, in qua etiam cætera beneficia maximi valoris collocauit; nõ obſtat,

quod ſoleat expediri mandatum in rem ſuam, ad fauorem illius, cui penſio inſeruit, quia hoc ſæpiſſime omitti ſolet, neque hoc caſu applicari poteſt cum nõ oſtendatur fuiſſe tale mãdatum expeditum ad fauorem Cardinalis. Vltimo non obſtat deciſio Pãpilonẽ, Coram bonæ memoriæ Bubalo, quia dato quod eſſet vera, tamen admittit probationem libri concurrentibus adminiculis, quæ hic adeſſe domini cenſuerunt. *Quæ deciſio poſt hæc eſt impreſſa in nouiſſ. Farin. deciſ. 618. nu. 272. quæ deciſio eſt in dictis nouiſſimus Farinac. 548.*

## *In eadem 16. Ianuarij. 1595.*

273 DOmini perſtiterunt in reſolutis, pro reſeruatione penſionis ad fauorem R. P. D. Abbatis, nam quantum ad probationem, quæ deducitur ex libro, voluerunt eam eſſe concludentem, cum in iſtis penſionibus, in quibus non poteſt haberi directa probatio, ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ. Bartolus in l. poſt contractum. de donatio. Baldus in le, ei qui in fine. C. de diſtractione pignorum. Alexander. conſi. 197. lib. 7. nu. 7. & ſufficiens probatio dicitur illa, quæ colligitur ex libro Datarij, qui probat qualitatem gratiæ. Caputaquen. deciſ. 77. lib. 1. Nam quæ deducuntur contra librum, aliàs fuerunt reiecta, vti friuola, & minus vera, cum fuerit recognita manus ſcribentis, & in Dataria habeatur pro bono & fideli, & vltra deciſiones aliàs allegatas fuit ita per Rotam reſolutum in vna Conchen. pecuniaria. 15. Maij 1587. Coram D. Pamphilio. non obſtat ratio nouiter per informãtem conſiderata, quod in d. libro ſcriptũ reperiatur, intuitu Cardinalis, quia illa verba potius oſtendunt contrarium, cum non poſſit dici intuitu Cardinalis reſeruata, ſi ad ipſiuſmet commodum ſpectaret. Bartol. in leg. ſi mandatum. Cod. de negotijs geſtis. cum allegatis, & fruſtratoria fuiſſet mentio nepotis, mentio verò Cardinalis erat neceſſaria, vt appareret fuiſſe ei datam recompenſam penſionis, quam ipſe, Papa rogante, remiſerat ſuper Epiſcopatu Tauritan. in qua habebat facultatẽ trãſferendi, & ideo hanc voluit collocare in caput nepotis Iunioris, cui etiam alia ſua beneficia renunciauit. Ponderatio verò, quæ fit in eo quod datum alicui contemplatione alterius, acquiritur perſonæ cõtemplatæ, vt in leg. ſi filiofamilias la Seconda, & ibi Bartol. de donationibus cauſa mortis, & Baldus in l. cum oportet, nu. 3. Cod. de bonis quæ liberis. Menochius qui alios citat, de præſumptionibus, libr. 3. præſumptio. 28. cum alijs, non obeſt, quia hæc procedunt, quando agitur de perſona in aliena poteſtate conſtituta vti filio, & agitur an ſit computanda inter profectitia, vel aduentitia, vt per Bartol in leg. ſed ſi plures. §. in arrogato. de vulgari, cum alijs, & ideo Baldus in dict. leg. cum oportet. nu. 4. dicit hanc contemplationem ceſſare in filio emancipato, & idem tradit Alciatus de præſumptionibus regul. 1. præſumptione 18. & aliàs Rota in vna Hiſpalen. penſionis, coram D. Robuſterio, 11. Ianuarij 1574. dixit vtilitatem ſpectare ad illum, cuius contemplatione aliquid fit, ſi expreſſe cauetur, vt ad illum ſpectet vtilitas. prout in caſu leg. ſi legatum. quibus modis vſusfructus amittatur, l. ſi quis vſusfructus de vſufructu legato, ibi enim legatarius erat pure grauatus alteri reſtituere, ſecùs vbi de hac vtilitate non eſt facta mẽtio, vel quãdo diſpoſitio conferetur in patrem, vel in dominũ, vel maritum, vel talem perſonam, per quam ex iuris diſpoſitione alteri acquiratur, ſecus in illis per quos de iure alteri non quæritur, toto titulo Inſtitut. Per quas perſonas nobis acquiritur. nec enim poteſt quis nuda voluntate facere vt leges in ſua ordinatione non habeant locum, & ita tollitur exemplum allatum de Ambaſciatore, qui ſibi donata ab eo Principe ad quem eſt miſſus acquirit domino, vt tradit Bartol. in dict. leg. ſed ſi plures. §. in arrogato, quia idem Bart. contrarium tradit in l. ſi verò, §. item quidquid ſoluto matrimonio, & in l. qui procuratorio. §. procurator. de procurator. Abbas in c. poſtulaſtis. de conceſſione præben. Lupus. in repetitione rubricæ, de donationibus inter virũ. §. 45. nu. 6. Alciatus, d. præſump. 18. vbi teſtatur de communi. Tollitur eodem pacto exemplum de eo quod datur a conſanguineis ſponſi ſponſæ, in qua quæſt. licèt multi ſecuti ſint opinionem Bartoli, quod acquiratur marito, tamen multi contrarium cẽſuerunt, quorum opinio eſt probabilior ex rationibus ſupra deductis, & maxime cum alteri, per alterum non acquiratur, niſi in caſibus particularibus, & licèt Bilignettus. deciſ. vnica, de donationi. inter virum. videatur hanc ſententiam ſumere in argumentum & Iaſon. in l. vt libris, nu. 17. C. de collationibus dicat eſſe communem: tamen contrarium tenuit Baldus in lege cum ante C. de donationibus, & conſilio 42. nu. 3. Alciatus d. præſumpt. 18. qui plures allegat, & Decius in dicta leg. vt liberis, dicit hanc eſſe veriorem, & hanc ſecuta videtur Rota in d. deciſ. Hiſpalen. limitando dictam concluſionem contemplationis ad eas perſonas, per quas de iure alteri acquiritur. Quantum ad obſeruantiam, Domini amplexi ſunt reſponſiones datas in priori reſolutione, & vlterius dixerunt, quod ſtante clara probatione, deſumpta ex libro fruſtra agitur, de obſeruantia quam perſonarum, & nepotis qualitas reddunt dubiam, & æquiuocam, & ita concluſum ſtandum eſſe in reſolutis.

## *Quis poſſit penſionem imponere, & an requiratur cauſa. §. 11.*

### SVMMARIA.

*QVæ ſint agenda, num. 273.*

*Papa poteſt imponere penſionem, num. 274. nec in eo requiritur cauſa, aut conſenſus beneficiati, num. 275. Reſolutio Rotæ, num. 276. quamuis aliqui contra num. 277.*

*Papa regulariter non aſſignat penſionem ſine cauſa, & ſine cõſenſu beneficiati, nu. 278. reſolutio Rotæ, nu. 279.*

*Penſio impoſita etiã a Papa, ex falſa cauſa eſt nulla. nu. 280.*

*Legatus poteſt penſionem imponere. num. 281. Scilicet de latere, num. 282. qui poteſt beneficia conferre, & omnia exercere in prouincia, quæ poteſt Epiſcopus, nu. 283. Et ſic circa reſeruationem penſionis eandem authoritatem habet, quam Epiſcopus ex cauſa, num. 284.*

*In beneficijs reſeruatis, vel alias ad eius proniſionem non ſpectantibus, non poteſt eam imponere, nu. 285.*

*Legati miſſi, vel Nuntij non poſſunt reſeruare penſiones, niſi eis ſpecialiter ſit conceſſum, num. 286. vel niſi ſint cum authoritate Legati de Latere, nu. 287.*

*An Nuntij Hiſpaniæ poſſint reſeruare penſionem, nu. 288. & 289. reſoluitur negatiuè.*

*Legati ſimplices miſſi abſque poteſtate Legati de Latere, cum facultate tamen conferendi beneficia, nihil dicendo de reſeruatione*

*bationepensionum, an possint eas reseruare? nu. 290. cum sequen. distinguitur, quod si potestas conferendi daretur Legato separatim, non posset secus, si simul cum ipsa legatione daretur, quia tunc esset ordinaria.*

*Episcopus potest pensiones imponere, num. 295. ex causa, num. 296. Quamuis Granutius teneat non posse pensionem simpliciter imponere, nisi pro bono pacis, & concordiæ, dicens communem, & allegans decretum Pauli IV. & quandam declarationem, S. Congregat. Concilij, quæ non obstant nu. 297. vsque ad 304.*

*Ista potestas Episcopis non est amissa, non ex vsu, vel contrario vsu, quicquid aliqui dicant, a num. 305. ad 310. & quando esset amissa non esset restituta per reg. cancellariæ, de mensibus, num. 307. & 308.*

*Episcopus non posset imponere pensionem super parochiali, non excedente 100. ducatos nu. 311.*

*Ista facultas imponendi pensiones non est sublata Episcopis, per constitutionem Pij V. de confidentijs, contra Flam. Paris. n. 312. 313. & 314. Nec simoniam committit Episcopus cõferens beneficium reseruata pensione, quamuis sibi ipsi reseruare non possit, num. 315. & 316.*

*Vicarius Episcopi non potest constituere pensionem, nisi sit ei specialiter commissum, num. 317.*

*Causas assignandæ pensionis, qui ponunt, num. 318.*

*In constitutione pensionis non requiritur solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ requisita, nu. 319. nec si beneficio vacanti imponeretur pensio requiritur constitutio defensoris ad consentiendum, licèt alias requiratur consensus rectoris beneficij, & contraria sententia procederet in pensione profana, nu. 319. 320 & 321.*

*Pensio imposita sine causa per inferiorem Papa nulla est, nu. 322. maximè si in fraudem Canonis constitueretur incapaci beneficij, vel aliàs num. 323.*

*Præsumitur imposita in fraudem, nisi appareat de causa, num. 324. de qua debet constare, num. 325. nec sufficeret assertio Episcopi, num. 326.*

*Non creditur patri donanti filio, qui testatur merita præcessisse, num. 327.*

*Pensio debet causæ commensurari, vt non excedat, num. 328. alias pensio non esset nulla in totum, sed reducenda, vt donatio remuneratoria excedens merita, num. 329.*

*An pensiones impositæ per Episcopum transeant ad successores in beneficio, num. 330. cum seqq. referuntur diuersæ sententiæ, & resolutur pensionem ex causa concordiæ non transire, alias secus.*

*Inferiores Papa non possunt pensionem imponere intercedente pactione inter partes: Nec coram eis potest fieri reseruatio seu cessio reseruata pensione, num. 340. & 341.*

*Rebuffus contrarium male videtur velle nisi intelligatur de Legato habente specialem facultatem recipiendi resignatio nes cum pensione, num. 342.*

*Non solum a partibus, sed nec a compromissarijs conuentio de pensione reseruanda initium habere debet, sed a superioris authoritate num 343. vbi ponitur dec. Rotæ.*

*In permutatione beneficiorum non potest pensio imponi ab ordinario, ad coæquandum fructus ex pactione partium contra aliquos num 344. cum seqq. nec etiam potest refundi pecunia, num. 347.*

*Reprobatur sententia Vgolini, num. 348.*

*Explicatur decis. Rotæ 519. par. 1. diuers. num. 349.*

*Non potest aliquid dari ratione expensarum, vt a lite beneficij recedatur, num. 350. etiam si fiat authoritate superiorum, si præcedit pactio inter partes. n. 351. & solum potest procedere contraria sententia, vbi iudex ex officio id prouideret, nu. 352. resolutio Rotæ, nu. 353.*

*Probabile videtur, posse Episcopum, seu legatum clerico ægrotante consentiẽte, vt aliàs substituatur, assignata sibi pensione pro alimentis, hoc facere, nu. 354. non tamen poterit is resignare in manibus inferioris Papa, cùm reseruatione pensionis pro alimentis, nu. 355.*

*De transactione, & compositione in spiritualibus remissiue, num. 356.*

*An Episcopus possit imponere pensionem super beneficio iuris patronatus sine consensu patroni, nu. 357. cum seqq. resoluitur, posse, dummodo non transeat ad successores, aliàs non nisi in magnam Ecclesiæ vtilitatem.*

*Licèt Papa possit imponere pensionem, sine consensu patroni, tamen si beneficium est iuris patron. laicorum, ex dotatione & fundatione, pensio est nulla, non facta mentione de eo, num. 361.*

VIso quid sit pensio, opere pretium erit videre, quis possit eam imponere, & an requiratur
273 causa.† Secundo, in qua portione, seu quantitate sit reseruanda. Tertio, quomodo in causis pensionum sit procedendum.

274 Ad primum, certum est Papam eam posse † imponere, cum in beneficijs plenissimam habeat potestatem, c. 2. de præbendis in sexto, & Clem. 1. in fine, vt litè pendente. cum alijs, Gigas de pensio. q. 6. n. 1. & Coras. de benef. 1. par. c. 4. nu. 9.

275 Vnde in eo † non requiritur causa ad imponendam pensionem, Felin. in cap. ad audientiam. 2. de rescript. nu 2. & 4. Decius consil. 436. Gigas d. q. 6. 1 num. 6. & q. 10. Sarnen. in compendio vtriusque signaturæ, vers. & est aduertendum, Rebuffus de pacificis possessoribus, num. 129. aliàs 110. Coras. d. ca. 4. nu. 13. Io. Nicolaus Delphinas de iure patron. libr. 1. nu. 67. & 70. Mandos. de signatura gratiæ. titulo de pensionibus. versic. Papa, absque aliqua causa. Camillus Cautius in tract. de pensione Episcopali, nu. 10. qui habetur 15. tomo, par. 2. tractat. nouorum. Granucius ad Simon. de reseruatio. q. 62. nu. 4. P. Greg. de benef. cap. 29. nu. 2. Marches. de commissionibus, 2. par. c. 4. de commissione appellationis, numer. 42. & Flam. Paris. de resigna. benefi. lib. 6. quæst. 2. nu. 131. & 155. *Post Flam. Leo in Thes. for. Eccles. cap. 22. num. 35. & sequent. Moscosius de maiestat. milit. Ecclesiæ. lib. 1. par. 3. cap. 3. pag. 500. & Piasec. in praxi Episcop. part. 2. c. 5. nu. 15.* qui docent Papam posse pensionem imponere, sine causa, & etiam sine consensu beneficiati, & Caputaquen. decis. 316. p. 2. & Rota in vna Ca-
276 merinen. pensionis. 7. Iunij 1593. Coram † D. Gipsio vbi resoluit. quod Regulæ de non tollendo iure quæsito, non est necessaria de rogatio in declaratorijs. Gabriel de Reg. iuris. concl. 3. nu. 65. nec rursus est necessaria, in impositione pensionis, &c. quia Papa pro libito voluntatis potest pensiones super beneficijs imponere, & transferre. Paris. cons. 60. n. 69. lib. 4. *& in Lucana pensionis 17. Febru. 1597. coram D. Orano adducta per Pacificum de Salu. interd. dec. 103 quæ in nou. Farin. est 689. vbi dicitur, quod Papa ex mera sua liberalitate absque alicuius consensu potest imponere, trãsferre, & prorogare pensiones, &c.* & in Oxomen. pensionis 20. Maij 1598. coram D. Litta supra adducta. n. 248.

277 Et idem tradit Gambarus post Felinum, † de officio legati. lib. 10. nu. 376 Quamuis postea. nu. 386. apertè teneat, quod in foro conscientiæ pensio a Papa constituta sine causa pro aliquo, non profit obtinenti. quod etiam tenent Abbas de concilijs. 2. part.

cap.21. Victoria in relectione de ſimonia.num.50. & 51. Corduba lib.1. quæſt.q.21.pun.2. Arragon, 2.2. quæſt.63.art.2,verſic,de annuis autem penſionibus. Emmanuel Rodriguez in ſumm.2.tom.cap.21. *Poſt vtraque,& Salon ibidem,6.controuerſ.* Vega in ſum.2.p. cap.65,caſu 6. P.Ledeſm. 2.p.ſummæ tract,7. c.1. & trac.12.concl.21.& Theologi Hiſpani communiter. *& Card. Tolet.in ſumma lib.5.c.83.num.1. verſ ſecunda eſt. Leſs.de iuſt.& iur.lib.2. in fi.c.34.nu.204.& Azor. 2.par.lib.8.c.5.q.8. ait peccare Papam, ſi ſine iuſta cauſa penſionem alicui reſeruet, valere tamen ipſam penſionem, quia ſolum facit contra canones & iura.*

Regulariter tamen Papa non aſſignat penſionem
278 † ſine cauſa, & ſine conſenſu beneficiati. Caſſado. deciſ.4.nu.6. de penſio. Gigas q.1.nu.4. & q.6.nu.7. & Marcheſ. d.num.42. & eſt reg. Cancellariæ 44. de conſenſu in reſignationibus & penſionibus.

279 Vnde in vna Reatina penſionis, † de anno 1588. Coram Illuſtriſſimo Pamphilio Rota reſoluit,quod penſio eſt nulla, ſi cauſa narrata non eſt vera; licèt enim Papa poſſit reſeruare penſionem ſine cauſa; tamen in dubio cenſetur motus iuſta cauſa, & quando cauſa expreſſa eſt, indubitatum eſt, illam debere iuſtificari, aliàs eſt nulla.

Et quod péſio impoſita etiam à Papa ex falſa cau-
280 ſa eſt nulla,tradũt Gigas.q.5. †nu.5.Caputaquen. deciſ.298.num.1.p.2. & Rota deciſ.274. in ſuis Miſcell.manuſcriptis,& Flam.Pariſ.lib.6.quæſt.2.num. 77.& alij. *Et Azor.2.par lib.8.cap.5.quæſt.8.ad fin.*

Legatus etiam poteſt penſionem imponere. Re-
281 buffus de pacificis † poſſeſſo. num.120. aliàs 103. Coral.d.c 4.nu.6.& Gambarus lib.9.nu.77.intellige tamen de Legato de latere, Gigas quæſt.6. num.18.
282 Cucchus †in inſtitutio. Canonicis paruis.lib.2.tit. 8.§.ante omn.2, & ibi additio. Zecchus de benef.&
283 penſionibus.c.11.nu 5. qui poteſt beneficia † conferre.cap.1.de officio legati.lib.6.& dicemus infra 5. par.cap.3.& omnia exercere in prouincia,quę poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi. Speculator. tit.de legato. §. nunc oſtendendum. num.54. Cucchus in inſtitutionibus minoribus.lib.2.tit.5.num.83.*Mand.reg.34. q.50.nu.5.& Melchior Gallego de cognat.ſpirit.cap.20.à*
284 *nu.2.* & ſic circa reſeruationem † penſionis eandem authoritatem habet, quam Epiſcopus, intellige etiã ex cauſa, vt de Epiſcopo dicebatur infra. *Quamuis Leo in Th ſaur. for. Eccleſ.cap.22.num.38.dicat, quod legati etiam de latere facultatem penſiones reſeruandi non habent de iure communi, ſed vigore literarum ſpecialium facultatum, quia de iure communi ſolum beneficia conferre poſſunt d.cap.1.de offic. Leg.in 6.*

285 In beneficijs verò reſeruatis † vel quæ alias ad eius prouiſionem non ſpectant, non poteſt penſionem imponere,ſicut non poteſt ea conferre.Gigas nu.19. additio Cucchi, & Zecchus ſupra.

286 Legati autem miſſi, † vel Nuntij, ex quo virtute ſuæ Legationis beneficia conferre non poſſunt,d.c.1. & dicemus d.cap.3.5. partis, ſic nec penſiones reſeruare, niſi hoc eis ſpecialiter ſit conceſſum, Gigas ſu-
287 pra nu.20 & 23. & Cucchus d.§.ante omnia, † vel niſi ſint miſſi à Papa cum authoritate, ſeu poteſtate Legati de latere, vt ait Gigas.d.q.6.nu.19.licèt cogitandum relinquat.

288 Vnde videbatur, † quod Nuntij Apoſtolici in Hiſpania reſidentes, qui cum poteſtate Legati de latere mittuntur à Papa, poſſent in beneficijs 24. ducatorum, quæ ad eorum prouiſionem ſpectãt, reſeruare penſionem ex cauſa,niſi tenuitas valoris obſtaret.

289 Sed nihilominus contrarium exiſtimo, † nã Nuntij Hiſpaniarum non conferunt iſta beneficia authoritate ordinaria, ſed potius delegata,cum detur eis, cum aliquibus reſtrictionibus: nẽpe perſonis idoneis prouidendi, & quod prius eis conſtet fide dignorum teſtimonio non excedere vigintiquatuor, vt in clauſula facultatis infra ponẽda 5.p.c.3.nu.84. ad c.licet in corrigẽdis.de officio ordinarij,& quę ibi notantur, maximè cum detur facultas conferendi beneficia, ẽt reſeruata ratione menſis. ad Rotam deciſ.148. nu.2. lib.2.p.3.diuerſorũ, & Gonçalez gl.24.nu.45.dicentes,quod Legati, vel Nuntij cõferentes,beneficia reſeruata conferunt, vti delegati,non ordinarij, & ſic, cum authoritate extra ordinaria iſta beneficia conferant,non videntur poſſe penſiones imponere,quãtumuis alias mittãtur cũ poteſtate Legati de latere.

290 Sed an Legati ſimplices miſſi abſque † poteſtate Legati de latere, cum facultate tamẽ conferendi beneficia in ſua prouincia. iuxta d.c.1.nihil dicendo de reſeruatione pẽſionum poſſit eas reſeruare, Zecchus
291 d.cap.11.nu.5. tenet ſic; at †Gigas d.q.6.num.21. tenet contrarium, quia licet tunc beneficia conferre poſſint, tamen non conferunt vi legationis, & ex iuriſdictione ordinaria,ſed ex facultate extraordinaria ſibi ſpecialiter attribua, quæ reſtringi debet. *Accedit Azor.d.2.p.lib.8.c.6.quæſt.3.*

292 Sed quamuis hæc ſentẽtia † rectè videatur procedere,quando facultas conferendi daretur Legato ſeparatim, & non ſimul cum ipſa legatione, quia tunc talis facultas eſſet extraordinaria,& delegata,tamen non videtur vera, quando ſimul cum ipſa legatione daretur talis facultas conferendi ſimpliciter: nã tunc
293 ordinaria diceretur † iuriſdictio in omnibus,ex notatis in ſimili de Vicario Epiſcopi infra 5. p. c.8. nu. 41.& in terminis de legato.Gamb.de offic.legati.lib. 9.nu.33.& 37. vbi docet, quod licet Legatus non ſit ordinarius, ſed delegatus in his, quæ competunt ex ſpeciali facultate, ſeu commiſſione, quando ſeorſum committuntur, tamen, cum in literis ſuæ legationis ſimul exprimuntur omnes facultates,& ſub vna conceſſione emanantes ſimul ſtant, & cadunt, c.translato.de conſtitution. & ſic in omnibus cenſetur ordinarius. Hæc Gambar.& ſic conſequenter poſſet reſeruare penſionem,cum poſſet beneficia conferre, ex vi
294 † legationis,& iuriſdictione ordinaria,& aliàs poſſet in ſua prouincia omnia,quæ Epiſcopus in ſua diœceſi,vt notatur in d.c.1.& 2.de officio legati in *6.ibi, in 6.Molin de iuſt.tract.5.diſp.9.num.5.* & faciunt quæ tradit Gambar.lib.1.rubrica quę differentia ſit inter legatos de latere, & alios legatos,& Thomas Sanch. de matrimo.lib.3.diſput.28. ad finem.

295 Rurſus Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus in † ſua diœceſi poteſt penſiones ſuper beneficijs imponere. Felinus in d.c.ad audientiam. nu.2. Caccialupus de penſionibus.quæſt.5.& 13. Paulus Romanus eodem tractat.c.4.nu.1.Gigas q.6.à num.2.Sarnen.in compendio vtriuſque ſignatu æ verſic. & eſt aduertendum. & in reg. de annali. q.2. Rebuffus de pacificis poſſeſſoribus.num.120.aliàs 103.& in repetitione c. extirpandæ.§.qui verò de præbendis, ſexto notabili,circa materiam penſionis, qui rectè ait alium inferiorem Epiſcopo non poſſe penſiones imponere,& Coraſ. d.cap.4. à nu.9. Gambarus de officio legati.

lib.6.

lib.6.nu.77. Duarenus de beneficijs, lib.6. cap. 4. Io. Nicol. Delphinas de iure patro. lib.1.nu. 7. Mandoſ. Reg.33.cancel.quæſt.14.num.11. Guerrero.cap.51. verſic. & Epiſcopus. Cucchus in d.inſtitutio.paruis. lib.2.tit.8.§.ante omnia. Redoanus de ſimonia. 2. p. cap.14.nu. 27.& cap.21.à nu. 26. Camillus Cautius d.tract.de penſione Epiſcopali. Nauarrus conſ.4. de ſimonia. Zecchus d.cap.11. nu. 5. & Vega in ſumma 2.par.c.65.caſu 7.& poſt hæc Gonçalez.gl.5.§.5.à n. 27. *Leod.c.32 à nu.26. Moſconius d.lib.1.p.3.cap.3. pag. 500. Card.Tuſch.concl.269.litera P.& Piaſecius, d. 2. p. c.5.nu.25.& Leſſius d.lib.2.c.34.nu.205.*

296 Qui omnes id intelligunt † ex cauſa iuſta & honeſta, & vtilitatem Eccleſiæ concernente, & Nauarr. ibi ait, quod, cum imponere penſionem beneficio ſit cõtra ius regulare, cap. extirpandæ de præbendis. c. vnico. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. Epiſcopus non poteſt ſine iuſta cauſa facere, nec videretur velle penſionem imponere, niſi id exprimat, & Rota in Milleuitana Canonicatus, *poſita per Farin.deciſ.* 104. de qua infra nu. 314. & in Calaguritana penſionis infra adducta. num. 343.

Quamuis Granutius ad ſimon. de reſeruationibus
297 † q.62.nu.6.& 7. dicens communem, teneat ordinarium non poſſe penſionem ſimpliciter imponere, niſi pro bono pacis, & concordiæ, & in hac communi fuiſſe fundatum Decretum Pauli IIII. de quo per Mandoſ. de ſignatura. tit. de penſio. verſic. hodie tamen ex decreto, vbi ait, quod hodie ex Decreto Pauli IIII. non poteſt penſio ſuper beneficio, de quo alicui per obitum vacante prouideatur, imponi ſine ipſius Papæ expreſſa licentia, & in titulo de confirmatio. verſic. penſionis ab ordinario. ait quod penſioni ab ordinario impoſitæ confirmatio non datur, ſed Papa denuo concedit, vti Alexander VI. in ſignatura ſeruandum eſſe ſtatuit & ratio, inquit, eſt, quia ordinarius non poteſt beneficium diuidere, & penſionẽ, ſeu partem fructuum vni aſſignare, prout Papa, &c. & omnem reſecari difficultatem, ait Granutius ex
298 decreto S. Congregationis concil. † ſub nu. ſibi 476. ibi, nec ordinarius poteſt eam infringere, nec alicui Eccleſiæ penſionem imponere, quod decretum ſimpliciter loquens opinatur ipſe non extendi ad penſionem pro bono pacis, & concordiæ ab ordinario, impoſitam ad tradita per Roland. conſil. 72. nu. 56.
299 & 57. libro 1. & hoc decretum † S. Congregatio- nis, a Granutio allegatum mihi eſt, nu. 295. & ſic ait Vicario Epiſcopi Agrigen. Si reſignatio Eccleſiæ Parochialis vere fuit Romæ expedita, antequam ordinarius reſignantem tit. ac beneficio d. Parochialis priuaret, eadem reſignatio debet ſuum ſortiri effectum, nec ordinarius poteſt eam infringere, nec alicui Eccleſiæ penſionem imponere, & alias habetur inter declarationes ſuper cap. 14. ſeſſ. 25. de reform. vbi tamẽ dicitur, nec aliquam Eccleſiæ penſionem imponere.
300 Sed in primis falſum eſt, † communem eſſe contra d. doctrinam, immo ea eſt communis, vt apparet ex citatis authorib. nec obſtat d. decretum Pauli IIII.
301 quia videtur factum † pro Dataria, ſcilicet ne miniſtri, ſeu officiales Papæ, abſque ipſius expreſſa licentia dictam penſionem imponant. Quod verò dicit
302 Mandoſ. d. titulo de † confirmationibus, in eo eſt, quia ordinarij non poſſunt penſionem imponere abſolute, ſed cum cauſa iuſta, vt dictum eſt: & ita etiam
303 † debent intelligi decretum, & declaratio S. Congregationis, & doctrina Padillæ in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcid. nu. 23. ff. de legatis 2. quem ſequitur Gratia. reg. n. 16. quod Epiſcopus conferens beneficium, non poteſt illud aliqua penſione grauare, vt in c. ſi quis præbendas, 1. q. 1. & c. vnico, §. ſi. vt Eccleſiaſtica beneficia, quibus conuenit lex. 5. tit. 16. p. 1.

304 Sed ad dictam declarationem † S. Congregationis melius reſpondeo, quod tota illa loquitur de parocho concubinario, qui antequam parochiali priuaretur per ordinarium, iuxta decretum Concilij. d. c. 14. eam reſignauit, quæ reſignatio eſt valida, neque eam poteſt ordinarius infringere, nec aliquam Eccleſiæ penſionem imponere, ſic enim legendum videtur ratione concubinatus reſignantis, & pœnæ priuationis fructuum, de qua in d. decreto, quia non tranſit ad reſignatarium, vt alias cenſuit eadem S. Congr. ſuper d.c.14. ibi 3.p. his verbis, pœna hæc non tranſit ad ſucceſſorem in beneficio ſi priuatus reſignat.

305 Aduertendum eſt tamen, † quod Rebuf. in praxi, tit. de reſeruatio. tam generalibus, quam ſpecialibus. ait quod hodie Epiſcopi non conſtituunt penſiones, immo ex non vſu amiſſam eſſe in hoc eorum poteſta-
306 tem per ignorantiam, † refert Camillus Cautius ſupra. Et Lud. Lopez inſtruct. cõſcientiæ. 1. tom. c. 303. poſt Sotũ, de iuſt. & iur. lib. 9. q. 7. art. 2. inquit, quod prout iam receptum eſt vſu Romano ſolus Papa penſionem ponere poteſt, & *Salon. 2.2.q.93.ar.2.controu. 6. ait, quod ex conſuetudine Romanæ curiæ ſolus Papa concedit penſiones; nec aliter valent niſi conceſſæ ab ipſo.* & Cardin. Tol. in ſum. lib. 5. c. 26. in fine, *d. c. 83. in princip. ait, quod diſpenſatio penſionis non pertinet ad vllum Prælatum niſi ad ſolum Papam, quamuis ex iure non conſtet, ſed ex conſuetudine ſola, & cap 92. in fin.* ait quod non eſt prohibitum a iure Epiſcopis imponere penſiones, ob conſuetudinem tamen, & communem ſtilum Romanæ curiæ, ſi quis ſine ſummi Pontificis facultate penſionem haberet ſimoniacus eſſet. & Zecchus d.c. 11. nu. 2. in principio, ait quod vſu iam eſt receptum, vt Epiſcopus nullo caſu propria authoritate poſſit penſionem imponere, & itidem d. nu. 5. ait quod tutius eſt, vt nec Epiſcopus id poſſit, vt ſupra, ſine Papæ licentia, & P. Ledeſ. 2.p. ſum. tract. 12. concl. 20. & 21. ait iure poſitiuo facultatem imponendi penſionem eſſe reſeruatam Summo Pont. vt conſtat ex vſu. *& Suar. de relig. tract. 3. lib. 4. c. 24. nu. 37. & c. 34. nu. 16. & c. 35. nu. 21. & c. 51. nu. 18. ait iuxta ius commune, & praxim, ac ſtilum Curiæ Epiſcopos ordinarie non poſſe penſionem ſuper beneficijs imponere, quia non poſſunt illa diminuere, ſeu diuidere ait tamen d. nu. 3. licere aliquando Epiſcopis imponere penſionem perſonalem in caſibus a iure conceſſis ac declaratis, &c. ſequitur Fr. Raph. de la Torre de relig 2. tom. q. 100. art 4. diſp. 5. circa princ. & art. 5. diſp. 9. 2. dicto, & diſp. 11. ſub verſ. ex hac doctrina, & diſp. 12. verſ. ſed hæſitabit; ac Leſſius d. c. 34. num. 206. ait quoſdam dicere penſionum conſtitutionem per ſtilum Curiæ reſeruari ſummo Pontifici; vnde Ordinarij non poterunt niſi quatenus id eis priuilegio vel conſuetudine eſt conceſſum: nam ſtilus Curiæ ius facit; quod maxime in penſionibus verum eſt, quarum ius vniuerſum fere conſtat ex conſuetudine.*

307 Sed Camillus Cautius in fine, d. tract. ait † quod per reg. cancel. in menſibus. in qua Summi pontifices dant Epiſcopis reſidentibus facultatem liberè diponendi de beneficijs in ſex menſibus vacantibus, videtur aduerſus omnem negligentiam, & conſuetudinem eſſe reſtricta Epiſcopi poteſtas imponendi pẽſiones,

ſiones,ex non vſu,ſeu aliàs amiſſa,ſaltem quo ad Epiſcopos hodie iure ſuo, vti ſcientes, & volentes propter verbum,liberè, poſitum in d.reg.quod (inquit) relaxat omne iuris & facti, & vinculum, & obſtaculum, & denotat, amplißimum poteſtatem etiam imponendi penſiones, iuxta ſenſum, & intellectum c.2. de præbendis lib.6.

308 At hoc nihil valet, † quia verbum (liberè) de quo ibi, ſolum ſignificat, quod poſſint Epiſcopi reſidentes diſponere de beneficijs vacantibus in ſex menſibus alternatis liberè, id eſt, abſque impedimento reſeruationis octo menſium, de qua in principio regul. iuxta ſubiectam materiam, vt per Gonçalez. gl.53. num.24.& 25. Et ideo ſi ex non vſu amiſſa eſſet Epiſcoporum poteſtas imponendi penſiones illud verbum, liberè, de quo in d.reg.non eſſet eis reſtitura, facit lex,ſi quando.C.de inofficioſo teſtamento, & quæ tradit Gambarus in tract.permutationum ſuper c.1.de rerum permutat.in 6.num.10.

309 Exiſtimo verò,contra Rebuf.d.poteſtatem † Epiſcoporum imponendi penſiones, non eſſe amiſſam, ex non vſu, nam per non vſum non tollitur facultas aliquid faciendi. Rochus de Curte in c.fi.de conſuetud.ſect.4. num.77. & videtur tenere Gonçalez. ſup. num.28.

310 Nec eſt contrarius vſus quicquid † dicant Zecchus, & Ledeſmus nec rurſus in contrarium eſt vſus Roman. quicquid dicant Sotus, Ludouic.Lopez, & Toletus ſupra.

311 Et quamuis Zerola in praxi Epiſcopali † 1.p. verbo penſio. & verb. ſimonia. 3.dub. dicat Epiſcopum non poſſe ponere pẽſionem, tamen 2.p. verb.penſio. §.5.ait quod dictum eſt Epiſcopum non poſſe imponere penſionem ſuper beneficio, intelligendum eſſe iuxta formam S. Concil. ſcilicet, vt non poſſit eam imponere ſuper parochiali non excedente ſummam ducatorum centum.ſeſſ.24.c.13.Cæterum Flam. Pa-

312 riſ.de confiden.q.28.nu.120. docet ex conſt. Pij V. ſuper confid.§.& idem.videri Epiſcopis ſublatam facultatem imponendi penſiones ſuper beneficijs, per eos collatis, nam Epiſcopi non ſimpliciter poterant pẽſiones imponere, ſed ex cauſa,& adhibitis quibuſdam modificationibus ſecundum DD. & ad tollendos ſcrupulos, & difficultates,quando eſſet bene reſeruata per Epiſcopum, & ex cauſa ſufficiẽti, bonum fuit eis tollere hanc facultatem. *Et noviſſimè ſequitur Vgolinus de officio Epiſcop.cap.52.§.1.num.7.*

313 Sed hæc ſententia † Flam.Pariſ.eſt falſa, nã d.conſtitut. Pij V. §.itidem. procedit, & loquitur,quando penſio fuiſſet impoſita per Epiſcopum perſonæ ſibi bene viſæ,& poſtea declarandæ,quo caſu eſſet ſimoniaca,& confidentiaria, ex d.conſt.quæ hoc caſu ſolum eſt intelligenda, vt in terminis reſoluit Rota, in

314 vna Melenitana Canonic. 6. Martij 1595. Coram Millino, dicens quod penſio impoſita per Epiſcopũ ad fauorem certæ perſonæ,etiam de conſenſu prouiſi, etiam coram Notario præſtito in forma, non facit prouiſionem ſimoniacam, licèt ſit nulla ipſa penſio, ſi non conſtet de cauſa; ſi autem penſio fuiſſet impoſita per Epiſcopum perſonæ ſibi bene viſæ, & poſtea declarandę,eſſet ſimoniaca & confidentialis ex Bulla Pij V. quo caſu ſolum eſt intelligenda.

315 Ex quo etiam conuincitur, † quod ait Vgolin. de ſimon.tab.1.de ſimon.in genere c.28.§.3.n.6. Nempè ſimoniam cõmitti ſi Epiſcopus, & inferior Summo Pontifice beneficium conferat, reſeruata ſibi, alteriue penſione, tum quod beneficia (inquit) ſimpliciter conferenda ſunt; tum quia ſine diminutione conferri debent. vt in titulo, vt Eccleſiaſtica beneſi-

316 cia, † & canones tranſgredi non licet:quamuis verum ſit, quod ſibi ipſi penſionem reſeruare non poteſt, vt in d.cap.vnico, & ſi eſſet ex pacto eſſet ſimoniaca vt ibi. *Suarez d.tractatu 3. de religione lib.4. cap. 38 num.10.*

317 Vicarius autem † Epiſcopi non poteſt conſtituere penſionem,niſi hoc ſibi fuiſſet ab Epiſcopo ſpecialiter conceſſum, docet Sbrotius, in tract. de Vicario Epiſcopi.l.2. quæſt.71.num.24. cum Betoico.conſil. 18.num.10.volum.1.

318 Et cauſas aſſignandæ penſionis † ponunt Caccialupus de penſio.q.4.Paul.Roman.c.1.Gigas q.1.nu. 4.& q.6.Rebuf.de pacificis poſſeſſoribus.num.125. alias 108. & in repetitione d.c.extirpãdæ. §.qui vero de præb.6.notab.circa materiam penſionis.Couar.d. c.4.nu.12.Gambar.d.l.6.à nu.10c.Ic.Nicol.Delph. d.l.1.de iure patronat.nu.66.& 69.Mandoſ.d.tit.de penſionibus.verſ.cauſæ imponendi penſionem. Burſattus conſ.126. num.90.l.2. Aragon.2.2.quæſt.63. art.2.verſ.ſi quis autem quærat. Emanuel Rodriquez,d.2.tom.c.21. Vega 2.par.cap.65. caſu 6. Petr. Ledeſma.d.2.par.tract.7. cap.1. circa 14. concluſionem,& tractatu 12.concluſ 21.

319 Non tamen † requiritur in conſtitutione penſionis ſolemnitas in alienatione rerum Eccleſiæ requiſita,quamuis id velit Rebuf.in d.repetitione.§.qui vero.d.6. notab.circa materiam penſionis, verſic.circa tertium, quæ ſolemnitas, & verſ.quantum ad ſeptimum; quia id iure non cauetur, & aliud eſt penſio, de qua agimus, aliud alienatio rei Eccleſiæ.

320 Immò quamuis inferior à Papa non poſſit † penſionem imponere ſine conſenſu Rectoris beneficij. Caccialupus q 5. & Gigas q.10.num.1.& 2. tamen ſi beneficio vacanti imponeretur penſio, exiſtimo non requiri, conſtituit eidem defenſorem ad conſentiendum penſioni prædictæ,quamuis id velint Caccialupus, & Gigas ibi, quia iſta non eſt materia alienationis rei Eccleſiæ, ſed ſufficeret illam imponi ex cauſa iuſta, & vtilitatem Eccleſiæ concernente, iuxta ſu-

321 pradicta, & quod dicit Rebuffus † ibi, & Caccialupus,ac Gigas poſt Romanum.conſ.360.nu.2. procederet in penſione profana,& temporali,quę non daretur loco beneficij,& titulo clericali.

322 Et cum in impoſitione penſionis † facta per inferiorem Papa requiratur cauſa, ſi illa deſit, nulla eſt, & invalida. Coraſ.d.c.4.nu.13. Io.Nicol.ſupra num. 70.Sarmen.& alij ſupra relati.nu.295.

323 Maxime ſi in fraudem Canonis conſtitueretur ei, qui non eſt capax beneficij, vel alias. capit.extirpandæ.§.final.de præbendis.cap.audiuimus.de collusione detegenda, vt cum Panormitano tradunt Felin.in d.cap.ad audientiam. 2.nu.21.concluſ.... Caccialup. quæſt.4.Gigas quęſt.5.in principio. Rebuffus,de pacificis poſſeſſo.num.131.alias 113.Coraſ.d.nu.13.& Io. Nic.col ſup.nu.72.

324 Et præſumitur impoſita in fraudem, † niſi appareat de cauſa, vt cum Anchar.& Cardi.in d.§.fin. tradunt Rebuffus,& Coraſius ibi.

325 Debet enim de cauſa conſtare. †Oldra.conſ.226. Felin.d.nu.2.2.concl. Gigas.q.6.nu.2. Rebuf.de pacificis poſſeſſoribus.nu.123.alias 107.& in d.repetitione,

tione.§.qui vero,d.6.nota.verſ.& talis cauſa,alias eſt nulla ipſa penſio,vt d. Mileuitana Canonicatus, de qua ſupra,num.314.

326 Nec ſufficeret aſſertio Epiſcopi † aſſerentis cauſam interueniſſe, vt per citatos, maxime Rebuffum ibi, nam ei non creditur, cum actum liberè facere non poſſit.l.ſi forte,vbi Bartolus,ff.de Caſtrenſi peculio. & in propoſito Coraſ.d. cap. 4. num. 14. & dicemus alias 11.p.c. 4. à nu. 52. Sicut non creditur patri do-

327 nanti filio† qui teſtatur merita præceſſiſſe.gloſſa,& Doctores in l.ſi donatione, C. de collationibus. Coraſ.ibi Tiraq.l.ſi vnquam. C.de reuocandis donationibus,verbo donatione largitus,nu.87. Ant.Gomez. in l.19.Tauri.nu.23.Bernard. Diaz regul.533. & Salcedo ad eundem reg.214.verſ. illud autem. Gratian. reg.88.Io.Gutierez de iuramento confirmatorio.1. par.cap.5.à nu.16.Maſcard.de probationibus concl. 184.cum tribus ſequentibus.Molin.de iuſtit.1. tom. tract.2.diſputatione 244.& Thomas Sanchez de matrimonio,lib.6.diſput.6.num.3.

328 Debet quoque penſio cauſæ commenſurari, † & reſpondere, vt non excedat; ad capitulum relatum, ſecundo,de teſtam.ibi, iuxta ſeruitij meritum conferantur.Oldradus,Felin.& Gigas ſupra, & Rebuffus, num. 125. alias 109. & Coraſ. d. num. 14. & facit, quod in ſimili poſt alios, quos refert, tradit Thomas Sanchez.ſup.nu.6.

329 Alias penſio non eſſet nulla in totum,ſed † reducenda ad debitam quantitatem, vt de donatione remuneratoria excedente merita dicitur. Tiraq. ſupra nu.79. & 80. Palacios Rubios in rubrica de donatio. inter virum,§.32.n.9.& §.50.à nu.26.& in l.17.Tauri,à num.52.Caſtillo in proœmio legum Tauri, verbo,Gratia de Dios.verſ.1.vt valeat.Gratian.reg.150. nu.28. Angulo in l.12.delas meioras.gloſa 1.nũ.19. Ioan.Garcia de donatione remuneratoria, num. 51. & Thomas Sanchez d.num. 62.cum alijs, circa quod, vide dicenda infra.

330 Sed reſtat dubium, † an penſiones impoſitæ per Epiſcopum tranſeant ad ſucceſſores in beneficio, durante vita penſionarij, an verò durent tantum ad vitam beneficiati illi conſentientis.

331 In quo videntur eſſe diuerſæ ſententiæ † prima, ordinarios non poſſe penſiones imponere, quæ tranſeant ad ſucceſſores in beneficio,& ſic durare tantum ad vitam conſentientis,ita Staphileus de literis iuſtitiæ,tit.exceptio ſola plus operatur,&c.num.14.pag. mihi 285.Nauarrus conſ.8.nu.9.de iure patronatus, & conſ.43.nu.4.de ſimonia, & Flam. Pariſ. de confident.quæſt.28.nu.120.Pro qua facit textus in c. niſi eſſent de præbendis,vbi Doctores. *Et Azor.d.2. p. lib. 8.c.6.q.1.ait, Extra omnem controuerſiam eſt, Epiſcopos, & alios locorum ordinarios non poſſe penſiones in beneficijs imponere,quæ tranſeant ad ſucceſſores in beneficio, ſed ſolum poſſe eas imponere perſonis beneficiariorum, quæ non tranſeunt ad ſucceſſores; & quod hoc eſt,quod dicere voluerunt Authores dicentes Epiſcopos poſſe penſiones imponere; & idem ait q.2.in Legato de latere; & lib. 7. cap. 21.q. 7.ait,ordinarius loci non poſſe beneficio penſionẽ imponere.*

332 Secunda ſententia eſt,† penſiones, impoſitas per inferiores Papa, non tranſire ad ſucceſſores, niſi vbi ordinarius eas imponeret cauſa concordiæ, vt à lite recedatur,nam tunc tranſiret ad ſucceſſores in beneficio.ita Sarnen.in reg.de annali.quæſt.2.vbi ſic intelligit quod ait in compendio vtriuſque ſignaturæ, verſ.& eſt aduertendum.Gigas.q.85.n.1.& 11.Mandoſ.in reg.33.q.14.nu. 11. Redoanus de ſimonia.2. p.c.4.num. 14. & c.21.nu.36.Marcheſanus de commiſſio.2.p.c.40.de commiſſione appellationis.nu.41 & 44.Quintanaduennas.lib.2.Eccleſiaſticon.nu.44. & videtur ſentire Hiero.Paulus in practica cancellariæ. verſiculo ſuper beneficio poteſt tranſigi. *Leo in Theſaur.for.Eccleſiaſt.cap.22.nu. 32. & Suarez de relig. tractatu 3.lib.4.cap.51.nu.18.tenet, quod licèt Epiſcopus ordinariè non poſſit penſionem ſuper beneficijs imponere, nihilominus regula illa patitur exceptiones aliquas quando ex iure, vel conſuetudine ſufficienter colliguntur; & vna illarum eſt cauſa tranſactionis ſeu concordiæ; ſequitur Fr. Raphael de la Torre dict. q. 100. art. 5. diſput. 12. verſic. ſed hæſitabit, & cap.24.nu.37.ait Suarez, quod interdum fortaſſe poſſunt Epiſcopi reſeruare penſionem ad vitam renunciantis propter ſenium poſt diuturnum Eccleſiæ ſeruitium,*

333 Tertia ſententia eſt, poſſe Epiſcopos abſolute, † ex cauſa rationabili imponere penſiones ad vitã penſionarij,& quæ tranſeant ad ſucceſſores, licèt non cũ facultate transferendi. ita Caccialupus de penſionibus,q.4.& 5.Gigas q.6.nu.4.Cucchus in d. inſtitut. paruis.lib.2.tit.8.§.ante omnia,& Camillus Cautius d.tract.de penſione Epiſcopali.nu.10. *Tuſch. d. concl. 269.litera P. & videtur tenere Leſſius d.lib.2.c.34.n.205* & Gambarus d.lib.à nu.385.ait iſtam ſententiam veram eſſe in puncto iuris.in iudicando tamen,primam ſequendam,quam dicit communem ibi,& nu.685.

334 At ego ſum in diuerſa ſententia, † nempe quod Epiſcopus ex cauſa concordiæ,& vt à lite recedatur, non poſſit imponere penſionem,quæ tranſeat ad ſucceſſores in beneficio, ſed ſolum duret ad vitam onerati, argumento textus, qui videtur expreſſus in ſua ratione, in d.c.niſi eſſent, ſi enim in caſu illius textus Papa non vult tolerare vt penſio impoſita ex cauſa pacis, & concordiæ tranſeat ad ſucceſſores, ne circa prouentus aliqua videatur facta ſectio, clarum videtur inferiores à Papa, quamuis non ſint iudices delegati, vt ibi,ſed ordinarij, vt Epiſcopus vel Legatus non poſſe ex cauſa concordiæ imponere penſionem, quæ tranſeat ad ſucceſſores.

335 Ex quo ceſſat euaſio† Gambari ſupra nu.402.qui ait penſionem,de qua ibi,non potuiſſe obligare ſucceſſorem non ſimpliciter,ea ratione,quia quaſi videretur facta ſectio beneficij,ſed quia, qui ſic ordinauerunt erant delegati, non habentes in præmiſſis iuriſdictionem ad obligandum ſucceſſores. *Vt etiam ait Suar.d.lib. 4.cap.51.nu.18. & Torre d. diſput. 12. verſ. ſed hæſitabit.*

336 Et id videtur ſenſiſſe Granutius † ad Simonetam, d. quæſt. 62.num.7.& Rota in vna Calaguritana beneficij de Ondategui. 28. Martij 1583. Coram Illuſtriſſimo Lancellotto,& in alia Calaguritana beneficij de Arriola,18.Iunij 1593.Coram D.Gipſio in quibus fuit dictum, quod concordiæ fieri debent dummodo non ſequatur ſectio beneficij,iuxta d.c. niſi eſſent, & quod his potuiſſet dirimi per reſeruationem penſionis,ſub beneplacito Apoſtolico,vt in deciſ.infra adducta Vitim.p.c.4 nu.5.& 6.

337 Et eſt ratio; nam cum tunc agatur de iure † perſonali,non poteſt obligari beneficium, ſeu ſucceſſor, cum de eius vtilitate non agatur, vt inquit Innoc. in d. cap. niſi eſſent,ad fin.

338 Nec obſtat textus in c.de cætero, † & c. veniens de tranſactio, quæ Gambarus ſupra nu. 402. allegat

pro

pro ſua ſententia, quia non loquuntur de penſione, *Decolenſ. de reg. quod etiam Suar. allegat, & Torre dicens expreſſum d. diſp. 12. verſ. ſed hæſitabit, quicquam probat.*

339 Alijs vero ex cauſis† iuſtis, & rationabilibus, quæ euidentem Eccleſiæ vtilitatem importent, poterit Epiſcopus penſionem imponere, quæ tranſeat ad ſucceſſores pro vita penſionarij. Felin. in d. c. ad audientiam. 2. nu. 2. Gigas d. q. 6. & Cucchus vbi ſupra.

340 Aduertendum eſt autem, quod inferiores† Papa non poſſunt imponere penſiones, vbi intereuenit aliqua conuentio inter partes, de ea. d. cap. niſi eſſent, ibi, non quidam ex pactione partium. Rebuf. de pacificis poſſeſ. nu. 122. aliàs 105. & in d. repetitione, §. qui verò. 6. notab. circa materiam pẽſionis, Cucchus d. tit. 8. §. illa quoque, & ibi additio. Redoanus de ſimonia. 2. p. c. 14. in fine, & c. 22. & Camillus Cautius
341 d. tract. num. 5. Et ſic coram eis non poteſt fieri reſignatio, ſeu ceſſio reſeruata penſione, ſicut nec in fauorem, ſecundum allegatos. & Coraſ. 1. p. c. 8. nu. 13. Boerium deciſ. 2. nu. 45. qui dicit, quod ad ſolum Papam ſpectat admittere reſignationem, cum penſione, & Gambarum ſupra nu. 163. & 618. P. Greg. de benef. c. 29. nu. 1. Flam. Pariſ. de reſignatione beneficiorum, l. 7. q. 13. nu. 17. l. 8. & q. 7. ex nu. 11. Vgol. de ſimoni. tab. 1. de ſimo. gratiæ, c. 28. §. 3. num. 1. & 2. *poſt Vgol. & c. 3. §. 4. num. 5. & de offic. Epiſc. c. 14. §. 3. verſ. 2. & c. 50. §. 18. nu. 1. 5. & 6. Leon d. c. 22. nu. 29. In fi. ibi, d. c. 11. nu. 5. Leſſ. lib. 2. c. 35. nu. 91. & Suarez d. lib. 4. cap. 35. nu. 21.* Coſm. Phil. de officio ſacerdotis, 2. p. l. 6. c. 3. & Vega in ſum. 1. p. c. 36. caſu 38. & 2. p. cap. 65. caſu 2. & Zecchum d. c. 11. nu. 5. quicquid ſentiat
342 Gigas,† conſil. 153. ſeu reſponſo 44. de penſio. & quamuis contrarium videatur velle Rebuffus in praxi, titulo de reſignatione conditionali, num. 12. & 13. *quem ſequitur Leſſ. ibi.* niſi intelligatur de legato habente ſpecialem facultatem recipiendi reſignationes, cũ penſione, de qua Flam. Pariſ. d. quæſt. 13. num. 14. & habetur in facultatibus Cardinalis Aldobrandini ad Regnum Poloniæ Legati, poſtea ſanctiſſimi Clementis VIII. in conſtitutione 35. Sixti V. *In fin. & ita intelligit Suar. d. c. 35. nn. 21. exiſtimans id quod ait Rebuf. Legatum Papæ poſſe hanc penſionem imponere pendere ex facto, & commiſſione illi facta: nam quod iure ordinario hoc habet, ſibi non conſtat.*

343 Quinimmo non ſolum† ab ipſis partibus, ſed nec à compromiſſarijs conuentio de penſione reſeruanda initium habere debet, ſed à ſuperioris authoritate, vt fuit reſolutum in vna Calagurritana penſionis, 29. Maij 1595. coram D. Penna, vt in deciſ. ſequenti, pro qua facit cap. 2. de arbitris.

☞ Orta lite anno 1581. inter Io. Baptiſtam de Baſaue, & Io. de Ayo, & Thomam Calleiam, ſuper dimidia portione vacante, in Eccleſia parochiali oppidi de Victoria, ad eam dirimendam, in quoſdam arbitros compromiſerunt, qui paulo poſt de licentia ordinarij, & ſub beneplacito ſedis Apoſtolicæ pronunciauerunt, quod ſi Ioan. de Ayo à Prouiſore Calagurritano dicta portio adiudicaretur, ille loco annuæ penſionis octo tritici fanecas Io. Baptiſtæ quolibet anno perſoluere teneretur. cæterum quia licèt prouiſor Io. de Ayo portionem adiudicaſſet; ille penſione prædictam ſoluere recuſauit, dubitaui an fuiſſet validè reſeruata, ita vt Ioan. teneretur ad illius ſolutionẽ vel conſtituere procuratorem ad conſentiendum illius reſeruationi, vel lis, & cauſa inſtituenda foret in priſtinum ſtatum? Et ſolo Io. Baptiſta qui ſibi penſionem deberi prætendebat, informante, Rota cenſuit penſionem non fuiſſe valide reſeruatam, quia nõ fuit conſtituta ab Epiſcopo, nec de eius conſenſu ex cauſa rationabili, ſicut requiritur in caſibus, de quibus poſſunt Epiſcopi penſionem validè reſeruare, vt fuit deciſum in illa Mileuitana Canonicatus, 6. Martij proxime præteriti, coram D. Mellino, ad Felin. in c. ad audientiam 2. nu. 2. & ſequenti de reſcrip. & Gigant. de penſionibus. q. 6. nu. 2. quia vt amicabilis compoſitio valeat, & partes à vitio ſimoniæ excuſentur, conuentio de penſione reſeruanda à ſuperioris authoritate, non ab ipſis partibus, vel à compromiſſarijs initium habere debet. Anania in c. audiuimus. nu. 3. de colluſione detegenda. Rurſus cum arbitri, ſub conditione Apoſtolici beneplaciti penſionem reſeruauerint, nec fuit valida, nec Ioan. de Ayo ad illius ſolutionem tenebatur ante adimpletam conditionem, nam conditio non purificata nihil ponit ineſſe. l. eius qui in Prouincia, ff. ſi cert. petat. & l. Thais. §. ſtichus. ff. de fideicommiſſ. liber. Ruin. conſ. 181. nu. 2. lib. 1. & ex hoc dicebant aliqui ex Dominis ceſſare difficultatem, & non fore neceſſarium diſputare, an Ordinarius ex bono pacis vni conferendo beneficium, poſſit penſionem alteri reſeruare. Quantum ad ſecundum negatiuè etiam reſponſum fuit, videlicet, non teneri Ioannem Ayo conſtituere procuratorem ad conſentiendum reſeruationi penſionis, tum quia re adhuc integra potuit pœnitere. Creſcen. deciſ. 5. de procuratoribus, tum etiam, quia in compromiſſo non ſe obligauerat ad petendum confirmationem, vel conſtituendum procuratorem ad conſentiendum penſioni, quam compromiſſarij excogitauerant, vnde non conſtringebatur vigore iuramenti. Capella Toloſana, deciſ. 261. Quo ad tertium Rota affirmatiuè reſpondit, Ioannem de Baſaue ad priſtinum ſtatum redire, & de iuribus ſuis experiri poſſe, cum non aliter concordiæ viſus fuerit conſenſiſſe, niſi ſibi fuiſſet penſio validè reſeruata, qua deficiente defuit eius conſenſus, & ceſſio litis non videtur aliter facta.

344 Ex quibus† conuincitur primò dictum Nauarri conſ. 43. de ſimonia. nu. 4. quod in permutatione beneficiorum potuit penſio imponi ab Ordinario, ad coæquandos fructus vtriuſque beneficij permutati in caſu illius conſilij, in quo intereueniebat pactio de ea inter partes, quod etiam tenet Io. Nicol. Delphinas de iure patronatus, lib. 2. q. 18. nu. 161. & videntur tenere Caiet. 2. ſecundæ, q. 100. art. 4. & Valentia 3. to.
345 ſecunda ſecundæ, diſput. 6. q. 16.† punct. 3. *& Leſſ. lib. 2. cap. 34. nn. 205. verſ. 3. & c. 35. nu. 101. & ſeq. (vbi tamen videtur requirere authoritatem Papæ) & nouiſſime tenet Leo d. cap. 22. nn. 27. & Piaſec. in praxi Epiſ. p. 2. c. 5 nu.* 25. cuius contrarium tenet Vgolinus ſupra c. 27. §. 1. nu. 3. Philiarcus d. c. 3. & Conradus in reſpon. caſuum conſcientiæ, q. 42. in additione, pag. 88. & Zecchus d. c. 11. nu. 5. & c. 10. nu. 2. ver. 11. & Ludo. Carbo. de reſtit. q. 60. diſt. 17. qui ait, quod in permutatione, quando beneficia eſſent imparia, liceret per pẽſionis ſolutionem conſtituere æqualitatem, verum, cum permutatio fit authoritate Ordinarij: nõ poteſt conſtitui penſio, aut reſeruatio fructuum, ſine authoritate Papæ, vt habet ſtilus curiæ, &c. *& videtur tenere Azor 2. p. lib. 7. c. 29. quæſt. 15. & nouiſſime tenet Suar. d. tract. 3. de relig. lib. 4. c. 34. num. 16.*

346 Nec pro Nauarro facit textus† in quo fundatur

in c.

in c.ad quæst. de rerum permutat. quem rectè explicant, Couar.lib.1. variarum.cap.5.nu.9. post Adrianum quodlibet.9.ad 5.& Corradus supra. *& Suarez d.num.16.*

347 Nec sauent Nauarro, Anch.cons.279.† & Felin. in cap.quia verisimile.nu.1.de præsumptio. Ex quibus malè etiam ait ipse Nauarrus in Manuali, c.23. num.100.versic.3.quod in permutatione beneficiorum inæqualium potest authoritate superioris refundi pecunia ad illa æquanda quod tenet Ioan. Nicol. Caietanus,& Valentia vbi proxime, *& Lessius, ibid.in fin. & latè Suar. d.cap.34.* Sed contrarium tenet Corradus ibi. Quia expresse loquuntur cessante pacto,& quando ex officio Episcopi imponitur pensio. Gigas quæst.6.nu.3 & Gonçalez, gl.14.num.38.

348 Secundo,conuincitur,quod ait Vgolinus supra† cap.29.§.3.nu.2.posse iudicem pro bono pacis pensionem imponere, & conuentionem probare, etiam si partes inter se conuenissent, modò is apud quem remanet beneficium, ius haberet in eo. *Et quod ait Leo d.cap.22.num.28.posse Episcopum pensionem reseruare pro bono pacis ad extinguendam litem, & c. & quod ait Suarez d.lib.4.cap.51.num.20.posse Episcopum à petitionem partium, & earum conuentione præcedente approbare concordiam, seu translationem super beneficio litigioso cum onere pensionis spiritualis, ideſt, quæ datur clerico vt clerico,&c. & sequitur Torre d.q.100.art.5.disput.12.*

349 Et quod Rota,decis.519.par.1.diuersorum ait† posse ordinarium ex causa litis, & cessionis, pensionem imponere, accipiẽdum est iuxta doctrinam Abbatis in cap.cum pridem. de pactis.num.8. cum alijs per Gigantem,q.6.quam allegat, quando id faceret ex officio vti compromissarius, & non ex conuentione partium, vt in d.c.nisi essent. *Et ita etiam colligitur ex decis. in eadem causa facta vltim. Februarij, 1578. ibi allegata, & posita per Farin.decis.13. vbi dicitur,quod cõcordia fuit tractata per Episcopum,coram quo lis agebatur, ad quam acceptandam pars dedit mandatum, &c.* Et ita etiam accipiendus erit Gonçalez, gl.5.§.5.nu.27.

350 Vnde etiam infertur† doctrinam Collegarij,quã refert & sequitur Hiero. Paulus in practica cancell. versicul.super beneficio potest transigi,& Sarnen.in reg. de annali, q.1. Pechius in reg.beneficium. in 6. num.28.ad principium. & Redoan.de simonia.2.p. cap.2. num.14. & cap.3. num.23. scilicet in beneficialibus licitè aliquid dari ratione expensarum, vt à lite recedatur, & pro concordia, nec esse simoniacum, non esse veram, cap.cum pridem.de pactis. gl. in capit.super hoc de renunciatione. verb.pecuniæ. Abb.in d.cap.nisi essent.num.5. Cosmas in pragmatica sanctione, titul.de annatis. §.1.verbo literarum, Mohedanus decis.vlt. de simonia. alias 332. Philiar. 2.par.lib.6.cap.11.circa finem, Summa Corona, 3. par. tract. de simonia.num.34. Corrad.supra quæst. 43.Pet.Ledesma 2.par.summ.tract.12.circa 28.conclus. pag.1359. etiamsi fiat authoritate superioris,

351 † si præcedit pactio, seu conuentio inter partes, ex dictis & Rebuffus in praxi,titul.de permutatio.num. 47. & tenet P.Greg. de beneficijs. cap.41.num.2. & Zerola in praxi Episcopali, 1.p.verbo simonia. dub. 1.2.3.& facit d.cap.cum pridem. *Et sentit Suarez d.c. 51.num.19.& 21. & Torre d.disput.12.* Et solum pos-

352 set procedere, vbi iudex† in quem fortè partes liberè compromittunt,aut cuius ordinationi, & compositioni partes præstant assensum, ex officio id prouideret, Abb.in d.cap.cum pridem.num.8.& in cap. 2.de transactio.num.5.& 6. & in d.capit.nisi essent. num.8.& 9. Cosmas & Philiar.supra, & Vgolinus,d. cap.29.§.3.num.2. Quamuis postea ibi dicat idem, si partes inter se conuenirent,& deinceps iudex conuentionem probare,vt sentit Nauarrus,consil.46.de simonia. modò is, apud quem remanet beneficium, ius haberet in eo, vt supra num.348. *Et Philiarc. & Suar. & Torre. In fin.& quamuis etiam Torre ibi dicat, quod si conuentio inter litigantes antecedit debet à Prælato reprobari, & habet speciem simoniæ, & ex d.cap.cum pridem: at vero si ipse Prafatus iudicauerit talem pactionem conuenire, poterit suo consensu firmare:nam si conuentio est illicita,& habens speciem simoniæ,non potest à Prælato firmari,seu approbari.* Facit decisio in causa† Ca-

353 ſ laguritana integræ portionis,8.Octobris 1574. coram Illustrissimo Seraphino, in qua fuit resolutum, simoniam puram effici, cum non obstante reseruatione beneplaciti Papæ deuentum est ad executionem conuentionis, Mohedа. decis.167. Cotta 238. Rota 673. lib.3.par.3.diuersо. nec etiam posse transigi respectu boni pacis, cum agitur de iure acquirendo, non autem de acquisito. *Quamuis Rot.in Lucen. Sarsanen. confidentiæ 9.Iun.1600. coram Illustrissimo Pamphilio apud Farin.dec.135.num.4.& 5.dicat cum Sarnen. & Vgol. supra, non induci simoniam ex solutione pecuniæ pro cessione litis, & non iurium ratione expensarum, & vt se à vexatione redimeret,maxime cum transactio fuit facta in præsentia Episcopi sub beneplacito Sedis Apostolicæ,quatenus opus sit.*

*Tertio conuincitur quod nouissimè ait Azor.3.p.lib.12. c.8.quod quamuis simoniacum sit, si litigantes inter se conueniant,vt vnus eorum liti cedens dimittat beneficium,aliqua pensione, siue pecunia recepta; non tamen est simonia, quando compositio fit aliquo dato & accepto authoritate superioris,vel arbitri,in quem compromissum sit, qui ob bonum pacis litem dirimunt,ita vt vnus alteri aliquid det,ex d.c.nisi essent; quod etiam tenet Torre d.quæst.100. art.5. disput.12.nam licet id possit procedere, quando authoritate superioris ea compositio fit iuxta dicta; secus quando authoritate arbitri, vt in dictis decisionibus.*

354 Probabile tamen † videtur, posse Episcopum, seu Legatum clerico ægrotante consentiente, vt alius substituatur ei in totum etiam assignata sibi pensione pro alimentis, quo ad vixerit, hoc facere si ægritudo est perpetua, vt videtur tenere Abbas in capit.tua nos. de clerico ægrotante, quem sequitur Gambar.d.lib.6.num.156. & lib.5. rubrica de coadiutoribus. num.16. quia ista pensio non procedit ex pactione inter substitutum, & ægrotantem, sed ex dispositione iuris, & superioris, & facit quod dicimus infra 11.p.cap.3.num.160.

355 Non tamen videtur posse talem resignare † in manibus inferioris Papa, cum reseruatione pensionis pro alimentis,ex supradictis: quamuis Ferrettus cons.373.ex num.7.posse dicat. *Et videtur tenere Less. d.lib.2.c.34.nu.205.*

Et de transactione, & compositione in spiritualibus, † vide Molinam, 2.tom.de contractib. disput. 356 556. versicul.hoc loco, ex cuius doctrina ibi videtur posse sustineri consil. Nauarri 46. de simonia. *Vide etiam Suarez dicto tractatu 3, de relig. lib.4. cap.51. qui latè.*

357 Sed an Episcopus possit imponere pensionẽ † super beneficio iuris patronatus, sine consensu patro-

ni?

mi? Gigas q.23.tenet quod ſic, quem ſequitur Gambarus, d.lib.6.à nu. 94. & Camillus Cautius in d. tract. de penſione Epiſcopali. & eiuſdem ſententiæ videtur eſſe. Flam. Pariſ. de reſignat. lib.q.4.nu. 14. & *Leſſius d.cap.34.num.207.*

In contrariam tamen ſententiam, ſaltim contradi-
358 cente † Patrono, inclinat Iulius Benignius in reſponſo poſito ante dictum tractatum Camilli Cautij, in quam dicit inclinare ferè omnes aduocatos Romanos, & auditores Rotæ, argumento deciſ. Mohedani 268. quæ in impreſſis eſt ſexta de iure patronatus, & fauet Rebuffus in praxi 3.par. ſignaturæ, n.28. & 48. vbi hoc ponit, tanquam propriù Papæ, & Zecchus. d.c.11.nu.7.verſ. debet, tamen, ait quod quando Epiſcopus penſionem imponit, requiritur conſenſus patroni, & faciunt tradita per Rochum de iure patro. verb. honorificum. q.3.

359 Mihi videtur cum † Sarnen. in d. compendio vtriuſque ſignaturæ, verſ. & eodem modo, quando Epiſcopus, quod poſſit eam imponere, dummodo non tranſeat ad ſucceſſores in beneficio, aliàs non, ſine conſenſu patroni; nam in hoc eſſet conſiderabile præiudicium patroni, propter præſentationem, quæ foret de beneficio grauato, & non libero, & ad hoc conducunt tradita per Rochum d.q. 3. & notata per Io. Andr. & Abbatem nu.5. in c. poſtulaſti de iure patro. Lamber. de iure patro. lib.3. quæſt.4. & 5. nu.7. ita tenet Couarru. practicarum. c.36. nu.10.

Quæ reſolutio videtur poſſe limitari, niſi penſio
360 tranſitoria † ad ſucceſſores imponeretur per Epiſcopum in magnam Eccleſiæ vtilitatem, nam tunc videtur etiam, ſine conſenſu patroni, & eo inuito ſi vocatus nolit conſentire, argumento eius, quod de permutatione beneficij iuris patronatus facta ſine conſenſu patroni, tradimus infra 11.p.c.3.nu.19. & 23.

361 Et licèt † Papa poſſit imponere penſionem ſuper beneficio iuris patronatus ſine cõſenſu patroni, Marchel. d.2.p.c.4. de commiſſione appellationis. nu.57. nam vt fuit reſolutum in vna Columbrien. penſiones. 21. Februarij 1598. Coram Illuſtriſſimo Seraphino, Patroni conſenſus non requiritur in imponenda penſione, tamen ſi beneficium eſt iuris patronatus laicorum, ex dotatione, & fundatione debet mentio fieri in reſeruatione de tali iure patronatus, aliàs penſio eſt ſurreptitia & nulla. Gigas. quæſt. 24. & Couar. d. nu.10. Burſattus conſ.158.nu.38. lib.2. Caputaquen. deciſ.132.p.2. Rota deciſ.2044. lib.3.p.3. diuerſorũ.

*Nu.361. Vaſconcel. lib.4. diuerſ. iur. arg. c.13. quod Papa non ſolet imponere penſionem ſuper beneficio iuris patronatus laicorum ſine ipſorum conſenſu, & per conſequens, nec dare facultatem transferendi; & ſic data ſine conſenſu non valet, ſed eſt ſurreptitia: & Cabed. de patronat. Regiæ coronæ Luſitaniæ c.13.nu.5. Leſſ. d.c.34. nn. 207. Rot. in Lucan. penſionis apud Pacific. de Salu. interd. deciſ.103.nu.5. & nouiſſimè Farin. deciſ.689. & fuit reſolutum in Rom. pẽſionis 4. Iul. 1601. coram D. Pamphilio, ſcilicet, in reformatione penſionis non requiri conſenſum patroni laici, & licèt neceſſaria ſit notitia iuris patronatus in Papa qui difficilius ſolet huiuſmodi beneficia grauare, Gig. d.q.24. De hac tamẽ notitia ſufficienter conſtare ex derogatione iuris patronatus, quæ oſtendit enixam intentionem reſeruandi penſionem, etiã quod beneficium eſſet iuris patronatus, cum quatenus adeſſet, ſi laicorum etiam ex fundatione, vel dotatione, pro medietate, alias in totum deroganit cum clauſula latiſſime extendenda, quæ ad huiuſmodi effectum ſufficit, vt fuit reſolutum in alia Lucana penſionis 4. Nouemb. 1579. coram Rũbeo præſertim ſtante alia clauſula, quod maior, & verior ſpecificatio fieri poſſit, quæ multũ operatur, Caputaq. dec.296. num.8. par.2. & quod ad euitandam ſurreptionem ſufficit, quod Papa in genere potuerit cogitare beneficium eſſe iuris patron. laicorum, Caſſad. dec.1. de priuileg. cum vulg. vt in deciſ.902. nouiſ. Farinac.*

## *In qua portione ſeu quantitate penſio ſit reſeruanda. §. III.*

### SVMMARIA.

*PEnſio conſtituenda eſt in quantitate, & non in quota. num. 362. & ita obſeruat Papa, & habet ſtilus curiæ. n. 363. & ita inferiores Papa non poſſunt eam reſeruare in quota. n. 364. quãuis iure cõmuni inſpecto probabile eſſe poſſet. 365. Moderatam penſionem eſſe oportet. nu. 366. alias ad debitam quantitatem eſt reducenda, nu. 367. quod procedit in ſucceſſore, ſecus in eo, qui penſioni conſentit. nu. 368.*

*In tali penſione per Papam impoſita non poteſt fieri reductio per inferiorem. nu. 369.*

*In quanta quantitate ſit reſeruanda remiſſiuè. nu. 370.*

*Non poteſt dari circa eam certa regula. nu. 371.*

*In parochialibus non excedẽ. 100. ducatos non imponitur penſio, num. 372.*

*Iſti 100. ducati intelliguntur, iuxta valorem ducatorum, in qualibet regione, licèt clauſula dummodo remaneant 100. ducati, pro rectore ſoleat intelligi de ducatis de camera. 373.*

*Si penſio excedit 100. ducatos, penſio ſolet reſeruari pro quantitate excedenti. nu. 374.*

*In penſione ſuper parochiali ſolet apponi clauſula dummodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro rectore, n. 375. quæ aliquando non apponitur, nu. 378.*

*Verbum libere importat, abſque grauamine, & diminutione. num. 376.*

*Reprobatur conſilium Nauarri. 377.*

*Penſio non cenſetur impoſita ſuper incertis, & diſtributionibus, niſi expreſſè dicatur, num. 379. etiam ſi diceretur ſuper redditibus prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis quibuſcunque, num. 380. & ita in materia penſionis Datariæ & cancellariæ intelligit, licèt Rota contra tenuerit, & licèt alias dicta verba comprehendant etiam diſtributiones, à num. 381. ad 387.*

*Intelligitur niſi alundè conſtet per illa verba imponi ſuper diſtributionibus, n. 388. aut niſi eſſet ſtilus in contrariũ. 389.*

*Declarationes S. Cong. pro dicta doctrina. nu. 390.*

*Penſio reſeruata ſuper diſtributionibus poteſt transferri vigore priuilegiorum, dantium facultatem transferendi penſiones reſeruatas ſuper fructibus redditibus, & prouentibus, nu. 391. reſolutio Rotæ, nu. 392.*

*In Epiſcopatibus non excedentibus mille ducatos, non ſolet penſio imponi nu. 393. Si verò excedunt, imponitur penſio reſignanti cum clauſula, dummodo mille remaneant pro Epiſcopo; num. 394.*

*In Epiſcopatibus Hiſpaniæ ſolent reſeruari penſiones, vſque ad tertiam partem, num. 395.*

*Clauſula quæ in eis ponitur, nu. 396.*

*Clauſula, dummodo remaneant centum pro rectore, & mille pro Epiſcopo, intelligitur de tempore gratiæ, & reſeruationis non verò reſpectu annorum futurorum, ſicut clauſula dummodo medietatem fructuum non excedat. nu. 397. 398.*

*Si attento tempore gratiæ remanebant centum rectori, dedu-*
*cta penſione etiam ſi poſtea contingat aliquibus annis non remanere,*

*remaniere, non ideo erit diminuenda pensio, nu. 399.*

*Sed si post reseruationem ita sunt diminuti fructus parochialis, vt rector non possit se sustentare, petì potest reformatio illius. num. 400.*

*Quæ reformatio seu reductio potest fieri per ordinarium, etiamsi pensio esset reseruata per Papam, nu. 401. nisi adsit clausula, quod pensio annullari, reduci, seu minui non possit. 402.*

*Si computatis funeralibus, & ingressu remanet rectori, cõgrua non potest peti reductio. 403.*

*Non est superflua dicta clausula, dummodo remaneant cẽtum, nam quamuis narretur valorem parochialis ascendere ad talem summam, quod etiam deducta pensione remaneant centum pro verificatione sufficit probare d. valorem vel parum minus. nu. 404. vsque ad 408.*

*Non est etiam superflua d. clausula, quia in resignationibus valor narrari solet non per ascensum, sed per non excessum, ad cuius verificationem sufficit verificare non excessum. num. 409. & 410.*

*An si attento tempore reseruationis non remaneant centum rectori, pensio in totum sit nulla, an reducenda. nu. 411. cum seqq. & resolutur pensionem reseruatam resignanti, cum d. clausula, seu dummodo tantam partem non excedat, si excedit esse nullam in totum, pensionem verò sic reseruatam super ben. vacante per obitum, vel alias esse reducendam.*

*Decisionem Rotæ. nu. 424. & 425.*

*Pensio pure, & absolutè reseruata, qua est surreptitia ob malam expressionem valoris beneficij, vel aliàs, est nulla in totum. num. 427.*

*Pensio reseruata cum narratiua, quod tantam partem non excedit, si excedit, est in totum nulla. nu. 428. & 429.*

*Pensio imposita vltra potestatem imponentis est nulla in totũ, quia est actus iurisdictionis saltem voluntariæ, & iurisdictio est inuiuida, & si excedit vitiatur in totum, nu. 430. ex quo posset sustineri sententia Monachi in c. vlt. de pœnitentijs & remiss. in 6. nu. 2. & aliorum, nu. 431.*

*Pensio vltra tertiam partem reseruata à legato habente facultatem illam reseruandi vsque ad tertiam partem est nulla in totum. n. 432. quando constat voluisse eam concedere vltra tertiam, secus si solum reipsa pensio excedebat. nu. 433.*

*An stante quod pensio reseruata resignanti cum d. clausul. est nulla in totum, ille possit redire ad beneficium, & sit restituendum, nu. 434. cum seqq. resolutur negatiuè, nisi quando beneficium resignatum debebat vacare per assecutionem alterius, vel resignans fuit in culpa.*

362 AD secundum in qua †portione seu quantitate sit reseruanda pensio, dicendum est in primis pensionem constituendam esse in quantitate, puta centum aut quinquaginta ducatorum, & non in quota, puta dimidia. 3. aut 4. p. fructuum, quia esset scindere beneficium, quod est prohibitum. c. maioribus de præbendis. ita Io. And. & Anania. nu. 3. in c. audiui mus. de collusione detegenda. Fel. in c. ad audientiã secundo. de rescrip. nu. 2. Caccialupus de pensio. q. 6. Gigas q. 8. Rebuffus de pacificis possessoribus. n. 121. alias 104. Gambarus de officio legati. l. 6. n. 11. Lambert. de iure Patro. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 17. n. 5. Io. Nicol. Delphinas de iure Patro. l. 1. nu. 65. Cucchus in institutionibus parui. l. 2. tit. 8. §. moderatam, & ibi additio, & communiter Doctores.

363 Quod etiam obseruat Papa † & habet stilus curiæ, qui solum cum Cardinalibus admittit reseruationem fructuum ex causa resignationis, quo stante cer-
364 ta est † prædicta sententia, quod inferiores Papa nõ possint reseruare pensiones in quota fructuum, quãuis iure communi inspecto satis probabilis sit sen-
365 tia † Coraſij de benef. 1. p. c. 4. nu. 10. & 11. dicentis eam sententiam nulla ratione confirmari, quia verũ non est ex cõstitutione quotæ diuidi beneficiũ, quod tunc propriè scinditur cum ex vno duo fiunt d. cap. maioribus, & c. vacante. de præbendis, & pensio non est beneficium, & morte pensionarij extinguitur vt dictum est, & quia cum pensionis impositio non nisi ex causa permittatur, vt diximus, nihil puguat, si quidem scindere quoque beneficia ex causa licet, vt in d. c. vacante, & dicemus infra vltima p. c. 4.

366 Secundo dicendum est moderatam † pensionem esse oportere ita vt tantum remaneat rectori, vt commodè valeat sustentari. Abbas in c. conquerente, de clericis non residentibus. Felin. in d. c. ad audientiam, nu. 2. Caccial. q. 7. Gigas. q. 4. nu. 1. & 5. nu. 2. & 9. n. 1. Rebuff. de pacif. possess. nu. 134. alias 116. vt in praxi tit. de reseruationibus, n. 19. Coras. d. c. 4. n. 7. Io. Nic. Delphinas supra n. 71. & Cucchus d. §. moderatam.

367 Alias ad debitam quantitatem † reducenda est. Hiero. Paulus in pract. cancellariæ in notabilibus super pension. vers. pensio. immoderata. Gigas. q. 35. nu. 4. Rebuff. in repet. c. extirpandæ. §. qui verò. 6. nota. cap. 6. circa materiam pensionis vers. quantum ad septimum. Coras. & Io. Nicol. ibi, & Gambarus d. lib. 6. à nu. 111. & 699. & 701.

Quod tamen videtur, solum procedere in succes-
368 re beneficij, secus in eo † qui pensioni consensit, sibi enim præiudicauit consentiendo impositioni pensionis excessiuæ, ad l. 1. §. vsque adeo, ff. de iniurijs, & l. nemo. 38. & 76. ff. de Regulis iuris, & Reg. quod semel, & Regula scienti lib. 6. Staphileus de literis iustitiæ. tit. de commissione super reductione pensionis. nu. 3. & Mandos. de signatura gratiæ. tit. de pensioni. vers. aduertendum etiam est, & vide d. infra à nu. 400

369 Et in tali pensione per Papam † imposita non potest fieri reductio, per ordinarium, seu legatum, vel alium iudicem, nisi ex speciali rescripto Gambar. ibi. nu. 708. circa quantitatem autem pensionis nempe,
370 in quanta † quantitate sit reseruanda, vide Staphileum ibi. nu. 6. Gigan. d. q. 9. nu. 2. & Robuffum, d. tit. de reseruationi. à nu. 13. Coras. d. c. 4. nu. 8. Mandos. d. tit. de pensio. ex vers. super parochiali. & Flam. Paris. de resigna. benef. l. 6. q. 2. ex nu. 21. & 29. & *Piaster. in praxi Epis. p. 2. cap. 5. nu. 25.*

371 Ego tamen aduerto, circa † quantitatem pensionis non posse dari certam regulam in beneficijs non curatis; nã quãuis Flam. Paris. d. q. 2. n. 26. dicat, quod in beneficijs simplicibus, hodie de stilo datur regulariter vsque ad medietatem, prout aliquando fieri videmus, cum narratiua, seu clausula: Quæ vt asseris dimidiã partem fructuũ non excedit: Seu cum clausula, Dummodo dimidiã partẽ fructuũ non excedat. Tamen sæpe etiã videmus dari etiã vltra medietatẽ, & constitui super certis, & incertis nẽpe pede Altari, ex causa resignationis, in parochialibus autem si valor
372 † non excedit centum ducatos, non imponitur pensio, iuxta decretũ. Cõcilij Triden. sess. 24. de reformatione. c. 13. & ita seruatur vt etiã ait Fla. d. q. 2. nu. 21.

373 Qui centũ ducati intelliguntur, inquit Zecchus † in tractatu de republica Ecclesiastica. c. 28. de Parocho. nu. 4. & in tract. de benef. & pensio. c. 11. num. 6. iuxta valorem ducatorum in qualibet regione, vt cõgregatio sacra respondit, quod comprobatur ex Sarnen. in regula de valor. q. 9. verfic. sequitur in textu

aut

gnt ducatos ad finem, & ex conſ.Gigan.158. de quo infra.5.p.c.3.num.151. licèt clauſula, dummodo remaneant 100.ducati pro rectore,de qua infra, ſoleat intelligi de ducatis de camera,ex quo fructus narrãtur in ducatis de camera, & illa clauſula de ducatis ſimilibus. *Aliàs ſi ſimpliciter & abſolute diceretur,dummodo remaneant centum ducati pro Rectore,valor eorũ intelligeretur iuxta morem cuiuſq; regionis, ex d. S.Congreg. declaratione 30.Mar.1594. his verbis Congreg. Conc.cenſuit,valorem centũ ducatorũ,qui ex decreto c.13 ſeſſ.24.de refor.debẽt remanere Rectori parochialis Eccleſiæ,quæ penſione grauatur, eſſe intelligẽdũ iuxta morẽ cuiuſq; regionis.*

374 Si verò parochialis fructus † excedunt valorem centum ducatorum,penſio regulariter ſolet reſeruari reſignanti,pro quantitate excedente. d.ſummam. Flam.Pariſ.ſupra nu.24.

375 Et in penſione,quæ cõſtituitur † ſuper parochiali, ſolet apponi clauſula,dummodo remaneant centũ ducati annuatim liberi pro Rectore, quod verbum.

376 † liberi, importat id eſt abſque vllo grauamine, & diminutione. Rota deciſ.298.p.1.diuerſorum. facit ſequens declaratio Congregationis ſuper. d.cap.13. Quando Parocho reſeruatur aliqua portio ſuper fructibus Parochiæ alteri reſeruatis,libera debet eſſet ab omnibus oneribus portio prædicta Parocho reſeruata. *Leo in Theſ.for. Eccl.cap.22.nu.13.& c.31.num.56.*

377 Vnde cõuincitur conſilium † Nauarri quintũ de ver.ſig.alias 46.de præb.qđ ſequitur Zecchus. d.n.4. Quæ tñ clauſula dummodo remaneant centũ, &c.

378 Aliquando etiam † apponitur quando penſio reſeruatur ſuper fructibus & incertis ac pede altaris.

379 Sed non cẽſetur penſio impoſita † ſuper incertis, ac pede altaris, ſeu diſtributionibus,niſi expreſsè dicatur, & tũc reſoluitur cõpoſitio ducati pro ducato, ad Mandoſ.d.tit.de penſio.verſ.pẽſiones. *Alex.Mon. de diſtrib.p.3.q.8.n.1.10.& 11.Leon d.c.22.n.29.& 54.*

380 Etiãſi diceretur,ſuper redditibus, † prouẽtibus,iuribus,obuentionibus,& emolumentis vniuerſis,Emman.Rodrig.quæſtionum regulariũ.to.3.q.74.ar.4. quãuis in vna Auguſtana præpoſituræ. 13.Ian.1559.

381 † corã D.Radi. fuit reſolutũ quod. Verba illa iuribus, & obuẽtionibus vniuerſis poſita in ſupplicatione penſionis cõprehendunt oẽs redditus cuiuſcunq; qualitatis ſint. Abb.in c.ad audiẽtiã.primo de eccleſ. ædificãdis.nu.15.Balbus in c.1.nu.15.de capitaneo. qui curiã vendidit in feudis.neq; eſt contrariũ quod aliter exprimantur fructus quo ad impetrationẽ, & aliter quo ad reſeruationẽ pẽſionis, Sarnen.de valore.q.8.n.3.Moheda.dec.120.vt videmus i Canonicatibus,&c. & tradit Flam.Pariſ.d.l.6.q.2.n.33. & 34. Et *Alex.Moneta d.par.3.q.8.num.13. dicentes, ex dictis verbis penſionem cenſeri impoſitam ſuper maſſa, groſſa, & fructibus, qui diuiduntur inter eos, qui interſunt certis temporibus, ſeu reſidentibus.*

☞ Eſt in vna Toletana penſionis coram D.Rubeis

382 Anno.1565. quòd: † Appellatione verborum, ſuper redditibus,prouẽtibus,iuribus, & obuẽtionibus vniuerſis, veniunt etiam quotidianæ diſtributiones.

383 Quod etiã, fuit dictum † in cauſa Toletana patrochialis de Maiarambroz. 29. Aprił. 1592. coram D. Penia.& ſic In Mãdato ad reſignandũ, reſeruata penſione ſuper fructibus,redditibus, prouẽtibus iurib.& obuẽtionibus vniuerſis, iſtorũ verborũ tã generaliũ appellatione, venire quotidianas diſtributiones,& incerta,&c. *Et i Burg.ſeruitij* 15.*Dec.*1603.*corã D.Coccino.*

384 Sed quamuis Rota ita tenuerit, & verum ſit d. † verba comprehendere omnes redditus cuiuſcunque qualitatis ſint, & ſic etiam diſtributiones,& incerta, vt per Abbatem, & Baldum citatos in d. Auguſtana Boerium Dec.224.nu.5.& 6.Io.Gutierrez conſ.8.à nu.4.& Mandoſ.conſ.15.nu.7. qui videntur ſentire, q verba, quibuſcunque alijs redditibus, diſtributiones quotidianas comprehendunt. *Et ita ex Mand.ait Gratian.diſcept.forenſ. cap.166.nn.26.* Quamuis Ripa

385 reſpõſo.lib.1.c.5.nu.2. & Probus † ad Monachum in c.1.de clericis non reſidentibus in 6.nu.52.dicant, quod appellatione fructuum & obuentionũ,non cõtinentur diſtributiones quotidianæ,*quos ſequitur Molin.de appell.de verb.ſign.nn.810.& 943. & Alex.Monet.de diſtrib.p.1.q.7.& 3.concl. & q.14.nn.22.& p.3. q.9.nn.12. qui tamen d.q.7.4.concl. & d.q.14.nn.22. ait quod nomine emolumentorum beneficij, ſeu Prebendæ propriè continentur, ſed certe ita generale videtur nomen obuentionum.* & Nauar.conſ.13.nu.1.de clericis non reſidentibus,quod ſub verbis fructus,redditus,prouẽtus,iura,emolumenta, Canonicatus,nõ comprehenduntur anniuerſaria & manualia miſſarum,& eleemoſynarum, *quem ſequitur Alex.Monet.d.q.14.nn.22.* &

386 *de decim. cap.9.nn.85.* tamen in materia penſionis † quæ poteſt per Papam reſeruari ſuper diſtributionibus quotidianis, quæ deſeruientibus dantur pro labore, *Alex.Monet.d.p.3.de diſtrib.q.8.nn.9.* quicquid dicat Gigas conſ.144.ſeu reſponſo.35.de penſio.Da-

387 taria, † & cancellaria per illa verba non intelligit diſtributiones,& incerta, vt intellexi Romæ à quodã Notario Cancell. & conſtat, quia tunc non ſoluitur compoſitio ducati per ducatum, & ita quando vult imponere penſionem, etiam ſuper diſtributionibus, poſt illa verba additur, nec nõ diſtributionibus quotidianis. *Alex.Monet.d.q.8.nn.11.* niſi aliunde contra-

388 riumconſtet, vt quia imponeretur † penſio ſuper Canonicatu,cuius fructus narraretur in 24.tũc enim Papa cẽſeretur illam imponere ſuper illius diſtributionibus maxime Groſſa iuxta ſubiectam materiam, maxime in canonicatibus Hiſpaniæ. *Vaſconcel.diuerſ. iur.arg.lib.2.c.14.nn.31.& Gratian.diſcept. for.c.166. num.27.* aut niſi eſſet ſtilus in contrarium, quod non

389 † eſſet ſolitum fieri mẽtionem de diſtributionibus, vt de tempore Leonis X. ait Achilles Dec.8.de penſ. ſeu.420.& de tempore Clemen.VII.Cæſar de Graſſis Deciſ.116.53.& 54.& 1.p.diuerſ.Deciſ.330.& 331. *Sequitur Alex.Monet.d.q.8.num.1.& 6.*

☞ Et pro prædicta doctrina faciunt ſequentes decla-

390 rationes † S.Congregationis Concilij. *Prima, quam affert Alex. Monet.d.num.11. dicens eſſe factam in vna Mediolan.* Tarraconen. ne diſtributiones quotidianæ deteriores fiant penſione grauari non poſſunt, Niſi expreſſis verbis á ſummo Pontifice concedatur.2.ſuper. cap.3. ſeſſ.21. de Reform. antequam iſta detractio fiat, deducendæ prius ſunt penſiones, & onera legitimè impoſita, quandiu illa duraverint, ſed de nouo impoſitæ non comprehendunt iſtam tertiam partem.

Penſio tamen reſeruata etiam ſuper diſtributioni-

391 bus † quotidianis bene poterit transferri vigore priuilegiorum dantium facultatem transferendi pẽſiones reſeruatas ſuper fructibus,redditibus,aut prouẽtibus Eccleſiaſticis, maximè cum dictione vniuer-

☞ ſali, vt in vna Toletana penſionis 5. Nouem.1565.

392 coram D. Rubeis in qua fuit reſolutũ † quod Pẽſio

reſeruata

reſeruata ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis, & diſtributionibus, quotidianis Canonicatus, continuo inſeruientibus reſidentibus, & intereſſentibus dari ſolitis, tranſferri poteſt vigore priuilegiorum militũ S. Petri, quibus priuilegijs datur facultas transferẽdi pẽſiones reſeruatas ſuper quibuſuis prouentibus Eccleſiaſticis quamuis non dicant ſuper fructibus, qui lucrantur reſidendo, nec diſtributionibus quotidianis, quia quãuis in priuilegis fiat ſtricta interpretatio, tamẽ à verbis priuilegij nõ eſt recedendũ. vt per Iaſon. in l. fi. n. 33. ff. de conſtit. principũ, verba sũt ampliſſima in caſu iſto, ibi quaſcũq. penſiones ſuper quibuſuis prouẽtibus Eccleſiaſticis. Secũdò fundatur in extrauag. prima de decimis verſ. & quia non occurrit nobis. cuius ratio eſt generalis, & vniformis, licèt diſpoſitio forſitam eſſet particularis. Non obſtant allegata in cõtrariũ, quia eſt cõſiderandũ, q aut loquimur de prouentibus Eccleſiaſticis reſpectu beneficij, vt in c. licet de præbendis in c. olim de verborum ſignificatione, in iſto caſu procedunt allegata in contrarium; tunc enim non veniunt diſtributiones quotidianæ, quæ non ſunt prouentus Eccleſiaſtici iſtius, vel illius beneficij, quia acquiruntur ex labore, & intereſſentia in diuinis, vt in cap. 1. de clericis non reſiden. in 6. aut loquimur ſimpliciter de prouentibus Eccleſiaſticis. & tunc veniunt diſtributiones quotidianæ, quæ quærũtur ex re Eccleſiaſtica; à fortiori igitur hoc eſt dicendum in iſto priuilegio, in quo ſunt illa verba in quibuſuis prouentibus. *Pro quare ſolutione conducunt tradita per Alex. Monet. d. c. 9. de decim. à n. 77. & de diſtrib. p. 1. q. 7. n. 10. & p. 3. q. 9. à nu. 10. & 15.*

393 Similiter in Epiſcopatibus, quorum fructus † non excedunt valorem mille ducatorum, non ſolet penſio imponi ex decreto Conc. d. c. 13. quod eſt in viridi obſeruantia, vt teſtatur Fla. Pariſ. d. q. 2. nu. 34. ſi vero ex
394 cedunt dictam ſummam † imponitur penſio reſignanti ſuper fructibus menſæ, & apponitur clauſula, dummodo mille remaneant pro Epiſcopo.

Sed in Epiſcopatibus Hiſpaniæ, qui ſunt opulenti,
395 † ſolent ad inſtantiam Regis imponi penſiones vſque ad tertiam partem, Flam. Pariſ. ſupra num. 39. di-
396 cendo ſic, &c. Quorum, † tertiam partem omnes pẽſiones huiuſmodi, ſeu tam antiquæ quã modernæ pẽſiones huiuſmodi in ſimul, vt accepimus, non excedũt. *imo verò vſque ad 4. per totum.* Et cum derogatione expreſſa Lateranen. Concilij nouiſſimi, pẽſiones annuas ſuper fructibus menſarũ Epiſcopalium niſi exceſſionis, aut alia probabili cauſa reſeruari prohibentis.

In quo ſe offert dubium, de quot pe debeat intelli-
397 gi d. clauſula † dũmodo remaneãt centũ pro Rectore, & mille pro Epiſcopo, an de tempore gratiæ, & reſeruationis, an verò etiam reſpectu annorũ futurorũ
398 In quo breuiter dico, debere † intelligi de tempore gratiæ, & reſeruationis tantum, ſicut clauſula dummodo medietatẽ fructuũ non excedat, vt in Monopolitana penſionis infra adducta, n. 425. & in Mileuitana, de qua infra, nu. 463. & in terminis clauſulæ in Oppiden. infra adducta, n. 474. nam valor debet probari de tempore gratiæ. Felin. in c. ad aures, n. 17. ſecunda limitatione de reſcrip. Sarnen. regula de Valore. q. fi. Caputaquen. Deciſ. 330. par. 3. & Cæſar de Graſſis Dec. 97. nu. 3. Saluſt. Tiberius in practica auditoris cameræ l. 3. c. 1. nu. 11. facit Deciſ. 1160. nu. 9. lib. 3. p. 3. diuerſ. & facit, quod illa eſt conditio, quam Papa apponit gratiæ penſionis certæ quantitatis; quæ non debet eſſe in ſuſpenſo, nec variari ſecundum annos futuros, & ita videtur tenere Nau. conſ. 13. de reſcrip.

Vnde ſi attento tempore gratiæ deducta penſio-
399 ne † remanebant centum liberi pro Rectore, etiam ſi poſtea contingat aliquibus annis non remanere, d. centum Rectori, non ideo erit diminuenda penſio, nec poterit Rector opponere penſionario quod relinquatei centum ducatos ex fructibus Parochialis, quãuis communiter cõtrarium exiſtimetur in his partib. *Et quamuis in vna Zamor. executionis decim. 2. Maij 1591 coram D. Seraph. dicatur per viam ſimilis, Quod clauſula, quod remaneant centũ pro Rectore ſolita apponi in penſionibus non ſolũ eſt verificanda de tempore gratiæ, ſed etiam requiritur, quòd continuo duret, ad hoc vt penſio ſuſtineatur, alioqui ex penſione venit ſupplendum quòd Rectori deeſt.*

400 Si tamen poſt reſeruationem penſionis ita ſunt † diminuti fructus Parochialis vt Rector non poſſit ſe, & onera incumbentia ſuſtentare ſoluendo penſionẽ, tunc peti poteſt illam reformari, & reduci ad conuenientem quantitatem, Roman. conſil. 369. vbi Hora. Mandoſ. litera I. Staphileus de literis iuſtitiæ, tit. de commiſſione ſuper reductione penſionis. à num. 7. Gigas de penſio. q. 5. num. 4. & quæſt. 35. num. 5. & conſ. 147. ſeu reſponſo 38. de penſio. Rebuffus de pacificis poſſeſſo. numer. 134. & 141. alias 116. & 123. Gambarus l. 6. d num. 699. Mandoſ. d. tit. de penſionibus. verſic. penſio, quod annullari, & verſic. ego clauſulæ. Flam. Pariſ. lib. 6. quæſt. 2. nu. 143. & Flores quæſt. 14.

Quæ reformatio ſeu reductio videtur poſſe fieri
401 per ordinarium † ſine ſpeciali reſcripto, & commiſſione Papæ, etiamſi penſio eſſet reſeruata per Papam quia reſeruatio videtur intelligenda rebus ſic ſtantibus, ad Dec. conſil. 335. Aimon. conſ. 65. num. 4. Tiraquell. in l. ſi vnquam, de reuocan. donatio. in principio, à nu. 166. ſeu 161. Io. Guttierrez de iuramento confirmatorio, 1. par. c. 71. num. 6. (& quod dictum eſt ſupra, nu. 369. eſt quando à principio fuit penſio
402 exceſſiua reſeruata per Papam) niſi adſit † clauſula in ſupplicatione quod penſio annullari, reduci, ſeu minui non poſſit, nam tunc requiritur ſpecialis commiſſio Papæ, quæ tamen ſolet dari præſertim ſucceſſori. Staphil. ibi & Gigas d. conſ. 147.

403 Exiſtimo vero, quod ſi computatis † funeralibus & ingreſſu, remanet rectori congrua, non poterit petere reductionem, argumento conſtitutionis 46. Pij V. ſuper congrua vicarijs aſſignanda, non obſtante quod tempore reſeruationis debent centum remanere Rectori in fructibus Parochialis; nam turpius eijcitur, &c. *Et vide dicta infra nu. 520. & peculiariter nu. 525. & iuxta prædicta eſt accipiendum quod tradit Zanall. lib. 4. q. 1. ſeu 897. à nu. 513. ad 522.*

404 Sed facit difficultatem † quod ſi prædicta clauſula dummodo remaneant centum pro Rectore, debet intelligi de tempore gratiæ, & reſeruationis tantum, illa videtur ſuperfluè poſita in data-ria, cum ſecundum valorem Parochialis narratum, qui debet verificari, vt infra dicemus, appareat deducta penſione remanere centum Rectori.

405 Reſponderi tamen poteſt † quod quamuis narretur valorem Parochialis aſcendere ad talem ſummã, quod etiam deducta penſione ſecundum eam remaneant centum pro Rectore, & is debeat plenè pro-

bari, tamen pro verificatione ſuffi cit probare dictum valorem, vel parum minus, cum difficulter poſſit certus valor aſſignari, vt fuit reſolutum in vna Burgen.
406 penſionis 4. Nouemb. 1585. coram D. † Gipſio, in
ſ qua cum fuiſſet narratum fructus Canonicatus aſcẽdere ad 450. ducatos de camera, & appareret aſcendere tantũ ad 438. nihilominus, ad effectũ excuſandi oratorem à ſurreptione, fuit dictum ſatis conſtare de veritate narratiuæ, maximè quia modica, & non doloſa videbatur ſurreptio, quæ non retraxiſſet Papam etiam quod ſibi expreſſum fuiſſet, & propterea gra-
407 tiam vitiare non debebat, quamuis † non ſit facienda ſexæ partis deductio, quam Domini aliquando ad ſatisfaciendũ regulæ de valore admittere ſolent, vt fuit dictum in cauſa Burgenſi 17. Iunij eiuſdem anni coram eodem, vnde, cum non ſit neceſſe punctua-
408 liter, † & ad vnguem probare valorem narratum, non erit ſuperflua dicta clauſula, dũmodo remaneant centum liberi pro Rectore, per quam declarat Papa velle remanere Rectori centum ducatos integros, & liberos, quamuis Nauarr. d. conſ. 13. de reſcript. nu. 2 dicat, quod Modicus defectus non noceret.

409 Præterea in ſupplicationibus † reſignationum cũ penſione valor narrari ſolet, non per aſcenſum affirmatiuè, ſed per non exceſſum dicendo: Cuius fructus ducentorum ducatorum ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt. Et ſic ſuper penſione in reſignatione reſeruata expediuntur literæ ſine expreſſione valoris, cũ dicta clauſula, quæ ita non eſt ſuperflua, cum ad verificationem valoris
410 ſic narrati, ſufficiat † verificare non exceſſum, nec ſit neceſſe aſcenſum probare Fel. in d. c. ad aures. de reſcript. nu. 13. vetſ. conſidera. 1. Mandoſ. regula 22. q. 5. nu. 2. & 3. Rota in Lunen. Sarzanen. penſionis de anno 1593. de qua infra, nu. 65. & in Rauennaten. pẽſionis de anno 1597. de qua infra nu. 477. & in Aretina penſionis de anno 1600. infra adducta, nu. 466.

411 Secundo ſe offert dubium, an, ſi † attento tempore reſeruationis non remanent centũ Rectori, penſio in totum ſit nulla, an verò ſit reducenda, & debeatur pro eà parte qua remaneant centum Rectori.

412 Et videtur quod in totũ † ſit nulla. primò nã deficiente conditione, totus actus corruit, ad tradita per Flam. Pariſ. de reſigna. benef. l. 1. q. 1. à nu. 27. & illa dictio dũmodo, importat conditionẽ, cũ ſit appoſita in
413 ipſa reſeruatione penſionis † vt in Paduana penſionis 28. Iunij 1581. infra adducta. & in d. Lunẽ. Sarza-
414 nẽ. de qua d. n. & confirmatur, nã illa conditio † apponitur toti reſeruationi pẽſionis, & cõditio inducit formã, cuius defectus vitiat actũ. Fel. in c. cum dilecta n. 6. de reſcrip. Rota dec. 1160. n. 3 l. 3. p. .... diuerſorũ.

415 Secundò quia vt fuit reſolutum † in vna Cæſarauguſtana corã D. Grato conſtitutio penſionis ducentorum ducatorum ſi eſt nulla in vno obolo, tota cor-
416 ruit: Rota deciſ. 616. nu. 5. par. .... diuerſorum. † Et in ſimili clauſula, & conditione dummodò penſio medietatem non excedat, quod ſi excedit in totum ſit nulla, tenet Mandoſ. d. tit. de penſio. verſic. clauſula dummodo. & Flam. Pariſ. d. l. 6. q. 2. num. 58. & citant Gigantem q. 9. nu. 3. & q. 35. nu. 2. & in terminis clauſulæ, dummodo remaneant quinquaginta liberi, quod ſi non remanent deductis oneribus ordinarijs penſio ſit nulla. tenuit Rota in vna Romana penſionis, de anno 1576. dec. 928. p. 1. diuerſorum.

417 In contrarium tamen facit quod illa clauſula † & conditio, dummodo remaneant centum, videtur intelligenda quatenus remaneant centum, ideſt pro ea parte, qua remaneant centum pro Rectorẽ. nam cum huiuſmodi clauſulæ, & cõditiones poſſint apponi, vel ad annullandam reformationẽ, vel ad illam limitandã & modificandã, videtur hæc interpretatio capienda pro actus validitate, ad l. quoties, ff. de rebus dubijs, & de verb. oblig. adeſt. n. conſenſus Papæ qui reſeruã
418 do maiorẽ penſionem multo magis videtur † voluiſſe reſeruare minorẽ, & ita in terminis videtur tenere Nauar. d. cõſ. 13. de reſcript. & in ſimili clauſula, dummodo medietatẽ nõ excedat, Staphil. d. tit. de commiſſione, ſuper reductione penſionis, n. 5. vbi ait, qđ penſio impoſita, dũmodo medietatẽ non excedat, eſſet reducẽda, ſi medietatẽ excederet, & reformationi ſub-
419 iaceret, & Rota aliàs reſoluit † quod dato mãdato ad conſentiendũ reſeruationi penſionis 50. ducatorũ, dummodò medietatẽ fructuũ non excederet, illa reſeruata eſſet valida quatenus poſſet, id eſt, quatenꝰ medietatẽ fructuũ nõ excederet, & ad eũ modũ eſſet reducenda, quo medietatẽ fructuũ non excederet, vt in d. dec. 1161. Antonij Auguſtini. l. 3. p. 3. diuerſorũ.

420 Et aliàs in vna Tiburtina penſionis † fuit reſolutum, quod penſio aſſignata reſignanti, quæ medietatem fructuum non excedere aſſerebatur, debeatur ſaltem vſque ad medietatem fructuum, cum qua ille contentabatur, vt intelligantur dicta verba quæ medietatem fructuum non excedit, licèt conditionalia, ſcilicet quatenus non excedat, id eſt pro cap. quæ non excedit medietatem, ad l. Stichum qui meus erit, cum ibi notatis per Doctores de legat. 1. vt per Creſcen. deciſ. 17. de reſcrip. Flam. Pariſ. l. 1. q. 3. num. 81. & d. l. 6. q. 2. nu. 144.

Et in vna Hiſpalen. penſionis, in qua erat reſer-
421 uata penſio. 24. ducatorum † quæ tertiam partem fructuum non excedat, & tamen in eiſdem literis in regreſſu ob non ſolutionem penſionis dicebatur, quod fructus portionis non excedebant. 50. ducatos, fuit reſponſum, quod iſta non dicunt nullitatem ſed reductionem, &c. Vt per Puteum deciſione. 34. lib. 1.

In hoc dubio diſtinguendi ſunt duo caſus primus
422 eſt penſionis † reſeruatæ reſignanti, qui reſignat reſeruata ſibi tanta penſione, & non aliàs, aliter, nec alio modo, quo caſu penſio eſt individua, ex quo in minori ſumma deficit conſenſus reſignantis, & conſequenter Papæ ſuper eo fundatus, & ſic tunc clauſula, dummodo remaneant centum, ſeu dummodo tantam partem non excedat, cauſat penſionis nullitatem in totum, ſi excedit, quicquid velint Nauarrus. d. conſ. 14. & Rota in d. Tiburtina, & Hiſpalen. penſionis loquentes in caſu reſignationis.

423 Secundus caſus eſt penſionis † reſeruatæ ſuper beneficio vacante per obitum, vel aliàs extra prædictum modum conditionatum, & tunc prædicta clauſula non operatur nullitatem penſionis ſi excedit, ſed reductionem ex ratione tacta ſupra, nu. 417. maximè ſi eſt reſeruata motu proprio, & ita fuit reſolutum in vna Salamantina penſionis, 26. Martij 1593. coram D. Gipſio, & melius in vna Monopolitana penſionis. 17. Maij 1596. coram D. Orano, vbi aliæ Deciſiones citantur, vt in deciſion. ſequentibus.

Sala-

*Salamantina penſionis. 26. Maij. 1593.*

424 FVit reſeruata penſio cuidam Thomæ ſuper beneficio ſimplici int̃ Eccleſia Parochiali ſanctorũ Iuſti,& Paſtoris cum clauſula, dummodo penſio per præſentes reſeruata ſimul cum alijs, quæ forſan aliàs aſſignatæ exiſtunt, duas ex tribus fructuum partibus non excedat, alioquin, ſi excedat, penſio per præſentes reſeruata pro quantitate ad ipſas duas partes vna cum alijs prætenſis penſionibus aſcendente, per ſolui non debeant, donec antiquæ penſiones ceſſauerint. Prouiſus Apoſtolicus dicebat penſionem nullam, ex eo quod fructus beneficij erant adeo tenues, vt ex illis perſolui.d.penſio non poſſet: quapropter cum pẽſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi: occurrit dubium in hoc iudicio petitorio, cui incumberet onus probandi valorem beneficij, ad effectum cognoſcendi an dicta penſio ſuſtineri poſſet, vel non: pro cuius dubij reſolutione Domini conſtituerunt plures caſus, quorum primus eſt, quando agitur contra eum qui penſioni conſenſit, tũc penſionarius non tenetur ad aliquã iuſtificationẽ, ſed prouiſus volẽs penſionẽ impugnare, debet ſumere onus probandi. Guidobonus Dec. 245. cũ alijs deductis in vna Valen. penſio. de anno. 1586. corã D. Oriol. Secũdus eſt caſus, quando pẽſionarius agit contra eũ, qui pẽſioni nõ conſenſit, hoc in caſu tenetur ipſe probare, quia prouiſus de iure cõmuni habet intẽtionẽ fundatã, quod Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferãtur, vnde fit, quod poſſit dicere pẽſionẽ nullã, & invalidã, nec quaſi poſſeſſio exigẽdi poteſt ſuffragari pẽſionario, niſi reſpectu ſolutionis, quæ nõ retardatur, donec per tres ſentẽtias, & rẽ iudicatã cauſa fuerit determinata, ſtãte prædicta eius quaſi poſſeſſione exigendi. Tertius eſt caſus, vbi agitur de probanda aliqua qualitate expreſſa per viã conditionis, vel modi, vt ſi pẽſio reſeruata ſit cũ clauſula dũmodo remaneant centũ pro titulari, vt dictũ fuit in Paduana pẽſionis corã D. Rubeis, & in alijs cauſis, vt in deciſionib. quarum copia datur, & tunc licèt agatur contra eum, qui penſioni conſenſit, tamen tenetur pẽſionarius aſſumere onus probandi, quia eius intentio fundatur in diſpoſitione conditionali, quæ, niſi iuſtificetur, nõ reuelat illũ. l. ſi quis ſub cõditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti, cũ cõcordan. Nõ obſtat quod titularis conſenſerit impoſitioni penſionis, quia conſenſus huiuſmodi intelligitur præſtitus ſub eadẽmet conditione, ſub qua penſio reſeruata exiſtit, & ita procedũt deciſiones in cauſa Verulen. penſionis cũ alijs in cõtrarium citatis. Quartus eſt caſus, quãdo nõ de nullitate pẽſionis dari poteſt, ſed agitur ſuper illius reductione, tunc onus probandi incũbit titulari, qui agit, neque ei ſuffragatur præſumptio iuris, de qua ſupradictum fuit reſpectu maioris, vel minoris pẽſionis, vt dicitur fuiſſe reſolutũ in vna Placentina penſionis corã D. Robuſterio de anno 1575. nã Papa nõ appoſuit conditionẽ ad effectũ, vt, illa nõ verificata, penſio in totũ nulla reddatur, ſed ſolum, vt ad minorẽ ſummã reduci poſſit, vt clarè demonſtrat prædicta clauſula, dũmodo, maximè, quia ſub prædicta cõditione titularis pẽſioni cõſenſit, & per plures annos illam ſoluit; quapropter ſi in futurũ nõ vult ſoluere, debet oſtẽdere eſſe locũ reductioni, præſertim quia pẽſio reſeruata fuit in prouiſione per obitũ, in qua nõ deficit cõſẽſus Papæ, qui ſi voluit reſeruare maiorẽ ſummã, tãto magis, & minorem cum in maiori ſumma ineſt minor. l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verborum obligatio. & per Creſ. Dec. 233. aliàs 17. de reſcrip. & dixerunt Domini coram me in vna Toletana penſ. 28. Iun. 1591. Quod dicitur de nullitate penſionis in totum, & quod non eſt reducibilis procedit in reſignatione in fauorem, cum clauſula non aliàs vel alio modo, quæ importat conditionem ſuſpenſiuam, vt deducitur in cauſa Toletanæ penſionis. Nec ad rem facit quod titularis agat ad nullitatem penſionis, cum prætendat eam omnis fere fructus beneficij abſoluere, quia eius intentio probata non eſt, prout probare tenetur. Innoc. & alij in ca. ſuper his. de accuſatio. ſcribentes poſt Bartolum in l. in illa die. de verbor. obligat. propterid, quod pẽſio non poteſt dici nulla, ſed reducibilis, quod propterea ex iſtis agitur, concluſum fuit onus probandi Dominia Domino titulari incumbere.

*Monopolitana penſionis. 17. Maij. 1596.*

425 ILluſtris Fr. Fabric. Berius eques Hieroſolimitanus a fælicis recordationis Greg. Papa. XIII. tit. magnæ crucis decoratus, obtinuerat expectatiuam ad prioratum ſiue Baiuliuatum. primò vacaturum: cum autem occurriſſet vacatio Baiuliuatus S. Stephani, & iuxta religionis ſtabilimenta Fr. Marcheda, tãquam in Religione eques antianus illum aſſecutus fuiſſet. S.D. N. cupiens vtriuſq. indennitati prouidere, motu proprio præceptoriã ſanctorũ Guiliermi, & Damiani, cum membro de Berta Papien. in Baiuliuatum erexit, eumq. ſic erectum Fratri Beruio contulit, vlterius ei annuam penſionem 1350. ſcutorum aurẽ in auro ſuper fructibus Baiuliuatus. S. Stephani, cum clauſula, etiamſi ſuper illo aliæ penſiones annuæ alijs reſeruatæ exiſterent, dummodo omnes in ſimul illorum medietatem non excederent, reſeruando. Verum, quia vario ſub prætextu idem Fr. Marcheda ſolutionẽ penſionis præſtare denegabat, ideo lis inter eos corã Auditore cameræ introducta fuit, & demum in me compromiſſa. Dubitaui num eſſet illius ſolutioni locus, in cuius diſcuſſione, quia multa proponebantur particulari conſideratione digna, propterea viſum fuit expediens, quæſtionem ad duo capita reſtringere: quorũ primum fuit, an penſio eſſet nulla, quatenus de eius exceſſu liqueret, vel potius reducibilis; ſecũdum an attẽdẽdus eſſet valor de tẽpore quo petitur reductio, ita vt penſiones antiquæ interea extinctæ cedant cõmodo penſionarij, vel potius de tẽpore reſeruationis, ita quod obueniant titulari, & quoad primũ Dominorũ vnanimis fuit ſentẽtia, penſionẽ nõ eſſe nullã, ſed reducibilẽ, cũ enim hæc materia pendeat à voluntate Papæ, nec ſit caſus penſionis reſignanti reſeruatæ cũ clauſula, nõ alias, aliter, nec alio modo, quæ facit pẽſionem indiuiduam, cauſante illius nullitatẽ in totũ iuxta reſolutionẽ factã coram S.D.N. in vna Bononien. pẽſionis, & in alia Leodien. pẽſionis, corã Oradino, ex quo in minori ſumma deficit cõſenſus reſignãtis, & quia Papa fundatur ſuper cõſenſu reſignãtis, qui multo facilius cẽſetur voluiſſe illi reſeruare pẽſionem minorẽ, reſeruãdo maiorẽ, vt loquitur Creſcẽ. dec. 233. aliàs 17. de reſcript. ſed cũ verſemur in terminis penſionis reſeruatę ex cauſa vacationis per obitũ, vel aliàs extra præmiſſum cõditionatũ modũ, procul dubio penſio ſemper eſt reducibilis, quia adeſt cõſẽſus Papę, qui reſeruãdo maiorem

rē multo facilius videtur voluiſſe reſeruare minorem, & conſenſus titularis, qui accipiendo beneficiū cum maiori penſione cenſetur etiā multò facilius cū minori penſione illud acceptaſſe, vt fuit diſtinguendo præmiſſos caſus reſolutū in cauſa Toletana penſionis 28. Ian. 1591. corā R. P. D. Gipſio, & poſtmodum in alia Salamantina penſionis, corā eodē, & faciunt deciſiones Caſſad. 4. nu. 4. de penſion. Creſcen. 17 de reſcript. Putei 33. l. 1. nec. n. ad propoſitum viſæ ſunt adduci deciſiones in contrarium allegatæ volentes data exceſſiuitate pēſionis illā eſſe nullam, ſi quidē ex illis dignoſci nō poteſt, quo caſu loquantur, vnde intelligendæ ſunt in caſu penſionis cōditionaliter reſeruatę præſertim quod penſio, de qua quæritur fuit reſeruata motu proprio, quæ etiam quod ſit exceſſiua medietatis fructuū, eſt reducibilis. Rom. conſ. 369. nu. 9. & facta in recōpenſam, vt cōmodius ſe ſuſtētare penſionarius valeret, & ne ex dimiſſione iuris ſibi ad Baiuliuatum S. Stephani quæſiti nimiū diſpendiū pateretur. Quo vero ad ſecundū caput cōueniebant Dñi in pōderanda exceſſiuitate attendendū tēpus penſionis reſeruatæ, & ſic tempus datæ, c. eam te, vbi Fel. n. 18. de reſcript. cū ſimus in gratia pura, & ſimplici. Fel. in d. c. eam te, n. 22. pro quo facit regula, quod ad defectū læſionis attenditur tēpus cōtractus, l. ſi voluntate. in fi. C. de reſcind. vend. & quod regulariter penſionis extinctio cedit beneficio titularis tantū, quicquid dicendū ſit; ſi adeſſet reſeruatarius fructuum, vt fuit reſolutum coram D. Bubalo in vna Salamantina penſionis 18. Martij 1588. nec aduerſatur quod de diminutione fructuū tradit Gigas de penſio. q. 37. quia nō eſt eadē ratio augmenti cū diminutione, nā titularis tenetur penſionem ſoluere ex fructibus; vnde cum ſit onus fructuū, ſi illi nō adſunt, ſolui nō poteſt. l. ſi ſeruus. §. qui quinq; de leg. 1. l. nomen debitoris. §. vni ex hæredibus. ff. de leg. 3. Fel. in c. ad audiētiam, & col. 5. verſ. 6. cōſ. de reſcript. Belencinus de charitatiuo ſubſidio q. 34. Romanus cōſ. 369. incipienti circa primū propoſitum conſultationis. Caſtrenſ. cōſ. 338. incipit quia excepcionis. vol. 1. ideoq; ceſſat rationis paritas.

462 Nec prædictæ diſtinctioni obſtant† fundamenta primæ partis, nam primo ſatisfit, ex dictis deciſionibus & ratione adducta; ad ſecundū reſpōdetur illud
427 procedere in penſione purè † & abſolutè reſeruata, quæ eſt ſurreptitia ob malam expreſſionem valoris beneficij, vel alias quæ eſt nulla in totum, quia ſurreptio eſt indiuidua, & facit totam gratiam vitiari vbi non eſt capitulum ſeparatum. Creſcen. d. dec. 17. n. 2.

428 Vnde penſio reſeruata cum†narratiua, quod medietatem, ſeu aliam partem fructuum non excedit, ſi excedit, eſt in totum nulla, & hoc eſt quod dicit Gigas, d. q. 9. nu. 3. & 35. nu. 2.

Vnde etiam magis conuincuntur dictæ deciſiones
429 Creſcentij, † & Putei, quæ loquuntur in penſione pure reſeruata cum dicta narratiua.

430 Procederet etiam in penſione † impoſita vltra poteſtatem, & iuriſdictionem imponentis, quæ eſſet nulla in totum, quoniam imponere penſionem eſt actus iuriſdictionis, ſaltem voluntariæ, & iuriſdictio eſt indiuidua, & ſi exceditur, vitiatur in totum actus. l. certa ratione. C. quando prouocare non eſt neceſſe. vbi Doctores, Francus in regula vtile, in 6. quinta Fallentia, Gloſ. Bart. Alex. Ial. & alij in l. fi. ff. de iuriſdict. omn.
431 iudic. † ex quo poteſt ſententia Monachi in cap. vlt. de pœnit. & remiſs. in 6. nu. 1. quam ſequitur Domin. ibi. nu. 10. Calder. in repet. capiti noſtro. eod. tit. Alexand. de Neuo, in additio. ad Abbat. in c. cum ex eo ad fi. eod. tit. de pœnit. & remiſs. contra gloſ. Archid. Io. Andr. & Francum, nu. 4. in d. c. vlt. Abbat. ſupra. Cordub. q. lib. 5. de indulg. q. 14. & Suarez. 4. tom. diſput. 55. ſect. 3. num. 13. & 14. *Aſorem 2. p. lib. 3. c. vltim. q. 6. & lib. 5. cap. 31. q. 8. Didac. Nauarr. 3. p. in adde. q. 26. artic. 1. verſ. difficultas tamen eſt, & Vgolin. de offic. Epiſc. cap. 41. §. 1. num. 2.* & in propoſito ait Gambar. diſtinct. lib. 6. à num. 712.

432 Ex quo ibi fundat quod penſio† vltra tertiam partem fructuum reſeruata a legato habente facultatem illam reſeruandi vſque ad tertiam partem, eſt nulla in totum, quod tamen non. 719. recte ait procedere,
433 † quando conſtat Legatum voluiſſe concedere pensionem vltra tertiam, quia quod potuit, noluit, &c. vt in c. cum ſuper. de offic. deleg. ſi verò non conſtat, ſed reipſa penſio excedebat, fiet reductio, quia in maiori ſumma ineſt minor. l. 1. §. ſi ſtipulanti, vbi Bar. & alij, ff. de verbor. obligat. &c.

Sed ſtante quod in primo caſu penſionis reſeruā-
434 te † reſignanti cum dicta clauſula, penſio eſt nulla in totum, eſt difficultas, an ille poſſit redire a beneficium, & ſit reſtituendus ad poſſeſſionem eius?

435 In qua Rota in vna Senen. † penſionis 12. Ianuarij 1596. coram Illuſtriſſimo Mantica tenuit partem negatiuam, vt in ſequenti deciſione.

☞ In caſu propoſito fuit reſolutum, neque ſolutioni penſionis locum eſſe, neq; reſtitutioni poſſeſſionis ad Parochialem, nam, cum reſeruatio penſionis fuerit facta ſub cōditione, ſeu modo, dummodo remanerent centum pro Rectore, non purificata conditione, ſeu non impleto modo, rector non poteſt cogi ad ſoluendam pēſionem, niſi is, qui agit, ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, Caſſad. dec. 1. num. 9. de reſcript. Gigas de penſi. q. 85. num. 10. & ſæpiſſimè fuit reſolutum: vnde cum Hieronymus Fantinus agat contra Maximilianum ſucceſſorē in Parochiali, qui nō conſenſit pēſionis reſeruationi, nec vnquam ſoluit, debet probare, quod ei cētum remaneant ſoluta penſione, ad hoc, vt poſſit eam exigere, quod autē idem Fantinus non ſit reſtituendus ad poſſeſſionem Parochialis, manifeſtè apparet, quia huic nullitati penſionis, ipſe conſenſit, cum in reſignatione Parochialis ſpecialiter fuerit adhibitus eius conſenſus, ſub hac conditione, ſeu modo, penſione reſeruata, dummodo cētum remaneant pro Rectore, & iura ſua remittentibus non eſt ad eandus regreſſus, l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de ædilitio edicto, cum alijs adductis ab Anchar. conſi. 339. nu. 10. Socin. iun. conſ. 77. l. 1. Crauetta conſ. 114. nu. 10. & ideo debet probare penſionem fuiſſe nullam, ex alijs capitibus, vt ad Parochialem, quam reſignauit ſub prætextu validæ penſionis, poſſit reſtitui, & in his terminis procedit Putei. dec. 145. nu. 2. l. 1. & R. P. D. mei Orani in Illerden. Canonicatus, 27. Nouem. proxime præteriti, cum alijs allegatis. Præterea exabundanti Domini dicebant ipſum Fantinum non eſſe reſtituendum, quia non dimiſit Parochialem ſua ſponte, ſed per decretum appoſitum in prouiſione ipſius ad Canonicatum, & Præbēdam; nam fuit dictum vt infra duos menſes dimitteret poſſeſſionem ipſius Parochialis, alias vtrumque Beneficium vacet ipſo iure; vnde cum decretum irritans appoſitum ſuper certo corpore Beneficij, lapſo tempore præſtituto ad dimittendum inficit titulum, & poſſeſſionem. Putens

deciſ.

decif.50.num.2.l.1. non poteſt dari reſtitutio, Rota. d.2.de reſtit.ſpoliatorum.in antiquis, Peregr.dec.71. l.1.cum tit.diſcoloratus non poſſit ſufficere ad reſtitutionem in ſpolio, in quo requiritur tit. ſaltim colo-ratus. Puteus deciſione 99.nu.7.cum ſeq.lib.1.

436 At iſta deciſio† non videtur tuta, nã quamuis reſignans acceptando reſeruationem penſionis cũ dicta clauſula, dummodo remaneant centũ pro Rectore & adhibendo conſenſum tali reſignationi, conſentiat nullitati penſionis, ſi nõ remaneant d. centũ non tamẽ conſentit, quod reſignatio maneat valida, quinimmo vult contrariũ, cum reſignet reſeruata ſibi vali de dicta penſione, & non aliàs aliter, nec alio modo.

437 Et aliàs ſi reſignatio maneret valida, †etiamſi nõ remanerent d. centum, penſio non eſſet nulla in totum, ſed reducenda, ex quo in reſignante, qui non poterat redire ad beneficium, non deficiebat conſenſus ad minorem ſummam, & ſic deſtruerentur præfatæ deciſiones, & aliæ multæ.

438 Vnde in prædicta difficultate cõtrarium † rectius tenuit Rota in vna Aretina Plebis, 4. Dec. 1600. corã Illuſtriſſimo D. Millino, vt in ſequenti deciſione.

439 Petebat Dionyſius coram me executionem literarum reſeruationis Penſionis centum ducatorum ſibi conſtitutæ, ex cauſa reſignationis, eius Parochialis in fauorem Barth. & quia ipſo Bar. opponente fuerat reſolutum, quod contra eũ, qui conſenſerat penſionis impoſitioni, non poterat procedi executiuè, ſine iuſtificatione literarũ, & quod clauſula, dummodo remaneant centum ducati liberi Rectori, pro tempore exiſtenti, nõ erat iuſtificata, intentauit actionem ſpolij, & probatis extremis, & tit. colorato petebat reſtitutionem ad poſſeſſionem Parochialis, & ideo dubitatui, an ei eſſet danda reſt. in ſpolio? & Domini cenſuerunt ei cõpetere actionem ſpolij. Fundamentũ reſolutionis fuit, quia reſignatio Dionyſij, in qua fit potiſſimum fundamentũ, pro excluſione ſpolij, eſt cõditionalis reſeruata ſibi valide Penſione centum ducatorũ, & nõ aliàs aliter, nec alio modo, & ideo, ſi penſio non eſt ei validè, & irreuocabiliter acquiſita, eſt etiã nulla reſignatio, ex defectu cõſenſus, & cõpetit actio ſpolij; Mohedanus. deciſ. 84. non obſtat, quod hodie ſtante cõſtitutione Gregoriana non cõpetit amplius reſignanti, actio ſpolij, niſi doceat de publicatione, quia omiſſa hac inſpectione, an per hanc cõſtitutionẽ fuerit ſublata actio ſpolij, nõ docto de publicatione fuit per duos reſponſum, quod illa cõſtitutio non habet locum in hoc caſu, cũ reſignatio ſit cõditionalis, & nulla ex defectu cõſenſus, vt fuit reſolutũ in cau. Brixien. Parochialis. 10. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinali Plato, & in cauſa Vercellen. Canonicatus 23. Ian. 1598. corã D. Corduba, & nouiſſime in cauſa Hiſp. & Cordub. teſtimoniorũ. corã R. P. D. Lãcellotto, placuit etiã Dñis, aliud fundamẽtum, quod reſignatio fuit nulla, quia in ea non fuit facta mentio quod Dionyſius fuit ordinatus ad tit. iſtius Parochialis, iuxta diſpoſitionem Conc. Trid. c.2. ſeſſ.21. & hãc expreſſionem S. Congreg. Illuſtriſſimorum Cardinalium illius interpretum cenſuit requiri pro forma, & non ſufficere adimplementum per æquipollens, expreſſio, quod ſibi remanebat, vnde viueret, nõ eſt ſufficiens, quia ex hoc non infertur ad ſcientiam Papæ, quod Dionyſius eſſet ordinatus ad tit. iſtius Paroch.

439 Et vide dec.† Valentinam infra adductam. 514. In caſu tamen d. deciſionis Senen. quando Beneficiũ

440† reſignatum debebat vacare per aſſecutionem alterius incõpatibilis, quod tẽpore reſignationis iã obtinebat, vel poſtea obtinuit, etiam ſecluſo decreto de dimittenda, non videtur danda reſtitutio reſignanti ad Beneficij reſignati poſſeſſionem, ſaltem hodie ſtãte Conc. Trid. quicquid antea eſſet, ex quo aduerſus diſpoſitionem illius non cenſetur tit. coloratus, vt in terminis Reg. de triennali cenſuit S. Cong. in declaratione infra adducta, 11.p.c.5.nu.379. niſi qui poſtea obtinuit alterum Beneficium incompatibile, iuſtè tunc ignota, & nullitatem penſionis, & reſignationis & ſic non vacaret primũ arg. c. gratia, de reſcrip. in 6.

441 In alio etiam† caſu non competeret reſtitutio reſignanti, nempe, quãdo ipſe fuit in culpa, quia ſciens non habere locum tantam penſionem, ſic reſignat iuxta dicta infra. 11. parte capite tertio à num. 36.

## *Quomodo in cauſis, penſionum ſit procedendum. §. IV.*

### SVMMARIA.

*QVomodo in cauſis penſionum ſit procedendum, & narrata in gratia penſionis debent verificari per penſionarium maximè parte opponente? nu.442.*

*Refertur quædam deciſio Rotæ in Salamantina penſionis. 18. Apr. 1572. coram D. Lancello. n.443.444.*

*Deciſio Rotæ in Firmana penſionis. 6. Ian. 1582. coram D. Blãchetto, num. 445.*

*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi nõ tenetur in poſſeſſorio oſtendere literas reſeruationis, nec verificare clericatũ, & alias qualitates, & refertur deciſio Rotæ, n. 446.*

*Exceptio nullitatis penſionis non obſtat in poſſeſſorio, nec eſt neceſſarium verificare conditionẽ poſitam in reſeruatione penſionis, & refertur deciſio Rotæ. n. 447.*

*Literæ reſeruationis penſionis, quando agitur contra ſucceſſorẽ in Beneficio non conſentientem reſeruationi, debent iuſtificari, n. 448. & refertur deciſio Rotæ, n. 449.*

*Quaſi poſſeſſ. exigendi penſionem acquiritur per vnum actum ſolutionis, n. 450. etiamſi ſit facta metu cenſurarum, & refertur deciſio Rotæ nu. 451. niſi ſit facta proteſtatio, quod ſoluit metu cenſurarum. n. 452.*

*Ad hoc vt ſit locus mandato de manutenendo in poſſeſſione, neceſſarium eſt ante omnia conſtare de exiſtentia literarum reſeruationis penſionis, poſtea de quaſi poſſeſſ. refertur deciſ. Rotæ, n. 453. & concordantur duæ dec. Rotales, n. 454.*

*In petitorio, quando agitur de nullitate penſionis debet fieri per penſionariũ verificatio etiamſi ſit in poſſeſſ. exigendi. 455.*

*Gratia penſionis iuſtificari debet, qñ nõ agitur contra eũ, qui penſioni cõſenſit, ſed ſucceſſorẽ, & refertur deciſ. Rotæ, 456*

*Quando agitur de nullitate penſionis, penſionarius tenetur iuſtificare ſuam gratiam, maxime vbi penſio fuit reſeruata ſub conditione aliqua, veluti, dummodo non excedat tantam partem, vel alia conſimilia, num. 457. & 458. & refertur circa hoc deciſio Rotæ, num. 459.*

*Literæ penſionis, & reſeruationis fructum, ſiue modum, ſiue conditionem contineant, iuſtificandæ ſunt, maxime, quando in eis intentio penſionarij fundatur. num. 460.*

*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi, ſi penſio fuerit reſeruata, dummodo mille remaneant pro Epiſcopo in poſſeſſorio, non tenetur probare remanere, ſecus ſi Epiſcopus agat petitorio, nu. 461.*

*Onus iuſtificandi penſionẽ ſpectat ad penſionariũ agentẽ, contra ſucceſſorẽ in beneficio non conſentientem penſioni, 462.*

*Penſionarius, vbi agitur in petitorio tenetur inſtificare conditionem ſub qua fuit penſio reſeruata, num. 463.*

*Cum penſio eſt reſeruata ſub conditione, penſionarius tenetur eam inſtificare, etiamſi agatur contra eum qui penſioni conſenſit, non ſolum in petitorio, ſed etiam ſi agat executiuè, ſi non eſt in quaſi poſſeſſ. exigendi, nu. 464.*

*Stante clauſula, ſine retardatione arbitrio Rotæ, poteſt procedi retardata ſolutione, nu. 465.*

*Quando gratia eſt conditionalis, vel modalis, licèt agatur contra eum qui penſioni conſenſit, inſtificanda eſt, quia conſenſus recipit eandem conditionem, nu. 466.*

*Promiſſio, vel clauſula de non petendo annullari penſionem debet intelligi ſtante dicta conditione, ſine de facto, & non de iure, nu. 467. & reſpondetur deciſioni Rotali, num. 468.*

*Translatarius tenetur inſtificare reſeruationem penſionis, non ſolum in petitorio, ſed etiam ſi agat ad ſolutionem, nec poſſeſſio transferentis ei prodeſt, nu. 469.*

*Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem non tranſfertur in translatarium, etiamſi ius, & proprietas transferatur, quia eſt quid facti. nu. 470.*

*Si translatarius non inſtificat ſuam gratiam, non proceditur ad executionem literarum Apoſtolicarum, nu. 471. & refertur deciſio Rotæ, nu. 472.*

*Probatio conditionis, quod remaneant cētum pro Rectore quod tantam partem non excedat, vel debet eſſe concludens, & plena, n. 473. 474. & 475. & non ſolum probatio conditionis debet eſſe concludens, ſed eſt, vbi agitur de probando valore affirmatiuè expreſſo in gratia penſionis, nu. 476.*

*Narratiua, ſuper qua fundatur reſeruatio penſionis, debet plene inſtificari, nu. 477.*

*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſ. exigendi per 30. annorū ſpatium in petitorio non debet inſtificare conditionem, & narrata in reſeruatione, quia ex lapſu tam longiſſimi temporis præſumuntur inſtificata, nu. 478.*

*Obſeruantia triginta annorum præſumitur inſta, nu. 479.*

*Solutio penſionis præſumitur continuata a tempore reſeruationis, ſtante exactione de præſenti quod intelligitur quando conſtat de tit. & reſeruatione penſionis, & ſolum agitur de inſtificatione illius, ſecus quando non conſtat de tit. nam ille non præſumitur, neque ex decennali, nec triennali poſſ. num. 480. 481. & 482.*

*In poſſeſſorio probabile videtur præſumi tit. ex poſſeſſ. longi temporis, nempe decennij, nu. 483.*

*Penſionarium debere verificare conditionem reſeruationis, intelligendum eſt in caſu nullitatis penſionis, ſi conditio non eſt vera, ſecus in caſu reductionis, nu. 484.*

*Onus probandi penſionem eſſe reducendam incumbit titulari, nu. 485. & reſpondetur deciſionibus Rotalibus contrarium affirmantibus. nu. 486.*

*Declaratoria dari non poteſt, quoad fructus, in quibus quis eſt condemnatus, ſi non ſunt liquidati, nu. 487. & 488.*

*Exceptio reductionis admittenda eſt ad implendam executionem, etiamſi non probetur in continenti, ſed requirat altiorem indaginem, quia oritur ex ventre ſupplicationis, num. 489. & 490.*

*Penſio reſeruata Motu proprio non eſt inſtificanda, nu. 491.*

*In penſionibus impoſitis ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ non eſt neceſſaria inſtificatio, quia reſeruantur Motu proprio, num. 492. & 493.*

*Secus eſſet, ſi non reſeruarentur Motu proprio, nu. 494.*

*Verbi, vt accepimus, & verbi, ſicut intelleximus, differentiā, & verbi, vt aſſeritur, nu. 495. 496.*

*Quod narratur per verbū, vt dicitur, nō eſt inſtificandū. n. 497.*

*An ſi fictur dictæ narratiuæ factæ Motu proprio in reſeruatione penſionis poſſit probari contrarium, nu. 498.*

*Si penſio aſſignatur Motu proprio ex aliqua cauſa, quæ non ſit vera, Motus proprius facit gratiam valere, non obſtante ſurreptione, num. 499. 500. & 501.*

*Clauſula Motus proprij tollit ſurreptionem, nu. 502.*

*Si in Motu proprio exprimitur falſa cauſa, vel qualitas de facto alieno, non prodeſt probari contrarium, nu. 503.*

*Penſio, ſi aſſignatur Motu proprio propter meritа in genere valet gratia, licèt cauſa falſa ſit, nu. 504. Facta gratia de Beneficio, cuius valor ſumma viginti, vt aſſeritur, non excedit, quando exceſſus eſt minimus impetranti debetur, ſic explicat dec. Rotæ, nu. 505.*

*Declaratur deciſio Rotæ 77. de reſcript. in antiquis, nu. 506.*

*In pēſionibus impoſitis ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ, quamuis penſionarius non teneatur verificare non exceſſum 3. par. tamen ſi ex aduerſo probatur magnus exceſſus, erunt ſurreptitiæ, num. 507. valor narratus in gratia, etiam Motu proprio facta, eſt probandus, quando ex aduerſo probatur contrarium cum errore notabilis quantitatis, nu. 508.*

*Expreſſio valoris Beneficij, de quo fit gratia requiritur ſecundum regulas modernas, nu. 509.*

*Clauſula Motu proprio, quid operetur, nu. 510.*

*Penſionarius tenetur probare poſſ. vel Lonū ius illius, qui primo cōſenſit pēſioni, niſi eſſet eius ſucceſſor in iure illius, nu. 511.*

*Penſio peti non poteſt ab eo, qui non eſt vel ſucceſſor iuris, vel poſſeſſionis conſentientis, nu. 512.*

*Succeſſor poteſt docere de non iure poſſeſſoris, qui conſenſit penſioni, nu. 513.*

*Reſignatarius non obſtante conſenſu, acceptatione, & approbatione iuris reſignationis, poteſt dicere de nullitate penſionis, ſi vult probare non ius, vel falſitatem cauſæ, & refertur deciſio Rotæ, nu. 514.*

*Semel impoſita penſione non poteſt poſtea in iudicio executionis allegari reſignantem nunquam habuiſſe ius, nu. 515.*

*In commiſſionibus ſuper nullitate, vel reductione pēſionis a Papa reſeruata ſolet poni clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, ob reuerentiam literarum Apoſtolicarum & fraudes recuſantium ſoluere, etiamſi non adſit quaſi poſſeſſio exigendi, num. 516. & 517.*

*Clauſula ſupradicta limitat, & ſuſpendit iuriſdictionem iudicis commiſſionis, ita, vt iudex non poſſit procedere, niſi prius ſoluta penſione, n. 518 & 519. Clauſula ſupradicta operatur, vt non obſtante dicta commiſſione nullitatis executor datus in literis, ſeu in proceſſu fulminato poſſit procedere lite pendente ad executionem penſionis, quod procedit etiam facta inhibitione vigore talis commiſſionis, nu. 520. & 521.*

*Clauſula ſupradicta eneruat vim inhibitionis, nu 522.*

*Nō obſtāte dicta clauſula, pendēte lite, et inhibitione non poterit procedi ad executionē penſionis, maximè ſi in iudicio executionis fuerit appoſitū de dicta pēdentia litis, n. 523. & 524.*

*Pendente cauſa nullitatis, ſeu reformationis coram Ordinario abſque commiſſione non impeditur executio literarum penſionis, nu. 525.*

*Clauſula, ſine retardatione ſolutionis, aliquando ponitur arbitrio Rotæ, nu. 526.*

*Commiſſio habens clauſulam, ſine retardatione, arbitrio Rotæ intelligitur prout de iure, nu. 527.*

*In penſionibus reſeruatis per inferiores Papa non apponitur ſupradicta clauſula, nu. 528.*

*Caſus in quibus dicta clauſula apponi ſolet, nu. 529.*

*Practica Hiſpaniæ in materia penſionum, nu. 530.*

*Executor literarum debet eſſe Canonicus Eccleſiæ Cathedralis vel poſitus in dignitate. num. 531.*

*In primis præſentandæ ſunt coram executore literæ originales, ſeu proceſſus fulminatus, in quo ipſæ literæ ſunt inſertæ, donec pars opponat, n. 532. & 533.*

Regi-

*Regiſtrum Apoſtolicum fidem facit, ſaltem in Curia, nu. 534.*

*Præſentatis literis penſionarius petit dari mandatum contra poſſeſſorem Beneficij pro tot ducatis. n. 535. Quod iudex dat inſertis literis, mandando poſſeſſori, quatenus infra talem terminum ſoluat, n. 536.*

*Mandato intimato, & in termino reproducto, & accuſata contumacia, poteſt ſtatim iudex abſque alia verificatione dare ſententiam declaratoriam contra conſentientem penſioni, quicquid dicat Tiberius, nu. 537. & 538.*

*Si agitur contra ſucceſſorem, aut reſeruatio eſt conditionalis, debet penſionarius coram executore probare ſe eſſe in quaſi poſſeſſ. exigendi, aliàs tenetur literas iuſtificare, aut verificare conditionem, nu. 539. Non eſt neceſſaria alia citatio ad ſententiam ex quo ille fuit citatus generaliter ad totam cauſam nu. 540. & 541. Nec tunc eſt neceſſe facere citationes per edictum, nu. 542. Nec inſtratis auditorij, niſi illa eſſent aſſignata, num. 543. & 544. Citato comparente, & allegante contra executionem aliquam rationem legitimam, vt ſolutionem, debet ■ aſſignari terminus breuis arbitrio iudicis cũ ſit probanda in continenti, nu. 545.*

*Idem ſi allegaret remiſſionem penſionis, aut redemptionem vel aliam exceptionem notoriam, vel quæ poſſet incontinenti probari, & non indigeret longiori indagine. nu. 546.*

*Si allegaret nullitatem, ſurreptionem, vel aliam exceptionem requirentem altiorem indaginem, debet reſeruari iudicio ordinario, num. 547.*

*Quando exceptio requirat altiorem indaginem, relinquitur arbitrio iudicis, num. 548.*

*Reſolutiones Rotæ, num 549. 550. 551. & 552. vbi habetur, quod exceptio extinctionis penſionis, ſuper qua non eſt iudicatum, non impedit ſolutionem, & manutentionem.*

*Id ſolum admittitur, quando poſt caſum extinctionis penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſ. aliàs videtur admittenda exceptio extinctionis, dummodo incontinenti probetur, nam nõ requirit altiorem indaginem, n. 553. cum ſeqq.*

*Nullitates orientes ex ventre diſcutiendæ ſunt in petitorio ſtante quaſi poſſeſſ. exigendi, n. 554.*

*Quando exceptio non requirit altiorem indaginem, ſed altior indago oritur ex replicatione penſionarij, non eſt reſeruanda ad petitorium, n. 557. 558. 559.*

*Exceptio, quod beneficium erat granatum alia penſione de qua non eſt facta mentio, regulariter non impedit executionem, nam requirit altiorem indaginem, nu. 560. 565.*

*Non valet ſecunda penſio, non facta mẽtione de prima, n. 561. etiam quod prima ſit conditionalis, n. 562. reſolutio Rotæ, n. 563. & etiam quando prima eſt perpetua. n. 564.*

*Excipiens contra ſecundam penſionem ſeu illam impugnans ex eo, quod non fuit facta mentio de prima, tenetur probare, quod tempore ſecundæ prima erat reſeruata, & quod erat valida. nu. 565.*

*Si citatus diceret ſe non poſſidere Beneficium, ſuper quo penſio eſt reſeruata, aut qui conſenſit penſioni, non habuiſſe poſſeſſ. vel bonum ius illius, penſionarius debet probare, n. 566.*

*Illo non comparente, ſeu id non negante, non eſt neceſſaria iſta probatio, n. 597. cum ſeq.*

*Parte non opponente, iudex non debet petere legitimationem perſonarum, n. 569.*

*A ſententia in iudicio executionis penſionis non datur appellatio ſuſpenſiua, n. 570. & qua clauſula tunc ponatur in commiſſione appellationis, nu. 571. & 572.*

*Clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, operatur, quod commiſſio appellationis non ſuſpendat, nec impediat, quin index, a quo procedat ad vlteriorem executionem, licet non operetur, quin index, ad quem, non poſſint reuocare iniuſtè geſta per illum, nu. 573. deciſ. Rotæ, nu. 574.*

*Vt penſionarius poſſit declarari incidiſſe in excommunicationem, debet eſſe elapſus menſis à termino ſolutionis, n. 575.*

*Vt ad declaratoriam incurſus pœnarum, de quibus in literis procedi poſſit, opus eſt literas penſionis eſſe intimatas titulari, ſi eſt ſucceſſor conſentientis, aut non per ſe ipſum ſed per procuratorem conſenſit, nu. 576. & 577.*

*Debet fieri intimatio literarum per Notarium data copia, ſi petatur, nu. 578.*

*Quamuis literæ non ſint intimatæ titulari etiam ſucceſſori poterit executor dare ſententiam contra eum, qua ei mandet, quod infra certum terminum ſoluat, num. 579. & idem vbi non eſſet lapſus menſis, n. 580.*

*Etiam literis intimatis non incurruntur pœnæ excommunicationis, & priuationis, de quibus ibi, niſi penſionario volente, & declarante. n. 581. & requiritur declaratoria excommunicationis, & quod pars ea vtatur, n. 581.*

*Executor non poteſt ponere ſequeſtrum ſuper fructib. Beneficij penſione granati, n. 582. & 583. vbi ponitur reſolutio Rotæ, poſt ſententiam tamen poſſet poni, nu. 584.*

*Executor abſolutè committit vices ſuas ſub executori ex clauſula, cæterum, 585.*

*Ad denunciationem, & publicationem excommunicationis requiritur declaratoria illius, nec ex eo cauſa efficitur appellabilis, num. 586.*

*Huic declaratoriæ, ſeu excommunicationi non obſtat decretum Concilij Triden. ſeſſ. 25. c. 3. nu. 587.*

*De proceſſu, & modo procedendi in poſſeſſorio pro penſione remiſſiua. num. 588.*

442 AD tertiũ, quomodo in cauſis penſionis ſit procedendũ, dicendum eſt in primis, quod narrata in gratia penſionis debent verificari per penſionariũ, maximè parte opponente, qñ nõ agit contra eũ, qui penſioni conſenſit, ſed contra ſucceſſorẽ, etiamſi executiuè agat ad ſolutionẽ, ſi non eſt in quaſi poſſeſſione exigendi. Veſtrius in pract. l. 3. c. vlt. nu. 1. Hier. Gabr. in conſ. 181. l. 2. Fla. Pariſ. de reſignatione beneficiorum, l. 6. q. 2. n. 65. & 107. & q. 4. n. 44. Saluſt. Tiberius in pract. Auditoris Cameræ l. 3. c. 1. n. 10. & c. 5. n. 15. *Leo in Theſ. for. Eccl. c. 22. n. 15. & 17.* Ant. Aug. in Epitome dec. manuſcripto, tit. de ſolutionibus, & clauſula ſine retardatione. Mohedan. d. 25. de renũc. aliàs 304. & d. 9. de cauſa poſſeſſio. Cæſar de Graſſis d. 58. n. 4. Rota d. 310. n. 30. p. 1. diuerſ. & dec. 412. in vna Salamãtina penſion. 21. Ian. 1574. eadẽ. 1. p. dec. 221. n. 4. in alia Salamant. penſion. 9. Mar. 1583. 2. p. diuer. & fuit reſoluto in alia Salamant. penſionis, 18. Apr. 1572. coram D. Lancelotto, vt in dec. ſequenti.

443 Quoad primã partẽ dubij Dñi diſtinxerũt, † ſiquidẽ pro parte D. Franciſci fuit actũ ad ſolutionẽ pẽſionis poſſeſſorio adipiſcẽdę, vel executiuè, q̃ tenetur verificare oĩa narrata parte opponẽte iuxta doctrinam Imolæ in c. ſup literis, n. 19. de reſcrip. par. vero nõ opponente tenetur verificare ea ſolũ, quorũ falſitas vitiat gratiã, vel quorũ expreſſio facilius mouit Papam ad cõcedendũ; & propterea fuit cõcluſum, q̃d probatio diſpenſationis fuit neceſſaria, cũ aliàs notorię cõſtaret de ipſius inhabilitate ob eius cõfeſſionẽ; familiaritas verò Cardinalis, quia ſaltẽ facilius mouit Papã ad concedendũ, eſt neceſſaria. cũ ſit narratio facti proprij, cuius expreſſio diceretur doloſa, ſi nõ verificaretur; exceſſum nõ fuiſſet neceſſe probare, ſi nõ adeſſent verba, vt alleris. Clericatus p̃batio, ex quo non eſt expreſſus in literis, non fuit vila etiã neceſſaria. ſi verò fuit actũ poſſeſſorio, retinendæ, vel recuperan-

dæ, tunc nõ tenebitur illa verificare, quia cũ poſſeſſio ne ſufficiunt literę; an autẽ in hoc caſu quaſi poſſeſſio D. Fran. cõtra prædeceſſorẽ D. Alphonſi noceat ipſi D. Alphonſo, nihil reſolutum. Quo verò ad 5. p. dubij placuit D. reſolutio aliàs facta coram R. P. D. Cõe ta 29. Ianuarij 1565. in cauſa Firmana Saliſ. ſcilicet, quod cenſuræ tunc poſſunt per partẽ iuſtificari ex no uiter deductis, quando altera pars, de nouo aliquid producit. An autem intret hæc reſolutio, nihil concluſum, prout nihil fuit reſolutum circa 5. par. dubij.

444 Circa quam dec.† vide d. inf. 6. p. c. 2. nu. 162.

445 Et in vna Firmana penſionis 6. Ian. 1582. † corã D. Blancheto, fuit reſolutũ, Odoardũ teneri ſoluere penſionem non verificata narratiua, quia Marcus eſt in poſſeſſione exigendi, quæ donec ipſe petat canonizationem ſuæ gratiæ, ſuffragatur, & liberat eum ab onere probandi. Secundò, quod habet confeſſionem Odoardi, cum in eadem ſupplicatione vterque ſit orator, & hæc confeſſio facta in precib. ſufficit contra ipſum, licèt non contra ſucceſſorem. l. eum precium. C. de liberali cauſa, & releuat Marcum ab onere probandi, quod cum procedat, quando in alia ſupplicatione expreſſum eſt de valore, multo magis cum in eadem,

446 &c. Et in vna Anconitana † peſionis 15. Iunij 1587. coram D. Plato, fuit reſolutum, Penſionarium exiſtentem in quaſi poſſeſſione exigendi, non teneri in poſſeſſorio oſtendere literas reſeruationis, nec verificare Clericatum, & alias qualitates ſuas, &c.

447 Et in vna Foroliuien. penſionis, coram D. Penna fuit reſolutum. 24. *April.* 1592. *in fi. & ita eſt intelligendum quod tradit Gratian. diſcept. forenſ. c.* 123. *nu.* 73. *iuxta iſtam deciſionem, quam allegat.* Nõ obſtare exceptionem nullitatis penſionis poſſeſſorio, nec eſſe neceſſarium verificare conditionem poſitam in reſeruatione penſionis, licet, ſi conſtet conditionem non eſſe adimpletam ſolutio penſionis non conſtituat in poſſeſſ. reſpectu ſucceſſoris, alias ſic.

Fuit etiam reſolutum in vna Cæſarauguſtana pen-

448 ſionis † 20. Decemb. 1591. coram D. Pamphilio, vt in ſeq. deciſ. Fuit reſolutum ſententiam declaratoriã incurſus cenſuratum ad fauorem Io. Marci extra Rotam latam, tanquam notorie iniuſtam eſſe reuocandam, ex eo, quod literæ reſeruationis coram Auditore Cameræ, quatenus in eis Io. Marcus aſſerit ſe decretorum Doctorem & ad eius vitam obtinere in cõmendam Archidiaconatũ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, non fuerunt iuſtificatæ, prout iuſtificari debuerunt, cum ageretur contra ſucceſſorem in Beneficio, qui non cõſenſerat reſeruationi penſionis, ad notata per Io. Andr. in c. 1. de litis conteſtatione. in 6. Abb. in c. fin. col. 1. de præſumpt. Felin. in c. conſtitutus. de reſcript. Pariſ. conſ. 49. nu. 30. l. 4. & habet locum etiam quando procederetur executiuè, quia ſemper in qualibet gratiæ ſub intelligitur clauſulam, ſi prius veritate nitantur. c. 2. de reſcrip. & tradit Moheda. dec. 304 præſertim ſtante oppoſitione Paſtranæ, quod non procedatur ad ſententiam declaratoriam. cum gratia non eſſet iuſtificata. Imola in c. ſuper literis, col. 3. de reſcript. & fuit deciſum coram Illuſtriſſ. D. Cardinali Lancelloto de anno 1572. in vna Salamantina penſionis. & aliàs ſæpius.

449 Fuit etiam reſolutum in illa † Salamantina penſionis, 26. Martij 1593. ſupra deducta, num. 424. & in alijs deciſionibus, de quibus infra. *& in Abul. penſionis ſupra relata, nu.* 187.

Et quaſi poſſeſſio exigendi penſionem acquiritur

450 per vnicum actum ſolutionis, Saluſt. † Tiber. d. c. 3. ad fin. in addit. *& Grat. diſcept. for. c.* 113. *a nu.* 20. quie-

451 quid alias velit Flores. q. 2. nu. 25. Etiam † ſi ſit facta metu cenſurarum, Rota in cauſa Lucana penſionis 4. Iunij 1574. coram D. Lancellotto, quæ habetur 1. p. diuerſ. dec. 196. & in vna Recanaten. tranſactionis de anno 1593. coram D. Gipſio, & in vna Corduben. decimarum, 25. Octob. eiuſdem anni, coram D. Seraphino, quicquid teneat Gul. Bened. in rep. c. Raynutius de teſtam. verb. ſi abſque liberis. 2. de hdeic. ſubſtit. n. 38. nec id negat Gigas q. 36. *Et Gratia. d. c.* 113. *a n.* 10.

452 nam non agit de poſſeſſione, niſi ſit facta † cũ proteſtatione, quod ſoluit metu cenſurarum, nam ſolutio facta cum iſta proteſtatione non conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione exigẽdi. Achilles, dec. 423. ſeu 11. de penſio. Caputaquen. dec. 330. par. 2. *& Gratian. ibi, Rot. deciſ: 436. nouiſ. Farin.* Rota in d. Lucana, & Recanaten. & Corduben. & in cauſa Patẽ. Penſionis 5. Decemb. 1594. corã D. Pamphil. in qua fuit

453 reſolutum: Quod, vt † ſi locus mandato de manutenendo in pentione, eſt neceſſarium conſtare ante omnia de exiſtentia literarum reſeruationis pẽſion s, poſtea de quaſi poſſeſſione, Achilles dec. 4. de reſcript. & d. dec. Lucana, in princ. Quæ quaſi poſſeſſio exigendi pentionem ſuper fructibus Epiſcopatus non acquiritur per ſolutiones factas ex fructibus illius per Curiam Regiam ſede Epiſcopali vacante, cum non fiant per habentem titulũ &c. Nec ex cõmiſſione de ſoluendo data per ipſum Epiſcopum, quia aliud eſt ſoluere, aliud mandare ſoluere, maxime cum ſit cũ proteſtatione, quod per illam nullum ei fiat præiudiciũ, quia facit metu cenſurarũ, &c. Nec probatur quaſi poſſeſſio ex confeſſione anteceſſoris, vt alias fuit reſolutũ, nec ex ſolutionib. factis per illũ, de cuius mãdato nõ conſtat; Rota. n. non ſequitur deciſ. Rotæ 1. de cauſa poſſeſſ. in antiquis, quam ſequitur Gambar. de offic. leg. l. 6. q. 18. & 36. niſi concurrentib. adminiculis. Verallos l. 1. deciſ. 321. in manuſcrip. Rota in d. Lucana, & ſic fuit denegatum mandatum de manu tenendo. *Et vide deciſ. 681. noviſ. Farnac.*

454 Sed quia illa deciſio Paten. † quatenus ait in poſſeſſorio debere conſtare ante omnia de exiſtentia literarum reſeruationis penſionis ex dec. 4. Achil. de reſcript. Mandoſ. reg. 3. q. 7. nu. 3. Marches. de commiſs. 2. p. c 4. de commiſs. appellat. nu. 37. aduerſatur deciſioni Anconitanæ, de qua ſupra nu. 446. *Et ita etiam erit accipienda deciſio Rotæ in cauſa Cæſarauguſt. penſionis 4. Iulij 1608. coram D. Mançanedo, vbi fuit reſolutum. eam dum eſſe mandatum, &c. R. mand. de mand.* Obiter ad-

455 uerte ſic concordandas † eſſe, vt debeat conſtare de reſeruatione penſionis ſaltem per ſupplicationem, licet non ſit neceſſarium oſtendere literas expeditas Buc. de ſtilo Curiæ Auditoris Cameræ, cap. 24. verſ. & quoniam. Saluſt. Tiber. d. l. 3. cap. 3. num. 1. 5. & 6. & c. ad fin. & vide aliam deciſionem in iſta cauſa Paten. de qua infra nu. 550.

456 At in petitorio, quando agitur † de nullitate penſionis debet fieri prædicta verificatio per penſionariũ etiamſi ſit in poſſeſſione exigendi, ad dec. Cæſar. de Graſſis, to. 1. nu. 11. & 103. nu. 8. & fuit reſolutum in d. Firmana penſionis, & in vna Reatina pẽſionis, 11. Martij 1588. corã D. Pamphilio, vbi fuit reſolutum, reſeruationem penſionis non ſuffragari ante reſeruationis iuſtificationẽ, & in Salamantina penſionis 26.

Martij

Martij 1593. ſupra adducte num.424.& in vna Ceſenaten.penſionis 24.Ian.1594. coram D. Gipſio, in qua fuit reſolutum.Gratiam penſionis iuſtificari debere, quando non agitur contra eum, qui penſioni conſenſit ſed ſucceſſorem, cui ſufficit obijcere penſionem eſſe nullam abſque eo,quod teneatur aliquid probare; habet enim intentionem de iure communi fundatam, vt Eccleſiaſtic. Benefica ſine diminutione conferantur, & ſic Miles profeſſus Hieroſolymitanus & ſic incapax penſionis & Beneficij, c. Beneficium. de regularib.in 6. Guido Bo. dec. 139. debet oſtendere ad penſionem, de qua agitur, retinēdam ſecum fuiſſe diſpenſatum, nec quaſi poſſeſſio exigendi dictam penſionem ab onere probandi ipſum releuat.Gigas de penſio.q.47. Puteus dec. 247. l. 1.Mohed. 158. quia poſſeſſio tantum operatur, vt, donec lis per tres conformes fuerit deciſa, non tetardetur ſolutio, vt fuit pluries reſolutum,& Gigas,Mohedanus, & alij loquuntur, quando agitur ſuper ſolo poſſeſorio, non verò quando de nullitate in petitorio, nec diſpenſatio ad retinendam aliam penſionem ſuper alio beneficio, dummodo non excederet ſummā ducentorum ducatorum, ſufficit quo ad iſtam,etiāſi ſimul iunctæ non excedant d. ſummam ducentorum ducatorum, nec poteſt dici Papam diſpenſaſſe ad iſtā penſionem per illa verba in ea poſita;nos enim tecū, vt penſionem prædictam cum Prioratibus & Beneficijs d. Hoſpitalis retinere valeas, diſpenſamus; quia hæc diſpenſatio conceſſa eſt, vt poſſit retinere etiam Prioratus, & præceptorias d. ordinis, præſupponendo, quod ad penſiones eſſet prius diſpenſatus, vt ipſe narrauerat, & qui ſupponit, non diſponit. Rota de procuratoribus 23.in antiquis, Alexander conſ.126. num.5.5.&c.

457 Et in vna Brixien.penſionis † 28.Nou.1594.coram D. Millino, fuit reſolutum, quod, quando datur de nullitate penſionis penſionarius tenetur iuſtificare ſuam gratiam, &c. *Et in Burgen. penſionis 16. Decemb.1596. coram D. Penna cenſuit Rota, penſionarium ad iuſtificandam ſuam gratiam obligari; quia cum titularis habeat fundatam intentionem in iure communi, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, ſufficit ei in petitorio opponere de nullitate penſionis,niſi penſionarius eam iuſtificet, præſertim cum ageretur contra ſucceſſorem in beneficio, qui non conſenſit reſeruationi penſionis neque ab hac iuſtificatione excuſari ob curſum temporis, cū non ſit triginta annorum, qui ad iſtum effectum, vt gratia ex curſu temporis cenſeatur iuſtificata, ſunt neceſſarij, &c.*

458 Quod maxime procedit, † vbi penſio fuit reſeruata ſub conditione, verbi gratia, dummodo remaneant centum pro Rectore, ſeu mille pro Epiſcopo, vel dummodo tantam partem non excedat, vt in Paduana penſionis.17.Decemb.1579.& 28.Iun.1581. coram D.de Rubeis, vt in deciſ.ſequentibus.

### *Paduana penſionis 17. Decembris 1570.*

459 FVit reſolutū, quod in primis, & ante omnia debet conſtare de ſolutione ſtante clauſula, ſine retardatione,quod ſi de ſolutione conſtet, tunc non eſt dubium quod literæ ſint iuſtificandæ,non obſtante quaſi poſſeſſione, quia ſumus in petitorio in quo quaſi poſſeſſio non ſufficit,ſed animaduertendū eſt, an literæ contineant modum, vel conditionem,quia ſi conditionem, ſunt iuſtificandæ, circa modum eſt difficultas. In eadem 28. Iun. 1581,

460 Fuit dubitatum in cauſa Paduana penſionis ſtantibus reſolutionibus in cauſa facti & oppoſitionibus D. Gelaſij contra literas penſionis, & reſeruationis fructuum,ad fauorem R.D. Aloiſij expeditas,an literæ continerent modum,vel conditionem,ita quod illarum iuſtificatio ad eundem Aloiſium pertineat?& 28. Iunij 1581.fuit concluſum ſine difficultate onus iuſtificandi literas huiuſmodi reſeruatioais pertinere ad R.D. Aloiſum Iuſtinianum,prout etiam alias fuerat reſolutum: ſiue enim literæ prædicta contineant modum, ſiue conditionem, vtroque caſu ſunt iuſtificandæ, vt ſunt iura notiſſima, cum Dom. Aloiſius fundet intentionem ſuam in dictis literis, vt per Ioānem Andream in c.1.de litis conteſtatione.l.6.Felin. in c.conſtitutus in principio,de reſcri.cum vulga.nec obſtat,quod dictio,dummodo,regulariter importet modum,non conditionem, vt congerit Tiraquell. de retract.§. 8. gloſſa 8. nam in caſu iſto multa concurrunt, ex quibus aliud dicendum eſt, quoniam in primis prædicta dictio eſt adiecta in ipſa reſeruatione penſionis, ac fructuum, & per conſequens eſt adiecta rei imperfectæ,& ita importat conditionem, vt habetur per Tiraquell.in loco ſuperius allegato, eſt etiam modus non diſpoſitioni,ſed executioni eius adiacens determinatio,vt per Baldum in l.penultima. nu.25. C.de condit.infer.Secundò, quia ſumus in reſcripto gratioſo. Puteus conſ. 36. de priuil. quicquid tamen ſit d: efficacia huiuſmodi dictionis,dummodo,an importet conditionem,vel modum, dixerunt Domini, quod ad effectum, de quo agitur, iuſtificandi ſcilicet gratiam, nullam eſſe difficultatem, quod narratiua eſt probanda Creſ. & Mohedan. in deciſ. allegatis, præſertim ſtante quod in literis dicitur, vt aſſeris, Calder.conſil.8.de reſcrip.Fel.in cap.ad aures.col.6.verſ. 7.concl.10.poſt principium,eodem tit.neque vrget, quod illa ſit adiecta manu Datarij, ita quod non videatur narratiua partis,& per conſequens non ſit iuſtificanda,quia fuit reſponſum conſtare ex literis, de quarum iuſtificatione agitur eſſe narratiuam impetrantis: præterea ſtante etiam conſenſu partiū ſuper d.diſpoſitione omnia in cauſa oppoſita ſunt verificāda, tanquam pars gratiæ, per ea quæ ſupra deducta fuerunt cum multis alijs per Gabrielem allegatis.

461 Et in vna Vercellen. penſionis.26.Iun.1592.†coram D.Mantica Placuit illa diſtinctio approbata in d.Paduana de anno 1579. Penſione reſeruata ſuper Epiſcopatu,dummodo mille remaneant pro Epiſcopo, penſionarium exiſtentem in quaſi poſſeſſione exigendi non teneri in poſſ.probare remanere, ſecus ſi Epiſc.agat petitorio &c. vt in deciſ.679.nouiſſ.Fari.

462 Et in vna Vicen,penſionis. 13.Mar.1595.corā † D. Seraphino fuit reſolutam,Onus iuſtificandi penſionem ſpectare ad penſionarium agentem contra ſucceſſorem in Beneficio,qui non conſenſit,tum etiā quia penſio eſt conditionalis propter clauſulam,dūmodo remaneant centum pro Rectore, prout fuit ſæpius reſolutum in Paduana, & Vercellen. & vltimò in Salamantina coram Gipſio,& hoc caſu nō ſufficere ſemiplenam probationem,ſed requiri plenam, Mohedan. deciſ.148.& in vna Cluſina penſionis de anno 1573. & in alia Oppiden.3.Iunij 1585.&c.

463 Et in vna Meleuitana penſionis.27.† Iunij & 28. Nou.1597. coram D.Litta fuit reſolutum, penſionarium,vbi agitur in petitorio,teneri iuſtificare conditionem, ſub qua fuit penſio reſeruata, dummodo illa,

mi Gigas q.23.tenet quod ſic, quem ſequitur Gambarus, d.lib.6.à nu. 94. & Camillus Cautius in d. tract. de penſione Epiſcopali. & eiuſdem ſententiæ videtur eſſe. Flam. Pariſ. de reſignat. lib.q.4.nu. 14. *& Leſſius d.cap.34.num.207.*

In contrariam tamen ſententiam, ſaltim contradi-
358 cente † Patrono, inclinat Iulius Benignius in reſponſo poſito ante dictum tractatum Camilli Cautij, in quam dicit inclinare ferè omnes aduocatos Romanos, & auditores Rotæ, argumento deciſ. Mohedani 268. quæ in impreſſis eſt ſexta de iure patronatus, & fauet Rebuffus in praxi 3.par. ſignaturæ, n.28, & 48. vbi hoc ponit, tanquam propriũ Papæ, & Zecchus. d.c.11.nu.7.verſ.debet, tamen, ait quod quando Epiſcopus penſionem imponit, requiritur conſenſus patroni, & faciunt tradita per Rochum de iure patro. verb. honorificum. q.3.

359 Mihi videtur cum † Sarnen. in d. compendio vtriuſque ſignaturæ, verſ. & eodem modo, quando Epiſcopus, quod poſſit eam imponere, dummodo non tranſeat ad ſucceſſores in beneficio, aliàs non, ſine conſenſu patroni; nam in hoc eſſet conſiderabile præiudicium patroni, propter præſentationem, quæ foret de beneficio grauato, & non libero, & ad hoc conducunt tradita per Rochum d.q. 3. & notata per Io. Andr. & Abbatem nu.5. in c. poſtulaſti de iure patro. Lamber. de iure patro. lib.3. quæſt.4. & 5.nu.7. ita tenet Couarru. practicarum. c.36.nu.10.

Quæ reſolutio videtur poſſe limitari, niſi penſio
360 tranſitoria † ad ſucceſſores imponeretur per Epiſcopum in magnam Eccleſiæ vtilitatem, nam tunc videtur etiam, ſine conſenſu patroni, & eo inuito ſi vocatus nolit conſentire, argumento eius, quod de permutatione beneficij iuris patronatus facta ſine conſenſu patroni, tradimus infra 11.p.c.3.nu.19. & 23.

361 Et licèt † Papa poſſit imponere penſionem ſuper beneficio iuris patronatus ſine cõſenſu patroni, Marcheſ. d.2.p.c.4. de commiſſione appellationis. nu.57. nam vt fuit reſolutum in vna Columbrien. penſiones. 11. Februarij 1598. Coram Illuſtriſſimo Seraphino, Patroni conſenſus non requiritur in imponenda penſione, tamen ſi beneficium eſt iuris patronatus laicorum, ex dotatione, & fundatione debet mentio fieri in reſeruatione de tali iure patronatus, aliàs penſio eſt ſurreptitia & nulla. Gigas. quæſt. 24. & Couar. d. nu.10. Burſattus conſ.158.nu.38.lib.2. Caputaquen. deciſ.132.p.2. Rota deciſ.2044.lib.3.p.3. diuerſorũ.

*Nu.361. Veſconcel. lib.4. diuerſ. iur. arg. c.13. quod Papa non ſolet imponere penſionem ſuper beneficio iuris patronatus laicorum ſine ipſorum conſenſu, & per conſequens, nec dare facultatem transferendi; & ſic data ſine conſenſu non valet, ſed eſt ſurreptitia: & Cabed. de patronat. Regiæ coronæ Luſitaniæ c.13.nu.5. Leſſ. d.c.34. nu. 207. Rot. in Lucan. penſionis apud Pacific. de Salu. interd. deciſ.103.nu.5. & nouiſſimè Farin. deciſ.689. & fuit reſolutum in Rom. pẽſionis 4. Iul. 1601. coram D. Pamphilio, ſcilicet, in reformatione penſionis non requiri conſenſum patroni laici, & licèt neceſſaria ſit notitia iuris patronatus in Papa qui difficilius ſolet huiuſmodi beneficia grauare, Gig. d.q.24. De hac tamẽ notitia ſufficienter conſtare ex derogatione iuris patronatus, quæ oſtendit eius animam intentionem reſeruandi penſionem, etiã quod beneficium eſſet iuris patronatus, cum quatenus adeſſet, ſi laicorum etiam ex fundatione, vel dotatione, pro medietate, alias in totum deroganit cum clauſula latiſſime extendenda, quæ ad huiuſmodi effectum ſufficit, vt fuit reſolutum in alia Lucana penſionis 4. Nouemb. 1579. coram Rubeo præſertim ſtante alia clauſula, quod maior, & verior ſpecificatio fieri poſſit, quæ multũ operatur, Caputaq. dec.296. num.8.par.2. & quod ad euitandam ſurreptionem ſufficit, quod Papa in genere potuerit cogitare beneficium eſſe iuris patron. laicorum, Caſſad. dec.1. de priuileg. cum vulg. vt in deciſ.902. nouiſ. Farinac.*

## *In qua portione ſeu quantitate penſio ſit reſeruanda. §. III.*

### SVMMARIA.

*PEnſio conſtituenda eſt in quantitate, & non in quota. num. 362. & ita obſeruat Papa, & habes ſtilus curiæ. n. 363. & ita inferiores Papa non poſſunt eam reſeruare in quota. n. 364. quãuis iure cõmuni inſpecto probabile eſſe poſſet. 365.*

*Moderatam penſionem eſſe oportet. nu. 366. aliàs ad debitam quantitatem eſt reducenda, nu. 367. quod procedit in ſucceſſore, ſecus in eo, qui penſioni conſentit. nu. 368.*

*In tali penſione per Papam impoſita non poteſt fieri reductio per inferiorem. nu. 369.*

*In quanta quantitate ſit reſeruanda remiſſiuè. nu. 370.*

*Non poteſt dari circa eam certa regula. nu. 371.*

*In parochialibus non exceden. 100. ducatos non imponitur penſio, num. 372.*

*Iſti 100. ducati intelliguntur, iuxta valorem ducatorum, in qualibet regione, licèt clauſula dummodo remaneant 100. ducati, pro rectore ſoleat intelligi de ducatis de camera. 373.*

*Si penſio excedit 100. ducatos, penſio ſolet reſeruari pro quantitate excedenti. nu. 374.*

*In penſione ſuper parochiali ſolet apponi clauſula dummodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro rectore, n. 375. quæ aliquando non apponitur, nu. 378.*

*Verbum libere importat, abſque grauamine, & diminutione. num. 376.*

*Reprobatur conſilium Nauarri. 377.*

*Penſio non cenſetur impoſita ſuper incertis, & diſtributionibus, niſi expreſſè dicatur, num. 379. etiam ſi diceretur ſuper redditibus prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuerſis, num. 380. & ita in materia penſionis Dataria & cancellaria intelligit, licèt Rota contra tenuerit, & licèt alias dicta verba comprehendant etiam diſtributiones, à num. 381. ad 387.*

*Intelligitur niſi aliundè conſtet per illa verba imponi ſuper diſtributionibus, n. 388. aut niſi eſſet ſtilus in contrariũ. 389.*

*Declarationes S. Cong. pro dicta doctrina. nu. 390.*

*Penſio reſeruata ſuper diſtributionibus poteſt transferri vigore priuilegiorum, dantium facultatem transferendi penſiones reſeruatas ſuper fructibus redditibus, & prouentibus, nu. 391. reſolutio Rotæ, nu. 392.*

*In Epiſcopatibus non excedentibus mille ducatos, non ſolet penſio imponi nu. 393. Si verò excedunt, imponitur penſio reſignanti cum clauſula, dummodo mille remaneant pro Epiſcopo; num. 394.*

*In Epiſcopatibus Hiſpaniæ ſolent reſeruari penſiones, vſque ad tertiam partem, num. 395.*

*Clauſula quæ in eis ponitur, nu. 396.*

*Clauſula, dummodo remaneant centum pro rectore, & mille pro Epiſcopo, intelligitur de tempore gratiæ, & reſeruationis non verò reſpectu annorum futurorum, ſicut clauſula dummodo medietatem fructuum non excedat. nu. 397. 398.*

*Si attento tempore gratiæ remanebant centum rectori, deducta penſione etiam ſi poſtea contingat aliquibus annis non remanere,*

*remaniere, non ideo erit diminuenda pensio, nu. 399.*

*Sed si post reseruationem ita sunt diminuti fructus parochialis, vt rector non possit se sustentare, peti potest reformatio illius. num. 400.*

*Quæ reformatio seu reductio potest fieri per ordinarium, etiamsi pensio esset reseruata per Papam, nu. 401. nisi adsit clausula, quod pensio annullari, reduci, seu minui non possit. 402.*

*Si computatis funeralibus, & ingressu remanet rectori, cõgrua non potest peti reductio. 403.*

*Non est superflua dicta clausula, dummodo remaneant centum, nam quamuis narretur valorem parochialis ascendere ad talem summam, quod etiam deducta pensione remaneant centum pro verificatione sufficit probare d. valorem vel parum minus. nu. 404. vsque ad 408.*

*Non est etiam superflua d. clausula, quia in resignationibus valor narrari solet non per ascensum, sed per non excessum, ad cuius verificationem sufficit verificare non excessum. nu. 409. & 410.*

*An si attento tempore reseruationis non remaneant centum rectori, pensio in totum sit nulla, an reducenda. nu. 411. cum seqq. & resolutur pensionem reseruatam resignanti, cum d. clausula, seu dummodo tantam partem non excedat, si excedit esse nullam in totum, pensionem verò sic reseruatam super ben. vacante per obitum, vel alias esse reducendam.*

*Decisionem Rotæ nu. 424. & 425.*

*Pensio purè, & absolutè reseruata, quæ est surreptitia ob malam expressionem valoris beneficij, vel aliàs est nulla in totum, num. 427.*

*Pensio reseruata cum narratiua, quod tantam partem non excedit, si excedit, est in totum nulla. nu. 428. & 429.*

*Pensio imposita vltra potestatem imponentis est nulla in totũ, quia est actus iurisdictionis saltem voluntariæ, & iurisdictio est indivisibilis, & si excedit vitiatur in totum, nu. 430. ex quo potest sustineri sententia Monachi in c. vlt. de pœnitentijs & remiss. in 6. nu. 2. & aliorum, nu. 431.*

*Pensio vltra tertiam partem reseruata à legato habente facultatem illam reseruandi vsque ad tertiam partem est nulla in totum. n. 432. quando constat voluisse eam concedere vltra tertiam, secus si solum reipsa pensio excedebat. nu. 433.*

*An stante quod pensio reseruata resignanti cum d. clausul. est nulla in totum, ille possit redire ad beneficium, & sit restituendum, nu. 434. cum seqq. resolutur negatiuè, nisi quando beneficium resignatum debebat vacare per assecutionem alterius, vel resignans fuit in culpa.*

362 AD secundum in qua †portione seu quantitate sit reseruanda pensio, dicendum est in primis pensionem constituendam esse in quantitate, puta centum aut quinquaginta ducatorum, & non in quota, puta dimidia, 3. aut 4. p. fructuum, quia esset scindere beneficium, quod est prohibitum. c. maioribus de præbendis. ita Io. And. & Anania. nu. 3. in c. audiui nous. de collusione detegenda. Fel. in c. ad audientiã secundo. de rescrip. nu. 2. Caccialupus de pensio. q. 6. Gigas q. 8. Rebuffus de pacificis possessoribus. n. 121. alias 104. Gambarus de officio legati. l. 6. n. 11. Lamber. de iure Patro. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 17. n. 5. Io. Nicol. Delphinas de iure Patro. l. 1. nu. 65. Cucchus in institutionibus parm. l. 2. tit. 8. §. moderatam, & ibi additio, & communiter. Doctores.

363 Quod etiam obseruat Papa † & habet stilus curiæ, qui solum cum Cardinalibus admittit reseruationem fructuum ex causa resignationis, quo stante cer-

364 ta est † prædicta sententia, quod inferiores Papa nõ possint reseruare pensiones in quota fructuum, quãuis iure communi inspecto satis probabilis sit senten-

365 tia † Corasij de benef. 1. p. c. 4. nu. 10. & 11. dicentis eam sententiam nulla ratione confirmari, quia verũ non est ex cõstitutione quotæ diuidi beneficiũ, quod tunc propriè scinditur cum ex vno duo fiunt d. cap. maioribus, & c. vacante. de præbendis, & pensio non est beneficium, & morte pensionarij extinguitur vt dictum est, & quia cum pensionis impositio non nisi ex causa permittatur, vt diximus, nihil pugnat, si quidem scindere quoque beneficia ex causa licet, vt in d. c. vacante, & dicemus infra vltima p. c. 4.

366 Secundo dicendum est moderatam † pensionem esse oportere ita vt tantum remaneat rectori, vt commodè valeat sustentari. Abbas in c. conquerente, de clericis non residentibus. Felin. in d. c. ad audientiam, nu. 2. Caccial. q. 7. Gigas. q. 4. nu. 1. & 5. nu. 2. & 9. n. 1. Rebuff. de pacif. possess. nu. 134. alias 116. vt in praxi tit. de reseruationibus, n. 19. Coras. d. c. 4. n. 7. Io. Nic. Delphinas supra n. 71. & Cucchus d. §. moderatam.

367 Aliàs ad debitam quantitatem † reducenda est. Hiero. Paulus in pract. cancellariæ in notabilibus super pension. vers. pensio. immoderata. Gigas. q. 35. nu. 4. Rebuff. in repet. c. extirpandæ. §. qui verò. 6. nota. cap. 6. circa materiam pensionis vers. quantum ad septimum. Coras. & Io. Nicol. ibi, & Gambarus d. lib. 6. 2 nu. 111. & 699. & 702.

Quod tamen videtur, solum procedere in succes-

368 re beneficij, secus in eo † qui pensioni consensit, sibi enim præiudicauit consentiendo impositioni pensionis excessiuæ, ad l. 1. §. vsque adeo, ff. de iniurijs, & l. nemo. 38. & 76. ff. de Regulis iuris, & Reg. quod semel, & Regula scienti lib. 6. Staphileus de literis iustitiæ. tit. de commissione super reductione pensionis. nu. 3. & Mandos. de signatura gratiæ. tit. de pensioni. vers. aduertendum etiam est, & vide d. infra à nu. 400

369 Et in tali pensione per Papam † imposita non potest fieri reductio, per ordinarium, seu legatum, vel alium iudicem, nisi ex speciali rescripto Gambar. ibi. nu. 708. circa quantitatem autem pensionis nempe,

370 in quanta † quantitate sit reseruanda, vide Staphileum ibi. nu. 6. Gigan. d. q. 9. nu. 2. & Rebuffum, d. tit. de reseruationi. à nu. 13. Coras. d. c. 4. nu. 8. Mandos. d. tit. de pensio. ex vers. super parochiali. & Flam. Paris. de resigna. benef. l. 6. q. 2. ex nu. 21. & 29. *& Piasec. in praxi Epis. p. 2. cap. 5. nu. 25.*

371 Ego tamen aduerto, circa † quantitatem pensionis non posse dari certam regulam in beneficijs non curatis, nã quãuis Flam. Paris. d. q. 2. n. 26. dicat, quod in beneficijs simplicibus, hodie de stilo datur regulariter vsque ad medietatem, prout aliquando fieri videmus, cum narratiua, seu clausula: Quæ vt asseris dimidiã partem fructuũ non excedit: Seu cum clausula, Dummodo dimidiã partẽ fructuũ non excedat. Tamen sæpe etiã videmus dari etiã vltra medietatẽ, & constitui super certis, & incertis nẽpe pẽde Altari, ex causa resignationis, in parochialibus autem si valor

372 † non excedit centum ducatos, non imponitur pensio, iuxta decretũ. Cõcilij Triden. sess. 24. de reformatione. c. 13. & ita seruatur vt etiã ait Fta. d. q. 2. nu. 21.

373 Qui centũ ducati intelliguntur, inquit Zecchus † in tractatu de republica Ecclesiastica. c. 28. de Paroch. nu. 4. & in tract. de benef. & pensio. c. 11. num. 6. iuxta valorem ducatorum in qualibet regione, vt cõgregatio sacra respondit, quod comprobatur ex Sarnen. in regula de valor. q. 9. verfic. sequitur in textu

aut

gut ducatos ad finem, & ex conſ.Gigan.158. de quo infra.5.p.c.3.num.151. licèt clauſula, dummodo remaneant 100.ducati pro rectore,de qua infra, ſoleat intelligi de ducatis de camera,ex quo fructus narrãtur in ducatis de camera, & illa clauſula de ducatis ſimilibus. *Aliter ſi ſimpliciter & abſolute diceretur,dummodo remaneant centum ducati pro Rectore,valor eorũ intelligeretur iuxta morem cuiuſq; regionis, ex d. S.Congreg. declaratione 30.Mar.1594. his verbis Congreg. Conc.cenſuit,valorem centũ ducatorũ,qui ex decreto c.13 ſeſſ.24.de refor.debẽt remanere Rectori parochialis Eccleſiæ,quę penſione grauatur, eſſe intelligẽdũ iuxta morẽ cuiuſq; regionis.*

374 Si verò parochialis fructus † excedunt valorem centum ducatorum,penſio regulariter ſolet reſeruari reſignanti,pro quantitate excedente. d.ſummam. Flam.Pariſ.ſupra nu.24.

375 Et in penſione,quæ cõſtituitur † ſuper parochiali, ſolet apponi clauſula,dummodo remaneant centũ ducati annuatim liberi pro Rectore, quod verbum.

376 † liberi, importat id eſt abſque vllo grauamine, & diminutione. Rota deciſ.298.p.1.diuerſorum. facit ſequens declaratio Congregationis ſuper. d.cap.13. Quando Parocho reſeruatur aliqua portio ſuper fructibus Parochię alteri reſeruatis,libera debet eſſet ab omnibus oneribus portio prædicta Parocho reſeruata. *Leo in Theſ. for. Eccl.cap.22.nu.13.& c.31.num.56.*

377 Vnde cõuincitur conſilium † Nauarri quintũ de ver.ſig.alias 46.de præb.qđ ſequitur Zecchus. d.n.4. Quæ tñ clauſula dummodo remaneant centũ, &c.

378 Aliquando etiam † apponitur quando penſio reſeruatur ſuper fructibus & incertis ac pede altaris.

379 Sed non cẽſetur penſio impoſita † ſuper incertis, ac pede altaris, ſeu diſtributionibus,niſi expreſsè dicatur, & tũc reſoluitur cõpoſitio ducati pro ducato, ad Mandoſ.d.tit.de penſio.verſ.pẽſiones. *Alex.Mon. de diſtrib.p.3.q.8.n.1.10.& 11.Leon d.c.22.n.29.& 54.*

380 Etiãſi diceretur,ſuper redditibus, † prouẽtibus,iuribus,obuentionibus,& emolumentis vniuerſis,Emman.Rodrig.quæſtionum regulariũ.to.3.q.74.ar.4. quãuis in vna Auguſtana præpoſituræ. 13.Ian.1559.

381 † corã D.Radi. fuit reſolutũ quod. Verba illa iuribus, & obuẽtionibus vniuerſis poſita in ſupplicatione penſionis cõprehendunt oẽs redditus cuiuſcunq; qualitatis ſint. Abb.in c.ad audiẽtiã.primo de eccleſ. ædificãdis.nu.15.Balbus in c.1.nu.15.de capitaneo. qui curiã vendidit in feudis.neq; eſt contrariũ quod aliter exprimantur fructus quo ad impetrationẽ, & aliter quo ad reſeruationẽ pẽſionis, Sarnen.de valore.q.8.n.3.Moheda.dec.120.vt videntur ĩ Canonicatibus,&c. & tradit Flam.Pariſ.d.l.6.q.2.n.33. & 34. *Et Alex.Moneta d.par.3.q.8.num.13. dicentes, ex dictis verbis penſionem cenſeri impoſitam ſuper maſſa, groſſa, & fructibus, qui diuiduntur inter eos, qui interſunt certis temporibus, ſeu reſidentibus.*

☞ Eſt in vna Toletana penſionis coram D.Rubeis

382 Anno.1565. quòd: † Appellatione verborum, ſuper redditibus,prouẽtibus,iuribus, & obuẽtionibus vniuerſis, veniunt etiam quotidianæ diſtributiones.

383 Quod etiã, fuit dictum † in cauſa Toletana patrochialis de Maiarambroz. 29. April. 1592. coram D. Penia.& ſic In Mãdato ad reſignandũ, reſeruata penſione ſuper fructibus,redditibus, prouẽtibus iurib.& obuẽtionibus vniuerſis, iſtorũ verborũ tã generaliũ appellatione, venire quotidianas diſtributiones,& incerta,&c. *Et ĩ Burg.ſeruitij* 15. *Dec.*1603. *corã D.Coccino.*

384 Sed quamuis Rota ita tenuerit, & verum ſit d. † verba comprehendere omnes redditus cuiuſcunque qualitatis ſint, & ſic etiam diſtributiones,& incerta, vt per Abbatem, & Baldum citatos in d. Auguſtana Boerium Dec.224.nu.5.& 6.Io.Gutierrez conſ.8.1 nu.4.& Mandoſ.conſ.15.nu.7. qui videntur ſentire, q verba, quibuſcunque alijs redditibus, diſtributiones quotidianas comprehendunt. *Et ita ex Mand.ait Gratian.diſcept.forenſ. cap.166.nu.26.* Quamuis Ripa

385 reſpõſo.lib.1.c.5.nu.2. & Probus † ad Monachum in c.1.de clericis non reſidentibus in 6.nu.52.dicant, quod appellatione fructuum & obuentionũ,non cõtinentur diſtributiones quotidianæ,*quos ſequitur Molin.de appell.de verb.ſig.nu.810.& 943. & Alex.Monet.de diſtrib.p.1.q.7.& 3.concl. & q.14.nu.22.& p.3. q.9 nu.12. qui tamen d.q.7.4.concl. & d.q.14.nu.22. ait quod nomine emolumentorum beneficij, ſeu Præbendæ proprie continentur, ſed certe ita generale videtur nomen obuentionum.* & Nauar.conſ.13.nu.1.de clericis non reſidentibus,quod ſub verbis fructus,redditus,prouẽtus,iura,emolumenta, Canonicatus,nõ comprehendũtur anniuerſaria & manualia miſſarum,& eleemoſynarum, *quem ſequitur Alex.Monet.d.q.14.nu.22. &*

386 *de decim. cap.9.nu.85.* tamen in materia penſionis † quæ poteſt per Papam reſeruari ſuper diſtributionibus quotidianis, quæ deſeruientibus dantur pro labore, *Alex.Monet.d.p.3.de diſtrib.q.8.nu.9.* quicquid dicat Gigas conſ.144.ſeu reſponſo.35.de penſio. Da-

387 taria, † & cancellaria per illa verba non intelligit diſtributiones,& incerta, vt intellexi Romæ à quodã Notario Cancell. & conſtat, quia tunc non ſoluitur compoſitio ducati per ducatum, & ita quando vult imponere penſionem, etiam ſuper diſtributionibus, poſt illa verba additur, nec nõ diſtributionibus quotidianis. *Alex.Monet.d.q.8.nu.11.* niſi aliunde con-

388 riumconſtet, vt quia imponeretur † penſio ſuper Canonicatu,cuius fructus narraretur in 24.tũc enim Papa cẽſeretur illam imponere ſuper illius diſtributionibus maxime Groſſa iuxta ſubiectam materiam, maxime in canonicatibus Hiſpaniæ. *Veſconcel.diuerſ. iur.arg.lib.2.c.14.nu.31. & Gratian.diſcept. for.c.166. num.27.* aut niſi eſſet ſtilus in contrarium, quod non

389 † eſſet ſolitum fieri mẽtionem de diſtributionibus, vt de tempore Leonis X. ait Achilles Dec.8.de penſ. ſeu.420.& de tempore Clemen.VII.Cæſar de Graſſis Deciſ.116.53.& 54.& 1.p.diuerſ.Deciſ.330.& 331. *Sequitur Alex.Monet.d.q.8.num.1.& 6.*

☞ Et pro prædicta doctrina faciunt ſequentes decla-

390 rationes † S.Congregationis Concilij. *Prima, quam affert Alex. Monet.d.num.11. dicens eſſe factam in vna Mediolan.* Tarraconen. ne diſtributiones quotidianæ deteriores fiant penſione grauari non poſſunt, Niſi expreſſis verbis à ſummo Pontifice concedatur.2.ſuper. cap.3. ſeſſ.21. de Reform. antequam iſta detractio fiat, deducendæ prius ſunt penſiones, & onera legitimè impoſita, quandiu illa durauerint, ſed de nouo impoſitæ non comprehendunt iſtam tertiam partem.

Penſio tamen reſeruata etiam ſuper diſtributioni-

391 bus † quotidianis bene poterit transferri vigore priuilegiorum dantium facultatem transferendi pẽſiones reſeruatas ſuper fructibus,redditibus,aut prouẽtibus Eccleſiaſticis, maximè cum dictione vniuer-

☞ ſali, vt in vna Toletana penſionis 5. Nouem.1565.

392 coram D. Rubeis in qua fuit reſolutũ † quod Pẽſio

reſeruata

§ reſeruata ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis, & diſtributionibus, quotidianis Canonicatus, continuo inſeruientibus reſidentibus, & intereſſentibus dari ſolitis, tranſferri poteſt vigore priuilegiorum militũ S. Petri, quibus priuilegijs datur facultas transferẽdi pẽſiones reſeruatas ſuper quibuſuis prouentibus Eccleſiaſticis quamuis non dicant ſuper fructibus, qui lucrantur reſidendo, nec diſtributionibus quotidianis, quia quãuis in priuilegis fiat ſtricta interpretatio, tamẽ à verbis priuilegij nõ eſt recedendũ. vt per Iaſon. in l. fi. n. 33. ff. de conſtit. principũ, verba sũt ampliſſima in caſu iſto, ibi quaſcũq. penſiones ſuper quibuſuis prouẽtibus Eccleſiaſticis. Secũdò fundatur in extrauag. prima de decimis verſ. & quia non occurrit nobis. cuius ratio eſt generalis, & vniformis, licèt diſpoſitio forſitam eſſet particularis. Non obſtant allegata in cõtrariũ, quia eſt cõſiderandũ, q aut loquimur de prouentibus Eccleſiaſticis reſpectu beneficij, vt in c. licet de præbendis in c. olim de verborum ſignificatione, in iſto caſu procedunt allegata in contrarium; tunc enim non veniunt diſtributiones quotidianæ, quæ non ſunt prouentus Eccleſiaſtici iſtius, vel illius beneficij, quia acquiruntur ex labore, & intereſſentia in diuinis, vt in cap. 1. de clericis non reſiden. in 6. aut loquimur ſimpliciter de prouentibus Eccleſiaſticis. & tunc veniunt diſtributiones quotidianæ, quæ quærũtur ex re Eccleſiaſtica; à fortiori igitur hoc eſt dicendum in iſto priuilegio, in quo ſunt illa verba in quibuſuis prouentibus. *Pro qua reſolutione conducunt tradita per Alex. Monet. d. c. 9. de decim. à n. 77. & de diſtrib. p. 1. q. 7. n. 10. & p. 3. q. 9. à nu. 10. & 15.*

393 Similiter in Epiſcopatibus, quorum fructus † non excedunt valorem mille ducatorum, non ſolet penſio imponi ex decreto Conc. d. c. 13. quod eſt in viridi obſeruantia, vt teſtatur Fla. Pariſ. d. q. 2. nu. 34. ſi vero ex
394 cedunt dictam ſummam † imponitur penſio reſignanti ſuper fructibus menſæ, & apponitur clauſula, dummodo mille remaneant pro Epiſcopo.

Sed in Epiſcopatibus Hiſpaniæ, qui ſunt opulenti,
395 † ſolent ad inſtantiam Regis imponi penſiones vſque ad tertiam partem, Flam. Pariſ. ſupra num. 39. di-
396 cendo ſic, &c. Quorum, † tertiam partem omnes pẽſiones huiuſmodi, ſeu tam antiquæ quã modernæ pẽſiones huiuſmodi in ſimul, vt accepimus, non excedũt. *iam verò vſque ad 4. per totum.* Et cum derogatione expreſſa Lateranen. Concilij nouiſſimi, pẽſiones annuas ſuper fructibus menſarũ Epiſcopalium niſi exceſſionis, aut alia probabili cauſa reſeruari prohibentis.

In quo ſe offert dubium, de quot pe debeat intelli-
397 gi d. clauſula † dũmodo remaneãt centũ pro Rectore, & mille pro Epiſcopo, an de tempore gratiæ, & reſeruationis, an verò etiam reſpectu annorũ futurorũ
398 In quo breuiter dico, debere † intelligi de tempore gratiæ, & reſeruationis tantum, ſicut clauſula dummodo medietatẽ fructuũ non excedat, vt in Monopolitana penſionis infra adducta, n. 425. & in Mileuitana, de qua infra, nu. 463. & in terminis clauſulæ in Oppiden. infra adducta, n. 474. nam valor debet probari de tempore gratiæ. Felin. in c. ad aures, n. 17. ſecunda limitatione de reſcrip. Sarnen. regula de Valore. q. ſi. Caputaquen. Deciſ. 330. par. 3. & Cæſar de Graſſis Dec. 97. nu. 3. Saluſt. Tiberius in practica auditoris cameræ l. 3. c. 1. nu. 11. facit Deciſ. 1160. nu. 9. lib. 3. p. 3. diuerſ. & facit, quod illa eſt conditio, quam Papa apponit gratiæ penſionis certæ quantitatis; quæ non debet eſſe in ſuſpenſo, nec variari ſecundum annos futuros, & ita videtur tenere Nau. conſ. 13. de reſcrip.

Vnde ſi attento tempore gratiæ deducta penſio-
399 ne † remanebant centum liberi pro Rectore, etiam ſi poſtea contingat aliquibus annis non remanere, d. centum Rectori, non ideo erit diminuenda penſio, nec poterit Rector opponere penſionario quod relinquatei centum ducatos ex fructibus Parochialis, quãuis communiter cõtrarium exiſtimetur in his partib. *Et quamuis in vna Zamor. executionis decim. 1. Maij 1591 coram D. Seraph. dicatur per viam ſimilis, Quod clauſula, quod remaneant centũ pro Rectore ſolita apponi in penſionibus non ſolũ eſt verificanda de tempore gratiæ, ſed etiam requiritur, quòd continuo duret, ad hoc vt penſio ſuſtineatur, alioqui ex penſione venit ſupplendum quòd Rectori deeſt.*

400 Si tamen poſt reſeruationem penſionis ita ſunt † diminuti fructus Parochialis vt Rector non poſſit ſe, & onera incumbentia ſuſtentare ſoluendo penſionẽ, tunc peti poteſt illam reformari, & reduci ad conuenientem quantitatem, Roman. conſil. 369. vbi Hora. Mandoſ. litera I. Staphileus de literis iuſtitiæ, tit. de commiſſione ſuper reductione penſionis. à num. 7. Gigas de penſio. q. 5. num. 4. & quæſt. 35. num. 5. & conſ. 147. ſeu reſponſo 38. de penſio. Rebuffus de pacificis poſſeſſo. numer. 134. & 141. aliàs 116. & 123. Gambarus l. 6. d num. 699. Mandoſ. d. tit. de penſionibus. verſic. penſio, quod annullari, & verſic. ego clauſulæ. Flam. Pariſ. lib. 6. quæſt. 2. nu. 143. & Flores quæſt. 14.

Quæ reformatio ſeu reductio videtur poſſe fieri
401 per ordinarium † ſine ſpeciali reſcripto, & commiſſione Papæ, etiam ſi penſio eſſet reſeruata per Papam quia reſeruatio videtur intelligenda rebus ſic ſtantibus, ad Dec. conſil. 335. Aimon. conſ. 65. num. 4. Tiraquell. in l. ſi vnquam, de reuocan. donatio. in principio, à nu. 166. ſeu 161. Io. Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. par. c. 71. num. 6. (& quod dictum eſt ſupra, nu. 369. eſt quando à principio fuit penſio
402 exceſſiua reſeruata per Papam) niſi adſit † clauſula in ſupplicatione quod penſio annullari, reduci, ſeu minui non poſſit, nam tunc requiritur ſpecialis commiſſio Papæ, quæ tamen ſolet dari præſertim ſucceſſori. Staphil. ibi & Gigas d. conſ. 147.

403 Exiſtimo vero, quod ſi computatis † funeralibus & ingreſſu, remanet rectori congrua; non poterit petere reductionem, argumento conſtitutionis 46. Pij V. ſuper congrua vicarijs aſſignanda, non obſtante quod tempore reſeruationis debent centum remanere Rectori in fructibus Parochialis; nam turpius eijcitur, &c. *Et vide dicta infra nn. 520. & peculiariter nu. 525. & iuxta prædicta eſt accipiendum quod tradit Zanall. lib. 4. q. 1. ſeu 897. à nu. 513. ad 522.*

404 Sed facit difficultatem † quod ſi prædicta clauſula dummodo remaneant centum pro Rectore, debet intelligi de tempore gratiæ, & reſeruationis tantum, illa videtur ſuperfluè poſita in dataria, cum ſecundum valorem Parochialis narratum, qui debet verificari, vt infra dicemus, appareat deducta penſione remanere centum Rectori.

405 Reſponderi tamen poteſt † quod quamuis narretur valorem Parochialis aſcendere ad talem ſummã, quod etiam deducta penſione ſecundum eam remaneant centum pro Rectore, & is debeat plenè pro-

bari, tamen pro verificatione ſufficit probare dictum valorem, vel parum minus, cum difficulter poſſit certus valor aſſignari, vt fuit reſolutum in vna Burgen.
406 penſionis 4. Nouemb. 1585. coram D. † Gipſio, in
57 qua cum fuiſſet narratum fructus Canonicatus aſcẽdere ad 450. ducatos de camera, & appareret aſcendere tantũ ad 438. nihilominus, ad effectũ excuſandi oratorem à ſurreptione, fuit dictum ſatis conſtare de veritate narratiuæ, maximè quia modica, & non doloſa videbatur ſurreptio, quæ non retraxiſſet Papam etiam quod ſibi expreſſum fuiſſet, & propterea gra-
407 tiam vitiare non debebat, quamuis † non ſit facienda ſextæ partis deductio, quam Domini aliquando ad ſatisfaciendũ regulæ de valore admittere ſolent, vt ſuit dictum in cauſa Burgenſi 17. Iunij eiuſdem anni coram eodem, vnde, cum non ſit neceſſe punctua-
408 liter, † & ad vnguem probare valorem narratum, non erit ſuperflua dicta clauſula, dũmodo remaneant centum liberi pro Rectore, per quam declarat Papa velle remanere Rectori centum ducatos integros, & liberos, quamuis Nauarr. d. conſ. 13. de reſcript. nu. 2 dicat, quod Modicus defectus non noceret.

409 Præterea in ſupplicationibus † reſignationum cũ penſione valor narrari ſolet, non per aſcenſum affirmatiuè, ſed per non exceſſum dicendo: Cuius fructus ducentorum ducatorum ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt. Et ſic ſuper penſione in reſignatione reſeruata expediuntur literæ ſine expreſſione valoris, cũ dicta clauſula, quæ ita non eſt ſuperflua, cum ad verificationem valoris
410 ſic narrati, ſufficiat † verificare non exceſſum, nec ſit neceſſe aſcenſum probare Fel. in d. c. ad aures. de reſcript. nu. 13. verſ. conſidera. 1. Mandoſ. regula 22. q. 5. nu. 2. & 3. Rota in Lunen. Sarzanen. penſionis de anno 1593. de qua infra. nu. 65. & in Rauennaten. pẽſionis de anno 1597. de qua infra nu. 477. & in Aretina penſionis de anno 1600. infra adducta, nu. 466.

411 Secundo ſe offert dubium, an, ſi † attento tempore reſeruationis non remanent centũ Rectori, penſio in totum ſit nulla, an verò ſit reducenda, & debeatur pro eà parte qua remaneant centum Rectori.

412 Et videtur quod in totũ † ſit nulla. primò nã deficiente conditione, totus actus corruit, ad tradita per Flam. Pariſ. de reſigna. benef. l. 1. q. 1. à nu. 27. & illa dictio dũmodo, importat conditionẽ, cũ ſit appoſita in
413 ipſa reſeruatione penſionis † vt in Paduana penſionis 28. Iunij 1581. infra adducta. & in d. Lunẽ. Sarza-
414 nẽ. de qua d. n. & confirmatur, nã illa conditio † apponitur toti reſeruationi pẽſionis, & cõditio inducit formã, cuius defectus vitiat actũ. Fel. in c. cum dilecta n. 6. de reſcrip. Rota dec. 1160. n. 3. l. 3. p. .... diuerſorũ.

415 Secundò quia vt fuit reſolutum † in vna Cæſarauguſtana corã D. Grato conſtitutio penſionis ducentorum ducatorum ſi eſt nulla in vno obolo, tota cor-
416 ruit. Rota deciſ. 616. nu. 5. par. .... diuerſorum. † Et in ſimili clauſula, & conditione dummodò penſio medietatem non excedat, quod ſi excedit in totum ſit nulla, tenet Mandoſ. d. tit. de penſio. verſic. clauſula dummodo. & Flam. Pariſ. d. l. 6. q. 2. num. 58. & citant Gigantem q. 9. nu. 3. & q. 35. nu. 2. & in terminis clauſulæ, dummodo remaneant quinquaginta liberi, quod ſi non remanent deductis oneribus ordinarijs penſio ſit nulla, tenuit Rota in vna Romana penſionis, de anno 1576. dec. 928. p. 1. diuerſorum.

417 In contrarium tamen facit quod illa clauſula † & conditio, dummodo remaneant centum, videtur intelligenda quatenus remaneant centum, ideſt pro ea parte, qua remaneant centum pro Rectore. nam cum huiuſmodi clauſulæ, & cõditiones poſſint apponi, vel ad annullandam reſeruationẽ, vel ad illam limitandã & modificandã, videtur hæc interpretatio capienda pro actus validitate, ad l. quoties, ff. de rebus dubijs, & de verb. oblig. adeſt. n. conſenſus Papæ qui reſeruã
418 do maiorẽ penſionem multo magis videtur † voluiſſe reſeruare minorẽ, & ita in terminis videtur tenere Nauar. d. cõſ. 13. de reſcript. & in ſimili clauſula, dummodo medietatẽ nõ excedat, Staphil. d. tit. de commiſſione, ſuper reductione penſionis. n. 5. vbi ait, qđ penſio impoſita, dũmõdo medietatẽ non excedat, eſſet reducẽda, ſi medietatẽ excederet, & reformationi ſub-
419 iaceret, & Rota aliàs reſoluit † quod dato mãdato ad conſentiendũ reſeruationi penſionis 50. ducatorũ, dummodò medietatẽ fructuũ non excederet, illa reſeruata eſſet valida quatenus poſſet, id eſt, quatenꝰ medietatẽ fructuũ nõ excederet, & ad eũ modũ eſſet reducenda, quo medietatẽ fructuũ non excederet, vt in d. dec. 1161. Antonij Auguſtini. l. 3. p. 3. diuerſorũ.

420 Et aliàs in vna Tiburtina penſionis † fuit reſolutum, quod penſio aſſignata reſignanti, quæ medietatem fructuum non excedere aſſerebatur, debeatur ſaltem vſque ad medietatem fructuum, cum qua ille contentabatur, vt intelligantur dicta verba quæ medietatem fructuum non excedit, licèt conditionalia, ſcilicet quatenus non excedat, id eſt pro cap. quæ non excedit medietatem, ad l. Stichum qui meus erit, cum ibi notatis per Doctores de legat. 1. vt per Creſcen. deciſ. 17. de reſcrip. Flam. Pariſ. l. 1. q. 3. num. 81. & d. l. 6. q. 2. nu. 144.

Et in vna Hiſpalen. penſionis, in qua erat reſer-
421 nata penſio. 24. ducatorum † quæ tertiam partem fructuum non excedat, & tamen in eiſdem literis in regreſſu ob non ſolutionem penſionis dicebatur, quod fructus portionis non excedebant. 50. ducatos, fuit reſponſum, quod iſta non dicunt nullitatem ſed reductionem, &c. Vt per Puteum deciſione. 34. lib. 1.

In hoc dubio diſtinguendi ſunt duo caſus primus
422 eſt penſionis † reſeruatæ reſignanti, qui reſignat reſeruata ſibi tanta penſione, & non aliàs, aliter, nec alio modo, quo caſu penſio eſt indiuidua, ex quo in minori ſumma deficit conſenſus reſignantis, & conſequenter Papæ ſuper eo fundatus, & ſic tunc clauſula, dummodo remaneant centum, ſeu dummodo tantam partem non excedat, cauſat penſionis nullitatem in totum, ſi excedit, quicquid velint Nauarrus. d. conſ. 14. & Rota in d. Tiburtina, & Hiſpalen. penſionis loquentes in caſu reſignationis.

423 Secundus caſus eſt penſionis † reſeruatæ ſuper beneficio vacante per obitum, vel aliàs extra prædictum modum conditionatum, & tunc prædicta clauſula non operatur nullitatem penſionis ſi excedit, ſed reductionem ex ratione tacta ſupra, nu. 417. maximè ſi eſt reſeruata motu proprio, & ita fuit reſolutum in vna Salamantina penſionis, 26. Martij 1593. coram D. Gipſio, & melius in vna Monopolitana penſionis. 17. Maij 1596. coram D. Orano, vbi aliæ Deciſiones citantur, vt in deciſion. ſequentibus.

Sala-

*Salamantina penſionis. 26. Maij. 1593.*

67 424 FVit reſeruata penſio cuidam Thomæ ſuper beneficio ſimplici in† Eccleſia Parochiali ſanctorũ Iuſti,& Paſtoris cum clauſula, dummodo penſio per præſentes reſeruata ſimul cum alijs, quæ forſan aliàs aſſignatæ exiſtunt, duas ex tribus fructuum partibus non excedat, alioquin, ſi excedat, penſio per preſentes reſeruata pro quantitate ad ipſas duas partes vna cum alijs prætenſis penſionibus aſcendente, per ſolui non debeant, donec antiquæ penſiones ceſſauerint. Prouiſus Apoſtolicus dicebat penſionem nullam, ex eo quod fructus beneficij erant adeo tenues, vt ex illis perſolui.d. penſio non poſſet: quapropter cum pẽſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi: occurrit dubium in hoc iudicio petitorio, cui incumberet onus probandi valorem beneficij, ad effectum cognoſcendi an dicta penſio ſuſtineri poſſet, vel non: pro cuius dubij reſolutione Domini conſtituerunt plures caſus, quorum primus eſt, quando agitur contra eum qui penſioni conſenſit, tũc penſionarius non tenetur ad aliquã iuſtificationẽ, ſed prouiſus volẽs penſionẽ impugnare, debet ſumere onus probandi. Guidobonus Dec. 245. cũ alijs deductis in vna Valen. penſio. de anno. 1586. corã D. Oriol. Secũdus eſt caſus, quando pẽſionarius agit contra eũ, qui pẽſioni nõ conſenſit, hoc in caſu tenetur ipſe probare, quia prouiſus de iure cõmuni habet intẽtionẽ fundatã, quod Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferãtur, vnde fit, quod poſſit dicere pẽſionẽ nullã, & inualidã, nec quaſi poſſeſſio exigẽdi poteſt ſuffragari pẽſionario, niſi reſpectu ſolutionis, quæ nõ retardatur, donec per tres ſententias, & rẽ iudicatã cauſa fuerit determinata, ſtãte prædicta eius quaſi poſſeſſione exigendi. Tertius eſt caſus, vbi agitur de probanda aliqua qualitate expreſſa per viã conditionis, vel modi, vt ſi pẽſio reſeruata ſit cũ clauſula dũmodo remaneant centũ pro titulari, vt dictũ fuit in Paduana pẽſionis corã D. Rubeis, & in alijs cauſis, vt in deciſionib. quarum copia datur, & tunc licèt agatur contra eum, qui penſioni conſenſit, tamen tenetur pẽſionarius aſſumere onus probandi, quia eius intentio fundatur in diſpoſitione conditionali, quæ, niſi iuſtificetur, nõ reuelat illũ. l. ſi quis ſub cõditione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti, cũ cõcordan. Nõ obſtat quod titularis conſenſerit impoſitioni penſionis, quia conſenſus huiuſmodi intelligitur præſtitus ſub eadẽmet conditione, ſub qua penſio reſeruata exiſtit, & ita procedũt deciſiones in cauſa Verulen. penſionis cũ alijs in cõtrarium citatis. Quartus eſt caſus, quãdo nõ de nullitate pẽſionis dari poteſt, ſed agitur ſuper illius reductione, tunc onus probandi incũbit titulari, qui agit, neque ei ſuffragatur præſumptio iuris, de qua ſupradictum fuit reſpectu maioris, vel minoris pẽſionis, vt dicitur fuiſſe reſolutũ in vna Placentina penſionis corã D. Robuſterio de anno 1575. nã Papa nõ appoſuit conditionẽ ad effectũ, vt, illa nõ verificata, penſio in totũ nulla reddatur, ſed ſolum, vt ad minorẽ ſummã reduci poſſit, vt clarè demonſtrat prædicta clauſula, dũmodo, maximè, quia ſub prædicta cõditione titularis pẽſioni cõſenſit, & per plures annos illam ſoluit; quapropter ſi in futurũ nõ vult ſoluere, debet oſtẽdere eſſe locũ reductioni, præſertim quia pẽſio reſeruata fuit in prouiſione per obitũ, in qua nõ deficit cõſẽſus Papæ, qui ſi voluit reſeruare maiorẽ ſummã, tãto magis, & minorem cum in maiori ſumma ineſt minor. l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verborum obligatio. & per Creſ. Dec. 233. aliàs 17. de reſcrip. & dixerunt Domini coram me in vna Toletana penſ. 28. Iun. 1591. Quod dicitur de nullitate penſionis in totum, & quod non eſt reducibilis procedit in reſignatione in fauorem, cum clauſula non aliàs vel alio modo, quæ importat conditionem ſuſpenſiuam, vt deducitur in cauſa Toletana penſionis. Nec ad rem facit quod titularis agat ad nullitatem penſionis, cum prætendat eam omnis fere fructus beneficij abſoluere, quia eius intentio probata non eſt, prout probare tenetur. Innoc. & alij in ca. ſuper his. de accuſatio. ſcribentes poſt Bartolum in l. in illa die. de verbor. obligat. propter id, quod pẽſio non poteſt dici nulla, ſed reducibilis, quod propterea ex iſtis agitur, concluſum fuit onus probandi Dominia Domino titulari incumbere.

*Monopolitana penſionis. 17. Maij. 1596.*

68 ILluſtris Fr. Fabric. Berius eques Hieroſolimitanus a fælicis recordationis Greg. Papa. XIII. tit. magnæ crucis decoratus, obtinuerat expectatiuam ad prioratum ſiue Baiuliuatum. primò vacaturum: cum autem occurriſſet vacatio Baiuliuatus S. Stephani, & iuxta religionis ſtabilimenta Fr. Marcheda, tãquam in Religione eques antianus illum aſſecutus fuiſſet. S. D. N. cupiens vtriuſq. indennitati prouidere, motu proprio præceptoriã ſanctorũ Guilielmi, & Damiani, cum membro de Berta Papien. in Baiuliuatum erexit, eumq. ſic erectum Fratri Beruio contulit, vlterius ei annuam penſionem 1350. ſcutorum auri in auro ſuper fructibus Baiuliuatus. S. Stephani, cum clauſula, etiamſi ſuper illo aliæ penſiones annuæ alijs reſeruatæ exiſterent, dummodo omnes in ſimul illorum medietatem non excederent, reſeruando. Verum, quia vario ſub prætextu idem Fr. Marcheda ſolutionẽ penſionis præſtare denegabat, ideo lis inter eos corã Auditore cameræ introducta fuit, & demum in me compromiſſa. Dubitaui num eſſet illius ſolutioni locus, in cuius diſcuſſione, quia multa proponebantur particulari conſideratione digna, propterea viſum fuit expediens, quæſtionem ad duo capita reſtringere: quorũ primum fuit, an penſio eſſet nulla, quatenus de eius exceſſu liqueret, vel potius reducibilis; ſecũdum an attẽdẽdus eſſet valor de tẽpore quo petitur reductio, ita vt penſiones antiquæ interea extinctæ cedant cõmodo penſionarij, vel potius de tẽpore reſeruationis, ita quod obueniant titulari, & quoad primũ Dominorũ vnanimis fuit ſentẽtia, penſionẽ nõ eſſe nullã, ſed reducibilẽ, cũ enim hæc materia pendeat à voluntate Papæ, nec ſit caſus penſionis reſignanti reſeruatæ cũ clauſula, nõ alias, aliter, nec alio modo, quæ facit pẽſionem indiuiduam, cauſante illius nullitatẽ in totũ iuxta reſolutionẽ factã coram S. D. N. in vna Bononien. pẽſionis, & in alia Leodien. pẽſionis, corã Oradino, ex quo in minori ſumma deficit cõſenſus reſignãtis, & quia Papa fundatur ſuper cõſenſu reſignãtis, qui multo facilius cẽſetur voluiſſe illi reſeruare pẽſionem minorẽ, reſeruãdo maiorẽ, vt loquitur Creſcẽ. dec. 233. aliàs 17. de reſcript. ſed cũ verſemur in terminis penſionis reſeruatę ex cauſa vacationis per obitũ, vel aliàs extra præmiſſum cõditionatũ modũ, procul dubio penſio ſemper eſt reducibilis, quia adeſt cõſẽſus Papę, qui reſeruãdo maio-

ſẽ multo facilius videtur voluiſſe reſeruare minorem, & conſenſus titularis, qui accipiendo beneficiũ cum maiori penſione cenſetur etiã multò facilius cũ minori penſione illud acceptaſſe, vt fuit diſtinguendo præmiſſos caſus reſolutũ in cauſa Toletana penſionis 28. Ian. 1591. corã R. P. D. Gipſio, & poſtmodum in alia Salamantina penſionis, corã eodẽ, & faciunt deciſiones Caſſad. 4. nu. 4. de penſion. Creſcen. 17 de reſcript. Putei 33. l. 1. nec. n. ad propoſitum viſæ ſunt adduci deciſiones in contrarium allegatæ volentes data exceſſiuitate pẽſionis illã eſſe nullam, ſi quidẽ ex illis dignoſci nõ poteſt, quo caſu loquantur, vnde intelligendæ ſunt in caſu penſionis cõditionaliter reſeruatę præſertim quod penſio, de qua quæritur fuit reſeruata motu proprio, qua, etiam quod ſit exceſſiua medietatis fructuũ, eſt reducibilis. Rom. conſ. 369. nu. 9. & facta in recõpenſam, vt cõmodius ſe ſuſtẽtare penſionarius valeret, & ne ex dimiſſione iuris ſibi ad Baiuliuatum S. Stephani quæſiti nimiũ diſpendiũ pateretur. Quo vero ad ſecundũ caput cõueniebant Dñi in põderanda exceſſiuitate attendendũ tẽpus penſionis reſeruatæ, & ſic tempus datæ, c. eam te, vbi Fel. n. 18. de reſcript. cũ ſimus in gratia pura, & ſimplici. Fel. in d. c. eam te, n. 22. pro quo facit regula, quod ad defectũ læſionis attenditur tẽpus cõtractus, l. ſi voluntate. in fi. C. de reſcind. vend. & quod regulariter penſionis extinctio cedit beneficio titularis tantũ, quicquid dicendũ ſit; ſi adeſſet reſeruatarius fructuum, vt fuit reſolutum coram D. Bubalo in vna Salamantina penſionis 18. Martij 1588. nec aduerſatur quod de diminutione fructuũ tradit Gigas de penſio. q. 37. quia nõ eſt eadẽ ratio augmenti cũ diminutione, nã titularis tenetur penſionem ſoluere ex fructibus; vnde cum ſit onus fructuũ, ſi illi nõ adſunt, ſolui nõ poteſt. l. ſi ſeruus, §. qui quinq; de leg. 1. l. nomen debitoris. §. vni ex hæredibus. ff. de leg. 3. Fel. in c. ad audiẽtiam, & col. 5. verſ. 6. cõl. de reſcript. Belencinus de charitatiuo ſubſidio q. 34. Romanus cõſ. 369. incipienti circa primũ propoſitum conſultationis. Caſtrenſ. cõſ. 338. incipit quia exceptionis. vol. 1. ideoq; ceſſat rationis paritas.

462 Nec prædictæ diſtinctioni obſtant† fundamenta primæ partis, nam primo ſatisfit, ex dictis deciſionibus & ratione adducta; ad ſecundũ reſpõdetur illud

427 procedere in penſione purè † & abſolutè reſeruata, quæ eſt ſurreptitia ob malam expreſſionem valoris beneficij, vel alias quæ eſt nulla in totum, quia ſurreptio eſt indiuidua, & facit totam gratiam vitiari vbi non eſt capitulum ſeparatum. Creſcen. d. dec. 17. n. 2.

428 Vnde penſio reſeruata cum †narratiua. quod modicitatem, ſeu aliam partem fructuum non excedit, ſi excedit, eſt in totum nulla, & hoc eſt quod dicit Gigas, d. q. 9. nu. 3. & 35. nu. 2.

Vnde etiam magis conuincuntur dictæ deciſiones

429 Creſcentij, † & Putei, quæ loquuntur in penſione pure reſeruata cum dicta narratiua.

430 Procederet etiam in penſione † impoſita vltra poteſtatem, & iuriſdictionem imponentis, quæ eſſet nulla in totum, quoniam imponere penſionem eſt actus iuriſdictionis, ſaltem voluntariæ, & iuriſdictio eſt indiuidua, & ſi excediter, vitiatur in totum actus. l. certa ratione. C. quando prouocare non eſt neceſſe. vbi Doctores, Francus in regula vtile, in 6. quinta Fallentia, Gloſ. Bart. Alex. Iaſ. & alij in l. ſi. ff. de iuriſdict. omn.

431 iudic. † ex quo poteſt ſententia Monachi in cap. vlt. de pœnit. & remiſs. in 6. nu. 2. quam ſequitur Domin. ibi. nu. 10. Calder. in repet. capitii noſtro. eod. tit. Alexand. de Neuo, in additio. ad Abbat. in c. cum ex eo ad ſi. eod. tit. de pœnit. & remiſs. contra gloſ. Archid. Io. Andr. & Francum, nu. 4. in d. c. vlt. Abbat. ſupra. Cordub. q. lib. 5. de indulg. q. 14. & Suarez. 4. tom. diſput. 55. ſect. 3 num. 13. & 14. *Aſorem 2. p. lib. 3. c. vltim. q. 6. & lib. 5. cap. 32. q. 8. Didac. Nauarr. 3. p. in addit. q. 26. artic. 1. verſ. difficultas tamen eſt, & Vgolin. de offic. Epiſc. cap. 41. §. 1. num. 2.* & in propoſito ait Gambar. diſtinct. lib. 6. à num. 712.

433 Ex quo ibi fundat quod penſio† vltra tertiam partem fructuum reſeruata a legato habente facultatem illam reſeruandi vſque ad tertiam partem, eſt nulla in totum, quod tamen num. 719. recte ait procedere,

433 † quando conſtat Legatum voluiſſe concedere pensionem vltra tertiam, quia quod potuit, noluit, &c. vt in c. cum ſuper. de offic. deleg. ſi verò non conſtat, ſed reipſa penſio excedebat, fiet reductio, quia in maiori ſumma ineſt minor. l. 1. §. ſi ſtipulanti, vbi Bar. & alij, ff. de verbor. obligat. &c.

Sed ſtante quod in primo caſu penſionis reſerua-

434 tæ † reſignanti cum dicta clauſula, penſio eſt nulla in totum, eſt difficultas, an ille poſſit redire ad beneficium, & ſit reſtituendus ad poſſeſſionem eius?

435 In qua Rota in vna Senen. † penſionis 12. Ianuarij 1596. coram Illuſtriſſimo Mantica tenuit partem negatiuam, vt in ſequenti deciſione.

☞ In caſu propoſito fuit reſolutum, neque ſolutioni penſionis locum eſſe, neq; reſtitutioni poſſeſſionis ad Parochialem, nam cum reſeruatio penſionis fuerit facta ſub cõditione, ſeu modo, dummodo remanerent centum pro Rectore, non purificata conditione, ſeu non impleto modo, rector non poteſt cogi ad ſoluendam pẽſionem, niſi is, qui agit, ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, Caſſad. dec. 1. num. 9. de reſcript. Gigas de penſi. q. 85. num. 10. & ſæpiſſimè fuit reſolutum: vnde cum Hieronymus Fantinus agat contra Maximilianum ſucceſſorẽ in Parochiali, qui nõ conſenſit pẽſionis reſeruationi, nec vnquam ſoluit, debet probare, quod ei cẽtum remaneant ſoluta penſione, ad hoc, vt poſſit eam exigere, quod autẽ idem Fantinus non ſit reſtituendus ad poſſeſſionem Parochialis, manifeſtè apparet, quia huic nullitati penſionis, ipſe conſenſit, cum in reſignatione Parochialis ſpecialiter fuerit adhibitus eius conſenſus, ſub hac conditione, ſeu modo, penſione reſeruata, dummodo cẽtum remaneant pro Rectore, & iura ſua remittentibus non eſt ad eandus regreſſus, l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de ædilitio edicto, cum alijs adductis ab Anchar. conſi. 339. nu. 10. Socin. iun. conſ. 77. l. 1. Crauetta conſ. 114. nu. 10. & ideo debet probare penſionem fuiſſe nullam, ex alijs capitibus, vt ad Parochialem, quam reſignauit ſub prætextu validæ penſionis, poſſit reſtitui, & in his terminis procedit Putei. dec. 145. nu. 2. l. 1. & R. P. D. mei Orani in Illerden. Canonicatus, 27. Nouem. proxime præteriti, cum alijs allegatis. Præterea exſabundanti Domini dicebant ipſum Fantinum non eſſe reſtituendum, quia non dimiſit Parochialem ſua ſponte, ſed per decretum appoſitum in prouiſione ipſius ad Canonicatum, & Præbẽdam; nam fuit dictum vt infra duos menſes dimitteret poſſeſſionem ipſius Parochialis, alias vtrumque Beneficium vacet ipſo iure; vnde cum decretum irritans appoſitum ſuper certo corpore Beneficij, lapſo tempore præſtituto ad dimittendum inficit titulum, & poſſeſſionem. Puteus

deciſ.

deciſ.50.num.21.1. non poteſt dari reſtitutio, Rota. d.2.de reſtit.ſpoliatorum.in antiquis, Peregr.dec.71. l.1.cum tit.diſcoloratus non poſſit ſufficere ad reſtitutionem in ſpolio, in quo requiritur tit. ſaltim coloratus. Puteus deciſione 99.nu.7.cum ſeq.lib.1.

436 At iſta deciſio† non videtur tuta, nã quamuis reſignans acceptando reſeruationem penſionis cũ dicta clauſula, dummodo remaneant centũ pro Rectore & adhibendo conſenſum tali reſignationi, conſentiat nullitati penſionis, ſi nõ remaneant d. centũ non tamẽ conſentit, quod reſignatio maneat valida, quinimmo vult contrariũ, cum reſignet reſeruata ſibi vali de dicta penſione, & non aliàs aliter, nec alio modo.

437. Et aliàs ſi reſignatio maneret valida, ↑etiamſi nõ remanerent d. centum, penſio non eſſet nulla in totum, ſed reducenda, ex quo in reſignante, qui non poterat redire ad beneficium, non deficiebat conſenſus ad minorem ſummam, & ſic deſtruerentur præfatæ deciſiones, & aliæ multæ.

438 Vnde in prædicta difficultate cõtrarium † rectius tenuit Rota in vna Aretina Plebis, 4. Dec. 1600. corã Illuſtriſſimo D. Millino, vt in ſequenti deciſione.

☞ Petebat Dionyſius coram me executionem literarum reſeruationis Penſionis centum ducatorum ſibi conſtitutæ, ex cauſa reſignationis, eius Parochialis in fauorem Barth. & quia ipſo Bar. opponente fuerat reſolutum, quod contra eũ, qui conſenſerat penſionis impoſitioni, non poterat procedi executiuè, ſine iuſtificatione literarũ, & quod clauſula, dummodo remaneant centum ducati liberi Rectori, pro tempore exiſtenti, nõ erat iuſtificata, intentauit actionem ſpolij, & probatis extremis, & tit. colorato petebat reſtitutionem ad poſſeſſionem Parochialis, & ideo dubitaui, an ei eſſet danda reſt. in ſpolio? & Domini cenſuerunt ei cõpetere actionem ſpolij. Fundamentũ reſolutionis fuit, quia reſignatio Dionyſij, in qua fit potiſſimum fundamentũ, pro excluſione ſpolij, eſt cõditionalis reſeruata ſibi valide Penſione centum ducatorũ, & nõ aliàs aliter, nec alio modo, & ideo, ſi penſio non eſt ei validè, & irreuocabiliter acquiſita, eſt etiã nulla reſignatio, ex defectu cõſenſus, & cõpetit actio ſpolij; Mohedanus. deciſ. 84. non obſtat, quod hodie ſtante cõſtitutione Gregoriana non cõpetit amplius reſignanti, actio ſpolij, niſi doceat de publicatione, quia omiſſa hac inſpectione, an per hanc cõſtitutionẽ fuerit ſublata actio ſpolij, nõ docto de publicatione fuit per duos reſponſum, quod illa cõſtitutio non habet locum in hoc caſu, cũ reſignatio ſit cõditionalis, & nulla ex defectu cõſenſus, vt fuit reſolutũ in cau ☞ Brixien. Parochialis. 10. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinali Plato, & in cauſa Vercellen. Canonicatus 23. Ian. 1598. corã D. Corduba, & nouiſſime in cauſa Hiſp. & Cordub. teſtimoniorũ. corã R. P. D. Lãcellotto, placuit etiã Dñis, aliud fundamẽtum, quod reſignatio fuit nulla, quia in ea non fuit facta mentio quod Dionyſius fuit ordinatus ad tit. iſtius Parochialis, iuxta diſpoſitionem Conc. Trid. c. 2. ſeſſ. 21. & hãc expreſſionem S. Congreg. Illuſtriſſimorum Cardinalium illius interpretum cenſuit requiri pro forma, & non ſufficere adimplementum per æquipollens, expreſſio, quod ſibi remanebat, vnde viueret, nõ eſt ſufficiens, quia ex hoc non infertur ad ſcientiam Papæ, quod Dionyſius eſſet ordinatus ad tit. iſtius Paroch.

439 Et vide dec.† Valentinam infra adductam. 514. In caſu tamen d. deciſionis Senen. quando Beneficiũ 440† reſignatum debebat vacare per aſſecutionem alterius incõpatibilis, quod tẽpore reſignationis iã obtinebat, vel poſtea obtinuit, etiam ſecluſo decreto de dimittenda, non videtur danda reſtitutio reſignanti ad Beneficij reſignati poſſeſſionem, ſaltem hodie ttãte Conc. Trid. quicquid antea eſſet, ex quo aduerſus diſpoſitionem illius non cenſetur tit. coloratus, vt in terminis Reg. de triennali cenſuit S. Cong. in declaratione infra adducta, 11. p. c. 5. nu. 379. niſi qui poſtea obtinuit alterum Beneficium incompatibile, iuſtè tunc ignota, & nullitatem penſionis, & reſignationis & ſic non vacaret primũ arg. c. gratia, de reſcrip. in 6.

441 In alio etiam† caſu non competeret reſtitutio reſignanti, nempe, quãdo ipſe fuit in culpa, quia ſciens non habere locum tantam penſionem, ſic reſignat iuxta dicta infra. 11. parte capite tertio à num. 36.

## *Quomodo in cauſis, penſionum ſit procedendum.* §. IV.

### SVMMARIA.

*QVomodo in cauſis penſionum ſit procedendum, & narrata in gratia penſionis debent verificari per penſionarium maximè parte opponente? nu. 442.*

*Refertur quædam deciſio Rotæ in Salamantina penſionis. 18. Apr. 1572. coram D. Lancello. n. 443. 444.*

*Deciſio Rotæ in Firmana penſionis. 6. Ian. 1582. coram D. Blãchetto, num. 445.*

*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi nõ tenetur in poſſeſſorio oſtendere literas reſeruationis, nec verificare clericatũ, & alias qualitates, & refertur deciſio Rotæ, n. 446.*

*Exceptio nullitatis penſionis non obſtat in poſſeſſorio, nec eſt neceſſarium verificare conditionẽ poſitam in reſeruatione penſionis, & refertur deciſio Rotæ. n. 447.*

*Literæ reſeruationis penſionis, quando agitur contra ſucceſſorẽ in Beneficio non conſentientem reſeruationi, debent iuſtificari, n. 448. & refertur deciſio Rotæ, n. 449.*

*Quaſi poſſeſſ. exigendi penſionem acquiritur per vnum actum ſolutionis, n. 450. etiamſi ſit facta metu cenſurarum, & refertur deciſio Rotæ nu. 451. niſi ſit facta proteſtatio, quod ſoluit metu cenſurarum. n. 452.*

*Ad hoc vt ſit locus mandato de manutenendo in poſſeſſione, neceſſarium eſt ante omnia conſtare de exiſtentia literarum reſeruationis penſionis, poſtea de quaſi poſſeſſ. refertur deciſ. Rotæ, n. 453. & concordantur duæ dec. Rotales, n. 454.*

*In petitorio, quando agitur de nullitate penſionis debet fieri per penſionariũ verificatio etiamſi ſit in poſſeſſ. exigendi. 455.*

*Gratia penſionis iuſtificari debet, qñ nõ agitur contra eũ, qui penſiani cõſenſit, ſed ſucceſſorẽ, & refertur deciſ. Rotæ, 456*

*Quando agitur de nullitate penſionis, penſionarius tenetur iuſtificare ſuam gratiam, maxime vbi penſio fuit reſeruata ſub conditione aliqua, veluti, dummodo non excedat tantam partem, vel alia conſimilia, num. 457. & 458. & refertur circa hoc deciſio Rotæ, num. 459.*

*Literæ penſionis, & reſeruationis fructuum, ſine modum, ſine conditionem contineant, iuſtificandæ ſunt, maxime, quando in eis intentio penſionarij fundatur. num. 460.*

*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi, ſi penſio fuerit reſeruata, dummodo mille remaneant pro Epiſcopo in poſſeſſorio, non tenetur probare remanere, ſecus ſi Epiſcopus agat petitorio. nu. 461.*

*Onus iuſtificandi penſionẽ ſpectat ad penſionariũ agentẽ, contra ſucceſſorẽ in beneficio non conſentientem penſioni, 462.*

*Penſionarius, vbi agitur in petitorio tenetur inſtificare condi-*
*tionem, ſub qua fuit penſio reſeruata, num. 463.*
*Cum penſio eſt reſeruata ſub conditione, penſionarius tenetur*
*eam inſtificare, etiamſi agatur contra eum qui penſioni con-*
*ſenſit, non ſolum in petitorio, ſed etiam ſi agat executiuè, ſi*
*non eſt in quaſi poſſeſſ. exigendi, nu. 464.*
*Stante clauſula, ſine retardatione arbitrio Rotæ, poteſt procedi*
*retardata ſolutione, nu. 465.*
*Quando gratia eſt conditionalis, vel modalis, licèt agatur con-*
*tra eum qui penſioni conſenſit, inſtificanda eſt, quia conſen-*
*ſus recipit eandem conditionem, nu. 466.*
*Promiſſio, vel clauſula de non petendo annullari penſionem de*
*bet intelligi ſtante dicta conditione, ſine de facto, & non de*
*iure, nu. 467. & reſpondetur deciſioni Rotali, num. 468.*
*Translatarius tenetur inſtificare reſeruationem penſionis, non*
*ſolum in petitorio, ſed etiam ſi agat ad ſolutionem, nec poſſeſ*
*ſio transferentis ei prodeſt, nu. 469.*
*Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem non tranſfertur in transla-*
*tarium, etiamſi ius, & proprietas transferatur, quia eſt quid*
*facti. nu. 470.*
*Si translatarius non inſtificat ſuam gratiam, non proceditur ad*
*executionem literarum Apoſtolicarum, nu. 471. & refer-*
*tur deciſio Rotæ, nu. 472.*
*Probatio conditionis, quod remaneant cẽtum pro Rectore quod*
*tantam partem non excedat, vel debet eſſe concludens, &*
*plena, n. 473. 474. & 475. & non ſolum probatio conditio-*
*nis debet eſſe concludens, ſed eſt, vbi agitur de probando va*
*lore affirmatiuè expreſſo in gratia penſionis, nu. 476.*
*Narratiua, ſuper qua fundatur reſeruatio penſionis, debet ple-*
*ne inſtificari, nu. 477.*
*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſ. exigendi per 30. annorũ*
*ſpatium in petitorio non debet inſtificare conditionem, &*
*narrata in reſeruatione, quia ex lapſu tam longiſſimi tempo-*
*ris præſumuntur inſtificata, nu. 478.*
*Obſeruantia triginta annorum præſumitur iuſta, nu. 479.*
*Solutio penſionis præſumitur continuata a tempore reſeruatio-*
*nis, ſtante exactione de præſenti quod intelligitur quando*
*conſtat de tit. & reſeruatione penſionis, & ſolum agitur de*
*inſtificatione illius, ſecus quando non conſtat de tit. nam ille*
*non præſumitur, neque ex decennali, nec triennali poſſ. num.*
*480. 481. & 482.*
*In poſſeſſorio probabile videtur præſumi tit. ex poſſeſſ. longi*
*temporis, nempe decennij, nu. 483.*
*Penſionarium debere verificare conditionem reſeruationis, in-*
*telligendum eſt in caſu nullitatis penſionis, ſi conditio non*
*eſt vera, ſecus in caſu reductionis, nu. 484.*
*Onus probandi penſionem eſſe reducendam incumbit titulari,*
*nu. 485. & reſpondetur deciſionibus Rotalibus contrarium*
*affirmantibus. nu. 486.*
*Declaratoria dari non poteſt, quoad fructus, in quibus quis eſt*
*condemnatus, ſi non ſunt liquidati, nu. 487. & 488.*
*Exceptio reductionis admittenda eſt ad implendam executio-*
*nem, etiamſi non probetur in continenti, ſed requirat altio-*
*rem indaginem, quia oritur ex ventre ſupplicationis, num.*
*489. & 490.*
*Penſio reſeruata Motu proprio non eſt inſtificanda. nu. 491.*
*In penſionibus impoſitis ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ non eſt*
*neceſſaria inſtificatio, quia reſeruantur Motu proprio, num.*
*492. & 493.*
*Secus eſſet, ſi non reſeruarentur Motu proprio, nu. 494.*
*Verbi, vt accepimus, & verbi, ſicut intelleximus, differentiã,*
*& verbi, vt aſſeritur, nu. 495. 496.*
*Quod narratur per verbũ, vt dicitur, nõ eſt inſtificandũ. 497.*
*An ſi fletur dictæ narratiuæ factæ Motu proprio in reſeruatio-*
*ne penſionis poſſit probari contrarium, nu. 498.*
*Si penſio aſſignatur Motu proprio ex aliqua cauſa, quæ non ſit*
*vera, Motus proprius facit gratiam valere, non obſtante ſur-*
*reptione, num. 499. 500. & 501.*
*Clauſula Motus proprij tollit ſurreptionem, nu. 502.*
*Si in Motu proprio exprimitur falſa cauſa, vel qualitas de facto*
*alieno, non prodeſt probari contrarium, nu. 503.*
*Penſio, ſi aſſignatur Motu proprio propter merita in genere va-*
*let gratia, licèt cauſa falſa ſit, nu. 504. Facta gratia de Be-*
*neficio, cuius valor ſumma viginti, vt aſſeritur, non exce-*
*dit, quando exceſſus eſt minimus impetranti debetur, ſic ex-*
*plicat dec. Rotæ, nu. 505.*
*Declaratur deciſio Rotæ 77. de reſcript. in antiquis, nu. 506.*
*In pẽſionibus impoſitis ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ, quamuis*
*penſionarius non tenetur verificare non exceſſum 3. par. ta-*
*men ſi ex aduerſo probatur magnus exceſſus, erunt ſurrepti-*
*tiæ, num. 507. valor narratus in gratia, etiam Motu proprio*
*facta, eſt probandus, quando ex aduerſo probatur contrarium*
*cum errore notabilis quantitatis, nu. 508.*
*Expreſſio valoris Beneficij, de quo fit gratia requiritur ſecun-*
*dum regulas modernas, nu. 509.*
*Clauſula Motu proprio, quid operetur, nu. 510.*
*Penſionarius tenetur probare poſſ. vel Lonũ ius illius, qui primo*
*cõſenſit pẽſioni, niſi eſſet eius ſucceſſor in iure illius, nu. 511.*
*Penſio peti non poteſt ab eo, qui non eſt vel ſucceſſor iuris, vel*
*poſſeſſionis conſentientis, nu. 512.*
*Succeſſor poteſt docere de non iure poſſeſſoris, qui conſenſit pen-*
*ſioni, nu. 513.*
*Reſignatarius non obſtante conſenſu, acceptatione, & appro-*
*batione iuris reſignationis, poteſt dicere de nullitate penſio-*
*nis, ſi vult probare non ius, vel falſitatem cauſæ, & refer-*
*tur deciſio Rotæ, nu. 514.*
*Semel impoſita penſione non poteſt poſtea in iudicio executionis*
*allegari reſignantem nunquam habuiſſe ius, nu. 515.*
*In commiſſionibus ſuper nullitate, vel reductione pẽſionis a Pa*
*pa reſeruatæ ſolet poni clauſula, ſine retardatione ſolutionis*
*penſionis, ob reuerentiam literarum Apoſtolicarum & fra-*
*des recuſantium ſoluere, etiamſi non adſit quaſi poſſeſſio exi-*
*gendi, num. 516. & 517.*
*Clauſula ſupradicta limitat, & ſuſpendit iuriſdictionem iudicis*
*commiſſionis, ita, vt iudex non poſſit procedere, niſi prius ſo-*
*luta penſione, n. 518. & 519. Clauſula ſupradicta operatur,*
*vt non obſtante dicta commiſſione nullitatis executor datus*
*in literis, ſeu in proceſſu fulminato poſſit procedere lite pen-*
*dente ad executionem penſionis, quod procedit etiam facta*
*inhibitione vigore talis commiſſionis, nu. 520. & 521.*
*Clauſula ſupradicta eneruat vim inhibitionis, nu 522.*
*Nõ obſtãte dicta clauſula, pendẽte lite, et inhibitione non pote-*
*rit procedi ad executionẽ penſionis, maximè ſi in iudicio exe*
*cutino fuerit appoſitũ de dicta pẽdentia litis, n. 523. & 524.*
*Pendente cauſa nullitatis, ſeu reformationis coram Ordinario*
*abſque commiſſione non impeditur executio literarum penſi-*
*onis, nu. 525.*
*Clauſula, ſine retardatione ſolutionis, aliquando ponitur arbi-*
*trio Rotæ, nu. 526.*
*Commiſſio habens clauſulam, ſine retardatione, arbitrio Rotæ*
*intelligitur pront de iure, nu. 527.*
*In penſionibus reſeruatis per inferiores Papa non apponitur*
*ſupradicta clauſula, nu. 528.*
*Caſus in quibus dicta clauſula apponi ſolet, nu. 529.*
*Practica Hiſpaniæ in materia penſionum, nu. 530.*
*Executor literarum debet eſſe Canonicus Eccleſiæ Cathedralis*
*vel poſitus in dignitate. num. 531.*
*In primis præſentandæ ſunt coram executore literæ originales,*
*ſeu proceſſus fulminatus, in quo ipſæ literæ ſunt inſertæ, do-*
*nec pars opponat, n. 532. & 533.*

Regi-

*Regiſtrum Apoſtolicum fidem facit, ſaltem in Curia, nu. 534.*

*Præſentatis literis penſionarius petit dari mandatum contra poſſeſſorem Beneficij pro tot ducatis. n. 535. Quod iudex dat inſertis literis, mandando poſſeſſori, quatenus infra talem terminum ſoluat. n. 536.*

*Mandato intimato, & in termino reproducto, & accuſata contumacia, poteſt ſtatim iudex abſque alia verificatione dare ſententiam declaratoriam contra conſentientem penſioni, quicquid dicat Tiberius, nu. 537. & 538.*

*Si agitur contra ſucceſſorem, aut reſeruatio eſt conditionalis, debet penſionarius coram executore probare ſe eſſe in quaſi poſſeſſ. exigendi, aliàs tenetur literas inſtificare, aut verificare conditionem, nu. 539. Non eſt neceſſaria alia citatio ad ſententiam ex quo ille fuit citatus generaliter ad totam cauſam nu. 540. & 541. Nec tunc eſt neceſſe facere citationes per edictum, nu. 542. Nec inſtratis auditorij, niſi illa eſſent aſſignata, num. 543. & 544. Citato comparente, & allegante contra executionem aliquam rationem legitimam, vt ſolutionem, debet ei aſſignari terminus breuis arbitrio iudicis cũ ſit probanda in continenti, nu. 545.*

*Idem ſi allegaret remiſſionem penſionis, aut redemptionem vel aliam exceptionem notoriam, vel quæ poſſet incontinenti probari, & non indigeret longiori indagine. nu. 546.*

*Si allegaret nullitatem, ſurreptionem, vel aliam exceptionem requirentem altiorem indaginem, debet reſeruari iudicio ordinario, num. 547.*

*Quando exceptio requirat altiorem indaginem, relinquitur arbitrio iudicis, num. 548.*

*Reſolutiones Rotæ, num 549. 550. 551. & 552. vbi habetur, quod exceptio extinctionis penſionis, ſuper qua non eſt indicatum, non impedit ſolutionem, & manutentionem.*

*Id ſolum admittitur, quando poſt caſum extinctionis penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſ. aliàs videtur admittenda exceptio extinctionis, dummodo incontinenti probetur, nam nõ requirit altiorem indaginem, n. 553. cum ſeqq.*

*Nullitates orientes ex ventre diſcutiendæ ſunt in petitorio ſtante quaſi poſſeſſ. exigendi, n. 554.*

*Quando exceptio non requirit altiorem indaginem, ſed altior indago oritur ex replicatione penſionarij, non eſt reſeruanda ad petitorium, n. 557. 558. 559.*

*Exceptio, quod beneficium erat grauatum alia penſione de qua non eſt facta mentio, regulariter non impedit executionem, nam requirit altiorem indaginem, nu. 560. 565.*

*Non valet ſecunda penſio, non facta mẽtione de prima, n. 561. etiam quod prima ſit conditionalis, n. 562. reſolutio Rotæ, n. 563. & etiam quando prima eſt perpetua. n. 564.*

*Excipiens contra ſecundam penſionem ſeu illam impugnans ex eo, quod non fuit facta mentio de prima, tenetur probare, quod tempore ſecundæ prima erat reſeruata, & quod erat valida. nu. 565.*

*Si citatus diceret ſe non poſſidere Beneficium, ſuper quo penſio eſt reſeruata, aut qui conſenſit penſioni, non habuiſſe poſſeſſ. vel bonum ius illius, penſionarius debet probare, n. 566.*

*Illo non comparente, ſeu id non negante, non eſt neceſſaria iſta probatio, n. 597. cum ſeq.*

*Parte non opponente, iudex non debet petere legitimationem perſonarum, n. 569.*

*A ſententia in iudicio executionis penſionis non datur appellatio ſuſpenſiua, n. 570. & quæ clauſula tunc ponatur in commiſſione appellationis, nu. 571. & 572.*

*Clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, operatur, quod commiſſio appellationis non ſuſpendat, nec impediat, quin index, à quo procedat ad vlteriorem executionem, licèt non operetur, quin iudex, ad quem, non poſſint reuocare iniuſtè geſta per illum, nu. 573. deciſ. Rotæ, nu. 574.*

*Vt penſionarius poſſit declarari incidiſſe in excommunicationem, debet eſſe elapſus menſis à termino ſolutionis, n. 575.*

*Vt ad declaratoriam incurſus pœnarum, de quibus in literis procedi poſſit, opus eſt literas penſionis eſſe intimatas titulari, ſi eſt ſucceſſor conſentientis, aut non per ſe ipſum ſed per procuratorem conſenſit, nu. 576. & 577.*

*Debet fieri intimatio literarum per Notarium data copia, ſi petatur, nu. 578.*

*Quamuis literæ non ſint intimatæ titulari etiam ſucceſſori poterit executor dare ſententiam contra eum, qua ei mandet, quod infra certum terminum ſoluat, num. 599. & idem vbi non eſſet lapſus menſis, n. 580.*

*Etiam literis intimatis non incurruntur pœnæ excommunicationis, & priuationis, de quibus ibi, niſi penſionario volente, & declarante. n. 581. & requiritur declaratoria excommunicationis, & quod pars ea vtatur, n. 581.*

*Executor non poteſt ponere ſequeſtrum ſuper fructib. Beneficij penſione grauati, n. 582. & 583. vbi ponitur reſolutio Rotæ, poſt ſententiam tamen poſſet poni, nu. 584.*

*Executor abſolutè committit vices ſuas ſub executori ex clauſula, caterum, 585.*

*Ad denunciationem, & publicationem excommunicationis requiritur declaratoria illius, nec ex eo cauſa efficitur appellabilis, num. 586.*

*Huic declaratoriæ, ſeu excommunicationi non obſtat decretum Concilij Triden. ſeſſ. 25. c. 3. nu. 587.*

*De proceſſu, & modo procedendi in poſſeſſorio pro penſione remiſſiua. num. 588.*

442 AD tertiũ, quomodo in cauſis penſionis ſit procedendũ, dicendum eſt in primis, quod narrata in gratia penſionis debent verificari per penſionariũ, maximè parte opponente, qñ nõ agit contra eũ, qui penſioni conſenſit, ſed contra ſucceſſorẽ, etiamſi executiuè agat ad ſolutionẽ, ſi non eſt in quaſi poſſeſſione exigendi. Veſtrius in pract. l. 3. c. vlt. nu. 1. Hier. Gabr. in conſ. 181. l. 2. Fla. Pariſ. de reſignatione beneficiorum, l. 6. q. 2. n. 65. & 107. & q. 4. n. 44. Saluſt. Tiberius in pract. Auditoris Cameræ l. 3. c. 1. n. 10. & c. 5. n. 15. *Leo in Theſ. for. Eccl. c. 22. n. 15. & 17.* Ant. Aug. in Epitome dec. manuſcripto, tit. de ſolutionibus, & clauſula ſine retardatione. Mohedan. d. 25. de renũc. aliàs 304. & d. 9. de cauſa poſſeſſio. Cæſar de Graſſis d. 58. n. 4. Rota d. 310. n. 30. p. 1. diuerſ. & dec. 412. in vna Salamãtina penſion. 23. Ian. 1574. eadẽ. 1. p. dec. 221. n. 4. in alia Salamant. penſion. 9. Mar. 1583. 2. p. diuer. & fuit reſoluto in alia Salamant. penſionis, 18. Apr. 1572. coram D. Lancelotto, vt in dec. ſequenti.

443 Quoad primã partẽ dubij Dñi diſtinxerũt, † ſiqui dẽ pro parte D. Franciſci fuit actũ ad ſolutionẽ pẽſionis poſſeſſorio adipiſcẽdę, vel executiuè, ꝙ tenetur verificare oĩa narrata parte opponẽte iuxta doctrinam Imolæ in c. ſup literis, n. 19. de reſcrip. par. vero nõ opponente tenetur verificare ſolũ, quorũ falſitas vitiat gratiã, vel quorũ expreſſio facilius mouit Papam ad cõcedendũ; & propterea fuit cõcluſum, qđ probatio diſpenſationis fuit neceſſaria, cũ aliàs notorię cõſtaret de ipſius inhabilitate ob eius cõfeſſionẽ; familiaritas verò Cardinalis, quia ſaltẽ facilius mouit Papã ad concedendũ, eſt neceſſaria. cũ ſit narratio facti proprij, cuius expreſſio diceretur doloſa, ſi nõ verificaretur, exceſſum nõ fuiſſet neceſſe probare, ſi nõ adeſſent verba, vt alleris. Clericatus ꝓbatio, ex quo non eſt expreſſus in literis, non fuit viſa etiã neceſſaria, ſi verò fuit actũ poſſeſſorio, retinendæ, vel recuperan-

Martij 1593. ſupra adducte num. 424. & in vna Ceſenaten. penſionis 24. Ian. 1594. coram D. Gipſio, in qua fuit reſolutum. Gratiam penſionis iuſtificari debere, quando non agitur contra eum, qui penſioni conſenſit ſed ſucceſſorem, cui ſufficit obijcere penſionem eſſe nullam abſque eo, quod teneatur aliquid probare; habet enim intentionem de iure communi fundatam, vt Eccleſiaſtic. Benefica ſine diminutione conferantur, & ſic Miles profeſſus Hieroſolymitanus & ſic incapax penſionis & Beneficij, c. Beneficium. de regularib. in 6. Guido Bo. dec. 139. debet oſtendere ad penſionem, de qua agitur, retinẽdam ſecum fuiſſe diſpenſatum, nec quaſi poſſeſſio exigendi dictam penſionem ab onere probandi ipſum releuat. Gigas de penſio. q. 47. Puteus dec. 247. l. 1. Mohed. 158. quia poſſeſſio tantum operatur, vt, donec lis per tres conformes fuerit deciſa, non tetardetur ſolutio, vt fuit pluries reſolutum, & Gigas, Mohedanus, & alij loquuntur, quando agitur ſuper ſolo poſſeſorio, non verò quando de nullitate in petitorio, nec diſpenſatio ad retinendam aliam penſionem ſuper alio beneficio, dummodo non excederet ſummã ducentorum ducatorum, ſufficit quo ad iſtam, etiãſi ſimul iunctæ non excedant d. ſummam ducentorum ducatorum, nec poteſt dici Papam diſpenſaſſe ad iſtã penſionem per illa verba in ea poſita; nos enim tecũ, vt penſionem prædictam cum Prioratibus & Beneficijs d. Hoſpitalis retinere valeas, diſpenſamus; quia hæc diſpenſatio conceſſa eſt, vt poſſit retinere etiam Prioratus, & præceptorias d. ordinis, præſupponendo, quod ad penſiones eſſet prius diſpenſatus, vt ipſe narrauerat, & qui ſupponit, non diſponit. Rota de procuratoribus 23. in antiquis, Alexander conſ. 126. num. 5. l. 5. &c.

457 Et in vna Brixien. penſionis † 28. Nou. 1594. coram D. Millino, fuit reſolutum, quod, quando datur de nullitate penſionis penſionarius teneatur iuſtificare ſuam gratiam, &c. *Et in Burgen. penſionis 16. Decemb. 1596. coram D. Penna cenſuit Rota, penſionarium ad iuſtificandam ſuam gratiam obligari; quia cum titularis habeat fundatam intentionem in iure communi, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, ſufficit ei in petitorio opponere de nullitate penſionis, niſi penſionarius eam iuſtificet, præſertim cum ageretur contra ſucceſſorem in beneficio, qui non conſenſit reſeruationi penſionis neque ab hac iuſtificatione excuſari ob curſum temporis, cũ non ſit triginta annorum, qui ad iſtum effectum, vt gratia ex curſu temporis cenſeatur iuſtificata, ſunt neceſſarij, &c.*

458 Quod maxime procedit, † vbi penſio fuit reſeruata ſub conditione, verbi gratia, dummodo remaneant centum pro Rectore, ſeu mille pro Epiſcopo, vel dummodo tantam partem non excedat, vt in Paduana penſionis. 17. Decemb. 1579. & 28. Iun. 1581. coram D. de Rubeis, vt in deciſ. ſequentibus.

### *Paduana penſionis 17. Decembris 1570.*

459 FVit reſolutũ, quod in primis, & ante omnia debet conſtare de ſolutione ſtante clauſula, ſine retardatione, quod ſi de ſolutione conſtet, tunc non eſt dubium quod literæ ſint iuſtificandæ, non obſtante quaſi poſſeſſione, quia ſumus in petitorio in quo quaſi poſſeſſio non ſufficit, ſed animaduertendũ eſt, an literæ contineant modum, vel conditionem, quia ſi conditionem, ſunt iuſtificandæ, circa modum eſt difficultas. In eadem 28. Iun. 1581.

460 Fuit dubitatum in cauſa Paduana penſionis ſtantibus reſolutionibus in cauſa factis & oppoſitionibus D. Gelaſij contra literas penſionis, & reſeruationis fructuum, ad fauorem R. D. Aloiſij expeditas, an literæ continerent modum, vel conditionem, ita quod illarum iuſtificatio ad eundem Aloiſium pertineat? & 28. Iunij 1581. fuit concluſum ſine difficultate onus iuſtificandi literas huiuſmodi reſeruatioais pertinere ad R. D. Aloiſum Iuſtinianum, prout etiam alias fuerat reſolutum: ſiue enim literæ prædicta contineant modum, ſiue conditionem, vtroque caſu ſunt iuſtificandæ, vt ſunt iura notiſſima, cum Dom. Aloiſius fundet intentionem ſuam in dictis literis, vt per Ioãnem Andream in c. 1. de litis conteſtatione. l. 6. Felin. in c. conſtitutus in principio, de reſcri. cum vulga. nec obſtat, quod dictio, dummodo, regulariter importet modum, non conditionem, vt congerit Tiraquell. de retract. §. 8. gloſſa 8. nam in caſu iſto multa concurrunt, ex quibus aliud dicendum eſt, quoniam in primis prædicta dictio eſt adiecta in ipſa reſeruatione penſionis, ac fructuum, & per conſequens eſt adiecta rei imperfectæ, & ita importat conditionem, vt habetur per Tiraquell. in loco ſuperius allegato, eſt etiam modus non diſpoſitioni, ſed executioni eius adiacens determinatio, vt per Baldum in l. penultima. nu. 25. C. de condit. inſer. Secundò, quia ſumus in reſcripto gratioſo. Puteus conſ. 36. de priuil. quicquid tamen ſit de efficacia huiuſmodi dictionis, dummodo, an importet conditionem, vel modum, dixerunt Domini, quod ad effectum, de quo agitur, iuſtificandi ſcilicet gratiam, nullam eſſe difficultatem, quod narratiua eſt probanda Creſ. & Mohedan. in deciſ. allegatis, præſertim ſtante quod in literis dicitur, vt aſſeris, Calder. conſil. 8. de reſcrip. Fel. in cap. ad aures. col. 6. verſ. 7. concl. 10. poſt principium, eodem tit. neque vrget, quod illa ſit adiecta manu Datarij, ita quod non videatur narratiua partis, & per conſequens non ſit iuſtificanda, quia fuit reſponſum conſtare ex literis, de quarum iuſtificatione agitur eſſe narratiuam impetrantis: præterea ſtante etiam conſenſu partiũ ſuper d. diſpoſitione omnia in cauſa oppoſita ſunt verificãda, tanquam pars gratiæ, per ea quæ ſupra deducta fuerunt cum multis alijs per Gabrielem allegatis.

461 Et in vna Vercellen. penſionis. 26. Iun. 1592. † coram D. Mantica Placuit illa diſtinctio approbata in d. Paduana de anno 1579. Penſione reſeruata ſuper Epiſcopatu, dummodo mille remaneant pro Epiſcopo, penſionarium exiſtentem in quaſi poſſeſſione exigendi non teneri in poſſ. probare remanere, ſecus ſi Epiſc. agat petitorio &c. vt in deciſ. 679. nouiſſ. Fari.

462 Et in vna Vicen. penſionis. 13. Mar. 1595. corã † D. Seraphino fuit reſolutum, Onus iuſtificandi penſionem ſpectare ad penſionarium agentem contra ſucceſſorem in Beneficio, qui non conſenſit, tum etiã quia penſio eſt conditionalis propter clauſulam, dũmodo remaneant centum pro Rectore, prout fuit ſæpius reſolutum in Paduana, & Vercellen. & vltimò in Salamantina coram Gipſio, & hoc caſu nõ ſufficere ſemiplenam probationem, ſed requiri plenam, Mohedan. deciſ. 148. & in vna Cluſina penſionis de anno 1573. & in alia Oppiden. 3. Iunij 1585. &c.

463 Et in vna Melcuitana penſionis. 27. † Iunij & 28. Nou. 1597. coram D. Litta fuit reſolutum, penſionarium, vbi agitur in petitorio, teneri iuſtificare conditionem, ſub qua fuit penſio reſeruata, dummodo illa,

illa, & aliæ forſan aſſignatæ medietatem fructuum non excedant, & ita probare concludenter valorem Beneficij deductis oneribus de tempore reſeruationis, oſtendendo illud penſionibus nõ eſſe grauatum vltra medietatem, vt fuit reſolutum in d. Paduana, & Vercellen. & in cauſa Brixien. pẽſionis 28. Nouem. 1594. coram D. Millino, neq; obſtare, quod dans de nullitate reſeruationis penſionis nullitatem probare tenetur, quia non procedit, vbi reſeruatio eſt conditionalis, & agitur in petitorio, in quo titulari ſufficit dicere penſionem nullam abſque eo, quod aliquid probet; nam in eo fundatam habet ſuam intentionem, quod Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione conferri debent, vt in dictis cauſis, & in alijs pluribus fuit dictum, neque ex curſu temporis. 30. annorum iuſtificatam præſumi gratiam huius reſeruationis, quia à tempore expeditionis liter. de ann. 1578. non adſunt 30. anni, nec aliquod fundamentum reſpectu huius iuſtificationis fieri poſſe ſuper teſtibus, tum quia non percutiunt tẽpus appoſitionis d. clauſulæ, & nihil dicunt de deductione onerum. quæ tamen ſunt deducenda, vt fuit dictum in illa Monopolitana penſionis 17. Maij 1596. coram Orano. *Vt in deciſ. 593. nouiſſ. Farin. & in vna Carpentoratẽn. penſionis 15. Martij 1602. coram Illuſtriſſ. Lancellotto fuit reſolutum quod reſeruata penſione ſuper fructibus Epiſcopatus, cum clauſula, etiamſi ſuper illis aliæ penſiones annuæ alijs reſeruata exiſtant, dummodo omnes penſiones huiuſmodi inſimul illorum medietatem non excedant, non tenetur penſionarius iuſtificare, quod penſio medietatem fructuum non excederet, niſi in caſu quo oſtenderetur adeſſe alias penſiones, quia penſio fuit reſeruata pura, & ſimplex, & nulla fuit impoſita conditio reſeruationi, niſi quando aliæ adſunt: & diuerſum eſt in cauſa Milen. coram D. Litta, in qua aderat clauſula, dummodo iſta, & aliæ forſan ſuper illis aſſignatæ medietatem fructuum non excederent. Et in cauſa Salamant. 26. Martij 1593. corã D. Gipſio, in qua aderat clauſula, dummodo iſta vna cum alijs, &c. nam ibi conditio fuit appoſita reſeruationi, non autem in caſu tantum, in quo aliæ adſint; & ideo merito indicatæ ſunt conditionales, &c. & in deciſ. 611. nou. Farin. & 29. Maij eiuſdem anni fuit reſolutum, non eſſe habendam conſiderationem penſionum impoſitarum poſt primam reſeruationem, & ante translationem: nam ad iſtum effectum penſio translata non poteſt haberi pro noua, &c. vt latius ſupra, num. 256.*

Et tunc, cum penſio eſt reſeruata ſub conditione
464 † penſionarius teneretur eam iuſtificare, etiã ſi agatur contra eum, qui penſioni conſentit, non ſolum in petitorio, in quo id procedit, etiamſi ſit in poſſeſſione exigendi iuxta d. ſed etiam ſi agat executiue ſi non eſt in quaſi poſſ. exigẽdi Caſſ. deciſ. 10. de reſcrip. Gigas q. 85. nu. 10. & q. vlt. num. 15. *Leo in Theſ. for. Eccl. c. 22. à num. 6. & 69. & Gratian. diſc. for. c. 113. num. 74.* quia ille conſenſus intelligitur præſtitus ſub eademmet conditione, & recipit eandemmet conditionem, ſub qua penſio eſt reſeruata, vt reſolutum fuit in d. Salam. penſionis de ann. 1593. ſup. adducta. nu. 424.
465 & in vna Lunen. Sarçanen. penſionis. † 15. Februa.
☞ 1593. coram D. Seraph. in qua fuit reſolutum, Stante comiſſ. cum clauſula, ſine retardatione, arbitrio Rotæ poſſe procedi retardata ſolutione, quia, quamuis vel propter quaſi poſſ. exigendi, vel propter reuerentiam literarum Apoſtolicarum, quando ſunt expeditæ, ſoleat apponi clauſula ſine retardatione, & contra conſentientem penſioni procedatur ad executionem, etiam ſine vlla iuſtificatione liter. Mohed. deciſ. 331. Guidob. 141. maxime ſtante oblig. Camerali; hoc tamen procedit quando gratia eſt pura; ſecus, ſi ſit conditionalis quia tunc conſenſus recipit eamdem cõditionem, & ideo qui agit ad penſionem debet iuſtificare conditionem illam, dummodo remaneant centum pro Rectore, nam dictio dummodo importat cõditionem, cum ſit adiecta diſpoſitioni, non autem executioni, vt in Paduana penſionis, nec iſta qualitas eſt iuſtificata ex confeſſione Rectoris, qui in eadem ſupplicatione exprimit valorem ad 180. quia eſt facta expreſſio per modum negatiuum, & per non expreſſum, & ſic nõ concludit, quod eam ſummam aſcendat, vt pluries fuit reſolutum, nec obſtant aliquæ ſolutiones, forſan factæ, quia omnia geſta fuerunt metu cenſurarum, & contradicente Rectore, & ideo non conſtituunt in quaſi poſſ. exigendi, quæ ſit conſiderabilis ad hunc effectum, & ideo eſſe locum arbitrio, quod debet eſſe iuri conſonum, &c.

Idem fuit reſolutum in vna Aretina penſionis 26.
466 Iun. 1600. coram D. Millino, † vt in deciſ. ſeq. DD.
☞ cenſuerunt eſſe ſuperſedendum in vlteriori executione, donec Dionyſius iuſtificet, quod Bart. remaneant centum ducati liberi. Fundamentum reſolutionis fuit, quia, licèt contra conſentientem penſioni procedatur executiuè, & ſine iuſtificatione liter. Mohed. d. 135. Guidob. d. 145. præſertim ſtante obligatione Camerali, tamen hoc procedit quando gratia eſt pura, ſecus verò ſi contineat conditionem & modum, & non liberat ab onere iuſtificandi. Ideo ſtante d. clauſula. dummodo remaneant centum ducati liberi pro Rectore, agens ad penſionem debet iuſtificare, quod remaneant Rectori centum ducati liberi, vt fuit reſolutum in cauſa Lunen. Sarçanen. penſionis. 15. Februarij 1593. coram D. Seraph. & poſtea 26. Mart. eiuſdem anni in cauſa Salam. penſionis, coram D. Gipſio, & fuerit prius reſolutum in Clarina penſionis. 9. Nouemb. 1573. coram Cardinali Lancello. & conſequenter, cum ipſa clauſula non ſit iuſtificata, non debet procedi ad executionem. Non obſtat, quod cum in eadẽ ſupplicatione vterque ſit orator, expreſſio valoris in eo contenta inducit etiam cõfeſſionem Bart. & releuat Dioniſ. ab onere iuſtificandi, quia expreſſio eſt facta per modum negatiũ, videlicet, quod iſta Parochialis non excedit ducatos 250. & ideo non concludit, quod Rectori remaneãt centum ducati, & fuit reſolutum in d. cauſa Lunen. Sarç. præſertim cum valor debeat probari deductis oneribus, vt fuit reſolutum in cauſa Oppiden. pẽſionis 3. Iunij 1585. coram R. P. D. Pamphilio. *Et nouiſſimè in Mediolanen. translationis penſionis infra relata, num. 472.*

467 Vnde etiam promiſſio, † vel clauſula de non petendo annullari penſionem, &c. debet intel igi ſtante d. conditione iuxta d. Rotæ in cauſa Rom. acceſſus 16. Iun. 1569. coram D. Cotta, vbi fuit reſolutũ, promiſſionem de non petendo penſionem annullari debere, intelligi de facto, non de iure per gloſ. verbo, contradictores, in c. pro illorum de præb. & ſi Papa non dat penſionem, niſi cum illa clauſula, dummodo medietatem fructuum non excedat, ideo omnes alias clauſulas, & promiſſiones intelligi ſtante d. qualitate, &c. Et in Placentina pẽſionis 21. Iun. 1593. de qua inf. 6. par. cap. 3. num. 91.

Accedit, quod tradit Flamin. Pariſ. de reſignatione

ne Beneficiorum. lib.6.quæſtione 3. numero 8.& 9.
468 Neque obſtat deciſ.Placentina Decanatus † 10. Nou.1595. coram D. Penia infra adducta 4. p. c.3. nu.52. quia ibi non agitur de reſer. penſionis conditionali, & verba decreti erant ampliſſima, & cum clauſ. quod non poſſet dari de obreptione, & ſurre-
469 ptione,& clauſula,ſublata,&c. Rurſus † translatarius tenetur iuſtificare reſer. penſionis non ſolum in petit. ſed etiamſi agat ad ſolutionem, nec poſſeſſio transferentis ei prodeſt,quia non transfertur in trãſlatarium, quia eſt quid facti,& in translatione penſion. conſtituitur noua penſio antiqua extincta, vt ſupra dictum fuit. nu.155. Veſtrius in pract.lib.3. c. vlt.num.2. *Gratian.diſc.foren.c.113.à nu.75.* & ita fuit
470 reſolutum in † vna Brix.penſ.13.Maij 1594.coram ☞ D. Millino, in qua dixerunt D. quaſi poſſeſſionem exigendi penſionem non transferri in trãſlatarium, etiamſi ius & proprietas transferatur, quia eſt quid facti & in translatatione pẽſionis antiqua extinguitur, & noua conſtituitur; ideo non eſſe dandum de manutenendo mãdatum translatario, Cephal.conſ. 479. & ad deciſ.in cauſa Bonon. penſionis. 17.Maij 1593.coram eodem D.Millino,in qua fuerat reſolutum penſionis executionẽ concedi ceſſionario illius, qui erat in quaſi poſſeſſione exigendi.Rom.conſ.38. Par.conſil.107.num.90.lib.3. & etiam translatario, quia quando transferens eſt in quaſi poſſ.exigendi, datur trãslatarijs clauſula ſine retardatione ſolutionis, etiam quod ipſi non exegerint, Anton. Aug. in Epit.tit.de translatione penſionis,verſ.clauſula.ſine retardatione,&c. fuit reſponſum,quod ibi ex eo potiſſimum fuit ita deciſum,quod translatarius non tenebatur iuſtificare literas transferentis, quia præſumebantur iuſtificatæ ex obſeruantia,lapſu longiſſimi temporis,&c. *Et in eadem Brixien. coram eod.* 28.*Nou.* 1595. *fuit reſolutum,translatarium debere iuſtificare gratiam transferentis, quia agit petitorio contra ſucceſſorem in beneficio, qui non conſenſit reſeruationi penſionis, nec eam vnquam ſoluit. Nec allegatio Lapi* 89 *habet locum in penſionario, qui non poſſideret vt titularis, Put.deciſ.*360.*lib.* 1. *Nec quando titularis non deceſſit in poſſeſſione, Caputaquen.deciſ.*26.*par.*1. *Nec obſtat deciſ. Rotæ in cauſa Bononien. penſionis coram eo, quia hic non concurrit longiſſima quaſi poſſeſſio transferentis; ideo non applicatur.*

471 Idem fuit reſolutum in cauſa Callagurritana † penſionis, 2.Martij 1598.corã D.Corduba,& in vna Lauden. translationis penſionis. 29. Mart. 1599. & ☞ 24.Martij 1600. coram D.Penia,in qua fuit dictũ: Quod ſi translatarius non iuſtificat ſuam gratiam, non proceditur ad executionem literarum Apoſtolicarum,& quod non erat locus arbitrio,vt procederetur ſine tardatione, quia translatarius non erat in quaſi poſſeſſ.exigendi, & cum ageretur contra ſucceſſorem, gratia transferentis iuſtificari debebat, vt in d.Brixien. & vt cenſeretur iuſtificata poſſeſſ.anteceſſoris deberet eſſe longiſſima, nempe 30. annorum,&c.

Idem in cauſa Neritonen.pẽſionis. 5.Nouembris.
472 † 1601.coram D.Litta,in qua fuit concluſum,pro ☞ reuocatione ſententiæ Auditoris Cameræ,quia cõdemnauit ad ſolutionem penſionis, tulitque ſententiam declaratoriam ob non ſolutam penſionẽ translatarijs Cardinalis Madrucij, quod facere nõ potuit ante reſeruationis iuſtificationem,nam fuit reſeruata dummodo remaneant mille pro Epiſcopo. Caſſadorus deciſ.10.num.8. de reſcript. & in d.Mileuitana penſionis.28. Nouemb.1597. Nec ad effectum mandati, de manutenendo in exactione penſionis iuuare poteſt trãslatarios poſſeſſio, *in* qua erat Cardinalis, quia illa ad translatarios non tranſit vt in d. Brixien. pẽſionis, nec reſpectu iuſtificationis d.clauſulę iuuat d.poſſeſſio Cardinalis,cum requiratur pacifica poſſeſſio transferentis per triginta annos,vt in d.Brixien.& Lauden.nec obſtare, quod d.pẽſio fuerit reſeruata Cardinali Motu proprio, vt de tempore, quo Epiſcopatus vacabat, & ſic videamur verſari in caſu reductionis penſionis, & non nullitatis dato quod non ſupereſſent tot fructus.qui ſufficerent pro integra ſatisfactione d.penſionis deductis mille pro Epiſcopo, & oneribus, quia quicquid ſit, ſemper verum erit dicere dictam ſententiam declaratoriam nõ poſſe ſuſtineri, cum, dato quod penſio ſit reducibilis,& non nulla,non debuerit cõtra Epiſcopum ferri declaratoria, ob non ſolutionem integræ penſionis vel partis illius, antequam in actis liquidatum eſſet, pro qua ſumma illa ſuſtineretur, & eſſet debita, vt tenuit Rota in Corduben.tredecimarũ 17.Ian.1595. coram D. Pamphilio, & in Valentina decimarum. 20.Nouembr.1598. coram D.Lancellotto,&c.

*Et fuit confirmatum in eadem* 24.*Maij* 1602. *coram D. Ludouiſio, & idem in Mediolanen. translationis penſionis* 16. *Ianuar.*1606. *coram D.Litta, vbi fuit reſolutum,quod translatarij, &c. R.Penſio* 7.

*Iuſtificata tamen reſeruatione penſionis ex poſſeſſione longiſſima transferentis,nempe triginta annorum,vel alias, intrat via executiua,& datur & conceditur executio trãslatario,nec eſt opus iuſtificationem declarari per tres conformes,vt ſentit Rota in d.Brixien. Lauden. & Neriton.ſupra relatis, num.*470 471.*&* 472. *& in Papien.infra relata num.*480.*& nouiſſime fuit reſolutum in eod.Neriton.penſionis* 26.*Nouemb.*1607.*coram D.Canallerio,vt in deciſ. ſeq.*170. *Et vide in eadem coram eodem* 3. *Martij* 1608. *eſt enim alia deciſio,quæ ſic ait.*171.

*Sed mihi non placet quod in iſta deciſione dicitur, quod clauſula ſine retardatione operatur, vt iuriſdictio executionis remaneat penes iudicem à quo,& illi reſeruat executionem,ita vt iudex ad quem talem iuriſdictionem nõ habeat: nam quamuis ex illa clauſula iudex à quo, qui pronunciauit pro executione penſionis, poſſit procedere ad executionem iuxta dicta infra nu* 520.*non tamen tollitur talis iuriſdictio & executio iudici ad quem,cui tota cauſa eſt commiſſa. Et illa clauſula ſolum operatur, quod ſuper negotio principali nullitatis, ſeu reductionis pẽſionis,index non poſſit procedere,niſi prius ſoluta pẽſione. Et hoc eſt quod ait Sarnen. in d. dec.allegatus,& dixit infra à n.*518.*Nec illa clauſula,quæ ponitur in fauorem penſionarij, retorquenda eſt contra illũ, l.eg.quod ob gratiam lib.*6.*& l.quod fauore,C.de legib.*

473 Et probatio d.conditionis, quod remaneant cẽtum pro Rectore, ſeu mille pro Epiſcopo, vel quod tantam partem non excedat, &c. debet eſſe concludens, & plena, vt fuit reſolutum in Cluſina penſionis. coram Domino Lancellotto,de anno 1573. quæ habetur 1.p.diuerſorũ. deciſ.380. Flam.Pariſ. d.lib. 6.q.2. num.25. Zecch.de Beneficijs, & penſionibus cap.11.num.6. & in vna Oppiden.penſionis. 3.Iun. ☞ 1585. coram Domino Pamphilio,vt in ſequenti deciſ.Dixerunt Domini clauſulam, dummodo ſingulis
474 † Rectoribus cẽtum ducati ſimiles liberi annuatim remaneant, appoſitam in reſeruatione penſionis, de qua agitur, non fuiſſe verificatam, quia non affertur

aliqua

aliqua probatio,quæ ſufficiat, cum hoc caſu requiratur plena, & concludens. Moheda. deciſ. 148. & in proprijs terminis huius clauſulæ fuit reſolutũ in vna Cluſina penſionis. coram Illuſtriſſimo Lancellotto 9. Nouemb. 1573. & paſſim ſeruat Rota, etenim inſtrumenta locationum non probant valorem, Caſſadorus deciſ. 20. nu. 2. ſuper regulis, & ſi ſint geminata, Sarnen. in reg. de valore. q. vltima in fine: maxime quia eſt probandus deductis oneribus Felin. in cap. ad aures. ſub nu. 13. de reſcrip. Sarnen. d. q. vltima in huiuſmodi autem inſtrumenti locatione non habetur ratio onerum. Ferrettus conſ. 543. nu. 16. libr. 2. accedit etiam, quod non percutiunt tempus reſeruationis penſionis, prout requirit Oldradus conſil. 85. Caſſadorus deciſ. 19. in fine ſuper Regulis Fel. in ca. eam te col. fin. & in d. c. ad aures col. penul. de reſcrip.

475 Idem fuit reſolutum in Vicen. penſionis, †de qua ſupra. nu. 462. & in Mileuit. de qua ſup. nu. 463. & in vna Inter. penſ. 23. Ian. 1602. corã D. meo Corduba. *& in illa Neritonen. penſionis coram D. Ludoniſio 7. Apr. 3. Iul. & 24. Nouembr. 1606. vbi, quod licet requiratur plena probatio pro inſtificatione clauſulæ, dummodo, &c. illa reſultat ex fama, inuita depoſitione vnius teſtis deponẽ-*

476 *tis de ſecutia, &c.* Et nõ ſolum vbi †agitur de probatione conditionis, requiritur plena, & cõcludens probatio, ſed etiam vbi agitur de probando valore affirmatiuè expreſſo in gratia penſionis, quæ fundatur ſuper narratiua eius, vt fuit reſolutum in vna Aſculana penſionis. 23. Iunij 1593. coram Domino Orano infra adducta. nu. 527. & in vna Rauenn. penſionis.

477 20. Iun. 1597. coram †D. Litta, in qua fuit deciſum, ☞ literas reſeruationis penſionis. Ioan. Bap. non eſſe inſtificatas, reſpectu valoris Benefi. narrati aſcendere ad ſummam ducatorum 170. auri de Camera, quæ narratiua, ſuper qua fundatur reſeruatio penſionis, & ſic ipſa gratia iuſtificari debet plenè, & non ſemiplenè, prout aliàs ſufficeret, vbi narratiua non eſſet fundamentum gratiæ. Rota diuerſ. deciſ. 268. p. 1. & debet probari de tempore reſeruationis, Caputaquc. deciſ. 310. p. 3. & fuit dictum in Conchen. Archipreſby. 11. Decemb. 1592. coram D. Penna, nec probatur per confeſſionem aduerſarij, qui narrauit per non ceſſum, qui poteſt verificari, etiamſi non aſcenderet ad ſummam decem ducatorum, nec obligationes pro fructibus, & arrendamenta illum probant, maximè cum ſit probandus deductis oneribus, &c. *Idem fuit deciſum in Segobien. penſionis 15. Mart. 1602. coram D. Iuſto, nempe, quod licèt in probatione valoris expreſſi in gratia negatiua per non exceſſum, Rota ſolet eſſe contenta minus plena probatione, Bellam. dec. 682. ſecus eſt, ſi exprimitur affirmatiuè per aſcenſum, quia tunc plena requiritur probatio, Mohed. dec. 148. alias 3. de teſtib. & fuit tentum in plurib. cauſis, &c.* Quod autem dictum eſt penſiona-

478 rium in petitorio debere verificare conditionem, & narrata †in reſeruatione, etiamſi ſit in quaſi poſſeſſiones exigendi, intelligendum eſt, niſi per longiſſimum tempus, puta triginta annorum fuerit in tali poſſeſſione, nam gratia, & eius narratiua præſumitur iuſtificata, ex obſeruantia, & lapſu longiſſimi temporis, vt fuit reſolutum in vna Lucana Decan. 21. Maij. 1578. coram Sanctiſ. Clemente VIII. quæ habetur 1. p. diuerſ. deciſ. 534. & in Portaregren. Parochialis, ſeu vnionis 15. Ian. 1590. coram D. Orano, in qua 16. Decemb. 1594. coram D. Iuſto, fuit dictum. Quod obſeruantia triginta annorum præſumitur iuſta. Cor-

neus conſ. 285. in fi. l. 3. Aym. conſ. 150. nu. 5. & præſumuntur omnia interuenitſe, & habita ex antecedẽti tit, ſeu cauſa. Pariſ. conſ. 85. nu. 13. lib. 4. Socinus. cõſ. 15. lib. 4. Alciat. de præſumpt. regu. 2. præſumptione 23. l. 2. C. de acquiren. poſſeſſ. &c.

480 Idem fuit reſolutum in vna Romana domus† 17. ☞ Maij 1592. coram D. Millino, & in Bononien. penſionis coram eodem. 17. Maij 1593. in qua etiã fuit dictum, ſolutionem penſionis præſumi continuatam à tempore reſeruationis, ſtante exactione de præſenti, præſumitur enim quod ſemper exegerit. Alciat. de præſumptio. reg. 2. præſumptio. 21. num. 15. quem ſequitur Menoch. de præſumptio. libr. 2. præſumpt. 65. nu. 4. & in d. Brixien. penſionis. de qua ſup. nume. 47. & in d. Milenit. de qua ſup. nu. 463. & in Laud. de qua ſupra. nu. 471. *& in Burgen. de qua ſupra nu. 457. & in Mediol. translationis penſionis, de qua ibidem, & in Biſantina & Baſileen. vnionis 10. Maij 1602. coram Illuſtriſſ. Seraphino, in qua fuit reſolutum, ex lapſu quadragintà annorum cum obſeruantia præſumi vera ea quæ in gratia fuerunt narrata; & quod controuerſia non deducta in iudicio non interrumpit præſumptionem, &cet. vt in deciſ. 547 Farinac. & in Oſcen. & Barbaſtren. penſionum 14. Ian. 1602. coram Illuſtriſſ. Lancell. in qua dixerunt Domini, Penſiones deberi Dionyſio tanquam authoritate Apoſtolica reſeruatas, de cuius poteſtate non eſt dubitandum; reſeruationem autem non eſſe conditionalem, ſed puràm, non obſtante clauſula, poſtquam clericali charactere fuerit inſignitus, quæ poſita eſt exactioni, non reſeruationi, vt fuit dictũ in cauſ. Burgen. penſionis 12. Octob. 1580. coram Cãrucio, & in Salmantina penſionis 16. Febr. 1582. coram Bubalo; neque ob ſtare, quod litera reſeruationis non ſint inſtificatæ, quia inſtificatio non eſt neceſſaria ſtante lapſu temporis cum obſeruantia ſubſecuta; quæ obſeruantia deducitur ex ſolutionibus factis ſpatio triginta annorum, & vltra, quarum licet aliquæ fuerint factæ metu cenſurarum, & per alijs proteſtationibus tamen non interrumpunt obſeruantiam & poſſeſſionem, cum non eſſet commiſſa cauſa ſuper nullitate pẽſionum, quæ non controuertebatur, ſed ſolum ſolutio negabatur occaſione retentionis ſubſidij. & aliorum: tanto magis, quia non agebatur de acquirenda poſſeſſione: tum etiam quia ad effectum præſumendi ſolennitatem, ſiue inſtificationem tituli non eſt deducendum tempus controuerſiæ: & fuit allegata dec. in cauſa Rom. caſalis Longezæ de menſe Maij 1593. coram D. Seraphino. Neque etiam obſtare, quod pẽſio per contractum matrimonij cum vidua fuerit extincta, ſtantibus ampliſſimis priuilegijs conceſſis militib. Pijs, quæ quamuis fuerint reuocata; tamen Dionyſius habet clauſulam reualidatoriam in omnibus & per omnia, ac ſi ea quoad ipſum reuocata non eſſent, quæ ei conceſſa fuit vti militi Pio, cum clauſula, quorum tenores, dando facultatem contrahendi cum aliqua muliere ſibi bene viſa; quæ verba ſunt apta cõprehendere etiam viduam, &c. Et in Papien. penſionis 1. Dec. 1606. coram D. Ortembergo fuit reſolutum, quod ad præſumendam inſtificationem reſeruationis penſionis, &c. R. p. 3. Idẽ in Hiſpan. legitim. 11. Maij 1612. coram D. Vbaldo.* & Neritonen. de qua nu. 472.

481 Quod intelligitur, quando conſtat de titulo † & reſeruatione penſionis, & ſolũ agitur de inſtificatione, & verificatione illius, ſecus, quando non cõſtat de

482 tit. & reſeruatio †penſionis, nam ille non præſumitur, non ſolum ex decennali poſſeſſione, & ſolutione, vt tradit Flores q. 23. à nu. 33. ad 39. ſed nec ex tricẽnali, aut quadragennali, cum de iure Beneficia libera præſumantur, & non penſione grauata. d. tit. vt Eccleſia-

eſeſiaſtica Beneficia ſine diminutione conferantur, facit c.1. de præſcript. in 6. & quod de vnione dice-
483 tur infra vlt.p.c.1. à nu.230. Idque in petitorio, † nam in poſſeſſorio probabile videtur præſumi tit. ex poſſeſſione longi temporis, nempe decennij, Gigas q.47.nu.4. cum non ſit contra poſſidentem præſumptio valde vehemens, faciunt tradita per Couarru. praxi. c.13. nu.6. Menoch. de retinenda. remed. vlt. q.2. & Maſcar. de probatio. concl.1208. Præterea, id
484 quod dictum † eſt, penſionarium debere verificare conditionem, ſub qua penſio eſt reſeruata, nempe dummodo tantam partem non excedat, ſeu dummodo remaneant centum pro Rectore, &c. videtur intelligendum, vbi ſumus in caſu nullitatis penſionis, ſi conditio non eſt vera, ſecus vbi ſumus in caſu reductionis, iuxta diſtinctionem, de qua ſup. nu.422. quia tunc onus probandi incumbit titulari, qui prætendit eſſe reducendam; nã penſionarius habet fundatam ſuam intentionem in reſeruatione penſionis, donec ex aduerſo oſtendatur non eſſe locum tantæ penſioni; & ita fuit reſolutum in illa Salamant. penſionis adducta, ſup. à nu.422.

485 Et id procedit † non ſolùm in petitorio, ſed etiã in iudicio executiuo, in quo titularis poterit cogi ad ſolutionem integræ penſionis, niſi probet eſſe locum reductioni, quicquid dicat deciſio Neritonen. pen-
486 ſionis, de qua ſup. nu.472. & deciſ. Corduben. † redecimarum, & Valentina decimarum, quæ ibi allegantur, procedunt, quando ſumma, ſeu quantitas, ſcilicet decimarum, non erat liquida ex parte petentis declaratoriam, & ſic nõ debebat ferri antequam conſtaret, pro qua ſumma eſſet ferenda, ſicut nõ po-
487 teſt dari declaratoria quo ad fructus, † in quibus quis fuit condemnatus, ſi non ſunt liquidati, vt fuit tentum in vna Salamantina portionis. 26. Iun. 1598. coram D. Seraphino, & in vna Pampilonen. de Iamſi. 14. Decemb. eod. anno, coram D. Litta, & aliàs ſæpe, at in propoſito quantitas penſionis eſt certa, &
488 liquida ex † parte penſionarij, ex ipſa reſeruatione, & quod ſit locus reductioni, eſt exceptio aduerſarij, &c.

489 Erit tamen admittenda iſta exceptio reductionis ad impediendam executionem, etiam ſi non probetur incontinenti, ſed requirat altiorem indaginem, ex quo oritur ex vẽtre ſupplicationis, vt per Rotam, in vna Reeanaten. tranſactionis, 22. Iun. 1592. coram
490 D. Gypſio, in qua fuit reſolutũ, quod exceptio, quę
☞ oritur ex ventre inſtrumenti, etiam ſi requirat altiorem indaginem, in quocumque iudicio admittitur, etiam ad impediendam executionem obligationis Cameralis. Caſſad. deciſ. 10. nu.2. de reſcrip. Sarnen. in compendio ſignaturæ, nu.84. & ſeq. Accorambonus deciſ.36. l... Tiraquel. de retract. cõſang. §.4. gl. 1. nu.4. Galeſius ad obligationem in forma Camerę ad 4. par. formulæ 1. q nu.8. & voluerunt DD. in vna Portuen. de Col. 9. Decemb. 1597. coram D. Sera-
491 phin. Rurſus id quod † dictum eſt penſionarium debere iuſtificare ſuam gratiam, & reſeruationem, non procedit, quando pẽſio eſt reſeruata Motu proprio. nam tunc non eſt opus eam iuſtificare, ad deciſionem Achillis 174. ſeu 10. de probatio. aliàs vnicam de Motu proprio, & Put. 101. lib.3. & Rotæ 154. nu. 4. par.2. diuerſ. vbi quod narratiua facti alieni, in qua Papa fundatur, probat ſi emanauit Motu proprio, & ita in propoſito tradit Saluſt. Tiberius in prax. Auditoris Cameræ, lib.3. cap.3. num.22. *Et quod narratiua, ſeu aſſertioni Papæ, ſeu Principis de facto alieno facta motu proprio, ſeu in gratia motu proprio abſoluè credatur, eſt communis opinio, vt per Alex. conſ.112. lib.7. Anton. Gabr. concluſ.2. de probat. nu.60. Mand. ad Lapum alleg. 7. addit.1. col.fin. verſ. limito ſecundo, Maſcard. de probat. concl.622. num.4. & 1233. alias 1127. nu.63. & Farin. de teſtib. q.63. num.101. qui alios citant, quicquid iſti duo limitare contendant, & dicitur infra 9.p. cap.2. num.362. quamuis ſecus ſit, quando Papa in gratia motu proprio fundatur ſuper narratiua partis, dicẽs ita ſibi fuiſſe à parte narratum; ſeu vt aſſerit Maſcar. d. concluſ.1233. num.66. & Farin. nu.105. & 194. cum Rota deciſ.175. nu.5. par.1. diuerſ. & Mand. de ætate minori, quæſt. nu.3.*

491 Vnde in penſionibus impoſitis ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ, quæ vt ſupra diximus, nu.396. imponuntur cum clauſula, Et quorum 5. par. omnes penſiones huiuſmodi, ſeu tam antiquæ, quàm modernæ penſiones huiuſmodi in ſimul, vt accepimus, non excedunt, non eſt opus aliqua iuſtificatione, quia re-
495 ſeruantur † Motu proprio, cui ſtatur etiam, quia narretur factum alienum, & in eo ſint verba, vt accepimus, Achilles, & Puteus ibi. & *Rot. in Abul. penſ. ſupra adducta, num.10.*

494 Quod ſecus eſſet † ſi nõ reſeruarentur Motu proprio, non obſtante verbo, vt accepimus, quia illud nõ Papæ, ſed partis narratiuã importat in gratia ad ſupplicationem ſignata. Guidobonus deciſ.160. & fuit reſolutum in vna Meten. Monaſterij 21. Febr. 1600. coram D. Litta de qua infra 6. par. num.119.

495 Neque enim verbum, † vt accepimus, ſimile eſt verbo, vt intelleximus, quod non refertur ad partem Rota deciſ.447. ad principium, 1.p. diuerſor. Neque
496 etiam eſt ſimile, quicquid † dicat Rebuffus ſtatim citandus verb. vt aſſeritur, quod tanquam generale, & imperſonale non cenſetur prolatum per impetrãtem, ideo, quod per illud narratur, nõ eſt per partem verificandum. Rota deciſ.60. & 77. de reſcriptis in antiquis & 6. de præben. in antiquioribus, Caſſador. deciſ.4. nu.9. de probationib. & vlt. nu.8. de iure patro. Rebuf. in praxi, tit. de diſpenſatione ratione ætatis, verbo, vt aſſeris, Mandoſ. reg.34. de annali, q.47. nu.2. Nauar. in c. ſi quando de reſcript. exceptione 3. nu.2. *Maſcard. de probat. concl.888. nu.40. Tuſch. concl. 1. lit. N. à num.28. Thom Sanchez de matrim. lib.8. diſp. 35. num.25.* Cæſar de Graſſis deciſ.48. nu.4. & Rota deciſ.447. nu.1. & in vna Laccen. Viccariæ 28. Iunij 1591. coram D. Penia. in qua fuit dictum verbum, vt aſſeritur, excludere vitium ſurreptionis, & liberare abonere probandi. *Rot. etiam in cauſ. Legion. præſtimonij 14. Iun. 1595. coram D. Pampilio, & in Agrigentina S. Angeli 11. Decemb. 1602. coram D. Coccino.* Et in vna Romana diſcuſſionis de Maninis 24. Ianuarij 1596.
497 in qua fuit dictum, quod narratur per verbum, vt dicitur, non eſſe iuſtificandum, Rota & Caſſado. ſupra, & quantitatem narratam per verbum forſan, narrari dubitatiuè. l. in commodato. §. ſunt autem ff. commodati. glo. in l. ſubſtitutione, verbo. forte ff. de vulgari, & ideo non eſſe iuſtificandã præciſam quantitatem, vt latè per Felin. in c. accedens il 1. nu.10. vt lite non conteſtata, & poſt hæc tradit Gonçalez. glo. 32. num.11. & 13.

498 Sed hic eſt difficultas, † an, licet ſtetur d. narratiuæ factæ Motu proprio in reſeruatione pẽſionis poſſit probari cõtrarium, & eo probato gratia corruat,

in

499 in qua Saluſt. ſup. ait, quod quando † penſio aſſignatur Motu proprio ex aliqua cauſa, quæ non eſſet vera, vt puta in cauſa meritorum, vel paupertatis, Motus proprius facit gratiam valere non obſtante ſurreptione, & pro hac parte faciunt d.deciſ.60. de
500 reſcrip. † in antiquis, & 6.de præben.in antiquioribus, vbi quod facta gratia de beneficio, cuius fructus ſummam viginti, vt aſſeritur, non excedunt, debetur impetranti, etiamſi excedunt, nec gratia eſt ſurreptitia; facit etiam d.deciſ.77.de reſcript.in antiquis, vbi-
501 quod, ſi in ſupplicatione, ponatur per Papam, vt † aſſerit, tunc talis gratia reputatur ſurreptitia, niſi ita ſit, ſecus ſi ponatur, in ſupplicatione, vt aſſeritur, & ita ſeruatur, idem ergo erit dicendum in gratia Motu proprio.

502 Nihilominus tamen † contrarium videtur dicẽdum, nam, licèt verum ſit clauſulam Motus proprij tollere ſurreptionem, c.ſi Motu proprio, de præben. in 6.Clem.ſi Roman.eod.tit.& ibi Doctores, Decius in c.ad aures, nu.30.& Ripa nu.33.de reſcrip.Mohedan. deciſ.4.nu.2.de priuilegijs, Anto.Gab.de clauſulis, concl.2.& Coraſ.de Beneficijs, 1.par.cap.4.nu. 8.& 4.p.c.5.nu.28. *Et nouiſſimè Alex.Mon. de dec.c.4. nu.133. Poſt Anton.Gabr. & concl.2. de probat. nu.61. Ped.in l.ſi. C.de diu.reſc.num.3. & D.Sahagun in cap.2. de reſcript.nu.4.* Tamen cum exprimitur falſa cauſa,
503 † ſeu qualitas de facto alieno, nihil prodeſt probãdo cõtrarium, ſi eſt talis, quod aliàs ſaltem difficilius gratia concederetur, quia gratia cõceſſa Motu proprio non debet operari vltra mentem, & intẽtionem concedentis, & intelligitur veris exiſtentibus expreſſis, ſine quibus aliàs gratiam non conceſſiſſet, aut ſaltem difficilius ad c.2.de reſcrip.Fel.d.c.ad aures, nu. 9.& in c.cauſam de teſtib.nu.3.Decius in d.c.ad aures.num.31.& 32.& conſ.407. Staphil.de lit.gratiæ, tit. de vi. & effect. clauſul. de clauſula Mot. proprio verſ.7.& vlt.nu.3.4.& 5.Selua de Benef.3.p.q.12.2. qualitate num.3.verſ.4.caſus, Rebuffus in concor.in forma mandati Apoſt.verbo Motu proprio, poſt vlt. effectum, verſ.2.nõ purg.Gambarus de officio legati lib.3.nu.49. Ant.Gabr.d.concl.2.num.18.19.22. & ſeq.Menoch.de arbitr.lib.2.caſu 201.num.88. Azeu. in l.2.tit.14.l.5.recop.nu.31.Io.Guttier.conſ.11.nu. 15.& Canonicarũ q.l.2.c.15.nu.77. Put.deciſ.187. nu.5.l.1.& d.deciſ.101.l.3.ad fin.vbi dicit, quod, licèt ſtetur prædictæ narratiuæ factæ Motu proprio, poteſt tamen probari cõtrarium, & Rota deciſ.525. nu.5.p.1.diuerſ.vbi dicitur, quod falſitas cauſæ perpetuò annullat gratiam, quantumuis Motu proprio conceſſam. Et nouiſſimè Thom.Sanchez.de matrim. lib.8.diſput.21.num.47.

504 Vnde prædicta ſententia Saluſt.non eſt vera, niſi vbi narrarẽtur, merita in genere ad tradita per Probum in rubr.de vita & honeſtate clericorum in 6.nu. 23.& Rebuffus in d.forma mandati, verbo.morum honeſtas.

Nec obſtant d.deciſ.60.& 6. quia accipiendæ ſunt
505 † vbi exceſſus non eſſet notabilis, ſecus, ſi eſſet notabilis, vt de falſo valore expreſſo in gratia Motu proprio in notabili quantitate, ſeu cum errore notabilis quantitatis, dicunt Fel.d.nu.9. Decius num.31. & alij ſupra, & ita etiam circa clauſulam, vt aſſeritur, videtur tenere Selua d.num.4.verſicul.item circa expreſſionem.

506 Neque etiam obſtat † d.deciſ.77. quia accipiẽda eſt quando illud, quod narratur per verbum, vt aſſeritur, non inducit notabilem ſurreptionem maiorẽ, quam ſi exprimeretur per verbum, vt aſſeris, ſeu aliàs per impetrantem, &c.

507 Vnde in dictis pẽſionibus † impoſitis ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ motu proprio cum d.clauſula, & quorum tertiam partem, vt accepimus non excedunt, quamuis penſionarius non teneatur verificare huiuſmodi non conceſſum, tamen ſi ex aduerſo probaretur notabilis exceſſus eſſent ſurreptitiæ, & nullę, iuxta dicta, ſaltem quo ad exceſſum, nam, cum ſint reſeruatæ motu proprio, potius videremur verſati in cauſa reductionis, quam nullitatis, vt dicitur in d. Neritonen.de qua ſup.num.472. *Et ita eſt accipienda illa deciſ. Abulen.ſupra poſita, num.10.*

508 Deciſio autẽ Rotæ 162.in Miſcellaneis † manuſcriptis, quæ ait, quod valor narratus in gratia, etiam motu proprio facta, eſt probandus eſt canonizationem illius deciſ. in d.c.ad aures.nu.10. ſeu 31. vt reſolutum fuit in cauſa Oxomen.Theſaurariæ 12.Iunij 1559.coram D.Caputaq.&c. Intelligenda eſt, quando ex aduerſo probatur contrarium, cum errore notabilis quantitatis, ex Decio.d.nu.31.& Fel.in.d.nu. 9.& alij ſupra. Vel potius eſt intelligenda procede-
509 re, † iuxta regulas modernas de valore, ex quibus requiritur expreſſio valoris Beneficij, de quo fit gratia, etiam motu proprio, & ſic requiritur etiam conſequen. probatio illius, tanquam parti gratiæ, &c.

510 Et de clauſula motu proprio, † & quid operetur, vide Abb.in d.c.ad aures num.5.& ibi Fel.num.6.& alios, Staph.d.tit.clauſ.motu proprio. Mil.in repert. verb. motus proprius, Bertacchinus verbo clauſula motu proprio Vgolum Celſum in tract.clauſul.verſ. motu proprio non tollit.cum ſequentibus. Rebuf.in concordatis in forma mandati Apoſto. verb. motu proprio. Selua.3.p.q.12.à nu.2. Gamb.de officio legati.l.3.à nu.44. Ant.Gabr.latè tit.de clauſulis.cõcl. 2.Menoch.de arbitrar.l.2.caſu 201.à nu.78. Hoied. de incompatibilitate Beneficiorum, c.20.nu.7. Coraſ.1.p.c.4.num.8.& 4.p.c.5.nu.28.Gig.q.9.à nu.4. Azeu.in l.1.tit.14.nu.14.& l.3.nu.28.l.4.recop. *Petra de iure quæſito cap.32.dub.2. & vlt.* Anton.Aug.in Epit.dec.manuſcrip. tit.de motu proprio, & alia reper.deciſ.verb.clauſula.motu proprio, & Mandoſ.in Reg.Cancel.ibi, & verb.motus proprius.

511 Penſionarius etiam † ad inſtantiam ſucceſſoris tenetur probare poſſeſſionem, vel bonum ius illius, qui primò conſentit penſioni, niſi eſſet eius ſucceſſor in iure illius, &c. vt per Achillem deciſ.9. de penſio. ſeu 421. Guidobon. deciſ.137. nam penſio non po-
512 teſt † peti abeo, qui non eſſet, vel ſucceſſor iuris, vel poſſeſſoris conſentientis, vt per eundem Achillem, deciſ.1.& 6.d.penſio.ſeu 413.& 418.

513 Et ſucceſſor poterit docere de non bono † iure poſſeſſoris, qui cõſenſit penſioni, Achilles.d.deciſ.6. & 9.nu.3. qui propterea fruſtra conſenſit penſioni, Cæſar de Graſſis, deciſ.103.num.9. vnde non videtur verum, quod tradit Gonçalez gl.5.§.9.nu.60. quod ſi, vacante Beneficio per obitum, Papa conferat illud Petro, cum reſeruatione penſionis ad fauorem Io. ſi collatio facta Petro ſit nulla ex aliquo vitio obreptionis, ſeu incapacitatis illius, & propterea impetret Antonius d.Beneficium per obitum, vti vacãs, vt prius, quamuis in ſua gratia non fuerit reſeruata aliqua penſio, nihilominus tenebitur ſoluere d.penſionem,

ſionem, quia prima conceſſio continebat duas gratias, & vna deficiente non deficit altera. *Sed pro dicta doctrina Gonçal. quem ſequitur Gratian. diſc. forenſ. c. 138. numero 50. eſt dec. Rotæ in vna Coſentina penſionis 31. Ianu. 1596. coram D. Litta, in qua dicitur, quod ſuſtinetur penſio, &c. R. p. 1.*

*Et ad d. decis. Achil. & Cæſaris de Graſ. reſpondetur, quod procedit in penſionibus reſeruatis de conſenſu iam antea obtinentium beneficium, ſeu ex cauſa reſignationis.* Qui
514 nimmo reſignatarius, † non obſtante conſenſu. acceptatione, & approbatione iuris, ac reſignationis, poteſt dicere de nullitate penſionis, ſi vult probare non ius, & falſitatem cauſæ, vt fuit reſolutum in vna Valentina penſionis. 17. Iun. 1583. coram D. Robuſterio, vt in deciſ. ſequenti. Reſolutum fuit, quod ſi penſiones, de quibus agitur, ſunt nullæ, vt facta, vt ſe velle docere, Canonici poſſunt ipſi dicere de nullitate penſionis, quia, cum iſta materia non pendeat à voluntate, & conſenſu partium, vt eſt regulariter in prophanis, ſed ab authoritate Principis, ſolum quærendum eſt, an vere penſio ſit, vel ne valida. c. ſi quis Presbyterorum, vbi notatur de rebus Eccleſiæ, cùm aliis per Caſſadorum, de penſio. deciſ. 3. Meritò non obſtante conſenſu, acceptatione, & approbatione iuris, ac reſignationis poſſunt ijdem conſentientes dicere de nullitate penſionum, Achil. 8. de penſio. & de actu ipſo iure nullo, quod non obſtante conſenſu partis poſſit dici nullus, etiam per ipſum conſentientem, cumulant plura informantes pro capitulo, nec habuit difficultatem aliquam apud Dominos, quiinferebant, quod, cum in coadiuuando tit. Canonicorum pars poſſit ſibi præiudicare gloſſ. & alij per Rebuff. de pacificis poſſeſſo. nu. 162. iuſta acceptatio, & approbatio Canonicorum habebit hunc effectum, quod Dominus Mirabes, & alij, quibus ſunt reſeruatæ penſiones pro validitate illarum, non erant obligati docere de bono iure, & cauſa reſeruationis penſionis; ex quo approbarunt, & magnificerunt ius illorum, vt in deciſione allegata; ſed non facit, quod ſi Canonici aduerſarij prout aſſerunt, velint probare non ius, & falſitatem cauſæ, non poſſint hoc facere, cum, vt dicitur, totum hoc principaliter pendeat ab authoritate Principis, & non partis, eſt tamen verum quod, cum D. Hieronimus habeat titulum coloratũ, & hæ penſiones ſint impoſitæ ex cauſa reſignationis per d. D. Hier. poſſeſſorem factæ conditionaliter, reſeruatis validè dictis penſionibus cum clauſulis, reſtrictiuis, & ſuſpenſiuis, vt in mandato, & reſignatione, reſoluerunt Domini, quod Canonicis agentibus ad declarationem nullitatis dictarum penſionum, obſtat, illis clarum ſpolium, quod continet reſtitutione poſſeſſionis, & fructuum, damnorum, & intereſſe, & ſic obſtat, vtilis actio, & exceptio ſpoliationis, iuxta notata in c. 1. de reſtitu. ſpoliatorum in 6. nam certũ eſt, quod poſſeſſor reſignans ſub conditione, illa non adimpleta, agit ſpolio, ſi offendit, vt hic, titulum coloratum. Puteus, de reſtitu. ſpolia. deciſ. 14. Greſcen. dec. 135. Ant. Aug. in repertorio eodem tit. num. 16. contra quod ſpolium dato tit. colorato, non obſtat exceptio defectus tit. vel non iuris, niſi probetur per confeſſionem claram, vel rem iudicatam, vt per Ant. Aug. num. 13. quando notoriè conſtat, & paſſim obſeruat Rota. Non obſtat ſententia per me in Rota lata abſolutoria à ſpolio, quia dicebãt Domini, quod dicta ſententia habet etiam in ventre abſolutionem, & rem iudicatam ſuper validitate dictarum penſionum, quia cum in ſententijs, qui vult conſequens, vult & neceſſarium antecedens. leg. fin. de except. rei iudicat. cum alijs per Aym. conſ. 79. num. 4. & impoſſibile videbatur, quod ſententia poſſet ſtare pro abſolutione ſpolij, ſine eo, quod penſiones omnes eſſent validæ ex his, quæ ſupradicta ſunt contra, ſi in vno, etiam in alio obſtabit, & in nullo tũc intrat ſpolium clarum, nec obſtat, &c.

Et quod tradit Rebuffus de pacificis poſſeſſo. nu.
515 156. aliàs 157. ſemel † impoſita penſione allegati poſtea non poſſe reſignantem nũquam habuiſſe ius, procedit in iudicio executionis, de qua loquitur. & vide dicta infra. 11. par. c. 3. à n. 130.

Aduertendum verò eſt, quod in commiſſionibus
516 ſuper nullitate, † vel reductione penſionis a Papa reſeruatæ, ſolet poni clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, ob reuerentiam litterarum Apoſtol. & fraudes recuſantium ſoluere penſiones. Staphil. de literis iuſtitiæ tit. exceptio ſola plus operatur, &c. nu. 13. & 14. pagina mihi. 284. & ſequent. Gomezius in compendio vtriuſque ſignaturæ, verſic. & eſt aduertendum. Gigas quæſt. 5. nu. 9. & quæſt. 62. nu. 12. & quæſt. 85. Gamb. lib. 6. q. 17. & 36. Rebuff. de pacis poſſeſſ. nu. 156. aliàs 137. Veſtrius in pract. l. 3. c. vlt. nu. 1. Marches, de commiſſionibus. 2. p. c. 4. de cõmiſſione appellationis. n. 39. & Flam. Pariſ. de reſig. benefic. l. 6. q. 2. nu. 15. *D. Cardin. Tuſch. concluſ. 266. litera P. & Rot. in Neritonen. penſionis 26. Nouembr. 1607. ſupra relata, num.* 472. etiamſi non adſit quaſi
517 quaſi poſſeſſio exigendi. † Rota deciſ. 301. p. 1. diuerſ. & in vna Burgen. penſionis, de qua infra. numer.
518 519. Quæ clauſula limitat. † & ſuſpendit iuriſdictionem, quæ datur iudici commiſſionis. Cæſar de Graſſis deciſ. 101. nu. 1. *quæ etiam eſt 1. p. diuerſor. deciſ. 349. nu. 1.* & importat conditionem, adeo quod iudex non poſſit procedere, niſi prius ſoluta penſione, Gomez. ſupra verſ. confirm. iſta opinio. Pontanus de alimentis. c. 19. nu. 4. Marches. diſtinction. c. 4. nu. 36. Rota deciſ. 816. lib. 3. p. 3. diuerſorum, & in d. Burgen. penſionis 24. Nouembris. 1595. coram D. Blãchetto, in
519 qua fuit † reſolutum. Non poſſe procedi in cauſa retardata ſolutione, clauſula enim in reſcripto appoſita limitat iuriſdictionem, & illam tribuit ſub conditione, vt de cauſa cognoſcatur, niſi docto de ſolutione, & ita perpetuò fuit obſeruatum in Rota, quæ ſẽper ſolum requirit, literarum expeditionem, abſque poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, cum ſupplicatione etiamſi nullitas videatur patens. Io. Paulus. dec. 60. cum alijs allegatis. Neque obſtare deciſionem corã Groperio, quia ibi aderat clauſula, arbitrio Rotę, quo caſu Rota vult contra ſucceſſorem conſtare aliquo modo quaſi poſſeſſione, prout ſignatura facere conſueuit, quando penſionis controuerſia inter penſionarium, & ſucceſſorem in beneficio committit cauſam, vult enim de tali exactione deguſtare aliquid & à forma reſcripti non eſt recedendum, &c. *Vnde diſt. clauſ. ſine reſeruatione, operatur, etiamſi non ſit oppoſitũ de ſolutione per penſionarium, & nullitatis ſententiæ late non facta ſolutione, habet locum etiam parte non opponente, vt fuit dictum in Valent. penſi. 4. Decembris 1602. coram D. Ludouiſio, & in Zamoren. penſ. 11. eiuſdem mẽſis & anni coram D. Urtembergo, & in ſimili dicitur infra 6. p. c. 3. nu. 138.*

*Non tamen habet locum, nec procedit d. clauſ. ſine retarda-*

*tardatione, cum ex productione bullæ reſeruationis ipſius penſionis reſultaret exceptio, per quam iuſtè denegari poſſet ſolutio: nam etiam ſtante clauſula, ſine retardatione, denegatur executio, quando ex mente bullæ oritur exceptio etiã requirens altiorem indaginem, ſeu conſtat de vitio in ventre, & ſic de non iure, Gomez in comp. ſignaturæ, num. 48. verſ. confirmatur iſta opinio, Marcheſ. d. nu. 36. Sall. Tib. in praxi, lib. 3. cap. 12. alias 7. nu. 7. Rot. deciſ. 310. num. 3. p. 1. diu. Caſ. de Graſ. d. deciſ. 101. nu. 13. & deciſ. 349. nu. 7. d. 1. p. diuerſ. & conducit deciſ. Caſſad. 10. de reſcrip. & quod tradit Meſia Galleſ. de oblig. in for. cam. 1. p. quæſt. 3. à nu. 3. & 2. p. ad 4. partic. q. 1. à nu. 8. & Rot. in Neapol. nullit. inſtrum. 4. Iulij, 1574. coram Cotta, quæ eſt 122. noniſſimè Farin. & apud Pacif. de Salu. interd. deciſ. 163. & in pertinent. bonorum 9. Nouembr. 1579. coram Seraphino apud eundem Pacif. deciſ. 51. nu. 8. in Recanaten. tranſactionis 22. Iun. 1592. coram D. Gipſio, & aliàs ſæpe, Pacific. inſpect. 2. c. 2. nu. 62. & 144. & Flor. de Men. q. 12. num. 44. & Rod. Suar. in l. poſt rem iud. 2. p. § ſed pro euidentia, à nu. 37. & 50. & 51. vbi addit. Valdes alios citat.*

520 Operatur etiam d. clauſula, † vt non obſtante d. commiſſione nullitatis, ſeu reductionis penſionis, & manus appoſitione Papæ, executor datus in literis penſionis, ſeu in proceſſu fulminato, poſſit etiam lite pendente procedere ad executionem penſionis, & compellere ad eius ſolutionem, Gigas queſt. 69. nu. 5. Lancellottus de attentatis 2. p. c. 10. nu. 38. & c. 17. nu. 61. & 64. Marcheſ. d. nu. 39. & Flores q. 12. num. 30. *Et vide dicta ſupra num. 4.*

521 Quod procedit, etiam facta † inhibitione vigore talis commiſſionis, vt videtur tenere Lancellottus d. nu. 64. verſ. circumſcriptis, quamuis contra teneat Gigas ibi, quem refert idem Lancellottus, c. 20. ampliatione 1. nu. 28. nam illa clauſula eneruat vim, &
522 effectum inhibitionis, † & inhibitio cenſetur facta ſtante d. conditione, prout in commiſſione. Mandoſ. de inhibitio. quæſt. 30. & 82. idem Lancellottus. cap. 20. ampliatione 11. nu. 28. Cæſar de Graſſis deciſ. 96. num. 4. & dicemus aliàs infra 6. p. cap. 3. num. 140. & poſt hæc Gonçalez gl. 9. in annotat. nu. 224. *Vant. de nullit. titul. quot. & quibus mod. null. prop. poſſit, num. 30. Grat. c. 41. nu. 22.*

523 Quamuis, ſi non ſtaret d. † clauſula in commiſſione, ſed cauſa nullitatis, ſeu reductionis penſionis fuiſſet antea per ſpeciale reſcriptum Papæ ſimpliciter commiſſa, verius videretur illius pendentiam impedire executionem, & viam executiuam, vigore literarum Apoſtolicarum, pro ſolutione penſionis poſtmodum intentatam, ita vt declaratoria lata, pẽdente d. cap. ſit nulla propter appoſitionem manus Papæ, & tacitam auocationem. Gigas d. quæſt. 69.
524 nu. 4. & 5. & Lancellottus. d. c. 17. nu. 92. † dicens id tanto magis procedere, cum in iudicio executiuo fuerit oppoſitum de dicta pendentia litis. quod videtur neceſſarium ex traditis per Felin. in cap. cæterum, de reſcript. num. 11. maximè facta inhibitione per iudicem. Lancello. ibi à num. 63. licèt contra ſentiat Flores ſupra. num. 31. ibi, vel cum ea, & ſine dicta clauſul.

Pendente tamen cauſa nullitatis, ſeu reformatio-
525 nis penſionis coram Ordinario † abſque commiſſione, certum videtur non impediri executionem literarum penſionis, Flores d. nu. 31. etiamſi oppoſitum eſſet de litis pendentia, & inhibitum, quia Ordinarius nõ poteſt inhibere executori, qui eſt ſuperior. *Et quia executor eſt index ſolius penſionis, Ordinarius verò nullitatis, aut reformationis, & ſic vnus non debet impedire alium, Zanall. q. 897. num. 909. & ſeq. cum aliis, qui tamen male id intelligit, quando penſionarius eſt in poſſeſſione percipiendi; non enim id eſt neceſſarium, vt executor poſſit procedere, &c.*

526 Aliquando tamen ponitur clauſula † ſine retardatione ſolutionis penſionis arbitrio Rotæ, vt in dicta Burgen. ſupra relata. num. 519. quæ intelligitur, prout de iure, nam arbitrium debet eſſe iuri conſonum, *Caſ. de Graſſ. dec. 101. ſeu 8. de ſent. & re iud. nu. 2. & 4. & deciſ. Neritonen. 16. Nouemb. 1607. ſupra adducta, nu. 472.* & ideo retardanda eſt ſolutio, & poteſt procedi, ea retardata, donec literæ expeditæ fuerint iuſtificatæ, niſi agatur contra conſentientem penſioni purè reſeruatæ, vel adſit quaſi poſſeſſio, iuxta ſupradicta, & ita fuit reſolutum in illa Lunen. Sarçanẽ. penſionis, de qua ſupra. num. 465. & in vna Aſcula-
527 na † penſionis. 23. Iun. 1593. coram D. Orano. vt in ☞ ſequenti deciſione. Fuit reſolutum retardandam eſſe ſolutionem penſionis, donec literæ ſuper reſeruatione illius expeditæ, fuerint iuſtificatæ, nam commiſsio mihi præſentata habens clauſulam, ſine retardatione arbitrio Rotæ intelligitur, prout de iure. Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verbo videbitur. nu. 8. Pariſ. conſ. 56. num. 5. lib. 1. de iure autem eſt, quod non ſoleat concedi, niſi, vbi vel adeſt quaſi poſſeſſio, vel literæ expeditæ fuerint iuſtificatæ, Mohed. deciſ. 304. de quaſi poſſeſſione Odatij non conſtat, vt bene hæc per informantes, & literæ quo ad valorem non iuſtificantur, nam teſtes de eo deponẽtes, aut non percutiunt tempus articulatum, aut ſunt de auditu, maxime quando agitur de probando valore affirmatiuè concepto, quo caſu concludens requiritur probatio, vt fuit aliàs reſolutum in vna Cluſina penſionis coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lanceliotto.

In penſionibus tamen per inferiores Papa refer-
528 uatis non apponitur dicta † clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, Staphil. ſupra num. 15. & Gom. in d. compendio. verſ. & eſt aduertendum. Gigas. d. q. 35. nu. 9. & q. 85. num. 2. & 11. & Veſtrius d. lib. 3. c. vlt. nu. 1. niſi penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi. Veſtrius ibi. *Leo in Theſ. for. Eccl. cap. 22. num. 34. & 39.*

529 Et caſus, in quibus dicta clauſula † apponi non ſolet, ponunt Gomez. ſup. Gigas d. q. 85. Veſtrius d. c. vlt. & Marcheſ. d. c. 4. ex num. 40. *Et circa eam Rot. in vna Oxom. penſionis 28. Iun. 1595. reſoluit, quod clauſula ſine reſeruatione poſita in commiſſione Martij facta cantori, quæ cenſeretur repetita, ſi nuntius commiſiſſet cauſam alteri, non tamen afficit ipſum Nuntium, qui eam ad ſe retinocauit, &c.*

530 Tandem pro concluſione huius † materiæ penſionum, per quarum executores ſolet in Hiſpania procedi ex abrupto, & ſine ordine, & modo & prout pars, quæ eos eligit, petit, operepretium duxi breuiter ponere practicam ſeruandam, quando executiuè agitur ad ſolutionem penſionis coram executore, vigore literarum executoriarum, ſeu clauſulæ, cæte-
531 rum, proceſſus fulminatus, qui debet † eſſe Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, vel aliàs in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, cum ſit mixtus, & habeat cognitionem cauſæ, licèt executiuæ ex forma mandati, Ferrettus in terminis. conſ. 53. & Nauarrus in cap.

cum

cum conting. de reſc. 2. cauſa nullitatis, & ita practicatur.

532 Et in primis præſentandæ ſunt † coram executore literæ originales penſionis, tam gratioſæ, quam executoriæ, & etiam proceſſus fulminatus, ſi virtute dictæ clauſulæ, cæterum, ſumitur iudex, quamuis
533 ſufficiet etiam præſentare ſolum † proceſſum fulminatum, in quo ipſæ literæ ſunt inſertæ, donec pars opponat. ad deciſionem Achillis 53. & 419. & d. infra 6. par. c. 2. dub. 1. *& deciſ. Abulen. penſionis ſupra addu-*
534 *cta, num.* 10. & ſumptum literatum † ex regiſtro Apoſtolico, quod fidem facit, ſaltem in Curia, vt in illa Toletana penſionis, de qua ſupra, nu. 118. Belenc. de charitatiuo ſubſidio. q. 113. *Mand. reg. 27. q. 6. num.* 3. *& 24. In fin. ibi*, 551. 550. Maſcardus de probation. concl. 337. nu. 7. & 8. & Rota in Paten. penſionis. 1. Iulij. 1596. infra relata. num. 551.

535 Quibus Præſentatis, penſionarius † petit dari mãdatum, ſeu monitorium in forma contra poſſeſſorem beneficij pentione grauati pro tot ducatis ſibi debitis, ex terminis penſionis decurſis, &c. Quos iudex
536 iubet dari, & in eo inſertis literis præſentatis, † vel proceſſu fulminato, ſi vigore illius ſumitur in effectum, mandat. N. poſſeſſori, quatenus infra ſex dies, ſeu alium terminum ſub excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, etiam in literis Apoſtolicis penſionis expreſſis, ſoluat penſionario tot ducatos ſibi debitos ex terminis penſionis decurſis, ſeu talem, & talem terminum decurſos, & infra eundem terminum doceat de ſolutione, & paritione, alioquin dicto termino compareat ad videndum ſe incidiſſe, & incurriſſe in excommunicationem, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas declarari, ſeu illas in eum poni, ac ad omnes, & ſingulos actus neceſſarios, & opportunos, vſque ad ſententiam, & expenſarum taxationem, ac ſententiarum, & pœnarum prædictarum aggrauationem, & reaggrauationem, brachijque ſecularis inuocationem, procedi, vel ad oſtendendum ſolutionem quietationem, vel rationem legitimam, quare præmiſſa fieri non debeant, ad quæ omnia citatur, [&c. cum comminatione, ſeu certificatione, quod ſiue cõparuerit, ſiue non ad prædicta & alia, quæ iuſtitia, ſuadebit, eius abſentia, ſeu contumacia non obſtante, procedet. &c.

537 Quo mandato intimato poſſeſſori † beneficij, & in termino reproducto pars penſionarij accuſat contumaciam illius non comparentis, quam iudex habet pro accuſata, & ſi ille conſenſit reſeruationi penſionis, poteſt ſtatim, abſque alia verificatione, niſi reſeruatio ſit conditionalis, dare contra eum ſententiam declaratoriam, qua declaret eum incurriſſe in excommunicationem, aliaſque cenſuras, & pœnas in literis reſeruationis expreſſas, ob non ſolutionem dictæ penſionis, &c. Et condemnare eum in expenſis coram eo legitimè factis, taxationem earum ſibi reſeruando, &c. Iuxta reſolutiones ſupra adductas,
538 quamuis † Saluſtius Tiberius lib. 3. c. 5. dicat audiuiſſe aliàs, quod Greg. XIII. oretenus tunc auditori cameræ commiſit, quod in executione literarum penſionis, etiamſi adſit titularis conſenſus, cum obligatione etiam camerali vinculo iuramenti vallata pro penſionis ſolutione facta, ad executionem literarum huiuſmodi non procedat, niſi prius literis, aut ſupplicatione reſeruationis penſionis, & narratis in eis ſufficienter verificatis, &c. ſed hoc non apparet certum.

Si verò titularis, contra quem agitur, non conſen-
539 ſit † reſeruationi penſionis, ſed eſt ſucceſſor, aut reſeruatio eſt conditionalis, debet penſionarius coram executore oſtendere, & probare ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi dictam penſionem, vt releuetur ab onere iuſtificandi literas reſeruationis, alioquin tenetur illas iuſtificare, & verificare earum narratiuam aut conditionem, iuxta ſupradicta, & infra 6. par. cap. 2. dub. 11.

540 Neque eſt neceſſaria alia citatio, ex † quo ille, qui eſt abſens à loco iudicij, fuit citatus generaliter ad totam cauſam, & eſt contumax. Speculator 2. par. tit. de citatione. §. viſo. n. 4. & 5. & ibi. Io. Andreas. verb. incumbit. Millis verb. citatus ſpecialiter ad vnum. Abbas in cap. fin. de dilatio. a nu. 9. Vantius de nullitate ex defectu citationis à nu. 101. Maranta in ſpecu lo. 6. par. de citatione. n. 118. Grauatius ad Veſtrium lib. 4. c. 4. nu. 15. & Rota. deciſ. 8. de teſtibus, aliàs 93.
541 in nouis ad finem, † quæ ait, quod partes ſunt citandæ ad totam cauſam, & ſingulos actus vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè, & citationes, quæ fiunt poſtea in Curia per audientiam contradictarum, vel alias, potius ſunt, vel fiunt de vrbanitate, quam neceſſitate, ſeu rigore iuris, &c. Et Vantius ſupra, num. 110. ait in Romana Curia ex benignitate fieri iſtas citationes, & poſt hæc tradit Gonçalez glo. 9. in annotat. num. 74.

542 Vnde cõuincitur, quod ait Paulus Caſtren. † cõſ. 81. 2. volum. relatus per Marantam ſupra, quod, quãdo proceditur, ad alios actus vigore talis citationis generalis, debent fieri ſingulæ citationes per edictum vnde etiam non eſt neceſſe facere citationes in ſtratis auditorij, niſi fortè illa eſſent ad id aſſignata in huiuſmodi citationibus generalibus, pro vt in Hiſpa-
543 nia fieri conſueuit; † nam tunc deberent ibi fieri citationes, & intimationes, vt fuit reſolutũ in vna Gienen. portionatus. 28. Iunij. 1559. coram D. Oradino, in qua fuit dictum; Quod licèt citatio generalis arctet ad comparendum, tamen ſi pars compareat, debet de nouo citari, Socinus. conſ. 195. vol. 2. & ſupra citati, & ſic examen teſtium factum ſine noua citatione eſt nullum, nec obſtat, quod poſtea receſſerit, & ſic non videtur veniſſe, qui non ſtetit, quia ſaltem debebat citari in ſtratis, prout comminatus fuerat iudex in prima generali citatione, & vt per Rotam deciſ. 35. in manuſcriptis, *& de citatione ad valuas, ſeu per*
544 *edictum proteſtata, docet Scuerol. de remiſ. c. 31. nu. 7.* † at ſi citatus compareat, & allegat contra executionem aliquam rationem legitimam, vt ſolutionem, quietationem, &c. debet ei aſſignari terminus breuis, cum ſit probanda in continenti. Nec requiritur neceſſario quod fit, vt ſolet fieri in Hiſpania, decem dierum, ſicut in alijs executionibus, ex lege regia; ſed poteſt eſſe maior, vel minor arbitrio iudicis. Gigas q. fin. n. 26. *Menoc. de arb. caſ. 12. & de recup. rem. 1. à num. 252. Gratian. diſc. for. cap. 170. num. 5. Pacif. de Sal. interd. inſpect. 2. cap. 12. à num.* 103. intra quem id probet, & idem ſi
545 allegaret remiſſionem † penſionis, aut redemptionem authoritate Papæ, vel aliam exceptionem notoriam, & euidentem, vel quæ poſſet in continenti probari, & non indigeret longiori indagine. Gigas, d. quæſt. fin. aliàs Menoch. de arbitrarijs. l. 2. caſu 9. & 12. Contard. in leg. vnica. C. ſi de momentan. poſſeſſion. limitat. 12. Maſſa Galleſius

de obligatione Camerali ad 4.par.1. quæſt. 1.p.q.3. & 2.par.ad 4.partic. Leo in Theſ. for.Eccleſ.cap.22. num. 68. & 73. Pacif. de Salu.inſpect.1.cap.4. à num.22. & 107. & inſp.2.cap.2. à num.98. & Zanell. quæſt.897. num.907.

546 Si tamen allegaret nullitatem, ſeu ſurreptionē † penſionis, vel aliam exceptionem requirētem altiorem indaginem, debent reſeruari iudicio ordinario. Gigas ibi. nu.24. quicquid circa ſurreptionem dicat Flores q.12.à nu.33. allegans Gigantem. d.q.fin.nu. 13. qui ſe declarat infra.num.21. *Et de exceptionibus, quæ oriuntur ex ipſis literis penſionis, vide ſupra, num.489. & 519. & infra num.554.*

547 Et quando exceptio requirat † altiorem indaginem, relinquitur arbitrio iudicis. Menoch.caſu 20. & de recuperanda.remedio 1.quæſt.21. Contardus ſupra, & Rota deciſ.57.num.3.par.2. *Et Pacif.de inſpect. 2.cap.2.num.78.*

548 Vnde in vna Barchinonen. penſionis † de anno ☞ 1552. fuit reſolutum, quod exceptio extinctionis penſionis per profeſſionem penſionarij, ſuper qua non fuit iudicatum, non impedit ſolutionem penſionis, & ea non obſtante, declarandus eſt titularis, ſi nō ſoluit, quia requirit altiorem indaginem, cum Monachus ex diſpenſatione penſionem retinere poſſit, nec quis eſt priuandus ſua poſſeſſione, &c. Vt per Caputaquen. deciſ. 821.p.1. & 223. & 317.p.2. Guidobon. 138. *Et in vna Romana penſionis 17. Iun. 1603. coram Illuſtriſs. Millino fuit reſolutum. Quod cum litere penſionis ſint iuſtificate, illis danda eſt executio, non obſtante exceptione extinctionis propter exactionem ante expeditionē literarum contra formam decreti; quia probatio vtriuſque requiſiti deficit. & quod penſio ſit exacta, & quod ſit exacta ante expeditionem; & cum iſta exceptio non ſit clara, non poteſt impedire executionem literarum Apoſtolicarū. Nec obſtat ſententia declaratoria irregularitatis contra pēſionarium, quia eſt ſine proceſſu, & non percutit tempus reſeruationis penſionis, & dicitur lata in contumaciam, & reſoluta per comparitionem.*

549 Ex quo aliàs in vna Rauennaten. † penſionis 20. ☞ Iunij 1597. coram D. Litta fuit dictum, quod pēſionarius, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, manutenendus eſt in ea, non obſtante prætenſione, quod ſit extincta, propter conſtitutionem Sixti V. de delatione habitus, &c.

550 Et in vna Paten. penſionis 1. † Iulij 1596. coram ☞ D. Pamphilio fuit reſolutum. Dandum eſſe comiti mandatum de manutenēdo in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, de cuius reſeruatione hodie conſtat per exhibitionem ſumpti ex regiſtro Bullarum. Rota deciſ.10. de fide inſtrumentor. in nouis. Creſc. 2.eodem tit. Ant. Auguſtin Epitome.titul.de exemplis. num.1. & de quaſi poſſeſſione conſtat ex multis ſimul iunctis, &c. Et cum ea concernat tempus ante proteſtationes Epiſcopi, & etiam poſt contractum matrimonium per comitem, non obſtant in contrarium deducta, nam proteſtationes non tollunt præcedentem quaſi poſſeſſionem acquiſitam cōtra prædeceſſores, quæ nocet ſucceſſori, &, quantum ad extinctionem per contractum matrimonij, illa non impedit manutentionem, donec ſuper ea fuerit iudicatum. cap.querelam. de electione. cap. conſultationibus. de iure patron. cum coniugatus in diſpenſatione, quam comes habere prætendit, poſſit penſionem retinere. Caſſado.deciſ.10.num.7. de reſcrip. Caputaquen.321.part.1. & 317.par.2. præſertim, cum ex prædictis adſit poſſeſſio, & poſt contractum matrimonium, quod alias fuit ponderatum in cauſa Terdonen. penſionis 2. Decembr.1585. coram D. Blanchetto.

Et in vna Calagurritana penſionis 2. Mart.1598. 551 coram D.meo † Corduba fuit dictum, quod Alle- ☞ gatio de extinctione non impedit manutentionem, vbi de ea nō fuit iudicatum, Caputaquen. vbi ſupra, & non dicitur iudicatum, vbi fuit appellatum, vt in 552 cauſa Foroliuien. penſionis 24. Iunij 1592. coram † D. Penia, vel pendet cauſa reſtitutionis in integrum, vt in cauſa Veneta iuris quæſtuandi coram Illuſtriſſimo Arrigonio, & inde iſta exceptio videretur reſeruanda ad iudicium petitorium, ſtāte maxime, quod hæc quaſi poſſeſſio prætenditur poſt obitum Herculis, ad cuius commodum prætenditur reſeruata, & ſic poſt extinctionem, vt fuit reſolutum in cauſa Terdonen. penſionis. 10. Decembr.1585. coram D. Blanchetto, &c.

Sed illas reſolutiones ſolum admitterem, quando 553 poſt caſum extinctionis † penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi, vt in iſta Paten. & Calaguri- 554 tana † nam, & nullitates orientes ex ventre, ſtante quaſi poſſeſſione exigendi, diſcutiendæ ſunt in petitorio, vt in illa Burgen. de qua ſupra. numero 117. quæ tamen aliàs impediebant executionem, etiamſi requirerent altiorem indaginem, vt ſupra. numero 489. aut quando penſionarius, qui profeſſus eſt 555 † aut contraxit matrimonium, oſtenderet diſpenſationem ad retinendam penſionem, quamuis non claram, & iuſtificatam, nam interim, quod ſuper illa diſputaretur, & iudicaretur, non eſſet impediendа ſolutio.

556 Aliàs enim exceptio extinctionis † per profeſſionem, vel contractum matrimonij, aut aliàs videtur releuans, & admittenda, dummodo in continenti probetur, ideſt, intra breue tempus à iudice aſſignatum, iuxta dicta, nam non requirit altiorem indaginem, ſed eſt clara, & excludit penſionem, & poſſeſſionem eius. Vuames.conſ.284.

557 Immo, & ſi penſionarius oſtenderet † diſpenſationem, verius videtur, prædictam exceptionem extinctionis in continenti probatam impedire ſolutionem, & executionem penſionis, niſi conſtet etiam de iuſtificatione ipſius diſpenſationis, Cæſar de Graſſis deciſ.103. num.7. nam iſta exceptio non requirit al- 558 tiorem † indaginem, ſed altior indago oritur ex replicatione penſionarij, vnde non videtur reſeruanda ad petitorium. Afflict.2.deciſ.93. Puteus deciſ.233. & 234. lib.3. & Rota in vna Vrgelen. Canonicatus. 21. Maij 1593. coram D. Blanchetto infra, relata 6. par.c.3.num.2. & in vna Imolen. bonorum dicta die 559 21. Maij 1593. coram D. Pamphilio, † vbi fuit re- ☞ ſolutum, Quod ad impediendam immiſſionem ex remedio leg. fin. C. de edicto D. Adriani, admittitur exceptio def. & s proprietatis, de qua in continenti docetur, non obſtante, quod videatur requirere altiorem indaginem, quando iſta altior indago oritur ex replicatione hæredum, non autem ex exceptione poſſidentis, &c.

560 Exceptio tamen, quod beneficium † erat grauatum alia anteriori penſione, de qua non fuit facta mentio in literis, quarum executionem penſionarius petit, regulariter non impediet executionem. Nam

quamuis

561 quamuis certum ſit, non † valere ſecundam penſionem, ſi de prima non eſt facta mentio, quia Papa in dub. etiamſi reſeruatio fiat motu proprio, non cenſetur velle onerare beneficiũ duplici onere, &c. Caſſado. deciſ. 3. & 4. de penſio. Caputaquen. 301. 311. & 312. p. 2. & 86. p. 3. Gigas de penſio. q. 29. & queſt. final. num. 12. & conſ. 140. alias reſpon. 31. de penſio. Gambarus lib. 6. à nu. 226. Mohedanus deciſ. 11. de locato, alias 259. Mandoſ. regula. 33. q. 6. à num. 7. & de ſignatura gratiæ, tit. de penſio. verſ. ſuppoſuimus. Flam. Pariſ. de reſigna. lib. 6. q. 2. à nu. 40. *Et Azor. 2. par. lib. 8. cap. 9. quæſt. 3.*

Quæ expreſſio eſt neceſſaria, etiam quod prima
562 penſio ſit conditionalis, † vt fuit reſolutum in vna Conchen. medietatis fructuum. 30. Aprilis 1568. *Contra Collegium Conchenſe Salmanticæ fundatum à D. Didaco Ramirez de Haro Epiſcopo Conchen. cui per bullam Adriani VI. in eius erectione pro ſua ſuſtentatione fuerat applicata medietas fructuum parochialis Eccleſiæ de Villanueua de la Iara Conchen. diœceſ. quæ applicatio fuit nulla indicata, quia non fuit facta mentio de quadam pẽſione 200. ducatorum reſeruata ſuper fructibus dictæ parochialis, licet conditionaliter, vt latius refert in d. lib. Statutorum d. Collegij impreſſo.* Et in vna Valentina penſionis. 25. Maij. &
563 25. Iunij 1601. coram D. Millino, in qua † fuit dictum, clauſulam, dummodo remaneant centum pro rectore, tendere ad alium effectum, nec ad iſtum effectum releuare, quia eſt appoſita ad fauorem rectoris, & ex ea non inferri ad ſcientiam Papæ primę reſeruationis, à qua ſcientia pendet validitas ſecundæ, &c.
564 Et etiam † quando prima penſio eſt perpetua. Caputaquen. deciſ. 312. p. 2. Fabius. deciſ. 36. lib. 1. Chiſanen. 134. & Flam. Pariſ. ſupra nu. 47. & fuit reſolutum in vna Cæſarauguſtana, diſmembrationis. 23. Iunij 1600. coram D. Pamphilio, & in dicta Valent. 25. Iunij 1601. coram D. Millino, *Et fuit dictum in cauſa Metropolitana penſionis 1598. coram D. Orano, vbi fuit dictum, quod impoſitiones, & onera religionis, non dicuntur onera perpetua, ita quod de eis ſit facienda mentio, cum in omnibus prioratibus, vel commendis inſit ex earum natura impoſitio debita religioni, vltra quod de ea ſatis videtur facta mentio ex eo, quod penſio reſeruatur immunis ab omnibus oneribus religionis, & communis erarij, tam Ordinarijs, quam extra ordinarijs, ex quibus Papa potuit in genere cogitaſſe de iſtis oneribus, quod ſufficit ad excludendam ſubreptionem, &c.* Tamen excipiens contra ſecundam pen-
565 ſionem † ſeu illam impugnans, ex eo, quod non fuit facta mentio de prima, tenetur probare, quod tempore ſecundæ pẽſionis prima erat reſeruata, & quod erat valida. Caputaquen. d. deciſ. 301. Gigas. Flam. & alij ſup. Cotta. deciſ. 107. & 110. & Rota in d. Valentina 25. Iunij, & ſæpius fuit reſolutum, & ſic iſta exceptio requirit altiorem indaginẽ, &c. *In dec. 723. nouiſ. Farin. Et in fin. quamuis Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 22. nu. 68. contrarium tenere videatur, inquit enim; quod contra agentem ad ſolutionem penſionis opponi poteſt exceptio nullitatis reſeruationis penſionis, quæ in continenti probari poſſit; penſio enim reſeruata ſuper beneficio alia penſione grauato, nulla facta expreſſione in literis de priori reſeruatione eſt nulla, vt per Caſſad. d. deciſ. 3. num. 1. de penſ. ideo ſi reus, contra quem agitur ad penſionis ſolutionem, exhibeat literas, ſiue tranſumptum reſeruationis Prioris penſionis. quo concludenter probatur nullitas poſterioris, illa exceptio impedit & retardat ſolutionem, & literæ tribuunt in ſdictionem tam ſuper principali, quam ſuper exceptione nullitatis appoſitæ, ſuper qua poteſt iudex ſuam proferre ſententiam. Bellam. in deciſ. 28. verſic. aut literæ ſunt. & Felin. in cap. ſuper lateris, num. 30. de reſcript. Hæc Leo: qui plane ſenſit, opponentem iſtam exceptionem non teneri amplius oſtendere quam reſeruationem prioris penſionis, nõ autem eam eſſe validam; & conſequenter iſtam exceptionem non requirere altiorem indaginem.*

Et ſi citatus diceret ſe non poſſidere beneficium,
566 ſuper † quo penſio eſt reſeruata, aut, qui conſenſit penſioni, non habuiſſe poſſeſſionem, vel bonum ius illius, penſionarius debebit probare, vt dictum eſt ſupra. num. 511.

567 Aliàs, illo non comparente † ſeu id non negante, non videtur neceſſaria iſta probatio, quamuis Bucca. dict. tract. de ſtilo curiæ auditoris cameræ. cap. 22. verſ. quia ſiue, dicat ſiue ſucceſſor comparuerit, ſiue non, teneri eum, qui petit penſionem probare reum conuentum ſucceſſiſſe in beneficio. ſuper quo eſt aſſignata penſio, & ipſum percepiſſe fructus, vel ſtetiſſe per eum, quo minus illos perciperet, & Saluſtius Ti-
568 berius † lib. 3. cap. 3. num. 6. ait in iudicio manutentionis obligari penſionarium ad probandum reum conuentum beneficium penſione grauatum poſſidere, &c.

569 Sed, cum agatur contra ipſum † tanquam ſucceſſorem, & poſſeſſorẽ beneficij grauati, non videbitur neceſſaria iſta probatio, niſi ipſe opponat. ex doctr. Iaſ. in l. 2. C. de edicto D. Adriani tollendo ad finem, qui ait, quod parte non opponente, iudex non debet petere legitimationem perſonarum. ſequitur Petrus Gerardus ſingul. 23. & in iudicio executino idem Saluſtius. lib. 1. cap. 43. num. 4. *Sal. alias cap. 5. Rebuffus ad l. Gallic. to. 1. tit. de liter. oblig. art. 3. gl. 2. num. 5. Areu. l. fin. tit. 21. lib. 4. Recop. nu. 21. Rodrig. de except. c. 3. num. 16. Duennas reg. 277. ampl. 5. ad fin. Quamuis contrarium teneat Gratian. deciſ. 138. num. 3. & diſcept. for. cap. 150. a num. 18. cum alijs.*

570 Et à prædicta ſententia nõ datur † appellatio ſuſpenſiua, cum executiuè procedatur, *niſi executor in exequendo modum excederet, & appellaretur expreſſa iuſta cauſa. in fine. ibi, num. 32. d. à nu. 32. Contard. in l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 19. Lancello. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 53. Nauar. in c. cum contingat, de reſcript. 6. & 14. cauſ. nullit. & Flor. de Mena quæſt. 12. num. 43. & 44. Zauall. quæſt. 897. & 906. & 925. Gigas. q. 95. Veſtrius lib. 3. cap. vltim. num. 3.* Marcheſ. dicto capit. 4.
571 2. part. num. † 32. nec tunc commiſſio appellationis, niſi cum clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, concedi conſueuit. Veſtrius ibi, & non cum clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, vt dicunt Gigas, & Marches. ibi. quæ poni ſolet in commiſſione ſuper nullitate, ſeu reductione penſio-
572 nis, vt ſupra dictum eſt. num. 516. † Sed quia ſolet committi non ſolum cauſa appellationis à ſententia ſuper executione penſionis, ſed etiam cauſa nullitatis penſionis, ſaltem implicitè per clauſulam, ac quã, & quas, &c. ſeu per clauſulam, cum annexis, & connexis, totoque negotio principali; ideo non ſolum ponitur clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, ſed etiam clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, & ita verificatur quod aiunt, Gigas, & Marcheſ. ſupra.

573 Clauſula verò, ſine præiudicio † legitimæ executionis, operatur, quod commiſſio appellationis propter illam non ſuſpendat, nec impediat, quin iudex

à quo procedat ad vlteriorem executionem. Pallotus deciſ.58.lib.1.quæ eſt 3.p.diuerſorũ,lib.3.deciſ.412. & Saluſt.Tiberius lib.1.c.27.nu.4.*& lib.2.c.21.alias 17.anum.3.& Gratian.diſc.for.cap.41.nu.21.* Marcheſ. d.2.p.c.5.n.11.& 19.Et poſt hæc Gonçalez glo. 9. in annotat.nu.224.& Gratian.diſcept.for.cap.41.n.21 nec inhibitio afficit,vt ſupra, nu. 532. licèt non operetur,quin iudex ad quem,qui cognoſcit de cauſa appellationis, non poſſit reuocare omnia geſta per iudicem à quo, ſi iniuſtè proceſſerit, illa enim clauſula ſolum præſeruat,quod legitimè factum fuit,non idẽ, quod nulliter,aut iniuſtè geritur,vt fuit aliàs reſolutum coram S. Clemente VIII. in vna Romana Caſalis.24.Nouemb.1581. & colligitur etiam ex traditis per Staphil.de literis iuſtitiæ,§.de ſanatione contractus inualidi. nu. 13. ita in vna Placentina fideiuſſo-
574 ris,22.Iunij.1592.coram D.Penna, † & eſt alia deciſio in cauſa Hiſpalen. & Caurien. permutationis. 11.Martij.1596.coram D.Gipſio,quæ ſic ait 14.die Decembris proximè præteriti,fuerat coram me reſolutum D. Ferdinando dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione beneficiorum,de quibus agitur, niſi obſtaret clauſula,ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, in commiſſione per ſignaturam inſerta, quamobrem dato dubio ſuper huiuſmodi difficultate, dicta die 11. Martij, vtraque parte informante,concluſum fuit,clauſulam non obſtare,quoniam vigore illius ſolum præſeruatur facultas executoribus literarum Apoſtolicarum procedendi ad earum executionem, non obſtante iudicio ordinario. Puteus deciſ.97.lib. 1. ideo, cum executor functus fuerit eius officio, immittendo partem aduerſam in poſſeſſionem,ſatis apparet fuiſſe ſatisfactum dictæ clauſulæ,propterea Ferdinandus etiam in iudicio poſſeſſorio,cum non habuerit ſe pro ſpoliato,poteſt dare de nullitate, & iniuſtitia dictæ executionis iuxta deciſ.Putei 410.lib.2. quoniam clauſula prædicta debet intelligi, quatenus de iure ſit locus executioni,Iaſ.in l.cauſas.nu.7.C.de tranſact.Creſc. deciſ.47.aliàs prima de reſcript.& dictum fuit in cauſa Firmana olei, maximè quia in corpore commiſſionis petita erat facultas manutenendi Ferdinandum in poſſeſſione dictorum ſuorum beneficiorum, ex his ceſſant deducta ex aduerſo de iuriſdictione mihi attributa ſub conditione, quia per dictam immiſſionẽ, quamuis nullam, & inualidam, extinctum fuit illud iudicium,Rota dec.6.de re iudicata in nouis. Tiraq. in l.boues,§.hoc ſermone, limitatione 21. nu. 4. de verb.ſignif.non obſtat, quod Ferdinandus, ſtante prædicta immiſſione,authoritate Papæ facta, amiſit vtramque poſſeſſionem ciuilem,& naturalem, vt dictum eſt in cauſa Cæſarauguſtana fructuum coram D.meo Iuſto,quia hoc poſſet locum habere,ſi executor ritè,& rectè proceſſiſſet,ſecus verò,quando nulliter,& de facto proceſſit, quo caſu, vti priuatus proceſſiſſe cenſetur, Ang. Imola,& alij in l.clam poſſidere,§.qui ad nundinas,de acquir. poſſeſſ. minuſque d. clauſula importat, quod neceſſariò dimittatur vtraque poſſeſſio,ſed tantum concedi facultatem immittendi in realem,& corporalem poſſeſſionem rei,ideo Ferdinandus,qui,vt dictum eſt,non habuit ſe pro ſpoliato non prohibetur vti hoc remedio poſſeſſorio per allegata.

Aduerte autem, quo ad hoc, vt penſionarius poſ-
575 ſit † declarari incidiſſe in excommunicationem,debet eſſe elapſus menſis à termino ſolutionis,iuxta tenorem literarum.

Secundò aduerte, quod ad hoc, vt ad declarato-
576 riam incurſus pœnarum, † de quibus in literis procedi poſſit, opus eſt literas penſionis originalis,aut earum ſumptum authenticum ex regiſtro, eſſe legitimè intimatas titulari,ſi eſt ſucceſſor cõſentientis,aut non per ſeipſum,ſed per procuratorem conſenſit,iuxta ſtilum,& obſeruantiam curiæ,Caſſad.deciſ.2.de penſio.& 12.de reſcript.Samuien.in cõpendio vtriuſque ſignaturæ ad finem,Gigas q.77.n.10.20.21.& 22 & q.84.nu.2.quem vide conſ.151.Mandoſ.reg.17.q. 7.nu.4.& de monitorijs.q. 23.& 76. Nauarr.in Manuali.c.27.nu.271.ſeu 274.Saluſt.Tiberius, lib. 3. c. 2.nu.3.4.& 15.Marches.d.c.4.nu.68.Flam.Pariſ. d. lib.6.q.2.nu.98.Flores.d.q.12.nu.26.& 27.& Suarez 5.tom.de cenſuris.diſp.20.ſect.2.nu.9.

Quamuis de iuſtitia huius ſtili,& obſeruantiæ du-
577 bitet Maſſa.† Galeſius de obligatione camerali.3.p. §.reliqua.de proceſſu,ex nu. 9. Et debet fieri intima-
578 tio literarum per Notarium † data earum copia, ſi petatur,& ita ſeruatur,Gigas d.q.77.nu.21.

Exiſtimo tamen,quod,quamuis literæ non ſint in-
579 timatæ † titulari,etiam ſucceſſori, poterit executor dare ſententiam cõtra titularem,qua ei mandet quod infra certum terminum ſoluat, & quod aliàs dabitur contra eum mandatum executiuum, & in ſubſidium excommunicatio,&c.ex Caſſad. Sarnen. Mandoſ. d. quæſt.23.79.Saluſ.Tiberio,num.12.Marcheſ.67. ſupra,& Flores,qui ait,hoc intelligi eſſe verum,quo ad executionem faciendam in bonis debentis penſionem,non tamen quo ad declarandum eum incurriſſe cenſuras,& pœnas Bullæ penſionis, & licèt illi faciãt mentionem de ſpeciali commiſſione, ea tamen non-
580 videtur neceſſaria, ſed ex abundanti. † & idem exiſtimo poſſe fieri, vbi non eſſet lapſus menſis à termino ſolutionis. *Videtur etiam, quod ſi in primo monitorio, ſeu mandato, mandatur titulari ſub pœna excommunicationis, quod infra talem terminum ſoluat penſionem, alias declarabitur in illam incidiſſe, &c. poterit abſque alio mandato declarari incidiſſe in excommunicationem in primo monitorio comminatam,ſaltem in ſubſidium, vbi executio realis vel perſonalis poſſit fieri,cum non agatur de declaratoria incurſus pœnarum dictarum.*

581 Tertiò aduerte, quod quamuis literæ † fuerint intimatæ titulari, non incurruntur pœnæ excommunic. & priuationis, de quibus ibi niſi penſionario volente, & declarante, nam vt illis locus ſit, requiritur voluntas, & factum ipſius penſionarij, in cuius fauorem latæ ſunt, Caſſadorus dec. 1.3. & 4. de locato, & d. deciſ. 2. de penſionib.in fine, Mandoſ.de ſignatura gratiæ,tit. de penſio. verſic. clauſulæ excommunicationis.Nauarrus.cap.23.num.103. Flam.Pariſ.lib.3.quæſt.3.& lib.6.quæſt.2.nu.139.& quæſt.3.à num.22.Coſmas Philiarchus de officio ſacerdotis,1.par.lib.3.cap.7. Toletus in ſumma. lib. 1, c.9.verſ.hoc tamen in loco, in editione Romana, & Suarez ſupra num.10.

Quinimmò ex ſtilo, & benigna interpretatione,
582 non incurritur excommunicatio † donec declaratoria ſit data per iudicem, & penſionarius ea vtatur intimando illam aduerſario.ſeu Parocho,aut ponendo cedulones, vt etiam ſeruatur in alijs declaratorijs,tam auditoris cameræ, quam aliorum iudicum. Enriquez in ſumma lib.13.cap. 19. §. 2. & Suarez d.

nu.10.

nu.10. vbi ait quod illa voluntas partis non ſatis eſt, vt ſit priuata, ſed per ſententiam cameræ debet eſſe intimata debitori, vt excommunicationem incurrat, vt ſignificat Caſſadorus ſupra ex eodem vſu, & ſtilo curiæ, & quod rationabile eſt, vt hæc voluntas creditoris intimetur debitori iuridicè, & ſolemni notificatione, atque adeo per eiuſdem iudicis ſententiam, quod eſt aduertendum; ad ea, quæ tradit ipſe Suarez diſputat. 4. ſect. 11. & ita videmus in praxi; & quod ſententia excommunicationis, de qua in literis penſionis, indigeat declaratione iudicis, tradit Bucca. ſup. cap. 25.

583 Vltimò aduerte executorem non poſſe † poſſere ſequeſtrum ſuper fructibus beneficij penſione grauati cum ſequeſtratio ſit iure regulariter prohibita. l. 1. C. de prohibita ſequeſtratione, vt in vna Cæſarauguſtana fructuum, ſeu penſionis coram D. Penia. ☞ 4. Nouemb. 1594. in qua fuit reſolutum. Quod ſequeſtrum poſitum ſuper fructibus beneficij per iudicem executorem literarum penſionis ad inſtantiam penſionarij, etiam ſub prætextu, quod beneficiatus ſit abſens, eſt iniuſtum, & ideo legitima eſt appellatio ab eo, & tali decreto interpoſita, & conſequenter omnia poſtea ſecuta, & ſentẽtia lata in executionem literarum ſunt nulla, & attentata, nec intrat c. eum qui. de dolo, & contumacia in 6. & ideo ſentẽtia auditoris cameræ, quæ illam reuocat, tãquam nullam, & ſpoliatiuam, & ſic mandat fructus, & omnia ſublata reſtitui cum damnis, & intereſſe, &c. eſt iuſta.

584 Poſt ſententiam tamẽ, pro illius † faciliori executione, bene poſſet executor ponere ſequeſtrũ in bonis debitoris, & facere de illis ſolui. Quamuis Flores. d. q. 12. num. 25. dicat cum Camillo Cautio de penſione Epiſcopali à num. 27. quod ſubexecutor, ex clauſula, cæterum, non poteſt procedere executiuè contra bona debentis penſionem, quia hoc ſibi commiſſum non eſt, ſed ſolum poteſt publicare cenſuras fulminatas à Papa, ſeu ab executore in proceſſu fulminato in caſu non ſolutionis, & denunciare debitorem excommunicatum, & præcipere alijs, vt eum denuncient, & euitent, alias excederet, & ab eo poſſet appellari, &c.

585 Sed quicquid ipſi dicant, † executor abſolutè cõmittit *illi* ſuas vices, pro executione penſionis.

Et ad denunciationem, & publicationem excom-
586 municationis requiritur † præuia declaratoria illius, ad Gigantem. q. 78. nu. 4. nec ideo cauſa efficitur appellabilis, cum ſit executiua, quicquid dicat Camillus Cautius ibi. num. 28.

Nec huiuſmodi declaratoriæ, ſeu excommunica-
587 tioni obſtat † decretum Cõcilij, ſeſſione 25. de Reform. c. 3. vt S. Congregatio Concilij declarauit his ☞ verbis: Quando in literis Apoſtolicis datur facultas excommunicandi moroſum in ſolutione penſionis, non tenetur executor inferenda ſententia excommunicationis ſeruare formam huius Decreti, nec huiuſmodi facultas cenſetur data in ſubſidium. Ita in vna Brixien. *Quamuis in vna Illerden. penſionis. 13. Nouembr. 1593. coram D. Orano Rota cenſuit, Sententiam Auditoris camera latam contra reſignatarium ob non ſolutionem penſionis reſignanti reſeruandæ fuiſſe nullam ideoque reuocandam, quia non fuit in poteſtate Auditoris camera per ſententiam declarare eum incidiſſe in cenſuras comminatas in monitorio ob non paritionem, & non ſolutionem penſionis, niſi præmiſſis diligentijs requiſitis de faciendo executionem realem vel perſonalem, iuxta diſpoſitionem Concilio Tridentino ſeſſion. 25. de reformat. cap. 3. §. in cauſis vero indicialibus, vt fuit reſolutum in vna Salam. cenſurarum coram Decano 16. Febr. 1596. & tanto magis, quia nedum præcedere debuerat liquidatio terminorum decurſorum, & non ſolutorum: ex quo ſententia lata pro debito illiquide eſt nulla, Galleſ. de oblig. cam. tit. de liquidat. nu. 12. & fuit dictum coram eo in vna Bracaren. pecuniaria; ſed ẽt quia prædictus reſignatarius proteſtatus fuerat, nihil fieri, niſi verificatis verificandis: quo caſu ſine actũ ſit in iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ, ſine executino literarum Apoſtolicarum, oportuit per penſionariũ inſtificari omnia narrata in literis: nam ſine inſtificatione Auditor cameræ non potuit executiuè procedere, c. ſuper literis cũ ibi notat per Imol. nu. 19. de reſcrip. & eſt deciſ. Rotæ Cæſar. de Graſſis 12. de probat. nu. 3. Quæ reſolutio Rotæ, quatenus vult non potuiſſe dari dictam declaratoriam, niſi in ſubſidium, & factis diligentijs, eſt contra dictam declarationem S. Congreg. & contra tenorem ipſarum literarũ penſionum. Et quando requirerentur dictæ diligẽtiæ, eius prætermiſſis declaratoria nõ eſſet nulla, ſed iniuſta, quia Concilium non annullat excõicationem ſine illis latam, vt etiam declarauit d. S. Congregat. quod excommunicatio eſt valida, & qui tali excommunicatione ligatus exiſtit, indiget abſolutione, &c.*

De proceſſu verò, & modo procedendi in poſſeſ-
588 ſorio † pro penſione, vide Saluſtium Tiberium dicto lib. 3. cap. 3. & de regreſſu ob non ſolutionem penſionis, vide infra 4. par. cap. 3. 8. modo à numero 45. *Rurſus aduerte, quod penſio vulnerata per ſentẽtiam latam contra eam non meretur, nec habet paratam executionem, ſed ceſſat via executiua, donec pro ea ſint lata tres ſententiæ conformes, ſicut etiam inſtrumentum cameralæ, ſed quærẽtigium: quia cauſa ſemel effecta appellabilis, ſemper remanet appellabilis: reg. non licet actori in 6. & reg. non debet. Ita Rot. dec. 132. in princ. p. 2. diuer. & dec. 122. nouiſ. Farin. nu. 5. quæ eſt etiã apud Pacif. de Salu. interd. dec. 163. nu. 4. & in cauſa Firmana penſionis 14. Decem. 1592. corã D. Millino, & in Rom. fructuum dotis 24. Maij 1599. corã D. Lita, & in alia Romana cenſus coram eodem 28. Iun. 1599. quæ eſt 55. nouiſ. Farin. & fuit confirmatum in eadẽ corã eod. 5. Iun. 1600. quæ eſt 57. Farin. & dictum procedere, etiamſi ſuper validitate plures ſententiæ antea latæ eſſent Rot. etiam in Beneuen. pecuniaria 25. Iun. 1599. corã D. meo Cordu. poſita per. Sal. Tiber. in praxi lib. 3. ſub c. 17. pag. 363. in nouiſſima editione, & in Anconitana aſſecurationis 1. Iul. 1602. coram D. Coccino, vbi quod pronuntiatio ſuper inualiditate decreti nõ vulnerat obligationem, ſed ſolum ipſum decretum, ſeu mandatũ executiuum, vt in d. deciſ. 132. & 110. & 111. nouiſ. Far. Rot. etiam in Cõchen. Archipresb. de Buendia 1. Iulij 1605. coram D. Penia, Gratian. in addit. ad deciſ. 220. nu. 4. & diſcep. for. c. 103. à nu. 1. & 10. Gonçalez. in regul. menſium gl. 6. à num. 202. & 235. qui nu. 211. & 236. dicit id procedere, etiamſi diceretur, ſententiam vulnerantem eſſe nullam, quando de nullitate res iudicata non adeſt, vt Rot. (inquit) ſæpe cenſuit. Et ita d. Anconitana aſſecurationis fuit dictum per aliquos ex Dominis; quia eadẽ ratio militat; & ſicuti licet actori appellare, ita licet reo à contraria ſententia. Quamuis contrarium, nẽpe, quod ſententia nulla non vulnerat obligationem cameralem ſeu penſionem, fuiſſet dictum in cauſa Eborenſ. penſionis 9. Iunij 1595. coram Dom. Corduba, de quo etiam in d. Beneuent. pecuniaria, & tradit Gratian. d. cap. 103. a nume. 6. & ita lata aliqua ſententia contra penſionem, ſeu inſtrumentum, ac cauſata vulneratione, commiſſio ampliationis ſignatur ſimpliciter abſque clauſula ſine retardatione,*

*ſeu alia, vt teſtatur Marchef de commiſ. 2 p. c. 4. de comm. app nu. 59. alias 1. p. cap. 14. nu. 59. & Gonçal. d. gl. 6. nu. 204. & ſequitur Zanall. q. 897. à num. 868. Vnde quando poneretur clauſula, ſine retardatione, cum clauſula, arbitrio Rotæ, cum intelligatur prout de iure, & arbitriũ debeat eſſe iuri conſonum, vt dictum eſt nu. 520. perinde tunc eſt, ac ſi non eſſet appoſita; nec id negat Rot. in illa Nerotonen. penſionis 26. Nouembris 1607. coram D. Caualierio ſupra adducta, nu. 472. ſi in ſententia dictum fuiſſet, penſionem eſſe nullam; quamuis ſecus eſſe dicat, vbi ſolum annullatur proceſſus factus ante inſtificationem literarum, vt ibi, ſeu vbi ſolum fuit pronunciatum per executorem literarum non ſ iſſe inſtificatas, vt in Aſtoricen. Archidiaconatus 6. Nouemb. 1602. coram D. Lancellotto.*

*Aduertendum eſt etiam, quod petens penſionem nomine penſionarij cum mandato ipſius, non tenetur docere de ſuperuiuentia illius, ſeu afferre fidem & teſtimonium vitæ, ſecundum Rot. in vna Toletana penſionis 5. Decem. 1613. coram Domino Iuſto, vbi fuit tentum; Quod procurator oſtendens mandatum penſionarij, ex cuius perſona agit, non tenetur docere de ſuperuiuentia, cum non agat nomine proprio fundans intentionem ſuam ſuper vita illius. Vnde qui ait expiraſſe mandatum morte mandatis, & ita vult excludere procuratorem agentem contra ſe nomine Domini, tenetur probare mortem; & hoc modo applicatur communis diſtinctio Doctorum, & deciſ. Achill. 1. de probat. Cæſaris de Graſſ. 1. qui filij ſint legitimi, &c. Cui ſententiæ facet Leo in Theſaur. for. Eccleſ. cap. 22. num. 73. dicit enim, quod contra agentem ad ſolutionem penſionis opponi poteſt exceptio extinctionis penſionis, quæ extinguitur morte penſionarij, ſi procurator agat pro exigenda penſione nomine principalis, qui in longinquis partibus deceſſit, ſi habet in promptu probationem mortis, &c. Sed id ego exiſtimo procedere, & eſſe intelligendum in penſionibus decurſis ante mandatum, in quibus militat illa ratio, quod procurator non ſe fundat in ſuperuiuentia penſionarij, & quod dicens expiraſſe mandatum morte mandantis, id tenetur probare. At in penſionibus decurſis poſt mandatum neceſſaria eſt probatio ſuperuiuentiæ penſionarij, cum in ea neceſſario ſe fundet procurator eas petens tanquam debitas ſuo principali cui nõ deberentur, niſi ſupperuixiſſet cum penſio expiret morte penſionarij: & ſic intrat illa communior concluſio Doctorum, quod fundans ſe in vita alicuius, tenetur eam probare neque præſumitur viuere vſque ad centum annos, de qua poſt alios Maud. reg. 19. de infirm. q. 6. nu. 8. Ant. Gabr. concluſ. 16. de præſump. num. 6. Paz in praxi, 3. par. 1. tomo, num. 10. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 7. & 8. Rot. deciſ. 102. nu. 6. & 7. par. 1. diuerſ. Gratian. diſcep. for. cap. 78. à num. 3. Et ita in propoſito tenet Gregor. Lop. in lib. 14 tit. 14. part. 3. verb. abonda que pruene, & cum eo Ioann. Guttierr. præct. lib. 2. queſt. 7. num. 7. & Curia Philipp. 1. p. §. 17. num 22. dicentes, quod petentes annos reditus per viam petitionis ſalarij, vel aliàs ad vitam, tenentur oſtendere ſe vixiſſe toto illo tempore, de quo ſalarium vel penſio petitur: ſicque videmus (inquit Guttierrez) obſeruari in quotidie in habentibus annos reditus ad vitam ſuper regalibus, vel annuas penſiones ſuper reditibus beneficiorum Eccleſiaſticorum; nam cum ad exigendum mittant Nuntios & procuratores cum mandato ſpeciali, niſi etiam iſti procuratores oſtendant & tradant teſtimonium vitæ ſuorum principalium, minimè fit ſolutio eiſdem de prædictis reditibus, atque penſionibus decurſis. Cui quidem communi praxi, & ſtilo non repugnat Rota in d. Toletana, quæ planè loquitur in primo caſu, quamuis Leo ſupra contrarius eſſe videatur.*

## *De diuiſione beneficij, nempe quotuplex ſit, & an appellatione beneficij omnia comprehendantur. Cap. VI.*

### SVMMARIA.

*Variæ diuiſiones benefic. remiſſiue. nu. 1. prima diuiſio. num. 2. ſecunda. num. 3.*

*Ad conſtituendam parochialem quæ debeant concurrere. nu. 4. & quæ ſit differentia inter Eccleſiam parochialem, & Curatam. num. 5 remiſſiue.*

*Cum animarum dupliciter ſumitur. num. 6. beneficium habens curam fori exterioris dicitur curatum. num. 7.*

*In dubio beneficium non cenſetur curatum, ſed ſimplex, & qui dicit curatum debet probare. num. 8.*

*Duplicia beneficia dicuntur Dignitates, perſonatus & officia. num. 9. & quid illa ſint, & in quo differant. nu. 10.*

*Tertia diuiſio benef. num. 11. beneficia cenſentur ſæcularia, niſi contrarium probetur, & quæ ſint. num. 12.*

*Regularia beneficia quæ ſint. num 13.*

*Quarta diuiſio benef. nu. 14. beneficia electiua quæ ſint. nu. 15. cum ſeqq reſoluitur eſſe ea, quæ prouidentur per electionem à ſuperiori confirmandam, etiamſi non ſeruetur forma capituli: quia propter. de electione.*

*Capitulum. quia propter. dat formam electionibus illorum prælatorum, per quorum mortem Eccleſia remanet viduata, & ſine paſtore, & qui poſſunt dici ſponſi. num. 19. nec eſt ſeruanda forma, de qua ibi in electionibus aliarum dignitatum, ſeu beneficiorum. nu. 20. 21. & 22.*

*Beneficia quæ prouidentur per electionem, quæ non egent confirmatione ſuperioris, non ſunt electiua, ſed potius collatiua, & dicuntur mixta, quia conſeruntur eligendo. nu. 23. cum ſeqq.*

*Beneficia electiua adeo ſunt ſpeciali nota digna, vt non veniant in mandatis de prouidẽdo, de electione non facta mentione, etiamſi nullus modus exprimatur, ſed ſimpliciter mãdetur prouideri. nu. 27. contrarium. nu 28. & 29.*

*Capitulum cum in illis. §. illis. & Clement. 1. eodem in fin. procedunt, vbi alij modi prouidendi exprimuntur. num. 30.*

*Verbum promiſio, & verbum, diſpoſitio, latè ſumpta, & ſic in materia larga, & fauorabili, aut in materia legis, comprehendunt omnem modum prouidendi, & ſic electionem. nu. 31. & verbum collatio, ſeu conferre, eſt generale, & comprehendit alios morbos. num. 32.*

*In materia odioſa, & reſtringibili verbum, promiſio, & verbum, diſpoſitio, & à fortiori verbum collatio, non includũt electionem. nu. 33. & tunc quid ſint. num. 34.*

*Si apponeretur etiam in diſpoſitione reſtringibili ſolum verbũ, diſpoſitio, poſſet dici omnem modum venire etiam dictionem. num. 35.*

*Aliæ diuiſiones omittuntur, quas ponunt Doctores in princ. citati. num. 36.*

*Appellatione beneficij, largè ſumpto vocabulo, ſeu in generali ſignificatione, omnia comprehenduntur beneficia. num. 37. & 39. non impropriè ſed propriè, quia beneficium eſt genus. num. 38.*

*Vicarius Epiſcopi, cui facultas cõferendi beneficia data eſt, beneficia etiam Curata, & Dignitates conferre poteſt. nu. 40.*

*Indultum, ſeu facultas conferendi beneficia à Papa conceſſum, comprehẽdit omnia beneficia, etiã curata, & dignitates. nu. 41. quia eſt gratia fauorabilis, & ampliãda, cũ eius effectus deducatur in aliũ. nu. 42. & ex propria ſignificatione, n. 43.*

Repro-

*Reprobatur Rebuff. Domin. & alij aliter tenẽtes n. 44. & 45.*
*Illa facultas non importat graue præiudicium ordinarij. nu. 46. nec præiudicium conſiderabile, quia non datur priuatiuè, ſed accumulatiuè. num. 47.*
*Procurator conſtitutus ad acceptandum beneficia poterit etiã Curata, & Dignitates acceptare, nu. 48.*
*In materia ſtricta, vt in literis ad beneficia, appellatione beneficij non veniunt omnia, nec Curata, & Dignitates, nu. 49. ex defectu intentionis concedentis, nu. 50.*
*Neque etiam præbenda Canonicalis Eccleſiæ Cathedralis continetur, nu. 51. Etiamſi fiat mentio de Eccleſia Cathedrali, vel aliàs comprehendatur. Aliàs enim non venirent præbendæ, nec beneficia cathedralis, num. 52.*
*In materia reſtringibili, an appellatione quorumcunque beneficiorum comprehendantur dignitates, & Canonicatus, n. 53.*
*Sententia Decij, & intellectus, c. per illorum. de præben. num. 54. & ſententia Staphilei. nu. 55.*
*Stilus curiæ videtur habere, quod præbenda ſaltem Cathedralis Eccleſiæ non contineatur, vt ſup. num. 56.*
*In literis conceſſis, Motu proprio, appellatione beneficij, an omnia veniant etiam Curata. nu. 57.*
*Diſpenſatio eſt ſtricta num. 58. & ſtrictiſſimè interpretanda, ita vt non valeat argumentum, de maiori ad minus nec extendatur, num. 59. & ſic in diſpenſatione nomine beneficij, non venit Curatum, nec Dignitas, nec Eccleſiæ Cathedralis præbenda. num. 60.*
*Reprobatur contraria ſententia Gambari dicentis, quod diſpenſatus ad beneficium ſit diſpenſatus, etiã ad Curatum, nu. 61*
*Diſpenſatio ſimplex ad beneficia non ſolum non comprehendit præbendas, ſed nec alia beneficia Cathedralis, num. 62. reſolutio Rotæ, num. 63.*
*In diſpenſatione Motu proprio conceſſa veniunt omnia beneficia, num. 64. & in diſpenſatione ad quæcunque beneficia, n. 65. non tamen veniret Epiſcopatus, nu. 66.*
*Reprobatur ſententia Enriquez, num. 67. 68. & 69.*
*Irregularia ſeu illegitimus diſpenſatus ad ordines, etiam ſacros non cenſetur diſpenſatus ad beneficium, etiam ſimplex. nu. 70. 71. & 72.*
*Poteſtas diſpenſandi conceſſa in fauorem illius, cui datur poteſtas, eſt fauorabilis, & large interpretanda. num. 73.*
*Vbi à iure profertur verbum, beneficium, etiam in materia ſtricta, veniunt omnia beneficia, nu. 74. quia ex propria ſignificatione, nomine beneficij, intelliguntur omnia, nu. 75.*
*Appellatione, diœceſis, quando profertur à iure, comprehenditur etiam ciuitas, nu. 76. & etiam in mandato, nu. 77. Secus in materia ſtricta diſpoſitionis hominis, num. 78.*
*Reprobatur intellectus D. Mich. Coſtæ ad c. Rodulphus. de reſcript. nu. 79. & 80.*
*Si impetraretur reſcriptum, contra l. oppidi de Trenalo Abulen. diœceſ. & alias eiuſdem diœceſ. per illam clauſulam generalem poſſent conueniri alij etiam eiuſdem oppidi. nu. 81.*

1 VArias beneficiorum diuiſiones ponũt † Rebuffus in praxi, tit. quotuplex ſit beneficium, & duobus ſequentibus, & in repetit. cap. 1. de conceſſion. præbẽn. 4. præmiſſo. Coraſ. de benefic. 1. par. c. 5. Ioan. Nicol. Gimon. in Enchirid. benefic. tit. 1. cap. 3. 4. & 5. Duaren. de benefic. lib. 2. cap. 5. & 9. Pechius in Reg. benefic. in 6. à nu. 50. P. Greg. de benef. cap. 10 Quintanaduennas Eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 4. Marſilius Columna de Eccleſiaſt. redditib. cap. 11. cum ſeqq. vſque ad 15. Rochus Veronen. de viſitat. verb. beneficia Eccleſiaſtica, Zerola in praxi Epiſcopali, 1. par. verb. beneficium. §. 1. Zecchus de repub. Eccleſiaſtica, tit. de beneficiatis, nu. 2. & de beneficijs & penſionib. cap. 1. num. 10. Emmanuel Rodriguez quæſt. regul. 1. tom. quæſt. 34. art. 1. & Toletus in ſum. lib. 5. c. 76. *Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. dubio 2. à num. 5. Azor. 2. par. lib. 3. cap. 1. quæſt. 4. & Vgol. de officio Epiſc. cap. 50* & enumerant beneficia Selua de benef. 1. par. quæſt. 2. 2 num. 26. & Hoeda de incompatib. benef. in præfat. à num. 6. & Pacianus de probat. lib. 2. ex cap. 27. & poſt hæc Gonçalez ad regul. mentium, gloſ. 7. nu. 39. & *Azor. d. cap. 1. quæſt. 5.*

Et primò diuiditur † beneficium in maiora, & minora, maiora ſunt Papatus, Epiſcopatus, ſeu Archiepiſcopatus, & Abbatia, reliqua inferiora ſunt minora. 2

Secunda diuiſio eſt, † quod alia ſunt curata, ſeu duplicia, alia ſimplicia. Curata ſunt beneficia curam animarum habentia, ſeu parochiam. extrauagant. execrabilis, verſic. quantum de præbendis. Coraſ. d. cap. 5. num. 1. cum alijs, ad cõſtituendam autem Eccleſiam parochialem, † quæ debeant concurrere, tradunt poſt alios Staphil. de literis gratiæ, tit. de qualitate, & ſtatu benefic. §. circa ſecundum, à nu. 1. Sarnen. in reg. de idiomate, quęſt. 11. Rebuff. in concordatis, tit. de collatio. §. ſtatuimus. 2. verb. Parochiales Eccleſiæ, Cucchus in inſtitut. maiorib. lib. 2. tit. 15. Hoieda de incompatibilitate, cap. 13. à nu. 2. Maſcar. de probat. 1. concluſ. 469. Quintanaduennas Eccleſiaſtic. lib. 4. à num. 68. Zerola in d. praxi, verb. Parochia. §. 1. & Zecchus de rep. Eccleſiaſt. cap. 28. de Paracho. num. 2. & bona deciſio Rotæ 52. par. 2. diuerſorum, & poſt hæc latiſſimè Gonçalez ad reg. de menſib. gloſ. 6. ex num. 34. qui plura cumulat. *Azor. d. lib. 3. 2. p. cap. 12. & Vgolin. d. cap. 50. de officio Epiſcop. nu. 1.* 3

Vbi etiam ponunt differentiam inter Eccleſiam Parochialem, † & Curatam, ſeu beneficium Curatum & quod Cura animarum dupliciter ſumitur, ſtrictè ſeu propriè, quæ † pertinet ad forum interius, & eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi in foro pœnitentiali, & largè, ſeu impropriè, quæ pertinet ad forum exterius, & eſt poteſtas fori contentioſi, ſine iudicialis, circa correctionem morum, & ſic beneficium habens talem iuriſdictionem ſpiritualem dicitur beneficium Curatum, vt in † cap. dudum. 2. de elect. vbi Doct. & in d. extrauaganti. verſic. quantum. & ibi gloſ. Dec. in cap. ad aures. de reſcript. à num. 16. Capra, reg. 9. num. 11. Mandoſ. conſil. 20. num. 5. & ſeq. Ferrettus conſ. 255. num. 11. Burſatt. conſ. 352. num. 2. lib. 4. & Nauarr. conſ. 4. de ætate, & qualitate, & conſ. 15. de præbend. nu. 2. & 3. Pacian. d. lib. 2. c. 32. 4 5 6 7

Et in dubio beneficium non cenſetur † Curatum, ſed ſimplex, nam de iure nullum beneficium habet Curam, niſi habeat populum, vel clerum, & ideo aſſerenti beneficio Curam non imminere, non incumbit probatio huius negatiuæ, ſed qui dicit Curatum, debet probare, ita Bellamera deciſ. 673. Staphil. d. tit. de ſtatu benefic. §. 1. num. 1. Rebuff. in praxi, tit. ſeculare beneficium, quotuplex num. 11. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 201. nu. 62. & 75. Hoieda num. 2. & Burſatt. num. 3. vbi ſup. Pacian. d. cap. 32. ad fin. Rochus Veronen. de viſitat. verb. ſine Cura. Rota deciſ. 17. num. 1. par. 1. diuerſorum, & fuit dictum in cauſa Legionen. præſtimoniorum 1592. & in Abulen. beneficij de Mombeltran. 30. Octobris 1595. & 26. Iunij 1596. de quibus infra, 3. par. cap. 2. num. 7. & in alijs pluribus cauſis, & tradit Gonçalez ſupra num. 91. 8

qui ait fuiſſe etiam reſolutum in vna Pampilon. Prioratus 21. Iun. 1599. coram D. Pamphilio. *& nouiſſimè fuit reſolutum in Narnien. beneficiorum 30. Oct. 1602. in nou. Farin. dec. 173. & in cauſa Aquinaten. beneficij 2. Maij, 1603. & in Narnien. Canonicatus & beneficiorum 30. Aprił. 1604. coram D. Litta in d. nou. Farin. in dec. 610 & nullius beneficij 28. Maij 1604. coram D. Ludouiſio, apud Farin. in deciſ. 12. nouiſs. & in cauſa Placentina beneficiorum, 23. Mart. 1609. coram D. Pamphilio iuniore, & tradit etiam D. Card. Tuſc. concl. 60. lit B. quod ſimplex beneficium dicitur, quod non habet curam, neque populum etiamſi ſit ſacerdotale, & reſidentiam continuam requirat, & cõcl. 63. nume. 4. quod omnia beneficia præſumuntur ſimplicia.*

9 Duplicia etiam † beneficia dicuntur dignitates, perſonatus, & officia, Gambar. de offic. leg. lib. 5. rubr. an legatus poſſit plura beneficia vni conferre, num. 2. & Burſatt. conſil. 352. num. 1. lib. 4. *Io. Quintin. in cap. de multa, de præben. nu. 30. & Leſius ſupra num. 9.*

10 Et quid illa ſint, † & in quo differant, vide Abbatem. num. 21. & alios in capit. de multa. de præbend. Selua in d. q. 2. 7. beneficio, à num. 36. Coraſ. 4. part. cap. 3. à nu. 2. Cucchum d. lib. 2. tit. 1. à nu. 16. Hoiedam ſup. cap. 7. nu. 1. & 2. & alios ſupra relatos, nu. 1. maximè Pacianum d. c. 27. vbi latè. *& Leſium d. nu. 9. vide etiam Quintinum in d. c. de multa, à num. 31. & 104. Moſconium de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. par. 1. cap. 12. & Tuſch. concl. 419. litera D.*

11 Tertia diuiſio eſt, † quod beneficia alia ſunt ſæcularia, alia regularia, ſæcularia ſunt, quæ clericis ſæcu-
12 laribus † conferri, & aſſignari debent, qualia cenſenda ſunt omnia, niſi contrarium probetur. Rota, deciſ. 2. de præbendis, alias 32. in nouis. Milis in repertorio, verb. beneficiũ. verſ. 23. Staphil. de literis gratiæ, titul. de forma expectatiuarum in decima formæ. nu. 10. Rebuffus d. tit. quotuplex ſit beneficium. nu. 30. Coraſ. d. c. 5. nu. 5. Duarenus d. lib. 2. c. 9. Pechius d. reg. beneficium. nu. 5. Hoieda in d. præfatione. nu. 6. Maſcardus de probatio. concl. 172. Nauarrus cõſ. 3. de præbendis. Zaualios in ſuis communibus contra communes. q. 282. nu. 11. Zerola in d. praxi. 2. p. verb. beneficium. §. 12. & 19. & fuit dictum in vna Segobien. præſtimonij. 16. Iunij. 1586. coram D. Mantica, nempe quod beneficium in dubio præſumitur ſæculare, &c. Et nouiſſimè in vna Pampilonen. Prioratus. 21. Iunij 1599. coram D. Pamphilio, vt per Gonçalez d. gloſſ. 7. num. 2. quod etiam docet ibi, & gl. 8. nu. 9. & poſt hæc tradit Leonar. Leſſius de iuſt. & iure. lib. 2. cap. 34. nu. 8. *Tuſch. concluſ. 54. lit. B. num. 4.* Licèt contra teneat Paciaus. d. lib. 2. c. 31. à nu. 8.

13 Regularia ſunt, † quæ per regulares, ſeu religioſos regi debent. c. cum de beneficio de præbend. in 6. cũ aliis, vt Abbatia, Prioratus, ſeu Canonicatus regularis: & alia, quæ ponit, & enumerat Rebuffus in praxi, titul. beneficia regularia multiplicia, de qua videnda ſunt dicta infra. 7. par. c. 10.

14 Quarta diuiſio eſt, † quod beneficia alia ſunt collatiua, quæ collatione, aut alio, quam electionis, modo obtinentur; alia electiua, quæ prouidentur per electionem à Superiore confirmandã, maximè quando in electione ſeruatur forma. cap. quia propter. de
15 electione. Rota deciſ. 1. de electione in antiquis. gl. in Clement. quia contingit. §. vt autem, verbo. electionem, de religioſ. dom. quam ibi ſequitur Card. & in Clement. 1. de præbend. q. 4. Francus in c. cũ in illis. §. 1. nu. 3. de præbend. in 6. Felin. in c. in noſtra. de reſcript. Corol. 31. & in c. cum Bertholdus, de re iudicata. nu. 4. gloſſa, regulæ de triennali. Selua 3. p. q. 1. nu. 4. Rebuffus in concordatis. tit. de regia nominatione. §. Monaſterijs. verb. electiuis, & in praxi, titul. de election. & Coraſ. d. c. 5. nu. 8. & Gonçalez. gl. 10.
16 nu. 11. Quamuis idem Coraſ. 2. p. c. 1. nu. 12. cum † Colma in pragmatica ſanctione. tit. de electione. ca. ſicut. §. & cum humanæ. & c. licet. §. ſtatuit. velit ea tantum eſſe electiua, in quibus proceditur ad electionem, ſecundum formam. d. c. quia propter. & idem tenet Staphil. tit. de modo, & forma impetrandi. §. de qualitate dignitatum, à num. 1. & Franc. Marcus deciſ. 1362. nu. 3. & 1363. p. 1. & deciſ. 90. p. 2.

17 Ad quod facit, † quod ait d. deciſ. 1. de election. audiuiſſe, quod Innocentius VII. declarauit ſemel in Camera, quod volebat id beneficium eſſe, & dici electiuum, in cuius electione ſeruatur forma. d. cap. quia propter. vel per cuius vacationem Eccleſia redditur viduata Prælato, & refert Felin. d. cor. 32. Coraſ. d. c. 5. nu. 9. & Gambarus de officio legati. lib. 3. nu. 84. ſed de iſta declaratione non conſtat.

18 Nec obſtat textus in d. c. quia propter. † qui dat formam electioni, qua non ſeruata, non dicitur propriè electio celebrata, quia forma dat eſſe rei, vt ait Staphil. ſupra num. 3. Reſpondetur enim, quod ille
19 textus dat formam † electionibus illorum Prælatorum, per quorum mortem Eccleſia remanet viduata, & ſine paſtore nempe Epiſcoporum, Abbatum, & Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum, qui habent in eis generalem iuriſdictionem, ratione cuius poſſunt appellari ſponſi, vt colligitur ex textu, ibi. Eccleſiæ viduatæ, & ex gloſſa ibi, & communi. contra Hoſtienſ. tradit Abbas ibidem. à nu. 70. Coſmas d. tit. de electione. c. 1. & c. cum humanæ. verbo Prælato. Probus ad Monachum in c. 2. de præbend. in 6. nu. 41. Rebuffus conſ. 89. Coraſ. 4. p. c. 3. nu. 17. Mandagotus de electione nouorum Epiſcoporum. cap. 21 & ibi Boer. in additio. P. de Bayſio, in directorio electionum. 3. p. cap. 39. Cucchus in inſtitution. maior. lib. 4. tit. 1. nu. 280. Caputaquen. deciſ. 295. nu. 3. p. 1. & Silueſter in ſumma, verbo electio. 2. quæſt. 1.

20 Vnde in electionibus aliarum Dignitatum, † ſeu beneficiorum, non eſt neceſſariò ſeruanda aliqua forma illarum, de quibus ibi, ſed ſufficient ſingulares cõſenſus capitularium, dummodò præſtentur collegialiter in ipſo capitulo, & ſolus maioris partis conſenſus, & electus ſimpliciter à maiori parte habebit ius ad dignitatem, ſeu beneficium, vt ibi docet Abbas. num. 9. & Coſmas, Coraſ. d. cap. 3. num. 10. &
28. Mandagotus, & ibi Boer. P. de Bayſio, Cucchus,
21 & Silueſter, vbi proxime; niſi ſecus † de conſuetudine obtineret, quæ cum non ſit iuri contraria, eſt inuiolabiliter obſeruanda, Mandagotus, Boer. & P. de Bayſio, ibi.

22 Quamuis Oldradus. conſ. 146. † teneat in electionibus Dignitatum Eccleſiæ Cathedralis debere ſeruari de iure formam d. c. quia propter, de quo vide dicta 5. p. c. 4. nu. 22.

23 Beneficia autem, † quæ prouidentur per electionem, quæ non eget confirmatione Superioris, non ſunt electiua, ſed potius collatiua, & illa electio dicitur prouiſio, gloſſa, Cardinalis, Francus, Felin. Gloſſator. Selua, Rebuffus, & Coraſ. citati ſupra, num. 15. & Coſmas d. verbo Prælato. ad finem, & Quintana-duennas. lib. 1. c. 7. num. 2. in quibus eligentes, confe-

runt

24 runt eligendo: & è contra, † & ſic dicuntur mixta, vt per Rebuffum in proœmio concordatorum. §. 1. ver. mixta. in praxi. tit. de electione. nu. 4. Coraſ. d. cap. 5
25 num. 9. & Duarenus. libro 5. cap. 1. Quamuis P. † de Bayſio. 1. p. c. 2. nu. 10. cum Oldrado d. conſ. 246. dicat, quod, ſi Canonici eligũt in plena forma electionis, eſto, quod eorum electio non conſumetur, tamen ratione formæ in electione ſeruatæ, dicitur beneficiũ electiuum. Et ſequitur cum additamento, Pacianus d. lib. 2. c. 30 à nu. 10.

26 Vnde Rota, † in vna Vercellen. Canonicatus. 4. Maij. 1598. coram D. Corduba, de qua infra 7. par. c. 1. num. 37. ait, quod electio capituli ad Canonicatum, habet vim collationis, cum nulla indigeat confirmatione,

27 Et beneficia electiua adeo ſunt † ſpeciali nota digna, vt non veniant in mandatis de prouidendo, niſi de electione facta fuerit ſpecialis mentio, etiamſi nullus modus exprimatur, ſed ſimpliciter mandetur prouideri de beneficio vacaturo, vt ex c. cum in illis. §. illis. de præbend. in 6. & Clem. 1. eodem in fine, ibi, nullam de electione fecerimus mentionem, tenent Decius in c. 1. de electione. nu. 4. cuius opinio placet Additionatori, ibi litera C. Coraſ. d. c. 5. nu. 8. Gambar. de officio legati. lib. 3. nu. 114. & videtur etiam placere Francoin d. §. illis. nu. 2. verſ. cognita. & Gomezio in reg. de annali. q. 11. & tenet, Pariſ. conſ. 31. p. 4. nu. 21. vbi ait, quod ſi Papa ſimpliciter conceſſiſſet Archidiaconatum, de quo ibi, tamen in tali gratia non veniret, quando eſſet electiuum, niſi expreſſa fuiſſet mentio facta de electiuo, per d. §. illis. & d. Clemẽt. 1. & Duaren. d. lib. 5. cap. 3. ad fi. Sed contrarium tenet
28 gloſſa, verbo, † quamuis. in d. Clem. 1. verſ. fin. quam ibi ſequuntur Imola, Abbas, & Cardin. qu. 5. idem conſ. 103. Archidiaconus Ioan. Andreas, Domin. nu. 8. & Francus. nu. 2. in d. §. illis. Felin. in d. c. in noſtra. Cor. 32. nu. 5. Et nota, quod & in c. ſedes. eodem. tit. ſub nu. 30. Staphil. tit. de modo & forma impetrandi. §. de qualitate dignitatum. nu. 11. Selua 3. p. q. 11. nu. 29. 16. qualitate, Aeneas de Falcon. de præſeruatio. q. 3. nu. 21. & Rota deciſ. 111. de præbendis, aliàs 169. in nouiſſ. qui docent, quod vbi ſimpliciter mandatur prouideri de dignitate, vel prima, quæ vacauerit, vel quam duxerit acceptandam, non expreſſo aliquo prouiſionis modo, includitur dignitas electiua, & quando ſimpliciter mandatur prouideri de beneficio, venit beneficium electiuum, & hæc videtur cõ-
29 munis opinio, & inquit Cardinalis. d. q. 5. † non eſſe verum, quod modus electionis indigeat ſpeciali nota, & in d. conſ. ait, quod nõ diſponitur in iure quod modus electionis non comprehendatur, niſi fuerit expreſſus &c. Sequitur Felin. in d. cap. ſedes. & eandem ſententiam clarè tenet Rebuffus de pacificis poſſeſſ. nu. 31. aliàs 57. & videtur tenere Gonç. gl. 19. n. 8.

30 Et dicta gloſſa, & DD. † citati intelligũt textum in d. § illis. & in d. Clem. 1. verſ. fin. vbi alij modi prouidendi exprimuntur, vt, quia mandatur prouideri, de dignitate, ſeu beneficio ſpectante ad collationem, prouiſionem, præſentationem, vel quamuis diſpoſitionem quorumcunque. Tunc enim non includitur electio, & hic eſt communis intellectus, vt teſtatur Frãcus, in d. §. illis. in principio.

31 Nam licèt verbum, prouiſio, † & verbum, diſpoſitio, latè ſumpta, & ſic in materia larga, & fauorabili, aut in materia legis, comprehendant omnem modũ prouidendi, & ſic electionem, ex gloſſa in Clem. fin. verbo prouiſioni, de election. & in Clement. 1. verbo diſpoſitionem, de ſupplenda negligentia Prælatorũ. Domin. in d. §. illis. num. 6. & 7. Staphil. tit. de modis prouiſiuis. nu. 14. Selua 3. p. q. 1. num. 17. Rebuffus in concordatis. tit. de collatio. §. præfatique ordinarij. verb. prouiſionem. Coraſ. 4. p. c. 1. nu. 1. Lambert. de iure patron. 1. p. 2. lib. q. 1. art. 12. num. 1. 2. & 29. Pechius d. reg. beneficium. nu. 17. Mandoſ. reg. 13. q. 2. nu. 2. & reg. 32. q. 4. nu. 3. 4. & 5. Rota deciſ. 791. nu. 6. p. 1. diuerſorum. vbi etiam quod comprehendunt Commendam, *& in Salaman. del voto 12. Offo. 1585. coram D. Oranoſupra adducta, c. 2. nu. 111. & in Fauentina iuris inſtituendi & conferendi 4. Febr. 1585. coram D. Viceconite, in nouiſſ. Farinac. 638. num. 4.* & in vna Seguntina indulti. 7. Iunij. 1594. coram Illuſtriſſimo Arrigonio, Gonçalez gl. 17. & 20.

32 Sed, & verbum, collatio, ſeu conferre, † eſt generale, & alios modos comprehendit, tit. vt Eccleſiaſtica beneficia, ſine diminutione conferantur. Rebuffus in praxi, tit. de diſpenſatione, ratione ætatis, verb. conferantur, & deuolut. nu. 70. *Sarnen. in reg. de infirm. 4.* 17. Mandoſ. d. q. 4. nu. 2. & fuit dictum in vna Calaguritana de Zalduende. 9. Decembr. 1588. coram D. Seraphino, nempe, quod verbum, conferre, de quo in diſpẽſatione ſuper illegitimitate, comprehendit omnes titulos, &c. in Gerunden. permutationis. 17. Maij 1593. coram D. Lirta, infra adducta, vlt. p. ea. 1. num.
33 277. Tamen in materia odioſa, † & reſtringibili, vt eſt mandatum de prouidendo, tãquam ambitioſum, verbum, prouiſio, & verbum, diſpoſitio, & à fortiori verbum, collatio, non includunt electionem, vt in d. §. illis, & ſeq. & d. Clement. 1. verſ. fin. Dominic. & Francus. nu. 6. & 7. in d. §. illis. Abbas in d. Clement. fin. de electione. nu. 1. Cardinal. dict. Clement. 1. de ſupplenda negligentia Prælatorum. nu. 2. Feli. d. cor. 32. nu. 28. Coſmas in pragmatica ſanctione, tit. de reſeruatio, verbo, diſpoſitionem, Rebuffus d. §. præfatique ordinarij. verbo, prouiſionem, & verbo, diſpoſitionem. Selua d. nu. 17. Pariſ. conſ. 144. nu. 14. 4. p. & Mandoſ. reg. 2. quod verbum, collatio, comprehendit omnem modum, per quem prouidetur de beneficio, quando profertur à lege: ſecùs verò, quando ponitur in reſcriptis, & impetrationibus, tradit Caputaquen. deciſ. 36. nu. 15. & 16. p. 3. & Gonçalez gloſſ. 16.
34 à nu. 9. Et tunc verbum, prouiſio, † idem eſt, quod collatio ſtrictè, cum ſint ſinonyma, & verbũ, diſpoſitio, ſumitur pro ordinatione, id eſt inſtitutione Ioã. Andreas Domin. d. num. 7. & Francus d. nu. 6. & 7. in d. §. illis. & Coſmas ſupra, & de verbo, ordinare, vide Goncalez gl. 20. à nu. 5.

35 Placet tamen mihi, † quod docet Cardinalis, d. nu. 2. quod ſi apponeretur etiam in diſpoſitione reſtringibili ſolum verbum, diſpoſitio, poſſet dici omnẽ modum venire, etiam electionem, quod etiam tenet Lamber. d. nu. 29. & eſt de mente Rebuffi, d. verbo diſpoſitionem, verſ. item illa enumeratio ſpecierum,

36 Non eſt opus hic proſequi aliàs † diuiſiones beneficij, quas ponunt DD. in principio citati, quia non multum conducunt, præſertim ad praxim, & prædictæ ſunt præcipuæ.

37 Sed oportet animaduertere, quod appellatione beneficij, largè ſumpto vocabulo, ſeu in generali ſignificatione omnia comprehenduntur beneficia, tã maiora, quam minora, tam curata, quam ſimplicia,

digni-

dignitates.& præbendæ,& tam regularia,quam ſecularia, &c.Gloſſa in reg. beneficium, & in c. ſi gratioſe,verbo beneficia, de reſcript.& cap.1.verbo beneficia,de rerum permutat.in 6.& in Clement. auditor. verb.benefic.de reſcript. & in Clement. 1. verbo beneficiali. de cauſa poſſeſſionis,Francus in d.reg.beneficium.nu.1.& additio.2. Din.ibidem, Abbas in cap. poſtulaſti,num. 2. Felin.4. & Decius 12. de reſcript. idem Decius in rub.de reſcript.nu. 33.Selua 1.p.q.3. Rebuffus in praxi,tit. quid ſit beneficium. nu. 10. & tit.de vnio.nu.3.& in reg.cancellariæ, de vnio. glo.2. & in tract.de nominatio.q.9.nu.5.& 6.Coraſ.1.p.ca. 5.nu.3.Mandoſ.ad Lapum,allegatione 84. litera Z. & litera A.Medices de diffinitio.2.p.c.16.nu.5.Ferrettus,conſ.120.nu.10.& D. Sahagum ,in ca. fin.de ſequeſtrat.poſſeſſionum.nu.20. *& in c.ad aures. de reſcrip.nu.3.& in cap.1. & offic.de Legat.nu.23.& nouiſſime Tuſch.concluſ.59.litera B.*

38 Idque non improprie, † ſed proprie, quia beneficium eſt genus,c.tua de verbor.ſignifi.c.ſi tibi de cõceſſ.præbend.in 6. Rebuffus,d.nu.10.& nu.5.& 6.& ita omnes ſpecies propriè comprehendit,vt rectè aduertit Decius,d.nu.12.& idem tenet Innocent.in ca. fin.nu.1. de præbend. Francus in d.c.cum in illis.nu. 5.eodem tit.in 6.Staphil.d.tit.de modo,& forma impetrandi.§.1.nu.2. *& D.Frechilla in ca.admonet. de reſcript.num.3. dicens ,ſub verbo. beneficium , ex proprietate ſermonis omnia beneficia comprehendi , niſi ex intentione diſponentis , & ex ſubiecta materia aliud colligatur ; & ſic procedere textus in cap.cum in illis de Præben. in 6.*

39 Et ſic,quod gloſſæ, † & DD.citati dicunt appellatione beneficij,omnia beneficia comprehendi , large ſumpto vocabulo,ſeu largo modo accipiendum eſt, id eſt , in generali ſignificatione non impropriè.P. Greg.de benef.c.7.nu.4.

40 Vnde Vicarius Epiſcopi, cui facultas conferendi † beneficia data eſt,beneficia etiam curata, & dignitates conferre poterit, Rota deciſ.7.de officio Vicarij , aliàs 437.in antiquis,& 2.eodẽ tit. in antiquioribus . Domin.in fine,& Francus.nu.3.in ca.final.de officio Vicarij in 6.Felin.in c.cauſam , quæ. nu.14.& in cap. poſtulaſti.num.11. de reſcript. Lapus d.allegatione 84.vbi Mandoſ. Staphil.d. tit. de modo & forma impetrandi.§. circa 3.nu.3. Rebuffus in praxi,tit. quid ſit beneficium,nu.11.& in forma Vicariatus.nu.111. & 117.& in reg. 13. Cancellariæ,verbo,aut Vicarios perpetuos,verſic.poterit etiam Vicarius,& d.q.9. de nominationibus.nu.5.Coraſ.d.c.5.nu.3.& 2.p.ca.8. num.4.Cucchus in inſtitutio.maioribus.lib.2. tit.8. nu.91.& Sbrotius de Vicario Epiſcopi.lib.2. qu.81. & ſeq.& poſt hæc Gonçalez.gl.6.nu.25. *Azor. 2.p.li. 3.c.44.q.7.& 8.& Tuſch.d.concluſ.59.litera B.nu.2.*

41 Vnde etiam indultum , † ſeu facultas conferendi beneficia alicui a Papa conceſſum comprehẽdit omnia beneficia,etiam Curata , & Dignitates.c. dudum de præbẽd.in 6.& ibi gloſſa , verbo beneficia, & poſt alios Francus.nu.13.& 14.in d.c.cum ca. §.illis.n.5. Staphil.d.§.1.nu.2. & 3. & d.§. circa tertium. nu.3. *Goncalez ſup.nu.24. & Tuſch.d.n.2.*& cõmuniter DD. in d.c.cum in illis.Goncalez ſupra nu. 24.vt per Decium in d.rubrica de reſcrip. nu. 36. & Rebuffum in concordatis, in forma mandati Apoſtolici,verbo, cũ

42 Curatum † propter gratiam Principis, quæ tali caſu eſt fauorabilis, & amplianda, ex quo in ea ceſſat ambitio,cum eius effectus deriuetur in alium , vt aiunt DD. citati,& Creſc.deciſ.1.de priuil.ad finem,& tritum eſt; vt inquit Cæſar. de Graſſis deciſ.112.num.7. in materia fauorabili appellatione beneficiorum venire Canonicatus.Probus ad Monachum in c.ſi pro-

43 pter.de reſcript.in 6.nu.1.Tum etiam † quia de propria ſignificatione , appellatione beneficij veniunt etiam Curata,vt dictum eſt nu.37.

44 Quamuis contrarium teneat Rebuffus in † d.forma Vicariatus.nu.113.& 114.dicens, quod iſtud indultum. ſeu facultas reſtringi debet, propter præiudicium ordinarij , quod etiam ait Creſc. loquendo in facultate Nuntij,d.deciſ. 1.nu.1.cum Socino. conſi. 260. vol.2. & ſequitur Anaſt. Germon. de indultis Cardinalium.§.ac irritũ,à nu.31.dicens,quod facultas Nuntij non comprehendit dignitates, niſi ſit dictio,& alia quæcumque,ex d.deciſ.Creſc. ſub nu. 30.

45 Et quamuis Domin.in d.c.† dudum.nu.14.quem ſequitur Felin.in d.c.poſtulaſti.nu.11.diſtinguat,dicens,quod iſtud indultum,ſeu facultas, intelligitur etiam de Curatis, interpretando latè,quando nemini præiudicat,niſi concedenti, puta in reſeruatis , ſecus,ſi præiudicat tertio,ſcilicet ordinario.

46 Sed,vt Francus,vbi ſupra,ait, hic non agitur † de graui præiudicio Ordinarij , cum neceſſariò debeat conferre, vt notatur in c. relatum de præbend.

47 Præterea conſidero, per illam facultatẽ † non fieri Ordinario præiudicium conſiderabile,quia per illam non tollitur ei poteſtas conferendi,ſicut antea,quia datur accumulatiuè non priuatiuè ad notata in cap. paſtoralis, de officio ordinarij.

48 Similiter etiam procurator conſtitutus ad acceptandum beneficia , poterit etiam Curata , & dignitates acceptare. Domin.in d.c.fin. in fine , de officio Vicarij in 6.& ibidem Francus,nu.3. Felin.in d. cap. poſtulaſti.nu.11.ad finem.Staphil.d.§.1.nu.5.Selua 3.p.q.55.nu.2.Rebuffus d.forma Vicariatus.nu.112. & 118.& d.q.9.nu.6.Coraſ.d.c.5.nu. 4.& Sbrotius d.lib.2.q.81.nu.3.& q.82.nu.2.

49 In materia tamen † ſtricta appellatione beneficij non veniunt omnia beneficia , vt in literis ad beneficia ambitioſis conceſſis ad petitionem ſupplicantis nomine beneficij , non intelliguntur Curata , & dignitates.c. fin.de præbend. c. cum in illis , eodem tit. in 6. Bonifacius in Clem. 1.de ſequeſtratione poſſeſſion.nu.39. Abbas nu.2.& Felin.4.in d. c. poſtulaſti. Decius in d.rubr.de reſcript.num.35. Staphil.d.§.1. nu.1.& d.§.circa 3.nu.1.Gigas de penſionibus.q.28. nu.9.Coraſ.d.c.5.nu.4. Franc. Marcus deciſ. 525. p. 1.& P.Gregor.d.c.6.nu.4.& alij. *& D. Sahagun in ca. ad aures,de reſcrip. nu.3.*

50 Et hoc ex † defectu intentionis concedentis, vt in illis iuribus dicitur,nõ verò quia de proprietate ſermonis , & vi verbi non comprehendantur, vt rectè inquit Decius in d.ca.poſtulaſti. nu.13.Staphil. d.§. 1.num.1.& 2. & Quintanaduennas Eccleſiaſticon,li. 1.c.13.nu.14. *& Io.Quintinus in d.ca.de multa, nu.31. & Domino Frechilla in d.cap.admonet. numero 3. relatus ſupra num.38.*

51 Neque etiam præbenda † Canonicalis Eccleſiæ Cathedralis continetur Archidiaconus, in ca.alienationes 12.q.2.& in c.cui non de Sacerdotali , de præbend.in 6.Abbas in d.c.fin.de præbend. num.6.& in d.cap.poſtulaſti.nu.2.& ibi Felin.nu.4.& in d.cap.in noſtra.cor.39.ad finem,& Coraſ.d.nu.4.

52 Et in materia reſtringibili appellatione, † etiam

quorum-

quorumcunque beneficiorum non debere includi dignitates, & Canonicatus, dicit Cæsar de Grassis decis. 113. num. 4. quod tamen non videtur certum, propter dictionem, quorumcunque, ex dictis infra. num. 65. & in c. præcedenti, a num. 93.

53 Ex quibus id procedit † etiamsi fiat mentio de Ecclesia Cathedrali, vel alias comprehendatur, alias enim non venirent præbendæ, nec alia beneficia Ecclesiæ Cathedralis, ex cap. quamuis. 1. 2. responso, de præbendis in 6. Calder, cons. 31. de præbend. Staphil. d. §. circa 3. nu. 6. de quo latè Felin. d. cor. 39. Selua, 3. p. q. 11. 21. qualitate, nu. 38. ad quem refert se. Flam. Paris. de resign. lib. 10. quæst. 2. nu. 25. & Fran. Marcus d. decis. 525. qui ponunt declarationes, & fallentias.

Sed contrarium tenet Calder. ibi, *quem sequitur Tusch. d. concl. 59. lit. B. num. 3.* & Decius † in d. cap. postulasti. nu. 14. ex cap. pro illorum, de præbendis, repro-
55 bans responsionem † Abbatis d. nu. 6. & Felin. d. nu. 4. Fallentia 2. & aliorum, quod ibi ideo illud sit, quia dictum fuit de competenti beneficio, id enim, inquit, semper intelligitur, etiamsi mandetur simpliciter prouideri de beneficio.

56 Et hanc Decij sententiam tenet † Staphil. d. §. circa 3. nu. 5. vers. 2. posset, qui tamen nu. 6. videtur dicere, quod de stilo, & consuetudine Curiæ, opinio Archidiaconi est verior, & tenenda, etiam in præbenda Ecclesiæ Collegiatæ. Et quidem ita videtur habere stilus, saltem quoad præbendam Ecclesiæ Cathedralis, propter præeminentiam, & maioritatem Canonicorum eius. *De qua Valenzuela Velazquez in defensione monitorij Pauli Quinti, par. 4. nu. 50. Aflor. de synod. 3. dub. à num. 13. & Archiepiscop. de Benonien. par. 7. sess. 2.*

57 At si literæ conceduntur † motu proprio, appellatione beneficij, omnia veniunt, etiam curata, licet decis. non sit facta specialis mentio. Francus in d. c. cum in illis, nu. 5. & Staphil. d. §. 1. num. 6. Ex quo tunc plenissima debet fieri interpretatio. c. si pluribus, de præbend. in 6. Sed in Curatis contrarium est verius, ex d. cap. cum in illis. & tenet Rota decis. 6. de præben. in nouis. Abb. in cap. ad aures, nu. 5. de rescript. Put. dec. 301. & 307. lib. 1. & nouissimè Gonçalez, glos. 6. nu. 10. quamuis in prouisione ordinarij, id non placeat, constando de corpore beneficii, argum. Clement. 2. de offic. ord. non obstante decis. Putei.

58 Similiter in dispensatione, quæ est stricti. cap. 1. §. fin. de filijs præsbyter. in 6. vbi Francus, num. 4. Felin. in d. cap. postulasti. numer. 8. & in cap. fin. de simonia. à nu. 4. Ias. in l. fin. de constitut. Principum. à num. 37. Coras. d. cap. 5. num. 4. & Hoieda de incompatibilitate beneficiorum. 2. par. cap. vlt. à nu. 67. cum seq. Caputaquen. decis. 303. par. 2. & decis. 100. par. 5. Sayrus de censuris, lib. 6. cap. 11. à nu. 16. *post Sarm. Azor. 2. par. lib. 7. cap. 33. quæst. 6. Suar. de legib. lib. 2, cap. 11. num. 10. & cap. 17. à num. 2. & alij* infra citandi, & strictissime interpretanda, ita vt
59 in ea non valeat argumentum, † de maiori ad minus, nec extendatur ad casum habentem in se maiorem rationem, quam casus concessus, Felin. ibi, & Iason, nu. 38. Ripa in cap. ad aures. de rescript. à num. 37. Caputaquen. decis. 8. & 274. par. 1. & Mandos. de signatura gratiæ, tit. de dispensatio. vers. in materia dispensationum. Thom. Sanchez, de matrimonio. lib. 8. disput. 1, *late Card. Tap. ad Rubr. ff. de const. princ. cap. 5. a num. 1. Alex. Mon de distrib. quotid. par. 2. quæst. 14. a num. 5. Salas de legib. disput. 20.*

60 *sect.* 10. nomine beneficij † non venit Curatum, nec dignitas, nec Ecclesiæ Cathedralis præbenda. Rota, decis. 2. de filijs præsbyterorum in nouis. cap. postulasti. num. 4. & 8. ad finem, & in d. cap. in nostra. cor. 39. & in cap. pastoralis, num. 11. de officio delegati, Iason sup. num. 4. Selua d. quæst. 11. 21. qualitate, nu. 38. Rebuffus in praxi, tit. quid sit beneficium, num. 15. & de dispensatione ratione ætatis, verbo, etiam, si Curam habeant animarum, & de dispensatione super defectu natalium, à num. 51. Coras. d. num. 4. Franc. Marcus, d. decis. 525. num. 17. par. 1. Men. d. casu 201. nu. 62. & Ferrettus cons. 220. nu. 12.

Quamuis Gambarus de officio legati. lib. 7. num.
61 157. & † Mayolus, de irregularitate. lib. 1. cap. 9. num. 2. teneant, quod dispensatus ad beneficium, fit dispensatus etiam ad beneficium Curatum, *Et quamuis. Io. And. ad Spec. tit. de fil. præsbyt. & Oldr. cons. 215. num. 6. dicat, quod dispensatus vt possit beneficia obtinere, etiamsi curam habeant animarum, potest habere Canonicatum & Prebendam Ecclesiæ cathedralis vel Metropolitanæ, cum possit habere curatum, quod*
62 *est maius, & sequitur Zanall. quæst. 829. a num. 8.* †& dispensatio simplex ad beneficia, non solum non comprehendit præbendas, sed neq; alia beneficia Ecclesiæ Cathedralis, argumento, d. cap. quamuis, Rota, Felin, Selua, supra Rebuffus, d. tit. de dispensatione ratione ætatis, verbo, in Cathedralibus.

63 Et ita in vna † Oxonen. portionis. 20. Iunij 1552. coram D. Vestano, fuit conclusum dispensationem, super illegitimitate non suffragari, cum in ea non dicatur, quod possit obtinere in Cathedrali, nam dispensatus ad obtinenda beneficia, non dicitur dispensatus in Cathedrali, Rota supra, & notatur in d. cap. 1. de filijs Presbyterorum in 6. nec obstare, quod in mandato de dispensando, & dispensatione, dicatur, quod si primum ei non sufficiat, tunc secundum obtinere possit, etiam in Cathedrali, quoniam fuit responsum, quod cum dispensatio sit odiosa, & strictè interpretanda, is non dicitur dispensatus, vt primum in Cathedrali obtinere possit, argumen. dict. cap. quamuis, Rota dict. decis. prima de filijs Presbyterorum in antiquis, & quia inclusio vnius est exclusio alterius. l. cum prætor. ff. de iudic. &c. quæ decisio habetur apud Cotram decis. 221. & Caputaquen. 272. p. 1.

Limitantur tamen prædicta, vt non procedant,
64 si dispensatio † fiat motu proprio, Abbas in cap. cum in cunctis, §. primo de election. num. 8. & Felin. d. cap. postulasti. num. 13. limitatione 6. & faciunt d. supra. num. 57. & Thom. Sanchez sup. numer. 5.

65 Vel si dispensatio † sit ad quæcunque beneficia, tunc enim, quia huiusmodi dispensatio est exuberans, venient omnia. Rota d. decis. 2. & ibi additio Papæ, num. 11. Felin. in d. cap. postulasti. nu. 4. & 8. ad finem, & d. can. pastoralis, num. 11. Iason d. num. 4. Crescen. decis. 1. nu. 5. de priuilegijs. Mandos. supra tit. de dispensatio. super defectu natalium. vers. limitant. Fran. Marcus. d. num. 17. & Ferrettus supra num. 11. & 12. *& nouissime Zanallos quæst. 829. allegans etiam Ias. cons. 104. numer. 4. volum. 1.* quamuis contradicat Rebuffus d. verbo, in Cathedralib.

dralibus,& Goncalez ſupra nu. 14. & conducit dec. Rotæ,in cauſa Burgen.Abbatiæ de anno 1586.infra adducta 7.p.c.2.nu.73.

66 Non tamen veniret Epiſcopatus, propter † excellentiam,& præeminentiam dignitatis,quæ eſt culmẽ dignitatum,& ſpeciali nota digna. Abbas in ca.dilectus,de conceſſ.præbendæ, nu.1. vbi docet, quod diſpenſatio ad dignitates non extenditur ad dignitatẽ Epiſcopalem, quod etiam docet in cap. cum Vintonienſis,nu.8.de electione,& alij ibi, & ſequitur Peregrinus de fideicommiſſis.art.23.nu,8. & Hoieda ſup, nu.77. *& lib.4. tit.15.p.4. & ibi Greg. verb.Obiſpados.*

67 Et ex dictis conuincitur † doctrina Enriquez in ſumma.lib.13.ca.57.§.5.dicentis, quod diſpenſatus ad Curatum non eget noua diſpenſatione, pro Epiſcopatu,& quod homicida,ſi per diſpenſationem legitimam fiat habilis ad omnes ordines ſacros, & illorum vſum,videtur factus habilis ad beneficium, etiã Curatum,& Pontificale,& quod diſpenſatus ad omnes ordines,etiam Presbyteratus, poteſt conſecrari Epiſcopus,& qnod ita dixerunt Salmaticenſes Theologi,& Iuriſperiti,& Datarius Papæ conſulti.ſequuntur Emmanuel Rodriguez in ſumma.1.to.c.179.nu.1.& Vega in ſumma.1.p.cap.36. caſu 13.

68 Et idem Enriquez.lib.14.c.8.§.10.ait, † quod illegitimus diſpenſatus ad Sacerdotium non manet inhabilis ad beneficium Curatum, & Epiſcopatum, & dignitates.

69 Quæ omnia ſunt falſa,† & ſine fundamento,& cõtra tenet Sayrus.d.lib.6.c.11.num.27.& 28.quicquid dixerint Salmaticenſes Theologi, & Iuriſperiti, nam Datarium Papæ non credo id dixiſſe.

70 Et falſum etiam eſt, † quod ait idem Sayrus.lib.7. c.14.nu.22. quod irregularis diſpenſatus ad ordines cenſeatur diſpenſatus ad beneficia ſimplicia, quæ conuenire ſolent clerico, hoc vel illo ordine minori initiato, & quod illegitimus diſpenſatus ad ordines minores eo ipſo diſpenſatus cenſetur ad beneficia ſimplicia,conferri ſolita clericis minoribusordinibus initiatis,& allegat Archidiaconum, in c.Presbyterorum.56.diſtinct.Gloſſam in c.fin.verb.ſedis, & ibi Panormitanum.n.2. de filijs Presbyterorum,Maiolum de irregularitate.lib.1.c.8. nu.8.quid non dicunt, *Id tamen tenet Michael Martinez del Villar del patronado de Calatayud,9. par. coſtumbræ 5. nu 4. nempe, quod diſpenſatus ad ordines intelligatur conſequenter diſpenſatus ad beneficia ſimplicia, ſunt enim conſecutiua vnum ad aliud,citans Calderin.conſ.1. de fil. presbyt. & poterat etiam citare Oldrad.conſ.215.nu.6.* & contrarium me-

71 lius † tenuit ipſe Sayrus.lib.6.c.11.num.21. vbi ait cum Abbate in c.literas.nu.6.in fine, de filijs Presbyterorum, quod illegitimus diſpenſatus ad ordines, non propterea cenſetur diſpenſatus ad beneficium,

72 quod etiam docent Rebuff.tit.de diſpenſatione † ſuper defectu natalium,num.48. Lambert. de iure patronatus.1.p.2.lib.q.7.art.13.nu.15.Gambar.de officio legati.lib.7.rubr.1.nu.202 Pariſ. conſ.88. num. 19.20.& 21.p.4. & Hoieda, ſupra num. 79. Petrus Ledeſma in ſumma,de matrimonio.cap.14.7. concl. Suarez 5.to.de cenſuris.diſput.41.ſect.3. nu. 3. ad finem, *Greg.d.l.4.tit.15.part.4.verb.queayan dignidades, Mandoſ.de ætate minori q.23.nu.2.& 3. Azor.2.p.lib.6. c.3.qu.4. & 5. Stephan. de Auila de cenſur.7.p.diſput.3. dub.6.4.not.* & alij, nempe, quod diſpenſatus ad ordines,etiam ſacros,non cenſetur diſpenſatus ad beneficium, quia ſunt diuerſa. d.c.1.de filijs Presbyterorum in 6.& quia diſpenſatio non extenditur, vt dictum eſt,quicquid dicat Thom. Sanchez ſupra n.27. in diſpenſato ad ſacros.

73 Quamuis autem diſpenſatio ſit ſtricta, poteſtas † tamen diſpenſandi non expreſſis perſonis, ſed conceſſa in fauorem illius,cui datur poteſtas, eſt fauorabilis, & largè interpretanda. Abbas.nu.3.& 5. Anania.5.& 8. & Felin. à nu.7.in d.c.fin.de ſimonia. per textum,ibi,idem Felin.in d.c.poſtulaſti.nu.11. limit. 4. & Ripa in d.cap.ad aures.num.41.de reſcript. Th. Sanchez.lib.8.diſput.2,& 24.nu.9. *Azor.d.lib. 7.cap. 23.q.6.Salas de legib.diſput.20.ſect.3.nu.18.& ſect.11. & Suar.eodem tractat.d. lib.6.cap.18.nu.11.*

74 Rurſus,vbi a iure præfertur † verbum,beneficium, tunc etiam in materia ſtricta veniunt omnia beneficia,etiam Curata,& dignitates, Gloſſæ ſupra citatæ, nu.37. Dominicus in c.ſi gratioſæ.de reſcript.nu.16. Bonifacius in d.Clement.1.de ſequeſtratione poſſeſſionum.nu.35.Felin.in d.c.poſtulaſti. num.11. ad finem.Sarnen.in regul.de annali.q.18.& 19. Rebuffus de nominatio.q.9.nu.5. & ſequitur P.Gregor. d. c.6. nu.4.dicens,quod ſi à lege nomen, beneficij,profertur,generaliter ad omnia intelligitur, niſi exceptio, vel ratio ſingularis beneficia diſtinguat,quicquid velit Doct.Sahagun,in d.cap.fin.de ſequeſtratione poſſeſſionum.num.20. & 23. & conducit deciſ. Rotæ in cauſa Abulen. parochialis. 22. Iun. 1594. infra adducta 5.p.c. 5.nu.92.

75 Et eſt ratio, † quia, vt ſupra dictum eſt.num.38.ex propria ſignificatione nomine, beneficij, intelliguntur omnia beneficia,etiam Curata, & dignitates,&c.

76 Sicut etiam appellatione † diœceſis, quando profertur à iure,comprehenditur etiam ciuitas, Gloſſa 2.in ca.vnio.de rerũ permutatione in 6. & ibi Doct. & Gambarus num.106. Felin. in c.Rodulphus de reſcrip. nu.8.& Mandoſ.reg. 16.q.42.nu.7.facit textus in c.1.de officio Ordinarij,& in c.cum Epiſcopus,eodem in 6.& in c.cum nullum, de temporibus ordinationum in 6.& tradit poſt hæc Gonç.gl.43.nu.195.

77 Et ſecundum Ferrettum.conſ.220. & 222.etiam in mandato appellationẽ diœceſis, venit ciuitas cum Eccleſia Cathedrali:ad textum,in d.c.cum nullus. & in d.c.cum Epiſcopus, & alias dicta ſupra,nu. 48.

78 Quamuis ſecus ſit † in materia ſtricta diſpoſitionis hominis, vt in reſcriptis ad lites.d.ca. Rodulphus & in literis ad beneficia,d.cap. quamuis.1.de præb. in 6. vt per Francum,nu.5.in d. cap. vnico, & ibi Gambar.nu.105.& 107. & alios, & per Abbar,num.3.& 5. & Fel.num.8.cum communi in d.c. Rodulphus. & alios,ibi, & Mandoſ.d.nu.7. & Gonçalez ſupra num. 194. & 196.

79 Et non placet mihi intellectus, † quem Doctor Michael Coſta tenens,contra communem, in lectura Salamantina ſuæ Cathedræ veſpertinæ nouæ aſſignabat ad d.c.Rodulphus. nempe, quod in ſpecie illius, per illa verba reſcripti, & quoſdam alios Sagien.diœceſis,non veniunt hominibus ciuitatis, non quia reſcriptum ad lites ſit odioſum, & reſtringendum, ſed quia præcellerat in eodem reſcripto mentio ciuitatis,per illa verba, contra Epiſcopum Sagien. & proinde in dictis verbis generalibus poſtea ſecutis non potuit iterum includi ciuitas ad l.doli clauſula. ff. de verb.oblig.& l.ſanctio legum,ff.de pœnis, & reg. generi per ſpeciem derogatur.in 6. nam illa ratio ſolum

80 con-

80 conuincebat, quod per clauſulam generalem † non poſſit conueniri, aliàs Epiſcopus Sagien, de quo ſpecialis mentio præceſſerat, non tamen, quod non poſſent conueniri alij ciuitatis, cum de eis non eſſet facta ſpecialis mentio; & ibi mentio facta de ciuitate,
81 & diœceſi eſt indirectè, & in obliquo, † præterea, ſi impetraretur reſcriptum cõtra Petrum oppidi (verbi gratia) de Arcualo Abulen. diœceſis, & alios eiuſdem diœceſis, per illam clauſulam generalem bene poſſent conueniri alij non ſolum aliorum locorum Abulen. diœceſis, ſed etiam eiuſdem oppidi de Arcualo, nam illa verba, eiuſdem diœceſis, non ponuntur ad excludendum dictum oppidum, ſed ad includendum etiam alia loca eiuſdem diœceſis. *Vnde etiam non placet intellectus D. Sahagun in c. ſuper literis, de reſcript. num. 29. dicentis, ex illo individuo Epiſcop. Sagien. in reſcripto expreſſi non poſſe conueniri alium Sagien. præter Epiſcopum, iuxta leg. hæres. 98. §. 1. ff. de leg. legat. 3. & l. 1. verſ. item ſi duæ, ff. de auro & argen. leg. vbi probatur, quod ſi nominentur aliqua individua ſpeciei contentæ ſub genere, ad alia in eadem ſpecie contenta non porrigitur illud genus; & idem probatur in l. cum de Lanionis, §. cui fundũ, ff. de fund. inſtruct. Quem etiam intellectum videtur idem tradere in cap. 1. de offic. de leg. nume. 24. vbi tamen ſatis conſulè procedit. Conuincitur enim iſte intellectus, quoniam in d. l. hæres. §. 1. & in d. l. 1. verſic. item ſi dua ideo in legato facto alicui de duabus ſtatuis marmoreis, & de omni marmore, non comprehenduntur alia ſtatua Marmorea præter duas, quia vt inquit I. C. in d. §. 1. duas ſtatuas legando poteſt videri non putaſſe in marmore ſe ſtatuas legaſſe. Et ſimilis ratio traditur in §. cui fundum; aliàs enim ſuperfluum eſſet legatum duarum ſtatuarum, fruſtraque illæ eſſent nominatæ, & expreſſæ, Abbas in c. ſedes de reſcrip. nu. 11. Quæ ratio ceſſat in caſu d. c. Rodulphus, vbi fuit nominatus Epiſcopus Sagien. in literis, & commiſſione, quia contra eum in particulari fuerunt impetratæ; & ideo dicta nominatio, & expreſſio non erat ſuperflua, ſicut non eſſet ſuperflua, ſi reſcriptum fuiſſet impetratum cõtra eũ, et quoſdam alios Sagien. ciuitatis, maximè quod Epiſcopus propter ſuam dignitatem, & præeminentiam non videretur venire in clauſula generali, arg. d. c. ſedes de reſcrip. & ibi DD. & D. Paz in praxi 1. to. 4. annotat. de procuratore, nu. 21.*

---

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De Vtilitatibus prouenientibus ex Beneficio.*

## PARS SECVNDA.

### *De fructibus. Cap. I.*

SVMMARIA.

*VTILITAS beneficij in perceptione fructuum conſiſtit, nu. 1.*

*An beneficiatus ſit dominus fructuum, an non, & an poſſit de eis liberè diſponere, etiam in morte, n. 2. qui agant de hoc nu. 3. & 4.*

*Placet ſententia, quod poſt diuiſionem bonorum Eccleſiaſticorum, & inſtitutionem beneficiorum, beneficiatus non religioſus acquirit dominium fructuum, & vanè conſumens nõ tenetur ad reſtitutionem, num. 5. 6. & 7.*

*De iure communi beneficiatus, etiam ſimplex non poteſt teſtari de fructibus beneficij, ſeu de acquiſitis eo eis, nu. 8. nec etiam de acquiſitis ex eis, parcè viuendo, n. 9. licèt in vita poſſit de illis liberè diſponere, ſicut de patrimonialibus, nu. 10.*

*Ex conſuetudine poteſt beneficiatus teſtari de acquiſitis ex beneficijs, quæ conſuetudo eſt in Hiſpania, quoad clericos Epiſcopis inferiores, & eſt approbata per Rotam, nu. 11. & 12.*

*An ſtante conſuetudine poſſint beneficiati licitè teſtari, etiam ad vſus prophanos, eaque relinquere conſanguineis, etiam dimittibus, nu. 13. ponuntur ſententia negatiua, nu. 14. & 15.*

*Approbatur ſententia affirmatiua, nu. 16. 17. & 18. referuntur authores eam tenentes, nu. 19. & procedit etiam ſi nihil relinquatur in vſus pios, nu. 20. & 21.*

*An beneficiatus poſſit locare fructus, etiam ad longum tempus, ſeu ſibi bene viſum. nu. 22. cum ſequentibus reſoluitur, quod de iure antiquo poſſet locare fructus, ſeu commoditates beneficij toto tempore vitæ ſuæ, quamuis prædia, ſeu poſſeſſiones non poſſet locare ad longum tempus, quia eſſet alienatio.*

*Quid ſtante extrauaganti ambitioſa, de rebus Eccleſiæ, quæ omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum locationem prohibet, vltra triennium, an habeat locum in locationibus fructuum beneficij, ſeu Eccleſiæ, an verò ſolum in locatione rerum, & prædiorum, num. 28. cum 5. ſequentibus, reſoluitur habere locum, etiam in locatione fructuum, num. 34. & 2. ſequentibus.*

*Fructus penſionis Eccleſiaſticæ non poſſunt vendi, aut locari, vltra tres annos. num. 37. quod tamen non procedit in venditione commoditatis, & fructuum penſionis facta per eum, ſcilicet Italum, ad cuius vtilitatem fuit reſeruata in capite alterius, nu. 38.*

*Ex Eugeniana poſſunt legentes, ſeu ſtudentes in ciuitate Salamantina locare fructus beneficiorum, etiam vltra triennium, num. 39.*

*Dicta extrauagans præſumitur vſu recepta, & neganti vſum incumbit onus probandi, num. 40. Lex enim, ſeu conſtitutio præſumitur vſu recepta, nu. 41. & 45. contra aliquos relatos, num. 44. nec Rota ſeruat deciſ. 36. & Mobed. 389. licèt aliàs eam ſecuta fuerit, num. 42. & 43.*

*De vſu & obſeruantia d. extrauagan. remiſſiuè, nu. 46.*

*In Epiſcopatu Abulenſ. quid ſeruetur, nu. 47.*

*An locatio facta vltra triennium ſit in totum nulla, an verò ſuſti-*

*ſuſtineatur pro triennio, & eadem difficultas eſt de emphyteuſi nu.48.cum 12.ſeqq.referuntur doctorum ſententiæ & earum fundamenta, & reſoluitur eſſe in totum nullam, niſi ſint plures locationes diſtinctæ,nu.61.& 9.ſeqq.*

*Ampliatur d. extrauagans, vt etiam mandatum ad locandum res Eccleſiæ, ſeu beneficij non poſſit concedi alicui,vltra triẽ nium,nu.71,ſed iſta ſententia reprobatur,nu.72.& 73.*

*Dicta extrauagans annullans prædictos contractus,vltra triennium factos procedit,Eccleſia ſeu beneficiato volente eos eſſe nullos,nu.74.& 75.*

*Etiam ſtante d. extrauagante poteſt claudicare contractus in fauorem Eccleſiæ,& in caſibus à iure permiſſis licet alienare res Eccleſiæ inconſulto Rom.Pontifice, num. 76. & 77. niſi ſint res Eccleſiæ Cathedralis,propter iuramentum, quod faciunt Epiſcopi,nu.78.& 79.*

*Etiamſi non poſſent alienari,ſeu locari,vltra triennium res Eccleſiæ,niſi conſulto Rom.Pontifice, non propterea tolleretur claudicatio in fauorem Eccleſiæ,num.80.maximè in locatione vltra triennium, vbi non reſtarent iam, niſi tres anni,num.81.& 82.*

*An locatio rerum,ſeu fructuum beneficij facta vltra triennĩ. cum iuramento,eo firmetur in præiudicium ipſius beneficiati,nu.83.cum 3.ſeqq reſoluitur negatiuè.*

*Licèt d.extrauagãs ſit in multis locis recepta,quo ad diſpoſitionẽ principalẽ,& nullitatẽ actus,tamẽ quo ad pœnas extenſas,maximè priuationis beneficiorũ,nõ uidetur recepta,n.87*

*Prohibitio talis locationis,& eius nullitas eſt inducta in fauorem Eccleſiarum,& earum miniſtrorum, & ideo beneficiatus poterit conuenire,& agere contra eam,nu.88.*

*Fructus beneficiorum obuenientes tempore vacationis debent futuris ſucceſſoribus reſeruari, niſi in vtilitatem Eccleſiarũ expendantur,nu.89.*

*Quod dicit Zerola,hodie fructus beneficiorum,à die vacationis ad cameram pertinere, procedit, quo ad beneficia reſeruata in partibus Italiæ,& in Regno Neapolitano,nu.90.*

*In Hiſpania fructus Epiſcopatus ſede vacante, vſque ad prouiſionem noui Epiſcopi ad cameram ſpectant,num.91.*

*An in noua prouiſione,ſeu gratia impetrata per intruſum ſit facienda mentio de fructibus per eum perceptis remiſſiuè, 92.*

*An Epiſcopus poſſit ſtatuere,quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Eccleſiæ n.93.*

*Quomodo diuidantur fructus inter beneficiatum, defunctum, aut cedentem,& ſucceſſorem in beneficio, num. 94. Prima ſententia attendendam eſſe perceptionem fructuum, ſicut in vſufructuarijs,n.95. Secunda, quæ placet, quod diuidantur pro rata,nu.96.quam ſequuntur relati,num. 97. & eſt receptior ſecundum Flam.Pariſ.& in Hiſpania obſeruatur, n. 98.& in Epiſcopatu Abulen.& Cæſarauguſta,ex conſtitutione ſinodali,nu.99.& 100.*

*Conſtitutio 9.Inij III.quod beneficiorum fructus inexacti ad ſucceſſores in beneficijs ſpectant,ex quo in afflictibus inexactis debitis occaſione fructuum perceptorum à conductore, ſic reſoluit Rota, non eſt in vſu in his regnis, nec etiam in Prouincia Mediolanenſ.nu.101.102.103.& 104.*

*Fructus,ſeu reditus penſionis,mortuo penſionario, quomodo, & quatenus debeantur illius hæredibus,ſeu diuidantur pro illo anno.nu.105.cum ſeqq.vſque ad n. 124. ponuntur variæ ſententiæ,& reſoluitur deberi pro rata temporis.*

*A quo tempore reſignans beneficium deſinat lucrari fructus, n. 125.cum ſeqq.vſque ad nu.158.reſoluitur,quod admiſſa reſignatione per Superiorem,ſtatim reſignans amittit fructus, & non à die præſtiti conſenſus,ſed datæ,quod procedit etiam in reſignatione conditionali, & in fauorem etiam in forma dignum,num.156.157.& 158.*

*Reſignatio beneficij in fauorem ſcholaris, cum clericus factus fuerit,ſortitur effectum, ſi reſignans ante caracterem ſuſceptum moriatur, licèt ſecus in translatione penſionis, num. 132.& 163.*

*An reſignans faciat ſuos fructus perceptos, ante ſcientiam admiſſionis reſignationis,nu.133.cum ſequentib.reſolnitur contra aliquos negatiuè,maximè in permutatione.*

*Reſignans dicitur poſſidere,& poteſt inſiſtere poſſeſſioni,donec beneficium reſignatario in forma dignum acquiratur,n. 139 nam in reſignatione conditionali,ſeu in fauorem,ius,& poſſeſſio remanent in pendenti,num. 140.*

*Sententia Zauallos diſtinguentis in hac quæſt.de fructibus inter reſignationem in forma gratioſa,& in forma dignum,n. 141*

*In reſignatione conditionali in fauorem poteſt reſignans incumbere poſſeſſioni,& omnia pertinentia ratione beneficij exercere,donec reſignatarius capiat poßeſſionem,ſecundũ Flam. Pariſ.num.142.ſed id eſt falſum, ſufficit enim, vt teneatur à poſſeſſione deſiſtere,titulum fuiſſe reſignatario quæſitum, aut conſtare,de idoneitate reſignatarij,num. 143. vſque ad 149.& num.155.*

*Deciſ.Putei,& Achillis citatæ,num. 139. loquuntur ad effectum ſpolij,num.150.*

*Explicatio legis meminiſſe,ff.de officio proconſul. vt nu. 151. vſque ad 154.*

*In reſignatione facta in fauorem ſcholaris, cum clericus factus fuerit,reſignans,qui interim potuit fructus percipere, debet purificata conditione eos reſtituere reſignatario, licèt, ſecus ſit in translatione penſionis,nu.158.vſque ad 162.*

*Explicatur reg. legis, vbi autem de in diem adiectio. & l. neceſſario.§.quod ſi pendente, ff. de periculo, & commodo rei venditæ.quod in venditione conditionali fructus medij temporis venditoris ſunt,nu,164.cum ſeq.*

*In Canonicatibus,& Prebendis,quorum fructus reſidendo, & diuinis intereſſendo lucri fiunt,tamdiu reſignans lucrabitur, quamdiu licitè inſiſtit poſſeſſioni,& reſidet,num,169.*

1 INter vtilitates,quæ ex beneficio † proueniunt. Prima in perceptione fructuum conſiſtit,eſt enim ipſum beneficium ius percipiendi fructus, vt apparet ex definitione, de qua ſupra 1.p.c.2. Sed in præſenti
2 ſtatim ſe offerebat dubium, † an beneficiatus ſit Dominus fructuum beneficij, an verò tantum diſpenſator,ſeu vſuarius,& an teneatur ad reſtitutionem malè, & vanè conſumptorum, & an poſſit de eis liberè diſponere non ſolum in vita,ſed etiam in morte.
3 In quo tamen non † oportet nos immorari, nam de hoc celebres tractatus ediderunt M. Nauarrus & D.Franc.Sarmiento, Epiſcopus Gienen. de redditibus Eccleſiaſticis, in quibus poſt alios contrarias tenent ſententias, & contra Sarmientum, Nauarr. fecit Apologiam in ea inferendo librum, de redditibus contra quam Sarmientus fecit defenſiones ſui libri, deinde Nauarr. fecit propugnaculum apologiæ, ex quo,& apologia demum fecit vnum librum,tandem Sarmien.lib.6.ſelectarum,cap.1. fecit vnum capitulum de his, quæ in defenſionibus dixit. Fecit etiam tractatum de Eccleſ.redditibus, M.Anton.Marſilius Columna.

Iſti ergo authores ẽrunt videndi de hac materia,
4 † quam ad ſaturitatem agunt, & D.Couar.in c.cum in officijs, de teſtament. Auenda. reſponſo 19. Molin. de Hiſpanor. primog. lib.2. cap.10. & num.29. Matiençó,& Acenedo,in l.fin.titul.8.lib.5. recopilatio. D.Ioan. Guttierrez pract. q.lib.2.q.114. Quintanaduennas Eccleſiaſticon.libro 1.cap.3.num.4.& lib.3.num.8. & 4 num.68. Barboſa in l.diuort. ff. ſoluto.

luto matrim.2.p.à n.59. Coraſ. de benef. 1.part.c.3. à num.10.& Pet.Gregor.lib.42.ſintagm.cap.7. & de benef.c.9.à nu.5. *Menchaca de ſucceſſ. creat. §. 22. Iul. Clar. §.teſtam.q.27. Craſſ.de ſucceſſ. §.teſtam.q.34. Eſpino de teſtam.gl.Rubr.14. Alex. Mon. de diſtrib. quotid. p. 3.q.1.2.3.& 4. Leo in Theſ.for.Eccleſ.cap.34. D. Cardin. Tuſch. concl.97.litera B.& concl.396.& ſeq.lit.C. Vgol. de offic.Epiſcop.c.14.ex §.8. Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 2. cap.5.anum.37.*& ex Theologis D.Thom.2.2. quæſt. 185.art.7. & ibi Caiet.idem D.Thom.quod lib.9.ar. 12.Dom. Soto.de iuſt. & iure,lib. 10.q.4. art.2.3.& 4. Adrianus de reſtitutione, quæſt.incip.pro clariori intelligentia dictorum. Martin.Ledeſ.2.4. quæſt.18. art.5.dub.vltimo,Corduba l.1.queſt.18 Bannes,2 2. quæſt.32.art.6.dubio vltimo, & ibi Arragon, & Valen.3.tom.diſput.10.quæſt.3.pun. 7. Molina de iuſt. 1.to.tract.2.diſput.142. vſque ad 148.Tamen Ludou. Lopez.inſtruct. conſcien.1. tom.à cap. 190.ad 143.& 2.to.cap.106. Zecchus de republica Eccleſia. titul.de beneficiatis,nu. 7.10. & 12.& alij relati per Ceuedum , Collectanea ſexta ad Decretales. *In fin. Leſſ de inſtit.& iur lib 2.cap. 4.dubio 6. & cap. 19. dubitat.4. Azor. inſtit.mor.2. parte libro 7. cap.8. & ſeqq. & Fr. Aut. Molina Carthuſ. in inſtruct. ſacerdot. tract. 2.c.15.& ſeq.& Pet.Ledeſm.in ſum.2.p.tract.4.c.à concluſ.17. ad 28.*

5 Solum dico breuiter mihi placere † ſententiã eorum,qui dicunt, quod poſt diuiſionem bonorum Eccleſialticorum, & inſtitutionem beneficiorum, vnuſquiſque beneficiatus, qui religioſus non ſit, acquirit dominium fructuum, & reddituum ſui beneficij,eoſque facit ſuos, pro quo facit cap. vnicum de clericis non reſiden.in 6. & Decretum Concilij Triden. ſeſſ. 23.de reform.cap.1.verſic.ſi quis autem,ibi,eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, & ſeſſ.24.de reform.cap. 12. verſ. præterea obtinentibus,ibi,quos ratione etiam præbendæ ,ac reſidentiæ facit ſuos,& verſ.prouiſi autem,ibi, fructus non faciant ſuos, & decretum Concilij Lateranen.vltimi, ſeſ.9.can.9.quod habetur in conſtit.138.Pij Quinti, ſupr.adducta 1,part.nu.5.ibi, beneficiorum ſuorum fructus pro rata omiſſionis officij , & temporis ſuos non faciant, & præterea beneficiatum vanè, ac male
6 conſumentem † fructus beneficij non teneri ad reſtitutionem , quamuis peccet, & quidem mortaliter, non contra iuſtitiam,ſed contra charitatem , ſeu miſericordiam, ſi in notabili quantitate id faceret,& ex ceſſus eſſet magnus. Quam ſententiam tenẽt poſt D. Thom.& alios,Sarmient.Marſ.Columna,ex cap. 25. Couarr.Moli. Io.Guttier.Caiet.Sotus,Adrian,M.Ledeſ. Corduba, Bannes, Arragon.Valentia,Par. Molin.Ludo. Lop.*Leſſius,Azor. Mol.Carthuſ.*& alij ſup.

7 Quæ ſententia eſt iam ſine dubio† magis communiter recepta, maximè inter Theologos Hiſpanos,& praxi, ac conſuetudini Eccleſiæ conformis,Secundò
8 dico de iure communi beneficiatum , etiam ſimplicem, non poſſe teſtari de fructibus beneficij , ſeu de acquiſitis† ex eis, ſed poſt mortem illius ad Eccleſiam pertinere , hoc eſt ad ſucceſſorem in beneficio , vel capitulum,ſi ex capitulari menſa fructus percipiebat, vt Canonicus,cap. Epiſcopi.cap.ſint manifeſtæ, 12.q.1.c.1.12.quæſt.4.c.1. cum ſequentibus, 12. q.5.c.1.cum ſeqq. de peculio clericorum, cap.1. c.cũ in officijs,cap. adhæc,cap. quia nos,cap. relatum, 2. de teſtamen. Ita Couarr.ſup.Nauarrus q.3, monito, 4.num.1. & de ſpolijs, §.6.num.5. Sarmiento.2.p.c. 4.Barboſa,nu,59.P.Molina diſput,147.Zecchus,nu. 9 10.& alij ſup. Idque intelligo † procedere etiã , quo ad bona acquiſita ex fructus beneficij , etiam parcè viuendo, & ſuæ ſuſtentationi ſubtrahendo, nam adhuc verum eſt acquiſita eſſe ratione Eccleſiæ , & ſibi imputet ſi parcè vixit , quamuis contra teneat Nauarr.q.1.monito.26.& 43.nu,1. & de ſpolijs §.1.nu. 3.& §.8.nu.7. Pat, Molina, & Zecchus vbi proximè, & Victorellus in annotat. ad Toletum in ſumm, l,5. c.4.verſ.bonaq. *& videntur tenere Auend.reſponſ.19.n. 6.Molin.de primog.d.lib.2.c.10.nu. 50. & Barboſa in d.l. diuortio.2 p.n.68.& ſequuntur Leo d.ca. 34.nu. 16. Piaſec.d.2.p.c.5.nu.39. Leſſius d.lib.2.c.4.nu.39.& ſeq.&c. 19 nu.41.& Azor.1.p.lib.8.c.3.q. 2. qui tamen noſtram ſententiam tenuit,d.lib. 7.cap.9.quæſt. 5.* Opinio tamen
10 Nauarr. videtur vera, † quoad hoc , vt poſſit de illis liberè in vita diſponere , ſicut de alijs patrimonialibus Azor.d.q. 5.& 2.quamuis contradicat Sarmiento.7.p.c.5. *&* 4.p.c.5.nu. 1.*quem ſequitur Molina Carthuſ.d.c.15.§.2.& cap.16.§.2. Fine , id etiam intelligitur procedere in diſtributionibus quotidianis de quibus etiam non poteſt clericus teſtari attento iure communi , vt ſentit Abb.in repet.c.cum eſſet de teſtament.nu.23. & Barbatia in tract,de præſtantia Card.q.3.nu. 46. & expreſsè tenent Nicol.de Vbal.de ſucceſſ. cleric. vlt.p.nu. 19. Nauarr. de reddit.q.1.nu.74. aliàs mon.30.Sarm.3.p.c.5.num.6. D. Ioan.Ocon.in c.1.de cleric. non reſid. in 6.nu. 63. & ſequ. Et probatur ex d.c.cum in offic. c.ad hæc, & ca. quia nos de teſtam cum alijs, vbi prohibentur clerici teſtari de bonis ac quiſitis per Eccleſiam, & eius inuitu. Et negari non poteſt, diſtributiones quotidianas acquiri per Eccleſiam,& eius inuitu,rationeque Canonicatus ſeu beneficij, licèt detur ratione aſſiſtentiæ ſeu laboris , adhuc enim dantur vt Canonico, ſeu beneficiato, nec refert quod ſit Dominus earum, d. c, vnico: nam non eſt Dominus abſolutus, ſed cum prohibitione teſtandi, ſicut etiam eſt Dominus beneficiatus aliorum reddituum , & maximè acquiſitorum ex eis, vt ſupra dictum eſt: & tamen non poteſt de illis teſtari de iure communi . Et ita de iure tenendum eſt , quamuis in contrarium ſit communis ſententia, quam tenent Domin. nu. 3. & Franc. num.4.in d.c.vnico, § qui verò,& in cap. præſenti de offic. Ord,in 6 Pariſ.qui teſtatur de communi conſ 33.volum.4. Gig.conſ.144.nu.5.Burſat 226.nu.49. volum.3. Couarr. in d.c.cum in officijs, nu.4. Auend.reſp.19.nu.6. Redoan. de ſpolijs q.1.nu.27. Iul Clar.d.§.teſtamentum q. 27. nu, 10.Craſſ.cod.§.q.34. nu. 8. & noniſſimè Alex. Moneta d. p.3.de diſtrib.q.2.3.& 4.2.conſl. Leo d c.34.nu. 27.Tuſch.conci.512. litera D.Vgolin.de offic.Epiſcop.c.19.§.2. ſub nu.6.verſ.verum,& alij per eos relati . Quæ ſententia ſolum de iure poſſet admitti in diſtributionibus extraordinarijs funeralium. & anniuerſariorum, aut aliàs pro tempore obuenientibus, & non perpetuò relictis beneficiatis,ex Nicolao de Vbald.ſupra,Barboſa ſupra nu.66.ad fin.Nauarr, d.q.1,mon.19.nu.2.& 39.nu,5. D.Io.Ocon ſupra nu.64. & Mol.diſp.142. & 147.in principio.* & id eſt quod dicunt D.Thom.Maior, Adrianus,& Soto per Nauar, citati, immo D.Tho. ibi, nempe d.q.185.art,7.ad 2. potius videtur eſſe in contrarium in hoc,

Tertiò dico, ex conſuetudine poſſe beneficiatum
11 † teſtari de acquiſitis ex beneficijs , quæ conſuetudo eſt in Hiſpania,quo ad clericos Epiſcopis inferiores, nempè, quod poſſint de illis teſtari, & eis ab inteſtato ſuccedi, vt in d.l.fi.tit. 8.lib. 5. recopilatio. & tra-
12 dunt DD,Hiſpani citati , Et hæc conſuetudo eſt ap-

pro-

probata per Rotam, in vna Palentina fructuum Archipresbyteratus de Portillo. 26. Februarij 1580. coram Illuſtriſſimo Lancellotto, vt in deciſion. ſequẽti. Concluſum quod hæredes quondam Franciſc. de Medina, habent actionem, & ius ad huiuſmodi fructus, nam de eius voluntate domini non dubitabant quin voluerit dictis hæredibus illos relinquere, ex quo verba teſtamenti ſunt necdum vniuerſalia, ſed etiam geminata, & cum diſponat etiam de bonis, in quibus habet actionem, cenſetur comprehendere huiuſmodi fructus, pro quibus obtinuit rem iudicatam, & liquidationem, iuxta ea, quæ tradit Paulus conſ. 33. n. 16. cum ſeq. vol. 4. nec refragatur conſi. Iaſ. 75. in fin. vol. 4. quia ipſe loquitur in eo, qui habebat bona propria, & bona Eccleſiaſtica manifeſtè diſtincta a dictis bonis proprijs, & propterea teſtando de bonis ſuis, cenſetur in dubio teſtatus de bonis proprijs non Eccleſiaſticis, de quibus prohibetur teſtari, at, cũ de iſtis fructibus potuiſſet d. Fran. teſtari, vt mox dicetur, verba ſui teſtamenti comprehendũt omne genus bonorum, vt ſupra dictum eſt, & hoc eodem modo reſpondetur ad conſ. Arg. 144. nu. 6. quia loquitur de bonis, quæ erant diuerſæ rationis, & eſſe, & de quibus ille non poterat æqualiter diſponere. Quo verò ad poteſtatem, an ſcilicet de illis D. Fran. potuerit diſponere, fuit dictum, quod licèt de iure communi fructus beneficiorum ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio, nec propterea poſſit beneficiatus de illis teſtari, iuxta cap. præſenti, de offic. ordin. in 6. c. cum in officijs, in fin. de teſtam. & eſt communis opinio, de qua per Iaſ. d. conſ. 75. col. 3. tamen in Regno Hiſpaniarum adeſt conſuetudo, quod beneficiati inferiores ab Epiſcopo poſſint teſtari de fructibus acquiſitis ex eorum beneficijs, & eis poteſt etiam ab inteſtato ſuccedi, pro vt de hac conſuetudine atteſtatur Couarr. d. c. cum in officijs, nu. 9. & R. P. D. Sarmiento, ſuo tractat. de redditibus Eccleſ. part. 2. cap. 6. voluerunt tamen Domini, quod iſta probatio conſuetudinis coadiuuetur per teſtes, de publica voce, & fama, & ſufficeret etiamſi reperiretur probata in proceſſibus productis in alijs cauſis Rotalibus. *Et nouiſſimè in vna Barchinonen. fructuum, 4. Iunij. 1607. coram D. Iuſto fuit reſolutum, quod licèt Rota, &c. Rubric. fructus 2.*

13 Difficultas eſt, † an ſtante d. conſuetudine poſſint beneficiati licitè teſtari, etiam ad vſus profanos eaque relinquere conſanguineis, etiam diuitibus, an verò debeant teſtari ad vſus pios tantum, aliàs pec-
14 cent mortaliter. Et non poſſe licitè teſtari † ad vſus prophanos, aliàs peccare mortaliter, ſi in notabili quantitate id faciant, quamuis teſtamentum valeat, & ex eo acquiratur dominium, maximè in foro exteriori, tenent Coſmas in pragma. Sanctione. tit. de anna. §. item quod ſi Eccleſia, verb. acquiſitos. in ſi. Auendan. ſup. n. 8. verſ. 2. Molin. d. li. 2. de Hiſpan. primog. cap. 10. à n. 56. Azeuedo, & Barboſa, num. 61. & 62. Corduba, Pat. Molin. & Zecchus ſupra & Emmanuel Rodrig. in ſum. 2. tom. c. 70. n. 7. *Et Leſſius d. libro 2. cap. 19. à num. 44.*

15 Sed † & Nau. 1. q. monito. 54. & 3. q. mon. 2. num. 2. & Greg. Lopez. in l. 53. tit. 6. pag. 1. volunt conſuetudinem teſtandi ad vſus non pios nullo modo valere.

16 Contrarium tamen verius exiſtimo, † nempe ſtante d. conſuetudine poſſe beneficiatum licitè teſtari, etiam ad vſus prophanos, & relinquere d. bona conſanguineis diuitibus, eamque conſuetudinem in conſcientia excuſare, eaque conſuetudo non eſt contra ius diuinum, aut naturale, ſed contra ius humanum, quo inducta eſt prædicta prohibitio teſtandi; nec eſt irrationabilis, maximè cum ex ea non fiat præiudicium Eccleſiæ, ſed ſucceſſori, ſeu Canonicis, ad quos pertineret vti. d. c. relatum, & c. præſen. de offic. ord. in 6. ſeu potius cameræ, ad quam pertinent iam ſpolia, vbi vigẽt, maximè etiam cum ſit immemorialis, & ab Eccleſia ſcita, & tolerata, & id poſſit priuilegio Papæ concedi, & facit extrauagans ſuſcepit. de elect.

17 Et accedit, quod ſecundum dictam † conſuetudinem non ſolùm poteſt clericus relinquere dicta bona conſanguineis, etiam diuitibus, ſed etiam tenetur
18 † ſi ſunt hæredes neceſſarij, vt filij, vel deſcendentes legitimi, aut parentes. *Azued. in lib. 1. tit. 8. lib. 5. Rec. num. 54. & Pariſ. q. 16.*

Et hanc opinionem tenent Couarr. in d. ca. cum in
19 officijs, nu. 9. Probus † ad Monachum, in c. fi. de officio Ord. in 6. Duennas reg. 366. circa fin. Did. Perez in l. 1. tit. 1. libr. 3. ordin. verſ. eſt aliud. Roias de ſucceſſo ab inteſtato, c. 34. à n. 30. Simancas de Catholicis inſtitut. tit. 9. num. 90. Sarm. 4. p. ca. 1. num. 8. & in defenſio. 1. part. moni. 53. & 3. p. moni. 2. Marſ. Colũna c. 36. Olanus in concordia, & differentia iuris cõmunis, & Regij litera C. n. 15. & ſeq. & in epilogo legũ partitarũ nu. 8. Matiençio in d. l. fin. gloſ. vlt. Penna in directorio Inquiſitorũ, 3. par. commen. ibi. Eſpino de teſtam. gloſ. rub. 14. Zauallos in ſuis communibus, contra communes, quæſtio. 388. *& Azor. d. 2. p. lib. 7. 5. c. 9. q. 1. & lib. 8. cap. 4. q. 4. Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 5. num. 40.* & Ioannes Guttierez d. q. 114. qui tamen nu. 17. eam intelligit, vbi clericus aliquid re-
20 linquit in ſua vltima † diſpoſitione, in vſus pios, ſecus, ſi vniuerſaliter omnia bona ſua in vſus profanos relinqueret, quod etiam tenet Flores, in addit. ad deciſ. Gamæ. 315. *Eandem opinionem tenet Alex. Monet. d. p. 3. de diſtrib. q. 2. num. 5. & q. 4. nu. 11. vbi amplius ait admittendam eſſe conſuetudinem ſaltem immemorialem diſponendi de huiuſmodi redditibus, etiam in profanos vſus, non ſolum per vltimam voluntatem, ſed etiam inter vivos: quia non eſt (inquit) contra ius diuinum, ac naturale, ſed humanum. Quod tamen mihi non placet quoad diſpoſitionem inter vivos: nam ſi in profanos vſus expenderentur in notabili quantitate, & cum magno exceſſu, eſſet re vera contra charitatem, ſeu miſericordiam, quæ perſonas Eccleſiaſticas arctius obligat ratione ſtatus earum, & qualitatis ipſorum, reddituum iuxta doctrinam communiter receptam, &* dict.
21 *ſup. nu. 5.* Sed quamuis † conſulendum ſit, vt aliquid in vſus pios relinquatur, non credo ad id obligari, ſtante dicta conſuetudine magis, quam de bonis patrimonialibus.

Secundò principaliter dubitatur, an beneficia-
22 tus † poſſit, ita diſponere de fructibus, vt poſſit eos locare, etiam ad longum tempus, ſeu tempus ſibi bene viſum?

23 Et quidem Abbas in cap. fi. ne prælati vices † ſuas, nu. 4. notat, ex gloſ. 2. ibi, quod Rector Eccleſiæ po-
24 teſt locare fructus, pro toto † tempore vitæ ſuæ, quæ tamen gloſſa re vera id non dicit, vt rectè animaduertit Anania, ibi num. 7. ſubdens, quod illud fieri non poſſit, eſſe text. & gloſ. in verſ. eius, in Clement. 1. de rebus Eccleſiæ non alienan. & ſequitur Gregor. in leg. 9. tit. 17. par. 1. gloſſ. 1. Sed illa Clem. loquitur in
25 religioſis, † & non comprehendit ſæculares clericos

vt per

vt per gloss. ibi verb. religiosus.

26 Vnde de iure antiquo † vera videbatur dicta sententia Abb. quod Rector Ecclesiæ, seu beneficiatus posset locare fructus, seu commoditates sui beneficij pro toto tempore vitæ suæ, Sylvest. in summ. verſ. simonia. §. 14. & Tolet. lib. 5. ca. 91. quamuis prædia,

27 seu possessiones, non posset locare † ad longum tempus, seu vltra nouem annos, quia esset alienatio. Lapus allegat. 30. in fin. & ibi Mandos. & allegat. 80. additio. 1. Couarr. lib. 2. variarum, cap. 16. nu. 1. Redoa. de rebus Ecclesiæ non alienan. rub. 1. cap. 14. à n. 1. & rubr. 33. & vlt. quæst. 6. *Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 3. p. n. 64. Barbosa in l. filio familias 26. §. fi. nu. 26. ff. solu. matrim. D. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 7. a nu. 1. & Rebell. de obligat. iust. 2. p. libr. 14. q. 5. nu. 1. Guttierez de gabell. q. 40. nu. 2. & 7. cum communi.* Valasc. de iure emphyt. q. 29. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 21. à nu. 15. & Ioann. Garzia de expensis, & melioratio. c. 14. à nu. 1. & est receptissima sententia, vt per Ioseph. Gonçalez, variarum q. c. 29. li-

28 cèt ipse contra teneat. Difficultas est, † quid hodie dicendum sit, stante extrauaganti Ambitiosæ Pauli II. de rebus Ecclesiæ, non alien. quæ omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum locationem, vltra triennium prohibet.

In qua quidam tenent d. extrauagantem habere

29 locum, † in locationibus bonorum, & rerum, non verò in locationibus fructuum, & reddituum, ita quidem, vt ipsas res, seu prædia prohibeat locari, vltra triennium, non verò fructus, & redditus Ecclesiasticos, ad aliquod beneficium, seu Ecclesias pertinentes, ita Couarr. lib. 2. var. c. 16. num. 6. verſ. visum est. Redoan. d. q. 6. §. vlt. nu. 4. pag. 350. Carro. de locat. pa. 3. tit. de reb. Ecclesiæ. Lucan. nu. 51. Zerola in praxi Episcopali, 1. p. verb. alienatio. §. 3. 10. concl. Graff. in decis. 9. aureis casuum conscien. lib. 4. c. 24. num. 20. *Azor. 2. p. lib. 7. cap. 10. q. 3. & lib. 9. c. 2. qu. 7. & nouissimè Mantica de tacit. & ambiguis conuent. libr. 5. tit. 3. nn. 21. & tit. 13. nn. 33. sequitur Barbosa in d. l. filio familias, §. fin. nn. 21. dicens, quod per dictam extrauagantem prohibentur beneficiarij locare res Ecclesiæ vltra triennium, & tamen non obstante ea prohibitione possunt locare fructus beneficiorum ad se pertinentes vsque ad septennium, d. cap. fin. ne Prælati vices suas, immo & ad plures annos, dummodo non excedatur decennium, d. Clem. 1. de rebus Eccles.*

30 Et Auendan. de exequen. mandatis, 1. p. c. 4. † nu. 42. ait d. extrauag. loqui de bonis Ecclesiarum, non tamen de bonis ad clericos pertinentibus, & benefi-

31 cia non esse bona Ecclesiastica. Et Molin. d. lib. 1. † de Hispanorum primog. c. 21. nu. 27. tenet posse beneficiatum locare vltra triennium, non tamen ad lõgum tempus res beneficij, & etiam ad vitam fructus, seu commoditates beneficij, sed non meminit. de d. extrauag. & sequitur P. Molina 2. to. de contractib. disput. 466. qui postea agit de d. extrauag. non tamen tangit hanc difficultatem de locatione fructuum.

32 Verius tamen est, quod d. extrauagans, non † solũ habeat locum in locationibus rerum, & bonorum, seu prædiorum beneficij, seu Ecclesiæ, sed etiam in locationibus fructuum, & reddituum, quod probatur ex illis verbis, omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum, nam & fructus, & redditus beneficij, seu Ecclesiæ sunt res, & bona Ecclesiastica, cum ab Ecclesia propeniant, suntque eius ministris assignata, propter diuinum ministerium, quicquid Auẽdanus supra de beneficijs malè, & perperam dicat non esse bona Ecclesiastica, & comprobatur, ex illa exceptione, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis existẽtia, quæ firmat, & declarat regulam in contrarium. l. nam quod liquidæ. cum alijs. ff. de pen. leg. nempe, vt fructus, & bona, quæ seruari possunt, qualia sunt fructus percipiendi, & nascituri, non possint concedi, seu alienari, nisi per locationem ad triennium supra permissam.

33 Et hanc sententiam † tenent Rebuff. in rep. ca. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. dist. 7. & vlt. notab. verſ. circa 1. Boer. decis. 224. nu. 2. Gama. decis. Lusitana 156. Mandos. de signatura gratię, tit. de indulto locandi redditus benefi. verſ. de iure autẽ nouissimo. Alex. Straticus in rep. d. extrauag. Ambitiosæ, nu. 6. & 61. in fin. Nauarr. in Manu. c. 25. nu. 137. & consi. 11. de rebus Ecclesiæ. Ioan. Guttierez can. quæst. li. 1. cap. 8. 2 nu. 15. quem sequitur Ceuedo, in Collect. 76. ad decretales, num. 3. & Collect. 32. ad 6. nu. 1. Morla. in Emporio iuris, 1. parte tit. 11. in præmissis, nu. 30. Pichardus, in rub. instit. de locat. nu. 15. Cosmas Philiarchus, de offic. sacerdot. 1. par. lib. 4. c. 22. verſ. ratione beneficiorum. Graffis sibi contrarius, lib. 3. cap. 4. numero 7. Armilla verb, locatio. num. 5. Emman. Rodriguez in summ. 1. to. ca. 18. num. 5. Vega in sum. 1. p. c. 36. casu 40 & Cardin. Tolet. in sum. libr. 5. c. 91. *Cerdan. de Tallada in veriloquio de estado ca. 12. §. 2. pag. 153. Rebell. d. 2. p. lib. 14. cap. 5. num. 10. & 11. et Fr. Raph. de la Torre de relig. q. 87. art. 3. disput. 8. nu. 9. Azeuedo. in l. 33. tit. 3. lib. 1. Recop.* & eam videntur te-

34 nere † solis de censibus libro 2. cap. 3. num. 10. Cordou. in summ. q. 103. Ludou. Lopez, instruct. consc. 1. tomo cap. 199. & instruct. negot. libro 2. cap. 24. clarè d. 1. tom. cap. 253, in fin. & Quintanaduennas, d. lib. 2. n. 69. vbi ait, quod multi ad fructus producũt d. extrauagan. licèt nu. 66. præced. dicat placere non nullis rerum Ecclesiæ, non fructuum locationem bene esse prohibitam.

35 Et Flores in addit. ad Gam. d. decis. 156. † ait istam sententiam de rigore veram esse, licèt in praxi dicat non seruari, sed magis practicari, ait Zanallos. q. 199. dicens, quamlibet opinionem esse probabilem, & ita passim seruari in praxi ait Zerola sup. *Et Azor. d. lib. 9. c. 2. q. 7. ait, putare consuetudine esse receptum, ne beneficiarius clericus locet sui beneficij fructus vltra triennium, quæ seruanda est vbi fuerit recepta.*

36 Et ita in vna Comen. locationum † 20. Martij 1600. coram Illustrissimo Pamphilio fuit resolutum, nempe, quod sicuti Ecclesiæ bona non possunt locari vltra triennium, ita nec fructus, & locationem pro longiori tempore factam, vt sub beneplacito Apostolicæ sedis, ante illud obtentum potest Prælatus, vel

37 locator reuocare. *Refert & sequitur Marc. Ant. Genuen. in praxi cap. 75. nu. 16. in annotatione.* Vnde sequitur † fructus pensionis Ecclesiasticæ non posse vendi, aut locari, vltra tres annos, ex d. extrauag. Ambitiosæ, vt in terminis consuluit Nauarr. d. consi. 11. de rebus Ecclesiæ & ego consultus respondi, & facit quod dictum est sup. p. 1. cap. 5. maximè num. 161. *Et ita planè sentit Lessius dict. libro 2. cap. 35. num. 122, ad fin. ibi, Possent redimi fructus triennij sicut, & locari quamuis contra teneant Azor. 2. p. libro 8. cap. 10. quæst. 11. & c. 11. quæst 3. & 14. & Suarez de relig. 1. to. tract.*

3 *libro 4. capit. 10. numero 9. & 17.*

Quod tamen non videtur procedere in venditio-
38 ne commoditatis, † & fructuum penſionis facta per eum, ſcilicet Italum, ad cuius vtilitatem fuit reſeruata in capite, & perſona alterius, nempe Hiſpani, vt in terminis conſil. Nauarr. 62. de ſimonia, nam ſunt merè temporales reſpectu illius, & ſic poteſt illos vẽdere, etiam vltra triennium, tam illi in cuius capite fuit reſeruata, vt maneat liber ab obligatione ei ſoluendi, ſeu cedendi, quam alteri pro toto tempore, quo durabit penſio, & non expirauerit, de quo ſupra d.c.num.29. Ex Eugeniana tamen vniuerſitati Sala-
39 mantinæ conceſſa, † infra adducta ſequenti, p.c.2. num.60. inibi legentes, ſeu ſtudentes in quacunque facultate licita, & honeſta fructus, redditus, & prouentus ſuorum beneficiorum quibuſuis perſonis, etiã laicis, ad tempora, de quibus eis videbitur arrendare, locare, vel ad firmam, ſeu annuam penſionem cõcedere poſſunt. Et ſic vltra triennium, etiam ad lon-
40 gum tempus. Vnde confirmatur † prædicta noſtra ſententia, ceſſante priuilegio, & d.extrauagans præſumitur in dubio vſu recepta, & negãti vſum incumbit onus probandi. Berinten.deciſ.13. Redoan.dicta rubr.33. & vlt.quæſt.6. §.item ex præmiſſis.num.15. & Ioan.Guttierez d.cap.8. num.9. *Et nouiſſimè Mantica, d.lib 5.tit.13.num.41. & 42.*

41 Lex enim, ſeu conſtitutio † præſumitur vſu recepta. Dec.conſil.649. Rebuff.in concordatis, titul.de collatio. §. præfatione Ordinarij, verb. poſt præſentium, verſic.& quando quis. Roland.de lucro dotis, quæſt.99. in fin.& conſil.99.lib.2. Anton.Auguſt.in Epitome deciſionum, tit.de conſtitut.num.3. Flam. Pariſ.de reſignat.benef.lib.4.quæſt.2.ad fin.Mohed. d.deciſ.2. de probatio. nu.4.alias 90. Rota deciſ.56. num.4. & deciſ.97.num.2.& deciſ.775.par.1.diuerſ. & deciſ.101. num. 2.part.2. & in vna Hipporrigien. Canonicatus 24.Maij 1584. coram D.Orano, de qua infra 11.par.c.3. num.271. & in vna Meliten. Abbatiæ 24. Ianuarij 1590. infra addit. 7.p. c.14. num.3. Emmanuel Rodriques quæſt.reg.1. to.quæſt.6. art. 11. *Et Salas de legib.diſp.13.ſect.5.* maximè cum d.extrauag. hodie ius commune facere dicatur. Peregrin.
42 deciſ.25. lib.2. in manuſcriptis, & ita † in terminis fuit reſolutum in cauſa Brixien.locationis 5. Decẽb. 1594. coram D. Penia, & dictum pro vt etiam in d. Meliten. Rotam non ſeruare deciſ.6. Mohed.quæ in impreſſis eſt 1.de conſtitut.& 149.quæ eſt 8.de locato.dicentem probãdum eſſe vſum, d.extrauag. quam
43 tamen ſequuta eſt, aliàs Rota in vna Lauden. † bonorum 6.Iun.1588. coram D.Gipſio, vt fuit dictum coram eod.D.Penia, in vna Comm.die 5.Iulij 1593. eum qua etiam malè tenent Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit.ſi in euidentem. verſ.emanauit bulla, & in reg.23.quæſt.1.nu.6. & quod d.deciſ.Mohed.6.non ſeruatur in Rota, ait Flam.Pariſ.ſup. Et ita eſt tenen-
44 dum. quamuis, † Caputaquen.deciſ.203.p.3. dicat contrarium non vſum ſtatuti probari eo ipſo, quod non probatur vſus, & Paul.Granutius in tract. Simonetæ, de reſeruat. quæſt.99. num.14. quod probare quis tenetur extrauagantem eſſe vſu receptam, & Menoch.de præſumpt. lib.2. præſumpt.2. quod lex promulgata nõ *prçſumitur* vſu recepta, quia eſt quid
45 facti; cui rationi reſpondetur præſumi nihilominus vſu receptam, ex quo ligat, & ideo ſtatutum nullum, ſeu inualidum non præſumitur vſu receptum, quia non arctat, vt in d.deciſ.775.

De vſu verò, & obſeruantia d.extrauagant, ambi-
46 tioſæ, † vide authores ſupra citatos maximè Ioann. Guttierez & Carrocium, à num.39. & P.Molin.d.diſput.466. & Nauar.in Manuali, capit.27. num.150. Salced.in pract.crim. Bernar. Diaz cap.71. & Graſſis d.lib.4.cap.24.num.18. & 20. *Quarant.in ſumm. Buller. verb. alienatio. num.48. Mantic.ſupra à numero 34. Azor. 2.par.lib.9. cap.2.quæſt.1. & Rebell. 2.p.lib.14. quæſt.5.num.9.*

In hoc Epiſcopatu Abulenſ, quod ego aſſequor,
47 † d. extrauagans non ſeruatur, quoad locationem bonorum, & prædiorum Eccleſiarum, ſeu beneficiorum, video enim ea maxime capituli, ac Eccleſiæ Cathedralis locari, vltra triennium. Fructus autem, ſeu redditus præbendarum, & aliorum beneficiorum non vidi, nec intellexi locari, vltra triennium, ſed ad triennium tantum, & ita, quoad hoc videtur obſeruanda d.extrauagãs, maximè, quia in locatione prædiorum poteſt conſiderari ratio particularis conuenientiæ, ſecundum tempora (quæ in preſenti non militat) propter commoditates locationum, & prædiorum, ne maneant inlocata & vacua.

48 Sed eſt difficultas, ſtante d.extrauagante, † an locatio facta, vltra triennium, ſit in totum nulla, an verò ſuſtineatur pro triennio? & eadem difficultas eſt de emphyteuſi conceſſa vltra tempus permiſſum, ſeu generationes conſuetas. In qua ſunt variæ ſententiæ, prima eſt valere pro tempore permiſſo, quam tenet Bald.in Authen. ſi quas ruinas. C.de ſacroſan.Eccleſ. num.2. Paul.Caſtr.in Auth.qui rem, num.7. C.eod. vbi Dec.nu.23. dicit hanc communem, & ab ea non eſſe recedendum, Tiraquel.de retract.conuent.in fin. num.144. Iul.Clar. §.emphyteuſis. quæſt.6. num.2. & §.feudum.quæſt.13.in fin.dicens veriorem, & ma-
49 gis communem, † Gama deciſ.vlt.num.3. Molin.de Hiſpan.primog.lib.1.cap.21.num.28. Carroc.d.par. 3. tit.de rebus Eccleſiæ locandis, num.44.48. & 49. Ioann. Guttierez canon. quæſt.lib.3.cap.13. Zaual-los, d.quæſt.199.num.15. Marc.Anton. Genuen.in praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ. *d.cap.75. alias 73. Fine, Sarm.ſelect.lib 6.cap.5. & nouiſſimè ſum. Bullar. Quarant.d.verb.alienatio num.18. Vaz in l.200. ſtili, num.129. dicens veriorem & communiorem Vgolin. de offic.Epiſc.cap.14.§.7.num.5. & lib.4.Rebell.d.lib.14. 2.par.quæſt.6.* num.10. & P.Molina ſup.diſp.467. & alij per eos relati.

Et hanc ſententiam frequentiori calculo receptã,
50 † dicit Couarr.lib.2.variar.cap.16, num.5. & magis communem, & in praxi ſeruandam, Flores in addit. ad Gam, deciſ.156. licèt ſecundum rigorem d.extrauagantis, & in puncto iuris verius credat in totum vitiari. *Et magis communiter receptam, & maiorem habere æquitatem, Mantica, qui eam videtur ſequi d.lib.5. tit.5.num.19. & 31.*

Quæ fundatur primo ex eo, quod in ſeparabilibus
51 † vtile, per inutile non vitiatur, reg.vtile, lib.6. & l. 1.§.ſed mihi.ff.de verb.oblig.& in propoſito tempus permiſſum ſeparari poteſt à prohibito. *De qua reg. vtile, & vltra Doctores ibi latè Vaſconcel.diuerſ.iur.arg. lib.2.cap.16. & lib.4.cap.17.* Secundò ex cap. ſancimus. & l.pen. C.de don.vbi donatio excedens quingentos ſolidos, non vitiatur, niſi in exceſſu. Tertiò, ex Auth.de non alienan. §.quod autem. in fin. Intel-
52 ligitur tamen iſta † ſententia, vt non procedat in locatione

catione ad vitam, vel ad lõgum tempus, Couar. vers. eadem ratione, vterque Molin. & Guttier. nu. 8. sup. & *Mantica d. tit. 5. nu. 40. & 41.*

53 Aut vbi ex probabilibus cõiecturis † appareat locatorem aut conductorem non minori tempore rem illam locaturum, vel conducturum; Tunc enim contractus est indiuiduus, & inseparabilis, ac proinde nullus in totum. Couarr. vers. sed permissa. vterque Molin. Ioan. Guttier. *Gen. Sarm. summ. Bull. Mantic. nu.* 32. & alij sup. & *Rot. decis. 709. part. 1. diuers. & in Ro. Casal. coram D. Blanchetto 21. Maij 1593. ibi, Quod contractus esti indiuiduus ex verisimiliter contrahentium, licèt natura eius sit diuisibilis. Quae mens colligitur ex reseruatione beneplaciti Apostolici cum clausula, nec aliàs, aliter, nec alio modo: quod cum non interuenerit, nec etiam sustinetur locatio propter additionem dictae clausulae etiam pro tempore licito, cum remoueat consensum partium non secuta conditione, Grat. cons. 158. nu. 13. lib. 2. & fuit resolutum in his terminis in Romana palatij 10. Ianuar. coram Mediolan. Grat. in addit. dec. 150.* Aut locatio pro omnibus annis vnico tantum pretio, seu pẽsione facta sit, nam tunc vnica pactio est, quæ commodam temporis
54 diuisionem non patitur. Tiraq. † de retract. Lignag. §. 23. nu. 10. *Mant. nu. 32. & 39. & Rot. d. dec. 70. nu. 6. sum. Bullar. d. n.* 18. Cou. sup. vers. ex his. & Io. Guttier. dicens communem, nu. 12. licèt contra teneant, Iul. Clar. d. q. 6. & vterque Molina sup.

Secunda principalis sententia est, prædictam loca-
55 tionẽ, seu emphyteusim, in totum nullã † esse, & omnino vitiari, quam tenet Bart. in d. Auth. qui rem. nu. 7. & cons. 159. nu. 8. lib. 1. Lapus, allegat. 80. vbi Mãdos. vlt. apostilla. Ias. in l. 1. §. si quis ita. num. 23. ff. de verbor. obligat. & in d. Auth. qui rem. à nu. 21. & in l. 2. à num. 169. C. de iure emphyt. Ripa in d. §. si quis ita. nu. 32. Probus ad Monachum, in c. vlt. n. 2. de pœnit. & remiss. in 6. Afflict. decis. 107. Couarr. d. nu. 5. Redo. d. q. 6. §. item ex premissis, à n. 21. Quintanadu. d. lib. 2. à nu. 61. & Graffijs lib. 4. cap. 24. n. 20. *Azor. d. lib. 7. c. 10. q. 4. & lib. 9. cap. 2. q. 4. Genuen. dec. 75. nu. 15. in annot. & Grat. discept. forens. cap. 162. n. 22.*

Et tenuit Rota, in vna Romana deuolutionis do-
56 mus, † 4. Febr. 1583. coram D. Rubeis, & in vna Placentina decimarum, 2. Iun. 1586. coram D. Bubalo, & in d. Brixien. locatio. sup. allegata, num. 42. in qua fuit resolutum locationem bonorum cuiusdam præpositurae factã vltra triennium in totum vitiari. Et cũ
57 Rota teneat istam sententiam, † potest dici, iam magis communis, cum, & Rota per se faciat communẽ opinionem. Sarnen. in procemio regul. cancell. q. 2. vers. 4. pro ista parte, & dictum est in præfatione.

58 Quæ sententia probatur, † nam forma à iure præscripta esse videtur, ne rerum Ecclesiæ locationes fiant vltra præscriptum tempus, forma verò est indiuidua, Dec. cons. 532. nu. 5. Mandos. dicens cõmunem reg. 17. q. 24. n. 19. Matien. in l. 1. tit. 4. lib. 5. glos. 4. n. 9. Boerius cons. 12. num. 30. Ioan. Guttierez libr. 2. can. quæstion. capit. 15. numer. 114. Solis de censibus 2. tomo libro. 1. capit. 4. numero sexto Rota decis. 471. numero 9. parte 1. *dict. numero 1. & Paz in d. l. 200. stili ex numero 67. & 73.* diuers. & facit opti-
59 mè consilium Romani 66. dicentis, † quod stante statuto, quod electio fiat ad annum, & non vltra, & si contra fiat, sit nulla, electio facta per triennium est nulla in totum, quia illa verba dant formam electioni, quæ faciunt eam indiuiduam,

Et probatur in d. extrauag. ambitiosæ, ibi nullius
60 omninò fuit roboris, vel momenti, † & in d. clem. 1. de rebus Ecclesiæ, ibi neque ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur auth. de non alienãdis. §. emphyteusim, ibi neq. quod sit habere aliquod penitus robur finimus, & in §. si verò, ibi etiam sic cadat quidem de emphyteusi.

Et hæc sententia mihi placet, quam tamen intelli-
61 go † non procedere in locatione facta ad sex, vel nouem annos cum clausula, quod tot sint locationes, quot triennia, vel quod finito primo triennio, ex tunc censeatur locata pro alio, seu quod facta sit noua locatio; nam licèt huiusmodi locatio inualida sit, quo-
62 ad reliquum tempus, † vltra primum triennium, quia id est in fraudem legis, vt contra Baldum rectè tradunt Couarr. d. cap. 16. num. 4. Valascus, d. qu. 29. num. 15. Gama decis. 156. ad fin. Redoa. supra num. 20. Ioann. Gallia. d. cap. 14. sub num. 4. Quintanad. d. lib. 2. num. 61. & 65. Graffijs. d. num. 20. & P. Molina. d. disputation. 466. circa fin. *Genuen. d. num. 10. sum. Bull. d. num. 18. Azor. d. lib. 7. cap. 10. quæst. 5. & 6. & d. lib. 9. cap. 2. quæst. 3. & Rebell dict. libro 14. quæst. 6. num. 3.* & probat text. in d. auth. de non alienan. §. quod autem. vers. neque illud. ex quo non valet pactum de renouando emphyteusim, aut expressa renouatio, vltra tempus, seu generationes permis-
63 sas: tamen non in totum corruit, sed valida est prædicta locatio in tempore iure permisso, nam tunc nõ vna, sed plures sunt locationes distinctæ, & vitium non est in prima, sed in reliquis, & ita tenent Couar. Valascus. Gama. Redoa. Quintana duennas Graffijs, & Molina ibi, *sum. Bull. & Azor.* & accedit quod tradunt idem Molina disputatione 467. pagina 1370. cap. d. *Et ita accipiendum est, quod tradit Barbos. in d. l. filio famil. §. 1. nu. 26. cum Alexan. cons. 165. libro 2. Ios. consil. 94. a numero 2. libro 1. & in l. mancipationes a num. 7. ff. de iustit. & iur. quod si locatio fiat in nouennium cum pacto de renouando in aliud nouennium, non valet, quia magis censetur locatio ad longum tempus; & sic alienatio: intelligendum enim est, non valere pactum istud de renouando, valere tamen locationem in primum nouennium, supposito quod ad nouennium fieri posset, vt ipsi supponunt.*

Quamuis in dict. causa Brixien. locationis, in qua
64 fuerat facta locatio † Brunellis, & eorum matri per sex annos continuos, videlicet Brunellis, pro primis tribus annis pretio librarum 4500. ad rationem anni, & matri pro alijs vltimis tribus, pretio librarum 4000. Rota tenuerit esse nullam in totum, & videri vnicam locationem, necdum ex prædictis verbis per sex annos, sed ex partium quoque intentione, nam cum pro primis tribus annis esset cõstitutum maius pretium, quam pro vltimis, præsumebantur, non aliter fuisse contracturos, quam pro sex annis, neque aliquid operari ad sustinendam locationem diuersitatem personarum, ex quibus potius arguebatur suppositio ad fraudandam legem de solo triennio lo-
65 quentem, † quæ resolutio. (Salua pace tanti tribunalis) mihi non placet, nam reuera ibi erant duæ locationes, vt constat, non ex diuersitate personarum, ex quo mater videtur suppositа, sed ex diuersitate pretij constituti pro singulo triennio,

Et parum refert, quod propterea illi non fuissent
66 contracturi, nisi pro † sex annis, nam si ipsi volunt sustineri locationem, saltem pro primo triennio, vt

ibi, id eis non debet nocere, ſi verò Eccleſia, ſeu beneficiatus, vellet ſuſtineri pro primo triennio, & non pro reliquo, ſibi imputent illi. quod ſic contraxerunt faciendo duas locationes, vnam validam, & alteram inualidam,

67 Nec huic ſecundæ ſententiæ † principali obſtant fundamenta primæ, nam ad primam reſpondetur, quod cum in præſenti agatur de vnica tantum locatione, ſeu emphyteuſi, non poteſt commoda ſeparatio fieri, vt ait Couarr. dict. numero 5. ſed melius re-
68 ſpondeo iuxta dicta, quod hic actus eſt † indiuiduus reſpectu formæ, quæ videtur à iure præſcripta, & eſt indiuidua,

Non obſtat ſecundum, ex d. c. ſancimus, & leg. pe-
69 nult. ea. de donatio, † quia ibi lex non prohibet ſimpliciter donationem, vltra quingentos ſolidos, ſed ſtatuit, quod donatio excedens quingentos ſolidos non valeat in ſuperfluo,

Nec etiam obſtat. d. auth. de non alienand. §. quod
70 autem, † quia, vt probatum eſt, ibi non agitur de vnica locatione, ſeu emphyteuſi, vltra tempus, ſeu generationem permiſſam, ſed pacto de renouando finito tempore, ſeu generatione permiſſa, quo caſu remanet ipſe contractus validus, reiecto pacto à iure reprobato, & in fraudem legis adiecto, vt rectè inquit Couar. ſupra, & Quintanaduennas num. 65.

71 Ampliatur etiam dicta extrauagans, † vt non tantum locatio, vltra triennium non valeat, ſed etiam mandatum ad locandum res Eccleſiæ, ſeu beneficij non poſſit concedi alicui, vltra triennium, ita vt, ſi detur mandatum ad locandum, erit intelligendum ad triennium tantum, quo finito procurator abſque nouo mandato non poterit iterum locare, & idem ſi mandatum expreſsè detur ad locandum bis, ter, aut pluries ad triennium, mandatum enim finitur elapſo primo triennio, ita Decius conſ. 282. dicens alioquin fraudem fieri poſſe prohibitioni iuris. ſequuntur Couarr. ſupra num. 6. & Redoa. dict. q. 6. §. vltimo num. 3. & 4. & Graſſijs. d. lib. 4. cap. 24. num. 20. *Et Azor. d. lib. 7. cap. 10. q. 7. & lib. 9. cap. 24. 5.*

72 Sed hanc ſententiam meritò † reprobat dicens, ſibi non ſolùm dubiam, & ſcrupuloſam nimis videri, ſed etiam omninò falſam, P. Molina. dict. diſputatione 466. in fine, vt quæ nullo ſolido fundamento, aut iuri nitatur, & quod eſſet irrationabile, quod abſens in partes longinquas non poſſet dare mandatum ad locandum res ſui beneficij, ſeu Eccleſiæ toto tempore, quo abſens fuerit: vnde contra prædictam ſententiam Decij eſt praxis vniuerſalis, & conſuetudo recepta,

73 Et cum mandatum poſſit reuocari, † dici non poteſt fraudem fieri poſſe iuris prohibitioni,

Aduertendum autem eſt, quod illa extrauagans
74 improbans, † & annullans prædictos contractus, vltra triennium factos, procedit in Eccleſia, ſeu beneficiato volente eos haberi pro inualidis; ſed ſi Eccleſia velit ſtare illi contractui, poterit hoc facere, etiam inuito eo, cum quo contractum eſt, impetrando tamen Sedis Apoſtolicæ aſſenſum, vel alias cum legitima ſolemnitate; ad tradita per Innoc. Abb. & alios in cap. 1. de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli. Matheſil. ſingulari 156. Alber. Fulg. & Iaſ. nu. 2. in l. cum hi. §. eam tranſactionem, ff. de tranſactio. & additionem. 2. Capellæ Toloſanæ deciſ. 98. Rotam deciſ. 133. nu. 12. part. 2. diuerſorum. *& deciſ. 225. n. 4. lib. 2. part. 3. Genuen. in praxi c. 106. num. 2. Gratian. diſcep. forenſ. c. 122. nu. 15.* Redoanum de Rebus Eccleſiæ. rubrica. 28. caſu 6, & Sarmiento de redditibus 2. part. cap. 2. num. 20. qui nu. ſequenti ait, quod ille,
75 qui cum Eccleſia contraxit ſine debita † ſolemnitate, ne cogatur eſſe in ſuſpenſo, poteſt agere, vt Eccleſia compellatur, quod ſolemniter declaret, an velit ſtare contractui, vel ab eo diſcedat ex l. Iulianus. §. ſi quis à colludente ff. de actio. empti, quæ iſtum modũ agendi inducit, vt notat ibi Bart. & alij, quos refert & ſequitur Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis. 3. p. *in fin. & Rotam in Plixbonen. nullitatis loc. infra relatam, num. 86. & ſequuntur Simancel. de decr. lib. 3. tit. 8 num. 45. & a nu. 130. Matienço. in l. 2. tit. 3. lib. 3. Recopil. glo. n. 19. & ſum. Bull. Quar. verb. alienatio, n. 34. & Grat. diſcep. forenſ. c. 27. a n. 39.* qui eſt videndus, nu. ſequenti, & Sarmiento, nu. 22. & vide etiam nouiſſimè Gonçalez gloſſ. 56. à nu. 90. & 94. vſque ad 99.

76 Et quamuis præfactus † Redoanus. d. rubrica 28. caſu 7. dicat, quod licèt de iure communi, & ordinario contractus factus in fauorẽ Eccleſiæ poſſet claudicare, ſecùs tamen eſt ex diſpoſitione dictæ extrauagantis, ex quo per eam prohibetur alienatio in conſulto Romano Pontifice, & ſecundum Villadiego in tract. de legato, q. 11. & Ant. de Praſis in tract. de iur. Epiſcopal. defenſ. cap. 5. hodie in caſibus à iure expreſſis, & permiſſis non licet alienare res cuiuſque Eccleſiæ, vel monaſterij, aut loci Pij inconſulto Roman. Pontifice, & inde in huiuſmodi alienationibus non poterit Legatus authoritatem interponere ſine ſpeciali facultate à Papa conceſſa, quod etiam tenet M. Ant. Gennen. in d. praxi ca. 73. nu. 2. dicens, quod non poſſunt alienari res Eccleſiæ, etiam in caſibus à iure permiſſis, inconſulto Romano Pontifice, niſi iuxta formam dictæ extrauagantis, *& nouiſſimè ſum. Bull. Quar. d. verb. alienatio, nu. 5. & ibi additio lit. A. dicentes iſtam intelligentiam eſſe de obſeruantia, ſtilo, & praxi Romanæ Curiæ congruere litera, & ſenſui, & Rubricæ, quæ eſt ſub verbis negatiuis, & interorem. Vgol. de offic. Epiſc. c. 14. §. 7. nu. 1. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 5. nu.* 31. tamen idem Redoanus caſu 8. ſequenti tenet con-
77 trarium, nempe, † quod etiam ſtante. dic. extrauag. poteſt claudicare contractus in fauorem Eccleſiæ, & ab ea acceptari, & approbari, quia d. extrauagans emanauit in fauorem Eccleſiæ, & non debet in eius odium retorqueri, & quod in caſibus à iure permiſſis, licèt alienare res Eccleſiæ, inconſulto Rom. Pontifice, vt patet ex ea ibi, præterquam in caſibus, à iure permiſſis, & ſic ex cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis cum licentia Ordinarij, & ſolemnitate iuris communis, vt etiam tenet Beroius conſ. 12. n. 6. vol. 1, & Alex. Straticus in rep. d. extrauag. n. 3. & 74. & ſeq. & Nauar. in man. c. 27. n. 149. *& in comment. de alien. rer. Eccleſ. ſub nu. 2.* & d. extrauagans venit principaliter ad addendum pœnas & prohibendum locationes, vltra triennium accedit deciſ. Burgen. iuriſdictionis. 11. Febr. 1594. ad fi. adducta 3. p. c. 2. n. 206.

Et licèt Zerola in praxi Epiſcopali. 1. part. ver. alie-
78 nat. †§. 1. dicat, quod quicquid ſit de iure, de ſtilo nõ venduntur nec alienantur, etiam in iſtis caſibus immobilia Eccleſiæ, neque mobilia pretioſa, abſque Summi Pontificis conceſſione ex Gom. de breuibus, num. 22. & Staph. fol. 352. num. 1. iſti tamen id non
79 dicunt, & ſtilus ſeruatur in rebus Eccleſiæ † Cathedralis propter iuramentum, quod faciunt epiſcopi

de

de non alienando inconsulto Rom. Pontefice bona Ecclesiæ suæ, Abb.nu.8.& 15. in c.vt super, de rebus Ecclesiæ non alienan.& in c.fin.num.15. de Ecclesijs ædifican.& alij ibidem & P.Molina sup.disp.468. facit cons.Nauarr.2. de rebus Ecclesiæ, *Summ.Bullar.d. verb.alienatio,nu.6. ponens formam iuramenti, quæ habetur in Pontificali, fol.81. & 120. & 134 quam ponunt etiam Leo in Thes.for.Eccles.c.25.d.num.15.Vgol.d.c.14. §.7.nn.2. & Piasec. d.p.2.cap.5. nu.29. & continetur in bulla,& forma iuramenti fidelitatis Episcoporum, vbi solũ dicitur de possessionibus mensæ Episcopalis, &c. Seruatur etiam iste stilus in rebus magni valoris, & momenti, licèt non sint mensæ Episcopalis, pro notiori cautela,& securitate*,at in Ecclesijs inferioribus potius stilus est in contrariũ,vt per Alex.Stratieũ ibi,& quotidie videmus.

80 Et quando non possent alienari † seu locari, vltra triennium res Ecclesiæ, nisi consulto Romano Pontifice, non propterea tolleretur claudicatio in fauorem Ecclesiæ, quæ posset velle stare contractui obtinendo beneplacitum Papæ, præterea in locatione,
81 vltra triennium, vbi non restarent † iam nisi tres anni,posset rectè velle stare contractui,etiã inuito conductore,& sine authoritate Papæ,aut alia solemnitate, quia iam non fit contra dictam extrauagantem, nec pro annis transactis posset conductor, qui rem
82 detinuit †euitare solutionem pensionis debitæ sub prætextu, quod non interuenit consensus Papæ, seu superioris, vt rectè inquit Redoanus. d.rubrica 33. q.6. §.vlt.ad fin. *Quamuis Azened. in l.33. tit.3.lib.1. Recop.dicat, quòd tam locatori,quam conductori licèt resilire à locatione vltra triennium facta, allegando Molin. d. lib.1.c.21.qui id non dicit,sed loquitur de locatione facta à possessore maioratus,seu beneficiato defuncto, dicens quòd successor non tenetur ei stare,nec conductor,vt ibi,num.4.*

Sed an locatio rerum, seu fructuum beneficij facta
83 † vltra triennium, cum iuramento ab ipso beneficiato præstito, de non contraueniendo, firmetur iuramento in præiudicium ipsius,ita quod non possit cõtrauenire ?

84 Videtur quod sic, ex decis. † Mohed.9. de locato alias 250. de qua Horatius Mandos. ad Romanum cons.369. litera II. & ex doctrina Alex. Stratici in d. repetitione extrauag.ambitiosæ,nu.69.& 70. dicentis, quod licèt ille, qui malè alienauit bona Ecclesiæ cum iuramento de non contraueniendo audiatur, volens recuperare ea nomine Ecclesiæ, & ad ipsius Ecclesiæ commodum, vt per glossam, quam Doctores sequuntur, in c.si quis Presbyterorum, de rebus Ecclesiæ non alienan. ad commodum tamen ipsius alienantis non sit admittẽdus, immo quod esset priuandus commodo aliàs ad ipsum peruenturo ex talibus bonis, stante regula iuris, quod quis ex suo delicto non debet pœnam, & commodum reportare l.relegatorum in fi.ff.de interdictis,& relegatis, & l.siue hæreditaria ff.de negocijs gestis in fi.*num.84.in fi.Et facit dec.Rotæ in causa Clusina pensionis 18.Iun.1590.posita per Farin.dec.78.quod iurans soluere pensionem,debet quoad vixerit,iramentum inuiolabiliter obseruare;nec potest contra illud, venire, nec agere de nullitate pensionis, cum iuramentum illud possit seruari sine dispendio salutis æternæ, maximè cum in hoc vita iurantis durante versetur interesse ipsius,non Ecclesiæ.*

Sed quod magis vrget est, quod per d.extrauagã-
85 tem beneficiati † ipso facto priuãtur beneficijs,quorum res,& bona alienarunt, illaque absque declaratione aliqua vacare censentur,& sic,etiãsi non iurassent,non vñr posse sibi repetere res,& bona alienata.

86 Nihilominus tamen verius † videtur prædictam locationem non firmari iuramento, etiam in præiudicium beneficiati, & eo non obstante posse contrauenire, quoniam d.extrauagans est prohibitiua, & obligans ad peccatum, etiam mortale,vt patet ex ipsius verbis prohibitiuis, & ex pœna commissionis, & alijs ipso facto impositis, & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.c.quintauallis, cũ alijs, de iureiur.regula nõ est obligatorium lib.6.& ita in terminis videtur sentire Beroius cons.92. nu.1.2.& 10. vol.1.& Corduba in sum.d.q.103.*Et tenet Rot.in causa Vlixbon.nullitatis locationis 1. Iulij 1596. vbi fuit resolutum,quod cum constet,& c. R.loc.rer.Eccl.* nec obstat ratio in contrarium adducta, nam respõdetur, quod
87 licèt d.extrauagans † sit in multis locis recepta,quoad dispositionem principalem, & nullitatem alienationis, & locationis, tamen, quoad pœnam extrinsecam,maximè priuationis beneficiorum, non videtur recepta,vt per Nauar.d.c.27.nu.150.Salcedum d.c. 71. Io.Guttierez d.lib.1.c.8.nu.9. Molinam d.disp. 466.Toletum,& alios vbi supra,*Et sum.Bullar.d.verb. alienatio,num.*48.vnde cum pœna priuationis non sit recepta, & ex alia parte prohibitio talis locationis,
88 † & eius nullitas sit inducta in fauorem Ecclesiarũ, & earum ministrorum,vt patet ex proœmio dictæ extrauag. rectè poterit beneficiatus contrauenire, & agere contra dictam locationẽ,ex doctrina Pauli Castren.in l.filius familias. §.diui.nu.3. & 4.ff.de leg.1. quem sequũtur Ambr. de Opizo.nu.9. & Loaces.nu. 60.ibi, Molina de Hisp.primog.lib.4.c.1.num.20.& 21.& Ioan.Guttierez.pract.lib.3.quæst.41.num.8.

Tertiò principaliter dub.ad quem spectẽt fructus
89 beneficiorum obuenientes † tempore vacationis, in quo breuiter dicendum est,quod debent futuris successoribus reseruari, nisi in vtilitatem Ecclesiarũ expendantur, hoc est, vt ego intelligo, in vtilitatem ipsorum beneficiorum, vt in c.cum vos de off.ordin. & in c.præsenti eod.tit.in 6. & in cap.quia sæpe de electione eod.lib. & clem. statutum eod.tit.& doct. ibi. Coras.de benef.1.par c.2.nu.9.& Nauarr.de spolijs. §.10.nu.1.& §.12.& consil.37.nu.5. de simonia,cum alijs. *Post collationem autem beneficij factam,ex quo promissus habet ius ad dictos fructus, qui obuenerunt tempore vacationis non poterũt iam expendi per Ordinarium in vtilitatem Ecclesiæ, seu beneficij, sed necessariò erunt dandi ipsi promisso; pro quo est animaduersio ad consil.Nauar.12. de reseru.num.3.seu additio.*

90 Et quod dicit Zerola in praxi † Episcopali.2.par. verb.beneficium. §.6. hodie fructus beneficiorum à die vacationis ad cameram pertinere, procedit, quo ad beneficia reseruata in partibus Italiæ ex constitutione 36. Pij IV. & in regno Neapolitano ex constitutione 29. Pij IV. & 53. Pij V. de quo Nauarrus de spolijs. §.7. *Et Leo in Thes. for. Eccles. cap.20. num.43. & 34.nu.42. & quod dicunt additio summ. Bullar. Quaran.verb.beneficiorum possessio, litera C. & Vgolinus de officio Episcop. cap.50. §.17. num.1. quod hodie fructus tempore vacationis obuenientes applicantur Cameræ Apostolicæ, iuxta Extrauag. cum nonnullæ de Præb. inter communes, non est rectè dictum : nam illa extrauagans loquitur de reseruatione principali fructuum beneficiorum vacantium facta per literas Ioan. XXII. quæ iam expirarunt.*

91 In his etiam Hispaniæ Regnis † fructus Episco-

patus,ſede vacante, vſque ad prouiſionem noui Epiſcopi,ad cameram ſpectant, vt videmus, quicquid dicat Molina de iuſtitia 1.to.tract. 2. diſputatione 147. præterquam in regno Portugalliæ, vt per eum ibi, & in Epiſcopatu Pampilonen. Regni Nauarræ, vt per Olanum in concordia, & differentia iuris communis, & regij lit.,,nu.19.& 20.

Et an in noua prouiſione, ſeu gratia impetrata,
92 per intruſum ſit facienda mentio † de fructibus per eum perceptis,& compenſatio pro eis, vide infra 11. part.c.vlt.dub.8.

93 Et an Epiſcopus poſſit ſtatuere, † quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Eccleſiæ,vel menſæ Epiſcopali,ſeu capitulari,vide textum, & ibi gloſſam vltimam. Innoc. Abb. Imolam, & alios in cap.11.vt Eccleſ. beneficia ſine diminutione conferantur, Francum, & alios in cap.ſi propter.de reſcript. in 6. Felinum in cap. cum acceſſiſſent,num.23.de conſtitutio. Oldradum conſi. 262.num.2. Rebuffum in praxi tit. requiſita ad collationem, a num.8. Botteum de ſinodo.3.part.art. 1. num.288. Lambert.de iure patron.lib.3.quæſt.2.art. 8.& Gregorium Lopez in l.5.tit.16.pag.1.gloſſ.pen. & fin.*& Genuen in man.paſtor.cap.36.nu.7.*

94 Quarto principaliter dub. quomodo † diuidantur fructus inter beneficiatum defunctum, ſuppoſi-
95 ta conſuetudine,de qua ſupra quod redditus Eccleſi. & ex eis acquiſita ad hæredes clericorum pertinent, aut cedentem, & ſucceſſorem in beneficio, in quo prima ſententia eſt.attendendam eſſe perceptionem fructuum,ſicut in vſufructuarijs ex l.ſi fur.aliàs. l.arboribus.§.Iulian. † & l.defuncta.ff. de vſufructu, & §.is verò inſtit.de rerum diuiſione, quam tenet gloſſ. in cap.ſi propter.de reſcript. & cap. præſenti, de off. ordin.in 6. quam ibi Doctores ſequuntur, & Ioann. Nicolaus Gimen. dicens magis communem in enchiridion.benef.tit.4. de gratijs expectatiuis, nu.24. Nauarr de reddit.Eccleſ.quæſt.2. mon. 13. & conſil. 7.de ſucceſſio. ab inteſtato, & 1.de peculio clericorum,& 3.de donatio.& Barboſa in l diuortio ff.ſoluto matrim.2.part.num.44. & a num.56.qui alios referunt, & dicunt communem, & Rota dicens etiam communem in cauſa Pharen. penſionis. 19. Iunij. 1573. coram S.D.N. Clement. VIII. infra adducta, nu.109. & in Cæſarauguſtana penſionis. 13. April. 1592.coram Illuſtriſſimo Pamphilio. *Et cum hac communi opinione tranſit Alexan. Monet. de diſtrib. p.3.q.4. 3.concluſ. licet diſtributiones quotidianas deberi dicat cedenti, vel decedenti, ſeu eius hæredibus ad ratam temporis, quo diuinis interſint. Et quando fructus dicantur percepti, vide Barboſam in d. l.diuortio 2.p.num.27. & Caſtillo de vſufructu cap. 77.a nu.10.*

96 Secunda ſententia,quæ mihi placet † eſt,quod fructus inter beneficiatum defunctum,ſeù etiam renunciantem, & ſucceſſorem diuidantur pro rata anni, argum d.l.diuortio, nam cum beneficium detur propter officium,& ſeruitium Eccleſiæ,c.cum ſecundum Apoſtolicum,de præbend.cap.fin.de reſcript.in 6. ſicut dos propter onera matrimonij, leg. pro oneribus.Co. de iure dotium, inducenda videtur diſpoſitio,& diuiſio.d.l. diuortia, nec beneficiarius eſt vere vſufructuarius, ſed ſuo modo dominus beneficij capit. ſi tibi abſenti, ibi, vt tantum dici valeat. de præbend. in 6.

97 Quam ſententiam tenet Couarr.lib.1. † variarum cap.15.num.12.& ſequentibus. Molina de Hiſpanorum primogenijs lib.3.cap.11.num.4. Sarmiento de redditibus Lib.4.cap.6.num.13. Ioan.Guttierez cano. quæſton. libr. 1. cap. 33. Flam.Paril. de reſignatione benef. lib. 1. quæſtione 6.d num. 79. & de confidentia, quæſt.35.num. 49. Zerola in praxi Epiſcopali. 1.part.verb. beneficium.§.6. & 2. part. verb. renunciatio.§.2. Munoz de Eſcobar de ratiocinijs, to. 2. computatione. 20. num.23. Caſtillo de vſufructu cap.79. d num. 1. Molina de iuſtitia tomo 3. diſputatione 635.nu. 7.& Zecchus de beneficijs, & penſionar.c.13.n.8.verſ. ex his corollarijs, quamuis de republica Eccleſ.tit.de beneficiatis ſub n. 13. ſolùm dicat eam æquam,& quod prima eſt iuri conformior & nouiſſime Vuameſius conſ.270. *& Parlad. differ.120 §.1.Genuen.in praxi,c.65.nn.20. in ann.& videtur tenere Zauall.q.1.nu.21.allegando Auend. reſp.5.qui tamen, nu.23.& 5.conc.non rectè loquitur, nec conſequenter.*

98 Et hanc ſententiam ait † receptiorem Flam. Pariſius, dict. quæſt.35. num.49.& in Hiſpania obſeruari affirmant, vterque Molina.Sarmiento, & Ioan.Guttierez ſupra, & illam vidiſſe practicari ait Zerola, d. §. 6. *Et moribus magis increbuiſſe inquit Parlad. ſupra, & nouiſſimè Perez de Lara de anniu.& c. lib. 2. c. 11. ex nn. 21. ait in beneficijs & Capellanijs de conſuetudine ſeruari in noſtra Hiſpania, quod fructus diuidantur pro rata anni, ſtandumque eſſe conſuetudini: quamuis in puncto iuris primam ſententiam veram eſſe dicat, in memorijs autem miſſarum, & Capellanijs non collatiuis, ſine dubio procedere hanc poſteriorem opinionem: ex quo cum clerici eo caſu ſint veluti ſtipendiarij, & fructus eorum oneri applicentur, debent eis pro rata diſtribui iuxta id, quod dicit Barboſa ſupra num.13. ad finem.*

Et in hoc Epiſcopatu Abulenſ. ſemper obſerua-
99 tur, † & adeſt conſtitutio ſinodalis antiqua;iuſſi imprimi per D. Didacum de Alaua Epiſcopum Abulen.anno 1557.4. par.2.tit.c.3.quæ iubet ita pro rata anni diuidi fructus,& annum computari,& incipere à prima die Ian.& quamuis in fructibus præſtimoniorum, quæ beneficiati Eccleſiæ Cathedralis, obtinent,aliud ſtatuatur, ibi & in cap.2.præceden.tamen etiam in illis ex conſuetudine fit diuiſio pro rata, & conſtitutio ſinodalis d. c.2.non eſt in obſeruantia.

Et etiam in Archiepiſcopatu Cæſarauguſtano,
100 eſt conſtitutio ſinodalis, † quæ ſtatuit attendi ratã temporis,& annum computari à die 1. April. vt fuit dictum in d.Cæſaraugultana penſionis, ſupra relata part.1.c.5.nu.200.

101 Non obſtat cõſtitutio.9.Iulij III. † qua declaratur,quod beneficiorum fructus tempore obitus beneficiatorum inexacti ad ſucceſſores in beneficijs ſpectant,& non ad hęredes,vbi non ſpectant ad camerã, tanquam ſpolia,ex quo in affictibus inexactis debitis
102 occaſione fructuum perceptorum à conductore † ſic reſoluit Rota in vna Romana,ſeù nullius pecuniaria.4 Iun.& 19.Nouem.1593.Coram D.Penna,quia
103 reſp. eam cõſtitutionem in his regnis † non eſſe vſu receptam *ibi, vſu receptum,Nauarr.conſ.4.de ſucceſſ. ab inteſtato relatus in deciſ.Gernndẽ.fructuũ 24. Maij 1599. coram Iuſto poſita per Pacific.de Saluiano interd.dec.103 nn.4.*ſicut etiam in prouincia Mediolanenſi. in vſum moremq; inducta nunquam eſſe, habetur in concilio prouinciali Mediolan.5.3.par. tit.de Eccleſijs earum ſupellectile,& fructibus.§. vt litibus. Zecchus ſupra.

104 Et in vna Mediolan. fructuum.9. † Martij 1592.

coram

coram D. Orano fuit resolutum, dictam extrauagantem Inlij III. quæ vult fructus beneficiorum inexactos in locis, in quibus non adsunt collectores cameræ Apostolicæ, vt est status Mediolani, successoribus deberi, non esse receptam in d. statu, quod præsumptionibus probatur, cum solùm agatur de excludenda præsumptione obseruantiæ, & receptionis, quæ potest alia præsumptione excludi.

105 Circa fructus verò, seu redditus † pensionis mortuo pensionario quomodo, & quatenus debeantur illius hæredibus, seu diuidantur pro illo anno, variæ sunt sententiæ.

106 Prima est Rebuffi de pacificis † possessor. n. 148. aliàs 130. & in rep. c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. 6. notab. circa materiam pensionis, scilicet moriente pensionario post principium anni pensionem integrè ad hæredes transire pro illo anno, ad leg. filiæ meæ. ff. de annuis legatis l. post duos. C. de aduocatis diuersorum iudicum, & doctores in l. diem functo. ff. de officio assessoris, quam sententiam sequitur Petrus consilio 372.

107 Sed ista sententia non fuit apud † dominos de Rota in aliqua consideratione in d. Pharen. pensionis infra adducta, nu. 109. & eam etiam reprobat Hier. Gabriel. infra, & vsus est in contrarium.

Secunda est, pensionarium æquiparari vsufru-
108 ctuario, † & sic, si fructus, super quibus pensio est constituta, sunt iam percepti, deberi hæredibus pensionarij, si verò non sunt percepti, non deberi, & si pars fructuum est iam collecta, & pars colligenda deberi solum pro rata fructuum perceptorum in vita pensionarij, idque siue terminus solutionis pensionis veniisset, siue non, quam sententiam tenet Caccialupus de pensio. quæst. 25. & Gigas quæst. 53. *& sequitur D. Card. Tusch. concluſ. 267. lit. P.* & sequuta est Rota in d. Pharen. pensionis. 19. Iun. 1573. coram S. Clement. VIII. vt in sequenti decisione.

109 Domini tenuerunt terminum, de quo † agitur, non deberi hæredibus, nisi pro rata fructuum perceptorum in vita Cardinalis Patauini, tum quia hæc est magis communis opinio, tum & secundò quia pensiones regulantur, præsertim in hac materia iisdem regulis, quibus vsusfructus, quod minorem visum est habere difficultatem in hoc casu, in quo reseruata est pensio non in pecunia, sed in quota fructuum, num. 3. quia videmus idem in beneficiatis, qui secundum communem opinionem non faciunt fructus suos, nisi perceptos, & secundum aliquos, & reconditos, & tamen fructus beneficiorũ dantur ẽt pro alimentis, & pro labore beneficiati, qui beneficio inseruit, rationes autem allegatæ a Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 15. n. 13. Dominos non mouebant, quod enim pensio reseruetur pro alimentis illius, cui reseruatur, non facit, quod debeatur pro rata temporis, nam & si vsusfructus alicui, pro alimentis relinquitur, non propterea sequeretur secundum Doct. quod non deberet defuncto vsufructuario fieri diuisio, vt aliàs fit in vsufructu, materia autem leg. diuortio, ff. soluto matrimonio, particularem habet rationem, quæ est, quod maritus alit vxorem, & onera matrimon. sustinet vulg. l. pro oneribus. Cod. de iure dotium, & sic hos fructus habet ex causa onerosa, in qua materia etiam particulariter considerabatur requiri fundum esse dotalem, & ipsum esse traditum, alioquin, licèt sit promissus, & maritus sustinuerit onera matrimonij. non propterea sibi debentur fructus, l. de diuisione. ff. soluto matrim. quod in præsenti quadrare non potuit, considerabant etiam Domini, quod Doctores magis extendant dispositionem. l. defuncta, quam leg. Diuortio. Alexan. num. 4. & Ias. num. 5. & etiam in feudo, quando deuoluitur ad agnatos. Seyssell. in d. l. Diuortio, nu. 31. & 32. secunda ratio. Couarr. quod pensio in pecunia soluatur, & sic non sit propriè pensionarius vsufructuarius, vltra quod non concludit non debere fieri diuisionem, vt in vsufructuario, quemadmodum videmus in emphyteuta, & in beneficiato hoc cessabat in isto casu, in quo, vt dictum est, reseruata est pensio in quota fructuũ, & quia Rebuffus de pacificis possessor. numer. 130. ponit tertiam quandam opinionem, quod sufficiat annum esse ceptum in vita pensionarij ad terminos l. diem. de officio assessoris. d. opinio non fuit apud Dominos in aliqua consideratione, sed ob prædictas rationes voluerũt communi opinioni inhærere. *Quæ decisio est in nouissimis Farin. 678. & in causa Salernitana pensionis 9. April. 1601. coram D. Penna fuit dictũ quod communior & receptior opinio est, pensionem, siue debeatur in fructibus, siue in pecunia hæredibus pensionarij, non deberi pro rata temporis: sed pro rata fructuum; vt in causa Faren. coram Seraphino, & Burgen. fructuum 12. Decemb. 1579. coram Robusterio, & Cesarauguſt. pensionis 13. Apr. 1592. coram Pamphilio, de qua supra, nu. 20. & in causa Naçarena pensionis 15. Ian. 1607. corã D. Coccino fuit dictum, quod pensio debet solui pro rata fructuum, & non pro rata temporis, secundum opinionem, quam Rota seruat. Gabr. consi. 191. nu. 13. & seq. vol. 2. vt fuit dictum in d. Faren. & Cesarauguſt.*

110 Et eam sententiam in parte tenet † Gambarus de officio legati l. 6. q. 24. & sequẽt. ex nu. 562. ait enim d. q. 24. quod pensio non soluta non transmittitura d hæredes, etiãsi pensionis soluendæ dies aduenit, quia adhuc d. pensio dicitur pendere quoad veritatem, licet certo modo, & per interpretationem dicatur percepta. Socin. consi. 100. 1. volum. immo etiamsi esset verum dicere fructus esse perceptos, tamen ex quo tempore mortis pensionarij adhuc extant, & non est de illis dispositum, remanebunt successori in beneficio, non hæredibus pensionarij. per ea, quæ traduntur in cap. præsenti, de officio ordin. in 6. nam adhuc sunt fructus bonorum Ecclesiæ, in quibus non succedunt hæredes sanguinis, sed successor beneficij, & hoc ait indistinctè. Verum teneando, quod clericus nõ possit testari de redditibus Ecclesiæ, & tenẽdo, quod possit testari distinguendum est in istis pensionibus, an in vita dispoſuisset, vel non, & illud pro comperto habendum, quod si Papa dedisset alicui facultatem testandi de fructibus Ecclesiarum, posset testari de istis fructibus pensionum, quorum soluendarum dies. aduenisset, quoniam pensiones huiusmodi, post quam aduenit dies solutionis, æqui parantur fructibus solo separatis secundum Baldum in leg. 1. §. penultim. hic finitur lex Conradi, & in capit. 1. in fine princip. de pace tenenda, & facit l. rem in bonis. ff. de acquiren. rerum dominio. l. bonorum de verborum sign. quando verò dies solutionis nondum aduenit, erat tamen propinquus, an, quando aliquis potest testari de fructibus Ecclesiasticis, possit de illa disponere. dic. q. 25. à num. 585. distinguit iuxta dict. leg. defuncta, & leg. si pendentes. ff. de vsufructu.

Quarta ſententia eſt Domini Couarr. d.lib.1. var.
111 cap.15.nu.13.† tenentis penſionem pro rata temporis deberi hæredibus penſionarij, iuxta d.l.Diuortio, cum in cauſam alimentorum cedere videatur, quam ſequuntur Molina.d.3.de Hiſpanorum primogenijs cap.11.num.4. & P.Molina.d.3.tom.diſputatione 635. num.8. & Zecchus de republica Eccleſia. d.tit.de beneficiatis,nu.11.ad fin.& Peregr.de fideicomm.art.49.num.101.

112 Et placet Hier.Gab.conſ.191.lib.2.† qui inquit, Rotam tenuiſſe faciendam eſſe diſtinctionem in hoc articulo iuxta terminos.d.l.defuncta, æquiparando vſufructuarijs, niſi in actu voluntario translationis ante diem termini factæ, in qua terminus proximus ſpectat ad translatarium, niſi transferens ſibi reſeruaſſet fructus præteritos, Puteus deciſ.14.lib.3. Peregrinus deciſ.48.lib.2.quæſt.1.lib.2.deciſ.118. & deciſ.48. part.3.diuerſ.mutatis verò auditoribus in hoc articulo elegiſſe opinionem, quæ fuit olim Baldaſſini eximij ſuo tempore aduocati conſiſtorialis, quæ probatur à Couarr.ſupra,qui hoc caſu ſequitur opinionem Alberic.in dict. l.diuortio. numer.13. vt pro rata temporis diuidatur, ſecundum formam. d. l.diuortio, quam opinionem ait ipſe Gabriel videri tolerabilem,atque vti æquiorem ſequendam;tametſi de rigore iuris. d.opinio, vt penſionarius æquiparari debeat vſufructuario,videatur verior,tametſi eadem Rota 19. Iunij 1573. in d.Pharen.penſionis. reprobauit opinionem Couarr. & redijt ad antiquam opinionem,vt idem ſtatueretur de penſionario,quod de vſufructuario, quia ita ſtatuitur etiam de Rectore beneficij; & hanc opinionem approbauit etiã quando penſio fuit conſtituta in pecunia,quamuis,quando aſſignata eſt in quota fructuum, dixerit eam facilius procedere, & voluit diuiſionem non eſſe faciendam ſecundum legem diuortio, quia eo caſu dantur fructus marito ratione onerum, ſed ait ipſe Gabriel, ſi non verè, ſaltem fictè, dari etiam penſionario quãtitatem,& fructus ei reſeruatos ratione onerum, & ſeruitiorum Eccleſiæ ſaltem vniuerſali præſtandorum,& hac ratione defendi poſſe opinionem, vt fructus diuidantur, quæ æquior eſt, quia vere penſionarius non eſt vſufructuarius, ſed à Rectore,qui vſufructuarius eſt, ex fructibus illis, vel quo tam fructuum,vel certam quantitatem recipit,vt ſtipendiũ, & ita etiam poſt hanc deciſionem ſæpius pro rata tẽporis diuiſos eſſe fructus,ſecundum d.l.diuortio.hæc Gabr. qui tamen ait, quod laudaret ipſe fieri à Papa conſtitutionem ad tollendas opiniones,& obuiandũ
113 litibus,† vt ſpectaretur dies ſolutionis.& ille terminus daretur hæredibus integrè,qui viuo penſionario veniſſet, alter remaneret Rectori.

Sed hoc de ſtilo curiæ ſeruari teſtantur Nauarr.de
114 redditibus, quæſt.2.mon.16. & † Sarmiento,in defenſio. libelli de redditibus. 2.p.mon.16.qui ait, ita Rotam ſeruare, & eſſe de hac re manuſcriptas notiſſimas deciſiones, quos ſequitur Io. Gutierrez d.l.1. canon.quæſt cap.33.nume.25. *Et de ſeruanda conſuetudine ſoluendi dimidiam penſionem in feſto S.Ioannis Baptiſtæ, & alteram dimidiam in Natali Domini noſtri, & transferendi ad hæredes, ſi penſionarius deceſſerit poſt dictos dies, & non transferendi, ſi antea moriatur, tradit Pet. Caual. conſ 160.num.17.& 19.& 30. relatus per Perez de Larad. lib.2.cap.11.nu.27.* Et hæc eſt 5. ſententia in
115 hac q.quem † ſtilum iuris principijs conſonare ait Barboſa in d.l.diuortio. 2.p.nu.43. ex eo,quod licèt dies certa non impediat ortum actionis, & obligationis, & conſequenter nec tranſmiſſionem, tamen in his,quæ ſuapte natura non transferuntur ad hæredes,dies etiam certa impedit etiam ortum obligationis,& actionis,l.1.§.fin.ff.quando dies vſufructus legati cedat, tradit Bart.in l.ita ſtipulatus,nu.39.ff.de verborum oblig. & quod ratio ponitur in l.3. ff.quãdo dies legatis cedat,cum ergo ad inſtar alimentorũ penſio ad hæredes non tranſmittatur, dies, & terminus expreſſus impediet ortum obligationis, & actionis, & conſequenter penſionarius antea decedens nihil tranſmittet, & Barboſam ſequitur Caſtillo de vſufructu.c.79.num.17.

116 Verum hæc ſtili comprobatio † mihi non videtur ſolida, nam licèt verum ſit penſionem ad inſtar alimentorum non eſſe tranſitoriam ad hæredes, tamen dies ſeu terminus ſolutionis expreſſus non tollit, quin ſaltem pro rata termini cedat dies, & poſſit fieri tranſmiſſio ad hæredes,ſi penſionarius,ante quã
117 veniat terminus,decedat; nam, vt inquit † Hieron. Gabriel d.conſ.191. nu.11. & 12. ſi certa ſumma annua legetur, quamuis pro alimentis, tamen debetur tota in principio anni, & ad hæredes tranſmittitur. l.à nobis. l.in ſingulos. & l.filiæ meæ. ff.de annuis legatis.l.nec ſemel.ff.quando dies legati cedat,etiamſi tempus ſolutionis ſit diuerſo modo ordinatũ. doct. in l.lecta. ff.ſi cert.pet. & notatur in l.1.& l.ex his. C. quando dies legati cedat; quamuis Ferrettus d.con-
118 ſil.371.nu.12.† dicat, quod quando ſoluitur penſio reſpectiuè id certum quid, puta propter onera,& ſeruitium Eccleſiæ, vt in caſu d.legis diuortio.fit diuiſio pro rata temporum, idem quando fieret legatũ annuum, pro alimentis,quia mortuo legatario nulla fieret tranſmiſſio ad eius hæredes, quia per mortem finitur cauſa legati. §. finitur de vſufructu, vt confi-
119 derat Alber.in l.ſi in ſingulos † col.1.ff.de annis legatis, ſed ibi eſt reſpectu futurorum annorum, non anni incepti.

Vnde in hoc articulo ſecluſo ſtilo, verior videtur
120 quarta ſententia domini † Couarr. maximè ſtante conſtitutione Pij V. quæ obligat penſionarios ad dicendum officium prauum B.Mariæ, vt dictum eſt ſupra 1.p.c.5.nu.67. & ſic iam dici poteſt dari propter officium,ſicut beneficium, vt in d.c.5.nu.17. & cum penſio aſſignetur, vt commodius quis ſuſtentari valeat, vel ne ex reſignatione nimium diſpendium patiatur, æquum eſt, vt ſaltem pro rata temporis, quo
121 vixerit,ei debeatur;quod maxime procedit † in pẽſione reſeruata in pecunia,quæ magis videtur aſſimilari cenſui ad vitam,quam vſufructui.

122 Nec d.ſtilus videtur certus,† & firmus, vt appareret ex ijs, quæ dicit hinc Gabriel ſupra, & refert Fla. Pariſ.de reſignatione benefic.lib.6.quæſt.4.num.49. & Ioannes Gutierrez vbi ſupra, ad fin.in noua editione,nec vnquam vidi deciſionem Rotæ de hoc, nec Nauarrus videtur teſtari de iſto ſtilo, & hodie magis videtur Romæ obſeruari, vt ſoluatur rata,& Pet. Molina.d.num.8.ait, ita in Hiſpanijs eſſe conſuetudine receptum, vt pro rata partis vltimi anni, quam vixit penſionarius, ei, hæredibuſve ipſius ſoluatur,
123 † ſcio tamen in hoc Epiſcopatu Abulenſ. fuiſſe varietatem in hoc, & aliquando ſolutam ratam, & aliquando non,& aliquando fuiſſe concordatum, cum ergo non ſatis conſtet de contrario ſtilo, ſtandum

videtur

124 videtur dicta † quarta ſententia Couarr. *Nec dictus ſilius, eſto eſſet verus, & certus, procederet in penſione reſeruata in fructibus, ſeu quota parte fructuum propria authoritate percipienda, cum in tali penſione non ſint termini ſolutionis aſſignati, ſed de ea idem eſſet dicendum, quod de fructibus beneficij inter beneficiatum cedentem, vel decedentẽ, & ſucceſſorem, de quo ſupra à num. 94. nam eadem videtur ratio, cum etiam penſio detur iam propter officium, ſicut beneficium, vt dixi, nu. 120.*

125 His annexa eſt quæſt. à quo tempore † reſignans beneficium definat lucrari fructus, de qua poſt Rebuffum, & alios agunt Hier. Gabr. conſ. 192. libr. 1. Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 6. 2 nu. 10. & de confiden. quæſt. 17. num. 129. Barboſa in d. l. divortio, ff. ſoluto matrim. 2. par. nu. 45. & nouiſſimè Zaualloſ in ſuis communibus contra communes. q. 561. ex n. 38. *Gonçalus Mendez Vaſconcell. diuerſ. iur. arg. lib. 1. cap. 3.* qui præcipue Flam. & Zaualloſ referunt plures opiniones in hac quæſtione.

Quibus omiſſis dicendum eſt, quod admiſſa reſi-
126 gnatione per ſuperiorem † ſtatim reſignans amittit fructus, & à illo tempore fructus ad eum non pertinebunt, & ſi nihilominus percipiat, tenebitur illos reſtituere ſucceſſori, cum, vt dicetur infra 11. p. cap. 3 in princ. per reſignationem, omne ius in beneficio cõpetens amittatur. ita Sarnen. in regula de public. q. 7. nu. 2. cum Hier. Paulo in pract. cancellariæ verſi. conſultus à quodam, de annali q. 57. Caſſad. deciſ. 4. nu. 6 de reſtitutione ſpoliator. Probus ad Monachum in cap. 2. de renuntiatione in 6. nu. 30. Pariſ. conſ. 143. nu. 18. vol. 4. Hier. Gabr. conſ. 192. & 194. nu. 10. lib. 1. Cæſar Otmellus in conſ. de reddicibus, num. 78. & Barboſa ſupra, & in deciſione Seguntina beneficiorum 1. Iunij 1592. coram D. Orano, quæ habetur infra 5. p. c. 1. nu. 249. dicitur poſt reſignationem ſimplicem incumbentem detentationi non facere fructus ſuos, ſed teneri ad eorum reſtitutionem, etiam ſi non habuerit notitiam admiſſionis reſignationis.

127 Quamuis Flam. Pariſius † d. quæſt. 6. num. 38. & Zecchus de benef. & penſionibus. cap. 13. nu. 8. verſ. ex his cor. teneant, quod à die præſtiti conſenſus, & non datæ reſignans fructus amittat, & citat pro ſe Flam. Hier. Gabriel. d. conſ. 192. & ſequitur Gonçalez gloſ. 15. §. 2. num. 42.

128 Sed conuincitur, quia ad tempus † datæ retrotrahitur conſenſus. Caſſad. deciſ. 2. de renunciatione, nu. 8. Creſcen. 7. eod. tit. & 9. de procurator. Sarnen. reg. de infirmis, q. 12. Verallus deciſ. 71. lib. 1. in manuſcriptis. Rota deciſ. 425. lib. 3. part. 3. diuerſ. idem Flam. Pariſ. de reſignatione. lib. 1. q. 12. nu. 19. & lib. 2. q. 3. nu. 42. lib. 3. q. 8. nu. 8. & 10. & lib. 8. q. 7. num. 108. & q. 8. nu. 111. & lib. 12. q. 5. nu. 39. & fuit dictum in vna Hiſpalen. penſionis coram Illuſtriſſimo Blanchetto 20. Decemb. 1577. & quod fuit reſolutum in vna Parmen. penſionis coram Cotta. nec Hieron. Gabriel ibi id tenet, ſed potius quod diximus.

Et dicta reſolutio procedit in reſignatione condi-
129 tionali, † & in fauorem etiam in forma dignum, nã etiam in reſignatione in fauorem loquuntur. d. Doctores, purificatis enim cõditionibus cenſetur à principio vacare beneficium, per reſignationem. ex traditis per Flam. Pariſ. de reſignatione lib. 1. quæſt. 4. 2 n. 18. Rotam deciſ. 2. de renunciatione in antiquis, & in terminis idem Flam. d. quæſt. 6. num. 68. 74. & 75. Rota in 112 Burgen. canonicatus 28. Apr. 1597. coram Illuſtriſſimo Pamphilio. in qua † fuit reſolutũ;

Quod, facta reſignatione in fauorem alterius in forma dignum, non vacat beneficium; per obitum reſignantis, etiamſi reſignans deceſſerit ante approbationem reſignatarij, per gratiam enim in forma dignum, vel mandatum de prouidendo de certo beneficio, ad fauorem certæ perſonæ, dicitur illi acquiſitum ius ad rem, quod facit vt alteri conferri non poſſit, & tale quod cedi, & reſignari poteſt, vt in Legionen. Canonicatus 25. Octobr. 1574. coram ſanctiſſimo, & illa verba, quatenus idoneus reperiatur, non faciunt gratiam conditionalem, quoad ſubſtantiam, ſed tantum reſpectu exequutionis, & proui ſionis faciendæ, quæ eſt dilata in tempus, poſtquam fuerit idoneus, quamuis moriente reſignatario, antequam ei fiat collatio, non vacet ex eius perſona, quia ei nõ fuerat ante habitam collationem plenè quæſitum ius in re, quod adhuc remanebat penes reſignantem, donec reſignatario acquireretur, & ideo non mirum ſi tunc vacet ex perſona reſignantis. Quod etiam fuit reſolutum in vna Abulenſ. beneficij de Mombeltran. 4. Iulij 1597. infra adducta 2. 6. p. c. 2. deciſ. 4. nu. 55. *Eſtrada Gonçalez d. glo. 15. §. 2. nu. 56.*

Et patet ex literis reſignationum, in quibus dicitur
131 beneficium vacare à principio † reſignationis, quãuis reſignatio ſit conditionalis, & in fauorem. Creſcen. deciſ. 9. de procurator. ad fin. Verall. dec. 71. lib. 1. in manuſcript. Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 8. q. 7. nu. 108. & ſeq. & q. 8. nu. 111. vnde reſignatio, quin ſic facta ſub data literarum, dubium non admittit, cum ita Papa atteſtetur. Pariſ. d. conſ. 143. in fi. nu. 1.

132 Et ita reſignatio beneficij, † ſeu translatio penſionis in fauorem ſcholaris, cum clericus factus fuerit, ſortitur effectum, ſi reſignans, vel transferens ante caracterem ſuſceptum moriatur, ex d. ratione, quia purificata conditione, cenſetur à principio perfecta reſignatio, quæ interim erat in pendenti, vt Rota bis tenuit, vt per Hier. Gabr. conſ. 186. lib. 11. & Flam. Pariſium de reſignatione lib. 4. q. 2. à num. 71. quamuis ipſe Gabriel teneat contrarium, cuius tamen ſententia in traslatione verior eſt, vt dicetur infra, nu. 163. *Quamuis Vaſconcel. d. c. 3. diſtinguat inter reſeruationem ſimplicem, ſeu in fauorem ſimpliciter factum ſine clauſula, non aliter, nec alio modo, in qua ait, renunciantem non lucrari fructus à die admiſſæ renunciationis Romæ etiam conſumptos; quia renuncians poſt renunciationem admiſſam nõ eſt poſſeſſor beneficij, &c. & inter renunciantem in fauorem certæ perſonæ cum clauſula & conditione, non aliter, nec alio modo, in qua ait quòd reſignans non perdit titulum nec poſſeſſionem, quouſque reſignatarius poſſeſſionem beneficij reſignati ingrediatur: quia eſt conditio ſuſpenſiua, & ita ſit interim quaſi Dominus beneficij, & poſſeſſor facitque fructus ſuos, & eos non teneatur reſtituere. Quæ diſtinctio conuincitur ex dictis, nec loquitur conſequenter; nam etiam reſignatio in fauorem eſt conditionalis, licèt non apponatur expreſſa clauſula, non aliter, nec alio modo.*

133 Prædicta tamen reſolutio † quantum ad fructus perceptos, intelligitur, ſecundum aliquos, poſtquam reſignans ſciuerit reſignationem admiſſam, nam quamdiu ignorauerit, faciet fructus ſuos, quos perceperit, propter bonam fidem, vt ſentit Hier. Paulus, ſupra & Rebuffus in reg. de publican. glo. 13. n. 5. & expreſsè gl. 18. nu. 7 & de nominatio. q. 14. n. 157. alias 92. & in concordatis tit. de collatio. §. volumus, verbo vacantia, in fin. Probus ſupra, P. Greg. de benef. cap. 28.

cap.28.num.10.& cap.31.num.1. & Barboſa ſupra, qui num.49. contra Rebuffum ſupra & in praxi tit.
134 de ſimonia † in reſignatione,nu.40.quem ſequitur Ottinellus d.conſ.nu.80. tenet, quod ad conſtituendum in mala fide,nõ requiritur intimatio literarum, ſed ſufficit ſcire,vel eſſe plenè informatum,renunciationem admiſſam fuiſſe per ſuperiorem, iuxta formã mandati, ex traditis per gloſ.in c.cupientes, verſ.notitiam. de elect.in 6.& in clem.cauſam, verbo plenã, eod.tit.& tenet P. Gregorius ſupra, & Rota,in d.Seguntina. & verius videtur, licèt Flam. Pariſius d.lib. 1.q.6.nu.78. teneat in hoc cum Rebuffo,quando reſignatio fuit facta per procuratorem, vt tenet etiam additio 1.Rotæ deciſ.4.de renunciatione in nouis,& add.2. deciſ.4.de præbend.in antiquis.

135 Sed licèt non requiratur intimatio † literarum, videtur tamen in propoſito non rectè conſtare de reſignatione, & admiſſione illius, iuxta formam mandati ad effectum dimittendi poſſeſſionem, & conſtituendi in mala fide,per relationes,& literas miſſiuas, ſed requiri, quod viderit literas expeditas, ſeu per eũ ſtet,quo minus illas videat,& ſic procedat,ſententia Rebuffi, Ottinelli, Flam.& additionis.

136 At iſta intelligentia & † limitatio ſupradictæ reſolutionis eſt cõtra dictam deciſionem Seguntinam, & Hier.Gabr.ſupra,præſertim d.num.10. & alios ſupra citatos indiſtinctè loquentes, nec videtur admittenda, æquitas enim bonæ fidei circa acquiſitionem fructuum, & iura circa eam loquentia non videntur in præſenti debere applicari vbi reſignans facto ſuo, ſeu mandato abdicatur à beneficio, & qui dedit mãdatum ad reſignandum eo animo, videtur debere percipere fructus, etiam antequã ſciat illam eſſe factã, vt,ſi fortè facta fuerit, eos reſignatario reſtituat. *Nec renuncians poſt renunciationem admiſſam eſt poſſeſſor beneficij, ſaltem abſolutè, cùm per eam omne ius amittatur, vt diximus.*

137 Quod maximè videtur admittendum † in permutatione, in qua eſt reſignatio mutua,vt à die datæ reſignationis vnuſquiſque lucrari deſinat fructus beneficij à ſe reſignati,nõ curando de ſcientia,vel ignorantia reſignationis, quæ, ſi attenderetur in permutatione, poſſet oriri inæqualitas, & confuſio, ſi vnus ex compermutantibus ſciret reſignationes admiſſas, priuſque alius,pro quibus etiam facit decretum irritans in fine literarum apponi ſolitum, quod videtur
138 impedire acquiſitionem fructuum ratione bonæ † fidei iuxta dicta infra 5.part.cap.5.à num.21.

139 Sed quoad reſignationem in † fauorem,maximè in forma dignum, difficultatem facit, quod reſignãs dicitur poſſidere, & poteſt inſiſtere poſſeſſioni, donec beneficium reſignatario acquiratur. Puteus deciſ.158.num.3.lib.3. Achilles de Graſſis deciſ.10.de reſtitutione ſpoliatorum, num.4. & Mohed.ſecunda de renunciatione. Rota in d.Seguntina, in qua dicitur. in reſignatione conditionali in fauorem, cum non abdicetur ius à reſignante, donec reſignatario acquiratur, interim donec ſibi cõſtet de purificatione conditionis, remanere titularem. Et Flam.Pariſ.
140 d.lib.1.q.4. in fin.& q.7.nu.9. nam † in reſignatione conditionali, ſeu in fauorem, ius, & poſſeſſio remanent in pendenti pœnes ipſum reſignantem, donec conditione purificentur, vt dixit Rota in cauſa Abulen.& Zamoren.beneficiorum.17.Iun.1594.coram D.Penia, quã infra adduco 6.p.c.2.dub.9.n.126.

Vnde Zauallos d.quæſt.561.num.58.diſtinguit in
141 hac quæſtione † inter reſignationem in forma gratioſa,& in forma dignũ, vt primo caſu procedat opinio Flam.de qua ſupra nu.127. in ſecunda verò, maxime in beneficijs curatis, licèt etiam in forma gratioſa fiat, procedat opinio Rebuffi tit. de ſimonia in reſignatione,num.41.& regula de publican.d.gl.18. num.7. & de nominatio. d.quæſt.14.nu.157. dicentis, reſignantem poſſe percipere fructus, donec fuerint ſibi intimatę literæ expeditę in fauorem reſignatarij,& ſic donec iudicetur idoneus reſignatarius,ab Ordinario, non perdit titulum, nec poſſeſſionem beneficij reſignans, & vſque ad illud tempus ille proprius, & merus parochus dicitur & non reſignatarius, quia ille ſupportat onera beneficij, audit confeſsiones, celebrat matrimonia, reſidet perſonaliter, ſaltem de conſuetudine,vt tradit Flam.d.lib.1.quęſt. 10. nu.4. qui tamen ibi id non dicit, ſed loquitur de conſuetudine nõ reſidendi in beneficijs ſimplicibus, & ſic congruit rationi,& ęquitati,vt ad illum fructus pertineant, & ait quod, cum caſus iſte in praxi contigiſſet,vidit pluries iudicatum pro hac opinione coram Ordinario Toletano,& cauſa deuoluta ad Nuntium ita fuiſſe obtentum,& ſic ab opinione hac non eſſe recedendum in iudicando,& conſulendo. *Et noniſſimè Gratian.diſcept.forenſ.capit.127.à num.34. cum Rota in d.Segunt.& Zanall.ſupra diſtinguit etiam inter reſignationem conditionalem ad fauorem alicuius, & reſignationem ſimplicem; & in conditionali ait non abdicari ius à reſignante poſt admiſſionem reſignationis,donec ſit acquiſitum ius reſignatario,& ſic reſignantem remanere titularem,quouſque ſibi conſtet de purificata conditione; & ſecus eſſe in reſignatione ſimplici, per quam amittitur ſtatim poſſeſſio,& titulus,& reſignans dicitur mortuus ciuiliter; & ſic poſt eam incumbentem de tentationem non facere fructus ſuos, ſed teneri ad eorum reſtitutionem, quamuis nõ habeat notitiam admiſſionis, & ſimiliter diſtinguit idem Gratian.c.159 à num.24.licèt ibi in reſignatione conditionali ad fauorem alicuius, ſeu in forma dignum, ait,quod donec fuerint litera intimatæ, & reſignatarius iudicetur idoneus, reſignans non perdit titulum, nec poſſeſſionem beneficij,& vſq; ad illud tempus dicitur proprius parochus,&c.*

Sed & Flaminius d.quæſt.7. num.9. inquit in reſi-
142 gnatione conditionali, † quæ fit in fauorẽ, ſtatuendam eſſe concluſionem affirmatiuam, poſſe reſignãtem incumbere poſſeſſioni, & omnia pertinentia ratione illius beneficij reſignati exercere,& gerere,donec reſignatarius capit poſſeſſionem, cum Roſimaco de benefic.cap.14. num.26. & cap.23.num.10. & Rebuffo d.tit.de ſimonia in reſignatione.numer.27. & 31. & de nominatio. d.quæſt.14. num.157. ſed in hoc vltimo loco,& d.regula de publican. glo.13.nu. 5.& gloſſ.18.num.7.diuersè loquuntur,qui allegant legem meminiſſe. ff.de officio proconſulis. *Sequitur Leſius lib.2.c.34.num.192.*

143 Quæ tamen concluſio falſa eſt, † ſufficit enim, vt teneatur à poſſeſſione deſiſtere, titulum fuiſſe reſignatario quæſitum,immo ſufficiet conſtare de habilitatibus,ſeu idoneitate reſignatarij,ſiue eſſe approbatum,etiamſi non ſit ei adhuc facta collatio per exequutorem,id enim ſat eſt,vt ius ſit abdicatum à reſignante, ad deciſionem Rotæ coram ſanctiſſimo Clemente VIII.in vna Barchinonen.parochialis de an-
144 no 1572. in qua fuit † tentum, per reſignationem in fauorem in forma dignum fuiſſe abdicatum ius à

reſi-

resignante, præsuppositа habilitate resignatarij, etiã ante factum examen formæ dignum, & collationem subsequutam taliter, quod potest iuri suo cedere in fauorem alterius, & ad decisionem Rotæ in alia Barchin. parochialis coram Illustrissimo Lancellotto de anno 1574. in qua fuit tentum quod per obitum re-
145 signatarij in forma† dignum, in cuius fauorem fuit resignatum, vacat beneficium, si est dignus quamuis adhuc non fuisset examinatus, nec facta sibi collatio.
146 Præsupponitur † ergo ius fuisse abdicatum à resignante. Et id tenet Zecchus de benefic. & pensio. c. 9. nu. 8. & c. 13. nu. 2. sub vers. quæ quidem resolutio, & nu. 4. vers. potest etiam resignatio, & nu. 8. vers. ex his cor. dicens, quod si beneficium sit resignatum in forma dignum ad fauorem alicuius, resignans manet in possessione, & eam continuat, donec prouisus ab Ordinario dignus sit iudicatus, seu sit examinatus, & approbatus, quando verò in forma gratiosa, quia prius est examinatus, & approbatus, resignans post præstitum cõsensum amittat beneficium, licèt resignatarius sine literis expeditis possessionem ingredi non possit. *Circa quod vide dictum infra 4. p. cap. 3. nu. 18. Ex quo non videtur verum quod ait Zecchus, literis non expeditis.*

*Sed quòd ius non sit abdicatum à resignante in fauorem*
147 *nec † beneficium vacet per obitum resignatarij ante factã ei collationem; rectius tenet* Rota *in illa Burgens. Canonicatus relata supra num. 130. & in Bracharen. cantoriæ 26. Martij 1601. coram D. Iusto, vbi, Quòd beneficium non vacat per obitum resignatarij decedentis ante verificationem literarum in forma dignum, & antequàm sit ei plenè ius quæsitum in beneficio; cùm à resignante in fauorem alterius non sit abdicatum ius, antequàm sit perfectè ac quisitum resignatario, vt in d. Burgen. & quòd sic non erat locus immissionis in possessionem dicti beneficij impetrati per obitum dicti resignatarij vigore Breuis, cum beneficium esset plenum. Secundò, quia licèt in dispositiua Breuis solum adsit clausula, postquam summariè constiterit quòd dicta cantoria sit dignitas principalis in Ecclesia; cum tamen Papa fundet se in vacatione, dicendo, dicta cantoria, intelligit de cantoria vacante per obitum Gasparis, qua non vult Papa praiudicare vincenti, l. 2. §. meritò. ff. ne quid in flu. publico, & fuit latè dictum coram D. Corduba in Oritana parochialis 18. Iunij 1599. & sic sententia A. C. est destituta communi fundamento, & infirmanda. Et in Pampilon. de Ianzi 28. Iunij 1602. coram D. Seraphino fuit dictum, quod per obitum habentis gratiam in forma dignum, ea non verificata, & executa non inducitur vacatio.*

148 *Si verò quis resignasset beneficium † in forma dignum in fauorem alicuius, quem sciebat, aut scire debebat, quia tenebatur se informare, non esse idoneum, & ideò fuit reprobatus, & reiectus, erit ius abdicatum à resignante, & beneficium vacat ex illa resignatione, qua tenet in præiudicium resignantis, iuxta dicta infra 11. p. c. 3. nu. 38.*

149 Abdicato autem iure à resignante, † non potest amplius possessionem retinere, sed eam tenetur dimittere, & aliàs erit intrusus. Paris. d. cons. 143. n. 18. & 19. vol. 4. Cassad. dec. 4. de restitut. spoliatorum.

150 Nec pro dicta conclusione faciunt decisiones Putei, & Achillis citatæ supra. nu. 139. nam loquuntur ad effectum spolij.

Et l. meminisse. ff. de officio proconsulis rectè res-
151 pondet Barbosa † sup. nu. 51. eam legem procedere in officio temporali, cuius reuocatio inducitur per dationem successoris, hoc enim casu subintelligitur tacita conditio, de qua ibi, secus in renunciatione beneficij, seu officij ex supradictis, vnde in specie d. le-
152 gis meminisse † si proconsul renunciasset officio, & renunciatio per superiorem esset admissa iuxta gl. legis penul. de officio præsidis, non posset ille amplius administrare, etiamsi successor nondum esset prouinciam ingressus.

Rota etiam in dicta Seguntina ait in specie d. legis
153 meminisse † ex iuris dispositione officialem non videri deputatum solum ad tempus expressum, sed etiã ad tempus sequens, donec successor aduenerit, adeo, quod ante eius aduentum non dicitur officium eius finitum, neque officialis priuatus. gl. in d. l. meminisse, verbo, debebit, & in l. si fortè de officio præsidis, & rationem esse, quia ibi, cum nemo sit, qui administret, oportuit ita specialiter prouideri, ne prouincia sine rectore remaneat; verum in Episcopatu succedit capitulum, toto titulo ne sede vacante, & in alijs beneficijs inferioribus Ordinarius constituit vicarium, seu œconomum, qui interim administret.

154 Præterea, si illa lex quicquam † faceret ad propositum, procederet non solum in resignatione conditionali, & in fauorem, in qua tantum loquuntur Rosiacus, & Flaminius, sed etiam in resignatione simplici, in qua tamen certum est ea admissa, non posse resignantem possessioni incumbere, cum statim ex ea amittat omne ius, & tradit ipse Flaminius d. q. 7. n. 1. Hier. Gabr. d. cons. 192. & Rota in d. Seguntina in qua dicitur, quod vbi resignatio est simplex, amittitur statim titulus, & possessio, & per eam titularis dicitur in Ecclesia mortuus ciuiliter. *Nu. 134. Quamuis Vgolin. de offic. Episc. c. 50. §. 18. nu. 1. dicat, quod admissa resignatione simplici ab Episcopo, quamuis renuncians amittat omne ius, & idcò nihil possit in ea Ecclesia administrare, nec quicquam aliud facere; et perinde sit ac si esset mortuus; & sic Episcopus interim prouidebit de Vicario; interim tamen antequàm per sede, Vicario, prouideatur, ratione possessionis resignans licitè administrabit spiritualia, vt alibi dixit de permutantibus, nempe. §. 20. nu. 4. vbi ait, quòd dum expeditur permutatio ab Ordinario, administrare possunt in suis Ecclesijs, quas renunciarunt, & hoc ratione possessionis naturalis, quam retinent, ex Io. Andr. in c. quod ob gratiam in mercurialib. de reg. iur. lib. 6. & Parisio lib. 1 q. 7. nu. 9. vbi ait, qui renunciauit in fauorem, posse omnia facere, donec resignatarius possessionem ceperit, &c. In quo certè malè loquitur Vgolin. nam admissa resignatione ab Episcopo simplici, vel ex causa permutationis, omne ius & possessionem amittunt resignantes, & nihil possunt facere in beneficijs resignatis: & Parisius loquitur de resignatione in fauorem, vel permutatione facta coram Papa, in qua est diuersa ratio, vt apparet ex dictis 11. par. cap. 3.*

155 Habemus tamen adhuc ex † supradictis, in resignatione in fauorem alterius in forma dignum, posse resignantem insistere possessioni, & administrare, donec saltem constet de idoneitate resignatarij, *immo etiam donec sit ei facta collatio.* atque adeo poterit vsq; ad istud tempus fructus percipere, etiam si sciat resignationem admissam iuxta formam mandati.

Sed huic difficultati respondetur, quod quamuis
156 † interim possit fructus percipere, tamen nõ potest eos percipere, nisi vt restituat resignatario in euentum, quo sit ei ius quæsitum iuxta dicta Hier. Gabr. d. cons. 192. libro 1. nam illa possessio, quam resignãs interim habet, non est absoluta, sed in pendenti iuxta supradicta, & purificatis conditionibus à principio censetur facta resignatio, vt dictum est.

Nec

Nec obſtat, quod interim adminiſtret & ſeruiat
157 in beneficio, maximè curato † vt dicit Zauallos ſupra, & ideo deberet lucrari fructus, quia reſpondetur quod debebit eſſe contentus cum pede altaris, & fructibus antea perceptis ad cap. propter ſterilitatem de locato, quod ſi nullos fructus antea percepit, nec illud de pede altaris eſſet competens ſtipendium ſoluendum erit illi honeſtum ſalarium, pro modo ſeruitij, vt in ſimili dicit Nauarrus de redditibus. q. 2. monit. 13. & Barboſa ſupra num. 58.

158 Vnde in caſu de reſignatione facta † in fauorem ſcholaris, cum clericus factus fuerit, de quo ſupra nu. 132. videtur reſignantem, qui interim potuit fructus percipere, debere, purificata conditione eos, reſtituere reſignatario, quicquid velit Flam. Pariſ. lib. 4. q. 2.
159 nu. 53. & idem videtur in translatione penſionis, † quamuis contrarium teneant Gigas conſ. 159. ſeu reſponſ. vlt. de penſion. Hier. Gabriel. conſ. 185. & 186. nu. 11. lib. 1. & cum eo Flam. Pariſ. d. lib. 4. quæſt. 2. ex nu. 55. & lib. 6. quæſt. 4. nu. 23. & à nu. 54. *& Azor. 2. p. lib. 8. c. 7. q. 9.* & Rota in vna Eugubina penſionis. 2.
160 Iun. 1559. coram D. Rubeis. † in qua fuit reſolutũ.

☞ Transferentem pẽnſionem vigore facultatis transferendi in manibus Papæ in fauorem ſcholaris, cum primum clericali caractere eſſet inſignitus, poſſe poſt translationem, antequam ſcholaris eſſet clericus, percipere penſionem, ita, vt non teneatur ad reſtitutionem, quia translatio fuit conditionalis, & ad effectũ, vt noua reſeruaretur dicto ſcholari, vnde antequam eſſet clericus, non erat purificata conditio. Mohedanus deciſ. 83. faciũt notata per Tiraquellum in §. hoc ſermone prima limitatione. nu. 41.

Sed certè translatio penſionis videtur in propoſito
161 longè differre à reſignatione † beneficij, nam reſignans beneficium in fauorem ſcholaris, cum clericus factus fuerit, ſtatim illud reſignat, vt ei conferatur, cum clericus factus ſit, & eo facto clerico, à principio cenſetur facta reſignatio iuxta ſupradicta, at transferens penſionem in ſcholarem, cum clericus factus fuerit, non aliud facit, quam conſentire, vt eo facto clerico penſio antiqua extinguatur, & noua ei reſeruetur. Vnde, antequam is ſit factus clericus, nullo modo poteſt dici antiqua penſio extincta, nec eo facto clerico, poteſt dici a principio extincta, quia conſenſus fuit omninò conditionalis, ſi is fieret clericus, quæ eſt conditio ſuſpenſiua. Et ſic vſque ad illud tempus
162 † redditus penſionis ad ſic transferentem ſpectare videntur, cum Gigan. Hier. Gabriel. Flam. & Rota vbi proximè. Et facit conſ. eiuſdem Gabr. 189. lib. 1. vbi ait, quod penſio reſeruata illegitimo, poſtquam clericali caractere fuerit inſignitus, debetur ſolum ex die ritè ſuſcepti caracteris, quia in gratijs conditio non retrotrahitur: *Quamuis contrarium videatur velle Rota in Oſcenſ. & Barbaſtrenſ. penſionum 14. Ianuarij 1602. coram Lancellotto ſupra relata 1. par. c. 5. nu. 480. vbi dixerunt Domini, reſeruationem non eſſe conditionalem, ſed puram, non obſtante clauſula, poſtquam clericali charactere fuerit inſignitus, quæ apposita eſt exactioni, non reſeruationi, &c. Sed id erit perpendendum ex tenore verborum, conſiderando vbi apponatur dicta conditio.* at in dicta reſignatione, vbi, reſignatario facto clerico, cenſetur à principio facta reſignatio, fructus beneficij, vti vacantis abeo tempore, ſpectant ad eum, tanquam ſucceſſorem, in beneficio.

Vnde etiam in caſu, de quo ſupra nu. 132. verior,
163 † videtur ſententia Hieron. Gabr. d. conſ. 186. lib. 1. contra Rotam, & Flam. ibi citatos, quod dicta translatio penſionis non ſortiatur effectum, ſi translatarius, mortuo transferente, ordinetur, quia res deuenit ad caſum, a quo incipere non poteſt, & tunc iam non eſt penſio antiqua, quæ extinguatur, vt noua reſeruetur, in reſignatione verò beneficij verior videtur ſententia Rotæ, & Flam. contra Gabr. quia reſignatario ordinato, ſiue viuente, ſiue mortuo reſignante, cenſetur, vt dixi, à principio facta reſignatio; conditio etenim reſignationis, non tam ſuſpenſiua, quam reſolutiua videtur.

164 Sed contra ſupradicta obſtat regula legis † vbi autem. ff. de in diem adiectione, & l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de periculo, & commodo rei venditæ. vbi habetur, quod in venditione conditionali fructus medij temporis venditoris ſunt, quod ſane procedit, etiam impleta conditione, quando res non fuit tradita, ad tradita per Couar. lib. 3. variarum. cap. 4. nu. 7.
165 Antonium Gomez, ſecundo tom. † variarum cap. 2. nu. 11. & docet Molina de iuſtitia, ſecundo tomo, diſput. 379. licèt Hieronymus Gabriel. dicto conſ. 192. lib. 1. id intelligit, deficiente conditione, ex Paulo conſ. 267. vol. 1. Rom. ſingul. 538. & Anania conſ. 19. nu. 16. qui ita intelligunt dictum §. quod ſi pen-
166 dente; ſed iſti procedũt, † & loquuntur in fructibus perceptis per ipſum emptorem, pendente conditione, ex re empta ſibi tradita, tũc enim ita demum, pertinent ad venditorem, ſi conditio deficiat, Couarruuias d. lib. 3. variarum. cap. 9. n. 1. circa finem, *& Matienço in l. 7. tit. 10. lib. 5. Recop. glo. 3. nu. 12.* & 13. aliàs impleta conditione, pertinent ad ipſum emptorem,
167 vt rectè explicat Molina ſupra. ergo † in reſignatione conditionali fructus medij temporis ſunt reſignãtis, etiam impleta poſtea cõditione cum beneficium non ſit traditum reſignatario.

Reſpondetur tamen dictam regulam procedere
168 in actu, ex quo † non amittitur dominium, & ius in re competens, qualis eſt venditio, ex qua ante traditionem venditor non amittit dominium rei. l. traditionibus. C. de pactis, §. venditæ, de rerum diuiſione, & ſic ante moram fructus ad eum pertinent. Anton. Gomez. & Couarruuias, ſupra, & Molina diſputatione 368. at ex reſignatione amittit reſignans omne ius in beneficio competens, vt dictum eſt, & purificata conditione cenſetur à principio facta reſignatio, vt etiam dictum eſt.

169 In Canonicatibus verò, † & præbendis, quorum fructus reſidendo, & diuinis intereſſendo lucri fiunt, tamdiu reſignans lucrabitur, quamdiu licitè inſiſtit poſſeſſioni, & reſidet, etiam poſtquam ſciuerit reſignationem admiſſam, nam cum fructus illi non poſſint ſpectare ad reſignatarium, qui nec poſſeſſionem habebat, nec reſidebat, æquum eſt eos lucrari reſignantem, qui reſidet in Canonicatu. *Quamuis Vaſconcel. ſupra d. cap. 3. idem dicat in Canonicatibus, ac in alijs beneficijs.*

## *De priuilegio fori. Cap. II.*

### SVMMARIA.

*EST alia vtilitas ex beneficio priuilegium fori, nam hodie clerici minorum non gaudent fori priuilegio, niſi beneficium habeant, licèt antea gauderent, nu. 1. & 2.*

Clerici

*Clerici minorum habentes beneficium gaudent priuilegio fori, etiamſi clericatum renunciauerint, & beneficium ſit exiguũ, numer. 3. & licèt non deferant clericalem habitum, num. 4. etiam ſtante conſtitutione Sixti V. de habitu & tonſura, num. 5. & 6.*

*Ad hunc effectum ſufficit habere beneficium de facto, & ſola poſſ. nu. 7. ſed an ſufficiat ſolus titulus beneficij, & ius in re num. 8. vſque ad 15.*

*De habentibus penſionem an gaudeant. d. priuilegio fori remiſſi ſint, num. 16.*

*Quamuis clerici minorum non gaudeant priuilegio fori, non tamen impeditur Epiſcopus contra eos procedere, & punire. num. 16. vbi ponitur declaratio S. Congreg. quæ declaratur num. 17. & 18.*

*Clerici minorum non habentes beneficium, &c. licet priuentur fori priuilegio, non tamen priuilegio canonis, nu. 19. & contraria ſententia ſolis reprobatur, num. 20.*

1 Est alia vtilitas ex beneficio † proueniens, nempe priuilegium fori, nam licèt de iure antiquo clerici primæ tonſuræ, & in minoribus conſtituti, tam in ciuilibus, quam in criminalibus gauderent priuilegio fori, & eſſent exempti à iuriſdictione ſæculari, cap. clerici, cap. cum non ab homine. de iudicijs, cap. 2. de foro competent. gloſſ. in cap. 11. verſic. clericus. de clericis coniugatis, in ſexto, & ibi Doctores Felinus in capit. Eccleſia Sanct. Mariæ. de conſtitution. num. 110. Couarruuias pract. quæſt. cap. 31. num. 1. qui ait moribus tamen receptum eſſe, quod non poſſent vti præſcriptione fori in ciuilibus, & ſupponit Ioannes Guttierez de iuramento confirmatorio. prima part. cap. 17. num. 12. *Sequitur Farin. in praxi crim. 1. p. quæſt. 8. nu. 1. & 5.* hodie tamen ex decreto Sanct.
2 Concilij Trident. ſeſſione 12. de reform. cap. 6. † fori priuilegio non gaudent nec in ciuilibus, nec in criminalibus, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut clericalem habitum, & tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiant, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos, verſentur, & comprobatur. l. 1. tit. 4. lib. 1. recopilationis, tradunt Salcedo in praxi crim. cap. 62. num. 9. Ioann. Guttierez ſupra num. 13. & Doctor Paz in praxi 2. tom. ſecundo præludio, num. 6. *Et Farin. d. num. 5. & à num. 60. Menoch. conſil. 912 lib. 10. Gennen. in praxi cap. 7. Leo in Theſ. for. Eccleſ. cap. 11. num. 2. & 3. addit. ſum. Bullar. Quaran. verb. habitus clericalis, & golmus de offic. Epiſc. cap. 12. num. 3. Emmanuel Rodr. in ſum. 1. tom. cap. 155. à num. 1. Curia Philip. 3. p. §. 1. à nu. 2. & Gratian. diſcep. for. c. 190. à num. 9. qui multa tangunt in propoſito.*

Et huiuſmodi clerici primæ tonſuræ, ſeu minorum † ordinum beneficium habentes gaudent priuilegio fori in ciuilibus, & criminalibus, etiamſi clericatu renunciauerint, & etiamſi beneficium ſit exiguum, & tenue, vt in ſequenti declaratione S. Congregationis Concilij ſuper dictum capitul. ſextum. Quidam clericali caractere inſignitus beneficiũ Eccleſiaſticum obtinuit, cui poſtea animo vxorem ducendi vnà cum clericatu renunciauit, deinde non ſequuto matrimonio clericalem habitum reſſumpſit, & aliud beneficium exigui redditus adeptus eſt, ☞ dubitatur, an gaudeat priuilegio fori. cong. 11. Innij 1587. cenſuit gaudere, quia clericali priuilegio renunciari non poteſt, cum in fauorem totius ordinis introductum ſit cap. ſi diligenti, & ibi gloſſa de foro competen. doct. in c. tuæ de apoſtatis. Rolan. conſ. 4. vol. 1. num. 9.

4 Et etiamſi non deferant clericalem habitum, † & tonſuram, nam in habente beneficium id non requirit Concilium, ſed ſolum in inſeruiente alicui Eccleſiæ, vel in ſeminario, aut ſchola, vel vniuerſitate verſante, vt conſtat ex ipſo contextu Concilij, & illa diſiunctiua, aut, iuxta quod eſt accipienda, d. l. prima recopilationis, vt rectè docent Ioan. Guttierez pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 7. & Salcedo ſupra in nouiſſima editione, *Farin. d. q. 8. num. 70. Emmanuel Rodriq. ſupra num. 2. Curia Philip. num. 3.* & poſt hæc Gonçal. ad reg. menſium gl. 5. §. 5. num. 6.

5 Quod procedit, etiam ſtante hodie † conſtitutione 30. Sixti V. de habitu, & tonſura, ex qua non deferentes tonſuram, & habitum clericalem ipſo facto ſunt priuati beneficijs, vt infra 7. p. c. 1. num. 18. nam
6 adhuc gaudent † priuilegio, dum de facto non ſunt priuati, ſed retinent beneficium, & ſunt in poſſeſſione illius de facto, adhuc enim effectum ſufficit habere beneficium de facto, & ſola poſſeſſio, ſeu intruſio in beneficio. *Ex traditis per Mandoſ. in reg. 16. Cancel. quæſt. 30. num. 3. quicquid contra videatur ſentire Guttier. d. quæſt. 7. num. 16. canon. & Emmanuel Rodriq. num. 2. ibi, canonica monit.*

7 Sed an è conuerſo ſufficiat habere † ius in beneficio ſine poſſeſſione difficultas eſt, & quidem certum eſt, non ſufficere ius ad rem, nam habens ſolum ius ad rem, non poteſt dici habere beneficium, vt vult Concilium, & dicetur infra 3. parte cap. 1. num. 84. quamuis coadiutor inſeruiens Eccleſiæ gaudeat priuilegio, vt dicetur infra 4. par. capit. 5. 13. dub. numero 98.

8 Difficultas eſt de habente titulum † beneficij, & ius in re, & videtur gaudere priuilegio fori, vt in terminis ſimilis conſtitutionis Clementis VII. emanatæ ad inſtantiam Venetorum tenet Gigas de penſio. q. 94. num. 12. quia in beneficialibus non attenditur
9 principaliter poſſeſſio, † ſed titulus. c. 3. ex frequentibus. de inſtitutio. & regula beneficium. lib. 6. Boetius deciſ. 24. num. 8. & facit quod tradit Card. in Clem. vt ij qui. §. illi verò. num. 10. & 11. de ætate, & qualitate, & is verè dicitur habere beneficium, vt dicetur d. c. 1. 3. p. nu. 92. ergo, *Et hanc ſententiam tenet Villar del patronado de Calatayud 4. p. in princ. nn. 10. dicens eſſe ſine dubio, quòd habentes beneficia Eccleſiaſtica gaudent immunitate Eccleſiaſtica, licèt non ſint adepti, nec ſint poſiti in poſſeſſione, ex ſententia communi omnium.* Et ideo ait Flaminius Pariſius de reſignatione benefic. libro
10 107. quæſtione 1. num. 47. fuiſſe † reſolutum in S. Congregatione Concilij die 16. Iulij 1587. beneficiarium gaudere priuilegio fori ante adeptam poſſeſſionem.

11 Contrarium tamen, nempe, † quod habenti tonſuram dicenti ſe habere beneficium, non ſufficit probare titulum beneficij, vt gaudeat priuilegio fori, niſi etiam probet illius poſſeſſionem, & quod ita iudicatum fuit in vrbe ait Farinacius in quæſtionibus criminal. q. 8. num. 45. & tradit Bayardus in additio. ad Iulium Clar. in lib. 5. q. 36. nu. 14. *Et nouiſſime docet D. Card. Tuſch. cõcl. 78. litera B. nu. 8. ex Iul. Clar. d. q. 36.*
12 *nu. 21.* pro quo videtur facere, † quod decentia, quæ conſideratur in propoſito, vt habens beneficium non debeat per iudicem ſæcularem iudicari, non tam

apparet

apparet ex titulo, quam ex poſſeſſione beneficij; at Marcus Ant. Genuen. in praxi Archiepiſcopali curiæ
13 Neapolitanæ † c. 7. nu. 6. inquit, declaraſſe S. Congregationem, quod ſi collatio beneficij eſt valida, & beneficiatus non fuit adeptus poſſeſſionem propter intruſum, contra quem litem mouit, gaudet priuilegio
14 fori, quæ declaratio habetur inter declarationes † dicti cap. ſexti his verbis: An clericus primæ tonſuræ præſentatus ad capellam ſacerdotalem, qui ſuper tali præſentatione obtinuit à Papa nouam prouiſionẽ, etiam in vim motus, proprij poſſit in ſuis cauſis ciuilibus gaudere priuilegio fori, quamuis poſſeſſionem beneficij non habeat propter intruſum, contra quem litem mouit. congreg. cenſuit gaudere. 16. Iulij 1587. quæ eſt declaratio relata per Flam. Pariſium ſupra. *Pro concordia dicendum eſt, quòd Iul. Clar. Farin. Baiard. & Tuſch. loquuntur in non incedente in habitu clericali, & eorum ſententia hodie maximè procedit ſtante conſtitutione 30. Sixti V. de habitu & tonſura, &c. de qua infra 7. par. cap. 1. à nu. 15.*

*Sententia vero Gigantis, Flam. Genuen. & declaratio S. Congreg. procedit in incedente in habitu, in quo ſufficit collatio beneficij, vt gaudeat priuilegio fori, nec opus erit conſtare de validitate illius, ſed ſatis erit eſſe coloratam, & apparenter validam, cum non agatur de ea principaliter.*

15 De habentibus vero penſionem † an gaudeant dicto priuilegio fori, diximus ſupra prima. cap. 5. num. 70. vbi vide.

16 Quamuis autem clerici † primæ tonſuræ, ſeu minorum ordinum, non gaudeant priuilegio fori, ita vt non poſſint declinare iurisdictionem iudicis ſæcularis, ex dicto decreto Concilij, non tamen impeditur Epiſcopus, quin poſſit contra eos deliquentes procedere, & punire, vt S. Cong. cenſuit ſuper d. c. 6. his verbis: Licèt autem huiuſmodi clerici in minoribus forum iudicis ſæcularis, ſeu layci declinare non poſſint ex hoc decreto, tamen Congregatio reſpondit iſtud decretum non obſtare Epiſcopo, quo minus iure ſuo in huiuſmodi clericos delinquentes, ſi adhuc clerici permanent, poſſit animaduertere.

17 Cuius declarationis verba ibi † ſi adhuc clerici permanent, faciunt difficultatem, videntur enim inſinuare, quod iſti clerici poſſunt renunciare clericatum cõtra declarationem ſupra adductam. nu. 3.

18 Sed reſpondetur illa verba † eſſe poſita ad excludendos clericos, qui facti ſunt bigami, qui omni priuilegio clericali ſunt nudati. c. 1. de bigamis, in ſexto, & etiam ad excludend. clericos coniugatos, in quibus non cõcurrunt requiſita. cap. 1. de clericis coniugatis in 6. & Concilij. ibi verſ. in clericis verò coniugatis, nam iſti non cenſentur clerici, vt tanquam tales poſſint ab Epiſcopo iure ſuo puniri, cum nec etiã priuilegium canonis, ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. retineant, vt per Tho. Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 46. *Et Molinam de iuſt. tract. 3. diſp. 54 nu. 8. & 9.*

Prætetea, quamuis clerici primæ tonſuræ, ſeu mi-
19 norum † ordinum non habẽtes beneficium, aut alias qualitates, de quibus ibi, priuentur fori priuilegio ex d. decreto Concilij, non tamen ſunt priuati priuilegio. d. canonis, ſi quis ſuadente diabolo, vt S. Congregat. Concilij cenſuit, ſuper d. c. 6. ſuis verbis. Clerici, qui in hoc decreto Concilij priuilegio fori priuantur, priuilegio tamen canonis non intelliguntur priuati. Gonzalez ſupra à nu. 7. *Gratian. in addit. deciſ. 158. nu. 7. Auila de cenſur. 2. p. c. 5. diſput. 3 dub. 11. Molin. d. nu. 9.*

20 Vnde conuincitur ſententia † Felician. de Solis de cenſibus lib. 2. cap. vlt. nu. 14. exiſtimantis clericum in minoribus non habẽtem Eccleſiaſticum beneficium iure nouiſſimo Concilij, non gaudere priuilegio canonis, quem poſt hæc impugnat Gonçalez ibi, dicens idem ſentire Emmanuel Rodriquez in ſum. 1. tom. c. 86. nu. 17. qui re vera id non ſentit, ſed potius tenet noſtram ſententiam. *Quia requiſita Concilij ſolùm deſiderat in clericis coniugatis, & eſt conſilium Nauar. 24. de priuil. Vnde etiam conuincitur ſententia Franc. Suar. 5. tom. de cenſur. diſp. 22 ſect. 1. nu. 11. dicentis, quòd clerici in minoribus ſi omninò deferant habitum, vel tonſuram clericalem, ita vt non ſemel aut iterum, ſed continuata conſuetudine illis non vtantur, ſtatim amittunt hoc priuilegium, quandiu in illo habitu perſeuerant, niſi beneficium Eccleſiaſticũ habeant, & alicui Eccleſiæ inſeruiant, aut ex licentia Epiſcopi ad id ſeparentur, iuxta nouum ius Concilij d. c. 6. Quæ doctrina male procedit, etiamſi Concilium loqueretur de priuilegio Canonis; de quo tamen non loquitur, Nicol. d. nu. 9; ſi enim de eo loqueretur, clerici in minoribus clericalem habitum, & tonſurã non deferentes, eo non gauderent, etiamſi alicui Eccleſiæ inſeruirent, aut ex licentia Epiſcopi ſe præpararent, verſando in aliqua ſchola, &c. vt ex ipſo Concilio conſtat.*

## *De immunitate & exemptione à gabellis, exactionibus, & tributis. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*CLerici, etiam primæ tonſuræ, non coniugati, ſunt exempti de iure communi à gabellis, & tributis, licèt non habeant beneficium. nu. 1. ſecus ex l. regia. nu. 2. qua ſtante iſta vtilitas ex beneficio prouenit exemptio à tributis. nu. 3.*

*Cum lex regia requirat, quod actualiter habeat beneficium, non ſufficit collatio ſine poſſeſſione. nu. 4.*

*Lex regia magnam patitur difficultatem, quatenus non habentes beneficium aſtringit ad ſolutionem gabellarum, contra ius canonicum. nu. 5. nam ius canonicum generaliter loquitur de clericis. num. 6.*

*Conſuetudo contra libertatem & immunitatem Eccleſ. non valet, nec ante illam legem conſtat fuiſſe talem conſuetudinẽ, vt in ea fundetur. num. 7. 8. & 9. nec conſuetudo ſubſecuta releuat, num. 10.*

*Clerici beneficiati, ſeu aliàs gaudentes priuilegio immunitatis, & exemptionis, ſunt exempti, etiam quoad exactiones, pro neceſſitatibus, & vtilitatibus publicis, & communibus, nu. 11. cum ſeqq.*

*In Concilio Lateranen. vlt. non innouatur excommunicatio contra Eccleſiaſticos ſoluentes. poſita per Bonifacium 8. nu. 16. & 17. nec innouatur decretum Bonifacij per bullam cænæ. cap. 18. nu. 18. cum ſequentibus.*

QVamuis de iure communi, communis ſententia
1 ſit, † quod clerici etiam primæ tonſuræ, ſeu minorum ordinum non coniugati, ſunt immunes, & exempti à gabellis, exactionibus, & tributis, & alijs oneribus huiuſmodi, licèt non habeant beneficium, Bertach. de Gabellis. 7. par. nu. 12. Guido Papa deciſ. 385. Remigius de Gonni, de charitatiuo ſubſidio. q. 64. & 65. Couarr. pract. q. cap. 31. nu. 9. Auendaño de exequend. mandatis. 2. par. c. 14. nu. 30. Matiençoin l. 11. tit. 10. lib. 5. recompilatio. glo. 1. nu. 4. Ioan. Medina. C. de reſtit. quæſt. 15. in princip. & Molina de iuſt.

tomo

tomo 3.disputatione 671. nu. 5. cum alijs. *& Lessius de iust.& iur.lib.2.c.33.dubit. 5. nu. 38.* & probatur in cap.non minus,& cap,aduersus, de immunitate Ecclesiarum,& cap.quamquam. de censibus. in 6. & in l.13.tit.3.lib.1.& l.23.tit.4.l.4.ordinamenti; tamen
2 hodie ex l.2.tit.4.lib.1.recompilat.† non sunt exempti à prædictis,sed contribuere debent,sicut laici,nisi actualiter habuerint beneficium Ecclesiasticum, & tradunt Matienço supra,Olanus in concordia,& differentia iuris communis,& regij.litera,C.n.14. Parladorus rerum quotidianarum.1.par.c.3.n. 16. Acuedo in d.l.2.& in l.6.tit.18.l.9.recompilat,Lassarte de decima venditionis.c. 19. à nu. 18. & Gironda de Gabellis.7.p.nu. 7. Humada ad Greg. Lopez in l.49. gl.3.n.4.& in l.54.glo.2.à n.10.tit.6.p.1. Io.Guttierez pract.q.l.1.q.8.*de gabell.q.91.*Segura de Aualos in directorio iudicum Eccles.fori.1.p.c.11.n. 7. Solis de censibus li.2.c.vlt.n.13.Flores.q.21.n.199.& Molina supra,qui idem ait statutum esse in Lusitania. Vnde stante illa l. ista est alia vtilitas ex beneficio prouem
3 niens,nempe† immunitas,& exemptio a gabellis,exactionibus,& tributis,& alijs oneribus huiusmodi,circa quod vide dicta supra 1.par.c.5.nu.74.

4 Sed cum lex expressè requirat, quod actualiter† habeat beneficium Eccles. non sufficit collatio sine possessione,secundum Lassarte,n.23.& Flores supra *& Gut.d.q.91.de gabell.nu.19.*

5 Sed certè illa lex magnam patitur,† difficultatem, quatenus prædictos clericos, non habentes beneficium astringit ad solutionem gabellarum,& tributorum,maximè eos,qui gaudent priuilegio fori iux. d. decretum Concilij.sess.23.de reform.cap.6.nam videtur clarè aduersari iuri cano.vbi sup. quod eximit ab eis clericos,& personas Ecclesiasticas,quales sine dubio verè sunt clerici primæ tonsuræ,vel minorum ordinum. Remigius de Gonni, & Io. Medina supra, quicquid dicant Lassarte,num.21.& Ioannes Guttierez,vbi supra,& Angles in floribus Theol. quæst. de restitutione vectigalium.quinta diffic.& Ludou. Lopez instruct.conscientiæ primo tom.cap. 191. *Lessius d.num.38.quicquid in proposito contra dicat Aeor,3.p.lib. 5.c.19.q.6.*& tanquam tales gaudent priuilegio can. & aliàs illo non gauderent,vt est notorium,& sic videntur intrare notata,in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitut. & Concilium solum restringit priuilegium fori,non autem cætera priuilegia.

6 Nec potest dici,vt ait Io. Guttier.† ibi in fi. quod ius canonicum id expressim non vetat in clericis primæ tonsuræ;nam ius canonicum generaliter loquitur de clericis,& personis Ecclesiasticis,& expressum dicitur,quod sub generalitate cõtinetur.Caputaquen. decis.296.nu.2.part.2.

7 Nec cessat difficultas dicendo,† quod illa lex fundata sit in antiquo Hispaniæ vsu, & consuetudine, quæ,vt inquit Couarr.supra,potest multum in his immunitatibus,vt dicunt Lassarte d.nu.21.Ioan. Guttierez,& Molina supra,nam consuetudo contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam. non valet,
8 auth.cassa.& irrita.C.de S.S.Ecclesijs,& d.c.† quam quam cum alijs,& tradit Molina sub disput.672.n.6
9 Maximè quia ante illam l. non constat † fuisse talem consuetudinem,nec lex in eo fundatur, nec vllũ verbum de eo,immo verisimilius est,non fuisse talem consuetudinem,stantibus d.legibus ordinamenti in contrarium.

10 Consuetudo autem,& praxis† subsequuta,quæ d. legem recipit,vt inquiunt Azeuedo. Lassarte nu. 19. Segura.& alij sup.minus videtur posse releuare, cum sit fundata in ipsa lege, quæ si non valet, tanquam contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, nec etiam consuetudo recipiens.

11 Sed quicquid sit de hoc, dicendum est† clericos beneficiatos,seu alias gaudentes d.priuilegio immunitatis,& exemptionis, esse exemptos, etiam quoad exactiones pro necessitatibus,& vtilitatib. publicis, & communibus; non obstantibus legibus ciuilibus,
12 & regijs contrarium disponentibus; † nam iure can. cui in hoc omninò standum est,ita clarè disponitur, vt in d.c.non minus, & c. aduersus, de immunitate Ecclesiarum,quæ de exactionibus pro vtilitatibus,& necessitatibus communibus expressè loquuntur,& eorum forma seruanda est, aliàs imponentes incurrunt excommunicationem,de qua ibi,& innouantur in Concilio Lateran. vlt. sub Leone. X. sess. 9. de reform.curiæ,& aliorum,§.& cũ,& in bulla cœnæ Domini.c.18.vbi excommunicantur imponentes,& exigentes huiusmodi collectas,& alia onera sine Romani Pontificis speciali,& expressa licentia.

13 Et hanc sententiam contra legistas† tenent Ioan. And.& Abb. à nu. 18. & alij in d.c. non minus.idem Abb.cons.3.1.p.Hostien.in summ. tit. de immunitate.§.à quibus.vers. ad extraordinaria.Bart.& Paulus in cap.ad instructionem. C. de S. S. Ecclesijs. Iaf.in l. placet.Cod.eodem nu.14. & 17.in 1.lectura,& in 2. num.20.Beroius cons.31.vol.1.Greg.Lopez in l.54. tit.6.pag. 1.vers. en las calçadas.Io.Guttierez pract. q.lib.1.quæst.3.*& de gabell.q.92.à nu.41.Aeor 1. par. lib.5.c.13.q.8.& 3.p.lib.5.c.19.q.10.& 11. vbi tamen id multum restringit,non bene intelligens distinctionem,& sententiam Abbatis in d.c.non minus communiter receptã, Candelabr.Aur.2.p.in bulla Cœnæ Domini casu 18.in nouis editionibus ex punctis,& Lessius d.lib.2.c.33.dubit. 3. nu.25.& seq.Salas de leg.16.disput.14.sect.11.nu.115. Leo in Thesaur.for.Eccles.c.38.nu.123.& Piasec. in praxi Episcop.p.2.c.4.n.58.*& D.Sahagun.in c.2. de iudicijs ex num.25.ad 38. Angelus in sum.verb.immunitas.§. 37.Sylvest.eod.vers.1.nu.20.Molina.d.disputatione 672.nu.4.& 5. Emman.Rodriguez in addit.ad explicationem bullæ cruciatæ.§.9.n.72.& Card. Toletum in sum.lib.1.cap.29.in Romana editione,

14 Et tenuit Rota in vna Valentina† de anno 1596. coram Illustrissimo Pamphilio, nempe, quod clerici non tenentur ad gabellam impositam à laicis,pro reparatione murorum, pontium, viarum,nisi fuerit de
15 licentia Papæ;ex dictis,† in qua etiam 4.Decem.1595 & & 29.Ian.1596.coram eodem fuit resolutum. inhibendum esse iuratis, & alijs litis consortibus, ne lite pendente exigant ab Ecclesiasticis dictas gabellas, cum habeant suam intentionem fundatam. *Idem fuit resolutum in eadem Valentina gabellæ 10.Octob.1598.coram D. Orano; nec sufficere immemorialem consuetudinem imponendi huiusmodi gabellas personis Ecclesiasticis: nam illa consuetudo est expressè reprobata, vt tradunt Doctores, & per bullam in Cœna Domini tolluntur, quacunque consuetudines etiam immemoriales, & indulta Apostolica, cum decreto irritante, &c. Et in Brundusina gabellæ 3. Febr. 1604 coram D. Penia fuit resolutum, Ecclesiasticas personas non teneri, &c. R. gabellæ. Iuxta quam resolutionem est accipiendum, quod nouissimè tradit Cenall. quæst. 899.*

Aduerte

Aduerte tamen contra Emman. Rodriquez ſupra
16 num.64. † quod in dict. Concilio Lateranen. vltimo non innouatur excommu. contra Eccleſiaſticos prædicta ſoluentes poſita per Bonifacium octauum in c. clericis de immunitate Eccleſiarum, in ſexto. aliàs reuocata per clementinam vnicam eodem tit. ſed tantum innouatur excommun. poſita contra prælatos abſque Romani Pontificis expreſſa licentia vltro cõſentientes, nec verbum de Eccleſiaſticis ſoluentibus,
17 & ideo non eſt † neceſſe confugere ad euaſiones, de quibus ibi per eum, & ceſſat difficultas de verbis bullæ cœnæ, quæ aliàs non bene tollebatur per eum,
18 Nec rurſus innouatur decretum † Bonifacij in d. capit. clericis per bullam cœnæ. d. cap. 18. in fin. nam omiſſa ſolutione Cardinalis Toleti. dict. lib. 1. ca. 29. verſ. poſtremo. dicentis, ibi nõ innouari canones, niſi quantum ad prædicta in illa excommunicatione, in qua non comprehenduntur ſoluentes, dicendum eſt primò ibi ſolum innouari decreta, per ſacros cano-
19 nes † in Lateran. nouiſſimo, & alijs Concilijs generalibus edita, & d. c. clericis. non eſt Concilij generalis ſecundò ibi non innouari decreta aliàs correcta, †
20 & reuocata, & ſublata, vt in ſimili dicetur infra c. 5. huius partis à nu. 27. ex ſententia S. Cong. Concilij. *Nec rurſus placet quod ait Salon de inſt. & iure, 2. 10. 4 nu. 6 de vectig. contro. 1. nempe, quòd quamuis excommunicatio poſita in d. c. clericis contra ſoluentes gabellas exactas, modò iam non eſt in vſu, immò reuocata in d. Clem. 1. manet tamen ſemper præceptum naturale clericis non perſoluendi illas, peccaretque qui vltrò, & non coactus aliqua vi, cui non valeret reſiſtere, perſolueret iuxta quantitatem materiæ. Non inquam placet, quia non eſt tale præceptum naturale; qui enim ſoluunt, non aguntur, ſed patiuntur iniuriam, quod non eſt peccatum iuxta doctrinam Philoſophi 5. Ethic. vbi docet, iniuriam pati non eſſe delictum, ſed facere; & id impedire incumbit ſuperioribus. Et ſi id eſſet peccatum, in qualibet quantitate eſſet mortale, tum propter violationem immunitatis Eccleſiaſticæ, quæ eſt res grauis, vt alias circa ſimoniam ait Suarez de religio. tract. 3. lib. 4. cap. 3. num. 5. & 6. & cap. 38. numer. 2. Item, quia licèt reſpectu vnius, aut alterius, eſſet parua quantitas quod materia, tamen in communi eſſet magna. Non etiam placet quod ait Nauarr. conſil. 5. de immunit. Eccleſ. ad minus id probabiliter dici poteſt, clericum peccatum grauiter, ſi ſciens & credens non teneri ad ſoluendum eiuſmodi illam ſolueret ſponte ſine timore iuſto incurrendi aliquod malum maius malum; quia videtur tranſgredi præfatum cap. aduerſus de immunit. Eccleſ. iſtud enim capitul non prohibet ſolutionem, &c.*

## *De ſubiectione, quoad ordinis rationem beneficij. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*RAtione beneficij, poteſt quis ordinari ab Epiſcopo beneficij, ſeu de eius licent. num. 1. & ſi in diuerſis diœceſibus habet beneficia, poterit à pluribus Epiſcopis ratione beneficij ordinari, præter Epiſcopum originis, & domicilij* numer. 2.

*Id procedit, etiamſi beneficium ſit manuale, vel ad nutum amouibile, num. 3.*

*Non poteſt quis ordinari ratione prebendæ temporalis, quam habet ratione lecturæ. num. 4. licèt poſſit is ordinari ratione domicilij ibi contracti, numero 5.*

*Non poteſt quis ordinari ratione capellaniæ non collatiuæ, etiam perpetuæ, num. 6, nec ratione penſionis, num. 7.*

*Poteſt quis ordinari ratione beneficij, etiam tenuis licèt non ad titulum illius, num. 8.*

*Poteſt quis ordinari ratione beneficij, etiam non requirentis reſidentiam, nec in eo reſidens. num. 9.*

*Poteſt etiam ordinari ratione beneficij, quod habet quis in cõmendam, ſi eſt ad vtilitatem eius, maxime perpetuam, licèt ſecus de commenda temporali ad vtilitatem Eccleſiæ, num. 10. & 11.*

*Poteſt quis ordinari ratione beneficij, ſiue propter illud ordinem recipiat, ſiue non, & etiam non habeat talem ordinem annexum, nu. 12. & 13.*

*Epiſcopus beneficij non ſolum poteſt eum ordinare, ſed etiam diſpenſare in interſtitijs, & illegitimitate ad minores ordines, num. 14.*

*Epiſcopus in cuius diœceſi eſt beneficium, poteſt ordinare, etiãſi beneficium eſſet ſubiectum alteri Epiſcopo, quoad prouiſionem, non quoad iura Epiſcopalia, num. 15.*

*Ad iſtum effectum videtur requiri poſſeſſionem beneficij, & non ſufficere ſolam collationem, ſeu titulum, nu. 16. & ſola poſſ. ſufficere videtur ſine tit. inſtio, num. 17.*

1 COnſequitur etiã quis † ex beneficio, quod poſſit ad ordines promoueri ab Epiſcopo, in cuius diœceſi eſt beneficium, ſeu ab alio de eius licentia, licet aliàs ei nullo modo ſubditus ſit. capitul. cum nullus. de temporibus ordinationum, in ſexto. *Et eſt declaratio S. Congregat. Concilij, quæ ſic ait, Matthæus Mediolanen. cui ab Epiſcopo Regien. collatum fuit beneficium, per literas dimiſſorias eiuſdem Epiſcopi ordinatus fuit; Dubitauit, an cùm permanſiſſet in diœceſi Epiſcopi vltra annũ, ei obſtaret cap. 9. ſeſſ. 23. Trident. Concil. quo cauetur, Epiſcopum non aliter poſſe ordinare non ſubditum, quàm ſi per triennium ſecum fuerit commoratus. Congregatio Concilij cenſuit, dimiſſorias ritè & rectè poſſe concedi ab Ordinario beneficij, c. fin. de temporib ord. in 6. Nec obſtat d. c. 9 quia loquitur de non ſubditis; & orator ratione beneficii ſibi collati effectus fuerat ſubditus Epiſcopi Regien. d. cap. fin. quod non eſt credendum eſſe correctum per d. c. 9. & ſic aliàs etiã cenſuit Congregatio quòd ſi ante tempus ordinationis Epiſcopus prouiderit familiari de beneficio, non tenetur aliud illi conferre. De quo cap. ſeq. a num. 84.*

2 Vnde ſi in † diuerſis diœceſibus habet beneficia poterit à pluribus Epiſcopis ratione beneficij ordinari, præter Epiſcopum originis, vel domicilij, à quo etiã poterit ordinari. d. cap. cum nullus. etiam ad titulum beneficij exiſtentis in aliena diœceſi, quoad ampliatur. Primò vt procedat, † etiamſi beneficium ſit ma-
3 nuale, ſeu ad nutum amouibile, nam licèt non poſſit ordinari ad titulum illius, vt dictum eſt ſupra 1. par. c. 2. nu. 83. tamen poterit ratione illius ad alium titulum, ſi opus fuerit, ordinari ab Epiſcopo, in cuius diœceſi eſt beneficium, vt docent Dominic. num. 8. & Francus nu. 3. in d. c. cum nullus. Et Rebuff. in praxi. tit. de clericis, & à quibus num. 21.

4 Non tamen poſſet quis ordinari † ratione prębendæ temporalis, quam quis, verbi gratia, habet ratione lecturæ, vt in cap. quia nonnulli. de magiſtris, ſeu alias, nam iſta non eſt beneficium Eccleſiaſticum, vt requiritur, & ita tenent gl. verſ. Eccleſiaſticum. Archid. & Dom. num. 7. in d. c. cum nullus, & Rebuffus, nu. 20. vbi ſup. licèt Francus d. nu. 3. videatur dicere
5 contrarium. † verum habens talem prębendam temporalem

6 poralem ratione lecturæ, vel aliàs, † poſſet ibi ordinari ratione domicilij ibi contracti, quia eſt animo permanendi, ſeu conſtituendi domicilium. Rebuff. 3. n. 23. qui ait, quod bene poteſt tonſurã concedere Epiſcopus conſiliarijs, & alijs habentibus Officiũ perpetuũ in diœceſi, vel quaſi perpetuum, quia ibi cenſentur habere domicilium. Bart. & alij in l. 1. ff. ad municip.

7 Et ſimiliter non poterit quis ordinari † ratione capellaniæ non collatiuæ, etiam perpetuæ quia non eſt beneficium, vt dictum eſt d. 12. primæ p. à nu. 98. nec etiam ratione penſionis, cum non ſit beneficium, vt late dictum eſt. 1. p. c. 5.

8 Secundò ampliatur, vt procedat † etiamſi beneficium ſit tenue, nam quamuis non poſſit ordinari ad titulum illius, vt in Conc. Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 2. & dicitur. ſequen. tamen ratione illius poterit ordinari ab Epiſcopo beneficij. *Enriquez in ſumma lib. 10. c. 22. §. 1. & etiam ſumma Bullar. Quarant. verbo, ordo, verſ. circa ſecundum, & poſt ſecundam cõſtitutionem, verſ. ſecundo extende, quam ſequitur Piaſec. in praxi Epiſc. p. 1. c. 1. nu. 10. verſ. ratione beneficij, & Vgol. de offic. Epiſc. c. 26. §. 3. ad fin. dicentes, Epiſcopum beneficij tenuis poſſe ordines conferre admiſto patrimonio ſufficienti cum beneficio ſecluſa fraude, &c.*

Tertiò ampliatur, vt procedat, etiamſi beneficium
9 non † requirat reſidentiam, nec in illo reſideat, nec in illius diœceſi, & ſic non eximatur à iuriſdictione primi Epiſcopi, cum textus ille ſimpliciter loquatur de beneficio. Ioan. Andreas, ibi, & Domin. num. 6. & Francus. d. num 3. *Et ſumm. Bullar ſupra d. verſ. circa ſecundum, & Piaſec. ſupra, Vgol. d. c. 26. §. 3. verſ. ſecundo, & verſic. poſtremò, & dicit probabile Enriquez d. §. 1. in gl. lit. H. licet in text. teneat contrarium ſine fundamento, ſicut & Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. ſub n. 92. & Genuen. in praxi c. 48 nn. 3. teſtatur, quòd Neapoli non ordinantur ſine dimiſſorijs exteri ratione beneficij ſimplicis non requirentis reſidentiam in ea obtenti.*

10 Quartò ampliatur, vt procedat, etiamſi † non habeat beneficium in titulum, ſed in commendam, ſi eſt ad vtilitatem commendatarij, maxime perpetuam, quia iſta reputatur titulus canonicus, ſeu habet vim tit. vt dicetur infra, 4. p. cap. 4. & quod dicit Francus
11 d. num. 3. quod † non videtur, quod ſufficiat habere beneficium in commendam, quia commenda non eſt proprius titulus, ſecundum notata in cap. nemo. de electione. in 6. accipiendum eſt de commenda temporali, ad vtilitatem Eccleſiæ, vt in terminis. d. c. nemo. quæ non eſt titulus canonicus, nec habet vim tituli, vt in d. c. 4. 4. par. & ita ait Rebuffus ſup. num. 21. *Et Vgolin. ſupra, verſ. ſecundò excipitur.*

12 Quintò ampliatur, vt procedat, ſiue iſtud ſit † beneficium, propter quod ordinem recipit, ſiue non; cum generaliter, & non diſtinguendo loquatur ille text. vt dicit d. gloſſ. ver. Eccleſiaſticum.

13 Vnde, ſi beneficium haberet certum ordinem † annexum, puta Subdiaconatum, vel Diaconatum, poterit ratione talis beneficij ordinari ab illo Epiſcopo, etiam ad alios ordines, vt docent Dom. nu. 9. & Francus d. num. 3. contra Paulum, ibi. *& Vgolin. ſupra verſ. tertio.*

14 Sextò ampliatur, † vt non ſolum poſſit eum ordinare Epiſcopus beneficij, ſed etiam cum eo diſpenſare in interſtitijs, & etiam in illegitimitate ad minores ordines; nam, cum ratione beneficij ſit ſubditus illius, quoad ordines, eſt etiam ſubditus, quoad omnia concernentia ordines, & illis annexa ad l. 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum; quamuis ſecus ſit in familiari Epiſcopi, vt dicemus cap. ſequenti, à numero 86.

15 Aduertendum tamen eſt, quod Epiſcopus, † in cuius diœceſi eſt beneficium, poterit ordinare, vel dare literas dimiſſorias, etiamſi beneficium eſſet ſubiectum alteri Epiſcopo, quoad prouiſionem, id eſt, etiamſi ſpectaret ad prouiſionem alterius Epiſcopi, ſed ſi eſſet alteri ſubiectum, quoad iura Epiſcopalia, tunc ille haberet id facere, quia tunc in illius diœceſi eſſe videtur, Domin. num. 5. & Francus, ibi. in d. c. cum nullus, & ſumma Bullar. ſupra.

16 Secundo aduertendum eſt, quod ad iſtum † effectum videtur requiri poſſeſſionem beneficij, & non ſufficere ſolam collationem, ſeu titulũ, ad hoc enim, vt efficiatur de eius foro, neceſſarium videtur, quod habeat beneficium cum effectu.

17 Immo, & ſola poſſeſſio ſine titulo iuſto ſufficere † videtur ad hunc effectum, per illam enim videtur effici de foro illius Epiſcopi.

## *De titulo ad ordines. Cap. V.*

### SVMMARIA.

*SEruit beneficium de titulo ad ordines, ad quos (præſertim ſacros) non poteſt quis promoueri, ſine tit. num. 1.*

*An requiratur titulus etiam ad minores ordines, & primã tonſuram num. 2. de iure antiquo, etiam ad minores requiritur, nu. 3. ſed contrarium de conſuetudine ſeruatur, num. 4. quod videtur approbare Concilium. num. 5. nec in hoc eſt aliquid innouatum per conſtitutionem 29. Sixti V. num. 6.*

*An titulus ad ordines requiratur tantum in clericis ſæcularibus, an etiam in regularibus, num. 7.*

*Concilium ſolum loquitur de clericis ſæcularibus, & ſimiliter conſtitutio Sixti V. num. 8.*

*Religioſi Societatis Ieſu, qui emiſerunt tria vota non ſolemnia, non comprehendebantur ſub decreto Concilij, nu. 9. Sed Pius V. illud extendit ad regulares non profeſſos, num. 10. declaratio S. Congreg. num. 11.*

*Conſtitutio Pij V. habet locum, tam in non profeſſis, quam in nulliter profeſſis, num. 12. vt dec. ſſ. Rotæ. A d. conſtitutione Pij V. Gregorius XIII. exemit religioſos Societatis Ieſu, & confirmauit Gregorius XIIII. nu. 13. & 14.*

*Quas pœnas incurrat promotus ſine titulo, & quæ pœnæ innouentur per Concilium num. 15.*

*De iure antiquiſſimo ordinatus ſine titulo incurrebat ipſo iure ſuſpenſionem, nu. 16. etiam ſine peccato, ſecundum Suarez, quod tamen non videtur certum. num. 17.*

*Iſta pœna ſuſpenſionis fuit mutata per Innoc. III. & etiam Alexand. III. in hoc, quod ordinator, vel ſucceſſor compellatur ordinato in neceſſarijs prouidere, nu. 18. & 19.*

*An dicta pœna ſuſpenſionis remaneat incorrecta, quando ſolus ordinatus fuit in culpa, nu. 20. cum ſeqq. & nu. 21. ponitur opinio affirmatiua, nu. 22. opinio negatiua, quæ approbatur, & dictam ſuſpenſionem eſſe ſublatam omnino.*

*Quæ pœnæ innouentur per Concilium, n. 23. cum ſeqq. vbi referuntur opiniones Doctorum, & reſoluitur, ſolum eſſe innouatam d. pœnam Innoc. III. c. cum, ſecundum Apoſtolum.*

*Pœna cap. penult. & cap. per tuas. de ſimonia. non procedit in propoſito, num. 31.*

*Pœna d. cap. cum, ſecundum Apoſtolum. habet locum in Epi-*

*ſcopo ordinãte aliquem ſine titulo, ſciente, vel debente ſcire, eum non habere titulum, nu. 32. non tamen, quando non fuit in culpa, num. 33.*

*Ex conſtitutione Sixti V. clerici promoti ſine titulo, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, nu. 34. cuius ſuſpenſionis abſolutio reſeruatur Papæ: inhibendo, ne per iubilea, indulgentias, aut cruciatam abſolui poſſint, num. 35.*

*Papa non ſolet reſeruare, niſi ratione cenſuræ, ſeu abſolutionem cenſuræ, non verò abſolutionem à peccato, num. 36. ſed in d. conſtitutione videtur vtrumque reſeruari, nu. 37.*

*An poſſet ab iſta ſuſpenſione, & exceſſu abſolui per Bullas Cruciata poſteriores, num. 38. cum ſeqq. reſoluitur non poſſe per Bullam poſtea publicatam, antea tamen conceſſam, bene tamen per Bullam poſtea conceſſam.*

*Conſilium Butry ſecundum, quod Rota ſequitur, procedit non ſolum in lege, & gratia Motu proprio, ſed etiam in conceſſa ad poſtulationem partis, num. 47.*

*An virtute Cruciatæ poſſit quis abſolui per confeſſarium à ſuſpenſione incurſa propter ordines male ſuſceptos, vt ante ætatem, num. 47. cum ſeqq. reſoluitur poſſe, licèt abſolutus non poſſit celebrare ante completam ætatem.*

*Confeſſarius virtute Bullæ poteſt abſoluere à cenſuris extra confeſſionem, quia non adeſt clauſula, eorum confeſſionibus auditis, aut in foro conſcientiæ, nu. 53. & 54.*

*Abſolutio à cenſuris virtute Bullæ, aut Iubilei, niſi in re dicatur in foro conſcientiæ tantum, ſuffragari valet pro foro exteriori, quando facta eſt ſatisfacta parte, contra aliquos, nu. 55. cum ſeqq.*

*Commiſſarius Cruciatæ non poteſt diſpenſare in irregularitate propter ordinum malam ſuſceptionem contracta, vt in clauſula poſita, quæ non agit de ſuſpenſione, num. 59.*

*An breuia, ſeu priuilegia religionum, quod eorum fratres non poſſint vti Bulla Cruciatæ, ſeu aliis priuilegijs, quo ad indultum eligendi confeſſorem, derogentur per ſequentes Bullas, & clauſulas derogatorias ibi poſitas, nu. 60. cum ſequentibus, reſoluitur non derogari, & eſſe firma.*

*Conſtit. Sixti V. contra clericos male promotos eſt reducta per Clement. VIII. ad terminos ſacrorum canonum, & Concilij Tridentini, num. 70. Sicut alia conſtitutiones eiuſdem Sixti ſunt modificatæ, nu. 71. & ſic ceſſat ſuſpenſio ibi poſita contra ordinatos ſine tit. & ſtandum erit Concilio, & declarationibus S. Congr. num. 72.*

*De iure antiquo Epiſcopus poterat clericos promouere ad plures titulos, nu. 73. hodie verò non, niſi ad titulum beneficij, & etiam patrimonij, vel penſionis pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum, quæ tamen regulariter adeſt, num. 74. & 75. declaratio S. Congreg. nu. 76.*

*Habens patrimonium poteſt promoueri, licèt expreſsè non aſſignetur in titulum, quia ſuccedit loco tituli, nu. 77.*

*Si quis habet plura bona, ſeu beneficia, & ad titulum aliquorum ſpecialiter ordinatur, illa ſolum eſſent titulus, & non alia, num. 78.*

*Etiam ad titulum donationis poteſt quis ordinari. nu. 79.*

*Familiares triennales Epiſcoporum, aliàs ſibi non ſubditi, poſſunt ab eis ordinari ad titulum patrimonij, vel penſionis, n. 80. & 81. vbi ponuntur declarationes S. Cong.*

*Illud triennium ſufficit, quod inciperit antequam fuiſſet Epiſcopus, num. 83.*

*Debet Epiſcopus ſtatim reipſa beneficium conferre familiari, quem ordinat, ex Concilio, quod habet locum, etiam in minoribus, & prima tonſura, nu. 84. & verbum, ſtatim, intelligitur in continenti, nu. 85.*

*Non poteſt Epiſcopus diſpenſare cum familiari triennali, aliàs non ſubdito, ſuper illegitimitate, etiam ad minores num. 86. nec ſuper interſtitijs, niſi pro Eccleſiæ ſuæ vtilitate, nu. 87.*

*Familiarem habentem ibi beneficium poteſt Epiſcopus ratione illius ordinare tanquam ſubditum, diſpenſareque in illegitimitate, & interſtitijs, licet non eſſet triennalis, nec ſtatim ei beneficium conferret, num. 88.*

*Si quis ordinaretur ad titulum patrimonij, ſine vlla neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ nullam incurreret pœnã etiam ſtante conſtit. Sixti V. contra male promotos, n. 89. & 90.*

*Hodie non poteſt quis ordinari ad titulum paternæ hæreditatis, ſed requiritur, quod verè, & realiter habeat patrimonium, num. 91. & 92.*

*Ad titulum alieni beneficij, vel ſtipendij ab Epiſcopo aſſignandi non poteſt hodie quis ordinari, nu. 93.*

*Ita demum poteſt quis ordinari ad titulum penſionis, ſeu ſtipendij a laico aſſignan. ſi imponat, & aſſignet talem penſionẽ, ſeu ſtipendium ſuper certa re fructifera, non aliàs, nu. 94. & 96. ſicut poſſet ordinari ad titulum cenſus, quem ipſe ordinãdus aliàs haberet, etiam ad vitam, ſine redimibilem. nu. 95.*

*Aliquando ob penuriam ſacerdotum ſpecialiter conceſſum eſt ordinari ad titulum ſtipendij ab aliquo promiſſi. nu. 97.*

*Non poteſt quis ordinari ad titulum ſeruitij, in aliqua Eccleſia, in aſcribitur, nec id probat Concilium. c. 16. ſeſſ. 23. nam ibi ſolum agitur de promotis ad titulum patrimonij aſcribendis ſeruitio alicuius Eccleſiæ. nu. 98. & 99. de quo numeris ſeqq quæ tamen aſcriptio non eſt in vſu. nu. 103.*

*Seminariſta poteſt ordinari ad titulum ſeruitij beneficij ſeminario vniti. nu. 104.*

*Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debet conſiſtere in re immobili, & fructifera, non in bonis mobilibus, aliàs incurreret pœnam, ſi qua eſſet contra ordinatos ſine titulo, contra aliquos. nu. 105. & 106.*

*Beneficium, vel patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debet eſſe ſufficiens ad victum honeſtum. n. 107. etiamſi beneficium eſſet antiquũ. n. 108. & etiam de iure antiquo. 109.*

*Poteſt quis promoueri ad Subdiaconatum, & Diaconatum ad titulum beneficij. licèt non lucretur illius fructus, niſi poſt Presbyteratum. nu. 110.*

*Non poteſt quis ordinari ad titulum beneficij, quod habet reditus incertos nu. 111.*

*Quod beneficium, aut patrimonium dicatur ſufficiens in propoſito, relinquitur arbitrio boni viri, nam quantitas non taxatur. nu. 112. & 113.*

*Sufficit, quod ſit ſufficiens ad honeſtam, & commodam ſuſtentationem cuiuslibet clerici, non attenta qualitate ordinandi contra aliquos. nu. 114 cum ſeq.*

*Poſſe viuere honeſtè, & poſſe viuere decenter, ſeu commodè, idem ſunt. nu. 118.*

*Quod annui reditus requirantur Neapoli. nu. 119. & in Sinodo Hieracen. nu. 120.*

*Habens beneficium, etiam curatum non ſufficiens, non poteſt, nec tenetur ad eius titulum ſacris ordinari. nu. 121.*

*Sæculares ordinati ante Concilium ad titulum non ſufficientis beneficij, vel patrimonij, nõ poterãt promoueri ad ordines ſuperiores, niſi adepti eſſent, vnde ſuſtẽtari poſſent. 122. & 123*

*Si quis poſt Concilium, abſque vero titulo. Diaconus, vel Subdiaconus factus eſt, etiam ſublata ſuſpenſione, non poteſt ſine vero titulo alium ordinem ſuſcipere. nu. 124.*

*Habens beneficium, vel patrimonium inſufficiens non poteſt promoueri, etiamſi cum eo, & pitantijs & alijs emolumentis haberet honeſtum victum, & etiamſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum, nec etiam qui ex induſtria, & officio poteſt ſuſtentari, quamuis habens beneficium inſufficiens de per ſe, inuito tamen patrimonio ſufficienti, poſſit ordinari, nu. 125. & 126. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

*Non poteſt quis ordinari ad titulum literaturæ, contra aliquos. nu. 127. 128. vbi ponitur declaratio S. Cong. & 129.*

Non

*Non poteſt quis ordinari ad titulum de futuro, & in ſpe etiam certa, nu. 130.*

*Non poteſt aliquis promoueri ad titulum coadiutoriæ, etiam perpetuæ, cum futura ſucceſſione, niſi forte ratione illius haberet congruam, nu. 131. & 132.*

1 SEruit etiam beneficium de titulo ad ordines, † ad quos (præſertim ſacros) non poteſt quis promoueri, ſine titulo, ne cum ordinis dedecore mendicare, aut aliquem ſordidum quæſtum exercere cogatur. cap. Diaconi ſunt. 93. diſtinct. c. neminem. c. ſanctorum. 70. diſtinct. c. 2. c. Epiſcopus. c. tuis. de præbend. & Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reformat. ca. 2. & per Salcedum in praxi crimin. Bernard. Diaz. c. 18. noue addito. n. 3. Vgolinus de irregularitate. c. 61. nu. 1. *Et de officio Epiſcop. cap. 26. §. 8. num. 1. & 9. Vazquez 3. tom. diſp. 246. d. num. 58.*

2 Circa quod dubitatur primò, † an requiratur titulus, etiam ad minores ordines, & primam tõſuram, an verò ſolùm ad maiores, & ſacros ordines, in quo reſpondetur, de iure antiquo, etiam ad minores requiri titulum, † vt in d. c. neminem, & ibi gloſſ. 1. & d. ca. 2. de præbend. & ibi etiam gl. 1. communiter approbata, ſecundum Imolam, ibi, & gloſſæ etiam prima in d. c. Epiſcopus. Nauar. conſ. 14. nu. 1. de tempor. ordinationum, Quintanaduennas Eccleſiaſticon. lib. 3. n. 4. & 17. & Suarez 5. to. de cenſuris, diſput. 31. ſect. 1. nu. 33. quicquid dicat Vgolinus. d. c. 61. num. 2. *Et Stephan. de Aula de cenſur. 3. p. diſp. 15. ante dub. 4.*

3

4 Contrarium tamen de conſuetudine ſeruatur, † vt per d. gloſſ. 1. in d. c. 2. quæ approbatur ab omnibus communiter, vt teſtatur Decius ibi. num. 29. & per Nauarr. d. num. 1. & Flam. Pariſium, de reſignatione benefi. lib. 2. q. 6. nu. 4. Salcedo d. c. 18. nu. 5. in nouiſſima editione. Quintanaduennas, d. nu. 17. Rota decis. 731. num. 13. p. 1. diuerſorum. *& ſeq. ſumma Bullar. Quar. ve. b. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem, verſ. practica intellige.* † Quod videtur approbare Cõcilium Tridentinum. d. ca. 2. vbi ſolùm ad ſacros ordines requirit titulum. Nauarr. Salcedo, Quintanaduennas, & Vgolin. ibi, *& in offic. Epiſc. d. cap. 26. §. 8. num. 1. & Aula ſupra.* & Emmanuel Rodriguez in ſumm. 2. tom. c. 15. nu. 16. & P. Ledeſma in ſumm. 1. p. tit. de Sacramento ordinis. cap. 7. ad fin. quamuis aliqui

5

6 Epiſcopi, etiam ad minores, petant titulum: † & quamuis non defuerint, qui dixerint, ex noua cõſtitutione Sixti V. contra clericos male promotos, quæ in Bullario. c. 29. in ordine, & ponitur, & declaratur per Vtualdum in ſuo Candelabro aureo ad finem. 2. o. & per Zecchum de caſibus reſeruatis. cap. de ſuſpenſione. etiam ad minores requiri titulum, tamẽ verius eſt per illam non fuiſſe in hoc aliquid innouatum, ſed referenda erant ſingula ſingulis.

7 Secundò dubitatur, † an titulus ad ordines requiratur tantum in clericis ſæcularibus, an verò etiam in regularibus, & religioſis.

8 In quo quicquid eſſet † antiquitus, de quo Quintanaduenn. ſupra ex n. 35. ad 65. dicendum eſt Concilium ſupra ſolùm loqui de clericis ſæcularibus, vt patet ibi, ne quis deinceps clericus ſæcularis, & ſimiliter d. conſtitutionem Sixti V. vt ibi, aut quoad ſæculares, ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij. Vgolin. ſup. *d. c. 61. nu. 3. & d. §. 8. nu. 1. Gabr. Vazquez d. d ſput. 246. nu. 61.* & Emman. Rodriquez, q. regul. tom. 3. q. 23. art. 3.

Et ita religioſos Societatis Ieſu, qui emiſerunt tria
9 vota non ſolemnia, non cõprehendi † ſub illo decreto rectè conſuluit Mandoſ. conſ. 13. Pius tamẽ V. in ſua conſtitutione 74. in ordine in Bullario extenditd. decretum Concilij ad clericos regulares, † ſeu
10 religioſos non profeſſos, ſub pœna ſuſpenſionis ab exequutione ordinum aliter ſuſceptorum. Et tradunt Mayolus de irregularitate. lib. 4. c. 15. nu. 1. Salcedo nu. 2. Flam. Pariſ. 19. Quintanaduennas 66. & Vgolin. *d. c. 61. nu. 3. & d. §. 8. nu. 1. fin. Ioann. Baptiſ. Confet. in ſumm. mat. priuil. tit. 15. c. 4. verſ. 5. Moſcon. de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. p. 2. c. 1. num. 380. & Praſect. in praxi Epiſc. p. 1. c. 1. nu. 43.* Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepiſcopali, curiæ Neapolitanæ. c. 81. n. 2. Enriquez in ſum. lib. 13. c. 37. §. 1. & Suarez ſup. n. 38.

Vnde S. Cong. Concilij ſic cenſuit, nullus clericus
11 ſæcularis, † aut regularis non profeſſus, debet ad ſacros ordines promoueri, ſine ſufficienti titulo ex Bulla Pij V. data anno 3. pridie idus Octob.

12 Quæ conſtitutio habet locum, tam in non † profeſſis, quam in nulliter profeſſis, ſecundum Rotam, in vna Vrgellen. Canonicatus. 3. Mart. 1595. coram ☞ Illuſtriſſimo Blanchetto, vt in ſequenti deciſione: Domini abſque vlla controuerſia dixerunt, Ferdinãdum per ſuſceptionem ordinum, eo modò, quo illos ſuſcepit contraxiſſe incapacitatem ad beneficium, conſtitutio enim Pij V. eſt clariſſima, qua ſuſpenduntur abſque aliquo titulo', contra formam Concilij Trident. ſeſſ. 21. ca. 2. de reform. quæ conſtitutio habet locum, tam in non profeſſis, quam nulliter profeſſis, cum loquatur de his, qui liberè, & licitè, ad ſæculum redire poſſunt; quare cum Ferdinandus ſe nulliter profeſſum prætendens, & per conſequens potuiſſe ad ſæculum redire, ad titulum paupertatis, vt profeſſus ſacros ordines ſuſceperit, fuit ſuſpenſus ab exequutione ſuorum ordinum, & beneficij acquirendi incapax effectus. cap. cum bonæ. de ætate, & qualitate, vbi gloſſ. & Abb. n. 6. c. fin. de clerico excommunicato, vbi gloſſ. c. lator. de exceſſibus Prælatorum, Gemin. conſ. 91. n. 3. & 133. nu. 2. & fuit reſolutum corã D. Gipſio. in cauſa Meliten. Abbatiæ. 24. Ianuarij. 1590. & cum poſtea ipſe promotus ad Subdiaconatus ordinem obtinuerit, ſub prætextu emiſſæ profeſſionis in Diaconum, & Presbyterum ordinari, fuit factus irregularis, cũ aſcendendo ad maiores miniſtrare dicatur in minoribus. Mayolus de irregularitate. lib. 1. c. 2. n. 11. & li. 4. c. 33. nu. 2. cum alijs allegatis in d. Meliten. & hoc ipſemet Ferdinandus in ſuo libello porrecto Ordinario fatetur: nam dum aſſerit, ſe non miniſtraſſe in ordine Presbyteratus, per hanc excluſionem videtur includere, ſe miniſtraſſe in alijs ordinibus, & ex hac irregularitate nouã contraxit inhabilitatẽ ad beneficia, Modernus, de reſignatione beneficij. li. 5. c. 6. n. 99. Non obſtat prætenta dubietas, primò, quia contrarium apparet ex eius confeſſione in libello, dum aſſerit, ſe ſtatim poſt d. profeſſionem nullam, & etiam in ipſa ordinum ſuſceptione, & poſt, ſemper reclamaſſe, ex qua reclamatione probatur ipſum habuiſſe animum dimittendi habitum, & ad ſæculum redeundi, ideo debebat abſtinere ab ordinibus ſuſcipien. tanquam verè profeſſus, & Ordinarium non decipere, qui ſi de tali animo, & ſtatu fuiſſet informatus, & illum iuxta literarum ſui Superioris tenorem non credidiſſet, cum ab ordinum ſuſceptione repulliſſet, Præterea ignorantia eraſſa ipſum Ferdi-

nandum non excuſat, Nauarr. in Man. c. 27. nu. 241. præcipuè ad effectum acquirendi beneficium, quo caſu ſunt probandæ habilitates. Et dato, quod fuiſſet dubius, tutiorem viam debebat eligere, & ab ordinum ſuſceptione abſtinere, donec de validitate profeſſionis fuiſſet iudicatum. c. ad audientiam, de homicidio, Nauarr. vbi ſupra. num. 284. & ex his, & alijs, ita fuit deciſum.

13 Sed à dicta conſtitutione Pij V. † Gregorius XIII. exemit religioſos Societatis Ieſu, qui poſt tria vota ſimplicia, ante ſolemnem profeſſionem, poſſunt ſine titulo, ad omnes ſacros ordines promoueri, de licentia ſui præpoſiti generalis, vt in literis datis 1575. anno primo, quæ habentur in libro literarum Apoſtolicarum Societatis Ieſu, pag. 130. & tradunt Salcedo, Flam. Pariſius Genuen. Enriquez, & Suarez ibi, & Emmanuel Rodriguez. d. c. 15. nu. 1. & d. art. 3. *Conſet. & Piaſec. ſupr. & Mart. Fornar. tract. de ordin. add. ad ſum. Tolet. c. 8. nu. 9. & Gabr. Vazq nu. 62. & Moſcon. ſupra, qui male ait, quod iſti Ieſuitæ poſt ſacerdotium electi ali deberent à Religione, & quòd ante ſacerdotium poſſent exire de Congreg. & nouiſſimè Vgol. de offic. Epiſc. c. 26. §. 8. num. 1. qui etiam male ait, quod poſt ſacerdotium prouideri eis debet de red. tu ſaltem quadraginta ſcutorum aureorum ex bonis Religionis.*

14 Et ita habetur † in declaratione S. Congregationis, infra adducta, ſub nu. 29. quod etiam confirmauit Greg. XIIII. in ſua conſtitutione, qua Societatis inſtitutum, & ratio gubernandi confirmatur, data anno 1591. 4. Calendas Iulij.

15 Tertiò dubitatur. † quas pœnas incurrat promotus ſine titulo, & quæ pœnæ innouentur per Concilium d. cap. 2. in fin. ibi, antiquorum canonum pœnas ſuper his innouando, in quo in primis dicendum eſt
16 de iure antiquiſſimo ordinatum † ſine titulo incurrere ipſo iure ſuſpenſionem ab exequutione ordinis ſic ſuſcepti, vt in d. c. neminem. & d. c. ſanctorum. 70. diſtinct. Mayolus d. lib. 4. c. 15. in princ. Nauarr. d. conſ. 14. de tempor. ordinatio. nu. 1. & Suarez d. diſput. 31. ſect. 1. num. 33. qui ait, quod quantum ex illis decretis
17 colligitur, ita erat impoſita † illa ſuſpenſio, vt etiamſi quis abſque peccato ita ordinaretur ad præceptum (verbi gratia) ſui Epiſcopi, ſuſpenſus maneret, in iniuriam ordinantis, vt ibi dicitur, ita vt fuerit Epiſcopo ablata poteſtas conferendi exequutionem ordinum, ſi abſque ſufficienti titulo ordines conferret. Sed dato, quod non eſſet peccatum in ordinato, id mihi non videtur certum.

18 Poſtea verò Innocen. III. in cap. † cum ſecundum Apoſtolum. de præben. dicit, quod licèt prædeceſſores ſui ordinationes eorum, qui ſine certo titulo promouentur in iniuriam ordinantium irritas eſſe voluerint, & inanes, ſcilicet, quo ad exequutionem, vt in d. c. neminem. & cap. ſanctorum, ipſe tamen benignius agere cupiens, tamdiu per ordinatores, vel ſucceſſores eorum prouideri vult ordinatis, donec per eos Eccleſiaſtica beneficia cõſequantur; vnde Innocen. III. pœnam ſuſpenſionis, de qua in d. c. neminem. & cap. ſanctorum. mutat in hanc, quod ordinator, vel ſucceſſor compellatur ordinato in neceſſarijs prouidere, donec titulum habeat; quod etiam videtur antea ſta-
19 tutum per Alexandrum III. in c. † Epiſcopus, eod. tit. Quintanaduennas ſup. nu. 14. & 16.

20 Sed hic ſe offert difficultas. † an pœna ſuſpenſionis, de qua in d. cap. neminem, & c. ſanctorum. ſit omnino ſublata, & d. iura indiſtinctè correcta, per d. c. cum ſecundum Apoſtolum, an verò adhuc procedant, & remaneant incorrecta, quando ſolus ordinatus fuit in culpa, quia dixit ſe habere patrimonium ſufficiẽs, cum non haberet.

21 In qua difficultate Anton. † de Butrio in d. c. 1. de præbendis, tenet d. iura antiqua remanere incorrecta, quando ſolus ordinatus fuit in culpa, vt quia dixit ſe habere patrimonium ſufficiens, tunc enim ipſo iure eſt ſibi interdicta exequutio, & d. cap. cum ſecundum Apoſtolum, habere locum, cum ordinator fuit in culpa, & hanc opinionem Anton. de Butrio, ait de iure videri veriorem, Decius in d. cap. 2. nu. 30. & ſequuntur Nauar. conſ. 1. q. 16. nu. 45. de conſtitutio. & d. conſ. 14. num. 3. & conſ. vltimo. num. 1. & 2. de temporibus ordinatio. dicens, quod illa mutatio, de qua in d. cap. cum ſecundum Apoſtolum, videtur reſtringenda ad ordinatum, qui bona fide ab Epiſcopo ſciẽte, vel debente ſcire eum non habere titulum, fecit ſe ordinari, non autem videtur comprehendere illum, qui per mendacia, & fraudem, fingendo titulum, decepit Epiſcopum, & Iacobus de Graffijs in deciſionibus aureis caſuum conſcientiæ, lib. 2. c. 97. nu. 66. & Suarez d. num. 33. & 35. *Et Fornar. de ord. c. 8. nu. 9. & in effectu ſumma Bullary Quarant. verb. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem, & Leo in Theſ. for. Eccleſ. cap. 39. nu. 21. & 33.* & alij.

22 Contrarium tamen tenet Abbas in d. c. 2. num. 3. † ex eo præcipuè, quod pœna ſuſpenſionis, de qua in d. c. neminem. & c. ſanctorum. fuit inducta in odium, & iniuriam ordinantis, vt patet in d. c. neminem. in fi. & in d. c. cum ſecundum Apoſtolum. vbi id probatur, & ſic illa pœna ſolum procedebat, quando ordinator fuit in culpa, & quia poteſt dici, quod ſemper ordinator videtur in culpa, quia debuit diſcutere, & examinare, an haberet patrimonium ſufficiens. argumento c. innotuit. de electione, ſequuntur Nauar. ſibi non conſtans. conſ. 19. n. 2. de temporibus ordinationum. Enriquez in ſumm. lib. 10. c. 17. §. 3. in glo. litera O. & lib. 13. c. 37. §. 2. Toletus in ſum. lib. 1. c. 48. verſic. 18. in Romana editione. Sayrus de cenſur. lib. 4. c. 14. nu. 16. & videtur tenere glo. fi. in d. c. 2. & Ygolinus. n. 7. & Genuen. nu. 12. vbi ſupra, & eſt communis, vt per Imolam in d. c. 2. & poſt hæc tenet Gonçalez, ad reg. de menſib. glo. 5. §. 10. nu. 25. *Auil. de cenſ. 3. p. diſp. 5. dub. 4. 2. concl. & Tiaſec. in praxi Epiſcop. p. 1. c. 1. nu. 42.*

23 Hoc ſuppoſito † ſecundum videndum eſt, quæ pœnæ innouentur per Concilium, d. c. 2. ibi, antiquorum canonum pœnas ſuper his innouando.

24 In quo moderni communiter † videntur tenere Concilium, ibi, innouare pœnam ſuſpenſionis, de qua in d. cap. neminem, & c. ſanctorum. ita Mayolus, d. c. 15. in princip. Salzedo ſup. num. 1. Eſpino. de teſtament. glo. 18. num. 75. Zerola in praxi Epiſcopali, 1. p. verb. dimiſſoriæ. §. 4. ibi. vel non poſſidere patrimonium, & 2. p. eodem verbo. §. 6. & verbo irregularitas. § 2. Emmanuel Rodriguez d. cap. 15. nu. 1. Ortiz Lucius in ſum. reſolut. 10. de ſuſpenſ. notab. 5. & Thomas Sanchez, de matrimon. libro 6. diſputatione 32. ad fin. *Et nouiſſimè Gabr. Vazquez 3. par. 3. to. diſp. 246. nu. 61. dicens, quòd antiqui canones, quorum pœnæ in Concilio innouantur, non ſunt iura. Alexand. III. in c. Epiſc. de Præb. & Boniſ. VIII. in c. ſi Epiſcopus, eod. in 6. illa enim non dicuntur antiqui canones, ſicut neque reliquæ epiſtolæ Pontificum, quæ in Decretalibus compilatæ ſunt; ſed ſunt*

bi an-

*& antiqui canones d. cap. neminem, & cap. ſanctorum.*

Nauarr. verò d. conſ. 1. quæſt. 16. de conſtitution. 25 & † vltim. de temporibus ordinatio. licèt obſcurè loquatur, ait dict. innouationem, intelligi de pœna dictorum canonum, neminem, & ſanctorum, quando ordinatus fuit in culpa decipiendo ordinatorem, quo caſu, ſecundum eum, pœna d. canonum non fuit ſublata per d. cap. cum ſecundum. & aliàs habere locum pœnam d. c. cum ſecundum, ſequuntur Vgol. *d. c. 61. de irreg. nu. 7. & de offic. Epiſc. c. 26. §. 8. n. 5. & §. 15. & 17.* Einman. Rodriquez ſupra num. 4. P. Ledeſ. 6. concluſ. 2. difficultate, & Suarez d. nu. 33. & 35. *Fornar. & in effectu ſum. Bull. ſupra.*

36 At idem Nauarrus † d. conſ. 14. de tempor. ordinatio. nu. 4. ait, (quicquid aliàs viſus fuerit arbitrari) reſpondendum dictam innouationem, quam facit Concilium ibi, intelligi, tam de pœna dictorum canonum neminem, & ſanctorum, quam de pœna d. cap. cum ſecundum Apoſtolum. qui omnes canones ſunt antiquiores Concilio; de pœna quidem canonum neminem, & ſanctorum. quando ſolus ordinandus eſt in culpa decipiendo ordinatorem dicendo, quod habet titulum beneficij, vel patrimonij ſufficientem, ita vt tunc ordinatus maneat ſuſpenſus iux. canones neminem, & ſanctorum, & ordinãs maneat impunitus, de pœna verò c. cum ſecundum Apoſtolum. quando ſolus ordinans eſt in culpa, ordinando illum, quem ſcit, vel ſcire debet non habere vllum titulum, ita vt in iſto caſu Epiſcopus teneatur alere ordinatum, qui non manet ſuſpenſus, & de vtraque pœna, quando vterque, tam ordinans, quam ordinatus eſt in culpa, ita vt tunc ordinatus maneat ſuſpenſus iux. d. canones neminem, & ſanctorum, & ordinans ei teneatur victum præbere, iuxta d. c. cum ſecundum Apoſtolum, ſequitur Graſſijs d. nu. 66. & in puncto iuris, Flam. Pariſius, ſupra nu. 18.

37 Alij verò tenent per concilium ibi, ſolum † eſſe innouatam pœnam cap. cum ſecundum Apoſtolum, & ſic ordinatum ſine titulo non eſſe ſuſpenſum, nec aliquam pœnam incurrere, ſed Epiſcopum cogendum eſſe illi prouidere iuxta d. cap. cum ſecundum Apoſtolum.

Quam ſententiam tenent Genuen. d. num. 2. Enriquez. Toletus, & Sayrus ſup. & Enriquez d. §. 2. in gloſſ. litera K. ait ſic conſultos Couar. & D. Veram, & alios iuriſperitos tenuiſſe, & videtur tenere Ioan. Gutierez, pract. quæſt. libro 2. q. 65. numer. 11. verſ. nec opinio Metinæ ibi, nam intelligi poteſt de pœna text. in cap. 2. & cap. cum ſecundum Apoſtolum. de præbend. Et Cenedo collectanea 33. ad decretales, nu. 2. & 6. ad fin. & Vivaldus in ſuo Candelabro aureo 2. p. tit. de ſuſpenſione, nu. 28. *Et in nou. nu. 35. Sa verb. ſuſpenſio ipſo iure fine, Auila d. 3. par. diſputat. 5. dub. 4. & 5. & Piaſec. d. nu. 42.* & tenuit Nauar. d. conſ. 19. nu. 2. de temporibus ordinationum, & poſt hæc Gonçalez ſup. art. num. 22.

38 Et hæc ſententia videtur verior ſuppoſita † ſententia Abbatis, de qua ſup. quod pœna ſuſpenſionis d. canonum neminem, & ſanctorum. erat omninò ſublata per d. c. cum ſecundum Apoſtolum, nam intentio Concilij ibi, ſolum eſt innouare pœnas antiquorum canonum, qui non erant ſublati, & correcti alio canone, vnde antiqua ſuſpenſio nouo iure capit. cum ſecundum Apoſtolum, ſublata non innouatur à Concilio, vt rectè Enriquez. d. §. 2. & Toletus ſup. *accedit, quòd innouatio ius nouum non inducit, ſed antiquum conſeruat. cap. ex parte 1. in fin. & c. quia intentionis. de priuileg.*

29 Et ita cenſuit S. Cong. vt per addictionem † Nauar. d. conſ. 1. quæſt. 16. de conſtitutio. & Flam. Pariſium. d. nu. 18. Genuen. & Toletum, & Gonçalez ſupra, & Vivaldum d. nu. 28. qui ait vidiſſe declarationem anno 1583. *Et eam adducit in nouis editionibus, nu. 35. & Piaſec. ſup. poſt Tol. & Sa.* & patet ex declarationibus ſequen. ſuper d. cap. 2. Concilium renouauit tantum pœnas, c. cum ſecũdum. extra de præb. in hoc c. non pœnas c. neminem, & in vna Reatina ſic reſpõſum eſt per S. Congregationem. ordinatus contra formam L. decreti ſine beneficio, aut patrimonio, nõ per hoc eſt ſuſpenſus, nec alia quam pœnam incurrit, ſed cogendus eſt ordinarius ei prouidere iuxta c. cum ſecundum. de præbend. qui canon. ſolus, & non alij fuit innouatus a Concilio, per doctrinam Abbatis; clerici tamen regulares, (vt habetur in declaratione ſequenti) qui ante profeſſionem factam ad ſacros ordines promouentur, ipſo facto ſuſpenſi ſunt, & ita ordinum ſuſceptorum actus exercendo fiunt irregulares. ita Pius V. in extrauag. incipiente, Romanus Pontifex ſacrorum. data pridie idus Octobris 1568. anno 3. Ab hac Pij conſtitutione Gregorius XIII. exemit clericos de Societate Ieſu, aut potius declarauit in illa conſtitutione Pij V. eos non comprehendi.

30 Nec valet reſpoſio † Vgolini d. numer. 7. qui dictam declarationem intelligit, vbi culpa fuit ordinatoris, ſecus, ſi fraude ductus ipſius ordinati, tunc enim non obligabitur ad eum ſuſtentandum, & in hoc locum habebit opinio Nauar. & ita etiam eam videtur intelligere Suarez. ſup. nam quamuis tunc non obligetur ad eum ſuſtentandum, vt dicetur infra nu. 33. non tamen habet locum pœna c. neminem, quæ non eſt innouata per concilium.

31 Nec poteſt in propoſito adduci, text. in cap. penul. & c. per tuas. il terzo, de ſimonia. quia ſolum agit de ordinato cum pacto ſimoniaco, de non petendo proviſionem ſuam ab ordinante, vel præſentante ad ordinem, vt rectè Enriquez locis citatis. Quintanaduennas. num. 25. & 26. Toletus verſ. 5. & Suarez nu. 35. vbi ſup. *& Auila d. dub. 4. & 5. & Piaſec.* & fauet Nauarr. conſ. 17. de tempor. ordinationum. & Gonçalez ſup. num. 27.

Pœna autem d. cap. cum ſecundum Apoſtolum, 32 † habet locum in Epiſcopo ordinante aliquem ſine titulo, ſciente vel debente ſcire eum non habere titulum, & ſic habet etiam locum, quando ordinandus dixit ſe habere patrimonium ſufficiens, quia Ordinarius debebat diligenter inueſtigare, an haberet patrimonium, & clericus non poteſt huic priuilegio renunciare. Abb. & Imola in d. cap. 2. Gambar. de offic. legati lib. 6. num. 140. Nauar. d. conſ. 1. quæſt. 16. de conſtitutio. & d. conſ. 14. & vltimo. de temporibus ordinatio. Surdus de alimentis, tit. 7. quæſt. 37. à numero 40. & titul. 1. quæſtione 60. à numero 12. et titulo 3. quæſt. 18. numero 32. et Flam. Pariſ. et Graſſijs, vbi ſupra, quamuis contra teneat. Ant. de Butrio, et Decius ſupra.

33 Non tamen habebit locum, † quando non fuit in culpa Epiſcopus, qui adhibuit debitã diligentiam, et per fraudem, et falſas probationes fuit deceptus, ne abſque culpa puniatur contra c. 2. de conſtitutio. ita

Nauarr. Flam. & Genuen. ibi Gonçalez nu. 32. *ſimm. Bullar. Quaran. verb. ordo, poſt ſecundam concluſionem, verſ. tertius caſus, Vgol. de offic. Epiſc. c. 26. §. 8. nu. 5. & §. 15. verſ. tertio non tenetur, Piaſec, ſic intelligens d. n. 42.* facit ad hæc ca. ſi Epiſcopus. de præben. in 6. de quo Surdus. d. q. 37. à nu. 51.

34 At ex d. conſtitutione Sixti V. 29. contra clericos male promotos, clerici, ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, promoti ad ſacros ordines, ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab exequutione ordinum ſuſceptorum. Vt latius in d. conſtitutione, & ita aduertit Candelabrum aureum in explanatione eiuſdem conſtitutionis notab. 14. quãuis notab. 11, videatur in hoc inaduertenter loqui, & P. Ledeſma d. c. 7. concl. 5. & Suarez ſupra nu. 35. & Goncalez ſupra nu. 34. *Quicquid ſine fundamento dicat Auila d. dub. 4. ad fin.*

35 Cuius ſuſpẽſionis abſolutio reſeruatur † ipſi Papę, inhibendo, ne per iubilea, indulgentias, aut Bullam Cruciatæ, cum quibuſuis ampliſſimis derogatorijs clericis conceſſa, & concedenda, abſolui poſſit.

36 Non tamen videbatur reſeruari ibi abſolutio à peccato, quia Papa non ſolet reſeruare, niſi ratione cenſuræ, ſeu abſolutionem cenſuræ, vt eſt notum. Durandus in 4. diſtinct. 17. q. vltima. Armilla verb. caſus. nu. 2. Caiet. eod. verb. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 161. aliàs 354. Coſmas Philiar. de officio ſacerdotis. 1. tom. 2. p. lib. 2. c. 15. & 26. Candelabrum aureum, de abſolutione. nu. 56. ſumma Corona. 4. p. c. 6. de Sacramento pœnitentiæ. nu. 24. 7. dub. Toletus in ſum. lib. 1. c. 41. in Romana editione, & Manuale nouum Toletanum, de adminiſtratione ſacramentorũ, de Sacramento penitentiæ, circa finem, quamuis Palacio in 4. diſt. 17. diſput. vltim. dicat, Papam directè reſeruare culpas.

37 Sed certè verba † d. conſtitutionis, & reſeruationis ſunt multum ampla, & generalia, & videntur vtrumque reſeruare, & maximè vrgent illa verba, à reatibus, & exceſſibus præfatis abſolui, præterquam in mortis articulo, quæ neceſſariò videntur intelligenda de peccato, præſertim, quia quod attinet ad ſuſpenſionem, non eſt veriſimile Papam ibi permittere facultatem abſoluendi ab ea in mortis articulo, non enim eſt neceſſaria ea abſolutio in illo articulo, Vnde Enriquez in ſum. lib. 6. c. 10. §. 3. glo. 11. ait tutius eſſe vtrumque reſeruari.

38 Circa quam reſeruationem ſe offert difficultas, † an nihilominus poſſet abſolui ab iſta ſuſpenſione, & exceſſu per Bullas Cruciatæ poſteriores, ſicut poterat abſolui per aliqua Iubilea poſteriora à Greg. XIIII. & Clemente VIII. conceſſa, in quibus derogabatur huiuſmodi conſtitutionibus.

Et quidem certum videtur non poſſe abſolui per
39 Bullam † Cruciatæ publicatam poſt d. conſtitutionem, cẽceſſam tamen ante eam, per illam enim, cum ſit antea conceſſa, non poteſt dici derogari huiuſmodi conſtitutioni, vt per Emman. Rodriquez in addit. explicationis Bullæ ad §. 9. nu. 57.

Quamuis contrarium videatur tenere Enriquez
40 † d. c. 10. §. 2. in gl. litera K. dicens, ita re conſulta explicuiſſe Commiſſarium Cruciatæ, poſſe per Bullam Cruciatæ poſteriorem anni 1590. quæ erat conceſſa, & prorogata per Sixtum Quintum. 17. Octob. 1585, ad aliud ſexennĩ, abſolui à caſu conſtitutionis eiuſdem Sixti, contra aborſum procurantes datæ anno 1588. in qua ſimilis reſeruatio habebatur, quia Bulla Cruciatæ habet clauſulam generaliter derogatoriam, & ipſe Commiſſarius habet à Papa facultatem interpretandi dubia, & derogandi priuilegijs contrarijs. Sed, cum Bulla eſt antea conceſſa parum re-
41 fert clauſula † derogatoria in ea poſita, quamuis poſtea publicetur, ad l. pacta nouiſſima. Cod. de pactis. nec verum eſt Commiſſarium habere à Papa facul-
42 tatem † interpretandi dubia, nam in Bulla, & ſummario Latino non inuenitur talis facultas. Emmanuel Rodriquez d. nu. 57. ad fin. difficultas eſt an per Bullam Cruciatæ, poſt d. conſtitutionem conceſſam,
43 maximè à ſucceſſore † poſſit abſolui, in qua etiam videbatur reſpondendum negatiuè, nam cum Bulla Cruciatæ ſit conceſſa Regi ad ſexennium, & ante finem illius ſoleat prorogari ad aliud, & ſic ſucceſſiuè, Bulla poſterior cenſetur eadem cum prima ad l. ſed etſi manente. ff. de precario, atque adeo, ſicut non poterat abſolui per Bullam Cruciatæ præcedentem d. conſtitutionem, ita nec per poſteriorem. Præterea
44 quicquid dicat Emmanuel † Rodriquez. d. n. 57. facultas ſuſpendendi, quæ datur Commiſſario, non facit ad rem, quia illa non eſt ſuſpendendi conſtitutiones, ſed indulgentias, & facultates.

45 Nihilominus tamen in propoſita difficultate † cõtrarium videtur verius, nam in prorogatione dicitur, quod etiam de nouo concedit, vt in prorogatione facta à Greg. XIIII. anno 1591. & à Clemente VIII. 9. Febr. 1592. cum clauſulis, & derogationibus contentis in alijs literis. Greg. XIII. & etiam Pij V. quia vnæ ad alias ſe referunt, & in literis ſuper conceſſione Cruciatæ, datis à Pio V. 12. Calendas Iunij 1571. habetur ſequens derogatio, non obſtantibus quibuſcunque decretis, conſtitutionibus, ſtatutis, conſuetudinibus, Bullis, priuilegijs, literis, indulgentijs, Bulla mare magnum nuncupata, & ordinationibus editis, aut approbatis, etiam pluries, non ſolùm ab inferioribus, ſed à nobis, & noſtris prædeceſſoribus, cùm quibuſuis clauſulis, derogationibus, ac iuramẽtis, & ex quacunque cauſa, & expeditione contra Turcas, & ſiue per modum vniuerſalis legis, ſiue ſub alia forma, & ſiue in fauorem Eccleſiarum emanauerint, quoniam illis omnibus, & ſingulis, etiam quod de verbo ad verbum debuiſſent præſentibus inſeri, habentes, & haberi volentes omnia pro inſertis, & expreſſis de verbo ad verbum, ex certa ſcientia motu proprio, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, eatenus, quatenus directè, vel indirectè prædictis in toto, vel in parte contrariantur, aut aliquod quicquã minimum præiudicium, ſeù impedimentum afferant, expreſsè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cęteriſque contrarijs quibuſcumque.

46 Quæ clauſula, † & derogatio cenſetur eſſe in dictis prorogationibus, & nouis conceſſionibus, cum relatum ſit in referente, le. aſſe toto. ff. de hæredibus inſtituen. & derogat ſufficienter d. 1. conſtitutioni ad conſilium Butrij 2. quod Rota, & alij ſequuntur,
47 † vt infra par. ſequent. cap. 2. n. 305. & procedit non ſolùm in lege. & gratia motu proprio conceſſa, ſed etiam in reſcripto, & gratia conceſſa ad poſtulationem partis, vt per citatos ibi, maximè Caſſadorum, & Rotam deciſ. 213. n. 1. par. 1. diuerſorum, Quamuis contradicat Couarr. ibi citatus in rubrica, de teſtam. 2. par. n. 20. verſ. 3. & Anton. Gabriel de clauſulis, concl. 5. n. 4. & 5.

Nec contra ſupradictam reſolutionem obſtat do-

48 Orina † Emman. Rodriquez in ſumm. 1. tom. c. 164. nu. 3. & in d. additio. ad §. 9. num. 59. vbi tenet, quod virtute Cruciatæ non poteſt quis abſolui per confeſſarium à ſuſpenſione incurſa propter ordines male ſuſceptos, vt ante ætatem, &c. ex eo, quod nec Cõmiſſario generali conceditur talis facultas, vt patet, ex Bulla Latina, & mutat ſententiam, quam tenuerat in explicatione Bullæ d. §. 9. nu. 62. cum Medina in ſumma. lib. 1. c. 11. §. 8. Sicut etiam Vega in ſumma. 2. par. cap. 15. caſu 10. ſeu 8. & in Eſpeio de Curas, cap. 14. nu. 41.

49 Nam verior eſt prima ſententia, quam tenuit † d. num. 62. cum Medina; quam etiam tenent Ludou. Lopez, inſtruction. conſcientiæ, 2. tomo. ſecunda p. cap. 23. & 31. & alij relati per Enriquez in ſumma. lib. 7. cap. 13. §. 3. in gloſſa litera ij. qui dicit probabilem in gloſſ. litera C. ſequenti, quamuis in text. teneat cõtrarium, & nouiſſime ſequitur hanc ſententiam, P. Ledeſma in ſumm. de Sacrament. Ordinis. cap. 7. dub. 5. primæ concluſionis.

50 Et ratio eſt, nam in Bulla Cruciatæ datur † facultas confeſſario electo per eam abſoluendi à qualibet cenſura; & ſuſpenſio eſt verè cenſura. c. quærenti. de verborum ſignificatione, & eſt notum.

51 Aiunt tamen dicti doctores, † quod abſolutus à ſuſpenſione incurſa ob ſuſceptionem ordinum ante ætatem legitimam, non poteſt adhuc celebrare ante completam ætatem, quod comprobatur ex capite. vel nõ eſt compos, de temporibus ordinatio. & quod tradit Suarez, d. 5. tomo, diſputatione 31. ſectione 1. num. 23. & declaratione Sanct. Congregationis Concilij, ſuper cap. 6. ſeſſione 24. de reformat. quæ ſic ait. Item Congregatio cenſuit, ſi is clericus peruenit iam ad ætatem legitimam, poſſe Epiſcopum cum illo diſpenſare, tam ſuper irregularitate, quam ſuper ſuſpenſione, ex delicto occulto tamen proueniente, quia ſe fecit promoueri, non in ætate legitima: ſi nondum ad ætatem legitimam peruenerit clericus, Epiſcopum non poſſe, ſed petendam abſolutionem à Sede Apoſtolica. *Et ita etiam tenet Auila de cenſur. 3. par. diſp. 5. dub. 7 not. 10.*

52 Nec prædictæ ſententiæ obſtat d. † argumentum deſumptum ex Bulla Latina, cui reſpondet P. Ledeſma, quod non dari talem facultatem Commiſſario non arguit, nec conuincit, quin eam habeant confeſſari, & rationem differentiæ eſſe quod Commiſſarius procedit in foro exteriori, & nõ vult Papa, quod habeat iſtam authoritatem in tali foro. At confeſſarius procedit in foro conſcientiæ, & in ordine ad confeſſionem, & non eſt inconueniens, quod cõfeſſarius habet iſtam authoritatem in tali foro.

53 Sed iſta reſponſio non † omnino ſatisfacit, nam verius eſt poſſe confeſſarium virtute Bullæ abſoluere à cenſuris, extra confeſſionem, vt per Enriquez lib. 7. c. 13. §. 2. & Emmanuel Rodriguez, in dict. addition. ad §. non. num. 47. & 59. & §. decimotertio, nu. 4. & q. regul. 1. tom. q. 20. artic. 7. & q. 61. art. 7. & ipſum Ledeſma, de excommunicatione. c. 8. *& Auilam de cenſur. 2. p. c. 7. diſput. 3. dub.* 13. contra Nauar. in Manual. c. vigeſimo ſexto, nu. 31. & conſ. 48. n. 11. de ſententia excomm. Corduba in ſumm. q. 19. Ludouicus Lopez. 2. to. 2. p. c. 8. & 19. Vegam in ſumm. 1. p. c. 6. caſu 49. Zerchum de ſacramentis de pœnitentia c. 19. 12. d. Sorbo. in compendio Mendicantiũ, verbo caſu reſeruati, Suarez d. 5. tom. diſput. 7. ſect. 5. nu. 35. & Zerolam in praxi Epiſcopali, 2. p. verb. abſolutio, §. 1. reſponſ. 3. *& Parlad. differ. 109. §. 1. nu. 7.* Quorum opinio

54 vera eſſet, † ſi adeſſet clauſula, eorum confeſſionibus auditis aut in foro conſcientiæ, vt in Iubileis, quæ tamen in Bulla non adeſt, ſed ſimpliciter datur facultas eligendi confeſſarium, qui eos poſſit abſoluere à quibuſuis peccatis, & cenſuris. *In Bulla tamen Cruciatæ pro Regno Luſitaniæ adeſt clauſula, Eorum confeſſione audita; & ſic virtute illius non poſſe quem extra confeſſionem abſolui a cenſuris rectè tenet Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ q. 50. ad ſi.*

55 Et inſuper verius eſt abſolutionem à cenſuris † virtute Bullæ, aut Iubilei, niſi in eo dicatur, in foro conſcientiæ tantum ſuffragari, valere pro foro exteriori, quando facta eſt, ſatisfacta parte. Medina in ſumm. lib. 2. c. 12. Emman. Rodriguez in Explicatione Bullæ, §. 9. nu. 55. ad fin. & in addition. num. 49. 51. & in ſumm. 1. tom. c. 83. num. 9. & quæſt. regul. 1. tom. d. quæſt. 20. art. 6. & d. quæſt. 61. art. 6. Vgolin. de cenſur. tab. 1. c. 10. §. 4. num. 5. Bobadilla in ſua politica, libro 2. cap. 19. num. 46. Vega in ſumm. 1. part. cap. 6. caſu 52. & in Eſpeijo de Curas, cap. 12. num. 73. Sorbo. in d. compendio Mendicantium in reſolutio. abſolutionem, pag. 57. & alij relati per Enriquez d. §. 2. in gloſſ. litera V. & accedit deciſ. Rotæ 573. lib. 3. p. 3. diuerſorum. *Et placuit Acoſtæ d. q. 50. Quamuis abſolutionem virtute Cruciatæ Regni Portugalliæ factam ab excommunicatione & cenſuris ab homine latis non valere in foro exteriori dicat, quia ita Papa explicat in illa Bulla. Sorbo. pag. 57. die 56. ſeu 57.*

56 Pro qua facit declaratio perpetua Pij V. † facta in Iubileo anni 1568. relata per Emmanuel Rodriguez, Vegam, & Sorbo. ibi, & per Ioan. Guttierez, cæno. quæſt. lib. 1. cap. 2. nu. 18. cui ipſe non benè ſatis-

57 facit, tenens contrarium cum Couarru. in † c. alma mater. 1. part. §. 12. num. 16. Mar. Ledeſma 2. par. 4. q. 25. art. 1. & Nauarr. conſ. 13. de pœnitentijs, & remiſſio. & conſ. 11. de ſententia excommun. aliàs conſ. 51. & 52. de ſententia excommun. *& conſ. 4. nu. 2. de ſepult. Poſt Sairum Graff. in deciſ. aureis lib. 4. c. 15. nu. 18. Auila d. 2. p. c. 7. diſput. 3. dub. 10. & 12. Parlad. differ. 12. §. 2. nu. 23. & Lacar. de monitor. ſect. 4. q. 15. d nu. 1.* cum quibus etiam tenent Coſmas Philiarc. de officio ſacerdotis. 1. par. lib. 3. c. 27. ad fin. Zerola in d. praxi, 1. par. verb. abſolutio. §. 2. et parte verb. ordo. §. 4. d. 5. Doctor Frechilla, de excom. art. 1. 4. p. n. 7. 3. dub. et art. 5. nu. 2. Toletus in ſum. lib. 1. c. 14. verſ. 8. et 9. dicens, hunc eſſe ſtilum Romanæ Curiæ, in æditione Romana, et Sayrus de cenſuris, lib. 2. cap. 20. nu. 31. et ſequitur Suarez d. diſp. 7. ſect. 5. nu. 21. quãdo facultas abſoluendi conceditur, ſolum in ordine ad ſacramentalem confeſſionem.

58 Et ſimilem declarationem perpetuã fecit † Greg. XIII. in Iubileo anni 1575. quam refert D. Penia in directorio Inquiſitorum comment. 25. quamuis ipſe videatur etiam tenere cõtrarium. *Et eadem declaratio Greg. XIII. habetur in compendio Mendicantium, ad fin. verb. notanda tempore Iubilei pag. 542. vbi Sorbo verb. notanda ſuper hac Apoſtolica declaratione, verſ. ſexto aduerte, contrarium etiam tenet ſibi contrarius.*

59 Quare dicto argument. ex † Bulla Latina ego reſpondeo, quod ibi non agitur de ſuſpenſione incurſa propter ordines malè ſuſceptos, ſed de irregularitate propter ordinum malam ſuſceptionem contractą, vt qui excommunicatus, ſeu ſuſpenſus

ordinatur, &c. Nauar. cap. 27. nu. 241. ſic enim ait.

Item ſimiliter conceditur facultas d. Commiſſario diſpenſandi, & componendi ſuper irregularitate cum ijs, qui quibuslibet Eccleſiaſticis cenſuris ligati Miſſas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrauerunt, ſeu aliàs illis ſe immiſcuerunt, & ſuper alia qualibet irregularitate, præterquam ratione homicidij voluntarij, aut ſimoniæ, vel apoſtaſiæ à fide, aut hæreſis, vel propter malam ordinum ſuſceptionem contracta.

Ex quibus obiter videbatur, quod breuia, ſeu priuilegia religionum, † quod eorum fratres non poſſint vti Bulla Cruciatæ, ſeu alijs priuilegijs, quo ad indultum eligendi confeſſorem, & abſolutionem caſuum reſeruatorum, conceſſa mendicantibus, & alijs per varios Pontifices, vt per compendium mendicantium, Bernardorum, & Societatis Ieſu, verb. abſolutio. & Cruciata, & Paraſellum, de priuilegijs Minorum, cap. 10. & Sorbo. in d. compen. mendican. verb. Cruciata, & Emman. Rodriguez. in d. Explicatione Bullæ, §. 9. nu. 24. & quæſt. regularium, 1. tom. quæſt. 21. art. 10. & Enr quez, in ſumma lib. 6. c. 6. §. 9. & c. 16. §. 7. & lib. 7. c. 22. & nouiſſime quibuſcumque Religionibus, per Clem. VIII. 25. Nouemb. 1599. derogantur per ſequentes Bullas, & clauſulas derogatorias ibi poſitas. *& per Sorbum poſt d. Comp. Mendic. pag.* 544.

61 Sed nihilominus contrarium † dicendum eſt, nam illa Breuia non ſunt priuilegia contraria Bullæ, ſed declaratoria illius, & intentionis Papæ, quod ſub indulto eligendi confeſſorem, non comprehendantur religioſi, vt patet in Breui Pij V. poſito per Emman. Rodriguez in d. Explicatione Bullæ ad fin. & in d. breui Clementis VIII. in quibus perpetuò declaratur conceſſionem Cruciatæ, & aliorum priuilegiorum, ſeu indultorum particularium, quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, quantum ad articulum eligendi confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, cum fratribus, & monialibus ordinis Prædicatorum, & etiam aliorum quorumcunque ordinum, locum minime habere, nec cenſeri, ſed ſuæ intentionis exiſtere, quod ijdem fratres, & moniales, quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti ſint. *Item eſto illa Breuia eſſent limitatoria Bullæ, adhuc non derogarentur per Bullas ſequentes, quia generi per ſpeciem derogatur, etiamſi ſpecies ipſa præceſſerit rei generi, lib. 6. & cap. 1. de reſcript. cum alijs. & ibi Doct. & Suar. de legib. lib. 8. cap. 39. a nu. 6 & in ſimili docet idem Suar. d. lib. 8. cap. 17. num. 8.*

62 Nec facit ad † propoſitum dicta facultas, quæ datur Commiſſario ſuſpendendi omnes indulgentias, & facultates, non tamen conceſſus ordinum mendicantium Superioribus, quoad eorum fratres tantum quamuis Theologi eam adducant ad reſolutionem huius quæſtionis; nam dicta Breuia, non poſſunt dici indulgentiæ, nec facultates, ſed potius prohibitiones, ſeu declarationes. Et prædictam ſententiam te-

63 net Mar. Ledeſma 2. p. 4. q. 19. art. 2. † collector priuilegiorum in compendio mendicantium, verb. Cruciata, & verbo abſolutio, quo ad fratres, & ibi Corduba in annotationibus. & ſuper regul. D. Franc. c. 7. q. 8. pun. 2. & compendium Bernardorum, verb. Bulla Cruciatæ, & Paraſellus ſup. & compendium Societatis, & Sorbo. verb. Cruciata. *& Candel. Aur. 1. p. de abſol. nu. 25. & in nouis editionibus 35. dicēs ita Salamantices cl. ſuos magiſtros ex præcipuis religionibus, & Doctorē Mayo iuris Pontificij primarium, & alios cōmuniter tenuiſſe. &c.*

64 Et ita tenendum eſt † tanquam certum, maximè ſtante declaratione S. Congregationis Concilij data Archiepiſcopo Valentino, tempore Gregorij XIII. quam ponit, & vidiſſe ait Emman. Rodriguez, d. nu. 24. quæ ſic ſe habet, Cong. Concilij cenſuit quatenus gratia ex Bulla Cruciatæ pertinent ad moniales, non poſſe vigore facultatis in eadem Bulla conceſſæ alios confeſſarios, præter eos, qui ad audiendas ipſarum monialium confeſſiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere quam etiam ponunt Carb. ſup. & P. Ledeſma in ſum. de pœnitentia. cap. 13. dub. 13. *Et noviſſimè poſthac viſus eam affert Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciata. q. 107. & Vgol. de offic. Epiſc. c. 7. § 2. n. 8. qui etiam ponunt ad literam dictum Breue Clem. VIII. & tenent dictam ſententiam: ponit etiam d. Breue ſum. Bullar. Quar. verb. confeſſor, & Emman. Rodr. in collat. priuil. reg. bull. 9. Clem. VIII. pag. 1217. & ſimile Breue dedit S. D. N. Paulus V. ad inſtantiam D. Epiſcopi Salamantini.*

65 Quamuis contrarium practicetur, ex ſententia † multorum Theologorum, maximè regularium. Nec

66 iuuat dicere, quod illa Breuia non ſint recepta, † nam cum ſint declaratoria, quod Papa non intendit illud indultum eligendi confeſſorem regularibus concedere, nihil refert, quod ſint recepta, vel non, nam non receptio non poteſt facere, quod illud indultum & conceſſum, aut extendatur contra intentionem con-

67 cedentis; & † ſimiliter ex quo ſunt declaratoria non requiritur, quod ſint promulgata, aut intimata ſolemniter, nec etiam requiritur intimatio d. declarationis S. Congr. quicquid dicat Ludou. Lopez inſtruct. conſc. 2. tom. 2. p. c. 8. pag. 823. vt alijs in præfatione dicitur.

68 Nec permiſſio Superiorum religionum, † & eorū tacita licentia poteſt extēdere dictum indultum Bullæ, nec poteſt aliquid operari, cum ipſi id permittāt, tanquam conceſſum à Papa, cum tamen reuera non ſit, immo nec expreſſa licentia Prælatorum iam ſufficit ex d. Breui Pij V. & Clementis VIII.

69 Nec rurſus iuuat dicere, † quod Superiores religionum tacitè renunciarunt dicto priuilegio, nā vt appareret ex dictis Breuibus, non tam eſt priuilegium, quam declaratio dict. indulti, & intētionis concedentis, ſed

70 circa d. conſtitutionem † Sixti V. contra clericos malè promotos, aduertendum eſt iam, quod Clemens VIII. anno Incarnationis Dominicæ 1595. pridie Kalendas Martij Pontificatus ſui anno quinto, qui à Natiuitate Domini eſt 1596. motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſuæ perpetuò valitura conſtitutione, ſupradictam cōſtitutionem Sixti V. ad terminos ſacrorum Canonum, ac cōſtitutionis Pij Papæ II. quæ incipit. Cum ex ſacrorū, & ad diſpoſitionē decretorū S. Cōcilij Triden. reſtrinxit, & reduxit, nec nō cenſuras, & pœnas in ead. Sixti cōſtitutione, contra quoſcumq;, præterquā cōtra ſimoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, has .n. voluit in ſuo robore permanere, moderatur, & abolevit. quam conſtitutionem Clementis adducit Sayrus de cenſuris, lib. 4. c. 17. ad fin. & Thom. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 49. nu. 10. *Ioann. Bapt. Confettus in collect. liter. & priuil. regul. bulla 1. Clem. VIII. & in ſumm. mater. priuileg. tit. 15. c. 4. ſumm. Bullar. Quaran. verb. ordo 3. & 4. conſtit. Emman. Rodrig. in collect. priuileg.*

*priuileg. regul. bull. 21. Clem. VIII. pag. 1237. & nouiſſime Piaſec. in praxi Epiſcopali p. 1. cap. 1. nu. 59.* & refert Emman. Rodriquez. q. regul. 1. to. q. 20. art. 13. & Suarez d. 5. to. diſp. 31. ſect. 1. n. 41. 42. 43. & 64. & ſect. 5. nu. 6. ad fin. *Candel. Aur. in nou. poſt explanationem d. bullæ contra malè promotos, Leo in The. for. Eccleſ. c. 39. n. 19.* & poſt hæc Gonçalez. gl. 15. nu. 128. quamuis Zerola in praxi. 2. p. verb ordo. §. 3. & 8. & verb. irregularitas. §. 2. dicat, quod illa fuit reuocata, & reducta ad terminos iuris per Gregorium XIIII.

Quemadmodum Greg. XIIII. per ſuam conſtitu-
71 tionem datam anno 1591. † pridie Calendas Iunij modificat, & moderatus eſt aliam conſtitutionem eiuſdem Sixti V. contra aborſum procurantes, & idem Clemens VIII. per breue datum 2. Apr. 1602. anno 11. *poſitum per Emman. Rodriq. in d. collect. priuil. bull. 7. Clem. VIII. pag.* 1214. conſtitutiones eiuſdem Sixti, de forma, & qualitatibus admittendi religioſos quoad eam partem, per quam ibi profeſſio nulla declaratur, ad terminos iuris, & ſacrorum Canonum reduxit pœnas contra Superiores, qui earundem conſtitutionum formam non ſeruauerint, aut aliter, quouiſmodo, contra fecerint, in ipſis conſtitutionibus inflictas ſaluas relinquendo.

72 Vnde ceſſat pœna † ſuſpenſionis in d. conſtitutione Sixti contra malè promotos, poſita contra ordinatos ſine titulo, & ſtandum erit in hoc decreto S. Concilij Trid. & declarationibus S. Congreg. ſupra adductis Gonçalez ſup.

73 Quartò dubitatur, † qui titulus requiratur ad ſacros ordines, in quo dicendum eſt, quod de iure antiquo Epiſcopus poterat clericos promouere ad plures & diuerſos titulos. Primò, ad tit. beneficij, d. cap. neminem, & ca. ſanctorum. 70. diſp. ex quibus Canonibus (vt rectè explicat Quintana duennas d. lib. 3. ex num. 11. & ex num. 27.) nemo poterat ordinari, niſi ad tit. beneficij, ſeu certæ Eccleſiæ, vſque ad tempora Alex. III. & Innocen. III. quorum ſunt c. Epiſcopus. & c. tuis. de præbend. & de hoc tit. certæ Eccleſiæ ad ordines loquitur Epiſtola Alex. III. ad Alphonſum Caſtellæ Regem, quam ponit concinnis noſter Gil. Gonçalez portionarius Eccleſiæ Salamantinæ in ſua hiſtoria de Salamanca, lib. 2. cap. 15. in qua Papa ait, quod Petrum Salamantinum Epiſcopum in ſacerdotem, certo ſibi in vrbe titulo aſſignato, promouit, & non loquitur de titul. Cardinalatus, vt male intelligit ille.

Secundò ad titulum proprij patrimonij, vt poſtea ſtatuerunt Alexan. III. & Innocen. III. in d. cap. Epiſcopus, & c. tuis. & conſequenter etiam ad titulũ pen ſionis Eccleſiaſticæ. Tertiò, ad tit. paternæ hæreditatis, d. c. Epiſcopus. Quartò ad tit. alieni beneficij, c. poſtulaſti. de iure patr. ca. per tuas. il 3. & c. pen. de ſimonia. vbi Doct. & Abb. in c. cum ſecundum Apoſtolum, de præbend. nume. 11. Felin. in cap. in noſtra de reſcrip. cor. 34. nu. 31. Lamber. de iure patr. lib. 3. q. 5. art. 6. Quintana d. ſup. à num. 16. de quo Gamb. de officio legati. lib. 6. ex nu. 131. Quintò ad tit. ſtipendij ab Epiſcopo ſibi aſſignandi ſuper fructibus ſuæ menſæ Epiſcopalis ad c. 2. & c. Epiſcopus. de præben. Abb. d. nu. 11. Sextò ad tit. penſionis, ſeu ſtipendij à laico in titul. ei aſſignati ſuper bonis ſuis. Rota deciſ. 11. de præbend. in antiquior. & 30. de reſcrip. in antiquis. Felin. in c. poſtulaſti. de reſcript. nu. 8. & in d. c. in noſtra cor. 30.

74 Hodie verò ex S. Concilio d. cap. 2. non videtur, † quis poſſe promoueri ad ſacros ordines, niſi ad tit. beneficij pacificè poſſeſſi, & etiam patrimonij, vel penſionis Eccleſiaſticæ, vbi Epiſcopus pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum iudicauerit aſſumendum, quæ tamen neceſſitas, vel ſaltem com-
75 moditas regulariter adeſt, præſertim in † perſonis doctis, & probatæ vitæ, & ideo regulariter poteſt quis etiam hodie ordinari ad tit. patrimonij, vel penſionis. Flam. Pariſ. d. lib. 2. q. 6. num. 8. & ita præticatur. pro quo conducit ſequens declaratio, S. Cong.
76 † Concilij, cum ad patrimonij, vel penſionis Eccleſ. tit. ordinari non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum ſuarum, iuxta c. 2. ſeſſ. 21. clerici autem abſentes, eccleſiis neceſſitatem habentibus, aut ſubuenire, aut vtilitatem aliquam afferre non poſſunt, quæritur, an huiuſmodi clericis literas dimiſſorias epiſcopus concedere poſſit? Congregatio cenſuit poſſe, & ad eum ſpectare.

Quod ampliatur primò, quod habens patrimo-
77 nium † ſufficiens poteſt promoueri ad ſacros ordines, licèt expreſſe non aſſignetur ſibi patrimonium in titulum, nec dicatur ad titulum patrimonij; ſed ſatis eſt, quod illud habeat, & ſuccedit loco tituli, gl. in c. ſi epiſcopus, verbo titulum. de præbend. in 6. Abba. in c. tuis. n. 3. de præbend. & Gambarus d. libr. 6. n. 137. & fauet Concilium d. cap. 2.

78 Si tamen aliquis † haberet plura bona, ſeu beneficia, & ad titulum aliquorum ſpecialiter, ſeu nominatim ordinaretur, illa ſolùm eſſent titulus, & non alia.

79 Secundò ampliatur, vt etiam ad titulum † donationis poſſit quis ordinari, Zecchus de republica eccleſia. c. de clericis, ſub n. 7. verſic. 84. *Azor. 2. p. lib. 3. c. 4. quæſt. 1. Moſcon. de maieſtat. milit. Eccleſi. libro primo parte 2. cap. 1. pagin.* 380. *& Vgol. de offic. Epiſcop. cap.* 26. §. 13. *ad fin.* vt in ſequentibus declarationibus S. Cõgregationis 1. ad titulum donationis alicuius poteſt quis ordinari, ſi ita epiſcopus iudicauerit aſſumendum pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum, & ſi donatio eſt realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non poſſit, abſque Epiſcopi licentia, donec beneficium ſufficiens adeptus fuerit, vel aliundè habeat vnde viuere poſſit.

Secunda, poteſt aliquis ad ſacros ordines promoueri ad titulum bonorum, quæ donantur, ſi tamen Epiſcopus iudicauerit eum aſſumendum pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum donationeſque huiuſmodi verè, & abſque vlla fraude in forma valida fiant de tot bonis, quod promouendo ſufficiat ad vitam honeſtè ſuſtentãdam quæque deinceps nullo modo alienari poſſint ſine licentia Epiſcopi, donec beneficium ſufficiens adipiſcatur, vel aliundè habeat vnde viuere poſſit.

80 Tertiò ampliatur, † vt etiam familiares triennales Epiſcopo: um, aliàs ſibi non ſubditi poſſint ab eis ordinari ad titulum patrimonij, vel penſionis. Marc. Anton. Genuen. d. c. 81. n. 3. cum Flam. Pariſio, de reſignatione benefic. lib. 4. quæſt. 2. num. 91. qui ait, quod text. Concilij Trident. cap. 9. ſeſſion. 23. de reformatione die 14. Aprilis 1575. per Sanct. Congregationem fuit ampliatus procedere, ſi familiari dederit ſufficiens patrimonium, & ſunt ſequentes declarationes eiuſdem Sanct. Congregationis.

81 Prima, † pro neceſſitate, & commoditate Eccleſiarum

ſiarum ad titulum patrimonij poſſunt etiam ordinari familiares triennales Epiſcoporum, iuxta formam cap.9. ſeſſ.23. Sed tamen debent aſcribi Eccleſijs, pro quarum neceſſitate ſunt ordinati, iuxta formam, cap.16.ſeſſ.23.

Secunda, Epiſcopus ordinat familiarem ſuum, ad titulum penſionis, ſi pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum iudicat ordinandum.

82 Tertia ſuper d.ca.9. † Familiaris Epiſcopi, de quo hoc decretum loquitur, poteſt etiam ordinari ad titulum patrimonij, ſi illud ſufficiens habuerit, ſi Epiſcopus ita iudicauerit pro neceſſitate, aut commoditate ſuæ Eccleſiæ, & certæ Eccleſiæ aſcribatur, vbi ſuo munere fungi debeat, iuxta c.16. infra hac eadē ſeſſ. *Vnde apparet falſum quod ait Gabr. Vazq.3.par.tom.diſp.243.num.49. quod familiaris ab Epiſcopo ordinari poteſt, etiamſi patrimonium non habeat, nec vllius Eccleſiæ neceſſitas vrgeat; ſolum enim conceditur licentia Epiſcopo eum ordinandi, quatenus melius ſeruitio eius vti poſſit.*

Quarta ſuper d.cap.16. ibi, non aſcribatur, quod etiam locum habeat in familiaribus triēnalibus Epiſcoporum, qui ad titulum patrimonij poſſint promoueri, nam & iſti debent aſcribi alicui Eccleſiæ ordinantis.

83 Circa quod † tamen de aſcribendo certæ Eccleſiæ videnda ſunt dicta infra, à nu.98. & triennium in terminis, d.c.9. ſufficit, quod incipiat, antequam fuiſſet Epiſcopus, vt S. Cong. cenſuit ſuper d.c.9. his verbis. ex identitate rationis ſufficit, quod triennium inceperit, antequam fuiſſet Epiſcopus.

84 Debebit tamen Epiſcopus ſtatim re ipſa † beneficium illi conferre, ex d.c.9. quod habet locum, etiam in minoribus, & prima tonſura. Nauarr. conſ.11. de temporibus ordinatio. Rota deciſ.731.p.1.diuerſor. Emmanuel Rodriquez, in ſumm.2.tom.c.14.nu.10. P. Ledeſma.c.8.5.concl. *Summ. Bullar. Quar. verb. ordo, verſic. limita in eo, qui per triennium, & Vgolinus de offic. Epiſc.c.26. §.4.* Et cenſuit S. Cong. vt in ſequenti declaratione ſuper eo. Habet locum hoc decretum, etiā in minoribus ordinibus, vt teneatur Epiſcopus, etiā conferre beneficium, ac etiam in prima tonſura. & illud verbum ſtatim, intelligitur, id eſt, incontinenti,

85 & † abſque interuallo, Flam. Pariſ. d.lib.4. quæſt.2. nu.95. vt in ſequenti declaratione. ſup.d.c.9. ibi ſtatim, incontinenti. & ſic cenſuit Congreg. quod Epiſcopus, qui contulit primam tonſuram familiari ſuo non ſubdito, qui tamen per quinquennium ſecum commoratus eſt, non dicatur ſatisfeciſſe huic decreto per collationem beneficij illi factam infra annum, etiam in vndecimo menſe, poſt d. primam tonſuram. Refert Flaminius ſupra num.92. dicens, die 22. Maij 1586. Congregationem Concilij, ita cenſuiſſe. *Et ſequitur ſumm. Bullar. ſupra, & Vgol. d.§.4. dicens, ſtatim, ſeu paulò poſt debere beneficium conferre; ſi enim ante conferret, ratione beneficij conferendi poteſtatem haberet, & non ratione triennij: quamuis Gabr. Vazq. ſupra intelligat ſtatim beneficium aliquod ſine fraude ei prouidere, nimirum quam primum vacauerit, ne poſtea mendicare cogatur.*

86 Non tamen poteſt Epiſcopus diſpenſare † cum ſuo familiari triennali, aliàs non ſubdito ſuper illegitimitate, etiam ad minores ordines, Nauarrus conſil.13. de temporibus ordinatio. & Genuen.d.cap.81.nu.3. Emmanuel Rodriquez, & Petr. Ledeſma ſup. *Summ. Bullar. & Vgol. & Piaſec. in praxi Epiſc.p.1.c.1.num.15.* nec ſuper interſtitijs. Nauar. conſ.12.cod.tit. & Ge-

87 nuen. † ibi Mandoſ. & Ledeſm. *Summ. Bullar. Vgol. & Piaſec.* niſi pro Eccleſiæ ſuæ vtilitate, vt in ſequenti declaratione S. Congreg. cenſuit, & declarauit, quod licèt Epiſcopus poſſet ordinare familiarem ſuū triennalem, ſibi aliàs non ſubiectum, & dare illi dimiſſorias ad ordinandum à quocumque, diſpenſare tamē non poteſt ſuper interſtitijs, de quibus cap.13. & 14. niſi pro Eccleſiæ ſuæ vtilitate. Licèt in interſtitijs, & quacunque irregularitate poſſe Epiſcopum cum laico familiari diſpenſare, teneat Thom. Sanchez lib.8. diſp.1.num.25. *Quod ad id habitatio maioris partis anni ſufficiat, vt latè, inquit, probauit lib.3. tota diſp.23. & tenet Emmanuel Sà verb. Epiſc. nu.36. Quæ ratio non eſt vera, non enim ad diſpenſationem ſufficit habitatio etiam multi temporis, ſi ibi non conſtituit domicilium, vt tenent plures per eum relati d.diſp.23. nu.11. & S. Congr. Concilij cenſuit circa c.6. ſeſſ.24. de reform. quicquid ſit ad ſacramentum panitentiæ, & matrimonij; cum familiari tamen iam ordinato, collato ei ſtatim beneficio, poterit poſtea Epiſcopus quoad interſtitia abſolutè diſpenſare in caſibus comprehenſis cap.11. & 13. d.ſeſſ.23. vt S. Congreg. Concilij cenſuit 26. Maij 1594. quia iam ratione beneficij collati eſt ei ſubditus.*

88 Et iſta intellige de familiari non habente † ibi antea beneficium, pro vt loquitur Concilium, nam ſi haberet beneficium, poſſet Epiſcopus ratione illius eum ordinare, tanquam ſubditum, diſpenſareque in illegitimitate, & interſtitijs; licèt non eſſet triennalis. nec ſtatim ei beneficium conferret, ſicut quemlibet alium beneficiatum ſuæ diœceſis, iux. cap. cum nullus. de temporibus ordinationum. in 6. & ibi Doctores, & Rebuff. in praxi, tit. de clericis & à quibus nu.24. & quæ diximus cap. præced. & ita ſentit Flam. Pariſ. d.lib.4. quæſt.2. à nu.93. *Et tenet Vgolin. ſupra relatus num.85. Gabr. Vazquez ſupra d.nu.49. & 55.* quicquid M. Anton. Genuen. cap.47. num.3. difficultat... Et ita ſunt accipienda, quæ tradit Zerola in praxi Epiſcopali. 2.par. verb. ordo. §.5.6. & 7. qui ſatis confusè, &

89 inuolute loquitur, pro vt ſolet. † Aduertendum eſt autem, quod ſi quis ordinaretur ad tit. patrimonij, ſine vlla neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ, contra decretum Concilij d.c.2. nullam incurreret penā, vel ſuſpenſionem, etiā ſtante d. conſtitutione Sixti V. contra male promotos, quoniā in hoc caſu, nec Concilium, nec d. conſtitutio Sixti, vllam pœnam impo-

90 nunt; nec obſtant illa verba, † d. conſtitutionis, vel alias malè promouerit, quia non comprehendunt hunc caſum ſupra ſpecificatum ad l. doli clauſula. ff. de verb. obligat. & l. ſanctio legum. ff. de pœnis.

91 Sit in particulari redeundo † ad id, vnde digreſſi ſumus, quod hodie ſtante diſpoſitione Concilij d.c. 2. non poſſit quis ordinari ad titulum paternæ hæreditatis, quantumuis pater ſit diues, & pauper non dicatur, qui patrem habet diuitem. Surdus de alimentis, tit.1.q.23.nu.12. & q.33.nu.30. & q.103.nu.3. & q.108.nu.8. & tit.7.q.37.num.3. Molina de iuſtitia, tom.1.tractat.2.diſputat.146. verſ. illud præterea. & Thom. Sanchez, de matrim.d.c.8. diſp.19. num.21. tradit Flam. Pariſius d.lib.2.q.6.num.28. *Et nouiſſimè Vgolin. de offic. Epiſc. cap.26. §.9. num.3.* namque requiritur, quod verè, & realiter habeat patrimonium,

92 quod ſit, vel ex hæreditate patris, vel ei donatum † à patre, vel alio, vt patet in d.c.2. Concilij ibi, patrimonium verò, vel penſionem obtinentes, & ibi, eo quoq; prius perſpecto, patrimonium illud, vel pen-

ſionem

ſionem verè ab illis obtineri. & patet etiam ex declaratione Congregat. infra adducta. num. 96. *Et tradit Vgol. ſupra d. §. 9. nu. 2. & 3.*

93 Et, quod ad titulum alieni beneficij, vel † ſtipendij ab Epiſcopo aſſignandi ſuper fructibus ſuæ menſæ non poſſit hodie quis ordinari, *Tradit Vgolin. d. c. 26. §. 10. nu. 2.* Fuit deciſum per S. Congreg. Concilij, vt in declaratione ſeq. ante promulgationem S. Cõcilij Trident. Epiſcopus poterat promouere clericos ſuos ad diuerſos titulos, primò ad tit. beneficij. c. ſanctorum. 70. diſtin. ſecundò ad titulum paternæ hæreditatis. c. Epiſcopus. de præben. in fin. ſeu ad titulum proprij patrimonij. c. tuis. de præben. tertiò ad titulum alieni beneficij. c. poſtulaſti. de iure patron. cap. per tuas. d. 3. de ſimonia. & Felin. in c. in noſtra. de reſcrip. col. 34. num. 31. quartò ad titulum ſtipendij ab Epiſcopo ſibi aſſignandi ſuper fructibus ſuæ menſæ Epiſcopalis. ad cap. Epiſcopus. de præben. Abb. in c. cum ſecundum. num. 11. eod. quintò ad titulum penſionis, ſeu ſtipendij à laico aſſignandi, Rota deciſ. 11. de præben. in antiquioribus, & 39. de reſcrip. in antiquis cum alijs, quæritur an, cum vrgeat neceſſitas, vel commoditas Eccleſiarum ſuarum, poterit ad omnes ſupradictos titulos clericos promouere? Cong. cenſuit, quo ad tertium. & quartum. non poſſe, quo ad ſecundum, in terminis tantum, in quibus Concilium loquitur, nempe pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, & dũmodo talis laicus ſit verè facultatibus idoneus, atque in forma valida obliget ſe, ſuoſque ſucceſſores ad præſtandum hoc ſtipendium, & non alienandum, ſine licentia Epiſcopi, illa bona ſuper quibus aſſignatum erit illud ſtipendium, hæcque obligatio duret, donec ordinatus beneficium ſufficiens, aut penſionem aliunde erit adeptus.

94 Et quamuis in iſta declaratione dicatur † poſſe quem ordinari ad titulum penſionis, ſeu ſtipendij à laico aſſignati, in terminis Concilij, nempe pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, id tamen ita accipiendum eſt, ſi laicus imponat, & aſſignet talem penſionem, ſeu ſtipendium ſuper certa re fructifera ad modum cenſus vitalitij. Tunc enim penſio illa, ſeu ius illam percipiendi, quod poteſt vocari cenſus, ſeu annuus redditus, eſt ius quoddam reale proprium illius, atque adeo, ad tit. proprij patrimonij ordina-
95 tur; ſicut poſſet ordinari ad titulum † cenſus, quem ipſe ordinandus alias haberet, ſiue ad ſuam vitam; ſiue perpetuò, etiam redimibilis; cum annui redditus inter immobilia computentur. clem. ex iui. §. cumque annui redditus. de verborum ſignificatione. Tiraquel. de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 6. ex num. 4. Anton. Cabr. de verborum ſignificatione. concluſ. 8. & Redoanus de rebus Eccleſiæ. non alienan. rubr. 13. Couar. lib. 3. variar. cap. 7. num. 3. verſic. 2. Mantiẽo in lib. 7. tit. 11. lib. 5. recopilatio. gloſ. 1. à num. 18. & Solis, qui plures citat. de cenſibus. l. 1. capitul. 7. num. 2. & l. 2. cap. 3. à num. 32. & 2. tom. l. 1. c. 1. nu. 3. *Poſt Solis Gaſp. Rodr. de ann. reddit. lib. 1, quæſt. 3. à num. 8. & Caſtillo de vſufructu c. 41. Rot. deciſ. 294. & 328. num. 9. nouiſ. Farin.* Quamuis in cenſu redimibili, quia attento futuro euentu, & redemptionis tempore. inter mobilia cenſeatur, Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. c. 13. nu. 6. & Licen. Antonius Gomez de cenſibus,
96 c. 3. nu. 4. adhibenda eſſet cautio, † vt ſi redimeretur, pecunia ex iudicis decreto apud idoneas perſonas de ponatur, vt iterum collocetur; vt alias circa maioratus tradit Molina ſup. *Ibi, vt aliàs, circa maioratus tradit Molin. ſupra, & cum eo Gaſp. Rodr. lib. 2. q. 15. nu. 89. dicentes. quod cauti maioratuum inſtitutores ſolent præcipere, vt pecunia ex redemptione reditus perueniens apud idoneas perſonas ex iudicis decreto deponatur, & eiuſdem authoritate in emptionem prædiorum, vel aliorum immobilium conuertatur, & quòd aliter facta redemptio nulla ſit, idque debitoribus redituum nunciatur, iuxta l. nomen, Cod. quæ res pignori oblig. poſſ. l. 3. C. de nouat. ne aliter redemptionem facere valeant.*

*Nec eſt neceſſarium, quòd cenſus cum ea clauſula inſtituerentur, & emerentur, vt redemptio non aliter fieri poſſet, vt requirit Molina de inſtit. tract. 2. diſp. 606. allegans Molinam d. nu. 6. qui id non dicit, ſed quod dictum eſt; & ita ceſſat ratio Vgolini contrariam tenentis de offic. Epiſc. c. 26. §. 10. num. 2. vbi ait non poſſe quem ordinari ad titulum cenſus non perpetui, ſed redimibilis: nam ad libitum vendentis redimi, atque extingui poteſt; & idcirco res mobilis redditur; cum illa enim cautione ceſſat iſtud inconueniens, & ipſe Vgol. fatetur vidiſſe in quibuſdam admitti tale patrimonium, & titulũ cenſus redimibilis.* aliàs enim illud procedet, *Açor 2. p. lib. 3. c. 4. q. 6. Vgol. d. c. 16. §. 10. nu. 1. & §. 12. num. 3.* vt in declaratione ſequenti, S. Cong. Concilij, an per Bullam Sixti V, contra malè promotos intelligatur derogatum conſuetudini quorundam locorum, vbi propter penuriam ſacerdotũ, ad ſacros ordines promoueri ſolent. qui ſuper alienis bonis aſſecurationem habent victus, & aliarum rerum neceſſariarum cum cautione certa, ſine alio tit. beneficij, vel patrimonij, & an in illis inopia laborantibus ſufficiens patrimonium dici poterit, quod habet annuum redditum 25. ſcutorum. Quo ad primum ſua Sanctitas conſulta, non approbat talem cõſuetudinem, ſed vult patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, eſſe rem certam fructiferam, de qua ipſe diſponere valeat, ac propterea omninò prohibet talis conſuetudinis obſeruantiam. Quo ad ſecundum verò Ordinarij arbitrio relinquit hoc iudicium, an tale patrimonium ſufficiat, quod diuerſitatem locorum, cum in vno ſufficiat, quod alibi non erit ſufficiens, dummodò animaduertatur bona eſſe ipſius ordinandi propria, ac ab omni contractuum ſimulatione, & cæteris, quæ ab amicis, & coniunctis fieri in huiuſmodi caſibus ſolent, penitus libera, & aliena. *Vnde non videtur verũ quod docet Vgol. d. c. 26. §. 14. num. 2. nempe, poſſe conſtitui patrimonium ſuper fructibus rerum alicuius, non præſcripto fundo, vel prædio; exempli gratia, ego dono quinquaginta ſummos aureos de fructibus bonorum meorum ſingulis annis Titio, quò initiari ordine ſacro poſſit: nam donatio. inquit, hæc ſe habet ſicut penſio conſtituta de fructibus beneficij, licèt ſuper obligatione perſonali cenſeat conſtitui non poſſe patrimonium. &c.*

97 Quamuis aliquando ob penuriam ſacerdotum, † id ſpecialiter conceſſum eſt, vt in declaratione ſequẽ-
☞ ti, ob penuriam ſacerdotum, quandoque conceſſum eſt ordinari, ſine beneficio, vel patrimonio, dummodo quis ſpondeat ſe neceſſaria ordinandis miniſtraturum. Et tradit Flam. Pariſ. d. lib. 2. q. 6. num. 11. & Zecchus de republica Eccleſ. c. de clericis, ſub nu. 7. verſ. 94. qui tamen malè videtur velle, id poſſe ſemper fieri, ſine ſpeciali diſpenſatione Papæ.

98 Nec poterit quis † ordinari ad titulum ſeruitij in aliqua Eccleſia, cui aſcribatur, vt malè ajunt Flam. Pariſ. ſup. nu. 33. Salcedo d. c. 10. num. 9. in nouiſſima editione,

editione, Zerola in praxi Epiſcopali. 1 p. verb. dimiſſoriæ, §. 5. 1. dub. & Genuen. d. c. 81. ſub nu. 2, *ſumm. Bullar. Quaran. verb. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem, circa fin. & Piaſec. in praxi Epiſco. p. 1. c. 1. num. 45.* & allegant Mayolum, ſupra nu. 2. qui tamen id clare non dicit, *& Breue Sixti V. Patriarchæ Venetiarum conceſſum, quod adducunt ſumma Bullar. & Piaſec. id non comprobat, quia eſt gratia ſpecialis. Et ita poſtbac hanc ſententiam noſtram tenet Vgol. de offic. Epiſc. c. 26. § 8. numer. 6.* nec id probat capitulum Concilij, ſeſſ. 23. de reformatione, † nam ibi non agitur de promouendo ad titulum ſeruitij in aliqua Eccleſia, ſed de promotis ad titulum patrimonij aſcribendis ſeruitio alicuius Eccleſiæ, pro cuius neceſſitate, ſeu vtilitate promo- 99
uentur. † Quamuis non poteſt cogi quis, vt gratis inſeruiat illi Eccleſiæ, pro cuius neceſſitate, vel vtilitate, ſeu commoditate aſſumitur, vt cenſuit S. Cong. & ita colligitur, ex ſequenti declaratione S. Congre- 100
gationis ſuper † d. c. 16. Hoc fiat in ipſa promotio- 101
ne, nam poſtea fieri non poteſt, ordinatus enim ad titulum patrimonij, & nulli Eccleſiæ tempore ordinationis aſcriptus, non poteſt amplius aſcribi. Nec Flamin. ibi refert, ita definiſſe S. Congregationem, 102
† vt ei imponit Salcedo, & Genuenſ. ſupra, ſed quod aſcriptus certæ Eccleſiæ à nullo Epiſcopo recipiendus eſt, ſine Ordinarij licentia. vt in declaratione ſequenti ſuper d. cap. 16. clericus iuxta hoc decretum certæ Eccleſiæ aſcriptus a nullo Epiſcopo recipiendus eſt, ſine Ordinarij licentia: ſecùs, ſi nullum beneficium habeat in titulum requirens reſidentiam, aut nulli loco ſit aſcriptus, quia tunc ab omnibus Epiſcopis recipi poteſt, & eius Ordinarius dimiſſorias concedere debet.

103 Quæ tamen aſcriptio alicui Eccleſiæ, † non videtur obſeruari, nec eſſe in vſu, vt videmus, & aduertit Quintana duennas d. lib. 3. nu. 68. *Et illorum ſententia poſſet procedere in ſeruitijs perpetuis, ad quorum titulum poſſet quis ordinari, ſicut ad titulum patrimonij & penſionis: quod tamen pendet à voluntate Epiſcoporum, Villar del patronado de Calatayud 4. p. §. 3. num. 22. loquens de ſeruitijs Eccleſiarum dicti patronatus, & Archidiaconatus de Calatayud, quod comprobatur ex dictis ſupra 1. par. c. 1.*

104 At Seminariſta poteſt ordinari ad titulum † ſeruitij beneficij Seminario vniti, vt S. Congregatio cenſuit his verbis. Cooptati in Collegium Seminarij nõ poſſunt ordinari ad titulum Seminarij, niſi ob cauſam inſeruiendi beneficio, quod forſan eſſet Seminario iunctum; poterit enim ordinari ſub certa aſſignatione fructuum in Seminario facta, cauſa inſeruiendi beneficio iuncto Seminario, & cui inſeruiat, donec ſibi prouiſum fuerit de congrua ſuſtentatione. *alia declarauit S. D. N. Greg. XIII. clericos Seminarij non poſſe promoueri ad aliquem ordinem ſacrum ad titulum ipſius Seminarij, niſi pro ſeruitio beneficij Seminario vniti: & tunc cum aſſignatione certi annui reditus, vnde ſic promotus vincre poſſit, qua tamen aſſignatio ceſſet, poſtquam illi aliunde ſe aquè ſuſtentare poterunt.* Flam. ſup. nu. 32. & Salcedo d. num. 9. Zerola 1. p. verb. Seminarium. §. 6. & Zecchus d. cap. de clericis ſub num. 7, verſ. 84. & Genuen. d. c. 81. ſub num. 2.

105 Et ex d. decreto Concilij c. 2. & declaratione † S. Congregationis, ſupra adducta. num. 96. apparet patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debere conſiſtere in re immobili, & fructifera, *& certa, & tradit Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 2. p. 2. cap. 1. pag. 380. & Vgolin. d. c. 26. §. 10. & 11.* & conſequenter non poſſe quem ordinari, ad titulum patrimonij, in bonis mobilibus; & alias tanquam ordinatum ſine titulo ſufficienti, & legitimo incurrere pœnam, ſi qua eſſet poſita contra ordinatos, ſine titulo: quamuis contrarium teneant Nauar. conſ. 34. de temporibus 106
† ordinatio, & Zerola in praxi 2. p. verb. dimiſſoriæ. §. 8. nempe talem non incurrere ex eo aliquam cenſuram; curare autem debere, vt quam primum titulus bonorum mobilium conuertatur in bona immobilia, ad mentem Concilij Triden. & ſequitur Fla. Pariſ. ſupra nu. 15. *& Azor 2. p. lib. 3. c. 24. q. 7. contra quos nouiſſimè tenet Vgol. d. c. 26. §. 10. nu. 1. dicens hunc non admittendum ad ordinem ſacrum, niſi prius ſtabile ſibi paraſſet,* & quamuis contrarium ſentiant Ludo. Lopez, Emmanuel. Rodriquez, & Ledeſma infra relati, num. 152.

107 Apparet etiam, ex d. decreti Concilij † declarationibus adductis, beneficium, vel patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debere eſſe ſufficiens ad victum honeſtum. Nauarr. conſ. 14. numer. 2. & conſi. 23. de temporibus ordinatio. & de oratione cap. 21. numero 11. Salcedo ſupra numero 4. & 11. Flam. Pariſ. nu. 13, Enriqu. lib. 10. cap. 17. §. 3. Emman. Rodriguez, 2. tom. cap. 15. num. 3. & 6. & P. Ledeſm. d. cap. 7. de Sacramen. Ordinis, conc. 5. & 7. *& Azor d. cap. 4. q. 8.*

108 Quod procedit non ſolum, † ſi beneficium ſit nouiter erectum, ſed etiam, ſi eſſet antiquum. Candelabrum aureum in dict. explanatione conſtitutionis Sixti V. notab. 11.

109 Quod etiam verum erat de iure antiquo † capit. Epiſcopus, & cap. tuis. de præb. quamuis aliud de iure antiquo in beneficio dicat Nauar. ibi, quem ſequitur Emman. Rodriquez ſup. d. nu. 6. reprehendit tamen Salcedo. d. num. 4.

110 Poterit tamen quis promoueri † ad ſacros Subdiaconatus, & Diaconatus ordines ad titulum beneficij, non obſtante, quod non lucretur illius fructus, niſi poſt ſuſceptum presbyteratus ordinem, vt S. Cong. Concilij cenſuit, his verbis, poteſt Epiſcopus ordinare ſubditos ſuos ad ordines Diaconatus, & Subdiaconatus ad titulum, & portionem Eccleſiarum matricum, non obſtante, quod non participent de fructibus illarum, niſi poſt ſuſceptum Presbyteratus Ordinem. *Tradit Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 39. nu. 22. & ita tenet Villar del patronado de Calatayud 4. p. §. 3. num. 21. & allegat Salicet. l. cum in te in fin. C. de donat. ante nuptias, & tradita per Decium conſil 210. & quod non dubitatur habentes talia beneficia, ſeu Capellanias, ordinare ad iſtum titulum.*

111 Et beneficiũ debet habere † redditus certos, nec poteſt quis ordinari ad tit. beneficij, quod habet reditus incertos, vt ex S. Congregat. tradit Mar. Ant. 112
Genuen. d. nu. 2. & quod beneficium, † aut patrimonium dicatur ſufficiens in propoſito, relinquitur arbitrio boni viri, & prudentis Ordinarij, argum. l. 1. & quæ ibi notantur. ff. de iure deliberan. vt per Salcedum d. num. 4. Flam. Pariſ. num. 14. Emman. Rodriq. num. 9. Vgolin. d. c. 61. de irregul. num. 6. *Et de officio Epiſcop. c. 26. §. 8. nu. 2. & §. 12. nu. 1.* Zerolam in praxi Epiſcopali. 1. p. verb. dimiſſoriæ. §. 5. 4. dub. & 2. par. eod. verb. ad fi. Genuen. d. nu. 2. *Azor d. lib. 3. c. 4. q. 8. Moſcon. ſupra, & Fornar. de ordin. c. 8. nu. 9. verſ. 6.* & Le- 113
deſm. d. cõcl. 7, vt patet ex declaratione † adducta, num. 96.

☞ num. 96. nam vt alias S. Congreg. cenſuit, Quantitas patrimonij, ad quos quis promoueri poſſit, non taxatur, ſed remittitur ad terminos Concilij.

114 Sufficit tamen, † quod ſit ſufficiens ad honeſtam, & commodam ſuſtentationem cuiuslibet clerici, nec opus eſt attendere ad qualitatem ordinandi, vt nobilitatem, &c. nam concilium, & ius antiquum ſolum requirit ſufficientiam, ad honeſte viuendum, ita, vt non cogatur mendicare. Et ita tenet vt probabilius P. Ledeſ. d. concl. 7. cum Nauar. d. c. 21. de orat. num. 11. qui tamen ibi id non dicit.

115 Quamuis contrarium teneant † Rebuf. in praxi, tit. de rescript. in forma communi. nu. 24. Caldas Pereira. in l. ſi Curatorem habens. C. de in integrum reſtit. ver. læſis. num. 132. Salcedo d. num. 4. Zerola ſup. Emman. Rodriq. d. nu. 9. & Candelabrum d. not. 11. *Et Vgolin. d. c. 26. de offic. Epiſ. §. 8. nu. 2. & §. 12. num. 1.* dicentes, attendendam eſſe qualitatem ordinandi, vt

116 nobilitatem, &c. Quorum † ſententia mihi videtur rigida, nec in praxi ſeruari, nam in propoſito non requiritur, quod poſſit viuere decēter, iuxta ſuam qualitatem in particulari, ſed iuxta qualitatem clerici, vt

117 ſic. Et ſic eſt † accipiendum quod tradit Nauar. de orat. miſcell. 62. num. 3. verſ. facit, quod Concilium, & num. 7. verſ. contra tamen, & num. 8. alias miſcell. 17. & Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 5. q. vlt. num. 155. & 156. qui dicunt, quod Concilium d. c. 2. dum ſtatuit, ne quis ratione beneficij ad ſacros ordines promoueatur, niſi illud ſibi ad victum honeſte ſufficiat, non eſt intelligendum de beneficio, quod ſufficiat ad viuendum decenter, & cōmodè, iuxta qualitatem perſonæ, ſed de beneficio, quod ſufficiat ad viuendum, ita vt non cogatur mendicare, & ſic beneficium valoris 30. vel 40. aureorum, & communiter beneficiū 50. aureorum haberi pro ſufficienti ad ordinem ſa-

118 crum, qui tamen malè ponit differentiam, † inter poſſe viuere honeſtè, & poſſe viuere decenter, ſeu commodè; nam idem ſunt, & Conc. d. c. 2. pro eodem ſumit. tex. honeſtè, & verbum commodè. Et M. Ant.

119 Genuen. ſupra † ait Neapoli non ordinari, niſi habentes ad minus annuos reditus ducatorum 36. &

120 in Sinodo Hieracen. facta ſub Epiſcopo, † Vincentio Bonardo, impreſſa Romæ anno 1598. tit. 11. cap. 2. dicitur; Ad ſacros ordines promouendi oportet, vt vel beneficium habeant Eccleſiaſticum, vel patrimonium, quorum vtrumque valoris ſit ducatorum 25. & ſaltem realiter, & cum effectu poſſideant.

Ex quibus infertur primò, quod obtinens benefi-

121 cium, etiam † curatum non ſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem, non poteſt, nec tenetur ad eius titulum ſacris ordinari, vt cenſuit, S. Cong. Concilij his

☞ verbis, Quæritur, an obtinens parochialem Eccleſiam inſufficientem ad victum teneatur promoueri ad ſacerdotium infra annum, iuxta c. licèt canon. cū Concilium videatur declaraſſe d. c. licet. intelligi de beneficio Eccleſiaſtico ſufficienti ad victum, immo prohibeat poſſe promoueri ad ſacros ordines. Cōg. cenſuit non teneri, ſed tantum expedire, vt Sanctiſſimus declaret eum debere dimittere, Sanctitas ſua probauit hanc ſententiam, vt dimittat.

122 Secundo infertur ſacris ordinatos † ante Concil. ad titulum non ſufficientis beneficij, vel patrimonij, non poſſe promoueri ad ordines ſuperiores, niſi forte adepti eſſent, vnde congruè ſuſtentari poſſent, vt cenſuit S. Cong. Concil. in vna Seguntina his verbis,

☞ Quid agendum ſit de his, qui alioqui idonei, & propter eorum ſufficientiam, vel Eccleſ. vtilitatem, ad tit. non ſufficientis patrimonij, vel beneficij, ante Sixti conſtitut. publicationem fuerunt ad ſacros, non tamen ad Presbyt. ordines promoti. De iam promotis ad titulum non ſufficientis patrimonij, vel benefic. reſpondet Cong. non promouēdos ad ordines ſuperiores, niſi conſequuti fuerint, vnde congruè ſuſtentari poſſint.

123 Et in vna Surrentina, ſic reſponſum eſt. Si † quis ☞ ante Concilium iam erat Subdiaconus ordinatus abſque titulo beneficij, poterit is poſtea abſque titulo promoueri, dummodo ſaltem patrimonium ha-

124 beat. Refert Suarez ſup. nu. 39. & † dicit idem eſſe, ſi quis poſt Concilium, abſque vero titulo Diaconus, vel Subdiaconus factus eſt, nam etiam ſublata ſuſpēſione; non poteſt, ſine vero titulo alium ordinem ſuſcipere. *Sequitur ſumm. Bullar. Quaran. verb. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem, verſ. an vero, Vgolinus d. cap. 26. §. 15. verſ. 3. locum habet, & Pornar. de ordin. c. 8. num. 9. verſ. 5. & idem tenent Henriq. lib. 13. c. 37. §. 2. & Anila de ceſſur. 3. p. diſp. 5. dub. 6. qui tamen malè aiunt, poſſe in hoc Epiſcopum diſpenſare.*

125 Tertiò infertur habentem beneficium, vel † patrimonium inſufficiens, non poſſe promoueri etiam ſi cum eo, & pitantiis, & alijs emolumentis, quæ ex exercitio ſacrorum ordinum lucrari poteſt, haberet honeſtum victum, & etiamſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum, nec etiam qui ex induſtria, & honeſto officio, vt muſicus, vel grammaticus poteſt ſuſtentari, quamuis habens beneficium inſufficiens de per ſe, iuncto tamen patrimonio ſufficiens, poſſit ordinari, vt per Zerolam. d. t. p. verb. dimiſſoriæ, §. 52. dub. & Genuen. d. num. 2. *Moſcon. ſupra, Vgolin. d. cap. 26. §. 8. nu. 2. & §. 12. nu. 2. & 3. Piaſec. p. 1. c. 1. nu. 44. & Fornar. de ordin. c. 8. nu 9. verſ 6.* Et cenſuit S. Cong. Con-

126 cilij, in vna Seguntina, his verbis, † An clericus ali- ☞ quis idoneus habens beneficium inſufficiens de per ſe, ſed iuncto patrimonio habeat quod ſufficiat ad honeſtam vitæ ſuſtentationem, poterit promoueri. cōg. cenſuit poſſe Epiſcopum, iuxta formam c. 2. ſeſſ. 21. non obſtante Bulla Sixti Papæ V. Quod ſi cum beneficio, aut patrimonio inſufficienti iungantur pitantiæ, eleemoſinæ, anniuerſaria, confraternitates, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Miſſarum in exercitio ſacrorum ordinum, ſi ad eos promouendos perueniant, percipere, & lucrari poſſunt, quæ omnia ad victū honeſtè ſufficiant, an poterint promoueri, etiam ſi cum beneficio, aut patrimonio inſufficienti iungantur pitantiæ, eleemoſinæ &c. Congreg. reſpondit non poſſe. An poſſit promoueri, etiam ſi nihil prædictorum vel minus ſufficiēter haberet, ſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum, quod ad alimenta ſufficiat, quoque habeat, vnde ſe ſuſtentare poſſit, etiam ſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum alimenta, cenſuit itē non poſſe. Quid ſi tantum habeat, quod ex induſtria, vel honeſto labore lucratur, puta, quod ſit muſicus, magiſter grammaticæ, pictor, aut alterius licitæ profeſſionis, id quod ſit ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ, an poſſit promoueri, de induſtria, vel honeſto labore, cenſuit item non poſſe.

Quartò infertur, non poſſe quem ordinari, ad ti-

127 tulum literaturæ, † quantumcunque ſit literis gradu, & Collegio inſignis, vt tenent Salcedo, d. cap. 18. num. 7. in nouiſſima editione, Genuen. d. nu. 2. & Pet.

Ledeſma

Ledeſma d.c.7.ante vltimam concluſionem,& etiam
128 tenet Emmanuel Rodriquez ſupra nu. 15. ſaltem † in Baccalaureo in Theologia, vel iure canon. qui eſt bonus Scholaris, & ita cenſuit, S. Cong. vt patet in declaratione ſequenti, In Concilio Vlixbonen. decretum fuit promouendos ad titulum literaturę; iuſſit Sanctiſſimus deleri,& dixit ſe daturum breue Cardinali Portugalliæ, vt ſolos Doctores in iure canon. vel Theologia poſſit ipſe Cardinalis præuio examine à ſe facto promouere ad ſacros ordines, ad hunc titulum literaturæ, qua in re ſuam grauat conſcientiam.

129 Quamuis contrarium teneant plures moderni, † Corduba in ſumm.q.36. Enriquez d.l.10.cap.17.ad fin.& lib.13.c.37.§.2. & lib.14.c.5.§.3. Maxime gl. c.& Veg.1.p.ſummæ,c.57.caſu 1.qui dicunt,ita practicatum, & Enriquez ait tenuiſſe multos Doctores conſultos,& poſt hæc Gonçalez ad regul.de mẽſibus gl.4.nu.36. *Poſt quem Villar d.4.p.§.3.nu.22.ad fi. Auila d.3.p.diſp.5.dub.6.ad fin. & nouiſſimè Gratian.diſcep. forenſ.c.57.nu.30.* dicens,ita conſuluiſſe,quorum ſententia aliàs mihi vera viſa fuerat ex æquitate, & Epicheia.

130 Quintò infertur non poſſe † quem promoueri ad titulum de futuro,& in ſpe etiam certa,puta ad beneficium,quod quis expectat,ſeu ad quod eſt præſentatus,nominatus,vel poſtulatus,cum Concilium clarè requirat titulum de præſenti habitum, & poſſeſſionem,& ita contra Mayolum d.l.4.c.15.n.5.quem ſequitur Sayrus de cenſuris l.4.c.15.nu 19.rectè tenuit Salcedo ſup.nu.6 & Emman.Rodr.nu. 10. *Vgolin d. cap.26.de offic. Epiſc.§.8.num. 3.* & Ledeſm.ſupra poſt 8. concluſ.inde inferens nominatum, & electum in concurſu ad parochialem vacantem in menſe Apoſtolico,non poſſe interim ad eius titulum ordinari,&
131 ante Concilium † docent Io.And.& Francus cap.ſi Epiſcopus,de pręben.in 6.vnde ſubinfertur non poſ-
132 ſe aliquẽ promoueri ad † titulum coadiutoriæ etiã perpetuæ,cũ futura ſucceſſione. Ledeſma ſupra 11. concluſ.2.difficultate,niſi forte ratione illius habeat congruam, tunc enim poſſet ordinari ad titulum illius,non tanquam ad titulum beneficij, ſed illius iuris percipiendi congruam aſſignatam, tanquam ad titulum penſionis.ita Nauar.de oratione.c.20.n.18. Salcedo ſup.n.7. Emman. Rodriquez, nu.13. & Ledeſma ibi. & ita erit intelligendus Gonçalez glo.5.§. 9.nu.8 qui abſolutè ait,quod poteſt quis ordinari ad titulum coadiutoriæ. *Quamuis Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ,q.75.dicat,quòd paſſim coadiutores ad titulum coadiutoriarum ſacris ordinantur, quia ſunt verè & propriè beneficia, & alias non poſſent ad titulum illarum ordinari.*

## *De alijs dubijs.* §. I.

### SVMMARIA.

*AN ordinatus ad titulum beneficij non poſſeſſi aliquam pœnam incurrat, num.133. cum ſequentibus, ſoluitur non incurrere, licet peccet, & licèt ex conſtitutione Sixti iam reuocata incurreret ſuſpenſionem.*

*An ordinatus ad titulum patrimonij,aliàs ſufficientis,qui tantundem, vel multum debet, dicatur ordinatus ſine titulo ſufficienti, & incurrat pœnam poſitam contra ordinatum ſine titulo.num. 136. cum ſequentibus vſque ad 145.reſoluitur negatiuè.*

*An,ſi quis fuerit ſacris ordinatus ad titulum beneficij poſſeſſi ſine Canonico titulo peccet,& incurrat pœnam,ſi qua eſſet contra ordinatos ſine titulo,num.146.cum ſequentibus reſoluitur probabiliter negatiuè.*

*Si capitulum ſede vacante infra annum daret dimiſſorias alicui artato ratione beneficij de facto poſſeſſi, non haberent locum pœnæ Concilij. num.149.*

*An ordinatus ad titulum patrimonij donati cum pacto de non petendo, ſeu de illo reddendo, ſit ordinatus ſine titulo, & incurrat aliquam pœnam.num.150. cum ſequentibus reſoluitur ordinatum cum patrimonio, ſeu donatione fictis, eſſe ordinatum ſine titulo, ſecus verò in ordinato cum patrimonio donato cum pacto, ſeu conditione de illo reddendo poſt ordinationem.*

*Ficta donatio quæ cenſeatur,num.153. cum ſequentibus.*

*Melioratio facta filio proſuſcipiendis ordinibus,etiam ſine traditione eſt irreuocabilis. num.156.157.& 158.*

*An donatio pro ſuſcipiendis ordinibus filio ſimpliciter facta conferri debeat,ſeu imputari in legitimam.nu.159. reſoluitur affirmatiuè contra aliquos relatos. nu.160.*

*Textus in c.penul.& c.per tuas.de ſimonia.ſolum agit de ordinato cum pacto ſimoniaco facto cum ordinante, ſeu præſentante ad ordinem,quale non eſt pactum,de reſtituendo patrimonio donato factum cum donante. num.168.*

*Donans patrimonium alicui ad ordines poteſt apponere pactũ, & conditionem de eo reddendo,cum ordinatus habeat aliàs vnde viuere poſſit. num.169.*

*Ordinatus ad titulum patrimonij, quod fuit renuntiatum,ſeu reſtitutum donatori ante ordinationem, ſine libere, ſine ex pacto appoſito,eſt ordinatus ſine titulo.nu.170. & idem,ſi interuenit pactum, ſeu conditio de illo reſtituendo ante ordinationem,quamuis de facto non ſit reſtitutum. num.171.*

*Renuntiatio patrimonij donati facta antequam ordinetur valet, nec eſt ſimoniaca, quamuis renuntiatio alimentorum præſtandorum ab ordinante, vel præſentante, non valeat. nu.172.cum ſequentibus.*

*Ordinatus ad titulum patrimonij, qui poſt ordinationem illud retro donat, vel alienat,quamuis peccet,non incurrit ſuſpẽſionem, nec eſt ordinatus ſine titulo.nu.175.& 176.*

*Alienatio patrimonij, ad cuius titulum quis eſt ordinatus, eſt nulla ex concilio, quod tollit potentiam alienandi, per illa verba,alienari nullatenus poſſint, maximè propter verbum nullatenus,quod inducit nullitatem actus ipſo iure. nu.176. cum ſequentibus. licèt ante Concilium poſſet alienari. num. 181.*

*Ordinatus ſacris ordinibus ad titulum patrimonij, ſi illo renuntiato ad ſuperiores promoueatur, non eſt ſuſpenſus,nec promotus ſine titulo,quia renunciatio eſt nulla nu.182.niſi renuncians deſineret poſſeſſionem, quæ ex actu nullo amittitur,& transfertur.num.183.*

*An valeat alienatio patrimonij,ad cuius titulum quis fuit ordinatus, facta ſine licentia Epiſcopi,ſi tunc habet beneficium, vel aliàs vnde viuere poſſit.nu.184. cum ſequentibus reſoluitur valere.*

*Poteſt occurrere neceſſitas, ſeu cauſa,vt poſſit, & debeat dari licentia alienandi patrimonium, etiamſi ordinatus aliunde non habeat vnde viuere poſſit. nu.187.& 188.*

*Cum Epiſcopus ex iuſta cauſa daret licentiam alienandi patrimonium, Epiſcopus maneret ſecurus,etiam ſi ordinatus non haberet aliunde,vnde viuere poſſet;ſi tamẽ ſine iuſta cauſa daret licentiã,alienatio teneret, Epiſcopus tamen vltra peccatum maneret obnoxius ad prouidẽdum ordinato. nu.189.*

Licentia

*Licentia alienandi patrimonium non poteſt dari per vicarium Epiſcopi ſine ſpeciali mãdato, & Epiſcopus in propoſito quis intelligatur, nu.* 190.

*Beneficium, ad cuius titulum quis ſacris fuit ordinatus, non poteſt reſignari, niſi facta mentione, quod ad illius titulum fuit ordinatus, & conſtito, quod aliunde viuere poſſit; nec ſufficit poſtea conſtare, quod tempore reſignationis haberet vnde viuere poſſet, contra Zanallos. nu.* 191. *& 192*

*Adeo facienda eſt mentio in reſignatione beneficij, ſiue coram Papa, ſiue coram Ordinario, quod ad illius titulum fuit ordinatus, quod ſi traditum eſt proforma, nec poteſt adimpleri per æquipollẽs, & alias nulla eſt reſignatio, n.* 193. *&* 194.

*Reſignatio facta ab eo, qui non habet vnde viuere poſſit, etiam de beneficio ante Concilium obtento, eſt nulla. num.* 195. *& habet etiam hi locum, licèt beneficium ſit iuris patronatus. num.* 196.

*Ratio, quare prohibetur quis liberè reſignare beneficium, ad cuius titulum eſt ſacris ordinatus, nu.* 197.

*In ſacris conſtitutus, non poteſt vllo modo beneficium reſignare, etiamſi ad illius titulum non ſit promotus, niſi aliunde habeat vnde viuere poſſit, vt in conſtitutione Pij V. nu.* 198.

*Licèt iſta conſtitutio loquatur in reſignationib. factis corã ordinario, tamen ſeruatur, & habet etiã locum in curia. nu.* 199

*In curia non admittitur reſignatio in ſacris conſtituti, niſi cum clauſula, quod reſignans aliunde habet vnde viuere poſſit, qua reſpicit ſubſtantiam gratiæ, & eius verificatio committitur Ordinario. nu.* 200. *cum ſequentibus.*

*Clericus in minoribus, non ſolum poteſt liberè alienare patrimonium, etiamſi ad illius titulum ſit promotus, ſed etiam reſignare beneficium, licèt non habeat aliunde vnde viuere poſſit, nec facta mentione, quod ad illius titulum ſit promotus. nu.* 203.

*Quæ dicatur congrua ſuſtentatio, vt valeat alienatio patrimonij, & reſignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus. nu.* 204. *cum ſequentibus, reſoluitur relinqui iudicis arbitrio, attenta qualitate perſonæ. reſolutiones Rotæ. nu.* 208. *&* 209.

*Quod dicitur de patrimonio, & beneficio, ad cuius titulum quis ſacris ordinatur, procedit etiam in patrimonio, vel beneficio ſuccedente, & ſubrogato loco illius, nu.* 210.

*Beneficium, per cuius aſſecutionem vacat illud, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, non poteſt dici ſubrogatum loco illius, nu.* 211.

*An valeat renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis ſacris fuit ordinatus, facta cum penſione ſufficienti ad congruam, non tamen facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus, n.* 212. *cum ſequentibus. reſoluitur non valere, etiam in foro conſcientiæ.*

*Idem in permutatione, niſi ſit æquiualens, n.* 217. *&* 218.

*An decretum Concilij, quatenus prohibet reſignationem beneficij ad cuius titulum quis fuit ordinatus, procedat etiam in primationibus, & renunciationibus inductis a iure nu.* 219. *reſoluitur negatiuè, nu.* 220. *& ſic non procedere in reſignatione ex decreto, nu.* 221.

*An d. decretum, quatenus prohibet alienationem patrimonij, procedat in alienatione voluntaria, non autem in neceſſaria. nu.* 222. *&* 223. *vbi quod procedit etiam in neceſſaria.*

*Stante, quod reſignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, facta contra formam Concilij, eſt nulla, an beneficium non vacet, ſed remaneat penes reſignantem, num.* 224. *cum ſequentibus reſoluitur in reſignatione facta coram Papa, beneficium non vocare: ſecùs in facta coram Ordinario ab eo qui aliunde non habebat vnde poſſet commodè ſuſtentari, ex conſtitutione Pij V. &* 228. *ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*An debeat adimpleri iuramentum de reſignando beneficium, ad cuius titulum fuit ordinatus, vel non renocando procuratorem ad reſignan. cum non habeat alias vnde ſuſtentari poſſit. nu.* 230. *cum ſequentibus. reſoluitur negatiuè, & ita dari abſolutionem ad cautelam a dicto iuramento.*

*Valet renocatio procuratoris conſtituti ad reſignandum ex cauſa permutationis, vel aliàs etiam cum iuramento, nu.* 235. *contra aliquos relatos nu.* 236. *videtur tamen neceſſaria abſolutio iuramenti, cum iuramentum poſſit ſine peccato ſeruari, niſi iurans ſit ſacris ordinatus, nu.* 237.

*Abſolutio Rotæ, quod a concordia in beneficialibus licitum eſt recedere ante beneplacitum ſedis Apoſtolicæ. nu.* 238. *nec recedens tenetur ad expenſas alterius partis. nu.* 239.

133 QVintò principaliter dubitatur † an ordinatus ad titulum beneficij, cuius poſſeſſionem non eſt adeptus, aliquam pœnam incurrat. in quo Nauar. conſi. 15. de temporibus ordinatio. docet nullam pœnam incurrere; nam licet Concilium d. ca. 2. requirat poſſeſſionem pacificam beneficij, vel patrimonij, ad cuius titulum quis ordinatur, tamen Concilium inducit ius nouum, quo ad requiſitionem poſſeſſionis, quæ de iure antiquo non erat neceſſaria, (*licet cõtra tenueris Ioann. Quintin. in d. c. de multa de Prabend. n.* 146.) & conſequenter ob eius defectum nulla erat de iure antiquo pœna impoſita, & Concilium ſolùm innouat pœnas antiquis iuribus impoſitas. ſequuntur Flam. Pariſ. d. q. 6. n. 7. & Emman. Rodriguez d. c. 15. n. 11. & Salcedo. d. ca. 18. n. 7. in nouiſſ. editione, qui
134 tamen fatetur iſtum peccare, † arbitraria pœna pro modo culpæ eſſe puniendum, niſi quando bona fide, & candido animo, ſolo titulo, ſine poſſeſſione fuit ordinatus, quia putabat titulum ſine poſſeſſione ſufficere, quando non ſtabat per eum, quominùs poſſeſſionem adipiſceretur, ſed fuit de facto impeditus; tunc enim non peccat in foro conſcientiæ, vt ait Nauar. d. conſi. 15. nu. 4. & Emman. Rodriquez vbi proximè, *licèt non videri carere maxima difficultate dictum reſponſum Nauarri, dicat eius additio ibi.* ſequitur etiam P. Ledeſma. d. cap. 7. concluſ. 9. qui tamen rectè ait, quod
135 ex d. conſtitutione † Sixti V. contra clericos malè promotos, talis incurreret ſuſpenſionem, nam. dict. conſtitutio imponebat ſuſpenſionem contra promotos ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, quæ verba debebant intelligi de titulo poſſeſſo, iuxta tenorem Concilij, cuius obſeruantiam prætendebat d. conſtitutio, quæ tamen iam eſt reuocata, vt ſupra dictum eſt.

Sextò dubitatur an ordinatus ad titulum patri-
136 monij aliàs ſufficientis, † qui tantundem debet, vel ſaltem eſt tanto ære alieno grauatus, vt eo ſoluto nõ remaneat patrimoniũ ſufficiens ad eius ſuſtentationem, dicatur ordinatus ſine titulo ſufficienti, & incurrat pœnam poſitam contra ordinatum ſine titulo, in quo videtur reſpondendũ affir. nam bona intel-
137 liguntur cuiuſque, quæ deducto ære alieno † ſuperſunt. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verborum ſignificatione. leg. cogi. ff. ad Trebellianum. ſiue debita ſint contracta ante acquiſitum patrimonium, ſiue poſtea, tamen antea ordinationẽ; nã cum tunc poſſit illud alienare, poterit etiam ſe obligare, & debita contrahere, quæ ex eo ſolui debeant, & ita videtur tene-
138 re Suarez. d. 5. tom. diſputatione vlt. ſectione. 3. † n. 25. ait enim titulum non poſſe verum, ac legitimum reputari, cùm ad illum fundandũ contracta ſint debita

bita æqualia, vel maiora, quæ aliunde ſolui non poſſint. *Et nouiſſimè Vgolin. de officio Epiſc. c. 26. §. 11. nu. 3. ait, quòd patrimonium alteri obligatum eſſe non debet, vt pro dote, pro cenſu, vel pro alio ære alieno; non enim Tridentina ſynodo ſatisfactum eſt, cum fieri poſſit, vt à creditoribus ei adimatur, vel fructus non habeat ordinatus ad ſe ſu-*
139 *ſtentandum, &c.* Sed Nauar. † conſ. 18. de temporibus ordinatio. tenet illud eſſe verum, quando ęs alienum eſt contractum ante patrimonium quæſitum, & poteſt, & debet ſolui de illo, vt quando debetur purè, & ſtatim peti poteſt, & nulla iuſta exceptione impediri ſecus, quando cœpit deberi poſt patrimonium quæſitum, etiam ante ordinationem, de quo non debebat, nec poterat ſolui, per præfatum Concilium Trident. & ita tacitè fuit contractum ſub conditione tacita, ſi poſt ordinationem habuerit vnde ſoluerit. ſequuntur Emmanuel Rodriquez nu. 2. & Ledeſma 6. concl. 4. difficultate ſupra, Flam. Pariſ. d. q. 6. nu. 12. dicens, quod ſi debet tantundem, quantum valet res donata, non videtur ſuſpenſus, vt reſpondit Nauar.
140 † quorum ſentẽtia poſſet procedere, quando ille ſe obligaſſet, & debitum contraxiſſet ad ſoluendum, poſtquam eſſet ordinatus; ſecus ſi ſe obligaſſet, etiam poſt patrimonium quæſitum ante ordinationem, tamen abſolutè, aut ad certum tempus ſine mentione, quod eſſet ordinatus; ad ſoluenda enim debita poſt
141 ordinationem † contracta, ſeu in tempus, quo eſſet ordinatus, expreſsè non videtur poſſe alienari, etiam cum authoritate iudicis, patrimonium, ad cuius titulum quis eſt ordinatus; quamuis enim iſta alienatio videatur neceſſaria, habuit principium volũtarium, ex quo ſua voluntate æs alienum contraxit, & ſic in ea habet locum prohibitio Concilij; ad tradita per Tiraquellum de retract. linag. §. 1. gl. 14. ex nu. 13. ad 17. & Parlad. rerum quotidianarum l. 1. c. 3. num. 43. Auend. reſp. 13. num. 6. Matien. in lib. 6. tit. 11. lib. 5. recop. gl. 1. num. 6. Girond. de Gabellis. 5. par. à num. 50. & Solis de cenſib. 2. tom. lib. 4. cap. vnic. num. 8. *Et nouiſſimè Gutierez de gabell. q. 22. num. 7. & in propoſito Vgol. d. c. 26. §. 13. nu. 3.* Et aliàs poſſet per indirectum alienare patrimonium, quod non eſt permittendum. reg. cum quod vna via lib. 6. cum concordan.

Secus verò ſi ſe obligaſſet abſolutè, aut ad certum
142 tempus † ſine mentione, quod eſſet ordinatus, etiã poſt patrimonium quæſitum, nam tale debitum videtur ſoluendum ex patrimonio, quod tranſit cum ſuo onere; maximè ſi debitum erat cum hipoteca bonorum; nec Concilium prohibet alienationem, ſeu obligationem patrimonij, antequam ad eius titulum ſit ordinatus ſacris. Præterea videtur verum, quod
143 ait M. Ant. Genuen. d. c. 81. num. 2. nempe † quod poteſt quis ordinari ad titulum donationis, etiam ſi tantundem debeat, dummodo donatio ſit facta ad hunc finem ordinationis, cum alienari non poſſit ex d. c. 2. Nauar. conſ. 13. de temporibus ordinatio.
144 Quod tamen videtur accipiendum † quando ordinatio fuit cauſa finalis, ſiue conditio donationis, ſecus ſi impulſiua ad leg. 2. §. fin. cum l. ſeq. ff. de donatio. & ibi Doctores, ſeu quando donatio fit, vt poſſit ordinari, tunc enim donatio eſt omnino pura, & libera, ſicut de legato mulieri facto, vt poſſit nubere, dicit Couar. in c. 3. de teſtam. ſub nu. 11. verſ. 2. apparet. cum Bald. conſ. 249. lib. 4. nihilominus tamen ex
145 alia ratione videtur poſſe abſolutè † dici, ordinatũ ad titulum patrimonij aliàs ſufficientis, non eſſe ordinatum ſine titulo, etiam ſi tantundem debeat, & quandocumque debita contraxerit; quia clericus nõ tenetur vltra quam facere poſſit. c. Oldoardus. de ſolutio. & ibi Abb. & doc. Gig. de penſio. q. 35. nu. 8. & q. 62. num. 22. Couar. lib. 2. variar. c. 1. nu. 9. Baeça de inope debitore c. 17. & Io. Gutierez de turam. confirm. 1. p. cap. 17. Doctor Paz in praxi. 3. par. 2. tom. c. vni. a num. 4. & Marcheſ. de commiſſio. 1. p. c. 3. de commiſſione ſuper dilationibus moratorijs, *Et Vgol. d. c. 26. §. 13. num. 3.* Et ſic ille non videtur ordinatus ſine titulo cum quandocumque debita contraxerit, non teneatur vltra quam facere poſſit, & conſequenter patrimonium ad cuius titulum fuit ordinatus nõ poſſit alienari ad illa ſoluẽda. facit quod tradit Suarez ſupra num. 26. poſt Mayolum de irregularitate. l. 2. c. 11. num. 15.

146 Septimò dubitatur an ſi quis fuerit † ſacris ordinatus ad titulum beneficij, in cuius poſſeſſione pacifica eſt, non tamen habet in eo Canonicum titulum, ſed eſt reuera intruſus, peccet mortaliter, & incurrat pœnam, ſi qua eſſet poſita contra ordinatos ſine titulo? in quo videtur reſpondendum affirmatiuè, nam
147 cum beneficium illud † non ſit ſuum, vt ſupponitur, videtur ordinatus ſine vero titulo, niſi bona fide, & candido animo, exiſtimans habere canonicum titulum, ſit promotus, tunc enim excuſaretur à peccato, & conſequenter à pœna, ad tradita per Nauar. d. conſ. 15. nu. 4. & citatos ſupra. nu. 134.

148 Nihilominus tamen probabilis † videtur abſolutè pars negatiua, nam ad iſtum effectum, & vt non dicatur ordinatus ſine titulo, ſufficit ſine fraude de facto pacificè poſſidere beneficium, eſto non habeat legitimum titulum, vt colligitur ex Concilio. d. c. 2. quod ad hoc ſolum requirit, quod legitimè conſtet ordinandum beneficium pacificè poſſidere, & ita videtur tenere Nauar. conſ. 24. de temporibus ordinatio. quamuis reſpectu patrimonij videatur requiri etiam legitimus titulus ex illis verbis, ab eis obtineri, & ex prædictis, ſicut in ſimili videtur, quod ſi capitu-
149 lum, ſe de vacante, † infra annum daret dimiſſorias, ſeu reuerendas alicui arctato ratione beneficij de facto poſſeſſi, non haberent locum pœnæ ſtatutæ à Concilio ſeſſ. 7. de reformatione c. 10.

150 Octauò dubitatur, an ordinatus † ad titulum patrimonij ſibi donati cum pacto de non petendo, ſeu de illo poſtea reddendo, & reſtituendo, ſit ordinatus ſine titulo, & incurrat aliquam pœnam.

151 In quo dico primò, † quod ordinatus cum patrimonio ficto, ſeu donatione ficta, & non vera, eſſet reuera ordinatus ſine titulo, & incurreret pœnam ſuſpenſionis poſitam contra ordinatum ſine titulo per conſtitutionem Sixti V. quæ tamen, vt diximus, eſt iam reuocata, vt patet ex declarationibus ſupra adductis num. 79. & docet candelabrum aureum in explanatione d. conſtitutionis notabil. 14. Eſpino. de teſtam. gloſ. 18. num. 85. P. Ledeſma d. c. 7. de ſacram. ordinis concl. 6. 5. difficultate, & Suarez ſup. num. 35. *Ex Carrillo in itinerario ordinandorum ſect. 2. c. 2. nu. 17. & nouiſſimè Gabriel Vazquez 3. par. 3. tom. diſput. 246. in fin. ait grane peccatum eſſe, ſi ficto patrimonio, vel beneficio quis ordinetur.*

Nam qui recipit patrimonium non uerè, ſed fictè
152 donatum ad iſtum † effectum, tenetur illud in conſcientia reſtituere, quia non eſt ſuum ullo modo, quamuis in foro exteriori conſtando de fraude, & fi-

ctione

tione meritò illo priuaretur in pœnam talis fictus donator. Lud. Lopez instruct. negociantium. lib. 2. c. 45. vers. iam quædam dubiola. Emman. Rodriquez d. 2. tom. c. 15. nu. 7. & P. Ledesma ibi, qui tamen male ponunt exemplum in recipiente pecuniam mutuatam ad præsentandum Episcopo, dicendo, quod de illa erat sibi facta donatio, vt ad illius titulum ordinaretur, cum patrimonium debeat consistere in re immobili, vt supra dictum est. nu. 105. & Thom. Sanchez de matrimonio l. 6. disputatione 32. num. 8. *Et Auila de censur. 3. p. disp. 5. dub. 5. 3. concl.*

153 Et facta donatio censetur quando † inter ipsos donatorem, & donatarium dictum est, illam fieri propter formam, & ad apparentiam, non verè, & animo donandi, seu quando facta est cum pacto, de non vtendo illa, seu de non petendo donatum, nam ista est donatio verbalis tantum, & non realis. Quintanaduennas d. l. 3. num. 69. *Auila d. dub.* 5. & alij.

154 Quamuis Angulo in l. 6. delas † meioras glo. 4. numero 9. alias glo. 10. num. 5. dicat, quod donatio facta causa ordinum suscipiendorum, etiam ab extraneo, quantumcunque donatarius promittat non se vsurum tali donatione, infringi non poterit propter ius quæsitum. tertio cap. Episcopus. cap. cuis, de præben. sicut in donatione, seu melioratione facta causa matrimonij, vnde videbatur donationem factam, etiam fictè causa ordinum suscipiendorum valere, *Quamuis summ. Bullar. Quaran. verb. ordo, post secundam constitutionem, vers. quod intellige, cum Patre Marco Andria, & Ioanne Hieronymo Campanillis in suo diuersorio, iuris Canonici, Rubr. de non ordinand. absque titulo cap. penult. teneat, dictum pactum, & conuentionem, seu remissionem etiam iuratam ante ordinationem factam non valere, nec firmitatem habere, quando donatio facta est ad dictum effectum suscipiendi ordines fictè; tum per Concil. Triden. decretum; tum quia repugnat bono publico, & decori Ecclesiæ, quicquid versatur in hoc ordinandorum titulo; & sic non videri ordinatum sine titulo, &c.* sed respondetur, in præsenti

155 † non agi de præiudicio tertij, sicut in matrimonio carnali, nam Episcopus, qui non fuit in culpa, & deceptus ordinauit aliquem sine vero patrimonio, non tenetur eum alere. Decius in cap. 2. ad fin. & in cap. Episcopus. num. 13. de præben. Nauar. cons. 14. & vlt. de temporibus ordinatio. Flam. Paris. d. l. 2. quæst. 6. num. 18. & Tho. Sanch. de matrimonio. lib. 6 disput. 32. numer. 8. & dictum est supra num. 33. & Episcopus fuit in culpa, quia sciuit, vel debuit scire, sibi imputet.

156 Melioratio tamen facta filio pro † suscipiendis ordinibus, etiam non intercueniente traditione, erit irreuocabilis iuxta l. 17. Tauri. quæst. 1. tit. 6. libr. 5. recopilationis, in ea enim versatur causa onerosa cum Episcopo, qui alias non ordinaret, ne de suo aleret, & sic post sacros ordines susceptos à parentibus reuocari non potest. ita Ciruen. in d. l. 17. num. 1. Couar. in cap. Rainaldus. de testam. §. 2. num. 7. Auendanno resp. 17. in fi. Tell. in d. l. 17. num. 81. & 82. Matiençó d. l. 1. glos. 9. num. 8. Salcedo d. cap. 18. num. 15. Angul. d. l. 1. glo. 7. num. 15. Aceuedo in l. 10. tit. 6. lib. 5. recopilat. num. 31. Io. Gutierez pract. lib. 2. quæst. 65. num. 7. Morquecho de diuisione bonorum. lib. 3. cap. 6. nu. 90. & Emman. Rodriguez d. cap. 15. num. 8. quamuis contra teneat Espino. d. gl. 18. num. 75. & idem esset † in donatione,

157 quæ non esset data pro 3. & 5. vt per Angulum ibi & glo. 2. nu. 5. vnde etiam idem erit de iure communi.

158 Igneus in l. 3. §. subuenitur. ff. ad sillan. † num. 170. Couar. Tell. Matien. & Guttier. ibi maximè iuxta tradita per Caldas Pereiram in l. si curatorem habens. C. de in integrum restitutione verbo, læsis, num. 103. Iosephum Gonçalez, Flores variarum cap. 12. num. 24. & Mendez de Castr. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liberis. nu. 165.

Et an donatio, pro suscipiendis ordinibus filio sim

159 pliciter facta † conferri debeat, seu imputari in legitimam, verior videtur sententia, quod conferri debeat, seu imputari, quia est donatio ob causam necessariam, seu quasi; & id, quod datur filio, non consumitur in adeptione ordinum, sed datur, vt illud post susceptos ordines habeat ad ipsius alimenta, & congruam in eo statu sustentationem, & facit l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioso testamento, nam & id est de se alienabile, & transmissibile ad hæredes, & ideo debet conferri, & imputari, esto, sit quasi Castrense peculium: quam sententiam tenent Couar. & in additione ibi supra Auendanno de resp. 17. Menchaca de successionum creatione. lib. 3. §. 22. num. 44. Did. Perez in l. 4. tit. 12. l. 3. ordinam. Salcedo supra nu. 16. Angulo in lib. 9. gl. 3. num. 25. Ayora de partitio. 2. p. q. 13. Io. Guttier. d. q. 65. *Ioseph. Gonçal. var. c. 12. nu. 25. Vgalin. de officio Episcop. c. 26. §. 9. nu. 4.* Emman. Rodrig. d. c. 15. nu. 8. Molina de iustitia 1. tom. tract. 2. disputa. 238. & 241. ad fi. & P. Ledesma d. c. 7. 6. concl. ad fin.

Quamuis contrarium post Fabriũ, Igneum, Aym.

160 Cassaneum, & Rebuffum in † praxi tit. de rescripto. in forma communi. nu. 25. teneant Ant. Gomez in l. 29. Tau. nu. 21. & ibi Tellius, nu. 16. Duennas regula. 222. nu. 3. Roias de successio. c. 7. à nu. 45. Matiençó in l. 3. tit. 8. gl. 2. nu. 14. Aceuedo l. 10. tit. 6. nu. 29. & 30. lib. 5. recopilat. Gratian. regul. 95. nu. 6. & Quintanaduennas d. lib. 3. Eccles. 2. p. præcipuè ad fi. & videtur tenere Caldas Pereira. d. verbo læsis. nu. 103. & 132. Espino. glo. 18. à nu. 66. Mendez de Castro in d. l. eum oportet. nu. 165. & Velazquez de Auendanno in d. l. 29. Tauri glo. 3. nu. 8. *Gratian. discept. forens. cap. 159. d nu. 31. quod probabilius ait Ceuallos q. 682. stante Conc. Trid. sess. 21. c. 2. vbi bona donatam à patre filio, vt ordines suscipiat, non possunt vendi, seu alienari absque licentia Episcopi, &c. Sed id nihil refert ad propositum, & satis est, quòd de se sint alienabilia & transmissibilia ad hæredes; nec prohibitio Concilij est perpetua, vt ait Guttier.*

161 Dico secundò, † quod ordinatus cum patrimonio sibi donato cum pacto, seu conditione de illo reddendo, & restituendo, post ordinationem, non potest dici ordinatus sine titulo, nec incurreret vllam pœnam seu suspensionem, etiam stante d. constitutione Sixti V. nam iste reuera est ordinatus cum patrimonio vero, & non ficto: illa enim est vera donatio, ex qua

162 transfertur dominium in donatarium † licèt cum illo pacto, seu modo, ad titulum de donatio. quæ sub modo. & longe diuersa (quamuis doctores videantur confundere) ab illa, quæ fit cum pacto de non vtendo illa, seu de non petendo donatum, quæ est verbalis tantum, vt dixi.

163 Nec obstat dictum pactum, † seu conditio de reddendo, & restituendo post ordinationem, quod obligat, saltem in foro conscientiæ. Cord. in sum. q. 32.

Nauarr. Flam. & Genuen. ibi Gonçalez nu. 32. *ſumm. Bullar. Quaran. verb. ordo, poſt ſecundam concluſionem, verſ. tertius caſus, Vgol. de offic. Epiſc. c. 26. §. 8. nu. 5. & §. 15. verſ. tertio non tenetur, Piaſec, ſic intelligens d. n. 42.* facit ad hæc ca. ſi Epiſcopus. de præben. in 6. de quo Surdus. d. q. 37. à nu. 51.

34 At ex d. conſtitutione Sixti V. 29. contra clericos male promotos, clerici, ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, promoti ad ſacros ordines, ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab exequutione ordinum ſuſceptorum. Vt latius in d. conſtitutione, & ita aduertit Candelabrum aureum in explanatione eiuſdem conſtitutionis notab. 14. quãuis notab. 11, videatur in hoc inaduertenter loqui, & P. Ledeſma d. c. 7. concl. 5. & Suarez ſupra nu. 35. & Goncalez ſupra nu. 34. *Quicquid ſine fundamento dicat Auila d. dub. 4. ad fin.*

35 Cuius ſuſpẽſionis abſolutio reſeruatur † ipſi Papę, inhibendo, ne per iubilea, indulgentias, aut Bullam Cruciatæ, cum quibuſuis ampliſſimis derogatorijs clericis conceſſa, & concedenda, abſolui poſſit.

36 Non tamen videbatur reſeruari ibi abſolutio à peccato, quia Papa non ſolet reſeruare, niſi ratione cenſuræ, ſeu abſolutionem cenſuræ, vt eſt notum. Durandus in 4. diſtinct. 17. q. vltima. Armilla verb. caſus. nu. 2. Caiet. eod. verb. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 161. aliàs 254. Coſmas Philiar. de officio ſacerdotis. 1. tom. 2. p. lib. 2. c. 15, & 26. Candelabrum aureum, de abſolutione. nu. 56. ſumma Corona. 4. p. c. 6. de Sacramento pœnitentiæ. nu. 14. 7. dub. Toletus in ſum. lib. 1. c. 41. in Romana editione, & Manuale nouum Toletanum, de adminiſtratione ſacramentorũ, de Sacramento pœnitentiæ, circa finem, quamuis Palacio in 4. diſt. 17. diſput. vltim. dicat, Papam directè reſeruare culpas.

37 Sed certè verba † d. conſtitutionis, & reſeruationis ſunt multum ampla, & generalia, & videntur vtrumque reſeruare, & maximè vrgent illa verba, à reatibus, & exceſſibus præfatis abſolui, præterquam in mortis articulo, quæ neceſſariò videntur intelligenda de peccato, præſertim, quia quod attinet ad ſuſpenſionem, non eſt veriſimile Papam ibi permittere facultatem abſoluendi abea in mortis articulo, non enim eſt neceſſaria ea abſolutio in illo articulo. Vnde Enriquez in ſum. lib. 6. c. 10. §. 3. glo. 11. ait tutius eſſe vtrumque reſeruari.

38 Circa quam reſeruationem ſe offert difficultas, † an nihilominus poſſet abſolui ab iſta ſuſpenſione, & exceſſu per Bullas Cruciatæ poſteriores, ſicut poterat abſolui per aliqua Iubilea poſteriora à Greg. XIIII, & Clemente VIII. conceſſa, in quibus derogabatur huiuſmodi conſtitutionibus.

Et quidem certum videtur non poſſe abſolui per
39 Bullam † Cruciatæ publicatam poſt d. conſtitutionem, cõceſſam tamen ante eam, per illam enim, cum ſit antea conceſſa, non poteſt dici derogari huiuſmodi conſtitutioni, vt per Emman. Rodriquez in addit. explicationis Bullæ ad §. 9. nu. 57.

Quamuis contrarium videatur tenere Enriquez
40 † d. c. 10. §. 2. in gl. litera K. dicens, ita re conſulta explicuiſſe Commiſſarium Cruciatæ, poſſe per Bullam Cruciatæ poſteriorem anni 1590. quæ erat conceſſa, & prorogata per Sixtum Quintum. 17. Octob. 1585, ad aliud ſexennĩ, abſolui à caſu conſtitutionis eiuſdem Sixti, contra aborſum procurantes datæ anno 1588. in qua ſimilis reſeruatio habebatur, quia Bulla Cruciatæ habet clauſulam generaliter derogatoriam, & ipſe Commiſſarius habet à Papa facultatem interpretandi dubia, & derogandi priuilegijs contrarijs. Sed, cum Bulla eſt antea conceſſa parum re-
41 fert clauſula † derogatoria in ea poſita, quamuis poſtea publicetur, ad l. pacta nouiſſima. Cod. de pactis. nec verum eſt Commiſſarium habere à Papa facul-
42 tatem † interpretandi dubia, nam in Bulla, & ſummario Latino non inuenitur talis facultas. Emmanuel Rodriquez d. nu. 57. ad fin. difficultas eſt an per Bullam Cruciatæ, poſt d. conſtitutionem conceſſam,
43 maximè à ſucceſſore † poſſit abſolui, in qua etiam videbatur reſpondendum negatiuè, nam cum Bulla Cruciatæ ſit conceſſa Regi ad ſexennium, & ante finem illius ſoleat prorogari ad aliud, & ſic ſucceſſiuè, Bulla poſterior cenſetur eadem cum prima ad l. ſed etſi manente. ff. de precario, atque adeo, ſicut non poterat abſolui per Bullam Cruciatæ præcedentem d. conſtitutionem, ita nec per poſteriorem. Præterea
44 quicquid dicat Emmanuel † Rodriquez. d. n. 57. facultas ſuſpendendi, quæ datur Commiſſario, non facit ad rem, quia illa non eſt ſuſpendendi conſtitutiones, ſed indulgentias, & facultates.

45 Nihilominus tamen in propoſita difficultate † cõtrarium videtur verius, nam in prorogatione dicitur, quod etiam de nouo concedit, vt in prorogatione facta à Greg. XIIII. anno 1591. & à Clemente VIII. 9. Febr. 1592. cum clauſulis, & derogationibus contentis in alijs literis. Greg. XIII. & etiam Pij V. quia vnæ ad alias ſe referunt, & in literis ſuper conceſſione Cruciatæ, datis à Pio V. 12. Calendas Iunij 1571. habetur ſequens derogatio, non obſtantibus quibuſcunque decretis, conſtitutionibus, ſtatutis, conſuetudinibus, Bullis, priuilegijs, literis, indulgentijs, Bulla mare magnum nuncupata, & ordinationibus editis, aut approbatis, etiam pluries, non ſolùm ab inferioribus, ſed à nobis, & noſtris prædeceſſoribus, cùm quibuſuis clauſulis, derogationibus, ac iuramẽtis, & ex quacunque cauſa, & expeditione contra Turcas, & ſiue per modum vniuerſalis legis, ſiue ſub alia forma, & ſiue in fauorem Eccleſiarum emanauerint, quoniam illis omnibus, & ſingulis, etiam quod de verbo ad verbum debuiſſent præſentibus inſeri, habentes, & haberi volentes omnia pro inſertis, & expreſſis de verbo ad verbum, ex certa ſcientia motu proprio, & de noſtræ poteſtatis plenitudine eatenus, quatenus directè, vel indirectè prædictis in toto, vel in parte contrariantur, aut aliquod quicquã minimum præiudicium, ſeù impedimentum afferant, expreſsè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cęteriſque contrarijs quibuſcumque.

46 Quæ clauſula, † & derogatio cenſetur eſſe in dictis prorogationibus, & nouis conceſſionibus, cum relatum ſit in referente, le. aſſe toto. ff. de hæredibus inſtituen. & derogat ſufficienter d. 1. conſtitutioni ad conſilium Buttrij 2. quod Rota, & alij ſequuntur,
47 † vt infra par. ſequent. cap. 2. n. 305. & procedit non ſolùm in lege, & gratia motu proprio conceſſa, ſed etiam in reſcripto, & gratia conceſſa ad poſtulationem partis, vt per citatos ibi, maximè Caſſadorum, & Rotam deciſ. 213. n. 1. par. 1. diuerſorum, Quamuis contradicat Couarr. ibi citatus in rubrica, de teſtam. 2. par. n. 20. verſ. 3. & Anton. Gabriel de clauſulis, concl. 5. n. 4. & 5.

Nec contra ſupradictam reſolutionem obſtat doctrina

48 Orina † Emman. Rodriquez in ſumm. 1. tom. c. 164. nu. 3. & in d. additio. ad §. 9. num. 59. vbi tenet, quod virtute Cruciatæ non poteſt quis abſolui per confeſſarium à ſuſpenſione incurſa propter ordines male ſuſceptos, vt ante ætatem, &c. ex eo, quod nec Cõmiſſario generali conceditur talis facultas, vt patet, ex Bulla Latina, & mutat ſententiam, quam tenuerat in explicatione Bullæ d. §. 9. nu. 62. cum Medina in ſumma. lib. 1. c. 11. §. 8. Sicut etiam Vega in ſumma. 2. par. cap. 15. caſu 10. ſeu 8. & in Eſpeio de Curas, cap. 14. nu. 41.

49 Nam verior eſt prima ſententia, quam tenuit † d. num. 62. cum Medina, quam etiam tenent Ludou. Lopez, inſtruction. conſcientiæ, 2. tomo. ſecunda p. cap. 23. & 31. & alij relati per Enriquez in ſumma. lib. 7. cap. 13. §. 3. in gloſſa litera ij. qui dicit probabilem in gloſſ. litera C. ſequenti, quamuis in text. teneat cõtrarium, & nouiſſime ſequitur hanc ſententiam, P. Ledeſma in ſumm. de Sacrament. Ordinis. cap. 7. dub. 5. primæ concluſionis.

50 Et ratio eſt, nam in Bulla Cruciatæ datur † facultas confeſſario electo per eam abſoluendi à qualibet cenſura; & ſuſpenſio eſt verè cenſura. c. quærenti. de verborum ſignificatione, & eſt notum.

51 Aiunt tamen dicti doctores, † quod abſolutus à ſuſpenſione incurſa ob ſuſceptionem ordinum ante ætatem legitimam, non poteſt adhuc celebrare ante completam ætatem, quod comprobatur ex capite. vel nõ eſt compos, de temporibus ordinatio. & quod tradit Suarez, d. 5. tomo, diſputatione 31. ſectione 1. num. 23. & declaratione Sanct. Congregationis Concilij, ſuper cap. 6. ſeſſione 24. de reformat. quæ ſic ait. Item Congregatio cenſuit, ſi in clericus peruenit iam ad ætatem legitimam, poſſe Epiſcopum cum illo diſpenſare, tam ſuper irregularitate, quam ſuper ſuſpenſione, ex delicto occulto tamen proueniente, quia ſe fecit promoueri, non in ætate legitima: ſi nondum ad ætatem legitimam peruenerit clericus, Epiſcopum non poſſe, ſed petendam abſolutionem à Sede Apoſtolica. *Et ita etiam tenet Auila de cenſur. 3. par. diſp. 5. dub. 7 not. 10.*

52 Nec prædictæ ſententiæ obſtat d. † argumentum deſumptum ex Bulla Latina, cui reſpondet P. Ledeſma, quod non dari talem facultatem Commiſſario non arguit, nec conuincit, quin eam habeant confeſſari, & rationem differentiæ eſſe quod Commiſſarius procedit in foro exteriori, & nõ vult Papa, quod habeat iſtam authoritatem in tali foro. At confeſſarius procedit in foro conſcientiæ, & in ordine ad confeſſionem, & non eſt inconueniens, quod cõfeſſarius habet iſtam authoritatem in tali foro.

53 Sed iſta reſponſio non † omnino ſatisfacit, nam verius eſt poſſe confeſſarium virtute Bullæ abſoluere à cenſuris, extra confeſſionem, vt per Enriquez lib. 7. c. 13. §. 2. & Emmanuel Rodriguez, in dict. addition. ad §. non. num. 47. & 59. & §. decimotertio, nu. 4. & q. regul. 1. tom. q. 20. artic. 7. & q. 61. art. 7. & ipſum Ledeſma, de excommunicatione. c. 8. *& Auilam de cenſur. 2. p. c. 7. diſput. 3. dub.* 13. contra Nauar. in Manual. c. vigeſimo ſexto, nu. 31. & conſ. 48. n. 11. de ſententia excomm. Corduba in ſumm. q. 19. Ludouicus Lopez. 2. to. 2. p. c. 8. & 19. Vegam in ſumm. 1. p. c. 6. caſu 49. Zecchum de ſacramentis de pœnitentia c. 19. 12. d. Sorbo. in compendio Mendicantiũ, verbo caſu reſeruati, Suarez d. 5. tom. diſput. 7. ſect. 5. nu. 35. & Zerolam in praxi Epiſcopali, 2. p. verb. abſolutio, §. 1. reſponſ. 3. *& Parlad. differ. 109. §. 1. nu. 7.* Quorum opinio

54 vera eſſet, † ſi adeſſet clauſula, eorum confeſſionibus auditis aut in foro conſcientiæ, vt in Iubileis, quæ tamen in Bulla non adeſt, ſed ſimpliciter datur facultas eligendi confeſſarium, qui eos poſſit abſoluere à quibuſuis peccatis, & cenſuris. *In Bulla tamen Cruciatæ pro Regno Luſitaniæ adeſt clauſula, Eorum confeſſione auditâ; & ſic virtute illius non poſſe quem extra confeſſionem abſolui a cenſuris rectè tenet Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ q. 50. ad ſi.*

55 Et inſuper verius eſt abſolutionem à cenſuris † virtute Bullæ, aut Iubilei, niſi in eo dicatur, in foro conſcientiæ tantum ſuffragari, valere pro foro exteriori, quando facta eſt, ſatisfacta parte. Medina in ſumm. lib. 2. c. 12. Emman. Rodriguez in Explicatione Bullæ, §. 9. nu. 55. ad fin. & in addition. num. 49. 51. & in ſumm. 1. tom. c. 83. num. 9. & quæſt. regul. 1. tom. d. quæſt. 20. art. 6. & d. quæſt. 61. art. 6. Vgolin. de cenſur. tab. 1. c. 10. §. 4. num. 5. Bobadilla in ſua politica, libro 2. cap. 19. num. 46. Vega in ſumm. 1. part. cap. 6. caſu 52. & in Eſpeijo de Curas, cap. 12. num. 73. Sorbo. in d. compendio Mendicantium in reſolutio. abſolutionem, pag. 57. & alij relati per Enriquez d. §. 2. in gloſſ. litera V. & accedit deciſ. Rotæ 573. lib. 3. p. 3. diuerſorum. *Et placuit Acoſtæ d. q. 50. Quamuis abſolutionem virtute Cruciatæ Regni Portugalliæ factam ab excommunicatione & cenſuris ab homine latis non valere in foro exteriori dicat, quia ita Papa explicat in illa Bulla. Sorbo. pag. 57. die 56. ſeu 57.*

56 Pro qua facit declaratio perpetua Pij V, † facta in Iubileo anni 1568. relata per Emmanuel Rodriguez, Vegam, & Sorbo. ibi, & per Ioan. Guttierez, cãno. quæſt. lib. 1. cap. 2. nu. 18. cui ipſe non benè ſatis-

57 facit, tenens contrarium cum Couarru. in † c. alma. mater. 1. part. §. 12. num. 16. Mar. Ledeſma 2. par. 4. q. 25. art. 1. & Nauarr. conſ. 13. de pœnitentijs. & remiſſio. & conſ. 11. de ſententia excommun. aliàs conſ. 51. & 52. de ſententia excommun. *& conſ. 4. nu. 2. de ſepult. Poſt Sairum Graff. in deciſ. aureis lib. 4. c. 15. nu. 18. Auila d. 2. p. c. 7. diſput. 3. dub. 10. & 12. Parlad. differ. 12. §. 2. nu. 23. & Lacar. de monitor. ſect. 4. q. 15. d nu. 1.* cum quibus etiam tenent Coſmas Philiarc. de officio ſacerdotis. 1. par. lib. 3. c. 27. ad fin. Zerola in d. praxi, 1. par. verb. abſolutio. §. 2. et parte verb. ordo. §. 4. d. 5. Doctor Frechilla, de excom. art. 1. 4. p. n. 7. 3. dub. et art. 5. nu. 2. Toletus in ſum. lib. 1. c. 14. verſ. 8. et 9. dicens, hunc eſſe ſtilum Romanæ Curiæ, in æditione Romana, et Sayrus de cenſuris, lib. 2. cap. 20. nu. 31. et ſequitur Suarez d. diſp. 7. ſect. 5. nu. 21. quãdo facultas abſoluendi conceditur, ſolum in ordine ad ſacramentalem confeſſionem.

58 Et ſimilem declarationem perpetuã fecit † Greg. XIII. in Iubileo anni 1575. quam refert D. Penia in directorio Inquiſitorum comment. 25. quamuis ipſe videatur etiam tenere cõtrarium. *Et eadem declaratio Greg. XIII. habetur in compendio Mendicantium. ad fin. verb. notanda tempore Iubilei pag. 542. vbi Sorbo verb. notanda ſuper hac Apoſtolica declaratione, verſ. ſexto aduerte, contrarium etiam tenet ſibi contrarius.*

59 Quare dicto argument. ex † Bulla Latina ego reſpondeo, quod ibi non agitur de ſuſpenſione incurſa propter ordines malè ſuſceptos, ſed de irregularitate propter ordinum malam ſuſceptionem contracta, vt qui excommunicatus, ſeu ſuſpenſus

ordinatur,&c. Nauar. cap. 27. nu. 241. ſic enim ait.

Item ſimiliter conceditur facultas d. Commiſſario diſpenſandi,& componendi ſuper irregularitate cum ijs, qui quibuslibet Eccleſiaſticis cenſuris ligati Miſſas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrauerunt, ſeu aliàs illis ſe immiſcuerunt,& ſuper alia qualibet irregularitate, præterquam ratione homicidij voluntarij, aut ſimoniæ, vel apoſtaſiæ à fide, aut hæreſis, vel propter malam ordinum ſuſceptionem contracta.

Ex quibus obiter videbatur, quod breuia, ſeu pri-
60 uilegia religionum, † quod eorum fratres non poſſint vti Bulla Cruciatæ, ſeu alijs priuilegijs, quo ad indultum eligendi confeſſorem, & abſolutionem caſuum reſeruatorum, conceſſa mendicantibus, & alijs per varios Pontifices, vt per compendium mendicantium, Bernardorum, & Societatis Ieſu, verb. abſolutio. & Cruciata, & Paraſellum, de priuilegijs Minorum, cap. 10. & Sorbo. in d. compen. mendican. verb. Cruciata, & Emman. Rodriguez. in d. Explicatione Bullæ, §. 9. nu. 24. & quæſt. regularium, 1. tom. quæſt. 21. art. 10. & Enr quez, in ſumma lib. 6. c. 6. §. 9. & c. 16. §. 7. & lib. 7. c. 22. & nouiſſime quibuſcumque Religiombus, per Clem. VIII. 23. Nouemb. 1599. derogantur per ſequentes Bullas, & clauſulas derogatorias ibi poſitas. *& per Sorbum poſt d. Comp. Mendic. pag. 544.*

61 Sed nihilominus contrarium † dicendum eſt, nam illa Breuia non ſunt priuilegia contraria Bullæ, ſed declaratoria illius, & intentionis Papæ, quod ſub indulto eligendi confeſſorem, non comprehendantur religioſi, vt patet in Breui Pij V. poſito per Emman. Rodriguez in d. Explicatione Bullæ ad fin. & in d. breui Clementis VIII. in quibus perpetuò declaratur conceſſionem Cruciatæ, & aliorum priuilegiorum, ſeu indultorum particularium, quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, quantum ad articulum eligendi confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, cum fratribus, & monialibus ordinis Prædicatorum, & etiam aliorum quorumcunque ordinum, locum minime habere, nec cenſeri, ſed ſuæ intentionis exiſtere, quod ijdem fratres, & moniales, quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti ſint. *Item eſto illa Breuia eſſent limitatoria Bullæ, adhuc non derogarentur per Bullas ſequentes, quia generi per ſpeciem derogatur, etiamſi ſpecies ipſa præceſſerit, rer. generi, lib. 6. & cap. 1. de reſcript. cum alijs. & ibi Doct. & Suar. de legib. lib. 8. cap. 39. a nu. 6 & in ſimili docet idem Suar. d. lib. 8. cap. 17. num. 8.*

62 Nec facit ad † propoſitum dicta facultas, quæ datur Commiſſario ſuſpendendi omnes indulgentias, & facultates, non tamen conceſſus ordinum mendicantium Superioribus, quoad eorum fratres tantum quamuis Theologi eam adducant ad reſolutionem huius quæſtionis; nam dicta Breuia, non poſſunt dici indulgentiæ, nec facultates, ſed potius prohibitiones, ſeu declarationes. Et prædictam ſententiam te-
63 net Mar. Ledeſma 2. p. 4. q. 19. art. 2. † collector priuilegiorum in compendio mendicantium, verb. Cruciata, & verbo abſolutio, quo ad fratres, & ibi Corduba in annotationibus. & ſuper regul. D. Franc. c. 7. q. 8. pun. 2. & compendium Bernardorum, verb. Bulla Cruciatæ, & Paraſellus ſup. & compendium Societatis. & Sorbo. verb. Cruciata. *& Candel. Aur. 1. p. de abſol. nu. 25. & in nouis editionibus 35. dicēs ita Salamantice cō-ſiliſtas magiſtros ex præcipuis religionibus, & Doctorē Mayo iuris Pontificij primarium, & alios cōmuniter tenuiſſe &c.*

64 Et ita tenendum eſt † tanquam certum, maximè ſtante declaratione S. Congregationis Concilij data Archiepiſcopo Valentino, tempore Gregorij XIII. quam ponit, & vidiſſe ait Emman. Rodriguez, d. nu. 24. quæ ſic ſe habet, Cong. Concilij cenſuit quatenus gratia ex Bulla Cruciatæ pertinent ad moniales, non poſſe vigore facultatis in eadem Bulla conceſſæ alios confeſſarios, præter eos, qui ad audiendas ipſarum monialium confeſſiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere quam etiam ponunt Carb. ſup. & P. Ledeſma in ſum. de pœnitentia. cap. 13. dub. 13. *Et nouiſſimè poſthac viſus eam affert A coſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ q. 107. & Vgol. de offic. Epiſc. c. 7. § 2. n. 8. qui etiam ponunt ad literam dictum Breue Clem. VIII. & tenent dictam ſententiam: ponit etiam d. Breue ſum. Bullar. Quar. verb. confeſſor, & Emman. Rodr. in collat. priuil. reg. bull. 9. Clem. VIII. pag. 1217. & ſimile Breue dedit S. D. N. Paulus V. ad inſtantiam D. Epiſcopi Salamantini.*

65 Quamuis contrarium practicetur, ex ſententia † multorum Theologorum, maximè regularium. Nec
66 iuuat dicere, quod illa Breuia non ſint recepta, † nam cum ſint declaratoria, quod Papa non intendit illud indultum eligendi confeſſorem regularibus concedere, nihil refert, quod ſint recepta, vel non, nam non receptio non poteſt facere, quod illud indultum ſit conceſſum, aut extendatur contra intentionem con-
67 cedentis; & † ſimiliter ex quo ſunt declaratoria non requiritur, quod ſint promulgata, aut intimata ſolemniter, nec etiam requiritur intimatio d. declarationis S. Congr. quicquid dicat Ludou. Lopez inſtruct. conſc. 2. tom. 2. p. c. 8. pag. 823. vt alijs in præfatione dicitur.

68 Nec permiſſio Superiorum religionum, † & eorū tacita licentia poteſt extēdere dictum indultum Bullæ, nec poteſt aliquid operari, cum ipſi id permittāt, tanquam conceſſum à Papa, cum tamen reuera non ſit, immo nec expreſſa licentia Prælatorum iam ſufficit ex d. Breui Pij V. & Clementis VIII.

69 Nec rurſus iuuat dicere, † quod Superiores religionum tacitè renunciarunt dicto priuilegio, nā vt appareret ex dictis Breuibus, non tam eſt priuilegium, quam declaratio dict. indulti, & intētionis concedentis, ſed
70 circa d. conſtitutionem † Sixti V. contra clericos malè promotos, aduertendum eſt iam, quod Clemens VIII. anno Incarnationis Dominicæ 1595. pridie Kalendas Martij Pontificatus ſui anno quinto, qui à Natiuitate Domini eſt 1596. motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſua perpetuò valitura conſtitutione, ſupradictam cōſtitutionem Sixti V. ad terminos ſacrorum Canonum, ac cōſtitutionis Pij Papæ II. quæ incipit. Cum ex ſacrorū, & ad diſpoſitionē decretorū S. Cōcilij Triden. reſtrinxit, & reduxit, nec nō cenſuras, & pœnas in ead. Sixti cōſtitutione, contra quoſcumq;, præterquā cōtra ſimoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, has .n. voluit in ſuo robore permanere, moderatur, & abo leuit. quam conſtitutionem Clementis adducit Sayrus de cenſuris, lib. 4. c. 17. ad fin. & Thom. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 49. nu. 10. *Ioann. Bapt. Confetius in collect. liter. & priuil. regul. bulla 2. Clem. VIII. & in ſumm. mater. priuileg. tit. 15. c. 4. ſumm. Bullar. Quaran. verb. ordo 3. & 4. conſtit. Emman. Rodrig. in collect. priuileg.*

*priuileg. regul. bull. 21. Clem. VIII. pag. 1237. & nouiſſimè Praſet. in praxi Epiſcopali p. 1. cap. 1. nu. 59.* & refert Emman. Rodriquez. q. regul. 1. to. q. 20. art. 13. & Suarez d. 5. to. diſp. 31. ſect. 1. n. 41. 42. 43. & 64. & ſect. 5. nu. 6. ad fin. *Candel. Aur. in non. poſt explanationem d. bullæ contra malè promotos, Leo in The. for. Eccleſ. c. 39. n. 19.* & poſt hæc Gonçalez. gl. 15. nu. 128. quamuis Zerola in praxi. 2. p. verb ordo. §. 3. & 8. & verb. irregularitas. §. 2. dicat, quod illa fuit reuocata, & reducta ad terminos iuris per Gregorium XIIII.

Quemadmodum Greg. XIIII. per ſuam conſtitu-
71 tionem datam anno 1591. † pridie Calendas Iunij modificat, & moderatus eſt aliam conſtitutionem eiuſdem Sixti V. contra aborſum procurantes, & idem Clemens VIII. per breue datum 2. Apr. 1602. anno 11. *poſitum per Emman. Rodriq. in d. collect. priuil. bull. 7. Clem. VIII. pag.* 1214. conſtitutiones eiuſdem Sixti, de forma, & qualitatibus admittendi religioſos quoad eam partem, per quam ibi profeſſio nulla declaratur, ad terminos iuris, & ſacrorum Canonum reduxit pœnas contra Superiores, qui earundem conſtitutionum formam non ſeruauerint, aut aliter, quouiſmodo, contra fecerint, in ipſis conſtitutionibus inflictas ſaluas relinquendo.

72 Vnde ceſſat pœna † ſuſpenſionis in d. conſtitutione Sixti contra malè promotos, poſita contra ordinatos ſine titulo, & ſtandum erit in hoc decreto S. Concilij Trid. & declarationibus S. Congreg. ſupra adductis Gonçalez ſup.

73 Quartò dubitatur, † qui titulus requiratur ad ſacros ordines, in quo dicendum eſt, quod de iure antiquo Epiſcopus poterat clericos promouere ad plures & diuerſos titulos. Primò, ad tit. beneficij, d. cap. neminem, & ca. ſanctorum. 70. diſp. ex quibus Canonibus (vt rectè explicat Quintanaduennas d. lib. 3. ex num. 11. & ex num. 27.) nemo poterat ordinari, niſi ad tit. beneficij, ſeu certæ Eccleſiæ, vſque ad tempora Alex. III. & Innocen. III. quorum ſunt c. Epiſcopus. & c. tuis. de præbend. & de hoc tit. certæ Eccleſiæ ad ordines loquitur Epiſtola Alex. III. ad Alphonſum Caſtellæ Regem, quam ponit conciuis noſter Gil. Gonçalez portionarius Eccleſiæ Salamantinæ in ſua hiſtoria de Salamanca, lib. 2. cap. 15. in qua Papa ait, quod Petrum Salamantinum Epiſcopum in ſacerdotem, certo ſibi in vrbe titulo aſſignato, promouit, & non loquitur de titul. Cardinalatus, vt male intelligit ille.

Secundò ad titulum proprij patrimonij, vt poſtea ſtatuerunt Alexan. III. & Innocen. III. in d. cap. Epiſcopus, & c. tuis. & conſequenter etiam ad titulū pen ſionis Eccleſiaſticæ. Tertiò, ad tit. paternæ hæreditatis, d. c. Epiſcopus. Quartò ad tit. alieni beneficij, c. poſtulaſti. de iure patr. ca. per tuas. il 3. & c. pen. de ſimonia. vbi Doct. & Abb. in c. cum ſecundum Apoſtolum, de præbend. nume. 11. Felin. in cap. in noſtra de reſcrip. cor. 34. nu. 31. Lamber. de iure patr. lib. 3. q. 5. art. 6. Quintanad. ſup. à num. 16. de quo Gamb. de officio legati. lib. 6. ex nu. 131. Quintò ad tit. ſtipendij ab Epiſcopo ſibi aſſignandi ſuper fructibus ſuæ menſæ Epiſcopalis ad c. 2. & c. Epiſcopus. de præben. Abb. d. nu. 11. Sextò ad tit. penſionis, ſeu ſtipendij à laico in titul. ei aſſignati ſuper bonis ſuis. Rota deciſ. 11. de præbend. in antiquior. & 30. de reſcrip. in antiquis. Felin. in c. poſtulaſti. de reſcript. nu. 8. & in d. c. in noſtra cor. 30.

74 Hodie verò ex S. Concilio d. cap. 1. non videtur, † quis poſſe promoueri ad ſacros ordines, niſi ad tit. beneficij pacificè poſſeſſi, & etiam patrimonij, vel penſionis Eccleſiaſticæ, vbi Epiſcopus pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum iudicauerit aſſumendum, quæ tamen neceſſitas, vel ſaltem com-
75 moditas regulariter adeſt, præſertim in † perſonis doctis, & probatæ vitæ, & ideo regulariter poteſt quis etiam hodie ordinari ad tit. patrimonij, vel penſionis. Flam. Pariſ. d. lib. 2. q. 6. num. 8. & ita præticatur. pro quo conduxit ſequens declaratio, S. Cong.
76 † Concilij, cum ad patrimonij, vel penſionis Eccleſ. tit. ordinari non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum ſuarum, iuxta c. 2. ſeſſ. 21. clerici autem abſentes, eccleſijs neceſſitatem habentibus, aut ſubuenire, aut vtilitatem aliquam afferre non poſſunt, quæritur, an huiuſmodi clericis literas dimiſſorias epiſcopus concedere poſſit? Congregatio cenſuit poſſe, & ad eum ſpectare.

Quod ampliatur primò, quod habens patrimo-
77 nium † ſufficiens poteſt promoueri ad ſacros ordines, licèt expreſſe non aſſignetur ſibi patrimonium in titulum, neq; dicatur ad titulum patrimonij; ſed ſatis eſt, quod illud habeat, & ſuccedit loco tituli, gl. in c. ſi epiſcopus, verbo titulum. de præbend. in 6. Abba. in c. tuis. n. 3. de præbend. & Gambarus d. libr. 6. n. 137. & fauet Concilium d. cap. 2.

78 Si tamen aliquis † haberet plura bona, ſeu beneficia, & ad titulum aliquorum ſpecialiter, ſeu nominatim ordinaretur, illa ſolùm eſſent titulus, & non alia.

79 Secundò ampliatur, vt etiam ad titulum † donatio nis poſſit quis ordinari, Zecchus de republica eccleſia. c. de clericis, ſub n. 7. verſic. 84. *Azor. 2. p. lib. 3. c. 4. quæſt. 1. Moſcon. de maieſtat. milit. Eccleſi. libro primo parte 2. cap. 1. pagin. 380. & Vgol. de offic. Epiſcop. cap.* 26. §. 13. *ad fin.* vt in ſequentibus declarationibus S. Cõgregationis 1. ad titulum donationis alicuius poteſt quis ordinari, ſi ita epiſcopus iudicauerit aſſumendum pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum, & ſi donatio eſt realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non poſſit, abſque Epiſcopi licentia, donec beneficium ſufficiens adeptus fuerit, vel aliundè habeat vnde viuere poſſit.

Secunda, poteſt aliquis ad ſacros ordines promoueri ad titulum bonorum, quæ donantur, ſi tamen Epiſcopus iudicauerit eum aſſumendum pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum donationeſque huiuſmodi verè, & abſque vlla fraude in forma valida fiant de tot bonis, quod promouendo ſufficiat ad vitam honeſtè ſuſtentãdam quæque deinceps nullo modo alienari poſſint ſine licentia Epiſcopi, donec beneficium ſufficiens adipiſcatur, vel aliundè habeat vnde viuere poſſit.

80 Tertiò ampliatur, † vt etiam familiares trienna-les Epiſcopo rum, aliàs ſibi non ſubditi poſſint ab eis ordinari ad titulum patrimonij, vel penſionis. Marc. Anton. Genuen. d. c. 81. n. 3. cum Flam. Pariſio, de reſignatione benefic. lib. 4. quæſt. 2. num. 91. qui ait, quod text. Concilij Trident. cap. 9. ſeſſion. 23. de reformatione die 14. Aprilis 1575, per Sanct. Congregationem fuit ampliatus procedere, ſi familiari dederit ſufficiens patrimonium, & ſunt ſequentes declarationes eiuſdem Sanct. Congregationis.

81 Prima, † pro neceſſitate, & commoditate Eccleſiarum

ſiarum ad titulum patrimonij poſſunt etiam ordinari familiares triennales Epiſcoporum, iuxta formam cap.9. ſeſſ.23. Sed tamen debent aſcribi Eccleſijs, pro quarum neceſſitate ſunt ordinati, iuxta formam, cap.16.ſeſſ.23.

Secunda, Epiſcopus ordinat familiarem ſuum, ad titulum penſionis, ſi pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum iudicat ordinandum.

82 Tertia ſuper d.ca.9. † Familiaris Epiſcopi, de quo hoc decretum loquitur, poteſt etiam ordinari ad titulum patrimonij, ſi illud ſufficiens habuerit, ſi Epiſcopus ita iudicauerit pro neceſſitate, aut commoditate ſuæ Eccleſiæ, & certæ Eccleſiæ aſcribatur, vbi ſuo munere fungi debeat, iuxta c.16. infra hac eadē ſeſſ. *Vnde apparet falſum quod ait Gabr. Vazq.3.par.tom.diſp.243.num.49. quod familiaris ab Epiſcopo ordinari poteſt, etiamſi patrimonium non habeat, nec vllius Eccleſiæ neceſſitas vrgeat; ſolum enim conceditur licentia Epiſcopo eum ordinandi, quatenus melius ſeruitio eius vti poſſit.*

Quarta ſuper d.cap.16. ibi, non aſcribatur, quod etiam locum habeat in familiaribus triēnalibus Epiſcoporum, qui ad titulum patrimonij poſſint promoueri, nam & iſti debent aſcribi alicui Eccleſiæ ordinantis.

83 Circa quod † tamen de aſcribendo certæ Eccleſiæ videnda ſunt dicta infra, à nu.98. & triennium in terminis, d.c.9. ſufficit, quod incipiat, antequam fuiſſet Epiſcopus, vt S. Cong. cenſuit ſuper d.c.9. his verbis. ex identitate rationis ſufficit, quod triennium inceperit, antequam fuiſſet Epiſcopus.

84 Debebit tamen Epiſcopus ſtatim reipſa † beneficium illi conferre, ex d.c.9. quod habet locum, etiam in minoribus, & prima tonſura. Nauarr.conſ.11. de temporibus ordinatio. Rota deciſ.731.p.1.diuerſor. Emmanuel Rodriquez, in ſumm.2.tom.c.14.nu.10. P.Ledeſma.c.8.5.concl. *Summ.Bullar. Quar.verb.ordo, verſic.limita in eo, qui per triennium, & Vgolinus de offic. Epiſc.c.26. §.4.* Et cenſuit S. Cong. vt in ſequenti declaratione ſuper eo. Habet locum hoc decretum, etiā in minoribus ordinibus, vt teneatur Epiſcopus, etiā conferre beneficium, ac etiam in prima tonſura. & illud verbum ſtatim, intelligitur, id eſt, incontinenti,
85 & † abſque interuallo, Fiam. Pariſ. d.lib.4. quæſt.2. nu.95. vt in ſequenti declaratione. ſup.d.c.9. ibi ſtatim, incontinenti, & ſic cenſuit Congreg. quod Epiſcopus, qui contulit primam tonſuram familiari ſuo non ſubdito, qui tamen per quinquennium ſecum commoratus eſt, non dicatur ſatisfeciſſe huic decreto per collationem beneficij illi factam infra annum, etiam in vndecimo menſe, poſt d.primam tonſuram. Refert Flaminius ſupra num.92. dicens, die 22. Maij 1586. Congregationem Concilij, ita cenſuiſſe. *Et ſequitur ſumm. Bullar. ſupra, & Vgol. d.§.4. dicens, ſtatim, ſeu paulò poſt debere beneficium conferre; ſi enim ante conferret, ratione beneficij conferendi poteſtatem haberet, & non ratione triennij: quamuis Gabr. Vazq. ſupra intelligat ſtatim beneficium aliquod ſine fraude ei prouidere, nimirum quam primum vacauerit, ne poſtea mendicare cogatur.*

86 Non tamen poteſt Epiſcopus diſpenſare † cum ſuo familiari triennali, aliàs non ſubdito ſuper illegitimitate, etiam ad minores ordines, Nauarrus conſil.13. de temporibus ordinatio. & Genuen.d.cap.81.nu.3. Emmanuel Rodriquez, & Petr. Ledeſma ſup. *Summ. Bullar. & Vgol. & Piaſec. in praxi Epiſc.p.1.c.1.num.15.* nec ſuper interſtitijs. Nauar.conſ.12.eod.tit. & Ge-
87 nuen. † ibi Mandoſ. & Ledeſm. *Summ.Bullar.Vgol. & Piaſec.* niſi pro Eccleſiæ ſuæ vtilitate, vt in ſequenti declaratione S.Congreg.cenſuit, & declarauit, quod licèt Epiſcopus poſſet ordinare familiarem ſuū triennalem, ſibi aliàs non ſubiectum, & dare illi dimiſſorias ad ordinandum à quocumque, diſpenſare tamē non poteſt ſuper interſtitijs, de quibus cap.13. & 14. niſi pro Eccleſiæ ſuæ vtilitate. Licèt in interſtitijs, & quacunque irregularitate poſſe Epiſcopum cum laico familiari diſpenſare, teneat Thom.Sanchez lib.8. diſp.1.num.25. *Quod ad id habitatio maioris partis anni ſufficiat, vt latè, inquit, probauit lib.3.tota diſp.23. & tenet Emmanuel Sà verb.Epiſc.nu.36. Quæ ratio non eſt vera, non enim ad diſpenſationem ſufficit habitatio etiam multi temporis, ſi ibi non conſtituit domicilium, vt tenent plures per eum relati d.diſp.23.nu.11. & S.Congr. Concilij cenſuit circa c.6. ſeſſ.24.de reform. quicquid ſit ad ſacramentum pœnitentiæ, & matrimonij; cum familiari tamen iam ordinato, collato ei ſtatim beneficio, poterit poſtea Epiſcopus quoad interſtitia abſolutè diſpenſare in caſibus comprehenſis cap.11. & 13.d.ſeſſ.23. vt S. Congreg. Concilij cenſuit 26. Maij 1594. quia iam ratione beneficij collati eſt ei ſubditus.*

88 Et iſta intellige de familiari non habente † ibi antea beneficium, pro vt loquitur Concilium, nam ſi haberet beneficium, poſſet Epiſcopus ratione illius cum ordinare, tanquam ſubditum, diſpenſareque in illegitimitate, & interſtitijs; licèt non eſſet triennalis. nec ſtatim ei beneficium conferret, ſicut quemlibet alium beneficiatum ſuæ dioceſis, iux.cap.cum nullus. de temporibus ordinationum. in 6. & ibi Doctores, & Rebuff. in praxi, tit.de clericis & à quibus nu.24. & quæ diximus cap.præced. & ita ſentit Flam.Pariſ. d.lib.4. quæſt.2.à nu.93. *Et tenet Vgolin. ſupra relatus num.85. Gabr.Vazquez ſupra d.nu.49. & 55.* quicquid M.Anton.Genuen.cap.47.num.3.difficultat... Et ita ſunt accipienda, quæ tradit Zerola in praxi Epiſcopali. 2.par.verb.ordo.§.5.6.& 7. qui ſatis confuſè, &
89 inuolute loquitur, pro vt ſolet. † Aduertendum eſt autem, quod ſi quis ordinaretur ad tit.patrimonij, ſine vlla neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ, contra decretum Concilij d.c.2. nullam incurreret pœnā, vel ſuſpenſionem, etiā ſtante d.conſtitutione Sixti V. contra male promotos, quoniā in hoc caſu, nec Concilium, nec d.conſtitutio Sixti, vllam pœnam impo-
90 nunt; nec obſtant illa verba, † d.conſtitutionis, vel alias malè promouerit, quia non comprehendunt hunc caſum ſupra ſpecificatum ad l.doli clauſula. ff. de verb.obligat. & l.ſanctio legum.ff.de pœnis.

91 Et in particulari redeundo † ad id, vnde digreſſi ſumus, quod hodie ſtante diſpoſitione Concilij d.c. 2. non poſſit quis ordinari ad titulum paternæ hæreditatis, quantumuis pater ſit dives, & pauper non dicatur, qui patrem habet̄ divitem. Surdus de alimentis, tit.1.q.23.nu.12.& q.33.nu.30.& q.103.nu.3. & q.108.nu.8.& tit.7.q.37.num.3. Molina de iuſtitia, tom.1.tractat.2.diſputat.146.verſ.illud præterea. & Thom. Sanchez, de matrim.d.c.8. diſp.19. num.21. tradit Flam.Pariſius d.lib.2.q.6.num.28. *Et noniſſimè Vgolin.de offic.Epiſc.cap.26.§.9.num.3.* namque requiritur, quod verè, & realiter habeat patrimonium,
92 quod ſit, vel ex hæreditate patris, vel ei donatum † à patre, vel alio, vt patet in d.c.2. Concilij ibi, patrimonium verò, vel penſionem obtinentes, & ibi, eo quoq; prius perſpecto, patrimonium illud, vel pen-

ſionem

ſionem verè ab illis obtineri. & patet etiam ex declaratione Congregat. infra adducta. num. 96. *Et tradit Vgol. ſupra d. §. 9. nu. 2. & 3.*

93 Et, quod ad titulum alieni beneficij, vel † ſtipendij ab Epiſcopo aſſignandi ſuper fructibus ſuæ menſæ non poſſit hodie quis ordinari, *Tradit Vgolin. d. c. 26. §. 10. nu. 2.* Fuit deciſum per S. Congreg. Concilij, vt in declaratione ſequante promulgationem S. Cõcilij Trident. Epiſcopus poterat promouere clericos ſuos ad diuerſos titulos, primò ad tit. beneficij. c. ſanctorum 70. diſtin. ſecundò ad titulum paternæ hæreditatis. c. Epiſcopus. de præben. in fin. ſeu ad titulum proprij patrimonij. c. tuis. de præben. tertiò ad titulum alieni beneficij. c. poſtulaſti. de iure patron. cap. per tuas. d. 3. de ſimonia. & Felin. in c. in noſtra. de reſcrip. col. 34. num. 31. quartò ad titulum ſtipendij ab Epiſcopo ſibi aſſignandi ſuper fructibus ſuæ menſæ Epiſcopalis. ad cap. Epiſcopus. de præben. Abb. in c. cum ſecundum. num. 11. eod. quintò ad titulum penſionis, ſeu ſtipendij à laico aſſignandi, Rota deciſ. 11. de præben. in antiquioribus, & 39. de reſcrip. in antiquis cum alijs, quæritur an, cum vrgeat neceſſitas, vel commoditas Eccleſiarum ſuarum, poterit ad omnes ſupradictos titulos clericos promouere? Cong. cenſuit, quo ad tertium, & quartum. non poſſe, quo ad ſecundum, in terminis tantum, in quibus Concilium loquitur, nempe pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, & dũmodo talis laicus ſit verè facultatibus idoneus, atque in forma valida obliget ſe, ſuoſque ſucceſſores ad præſtandum hoc ſtipendium, & non alienandum, ſine licentia Epiſcopi, illa bona ſuper quibus aſſignatum erit illud ſtipendium, hæcque obligatio duret, donec ordinatus beneficium ſufficiens, aut penſionem aliunde erit adeptus.

94 Et quamuis in iſta declaratione dicatur † poſſe quem ordinari ad titulum penſionis, ſeu ſtipendij à laico aſſignati, in terminis Concilij, nempe pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, id tamen ita accipiendum eſt, ſi laicus imponat, & aſſignet talem penſionem, ſeu ſtipendium ſuper certa re fructifera ad modum cenſus vitalitij. Tunc enim penſio iſta, ſeu ius illiam percipiendi, quod poteſt vocari cenſus, ſeu annuus redditus, eſt tus quoddam reale proprium illius, atque adeo, ad tit. proprij patrimonij ordina-
95 tur; ſicut poſſet ordinari ad titulum † cenſus, quem ipſe ordinandus alias haberet, ſiue ad ſuam vitam; ſiue perpetuò, etiam redimibilis; cum annui redditus inter immobilia computentur. clem. ex vi. §. cumque annui redditus. de verborum ſignificatione. Tiraquel. de retract. Lignag. §. 1. glo. 6. ex num. 4. Anton. Cabr. de verborum ſignificatione. concluſ. 8. & Redoanus de rebus Eccleſiæ. non alienan. rubr. 13. Couar. lib. 3. variar. cap. 7. num. 2. verſic. 2. Mantiẽ. 10 in lib. 7. tit. 11. lib. 5. recopilatio. glo. 1. à num. 18. & Solis, qui plures citat, de cenſibus. l. 1. capitul. 7. num. 2. & l. 2. cap. 3. à num. 32. & 2. tom. l. 1. c. 1. nu. 3. *Poſt Solis Gaſp. Rodr. de ann. reddit. lib. 1, quæſt. 3. à num. 8. & Caſtillo de vſufructu c. 41. Rot. deciſ. 294. & 328. num. 9. nouiſ. Farin.* Quamuis in cenſu redimibili, quia attento futuro euentu, & redemptionis tempore. inter mobilia cenſeatur, Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. c. 10. nu. 6. & Licen. Antonius Gomez de cenſibus,
96 c. 3. nu. 4. adhibenda eſſet cautio, † vt ſi redimeretur, pecunia ex iudicis decreto apud idoneas perſonas de ponatur, vt iterum collocetur; vt alias circa maioratus tradit Molina ſup. *Ibi, vt alias, circa maioratus tradit Molin. ſupra, & cum eo Gaſp. Rodr. lib. 2. q. 15. nu. 89. dicentes, quod cauti maioratuum inſtitutores ſolent præcipere, vt pecunia ex redemptione reditus perueniens apud idoneas perſonas ex iudicis decreto deponatur, & eiuſdem authoritate in emptionem prædiorum, vel aliorum immobilium conuertatur, & quòd aliter facta redemptio nulla ſit, idque debitoribus redituum nunciatur, iuxta l. nomen, Cod. quæ res pignori oblig. poſſ. l. 3. C. de nouat. ne aliter redemptionem facere valeant.*

*Nec eſt neceſſarium, quòd cenſus cum ea clauſula inſtituerentur, & emerentur, vt redemptio non aliter fieri poſſet, vt requirit Molina de inſtit. tract. 2. diſp. 606. allegans Molinam d. nu. 6. qui id non dicit, ſed quod dictum eſt; & ita ceſſat ratio Vgolini contrariam tenentis de offic. Epiſc. c. 26. §. 10. num. 2. vbi ait non poſſe quem ordinari ad titulum cenſus non perpetui, ſed redimibilis: nam ad libitum vendentis redimi, atque extingui poteſt; & idcirco res mobilis redditur; cum illa enim cautione ceſſat iſtud inconueniens, & ipſe Vgol. fatetur vidiſſe in quibuſdam admitti tale patrimonium, & titulũ cenſus redimibilis.* aliàs enim illud procedet, *Açor 2. p. lib. 3. c. 4. q. 6. Vgol. d. c. 16. §. 10. nu. 1. & §. 12. num. 3.* vt in declaratione ſequenti, S. Cong. Concilij, an per Bullam Sixti V, contra malè promotos intelligatur derogatum conſuetudini quorundam locorum, vbi propter penuriam ſacerdotũ, ad ſacros ordines promoueri ſolent. qui ſuper alienis bonis aſſecurationem habent victus, & aliarum rerum neceſſariarum cum cautione certa, ſine alio tit. beneficij, vel patrimonij, & an in illis inopia laborantibus ſufficiens patrimonium dici poterit, quod habet annuum redditum 15. ſcutorum. Quo ad primum ſua Sanctitas conſulta, non approbat talem cõſuetudinem, ſed vult patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, eſſe rem certam fructiferam, de qua ipſe diſponere valeat, ac propterea omninò prohibet talis conſuetudinis obſeruantiam. Quo ad ſecundum verò Ordinarij arbitrio relinquit hoc iudicium, an tale patrimonium ſufficiat, quod diuerſitatem locorum, cum in vno ſufficiat, quod alibi non erit ſufficiens, dummodò animaduertatur bona eſſe ipſius ordinandi propria, ac ab omni contractuum ſimulatione, & cæteris, quæ ab amicis, & coniunctis fieri in huiuſmodi caſibus ſolent, penitus libera, & aliena. *Vnde non videtur verũ quod docet Vgol. d. c. 26. §. 14. num. 2. nempe, poſſe conſtitui patrimonium ſuper fructibus rerum alicuius, non præſcripto fundo, vel prædio; exempli gratia, ego dono quinquaginta nummos aureos de fructibus bonorum meorum ſingulis annis Titio, quò initiari ordine ſacro poſſit: nam donatio, inquit, hæc ſe habet ſicut penſio conſtituta de fructibus beneficij, licèt ſuper obligatione perſonali cenſeat conſtitui non poſſe patrimonium. &c.*

97 Quamuis aliquando ob penuriam ſacerdotum, † id ſpecialiter conceſſum eſt, vt in declaratione ſequẽti, ob penuriam ſacerdotum, quandoque conceſſum eſt ordinari, ſine beneficio, vel patrimonio, dummodo quis ſpondeat ſe neceſſaria ordinandis miniſtraturum. Et tradit Flam. Pariſ. d. lib. 2. q. 6. num. 11. & Zecchus de republica Eccleſ. c. de clericis, ſub nu. 7. verſ. 94. qui tamen malè videtur velle, id poſſe ſemper fieri, ſine ſpeciali diſpenſatione Papæ.

98 Nec poterit quis † ordinari ad titulum ſeruitij in aliqua Eccleſia, cui aſcribatur, vt malè aiunt Flam. Pariſ. ſup. nu. 33. Salcedo d. c. 10. num. 9. in nouiſſima editione,

editione, Zerola in praxi Epiſcopali. 1 p. verb. dimiſſoriæ, §. 5. 1. dub. & Genuen. d. c. 81. ſub nu. 2, *ſumm. Bullar. Quaran. verb. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem, circa fin. & Piaſec. in praxi Epiſco. p. 1. c. 1. num. 45.* & allegant Mayolum, ſupra nu. 2. qui tamen id clare non dicit, *& Breue Sixti V. Patriarchæ Venetiarum conceſſum, quod adducunt ſumma Bullar. & Piaſec. id non comprobat, quia eſt gratia ſpecialis. Et ita poſſhæc hanc ſententiam noſtram tenet Vgol. de offic. Epiſc. c 26. § 8. numer. 6.* nec id probat capitulum Concilij, ſeſſ. 23. de reformatione, † nam ibi non agitur de promouendo ad
99 titulum ſeruitij in aliqua Eccleſia, ſed de promotis ad titulum patrimonij aſcribendis ſeruitio alicuius Eccleſiæ, pro cuius neceſſitate, ſeu vtilitate promo-
100 uentur. † Quamuis non poteſt cogi quis, vt gratis inſeruiat illi Eccleſiæ, pro cuius neceſſitate, vel vtilitate, ſeu commoditate aſſumitur, vt cenſuit S. Cong. & ita colligitur, ex ſequenti declaratione S. Congre-
101 gationis ſuper † d. c. 16. Hoc fiat in ipſa promotio-
ne, nam poſtea fieri non poteſt, ordinatus enim ad titulum patrimonij, & nulli Eccleſiæ tempore ordinationis aſcriptus, non poteſt amplius aſcribi. Nec Flamin. ibi refert, ita definiſſe S. Congregationem,
102 † vt ei imponit Salcedo, & Genuenſ. ſupra, ſed quod aſcriptus certæ Eccleſiæ à nullo Epiſcopo recipiendus eſt, ſine Ordinarij licentia. vt in declaratione ſequenti ſuper d. cap. 16. clericus iuxta hoc decretum certæ Eccleſiæ aſcriptus a nullo Epiſcopo recipiendus eſt, ſine Ordinarij licentia: ſecùs, ſi nullum beneficium habeat in titulum requirens reſidentiam, aut nulli loco ſit aſcriptus, quia tunc ab omnibus Epiſcopis recipi poteſt, & eius Ordinarius dimiſſorias concedere debet.

103 Quæ tamen aſcriptio alicui Eccleſiæ, † non videtur obſeruari, nec eſſe in vſu, vt videmus, & aduertit Quintana duennas d. lib. 3. nu. 68. *Et illorum ſententia poſſet procedere in ſeruitijs perpetuis, ad quorum titulum poſſet quis ordinari, ſicut ad titulum patrimonij & penſionis: quod tamen pendet à voluntate Epiſcoporum, Villar del patronado de Calatayud 4. p. §. 3. num. 22. loquens de ſeruitijs Eccleſiarum dicti patronatus, & Archidiaconatus de Calatayud, quod comprobatur ex dictis ſupra 1. par. c. 1.*

104 At Seminariſta poteſt ordinari ad titulum † ſeruitij beneficij Seminario vniti, vt S. Congregatio cen-
ſuit his verbis. Cooptati in Collegium Seminarij nō poſſunt ordinari ad titulum Seminarij, niſi ob cauſam inſeruiendi beneficio, quod forſan eſſet Seminario iunctum; poterit enim ordinari ſub certa aſſignatione fructuum in Seminario facta, cauſa inſeruiendi beneficio iuncto Seminario, & cui inſeruiat, donec ſibi prouiſum fuerit de congrua ſuſtentatione. *alia declarauit S. D. N. Greg. XIII. clericos Seminarij non poſſe promoueri ad aliquem ordinem ſacrum ad titulum ipſius Seminarij, niſi pro ſeruitio beneficij Seminario vniti: & tunc cum aſſignatione certi annui reditus, vnde ſic promotus viuere poſſit, qua tamen aſſignatio ceſſet, poſtquam illi aliunde ſe aquè ſuſtentare poterunt.* Flam. ſup. nu. 32. & Salcedo d. num. 9. Zerola 1. p. verb. Seminarium. §. 6. & Zecchus d. cap. de clericis ſub num. 7, verſ. 84. & Genuen. d. c. 81. ſub num, 2.

105 Et ex d. decreto Concilij c. 2. & declaratione † S. Congregationis, ſupra adducta. num. 96. Apparet patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debere conſiſtere in re immobili, & fructifera, *& certa, & tradit Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 2. p. 2. cap. 1. pag. 380. & Vgolin. d. c. 26. §. 10. & 11.* & conſequenter non poſſe quem ordinari, ad titulum patrimonij, in bonis mobilibus; & alias tanquam ordinatum ſine titulo ſufficienti, & legitimo incurrere pœnam, ſi quæ eſſet poſita contra ordinatos, ſine titulo: quamuis contrarium teneant Nauar. conſ. 34. de temporibus
106 † ordinatio, & Zerola in praxi 2. p. verb. dimiſſoriæ. §. 8. nempe talem non incurrere ex eo aliquam cenſuram; curare autem debere, vt quam primum tituli bonorum mobilium conuertatur in bona immobilia, ad mentem Concilij Triden. & ſequitur Fla. Pariſ. ſupra nu. 15. *& Azor 2. p. lib. 3. c. 24. q. 7. contra quos nouiſſimè tenet Vgol. d. c. 26. §. 11. nu. 1. dicens hunc non admittendum ad ordinem ſacrum, niſi prius ſtabile ſibi paraſſet,* & quamuis contrarium ſentiant Ludo. Lopez, Emmanuel. Rodriquez, & Ledeſma infra relati, num. 152.

107 Apparet etiam, ex d. decreti Concilij † declarationibus adductis, beneficium, vel patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debere eſſe ſufficiens ad victum honeſtum. Nauarr. conſ. 14. numer. 2. & conſi. 23. de temporibus ordinatio. & de oratione cap. 21. numero 11. Salcedo ſupra numero 4. & 11. Flam. Pariſ. nu. 13. Enriqu. lib. 10. cap. 17. §. 3. Emman. Rodriguez, 2. tom. cap. 15. num. 3. & 6. & P. Ledeſm. d. cap. 7. de Sacramen. Ordinis, conc. 5. & 7. *& Azor d. cap. 4. q. 8.*

108 Quod procedit non ſolum, † ſi beneficium ſit nouiter erectum, ſed etiam, ſi eſſet antiquum. Candelabrum aureum in dict. explanatione conſtitutionis Sixti V. notab. 11.

109 Quod etiam verum erat de iure antiquo † capit. Epiſcopus, & cap. tuis. de præb. quamuis aliud de iure antiquo in beneficio dicat Nauar. ibi, quem ſequitur Emman. Rodriquez ſup. d. nu. 6. reprehendit tamen Salcedo. d. num. 4.

110 Poterit tamen quis promoueri † ad ſacros Subdiaconatus, & Diaconatus ordines ad titulum beneficij, non obſtante, quod non lucretur illius fructus, niſi poſt ſuſceptum presbyteratus ordinem, vt S.
Cong. Concilij cenſuit, his verbis, poteſt Epiſcopus ordinare ſubditos ſuos ad ordines Diaconatus, & Subdiaconatus ad titulum, & portionem Eccleſiarum matricum, non obſtante, quod non participent de fructibus illarum, niſi poſt ſuſceptum Presbyteratus Ordinem. *Tradit Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 39. nu. 22. & ita tenet Villar del patronado de Calatayud 4. p. §. 3. num. 21. & allegat Salicet. l. cum in te in fin. C. de donat. ante nuptias, & tradita per Decium conſil 210. & quod non dubitatur habentes talia beneficia, ſeu Capellanias, ordinare ad iſtum titulum.*

111 Et beneficiū debet habere † fedditus certos, nec poteſt quis ordinari ad tit. beneficij, quod habet reditus incertos, vt ex S. Congregat. tradit Mar. Ant.
12 Genuen. d. nu. 2. & quod beneficium, † aut patrimonium dicatur ſufficiens in propoſito, relinquitur arbitrio boni viri, & prudentis Ordinarij. argum. l. 1. & quæ ibi notantur. ff. de iure deliberan. vt per Salcedum d. num. 4. Flam. Pariſ. num. 14. Emman. Rodriq. num. 9. Vgolin. d. c. 61. de irregul. num. 6. *Et de officio Epiſcop. c. 26. §. 8. nu. 2. & §. 13. nu. 1.* Zerolam in praxi Epiſcopali. 1. p. verb. dimiſſoriæ. §. 5. 4. dub. & 2. par. eod. verb. ad fi. Genuen. d. nu. 2. *Azor d. lib. 3. c. 4. q. 8. Moſcon. ſupra, & Fornar. de ordin. c. 8. nu. 9. verſ. 6.* & Le-
113 deſm. d. cōcl. 7, vt patet ex declaratione † adducta, num. 96.

☞ num. 96. nam vt alias S. Congreg. cenſuit, Quantitas patrimonij, ad quos quis promoueri poſſit, non taxatur, ſed remittitur ad terminos Concilij.

114 Sufficit tamen, † quod ſit ſufficiens ad honeſtam, & commodam ſuſtentationem cuiuslibet clerici, nec opus eſt attendere ad qualitatem ordinandi, vt nobilitatem, &c. nam concilium, & ius antiquum ſolum requirit ſufficientiam, ad honeſte viuendum, ita, vt non cogatur mendicare. Et ita tenet vt probabilius P. Ledeſ. d. concl. 7. cum Nauar. d. c. 21. de orat. num. 11. qui tamen ibi id non dicit.

115 Quamuis contrarium teneant † Rebuf. in praxi, tit. de reſcript. in forma communi. nu. 24. Caldas Pereira. in l. ſi Curatorem habens. C. de in integrum reſtit. ver. læſis. num. 132. Salcedo d. num. 4. Zerola ſup. Emman. Rodriq. d. nu. 9. & Candelabrum d. not. 11. *Et Vgolin. d. c. 26. de offic. Epiſ. §. 8. nu. 2. & §. 12. num. 1.* dicentes, attendendam eſſe qualitatem ordinandi, vt
116 nobilitatem, &c. Quorum † ſententia mihi videtur rigida, nec in praxi ſeruari, nam in propoſito non requiritur, quod poſſit viuere decēter, iuxta ſuam qualitatem in particulari, ſed iuxta qualitatem clerici, vt
117 ſic. Et ſic eſt † accipiendum quod tradit Nauar. de orat. miſcell. 62. num. 3. verſ. facit, quod Concilium. & num. 7. verſ. contra tamen, & num. 8. alias miſcell. 17. & Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 5. q. vlt. num. 155. & 156. qui dicunt, quod Concilium d. c. 2. dum ſtatuit, *ne quis* ratione beneficij ad ſacros ordines promoueatur, niſi illud ſibi ad victum honeſte ſufficiat, non eſt intelligendum de beneficio, quod ſufficiat ad viuendum decenter, & cōmodè, iuxta qualitatem perſonæ, ſed de beneficio, quod ſufficiat ad viuendum, ita vt non cogatur mendicare, & ſic beneficium valoris 30. vel 40. aureorum, & communiter beneficiū 50. aureorum haberi pro ſufficienti ad ordinem ſa-
118 crum, qui tamen malè ponit differentiam, † inter poſſe viuere honeſtè, & poſſe viuere decenter, ſeu commodè; nam idem ſunt, & Conc. d. c. 2. pro eodem ſumit. tex. honeſtè, & verbum commodè. Et M. Ant.
119 Genuen. ſupra † ait Neapoli non ordinari, niſi habentes ad minus annuos reditus ducatorum 36. &
120 in Sinodo Hieracen. facta ſub Epiſcopo, † Vincentio Bonardo, impreſſa Romæ anno 1598. tit. 11. cap. 2. dicitur; Ad ſacros ordines promouendi oportet, vt vel beneficium habeant Eccleſiaſticum, vel patrimonium, quorum vtrumque valoris ſit ducatorum 25. & ſaltem realiter, & cum effectu poſſideant.

Ex quibus infertur primò, quod obtinens benefi-
121 cium, etiam † curatum non ſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem, non poteſt, nec tenetur ad eius titulum ſacris ordinari, vt cenſuit, S. Cong. Concilij his ☞ verbis, Quæritur, an obtinens parochialem Eccleſiam inſufficientem ad victum teneatur promoueri ad ſacerdotium infra annum, iuxta c. licèt canon. cū Concilium videatur declaraſſe d. c. licet. intelligi de beneficio Eccleſiaſtico ſufficienti ad victum, immo prohibeat poſſe promoueri ad ſacros ordines. Cōg. cenſuit non teneri, ſed tantum expedire, vt Sanctiſſimus declaret eum debere dimittere, Sanctitas ſua probauit hanc ſententiam, vt dimittat.

122 Secundo infertur ſacris ordinatos † ante Concil. ad titulum non ſufficientis beneficij, vel patrimonij, non poſſe promoueri ad ordines ſuperiores, niſi forte adepti eſſent, vnde congruè ſuſtentari poſſent, vt cenſuit S. Cong. Concil. in vna Seguntina his verbis, ☞ Quid agendum ſit de his, qui alioqui idonei, & propter eorum ſufficientiam, vel Eccleſ. vtilitatem, ad tit. non ſufficientis patrimonij, vel beneficij, ante Sixti conſtitut. publicationem fuerunt ad ſacros, non tamen ad Presbyt. ordines promoti. De iam promotis ad titulum non ſufficientis patrimonij, vel benefic. reſpondet Cong. non promouēdos ad ordines ſuperiores, niſi conſequuti fuerint, vnde congruè ſuſtentari poſſint.

123 Et in vna Surrentina, ſic reſponſum eſt. Si † quis ☞ ante Concilium iam erat Subdiaconus ordinatus abſque titulo beneficij, poterit is poſtea abſque titulo promoueri, dummodo ſaltem patrimonium ha-
124 beat. Refert Suarez ſup. nu. 39. & † dicit idem eſſe, ſi quis poſt Concilium, abſque vero titulo Diaconus, vel Subdiaconus factus eſt, nam etiam ſublata ſuſpēſione; non poteſt, ſine vero titulo alium ordinem ſuſcipere. *Sequitur ſumm. Bullar. Quarān. verb. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem, verſ. an vero, Vgolinus d. cap. 26. §. 15. verſ. 3. locum habet, & Fornar. de ordin. c. 8. num. 9. verſ. 5. & idem tenent Henriq. lib. 13. c. 37. §. 2. & Auila de cenſur. 3. p. diſp. 5. dub. 6. qui tamen malè aiunt, poſſe in hoc Epiſcopum diſpenſare.*

125 Tertiò infertur habentem beneficium, vel † patrimonium inſufficiens, non poſſe promoueri etiam ſi cum eo, & pitantiis, & alijs emolumentis, quæ ex exercitio ſacrorum ordinum lucrari poteſt, haberet honeſtum victum, & etiamſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum, nec etiam qui ex induſtria, & honeſto officio, vt muſicus, vel grammaticus poteſt ſuſtentari, quamuis habens beneficium inſufficiens de per ſe, iuncto tamen patrimonio ſufficiens, poſſit ordinari, vt per Zerolam. d. 1. p. verb. dimiſſoriæ, §. 52. dub. & Genuen. d. num. 2. *Moſcon. ſupra, Vgolin. d. cap. 26. §. 8. nu. 2. & §. 12. nu. 2. & 3. Piaſec. p. 1. c. 1. nu. 44. & Fornar. de ordin. c. 8. nu 9. verſ 6.* Et cenſuit S. Cong. Con-
126 cilij, in vna Seguntina, his verbis, † An clericus ali- ☞ quis idoneus habens beneficium inſufficiens de per ſe, ſed iūcto patrimonio habeat quod ſufficiat ad honeſtam vitæ ſuſtentationem, poterit promoueri. cōg. cenſuit poſſe Epiſcopum, iuxta formam c. 2. ſeſſ. 21. non obſtante Bulla Sixti Papæ V. Quod ſi cum beneficio, aut patrimonio inſufficienti iungantur pitantiæ, eleemoſinæ, anniuerſaria, confraternitates, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Miſſarum in exercitio ſacrorum ordinum, ſi ad eos promoueantur, percipere, & lucrari poſſunt, quæ omnia ad victū honeſtè ſufficiant, an poterint promoueri, etiam ſi cum beneficio, aut patrimonio inſufficienti iungantur pitantiæ, eleemoſinæ &c. Congreg. reſpondit non poſſe. An poſſit promoueri, etiam ſi nihil prædictorum vel minus ſufficiēter haberet, ſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum, quod ad alimenta ſufficiat, quoque habeat, vnde ſe ſuſtentare poſſit, etiam ſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum alimenta, cenſuit itē non poſſe. Quid ſi tantum habeat, quod ex induſtria, vel honeſto labore lucratur, puta, quod ſit muſicus, magiſter grammaticæ, pictor, aut alterius licitæ profeſſionis, id quod ſit ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ, an poſſit promoueri, de induſtria, vel honeſto labore, cenſuit item non poſſe.

Quartò infertur, non poſſe quem ordinari, ad ti-
127 tulum literaturæ, † quantumcunque ſit literis gradu, & Collegio inſignis, vt tenent Salcedo, d cap. 18. num. 7. in nouiſſima editione, Genuen. d. nu. 2. & Pet.

Ledeſma

Ledeſma d.c.7.ante vltimam concluſionem,& etiam
128 tenet Emmanuel Rodriquez ſupra nu.15. ſaltem † in Baccalaureo in Theologia, vel iure canon. qui eſt bonus Scholaris, & ita cenſuit, S. Cong. vt patet in declaratione ſequenti, In Concilio Vlixbonen. decretum fuit promouendos ad titulum literaturę; iuſſit Sanctiſſimus deleri,& dixit ſe daturum breue Cardinali Portugalliæ, vt ſolos Doctores in iure canon. vel Theologia poſſit ipſe Cardinalis præuio examine à ſe facto promouere ad ſacros ordines, ad hunc titulum literaturæ, qua in re ſuam grauat conſcientiam.

129 Quamuis contrarium teneant plures moderni, † Corduba in ſumm.q.36. Enriquez d.l.10.cap.17.ad fin.& lib.13.c.37.§.2. & l.b.14.c.5.§.3. Maxime gl. c.& Veg.1.p.ſummæ,c.57.caſu 1.qui dicunt,ita practicatum, & Enriquez ait tenuiſſe multos Doctores conſultos,& poſt hæc Gonçalez ad regul.de mẽſibus gl.4.nu.36. *Poſt quem Villar d.4 p.§.3.nu.22.ad fi. Anila d.3.p.diſp.5.dub.6.ad fin. & nouiſſimè Gratian.diſcep. forenſ.c.57.nu.30.* dicens,ita conſuluiſſe,quorum ſententia aliàs mihi vera viſa fuerat ex æquitate, & Epicheia.

130 Quintò infertur non poſſe † quem promoueri ad titulum de futuro,& in ſpe etiam certa,puta ad beneficium,quod quis expectat,ſeu ad quod eſt præſentatus,nominatus,vel poſtulatus,cum Concilium clarè requirat titulum de præſenti habitum, & poſſeſſionem,& ita contra Mayolum d.l.4.c.15.n.5.quem ſequitur Sayrus de cenſuris l.4.c.15.nu 19.rectè tenuit Salcedo ſup.nu.6 & Emman.Rodr.nu.10. *Vgolin d. cap.26.de offic. Epiſc.§.8.num.3.* & Ledeſm.ſupra poſt 8.concluſ.inde inferens nominatum, & electum in concurſu ad parochialem vacantem in menſe Apoſtolico,non poſſe interim ad eius titulum ordinari,&
131 ante Concilium † docent Io.And.& Francus cap.ſi Epiſcopus,de pręben.in 6.vnde ſubinfertur non poſ-
132 ſe aliquẽ promoueri ad † titulum coadiutoriæ etiã perpetuæ,cũ futura ſucceſſione. Ledeſma ſupra 11. concluſ.2.difficultate,niſi forte ratione illius habeat congruam, tunc enim poſſet ordinari ad titulum illius,non tanquam ad titulum beneficij, ſed illius iuris percipiendi congruam aſſignatam, tanquam ad titulum penſionis.ita Nauar.de oratione.c.20.n.18. Salcedo ſup.n.7. Emman. Rodriquez, nu.13. & Ledeſma ibi. & ita erit intelligendus Gonçalez glo.5.§. 9.nu.8 qui abſolutè ait,quod poteſt quis ordinari ad titulum coadiutoriæ. *Quamuis Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ,q.75.dicat,quòd paſſim coadiutores ad titulum coadiutoriarum ſacris ordinantur, quia ſunt verè & propriè beneficia, & alias non poſſent ad titulum illarum ordinari.*

## *De alijs dubijs.* §. I.

### SVMMARIA.

*AN ordinatus ad titulum beneficij non poſſeſſi aliquam pœnam incurrat, num.133. cum ſequentibus, ſoluitur non incurrere, licet peccet, & licèt ex conſtitutione Sixti iam reuocata incurreret ſuſpenſionem.*

*An ordinatus ad titulum patrimonij,aliàs ſufficientis,qui tantundem, vel multum debet, dicatur ordinatus ſine titulo ſufficienti, & incurrat pœnam poſitam contra ordinatum ſine titulo.num.136. cum ſequentibus vſque ad 145. reſoluitur negatiuè.*

*An,ſi quis fuerit ſacris ordinatus ad titulum beneficij poſſeſſi ſine Canonico titulo peccet,& incurrat pœnam,ſi qua eſſet contra ordinatos ſine titulo,num.146.cum ſequentibus reſoluitur probabiliter negatiuè.*

*Si capitulum ſede vacante infra annum daret dimiſſorias alicui artiato ratione beneficij de facto poſſeſſi, non haberent locum pœnæ Concilij. num.149.*

*An ordinatus ad titulum patrimonij donati cum pacto de non petendo, ſeu de illo reddendo, ſit ordinatus ſine titulo, & incurrat aliquam pœnam.num.150. cum ſequentibus reſolvitur ordinatum cum patrimonio, ſeu donatione ficta, eſſe ordinatum ſine titulo, ſecus verò in ordinato cum patrimonio donato cum pacto, ſeu conditione de illo reddendo poſt ordinationem.*

*Ficta donatio quæ cenſeatur.num.153. cum ſequentibus.*

*Melioratio facta filio pro ſuſcipiendis ordinibus,etiam ſine traditione eſt irreuocabilis. num.156.157.& 158.*

*An donatio pro ſuſcipiendis ordinibus filio ſimpliciter facta conferri debeat,ſeu imputari in legitimam.nu.159. reſolvitur affirmatiuè contra aliquos relatos. nu.160.*

*Textus in c.penul.& c.per tuas.de ſimonia.ſolum agit de ordinato cum pacto ſimoniaco facto cum ordinante, ſeu præſentante ad ordinem,quale non eſt pactum,de reſtituendo patrimonio donato,factum cum donante. num.168.*

*Donans patrimonium alicui ad ordines poteſt apponere pactũ, & conditionem de eo reddendo,cum ordinatus habeat aliàs vnde viuere poſſit. num.169.*

*Ordinatus ad titulum patrimonij, quod ſibi renuntiatum,ſeu reſtitutum donatori ante ordinationem, ſiue libere, ſiue ex pacto appoſito,eſt ordinatus ſine titulo.nu.170. & idem,ſi interuenit pactum, ſeu conditio de illo reſtituendo ante ordinationem,quamuis de facto non ſit reſtitutum. num.171.*

*Renuntiatio patrimonij donati facta antequam ordinetur valet, nec eſt ſimoniaca, quamuis renuntiatio alimentorum præſtandorum ab ordinante, vel præſentante, non valeat. nu.172.cum ſequentibus.*

*Ordinatus ad titulum patrimonij, qui poſt ordinationem illud retro donat, vel alienat,quamuis peccet,non incurrit ſuſpẽſionem, nec eſt ordinatus ſine titulo.nu.175.& 176.*

*Alienatio patrimonij, ad cuius titulum quis eſt ordinatus, eſt nulla ex concilio, quod tollit potentiam alienandi, per illa verba,alienari nullatenus poſſint, maximè propter verbum nullatenus,quod inducit nullitatem actus ipſo iure. nu.176. cum ſequentibus. licèt ante Concilium poſſet alienari. num.181.*

*Ordinatus ſacris ordinibus ad titulum patrimonij, ſi illo renuntiato ad ſuperiores promoueatur, non eſt ſuſpenſus,nec promotus ſine titulo,quia renunciatio eſt nulla nu.182.niſi renuncians deſineret poſſeſſionem, quæ ex actu nullo amittitur,& transfertur.num.183.*

*An valeat alienatio patrimonij,ad cuius titulum quis fuit ordinatus,facta ſine licentia Epiſcopi,ſi tunc habet beneficiũ, vel aliàs vnde viuere poſſit.nu.184. cum ſequentibus reſolvitur valere.*

*Poteſt occurrere neceſſitas, ſeu cauſa,vt poſſit, & debeat dari licentia alienandi patrimonium, etiamſi ordinatus aliunde non habeat vnde viuere poſſit. nu.187.& 188.*

*Cum Epiſcopus ex iuſta cauſa daret licentiam alienandi patrimonium, Epiſcopus maneret ſecurus,etiam ſi ordinatus non haberet aliunde,vnde viuere poſſet;ſi tamẽ ſine iuſta cauſa daret licentiã,alienatio teneret, Epiſcopus tamen vltra peccatum maneret obnoxius ad prouidẽdum ordinato. nu.189.*

Licentia

*Licentia alienandi patrimonium non potest dari per vicarium Episcopi sine speciali mãdato, & Episcopus in proposito quis intelligatur,nu.* 190.

*Beneficium, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus, non potest resignari, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit ordinatus, & constito, quod aliunde viuere possit; nec sufficit postea constare, quod tempore resignationis haberet vnde viuere posset, contra Zanallos.nu.*191.*&* 192

*Adeo facienda est mentio in resignatione beneficij, siue coram Papa, siue coram Ordinario, quod ad illius titulum fuit ordinatus, quod iel traditum est proforma, nec potest adimpleri per aequipollẽs, & alias nulla est resignatio,n.*193.*&* 194.

*Resignatio facta ab eo, qui non habet vnde viuere possit, etiam de beneficio ante Concilium obtento, est nulla.num.*195.*& habet etiam id locum, licèt beneficium sit iuris patronatus. num.*196.

*Ratio, quare prohibetur quis liberè resignare beneficium, ad cuius titulum est sacris ordinatus,nu.*197.

*In sacris constitutus, non potest vllo modo beneficium resignare, etiamsi ad illius titulum non sit promotus, nisi aliunde habeat vnde viuere possit, vt in constitutione Pij V. nu.* 198.

*Licèt ista constitutio loquatur in resignationib. factis coram ordinario, tamen seruatur, & habet etiã locum in curia.nu.*199

*In curia non admittitur resignatio in sacris constituti, nisi cum clausula, quod resignans aliunde habet vnde viuere possit, qua respicit substantiam gratiæ, & eius verificatio committitur Ordinario.nu.*200.*cum sequentibus.*

*Clericus in minoribus, non solum potest liberè alienare patrimonium, etiamsi ad illius titulum sit promotus, sed etiam resignare beneficium, licèt non habeat aliunde vnde viuere possit, nec facta mentione, quod ad illius titulum sit promotus.nu.*203.

*Quid dicatur congrua sustentatio, vt valeat alienatio patrimonij, & resignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus.nu.*204.*cum sequentibus, resoluitur relinqui iudicis arbitrio, attenta qualitate personæ. resolutiones Rotæ.nu.*208.*&* 209.

*Quod dicitur de patrimonio, & beneficio, ad cuius titulum quis sacris ordinatur, procedit etiam in patrimonio, vel beneficio succedente, & subrogato loco illius, nu.*210.

*Beneficium, per cuius assecutionem vacat illud, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, non potest dici subrogatum loco illius,nu.*211.

*An valeat renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus, facta cum pensione sufficienti ad congruam, non tamen facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus,n.*312.*cum sequentibus. resoluitur non valere, etiam in foro conscientiæ.*

*Idem in permutatione, nisi sit aequalens,n.*217.*&* 218.

*An decretum Concilij, quatenus prohibet resignationem beneficij ad cuius titulum quis fuit ordinatus, procedat etiam in priuationibus, & renunciationibus inductis a iure nu.* 219. *resoluitur negatiuè,nu.*220.*& sic non procedere in resignatione ex decreto,nu.*221.

*An d. decretum, quatenus prohibet alienationem patrimonij, procedat in alienatione voluntaria, secus autem in necessaria. nu.*222.*&* 223.*vbi quod procedit etiam in necessaria.*

*Stante, quod resignatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, facta contra formam Concilij, est nulla, an beneficium non vacet, sed remaneat penes resignantem,num.*224. *cum sequentibus resoluitur in resignatione facta coram Papa, beneficium non vacare: secùs in facta coram Ordinario ab eo qui aliunde non habebat vnde posset commodè sustentari, ex constitutione Pij V.& nu.* 228. *ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*An debeat adimpleri iuramentum de resignando beneficium, ad cuius titulum fuit ordinatus, vel non renocando procuratorem ad resignan. cum non habeat alias vnde sustentari possit.nu.*230.*cum sequentibus. resoluitur negatiuè, & ita dari absolutionem ad cautelam a dicto iuramento.*

*Valet renocatio procuratoris constituti ad resignandum ex causa permutationis, vel aliàs etiam cum iuramento,nu.* 235. *contra aliquos relatos nu.*236.*videtur tamen necessaria absolutio iurauenti, cum iuramentum possit sine peccato seruari, nisi iurans sit sacris ordinatus,nu.* 237.

*Absolutio Rotæ, quod a concordia in beneficialibus licitum est recedere ante beneplacitum sedis Apostolicæ. nu.*238. *nec recedens tenetur ad expensas alterius partis.nu.*239.

133 QVintò principaliter dubitatur † an ordinatus ad titulum beneficij, cuius possessionem non est adeptus, aliquam pœnam incurrat. in quo Nauar. consi.15, de temporibus ordinatio. docet nullam pœnam incurrere; nam licet Concilium.d.ca.2, requirat possessionem pacificam beneficij, vel patrimonij, ad cuius titulum quis ordinatur, tamen Concilium inducit ius nouum, quo ad requisitionem possessionis, quæ de iure antiquo non erat necessaria, (*licet cõtra tenuerit Ioann. Quintin. in d.c. de multa de Prabend. n.* 146.) & consequenter ob eius defectum nulla erat de iure antiquo pœna imposita, & Concilium solùm innouat pœnas antiquis iuribus impositas. sequuntur Flam. Paris. d. q. 6. n. 7. & Emman. Rodriguez d.c. 15. n. 11. & Salcedo. d. ca. 18. n. 7. in nouiss. editione, qui
134 tamen fatetur istum peccare, † arbitraria pœna pro modo culpæ esse puniendum, nisi quando bona fide, & candido animo, solo titulo, sine possessione fuit ordinatus, quia putabat titulum sine possessione sufficere, quando non stabat per eum, quominùs possessionem adipisceretur, sed fuit de facto impeditus; tunc enim non peccat in foro conscientiæ, vt ait Nauar. d. consi. 15. nu. 4. & Emman. Rodriquez vbi proximè, *licèt non videri carere maxima difficultate dictum responsum Nauarri, dicat eius additio ibi.* sequitur etiam P. Ledesma. d. cap. 7. conclus. 9. qui tamen rectè ait, quod
135 ex d. constitutione † Sixti V. contra clericos malè promotos, talis incurreret suspensionem, nam. dict. constitutio imponebat suspensionem contra promotos sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, quæ verba debebant intelligi de titulo possesso, iuxta tenorem Concilij, cuius obseruantiam prætendebat d. constitutio, quæ tamen iam est reuocata, vt supra dictum est.

Sextò dubitatur an ordinatus ad titulum patri-
136 monij aliàs sufficientis, † qui tantundem debet, vel saltem est tanto ære alieno grauatus, vt eo soluto nõ remaneat patrimonium sufficiens ad eius sustentationem, dicatur ordinatus sine titulo sufficienti, & incurrat pœnam positam contra ordinatum sine titulo, in quo videtur respondendũ affir. nam bona intel-
137 liguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno † supersunt. l. subsignatum. §. bona. ff. de verborum significatione. leg. cogi. ff. ad Trebellianum. siue debita sint contracta ante acquisitum patrimonium, siue postea, tamen ante ordinationẽ; nã cum tunc possit illud alienare, poterit etiam se obligare, & debita contrahere, quæ ex eo solui debeant, & ita videtur tene-
138 re Suarez. d. 5. tom. disputatione vlt. sectione. 3. † n. 25. ait enim titulum non posse verum, ac legitimum reputari, cùm ad illum fundandũ contracta sine debita

tione meritò illo priuaretur in pœnam talis fictus donator. Lud. Lopez inſtruct. negociantium. lib. 2. c. 45. verſ. iam quædam dubiola. Emman. Rodriquez d. 2. tom. c. 15. nu. 7. & P. Ledeſma ibi, qui tamen male ponunt exemplum in recipiente pecuniam mutuatam ad præſentandum Epiſcopo, dicendo, quod de illa erat ſibi facta donatio, vt ad illius titulum ordinaretur, cum patrimonium debeat conſiſtere in re immobili, vt ſupra dictum eſt. nu. 105. & Thom. Sanchez de matrimonio l. 6. diſputatione 32. num. 8. *Et Auila de cenſur. 3. p. diſp. 5. dub. 5. 3. concl.*

153 Et facta donatio cenſetur quando † inter ipſos donatorem, & donatarium dictum eſt, illam fieri propter formam, & ad apparentiam, non verè, & animo donandi, ſeu quando facta eſt cum pacto, de non vtendo illa, ſeu de non petendo donatum, nam iſta eſt donatio verbalis tantum, & non realis. Quintanaduennas d. l. 3. num. 69. *Auila d. dub.* 5. & alij.

154 Quamuis Angulo in l. 6. delas † meioras glo. 4. numero 9. alias glo. 10. num. 5. dicat, quod donatio facta cauſa ordinum ſuſcipiendorum, etiam ab extraneo, quantumcunque donatarius promittat non ſe vſurum tali donatione, infringi non poterit propterius quæſitum. tertio cap. Epiſcopus. cap. tuis, de præben. ſicut in donatione, ſeu melioratione facta cauſa matrimonij, vnde videbatur donationem factam, etiam fictè cauſa ordinum ſuſcipiendorum valere, *Quamuis ſumm. Bullar. Quaran. verb. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem, verſ. quod intellige, cum Patre Marco Andria, & Ioanne Hieronymo Campanilis in ſuo diuerſorio, iuris Canonici, Rubr. de non ordinand. abſque titulo cap. penult. teneat, dictum pactum, & conuentionem, ſeu remiſſionem etiam iuratam ante ordinationem factam non valere, nec firmitatem habere, quando donatio facta eſt ad dictum effectum ſuſcipiendi ordines fictè; tum per Concil. Triden. decretum; tum quia repugnat bono publico, & decori Eccleſiæ, quicquid verſatur in hoc ordinandorum titulo; & ſic non videri ordinatum ſine titulo, &c.* ſed reſpondetur, in præſenti

155 † non agi de præiudicio tertij, ſicut in matrimonio carnali, nam Epiſcopus, qui non fuit in culpa, & deceptus ordinauit aliquem ſine vero patrimonio, non tenetur eum alere. Decius in cap. 2. ad fin. & in cap. Epiſcopus. num. 13. de præben. Nauar. conſ. 14. & vlt. de temporibus ordinatio. Flam. Pariſ. d. l. 2. quæſt. 6. num. 18. & Tho. Sanch. de matrimonio. lib. 6 diſput. 32. numer. 8. & dictum eſt ſupra num. 33. & Epiſcopus fuit in culpa, quia ſciuit, vel debuit ſcire, ſibi imputet.

156 Melioratio tamen facta filio pro † ſuſcipiendis ordinibus, etiam non interueniente traditione, erit irreuocabilis iuxta l. 17. Tauri. quæſt. 1. tit. 6. libr. 5. recopilationis, in ea enim verſatur cauſa onerosa cum Epiſcopo, qui alias non ordinaret, ne de ſuo aleret, & ſic poſt ſacros ordines ſuſceptos à parentibus reuocari non poteſt. ita Ciſuen. in d. l. 17. num. 1. Couar. in cap. Rainaldus. de teſtam. §. 2. num. 7. Auendanno reſp. 17. in fi. Tell. in d. l. 17. num. 81. & 82. Matienço d. l. 1. gloſſ. 9. num. 8. Salcedo d. cap. 18. num. 15. Angul. d. l. 1. glo. 7. num. 15. Acenedo in l. 10. tit. 6. lib. 5. recop. lat. num. 31. Io. Gutierez pract. lib. 2. quæſt. 65. num. 7. Morquecho de diuiſione bonorum. lib. 3. cap. 6. nu. 90. & Emman. Rodriguez d. cap. 15. num. 8. quamuis contra tenear Eſpino. d. gl. 18. num. 75. & idem eſſet † in donatione,

157 quæ non eſſet data pro 3. & 5. vt per Angulum ibi & glo. 2. nu. 5. vnde etiam idem erit de iure communi.

158 Igneus in l. 3. §. ſubuenitur. ff. ad ſillan. † num. 170. Couar. Tell. Matien. & Guttier. ibi maximè iuxta tradita per Caldas Pereiram in l. ſi curatorem habens. C. de in integrum reſtitutione verbo, læſis, num. 103. Joſephum Gonçalez, Flores variarum cap. 12. num. 24. & Mendez de Caſtr. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liberis. nu. 165.

Et an donatio, pro ſuſcipiendis ordinibus filio ſim

159 pliciter facta † conferri debeat, ſeu imputari in legitimam, verior videtur ſententia, quod conferri debeat, ſeu imputari, quia eſt donatio ob cauſam neceſſariam, ſeu quaſi; & id, quod datur filio, non conſumitur in adeptione ordinum, ſed datur, vt illud poſt ſuſceptos ordines habeat ad ipſius alimenta, & congruam in eo ſtatu ſuſtentationem, & facit l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioſo teſtamento, nam & id eſt de ſe alienabile, & tranſmiſſibile ad hæredes, & ideo debet conferri, & imputari, eſto, ſit quaſi Caſtrenſe peculium: quam ſententiam tenent Couar. & in additione ibi ſupra Auendanno de reſp. 17. Menchaca de ſucceſſionum creatione. lib. 3. §. 22. num. 44. Did. Perez in l. 4. tit. 12. l. 3. ordinam. Salcedo ſupra nu. 16. Angulo in lib. 9. gl. 3. num. 25. Ayora de partitio. 1. p. q. 13. Io. Guttier. d. q. 65. *Joſeph. Gonçal. var. c. 12. nu. 25. Vgolin. de officio Epiſcop. c. 26. §. 9. nu. 4.* Emman. Rodrig. d. c. 15. nu. 8. Molina de iuſtitia 1. tom. tract. 2. diſputa. 138. & 241. ad fi. & P. Ledeſma d. c. 7. 6. concl. ad fin.

Quamuis contrarium poſt Fabriũ, Igneum, Aym.

160 Caſſaneum, & Rebuffum in † praxi tit. de reſcripto. in forma communi. nu. 25. teneant Ant. Gomez in l. 29. Tau. nu. 21. & ibi Tellius, nu. 16. Duennas regula. 222. nu. 3. Roias de ſucceſſio. c. 7. à nu. 45. Matienço in l. 3. tit. 8. gl. 2. nu. 14. Aceuedo l. 10. tit. 6. nu. 29. & 30. lib. 5. recopilat. Gratian. regul. 95. nu. 6. & Quintanaduennas d. lib. 3. Eccleſ. 2. p. præcipuè ad fi. & videtur tenere Caldas Pereira. d. verbo læſis. nu. 103. & 132. Eſpino. glo. 18. à nu. 66. Mendez de Caſtro in d. l. eum oporteat. nu. 165. & Velazquez de Auendanno in d. l. 29. Tauri glo. 3. nu. 8. *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 159. à nu. 31. quod probabilius ait Ceuallos q. 682. ſtante Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. vbi bona donatam à patre filio, vt ordines ſuſcipiat, non poſſunt vendi, ſeu alienari abſque licẽtia Epiſcopi, &c. Sed id nihil refert ad propoſitum, & ſat eſt, quòd de ſe ſint alienabilia & tranſmiſſibilia ad hæredes; nec prohibitio Concilij eſt perpetua, vt ait Guttier.*

161 Dico ſecundò, † quod ordinatus cum patrimonio ſibi donato cum pacto, ſeu conditione de illo reddendo, & reſtituendo, poſt ordinationem, non poteſt dici ordinatus ſine titulo, nec incurreret vllam pœnam ſeu ſuſpenſionem, etiam ſtante d. conſtitutione Sixti V. nam iſte reuera eſt ordinatus cum patrimonio vero, & non ficto: illa enim eſt vera donatio, ex qua

162 transfertur dominium in donatarium † licèt cum illo pacto, ſeu modo, ad titulum de donatio. quæ ſub modo. & longe diuerſa (quamuis doctores videantur confundere) ab illa, quæ fit cum pacto de non vtendo illa, ſeu de non petendo donatum, quæ eſt verbalis tantum, vt dixi.

163 Nec obſtat dictum pactum, † ſeu conditio de reddendo, & reſtituendo poſt ordinationem, quod obligat, ſaltem in foro conſcientiæ. Cord. in ſum. q. 32.

verſ.y ſi aun.Lud.Lopez inſtruct.conſcientiæ. 1.tom. c.240.ad fi.& c.278.quia verius eſt nullo modo obli-
164 gare, quia eſt contra diſpoſitionem concil.d.c.2. † quod prohibet alienari, aut remitti patrimonium,ad cuius titulum quis eſt ordinatus ſine licentia Epiſcopi,& ſic dictum pactum, & conditio non valet ad l.pacta, quæ contra. c.de pactis. & c.diaconi.28. d.& c.2.10.q.1. *Et Lucmo poteſt,ff.delegat.1.* & *docet in terminis Vgolinus de offic. Epiſc.c.26.§.13.num.6.* Et facit regula cap. cum M.Ferrarien. de conſtitutio. de qua ibi Abbas.nu.16.Felin.à nu.77. Decius à num.67.& Ripa à num.70.& quod tradit Couar.in 4 2.par.c.8. §.5.nu.9. & cum eo Matienço in l.6. gl.8.tit.8.lib.5. recopil.Eſpino.gl.16.à nu.48.& Molina de iuſtitia 1. tom.tract.2.diſput.169.

165 Et ita in propoſito tenent † Emman.Rodriquez d.c.15.nu.5. & P.Ledeſma d.c.76. concl.3. difficultate,& videtur tenere Enriquez l.13.cap.37.§.2.& Cardin.Toletus d.l.1.c.48.verſ.5.

166 Quamuis contrarium,nempe illum † eſſe ſuſpenſum, teneant Nauar.in Man.c.27.nu.158. & cõſ.14. nu.3.& conſ.22.& vltimo.nu.2.de temporibus ordinatio.Mart.Ledeſm.2.p.4.quæſt.26.artic.2. Pedraça in ſumm. 2.p.c.2.de ſuſpenſione. Ludou. Lopez d.c. 278.& 2.tom.2.p.c.31. Graſt.d.l.2.c.97.nu.67. Zecchus de caſibus reſeruatis caſu 1.de ſuſpenſione. nu. 19.3.caſu.Vega in eſpeio de Curas c.12.nu.126.Saius de cenſuris l.4.c.15.nu.3.& Quintanaduennas d. nu.99. & Zaullos q.527.nu.13.ex c.per tuas.el 3. & c.penul.de ſimonia, *Et nouiſſimè Grat.d.c.159.nu.19.* & 20. Et Salcedo d.c.18.nu.12.dicens talem abſque dubio fine tit.ordinari, & Thom.Sanchez ſupra. *Et Carrillo in itiner.ordin.ſect.2.c.2.num.17.* Dicens, eam non fuiſſe veram donatio. ſed fictam,nec acquiſiuiſſe donatarium dominium rei ſic donatæ, & ſic ſine patrimonio ordinari,& Suarez ſupra num.35.*d.5.tom.*
167 *diſp.31 ſect.1.nu.35.* Dicens dici poſſe † procedere deciſionem d.c.penul.& c.per tuas, quando quis ab aliquo accepit titulum patrimonij ſub pacto occulto iterum dandi,ſi donatio illa ſpecialiter facta ſit ad finem ſuſcipiẽdi ordines illo titulo quia tunc ille, qui patrimonium confert, habet vicem præſentatoris ad ordines, ſi tamen ſimpliciter fiat, quamuis alter poſtea illa vtatur ad effectum ſuſcipiendi ordines, non propterea verè, ac propriè dici poſſe præſentari ab alio ad ordines ſuſcipiendos & ideo difficile eſſe legem pœnalem ad illum caſum extendere, ex alio tamen probabiliori fundamento opinari hunc,qui per dolum & fraudem quamcunque ficto tit.ordinatur, manere ſuſpenſum ſcilicet ex vi.d.c.neminem,& ſanctorum, & conſtitutionis Sixti V. hæc Suarez. *Qui idem docet de relig.tract.3.lib.4.cap.38.nn.4.* & *5. vbi ait dictum cap.penult.* & *cap.per tuas, procedere etiam, quoties aliquis ex ſuis bonis alteri conſtituit titulum,ad quẽ ordinatur,ab illo recipiens promiſſionem, quòd nihil poſtulabit; non enim tunc ſolum committitur peccatum indebita ordinationis per falſum titulum, ſed etiam ſimonia, quia illa eſt præſentatio ad ordinem,& conſequenter rei ſpirituali annexa, &c. Et nouiſſimè Azor 3.parte libro 12. capitulo 15. quæſtione 1. dicit, Tutum qui ordinatur ad titulum patrimonij, vel penſionis, quam ſibi laicus donauit, ſed ea lege & conditione, vt poſtea ipſi Caio reſtituat, vel ne aliquid à Caio petat. ſimoniacum eſſe, & in iuris pœnas contra ſimoniacos conſtitutas incurrere, quia ficto titulo patrimonij vel penſionis ordinatur, & ex pacto vt rem ſibi donatam reſtituat, vel ne eam exigat; ſed malè.*

168 Nec obſtat textus in d.c.per tuas, † & in d,cap. penult.quia,vt ſupradictum eſt,num.31. ſolum agit de ordinato cum pacto ſimoniaco de non petendo prouiſionem, ſeu alimenta ab ordinante, vel beneficiario eum præſentante ad ordinem; at donatio patrimonij. & pactum de illo reſtituendo, eſt res ſeparata, & diſtincta ab ordinatione, ex qua non incurritur ſimonia, quicquid dicat Eſpino.d.gl.18.nu.73. & conſequẽter nec ſuſpenſio. d.cap.per tuas.& cap. penult. nec dare alicui patrimonium eſt ſpirituale, immo vendi,& emi poteſt,non ergo pactum de reſtituendo efficit ſimoniam. Toletus d.cap.48.verſic.4. *num.6.ibi,ſeruatur,id eſt,non induci ſuſpenſionem à paciſcente cum alijs,* & *ſequitur ſumm. Bull. Quaran.d.verb. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem, verſ.quod intellige.* Qui ait, quod hunc caſum ſupradictum de pacto facto non cum ordinante, aut præſentante, non inducere ſuſpenſionem decreuit, ſeu declarauit ſignatura pœnitentiariæ,& ſic ſeruatur,nec poteſt dici donantem patrimonium,etiam ad finem ſuſcipiendi ordines, præſentare ad illos, id enim proprium eſt beneficiati præſentantis ad titulum ſuæ eccleſiæ, ſeu beneficij. *Vt in d.cap.per tuas, licet ſumm. Bullar. ſupra, verſicul.ſubſequenter aliter intelligat præſentatorem, in princ.*

Donans autem patrimonium alicui ad ordines
169 rectè poterit apponere pactum, † & conditionem de eo reddẽdo, cum ordinatus habuerit beneficium ſufficiens,vel aliàs vnde viuere poſſit, quia tunc non eſt contra Concilium. *Et facit declaratio S. Congreg. ſupra adducta,num.93.ad fin.*

Dico tertiò, quod ſi quis fuerit ordinatus ad titu-
170 lum patrimonij † quod fuit renũciatum,remiſſum, ſeu reſtitutum donatori ante ordinationem, ſiue libere, ſiue ex pacto appoſito,eſt reuera ordinatus ſine titulo,& ſic incurreret ſuſpenſionem ſtante d.conſtitutione Sixti V. alias nõ, ſed ſolum peccaret mortaliter. Sayrus d.lib.4.cap.15.nu.23. nam alienatio patrimonij ante donationem, non eſt vllo iure prohibita,etiamſi eſſet donatum ſpecialiter ad iſtum effectum, *Contra ſumm.Bullar. Quaran.ſupra d.verſ.quod intelige,* & *Vgolinus d.cap.26.§.13.num.6.verſ.excipitur tamen.* Et ſic iſte tempore ordinationis iam non habet titulum.

171 Et idem videtur ſit interuenit pactum, † ſeu promiſſio, aut conditio de iſto reſtituendo ante ordinationem,quamuis de facto non fuerit antea reſtituũ, durat enim obligatio facta in tempore & pro tempore habili ad l.celſus. ff.de receptis arbitris,& c.cũ dilecti de dolo,& contum.& quæ ibi notantur. *Anila d.3.p.diſp.5.dub.5.3.concl.* nec in præſenti intrat remedium c.Odoardus.de ſolutio. quod non teneatur vltra quam facere poſſit,cum ſit debitor ſpeciei.

172 Nec obſtat quod ait † Nauar. d.c.27.num.158. quem ſequitur candelabrum aureum de ſuſpenſione.nu.31.quod talis renunciatio patrimonij donati facta antequam ordinetur,nõ videtur valere per ea, quæ omnes dicunt in d.c.penult.de ſimonia,etiamſi eſſet iurata, iuxta Ananiam, & Felin. contra Panor. ibi, & quod iſte incurrit ſuſpenſionem d.c.penult. vt etiam dicit Quintanaduennas d.num.69.qui tamen tenet talem renunciationem, ſeu remiſſionem valere, quia ait ordinari cum ſimulatione patrimonij,

quod

quòd nullum eſt, nam vt ex ſuperioribus apparet,
173 deciſio d.cap.penult. † non facit ad propoſitum de patrimonio; ſoluq; enim agit de pacto, & iuramento ſimoniaco de non petendo prouiſionem ab ordinante, vel præſentante ad ordinem, & ſic de renunciatione ſimoniaca alimentorum ab illis præſtandorum, quæ non valet etiam cum iuramento, vt contra Panorm. ibi num. 4. dicentem, valere quoad ordinatum qui non poteſt aliquid petere contra iuramentum, & ſequitur Toletus d.capit. 48. verſic. 5. tenent Mar. Socinus, Anania, & Felin. num. 2. tum, quia ſimoniaca, tum etiam, quia contra bonum publicum, quia quod ordinator, & præſentator teneantur prouidere ordinato, fuit inductum propter bonum publicum, ne in opprobrium totius cleri, & ordinis clericalis mendicare cogatur; vnde ſuccedit regula cap. ſi diligenti. de foro competen. ex qua ratione etiam poſt ordinationem, non valet; quicquid contra dicat gloſ. fin. in cap. ſi Epiſcopus. de præben. in 6. quam ſequitur Abb. Anania, & Felin. ibi & Nauar. & Quintanaduennas ſupra; at in propoſito de patrimonio
174 renunciato † ante ordinationem, ſeu donato cum pacto de non petendo, non adeſt vlla ſimonia, quia eſt res ſeparata, & diſtincta ab ordinatione, vt dictum eſt, & conſequenter non incurritur ſuſpenſio. d.cap.penult. nec reſpectu donatoris adeſt alia obligatio ad prouidendum ordinato, quam, quæ inſurgit ex ipſa donatione; vnde, ſi fuit facta, aut ante ordinationem renunciata, nulla remanet obligatio cõtra illum.

Dico quartò, quod ordinatus ad titulum patri-
175 monij, qui poſt ordinationem † illud retro donat, ſeu renunciat, vel alienat, quamuis peccet mortaliter, quia facit contra prohibitionem concilij, maximè, cum ſit facta ob bonum publicum principaliter, & fauorẽ totius ordinis clericalis, & ſic caſtigari poſſet per Epiſcopum, tamen non incurrit vllam ſuſpenſionem, Nauarrus d.num. 158. verſic. 2. quod & dicto conſil. 22. Salcedo ſupra num. 13. Ioann. Guttierez pract. lib. 2. quæſt. 65. numer. 10. Quintanaduennas ſupra. Zaualos dicta quæſt. 527. num. 9. Ludouicus Lopez vbi proxime Candelabrum aureum ſupra num. 30. Graff. d. lib. 2. cap. 97. num. 67. Emmanuel Rodriquez d.cap. 15. num. 4. Zecchus d. caſu 1. de ſuſpenſione. num. 19. 30. caſu. Lucius ſupra, & Ledeſm. d. capit. 7. Toletus d. cap. 48. verſic. 18. ad fin. Sairus d. lib. 4. cap. 15. num. 23. ad fin. & Suarez ſupra num. 38. *Enriquez lib. 13. cap. 37. §. 2. in fin. Anil. d. dub. 5. 2. concl. Fornar. de ordin. cap. 8. num. 9. verſic. 4. Gratian. diſcept. foreuſ. cap. 159. à num. 16. & Vgolinus d. cap. 26. de officio Epiſcop. §. 3. num. 3. 5. & 6.* Quamuis contrarium ſine fundamento teneant Bartol. Medina in ſumm. lib. 1. cap. 11. §. 58. de ſuſpenſione ad fin. & Vega in ſumm. 2. parte capitul. 34. caſu 86. ad fin. & cap. 108. caſu 2.

176 Et ratio eſt, quia iſte non eſt ordinatus † ſine titulo, & ſic non eſſet ſuſpenſus, etiam ſtante ſuſpenſione contra ordinatum ſine titulo; & nullo iure talis pœna reperitur impoſita contra ordinatum retro donantem, vel alienantem patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus, ſed ſolum, quod renunciatio & alienatio eſt nulla ex Concilio d.c. 2. ibi, atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint, quæ verba inducunt
177 nullitatem † ipſo iure, quia tollunt potenti im alienandi ad tradita per Bart. & Iaſ. ex num. 16. & alios in l. gallus. ff. de liberis, & poſthu. *Iaſ. etiam in l. fin. ff. de fer. num. 24. ibi num. 20. & Ceuedo plures referens coll. 18. ad 6. num. 4.* Ioan. Nicol. Gimon. in enchir. beneficiorum, titul. 3. cap. 3. num. 17. Tiraquellum poſt leges connubiales gloſ. 2. ſeu 4. à num. 1. Gratian. regula 484. Ioannes Guttierez in Rep. l. nemo poteſt, ff. de legatis 1. à num. 145. & Thom. Sanchez de matrimonio lib. 6. diſputatione 38. numer. 20. maxime
178 propter verbum, nullatenus, † quod inducit nullitatem actus ipſo iure gloſ. in clem. 1. verbo nullatenus ſequeſtratione poſſeſſ. Felin. in cap. cum acceſſiſſent, num. 8. de conſtitutio. Corſettus in ſingul. verbo nullatenus, & Tiraquel. in l. ſi vnquam. verbo reuertatur, num. 95. *Iaſ. in d.l. fin. de fer. num. 25. & 26. & in l. penult. C. de Iſtam. milit. num. 9. vbi addit. Mainer. vtrobique, Gigant. de penſ. quæſt. 10. num. 10. & 11. & quæſt. vlt. num. 10. Cacher. deciſ. Pedem. 165. num. 14.*
179 Et ita in propoſito † tenent Nauar. conſil. 17. nu. 2. & 21. num. 4. & conſ. 22. de temporibus ordinatio. Flam. Pariſ. d. lib. 2. q. 6. nu. 16. Quintanaduennas d. l. 3. nu. 71. Zaualos d. q. 527. num. Molina d. 1. tom. tract. 2. diſput. 238. ad fin. & Thom. Sanchez d. lib. 6. d. diſputatione 32. num. 7. & Toletus vbi proximè. *Auila d. 2. concl. Gratian. deciſ. 159. à num. 1. & 16. & Vgol. d. c. 26. §. 3. num. 3.*

180 Ex quo conuincitur ſententia † Pet. Ledeſ. d. c. 7. concluſ. 6. difficul. 1. dicentis, probabilius eſſe, quod talis alienatio, vel remiſſio eſt valida, quia Concilium non facit incapacem ad transferendum dominium, in quod videtur inclinare Suarez ſupra nu. 38. *Cenall. quæſt. 900. num. 5. quem ſequitur Fornar. d. c. 8. de ordin. num. 9. verſ 4. dicens cum eo, ex verbis Concilij colligi renunciationem beneficij eſſe nullam, patrimonij verò ſolum prohiberi.*

181 Quamuis ante Concilium poſſet † alienari ſine licentia Epiſcopi patrimonium, ad cuius titulũ quis fuit ordinatus gloſſ. fin. in c. tuis. de præbend. & ibi Imola, & Abb. nu. 8. Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ. de conſtitutio. nu. 10. & ibi Decius, nu. 17. Selua diceus d. gloſ. ab omnibus approbatam de benef. 1. p. q. 3. nu. 11. Conar. in d. c. Raynaldus, de teſtam. §. 2. nu. 7. Redoan. de rebus Eccleſiæ. Rubrica 33. caſu 13. Gratian. dicens communiter receptum regula 195. nu. 7. Ioan. Guttierez d. lib. 2. pract. q. 65. nu. 10. & 11. *Enriquez d. lib. 13. c. 37. §. 2. in gloſ. ſi. & Auila d. 2. concluſ.* Et dicit communem Zaualos d. q. 527. nu. 1 licet nu. 2. & 3. dicat contrariam etiam eſſe communem, quam tenent Io. And. Domin. & Francus in d. cap. ſi Epiſcopus. de præben. in 6. quando fuit expreſsè in titulum aſſignatum, & Solis de cenſibus 2. tom. lib. 2. c. 3. num. 12. vbi ait, in eo cenſum conſtitui non poſſe, niſi ſeruata forma præfixa à Concilio.

182 Vnde infert Naua. d. conſ. 17. & 21. † quod ordinatus ſacris ordinibus ad titulum patrimonij, ſi illo renunciato ad ſuperiores promoueatur, non eſt ſuſpenſus, nam non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, vt habet regula iuris. in 6. & dicta renunciatio eſt nulla, ex d. decreto Concilij, & ſic non poteſt dici ad ſuperiores promotus ſine titul. ſequitur Flam. d. quæſt. 6. num. 17. & Salced od. cap. 18. num. 13. in nouiſſima editione. *Summ. Bullar. Quarant. d. verb. ordo, poſt ſecundam conſtitutionem. verſ. quotidianus caſus eſt, & Auila d. 3. par. diſp. 5. dub. 5. poſt 3. concluſ.*

183 Sed ſi renunciatio ita facta eſſet† vt renũcians de fineret poſſeſſionem, quæ ex actu nullo amittitur, & transfertur.l.1.§.ſi vir vxori.ff.de acquiren.poſſeſſ. & ibi Doct.Rota deciſ.519.& 612.n.2.p.1.diuerſorum non videretur d.ſententia poſſe procedere ſtante decreto Concilij d.c.2.& d.conſtitutione Sixti Quinti. iuxta ſupradicta dubio 5 à nu.133.

184 Nonò dubitatur,an valeat alienatio,† ſeu renunciatio patrimonij,ad cuius titulum quis ſacris fuit ordinatus,facta ſine licentia Epiſcopi,ſi tunc habet beneficium,ſeu aliàs vnde congruè viuere poſſit.

185 In quo Quintanaduennas d.l.3.n.72.† cum Burſatto conſ.178.nu.55.l.2.voluit allegare,nu.35. (qui tamen id non dicit,quod Epiſcopi authoritas vbique neceſſaria ſit, etiam quando aliàs habet vnde viuere poſſit,& quod, ſi Epiſcopus aditus alienationi conſenſerit,faciet quidem ſuo periculo)nam ſi patrimonium,vel beneficium ordinato clerico ad victum non ſuppetit, ipſe de ſuo iuſta præbebit; rurſus, ſi ſuppetet,& alienari patrimonium Epiſcopus iniurio ſe perneget, merito iudex ſuperior appellabitur. eandem ſententiam ſcio tenuiſſe D.Sahagum in lectura.tit.de præb.*& nouiſſimè tenet Vgolin.d.cap. 26. de offic. Epiſc. §.13.nu.4.dicens patrimonium alienari non poſſe.nec valere alienationem ſine Epiſcopi licentia, etiamſi tunc haberet vnde ſe ſuſtentare poſſet, niſi vbi notorium eſſet ſufficiens eſſe;tunc enim ſine Epiſcopi licentia alienationem fieri poſſe cenſeret;licet tutius erit.vt is,in quem alienatio facta eſt, cum licentia Epiſcopi id habeat,ſi enim contingeret profundere,quod deinceps acquiſiuit, clericus admitteretur ad patrimonium prius habitum.*

186 Nihilominus tamen in hoc dubio † vetius videtur contrarium,nam Concilium d. c. 2. ſolum ſtatuit quod deinceps ſine licentia Epiſcopi patrimonium alienari non poſſit, donec aliunde habeat vnde viuere poſſit,atque adeo cum aliunde habet vnde viuere poſſit, non eſt prohibita alienatio ſine licentia Epiſcopi,ſed potius videtur permiſſa ad l.cum prætor. ff. de iudicijs,maximè cum de iure communi poſſet alienari abſolutè,vt ſupradictum eſt nu.181.quod in caſu dubij non cenſetur correctum,& ita videtur tenere Flam. Pariſ.ſupra numer. 16. & expreſsè tenet Zaualios d.q.527.nu.8.& q.561. ex num. 22. maxime num.30.& ſeq. *Acor 2. p. lib. 3.cap.4.q.3.& Grat.dec. 159.nu.14.*

187 Sed dices, quando ordinatus † non habet aliunde vnde viuere poſſit, ad quid requiritur licentia Epiſcopi ad alienandum patrimonium, cum tunc non debeat dari,ſed negari, reſpondetur poſſe occurrere
188 talem neceſſitatem, † ſeu cauſam ita vrgentem, vt poſſit,ac debeat dari licentia alienandi patrimonii, etiam ſi ordinatus aliunde non habeat vnde viuere poſſit, verbi gratia, ſi ipſe, aut parentes eius eſſent captiui,ad ſuam redemptionem, vel parentum, deberet dari dicta licentia; ſimiliter ſi pater, aut frater clerici eſſent ob homicidium, vel aliud delictum perpetratum puniendi pœna mortis,niſi parti accuſanti pro remiſſione daretur certa quantitas, ſi filius, aut frater clericus vellet ſubuenire patri,aut fratri in hac neceſſitate dando illam quantitatem, quam tamen dare non poſſet,niſi vendendo, ſeu alienando patrimonium, iuſtiſſima cauſa eſſet id faciendi, & iuſta etiam cauſa eſſet ad prouidendum ſorori,quæ aliàs eſſet in magno periculo perdendi ſe, & cum Epiſco-
189 pus ex iuxta cauſa daret † licentiam alienandi patrimonium, ad cuius titulum quis eſt ordinatus, ipſe Epiſcopus maneret ſecurus, etiam ſi ille non habeat aliunde vnde viuere poſſit; ſi tamen ſine iuſta cauſa daret licentiam, alienatio teneret, nam Concilium ſolum prohibet alienationem ſine licentia Epiſcopi, ſiue bona, ſiue mala; ipſe tamen Epiſcopus vltra peccatum maneret obnoxius ad prouidendum ordinato, vt inquit Quintanaduennas ſupra, vel ad dandum ei tantundem,ſicut tenetur quãdo eum ordinaret ſine titulo, nec hanc licentiam
190 alienandi patrimonium videtur poſſe dare † vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali mandato,& ſi ſine facultate, aut ſine iuſta cauſa eam daret,teneretur, ſicut de Epiſcopo diximus, faceret enim cauſam ſuam, & Epiſcopus in propoſito videtur intelligendus Epiſcopus domicilij alienantis, vel loci, vbi res eſt, aut etiam originis ad Anton. Gomez 2. tom.variarum cap. 14. num. 17. & Simoncellum de decretis. lib. 1. tit. 1. à num. 69. *Et Molinam de inſt. tract.2. diſput.224. verſ. dubium eſt.* ait etiam Zaullos vbi pro-
191 xime abſque licentia † Ordinarij valere reſignationem beneficij, ad cuius titulum quis ſacris fuit ordinatus, ſi poſtea conſtiterit ordinatum tempore reſignationis beneficij habere aliunde vnde commode viuere poſſit.

192 Sed hoc de beneficio † non eſt rectè dictum, nec poteſt procedere,nam Concilium dicto cap. ſecundo expreſſe dicit, quod beneficium, ad cuius titulum quis ſacris fuit ordinatus, reſignari non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus, neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quod aliunde commodè viuere poſſit, & aliter facta reſignatio nulla ſit, atque adeo in reſignatione beneficij non ſufficit poſtea conſtare reſignantem tempore reſignationis habere aliunde vnde viuere poſſit, ſed tempore reſignationis debet fieri mentio, quod ad illius titulum fuit promotus, & ante admiſſionem conſtare ſuperiori, quod aliunde habet
193 vnde viuere poſſit, & adeo verum eſt † faciendam eſſe mentionem in reſignatione beneficij, ſiue coram Papa, ſiue coram Ordin. quod ad illius tit. fuit ad ſacros promotus, quod id traditum eſt pro forma, nec poteſt adimpleri per æquipollens, vt cenſuit San. Congregatio Concilij de anno 1588. ☞ vt in ſequenti declaratione: Fuit dubitatum an pro forma traditum eſſet, vt reſignans teneatur facere mentionem ſe ad titulum illius fuiſſe promotum, adeo quod per æquipollens adimpleri non poſſit, & fuit reſolutum pro forma traditum eſſe à Concilio ſtante clauſula annullatiua,& quod Concilium negatiuè loquitur. Iaſ. in leg. quod ſi nominatim prima, ff. de liberis, & poſthum. Felin, in cap. cum dilecta, de reſcrip. quo ſtante per æquipollens, non poteſt adimpleri, Flamin. Pariſius d. lib. ſecundo quæſt.ſexta numero 39. & libr.5. quæſt. vtim. numer. 175. *Et Vgol. de off. Epiſc. cap. 26. §. 8. numero 4.* & ita ſi de hoc non fuerit facta men-
194 tio, nullam eſſe reſignationem † fuit reſolutum per Rotam in vna Salamantina coram D. Orano de ☞ menſe Maij eiuſdem anni 1588. & in vna Hiſpalen. coram Illuſtriſſimo Plato. 17. Iunij eodem anno. Flam. Pariſius d. numero 39. & d. numero 175. & idem fuit reſolutum in vna Aretina plebis 4. Decemb. 1600. coram D. Millino ſupra adducta 1. par. cap.5.nu.438. nec ſufficere expreſſionem, quod reſignanti

gnanti remanebat vnde viueret, & poſt tradit Gonçalez d.glo. 5.§.10.num.35. dicens idem reſolutum in Mutinen. Canonicatus, de qua infra. numer. 218. *E ſequitur Piaſec. in praxi Epiſcop. parte* 1. *cap.* 1. *numero* 44.

195 *Et* reſignatio facta ab eo, † qui non habet vnde viuere poſſit, etiam de beneficio ante Concilium obtento, eſt nulla ex dicto decreto, vt S. Congregatio cenſuit ſuper eo, ibi nulla ſit, quæritur an habeat locum etiam eo caſu, quo renunciatum fuit beneficiū longe ante Concilium obtentum ab eo, qui non habet vnde viuere poſſit, litigatur enim inter reſignantem, & reſignatarium, reſpondit Congregatio propter generalem rationem decreti poſitam in principio huius capituli comprehendi tam beneficia obtenta ante Concilium, quam poſt.

196 Et habere etiam id locum, licèt † beneficium ſit iuris patronatus, fuit reſolutum per d. S. Congregationem ſuper d.capit. 2. his verbis, habent etiam locum omnia hæc etiamſi beneficia eſſent iurispatronatus.

197 Et ratio, quare † prohibetur quis liberè reſignare beneficium, ad cuius titulum eſt ſacris ordinatus, nam non poteſt ordinari ſine titulo, ne cum ordinis dedecore mēdicare, aut aliquem ſordidum quæſtum exercere cogeretur, vt ſupra dictum eſt in princ. & eadem ratio vrget, ne quis poſſit reſignare beneficiū, ad cuius titulum fuit ordinatus, Flaminius Pariſius d. *lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 4. & 35.

198 Quinimmo in ſacris † conſtitutus non poteſt vllo modo beneficium reſignare, etiam ſi ad illius titulum nō ſit promotus, niſi aliundè habeat vnde commodè viuere poſſit, vt in conſtitutione Pij V. 56. in ordine ſuarum conſtitutionum incipien. quanta Eccleſiæ. Data Calendis Aprilis 1568. ibi, ſed nec horum vllus ſacro ordine mancipatus, niſi Religionem ingreſſurus, valeat vllo modo beneficium, vel officiū eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit quo in vita poſſit commodè ſuſtentari. *Aſor* 2. *par. lib.* 7. *cap.* 20. *quæſt.* 7.

199 Quæ conſtitutio, † licèt loquatur in reſignationibus factis coram Ordinario, tamen ſeruatur, & habet locum in curia, quia militat eadem ratio in propoſito, vt fuit ſolutum in vna Lucana. 5. Decembris 1586. coram D. Orano, Flaminius Pariſius quæſt. 14.
200 num. 3. & d. l. 5. quæſt. † vltima. nu. 76. in qua quidem curia non admittitur reſignatio alicuius in ſacris conſtituti, niſi cum clauſula, quod reſignans a-
201 liundè habet vnde commodè viuere poſſet. † Quæ reſpicit ſubſtantiam gratiæ, nam attento ſtilo aliàs non ſolet concedi, vt fuit reſolutum in d. Lucana.
202 Flaminius Pariſius d. lib. 2. † quæſt. 6. num. 41. & d. l. 3. quæſt. 14. num. 6. cuius verificatio committitur Ordinario, ſi reſignatio eſt in forma dignum, vt quotidie videmus, de quo vide dicenda infra 6. p. cap. 2. dub. 11. num. 231.

203 Clericus autem in † minoribus ordinibus tātum conſtitutus non ſolum poteſt liberè, & abſolutè alienare patrimonium, etiamſi ad illius titulum ſit promotus, ſed etiam poteſt reſignare beneficium, licèt non habeat aliundè vnde viuere poſſit, nec facta mētione, quod ad illius titulum ſit promotus, ſiue renunciatio fiat coram Ordinario, ſiue coram Papa; nam nec Concilium, nec dicta conſtitutio Pij V. loquuntur de conſtitutis in minoribus, quia in eis ceſſat ratio dedecoris ordinis, Flaminius Pariſius dicta quæſt. 14. num. 1. & 2. & d. quæſt. vltima. num. 78. D. Ioan. Guttierez. conſil. 42. num. 10. & Zaual. d. quæſt. 561. num. 26. *Et noniſſimè ſequitur Gratian. deciſ.* 159. *à num.* 9. *& Vgolin. ſupra.* Et ita in reſignationibus per eos factis non ponitur ſupradicta clauſula, ſed in preſenti offert ſe difficultas, quæ dicatur congrua ſuſten-
204 tatio, † vt valeat alienatio patrimonij, & reſignatio beneficij, ad cuius titulū quis fuit promotus, in qua Zauallos. d. quæſt. 561. ex num. 27. ait, relinqui iudicis arbitrio, qui conſiderata qualitate perſonarum, locorum, & temporis iudicabit, *Menoch. de arbitr. caſu* 216. *num.* 12. *& 13. & Gratianus ſupra num.* 15. Solere
105 tamen de ſtilo curiæ † pro congrua ſuſtentatione centum pro rectore deſignari, verius tamen ſe exiſtimare, quod hodie illa dicatur congruæ ſuſtentationis retentio, ſi ordinatus detinet beneficium. 50. aureorum, cum illa quantitas reputetur ab Ordinario ſufficiens à principio, vt clericus ſacris ordinibus inſigniri valeat. Flaminius d. q. vlt. numᵒ. 156. quia nihil eſt in iure tam naturale, quam vt omnis res diſſoluatur per quaſcumque cauſas naſcitur.

206 Vnde vult Zauallos, † quod illa quantitas, quæ eſt ſufficiens à principio, vt quis ad ſacros Ordines promoueatur, erit etiam ſufficiens, vt patrimonium, ad cuius titulum eſt promotus, poſſit alienari, & reſignatio beneficij, ad cuius titulum eſt promotus, ſortiatur effectum, & dicatur reſignans aliundè habere vndè commodè viuere poſſit, vt requirit Concilium, & conſequenter non erit attendenda quoad hoc qualitas perſonæ, vt nobilitas, literatura &c. ſed honeſta, congrua & commoda ſuſtentatio reſpectu cuiuslibet clerici, iuxta d. ſup. num. 114. bene tamen verum eſt, cum minori quantitate ſolere Ordinarium contentari, & ſatisfieri ad effectum ordinandi aliquem, quàm ad iſtum effectum.

207 Quinimmo ad iſtum effectum † videtur attendenda qualitas perſonæ, vt tenent Fuſcus de viſitat. libro 2. capitul. 28. num. 19. & Flaminius Pariſius dicta quæſt. vltim. num. 181. maximè in reſignationibus, quæ fiunt coram Papa, in quibus, vt diximus, ſemper dicitur, quod reſignans aliundè habet, vnde commodè viuere poſſit, vt in vna Hiſpalen. dimidiæ portionis 20. Iunij 1591. coram D. Orano, in qua
208 fuit reſolutum, quod pro ſuſtentatione commoda † non ſufficit, quo ad neceſſariam ſuſtentationem ſine penuria ſufficit. gloſſ. in capitul. periculoſo. §. ſanè, verbo, abſque penuria. & ibi Gemin. Francus & alij de ſtatu regularium. l. 6. Abb. in cap. 1. num. 4. de inſtitutio. Rebuffus de congrua. nu. 78. quæ commoda ſuſtentatio conſideratur inſpecta qualitate perſonæ, & loci, vbi moram trahit ad tradita per Ancharan. conſilio 383. ad fin. Aym. conſilio 189. in fin. Et facit deciſione 1. in cauſa Abulenſ. beneficij infra adducta 6. parte capitulo 2. dub. 4. numero 47. & vide ibi dicta dub. 11. ſub dubitatione à numero 286.

209 At in vna Brixien. parochialis 20. † Nouēb. 1598. coram D. Penia Rota habuit pro congrua reſignātis, ex qua commodè ſuſtentari poſſit, vt dicitur in literis reſignationis 55. ducatos, quos habebat ex patrimonio, & penſione in reſignatione reſeruata, maximè accedente iudicio Ordinarij, qui expediuit reſignationem, & conſiderandum eſt tempus reſignationis, quibus accedebat, quod cum Rota ſolita ſit

aſſignare. 50. pro congrua vicarij, ſimiliter pro congrua iſtius videbãtur ſufficere. 55. & quamuis in literis dicatur, dummodo aliundè, non excluditur, quin penſio ſit in ea computanda quoniam verbum, aliunde, ponitur ad excluſionem beneficij reſignati, non autem penſionis.

210 Id autem, quod dicitur † de patrimonio, & beneficio, ad cuius titulum quis ſacris ordinatur, vt patrimonium non poſſit alienari, ſine licentia Epiſcopi, donec aliundè habeat vnde viuere poſſit, nec beneficium reſignari, niſi facta mentione, quod ad illius titulum, ſit promotus, & quod titulus debeat eſſe perpetuus, de quo ſupra 1.p.c.2.à nu.83. & quod patrimoniũ conſiſtat in re immobili fructifera, de quo ſupra nu.105.&c, videntur habere locum, & procedere etiam in patrimonio, vel beneficio ſuccedente, & ſubrogato loco illius, ad cuius titulum fuit ordinatus ex regula, quod ſubrogatũ ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, & ſubrogatum intelligitur cum qualitatibus eius, cuius loco ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus, cũ alijs per Iaſ. ibi, & Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 10. num. 80. & Matienço in l. 1. tit. 4. gl. 8. nu. 1. & l. 16. tit. 10. gl. 3. nu. 2. lib. 5. recopilationis & ſubrogatum debet eſſe eiuſdem iuris, & conditionis, cuius eſt illud, in cuius locum ſubrogatur, & debet eſſe tale, quod à principio potuerit eſſe, Bald. per textum ibi in l. Parabolani. C. de Epiſcopis, & clericis, & conducunt deciſiones Rotæ in cauſa Salamantina coadiutoriæ infra adductæ 4. par. c. 5. ad fin.

211 Beneficium autem, per cuius † aſſequutionẽ vacat illud, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, non videtur poſſe dici ſubrogatum loco illius, cũ illa vacatio inducatur à iure propter incompatibilitatem.

212 Decimò dubitatur an valeat † renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis ſacris fuit ordinatus, facta cum penſione ſufficienti ad congruam ſuſtentationẽ, non tamen facta mentione quod ad illius titulum fuit promotus.

213 In quo Nauar. conſ. 9. de † renunciatione, tenet valere talem renunciationem ſaltem in foro conſciẽtiæ; ſequuntur Flam. Pariſius d. l. 2. quæſt. 6. num. 41. & Emmanuel Rodriquez d. 2. tom. cap. 15. num. 12. *Et Aſor, 2. p. lib. 7. c. 25. q. 6.*

214 Verius tamen eſt non valere, quia † vt dictum eſt ſupra nu. 193. id traditum eſt pro forma, & indiſtinctè annullatur reſignatio aliter facta. Et ita tenet S.

215 Congregatio Concilij, † vt in ſequenti declaratione ſuper d. c. 2. Præſuppoſita ſupplicatione reſignationis parochialis, de quo agitur per D. Gaſparem in fauorem D. Ioannis de Miron, cum reſeruatione pẽſionis. 180. ducatorum prædicto D. Gaſpari ſoluendæ, & quod in eadẽ ſupplicatione d. D. Gaſpar narrauit, quod per quinquennium dictam parochialem poſſederat, an in caſu, de quo agitur, intret Concilium Trident. hoc capit. Congregatio cenſuit Concilium intrare. *Et refert additio Nauarr. d. conſ. 4. dicens aduertendum referri, S. Congregationem cenſuiſſe, eiuſmodi renunciationem eſſe nullam; ex quo non fuit expreſſus reſignans, vel ad illius titulum promotus; qua expreſſio pro forma requiritur: ſequitur Vgol. de officio Epiſc. c. 14. §. 3. & c. 26. §. 8. num. 4.*

216 Et quod talis reſignatio ſit nulla † etiam in foro conſcientiæ expreſsè tenet dicens longe probabilius P. Ledeſma d. cap. 7. poſt 10. concluſ.

217 Vndecimo dubitatur, an etiam id † procedat in permutatione, vt ſit nulla, non facta mentione quod ad titulum beneficij permutati fuit ſacris ordinatus,

218 Et reſpondetur procedere, niſi † permutatio ſit æquiualens, vt S. Congregatio cenſuit ſuper d. cap. 2. ibi & aliter facta reſignatio nulla ſit, Congregatio cenſuit hoc non procedere in æquiualenti. *Quam declarationem refert & ſequitur Vgolinus d. c. 26. §. 8. nu. 4. verſic. ſecundo excipitur; qui tamen ſeq. verſ. tertio excipitur, velle videtur etiam in permutatione æquiualenti faciendam eſſe mentionem de ordinum ſuſceptione ad eius titulum.* Et quod procedit etiam in permutatione, tradit poſt hæc Gonçalez d. glo. 5. §. 10. à num. 43. dicens reſolutum in Mutinen. Canonicatus. 19. Nouembr. 1602. coram D. Litta, *vt in ſeq. dec. 167. 614. Farin. Et nouiſſimè in cauſa Concben. Archipresbyteratus 27. Nouembr. 1606. coram D. Coccino fuit dictum, Dictum decretum Concilij licet loquatur de reſignatione, tamen S. Congreg. cenſuiſſe habere locum etiam in permutatione, vt in d. Metinen. tamen, vt declarauit S. Congregatio in hac cauſa, prædictum decretum non habere locum, quando permutans aſſecutus eſt vigore permutationis pacificam poſſeſſionem alterius beneficij ad ſui congruam ſuſtentationem ſufficientis, &c. Quod quidem erit intelligendum de beneficio æquiualenti, vt in dicta declaratione, &c. Et quòd diſpoſitio Concilij habet locum, etiam in permutatione, prout S. Congr. declarauit 18. Iul. 1602. ait Gratian. dec. 159. num. 3. & in addit. dec. 189. per quem etiam dictum fuiſſe ait d. num. 3. quod permutans tacendo ordinationem ad titulum eſt tutus in foro conſcientiæ, ſi illud quod habuit ex cauſa permutationis, erat æquiualens; ſecus autem in foro fori. Sed id de foro fori non credo verum; nec S. Congreg. diuiſſe: nam hic non videtur eſſe ratio differentiæ inter iſtud & forum conſcientiæ.*

219 Duodecimò dubitatur, an decretum † quatenus prohibet reſignationem beneficij, ad cuius tit. quis fuit ſacris ordinatus, niſi aliundè habeat vnde viuere poſſit, procedat etiam in priuationibus, & renunciationibus inductis à iure, vt per aſſequutionem alterius incompatibilis.

220 Et reſpondetur negatiuè, † nam Concilium ibi ſolum tollit renunciationes voluntarias vt S. Cõgregatio cenſuit ſuper d. ca. 2. his verbis, hoc decretum prohibet reſignationes voluntarias, non autem priuationes. Et facit quod tradit Nauar. in cap. accepta. de reſtitutione ſpolia. octaua oppoſitionis ſolutione. numer. 4.

221 Vnde infertur d. decretum † non procedere in reſignatione facienda ex decreto per Papam appoſito in gratia alterius incompatibilis, & in ea non erit opus facere mentionem, quod ad illius titulum fuit ſacris ordinatus, ex quo eſt reſignatio neceſſaria iuncta à Papa. *Procederet tamen dictum decretum in priuatione ob non reſidentiam, quando ipſe beneficiatus videtur id velle ſeu affectare: nam tunc non eſſet priuandus, ſed potius cogendus ad reſidendum, & promouendus; quia quod prohibetur directè, videtur etiam prohibitum indirectè. reg. cum quid lib. 6. Abb. in cap. ex tua, de cleric. non reſid. num. 6.*

222 Inferri etiam videtur quod d. † decretum, quatenus prohibet alienationẽ patrimonij, ad cuius titulũ quis fuit ſacris ordinatus, procedit in alienatione voluntaria, non autem in neceſſaria, vt ea, quæ fieret cauſa debitorum, niſi ea fuiſſent contracta in fraudem

dem d.decreti, & facit l.1. C. de prædijs minorum.

223 Nihilominus tamen ſupra 6.dubio † à nu.139.dictum eſt contrarium, maximè quando debita ſunt contracta poſt ordinationem, ſeu tempus illius, & quia clericus non tenetur vltra quam facere poſſit, & iſta alienatio habet principium voluntarũ, & d.leg. 1. poteſt reſponderi, quod alienatio rerum minorum non ita abſolutè prohibetur.

Decimotertiò Dubitatur ſtante, quod reſignatio
224 beneficij, ad cuius titulum † quis fuit ſacris ordinatus, facta contra tenorem, & formam dicti decreti, eſt nulla, an ita ſit nulla, vt beneficium non vacet, ſed remaneat penes reſignantem.

225 Et quidem, quod attinet ad † reſignationem factam coram Papa, certum eſt beneficium non vacare, ſed ius remanere penes reſignantem, nam cum reſignatio non tenet, ius non abdicatur à reſignante.

226 Ex qua ratione idem etiam erat † dicendum in reſignatione facta coram Ordinario, ſtando in terminis Concilij ſupra, & ita abſolutè tenet Zaualios ſupra d.q.56 1.nu.22. in reſignatione beneficij, ad cuius titulum fuit aliquis ordinatus, non retenta congrua ſuſtentatione, cum ſit nulla vt in d.c.2. non vacare beneficium, & ſic non eſſe neceſſarium nouum titulum, nec collationem. *& ſequitur Gratia.decis.*159.n.20

Ex cõſtitutione tamen Pij V.58. de qua ſupra n...
227 in reſignatione † beneficij, ad cuius titulum aliquis ſacris fuit ordinatus, facta coram Ordinario cum reſignans non haberet aliundè quo poſſet commode ſuſtentari, *ſicut & in reſignatione beneficij facta per mancipatum ſacro ordini etiam ad illius titulum non promotum.* dicendum eſt beneficium vacare, nec reſignantem poſſe ad illud redire, ſed de eo vti verè vacan. liberè prouidendum, non per Ordinarium ipſum, ſed per Papam, ſiue alios ſuperiores Ordinarij, qui talem reſignationem admiſit, aut patronos, ſi beneficium eſt iuris patronatus, iuxta aliam conſtitutionem eiuſdẽ Pij V. 42. datam ſexto Idus Auguſti. 1567. quam aliàs ibi in ſuo robore relinquit, & Ordinarius admittens talem reſignationem incurrit pœnam ſuſpenſionis à collatione beneficiorum ibi impoſitam, & tenetur ipſum reſignantem alere, vt cenſuit S. Congregatio Concilij, vt per Flam. Pariſium d.lib.2.q.6.nu.41. & 42. *Gratian.deciſ.*189.*nu.*6. *&* 7 *Vgol.d.c.*26.§.8.*nu.* 5. *& Azor,d.*2.*p.lib.*7.*c.*25.*q.*6. & apparet in declara-
228 tionibus † ſequentibus ſuper d.c.21. Beneficium ſe- ☞ mel à ſe alienans, quia illud reſignauit in manus Ordinarij, illud idem amplius recuperare non poteſt, ſi reſignatio facta eſt poſt bullam Pij V.6. Idus Auguſti.1567. quæ eiuſmodi reſignationes beneficiorum fieri prohibuit in manus Ordinariorum, ac, ſi factæ eſſent, ſtatuit beneficia ipſa vera vacare, & à ſede Apoſtolica, vel à ſuperioribus Ordinariorum ipſorum poſſe conferri, neque verò ab ipſo Ordinario eadem reſignatio fuerat admittenda, ſi reſignans eum, presbyterij ordini eſſet deſcriptus, nihil aliud præterea habebat quo vitam ſuam commodè ſuſtentare poſſet, cum Sanct. Dominus noſter altera bulla edita calendis Aprilis. 1568. huiuſmodi reſignationes prohibuerit admitti, & quia Ordinarius huic interdicto non paruit, ſua Sanctitas hac de re voluit reſignantem ab eo Ordinario alendum eſſe, aut alia ratione illius commoditati prouidendum, eique ipſum beneficium reſignatum omninò adimendum, & in eo, inſtituendum eum, qui fuerit à patrono præſentatus. Secunda ſi Ordinarius, non habens facultatem admittendi reſignationes. ſibi à Pio V. in certis caſibus ſublatam, hanc reſignationem admiſerit beneficij, ad quod reſignans ordinatus erat, beneficium vacat Apoſtolicæ Sedi, ſed Ordinarius illi de proprio prouidere tenetur. Tertia, Ordinarius, qui admiſerit reſignationem factam ab aliquo preſbytero, qui nihil aliud, præter id beneficium, habebat, vnde commode ſe ſuſtentare poſſet, tenetur eum alere, nec poteſt eidem beneficium illud reſignatum reſtituere, ſed in eo inſtitui debet ille, qui præſentatus fuerit à patrono. Quarta ibi neque ea reſignatio admittatur. Et pœnam admittentibus imponit Pius Quintus in Bulla Calendis Aprilis. 1568 incipien. Quanta Eccleſia Dei. *Et in vna Mediol. parochialis* 14. *Iun.* 1599. *coram D. Seraph. fuit dictum per Rotam, dictam conſtitutionem Pij V. non annullare reſignationes, ſed prohibere collationes, & interim mandare beneficiatum ali per ordinarium, ſi non habeat vnde valeat ſuſtentari, vt in dec. S. Congregat. ſed cum fuerit per ordinarium admiſſa, præſumi ex cauſa rationabili, cap. in præſentia, de renuntiat. quia in diſcuſſione cauſa procedit extraindicialiter, Put. deciſ.* 144. *libr.* 2.

229 In reſignatione verò facta coram † Ordinario ab eo, qui aliundè commodè viuere poteſt; non tamen facta mentione, quod ad illius titulum ſit promotus, videtur ſtandum eſſe Concilio, & per eam non vacare beneficium, quia conſtitutio Pij V. non loquitur in hoc caſu.

230 Decimoquartò dubitatur an, ſi † habens beneficium, ad cuius tit. fuit ordinatus, iurauerit illud reſignare, vel procuratorem conſtitutum ad reſignandum non reuocare, cum non habet aliàs vnde ſuſtentari poſſit, teneatur adimplere tale iuramentum.

231 In quo breuiter reſpondetur † negatiuè, quia eſt contra diſpoſitionem Concilij. cap. ſi diligenti. de foro competen. ibi, nec iuramentum, & iuramentum non eſt vinculum iniquitatis. cap. quanto. cap. Quintauallis, de iureiurando. regula, non eſt obligatorium. in 6. cum alijs.

232 Et ita dabitur ad cautelam abſolutio † à dicto iuramento, vt per ſanctam Congregationem Concilij in declarationibus ſequentibus ſuper d.cap.2. Prima, ☞ Qui beneficium, ad quod fuit ordinatus, reſignare iurauerit, pœnitentia impoſita eſt abſoluendus, ne reſignet. Secunda, cum habens Parochiam iuraſſet non reuocare procuratorem, quem fecerat ad reſignandum, petijt vt abſolueretur à iuramento, quo loco viſum eſt procuratorem poſſe reuocari. Flam. Pariſ. d. libr. 2. quæſt. 6. numer. 43. *Vgolin.d. cap.*26.§.8. *ſub num.*4. *& Azor,d.lib.* 7. *cap.* 25. *quæſt.* 6. *affert aliam declarationem, quæ ſic ait: Si aliquis habens beneficium, cuius titulo fuit ordinatus, iurauerit ſe illud reſignaturum, vel conſtituerit procuratorem ad reſignandum, inter poſito iuramento de eo procuratore non reuocando, reſignare non cogitur, & procuratorem reuocare poteſt, ſed facultate petita, qua à iureiurando ſoluatur.*

Nec obſtat deciſio Rotæ octaua de procurator.
233 in antiquis, quæ habet, † quod conſtituens procuratorem ad reſignandum beneficium ex cauſa permu-

tationis cum iuramento de non reuocando, non poteſt validè reuocare, & adducit Felinum in c. ex p. de cani, de reſcript. num. 12. & in d. cap. ſi diligenti. nona Fall. numer. 32. Anfrerium ad Capellam Tholoſ. deciſ. 261. *Anton. Gabr. alios referens concl. de iureiurand. num. 12. Ioanni Guttierez de iuram. confirmatorio, 1. par.*
734 *cap. 1. num. 84. Cenallos q. 168. à num. 9.* quia ita † deciſio non loquitur, nec procedit, vbi reſignatio eſt cõtra iuris diſpoſitionem vt in propoſito, & præterea
735 dicta deciſio Rotæ, & Capellę Tholoſanæ, † ibi, quã ſequitur Ioan. Nicol. Gimon. in enchiridio benefic. tit. 5. c. 5. ex nu. 3. non eſt in vſu, ſed indifferenter practicatur, quod in quibuſcunque reſignationibus, ſiue ex cauſa permutationis, ſiue alias quacumque ratione correſpectiuis, locus ſit pœnitentiæ, donec reſignatio per ſuperiorem fuerit recepta, & admiſſa; nec darentur per cancellariam literæ ad cogendum via iuris partem renitentem, vt ſeruaret contenta, vt poſt Hieronymum Paulum in pract. cancellariæ verſicul. duo tractarunt. tradit Maſſa Galleſius de obligatione in forma cameræ, 2. p. ad ſextam particulam, q. 1. num. 3. qui etiam ait, ſuo tempore in pluribus cauſis Rotam iudicaſſe, Flam. Pariſius lib. 9. quæſt. 31. *Boer. deciſ. 207. Graual. ad Veſtrium in praxi lib. 5. c. 13. nu. 15. & Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 3. q. 32. num. 6.* Et faciunt tradita per Couarruuias in cap. quamuis pactum. 2. par. §. 2. num. 5.

736 Quamuis P. de Vbaldis de † permutatione benef. nu. 40. poſt Fedr. eod. tract. quæſt. 38. teneat, ſi beneficiati tractantes de permutatione beneficiorũ promiſerunt, ad inuicem fide data, procurare permutationem fieri per illos, qui habent authoritatem, & conſentire, altero inſtante poſſe ſuperiorem compellere renitentem ad permutandum, & ſi omninò nollet, poſſet inuitum illum transferre, *Et ſequitur Suarez de religione tractatu 3. lib. 4. c. 32. num. 8.* De quo tamen dubitat Bellam. eodem tract. 2. p. quæſt. 5.

Videtur tamen neceſſaria abſolutio dicti iuramẽ-
737 ti † non vt incurratur periurium, cum iuramentum poſſit ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari, niſi iurans ſit ſacris ordinatus, maximè ad titulum illius beneficij, nec aliundè habet vnde viuere poſſit, ſicut in teſtamento iurato, vt per Couar. in rubr. de teſtam. 2. par. num. 15. *Anton. Gabr. d. concl. 1. de ireiurand. nu. 8. Ioann. Guttierez de iuramẽt. confirm. 2. p. cap. 1. num. 5. Cenallos d. q. 168. nu. 16. Molin. de inſtit. tract. 2. diſp. 151. Suar. de relig. 2. tom. tract. 5. lib. 2. c. 23. nu. 2. & in propoſito* Flam. Pariſ. ſupra num. 31.

738 Et facit reſolutio in cauſa Toletana, † & Abulen. penſionis coram D. Reomano anno 1553. vbi fuit tentum, à concordia in beneficialibus licitum eſſe recedere ante beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. Primò, quia in contractibus innominatis re integra eſt locus pœnitentiæ. l. ſi pecuniam, & ibi gloſſa de condictione ob cauſam. Secundò quia concordia in beneficialibus, non valet etiam cum iuramento. cap. conſtitutus. & cap. ſuper eo. de tranſactio. nec clauſula, ſaluo beneplacito, quicquam operatur ante confirmationem Papæ, quoad validitatem concordiæ, licèt operetur, ne partes incurrant pœnam contrahendo ſuper re ſpirituali, adeo quod ſi antequam ſuperueniat beneplacitum, pœnitentia interuenerit, irritabitur concordia. Abb. cap. ſuper eo. in fin. de conditio. appoſitis. Ita in d. Toletana, & Abulen. & dictum fuit prius eſſe tentum in Cæſarauguſtana concordiæ coram D. Rauellen. 1542. vt in deciſione Putei 353. libro 1. & in Tarraconen. concordiæ, coram Decano, vt per Verallum deciſ. 184. lib. 1. in manuſcriptis, & tradit etiam Cæſar de Graſſis deciſ. 192. num. 8. & Rota deciſ. 573. num. 2. par. 1. diuerſorum, *Quicquid aliàs dicat Genuen. in praxi, c. 106. nu. 4. & nouiſſimè in cauſa Aranienſ. Archipreſbyteratus 17. Apr. 1606. coram D. Penia fuit reſolutum, quòd facta concordia, &c. R. concluſ. & fuit confirmatum in Miranden parochialis 23. Octobris 1606. coram Domino Lancellotto.*
Et poſt hæc Gonçalez glo. 12. à num. 80. qui à nu. 83.
139 ait, quod in hoc caſu pars, quæ recedit, † & pœnitet, tenetur ſubminiſtrare alteri parti omnes expenſas iã factas ratione d. concordiæ, vel reſignationis, vt aliàs tradit Io. Guttierez can. q. 1. c. 22. nu. 19. arg. l. ſi pecuniam. ff. de condictione cauſa data, ſed id mihi non placet, nam cum recedens ſuo iure vtatur, non tenetur ad expenſas alterius partis, nec obeſt. d. l. ſi pecuniam. quia loquitur de contractu innominato, qui non interuenit in propoſito propriè. *Et ita aliàs contra Ioan. Guttierez cum Soto in 4. diſt. 29. quæſt. 2. art. 1. tenet Petr. Ledeſm. de matrim. q. 47. artic. 5. pag. 256. & Thom. Sanchez dicens probabilius de matrim. lib. 3. diſp. 5. quæſt. 5. & lib. 8. diſp. 36. num. 4. qui aliter reſpondet d. l. ſi pecuniam. Et ego in facti contingentia conſultus reſpondi, quòd ille qui reuocauit mandatum ad reſignandum in fauorem alicuius, cui fuit intimata reuocatio, antequam Romæ fieret reſignatio, ſeu conſenſus extraderetur, (quod ſufficit ad validitatem reuocationis, Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 12. à num. 16. & lib. 8 q. 7. num. 89. & q. 27.) non tenetur refitere ille expenſas pro ſua parte factas in expeditione reſignationis; factas tamen pro parte reſignantis ipſe reſignans qui reuocauit, debet ſoluere, licèt in mandato & reſignatione eſſet clauſula, quòd deberent ſolui per reſignatarium; id enim intelligitur reſignatione ſecuta & perfecta, non alias. Sed oſtenſa reuocatione Cancellaria reddet quòd fuit ſolutum pro media annata, vt Romæ intellexi ex officialibus ipſius Cancellariæ; & ſimiliter etiam dataria reddet compoſitionem ſolutam, ſi forte erat materia compoſitionis, vt coadiutoria, &c. nam cum reſignatio, ſeu coadiutoria re vera non habuerit effectum propter reuocationem in tempore factam, ratio poſtulat reddi id, quod eius cauſa ſolutum eſt, quaſi cauſa non ſecuta, ad tit. de condictio. cauſa data, ſeu de condict. ob cauſam.*

DE

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

*De Obligationibus, & oneribus, continet quatuor capita.*

## PARS TERTIA.

### *De obligatione recitandi. Cap. I.*

SVMMARIA.

*QVodlibet beneficium obligat saltem ad recitandum horas, cum detur propter officium, nu.* 1.

*Non recitantes etiam ante sex menses peccant mortaliter, & post sex menses ab obtento beneficio fructus suos non faciunt pro rata omissionis officij, & temporis n.* 2.

*Literam constitutionis Concilij Lateranen. vlt. qui referunt, n.* 3. *quam malè mutant aliqui. nu.* 4.

*Dicta constitutio innouatur, & declaratur per constitutionem Pij V.* 1;8. *quæ hic ponitur, nu.* 5.

*Istam constitutionem Pij V. qui adducunt, & explicant, n.* 6.

*Beneficiati non recitantes, non tenentur ad restitutionem fructuum ex iure naturali, & diuino, sed ex iure positiuo nu.* 7. *& ita de iure antiquo non tenebantur eos restituere, num.* 8. *contra aliquos relatos, nu.* 10.

*Verbum, statuimus, est iuris noui inductiuum. nu.* 9.

*Regula quod datum ob causam, causa non secuta repeti potest, explicatur nu.* 11. 12. *&* 13.

*Obligatio recitandi, quam habent beneficiati, sicut illa, quam habent in sacris constituti, non est iustitiæ, sed religionis ex præcepto Ecclesiæ, nu.* 14. *&* 126. *contra aliquos relatos numero* 15.

*Beneficiatus omittēs aliquod seruitium, seu munus inanimum, non tenetur ad restitutionem, sed illud supplere, si potest, nec qui non residet in benefi. residentiam requirente, n.* 16.

*Beneficiatus non recitans intra sex primos menses facit indistinctè fructus suos, quicquid aliqui dicant, n.* 17. *vsque ad* 23.

*Beneficiatus omittens officium primo semestri, non tenetur ad restitutionem, etiamsi per aliquod tempus horas persoluerit, & postea omittat. contra Summam Coron. nu. n.* 24. *&* 25.

*Beneficiatus, qui bona fide, & absque mortali omisit recitare, etiam post sex menses, non tenetur ad restitut. nu.* 26.

*Etiam pro omissione vnius, aut duorum dierum, aut vnius horæ est obligatio restituendi pro rata. nu.* 27.

*Non recitantes tenentur restituere in integrum omnes fructus, etiamsi beneficium sit curatum, vel habens alia onera contra aliquos, nu.* 28. *vsq.* 34.

*Restitutionem distributionum quotidianarum, seu grossæ Canonicatuum, quas Canonici aliàs choro interessentes amittunt, ob non recitationem horarum, acquiritur fabricæ, vel pauperibus, & non alijs Canonicis, seu mensæ capitulari licèt alias soleant alijs accrescere, n.* 35. *&* 36. *& idem in redditibus pensionis omissis, ob non recitationem officij parui, nu.* 37.

*Quodlibet beneficium, etiam tenue, obligat ad horas, contra aliquos, nu.* 38. 39. *&* 40.

*Beneficium nullos omninò habens reditus, non obligat ad horas, nu.* 41. *non solùm, quod nunquam habuit reditus, quod nemo a beneficium dici non potest, nam beneficium nō debet esse sine redditib. nu.* 42. *&* 43. *sed etiam, quod ab initio eos habuit, nu.* 44.

*Et si beneficium habeat reditus, si tamen illud habens neque per se neque per alium percepit, nec per eum stat, in posterū est percepturus, non tenetur recitare, nu.* 45.

*An qui habet solum tit. beneficij, reseruatis alteri omnib. fructib. teneatur recitare, nu.* 46. *cum seq. vsque ad* 59. *vbi ponuntur varia sententiæ. & resolutur distinguendo.*

*An noui Canonici teneantur recitare primo anno, in quo non lucrantur ex statuto, vel consuetudine Ecclesiæ, nu.* 60. *cū sequentib. vsq. ad* 77. *resolutur teneri, si saltem lucrantur horas, seu distributiones quotidianas, aut si fructus reseruantur post mortem, aut si per ipsos stat. si verò nihil lucrantur, etiam de facto non teneri,*

*An ratione beneficij teneatur quis recitare etiam ante possessionem quæsitam, nu.* 78. *ponuntur sententiæ doctorum, vsq; ad num.* 83.

*Certum est non teneri recitare, qui adhuc ius in re in beneficio non habet, licèt habeat ius ad illud. nu.* 84.

*Certum etiam est teneri recitare beneficiatum, si habet possessionem beneficij, aut per eum stat. nu.* 85. *quod videtur etiā habere locum in habente possessionem beneficij, maximè cū fructibus, licèt nō pacificam, sed cum litigio contra aliquos. nu.* 86. *cum sequen.*

*Videtur etiam id habere locum in habente possessionem beneficij sine iusto titulo, nu.* 90. *quamuis prouisus, cuius collatio non valet, non tenebitur recitare ante possessionem, etiamsi per eum steterit. nu.* 91.

*Habens collationem beneficij acceptatam tenetur recitare, licèt nondum acceperit possessionem, nec per eum steterit. nu.* 92. *quando prouisio est certa, quamuis contraria sententia non videatur improbabilis, nu.* 93. *cuius fundamento respōdetur, nu* 94. *Nec Nauarr. tenet contrarium, & Emman. Rodriq. est sibi contrarius. nu.* 95.

*Contraria opinio procederet in Canonico, qui nihil potest quærere de fructibus ante possessionem, nu.* 96.

*Nescienti recitare non est licitum accipere beneficium sibi collatum, nec illud prætendere secundum Nauarr. & alios, n.* 97. *sed hæc sententia videtur nimis rigida, nu.* 98.

*Expectantes beneficia ratione expectatiuæ, vel resignationis, quæ in eorum fauorem fit, aut præsentationis electionis, seu nominationis de eis factæ, mandatiue de prouidendo, sicut, & qui volunt sacris initiari, debent sibi parare breuiarium, discereque modum recitandi, nu.* 99.

*An etiam teneatur recitare habens prouisionem, & titulum benef. in cuius possessione est alius, contra quem litigat, aut neuter, nu.* 100. *sententia negatiua,* 101. *affir. nu.* 102. *quæ placet, quando esset certa, aut quasi certa victoria illius nu.* 103. *aliàs secus, nu.* 104.

*An qui habet beneficium in commendam teneatur recitare. n.* 105. *&* 106. *resolutur teneri, si est ad vtilitatem commenda-*

*tæ-*

*detarij, ſecùs verò ſi eſt ad vtilitatem Eccleſiæ.*

*An coadiutor propter coadiutoriam tenatur recitare, numero* 107.108.& 109. *ponuntur ſententiæ doctorum, & reſolvitur non teneri.*

*An habens plura beneficia teneatur pluries dicere officium nu.* 110. *cum ſequentibus reſoluitur negatiuè.*

*Habentes cum beneficio, ſeu ordine ſacro penſionem, non tenentur recitare officium parvum B. Mariæ, ſed ſatisfaciunt recitando officium maius, nu.*117.

*Penſionarius clericus, ſi efficiatur miles Ordinis militaris cum indulto retinendi penſionem, non tenetur ad horas B. Mariæ, ſed ſufficit, quod recitet orationes a Religione præſcriptas, num.*118.

*Penſionarius, qui non habet ſacrum ordinem, ſeu beneficium, poteſt omiſſo officio parvo recitare officium maius, nu.* 119.

*Qui habet plura beneficia iniuſtè ſine legitima diſpenſatione, non tenetur pluries recitare. num.*120.

*An habens plura beneficia omittens officium peccet tot peccata, quot habet beneficia, an verò vnum ſolum, nu.* 121. *cum ſequentibus, reſoluitur, non peccare niſi vnum ſolum, etiamſi cum beneficijs haberet ordinem ſacrum, & idem eſt in frangente ieiunium, vel non audiente miſſam, quando concurrit duplex vigilia, vel feſtum.*

*An omittens vno die omnes ſeptem horas committat vnum tantum peccatum, an tot peccata, quot ſunt horæ, nu.* 131. *cum ſequentibus reſoluitur vnum tantum peccatum committere, etiamſi pluries id propoſuerit, niſi facta ſit interruptio per pœnitentiam, ſeu actum contrarium.*

*Si quis omittit recitare officium vnius menſis, vel anni, tot ſunt peccata, quot diebus omiſit, licèt ſecus ſit in actu voluntatis, quo id propoſuit in genere, num.*139. & 140.

*Suppoſito, quod omittere vno die horas, etiam omnes, eſt vnũ tantum peccatum, an ſit in confeſſione explicandum, quot horas omiſit. num.*141. *cum ſequentibus, reſoluitur eſſe explicandum, & declaratur quando circumſtantia notabiliter aggrauantes ſint conſtenda.*

*An beneficiarius dicens officium per aliud breuiariũ a Romano, vel dicens de ſancto, cum erat de feria, ſatisfaciat ita, vt non peccet, ſaltem mortaliter, nec teneatur ad reſtitutionem. num.*145. *cum ſequentibus, reſoluitur contra aliquos, non ſolum qui crebro, ſed etiam qui vno aut altero die id faceret, non ſatisfacere, ſed peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem fructuum.*

*An poſterius peccatum, quod alias eſſet veniale, ratione præcedentium fiat mortale, & quando, & an vouens, ſeu iurans quotidie recitare, aliquid parvum, vel dare elemoſinam parvam, nunquam peccet mortaliter, etiamſi per multos dies id omittat, nu.*167. *cum ſequentibus.*

*Qui recitaret de vno ſancto, cum eſſet recitandum de alio, ſi eſt parva differentia inter vnum, & alterum officium ſufficiet repetere particularia illius officij, nu.* 175.

*Qui recitauit de ſancto, cum eſſet recitandum de feria, vel è cõtra, quia forte calendarium, quod vidit, erat erratum, aut ſequendo ſententiam peritorum, quæ poſtea apparet falſa, probabile eſt. quod ſatisfacit, nu.*176.

*An priuilegium Innocentij IIII. conceſſum, fratribus Minoribus, quod ratione itineris, ſeu alterius iuſtæ cauſæ exiſtentes extra ſuos Conuentus, poſſint recitare non iuxta ordinem Breuiarij Romani, ſit reuocatum per Bullam Breuiarij Pij V. nu.*177. *cum ſequen. reſoluitur eſſe reuocatum.*

*Priuilegium conceſſum per Martinum V. patribus S. Hieronymi, quod infirmi, & ſenes ſatisfaciant obligationi, recitando aliquos Pſalmos, & aliud Minorum, & alia ſimilia, non videntur reuocata, quia non ſunt contra dictam Bullam, num.*189.

*An beneficiatus recitans ſine debita attentione teneatur ad reſtitutionem fructuum. nu.*181. *cum ſequen. reſoluitur eum non ſatisfacere, ſed teneri ante lapſum diei repetere contra aliquos, & ſic teneri ad reſtitutionem fructuum contra illos, & alios.*

*An qui dicit officium cum debita attentione, ſine intentione tamen, & animo ſatisfaciendi, ſatisfaciat, an teneatur iterum recitare, num.*189. *cum ſequentibus, ponuntur ſententiæ Doctorum, & reſoluitur ſatisfacere, & reſpondetur rationibus aliarum ſententiarum.*

*Certum eſt, etiam in opinione aliorum, non eſſe neceſſariam actualem intentionem ſatisfaciendi, ſed ſufficere virtualem, n.* 209. *& quando illa ſit ibi, &* nn.210. & 211.

*An beneficiatus non potens recitare per ſe, qui tamen poteſt cũ ſocio, teneatur ſic recitare, nu.*212. *cum ſeq. ponuntur opiniones Doctorum, & concordantur.*

*An qui propter infirmitatem non poteſt totas horas recitare, poteſt tamen partem, teneatur illam recitare, nu.* 216. *cum ſeq. ponuntur ſententiæ Doctorum, & reſolutio.*

*Laudes, quamuis, ſint vna hora cũ matutino, tamen poſſunt ab illo diuidi, & recitari per modum horæ diſtinct. nu.* 224. *dicendo in principio, Pater noſter, & Aue Maria. nu.*225.

*Alia de materia Horarum Canonicarum, apud quos ſint videnda, num.*227.

CVm beneficium detur propter officium, vt ſupra dictum † eſt. 1. p. c. 2. nu. 59. quodlibet beneficiũ Eccleſiaſticum obligat, ſaltem ad recitandum Horas Canonicas, cap. fin. 92. diſtin. & facit text. in cap. 3. & in c. diuerſis fallacijs. de clericis coniugatis Doct. in c. 1. de celebratione Miſſar. Nauar. de oratione, ca. 7. nu. 3. Durandus de ritibus Eccleſiæ Catholicæ, lib. 3. c. 21. nu. 7. & S. Cardin. Bellarm. 3. tom. vltima controuerſia. 3. controuerſiæ, lib. 1. ca. 19. & eſt communis ſententia, vt per Valentiam, 3. to. ſup. 2. 2. diſputatione 6. q. 1. pun. 10. circa ſecundum, 2. conclu. Açor. in inſtitutionibus moralibus. l. 10. c. 3. & P. Ledeſ. in ſum. 2. par. tract. 9. c. 4. 6. concluſ. *Leo in Theſ. for. Eccleſ.* c. 35. & nn. 92. & 88. *Vgolin. de offic. Epiſcop. c.* 13. §. 1. nu. 1. *Leonard. Leſſius de inſtit. & iur. lib.* 2. c. 34. nu. 166. & c. 37. num. 48. *Suar. de relig.* 2. to. *tract.* 4. *li.* 4. c. 18. & *Fr. Raph. de la Torre eod. tract.* 1. to. *tract. de hor. canon. controu.* 6. *diſp.* 3.

1

Alioquin non recitantes, etiam ante ſex † menſes, peccant mortaliter, & poſt ſex menſes ab obtento beneficio fructus ſuos non faciunt pro rata omiſſionis officij, & temporis, ſed eos reſtituere tenentur fabricis, vel pauperibus, ex conſtitutione Concilij Lateranen. vltim. ſub Leone X. ſeſſ. 9. §. ſtatuimus, cuius literam referunt Nauar. de oratione d. cap. 7. nu. 31. & præcipue, † ca. 21. n. 61. Gigas de penſio. q. 30. Bern. Diaz de Luco, in pract. crimin. canon. 54. alias 49. Greg. Lopez, in l. 34. tit. 6. pag. 1. verb. en la Igleſia. Sandoual, in tract. de officio Eccleſiaſtico, can. 5. par. cap. 5. M. Ant. Cucchus in inſtitutionib. maioribus, l. 5. tit. 7. nu. 39. Fuſcus de viſitatione, l. 2. cap. 20. nu. 21. Durandus, d. lib. 1. cap. 25. nu. 7. Summa Corona, 1. par. cap. 1. nu. 92. Azor, d. l. 10. ca. 14. q. ſecunda, & tertia, *Alexand. Moneta de diſtrib. quot. par.* 2. *q.* 2. *num.* 2. *Quarant. in ſum. Bull. verb. hora Canonica*, *Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ, q.* 74. & *Torre d. diſp.* 3. *nn.* 1. & *controu.* 9. *nu.* 22. & alij.

2

3

Quam diuinando malè mutant Sotus de † iuſtitia & iure, l. 10. q. 5. art. 6. & Menochius de arbitrar. l. 2. caſu 429. num. 10. qui tamen in additione 6. n. 2. recipit

4

recipit iam lectionem communem.

5 Quæ conſtitutio innouatur, † & declaratur per conſtitutionem Pij V. 138. quæ ſic ait. Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, ex proximo Lateranen. Concilio,

6 Quam conſtitutionem adducit, † & explicat Nauar. d. cap. 7. a n. 31. & in Manual. confeſſ. cap. 25. n. 122. & ſequen, Fuſcus ſupra nu. 22. Azeuedo in l. 27. tit. 3. l. 1. recopil. num. 9. A. Rochus Veronen. de viſitatione. verbo diuinum officium, Durandus dict. ca. 25. n. 7. & Summa Corona, vbi ſupra, n. 93. *Quarenta ſupra, Suar. d. lib. 4. c. 29. Torre contron. nu. 39.*

7 Ex qua conſtitutione Concilij Lateranen. † ac Pij V. infertur, 1. beneficiatos non recitantes officium diuinum, non teneri ad reſtitutionem fructuum ex iure naturali, & diuino, ſed ex iure poſitiuo d. Concilij, & conſtitutionis Pij V. in pœnam peccati impediente acquiſitionem illorum, quicquid dicat Gabriel. Vazquez, tit. 2. tom. 2. diſputat. 168. à n. 33. cõtra expreſſa verba d. conſtitutionum. *ex iis aliquantulum ſanet Lorca 1. 2. diſp. 24. de legib. membr. 1. verſ. in iure autem Canonico.* Si enim ex iure naturali ad id tenerentur, etiam primis ſex menſibus omittentes officium tenerentur illos reſtituere.

8 Et ita de iure antiquo, † ante dic. conſtitutionem Concilij Lateranen. verior erat ſententia, beneficiatos non recitantes, non teneri reſtituere fructus interim perceptos, quam tenet Innocen. Ioan. And. Butrius. Cardin. & Panorm. n. 8. in cap. 1. de celebratione Miſſar. & ſequuntur Fel. in cap. poſtulaſti, n. 7. de reſcrip. Iaſ. in leg. ſcriniarios, n. 6. Co. de teſtam. militis, Coſmas Guinier. in prag. ſanctione, tit. qualiter horæ canon. ſunt dicendæ, verb. teneãtur. ſumma Roſella, verb. clericus, 4. num. 23. Silueſt. eodem verb. clericus, 4. num. 16. quæſt. 23. qui alios citat, & dicit, ita tenere pene omnes. Armilla verb. beneficium, num. 68. & verb. clericus, nu. 27. Nauarr. dicẽs communem de oratio d. ca. 7. n. 31. & ca. 10. n. 56. & cap. 21. nu. 58. & 90. Didacus Perez ad Villad. de irregular. cap. nu. 12. Cucchus d. tit. 7. num. 39. P. Gregor. de benef. c. 22. 6. num. 12. & Azor d. l. 10. cap. 14. quæſt. 1. quam etiam dicit communem Couarr. le. 3. variar. c. 13. nu. 10. *Et receptiſſimam de iure communi dicit Cenallos, q. 643. num. 7. citans pro ea Menchaca de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. nu 56. Et eam tenet, & latè probat Leſſ. d. lib. 2. c. 34. ex nu. 178. & Lorça d. 1. 2. diſp. 16. de legib. membr. 2. ad 5. dicens falſum eſſe, de iure diuino teneri ad reſtitutionem fructuum beneficij eum, qui horas Canonicas, aut omnino omittit, aut ſine attentione recitat: quia ante decretum Conc. Lateran. nullus hanc obligationem agnouit, nec docuit nec aliquo iure conſtat, recitationem diuini officij eſſe titulum neceſſarium, vt poſſit acquiri dominium fructuum, quo deficiente inualida ſit fructuum in totum aut ex parte perceptio: ſeclusa ergo Eccleſiæ ordinatione licet peccaret qui horas canonicas non diceret, ad nullam reſtitutionem teneretur; ſicut nec modo tenetur parochus, qui aliquando omittit ſacramenta miniſtrare, &c. Hæc Lorça. Et nouiſſimè Salas de legib. diſput. 9. ſect. 1. n. 21. & 24. & diſp. 15 ſect. 2. num. 27.*

9 Pro qua etiam facit, † quod verbum, ſtatuimus, de quo in d. conſtitutio. eſt iuris noui inductiuum, gl. in cap. vt litigantium, de officio ordin. in ſexto, & in Clementina fin. de reſcrip. verb. ſtatuimus, Fel. in cap. 2. de iudic. num. 10. & Nauar. de ſpolijs §. 8. numer. 3. *Et in propoſito d. c. 21. nu. 58. & Ioan. Quint. in repet. c. de multa. de Præb. ſub nu. 69.*

Quamuis cõtrariam ſententiam tenuerit Calder. 10 in d. c. 1. quam ſequuntur Domi. in d. cap. fin. de reſcript. in ſexto, & in cap. ſi Canonici. §. ſciturí. per tex. ibi. qui tamen parum facit, vt per Felin. ſup. de offic. ordi. in ſexto. Decius in cap. cum omnes de conſtit. 2. lectura, nu. 16. dicens, veriorem videri in puncto iuris, ſaltem in foro conſcientiæ. Ripa in l. fi. C. de reuo can. donat. q. 66. Angelus in ſum. ver. horæ can. §. 11. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, 1. par. nu. 46. Gamb. de officio legati. l. 6. nu. 328. Simanca de Catholicis inſtitutionib. c. 9. n. 208. Baeza de decima tutori præſt. cap. 11. nu. 6. A. Rochus ſupra. Durandus, d. c. 25. nu. 7. & 8. & P. Ledeſ. d. tract. 5, c. 4. circa 21. concluſionẽ, pag. 1088. in parte reſpondente recitationi horarũ. Sotus d. l 10 q. 5. ar. 6. Valentia d. diſp. 6. q. 2. pun. 10. circa 8. ver. reſpon. per diſtin. & Gabr. Vazquez, d. to. diſput. 160. nu. 32. & ſeq. & diſput. 168. num. 34. *& Suar. d. lib. 4. c. 29. à num. 7. ſubdens hanc reſtitutionem ex natura rei poſſe fieri non ſolum in bonis, ſeu fructibus temporalibus beneficij, ſed etiam in bonis ſpiritualibus, quæ fuerũt omiſſa. vel æquiualentibus, &c. & Torre d. contron. 9. à nu. 19.* & in beneficijs ſine cura. P. Nau. de reſtitutio. l. 2. c. 2. num. 216. & Aragon. 2. 2. q. 83. art. 13. & videtur tenere Ludou. Carbo. de reſtitutione, quæſt. 61. 11, & 14. dicto,

11 Quorum præcipua ratio eſt, † quæ ſumitur ex c. fi. de reſcrip. in 6. quod beneficium datur propter officium, vbicunque autem aliquid datur ob cauſam, cauſa non ſecuta repeti poteſt, vt in titulo de condi-
12 ctione ob cauſam. Cui tamen reſpon. quod licet † beneficium detur propter officium, non tamen datur ſub conditione officij, ſed ſub modo, & onere, vn-
de modo, & onere non ſeruato, adhuc fructus erunt beneficiati, ratione tituli, quem habet in beneficio, vt inquit Silueſter, ſupra, & illa regula, quod datum
13 ob cauſam, † cauſa non ſecuta repeti poteſt, non videtur procedere in eo, quod datur ob cauſam perpetuam, & ſucceſſiuam, id eſt cum onere perpetuo, & ſucceſſiuo, vt in propoſito, *& Leſſius d. c. 34. nu. 180. ait fructus beneficiorum non dari immediatè pro officio quotidiano ſicut mercenarijs, & famulis, quia officium diuinum non eſt precio eſtimabile, nec temporalem vtilitatem habẽs, ſicut obſequium mercenarij, & famuli, ſed dari immediatè, & abſolutè in ſuſtentationem miniſtri Eccleſiæ cum onere, & obligatione recitandi; & ſic ſi omiſerit, non teneri iure naturæ fructus reſtituere, & eo modo compenſare, &c.* maxime, quod obligatio recitandi, quam habent beneficiati, ſicut illa, quam habent in ſacris conſtituti, nõ eſt iuſtitiæ, ſed religionis, ex præcepto, & inſtituto Ec-
14 cleſiæ, vt † videtur tenere Nau. d. cap. 2, num. 205. & Arragon, d. art. 13. verſ. alterum. Et Enriquez, & Açor. infra citandi, nu. 125. vbi etiam dicemus, & idẽ Açor. d. lib. 10. cap. 1. & 4. vltima quæſt. & cap. 13. q. 9. & d. cap. 14. quæſt. 1. quamuis eſſe iuſtitiæ male teneant Io. de Lignano, de horis can. in rep. Clemen-
15 dignum, † de celebra. Miſſarum, q. 3. Alb. de Ferra. eod. tract. nu. 8. Coſ. ſupra. Silueſt. verb. hora, num. 3. Nauarr. d. c. 7. de oratione nu. 3. Sotus d. art. 6. & Durandus d. c. 22. num. 8. in fin. & c. 23, nu. 3. *Et Leſſius d. nu. 180. Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. c. 26. nu. 17. in fine, & tract. 4. lib. 4. c. 10. nu. 17. & c. 18. nu. 5. & c. 27. nu. 7. & 10. & Torre d. contron. 6. diſput. 6. in fin. & contron. 9. à nu. 19. cum alijs.*

16 Et facit, nam beneficiatus, ſeu capellanus, † qui

omittit

omittit aliquod ſeruitium, ſeù munus iniunctum, vt Miſſam, vel cantare Euangelium, ſeù Epiſtolam, non tenetur ad aliquam reſtitutionem, ſed illud ſupplere, ſi poteſt, quidquid dicat Ludo. Carbo. d.q.61.14. quamuis iſta videatur obligatio iuſtitiæ, & officij. *Leſſius d.nu.180. & ſequent. & accedit Lorça ſupra relatus, nu.8. in fine.* Item non reſidens in ſuo beneficio reſidentiam requirente, non tenetur ad reſtitutionem fructuum, niſi aliàs priuetur. Abb. in d.c.1.n.8. & Felin. in c.d.4. de præſcrip. nu.33, verſ.6. *& Açor 2. p.li. 7.c.6.q.6.*

37 Vnde ſub infertur beneficiatum † non recitantem intra ſex primos menſes facere fructus ſuos etiam ſi ſciat recitare, & non velit, ſed ſolùm peccare mortaliter. Nauar. ſupra, & conſi. 19. de celebratio. Miſſar. Graſſijs in deciſ. aureis caſuum conſcientiæ, l.2. cap. 50. num.13. & cap.51. nu.3. *& de caſib. refer. lib.2.ca. 28.nu.38.* Acor. d.c.14. quæſt.2.3. & 4. & Cardin. Toletus in ſumm. l.2. cap.12. verſ. primum ſit. *Leſſius d. c.34.nu.176. & 180. Carrillo in itinerario ordinandorum ſectione 6. numero 34, & Vgolin. de offic. Epiſcop. ca.13. §.1.nu.3. & 4.*

38 Quamuis Durandus d.c.25.nu.7. † cum Nauarr. contra Sotum ſentiens in d. Concilio Lateranen. retinendam vocem, poſt ſex menſes, quæ etiam legitur in d.conſtitutione Pij V. in qua Concilij verba fideliter ſcribuntur, a Nauar. tamen diſſentiat, dum exiſtimat beneficiarium, qui non recitat horas intra ſex menſes, non teneri ad reſtitutionem; nam argumentum, inquit Durandus, à contrario ſenſu, poſt ſex menſes tenetur, ergo ante ſex menſes non tenetur argu. l. cum prætor, ff. de iudic. c. cum Apoſtolica. de his quæ fiùt a Præl. cum vulgatis non ſemper efficax eſt, vbi præſertim ſequeretur abſonus, & abſurdus intellectus; à quo etiam Nauarr. diſſentit, Menoch. d. additione, caſus 429. n. 3. *Quem videtur ſequi additio ſum. Bull d.verb. hora Canonica, diſſentit etiam Suar. d.c. 29. d nu.5. dicens, legem illam non obligare ad reſtitutionem pro illis ſex menſibus, poſt autem non excuſare, ſed relinquere illud tempus in eo ſtatu, in quo antea erat.* Sed certè, quic-

39 quid ipſi Durandus, & Menoch. & Suarez dicant, negari non † poteſt Concilium Lateranen. & Pium V. in d.conſtitutione clarè, & euidenter ſentire, quod beneficiarius intra ſex menſes officium non dicens, non tenetur ad reſtitutionem fructuum, ſolùm. n. obligant beneficiarium non recitantem ad reſtitutionē, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio officium non dixerit, & ſic conditionaliter, ſub iſta conditione, non aliàs. Et Pius V. in ſua conſtitutione, † id euiden-

40 tius oſtendit in verſi. item ille, vbi ait, quod qui primis ſex menſib. officium non dixerit, graue peccatum intelligat ſe admiſiſſe, & non dicit quod fructus ſuos non faciat, ſeù quod illos debeat reſtituere, ſicut de non dicente officium, poſt ſex menſes dictum erat.

Vnde etiam conuincitur ſententia Zerolæ in pra-

41 xi Epiſcopali, 1.p. verb. beneficium. † §.4. dub.1. tenentis, quod ſi infra ſex menſes neſcit recitare officium, excuſatur, & facit fructus ſuos, ex indulgentia Concilij Lateranen. & conſtitutionis Pij V. ſi verò ſcit, & nolit recitare, peccat mortaliter, & non facit fructus ſuos, quia illius temporis ſpatium fuit inductum, vt poſſit edoceri; quem ſequitur Lælius Zec-

42 chus, † de repub. Eccleſiaſtica, tract. de beneficiatis, n.7. verſ. tenetur demum beneficiatus, dicens, tutiorem eſſe iſtam opinionem, licèt & contrarium, quoad fructus, in hoc 2. caſu ſuſtineri poſſet, cùm ius id tempus indulgeat; conuincitur inquam illa ſententia ze-

23 rolæ ex dictis, maximè ex † d. verſ. item ille, nec hic agitur de indulgentia, ſed Concilium Lateranen. & Pius V. ſolùm voluerunt obligare ad reſtitutionem beneficiarium, qui poſt ſex menſes officium non dixerit. *Et ſic etiam conuincitur ſententia Fr. Raph. de la Torre d.contro. 9. de hor. canon. à num.31. tenentis, ex remiſſione & condonatione d. Conc. non teneri ad reſtitutionem fructuum omittentes officium intra primos ſex menſes, licèt contrarium dicat probabile. Et cum dicti ſex menſes computentur ab obtento beneficio in d. conſtit. Conc. Later. & Pij V. currunt a die habitæ poſſeſſionis, vel collationis acceptatæ, & non a die habitæ poſſeſſionis pacificæ, vt malè inquit Sandoual. de offic. Eccleſ. 6.p.ca.14. non enim id eſt neceſſarium. ſed ſufficit poſſeſſio, aut ius in re, vt quis dicatur obtinere, & habere beneficium, vt infra a num.85. & 92. & 11.p.c.3.a nu.53.*

24 Subinfertur etiam beneficiatum † omittentem officium primo ſemeſtri non teneri ad reſtitutionē fructuum, ſed illos ſuos facere, non ſolum ſi ſtatim poſt collationem beneficij incipiat officium dimittere, ſed etiam, ſi per aliquod tempus poſt ſuſceptum beneficium horas perſoluerit, & poſtea incipiat illas omit-

25 tere, quamuis in † hoc ſecundo caſu contrarium teneat Summa Corona, d.1.p.p.c.1.nu.92. verſ.3. nota dicens, tunc non ſuffragari ei hoc tempus ſex menſium, ſed pro qualibet die, qua officium dimiſerit ratam beneficij amittere. quæ ſane ſententia videtur cõtra d. conſtitutionem, & ſine fundamento, & ſecundum eam eſſet melioris conditionis plus delinquens quam minus delinquens, quod eſt abſurdum. *Illudq; ſemeſtre intelligitur de primis ſex menſibus ab obtento beneficio, non habita ratione ad initium tranſgreſſionis, in quibus non recitans non tenetur reſtituere, etiamſi peccatum vltra differatur, vt ex d. conſtit. conſtat, Suar. d.cap.29.nu. 13. & 14. & in omnibus & ſingulis beneficijs, quæ quis habuerit, excipiuntur illi ſex primi menſes reſpectiuè. Suarez d.lib.4.cap.30.num.8.*

26 Subinfertur etiam beneficiatum, † qui bona fide, & abſque mortali peccato omiſit recitare, etiam poſt ſex menſes, nõ teneri fructus reſtituere, vt per Açor. d.cap.14. quæſt.7. *Leſſium d.c.34.nu.181. verſ.5. & nu. 183. verſ.2. & Suar. d.lib.4.c.30.nu.17.*

Secundò principaliter infertur contra Sotum, d.ar-

27 6. Menoc. d. caſu 429. Bar. Medi. † in ſum. l.1. cap.14. §.11. Ludo. Lopez inſtruct. conſcien. 1. tom. ca. 245. & 2. tom. cap. 105. & Vegam in ſum. 1.p. cap. 36. caſu 1. & 2. & ca. 128. caſu 18. etiam pro omiſſione vnius, aut duorum dierum, aut vnius horæ eſſe obligationē reſtituendi pro rata, vt clarè dicitur in d. conſtitutionibus, & rectè aduertunt Nauarr. de oratione, ca.21. n.60. & 62. Angles in floribus Theolog. quæſt. de reſtitutione. q. de reſtit. facienda, propter negligentiã Eccleſ. art.1. Nauarr. nu.207. & Arrag. ſup. Emman. Rodrig. in explicatione Bullæ compoſitionis caſu 1. dub.1. & in ſumm. 1. to. cap. 145. nu. 1. Graſſijs d.l.2. cap.51. nu.9. Summa Corona d.cap.1. nu.93. not.2. Viuald. in append. Candelabri aurei, cap.1. num. 32. Azor. d.c.14. q.7. & P. Ledeſ. ſupra. *Leſſius d.c. 34. nu. 176. & Suar. d.lib.4.c. 30. a num.9. addens, pro minore amiſſione, quàm ſit vnius horæ integræ oriri obligationem reſtituendi partem fructuum illi amiſſioni correſpondentem, quando omiſſio eſt mortaliter peccaminoſa, niſi illa pars tã parua ſit, vt reſpectu furti verbi gratia non ſufficiat ad pec-*

catum

*catum mortale; nam tunc excusaretur a restitutione ex leui-tate materiæ, &c. Ego vero censeo, pro tali omissione de-bere fieri restitutionem, perinde ac pro omissione horæ inte-gra, quia non censetur dicere horam, qui eam non dicit inte-gram, sed omittit partem notabilem sufficientem ad pecca-tum mortale, sicut non dicitur audire missam, qui eam non audit integram: quamuis in omittente solas laudes verum videatur quod dicit Suar. ibi, vt non teneatur magis quàm pro Prima, vel Vesperis, sunt enim quasi hora distincta, etsi fuit pars Matutini, vt infra, nu. 224.*

28 Tertiò infertur, †non recitantes teneri restituere in integrum omnes fructus interim perceptos, etiam si beneficium sit curatum, vel habeus alia onera, vt Missar. &c. Quamuis contra teneant Sotus Bar. Med. & Arragon. sup. Ludou. Lopez, d. cap. 245. & 105.

29 Emman. Rodrig. d. cap. 145. nu. 4. Enriquez † in sum. l. 13. c. 13. §. 2. Vega d. casu 1. & 2. Tolet. d. l. 2. ca. 12. secundo dicto. Zecchus de benefic. & pensione ca. 3. circa finem & P. Ledesm. sup. d. pag. 1088. & seq. *ibi, & seq. Lessius supra nu. 177. & Torre contron. 9. nu. 40.* in-clinant Io. Bapt. Corradus, in respons. casum con-scientiæ. q. 240. in additione, & Ludou. Carbo. d. q. 91. 13. dict. dicentes, non teneri restituere, nisi partẽ correspondentem obligationi recitandi horas. Quo-

30 rum sententia, quam alij moderni Theologi † Hispa-ni sequuntur, nunquam mihi placuit, nam est clarè contra d. constitutionem Concilij Lateranen. quæ loquitur etiam de beneficio cum cura, & clarius con-tra d. constitutionem Pij V. qui innouando, & de-clarando d. Constitutionem Concilij statuit, vt qui horas omnes Canonicas, vno, vel pluribus diebus in-termiserit, amittat omnes beneficij fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quot die diuiderentur, qui verò matutinum, tantum dimidiam, qui cæ-teras omnes horas, aliam dimidiam, qui horarum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei a-mittat.

31 Vnde cessant, explicationes † seu euasiones Bar. Medinæ, Arrag. Ludou. Lopez, & Emman. Rodri-guez, sup. dicentium, quod d. constitutio Pij V. lo-quitur de beneficijs non habentibus aliam obligatio nem quam recitandi, vel quod est intelligenda de ista parte fructuum, quæ in beneficio correspondet obligationi recitandi; Prima enim explicatio conuin citur ex verbis expressis d. constitutionum, quæ lo-quuntur etiam de beneficio cum cura. Secũda etiam conuincitur ex verbis expressis earundem constitu-tionum, maximè Pij V. quæ agit de restitutione om-nium fructuum beneficij.

32 Nec etiam quicquam valet alia responsio † Medi-næ sup. & Ludo. Lopez d. ca. 245. quam ponit etiam Corradus sup. quod d. constitutio Pij V. in ea parte est pœnalis obligans, quando iudex id mandauerit, nam, quamuis sit pœnalis, *contra Lessium supra. n. 192.* tamen cum impediat acquisitionem fructuũ: ex quo dicit illos non facere suos, obligat ante iudicis sen-tentiam, de qua infra 11. p. cap. vlt. nu. 9. & aduertũt in proposito. Nauarr. sup. n. 207. & Summa Corona d. nu. 93. not. *& tenet Suar. d. lib. 4. c. 30. nu. 2. 3. 6. 7. 8. & 10. & de legib. lib. 5. c. 7. a nu. 9. & Vgolin. d. cap. 13. §. 1. sub num. 4.* & etiamsi non impediret acquisitionem fructuum, obligaret in conscientia ad eorum restitu-tionem, secundum Gabr. Vazquez d. disputat. 168. numero 30.

33 Et hanc nostram † sententiam tenet Nauar. supra nu. 217. qui ait, quod suppositis d. constitutionibus vix tandem audet admittere d. sententiam Bar. Medinæ, cum apertissimè decernant, & statuant, & in cu ratis beneficijs ob horarum dimissionem fructuum perceptorum restitutionem faciendam, eosque suos non facere, sed iniustè possidere, quod, etsi rigidum in curatis saltem videatur, attamen salutare, & iu-stum videtur. Tenent etiam Valentia, vbi proximè,

34 †dum ait in pœnam esse statutum iure canon. ex d. constitutionibus, quod restituantur pro rata tempo-ris, & omissi officij omnes fructus, post illud semestre, & optime Açor. d. l. 10. c. 13. q. 5. & Gabr. Vazquez, d. disput. 160. num. 33. & 34. vbi ait: Ecclesiam decre nisse restitui omnes fructus, etiamsi debeantur ob alia ministeria, quando prætermissa fuit horarum re-citatio, & debere restituere omnes fructus beneficia-rium, qui verè omisit officium & melius d. disp. 168. n. 34. & 35. vbi inquit: quod id, quod ait Sotus legẽ illam Concilij Lateranen. non priuare omnib. fru-ctibus, seù ratione aliorum ministeriorum spiritua-lium, aliquam partem retineri posse, sine fundamen-to est, cùm planè lex illa omnib. fructib. simp. priuet, & in hunc sensum eam planè explicarit Pius V. *Tenet etiam Suarez d. c. 30. a num. 4. Lorca 1. 2. disp. 24. de leg. memb. 1. vers. in iure autem Canonico, & Salas de legib. di-sp. 15. sect. 2. nu. 27. qui tamen malè ait contra Vazqu. se credere, si contingat Canonicatus grossam prius verè & ab-solutè lucrari, quàm officium omittat, nihil eius debere re-stituere, quia pœna non est, vt fructus iam suos restituat, sed vt non faciat fructus suos. Idem conuincitur ex dicta cõ-stitut. Pij V. vbi statuitur, vt qui horas omnes vno vel plu ribus diebus intermiserit, amittat omnes beneficij fructus, qui vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur; quamuis præsentia chori iuxta Ecclesiæ statuta, consuetu-dinem, fundationem, vel alias, eos lucrifecisse prætendat: vnde non potuit eos absolutè & irrenocabiliter lucrari, sed reuocabiliter, & cum de pendentia, modò, seu conditione officij recitandi, vt nouissimè rectè docet Suarez de legib. li. 5. cap. 7. num. 10.*

35 Quartò infertur contra Nauar. de oratione. †ca. 7. n. 34. & 35. & in man. c. 25. nu. 123. & consil. 20. n. 2. & 3. de celebratio. Missar. & Nau. d. l. 2. c. 2. n. 222. Arrag. d. q. 83. art. 13. versic. solet a quibusdã, Cosmã Philiarchũ, de offic. sacerdot. 1. p. ibi. c. 12. L. Lopez. d. c. 245. & 105. Graffijs d. l. 2. c. 51. n. 12. Emmanuel Rodrig. d. c. 145. nu. 3. Vegam, d. 1. p. c. 128. casu 18. Lud. Carbo. d. q. 61, 12. dict. Card. Toletũ, d. l. 2. c. 12. tert. dict. & Açor d. c. 14. q. 11. *Villar del patronado de Calatayud. 4. p §. 3 nu. 24. Lessium d. c. 34. nn. 177. Cartil-lo in itinerario ordinandorum. sect. 6. nu. 36. Acosta in de Andrada ad Bull. Cruc. q 76. Suarez d. c. 30. num. 18. & Vgol. d. c. 13. de offic. Episc. §. 1. nu. 4. circa fin.* restitutio-nem distributionum quotidianarum, seu grossæ Ca-nonicatuum, quas Canonici, alias choro intereſſen-tes amittunt ob non recitationem horarum, iuxta d. constitutiones fieri oportere fabricę, vel pauperibus, & non alijs Canonicis, seù mensæ capitulari: nam

36 †quamuis distributiones, seù grossa amissa per ali-quem Canonicum solcant alijs accrescere, vel rema-nere in mensa, vt dicetur infra c. seq. 24. dubio, a nu. 443. secus tamen in amissis, ob non recitationem ho-rarum ab illis, qui aliàs lucrifacerent ob præsentiam in choro, in quo interfuerunt iuxta ea, quæ dicemus d. c. seq. 17. dubio, a num. 514. cum enim amittantur ex d. constitutionibus statuentibus restitutionem

facien-

faciendam eſſe fabricæ vel pauperibus, illis erunt reſtituendæ, *ibi reſtituenda, & ita videtur tenere Torre de relig. d. tract. de hor. canon. controuer. 10. diſputat. 6. circa finem.* & conſequenter in eis habebit locum Bulla compoſitionis, *contra Acoſtam, & alios ſupra.* quamuis non habeat locum in diſtributionibus aliàs male perceptis, quæ debentur, & accreſcunt alijs clericis intereſſentibus horis, ſeu menſæ capitulari, vt per Emmanuel Rodriq. in explicatione Bullæ compoſitionis, caſu 1. dub. 2. nu. 16. Lud. Lopez inſtruct. conſc. 2. tom. 2. par. cap. 10. & Vegam in ſum. 1. par. c. 43. caſu 14. & Enriquez in ſum. l. 7. c. 36. §. 3. *& Acoſta* q. 98. & ſimiliter redditus penſionis amiſſi, ob non reci-
37 tationem officij parui† B. Mariæ, ſunt reſtituendi fabricæ, vel pauperibus, & non beneficiario, & in eis habebit locum compoſitio, *Suar. d. c. 30. nu. 22. qui non loquitur conſequenter ad id quod dicit d. nu. 18.* quamuis alias amiſſi ſint reſtituendi beneficiario, ſeu titulari, vt dictum eſt ſup. 1. par. cap. 5. nu. 133. *& de explicatione illorum verborum, in fabricas ipſorum beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas, videndus eſt Suarez d. c. 30. ex nu. 18. ad 21. qui rectè eam interpretatur.*

38 His ſic conſtitutis,† & præmiſſis oportet aliqua dubia difficilia in hac materia examinare, & primo dubitatur, an quodlibet beneficium, etiam per exiguum, & tenue obliget ad horas Canonicas; in quo Sotus d. lib. 10. q. 5. art. 3. tenet non obligare ad horas beneficium valde tenue, quod ſaltem non adiuuat bonæ parti ſuſtentationis clerici, ſeu non præbet mediocrem ſuſtentationis partem, quia iſtud pro nihilo reputatur, ſequitur Arragon. d. q. 83. art. 12. dicens, quod Sotum communiter ſequuntur recentiores Theologi. Emman. Rodrig. d. 1. tom. ſum. c. 140. n. 3. Vega. 1. par. c. 128. caſu 13. P. Ledeſ. d. 2. par. tract. 9. c. 46. concluſ. 4. difficul. Soti opinionem non videri extra rationem inquit Sandoual. de officio Eccleſiaſtico. 5. par. cap. 5. & nouiſſime ſequitur Leſſius de iuſt. & iure, lib. 2. c. 54. dub. 31. *num. 169. & Torre controu. 6. diſput. 5. a nu. 5. & contr. 7. nu. 16.*

39 In contrarium tamen eſt vetus & † communis, & vera ſententia, nempe beneficium quantumuis tenue obligare ad horas Canonicas. tenet glo. in c. clericus vict. 91. diſt. quam ibi ſequuntur Doct. & in cap. 1. de celebrat. Miſſar. Cardin. in Clement. 1. eod. tit. nu. 6. Io. de Lignano, q. 3. & Abb. de Fer. num. 10. de horis Canonicis, D. Anton. in ſum. 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 1. Roſella, verb. horæ Canonicæ, nu. 1. Tabiena verb. hora §. 2. Silueſt. eodem verb. nu. tertio. Armilla verb. horæ Canonicæ, num. 1. Coſmas in pragmatica dicto tit. qualiter horæ Canonicæ ſunt dicendæ. verbo teneantur, Nauar. dicens communem, & recte probans de oratione, cap. 7. nu. 27. & cap. 21. nu. 11. & in man. c. 25. nu. 102. & conſ. 3. nu. 1. ne clerici, vel monachi. Mart. Ledeſ. dicens, eſſe ſententiam communem, 24. q. 15. art. 4. dub. 5. Sandoual d. c. 5. Couar. d. l. 3. variarum, c. 13. nu. 8. verſ. 12. Io. Medina. de oratione, q. 7. Cucchus d. l. 5. tit. 7. nu. 9. Durandus d. l. 3. c. 22. n. 10. Coſmas Philiar. d. 1. p. 1. l. c. 4. & 9. dicens, etiam communem, & recte probantem. Graffijs d. li. 2. c. 50. n. 18. *& de caſib. reſeru. lib. 2. n. 34.* Fr. Lud. Beia in reſponſio. caſuum conſcientiæ, caſu 54. Summa Corona d. 1. p. c. 1. n. 92. Io. Baptiſta Corradus in reſponſis caſuum d. q. 240. dicens communem, & vniuerſalem opinionem. Valentia. d. 3. tom. diſp. 6. q. 2. pun. 10. circa ſeptimum. Zerola in dict. praxi Epiſcopali, 1. p. verb. beneficium, §. 4. & verb. horæ Canonicæ, §. 2. Toletus d. l. 2. c. 14. 5. cauſa, & Victorellus in annotationibus ad eum d. l. 2. c. 12. dicens etiam communem, & Açor. dicens etiam communem, d. l. 10. c. 3. q. 3. cui magis accedit Lud. Lopez. 1. tom. inſtruc. conſcientiæ, c. 244. & 2. tom. c. 105. *Cenallos q. 643. nu. 1. & 2. Villar d. 4. p. §. 3. nu. 24. Vgol. d. c. 13. §. 1. nu. 2. & Suar. de relig. 2. tom. tract. 4. lib. 4. cap. 21. dicens communem, & in praxi regulariter ſeruandam, indubitatumque eſſe in omni ſentẽtia, quòd habens plura beneficia tenuia, quæ ſimul reddunt competentes fructus, obligatur ad recitandum.*

40 Quæ ſententia probatur ex eo,† nam ob quodlibet beneficium, quantumuis ſimplex, & exiguum, deputatur quis ad laudandum & rogandum Deum, eique inſeruiendum pro populo, ſeu Eccleſia, ab ea recipiens aliquem prouentum, licet ſibi ſuſtentando imparem: & ſibi imputet, qui tale beneficium acceptauit, & nullus canon eum excuſat, & facit d. conſtitutio Pij V. verſ. declarantes, ibi, & qualiacumque alia beneficia. *Et latè fundatur per Suarez d. c. 21. nu. 4. 5. & 6. & conducunt tradita per Perez de Lara de anniuerſ. & cappell. lib. 2. c. 8. ex nu. 2.*

Si tamen beneficium nullos omnino redditus habe-
41 ret, non obligaret ad horas, † quia ceſſat tunc ratio obligationis, cum nullum ſtipendium ab Eccleſia recipiat, & ita ſentit Nauar. ſup. & alij, licet contra teneat Zerol. d. §. 4. d. 6. quem ſequitur Zecch. de repub. Eccleſ. d. tra. de beneficiatis. nu. 7. verſ. tenetur demũ benefic. *Et nouiſſimè Torre d. controu. 6. diſp. 5. nu. 1.*

42 Quod non ſolum procedit in beneficio, † quod nunquam habuit redditus, quod reuera beneficium dici non poteſt, ſed eſt beneficium fictum, & de vento, & ſic non poteſt permutari, ſeu reſignari. Sarnen. in reg. de annali, quæſt. 47. Nauar. conſ. 8. num. 14. & 18. de iure patron.

Nam beneficium non debet eſſe ſine redditibus
43 Ferrettus† conſ. 312. nu. 1. cum ſit ius percipiẽdi fructus, vt in diffinitione beneficij, de qua ſup. 1. par. c. 2.

44 Sed etiam in beneficio,† quod in initio. & tempore fundationis habuit redditus, ſed temporum calamitate perierunt; nam quamuis iſtud ſit beneficium in potentia, & habitu, & ſic poſſit permutari, & reſignari, vbi ſup. & Flam. Pariſ. ſic intelligendus, de reſign. benefi. l. 2. q. 8. tamen non eſt beneficium actu, vt per Valentiam. d. 3. tom. diſput. 6. q. 16. pun. 3. verſ. poſtremo circa eund. qui ait, quod qui habet beneficium ſine fructibus non cenſetur abſolute, & proprie habere beneficium, ſaltem actu, & militat ratio dicta, & conducunt tradita per Gonçal. gl. 55. à nu. 26.

45 Immo & ſi beneficium habeat redditus,† & ſi tamen illud habens, neque per ſe, neque per alium percipit vllos fructus, ſaltem diſtributiones, nec per eum ſtat, quominus illos percipiat, nec in poſterum percepturus eſt, ſeu ſperat percipere pro eo tempore, ratione forte belli, vel alia cauſa non tenetur ratione illius beneficij recitare, ceſſat namque in eo ratio obligationis, tenetur enim beneficiatus ad officium diuinum, quia ſtipendium habet Eccleſiaſticum. ita Caiet. in ſum. verb. hora Canonicæ, §. 1. Armilla eodem num. 1. Nauar. d. cap. 7. num. 28. & d. cap. 25. num. 103. Angles ſupra. Philiar. d. libr. 1. cap. 3. in princ. Fr. Ludou. Lopez. d. cap. 24. & 105. Graffijs, d. capit. 50. num. 16. *& de caſib. reſeru. lib. 2. cap. 28. nu. 32.* Durandus d. cap. 22. num. 10. ad fin. Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 9. num. 3. Fr. Emmanuel Rodrig.

d. cap.

d.cap.140.nu.4.& 144. in fine. Vega d.cap.128.casu 12.& 13.Valen.d.pun.10. circa septimum. Toletus d. cap.14.sexta causa, Açor.lib. 10.c.4.6.q. Emmanuel Sà verb.horæ Canonicæ,num.1. & P. Ledesma dict. tract.9.cap.4. 11.concluſ. *Villar supra d.4.p.§.3.num. 24. & 8.p.costumbre 9.nu.5. Lessius d.c.34.nu.168. Torre d.contron. 6.disp.5.nu.1.& 4.& contron. 7.nu.16. & fatetur esse communem sententiam Suar. de relig. tract.4. lib.4.c.20.anum.14. quamuis ei videtur probabile, quod si ablatio fructuum non est perpetua, sed pro aliquo tempore, etiamsi sit violenta, & iniusta, & sine spe recuperationis, non sufficiet ad excusationem recitandi, &c.*

46 Vnde secundò dubitatur, † an qui habet solùm tit.beneficij, reseruatis alteri omnibus fructibus loco pensionis, teneatur horas recitare? in quo sunt variæ sententiæ.

47 Prima sententia est Io.Medinæ, † de oratione, q.7. dicentis teneri, ex quo habet titulum, & beneficium cum illo onere acceptauit, & consensit tali fructuum reseruationi, alias neuter eorum teneretur ad horas, nam pensionarius ad eas non teneretur sequitur. Nauar.de oratione, cap.7.num.30.& cap.10.nu.15.vbi Nauarr. id dicit procedere non solùm in eo, qui potest aliquos fructus percipere seruiendo per se beneficio, sed etiam in eo qui recepit beneficium consentiendo, vt Papa reseruet non tantùm fructus, sed etiã seruitium, omnemque administrationem, ex d.ratione Medinæ, quæ videtur, inquit, generalior, & firmior. sequitur etiam Graſſi.d. c.50.nu. 17. & Zerola verb.beneficium,§.4.dub.4.vbi generaliter etiam ait quod qui habet possessionem, sed non percipit fructus beneficij, tenetur recitare, & hæc sententia magis placet Açor.lib.10.c.4.5.q.quamuis vtraque opinio, nempe etiam Soti sequens sibi videatur probabilitatem habere. *& nouissimè sequitur Torre d. controuer. 6. disp. 5.num.4. dicens, quod qui voluntariè acceptat beneficium, & administrationem eius, cum onere soluendi alteri omnes fructus, tenetur recitare officium, ex dicta ratione Medina, licèt eum non citet.*

48 Secũda sententia est Soti, † d.lib.10.q.5.art.3.qui docet habentem titulum beneficij, sine fructibus, ex concessione Pontificis eosdem fructus alteri reseruãtis, non teneri ad horas, ex quo ille non potest fructus percipere, nec est illi imputandum, qui tale beneficium acceptauit, nam quod authoritate Pontificis sit alteri imputari non debet, maximè, quod eo ipso, quod Papa beneficium suis fructibus priuat, videtur possessorem ab obligatione recitandi absoluere, sequitur Arrag.d.q. 83.ar.12.& Fr.Lud. Beia sup.Cucchus d.lib.5.tit.7.num.14.& P. Ledesma d. tract. 9. cap.46.concl.3.difficulta.5. & 10. Et hanc sententiã tenet etiam Gam. de offic. legati lib.6. num.332. qui ait, quod habens titulum beneficij simplicis non requirentis ordinem sacrum non tenetur ad horas Canonicas, si alius percipiat fructus.

49 Tertia sententia est † Naua.in man.c. 25. nu. 104. & Sãdoual,d.1.p.c.5.Cordu.in sum.q.186.pun.2.& in q.l.1.q.21.p.3. Philiarchi d.l.1.c.3.ad fi. Fr. Lud. Lop.d.c.244.& d.c.105. F. Em. Rod.d.c.140. nu.4. Vega.1.p.c.128. casu 12.Corrad.d.q.240.in additio Toleti,d.cap. 14. ad fin. & videtur Cucchi,d.nu. 14. qui dicunt primam sententiam procedere, quando solùm sunt reseruati fructus: tunc enim qui habet titulum, posset seruiendo per se beneficio, aliquos fructus percipere ratione seruitij, pro quo tenetur satisfacere is, cui sunt reseruati omnes fructus, qui intelliguntur deductis oneribus. Secundam verò sententiam procedere in eo, qui consensit, quod resignanti reseruarentur omnes fructus, ac seruitium, & tota administratio beneficij, nam is nihil potest percipere ex beneficio, neque seruire, & tunc addit Cordo. F.

50 Lud. Vega, † ibi, resignantem teneri ad horas, ex quo habet totum onus, & fructus beneficij, & alter solũ habet titulum, cum ipe habendi beneficium cum fructib. quasi per viam regressus, quod etiam ait Philiar. sup. quia interim pensionarius, cui incumbit omne seruitium, & omnis administratio, est re ipsa beneficiatus, quem etiam consequitur teneri ad officium *Et istam sententiam nouissimè sequitur Suar. d. tract. 4. de relig. lib.4.c.20.anu. 2.ad 5.*

51 Quarta sententia est Nauar.in qui in hac re † videtur varius de oratione cap.21.nu. 12.quod sententia Soti procedat in eo, qui succedit in beneficio, cuius omnes fructus, & administratio reseruata fuit ex prædecessoris sui consensu, sententia vero Ioã. Medinæ procedit in eo, qui consensit tali fructuum reseruationi; nam cum eius consensu facta sit reseruatio per eum videtur stetisse, quominùs fructus percipiat, & cum Papa de ipsius consensu reseruet, non potest dici velle illum absoluere ab onere recitandi.

52 Hæc sunt quæ DD. † dicunt in hoc difficili dubio quod non est inutile, nam quamuis modo huiusmodi reseruationes fructuum non soleant concedi, aliquando fortè cõcedentur, vt solebãt, & modo etiam conceduntur in fauorem Cardinalium, vt videmus, & testatur Flam. Paris. de resignatione beneficij. lib. 6.q.1.num.36. & 46.

53 Mihi videtur in primis † distinguendum esse inter beneficia habentia residentiam, seù seruitium, & inter non habentia, vt præstimonia; & loquendo de beneficijs habentibus residentiam, seù seruitium dico

54 primò, quod † si tantùm sunt reseruati fructus, habens titulum tenetur ad horas, siue ex eius consensu sint reseruati, siue ex consensu prædecessoris, ex ratione tertiæ sententiæ, facit declaratio S. Congrega. Concilij infra adducta 11.p.c.5.nu.6.

55 Si verò sunt reseruati fructus † cum seruitio, ac tota administratione, habens titulum, etiam si ex eius cõsensu sit facta reseruatio, non tenetur ad horas, sed is, in cuius fauorem facta est huiusmodi reseruatio, vt rectè dicunt Cordoua, Fr. Lud. Vega, & Philiarc. sup. & Flam. Paris. sic intelligendus, l.1.q. 9. num. 5.

56 nam talis æquiparatur titulari. Sarnen. † de reg.de annali, q.60. Flam. Paris. l.3.q.5.nu. 34.& l. 6. quæst. 1. nu.43.& in re, & effectus est beneficiatus sicut antea, & nihil videtur in resignatarium transtulisse, nisi nudum titulum, sine effectu, qui regressui, accessui, vel coadiutoriæ æquipollet. Sarnen. in reg.de public. q.2.2.casu Flaminius Parisius d.q.9.n.5.& d.q.1.nu. 45.& lib.11.q.5.n.29.& Philiar.sup.

Quamuis verùm sit dari possessionem, & vacatio-

57 nem respectu d. tituli. Cres. dec. † 10.de renunc. Cæsar de Grassis.dec.33. Rota dec.597.p.1. diuerso. & fuit dictum in causa Abulen. Canonicatus, de anno 1573. vt in decis.427.p.1.diuerso, & in Hispalen. beneficij Sancti Iacobi.22. Iunij.1579. coram sanctissimo, & in Tarusina Canonicatus. 23. Iunij.1600. coram D. Corduba.

58 Loquendo verò † de beneficijs non habentibus residentiam, seù seruitium, vt præstimonijs, dico,

quod

quod habens titulum tenetur ad horas, ſi ex eius cõſenſu fructus ſunt reſeruati, ex ratione adducta in prima, & quarta ſententia; ſi autem ſunt reſeruati ex prædeceſſoris conſenſu, tunc habens titulum, qui ſucceſſit in tali beneficio, non tenetur ad horas, quia per ipſum non ſtat, nec ſtetit quominùs fructus percipiat, nec etiam tenebitur ad officium maius is, in
59 cuius † fauorem talis reſeruatio facta eſt, quia ſolùm eſt penſionarius, ſeù loco penſionarij. Sarnen. ſupra. & Flam. Pariſ. d. quæſt. 1. num. 43. & 44. Mand. reg. 34. quæſt. 30.

60 Tertiò dubitatur, an noui Canonici, † ſeù præbẽdati teneantur recitare primo anno, in quo ex ſtatuto, vel conſideratione Eccleſiæ non lucrantur.

61 In quo, vt certa † ab incertis ſeparemus dico, quod ſi ſaltem lucrantur horas, ſeù diſtributiones quotidianas, vt in noſtra Eccleſia, tenentur recitare, licèt non lucrentur groſſam, vt patet ex ſupradictis, & tenet Nauarrus d. c. 7. de oratione nu. 30. *Leſſius lib. 2. cap. 34. num. 173. & Suarez tract. 4. de relig. lib. 4. cap. 20. nn. 7. 9. & 11.*

Secundo dico, quod licèt nihil penitus lucrentur
62 † ſi tamen illi fructus reſeruantur poſt mortem, tenentur recitare, quia quod differtur non aufertur vt alias ex ſententia S. Congregationis Concilij dicemus infra, 11. p. ca. 5. à num. 6. & ita in proprio tenet Aſor. d. l. 10. c. 4. quæſt. 4. & videtur tenere Palud. in 4. diſt. 15. quæſt. 5. 1. art. 5. concl. *Et tenet Leſſ. d. c. 34. nn. 170. & Suar. d. c. 20. n. 9.*

63 Difficultas eſt quando nihil penitus † lucrantur, etiamſi inſeruiãt, nec reſeruatur poſt mortem, ſed cedit antiquis, inter quos diuiditur, *vel menſæ Epiſcopali* aut fabricæ, ſeu alteri pio operi.

64 Et videtur nihilominùs teneri recitare, ex † extrauag. ſuſcepti. de electione, Io. 22. & incommunibus, ſub tit. ne Sede vacante, ex qua nouis beneficiatis tribuitur medietas fructuum, vbi ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto fructus primi, aut alterius anni defuncto, vel fabricæ, aut Eccleſijs, vel alijs perſonis, applicantur in totum, vnde ratione illius partis fructuum, quam percipiunt. tenebuntur recitare, vbi iſta extrauagans fuerit in vſu iuxta dicta, vt per Nau. & Aſor. ſupra. *& Suarez nn. 6.*

65 Sed difficultas procedit vbi illa † extrauagans non eſt vſu recepta, aut eſt abrogata conſuetudine, cui ſtã
66 dum eſſe ait Acor. ſup. & facit; nam illa ſolùm † videtur ſimpliciter derogare conſuetudini ib. præteritis ſicut etiam priuilegijs, & ſtatutis à Papa confirmatis, nec damnat conſuetudinem. ad Coua. l. 3. variar. cap. 13. n. 4. & quod d. Extrauag. non eſt recepta, ſed vſu abrogata, tradit Vuameſius cõſ. 213. *Et quod illa non ſeruatur, ſed per contrariam conſuetudinem abrogata eſt, ait Suar. d. nu. 6.*

67 Et quod immemorabilis ſublata non † intelligatur per d. Extrauag. ſuſcepti, generaliter darogãtem conſuetudinibus, ex Gabr. de clauſulis, concl. 3. nu. 42. Ruin. conſ. 13. n. 30. l. 1. fuit dictum in cauſa Burgen. quindeniorum. 8. Martij 1599. coram D. Litta, & 15. Maij, 1600. corã D. meo Corduba. Vltra quod dicta Extrauagans ſolùm videtur loqui in priuilegio conſuetudine, vel ſtatuto applicando alijs fructus primi anni beneficiorum, tanquam fructus illorum beneficiorum, & non in ſtatutis, ex quibus noui Canonici non lucrantur primo anno, ſed fructus remanent in menſa, ac ſi non reſiderent. In qua difficulta-
68 te Acor. † ſup. planè ait, prædictos Canonicos debere recitare quando fructus, quos ipſi amittunt, retinantur alijs Canonicis antiquioribus in quos diſtribuuntur, ſi quidem eodem priuilegio recentes Canonici gaudebũt poſteaquam antiquiores euaſerint.

Quando verò illi fructus in alios pios vſus impẽ-
69 duntur † refert duas opiniones, primam negantem, quoniam nullos eo anno fructus acquirunt, nec vnquam eos ſunt percepturi, nec per ipſos ſtat quominus, eos percipiant; ſecundam affirmantem, quia beneficiarius, propterea quod ſua ſponte beneficium accipit, ſuſcipit in ſe quidquid oneris ineſt beneficio, & ſubijcit ſe legibus, ſtatutis, conſuetudinibus Eccleſiæ, in qua eſt ſitum beneficium, & ita vtramque probabilem eſſe videri ſecundum tamen magis probabilem apparere. *Et idem in effectu vult Leſſius d. cap. 34. nn. 470. & 17.*

70 Sed quantum ad primum illa † ratio Acorij non conuincit, nam poteſt contingere, quod ille nouus Canonicus decedat, aut aliàs deſinat eſſe Canoni-
71 cus, antequam illo iure, & priuilegio, tanquam † antiquus gaudeat. Quantum ad ſecundum d. ratio ſecundæ ſententiæ petit principium, an tali beneficio inſit onus recitandi, ſuppoſito quod pro illo anno
72 non habet fructus. Vnde abſolutè † verius videbatur iure non teneri recitare nouos Canonicos, ex quo pro illo anno nullos fructus percipiunt, nec percepturi ſunt iuxta ſupradicta.

73 Et idem videtur vbi eſſet † ſtatutum, ſeù conſuetudo, quod beneficiati nondum promoti ad ſacrum Presbyteratus, Diaconatus, ſeu Subdiaconatus ordinem nullos fructus percipiant; nam non tenerentur interim recitare, dum non ſtaret per eos quominus ad dictos ordines promouerentur.

Hodie tamen per S. Concilium Trid. ſeſſ. 24. de re-
74 form. † c. 14. & conſtitutionẽ. 106. Pij V. de quibus Aſor. ſup. non meminit reijciuntur, & abolentur tanquam prauę, & ſcandaloſæ prædictæ conſtitutiones, & cõſuetudines etiã ab immemorabili tẽpore obſeruatæ, & authoritate Apoſtolica confirmatæ, vbi fructus omiſſi per nouos Canonicos cedunt antiquis, & non conuertuntur in pios vſus: at vbi prædicti fructus vltra ſemeſtre in pios vſus reperiuntur conceſſi, dimidia pars tribuitur nouis Canonicis, ex d. conſtitutione Pij V. Vnde iam prædicti noui Canonici tenentur recitare, cùm fructus percipiant, & lucrentur, non obſtante d. conſuetud. ſtatutis, niſi quando intra ſemeſtre fructus omnes in pios vſus reperiuntur conceſſi.

75 Sed quia aliquot Eccleſiæ † non receperunt d. decretum Concilij, & conſtitutiones. Pij V. vt ait Nauar. ſupra, adhuc eſt difficultas, an in illis Eccleſijs, vbi adhuc ſeruantur d. cõſuetudines, & ſtatuta, quod noui Canonici nihil penitus percipiant, teneantur
76 recitare. & Nauar. ſup. ait, ſe credere † quod tunc nouus Canonicus excuſaretur a recitando, etiamſi iure deberentur illi fructus, quia cùm non poſſet eos ſine magna impenſa, & litè moleſtiſſima contra ſuam Eccleſiam exigere, ſatis videtur non poſſe eos recipere, & ſentit F. Emman. Rodriquez in add. ad bullam cõpoſitionis nu 9. quod mihi placet, & vide circa prædicta quæ dicemus infra d. 11. p. cap. 5. a num. 149. & particulariter, nu. 165. *Sed re melius conſiderata verius mihi videtur, quod in omnibus iſtis caſibus Canonici, ſeu Præbendati, qui primis annis nihil penitus percipiunt, ſeu*

lucran-

*lucratur, neque distributiones, siue iure, siue iniuria, tenentur nihilominus recitare, ea ratione, quod isti nihilominus tenentur illo tempore ad assistendum, vel canendum in choro, & ad satisfaciendum aliis functionibus suæ Præbendæ; ergo etiam ad recitandum; tum quia hoc officium, quod est præcipuum, non debet esse peioris conditionis: tum etiam, quia qui ratione beneficij, & ex vi sui muneris tenetur adesse, seu canere in choro: tenetur a fortiori priuatim, recitare horas, si eas in choro non dixit. Et ita postbac tandem tenet Suar. d.c.20. ex nu. 6. & 14. quamuis ibi pro illo tempore priuarentur etiam distributionibus. Quo casu, inquit, videtur consuetudo iniusta, dubitari posse ait, an tunc admitti possit excusatio recitandi. Et nouissimè Torre controu. 6. de hor. canon. disp. 5. n. 3. dicens, quod habens beneficium, cuius fructus non percipit primo, vel secundo anno, tenetur illo tẽpore officium diuinum recitare: quia defectus fructuum in illis primis annis per perceptionem in aliis annis sufficienter reficitur: ergo sicut alia munia beneficialia in eis annis tenetur exercere, ita & pensum horarum soluere; ad quod tamen malè allegat Nauar. d.c.7. nu. 30. qui potius dicit contrarium, vt sup.* Illud etiam certum videtur, † quod
77 transacto primo anno, in quo poterat nouus Canonicus facere primam residentiam, quam tamen non fecit, tenetur in sequentibus, & in illo, in quo illam facit recitare, quamuis tunc nihil penitus lucretur, nisi peracta prima residẽtia, quia per ipsum stat, quominus tunc lucretur, quia illam antea non fecit.

78 Quartum dubium, † an ratione beneficij teneatur quis recitare, etiam ante possessionem quæsitã. In quo dubio aliqui dicunt non teneri ad recitandum, donec possessionem capiat, vel stat per eum, quia fructuum perceptio a possessione incipit. Palud. in 4. dist. 15. q. 5. 1. art. 5. concl. Turrecrem. in §. 1. dist. 91. art 4. Quã opinionem sequitur Fla. Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. 9. nu. 15. Dicens veriorem, ac crebriorem, & in praxi obseruatam opinionem, vt sit obli-
79 gatus † recitare horas post captam possessionẽ, quia tunc fructus percipit, & incurrit pœnam restitutionis fructuum, si post sex menses ab obtento Beneficio non recitauerit horas, vt expressè dicitur in d. constitutionibus Concilij Later. & Pij V. & ita tenet Nau. conf. 14. de celebrat. Missar. quod in nouis est. 17. sequitur Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 429. n. 24. dicens
80 sextam causam † excusantem a recitatione horarum esse, quando Clericus adhuc reipsa non possidet Beneficium, etiamsi binas obtinuit sententias, vt respõdit Nauar. d. conf. 14. non enim dicitur adhuc obtinere Beneficium, pro quo tenetur dicere officiũ, nec percipit fructus, qui dicuntur loco mercedis operæ, & laboris. eandem opinionem sequuntur Enriq. † in
81 sum. li. 13. cap. 13. §. 2. ibi die possessionis Beneficij. F. Emman. Rodrig. in sum. 1. to. c. 145. nu. 1. & cum eo Vega. 1. p. c. 128. casu. 18. ad fi. qui aiunt nullum Beneficiatum teneri recitare horas canonicas ratione Beneficij, si non habet iam pacificam possessionem ipsius, vt probat Nauar. d. conf. 14. de celebr. Missar. & P. Ledesma 2. p. sum. tract. 9. c. 4. 6. conclus. 9. diffinitione, & Açor. li. 10. ca. 4. q. 7. dicit probabilem esse Fla. Paris. sententiã, quia certè sæpe cõtingit † vt quis
82 beneficiũ impetret, & obtineat, & deinde, cũ per se, vel per alium possessionẽ nanciscí contendit, videt se nihil impetrasse, aut, quia Beneficium non valebat, aut, quia alius antea impetrauerat, aut multis alijs de causis. *Et sequitur idem Azor. 2. p. lib. 7. c. 23. ad fin. & nouissimè Suar. d. tract. 4 de relig. lib. 4. c. 19. a num. 7.*

Alij autẽ in hoc dubio tenẽt contrariã sententiam.
83 Dico † primò certum esse non teneri recitare eum, qui adhuc ius in re in beneficio nõ habet, quia ius ca non. solũ obligat ad recitãdum Beneficiatos, seu ha-
84 bentes † Beneficiũ, qualis nõ est, qui nõ habet ius in re in Beneficio, etiamsi habebat ius ad illud, vnde præsentatus, electus, seu nominatus ad aliquod Beneficium non tenetur ratione illius recitare, immo nec is, cui collatio facta est ante collationem acceptatam, ita Nauarr. d. conf. 17. alias 14. de celebrat. Missar. & d. c. 7. de oratione n. 29. Philiarchos d. l. 1. c. 3. Graff. d. l. 2. c. 50. n. 16. Açor. l. 10. c. 4. 4. q. ad fi. & 12. q. *Et Lessius d. lib. 2. c. 34. nu. 167. Vgol. de offic. Episcop. c. 13. §. 1. nu. 4. vers. addi.*

Dico secundò certum etiam esse teneri recitare
85 Beneficiatum, si habet † possessionem Beneficij, aut per eum stat quominus illam habeat, paria enim sũt habere possessionem, & per eum stare quominus habeat, Paludan. & Turrecrem. supra & Nau. d. c. 7. nu. 28. Corduba, in sum. d. q. 186. pun. 3. Philiar. d. ca. 3. Vega d. c. 128. casu 13. vers. 3. Toletus d. l. 2. c. 14. circa fin. Azor. lib. 10. capite 4. 6. quæst. & P. Ledesm. d. tract. 9. c. 4. 13. concl. *Lessius d. n. 167. ad fi. Suar. d. cap. 19. nu. 7. & 8. & cap. seq. nu. 1. & Vgol. d. c. 13. §. 1. n. 2.*
86 Quod videtur etiam † habere locum in habente possessionem Beneficij, maximè cum fructibus, licèt non pacificam, sed cum litigio. Azor. d. ca. 4. 9. q. *Et Suar. d. c. 19. nu. 10. Quamuis Emman. Rodrig. & Vega supra relati, nu. 81. requirant pacificam possessionem, & cauallos, q. 643. num. vltim. cum Emman. ibi dicat beneficiatum, quando beneficium est litigiosum, non teneri recitare.* quamuis P. Ledesma d. c. 4. 6. concl. 10. differentia, dicat, quod si vnus possidet Beneficium, & est lis super proprietate, ita, quod possessor non recipit fructus, quia sunt sequestrati durante lite, & est dubium in
87 negotio, † est multum apparens, quod nullus tenetur recitare, etiam possessor, quia pro nunc non recipit fructus, & est magnum dubium, an illos recipiet, *cui videtur consonare Lessius d. c. 34. n. 173. vbi ait eos, qui sunt in possessione, non excusari ex eo, quod beneficium sit litigiosum, aut quod fructus sint sequestrati, vel ab alio percipiantur: si tamen probabile sit, ipsos in lite fore superiores, & fructus illos obtenturos: quod si non sperant se pro illa tempore quicquam habituros, non teneri.* & quamuis Zerola d. verb. Beneficium. §. 4. d. nu. 8. quem sequitur Zecchus. d. n. 7. vers. tenetur demum beneficiatus di-
88 cat, quod ille, qui nec habet possessionem pacificã, † quia in ea turbatur, nec percipit fructus, sed litigat, non tenetur recitare, quia habet sex menses indulti ad non recitandum, & quia dubius est litis euentus, & posset esse, quod beneficium etiã perderet, & nihil percipit, & si vinceret, dicit, quod si non recitauit, quia nesciuit, posset solum accipere fructus interim perceptos, quos euicit, vt illorũ sex mensium, quibus gaudebat indulto, reliquos verò, vel fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus tenetur conferre: sed certè Zerola malè, & barbarè loquitur quod dicit de indulto.
89 ex supradictis † apparet effectum, & si ratione dubij litis euentus ille esset excusatus a recitando, nõ teneretur, si vinceret, restituere fructus, etiam post semestre perceptos iuxta supradicta, fructus autem sex mensium non teneretur restituere, etiamsi sciret recitare, & non recitasset, & siue teneretur, siue non teneretur recitare, vt ex supradictis etiam apparet.

Videtur etiam secundum dicta habere locum in

90 habente poſſeſſionem Beneficij ſine iuſto titulo, † quia non debet eſſe melioris conditionis ſtultus, quã ſapiens cap. eum qui, de præb. in 6. Azor. d. q. 9. *Facit quod ait Mand. reg. 16. Cancell. q. 39. nu. 4.* Et ita videtur tenere Nauarrus de oratione Miſcel. 15. alias. 60. & Philiar. d. l. 1. c. 8. 2. concl. relati infra. dub. 7. nu. 120. *Et Suar. d. tract. 4. lib. 4. c. 19. nu. 10. id tenet in habente titulum coloratum, ſeu ſpeciem veri tituli.* Quamuis ipſe Nauar. conſ. 3. de ætat. & qualit. num. 1. dicat poſſidentem Beneficium ſine iuſto titulo verè non teneri ad dicendas horas, quia verè non habet beneficium;
91 verum eſt tamen, † quod prouiſus, cuius collatio nõ valet, non tenebitur recitare ante adeptam poſſeſſionem, ẽtſi per eum ſteterit quominus illã adipiſcatur argumento eorũ, quæ dicemus inf. 11. p. §. 5. nu. 173.
92 Dico tertiò habentem collationem † beneficij acceptatam teneri recitare, etiamſi nondum acceperit poſſeſſionem, nec per eum ſteterit, quominus illam capiat, nam per ſolam collationem acceptatam quæritur ius in beneficio, & fit beneficium eius, cui collatum eſt, c. ſi tibi abſenti, & c. penul. & ibi gl. de præb. in 6. Mando. reg. 3. Canc. q. 13. nu. 5. *Et d. q. 39. reg. 16. num. 2.* Atque adeo is verè dicitur beneficiatus, & habere, ſeu obtinere beneficium. Rebuff. in concord. tit. de collatio. §. volumus. ver. obtineat, & in forma mãdati Apoſtolici verb. obtinet, *Tuſch. concl. 78. litera B. & dicitur ſupra nu. 23.* Et fructus ei debentur tãquam Domino. Ita Nau. d. c. 7. de orat. nu. 28. & 29. & in d. conſ. 17. de celeb. Miſſar. Philiar. d. c. 3. Graff. d. c. 50. nu. 16. & c. 51. nu. 3. Zerola dub. 3. & Zecchus ſupra, *Et Vgol. d. c. 13. de off. Epiſ. §. 1. nu. 2.* Et citandi inf. nu. 102. quorum opinio videtur probabilior intelligen-
93 do, quando † prouiſio eſt certa, quamuis contraria non videatur improbabilis, & ita nouiſſimè Leſſius, ſupra dubitatione 30. *d. c. 34. nu. 167. qui ait, ſententiã Nauarri eſſe rationi & iuri valde conſonam; alterã tamen, & non teneantur ante captam poſſeſſionem, eſſe probabilem.*
94 Nec obſtat fundamentum † cõtrariæ opinionis, nam licèt actualis perceptio fructuum incipiat à poſſeſſione, tamen ei debentur à die acceptatæ collationis; vt dictum eſt, & qui habet collationem acceptatam dicitur verè obtinere beneficium, cum per eam quæratur ius in re, vt etiam dictum eſt, *Et conſtit. Concil Later. & Pij V. habentem, ſeu obtinentem beneficium, obli-*
95 *gant ad recitandum.* † & Nau. d. conſ. 14. ſeu 17. nõ tenet contrarium, ſed quod dictũ eſt. 1. & 3. dicto, & F. Emman. Rodriq. eſt ſibi cõtrarius ſup. cap. 140. nu. 4.
96 Et contraria opinio, vt rectè inquiunt † Nauarr. d. cap. 7. nu. 29. & Philiar. & Zerola vbi proxime, procederet in Canonico, qui nihil poteſt quærere de fructibus Canon. ante poſſeſſionem acceptam.
97 Vnde infert Nau. de orat. † c. 11. nu. 20. & 38. & Miſcel. 61. aliàs. 97. neſcienti recitare officium diuinum non eſſe licitum accipere beneficium ſibi collatum, nec illud prætẽdere, cum non poſſit ſtatim exercere onus recitandi, quod beneficium ipſum habet annexum. facit l. idem iuris. §. fin. ff. ad l. Aquil. & ſequitur Graf. d. c. 51. nu. 8. & c. 54. nu. 10. & Flam. Pariſ. l. 1. q. 9. nu. 17. & Azor. l. 10. c. 13. q. 18. dicẽs id habere locum, niſi bona fide putet ſe ſtatim poſt beneficium opportuno quoque tempore recitaturum. *Et Suarez d. lib. 4. c. 28. nu. 5. & 6. dicens id eſſe verum regulariter, vt dixit Nauar. d. nu. 20. quia ſi quis propter neceſſitatem aliquam, aut occaſionem vrgentem id faceret bona fide, ſperans ab aliquo fore iuuandum, poſſet interdum excuſari à culpa in receptione beneficij, aut ordinis, maximè quãdo interueniret periculum vel carendi beneficio, vel nõ recipiẽdi ordinẽ per multũ tempus, ſi illam occaſionẽ differret.*
98 Verum hæc ſententia † videtur mihi nimis rigida, nec ius videtur cum tanto rigore ad horas obligare, ſed ſatis erit habito beneficio ſtatim addiſcere modũ
99 recitandi, † expectantes tamen beneficia ratione expectatiuæ, vel reſignationis, quæ in eorũ fauorem fit, aut præſentationis, electionis, ſeu nominationis de eis factæ, mandatiue de prouidẽdo, ſicut & qui volũt ſacris initiari, debẽt ſibi parare Breuiaria, diſcereque modum recitandi, vt habito beneficio, quod ſperant, poſſint ſtatim ſuo muneri recitandi ſatisfacere, vt inquit Naua. d. c. 11. nu. 22. & Flam. Pariſ. d. q. 9. nu. 18.
100 Maior difficultas eſt, † an etiam teneatur recitare habens prouiſionem, & titulũ beneficij, in cuius poſſ. eſt alius, cõtra quem litigat, aut neuter, in qua Palud. in 4. d. 15. q. 5. & Card. S. Sixti Turrecremata in cap. 1.
101 91. d. † & Soto d. l. 10. q. 5. art. 3. & Fr. Lud. Beia. d. caſu 54. docent non teneri, ex quo ſolum habet titulum litigioſum. idem tenet P. Ledeſ. d. tract. 9. c. 4. 6. concl. 10. diff. dicens, quod quando nullus eſt in poſſ. nullus tenetur recitare, quia nullus habet, nec poſſidet beneficium Eccleſiaſticum, & alias ratione vnius beneficij, ſuper quo plures litigant, tenerentur omnes recitare, ſi verò vnus eſt in poſſeſſ. & eius ius eſt certum ita, quod illi ſunt applicandi fructus, licèt eos actualiter non percipiat, ille tenetur recitare. *Et nouiſſime Suarez d. lib. 4. c. 19. nu. 9. & 10.*
102 Contrarium tamen tenent † Nauar. d. c. 7. nu. 28. & in Man. c. 15. nu. 103. & Cucchus. lib. 5. ti. 7. nu. 14. Cord. d. q. 186. pun. 3. Phil. d. c. 3. verſ. 3. F. Lud. Lop. d. c. 244. & 105. Arrag. d. q. 83. art. 12. 5. cauſa. F. Emman. Rodriq. d. c. 146. n. 4. & Vega. d. c. 128. caſu 13. verſ. 4. ex eo quod fructus percepti, ſaltem poſt litis conteſtationem, actori debentur, ſi vincat. l. & ea diuerſ. §. 1. ff. de rei vendicat. & l. certum. C. eod. *Et nouiſſimè ſequitur Torre d. controu. 6. diſp. 5. nu. 2. dicens litigantem etiam contra poſſeſſorem de proprietate, teneri recitare, non ſolum ſi certo ſcit fructus percepturũ, ſed ẽtſi dubitet probabiliter de obtinenda litè, ſi aqualis probabilitas eſt.*
103 Quę ſententia mihi placet quãdo † eſſet certa aut quaſi certa victoria illius, & tenet Toletus d. lib. 2. c. 14. circa fi. in Rom. editione, vbi ait, quod qui ſperat certò receperurũ ſe fructus etiam illius temporis præſentis, quia certa eſt iuſtitia, vt fit, quãdo ipſe eſt ſpoliatus, & pars aduerſa introſa, tunc tenetur recitare ex tunc, & P. Ledeſ. ſibi non conſtans d. c. 4. 13. concl. vbi ait, quod ſi quis litigaret ſuper beneficio, & eſſet certum ferendum eſſe ſententiam in ſui fauorem, & fructus illi applicandos, teneretur recitare, licet non haberet poſſeſſionem, nec reciperet fructus, aliàs
104 enim, ſi cauſa eſſet dubia, ſeu difficilis, † vt quia eſt probabilitas, ſeu opinionũ conflictus, ex vtraq; parte durum eſſet pro re dubia, & incerta illum non habẽtem poſſeſſionem beneficij interim obligare ad recitandum, & ſic hoc caſu haberet locum prima ſententia, etiamſi crederet, & ſperaret ſe futurum in litè ſuperiorem, & fructus perceptorum, vt inquit Acor. d. lib. 10. c. 4. 9. q. *Fauet Vgol de offic. Epiſc. §. 1. nu. 2. verſ. poſtremo, vbi ait quod teneutur, vel litigent de beneficio, vbi proſe ſententia lata eſt, & recipere, vel habent fructus ſequeſtratos, per alios ve receptos, &c.*
105 Quintò dubitatur, † an qui habet beneficium in commendam, teneatur horas recitare, in quo dicendum

dum eſt, teneri, ſi commenda eſt ad vtilitatem ipſius commendatarij, quia cenſetur legitimus, & canonicus titulus, ſeu habet vim, & effectum tituli, vt dicetur infra ſeq.p.ca. 4. & talis commendatarius poteſt ſibi fructus percipere, ita Io.Medina de orat.q.7.Nauar.c.20.n.16.Corduba in ſum.q.186.pun.3.Arrag. q.83.art.12.Graſſi.lib.2.c.50.n.22.Fr. Em.Rodr.1. to.c.140.n.8.Veg.1.p.c.128.caſu 13.verſ. 107. Aor lib.10.c.3.6.q.P.Ledeſ.tract.9.c. 4.6. concl. 6.difficult. & *Suar.d.tract.4.de relig. lib.4.c.22.a nu. 13.*

106 Secus ſi commenda eſt ad † vtilitatẽ Eccleſiç, per quam non datur licentia diſponendi de fructibus ſicut vetùs beneficiatus, nam tunc non tenetur commendatarius ratione illius recitare, quia non cenſetur titulus, nec habet vim, & effectum tituli, ſed fit cauſa cuſtodiæ, vt in d.c. 4. dicetur. *Nec verum eſt, quod ait Suar.d.c.22.nu.15.quòd Vicarius temporalis beneficij uniti alicui religioni, aut Eccleſiæ parochialis vacãtis, recitare tenetur ratione talis Vicariæ: quem ſequitur, licèt non citatum, Torre d. controu. 6.de hor. canon. diſp. 6. num.8.& 9.qui malè in hoc procedit.*

107 Sextò dubitatur, † an coadiutor propter coadiutoriam teneatur horas recitare, in quo Ioã. Medina d.q.7.ait coadiutorem ad horas non teneri, niſi quãdo ipſe in defectũ principalis onus Eccleſiæ in ſe ſuſcepit, adhoc enim datur coadiutor, vt deficiente principali eius vices ſuppleat, & ſic principali horas per ſe dicente, & excuſationem ad eas omittendum non habente, non erit coadiutor ratione coadiutoriæ obligatus eas dicere.

Nauar. verò d.c.20.n.18. docet coadiutorem etiã
108 cum futura † ſucceſſione, & congrua teneri facere omnia, & ſola illa, ad quæ datus eſt coadiutor, & ita ſi datus ſit ad dicendum omnes horas nomine alterius, tenebitur ad omnes illas, ſi ad aliquas ſolas ad eas dumtaxat, & ſi ſolùm ad canendũ, & ad id tãtum & ſi omnibus diebus, tenebitur illis, & ſi aliquibus, ijs ſolis; quia cauſa limitata limitatum producit effectum ſequitur Fr. Emman. Rodrig.d.c. 140.nu.8. dicens coadiutores teneri recitare horas, ſi ſunt dati ad illas recitandas pro beneficiato, ſecus ſi ſunt dati ad alia miniſteria, idem Veg. vbi proximè. *Et Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ q.75. exiſtimat coadiutores teneri ſub mortali officium recitare: quia huiuſmodi adiutoriæ ex forma & tenore bullarum, & ex intentione Pontificis concedentis habent rationem beneficij, & ſunt verè & propriè beneficia: nam Romanus Pontifex quando creat coadiutoriam, creat nouum beneficium, cui certam penſionem congruam ad ſuſtentationem coadiutoris ſtatim aſſignat. Et q. 76. in fine ait, huiuſmodi adiutores non recitantes teneri ad reſtitutionem dictæ portionis fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus faciendam, &c. Et Suar tract. 3. de relig. lib.4.c.27.num.5. ait in materia de orat. oſtenſurum huiuſmodi coadiutorem teneri ad officium perſoluendum.*

Atego exiſtimo coadiutorem etiam perpetuum
109 & cum congrua † ac futura ſucceſſione, non teneri ratione coadiutoriæ, cum nõ ſit beneficium, *Nau.ibi, & dicitur infra 4.p.c.2. nu.98.* recitare libras priuatim nec .n. datur ad id, ſed ad reſidedũ, & exercendũ alia munera incũbẽtia principali, qui horas priuatim recitabit, & ita praxis videtur habere, & tenet Açor. lib. 10. capite 4. 1.q. *Et ſequitur Suar. qui mutauit ſententiã in dicta materia de oratione, nẽpe 2.to. de relig. trac.4.li.4. c.22.ex n. 18. dicẽs ita declaratũ eſſe a S. D. N. Paulo V. adeptionẽ Eccleſiæ Cathedralis Conimbric. in quodã breui anno 1606. in quo inter alia declarat, coadiutores Canonicorũ nõ eſſe verè Canonicos, nec pro talibus habẽdos viuẽtibus coadiutis. Quæ declaratio ponitur d.4.q.c.5. Et nouiſſimè ſequitur Torre d.cõtrou.6.diſp.a nu.10. Additq; rectè Suar.ibi n.22. quod ſi coadiutor habeat propriã penſionẽ ſuper beneficiũ ſine dubio tenetur ad officiũ Virginis, niſi alias Canonicũ recitet. Si verò ſolũ recipiat ex fructibus beneficij aliquam ſuſtentationẽ per modũ ſtipendij, ſeu congruæ, non tenebitur, quia non comprehenditur ſub conſtitutione Pij V. & alias ſatisfacit ſuæ obligationi ſuũ miniſterium implẽdo.*

110 Septimò dubitatur, † an habens plura beneficia teneatur pluries dicere officiũ, in quo reſpondẽdum eſt negatiuè, ſed vno officio ſatisfacere, vt habet conſuetudo Eccleſiç, & tenet D.Th.quodlibet, 1.art.13. Palud.in 4.d.55.q.5.1.ar.5.concl.1o. de Lignano, q. 9. Abb. de ſententijs, ex n.30. ad 34. de horis Canonicis, & Coſmas in pragm.ſanct. tit. qualiter horæ ſunt dicendæ, verb. teneantur, & ibi Probus. Nicol. Plouc de horis Cano. 13.q. Cucchus li. 5. tit. 7. n. 64. Coſmas Philiar. d.l.1.c.8. Enriq. in ſum. l.5.ca.5.§.6. in gl. lit. Q. Durãdos de ritibus l.3.c.22.n.6. & Açor. d.ca.4. 10.q. *Et nouiſſimè Suar.tract.4.li.4.c.18.a nu.7.& Torre controu.6.diſp.4.* Quãuis contrariũ videatur tenere Dionyſius Carthuſ. contra pluralitatem beneficiorum, art. 8. & quamuis ſcrupulosè in hoc loquatur Nau. de oratione. Miſcel. 15. aliàs 60.

111 Quæ ſententia probatur † nõ ex ratione Nau. ibi quod cõſuetudo, & diſpenſatio iuſta obtinendi duo videtur quodammodo ex eis facere vnum ad effectũ vt tantũ teneatur dicere vnas horas, *Et eadẽ in effectu eſt ratio Torre ibi, num. 3.* ſed ex ratione D. Tho. quod debitum officij diuini, quod debet Deo, per ſe ipſum debet exoluere, & quia Laudes Deo debet quaſi vnus homo, ſufficit, quod ſemel dicat officium.

112 Probatur etiam ex ratione Philiar. ſupra, † quod obligatio ſumenda eſt iuxta intentionem obligantis, intentio autem obligantis ad horas Canonicas non eſt, vt iuxta numerum cauſarum, quibus eſt annexa obligatio illas recitandi, toties recitentur, ſed vt vnus homo ad illas obligatus ſemel reciter, etiam ſi pluribus de cauſis obligetur, quarum quælibet per ſe ſufficiat, vt in ordinato tribus ſacris ordinibus, & in habente cum ſacris ordinibus beneficium, qui ſolum tenentur ſemel recitare. Præterea ius obligans beneficiatos ad diuinum officium ſolum eos obligat ad vnum officium in die dicendum, ſiue vnum habeant, ſiue plura beneficia, aliàs enim abſurdum eſſet dicere, quod habentem ſeptem beneficia ad ſepties in die dicendum obligaret.

113 Et confirmatur, nam cum officium † diuinum ſit ſuis horis diſtinctum, & per totũ diem diſtributum, & accommodatum, non eſſet aptum, nec congruum obligare ad illud pluries recitandum in die. *Vgol.d.c. 13.de offic. Epiſc. §.1.nu.4.ad finem.* Et conducit ſimile
114 de Miſſa, † nam quamuis in vno die concurrat duplex feſtum, vt Dominica, & aliud de præcepto, non obligat ius ad audien. duas Miſſas, ſed vnam ſolam.

115 Nec eſt ſimile † de alijs obligationibus, nẽpè celebrandi Miſſas, & ſimilibus, quæ beneficijs ſunt annexæ, quia, vt rectè inquit Philiar. ſupra, iſtæ obligationes magis reſpiciunt ipſa opera, & eorum multiplicitatem per ipſos beneficiatos, vel alios adimplenda, quam vnitatem miniſtri, & talis eſt intentio obligantis ad ea. Ex quibus ceſſant argumenta. Nauarri ſupra dicentis ea vix diſſolubilia.

116 Vnde infertur, quod † habentes cum beneficio, ſeù ſacro ordine penſionem non tenentur recitare officium paruum B. Mariæ, ſed ſatisfaciunt recitando officium maius, quia intentio Pij V. in conſtitutione ſupra adducta non fuit iſtos obligare ad duo officia, ſed illos, qui ſolùm obtinent penſionem, vt Clerici, nec aliàs tenebantur recitare horas canonicas, obligare ad officium paruum B. Mariæ, vt rectè docet Philiar. d. c. 8. 3. concluſ. & c. 2. ad fi. *Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 35. num. 91. Vgolin. d. c. 13. §. 1. nu. 4. ad fin. & Torre d. contro. 6. diſp. 6. num. 4.* & ita practicatur,
117 † vt tenet Nauar. conſil. 22. de celebratione Miſſar. vbi etiam amplius ait, penſionariũ clericum ſi efficiatur miles ordinis militaris cum indulto retinendi pẽſionẽ, nõ teneri ad horas B. Mariæ, ſed ſufficere quod
118 recitet orationes † Dominicas, & Angelicas a Religione præſcriptas, quæ ſunt loco horarum, tenet etiã Aſor. lib. 10. cap. 4. 3. q. & ſequitur F. Eman. Rodriq. 1. to. c. 140. nu. 5. Vega. 2. p. c. 65. caſu 1. P. Ledeſ. 2. p. tract. 9. ca. 4. 6. concluſione 2. diffic. *Suarez d. tract. 4. lib. 4. cap. 22. num. 6. Graff. de caſib. reſeruat. lib. 2. c. 28. n. 43. & vide ſupra 1. p. c. 5. nu. 69.*

Vnde etiam penſionarius, qui non habet ſacrum
119 ordinem, † ſeu beneficium, poſſet, omiſſo officio paruo B. Mariæ, recitare officium maius, & pinguius ſatisfaceret. *Suarez d. n. 6. & Torre d. diſp. 6. nu. 4.*

120 Item infertur † contra Palud. ſupra Nau. d. Miſcell. 15. aliàs. 60. ad fi. & Philiarchum d. c. 8. 2. concl. *& Torre d. contro. 6. nu. 4.* etiam illum, qui habet plura beneficia iniuſtè ſine legitima diſpenſatione, non teneri, ad recitan. horas plures quotidie, nec peccare non recitando quotidie plures horas, ſed ſolùm retinendo illa ſine diſpenſatione legitima, nam, vt diximus, ratio excuſandi habentem plura beneficia legitimè non eſt illa, quam tradit Nauar. & licèt D. Thomas, & alij loquantur in habente plura beneficia licitè, non ideo volunt habentem illa licitè teneri ad pluries recitandum. *Et ita tenet Suar. d. tract. 4. lib. 4. c. 18. num. 10.*

121 Quo ſtante, quod habens † plura beneficia non tenetur, niſi ad vnum officiũ ſemel recitandum, ſuccedit difficultas, an illud omittens peccet tot peccata, quot habet beneficia, an verò vnum ſolum.

122 In qua videbatur † dicendum tot peccata cõmitti, quot ſunt beneficia, nã, cum quodlibet beneficium de per ſe ad horas obliget, plures huiuſmodi concurrunt tituli, & rationes obligationũ, & plura ſpecialia præcepta, atque ideo plura peccata; ſicut in ſimili di-
123 citur frangentem ieiunium in vigilia S. Matthæi, † quãdo incidit cum die quatuor tẽporum, vel non audientẽ Miſſam in dominica, in qua occurrit aliud feſtum de præcepto, duo peccata numerica committere. Nau. in Man. c. 11. n. 4. quẽ ſequuntur F. Lud. Lop. inſtruct. conſc. 1. to. c. 29. & 40. & 2. to. cap. 112. & F. Emmanuel Rodrig. in ſum. 1. to. c. 23. & alij.

124 Nihilominus † tamen contrarium eſt dicendũ. ſ. non peccare, niſi vnũ peccatum vt tenet Enriq. d. §. 6. & Aſor. li. 4. c. 2. 6. q. & ratio eſt, nam quãuis quodlibet beneficium eorũ obligaret de per ſe ad horas, tamen, cum in vna perſona iunguntur ratione omnium vna ſolùm reſultat obligatio recitandi, non plures.

125 Quod procedit † etiamſi cum beneficijs haberet ordinem ſacrum: nam adhuc non committeret, niſi vnum peccatum, vt ibi aiunt Enriquez, & Aſor. *& Salas 1. 2. to. 2. tract. 13. diſp. 3. ſect. 2. nu. 17.*

126 Ex quo confirmatur † id, quod ſupra nu. 14. dixi, obligationem recitandi, quam habent beneficiati, ſicut illam, quam habent in ſacris conſtituti non eſſe Iuſtitiæ, ſed Religionis; ſi. n. eſſet iuſtitiæ, habens cũ beneficio ſacrum ordinem peccaret duplici peccato, nempe contra iuſtitiam ratione beneficij, & contra Religionem ratione ſacri ordinis, vt tenet Tho. Sanchez de matrim. li. 9. diſp. 15. n. 6. ſed malè.

127 Et facit, † quod ait P. Ledeſma in Sũma. 1, p. de ex comun. c. 5. ad fi. quod in cõmunicatione excõmunicati duabus excommunicationibus non peccatur magis, quia non eſt niſi vnum præceptum, & ſub eadem ratione formali non communicandi.

128 Nõ obſtat † ſimile contra adductum, quia verius eſt ibi non committi, niſi vnum peccatum, vt contra Nau. tenent Enriq. d. §. 6. & lib. 12. cap. 10. §. 3. in gl. litera, O, & recẽtiores, vt per eundẽ d. §. 6. in gloſ. lit. S, & Gab. Vazq. 12. diſput. 98. nu. 8. Azor. d. lib. 4. cap. 2. 6. q. & lib. 7. c. 2. 7. q. & c. 31. 7. q. & P. Ledeſ. dicens, probabilius in ſum. de pœnitentia, c. 19. pag. 641. & 2. p. ſum. tract. 27. c. 2. 6. cõcl. 2. diffi. Thom. Sanchez ſupra, *& in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 14. nu. 9. Zumel 1. 2. q. 72. art. 6. dub. 3. Sairus in clauis regia, lib. 2. c. 5. n. 14. & 15. Lorca 1. 2. diſputat. 14. de peccat. Sala ſupra d. num. 17. & ſequentibus, citans Sanchez, Herreram, Zumelem, & Sairum.* nam, cum iſta diuerſa † præce-
129 pta eiuſdem ſpeciei circa eandem numero materiã verſentur, in idem recidere videntur, & non videtur multiplicanda malitia, niſi vbi per illum actum fit
130 iniuria pluribus, † vt in adulterio coniugati cum coniugata, Tho. Sanchez. ibi, *Aſor 3. p. lib. 3. c. 7. q. 1. & 2. & Salas ſupra nu. 29. cum aliis, qui nu. 19. ſequenti idem cum Viguerio, Alcocere, Pennia, & aliis ait, in copula religioſi cum moniali peccatum eſſe duplex, quia Deo fit duplex iniuria violando duplicem perſonam ex duplici eius voto ſibi ſacram, etiamſi vna perſona ex eis ignoraret ſuam conditionem.* vnde in cõfeſſione non erit opus exprimere, quot beneficia habet omittẽs officium, nec in terminis d. ſimilis, quod concurrebat duplex † vi-
131 gilia, ſed feſtum etiam in opinione tenentium confitendas eſſe circunſtantias, intra eandem ſpeciem notabiliter aggrauantes iſtud enim non videtur aggrauare notabiliter, vt rectè inquit Gab. Vazquez, dict. diſputatione 98. ad fine & Thom. Sanchez ſup. *& Salas.* & comprobatur ex doctrina P. Ledeſm. ſupra adduct. 127.

132 Octauo dubitatur, † an omittens vno die omnes ſeptem horas Canonicas committat vnum tantum peccatum, an vero tot peccata, quot ſunt horæ. Reſpondetur vnum tantum peccatum committere, quia omnes horæ ſunt vna oratio, ſeù vnum officiũ cadens ſub vno præcepto, licèt peccatum tanto ſit grauius, quanto plures horæ omittuntur, ita Io. de Lignano. quæſt. 7. Nicol. Plouc. 8. quæſt. de horis Canon. Roſella verb. horæ Canon. num. 7. Sylueſt. verb. hora. num. 15. verſ. 6. & num. 16. Nauar. d. cap. 7. de orat. num. 7. Cucchus d. lib. 5. tit. 5. tit. 7. num. 48. Ang'. in Floribus, de orat. 10. quæſt. 5. difficul. Philiar. d. lib. 1. cap. 12. Graff. lib. 2. cap. 51. num. 14. Enriq d. §. 6. Flam. Pariſ. lib. 1. q. 9. nu. 8. F. Lud. Lop. 2. tom. c. 105. Emman. Rodrig. 1. tom. d. c 140 n. 16. Vega 1. p. c. 128. caſu 3. Valen. d. 3 tom. diſput. 6. q. 2. pun. 10. circa. 8. verſ. dixi autem. Zerola verb. hor. §. 10. Azor. lib. 10. c. 7. 4 q. Emman. Sa, verb. hor. n. 14. & P. Ledeſ. d. 2. p. tract. 9. c. 4. conc. 14. 1. diſſ. & Cor-

rad.

rad.d.q.240. *Et Suarez dicens communem d.tract.4.lib.4.c.25.à nu.17.& c.11.ſub nu.7.& lib.3.cap.9.ſub nu.*
133 15. Quamuis cõtrarium teneat Tabiena,† verb.hora,q.18. *Fuſcus de viſit.lib.1.c.20.nu.19.& Leſſius d.lib.2.c.37.nu.53.* Et videatur tenere Toletus. d.lib.2.c.12.1.d.dicit enim non recitantem mortaliter quidẽ, & multipliciter in ſingularum horarũ omiſſione peccare. Et quamuis D.Anton.in ſum.3.p.tit.13.c.4.§.5.dicat omittentem omnes horas vnius dici nõ propterea committere ſeptem peccata mortalia, ſed vnum, & tanto grauius, quanto plus de ipſo dimittit, quia totum officium vnius diei cadit ſub vno præcepto,c dolentes de celebratione Miſſar.ſi autem dimiſit aliquas horas,puta Primam,Nonam;& Completorium,tria peccata mortalia commiſiſſe,& ſic de cęteris. Sed certè non loquitur conſequenter, *Et contra*
134 *tenet Suarez d.lib.4.c.25.nu.20.* † & eius ſententia, & quod dicit Toletus, ſolum procedit in eo,qui ſciẽs vnius horæ officium omittit,cum tamẽ decernat cæteras horas recitare, & deinde adueniente tempore, quo aliam horam deberet dicere,eam quoque ſcienter omittit,vt per Azor ſup.ſeu quando vno actu vel-
135 let omittere ſolum matutinũ, † & poſtea alio actu diſtinctio vellet omittere Primam, & Nonam, tunc enim eſſent diſtincta peccata, vt inquit P.Ledeſ.ſup.
136 & † ita etiam procedit,quod ait Vega ſupra caſu 2. quod qui omiſit aliquas horas interpollatim, verbi gratia, omiſit primam, & poſtea recitata. Tertia omiſit Sextam, & ſic de reliquis, toties peccat quoties omiſit recitare.
137 Quinimmo,& ſi is,qui omiſit omnes horas, † vel partem illarum pluries recordatus fuerit, & propoſuerit eas non dicere, non eſt opus id exprimere in confeſſione, ſed adhuc ſolum eſt vnum peccatum, niſi interruptio facta ſit per pœnitentiam, ſeu actum contrarium ex Canon.in relectione de pœnitentia,p.5.& F.Lud.Lop.1.tom.c.31.& Philiar.2.p.l.2.c.22. de nu... *Mart.del Rio de magia.lib.6.c.1.ſect.3.poſt princip.verſ.ite m quandiu, & Salas* 1.2.*tract.7.diſput.6.ſect.13.diſput.5.ſect.8.* Et quæ tradit Arrag.22.q.62.art.8. ad ſecundum, & ita in terminis tenet idem F. Ludou. Lop.2.tom.d.c.105. & P.Ledeſm.ſupra.

Quicquid dicunt Roſel.Sylueſt.Nauar.Cucchus,
138 † Angles, Philiar. Graff. Enriq. Flam.Pariſ. Fr.Emmanuel Rodriq. Vega, Valent. Zerola, & Corradus ſup.citati, nu.131. & etiam Azor.ibid.conſequenter ad ea, quæ tradit lib.4.cap.4.4.quæſtione. & Gabriel Vazq. 12.diſput.75. & Suar. 4.tomo de pœnitentia, diſputat.22.ſect.5. *Et de religione d.tract.4.lib.4.c.25.num.17 & tract.6.lib.5.c.6.nu.11. & Molin. de iuſtit. tract 2 diſp.153.num.3. & Saudu.de offic.Eccleſ.6.par.c.14.3 concluſ.*
139 Et ſimiliter ait P.Ledeſ.ſupra eſſe vnum, † & idẽ peccatum, licèt multo grauius,ſi quis recitare omitteret officium diuinum vnius menſis, vel anni. Sed
140 certè fallitur in hoc Ledeſma, nam licèt id verum † ſit in actu voluntatis, quo id propoſuit in genere, & in communi, tamẽ ſequuta poſtea omiſſione in actu, tot ſunt peccata, quot diẽbus omiſit recitare, ſicut qui omittit ieiunare tota Quadrag. ſeu audire Miſſam in omnibus feſtis anni, tot peccata committit, quot ſunt dies obligationis:nam pro quolibet die eſt diſtincta num.obligatio,ſeu diſtinctum præceptum, vt infra num.166. *Et quod omittere officia duorum, ſeu plurium dierum, vel partes eorum, ſint peccata diſtincta, docet Suarez d.cap.25.numero 17.& 18.*

Sed ſuppoſito, quod omittere in vno die horas ẽt
141 omnes, eſt vnum tantum peccatum † dubitatur,an ſit in confeſſione explicandum, quot horas omiſit, an verò ſufficiat dicere, commiſi vnum peccatũ mortale in non recitando.Et DD. ſupra citati,num.131.
142 communiter tenent, † id eſſe explicandum, quia peccatũ eſt magis, vel minus graue notabiliter iuxta numerum, & quantitatem horarum omiſſarũ, quod mihi placet; nam licèt ſit magna controuerſia inter
143 Doctores, † an circunſtantiæ notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem ſint neceſſario confitendæ, de quo poſt alios Nauar. in cap.de pœnitentia diſt.5.à nu.5.& in manu.cap.6.nu.7.Philiar.2.p.lib.2.c.22. Candelabrum aureum,de confeſſione.nu.43.F.Lud. Lopez inſtruct.conſcien. 1.to.c.29.Summa Corona, 1.p.c.2.nu.4. Fr. Emman. Rodriq. in ſum.1.to.c.53. num.3. Toletus lib.3.c.7.P. Ledeſ.in ſum.de ſacram. pœnitentiæ,c.18.4.concluſ.& Suarez.d.4.to.diſp.22. ſect.3.& plures relati per Vegam in ſumm.1.p.c.56. caſu 21.& in Eſpejo de Curas.c.11.num.178.*Carrillo in repet.c.fin.14.q.6.de furto notab.dub.7. Nunno 3.p.& nouiſſimè Salas plures referens* 1.2.2.*to.tract.3.diſput.3. ſect.2.nu.11.* In ea fin.ſententia,quod notabiliter ag-
144 grauantes † ex parte obiecti ſunt cõfitendæ, aggrauantes verò ex parte ſubiecti, vt circunſtantiæ intenſionis,& durationis actus non ſint confitendæ,vt per Enriq.lib.5.c.7.§.6. Valentiam 4.tom. diſp.7. q.11. Quia circunſtantia, ex parte obiecti de ſe eſt perceptibilis, & facilis cognitu nõ ſic quæ ſe tenet,ex parte ſubiecti. Tum etiam quia, vt ait Valen.ibi circunſtãtia,ex parte obiecti non tam eſt circũſtantia actus in particulari, quam determinatum illius obiectum morale,atque adeo quiddam pertinens ad illius ſubſtantiã,ſaltem in indiuiduo; Circunſtantiæ verò,quæ propriæ ſunt circunſtantiæ,& accidentia actus etiam in indiuiduo, vt intenſio, & duratio, non ſunt confitendæ,quia alioqui præceptum confeſſionis eſſet durum, & propè intolerabile, quicquid dicat Zumel.1.2.q.75.art.6. dub.1.
145 Nonò dubitatur, † an beneficiarius dicẽs officiũ per aliud Breuiarium à Romano,v.g.per Breuiarium Ciſtercien. ſeu S.Domi.vel dicens de ſancto, cũ erat dicendum de feria, ſatisfaciat ſuæ obligationi,ita vt non peccet ſaltẽ mortaliter, nec teneatur ad fructuũ
146 reſtitutionẽ. Et videbatur ſatisfacere, † ex doctrina Caiet.in ſum.verb.horæ Canonicæ,§.2.Sylu.ver.hora,q.12.nu.15. Armillæ,verb.horæ Canonicæ,nu.7. Soti d.lib.10.q.5.art.4. B.Medinæ in ſum.lib.1.c.14. §.11.Angles de orat.q.10.10.difficultate, Cucchi d. lib.5.tit.7.nu.61. F.Lud.Lop.2.to.c.105. Vegæ.d.1. p.c.128.caſu 17.& Zerolæ,verb.horæ Canonicæ,§.6. qui docẽt nõ eſſe peccatũ mortale mutare Breuiariũ, nec recitare de ſancto, qñ eſſet recitandum de feria ſed ſolũ veniale qñ ad libitũ,& ſine rationabili cauſa fieret;nam ſubſtantia præcepti conſiſtit in hoc,quod Canonicæ horæ dicãtur, & nõ in qualitate horarum, quæ ſolũ eſt ſeruãda, tanquã iuſſa, & debita ceremonia, ritus, & modus, ſeu de qua non eſt aliud præceptum, quam cõſuetudo, quæ ſi vim habet præcepti, non eſt tã ſtrictè interpretanda, quam ſentẽtiam admittit Nauar.de oratione. c.21.nu.23.& F. Emman.
147 Rodr.in ſum 1.to.† c.141.nu.3.& c.144.& q.reg.1. to.q.42.ar.8.ad 1i.quoad vnũ,vel alterũ diẽ tantum, alias dicũt peccare mortaliter,quoniã tranſgreditur

præceptũ, quo iubemur oẽs recitare horas, ſecundũ formulã Breuiarij, quã ſequi præcipimur, quod ẽt tenent Arrag.d.q.83.art.12.dub.5.propter Bullã Bre-
148 uiarij Pij V.dicẽs, quod † quãuis non exiſtimet eſſe peccatũ mortale, vno aut altero die officium diuinũ peruertere recitando, ſ. horas de vno ſancto in die, quo Breuiariũ præcipit, vt officiũ fiat de feria, qui crebrò, & frequenter id faceret procul dubio mortaliter peccaret, & nouiſſimè P. Ledeſ.d.trac.9.c.4.15.& 19
149 conci. addens tamẽ peccare mortaliter † eũ qui mutat officiũ, recitando officium notabiliter minùs eo, quod debebat recitare ſecundũ Ordinariũ etiã ſemel.
150 Mihi aũt videtur dicendũ, non ſolũ † qui crebrò, & frequenter id faceret, ſed ẽt qui vno aut altero die, non ſatisfacere ſuæ obligationi, ſed peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionẽ fructuũ beneficij, vt patet ex Bulla Pij V. poſita in princip. ſui Breuiarij, vbi omnia alia Breuiaria, nõ antiquiora 200. annis abrogat, & ſubdit in hæc verba: Statuẽtes † Breuiariũ ipsũ
151 nullo vnquã tempore, vel totum, vel ex parte mutãdum, vel ei aliquid addendum, vel omninò detrahẽdum eſſe ac quoſcũque, qui horas Canonicas ex more, & ritu ipſius Ro. Eccl. iure, vel cõſuetudine dicere, vel pſallere debẽt, ꝓpoſitis pœnis per Canonicas ſanctiones conſtitutis in eos, qui diuinũ officiũ quotidie nõ dixerint, ad dicẽdũ, & pſallẽdũ poſthac in ꝑpetuũ horas ipſas diurnas, & nocturnas, ex huius Ro. Breuia. præſcripto, & ratione omninò teneri, neminemq. ex ijs, quibus hoc dicẽdi pſallẽdiq; munus neceſſario poſitum eſt, niſi hac ſola formula ſatisfacere poſſe.

Ex quibus verbis manifeſtè patet non recitantem
152 † per hoc breuiariũ, nec ſecũdum ipſius præſcriptũ, rationem, & formulam, atque ſecundum ipſius Reg. & rubricas, non ſatisfacere ſuæ obligationi, ſed incurrere pœnas conſtitutas in non recitantes, atque adeo obligationem reſtituẽdi fructus beneficiorum; & ſic, cum in d. Bulla expreſsè præcipiatur qualitas, & modus horarum, ceſſat hodie d. ratio Caietani, & aliorũ citatorum, quod de qualitate horarum non ſit aliud præceptum, niſi conſuetudo &c. quinimmo idẽ olim
153 præcipiebatur, vt exiſtimo, in Breuiarijs vniuſcuiuſque Eccleſiæ † ſeù Dioeceſis, & hodie etiã in Breuiarijs Religionũ, quæ ſunt in vſu, & eſt conforme iuri antiquo. c. de his. c. placuit 12. diſt. & arg. Clem. 2. de cele
154 brat. Miſſar. Alber. de Ferrarijs † de horis can. n. 64. Nic. plouede modo dicendi horas in prin. *& Sandon. de offic. Eccl. 6. p. c. 18. dicens cõiter receptũ.* facit declaratio S. Cõgrega. Cõcilij relata per add. ſeù apoſtillam
155 ad Cõſiliũ Nauar. 15. de celebr. † Miſſar. quæ cenſuit habẽtes Breuiarium ante. 200. annos inſtitutum non ſatisfacere recitãdo etiam extra chorũ iuxta formã Breu. noui Pij V. quod in ſua Eccleſia nõ fuit receptũ de cõſẽſu Epiſcopi, & Capituli, vt etiam tenuiſſe videtur Nau. conſ. 5. ad 2. q. 3. & cõl. 16. eod. tit. quãuis d. conſ. 15. contrariũ videatur tenere. *quod dicit probabile Leſſius d. lib. 2. c. 37. n. 74.* Tertiò facit ẽt in ſimili de Miſſali alia declaratio S. cong. ſuper c. de indice li-
156 brorum, & catechiſmo, Breuiario, Miſſali. ſeſſio. 25.
157 quæ ſic ait. Celebrãtes alio Miſſali, nõ hoc reformato qui aliàs tenẽtur ex Bulla Pij V. poſita in Miſſali Romano, incurrũt in peccatũ mortale, ſi ſciẽter, & abſq; iuſta cauſa id fecerint. Et hanc noſtram ſententiam videtur tenere Belarm. d. 3. to. vltima cõtrouerſia. 3. controuerſiæ. lib. 1. c. 18. *& Genuen in praxi cap. 80. n.* 157*nn.* & Graff. li. 2. c. 51. n. 10. † vbi ait, teneri ad reſtitutionẽ fructuũ beneficiatũ dicentẽ officium, non tamen conforme Breu. Rom. vel Eccleſiæ matrici, vt in Bulla Breuiarij habetur, quamuis in eo, qui diceret officiũ de ſancto, cum de feria dicere debuiſſet. c. 13. n. 22. tenet d. ſententiã. Felin. ſup. & Coſmas Philiar-
158 chus, d. l. 1. c. 6. 3. conci. ait modò per Bullam † Pij V. eſſe etiã præceptum de officio determinato; vnde ſi fieret de ſancto illo die minimè occurrente, quia officium eſt breuius, crederẽ, inquit, eſſe mortale, qui a videtur etiam quidam contẽptus, & ſumma Corona 1. p. cap. 1. n. 100. ait, non licere immutare officium,
159 nam per d. Bullam Pij V. præcipitur, † vt obſeruetur vniformitas Breuiarij noui, tam in ſeruientibus choro, quam priuatim, & domi recitantibus, itaque, ſi alio Breuiar. vſi fuerint, ac ſi non recitaſſent cenſebitur, vnde qui diceret de ſancto in die, quo dicẽdum eſſet de feria, vel contra, non ſatisfacit, etiam ſi ex aliqua inaduertentia id accideret, & poſtea aduertit in tempore, quo poteſt reiterare, & non reiterat, nec ſufficit illud pro die ſequenti ſatisfaciendo reſeruare. Hęc Summa Corona, & Corradus in d. reſpon. caſuum conſcientiæ. q. 243. a d. prin. ait clericos ſæculares, vel quoſcumq; regulares, qui celebrant ſecũdum
160 Breuiarium Romanũ, † teneri obſeruare de neceſſitate, prout Pius Quint. ordinauit, reformauit, & cõdidit nouum Breuiarium, tam in communi, quam in priuato, ita vt, ſi aliter celebrauerint, non ſatisfaciant, puta, ſi quando de feria celebrari ſit notatum, & celebrauerint de ſancto, mortaliter peccare, non ſatisfaciendo, quamuis inaduertenter contingat, & niſi de vno ſoluatur, pro vt notatum eſt, ſi tamen tempus ſuppetat. hæc Corradus, quamuis in fine d. q. referat ſententiam Arrag. de qua ſupra, & Valentia. d. 3. tomo diſp. q. 2. pun. 10. circa 3. ait d. ſententiã Caie
161 tani habere † maiorem difficultatem in Breuiario Romano propter d. Bullam Pij V. in qua præcipitur omnibus, ad quos id breuiarium pertinet, dicere officium ſecundum formulam huius Romani Breuiarij; conſtat. n. in formula huius breuiarij contineri, vt in feria dicatur de feria, & in feſto de feſto; & quã-
162 uis idem Valẽtia † ſtatim dicat, quod poſſet ad hoc reſponderi, illud verbum, ſecũdum formulam huius breuiarij, referendum eſſe ad formulas aliorum breuiariorum, quas potiſſimum nolebat Pius V. explodere; ita vt ſenſus ſit, dicendũ ſecundũ formulam huius breuiarij, non alterius: quod fiet, quamuis in feſto dicatur de feria, ſi tamen per hoc breuiarium; itaque manere poſſe probabilem opinionem Caietani, tamen iſta reſponſio non eſt bona, nã verba d. Bullæ ibi, niſi hac ſola formula, & ibi ex huius Breuiarij præſcripto, & ratione, clare ſignificant recitandum eſſe non ſolùm per iſtud Breuiarium, ſed etiam ſecũdum modũ, regulas, & Rubr. ipſius. Et Card. Toletus, licèt d. l. 2. cap. 13. verb. qualitas. in impreſſione
163 Lugd. dicat cum Caietano, † quando nullus adeſt contemptus, poſſe recitari per aliud Breuiarium, dũ modo non adeſſet Romanum nouum, ſine priuilegio, & in hoc qualitatem non obligare, cum verò de ſancto, vel de feria officium eſt, non poſſe mutari qualitatem abſque mortali, ſi ex aduertentia fiat; tamen in Romana editione ait, ibi ſibi non probari opinionem Silueſt. Caietani, & Arm. ſup. credere. n. qui tenentur recitare officium Romanum, & ſcienter nõ recitant iuxta præſcriptam formam Eccleſiæ Romanæ, aut particularis Eccleſiæ mortaliter pec-

eare, etiam quando in particulari recitant, & nouiſ-
164 ſimè Açor. d.l.10.† c.11.q.1. docet, quemlibet cle-
ricũ iure communi Canon. in officio perſoluendo. vti
debere formula ſuæ diœceſis, vel ordinis. ex d.c. de his
& c. placuit. 12. diſt. iure tamẽ nouo Pij V. vti debere
formula præſcripta in Breuiario iuſſu eiuſdem Pon-
tificis edito, vt dicitur in conſtitutione eidem Bre-
uiario præfixa, quãuis in eo, qui exoluit officium de
feria, cum eſſet de ſancto, vel è contra etiam ſcienter
ac data opera, c. 10. præcedenti, q. 2. dicat cũ Sylueſt.
Ecc. ſatisfacere, nec teneri repetere, & tantùm pec-
catum veniale admittere, ſi ſcienter id faciat. *Quam
ſententiam Açoris tenet Leſſius d. lib. 2. cap. 37. nu. 73. 74.
75. & 77. vbi ait, omnes debere ſequi Breuiarium Roma-
num, vel ſuæ Eccleſiæ, ſeu Religionis approbatum; muta-
tionem tamen officij etiam dedita opera non eſſe peccatum
mortiferum, vt ſi loco officij de feria dicatur de ſumma Tri-
nitate, vel de Venerabili Sacramento, vel de B. Virgine;
aut contra, loco officij de feſto dicatur de feria: quia id quod
Eccleſia primario præcipit, eſt, vt ſeptem horæ Canonicæ
quotidie recitentur: vt autem dicatur de hoc vel illo feſto,
hac vel illa forma, ſolum pertinet ad modum & circunſtan-
tiam ſecundariam officij, quæ non eſt tanti momenti; itaque
ſubſtantiam præcepti ſeruari, quodcunque officium Breuiarij
conceſſi dicatur, &c. Et idem videtur tenere Fuſcus de viſi-
tatione lib. 1. c. 20. nu. 15. & 19. Poſtremo Suarez d. trac.
4. de religione lib. 4. c. 11. à nu. 3. & præcipuè c. 23. a nu. 1.
tenet omnes maximè in choro debere recitare ſtando in iure
communi iuxta Breuiarium ſuæ metropolis, diœceſis, vel
ordinis, & alioquin non ſufficere, d. c. de his, & ca. placuit.
diſt. 12. & d. clauſ. 2. de celebrat. miſſarum; at iuxta nouum
ius Pij V. debere recitari iuxta formam ab ipſo Pio V. ſeu
Clem. VIII. reformatam, & approbatam præter in eo excep-
tos, ſcilicet habentes Breuiarium antiquius ducentis annis,
qui debent recitare etiam priuatim iuxta ſuum Breuiarium
legitimè retentum, & non iuxta Breuiarium Pij V. pecca-
tumque eſſe de ſe contra præceptum Eccleſiaſticum mutare
officium diei in recitandis horis mortale ex ſuo genere; poſſe
autem eſſe veniale ex paruitate, ſeu leuitate materiæ; vt ſi
officium ſit æquiualens in quantitate, vel fere, & mutatio
non fiat ex contemptu, neque animo eam ſæpè faciendi proli-
bito, ſed ex aliqua occaſione leui, minuſque rationabili: &
quoties hæc mutatio fit ex inaduertentia, quamuis non ſit in-
uincibilis, ſed culpabilis, non videri culpam grauem, nec te-
neri eam iterum repetere; quamuis ſi officium omiſſum eſſe
notabiliter maius, neceſſarium videatur aliquam compenſa-
tionem facere, ſi poteſt intra eundem diem, & iuxta eã poſſe
interdum hãc mutationem fieri ſine vlla culpa, & ex diſpẽ-
ſatione non ſolum Papæ, ſed etiam ordinarij in vno vel alio
occurrente caſu, &c. Ita Suarez, qui in principali reſolutio-
ne nobiſcum concordat; illud autem quod ſubdit de leuitate
materiæ, non bene cadit in propoſito: nam licèt mutans offi-
cium recitet æquiualens in quantitate, non recitat id quod
debet. ſed aliud diuerſum officium, & ſic non ſatisfacit, per-
inde ac ſi non recitaret, quemadmodum qui ex præcepto te-
netur ieiunare, aut audire miſſam, vel quid aliud facere, non
ſatisfacit, ſi id commutet in aliud æquale, aut ẽt maius eui-
denter, quia non facit rem præceptam. Nec ẽt videtur poſſe
dari iuſta cauſa ad ſatisfaciendum præcepto mutando officiũ;
nec ordinarium poſſe aliquando in hoc diſpenſare, nec morali-
ter dari caſus, in quo præceptũ recitandi obliget, ſeu currat ex
iuſta cauſa, ſeu diſpenſatione ordinarij poſſit officiũ mutari:
quãuis non potens recitare officiũ diei excuſetur a recitando.*

*Vnde etiam conuincitur ſententia Fr. Raphaelis de la
Torre de relig. controuer. 8. in princ. de hor. canon. nouiſſimè
dicentis, quod quamuis de iure communi vnuſquiſque in of-
ficio recitando teneretur ſequi ritum ſuæ metropolis, vt ha-
betur in c. de his, & c. placuit. 12. d. tamen communis ſentẽ-
tia erat non peccare mortaliter, qui ſecus facerent niſi for-
taſſe quilibet in ſua Eccleſia præcepto rigoroſo ad id aſtrin-
geretur: modo verò verba præcepti bullæ Pij V. adeo rigo-
roſa eſſe, vt ſi obligatus ad recitandum iuxta normam Bre-
uiarij Romani, alio vteretur crebrius, & ſine cauſa, peccet
mortaliter: ſecus qui ſemel aut iterum id faceret peccatum-
que eſſe non ſeruare modum recitandi, & formam in Bre-
uiario præſcriptam: veniale tamen, quia materia leuis eſt,
niſi tranſgreſſio modi, & formæ redundet in tranſgreſſionem
præcepti quoad ſubſtantiam illius, ob defraudationem officij
in notabili quantitate; vt ſi quis in Dominica recitaret offi-
cium feriæ tertiæ, quod eſt notabiliter minus: vel ob grauem
defraudationem finis cultus diuini in celebritatibus colen-
dis, ſeu euerſionem cultus: vt ſi in die Natalis Domini reci-
taret de S. Ioanne Baptiſta, aut propter vtramque cauſam,
vt ſi in quadrageſima recitaret de tempore paſchali, &cet.
conuincitur in quam iſta ſententia ex dictis.*

165 Et contra opinionem Nau. † & Fr. Emman. Ro-
drig. & Arrag. ſup. rectè aduertit Vega d. c. 128. caſu
17. quod ſi eſt peccatum mortale, & non poteſt quis
frequẽter mutare officium, ſine peccato mortali, nec
etiam poterit id facere vno, vel altero die, ſi quidem
quolibet die eſt præceptum recitandi diſtinctum,
*Suarez d. cap. 23. num. 13. & cap. 25. num. 13. 17. & 18.*
ſicut eſt præceptum ieiunandi quolibet die Quadra-
geſimæ, & etiam peccat mortaliter, qui deſinit icin-
nare vno die, aut duobus, ſicut qui multis, & è con-
uerſo. ego aduerto, quod ſi non eſt peccatum morta-
166 le, vno, aut altero die † id facere, nec etiam erit pec-
catum mortale ſæpè id facere: nam pro quolibet die
eſt diſtinctum præceptum, & officium cuiuslibet
diei eſt onus illius, ita quod non tranſit in alium, *Suar.
d. lib. 4. c. 27. nu. 4. & 5.* & ſic defectus vnius, & alteriùs
diei non poteſt continuari, & coniungi cum defecti-
bus aliorum dierum, vt peccatum, quod aliàs eſſet
veniale, fiat mortale, tunc enim poſterius peccatum,
167 quod aliàs eſſet † veniale, ratione præcedentium, ita
vt pro vna reputetur ſaltẽ moraliter, vt rectè inquit
Gab. Vazq. 12. diſp. 146. *& Tho. Sanch. in præc. Decal.
lib. 1. cap. 4. a nu. 9.* quæ continuatio nullo modo dari
poteſt, cum materia, & obiectum peccatorum præce-
dentium, & eius obligatio tranſeat omninò, nec vllo
modo remaneat, *Thom. Sanch. ibi, num.* 11. 12. 14. &
15. *Et accedit quod ait Alexan. Monet. de diſtrib. p. 2. q. 3.
num. 22. quod in vna hora omittitur, non eſt cum eo, quod
in altera omittitur, computandum, ad conſtituendam no-
tabilem partem; cum quælibet hora vnum totum integrum*
168 *& perfectum per ſe conſtituat.* † & aliàs ex pluribus,
venialibus non poteſt fieri vnũ mortale, vt apud om-
nes manifeſtum eſt, & tradit Gab. Vazq. ibi poſt D.
Tho. d. 1. 2. q. 88. art. 4. & ibi Caiet. & Bart. Medin. &
Zumel. *D. Carrillo alios referens in repet. c. fi. 14. q. 6. def.
not. nu. 28. Lorca 1. 2. diſp. 60. de peccatis, Salas ead. 1. 2.
tract. 13. diſp. 16. ſect. 25. Tho. Sanc, d. lib. 4. c. 5.*

169 Et ideo qui vouit, † ſeù iurauit quotidie recitare
orationẽ Dominicã, ſeu Angelicã, aut aliquid paruũ,
nunquã peccat mortaliter, ſed ſolũ venialiter ratione
paruitatis materiæ, ẽtſi per multos dies, & per annũ
id omittat, ſi id promiſit honorẽ, vel vt onus ſingulo-
rũ dierũ, qz lapſu cuiuslibet diei obligatio illius frui-
tur, & ceſſat nec ſi aliũ trãſit, vt tenet Sot. de iuſt. & iu-
re, l. 7. q. 2. ar. 1. Angles in Florib. Nic. q. de voto, ar. 2.

2.diſſicultate. Arrag.22.q.88.art.3.Gab.Vazq.d.diſput.146.nu.6. & Summa Corona de voto ſub nu.8. Açor.l.11.c.5.3.q. Enriq.in materia de voto, *Suarez de relig.tract.6.lib.5.cap.5. Torre eod.tract.1.tom.q* 88. *art.3.diſput.9.& art.5.diſp.7. Tho.Sanch.d.lib.1.c.4.nu.* 14.*&* 15.*vbi id etiam conſequenter ait de propoſito omittendi.* Et alij,& idem erit in vouente,ſeu iurante dare quotidie eleemoſinam paruã, ſi id promiſit, vt onus
170 † ſingulorum dierũ, ita vt obligatio ſit pro illo die, & cum eo finiatur;nam tunc eadẽ militat ratio,quod non poteſt fieri continuatio materiæ, & paruarum quantitatum, & obligationum, vt rectè tenent Gab. Vazq. Açor.& Enriq.*Suar.d.c.5. Torre d.diſp.9.num.6. & d.diſp.7.nu.8.& 9. & Thom.Sanch.d.nu.*14. *&* 15.
171 In hoc ſolum videtur eſſe differentia,† quod qui abſolutè,& ſimpliciter vouet,ſeu iurat,quotidie aliquid recitare, videtur id promittere,vt onus diei, ita vt etiam ipſa temporis determinatio per ſe cadat ſub voto, vt inquit Arrag. ſup.licèt in hoc contra ſentire videatur Gabr.Vazq.dub.6. *Sayr.in claui regia lib.6.c.6.nu.6. & cum eo Thom. Sanch.d.nu.*14. Qui verò abſolutè, & ſimpliciter vouet, ſeu iurat dare quotidie aliquam eleemoſinam, non videtur id promittere,vt onus diei, ita vt dies præſumatur ad finiendam obligationem, ſed potius præſumitur, vt terminus ſolutionis,ne vltra diem differatur, & hoc eſt,quod dicit Arrag. ſup. quod in hoc voto tantum res promiſſa per ſe cadit ſub voto, & tẽpus ſecundariò, & ſic ſemper manet obligatio ad reddendum promiſſum,quãuis tempus mutetur.*Et quod regulariter ſit iſta differentia inter vota perſonalia & realia, admittit Suar.d.cap.5. nu.6.11.& 13.& lib.4.tract.6.c.13.nu.9.& rectè tradit Torre d.diſp.9.nu.5.6.& 7.& d.diſp.7.nu.8. Et ratio eſt,quod in iſtis votis realibus agitur de emolumẽto alterius; nam ſemper fuit in vtilitatem proximi, ſeu ornatũ templi, vel quid ſimile;& ſic hoc eſt principaliter intentum,& circunſtantia temporis eſt ſecundaria,vt rectè ait Torre d.diſp. 9.nu.5. & d.diſp.7.num.8. & conducit dec.Rotæ in cauſ. Pampilonen. celebrationis Miſſæ. 7.Febr.1594. coram Illuſtriſſimo Mantica,vbi fuit reſolutum,quod beneficiati tenentur celebrare Miſſas, quas omiſerunt celebrare lite pendente, quia propter commodum liberationis eis relictum pro ſuffragio animæ teſtatoris,tenentur in qualibet feria 5.cantare miſſam in honorem Sanctiſs.Sacramenti, & ideò cum in litè ſuccubuerint,pro diebus præteritis à celebratione miſſarum non ſunt liberati,l.Celſus,§.1.de arbitris,c.cum dilecti.de dolo & contum. Nec obſtat, quod non recitans horas vnius diei non tenetur eas alio die recitare; quia Miſſæ,quæ ſunt dicendæ in 5.feria pro ſuffragio animæ teſtatoris, non ſunt ita propria illius feriæ,vt in alijs non poſſint celebrari. Præterea illud locum habet, quando ex omiſſione ſolus Deus offenditur; ſecus quando offenditur etiam aliquis homo viuens, vel defunctus, vt hic, Nauarr.de orat.cap.10. num.54.&c.*
172 Et ita rectè Sotus vbi ſup.abſolutè † facit diſtinctionem inter illa vota,dicens,quod qui votum emiſit quotidie recitandi aliquid paruum, etſi id quotidie omittat, numquã mortaliter delinquit.ſecus qui vouit quotidie obolum erogare pauperib.tunc enim licet vnius,aut duorum dierum omiſſio non ſit mortalis,tamen quod hodie nõ tribuit cras tenetur,quare vbi debiti ſumma exceuerit mortalis fit culpa. Et ſequuntur Arrag.Sum.Corona,& Enriq.ſup.& Petr. Ledeſ.2.p.ſum.trac.10.c.3.dub.1.& id quod dicit de vouente Eleemoſinam tradit ét N.Med.d.q.88.ar.4.
173 Nec eſt admittenda ſententia † Cani, F.Io. de la Penia,Mantij. Fr.Lud.Lopezinſtruct. 1.to.c.42. Fr. Emman.Rodr. in ſum.2.tom.c.99.nu.1. Graſſ.lib.2. c.23.nu.4.& Cunigæ de voto,q.4.nu.31.& Valentię 3.tom. diſput.6. q.6. tenentium contra Sotum in eo quod dicit de vouente recitare quotidie aliquid paruum, quorum ſententia ſolum erit vera quando id vouens præfiniret diem non ad faciẽdam obligatio-
174 nem, ſed † vt terminum ſolutionis, ne vltra diẽ differatur, & explicitè haberet talem intentionem, vt per Gabr. Vazquez, & Azor. ſup. *Et Suarez, qui rectè procedit in hoc,& eſt videndus & Thom.Sanchez.* Iuxta quod etiam eſt accipiendus Zumel. ſupra. *Quamuis nouiſ. Salas 1.2.tract.13.diſp.16.ſect.17. num.94. eam diſtinctionem reijciat abſolutè tenens,quod qui vouit ſingulis diebus dare paruam aliquam eleemoſynam, vel recitare orationem Dominicam, ſæpius id omittens peccat mortaliter,& citat etiam Sayrum lib.2.c 13.nu.21.*

*Nec etiam eſt admittenda ſententia Lorcæ d.diſp.60.de peccatis,qui è conuerſo tenet contrarium, ſolum circa vouẽtem ſingulis diebus aliquam paruam eleemoſynam dare, docens, ſi intentio vouentis ferretur in aliquam magnam quãtitatem;quam in dies paulatim ſoluat,abſque dubio peccare mortaliter, quando ad totius quantitatis omiſſionem peruenerit; ſi autem directè fertur in paruam quantitatem, ſiue eleemoſynæ, ſiue orationis breuis ſingulis diebus ſoluendæ, æquiualere votum pluribus votis leuis materiæ, ex quorum tranſgreſſionibus nunquam coaleſcit mortale, ſicut nec ex pluribus venialibus. Quæ ſententia conuincitur:nam votum paruæ quantitatis eleemoſynæ ſingulis diebus ſoluendæ, non æquiualet pluribus votis leuis materiæ, niſi quando ſit vt vnus ſingulorum dierum, iuxta d.Ex iſta autem ratione de pluribus votis leuis materiæ conuincitur doctrina Thom. Sanch.d.c.4.nu.16.quæ mihi non placet.*
175 Sed quamuis † qui recitaret de ſancto, etiam ex inaduertentia,ſeu obliuione,quando eſſet recitandũ de feria, vel è contra,non ſatisfaciat,ſed teneatur iterum recitare iuxta dicta, tamen qui recitaret de vno ſancto,cum eſſet recitãdum de alio,ſi eſt parua differẽtia inter vnum,& alterum officiũ, ſufficiet repetere particularia illius officij, vt hymnum,antiphonas,lectiones, Toletus d.l.2.c.13.verſ.tamen notãdum eſt.
176 Idq; probabile exiſtimo. † quod qui recitauit de ſancto cum eſſet recitandũ de feria, vel è cõtra, quia forte calendariũ,quod vidit,erat erratum,aut ſequẽdo ſententiã peritorũ,quæ poſtea apparet falſa,ſatisfacit, ex quo adhibuit debitam diligẽtiam, nec tenetur iterũ recitare,etiãſi intra eundem diem conſtatet de errore, ſicut qui ſemel facit reſtitutionem illius, quod debet,ſequẽdo opinionem probabilem, & doctorũ hominũ, ſatisfacit,nec tenetur iterum reſtituere, licèt poſtea appareret illã opinionem eſſe falſam, & quod alteri erat facienda reſtitutio,& non cui facta eſt, Bannes.2.2.q.32.art.7.2.dub.3.& 4 concluſ.
177 Sed reſtat † difficultas an priuilegium Innocen. IV. fratribus Minoribus, quod ratione itineris, ſeu alterius iuſtæ cauſæ exiſtentes extra ſuos Conuentus poſſint recitare cum alijs, vel per ſe officium diuinũ, non iuxta ordinem breuiarij Romani,ſit reuocatum per dictam Bullam Pij V. in qua reuocantur omnes permiſſiones, ac conſuetudines, & ſtatuta, nec non priuilegia,licentiæ,& indulta recitandi more, & ritu Breuiariorum ſuppreſſorum.
178 In qua † difficultate.F.Emman.Rodriq.d.1.to.c. 141.nu.2.& cũ eo Vega.d.c.128. caſu 25.docent,nõ

eſſe

esse reuocatũ, quia illa reuocatio intelligitur de priuilegijs, ex quibus omittitur formula recitandi Breuiarij Romani semper, non de priuilegio particulari pro aliquibus diebus ex iusta causa, quæ sententia non videtur improbabilis. P. Ledesm. d. tract. 9. cap. 4 circa 15. concl. 3. sed posse optimè sequi.

179 Verum mihi † non placet, verius enim videtur ex d. Bulla Pij V. esse reuocata omnia priuilegia recitandi per aliud Breuiarium à Romano, etiam pro aliquibus diebus, & facit, quod aliàs in simili circa priuilegia non seruandi interdicta in aliquibus diebus tantum, ex sententia S. Congregationis dicetur c. seq. à nu. 278. quamuis priuilegium concessum per Martinum V. patribus S. Hieronymi, quod infirmi, & senes
180 satisfaciant obligationi recitandi, † recitando aliquos psalmos, & priuilegium concessum per Leonem X. Fratribus Minoribus, quod interim satisfaciant recitando aliquid iuxta dispositionem suorum Prælatorum, & alia similia non videantur reuocata, vt aiunt. F. Emman. Rodriguez. Vega, & P. Ledes. supra, quia non facit contra. d. Bullam.

181 Decimò dubitatur, an beneficiatus † recitans officium sine debita attentione, teneatur ad restitutionem fructuum, in quo in primis certum est recitantẽ sine debita attentione ex industria, seu proposito, tal-
182 tem virtuali ob negligentiam † notabilem non satisfacere, sed teneri ante lapsum diei repetere sub peccato mortali, Naua. de oratione. cap. 13. nu. 18. & c. 20. nu. 31. Soto l. 10. quæst. 5. art. 5. N. Medi. in sum. l. 1. c. 4. §. 11 Angles in floribus de oratione quæst. 5. 4. diffinitione. P. Nau. de restitutione, lib. 2. cap. 2. num. 240. Arrag. 2. 2. quæst. 83. art. 13. vers. est aliud dubium. Enriq. in summa, lib. 5. cap. 15. §. 2. Fr. Lopez. 2. tom. cap. 103. F. Emman. Rodrig. 1. tom. cap. 143. n. 1 Vega. 1. p. c. 128. casu 20. Valen. 3. tom. disputat. 6. q. 2. pun. 10. circa 8. Açor. lib. 10. c. 12. q. 6. P. Ledes. d. tract. 9. cap. 4. 20. conclu. & Gab. Vazquez. 12. tom. 2. dispur. 160. nu. 30. & 31. *Lessius d. lib. 2. c. 37. à nu. 64. Suar. d. tract. 4. de relig. lib. 4. c. 14. & c. 26. à nu. 3. & 13. & 25. & de legib. lib. 4. c. 13. nu. 12. Lorça 1. 2. disp. 16. de legib. memb. 2. ad 5. Torre contr. 8. de hor. canon. disp. 3. & controu. 9. nu. 5. & 6. & Salas de legib. disp. 9. sect. 1. à nu. 16. præcipua, nu. 24.*

183 Quamuis † contrarium tenuerit Ioan. Medina de oratione q. 16. vers. de 2. ea ratione quod secundum Caietanum præceptum dicendi horas distinctum est à præcepto dicendi eas cum attentione, nam præceptum eas dicendi absolutè prius fuit latum, deinde in c. dolentes. de celebratione Missarum fuit latum præceptum de attentione, vnde qui horas dixit sine debita attentione satisfacit præcepto primo de dicendis horis, etiamsi non satisfaciat secundo de attentione, & ita non tenebitur eas redicere, etsi de defectu deuotionis, & attentionis teneatur pœnitere, cum quo tenet Cord. l. 4. q. 13. ad fi. *& reputat probabile Lessius d. c. 37. nu. 68. non teneri petere, quia substantiam operis præcepti præstitit, deuotionem enim solum præcipi vt circumstantiam, vt opus conuenienti modo fiat.*

184 Sed huic rationi cum Valentia † supra respondetur; primò, dato illud esset distinctum præceptum, nihilominus tamen teneretur talis iterum dicere, vt ita diceret attentè, & satisfaceret secundo præcepto præscribenti modum; secundò falsum esse, quod ista duo præcepta in re sint distincta, vtroque enim præcepto vtrumque iniungitur, & dicere attente, sed in secun-
185 do præcepto † expressius declaratur modus dicendi attente, in primo autem expresse quidem non modus, sed solus actus ipse dicendi officium, in quo tamen implicite continebatur modus dicendi attente, tanquam modus substantialis orationis. B. Medin. d. §. 11. Enriq. d. c. 15. §. 2. F. Lud. Lopez. 1. tom. c. 246. & 2. tom. d. c. 103. Suar. 3. tom. disput. 4. sect. 2. nu. 26. *& de relig. d. tract. 4. in proœmio, & lib. 3. c. 4. à nu. 3. & c. 26. a num. 13. & 25. post Led. & Lorça & Fr. Ant. de Alnarado Benedictinus in arte de bien viuir lib. 1. cap. 11 nu. 8. & cap. 14. circa princip.* P. Ledesma supra, & sic est intelligendus Caietanus, *quem sequitur d. Alnarad. lib. 4. c. 9. nu. 4. & Ant. Mol. Carthus. in instruct. sacerd. tract. 3. in addi. c. 1.* & quod non sint duo Ecclesiæ præcepta, sed vnum tantum de recitandis horis attentè dicit probabilius, & verius Açor. d. cap. 12. 5. quæst. & tenet Suarez ibid.

186 Hoc supposito ad dubium † propositum respondendo dicendum est, talem teneri ad restitutionem fructuum, non secus ac eum, qui horas minimè dixit. Et ratio præcipua est, nam cum attentio sit modus substantialis, nec satisfaciat præcepto Ecclesiæ, vt diximus, nõ dicitur recitasse, qui sic recitat, atque adeo in eo habet locum pœna restitutionis imposita contra non recitantes, & ita tenent Nauar. d. c. 20. nu. 32. P. Nauar. d. n. 240. & seq. Graff. l. 2. c. 51. nu. 7. F. Emman. Rodrig. d. c. 143. nu. 1. Vega d. c. 128. casu 20. P. Ledes. d. c. 4. circa 21. conclusionem pag. 1090. & magis placet Açor. d. c. 12. 6. q. & c. 14. 8. quæst. *Lessius supra nu. 67. & Alex. Moneta de distrib. p. 2. q. 2. nu. 20.* & sentit Suarez vbi proximè, nu. 27. *d. disp. 4. sect. 2. n. 27. & expresse tenet d. lib. 4. c. 26. nu. 25. & 28. & c. 30. nu. 15. & Lorça supra. Torre controu. 9. nu. 42. dicens communem, & Salas supra.*

187 Quamuis contrariam sententiam † teneat Corcum Io. Med. supra consequenter ad d. suam opinionem, de qua nu. 183. & cum Castro de l. pœnali. l. 2. c. 5. Enriquez l. 9. cap. 25. §. 5. & Toletus d. l. 2. c. 12. 4. d. quam etiam dicit probabilem Azor. supra ea ratione, quod restitutio fructuum est pœna iure Canonico tantum constituta in beneficiarios, qui diuinum officium omittunt, *dicit etiam probabilem Lessius d. nu. 68. eadem ratione, quia illi soli inuentur restituere, qui officium omiserunt, non qui negligenter, vel distractè dixerunt.* cui tamen respondetur ex dictis. & aliquo modo tenet F. Ludouicus Lopez d. c. 146. & 103. cum Soto de art.
188 5. & 6. qui tamen † vt rectè inquit Nauar. sup. n. 238 loquitur consequenter ad quandam suam, quam ibi tenet opinionem supra à nobis refutatam secunda illatione nu. 27. quod dimittens officium pro vno, aut duob. diebus non tenetur ad restitutionem, vnde eã reddit rationem, quoniam neque si officium prætermitteret, obligatus esset, & sic solum loquitur de eo, qui vno, aut duobus diebus recitaret sine debita attentione, & consequenter potius tenet nostram sententiam in hoc dubio, pro qua eum citat Azor. supra & eam etiam tenet Ga. Vazq. sup. à n. 32. cuius tamen ratio, & restrictio non placet.

189 Vndecimò dubitatur, an, qui † dicit officium cum debita attentione, sine intentione tamen, & animo satisfaciendi obligationi. & præcepto, sed animo postea iterum dicendi ad satisfaciendum, aut causa deuotionis, recreationis, vel alia simili, nihilominus satisfaciat, an verò teneatur iterum recitare sub peccato mortali, & obligatione restituendi: & simile dubium

bium eſt de audiente Miſſam in die præcepti, ſine animo ſatisfaciendi præcepto, ſed deuotionis, vel alia cauſa. In hoc dubio Nauar. de oratione cap. 13. nu. 16. 17. & 28. & c. 16. num. 73. & 74. & c. 20. num. 30.

190 † tenet non ſatisfacere, quia actus agentiũ non operantur vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi certum petat. eand. ſententiam tenet Io. Medina de

191 oratione. q. 16. verſ. de tertio, probat † à ſimili, nam ſi debeo Petro decem, & do illi decem animo donandi, non debitum ſoluendi, non liberor à priori debito, & ſi promiſi alicui vnum equum, & do illi equũ, non animo complendi promiſſum, ſed donandi, non maneo liber à promiſſione, item ſi ſtipendium ab aliquo accepi, vt pro eo Miſſam celebrarem, & poſtea non ob ſtipendium, ſed gratis, aut ob aliam cauſam pro eo celebro, non maneo liber à debito, igitur ita in propoſitio, & ſequuntur Mar. Ledeſm. 2. p. 4. q. 16. art. 6. dub. 3. Sandoual. p. 6. c. 14. Frãcolinus de tem-

192 pore horarum † Canon. c. 17. nu. 11. F. Lud. Lop. in inſtru. negotian. l. 1. c. 53. Enriq. in ſum. l. 9. c. 25. §. 6. Fr. Emman. Rod. 1. tom. cap. 143. num. 2. Vega. d. c. 128. caſu 12. & nouiſſime P. Ledeſ. in ſum. 1. p. de Sacramento Euchariſtiæ. c. 27. 10. concl. vbi reddit rationem, quia adimpletio præcepti eſt opus obedientiæ. & 2. p. tract. 9. c. 4. concl. 20. 2. difficultate, & cõ-

193 cluſione vltima, & hanc ſententiam tenet etiam † Philiar. d. lib. 1. cap. 6. vbi ait, quemlibet ad officium obligatum teneri ſub peccato mortali à principio officij habere actualem, vel ſaltem virtualem intentionem ſatisfaciendi obligationi de recitando, & reddit rationem, quia recitatio officij debet eſſe actus humanus, & ex deliberatione. idem ead. ratione tradit nunno. 3. p. quæſt. 83. art. 6. nempe, quia omnis actus humanus debet eſſe liber, & voluntarius, at Arrag.

194 d. q. 83. artic. 13. verſ. ſed dubitabit. † inquit, quod quamuis d. ſententia Medinæ ſit valdè probabilis, atque ſecura, non tamen minus probabile putat, quod, qui ita officium dixit, tenetur iterum eadem die de nouo officium recitare, vel intra eãdem mutare animum, atque habere animum ſatisfaciendi, tota enim illa die vrget præceptum Eccleſiæ, cui tenetur velle obedire, & ad id ſufficiens videtur animi mutatio; ſuppoſito, quod iam debitè officium dixerit, hoc au-

195 tem de mutatione † voluntatis intra tempus præcepti tũc eſſe neceſſarium ait Suarez 3. to. 3. p. q. 88. ſect. 3. quando cum voluntate audiendi Miſſam, ſeu recitandi coniungitur voluntas formalis contraria præcepto, vt ſi quis, dum ex deuotione Miſſam audit in die feſto hunc actum formalem habeat, nolo hac Miſſa implere præceptum, & in illa voluntate perſiſtat, quo caſu per illum actum, vt ſic, re vera non implet præceptum, quia nullo modo obeditur illi, quia implere præceptum actus eſt obedientiæ, qui ſine voluntate non fit; ſatis tamen eſt, vt voluntatem mutet intra tempus præcepti, & velit auditione præcedentis Miſſæ ſatisfacere præcepto, nam ſolum ibi defuit obedientia volũtatis, quæ adiungitur per ſubſequentem voluntatem; quando verò non adeſt voluntas contraria præcepto, ait ſufficere ad illud implendum voluntatem audiendi Miſſam, ſeu recitandi, etiamſi formaliter non ſit ſub intentione implendi præceptum, quia omnis, qui non excludit, cenſetur virtualiter includere intentionem implendi præceptum in ea voluntate, qua vult efficere actum præceptum, & ſic qui ſummo mane Miſſam audiuit ex de-

notione exiſtimans non eſſe diem feſtum, quamuis poſtea ſciat, non tenetur ad aliam Miſſam audien. ſed ad ſummum ad volendum ſatisfacere præcepto per priorem actum, immo neque hoc in rigore eſſe neceſſarium, ſed ſolum vt iudicet ſe ſatisfeciſſe præcepto. hæc Suarez, *Quem nouiſſimè ſequitur Torre contro. 9. d num. 7.* Cuius tamen ſententiam, quod ſatis

196 fit in illo caſu mutare † voluntatem intra tempus præcepti, improbat Pet. Ledeſm. ſup. cum Mar. Led. Medin. & alijs, & Nunno. nouiſſimè Açor. l. 7. cap. 2. q. 6. & lib. 10. c. 8. q. 7. & c. 12. q. 8. & 9. in hoc dubio

197 docet, quod qui dicit officium, † aut audit Miſſam cum animo non ſatisfaciendi præcepto, non ſatisfacit, cum habeat voluntatem contrariam, ſed debet repetere, nec ſufficit voluntatem mutare; qui verò inſcius, vel immemor præcepti recitaret, aut neſciens eſſe diem feſtum caſu Miſſam audiret, ſatisfaceret, cum non habeat voluntatem contrariam non ſatisfaciendi, ſolum enim præcipitur, vt ſponte, & voluntariè recitemus, vel audiamus. *Et nouiſſimè id teneat Lorca 1. 2. diſp. 15. de peccatis dicens ſufficere intentionem virtualem, quam habet quiſquis peragit quod lege præceptum eſt abſque contrario actu, & explicita volitione non implẽdi; at eum, qui efficit actum legis, expreſſe excludens intentionem implendi, & referuans in alium actum, nulla ratione ſatisfeciſſe.*

198 Sed iſtis † ſententijs omiſſis mihi † placet ſententia aliorum abſolutè dicentium, recitantem, ſeu audientiam Miſſam cum debita attentione, ſine intentione, & animo ſatisfaciendi obligationi, & præcepto, nihilominus ſatisfacere per iuſtum actum, quia præceptum non requirit intentionem implendi in actu ſignato, ſed tantum in actu exercito, nam ſolum obligat ad ſubſtantiam actus, nempe ad recitandum, ſeu audiendam Miſſam, non autem ad hoc, vt quis peculiari alio actu voluntatis, & in actu ſignato velit etiam ſatisfacere præcepto, & qui recitat, vel audit Miſſam, quantumuis nolens ſatisfacere, vere nihilominus recitat, & audit Miſſam, atque adeo ipſe verè ſatisfacit præcepto, nec eſt in poteſtate alicuius præcepto non ſatisfacere, poſito, quod velit officium recitare; itaque ineptum etiam eſſet, velle tunc non ſatisfacere, & intentio non ſatisfaciendi ſecluſo voto, non obligat; ita tenet Valentia. d. 3. tom. diſput. 6. quæſt. 2. punct. 10. circa 8. ad fi. & multi Thomiſtæ 1. 2. quæſt. 100. art. 9. & alij moderni P. Gabr. Vazq. *d. quæſt. 100. art. 9. dub. 1.* Martinez, & Caſaſola ſocietatis Ieſu.

*Et nouiſſimè Leſſius d. lib. 2. c. 37. nn. 59. & c. 46. nn. 42. dicens rationem eſſe, quia opus præceptum non eſt verbi gratia, audire ſacrum animo implendi, ſed ſimpliciter audire ſacrum attente, & deuotè hoc autem ſit, etiamſi fiat animo non implẽdi præcepti, itaque ſatisfactum eſſe intentioni Eccleſiæ quoad rem præceptam; vnde nec incurreret cenſuram non audienti poſitã. Subdit tamen, quod ne cenſeatur præceptum ipſum in animo contemnere, debet explicitè, vel implicitè intendere, ei obedire, & ſatisfacere per hoc opus vel per aliud. Vnde ſi expreſſe intendat non ſatisfacere per hoc opus, debet habere animum ſatisfaciendi per aliud, alioquin peccat contra præceptum, non quidem omiſſione operis externi, ſed interno cõtemptu & affectu, quia non vult obedire præcepto, quamuis re ipſa ei obediat faciendas opus: illum autem animum debet habere, quandiu manet in priori propoſito, quo vult non eſſe ſatisfactum præcepto opere præcedenti. Itaque ſi mutet hoc propoſitum non eſſe neceſſarium,*

*vt p[illegible]neat in voluntate operis iterandi, nec tenetur itera-*
*re, quia non amplius censebitur præceptum contemnere. Ita Lessius: & idem iam docet Suar. d. tract. 4. de relig. lib. 4. c. 26. à nu. 8. ad 12. cum Lessio, licet ipsum non citet.*

*Sed ego aduerto, illud peccatum interni contemptus, & affectus peruenire ex conscientia erronea, qua putet, seu iudicet non satisfacere, seu non satisfeciſſe præcepto per illud opus, & nihilominus non habeat animum satisfaciendi per aliud: vnde satis est, conscientiam illam erroneam deponere, & intelligere satisfieri, seu satisfactum esse præcepto per opus illud, nec opus esse mutare propositum, & velle satisfactum esse præcepto opere præcedenti; sed quod non habeat affectum contrarium præcepto, seu conscientiam erroneā, &c. Et ita post hæc videtur tenere Salas de legib. disput. 9. sect. 2. tenet etiam Tho. Sanch. in prec. Decal. lib. 1. c. 13. à n. 9. dicens, ad impletionem præcepti non exigi intentionem satisfaciendi præcepto, nec mutationem volitionis in eo qui habuit intentum non satisfaciendi præcepto per illud opus, & satis esse, si ille credat se non satisfeciſſe vt eam conscientiā erroneam deponat. sciens se satisfeciſſe, etsi nullam intentionem satisfaciendi per opus præteritum habeat; implentem autem præceptum cum intentione non satisfaciendi illi, nec iterum implendi, peccare mortaliter, non contra illud præceptum speciale, sed contra præceptum generale naturale diuinum, quo tenetur quisquis fidus esse legi, & legislatori; & virtute huius generalis præcepti teneri non persistere in ea prana volitione, seu affectu, &c.*

199 Loquuntur enim de eo, qui † voluntarie recitat, vel audit Missam, & non inuitus, & per vim præcisam, seu violenter, nam qui sic faceret, non recitaret, seu audiret Missam verè. *Et sic non satisfaceret præcepto, Molina de inst. tract. 5. disp. 58. nu. 2. Suarez & Lorca sup. & Salas d. sect. 2. nu. 34. dicens secus esse in eo, qui non vi præcisa, sed metu assistit, de quo Sot. de inst. & iur. lib. 2. q. 3 art. 9. & omnes dicunt satisfacere præcepto, quia libere & voluntarie assistit: nam qua metu fiunt, sunt vere & simpliciter voluntaria; sequitur Tho. Sanch. supra, nu. 5. & 7. qui tamen in recitante ait, nulla humana vi posse omnino compelli linguam ad recitandum, sed solo metu, &c.*

200 Et ad rationem † aliarum sententiarum Resp. ad rationem Nau. quod actus agentium non operantur vltra eorum intent. Resp. quod ea procederet, si requireretur in proposito intentio satisfaciendi præcepto; at cum ea non requiratur, sed solum faciendi actum vt dictum est, nihil facit contra nos ista ratio.

201 Ad rationem Ioannis Medinæ, *omissa responsione Lessij supra nu. 60. & Suarez d. c. 26. nu. 8.* Resp. esse discrimen, quod in illis casibus interuenit obligatio Iustitiæ, cui non satisfacit, qui dat ex liberalitate, *Thom. Sanchez num. 11. & 13.* at in proposito non est obligatio Iustit. sed Relig. vt sup. diximus. n. 14. & qui recitat officium, vel audit Missam, cum debita attentione, quamuis nolit tunc præcepto satisfacere, tamen facit tunc actum Religionis præceptum, vt rectè inquit Valent. supra. Vnde etiam ad rationem Suarez.

202 & P. Ledes. quod implere præceptum est actus † obedientiæ, qui sine voluntate non fuit Respon quod huiusmodi obligatio recitandi, vel audiendi Missam, est religionis, ex cuius motiuo, & intuitu id præcipitur, & solum obedientiæ generalis, quæ versatur circa omnia præcepta, non verò obedientiæ specialis, in qua posset procedere ista ratio, & ita Enriquez. d. §. 6. in glos. litera, A, fatetur, quod præceptum Ecclesiæ, & legislatoris intentio non obligat ad præceptum ex inobedientia, sed propter proprium motiuum Relig.

Etenim in hoc puncto ad sciendum quando fa-
203 ciens † actum, sine intentione satisfaciendi, satisfaciat obligationi, & præcepto, vel non, considerari oportet, an talis exerceat nihilominus actum virtutis, ad quem formaliter tenetur, nec ne. Vnde qui tene-
204 tur ex voto ad aliquem actum, † non satisfacit huic obligationi, per actum factum sine intentione adimplendi votum, quia non est actus Religionis, circa adimpletionem voti, ex quo satisfit vltimæ rationi de voto adductæ per Patrem Ledesma supra d. 10. concl. *cui non bene respondet Suar. d. cap. 26. num. 8.* & similiter, qui tenetur ad aliquid ex pœnitentia iniuncta à con-
205 fessario, † si illud faciat sine intentione adimplendi illam, non satisfacit, quia vt sic, non est actus pœnitentiæ, & satisfactionis sacramētalis. *Quamuis Tho. Sanch. sup. nu. 10. 17. & 18. idem dicat in voto, iuramento, & pœnitentia, quòd in alijs præceptis.*

206 Ad impletionem † verò, seu voti fractionem cuiuslibet præcepti, seu voti negatiui satis est non agere actum prohibitum. *Lorca d. disp. 15. de peccatis, qui ait, quod cum præcepta negatiua impleantur sola cessatione ab actu, quacumque ratione homo cesset, liber est à transgressione, quamuis si non sit sciens & eligens, nullum meritum acquirat. Et nouissime Salas de legib. disp. 9. sect. 1. sub nu. 12. vbi ait, præceptum ieiunandi quamuis sonet affirmationem esse negatiuum, ac proinde pura omissione impleri, impletiones autem & ipsa omissio, vt sit aliquo modo moralis, dicere voluntarias, & liberam; tamen licet esset mere naturalis satis esse, vt homo diceretur non violasse præceptū, licet si esset contra voluntatem peccaret, volens violare præceptum illud negatiuum. Quamuis Thom. Sanch. sup. nu. 2. & 5. dicat veram opinionem, non impleri nisi per actum humanum, quo velit ieiunare, & quod non impleret ieiunium violenter ieiunans, seu qui omnino inuitus distracto sibi cibo ieiunaret, cum Azor. d. lib. 10. c. 12. q. 9.*

Ad rationem Philiarchi Resp. quod ex eo, quod
207 † quis recitat sine intentione satisfaciendi, non desinit esse actus humanus, & ex deliberatione, supposito, quod velit recitare, nam loquimur de eo, qui re-
208 citat † animo orandi, & qui diceret officium non animo orandi, sed aut legendi, aut psalmos addiscendi, teneretur illud iterare si quidem orare obligatur; & talis non orat, vt constat, & rectè inquit Arrag. supra, & Açor. d. c. 8. q. 7. & c. 12. q. 9. *Lessius d. c. 37. nu. 67. & nouissime Suar. d. tract. 4. de relig. lib. 3. c. 3. & lib. 4. c. 26. nu. 5. & 11. & Torre d. contro. 9. nu. 12. Thom. Sanch. num. 3.*

209 Tandem in hoc dubio † aduertendum est, certum esse in opinione Nau. Medinæ, & aliorum supra, non esse necessariam actualem intentionem satisfaciendi, sed sufficere virtualem, vt in eo, qui animo deliberato caperet Breuiarium, aut iret ad Ecclesiam, vel aliud simile faceret, ita, vt interrogatus, quare id faceret, vere responderet, se id facere ad recitandum, & satisfaciendum suæ obligationi, vt rectè inquit Nau. d. c. 13 n. 16. & 17. Enriquez supra. Fra. Emman. Rodrig. d. c. 143. nu 4. Vega d. c. 128. casu. 23. & P. Ledesma supra. *& Suar. d. c. 3. nu. 16. & d. c. 26. nu. 6.*

210 Non tamen rectè ait † F. Emman. Rodrig. d. 1. tom. c. 123. nu. 2. contra Mar. Ledes. & Ludou. Lop. supra quorum sententiam, ait probabiliorem Pater Ledes. d. concl. 10. eam virtualem intentionem habere qui audit Missam ex deuotione in die præcepti, ignorando esse festum, atque ideo satisfacere. quod etiam ait Enriq. dicens interpretatiue voluisse implere præ-

re præceptum,& Suarez ſupra,*d.ſect.3.& d.c.26.n.6. & Lorça ſupra.*& ait probabile P.Ledeſma ibi,nam licet certum videatur, quod ſi ſciret eſſe feſtum vellet ea Miſſa ſatisfacere præcepto, tamen conditionalis
211 † nihil ponit in eſſe,& ſic ſolum poterat dici eſſe habitualem intentionem,non virtualem,cum non præceſſerit actus, in cuius virtute illa eſſet, vt inquit F. Lud.Lopez ſupra,& conſequenter in eorum opinione, ille non ſatisfaceret præcepto, nam vbi intentio requiritur,non ſufficit habitualis, vt aliàs dicitur in materia ſacramentorum de intentione miniſtri.

Duodecimò dubitatur, an beneficiatus non potens recitare per ſe, qui tamen poteſt cum ſocio alternatim commodè recitare,teneatur† ſic recitare.
212 In quo Nau.de oration.1.12.nu.13.& 14. & in man. c.25.nu.100.tenet,quod qui poteſt cum ſocio recitare,& eum habet,vel habere commodè poteſt, quia habet redditus Eccleſiaſticos, vel patrimonij,ad cuius titulum ſit ordinatus, quibus ſocio ſatisfacere poſſit,tenetur cum eo recitare,quia tunc ceſſat ratio eum excuſans,& quia aliàs ſequeretur,quod ille, qui ſanus, vel aliàs non impeditus ſolebat dicere horas cum ſuis familiaribus, excuſaretur abeis propter tãtillum oculorum dolorem, vel lippitudinem impedientem à lectione horarum, etiamſi partem ſuam memoriter teneret,quod eſt abſurdum.ſequitur Phi-
213 liar.d.l.1.c.10.1.concl.† Arrag.d.q.83.art.12.1.cauſa prætermittendi offic.Graff.l.2.c.54.nu.1.3.& 10. F.Emmanuel Rodrig.ſup.c.144.nu.1.Vega d.c.128. caſu 16.Valen.ſupra d.pun.10.circa ſeptimum.1.cauſa.Açor.l.10.c.13.q.3.& 6.P.Ledeſ.d.tract.9.c.4.9. concl.4.diffi.& videtur tenere Fuſcus de viſitat.l.2.c. 20.nu.25.qui omnes dicunt,quod qui commode poteſt habere ſocium, etiam cum mercede tenetur cum eo recitare.*Et noniſſimè Suar.de relig.tract.4.lib.4.c.28 nu.13.14.& 15.docet,quod qui non poteſt recitare ſolus,ſi poteſt recitare cum ſocio,& ſine magno onere & difficultate, vel magno ſumptu,iuxta perſonæ qualitatem poſſit illum habere, non excuſatur à recitando, quamuis in ſimplici clerico,vel religioſo dicat non videri proprijs expenſis obligari ad alendum ſocium, cum quo poſſint diuinum officium dicere; ſi tamen ſine ſumptib. poſſint illum habere per modum amicabilis ſocietatis, non videri excuſari, &c. Et poſt eum Torre controu.7.num.4.docet,quòd ſi ſe offerret facilis commoditas ſocij non excuſaret non recitantem,ſeu qui tam præſto habet ſocium,quam Breuiarium,vnde propriè non quærit ſocium; cæterum non obligaret ad inquiſitionem diligentem ſocij, ſeu ad eum quærendum,nam quærere ſocium non eſt medium ſuapte natura neceſſarium ad recitandum, & ſic non cadit ſub obligatione.ſed ſub conſilio.*

214 At Enriquez in materia † de oratione tenuit, nõ teneri quem recitare cum ſocio,licèt eum habeat, & cum eo commodè recitare poſſet, quia nec tenetur audire impeditus recitare.Sylueſ.ver.hor.nu.5.Nau. d.c.11.nu.6.& 7.Cucchus l.5.tit.7.n.24.F. Emman. Rod.q.reg.1.tom.q.42.art.10.Toletus l.2.cap.14.1. cauſa, & quod ita tenent quidam docti contra Nau. etiamſi magnos redditus Eccl.habeat,licet conſulendus ſit eum habere.

215 Mihi videtur has opiniones ſic poſſe† concordari,vt prima procedat in eo,qui ſanus ſolebat cum ſocio recitare,nam cum ſolitus eſſet antea cum ſocio recitare,non debet poſtea cum eo nolle recitare ex eo, quod per ſe iam recitare non poſſit, & idem videtur in eo, qui poſtquam fuit impeditus per ſe recitare, conſueuit cum ſocio recitare, tenebitur enim eodem modo id continuare,niſi fortè iſti antea haberent ſocium gratis,& ſine expenſa, & poſtea eum non inuenirent ſine ſtipendio, & expenſa, nam non videntur cogendi eum cum ſtipendio de nouo accipere.Secunda verò in eo, qui antea non ſolebat cum ſocio recitare.*Et huic concordiæ ſanct Leſſ.d.lib.2.c.37.nu.54.dicens,quod ſi ob infirmitatem non potes niſi ope ſocij nec conſueueris eo vti,non teneris ſecus,ſi conſueueris.*

216 Decimo tertiò dubitatur, an qui† propter infirmitatem non poteſt totas horas recitare, poteſt tamen commodè partem, teneatur illam recitare, in quo Nau.d.c.11.à nu.15. tenet, quod ſi poteſt recitare maiorem partem horarum, tenetur, aliàs non, quem ſequitur Açor.d.l.10.c.13.q.4.& 5. *Leſius d.c. 37.nu.54.& noniſſimè Torre controu.7.à num.6.dicens, quod qui poteſt recitare maiorem partem officij,ſeu horarũ, non excuſatur ab ea recitanda, ſi tamen in ea parte conſtituatur forma officij Eccleſiaſtici; & ſic qui propter impotentiam excuſatur a matutinis dicendis, non ſubinde excuſatur à reliquo dicti officio.ſecus qui excuſatur à matutinis & horis antemeridianis: nam licet poſſit recitare veſperas, & completorium, non teneretur, & ſic de alijs iudicandum eſſet ex conſilio viri prudentis & probi decernentis,quæ dicitur maior pars, & quæ dicatur habere formam officij Eccleſiaſtici.*

217 Philiarchus,d.l.1.c.10.ait, † quod ſi poteſt recitare maiorem,vel æqualem,aut fere æqualem partẽ, tenetur illam recitare,ſi verò ſolum minorem, nõ re-
218 netur.Graff.d.l.2.c.54.nu.3.& 4. & † cum eo Vega d.c.128.caſu 1.videntur velle abſolutè,quod qui non poteſt recitare totum officium, tenetur recitare partem meliori modo, quo poteſt, & quæ memoriter ſcit,& P.Ledeſ.d.tract.9,c.4.9. concl. 3. diffi. docet,
219 quod qui † propter infirmitatem non poteſt recitare totum officium,tenetur recitare illam partem,quæ non fuerit cauſa notabilis nocumenti ſaluti, ſicut qui non poteſt ieiunare totam quadrageſimam, tenetur ieiunare diebus quibus poteſt, & ſic qui non poteſt recitare matutinum, ob defectum viſus, aut quia ſequetur notabile nocumentum, poteſt tamen commodè recitare horas diei,tenebitur illas recitare.

220 At F. Emman.Rodrig.† in ſum.1.to.c.144.poſtquam retulit dictam opinionem Nauarri,quod infirmus potens recitare maiorem partem officij diuini ſine periculo ſuæ ſalutis, tenetur illam recitare, ait, ſe habere opinionem non eſſe vtendum cum infirmo huiuſmodi rigore,niſi quando clarè apparet, quod poteſt id facere, tum quia eſſet inquietare illum, & ponere ei ſcrupulos, qui tempore infirmitatis ſolent eſſe magis moleſti,tum etiam, quia in rebus moralibus non debent admitti opiniones cauſantes perplexitatem,qualis eſt iſta, quia non poteſt facilè determinari,an poſſit infirmus recitare medietatem,vel tertiam partem officij diuini, quod etiam tenet 1. tom. q.regularium.q.42.art.10.

221 Mihi videtur primò,quod quamuis† non potens recitare totum officium poſſet recitare maiorem partem illius, ſi tamen illa pars eſſet ſolura. & quæ non faceret aliqualem cõpoſitionem horæ, quæ eſt quid artificiale, & compoſitum ex diuerſis partibus, non tenetur illam recitare,verbi gratia, quamuis poſſet recitare omnes pſalmos,aut pſalmos,& hymnos horarum,quos memoriter ſcit,tamen quia illi, vt ſic, nõ faciunt aliqualem compoſitionem horæ,non tenere-

tur il-

tur illos recitare, licèt ſit maior pars officij. *Et hoc eſt, quod docet Torre ſupra, & benè, quod non tenetur quis recitare partem etiam maiorem, in qua non ſeruatur forma officij Eccleſiaſtici.*

222 Secundò videtur, quod qui non poſſet recitare matutinum cum laudibus, non teneretur reliquas horas recitare, quamuis illas poſſet, quia matutinum cum laudibus, licèt non ſit maior pars officij, tamen
223 eſt prima, & præcipua pars illius, & ita excuſatur, † nec obſtat ſimile de ieiunio quadrageſimæ, nam, vt ſupradictum eſt, ibi eſt præceptum diſtinctum pro quolibet die, hic verò eſt vnum tantum præceptum pro toto officio diei, & ſic non eſt ſimile.

224 Tertiò videtur, † quod qui poſſet recitare ſine Matutino Laudes cum reliquis horis teneretur ad illas, ex quo ſunt multo maior pars officij, & quamuis Laudes ſint vna hora cum Matutino, vt iam certum eſt cum communi, quicquid Nau. de oratione. cap. 3. nu. 27. & 28. & Emman. Rodriq. in ſum. 1. to. c. 140. nu. 1. cum alijs dicant, tamen poſſunt ab illo diuidi, & recitari per modum horæ diſtinctæ, vt Eccleſia facit in die Natiuitatis Domini, ſaltem ex aliqua iuſta cauſa, etiam leui, & abſque vlla cauſa fieret, non eſſet, niſi veniale peccatum, vt per Francolin. cap. 27. Emman. Rodriq. ſupra c. 141. nu. 5. Vegam d. c. 128. caſu 26. Toletum in ſumm. l. 2. c. 13. verſ. hoc tamen, & ibi Victorellum in annotatio. Açor. l. 10. c. 8. q. 4. & Petrum Ruiz, Alcoholadum in rubric. de laudibus, qui ait eſſe vſum practicorum. *Et Suarez d. tract. 4. de religione lib. 4. c. 6. à nu. 9. qui ait, nullam eſſe cauſam, neceſſariam, ſed per ſe id licere ſine culpa etiam veniali, quia eſt conforme primæ inſtitutioni, & communi conſuetu-*
225 *dini.* Et ita practicatur dicendo, † in principio Laudum Pater noſter, & Aue Maria. vt in principio aliarum horarum, & in fine Matutini orationem, benedicamus Domino, fidelium animæ. & Pater noſter, vt in fine aliarum horarum, vt ibi dicit P. Ruiz, licèt id non eſſe neceſſarium dicat Açor. ibi, & alij moderni; ſed certè, cum recitentur per modum horæ diſtinctæ, ita videtur faciendum iuxta modum aliarum horarum & regulas Breuiarij, *Suarez ibi, nu. 12.* Et quod in principio Laudum ſit dicendum Pater noſter & Aue Maria, & in fine Matutini Pater noſter, quando dicuntur ſeparatim, tenet Nauar. d. c. 3. num. 64. Emmanuel Rodriq. d. num. 5 & Victorellus ſupra.

226 Cum infirmis, † vt rectè inquit Emman. Rodriquez ſupra. d. cap. 144. non eſt vtendum prædicto rigore, niſi clarè conſtet quod poſſunt id commodè facere, vnde rarò infirmi tenebuntur aliquid recitare. *Vt poſt hæc docet Suar. d. tract. 4. lib. 4. c. 28. a n. 22. maximè, nu. 27. qui in prædicto dubio diſtinguit, aliud eſſe comparare ſingulas horas canonicas ad partes ex quib. conſtant; aliud vero comparare omnes ſeptem horas ad totum officium vnius diei, quod eſt veluti adæquata materia, vel actus huius præcepti. Et iuxta primam comparationem ait, neminem obligari ad dicendam aliquam horam, qui non poſſit ſaltem maiorem eius partem dicere: qui vnaquæque hora præcipitur, vt quædam oratio perfecta: & ideo ſi non poſſit ita fieri, vt nomen illud mereatur, non naſcitur obligatio dicendi illam: minor autem pars, prima verbi gratia, & ſic de alijs, non poteſt dici prima, immo neque dimidia pars, ſed oportet ſaltem præcipuæ & quaſi ſubſtantiales eius partes dicantur. Quocirca, etiamſi in ſingulis horis poſſet quis dicere aliquas partes minimas, ſi nullam earum poteſt maiori ex parte dicere, ubiii proficio dicere tenetur, etiamſi omnes illæ partes ſimul ſumptæ bonam aliquam partem totius diuini officij conficere videantur; quia non poſſunt per modum vnius horæ, nec per modum canonici officij recitari. Et nu. 10. ait, non obligari aliquem ad dicendos pſalmos, aut orationes, aut partes horarum, quia illæ vt ſic, non ſunt horæ canonicæ, neque officium diuinum, ad quod tantum recitandum clericus obligatur; & quod ſi in hoc ſenſu loquutus eſt Nauarrus, eſt eius arbitrium, &c. At iuxta aliam comparationem non cenſet eſſe veram generalem regulam negatiuam pro omnibus caſibus & impedimentis. vt qui non poteſt dicere tot horas, vt contineant ſaltem maiorem partem totius officij, nullam dicere teneatur, non eſt enim ſimilis ratio, quia vnaquæque hora eſt per ſe quoddam totum, quod per modum canonici officij conueniẽter dicitur: & licet totum officium vnius diei ſit integra materia huius, nihilominus conſtat ex horis diſtinctis aquarum ſingulæ per ſe continent integram quandam orationem, & poſſunt ſeparatim ab alijs dici, in quo eſt magna differentia inter hoc præceptum, & præceptum ieiunij, vel Miſſæ, &c. In caſu autem infirmitatis non cenſet eſſe hanc excuſationem vel licentiam tam ſcrupulosè reſtringẽdam, vt quicunq; in infirmitate dicere poſſit vnam vel alteram horam ſine graui incommodo, ad illam dicendam obligetur: nam hoc eſſet nimis oneroſum, & præter ſuauitatem legis humanæ, & præter conſuetudinem, quæ eſt optima legum interpres: & ideo reſpiciendum cenſet ad modum infirmitatis impedientis recitationem: nam ſi peculiariter impedit aliquã horam propter difficultatem in ea dicenda. vt v. g. in matutino propter debilitatem viſus & capitis, & illa difficultas in alijs horis non ſentitur, ſed commodè dici poſſunt, non videt legitimam excuſationem quoad tales horas, ſiue illæ ſint plures, ſiue pauciores. At verò ſi infirmitas impediat indefinite diuinum officium, vt eſt febris grauis, vel aliquid ſimile, tunc non cenſet eſſe ſcrupulosè inquirendũ, an poſſit infirmus vitã vel alteram horam dicere: quia excuſatio illa ex ſe indefinita æquiualet vniuerſali; ita enim vt dixi, cõſuetudo hanc legem interpretatur & quod fortaſſe ratio eſt, quia eſt valdè difficile in huiuſmodi occaſionibus attingere punctum in indicando, q poſſit homo dicere, vel non dicere ſine graui incommodo: & ideo ſatis eſſe creditur q officium ipſum d; cĩ non poſſit ſine notabili incommodo. Ita Suarez, cuius ſententia mihi placet. Nec diſcrepat Tho. Sanch. in præc. Decal. lib. 1. c. 19. docens, q quando præceptum eſt de re indiuiſibili, id eſt, quæ commode diuidi non poteſt, nec in parte ſeruatur ratio præcepti, ſaltem quoad ſubſtantiam, vt in principio ieiunij vnius diei, vel auditionis ſacri vno die reſpectu vnius horæ canonicæ, vel quando quis vouit ſe ſemel recitare Pſalmos pœnitentiales, vel tertiam partem Roſarij; vel quando quis promittit certum vnum præceptum ob ſpecialem pietatem, vt quãdo quis vouit Pater & Aue in memoriam ſanctorum vulnerũ Chriſti; tunc qui non tenetur ad totũ, quo cenſetur integrè moraliter implere præceptum ſaltẽ quoad ſubſtantiam, non teneri ad partẽ: at quando præceptũ eſt de re diuidua, vbi in parte ſeruatur ratio præcepti ſicut in toto, & vna pars ab alia non pendet, vt in præcepto ſeptẽ horas canonicas quotidie recitandi, in qualibet. n. ſeruatur ratio præcepti; & in ieiunio quadraginta, ſeu aliorum dierũ diuerſorum: & ſi quis promitteret integrum Roſarium, tertiam partem æſtimatiuè diuidens ſatisfacere conſtat, & in obligatione abſtinendi a cibis prohibitis, & operib. ſeruilibus, etiam reſpectu vnius & eiuſdem diei, tunc ſi pars reſpectu cuius eſt in potentia, eſt certa, & ſit poteſt integre officium recitari, quæcunq; hora canonica poſſit recitari, tenetur quis ad illam recitandam. Si verò pars illa non poſſit eſſe omnino certa, ſed perplexitatis & ſcrupulorum occaſio eſſe poſſit, in quantitate ad quam eſt potentia dignoſcitur; tunc

maior

*sponte & voluntariè legunt.nu.59.cum seq.resoluitur intel legendum esse,etiam de ijs.qui sponte,& voluntariè legunt, sine stipendio,cum licentia tamen,& ordine Vniuersitatis, etiam iuris Canonicum.*

*Quod possint simul de vna Ecclesia adire studium, est arbitrarium.num.67.*

*An hodie stante Concilio d.Priuilegium procedat in Parochialibus,& curatis num.68.cum seq.referuntur sententiæ Doctorum,& resoluitur non procedere,ex Congreg.Concilij.*

*Quoad Canonicatus,& alia beneficia residentiam requirentia d.priuilegium manet incorrectum,nu.85. Et sic in eis Ordinarius tenebitur dare licẽtiam absentiæ ratione studij, aliàs poteris recurri ad Superiorem.nu.86.*

*Ista licentia videtur hodie debere peti à Superiore, & nõ posse quem sine ea abesse ratione studij, cum requiratur inspectio ætatis,& an sit æptus,licèt in doctoribus non requiratur.87*

*Etiam de iure antiquo videbatur requiri licentiam Prælati.nu. 88.& 89.vbi explicatur c.relatum.de clericis non residen. Nisi consuetudo,aut priuilegium sit in contrarium. nu. 90.*

*Ex d.cap.relatum.sumitur regula,quod vt Beneficiatus licitè se absentet, requiritur causa,& licentia Prælati. num. 91. quamuis de consuetudine possit induci,vt non requiratur licentia.num.92.*

*Explicatur c.fi.de magistris.nu.93.ex quo tamen verius est de iure antiquo,non requiri d.licentiam.nu.94.sed per illud est correctum d.capitulum relatum,quo ad causam studn.95.*

*In casibus,in quibus absentes habentur à iure pro præsentibus, non requiritur lic. Prælati.nu.96.& regula d.c.relatum,intelligitur de causis honestis,non tamen expressis in iure. 97.*

*Canonicis non potest Ordinarius vltra tempus à Concilio permissum dare licentiam absentiæ.nu.98.*

*Decreta Concil.Toletani,& Compostellani,& concordia super illis.nu.99.& 100.*

*Non potest iam Episcopus dare licentiam, & dispensare ratione studij ad septennium,sed solum ad quinquennium.nu.101 vbi ponuntur declarationes S.Congr.*

*Etiam pro studio Theologiæ non potest Ordinarius dare licentiam ad septennium,nec potest dari licentia ad studium Philosophiæ,& Logicæ,etiam ad transeundum ad Theologiam, num.102.& 103. licet secus ex priuilegio Eugeniana. nu. 104.105.& 106.*

*Vbi habeatur,seu vnde colligatur in Concilio Trid. derogatio d.priuilegij de percipiendis fructibus in absentia ratione studij,quo ad Parochiales.nu.107.cum seq.*

*Cum per Concilium sit derogatum d. priuilegium insertum in iure.est etiam derogatum priuilegium d.Eugeniana, quo ad Parochiales,& ita fuit practicatum.nu.110.*

*In Beneficijs, etiam simplicibus residentiam requirentibus ex fundatione non habet locum d.priuilegium.nu.111.*

*Licet Canonicus absens ratione studij percipiat fructus prebendæ,non tamen distributiones quotidianas nu.112,nisi Canonicatus consistat solum in distributionibus.n. 113.cum seq. vbi adducuntur declarationes.S.Congreg.*

*Studentes in Ecclesijs Cathedralibus non gaudent d.priuilegio de percipiendis fructibus in absentia.nu.117.*

*Quid dicendum sit de Canonico habente prebendam lectura, seu Theologalem.nu.118.vsque ad 122.& quid de Canonico,qui prædicaturus,est in ipsa Ecclesia.123.124.& 125*

*Pœna Beneficiati non residentis in Beneficio residentiam requirente,est priuatio Beneficij.nu.126.debet tamen prius moneri,vt resideat.num.127.nec sufficit monitio facta tempore datæ licentiæ.nu.128.& sic propter absentiam non est quis ipso facto priuatus Beneficio.nu.129.*

*Ad procedendum contra Beneficiatum ratione non residentiæ, non est necessaria solemnis citatio,nec solemnis primatio; requiritur tamen priuatio,licèt non solemnis,expressa,vel tacita.nu.130.*

*In Parochiali,seu Beneficio curato non residens est priuatus ipso iure ex cap.extirpanda.§.qui vero in fi.de præb.nu.131. & seq.quod inducit de nouo istam priuationem ipso iure,& sic respondetur iuribus contrarijs.nu.132,& 133.*

*An priuatio ipso iure, de qua in d. §. qui verò. referatur etiam ad casum de Parochiali annexa.nu.134. cum seqq. resolutur contra communem non referri.*

*An vt incurratur d. pœna priuationis ipso iure ob non residentiam in Parochialibus,requiratur monitio præambula.135. cum seq.resolnitur contra alios non requiri.*

*Dicta pœna priuationis ipso iure ob non residentiã in Parochialibus,quæ fortè per desuetudinem erat abrogata,videtur hodie cessare stante Concilio Triden.nu.139.*

*Obtinentes in Cathedralibus,& Collegiatis Dignitates,Canonicatus,aut Portiones,si non resideant,vt debent etiam moniti,non possunt hodie statim priuari, sed primo anno dimidia parte fructuum,& secundo omnibus.num.140.cum seq. vbi ponitur resolutio Rotæ,& declar.S.Congr. & idem in alijs Beneficijs simplicibus residentiã requirentibus. 141.et seq.*

*Ad præditam pœnam priuationis fructuum non est opus præuia monitione,vt resideat.nu.145.*

*Huiusmodi fructus, quibus ob non residentiã Canonici priuãdi sunt,debent applicari Ecclesiæ,& eius fabricæ quatenus indigeat,aliàs alteri pio loco n.146. 147. contra Nau. 148.*

*Ista pœna non potest remitti ab Episcopo.nu. 149.quamuis ante sententiam possit ex causa mutare, vel augere. nu. 150. vbi ponitur declaratio S. Con.*

*Si Episcopus dissimulet,& non puniet, nõ tenebitur Canonicus absens fructus illos,quos aliàs fecit suos,restituere in foro cõscientiæ,licèt peccaret Episcopus dissimulãdo absq;iusta causa,quia est pœna imponenda per sententiam.n.151.& 152*

*Si canonicatus, seu Prebenda nullos haberet fructus in absentia,qui nunquam resedisset pro primo & secũdo anno,& sic non haberet fructus,quibus priuari posset,puniendus esset pœna arbitraria citra priuationem,n.153.*

*Quomodo sit procedendum contra non residentes, maximè ad priuationem,n. 154. cum seqq. vbi resoluitur,quod vt priuentur Beneficio,absentia debet esse semestris,& prius trina monitio per edictum præcedere, quando nescitur vbi sint, vel commodè citari non possint alias debent personaliter citari,& sufficit vna monitio,etiam extraiudicialis, nec debẽt expectari per sex menses, & ponuntur declarationes S.Cõg. & decisiones Rotæ.*

*Ad procedendum contra absentes ad alias pœnas, præter priuationem,non est necessaria trina citatio per edictum,sed sufficit vna peremptoria,nu.160.*

*Executio d. pœnarum contra Parochos non residentes suspendi non potest priuilegio,licentia,familiaritate,exemptione, appellatione,aut inhibitione,num. 161. non tamen tollitur appellatio deuolutiua. nu.162.*

*An obligatio residentiæ solum procedat in habentibus vere Curam animarum,& Beneficia curata,an etiam in habentibus exercitium Curæ,nu. 163. cum seq resoluitur etiam in illis procedere,sicut etiam in habentibus Beneficium Curatum in commendam,& coadiutoribus Rectorum, & ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis, & quomodo in illis procedat,declaratur.*

*An Parochi,quibus à Papa datus est coadiutor perpetuus, teneantur ad residentiam,an verò excusentur ab ea.nu. 171. cum seq resoluitur non excusari,vt nec etiam,qui habet Vicariũ perpetuum nisi tota cura in eum legitimè trãslata sit.*

*Circa residentiam Parochorum ponuntur aliquæ declarationes S.Cong.nu.179.*

Omnia

1 OMnia Beneficia ſimplicia, de iure reſidentiam requirunt, c.fi.de reſcrip.in 6.cum alij, † gloſ.in Extrauagan.execrabilis, de præben. in extrauaganti Ioannis.22.verſ.quantum verb.Eccleſiaſtica. Albertus Sbrotius de vero, & perfecto Clerico, lib.2.c.44. Selua de Beneficijs. 4.p.q.1. Rebuffus in praxi tit. de diſpenſatione de non reſidendo.num.7. Ioan.Nicol. Gimon.in Enchiridio Benefic.tit.3.c.1. ex nu.10. *Io. Quintin.in repet.c.de multa.de Præb.à nu.*83. Bened.Capia. reg.90.nu.108. Nauarrus in Man.c.25. nu.120. Hoieda de incompatib.benefic.c.17.num.24.P.Gregorius.de Benefic.c.7. Flaminius Pariſius de reſignatione Benefic. lib.1. q.10.nu.3. & 66. Zerola in praxi Epiſcopali.1.p.verſ.priuatio.§.4.3.principali.Lælius Zecchus de munere Epiſcopali.c.5.n.3. *Grat.dec.*150. *nu.*1. *Leo in Theſaur.for. Eccleſ.c.*33.*num.*2. *Iſidorus Moſconius de maieſt.milit. Eccl.lib.*1.*p.*1.*c.*21.*pag.*358. *Perez de Lara de anniu. & Capel.lib.*2.*c.*8.*ex num.*2. *& D. Card.Tuſch.concl.*50.*lit.R.* Et alij,exceptis tamen præſtimonijs, ſeu præſtimonialibus portionibus,quæ ex ſua inſtitutione nullum ſeruitium videntur habere annexum,præter recitationem horarum.† Nauarrus 2 de oratione Miſcel.48.aliàs 43.num.1. Angleſ.in floribus Theolog. 9.quæſt.de reſtitutione facienda propter negligentiam Eccleſiaſticorum.1.diffinit.dub.1. Puteus deciſ.371.lib.3. & nouiſſime Azor inſtitutionum moralium.lib.10.c.4.ad fi.quicquid velit Hoieda ſup.num.25. *Et Aſor.*2.*p.lib.*3.*cap.*7.*quæſt.*3.*&* 5. *& lib.*7.*cap.*3.*ſub quæſt.*1.*&* 2.

3 At ex generali conſuetudine Beneficia ſimplicia † reſidentiam non requirunt. Alber. Sbrotius num.2. Rebuffus.8. & Hoieda 25.vbi ſup. Mandoſ.reg.1.cācell.q.14.num.8.& de ſignatura gratię.tit.de diſpenſatione de non reſidendo. verſ.Beneficia omnia,& de monitorijs, q.39. & ad Lapum alleg.117. litera D. Ferrettus,conſ.112.nu.1. Menoc.de arbitr.lib.2.caſu 202.nu.75. D.Io.Ocon.Regius ſenator, in Rep.c.1. de clericis non reſiden.in 6.nu.52.Flam.Pariſ.d.q.10. nu.366.& 67.Zerola ſup.& verſ.Beneficium.§.7.ſub 8. concl.principali Zecchus.d.c.5. nu.2. & de Repnblica Eccleſiaſtica. tit.de Beneficiatis, ſub nu.6.verſ. quod ſi Beneficium ſit ſimplex, & Rota dec.483.nu. 2.p.1.diuerſorum. & Cæſar de Graffijs deciſ.115.nu. 3.& poſt hæc Gonçalez ad reg.menſium. gl.5.nu.80. & gl.15.nu.26. *Gratian.deciſ.*150.*num.*2. *&* 3. *Leo & Moſcon ſup. Perez de Lara d.c.*8.*num.*52. *Tuſch.concl.*62. *litera B. &* 250. *litera R. Vgol.de offic.Epiſc.c.*14.*num.*5. *& Azor. d.lib.*3.*cap.*8.*q.*5. *& cap.*9.*q.*2. *&* 5. *& lib.*7. *cap.*3.*quæſt.*1.

Et ita in vna Cōchen.Beneficij de Valen.30.Mart. 4 1582. † coram Illuſtriſs.Card.Lancelloto fuit reſolutum iſtam qualitatem, quod non requirant perſonalem reſidentiam, nō eſſe verificandam, & in vna Virdunen.Canonicatus.23.Febr.1587. coram D.Gipſio 5 fuit dictum,non eſſe † opus probare,quod capellania obtenta narrata in gratia non requirat reſidentiam, cum Beneficia ſimplicia de generali conſuetudine reſidentiam perſonalem non poſtulent. Alex.conſil.1. num.2.lib.7. Felyn.in c.dilectus.2.nu.1.de reſcrip.& 6 in vna † Segobien. Canonicatus 24. Nouemb.1588. coram Illuſtriſs.Card.Plato.fuit dictum,non obſtare quod non fuerit iuſtificatum Beneficia obtenta perſonalem reſidentiam nō requirere, vt fuit expreſsum, quia hæc qualitas non eſt verificanda, vt fuit reſolutum in d.Conchen.

7 Quod † etiam fuit dictum in vna Nucerina Beneficiorum. 30.Octob.1592.infra adducta. 5.p.c.5.nu. 64. & in vna Legionen. Præſtimoniorum 17. Nou. 1592.coram Illuſtriſs. Card. Pamphilio infra adducta.6.p.c.4.num.42.& in vna Abulen.Beneficij. 30. Octob.1595.coram Illuſtriſ.Card. Blanchetto infra adducta.11.p.c.3.nu.299.& in eadem.26.Iun.1596 coram D.Lita adducta.d.6.p.c.2.dub.4.nu.47. *Et in Placentina Canonicatus* 31. *Maij* 1602. *coram Illuſtriſs. Pamphilio, & in Aquinaten.beneficij*,2.*Maij* 1603. *corā D.Ludouiſio, & in d.nulliut beneficij* 28.*Maij* 1604. *coram eod.apud Farin.deciſ.*12.*nouiſſimarum, & in Placentina beneficiorū*,23.*Martij*,1609. *coram D. Pamphilio iuniore.* Vt in vna Mediolanen.S.Congregatio Concilij ita 8 cenſuit,† Epiſcopus non poteſt cogere obtinentes Be neficia ſimplicia aliquod perſonale ſeruitium ſuis Beneficijs impendere,cum ex antiquiſſima totius Eccleſiæ conſuetudine non, niſi ad officium recitandum, teneantur. Et Card. Burgen. ſic reſpondit ea- 9 dem S.Congregatio;obtinens Beneficium † quod ſit ſimplex, & ſine cura animarum, & extra Eccleſiam collegiatam,nec perſonalem reſidentiam ob aliam cauſam requirens, non tenetur in eo reſidere, ſed ad inſeruiendū illi per aliū, qui probatus ſit ab Ordinario. Tertia, non fuit mens Pij V. in Bulla de reſidentia edita,8.Iulij.1569.incipien.cupientes.cogere habentes Beneficia ſimplicia,in eis reſidere. Quarta, in vna Calagurritana,Epiſcopus non poteſt cogere aliquem in Beneficio ſimplici reſidere. Quinta, obtinēs Beneficium, licet id ſit titulus alicuius ſancti dummodo ſit ſimplex, non tenetur in eo reſidere, nec ad reſidendum eum cogere poteſt Epiſcopus.Sexta,Cōgregatio cenſuit nihil innouandū in Beneficijs ſimplicibus,quæ etiam Clericatus nuncupātur in Eccleſijs Parochialibus, vel alibi conſtitutis, quorum fructibus poſſeſſores gaudent,nullum ſeruitium,nec per ſe, nec per ſubſtitutos præſtando, vt poſſint cogi, vel per ſe ipſos vel per ſubſtitutos inſeruire,ſi tanto tempore poſſeſſores non ſunt coacti ad aliquid iſtorum, nec apparet,ꝙ ad certum ſint obligati; ſatis ſi dicunt horas Canon. *Nec ſynodus prouincialis potuit obligare ad reſidentiam,aut immutare ſtatum beneficiorum, & 1. Iulij* 1597. *Congregatio Concilu cenſuit,non poſſe ab Epiſcopo beneficiū ſimplicibus nouum onus imponi.*

10 Faciunt etiam aliæ declarationes † adductæ infra 7.p.c.1. *Et ante eum Io.Quintin. in d.repet.cap.de multa. nu.*168.*Gratian.d.deciſ.*150.*nu.*22.*& diſc.forenſ.c.*133. *nu.*13.& 78. & quæ ibi dicemus.

11 Aduertendum verò eſt, † quod d.conſuetudo generalis non reſidendi in Beneficijs ſimplicibus ceſſat vbi aliud ſit inductum de iure ſpeciali. Felin.in d.cap. dilectus.2.nu.1. de reſcrip. Iac.de Graf.in dec.aureis caſuum conſcientiæ.l.2.c.97.nu.59.ſeu vbi adeſt ſtatutum, & particularis conſuetudo in contrarium. Zerola d.verb.beneficium.§.7.3.concluſ.8.con. principalis,& d.verb.priuatio.§.4.3.d.principali.1.dub. Et fuit reſolutum in vna Calagurritana Beneficij de Nauarrete. 20.Iunij 1588. coram Dom.Pamphilio, in qua fuit dictum, quod Beneficia, etiam ſimplicia poſſunt ex ſtatuto particulari, vel conſuetudine alicuius Eccleſiæ perſonalem reſidentiam requirere. Innoc.in c.fin.in princ.verſ.ſed tamen. Card.num.1. Abb.3. de clericis non reſiden. vt in Beneficijs Eccleſiarum de Nauarrete,& Fuen mayor,in quibus adeſt conſtitutio ſynodalis Calagurritana, de cuius vali-

ditate

ditate non eſt ambigendum, cum ſit facta in ſynodo generali ad not. in c. quod ſuper his. de maioritate. & obed. & particularis conſuetudo reſidendi, de qua bene teſtes deponunt, qui reddunt bonam cauſam ſcietiæ, quia viderunt, quod Capitulum ſolitum fuit compellere abſentes ad reſidendum, & quod non admittebat Capellanos, ſed non venientibus retinebat fructus Beneficiorum ſuorum, & enumerant plures actus particulares in quibus dicunt, ita vidiſſe fieri, & ſeruari, & ſic bene probant iſtam conſuetudinem iuxta not. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, & per Bart. & alios in l. de quib. de leg. præſertim concurrentibus quampluribus iuramentis de perſonaliter reſidendo iuxta formam ſtatuti præſtitis ab omnibus Beneficiatis, qui ab anno 1537. vſque ad præſens fuerunt admiſſi, quorum aliqui etiam fuerunt coacti ad illud obſeruandum, vt patet ex pluribus actibus, & monitorijs, & ex ſententia lata per Cardinalem Lancellottum in qua fuit pronuntiatum D. languas qui iurauerat teneri ad reſidendum perſonaliter & fuit condemnatus ad reſtitutionem fructuum perceptorum pro tempore, quo non reſedit, quæ ſententia fecit tranſitum in iudicatum, & fuit executioni demandata, & cum reſpiciat ſtatum Eccleſiæ; ad notata per Abb. in cap. cum omnes. num. 4. Fel. 7. de conſtit. facit ius quoad omnes. iuxta notata in l. ingenium. ff. de ſtatu homin. Alex. poſt alios in l. ſæpe. de re iudicata. Nec obſtat, quod huiuſmodi conſuetudo non ſit præſcripta ſpatio. 40. annorum, quia cum ius commune illi non reſiſtat ſed potius aſſiſtat, ex quo de iure quodlibet Beneficium reſidentiam requirit, ſufficit decennalis poſſeſſio. gloſ. in c. fin. de conſuet. in 6. Fel. in c. ſtatuimus. de maior. & obed. Balbus de præſcrip. 5. par. principalis. q. 12. & fuit late deductum, & reſolutum coram D. Lauretano de anno 1585. in cauſa Valentina emolumentorum, & conſuetudo generalis non reſidendi in ſimplicibus ceſſat vbi adeſt ſtatutum, & particularis conſuetudo in contratium, ad tradita per Innoc. & Card. cap. fi.

12 Et in vna Cæſarauguſtana † fructuum 4. Iun. 1600 coram D. meo Cordubæ fuit etiam dictum, quod aliqua Beneficia ſimplicia poſſunt perſonalem reſidentiam requirere ex conſtitutione, conſuetudine ſeu particulari ſtatuto Eccleſiæ. *Et fuit reſolutum in d. nullius beneficij* 28. *Maij* 1604. *coram D. Ludouiſio.*

13 Quæ autem Beneficia requirant † perſonalem reſidentiam tractant poſt alios Hoieda d. c. 17. 2 nu. 1. Flam. Pariſ. de reſignat. Benef. l. 1. q. 10. D. Io. Ocon. in d. c. 1. de clericis non reſiden. in 6. ex nu. 45. ex nu. 40. & Licentiatus Ant. Gomez, qui accepit ex d. rep. D. Io. Ocon, in explicatione Bullæ Cruciatæ cap. 7. 7. ad. 4. clauſulam ex nu. 15.

14 Qui etiam ibi agunt de cauſis † excuſantibus à reſidentia, de quibus etiam, ac de reſidentia Beneficiatorum, aguut Alb. Sbrotius d. l. 2. c. 44. Selua 4. p. q. 1. & ſeq. & præcipue q. 6. Gigas in tract. de reſid. Epiſcop. Rebuf. in praxi, tit. de diſpenſatione de non reſidendo, & in rep. c. extirpandæ. §. qui verò, de præb. circa 4. Abbatis quæſt. & in tract. de priuil. ſcholarium. priuil. 31. Ber. Diaz & præcipue Salcedo ibi in pract. crim. Can. c. 52. Couarr. lib. 3. vari. c. 13. Nau. in Man. c. 25. à nu. 120. Mayolus de irregularitate. lib. 3. c. 5. P. Greg. de benef. c. 7. Sotus de iuſtitia & iure lib. 10. q. 3. art. 1. cum ſeqq. Roſella. Syl. & Armilla verb. reſidentia. Angel. verb. clericus. 7. Lud. Lopez inſtruct. conſc. 1. tom. c. 147. 148. & 149. Emman. Rodrig. in ſum. 2. tom. cap. 33. cum ſeqq. Io. Bapt. Corradus in reſp. caſuum conſcientiæ. q. 317. Emman. Sá. verb. reſidentia. *Moſconius d. c. 21. & præced. Vgol. de offic. Epiſc. c. 4. §. 13. & c. 15. §. 5. Azor. d. 2. p. lib. 7. c. 4. & ſeq. Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 29.*

15 Et viden. ſunt Concilium prouinciale † Mediolanen. 1. tit. de reſid. & 5. p. 3. eod. tit. & Bononien. primum factum ab Illuſtriſſimo Card. Paleoto anno. 1586. quod habetur in Archiepiſcopali Bononien. 4. p. tit. de reſid. in quibus continentur multa notatu digna, quæ ſumpta ſunt ex ipſo Concil. Trid. & ex declarationibus S. Cong.

In quo, vt aliqua adnotemus, præſertim circa no-
16 ua decreta, dico primo, quod † Epiſcopi & alij Paſtores, etiam Parochi, tenentur perſonaliter reſidere, non ſolum de iure Canonico, ſed etiam de iure diuino, ac naturali, ex quo tenentur paſcere gregem ſibi commiſſum, vt in S. Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. de refor. & docent poſt alios Caiet. 2. 2. q. 145. art. 5. & in ſum. verb. Beneficium Eccleſiaſticum. Carrança & Fran. Torren. de reſid. & Gigas c. 2. Soto d. lib. 10. q. 3. per totam, & in Apologia contra Catharinum. c. 1. Alph. de Caſtro de iuſta hæreticorum punit. lib. 3. c. 4. Corduba lib. 1. q. 19. Valentia 3. tom. diſput. 10. q. 3. pun. 5. Paulus Griſaldus in dec. Catholicis. verb. Epiſcopus. Botr. de ſynodo. 3. par. art. 1. nu. 150. Cou. qui alios refert d. c. 13. nu. 9. Nau. d. c. 25. num. 121. Vargas de Epiſcopor. iuriſdictione, axiomate 12. Ferretus conſ. 32. ex nu. 14. Salcedo. d. c. 52. litera A. Acenedo in l. 27. tit. 3. lib. 1. recop. nu. 8. Melchior Gallego in tract. de Parochor. obligatione tempore peſtis. 1. p. diſp. 1. à nu. 46. D. Io. Ocon. in d. c. 1. nu. 39. Quintanaduennas Eccleſ. lib. 4. nu. 50. & 51. Ceuedo in collectanea 30. ad 6. nu. 2. Zauallos q. 585. à nu. 1. & Angles ſupra d. 1. difficultate. Vualdus in appen. ſui candelabri aurei c. 9. nu. 6. & 7. Corradus ſupra. Zecchus de caſibus reſeruatis caſu 3. & d. tit. de Beneficiatis nu. 6. & de munere Epiſcopali. c. 5. nu. 3. Vega in Eſpejo de curas c. 17. *Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 33. n. 5. Moſcou. d. c. 21. pag. 354. Vgol. d. c. 4. §. 13. Leſſius d. cap. 34. nu. 153. & ſeq. & Azor. d. lib. 7. cap. 4.* & alij contra Catharinum cuius ſententiam videtur tenere Tho. Cãpegius in tract. de reſid. Epiſcopor.

17 Et circa reſidentiam † Epiſcoporum, ac Curatorum eſt conſt. Pij IIII. 115. & circa reſidentiam Curatorum eſt alia conſtitutio Pij Quinti. 64. in ordine in bullario.

18 Quomodo autem teneantur reſidere Epiſcopi † & Curati, & quando, & quanto tempore abeſſe poſſint, traditur in d. decretis Concilij præcipue in d. c. 1. ſeſſ. 23. vbi etiam de pœnis non reſidentium ac in d. conſtitutione Pij IIII.

19 Circa quod dubitatur. Primò an † Curatus poſſit abeſſe per duos menſes abſque licentia Ordinarij ex cauſa, quæ ſibi iuſta videatur. In quo Nauarr. d. cap. 25. nu. 121. verſic. & quamuis, ait, quod quamuis litera d. c. 1. verſic. diſcedendi autem licentiam in ſcriptis, grauiſque concedendam vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non obtineant. in vtramque partem flecti poſſit, arbitratur poſſe abeſſe; tum quia ante Concilium id licebat, & à iure antiquo non eſt recedendum ſine nouo expreſſo. l. præcipimus. C. de appellat. tum quia Epiſcopo, qui magis reſidere tenetur, permittitur, & Concilium dicit eadem omnino

ſeruanda in Curatis inferioribus, quæ in Epiſcopis, & quia eſt pars benignior, ſequuntur Salcedo d.cap.52. litera C. verſic. illud vero, qui ait ita non ſemel conſuluiſſe, & obtinuiſſe, licet quidam imperitus iudex ex cap. quidem, prout illi de more erat, contrarium iudicarit. Et Quintanaduennas d.lib.4.num.76. Cepedo d.collectanea.30.ad 6.num.3. Zerola verb.priuatio.§ 4.dub.3.& 3.d.2.dubitatio. & verb. Parochus.§.2. Lud.Lopez d.1.tom.c.148. Emmanuel Rodriguez d.2.tom.c.36.in fin.& in explicatione Bullæ compoſitionis.num.18. Corradus d.q.317. Emman. Sà.de verb.reſidentia nu.7. *Villar del patronado de Calatayud.8.p.coſtumbre,9.nu.16. Azor d.lib.7.c.4.q.10.* & Zecchus d.caſu 3.verſ.ſed quia in Tridentino, quê
20 † ſequitur Vega d.cap.18.ait talem non teneri ad reſtitutionem cum vera cauſa ſubſit, licet crederet peccare ob inobedientiam non petendi licentiam; at de Rep. Eccleſiaſtica d.tit.de Beneficiatis.num.6. præſertim ad finem abſolute tenet ſententiam Nauarri, quam ſibi veram ſemper viſam fuiſſe ex verbis, & mê-
21 te Concilij † ait Zaualos.quæſt.585. nu.6. vidiſſe tamen in oppoſitum declarationem Congregationis Cardinalium, & ita praxim recepiſſe, vt abſque licentia non poſſit Parochus recedere, etiamſi abſens fuerit propter Eccleſiæ vtilitatem, quare neceſſariam eſſe ordinarij licentiam in ſcriptis, & gratis concedendam ſecundum Concilium.

Contra Nauarrum tenet D.Ioan.Ocon. in d.c.1.
22 nu.51. nam ſi attentius, inquit, † conſiderentur verba Concilij, ex eis aperte deducitur ſemper neceſſariam eſſe Epiſcopi licentiam in ſcriptis, etiam ad duos menſes, & quod ita praxis quotidiana obſeruat, vt etiam ait Zaualos vbi proxime, & quod illud eſt Concilij intentum, quod ad bimeſtre tempus quæcunque cauſa erit iuſta, veluti recreationis, vel viſitandi amicos, ſeu propinquos, vltra bimeſtre autem exigitur grauis cauſa, & quæ talis Epiſcopi arbitrio reputetur, & faciunt verba Concilij præcedentia, ita tamen, vt quandocunque eos cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata abeſſe contingeret. Sequitur Lic. Antonius Gomez in d.explicatione Bullæ c.7.ad 4.clauſulam.nu.22. & illa eſt vera intelligentia Concilij. Et *ita poſt hæc tenet Leo d.cap.33.nu.9. Vgol.d.cap.15.§.5, nu.2. Piaſec.in praxi Epiſc.par.2.c.3.nu.26.in fi. & Leſſ. d.lib.2.c.34.nu.159. dicens verius putare mentem Concilij eſſe, vt non abſit primo bimeſtri abſque facultate Epiſcopi, quia dicit, quandocunque eos abeſſe contigerit, debere cauſam eſſe prius cognitam & probatam per Epiſcopum; quod facile fieri poteſt, cum Epiſcopus non procul abſit; creuit tamen non eſſe receptum, quòd non eſt certum: nam ſæpe Epiſcopi puniunt huiuſmodi abſentias, & eas per ſua edicta prohibent: & ita cauetur in ſynodo Salamantina lib.3.tit.3.de cleric.non reſid.conſtit.2. vbi dicit quod ad abſentiam parochorum etiam minus duorum menſium, eſt neceſſaria licentia in ſcriptis ſecundum Conc. Triden. Nec videtur verum quod ait Nauar. quòd ante Concilium licebat parocho abeſſe duos menſes abſque licentia ordinarij, cum cauſa quæ videatur ei iuſta; immo contrarium videtur verius ex c. relatum.de cler non reſid. & ibi gloſſ. verb. prælatorum, & Doct. & d.infra nu.90. & 97. & facit c. præſentiam 7.q.1. allegatum per d.gl.*

23 Et ita declarauit † S. Congregatio Concilij, vt in
24 ſequentibus declarat. ſuper d.c.1.ſeſſ.23. Prima vbi vltra bimeſtre tempus, immo nec per bimeſtre tempus poſſunt abeſſe Parochi ſine licentia Epiſcopi, & valet conſtitutio Epiſcopi, ne Parochi poſſint abeſſe vltra duos dies ſine licentia, vt hic. Secunda, Epiſcopus poteſt prohibere Parochis ſub pœna pecuniaria arbitraria, quæ tamen dimidiam non excedat, ne vltra biduum à ſua Eccleſia poſſint abeſſe, non tamen id prohibere poteſt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & quod ad Canonicorum abſentiam pertinet, tempus, & pœna obſeruari debet, prout præcipitur à Concilio Tridentino ſeſſione 24.cap.12.verſ. præterea obtinentibus. refert Zerola d.verſic. priuatio 2.d.2.dub.& verſ.edicta.2.§.& Zecchus d.num.6. ad fi. Tertia nec poteſt per hebdomadam abeſſe non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo ab ipſo Ordinario approbato. Eſt etiam declaratio Abulen. infra adducta.9.par.cap.2.dub.19. nu.295. ad ſecundum.

24 Et ratio ſonat † d. Concilium Prouinciale Bononien.4.p.tit.6.de reſidentia.§ de cauſis excuſantibus à reſidentia Curatos verſ. item modicum, vbi dicitur quod ad breue abſentiæ ſpatium, veluti ad duos, vel tres dies licentiam in ſcriptis obtinere non oportet.

Secundò dubitatur, an Parochus, qui abfuit per
25 duos, aut vnum menſem † abſque licentia Ordinarij in ſcriptis, vel abſque aliqua honeſta cauſa, pro tempore abſentiæ fructus ſuos non faciat, ſed eos teneatur reſtituere.

26 In quo conſequenter dicendum eſt, non facere † fructus ſuos ex quo abeſt, contra tenorem d. decreti imponentis huiuſmodi pœnam & facit declaratio S. Congregationis Concilij, quæ ſic ait, fructus amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abeſt ſine licentia, nec poteſt componi reſtitutio debita fructuum, male perceptorum cum obtinentibus Bullam Cruciatæ, vel vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum obtentarum per Concilium.

Sed videtur obſtare alia declaratio eiuſdem Con-
27 gregationis, † quæ ſic ait. Cum Epiſcopi, qui vltra tres menſes ſingulis annis à propria Eccleſia abſunt, pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non faciant, nec tuta conſcientia alia etiam declaratione non ſecuta illos ſibi detinere poſſint iuxta c.1.ſeſſ.23. de refor. quæritur, an id habeat locũ etiam in Curatis inferioribus, ita vt Epiſcopus debeat cogere Parochum, qui tempore ſui anteceſſoris per biennium, & forſan amplius non reſedit, licet nunc reſideat, ad reſtituendos fructus illius temporis, quo abſens fuerit, cum ad reſidendum, nec etiam per edictum monitus fuerit; an vero contra Curatos inferiores ad effectum, vt ſimilem pœnam incurrant, requiratur citatio ſaltem per edictum, quemadmodum verba d.c.1. paulo inferius videntur, innuere, dum ſubditur, quod ſi per edictum. Cong. reſpondit Curatum inferiorem, qui vltra duos menſes abfuit à ſua reſidentia poſſe, & debere cogi per Epiſcopum, ad reſtitutionem fructuum pro rata temporis abſentiæ iuxta c.1.ſeſſ.23. neque ad eam rem requiri citationem, vel monitionem. In qua declaratione ipſum dicitur teneri ad reſtitutionem fructuum qui vltra duos menſes abfuit.

28 Reſpondetur tamen iſtam † declarationem non negare, quin teneatur etiam ad reſtitutionem fructuum, qui intra bimeſtre abfuit per aliquod tempus conſiderabile abſque licentia Ordinarij, vel abſque aliqua honeſta cauſa, ſed loqui de eo, qui vltra duos menſes abfuit, quia ad illos regulariter adeſt licentia
29 & cauſa, † nam etiam Epiſcopus, qui per duos aut

tres

tres menſes abeſſet à ſua Diœceſi abſque æqua cauſa aut cum vllo Gregis detrimento, non faceret fructus ſuos pro rata temporis abſentiæ ex d.c.1.verſ.ſi quis autem. Et ita Concilium Bononien.d.tit.6.de reſid. §.de pœnis non reſidentium ad fi. vbi affert d.declarationem, ſimpliciter loquitur.

30 Et fructus amiſſi ob non reſidentiam † reſtituendi ſunt fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus loci nec habet locum compoſitio, vt in d.c.1.verſ. ſi quis autem, & verſ. eadem omninò, & declaratione ſupra adducta nu.26.& tradunt Nauar.d.c.25.nu.121.& conſ.20.nu.4.de celebrat.Miſſar. Emmanuel Rodriguez in explicatione Bullæ compoſitionis d.nu.18. Enriq. in ſum.li.7.c.36.§.3.& Lud. Lopez inſtruct. conſcientiæ 2.to.2.p.cap.10.

31 Et intellige huiuſmodi fructus ab † Epiſcopo reſtituendos, poſſe reſtitui fabricis Eccleſiarum, aut pauperibus Diœceſis, quibus maluerit: reſtituendos vero a Parocho, debere reſtitui fabricæ Eccleſiæ ſuæ Parochiaiis, aut pauperibus ipſius Parochiæ, & ſi nó reperiantur pauperes intra limites Parochiæ reſtituendi ſunt præcisè fabricæ Eccleſiæ, etiamſi pro tunc non indigeat, vt in ſequenti declaratione S. ☞ Congregationis, Congregatio cenſuit Epiſcopum Ordinarium debere applicare fructus non reſidentium, de quibus in hoc decreto, fabricæ Eccleſiæ Parochialis, etiamſi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ poteſt tamen in dies indigere, ſaltem quoad ornamenta. *refert Leo d.c.33.n.16.*

32 Nec quoad iſtos fructus, † quos Parochi pro rata abſentiæ ſuos non fecerunt, ſunt obſeruanda interualla, eademque ratio, de quibus cap. 1. ſeſſ. 6. vt in ſequenti declaratione S.Congregationis, An Epiſcopus procedens per ſubtractionem aduerſus Parochos non reſidentes iuxta Concilium Trident. teneatur obſeruare eadem interualla, eandemque rationem, quæ contra Epiſcopos non reſidentes ſtatuit c. 1.ſeſſ. 6. Congregatio cenſuit teneri quoties in pœnam omiſſæ reſidentiæ vult ſubtrahere partem fructuum, quos ſuos fecerunt, non verò teneri obſeruare eadem interualla inexecutione facienda ſuper illis fructibus, quos Parochi pro rata temporis abſentiæ ſuos non fecerunt.

33 Tertiò dubitatur, an Parochus habens † iuſtã cauſam. & neceſſitatem diſcedendi notoriam, poſſit diſcedere, non petita licentia ab Ordinario, maximè
34 ob diſtantiam loci, & dicendum eſt † non poſſe, niſi talis neceſſitas ſe offerat, quæ non patiatur dilationem, ſed ſit periculum in mora petendi licentiam, & tunc quam primum debet certiorare Ordinarium de diſceſſu, & neceſſitate occurrente, vt de cauſa cognoſcat, & det licentiam, niſi in breui ſit reuerſurus. Abbas in cap. relatum.6. de clericis non reſiden. nu. 6. Selua 4.p.quæſt. 6. circa finem. Angelus in ſum. verbo Clericus. §. 3. *& Azor. 1.part. libro 7. cap. 4. quæſt. 10. ad fin.* vt in ſequentibus declarationibus Sanctæ Congregationis. Congregatio cenſuit ſolam diſtantiam loci, etiam cum neceſſitate ab eo diſcedẽdi, non excuſare Parochum, vt poſſit abeſſe a ſua Eccleſia ſine licentia in ſcriptis obtenta, niſi talis neceſſitas repente ſe offerat, quæ non patiatur dilationem huiuſmodi licentiam petendi: quo caſu quam primum de diſceſſu, & neceſſitate Ordinarium faciendum certiorem eſſe, vt de cauſa cognoſcere poſſit. Secunda, nec eſt liber a culpa, & à pœna amiſſionis fructuum qui veluti per quatuor menſium ſpatium ex ingenti admodum cauſa ad curandam ſuam valetudinem, morbo graui inſtante, pro huiuſmodi abſentia non petit licentiam ab Epiſc. qui bona fide putauit euidentiam cauſæ ſatis eſſe, niſi periculum eſſet in mora petendi licentiam, vt ſupradictum eſt.

35 Confirmatur, nam ad abſentiam † Parochi etiam licentia tacita non ſufficit, vt in ſeq. declarat. eiuſd. S.Cong. nec ſufficit licentia tacita, ſed oportet, quod ſit expreſſa iuxta formã decreti Concilij, facit quod dicitur infra.5.p.c.4.nn.233.

Id autem, quod dicitur in præced. declaratione
36 de eo, † qui bona fide abfuit ſine licentia, non videtur procedere in foro conſcientiæ, ſed ſolum quoad forum exterius, nam, ſi bona fide, & animo ſincero proceſſit, videtur in foro conſcientiæ ceſſare culpa, & conſequenter etiam pœna, vt in ſimili de non faciente profeſſionem fidei dicetur cap. ſeq.19. dubio num.66.

37 Quartò dubitatur, an Parocho † habenti reuera iuſtam cauſam abſentiæ, ſatis ſit petere licentiam ab Ordinario, licèt eam non concedat, ita vt ſufficiat licentia petita, & non obtenta. Et reſpondetur negatiuè. Abb. in d.cap.relatum.nu.5.& ita cenſuit Sanc. Con. Concilij, vt in ſequenti declaratione. Nec Paro-
☞ chus habens iuſtam cauſam abeundi extra Parochiam per duos menſes, aut tres ſatisfaciet ſuæ conſcientiæ, ſi petat licentiam iurans ſe grauem habere cauſam, quam non expediat manifeſtare, vt ſic petita licentia abeſſe poſſit, licet Epiſcopus non concedat. ſimiliter abeſſe non poteſt in caſu, quo cauſam rationabilem expreſſerit, quam vir bonus, & æquus rationabilem iudicaret, ſed rigidus Prælatus minus æquã iudicat, & licentiam denegat, vel quia mouetur ſuſpitione, quod ficta ſit, cum tamen ſit vera, ſed habere poteſt recurſum ad Superiorem.

38 Et quod Parochus poſtulans † ex iuſta cauſa licentiam abſentiæ, recuſante Epiſcopo, poſſit recurrere & appellare ad Superiorem, tradit Concilium Bononien.d.tit.6.de reſid. §. de cauſis excuſantibus a reſidentia Curatos ad fin.& citati infra nu.86.

39 Non poterit tamen interim † pendente appellatione abeſſe etiam conſtituto Vicario, vt male videtur ſentire D.Ioan.Ocon. ſupra nu.56. & Lic. Ant. Gomez. nu.32. cum interim non habeat licentiam, vt requirit Concilium.

40 Quintò dubitatur, an Epiſcopus † poſſit occupare Parochum in ſuo ſeruitio, puta in viſitatione, officio Prouiſoris, ſeu Vicarij, aut Fiſcalis, vel in alio ſeruitio ſuæ Diœceſis vltra bimeſtre, & reſpondetur non poſſe vt docet Emmanuel Sà verb. reſidentia. n. 1. dicens quod ſecundum Congregationem Concilij, ſeruitium Epiſcopi, aut Cathedralis, aut Inquiſitionis, non excuſat Parochum a reſidentia, & poſt hæc Gonçalez gloſ.6.2 num.255. *Vgol.d.c.5.de offic. Epiſc.§.3.nu.3.& Piaſec.d.p.2.c.3.nu.27.* quamuis Ho-
41 ieda d.cap.17.num.29.8.caſu, † & 2.p.cap.10.num. 15.cum Sylueſtro verb.reſidentia.n.7. teneat etiamſi Beneficium ſit curatum, nihilominus eum, qui eſt in ſeruitio Epiſcopi excuſari à reſidentia.

42 Circa quod ſunt ſequentes † declarationes dic. S. Cõg. ſuper d.c.Prima *Epiſc. non poteſt vti opera parochi in viſitatione, vel alio ſeruitio ſuæ diœceſis, niſi pro tempore duorum menſium a Concilio permiſſo, & idoneus Vicarius reputetur.* cõſonat concilio Bononien.d.§.de cauſis ex-

ſis excuſantibus à reſidentia Curatos, verſic, penult. vbi ſic habetur. Nec illo etiam caſu requiritur licentia in ſcriptis, cum Epiſcopus Parochi opera in viſitatione, alioue Diœceſis ſuæ munere, non tamen vltra bimeſtre ſpatium vteretur, relicto tamen ibi Vicario idoneo ab ipſo Ordinario approbato. Secunda, item cum eod. cap. ſtatuatur, vt quandocunque Curatos abeſſe contingat, cauſa prius ab Ordinario cognoſci, & probari debeat, quæritur an Curati, qui in ſeruitijs Epiſcopi in Diœceſi, vel extra commorantur, & propterea à ſuis Eccleſijs abſunt, pœnas non residentium incurrant, cum ex eo, quod Epiſcopus hoc ſcit, & tacet, huiuſmodi cauſam approbare videatur: Congregatio Concilij reſpondit, non licere Epiſcopo ſuorum, vel etiam Cathedralis Eccleſiæ negotiorum cauſa permittere, vt Curati extra ipſorum curam maneant, etiam conſtituto Vicario idoneo. Conſonat concilium Prouinciale Mediolanen. 5. p. 3. tit. de reſidentia, vbi ſic habetur, neue ad Seminarij quidem curam, vel ad vicarij munus, vel ad ſanctæ etiam inquiſitionis officium, nec vero ad aliud quicquam opera ſacerdotis curam animarum gerentis Epiſcopus ita vtatur, vt ab Eccleſia, Beneficioue in eius curam tradito diutius abſit, ac muneri debitæ reſidentiæ perſonalis deſit. Tertia, non excuſat à reſidentia officium ſubdectoris Apoſtolici, nec lis ſuper ipſa Parochiali, nec licentia conceſſa ab Epiſcopo, cũ ipſam concedere nequeat; negotia tamen publica loci excuſant ad tempus ſi legitime doctum ſit de mandato, nec excuſatur Rector à reſidentia ob defectum, nec ſi habet officium Inquiſitionis, & licet maior pars fructuum ſit alteri reſeruata, non excuſatur poſſeſſor à reſidentia, conſonat d. Concilium Mediolanen. 5. vbi ſup. & verſ. 2, & verſ. ne illi quidem. Quarta quandocunque Epiſcopus diſpenſauit in reſidentia, per aliquod tempus, vt puta octo menſium, relicto tamen idoneo Vicario in Parochiali, vt Rector alicui operi pio vacare poſſit, verbi gratia, fabricæ monaſterij, & declaratio. 6. infra adducta ſub nu. 179. & aliæ quas adducit Gonçalez ſupra. num. 258. *ſum. Bullar. Quar. verb. reſidentia, & Piaſec. ſup.*

43 Sed ſupradictis maxime d. 1. † declarationi obſtat alia Declaratio S. Cong. quæ ait Epiſcopum poſſe pro viſitatione vti opera Parochi ad quatuor menſes, his verbis, Epiſcopus poteſt pro viſitatione ſuæ Diœceſis vti opera Parochi, qui tamen ob eam cauſam vltra quadrimeſtre ſingulis annis abeſſe non poteſt à ſua Parochia, & interea debet poni in ea idoneus Vicarius congrua portione fructuum d. Parochiæ arbitrio ipſius Epiſcopi aſſignata, vt habetur alias inter declarationes. num. 60. ſeu 63. de qua declaratione meminiſſe videntur Zecchus de caſib. reſeruatis, d. caſu. 3. de reſid. nu. 2. verſ. in ordine, & Vega in lib. Eſpejo de Curas. d. c. 17. *Et Moſcon. d. lib. 1. par. 1. cap. 21. pag. 160.*

44 Reſpondetur † quod iſta declaratio videtur iam ſublata, & correcta per declarationes adductas, maxime primam, quæ non poſſunt in dubium reuocari, cum eis conſonet dictum Concilium Bononien. quod eſt approbatum per ipſam S. Congregationem & etiam d. Concilium Mediolanen. & ita etiam eam ponit Gonçalez. ſupra nu. 258.

45 Ex quibus apparet † falſum eſſe conſ. Nau. 15. de clericis non reſiden. vbi docet Parochum, etiam poſt Concilium, poſſe de licentia ſui Ordinarij ex iuſta cauſa nempe, vt ſit Vicarius generalis alterius Epiſcopi etiam ad multum tempus abeſſe, vbi Apoſtilla recte aduertit S. Congregationem, vt refertur, cenſuiſſe contrarium, & ſic vidiſſe licentiam peti à Sede Apoſtolica, & refert Zerola verb. Parochus. §. 6. maxime in Parocho exiſtente Vicario alterius Epiſcopi, in quo loquitur Nauarrus, & reprobat illud conſilium Gonçalez. ſup. n. 259. dicens hodie non eſſe ſecurum. *Et ſumm. Bullar. Quaran. verb. c. ſede vacante circa finem ait, quod parochus non poteſt eſſe Vicarius vt S. Cong. ſuper conſiis Epiſcoporum reſcripſit Archiepiſcopo Surientino.*

46 Videtur † etiam ſalium conſilium eiuſdem Nau. 5. de ætate & qualitate, vbi ait, quod prælatus Eccleſiæ Collegiatæ Curatæ inſeruiendo Epiſcopo excuſatur à reſidentia, & poteſt fructus percipere, ſi magna cauſa vrgeret Epiſcopum ad retinendum eum in ſuo ſeruitio.

47 Sexto dubitatur † an, quamuis lis ſuper Parochiali non excuſet à reſidentia, vt in tertia declaratione ſupra adducta, num. 42. & in alia adducta infra, 11. p. cap. 5. num. 121. *Et tradit Gonçalez glo. 6. nu. 267. vbi eam declarationem ponit, & Moſconius d. cap. 21. pag. 360 & Vgol. d. cap. 5. §. 3. nu. 3* proſecutio tamen ipſius litis ſit interim iuſta cauſa abſentiæ. Et dicendum videtur non eſſe regulariter iuſtam cauſam abſentiæ vltra bimeſtre. *Ad bimeſtre tamen eſt ſatis iuſta cauſa, & ſæpe etiam vltra bimeſtre, vt quod ex grauicauſa poteſt parocho ab Ordinario dari licentia abſentiæ, ex Concilio ſup. & facit c. præſentium 7. q. 1. vbi probatur quo pro ſuis negotijs poteſt rectori dari licentia abſentia ad aliquod tempus.*

48 Proſecutio † tamen litis ſuper iuribus, & bonis ipſius Parochialis eſt iuſta cauſa abſentiæ, c. ex p. 2. de clericis non reſident. Nauarr. conſ. 14. eod. tit. ex qua etiam cauſa in parochiali non debet dari licentia ad multum tempus, maxime hodie ſtante Concilio d. c. 1. ſeſſ. 23.

Similiter etiam lis, & ipſius proſecutio ſuper Di-
49 gnitate, † aut Canonicatu non excuſat poſſeſſorem à reſidentia, vltra tempus à Concilio permiſſum, ſeſſ. 24. cap. 13 de reformat. *Et Carthag. fructuum 29. Maij 1595. coram D. Seraphino fuit reſolutum, negotium propriũ, & litem etiam criminalem, non excuſare à reſidentia, cum poſſit tractari per alias perſonas, puta, procuratores; nec criminalitas ſit talis, propter quam prohibetur reſidere, &c. Et eſt deciſio Rot. in cauſa Lerien. fructuum 21. April. 1603. coram D. Decano Penna quæ ſic ait: In cauſa Lerien. fructuum propoſui dubium tranſmiſſum à S. Congreg. Concil. an Canonico abſenti à ſua Eccleſia pro defenſione iurium alterius Eccleſiæ, in qua eſt beneficiatus, & electionis factæ de eius perſona ad rectoriam ductæ parochialis debeantur fructus Prebendæ ſui Canonicatus. Et cauſa diligenter diſcuſſa fuit per omnes Dominos reſolutum non deberi, cum in ſua Eccleſia non reſederit, cap. nonnulli, cap. relatum, & c. conquerente. de cleric. non reſid. obſtat enim ei ad fructus agendo legitima exceptio non reſidentiæ vt per Abbatem in d. cap. conquerente. num. 4. & ibi Ioan. Anan. in fi. & tenuit Rot. in vna Cauricn. fructuum 9. Nouemb. 1592. coram bonæ memoriæ Orano. Vnde negotia propria non ſunt iuxta cauſa abſentiæ vltra dictum tempus à Concilio permiſſum d. c. 12. etiam cum licentia Prælati. & ita eſt limitãda gl. in c. relatũ, verb. Prælatorũ, & in c. ex par. 2. verb. periuriũ, de cleric. nõ reſid. quam ſequitur P. Greg. in inſtit. benef. c. 7. num. 16. Vnde etiam à fortiori nunquam poterit Canonicus in abſentia ex cauſa litium ſuarũ lucrari diſtributiones, quicquid dicat Genuen. in praxi paſtorum, cap.*

88. *nu.*

38.nu.6.*id male reducens ad corporalem neceſſitatem.* pro ſecutio verò litis ſuper iuribus, ſeu bonis Dignitatis, aut Canonicatus ſui, excuſat à reſidentia, & lucratur fructus in abſentia. d. cap. ex p. & cap. cum non deceat. de elect. in 6. & in terminis docet Nauarr. d. cõſ. 24. *Et eſt declaratio S. Congreg. Concilij, quæ ſic ait: Archipresbyter Durazzi coram ſuo metropolitano, & Auditore cameræ ſuper quarta, & alijs iuribus Eccleſiæ ſuæ litigans, Congregationi ſupplicat, abſentiam ſuam ſibi dicta de cauſa in aliquo non officere, Congreg. cenſuit, ſi ſuper iuribus Eccleſiæ litigat, iuſtam abſentiæ cauſam cenſeri.* & fuit reſolutum in vna Burgen. iuriſdictionis 4. Maij 1584. coram Illuſtriſſimo Cardin. Seraphino, quod qui pro defenſione Eccleſiæ, ſeu iurium ſuæ Dignitatis, eſt abſens, habentur pro præſenti ad effectum lucrandi fructus, d.c. ex parte. & d. cap. cum non deceat. Hoſtienſ. in ſumm. eodem tit. de Clericis non reſiden. num. 2. Aſſict. deciſ. 289. num. 35. & ideo ſequeſtrum, ſeu inhibitio, poſitum per Ordinarium, ne reſpondeatur ei de fructibus, eſt reuocandum; nec obeſt decretum Concilij. ſeſſ. 24. cap. 12. & ſeſſ. 23. cap. 1. quia non detrahit quicquam diſpoſitioni iuris communis, quinimmo in d. c. 12. remittit ſe ad ſacrorum Canonum conſtitutiones.

50 Nec ad huiuſmodi † abſentiam pro cauſa Eccleſiæ, & proſecutione litis ſuper iuribus, ſeu bonis Dignitatis, ſeu Præbendæ requiritur licentia Superioris, quia ius ipſum eam dat, vt patet ex d. iuribus, & dicetur infra à n. 94. licet contra teneat Nauarrus. d. conſ. 14. qui etiam male ſentit quod proſequens litẽ ſuper iuribus ſuæ Dignitatis lucratur etiam fructus Canonicatus, quem ſimul obtinet in eadem Eccleſia, quod non videtur verum, quia non agit cauſam Canonicatus, *& facit deciſ. Lerien. ſupra adducta, nu. 49.* & ex declaratione infra adducta, nu. 332. vbi dicetur.

Vnde difficile videtur ſtatutum huius Eccleſiæ
51 Abulenſis, † quod proſequens litem ſibi motam ſuper Præbenda poſt triennalem pacificam poſſeſſionem habeatur pro præſenti, & lucretur.

52 Septimo dubitatur, † an Parochus, qui reſidet in Parochiali, non tamen per ſe exercet officium Parochiale, nec adminiſtrat ſacramenta Parochialis, ſed per ſubſtitutum, ſeu Vicarium, faciat fructus ſuos, an vero illos teneatur reſtituere. In quo dicendum eſt, quod quamuis ille non reſideat, vt debet, debet enim
53 non per Vicarium, † ſed per ſe ipſum illi deſeruire, & iniuncto ſibi officio defungi, cap. extirpandæ, §. qui vero. de præbend. & Concilium Tridentin. d. cap. 1. nam reſidere intelligitur. cum effectu. Graſſijs in deciſionibus aureis caſuum conſcientiæ, lib. 2. cap. 97. & Zecchus de munere Epiſcopali, cap. 5. num. 1. *Candel. aur. in append. c. 9. nu. 10. & in nouis in ſupplem. cap. 8. num. 12. & 13. & Octauianus Frangipanus Mirtus Epiſcopus Tricarienſ. Nuncius Apoſtolicus Belgiæ in directorio Eccleſiaſticæ diſciplinæ, tit. de reſidentia, nu. 1. qui ſic ait: Vt omnes Canonici, Vicarij, aliique officiantes reſideant, & perſonale debitæ ſeruitutis miniſterium, quòd proprie reſidere eſt, Deo, & Eccleſiæ ſuæ præſtent. Et Quint. in repet. c. de multa, nu. 83. quod non reſidet is, ex legis mente, qui Eccleſiæ non deſeruit. Et Moſconius de maieſt. milit. Eccleſiæ, lib. 1. p. 1. c. 8. pag. 211. & cap. 20. pag. 346. & c. 21. pag. 355. & ad fin. pag. 364. qui ait, quod reſidere eſt Eccleſiæ deſeruire per ſe ipſum, curam exercere, & oneri iniuncto ſatisfacere. Et nouiſſime Vgol. de officio Epiſc. c. 4. §. 13. nu. 1 & cap. 15. §. 3. nu. 2. & 3. Et in vna nullius 3. Iulij 1591 cenſuit Congreg. Concilij cogendos eſſe curatos ad ſubeunda per ſe ipſos, & non per ſubditos ea munia, ad quæ tenentur, tolerandos autem, vt per ſubſtitutos ſuppleant in illis tantum caſibus expreſſis verbis canonum & decretorum Concilij, quibus permiſſum eſt eis, vt per Vicarios, coadiutores, vel ſubſtitutos poſſint officio ſuo fungi.* nihilominus non videtur teneri ad reſtitutionem fructuum; nam Concilium ibi ſolum ponit hanc pœnam amiſſionis fructuum contra abſentes, & non reſidentes, iſte vero non poteſt dici abeſſe, & non reſidere, quamuis officium ſuum non exerceat, & pœnæ non ſunt extendendæ, vt eſt vulgare, maximè impoſitæ ipſo iure, vt alias dicemus infra 11. par. cap. vlt. dub. 7. ad fi. nu. 205. & 206. ſicut etiam qui male facit ſuum officium Parochus, ſeu Epiſcopus, non ideo amittit fructus ipſo iure. *Et ita in princip. tenet Vgol. d. c. 15. §. 3. nu. 3. dicens eum non incidere in pœnas non reſidentium, quando quidem finis præcepti non eſt in præcepto, vt Doctores communiter concludunt, peccare tamen graviter niſi iuſta impedimento detineatur.*

54 Octauo dubitatur † de iure communi docentes in ſcholis Theologiam, vel ius Canonicum, dum publice in die docuerint, & ſtudentes in eis per quinquennium excuſantur à reſidentia, & in abſentia, fructus ſuorum Beneficiorum percipiunt. cap. fin. de magiſtris. vbi Abbas. Anania, & Felin. cap. licet de præbend. cap. cum ex eo. de electione & cap. 2. de priuileg. in 6. clem. 1. §. cæterum. verſ. ſane. de ſtatu monach. Felinus conſ. 18. Rebuffus in praxi tit. de diſpenſatione de non reſid. nu. 25. & in tract. de priuileg. ſcholarium priuileg. 29. & 31. & late Horatius Lucius eod. tract. 1. priuileg. 99. & 100. Nauarrus in man. c. 25. nu. 120. Hoieda de incompatibili. cap. 17. nu. 28. Salcedo in praxi cap. 52. Fuſcus de viſitatione. lib. 2. c. 9. nu. 10. Lic. Anton. Gomez. in explicatione bullæ Cruciatæ. cap. 7. ad 4. clauſulam nu. 27. Sylueſt. verb. reſidentia. num. 7. Armilla verb. beneficium, num. 61. Angles de reſtitutione facienda propter negligentiam Eccleſiaſticorum. 1. difficult. dubio 1. concluſione vlt. Ludouic. Lopez inſtruct. conſcientiæ 1. tomo cap. 149. verſic. ſed quotuplex. Emmanuel Rodriguez in ſumm. 1. tomo cap. 33. numero 2. & 2. tomo cap. 36. num. 2. & in addit. ad bullam compoſitionis, num. 4. ad fin. & num. 5. Vega in ſumm. 1. part. cap. 36. caſu 41. Candelabrum aureum in appendice cap. 9. num. 13. & 14. & lin. 5. *& Emman. Sà verbo reſidentia num. 8. & poſt eum Pet. Greg. de benef. cap. 7. num. 10. Vaſconcel. diuerſ. iur. arg. lib. 1. cap. 9. num. 19. Card. Tuſchus concluſ. 62. num. 10. lit. B. Vgol. de offic. Epiſc. c. 19. in princ. num. 6. & Azor. 2 par. lib. 7. cap. 4. quæſt. 3. & cap. 5. quæſt. 1. & 8.* & alij citati, ſupra num. 14. qui dicunt non requiri licentiam Prælati, quia ius eam concedit. d. cap. fin.

55 Sed debent ſtudere † in ſtudio generali, ſeu celebri Vniuerſitate c. tuæ. de clericis non reſident. & d. cap. 2. de priuil. in 6. Rebuffus d. priuileg. 31. num. 8. & in concord. tit. de collatio. §. 1. verb. ſtudij generalis. Horatius Lucius de his qui gaudent priuilegijs ſcholarium, nu. 23. ad fin. d. tract. Didacus Perez in leg. prima titulo 10. libro primo ordin. Zerula verb. ſtudium §. 4. Flores de Mena quæſtione 24. nu. 19. & Zecchus de republica Eccleſiaſtica titulo de clericis, num. 7. verſ. 28. *Vgolin. de officio Epiſcop. c. 43. §. 2. Vnde non ſufficit ſtudium, quod non eſt vniuerſitas, quamuis in eo optimè legatur, & publicè cuicumq; audire volenti, quicquid dicat*

*Alex. Monet. de diſtribut. par. 2. quæſt. 10. numero 17.* & patet ex declarationibus Sanct. Congregationis infra poſitis num. 81. & 117. & decreto Concilij Mediolanen. de quo nu. 82. & vide Coſmam Guimier. in pragmat. ſanctione in procemio. §. quibus attente, verb. generalium.

56 Et ſtudium generale eſt, † quod eſt erectum, & inſtitutum, per Papam, Regem, ſeu Principem. Coſmas ibi verbo ſtudiorum, & Didac. Perez ſupra, ſeu quod habet ſtudium ex priuilegio, aut conſuetudine immimen. Coſmas. d. verbo generalium. Pacianus de probat. lib. 2. cap. 41. num. 48. *Caſſan. in catal. glor. mundi 10. p. 32. conſid. Hertig. in patrocinio pro Caſtraug. Gymnaſio 1. par. a num. 13. & 3. p. num. 2. l. 1. titul. 31. par. 2. & ibi gloſſ.* & Horat. Lucius vbi proximè, qui
57 ponit varia ſtudia approbata. Inter quæ † eſt Vniuerſitas Salamantina toto Orbe celeberrima, quæ habet Bullam Eugenij IIII. quæ dicitur Eugeniana, id concedentem dantibus in ea operam cuicunque facultati licitæ, & honeſtæ, vt per Didacum Perez in d. leg. prima. titulo 10. & libro 8. titulo ſecundo, gloſſ. 2. libro 1. ordin. & D. Ioannem Ocon. in d. capit. 1. de clericis non reſident. in 6. numero 37. quod priuilegium, vt audiui, habet etiam vniuerſitas Cõpluten. & Valliſoletana, cuius Eugenianæ tenorem
58 hic ponere placuit, † qui talis eſt. *Quæ bullæ habentur in libro Statutorum & priuilegiorum dicta vniuerſitatis Salamãtinæ impreſſo Salamanticæ anno 1584. ex pag. 195*

EVGENIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Qui creditum ſibi à Domino ſenſualitatis humanæ talentum virtuoſis actibus lucrifacere quærentes, in agro literarum ſtudij cupiunt acquirere ſummam Margaritam, quæ ſuos vtique prouehit, & illuſtrat poſſeſſores, ac domum Dei multipliciter inſignit, & decorat, Apoſtolicis ſunt priuilegijs, & gratijs meritò confouendi eoque decet opportunitatibus ipſorum benignius conſuli, quo ex eorum profectibus etiam in Dei Eccleſia fructus iugiter ſuccedere poterunt ampliores. Ad venerabilis itaque Salamantini propagationem ſtudij, quod virtuoſorum, doctiſſimorumque virorum multitudinem produxit innumeram, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, ac actibus inibi ſcholaſticis pro tempore vacantes vt illis liberius intendere, decentiuſque ſuſtentari valeant Apoſtolicis fauoribus, & gratijs proſequi cupientes, dilectis filijs Rectori, ac vniuerſis, & ſingulis Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis, Baccalaureis ſcholaribus Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quam regularibus Vniuerſitatis ſtudij Salamantini huiuſmodi præſentibus, & futuris authoritate præſentium indulgemus, ſtatuimuſque, & ordinamus, vt eorum ſingulis etiam perpetuis futuris tẽporibus inibi, in quacumque facultate licita, & honeſta per octo menſes continuos, vel interpollatim legendo, aut aliàs huiuſmodi litterarum ſtudio inſiſtendo, fructus reditus, & prouentus omnium ſuorum, & ſingulorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſæcularium, & regularium, cum Cura, & ſine Cura, quæ in quibuſuis Eccleſijs, ſiue locis ad præſens obtinent, & in poſterum obtinebunt, etiam, ſi Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates, perſonatus, perpetuæ adminiſtrationes, & officia in Cathedralibus, aut Metropolitanis, ſeu Collegiatis Eccleſijs, & Dignitates ipſæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis poſt Pontificales maiores, aut in Collegiatis Eccleſijs huiuſmodi principales, ſeu Conuentuales fuerint, & ad huiuſmodi Dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia conſueuerint per electionem aſſumi, eiſque Cura immineat animarum, cum ea integritate (quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis) liberè percipere valeant cum qua illos perciperent, ſi in Eccleſijs, ſiue locis huiuſmodi perſonaliter reſidetent, & ad reſidentiam in eiſdem minimè tenentur, nec ad id à quoquam compelli poſſint inuiti, fructus quoque, necnon redditus, & prouentus præfatos quibuſuis perſonis, etiam laicis, cum quibus ſuas, & eorundem Beneficiorum conditiones poterunt efficere meliores ad tempora, de quibus eis videbitur arrendare, locare, vel ad firmam, ſeu annuã penſionem concedere poſſint, Diœceſanorum locorum, vel aliorum quorumlibet ſuper hoc licentia minimè requiſita: non obſtantibus, ſi Rector, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Baccalaurei, & Scholares prædicti primam in eiſdem Eccleſijs, ſiue locis non fecerint perſonalem reſidentiam conſuetam, etiamſi aliàs ipſis, quod huiuſmodi ſtudio inſiſtendo, aut in Romana Curia, ſeu aliquo Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum reſidendo, vel aliàs eorum fructus, redditus, & prouentus perpetuo, vel ad certum tempus forſitan durans, aut elapſum, percipere poſſint Apoſtolica, vel ordinaria fuerit authoritate conceſſum, nec non fœlicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, per quã conceſſiones huiuſmodi, ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, & quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, nec non ſtatutis, & cõſuetudinibus Eccleſiarũ, ſiue locorum huiuſmodi contrarijs juramẽto confirmatione Apoſtolica, vel quãuis alia firmitate vallatis, etiamſi de illis ſeruandis, & non impetrandis litteris Apoſtolicis contra ea, & ipſis litteris non vtendo, etiam ab alio, vel alijs impetratis, ſeu alias quouis modo conceſſis ipſi Rector, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Baccalaurei, & Scholares præſliterint hactenus, vel in futurũ eos præſtare contigerit forſitan iuramentum, ſeu ſi locorum Ordinarijs à Sede Apoſtolica ſit cõceſſum, vel in antea concedi contingat, quod Canonicos, nec non Rectores, & perſonas Eccleſiarum ſuarum ciuitatum, & diœceſis, etiam in Dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officijs conſtitutos per ſubtractionem prouentuum ſuorum Eccleſiaſticorum, vel aliàs compellere valeant, ad reſidendum perſonaliter in eiſdem, aut ſi Ordinarijs prædictis, & dilectis filijs capitulis Eccleſiarum huiuſmodi, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſum a Sede prædicta ſit indultum, vel in poſterum contingerit indulgeri, quod Canonicis, nec non Rectoribus, & perſonis Eccleſiarum, ciuitatum, & diœceſum prædictarum, etiam in huiuſmodi Dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officijs conſtitutis non reſidentibus in eiſdem, vel qui primam in eis reſidentiam non fecerint huiuſmodi fructus, redditus, & prouentus ſuorum Beneficiorum prædictorum miniſtrare minimè teneantur, & ad id compelli non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, ac expreſſam, ac de verbo ad verbum, de huiuſmodi indulto mentionem, & quibuſuis alijs priuile-

priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeant, quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, prouiſo quod Beneficia ipſa propterea debitis non fraudentur obſequijs, & animarum Cura in eis, quibus illa imminet, non negligatur, ſed per bonos, & ſufficientes Vicarios, quibus de ipſorum Beneficiorum prouentibus neceſſaria congrue miniſtrentur, diligenter exerceatur, & deſeruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ. 1431. 6. Calendas Martij, Pontificatus noſtri anno primo.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Archiepiſcopo Toletano, & dilectis filijs Abbati Monaſterij Sancti Facundi Legionen. diœceſis, ac Scholaſtico Eccleſiæ Salamantin. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie in fauorem, & pro incremento Studij Salamanticenſis, noſtras conceſſimus literas tenoris ſub ſequentis.

Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Qui creditum ſibi à Domino ſenſualitatis humanæ talentum virtuoſis actibus lucri facere quærentes in agro literarum ſtudij cupiunt acquirere ſcientiæ Margaritam, quæ ſuos vtique prouehit, & illuſtrat poſſeſſores, ac domum Dei multipliciter inſignit, & decorat, Apoſtolicis ſunt priuilegijs, & gratijs merito conſouendi; eoque decet opportunitatibus ipſorum benignius conſuli, quo ex eorum profectibus, etiam in Dei Eccleſia fructus inſigniter ſuccedere poterunt ampliores. Ad venerabilis, itaque Salamanticenſis propagationem ſtudij, quod virtuoſorum, doctiſſimorumque virorum multitudinem produxit innumeram, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, ac actibus inibi Scholaſticis pro tempore vacantes, vt illis liberius intendere decentiuſque ſuſtentari valeant, Apoſtolicis fauoribus, & gratijs proſequi cupientes dilectis filijs, Rectori, ac vniuerſis & ſingulis Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis, Baccalaureis, Scholaribus Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quam regularibus Vniuerſitatis Studij Salamantin. huiuſmodi præſentibus, & futuris authoritate præſentium indulgemus, ſtatuimuſque, & ordinamus, vt eorum ſinguli, etiam perpetuis futuris temporibus inibi in quacumque facultate licita, & honeſta per octo menſes continuos, vel interpollatim legendo, aut alias huiuſmodi literarum ſtudio inſiſtendo fructus, redditus, & prouentus omnium, & ſingulorum ſuorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium, & regularium cum Cura, & ſine Cura, quæ in quibuſuis Eccleſijs, ſiue locis ad præſens obtinent, ac in poſterum obtinebunt, etiamſi Canonicatus, & præbendæ, Dignitates, perſonatus, perpetuæ adminiſtrationis, officia in Cathedralibus ac Metropolitanis, ſeu Collegiatis Eccleſijs, & Dignitates ipſæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis poſt Pontificales maiores, aut in Collegiatis Eccleſijs huiuſmodi principales, ſeu Conuentuales fuerint, & ad huiuſmodi Dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia conſueuerint per electionem aſſumi, eiſque Cura immineat animarum, cum ea integritate (quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis) libere percipere valeant, cum qua illos perciperent, ſi in Eccleſijs, ſiue locis huiuſmodi perſonaliter reſiderent, & ad reſidendum in eiſdem minime teneantur, nec ad id à quoquam compelli poſſint inuiti, fructus quoque, nec non redditus, & prouentus præfatos, quibuſuis perſonis, etiam laicis, cum quibus ſuas, & eorundem beneficiorum conditiones poterunt efficere meliores ad tempora, de quibus eis videbitur arrendare, locare, vel ad firmam, ſeu annuam penſionem concedere poſſint, Diœceſanorum locorum, vel aliorum quorumlibet, ſuper hoc licentia minime requiſita, non obſtantibus, ſi Rector, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Baccalaurei, & Scholares prædicti primam in eiſdem Eccleſijs, ſiue locis non fecerint perſonalem reſidentiam conſuetam, ac etiamſi alias ipſis, quod huiuſmodi ſtudio inſiſtendo, aut in Romana Curia, ſeu aliquo Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum reſidendo, vel alias eorum fructus redditus, & prouentus, perpetuo, vel ad tempus, forſitan durans, aut elapſum percipere poſſint, Apoſtolica, vel ordinaria fuerit authoritate conceſſum, nec non fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, per quam conceſſiones huiuſmodi, ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, & quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus, Concilijs editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, ſiue locorum huiuſmodi contrarijs iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate vallatis, etiamſi de illis ſeruandis, & non impetrandis literis Apoſtolicis contra ea, & ipſis literis nō vtendo, etiam ab alio, vel alijs impetratis, ſeu alias quouis modo conceſſis ipſi Rector, Doctores, Magiſtri, Licentiati, Baccalaurei, & Scholares præſtiterint, hactenus, vel in poſterum eos præſtare contigerit forſitan iuramentum; ſeu ſi locorum Ordinarijs à Sede Apoſtolica ſit conceſſum, vel in antea concedi contingat, quod Canonicos, nec non Rectores, & perſonas Eccleſiarum ſuarum, Ciuitatum, & Diœceſum, etiam in Dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officijs conſtitutos per ſubtractionem prouentuum ſuorum Eccleſiaſticorum, vel alias compellere valeant ad reſidendum perſonaliter in eiſdem, aut ſi Ordinarijs prædictis, & dilectis filijs Capitulis Eccleſiarum huiuſmodi, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim à Sede prædicta ſit indultum, vel in poſterum contigerit indulgeri, quod Canonicis, nec non Rectoribus, & perſonis Eccleſiarum, Ciuitatum, & Diœceſanum prædictarum, etiam in huiuſmodi Dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officijs conſtitutis non reſidentibus in eiſdem, vel qui primam in illis reſidentiam non fecerint, huiuſmodi fructus, redditus & prouentus ſuorum Beneficiorum prædictorū miniſtrare minime teneantur, & ad id compelli non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes

facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis; prouiſo quod Beneficia ipſa debitis propterea non fraudentur obſequijs, & animarum Cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur, ſed per bonos, & ſufficientes Vicarios, quibus de ipſorum Beneficiorum prouentibus, neceſſaria congrue miniſtrentur, diligenter exerceatur, & deſeruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ, 1431. ſexto Calendas Martij: Pontificatus noſtri Anno primo, Cupientes igitur, vt Rector, Magiſtri, Doctores, Licentiati, Baccalaurei, & ſcholares indulti, nec non ſtatuti, & ordinationis literarum huiuſmodi conſequantur effectum, diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, vel duo aut vnus veſtrum, per vos, vel per alium, ſeu alios faciatis eadem authoritate Apoſtolica Rectori, nec non Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis, Baccalaureis, & ſcholaribus prædictis, vel procuratoribus ſuis eorum nominibus fructus, redditus, & prouentus Beneficiorum huiuſmodi iuxta præfata noſtræ conceſſionis tenorem in integrum miniſtrari, non permittentes eos, vel ipſorum aliquem per Ordinarios, & Capitula huiuſmodi, aut quoſuis ad reſidendum interim in dictis Eccleſijs, ſiue locis compelli, vel alias contra dictæ noſtræ conceſſionis formam quomodolibet moleſtari, non obſtantibus omnibus prædictis, & eiuſdem prædeceſſoris, quibus cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis extra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à dicta Sede deputati extra Ciuitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, ſiue alij, vel alijs vices ſuas committere præſumant, ac de duabus dietis, in Concilio generali, dummodo vltra quatuor dietas aliquis authoritate præſentium non trahatur, & alijs Apoſtolicis conſtitutionibus cæteris contrarijs quibuſcunque, aut ſi Ordinarijs, & Capitulis præfatis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem Sede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo, ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, ſexto Calendas Martij, Pontificatus noſtri Anno primo.

Verum quoad docentes id videtur intelligendum
59 de ijs, † qui docent conducti, ſeu ſalariati, aut ratione ſtipendij ſeu Cathedræ quam habent, non vero de ijs, qui ſponte, & voluntarie legunt, alias enim quilibet iſto modo poſſet ſe excuſare à reſidentia. Et ita fuit practicatum in hac Eccleſia Abulen. cum Lic. Roſales Canonico, antequam haberet Cathedram in d. Vniuerſitate Salamantina.

Verius tamen eſt, id intelligendum eſſe, etiam de ijs, qui ſponte, & voluntarie legunt ſine ſtipendio, & Cathedra, dummodo legant cum licentia Vniuerſi-
60 tatis, † ſeu Clauſtri, ſiue Collegij Doctorum; nam d. cap. fin. de magiſtris, & Concilium Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 1. & d. Eugeniana ſolum requirunt quod publicè in ſcholis doceant, ſeu legant, & ne quilibet hoc titulo velit ſe à reſidentia excuſare, requiritur licentia Vniuerſitatis, ſeu Clauſtri, quæ non debet eam dare, niſi ijs, qui apti, & vtiles videantur ad
61 docendum, & † ita fuit declaratum per S. Congreg. Concilij ad inſtantiam Vniuerſitatis Compluten. & in vna Gienen. ad inſtantiam D. Emmanuelis Sarmienti, tunc Canonici Gienen. & nunc Hiſpalen. pro cuius parte in clauſtro Vniuerſitatis Salamantinæ fuit præſentata declaratio, & literæ dictæ S. Cong. vbi declarabatur, quod legẽdo in iſta Vniuerſitate Theo-
☞ logiam cum licentia Clauſtri, etiamſi non haberet Cathedram, nec ſalarium, deberet percipere in abſentia fructus ſui Canonicatus, in cuius virtute Clauſtrum dedit ei licentiam ad legendum, & pro eius parte fuit etiam præſentata dicta declaratio cum Breui S. D. Clementis VIII. in eius confirmationem, coram Nuncio Apoſtolico in lite, & cauſa cum Capitulo Eccleſiæ Gienen. ſuper hoc.

62 Et virtute etiam d. declarationis † Clauſtrum d. Vniuerſitatis Salamantinæ dedit poſtea alias quatuor licentias quatuor Collegialibus eiuſdem Vniuerſitatis, vni præbendato in Eccleſia Legionen. & alteri in Eccleſia Oxomen. & duobus obtinentibus Beneficia Curata in illa diœceſi Salamantina. Poſt quas
63 licentias d. † Clauſtrum fecit actum, ſeu decretum, quod non poſſet dari talis licentia alicui, qui non eſſet graduatus, ſaltem gradu licentiæ, per illam Vniuerſitatem, vt accepi, & mihi ſcriptum eſt.

64 Et quamuis d. cap. fin. † & Concilium, ac dicta declaratio loquantur in docentibus Theologiam, idem tamen eſt in docentibus ſacros Canones, ſeu ius Canonicum, vt per Dd. citatos, num. 54. & Francum in d. c. 2. de priuileg. in 6. ad fin. & alios, & patet ex declarationibus infra adductis, vbi æquiparantur in propoſito Theologia, & ius Canonicum, licet contra teneant Oſtien. in d. cap. fin. de magiſtris, & in ſum. eod. tit. §. fin. & glo. fin. Ioan. Andr. & Domin. in d. cap. 2. *& Alex. Moneta de diſtrib. d. par. 2. quæſt. 10. à num. 7.* & alij.

Et nouiſſimè poſt hæc ſcripta, ita ad meam in-
65 ſtantiam † declarauit S. Congr. Concilij anno 1605.
☞ vt in declaratione infra adducta num. 559. ad quartum, nec obſtant illa verba declarationis, dum tamen conducti ſint ab Vniuerſitate, nam non vult S. Congreg. quod ſint conducti ſalario, ſeu mercede, alias ſibi contradiceret, ſed quod ſint conducti ab Vniuerſitate, id eſt, quod doceant cum licentia, & ordine Vniuerſitatis, & ab ea adducti, ſeu admiſſi, nam & verbum, conduco, ſignificat adducere, ſeu afferre, vt per Calepinum, Vocabularium antiquum & Eccleſiaſt.

66 Et idẽ erit in d. Vniuerſitate Salamantina † in qualibet facultate honeſta, ex d. Eugeniana, & in Compluten.

pluten. & Vallisoletana, stante eodem priuilegio.

67 Quot vero possint † simul de vna Ecclesia adire studia, est arbitrarium. Abb. in cap. ad audientiam, num. 6. de clericis non residen. Selua, de Benef. 4. p. quæst. 6. nu. 11. Horat. Lucius, d. priuil. 99. & Zerola d. verb. studium. §. 6. *Alex. Mon. d. q. 10. num. 20. & Vgol. d. c. 19. de offic. Episc. nu. 6.*

Dubitatur inquam, an hodie stante S. Concilio
68 Triden. † d. priuilegium procedat in Parochialibus, & Curatis Beneficijs. Et videtur etiã in eis procedere, ex d. §. 1. sess. 5. de reform. ad fi. vers. docẽtes vero. vbi cõfirmatur dispositio d. c. fi. de magistris, & quia non est aliquod decretum, in quo priuilegium illud reuocetur. Nec potest dici esse reuocatum per ca. 2.
69 sess. 6. de reform. vbi reuocantur † priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipien. nam illud decretum non loquitur de priuilegijs concessis a Papa aliquibus personis, vt in c. fi. de rescript. in 6.

70 Nec rursus potest dici derogari † dictæ Eugenianæ in d. c. 1. sess. 23. de reform. ibi, vel vigore Eugenianæ constitutionis, nam illa verba nõ intelligũtur de dicta Eugeniana Vniuersitati Salamãtinæ concessa, de qua, cum sit Bulla particularis, non meminisset in specie, sed de Eugeniana constitutione, de qua in Extrauag. 3. de priuileg. inter communes, vt rectè aduertit ibi additio marginalis d. Horatij Lucij.

71 Quamuis D. Io. Ocon. in d. c. 1. num. 59. † Anton. Gomez. d. c. 7. ad 4. claus. num. 30. & Emmanuel Rodriguez in d. additione ad Bullam compositionis nu. 4. dicant, quod Concilium ibi derogat priuilegio Curialibus concesso ab Eugenio IIII. vt residentes Romæ fructus perciperent in absentia. Sed non est tale priuilegium.

72 Nec potest dici huiusmodi priuilegium † esse reuocatum per illa verba præcedentia d. cap. 1. quolibet priuilegio, quia vbi derogatur simpliciter priuilegijs, in dubio non intelligitur de insertis in iure. argumen. l. de curionibus. C. de silentiar. lib. 12. & l. si quando. C. de inoffi. test. Bart. communiter receptus in extrauag. ad reprimendam, verb. non obstãtibus, Felin. in c. 1. nu. 12. & in c. nõnulli, nu. 26. de rescript. Decius nu. 53. Ripa 79. & Beroius 66. in d. c. 1. Vital. de clausulis, vers. clausula generalis, nõ obstantibus quibuscumque priuilegis, 1. num. 1. Et Hugo Celsus in eodem tract. versic. clausula, non obstante aliquo priuilegio Cresc. dec. 16. de priuil. Ant. Gab. de regulis Iuris, conclus. 9. nu. 10. Cucchus in institutionib. maioribus, lib. 1. tit. 6. nu. 127. Tapia in l. fin. ff. de cõstitut. Principum. 2. p. cap. 9. num. 15. Horatius Mandos. de priuileg. ad instar, glossa 14. num. 2. Ioannes Guttierrez in rep. l. nemo potest, ff. de legat. 1. num. 174. Anast. Germonius de indultis Cardinalium. §. ac irritum. Nauarrus consil. 7. num. 17. de priuileg. Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimon. 1. p. num. 11. & Emmanuel Rodriguez in addition. ad Bullam. §. 9. num. 32. & qnæstion. regul. 1. tom. quæst. 8. art. 6. & quæst. 9. art. 3. *Candel. Aur. 4. p. 2. p. c. 1. num. 10. & Sosa in declar. constit. Clem. VIII. de iurg. mun. n. 104.* Menoch. de præsumpt. lib. 6 præsumpt. 40. nu. 13. & 25. & post hæc Goncalez glos. 36. numer. 34. *Tusch concl. 216. numero 44. litera D. Suarez de legib. libr. 8. cap. 3. num. 1. & Ceuedo alios citans collect. 14. ad Clement. num. 4.*

73 Et ita scio aliquando fuisse seruatum, nam † D. Sahagun. de Villasancta Canonicum Cathedraticus Primarius, in dict. Vniuersitate Salamantina habuit Beneficium Curatum de Almeida Zamoren. diœcesis, & Magister Rodriguez Theologiæ Cathedraticus Cathedræ D. Thom. in dict. Vniuersitate habuit Parochialem loci de Lancahita, huius diœcesis Abulens. qui legentes in suis Cathedris percipiebant fructus in absentia, & modo Collegiales supra relati, num. 64. habentes Parochiales in diœcesi Salamantina.

74 Et ita videntur tenere Nauarr. Hoieda, † Salcedo, Horatius, Lucius, Angles, Ludou. Lopez, Emmanuel Rodriguez, Vega, Sa, & alij supra qui post Concilium scripserunt. *& clarè Azor.* Et particulariter Mayolus, d. lib. 3. de irregularitate, cap. 5. numero 12. & Candelabrum aureum in dict. appendi-
75 ce, † cap. 9. num. 15. qui dicunt causam prædictam absentiæ ratione studij, ac consimiles examinandas esse ab Episcopo, & approbandas in scriptis per Cõcilium Trident. d. cap. 1. sess. 23. & Zecchus de casibus reseruatis, d. casu 1. num. 2. & de munere Epi-
76 scopali, cap. 4. num. 4. † Et Vega in Espeio de Curas, d. c. 17. dicentes in hoc tamen hodie esse necessarium licentiam Ordinarij; vt in Bulla Pij IIII. quod gratiæ & indulta, de non residendo, & percipiendo fructus ratione studij, non valeant sine consensu Ordinarij, quæ ad fin. Concilij, & in Bullario 113. in ordine. *Ex qua nouissime Vgolin. de offic. Episc. d. cap. 13. §. 2. ait, quod etsi per c. fin. de magister. alia licentia ordinarij non postulabitur ad absentiam ratione studij; hodie tamen ordinariorum licentia, seu consensus accedere debet; & sic qui beneficia habent, & studia Theologiæ ac iuris Pontificij perficere volunt, de consensu huius Ordinarij interesse publicis*
77 *Gymnasijs possunt.* Sed ista constitutio, & † declaratio Pij IV. solum loquitur, & procedit in gratijs, & indultis post confirmationem Concilij publicatam, vsque ad diem dict. constitutionis per ordinariam Sanctitatis suæ signaturam, seu pœnitentiariam concessis, vt ex ipsa apparet, & explicat dict. Concilium Prouinciale Mediolanen. 1. p. 2. tit. de residentia, versic. intra mensem, & illa verba, & conficiendas literas, intelliguntur de literis conficiendis super gratijs iam concessis.

78 At D. Io. Ocon. & Licentiatus † Anton. Gomez. vbi proxime dicunt, quod licet priuilegia Vniuersitatum non censeantur derogata, ex d. c. 1. sess. 23. tamen in d. cap. 2. sess. 6. generaliter derogantur dispensationes, & indulta de non residendo, quibus etiam Eugeniana comprehenditur, exceptis dispensationibus iustis de causis concessis. Itaque hodie vt satisfaciamus requisito d. c. 1. sess. 23. nempe necessariam esse licentiam in scriptis redactam, necessarium erit, vt absens, vel residens in Vniuersitatibus generalibus habeat nouam licentiam a Papa, vel Episcopo, & quod ita in Supremo huius Regni Senatu iudicio contradictorio, semel atque iterum pronuntiatum est, & hac noua licentia secure percipiunt fructus residentes in studijs, & quieta conscientia deseruiunt per substitutos.

79 Quæ sententia, † quatenus dicit priuilegia Vniuersitatum esse derogata per d. c. 2. sess. 6. apparet falsa ex dictis nu. 69. & si essent per illud derogata, non posset Episcopus dare d. licentiam tam longæ absentiæ ex d. c. 1. sess. 23.

Nihilominus tamen S. Congr. Concilij censuit, & de-

80 † declarauit ex dictis priuilegijs non excuſari à reſi-
dentia in Parochialibus, & ſic Ordinarius non pote-
rit Parochis dare licentiam abſentię ratione illorum,
81 quæ declarationes S. † Congreg. ſunt huiuſmodi.
☞ ſup.d.c.1. ſeſſ.5. prima ibi, Priuilegijs omnibus de
perceptione fructuum, non excuſantur à reſidentia
in Parochialibus, non poſſunt habere Beneficia in-
compatibilia ratione iſtorum priuilegiorum. Ita in
vna Aſtoricen.cenſuit Congreg.

Secunda, quando alicui Parocho conceditur in Curia ſtudendi facultas, vt fructus ſuos faciat, hæc infra ſcripta ſeruari debent. Primo vt ſtudeat Theologiæ, aut Iuri Canon. in celebri Vniuerſitate. Secundo, ſi eſt ætatis annorum 30. nulla facultas concedi debet; ideo ætas eſt exprimenda, & hæc niſi iam ſtudia incepiſſet, & illa nondum abſoluiſſet. Tertio, ad quinquennium tantum à principio ſtudij computãdum licentia hæc eſt concedenda adiuncta clauſula, vt infra annum ad Subdiaconatum promoueatur. Quarto, Interim cura animarum per idoneum Vicarium ab Ordinario eligendum, aſſignata illi congrua portione fructuum, exerceatur, atque hæc licentia ſolum locum habet in Parochialibus ante Cõcilium Trident. obtentis, quia in obtentis poſt Concilium prædictum licentia nón datur, ſecus in Canonicatibus, in quibus poſt Concilium Trident. obtentis etiam datur ſtudendi facultas. Tertia de licentijs percipiendi fructus in abſentia, ratione ſtudij ex Parochialibus & alijs Beneficijs, itemque de non promouendo, quas in poſterũ concedere contigerit his, qui in Curia præſentes erunt, is modus ſeruetur, ſcilicet vt hi, qui illas petunt, præſentent ſe perſonaliter Illuſtriſſimo N. aut Reueren. Prælato ſignaturæ ſanctiſſimi, qui ex aſpectu, & breui examine videant, an in fraudem id petatur; poſtea in licentia danda apponantur omnes hæ conditiones. Primo oneretur conſcientia eorum, quibus conceduntur, vt debeant verè, & actu ipſo in famoſa Vniuerſitate ſtudio S. Theologiæ, vel S. Canonum operam dare, alioquin fructus ſuos non faciant, ac pœna non reſidentium teneantur perinde ac ſi nullam licentiam habuiſſent. Secundo exprimatur in ea ætas impetrantis licentiã, cum iuramento, & ſi fuerit maior 30. annorum, licẽtia non detur, niſi iam ſtudium incepiſſet, & adhuc non abſoluiſſet. Tertio non concedãtur, niſi ad quinquennium, à principio ſtudij computandum cum clauſula dummodo intra annum promoueatur ad Subdiaconatum. Quarto mandetur, vt cura animarum per Vicarium idoneum ab Ordinario eligendũ gubernetur, aſſignata illi congrua portione fructuũ; pro his vero, qui erunt abſentes à Curia licentiæ iſtæ committantur Ordinario loci, vbi eſt Beneficium, & apponantur etiam omnes qualitates, quæ ſupra. Quæ omnia intelligantur quoad licentias dandas ratione Parochialium obtentarum ante cõfirmationem Concilij Trident. quia quoad Parochiales impetratas poſt confirmationem, nulla licentia danda eſt, vt alias etiam concluſum fuit; inſuper admoneatur Illuſtriſſimus Pœnitentiarius, vt deinceps, vel abſtineat ab his licentijs concedendis, vel ſaltem præſentibus in curia ipſemet, præuia informatione, vt ſupra, eas concedat, non autem per ſubſtitutos, aut officiales ſuos, atque in his & reliquis extra Curiam dandis obſeruet omnia contenta, vt ſupra abundè dictum eſt. Quam declarationem refert Zerola 1.p. verſ.ſtudium. Quarta. Congreg. die 22. Febr. 1590. cenſuit Parocho cauſa ſtudiorum non eſſe dandam licentiam, cum hodie per Concilium non admittantur, niſi, qui per concurſum magis idonei fuerint indicati. *Quinta Hippolytus Piſanus proniſus de parochiali Eccleſia non poterat conſequi poſſeſſionem impediente Ordinario, niſi prius renunciaret muneri interpretandi ius Canonicum, quo in ſtudio Piſano fungebatur; ideo adijt Congregationem pro remedio. Congregat. Concilij cenſuit, non poſſe denegari poſſeſſionem parochialis; & ſi non reſideat poſſe, poſtea puniri. Sexta cum parochus Valentinus legens in publica vniuerſitate Valentiæ Sacram Scripturam, quæſiuerit, an ſua parochialis fructus in abſentia percipere poſſet, Congregatio Concilij cenſuit poſſe; ita tamen, vt cura animarum per ſe ipſum exercenda nihil detrimenti patiatur. 8. Iunij 1595. Congreg. Concilij cenſuit, non licere parochis cauſa ſtudiorum à ſuis parochialibus Eccleſijs poſt Concilium abeſſe, nec Epiſcopum licentiatas ad id concedere poſſe, eoſque, ſi conceſſæ fuerunt, non ſuffragari.*

Et ita iuxta has declarationes S. Congregationis
☞ habetur in d. Concilio Mediolanen. 1.p.2.tit.de re-
82 ſidentia. verſ.in his autem, vbi ſic dicitur, † in his au-
tem facultatibus abſentiæ ſtudiorũ cauſa, quæ dein-
ceps conceduntur, hæc neceſſario ponenda ſunt, vt
verè in publico, celebrique Gymnaſio Theologiæ,
vel ſacris Canonibus ſtudeant, vt minores ſint. 30.
annis, aut fuerint, cum in publico Gymnaſio ijſdem
ſtudijs operam dare cœperunt, quæ nunc cupiunt
abſoluere, vt illud Beneficium, antequam Trident.
Concilium à S. D. N. Pio IV. confirmaretur, obti-
nuerint, & idem decretum fuit in Concilio prouin-
ciali Beneuentano. tit.de reſidentia.c.4. vt ait Zero-
la d. verſ.ſtudium. §.7.

83 Ex quibus declarationibus † apparet priuilegium de percipiendis fructibus in abſentia ratione ſtudij eſſe derogatum per Concilium, quoad Parochiales, ſaltem poſt illud obtentas reſpectu ſtudentium, nam reſpectu docentium videtur abſolutè derogatum, etiam quoad ante obtẽtas, vt patet ex 1. declaratione, quamuis Zerola d. §.7. qui fatetur rem eſſe dubiã. dicat, non eſſe adhuc ablatam Ordinarijs authori-
84 tem † dandi huiuſmodi licentiam habentibus Ec-
cleſias Parochiales, quæ eis competit de iure com-
muni, & d. declarationem 3. quam ipſe adducit, vt
dixi, loqui, quando petitur in vrbe, & dare inſtructiones obſeruandas in concedendis huiuſmodi licẽtijs, quibus etiam vti debeant locorum Ordinarij, ſi quando eas vellent concedere, ad quas parciſſime, ſe debent habere, nam alias eſſent correcta iura antiqua, & eſſet contra Bullam Pij IV. quem videtur ſequi Zecchus de Rep. Eccleſiaſt. d.tit.de clericis. nu. 7. verſic. 28. ſed ex vera d. declarationes ſunt claræ in contrarium, maxime prima, & d. Bulla Pij IV. nihil facit pro Zerola iuxta ſupradicta num. 77. & ita poſt hæc tenet Gonçalez. gl.6. nu.249. adducens declara-
☞ tionem S. Congregationis his verbis, obtinentibus Parochiales Eccleſias poſt Concilium Trident. ſtudendi licentia, ac in abſentia ſtudiorum cauſa fructus percipiendi non datur. *Et Leo in Theſaur. for. Eccleſ. cap. 33. nu. 10. referens 4. declarationem ſupra additam, & ſequitur additio ſumm. Bullar. Quaran. verb. reſidentia, verſ. item limita, & Candel. aur. in nouis editionibus in ſupplem. c.8. alias 9. in appen. nu.16. alias 13. loco verborum, beneficiatus quicumque, dicit beneficiatus non curatis; & ſic non mutat ſententiam, & tenet nob. ſecum.*

Quoad

85 Quoad Canonicatus † verò, & alia Beneficia reſidentiam requirentia. d. priuilegium manet incorrectum, vt apparet ex d. declarationibus, maxime ſecunda ad fin. & declaratione ſupra relata. nu. 61. *Et habet locum, etiamſi Præbendæ ſint in Eccleſia eiuſdem Ciuitatis, in qua docent, ſeu ſtudent, vt in declar. S. Congreg. 18. Aprilis 1595 his verbis: Congreg. Concilij cenſuit, docentes ius Canonicum in publica vniuerſitate priuilegijs de percipiendis in abſentia ſuarum Præbendarũ fructibus gaudere & potiri, quamuis Præbendæ, quas obtinent, ſitæ ſint in cathedrali eiuſdem Ciuitatis, in qua publici lectoris munere funguntur. Ex qua declaratione abſolutè, & indiſtinctè loquente videtur, iſtos non teneri reſidere, ſeu intereſſe in choro pro lucrandis fructibus ſuarum Præbendarum, licet non legant, ſeu audiant illa horis nec diebus feſtiuis, ſeu vacantia, quibus non legitur.* Vnde in Canonicatibus, &
86 alijs Beneficijs † non curatis reſidentiam requirentibus tenebitur Ordinarius dare licentiam abſentiæ, ratione ſtudij, dummodo in petente concurrat ætas, & alia requiſita iux. d. declarationes, alias poterit appellari, & recurri ad Superiorem. ex Abb. in cap. relatum. nu. 6. & cap. tuæ. num. 3, & ibi Butr. de Clericis non reſiden. & Felyn. in d. c. fin. de magiſtris. num. 3. verſ. 6 limita. Selua de Benef. 4. p. quæſt. 7. num. 29. verſic. 171. Horat. Lucio, d. priuil. 99. Zerola d. verb. ſtudium. §. 1. & verb. reſidentia. §. 3. Zeccho ſupra d. verſ. 28. & tit. de Beneficiato. num. 6. *Et d. addit. ſumm. Bullar. verb. reſidentia verſ. prædictam concluſionem.* Et declaratione S. Congreg. ſupra adducta. num. 37. & Concilio Bononien. de quo nu. 38. nam, cum in illis adhuc in ſuo robore maneat d. priuilegium, iſta licẽtia ab Ordinario danda non eſt gratiæ, ſed iuſtitiæ, & neceſſitatis, niſi aliqua cauſa, & ratio legitima obſtet.

Quæ licentia videtur hodie debere peti à Supe-
87 riore, † & non poſſe quem ſine ea abeſſe ratione ſtudij, cum requiratur inſpectio ætatis, & an ſit aptus, & aliorum iuxt. d. declarationes, ſaltem in volente ſtudere, in quo illæ loquuntur. Nam in docentibus non requiri licentiam Epiſcopi nouiſſime cenſuit S. Congreg. in declaratione infra adducta. numer. 559. ad quartum. Quicquid ſit de iure antiquo, & facit alia declaratio S. Congreg. infra adducta, num. 11. & docet Zerola d. verb. ſtudium. §. 1. dicens, quicquid antea ſit, hodie requiri licentiam Prælati, & ita decreuiſſe Pium IV. in ſua Bulla, de qua ſup. num. 76. & 77. & ſequitur Zecchus d. verſ. 28.

88 Quinimmo etiam de iure antiquo † verius videbatur ad abſentiam, etiam ratione ſtudij, requiri licentiam Prælati, ne indociles, & inepti ſe conferrent ad ſtudia contra mentem illorum iurium, & ne multitudo nimia idem faceret, vt dicebat Horat. Lucius, d. priuil. 99. Ex d. cap. relatum, de clericis non reſid. & ibi gl. verb. Prælatorum, & ibidem Butr. Imola, & Abb. & in cap. tuæ, eod. tit. & Bal. in procemio Greg. nu. 13. Francus in c. 2. de priuil. in 6. num. 4. Oldrad. conſ. 220. nu. 2. Selua ſupra, & 4. p. q. 6. 11. caſu Boer. deciſ. 17. nu. 13. & alij relati per Horat. Lucium ibi, & Flores. q. 24. nu. 19. & ita aſſerere Doctores aiunt Rebuffus, & Hoied. ſup. & illa alternatiua, vel ſtudio literarum, in d. capit. relatum. non ponitur reſpectu
89 † licentiæ, ſed reſpectu aliarum honeſtarum cauſarum, vt ex ipſo text. conſtat, quicquid dicant Rebuffus, Horat. Lucius, Hoieda, & Salcedo ſupra, & ita intelligit gloſſ. ibi d. verb. prælatorum. *Et Alexan. Monet. dicta parte 2. quæſtione 10. numero 11.*

90 Et ex illo text. ſumitur regula, † quod, vt clericus licitè ſe abſentet à ſuo Beneficio, requiruntur duo 1. cauſa honeſta, 2. licentia ſui Prælati. Abb. ibi num. 1. & 5. & alij, Selua d. q. 6. circa fin. Angel. in ſumma. verb. clericus. 7. §. 3. Nauarr. conſ. 14. de clericis non
91 reſid. nu. 1. Quamuis † de conſuetudine poſſit induci, vt ſine licentia Prælati ex cauſa rationabili poſſit ſe abſentare, Selua ibi, Graſſijs lib. 2. cap. 97. nu. 61. qui ait, quod de conſuetudine non petitur, nec requiritur in ſæcularibus clericis, pro negotijs Eccleſiæ abſentibus hæc licentia.

92 Nec obſtat tex. in d. c. fin. de magiſt. ibi, † de licentia Sedis Apoſtolicæ, &c. vbi ius videtur eam licentiam dare, & ſic eam habent à iure, vt dicunt Felyn, Sylueſt. Horat. Lucius, Nauarr. Salcedo, & alij ſup. quia reſpondetur licentiã, de qua ibi, eſſe quoad perceptionem fructuum ab abſentia ratione ſtudij, vt apparet ex verbis text. percipiant de licentia Sedis Apoſtolicæ prouentus præbendarum, &c. Horat. Lucius d. priuileg. 100. limitat. 3. ad abſentiam verò ipſam debet procedere licentia Prælati, iux. d. c. relatum. vt ſic iura iuribus conformentur, & ita videtur Francus intelligere vbi ſup. *Et nouiſſimè ita tenet add. ſumm. Bullar. vbi proxime.* Et videbatur rationi con-
93 forme, † niſi adeſſet conſuetudo in contrarium iuxt. dicta, aut niſi priuilegio particulari aliud expreſſe cautum eſſet, vt Eugeniana Vniuerſitatis Salamantinæ ſupra adducta. num. 58. quæ ait, diœceſanorum locorum, vel aliorum quorumlibet ſuper hoc licentia minimè requiſita. Emmanuel Rodriq. d. additione ad Bullam compoſitionis. num. 5. quæ clauſula, cum ſit in fine poſita, ad omnia præcedentia planè refertur, c. Inquiſitioni, de appellatio. Ant. Gabr. de clauſulis. concl. 9. cum alijs.

94 Sed nihilominus verius puto ad † abſentiam, ratione ſtudij, non requiri licentiam, non ſolum in docentibus, in quibus etiam hodie non requiritur, vt dixi, ſed etiam in ſtudentibus de iure antiquo ex d. cap. fin. de magiſt. nam dando licentiam, vt percipiãt fructus in abſentia, & ſic habeãtur pro præſentibus, datur licentia ad abſentiam. *Et ita in ſtudio Theologiæ tenet Alex. Monet d. quæſt. 10. nu. 3. 7. & 12.*

95 Nec obeſt d. c. relatum. † nam retenta interpretatione tradita nu. 89. Reſpondetur illum text. qui eſt Alexand. III. correctum eſſe, quoad hoc per d. c. fin. quod eſt Honorij III. & ſic poſterius, & vt ex tenore ipſius apparet, inducit ius nouum, & de nouo cõcedit hanc licentiam, & priuilegium de perceptione fructuum in abſentia, vt ſentit gloſ. ibi verb. licentia, dicens, quod eſt licentia generalis conceſſa authoritate illius conſtitutionis; itaque, licet tempore Alexandri III. ſtudium non eſſet cauſa legitima abſentiæ, ſine licentia Prælati, iam tamen eſt talis ſtudium Theologiæ, & etiam Canonum ex d. c. fin. Et ſimili-
96 ter in alijs caſibus, in quibus abſentes † habentur à iure pro præſentibus, & reſidentibus, vt abſentes pro negotijs Eccleſiæ, & alijs cauſis legitimis, non requiritur licentia Prælati, quia ius eam dat. Et reg. quæ
97 ſumitur ex d. c relatum. quod † ad abſentiam requiritur cauſa honeſta, & licentia Prælati, intelligitur de cauſis honeſtis, non tamen expreſſis in iure dante licentiam, aut habente pro præſentibus, vult enim ille tex. quod Prælatus poſſit dare licentiam abſentiæ ex honeſtis cauſis, licet non expreſſis in iure, ſcilicet

ad

ad tempus diſpenſando ſuper reſidentiæ, vt in cap. licèt Canon. ad fin. de election. in 6. quia reſidentia non debet eſſe continua, & ſine ceſſatione, ſed debet dari aliqua vacatio, & conſonat Concilium Trident. d. ſeſſ. 23. de reform. c. 1. verſ. diſcedendi autem licè- tiam, & ita ſentiunt Abbas, Selua, & alij ſupra citati, & Rebuffus in praxi. tit. de diſpenſatione, de non reſiden. num. 53. intelligentes illum text. de diſpenſa- tione Prælati, de qua etiam loquitur idem Abb. in c. penult. eod. tit. de clericis non reſiden. num. 4. quem ſequuntur Selua, d. 4. p. q. 7. vlt. caſu, & Botteus de ſynodo. 3. p. art. 1. nu. 152. vbi ait, quod Prælatus in- ferior Papa poteſt dare licentiam ex cauſa abſentan- di a Beneficio, ſed non poteſt dare indulgentiam, cauſa ſcilicet non exiſtente, cum hoc ſit contra ius commune, & in præiudicium Eccleſiæ. *Verum eſt ta- men, quod ad abſentiam duorum menſium, etiam in paro- cho, ſufficit cauſa recreationis, vel viſitandi, amicos, ſeu propinquos, aut alia quæcunque, vt ſupra dictum eſt nu. 22 Et iuxta hoc videtur accipiendum, quod ait Genuenſ. in man. paſtor. cap. 72. num. 9. quod capellani qui tenentur in Eccleſia reſidere, poſſunt quodlibet anno per duos menſes abeſſe, dum tamen per alium miſſarum celebrationi ſatiſ- fiat, vt S. Congregatio reſcripſit circa capellanos Eccleſiæ Annunciatæ Neapolis, in qua fuerat ſpecialiter ſtatutum a Papa, vt capellani tenerentur reſidere, videtur enim in- telligendum cum licentia Prælati ex cauſa recreationis, ſeu alia quacunque; reſidentia enim non debet ita amarè intel- ligi, vt vtrumque inde diſcedatur Abb. ſub n. 3. & Doct. in c. ex parte 2. de cleric. non reſid.*

Sed cum hodie Canonici, ac Dignitates, & portio nes obtinentes habeant tempus vacationis, & re- creationis, nempè tres menſes a Concilio conceſſos, vt in c. 12. ſeſſ. 24. de reform, non poterit Ordinarius vltra illud tempus eis dare licentiam abſentiæ, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt infra dicetur. nu. 406.

98 Conducit ad prædicta decretum † Concilij Pro- vincialis Toletani, de anno 1566. actione 3. decreto 23. & Cõpoſtellani, actione 2. decreto 40. & 41. quæ ſunt reducenda ad d. declarationẽ S. Congreg. & ſu-

99 per d. decretis Concilij † Compoſtellani fuit cum ca- pitulis Eccleſiarum d. Prouinciæ ſumpta concordia,

& a Pio V. confirmata; hoc modo. Item in 40. & 41. cap. præceptæ actionis, vbi diſponitur, quod Epiſco- pus det licentiam Capitularibus aptis, vt literatum ſtudijs incumbant, eis prouidendo de neceſſarijs ad victum, cum in Eccleſijs, in quibus conſuetudo anti- qua eſt, vt etiam Capitulum hanc facultatem conce- dere poſſit, non intelligatur hoc decreto hanc capi- tuli facultatem ſublatam eſſe, modus autem ibi aſſi- gnatus etiam a Capitulo ſeruetur, vt in Breui Pij V.

100 confirmationis † concordia, quod de ordine D. Ioannis de Sanct. Clemente Archiepiſcopi Compo- ſtellani fuit impreſſum Salamanticæ, anno 1595. poſt d. Concilium Compoſtellanum.

101 Apparet etiam † ex d. declarationibus non poſſe iam Epiſcopum dare licentiam, & diſpenſare ratio- ne ſtudij ad ſeptennium, vt in d. ca. cum ex eo, de ele- ction. in 6. ſed ſolùm poſſe dare licentiã ſtudentibus, ad quinquennium, iuxt. d. c. fin. de magiſt. quod etiã apparet, ex ſequentibus declarationibus S. Congre- gationis. Prima, licentia, vt aliquis poſſet abeſſe cau- ſa ſtudiorum à ſeruitio ſuæ Eccleſiæ, vel ſui Cano- nicatus, non ſuffragatur vltra quinquennium impe- trata à die, quo ſtudere cœpit. Secunda, cauſa ſtudio-

rum nemo abeſſe poteſt vltra quinquennium, & hoc tempore diſtributiones quotidianas non lucratur. Quamuis Zerola d. verb. ſtudium. §. 3. dicat pro ſtu-

102 dio Theologiæ poſſe Ordinarium † arbitrari tẽpus & dare licentiam ad ſeptennium ad hoc, vt trien- nium in Philoſophia, & quadriennium in Theolo- gia conſumatur, quem ſequitur Zecchus, de republ. Eccleſiaſtica, d. tract. de clericis. num. 7. verſic. 28. & tertiam declarationem Sanct. Congregationis, ſu- pra adductam. num. 81. quæ §. 3. loquitur de quin- quennio, intelligit de coarctatis de Eccleſia Paro- chiali, & declarationem hic adductam intelligit de ſtudio iuris. Sed eſt diuinatio; & prima declaratio hic adducta, & prima adducta d. nu. 81. etiam in Ca-

103 nonicatibus loquuntur, vt patet. † Nec videtur poſ- ſe dari licentia ad ſtudium Philoſophiæ, & Logicæ, etiam ad tranſeundum ad Theologiam, quia dictæ declarationes, & d. c. fin. de magiſtris. ſolum loquun- tur de Theologia ipſa. *Nec ad ſtudium iuris ciuilis, ſeu alterius facultatis, quamuis adhuc dari poſſe ab Epiſcopo vltra quinquennium velit Alexand. Mon. d. q. 10.*

In Vniuerſitate tamen Salamantina ex priuilegio

104 Eugenianæ ſupra adductæ † poterit quis operam dare etiam Philoſophiæ & Logicæ, & alij cuicumque facultati licitæ, & honeſtæ.

Sed, cum illa non determinet tempus ſtudij, vide-

105 tur † reſtringendum ad quinquennium, iuxt. d. c. fi- de magiſt. & d. declarationes S. Congregationis; ni- hilominus tamen, cum iuxta ſtilum, & ordinem, cur-

106 ſuſque d. Vniuerſitatis volens † S. Theologiæ ope- ram dare debeat prius Logicæ, & Philoſophiæ ſtu- dio per triennium inſiſtere, & poſtea ipſius Theolo- giæ ſtudio per quadriennium, verius videtur, quod qui in dicta Vniuerſitate vult Theologiæ operam da- re, poſſit ex dicta Eugeniana, per ſeptennium abeſſe, & fructus percipere in abſentia, triennium in Logi- ca, & Philoſophia, & quadriennium in ipſa Theolo- gia conſumendo.

107 Sed dices vbi habetur, † ſeu vnde colligitur in S. Concilio Triden. derogatio dicti priuilegij, de perci- piendis fructibus in abſentia ratione ſtudij, quoad Parochiales?

108 Reſpondetur iſtam derogationem colligi, † & deduci ex d. c. 1. ſeſſ. 23 quatenus vnixe ſtatuit, ne Cu- rati abeſſe poſſint, niſi cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata, & quod diſcedendi licentiam vl- tra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non obti- neant, & S. Congregatio Concilij cauſam ſtudij non iudicat eſſe grauem hodie in Beneficijs Curatis poſt Concilium obtentis, vt ea obtinens poſſit abeſſe ad ſtudendum, & diſcendum, ex quo habentur per exa- men in concurſu, ſed ſaltem in forma dignum factũ, cum tribus examinatoribus ſinodalibus iuxta formã eiuſdem Concilij, ſeſſ. 24. c. 18. de reformat. neque re- ſpectu docentium, & legentium ad tam longam, im- mo perpetuam abſentiam, cum ſint alij, qui id præ- ſtare poſſint, ſine tanto detrimento Eccleſiarum, & animarum. *Et ita poſt hæc reperi annotatum in quadam declaratione S. Congreg. ſuper d. cap. 1. ſeſſ. 5. vbi ſic habe- tur: An Ordinarius poſſit concedere licentiam parocho, qui parochialem poſt Concilium obtinuit, vt in publica vniuer- ſitate ſtudijs S. Theologiæ, vel canonum vacare poſſit. Par- tem negatiuam probat text. in cap. 1. ſeſſ. 23. de reform. in verb. eadem omnino, ibi, vltra bimeſtre tempus, iuncta de- claratione Congregat. nam ſi Epiſcopus etiam ex graui cau-*

ſa

*ſa non poteſt parocho concedere licentiam non reſidendi vltra annum, ſequitur, quòd neque ex cauſa ſtudij, quæ non debet grauior videri, quàm cauſa inimicitiarum, vel infirmitatis, propter quam licentia à Sacra Congregatione impetrantur, vel vltra annum extenduntur. Accedit, quòd parochiales poſt Concilium prouidentur per concurſum, non niſi perſonis, quæidoneæ ſint de præſenti, iuxta capit. 18. ſeſſ. 24. quare ceſſat ratio, quæ conſideratur in caput. fin. de maieſt. & cap. cùm ex eo. de elect. in 6. Sanctiſſimus reſpondit non poſſe, inſſitque Epiſcopum ab eiuſmodi licentiæ conceſſione abſtinere.*

109 Et cum Concilium in Beneficijs Curatis,† id ſpecialiter diſponat in Eccleſiarum, & animarum fauorem, derogatur per illud d. priuilegium in iure inſertum de percipiendis fructibus in abſentia ratione ſtudij, quoad Beneficia Curata, ad Bart. in d. extrauagan. ad reprimendum, verbo non obſtantibus. nu. 12. Felyn. in c. 1. de reſcript. num. 12. verſic. ſi diceres. ad fin. & Barboſ. in lib. 1. ff. ſoluto matrimonio. 1. par. numer. 7.

110 Rurſus, cum per Concilium † ibi ſit derogatum dict. priuilegium inſertum in iure, erit etiam derogatum priuilegium d. Eugenianæ, licet de ea non ſit facta mentio, cum cõtineat priuilegium iuris communis illud extendendo ad Innocen. Oſtien. Imolam, Abb. & alios in d. cap. 1. de reſcript. & ibi Felyn. num. 11. fall. ſecunda, & num. 15. & ſeq. Decius num. 54. & 55. & Ripa 78. & gl. verb. facti in c. 1. de conſtitut. in 6. & ibi Francus, num. 15. & 16. & Ludou. Gomez nu. 209. *Quam gloſſam communiter ſequuntur Doctores & Abbas in cap. fin. vt litè pend. num. 10. & Bottens de ſynodo 3. par. art. 1. num. 103. & ſequuta eſt Rota in cauſa Toletana admiſſionis 17. Iunij 1609. coram Domino Pamphilio.* Et ita audiui practicaſſe D. Franciſcum de Soto Salazar, Epiſcopum Salamantinum, contra quendam Cathedraticum d. Vniuerſitatis, qui habebat quoddam Beneficium Curatum in ſuo Epiſcopatu.

111 In Beneficijs † etiam ſimplicibus reſidentiam requirentibus ex fundatione, ſeu inſtitutione, non videtur habere locum d. priuilegium, quia non cenſetur derogatum fundationi, niſi expreſſe illi derogetur. & de ea fiat ſpecialis mentio, iuxta infra d. 4. par. cap. 3. à nu. 73. & 7. p. c. 1. à nu. 118. & alias cenſuit S. Congregat. circa varia decreta Concilij.

112 Aduertendum eſt autem, † quod, licet Canonicus abſq; ratione ſtudij percipiat in abſentia fructus ſuæ Præbendæ, vt in d. cap. fin. de magiſ. & in d. decreto Concilij, ſeſſ. 5. de reformat. c. 1. ad fin. & in d. Eugeniana, & apparet ex ſupra adductis, non tamen lucratur diſtributiones quotidianas, vt in d. c. licet, de Præbend. vbi Doct. & in d. Eugeniana, ibi: quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, & in ſecunda declaratione ſupra adducta. nu. 100. & in adducta infra num. 117. & in ſequenti declaratione, ſuper cap. 3. ſeſſ. 21. de reform. Abſentia cauſa ſtudiorum, etiam obtenta licentia à Sede Apoſtolica, non excuſat ab amiſſione iſtius tertiæ partis detractæ, ſicut nec excuſat ab amiſſione ceterarum diſtributionum quotidianarum. Conſonat Concilium Prouinciale Mediolanen. 5. par. 3. tit. quæ ad diſtributiones pertinent, verſicul. qui ſtudiorum, & ſeq. & tradunt Rebuf. d. priuileg. 31. nu. 12. Horat. Lucius d. priuileg. 100. 1. limitat. Couar. lib. 3. variarum. cap. 13. n. 2. Hoieda de incompa. Benefi. cap. 12. nu. 8. Fuſcus de viſitatione. lib. 2. cap. 15. num. 12. Azeuedo in l. 17. tit. 3. l. 1. recop. num. 5. D. Ioan. Ocon, in d. cap. 1. de clericis non reſiden. in 6. ex nume. 9. Licen. Anton. Gomez in d. explicatione Bullæ. capit. 7. ad 4. clauſul. num. 29. Ioan. Guttier. Canon. quæſt. libr. 2. cap. 15. num. 12. *poſt Gut. Sandeu. de officio Eccleſ. 6. p. cap. 17. P. Gregor. de benefic. c. 7. num. 12. ſimum. Bullar. Quarant. verb. reſidentia, verſic. quod autem, & addit. ibi, Gratian. diſc. for. c. 166. num. 17. Vgol. de offic. Epiſcop. cap. 19. §. 12. num. 6.* Zerola 1. part. verb. diſtributiones. §. 3. & Zecchus de rep. Eccleſ. cap. 24. de Canonicis. num. 6. verſ. 2. & poſt hæc Gonçalez, §. 7. proœm. à num. 178. Nec diſſentit Felin. conſ. 18. & in cap. Iacobus, num. 1. de ſimonia. & quæ ſunt diſtributiones quotidianæ, & quæ non, vide infra d. 2. dubitat. 19. à num. 439.

Sed difficultas eſt, an, ſi Canonicatus conſiſtat ſo-
113 lum † in diſtributionibus quotidianis, eas omnes lucretur abſens ratione ſtudij? Et quidem videtur dicendum, quod ſic; ex gloſſa in d. c. licet. verſ. diſtributiones, quàm ibi ſequuntur Abbas nu. 8. & Doctores. Et Prob. ad Monachum in cap. 1. de Clericis non reſident. in 6. nu. 64. & ſequenti declaratione Sanct. Congregationis Concilij.

☞ Illi, qui licentia legitimè obtenta ſtudiorum cauſa abſunt, diſtributiones omnes quotidianas percipere debent, exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, qui tantum inter eos diuidi ſolent quotidie, qui ſacris interſunt, quam ſic intelligendo aſſerunt Zerola. d. verſ. diſtributiones. §. 3. & Zecchus d. c. 24. de Canonicis nu. 6. verſ. 2.

Et in ſimili eſt alia declaratio eiuſdem Sanct. Cõ-
114 gregationis † quæ ſic ait. Canonicatũ & Parochia-
☞ lem habens, & reſidens in Parochiali ex præſcripto Bullæ Pij V. diſtributiones quotidianas integras lucratur, ſi Canonicatus conſiſtit ſolum in diſtributionibus non habens Præbendam, & ita Sanct. Domin. noſter ex Congregationis ſententia decreuit, quod procedit, ſi vtrique ſeruire nequit: nam, ſi ambobus commode ſeruire poſſet, lucraretur ſolum iuxta ſeruitium, quod præſtaret. Et alia ſic ait. Inſeruientes Eccleſijs Parochialibus & habentes legitimè beneficia in Eccleſijs Cathedralibus, vel alijs, ſeruitoria, quæ reſidentiam requirant, quorum omnes fructus conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, poſſunt omnes percipere, ſi modo nullæ Præbendæ diſtinctæ fuerint, & omnes de communi percipiantur, nec detur aliquid eis, qui diuinis horis non interſunt, ac quando ſaluo debito ſeruitio Parochialium, potuerint etiam inſeruire Cathedrali, tunc non poſſunt percipere niſi quatenus inſeruiant.

115 Et ita in propoſito tenent Rebuffus † & Horatius Lucius vbi proxime, & repertorium Feliui ſic intelligendum verſicul. ſtudentes, Et Didacus Perez in d. leg. 1. tit. 10. lib. 1. ordin. D. Ioannes Ocon. in d. cap. 1. num. 13. Licent. Ant. Gomez d. num. 29. Eſpino. de teſtament. gl. 9. num. 29. & Zerola ſupra. *Et P. Greg. d. nu. 12. Villar del patronado de Calatayud 4. p. in princ. num. 8. Alex. Mon. d. q. 10. nu. 24. Tuſchus concluſ. 514. litera D. Vgolin. d. cap. 19. §. 2. num. 6. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 1. num. 10.* Qui dicunt, quod abſens cauſa ſtudij, vel alias priuilegiatus, lucratur omnes diſtributiones quotidianas, quando omnes fructus in eis conſiſterent.

116 Quamuis in contrarium † nempe quod non debeat is lucrari omnes diſtributiones quotidianas, fa-

ciat.

ciat. d. decretum 41. Concilij Compoſtellani, act. 2. & declarationes, quas infra adducemus, nu. 351. vbi vide annotata. num. 353.

117 Aduertendum eſt etiam, † quod ſtudentes in Eccleſijs Cathedralibus non gaudent. d. priuilegio de percipiendis fructibus in abſentia, vt apparet ex ſequenti declaratione Sacræ Congregationis ſuper d. cap. 1. ſeſſione 5. ibi: Scholares in Eccleſijs Cathedralibus non gaudent ijſdem priuilegijs, ſicut ſtudẽtes in ſtudijs publicis, vel academijs, interim tamen huiuſmodi ſtudentes in academijs non percipiunt diſtributiones quotidianas.

118 Quid autem ſit dicendum † de Canonico habente præbendam lecturæ Sacræ Scripturæ, ſeu Theologalem, apparet ex declarationibus ſequentibus ſuper. d. cap. 1. ibi. Dum publice in ſcholis docuerint. Idem iudicandum de docentibus in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis.

Secunda. Theologus quandiu leget pro reſidente habeatur, & recipiat omnes fructus, præter diſtributiones quotidianas, præſuppoſito, quod adſit maſſa groſſa, ſeu Præbenda. Ita inter alia reſcriptum eſt Epiſcopo Placentino, anno 1570.

Tertia. Non debentur lectori diſtributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit ex diſpoſitione iuris communis, Doct. per gloſſam vltimam in capit. quia nonnulli, de Magiſt. quos dixit Sanctitas ſua non loqui reſpectu illius lectoris, qui in Eccleſia ſua legit, vt facit iſte, de quo hic, tamen S. D. N. Gregor. XIII. audita relatione Congregationis ex gratia illas deberi eis voluit, non modo pro illis horis, vt ſi mane legunt pro horis matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die, & ita ſæpius conſultus reſpondit.

Quarta ibi, Plene gaudeant, & fruantur, Idem cẽſendum eſt de docentibus in Eccleſijs, qui, quamuis à ſeruitio chori abſentes eſſent, poſſunt percipere fructus ſui Canonicatus, exceptis quotidianis diſtributionibus, ſed ex gratia diebus, quibus legunt, habendi ſunt ſicut præſentes in choro, & inſeruientes, vt declarauit S. D. N. Greg. XIII. vt ſupra, ſed non gaudent iſti lectores Sacræ Scripturç in Eccleſia alijs priuilegijs, quibus gaudent docentes in ſcholis publicè.

Quinta. An Theologus, vt qui diuinis pro præſente habeatur diebus, quibus legit, cenſendus etiam ſit præſens Matutinis, quæ ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine dicuntur ſero præcedenti, pro die ſequenti. Congregatio reſpondit, non cenſeri.

119 Vnde apparet, † quod, quamuis antea S. Congregatio cenſuiſſet, quod non debentur Canonico lectori diſtributiones quotidianæ, etiam pro horis quibus legit, tamen poſtea S. D. N. Gregorius XIII, voluit illas ei deberi, non modo pro illis horis quibus legit, *Ex gloſ. fin. & Doctor. in cap. quia nonnullis. de maieſtat. Gambar. de officio leg. lib. 6. nu. 22. & fauet Rebuff. in concord. Rub. de collect. §. 1. verb. habeatur pro præſente, & tenet Alex. Monet. de diſtrib. p. 2. q. 11. à nu. 72. & D. Salaçar de Mendoça in libello de inſtit. can. cap. pœnit. in Eccleſia Toletana, dicens ex gratia dari lectori horas dum legerit.* Ex quo legit in ſua Eccleſia. *Eccleſia, & exemplo Pœnitentiarij, de quo in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 8. ad fin.* Sed etiam ex gratia pro tota die, qua legit Gonçalez. ſupra num. 180. *Leo in Theſau. for. Eccleſ. cap. 23. num. 19. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166, num. 18. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. num. 10. & ſic ſunt accipiendæ declarationes contrariæ, quas adducit Monet. ibi malè eas concordans.*

120 Id autem, † quod dicitur in his tribus vltimis declarationibus, Canonicum lecturæ ex gratia habendum eſſe pro præſenti in choro pro tota die, & ei deberi omnes diſtributiones quotidianas diebus, quibus legit, ex declaratione Gregor. XIII. intelligendum eſt quoad horas, quibus non legit, procedere ſolum in illis, qui gratiam iſtam ſpecialiter petierint, & impetrauerint, non in omnibus indiſcriminatim, vt mihi dixit Auditor Illuſtriſſimi Cardinalis Matthæi Præfecti S. Congreg. Concilij. *Et Secretarius eiuſdem S. Congregationis, qui etiam mihi dixit, quòd Congregatio habet facultatem ad concedendam iſtam gratiam, & ſuper ea dat literas.* Quæ intelligentia apparet vera, ex decreto dicti Concilij Prouincialis Bononien. 4. par. tit. de reſident. §. de cauſis excuſantibus Canonicos à reſidentia, verſic. ſicuti, & Canonicus, vbi ſic dicitur, ſicuti & Canonicus, qui Præbendam præſentialem, aut Theologalem obtinet, dum ſinguli eorum quæ propria muneris ſui ſunt fideliter exercent portiones fructuum, & diſtributionum, quas alij capiũt, conſequetur, nam ibi ſolum ei dantur diſtributiones dum legit.

121 Et ita rectè videtur procedere ſtatutum † huius noſtræ Eccleſiæ Abulenſ. quo cauetur, quod Canonicus lecturæ, qui legit ſero poſt Veſperas, habeatur pro præſenti in veſperis, & earum diſtributiones lucretur.

Quamuis in Concilio Compoſtellano, actione 2, 122 decreto 39. ſtatuatur, † quod ſcripturæ lector, ſiue ante, vel poſt meridiem ſit lectionem habiturus, omnibus horis, quæ ante meridiem dicuntur, pro præſenti, & intereſente cenſeatur, dummodo Miſſæ primæ, aut maiori adſit.

123 Ex quibus difficulter ſuſtineri poteſt † conſuetudo, ſeu ſtatutũ aliquarum Eccleſiarum, quod Canonicus, ſeu Præbendatus, qui prædicaturus eſt in ipſa Eccleſia, habeatur pro præſenti, & intereſſenti in omnibus horis, & officijs per octo dies ante, meliuſ-
124 que ſuſtineri poſſet conſtitutio † d. Concilij Compoſtellani dict. decreto 39. quod prædicatori liceat quotieſcumq; ſermonem habiturus eſt per octo dies integros abeſſe, dum tamen Miſſæ maioris ſacrificio
125 adſit. Licet non careat etiam difficultate, † bene enim poteſt ſermo componi, & addiſci de nocte, quę eſt tempus ordinarium ſtudij, & etiam de die ante, vel poſt horas, & officium diuinum; maxime cum memoriæ commendari ſoleat per plures dies ante, & ad ſummum videbatur ſufficere indulgentia horarum poſt meridiem.

126 Nono dubitatur, † quæ ſit pęna Parochi non reſidentis, in quo dicendum eſt pœnam Beneficiati non reſidentis in Beneficio reſidentiam requirente eſſe priuationem Beneficij, c. conquerente. de clericis nõ reſident. vbi notant Innocent. & Panormit. nu. 3. & Bernard. Diaz in praxi crim. Canon. cap. 52. num. 3. Rebuffus tit. de diſpenſat. de non reſident. num. 12. *Et Perez de Lara de anniuerſ. & cappell. lib. 2. capitul. 8. à num. 14. & 36.*

127 Debet tamen prius moneri, † vt reſideat cap. ex p. c. qualiter, c. inter quatuor, & c. fin. de clericis non reſident. & ibi gl. & etiam Panotm. maxime in d. cap. ex. p. nu. 3. vbi ait, quod mora etiam decennalis non

eſt

est sufficiens ad priuandum quem Beneficio suo, sed oportet, quod primo moneatur vt redeat, potest tamen aliter puniri de culpa commissa. ca. si quis Presbyter, c. si quis in clero, 7. q. 1. Selua de Benefic. 4. p. q. 5. Capra reg. 91. à nu. 46. Mandos. de monitorijs q. 39. nu. 2. & Hoieda de incompatibil. benefic. cap. 18. num. 5. & Rebuffus sup.

128 Nec sufficit monitio facta † tempore datæ licentiæ, vt doc. Panorm. in cap. quoniam frequenter. §. porrò, numero 10. vt lite non contestata, Selua d. quæst. 5.

129 Vnde propter absentiam non est quis ipso † facto priuatus Beneficio, vt notat Panorm. in d. cap. ex pa. nu. 2. Calder, & Imola in c. ex tuæ, eodem tit. Bott. de synodo. 3. p. art. 1. nu. 70. & 71. valeret tamen statutum Episcopi id disponens. Bot. ibi nu. 96. & 146. & Rebuffus sup. nu. 13. cum alijs.

Ad procedendum tamen contra Beneficiatum
130 ratione † non residentiæ non est necessaria solemnis citatio, nec solemnis priuatio, sed sufficit requisitio, seu reuocatio, & spoliatio de facto, ita, quod non requiritur ordo iudiciarius, sed sufficit monitio præcedens, & spoliatio subsequens, vt in d. c. ex parte, cap. qualiter. cap. ex tuæ, & c. fin. de clericis non resid. & tradit Abb. in d. c. ex parte. num. 4. & in d. c. fi. num. 17. de his quæ fiunt a Prælato. Oldrad. cõsil. 195. Fel. in cap. 2. sub nu. 3. de rescript. Selua d. quæst. 5 Gregorius Lopez in leg. 16. tit. 16. pagin. 1, verb. toller. Salcedo ad Bern. Diaz, d. c. 52. additio. vlt & Azeuedo in l. 27. tit. 3. lib. 1. recopil. nu. 1. *Post Azeued. & D. Ioan. Vela de modo procedendi in cauſ. crimin. cap. 1, u.* 16. quicquid velit D. Sahagun. in c. 2. de sequest. possess. nu. 54. Sed requiritur ex allegatis priuatio, licèt non solemnis. Felinus supra, expressa, vel tacita, Hoieda d. num. 5.

131 In Parochiali autem, † seu beneficio Curato, nõ residens est priuatus ipso iure, ob non residentiam, ex text. in cap. extirpandæ, §. qui verò, in fi. ibi, alioquin, de Præbend. vbi inducitur priuatio ipso iure, quæ refertur ad omnia præcedentia, & sic ad duos casus, de quibus ibi, nempe, quando habens Parochialem de per se illi non deseruit, & quando habens illam annexam dignitati, seu Præbendæ, non habet in ea Vicarium canonice institutum, ex reg. cap. Inquisitioni, de appellat. cum alijs, quod clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia. de qua Francus ibi, & Pelin. in c. causam, quæ. de rescrip. & Anton. Gabr. de clausulis. conclu. 9. & plures relati per Hoiedam, d. c. 18. nu. 11.

132 Et ita, quod priuatio inducta † in d. §. qui vero, in fin. referatur ad dictos duos casus præcedentes, tenet Innocen. ibi numero 1. ad fi. dicens, quod si est annexa Præbendæ, non priuabitur Præbenda Ecclesia annexa, sed persona tantum tempore vitæ suæ, sequuntur Abba. ibi in lectura, num. 11. & in repetit. num. 13. 17. & 18. Selua 4. part. quæst. 5. & Hoieda dict. num. 11.

Ego vero contra communem longè verius exi-
133 stimo cum † glossa ibi, pœnam priuationis ipso iure, de qua in d. §. qui vero, minime referri ad casum de Parochiali annexa, sed solum ad casum de eo, qui non deseruit in Parochiali alteri non annexa; tum quia non videtur posse commodè referri ad casum de Parochiali annexa, nam sic dissolueretur vnio, saltem ad vitam Canonici, & si is infra tempus debitũ non poneret, seu non præsentaret Vicarium, Ordinarius, ad quem deuoluitur, posset prouidere de Vicario, &c. Tum etiam ex illis verbis, qui velit, & possit, quod dictum est, adimplere. quæ referenda sunt ad casum de non deseruiente in Parochiali non annexa, neupe, quod sit conferenda alij, qui velit, & possit quod dictum est adimplere, id est, per se ipsum illi deseruire, nec possunt referri ad casum de habente Parochialem annexam suæ Dignitati, vel Præbendæ, nam is, cui esset conferenda, non deberet adimplere quod in illo casu dictum erat, nempè in ea habere Vicarium.

134 Nec obstat ratio contraria, † quod clausula in fine posita debet ad omnia præcedentia referri, maxime ad casum immediatum; nam respondetur, ex quo confirmatur nostra sententia, quod illa verba, nisi forte Dignitati, &c. vbi agitur de Parochiali annexa, sunt per modum parenthesis.

135 Sed est difficultas, an ad hoc, † vt incurratur predicta pœna priuationis ipso iure, ob non residẽtiam in Parochialibus, & Beneficijs Curatis, requiratur monitio præambula, in qua difficultate partem affirmatiuam tenet Innocen. in d. §. qui vero, n. 2. ex illa regul. quod ad incurrendam pœnam requiritur præcedens monitio, quando lex loquitur negatiuè sine die, vel tempore, videlicet si non residerit, de qua Felin. in c. 2. num. 4. de magistris, Bernard. Diaz reg. 474. & alij relati per Hoiedam, d. cap. 18. nu. 12. qui num. 19. sequitur in proposito hanc sententiam Innocen. dicens, eam communem, & singularem dicunt D. Ioan. Ocon. in d. c. 1, nu. 60. & Licen. Anton. Gomez vbi sup. nu. 33.

136 Contrariam tamen sententiam, † nempè non requiri monitionem, tenent Abb. in d. §. qui vero. in lectura. nu. 12. & in rep. d nu. 19. ex glos. verb. reddere, in l. 1. C. de his quib. vt indignis, quam ibi sequuntur Bartol. Bald. Paulus, Angel. Alexan. & Salicet. idem Bart. in l. in cognitione, ff. ad Sillanianum, *& dicunt communem contra Innocen. Corn. in d. lib. 1. nu. 4. & Ceual. q. 195. dicens veriorem opinionem, & tenendam.* & ex c. cupientes, de election. in 6. & doctrina Speculatoris, de citatione, §. sequitur, num. 20. pro qua facit text in c. cum dilecti, de dolo & cõtumac. facit etiam text. in cap. quamuis, de officio Ordin. in 6. ibi, quam cito commode poterit, & faciunt 3. & 4. limitatio, quas ad reg. regulam tradunt Felin. nu. 5. & Bernar. Diaz supra, & hanc sententiam Abba. tenet Selua, d. 4. p. q. 4. & mihi magis placet.

137 Verum prædictis videntur † obstare iura supra allegata, nempè c. ex p. c. qualiter. cap. inter quatuor, cap. ex tuæ, & cap. fin. de clericis non resid. quæ requirunt priuationem, licèt non solemnem, præcedente monitione.

138 Sed, omissis solutionibus, † de quibus per Abb. Seluan. & Hoiedam supra, dicendum est, d. cap. ex par. cap. qualiter, cap. inter quatuor, & cap. ex tuæ, quatenus requirunt priuationem, licèt non solemnem, præcedente monitione, non procedere in parochialibus, stante decreto dicti §. qui vero. quod videtur posterius, & inducit in eis de nouo priuationem ipso iure, ob non residentiam, vt patet ex illis verbis, authoritate huius decreti. & hoc est quod vult gloss. in d. §. qui vero, & d. c. fi. quod est posterius, non loquitur de patochialibus, sed de beneficijs, quæ residentiam exigunt.

Ad

139 Ad d. pœna † priuationis ipſo iure ob non reſidentiam in Parochialibus, quæ forte per deſuetudinem erat abrogata, videtur hodie ceſſare ſtante S. Concilio Trident. d.cap.1. ſeſſ.23. de reform. verſic. quod ſi per edictum, vbi Concilium liberum eſſe vult Ordinarijs per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrat. & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vſque ad priuationem, compellere Parochos non reſidentes, & contumaces. Ex quibus ſatis appareret hodie, Parochum non reſidentem, etiam monitum, non eſſe ipſo iure priuatũ Parochiali, alias enim ſtatim procedendum eſſet ad declarandũ illum priuatum, & non eſſet in arbitrio Epiſcopi qua via, & quo remedio ex ijs vti vellet, vt in ſequenti declaratione S. Congregationis ſuper d.cap.1. ibi, compellere arbitrij eſt Epiſcopi qua via, & quo remedio ex ijs vti velit, contra non reſidentes. Et facit alia declaratio, quæ ſic ait. Parochus, qui non vult in ſua Parochiali reſidere, debet ſeruato iuris ordine priuari. Non dicit declarari priuatus, requiritur ergo priuatio, & ita videtur ſentire Flam. Pariſ. de reſignatione Benefic. lib.1. cap.10. nu.61. qui ait ſtilum ſeruare, vt ſi habentes curam animarum diſcedant abſque licentia Epiſcopi, poſt monitiones poſſint priuari, vt etiam exprimitur in dict.cap.1. verſic. quod ſi per edictum. *Ex quibus etiam apparet, quòd ad priuationem parochi ob non reſidentiam non eſt neceſſarium, quòd procedat priùs per alias pœnas, nempè per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, quicquid velit Rota in vna Salamant. del Pedroſo 5. Decemb. 1567. coram Cardinali Seraphino, vbi fuit dictum, ſententiam eſſe nullam, niſi ſeruetur forma Concil. Trident. d.c.1. ibi, Per cenſuras Eccleſiaſticas, ſequeſtrationem, aliaq; iuris remedia, &c. vt refert Gennenſ. in praxi cap.122. circa finem, & quicquid velit Vgolin. de offic. Epiſc. 15. §.4. nu.4. nam Concilium id relinquit libertati ordinarij, ibi, liberum eſſe vult, &c. & patet ex dicta declaratione S. Congreg.*

Similiter obtinentes in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs Dignitates, † Canonicatus, Præbẽdas, aut Portiones, ſi non reſideant, vt debent, etiam
140 moniti non poſſunt hodie ſtatim priuari, ſed primo anno, & prima vice ſolum eſt priuandus vnuſquiſq; dimidia parte fructuum, quos ratione etiam Præbẽdæ, ac reſidentiæ fecit ſuos, & pro 2. omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit, creſcente vero contumacia contra eos iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones eſt procedendum, nempè ad priuationem, vt intelligunt Flamin. Pariſ. ſupra, num.63. D. Ioan. Ocon. in d.cap.1. num.60. & Lic. Anton. Gomez d.cap.7. ad 4. clauſulas, num.35. *Et D. Ioan. Vela d.cap.1. de modo procedendi in cauſis crimin. num.16.* Ex decreto S. Concilij Tridentin. ſeſſione 24. de reformat. cap.12. verſic. præterea obtinentibus. Et ita S. Congregatio Concilij ait, Redarguitur Epiſcopus, qui primo anno in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia non reſidentem priuat. Idemque à fortio-
141 ri † videtur dicendum in alijs Beneficijs ſimplicibus reſidentiam requirentibus.

142 Et in vna † Caurien. de anno 1592. S. Congreg. Concil. declarauit. Capitulares, vel Dignitates habentes in Cathedralibus pro primo anno abſentiæ ſolum priuari dimidia parte fructuum ſuæ Dignitatis, vltra diſtributiones quotidianas, quas perdunt & hoc procedere etiamſi primo anno nullo die reſe-
143 deret tales Capitularis, † cenſuit etiam S. Congreg. quod intelligitur de omnibus fructibus tam Præbendæ, quam reſidentiæ, quibus pœnis etiam ſubiacent, qui maiori ſeruitio ſunt aſtricti, quam in d. decret.
144 ſtatuitur, vt in ſequenti † declaratione S. Congreg. ſuper eo. Canonici, qui maiori ſeruitio Eccleſiæ, de quo in hoc decreto, ſunt aſtricti, ijſdem pœnis, de quibus hic, ſi non reſederint, ſubiaceant.

Et ad prædictam pœnam fructuum non eſt opus
145 prævia † monitione, vt reſideat, vt clarè colligitur ex d. decreto, & cenſuit S. Congregatio his verbis, Cong. cenſuit Canonicos non eſſe citandos, aut monendos ad reſidentiam, nec opus eſſe intimatione, vt deſeruiant iuxta formam huius decreti, ſed ſi abfuerint vltra tres menſes, citandos eſſe ad allegandũ quare non debeant puniri ſecundum hoc decretum, & oportere cenſuit Cong. bonum iudicem arbitrari quãto tempore debeat vltra tempus permiſſum abſentes expectare, antequã contra eos pœnas exequatur. *Refert Leo in Theſ. for. Eccleſ. c.33. nu.33.*

Huiuſmodi fructus, quibus ob non reſidentiam
146 Canonici privandi † ſunt, debent applicari in vſum Eccleſiæ & vtilitatem illius, ex Congregationis ſententia, vt in declaratione ſequenti, Fructus, Præben. quibus Canonici, qui abfuerunt à ſeruitio Eccleſiæ vltra tres menſes, priuandi ſunt, ex hoc decreto applicandi ſunt in vſum Eccleſiæ, & vtilitatem illius. Et in declaratione infra adducta, nu.150. & in 2. adducta num.432.

Intelligendum tamen eſt applicandos eſſe Eccle-
147 ſiæ, & eius † fabricæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij, non excludendo tamen fabricam ipſius Eccleſiæ, cum ſit etiam pius locus, & vt dicitur in declaratione ſupra adducta. num.31. poſſit in dies indigere, ex decreto Concilij. ſeſſ.22. c. 3. de reformatione, & declaratione inf. adducta nu. 426. & prima adducta, num.432. quamuis Nauarr.
148 conſ.3. de Clericis non † reſiden. nu.1. reſpondeat, quod videntur applicandi illi operi pio, in quod arbitrabitur is, qui priuauerit, cum non ſit determinatum à Concilio, ex l.1. ff. de iure deliberand. cap. de cauſis, §.1. de offic. deleg. quod cõuincitur ex decreto Concilij, d.c.3. vbi id alias determinatur in ſimili. Circa quod vide dicta infra, 2.d.dubitat.20. à n.433.

149 Et iſta pœna non poteſt remitti ab Epiſcopo, † cum non poſſit diſpenſare contra Concilium, vt per Nauarr. vbi proximè. *Vgolin. de officio Epiſcop. cap.19.*

150 Quamuis ante ſententiam † poſſit ex cauſa eam minuere, vel augere ad l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his, qui notant. infam. & Tiraquel. de pœnis in præfatione, à num.16. *Et Couarr. variar. lib.2. cap.9. num.8. Nauar. in Rubr. de iud. numer.99. D. Sagabum in cap. at ſi clerici, §. de adult. de iud. à num.45. Emmanuel Rodriquez del ordem iudicial cap.12. num.12. & Suarez de legib. lib.5. cap.11. Salas diſp 15 ſect.8.* Cum alijs, & cenſuit S. Congreg. Concilij his verbis. Fructus præbendæ, in quibus Canonici abſentes vltra tres menſes mulctantur, ſunt applicandi Eccleſiæ, ad vtilitatem ipſius, poteſt tamen Epiſcopus hanc pœnam ante ſententiam minuere, vel augere, ſed non in totum tollere.

151 Si tamen Epiſcopus taceat, & diſſimuler, † & nõ priuet, non tenebitur Canonicus abſens fructus illos, quos alias fecit ſuos, reſtituere in foro conſcientiæ, in quo nemo tenetur ſoluere pœnam, præſertim

non

non impoſitam ipſo iure, ſed imponendam per ſententiam, vt eſt iſta, donec condemnetur à iudice, ſed peccaret Epiſcopus, ſi abſque iuſta cauſa diſſimularet eum punire, ita recte tradit Nauarr. d. conſil. 3. de clericis non reſid. nu. 2. *Vgol. d. c. 19. nu. 6.*

Et quod illa pœna ſit imponenda per ſententiam
152 † patet ex verbo, priuetur, quod non operatur ipſo iure, ſed per ſententiam. Tiraquel. in leg. ſi vnquam, verb. reuertatur. nu. 177. cum alijs; & in terminis Rota in cauſa Canarien. fructuum, coram D. Orano, 10. April. 1592.

153 Si vero Canonicatus, † ſeu Prebenda nullos haberet fructus in abſentia, ſed omnes reſidendo lucri fierent, tunc qui nunquam reſediſſet pro primo & 2. anno, & ſic non haberet tunc fructus, quibus priuari poſſet iuxta d. decretum, puniendus eſſet pœna arbitraria, cum non ſit pœna determinata, citra tamen priuationem, iux. dicta.

154 Decimo dubitatur, †quomodo ſit procedendum contra non reſidentes, maxime ad priuationem. In quo dicendum eſt, quod, vt quis priuetur Beneficio, ob non reſidentiam debet abſentia eſſe ſemeſtris, & prius trina monitio per edictum cum competenti termino præcedere; alioquin eſt nulla priuatio, vt ſæpe Congregatio Concilij reſpondit, vt in ſequentibus declarationibus ſuper dicto cap. 1. ibi. Quod ſi per edictum citati, reſpicit modum procedendi contra abſentes, ibi, vſque ad priuationem, intelligendum inclusiue, vſque ad priuationem, dum tamen præceſſerint tria edicta publica, & lapſi ſint ſex menſes, iuxta cap. ex tuæ, de clericis non reſiden. Et docent Abb. in d. c. ex tuæ, idem Abbas & DD. in cap. quoniam frequenter, §. porro, nu. 10. & 11. vt lite non conteſtata. Selua 4. par. q. 5. Marant. in ſpeculo aduoc. 6. part. de citatione, num. 91. Zerola in praxi Epiſcopali, 1. part. verb. priuatio. §. 3. & 4. & Zecchus de republ. Eccleſiaſtica, tit. de Beneficiatis, num. 6. verſic. quod attinet verò ad praxim. *Leo d. cap. 33. num. 14. Gennenſ. in praxi d. cap. 112. allegans conſilium Abbatis 67. par. 1. quod ſequitur Felin. in c. conſuluit. nu. 13. de offic. deleg. & fuit, inquit, in Rota approbatum coram Cardinali Seraphino 5. Decemb. 1567. in d. Salaman. del Pedroſo, & Vgol. de officio Epiſcop. cap. 5. §. 4. num. 4. & Piaſecius ſic intelligens in praxi Epiſc. part. 2. cap. 3. nu. 10.*

155 Ex quibus id intelligitur, † quando neſcit vbi abſens ſit, vel commode perſonaliter citari non poteſt, alias debet perſonaliter citari, ſeu moneri, non tamen requiritur trina monitio, ſed ſufficit vna, etiam extraiudicialis, iuxta ſupradicta, nec debet expectari per ſex menſes, ſed tempus erit arbitrarium. *(quamuis Cenallos quæſt. 809. à nu. 17. dicat eſſe perſonaliter citandum vbi habetur notitia loci vbi eſt, etiamſi ſit extra Regnum, & in partibus Indiarum: & ita fuiſſe iudicatum in Conſilio Archiepiſcopi in quadam cauſa capellania.)* Et ita fuit reſolutum in vna Gienen. Canonicatus de Vbeda, 11. Decemb. 1587. coram Illuſtriſſimo Mantica, & in vna Zamoren. Capellaniæ 12. Iun. 1589. coram eodem, & in cauſa Terdonen. Præpoſituræ 17. Martij, & 5. Iun. 1600. coram Illuſtriſſimo Seraphino, vt in decil. ſequentibus.

*Gienen. Canonicatus de Vbeda, 11. Decembris, 1587. coram D. Mantica.*

156 † FVit apud me dubitatum, † an Ordinar. Gienen. legitime priuauerit Canonicatu Andream de Godoy, propter non reſidentiã, & Domini dixerunt priuationem non eſſe legitime factam, nam clericus qui non reſidet in ſua Eccleſia, priuſquam Beneficio priuetur, debet perſonaliter citari, vt eius contumacia conuincatur. cap. ex p. el 1. de clericis non reſiden. cum conſimil. Abbas in cap. quoniam frequenter. §. porro, nu. 10. vt lite non conteſt. & ſi perſonaliter citari non poſſit, quia ignoratur vbi ſit, vel longe abſit, ita vt commode non valeat citatio ad ipſum peruenire, debet in eius Eccleſia trinæ citationis edictũ publicari, & poſt vltimum edictum per ſex menſes expectari, vt colligitur ex c. ex tuæ, de Clericis non reſident. & ita intelligit d. Ioann. Andr. ibidem in princ. & Ioan. Anania, num. 1. Abbas num. 10. idemque abbas apertius, ſcribit. conſ. 67. nu. 2. lib. 1. quare cum ſupradictus Andreas de Godoy, poſt vltimũ edictum propoſitum, nondum ſex menſibus elapſis fuerit præcipiti feſtinatione priuatus, huiuſmodi citatio legitime facta dici non debet, & ideo non valet cap. erit autem lex. 4. diſtinct. l. 1. §. item cum contra. ff. quæ ſententiæ ſine appellatione, l. ſi expreſſum. ff. de appellat.

*Terdonen. Præpoſituræ 17. Martij 1600. coram D. Decano.*

157 † FVit reſolutum Camillum eſſe manutenendum in poſſeſſione præpoſituræ, nam de eius poſſeſſione ante priuationem conſtat publico inſtrumento, neque ea controuertitur, ſed tantum ex aduerſo dicitur eum per ſententiam latam ob non reſidentiam priuatum fuiſſe omni iure, & poſſeſſione, & ab ea non dari appellationem, ad effectum ſuſpenſiuum. cap. relatum, & cap. conquerente. de Clericis non reſidentibus. Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 1. de reform. Verum Domini vnanimiter contrarium cenſuerunt; nam dixerunt hanc ſententiam fuiſſe nullam. Cum. n. fuerit lata contra abſentẽ, requirebatur trina citatio per publicũ edictũ in loco Beneficij, c. ex tuæ, de Clericis non reſiden. & fuit alias corã me reſolutũ in cauſa Salamantina del Pedroſo 5. Decem. 1567. & à Sãct. Congreg. in vna Vmbraticen. cuius copia data fuit.

Deinde requirebatur, vt expectaretur per ſex menſes, antequam deueniretur ad priuationem. d. cap. ex tuæ. quæ forma hic non fuit ſeruata, nam vnica citatio executa fuit in loco Beneficij, deinde infra duos menſes nimis feſtinanter proceſſum ad priuationem non perpenſis prius cauſis excuſationis, an eſſent legitimæ, nec ne. Neque obſtat, quod præfata procedant vbi procedit contra ignorantem, non autem contra eũ qui habuit certam, & indubitatam ſcientiam emanatæ citationis, quia nõ probatur hæc ſcientia, quod enim allegatur de comparitione fratris proponentis excuſationem, non concludit ſcientiam Præpoſiti, cum non conſtet de eius mandato, immo adeſt præſumptio in contrarium, cum præpoſitus habita notitia ſententiæ conſtituerit procuratorem

quendam alium ad appellandum, qui in tempore appellauit, & ideo cum eſſet abſens, vel ſciebatur quo in loco eſſet, & tunc erat perſonaliter citandus, aut ignorabatur, & erat ter citandus in loco Beneficij per edictum, iuxta diſtinctionem gl. in cap. quoniam frequenter, verb. Canonibus definitum, vt litè non conteſt. quorum neutrum factum fuit, nam ſi præceſſiſſet perſonalis citatio, vtique etiam non expectatis ſex menſibus, potuiſſet Ordinarius procedere ad priuationem, vt fuit reſolutum in cauſa Zamoren. 12. Iunij 1589. coram Illuſtriſs. Mantica, & hoc obſeruatur tam in eo, qui eſt abſens cum licentia, quam ſine licentia, vt probatur in d. gl. Non obſtat, quod ſententiæ executio non potuerit ſuſpendi per appellationem, quia hoc locum habet, vbi ſententia lata eſt, ſeruato iuris ordine, quia ſententia nulla nullum partit iuris effectum, quare concluſum, Camillum eſſe manutenendum.

## *In Eadem coram eodem 5. Iunij 1600.*

158 ☞ DOmini perſtiterunt in reſolutis cum enim Camillus nunquam fuerit perſonaliter citatus, & trina citatio per edictum non fuerit rite executa, cõſequens eſt ad priuationem minus legitime proceſſum fuiſſe, neque poteſt ſuſtineri ex ſcientia citationis emanatæ, quam deducunt ex aduerſo informantes pro Tornerio ex mandato dato ad hanc cauſam & comparitione Procuratoris Camilli, ex qua ſanatur defectus, ſi quis interuenit, ad deciſ. 11. de dolo, & contumac. in nouis, & fuit dictum coram me, in cauſa Lunen. & Sarzanen. 23. Octobr. 1598. quia ad hunc effectum, vt ex mandato dato ad hanc cauſam oriatur probatio habitæ notitiæ citationis, requiritur mandatum ſpecificum ad illam cauſam, vt colligitur ex verbis deciſionis præfatæ vbi, procuratores ad cauſam huiuſmodi proſequendam conſtituant. Et colligitur ex notatis per Vantium de nullitat. tit. fin. num. 123. verum iſto caſu ſatis ex tenore mandati colligitur procuratorem fuiſſe conſtitutum generice, reſpectu moleſtiarum ſibi illatarum, quæ poſſunt intelligi circa iuriſdictionem, ſuper qua plura emanarunt præcepta, neque refert quod ratificauerit geſta per alios nam hic non inſurgit ſcientia principalis, neque etiam ex eo, quod reſponderit citationi, quia hoc vigore generalis mãdati facere potuit. Neque obſtant aliæ monitiones deductæ, quia non poſſunt trahi ad hoc iudicium de nouo cõtra Camillum ceptum, & coadiuuantur prædicta, ex eo quod ex literis ſcriptis ad S. Congregationem conſtat Ordinarium ſciuiſſe, vbi moraretur Camillus, & ideo debebat curare, vt ibi citaretur, & ſeruanda erat forma in Concilio præſcripta, vt alias dictum fuit, ſed dato etiam, citra veri præiudicium, quod ritè proceſſum fuiſſet, reſpectu citationis, tamen excuſari non poteſt iſte proceſſus à nimia feſtinatione, & præcipitatione, maxime, cum per procuratorem allegarentur cauſæ excuſationis, quæ veniebãt diſcutiendæ, etiam quod per procuratorem comparitum fuiſſet, Capra. concluſ. 91. num. 46. quę fuit ratio conciliaris diſpoſitionis præfinientis ſpatium ſex menſium, & ita concluſum ſtandum eſſe in deciſis.

159 In qua etiam cauſa, coram D. Coccino, † primo Decembris 1600. & 23. Februarij 1601. domini cenſuerunt.

☞ Dandam eſſe remiſſoriam, ex quo verſabatur in profanis, nam hic ſolum agitur ſuper validitate ſententiæ priuationis de præpoſitura ab Ordinario latæ quam Camillus obtinuit, appellatione interpoſita in Rota reuocari, cum impoſitione ſilentij fiſco, & Alberto, qui ab eod. Ordinario poſt d. priuationem de dicta præpoſitura prouiſus venit ad cauſam ratione ſui intereſſe.

Ideoque, cum non ageretur ſuper titulo Beneficij, materia cenſebatur profana, Achill. deciſ. 1. de penſio. Puteus deciſ. 498. nu. 2. lib. 2. & fuit dictum in Caſalen. præpoſiturę, 9. Iun. 1589. coram D. Gipſio: quibus ſtantibus remiſſoria ſolet cõcedi, in qualibet inſtantia, & abſque fumo, & quoad releuãtiam domini pro maiori parte cenſuerunt articulos eſſe releuantes.

160 Ad procedendum verò contra † abſentes ad alias pœnas, præter priuationem non videtur neceſſaria trina citatio per edictum, ſed ſufficiet vna peremptoria, quamuis trinam etiam requiri ad priuationem fructuum tenuerit Rota in d. Caurien. fructuum, coram D. Orano, 10. Aprilis 1592. iuxta tradita per Abb. d. conſ. 67. p. 1. & Felyn. in c. conſuluit, num. 13. de offic. deleg. qui tamen loquuntur in terminis d. c. ex tuæ. de priuatione Beneficij, nec etiam erit neceſſarium expectare per ſex menſes.

161 Nec executio d. pœnarum contra Parochos † nõ reſidentes ſuſpendi poteſt priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, ſtatuto, conſuetudine, etiam immemorali, ſiue appellatione, aut inhibitione, vt in d. cap. 1. ſeſſ. 23. verſic. quod ſi per edictum, & tradunt D. Ioan. Ochon. in d. c. 1. de clericis non reſidẽt. in 6. num. 60. Licentiatus Antonius Gomez, in d. explicatione Bullæ, c. 7. ad 4. clauſulam, nu. 35. & 36. & D. Sahagun. in d. c. 2. de ſequeſtratione poſſeſſ. num. 54. dicentes, Concilium ibi dum diſponit executionem ſententiæ per appellationem, ſeu inhibitionem, non impediri, generaliter accipiendum eſſe contra abſentes, ſiue obedientes, ſiue contumaces, & ita in ſupremo Senatu obtinuiſſe, quamuis in hac Metropoli Compoſtellana, & in Puiciano prætorio antea non ſemel iudicatum fuiſſet, obtinere tantum contra pertinaces, & contumaces.

Concilium vero ibi ſolum tollit appellationem
162 ſuſpenſiuam, † vt patet, non vero deuolutiuam, vt in terminis aliorum decretorum eiuſdem Concilij, vbi remouetur appellatio, ſæpè S. Congregatio cenſuit.

163 Vndecimo dubitatur, † an prædicta obligatio, & onus reſidentiæ perſonalis ſolum procedat, & locum habeat in habentibus vere Curam animarum, & Beneficia Curata, nempè qui ſuo nomine, & ſingulariter ſunt Parochi, & Rectores Eccleſiæ, an vero procedat etiam in habentibus exercitium Curæ, vt in Eccleſijs, in quibus Cura per plures adminiſtratur, quarum Beneficia non ſunt proprie curata, ex conſil. Oldradi 67. de quo infra 9. parte capitul. 2. dubitation. 7. numer. 175. & in Beneficijs alias ſimplicibus habentibus adminiſtrationem, & exercitium Curæ.

164 Et breuiter dicendum † videtur etiam in illis procedere, nam re, & effectu iſti habent Curam animarum, nec ius diuinum, & naturale attendit ſubtilitates, ſed effectum, & ſubſtantiam, & Concilium d. capit. 1. ſeſſ. 23. & capitul. 3. ſeſſ. 7. de reform. abſolutè,

ſolutè, & generaliter loquitur de Beneficijs, habentibus Curam animarum; pro quo etiam facit, quod non ſolum reſidere tenentur habentes Parochialem,
165 † & Beneficium Curatum in titulum, ſed etiam habentes in commendam, Concilio Trident. cap. 2. ſeſſ. 6. de reform. & d. cap. 1. ſeſſ. 23. verſic. eadem omnino, iuncto principio ibi, quocunque nomine, & titulo præfectos.

166 Et eſt declaratio S. Congregationis † Concilij, quæ ait. Cum de iure communi obtinens Beneficiũ curam animarum iuriſdictionalem habens teneatur reſidere, & ſacris initiari extrauag. execrabilis, de præben. & gl. ibi. idem Congregatio cenſuit intelligi de commendatarijs, per omnia enim æquatę ſunt hodie commendæ titulis.

167 Faciunt etiam † pro prædicta reſolutione ſequẽtes declarationes eiuſdem S. Congregationis, Prima, An obtinens Eccleſiam baptiſmalem, cui incumbit ſola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & exiſtentes ſub cura Archipresbyteri, teneatur ad reſidentiam, præſuppoſito, quod in Eccleſia Archipresbyter, præter Baptiſmum, cætera Sacramenta adminiſtrat. Congregatio cenſuit teneri ad reſidentiam, ad minus tanquã coadiutorem Parochialis Eccleſiæ 1587. Secunda. Etiam perpetui coadiutores reſidere tenẽtur, ſicut veri Curati, etiamſi in alijs Beneficijs ſeruirent in Cathedralibus. Tertia, An Capellani coadiutores Rectorum Parochialium cum Capellanijs perpetuis inſtitutis authoritate Apoſtolica teneantur ad perſonalem reſidẽtiam, vt Rectores ipſi. Congregatio cenſuit teneri, & eos dũtaxat excipi, qui ex inſtitutione poſſunt per alium ſeruire, vel quibus nulla expreſsè reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta eſt, vnde & Ordinarius tenetur eos cogere, ſicut ipſos Rectores, nec poteſt cum aliquo huiuſmodi diſpenſare, quo ad reſidentiam, niſi vt cum Rectoribus Epiſcopus poteſt, eodemque iure examinandi, quo Rectores ad Parochiales ex. cap. 18. ſeſſ. 24. quin Canonici Cathedralis, ſeu aliarum Eccleſiarum Beneficium huiuſmodi obtinentes, tenetur, & ſimiliter cogi debent per Epiſcopum ad perſonaliter deſeruiendum in dictis Beneficijs, dimiſſo ſeruitio imminente ratione Canonicatuum, & Præbendarum ſuarum Eccleſiarum, etiam ex conſtitutione Pij V. ſuper reſidentia facienda in Parochialibus per eas obtinẽtes ac Canonicatus. *Quam declarationem quoad primam eius partem affert Gonçalez glo. 5. §. 9. num. 17. & ſumm. Bullar. verb. reſidentia, verſic. præter Summiſtas.*

*4. In diœceſi Veronenſ. extant quædam Eccleſiæ plebanales, quæ pro redditus habent decimas omnium frugum in tota earum parochia. Sed quia forſam ob populi multitudinẽ ſolus Archipresbyter non ſufficiebat in celebratione diuinorum, & ſacramẽtorum adminiſtratione, ſubtracta quadam portione dictarum decimarum pro victu alterius ſacerdotis, antiquitus creata fuit in earum ſingulis noua capellania, quę datur in titulum perpetuum, & per ordinarium in caſu vacantia confertur ſacerdoti cum onere celebrandi certos miſſas, & coadiuuandi in cura dictæ Eccleſiæ plebenalis. Quæritur, an dicta capellania poſſit appellari beneficium incompatibile cum alio curatu. Secundò, quòd illius rector ſubiaceat diſpoſitioni capituli licèt canon. de elect. in 6. Tertiò, an comprehendatur ſub decreto Concil. Trid. loquentis de reſidentia curatorum. Congregatio cenſuit eſſe beneficium incompatibile, ſi obtinens illam capellaniam velit nunc acquirere aliud beneficium, quod vel curatum ſit, vel aliàs perſonalem reſidentiam requirat. Ad ſecundum cenſuit, non ſubiacere d. cap. licet canon. Ad tertium reſpondit, comprehendi ſub decreto. Concilij loquentis de reſidentia, non tamen tanquam curatorum.*

168 Si enim coadiutores, † qui pro alio curam exercent, tenentur reſidere, ſicut veri Curati, tenebuntur etiã ſimiliter reſidere Beneficiati habentes curę exercitium, & adminiſtrationem Sacramentorum, licet illa per plures exerceatur, & adminiſtretur. *Et ita planè tenet Leſſius de inſt. & iur. lib. 2. c. 34. num. 160.*

169 Et iſta tertia declaratio, † quatenus dicit non teneri ad reſidentiam illos Capellanos coadiutores Rectorum qui ex inſtitutione poſſunt per alium ſeruire, vel quibus nulla expreſſe reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta eſt, intelligenda videtur, quando in inſtitutione expreſsè dicitur, quod non teneantur ad reſidentiam perſonalem, ſi enim intelligeretur, non teneri ad reſidentiam, ſi in inſtitutione reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta non eſt, potius iſta deberet eſſe regula, quam exemptio, & quoad obligationem reſidendi, non eſſet differentia inter iſtos Capellanos coadiutores Rectorum, & alios non habentes tale onus, & comprobatur etiam iſta intelligentia ex ſecunda declaratione adducta, *Et etiam ex quarta*.

170 Sed id, quod dicitur † de Beneficijs ſimplicibus, ſeu Capellanijs habentibus adminiſtrationem, ſeu exercitium Curę, aut onus adiuuandi Rectorẽ, quod ea obtinentes teneantur ad perſonalem reſidẽtiam, procedit vbi eſt ordinatio, ſeu conſuetudo, quod illi eo ipſo ſint coadiutores Parochi, & abſq; alia licentia Ordinarij eum adiuuent, ſeu per eos adminiſtrent Sacramenta; ſecus vbi eſt conſuetudo, ſeu ordinatio, quod illi aut ſeruitores, ſeu Vicarij eorum adiuuent Parochum in adminiſtratione Sacramentorum, maxime habita licentia Ordinarij, in his enim non requiritur perſonalis reſidentia, vt in Beneficio del Tiemplo huius Diœceſis Abulenſis.

171 Et quando Ordinarij † licentia debet haberi, parum refert, quod illi per ſe deſeruiant, aut per Vicarios, ſeu ſubſtitutos, cum ad id per Ordinarium approbari debeant, & ſic vbi ex conſuetudine debent adiuuare Rectorem, ſeu per eos adminiſtrare cum licentia Ordinarij obtinentes Cappellanias, ſeu Beneficia ſimplicia quæ alias ad reſidentiam non obligãt, non requiritur perſonalis reſidentia, niſi conſuetudine expreſsè habeatur, quod neceſſario, per ſe id faciant, licet ſecus vbi à principio in inſtitutione id caueretur.

172 Decimo ſecũdo dubitatur, † an Parochi, quibus à Papa datus eſt coadiutor perpetuus cũ futura ſucceſſione, teneantur ad reſidentiam, an vero per datione coadiutoris eximantur, & exuſentur à reſidentia. Et videbatur eos non teneri ad reſidentiam, quia ad hoc datur eis coadiutor, vt pro eis curam, & officium exerceat, & ſcio quendam Parochum opulentæ Parochialis habentem talem coadiutorem nũquam in ea reſediſſe.

173 Sed cum reſidentia in † Parochialibus ſit de iure diuino, & naturali, vt ſupradictum eſt in princ. non auderem propterea excuſare Parochum à reſidẽtia, & cura animarum, quatenus eam exercere valeat; nec intelligendum videtur Papam ei dare coadiutorem ad eximendum eum omnino à reſidentia, & cura animarum ei incumbente, ſed vt eum adiuuet;

374 etenim per dationem coadiutoris, † non transfertur tota cura animarum in coadiutorem, ablata Paro cho adminiſtratione.

375 Facit declaratio S. Congregationis † Concilij, quæ ait, Rector, qui habet Vicarium perpetuum in eius Parochia, ſiue Rectoria poteſt, & debet compelli ad perſonaliter reſidendum, niſi tota cura animarum translata fuerit legitime in ſolum Vicarium per-
376 petuum. Et alia ſic ait, Parochus † Eccleſiæ, in qua fuit conſtitutus Capellanus, cui ex inſtitutione Capellaniæ impoſita fuit tota animarum cura, ſeu perpetua Vicaria, quoad Capellanus vixerit, non tenetur in ea reſidere. conſonat Concilium Prouincia-
377 le Bononien. 4. par. tit. 6. de reſidentia. † §. de cauſis excuſantibus à reſidentia Curatos, verſic. Il etiam, vbi ſic habetur. ſi etiam datus fuiſſet Parocho Vicarius perpetuus, in quem tota animarum cura, atque adminiſtratio legitime translata fuiſſet à Parocho abdicata, erit à reſidentiæ munere excuſandus, de quo Gonçalez glo. 6. nu. 97.

378 Eſt etiam alia declaratio S. Cong. † quæ ſic ait, arguuntur Epiſcopi, qui cauſa infirmitatis conſtituũt in Parochialibus Eccleſijs Vicarios perpetuos, data etiam facultate Rectori de non reſidendo, & alia, quæ ait, Parochus debet reſidere in loco, vbi ſita eſt Eccleſia Parochialis etiam ſi eſſet ei datus coadiutor ratione infirmitatis, quæ bene facit in propoſito. *Et alia, quam affert Gonçalez glo. 5. §. 9. num. 30. Propter deputationem coadiutoris, parochus, cui datus eſt coadiutor, non poterit abeſſe à reſidentia, refert & ſequitur ſum. Bullar. verb. reſidentia. ſub verſic. præter Summiſtas, Vgolin. de officio Epiſcop. c. 15. §. 3. ad fin. & c. 54. nu. 3. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. nu. 27.*

379 Tandem circa reſidentiam † Parochorum notandæ ſunt ſequentes declarationes S. Congreg. Concilij ſuper d. cap. 1. ſeſſ. 23. Prima. Per motum proprium Sanctiſſimi Domini noſtri publicatum menſe Iunij 1568. ſuper reſidentia Canonicorum habentium Parochiales, non fuit ablata Ordinarijs facultas ita, & taliter, quod non poſſint iuxta formam decreti Concilij Trident. ex aliquibus iuſtis cauſis licentiam concedere recedendi a Parochiali ad aliquod tempus, modo ea vtantur intra limites præſcriptos ab eod. Concilio Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. Secunda Epiſcopo Piſtorien. quod attinet ad primum poſtulatum de cap. 2. ſeſſ. 6. an videlicet diſpenſari poſſit cum infirmis, ac decrepitis, ita vt eorum Eccleſiæ, quæ perſonalem reſidentiam requirunt, ob id à perpetuis Vicarijs ſeruiantur; item an ſit diſpenſandum cum eis, qui propter monialium, vel hoſpitalũ curam in Eccleſijs, quas in montibus obtinent, non facile reſidere queũt, amplitudo tua id efficiet, quod diffinitum eſt cap. 1. ſeſſ. 23. de reform. quo non amplius id permittitur, quod in dict. cap. 2. ſeſſ. 6. erat relictum arbitrio Ordinariorum, ſed omnino imponitur neceſſitas reſidendi. Tertia, Inter cauſas abſentiæ connumeratur infirmitas curabilis, aeris intemperies certo anni tempore, & quando ita ſolitum eſt fieri ab omnibus Sacerdotibus, præſertim alienigenis, & ad tempus. Quarta, An propter intemperiem aeris, relicto ibi Vicario approbato, Parochus non inde oriundus poſſit alibi habitare. Congregatio cenſuit non poſſe, ſi tamen Rector infirmus eſſet, & in loco Parochialis curari non poſſit defectu medicorum, medicinarumue, tunc poſſe ab Ordinario dari ei dilationem trium, aut quatuor menſium, vt in locis vicinioribus maneat recuperandæ ſanitatis cauſa, interea ab ipſo Ordinario in Parochiali idoneo Vicario cum congrua portione ex redditibus Parochialis conſtituto, nam hoc caſu per quatuor menſes diſpenſat Epiſcopus. Conſonat Concilium Mediolanen. 5. par. 3. tit. de reſidentia, verſic. ne Parochus. & Concilium Bononien. d. 4. p. tit. 6. de reſidentia. §. de cauſis excuſantibus à reſidentia Curatos, verſicul. in Parochis. Quinta, Graues inimicitiæ culpa Parochi non contractæ, & poſt obtentam Parochialem exortæ excuſant à reſidentia, & cum talibus Epiſcopis conceditur diſpenſare per annum, vt in alio vicinjori, ac tutiori loco manere poſſint, dummodo in Parochiali expenſis Rectoris maneat idoneus Vicarius, ac interim curare debet Epiſcopus, vt inimicitiæ extinguantur, ſi id perficere non poteſt, reſcribere debet ad Cardinales Congreg. Concilij, cuius culpa factum fuit, quominus reconciliatio proceſſerit. Concordat d. Concilium Mediolanen. 5. vbi ſupra verſic. nec præterea, & dict. Concilium Bononien. ſupra verſiculo æque ob graues, & vide circa hoc declarationem 5. intra adductam. num. 313. & aliam num. 351. Sexta. Propter inimicitias, quæ ſuperuenerunt ſine culpa Parochi datur annus, & creſcentibus inimicitijs datur alius annus, ſed odium ſolum Parochianorum non ſufficit, neque ſi omnes fere fructus eſſent alijs reſeruati, neque continua aeris intemperies, neque ſi eſſet neceſſarius magiſter Ludi, ſeu Grammatice in ciuitate, ſiue oppido, neque ſeruitium Epiſcopi, etiam ad tempus. Septima. Parochialem Eccleſiam habens cum Canonicatu in Parochiali reſidere debet, quod eſt conforme Bullæ Pij V. quæ incipit, Cupientes, & percipit fructus Præbendæ, & ſolum eius diſtributiones quotidianas perdit, & ſic quod præterea abſentes iuſta alia de cauſa non percipiunt. Si autem Canonicatus eſt in eodem loco, vbi eſt Parochialis, poteſt vtrique ſeruire, & quotidianas diſtributiones percipere; ſi autem alter ab altero diſtet per leucam, aut dimidium leucæ, etiamſi Canonicatus eſſet in Cathedrali, tenetur nihilominus in Parochiali reſidere, quod procedit, non obſtante quacunque nobilitate Canonicorum, aut eccleſiæ Cathedralis, etiam Metropolitanæ, vide declarationem adductam ſupra num. 114. & infra nu. 338. Octaua. Reſidens in Parochiali, quæ non longe abeſt à Collegiata, in qua Canonicatum obtinet, diebus ferialibus ad Eccleſiam Collegiatam accedere, & in ea diuinis inſeruire poteſt, dummodo omnibus diebus, & horis ſuis debitis, & congruis Parochiali inſeruiat, & nihil prorſus relinquat ex debito ſeruitio ipſius Parochialis. Nona, in Monaſterijs, & Abbatijs, quæ Cura, & Conuictu carent, non eſt neceſſaria reſidentia. Decima, Præpoſitura, licet tantum ſit iuriſdictionalis, intelligitur tamen eſſe comprehenſa in Bulla S. D. N. Pij V. de reſidentia Parochorum, quæ incipit. Cupientes. Vndecima. Vicarius amouibilis in exercitio Curæ animarum arguit curam eſſe penes deputantem, & adeo ipſum teneri ad reſidentiam. Duodecima, Non tenetur reſidere in Prioratu Curato, vel Parochiali, vnita tamen perpetuo Dignitati, qui tenetur reſidere in Eccleſia Dignitatis. ſic dicendum de Canonicatibus, & alijs. Decimatertia. Obtinens Canonicatum, cui ſit vnita Parochialis ad vitam obtinen-

tis

tis tantum, tenetur in Parochiali reſidere, ſi vnio facta ſit ad vitam obtinentis tantum. Decimaquarta. Rector, ſeu Parochus, qui habet Parochiam, intra cuius limites adhuc habitant Parochiani, tenetur in ea reſidere, etiamſi tantum eſſent in illa Parochiani tres, vel quatuor incolæ, & vbi fuerint duæ Eccleſiæ vnitæ, reſidendum eſt in digniori; quod ſi non conſtet quæ ſit dignior, in frequentiori; quod ſi vna fuerit extra, & altera intra vrbem, reſidendum eſt in ea, quæ eſt intra. Conſonat Concilium Bononien. d. tit. 6. de reſidentia. §. de his, qui ad reſidentiam tenẽtur. verſ. & quoniam. Decimaquinta. Aquilana. Si vnus populus diuidatur, & vna pars habitet in ciuitate, & altera extra, & idem Parochus ex conſuetudine ambas Parochiales obtineat, reſidere debet in ciuitate. Decimaſexta. Habens duas Parochiales vnitas perpetuo inuicem æque principaliter, & non vnam alteri acceſſorie, ambaſque pares ita, vt vna non ſit dignior, & principalior altera, poteſt in qua maluerit reſidere. Ita Epiſcop. Abulenſ. reſcriptum eſt. 15. Martij 1575. Decimaſeptima. An ſi Parochialis tribus, aut quatuor milliaribus tantum diſtet à ciuitate poteſt in hac Rector habitare, Dominicis tantum ad ſuam Eccleſiam accedens, & habeatur pro reſidente. Congreg. cenſuit non poſſe. 18. Cõchen. Epiſcopus poteſt compellere Rectores ad reſidendum, non obſtante conſuetudine reſidendi in loco diſtanti à Parochia per ſex milliaria. 19. Presbyter obtinens Parochiales, etiam à ciuitate vltra duo milliaria non diſtantes, non poteſt deputari magiſter Grammaticæ, & ob id à reſidentia excuſari, etiamſi velit ſingulis diebus feſtiuis Parochiali intereſſe. Ita Epiſcopo Tridentino reſponſum eſt. Vigeſima. Licet Eccleſia Parochialis ſit in loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars habitat longè in oppidis, nihilominus Parochius habitare tenetur propè Eccleſiam in ciuitate, ſed ſuccurrendum eſt eis, qui longè habitant ſecundum antiquam loci conſuetudinem per diſpoſitionem cap. 4. ſeſſ. 21. reform. Conſonat Concilium Mediolanen. 5. d. tit. de reſidentia. verſic. Eccleſia Parochialis. Vigeſimaprima. Cong. Concilij cenſuit Rectores Parochialium debere reſidere in domo ipſarum Parochialium; quod ſi Parochiales domos non habent, tunc in alia domo, quæ ſit intra limites Parochiæ, aut ſaltem ita vicina Parochiali Eccleſiæ, vt inde commode poſſint per ſe ipſos ei inſeruire. Refert Zerola in praxi Epiſcopali 1. par. verſicul. Parochus. §. 4. Vigeſimaſecunda. Congregat. cenſuit Parochum cogendum eſſe habitare in domo Eccleſiæ, vel ſi Eccleſia eam non habeat, in propinquiori intra limites Parochiæ; quod ſi non habitauerit, teneri ad reſtitutionem fructuum, de quibus in hoc decreto. Vigeſimatertia. Qui finitima vrbis Beneficia obtinent, & domum non habent vbi habitent habitationis domum.... Vigeſimaquarta. In his, quæ pertinent ad reſidentiam, obſeruanda ſunt quæ habentur in capitul. 1. de reform. ſeſſ. 23. & in reliquis, ſi non poſſunt ſeruari decreta Concilij Tridentin. prædicti, id agendum eſt quod commodius, & melius poteſt, & qui non habet domum propriam in loco, vbi reſidere tenetur, aliquã conducere debet; vbi vero populus non poteſt victũ ſuo Curato ſubminiſtrare, Ordinarius ea obſeruare debet, quæ habentur in cap. 3. ſeſſ. 24. de reform. & in caſu, quo iura diſponunt, non debet pro iuris declaratione ad Papam recurrere. Vigeſimaquinta. Parochus non habens commodam habitationem in Parochialis fuit diſpenſatus, vt degere poſſet in loco vicino, dummodo propè Eccleſiam ſubſtitutus eius habitet; aliquando hęc facultas eadem de cauſa conceſſa fuit ſine illa conditione, quod ſubſtitutus propè Eccleſiam habitet. Vigeſimaſexta, ibi, cauſa prius per Epiſcopum cognita. Omnia hæc committuntur Epiſcopo, qui executioni demandet etiam in Eccleſijs Parochialibus, quarum collatio ad inferiores ſpectat, etiamſi inferiores eſſent Abbates regulares. Vigeſimaſeptima. Epiſcopus ad reſidentiam cogere poteſt Rectorem, licet eius Eccleſia Parochialis pertineat ad inferioris collationem, etiam Abbatis regularis. Conſonat dict. Concilium Mediolanen. 5. dicto tit. de reſidentia verſic. fin.

## *De reſidentia Dignitatum, Canonicorum, & Portionariorum.* §. I.

### SVMMARIA.

*OBtinentes in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, aut Portiones tenentur ad reſidentiam ita, vt non liceat vltra tres menſes abeſſe, vt in Cõcilio Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. verſ. præterea obtinentibus, num. 180.*

*An d. verſ. præterea obtinentibus, comprehendantur Dignitates principales, & capita Collegiatarum, n. 181. reſoluitur, quod ſic, niſi haberent territorium, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

*An obtinens Dignitatem, maxime principalem in Collegiata, quæ habet etiam ſedem in Cathedrali, excuſetur à reſidentia in Collegiata, & poſſit reſidere in Cathedrali, nu. 182. reſolnitur, quod non, & ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*An habens Canonicatum, & monaſterium in commendam teneatur in Canonicatu reſidere, num. 183. reſolnitur, quod in monaſterio, niſi ſit ab animarum cura liberum.*

*Obtinens Parochialem, & Canonicatum, ſi non reſidet in Parochiali, vt debet, cogi debet reſidere in Canonicatu. 184.*

*Habens duas Dignitates, ſeu duos Canonicatus, in qua debeat reſidere, num. 185. reſoluitur, quod in digniori, alias in qua maluerit, & idem in habente duas Parochiales vnitas.*

*Habens ex diſpenſatione duo Beneficia reſidentiam requirentia debet reſidere in habente maiorem neceſſitatem ſeu cauſam reſidendi, ſi vero æqualem habent, in quo maluerit, & idem in habente duas Parochiales vnitas, num. 186.*

*An Capellaniæ, & Beneficia ſimplicia, quæ nullos fructus habent in abſentia ſed omnes inter præſentes diſtribuuntur, requirant perſonalem reſidentiam, non obſtante conſuetudine contraria, nu. 187. & ſeq. reſoluitur, quod ſic ex Congregatione Concilij.*

*An Concilium ibi cenſeatur tollere conſuetudinem etiam immemorialem, nu. 189.*

*Conſuetudo immemorialis nunquam cenſetur ſublata, niſi expreſſa mentio de ea fiat, nec comprehenditur in reuocatione conſuetudinis, etiam cum dictione vniuerſali, niſi quando tollitur tanquam irrationabilis, aut eadem ratio militat in immemoriali, num. 190.*

*Conſuetudini immemoriali eſt derogatum per clauſulam derogatoriam conſuetudinum, etiam iuramento, Apoſtolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratarum. nu. 191.*

*Sublata quacunque præſcriptione, non cenſetur ſublata præſcriptio immemorialis, num. 192. niſi vbi lex, vel priuilegium*

*afficit rem, & facit eam impraſcriptibilem, & tunc non ſufficeret allegare titulum, ſeu priuilegium, & ad ipſum probandum adducere immemorialem, niſi data fama. nu. 193.*

*Decretum Concilij ſeſſ. 24. cap. 20. quod derogat quibuſcumq; conſuetudinibus, non tollit immemorialem ex ſententia Cõgregat. num. 194. vbi adducuntur declarationes, & reſolutio Rotæ num. 195.*

*Obtinentes Dignitates in Eccleſia Toletana, & alij, prætendunt non teneri ad reſidentiam, & non reſident propter immemorialem, num. 196.*

*Concilium d. verſ. præterea obtinentibus, ſubſtulit conſuetudinem etiam immemorialem ex ſententia S. Congreg. nu. 197. vbi ponuntur declarationes, & num. 198. alia ponitur.*

*Obtinentes Dignitates in d. Eccleſia Toletana, & alijs, nõ poſſunt hodie excuſari à reſidentia, licet ante Concilium eſſent in immemoriali non reſidendi, nec dicendo, quod Concilium non ſit quoad hoc receptum, num. 199.*

*An ſtante Concilium litigatum eſſet ſuper reſidentia cum aliquibus Dignitates obtinentibus, qui habuerunt ſententiam, & rem iudicatam, non teneri ad eam, quia probauerunt immemorialem, tenantur poſt Concilium ad reſidentiam, numero 200.*

*Derogatio ſententiarum per viam legis tollit etiam rem iudicatam, licet ſecus in reſcripto, num. 201.*

*Vbi Concilium non derogat ſententijs, non comprehendit caſus per ſententiam determinatos nu. 202. vbi ponuntur declarationes S Congregationis, & num. 203. reſolutio Rotæ, & deciſiones in cauſa Burgen. iuriſdictionis Archidiaconatus, de Virbieſca, nu. 204. 205. 206. 207. 208. & 209.*

*In propoſito dubio obtinentes Dignitates tenentur ad reſidentiam, cum ſententia fundetur in immemoriali, & ſic non det plus roboris, nu. 210. & 211. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. & contraria procedunt, vbi non conſtat ſententiam fundari fundamento reuocato, num. 212.*

*An per Concilium d. verſ. præterea obtinentibus, cenſeatur derogatum ſtatutum, etiam à Sede Apoſtolica confirmatum, nu. 213. cum ſeqq reſoluitur negatiuè propter duplex vinculum. ſicut & concordiæ à Sede Apoſtolica cõfirmatæ non cenſentur ſublatæ per Concilium.*

*An id ſolum procedat in confirmatis ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, an vero etiam in confirmatis in forma communi, num. 218. cum ſequentibus, reſoluitur illas tantum confirmationes eſſe præſeruatas in decretis Concilij, quæ emanarunt ex certa ſcientia; & cum cauſæ cognitione ex Congregatione Concilij.*

*Etiam, quod ſimul concurrant immemorialis concordia, ſeu ſtatutum, & confirmatio in forma communi eſt illis derogatum, num. 223 cum ſeqq.*

*Cenſetur præſeruata confirmatio ex certa ſcientia, quãdo in derogatione nulla facta eſt mentio de confirmatione Apoſtolica, alias enim intelligitur etiam ex certa ſcientia, num. 226.*

*Illa dicitur confirmatio ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione in qua eſt inſertus tenor rei cõfirmatæ, vel ſaltem narrata ſubſtantia, & eſt expedita præcedente ſolita diſcuſſione, num. 227. & 228.*

*Cauſæ cognitio excluditur in concordia, quæ eſt inter partes, quando confirmatio fuit elementa ad ſupplicationem vnius partis tantum, num 229.*

*An confirmatio, in qua adeſt clauſula ex certa ſcientia, non tamen eſt inſertus tenor, aut narrata ſubſtantia rei, ſit ex certa ſcientia, an vero in forma communi, num. 230. cum ſeqq. reſoluitur, num. 233.*

*Clauſulæ, quorum tenores, & ſupplentes omnes facti & iuris defectus, non faciunt vt confirmatio ſit ex certa ſcientia, & quod illæ operentur, num. 234.*

*De ſtatuto Eccleſiæ Abulenſ. concedente abſentiam quatuor menſium, quod eſt confirmatum ex certa ſcientia, & declaratione ſuper eo obtenta per Epiſcopum à nu. 235. & 244.*

*An poſſit renunciari ſtatuto, ſeu priuilegio habenti decretum irritans expreſſe, vel tacite, num. 242. & ſequenti.*

*An ſit reuocatum ſtatutum, vel conſuetudo aliquorum Eccleſiarum, in quibus vltra tres menſes datur ſingulis menſibus vnus dies pro tonſione barbæ. num. 245. & 246. reſolutur eſſe reuocatum, niſi ſit in ſpecie confirmatum.*

*An in menſibus, qui dantur recreationis cauſa, abſentes non ſolum lucrentur fructus, ſed etiam diſtributiones quotidianas, maxime ſtante tali conſuetudine, & ordinatione, num. 247. cum ſeqq. reſoluitur contra aliquos negatiue, etiamſi Canonicatus ſolum conſiſtat in diſtributionibus, & ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*In Eccleſia Abulenſ. eſt ſtatutum in contrarium confirmatum ex certa ſcientia per Iulium III. vt in breui poſito nu. 253. & ſeq. & quod poſt Concilium obſeruetur. nu. 255.*

*An ſint derogata indulta, ſeu priuilegia Apoſtolica, quibus cõceditur abeſſe vltra tres menſes, nu. 256. cum ſeqq. reſoluitur negatiue, nam lex generaliter loquens non tollit priuilegium particulare, & quod Bulla Pij IV. reuocatoria priuilegiorum non procedit niſi illis decretis, in quibus eſt derogatio priuilegiorum.*

*Priuilegia perpetua de non reſidendo conceſſa certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, ſunt reuocata per Concilium, nu. 266. & ſic priuilegium conceſſum Capellanis Regijs eſt reuocatum, num. 267.*

*Contra dictam reſolutionem, quod Bulla Pij IV. non procedat, niſi in illis decretis, in quibus habetur derogatio priuilegiorum, ſunt duæ difficultates, num. 268.*

*Prima difficultas, quod alias S. Congregatio declarauerit regulares per ſua priuilegia etiam mare magnum, non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt in declarationibus adductis, & tamen nõ habetur in Concilio derogatio huiuſmodi priuilegiorum, num. 269. cum ſeqq.*

*Secunda difficultas, quod alias d. Bulla videtur fuiſſe ſuperflua, & de nihilo ſeruire, nu. 274.*

*Ad primam difficultatem prima reſponſio, num. 275. & ſeq. quæ non placet, nu. 277. & quod decreto vltimo. ſeſſ. 25. de reg. ſolum reuocantur priuilegia, quæ ſunt contra decreta illius ſeſſionis, & non aliarum.*

*Priuilegia Regularium, quod non teneantur ſeruare interdicta in aliquibus diebus tantum, ſunt ſublata per Concilium. d. decreto vltimo contra aliquos num. 268. cum ſeqq.*

*Secunda reſponſio ad d. difficultatem, nu. 283. qua comprobatur, & defenditur n. ſeqq. ſed non ſatisfacit, nu. 295. & ſeq.*

*Vera reſponſio ponitur. num. 297. ad 302.*

*Regulares ſecluſo priuilegio non poſſunt de iure abſoluere à caſibus Epiſcopo non ſolum de iure, ſed etiam ſpecialiter per ipſum reſeruatis contra aliquos num. 303. & 304.*

*Ad ſecundam difficultatem reſp. dict. Bullam non eſſe ſuperfluam, ſed eſſe factam ad corroborandam, & confirmandam derogationem priuilegiorum in decretis Concilij contentam, num. 305.*

*Quot dies contineant menſes, qui dantur recreationis cauſa à Concilio, nu. 306. reſoluitur menſem in propoſito continere. 30. dies, cum non exprimatur à quo tẽpore incipiant contra aliquos relatos, num. 307.*

*An ſtante ſtatuto Eccleſiæ, quod concedebat abſentiam trium menſium, non tamen erat in vſu, poſſint poſt Concilium illis gaudere, num. 308. cum ſeqq. reſoluitur non poſſe.*

*Si conſtitutio, aut cõſuetudo Eccleſiæ requirit ſeruitium totius anni, tunc locum habet abſentia trium menſium à Concilio permiſſa, num. 311. & 312.*

*An*

*An ad absentiam trium mensium requiratur causa, & licentia, num. 313. cum seqq. resolvitur non requiri, & ponuntur declarationes Sacr. Congregationis.*

*Isti menses, non debent sumi in maximis solemnitatibus ex Congregatione Concilij, quod tamen in Hispania non servatur, n. 317. & 318.*

*An Canonici possint licite abesse ultra tempus à Concilio permissum, amittendo distributiones, & fructus, qui residendo lucrifiunt num. 319. cum seqq. resolvitur negative, etiamsi maneant in civitate, & ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*An satis sit lucrari grossum, seu vestuarium residendo ad horam, seu tempus illius, num. 324. & seqq. resolvitur, non satis esse, nec satisfacere, & adducuntur declarationes S. Congregationis.*

*Consuetudo vigens in Ecclesijs, vbi Matutini dicuntur media nocte, non interessendi illi videtur excusare, nu. 326.*

*An ex diebus, & horis collectis sint conficiendi menses absentia. nu. 327. & seq.*

*Secundum Congregationem Concilij non valet statutum, seu consuetudo, vt Prabenda, seu grossa lucrifiat interessendo vna vel duabus horis, aut minori tempore. 9. mensium, nu. 329. sed non servatur in Hispania & potest sustineri. n. 330. & quid in Ecclesijs Civitatensibus servetur. nu. 331.*

*An obtinens Dignitatem, cui incumbit visitatio, possit ratione visitationis abesse vltra tres menses, & lucrari fructus, ac distributiones Dignitatis & Canonicatus, quem simul obtinet. num. 332. resolvitur, vt in declaratione S. Congregationis ibi posita.*

*Si esset consuetudo, quod Archidiaconus visitans percipiat distributiones, esset valida, nu. 333.*

*Incumbens Curæ animarum imminenti suæ Dignitati habetur pro præsenti, & interessenti ex decreto Concilij sess. 22. cap. 3. nu. 334. sed intelligitur de Curæ animarum proprie, nempe fori interioris nu. 335. vbi adducuntur declarationes S. Congregationis.*

*Visitans, seu exercens iurisdictionem imminentem suæ Dignitati vel Ecclesiæ, non lucratur distributiones, quando est absens à civitate, seu loco Ecclesiæ, alias secus nu. 336.*

*Non procedit d. decretum c. 3. in Canonicis, seu Dignitatibus habentibus Parochiales, non tamen annexas, nu. 337. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Archidiaconus visitans non lucratur fructus Canonicatus, quem simul obtinet, etiamsi esset annexus Dignitati, stante quod fructus sint distincti, secus autem esset in portione accessorie annexa Dignitati, nu. 338.*

*Commendatur cons. Navarr. 14. de Clericis non resident. quatenus sentit, quod prosequens litem super iuribus suæ Dignitatis lucratur etiam fructus Canonicatus. nu. 339.*

*Excusatus à residentia non lucratur fructus, qui non lucrifiunt in absentia, nisi in casibus à iure expressis, nu. 340.*

*Canonicus ingrediens Religionem non lucrabitur anno novitiatus fructus Prabendæ, quamvis sit iuste excusatus à residentia, nu. 341.*

*Canonicus electus ad Episcopatum Italiæ, qui debet Romæ examinari, quamvis interim dum vadit, iuste absit, non tamen fructus percipiet, ad quos percipiendos in absentia non solum non sufficit vtilitas privata, sed nec vtilitas Ecclesiæ, seu Episcopatus in genere, sed requiritur vtilitas Ecclesiæ in specie, num. 342.*

*Obtinentes ex dispensatione Parochialem, & Canonicatum residentes in Parochiali percipiunt fructus Canonicatus ex privilegio Bullæ Pij V. & obtinens ex dispensatione duos Canonicatus, seu Dignitates eo ipso censetur dispensatus, vt percipiat in absentia fructus alterius, quando dispensatio est perpetua, num. 343.*

*An statuta, & consuetudines Ecclesiarum concedentia iubilationem deservientibus per 40. annos sint contra ius, & derogata per Concilium nu. 344. resolvitur quod non, & adducitur declaratio S. Congregationis.*

*An per Concilium sit derogatum c. de cætero, & c. ad audientiam. de Clericis non resident. vbi habetur, quod duo Canonici existentes in servitio Episcopi habentur pro præsentibus n. 345. cum seqq. resolvitur, non esse derogatum, & ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*Canonici existentes in servitio Episcopi non possunt percipere distributiones quotidianas, quod fallit stante consuetudine in contrarium, nu. 348.*

*Fallit etiam in Canonicis missis ad visitanda limina, vel comitantibus Episcopos ad ea, nu. 349. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, quod declaratur nu. seq.*

*Fallit etiam, quando Canonicatus consisteret solum in distributionibus, nam tunc eas lucrarentur, excepta tertia parte ex Congregationis sententia, n. 351. vbi ponuntur declarationes.*

*Quoad lucrandos fructus Canonicatus, quando omnes consistunt in distributionibus S. Congregatio facit differentiam inter absentes causa studij, & causa residentiæ in Parochiali ex vna parte, vt bi eos integros percipiat, & inter absentes causa servitij Episcopi, & iuniciarum, vt bi eos lucrentur, deducta tertia parte, nu. 352. & 353.*

*Fallit etiam stante speciali gratia, & concessione Papæ, num. 354. & 355.*

*Similis gratia, & privilegium percipiendi etiam distributiones in absentia concedi solet ad tempus, & prorogari Inquisitoribus, & Ministris S. Inquisitionis Hispaniæ nu. 356. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Canonicus Vicarius Episcopi, non potest percipere distributiones in absentia, quamvis percipiat fructus, nisi sit consuetudo in contrarium nu. 357 secus in Vicario capituli sede vacante, num. 358.*

*Absens pro servitio, & vtilitate Ecclesiæ de iure percipit fructus, & etiam distributiones, si est præsens in loco, nu. 359. nisi consuetudo contraria, num. 360. absens vero à loco pro vtilitate Ecclesiæ, vel alia iusta causa non percipit distributiones, nisi consuetudine aliud sit obtentum num. 361. vbi adducuntur declarationes S. Congregationis, iuxta quod sunt accipienda alia declarationes addutta, nu. 362. & quædam cons. Navarr. cons. 363.*

*Dispositio d. c. de cætero, & c. ad audientiam, de Clericis non resid. procedit etiam in Canonico Doctorali, & Magistrali n. 364. nisi vergeret in magnum damnum Ecclesiæ, nu. 365.*

*In Ecclesia Abulens. est statutum. quod Doctoralis non procuret, nec acceptet familiaritatem Episcopi, nec ea vtatur, num. 366.*

*Dispositio. d. cap. de cætero, & cap. ad audientiam, non habet locum in Canonico pœnitentiario, nu. 367. nec etiam in Canonico lectura. num. 368.*

*An dispositio istorum capitulorum procedat in inferioribus Clericis, non Canonicis, nu. 369. cum seqq. approbatur sententia Abbatis in d. c. ad audientiam, nu. 8. quam secuta est Rota.*

*Qui non per Episcopum, sed alias sunt occupati pro communi vtilitate, seu Episcopatus in genere, aut per Episcopum plures, quam duo eiusdem Ecclesiæ, non percipient fructus in absentia, nu. 374.*

*Procuratores generales Cleri Hispaniæ à Congregatione deputati residentes in Curia Romana & regia, non excusarentur à residentia, nec lucrarentur fructus in absentia, nisi staret breue Clementis VIII. nu. 375.*

*Dispositio. d. c. ad audientiam, non comprehendit Portionarios, qui non sunt de Capitulo licet in eo habeant vocem, nu. 376.*

*& 377. vbi ponitur reſolutio Rotæ, & nu. 378. tentamen comprehendere vbi eſſent de Capitulo, vt ſunt in aliquibus Eccleſijs Hiſpaniæ. d. num. 378.*

*In Eccleſia Abulenſ. Portionarij poſſunt aſſumi ab Epiſcopo in familiares, ſicut Canonici ex ſtatuto Eccleſiæ, num. 379.*

*Quod dicitur de Portionarijs videtur dicendum de Dignitatibus in propoſito, num. 380.*

*Diſpoſitio d. cap. de cætero, & c. ad audientiam, habet locum in Prælatis inferioribus Epiſcopo reſpectu ſuorum ſubditorum, num. 381.*

*Idem eſt in Legato, quantum ad Prouinciam ſuam, & in Archiepiſcopis, quoad Clericos ſuæ Diœceſis, & non ſuffraganeorum, num. 382.*

*Familiares Papæ exiſtentes in eius ſeruitio percipiunt fructus in abſentia, nu. 383. quod tamen non procedit in ſcriptoribus & alijs officialibus Curiæ, num. 384.*

*Sicut familiares Epiſcopi, ita etiam familiares Papæ non percipiunt diſtributiones, nu. 385. reſolutio Rotæ, nu. 386. circa indultum ſuper collectorum.*

*Familiares Cardinalium excuſantur à reſidentia ſecundum aliquos. nu. 387. ſed contrarium tenetur nu. 388.*

*Exiſtentes in ſeruitio, aut officijs Regis, ſeu Principis, non excuſantur à reſidentia, nu. 389. & ſi aliquod priuilegium fuit antea conceſſum vt Regi Franciæ, reuocatum, eſt iam per Concilium, nu. 290. & quod dicit Nau. c. 25. nu. 121. de Capellanis Regum. intelligendum eſt de priuilegijs conceſſis poſt concilium, quæ tamen non ſunt. nu. 391.*

*An cauſa peregrinationis, maxime ex voto, liceat abeſſe vltra tempus à Concilio permiſſum, & lucrentur fructus, num. 391. cum ſeqq. reſoluitur negatiue ex ſententia Congregationis.*

*An Canonici, & Beneficiati celebrãtes primam Miſſam in eadem Eccleſia tempore officiorum habeantur pro præſentibus nu. 396. cum ſeqq. reſoluitur, quod non, & adducuntur declarationes S. Congreg. licet contrarium de conſuetudine ſeruetur in aliquibus Eccleſijs, quæ videtur tolerabilis.*

380 SEcundo principaliter † dico, quod obtinentes in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones tenentur ad reſidentiam, ita vt non liceat eis vigore cuiuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes etiam continuos (vt S. Congregatio declarauit) ab eiſdem Eccleſijs quolibet anno abeſſe, ſaluis nihilominus earum Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus requirunt, Ita S. Concilium Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 12. verſic. præterea obtinentibus, vbi etiam ſtatuitur, quod diſtributiones qui ſtatutis horis interfuerunt, recipiant reliqui quauis colluſione, aut remiſſione excluſa, his careãt, iuxta decretum Bonifacij VII. in cap. 11. de clericis non reſiden. in 6. quod Sacra ſynodus in vſum reuocat, non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus, & quod omnes diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obire officia. Sandoual. de officio Eccleſiaſtico 5. par. cap. 3. nu. 3. & 4.

381 Circa, quod varia dubia † examinanda ſeſe offerunt, & primo dubitatur an d. verſic. præterea obtinentibus, comprehendãtur Dignitates principales, & capita Eccleſiarum Collegiatarum; & dicendum eſt, quod ſic, vt cenſuit S. Congregatio Concilij ſuper eo his verbis: Ad hanc reſidentiam tenentur etiam Abbates, & alij Superiores Eccleſiarum Collegiatarum, licet habeant iuriſdictionem in Canonicos, & ad hoc cogi poſſunt ab Epiſcopis, ſub quorum Diœceſi ſunt. Alia ibi, Dignitates, comprehenduntur etiam illæ Dignitates, quæ ſunt capita illarum Eccleſiarum Collegiatarum, & quæ etiam eſſent exemptæ à iuriſdictione Ordinarij, & habent tantum iuriſdictionem in Canonicos, & deſeruientes in illis Eccleſijs, & dicitur in iſta declaratione, & habent tantum iuriſdictionem in Canonicos, quia, ſi haberent territorium, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non tenerentur ad reſidentiam chori, & horarum, quamuis tenerentur ad reſidentiam, ſicut Epiſcopi, *Suarez de relig. 2. to. tract. 4. lib. 4. c. 10. nu. 13. 14. & 18.* de quo infra num. 480. *Quamuis Epiſcopus teneri choro inter eſſe, licèt excuſentur ſere toto anni tempore propter excuſationes reginiinis. docent Fr. Raph. de la Torre, de relig. 1. to. tract. de hor. can. contro. 10. diſp. 1. nu. 1. cum Sylu. Ang. & alijs, & Sandou. de offic Eccl. 5. p. §. 3. & Vgol. de offic. Epiſc. c. 19. §. 2. nu. 7. dicunt, Epiſcopum diebus feſtis, ſcilicet dominicis, intereſſe debere diuinis officijs cum Canonicis, c. Epiſcopus, iuncta gl. de conſecr. d. 3. licèt non teneatur canere, vt de conſuetudine non canit, &c. Sed illud c. Epiſcopus, intelligitur de honeſtate, vt praxis & vſus declarauit.*

382 Secundò dubitatur, an obtinens † Dignitatem maxime principalem, in Collegiata, quæ habet etiã ſedem in Cathedrali, excuſetur à reſidentia in Collegiata, & poſſit reſidere in Cathedrali, & dicendum eſt, quod non, vt in vna Valliſoletana reſidentia coram D. Sacrato, in qua prima Iun. 1601. fuit reſolutum. Aſſignationem ſedis in Cathedrali non excuſare à reſidentia in Collegiata, nam aut dicta ſedes non requirit reſidentiam, & ſine dubio Abbas non excuſatur à prima obligatione, aut vero requirit reſidentiam & nihilominus tenet Abbas reſidere in Collegiata: tum quia illa eſt dignior ſedes, cum ibi ſit caput, Abbas in c. extirpandæ. §. qui vero. nu. 5. vbi Hoſtiẽſ. nu. 8. de præbend. tum quia Abbas ibi percipit fructus, non in Cathedrali; argum. cap. cum ex officij, de præſcript. & 10. Maij 1602. coram eod. fuit reſolutum. Abbatem teneri ad reſidentiam in Collegiata, tam ex diſpoſitione iuris communis cap. ad hæc, verſicul. cum ſingulæ, de præbend. cap. fin. de reſcript. in 6. Ferrettus conſil. 32. num. 14. quam ex diſpoſitione Concilij Trident. ſeſſ. 22. de reform. capit. 3. & etiam vigore erectionis, non obſtante, quod in Bulla erectionis non exprimatur Abbas, & conſequenter non comprehenderetur ſub diſpoſitione, quod Beneficiati in dicta Eccleſię teneantur reſidere per gloſſam in Clement. 1. verb. in eiſdem. de ætate, & qualitate, quia id procedit, quia ibi materia eſt correctoria, ſecus hic, vbi aſſiſtit ius commune. Abb. in cap. relatũ, nu. 5. de Clericis non reſid. Nec obſtare prætenſam conſuetudinem non reſidendi, quia illa non legitimè probatur, Nec obſtare, quod Abbas habeat aliam ſedem in Cathedrali, quia, ſi ſedes in Cathedrali requirit reſidentiam, potius ex ea inducitur incompatibilitas, quam liberatio a reſidentia in Collegiata d. cap. ad hæc. niſi aliter appareat diſpoſitum cum explicita ſcientia Papæ. Nec obſtare ſentẽtiam D. Orani, quia nõ iuſtificatur ex actis, & in contrarium ſtat ius commune, & ſtatutarium iſtius Eccleſiæ, vnde tanquam notorie iniuſta non potuit facere trãſitum in rem iudicatam. Cæſar de Graſſis deciſ. 2. de ſolut. *Et fuit confirmatum in ead. 8. Nouemb. 1602. coram D. Seraphino, dicendo, Ex eo conſequens eſſe, vt licet Abbati ſit permiſſum reſidere, & diuinis intereſſe in cathedrali,*

non

*non tamen ideo excusetur a residentia sua in Collegiata, ad effectum, vt non residendo lucretur fructus, & distributiones in absentia: nam re vera non astatur ad residendum in Cathedrali, licèt ibi habeat sedem honorariam sine aliqua fructuum participatione: quæ res arguit talem residentiam esse voluntariam, non autem necessariam, prout est illa, quæ fieri debet in Collegiata, in qua per erectionem Sixti IV. constituitur caput, & assignatur ei quota fructuum, quorum ratione tenetur omninò residere, Abb. c. de multa, num. 21. de Præb. Ferret. consi. 32. num. 15. lib. 1. Et ideo in causa Burgen. residentiæ 3. Decembr. 1593. coram D. Pennia Rotæ voluit, Vt videretur an dignitates Burg. essent unitulatæ in Ecclesia Burgen. vel alibi, cum ex hac inspectione determinetur necessitas residendi. Nec obstat, quod sedis assignatio in Cathedrali in consequentiam tribuat facultatem ibi residendi: quia hæc est merè facultativa, & voluntaria, non autem necessaria residentia; Nec obstat, quod qui duo beneficia residentiam requirentia ex dispensatione obtinuit, possit eligere in quo malit residere, gl. in cap. non potest, §. illud in verb. retinere, & ibi Franc. nu. 5. & Gemin. nu. 11. de Præb. in 6. quia id procedit, vbi residentia in vtroque beneficio est necessaria, Abb. in c. exturpanda, §. qui verò nu. 5. de Præb.* De quo etiam infra, num. 476. vbi dicta videnda sunt.

183 Tertiò dubitatur, an habens † Canonicatum, & Monasterium in commendam teneatur in Canonicatu residere? Et dicendum est, quod in Monasterio, nisi illud sit ab animarum cura liberum, vt in sequen
☞ ti declaratione S. Cõgregationis Concilij. Obtinens Canonicatum, & Monasterium in commendam ab animarum cura liberum, in Canonicatu residere tenetur. Et conducit declaratio nona supra adducta hoc capite sub num. 179. quæ ait, quod in Monasteriis, & Abbatijs, quæ curam & conuentu carent, non est necessaria residentia. *Immo absolutè videtur dicendum, & conformius prædictæ declarationi, quod obtinens canonicatum & monasterium in commendam, debet in canonicatu residere nisi monasterium habeat alias curam animarum; nam secularis habens in commendam monasterii, non habet curam conuentus nec monachorum, quæ non residet penes commendatarium clericum secularem non habẽtem intra clausuram conuentus, sed extra, sed tota est penes priorem conuentualem, qui habet curam conuentus & monachorum, Rot. dec. Farin. 112. num. 10. & sic non tenetur in monasterio residere; atque ita videtur practicari: nẽ clerici seculares habentes monasteria in commendam, nunquam, vt enimuero, in eis residet. Et caret difficultate: nam S. Congreg. Concilij censuit, non teneri residere, nec promoueri ad sacros ordines, si monasteria habent tantum iurisdictionem temporalem. Et 19. Decemb. 1596. censuit commendatarius Abbatiæ curam iurisdictionalem tantum, non autem sacramentalem habentes, nullo Concilij decreto ad residendum astringi, neque si non resideant, pœnis ab eo in non residentes constitutis arceri.* Immo & obtinens Parochialem, & Canonicatum, qui debet residere in
184 Parochiali, vt in constitutione 64. Pij V. † & in declaratione septima adducta sub d. num. 179. si non residet in Parochiali ex permissu Episcopi, debet cogi residere in Canonicatu, vt in sequenti declaratione d. S. Congregationis. Habens Canonicatũ, & Parochialem in duabus Diœcesibus, & non residens in Parochiali ex permissu Episcopi, vt tenetur ex Bulla Pij V. cogendus est ad residendum in Canonicatu.

185 Quarto dubitatur habens duas † Dignitates, seu duos Canonicatus ex dispensatione, in qua debeat residere? Et dicendum est, quod in dignior, illãs in qua maluerit, vt in sequentibus declarationibus S.
☞ Congregationis Concilij: Prima. Habens duos Archidiaconatus dignitate pares, residere potest in quo sibi placuerit: & alter est dignior, tenetur in eo residere.

Secunda. Obtinens legitimè duas Dignitates, in dignior residere tenetur, & fructus alterius lucratur, nõ tamen distributiones, & eam tertiam partem Præbendæ, quæ authoritate decreti, sess. 21. de reformat. in quotidianas distributiones est conuersa. Tertia. Obtinens duos Canonicatus tenetur in dignior residere; eius vero, in quo non residet, quotidianas distributiones perdit, in quibus distributionibus intelligitur etiam comprehensa tertia pars Præbendæ, quæ ex decreto Concilij Triden. conuersa fuit in distributiones quotidianas; sed habens plures Canonicatus dignitate pares, vbi pluribus inseruire potest, residere tenetur. Et idem est in habente duas Parochiales vnitas. vt in declaratione 14. & 16. adducta supra sub d. nu. 179.

186 Et habens ex dispensatione duo † Beneficia residentiam requirentia debet residere in eo, quod maiorem necessitatem, seu causam residendi habet: si vero æqualem habent, potest, in quo maluerit residere, vt in sequentibus declarationibus dict. S. Congregationis, Prima Archiepiscopo Ianuen. Parochiales Ecclesiæ sunt incompatibiles cum Beneficijs, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas à diuinis absentes amittunt, & illi, qui obtinent duo Beneficia, vel plura cum legitima dispensatione ante Concilium Tridentinum obtenta requirentia personalem residentiam, tenentur residere in quo est maior necessitas, nec propterea possunt alterutro priuari, amittunt quidem distributiones quotidianas eius Beneficij, cuius ministerio non inseruiunt. Secũda, Cardinali Farnesio. Canonici omnes debent in propria Ecclesia residere, & personaliter deseruire eorum muneri, non obstantibus quibuscumque; illi tamen, qui aliud beneficium ex legitima dispensatione obtinet, quod maiorem, vel æqualem causam residendi habeat, licèt non interfit muneri, quod exigit Canonicatus, non potest tamen eo priuari, nec alia pœna affici, nisi priuatione distributionum quotidianarum, nec Concilium Triden. super pluralitate beneficiorum prouidet, nisi ad futurum, præterquam in Parochialibus, quas nec etiam per dispensationem ante Concilium Tridentinum obtentam nemo, nisi vnicas retinere potest. Et idem est in habente duas Parochiales vnicas, vt in d. declaratione decima quarta, vbi dicitur, quod, si non constet quæ sit dignior, residendum est in frequentiori, & si vna, fuerit extra, & altera intra vrbem, residendum est in ea, quæ est intra, Et ad prædicta conferunt quæ tradit post hæc Gonçalez, glos. 6. num. 268. *Post Abb. in c. extirpanda, §. qui verò de Præb. num. 5. in lectura & repet. Dam. nu. 11. & Franc. nu. 5 in cap. non potest, §. Illud, de Præben. in 6. Rebuff. in praxi. tit. de dispens. ad plura beneficia, num. 72. & Hoicdam de incomp. benefic. 1. par. cap 17. num. 29. qui intelligunt & limitant glo. d. §. 2. illud verb. retinere, quæ dicit; quod habens ex dispensatione duo beneficia residentiam requirentia, potest residere in Ecclesia quam vult, vel nunc in illa; quam sequitur Io. Quint. in c. de multa. nu 169. vt procedat, quando beneficia sunt æqualia, alias debet residere in digniori.*

Sed

ciat. d. decretum 41. Concilij Compoſtellani, act. 2. & declarationes, quas infra adducemus. nu. 351. vbi vide annotata. num. 353.

117 Aduertendum eſt etiam, † quod ſtudentes in Eccleſijs Cathedralibus non gaudent. d. priuilegio de percipiendis fructibus in abſentia, vt apparet ex ſequenti declaratione Sacræ Congregationis ſuper d. cap. 1. ſeſſione 5. ibi: Scholares in Eccleſijs Cathedralibus non gaudent ijſdem priuilegijs, ſicut ſtudẽtes in ſtudijs publicis, vel academijs, interim tamen huiuſmodi ſtudentes in academijs non percipiunt diſtributiones quotidianas.

118 Quid autem ſit dicendum † de Canonico habente præbendam lecturæ Sacræ Scripturæ, ſeu Theologalem, apparet ex declarationibus ſequentibus ſuper. d. cap. 1. ibi. Dum publice in ſcholis docuerint. Idem iudicandum de docentibus in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis.

Secunda. Theologus quandiu leget pro reſidente habeatur, & recipiat omnes fructus, præter diſtributiones quotidianas, preſuppoſito, quod adſit maſſa groſſa, ſeu Præbenda. Ita inter alia reſcriptum eſt Epiſcopo Placentino, anno 1570.

Tertia. Non debentur lectori diſtributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit ex diſpoſitione iuris communis, Doct. per gloſſam vltimam in capit. quia nonnulli, de Magiſt. quos dixit Sanctitas ſua, non loqui reſpectu illius lectoris, qui in Eccleſia ſua legit, vt facit iſte, de quo hic, tamen S. D. N. Gregor. XIII. audita relatione Congregationis ex gratia illas deberi eis voluit, non modo pro illis horis, vt ſi mane legunt pro horis matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die, & ita ſæpius conſultus reſpondit.

Quarta ibi, Plene gaudeant, & fruantur, Idem cẽſendum eſt de docentibus in Eccleſijs, qui, quamuis à ſeruitio chori abſentes eſſent, poſſunt percipere fructus ſui Canonicatus, exceptis quotidianis diſtributionibus, ſed ex gratia diebus, quibus legunt, habendi ſunt ſicut præſentes in choro, & inſeruientes, vt declarauit S. D. N. Greg. XIII. vt ſupra, ſed non gaudent iſti lectores Sacræ Scripturę in Eccleſia alijs priuilegijs, quibus gaudent docentes in ſcholis publicè.

Quinta. An Theologus, vt qui diuinis pro præſente habeatur diebus, quibus legit, cenſendus etiam ſit præſens Matutinis, quæ ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine dicuntur ſero præcedenti, pro die ſequenti. Congregatio reſpondit, non cenſeri.

119 Vnde apparet, † quod, quamuis antea S. Congregatio cenſuiſſet, quod non debentur Canonico lectori diſtributiones quotidianæ, etiam pro horis quibus legit, tamen poſtea S. D. N. Gregorius XIII. voluit illas ei deberi, non modo pro illis horis quibus legit, *Ex gloſ. fin. & Doctor. in cap. quia nonnullis. de maieſtat. Gambar. de officio leg. lib. 6. nu. 22. & ſanct Rebuff. in concord. Rub. de collect. §. 1. verb. habeatur pro præſente, & tenet Alex. Monet. de diſtrib. p. 2. q. 11. à nu. 72. & D. Salaçar de Mendoça in libello de inſtit. can. cap. pœnit. in Eccleſia Toletana, dicens ex gratia dari lectori horas dum legerit.* Ex quo legit in ſua Eccleſia. *Eccleſia, & exemplo Pœnitentiarij, de quo in Concil. Trident ſeß. 24. de reform. c. 8. ad fin.* Sed etiam ex gratia pro tota die, qua legit Gonçalez. ſupra num. 180. *Leo in Theſau. for. Eccleſ. cap. 23. num. 19. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166, num. 18. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. num. 10. & ſic ſunt accipiendæ declarationes contrariæ, quas adducit Monet. ibi malè eas concordans.*

120 Id autem, † quod dicitur in his tribus vltimis declarationibus, Canonicum lecturæ ex gratia habendum eſſe pro præſenti in choro pro tota die, & ei deberi omnes diſtributiones quotidianas diebus, quibus legit, ex declaratione Gregor. XIII. intelligendum eſt quoad horas, quibus non legit, procedere ſolum in illis, qui gratiam iſtam ſpecialiter petierint, & impetrauerint, non in omnibus indiſcriminatim, vt mihi dixit Auditor Illuſtriſſimi Cardinalis Matthæi Præfecti S. Congreg. Concilij. *Et Secretarius eiuſdem S. Congregationis, qui etiam mihi dixit, quòd Congregatio habet facultatem ad concedendam iſtam gratiam, & ſuper ea dat literas.* Quæ intelligentia apparet vera, ex decreto dicti Concilij Prouincialis Bononien. 4. par. tit. de reſident. §. de cauſis excuſantibus Canonicos à reſidentia, verſic. ſicuti, & Canonicus, vbi ſic dicitur, ſicuti & Canonicus, qui Præbendam præſentialem, aut Theologalem obtinet, dum ſinguli eorum quæ propria muneris ſui ſunt fideliter exercent portiones fructuum, & diſtributionum, quas alij capiũt, conſequetur, nam ibi ſolum ei dantur diſtributiones dum legit.

121 Et ita rectè videtur procedere ſtatutum † huius noſtræ Eccleſiæ Abulenſ. quo cauetur, quod Canonicus lecturæ, qui legit ſero poſt Veſperas, habeatur pro præſenti in veſperis, & earum diſtributiones lucretur.

Quamuis in Concilio Compoſtellano, actione 2, 122 decreto 39. ſtatuatur, † quod ſcripturæ lector, ſiue ante, vel poſt meridiem ſit lectionem habiturus, omnibus horis, quæ ante meridiem dicuntur, pro præſenti, & intereſente cenſeatur, dummodo Miſſæ primæ, aut maiori adſit.

123 Ex quibus difficulter ſuſtineri poteſt † conſuetudo, ſeu ſtatutũ aliquarum Eccleſiarum, quod Canonicus, ſeu Præbendatus, qui prædicaturus eſt in ipſa Eccleſia, habeatur pro preſenti, & intereſienti in omnibus horis, & officijs per octo dies ante, meliuſ-
124 que ſuſtineri poſſet conſtitutio † d. Concilij Compoſtellani dict. decreto 39. quod prædicatori liceat quotieſcumq; ſermonem habiturus eſt per octo dies integros abeſſe, dum tamen Miſſæ maioris ſacrificio
125 adſit. Licet non careat etiam difficultate, † bene enim poteſt ſermo componi, & addiſci de nocte, quę eſt tempus ordinarium ſtudij, & etiam de die ante, vel poſt horas, & officium diuinum; maxime cum memoriæ commendari ſoleat per plures dies ante, & ad ſummum videbatur ſufficere indulgentia horarum poſt meridiem.

126 Nono dubitatur, † quæ ſit pœna Parochi non reſidentis, in quo dicendum eſt pœnam Beneficiati non reſidentis in Beneficio reſidentiam requirente eſſe priuationem Beneficij, c. conquerente. de clericis nõ reſident. vbi notant Innocent. & Panormit. nu. 3. & Bernard. Diaz in praxi crim. Canon. cap. 52. num. 3. Rebuffus tit. de diſpenſat. de non reſident. num. 12. *Et Perez de Lara de anniuerſ. & cappell. lib. 2. capitul. 8. à num. 14. & 36.*

127 Debet tamen prius moneri, † vt reſideat cap. ex p. c. qualiter, c. inter quatuor, & c. fin. de clericis non reſident. & ibi gl. & etiam Panorm. maxime in d. cap. ex. p. nu. 3. vbi ait, quod mora etiam decennalis non

eſt

est sufficiens ad priuandum quem Beneficio suo, sed oportet, quod primo moneatur vt redeat, potest tamen aliter puniri de culpa commissa. ca. si quis Presbyter, c. si quis in clero, 7. q. 1. Selua de Benefic. 4. p. q. 5. Capra reg. 91. à nu. 46. Mandos. de monitorijs q. 39. nu. 2. & Hoieda de incompatibil. benefic. cap. 18. num. 5. & Rebuffus sup.

128 Nec sufficit monitio facta † tempore datæ licentiæ, vt doc. t Panorm. in cap. quoniam frequenter, §. porrò, numero 10. vt lite non contestata, Selua d. quæst. 5.

129 Vnde propter absentiam non est quis ipso † facto priuatus Beneficio, vt notat Panorm. in d. cap. ex parte. nu. 2. Caller, & Imola in c. ex tuæ, eodem tit. Bott. de synodo. 3. p. art. 1. nu. 70. & 71. valeret tamen statutum Episcopi id di ponens. Bot. ibi nu. 96. & 146. & Rebuffus sup. nu. 13. cum alijs.

Ad procedendum tamen contra Beneficiatum
130 ratione † non residentiæ non est necessaria solemnis citatio, nec solemnis priuatio, sed sufficit requisitio, seu reuocatio, & spoliatio de facto, ita, quod non requiritur ordo iudiciarius, sed sufficit monitio præcedens, & spoliatio subsequens, vt in d. c. ex parte, cap. qualiter. cap. ex tuæ, & c. fin. de clericis non resid. & tradit Abb. in d. c. ex parte. num. 4. & in d. c. fi. num. 17. de his quæ fiunt a Prælato. Oldrad. cõsil. 195. Fel. in cap. 2. sub nu. 3. de rescript. Selua d. quæst. 5. Gregorius Lopez in leg. 16. tit. 16. pagin. 1, verb. toller. Salcedo ad Bern. Diaz, d. c. 52. additio. vlt & Azeuedo in l. 27. tit. 3. lib. 1. recopil. nu. 1. *Post Azeued. & D. Ioan. Vela de modo procedendi in caus. crimin. cap. 1, n. 16.* quicquid velit D. Sahagun. in c. 2. de sequest. possess. nu. 54. Sed requiritur ex allegatis priuatio, licèt non solemnis. Felinus supra, expressa, vel tacita, Hoieda d. num. 5.

131 In Parochiali autem, † seu beneficio Curato, nõ residens est priuatus ipso iure, ob non residentiam, ex text. in cap. extirpandæ, §. qui verò, in fi. ibi, aliquin, de Præbend. vbi inducitur priuatio ipso iure, quæ refertur ad omnia præcedentia, & sic ad duos casus, de quibus ibi, nempe, quando habens Parochialem de per se illi non deseruit, & quando habens illam annexam dignitati, seu Præbendæ, non habet in ea Vicarium canonice institutum, ex reg. cap. Inquisitioni, de appellat. cum alijs, quod clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia. de qua Francus ibi, & Pelin. in c. causam, quæ. de rescrip. & Anton. Gabr. de clausulis. conclu. 9. & plures relati per Hoiedam, d. c. 18. nu. 11.

132 Et ita, quod priuatio inducta † in d. §. qui vero, in fin. referatur ad dictos duos casus præcedentes, tenet Innocen. ibi numero 1. ad fi. dicens, quod si est annexa Præbendæ, non priuabitur Præbenda Ecclesia annexa, sed persona tantum tempore vitæ suæ, sequuntur Abba. ibi in lectura, num. 11. & in repetit. num. 13. 17. & 18. Selua 4. part. quæst. 5. & Hoieda dict. num. 11.

Ego vero contra communem longè verius exi-
133 stimo cum † glossa ibi, pœnam priuationis ipso iure, de qua in d. §. qui vero, minime referri ad casum de Parochiali annexa, sed solum ad casum de eo, qui non deseruit in Parochiali alteri non annexa; tum quia non videtur posse commodè referri ad casum de Parochiali annexa, nam sic dissolueretur vnio, saltem ad vitam Canonici, & si is infra tempus debitũ non poneret, seu non præsentaret Vicarium, Ordinarius, ad quem deuoluitur, posset prouidere de Vicario, &c. Tum etiam ex illis verbis, qui velit, & possit, quod dictum est, adimplere. quæ referenda sunt ad casum de non deseruiente in Parochiali non annexa, nempe, quod sit conferenda alij, qui velit, & possit quod dictum est adimplere, id est, per se ipsum illi deseruire, nec possunt referri ad casum de habente Parochialem annexam suæ Dignitati, vel Præbendæ, namis, cui esset conferenda, non deberet adimplere quod in illo casu dictum erat, nempè in ea habere Vicarium.

134 Nec obstat ratio contraria, † quod clausula in fine posita debet ad omnia præcedentia referri, maxime ad casum immediatum; nam respondetur, ex quo confirmatur nostra sententia, quod illa verba, nisi forte Dignitati, &c. vbi agitur de Parochiali annexa, sunt per modum parenthesis.

135 Sed est difficultas, an ad hoc, † vt incurratur prædicta pœna priuationis ipso iure, ob non residẽtiam in Parochialibus, & Beneficijs Curatis, requiratur monitio præambula, in qua difficultate partem affirmatiuam tenet Innocen. in d. §. qui vero, n. 2. ex illa regul. quod ad incurrendam pœnam requiritur præcedens monitio, quando lex loquitur negatiuè sine die, vel tempore, videlicet si non resedent, de qua Felin. in c. 2. num. 4. de magistris, Bernard. Diaz reg. 474. & alij relati per Hoiedam, d. cap. 18. nu. 12. qui num. 19. sequitur in proposito hanc sententiam Innocen. dicens, eam communem, & singularem dicunt D. Ioan. Ocon. in d. c. 1. nu. 60. & Licen. Anton. Gomez vbi sup. nu. 33.

136 Contrariam tamen sententiam, † nempè non requiri monitionem, tenent Abb. in d. §. qui vero. in lectura. nu. 12. & in rep. 2 nu. 19. ex glos. verb. reddere, in l. 1. C. de his quib. vt indignis, quam ibi sequuntur Bartol. Bald. Paulus, Angel. Alexan. & Salicet. idem Bart. in l. in cognitione, ff. ad Sillanianum, *& dicunt communem contra Innocen. Corn. in d. lib. 1. nu. 4. & Ceual. q. 195. dicens veriorem opinionem, & tenendam.* & ex c. cupientes, de elect. in 6. & doctrina Speculatoris, de citatione, §. sequitur, num. 20. pro qua facit text in c. cum dilecti, de dolo & cõtumac. facit etiam text. in cap. quamuis, de officio Ordin. in 6. ibi, quam cito commodè poterit, & faciunt 3. & 4. limitatio, quas ad reg. regulam tradunt Felin. nu. 5. & Bernar. Diaz supra, & hanc sententiam Abba. tenet Selua, d. 4. p. q. 4. & mihi magis placet.

137 Verum prædictis videntur † obstare iura supra allegata, nempè c. ex p. c. qualiter. cap. inter quatuor, cap. ex tuæ, & cap. fin. de clericis non resid. quæ requirunt priuationem, licèt non solemnem, præcedente monitione.

138 Sed, omissis solutionibus, † de quibus per Abb. Seluan. & Hoiedam supra, dicendum est, d. cap. ex par. cap. qualiter, cap. inter quatuor, & cap. ex tuæ, quatenus requirunt priuationem, licèt non solemnem, præcedente monitione, non procedere in parochialibus, stante decreto dicti §. qui vero. quod videtur posterius, & inducit in eis de nouo priuationem ipso iure, ob non residentiam, vt patet ex illis verbis, authoritate huius decreti. & hoc est quod vult gloss. in d. §. qui vero, & d. c. fi. quod est posterius, non loquitur de parochialibus, sed de beneficijs, quæ residentiam exigunt.

Ad

139 Ad d. pœna † priuationis ipſo iure ob non reſidentiam in Parochialibus, quæ forte per deſuetudinem erat abrogata, videtur hodie ceſſare ſtante S. Concilio Trident. d.cap.1. ſeſſ.23. de reform. verſic. quod ſi per edictum, vbi Concilium liberum eſſe vult Ordinarijs per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrat. & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vſque ad priuationem, compellere Parochos non reſidentes, & contumaces. Ex quibus ſatis appareret hodie, Parochum non reſidentem, etiam monitum, non eſſe ipſo iure priuatũ Parochiali, alias enim ſtatim procedendum eſſet ad declarandũ illum priuatum, & non eſſet in arbitrio Epiſcopi qua via, & quo remedio ex ijs vti vellet, vt in ſequenti declaratione S. Congregationis ſuper d.cap.1. ibi, compellere arbitrij eſt Epiſcopi qua via, & quo remedio ex ijs vti velit, contra non reſidentes. Et facit alia declaratio, quæ ſic ait. Parochus, qui non vult in ſua Parochiali reſidere, debet ſeruato iuris ordine priuari. Non dicit declarari priuatus, requiritur ergo priuatio, & ita videtur ſentire Flam. Pariſ. de reſignatione Benefic. lib.1. cap.10. nu.61. qui ait ſtilum ſeruare, vt ſi habentes curam animarum diſcedant abſque licentia Epiſcopi, poſt monitiones poſſint priuari, vt etiam exprimitur in dict.cap.1. verſic. quod ſi per edictum. *Ex quibus etiam apparet, quòd ad priuationem parochi ob non reſidentiam non eſt neceſſarium, quòd procedat priùs per alias pœnas, nempè per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, quicquid velit Rota in vna Salamant. del Pedroſo 5. Decemb. 1567. coram Cardinali Seraphino, vbi fuit dictum, ſententiam eſſe nullam, niſi ſeruetur forma Concil. Trident. d.c.1. ibi, Per cenſuras Eccleſiaſticas, ſequeſtrationem, aliaq; iuris remedia, &c. vt refert Genuenſ. in praxi cap.122. circa finem, & quicquid velit Vgolin. de offic. Epiſc. 15. §.4. nu.4. nam Concilium id relinquit libertati ordinarij, ibi, liberum eſſe vult, &c. & patet ex dicta declaratione S. Congreg.*

Similiter obtinentes in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs Dignitates, † Canonicatus, Præbẽdas, aut Portiones, ſi non reſideant, vt debent, etiam
140 moniti non poſſunt hodie ſtatim priuari, ſed primo anno, & prima vice ſolum eſt priuandus vnuſquiſq; dimidia parte fructuum, quos ratione etiam Præbẽdæ, ac reſidentiæ fecit ſuos, & pro 2. omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit, creſcente vero contumacia contra eos iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones eſt procedendum, nempè ad priuationem, vt intelligunt Flamin. Pariſ. ſupra, num.63. D. Ioan. Ocon. in d.cap.1. num.60. & Lic. Anton. Gomez d.cap.7. ad 4. clauſulas, num.35. *Et D. Ioan. Vela d.cap.1. de modo procedendi in cauſis crimin. num.16.* Ex decreto S. Concilij Tridentin. ſeſſione 24. de reformat. cap.12. verſic. præterea obtinentibus. Et ita S. Congregatio Concilij ait, Redarguitur Epiſcopus, qui primo anno in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia non reſidentem priuat. Idemque à fortio-
141 ri † videtur dicendum in alijs Beneficijs ſimplicibus reſidentiam requirentibus.

142 Et in vna † Caurien. de anno 1592. S. Congreg. Concil. declarauit. Capitulares, vel Dignitates habentes in Cathedralibus pro primo anno abſentiæ ſolum priuari dimidia parte fructuum ſuæ Dignitatis, vltra diſtributiones quotidianas, quas perdunt & hoc procedere etiamſi primo anno nullo die reſe-
143 deret tales Capitularis, † cenſuit etiam S. Congreg. quod intelligitur de omnibus fructibus tam Præbendæ, quam reſidentiæ, quibus pœnis etiam ſubiacent, qui maiori ſeruitio ſunt aſtricti, quam in d. decret.
144 ſtatuitur, vt in ſequenti † declaratione S. Congreg. ſuper eo. Canonici, qui maiori ſeruitio Eccleſiæ, de quo in hoc decreto, ſunt aſtricti, ijſdem pœnis, de quibus hic, ſi non reſederint, ſubiaceant.

Et ad prædictam pœnam fructuum non eſt opus
145 prævia † monitione, vt reſideat, vt clarè colligitur ex d. decreto, & cenſuit S. Congregatio his verbis, Cong. cenſuit Canonicos non eſſe citandos, aut monendos ad reſidentiam, nec opus eſſe intimatione, vt deſeruiant iuxta formam huius decreti, ſed ſi abfuerint vltra tres menſes, citandos eſſe ad allegandũ quare non debeant puniri ſecundum hoc decretum, & oportere cenſuit Cong. bonum iudicem arbitrari quãto tempore debeat vltra tempus permiſſum abſentes expectare, antequã contra eos pœnas exequatur. *Refert Leo in Theſ. for. Eccleſ. c.33. nu.33.*

Huiuſmodi fructus, quibus ob non reſidentiam
146 Canonici priuandi † ſunt, debent applicari in vſum Eccleſiæ & vtilitatem illius, ex Congregationis ſententia, vt in declaratione ſequenti, Fructus, Præben. quibus Canonici, qui abfuerunt à ſeruitio Eccleſiæ vltra tres menſes, priuandi ſunt, ex hoc decreto applicandi ſunt in vſum Eccleſiæ, & vtilitatem illius. Et in declaratione infra adducta, nu.150. & in 2. adducta num.432.

Intelligendum tamen eſt applicandos eſſe Eccle-
147 ſiæ, & eius † fabricæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij, non excludendo tamen fabricam ipſius Eccleſiæ, cum ſit etiam pius locus, & vt dicitur in declaratione ſupra adducta. num.31. poſſit in dies indigere, ex decreto Concilij. ſeſſ.22. c. 3. de reformatione, & declaratione inf. adducta nu. 426. & prima adducta, num.432. quamuis Nauarr.
148 conſ.3. de Clericis non † reſiden. nu.1. reſpondeat, quod videntur applicandi illi operi pio, in quod arbitrabitur is, qui priuauerit, cum non ſit determinatum à Concilio, ex l.1. ff. de iure deliberand. cap. de cauſis, §.1. de offic. deleg. quod cõuincitur ex decreto Concilij, d.c.3. vbi id alias determinatur in ſimili. Circa quod vide dicta infra, 2.d.dubitat.20. à n.433.

149 Et iſta pœna non poteſt remitti ab Epiſcopo, † cum non poſſit diſpenſare contra Concilium, vt per Nauarr. vbi proximè. *Vgolin. de officio Epiſcop. cap.19.*

150 Quamuis ante ſententiam † poſſit ex cauſa eam minuere, vel augere ad l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his, qui notant. infam. & Tiraquel. de pœnis in præfatione, à num.16. *Et Couarr. variar. lib.2. cap.9. num.8. Nauar. in Rubr. de ind. numer.99. D. Sagabum in cap. at ſi clerici, §. de adult. de iud. à num.45. Emmanuel Rodriquez del orden judicial cap.12. num.12. & Suarez de legib. lib.5. cap.11. Salas diſp 15 ſect.8.* Cum alijs, & cenſuit S. Congreg. Concilij his verbis. Fructus præbendæ, in quibus Canonici abſentes vltra tres menſes mulctantur, ſunt applicandi Eccleſiæ, ad vtilitatem ipſius, poteſt tamen Epiſcopus hanc pœnam ante ſententiam minuere, vel augere, ſed non in totum tollere.

151 Si tamen Epiſcopus taceat, & diſſimulet, † & nõ priuet, non tenebitur Canonicus abſens fructus illos, quos alias fecit ſuos, reſtituere in foro conſcientiæ, in quo nemo tenetur ſoluere pœnam, præſertim

non

non impositam ipso iure, sed imponendam per sententiam, vt est ista, donec condemnetur à iudice, sed peccaret Episcopus, si absque iusta causa dissimularet eum punire, ita recte tradit Nauarr. d. consil. 3. de clericis non resid. nu. 3. *Vgol. d. c. 19. nu. 6.*

Et quod illa pœna sit imponenda per sententiam
152 † patet ex verbo, priuetur, quod non operatur ipso iure, sed per sententiam. Tiraquel. in leg. si vnquam, verb. reuertatur. nu. 177. cum alijs, & in terminis Rota in causa Caurien. fructuum, coram D. Otano, 10. Aprii. 1592.

153 Si vero Canonicatus, † seu Prebenda nullos haberet fructus in absentia, sed omnes residendo lucri fierent, tunc qui nunquam resedisset pro primo & 2. anno, & sic non haberet tunc fructus, quibus priuari posset iuxta d. decretum, puniendus esset pœna arbitraria, cum non sit pœna determinata, citra tamen priuationem, iux. dicta.

154 Decimo dubitatur, † quomodo sit procedendum contra non residentes, maxime ad priuationem. In quo dicendum est, quod, vt quis priuetur Beneficio, ob non residentiam debet absentia esse semestris, & prius trina monitio per edictum cum competenti termino præcedere; alioquin est nulla priuatio, vt sæpe Congregatio Concilij respondit, vt in sequentibus declarationibus super dicta cap. 1. ibi. Quod si per edictum citati, respicit modum procedendi contra absentes, ibi, vsque ad priuationem, intelligendum inclusiue, vsque ad priuationem, dum tamen præcesserint tria edicta publica, & lapsi sint sex menses, iuxta cap. ex tuæ, de clericis non residen. Et docent Abb. in d. c. ex tuæ, idem Abbas & DD. in cap. quoniam frequenter, §. porro, nu. 10. & 11. vt lite non contestata. Selua 4. par. q. 5. Marant. in speculo aduoc. 6. part. de citatione, num. 91. Zerola in praxi Episcopali, 1. part. verb. priuatio. §. 3. & 4. & Zecchus de republ. Ecclesiastica, tit. de Beneficiatis, num. 6. versic. quod attinet verò ad praxim. *Leo d. cap. 33. num. 14. Gennens. in praxi d. cap. 112. allegans consilium Abbatis 67. par. 1. quod sequitur Felin. in c. consuluit. nu. 13. de offic. deleg. & fuit, inquit, in Rota approbatum coram Cardinali Seraphino 5. Decemb. 1567. in d. Salaman. del Pedroso, & Vgol. de officio Episcop. cap. 5. §. 4. num. 4. & Piasecius sic intelligens in praxi Episc. part. 2. cap. 3. nu. 10.*

155 Ex quibus id intelligitur, † quando nescit vbi absens sit, vel commode personaliter citari non potest, alias debet personaliter citari, seu moneri, non tamen requiritur trina monitio, sed sufficit vna, etiam extraiudicialis, iuxta supradicta, nec debet expectari per sex menses, sed tempus erit arbitrarium. *(quamuis Cenallos quæst. 809. à nu. 17. dicat esse personaliter citandum vbi habetur notitia loci vbi est, etiamsi sit extra Regnum, & in partibus Indiarum: & ita fuisse iudicatum in Consilio Archiepiscopi in quadam causa capellaniæ.)* Et ita fuit resolutum in vna Gienen. Canonicatus de Vbeda, 11. Decemb. 1587. coram Illustrissimo Mantica, & in vna Zamoren. Capellaniæ 12. Iun. 1589. coram eodem, & in causa Terdonen. Præposituræ 17. Martij, & 5. Iun. 1600. coram Illustrissimo Seraphino, vt in decis. sequentibus.

*Gienen. Canonicatus de Vbeda, 11. Decembris, 1587. coram D. Mantica.*

156 † FVit apud me dubitatum, an Ordinar. Gienen. legitime priuauerit Canonicatu Andream de Godoy, propter non residentiã, & Domini dixerunt priuationem non esse legitime factam, nam clericus qui non residet in sua Ecclesia, priusquam Beneficio priuetur, debet personaliter citari, vt eius contumacia conuincatur. cap. ex p. el 1. de clericis non residen. cum consimil. Abbas in cap. quoniam frequenter. §. porro, nu. 10. vt lite non contest. & si personaliter citari non possit, quia ignoratur vbi sit, vel longe absit, ita vt commode non valeat citatio ad ipsum peruenire, debet in eius Ecclesia trinæ citationis edictũ publicari, & post vltimum edictum per sex menses expectari, vt colligitur ex c. ex tuæ, de Clericis non resident. & ita intelligit d. Ioann. Andr. ibidem in princ. & Ioan. Anania, num. 1. Abbas num. 10. idemque abbas apertius, scribit. conf. 67. nu. 2. lib. 1. quare cum supradictus Andreas de Godoy, post vltimũ edictum propositum, nondum sex mensibus elapsis fuerit præcipiti festinatione priuatus, huiusmodi citatio legitime facta dici non debet, & ideo non valet cap. erit autem lex. 4. distinct. l. 1. §. item cum contra. ff. quæ sententiæ sine appellatione, l. si expressum. ff. de appellat.

*Terdonen. Præposituræ 17. Martij 1600. coram D. Decano.*

157 † FVit resolutum Camillum esse manutenendum in possessione præposituræ, nam de eius possessione ante priuationem constat publico instrumento, neque ea controuertitur, sed tantum ex aduerso dicitur eum per sententiam latam ob non residentiam priuatum fuisse omni iure, & possessione, & ab ea non dari appellationem, ad effectum suspensiuum. cap. relatum, & cap. conquerente. de Clericis non residentibus. Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de reform. Verum Domini vnanimiter contrarium censuerunt; nam dixerunt hanc sententiam fuisse nullam. Cum. n. fuerit lata contra absentẽ, requirebatur trina citatio per publicũ edictũ in loco Beneficij, c. ex tuæ, de Clericis non residen. & fuit alias corã me resolutũ in causa Salamantina del Pedroso 5. Decem. 1567. & à Sãct. Congreg. in vna Vmbraticen. cuius copia data fuit.

Deinde requirebatur, vt expectaretur per sex menses, antequam deueniretur ad priuationem. d. cap. ex tuæ. quæ forma hic non fuit seruata, nam vnica citatio executa fuit in loco Beneficij, deinde infra duos menses nimis festinanter processum ad priuationem non perpensis prius causis excusationis, an essent legitimæ, nec ne. Neque obstat, quod præfata procedant vbi procedditur contra ignorantem, non autem contra eũ qui habuit certam, & indubitatam scientiam emanatæ citationis, quia nõ probatur hæc scientia; quod enim allegatur de comparitione fratris proponentis excusationem, non concludit scientiam Præpositi, cum non constet de eius mandato, immo adest præsumptio in contrarium, cum præpositus habita notitia sententiæ constituerit procuratorem

quendam alium ad appellandum, qui in tempore appellauit, & ideo cum eſſet abſens, vel ſciebatur quo in loco eſſet, & tunc erat perſonaliter citandus, aut ignorabatur, & erat ter citandus in loco Beneficij per edictum, iuxta diſtinctionem gl. in cap. quoniam frequenter, verb. Canonibus definitum, vt litè non conteſt. quorum neutrum factum fuit, nam ſi præceſſiſſet perſonalis citatio, vtique etiam non expectatis ſex menſibus, potuiſſet Ordinarius procedere ad priuationem, vt fuit reſolutum in cauſa Zamoren. 12. Iunij 1589. coram Illuſtriſs. Mantica, & hoc obſeruatur tam in eo, qui eſt abſens cum licentia, quam ſine licentia, vt probatur in d. gl. Non obſtat, quod ſententiæ executio non potuerit ſuſpendi per appellationem, quia hoc locum habet, vbi ſententia lata eſt, ſeruato iuris ordine, quia ſententia nulla nullum parit iuris effectum, quare concluſum, Camillum eſſe manutenendum.

## *In Eadem coram eodem 5. Iunij 1600.*

158 ☞ DOmini perſtiterunt in reſolutis cum enim Camillus nunquam fuerit perſonaliter citatus, & trina citatio per edictum non fuerit rite executa, cõſequens eſt ad priuationem minus legitime proceſſum fuiſſe, neque poteſt ſuſtineri ex ſcientia citationis emanatæ, quam deducunt ex aduerſo informantes pro Tomerio ex mandato dato ad hanc cauſam & comparitione Procuratoris Camilli, ex qua ſanatur defectus, ſi quis intercenit, ad deciſ. 11. de dolo, & contumac. in nouis, & fuit dictum coram me, in cauſa Lunen. & Sarzanen. 23. Octobr. 1598. quia ad hunc effectum, vt ex mandato dato ad hanc cauſam oriatur probatio habitæ notitiæ citationis, requiritur mandatum ſpecificum ad illam cauſam, vt colligitur ex verbis deciſionis præfatæ vbi, procuratores ad cauſam huiuſmodi proſequendam conſtituant. Et colligitur ex notatis per Vantium de nullitat. tit. fin. num. 123. verum iſto caſu ſatis ex tenore mandati colligitur procuratorem fuiſſe conſtitutum generice, reſpectu moleſtiarum ſibi illatarum, quæ poſſunt intelligi circa iuriſdictionem, ſuper qua plura emanarunt præcepta, neque refert quod ratificauerit geſta per alios nam hic non inſurgit ſcientia principalis, neque etiam ex eo, quod reſponderit citationi, quia hoc vigore generalis mãdati facere potuit. Neque obſtant aliæ monitiones deductæ, quia non poſſunt trahi ad hoc iudicium de nouo cõtra Camillum cœptum, & coadiuuantur prædicta, ex eo quod ex literis ſcriptis ad S. Congregationem conſtat Ordinarium ſciuiſſe, vbi moraretur Camillus, & ideo debebat curare, vt ibi citaretur, & ſeruanda erat forma in Concilio præſcripta, vt alias dictum fuit, ſed dato etiam, citra veri præiudicium, quod rite proceſſum fuiſſet, reſpectu citationis, tamen excuſari non poteſt iſte proceſſus à nimia feſtinatione, & præcipitatione, maxime, cum per procuratorem allegarentur cauſæ excuſationis, quæ veniebãt diſcutiendæ, etiam quod per procuratorem comparitum fuiſſet, Capra. concluſ. 91. num. 46. quę fuit ratio conciliaris diſpoſitionis præfinientis ſpatium ſex menſium, & ita concluſum ſtandum eſſe in deciſis.

159 In qua etiam cauſa, coram D. Coccino, † primo Decembris 1600. & 23. Februarij 1601. domini cenſuerunt.

☞ Dandam eſſe remiſſoriam, ex quo verſabamur in profanis, nam hic ſolum agitur ſuper validitate ſententiæ priuationis de præpoſitura ab Ordinario latæ quam Camillus obtinuit, appellatione interpoſita in Rota reuocari, cum impoſitione ſilentij fiſco, & Alberto, qui ab eod. Ordinario poſt d. priuationem de dicta præpoſitura prouiſus venit ad cauſam ratione ſui intereſſe.

Ideoque, cum non ageretur ſuper titulo Beneficij, materia cenſebatur profana, Achill. deciſ. 1. de penſio. Puteus deciſ. 498. nu. 2. lib. 2. & fuit dictum in Caſalen. præpoſiturę, 9. Iun. 1589. coram D. Gipſio: quibus ſtantibus remiſſoria ſolet cõcedi, in qualibet inſtantia, & abſque fumo, & quoad releuãtiam domini pro maiori parte cenſuerunt articulos eſſe releuantes.

160 Ad procedendum verò contra † abſentes ad alias pœnas, præter priuationem non videtur neceſſaria trina citatio per edictum, ſed ſufficiet vna peremptoria, quamuis trinam etiam requiri ad priuationem fructuum tenuerit Rota in d. Caurien. fructuum, coram D. Orano, 10. Aprilis 1592. iuxta tradita per Abb. d. conſ. 67. p. 1. & Felyn. in c. conſuluit, num. 13. de offic. deleg. qui tamen loquuntur in terminis d. c. ex tuæ. de priuatione Beneficij, nec etiam erit neceſſarium expectare per ſex menſes.

161 Nec executio d. pœnarum contra Parochos † nõ reſidentes ſuſpendi poteſt priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, ſtatuto, conſuetudine, etiam immemorali, ſiue appellatione, aut inhibitione, vt in d. cap. 1. ſeſſ. 23. verſic. quod ſi per edictum, & tradunt D. Ioan. Ochon. in d. c. 1. de clericis non reſidẽt. in 6. num. 60. Licentiatus Antonius Gomez, in d. explicatione Bullæ, c. 7. ad 4. clauſulam, nu. 35. & 36. & D. Sahagun. in d. c. 2. de ſequeſtratione poſſeſſ. num. 54. dicentes, Concilium ibi dum diſponit executionem ſententiæ per appellationem, ſeu inhibitionem, non impediri, generaliter accipiendum eſſe contra abſentes, ſiue obedientes, ſiue contumaces, & ita in ſupremo Senatu obtinuiſſe, quamuis in hac Metropoli Compoſtellana, & in Puiciano prætorio antea non ſemel iudicatum fuiſſet, obtinere tantum contra pertinaces, & contumaces.

Concilium vero ibi ſolum tollit appellationem
162 ſuſpenſiuam, † vt patet, non vero deuolutiuam, vt in terminis aliorum decretorum eiuſdem Concilij, vbi remouetur appellatio, ſæpè S. Congregatio cenſuit.

163 Vndecimo dubitatur, † an prædicta obligatio, & onus reſidentiæ perſonalis ſolum procedat, & locum habeat in habentibus vere Curam animarum, & Beneficia Curata, nempè qui ſuo nomine, & ſingulariter ſunt Parochi, & Rectores Eccleſiæ, an vero procedat etiam in habentibus exercitium Curæ, vt in Eccleſijs, in quibus Cura per plures adminiſtratur, quarum Beneficia non ſunt proprie curata, ex conſil. Oldradi 67. de quo infra 9. parte capitul. 2. dubitation. 7. numer. 175. & in Beneficijs alias ſimplicibus habentibus adminiſtrationem, & exercitium Curæ.

164 Et breuiter dicendum † videtur etiam in illis procedere, nam re, & effectu iſti habent Curam animarum, nec ius diuinum, & naturale attendit ſubtilitates, ſed effectum, & ſubſtantiam. & Concilium d. capit. 1. ſeſſ. 23. & capitul. 3. ſeſſ. 7. de reform. abſolutè,

ſolutè, & generaliter loquitur de Beneficijs, habentibus Curam animarum; pro quo etiam facit, quod non ſolum reſidere teneantur habentes Parochialem,
165 † & Beneficium Curatum in titulum, ſed etiam habentes in commendam, Concilio Trident. cap. 2. ſeſſ. 6. de reform. & d. cap. 1. ſeſſ. 23. verſic. eadem omnino, iuncto principio ibi, quocunque nomine, & titulo præfectos.

166 Et eſt declaratio S. Congregationis † Concilij, ☞ quæ ait. Cum de iure communi obtinens Beneficiũ curam animarum iuriſdictionalem habens teneatur reſidere, & ſacris initiari extrauag. execrabilis, de præb. & gl. ibi. idem Congregatio cenſuit intelligi de commendatarijs, per omnia enim æquatę ſunt hodie commendæ titulis.

167 Faciunt etiam † pro prædicta reſolutione ſequẽ- ☞ tes declarationes eiuſdem S. Congregationis, Prima, An obtinens Eccleſiam baptiſmalem, cui incumbit ſola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & exiſtentes ſub cura Archipresbyteri, teneatur ad reſidentiam, præſuppoſito, quod in Eccleſia Archipresbyter, præter Baptiſmum, cætera Sacramenta adminiſtrat. Congregatio cenſuit teneri ad reſidentiam, ad minus tanquã coadiutorem Parochialis Eccleſiæ 1587. Secunda. Etiam perpetui coadiutores reſidere tenẽtur, ſicut veri Curati, etiamſi in alijs Beneficijs ſeruirent in Cathedralibus. Tertia, An Capellani coadiutores Rectorum Parochialium cum Capellanijs perpetuis inſtitutis authoritate Apoſtolica teneantur ad perſonalem reſidẽtiam, vt Rectores ipſi. Congregatio cenſuit teneri, & eos dũtaxat excipi, qui ex inſtitutione poſſunt per alium ſeruire, vel quibus nulla expreſsè reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta eſt, vnde & Ordinarius tenetur eos cogere, ſicut ipſos Rectores, nec poteſt cum aliquo huiuſmodi diſpenſare, quo ad reſidentiam, niſi vt cum Rectoribus Epiſcopus poteſt, eodemque iure examinandi, quo Rectores ad Parochiales ex. cap. 18. ſeſſ. 24. quin Canonici Cathedralis, ſeu aliarum Eccleſiarum Beneficium huiuſmodi obtinentes, tenetur, & ſimiliter cogi debent per Epiſcopum ad perſonaliter deſeruiendum in dictis Beneficijs, dimiſſo ſeruitio imminente ratione Canonicatuum, & Præbendarum ſuarum Eccleſiarum, etiam ex conſtitutione Pij V. ſuper reſidentia facienda in Parochialibus per eas obtinẽtes ac Canonicatus. *Quam declarationem quoad primam eius partem affert Gonçalez glo. 5. §. 9. num. 17. & ſumm. Bullar. verb. reſidentia, verſic. præter Summiſtas.*

*4. In diœceſi Veronenſ. extant quædam Eccleſiæ plebanales, quæ pro redditus habent decimas omnium frugum in tota earum parochia. Sed quia forſam ob populi multitudinẽ ſolus Archipresbyter non ſufficiebat in celebratione diuinorum, & ſacramẽtorum adminiſtratione, ſubtracta quadam portione dictarum decimarum pro victu alterius ſacerdotis, antiquitus creata fuit in earum ſingulis noua capellania, quę datur in titulum perpetuum, & per ordinarium in caſu vacantia confertur ſacerdoti cum onere celebrandi certos miſſas, & coadiuuandi in cura dictæ Eccleſiæ plebenalis. Quæritur, an dicta capellania poſſit appellari beneficium incompatibile cum alio curatu. Secundò, quòd illius rector ſubiaceat diſpoſitioni capituli licèt canon. de elect. in 6. Tertiò, an comprehendatur ſub decreto Concil. Trid. loquentis de reſidentia curatorum. Congregatio cenſuit eſſe beneficium incompatibile, ſi obtinens illam capellaniam velit nunc acquirere aliud beneficium, quod vel curatum ſit, vel aliàs perſonalem reſidentiam requirat. Ad ſecundum cenſuit, non ſubiacere d. cap. licet canon. Ad tertium reſpondit, comprehendi ſub decreto. Concilij loquentis de reſidentia, non tamen tanquam curatorum.*

168 Si enim coadiutores, † qui pro alio curam exercent, tenentur reſidere, ſicut veri Curati, tenebuntur etiã ſimiliter reſidere Beneficiati habentes curę exercitium, & adminiſtrationem Sacramentorum, licet illa per plures exerceatur, & adminiſtretur. *Et ita planè tenet Leſſius de inſt. & iur. lib. 2. c. 34. num. 160.*

169 Et iſta tertia declaratio, † quatenus dicit non teneri ad reſidentiam illos Capellanos coadiutores Rectorum qui ex inſtitutione poſſunt per alium ſeruire, vel quibus nulla expreſſe reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta eſt, intelligenda videtur, quando in inſtitutione expreſsè dicitur, quod non teneantur ad reſidentiam perſonalem, ſi enim intelligeretur, non teneri ad reſidentiam, ſi in inſtitutione reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta non eſt, potius iſta deberet eſſe regula, quam exemptio, & quoad obligationem reſidendi, non eſſet differentia inter iſtos Capellanos coadiutores Rectorum, & alios non habentes tale onus, & comprobatur etiam iſta intelligentia ex ſecunda declaratione adducta, *Et etiam ex quarta*.

170 Sed id, quod dicitur † de Beneficijs ſimplicibus, ſeu Capellanijs habentibus adminiſtrationem, ſeu exercitium Curę, aut onus adiuuandi Rectorẽ, quod ea obtinentes teneantur ad perſonalem reſidẽtiam, procedit vbi eſt ordinatio, ſeu conſuetudo, quod illi eo ipſo ſint coadiutores Parochi, & abſq; alia licentia Ordinarij eum adiuuent, ſeu per eos adminiſtrent Sacramenta; ſecus vbi eſt conſuetudo, ſeu ordinatio, quod illi aut ſeruitores, ſeu Vicarij eorum adiuuent Parochum in adminiſtratione Sacramentorum, maxime habita licentia Ordinarij, in his enim non requiritur perſonalis reſidentia, vt in Beneficio del Tiemplo huius Diœceſis Abulenſis.

171 Et quando Ordinarij † licentia debet haberi, parum refert, quod illi per ſe deſeruiant, aut per Vicarios, ſeu ſubſtitutos, cum ad id per Ordinarium approbari debeant, & ſic vbi ex conſuetudine debent adiuuare Rectorem, ſeu per eos adminiſtrare cum licentia Ordinarij obtinentes Cappellanias, ſeu Beneficia ſimplicia quæ alias ad reſidentiam non obligãt, non requiritur perſonalis reſidentia, niſi conſuetudine expreſsè habeatur, quod neceſſario, per ſe id faciant, licet ſecus vbi à principio in inſtitutione id caueretur.

172 Decimo ſecũdo dubitatur, † an Parochi, quibus à Papa datus eſt coadiutor perpetuus cũ futura ſucceſſione, teneantur ad reſidentiam, an vero per datione coadiutoris eximantur, & exuſentur à reſidentia. Et videbatur eos non teneri ad reſidentiam, quia ad hoc datur eis coadintor, vt pro eis curam, & officium exerceat, & ſcio quendam Parochum opulentæ Parochialis habentem talem coadiutorem nũquam in ea reſediſſe.

173 Sed cum reſidentia in † Parochialibus ſit de iure diuino, & naturali, vt ſupradictum eſt in princ. non auderem propterea excuſare Parochum à reſidẽtia, & cura animarum, quatenus eam exercere valeat; nec intelligendum videtur Papam ei dare coadiutorem ad eximendum eum omnino à reſidentia, & cura animarum ei incumbente, ſed vt eum adiuuet;

374 etenim per dationem coadiutoris, † non transfertur tota cura animarum in coadiutorem, ablata Paro cho adminiſtratione.

375 Facit declaratio S. Congregationis † Concilij, quæ ait, Rector, qui habet Vicarium perpetuum in eius Parochia, ſiue Rectoria poteſt, & debet compelli ad perſonaliter reſidendum, niſi tota cura animarum translata fuerit legitime in ſolum Vicarium per-
376 petuum. Et alia ſic ait, Parochus † Eccleſiæ, in qua fuit conſtitutus Capellanus, cui ex inſtitutione Capellaniæ impoſita ſunt tota animarum cura, ſeu perpetua Vicaria, quoad Capellanus vixerit, non tenetur in ea reſidere. conſonat Concilium Prouincia-
377 le Bononien. 4. par. tit. 6. de reſidentia. † §. de cauſis excuſantibus à reſidentia Curatos, verſic. ſi etiam, vbi ſic habetur. ſi etiam datus fuiſſet Parocho Vicarius perpetuus, in quem tota animarum cura, atque adminiſtratio legitime translata fuiſſet à Parocho abdicata, erit à reſidentiæ munere excuſandus, de quo Gonçalez glo. 6. nu. 97.

378 Eſt etiam alia declaratio S. Cong. † quæ ſic ait, arguuntur Epiſcopi, qui cauſa infirmitatis conſtituũt in Parochialibus Eccleſijs Vicarios perpetuos, data etiam facultate Rectori de non reſidendo, & alia quæ ait, Parochus debet reſidere in loco, vbi ſita eſt Eccleſia Parochialis etiam ſi eſſet ei datus coadiutor ratione infirmitatis, quæ bene facit in propoſito. *Et alia, quam affert Gonçalez glo. 5. §. 9. num. 30. Propter deputationem coadiutoris, parochus, cui datus eſt coadiutor, non poterit abeſſe à reſidentia, refert & ſequitur ſum. Bullar. verb. reſidentia. ſub verſic. præter Summiſtas, Vgolin. de officio Epiſcop. c. 15. §. 3. ad fin, & c. 54. nu. 3. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. nu. 27.*

379 Tandem circa reſidentiam † Parochorum notandæ ſunt ſequentes declarationes S. Congreg. Concilij ſuper d. cap. 1. ſeſſ. 23. Prima. Per motum proprium Sanctiſſimi Domini noſtri publicatum menſe Junij 1568. ſuper reſidentia Canonicorum habentium Parochiales, non fuit ablata Ordinarijs facultas ita, & taliter, quod non poſſint iuxta formam decreti Concilij Trident. ex aliquibus iuſtis cauſis licentiam concedere recedendi à Parochiali ad aliquod tempus, modo ea vtantur intra limites præſcriptos ab eod. Concilio Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. Secunda Epiſcopo Piſtorien. quod attinet ad primum poſtulatum de cap. 2. ſeſſ. 6. an videlicet diſpenſari poſſit cum infirmis, ac decrepitis, ita vt eorum Eccleſiæ, quæ perſonalem reſidentiam requirunt, ob id à perpetuis Vicarijs ſeruiantur; item an ſit diſpenſandum cum eis, qui propter monialium, vel hoſpitaliũ curam in Eccleſijs, quas in montibus obtinent, non facile reſidere queũt, amplitudo tua id efficiet, quod diffinitum eſt cap. 1. ſeſſ. 23. de reform. quo non amplius id permittitur, quod in dict. cap. 2. ſeſſ. 6. erat relictum arbitrio Ordinariorum, ſed omnino imponitur neceſſitas reſidendi. Tertia, Inter cauſas abſentiæ connumeratur infirmitas curabilis, aeris intemperies certo anni tempore, & quando ita ſolitum eſt fieri ab omnibus Sacerdotibus, præſertim alienigenis, & ad tempus. Quarta, An propter intemperiem aeris, relicto ibi Vicario approbato, Parochus non inde oriundus poſſit alibi habitare. Congregatio cenſuit non poſſe, ſi tamen Rector infirmus eſſet, & in loco Parochialis curari non poſſit defectu medicorum, medicinarumue, tunc poſſe ab Ordinario dari ei dilationem trium, aut quatuor menſium, vt in locis vicinioribus maneat recuperandæ ſanitatis cauſa, interea ab ipſo Ordinario in Parochiali idoneo Vicario cum congrua portione ex reddicibus Parochialis conſtituto, nam hoc caſu per quatuor menſes diſpenſat Epiſcopus. Conſonat Concilium Mediolanen. 5. par. 3. tit. de reſidentia, verſic. ne Parochus. & Concilium Bononien. d. 4. p. tit. 6. de reſidentia. §. de cauſis excuſantibus à reſidentia Curatos, verſicul. in Parochis. Quinta, Graues inimicitiæ culpa Parochi non contractæ, & poſt obtentam Parochialem exortæ excuſant à reſidentia, & cum talibus Epiſcopis conceditur diſpenſare per annum, vt in alio vicinjori, ac tutiori loco manere poſſint, dummodo in Parochiali expenſis Rectoris maneat idoneus Vicarius, ac interim curare debet Epiſcopus, vt inimicitiæ extinguantur, ſi id perficere non poteſt, reſcribere debet ad Cardinales Congreg. Concilij, cuius culpa factum fuit, quominus reconciliatio proceſſerit. Concordat d. Concilium Mediolanen. 5. vbi ſupra verſic. nec præterea, & dict. Concilium Bononien. ſupra verſiculo æque ob graues, & vide circa hoc declarationem 5. ultra adductam, num. 323. & aliam num. 352. Sexta. Propter inimicitias, quæ ſuperuenerunt ſine culpa Parochi datur annus, & crescentibus inimicitijs datur alius annus, ſed odium ſolum Parochi animorum non ſufficit, neque ſi omnes fere fructus eſſent alijs relegati, neque continua aeris intemperies, neque ſi eſſet neceſſarius magiſter Ludi, ſeu Grammaticæ in ciuitate, ſiue oppido, neque ſeruitium Epiſcopi, etiam ad tempus. Septima. Parochialem Eccleſiam habens cum Canonicatu in Parochiali reſidere debet, quod eſt conforme Bullæ Pij V. quæ incipit, Cupientes, & percipit fructus Præbendæ, & ſolum eius diſtributiones quotidianas perdit, & ſic quod præterea abſentes iuſta alia de cauſa non percipiunt. Si autem Canonicatus eſt in eodem loco, vbi eſt Parochialis, poteſt vtrique ſeruire, & quotidianas diſtributiones percipere; ſi autem alter ab altero diſtet per leucam, aut dimidium leucæ, etiamſi Canonicatus eſſet in Cathedrali, tenetur nihilominus in Parochiali reſidere, quod procedit, non obſtante quacunque nobilitate Canonicorum, aut eccleſiæ Cathedralis, etiam Metropolitanæ, vide declarationem adductam ſupra num. 114. & infra nu. 338. Octaua. Reſidens in Parochiali, quæ non longe abeſt à Collegiata, in qua Canonicatum obtinet, diebus ferialibus ad Eccleſiam Collegiatam accedere, & in ea diuinis inſeruire poteſt, dummodo omnibus diebus, & horis ſuis debitis, & congruis Parochiali inſeruiat, & nihil prorſus relinquat ex debito ſeruitio ipſius Parochialis. Nona, in Monaſterijs, & Abbatijs, quæ Cura, & Conuictu carent, non eſt neceſſaria reſidentia. Decima, Præpoſitura, licet tantum ſit iuriſdictionalis, intelligitur tamen eſſe comprehenſa in Bulla S. D. N. Pij V. de reſidentia Parochorum, quæ incipit. Cupientes. Vndecima. Vicarius amouibilis in exercitio Curæ animarum arguit curam eſſe penes deputantem, & adeo ipſum teneri ad reſidentiam. Duodecima, Non tenetur reſidere in Prioratu Curato, vel Parochiali, vnita tamen perpetuo Dignitati, qui tenetur reſidere in Eccleſia Dignitatis. ſic dicendum de Canonicatibus, & alijs. Decimatertia. Obtinens Canonicatum, cui ſit vnita Parochialis ad vitam obtinen-

tis

tis tantum, tenetur in Parochiali reſidere, ſi vnio facta ſit ad vitam obtinentis tantum. Decimaquarta. Rector, ſeu Parochus, qui habet Parochiam, intra cuius limites adhuc habitant Parochiani, tenetur in ea reſidere, etiamſi tantum eſſent in illa Parochia tres, vel quatuor incolæ, & vbi fuerint duæ Eccleſiæ vnitæ, reſidendum eſt in digniori; quod ſi non conſtet quæ ſit dignior, in frequentiori; quod ſi vna fuerit extra, & altera intra vrbem, reſidendum eſt in ea, quæ eſt intra. Conſonat Concilium Bononien. d. tit. 6. de reſidentia. §. de his, qui ad reſidentiam tenẽtur. verſ. & quoniam. Decimaquinta. Aquilana. Si vnus populus diuidatur, & vna pars habitet in ciuitate, & altera extra, & idem Parochus ex conſuetudine ambas Parochiales obtineat, reſidere debet in ciuitate. Decimaſexta. Habens duas Parochiales vnitas perpetuo inuicem æque principaliter, & non vnam alteri acceſſorie, ambaſque pares ita, vt vna non ſit dignior, & principalior altera, poteſt in qua maluerit reſidere. Ita Epiſcop. Abulenſ. reſcriptum eſt. 15. Martij 1575. Decimaſeptima. An ſi Parochialis tribus, aut quatuor milliaribus tantum diſtet à ciuitate poteſt in hac Rector habitare, Dominicis tantum ad ſuam Eccleſiam accedens, & habeatur pro reſidente. Congreg. cenſuit non poſſe. 18. Cõchen. Epiſcopus poteſt compellere Rectores ad reſidendum, non obſtante conſuetudine reſidendi in loco diſtanti à Parochia per ſex milliaria. 19. Presbyter obtinens Parochiales; etiam à ciuitate vltra duo milliaria non diſtantes, non poteſt deputari magiſter Grammaticæ, & ob id à reſidentia excuſari, etiamſi velit ſingulis diebus feſtiuis Parochiali intereſſe. Ita Epiſcopo Tridentino reſponſum eſt. Vigeſima. Licet Eccleſia Parochialis ſit in loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars habitat longè in oppidis, nihilominus Parochius habitare tenetur propè Eccleſiam in ciuitate, ſed ſuccurrendum eſt eis, qui longè habitant ſecundum antiquam loci conſuetudinem per diſpoſitionem cap. 4. ſeſſ. 21. reform. Conſonat Concilium Mediolanen. 5. d. tit. de reſidentia. verſic. Eccleſia Parochialis. Vigeſimaprima. Cong. Concilij cenſuit Rectores Parochialium debere reſidere in domo ipſarum Parochialium; quod ſi Parochiales domos non habent, tunc in alia domo, quæ ſit intra limites Parochiæ, aut ſaltem ita vicina Parochiali Eccleſiæ, vt inde commode poſſint per ſe ipſos ei inſeruire. Refert Zerola in praxi Epiſcopali 1. par. verſicul. Parochus, §. 4. Vigeſimaſecunda. Congregat. cenſuit Parochum cogendum eſſe habitare in domo Eccleſiæ, vel ſi Eccleſia eam non habeat, in propinquiori intra limites Parochiæ; quod ſi non habitauerit, teneri ad reſtitutionem fructuum, de quibus in hoc decreto. Vigeſimatertia. Qui finitima vrbis Beneficia obtinent, & domum non habent vbi habitent habitationis domum.... Vigeſimaquarta. In his, quæ pertinent ad reſidentiam, obſeruanda ſunt quæ habentur in capitul. 1. de reform. ſeſſ. 23. & in reliquis, ſi non poſſunt ſeruari decreta Concilij Tridentin. prædicti, id agendum eſt quod commodius, & melius poteſt, & qui non habet domum propriam in loco, vbi reſidere tenetur, aliquã conducere debet; vbi vero populus non poteſt victũ ſuo Curato ſubminiſtrare, Ordinarius ea obſeruare debet, quæ habentur in cap. 3. ſeſſ. 24. de reform. & in caſu, quo iura diſponunt, non debet pro iuris declaratione ad Papam recurrere. Vigeſimaquinta. Parochus non habens commodam habitationem in Parochialis fuit diſpenſatus, vt degere poſſet in loco vicino, dummodo propè Eccleſiam ſubſtitutus eius habitet; aliquando hęc facultas eadem de cauſa conceſſa fuit ſine illa conditione, quod ſubſtitutus propè Eccleſiam habitet. Vigeſimaſexta, ibi, cauſa prius per Epiſcopum cognita. Omnia hæc committuntur Epiſcopo, qui executioni demandet etiam in Eccleſijs Parochialibus, quarum collatio ad inferiores ſpectat, etiamſi inferiores eſſent Abbates regulares. Vigeſimaſeptima. Epiſcopus ad reſidentiam cogere poteſt Rectorem, licet eius Eccleſia Parochialis pertineat ad inferioris collationem, etiam Abbatis regularis. Conſonat dict. Concilium Mediolanen. 5. dicto tit. de reſidentia verſic. fin.

## *De reſidentia Dignitatum, Canonicorum, & Portionariorum.* §. I.

### SVMMARIA.

*OBtinentes in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, aut Portiones tenentur ad reſidentiam ita, vt non liceat vltra tres menſes abeſſe, vt in Cõcilio Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. verſ. præterea obtinentibus, num. 180.*

*An d. verſ. præterea obtinentibus, comprehendantur Dignitates principales, & capita Collegiatarum, n. 181. reſoluitur, quod ſic, niſi haberent territorium, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

*An obtinens Dignitatem, maxime principalem in Collegiata, quæ habet etiam ſedem in Cathedrali, excuſetur à reſidentia in Collegiata, & poſſit reſidere in Cathedrali, nu. 182. reſoluitur, quod non, & ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*An habens Canonicatum, & monaſterium in commendam teneatur in Canonicatu reſidere, num. 183. reſoluitur, quod in monaſterio, niſi ſit ab animarum cura liberum.*

*Obtinens Parochialem, & Canonicatum, ſi non reſidet in Parochiali, vt debet, cogi debet reſidere in Canonicatu. 184.*

*Habens duas Dignitates, ſeu duos Canonicatus, in qua debeat reſidere, num. 185. reſoluitur, quod in digniori, alias in qua maluerit, & idem in habente duas Parochiales vnitas.*

*Habens ex diſpenſatione duo Beneficia reſidentiam requirentia debet reſidere in habente maiorem neceſſitatem ſeu cauſam reſidendi, ſi vero æqualem habent, in quo maluerit, & idem in habente duas Parochiales vnitas, num. 186.*

*An Capellaniæ, & Beneficia ſimplicia, quæ nullos fructus habent in abſentia ſed omnes inter præſentes diſtribuuntur, requirant perſonalem reſidentiam, non obſtante conſuetudine contraria, nu. 187. & ſeq. reſoluitur, quod ſic ex Congregatione Concilij.*

*An Concilium ibi cenſeatur tollere conſuetudinem etiam immemorialem, nu. 189.*

*Conſuetudo immemorialis nunquam cenſetur ſublata, niſi expreſſa mentio de ea fiat, nec comprehenditur in reuocatione conſuetudinis, etiam cum dictione vniuerſali, niſi quando tollitur tanquam irrationabilis, aut eadem ratio militat in immemoriali, num. 190.*

*Conſuetudini immemoriali eſt derogatum per clauſulam derogatoriam conſuetudinum, etiam iuramento, Apoſtolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratarum. nu. 191.*

*Sublata quacunque præſcriptione, non cenſetur ſublata præſcriptio immemorialis, num. 192. niſi vbi lex, vel priuilegium*

*afficit rem, & facit eam impraſcriptibilem, & tunc non ſufficeret allegare titulum, ſeu priuilegium, & ad ipſum probandum adducere immemorialem, niſi data fama. nu. 193.*

*Decretum Concilij ſeſſ. 24. cap. 20. quod derogat quibuſcumq; conſuetudinibus, non tollit immemorialem ex ſententia Cõgregat. num. 194. vbi adducuntur declarationes, & reſolutio Rotæ num. 195.*

*Obtinentes Dignitates in Eccleſia Toletana, & alijs, prætendunt non teneri ad reſidentiam, & non reſident propter immemorialem, num. 196.*

*Concilium d. verſ. præterea obtinentibus, ſubſtulit conſuetudinem etiam immemorialem ex ſententia S. Congreg. nu. 197. vbi ponuntur declarationes, & num. 198. alia ponitur.*

*Obtinentes Dignitates in d. Eccleſia Toletana, & alijs, nõ poſſunt hodie excuſari à reſidentia, licet ante Concilium eſſent in immemoriali non reſidendi, nec dicendo, quod Concilium non ſit quoad hoc receptum, num. 199.*

*An ſi ante Concilium litigatum eſſet ſuper reſidentia cum aliquibus Dignitates obtinentibus, qui habuerunt ſententiam, & rem iudicatam, non teneri ad eam, quia probauerunt immemorialem, teneantur poſt Concilium ad reſidentiam, numero 200.*

*Derogatio ſententiarum per viam legis tollit etiam rem iudicatam, licet ſecus in reſcripto, num. 201.*

*Vbi Concilium non derogat ſententijs, non comprehendit caſus per ſententiam determinatos nn. 202. vbi ponuntur declarationes S Congregationis, & num. 203. reſolutio Rotæ, & deciſiones in cauſa Burgen. iuriſdictionis Archidiaconatus, de Virbieſca, nn. 204. 205. 206. 207. 208. & 209.*

*In propoſito dubio obtinentes Dignitates tenentur ad reſidentiam, cum ſententia fundetur in immemoriali, & ſic non det plus roboris, nu. 210. & 211. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. & contraria procedunt, vbi non conſtat ſententiam fundari fundamento reuocato, num. 212.*

*An per Concilium d. verſ. præterea obtinentibus, cenſeatur derogatum ſtatutum, etiam à Sede Apoſtolica confirmatum, nu. 213. cum ſeqq reſolutur negatiuè propter duplex vinculum, ſicut & concordiæ à Sede Apoſtolica cõfirmatæ non cenſentur ſublatæ per Concilium.*

*An id ſolum procedat in confirmatis ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, an vero etiam in confirmatis in forma communi, num. 218. cum ſequentibus, reſolutur illas tantum confirmationes eſſe præſeruatas in decretis Concilij, quæ cognouerunt ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione ex Congregatione Concilij.*

*Etiam, quod ſimul concurrant immemorialis concordia, ſeu ſtatutum, & confirmatio in forma communi eſt illis derogatum, num. 223 cum ſeqq.*

*Cenſetur præſeruata confirmatio ex certa ſcientia, quãdo in derogatione nulla facta eſt mentio de confirmatione Apoſtolica, alias enim intelligitur etiam ex certa ſcientia, num. 226.*

*Illa dicitur confirmatio ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione in qua eſt inſertus tenor rei cõfirmatæ, vel ſaltem narrata ſubſtantia, & eſt expedita precedente ſolita diſcuſſione, num. 227. & 228.*

*Cauſa cognitio excluditur in concordia, quæ eſt inter partes, quando confirmatio fuit obtenta ad ſupplicationem vnius partis tantum, num 229.*

*An confirmatio, in qua adeſt clauſula ex certa ſcientia, non tamen eſt inſertus tenor, aut narrata ſubſtantia rei, ſit ex certa ſcientia, an vero in forma communi, num. 230. cum ſeqq. reſolutur, num. 233.*

*Clauſula, quorum tenores, & ſupplentes omnes facti & iuris defectus, non faciunt vt confirmatio ſit ex certa ſcientia, & quod illæ operentur, num. 234.*

*De ſtatuto Eccleſiæ Abulenſ. concedente abſentiam quatuor menſium, quod eſt confirmatum ex certa ſcientia, & declaratione ſuper eo obtenta per Epiſcopum à nu. 235. & 244.*

*An poſſit renunciari ſtatuto, ſeu priuilegio habenti decretum irritans expreſſe, vel tacite, num. 242. & ſequenti.*

*An ſit reuocatum ſtatutum, vel conſuetudo aliquarum Eccleſiarum, in quibus vltra tres menſes datur ſingulis menſibus vnus dies pro tonſione barbæ, num. 245. & 246. reſolutur eſſe reuocatum, niſi ſit in ſpecie confirmatum.*

*An in menſibus, qui dantur recreationis cauſa, abſentes non ſolum lucrentur fructus, ſed etiam diſtributiones quotidianas, maxime ſtante tali conſuetudine, & ordinatione, num. 247. cum ſeqq. reſoluitur contra aliquos negatiue, etiamſi Canonicatus ſolum conſiſtat in diſtributionibus, & ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*In Eccleſia Abulenſ. eſt ſtatutum in contrarium confirmatum ex certa ſcientia per Iulium III. vt in breui poſito nu. 253. & ſeq. & quod poſt Concilium obſeruetur. nn. 255.*

*An ſint derogata indulta, ſeu priuilegia Apoſtolica, quibus cõceditur abeſſe vltra tres menſes, nu. 256. cum ſeqq. reſolutur negatiue, nam lex generaliter loquens non tollit priuilegium particulare, & quod Bulla Pij IV. reuocatoria priuilegiorum non procedit niſi illis decretis, in quibus eſt derogatio priuilegiorum.*

*Priuilegia perpetua de non reſidendo conceſſa certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, ſunt reuocata per Concilium, nu. 266. & ſic priuilegium conceſſum Capellanis Regijs eſt reuocatum, num. 267.*

*Contra dictam reſolutionem, quod Bulla Pij IV. non procedat, niſi in illis decretis, in quibus habetur derogatio priuilegiorum, ſunt duæ difficultates, num. 268.*

*Prima difficultas, quod alias S. Congregatio declarauerit regulares per ſua priuilegia etiam mare magnum, non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt in declarationibus adductis, & tamen nõ habetur in Concilio derogatio huiuſmodi priuilegiorum, nnn. 269. cum ſeqq.*

*Secunda difficultas, quod alias d. Bulla videtur fuiſſe ſuperflua, & de nihilo ſeruire, nu. 274.*

*Ad primam difficultatem prima reſponſio, num. 275. & ſeq. quæ non placet, nu. 277. & quod decreto vltimo. ſeſſ. 25. de reg. ſolum reuocantur priuilegia, quæ ſunt contra decreta illius ſeſſionis, & non aliorum.*

*Priuilegia Regularium, quod non teneantur ſeruare interdicta in aliquibus diebus tantum, ſunt ſublata per Concilium. d. decreto vltimo contra aliquos num. 268. cum ſeqq.*

*Secunda reſponſio ad d. difficultatem, nu. 283. quæ comprobatur, & defenditur n. ſeqq. ſed non ſatisfacit, nu. 295. & ſeq.*

*Vera reſponſio ponitur. num. 297. ad 302.*

*Regulares ſecluſo priuilegio non poſſunt de iure abſoluere à caſibus Epiſcopo non ſolum de iure, ſed etiam ſpecialiter per ipſum reſeruatis contra aliquos num. 303. & 304.*

*Ad ſecundam difficultatem reſp. dict. Bullam non eſſe ſuperfluam, ſed eſſe factam ad corroborandam, & confirmandam derogationem priuilegiorum in decretis Concilij contentam, num. 305.*

*Quot dies contineant menſes, qui dantur recreationis cauſa à Concilio, nu. 306. reſoluitur menſem in propoſito continere. 30. dies, cum non exprimatur à quo tẽpore incipiant contra aliquos relatos, num. 307.*

*An ſtante ſtatuto Eccleſiæ, quod concedebat abſentiam trium menſium, non tamen erat in vſu, poſſint poſt Concilium illis gaudere, num. 308. cum ſeqq. reſolutur non poſſe.*

*Si conſtitutio, aut cõſuetudo Eccleſiæ requirit ſeruitium totius anni, tunc locum habet abſentia trium menſium à Concilio permiſſa, num. 311. & 312.*

*An ad abſentiam trium menſium requiratur cauſa, & licentia, num. 313. cum ſeqq. reſoluitur non requiri, & ponuntur declarationes Sacr. Congregationis.*

*Iſti menſes, non debent ſumi in maximis ſolemnitatibus ex Congregatione Concilij, quod tamen in Hiſpania non ſeruatur, n. 317. & 318.*

*An Canonici poſſint licite abeſſe vltra tempus à Concilio permiſſum, amittendo diſtributiones, & fructus, qui reſidendo lucri fiunt num. 319. cum ſeqq. reſoluitur negatiue, etiamſi maneant in ciuitate, & ponuntur declarationes S. Congregationis,*

*An ſatis ſit lucrari groſſam, ſeu veſtuarium reſidendo ad horam, ſeu tempus illius, num. 324. & ſeqq. reſoluitur, non ſatis eſſe, nec ſatisfacere, & adducuntur declarationes S. Congregationis.*

*Conſuetudo vigens in Eccleſijs, vbi Matutini dicuntur media nocte, non intereſſendi illi videtur excuſare, nn. 326.*

*An ex diebus, & horis collectis ſint conficiendi menſes abſentia. nn. 327. & ſeq.*

*Secundum Congregationem Concilij non valet ſtatutum, ſeu conſuetudo, vt Prabenda, ſeu groſſa lucrifiat intereſſendo vna vel duabus horis, aut minori tempore. 9. menſium, nu. 329. ſed non ſeruatur in Hiſpania & poteſt ſuſtineri. n. 330. & quid in Eccleſijs Ciuitaten. ſeruetur. nn. 331.*

*An obtinens Dignitatem, cui incumbit viſitatio, poſſit ratione viſitationis abeſſe vltra tres menſes, & lucrari fructus, ac diſtributiones Dignitatis & Canonicatus, quem ſimul obtinet. num. 332. reſoluitur, vt in declaratione S. Congregationis ibi poſita.*

*Si eſſet conſuetudo, quod Archidiaconus viſitans percipiat diſtributiones, eſſet valida, nn. 333.*

*Incumbens Curæ animarum imminenti ſuæ Dignitati habetur pro præſenti, & intereſſenti ex decreto Concilij ſeſſ. 22. cap. 3. nn. 334. ſed intelligitur de Cura animarum proprie, nempe fori interioris nu. 335. vbi adducuntur declarationes S. Congregationis.*

*Viſitans, ſeu exercens iuriſdictionem imminentem ſuæ Dignitati vel Eccleſiæ, non lucratur diſtributiones, quando eſt abſens à ciuitate, ſeu loco Eccleſiæ, alias ſecus nu. 336.*

*Non procedit d. decretum c. 3. in Canonicis, ſeu Dignitatibus habentibus Parochiales, non tamen annexas, nn. 337. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Archidiaconus viſitans non lucratur fructus Canonicatus, quem ſimul obtinet, etiamſi eſſet annexus Dignitati, ſtante quod fructus ſint diſtincti, ſecus autem eſſet in portione acceſſorie annexa Dignitati, nn. 338.*

*Communiter conſ. Nauarr. 14. de Clericis non reſident. quatenus ſentit, quod proſequens litem ſuper iuribus ſuæ Dignitatis lucratur etiam fructus Canonicatus. nn. 339.*

*Excuſatus à reſidentia non lucratur fructus, qui non lucrifiunt in abſentia, niſi in caſibus à iure expreſſis, nn. 340.*

*Canonicus ingrediens Religionem non lucrabitur anno nouitiatus fructus Prabenda, quamuis ſit iuſte excuſatus à reſidentia, nn. 341.*

*Canonicus electus ad Epiſcopatum Italiæ, qui debet Romæ examinari, quamuis interim dum vadit, iuſte abſit, non tamen fructus percipiet, ad quos percipiendos in abſentia non ſolum non ſufficit vtilitas primata, ſed nec vtilitas Eccleſiæ, ſeu Epiſcopatus in genere, ſed requiritur vtilitas Eccleſiæ in ſpecie, num. 342.*

*Obtinentes ex diſpenſatione Parochialem, & Canonicatum reſidentes in Parochiali percipiunt fructus Canonicatus ex priuilegio Bullæ Pij V. & obtinens ex diſpenſatione duos Canonicatus, ſeu Dignitates eo ipſo cenſetur diſpenſatus, vt percipiat in abſentia fructus alterius, quando diſpenſatio eſt perpetua, num. 343.*

*An ſtatuta, & conſuetudines Eccleſiarum concedentia inhabitationem deſeruientibus per 40. annos ſint contrà ius, & derogata per Concilium nn. 344. reſoluitur quod non, & adducitur declaratio S. Congregationis.*

*An per Concilium ſit derogatum c. de cætero, & c. ad audientiam. de Clericis non reſident. vbi habetur, quod duo Canonici exiſtentes in ſeruitio Epiſcopi habentur pro præſentibus n. 345. cum ſeqq. reſoluitur, non eſſe derogatum, & ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*Canonici exiſtentes in ſeruitio Epiſcopi non poſſunt percipere diſtributiones quotidianas, quod fallit ſtante conſuetudine in contrarium, nu. 348.*

*Fallit etiam in Canonicis miſſis ad viſitanda limina, vel comitantibus Epiſcopos ad ea, nu. 349. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, quod declaratur nu. ſeq.*

*Fallit etiam, quando Canonicatus conſiſteret ſolum in diſtributionibus, nam tunc eas lucrarentur, excepta tertia parte ex Congregationis ſententia, n. 351. vbi ponuntur declarationes.*

*Quoad lucrandos fructus Canonicatus, quando omnes conſiſtunt in diſtributionibus S. Congregatio facit differentiam inter abſentes cauſa ſtudij, & cauſa reſidentiæ in Parochiali ex vna parte, vt hi eos integros percipiãt, & inter abſentes cauſa ſeruitij Epiſcopi, & inuicitiarum, vt hi eos lucrentur, deducta tertia parte, nn. 352. & 353.*

*Fallit etiam ſtante ſpeciali gratia, & conceſſione Papæ, nnn. 354. & 355.*

*Similis gratia, & priuilegium percipiendi etiam diſtributiones in abſentia conceditur ad tempus, & prorogari Inquiſitoribus, & Miniſtris S. Inquiſitionis Hiſpaniæ nn. 356. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Canonicus Vicarius Epiſcopi, non poteſt percipere diſtributiones in abſentia, quamuis percipiat fructus, niſi ſit conſuetudo in contrarium nn. 357 ſecus in Vicario capituli ſede vacante, num. 358.*

*Abſens pro ſeruitio, & vtilitate Eccleſiæ de iure percipit fructus, & etiam diſtributiones, ſi eſt præſens in loco, nu. 359. niſi conſuetudo contraria, num. 360. abſens vero à loco pro vtilitate Eccleſiæ, vel alia iuſta cauſa non percipit diſtributiones, niſi conſuetudine aliud ſit obtentum nnn. 361. vbi adducuntur declarationes S. Congregationis, iuxta quod ſunt accipienda alia declarationes adducta, nn. 362. & quædam conſ. Nauarr. conſ. 363.*

*Diſpoſitio d. c. de cætero, & c. ad audientiam, de Clericis non reſid. procedit etiam in Canonico Doctorali, & Magiſtrali n. 364. niſi vergeret in magnum damnum Eccleſiæ, nu. 365.*

*In Eccleſia Abulenſ. eſt ſtatutum. quod Doctoralis non procuret, nec acceptet familiaritatem Epiſcopi, nec ea vtatur, num. 366.*

*Diſpoſitio. d. cap. de cætero, & cap. ad audientiam, non habet locum in Canonico pœnitentiario, nu. 367. nec etiam in Canonico lectura. num. 368.*

*An diſpoſitio iſtorum capitulorum procedat in inferioribus Clericis, non Canonicis, nn. 369. cum ſeqq. approbatur ſententia Abbatis in d. c. ad audientiam, nn. 8. quam ſecuta eſt Rota.*

*Qui non per Epiſcopum, ſed alias ſunt occupati pro communi vtilitate, ſeu Epiſcopatus in genere, aut per Epiſcopum plures, quam duo eiuſdem Eccleſiæ, non percipient fructus in abſentia, nu. 374.*

*Procuratores generales Cleri Hiſpaniæ à Congregatione deputati reſidentes in Curia Romana, & regia, non excuſantur à reſidentia, nec lucrarentur fructus in abſentia, niſi ſtaret breue Clementis VIII. nn. 375.*

*Diſpoſitio. d. c. ad audientiam, non comprehendit Portionarios, qui non ſunt de Capitulo licet in eo habeant vocem, nu. 376.*

*non tamen ideo excusetur a residentia sua in Collegiata, ad effectum, vt non residendo lucretur fructus, & distributiones in absentia: nam re vera non astringitur ad residendum in Cathedrali, licèt ibi habeat sedem honorariam sine aliqua fructuum participatione: quæ res arguit eandem residentiam esse voluntariam, non autem necessariam, prout est illa, quæ fieri debet in Collegiata, in qua per erectionem Sixti IV. constituitur caput, & assignatur ei quota fructuum, quorum ratione tenetur omninò residere, Abb. c. de multa, num. 21. de Præb. Ferret. consi. 32. num. 15. lib. 1. Et ideo in causa Burgen. residentia 3. Decembr. 1593. coram D. Pennia Rotæ voluit, Vt videretur an dignitates Burg. essent unitæ in Ecclesia Burgen. vel alibi, cum ex hac inspectione determinetur necessitas residendi. Nec obstat, quod sedis assignatio in Cathedrali in consequentiam tribuat facultatem ibi residendi: quia hæc est merè facultativa, & voluntaria, non autem necessaria residentia; Nec obstat, quod qui duo beneficia residentiam requirentia ex dispensatione obtinuit, possit eligere in quo malit residere, gl. in cap. non potest, §. illud in verb. retinere, & ibi Franc. nu. 5. & Genuen. nu. 11. de Præb. in 6. quia id procedit, vbi residentia in vtroque beneficio est necessaria, Abb. in c. extirpande, §. qui verò nu. 5. de Præb.* De quo etiam infra, num. *476. vbi dicta videnda sunt.*

183 Tertiò dubitatur, an habens † Canonicatum, & Monasterium in commendam teneatur in Canonicatu residere? Et dicendum est, quod in Monasterio, nisi illud sit ab animarum cura liberum, vt in sequenti declaratione S. Cõgregationis Concilij. Obtinens Canonicatum, & Monasterium in commendam ab animarum cura liberum, in Canonicatu residere tenetur. Et conducit declaratio nona supra adducta hoc capite sub num. 179. quæ ait, quod in Monasterijs, & Abbatijs, quæ cura & conventu carent, non est necessaria residentia. *Immo absolutè videtur dicendum, & conformius prædictæ declarationi, quod obtinens canonicatum & monasterium in commendam, debet in canonicatu residere nisi monasterium habeat alias curam animarum; nam sæcularis habens in commendam monasterium, non habet curam conventus nec monachorum, quæ non residet penes commendatarium clericum sæcularem non habentem intra clausuram conventus, sed extra, sed tota est penes priorem conventualem, qui habet curam conventus & monachorum, Rot. dec. Farin. 112. num. 10. & sic non tenetur in monasterio residere; atque ita videtur practicari: nã clerici sæculares habentes monasteria in commendam, nunquam, vt existimo, in eis residunt. Et caret difficultate: nam S. Congreg. Concilij censuit, non teneri residere, nec promoveri ad sacros ordines, si monasteria habent tantum iurisdictionem temporalem. Et 19. Decemb. 1596. censuit commendatarios Abbatiæ curam iurisdictionalem tantum, non autem sacramentalem habentes, nullo Concilij decreto ad residendum astringi, neque si non residerent, pœnis ab eo in non residentes constitutis arceri.* Immo & obtinens Parochialem, & Canonicatum, qui debet residere in
184 Parochiali, vt in constitutione 64. Pij V. † & in declaratione septima adducta sub d. num. 179. si non residet in Parochiali ex permissu Episcopi, debet cogi residere in Canonicatu, vt in sequenti declaratione d. S. Congregationis. Habens Canonicatũ, & Parochialem in duabus Diœcesibus, & non residens in Parochiali ex permissu Episcopi, vt teneatur ex Bulla Pij V. cogendus est ad residendum in Canonicatu.
185 Quarto dubitatur habens duas † Dignitates, seu duos Canonicatus ex dispensatione, in qua debeat residere? Et dicendum est, quod in digniori, illis in qua maluerit, vt in sequentibus declarationibus S. Congregationis Concilij: Prima. Habens duos Archidiaconatus dignitate pares, residere potest in quo sibi placuerit: Si alter est dignior, tenetur in eo residere.

Secunda. Obtinens legitimè duas Dignitates, in digniori residere tenetur, & fructus alterius lucratur, nõ tamen distributiones, & eam tertiam partem Præbendæ, quæ authoritate decreti. sess. 22. de reformat, in quotidianas distributiones est conuersa. Tertia. Obtinens duos Canonicatus tenetur in digniori residere; eius vero, in quo non residet, quotidianas distributiones perdit, in quibus distributionibus intelligitur etiam comprehensa tertia pars Præbendæ, quæ ex decreto Concilij Triden. conuersa fuit in distributiones quotidianas; sed habens plures Canonicatus dignitate pares, vbi pluribus inseruire potest, residere tenetur. Et idem est in habente duas Parochiales vnitas. vt in declaratione 14. & 16. adducta supra sub d. nu. 179.
186 Et habens ex dispensatione duo † Beneficia residentiam requirentia debet residere in eo, quod maiorem necessitatem, seu causam residendi habet: si vero æqualem habent, potest, in quo maluerit residere, vt in sequentibus declarationibus dict. S. Congregationis, Primæ Archiepiscopo Ianuen. Parochiales Ecclesiæ sunt incompatibiles cum Beneficijs, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas à diuinis absentes amittunt, & illi, qui obtinent duo Beneficia, vel plura cum legitima dispensatione ante Concilium Tridentinum obtenta requirentia personalem residentiam, tenentur residere in quo est maior necessitas, nec propterea possunt alterutro priuari, amittunt quidem distributiones quotidianas eius Beneficij, cuius ministerio non inseruiunt. Secũda, Cardinali Farnesio, Canonici omnes debent in propria Ecclesia residere, & personaliter deseruire eorum muneri, non obstantibus quibuscumque; Ille tamen, qui aliud beneficium ex legitima dispensatione obtinet, quod maiorem, vel æqualem causam residendi habeat, licèt non interest muneri, quod exigit Canonicatus, non potest tamen eo priuari, nec alia pœna affici, nisi priuatione distributionum quotidianarum, nec Concilium Triden. super pluralitate beneficiorum prouidet, nisi ad futurum, præterquam in Parochialibus, quas nec etiam per dispensationem ante Concilium Tridentinum obtentam nemo, nisi vnitas retinere potest. Et idem est in habente duas Parochiales vnitas, vt in d. declaratione decima quarta, vbi dicitur, quod, si non constet quæ sit dignior, residendum est in frequentiori, & si vna, fuerit extra, & altera intra vrbem, residendum est in ea, quæ est intra, Et ad prædicta conferunt quæ tradit post hæc Goncalez, glos. 6. num. 268. *Post Abb. in c. extirpanda, §. qui vero de Præb. num. 5. in lectura & repet. Dam. nu. 11. & Franc. nu. 5. in cap. non potest, §. Illud, de Præben. in 6. Rebuff. in praxi, tit. de dispens. ad plura beneficia, num. 72. & Hoiedam de incomp. benefic. 1. par. cap 17. num. 29. qui intelligunt & limitant glo. d. §. 2. illud verb. retinere, quæ dicit; quod habens ex dispensatione duo beneficia residentiam requirentia, potest residere in Ecclesia quam vult, vel nunc in illa; quam sequitur Io. Quint. in c. de multa. nn 169. vt procedat, quando beneficia sunt æqualia, alias debet residere in digniori.*

Sed

*Sed hic restat difficultas, an obtinens duo beneficia residentiam personalem requirentia, & quia secundum non est pacificum, & sic non vacat primum, vt dicitur infra 11.p. cap.5.a num.6, debeat residere durante lite, & controuersia in secundo, an in primo pacifico, vel possit in quo maluerit. Et quidem videtur dicendum, posse residere in quo maluerit, non attenta maiori seu minori dignitate; in secundo enim potest residere, quia illud optat & elegit, & per eius affectionem pacificam est vacatum primum. In primo potest residere, quia illud pacifice obtinet, non secundum, & non tenetur primum certum & pacificum deserere propter secundum incertum & controuersum; & in his terminis poterit procedere d. gl. verb. retinere, in cap. non potest, §. illud. de Prab, in 6, nec est ius habens in pacifico necessario residere.*

*Id tamen intelligendum est, nisi vnum ex illis sit curatum, alterum verò non; nam tunc residendum erit in curato, sine sit primum, sine secundum, propter curam animarum, quæ est omninò præferenda, cum prima & præcipua debeat esse animarum cura, Gonzalez d.glo.6. num. 270. aut nisi vnum habeat aliquod particulare onus, & ministerium, vt si sit Prabenda lectura, pœnitentiaria, magistralis, aut doctoralis, & alterum non habeat tale onus & ministerium particulare: nam tunc videtur residendum in habente onus & ministerium particulare, vt ratio dictat: & si vtrumque haberet onus, & ministerium particulare, videtur posse residere in quo maluerit iuxta dicta: in eoque, in quo non resideret, ponendus esset substitutus, qui exerceret munus illius, vt si esset Prabenda lectura ad legendum, &cet. Nec ex eo, quod in illo non resideat, potest eo priuari, seu declarari priuatus, licèt adsit statutum, seu constitutio etiam iurata, quod non possit abesse sine licentia; & quod absens per tantum tempus sit eo priuatus, seu priuandus: nam id intelligendum est cessante iusta excusatione: & nisi ex iusta causa absit, ad cap.2. de constitut. & ibi gloß. verb. culpa caret, & qui residet in alio beneficio residentiam itidem requirente, est iustè excusatus, cum non possit in ambobus residere, & sic abest ex iusta causa, & lege permittente & consequenter non meretur panam, l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adulter. & dicitur alias infra 11.par.cap.9. num.28. facit etiam textus in cap. ex parte 2. & cap. cum dilectus, & c. ad audientiam, vbi Alb & alij, de cleric. non resident. Substitutus autem ad legendum, seu aliud particulare munus Prabendæ, in qua ille non seruit, ponendus erit expensis illius Canonici, quando percipit Prabendam, quia forte residet diebus, quibus illa lucrisit; aut quia habet dies absentiæ, seu recreationis, in quibus videtur posse lucrari, non obstante quod resideat in alia Prabenda, & in ea lucretur, sicut, potest quis lucrari in duabus parochialibus, quandu prima non vacat, & quando Canonicatus haberet aliquos fructus, in absentia scilicet alicuius annexi propter Prabendam, ex illis essent deducenda expensa pro reta: aliàs cum ob non residentiam non lucretur fructus illius iuxta d. infra a nu. 240. & 11.p.d.c.9. non erit ponendus substitutus expensis Canonici, seu Capituli illos percipientis: nam cum illud sit onus Prabendæ, fructus eius transire debent, seu remanere cum tali onere, vt aliàs tradit D. Io. Gutier. canon.q.lib.1.c.1.à nu.126. & conducunt tradita supra 1.p.ca.5.à num.207. & 214. & ita cum Doctore Martino de Aguirre Canonico lectoriæ Ecclesiæ Segobien. collata essèt Prabenda pœnitentiariæ huius Ecclesiæ Abul. quæ fuit Romæ, impetrata, & prouisa, atque adeo non pacifica, resedit in hac secunda iuligiosa vt potuit, iuxta supra dicta retinendo interim primam, in qua fuit positus substitutus ad legendū expensis Capituli percipientis fructus ob non residentiam illius; quamuis postea fuit ei mota lis per d. Capitulum Segobien. super vacatione dictæ Prabendæ ob non residentiam coram Ordinario, qui tulit sententiam in fauorem dicti Doctoris, a qua fuit appellatum, & causa in Rota commissa, vbi nihil actum est, & in eius possessionem obijt.*

Quintò dubitatur, an Capellaniæ, & beneficia
187 simplicia, † quæ nullos fructus habēt in absentia, sed omnes inter Capellanos, & beneficiatos præsentes distribuuntur absentibus nihil percipientibus, requirant personalem residentiā, sicut Canonicatus & portiones, ita, vt ea obtinentes ad residētiam præcisè teneantur, & cogi possint, non obstante consuetudine contraria? Et pro parte negatiua facinnt ea, quæ in proposito adducit Nauarrus cons.4. de Clericis non residentibus nu.1.2.& 3.

Nihilominus tamen contrarium fuit decisum per
188 † S. Congregationem Concilij in vna Ianuen. vt in prima declaratione supra adducta, nu.186. & in vna Compostellana, de qua est d. consil. Nauarri 4. vt in sequēti declaratione. An Capellaniæ in Ecclesia Cathedrali existentes, quarum redditus ex varijs defunctorum redditus, cum onere Missas aliquot, & diuina officia pro animarum salute celebrandi, inter se tantum distribuunt Capellani præsentes, qui onera prædicta per seipsos, & per alios presbyteros quoscunque persoluunt; reliquis Capellanis, qui præsentes non sunt, nihil percipientibus, personalem residentiam requirant ita, vt qui obtinent, ad residētiam præcisè, etiam per priuationem cogi possint, non obstante consuetudine contraria? Multi ex illustrissimis tenebant non posse cogi præcisè, & in hanc sētentiam inclinabat maior pars, nisi allegaretur aliàs fuisse in contrarium decisum, quoniam fructus sunt in forma distributionum, vt in Canonicatibus, ideo fuit decisum cogi posse præcisè ad residēdum, & post hæc tradit Goncalez glos. 5.num.108. dicens istam declarationem originaliter vidisse. *Gratian. discept. forens. c.133.nu.14. & Azor.2.p.lib.6.c.19.q.5.*

189 Sextò dubitatur, † an, dum Concilium ibi statuit, quod illis non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses ab Ecclesijs abesse, censeatur tollere consuetudinem, etiam immemorialem.

190 In quo videbatur † respondendum negatiuè nā consuetudo immemorialis nunquam censetur sublata, nisi expressa mentio de ea in lege, vel constitutione habeatur, nec comprehenditur in reuocatione consuetudinis, etiam cum dictione, vniuersali. Aymon. Crauetta, de antiquitate temporis 4.p. sectione materia ista, nu.47. Ruinus. consil. 13. nu.30. libr.2. Couarruuias plures referens lib.3. variar. c.13. nu.5. Auendanno resp. 16. nu.1. Pelaez de Mieres de maiorat. 4.p. quæst. 20. nu.51. Velazquez in lib.6. Tau. glossa 11. nu. 9. Flores de Menna, quæstion. 10. nu. 44. & Emmanuel Rodriguez quæst. regul 1. tomo quæst. 9. articul. 5. ad finem cum alijs. *& Villar del patronado de Calatayud. 3.part. §. 2. num. 10. circa fi. dicens, quod consuetudo vniuersalis non intelligitur sublata per legem simpliciter tollentem consuetudinem, nec demum per S. Concil. Trident. ita in aliquibus ei aduersantibus tollens consuetudinem; & D. Sabagun. in cap. fin. de consuet. num. 37. Salas de legib. disput. 19. sect. 7. numero 70. & Suar. eod. tract. libro 7. cap. 20. numero 18.* & fuit resolutum in causa Palestina iurisdictionis. 25. Maij 1565. coram D. Orano. immemorialem non

primo

comprehendi in reuocatione conſuetudinis, etiam cũ dictione vniuerſali, limitari tamẽ duobus modis; primo, quando tollitur conſuetudo tamquam irrationabilis, & ſic procedit, quod tradit Antonius Gabriel. de præſcriptione concluſione num. 27. ſecundo, quando eadem ratio militat in immemoriali & Couarruuias ſupra, & tradit poſt hæc Gonçalez glo. 33. nu. 2. & *Alex. Moneta de diſtrib. par. 2. queſt. 12. nn. 22. & ſumm. Bullar. Quarant. verb. alienatio. ad fin. poſt addit. litera K. quamuis contra communem dictam limitationem, quòd vbi conſuetudo eſt reprobata velut irrationabilis, cenſeatur etiam reprobata immemorialis, teneat Rota in cauſa Burgen, emolumentorum ſigilli 28. Ian. 1591. coram D. Penna reprobans Ruinum conſil. 156. lib. 4. ſi talis irrationabilitas non ſit contraria iuri naturali, vel diuino.*

Addo Tertium, quod conſuetudini immemoriali
191 eſt derogatum per clauſulam derogatoriam † conſuetudinum etiam iuramento, Apoſtolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratarum, & ſic videtur intelligere etiam de immemoriali, vt fuit reſolutum in cauſa Cæſarauguſtana ſurreptionis Breuiũ 16. Iunij. 1559. coram Domino Orano, vt per Cor. dec. 34. in Miſcellaneis manuſcriptis. *Rota etiam deciſ. 644. nouiſſime Farin. circa fin. Sed id non videtur verum, quia illa verba, vel alia quauis firmitate, videntur intelligenda de alia firmitate extrinſeca, ſicut ſunt firmitates ibi ſpecificatæ, & non de infirmitate intrinſeca temporis immemorialis, de qua ſpecifica mentio eſt neceſſaria iuxta dicta. Pro qua facit declar. S. Congreg. Rituum, quæ ſic ait. Pro parte Epiſcopi Salamantina Eccleſiæ a ſacra Rituum Congregat. quæſitum fuit, an ceremoniale Epiſcoporum ſuper edi Etum tollat immemoriales Eccleſiarum conſuetudines. Eadem S. Rituum Congreg. reſpondit, vt alias ſæpe, ceremoniale prædictum abuſus tollere, non autem immemoriales Eccleſiarum conſuetudines. maxime ſi conſuetudo immemorialis legitime præſcripta ſit. Et ita cenſuit et declarauit die 10. Ian. 1604. Et tamen in Breui Clementis VIII. dicto 14. Iulij, 1600. quod eſt in principio dicti ceremoniales Romæ impreſſi dicto anno 1600. in quo præcipitur dictum ceremoniale obſeruari, derogatur, vt mos eſt quarumuis Eccleſiarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus.*

192 Similiter ſublata † quacunque præſcriptione non cenſetur ſublata præſcriptio immemorialis, Felinus in Rubric. de præſcrip. num. 18. Aymon ſupra, Balbus de præſcriptio. 2. p. 3. partis 6. quæſt. num. 21. & 5. p. 5. p. pœnitentialis. quæſt. 9. Probus ad Monachũ in c. 1. de præſcript. in 6. num. 24. Tiraquel. plures referens de retract. conuen. §. 1. gloſſ. 2. num. 23. & 25. Affictus deciſ. 154. num. 5. Boerius deciſ. 39. nu. 12. Otalora de nobilitate. 2. p. cap. 7. num. 11. Auendanno, Mieres, Velazquez, Flores, & Emmanuel Rodriguez ſup. & idem Velazquez in l. 41. Tauri. gl. 1. nu. 6. *Aſcard. concl. 1220. ſeu 1215. num. 55. ſumm. Bullar. Quarant. d. verb. alienatio, nu. 47. & ibi addit. lit. K. Rota in d. Burgenſ. emolumentorum ſigilli 28. Ian. 1591. coram D. Penna.*

193 Niſi vbi lex vel priuilegium afficit rem, & facit † eam impræſcriptibilem dicendo non poſſe præſcribi. Felin. in cap. accedentes. num. 6. fall. 3. & in cap. cum ex officij. num. 1. & 13. de præſcript. Ripa in l. quominus. num. 40. & 101. de fluminibus. Balb. d. quæſt. 9. ad fin. Prob. ſupra. & Tiraquell. num. 25. Antonius Gabriel. d. concl. 1. ex num. 27. *Greg. Lop. in l. 7. tit. 29. par. 3. gl. 1. & Ripa, Balbus, & Gregorius.* & Matienzo in l. 3. titul. 10. lib. 5. recopil. gl. 9. quo caſu, quicquid dicant Felinus, & Ripa ibi, non ſufficeret etiam allegare titulum, ſeu priuilegium, & ad ipſum præſumptiue probandum adducere immemorialem, niſi data fama tituli, ſeu priuilegij iuxta dicta, & adducta ſupra 1. par. capit. 2. num. 38. & in terminis idem Felinus in cap. cum contingat, de foro compet. num. 5. fall. 3. Ant. Gabr. ſupra num. 33. de quo vide Aymonem. d. 4. par. ſect. abſolutis à num. 52. & ſectione de materia iſta, num. 56. & ita alias S. Congregatio Concilij declarauit decretum Concilij ſeſſione 24. de re-
194 format. cap. 20. † quod derogat quibuſcunque conſuetudinibus, vt in fine illius decreti, non ſuſtuliſſe immemorialem, Apoſtilla conſ. 3. Nauar. de officio deleg. & poſt hæc Gonçalez. d. gl. 33. nu. 5. vt in declarationibus ſeqq. Prima Cardinali Patieco Archiepiſcopo Burgen. Perſiſtendum eſt in illa declaratione iam dudum ab hac Congr. facta nempe decretum Concilij ſeſſione 24. cap. 20. non ſuſtuliſſe immemorialem conſuetudinem, & ideo ſi Archidiaconi, & Abbates legitime eam probauerint, ſinendos eſſe exercere huiuſmodi iuriſdictionem. illud tamen maioris explicationis gratia cenſuerunt nunc addendum, vt interea, dum illi eam conſuetudinem probauerint, amplitudo veſtra ſola vtramque iuriſdictionem exerceat. Quæ omnia ita ab ea obſeruatum iri perſuaſum habemus Romæ die 27. Septembris 1575. Secunda ſuper dict. cap. 20. Sæpius reſponſum eſt hoc decretum Concilij non ſuſtuliſſe immemorialem conſuetudinem. Et ideo ſi iſti inferiores legitimè probauerint eam, ſinendi ſunt exercere huiuſmodi iuriſdictionem; interea tamen, dum illi eam conſuetudinem immemorialem probauerint, Epiſcopi ſoli hãc iuriſdictionem exercere debeant, cum pro Epiſcopo ſtent regulæ, & ratio Concilij, & legitimè probatur, quod per tres ſententias probatum eſt. *ſeu per vnam, quæ tranſijt in rem iudicatam.* Tertia. Congregatio cenſuit decretum Concilij ſeſſione 24. cap. 20. non ſuſtuliſſe immemorialem conſuetudinem Decano, Capitulo, ſeu alij inferiori, cognoſcendi in criminalibus, & matrimonialibus.

Item eo decreto non comprehendi Abbates, Præpoſitos, ſeu Archipresbyteros nullius, qui ordinaria iuriſdictione ab immemoriali tẽpore citra fungũtur.

Item cenſuit decretum Concilij ſeſſ. 6. capit. 4. & ſeſſ. 25. cap. 6. non ſuſtuliſſe facultatem, alias ex immemoriali & laudabiliter obſeruata conſuetudine Decano, & Capitulo ſingulares Capituli, ipſique ſubiectas perſonas cumulatiue cum Epiſcopo, ſeorſum tamen ab eodem ipſumque Epiſcopum toties, quoties ſua authoritate vti volentem, non excludendo viſitandi, corrigendi, & emendandi, quia Concilium non dicitur eam facultatem conceſſiſſe Epiſcopo priuatiue, quoad alios inferiores Ordinarios, de quorum excluſione non conſtat, & ab eis debite punitus non eſt cogendus coram Epiſcopo denuo ſe purgare, vel ab eodem iterum puniri. Quarta. Nec quaſi poſſeſſio immemorialis eſt ſublata. Quæ probanda coram eodem Epiſcopo, & interim Epiſcopus ipſe, & ſolus iuriſdictionem exerceat.

195 Vnde in vna Veronen. † iuriſdictionis. 18. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Pamphilio fuit per Rotam reſolutum, quod licet in Concilio Tridentin. d. cap. 20. §. ad hæc. præſeruetur Decano, & Capitulo, ſeu alijs inferioribus immemorialis conſue-

tudo

dudo cognoſcendi cauſas criminales, & matrimoniales, tamen, cum immemorialis probatur, quæ non dicitur ad hunc effectum legitimè probata, donec de ea conſtet per tres ſententias conformes, Epiſcopus ſolus debet iſtam iuriſdictionẽ exercere, & in ea manuteneri ex iuris cõmunis aſſiſtentia, non aliter probatalquaſi poſſeſſione, cap. cum perſonæ, poſt medium, de priuileg. in 6, cum ibi notatis. Caputaquẽ, deciſ. 306. p. 1. & 201. part. 2. iuxta dictas declarationes S. Congregationis. *Vt latius in deciſ. poſita per Pacif. de Saiu. interdict. deciſ. 34. & in nouiſ. Farin. 713. & nouiſſimè idem fuit reſolutum in cauſa marſicana iuris 18. Maij, 1607. coram D. Manſanedo, & in Burgen. iuris de Birbieſca 21. eiuſdem menſis & anni infra adducta num. 209.*

196 Et ita obtinentes Dignitates in † Eccleſia Toletana, & in aliquibus aliis Eccleſijs Hiſpaniæ prætendunt, non teneri ad reſidentiam, & non reſident quia dicunt eſſe in conſuetudine immemoriali non reſidendi.

197 Nihilominus tamen in † propoſito iuxta ſubiectam materiam, & mentem Concilij d. cap. 12. verſicul. præterea obtinentibus, contrarium S. Congregatio cenſuit, nempè Concilium ſuſtuliſſe conſuetudinem etiam immemorialem, vt apparet ex ſequent. declarationibus ſuper d. cap. 12. (quod etiam videtur ſentire Couarruuias. dict. lib. 3. variar. capit. 13. ſub num. 9. & Hoieda de incompatibil. cap. 17. num. 20.) Prima ibi, aut conſuetudinis, etiam immemorialis. Secunda, S. D. N. Greg. XIII. ex ſententia Congreg. declarauit immemorialem conſuetudinem nõ excuſare a reſidentia in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus; in Collegiatis autem non inſignibus poſſe excuſare, ſi Eccleſiæ ſunt rurales prorſus deſtitutæ, aut in quibus nunquam antea ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſidere, aut in quibus adeo tenues redditus eſſent, vt Canonicos aliundè nõ habentes, vnde viuerent, alere non poſſent, & ſufficit ad excludendam immemorialem, quod aliqui Canonici reſederint. Conſonat Concilium Bononien. tit. 6. de reſidentia. §. de his, qui ad reſidentiam tenentur, verſic. itaque hi. & §. de cauſis excuſantibus Canonicos a reſidendo. verſic. vltimo. Tertia. Congregatio parua, id eſt, Illuſtriſſimorum Cardinalium tantum, cenſuit immemorialem eſſe ſublatam per Concilium, & ſtatuta iurata nihil valere; vt iam reſolutum eſt, at ſtatuta authoritate Apoſtolica confirmata non eſſe ſublata per Concilium ſeſſ. 24. cap. 12. Ita Epiſcopo Lamacen. ſexto. Septembris 1576. Quarta. Non datur ſubſtitutus in loco Canonici abſentis ex iuſta cauſa, nec poteſt compelli Canonicus deſeruire per ſubſtitutum, ſed vt per ſe deſeruiat, nõ obſtante immemoriali conſuetudine. *Quinta, 17. Iul. 1597. Congreg. Concilij cenſuit, non licere Canonici prætextu immemorialis conſuetudinis vltra tres menſes quotannis ab Eccleſia abeſſe, neque eo trimeſtri tempore poſſe abſentes diſtributiones quotidianas percipere, quippe quod huiuſmodi immemorialis conſuetudo vtroque caſu ſublata eſt decreto c. 12. ſeſſ. 24.* quod etiam patet ex declaratione vltima infra adducta. num. 216. & Abulenſ. infra adducta, num. 235. & ex declarationibus, prima, & ſecunda adductis, num. 323. & ex ſequenti declaratione, & reſponſ. dato Epiſcopo Segobien. vnde
198 cima Iulij 1590. ad primam, † ſecundam, & octauam, quam totam hic ponere placuit, quia deſeruit ad aliàs infra dicenda. Ad primam de reſidentia Canonicorum, & Dignitatum Congregatio reſpondit, conſuetudinem immemorialem non reſidendi ſublatam eſſe ex decreto Conc. c. 12 ſeſſ. 24. quod ſi Canonici alia ſe ratione tueantur, audiendi erunt. Ad ſecundam reſpondit eos teneri ad reſidendum nouẽ menſibus. Ad tertiam, ſi locum habet Concilium c. 3. ſeſſ. 21. tunc tertiam partem eſſe accipiendam ſecundum verum valorem, ſed ei remedio locum non eſſe exiſtimauit, niſi vbi diſtributiones ita ſunt tenues, vt veriſimiliter negligantur. Ad ſecundam cõſuit huiuſmodi inhibitionem, in qua cõcedenda, nec forma nec tenor ſacrarum conſtitutionum, vt cauetur decreto Concilij ſeſſ. 22. cap. 7. ſeruatus fuit, tanquam nullam iure poſſe contemni; Ad ſextam, reſpondit curam animarum, vel eſſe exercendam per ipſos Canonicos, quibus imminet, aut ſi minus ſufficiant ad iungendos coadiutores ab Epiſcopo approbatos. Ad ſeptimam, Canonicos, & Dignitates teneri diuina officia per ſe ipſos obire, itemque Miſſas maiores canere illis diebus, quibus tenẽtur. Ad octauam an Epiſcopus poſſit habentes officia Archipreſbyteratus, operariæ, ſcholaſtriæ, & theſaurariæ, quibus in ſua fundatione quædam onera fuerunt impoſita, licèt modo a tempore immemoriali nullũ onus habeant, cogere ad onera in fundatione impoſita, non obſtante d. conſuetudine ſiue deſuetudine immemoriali, & ad perſonalem reſidentiam compellere, non obſtante, quod a nonnullis annis non reſederint? reſponditur poſſe cogere ad perſonalem reſidentiam, & vt competens in Eccleſia ſeruitium ad formam ab eo præſcribenda impleant iuxt. ca. 3. ſeſſ. 22. Ad nouam, an conſtitutio quodam facta ab Epiſcopo, & Capitulo poſt Concil. Trid. de ſoluendo certam pecuniæ quantitatem ratione nouæ poſſeſſionis Epiſcopatus, & Canonicatum, & Dignitatum diſtribuendam in fabricam, & ſalaria Notarij, conuocatorum, campanarij, & aliorum miniſtrorum Eccleſiæ, quibus iam aliàs ſunt certa conſtituta ſalaria, ſit valida, nec ne? S. Dominus noſter ex ſententia Congregationis reſpondit huiuſmodi conſtitutionem ſeruandam, nihil tamen ex ea pecunia Notarijs, curſoribus, & campanario, aliiſue Eccleſiæ miniſtris tribuendum, ſed integram ſummam in vſus fabricæ conuertendam, atque ita libenter ſoluẽdam, tam a capitularibus, quam ab Epiſcopo, cum ſperari poſſit officium, Eccleſiæue Dignitatem, quæ ob huiuſmodi largitatem in ædificium ornatumue Eccleſiæ facta ſumit exordium, ad miſticam quoque Eccleſiæ ædificationem, fœliciter in Domino proceſſurum. Ad decimam, poſſe Epiſcopum ſolum viſitare capitulares, & bona eorumque bonorum adminiſtrationem vel quibus ſibi videbitur adiunctis. Ad vndecimam, ſolus Epiſcopus poteſt fabricam viſitare. Ad duodecimam, Epiſcopus poteſt ſolus, vel ijs qui ſibi videbuntur itidem adiunctis, etiam extra gremium Capituli, Canonicos viſitare, corrigere, & punire, non tamen pœna ordinaria, ſed extraordinaria, quæ morum correctionem reſpiciat: concordia autem, niſi a Sede Apoſtolica ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione confirmata fuerit, cenſetur ſublata. Ad decimam tertiam, Epiſcopus, non poteſt recuſari in viſitatione. Ad decimam quartam, An deficientibus examinatoribus ſinodalibus, vel ipſis impeditis, Epiſcopus, vel Capitulum ſede vacante alios poſſit

creare,

creare, donec ſinodus habeatur? cen ſuit ita non poſſe. Ad decimam quintam. Abſtinere debet Epiſcopus, & Delegatos ne imponant pœnam excommunicationis, niſi in ſubſidium, & a præceptis cum poſitione pœnæ excommunicationis, & ſi eam imponant, poteſt appellari, & ab ea, niſi quis comminetur, dari vtique appellationem. Ad decimam ſextam. Quando onus fabricæ non eſt translatum in populum, poteſt Epiſcopus ſumere aliquam partem ex acervo fructuum communi decimarum pro fabricæ reparat quando autem ex conſuetudine etiam translatum poteſt populum compellere, & non poteſt fructus decimarum ſumere. Ad decimum ſeptimum. An Canonici Capituli Eccleſiæ teneantur Epiſcopo rationem reddere adminiſtrationis fabricæ Eccleſiæ, & fructus omnes in vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ expendere, non obſtante conſuetudine immemoriali, reſpondit teneri reddere Epiſcopo rationem, omnes que fructus in vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ expendere, niſi per Epiſcopum velint viſitari pecuniam, quæ in fabricam impendant Ad decimum octauum, Sub collectores non poſſunt *viſitari*, nec corrigi ab Epiſcopo. Ad decimum nonum, cap. 9. ſeſſ. 25. habet locum tam in petitorio, quam in poſſeſſorio. Ad vigeſimum. Redditus fabricarum poteſt Epiſcopus expendere pro ſuo arbitrio. *Et ita Rot. in vna Papen. reſidentia* 10. *Martij.* 1613. *coram D. Ortembergo dixit conſuetudinem immemorialem non excuſare a reſidentia in collegiatis inſignibus, vt S. Congreg. declarauit, qualem iudicarunt illam collegiatam, de qua ibi.*

*Et idem etiam cenſuit S. Congreg. quoad dignitates, ſeu Canonicatus non habentes fructus, vt in ſeq. declar. Theſaurarius Eccleſiæ Coſentinæ, cum dignitas Theſaurariatus nec fructus aliquos, nec curam haberet, licèt ſit maior poſt Pontificalem in dicta Eccleſia, dubitaret, an teneretur reſidere ſtante conſuetudine non reſidendi, quæ valet; cum Eccleſia, vel dignitas nullos reditus habet. Abb. in c. extirpãda, §. qui vero. de Prab. Congreg. cenſuit, Theſaurarium, licèt nullos fructus habentem, teneri ex Concilio ad reſidentiam; quia illa conſuetudo non reſidendi, quæ valet de iure communi, cum nulli ſint fructus, ſublata eſt a Concilio in dignitatibus canonicatibus, & curatis.*

Vnde obtinentes Dignitates in d. Eccleſia Tole-
199 tana, † & alijs Eccleſijs Hiſpaniæ non poſſunt hodie excuſari a reſidentia, licet ante Concilium eſſent in conſuetudine immemoriali non reſidendi. Nec videntur etiam poſſe excuſari dicendo, quod Concilium non ſit quoad hoc receptum in dictis Dignitatibus, & Eccleſijs. Nam, cum Concilium deroget conſuetudini immemoriali, videtur ei derogare, tamquam irrationabili. Couarr. d. lib. 3. variar. cap. 13. ſub nu. 5. & ſic non videtur excuſare non receptio, vt alias dicitur infra 11. par. cap. 5. n. 161. *Quamuis videantur contra eſſe Leſſ de inſt. & iur. lib. 2. c. 34. nu. 162. & 163 verſ. ſexta, Vnde etiam communiter quod ait Alex. Moneta de diſtrib. p. 2. q. 12. nu. 32. quod Concilium ibi non improbat, ſeu damnat conſuetudinem contrariam, neque futuram expreſsè tollit, ei ve derogat, & ſic legitimam conſuetudinem, hoc eſt quadragenariam, poſt idem Concilium admittẽdam fore, contra Couarr. & Hoiedam ſupra.*

Septimò dubitatur, an, ſi ante Concilium Triden-
200 tinum † litigatum eſſet ſuper reſidentia cum aliquibus Dignitates obtinentibus, qui habuerunt ſententiam, & rem iudicatam non teneri ad reſidentiam, quia probauerunt immemorialem, teneantur nihilominus ad eam poſt Concilium? & videtur, non teneri. Nam Concilium hic non derogat ſententijs, vt derogat in cap. 4. ſeſſ. 6. & in cap. 6. ſeſſ. 25, de reforma. in qua derogatione comprehenditur etiam res indi-
201 cata, † nam licèt derogatio ſententiarum non cõprehendat illas, quæ tranſitum fecerunt in rem iudicatam, Alexan. conſ. 94. num. 2. lib. 2. Decius in l. res iudicata. num. 3. ff. de reg. iuris. hoc procedit in reſcripto Principis, non autem quando per viam legis aliquid ſtatuitur, non obſtantibus ſententijs, quia tunc tollitur etiam res iudicata, vt fuit reſolutum per Rotam in cauſa Abulẽ. iuriſdictionis. 23. Ianu. 1588. coram Domino Orano.

Et vbi Concilium non derogat ſententijs, non cõ-
202 prehendit caſus † per ſententiam determinatos, vt aliàs Congreg. cenſuit circa. cap. 8. ſeſſ. 7. de reform. & in vna Lucen. iuriſdictionis viſitandi his verbis. Cõgregatio Concilij cenſuit per capit. 8. ſeſſ. 7. præſupoſito, quod ſententiæ, & concordiæ excludant Epiſcopum a viſitatione, illis Concilium non derogaſſe: cum enim d. capit. faciat diuerſas derogationes, cenſetur alijs non expreſſis noluiſſe derogare, & eſt alia declaratio ſuper dict. cap. 8. quæ ſic ait, Concilium hic non cenſetur ſuſtuliſſe, nec rem iudicatam, nec concordias.

Et idem tenuit Rota in vna Legionen. iuriſdictio-
203 nis † de Saldanna inter Epiſcopum, & Archidiaconum de Saldanna 13. Novemb. 1583. coram D. Blãchetto, vbi in fine deciſionis ſic dicitur. Neque etiam obſtat decretum Concilij Tridentini, nempe cap. 20. ſeſſione 24. quia, vt fuit reſolutum ab illuſtriſſimis Cardinalibus, Concilium non comprehendit caſus per ſententiam determinatos, vt in illa Lucen. cuius copia data fuit: ideò videndum prius, an dict. ſententia ſit in forma probanti, & quos caſus comprehendat?

Et idem fuit reſoluti in cauſa Burgen. iuriſdictio-
204 nis Archidiaconatus de Virbieſca coram † D. Seraphino, & D. Mantica vt in deciſionibus ſequentibus.

## *Burgen. iuriſdictionis Archidiaconatus de Virbieſca Decembris 1585. coram D. Seraphino.*

205 FVit concluſum † ſententia eſſe in forma probanti, cum fuerit extracta citato Reuerẽdiſſimo D. Archiepiſcopo, & recognita per vnum teſtem qui eſt quartus, nec nõ alij teſtes deponunt, quod Notarius de ea rogatus, erat Notarius publicus, fidelis, & legalis, & pro tali tentus & habitus, quæ ſufficere dixerunt in ſententia lata ante 70. annos Puteus dec. 151 & 338. li. 2. quæ procedũt de plano, iũcta obſervãtia, de qua per teſtes D. Archidiaconi, fuit item deciſum ſententiã continere iuriſdictionem priuatiuã ad Epiſcopũ, ex eo, quod loquitur de iuriſdictione acquiſita mediante vſu longiſſimi temporis, & ſic per præſcriptionem, quæ dicitur priuatiua. Calder. de præſcriptio. conſil. 2. Felin. in cap. Paſtoralis, num. 5. de offic. Ordin. Balb. part. 1. p. 5. pœnitentialis q. 11. nu. 8. cum alijs per informantes deductis, quod etiam admittitur per Dominos ſcribentes pro Archiepiſcopo. Non obſtat, quod opponitur de notoria iniuſtitia ex eo, quod ſit contra conſtitutionem ſinodalem, quia hoc reſpicit petitorium, nec hic poteſt

habere

quendam alium ad appellandum, qui in tempore appellauit, & ideo cum eſſet abſens, vel ſciebatur quo in loco eſſet, & tunc erat perſonaliter citandus, aut ignorabatur, & erat ter citandus in loco Beneficij per edictum, iuxta diſtinctionem gl. in cap. quoniam frequenter, verb. Canonibus definitum, vt litè non conteſt. quorum neutrum factum fuit, nam ſi præceſſiſſet perſonalis citatio, vtique etiam non expectatis ſex menſibus, potuiſſet Ordinarius procedere ad priuationem, vt fuit reſolutum in cauſa Zamoren. 12. Iunij 1589. coram Illuſtriſs. Mantica, & hoc obſeruatur tam in eo, qui eſt abſens cum licentia, quam ſine licentia, vt probatur in d. gl. Non obſtat, quod ſententiæ executio non potuerit ſuſpendi per appellationem, quia hoc locum habet, vbi ſententia lata eſt, ſeruato iuris ordine, quia ſententia nulla nullum partit iuris effectum, quare concluſum, Camillum eſſe manutenendum.

## *In Eadem coram eodem 5. Iunij 1600.*

158 DOmini perſtiterunt in reſolutis cum enim Camillus nunquam fuerit perſonaliter citatus, & trina citatio per edictum non fuerit rite executa, cõſequens eſt ad priuationem minus legitime proceſſum fuiſſe, neque poteſt ſuſtineri ex ſcientia citationis emanatæ, quam deducunt ex aduerſo informantes pro Tornerio ex mandato dato ad hanc cauſam & comparitione Procuratoris Camilli, ex qua ſanatur defectus, ſi quis interuenit, ad deciſ. 11. de dolo, & contumac. in nouis, & fuit dictum coram me, in cauſa Lunen. & Sarzanen. 23. Octobr. 1598. quia ad hunc effectum, vt ex mandato dato ad hanc cauſam oriatur probatio habitæ notitiæ citationis, requiritur mandatum ſpecificum ad illam cauſam, vt colligitur ex verbis deciſionis præfatæ vbi, procuratores ad cauſam huiuſmodi proſequendam conſtituant. Et colligitur ex notatis per Vantium de nullitat. tit. fin. num. 123. verum iſto caſu ſatis ex tenore mandati colligitur procuratorem fuiſſe conſtitutum generice, reſpectu moleſtiarum ſibi illatarum, quæ poſſunt intelligi circa iuriſdictionem, ſuper qua plura emanarunt præcepta, neque refert quod ratificauerit geſta per alios, nam hic non inſurgit ſcientia principalis, neque etiam ex eo, quod reſponderit citationi, quia hoc vigore generalis mãdati facere potuit. Neque obſtant aliæ monitiones deductæ, quia non poſſunt trahi ad hoc iudicium de nouo cõtra Camillum cœptum, & coadiuuantur prædicta, ex eo quod ex literis ſcriptis ad S. Congregationem conſtat Ordinarium ſciuiſſe, vbi moraretur Camillus, & ideo debebat curare, vt ibi citaretur, & ſeruanda erat forma in Concilio præſcripta, vt alias dictum fuit, ſed dato etiam, citra veri præiudicium, quod ritè proceſſum fuiſſet, reſpectu citationis, tamen excuſari non poteſt iſte proceſſus à nimia feſtinatione, & præcipitatione, maxime, cum per procuratorem allegarentur cauſæ excuſationis, quæ veniebãt diſcutiendæ, etiam quod per procuratorem comparitum fuiſſet, Capra. concluſ. 91. num. 46. quę fuit ratio conciliaris diſpoſitionis præfinientis ſpatium ſex menſium, & ita concluſum ſtandum eſſe in deciſis.

159 In qua etiam cauſa, coram D. Coccino, † primo Decembris 1600. & 23. Februarij 1601. domini cenſuerunt.

† Dandam eſſe remiſſoriam, ex quo verſabatur in profanis, nam hic ſolum agitur ſuper validitate ſententiæ priuationis de præpoſitura ab Ordinario latæ quam Camillus obtinuit, appellatione interpoſita in Rota reuocari, cum impoſitione ſilentij fiſco, & Alberto, qui ab eod. Ordinario poſt d. priuationem de dicta præpoſitura prouiſus venit ad cauſam ratione ſui intereſſe.

Ideoque, cum non ageretur ſuper titulo Beneficij, materia cenſebatur profana, Achill. deciſ. 2. de penſio. Puteus deciſ. 498. nu. 2. lib. 2. & fuit dictum in Caſalen. præpoſiturę, 9. Iun. 1589. coram D. Gipſio: quibus ſtantibus remiſſoria ſolet cõcedi, in qualibet inſtantia, & abſque fumo, & quoad releuãtiam domini pro maiori parte cenſuerunt articulos eſſe releuantes.

160 Ad procedendum verò contra † abſentes ad alias pœnas, præter priuationem non videtur neceſſaria trina citatio per edictum, ſed ſufficiet vna peremptoria, quamuis trinam etiam requiri ad priuationem fructuum tenuerit Rota in d. Caurien. fructuum, coram D. Orano, 10. Aprilis 1592. iuxta tradita per Abb. d. conſ. 67. p. 1. & Felyn. in c. conſuluit, num. 13. de offic. deleg. qui tamen loquuntur in terminis d. c. ex tuæ. de priuatione Beneficij, nec etiam erit neceſſarium expectare per ſex menſes.

161 Nec executio d. pœnarum contra Parochos † nõ reſidentes ſuſpendi poteſt priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, ſtatuto, conſuetudine, etiam immemorali, ſiue appellatione, aut inhibitione, vt in d. cap. 1. ſeſſ. 23. verſic. quod ſi per edictum, & tradunt D. Ioan. Ochon. in d. c. 1. de clericis non reſidẽt. in 6. num. 60. Licentiatus Antonius Gomez, in d. explicatione Bullæ, c. 7. ad 4. clauſulam, nu. 35. & 36. & D. Sahagun. in d. c. 2. de ſequeſtratione poſſeſſ. num. 54. dicentes, Concilium ibi dum diſponit executionem ſententiæ per appellationem, ſeu inhibitionem, non impediri, generaliter accipiendum eſſe contra abſentes, ſiue obedientes, ſiue contumaces, & ita in ſupremo Senatu obtinuiſſe, quamuis in hac Metropoli Compoſtellana, & in Puiciano prætorio antea non ſemel iudicatum fuiſſet, obtinere tantum contra pertinaces, & contumaces.

Concilium vero ibi ſolum tollit appellationem ſuſpenſiuam, † vt patet, non vero deuolutiuam, vt 162 in terminis aliorum decretorum eiuſdem Concilij, vbi remouetur appellatio, ſæpè S. Congregatio cenſuit.

163 Vndecimo dubitatur, † an prædicta obligatio, & onus reſidentiæ perſonalis ſolum procedat, & locum habeat in habentibus vere Curam animarum, & Beneficia Curata, nempè qui ſuo nomine, & ſingulariter ſunt Parochi, & Rectores Eccleſiæ, an vero procedat etiam in habentibus exercitium Curæ, vt in Eccleſijs, in quibus Cura per plures adminiſtratur, quarum Beneficia non ſunt proprie curata, ex conſil. Oldradi 67. de quo infra 9. parte capitul. 2. dubitation. 7. numer. 175. & in Beneficijs alias ſimplicibus habentibus adminiſtrationem, & exercitium Curæ.

164 Et breuiter dicendum † videtur etiam in illis procedere, nam re, & effectu iſti habent Curam animarum, nec ius diuinum, & naturale attendit ſubtilitates, ſed effectum, & ſubſtantiam, & Concilium d. capit. 1. ſeſſ. 23. & capitul. 3. ſeſſ. 7. de reform. abſolutè,

ſolutè, & generaliter loquitur de Beneficijs, habentibus Curam animarum; pro quo etiam facit, quod non ſolum reſidere tenentur habentes Parochialem,
165 † & Beneficium Curatum in titulum, ſed etiam habentes in commendam, Concilio Trident. cap. 2. ſeſſ. 6. de reform. & d. cap. 1. ſeſſ. 23. verſic. eadem omnino, iuncto principio ibi, quocunque nomine, & titulo præfectos.

166 Et eſt declaratio S. Congregationis † Concilij, quæ ait. Cum de iure communi obtinens Beneficiũ curam animarum iuriſdictionalem habens teneatur reſidere, & ſacris initiari extrauag. execrabilis, de præb. & gl. ibi. idem Congregatio cenſuit intelligi de commendatarijs, per omnia enim æquatę ſunt hodie commendæ titulis.

167 Faciunt etiam † pro prædicta reſolutione ſequẽtes declarationes eiuſdem S. Congregationis, Prima, An obtinens Eccleſiam baptiſmalem, cui incumbit ſola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & exiſtentes ſub cura Archipresbyteri, teneatur ad reſidentiam, præſuppoſito, quod in Eccleſia Archipresbyter, præter Baptiſmum, cætera Sacramenta adminiſtrat. Congregatio cenſuit teneri ad reſidentiam, ad minus tanquã coadiutorem Parochialis Eccleſiæ 1587. Secunda. Etiam perpetui coadiutores reſidere tenẽtur, ſicut veri Curati, etiamſi in alijs Beneficijs ſeruirent in Cathedralibus. Tertia, An Capellani coadiutores Rectorum Parochialium cum Capellanijs perpetuis inſtitutis authoritate Apoſtolica teneantur ad perſonalem reſidẽtiam, vt Rectores ipſi. Congregatio cenſuit teneri, & eos dũtaxat excipi, qui ex inſtitutione poſſunt per alium ſeruire, vel quibus nulla expreſsè reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta eſt, vnde & Ordinarius tenetur eos cogere, ſicut ipſos Rectores, nec poteſt cum aliquo huiuſmodi diſpenſare, quo ad reſidentiam, niſi vt cum Rectoribus Epiſcopus poteſt, eodemque iure examinandi, quo Rectores ad Parochiales ex. cap. 18. ſeſſ. 24. quin Canonici Cathedralis, ſeu aliarum Eccleſiarum Beneficium huiuſmodi obtinentes, tenetur, & ſimiliter cogi debent per Epiſcopum ad perſonaliter deſeruiendum in dictis Beneficijs, dimiſſo ſeruitio imminente ratione Canonicatuum, & Præbendarum ſuarum Eccleſiarum, etiam ex conſtitutione Pij V. ſuper reſidentia facienda in Parochialibus per eas obtinẽtes ac Canonicatus. *Quam declarationem quoad primam eius partem affert Gonçalez glo. 5. §. 9. num. 17. & ſumm. Bullar. verb. reſidentia, verſic. præter Summiſtas.*

4. *In diœceſi Veronenſ. extant quædam Eccleſiæ plebanales, quæ pro redditus habent decimas omnium frugum in tota earum parochia. Sed quia forſam ob populi multitudinẽ ſolus Archipresbyter non ſufficiebat in celebratione diuinorum, & ſacramẽtorum adminiſtratione, ſubtracta quadam portione dictarum decimarum pro victu alterius ſacerdotis, antiquitus creata fuit in earum ſingulis noua capellania, quę datur in titulum perpetuum, & per ordinarium in caſu vacantiæ confertur ſacerdoti cum onere celebrandi certos miſſas, & coadiuuandi in cura dictæ Eccleſiæ plebenalis. Quæritur, an dicta capellania poſſit appellari beneficium incompatibile cum alio curatu. Secundò, quòd illius rector ſubiaceat diſpoſitioni capituli licèt canon. de elect. in 6. Tertiò, an comprehendatur ſub decreto Concil. Trid. loquentis de reſidentia curatorum. Congregatio cenſuit eſſe beneficium incompatibile, ſi obtinens illam capellaniam velit nunc acquirere aliud beneficium, quod vel curatum ſit, vel aliàs perſonalem reſidentiam requirat. Ad ſecundum cenſuit, non ſubiacere d. cap. licet canon. Ad tertium reſpondit, comprehendi ſub decreto. Concilij loquentis de reſidentia, non tamen tanquam curatorum.*

168 Si enim coadiutores, † qui pro alio curam exercent, tenentur reſidere, ſicut veri Curati, tenebuntur etiã ſimiliter reſidere Beneficiati habentes curę exercitium, & adminiſtrationem Sacramentorum, licet illa per plures exerceatur, & adminiſtretur. *Et ita planè tenet Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. num. 160.*

169 Et iſta tertia declaratio, † quatenus dicit non teneri ad reſidentiam illos Capellanos coadiutores Rectorum qui ex inſtitutione poſſunt per alium ſeruire, vel quibus nulla expreſſe reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta eſt, intelligenda videtur, quando in inſtitutione expreſsè dicitur, quod non teneantur ad reſidentiam perſonalem, ſi enim intelligeretur, non teneri ad reſidentiam, ſi in inſtitutione reſidentiæ perſonalis obligatio iniuncta non eſt, potius iſta deberet eſſe regula, quam exemptio, & quoad obligationem reſidendi, non eſſet differentia inter iſtos Capellanos coadiutores Rectorum, & alios non habentes tale onus, & comprobatur etiam iſta intelligentia ex ſecunda declaratione adducta, *Et etiam ex quarta.*

170 Sed id, quod dicitur † de Beneficijs ſimplicibus, ſeu Capellanijs habentibus adminiſtrationem, ſeu exercitium Curę, aut onus adiuuandi Rectorẽ, quod ea obtinentes teneantur ad perſonalem reſidẽtiam, procedit vbi eſt ordinatio, ſeu conſuetudo, quod illi eo ipſo ſint coadiutores Parochi, & abſq; alia licentia Ordinarij eum adiuuent, ſeu per eos adminiſtrent Sacramenta; ſecus vbi eſt conſuetudo, ſeu ordinatio, quod illi aut ſeruitores, ſeu Vicarij eorum adiuuent Parochum in adminiſtratione Sacramentorum, maxime habita licentia Ordinarij, in his enim non requiritur perſonalis reſidentia, vt in Beneficio del Tiemplo huius Diœceſis Abulenſis.

171 Et quando Ordinarij † licentia debet haberi, parum refert, quod illi per ſe deſeruiant, aut per Vicarios, ſeu ſubſtitutos, cum ad id per Ordinarium approbari debeant, & ſic vbi ex conſuetudine debent adiuuare Rectorem, ſeu per eos adminiſtrare cum licentia Ordinarij obtinentes Cappellanias, ſeu Beneficia ſimplicia quæ alias ad reſidentiam non obligãt, non requiritur perſonalis reſidentia, niſi conſuetudine expreſsè habeatur, quod neceſſario, per ſe id faciant, licet ſecus vbi à principio in inſtitutione id caueretur.

172 Decimo ſecũdo dubitatur, † an Parochi, quibus à Papa datus eſt coadiutor perpetuus cũ futura ſucceſſione, teneantur ad reſidentiam, an vero per datione coadiutoris eximantur, & exuſentur à reſidentia. Et videbatur eos non teneri ad reſidentiam, quia ad hoc datur eis coadiutor, vt pro eis curam, & officium exerceat, & ſcio quendam Parochum opulentæ Parochialis habentem talem coadiutorem nũquam in ea reſediſſe.

173 Sed cum reſidentia in † Parochialibus ſit de iure diuino, & naturali, vt ſupradictum eſt in princ. non auderem propterea excuſare Parochum à reſidẽtia, & cura animarum, quatenus eam exercere valeat; nec intelligendum videtur Papam ei dare coadiutorem ad eximendum eum omnino à reſidentia, & cura animarum ei incumbente, ſed vt eum adiuuet;

374 etenim per dationem coadiutoris, † non transfer-
tur tota cura animarum in coadiutorem, ablata Paro
cho adminiſtratione.

375 Facit declaratio S. Congregationis † Concilij,
☞ quæ ait, Rector, qui habet Vicarium perpetuum in
eius Parochia, ſiue Rectoria poteſt, & debet compel-
li ad perſonaliter reſidendum, niſi tota cura anima-
rum translata fuerit legitime in ſolum Vicarium per-
376 petuum. Et alia ſic ait, Parochus † Eccleſiæ, in
qua fuit conſtitutus Capellanus, cui ex inſtitutione
Capellaniæ impoſita fuit tota animarum cura, ſeu
perpetua Vicaria, quoad Capellanus vixerit, non te-
netur in ea reſidere. conſonat Concilium Prouincia-
377 le Bononien. 4. par. tit. 6. de reſidentia. † §. de cauſis
excuſantibus à reſidentia Curatos, verſic. ſi etiam,
vbi ſic habetur. ſi etiam datus fuiſſet Parocho Vica-
rius perpetuus, in quem tota animarum cura, atque
adminiſtratio legitime translata fuiſſet à Parocho
abdicata, erit à reſidentiæ munere excuſandus, de
quo Gonçalez glo. 6. nu. 97.

378 Eſt etiam alia declaratio S. Cong. † quæ ſic ait, ar
☞ guuntur Epiſcopi, qui cauſa infirmitatis conſtituũt
in Parochialibus Eccleſijs Vicarios perpetuos, data
etiam facultate Rectori de non reſidendo, & alia,
quæ ait, Parochus debet reſidere in loco, vbi ſita eſt
Eccleſia Parochialis etiam ſi eſſet ei datus coadiu-
tor ratione infirmitatis, quæ bene facit in propoſi-
to. *Et alia, quam affert Gonçalez glo. 5. §. 9. num. 30. Pro-
pter deputationem coadiutoris, parochus, cui datus eſt coa-
diutor, non poterit abeſſe à reſidentia, refert & ſequitur
ſum. Bullar. verb. reſidentia. ſub verſic. præter Summiſtas,
Vgolin. de officio Epiſcop. c. 15. §. 3. ad fin, & c. 54. nu. 3,
& Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. nu. 27.*

379 Tandem circa reſidentiam † Parochorum notan-
☞ dæ ſunt ſequentes declarationes S. Congreg. Concil-
lij ſuper d. cap. 1. ſeſſ. 23. Prima. Per motum proprium
Sanctiſſimi Domini noſtri publicatum menſe Iu-
nij 1568. ſuper reſidentia Canonicorum habentium
Parochiales, non fuit ablata Ordinarijs facultas ita,
& taliter, quod non poſſint iuxta formam decreti
Concilij Trident. ex aliquibus iuſtis cauſis licentiam
concedere recedendi a Parochiali ad aliquod tem-
pus, modo ea vtantur intra limites præſcriptos ab
eod. Concilio Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. Se-
cunda Epiſcopo Piſtorien. quod attinet ad primum
poſtulatum de cap. 2. ſeſſ. 6. an videlicet diſpenſari
poſſit cum infirmis, ac decrepitis, ita vt eorum Ec-
cleſiæ, quæ perſonalem reſidentiam requirunt, ob id
à perpetuis Vicarijs ſeruiantur; item an ſit diſpenſan
dum cum eis, qui propter monialium, vel hoſpitaliũ
curam in Eccleſijs, quas in montibus obtinent, non
facile reſidere queũt, amplitudo tua id efficiet, quod
diffinitum eſt cap. 1. ſeſſ. 23. de reform. quo non am-
plius id permittitur, quod in dict. cap. 2. ſeſſ. 6. erat re
lictum arbitrio Ordinariorum, ſed omnino imponi-
tur neceſſitas reſidendi. Tertia. Inter cauſas abſen-
tiæ connumeratur infirmitas curabilis, aeris in tem-
peries certo anni tempore, & quando ita ſolitum eſt
fieri ab omnibus Sacerdotibus, præſertim alienige-
nis, & ad tempus. Quarta, An propter intemperiem
aeris, relicto ibi Vicario approbato, Parochus non
inde oriundus poſſit alibi habitare. Congregatio
cenſuit non poſſe, ſi tamen Rector infirmus eſſet, &
in loco Parochialis curari non poſſit defectu me di-
corum, medicinarumue, tunc poſſe ab Ordinario da-
ri ei dilationem trium, aut quatuor menſium, vt in
locis vicinioribus maneat recuperandæ ſanitatis cau-
ſa, interea ab ipſo Ordinario in Parochiali idoneo
Vicario cum congrua portione ex reddit ibus Paro-
chialis conſtituto, nam hoc caſu per quatuor men-
ſes diſpenſat Epiſcopus. Conſonat Concilium Me-
diolanen. 5. par. 3. tit. de reſidentia, verſic. ne Paro-
chus. & Concilium Bononien. d. 4. p. tit. 6. de reſiden-
tia. §. de cauſis excuſantibus à reſidentia Curatos,
verſicul. in Parochis. Quinta, Graues inimicitiæ
culpa Parochi non contractæ, & poſt obtentam Pa-
rochialem exortæ excuſant à reſidentia, & cum tali-
bus Epiſcopis conceditur diſpenſare per annum, vt
in alio vicinori, ac tutiori loco manere poſſint, dum-
modo in Parochiali expenſis Rectoris maneat ido-
neus Vicarius, ac interim curare debet Epiſcopus, vt
inimicitiæ extinguantur, ſi id perficere non poteſt,
reſcribere debet ad Cardinales Congreg. Concilij,
cuius culpa factum fuit, quominus reconciliatio
proceſſerit. Concordat d. Concilium Mediolanen. 5.
vbi ſupra verſic. nec præterea, & dict. Concilium Bo-
nonien. ſupra verſiculo æque ob graues, & vide cir-
ca hoc declarationem 5. intra adductam, num. 323. &
aliam num. 351. Sexta. Propter inimicitias, quæ ſu-
peruenerunt ſine culpa Parochi datur annus, & cre-
ſcentibus inimicitijs datur alius annus, ſed odium ſo-
lum Parochianorum non ſufficit, neque ſi omnes fe-
re fructus eſſent alijs reſeruati, neque continua aeris
intemperies, neque ſi eſſet neceſſarius magiſter Lu-
di, ſeu Grammaticæ in ciuitate, ſiue oppido, neque
ſeruitium Epiſcopi, etiam ad tempus. Septima. Paro-
chialem Eccleſiam habens cum Canonicatu in Paro-
chiali reſidere debet, quod eſt conforme Bullæ Pij V.
quæ incipit, Cupientes, & percipit fructus Præben-
dæ, & ſolum eius diſtributiones quotidianas perdit,
& ſic quod præterea abſentes iuſta alia de cauſa non
percipiunt. Si autem Canonicatus eſt in eodem lo-
co, vbi eſt Parochialis, poteſt vtrique ſeruire, & quo-
tidianas diſtributiones percipere; ſi autem alter ab
altero diſtet per leucam, aut dimidium leucæ, etiam-
ſi Canonicatus eſſet in Cathedrali, tenetur nihilo-
minus in Parochiali reſidere, quod procedit, non ob
ſtante quacunque nobilitate Canonicorum, aut ec-
cleſiæ Cathedralis, etiam Metropolitanæ, vide de-
clarationem adductam ſupra num. 114. & infra nu.
338. Octaua. Reſidens in Parochiali, quæ non lon-
ge abeſt à Collegiata, in qua Canonicatum obti-
net, diebus ferialibus ad Eccleſiam Collegiatam
accedere, & in ea diuinis inſeruire poteſt, dummodo
omnibus diebus, & horis ſuis debitis, & congruis
Parochiali inſeruiat, & nihil prorſus relinquat ex de-
bito ſeruitio ipſius Parochialis. Nona, in Monaſte-
rijs, & Abbatijs, quæ Cura, & Conuictu carent, non
eſt neceſſaria reſidentia. Decima, Præpoſitura, li-
cet tantum ſit iuriſdictionalis, intelligitur tamen eſ-
ſe comprehenſa in Bulla S. D. N. Pij V. de reſiden-
tia Parochorum, quæ incipit. Cupientes. Vnde-
cima. Vicarius amouibilis in exercitio Curæ ani-
marum arguit curam eſſe penes deputantem, &
adeo ipſum teneri ad reſidentiam. Duodecima.
Non tenetur reſidere in Prioratu Curato, vel Paro-
chiali, vnita tamen perpetuo Dignitati, qui tenetur
reſidere in Eccleſia Dignitatis. ſic dicendum de Ca-
nonicatibus, & alijs. Decimatertia. Obtinens Cano-
nicatum, cui ſit vnita Parochialis ad vitam obtinen-

tis

tis tantum, tenetur in Parochiali reſidere, ſi vnio facta ſit ad vitam obtinentis tantum. Decimaquarta. Rector, ſeu Parochus, qui habet Parochiam, intra cuius limites adhuc habitant Parochiani, tenetur in ea reſidere, etiamſi tantum eſſent in illa Parochia tres, vel quatuor incolæ, & vbi fuerint duæ Eccleſiæ vnitæ, reſidendum eſt in digniori; quod ſi non conſtet quæ ſit dignior, in frequentiori; quod ſi vna fuerit extra, & altera intra vrbem, reſidendum eſt in ea, quæ eſt intra. Conſonat Concilium Bononien. d. tit. 6. de reſidentia. §. de his, qui ad reſidentiam tenẽtur. verſ. & quoniam. Decimaquinta. Aquilana. Si vnus populus diuidatur, & vna pars habitet in ciuitate, & altera extra, & idem Parochus ex conſuetudine ambas Parochiales obtineat, reſidere debet in ciuitate. Decimaſexta. Habens duas Parochiales vnitas perpetuo inuicem æque principaliter, & non vnam alteri acceſſorie, ambaſque pares ita, vt vna non ſit dignior, & principalior altera, poteſt in qua maluerit reſidere. Ita Epiſcop. Abulenſ. reſcriptum eſt. 15. Martij 1575. Decimaſeptima. An ſi Parochialis tribus, aut quatuor milliaribus tantum diſtet à ciuitate poteſt in hac Rector habitare, Dominicis tantum ad ſuam Eccleſiam accedens, & habeatur pro reſidente. Congreg. cenſuit non poſſe. 18. Cõchen. Epiſcopus poteſt compellere Rectores ad reſidendum, non obſtante conſuetudine reſidendi in loco diſtanti à Parochia per ſex milliaria. 19. Presbyter obtinens Parochiales, etiam à ciuitate vltra duo milliaria non diſtantes, non poteſt deputari magiſter Grammaticæ, & ob id à reſidentia excuſari, etiamſi velit ſingulis diebus feſtiuis Parochiali intereſſe. Ita Epiſcopo Tridentino reſponſum eſt. Vigeſima. Licet Eccleſia Parochialis ſit in loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars habitat longè in oppidis, nihilominus Parochius habitare tenetur propè Eccleſiam in ciuitate, ſed ſuccurrendum eſt eis, qui longè habitant ſecundum antiquam loci conſuetudinem per diſpoſitionem cap. 4. ſeſſ. 21. reform. Conſonat Concilium Mediolanen. 5. d. tit. de reſidentia. verſic. Eccleſia Parochialis. Vigeſimaprima. Cong. Concilij cenſuit Rectores Parochialium debere reſidere in domo ipſarum Parochialium; quod ſi Parochiales domos non habent, tunc in alia domo, quæ ſit intra limites Parochiæ, aut ſaltem ita vicina Parochiali Eccleſiæ, vt inde commode poſſint per ſe ipſos ei inſeruire. Refert Zerola in praxi Epiſcopali 1. par. verſicul. Parochus, §. 4. Vigeſimaſecunda. Congregat. cenſuit Parochum cogendum eſſe habitare in domo Eccleſiæ, vel ſi Eccleſia eam non habeat, in propinquiori intra limites Parochiæ; quod ſi non habitauerit, teneri ad reſtitutionem fructuum, de quibus in hoc decreto. Vigeſimatertia. Qui finitima vrbis Beneficia obtinent, & domum non habent vbi habitent habitationis domum.... Vigeſimaquarta. In his, quæ pertinent ad reſidentiam, obſeruanda ſunt quæ habentur in capitul. 1. de reform. ſeſſ. 23. & in reliquis, ſi non poſſunt ſeruari decreta Concilij Tridentin. prædicti, id agendum eſt quod commodius, & melius poteſt, & qui non habet domum propriam in loco, vbi reſidere tenetur, aliquã conducere debet; vbi vero populus non poteſt victũ ſuo Curato ſubminiſtrare, Ordinarius ea obſeruare debet, quæ habentur in cap. 3. ſeſſ. 24. de reform. & in caſu, quo iura diſponunt, non debet pro iuris declaratione ad Papam recurrere. Vigeſimaquinta. Parochus non habens commodam habitationem in Parochialis fuit diſpenſatus, vt degere poſſet in loco vicino, dummodo propè Eccleſiam ſubſtitutus eius habitet; aliquando hęc facultas eadem de cauſa conceſſa fuit ſine illa conditione, quod ſubſtitutus propè Eccleſiam habitet. Vigeſimaſexta, ibi, cauſa prius per Epiſcopum cognita. Omnia hæc committuntur Epiſcopo, qui executioni demandet etiam in Eccleſijs Parochialibus, quarum collatio ad inferiores ſpectat, etiamſi inferiores eſſent Abbates regulares. Vigeſimaſeptima. Epiſcopus ad reſidentiam cogere poteſt Rectorem, licet eius Eccleſia Parochialis pertineat ad inferioris collationem, etiam Abbatis regularis. Conſonat dict. Concilium Mediolanen. 5. dicto tit. de reſidentia verſic. fin.

## *De reſidentia Dignitatum, Canonicorum, & Portionariorum.* §. I.

### SVMMARIA.

*OBtinentes in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, aut Portiones tenentur ad reſidentiam ita, vt non liceat vltra tres menſes abeſſe, vt in Cõcilio Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. verſ. præterea obtinentibus, num. 180.*

*An d. verſ. præterea obtinentibus, comprehendantur Dignitates principales, & capita Collegiatarum, n. 181. reſoluitur, quod ſic, niſi haberent territorium, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

*An obtinens Dignitatem, maxime principalem in Collegiata, quæ habet etiam ſedem in Cathedrali, excuſetur à reſidentia in Collegiata, & poſſit reſidere in Cathedrali, nu. 182. reſolnitur, quod non, & ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*An habens Canonicatum, & monaſterium in commendam teneatur in Canonicatu reſidere, num. 183. reſoluitur, quod in monaſterio, niſi ſit ab animarum cura liberum.*

*Obtinens Parochialem, & Canonicatum, ſi non reſidet in Parochiali, vt debet, cogi debet reſidere in Canonicatu. 184.*

*Habens duas Dignitates, ſeu duos Canonicatus, in qua debeat reſidere, num. 185. reſoluitur, quod in digniori, alias in qua maluerit, & idem in habente duas Parochiales vnitas.*

*Habens ex diſpenſatione duo Beneficia reſidentiam requirentia debet reſidere in habente maiorem neceſſitatem ſeu cauſam reſidendi, ſi vero æqualem habent, in quo maluerit, & idem in habente duas Parochiales vnitas, num. 186.*

*An Capellaniæ, & Beneficia ſimplicia, quæ nullos fructus habent in abſentia ſed omnes inter præſentes diſtribuuntur, requirant perſonalem reſidentiam, non obſtante conſuetudine contraria. nn. 187. & ſeq. reſoluitur, quod ſic ex Congregatione Concilij.*

*An Concilium ibi cenſeatur tollere conſuetudinem etiam immemorialem, nu. 189.*

*Conſuetudo immemorialis nunquam cenſetur ſublata, niſi expreſſa mentio de ea fiat, nec comprehenditur in reuocatione conſuetudinis, etiam cum dictione vniuerſali, niſi quando tollitur tanquam irrationabilis, aut eadem ratio militat in immemoriali, num. 190.*

*Conſuetudini immemoriali eſt derogatum per clauſulam derogatoriam conſuetudinum, etiam iuramento, Apoſtolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratarum. nu. 191.*

*Sublata quacunque præſcriptione, non cenſetur ſublata præſcriptio immemorialis, num. 192. niſi vbi lex, vel priuilegium*

*afficit rem, & facit eam impreſcriptibilem, & tunc non ſufficeret allegare titulum, ſeu priuilegium, & ad ipſum probandum adducere immemorialem, niſi data fama. nu. 193.*

*Decretum Concilij ſeſſ. 24. cap. 20. quod derogat quibuſcumq; conſuetudinibus, non tollit immemorialem ex ſententia Cõgregat. num. 194. vbi adducuntur declarationes, & reſolutio Rotæ num. 195.*

*Obtinentes Dignitates in Eccleſia Toletana, & alijs, prætendunt non teneri ad reſidentiam, & non reſident propter immemorialem, num. 196.*

*Concilium d. verſ. præterea obtinentibus, ſubſtulit conſuetudinem etiam immemorialem ex ſententia S. Congreg. nu. 197. vbi ponuntur declarationes, & num. 198. alia ponitur.*

*Obtinentes Dignitates in d. Eccleſia Toletana, & alijs, nõ poſſunt hodie excuſari à reſidentia, licet ante Concilium eſſent in immemoriali non reſidendi, nec dicendo, quod Concilium non ſit quoad hoc receptum, num. 199.*

*An ſtante Concilium litigatum eſſet ſuper reſidentia cum aliquibus Dignitates obtinentibus, qui habuerunt ſententiam, & rem iudicatam, non teneri ad eam, quia probauerunt immemorialem, teneantur poſt Concilium ad reſidentiam, numero 200.*

*Derogatio ſententiarum per viam legis tollit etiam rem iudicatam, licet ſecus in reſcripto, num. 201.*

*Vbi Concilium non derogat ſententijs, non comprehendit caſus per ſententiam determinatos nu. 202. vbi ponuntur declarationes S Congregationis, & num. 203. reſolutio Rotæ, & deciſiones in cauſa Burgen. iuriſdictionis Archidiaconatus, de Virbieſca, nu. 204. 205. 206. 207. 208. & 209.*

*In propoſito dubio obtinentes Dignitates tenentur ad reſidentiam, cum ſententia fundetur in immemoriali, & ſic non det plus roboris, nu. 210. & 211. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. & contraria procedunt, vbi non conſtat ſententiam fundari fundamento reuocato, num. 212.*

*An per Concilium d. verſ. præterea obtinentibus, cenſeatur derogatum Statutum, etiam à Sede Apoſtolica confirmatum, nu. 213. cum ſeqq reſoluitur negatiuè propter duplex vinculum. ſicut & concordia à Sede Apoſtolica cõfirmata non cenſentur ſublata per Concilium.*

*An id ſolum procedat in confirmatis ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, an vero etiam in confirmatis in forma communi, num. 218. cum ſequentibus, reſoluitur illas tantum confirmationes eſſe præſeruatas in decretis Concilij, quæ emanarunt ex certa ſcientia; & cum cauſæ cognitione ex Congregatione Concilij.*

*Etiam, quod ſimul concurrant immemorialis concordia, ſeu ſtatutum, & confirmatio in forma communi eſt illis derogatum, num. 223 cum ſeqq.*

*Cenſetur præſeruata confirmatio ex certa ſcientia, quãdo in derogatione nulla facta eſt mentio de confirmatione Apoſtolica, alias enim intelligitur etiam ex certa ſcientia, num. 226.*

*Illa dicitur confirmatio ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione in qua eſt inſertus tenor rei cõfirmatæ, vel ſaltem narrata ſubſtantia, & eſt expedita precedente ſolita diſcuſſione, num. 227. & 228.*

*Cauſæ cognitio excluditur in concordia, quæ eſt inter partes, quando confirmatio fuit obtenta ad ſupplicationem vnius partis tantum, num 229.*

*An confirmatiu, in qua adeſt clauſula ex certa ſcientia, non tamen eſt inſertus tenor, aut narrata ſubſtantia rei, ſit ex certa ſcientia, an vero in forma communi, num. 230. cum ſeqq. reſoluitur, num. 233.*

*Clauſula, quorum tenores, & ſupplentes omnes defectus, non faciunt vt confirmatio ſit ex certa ſcientia, & quod illæ operentur, num. 234.*

*De ſtatuto Eccleſiæ Abulenſ. concedente abſentiam quatuor menſium, quod eſt confirmatum ex certa ſcientia, & declaratione ſuper eo obtenta per Epiſcopum à nu. 235. & 244.*

*An poſſit renuntiari ſtatuto, ſeu priuilegio habenti decretum irritans expreſſe, vel tacite, num. 242. & ſequenti.*

*An ſit reuocatum ſtatutum, vel conſuetudo aliquarum Eccleſiarum, in quibus vltra tres menſes datur ſingulis menſibus vnus dies pro tonſione barbæ, num. 245. & 246. reſoluitur eſſe reuocatum, niſi ſit in ſpecie confirmatum.*

*An in menſibus, qui dantur recreationis cauſa, abſentes non ſolum lucrentur fructus, ſed etiam diſtributiones quotidianas, maxime ſtante tali conſuetudine, & ordinatione, num. 247. cum ſeqq. reſoluitur contra aliquos negatiue, etiamſi Canonicatus ſolum conſiſtat in diſtributionibus, & ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*In Eccleſia Abulenſ. eſt ſtatutum in contrarium confirmatum ex certa ſcientia per Iulium III. vt in breui poſito nu. 253. & ſeq. & quod poſt Concilium obſeruetur. nu. 255.*

*An ſint derogata indulta, ſeu priuilegia Apoſtolica, quibus cõceditur abeſſe vltra tres menſes, nu. 256. cum ſeqq. reſoluitur negatiue, nam lex generaliter loquens non tollit priuilegium particulare, & quod Bulla Pij IV. reuocatoria priuilegiorum non procedit niſi illis decretis, in quibus eſt derogatio priuilegiorum.*

*Priuilegia perpetua de non reſidendo conceſſa certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, ſunt reuocata per Concilium, nu. 266. & ſic priuilegium conceſſum Capellanis Regijs eſt reuocatum, num. 267.*

*Contra dictam reſolutionem, quod Bulla Pij IV. non procedat, niſi in illis decretis, in quibus habetur derogatio priuilegiorum, ſunt duæ difficultates, num. 268.*

*Prima difficultas, quod alias S. Congregatio declaranerit regulares per ſua priuilegia etiam mare magnum, non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt in declarationibus adductis, & tamen nõ habetur in Concilio derogatio huiuſmodi priuilegiorum, num. 269. cum ſeqq.*

*Secunda difficultas, quod alias d. Bulla videtur fuiſſe ſuperflua, & de nihilo ſeruire, nu. 274.*

*Ad primam difficultatem prima reſponſio, num. 275. & ſeq. qua non placet, nu. 277. & quod decreto vltimo. ſeſſ. 25. de reg. ſolum reuocantur priuilegia, quæ ſunt contra decreta illius ſeſſionis, & non aliarum.*

*Priuilegia Regularium, quod non teneantur ſeruare interdicta in aliquibus diebus tantum, ſunt ſublata per Concilium. d. decreto vltimo contra aliquos num. 268. cum ſeqq.*

*Secunda reſponſio ad d. difficultatem, nu. 283. qua comprobatur, & defenditur n. ſeqq. ſed non ſatisfacit, nu. 295. & ſeq.*

*Vera reſponſio ponitur. num. 297. ad 302.*

*Regulares ſecluſo priuilegio non poſſunt de iure abſoluere à caſibus Epiſcopo non ſolum de iure, ſed etiam ſpecialiter per ipſum reſeruatis contra aliquos num. 303. & 304.*

*Ad ſecundam difficultatem reſp. dict. Bullam non eſſe ſuperfluam, ſed eſſe factam ad corroborandam, & confirmandam derogationem priuilegiorum in decretis Concilij contentam, num. 305.*

*Quot dies contineant menſes, qui dantur recreationis cauſa à Concilio, nu. 306. reſoluitur menſem in propoſito continere. 30. dies, cum non exprimatur à quo tẽpore incipiant contra aliquos relatos, num. 307.*

*An ſtante ſtatuto Eccleſiæ, quod concedebat abſentiam trium menſium, non tamen erat in vſu, poſſint poſt Concilium illis gaudere, num. 308. cum ſeqq. reſoluitur non poſſe.*

*Si conſtitutio, aut cõſuetudo Eccleſiæ requirit ſeruitium totius anni, tunc locum habet abſentia trium menſium à Concilio permiſſa, num. 311. & 312.*

An

*An ad abſentiam trium menſium requiratur cauſa, & licentia, num. 313. cum ſeqq. reſolvitur non requiri, & ponuntur declarationes Sacr. Congregationis.*

*Iſti menſes, non debent ſumi in maximis ſolemnitatibus ex Congregatione Concilij, quod tamen in Hiſpania non ſervatur, n. 317. & 318.*

*An Canonici poſſint licite abeſſe vltra tempus à Concilio permiſſum, amittendo diſtributiones, & fructus, qui reſidendo lucri fiunt num. 319. cum ſeqq. reſolvitur negative, etiamſi maneant in civitate, & ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*An ſatis ſit lucrari groſſam, ſeu veſtiarium reſidendo ad horam, ſeu tempus illius, num. 324. & ſeqq. reſolvitur, non ſatis eſſe, nec ſatisfacere, & adducuntur declarationes S. Congregationis.*

*Conſuetudo vigens in Eccleſijs, vbi Matutini dicuntur media nocte, non intereſſendi illi videtur excuſare, nu. 326.*

*An ex diebus, & horis collectis ſint conficiendi menſes abſentiæ. nu. 327. & ſeq.*

*Secundum Congregationem Concilij non valet ſtatutum, ſeu conſuetudo, vt Prabenda, ſeu groſſa lucrifiat intereſſendo vna vel duabus horis, aut minori tempore. 9. menſium, nu. 329. ſed non ſervatur in Hiſpania & poteſt ſuſtineri. n. 330. & quid in Eccleſijs Civitatenſ. ſervatur. nu. 331.*

*An obtinens Dignitatem, cui incumbit viſitatio, poſſit ratione viſitationis abeſſe vltra tres menſes, & lucrari fructus, ac diſtributiones Dignitatis & Canonicatus, quem ſimul obtinet. num. 332. reſolvitur, vt in declaratione S. Congregationis ibi poſita.*

*Si eſſet conſuetudo, quod Archidiaconus viſitans percipiat diſtributiones, eſſet valida, nu. 333.*

*Incumbens Cura animarum imminenti ſua Dignitati habetur pro præſenti, & intereſſenti ex decreto Concilij ſeſſ. 22. cap. 3. nu. 334. ſed intelligitur de Cura animarum proprie, nempe fori interioris nu. 335. vbi adducuntur declarationes S. Congregationis.*

*Viſitans, ſeu exercens iuriſdictionem imminentem ſuæ Dignitati vel Eccleſiæ, non lucratur diſtributiones, quando eſt abſens à civitate, ſeu loco Eccleſiæ, alias ſecus nu. 336.*

*Non procedit d. decretum c. 3. in Canonicis, ſeu Dignitatibus habentibus Parochiales, non tamen annexas, nu. 337. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Archidiaconus viſitans non lucratur fructus Canonicatus, quem ſimul obtinet, etiamſi eſſet annexus Dignitati, ſtante quod fructus ſint diſtincti, ſecus autem eſſet in portione acceſſorie annexa Dignitati, nu. 338.*

*Communiter conf. Navarr. 14. de Clericis non reſident. quatenus ſentit, quod proſequens litem ſuper iuribus ſuæ Dignitatis lucratur etiam fructus Canonicatus. nu. 339.*

*Excuſatus à reſidentia non lucratur fructus, qui non lucrifiunt in abſentia, niſi in caſibus à iure expreſſis, nu. 340.*

*Canonicus ingrediens Religionem non lucrabitur anno nonitiatus fructus Prabendæ, quamvis ſit iuſte excuſatus à reſidentia, nu. 341.*

*Canonicus electus ad Epiſcopatum Italiæ, qui debet Romæ examinari, quamvis interim dum vadit, iuſte abſit, non tamen fructus percipiet, ad quos percipiendos in abſentia non ſolum non ſufficit vtilitas privata, ſed nec vtilitas Eccleſiæ, ſeu Epiſcopatus in genere, ſed requiritur vtilitas Eccleſiæ in ſpecie, num. 342.*

*Obtinentes ex diſpenſatione Parochialem, & Canonicatum reſidentes in Parochiali percipiunt fructus Canonicatus ex privilegio Bullæ Pij V. & obtinens ex diſpenſatione duos Canonicatus, ſeu Dignitates eo ipſo cenſetur diſpenſatus, vt percipiat in abſentia fructus alterius, quando diſpenſatio eſt perpetua, num. 343.*

*An ſtatuta, & conſuetudines Eccleſiarum concedentia iubilationem deſervientibus per 40. annos ſint contrà ius, & derogata per Concilium nu. 344. reſolvitur quod non, & adducitur declaratio S. Congregationis.*

*An per Concilium ſit derogatum c. de cætero, & c. ad audientiam. de Clericis non reſident. vbi habetur, quod duo Canonici exiſtentes in ſervitio Epiſcopi habentur pro præſentibus n. 345. cum ſeqq. reſolvitur, non eſſe derogatum, & ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*Canonici exiſtentes in ſervitio Epiſcopi non poſſunt percipere diſtributiones quotidianas, quod fallit ſtante conſuetudine in contrarium, nu. 348.*

*Fallit etiam in Canonicis miſſis ad viſitanda limina, vel comitantibus Epiſcopos ad ea, nu. 349. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, quod declaratur nu. ſeq.*

*Fallit etiam, quando Canonicatus conſiſteret ſolum in diſtributionibus, nam tunc eas lucrarentur, excepta tertia parte ex Congregationis ſententia, n. 351. vbi ponuntur declarationes.*

*Quoad lucrandos fructus Canonicatus, quando omnes conſiſtunt in diſtributionibus S. Congregatio facit differentiam inter abſentes cauſa ſtudij, & cauſa reſidentiæ in Parochiali ex vna parte, vt hi eos integros percipiãt, & inter abſentes cauſa ſervitij Epiſcopi, & inimicitiarum, vt hi eos lucrentur, deducta tertia parte, nu. 352. & 353.*

*Fallit etiam ſtante ſpeciali gratia, & conceſſione Papæ, num. 354. & 355.*

*Similis gratia, & privilegium percipiendi etiam diſtributiones in abſentia conceditur ſolet ad tempus, & prorogari Inquiſitoribus, & Miniſtris S. Inquiſitionis Hiſpaniæ nu. 356. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Canonicus Vicarius Epiſcopi, non poteſt percipere diſtributiones in abſentia, quamvis percipiat fructus, niſi ſit conſuetudo in contrarium nu. 357 ſecus in Vicario capituli ſede vacante, num. 358.*

*Abſens pro ſervitio, & vtilitate Eccleſiæ de iure percipit fructus, & etiam diſtributiones, ſi eſt præſens in loco, nu. 359. niſi conſuetudo contraria, num. 360. abſens vero à loco pro vtilitate Eccleſiæ, vel alia iuſta cauſa non percipit diſtributiones, niſi conſuetudine aliud ſit obtentum num. 361. vbi adducuntur declarationes S. Congregationis, iuxta quod ſunt accipiendæ aliæ declarationes additæ, nu. 362. & quædam conf. Navarr. conſ. 363.*

*Diſpoſitio d. c. de cætero, & c. ad audientiam, de Clericis non reſid. procedit etiam in Canonico Doctorali, & Magiſtrali n. 364. niſi vergeret in magnum damnum Eccleſiæ, nu. 365.*

*In Eccleſia Abulenſ. eſt ſtatutum, quod Doctoralis non procuret, nec acceptet familiaritatem Epiſcopi, nec ea vtatur, num. 366.*

*Diſpoſitio. d. cap. de cætero, & cap. ad audientiam, non habet locum in Canonico pœnitentiario, nu. 367. nec etiam in Canonico lecturæ. num. 368.*

*An diſpoſitio iſtorum capitulorum procedat in inferioribus Clericis, non Canonicis, nu. 369. cum ſeqq. approbatur ſententia Abbatis in d. c. ad audientiam, nu. 8. quam ſecuta eſt Rota.*

*Qui non per Epiſcopum, ſed alias ſunt occupati pro communi vtilitate, ſeu Epiſcopatus in genere, aut per Epiſcopum plures, quam duo eiuſdem Eccleſiæ, non percipient fructus in abſentia, nu. 374.*

*Procuratores generales Cleri Hiſpaniæ à Congregatione deputati reſidentes in Curia Romana, & regia, non excuſarentur à reſidentia, nec lucrarentur fructus in abſentia, niſi ſtaret breve Clementis VIII. nu. 375.*

*Diſpoſitio. d. c. ad audientiam, non comprehendit Portionarios, qui non ſunt de Capitulo licet in eo habeant vocem, nu. 376.*

*non tamen ideo excusetur a residentia sua in Collegiata, ad effectum, vt non residendo lucretur fructus, & distributiones in absentia: nam re vera non astringitur ad residendum in Cathedrali, licèt ibi habeat sedem honorariam sine aliqua fructuum participatione: quæ res arguit talem residentiam esse voluntariam, non autem necessariam, prout est illa, quæ fieri debet in Collegiata, in qua per erectionem Sixti IV. constituitur caput, & assignatur ei quota fructuum, quorum ratione tenetur omninò residere, Abb. c. de multa, num. 21. de Præb. Ferret. consi. 32. num. 15. lib. 1. Et ideo in causa Burgen. residentia 3. Decembr. 1593. coram D. Penia Rotæ voluit, Vt videretur an dignitates Burg. essent unitulatæ in Ecclesia Burgen. vel alibi, cum ex hac inspectione determinetur necessitas residendi. Nec obstat, quod sedis assignatio in Cathedrali in consequentiam tribuat facultatem ibi residendi: quia hæc est merè facultativa, & voluntaria, non autem necessaria residentia; Nec obstat, quod qui duo beneficia residentiam requirentia ex dispensatione obtinuit, possit eligere in quo malit residere, gl. in cap. non potest, §. illud in verb. retinere, & ibi Franc. nu. 5. & Gemin. nu. 11. de Præb in 6. quia id procedit, vbi residentia in vtroque beneficio est necessaria, Abb. in c. extirpanda, §. qui verò nu. 5. de Præb.* De quo etiam infra, num. 476. vbi dicta videnda sunt.

183 Tertiò dubitatur, an habens † Canonicatum, & Monasterium in commendam teneatur in Canonicatu residere? Et dicendum est, quod in Monasterio, nisi illud sit ab animarum cura liberum, vt in sequenti declaratione S. Cõgregationis Concilij. Obtinens Canonicatum, & Monasterium in commendam ab animarum cura liberum, in Canonicatu residere tenetur. Et conducit declaratio nona supra adducta hoc capite sub num. 179. quæ ait, quod in Monasterijs, & Abbatijs, quæ cura & conuentu carent, non est necessaria residentia. *Immo absolutè videtur dicendum, & conformius prædictæ declarationi, quod obtinens canonicatum & monasterium in commendam, debet in canonicatu residere nisi monasterium habeat aliàs curam animarum; nam sæcularis habens in commendam monasterium, non habet curam conuentus nec monachorum, quæ non residet penes commendatarium clericum sæcularem non habẽtem intra clausuram conuentus, sed extra, sed tota est penes priorem conuentualem, qui habet curam conuentus & monachorum, Rot. dec. Farin. 112. num. 10. & sic non tenetur in monasterio residere; atque ita videtur practicari à nõ clerici sæculares habentes monasteria in commendam, nunquam, vt existimo, in eis residet. Et caret difficultate: nam S. Congreg. Concilij censuit, non teneri residere, nec promoueri ad sacros ordines, si monasteria habent tantum iurisdictionem temporalem. Et 19. Decemb. 1596. censuit commendatarios Abbatiæ curam iurisdictionalem tantum, non autem sacramentalem habentes, nullo Concilij decreto ad residendum astringi, neque si non residerent, pœnis ab eo in non residentes constitutis arceri.* Immo & obtinens Parochialem, & Canonicatum, qui debet residere in
184 Parochiali, vt in constitutione 64. Pij V. † & in declaratione septima adducta sub d. num. 179. si non residet in Parochiali ex permissu Episcopi, debet cogi residere in Canonicatu, vt in sequenti declaratione d. S. Congregationis. Habens Canonicatũ, & Parochialem in duabus Diœcesibus, & non residens in Parochiali ex permissu Episcopi, vt tenetur ex Bulla Pij V. cogendus est ad residendum in Canonicatu.

185 Quarto dubitatur habens duas † Dignitates, seu duos Canonicatus ex dispensatione, in qua debent residere? Et dicendum est, quod in digniori, aliàs in qua maluerit, vt in sequentibus declarationibus S. Congregationis Concilij: Prima. Habens duos Archidiaconatus dignitate pares, residere poterit in quo sibi placuerit: si alter est dignior, tenetur in eo residere.

Secunda. Obtinens legitimè duas Dignitates, in digniori residere tenetur, & fructus alterius lucratur, nõ tamen distributiones, & eam tertiam partem Præbendæ, quæ auctoritate decreti. sess. 22. de reformat. in quotidianas distributiones est conuersa. Tertia. Obtinens duos Canonicatus tenetur in digniori residere; eius vero, in quo non residet, quotidianas distributiones perdit, in quibus distributionibus intelligitur etiam comprehensa tertia pars Præbendæ, quæ ex decreto Concilij Triden. conuersa fuit in distributiones quotidianas; sed habens plures Canonicatus dignitate pares, vbi pluribus inseruire potest, residere tenetur. Et idem est in habente duas Parochiales vnitas. vt in declaratione 14. & 16. adducta supra sub d. nu. 179.

186 Et habens ex dispensatione duo † Beneficia residentiam requirentia debet residere in eo, quod maiorem necessitatem, seu causam residendi habet: si vero æqualem habent, potest, in quo maluerit residere, vt in sequentibus declarationibus dict. S. Congregationis, Prima Archiepiscopo Ianuen. Parochiales Ecclesiæ sunt incompatibiles cum Beneficijs, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas à diuinis absentes amittunt, & illi, qui obtinent duo Beneficia, vel plura cum legitima dispensatione ante Concilium Tridentinum obtenta requirentia personalem residentiam, tenentur residere in quo est maior necessitas, nec propterea possunt alterutro priuari, amittunt quidem distributiones quotidianas eius Beneficij, cuius ministerio non inseruiunt. Secũda. Cardinali Farnesio. Canonici omnes debent in propria Ecclesia residere, & personaliter deseruire eorum muneri, non obstantibus quibuscunque; illi tamen, qui aliud beneficium ex legitima dispensatione obtinet, quod maiorem, vel æqualem causam residendi habeat, licèt non interfit muneri, quod exigit Canonicatus, non potest tamen eo priuari, nec alia pœna affici, nisi priuatione distributionum quotidianarum, nec Concilium Triden. super pluralitate beneficiorum prouidet, nisi ad futurum, præterquam in Parochialibus, quas nec etiam per dispensationem ante Concilium Tridentinum obtentam nemo, nisi vnicas retinere potest. Et idem est in habente duas Parochiales vnicas, vt in d. declaratione decima quarta, vbi dicitur, quod, si non constet quæ sit dignior, residendum est in frequentiori, & si vna, fuerit extra, & altera intra vrbem, residendum est in ea, quæ est intra, Et ad prædicta conferunt quæ tradit post hæc Goncalez, glos. 6. num. 268. *Post Abb. in c. extirpanda, §. qui vero de Præb. num. 5. in lectura & repet. Dam. nu. 11. & Franc. nu. 5 in cap. non potest, §. Illud, de Præben. in 6. Rebuff. in praxi. tit. de dispens. ad plura beneficia. num. 72. & Hoicdam de incomp. benefic. 1. par. cap 17. num. 29. qui intelligunt & limitant glo. d. §. 2. illud verb. retinere, quæ dicit; quod habens ex dispensatione duo beneficia residentiam requirentia, potest residere in Ecclesia quam vult, vel nunc in illa; quam sequitur Io. Quint. in c. de multa. nu 160. vt procedat, quando beneficia sunt æqualia, alias debet residere in digniori.*

Sed

*Sed hic reſtat difficultas, an obtinens duo beneficia reſidentiam perſonalem requirentia, & quia ſecundum non eſt pacificum, & ſic non vacat primum, vt dicitur infra 11.p. cap.5.a num.6, debeat reſidere durante lite, & controuerſia in ſecundo, an in primo pacifico, vel poſſit in quo maluerit. Et quidem videtur dicendum, poſſe reſidere in quo maluerit, non attenta maiori ſeu minori dignitate; in ſecundo enim poteſt reſidere, quia illud optat & eligit, & per eius affectionem pacificam eſt vacatum primum. In primo poteſt reſidere, quia illud pacificè obtinet, non ſecundum, & non tenetur primum certum & pacificum deſerere propter ſecundum incertum & controuerſum; & in his terminis poterit procedere d. gl. verb. retinere, in cap. non poteſt, §. illud. de Præb. in 6, nec eſt ius habens in pacifico neceſſario reſidere.*

*Id tamen intelligendum eſt, niſi vnum ex illis ſit curatum, alterum verò non; nam tunc reſidendum erit in curato, ſine ſit primum, ſine ſecundum, propter curam animarum, quæ eſt omninò præferenda, cum prima & precipua debeat eſſe animarum cura, Gonçalez d.glo.6. num. 270. aut niſi vnum habeat aliquod particulare onus, & miniſterium, vt ſi ſit Prabenda lectura, penitentiaria, magiſtralis, aut doctoralis, & alterum non habeat tale onus & miniſterium particulare: nam tunc videtur reſidendum in habente onus & miniſterium particulare, vt ratio dictat: & ſi vtrumque haberet onus, & miniſterium particulare, videtur poſſe reſidere in quo maluerit iuxta dicta: in eoque, in quo non reſideret, ponendus eſſet ſubſtitutus, qui exerceret munus illius, vt ſi eſſet Prabenda lectura ad legendum, &cet. Nec ex eo, quod in illo non reſideat, poteſt eo priuari, ſeu declarari priuatus, licèt adſit ſtatutum, ſeu conſtitutio etiam iurata, quod non poſſit abeſſe ſine licentia; & quod abſens per tantum tempus ſit eo priuatus, ſeu priuandus: nam id intelligendum eſt ceſſante iuſta excuſatione: & niſi ex iuſta cauſa abſit, ad cap.2. de conſtitut. & ibi gloſſ. verb. culpa caret, & qui reſidet in alio beneficio reſidentiam itidem requirente, eſt iuſtè excuſatus, cum non poſſit in ambobus reſidere, & ſic abeſt ex iuſta cauſa, & lege permittente & conſequenter non meretur penam, l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adulter. & dicitur alias infra 11.par.cap.9. num.28. facit etiam textus in cap. ex parte 2 & cap. cum dilectus, & c. ad audientiam, vbi Abb & alij, de cleric. non reſident. Subſtitutus autem ad legendum, ſeu aliud particulare munus Prabendæ, in qua ille non ſeruit, ponendus erit expenſis illius Canonici, quando percipit Prabendam, quia forte reſidet diebus, quibus illa lucrifit; aut quia habet dies abſentiæ, ſeu recreationis, in quibus videtur poſſe lucrari, non obſtante quod reſideat in alia Prabenda, & in ea lucretur, ſicut, poteſt quis lucrari in duabus parochialibus, quandiu prima non vacat, & quando Canonicatus haberet aliquos fructus, in abſentia ſcilicet alicuius annexi propter Prabendam, ex illis eſſent deducende expenſæ pro rata: aliàs cum ob non reſidentiam non lucretur fructus illius iuxta d. infra a nu. 240. & 11.p.d.c.9. non erit ponendus ſubſtitutus expenſis Canonici, ſeu Capituli illos percipientis: nam cum illud ſit onus Prabendæ, fructus eius tranſire debent, ſeu remanere cum tali onere, vt aliàs tradit D. Io. Gutier. canon.q.lib.1.c.1.à nu.126. & conducunt tradita ſupra 1.p.ca.5.à num.207. & 214. & ita cum Doctore Martino de Aguirre Canonico lectoriæ Eccleſiæ Segobien. collata eſſet Prabenda pœnitentiariæ huius Eccleſiæ Abul. quæ fuit Romæ, impetrata, & prouiſa, atque adeo non patifica, reſedit in hac ſecunda litigioſa. vt potuit, iuxta ſupra dicta retinendo interim primam, in qua fuit poſitus ſubſtitutus ad legendũ expenſis Capituli percipientis fructus ob non reſidentiam illius; quamuis poſtea fuit ei mota lis per d. Capitulum Segobien. ſuper vacatione dictæ Prabendæ ob non reſidentiam coram Ordinario, qui tulit ſententiam in fauorem dicti Doctoris, a qua fuit appellatum, & cauſa in Rota commiſſa, vbi nihil actum eſt, & in eius poſſeſſionem obijt.*

Quintò dubitatur, an Capellaniæ, & beneficia
187 ſimplicia, † quæ nullos fructus habẽt in abſentia, ſed omnes inter Capellanos, & beneficiatos præſentes diſtribuuntur abſentibus nihil percipientibus, requirant perſonalem reſidentiã, ſicut Canonicatus & portiones, ita, vt ea obtinentes ad reſidẽtiam præcisè teneantur, & cogi poſſint, non obſtante conſuetudine contraria? Et pro parte negatiua facinnt ea, quæ in propoſito adducit Nauarrus conſ.4. de Clericis non reſidentibus nu.1.2.& 3.

Nihilominus tamen contrarium fuit deciſum per
188 † S. Congregationem Concilij in vna Ianuen. vt in prima declaratione ſupra adducta, nu.186.& in vna Compoſtellana, de qua eſt d.conſil. Nauarri 4. vt in ſequẽti declaratione. An Capellaniæ in Eccleſia Cathedrali exiſtentes, quarum redditus ex varijs defunctorum redditus, cum onere Miſſas aliquot, & diuina officia pro animarum ſalute celebrandi, inter ſe tantum diſtribuunt Capellani præſentes, qui onera prædicta per ſeipſos, & per alios presbyteros quoſcunque perſoluunt; reliquis Capellanis, qui præſentes non ſunt, nihil percipientibus, perſonalem reſidentiam requirant ita, vt qui obtinent, ad reſidẽtiam præcisè, etiam per priuationem cogi poſſint, non obſtante conſuetudine contraria? Multi ex illuſtriſſimis tenebant non poſſe cogi præcisè, & in hanc sẽtentiam inclinabat maior pars, niſi allegaretur aliàs fuiſſe in contrarium deciſum, quoniam fructus ſunt in forma diſtributionum, vt in Canonicatibus, ideo fuit deciſum cogi poſſe præcisè ad reſidẽdum, & poſt hæc tradit Goncalez gloſſ. 5. num.108. dicens iſtam declarationem originaliter vidiſſe. *Gratian. diſcept. forenſ. c.133. nu.14. & Azor. 2.p. lib.6.c.19.q.5.*

189 Sextò dubitatur, † an, dum Concilium ibi ſtatuit, quod illis non liceat vigore cuiuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab Eccleſijs abeſſe, cenſeatur tollere conſuetudinem, etiam immemorialem.

190 In quo videbatur † reſpondendum negatiuè nã conſuetudo immemorialis nunquam cenſetur ſublata, niſi expreſſa mentio de ea in lege, vel conſtitutione habeatur, nec comprehenditur in renocatione conſuetudinis, etiam cum dictione, vniuerſali. Aymon. Crauetta, de antiquitate temporis 4.p. ſectione materia iſta, nu.47. Ruinus. conſil. 13. nu.30. libr.2. Couarruuias plures referens lib.3. variar. c.13. nu.5. Auendanno reſp. 16. nu.1. Pelaez de Mieres de maiorat. 4.p. quæſt. 20. nu.51. Velazquez in lib.6. Tau. gloſſa 11. nu. 9. Flores de Menna, quæſtion. 10. nu. 44. & Emmanuel Rodriguez quæſt. regul 1. tomo quæſt. 9. articul. 5. ad finem cum aliis. *& Villar del patronado de Calatayud. 3.part. §. 2. num. 10. circa fi. dicens, quod conſuetudo vniuerſalis non intelligitur ſublata per legem ſimpliciter tollentem conſuetudinem, nec demum per S. Concil. Trident. ita in aliquibus ei aduerſantibus tollens conſuetudinem; & D. Sabagun. in cap. fin. de conſuet. num. 37. Salas de legib. diſput. 19. ſect. 7. numero 70. & Suar. eod. tract. libro 7. cap. 20. numero 18.* & fuit reſolutum in cauſa Paleſtina iuriſdictionis. 25. Maij 1565. coram D. Orano. immemorialem non

ptimo

comprehendi in reuocatione consuetudinis, etiam si dictione vniuersali, limitari tamē duobus modis; primo, quando tollitur consuetudo tamquam irrationabilis, & sic procedit, quod tradit Antonius Gabriel. de præscriptione conclusione num. 27. secundo, quando eadem ratio militat in immemoriali & Couarruuias supra, & tradit post hæc Gonçalez glo. 33. nu. 2. & *Alex. Moneta de distrib. par. 2. quæst. 12. nu. 22. & summ. Bullar. Quarant. verb. alienatio. ad fin. post addit. litera K. quamuis contra communem dictam limitationem, quòd vbi consuetudo est reprobata velut irrationabilis, censeatur etiam reprobata immemorialis, teneat Rota in causa Burgen. emolumentorum sigilli 28. Ian. 1591. coram D. Penna reprobans Ruinum consil. 156. lib. 4. si talis irrationabilitas non sit contraria iuri naturali, vel diuino.*

Addo Tertium, quod consuetudini immemoriali
191 est derogatum per clausulam derogatoriam † consuetudinum etiam iuramento, Apostolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratarum, & sic videtur intelligere etiam de immemoriali, vt fuit resolutum in causa Cæsaraugustana surreptionis Breuiū 16. Iunij. 1559. coram Domino Orano, vt per Cor. dec. 34. in Miscellaneis manuscriptis. *Rota etiam decis. 644. nouissime Farin. circa fin. Sed id non videtur verum, quia illa verba, vel alia quauis firmitate, videntur intelligenda de alia firmitate extrinseca, sicut sunt firmitates ibi specificatæ, & non de infirmitate intrinseca temporis immemorialis, de qua specifica mentio est necessaria iuxta dicta. Pro qua facit declar. S. Congreg. Rituum, quæ sic ait. Pro parte Episcopi Salamantina Ecclesiæ a sacra Rituum Congregat. quæsitum fuit, an ceremoniale Episcoporum super edi Eum tollat immemoriales Ecclesiarum consuetudines. Eadem S. Rituum Congreg. respondit, vt alias sæpe, ceremoniale prædictum abusus tollere, non autem immemoriales Ecclesiarum consuetudines. maxime si consuetudo immemorialis legitime præscripta sit. Et ita censuit et declarauit die 10. Ian. 1604. Et tamen in Breui Clementis VIII. dicto 14. Iulij, 1600. quod est in principio dicti caremoniales Romæ impressi dicto anno 1600. in quo præcipitur dictum caremoniale obseruari, derogatur, vt mos est quarumuis Ecclesiarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus.*

192 Similiter sublata† quacunque præscriptione non censetur sublata præscriptio immemorialis, Felinus in Rubric. de præscrip. num. 18. Aymon supra, Balbus de præscriptio. 2. p. 3. partis 6. quæst. num. 21. & 5. p. 5. p. pœnitentialis. quæst. 9. Probus ad Monachū in c. 1. de præscript. in 6. num. 24. Tiraquel. plures referens de retract. conuen. §. 1. gloss. 2. num. 23. & 25. Afflictus decis. 154. num. 5. Boerius decis. 39. nu. 12. Oralora de nobilitate. 2. p. cap. 7. num. 11. Auendanno, Mieres, Velazquez, Flores, & Emmanuel Rodriguez sup. & idem Velazquez in l. 41. Tauri. gl. 1. nu. 6. *Mascard. concl. 1220. seu 1215. num. 55. summ. Bullar. Quarant. d. verb. alienatio, nu. 47. & ibi addit. lit. K. Rota in d. Burgens. emolumentorum sigilli 28. Ian. 1591. coram D. Penna.*

193 Nisi vbi lex vel priuilegium afficit rem, & facit † eam imprescriptibilem dicendo non posse præscribi. Felin. in cap. accedentes. num. 6. fall. 3. & in cap. cum ex officij. num. 1. & 13. de præscript. Ripa in l. quominus. num. 40. & 101. de fluminibus. Balb. d. quæst. 9. ad fin. Prob. supra. & Tiraquell. num. 25. Antonius Gabriel. d. concl. 1. ex num. 27. *Greg. Lop. in l. 7. tit. 19. par. 3. gl. 1. & Ripa, Balbus, & Gregorius.* & Matienzo in l. 3. titul. 10. lib. 5. recopil. gl. 9. quo casu, quicquid dicant Felinus, & Ripa ibi, non sufficeret etiam allegare titulum, seu priuilegium, & ad ipsum præsumptiue probandum adducere immemorialem, nisi data fama tituli, seu priuilegij iuxta dicta, & adducta supra 1. par. capit. 2. num. 38. & in terminis idem Felinus in cap. cum contingat, de foro compet. num. 5. fall. 3. Ant. Gabr. supra num. 33. de quo vide Aymonem. d. 4. par. sect. absolutis à num. 52. & sectione de materia ista, num. 56. & ita alias S. Congregatio Concilij declarauit decretum Concilij sessione 24. de ref.
194 format. cap. 20. † quod derogat quibuscunque consuetudinibus, vt in fine illius decreti, non sustuliſſe immemorialem, Apostilla cons. 3. Nauar. de officio deleg. & post hæc Gonçalez. d. gl. 33. nu. 5. vt in declarationibus seqq. Prima Cardinali Patieco Archiepiscopo Burgen. Persistendum est in illa declaratione iam dudum ab hac Congr. facta nempe decretum Concilij sessione 24. cap. 20. non sustuliſſe immemorialem consuetudinem, & ideo si Archidiaconi, & Abbates legitime eam probauerint, finendos esse exercere huiusmodi iurisdictionem. illud tamen maioris explicationis gratia censuerunt nunc addendum, vt interea, dum illi eam consuetudinem probauerint, amplitudo vestra sola vtramque iurisdictionem exerceat. Quæ omnia ita ab ea obseruatum iri persuasum habemus Romæ die 27. Septembris 1575. Secunda super dict. cap. 20. Sæpius responsum est hoc decretum Concilij non sustuliſſe immemorialem consuetudinem. Et ideo si isti inferiores legitimè probauerint eam, finendi sunt exercere huiusmodi iurisdictionem; interea tamen, dum illi eam consuetudinem immemorialem probauerint, Episcopi soli hāc iurisdictionem exercere debeant, cum pro Episcopo stent regulæ, & ratio Concilij, & legitimè probatur, quod per tres sententias probatum est. *seu per vnam, quæ transijt in rem iudicatam.* Tertia. Congregatio censuit decretum Concilij sessione 24. cap. 20. non sustuliſſe immemorialem consuetudinem Decano, Capitulo, seu alij inferiori, cognoscendi in criminalibus, & matrimonialibus.

Item eo decreto non comprehendi Abbates, Præpositos, seu Archipresbyteros nullius, qui ordinaria iurisdictione ab immemoriali tēpore citra fungūtur.

Item censuit decretum Concilij sess. 6. capit. 4. & sess. 25. cap. 6. non sustuliſſe facultatem, alias ex immemoriali & laudabiliter obseruata consuetudine Decano, & Capitulo singulares Capituli, ipsique subiectas personas cumulatiue cum Episcopo, seorsum tamen ab eodem ipsumque Episcopum toties, quoties sua authoritate vti volentem, non excludendo visitandi, corrigendi, & emendandi, quia Concilium non dicitur eam facultatem concessisse Episcopo priuatiue, quoad alios inferiores Ordinarios, de quorum exclusione non constat, & ab eis debite punitus non est cogendus coram Episcopo denuo se purgare, vel ab eodem iterum puniri. Quarta. Nec quasi possessio immemorialis est sublata. Quæ probanda coram eodem Episcopo, & interim Episcopus ipse, & solus iurisdictionem exerceat.

195 Vnde in vna Veronen. † iurisdictionis. 18. Martij 1596. coram Illustrissimo Pamphilio fuit per Rotam resolutum, quod licet in Concilio Tridentin. d. cap. 20. §. ad hæc. præferuetur Decano, & Capitulo, seu alijs inferioribus immemorialis consuetudo

creare, donec synodus habeatur: ecce fuit ita non posse. Ad decimam quintam. Abstinere debet Episcopus, & Delegatus ne imponant poenam excommunicationis, nisi in subsidium, & a praeceptis cum prolatione poenae excommunicationis, & si eam imponant, potest appellari, & absolvi, nisi quis comminetur, dari vtique appellationem. Ad decimam sextam. Quando onus fabricae non est translatum in populum, potest Episcopus sumere aliquam partem ex acervo fructuum communi decimarum pro fabricae reparat quando autem ex consuetudine etiam translatum potest populum compellere, & non potest fructus decimarum sumere. Ad decimum septimum. An Canonici Capituli Ecclesiae teneantur Episcopo rationem reddere administrationis fabricae Ecclesiae, & fructus omnes in vtilitatem eiusdem Ecclesiae expendere, non obstante consuetudine immemoriali, respondit teneri reddere Episcopo rationem, omnes que fructus in vtilitatem eiusdem Ecclesiae expendere, nisi per Episcopum velint visitari pecuniam, quae in fabricam impendant. Ad decimum octavum, Sub collectores non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopo. Ad decimum nonum, cap. 9. sess. 25. habet locum tam in petitorio, quam in possessorio. Ad vigesimum. Redditus fabricarum potest Episcopus expendere pro suo arbitrio. *Et ita Rot. in vna Papien. residentia 10. Martij. 1613. coram D. Ortembergo dixit consuetudinem immemorialem non excusare a residentia in collegiatis insignibus, vt S. Congreg. declarauit, qualem indicarunt illam collegiatam, de qua ibi.*

*Et idem etiam censuit S. Congreg. quoad dignitates, seu Canonicatus non habentes fructus, vt in seq. declar. Thesaurarius Ecclesiae Cosentinae, cum dignitas Thesaurariatus nec fructus aliquos, nec curam haberet, licèt sit maior post Pontificalem in dicta Ecclesia, dubitaret, an teneretur residere stante consuetudine non residendi, quae valet; cum Ecclesia, vel dignitas nullos reditus habet, Abb. in c. extirpãda, §. qui vero. de Prab. Congreg. censuit, Thesaurarium, licèt nullos fructus habentem, teneri ex Concilio ad residentiam; quia illa consuetudo non residendi, quae valet de iure communi, cum nulli sint fructus, sublata est a Concilio in dignitatibus canonicatibus, & curatis.*

Vnde obtinentes Dignitates in d. Ecclesia Tole-
199 tana, † & alijs Ecclesijs Hispaniae non possunt hodie excusari a residentia, licet ante Concilium essent in consuetudine immemoriali non residendi. Nec videntur etiam posse excusari dicendo, quod Concilium non sit quoad hoc receptum in dictis Dignitatibus, & Ecclesijs. Nam, cum Concilium deroget consuetudini immemoriali, videtur ei derogare, tamquam irrationabili. Couarr. d. lib. 3. variar. cap. 13. sub nu. 5. & sic non videtur excusare non receptio, vt alias dicitur infra 11. par. cap. 5. n. 161. *Quamuis videantur contra esse Leff de iust. & iur. lib. 2. c. 34. nu. 162. & 163 vers. sexta, Vnde etiam communiter quod ait Alex. Moneta de distrib. p. 2. q. 12. nu. 32. quod Concilium ibi non improbat, seu damnat consuetudinem contrariam, neque futuram expresse tollit, ei ve derogat, & sic legitimam consuetudinem, hoc est quadragenariam, post idem Concilium admittendam fore, contra Couarr. & Hoiedam supra.*

Septimò dubitatur, an, si ante Concilium Triden-
200 tinum †litigatum esset super residentia cum aliquibus Dignitates obtinentibus, qui habuerunt sententiam, & rem iudicatam non teneri ad residentiam, quia probauerunt immemorialem, teneantur nihilominus ad eam post Concilium? & videtur, non teneri. Nam Concilium hic non derogat sententijs, vt derogat in cap. 4. sess. 6. & in cap. 6. sess. 25. de reform. in qua derogatione comprehenditur etiam res iudi-
201 cata, † nam licet derogatio sententiarum non comprehendat illas, quae transitum fecerunt in rem iudicatam, Alexan. cons. 94. num. 2. lib. 2. Decius in l. res iudicata. num. 3. ff. de reg. iuris. hoc procedit in rescripto Principis, non autem quando per viam legis aliquid statuitur, non obstantibus sententijs, quia tunc tollitur etiam res iudicata, vt fuit resolutum per Rotam in causa Abulẽ. iurisdictionis. 28. Ianu. 1588. coram Domino Orano.

Et vbi Concilium non derogat sententijs, non com-
202 prehendit casus † per sententiam determinatos, vt aliàs Congreg. censuit circa. cap. 8. sess. 7. de reform. & in vna Lucen. iurisdictionis visitandi his verbis. Congregatio Concilij censuit per capit. 8. sess. 7. praesupposito, quod sententiae, & concordiae excludant Episcopum a visitatione, illis Concilium non derogasse: cum enim d. capit. faciat diuersas derogationes, censetur alijs non expressis noluisse derogare, & est alia declaratio super dict. cap. 8. quae sic ait, Concilium hic non censetur sustulisse, nec rem iudicatam, nec concordias.

Et idem tenuit Rota in vna Legionen. iurisdictio-
203 nis † de Saldanna inter Episcopum & Archidiaconum de Saldanna 13. Novemb. 1583. coram D. Blãchetto, vbi in fine decisionis sic dicitur. Neque etiam obstat decretum Concilij Tridentini, nempe cap. 20. sessione 24. quia, vt fuit resolutum ab illustrissimis Cardinalibus, Concilium non comprehendit casus per sententiam determinatos, vt in alia Lucen. cuius copia data fuit: ideò videndum prius, an dict. sententia sit in forma probanti, & quos casus comprehendat?

Et idem fuit resolutũ in causa Burgen. iurisdictio-
204 nis Archidiaconatus de Virbiesca coram † D. Seraphino, & D. Mantica vt in decisionibus sequentibus,

## *Burgen. iurisdictionis Archidiaconatus de Virbiesca Decembris 1585. coram D. Seraphino.*

205 FVit conclusum † sententia esse in forma probanti, cum fuerit extracta citato Reuerendissimo D. Archiepiscopo, & recognita per vnum testem qui est quartus, nec nó alij testes deponunt, quod Notarius de ea rogatus, erat Notarius publicus, fidelis, & legalis, & pro tali tentus & habitus, quae sufficere dixerunt in sententia lata ante 70. annos Putens dec. 151 & 338. li. 2. quae procedũt de plano, iuxta obseruãtia, de qua per testes D. Archidiaconi, fuit item decisum sententiã continere iurisdictionem priuatiuã ad Episcopũ, ex eo, quod loquitur de iurisdictione acquisita mediante vsu longissimi temporis, & sic per praescriptionem, quae dicitur priuatiua. Calder. de praescriptio. consil. 2. Felin. in cap. Pastoralis, num. 5. de offic. Ordin. Balb. part. 1. p. 5. poenitentialis q. 11. nu. 8. cum alijs per informantes deductis, quod etiam admittitur per Dominos scribentes pro Archiepiscopo. Non obstat, quod opponitur de notoria iniustitia ex eo, quod sit contra constitutionem synodalem, quia hoc respicit petitorium, nec hic potest

habere

habere locum præſumptio iuris, & obſeruantiæ conſtitutionis ſinodalis, cum præſumptio cedat probationi, quam habemus ex teſtibus. Non obſtant ſententiæ, quæ ex aduerſo deducuntur latæ per prouiſores Epiſcopi ante Concilium Trident. quia præter quam quod nõ videntur in forma probanti, illæ ſunt latæ extra diſtrictum Archidiaconatus, & iter perſonas non ſubditas, & pro delictis alibi commiſſis, neque conſtat de aliqua ſcientia Archidiaconi; quæ vero geſta fuerunt poſt Concilium, non releuant, cum fuerint moleſtiæ illatæ prætextu decretorum Concilij, quæ dederunt cauſam huic liti. Quare ſtante deciſione nuperrime coram R. P. D. Blanchetto in cauſa Legionen. iuriſdictionis, quod Concilium non tollit ſententias, & res iudicatas, Domini vnanimiter concluſerunt ſententiam releuare ad effectũ, de quo agitur, ſcilicet manutentionis, & ideo dixerunt dandum eſſe mandatum de manutenendo D. Archidiacono.

## *In eadem 11. Febr. 1594. coram D. Mantica.*

205 ☞ SVpponendo, ſine veri † præiudicio, quod intra no uiſſime in actis producta ſint in forma probanti, & teſtes legitime examinati, die 18. Ianuarij proxime præteriti dubitani, an releuent ad effectum probandi contrauentiones contra mandatum de manutenendo Archidiacono conceſſum. Et placuit Dominis, vt Archiepiſcopus in actis cederet dictis contrauentionibus, cum purgari aliter non poſſint, & deinde facta ceſſione diſcuteretur negotium principale; rurſus autem d. die vndecima Februarij, quo diluſidius poſſit intelligi, quibus contrauentionibus ſit cedendum, & vt Archiepiſcopus in poſterum dici non poſſit contraueniſſe, propoſui memorialia loco cauſæ, in quibus, ſcilicet, caſibus Archidiaconus vigore d. mandati poſſit in quaſi poſſeſſione ſua tueri, & in quibus Archiepiſcopus ſuã quoque iuriſdictionem valeat libere exercere. Itaque in primis placuit Dominis Archiepiſcopũ poſſe Archidiaconatũ viſitare, ita tamen, vt viſitatoris officium non excedat, & conſequenter non valeat Clericorum crimina coercere, ſed debeat Inquiſitiones eid. Archidiacono derelinquere, vt in c. 1. §. ſane, de cenſib. in 6. & hoc dicebant etiam Domini fuiſſe deciſum coram R. P. D. meo Blanchetto in Legionen. iuriſdictionis ſeptima Februarij 1583. Cæterum crimina, quæ ſunt notoria ita, vt nulla tergiuerſatione celari poſſint, nullaque indigent probatione. poſſe eum corrigere, & pœnam pro illis debitam infligere, vt in d. §. ſane, expreſſum eſt; verum, quia multa dicuntur eſſe notoria, quæ non ſunt c. conſuluit. de appel. & ibi Baldus explicuit, idcirco placuit etiam conſtare debere ea eſſe notoria ita, vt ſuper his negligentia inferioris notari poſſit, vt in d. §. ſane, & ibi Francos declarat, n. 3. & Alex. conſ. 186. in fi. & nu. 15. lib. 2. & late Felin. in c. cum ordinem, nu. 31. cum ſeqq. de reſcript. Secundo etiam placuit Archiepiſcopum non poſſe in cauſis prioris inſtantiæ ſuam iuriſdictionem exercere, nec recipere appellationes, niſi à ſententia diffinitiua, vel ea, quæ vim habeant diffinitiuæ, cum Archidiaconus ſit in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem priuatiue ad Archiepiſcopum, & quoad eam habeat etiam mãdatum de manutenendo, quod, cum ſit generale, complectitur omnes caſus, in quibus aliud in ſpecie non probatur. l. in fraudem. §. vlt. de teſtament. milit. coniuncto c. 2. in fi. de coniugio leproſorum, cum aliis adductis à Curtio ſenior. conſil. 10. num. 2. & 3. & Iaſon in leg. à diuo Pio, in princip. num. 7. de re. iudicat. Dec. conſilio 142. num. 4. & Natta conſil. 199. nu. 10. neque quoad hoc neceſſariam eſſe aliam declarationem. Tertio etiam placuit Archidiaconum non poſſe vti monitorijs generalibus pro reuelatione in forma ſignificauit, quia S. Concilium Trident. hanc facultatem ſolis Epiſcopis tribuit, & non inferioribus Prælatis, vt in cap. 5. §. quapropter, de reformatio. ſeſſ. 25. Quarto etiam placuit Archiepiſcopũ poſſe concedere licentiam Clericis, vt à ſuis Beneficijs ex cauſa rationabili abeſſe poſſint, ſecundum quintam Concilij ſanctionem in cap. 1. de reformation. ſeſſ. 23. ſimiliter eum poſſe concedere facultatẽ prædicandi in Eccleſijs ipſius Archidiaconatus, vt c. 2. ſeſſione quinta, & ſimili modo poſſe eum monialibus concedere licentiam emittendi profeſſionem, quæ aliter fieri non poteſt, vt colligitur ex eod. Concilio c. 16. ſeſſ. 25. item poſſe eum dare facultatem, vt ex vrgenti neceſſitate, vel euidenti vtilitate, & ſeruata debita ſolemnitate, poſſint alienari bona Eccleſiæ iuxta c. 1. de reb. Eccleſiæ. lib. 6. Abbas in c. nulli, num. 5. eod. & in cap. cum Apoſt. num. 5. & 9. de his quæ fiunt à Prælatis.

## *In ead. 16. Nouemb. 1594. coram eod. D. Mantica.*

207 ☞ FVit deciſum † ſententiam à R. P. D. meo Decano latam eſſe confirmandam, quia iuſte pronũtiauit iuxta tenorem ſententiæ de partibus anni 1513. quæ cum eſſet tranſacta in rem iudicatam, non fuit à S. Concilio Tridentin. ſeſſion. 14. cap. 20. de reformation. ſublata. neque enim poteſt in dubium reuocari, quin illa ſententia intelligatur de iuriſdictione competente Archidiacono priuatiue ad Archiepiſcopum; Primo, quia loquitur de iuriſdictione acquiſita ex poſſeſſione, vſu, & conſuetudine ipſius, & anteceſſorum ſuorum, per quam quidem conſuetudinem, & præſcriptionem longiſſimi temporis acquiritur iuriſdictio priuatiue ad Superiorem cap. irrefragabili. §. exceſſus, de officio Ord. Abbas in cap. auditis, numer. 14. de præſcript. & in cap. paſtoralis, num. 7. & Felinus numer. 11. de officio Ord. Calder. conſil. 2. de præſcript. Balb. part. 1. part. quintæ pœnitentialis, quæſt. 11. numer. 8. Secundo, quia in ſententia dicitur Epiſcopum non poſſe ponere Vicarium, neque aliquem alium iudicem in d. oppido de Virbieſca, neque in oppidis, & locis eius Archidiaconatus. Vnde, cum ſententia prohibeat, ne Archiepiſcopus poſſit ponere Vicarium, neque aliquem alium iudicem in dictis locis, conſequens eſt, vt eum excludat ab exercitio iuriſdictionis; quia deputatio Vicarij, ſeu officialis eſt actus iuriſdictionis, Ruin. conſi. 2. numer. 4. libr. 4. neque ſententia poteſt reſtringi ad Eccleſiam, & perſonas oppidi de Virbieſca, quia expreſſe loquitur etiam de alijs oppidis, & locis eius Archidiaconatus. Tertio, quia huiuſmodi etiam interpretatio fuit recepta ex obſeruantia ſubſecuta, vt probatur ex iuribus in actis ab Archidiacono productis, quæ quidem obſeruantia

uantia eſt cuiuslibet diſpoſitionis interpres. l. quædam. de rebus dub. l. ſi de interpretatione. & l. minimè. ff. de legib. Gabri. qui alios conſonantes refert conſi. 66. nu. 24. lib. 2. & de ſententia loquitur in ſpecie Craueta. conſi. 10. nu. 9. neque obſtant iura Archiepiſcopi cum de poſitionibus teſtium, ex quibus dicitur probari aliud etiam fuiſſe obſeruatum, quia præterquam quod illa iura cum non ſint in forma probanti, & teſtes non ſint legitime examinati in hoc dubio, ſunt circumſcripta, fuit etiam dictũ eos actus iuriſdictionales longo ex intervallo ab anno 1531. fuiſſe ſubſecutos, & ideò illi intelligũtur actus turbativi, qui non poſſunt infringere præſcriptionẽ ab Archidiacono completam, & per ſententiam, quę tranſiuit in rem iudicatam confirmatam. Dd. in cap. auditis, de præſcrip. vbi Abb. numer. 3. notat, quod interruptio poſt completam præſcriptione, non lædit ius quæſitum, nam ad tollendam præſcriptionẽ completam requiritur tempus ad præſcriptionem præſtitutum, vt ſcribit idem etiam Abb. conſ. 94. in fin. lib. 1. neque obſtat, quod Archidiaconus non ſit tutus immemoriali præſcriptione quia ſufficit ei res iudicata, quæ a S. Concilio Tridentino non tollitur, vt dictum eſt, neque ad rem pertinet, quod illa ſentẽtia ſit ſine actis, & ideò non debeat executioni demãdari. Mohed. dec. 319. alias 11. de re iudicata & 148. alias 3. num. 1. de teſtibus quia, cum ſit antiqua pro ea præſumitur etiam ſine actis, tam quoad iuſtitiam, quam quo ad ſolemnitatem. Curtius Senior in l. admonendi, num. 172. de iureiurando. Caſſad. dec. 3. nu. 2. de procurator. Puteus. 338. lib. 2. Ripa reſp. 1. num. 14. & 25. de iure patr. libr. 2. & quoad iſtum effectum ſententia intelligitur antiqua etiam ex ſpatio. 50. 40. vel 30. annorum Puteus. d. dec. 338. & Ripa. d. reſp. 1. nu. 9. fine dubio putat tempus. 45. annorum antiquum eſſe, in propoſito autem adhuc longius tempus vſque ad annum. 1577. quo lis mota fuit tranſactum eſt, neque etiam refragatur quod illa ſententia fuerit lata in iudicio poſſeſſorio tantum, quia immò petitorium etiam complectitur, nam nititur ex poſſeſſione, vſu, & conſuetudine longi temporis, quæ dicitur præſcriptio & ad proprietatem, ſeu vtilè dominium pertinet, & finem litibus imponit. l. vltim. in fin. & notat Bartol. in princ. C. de edic. D. Adr. idem Bart. in l. vlt. num. 3. ff. pro ſuo, & in l. 1. §. vlt. ff. ad Tertullia. & in l. tranſacta, de verb. ſignificat. Dec. conſi. 272. nu. 6. præterea in 6. ſententia dicitur ad Archidiaconum pertinere correptionem, viſitationem, & prouiſionem omnium Beneficiorũ d. Eccleſiæ & perſonarum illius, quod quidem verbũ pertinere, latè patet, ad petitorium etiam refertur. l. verbum pertinere, de verb. ſignificat. Rota dec. 9. de cauſa poſſ. in nouis, & 49. de reſcript. in antiqu. Aret. conſi. 6. num. 8. item cum in d. ſententia dicatur Epiſcopum non poſſe ponere Vicarium, neque aliquem alium iudicem in d. oppido de Virbieſca, neque in locis eius Archidiaconatus apparet petitorium eſſe comprehenſum.

*In eadem 13. Ian. 1595. coram eadem D. Mantica.*

208 PLacuit Dominis † nõ eſſe recedendum à declarat. facta die 16. Nou. proximè præteriti vt ſententia lata à R. P. D. meo Decano in fauorem Archidiaconi debeat confirmari; nec obſtat, quod ſententia de partibus lata de anno 1512. ex qua potiſſimũ ſententia Rotalis nititur, ſit ſine actis, & ideo non faciat fidem, nec debeat executioni demandari ſecũdum ſtilum Rotæ. Mohed. dec. 319. alias, 11. de re iud. & 148. alias. 3. num. 1. de reſt. fuit dictum coram eodem D. Decano in Meliten. præcedenti. 5. Decem. 1578. quia id locum non habet quando ſententia eſt antiqua, & habuit effectum, quia ex obſeruantia ſubſecuta præſumitur iuſtificata; in caſu autem propoſito obſeruantia probatur ex iuribus in actis ab Archidiacono productis, neque ad rem pertinet, quod ex commiſſionibus ab Archidiacono impetratis anno. 1517. & alijs ſequentibus & iuribus inductis ab Archiepiſcopo appareat d. obſeruantiam nõ fuiſſe abſque contradictione Archiepiſcopi, quia ex perturbationibus Archidiacono, poſt aliquod temporis interuallum illatis, & inhibitionibus ab eo obtentis, non modo non tollitur obſeruantia ſubſecuta, ſed magis confirmatur. Nam quaſi poſſeſſio Archidiaconi in exercenda iuriſdictione priuatiue ad ipſum Archiepiſcopum comprobatur, neque enim requiritur obſeruantia longi temporis, ſed ſufficit per aliquos actus ita fuiſſe obſeruatum, quia optima eſt præſumptio, quæ ex effectu ſub ſecuto colligitur, l. ſed Iulianus. §. proinde ff. ad Macedon. l. quædam ſunt. de rebus dubijs. Decius conſi. 36. columna tertia in fine. Alben. conſil. 104. nu. 4. nam ſimili quoque modo obſeruantia, quæ habet vim declarationis, non eget longi temporis præſcriptione. Butrius in capite vltimo, numero quadrageſimoſeptimo de conſuetudine. Caſtrenſis. conſil. 347. num. 4. libr. 1. Alexander 137. nu. 21. libro, 2. & octauo, nu. 6. lib. 6. Aret. conſil. vndecimo numero quinto. Craueta qui alios etiã refert conſil. 118. numero ſecundo & 201. numer. duodecimo. neque etiam dici poteſt eum, qui iudicem adiuit, & inhibuit, & coram eo ius ſuũ proſecutus fuit, ſuam amittere poſſeſſionem. Baldus, in capite querelam. columna 5. & vltima, de elect. Aflictus dec. 398. numer. 7. Puteus dec. 319. numero ſecundo, libro ſecundo, quod multo magis eſt recipiendum, quando lis cepta non fuerit agitata, ſed deſerta, vt in caſu propoſito, in quo non conſtat de reproductione citationis; neque etiam obſtat teſtis in Curia pro Archiepiſcopo examinatus anno 1581. qui de viſu deponit a 30. annis Archiepiſcopum, & Archidiaconum de cauſis cognouiſſe cumulatiuè, & præuentiuè, quia ille eſt vnicus, & ideo fidem non facit. l. vbi numerus. ff. de teſtibus. l. iuris iurandi. C. eodem, præſertim, cum aliud ex teſtibus, & ſcripturis probet. Item quia dictum ſecundum ipſemet reſtringit poſt Concilium, & contradictiones Archidiacono fatetur. Præterea ſufficit, quod ſentẽtia prius fuerit per aliquos actus, & aliquo temporis ſpatio obſeruata, quia effectus ſubſecutus, & rerum exitus demonſtrat id verum eſſe, quod dicitur, vt notat Dec. in capite ad audientiam, num. 1. de appellatione. & Craueta conſ. 201. num. 11. in fi. & 12. cum alijs ſupra citatis. ſiquidem effectus a prædominio vincit etiam naturam. Sylues. Aldobrand. conſil. quinquageſimo ſecundo nu. 17. atque ex his Domini cenſuerunt perſiſtendum eſſe in deciſis.

209 In eadem † cauſa. 23. Iun. & 3. Iul. 1585. coram D. Litta Domini ſteterunt in deciſis, & denegata eſt remiſſio-

remiſſoria Archiepiſcopo. *Eſt etiam alia deciſio in eadem cauſa 21. Maij 1607. coram D. Coccino.*

210 His tamen non † obſtantibus, in propoſito dubio contrarium dicēdum eſt, nempè obtinentes Dignitates teneri ad reſidentiam, etiamſi ante Concilium cum eis eſſet litigatum ſuper reſidentia, & habuiſſent ſententiam, & rem iudicatam in fauorem, quia probauerubt immemorialem non reſidendi, nā cum ſententia illa, & res iudicata fundetur, & innitatur conſuetudine immemoriali non dat plus roboris illi, quam de ſe habet, ſed ſolum imponit finem liti, & ſententia non dat ius, ſed declarat competere ex illa conſuetudine l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur ff. ſi ſervitus vendicetur. *Abb. in cap. fin. vt litè pend. num. 9. ad fin, & 10.* Et ita aliàs in ſimili circa dict. cap. 20. 211 ſeſſ. 24. fuit declaratum † per S. Cong. his verbis.

Quia in fine huius decreti eſt derogatio priuilegiorum, dub. an hoc decretum ſuſtuliſſet etiam res iudicatas, quæ innituntur priuilegijs ante ipſum Concil. obtentis. Congreg. cenſuit affirmatiuè, ſcilicet ſuſtuliſſe, quia ſententia, cum innitatur priuilegio, non dat plus roboris priuilegio, quam de ſe habet, ſed ſolum imponit finem liti, ita die 9. April. 1587. in vna Salamantina Sixtus V. audita relatione Cong. reſpondit, atque ita mandauit in ſimilibus reſponderi. *Et eſt alia declaratio, quæ ſic ait; Orta lite inter Epiſcopum & adminiſtratores Hoſpitalis Corduben. ſuper redditione rationum Hoſpitalis, Epiſcopus pro ſe allegabat decretum Concilij, adminiſtratores vero ſententias, priuilegia, & conſuetudinem immemorialem, Congreg. cenſuit licere Epiſcopo, non obſtante ſententia conſuetudine immemoriali, & priuilegio, dictum Hoſpitale viſitare: nam priuilegium eſt ſublatum per Concilium. ſententia vero eſt declaratoria, quæ nullum ius tribuit; & cum ſimplici conſuetudine quadraginta annorum non poſſint ſe laici adminiſtratores eximere a redditione rationum per Clementinam quia contingit, quæ illas tollit, ſequitur Concilium capit. 9. ſeſſ. 22. derogans conſuetudini, vt aliquid operetur, intelligendum eſſe de immemoriali, Tiraq. de retract. conuent. §.*

212 *1. gloſſ. 2. nu. 25.* Nec obſtant † in contrarium adducta, nam procedunt vbi non conſtant ſententiam, & rem iudicatam fundari, & inniti fundamento reuocato. *Sed huic ſolutioni obſtat quod ait Prob. ad Monach. in c. fin. de conſuet. in 6. nu. 3. ex gl. verb. pacta. in Clemen. dudum. de ſepult. quam ſequuntur Guill. Paul. Ioann. de Ligna. & Io. de Imola ibi, quod derogatio pactorum non includit pacta roborata per ſententiam ſuper pactis ſubſequutam. Reſpondetur id non eſſe verum in derogatione legis, & illa gl. loquitur de pacto firmato ſententia & confirmatione Papæ, de quo dub. ſeq.*

213 Octauo dubitatur, † an per Concil. ibi cenſeatur derogatum ſtatutum, etiam a Sede Apoſtolica confirmatum, per quod conceditur vltra tres menſes abeſſe. Et videtur, quod ſic, attenta vniuerſali poſita ibi, cuiuslibet ſtatuti, ex Boniſa. in Clem. dudum, §. nos etenim. nu. 14. de ſepul.

214 Nihilominus tamē † reſpondetur negatiuè, propter duplex vinculum, ex gloſſa. verb. pacta. in d. §. nos etenim, quam ſequuntur. *Doct. ibi & Alexan. conſ. 125. nu. 7. & 8. lib. 2.* Felin. in cap. conſtitutus, num. 21. de reſcript. Staphil. de literis gratiæ. titul. de vi, & effectu clauſular. §. verb. contrarijs quibuſcumque quod operentur. Rebuffus. in concordatis in forma mandati Apoſtolici, verb. confirmatione, Put. deciſ. 171. nu. 2. lib. 3. & flores de Mena plures referens, q. 10. nu. 41. & ſeq. & ex dec. Achillis. 1. de confirmatione, alias 60. in impreſſis. Rota, dec. 457. nu. 9. p. 1. diuerſ. *Et dec. 702. eadem p. ſub num. 5. vbi reſtè dicitur, quod in priuilegijs confirmatis non datur iſtud duplex vinculum; eadem enim eſt authoritas prædeceſſoris & ſucceſſoris, cum par in parem non habeat imperium; & eadem eſt authoritas ſedis Apoſtolicæ, quæ conceſſit priuilegiū, et confirmauit; vnde nullum nouum vinculum poteſt dici adiectum per confirmationem, &c.*

215 Et ita in cauſa Salamantina iuriſdictionis, 14. Decemb. 1579. coram D. Seraphino fuit reſolutum c. 3, ſeſſione. 24. non derogari conſuetudini confirmatæ. *Et idem de alijs decretis fuit reſolutum in eadem Salam. iuris coram eodem 9. Maij 1594. vt in dec. poſita per Gemen. in praxi cap. 83. in annot.*

216 Et ita in terminis S. Cong. † Concilij reſpondit Archiepiſcopo Valentino his verbis, Cong. declarauit ſtatutum, quo permiſſum eſt Canonicis quatuor menſes quolibet anno ab Eccleſia abeſſe, ſi à Sede Apoſtolica confirmatū eſt, non eſſe ſublatū a Concilio, ſeſſ. 24. c. 12. & ideo obſeruari debet, die. 26. Iun. anno 1576. Eſt etiā declaratio 3. ſup. adducta n. 197. & alia quæ ſic ait, Statutū per quod cōceditur abeſſe, vltra tres menſes ab Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis, ſi à Sede Apoſtolica fuit confirmatū, nō cēſetur derogatū per Conciliū, alia ibi, Non obſtātibus quibuſcūq. ſtatutis, & cōſuetudinibus, etiā immemorabilibus, non tamen ſuſtulit hoc decretū fundationes, nec confirmationes Apoſtolicas. Cōſonat. d. Concilium Bononien. tit. 6. de reſid. §. de his qui ad reſidentiā tenentur, verſ. itaque hi, & §. de cauſis excuſantibus Canonicos à reſidē. verſ. quod ſi haberet.

217 Et ita etiam † aliàs S. Cong. declarauit, quod Cōcordiæ a Sede Apoſtolica confirmatæ non cenſentur ſublatæ per Concil. ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 25. c. 6. de reſor. vt in declaratio. ſequenti. Prima ſup. d. cap. 4. Fuit reſolutum a Rota, & Congregat. Concilij de mente Greg. XIII. hunc tex. non tollere concordias confirmatas a Sede Apoſtolica. Secunda, An per Cōcilium, ſeſſ. 6. c. 4. & ſeſſ. 25. c. 6. derogatum ſit cōcordijs non cōfirmatis per Sedem Apoſtolicam. Cong. Concil. cenſuit derogatum eſſe concordijs, præterquam confirmatis a Sede Apoſtolica, reliquas ſuos dumtaxat tenere authores.

218 Sed ſuccedit difficultas, an id ſolum procedat † in ſtatutis confirmatis ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, an vero etiam in confirmatis in forma communi? & videbatur procedere etiam in confirmatis in forma communi.

219 Nam etiam in his concurrit † duplex vinculum, cum ſtatuta iſta ante Concilium aliàs valida præſupponantur, & ſic verificetur conditio confirmationis in forma communi, & conducunt tradita per Decium, in rub. de confirm. vtil.

220 Et quod derogatio generalis † non tollat confirmata in forma communi, docet Curtius iunior in l. more, n. 41. ff. de iuriſdict. omnium iud. & videtur de mente d. gl. & ſequacium in d. §. nos etenim. Rotę, & aliorum per Achillem ſup. qui ad iſtum effectum nō diſtinguunt inter confirmationē ex certa ſcientia & in forma cōi, & ita aliàs dederunt ſuum votū D. Robuſterius Epiſcopus Oriolen. & D. Seraphinus Cardinalis Illuſtr. tunc Rotę Auditores doctiſſimi per S. Cong. Conc. in cauſa Abulen. iuriſdict. inter Epiſcopum D. Fratrem Petrum Terminium, & Capitulum.

221 Nihi-

221 Nihilominus tamen † S. Cong. declarauit, illas tantum confirmationes eſſe præſeruatas in decretis Concilij quæ emanarunt ex certa ſcientia, & cũ cauſæ cognitione; nam in confirmatione in forma communi nõ cenſetur, concurrere duplex vinculum conſiderabile cum iſtius generis confirmatio parum, aut nihil operetur. gloſſ. in cap. 1. de confir. vtil. verb. confirmationem, & in c. 2. ne ſede vacan. verb. in forma communi, Card. conſ. 64. n. 6. Imola in ca. penul. in fi. de confirm. vtili. Curtius iun. conſ. 213. num. 6. Caſſad. dec. vnic. nu. 2. de confirm. vtili Mandoſ. reg. 22. q. 10. num. 9. & 10. & de ſignatura gratiæ, tit. de confirm. verſ. confirmationum altera, & verſic. & hæc confirmatio, & Emman. Rodrig. q. reg. 1. tom. q. 8. art. 3. & tradit Gonçalez, glo. 25. num. 14. *Et D. Card. Tuſch. concl. 708. lit. C. de quo vide Suar. de legibus lib. 8. cap. 18. a nu. 8.*

222 Quæ declaratio S. Conc. † ſic ſe habet, Præſuppoſito decreto S. Cong. quod concordiæ a Sede Apoſtolica confirmatæ non cenſentur ſublatæ per Cõcilium, ſeſſ. 6. c. 4. & ſeſſ. 25. ca. 6. an cenſeantur præſeruatæ concordiæ confirmatæ in forma communi, an vero illæ tantum, quæ fuerunt confirmatę, ex certa ſcientia. Cong. auditis vtriſque aduocatis, eorumque rationibus diligenter perpenſis, cenſuit illas tãtum confirmationes intelligi præſeruatas in decretis Concilij, quæ manarunt ex certa ſciẽtia, & cum cauſæ cognitione. die Iouis. 13. Nou. 1586. Idem etiam habetur in declaratione Segobien. ſupra adducta, n. 198. ad 12.

Quod procedit etiam, quod ſimul concurrant cõſuetudo immemorialis, concordia, & confirmatio
223 Papæ † in forma communi in terminis. d. c. 6. quod derogat etiam conſuetudinibus, etiam immemorialibus, vt declarauit S. Cong. de anno 1593. in cauſa Conchẽ. iuriſdictionis, de qua infra, his verbis. Cõg. Concilij cenſuit concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi, cum qua concurrit conſuetudo immemorialis fuiſſe etiam per Concilium derogatũ. Quæ iuxta iſtam declarationem fuit in Rota expedita per D. Manticam.

224 *Et fuit dictum in cauſa Veronen.* † exemptionis 27. Maij. 1594. coram D. Pamphilio his verbis. Non obſtat conſuetudo immem. contenta in articulis capituli, quia eſt ſublata per Trid. quod in c. 6. ſeſſ. 25. expreſsè derogat conſuetudini immem. & procedit, etiam quod ſimul concurrant conſuetudo immem. concordia, & confirmatio Papæ in forma communi, vt tenuerunt illuſtriſſimi Cardinales S. Concil. interpretes de anno preterito in cauſa Conch. iuriſdictionis, quæ iuxta prædictam reſolutionem fuit in Rota per D. meum Decanum expedita. *vt in dec. 715 nouiſſime Farinacc.*

Vnde in noſtro propoſito, etiamſi concurrat im-
225 men. ſtatutum, & confirmatio in forma communi non † ſuffragabuntur aduerſus d. decretum ſeſſ. 24. c. 12. de reform.

Intellige autem cenſeri præſeruatam d. confirmationem ex certa ſciẽtia, quando in derogatione nulla facta eſt mentio de confirmatione Apoſtolica, alias enim vbi in derogatione fit mentio de confirmatione Apoſtolica, intelligitur etiam ex certa ſciẽtia maximè ſi additur, aut alia quacumque firmitate, ſeu alio quouis præſidio, gloſſa Zenzelini in extrauag. ſuſcepti, de electio verſ. confirm. in extr. Io. 22.

226 Illa vero dicitur † confirmatio ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, in qua eſt in certus tenor rei confirmatæ, vel ſaltem narratur eius ſubſtantia, & eſt expedita præcedente ſolita diſcuſſione. Roman.
227 conſ. 237. nu. 7. & 336. n. 2. vbi † Hor. Mandoſ. DD. in c. 1. de cõfirm. vtil. Decius in c. porrecta. nu. 15. & c. penul. eod. tit. cum alijs per Hier. Gab. conſ. 183. n. 14. lib. 2. Molina de Hiſpan. primog. lib. 2. c. 7. nu. 9. Maſcad. de probatiõne. concl. 228. Io. Guttierr. conſ. 11. nu. 5. & Velazquez in l. 42. Tauri. gloſſa. 3. n. 5. & Rota dec. 455. nu. 3. p. 2. diuerſorũ & fuit reſolutũ in cauſa Calciaten. iuriſdictionis. 16. Ian. 1587. coram D. Rubeis, & in cauſa Abul. iuriſdictionis 22. Ianu. 1588. coram D. Orano, & in Burgen. iuriſdictionis. 3. Maij. 1589. coram D. Pamphilio, & in Saguntin. iuriſdictionis 27. Apr. eodem anno, & in Conchen. iuriſdictionis. 2. Apr. 1593. coram D. Mantica, & in d. Veron. exemptionis. 27. Maij. 1594. *in nouiſſ. Farin. 715. Fine; etiamſi non fiat citata parte; nam in gratia principis extraiudicialiter conceſſa non requiritur aliqua citatio, Rom. conſ. 369. num. 29. & ibi Hor. Mand. Sarmien. li. 1. ſelect. c. 8. nn. 3. vt in vna Toletana admiſſionis 17. Ian. & 14. Decem. 1609. coram D. Pamphilio, licet Duennas reg. 131. nu. 1. cauſæ cognitionem, & citationem partis requirat in confirmatione ex certa ſcientia facta ſuper re inualida, vt eam confirmet: & ad id citat Innocen. in d. ca. 1. nu. 1. Speculat. in tit. de Legato, §. nunc oſtendendum, nu. 14. Archid. in c. Cenom. n. 1. 56. diſt. & Roman. ſing. 424. qui id non dicunt.* & in alijs cauſis.

228 Dixi, & eſt expedita. † Vt in d. Saguntina, & in Burgen. nam ante literarum expeditionem non poteſt dici adhibita cauſæ cognitio, vt in d. Calciaten. & in d. Conchen.

229 Quæ etiam cauſæ † cognitio excluditur in concordia quæ eſt inter partes, quando cõfirmatio concordiæ fuit obtenta ad ſupplicationem vnius partis tantum. Hoſtien. in ſum. de confirm. vtili. §. qualiter facienda ſit. verſ. hoc teneas. Butrius in d. c. penul. n. 9. Bald. in margarita. verſic. confirmatio ex contractu, & conſil. 475. nu. 3. lib. 1. Calcan. conſ. 30. nu. 7. Roder. Suarez allegat. 14. nu. 1. & fuit reſolutum in d. Abulen. & in d. Veronen. *Et in vna Tullen. eſt quædam declaratio S. Congregat. Concilij, quę ſic ait: Præſuppoſita dec. congr. qua declaratum fuit, concordias a ſede Apoſtolica confirmatas ex certa ſcientia, & cũ cauſæ cognitione non eſſe ſublatas decreto ca. 20. ſeſſ. 24. & concordia inita inter Epiſcopũ & Archidiaconũ Tullen. item eius cõfirmatione, quæ emanauerat ad ſupplicationẽ ſolius Archidiaconi, cũ clauſula, ſupplentes, & quorũ tenores, expreſſis in ea priuilegijs & iuribus, ſuper quibus erat inita concordia, ſed tenore ipſius cõcordiæ nõ expreſſo. Fuit dubitatũ, an huiuſmodi concordia eſſet confirmata ex certa ſcientia, & cũ cauſæ cognitione. die 25. Iun. 1592. Cong. Conc. vtriuſq; partis procuratoribus & aduocatis ſæpe ac ſæpius diligenter auditis, cenſuit huiuſmodi concordiã non eſſe cõfirmatam ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, & conſequenter quoad cauſas criminales & matrimoniales eſſe reuocatam decreto d. c. 20. §. ad hoc, ac propterea Archidiacono non licere huiuſmodi iuriſdictione de cætero vti, ſed eam totam & integram Epiſcopo Tullen. relinquendam eſſe. Quæ declaratio poteſt fundari non ſolum in eo, quod non fuit expreſſus tenor ipſius concordiæ, ſed etiam in eo, quod fuit confirmata ad ſupplicationem ſolius Archidiaconi, vt in ea dicitur.*

Sed an confirmatio, in qua adeſt clauſula ex certa
230 ſcientia, non tamen eſt inſertus tenor, † aut narrata

ſubſtantia rei confirmatæ, ſit ex certa ſcientia, an vero in forma communi; Abb. in c. examinata, de confirm. vtili. ad fin. & Roma. d. conſ. 327. nu. 7. & Decius in d. c. potrecta, nu. 15. tenent eſſe ex certa ſcientia, & ſequitur Rota in d. Abulen. & in d. Burgen. & Rota deciſ. 780. nu. 5. p. 1. diuer. ait, cõfirmationem eſſe in forma communi, cum in eis deficiat clauſula, ex certa ſcientia, & in dubio confirmationem præſumi in forma communi, atque adeo clãre ſentit confirmationem in qua adeſt clauſula, ex certa ſcientia, eſſe ex certa ſcientia, & non in forma communi, idem tenet. Ant. Gab. plures referens de clauſulis. conc. 1. nu. 1. 2. & 3. dicens clauſulam, ex certa ſcientia, actum nullũ, & inualidum confirmare, & ſtatuta injuſta, & iuri communi contraria, & Velazquez ſupra num. 6. Pet. Molina de iuſtitia. to. 1. tract. 2. diſput. 174. & 3. to. diſput. 597. *Tuſch. concl. 710. nu. 3. & à nu. 28. litera C. & Suarez d. lib. 8. de legib. c. 18. num. 6. idem dicens, & eſt conſil. Bart. 296. num. 3. lib. 1. & Oldral. 257. à num. 12.* & videtur Maſcardus ſup. nu. 6.

231 At in vna Romana † Secretariatus 10. Aprilis 1592. coram D. Seraphino fuit dictum confirmationem, etiam cum clauſula, ex certa ſcientia, laborantẽ defectu intentionis ob tertij præiudicium non intellectum nihil operari. Caſtrenſ. conſ. 84. nu. 4. lib. 2. quem refert & ſequitur Alex. conſ. 122. & ibi additio lit. A. lib. 4. & Rotam alias in d. Calciaten. corã Rubeis, 16. Ianuarij 1587. deinde poſtea corã eod. Seraphino reſoluiſſe confirmationem non poſſe dici vere ex certa ſcientia, non obſtante appoſitione d. clauſulæ, niſi totus tenor, tunc Papæ innotuerit, & fuerit inſertus. Ferrettus conſ. 38. nu. 5. Dec. conſ. 33. nu. 5. Gozad. conſ. 9. nu. 8. *Quam declarationem ponit Farinac. deciſ. 84. num. 24. cum aliis eiuſdem cauſæ.*

232 Et ſimiliter in vna Mediolanen. fructuum † 24. April. 1592. coram D. Blanchetto fuit reſolutum, Clauſulam Motu proprio non tollere defectum intẽtionis, Aegid. deciſ. 392. & 475. neque etiam clauſulam, ex certa ſcientia, quia non operatur, quoad ea, quę ſunt facti, Decius, & Goçad. ibi Put. dec. 70. nu. 4. lib. 3. Anton. Gabr. ſupra num. 46. 47. & 51. Vantius de nullit. tit. quis poſſit dicere de nullitate. num. 18.

233 Ego dicerem confirmationem, in qua appoſita † eſt clauſula, ex certa ſcientia, eſſe confirmationem, ex certa ſcientia, & non in forma communi ad effectum confirmandi actum, alias de iure inualidum, iuxta adducta, nu. 230. non tamen tollere defectum intentionis, nec purgare vitium ſurreptionis. Ripa reſpon. 6. nu. 10. lib. 2. quẽ refert Ant. Gab. ſup. nu. 25, *Padil. in l. fin. C. de diuerſ. reſcript. nu. 3.* Molina d. lib. 2. cap. 7. nu. 15. & Ioan. Gutier. d. conſ. 11. à nu. 13. & Rota in Ceſarauguſtana exemptionis 20. Maij 1585. coram D. Orano, quando notorie de eo conſtat. Rota deciſ. 36. num. 6. 13. & 14. p. 2. diuer. & id vult P. Molina ſup. præterea confirmationem, cum clauſula ex certa ſcientia, non poſſe dici, ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, ex quo enim non eſt inſertus tenor, aut narrata ſubſtantia rei confirmatæ non poteſt dici adhibita cauſæ cognitio, & ſic illam confirmationem non eſſe præſeruatam in decretis Concilij, & ita procedet dec. in d. Calciaten.

234 Nec clauſulæ, quorum tenores, † & ſupplentes omnes facti, & iuris defectus, faciunt, vt confirmatio ſit ex certa ſcientia, quia illa ſolum deſeruit ad tollendam ſurreptionem, iuxta cõſ. Butrij, 2. de quo infra nu. 305. & fuit in propoſito reſolutum id Abulen. & in d. Conchen. iuriſdictionis licet contradicat Velazquez ſup. nu. 4. hæc vero non ſupplet, niſi defectus iuris poſitiui ſpecificatos in literis. Ferrettus conſil. 38. numer. 3. & fuit reſolutum in d. Calciaten. & in d. Abulen. iuriſdictionis. *Quod autem dictum eſt de ſtatutis, ſeu concordijs confirmatis à Sede Apoſtolica, quòd non ſint ſublata per Concilium, non procedit in confirmatis a Cardinali, ſeu Legato authoritate Apoſtolica, quia eſt confirmatio Papæ, ſeu Sedis Apoſtolicæ, quæ tanti æſtimatur reſeruata propter ipſius Papæ authoritatem, vt cenſuit S. Congreg. Conc. his verbis. Stante declaratione Congr. quod conſtitutiones Eccleſiarum à Sede Apoſtolica confirmatæ non ſint ſublatæ à Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. quod cenſendum eſt de ſtatutis Eccleſiæ ſuper materia d. c. 12. à Cardinali authoritate Apoſtolica confirmatis, vel ab eodem Cardinali ſimili authoritate editis. Congreg. cenſuit, ipſius Congregat. declarationem nequaquam habere locum in his ſtatutis.*

235 Et iuxta ſupradicta, † cũ in Eccleſia Abulen. adſit ſtatutum antiquum, quod eſt 16. in ordine, per quod cõceditur eius Beneficiatis abeſſe quolibet anno quatuor menſibus, & pro parte D. Fratris Petri Terminij Epiſcopi Abulen. propoſitũ eſſet in S. Congreg. ſequens memoriale. Illuſtriſſimi Domini decreto S. Concilij Trident. ſeſſ. 24. c. 12. de reform. cauetur, ne obtinẽtes in Eccleſijs Metropolitanis, Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs Dignitates, Canonicatus, ſeu Portiones poſſint vigore cuiuſuis ſtatuti, ſiue conſuetudinis recreationis cauſa vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſijs abeſſe, Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Abulen. prætendunt in vim cuiuſdã prætenſi ſtatuti, ſiue conſuetudinis, non obſtante prædicto decreto, poſſe ex d. recreatione abeſſe a ſeruitio, & reſidentia eorum Eccleſiæ per quatuor menſes, & interim non ſolùm Præbendarum groſſam, verumetiam quotidianas diſtributiones, ac ſi diuinis intereſſent, lucrari. Reuerendiſſimus dominus Epiſcopus videns ex huiuſmodi prætenſione cultus diuini augmentum lædi, eamque eſſe de directo contra diſpoſitionem prædicti decreti, recurrit ad S. Congregationem ſupplicans declarari duo; vnum, an d. decretũm c. 12. ſeſſ. 24. ſuſtulerit quaſcumque conſuetudines, & ſtatuta, quæ longius tempus trium menſium indulgebant, Secundum, an in dictis tribus menſibus, quibus poſſunt recreationis cauſa abeſſe à reſidentia Eccleſiæ, lucrentur quaſcumque diſtributiones quotidianas, quocumque nomine nuncupentur, & ex quacumque cauſa dentur, & diſtribuantur, & quatenus declarationes ſuper præmiſſis per S. Congregationem faciendæ ſint, ſupplicatur reſcribi Reuerendiſſimo Epiſcopo, vt illæ in d. Eccleſia obſeruentur. Sic reſponſum eſt. Reuerendiſſimo D. vti Fratri Epiſcopo Abulen. Reuerendiſſime D. vti Fr. vidit S. Congreg. Cardinalium Concilij Trident. interpretum libellum, qui cum his erit literis, cenſuitque donec, & quouſq; Rota decreuerit cõfirmationem ſtatuti Eccleſiæ Abulen. validam & legitimam, eſſe ſeruandum decretum Concilij prædicti, ſeſſ. 24. cap. 12. de abſentia trium menſium, non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemoriali; interea vero abſentes non lucrari diſtributiones quotidianas. quod ideo ad amplitudinem etiam præſcripſi, vt cum illi nota ſit Congregationis ſententia eam obſeruandam cure, & bene valeat in domino, quem ei propitium precamur. Romæ die 3. Augu-

Auguſti. 1586. amplitudinis tuæ Reuerendiſſimæ, vti Frater ſtudioſiſſimus.

*A. Card. Carrafa.*

236 Quæ declaratio, cum pro parte d. domini † Epiſcopi fuiſſet intimata capitulo, ſeu punctatoribus chori, qui id retulerunt in Capitulo ordinario, die. 8. Octobris 1586. Capitulum ſtatim reſpondit, quod illi obediebat, & quod fieret computatio, ſeu numeratio iuxta d. declarationem, nempe, quod omnes dies trium menſium numerarentur in requie, id eſt cum horis, & diſtributionibus, poſtea tamen cum Capitulares abſentes a dicto Capitulo reclamaſſent in Capitulo contra d. reſolutionem factam eis abſentibus, & non vocatis allegando d. ſtatutum eſſe confirmatum in forma ſpecifica per Leonem X. & Iulium III. & conſequenter non eſſe derogatum per Concilium, d. cap. 12. fuit ordinatum per Capitulũ, quod, donec per ſuam Sanctitatem, vel S. Congregationem aliud declaretur, viſis dictis confirmationibus, & ſtatuto, Beneficiati dict. Eccleſiæ gauderent abſentia quatuor menſium, ſicut antea, & ita adhuc abſque controuerſia obſeruatur in dic. Eccleſia dict. ſtatutum de abſentia quatuor menſium.

237 Quod re vera apparet confirmatum, † ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica per Leonem X. in Bulla confirmationis ſtatutorum, anno 1519. in qua inter alia narratur ſubſtantia d. ſtatuti per hæc verba.

☞ Et ad hoc, quod quis ex eisdem Canonicis, & Dignitates obtinentibus, ac Beneficiatis, etiam poſt 1. & 2. reſidentiam huiuſmodi, eoſd. fructus. redditus. & prouentus integrè ſingulis annis percipere poſſit reſidentiam octo menſium continuorum, vel interpollatorum, quolibet anno facere teneatur, & aliàs facta reſidentia perſonali per quatuor menſes continuos, vel interpollatos pro rata tangenti fructus prædictos lucretur.

238 Nec obſtat, † quod Papa ibi confirmat ſtatuta licita, honeſta, & ſacris Canonibus non contraria, quia vltra, quod dict. ſtatutum de abſentia quatuor menſium ante Concilium erat licitum, & honeſtum & ſacris Canonibus non contrarium reſpondetur, quod, cum Papa ibi non ſolum confirmet dict. ſtatutum, & alia in ſpecie, ſed etiam in genere, alia ſtatuta dict. Eccleſiæ, etiam per Alphonſum Carillo Epiſcopum Abulen. & Capitulum in libro recopilata d. clauſula, licita, honeſta, & ſacris Canonibus non cõtraria, non refertur ad d. ſtatutum, & alia in ſpecie confirmata, de quibus Papa explicatam ſcientiam habebat, ſed ad confirmata in genere, vt fuit alias reſolutum in vna Legionen. iuriſdictionis vndecimo Maij 1580. coram D. Seraphino. *Et in Romana nullitatis cenſus 5. Maij 1597. coram D. corduba poſita per Farinacc. deciſi. 115. libro 1. numero 3. & in nouiſſimis eiuſdem 340.*

239 Et magis ſpecifice fuit d. ſtatutum † cõfirmatum per Iulium III. in Bulla, ſeu literis S. pœnitentiariæ infra adducta dubio 10. nu. 254.

240 Neque obſtat d. declaratio † S. Congregationis obtenta per D. Epiſcopum Terminium, nam ipſa ſupponebat pendere litem in Rota ſuper confirmatione dicti ſtatuti & ſic dicebat, donec Rota decreuerit confirmationem ſtatuti validam, & legitimam eſſe, ſeruandum eſſe decretum Concilij dic. capit. 12. cum Concilium habeat paratam executionem, ſed re vera nulla fuit lis in Rota ſuper confirmatione d. ſtatuti, ſed ſuper confirmatione ſtatuti, & concordiæ circa iuriſdictionem, quæ erat in forma communi, & oſtenſa huiuſmodi confirmatione ex certa ſcientia dicti ſtatuti, quæ per Concilium non eſt ſublata, Capitulum non erat turbandum, ſed potius tuendum in ſua quaſi poſſeſſione, de abſentia quatuor menſium ad cap. cum perſonæ, de priuil. in 6.

241 Rurſus non obſtat dicta paritio Capituli, † quia vltra, quod videtur fuiſſe erronea, cum voluerit Capitulum, vt dictum eſt, quod fieret computatio iuxta dict. declarationem, nempè, quod omnes dies trium menſium numerarentur in requie, id eſt cum horis, & diſtributionibus, cum tamen dicta declaratio expreſsè contrarium dicat, ſcilicet abſentes in d. tribus menſibus non lucrari diſtributiones quotidianas, & ſic tamquam erronea non videtur nocere iſta paritio, ad leg. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. nihil conſenſui, tam contrarium, §. non videntur. ff. de reg. iuris, Cæſar de Graffis deciſ. 14. *Rot. diu. part. 1. deciſ. 160. & deciſ. 765. nouiſſ. Farin.* Et fuit alias in ſimili de quadam concordia reſolutum in Vna Salamantina fructuum, 12. Maij 1583. coram D. Bubalo. Fuit etiam erronea paritio, quia nulla erat lis ſuper confirmatione d. ſtatuti, vt dictum eſt, & ſic declaratio non arctabat, & conducit reſolutio Rotæ, in vna Burgen. iuriſdictionis corã Rubeis 22. Iun. 1584.

☞ Quod quamuis Capitulum Burgen. per plures annos ſeruauerit Conc. Triden. diſpoſit. in ſeſſ. 6. de refor. cap. 4. & ſeſſ. 25. ca. 6. ſuper viſitatione, & correctione Capitularium, credens, quod etiam derogabat concordias a Sede Apoſtolica confirmatas, non propterea vti errans renuntiauit concordiæ, quam habebat cum Epiſcopo, a Sede Apoſtolica confirmatæ, quæ per dict. Concilium ſublata non erat, vt per Gonçalez. glo. 31. nu. 42.

242 Reſp. etiam, quod cum in d. confirmationibus † Leonis X. Iulij III. adſit decretum irritans, capitulum non potuit vllo modo renuntiare d. ſtatuto de abſentia quatuor menſium. Abb. in cap. delicto, nu. 14. per tex. ibi de præben. poſt gloſſam, verſ. huiuſmodi clauſula, & alios ibi. Anchar. in cap. ſtatutum ad finem. de reſcription. in 6. Felin. in cap. cum acceſſiſſent. num. 7. & 30. de conſtitut. & in cap. cum ex officio. de præſcrip. num. 36. verſic. ad idem. vnde Selua, dicens communem de Benefi. 3. par. quæſt. 9. num. 44. & quæſt. 48. Probus ad Monac. in cap. tibi. de reſcript. in 6. nu. 8. verſ. & redeunde. Anton. Gab. alios referens de clauſulis concluſione. 3. nu. 18. 19. 20. 21. & 33. *D. Ioſeph Aldrete Societatis Ieſu in alleg. impreſſa pro regularium exemptione. 2. p. c. 3. nu. 8. & Salas de legib. diſp. 18. ſect. 5. nu. 11.*

243 Maximè, † quia huiuſmodi ſtatutum non poteſt dici mere in fauorem, & priuatum commodum ipſorum Beneficiatorum, ſed etiam aliquo modo in fauorem Eccleſiæ vt alias Beneficiati melius, & commodius ſeruire poſſint, & poſt honeſtam, & neceſſariam corporis, & animi recreationem alacriori animo, & ſpiritu ad diuinum cultum exequendum regrediantur, & ſic intrat etiam opinio Decij in d. cap. cum acceſſiſſent. ex nu. 22. & in c. 2. de teſtib. nu. 15. & 16. & ceſſat quod tradit Hor. Mando. de priuil. ad inſtar. glo. 15. nu. 32. poſt Creſc. dec. 4. de priuil. nu. 3.

& *Conar. in c. quamuis pactum. 2. par. §. 2. nu. 6. quem ſequitur Sanchez lib. 3. c. 15. nu. 6.* nec eorum ſententia videtur admittenda contra communem in ſtatuto, aut priuilegio conceſſo Eccleſiæ, ſeu Capit. vel Communitati, aut Dignitati, ſolumque poſſet procedere in priuilegio conceſſo perſonæ priuatæ, cui ipſi poſſet expreſsè renuntiare, non obſtante decreto irritante, licèt non tacitè per contrauentiones, per quas ſolum ſibi præiudicaret in illis actibus. *l. ſi. de conſtit. Princip. nu. 58. Fel. d. nu. 30.* & alij ſupra, & Rotæ *decis. 3. de priuil. aliàs 294. in antiquis. Alex. conſ. 101. l. 2.* & alij, & ita procedit diſt. Cometj in *c. 1. de reſcrip. in 6. n. 59.* & Antonij Gabr. ſupra n. 36. & facit, quod aliàs dictum *intra vlt. p. c. 1. nu. 10.*

Et cum D. Aluarus de Mendoça Epiſcopus Abu-
244 len. anteceſſor † d. D. Epiſcopi Terminj iuſſiſſet, & ordinaſſet Cap. quod ſeruaret d. decretũ Concilij d. cap. 12. circa abſentiam trium menſium computando omnes dies trium menſium in requie, ſicut ante Concilium conſueuerat fieri in d. Eccleſia, poſtea repertis d. confirmationibus d. ſtatuti, 16. idem Epiſcopus reuocauit ſuum mãdatum, & permiſit, quod Beneficiati gauderent abſentia quatuor menſium, ſicut antea, ex quo dicta confirmatio non erat ſublata per Concilium. *Nouò dubitatur, an ſit ſublata per Concilium fundatio Eccleſiæ permittens vltra tres menſes abeſſe Canonicos, & Prebendatos alias; in quo Azor 2. part. lib. 7. cap. 6. ſub 3. queſt.* ait rem eſſe dubiam, *quia Concilium ſolum abrogat ſtatuta & conſuetudines, quibus vltra tres menſes poſſunt Canonici abeſſe; ergo non tollit facultatem ratione fundationis Eccleſiæ conceſſam. præſertim ſi Eccleſia fuerit a laicis extructa & dotata: alioquin enim laici a fundandis & dotandis Eccleſiis averterentur: nihilominus tamen inquit probabilius videtur, hanc etiam facultatem eſſe a Concilio ſublatam, maximè ſi Eccleſias clericus fundauerit, vel dotauerit: nam etſi patronus ius nominandi ex fundatione vel dotatione comparauerit, cui iuris Romanus Pontifex derogare non conſueuerit, nihil tamen exigere poteſt, quod damno Eccleſiam afficiat; at abſentia canonicorum, vel aliorum dignitates, vel portiones habentium, ſolet eſſe noxia Cathedralibus, vel Collegialibus Eccleſijs; nam priuantur Eccleſia ſeruum miniſtrorum opera & conſilio. Ita Azor.*

*Sed verius eſt, & tenendum, fundationem non eſſe ſublatam, vt S. Congregatio concilij cenſuit in declaratione ſupra adducta num. 216. & circa diſtributiones in ſecunda infra adducta numero 250. Eſt alia declaratio, quæ ſic ait; Congregatio cenſuit, conſtitutionem, ſeu priuilegium, in fundatione Eccleſiæ editam, quæ permittit Canonicis abeſſe vltra tres menſes, non eſſe ſublatam a Concilio ſeſſ. 24. cap. 12. 21. Februar. 1576. in vna Segobienſ. Et circa diſtributionem & annexionem ſacrorum ordinum eſt alia, quæ ſic ait; An decretum cap. 12. ſeſſ 24. de diſtribut. ſacrorum ordinum Canonicatibus facienda habeat locum in canonicatibus iuriſpatronatus laicorum ante Concilium reſeruati, in cuius fundationis limine expreſſe cauetur, quod deſcendentes a fundatore poſſunt dictos canonicatus obtinere, licèt non ſint ſacerdotes, ſed tantum ſimplices clerici. congregat. cenſuit non habere locum die 29. Nouembris 1591. in vna Placentina. Et dicemus alias infra nu. 328. & 7. par. cap. 1. nu. 118. & cap. 4. nu. 9. & 9. par. cap. 2. nu. 270. & ſequenti, vbi vide.*

Nono dubitatur, an ſit reuocatum ſtatutum, vel
245 conſuetudo aliquarum Eccleſiarum, in quibus, vltra tres menſes datur ſingulis menſibus vnus dies pro confione barbæ. Et quidem videtur, eſſe renouatum niſi ſit in ſpecie confirmandum, ex quo abſunt
246 vltra tres menſes, & tõſio barbæ † non eſt alias cauſa legitima abſentiæ, maximè quia bene poteſt fieri extra, ſeu poſt tempus diuinorum officiorum. *Et tenet Alexan. Monetæ de diſtribut. p. 3. q. 13. n. 45. contra Navar. de oratione, c. 5. nu. 21. & c. 21. nu. 64.*

Decimò dubitatur, an in illis menſibus, qui dan-
247 tur recreationis cauſa, † abſentes non ſolum lucrentur fructus, ſeu groſſam, ſed etiam diſtributiones quotidianas maximè ſtante tali conſuetudine, & ordinatione.

248 Quod dubium † tractat D. Io. Ocon. in Rep, vnic de Cleric. non reſiden. in 6. ex nu. 16. & defendit opinionem affirmatiuam, quam in pluribus Eccleſijs ſeruari accepiſſe ait. Eandem ſententiam tenet Cenedo collect. 15. ad 6. nu. 7. & videtur ſentire Nauar. de oratione, cap. 5. nu. 20. & *cap. 21. nu. 63. & ſequitur Candel. aur. 4. part 2. part. cap. 5. num. 48. & Sanct Genuenſ. in man. paſtor. cap. 88. num. 7. & valere ipſam conſuetudinem lege præſcriptam, hoc eſt, quadrageneria in, ait probabile Alexand. Monetæ de diſtribut. part. 2. quæſt. 13. a num. 54. pro quo etiam allegat conarr. libr. 3. variar. cap. 13. num. 5. verſic. tertio tandem ratione, dum poſt Dec. in cap. cum omnes in 2. lect. nu. 2. & ibi Andr. ab Exea nu. 50. de conſtitut. docet valere conſuetudinem Eccleſiæ, quod abſentibus ad breue tempus quotidiana diſtributiones debeantur, quale eſſe ait Monetæ tempus duorum aut trium menſium: quamuis non valere ſtatutũ de hoc, vtpotè contra ius canonicũ contra cenedũ tenet ipſe Monetæ q. 13. nu. 36.*

249 Contraria tamen ſententia, † quam tenet Probus ad Monach. in d. c. vnic. num 34. verſ. per quæ, & alij. *Azor 2. p. lib. 7. cap. 7. q. 6. & nouiſſimè Torre de relig. tract. de hor. canon. controuerſ. 10. diſp. 4. & 5. Leon Theſaur. for. Eccleſ. c. 33. nu. 22. ſum. Bull. Quarant. verb. reſidentia, verſ. & impoſitionem illam, Moſcon. de manſionat. Eccleſia lib. 1. part. 1. cap. 15. pag. 297.* efficaciter probatur ex d. c. vnico. & decreto Concilij d. c. 12. & ita cenſuit S. Congr. Fla. Pariſ. de reſign. Benef. li. 1. c. 10. n. 65. Zerola in praxi Epiſcopali 1. p. verſ. priuatio. §. 4. & zecchus de Republica Eccleſiaſtica, tit. de Beneficiatis. n. 6. verſ. quod ſi Benef. & Gonçalez. §. 7. proœm. n. 182. vt in declaratione Abulen. ſupra adducta. n. 235. & Gadicen. infra adducta. nu. 315. & in declarationib. ſequentibus. Prima. Qui abſentes ſunt
250 recreationis † cauſa non lucrantur niſi fructus Præbendarũ non autem diſtributiones quotidianas, ſiue ſint antiquæ ſiue nouæ ex ca. 3. ſeſſ. 21. & 22. quæ ſunt diſtinctæ a Præbendis; nec obſtat immemorialis Secundæ, Vacantiæ oĉs vnius, aut plurium menſium, quibus abſentes diſtributiones percipere ſolebãt ſublatæ ſunt, niſi abſint ex cauſis a iure permiſſis, præterquã ſi d. vacationes cõceſſæ eſſent in fundatione quæ non eſt ſublata quæ etiam intelliguntur ſublatæ, ſi Canonicatuũ fructus omnes ſint diſtributiones quotidianæ. *declar. refert Alex. Men. d. 2. p. q. 13. a n. 32. 4. Iul. 1597. cong. concilij cenſuit, decreto ca. 12. verſ. diſtributiones ſeſſ. 24 ſublatã eſſe conſuetudinẽ percipiẽdi diſtributiones in abſentia, ẽt immemorialẽ, & 5. adducta ſup. n 197.* Tertia. Tpe vacationũ in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis diſtributiones debent eſſe ſolitæ.
251 Quod etiã patet ex † ſequenti declaratione eiuſdem S. Congregationis, quæ eſt notanda. An liceat Canonicis regularibus, & Portionarijs ſæcularibus in eadem Eccleſia abeſſe tres menſes, ſtante quod per

eorum

eorum ſtatuta, & conſuetudines abſunt per quadraginta dies cum licentia. In ſæcularibus cenſuit S. Congr. negatiue ex hoc tex. in regularibus vero cenſuit, non comprehendi ſub hoc decreto, verum ſi cauſa ſit rationabilis, & adſit licentia Prioris, poterunt. De ſtatuto vero, & conſuetudine Eccleſiæ Collegiatæ Canonicorum regularium, vt tam ipſi Canonici, quam ipſi Portionarij, qui ſunt ſæculares in ead. Eccleſia ſingulis annis cum licentia Prioris, & Capituli per quadraginta dies poſſint abeſſe, quibus vna cum fructibus maſſæ groſſæ, & diſtributiones quotidianas accipiant perinde, ac ſi diuinis intereſſent. S. Cong. in Portionarijs ſæcularibus abſque difficultate cenſuit amittere diſtributiones quotidianas, quæ debentur tantum illis, qui ſtant, & dicuntur ſalarium diurnum quod laborantibus debetur, de regularibus vero cenſuit illos non comprehendi in hoc decreto, & quia habent ſeruitium continuum, ſi Prior eis concedit licentiam, cum rationabili cauſa poſſe abeſſe, ac percipere.

252 Et procedit etiam † ſi Canonicatus ſolum conſiſtat in diſtributionibus quotidianis, vt patet ex dicta 2. declaratione ad fin.

253 In hac tamen Eccleſia Abulen. eſt ſtatutum † 16 in ordine, quod in quatuor menſibus abſentiæ, quos ex d. ſtatuto habent, Beneficiati percipiant, & lucrẽtur omnes horas, & diſtributiones, exceptis certis quitantijs & certis diebus, de quibus ibi, in quibus ſolum lucrantur anniuerſarium, ſeu groſſam, quod ſtatutum eſt confirmatum ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica per Iulium III. & conſequenter non eſt derogatum per Concilium Triden. iuxt. ſupradicta, dub. 5. & Coſmam Philiar. ſic intelligendum, de officio ſacerdotis 1. par. l. 1. c. 13. 2. concl. vt in ſequenti Breui. S. Pœnitentiariæ.

254 RAynutius miſeratione † diuina, titu. S. Angeli, Presbyter Cardinalis, dilectis in Chriſto, Decano, & Capitulo Eccleſiæ Abulen. ſalutem in Domino: Ex parte veſtra nobis oblata petitio continebat, quod, cum inter cætera ſtatuta, & ordinationes d. Eccleſiæ, vnum ſit ab antiquo tempore citra editum, & cõtinue obſeruatum, quo diſponitur vt quilibet eiuſdem Eccleſiæ Beneficiatus, Dignitas, Canonicus, ſeu Portionarius, poſtquam in ea primam decem menſium, iuxta ipſius Eccleſiæ conſuetudinem, ac ſtatuta, reſidentiam fecerit, & ſingulis annis per octo menſes in dicta Eccleſia cõtinuos, vel interpollatos reſederit, reliquos quatuor menſes, ſeu centum viginti dies, ſeſentas, inter d. Eccleſiæ Beneficiatos nuncupatos, quolibet anno pro occurrentibus negotijs peragendis, ac vt funeribus, & anniuerſarijs etiam primis, ſeu nouellis Miſſis conſanguineorum, & amicorum intereſſe, aliasque Eccleſias, ■ Beneficia Eccleſiaſtica per ipſos obtenta viſitare, valeant continue, vel interpollatim, pro vt commodius cuique pro tempore fuerit, habeat, in quibus omnes, & ſingulos redditus, prouentus, obuentiones, & emolumenta, ac reliquos fructus, quitantias, & anniuerſaria, vel alias quomodocumque nuncupata, ad ſuam Dignitatem, Canonicatum, & Præbẽdam, ſeu Portionem quoquo modo pertinen. & quæ Dignitates Canonici, & portionarij d. Eccleſię in eadem perſonaliter reſidentes lucrantur, & percipiũt, ipſe quoque in dictis diebus, ſeſentas, nuncupatis, etiam non reſidendo percipiat, & lucretur, non minus, ac ſi perſonaliter reſideret, & diuinis intereſſet officijs exceptis quitantijs, cornado, præſtimonio Quadrageſimæ, omnes Pilas mandato, ſic iuxta ſtilum d. Eccleſiæ vulgariter nuncupatis, & quitantijs à Dominica Palmarum, vſque ad Dominicam in Albis diſtribui, & percipi ſolitis, ac alijs, prout in eodẽ ſtatuto dicitur plenius contineri, nos vt in dictis diebus, ſeſentas, nuncupatis diuinis officijs, non intereſſendo dictos fructus qualitercumque nuncupatos ſaniori conſcientia percipere valeatis, & quia validiora ſunt ea, quibus Apoſtolicæ Sedis authoritas intercedit, cupitis ſtatutum huiuſmodi Apoſtolicæ confirmationis munimine roborari. Super quo ſupplicari feciſtis humiliter vobis per Sedem præfatam opportune prouideri: Nos igitur dicti ſtatuti tenorem præſentibus pro ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi veſtrisque in hac parte honeſtis ſupplicationibus inclinati, authoritate domini noſtri Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, ac de eius ſpeciali mandato, ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto ſtatutum prædictum, quatenus vſu receptum, ac, vt præmittitur, obſeruatum exiſtat, tenore præſentium approbamus, & confirmamus ſupplentes omnes, & ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eodem, illudque perpetuo inuiolabiliter obſeruari, ſicque per quoſcumque, tam Ordinarios, quam Delegatos iudices, & perſonas cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacumque etiam Pontificali præfulgeant Dignitate, vel authoritate etiam Apoſtolica fungantur, iudicari, declarari, interpretari, & diffiniri debere, ſublata eis aliter iudicandi, declarandi, interpretandi, & diffiniendi poteſtate irritumque & inane, quicquid ſecus à quoquã, quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, decernimus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Prouincialibus, & ſynodalibus ſtatutis, & conſuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub ſigillo officijs S. Pœnitentiariæ, ſecundo Idus Februarij, Pontificatus domini Iulij Papæ III. anno IIII.

*Io. Baptiſta Lomelinus.*

*Io. Carpius.*

*Expoſuit centum quinquaginta M. Beier.*

255 Nihilominus tamen poſt Concilium Tridẽt. † introductum eſt in d. Eccleſia, quod ſolum in triginta diebus, qui nunc dicuntur Requies, Beneficiati lucrentur horas, & diſtributiones, in reqpie vero 90. diebus, qui modo dicuntur, ſeſentas, ſolum lucrentur anniuerſarium ſeu groſſam.

256 Vndecimo dubitatur, † an indulta, ſeu priuilegia Apoſtolica, quibus conceditur poſſe abeſſe vltra tres menſes à ſeruitio Eccleſiæ, ſint derogata?

Et videntur eſſe derogata, ex d. c. 12. iuncta Bulla
257 Pij IIII. reuocatoria priuilegiorum, † in his, in quibus decretis S. Concilij Trid. contrariantur quæ habetur ad finem Concilij.

258 Et facit declaratio S. Cong. quę ait, † Omnia priuilegia regularium, & ea, quæ mare magnũ appellantur, ſunt reuocata in his, quæ Concilio Tridentino aduerſantur Bulla Pij Quarti edita 13. Calendas Martij 1565. anno 1.

259 Nihilominus tamen contrarium eſt † dicendum cum Concilium hic non deroget priuilegijs, & indultis Apoſtolicis, & lex generaliter loquens non tollit priuilegium particulare conceſſum ſuper eo, de quo lex generalis loquitur. Oldrad. conſ. 266. Felinus in cap. 1. de reſcript. num. 10. Iaſſ. in l. 1. num. 9. ff. ſoluto matrimonio. Decius in reg. in toto iure. nu. 8. ff. de reg. iuris. Mil. in rep. verb. priuilegium non inſertum, Ant. Gabr. de legibus concl. 1. nu. 3. Mandoſ. reg. 4. cancel. quæſt. 7. nu. 5. Anaſt. Germonius, de indultis Card. §. per quæ ſublatis, nu. 69. & 73. & Barboſa in l. 1. ff. ſoluto matrim. p. 1. num. 5. *Cened. Collect. 14. ad Clement. nu. 5. Candel. aur. 4. p. 2. p. cap. 1. nu. 11. Suarez de legib. lib. 8. c. 39. nu. 2. & Aldrete in dicta allegatione pro regularium exemptione 1. p. c. 8. a nu. 4.*

260 Et facit etiam, † quia vbi Concilium vult priuilegijs derogare, id exprimit, vt ait Germo. ibi. & Emmanuel Rodriguez, q. regul. 1. tom. q. 8. art. 6. & ita Congreg. Concilij cenſuit Concilium non derogare priuilegijs Apoſtolicis, niſi de his expreſſam faciat mentionem, vt per Germo. ibid. nu. 68. *Quem ſequitur Aldrete ibi d. cap. 7. n. 7. & 28. & nouiſſimè docet Suarez d. lib. 8. de legib. cap. 18. nu. 17. & ca. 14. nu 6. & Rota in Leodien. Canonic. 11. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, quam ponit Farin. conſ. 68. nu. 20. cēſuit priuilegijs conceſſis vniuerſitati Canarienſ. non fuiſſe derogatum per Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. & ita Gregor. XIII. atteſtatum fuiſſe in ſua confirmatione.*

261 Nec obſtat d. Bulla Pij IIII. † quia vt idē Germo ait, *& cum eo Aldreté d. num.* 28. eadem Congregat. cenſuit Bullam Pij IIII. qua tolluntur priuilegia omnia Concilij Triden. decretis aduerſantia, non extendi vltra ea, quæ in Concilio continentur. Cuius ratio deſumitur † ex dictis, quod priuilegia, quibus non derogatur in decretis Concilij, non ſunt illis contraria.

Et quod d. Bulla ſit regulanda, & intelligenda ſe-
262 cundum ipſa decreta Cōcil. † & terminos illorum & ſic reſtringenda ad ea tantum, quæ per illa prohibita ſunt cum derogatione priuilegiorū, tradit Emmanuel Rodriguez d. artic. 6. quod etiam Viualdus in Candelabro aureo, tit. de abſolutione. num. 40. *in prioribus editionibus, Aldrete d. n. 27. & Suar. d. c. 1. n. 17.*

263 Et in terminis d. c. 12. ſeſſ. 26. ita declaratum eſt † per Sanctam Congregationem, vt videre eſt inde declaratione ſequenti. An indultum Leonis X. tribuēs Præpoſito, & Canonicis S. Mariæ de la Scala, vacationem duorum menſium, contra fundationem Eccleſiæ, intelligatur ſublatum per hoc cap. in verſic. præterea obtinentibus. dum vult ſaluas eſſe conſti-
tutiones Eccleſiarum, quæ longius ſeruitij tempus requirunt? Congreg. cenſuit negatiuè, cum expreſsè non deroget indultis, & Concilium hic tantum reuocat conſtitutiones, quæ concedunt abſentiam vltra tres menſes. & Cong. cenſuit per hoc decretum non eſſe derogatum priuilegijs Apoſtolicis. 12. Decembris 1585. *Et ita tenet Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 162. verſic. vbi notandum, & Acor 2. part. lib. 7. cap. 6. quæſt. 3.*

264 Priuilegia tamen perpetua de non † reſidendo conceſſa certis perſonis, ſeu certo generi perſonarū, ſunt reuocata per Cōcilium, ex cap. 2. ſeſſ. 6. de refor. & Bulla Pij IIII. vt in vna Abulen. infra adducta nu. 423. ad ſecundum.

265 Vnde apparet priuilegium † conceſſum a Paulo III. Capellanis Regis Hiſpaniç, vſque ad certum numerum de non reſidendo, & percipiendis fructibus in abſentia, eſſe reuocatum per Concilium, & d. Bullam Pij IIII. & ita non ſeruatur iam d. priuilegium. *Et conducit quædam declaratio S. Congregat. Concilij, quæ ſic ait: Dubitauit quidam ſacerdos Regius capellanus vocatus ad iudicium coram ordinario loci, poſtulauit ſe remitti ad capellanum maiorem ſub prætextu exemptionis, de qua habetur in Concil. cap. 11. ſeſſ. 24. Congregat. cenſuit, cap. 6. ſeſſ. 25. & cap. 4 ſeſſ. 6. comprehendere etiam capellas Regias, etiam quod in priuilegijs eſſet dictum, quod non poſſint viſitari ab ordinarijs; quia cum d. c. 6. deroget fundationi, & immemoriali, cenſetur etiam derogare ipſius priuilegijs. Non obſtat, quod priuilegia Regia non cenſeantur ſublata, niſi in ſpecie dicatur, quia ſalus in lege generali; & quando Concilium voluit exprimere, expreſſit, d. c. 11. non procedere in actu viſitationis, & ſi intelligendum, quando extra viſitationem ordinarius vult procedere.*

266 Sed contra ſupradictam reſolutionem, † quod d. Bulla Pij IIII. reuocatoria priuilegiorum non procedit, niſi in illis decretis in quibus habetur derogatio priuilegiorum, ex ſententia S. Cong. vrgent duæ difficultates.

267 Prima, nam aliàs S. Congregatio † declarauit regulares per ſua priuilegia, etiam mare magnum, non poſſe abſoluere a caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt in declarationibus ſequ. Prima, Regulares per priuilegium quod mare magnum vocatur, non habent facultatem abſoluendi pœnitentes in caſibus Epiſco-
268 po reſeruatis. Ita fuit reſcriptum † Cardinali Paleo to Calend. Septemb. 1572. & Brixien. 12. Aug. eodē anno & Fulginaten. 13. Martij. 1573. Secunda; Vercellen. Mendicantes vigore maris magni, neque Ieſuitæ non poſſunt abſoluere a caſibus reſeruatis. Tertia; Fratres mendicantes, & cuiuſcunque ordinis regulares in vim priuilegiorum non abſoluunt a caſibus Epiſcopo reſeruatis. Quarta. Hac de re vbi Congregatio accurate egiſſet, deinde ad Sanctiſſimum D. N. retuliſſet, illius Sanctitas etiam de ſententia Congregat. cenſuit ex facultatibus per mare magnum, alia ve priuilegia regularibus conceſſa, factam eis non eſſe poteſtatem abſoluendi in caſibus ſibi ab Epiſcopo reſeruatis. 10. Septembr. 1577. quā declarationem refert compendium priuilegiorum ſocietatis Ieſu, verſiculo abſolutio. §. 1. dicens ita haberi in quadam Epiſtola Illuſtriſſimi Cardin. S. Six-
269 ti ad quemdam Ordinarium miſſa, refert etiam † Coſmas Philiar. de offic. Sacerdotis. 2. p. li. 2. c. 25. ad fi. dicens haberi in inſtructione confeſſorū Io. Baptiſtæ Eugubini, & eam etiam ex Caſarrubios in addit. ad compendium priuilegiorum Mendicantiū tit. abſolutio, quoad ſeculares, & tit. caſus reſeruati, referēte, haberi in Catecheſi Neapolitana vna cum alijs, de quibus infra, ponit Emman. Rodrig. q. regu. 1. to. q. 61. art. 13. & Sotbo. in addit. ad d. compendiū ibi. *& latius Ioan. Baptiſt. Confettius in ſummario materiarum priuilegiorum regularium tit. 17. cap. 6. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 1. n. 12. ponentes totam epiſtolam miſſam ſancto Borromeo cardinali Archiepiſcopo Mediolanenſi.*

270 Et Concilium prouin. † Mediolanen. 3. factum de an. 1572. tit. de his, quæ ad pœnitentiæ Sacramentū pertinent, ſic ait. Nec cōfeſſarij regulares eorum peccatorum, quorum abſolutio Epiſcopo reſeruata eſt, vinculis irretitos pœnitentes abſoluant, quemadmodum a ſede Apoſtolica declaratum eſt, id eis non

licere

ſicere quauis priuilegiorum ſuorum authoritate.

271 Vnde author libelli, † qui dicitur catecheſis, ſiue inſtructio à RR. Dominis examinatoribus, promulgata, pag. 429. relatus per Candelabrum aureũ. d. tit. de abſolutione. nu. 26. & per Emmanuelẽ Rodriguez. d. art. 13. docet, quod hodie priuilegia regularium, quoad effectum abſoluendi a caſibus Epiſcopis reſeruatis ſunt ſublata per Concilium Tridẽt. cap. 7. ſeſſ. 14. & per declarationem Gregorij XIII. quamuis poſſint abſoluere ab omnibus caſibus Papæ reſeruatis virtute maris magni, & aliorum priuilegiorum & quod ex d. declarationibus clarè colligitur authoritatem, quoad caſus Epiſcopis ſpecialiter reſeruatos conceſſam regularibus, eſſe ſublatam, inquit Emmanuel Rodriguez d. art. 13. & quod huiuſmodi priuilegia p. 5. per Concilium Triden. fuerint reuocata, vt per Congregationem Cardinalium factam ſub die 10. menſis Septemb. 1572. fuit declaratum, inquit Summa Corona 4. p. c. 6. de Sacramento pœnitentiæ. nu. 24. 5. dub. & Zerola in praxi Epiſcopali. 2. p. verſ. abſolutio. §. 1. & 15. & verſ. Monachi. §. 15. qui ait de hac re cõſuluiſſe Romæ multos Cardinales, qui dixerunt ſibi confeſſarios non poſſe abſoluere a caſibus Epiſcopo reſeruatis ex priuilegijs, & facultatibus conceſſis ante Concilium, poſſe tamẽ ex conceſſis vel confirmatis poſt Concilium. *Idem tenet Felicianus Epiſcopus Scalenſis de cenſur. Candel. aur. d. tit. de abſolut. num. 51. in 5. editione, & recentior alius ſcriptor, & refert Martinus del Rio de magia. lib. 6. cap. 1. ſect. 3. quamuis ipſe contra teneat, dicens, reſcripta illa fuiſſe perſonalia, & in fauorem particularium perſonarum & prælatorum, quod ſignanter hoc Pontifex voluiſſet, vbique ſeruari nouum iſtud ius aliquo motu proprio, vel bulla declaraſſet; neque declarationes illas Congregat. ligare poſſe, quandiù non publicantur. In quo certè fallitur: nam declarationes ſunt generales, & non priuilegia particularia, vt patet ex ipſis, nec earum publicatio requiritur, vt diximus in proœmio. Et Magiſt. ſacri Palatij in indice librorum expurgandorum in Candel. aur. fol. 125. vbi incipit, Quibus ſuppoſitis ad quæſtionem, corrigit ſic, Quibus ſuppoſitis, amiſſa diſputatione concludo, regulares virtute Marismagni non poſſe abſolucre a caſibus Epiſcopo reſeruatis, prout a S. D. Greg. Pap. XIII. ex ſententia Congregat. Concil. Triden fuit declaratum, prout in literis Cardm. S. Sixti ad illuſtriſſimum Cardinalem Borromeum in Concilijs Mediolan. regiſtratis, &c.*

272 Et tamen non † habetur in Concilio Trident. derogatio huiuſmodi priuilegiorum abſoluendi a caſibus Epiſcopo reſeruatis: nam in ſeſſ. 14. de ſacramẽto pœnitentiæ. cap. 7. & can. 11. vbi de hoc agitur & dicitur, quod extra articulum mortis Sacerdotes nihil poſſunt in caſibus reſeruatis, non adeſt reuocatio priuileg. ſuper facultate abſoluendi ab illis.

273 Nec ex eo, quod Religioſi † ſine approbatione Epiſcopi non poſſint confeſſiones audire, dici poteſt priuilegia eſſe ſublata per Concilium, vt malè inquit Coſmas Philiarchus ſup. & videtur Sorbo. in d. compendio verſ. caſus reſeruati.

274 Secunda difficultas † eſt, nam ſi d. Bulla Pij IIII. reuocatoria priuilegiorum non procedit, niſi in decretis, in quibus habetur derogatio priuilegiorum, videtur fuiſſe ſuperflua, & de nihilo ſeruire.

275 Ad primã † difficultatem videbatur poſſe reſpõderi S. Cong. intellexiſſe, quod decretum vltimum. ſeſſ. 25. de reg. vbi S. ſynodus præcipit omnia, & ſingula in ſuperioribus decretis contenta obſeruari in omnibus Monaſterijs, non obſtantibus cõrum priuilegijs, ac mari magno, loquatur non ſolum de contentis in decretis illius ſeſſ. 25. de regular. ſed etiam in decretis aliarum ſeſſionum præcedentium.

276 Quod videtur colligi ex quadam declaratione, quæ inter declarationes S. Congreg. ſuper d. cap. vlt. ☞ habetur ſic. Per hanc derogationem, maris magni, non poſſunt regulares, cuiuſcumque Ordinis illi ſint, à caſibus Epiſcopis reſeruatis abſoluere, pro vt etiam annotatum eſt ſup. in cap. 7. ſeſſ. 14. nempè in declarationibus ſupra adductis.

Sed iſta reſponſio non placet, primo, nam re vera

277 d. decreto vltimo ſolum reuocãtur priuilegia, † quę ſunt contra decreta illius ſeſſ. 25. de regular. & non quæ ſunt contra decreta aliarum ſeſſionum, vt rectè inquit Emmanuel Rodrig. d. 1. tom. q. 8. art. 6. ponderans illa verba in Superioribus decretis; Nam non dicit in ſuperioribus ſeſſionibus, & tenet etiã. Nau. in Man. cap. 27. nu. 190. & conſ. 7. de priuil.

Vbi rectè Nauarrus docet priuilegia regularium,

278 † quod non teneantur ſeruare interdicta in aliquibus diebus tantum, vt in feſtis ſuorum Ordinum, eſſe ſublata per Concilium d. decreto vltimo, iuncto cap. 12. eiuſdem ſeſſionis. quod etiam tenet compendium priuilegiorum Societatis Ieſu verſic. interdictum, vbi relatis huiuſmodi priuilegijs ad fin. ſic ait, non obſtantibus, quæ in hoc verbo dicta ſunt, mandante Epiſcopo, noſtri interdicta non ſolum à Sede Apoſtolica, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata, publicare, ac ſeruare debent, vt decreuit Concilium Trid. ſeſſ. 25. c. 12. de regular.

279 Quamuis contrarium teneant † Bart. Medina in ſum. lib. 1. §. 13. Bernar. in ſua ſumma, lib. 34. nu. 30. Lud. Lopez inſtruct. conſc. 2. tom. 2. p. ca. 21. Emmanuel Rodrig. in explicatione Bullæ. §. 5. nu. 15. & in addit. ibidem. nu. 13. & nu. 35. & nouiſſimè quæſt. regul. 2. tom. q. 112. art. & Sorbo. in d. compendio. verſic. interdictum tertio.

280 Sed ſententia Nauar. † eſt veriſſima, & approbata, per S. Congregation. vt in declaratione adducta 5. p. cap. 8. num. 87. ad 8. vide tamen breue Clementis VIII. conceſſum poſt Concilium Ordini D. Franſci poſitum per Emman. Rodrig. d. q. 112. art. 2.

Secundò ex eo. d. reſponſio non placet, quia idem

281 eſt de priuilegijs † conceſſis ſæcularibus, vt ex infra adducendis patebit.

Et ad d. declarationem, quæ habetur ſuper decreto vlt. & facit ſuper d. reſponſione, dico, illam in ea

282 forma † nõ eſſe declarationem S. Congreg. ſed fuiſſe ibi poſitam ſub ea forma per eum, qui compilauit, & collegit declarationes S. Congreg. Concilij ſub ſeſſ. & capitulis ipſius Concilij, exiſtimando prædictas declarationes ſupra adductas. num. 269. poſitas ſub d. cap. 7. ſeſſ. 14. de ſacramento pœnitentiæ, fundari in derogatione maris magni, de qua in d. decreto vltimo.

Vnde ad d. 1. difficultatem 2. reſpondendum eſſe videbatur, quod d. declarationes, & Gregor. XIII.

283 non † volunt, nec dicunt, quod priuilegia regulariũ ad abſoluendum a caſibus Epiſcopo reſeruatis ſint reuocata per Concilium, ſed, quod per ſua priuilegia, non habent talem facultatem, ideſt, quod non habent tale priuilegium, & ſic d. declarationes S. Cõgregation. & Gregorij XIII. ad hoc tendunt, vt declarent

clarent priuilegia regularium non dare facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, nec ad id ſe extendere; quamuis aliqua priuilegia ad hoc allegent Candelabrum aureum d.tit.de abſolutione.nu. 32. & Emman. Rodriq. in explicatione Bullæ. §.9. num.132.& ſeq.& 9.regul.1.tom.d.q.61.art.3.& 4.

284 Pro qua reſponſione facit † quod inquit Candelabrum ibi.num.52.quod ad prohibitiones ſupradictas poteſt reſponderi, eſſe intelligendas ſtando in iure communi, non autem eſſe extendendas contra priuilegiatas perſonas. *Quamuis in quinta editione, & ſequentibus ſententiam mutauerit, vt ſupra nu.271. iuxta cenſuram magiſtri ſacri Palatij ibi adductam.*

285 Et Suarez 4.to. de † pœnitentia diſput.3. ſect.2. ad fin.ait, quod per declarationes S.Congreg. quæ ait,non poſſe Religioſos per priuilegia maris magni, abſoluere à peccatis reſeruatis Epiſcopis, non excluduntur ſpecialia priuilegia, vel directè conceſſa, vel per communicationem, ſi in eis facultas hæc ſufficienter explicetur, quod etiam vult Graſſijs in deciſionibus aureis caſuum conſcient.lib.1.cap.13.num. 56. & 57.

286 Et comprobatur, maximè ex ſeqq.declarat. Sac. Congreg. Neque confeſſores vi priuilegiorum Roſarij,neque Patres Ieſuitæ poſſunt abſoluere pœnitentes à caſibus reſeruatis Epiſcopo, niſi priuilegia ipſa talem tradant facultatem. vel ſint obtenta, aut confirmata poſt Concilium Trident. Secunda, Epiſcopo Caietano. An per Bullas ordinarias,in quibus ſolet dari facultas abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, comprehendantur etiam caſus, quos Epiſcopus, & Prælatus Religionis, cum ſuis ſubditis regularibus reſeruauit? fuit reſponſum, quod non,niſi de his fieret ſpecialis mentio. Quas declarationes afferunt Caſarrubios, & Sorbo vbi ſupra, & Emman. Rodriquez d.art.15.

Comprobatur etiam ex decreto Concilij Prouin.
287 † Mediolanen.5. facti anno 1579. 1.par.tit.quæ ad pœnitentiæ ſacramentum pertinent,verſ.ne facultatum, vbi ſic dicitur: Ne facultatum, priuilegiorumve iura, quæ cuique etiam Roſarij, & cruceſignatorum Scholæ,Contratriæ,Collegiove etiam laicorum, quæve Collegijs, Confratribuſve in eo aſcriptis ante vel poſt Concilij confirmationem conceſſa ſunt, confeſſarius cuiuſuis ordinis ſit, ab ijs caſibus, quos ſibi Epiſcopus in ſua diœceſi reſeruauerit, pœnitentes ſine illius facultate abſoluat, ſi contra fecerit ſuſpenſionem à diuinis ipſo facto incurrat, ſequitur Zerola in praxi Epiſcopali, 1.p.verb.abſolutio. §.5. ſeu 6.

288 Ex quibus apparet,† quod nõ eſt vis in hoc,quod priuilegia ſint ante,vel poſt Concilium conceſſa, ſed in hoc,quod tradant,vel non facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis.

289 Vnde facultas, † quam habent confeſſarij Societatis Ieſu abſoluendi à quibuſcumq; peccatis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ex Bulla Pauli III. quæ habetur in libro Bullarum d.Societatis.pag.20. Quæ
290 videtur † comprehendere etiã caſus reſeruatos Epiſcopis ex illa dictione Nauarr. in Man.cap.27. num. 263.in noua editione,Graſſijs d.lib.1.cap.13.nu.58. & Zerola 2.p.verſ.abſolutio.§.1.reſp.2.non eſt derogata per d.declarationes,vt per d.Compendium Societatis Ieſu,d.verb.abſolutio.vbi ſubdit. Nihilominus declarauit idem Greg.XIII. die 10.Maij. Anno 1583. non eſſe intentionis ſuæ, quod per talem epiſtolam, (nempè dictam Cardinalis Sanct.Sixti) ſit derogata dict. Societatis facultas, eamque, quatenus opus ſit, denuo confirmauit, habetur in viuæ vocis oraculi,pag.131.

291 De qua declaratione meminit † etiam Enriquez in ſumm. lib.6. c6. §.5. Sorbo ſupra. & Emmanuel Rodriq.d.art.13.dicens,ex ea confeſſores Societatis poſſe abſoluere virtute ſuorum priuilegiorum etiam hodie à caſibus Epiſcopo reſeruatis, & Mendicantes etiam per communicationem. *Et Conſettius ſupra in margine.*

292 Quamuis † ipſi videantur velle iam eſſe nouam conceſſionem, & priuilegium, ſed potius videtur vera declaratio,ex quo ſub d.priuilegio Pauli III.comprehendebantur etiam caſus reſeruati Epiſcopo.

293 Neque eſt alia declaratio, † quam ex Caſarrubios adducit Emman. Rodriquez.d.art.13.& Sorbo.ſupra quæ ait Epiſcopo Caietano, de quo ſupra,

294 Neque per Bullam Sanctiſſimi nominis Ieſu, in qua ſpecialiter habetur,quod confeſſarij poſſint abſoluere confratres à caſibus Epiſcopo reſeruatis. fieri poſſe talem abſolutionem, niſi tantum ratione Iubilei pleniſſimi indicti à Summo Pontifice, cum poteſtate abſoluendi à quibuſcumque caſibus, etiam in Bulla Domini contentis, quæ expreſsè loquitur etiam de priuilegio ſpecialiter concedente facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis.

295 Quia reſpõderi poteſt, † quod iſta declaratio videtur eſſe mendoſa,quia in meis declarationibus,ſuper d.cap.7.ſeſſ.14.ſic habetur. Omnes, qui audiunt confeſſiones, poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis virtute Bullæ Iubilei inducti à Summo Pontifice cum facultate abſoluendi à quibuſcumque enormibus peccatis reſeruatis Apoſtolicæ Sedi, etiam in Bulla Cœnæ Domini, ſed non virtute priuilegiorum, & facultatum perpetuo conceſſarum, vt Roſarij,

296 Sed reuera iſta non ſatisfaciunt, † nam declarationes adductæ in cõtrarium multum vrgent, & particulariter illa. nu.293. adducta, quæ non poteſt dici mendoſa,nec ei contradicit adducta præcedenti nu. *Et 12. Maij 1594. Congregatio Concilij cenſuit, non poſſe regulares abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis in vim priuilegiorum eis ante Concilium conceſſorum, neque audire confeſſiones perſonarum ſecularium,niſi prius fuerint approbati ab Ordinario.*

297 Nec videtur poſſe negari ante Concilium † fuiſſe multa priuilegia, cum facultate abſoluendi a caſibus Epiſcopo reſeruatis, vt per Compendium Mendicantium,& alia.verb.abſolutio,& Emmanuel Rodriquez. *Et Conſettius.* vbi ſupra. & in particulari cõſtat de illo priuilegio Pauli III,conceſſo Societati Ieſu,quo alij regulares.præſertim Mendicantes per cõmunicationem fruebantur.

298 Vnde in hac difficultate dicendum eſt † primo, priuilegia, & facultates ante Concilium Tridentinũ conceſſa,quibus dabatur etiam expreſſe poteſtas abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis eſſe ſublata, vt patet ex declarationibus, & alijs adductis.

Secundo priuilegia huiuſmodi poſt Conciliũ con-
299 ceſſa, † ſeu confirmata ante Gregorium XIII. eſſe etiam ſublata,vt conſtat ex decreto Concilij Mediolan,tertij,ſup.adducto.nu.270. & præcipuè ex decr. Concilij Mediolanen,quinti,ſupra adducto.nu.287.

Tertio,

299 Tertio, confessarios posse absoluere † à casibus Episcopo reseruatis virtute priuilegiorum post Concilium Tridentinũ, & declarationem Gregorij XIII. concessorum, seu confirmatorum, quibus datur facultas absoluendi à illis. Et ita procedit prima declaratio adducta.nu.286.

300 Quarto, priuilegia, in quibus datur facultas † absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, non comprehendere casus Episcopo reseruatos, nisi de eis fiat specialis mentio, saltem per dictionem, etiam, dicendo etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, vt supra. nu.290. vt in secunda declaratione adducta.d.n.286. *Et ita est accipienda declaratio adducta nu.294. iuxta aliã declarationem, vb: ponitur dictio, etiam, quæ sic ait: An regulares virtute literarum Iubilei & indulgentiarum, & alij quicunque confessarij possint absoluere a casibus reseruatis Episcopis, si in eisdem literis tribuitur eis facultas absoluendi à quibuscunque casibus, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, Congregatio censuit, posse.*

301 Quibus sic stantibus † ad d. primam difficultatem dicendum est, prædicta priuilegia non solum ante Concilium concessa, sed etiam post, ante Gregorij XIII. esse sublata, non per Concilium, sed per declarationem, & decretum Gregorij XIII. qui ita voluit, & decreuit. *Et ita videtur sentire Confettius supra, & Vgolin. de offic. Episc. c. 20. in princip. nu. 8.*

Sicut etiam modo Sanctissimus Clemens VIII. voluit, quod Sacerdotes, tam seculares, quam regulares per vniuersam Italiam extra Vrbem degentes virtute quorumcumque priuilegiorum, indultorum,
302 ac facultatum, † à casibus Sedi Apostolicæ, vel ab Ordinarijs sibi reseruatis, & reseruandis, absoluere de cætero non audeant, neque possint, nisi in mortis articulo, seu cum noua, & speciali licentia impetrata in scriptis locorum Ordinarijs exhibita. Vt in decreto Sacræ Congreg. Episcoporum, & regularium dato 9. Ian. 1601. posito ad literam per Zerolam in praxi Episcopali.d. 2. par. vers. absoluto. §. 1. & per Vgolinum in expositione Bullæ Cœnæ Domini.3. p. Bullæ.c.2.sub.nu.5 *Sum. Bullar. Quarant. verb. casus reseruati. num. 13. & 14. vbi etiam adducit aliam declarationem eiusdem Congregationis super d. decreto factam 26. Nouembris 1602. & literas eiusdem Congregationis ad Cardinalem & Archiepiscopum Neapolitanum super eo. Ponunt etiam dictum decretum cum eius declaratione, Candelabrum aureum in nouis editionibus d. tit. de absolut. nu. 38. Confettius supra, & Vgolin. d. tract. de officio Episcop. cap. 36 §. 9. Et nouissimè Piasec. in praxi part. 2. cap. 1. nu. 12. & de eo meminit Genuens. in praxi cap. 22. num. 12. in annot. & refert Leo in Thesaur. for. Eccles. tract. cap. 20. nu. 50. & seq. & cap. 38. à num. 169.*

Aduertendum est autem, regulares secluso priui-
303 legio non posse de iure † absoluere à casibus Episcopo, non solum de iure, sed etiam speciali per ipsum Episcopum reseruatis, vt patet ex clement. dudum, versic. per huiusmodi de sepul. & Clem. 1. §. quibus, de priuileg. & tenent gl. verb. cõcessa, in d. clem. dudum, & ibi Monach. Imola, Card. Anchar. & Panor. in cap. Deus qui, num. 5. de pœnitent. & remiss. Albert. Sbrotius de vero, & perfecto Clerico. lib. 2. c. 27. nu. 13. Nauar. in Man. c. 27. nu. 263. & 264. alias 266. Soto in 4. distinct. 18. q. 4. art. 3. Mart. Ledesma. 2. 4. q. 7. art. 5. dub. 7. Cosm. Philiar. de officio Sacerd. 2. p. dub. 2. c. 25. Graf. d. lib. 1. c. 13. nu. 57. Lud. Lopez instruct. con. c. 2. tom. 1. p. c. 2. & Suarez d. 4. to. disp. 3. sect. 2. 2. punct. & *D. Nunno 3. par. D. Thom. in addit. q. 8. art. 5. dub. 6.*

304 Quamuis in casibus † Episcopo specialiter reseruatis contra teneant Bonf. in d. vers. per huiusmodi, nu. 6. Panor. in c. fin. nu. 6. ne clerici, vel monachi. Felin. in c. perpendimus, de sentent. excommunic. Angel. Sylues. Tabiena, & Armilla. Candelabrum Aureum d. tit. de absolut. nu. 26. ad fin. & n. 44. Emman. Rodri. in explicat. Bullæ. d. §. 9. nu. 131. & 145. & q. reg. 1. to. d. q. 61. art. 2. & Enriq. & Sorbo. supra, Vega in summa. 1. p. c. 6. casu. 44. & Petrus Ledesma in summa de sacrament. pœnitentiæ. c. 13. ad fin.

Ad secundam difficultatem responderi potest, adhuc d. Bullam non esse superfluam, sed fuisse factam
305 ad hoc, vt omnia, & singula † priuilegia in his, in quibus decretis Concilij illa reuocantibus contrariantur, reuocata censeantur, non obstante, quod sint concessa motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu Etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum cõtemplatione, & intuitu, & ex quauis etiam honesta causa. Et cuiuscumque tenoris sint, quorum tenores pro sufficienter expressis, & plene insertis habentur in d. Bulla ad const. 2. Butrij, quod Rota sequitur, vt per Sarnen. in proœmio regularum cancell. q. 6 nu. 6. & decis. 161. nu. 1. p. 1. diuersorum, & tradita per Felin. in c. nonnulli nu. 6. de rescrip. Prob. ad Monachũ in c. collatio, de offic. Legat. nu. 10. Cassad. decis. 10. nu. 2. super regulis. Couarruuias in Rubrica de testament. 2. p. num. 20. Ant. Gabr. de clausulis concl. 5. Mand. regul. 11. Cancell. q. 9. & reg. 19. q. 19. nu. 13. Nauar. in c. si quando, de rescript. except. 1. & const. 7. de priuil. nu. 20. Sarmiento l. 3. selectarum. c. 14. nu. 20. Aceuedo in l. 1. tit. 14. lib. 4. recopil. nu. 33. Eman. Rodrig. q. regul. 1. tom. q. 6. art. 6. Anas. Germo. de indultis, Card. §. ac irritum, nu. 1. & nouissimè per Gonçalez gl. 36. q. 3. & *Aldrete in dicta alleg. pro regularium exemptione 1. p. c. 2. num. 3.* in quo etiam apponitur decretum irritans, ac clausula sublata. Itaque d. Bulla videtur fuisse facta ad corroborandam, & confirmandam derogationem priuilegiorum in decretis Concilij contentam, vt tradit Emmanuel Rodriguez. d. 1. tom. q. reg q. 8. art. 6. ita, vt non possit prætendi illam non fuisse recte factam. & *Aldrete in dicta alleg. 2. p. c. 8. nu. 27. ad istam difficultatem respondit, literas illas Pij IIII. satis plenè suum sortiri effectum, si Concilium Tridentinum approbent, & confirment, & illis derogent, quibus Concilium derogatum esse voluit, & quod alias maximum sequeretur absurdum, quod confirmans confirmato aliquid amplius adderet; immò quibus Concilium Tridentinum derogari voluit Pius IV. derogaret: quod quidem contra Concilij mentem esset, & contra Pij IV. voluntatem quæ fuit, Concilium approbare, & non illius mentem violare.*

Decimo secundò dubitatur, quot dies contineant isti menses, qui dantur quietis, & recreationis causa?
306 Et breuiter † dicendum est mensem in proposito continere 30. dies, & sic tres menses 90. dies, cum Concilium absolute illos concedat, nec exprimatur a quo tempore incipant, maxime, cum possint accipi non solum continui, sed etiam interpollati, Butr. nu. 12. & Abb. 6. in c. licet de supplen. negligen. prælat. Bart. & alij in l. cum bissextus. ff. de verb. signif. Francus in c. quam sit. §. electus. num. 4. de elect. in 6. Menoch. dicens receptum de arbit. lib. 2. casu 50. à n. 12.

Post

*Poſt Men. Azeued. in lib. 5. tit. 4. lib. 1. Rec. num. 25.* & alij, & Rota in vna Salamantina Canonicatus, 20. Iunij 1572, infra adducta, 5. p. cap. 1. num. 46, & poſt hæc Gonçalez gl. 11. num. 8.

307 Quamuis dicant tunc menſem accipiendum † eſſe pro duodecima parte anni, Domin. d. §. electus, nu. 2. Lambert. de iure patron, 2. p. 2. lib q. 1. art. 14. nu. 3. Thomas Sanchez, de matrimon. lib. 2. diſput. 24. num. 20. & quicquid alias in terminis ſuſpenſionis duorum, vel trium menſium dicat Suarez, 5. tom. de cenſuris diſput. 29. ſect. 1. num. 5.

308 Decimo tertio dubitatur, † an ſtante ſtatuto Eccleſiæ, quod concedebat Canonicis abſentiam trium menſium, non tamen erat in vſu, poſſint poſt Concilium gaudere d. tribus menſibus? & videtur, quod ſic, nam Concilium id permittit, & ſolum relinquit ſaluas Eccleſiarum conſtitutiones, quæ longius ſeruitij tempus requirunt.

Nihilominus tamen contrarium eſt dicendum,
309 † nam ſtatutum conſuetudine abrogatum non eſt habendum in conſideratione, & ideo iuramentum, de ſeruandis ſtatutis, non extenditur ad ſtatuta vſu non recepta, vel per conſuetudinem abrogata. Ripa reſpon. 5. num. 4. lib. 1. & Rolandus de lucro dotis, q. 99. *Ioan. Gutt. de iuram. conſ. 1. p. cap. 38. num. 14. Surd. conſ. 58. num. 14. D. Sahagun in cap. de cauſis. de officio de leg. num. 17.* Et non minorem vim habet conſuetudo, quam ſtatutum, ac proinde eodem modo cenſetur ſalua relicta. *Gratian. in addit. ad deciſ. 186. nu. 3. Sylueſt. verbo iuramentum. 4 q. 23. ad fin. Aſor 1. p. lib. 11. cap. 8. quæſt. 8. & Suar. de relig. 2. to. tract. 5. lib. 2. cap. 32. num. 11. Sanch. lib. 3. c. 14. à num. 8. cum aliis quos allegat.* Et
310 ita S. Cong. Concilij cenſuit, † vt in ſeq. declaratione. Licet per ſtatutum Eccleſiæ concedatur Canonicis per tres menſes abeſſe, ſi illud per conſuetudinẽ non fuit obſeruatum, attendenda eſt magis conſuetudo contraria, quam ſtatutum.

*Aduertendum tamen eſt, quod Concilium relinquens ſaluas Eccleſiarum conſtitutiones, ſeu conſuetudines longius ſeruitij tempus requirentes, procedit etiam in conſtitutionibus factis, ſeu conſuetudinibus introductis poſt Concilium: quia abſolutè & generaliter loquitur, & quia illud eſt in fauorem beneficiatorum, cui poſſunt renunciare per conſtitutionem, ſeu conſuetudinem contrariam,* Alexand. *Monet. de diſtrib. p. 2. q. 13. num. 14.*

*Eſt tamen differentia, quòd conſtitutiones, ſeu conſuetudines, quæ erant tempore Concilij longius ſeruitij tempus requirentes, non potuerunt ab Epiſcopo & capitulo tolli concedendo longius tempus abſentiæ vſque ad trimeſtre, quia reſiſtit Concil. conſtitutiones vero, ſeu conſuetudines poſt Cõcilium factæ, rectè poterunt ab Epiſcopo & capitulo reuocari, & reduci ad terminos & tempus Concilij, quia id non repugnat Concilio, nec iuri communi, ſed eſt reductio ad ipſum Concilium.*

311 Si tamen conſtitutio, † aut conſuetudo Eccleſiæ requirit ſeruitium totius anni, tunc locum habet abſentia trium menſium à Concilio permiſſa, eſt enim nimis dura reſidentia totius anni, oportetque maxime iuxta fragilitatem humanam indulgeri aliquod tempus ad recreationem corporis, & animi. Et ita
312 S. Congregatio Concilij cenſuit, † in vna Aſtoricen. his verbis: Decretum Concilij, capit. 12. ſeſſ. 24. concedit Canonicis abſentiam trium menſium, ſi conſtitutiones Eccleſiæ ſeruitium totius anni requirunt.

313 Decimo quarto dubitatur, † an ad abſentiam trium menſium requiratur cauſa, & licentia? & videbatur dicendum requiri iuſtam, vel rationabilem cauſam, nec poſſe pro ſolo libito vti d. abſentia Canonicos, & Præbendatos, & alias non lucrari fructus in conſcientia, vt tenet Nauarr. de oratione. cap. 5. num. 20. cuius ſententiam, quoad peccatum, ſequitur D. Ioan. Ocon. in d. cap. vnic. de clericis non reſiden. in 6. num. 23.

314 Nihilominus tamen reſpondetur † non requiri cauſam, aut licentiam, nam Concilium abſolutè permittit iſtam abſentiam, vt Præbendati poſſunt capere aliquam recreationem, & vacationem à labore, & ne ſit nimis dura reſidentia.

315 Et ita S. Cong. declarauit, † vt in declarationibus ☞ ſequen. Prima Gadicen. An in illis tribus menſibus à iure conceſſis ſit aſſignanda cauſa abſentiæ, & cum licentia ſui Prælati? vel an poſſint potiri beneficio trium menſium nulla cauſa declarata, ſed impetrata licentia à Decano, vel Præſidente in choro, & frui quibuſdam nouis diſtributionibus per Epiſcopum impoſitis, pro vt fruuntur in dictis tribus menſibus omnibus fructibus ſuarũ Præbendarũ, cum pro præſentibus, & intereſſentibus habeãtur de iure Cõg. cenſunt nullã aſſignandã eſſe cauſam, ſecũdo nullã licentiam requiri, nõ tamẽ omnes Canonicos poſſe abeſſe eod. tẽpore, ne Eccleſia deſtituatur ſuo debito ſeruitio ſed tantum eam quotam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Epiſcopi, vel Capituli. Tertio non poſſe frui d. diſtributionibus, cum ſint diſtinctæ à Præbendis. Secunda Abulen, An Dignitates, Canonici, Portionarij, Cantores, aut alij officiales poſſint abeſſe à ſeruitio Eccleſiæ, ſine licentia Epiſcopi? Cong. cenſuit non requiri licentiam Epiſcopi, quando dignitates, Canonici, aut Portionarij abeſſe volũt tempore ipſis à Concilio Triden. permiſſo, non tamen omnes ſimul abeſſe poſſunt, ne Eccleſia ſuo debito ſeruitio deſtituatur; quæ autem pars poſſit ſimul abeſſe, relinqui arbitro Epiſcopi, & Capituli; de alijs qui non ſunt Beneficiatis, & inſeruiunt in Eccleſia, Concilium nihil diſpoſuiſſe, ſed generaliter ſeruãdum, quod Concilium mandat, circa regimen debitum in diuinis officijs. ſeſſ. 24. c. 12. in fin.

316 Alias etiam † S. Cong. in vna Genuen. circa hoc ☞ ſic cenſuit. Archiepiſcopus Genuen. prouideat, ne duo menſes, quos habent vacantes Canonici ſui Capituli, incurrant in Natale, aut Paſcha Domini, aut huiuſmodi maximas ſolemnitates.

317 Vnde Zerola in praxi Epiſcopali, † 1. p. verb. priuatio. §. 4. ſecundo dicto præſentiali. 3. dub. & Zecchus de republica Eccleſiaſtica, tit. de Beneficiatis. num. 6. verſ. quod ſi beneficia. dicunt quod Canonici tribus menſibus abeſſe non debent tempore Paſchæ, & maximarum ſolemnitatum ex declaratione S. Congregationis.

318 Sed hoc in hoc Regno non videtur † ſeruari, ſed in quolibet tempore Canonici, & Præbendati capiunt ſuos dies abſentiæ, nec eſt taxatus numerus eorum, qui abeſſe poſſint, regulariter enim in Eccleſijs Hiſpaniæ remanet competens numerus, ita vt propter dies abſentiæ, & recreationis Eccleſia non deſtituatur debito ſeruitio,

319 Decimoquinto dubitatur, † an Canon. & obtinentes Dignitates, ſeu Portiones, poſſint licite, & tuta conſcientia abeſſe, vltra tempus à Concilio permiſſum,

sum, amittendo distributiones, & omnes fructus, qui residendo lucri fiunt?

320 Et videtur, quod sic, † nam ita faciunt multi absque scrupulo conscientiæ, non existimantes in eo peccare, nec communiter id notatur.

321 Nihilominus tamen dicendum est, † quod si vltra tempus à Concilio permissum notabiliter absunt peccant mortaliter; nam contraueniunt grauissimo præcepto Concilij, nec satisfaciunt suæ obligationi, non enim est, nec dici potest lex pure pœnalis, vt patet. *Et accedit Sandoual de offic. Eccles. 5. p. c. 4.*

322 Et faciunt declarationes † sequentes S. Congreg. Concilij. Prima, Canonici ad continuam residẽtiam tenentur in Canonicatibus, nisi in alijs Beneficijs eiusdem qualitatis resideant. Secunda. Nullus excusatur à residentia, licet distributiones quotidianas amittere consentiat. Tertia; Non residentes, quamuis amittant tertiam partem fructuum in distributiones conuersam, compelli nihilominus possunt ad residentiam alijs item iuris remedijs, & præsertim ex hoc decreto.

323 Quod procedit etiamsi resideant † in ciuitate, vbi est Ecclesia, nam adhuc peccant mortaliter, nec satisfaciunt, si notabiliter absuerint à seruitio Ecclesiæ vltra tempus à Concilio permissum, ex quo debito non satisfaciunt, vt in declarationibus sequen. super d. cap. 12. Prima, Decretum hoc intelligendum est, vt Canonici non possint abesse ab Ecclesiæ suæ seruitio vltra tres menses singulis annis, nihilque eis prodesse quod in ciuitate maneant, nisi Ecclesiæ debitis horis inseruiant; intelligendumque est omnes in cõtrarium consuetudines per hoc decretum esse sublatas. Secunda; Si vltra tres menses absunt, licet in Ciuitate sint, incidunt in d. decreti pœnam, per quod sublata est omnis consuetudo in contrarium. Tertia; Canonicus, qui abest à seruitio suæ Ecclesiæ vltra tres menses licet sit, & maneat in ciuitate, vel in loco, in quo Eccl. ipsa consistit, mulctari potest, pro vt à Concilio statuitur. Quarta; Puniendi sunt qui, à seruitio Ecclesiæ absunt, licet in ciuitate locorum, in quibus ipsa Ecclesia consistit, sint præsentes tantum. Quinta: Non licet vltra tres menses abesse, nisi ex causa inimicitiarum, si post obtentum Canonicatum inimicitiæ superuenerunt vel nisi in Parochiali Ecclesia resideret, etiamsi steterit in loco, sed tantum absuerit à seruitio vltra tres menses, & conducit ad propositum declaratio supra adducta. num. 1. 6. *Et tradit Piasec. in praxi Epis. p. 2. c. 3. nu. 10 facit cap. fin. 92. dist. & quod tradit Nauar. de orat. c. 5. un. 18. & seq. & Alex. Mon. de distrib. p. 2. q. 13. un. 45.*

324 Decimosexto dubitatur, † an satis sit lucrari grossam, seu vestuarium residendo ad horam, seu tempus illius? & breuiter dicendum est, id non satis esse, nec satisfacere suæ obligationi, & præcepto Concilij, vt

325 ex eo constat, † & apparet ex seq. declarationibus Prima, Interessentia, de qua in hoc decreto, debet esse in omnibus diebus, & horis, officijs diuinis interesse, & inseruire, præterquam in tribus mensibus singulorum annorum, nisi Ecclesiæ constitutiones longius seruitij tempus requirant. Secunda; Cong. censuit Canonicatus, & Dignitates obtinentes teneri interesse omnibus horis, nisi innitantur aliqua confirmatione, quæ non sit sublata per Concilium Trident. distributiones tamen quotidianæ cæteris horis, quæ distributione carent, ex fructibus massæ communis pro portionabiliter sunt assignandę, ne negligantur. Tertia: Compellantur obire officia, & ad omnes horas septem Canonicas, & ad faciendum principium, & officium hebdomadarij si tamen alij non sint. Quarta, Canonici non excusantur à qualibet hora illius diei, qua choro interesse tenentur, prætextu quod eorum nomine, veluti in Matutino adsunt alij ab ipsis missi, nec etiam prætextu immemorialis consuetudinis, quod si peterent, vt distributiones augerentur, id agendum esse ex præscripto Concilij Trident. sess. 21. & 22. cap. 3.

326 Quæ tamen declaratio, † quod attinet ad Matutinum, non seruatur in Ecclesijs, vbi Matutinum dicitur media nocte, maxime in locis, vbi magna frigora esse solent: cum enim hora sit tam incommoda, non solent ire Canonici, & Præbendati, & ista consuetudo, & obseruantia, tanquam interpretatiua, & iusta causa, ac ratione fundata, videtur excusare, maxime, cum ita, & non aliter sit à principio Concilium receptum.

327 Quinta, † Cong. censuit non posse confici ex horis, quibus Canonici residentes absunt à choro, dies: & ex diebus, & horis sic collectis confici menses absentiæ, de quibus in hoc decreto, neque ad colligendum seruitium 9. mensium colligendas esse puncturas, quasi qui 9. partes punctuarum ex 12. habeant, seruitio. 9. mensium, debito satisfecerint, sed ipsos dies residentiæ, & seruitij, siue continui fuerint, siue interpollati, numerandos esse, vt complementum dictorum. 9. mensium.

328 Quæ declaratio non procedet † in Ecclesijs, vbi ex fundatione, priuilegio Apostolico, aut statuto à Sede Apostolica in specie confirmato aliud cautum sit iuxta supradicta, vt in Ecclesia Granaten. seruari audiui, & tradit Philiarchus de officio Sacerdotis. 1. part. lib. 1. cap. 13. 2. concl. in quibusdam Ecclesijs seruari.

329 Quinimmo amplius † voluit S. Cong. non valere statutum, seu consuetudinem, vt Præbenda, seu grossa lucrifiat interessendo vna, vel duabus horis, aut minori tempore. 9. mensium, vt in declarationibus sequentibus. Non valet statutum, vt vna hora, vel duabus interessentes lucrentur massam, grossam, siue Præbendam, amissis distributionibus quotidianis. Alia. Quid si vno mense ex nouem interessendo vna hora ex statuto, vel consuetudine lucrentur fructus, amissis distributionibus quotidianis? respondit Cõgreg. statutum, & consuetudinem nullam, & tollendam adeo, vt non interessentes omnibus horis in prædicto mense amittant illam ratam fructuum quam amitterent in alijs octo mensibus singulis horis non interessendo, non tamen incidere in pœnam, de qua hic, quasi abfuissent vltra tres menses,

330 Sed hoc non seruatur, nec est receptum in Hisp. † in cuius Ecclesijs communiter lucrifit grossa, seu Præbenda residendo vna hora, & in aliquibus Ecclesijs lucrifit in tribus mensibus tantum, quæ consuetudo videbatur valere. Cæsar de Grassis dec. 116. num. 8. & potest sustineri, cum d. declaratio non sit recepta, saltem dum per Superiorem, aut Capitulum non sit aliud ordinatum, disponendo modum lucrandi grossam, seu Præbendam iuxta dictam declarationem. *Licet Fr. Raph. de la Torre de relig. 1. tom. tract. de hor. can. contr. 10. disput. 6. num. 4 dicat, consuetudinem, vel statutum de lucrandis fructibus Canonicatuum, sola residentia pauco-*

*pancorum dierum in choro, iniqua eſſe, & non ſeruãda, &c.*

Quamuis in Eccleſia Ciuitaten. in qua ante Conci-
331 lium erat conſtitutio, & conſuetudo † lucrãdi groſſam in quatuor menſibus, fuit ablata, quia per S. Cõgregationem fuit declaratum eſſe contra Concilium d.cap.12. & hodie lucrifit in nouem menſibus vt accepi à doctiſſimo D. Ioan. Guttierez meritiſſimo Canonico Doctorali d. Eccleſiæ in quodam Conſilio.

Decimo ſeptimo dubitatur, an obtinens dignita-
332 tem, † cui incumbit viſitatio, poſſit ratione ipſius viſitationis abeſſe vltra tres menſes, & lucrari fructus huiuſmodi dignitatis, qui per intereſſentiam lucrifiunt, ac diſtributiones, atque etiam fructus Canonicatus, quem ſimul obtinet? In quo dicendum eſt, vt habetur in ſequenti declaratione Sacræ Congrega-
☞ tionis Concilij. An ratione viſitationis Archidiacono incumbentis ratione ſuæ Dignitatis poſſit abeſſe vltra tres menſes conceſſos à Concilio? Congregatio reſpondit poſſe; an vero pro tempore dictæ abſentiæ vltra tres menſes ex cauſa viſitationis poſſit lucrari fructus ſui Archidiaconatus, qui lucrifiunt per intereſſentiam? Reſpondit poſſe, dummodo dari conſueuerint abſentibus ex legitima cauſa, non tamen lucrari diſtributiones mere quotidianas. an durante ea viſitatione lucrari etiam poſſit fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex diſpenſatione, vel ex illius Eccleſiæ conſuetudine, ſtante, quod fructus Canonicatus diſtincti ſint à fructibus Præbendæ Archidiaconatus? reſpondit Congregatio non poſſe, niſi pro tribus menſibus vacationis cauſa à Concilio permiſſis. hæc tamen de lucrandis fructibus locum habent, niſi extet Eccleſiæ conſuetudo, vt Archidiaconus viſitans nihil fructuum percipiat, quam conſuetudinem Congregatio cenſuit ſaluam manere.

Aduerte tamen, quod ſi eſſet conſuetudo, quod
333 Archidiaconus viſitans ſuum Archidiaconatum † percipiat diſtributiones, non cenſeretur reprobata per cap.1. de Clericis non reſidenti. in 6. ſed eſſet valida tamquam ex iuſta cauſa, quia viſitando ſeruit Eccleſiæ. Monachus in d.c.1.nu.2. quem ibi ſequuntur Ioan. And. Domin. in princip. num.2. & Probus nu.11. Coſmas in pragmatica ſanctione tit. quo tempore quiſque debeat eſſe in choro, gloſſa vltima, ad fin. faciunt dicta infra nu.348.

Sed videbatur, quod Archidiaconus viſitans de-
334 beret percipere diſtributiones quotidianas, † etiam ſecluſa conſuetudine ex decreto Concilij. ſeſſ.22. de reformat.c.3. verſ. quod ſi alicui, vbi incumbens curæ animarum imminenti ſuæ Dignitati habetur pro præſenti, & intereſſenti: nam qui viſitat, exercet Curam animarum iuriſdictionalem, ſeu fori exterioris iuxta dicta ſupra 1.p.cap.6.nu.6.

335 Reſpondetur tamen, † quod decretum intelligitur de cura animarum proprie, nempe fori interioris, vt videtur colligi ex illis verbis ibi, quo in curata Eccleſia reſederit, ac miniſtrauerit. Et ita cenſuit Sacra Congregatio, vt in ſequenti declaratione ſuper d.c.3. ibi, cura animarum immineat; ſecus ſi tantum iuriſdictionalis: ſi vero eſt vnita, tunc eſt locus cap. extirpandæ. §. qui vero de Præbend. & tunc, cum viſitauerit ſuam iuriſdictionem, lucrabitur Præbendam, & fructus. ſecus vero diſtributiones quotidianas. Accedit alia declaratio eiuſdem S. Congregationis, quæ
☞ ſic ait. Habentur tanquam præſentes in choro qui curam animarum exercent, quæ illi Eccleſiæ imminet dum tamen ſunt in actu adminiſtrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ ſpectant ad ipſam curam. Cui conſonat Concilium Bononien. tit.6. de reſidentia. §. de cauſis excuſantibus Canonicos. verſ. illis quibus; quæ quidem declaratio loquitur de cura animarum fori interioris, vt patet. *Quamuis loquatur de cura animarum imminenti ipſi Eccleſiæ dignitatis, ſeu Canonicatus, nõ extra in dioeceſi, vt in d.c.3. & ideò dicit declaratio, dum tamen ſunt in actu adminiſtrandi ſacramenta, &c. Et ſimiliter declaratio, quam affert Alex. Mon. p.2.q.11.n.70. in vna Papienſ. & Aſſiſienſ. qui ait, Archipresbyterum habentem curam animarum, dum illi incumbit, haberi debere pro præſenti in choro, loquitur de cura animarum annexa & imminente in ciuitate & Eccleſia propria, vt intelligit Monetа ibi; qui tamen malè ait ibidem, & numero præcedenti, quòd obtinens dignitatem, ſi exercet curam animarum illi imminentem extra ciuitatem in dioceſi, non percipit diſtributiones propriè dictas, ſed ſolum diſtributiones detractas ex tertia parte fructuum dignitatis vigore illius decreti, quas dicit eſſe improprias: verius enim eſt, illum percipere omnes diſtributiones, cum Concilium abſolutè dicat, illum haberi pro præſenti, & diuinis intereſſenti.*

336 Intelligendum autem eſt viſitantem, † ſeu exercentem iuriſdictionem imminentem ſuæ Dignitati, vel Eccleſiæ, non lucrari diſtributiones, quando eſt abſens a ciuitate, ſeu loco, vbi eſt Eccleſia, ſi enim id faceret in ciuitate, ſeu loco, vbi eſt Eccleſia, lucraretur etiam diſtributiones, ſi opporteret fieri tempore horarum, nec poſſet commode fieri poſtea, ſeu ante, iuxta infra dicta nu.357.

337 Nec procedit illud † decretum d.cap.3. in Canonicis, ſeu dignitatibus habẽtibus Eccleſias Parochiales, non tamen Canonicatibus, ſeu dignitatibus an-
☞ nexas, vt in ſequen. declaratione. Super illo: Ibi habeatur, non comprehenduntur Canonici habentes Eccleſias Parochiales, non tamen Canonicatibus annexas, ſeu vnitas. qui ſi in Parochialibus reſederint, & fuerint priuilegiati ad perceptionem fructuum, exceptis diſtributionibus quotidianis iuxta Bullam Pij V. vel ex indulto Apoſtolico, non poterunt optare neque domus Canonicales, neque Canonicatum presbyteralem, & ſimilia, cum non habentur pro præſentibus, ſed tantum ſunt priuilegiati ad percipiendos fructus, & id quando ſcilicet extat conſuetudo, vel ſtatutum, quo abſentes non poſſunt optare, ſecus quo abſentes poſſunt optare. *Vnde apparet, dictam Bullam Pij V.64. in ordine loqui in Canonicis, ſeu dignitatibus habentibus parochiales ſeparatas; decretum verò Concilij in obtinente dignitatem, ſeu Canonicatum, cui cura animarum imminet extra ciuitatem, ſeu Eccleſia curata eſt annexa æquè principaliter; & ſic non longè diuerſis terminis: quod non rectè animaduertit Alex. Mon. d. quæſt. 11. num.69.*

338 Rurſus circa d. declarationem † verſic. an durante ea viſitatione. aduerte eam procedere, etiamſi Canonicatus eſſet annexus dignitati, ſtante, quod fructus Canonicatus diſtincti ſint a fructibus dignitatis, vt in ea dicitur; nam adhuc vti duo Beneficia obtinentur, vt infra dicitur 11.p.c.5.nu.192. & vit. p.c.12. à num.57. & viſitando ratione dignitatis non ſeruit Canonicatui. ſecus autẽ eſſet in portione acceſſoriè annexa, & vnita dignitati, nam tunc vnum eſt Beneficium, & Portio eſt tanquam prædium dignitatis iuxta dicta d.cap.5.num.198. & d.cap.2.num.12. & ſic viſitans ratione dignitatis lucraretur etiam fructus

&us Portionis annexæ, tanquam fructus ipsius dignitatis, seu eius prædij.

339 Et ex illa declaratione d. vers. † conuincitur consilium Nauar. 14. de Clericis non residen. de quo supra nu. 50. quatenus sentit, quod prosequens litem super iuribus suæ dignitatis lucratur etiam in absentia fructus Canonicatus, quem simul obtinet, quod non est verum, nam tunc non abest causa Canonicatus, nec pro vtilitate illius, seu Ecclesiæ, sed solum dignitatis, cuius iura prosequitur. *Facit quod ait Moneta d. q. 11. num. 51.*

Et ex eadem declaratione infertur, quod excusa-
340 tus à residendo † non lucratur fructus, qui non lucrifiunt in absentia, nisi in casibus à iure expressis, & hoc est, quod dicit Rebuf. in praxi tit. de dispensatione de non residendo. nu. 22. & facit, quod ipse infrius ait. num. 60. quod dispensatus de non residendo nequaquam recipiet fructus Beneficij, nisi concedatur hoc expresse in dispensatione, cui consonat quod ait Felin. in cap. fin. de magistris, num. 3. sub vers. 6. limita, quod propter simplicem licentiam absentiæ nõ excusabitur quis à perceptione fructuum, sed solum excusabit eum, vt non priuetur.

341 Vnde Canonicus ingrediens † Religionem non lucrabitur anno nouitiatus, & probationis fructus Præbendæ, quamuis sit iuste excusatus à residentia, vt dicetur infra 11. p. cap. 9. num. 31.

342 Vnde etiam Canonicus electus, † seu nominatus ad Episcopatum Italiæ, qui debet Romæ examinari, quamuis interim, dum vadit Romam, iustè absit, & sit excusatus à residendo, non tamen habebitur pro præsenti, nec fructus percipiet ex ista causa, qui non lucrifiunt in absentia, nisi in casibus à iure expressis, qualis non est iste, maxime, cum talis absentia sit in vtilitatem priuatam ipsius electi, qui vult esse Episcopus. & ad percipien. fructus in absentia non solum non sufficit vtilitas priuata, sed nec vtilitas Ecclesiæ, seu Episcop. in genere, sed requiritur vtilitas Ecclesiæ in specie, & in particulari. Io. Andr. in cap. 1. sub n. 3. de clericis non residen. in 6. *& ibi Anchar. numer. 4. in princip.* Domin. §. qui verò. nu. 8. & Probus ad Monachum. nu. 29. & Rota decis. 222. par. 1. diuersorum. de quo infra. nu. 372. *Et Genuen. in praxi cap. 116. & quamuis illi Doctores loquatur de distributionibus quotidianis; tamen idem est in fructibus qui residendo lucrifiunt, secundum Rotam & Genuens. ibi, vt ad eorum acquisitionem in absentia non sufficiat vtilitas Ecclesiæ, seu Episcopatus in genere; sed requiratur in particulari vtilitas Ecclesiæ, de cuius fructibus agitur, nisi in casibus à iure expressis. vt in c. de cætero, cap. cùm dilectus, & cap. ad audientiam, de cleric. non residen. quæ quid velit Alex. Moneta d. p. 2. de distrib. q. 11. à num. 25, & quæst. 8. in fin.*

343 Nec obstat, † quod obtinentes ex dispensatione Parochialem, & Canonicatum, residentes in Parochiali, percipiunt fructus Canonicatus, exceptis dũtaxat distributionibus quotidianis, vt in constitutione 64. Pij V. & in declaratione 7. supra adducta, sub nu. 179. & alijs. Et similiter obtinens ex dispensatione duos Canonicatus, aut Dignitates, & residens in vno lucratur fructus alterius licet non distributiones, vt in declarationibus supra adductis. nu. 185. & sequen. quia respondetur, quod illi residentes in Parochialibus sunt priuilegiati ad perceptionem fructuum, ex d. Bulla Pij V. vt dicitur in declaratione supra adducta. 337. obtinens vero ex dispensatione duos Canonicatus, seu dignitates, eo ipso censetur dispensatus, vt percipiat in absentia fructus alterius, nam alias dispensatio esset inutilis, & ita videtur esse de mente Papæ dispensantis, quando dispensatio est
344 perpetua, & non ad tempus. 18. Dubitatur, † an statuta, & consuetudines Ecclesiarum concedentia iubilationem deseruientibus per quadraginta annos, sint contra ius, & derogata per Concilium? & dicendum videtur, quod non, ad Cenedum Collect. 15. ad 6. eum. 8. licet contra sentiat Nauar. consil. 12. de clericis non residen. & ita censuit S. Congregatio & Gre-
345 gor. XIII, vt in sequenti declaratione. An sit derogatum statutum Ecclesiæ Compostellanæ permittens Beneficiato, qui in ea per quadraginta annos continuos aliquod Ecclesiasticum Beneficium pacifice possedit & per d. tempus illi per se ipsum in diuinis residendo deseruiuit, vt à dicta Ecclesia de cætero, quoad vixerit; vt emeritus, & inde donatus abesse liceat, & tanquam præsens in choro habeatur, tam ratione fructuum Præbẽdarum quam distributionum quotidianarum? S.D.N. Greg. XIII. audita relatio. Cong. dixit, tolerandum esse hoc statutum. *sequitur Præsec. in praxi Episcop. par. 2. cap. 3. num. 10. Alexand. Moneta de distrib. p. 2. q. 2. num. 20. & quæst. 12. à nu. 57. & q. 13. à nu. 41. vbi ponit declarationem S. Congregat. in vna Oscen. quæ sic ait: Licèt statuta sint subiuta, per quæ absentibus dantur distributiones, nihilominus Gregor. XIII, senibus & benemeritis misertus mandauit, Statutum Compostellanum tolerari, per quod debentur distributiones non seruientibus, qui per quadraginta annos non seruierunt. Quæ tamen d. q. 12. à nu. 57. in consuetudine malè requirit esse legitimè præscriptam, seu quadragenariam: nam cùm valeat huiusmodi statutum, valebit etiam consuetudo decennalis, &c.*

Decimonono dubitatur, an per Concilium d. c. 12.
345 sit † derogatum cap. de cætero, & c. ad audientiam, de clericis non residen. vbi habetur, quod duo Canonici existentes in seruitio, seu obsequio sui Episcopi, habentur pro præsentibus, & percipiunt fructus Canonicatuum, præter distributiones quotidianas? & videtur, quod sic, argumen. cap. 1. de constit. in 6. & quæ ibi notantur.

346 Nihilominus tamen contrarium est dicendum † ex illa reg. quod lex, generalis posterior limitatur, & determinatur per legem priorem specialem, l. non est nouum, cum sequen. ff. de legib. glo. recepta in Auth. offeratur. C. de litis contestatione, & in l. sciendum, ff. qui satisdare cogantur, & ibi Iaf. Decius in l. in tot. iure. num. 7. ff. de regul. iuris. Anton. Gabr. de legibus concl. 1. num. 2. Euerar. loco à ratione legis stricta, 4 num. 12. Barbosa in l. 1 ff. soluto matrim. 1. par. num. 8. & Thom. Sanchez de matrimon. lib. 2. disputat. 24. num. 6. *Sosa in declaratione constit. Clem. VIII. de largitione munerum, num. 105. & seq. Salas de legib. disput. 18. sect. 6. num. 15. & Suar. eod. tract. lib. 6. cap. 27. num. 13.* & ita in proposito tenet Nauar. cons. 1. & 2. de clericis non resid. post quem *latè Alex. Monet. de distribut. par. 2. q. 8. Leo in Thes. fori Ecclesiast. cap. 33. num. 28. & seq. Vgolin. de offic. Episc. c. 19. num. 6. & Præsec. in praxi Episc. par. 2 cap. 3. num. 10.* hæc sequitur Gonçalez. gl. 6. nu. 255. & sentiunt Hoied. de incomp. Benef. 1. p. cap. 17. nu. 29 & 2. p. c. 10. num. 15. & 16. Salcedo in pract. c. 52. litera C. 2. casu. Sbrotius de Vicario Episcopi. lib. 1. quæst. 43. ex nu. 4. Cenedo decis. 94. 1. p. Post *Caued. Visc. ouc. diuers. in arg. l. 1. c. 9. n. 19. & 20.*

& Zec-

& Zecchus de repub. Eccleſiaſt. c.24. de Canonicis, nu.4.verſ.9.& de Beneficiatis.ſub nume.6. qui poſt Concil.Trident. ſcripſerunt. *Et Sandoual loquens in abſentia cauſa ſtudij de offic.Eccleſ.6 par.c.17. quicquid velit Torre de relig.1.to.tract.de hor.can.contro.10.diſp.4. in fi.*

347 Et ita tenet S.Cong.Concilij,† vt apparet ex ſeq. declarationibus. Prima; Stante conſuetudine in Eccleſia Cathedrali, quod Canonici non intereſſentes diuinis non percipiant fructus Præbendæ, nec diſtributiones quotidianas,an liceat Epiſcopo ſuo retinere penes ſe vnum,& duos Canonicos, qui dictos fructus,& diſtributiones percipere poſſint,ac ſi in choro præſentes eſſent? Congreg.cenſuit licere,exceptis tamen diſtributionibus quotidianis. Secunda; Canonici, qui ſunt à choro abſentes cum ſuo Epiſcopo diſtributiones quotidianas amittunt, quæ intereſſentibus tantum debentur, etiamſi ſint cum Epiſcopo in viſitatione, ob priuilegium autẽ, quia ſuo Epiſcopo inſeruiunt,etiam ſi abſint vltra tres menſes, Præbendarum ſuarũ fructus faciũt ſuos. Tertia; Nec poſſunt Canonici vbi videlicet duo ad plus aſſociãtes eorum Prælatum nolentem quandocumque audire Miſſam in Eccleſia Cathedrali, ſed in alia Eccleſia Ciuitatis, participes fieri diſtributionum quotidianarum, quæ non,niſi præſentibus,& intereſſentibus dantur. *Quã adducit Gonçal.§.7.proœm. num.183. & Piaſec. in praxi Epiſcop.p.2. cap.3.nu.8. Vnde comaincitur,quod nouiſſimè ait Gratian.diſcept.forenſ.cap.166.num.20.quod quamuis poſſit Epiſcopus duos Canonicos eligere, qui pro præſentibus habeantur,dum in eius ſeruitio commorantur d.cap. ad audientiam,& d.cap.de cætero.de cleric. non reſiden. Tamen dictis iuribus hodie non erit locus inſpecta vbertate reddituum Epiſcopatus,& multitudine peritorũ, quibus poſſunt commodè vti Epiſcopi in ſuo ſeruitio, & allegat Rebuff. in praxi de vicar.Epiſc.num.5. qui id non dicit, ſed ſolum quòd conſuetudo multarum Eccleſiarum vicarium abſentem non excuſat.*

348 Vbi autem, † quod dicitur, Canonicos exiſtentes in ſeruitio ſui Epiſcopi non poſſe percipere diſtributiones quotidianas, vt probatur d.cap. de cætero, & ibi notant D.& citati ſup.fallit,primo ſtante conſuetudine in contrarium, quia ſeruanda erit, cum ſit ex iuſta cauſa ex Decio in d.c.cum omnes,de conſtit. 2. lectur.ſub nu.6. Couar.lib.3.variarum cap.13.nu.5. verſ.3.eadem ratione. Duennas reg.206. limitatione 1.Hoieda d.c.17.nu.10. *Alex.Monet.d.p.2.q.12.num.42.& Gratian.diſcep foren.cap.166.num.19.* & faciunt in ſimili declarationes adductæ infra num. 361. quæ ſunt videndæ. Et ita in propoſito videtur tenere Hoieda d.cap.10. nu.16. & expreſſe cum eo Sbrotius d. num.3. *& Moneta d.num.42.* quamuis contrarium teneat Nauar.d.conſ.2. de clericis non reſid. nu. 2. dicens, Canonicis ſeruientibus Epiſcopis conſuetudinem non poſſe prodeſſe ad habẽdum diſtributiones quotidianas per cap.1.de clericis non reſid.lib.9. cui tamen ſatisfit ex Decio. Couar. Duennas, & Hoieda vbi ſupra. *Sed certè S.Congreg. Concilij tenet cum Naua. vt apparet ex declarationibus ſequentibus, An Canonicus Cathedralis Eccleſia inſeruiendo ipſi in officio Vicarij poſſit cogere alios Canonicos ad concedendum ipſi diſtributiones quotidianas, perinde ac ſi Eccleſiæ inſeruiret Congreg. cenſuit non poſſe. Alia, An Canonico Cathedralis, qui munere Vicarij fungitur, diſtributiones quotidianæ debeantur, etſi horis diuinis non interſit, præſertim cum à tempore immemoriali obſeruatum ſit vt debeantur. Die 20. Iunij 1591. Congregatio Concilij cenſuit non deberi. Et ratio videtur eſſe,quia iſta conſuetudo non eſt ex iuſta cauſa, cùm Vicarius deſeruiat ſoli Epiſcopo,& non Eccleſiæ, vt inquit Rota dec. 222.nu.5.p.2.diuer.infra relata,num.371.*

349 Secundò fallit in † Canonicis miſſis à ſuis Epiſcopis ad viſitanda limina Apoſtolorum eorum nomine, vel comitantibus ipſos Epiſcopos ad eadem limina iuxta conſtitutionem 17.Sixti V.de viſitandis liminibus Apoſtolorum ab omnibus Epiſcopis. *Et iuramentum ab eis præſtitum, quando iurant fidelitatem Papæ, tradit Leo in Theſ. for. Eccleſ.cap.33. num.23.& mihi etiam, qui Romam redij ad viſitanda limina pro D. Epiſcopo Abulenſi, datæ fuerunt literæ ſequentes.* Nam ij lucrantur non ſolum fructus, ſed etiam diſtributiones ex decreto eiuſdem Sixti Quinti, vt in ſequentib. declarationibus S. Congregationis Concilij. Prima Canonici miſſi ab ipſorum Epiſcopis ad limina Apoſtolorum eorum nomine, vel comitantes ipſos Epiſcopos ad eadem limina, diſtributiones lucrantur ex decreto S.D.N.Sixti V. Secunda, Illuſtriſſimo Cardin. Hiſpalen. Gartias de Sotomayor iſtius Eccleſiæ Canonicus amplitudiniſque tuæ Illuſtriſſimæ, ad viſitanda ſanctorum Apoſtolorum limina procurator, dum huiuſmodi viſitationis cauſa abfuerit,debet percipere diſtributiones quotidianas. Ita cenſuit S.Congregatio Cardinalium Concilio Trident. interpretando præpoſitorum, cuius Congregationis ſententiam voluit notam eſſe, vt eam obſeruari curet. Romæ die 21.April.1589. A.Cardin.Carrafa.

350 Quod non ſolum videtur procedere† in Canonicis; ſed etiam in alijs Præbendatis, licet non ſint de Capitulo, miſſis à ſuis Epiſcopis, ſeu eos comitantibus ad limina Apoſtolorum, nam in propoſito eadẽ videtur eſſe ratio,& de mente Sixti V. quicquid alias ſit in alijs Clericis, vt infra dicetur. Non tamen procedet in Canonicis, ſeu Præbendatis miſſis ab Epiſcopis aliarum Eccleſiarum, ſeu eos comitantibus ad limina Apoſtolorum, licet alias ſint ſui Epiſcopi ratione originis, ſeu aliorum Beneficiorum nam iſti non lucrabuntur diſtributiones, nec fructus Canonicatuum, ſeu Præbendarum, nec iſta cauſa ſunt iuſte abſentes, cum non abſint cauſa Epiſcoporum ſuarum Eccleſiarum. Nec habentes Beneficia ſimplicia ſeruitoria, quibus per Vicarium, ſeu ſubſtitutum poteſt deſeruiri, percipient iſta de cauſa non ſeruiendo diſtributiones, & alia emolumenta ſeruitij, nec excuſabuntur apponẽdo Vicarium, ſeu ſubſtitutum, vt conſului, & practicatum eſt cum quodam Beneficiato Eccleſiæ S. Vincentij Abulen. Ciuitatis miſſo ad viſitanda limina ab Epiſcopo Abulen.D.Lau.Ottadui de Auend. Nec poterit Epiſcopus mittere ad viſitanda limina duos ſimul Canonicos, ſeu Præb. quia ad id vnus ſatis eſt, ſi tamen ipſe Epiſcopus vadit ad ea viſitanda, poterit ſecum ducere duos Canonicos, ſeu Præb. qui eum comitentur, & iſti duo eum comitantes, aut miſſus, percipient fructus, & diſtributiones Canonicatuum, ſeu Præbendarum ſuarum, ſi tamen plures in hoc occuparentur, ueuter perciperet, quia non eſt maior ratio de vno, quam de alio quamuis videatur probabile, ac de mente Sixti V. quod duo Canonici, ſeu Præb. comitantes Epiſcopum, aut vnus ab eo miſſus ad limina Apoſtolorum, lucrentur fructus, & diſtributiones Canonicatuum, ſeu Præb. licet habeat alias occupatos in ſuo ſeruitio alios duos, niſi forte ex hoc Eccl. patiatur in ſeruitio ma-

magnum detrimentum ob paucitatem ministrorum. *Non tamen poterit Episcopus occupare parochum in hac visitatione liminum & Apostolorum iuxta dicta supra 5. dub. à nn. 40. & declarationes ibi adductas; & ita respondi consultus a quodam Episcopo.*

351 Tertiò fallit quando Canonicatus† consisteret solum in distributionibus quotidianis, nam tunc eas lucrarentur, ne priuilegium esset inutile. iuxta allegatos supra num. 113. & 115. excepta tamen tertia parte, quæ deseruientibus accrescit ex Congregationis ☞ sententia, vt in sequenti declaration. Canonici comitantes Episcopum non lucrantur distributiones quotidianas, nisi Canonicatus consisteret in distributionibus quotidianis, & tunc amittunt tertiam partem, quæ deseruientibus accrescit. Et est in simili alia declaratio, quæ sic ait. Si sunt veræ inimicitiæ, & sine culpa, ac post obtentum Canonicatum ortæ, possunt Canonici cum facultate in alio viciniori, ac tutiori loco manere, durantibus dumtaxat inimicitijs, dummodo non vltra annum: & si omnes fruct. Canonicatus in distributionibus quotidianis consistant, eo Canonicus lucrabitur, deducta tamen tertia parte pro deseruientibus. Cui consonat Concilium Prouinciale Bononien. tit. 6. de residentia, §. de causis excusantibus Canonicos à residentia, vers. 2. vbi sic dicitur. De inimicitijs etiam citra culpam suam susceptis eadem, quæ supra de Parochis decreta sunt, obseruanda erit ita, vt si omnes fructus in distributionibus quotidianis consistant, eos Canonicus, deducta tertia parte alijs loco eius deseruientibus assignanda, sibi possit comparare.

352 Sed videtur,† quod omnes distributiones deberent tunc lucrari, non deducta tertia parte, ex declarationibus adductis supra. nu. 113. & 114.

353 Pro concordia dicendum est,† quo ad lucrandos fructus Canonicatus, quando omnes consistunt in distributionibus quotidianis S. Congreg. facere differentiam inter Canonicos absentes causa studij, & causa residentiæ in Parochiali, ex vna parte, vt hi eos integros percipiant, vt apparet ex d. declarationib. adductis. nu. 113. & 114. & inter Canonicos absentes causa seruitij Episcopi, & causa inimicitiarum, vt hi eos lucrentur, deducta tertia parte, quæ deseruientibus accrescat, vt apparet ex hic adductis. Et ratio, qua videtur mota, est, quia causa absentiæ illorum videtur magis pia, & fauorabilis, seu maiori fauore digna, quam horum. *Sed post primam editionem huius operis vidi sum. Bull. Quarant. verb. residentia, vbi in additione dicitur, quòd fertur Concil. Trid. Congreg. declarasse in eum qui sequitur modum, videlicet, Congregatio censuit, Canonicum absentem studiorum causa percipere quidem fructus Prebendæ, non autem distributiones quotidianas: quod si in huiusmodi distributionibus omnes capituli reditus consistant, percipere etiam distributiones dempta tertia parte, quæ inseruientibus accrescit; nullo autem casu debere ipsum Canonicum percipere distributiones missis, aut defunctorum anniuersarijs applicatas. Quæ declaratio fuit data 13. Septemb. 1595. & adducitur etiam à Piasecio in praxi Episcop. p. 2. c. 3. nn. 10. & idem censuit eadem S. Cong. 5. Decemb. 1596. in comitantibus Episcopum in visitatione, & in legente Sacram Scripturam in publica vniuersitate 27. Febr. 1597. & inseruientibus Episcopo vlt. Ian. 1601. iuxta quas declarationes solum in Canonicis absentibus causa residentiæ in parochiali, esset ius speciale, quòd omnes tunc distributiones lucrarentur, non deducta tertia parte ex decreto Papæ, & S. Congregat. in fauorem curæ animarum, & residentiæ parochialis, seu propter illius onus & grauamen, Bulla Pij V. iniunctum, & declaratio supra adducta d. num. 113. dum ait, quod absentes causa studij distributiones omnes quotidianas percipere debent, intelligenda erit de distributionibus improprijs, quæ dicuntur grossa, & sunt Prebenda, seu loco Prebendæ, iuxta dicta infra à nn. 440. seu supplenda & limitanda est ex dictis declarationibus posterioribus.*

354 Quarto fallit stante speciali gratia,† & concessione Papæ. Nauar. d. consil. 2. de Clericis non residen. nu. 3. vt facta est. D. Cardinali Carolo Borromeo, vt ☞ in declaratione sequenti. Sanctiss. Pater noster Cardinali Borromeo concessit, vt Vicarij eius foranei, dum ratione officij sui per loca sui Vicariatus ratione visitationis, aut alicuius alterius negotij spiritualis absunt ab eorum Ecclesijs, eadem debita ratio habeatur quoad distributiones quotidianas, ac si in choro personaliter inseruirent, dummodo d. Vicarij intra fines sui Vicariatus maneant, & prætextu exercendi officium non vagentur solatij causa, ad quod diligẽter animaduertere ipse debeat, ne aliqua fraus fiat; eamdem gratiam fecit, vt de illis, quos ipse de ciuitate assumet, vt munus, generalis visitationis per Diœcesim subeant, ratio habeatur quoad distributiones, ac si essent in choro, cum conditionibus tamen, vt supra, eandem gratiam fecit pro illis, qui occupati sunt in examine illorum, quibus conferendæ sunt Parochiales, si quando propter dictam occupationem non possint interesse horis Vesperarum, seu Completorij, dummodo fraus absit, ne item data opera examen excusetur in horas vespertinas, seu Completorij; idem pro deputatis seminarij, si quando pro seruitio seminarij essent in aliquo negotio ea hora occupati, qua diuina officia celebrantur in Ecclesia, & præcipue, si essent occupati propter Congregationes, quæ semel in hebdomada ratione d. seminarij fiunt, dummodo ista gratia non abutantur.

355 Et iuxta hanc declarationem,† stante gratia speciali, procedit quod ait Zecchus d. tit. de Beneficiatis ad fin. vbi ait, quod distributiones quotidianas lucrantur examinatores Beneficiorum, si sine fraude absunt ex declaratione S. Congregationis, & alias non stante gratia speciali non est verum, quãuis fructus, seu grossam lucrentur, tanquam occupati in seruitio Episcopi, & Ecclesiæ in communi, saltem duo Canonici, seu Beneficiati. *Et ita quòd examinator, qui causa examinis à thoro abest, non debeat quotidianas distributiones percipere, nisi id concedatur priuilegio, vel consuetudine legitimè præscripta, aut statuto Ecclesiæ, qualis est Mediolani. docet Alexand. Moncta p. 2. q. 11. nn. 61. & de consuetudine dicit q. 12. nn. 42. & de statuto idem videtur velle q. 13. nu. 49. sed id de statuto intelligendum est de facto, seu confirmato authoritate Apostolica, qualia dicit d. q. 11. nu. 60. esse statuta Eccl. Mediol. cum plane sit cõtra ius.*

Et similis gratia, & priuilegium percipiendi etiam
356 distributiones quotidianas in absentia concedi† solet ad tempus, & prorogari Inquisitoribus, atque alijs ministris S. officij inquisitionis Hispaniæ, vt in se☞quenti declaratione S. Congregationis. Congregatio Concilij iam dudum consulta respondit Inquisitoribus hæreticæ prauitatis minime ius esse percipiendi distributiones quotidianas Canonicatuum, Dignitatum, aut aliorum Beneficiorum eo tempore, quo Beneficijs prædictis non deseruierint; qua deci-

sione

ſione Inquiſitores Hiſpaniarum vetiti ne læderentur eorum priuilegia à diuerſis Rom. Pontificibus ad tẽpus conceſſa, & à Fęlic. record. Gregorij XIV. prorogata, vt eis prædicto munere vacantibus liceret diſtributiones quotidianas percipere, ad Cõgregationem adierunt, illorumque tenore exhibito declarari petierũt, eam deciſionem ex iure communi depromptam ad eorum priuilegia nequaquã pertinere. Itaque Congregatio priuilegiorum exemplo diligenter inſpecto iuri conſentanea Inquiſitores poſtulare cẽſuit, atque adeo declarauit deciſionem à ſe editam de diſtributionibus quotidianis in abſentia non percipiendis, non habere locũ, vbi ſpecialibus priuilegijs, aut indultis Apoſtolicis Inquiſitoribus, atque alijs S. Officij miniſtris fuerit conceſſum, vt quotidianas diſtributiones, quantumuis abſentes lucrentur, tunc enim priuilegia, & indulta huiuſmodi, quæ ad tempus, pro quo fuerunt cõceſſa, durent, eo firmius eſſe cuſtodienda, quo præſtantius, & vtilius eſt Chriſtianæ Reipublicæ Inquiſitorũ officium ad conſeruationem, & propagationem orthodoxæ Fidei conſtitutum; quod ideo ad Cardinalẽ Toleti ſignificare Cõgregatio voluit, vt ſciret priori deciſione Congregationem ius quidem cõmune declaraſſe, nam de priuilegijs, aut indultis à Sede Apoſtolica cõceſſis quicquam detractum voluiſſe. 6. Iunij 1594. Hiero. Card. Matheius. *Et de prædicto priuilegio Apoſtolico Inquiſitoribus conceſſo, vt in omnibus ſuis dignitatibus, Prebendis, ac beneficijs habeantur pro præſentibus & reſidentibus, & integros eorum fructus ſimul cum diſtributionibus quotidianis percipiant, tradunt Rojas in ſingul. fauore fidei ſingul. 96. Spino de teſtam. gl. 3. num. 78. & Villar del patronado de Calatayud 4. p. in princ. num. 8. qui ait illud non procedere in ſeruitijs, qua non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, quales eſſe ait portiones d. Archidiaconatus de Calatayud; & ideo Inquiſitores non lucrari fructus earum, & duos Inquiſitores illud prætendiſſe per litem, & non potuiſſe obtinere, quia ſunt ſeruitia, & non beneficia Eccleſiaſtica.*

Ex ſupradictis infertur Canonicum Vicariũ Epi-
357 ſcopi non poſſe percipere diſtributiones quotid. † in abſentia, quãuis excuſetur à reſidẽtia, & percipiat fructus in abſentia, ex quo eſt in ſeruitio, & obſequio Epiſcopi, niſi ſit conſuetudo in contrarium. Rebuff. in praxi, tit. de Vicarijs Epiſcoporum. nu. 5. Hoieda d. cap. 10. nu. 15. & 16. & Sbrotius d. q. 43. nu. 4. & 5. *& Alexan. Monet. p. 2. q. 11. à nu. 78. & ad lucrandas diſtributiones debet ſedere, non in loco Vicarij, ſed in loco & ſede ſui Canonicatus, & cum habitu Canonicali Nauarr. conſ. 1. 2. & 3 de maiorit. & obed. vt per Genuenſ. cap. 36. num. 8. & in annotat. vbi ait, ita ſæpe a S. Congreg. rituum fuiſſe declaratum, & adducit declarationes ſequitur Gratian. diſcept. foren. c. 106. Vgol. de offic. Epiſco. cap. 4. §. 7. nu. 3. ſicut etiam debet ſedere Vicarius capituli, Genuen. d. c. 8. & Quar. ſum. Bull. ver. capitulum ſede vacante. nu. 8.*

358 Vicarius tamen Capituli † Sede vacãte, Canonicus non ſolum habetur pro præſenti, & lucratur fructus in abſentia, Pauinus de offic. & poteſtat. Capit. Sede vacante. q. 10. 2. p. nu. 5. Rebuf. ſupra Rota dec. 222. nu. 6. 2. p. diuerſorum; ſed etiam percipit diſtributiones, *contra Alex. Moneta d. q. 11. à num. 83. quem refert ſumm. Bullar. ibi.* Ex ratione aſſignata à Pauino ibi, quod cenſetur eſſe in ſeruitio Eccleſiæ, cum magis commodum ſit Eccleſiæ, vt deputetur vnus, quam non exerceatur iuriſdictio. per totum capitulũ. Quæ ratio ceſſat in Vicario Epiſcopi, vt per Rotam ibi. *2. par. diuer. Alexan. Monet. d. q. 11. nu. 89. & ſum. Bullar. Quar. verb. capitulum ſede vacante. ſub nu. 8.* Et qui abeſt
359 pro ſeruitio, & euidente vtilitate † Eccleſiæ de iure, etiam ceſſante conſuetudine, non ſolum percipit fructus. cap. ex par. 2. de clericis non reſiden. ſed etiã diſtributiones quotidianas, ſi eſt præſens in loco vbi eſt Eccleſia, cap. vnic. de clericis non reſiden. in 6. & ibi Domin. §. qui vero. nu. 10. Couarr. lib. 3. variar. c. 13. nu. 8. verſ. optime D. Ioan. Ocon. in d. c. vnic. à nu. 65. Ioan. Guttier. can. q. lib. 1. c. 1. nu. 145. Zerola in praxi Epiſcopali. p. verſ. diſtributiones. §. 3. Zecchus de repub. Eccleſ. c. 24. de Canonicis. nu. 6. verſ. 2. & alij. *& videtur ſequi Duennas reg. 206. nu. 6. & 7. Sandoual. de offic. Eccleſ. 6. par. c. 17.*

360 Niſi vt conſuetudo contraria, † vt aliàs in ſimili de infirmis declarauit S. Cong. Concilij his verbis: ☞ Conſuetudo in aliqua Eccleſia introducta, vt Canonici infirmi fructus tantum ſuæ Præbendæ non diſtributiones quotidianas percipiant, ſi legitimè, præſcripta ſit, tollit conſtitutionem. Vega in ſumma 1. p. cap. 128. caſu 19. *& Azened. conſ. 21. num. 4. & conſ. 24. nu. 31. vbi requiritur conſuetudo quadraginta annorum ſpatio præſcripta.*

361 Quãuis abſens à loco, † vbi eſt Eccleſia pro vtilitate Eccleſiæ, vel alia iuſta cauſa, non percipiat diſtributiones, c. cum non deceat. de elect. in 6. Domin. ſupra, Ripa de peſte. 2. p. num. 145. Couar. D. Anto. Ocon. Io. Guttier. Zerola, & Zecchus & Sandoual ibi, qui id declarant, niſi conſuetudine aliud fuerit obtentum; ita cenſuit S. Cong. Concilij, vt in declarationibus ſeq. Stante conſuetudine, quod Canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſię, ſeu Capituli, percipiat omnes fructus, & diſtributiones quotidianas Cong. cenſuit eam eſſe obſeruandam, ☞ Canonici abſint pro euidente vtilitate Eccleſiæ. Secunda; Qui cauſa peſtis abfuerunt, quotidianæ diſtributiones eis non debentur, niſi probetur legitima conſuetudo, quod diſtributiones huiuſmodi darentur abſentibus ex iuſta cauſa.

Et iuxta id ſunt accipiẽdæ alię declarationes eiuſ-
362 dem S. Congr. † nempe ſequentes. Prima; An diſtri- ☞ butiones quotidianæ debeãtur infirmis propter infirmitatem diuinis officijs non inſeruientibus, ſtante decreto huius. c. 12. Congr. cenſuit deberi. Secunda; Senio confectis; ſi alias reſidere ſoliti ſunt, diſtributiones debentur, ac etiam infirmis ex propria culpa, & peccato cum præcedenti occaſione; nimius enim eſſet rigor, nec Superior huiuſmodi inquiſitionẽ facere debet addendo afflictionẽ afflictis, quandoquidem multæ eſſent cauſæ, & turpes; debentur etiam detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam, iuxta doctrinam Ioan. And. in cap. 1. de clericis non reſiden. in 6. Conſonat Concilium Bononien. d. tit. de reſidẽtia. §. de cauſis excuſantibus Canonicos. verſ. 1. *Et tradit Alexan. Monet. par. 2. q. 6 & 7. & Rota in cauſa Leodien. fructuum 21. Maij 1604. coram D. Lita, vbi fuit reſolutum, quod Infirmo, & ſenio confecto debentur diſtributiones, etiamſi non reſideat, & etiamſi aliquando exiret de domo, nec infirmitas eſſet intimata capitulo, quia de iure infirmis non reſidentibus, alias tamen ſolitis reſidere, debentur diſtributiones, Couarru. poſt alios variarum lib. 3. c. 13. num. 8. & item & ſenio confectis, vt conſtat ex reſolutione Congreg. Concil. nec iure cautum reperitur, quod intimatio infirmitatis debeat fieri per infirmos, & ſenio confectos, alias ſolitos reſidere, ad effectum conſequendi*

*diſtr. bu-*

*diſtributiones; & quoad prætenſum ſtatutum fuit dictum, de eo legitimè non conſtare, & illud in omnem caſum eſſe nullum, vti factum per Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi, ſine quo Capitulum ſuper modo lucrandi diſtributiones ſtatuere non poteſt, vt fuit tentum in Lucana iuris 9. Apr. 1601. coram Pamphilio. Nec poteſt excuſari Capitulum ex conſumptione diſtributionum bona fide facta, cum minimè probabiliter ignorare potuerit infirmitatem, & maximam ſenectutem, quod quidem infirmo de iure debeantur diſtributiones: & deciſ. Putei 417. lib. 1. procedit in terminis indulti conceſſi alicui de lucrandi diſtributionib. cuius indulti conceſſio cum potuerit probabiliter ignorari à Cap. non mirum ſi illius intimatio neceſſaria eſt ad conſtituendum Cap. in mala fide. Et 14. Apr. 1606. coram eodem fuit ſtatũ in deciſis.*

Tertia, Cong. cenſuit diſtributiones quotidianas lucrari eum, qui debite coniectus in carcerem fuit, fructus autem Præbendæ ſiue maſſæ groſſæ tam diu habere, quam diu per ſententiam non fuerit declaratum, iuſtè illum in carcere detineri. Circa quod eſt alia declaratio, quæ ſic ait. Quoad carceratum Cong. cenſuit eum non priuari diſtributionibus vſque ad primam ſtntentiam, quod ſi condemnatus appellet, interim non percipiet, ſed ſi in ſecunda inſtantia obtinuerit, omnia recuperabit, ſub die 27. Iul. 1570. ſuper Canonico Bracaren. vt in libro Innoc. IX. *Cui declarationi accedit, quod ait Vaſconcellus diuerſ. iuris arg. lib. 1. c. 9. nu. 19. & 20. quòd incarceratus ſine culpa diſtributiones lucratur, & quòd lite pendente interim percipit diſtributiones, quia non conſtat adhuc de culpa: ſi tamen poſtea ex ſententia apparet fuiſſe iuſtè incarceratum, repetuntur de iure, licet non de conſuetudine in Eccleſia Eborenſ.*

363 Et iuxta prædicta etiam † ſunt accipienda conſil. Nauar. 10. & 11. de clericis non reſiden. intelligenda enim ſunt, quod abſens à choro ex cauſa infirmitatis, ſeu alterius corporalis neceſſitatis, aut incarcerationis, ſeu excommunicationis iniuſtæ, de iure, etiam ſeclusa conſuetudine lucratur diſtributiones quotidianas ſi eſt præſens in loco, vbi eſt Eccleſia ex d. cap. vnic. & allegatis. nu. 359.

364 Diſpoſitio autem d. c. de cætero, † & c. ad audientiam. de clericis non reſid. ampliatur primò, vt procedat, & habeat locum etiam in Canonicis Doctoralj, & Magiſtrali, ſecundum Rotam in vna Placentina fructuum, anno 1550. vt per Puteum, dec. 294. lib. 3. & poſt hæc tradit Gonçalez d. glo. 6. nu. 257. dicens, ſatis notandum. *Similiter etiam ſunt accipienda tradita per ſumm. Bullar. verb. diſtributiones quotidianæ, cum Nauarro ibi, & alijs, Genuenſ. Man. paſtor. c. 88. nu. 6. Vgol. de offic. Epiſc. c. 19. §. 2. n. 6. verſ. excipitur ergo, & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. nu. 10. in fin. Raph de la Torre de relig. 1. to. tract. de hor. canon. controu. 10. diſpu. 3. n. 4. & 5.*

*Quamuis Archid. in d. c. vnico. n. 2. Anchar. 4. & Frãc. §. qui vero. n. 3. & 4. & Hojeda de incompat. c. 17. nu. 19. etiam in præſenti in loco qui abeſt à choro ob vtilitatem Eccleſiæ, vel aliam iuſtam cauſam, requirant conſuetudinem ad lucrandas diſtributiones quotidianas, & ea ſtante procedere d. c. vnicum. Et quamuis Coſmas in pragmat. ſanct. tit. quo tempore quiſquis debeat eſſe in choro, verſ. actualiter, teneat etiam abſenti à Ciuitate vel diœceſi propter vtilitatem Eccleſiæ deberi de iure diſtributiones, niſi detur ei ſalarium, ex quo recompenſentur. Et quamuis Alex. Moneta p. 2. q. 5. 5. concl. 4 nu. 47. & q. 6. à nu. 10. & 19. & q. 11. à nu. 2. dicat abſentem ob corporis neceſſitatem, ſeu infirmitatem, vel Eccleſiæ vtilitatem, etiam à loco beneficij, percipere de iure diſtributiones quotidianas, ex d. c. vnic. licèt eas nõ percipiat abſens cauſa peſtis, niſi ſtante conſuetudine, iuxta declarationem S. Congreg. contra Lauretanũ in ſpeculo Epiſc. de fuga lib. 1. diſp. 1. q. 1. concl. 3. quia abſentia hæc non eſt omnino neceſſaria; ſequitur Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 23. à nu. 21. Sed certe non eſt in hoc differentia inter abſentem ob corporis neceſſitatem, ſeu aliam iuſtam cauſam, & abſentem cauſa peſtis, quæ vere pertinet ad neceſſitatem corporalem, quæ includit omne iuſtum impedimentum vltra infirmitatem, Doct. in d. c. vnico, & Genuenſ. in Man. paſt. c. 88. nu. 6. Et dictum c. vnicum intelligitur de præſentibus in loco beneficij, non de abſentibus, iuxta d. c. non deceat, & communem veriorem intellectum Domin. & aliorum ſupra, citatorum, num. 359. & 361.*

*Nec eſt vera ſolutio noua Monetæ d. q. 11. à num. 22, quòd dictum cap. non deceat, loquitur in proſequente vtilitatem ſuæ Eccleſiæ in particulari, ſed Eccleſiæ ſuæ Ciuitatis, ſeu in communi, quia immo loquitur de proſequentibus vtilitatem ſuarum Eccleſiarum, etiam in particulari, circa negotium electionis Prælati, vt dicit text. ibi, cum tales Eccleſiarum ſuarum proſequentes vtilitatem, &c. Nec etiam quicquam valent alia noua ſolutiones eiuſdem ibidem à num. 28. vt ex ipſis patet: quamuis etiam Azeued. d. conſ. 24. nu. 86. velit incarceratum extra ciuitatem lucrari diſtributiones, ſi impedimentum & carceratio principium habuit in Ciuitate, & fuit alio ductus contra voluntatem ſuam; qui tamen fatetur non potuiſſe obtinere, ſed contrarium fuiſſe ſententiatum quoad diſtributiones: qui etiam d. conſ. ex num. 7. nititur defendere etiam iuſtè incarceratum ſua culpa; non tamen ad id ordinata, ſcu ad non reſidendum, haberi pro reſidente, etiam quoad diſtributiones quotidianas: quòd tamen eſt contra communem, & S. Congregationem, & Doctores allegatos, & Alexand. Monetam d. q. 5. nu. 82. & q. 6. nu. 13. & Leonem d. c. 13. nu. 26. & c. 33. nu. 27. & contra id quod ipſe Azeuedo tenet conſ. 21 nu. 27. vbi ait, quòd carceratio iuſta priuat à reſidentia, & multo fortius a diſtributionibus quotidianis ſecundum dicta per Couar. d. c. 13. nu. 8. verſ 11.*

365 Quod tamen videtur intelligendum, † niſi vergeret in magnum, ſeu notabile damnum Eccleſiæ, quia remaneret deſtituta literatis. Rebuf. in praxi, tit. de diſpenſatione de non reſidendo, nu. 41. quem ſequitur Hoieda d. c. 17. nu. 29. 8. caſu ad fin.

366 In hac tamen Eccleſia Abulen. eſt † ſtatutum, quod Canonicus Doctoralis non procuret, nec habeat, nec accepter familiaritatem Epiſcopi, nec cavtatur.

367 Sed non videtur habere locum † diſpoſitio. d. c. de cætero, & c. ad audientiam. in Canonico pœnitentiario, qui non videtur poſſe occupari in ſeruitio Epiſcopi vltra tempus à Concilio permiſſum; ad tradita ſupra dub. 5. 1. d. à nu. 40. & *conſtat ex dicta declar. Burgen. infra adducta 5. p. c. 4. nu. 122. qua ait, pœnitentiarũ non poſſe fungi officio viſitatoris.* † Nec ẽt in Canoni
368 colectoræ, cũ ad munus iſtud ſit electa eius perſona.

369 Secundò ampliatur, † vt procedat etiam in inferioribus Clericis, non canonicis, concurrente tamen diſpenſatione Epiſcopi, vt tenet Io. And. in d. c. ad audientiam, quem ibi ſequuntur Butrius. Card. Imola. Anchar. & Anania, & videtur magis ſequi Selua de Benef. 4. p. quæſt. 6. nu. 13. ſeu. 33. licèt *Alex. Moneta 2. p. q. 8. nu. 8. abſolute dicat, ſolos Canonicos, de quibus loquuntur dicta iura, non autem alios clericos, huiuſmodi prærogatiua gaudere poſſe.*

370 Verior tamen eſt ſententia † Abbatis in d. cap. ad

audientiam,num.8.qui ait Clericos inferiores,non Canonicos,poſſe deſtinari,ſeu occupari per Epiſcopum communi vtilitate, aut cauſa ſuggerente pro ſeruitio Eccleſiæ Cathedralis, & tunc habebunt fructus in abſentia ſine aliqua diſpenſatione: pro ſeruitio vero ſolius Epiſcopi,ſecus;niſi vbi neceſſitas vrgeret, non enim eſt tanta communio inter Epiſcopum & Clericos inferiores,ſicut inter Epiſcopum, & Canonicos,in quibus loquuntur d. iura, qui ſunt membra corporis ſui. Quam ſententiam ſequuntur Nau. in man.cap.25.num.120. & conſ. 5. de ætat. & qualitate,de quo ſupra num.46.Salcedo d.cap.52.lit,C. ſecundo caſu. Lud. Lopez inſtruct.conſc.1. tom. cap. 249.ſecunda cauſa,& Zecchus de rep. Eccleſ. titulo de Beneficiatis,num.4. verſ. 9. & ſecuta eſt Rota in d.cauſa Placentina fructuum, vt per Puteum ſupra. Et in vna Callagurritana fructum.18. Martij. 1583. coram D.Bubalo,vt in d.deciſ.222.parte 2. diuerſorum quam refert Sbrotius.ſupra. num. 6. vbi ex eo

371 fuit reſolutum. Lic.Otheo de Angulo †portionario
☞ Eccleſiæ. Calaguritanæ Vicario, ſeu Prouiſori ipſius Epiſcopi reſidenti in oppido Lucronij, vbi alij Prouiſores reſidere conſueuerunt, non deberi fructus ſuæ Portionis, quia de vrgenti neceſſitate Epiſcopi non conſtabat, cum verſimile eſſet alios in d. Diœceſi requiri æque idoneos ad exercendum d. officium,neque ex deputatione perſonæ d. Othei in Vicarium reſultabat vtilitas Eccleſiæ,quia Vicarius deſeruit ſoli Epiſcopo, refert Gonçalez ſupra num.262. glo.5. *& ſequitur ſumm. Bullar. verb. reſidentia, verſ. in quæſtione illa, & Genuen. in praxi c.116.*

Et amplius dicit Rota ibi, quod in hac materia

372 † non ſufficit vtilitas totius Epiſcopatus in genere, ſed requiritur vtilitas Eccleſiæ in ſpecie, vt per Ioan. And. in c.1.ſub nu,3.verſ.item intelligendum eſt,de clericis non reſiden.in *6. Refert & ſequitur Genuen.ibid.*

373 Sed hoc eſt contra Abb. ſupra † docentem inferiores Clericos poſſe per Epiſcopum deſtinari pro communi vtilitate, quamuis verum ſit, quod occupatus in officio Prouiſoris, ſeu Vicarij non videtur occupatus pro vtilitate communi,ſaltem conſiderabili ad iſtum effectum, quia potius deſeruit Epiſco-

374 po, vt dictum eſt. † Et dictum Ioan. And. *de quo ſupra n.342. &* Domin.ibi.§.qui verò,n.8.& tenet Probus ad Monachum,nu.29. procedet in illis, qui non per Epiſcopum,vt dictum eſt,ſed aliàs ſunt occupati ſeu deſtinati pro vtilitate communi,ſeu Epiſcopatus in genere,aut per Epiſcopū plures quā duò eiuſdē Eccleſiæ iuxta dictū Hoſtie,quod refert,& ſequitur Abbas in d.c.de cætero.ſub nu.3.& Selua.d.q.6.caſu.17.

375 Vnde Procuratores generales † Cleri Hſpaniæ à Cong.eiuſd.Cleri,ſeu de eius ordine deputati reſidētes in Curia Rom. & in Curia Regis Catholici non excuſarentur à reſidentia in ſuis Eccleſijs, nec lucrarentur fructus in abſentia niſi ſtaret breue Sanctiſſimi D.Clementis VIII.datum.28.Febr.1597. ex quo non poſſunt cogi ad reſidendum (dummodo non obtineant dignitatem actu maiorem poſt Pontificalem, aut Canonicatum Doctoralem Magiſtralem, Pœnitentiarij, aut de lectura) ac lucrantur omnes fructus, redditus, prouentus, jura, obuentiones,& emolumenta quæcumque, nec non diſtributiones etiam quotidianas,ac manuales, etiamſi primam, & rigoroſam reſidentiā nō fecerint,vt latius in d.breui.

376 Reſeruarunt tamen in d. † Calagurritana Domini videndum, an ex eo, quod Portionarij in Eccleſia Calagurritana interueniunt in Capitulo,& in aliquibus habent vocem, poſſit diſpoſitio d. c. ad audientiam,comprehendere etiam iſtos Portionarios?

377 Et prima Junij eiuſd.anni.1583.† coram eod. D.
☞ Bubalo fuit reſolutum. Integros Portionarios non eſſe de Capitulo,ita vt diſpoſitio c.ad audientiam,de Clericis non reſid.ipſos comprehendat. Quia attento iure communi clara eſt concluſio quod ſoli Canonici dicuntur eſſe de Capitulo,Portionarij autem, & alij Clerici inferiores non, Ab.& Fel. in c. cū olim, de re iud.Compoſtellanus. Io. And. Card. in c.1. de elect. & attenta etiam conſuetudine huius Eccleſiæ,quamuis interueniant in Capitulo, & in actibus capitularibus habeant vocem, non tamen dici poteſt eſſe de Capitulo, quia non ſequitur, habent vocem, ergo ſunt de Capitulo.Gemin.in cap.fin. ſub. nu. 5.in fin. verſ.in dubio,de præben. in ſexto. vnde in diſpoſitionibus ad Capitulum non veniunt, niſi ſoli Canonici, non autem alij,qui de iure ſpeciali,ſeu conſuetudine habent vocem in Capitulo,vt ibi Francus nu. 6.

378 Vbi tamen Portionarij eſſent de † Capitulo pro vt ſunt in aliquibus Eccleſijs Hiſpaniæ. procederent in eis dicta iura,ſicut in Canonicis, cum tunc ſint etiam membra corporis ipſius Epiſcopi, & ſic militaret eadem ratio,ſed non ſufficeret habere tantum vocem in Capitulo, vt dicitur in dicta Calagurritana proxime relata: nam ex eo ſolum, ſi non ſunt de Capitulo,non poſſunt dici membra corporis Epiſcopi, nec ipſius fratres.Circa quod vide dicta infra. 11. p. cap.5.à num.206.

379 In hac verò Eccleſia Abulen. † quicquid ſit de hoc,an eius Portionarij ſint de Capitulo, vel ſolum habeant vocem in Capitulo, poſſunt aſſumi ab Epiſcopo in familiares, ſicut Canonici ex ſtatuto ipſius Eccleſiæ,quod certum ordinem in hoc præſcribit. de quo infra,nu.433.

380 Et quod dicitur de Portionarijs † videtur eadem ratione dicendum de dignitatibus in propoſito.

381 Tertiò ampliatur, † vt habeat locum in Prælatis inferioribus reſpectu ſuorum ſubditorum, quia textus in d.cap.de cætero,generaliter loquitur, nec apparet cui loquatur, & eadem videtur ratio. ita Abb. ibi nu.3. Selua d.q.6.17.caſu Rebuffus ſupra nu.45. Et Nauarr.d.conſ. 2. de Clericis non reſid. *Ad Alex.and. Monet. de diſtrib.p.2.q 8.nu.6. & 7. aliter intelligit text.in d.cap.de cætero, abſolutè atque indiſtinctè, de Canonicis loquentem, nempè quod ex eo poſſit Epiſcopus aſſumere pro ſeruitio ſuo Canonicos Eccleſiarum collegiatarum inferiorum, etiam plures duobus; ſed ſine ſufficienti fundamento contra communem, nec placet ex dictis. Et Vgol. de offic. Epiſcop. c. 19. num. 6. ait, quòd Prælatus Eccleſiæ collegiatæ, & non Cathedralis, vnum habere poteſt in ſuo ſeruitio,citans Abbatem d.cap. de cætero, qui id non dicit.*

382 Quartò ampliatur,† vt idem ſit in Legato quantum ad Prouinciam ſuam,& in Archiepiſcopis, quo ad Clericos ſuæ Diœceſ. & non ſuorum ſuffraganeorum, vt tenent DD. communiter in c.cum dilectus, de Clericis non reſid.Selua.d.quæſt.6.caſu 19.& 22. Reb.ſupra,nu.36.Hoieda d.c.17.nu.29.9. & 10. caſu,Salcedo ſup.d.c.52.2.caſu.Sylueſt. verb. reſidentia,nu.7.& Zerola in praxi Epiſcopali.1.p.verſ. reſiden.§.4.*Alexand. Monet.d.q.8.à num.9.& q.9.1.concluſ.à nu.3.* & alij,quamuis,quod attinet ad legatum

dubitet

dubitet Abb. in d.c.cum dilectus. nu.6. & 7.

383 Similiter Familiares † Papę exiſtentes in eius ſeruitio, vt Capellani, Camerarij, & ſimiles, percipiunt fructus ſuæ Præbendæ in abſentia, d.c.cum dilectus, & ibi Ab. & Doct. Selua d.q.6. caſu. 19. Rebuff. ſup. ex nu.32. Hoieda d.n.29.7. caſu. Salcedo ſup. 3. caſu, Syluest. d.nu.7. & Zerola d.§.4. Nau. & Lud. Lopez. vbi ſupra. 3. cauſa. *& Alex. Monet. d.q.8.2. concluſ.*

384 Ex quibus id nō procedit in † ſcriptoribus, & alij officialibus Curiæ, qui ſtant principaliter propter ſuū lucrū, niſi ex præcepto Papæ in Curia morentur.

385 Et ſicut Familiares Epiſcopi, † ita etiam Familiares Papæ non percipiunt diſtributiones quotidianas Io. And. & Abb. nu.5. in d.c.cum dilectus, & Selua d. caſu 19. *& Alexand. Monet. d.q.9.2. concluſ.*

386 Vnde in vna Illerden. † diſtributionum coram D. Gipſio. 2. Iun. 1598. fuit reſolutum. Quod indultum conceſſum per Sixtum V. Subcollectoribus intelligitur ad inſtar Familiarium Papæ, & ſic extenditur ſolum ad perceptionem fructuum, non vero diſtributionum.

387 Et de Familiaribus Cardinalium, † quod etiam excuſentur a reſidentia, & percipiant fructus in abſentia, dicunt Syluest. & zerola ſupra, & Abbas in d. cap. cum dilectus. nu.8. & Selua d.q.6. caſu 21. ex Ioā. And. ibi dicunt, quod Papa hodie conceſſit omnibus Cardinalibus hanc prærogatiuam reſpectu ſuorum Familiarium, vnde de iure, inquit ibi Abbas, poſſet attentari aliud. idem Villadiego de Cardinalibus. n. 63. *& Acor. 2. p. lib. 7. c. 4. q. 3. c. 6.*

388 Nihilominus dicendū eſt † Familiares Cardinalium non excuſari a reſidentia, nec poſſe percipere fructus in abſentia, nam in iure non eſt tale priuilegium. Francus in c. fi. nu. 3. de verbor. ſignificat. in 6. & ibi Domin. ſub nu.5. *& Alexa. Monet. d.q.9.nu.7.* nec hodie, quicquid eſſet olim, eſt tale priuilegium particulare, & ita patet ex declaratione Abulen. inf. adducta. nu.423. & ita practicatur.

Similiter exiſtentes in ſeruitio, aut officijs Regis, ſeu Principis non excuſantur a reſidentia, nec poſ-

389 ſunt percipere fructus in abſentia, † nam in iure nō eſt tale priuilegium, quicquid teneant Selua d.qu.6. caſu 24. Boerius deciſ. 17. P. Greg. de beneficijs. cap. 7. nu.9. & Zanallos in ſuis communibus contra communes. q.585. nu.7.

390 Et ſi aliquod priuilegium fuit antea † eis conceſſum, vt Regi Franciæ fuiſſe conceſſum dicunt. Boer. ibi, & Rebuf. in concordātis tit. de collatio. §. 1. verſ. reſidentiæ. reuocatum eſt iam per Concilium & Bullam Pij IIII. vt dictum eſt ſupra. nu.266. & 267.

Vnde quod inquit Nau. d.c.25. nu. 121. quem ſe-

391 quuntur † Emman. Rodrigu. in ſum. c.33. nu. 3. & Vega 1. p. cap. 36. caſu 41. Capellanos Regum perin de poſſe capere fructus in abſentia, ac Capellanos Papæ, ſi vtriſque eiuſdem generis priuilegia ſunt cōceſſa, immò & magis, ſi fortè plus ſit eis fauore Regum conceſſum, intelligendum eſt de priuilegijs cōceſſis poſt Concilium Triden. quæ tamen non ſunt, & ita ſeruatur.

392 Vigeſimo dubitatur, † an cauſa peregrinationis, maximè ex voto, liceat abeſſe vltra tempus a Concilio permiſſum, & lucrentur fructus Præbendarum.

393 Et videtur † reſpond. affirmatiuè ex traditis per Rebuf. d. tit. de diſpenſatione de non reſidendo. nu. 50. Selua 4. p. q.6. 10. caſu Boer. dec. 17. nu.6. Hoieda d.cap. 17. numer. 29. 11. caſu. & Petrum Greg. d.cap. 7. num. 15.

394 Nihilominus tamen contrarium eſt dicēdum, † quia iſta non eſt de cauſis in iure expreſſis, & cenſuit S. Cong. Cōcilij his verbis. Canonici deuotionis cauſa peregrinantes, & viſitantes aliquas Eccleſias, non lucrantur diſtributiones quotidianas, non obſtante aliqua in contrarium conſuetudine; fructus vero Præb. poſſunt, ſi intra tres menſes a decreto Concilij hic conceſſos fecerint has peregrinationes. Secunda. Abſentes cauſa peregrinationis, etiam ex facultate ſtatutorum Eccleſiæ, non percipiunt diſtributiones quotidianas: immo quoad præb. fructus hoc tēpore peregrinationis percipiendos, non excuſantur vltra tres menſes, quos Concilium permittit. Conſonat Concilium Mediolan. 5. p. 3. tit. quæ ad diſtributiones pertinent, verſ. peregrinationis cauſa. *Et tradit Alexander Moneta p. 2. q. 5. nu. 51. & ſequentibus licet q. 13. nu. 46. dicat eſſe cauſam iuſtam, ob quam poſſint a ſtatuto dari abſenti diſtributiones, peregrinationem maximè neceſſariam ex voto, iuxta tradita per Doctores. Vnde non videtur verum quod ait Genuenſi in Manual. paſt. cap. 88. ſub nu.6. quod tempore anni ſancti per quadraginta vel quinquaginta dies, dum Canonicus petit Romam ad lucrandum indulgentiam, poterit lucrari diſtributiones.*

Quod eſt notandum ad ſtatuta aliquarum Eccle-

395 ſiarum † contrarium diſponentia, quæ non videtur poſſe defendi, nec conſuetudo contraria videtur rationabilis. *Niſi adſit confirmatio Papæ in ſpecie, ſeu ex certa ſcientia, quæ habet vim priuilegij, vt in ſequ. declarat. S. Congr. cum in Eccleſia Eboren. extaret ſtatum, ante Conc. a Sede Apoſtolica confirmatum, vt Canonici ſemel in vita annum abeſſe poſſint cauſa Ieruſalem proficiſcendi, & ſex menſes, cum Baſilicam S. Petri quolibet quinquennio viſitare vellent, dubitatum eſt, an illud ſublatum eſſet a Concil. cap. 12. ſeſſ. 24. Congreg. cenſuit, ſtatutum huiuſmodi a Sede Apoſtolica confirmatum non eſſe ſublatum per concilium, & ita etiam ſanctiſſimus probauit.*

396 Vigeſimo primo dubitatur, † an Canonici, & beneficiati celebrantes priuate Miſſam in eadem Eccleſia tempore officiorum, ſeu horarum, habeantur pro præſentibus in choro?

397 Et dicendum † eſt, quod non, vt per Fed. conſi. 115. alias 118. Abb. in c. cum olim. de re iudicat. n.3. & 6. & Gigan. conſ. 144. nu.26. alias reſponſi. 35. in materia penſionis, qui docent, quod habens in Eccleſia Canonicatum, & Capellaniam, ea hora, qua celebrat, vt Capellanus habere non debet diſtributiones quotidianas Canonicatus.

398 Et ita cenſuit † S. Cōg. Concilij his verbis. An Canonici, vel alij officiales chori habētes in Cathedralibus, vel Collegiatis Capellanias in titulum, veluti Mercenarij, eo tempore, quo in dictis Capellanijs celebrant, diſtributiones recipere debeant, licèt abſint in choro? & quid, ſi deuotionis cauſa, vel ſi a Superiore Eccleſiæ iniungatur eis, vt eo tempore celebrent? Sanctiſſimus Dominus noſter, etiam ex ſententia Congregationis declarauit, nō poſſe, niſi quādo ſic iuſſi eſſent a ſuo Superiore, quem tamen admoneri voluit, vt ab huiuſmodi iuſſu abſtineat. Secunda Canonici qui ſunt in Eccleſia, ſed extra chorum, licèt etiam celebrent cauſa deuotionis in eadem Eccleſia, non cenſentur præſentes, ſecus, ſi iuſſu Superioris: Superior tamen eis hoc mandare non debet, quod procedit etiam in illis Canonicis, qui ſunt

in eadem Eccleſia Capellani, & Miſſas celebrare tenentur. Tertia. Quo tempore cantantur vna hora in choro, qui Miſſam celebrat in eadem Eccleſia ex deuotione, vel obligatione non dicitur interfuiſſe illi horæ, nec illius diſtributiones accipere poteſt, ſi vero juſſus fuerit à Superiore vt celebret, tunc recipiet; Superior tamen cauere debet à tali iuſſione. Quam adducit Gonſalez. §. 7. procem. nu. 181. *& ſumm. Bullar. Quarant. verb. diſtributiones quotidianæ, & Piaſce. in praxi Epiſc. p. 2 c. 3. nu. 8. & ſeq. Genuen. in manuali paſt. c. 88. nu. 7. & Vgol. de offic. Epiſc. c. 19. §. 2. nu. 6.*

399 Conſonat Concilium † Mediolanen. 4. p. 2. tit. de diſtributionibus, vbi ſic dicitur. Quicumque, dũ alicuius ſtatæ horæ officium in choro peragitur, Miſſam celebrando tunc à choro abfuerit, illius horæ diſtributionis, tamquam abſens, particeps ne ſit, vt à S. Sede Apoſtolica declaratum eſt; id vero, niſi præ abſentia Sacerdotum, qui in Eccleſia tunc Miſſæ ſacrificium faciant, neceſſitas aliquando inciderit, vt præfectus Canonicum aliquem Sacerdotem è choro exire à ſtatæque horæ officio abeſſe, Miſſæ celebrandæ cauſa, iubeat, aut niſi à Sede Apoſt. aliter conceſſum fuerit. *Quod decretum, & ſecundam declarationem S. Congreg. nu. praced. adductam affert Alexand. Mon. de diſtribut. p. 2. q. 11. nu. 55. vbi a nu. 49. agit de hoc, & aliquantulum laxat, & Leo c. 33. nu. 26. refert conceſſionem circa hoc factam à Gregor. XIII. Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Epiſcopis ſuæ prouinciæ.*

400 Contrarium tamen † de conſuetudine ſeruatur in hac Eccleſia, & alijs; nam celebrantes, etiam cauſa deuotionis, habentur pro præſentibus, & intereſſentibus in choro.

Quæ conſuetudo, cum ſit ex iuſta cauſa, cum totũ
401 ſit cultus diuinus † in eadem Eccleſia, & vt Beneficiati inducantur ad celebrandum, videtur tolerabilis iuxta tradita per Decium, Couar. Duennas, & Hoiedam ſupra citatos. num. 343. *& Alex. Monetа ibi, vbi vide, & ita in propoſito videtur tenere Monetа p. 2. q. 11. nu. 56.* vbi vide, & videtur approbari in Concilio Cõpoſtellano actione 2. decreto 16. *& directorio Eccleſiaſtica diſciplinæ Octauii Frangipani Nuntij Apoſtolici Belgia tit. de reſident. nu. 10. vbi ſic ait: Similiter eos, qui vel ſacrificant, vel audiunt confeſſiones ipſa hora quæ hæc faciunt, pro præſentibus habendos eſſe decernimus; modo tamen ad principales horas iuxta Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem ingreſſum fecerint, & ſacrificio ſuo, aut confeſſionibus finitis, ſi nondum ſit perfectum officium chori, in ipſum redeant.*

## *De alijs dubijs. . §. 11.*

### SVMMARIA.

*AN Capitulum poſſit dare Canonicis, & Prębendatis licẽtiam abſentiæ, & eos habere pro præſentibus vltra tempus à Concilio permiſſum, ſaltem ad breue tempus ex cauſa iuſta, quamuis non comprehenſa in iure, præſertim ſtante conſuetudine id faciendi. nu. 402. cum ſeq. reſoluitur, ſeclusa conſuetudine, certum eſſe Capitulum id non poſſe, non obſtante ſtatuto in contrarium, nec etiam Epiſcopum.*

*Dubium procedit ſtante conſuetudine, quæ dat iuriſdictionem. num. 414. & quod, ſi huiuſmodi conſuetudo eſt ſublata per Concilium, poteſt dici illud quoad hoc non fuiſſe receptum in Hiſpania. nu. 415. & quod huiuſmodi conſuetudo non videtur ſublata per Concilium. nu. 416.*

*Reſoluitur non poſſe Capitulum talem licentiam dare, etiam ſtante d. conſuetudine ante, & poſt Concilium ſemper obſeruata. nu. 417. cum ſeq. & adducuntur declarationes S. Congregationis.*

*Cum Capitulum non poſſit dare d. licentiam abſentiæ, non poteſt quis virtute eius lucrari fructus Præben. qui alias reſidendo, & intereſſendo lucrifiunt, quamuis poſſint lucrifieri in abſentia ſaltem per tempus à Concilio permiſſum, donec priuetur. nu. 415. & 416. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Non poſſunt iſti, quibus dantur per Capitulum tales licentiæ, percipere, aut retinere fructus, eo quod alij Prębendati videantur eis donare ſeu remittere ſuam partem. 427. cũ ſeq.*

*Fructus annorum præcedentium, qui hoc anno diuiduntur, debentur Canonicis, qui nunc ſunt, & non qui erant illis annis num. 429.*

*Diſtributiones quotidianæ non poſſunt dari abſentibus à choro, non obſtante quamis conſuetudine, etiam immemoriali. nu. 430. nec poſſunt à Capitulo, aut à ſingulis Capit. aliquo prætextu donari, aut remitti. num. 431. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*An Capitulum poſſit dare licentiam abſentiæ ex cauſis alias in iure expreſſis, alteratis tamen, ſeu modificatis per ſtatuta, ſiu conſuetudines Eccleſiæ? num. 433. cum ſeq. reſoluitur diſtinguendo. nu. 435.*

*Quæ ſint diſtributiones quotidianæ, quas amittunt abſentes tempore à Concilio permiſſo, vel alias? Et quæ ſint diſtributiones, quæ ſunt potius Prębendæ, ſeu loco Prębendæ? num. 439. cum ſequentibus vbi reſoluitur & ponitur reſolutio Rotæ, & declaratio S. Congregationis.*

*Ad quos ſpectent diſtributiones quotidianæ amiſſa per non intereſſentes, vel alias? nu. 443. cum ſequentibus, reſoluitur, quod ſi ita ordinatum eſt, vt ſingulis certa portio aſſignata ſit, portio abſentis ad Eccleſiam pertinet, ſi vero certa portio omnibus eſt aſſignata, portiones abſentium intereſſentibus accreſcunt.*

*Quod dictum eſt ad Eccleſiam pertinere portionem abſentis, quando ſingulis certa portio aſſignata eſt, procedit, cum ex patrimonio Eccleſiæ dantur reditus, & diſtributiones miniſtris; at quando dantur ex menſa Capitulari, quæ bona ſunt diuiſa, portio abſentis remanet in ipſa. num. 447. & ſequentibus, vbi ponitur Deciſio Rotæ.*

*Similiter dicendum eſt de fructibus Prębendæ amiſſis ob non reſidentiam, vel alias; quod ſi ex patrimonio Eccleſiæ dantur aſſignata cuilibet certa portione, tunc fructus amiſſi ad ipſam Eccleſiam pertinent; ſi vero eſt menſa Capitularis diſtincta in ea remanent. nu. 449.*

*Si eſſent Prębendæ realiter diſtinctæ ita, quod qualibet Prębenda eſſet Domina ſuæ dotis, tunc fructus amiſſi applicandi eſſent fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco. nu. 450.*

*Ex dictis difficultatem patiuntur quædam declarationes S. Cõgregationis, quæ abſolute dicunt diſtributiones male perceptas reſtituendas fabricæ, aut alteri pio loco nu. 451.*

*Reſpondetur eas loqui de diſtributionibus male perceptis per eum, qui fuit habitus pro præſenti à capitulo, vel cui ab eo fuerunt donata, ſeu remiſſa, & ſic ſibi præiudicauit Capitulum. nu. 452. quod præiudicium videtur intelligendum reſpectu diſtributionum, & fructuum ſolutorum, ſecus, ſi non ſunt ſoluti num. 453.*

*Quod declaratio Abulen. ait quoad fructus Prębendæ, cũ qui abfuit debere eius priuari, intelligendum videtur de fructibus, quos alias ratione Prębendæ ac reſidentiæ feciſſet ſuos. nu. 453. nam quoad amiſſos ob non reſidentiam non eſt opus priuatione. num. 454.*

*Alia difficultas circa d.declarationem Abulen n.455.cui respondetur.nu.456.*

*In materia delicti,& prohibitorum,& quæ tendunt ad damnũ cap.non sufficit maior pars cap.& contradictio vnius facit, ne videatur gestum à Capitulo,d.nu.457.*

*In termino Concilij cap.3 sess.21.de refor.portiones tertiæ partis in distributiones conuersa, quas absentes amittunt interessentibus accrescunt.nu.459.consu quod facit difficultatem,c.3.sess.22.vbi portio 3.p. amissa est applicanda fabricæ.num.460.*

*Interpretatio,& concordia ad d.decreta Nauarri.num. 461. quæ non satisfacit.n.462.nec placet alia interpretatio Ioannis Guttierrez.nu.463.*

*Vera interpretatio.nu.464.quæ confirmatur ex declarationibus S.Cong.adductis.nu.465.*

*Separatio tertiæ partis fructuum pro distributionibus facienda ex d.decretis non est ita facienda vt fiat necessario dismembratio bonorum; sed sat est, si valor 3.p. fructuum ponatur pro illis.nu.466.*

*Ista tertia pars accipienda est secundum verum valorem currentem,& non secundum taxam.nu.467.*

*Secundum Congregationem, antequam ista detractio fiat, deducenda sunt pensiones, & alia onera legitime imposita, quamdiu duraverint,sed de nouo imposita eam non comprehendunt.nu.468.*

*Ista declaratio videtur intelligenda,vbi erant Præbendæ distinctæ realiter ita,quod deductio ex ipsis facienda est ex fructibus communibus mensæ.nu.469.*

*Non est locus detractioni d.tertiæ part.ex distributionibus ex d.c.3.sess.21.quando distributiones sunt tolerabiles ita, vt verisimiliter non negligantur.nu.470.& quomodo consideretur ista verisimilitudo,quod negligantur.nu.471.vbi ponitur declaratio S.Cong.*

*Quando ex dignitatibus detracta est tertia pars ex decreto.c.3. sess.21.non poterit detrahi alia ex c.3.sess.22.nu.472.*

*Dispositio.d.c.3.sess.21.& detractio, de qua ibi, habet locum contra obtinentes quacumque beneficia residentiam requirentia in Cathedralibus,& collegiatis,non tamen extra eas. num.473.*

*Pro distributionibus Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegiatæ non est detrahendum aliquod ex Beneficijs extra eam existentibus,nisi essent perpetuo vnita Præbendæ illius.nu.474.*

*Non solum tenentur ad residentiam obtinentes in Ecclesiis Cathedralibus,& Collegiatis Dignitates,Canonicatus,aut Portiones,sed etiam Mansionarij,& Capellani, & obtinentes alia Beneficia perpetua, & habentia annexum seruitium in choro.num.475.*

*Decretum d.c.3.sess.22.non habet locum in dignitatibus, quæ in Cathedralibus habent sedem in choro tantum, in quibus nunquam residerunt,sed habent collegiatam.nu.476.& sequenti,vbi ponitur declaratio S.Congregationis.*

*An obtinentes huiusmodi Dignitates pro residentia in Collegiata sint obnoxij detractioni tertiæ partis? num. 478. cum sequentibus.resoluitur,quod sic,nisi habeant territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalem,quia tunc non tenentur ad residentiam chori.*

*Obtinentes in Cathedralibus. & Collegiatis Dignitatem, licet non habeant vocem in Capitulo,nec cum cæteris participent distributiones,aut fructus,residere tenentur, & consequenter detractioni tertiæ partis earum fructuum pro distributionibus subiecti sunt.nu.481.*

*Id non procedit in obtinentibus Dignitatem, quæ nullos reditus habet,nec Præbendam,licet eam expectent, nam interim non tenentur residere. num. 482. vbi adducitur declaratio S.Cong.*

*Non procedit etiam in dignitatibus non habentibus sufficientes prælendas,seu fructus sed tenues,nam licet obligent ad residentiam,non tamen locum habet detractio.nu.483.*

*Pro congruis distributionibus assignandis aliquibus horis non sunt diuidendæ distributiones aliarum horarum, sed pro illis detrahenda est aliqua pars fructuum.num.484.vbi ponuntur declarationes S.Cong.& alia Abulen.num.485.de quanum.seq.*

*Distributiones sunt ordinandæ,& compartiendæ per omnes horas,& nõ per certas horas tantum.n.487.& 488.& 489. vbi adducuntur declarationes S.Congreg.*

*Pro lucranda tertia parte fructuum Dignitatum, personatuũ, & officiorum in distributiones conuersa non potest Episcopus statuere aliam seruitij,& officij formam præter solitã, nec noua onera imponere ex sententia Sanctæ Congregationis nu.490.& sequentibus.*

*Etiam Dignitates, & Præbendæ, quæ sunt de iure patronatus etiam laicorum subiectæ sunt detractioni tertiæ partis, nisi repugnet fundatio.nu.492.& 493.*

*An obtinentes Dignitatem,Canonicatum, vel Portionem teneantur per se,& non per substitutum obire diuina officia sibi incumbentia,vt cantare Missam,Euangelium? nu. 494. cum seq.resoluitur teneri per se,& adducuntur declarationes S.Congregationis Concilij,& Rituum.*

*Id procedit,non obstante, quod sit factum statutum in contrarium.num.498.& licet ante Concilium esset statutum vel consuetudo etiam immemorialis in contrarium.nu.499.*

*Qui in hoc notabiliter negligentes fuerint peccabunt mortaliter.num.500.*

*An obtinentes Dignitatem simul cum Canonicatu,aut Portione in eadem Ecclesia,teneantur vtriusque Beneficij onera, & officia subire,& per se ipsos? num.501.cum sequentibus resoluitur affirmatiue,si illa Beneficia habentur de per se,nisi seruitia eodem tempore concurrant.*

*Cessante tamen fraude,& ex iusta causa,aut semel,aut iterum possunt substituere in seruitio vnius,alium eiusdem ordinis: nu. 504.*

*Idem dicendum est,quando illa Beneficia sunt vnita æque principaliter,aut ad vitam obtinentium; secus, si Portio vnita sit Dignitati perpetuo,& accessorie, quia tunc non tenetur seruire tanquam Portionarius.nu 506.cum seq.ponitur declaratio S.Congregationis,& decisio Rotæ.*

*Quando Canonicatus est vnitus & annexus Dignitati, etiam perpetuo,& accessorie, tenetur obtinens seruire,etiam tanquam Canonicus.nu.511.*

*An Canonici,& obtinentes Dignitates,vel Portiones debeant etiam canere in choro sub peccato mortali,& obligatione restituendi,an vero satisfaciant cum sola assistentia,& horas priuatim recitando? nu.512.*

*Canonici ex sua institutione, & iure communi tenentur canere in choro sub peccato mortali, si in hoc essent notabiliter negligentes.nu.513.*

*Nihilominus ad lucrandos fructus,& distributiones sufficit sola assistentia in choro,etiamsi non cantent,nec sint attenti, sed cum alijs loquantur contra aliquos.nu.514.cum seq.*

*Licet ex prima institutione officium Canonicorum sit horas Canonicas in choro canere, tamen de consuetudine nõ videntur ad id teneri, dummodo habeant Capellanos, & ministros, qui eas cantent;& licet ista consuetudo sit sublata per Concilium, potest responderi, omissa alia solutione aliquorum, quod non est quo ad hoc receptum.nu.517.cum seqq.*

*In Ecclesia Abulen.est statutum, quod Canonici adiuuent ad canendum.nu.523.*

*An Canonicus suæ obligationi satisfaciens,quo ad residentiam, & seruitium chori,possit ordinarie abesse à Capitulo? num.*

*524. fundatur pars affirmatiua.nn.525.cum ſeq.reſoluitur id non licere, & reſpondetur in contrarium adductis, num. 529. & ſeqq.*

*Iſta reſolutio limitatur primo, vt non procedat, ſtante legitimo impedimento, aut alia iuſta cauſa ad non aſſiſtendum capitulis.nn.537.& ratio adducitur.nn.538.*

*Admonitio contra Epiſcopos.nn.539. & ſeqq.*

*Secundo limitatur d.reſolutio, vt non procedat, quãdo quis abeſſet a Capitulis in diebus ſuis recreationis cauſa conceſſis. nn.541.cum ſeqq.vbi id explicatur ex ſententia S.Cong.*

*Tertio limitatur, vt non procedat, quando abeſſet quis a capitulo, quod ſit tempore, quo diuina officia in choro celebrantur, & intereſſet illis ſtante ſtatuto, ſeu conſuetudine id permittente, vt in Eccleſia Abulen.n.544.quamuis in d.Eccleſia ſit poſtea facta quædam ordinatio capitularis in contrarium, quæ non potuit fieri.nn.545.& ſeq.*

*Iſta limitatio maximè procedit in capitulis extraordinarijs quæ non poſſunt fieri tempore, quo officia celebrantur ex decreto Concilij compoſtellani.nn.547.*

*Abſolute non poſſunt fieri Capitula tempore, quo officia, & præſertim Miſſa maior, celebrantur, & conſequenter non tenetur quis, nec licitè poteſt tunc intereſſe cap.nn.548.& ratio ponitur.nn.549.550.& 551.& adducitur decretum concilij Baſilien.& decreta multorum Conciliorum Prouincialium.nn.552.ad 556.*

*Quod non poſſint fieri Capitula, dum celebrantur diuina officia fuit declaratum per S. Cong.Concilij, & rituum & per Clementem VIII.per ſuum Breue, cuius tenor, ponitur. nn. 557.*

*Non iuuat dicere, quod iſtud Breue non ſit in Hiſpania receptum, ſed nihilominus debet ſeruari, & recipiant.558.*

*Ponitur alia declaratio S.Cong.Concilij, qua nouiſſime fuit ita declaratum, nn.559.*

*Non eſt vtile, ſed potius damnoſum ſtrenuitis Nau. Capitula tenere ante horas interim dum aduenit hora recitandi eas. nnn.560.*

*Tempus commodum ad celebranda Capitula eſt poſt Veſperas, & Completorium, vel mane poſt finitum officium.nn.561.*

*In electionibus Canonicatuum per concurſum, vbi ſolet præmitti Miſſa de Spiritu ſancto, videtur poſſe tolerari fieri etiam, dum diuina celebrantur.nnn. 562.*

*Quamuis ex ſententia S.Congregationis non prohibeatur capitulum, quo minus ſuo arbitratu conuocari poſſit, id intelligẽdum eſt, dummodo congruo tempore congregetur, & non tempore officiorum.nn.563.*

*Stante d. Breui an acta in capitulis tempore officiorum celebratis ſint nulla ex decreto irritante ibi poſito? reſoluitur non eſſe nulla.nn. 564.*

*Si in Capitulo tunc facto non adeſſent duæ partes capitularium, non valerent acta, ſi alij abeſſent, eo quod tempore officiorũ fiebat, ſecus, ſi non abeſſent ob eam cauſam. nn. 565.*

*Non licet fieri congregationes particulares Commiſſariorum capituli, nec occupari Beneficiatus in negotijs, & rebus Eccleſiæ, dum diuina officia celebrantur.nn.566.& ſeqq.*

*Non licet facere rationes, & computa bonorum, & redditũ menſæ, vel fabricæ, dum diuina fiunt, ſaltem mane.numero 568.& ſeqq.*

*Eſt manifeſtus abuſus, & corruptela, quod Beneficiati poſſint è choro exire, dum Miſſa de 1.& 6.& 9.dicuntur, modò ad finem redeant.nn.570.*

*Quarto non tenetur quis intereſſe cap. vbi non conuocatur legitimè, nempe vbi congregatur cum ijs ſolum, qui reperiuntur in Eccleſia, non vocatis, qui ſunt extra eam. nnn. 571. quod eſt contra ius commune, ex quo omnes vocandi ſunt, qui ſunt in loco.nnn.572.& alias non valet actus ſine reclamatione contemptarum, niſi ſaltem conueniant duæ partes.nnn.573.*

*Id etiam eſt contra ſtatuta Eccleſiæ Abulen.quibus ſtatuitur quod non poſſit fieri capitulum extraordinarium, niſi omnibus vocatis, alias actum ſit nullum.n.574.ex quibus videtur, eſſe nullum actum in huiuſmodi capitulis, quæ fiunt non vocatis omnibus, etiamſi conueniant duæ partes.nnn.575.*

*Licet non valeat ſtatutum, quod electio, ſine collatio facta aliquo contẽpto, ſit ipſo iure nulla, quia eſt contractus valet tamen ſtatutum, quod contractus. & alia negotia Eccleſiæ facta, non vocatis abſentib. non valeat, nn. 576.*

*Quinto non tenentur venire ad Capitulum, quando vocantur tempore inſolito, vel non congruo.nn.577.*

402 VIgeſimo ſecundo principaliter dubitatur † an Capitulum poſſit dare Canonicis, & Præbendatis licentiam abſentiæ, & eos habere pro præſentibus vltra tempus a Concilio permiſſum, ſaltem ad breue tempus, ex cauſa iuſta, & rationabili, quamuis non comprehenſa in iure, præſertim ſtante conſuetudine id faciendi, prout prætenditur ſtare in Hiſpania, ante & poſt Concilium Tridentinum.

Quod fieri poſſe per viam gratiæ, nemine contra-
403 dicente, tenent † aliqui viri, & inter eos M.Palatio, & D.Io.Guttierrez Canonici, ille Magiſtralis, hic doctoralis ciuitatem.qui ſcripto id reſponderunt.

404 Et quidem, † ſecluſa conſuetudine, certum eſt Capitulum non poſſe dare talem licentiam, etenim vt eſt notum, non poteſt diſpenſare, ſeu facere gratiam in lege ſuperioris, qualis eſt lex de reſidendo, vt in titulo de clericis non reſiden. & in Concilio Trid.c.12.ſeſſ.24.de refor. & ita cenſuit S. Congreg. in vna Segobien.infra adducta, c.ſeq.15.dub.nn.50. ad primum.

405 Nec valet ſtatutum † in contrarium, cum ſit contra ius.ca. quod ſuper his.de maioritate & obedientia, cum alijs, niſi fiat a Sede Apoſtolica in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia confirmatum iuxta d.ſupra dub.8. *& Vaſconc.diuerſ.iur.arg.lib.1.c.9.nn.21.*

406 Vnde nec Epiſcopus † poteſt dare talem licentiã, niſi in caſibus a iure expreſſis ad conſilium Nauar.3. de Clericis non reſid.de quo ſupra nn.149. & appa-
407 ret ex ſeqq.declarationibus † S.Congregationis cõcilij. Nec Epiſcopus poteſt aliquem excuſare a reſidentia in choro, niſi iuxta diſpoſitionẽ.c.1. de Clericis non reſid.in 6.Secunda. Vtrum Ordinarius poſſit excuſare aliquem a reſidentia in choro Canonicum, ſeu Capellanum ex cauſa legitima cap.vnic. de Clericis non reſid.in 6.ſine conſenſu aliorum Canonicorum, ſeu Capellanorum, quorum intereſſe videtur propter ius accreſcendi? Congregatio reſpondit poſſe ſi eſt ex cauſa comprehẽſa in d.c.vn. quia illud Concilium non ſuſtulit, nec requirit Capituli conſenſum, vt alias deciſum fuit.

408 Et ſic etiam procedit alia † declaratio eiuſd. S. Congregationis, quæ ait. Epiſcopus poteſt ob legitimam cauſam dare licentiã Canonicis vt abſint a ſuæ Eccleſiæ ſeruitio Legitima enim cauſa dicitur, quæ eſt a lege approbata, & in iure expreſſa.

409 Nec ex c.2.ſeſſ.6.de re for.† ibi expediens videbitur, habent Ordinarij facultatem diſpenſandi in reſidentia ex quauis cauſa, vt S Congregatio declarauit ſuper d.c.2.his verbis. Per hoc non datur facultas Ordinarijs diſpenſandi in reſidentia ex quauis ratione. Ita Piſtorien. quę videtur eadem cum declara-

clatatione 2. posita supra nu. 179. Consonat Conci-
410 lium † Mediolanen.5.p 3.tit.de residentia, vbi sic dicitur. Ne Episcopus propterea, quod sibi liberum integrumque est facultatem permittere, qua liceat aliquem ab Ecclesia commissa beneficioue personalis residentiæ abesse ea potestate, facultateue deinceps ob cuiusuis generis causam, vtatur, sed in illa cõcedenda modum, & rationes adhibeat Cõcilij Trid. sanctione præscriptas.

411 Nec obstat declaratio † S. Congregationis Episcopo Cautien. quæ sic ait, Episcopus potest dare licõtiam Canonicis, vt ab eorũ Canonicatibus per quatuor menses abesse possint, ex qua Zerola in praxi Episcopali.2.p.verb.priuatio.§.4.2.d.pœnitentiali, dub.& Zecchus de rep. Eccles. tit.de beneficiatis, nu. 9.vers.quod si beneficia; dicunt, quod Episcopus dare potest licentiam se absentandi vsque ad quatuor
412 menses: quia respondetur, † quòd ista non est declaratio generalis, sed gratia, & facultas specialis facta Episcopo Caurien. ex causis particularibus, nẽpè maximi caloris illius Ciuitatis, vt apparet ex sequenti declaratione, ex qua illa desumpta abbreuiare videtur. Reuerendissimo. D. Episcopo Caurien. Reuerendissime D. qui Caurienſium nomine recitatus est supplex libellus Illustrissimis Cardinalibus Congregationis S. Concilij, eius exemplum Illustrissimi Patres ad amplitudinem tuam mittendum esse censuerunt, tibiquæ significandum, si vera sunt quæ, sibi exponunt, videri Sanctissimo. D. nostro de sententia Sacræ Congregationis causas, quas attesunt, satis esse iustas. Quamobrem amplitudo tua, si modo ad id tuus etiam accesserit consensus, cum ipsis Canonicis dispensare possit, vt per eos quatuor menses illis abbesse liceat. Itaque, ex ipsius D. nostri authoritate, à quo mihi facultas concessa est, hæc scripsi ad amplitudinem tuam, quam Deus cumulato suæ gratiæ munere prosequatur. Romæ quarto Nonas Iulij. 1566. Reuerendissimæ. D. tuæ vti Frater amantissimus Car. Sirletus.

413 Quæ gratia, † & facultas specialiter data Episcopo Caurien. fuit postea ampliata ad alium etiam mẽsem, vt in declaratione sequenti Reuerendissimo D. Episcopo Caurien. Reuerendissime D. cum Cap. Ecclesiæ tuæ causa, de qua in libello hisce adiuncto agitur, proposita esset in S. Cong. Cardinalium Triden. Concilij interpretum, & causæ, rationesque pro parte Cap. allegatæ, ac per te etiam approbatæ diligenter fuissent discussæ, omnibus postea ad Sanctissimũ D. nostrum relatis, Sanctitati suæ placuit dare amplitudini tuæ facultatem, vt possit singulis annis, si sibi iusta dispensandi causæ videbuntur, licentiam concedere ipsis Canonicis non residẽdi per vnum alium mensem vltra tres, quibus per Concilium Trid. & quartum vigore literarum S. mem. Pij V. eisdem abesse licet: cum eo tamen, vt prouideas ne vnquam seruitio chori, qui Dignitates obtinent Canonici, & Portionarij pauciores absint eo nu. qui tibi sufficiens visus fuerit, ad tuendum cultum diuinum & Ecclesiæ dignitatem. Tua igitur amplitudo, quod suæ fide, atque Religione dignum iudicauerit, aget, valebitque in Domino. Romæ die.15. Octob. 1580. amplitudinis tuæ vt F. Phil. Boncompagnius Cardin. S. Sixti.

414 Procedit autem dubium propositum † stante, d. consuetudine. Et pro parte.aff.facit, nam consuetudo dat iurisdictionem.c.duo, c.irrefragabili.§. excessus de off.ord. & c. cum contingat, de foro compet. vbi notatur. *Bouadilla in Polit.lib.2.c.17.num. 109. & 319. & lib.3.c.8.nu.195. vbi plures citat. Gratia. discept.*
415 *foren.c.184.n.25.* Et si dixeris † quod omnib. est per d.decretum Concilij.c.12.derogatum consuetudinibus, quibus antea obtentum erat posse Cap. Ecclesiarum Cathedralium permittere, vt ipsis visum fuerit, aliquem Canonicum a seruitio, & ministerio Ecclesiæ abesse vt inquit Couar.lib.3.vari.c.13.sub. nu. 9. versiculo qua ratione. in nouis editionibus, & patet ex illis verbis Concilij ibi, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses abesse. Et ex dictis supra dub.6. replicari potest istud decretum Concilij quo ad hoc non fuisse receptum in Hispania, cum eadem consuetudo etiam post Concilium vigere, & obseruari videatur.

416 Dici etiam potest, † quod consuetudo dandi huiusmodi licentias ex iustis, & vrgẽtibus causis ad paucos dies, & per viam gratiæ, nemine contradicente, non videtur sublata per Concilium, ibi, cum sit satis æqua, & rationabilis. *Accedit declaratio. S. Congreg. Cõcil. quæ sic ait, Cum à tempore immemoriali, &c.*

417 Nihilominus tamen tenendum est, † non posse Capitulum talem licentiam dare, etiam stante dict. consuetudine ante, & post Concilium semper obseruata (quæ tamen non videtur satis certa, & continuata) nam, vt inquit Couar. vbi proxime, qui hanc nostrã sententiam tenet, hæ quidem cõsuetudines ad abusum pertinere videntur, nisi ex causis iustis detur licentia abeundi; iustis quidem à iure communi vel Ecclesiarum validis statutis expressis, aut saltem eisdem similibus, alioquin, si libere Capitulis est permittendum abeundi licentias concedere, quamlibet causam, etiamsi ad propria cuiusque negotia pertineat, existimabunt Canonici iustam, cum de eorum propria re agendum sit, vt tandem sibi ipsis inuicem licentia abeundi concedatur, & frequentissime absque vllo examine an sit vel certa causa, vel iusta; nã & si hoc ipsum priuilegio competeret, propter abusum esset omnino priuilegium ipsum rescindendum & ius commune in vsum reuocandum, quæ sunt verba ipsius Couar.

418 Et illa verba, † aut saltem eisdem similibus, non inducunt causas in iure, aut statutis validis non contentas, sed causas in iure, aut statutis validis virtualiter comprehẽsas ex identitate rationis, iuxta tradita per glossam verb. mariti in l. si constante. ff. sol. matr. & ibi Doct. præsertim Ias. & Barbosam, & in c. cum dilecta, de confirmat. vtili, & Cassad. dec.6.nu.3. de iure patro. & 7.nu.19. de causa poss. & alios.

419 Idem tenet Rutilius Benzonius † Episcopus Lauretanus in speculo Episcoporum de fuga lib.1.disp.1. q.7.ad fi. fol.125. dicens, Canonicos non posse eximere aliquem à seruitio Ecclesiæ, vel gratiam Canonico facere, vt non seruiat. & participet, sed hanc facultatem non seruiendi à Superiore petendam esse quia ipsi non possunt circa ea disponere, quæ ad statum generalẽ Ecclesiæ spectant, vt ibi in prima concl. & eius est soluere, cuius est ligare. c. quod autem, de pœnitẽtijs, & remiss. & eius est nolle, cuius est velle. l. eius. ff. de reg. iuris, quamcumque autem consuetudinem in contrarium abusum, & corruptelam esse. Hæc Benzonius. *quem sequitur Mosconius de maiest. milit. Eccles. lib.1. par.1. cap.15. pag.294. & nouissimè cum Co-*

*nar. idem tenet. Torre de relig. 1. tom. tract. de hor. canon. controu. 10. diſp. 6. nu. 5.*

420 Et eo maxime conſuetudo iſta † videtur irrationabilis, ac abuſus, & corruptela, quia non eſt reſtricta ad licentias ex cauſis alias rationabilibus, & iuſtis, licet non expreſſis in iure, ſed ſæpe Capitula eas concedunt abſque vllo delectu, & abſque aliqua iuſta cauſa, immo aliquando ex cauſis, quæ non ſolum non ſunt iuſtæ, ſed potius irrationabiles, & vanæ, quales ſunt licentiæ, quæ dantur detentis in Curijs in ſuis prætenſionibus, & vanitatibus, & occupatis in officijs ſæcularibus, ſeu Eccleſiaſticis, in quibus aſſiſtunt propter ſuum intereſſe, commoditatem, & authoritatem, & volunt non ſolum retinere Præbendas, ſed etiam in eis lucrari; & Capitula per fas, vel nefas ſæpe eis concedunt licentiam, & habent pro præſentibus ſub falſis coloribus, & fictis prætextibus negotiorum, & vtilitatis Eccleſiæ, cum potius ob nõ reſidentiam videantur digni punitione & priuatione, & eſſe in malo ſtatu tam ipſi, quam dantes eis talem licentiam, tenerique ad reſtitutionem.

421 Nec excuſat, † nec ſufficit in propoſito vtilitas Eccleſiæ occulta, aut ficta, ſeu ſimulata, ſed euidens requiritur. Domin. in cap. 1. §. qui vero, nu. 8. de Cleric. non reſiden. in 6. & Probus ad Monachum ibi, nu. 23. per illum textum. *& Alexand. Moneta de diſtrib. p. 2. q. 11. nu. 32. & ſeq.*

422 Nec etiam prædicta conſuetudo † videtur reſtricta ad licentias ad breue tempus, nam ſæpe etiam eas concedunt ad longum tempus, vt occupatis in alijs officijs, vnde eo magis eſt irrationabilis, & iniqua conſuetudo.

423 Et ita videtur S. Congregatio † Concilij declaraſſe in vna Abulenſ. vt in literis ſeqq. Ioann. Carrillo Theſaurarius, & Canonicus, Eccleſiæ Abulenſ. occupatus in ſeruitio Cardin. Archiducis Archiepiſc. Toletani apud Gubernatorem Archiepiſcopatus, vltra tempus ex indulto Apoſtolico Beneficiatis d. Eccleſiæ conceſſum, abfuit per alios tres menſes à ſeruitio ſuæ Eccleſiæ anno præterito de licentia Capituli, quod eum habuit pro præſenti ad inſtantiam Epiſcopi per literas miſſas Capitulo id efflagitantis, in toto autem hoc anno præſenti non reſedit in ſua Eccleſia, niſi per vnum menſem, & tamen à maiori parte Cap. aliquibus contradicentibus, fuit habitus pro præſenti, & intereſſenti per tres menſes ſub certis prætextibus; poſtmodum etiam fuit ſimiliter habitus pro præſenti, & intereſſenti à maiori parte Capit. multis reclamantibus, per alios duos menſes propter quaſdam literas Regias Capitulo tranſmiſſas, quibus petebat dari licentiam d. Ioann. Carrillo. His ſic ſtantibus, quia præmiſſa ſic geſta, & licentiæ prædictæ conceſſæ fuerunt, aliquibus Capitularibus reclamantibus, pro parte dictorum Capitularium ſic reclamantium Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis. DD. veſtris ſupplicatur, declarari ſequentia. Primo. Suppoſita conſuetudine ante, & poſt Concilium Tridentin. ſemper obſeruata, quod Capitula Eccleſiarum Cathedralium Hiſpaniæ concedant eorum Beneficiatis, & Præbendatis licentiam, ſe abſentandi à ſeruitio Eccleſiæ, prout Capitulo viſum fuerit, an maior pars Capituli potuerit dare dictas licentias abſentiæ d. Ioann. Carrillo, & eum habere pro præſente, & intereſſente, ac facere reſponderi de fructibus, & diſtributionibus quotidianis ex prædictis cauſis? & an pro tempore dictarum abſentiarum fecerit ſuos fructus, & diſtributiones quotidianas ſuarum Præbendarum, quæ alias reſidendo, & diuinis intereſſendo lucrifiunt? Secundo An priuilegia perpetua, de non reſidendo in Beneficijs Cathedralium, conceſſa certo generi perſonarum ſint reuocata per Concilium Triden. aut per conſtitutionem Pij Papæ. IIII? quod quidem certum videtur ex cap. 2. ſeſſ. 6. de reform. & Bulla Pij. IIII. reuocatoria priuilegiorum. Tertio. An dict. Ioannes Carrillo propter d. abſentias ad inſtantiam maioris partis Capit. ſit priuandus dimidia p. fructuum, & diſtributionum pro primo anno, & creſcente contumacia, omnibus pro ſecundo, & denique contra eum procedi iuxta decretum Sancti Concilij ſeſſ. 24. cap. 12.

Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Abulen. admodum Reuerendi Domini. Tria ſunt, quæ per libellum his literis adiunctum nomine Capitularium iſtius Eccleſiæ nuper petita fuerunt declarari à Congregatione Illuſtriſſimorum Patrum, qui S. Concilij Triden. decretis interpretandis præpoſiti ſunt. Quod attinet ad primum, ipſi Patres cenſuerunt Capitulum non potuiſſe Io. Carrillo Theſaurario, de quo in libello agitur, huiuſmodi licentiam tribuere. Ad ſecundum ſi priuilegia ante Concil. Trid. conceſſa fuerint, vtiq; illa extitiſſe reuocata. Ad Tertiã, ſi idẽ Theſaurarius vltra tres menſes vno anno à ſeruitio Eccleſiæ abſens fuerit, dimidia parte fructuum Canonicatus, & Theſaurariatus pro illo anno priuandum eſſe, pro ſecundo vero anno ſi eadem negligentia vſus fuerit, omnibus fructibus priuari debere: creſcente vero contumacia in eum iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones procedendum eſſe: omnibus vero alijs diſtributionibus quotidianis pro illis horis, quibus ipſe non interfuerit, vtique carere debere; Hanc Congregationis ſententiam vobis præſcribere voluimus, vt illam omnino obſeruari curetis. Deus vos incolumes ſeruet, gratiæque ſuæ donis quotidie magis augeat. Romæ die 24. Auguſt. 1596. Hieron. Cardin. Matheius. Quam declarationem, & literas vidi in forma auth.

424 Et clarius cenſuit ead. S. † Congregatio ad meam inſtantiam anno 1602. vt in ſequenti declaratione ad tertium. Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini. cum declaratio eorum, quæ circa decreta S. Concilij Triden. dubitari contingit, ab iſta S. Congregatione petenda ſit, vt certa reſolutio habeatur, & omnis ratio dubitandi tollatur, ſupplicatur Illuſt. & Reuer. DD. veſtris pro parte lic. Nicolai Garcia Canonici Abulen. declarari ſequentia. Primo, An Canonicus ſuæ obligationi ſatisfaciens quod attinet ad reſidentiam, & ſeruitium chori, & altaris, poſſit licite, & tuta conſc. ordinarie abeſſe à Capitulo, ſeu Congregationibus Capitularibus? Secundo. An valeat ordinatio, ſeu ſtatutum, vel conſuetudo Capituli, qua mulctantur non intereſſentes Capitulo, etiamſi interſint in choro, & officijs diuinis? Tertio. An Capitulum, nemine reclamante, poſſit dare licentiam abſentiæ alicui Canonico, ſeu Præbendato, & eum habere pro præſenti ad aliquod tempus, ſaltem breue, vltra tempus à Concilio permiſſum ex cauſis iuſtis, & rationabilius, non tamen expreſſis in iure, ſuppoſita conſuetudine immemoriali id faciendi ante, & poſt Concilium Triden. ſemper obſeruata, & ſtatu-

to id

to id permittente, non tamen confirmato a Sede Apostolica in specifica forma? Ad primum Congregatio Concilij respondit, non posse, Ad Secundum, valere. Ad tertium, nedum id non posse Capitulũ, sed nec etiam Episcopum, sed eos tãtum Canonicos, vel Præbendatos, quo tempore choro non interfuerint, posse percipere distributiones quotidianas, qui verè abfuerint propter aliquam ex causis expressis in constitutione Bonifacij VIII. quæ incipit, Consuetudinem. Hieronym. Cardinal. Matheius. Quam declarationem habeo authenticam.

Et cum Capitulum non possit dare d. licentiam
425 absentiæ alicui Præbendato, & eum habere † pro præsente, vt respondet Sacra Congregatio ad tertium, non poterit quis virtute talis licentiæ lucrari, & facere suos fructus Præbendæ, qui alias residendo, & diuinis interessendo lucrifiunt, additque Sacra Congregatio ibi, eos tantum posse percipere distributiones, qui abfuerint propter aliquam ex causis expressis in capit. 11. de Clericis non residen. in 6. nam ad percipiendas distributiones quotidianas in absentia solum sufficiunt causæ expressæ in illo capitulo, quamuis ad percipiendos fructus, seu grossam sufficiant etiam aliæ causæ aliàs in iure expressæ, vt causa studij, seruitij Episcopi, & fructus Præbendæ possunt lucrari in absentia, saltem per tempus a Concilio permissum, donec priuetur, iuxta decretum Concilij d. cap. 12. vt in illa Abulensi, numero præceden. adducta.

426 Et in alia Abulen. † quæ sic ait, Illustrissimi, &
Reuerendissimi Domini Doctor Io. Beltr. de Gueuara Canonicus Præbendæ doctoralis Ecclesiæ Abulen. factus auditor Regius in Cance. Vallisoletana, quæ nunc Metimnæ residet, fuit habitus pro præsente in d. Ecclesia, data ei licentia absentiç per vnum annum a maiori parte Capituli aliquibus cõtradicentibus, Episcopo tamen fauente; sub prętextu, quod existẽs in d. Cancellaria ageret, & foueret negotia, quæ Ecclesia, & Capitulum ibi haberent, cum tamen iudex existens illa non posset rectè agere, nec alias Capitulum esset illuc missurum aliquem Beneficiatum pro negotijs, saltem per tantum tempus, nec esset necessarium. Similiter etiam postea fuit habitus pro præsenti per alios duos annos a maiori parte Capituli, vno, vel duobus contradicentibus, dando ei, seu ordinando dari mandatum procuræ ad negotia. Quibus sic stantibus supplicatur Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. vestris pro patre Gaspare Guttierrez dictæ Ecclesiæ Portionarij, declarari sequentia. Primo, An dict. licentia sint validæ, vel invalidæ, præsertim, cum sit doctoralis, & stante statuto dictæ Ecclesiæ, quod in rebus gratiæ vnius contradictio sufficiat? Secundo, an totum Capitulum, nemine contradicente, possit dare dictas licentias absentiæ, & eum habere pro præsente, præsertim suppositа consuetudine ante, & post Concilium Tridentinum semper obseruata, quod Capitula Cathedralium Hispaniæ concedant eorum beneficiatis licentiam absentiæ ex causis sibi bene visis, licet non in jure expressis? Tertio. An d. D. Gueuara teneatur restituere Capitulo redditus dictæ suæ Præbendæ in absentia perceptos virtute dictarum licentiarum, & an Capitulum illi denegare nondum per perceptos? Quarto. An, illo non restituente, teneantur ad eorum restitutionem illi, qui dictas licentias concesserunt? & quatenus fuerit declaratum contra dictas licentias, supplicatur Illust. & Reueren. DD. vestris districte mandari Episcopo, & Capitulo, vt eam declarationem faciãt omnino executioni demandari. Ad primum Congregatio Concilij censuit esse inualidas. Ad secundum, non posse illas concedere. Ad tertium quoad fructus Prębendæ debere rite priuari iuxta decretum Concilij. c. 12. sess. 24. & applicari fabricæ, quatenus indigeat, sin minus alteri pio loco: quoad vero distributiones quotidianas, illas minimè feciſſe suas, & ideo teneri illas restituere; distribuendas itidem fabricæ si indiguerit, sin autem, alteri pio loco. Ad quartum esse audiendum Capitulum, Hiero. Card. Matheius. Quæ declaratio fuit data anno 1603. & eam vidi in forma authen. *& prædicta confirmantur ex alia nouiori declaratione S. Congreg. Concilij de mense Nouemb. 1610. in alia Abulen. vbi dicitur, huiusmodi licentias nequaquã concedi posse, & concessas in nullo suffragari, quæ sic se habet: Illustrissimus cardinalis Toletus, &c. 1137.*

*Nec obstat declaratio adducta, num. 416. quia loquitur de consuetudine concedendi licentiam absentia ex legitima causa, & sic ex causa in iure contenta. Idem significat verbum, legitima, id est, secundum leges canonicas, calep. & alia dictionaria verb. legitimus. Sed dices, ad id non esse necessariam consuetudinem, & sic declarationem necessario esse intelligendam de licentia ex causa iusta, licet non in iure contenta. Respondetur, consuetudinem esse ad hoc, vt capitulum in iudice, seu authoritatiue declaret causam esse legitimam.*

Nec possunt isti, quibus dantur per Capitulum
427 † tales licentiæ, percipere, aut retinere fructus, seu grossam Præbendæ sub prætextu, & titulo, quod alij Præbendati videantur eis donare, seu remittere partem, quæ sibi erat obuentura, in quo aliqui deci-
428 piuntur. Nam, præterquam secundum † illam rationem non possent donare, seu remittere partem obuenturam non intrãtibus, vel non interessentibus Capitulo, Capitulum, seu personæ illius, non sunt domini bonorum, & reddituum mensæ Capitularis, donec eis sint applicati, & distributi, sed ante applicationem, & distributionem solum sunt administratores, seu procuratores, sicut tutor, & curator, & Ecclesia est domina.

Ex quo est, quod fructus annorum præcedentiũ,
429 † qui hoc anno diuiduntur, debentur Canonicis, qui nunc sunt, & non qui erant illius anni, quia, cum tunc non fuerint diuisi, & distributi, non debentur illis, sed Capitulo, quod semper est idem, l. proponebatur. ff. de iudic. ita Calder. consil. 21. de. Præb. Fel. in c. eam te, num. 13. de rescrip. & in c. Iacobus, num. 1. de simo. Mandos. in reg. 34. Cancell. quæst. 5. nu. 3. & Io. Garcia de coniugali ac q. num. 193. & post hæc Gonçalez gloss. 37. a num. 26. & restitutio faciendæ fructuum ablatorum, seu male perceptorum non debet fieri Canonicis illius temporis, sed Capitulo, iuxta dicta supra. 1. p. c. 5. nu. 224.

430 Prædictaque maximè procedunt, † quando dãtur horæ, & distributiones quotidianæ, quæ non possunt dari absentibus a choro, non obstante quauis consuetudine, etiam immemoriali, quæ improbatur in d. cap. vnic. de Cleric. non resid. in 6. innouato per Concilium d. c. 12. vt per D. ibi & D. Ioã. Ocon, & Cosmam in prag. sanct. titu. quo tempore quisq; debeat esse in choro, verb. distributiones, ad fin. Couarr. d. libr. 3. variа. cap. 13. ex numero 2. Duennas

regul.

regul.206. & 134. limitatione 6. & Hoiedam de incompatibil.Benef.cap.17.ex num.5. *Et Alex.Monet. p.2.q.12.à num.37.Torre de relig.1.tom.tract.de hor.canon.contron.*19.*diſput.*4.

Nec poſſunt à Capitulo, aut ſingulis Cap. aliquo
431 prætextu donari, † aut remitti, vt in d.c.vnic. & d. c.12.Nauar.de orat.Miſcel.59.alias 14.& conſ.7. de Clericis non reſid. Menoc.de arbitr.l.2. caſu 429. in additione, nu.6. Durandus de ritibus Eccleſiæ lib.3. c.25.nu.5. Coſmas Philiar. de officio ſacerdotis 1.p. lib.1.cap.13. Enriq.in ſum.lib.7.cap.36.§ 3. *Alexan. Moneta p.3.q.5.2.concl.id maximè & ſine difficultate dicens in remiſſione de futuro ſumm.Bullar.Quar.verb.reſidentia, verſ.item propoſitionem illam, Gennen. in Man. paſt.cap.88.num.5. Gratian.diſcept.forenſ.cap.166. a nu. 31.Vgol.de offic.Epiſc.cap.19.§.1.nu.6.verſ.3. Piaſec.in praxi Epiſc.p.2.c.3.num.8. in fin.Aſor 2.p.lib.7.c.7.q.9. Suar.de relig.2.to.tract.4.lib.4.c.10.nu.20. & Torre d. contron.10. diſputat.5.num.4.* Et alij quicquid dicant Emman.Rodriq.in ſum.1.to.1.c.33.num.3. & Vega 1.p.ſum.c.36.caſu 41. *Sandoual de offic.Eccleſ. 6.p.cap. 17.& Vaſconcell.diuerſ.iuris arg.lib.1.c.9. a num.12. & 17. quod per viam eleemoſynæ, & ex iuſta cauſa poteſt dari, quem ſequitur Grat.d.c.166.nu.36.* Et cenſuit S.Cõg.
432 Concil.vt in declarationibus † ſequentibus. Prima.
433 Non licet Capitulo aliquo prætextu diſtributiones donare, relinquere, aut quauis colluſione remittere alicui, qui vel à ſeruitio Eccleſiæ abfuerit, vel alio quouis modo diſtributiones legitime debeat amittere, nec fas ſit cuipiam eas accipere ſi acceperit, ſuas non faciat, ſed reſtituere cogatur illico reſtituendas Fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco Epiſcopi arbitrio. Conſonat Concilium Mediolanen.4.p.2.tit.de diſtributionibus verſic. ſi vero vlla. Et Concilium Bononien.tit.de reſiden.§.de his, qui ad reſidentiam tenentur, verſic.itaque hi.Secunda; Congregatio Concilij cenſuit quamcumque colluſionem ex hoc decreto prohibitam eſſe, reſpectu ſcilicet diſtributionum, & ideo, ſi de ea legitime conſtiterit, debere Epiſcopum iure agere in reos; reſpectu fructuum Præbendæ non eſſe in facultate Canonicorum illos remittere, cum illi applicandi ſint Eccleſiæ. Tertia Epiſcopo Placentino inter alia vigeſimoquinto. Iul.1570. Quoad remiſſionem, quã faciunt in die cœnæ Domini, ſeu alio de portionibus alijs accreſcentibus ob non reſidentiam, non fiat, & facta reuocetur. *quam declarationem refert Suarez d. num.20.vbi etiam ponit dictam primam declarationem, & quòd Capitulum non poteſt dare licentiam, & cõcedere abſenti quod lucretur diſtributiones, fuit reſolutum in cauſa Hiſpalenſ.diſtributionum 2.Maij 1603.coram D.Coccino, allegando declarationes Congregationis, & ſic quod Epiſcopo Squilacen.qui non reſedit in ſuo Archidiaconatu, & Canonicatu, diſtributiones non erant debitæ, non obſtante licentia obtenta per Epiſcopum a Capitulo de lucrandis diſtributionibus per triennium, & c.refert & ſequitur Gratian. d.c. 166.num.31.* Circa quod vide dicenda infra dubio vigeſimo.

434 Sed inſurgit difficultas; eſto † Capitulum non poſſit dare licentiam abſentiæ ex cauſis non expreſſis in iure, vel in ſtatutis validis, an poſſit illam dare ex cauſis alias in iure expreſſis, alteratis tamen, ſeu modificatis per ſtatuta, ſeu conſuetudines Eccleſiæ? verbi gratia, infirmitatis cauſa eſt in iure expreſſa, eſt tamen per ſtatutum, ſeu conſuetudinem Eccleſiæ ita modificata, vt qui numeratur, ſeu habetur pro præſenti, vt infirmus, non poſſit interim domo exire aut quod non habeatur pro præſenti ratione infirmitatis abſens à Ciuitate, vel qui fecit noctem extra Ciuitatem, donec præſentetur in Eccleſia; ſimiliter ſeruitium, ſeu obſequium Epiſcopi, quoad duos Canonicos, eſt cauſa in iure expreſſa, eſt tamen ſtatutum, quod Familiares Epiſcopi non habeantur pro præſentibus, niſi ad quatuor menſes, & quod aſſumi debeant in Familiares ante diem Natiuitatis Domini,
435 vt in noſtra Eccleſia Abulenſ.† Quæ ſtatuta videntur obligare, ſaltem ratione conſuetudinis, ſeu iuramenti de ſeruandis ſtatutis, quod ſolet præſtari à Capitularibus, & Epiſcopo. Rota deciſ.306. part.2. diuerſorum. dubitatur, an Capitulum ex gratia poſſit dare licentiam abſentiæ, & vt habeantur pro præſentibus ex iſtis cauſis alias in iure expreſſis, non ſeruata forma ſtatuti, ſtante ſtatuto, ſeu conſuetudine, quod Capitulum poſſit facere gratiam? in qua diffi-
436 cultate breuiter videtur † diſtinguendum, aut ſtatutum, ſeu cõſuetudo modificans cauſam in iure expreſſam non poteſt dici contra ius, ſed veluti declarans, & limitans ex cauſa rationabili ius, vt ſtatutum quod numeratus, tanquam infirmus, non poſſit interim domo exire, aut quod abſens à Ciuitate non habeatur pro præſenti, ratione infirmitatis, quod non videtur contra ius, ſed ex cauſa rationabili limitare, & declarare ius ad tollendas fraudes, ad tradita per Botteum de ſynodo.3.p.art.1.num.62. *Vaſconcel.d. lib.1.cap.9.num.21.quicquid de ſtatuto, quòd infirmus abſens a Ciuitate non percipiat diſtributiones, contradicat Alexan.Moneta p.2.q.6.num.20.* Nam ſi numeratus, vt infirmus poſſet libere domo exire, non eundo ad Eccleſiam, multi fingerent ſe infirmos, aut ex leuiſſima cauſa facerent ſe, vt tales, numerari; & ſi abſentes à Ciuitate poſſent ſe facere numerari ratione infirmitatis, poſſet in hoc eſſe fraus. Et tunc non videtur Capitulum poſſe dare licentiam contra talia ſtatuta, nempè, vt quis numeretur ratione infirmitatis libere exeundo domo, vel abſens à ciuitate, nam tunc gratia videtur contra ius, & non ex cauſa in iure expreſſa, ex quo illa eſt ſic intellecta, & declarata per ſtatu-
437 tum, † quamuis videretur poſſe dare licentiam numerato, vt infirmo, vt poſſet domo exire non liberè, ſed ad audiendam Miſſam.

Et in morbis perpetuis notorijs, vt Podagræ, Pa-
438 ralyſis, † & ſimilibus, videtur poſſe haberi pro præſente infirmus ratione talis infirmitatis, etiam non ſeruata clauſura ſtatuti, quia durum eſſet in talibus infirmitatibus perpetuis arctare infirmum ad nunquam exeũdum domo, & in eis ceſſat clare ratio ſtatuti, vnde æquum videtur, vt habeatur pro præſenti abſolutè, ſaltem, ex gratia, vel extra ciuitatem.

Aut ſtatutum modificans cauſam in iure expreſ-
439 ſam clare, & directe † eſt contra ius, itaq; non obligat, niſi ratione iuramenti, ſeu conſuetudinis præſcriptæ, ad notata in c.fi.de conſuetudine; quale videtur illud ſtatutum, quod non habeatur pro præſente ratione infirmitatis, qui venit foris, nec eſt præſentatus in Eccleſia & quod Familiares Epiſcopi nõ habeantur pro præſentibus, niſi ad certum tempus & aſſumpti certo tempore, & tunc ſtante ſtatuto, ſeu conſuetudine, quod Capitulum poſſit facere gratiam, videtur poſſe illam facere contra dicta ſtatuta, nam tunc gratia ſolum videtur contra ſtatuta, &

non

non contra ius, sed potius ex causa in iure expressa.

Vigesimo tertio dubitatur, quæ sint distributio-
439 nes quotidianæ † quas amittunt absentes tempore à Concilio permisso, vel alias? Et quæ sint distributiones quæ sunt potius Præbendæ, seu debentur loco Præbendæ, quas absentes d. tempore à Concilio permisso, vel alias ex iusta causa, seu priuilegiati lucrantur?

In quo dicendum est, illas esse, & dici verè distri-
440 butiones quotidianas, † quę per singulas horas diuiduntur, & distribuuntur quotidie, etiam, si solutio non fiat dietim, sed post longum tempus: illas vero distributiones, quæ dicuntur grossa, seu vestuarium, in quantum solutione non habetur respectus ad singulas horas, etiamsi residendo, & interessendo vna hora lucrifiant, non esse proprie distributiones quotidianas, sed præbendas, seu loco Præbendæ, maxime, vbi non sint aliæ præbendæ. Extrauag. cum nonnullæ. §. præterea, cum in aliquibus de Præben. inter communes. glossa, verfic. receperint in d. cap. 11. de Cleric. non residen. in 6. Felyn. consil. 18. Cosmas in pragmatica d. titul. quo tempore quisque debeat esse in choro. vers. distributiones, Par. cons. 32. lib. 4. Puteus decis. 375. lib. 2. Achil. de Grassis. decis. 275. Cęsar de Grassis. decis. 111. num. 8. & decis. 116. Rota in causa Conchen. fructuum. 1. Iunij 1538. coram D.
441 † Rubeis, in qua supponebatur, quod in Ecclesia Conchen. ratione Decanatus, & Canonicatus, vestuarium non distribuebatur quotidie, sed certis anni diebus, ac quolibet semestri interessentibus per 120. dies, in vna ex 7. horis, etiamsi per 60. dies se absentent, & in d. Ecclesia etiam quotidie distribuuntur interessentibus tantum singulis horis Canonicis Manualia quæ infirmis, & excusatis non dabantur: sunt dubitatum, an constitutio Bonifacij de Cleric. non resid. in 6. comprehenderet dictum vestuarium? & resolutum est non cõprehendere vestuarium, quia non est proprie, nec comprehenditur inter distributiones quotidianas. glossa, ibi verfic. receperint, vbi omnes, & in extrauag. Io. 22. cum nonnullæ, de Præben. Abb. in c. olim, de verb. signific. Par. cons. 32. nu. 8. & 15. lib. 4. & maxime, quia in Ecclesia Conchen. Canonicatus non habent Præbendas distinctas à vestuario, vnde necesse est dicere, quod sit diuersum à distributionibus, alias esset Canonicatus sine Præbenda, & cum materia, d. capituli sit correctoria, non est extendenda, etiam ex identitate rationis, vt in iuribus vulgatis. ita in d. Conchen.

442 Et S. Cong. super d. c. 12. sic censuit. † Quę sint distributiones quotidianæ, quæ presentibus, & interessentibus tantum debentur, de quibus Conc. hic, & in c. 11. de Cleric. non resid. in 6. & quæ sint distributiones similiter quotidianę appellatæ, quæ debentur loco Præbendæ, à quibus non excluduntur absentes ratione alicuius priuilegij, de quibus glos. in d. c. 11. verfic. receperint, censuit declarasse Extrauag. cum nonnullæ. §. præterea, cum in aliquibus. de præbend. inter communes. Et est dec. Rotæ in causa Maioricen. Canonicatus adduct. 16. p. c. 3. num. 117. *Et vide Alex. Monet. de distrib. p. 1. q. 3. & sum. Bullar. Quaran. verb. residentia.*

443 Vigesimoquarto dubitatur, ad quos spectent † distributiones quotidianæ amissæ per nõ interessentes diuinis, seu alias? In quo dicendum est quod si
444 ita ordinatum est † vt singulis Canonicis, & Beneficiatis certa portio assignata sit, seu cuilibet, qui diuinis interfuerit, detur certa quantitas, tunc portio absentis, & id quod supereſt ex portionibus eorum qui diuinis non interfunt, inter præsentes non diuiditur, nec eis accrescit, sed ad Ecclesiam pertinet, & in eius vtilitatem conuertitur: quia in hoc casu nulla inter eos coniunctio dici potest, nec re, nec verbis cõiuncti sunt, & præsenti certa debetur quantitas, ab-
445 senti vero nulla. Si vero certa † portio, seu quantitas singulis non est assignata, sed omnibus ita, vt inter eos, qui diuinis præsentes fuerint, sit distribuenda, portiones eorum, qui non interfunt interessentibus accrescunt seu portiones interessentium propter absentiam aliorum iure non decrescendi pinguiores fiunt, gl. in clem. vt ij, qui §. illi vero verb. pars dimidia, de ætat. & qualitat. & in Clem. 2. verb. suspensus, de vita, & honestat. clericor. Felyn. in c. Apostolicæ nu. 12. de excep. Decius in c. pastoralis, §. verum, nu. 21. de appellat. Surdus de alimentis, tit. 1. quæst. 82.
446 num. 16. † Card. Tolet. in sum. l. 1. cap. 13. vltimo effectu. in Roman. & nouissima editione. quam doctrinam & distinctionem tradunt Card. in d. Clem. vt ij, §. illi vero, quæst. 21. & 22. & ibi Imola, & Bonif. num. 14. & Abb. ad fin. Cosmas in pragmatica sanct. tit. de tenentibus c. tempore Missæ. verb. neque. Probus ad Monachum in d. c. vnic. de clericis non resid. in 6. num. 61. Rebuffus in praxi, tit. de dispensatione de non residendo, nu. 10. & 11. & in concordatis tit. de collatio, §. 1. verb. distributionum, Couarr. lib. 3. variarum, cap. 13. num. 7. Ioan. Gutierez can. quæst. lib. 1. cap. 1. num. 106. Bar. Vgolin. de censuris, tab. 2. de excommun. maior, cap. 12. num. 3. *Alex. Monet. de distribut. part. 3. quæst. 6. num. 25. & 26. 33. 34. & 41. Perez de Lara de anniuers. & Capell. lib. 1. c. 17. à num. 3. Piasec. in praxi Episc. par. 2. cap. 3. num 9. & Torre de relig. tract. de hor. can. controuers. 10. disput. 5. ad fi.* Et Rota in vna Valentina emolumentorum, coram Illustrissimo Mantica 14. Maij 1593.

447 Id verò, quod dictum † est ad Ecclesiam pertinere portionem absentis, quando cuilibet interessenti certa portio assignata est, procedit, cum ex patrimonio, & bonis Ecclesiæ, cui ministratur, dantur reditus, & quotidianæ distributiones ipsis ministris, nulla facta diuisione reditum inter ipsam Ecclesiam, & eius ministros; at vbi patrimonium Ecclesiasticũ diuisum est in duas partes, quarum vna ipsius Ecclesiæ sit ad eius fabricam, & ornamenta, aliaque necessaria, altera vero ad ministrorum victum, & mercedem destinata, qualis est mensa capitularis, portio absentis cedit in patrimonium commune ipsorum ministrorum, & remanet in ipsa mensa capitulari, & massa communi, ex qua dantur huiusmodi distributiones, diuidenda inter omnes residentes pro suis Præbendis, & rata temporis residentiæ, Couarru. d. num. 7. verfic. quod vero diximus, & Ioan. Gutierez supra nu. 107. *Et Moneta d. nu. 26. & 34.* Et ita seruatur in hac Ecclesia Abulen. ac Burgen. ciuitate, &
448 alijs. Et fuit resolutum in causa † Burgen. residentiæ, seu distributionem corã D. Penia 9. Maij 1594. vt in decis. sequenti. Quoniam in Ecclesia Burgen. distributiones quotidianæ, quas non interessentes diuinis officijs non lucrantur, reponi solent in massa communi, seu in mensa capitulari, & D. Archiepiscopus putans lædi cultum diuinum, si capitulares negligerent interesse, prætendebat, tam vigore iuris com-

communis, in cap. vnic. de cleric. non reſid. in 6. quã Concilij Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 12. prædictas diſtributiones non debere remanere in maſſa communi, ſed ſuo arbitrio poſſe fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco applicare; ideo dubitaui, an portiones diſtributionum non intereſſentium diuinis officijs deberent remanere in maſſa capitulari, vel potius D. Archiepiſcopi arbitrio applicari? & his cauſa propoſita, die 2. & 9. Maij Domini cenſuerunt portiones non intereſſentium in maſſa communi remanere debere, cum enim in modo diſtributionum quotidianarum diſtribuendarum, aut applicandarum, multum ſibi vendicet conſuetudo, & ordinatio cuiuslibet Eccleſiæ, d. c. vnico §. ſtatuimus. Cæpolla, de ſeruitutibus ruſticorum. ca. 4. num. 15. Decius conſ. 280. in princ. Pariſius conſil. 32. num. 10. lib. 4. Zabarella, conſ. 53. nu. 4. & fuit dictum in cauſa Valentina emolumentorum. 16. Octobr. 1585. coram bonæ memoriæ Cantucio, pro parte D. Archiepiſcopi, nihil proponebatur, quod antiquam illam, & inueteratam conſuetudinem, nedum in Eccleſia Burgen. ſed in plurib. alij Hiſpaniæ, vt teſtatur Ioann. Guttierrez. can. quæſt. cap. 1. num. 107. ſpernendam ſuaderet; primum conſuetudo non eſt contraria diſpoſitioni Bonifacij in d. cap. 1. ibi enim ſolum improbatur cõſuetudo, per quam Canonici, ſeu alij Beneficiati, licet diuinis officijs non intereſſent, dummodo in ciuitatibus, ſeu alijs locis, in quibus Eccleſiæ ipſæ conſiſtunt, forent præſentes perinde, ac ſi continue ipſis Eccleſijs in eiſdem officijs deſeruirent, integras diſtributiones percipiebant, qui abuſus lõge abeſt a propoſita facti ſpecie, portio enim illius, ſeu illorum, qui vno die non interfuerunt, quamuis in maſſa communi reponatur nunquam tribuetur nõ intereſſenti: ad hoc enim, vt de maſſa communi illa participet, vt diuinis officijs interſit, eſt neceſſe; & cum interfuerit non lucrabitur integram portionem quam ſemel amiſit, ſed minimam tantum partem reſpondentem labori, ſeu operi illius diei, quo ſeruiuit ac ne tunc quidem lucrabitur eam portionem, quaſi diſtributionem amiſſam die illo, quo non ſeruiuit, ſed quaſi diſtributionem, & portionem propriam eius diei, quo diuinis interfuit, illa enim portio; quę per non intereſſentiam abſentis vacauit, ſic incorporata fuit maſſæ communi, vt cum deinceps intereſſentibus datur, diſtributionum illius diei naturam induat, & ita quoque in hac materia cenſuerunt Couarr. l. 3. variar. cap. 13. num. 7. & Ioan. Guttier. can. quæſt. cap. 1. num. 107. Concilium Trid. ſeſſ. 21. ca. 3. nec tollit, nec improbat hanc cõſuetudinem, cum ibi longè diuerſus caſus proponatur, loquitur enim de Eccleſijs, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, in quibus propterea tertia pars fructuum pro diſtributionibus applicari iubetur, cæterum Concilium expreſſe præſeruat conſuetudines illarum Eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſeruientes nihil, vel minus tertia parte percipiunt. Vnde, cum pro parte D. Archiepiſcopi non verificetur, factum in Eccleſia Burgen. ad Concilij præſcriptum, nõ habebit locum illius diſpoſitio ſicut prætendebat Archiepiſcopus, quinimmo Conc. diſpoſitio. cap. fauere videtur, ex quo. n. prætenditur in Eccleſia Burg. totam præbendam conſiſtere in diſtributionibus quotidianis, conſequitur Capitulares continuè deſeruituros, & præſentes futuros fore diuinis officijs, ne tantis commodis careant. Nauarr. Miſcel. 59. de oratione, numero 6. ex his patebit etiam reſponſio ad idem Concilium ſeſſ. 22. cap. 3. de reformat. quod ſimiliter loquitur de tertia parte fructuum in diſtributiones quotidianas aſſignanda; ad aliud eiuſdem Concilij decretum, ſeſſ. 24. cap. 12. §. diſtributiones, non oportuit aliter reſponderi, quam paulo ante reſponſum fuit ad c. 1. de cleric. non reſiden. in 6. quia in eo decreto Concilij Patres expreſſe referunt ſe ad conſtitutionem Bonifacij incipien. Conſuetudinem. Poſtremò non videbatur ſublata conſuetudo per ſtatutum Cardinalis Mendoçæ Archiepiſcopi Burgen. de anno 1566. & redactum in volumine ſtatutorum per Cardin. Pacieçum, ſimiliter Archiepiſcopum Burgen. de anno 1574. quia licet ſtatutũ præſumatur vſu receptum, niſi contrarium fuerit probatum, Dec. conſi. 534. num. 9. Creſcen. deciſ. 79. num. 2. Anton. Auguſt. in epitome, tit. de conſtitut. num. 3. nihilominus in hoc caſu, cum in eod. ſtatuto diceretur, quod fuerat factum in executionem. Cõc. Triden. ſeſſ. 21. cap. 3. ſi illa diſpoſitio non habet locum, vt dictum eſt, neque ſtatutum aliquid operabitur. Præterea, cum ſtatutum diceretur factum a ſolo Archiepiſcopo ſine Capitulo, & Archiepiſcopus de iure non poſſit condere ſtatuta ſuper re ſpectante ad Capitulum, ſine illius conſenſu, Gemin. in d. cap. 1. §. ſtatuimus, num. 4. & Francus num. 2. innalidum fuit ſtatutum, etiam ſatis videbatur non fuiſſe vſu receptum, ex eo quia ſemper fuerit obſeruatum contrarium, & diſtributiones diuiſæ, ſecundum antiquam conſuetudinem. Poſtremo dicebant Domini, quod, licet diſtributiones non eſſent ponendæ in maſſa cõmuni, non propterea ſequebatur, quod arbitrio Archiepiſcopi forent applicandæ, cum circa hoc variæ ſint Doctorum ſententiæ, nec diſcuſſum adhuc, aut diffinitum, quæ ex illis præualeat.

Et ſimiliter dicendum eſt de fructibus præbendæ
449 amiſſis ob non reſidentiam, † vel alias, quod, ſi in Eccleſia non ſunt Præbendæ diſtinctæ, nec eſt facta diuiſio reddituum inter Eccleſiam, & eius miniſtros, ſed ex patrimonio, & bonis Eccleſiæ dantur præbendæ, & reddit⁹ miniſtris, aſſignata cuilibet certa portione, tunc fructus amiſſi ad ipſam Eccleſiam pertinent, ſi vero eſt menſa Capitularis, & maſſa communis Canonicorum, & Beneficiatorum diſtincta a patrimonio Eccleſiæ, ſeu fabricæ, quæ inter reſidentes pro ſuis Præbendis diuiditur, vt communiter eſt in Eccleſijs Hiſpaniæ iuxta dec. Rotæ 6. de conſuetudine in nouis ſub num. 1. verſ. aliquæ ſunt Eccleſiæ, tunc portio abſentium, ſeu alias amiſſa in menſa Capitulari remanet cum reliquis eiuſdem fructibus inter reſidentes diuidenda, iuxta tradita per Couar. d. l. 3. variar. c. 13. num. 7. verſic. quod vero diximus, & Ioan. Guttierrez d. cap. 1. nu. 107. & ſeq. *& per Torre d. controu. 10. diſp. 6. ad fin.*

450 Si vero eſſent Præbendæ † realiter diſtinctæ, ita, quod quælibet Præbenda eſſet domina ſuæ dotis iuxta d. deciſ. 6. ſub num. 1. verſ. in aliquibus autem Eccleſijs, tunc fructus amiſſi applicandi eſſent fabricæ Eccleſiæ quatenus indigeat, alias alteri pio loco, arbitrio Ordinarij, iuxta cap. 3. ſeſſ. 22. de reform. & dicta ſupra num. 147.

451 Ex quibus magnam patiuntur difficultatem † declaratio Abulen. ſupra addūcta, nu. 426. & prima ad

ducta,

ducta, num. 432. quæ absolutè dicunt distributiones male perceptas per eum, qui à seruitio Ecclesiæ abfuit, vel alias eas amisit, esse restituendas fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi, & quoad fructus Præbendæ dicta Abulen. aut eum, qui abfuit, debere ritè priuari, iuxta decretum Concilij, cap. 12. sess. 24. & applicari fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, sin autem alteri pio loco.

452 Sed respondetur d. declarationes, † vt ex eis patet, loqui de distributionibus malè perceptis per eũ, qui fuit habitus pro præsenti à Capitulo, vel cui ab eo fuerunt donatæ, seu remissæ, & sic non debent restitui ipsi Capitulo, seu Capitularibus qui facto suo dando d. licentiam, & faciendo talem remissionem, seu donationem, sibi præiudicauerunt; ad notata in cap. cum omnes, de constitut.

453 Quòd vero dict. declaratio Abulen. ait, † quoad fructus Præbendæ debere eis priuari iuxta d. cap. 12. intelligendum videtur de fructibus, quos ille alias ratione Præbendæ, ac residentiæ fecisset suos iuxta d. cap. 12.

Nam quoad fructus præbendæ amissos ob non
454 residentiam, † non est opus priuatione, cum eos nunquam fecerit suos, & consequenter isti sicut distributiones essent restituendi ea, cum ex eius mensa, & massa communi procedunt, nisi facto suo Capitulum, dando licentiam absentiæ; sibi præiudicasset.

Sed adhuc restat difficultas circa dict. declaratio-
455 nem Abulen. nam in casu eius, vt ex † relatione cõstat, licentiæ fuerunt datæ à maiori parte Capituli aliquibus contradicentibus, & in materia delicti, & in his, quæ sunt de genere prohibitorum, & quæ tendunt ad damnum Capituli, non sufficit maior pars, sed requiritur, quod omnes, concordent, & contradictio vnius facit, ne videatur gestum à Capitulo. Paulus Castren. in leg. inbemus nullam, num. 6. C. de SS. Eccles. Alexan. in l. quod maior. ff. ad municipal. Iason in l. & suum §. hodie. ff. de pactis, nu. 8. limitatione 3. & 9. Fel. in d. c. cum omnes, de constit. nu. 17. ad fin. & ibi Decius 1. lectura, nu. 39. Lud. Carrerius in pract. criminali. fol. 215. num. 7. Auiles in Capitularis prætorum, c. 3. verb. iurisdictio. nu. 28. & Salcedo ad Bern. Diaz regul. 791. ampliatione 4. *Et quòd in delictis factum maioris partis non nocet minoris, Millis verb. vniuersitas, vers. in his quæ continent delictum, & in vno contra dicente innocentia vniuersitatis præseruabitur, l. sicut, §. fin. quod cuiusque vniuers. nomin. tradit Villar del patronado de Calatayud, 7. p. §. 1. nu. 35.* Et vbi actus tendit in damnum, vel dedecus Vniuersitatis, vnus solus potest resistere. Abb. in d. cap. cum omnes, sub num. 6. vers. & dico, Gregor. Lopez. in lib. 19. tit. 14. pag. 1. vers. por su voluntad, & facit glossa, verb. rationabiliter, in c. 1. de his quæ fiunt à maiori par. Capituli, quam ibi D. sequuntur. Vnde concesso licentiarum facta à maiori parte Capituli, aliquibus contradicentibus, non videtur præiudicare iuri Capituli, circa restitutionem distributionum.

Hæc difficultas satis quidem vrget contra d. de-
456 claronem Abulen. & solum videtur † dici posse, quod illa intelligatur respectu partium obuentionũ illis, qui consenserunt, & dederũt licentias, qui, licet non præiudicent minori parti, & iuri Capituli, sibi tamen præiudicauerunt, vt per D. citatos.

457 Et dictum præiudicium videtur † intelligendum respectu distributionum, & fructuum iam solutorũ, & traditorum ei, cui licentia absentiæ, seu remissio data est; quod si nondum sunt soluti, traditi, & incorporati illi, potest, & debet Capitulum denegare, & impedire solutionem, non obstante licentia, seu remissione data etiam à toto Capitulo, quæ sibi non præiudicat, cum sit inualida, & sic potest contra eam venire nec fabrica Ecclesiæ, aut alter pius locus potest ad illos ius prætendere, cum nondum sint illi cum effectu traditi.

458 Quæ tamen dicta sint salua † sententia S. Congr. cuius censuræ hæc, & omnia libenter submitto.

459 Ex supradicta autem † doctrina infertur ad decretum Concil. cap. 3. sess. 21. de reform. quod in terminis illius portiones tertiæ partis in distributiones quotidianas conuersæ, quas absentes amittunt, interessentibus accrescunt, seu iure non decrescendi cõpetunt, cum d. tertia pars inter diuinis interessentes proportionabiliter sit diuidenda, ex dicto decreto & ita censuit S. Congreg. vt in declarationibus infr. adducen. num. 465. & quod, qui plus attulerunt, plus etiam ad ratam deseruiendo percipiant.

Sed facit magnam difficultatem aliud decretum
460 eiusdem Concil. † sess. 22. de reform. c. 3. vbi portio tertiæ partis fructuum Dignitatum in distributiones conuersæ ex illo decreto per non seruientes amissa non accrescit aliis, sed fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij est applicanda.

461 In qua difficultate † Nauarr. de orat. Miscel. 59. nu. 6. alias Miscel. 14. nu. 51. consultus, vt ait à quadam valde illustri Ecclesia Cathedrali respondet, quod hoc posterius loquitur tantum de distributionibus extraordinarijs, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, personatuum, & officiorum constituuntur lucrifaciendæ ab eis solis, qui habeant ex adimplendo officia diuina eis per Episcopos designata, illud autem c. 13. sess. 2. de distributionibus ordinarijs, quæ constituuntur de fructibus communibus lucrifaciendę à facientibus communiter officia diuina, ideo hæ extraordinariæ merito non accrescunt alijs, quibus aliæ ordinariæ distributiones accrescũt, quoniam illæ de communibus fructibus constituuntur pro officijs communibus ab omnibus faciendis, hæ vero de fructibus particularibus præfatarum Dignitatum, personatuum, & officiorum, pro officijs à solis habentibus ea faciendis, sequitur Cosmas Philiarchus de officio Sacerdotis 1. p. lib. 1. c. 14. *Et Fusc. de visit. lib. 1. c. 15. Alex. Monet. d 3. p. q. 6. & placet Azori 2. p. lib. 7. c. 7. q. 8.*

462 Sed hæc interpretatio non satisfacit † ex eo præcipue, quod distributiones, de quibus d. c. 3. sess. 22. assignandæ sunt etiam pro seruitio chori, & interessentia horarum, vt apparebit ex infra dicendis maxime ex declaratione adducta, num. 489.

Nec placet etiam alia interpretatio Ioannis Gut-
463 tierez † d. c. 1. nu. 106. qui ait d. c. 3. sess. 22. expresse loqui in distributionibus quotidianis, quas præsentes obtinẽr, sed, quia competens sibi seruitium quolibet die statuto no impleuerint, amittunt illius diei distributionem, ideo merito in pœnam contumaciæ applicari illam partem fabricæ Ecclesiæ, vel alteri pio loco; at vero prædictum Capitulum sess. 21. loqui de distributionibus diuidendis inter præsentes diuinis, nempe, vt pars, quæ absentibus ob præsentiam deberetur, præsentibus competat.

In

In hac diffic. dicendum eſt, quod c. 3. ſeſſ. 21. loqui-
464 tur tam de Dignitatibus perſonatibus & officijs, † quam Canonicatibus & Portionibus, à quibus quãdo nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur tertia pars fructuũ communium menſæ Capitularis deduci debet, & cõuerti in diſtributiones quotidianas, quæ inter diuinis intereſſentes proportionabiliter diuidantur, & ſi in his portiones abſentium proportionabiliter ſeruientibus accreſcunt, & fit de neceſſitate hæc detractio, quæ tamen non poteſt fieri ex fructibus Dignitatum proprijs, & diſtinctis à menſa Capitulari, nec ex Dignitatibus, quæ nullos fructus percipiunt ex illis Eccleſijs: capitulum vero 3. ſeſſ. 22. loquitur tantum de Dignitatibus, perſonatibus & officijs, à quibus Epiſcopus tertiam partem fructuum, etiam propriorum, & diſtinctorum à menſa Capitulari in diſtributiones quotidianas conuertendam diuidere poteſt, ex illo decreto. Il velit, non ex neceſſitate; dato etiam, quod diſtributiones quotidianæ non ſint tenues, & hoc in odium obtinentium Dignitates, & reſidere negligentium, quæ diſtributiones, cum ſint particulariter aſſignatæ ex fructibus Dignitatũ pro obtinentibus illas tantum, non accreſcunt præſentibus, ſed locis pijs applicandæ ſunt.

Quæ interpretatio videtur ſatis conformis verbis,
465 † & menti dictorum decretorum, & eſt ex ſenten- ☞ tia S. Congr. vt apparet ex declarationibus ſequentibus, Prima hoc decreto ſeſſ. 21. cap. 3. agitur de Canonicatibus & Portionibus, & fit de neceſſitate hæc detractio, quando ſunt nullæ diſtributiones, vel ita tenues, quæ diſtribuuntur intereſſentibus tantum, ſed in ſeſſ. 22. cap. 3. deducitur hæc tertia pars ex Dignitatibus, etiam non ex neceſſitate, ſed in odium non reſidentium, & pars abſentium non præſentibus, ſed alicui pio loco eſt applicanda. Secunda. Portiones abſentium accreſcunt deſeruientibus, ſi ex decreto Concilij. ſeſſ. 21. cap. 3. ſeparatæ ſint, ſecus vero, ſi ex decreto cap. 3. ſeſſ. 22. tunc enim fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicabuntur nec obſtat aliqua conſuetudo, qua cauetur vt deſeruientibus portiones non ſeruientium accreſcant. Tertia. differentia inter cap. 3. ſeſſ. 21. & aliud c. 3. ſeſſ. 22. eſt, quod hoc c. ſeſſ. 22. loquitur tantum de Dignitatibus, à quibus Ordinarius tertiam partem fructuum in diſtributiones quotidianas conuertendam ſeparare poteſt, dato etiam, quod diſtributiones quotidianæ non ſint tenues & hoc in odium obtinentium Dignitates, & reſidere negligẽtium, & quando iſta tertia pars ſubtracta per non ſeruientes amittitur, locis pijs eſt applicanda. c. vero 3. ſeſſ. 21. loquitur ſolum, quando diſtributiones ſunt ita tenues, vt negligantur, & hoc caſu tertia pars ſic ſeparata, & in diſtributiones ab Epiſcopo conuerſa, ſi per non ſeruientes amittitur, proportionabiliter ſeruientibus accreſcit. Quarta ſuper d. cap. 3. ſeſſ. 21. fit iuſta deductio ex illis Dignitatibus, quarum fructus ſunt illius Eccleſiæ, in cuius choro hæ Dignitates ſedem habẽt, ſecus vero, ſi nullos fructus perciperent ex illis Eccleſijs, ſed haberent proprios, & diſtinctos à menſa capitulari. Et vide deciſionem Rotæ in vna Gadicen. diſtributionum 325. 2. p. diuerſorum. *Quinta. Congreg. Concilij cenſuit, ſi præpoſitura cathedralis, à qua poſt Concilium tertia pars fructuum detracta, & in diſtributiones quotidianas conuerſa proponitur, non ſit de corpore Capituli, id quod ex dicta tertia parte præpoſitus non inſeruiens amiſerit, ſabricæ Eccleſiæ, ſi indigeat, vel alteri pro loco arbitrio Epiſcopi eſſe applicandum, iuxta decretum, cap. 3. ſeſſ. 22. 10. Aprilis 1598.*

466 Aduertendum eſt autem circa d. decreta † primo quod iſta ſeparatio, & diuiſio tertiæ partis fructuum pro diſtributionibus non eſt ita facienda, vt fiat neceſſario diſmembratio aliquarum poſſeſſionum, ſeu bonorum, ſed ſatis eſt, ſi valor tertiæ partis fructuum ponatur pro illis, & ita S. Cong. cenſuit, vt in ſequẽti declaratione, ſup. d. c. 2. ſeſſ. 21. Hæc tertia pars non eſt intelligenda de corporibus poſſeſſionum Præbẽdarum, vt diſmembretur neceſſario, ſed ſatis ſi tertia ponatur pro illis.

Secundo, quod iſta tertia pars accipienda eſt ſe-
467 cundum verum valorem, † & eſtimationẽ ita, quod detractio, & deductio illius facienda eſt ſecundum valorem currentem, & non ſecundum taxam, & ita cenſuit S. Congr. vt in declarationibus ſequentibus ☞ Prima d. c. 3. ſeſſ. 21. Burgen. Quãdo locus eſt detractioni iſtius tertiæ partis, faciẽda eſt ſecundum verũ valorẽ, & non ſecundum taxã Præbendarum. Secunda ſuper d. c. 3. ſeſſ. 22. Hæc deductio facienda eſt ex fructibus nõ ſecundũ taxam antiquã, pro vt in libris Capitulorũ, ſeu alijs, ſed ſecundũ valorem currentẽ. Ad idem eſt declaratio Segobiẽ. ſup. adducta dub. 3. nu. 198. ad 3. & Burg. infra adducta hac p. c 4. nu. 21.

468 Cenſuit tamen S. Cong. ſuper d. cap. 3. ſeſſ. 21. † ☞ Quod, antequam iſta detractio fiat, deducendæ ſunt prius penſiones, & alia onera legitime impoſita, quãdiu illa durauerint, ſed de nouo impoſitæ non comprehendunt iſtam tertiam partem, & quod de fructibus alteri reſeruatis non fit iſta detractio, donec ſeruatarius vixerit; ſed ſi Beneficij titulum habẽs neglexerit reſidere, priuandus eſt eo tit. alteri poſtea conferendo.

469 Quæ declaratio videbatur intelligenda, † vbi erant Præbẽdæ diſtinctæ realiter, ita, quod deductio erat ex ipſis facienda, tunc enim deducendæ prius erant penſiones impoſitæ; ſecus. vbi non ſunt Præbendæ diſtinctæ, ſed deductio facienda eſt ex fructibus communibus menſæ, tunc enim non videtur habenda ratio penſionũ impoſitarum ſuper ipſis Præbendis, quoad deductionem tertiæ partis, licet per illam non fieret præiudicium ipſis penſionibus.

470 Tertio aduertendum eſt, quod † nõ eſt locus detractioni tertiæ partis pro diſtributionibus ex decreto d. cap. 3. ſeſſ. 21. quando diſtributiones ſunt toleirabiles ita, vt veriſimiliter non negligantur, vt alias cenſuit S. Congr. & in declaratione prima, & tertia ſupra adducta. nu. 465. & in d. Segob. & alias S. Con-
471 gregatio † reſpondit Cardinali Borromeo. Quod ☞ veriſimilitudo illa, quod diſtributiones quotidianæ negligantur, & ob id tertia pars fructuum Præbendæ in diſtributiones quotidianas ſit conuertenda, vt in cap. 3. ſeſſ. 21. conſiderari debet habita ratione numeri omnium Canonicorum tam reſidẽtium, quam non reſidentium.

472 Quarto, quod quãdo ex † Dignitatibus detracta eſt tertia pars in vim decreti d. c. 3. ſeſſ. 21. non poteſt detrahi alia tertia, ex decreto d. c. 3. ſeſſ. 22. vt S. Cõ- ☞ greg. cenſuit his verbis, Quando Epiſcopus vſus eſt remedio, cap. 3. ſeſſ. 21. in detrahenda tertia parte ex Dignitatibus, & nõ poteſt vti remedio c. 3. ſeſſ. 22. in

de-

detrahenda alia tertia parte ex Dignitatibus, & nihil dandum est his, qui nihil contulerunt.

473 Quinto est aduertendum, quod dispositio † d.c. 3. sess. 21. & detractio, de qua ibi, habet locum contra obtinentes non solum Dignitates, Canonicatus, & Portiones, sed etiam Capellanias, seu alia Beneficia residentiam requirentia in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis, non tamen habet locum extra Ecclesiam Cathedralem, aut Collegiatam, vt in sequentibus declarationibus S. Congregationis Cōcilij, super d.cap.3. sessione 21. Prima, Hæc detractio & huius decreti dispositio locum habet contra omnes Capellanos, & Dignitates obtinentes Secunda, Omnes Capellani, & Canonici, & Dignitates obtinentes tenentur residere, & contra eos locum habet hæc detractio, & huius decreti dispositio. Tertiò But gen. Ista detractio partis fructuum facienda est de solis illis Beneficijs, in quibus quis residere tenetur. Quarta, Non potest deducere hanc tertiam partē, nisi ex Canonicatibus & alijs Beneficijs in Cathedralibus, vel Collegiata, vel illis vnitis; nec extra Ecclesiam Cathedralem, vel collegiatam, hoc decretum habet locum.

474 Vnde, nec pro distributionibus Ecclesiæ † Cathedralis, aut Collegiatæ detrahendum est aliquid ex Beneficijs extra illam existentibus, nisi essent perpetuo vnita Præbendis illius; Vt in alia declaratione S. Congregationis, quæ sic ait, Nec pro distributionibus Canonicorum Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ auferendū est quicquam de Beneficijs, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, nisi Ecclesiæ, vel Beneficia extra d. Cathedralem, vel Collegiatam existentia essent perpetuo Canonicatuum vnita Præbendis prædictarum Ecclesiarum, a quibus Beneficijs extra prædictas Ecclesias. si quid ob eam causam exactum esset, debet restitui, & de cætero ab huiusmodi exactione abstineri.

Et pro prædictis aduertendum est non solum te-
475 neri ad † residentiam obtinentes in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis Dignitates, Canonicatus, aut portiones, sed etiam manſionarios, & Capellanos & obtinentes alia beneficia, quæ sunt perpetua, & habet annexum seruitium in choro, vt S. Congregatio censuit super c.12. sess 24 ibi, Aut portiones, idem iudicium de manſionarijs, & alijs Beneficijs, quæ sunt perpetua, & habent annexum seruitium in choro. Consonat Concilium Bononen. tit.6. de residentia §. de his, qui ad residentiam tenentur, vers. penul.

476 Sextò aduertendum est. quod decretum, d. cap. 3. sess. 22. non habet locum in Dignitatibus, quæ in Cathedralib. habent sedem in choro tantum in quibus tamen nun quam resederunt, sed habent Ecclesiam Collegiatam, aut proprium districtum, vbi suā præeminentiam & iurisdictionem habent, iuxta reg. 3. cancellariæ, vers. declarans. Dignitates vero non sunt Ecclesiarum Cathedralium, in quibus solum sedem in choro habent, sed potius sunt illarum Ecclesiarum, in quibus principalem præeminentiam habent, & iurisdictionem exercent, vnde non tenentur obtinentes huiusmodi Dignitates residere, in d. Cathedralibus, immò nec possunt in illis residere, sed in ipsa Collegiata, vt supra dictum est 2. dub. n. 184. & consequenter non sunt obnoxij detractioni tertiæ partis ex d. decret.

477 Et ita S. Congregatio videtur † declarasse in sequenti declaratione supra d.c.3. sess.22. ibi. Ex fructibus, & prouentibus, dum tamen sint fructus illius Ecclesiæ, in cuius choro sedem habent hæ Dignitates; secus vero si nullos fructus percipiant istæ dignitates, ex illis Ecclesijs, in quibus sedem habēt, in choro tamen nunquam fecerunt residentiam, & habent proprium districtum, in quo suam iurisdictionem exercent.

478 Sed offert se difficultas; esto obtinentes † huiusmodi dignitates non sint obnoxij detractioni tertiæ partis pro residentia in Cathedrali, an sint illi obnoxij pro residentia, & interessentia in Collegiata, in qua residere teneantur ratione Curæ saltem iurisdictionalis, quam ibi habent iuxta declarationem S. Congregationis supra adductam, num. 119. & decimam adductam sub nu. 179. vel ex decreto Concilij sess.24. cap. 12. vers. præterea obtinentibus, vt supra dictum est, dub. 1. a nu. 181.

479 Et videtur † quod sic, ex quo decretum d. cap. 3. sess. 22. loquitur de dignitatibus etiam in Ecclesijs Collegiatis existentibus.

480 Quod tamen intelligendum erit, nisi tales † Dignitates habeant territorium & iurisdictionem quasi Episcopalem, quamuis enim tunc eas obtinentes teneantur ad residentiam, vt est dictum non tamen videntur teneri ad residentiam chori, seu seruitium Ecclesiæ, & interessentiam diuinorum, vt d. dub. 1. dictum est, & consequenter cessat illa detractio pro distributionibus.

Obtinentes vero in Cathedralibus, & Collegiatis
481 Ecclesijs † Dignitatem, licet non habeant vocem in capitulo, nec cum cæteris participent distributiones, aut fructus, sed aliundè fructus percipiant, residere tenentur, vt in d. vers. præterea obtinentibus; & constat ex supradictis, maximè dubio 3. & consequenter detractioni tertiæ partis earum fructuum pro distributionibus subiecti sunt, vt in sequenti declaratione, super d.ca.3. sess.22. Obtinens in cathedral.bus & Collegiatis dignitatem, licèt vocem in capitulo non habeat, nec distributiones quotidianas cum cæteris participet residere tamen tenetur, & sic detractioni ipsius tertiæ partis fructuum est obnoxius. facit quod tradit Naua. cons.6. nu.1. de verborum signific.

Quod non procedit in obtinentibus Dignitatem
482 † quæ nullos redditus habet, nec Præbendam, licèt eam expectent, nam interim non tenentur residere, nec sunt obnoxij detractioni tertiæ partis fructuum, cum eos non habeant, ad quod est declaratio Sanc. Cong. Concilij, quæ sic ait. An obtinentes Dignitatem in cathedralibus & collegiatis Ecclesijs, sine Præbenda, quæ tamen destinata est ex certa celebratione dismembrationis, interim, dum effectum illius expectant, teneantur residere; Cong. censuit negatiue, die 30. Apr. 1587, conducunt tradita c. præcedenti, a nu. 41.

483 Nec etiam procedit in Dignitatibus non † habentibus sufficientes præbendas, seu fructus, sed tenues, nam licèt obligare videantur ad residentiam, non tamen locum habet d. detractio, vt in sequenti declaratione super d.c.3. sess. 12. ibi. Omnium Dignitatum, non comprehenduntur Dignitates, quæ, & si locum habent in choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas, nec sufficientes præ-

bendas,

bendas, vel fructus tenues, quę retineri poſſunt, cum Canonicatibus, vbi eſt conſuetudo abſque alia diſpenſatione, vt c.1. de conſuetudine in 6. ne illis vnire Eccleſias Parochiales ad augendum fructus diſtributionum qnotidianarum Epiſcopus poteſt.

Septimo aduertendum eſt, quod pro congruis diſtributionibus aſſignandis aliquibus horis, quæ nul-
484 las, aut † tenues habent diſtributiones, nō eſt quicquam detrahendum à diſtributionibus, quamtumuis pinguibus, cæteris horis aſſignatis, nec illæ ſunt diuidendæ in alias horas, ſed pro illis detrahenda eſt aliqua pars fructuum Præbendarum, iuxta decretū d.c.3. ſeſſ.21. & ita cēſuit S. Cong. vt in declarationi-
☞ bus ſequentibus. Prima Mediolanen. In illis Eccleſijs, in quibus diſtributiones non ſunt regulariter tenues, ſed pingues, licet ſint aliquæ horæ, quæ non habent diſtributiones, aut tenues debent eis rationabiles aſſignari, detrahendo aliquam partem fructuum à Præbendis, non autem ab alijs diſtributionibus cæteris horis aſſignatis. Secunda. Non licet ex decretis, ſeſſ.21. & ſeſſ.22. cap.3. diſtribut. quotidianas, quæ certis dumtaxat horis Canonicis ſunt aſſignatę, diuidere in alias horas Canonicas, quibus nullæ, vel adeo tenues conſtitutæ ſunt diſtributiones, vt veriſimiliter negligantur, ſed ſumenda eſt ex corpore vniuſcuiuſque Præbendæ tanta reddituum portio, quanta ſatis poſſit ſufficere ad diſtributiones attribuendas illis etiam horis.

485 Vnde in vna † Abulen. S. Congreg. ſic reſpondit.
☞ Congregatio Concilij cenſuit per groſſam, quam iſthic lucrifaciunt intereſſentes quotidie vna tantum hora, non eſſe ſatisfactum Concilio ſeſſ.21. cap.3. & ſeſſ.24. capit.3. Epiſcopus tamen non poteſt dictam groſſam accipere, & in alias horas diuidere, quin potius ex reliquo corpore Præbendarum, ſi non omnino tertiam partem, ſaltem tantam portionem detrahere, quanta ſufficiat ad conſtituendas diſtributiones, quæ ſingulis horis veriſimiliter non negligantur.

486 In qua declaratione † S. Congregatio videtur ſupponere, & intelligere in dicta Eccleſia eſſe alias Præbendam diſtinctam à groſſa, & illam groſſam eſſe quandam pinguem diſtributionem pro illa hora conſtitutam, cum tamen re vera non ſit alia Præbenda præter illam groſſam, quæ lucrifit reſidendo, & intereſſendo vna hora; nempe in ferialibus, & ſimplicibus ad primam cum Miſſa & in duplicibus, & ſemiduplicibus ad tertiam cum Miſſa maiori. Vnde iſta groſſa, quæ dicitur anniuerſarium, eſt loco Prębendæ, & pro diſtributione quotidiana illius horæ, qua lucrifit anniuerſarium, & groſſa eſt certa quantitas, quæ dicitur mora petini anniuerſarij, vltra aliam diſtributionem ordinariam tertiæ, & pitancias extraordinarias, quæ omnes re vera ſunt latis tenues. *Et ſimile eſt in Eccleſia Eboren. vt per Vaſconcell. lib.1. diuerſ. iur. argum. c.18. à nu.3. ad defendentem, contra quem eſt etiam dicta declaratio. Et quòd ex tali groſſa poſſit tunc fieri ſeparatio tertiæ partis pro diſtributionibus quotidianis, ſenſit Rota in Burgen. diſtributionum 13. Februarij 1595. coram D. Penia.*

Et ex ſuperioribus apparet diſtributiones eſſe or-
487 dinandas, † & compartiendas per omnes horas, & non per certas horas tantum, vt contra gloſſam verſ. certis horis in c. clement. vt ij qui §. illi vero, de ætate, & qualitate, & Card. ibi quæſt.17. tradunt Coſmas in pragmatica ſanctione. tit. quo tempore quiſque debeat eſſe in choro, verſ. vſurpat. & Probus ad Monachum in d.cap.11. de Cleric. non reſid. in 6. ex num.31. *Et vide Alexand. Monet. de diſtribut. p.2. quæſt.3. 1. concl.*

488 Et alias etiam † cenſuit S. Congregatio ſuper d.
☞ cap.12. ſeſſ.24. ibi Statis horis, Congregatio cenſuit intelligi ſtatas horas, id eſt omnes horas, quibus diuina celebrantur, licet gloſſa in Clementina, vt ij, qui, & ibidem Card. Zabarella nu.17. dicant, de iure poſſe fieri diſtributiones per certas horas.

Pro quo etiam eſt alia declaratio, quæ ait, Diſtri-
489 butiones quotidianæ, † quæ acceptæ fuerunt ex
☞ tertia parte fructuum Dignitatū alicuius Eccleſiæ, aſſignari debent non duabus horis tantum Canonicis ſed etiam reliquis omnibus alijs, quibus qui non interfuerit, diſtributionem amittit. *Et tradit apoſtillator conſ. Nauar. 9. de cleric. non reſiden. dicens aduertendum S. Congreg. Vt refertur, cenſuiſſe diſtributiones non poſſe aſſignari aliquibus horis, & aliquibus non, ſed omnibus aliquas omnino eſſe aſſignandas, quem refert Alexand. Mon. d.q.3. 8. concl. quod tamen dicit ibi, & q.12. nu.42. valere conſuetudinem contrariam, nec de ea loqui declarationem S. Congreg. quamuis non valere dicat conſuetudinē, vt intereſſendo vni horæ acquirat quis diſtributiones aſſignatas omnibus horis, cum Nauar. d. conſ. 9. Sed verius videtur, & magis conforme S. Congr. etiam non valere illam conſuetudinem; conſuetudo tamen, q̃ exiſtens matutinis, quę dicuntur poſt mediam noctem, lucretur primam, & eius diſtributiones, vt ſeruatur in hac Eccleſia Abulenſ. videtur tolerabilis: facit quod tradit Sandoual de offic. Eccleſ. 6. p. cap.17. pag.242.*

490 Octauo aduertendum eſt, † quod pro lucranda tertia parte fructuum Dignitatum, perſonatuum, & officiorum in diſtributiones conuerſa, non poteſt Epiſcopus ſtatuere aliam ſeruitij, & officij formam, præter ſolitam, nec noua onera imponere, vt S. Con-
☞ gregatio reſpondit Card. Borromeo his verbis, Epiſcopus non poteſt Dignitatibus, perſonatibus, & officijs ſtatuere certam officij, & ſeruitij formam præter ſolitam, pro lucranda tertia parte Præbendæ in diſtributiones conuerſa.

Nec obſtant illa verba c.3. ſeſſ.22. competens ſibi ſeruitium iuxta formam ab eiſd. Epiſcopis præſcri-
491 bendam, † quia ſunt intelligenda de forma ab Epiſcopis præſcribenda circa ſeruitium ſolitum, aut circa Dignitates, quæ non conſueuerant habere ſeruitium, & reſidentiam. Et ita erit accipienda declaratio Segobien. ſupra adducta, num.198. ad octauum.

492 Vltimò aduertendum eſt, † quod etiam Dignitates, & Præbendæ, quæ ſunt de iure patronatus, etiam laicorum, ſubiectæ ſunt detractioni teſtiæ partis, vt
☞ S. Congregatio cenſuit in vna Mediolanen. his verbis, Dignitates, quæ ſunt de iure patronatus detractioni 3.p. fructuum obnoxiæ ſunt.

493 Niſi repugnet fundatio, † cui in d.cap.3. ſeſſ.21. & 22. non eſt derogatum, vt Congregatio cenſuit.

Vigeſimoquinto dubitatur an obtinentes Digni-
494 tatem, Canonicatum, vel Portionem teneantur † per ſe, & non per ſubſtitutum obire diuina officia ſuę Dignitati, Canonicatui, vel Portioni incumbentia, vt cantare Miſſas, Euangelium, aut Epiſtolam in ſuis hebdomadis, ſeu diebus.

495 In quo dicendum eſt teneri per ſe obire ex † Cō-
cilio ſeſſ.22. c.4. & ſeſſ.24. c.12. verſ. omnes verò de

reform.

re for. *Alex. Mon. de distrib. p. 1. q. 2. cõcl. 2. & q. 19. n. 19. Acor 2. p. lib. 6. c. 8. q. vlt.* & cẽsuit S. Cong. Conc. vt in sequẽti declaratione, An Canonici teneantur per seipsos cantare Missas in omnibus festis dominicis Aduentus, & Quadragesimæ, an tantum solemnibus? Congregatio censuit, cogendos esse ad personaliter canendum Missam illis diebus, quibus ex institutis, & legitima consuetudine illius Ecclesię debẽt. & aliàs sic ait, Nec possunt per alios Missas canere maiores prætextu, quod ipsi Missas dieb. solemnibus decantabunt, sed cogendi sunt ad personaliter canendum Missas illis diebus, quibus ex institutis, vel legitima consuetudine illius Ecclesiæ debent. Et in declaratione Segobien. ad septimum adducta d. nu. 198. & in declaratione 2. adducta supra, num. 186.

496 Et censuit † etiam S. Congregatio rituum, vt in declaratione sequenti. Obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Ecclesijs, præsertim Cathedralibus, cuiuscumque qualitatis sint, Episcopo solemniter celebranti, aut Pontificalia exercenti assistere ac vestibus sacris indutos eidem inseruire, nec non munera eisdem Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus in decantatione Missæ Euangelij, Epistolæ, & similium functione, præstatione incumbentia, & annexa, per se ipsos subire, & exercere iuxta sacrorum Canonum, & Concilij Trid. dispositionem ac cuiusque Ecclesiæ particularem ordinationem, certum esse respondit sacrorum rituum Congregatio; quod, si quando aliquis legitimo impedimento detentus ea per seipsum adimplere non poterit tunc alios, eiusdem tamen Ordinis, & gradus, non autem inferioris, Dignitates nempe alias Dignitates, Canonici Canonicos, & Portionarij respectiue Portionarios in sua quisque hebdomada, ne graduũ, & ordinum prærogatiuæ confundantur, deputare debebit, idque per Episcopum opportunis remedijs, etiam huius decreti vigore prouidendum fore censuit eadem Congregatio, supplicante Cap. & alijs Ecclesiæ Abulen. Portionarijs. die 18. Maij 1602. Ptolomeus Cardin. Comen.

497 Alexander Gratianus † pro Secretario Congreg. Quam declarationem vidi authenticam, nempe manu d. Illustrissimi Cardinalis Comen. & d. Secretarij subscriptam, & sigillo eius Cardinalis munitam.

Et idem statuit Concilium Prouinciale Compostellanum, actione. 2. decreto 18. nisi ex causa infirmi-
498 tatis, † vel alia iusta causa, vt ibi, & in concordia confirmata, & procedit, non obstante, quod sit factũ statutum in contrarium, vt fuit inter alia declaratum per S. Congregat. in vna, Placentina 25. Iul. 1570. his verbis. Si factum est aliquod statutum, quod Canonici possint inseruire per substitutos, vel alternatim vnus, pro alio, non habeatur eius ratio, quia est contra Concilium. Et refert Zerola in praxi Episcopali. 2. p. verſ. Canonic. §. 5.

499 Procedit etiam, licet † ante Concilium esset statutum, vel consuetudo, etiam immemorialis in contrarium, vt colligitur ex ipso Concilio, & supradictis, & ex declaratione Abulen. adducenda dubio sequenti, num. 503.

Vnde qui in hoc notabiliter defuerint, seu ne-
500 gligentes † fuerint, peccabunt mortaliter, quamuis multi, præsertim dignitates obtinentes, id non obseruent, nec curent, quando immo indecens existiment subire huiusmodi onera incumbentia suis dignitatibus, præsertim in decantatione Euangelij, aut Epistolæ.

Vigesimo sexto dubitatur, an obtinentes dignita-
501 tem simul cum canonicatu, aut Portione, in eadẽ † Eccles. teneantur vtriusq; Beneficij onera, & officia subire, & per se ipsos ita, vt non satisfaciant deseruiẽdo personaliter in vno, & per substitutum in altero?

502 In quo dubio distinguendum † est, quod aut dict. duo Beneficia habentur, tanquam separata, & de per se, aut sunt vnita; in primo casu certum est obtinentes dignitatem, cum Canonicatu, aut Portione teneri vtriusque Beneficij onera, & officia obire per se ipsos, nisi seruitia eod. tempore concurrant ita, vt ab vna persona præstari nequeant. Et ita patet ex Concilio vbi supra; nam idem est in duabus ac in vno, & non est maior ratio de vno, quam de altero. Et declarauit S. Congregatio Concilij in vna Seguntina, quæ sic ait. Obtinens dignitatem, cum Canonicatu,
503 † aut portione tenetur per se vtriusq; Beneficij onera subire; nec satisfacit, si in vna substituat, nisi seruitia simul ita concurrant, vt eodem tempore ab vna persona præstari nequeant.

Et in vna Abulen. quæ sic se habet. Illustrissime & Reuerendissime D. Pro parte Episcopi Abulen. quæritur, an obtinentes Dignitatem cum Canonicatu, seu Portione in eadem Ecclesia, teneantur per seipsos vtriusque Beneficij onera subire ita, vt non satisfaciant Concilio deseruiendo personaliter in Dignitate, & per substitutum in Canonicatu, seu Portione, non obstante contraria Ecclesiæ consuetudine? Episcopo Abulens. Reuerendissime D. vti Fratri. Propositus fuit libellus S. Congregat. Cardinalium Concilij Tridentin. interpretum, qui cum his ad amplitudinem tuam literis mittitur, de obtinentibus Dignitatem cum Canonicatu, seu Portione in eadem Ecclesia, vt ex illo ipsa videbit. Congregat. censuit, sic obtinentem teneri per seipsum vtriusque beneficij onera subire, nec aliter Concilio satisfacere, quàm si personaliter vtrique deserviat, nisi tamen seruitia simul ita concurrant, vt ab vna persona eodem tempore præstari nequaquam possint. Porrò facultatem substituendi in seruitio Canonicatus, quempiam alium Canonicum, qui eo tempore seruitio non sit obstrictus, existimauit minimè illi denegandum esse, cessante fraude, & calumnia, quam Congregationis sententiam amplitudini tuæ significandam duxi, vt illam pro suo munere obseruandam curet, cui optimam valetudinem precamur in Domino Romæ die 27. Iulij 1585. amplitudinis tuæ, vti Fr. A. Card. Carrafa.

504 Hoc autem in ista † declaratione dicitur de facultate substituendi alium eiusdem Ordinis, cessante fraude, & calumnia, videtur intelligendum, quando est impeditus infirmitate, vel alia iusta causa, vt d. Seguntina, & in dicta declaratione S. Congreg. rituum sup. posita nu. 496. & in d. decreto 18. Concilij Compostellani, & concordia confirmata, seu semel, aut iterum non ordinario, nam tunc esset fraus. *& etiam alia declaratio in vna Calag. 19. Iul. 1593. quæ sic ait: Congreg. Conc. censuit, minime potuisse Episcopum statuere, vt decanus primam obtinens dignitatem in Ecclesia Collegiata S. Mariæ teneatur contra consuetudinem dictæ Ecclesiæ inseruire in diaconi officio sacerdoti celebranti, nisi decanus vltra dignitatem decanatus obtineret in eadem Ecclesia etiam Præbendam, onus hoc canendi Euangelium*

*annexum habentem, tunc enim ad onus prædictum etiam ſubeundum cogendum fore.*

Et ita fuit reſolutum in vna Burgen. ſeruitij. 28.
505 Febr. 1594. coram † D. Lita, in qua fuit dictū, quod ☞ ſecundum ius commune, & declarationem S. Congregationis eo ipſo, quod Dignitates habent Canonicatus diſtinctos, tenétur ad omnia munera ſpectantia ad Canonicos, ſicut è cõuerſo dicuntur in poſſeſſione omnium iurium Canonicalium, & ita dandum mandatum de manutenendo Cap. in ſua poſſeſſione, non obſtante concordia confirmata in contrarium allegata, dum controuertitur ſuper illius interpretatione, in qua etiam coram Domino meo Corduba Epiſcopo Pacen. 8. Iun. 1598. fuit reſolutū, quod teneantur ad omnia onera, & ſeruitia debita dictis Canonicatibus, & Portionibus, nec obſtet concordia.

In ſecundo caſu, quando ſunt vnita, idem dicen-
506 dum eſt, ſi vnita ſint inuicem æque principaliter, † nam tunc vti duo Beneficia obtinentur, iuxta dicta infra vltima par. cap. 1. à nu. 37. ſi vero vnio facta eſt
507 acceſſorie, † & non æquè principaliter, tunc etiam idem dicendum eſt, ſi facta eſt ad vitam obtinẽtium dumtaxat, quia per iſtam vnionem ad vitam non extinguitur titulus Beneficij vniti, vt dicitur. d. cap. 2. num. 38. & facit declaratio S. Congregationis 13. ſupra adducta, num. 179.

Sed, ſi Portio vnita ſit dignitati perpetuo, & acceſſorie, & per viam incorporationis, tunc, quia per
508 iſtam vnionem Portio deſijt eſſe Portio, † & eius titulus, & effectus extinctus fuit, ac effectum eſt vnum tantum Beneficium iuxta dicenda. d. cap. 2. à nu. 12. obtinens dignitatem, cui ſic eſt vnita Portio, non tenebitur ſeruire tanquam Portionarius, nec ſubire onera alias competentia ratione Portionis.

509 Quod totum ita † declaratum nuper eſt per S. ☞ Congreg. Concilij his verbis, Cong. Concil. cenſuit, ſi Portiones perpetuo vnitæ ſint dignitatibus ita, vt Portionum tit. ſuppreſſo effectum ſit vnum duntaxat Beneficium non teneri eos, qui tales obtinent dignitates, ad aliud ſeruitium, quam ſuarum dignitatum; quod ſi abſq; ſuppreſſione tituli Portiones vnitæ ſint dignitatibus ad vitam obtinentium, & alias vti duo Beneficia obtineantur, vtriuſque Beneficij ſeruitia præſtanda eſſe. A. Cardinalis Carrafa.

Et quod habens dignitatem, cui eſt vnita Portio
510 perpetuo acceſſorie, † & per viam incorporationis, non teneatur ſeruire tanquam Portionarius, fuit reſolutum in alia Burgen. ſeruitij Decan. coram D. Lita, 13. Iunij 1594. vt in deciſione ſequenti.

☞ Domini reſoluerunt Decanum non teneri ſeruire tanquam Portionarium, quia Portio eo ipſo, quod vnita fuit in perpetuum dignitati Decanatus per viã incorporationis, vt ex lectura vnionis factum fuiſſe apparet, deſijt eſſe Portio, illiuſq; nomen, & effectus extinctus fuit. Doct. in c. cum acceſſiſſent, de conſtit. gl. in Clem. per literas, de Præben. Io. Baptiſta de S. Seuerino in tract. de vnione art. 8. q. 11. & ſeq. Oldra. conſ. 257. nu. 15. & ſequenti, Rota deciſ. 11. de rebus Eccleſiæ non alienan. in antiquis, Caſſad. deciſ. 13. num. 1. ſuper regulis. Vnde, cum titulus Portionis, eiuſque effectus ſit extinctus, non poteſt dici, quod Decanus vti Portionarius, teneatur ſeruire, cum non entis nullæ ſint qualitates, & qualitates ſine ſubiecto eſſe non poſſint, nec ex eo, quod in vnione dicitur, quod per vnionem huiuſmodi d. Portio debitis non fraudetur obſequiis, ſed eius congruè ſupportentur onera conſueta, debet contrariam determinari, nam dixerunt Domini dicta clauſulam intelligi debere de oneribus, non competentibus ratione ſolius Portionis, ſed de his, quę extrinſecè veniunt ſubeunda, cum, quæ competunt ratione ſolius tituli, ceſſent, de medio ſublato ipſo titulo per viam dictæ perpetuę vnionis. ad textum in cap. cum ceſſante, de appellat. cum vulg. & huic interpretationi eſſe inhærendum dixerunt Domini, ne verba Papæ facto eiuſdem contradicant; ad tex. in leg. 1. vbi ſcribentes C. plus valere, quod agitur. Et quod inductum fuit mediante vnione in honorem Dignitatis Decanatus, & augmentum eius, retorqueatur in diminutionem honoris, & Dignitatis illius, mediante ſeruitio ſuę Dignitati minimè condigno, contra omnẽ rationem; debet enim omnis diſputatio ſano modo interpretari, & vt omnis contrarietas euitetur. cap. inter dilectos. §. cæterum, de fide inſtrum. Bart. & alij in l. 2. §. creditum ff. ſi certum petatur. cum alijs per Aymon. conſil. 548. num. 19. libro 3. præſertim, cum Eccleſia ex defectu dictæ Portionis in diuinis non dicatur pati aliquem defectum, vt notatur per Angelum in l. non alias. §. legati, verſ. in textus ſuper, Caſtr. in eadem leg. nu. 2. ff. de iudic. & per Bald. in rep. d. l. num. 2. in 2. lectura.

In Canonicatibus vero vnitis, & annexis dignita-
511 tibus, etiam perpetuo, † & acceſſorie diuerſum exiſtimo; nam, licet vnio facta ſit acceſſorie, tamen non extinguitur titulus Canonicatus, ſed vti duo Beneficia obtinentur, vt dicetur infra 11. part. capit. 5. nu. 199. & ſic vtriuſque Beneficij ſeruitia præſtanda erunt iuxta ſupradicta.

Vigeſimo ſeptimo dubitatur, an Canonici, & ob-
512 tinentes dignitates, vel Portiones, ita teneantur ad reſidentiam in Eccleſia, & choro, vt debeant etiam cantare in illo ſub peccato mortali, & obligatione reſtituendi diſtributionem, & fructus, an vero ſatisfaciant, cum ſola aſſiſtentia in choro, & horas priuatas recitando?

In quo breuiter dico primo, Canonicos ex ſua inſtitutione, & iure communi, teneri cantare in choro
513 ſub peccato mortali, ita, quod, ſi in hoc † eſſent notabiliter negligentes, non excuſarentur à peccato mortali, in quo videntur conuenire Abbas de Ferra. de his horis Canonicis, num. 27, & 28. & à num. 55. Nauarrus de oratione, cap. 10. num. 47. & capit. 11. ad fin. & cap. 13. num. 17. & Miſcel. 79. & conſil. 13. de celebratione Miſſarum. Soto de iuſtitia, & iure. lib. 10. quæſt. 5. articulo 4. ad medium, Sandoual. de officio diuino cap. 16. part. 6. Ludouic. Beia in reſponſis caſuum conſcientiæ caſu 55. Pet. Nauarra de reſtitutione, libro 2. capitul. 2. ex numero 219. Aragon. ſecunda ſecundæ quæſtione 83. artic. 12. Iacob. de Graffijs, in deciſionibus aureis caſuum conſcientiæ libro 2. capitul. 51. numero duodecimo, & capit. 52. numero 22. & cap. 53. numero quarto, quinto, & 21. Zecchus de Republica Eccleſiaſtica, capit. 24. de Canonicis, ſub numero 6. & Açor. inſtitutionum moralium lib. 10. cap. 11. quæſt. 5. & 7. *Alex. Mar. p. 2. q. 2. 3. concl. & q. 19. nu. 19. Vgol. de offic. Epiſc. c. 15. §. 1. Suar. de relig. tract. 4. lib. 4. c. 12. à num. 8. & Torre etiam de relig. tract. de hor. can. contro. 10. diſp. 6.* Qui ad id adducunt authoritates Conciliorum, facit capitulum, contumates 50 diſtinctione. cap. 1. 9. diſtinctione cap. fin. 93. diſtinct. cap. 1. capit. dolentes, de

cele-

celebratione Miſſar. & probatur ex S. Concilio Trid. dict. c. 12. ſeſſ. 24. ibi, Atque in choro ad pſallendum inſtituto hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter diſtinctè, deuotèque laudare. Et Concilio Compoſtellano actione 2. decreto 20. Concilio Bononienſ. tit. 6. de reſidentia. §. de his, qui ad reſidentiam tenẽtur, verſ. itaque hi. ibi, Singulis horis diuinis officijs attentè, religioſèq; pſallendo ſic intereſſe debebunt. *Et cæremoniale Epiſcoporum Clem. VIII. lib. 5. c. 5. de offic. magiſtr. cæremoniarum ſic ait: Sed nec libros aut ipſum Breuiarium, aut Diurnum in manibus habeant, vt ex illis priuatim horas aut orationes recitent; ſed illas alta voce vna cum choro dicãt, aut cantent, & ad id librũ habere permittãtur.*

514 Dico ſecundo nihilominus ad lucrãdos fructus, & diſtributiones ſufficere ſolam aſſiſtentiam in choro, etiam, ſi non cantẽt, nec ſint attenti, ſed cum alijs loquantur, quamuis in hoc malè faciant. d. cap. docentes, & Clemen. 1. de vita, & honeſtate Clericor. & ſi exceſſus fuerit notabilis, peccent mortaliter, *Suar. videndus d. lib. 4. c. 14. nu. 12. & 13. & Torre d. contro. 10. diſp. 9. nu. 6.* cap. licèt. 32. de Præben. ibi. Quæ tantum reſidẽtibus in Eccleſijs, & his, qui interſunt horis Canonicis exhibentur, & cap. 11. de Clericis non reſidentibus in 6. ibi. Qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſijs ad fuerint. Abb. in cap. cum olim. num. 6. de re iudic. qui ait, quod diſtributiones dantur reſpectu intereſſe diuinorum, non precisè reſpectu cantus, vel alterius obſequij, vt in d. c. 11. Barth. Medina in ſum. lib. 1. c. 14. §. 11. & Zecchus ſup. *Et Alph. de Madrigal in inſtit. ord. ſub tit. de maior. ordin.* Et videtur Toletus in ſum. lib. 2. cap. 12. 4 d. & ita videtur eſſe conſuetudo & praxis Eccleſiarum.

Quamuis in hoc aliqui ſcrupulos inijciunt, & con-
515 tradicunt. † Sandoual citans in margine Archidiaconum. Ioan. Andr. & Dominicum num. 4. in cap. alma mater §. adijcimus, de ſententia excomm. in 6. & Paulum Imolam, in d. Clem. 1. Nauar. Sotus, Beia, & Graſſijs, præſertim d. cap. 51. nu. 12. & cap. 52. nu. 22. vbi ſupra, & Summa Corona. 1. par. cap. 1. num. 93. Io. Baptiſta Corradus in reſpon. caſuum cõſc. quæſt. 240. & Aſor. ſup. 5 quæſt. verſic. quæres. & quæſt. 8. & in part. *Leſſ. de inſt. & iur. lib. 2. c. 34. nu. 184. Genuen. in Man. paſt. c. 88. num. 8. latè Mon. d. q. 2.* Pet. Nauarr. & Aragon. ſupra, & P. Ledeſma in ſum. 2. par. tract. 9. c. 4. vltima concluſ. 1. & 2. difficultate, dicentes, quod ad lucrandum fructus, & diſtributiones, requiritur aliqualis attentio, ſaltem externa corporis, hoc eſt, quod non ſcribant, vel confabulentur. & Ludou. Lopez inſtruct. conſcientiæ 1. to. cap. 246. quem ſequitur Vega in ſumm. 1. part. cap. 128. caſu 10. dicens, quod illi, qui de ordinario, & frequenter confabulãtur in choro ad totas, vel quaſi totas diſtributiones reſtituendas ſunt obligati, & 2. tom. cap. 102. ad fin. vbi ait, quod tanta peruerſio, & abuſus poteſt in hoc caſu interuenire, vt iuxta notabilem defectũ, in hoc magis, vel minus iuxta maiorem, vel minorem abuſum teneantur aliquid reſtituere, & Emman. Rodr. in ſumm. 1. tom. cap. 145. num. 5. Dicens, Canonicos domi recitantes, & aſſiſtentes in choro, non recitando, nec cantando ibi, teneri reſtituere diſtributiones, quaſi totas. *Et Suar. d. c. 12. nu. 10. & Torre d. contr. 10. diſput. 7. & 9. & Octauius Frangip. in Direct. Eccleſ. diſcip tit. de reſid. ſic ait: Immo ſi in ipſa Eccleſ. corpore quidem præſentes, ac cum alijs diuina officia non peragentes, ſed dum alijs hoc agunt, ipſi aut fabulando, aut ambulando, vel etiã alicuius officij notabili parte obdormiẽdo, ſeu etiam ſine iuſta cauſa officium quod alij cantant, aut alias preces, vel quod peius eſt, vanas hiſtorias aut fabuloſas legendo, alijsve modis, cum alijs in officijs non communicant, reſidentiæ ſuæ non ſatisfeciſſe, & fructus ac diſtributiones aſſignatas lucrifeciſſe, ſecundum veriorem & ſecuriorem Doctorum ſententiam dici non poſſunt; beneficium enim non datur niſi propter officium. &c.*

Quibus non fauet, ſed potius noſtræ ſententiæ conſtitutio. 138. Pij V. ſupra adducta cap. præceden-
516 ti, † nu. 5. verſ. tametſi, loquitur enim de non recitante horas, nec in choro nec extra vt rectè aduertũt Medina. Ludou. Lopez. Nauarra, & Arragon. ſupra. *Et Suar. d. c. 12. num. 10. & 14.* Dico tertio, quod licet ex 1. inſtitutione officium Canonicorũ ſit horas Ca-
517 nonicas in choro canere, vt in 1. dict. tamen † de cõſuetudine à multis annis recepta, tollerata, & approbata, non videntur ad id teneri, dummodo habeant Capellanos, & miniſtros qui eas cantent, nec ſit in hoc defectus conſiderabilis, quę conſuetudo, non videtur irrationabilis, ſed tolerabilis. Ita docent P. Nauarr. Arrag. & Zecchus ſup. in. & ſic procedit quod ait Caietan. in ſumm. verſ. hora in fine. *Et facit Leſſ. d. lib. 2. c. 34. nu. 185. dicens, iſtam conſuetudinem non omnino eſſe contra rationem: nam ſic diuinum officium magnificentius & ſuauius canitur, cum Canonici ſæpè voce, ſuauitate, vel peritia canendi careant, vnde per eam potuit iur antiquo derogari, &c.*

*Et Suar. d. c. 12. nu. 11. & 13. cum ſeqq. approbat huiuſmodi conſuetudinem, & etiam Alex. Mon. d. q. 2. à nu. 43. dicens, ꝙ vbi adſunt manſionarij, induci poteſt conſuetudo, vt non teneantur Canonici pſallere, modo id à primis principijs fiat; atque hac conſuetudo cùm ſit contra ius, debet cum aliqua ratione induci ſpatio quadraginta annorum.*

Sed dices conſuetudinem iſtam iam eſſe ſublatam
518 † per Concil. Trid. d. c. lib. 12. dum dicit, quod omnes compellantur per ſe, & non per ſubſtitutos, obire
519 diuina officia, atq; in choro pſallere, † Nec ſatisfacit reſponſio P. Nauarræ, & Arrag. ſup. *Et Leſſ. ſiꝙ nu. 186.* non dicere Concilĩ, quod Canonici teneantur obire officia per ſe, & pſallere in choro, ſed quod cõpellãtur id facere, & ſic præceptũ Concilij non dirigi ad ipſos, ſed ad Prælatos, qui ſi in eo negligẽtes eſſent, peccarent, non Canonici ſua vtentes conſuetudine; aiunt. n. fuiſſe intentionem Concilij vt Prælati cõpenientibus iuris remedijs Canonicos, cõpellendo eos, ad priſtinum pſallẽdi morẽ, & primæuam inſtitutionem reuocarent; qua ſalutari, & antiqua cõſuetudine renouata, tunc demum tenerentur officium pſallẽdo per ſe ipſos dicere ſub mortali, & reſtitutionis onere.

Nam iſta ſolutio, quę eſt verbalis tantum, conuin-
520 citur † ex eo, quod Concilĩ dicendo, quod Canonici compellantur per ſe obire diuina officia, atq; in choro pſallere, vult eos ad id teneri, & dicit. quod ad id compellantur, tanquam ad rem, ad quã tenentur; cõpulſio enim, & executio præſupponit obligationẽ. *Torre d. contr. 10 diſp. 7. nu. 3. Et eſt in ſimilibus terminis decreti de obſeruandis & euitandis in celebr. Miſſæ ſeſſ. 22. & declar. S. Congr. his verbis; An mendicantes poſſint vti hodie priuilegijs faciendi ſacrũ ante lucem, & poſt meridiẽ, quib. ante Concil. vtebãtur? Ratio dubij videtur, quia Ordinarius videtur nõ prohibuiſſe: tamẽ quia alias Congr. reſpõdit, fratribus S. Hieronymi Hiſpaniæ, non poſſe, & quia eſt mens clara Concilij, quod prohibet hoc, licet Ordinarius negligens ſit in prohibendo: ideo Congr. cenſuit idem reſpondẽ-*

*dum quod aliàs deciſum, & quod præcipuè conuenit Ieſuitis & Mendicantibus, vt cum videant hoc improbatum à Concilio, abſtineant etiam quòd Ordinarius nihil dicat. Et idem circa priuilegium Prædicatorum & Minorum in quouis loco honeſto celebrandi, quod ſit ſublatum per decretum Concilij, tradunt Nauar. in Man. c. 25. nu. 82. & Suar. 3. p. diſp. 81. ſect. 3. verſ. Quarta excommunicatio, licet Ludou. Lop. inſtruct. conſc. 2. tom. c. 79. & Emman. Rodrig. q. reg. 2. tom. q. 28. art. 3. & q. 43. art. 5. dicit, quòd antequam Epiſcopus prohibeat, non amittitur iſtud priuilegium, nec annullatur per Concilium, &c.*

*Nec etiam ſatisfacit reſponſio Suarez d. c. 12. num. 14. quæ eſt contra verba & intentum Concilij.*

521 Vnde ad Concilium ſolum poteſt reſponderi, † non eſſe quoad hoc de cantu receptum, ſed eandem conſuetudinem etiam poſt illud durare, & eſſe continuatam, quia Epiſcopi non curarunt illud exequi facere, ſicut & alia multa, & ſic non obligare, ad tradita infra 11. p. cap. 5. num. 150.

522 Et nouiſſimè † Açor. d. lib. 10. cap. 11. 6. quæſt. ait eiuſmodi conſuetudinem, vbi fuerit moribus vtentium recepta, valere, cum non ſit contra ius naturæ, ſed ius tantum canonicum, eamque conſuetudinem, etiam poſt Concilium Trident. valere, vbi moribus vtentium fuerit recepta, ſiue continuata poſt Concilium Triden. quoniam in hac etiam parte Concilio Triden. conſuetudo poteſt derogare, & hoc dupliciter, vel quia poſt illud introduci cœperit, & deinde fuerit vſu confirmata, vel quia ante inuecta fuerat, & deinde etiam contra illud continuata. *poſtremo Torre d. diſp. 7. docet, quod licet ſibi verius videatur, Canonicos debere canere horas in choro, & alias teneri ad reſtitutionem diſtributionum & fructuum, & contrariam conſuetudinem potius ad abuſum pertinere, cum euertat naturam & inſtitutionem Canonicatuum, & eſſe ſublatam à Triden. Concilio, eo ipſo quòd præcipit oppoſitum ſeruari tanquam antiquum ius; tamen propter deſidioſos huius ſeculi conſuetudo toleranda videtur, quæ a multo retroactis præſcripta obtinuit oppoſitum, ſummis Pontificibus, ac cæteris Prælatis videntibus & conſentientibus. Et ſtando in hac ſententia ad Concil. reſpondet, non abrogare in hoc conſuetudinem præſcriptam, nec de ea arroganda verbum feciſſe; quamuis circa multa alia in eodem cap. apposuit, Non obſtante qualcunque conſuetudine: & iuxta hanc ſententiam diſp. 8. ſeq. ait, nec etiam teneri recitare horas in choro.*

Quod, licet videatur probabiliter procedere, donec à Sede Apoſtolica, ſeu S. Congregatione aliud
523 † declaratum habeamus, tamen in noſtra Eccleſia Abulen. habet difficultatem, nam ſtatuto 16. ſtatuitur, quod Canonici, & Beneficiati adiuuent ad canendum, & ſtatuto vltimo damnatur, & reprobatur omnis vſus, & conſuetudo contra ſtatuta in illo libro contenta recopilata, anno 1513. ita vt non valeat, nec poſſit introduci.

524 Vigeſimo octauo, & vltimo dubitatur, an † Canonicus ſuæ obligationi ſatisfaciens, quod attinet ad reſidentiam, & ſeruitium chori, & Altaris poſſit licite ordinarie abeſſe à Capitulis, ſeu Congregationibus
525 Capitularibus. Et videtur poſſe, † quoniam præcipuum, & particulare Officium Canonici, & ad quod obligat S. Concilium, d. cap. 12. verſ. præterea obtinentibus, eſt reſidentia, & ſeruitium Eccleſiæ; habere & dare vocem in Capitulo, potius videtur præeminentia, & fructus Canonicatus, gloſ. in. in cap. 2. de in integrum reſtitutione, & ibi Buti. num. 44. & Abbas 21. Card. in Clement. 2. num. 23. de ætate, & qualitate, & Felin. in cap. cum olim, nu. 2. de maioritate & obedient. cum alijs, quibus videtur Canonicus poteſt cedere, quod ſecus eſt in Senatoribus, ſeu Rectoribus ciuitatum & alijs, quorum præcipuum munus eſt in Senatu, ſeu Concilio aſſiſtere.

526 Et quod habere, & dare vocem in Cap. † ſit potius præeminentia, & fructus quam onus, videtur cõprobari ex eo, quod ſolent Canonici ob culpas & delicta puniri priuatione, ſeu ſuſpenſione vocis, vt in d. Clemen. 2. verſ. illi vero, & videmus in praxi. & ſi eſſet onus, non deberent in eo directe puniri, Et facit pro hac parte quod docet, ſum. Armilla, verbo ele-
527 ctio nu. 20. † quod quilibet elector poteſt renuntiare voci ſuæ, ſicut iuri ſuo. Et quod docet Sotus de iuſt. & iure, lib. 4. q. 6. art. 3. verſ. poſtremum, denique quod ſcholares, qui ſunt Electores Cathedrarum, & non teſtes, poſſunt renuntiare iuri eligendi, nec poſſunt compelli ad ſuffragandum, niſi quandoque Rectori, & Conſiliarijs, vel ptopter paucitatem, vel ad reſcindendas alias fraudes, ratio appareret, vt compellerentur, & ſequitur D. Io. Guttier. can. q. lib. 2. c. 11. nu. 86. inde inferens num. ſeq. licere Canonico renuntiare ſuo voto in electione facienda, vel alijs prouiſionibus præcipue, tum hoc ſit iuſta cauſa, nempe, quia eſt dubius de maiori idoneitate eligendi, quia ſunt plures expoſitores, & neſcit quem eligere debeat, vel quia omnes ſibi minus idonei videntur, ne Eccl. damnũ inferat, vel alias iuſta de cauſa, niſi, vel propter paucitatem eligentium, vel ad alias fraudes euitandas, ratio dictaret, vt compellerentur a Capitulo ſuffragia ferre, iuxta dictam limitationem Soti.

528 Pro quo facit tex. in cap. quia propter, de electio ne, ibi, & volunt. ex quo verbo notat ibi Abb. num. 4. quod illi, qui nolunt intereſſe elect. non debent compelli, niſi interſit Eccleſiæ, nec contradicit glo. verb. reuocare, in cap. cum nobis eodem tit. de elect. quicquid dicat Emm. Rodri. q. regul. 2. tom, q. 53. art. 10. *& quòd poteſt quis ſuæ voci renunciare ex cap. in cauſis. de elect. & c. ad Apoſtolicam. de regular. tradit Azeued. in Curia Piſana lib. 2. c. 5. ſub nu. circa fin.*

529 Nihilominus in dubio præpoſito tenendum † eſt contrarium, nempe non licere Canonico ordinarie abeſſe à Capitulis, ſeu Congregationibus Capitularibus. Et ratio eſt; nam, etſi munus, & officium Canonicorum præcipuè conſiſtat in ſeruitio, & reſidentia Eccleſiæ, chori, & Altaris, conſiſtit etiam in adminiſtrat. & gubernat. rerum Eccleſiæ, & Cap. ſpiritualiũ, & temporaliũ, in quo ius, & bonum publicum verſatur, l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſtit. & iure, ibi. Publicum ius in ſacris, in ſacerdotibus in magiſtratib. conſiſtit. Et ſic currit eis obligatio aſſiſtendi Capitulis ad ſatisfaciendum huic muneri, & officio, ac prouidendum bono Eccleſiæ eiuſque res tuendas.

530 Nec refert, quod huiuſmodi adminiſtratio, † & gubernatio incumbit Canonicis, & Capitularibus, non vt ſingulis, ſed vt vniuerſis, id eſt, vt pertinent ad Vniuerſitatem Capituli, & ſunt pars illius: nam vt parti Capituli, currit vnicuique prædicta obligatio, alias, ſi quilibet in particulari non teneretur aſſiſtere Capitulis, ſed poſſet abeſſe, alij etiam poſſent id facere, cum non ſit maior ratio de vno, quam de altero, & ſic poſſet deficere bonum regimen Eccleſiæ, & Capituli.

531 Conducũt tradita per Illuſtriſſimum † Cardina-

lem

lem Paleotum, de sacri cõsistori consultationibus 5. part. quæst. 8. in simili, de obligatione Cardinalium assistendi Consistorijs, & per Villadiegum, de Cardinalibus, quæst. 5. Albanum eodem tract. quæst. 10. & Gieron. Platum, de Cardinalium dignitate, & offic. cap. 28. & faciunt adducta per Curiam Pisanam, lib. 2. cap. 13. & Azeuedum ibi, *Et c. 8. & Bonad. in Polit. 2. p. lib. 3. c. 7. nu. 61. & 64.* Et per Armillam, verb. consensus, num. 3. *Et ita planè tenet Villar del patronado de Calatayud 7. p. §. 1. nu. 28. qui plura adducit.*

Et hanc sententiam tenuerunt, & subscripserunt
532 † D. Io. Guttier. & M. F. Petrus de Ledesma consulti, & ad meam supplicationem ita censuit S. Congregat. Concilij, anno 1602. vt in declaratione sup. adducta, num. 424. ad 1. & 2.

533 Nec obstat ratio in contrarium adducta, † quod habere, & dare vocem in Capitulo potius videtur præeminentia, & fructus Canonicatus; Respondetur enim dici præeminentiam, & fructum ratione authoritatis, & honorificentiæ, esse tamen onus iuxta dicta, sicut indicare dicitur fructus iurisdictionis, seu officij, Rota decisione 1131. num. 2. lib. 3. par. 3. diuersorum. Mohed. decisione 5. num. 3. & 4. de appellat.

Ad comprobationem respondetur, Canonicos puniri in priuatione, seu suspensione vocis, quamuis
534 sit onus, quatenus est res præeminẽtiæ, † & authoritatis, & quæ solet appeti, & æstimari, sicut etiam Episcopi solent suspendi ab execut. Pontifical. & Parochi ab officio; facit quod tradit Suarez 5. tom. de censuris disput. 12. sect. 2. numer. 14. & disputat. 27. sect. 1. num. 5.

Ad doctrinam Armillæ, Soti, & Ioannis Guttierez
535 † vbi supra. Respond. illam procedere in vno, vel altero actu electionis, sed non ordinarie. Et ita respondit idem D. Io. Guttierez in d. cõs. quamuis Paleotus supra dicat Cardinalem absentiæ suæ à sacro Cõsistorio, quamuis etiam vnius diei rationem Deo redditurum esse, propter authoritatem scilicet Papæ illud indicentis, grauitatemque tanti Consistorij & rerum quæ in eo aguntur.

Et etiam in vno, vel altero actu electionis nõ pro-
536 cedit † illa doctrina, quando propter hoc authoritas prouidendi remanet apud eos, qui carent zelo, vt per eundem Armillam d. verf. consensus, nu. 3. & cum eo Vegam in summ. 1. p. c. 98. casu 3.

537 Prædicta tamen sententia, † & resolutio limitatur primo, vt non procedat, stante legitimo impedimento, aut alia iusta causa ad non assistendum Capitulis, tanta enim causa potest concurrere, vt ab illis iustissimè quis excusetur, etiam ordinarie, vt, si in Capitulis esset tanta peruersio, & procederetur ita malè, & ex abrupto, sine lege, ordine, & modo, ac cũ tyrannide, violentia, & insolentia Præsidentium, & potentiorum non habentium aliam legem, aut rationem, quam suam voluntatem, & gustum, vt qui vellet suæ satisfacere conscientiæ, & illam exonerare, non posset id facere sine magnis molestijs, inquietudinibus, & occasionibus ordinarijs, ac etiam periculo aliquando cadendi, aut sine magna nota singularitatis, proteruiæ, ignorantiæve, maxime vbi vota feruntur publice, quod in Capitulis est perniciosissimum, & peruersio maxima, & regulariter votum illius prodesse nõ speratur, quia per fas vel nefas omnia fiunt, pro vt volunt Præsidentes, & Potentiores, quos plerique ob humanos respectus, aut ignorantiam sequuntur, nec audent contra dicere, quibus damna, & mala gesta imputabũtur, ac Prælatis etiã, qui non curant id euitare, & cauere, vt tenẽtur ex officio, dando debitum modum, & ordinem votandi, & procedendi, ac etiam congregandi Cap. congregantur enim passim, & non legitime, ac faciendo seruari iura, & statuta, refrenandoque insolentiam potentiorum, illorumque excessus castigando, interessendoq; aliquando Capitulis, de quo rationem Deo sunt reddituri, sicut de alijs etiam omissionibus, & negligentijs,

538 Et ratio huius limitationis est, † nam durum esset & valde graue, obligare aliquem ad assistendum Capitulis cum tanto incommodo, & periculo, & ad opponendum se, & faciendam resistẽtiam semper torrenti Capituli, & cuiusdam communitatis barbaræ, seu ignorantis, vbi nullus ordo. *Et facit quod ex Seneca ad Galionem de vita beata tradit Simanc. de republ. lib. 2. c. 9. nu. 8. & 120. his verbis: Duæ maximè in hac re dissidẽt sectæ, Epicureorum, & Stoicorum, Epicurus ait: Non accedet ad Rempublicam sapiens, nisi quid interuenerit. Zenon ait: Accedet ad Rempublicam, nisi quid impedierit, Alter otium ex proposito petit; alter ex causa: causa autem latè illa patet, si Respublica corruptior est quàm vt adiuuari possit. Non nitetur sapiens in supernacuum, nec se nihil profuturis impendet, si parum habuerit authoritatis, aut virũ, nec illum erit admissura Respublica, si valetudo illum impediet. Et nu. 9. & 121. ex eodem posit multa, his verbis: Negant nostri sapientem ad quamlibet Rempublicam accessurum. Interrogo ergo, ad quam Rempublicam sapiens accessurus sit? Ad Atheniensium, in qua Socrates damnatur? Aristoteles ne damnaretur, fugit, in qua inuidia virtutes opprimit? Negabis mihi accessurum in hanc Rempublicam sapientem. Ad Carthaginensium ergo Rempublicam sapiens accedet, in qua assidua seditio, & optimo cuique infesta libertas est, summa æqui ac boni vtilitas, aduersus hostes inhumana crudelitas, & aduersus suos hostilitas, & hanc fugiet. Si percensere singulas voluero, nullam inuenero, qua sapientem, aut quam sapiens pati possit.*

Sed dices, non erit Ecclesia, in qua ita procedatur, nam quando Potentiores, & Capitulares id vel-
539 lent, Episcopus non permitteret: ego vero † dico, quod vtinam ita esset, sed proh dolor, tanta est negligentia incuria, aut suæ obligationis ignorantia multorum Episcoporum, vt id facilè possit contingere, & de facto contingat, non enim visitant Ecclesias Cathedrales, & Capitula, & si visitant, nõ vt debent, sed superficialiter, & propter formã, vt dicunt, & apparentiam, ita, vt melius esset non visitare, nec aliàs prouident his malis, etiam si de eis sint certi, & admoniti, & tota eorum Cura, & Officium resoluitur in ponendo Vicario, & Visitatore, & vtinam bonis, & in prouidendo consanguineis suis, & familiaribus de Beneficijs: voluntq; frui magnis redditibus Episcopatus, & eos comedere sine molestia in pace, & requie, quæ non est vera pax, & requies, ipsique Episcopi, præsertim Hispaniæ, numquam visitantur, nec in hoc Mundo aliquando reddunt rationem vilicationis suæ, nec ab eis exigitur, quasi sint confirmati in gratia, & habeant scientiam infusam.

Oporteret quidem meo iudicio mitti aliquando visitatores Apostolicos, viros grauissimos, doctis-
540 simos, † & integerrimos, qui exactè visitarent Episcopos Hispaniæ, eorumque officiales, & ministros,

& Eccleſias, præſertim Cathedrales, & Capitula, ac loca, & opera pia eorumque bona, quod Rex noſter Catholicus deberet procurare, & ſupplicare S.D.N. Papæ.

541 Secundo limitatur, † vt non procedat, quando quis abeſſet à Capitulis in diebus ſuis recreationis cauſa conceſſis, licite enim poteſt Canonicus ſumere ſuos dies abſentiæ, in diebus Capituli, vt alias per S. Congreg. fuiſſe declaratum, è Roma mihi ſcriptum eſt, cum nec Concilium, nec ſtatuta, aut conſuetudo id prohibeant, nec limitent, ne in diebus Capituli ſumantur.

542 Niſi ſciret, aut intelligeret, † quod in talibus diebus agendum eſſet in Capitulo de aliquo negotio graui, & importantiæ, quod veriſimiliter poſſet reſolui in præiudicium Eccleſiæ, nam tunc teneretur aſſiſtere illi Capitulo, & dicere ſuam ſententiam, & votum; ad Azeuedum in Curia Piſana lib.2.cap.8.& ita tenuit D. Io.Guttierez in d.conſil.relato. addens, quod in caſu huius ſub limitationis teneretur aſſiſtere Capitulo, & dicere ſuam ſententiam, & votum, quamuis intelligat, quod non proderit. Quod tamen mihi durum videtur; nam ſuppoſito, quod Canonicus poſſit ſumere ſuos dies in diebus Capituli, grauitas, & importantia negotij non videtur obligare ad aſſiſtendum Capitulo, niſi ſimul adſit aliqua ſpes, aut veriſimilitudo, quod ſuo voto poſſit prodeſſe; argumento eius, quod dicitur de correptione fraterna. *Et facit quod tradit Marquez del Gouernador Chriſtiano, lib.1.c.10.pag.54.& 55.*

543 Verum poſt hæc ſcripta S. Congr. ad meam † inſtantiam abſolutè declarauit, Canonicum poſſe ſumere ſuos dies in diebus Capituli, niſi de induſtria id faceret, vt in declaratione infra adducta, num.559. ad tertium.

544 Tertio limitatur, vt non procedat, quando † abeſſet quis à Capitulo, quod ſit tempore, quo diuina officia in choro celebrantur, & intereſſet illis ſtante ſtatuto, ſeu conſuetudine permittente ſtare in choro tempore Capituli, vt eſt in hac Eccleſia Abulen. ſtatutum 40. quod ait, quod nullus ſine licentia Præſidentis poſſit exire de Capitulo, antequam finiatur, ſub pœna amittendi quitantiam duorum morapetinorum pro Præbenda, quæ ibi lucrifit, ſaluo fruierit ad chorum, & dixerit ſic Præſidenti; quod ſtatutum à fortiori permittit eum, qui non eſt ingreſſus Capitulum, manere in choro, in quo tunc temporis dicuntur officia, abſque eo, quod vadat ad Capitulum; nec refert, quod tunc non dicat Præſidenti, quia id ſolum requiritur in exeunte à Capitulo, vt det rationem ſui exitus. & quid turpius eſt? Nam illud ſtatutum non videtur contra ius, nec contra rationem. cum officium Canonici præcipuum ſit ſeruitiũ chori, & Eccleſiæ, & ſic ille eſt excuſatus legitimè, cum ſit occupatus in ſuo officio principali, ſicut qui eſt in alteri. Et quamuis in dicta Eccleſia ſit poſtea fa-

545 cta † quædam ordinatio Capitularis, quod qui eſt in Eccleſia, & non intrauerit in Capitulum, mulctetur certa pœna, etiamſi ſit in choro, tamen d. ſtatutum non potuit alterari per ſolum Capitulum ſine Epiſcopo, tum quia factum eſt ab Epiſcopo, & Capitulo ſimul.

546 Tum quia reſpicit ſtatutum Eccleſiæ, † in quo Capitulum ſolum non poteſt ſtatuere, c.cum conſuetudinis. de conſuetud. gloſ. verb. ſtatutum, in cap.2. de verbor. ſignific. in 6. communiter approbata per D. ibi, & in c.cum omnes, de conſtit. vbi Felyn. num. 9. & approbata per Rotam in multis cauſis. *Et Villar del patronado de Calatayud, d.7.p.§.1, num.36.* Quæ li-

547 mitatio maxime procedit in Capitulis extraordinarijs, ex decreto Concilij Prouincialis Compoſtellani, actione 2. decreto 7. vbi ſtatuitur, quod extraordinariæ Congr. Capitulares non fiant tempore, quo vel Miſſa, vel conſueta officia in choro celebrantur, qui vero talibus interfuerint, ſtipendio illis horis, quæ interim dicuntur, aſſignato, tenore huius decreti priuati ſint.

548 Immo abſolutè dicendũ eſt, † non poſſe fieri Capitula tempore, quo diuina officia, & præſertim Miſſa maior, celebrantur, & conſequenter non teneri quem, nec licitè poſſe tunc intereſſe Capitul. vt tenet Fuſcus de viſitatione, lib.1.c.15.nu.27.arg.c.placita ſecularia, 15.quæſt.4. & c.decet, de immunit. Eccleſiar. in 6. & clarè ſentit Nauarr. infra relatus. nu.560. *Et reſtè Sandon. de offic. Eccleſ. 6.p.c.15. & Villar d.7.p. §.1 num.1. qui ait, q tempore miſſæ maioris, præſertim diebus ſolemnibus capitula, ſeu actus capitulares, aut alij tract. non celebrentur, niſi forte vrgens & euidens neceſſitas ingrueret, & refert pragmaticam ſanctionem.*

549 Et ratio eſt, † quia qui de altari viuunt, eos altari in ſeruire oportet, decetq; illos prius diuino cultui, quam temporalibus negotijs vacare, vt inquit Sanctiſs. Clemens VIII. in Breui infra adducto, nu.558.

Præterea clarum eſt, quod Capitula, & Congregationes Capitulares fiunt propter ſeruitium Eccleſiæ, chorum, & cultum diuinum, ac ad illius conſeruationem, & propagationem, & non è conuerſo: ergo illa fieri non debent cum dãno, & detrimento ſeruitij Eccleſiæ, chori & cultus diuini, nam inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium. l. legata inutiliter. ff. de aliment. legat. cum alijs, & propter quod vnumquodque tale, & illud magis, vt inquit Philoſophus.

550 Rurſus clarum eſt, † quod officium magis principale eſt officium chori, & cultus diuini, quam officium aſſiſtendi Capitulis; officium autem magis principale non debet ceſſare propter minus principale, ſed potius è contra, vt poſtulant ratio, & debitus ordo,

551 Et ita Concilium Baſilien. ſeſſ.21. † decreto penult. prohibet, vt tempore Miſſæ maioris Capitula, ſeu actus Capitulares, aut alij tractatus per Canonicos non celebrentur, niſi forte vrgens, & euidens ingrueret neceſſitas, quod decretum acceptauerat Eccleſia Gallicana, vt in pragmatica ſanctio. tit. de tenentibus Capitula tempore Miſſæ, vbi Coſmas verb. celebrentur, aſſignat rationem, quia tunc debent intereſſe diuino ſeruitio.

552 Et in Concilio Prouinciali & Colonien. celebra- ☞ to anno 1536. p.3.c.18. ſtatuitur quod. Quotidiani Capitulorum conuentus, aut maturius ſub ſummam Miſſam, aut ſtatim poſt illam, ſeruandi ſunt, ne ob illos diuinum officium, vel ſuſpendatur, vel præcipitetur, vel deniq; ab ipſis Canonicis negligatur, debet enim Dei cauſa omnibus alijs anteponi. Et in Conci-

554 lio † Prouinciali Treuer. celebrato anno 1549. decreto, quo tempore quiſq; in choro eſſe debeant, ad ☞ fin. ſic habetur. Statuimus inſuper, & ordinamus, vt deinceps Capitula, actus, & tractatus Capitulares tantum pro feſtis, ſeu ferialibus diebus teneãtur, ſed

nec

nec in ijs ſub Miſſa, veſperis, aut completorio indicantur, aut teneantur, quinimmo, vt omnes Miſſæ interſint diſtricte mandamus, in alijs vero, ſi ſubſit vrgens neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas poſtulet, vt Capitulum teneatur, Decanus indicabit dilationem, ſeu moram Capituli, & actuum Capitularium, non carere periculo, & propterea ſub prædictis horis tractandum, & agendum eſſe, & ſi in his ſecus actum fuerit, tam indicentes, quam intereſſentes reſidentia, & præſentijs pro illa vice carebunt, quinimmo vti abſentes his horis reputabuntur.

555 Et in ſynodo Prouinciali † Moguntina eod. anno 1549. celebrata cap. 72. ita dicitur; Canonicos vero per actus Capitulares ab ingreſſu chori, quandiu Capitulis interſunt, & non diutius, excuſari volumus, in qua re Decanos Eccleſiarum, aut quibus ea cura pro tempore incumbit, monemus, eiſdem præcipientes, ne extra neceſſitatem Capitula indicant in eam horam, qua diuina officia peraguntur, cum poſſint, aut maturius, aut ſerius Capitula haberi, vt ipſi etiã Prælati, & Canonici diuinis officijs commodius intereſſe queant.

556 Et in Concilio Prouinciali † Mediolanen. primo anno 1565. celebrato tit. de ijs, qui Dignitates, perſonatus, aut Canonicatus habẽt ad fi. ſic habetur. Canonici, quo tempore diuina officia celebrantur, non habeant Capitula, niſi fortaſſe aliter euidens neceſſitas poſtulauerit, qui contra fecerint, diſtributionem ne capiant eius horæ, in qua id commiſerint, neque etiam diebus feſtis Capitula habeantur, niſi probabilis cauſa interceſſerit. *& Oldanus Frangip. in direct. Eccleſ. diſciplinæ tit. de decim. colleg. Eccleſ. nu. 33. ſic ait: Cum verò capitulares comentus, etiam illi, in quibus de rebus temporalibus agitur, eo ſeruiant, vt Eccleſiæ cultus, & diuina officia ſine intermiſſione ad honorem Dei, & proximi ædificationem obſeruentur, nequaquam illi vel Eccleſiæ cultum minuere, vel diuinis officijs aliquid detrahere, vel populum aliqua ratione offendere debent. Quare in virtute ſanctæ obedientiæ vtimur, vt nec ſumma miſſa tempore vllo modo habeantur, niſi aliud cogat neceſſitas, quæ minimam temporis non patiatur dilationem, quo caſu vt minimum tot mittantur Canonici in chorum, qui ad diuinum officium eum honore peragendum ſufficiant, nec alibi habeantur quã in domo capitulari: alioquin irritum ſit & inane, quod vel in choro, vel ſacrario, ſeu armario, vel quauis alia templi parte, etiam per actio diuino officio, capitulariter concluſum & diffinitum fuerit, &c.*

557 Et tandem, † quod non poſſint fieri Capitula, dũ celebrantur diuina officia, fuit declaratum per S. Cõgregationem Concilij, vt è Roma mihi ſcriptũ fuit, & etiam per S. Congregationem ritnum de anno. 1601. in vna Vlisbonen. qua cauetur, quod Capitula non poſſint celebrari tempore, quo horæ diuinæ celebrantur, ſed ſolum peractis horis, & diuinis officijs, & præſertim Miſſa maiori, ſub poena amiſſionis diſtributionum. Et confirmauit, & declarauit Sanctiſſimus Clemens. VIII. per ſuum Breue datum. 18. Ian. 1601. quod ſic ait. Clemens Papa. VIII. ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem in his authoritatem ſuam interponere, per quæ diuini cultus manutentioni oportune conſulitur, pro vt in Domino ſalubriter conſpicitur expedire. Cum igitur, qui de altari viuunt, eos altari inſeruire oporteat, deceatque illos diuino cultui prius, quam temporalibus negotijs vacare, nos, quibus nuper innotuit in Vlisbonen. & alijs forſan Cathedralibus, ſeu Metropol. & Collegiatis, Eccl. interdũ Capitula, Congregationes, tractatus, & actus Capitulares per Canonicos, & Capitulum ipſarum Eccleſiarum eo temporis ſpatio, quo diuina officia, & Miſſa maior celebrantur, fieri ſoluere cum non modica diuini cultus, propter miniſtrorum ſubtractionem, diminutione, huic incommodo, quantum poſſumus occurrere volentes, ex voto venerabilium Fratruum noſtrorum. S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper ſacris ritibus, & cæremonijs deputatorum harum ſerie declaramus Capitula, Congregationes, tractatus, & actus Capitulares per Canonicus Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum, Eccleſiarum, peractis diuinis officijs, & præſertim Miſſæ maiori, ne diuinus cultus propter miniſtrorum ſubtractionem minuatur, habendos eſſe; quod ſi dum Miſſæ, & alia diuina huiuſmodi officia celebrantur, aut horæ Cano. recitantur, Capitula habere voluerint, niſi forte vrgens aliqua, & euidens neceſſitas id poſtulauerit eius horæ, in qua id commiſerint quotidianas diſtributiones minime leuare debere, atque ita, & non aliter per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari debere atq; irritum & inane quicquid ſecus ſuper his, à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabili fratri Archiepiſcopo Vlisbonen. atque dilectis filijs cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, nec non ſpoliorum, & iurium Cameræ Apoſtolicæ noſtræ debitorum in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectori generali, per præſentes committimus & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, quoties pro parte aliquorum intereſſe habentium requiſiti fuerint per ſe, vel alios ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra eaſdem præſentes ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari, contradictores quoslibet per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaqua opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus præmiſſis, atq; cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, atq; earundem Eccleſiarum, etiã iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis illis, & earum Præſulibus Capitulis, & perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus, pro expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum. die 18. Ianuarij. 1601. Pontificatus noſtri anno. 9.

558 Nec aduerſus iſtud Breue, † & ſupradicta iuuat dicere, quod non ſit in Hiſpania receptum, nam cum non inducat ius nouum, ſed declaret, quod ſecundum rationem, & rectum ordinem debet fieri contrarium vſum, & conſuetudinem, tanquam irrationabilem, & in diminutionem, diuini cultus reijciendo, nil refert, quod non ſit receptum, ſed nihilomi-

nus debet ſeruari, & recipi iuxta dicta infra 11.p.c. 5.à num.161.

559 Et ita nouiſſime poſt hæc † ſcripta S. Congreg. Concilij declarauit ad meam inſtantiam, ann.1605, vt in ſequenti declaratione. Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi domini. In Eccleſia Abulen, ſæpe fiunt Capitula, & habentur Congregationes Capitulares tempore diuinorum officiorum, & dum horæ, & etiam Miſſa maior celebrantur, iuxta ſtatuta, & antiquam conſuetudinem in hac Eccleſia & in Hiſpania hactenus obſeruatam. Eſt etiam in hac Eccleſia ordinatio Capitularis, ſiue ſtatutum, quod Canonicus, ſeu Capitularis, qui fuerit in Eccleſia, & non intrauerit Capitulum, mulctetur certa pœna, etiamſi ſit in choro in diuinis officijs. Quibus ſic ſtantibus ſupplicatur Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. veſtris pro parte Licentiati Nicolai Garcia d. Eccleſiæ Canonici, declarari, an nihilominus Canonicus ſeu Capitularis poſſit licite à Capitulis abeſſe, ſtando in choro, nec propterea poſſit mulctari? Secundo an poſſit etiam, ſi velit, intereſſe Capitulis, quæ fiunt tempore diuinorum officiorũ, ſuppoſito, quod fiunt, & ſatisfaciat ſuæ obligationi, & faciat fructus ſuos, qui in illa hora lucrifiunt? Tertio, an Canonicus, ſeu Capitularis poſſit licite ſumere ſuos dies abſentiæ, ſeu recreationis in diebus quibus fiunt Capitula, & ſic ab illis abeſſe etiam ſi fiant extra tempus diuinorum officiorum? Rurſus in S. Concilio Triden. ſeſſ. 5. de refor. cap. 1, decretum eſt, quod docentes ſacram ſcripturam, ſeu Theologiam, dum publicè in ſcholis docuerint, gaudeant priuilegijs de perceptione fructuum Præbendarum, & Beneficiorum ſuorum in abſentia? dubitatur, an id non ſolum procedat in habentibus Cathedram, ſeu ſtipendium, ſed etiam in docentibus gratis, & ſine vllo ſtipendio, vt dicitur declaratum ad inſtantiam Vniuerſitatis Compluten. & in vna Gienen. Et an idẽ ſit in docentibus ius Canonicum, & an requiratur licentia Ordinarij, aut approbatio Vniuerſitatis? Cõgreg. Concilij ad primum reſpondit, Congregationes huiuſmodi Capitulares habendas non eſſe eo tẽpore, quo diuina officia celebrantur, niſi cauſa aliqua vrgens eas in aliud tempus differri non pateretur; quod ſi hæ Congreg. abſque cauſa prædicta tempore celebrationis diuinorum habitæ fuerint, Canonicum iure ab his, vt choro interſit, abeſſe poſſe, nec propterea eſſe mulctandum. Ad ſecundum, non poſſe iuxta reſponſum ad primum. Ad tertium poſſe, niſi de induſtria id abſentiæ tempus eligeret; quo habendæ ſunt huiuſmodi Congregationes. Ad quartum, vtroque caſu huiuſmodi priuilegijs gaudere, quamuis ius Canonicum doceant, & ab Epiſcopo licentiam non obtinuerint, dum tamen conducti ſint ab Vniuerſitate.

*P. Emilius Card. S. Marcelli.*

Quam declarationem authenticam habeo.

560 Immo amplius ait † Nauar. de oratione. cap. 12, nu. 5. non eſſe vtile, immo potius damnoſum, Capitula tenere ante horas interim, dum aduenit hora recitandi eas, vt ijs inceptis egrediantur à Capit. & ingrediantur chorum, datur enim per id occaſio, vt Canonici prius quam mentes affectibus carnalibus, & ſæcularibus in Capitulo conceptis exuantur, properanter intrent chorum, cum aliis iam cepta proſecuturi. Dices, quando ergo celebranda ſunt Capitula? reſpondetur, † quod tempus commodum, & opportunum ad ea celebranda, eſt poſt Veſperas & Completorium, vt Romæ fit, tunc enim ceſſant omnia ſupradicta incõuenientia, vel mane poſt finitum officium,

562 Quamuis ad electiones Canonicatuum, quæ † fiunt per concurſum, & rato, vbi ſolet præmitti Miſſa de Spiritu ſancto, videatur poſſe tolerari fieri, etiam dum diuina officia in choro celebrantur.

Vnde, quamuis alias S. Congregat. Concilij ſuper 563 c. 6. ſeſſ. 25. de reform. declarauerit, † quod illo decreto Concilij non prohibetur Capitulũ, quominus ſuo arbitratu conuocari poſſit, etiam ſi nulla Epiſcopi voluntas acceſſerit, tamen id intelligendum eſt, dummodo congruo, & debito tempore cõgregetur, & non tempore diuinorum officiorum, iuxta dicta.

564 Sed ſtante d. Breui eſt difficultas, an acta, † & geſta in Capitulis, & Congregationibus tempore diuinorum officiorum celebratis ſint nulla ex decreto irritante, ibi poſito? Cui reſpondetur, non eſſe nulla; nam cum illud Breue ſolũ declaret non licere facere Capitula tempore diuinorum officiorum & alias amittere diſtributiones eius horæ, ad id referendum eſt decretum irritans, tanquam acceſſorium; ad Mãdoſium, conſ. 3. ex nu. 11. & deciſionem Rotæ in cauſa Virdunen. Canonicatus 19. Iun. 1595. coram Illuſtriſs. Pamphilio infra adductam. 5. p. c. 3. nu. 44.

565 Quamuis, ſi in Capitulo, † tunc facto non adeſſent, duæ ſaltem partes Capitularium, non valerent acta, ſi alij abeſſent, eo quod tempore diuinorum officiorum fiebat Capitulum, iuxta dicta ſequenti limitatione; cum enim iſti non tenerẽtur tunc adeſſe, immo deberent abeſſe à Capitulo, non poterant dici contumaces, quantumuis eſſent vocati, ſecus, ſi non abeſſent ob eam cauſam, de qua forte nõ curant, nec meminerunt, prout curare non ſolent, quia non ſeruatur d. Breue, ſed alias ob aliam cauſam,

566 Infertur autem ex d. Breui, † & dictis, non licere etiam fieri Congregationes particulares Commiſſariorum Capituli, nec occupari Beneficiatos in negotijs, & rebus Eccleſiæ, (quæ alias commodè fieri poſſunt) dum diuina officia celebrantur, quamuis oporteret alias eis conſtituere aliquod ſtipendium, ſeu ſalarium,

567 Et ideo in Concilio † Prouinciali Compoſtellano, Act. 2. decret. 22. ſtatuitur, quod illi, qui ad gerenda in communi negotia deputantur, a diuinis officijs exempti non iudicentur. Quod tamen totum, tam a contra ſit, vt potius negotia, & commiſſiones reſeruari ſoleant in tempus diuinorum officiorum, vt excuſentur ab eis,

568 Infertur etiam non licere facere rationes, † & cõputa bonorum, & reddituum menſæ, vel fabricæ, dum diuina fiunt, ſaltem mane, & ideo merito in Concilio Prouinciali Toletano, action. 3, decret. 12. ſtatuitur, quod Canonici, qui ad examinandas rationes reddituum, vel Eccleſiæ, vel capituli deputati fuerint, poſt meridiem, non ante eidem muneri incumbant, ne a diuinis officijs abeſſe cogantur. *& ita Congreg. Concil. cenſuit 1. Febru. 1596. his verbis; Congreg. Conc. cenſuit, neque Epiſcopum, neque capitulum debere exigere rationum redditionem tempore quo recitantur horæ Canonicæ, & diuina celebrantur.*

569 Vnde à fortiori apparet † eſſe manifeſtum abſurdum, & corruptelam, quod Beneficiati ad rationes depu-

deputati, habeantur pro præsentibus, & interessentibus in choro horis Vespertinis, & diebus, quibus, rationes non fiunt, dum non sunt absolutæ, & subscriptæ, qui re vera non excusantur, nec lucrantur distributiones, & fructus, qui tunc lucrifiunt. Apparet
570 etiam maiorem esse † abusum, & quidem intolerabilem, qui in aliquibus Ecclesijs seruatur, quod Canonici, & Præbendati possint è choro exire, dum missa de prima, sexta, & nona, mane celebrantur, modò ad finem redeant, atque huiusmodi consuetudinem, tanquam iniquam, & irrationabilem improbat Paiud. in 4. distinc. 15. quæst. 5. artic. 9. conclus. & Couarr. lib. 3. variar. c. 13. nu. 8. ad fi. *& Sandoual de offi. Eccl. p. 6. c. 15.* & re vera est contra Concilium Trid. d. ca. 12. sess. 24. & alia Concilia volentia Beneficiatos stare in choro, dum diuina officia fiunt, nec isti, qui sic exeunt, verè lucrantur distributiones, & fructus, qui tunc lucrifiunt,

Quarto limitatur, vt non procedat, vbi Capitulo
571 † non conuocatur legitimè, verbi gratia, est consuetudo, sed vt melius dicam abusus, sæpè Congregandi Capitulum extraordinarium cum ijs solum, qui pro tempore reperiuntur in Ecclesia, non vocatis, qui sunt extra Ecclesiam, etiam pro rebus grauibus, & momenti,

572 Quod est contra ius † commune, ex quo vocandi sunt omnes, qui sunt in loco, seu Ciuitate. l. 2. C. de decurionibus lib. 10. Abb. in c. cum omnes, de const. nu. 6. & ibi Felin. nu. 21. & Decius 41. prima lectura, 1. & Azeuedo in Curia Pisana. lib. 2. cap. 5.

573 Et aliàs non valet † actus Capituli, etiam sine reclamatione contemptorum, nisi saltem conueniant duæ partes vocandorum. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. le. 1. ff. de decretis ab ordin. faciendis. l. nominationum. C. de decurionibus. lib. 10. Abb. supra, nu. 11. & in c. 1. de his, quæ fiunt a maiori parte Capituli nu. 16. Felin. d. c. cum omnes. num. 33. & Decius nu. 51. Azeuedo in d. Curia Pisana lib. 1. cap. 2. nu. 5. & 6. dicentes communem opinionem Canonistarum, & Legistarum. *Et sic est accipiendum quod nouissimè dicunt Bonadilla in Polit. lib. 3. c. 7. nu. 16. & Curia Philip. 1. p. §. 1. num. 15, quod si maior pars capitularium non fuisset citata, seu deficit maior pars vocandorum, vitiatur, & est nullus actus, etiamsi illi id non petant, seu reclament.*

574 Et etiam contra † statuta huius Ecclesiæ Abulē. quibus statuitur, quod nō possit fieri Capitulum extraordinarium, nisi omnibus vocatis, & dicendo negotium, ad quod vocantur, alias actum sit nullum.

Vnde ex statutis huius Ecclesiæ videtur esse nul-
575 lum actum in † huiusmodi Capitulis, quæ fiunt, nō vocatis sic omnibus, etiam si conueniant duæ partes Capitularium.

576 Et licèt non valeat statutum, quod electio, † seu collatio facta aliquo contempto sic ipso iure nulla, quia est contra ius, cap. quod sicut, de election. cum in Ecclesijs, de præ. in 6. Felin. in cap. quod super his, num. 9. de maiorit. & obed. Botteus de Synodo. 3. p. ar. 1. n. 67. Rota in Toletana Canonicatus infra adducta. 5. p. c. 4. nu. 16. valet tamen statutum, quod contractus, & alia negotia Ecclesiæ facta, non vocatis absentibus, non valeant, Felin. d. nu. ad fin.

Quintò limitatur, vt non procedat, quando voca-
577 rentur tempore insolito, vel incongruo, quia tunc non tenerentur † venire ad Capitulum, vt per Paulum de offi. & potestate Capituli Sede vacante, præludio 5. numer. 11. qui ait, quod, si vocati ad Capitulum non venirent, valebit quod faciunt præsentes secundum Innoc. & Ioan. And. & Felin. supra nu. 34. in d. cap. cum omnes, non tamen poterit is, ad quem spectat Congregatio Capituli, multare nolentes venire, vt dicit Abb. in cap. quæsiuit. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli. num. 3. Cum Innocentio in cap. 1. de maioritate & obedien. nec possunt grauari ad veniendum tempore insolito, vel incongruo, & sic non ad voluntatem Superioris, sed pro vt est consuetum, secundum Butrium in capit. is, qui de maioritate & obedientia, Hæc Pauinus.

## *De professione fidei. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*PRomisi de quibuscumque Beneficijs curam animarum habentibus in manibus Episcopi, vel Vicarij, & promisi de Canonicatibus, & Dignitatibus, etiam in Capitulo professionem Fidei facere tenentur. nu. 1.*

*Fidei professio facienda etiam est a promouendis ad Episcopatus, & Dignitates consistoriales, num. 2. & a promouendis ad Doctoratum, vel alium gradum, & a professoribus, seu lectoribus alicuius scientia, vel artis inx. constitutionem Pij IIII. num. 3.*

*Ista constitutio non videtur recepta in Hispania quo ad professores, seu Lectores, nec quo ad gradum Baccalaureatus, nec etiam bene quo ad gradum licentiæ, nec quo ad processum, seu informationem, de qua ibi num. 4.*

*Professio Fidei fieri debet iuxta formam traditam a Pio IIII. quid id extendit ad quoscumque Prælatos regulares, nu. 5. & 6. quod videtur debere intelligi de Prælatis perpetuis. n. 7*

*An promisi de dictis Beneficijs ante Concilium tenerentur facere professionem Fidei numero otauo. vbi resoluitur, quod, si post Concilium cepissent possessionem, tenerentur eam facere, idem etiam, si haberent possessionem ante Concilium n. 9. & 10.*

*An ista obligatio emittendi professionem Fidei extendatur etiam ad Canonicus, seu Dignitates in Ecclesijs Collegiatis? nu. 12.*

*Promisi in Collegiatis, aut de Portionibus etiam in Cathedralibus, & sic de consuetudine Portionarij habeant vocem in cap. aut sint de Capitulo, vel de Beneficijs simplicibus, non tenentur facere professionem, contra Zerolam numero 1, 13. & 14.*

*De personatibus & officijs Cathedralium idem dicendum, quod de Dignitatibus, nu. 15.*

*Ista obligatio habet locum in Canonicis regularibus Ecclesiarum Cathedralium, nu. 16.*

*An, qui semel emisit professionem fidei in adeptione Parochialis, vel Canonicatus, teneatur eam emittere in adept. alterius? nu. 17. & 18. resolnitur, quod sic.*

*An isti teneantur sponte, & absque monitione se offerre ad professionem faciendam? nu. 19. & 20. resolnitur affirmatiuè.*

*An Canonici, etiam exempti, teneantur emittere professionem etiam in manibus Episcopi? nu. 21. resoluitur affirmatiuè.*

*An fieri possit professio Fidei coram Vicario Episcopi, eo nō impedito? nu. 22. & 23. resoluitur affirmatiuè.*

*An si promisi de Dignitatibus, vel Canonicatibus fecerint professionem Fidei in Capitulo, præsente Episcopo seu Vicario, satisfaciant absque eo, quod eam iterum faciant coram Episcopo, vel Vicario? nu 24. resoluitur affirmatiuè.*

*An sede Episcopali vacante, satis sit promissum de Canonicatu,*

vel

*vel Dignitate facere profeſſionem in capitulo, etiamſi ibi nõ adſit Vicarius Capituli?nu.25.cum ſeqq.reſoluitur non ſatis eſſe.*

*Promiſſus de Beneficio curato debet facere profeſſionem coram Vicario cap.ſede vacante,& non coram capitulo, nu. 28.*

*An,qui intra duos menſes profeſſionem non emiſſit, teneatur eam poſtea emittere? & reſoluitur quod ſic, num. 29. quæ profeſſio facta poſt duos menſes, non prodeſt ad quærendos fructus tempore præteriti amiſſos,ſed futuri,non tamen ſunt amiſſi fructus illorum duorum menſium,nu.30.& 31.*

*An,terminus duorum menſium currat prouiſo,qui non accepit poſſeſſionem, reſtat tamen per eum?reſoluitur quod non numero. 32.*

*Verba Concilij,nec illis poſſeſſio ſuffragetur,ſolum intelliguntur ad effectum acquirendi fructus,nu.33.& 34.*

*An qui non fecerint profeſſionem Fidei,teneantur in conſcientia fructus reſtituere,etiam non interueniente aliqua ſentẽtia? & reſoluitur quod ſic nu. 35.*

*Cui ſint aſſignandi,& applicandi fructus amiſſi, ob nõ factam profeſſionem? nu.36.cum ſeqq reſoluitur fructus Parochialium applicandos eſſe Eccleſiæ, vel pauperibus loci fructus vero Dignitatum habentium fructus ſeparatus a menſa capitulo,fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco,fructus vero canonicatuum,& Dignitatum habentium fructus in menſa, ad capitulum ſpectare.*

*Super fructibus debitis capitulo non poteſt quis cum eo ſe componere, nam adminiſtrator nõ poteſt donare,n.44.cũ ſeqq.*

*An debentes facere profeſſionem fidei teneantur illam oſtendere?nu.45. cum ſeqq. reſoluitur, quod, ſi priuatus ageret contra aliquem vt priuaretur fructibus ob non factam profeſſionem,agẽti incumberet onus probandi negatiuam,ſecus ſi Superior ex officio vellet videre profeſſionem.*

*An canonici,qui nondum fecerunt profeſſionem,poſſint haberi pro præſentibus de licentia cap.nu. 48.& reſoluitur negatiue,nu.49.vbi adducitur declaratio S.congregationis.*

*Canonici,qui non fecerunt profeſſionem, non poſſunt haberi pro præſentibus, nec fructus percipere, etiam ſi pro negotijs capituli ſint abſentes, aut in officijs Sanct. Inquiſitionis,nu.50. vbi adducitur alia declaratio.*

*An ordinarius poſſit condonare fructus amiſſos ob non factam profeſſionem? nu.51. cum ſeqqu. reſoluitur non poſſe,ſed recurrendum ad Papam,ſeu Pœnitentiarium.*

*Ad capiendam poſſeſſionem non ſolet attendi, an ſit facta profeſſio fidei,maximè in abſentibus,nu.54.*

*An ob non factam profeſſionem amittantur etiam diſtributiones quotidianæ? nu.56.cum ſeqq. reſoluitur negatiue,amittitur tamen groſſa Prebendæ.etiamſi reſidendo, & intereſſendo lucrifiat,nu.59.& etiam diſtributiones, quando omnes fructus in eis conſiſtunt, nu. 60.*

*De fructibus Prebendæ,aut Parochialis non eſt aliquid detrahendum pro ſeruitio præſtito, ſed omnes debent reſtitui, non facta profeſſione,nu.61.*

*An qui non faciunt profeſſionem fidei,peccent mortaliter? & reſoluitur,quod ſic,ſi vltra tempus a Concilio præfixum fuerint notabiliter negligentes,nu.62.*

*Verbum,teneantur,eſt neceſſitatis,& præcepti, quod inducit mortale,nu.63.*

*An,qui non fecerit profeſſionem fidei ob ignorantiam, vel inaduertentiam præcepti concilij, excuſetur a mortali,& ab amiſſione fructuum? num.64. cum ſeqq. reſoluitur non excuſari in foro exteriori,excuſari tamen in foro conſcientiæ, ſi ex pura ignorantia,vel inaduertentia abſque mala fide eam non fecit.*

*Iſta lex concilij eſt panalis, quatenus priuat fructibus, & ſic non obligat in conſcientia ad reſtitutionem, ceſſante peccato contra P. Ledeſ.nu.67.& 68.*

*An iſtud iuramentum, & profeſſio fidei debeat fieri corporaliter,id eſt tactis ſcripturis? reſoluitur, quod ſic nu. 69. cum ſequentibus.*

*Vbi iuramentum defertur a iure, requiritur neceſſario in actu iurandi corporalis tactus ſcripturarum,num.70.ſeqq.*

*Profeſſio fidei non poteſt fieri per Procuratorem ex ſententia S. Congregationis, & Rotæ.num.72.ponuntur deciſ.Rotæ,n. 73.74.& 75.*

*Concilium abſolutè, & generaliter arctat ad profeſſionem fidei promiſſos de canonicatibus infra duos menſes, ſine faciant fructus ſuos ratione reſidentiæ, ſine vigore indulti, numero 76.& ſeqq.*

1 PRouiſi de † quibuſcunque Beneficijs curam animarum habentibus, in manibus Epiſcopi, vel eo impedito,coram generali eius Vicario, ſeu Officiali, & prouiſi de canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſijs cathedralibus, non ſolum coram Epiſcopo, ſeu eius Officiali,ſed etiam in capitulo profeſſionem Fidei facere tenentur, intra duos menſes ad minus a die adeptæ poſſeſſionis,alioquin fructus non faciunt ſuos,nec illis poſſeſſio ſuffragatur ex decreto S. Concilij Triden.ſeſſ.24.de reform.cap. 12.verſic. prouiſi etiam,tradunt Fuſcus de viſitatione,lib.1.c.5.nu.15 & lib.2.cap.3.num.4 Flam.Pariſ.de reſignation.Benef. lib.8.quæſt. 9.a nu.121.& lib. 10 quæſt.9.Eman.Rodriguez in ſum. 1.tom.cap. 19. num. 7.& nouiſſimè P.Ledeſ.in ſum.2.par.tract.1.c.4.10.concluſion. *Et Vgol.de offic. Epiſc. cap. 50.§.16. Tho. Sanchez in præc.Decalogi lib.2.c.5. De qua etiam fidei profeſſione Octauius Frangipanus Mirthus,Nuncius Apoſtolicus Belgiæ in direct.Eccleſ. diſput. in tit.1.de fid.profeſ.& Leo in Theſ.for.Eccleſ.c.20.a nu.20.*

2 Quæ etiam Fidei profeſſio † facienda eſt a promouendis ad Epiſcopatus, & Dignitates conſiſtoriales iuxta d.concil.Triden.ſeſſ.24.de reform.cap.1.& cõſtitutionem Grego. XIIII.de forma faciendi proceſſus,& inquiſitiones ſuper promouendis ad regimina 3 Eccleſiarum, † & a promouendis ad Doctoratum, vel alium gradum, & a profeſſoribus, ſeu lectoribus alicuius ſcientiæ, vel artis liberalis, iuxta conſtitutionem 112. Pij IIII.de Doctorum promotione, & forma profeſſionis Fidei. † Quæ tamen conſtitutio non 4 videtur recepta in his Regnis,quoad profeſſores ſeu Lectores, nec quoad gradum Baccalaureatus, nec etiam bene quoad gradum licentiæ, nec quoad proceſſum, ſeu informationem, de qua ibi illo modo. *Et nouiſſimè Tho.Sanch.in præcepta Decalogi lib.2.c.5.nu.4. ait, quod hic motus proprius non eſt in omnibus locis receptus,in ijs non obligat.*

5 Et prædicta profeſſio Fidei † fieri debet iuxta formã traditam a Pio IIII. in d.conſtitu. & in conſtitu. 114. ſuper forma iuramenti profeſſionis Fidei, vbi id extendit ad quoſcunque Prælatos regulares: & 6 tradit † Nauarr.conſil. 10. de iure iur.Flam. Pariſius d.q.9.nu.3.& F.Emman.Rodrig.ſupra, & qu.regularium 2.to.q.27.ar.1.

7 Quod videtur debere intelligi de † Prælatis perpetuis,loquitur enim de ijs, quibus de Monaſterijs prouidetur, quamuis de omnibus etiam temporalibus id intelligat Ledeſ. ſupra 1. concluſione, qui tamen ait in aliquibus Religionibus id non ſeruari, ſed eſſe conſuetudinem in contrarium, quam ipſe improbat. *& ſentiat Molina de inſt.tract.5.diſp.71.n.8.*

dicens,

*dicens, nescire an vbique in Hispanijs sit receptum, &c. Et nouissimè Vgol. d. §. 16, num. 7. & etiam de temporalibus Prælatis eam videtur intelligere Sorbo in comp. mendic. verb. professio fidei; dicens tamen, quòd non esse in vsu Illust. Card. aliique doctissimi viri consuluerunt, & quòd sic iam obseruatur; quem sequitur Thom. Sanchez lib. 2. c. 5. n. 3. dicens contra Ledesmam, in religionibus, in quibus ea consuetudo non est, non teneri prædictos Prælatos eam fidei professionem emittere; quòd vel id decretum in eis receptum nõ sit, vel consuetudine abolitum, vt Capuccinus, & per eum relati sentiunt,*

8 Sed dubitatur primò, † an prouisi de Parochialibus, Canonicatibus, aut Dignitatibus ante Concilium tenerentur facere huiusmodi professionem Fidei? In quo dubio breuiter respondetur, certum videri, quod, si tempore Concilij nondum possessionem cæpissent, sed postea, tenerentur eam facere, quia verba Concilij bene comprehendunt hunc casum, & faciunt multa tradita per Nauarr. in cap. si quando, de rescript. except. 21.

9 Difficultas est circa prouisos, † & habentes possessionem ante Concilium, quo casu non videbatur habere locum decretum Concilij, nam lex respicit futura, non præterita, nisi de eis caueatur expresse cap. 2. & fin. de constit. cum alijs, & illa verba d. c. 13. Concilij, à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses, non possunt conuenire prouisis, & habentibus possessionem ante Concilium.

10 Nihilominus tamen † S. Congregatio Concilij
11 contrarium censuit, vt apparet ex sequenti declaratione super d. cap. 12. verl. prouisi autem. Ibi, Comprehenduntur etiam Canonici, & aliæ Dignitates, & personæ existentes in Cathedrali ante Concilium. Quod tamen nõ credo fuisse seruatum, & receptum, nisi forsan à paucis.

Secundo dubitatur, an obligatio ista emittendi
11 † professionem Fidei extendatur etiam ad Canonicos, seu Dignitates in Ecclesijs Collegiatis, seu regulares.

12 In quo breuiter dicendum est † primo, non extendi ad Canonicos, & Dignitates in Collegiatis, cum Concilium solum loquatur de prouisis de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, & de Beneficijs curatis. *Thom. Sanch. in præcepta Decal. lib. 2. c. 5. nu. 1.* Et ita censuit S. Congregatio super d. verſ. in his verbis, Congregatio censuit non extendi ad Canonicos in Collegiatis 12. Februarij 1588. Vnde prouisi in Collegiatis, aut de Portionibus etiam
13 † in Cathedralibus, & sic de consuetudine Portionarij habeant vocem in Capitulo, aut sint de Capit. vel de Beneficijs simplicibus, non tenentur huiusmodi Fidei professionem facere, *Thom. Sanch. ibid.*
14 quicquid dicat † Zerola in praxi Episcopali. 1. par. verb. Beneficium. §. 5. dicto 4. & verb. Fidei professio ex Concilio sess. 25. de reform. cap. 2. verſ. cæteri vero, quod decretum minime probat suam sententiam, nam solum loquitur de professione facienda à prima synodo à Beneficiatis, qui in ea conuenire debẽt. *& in eodem errore nouissimè est Vgol. d. cap. 50. §. 16. num. 3. dicens, quod prouisi etiam de beneficijs simplicibus professionem facere debent, esto animarum curam non habeant: nam & qui Canonicatum adepti sunt, eam facere tenentur, qui nec animarum curam gerunt: ergo idem, & hic ob eandem rationem, & ex Concil. sess. 25. cap. 2. verſ. cæteri verò, qui generaliter de omnibus beneficijs loquitur. Sed vt dixi, id minimè probat: nam non loquitur de huiusmodi professione, sed de facienda in prima Synodo, vt ipse Vgolin. ait num. 6. Nec verum est, esse eandem rationem in Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, & alijs beneficiatis, immo est longè diuersa ratio propter excellentiam & præeminentiam dictorum Canonicorum. Similiter etiam est in alio errore Vgolin. d. §. 16. num. 2. dum ait, quòd etsi Canonici Ecclesiæ Collegiatæ, non Cathedralis, non tenentur professionem fidei facere in Capitulo, eam tamen facere debent coram Episcopo, vel eius officiali: quod re vera est sine fundamento, & contra dictam declarationem S. Congreg. quam etiam ipse allegat, qua absolutè vult, Canonicos in Collegiatis non teneri ad fidei professionem: quia Concilium solùm loquitur de Canonicis in Cathe-*
15 *drali.* † De personatibus autem, & officijs Ecclesiarum Cathedralium idem videtur dicendum, quod de Dignitatibus, quia æquiparantur in iure, & ita videtur de mente Concilij ibi,

*Tertiò dubitatur, an habitus in commendam, dignitatem, seu Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, qui dicuntur commendatarij, teneantur facere huiusmodi professionem fidei,*

*In quo breuiter dicendum est, iuxta alias dicta de bonis supra cap. 1. dub. 5. à num. 105. teneri, si commenda est ad vtilitatem ipsius commendatarij, quia censetur legitimus & canonicus titulus, seu habet vim & effectum tituli, vt dicitur infra par. sequen. cap. 4. secus si commenda est ad vtilitatem Ecclesiæ, quia non censetur titulus, nec habet vim & effectum tituli, vt ibidem dicitur, & ita est accipiendus: Fuscus de visit. lib. 1. c. 9. nu. 14.*

16 Secundo dicendum est, † habere locum in Canonicis regularibus Ecclesiarum Cathedralium, vt Pãpilonen. Dertusen. Et ita etiam censuit S. Congrega-
17 tio super d. verſic. his verbis, Comprehenduntur etiamsi fuerint regulares, & computandi sunt duo menses à die electionis, vel quo admittuntur ad participationem massæ capitularis,

*Quartò dubitatur, an coadiutores Canonicorum, seu dignitatum, teneantur ad prædictam professionem fidei. In quo breuiter dicendum est, coadiutores etiam perpetuos, & cum futura successione non teneri, nisi cum factus fuerit successioni locus: nam non sunt vere Canonici, seu dignitates, nec prælatibus habendi viuentibus coadiutis, sed tantum post eorũ obitum, vt in declarat. Conimbric. confirmata per Breue Pauli V. posita sequenti par. cap. 5. de quo alias supra c. 1. nu. 109. quamuis Acosta de Andrada q. 73. in Bullam Cruciatæ dicat, quòd index Apostolicus conferat prouiso coadiutoriam tanquam verum beneficium per impositionem pilei, facta prius fidei professione, &c. Sed id est sine fundamento, nec communiter ita fit.*

Quintò dubitatur, an qui semel emisit professio-
17 nem Fidei in adeptione † Parochialis, vel Canonicatus, teneatur eam denuo emittere in adeptione alterius Parochialis, vel Canonicatus, seu Dignitatis? in quo breuiter dico, quod sic; vt patet ex generalitate verborum Concilij, *Et faciat simile de Episcopis, qui in qualibet prouisione & promotione debent præstare, & præstant huiusmodi iuramẽtum fidei, & fidelitatis, vt vidimus; & ita planè tenet Nau. conſ. 12. de iure iurand. & nouissime Vgol. d. c. 50. §. 16. n. 2. dicens, d. reg. locum habere, vel in alia actione professionem ipsam fecerit: nam S. Synodus simpliciter iubet, vt professionem faciat, & non distinguit, an antea fecerit, & sic nec nos distinguere debemus, l. de pretio. ff. de publician.* quamuis intellexerim in facti contingentia viros doctos consuluisse contrarium,

*& quam-*

*& quamuis Aſcor inſt.moral.2.p.lib.7.cap.2. quæſt. 8. non reſoluens dicat, quoſdam exiſtimare id locum habere in his, qui dimiſſa priori Eccleſia, poſteriorem obtinent in diuerſis diœceſibus, oppidis, vel locis: non tamen in his, qui ſecundum beneficium in eadem Eccleſia, in qua erat primũ, accipiunt; aliis verò videri uniuerſe, quia primum, vel ſecundum Canonicatum, dignitatem, vel parochiam accepit, eum debere ſemel & iterum fidem publice profiteri, quem tanquam iſtam vltimam ſolutionem ſequentem refert, & videtur ſequi Sanchez, d.c.5.nu.6.*

18 Et ita declarauit S.Congregatio, † vt patet ex de
19 claratione ſequẽti, An teneatur Fidei profeſſionem denuo facere is, qui ſecundam Parochialem conſequitur, ſi in adeptione Præben. quã amiſit, vel aliàs quacumque de cauſa coram Epiſcopo, ſiue aliis, etiã publicè Fidei profeſſionem ſemel emiſit? Congregatio reſpondit teneri. *Idque etiam procedit in eo, qui denuo adipiſcitur parochialem dignitatem, vel Præbendam, quam antea habuerat, & dimiſit: nam in noua adeptione tenetur facere profeſſionem fidei, quamuis eam fecerit in prima adeptione, vt apparet ex Concilio, & Concilium cõſiderat prouiſionem & poſſeſſionem, vt in d. verſ. prouiſi, & ſic quandocumque quis fuerit de nouo prouiſus de parochiali dignitate, vel Præbenda, & eius poſſeſſionem acceperit, debet facere profeſſionem fidei, & ita conſultus reſpondi in vna Caurien. quamuis alij contra teneant; & ſicut profeſſio antea facta in alia actione, ſeu prouiſione, non iuuat ad ſequentem, vt dictum eſt: ita etiam profeſſio ſubſequuta in alia actione ſeu prouiſione non ſupplet defectum profeſſionis alias commiſſum, quicquid velit Sanch. d. nu. 6. dicens, quod ſi dictam fidei profeſſionem iam emiſerunt alio titulo, vt Doctoratus, quamuis immemores obligationis illius facultatis, ratione beneficij antea adepti, ſatis erit, nec tenebuntur eam iterare, quia menti Tridentini ſatisfactum eſt, quod certè non eſt verum, & conuincitur ex dictis. Nec Nauarr. quem allegant in d. conſil. 21. id dicit, ſed potius contrarium.*

19 Sextò dubitatur, an † prouiſi de Parochiali, Canonicatu, ſeu Dignitate, teneantur ſpontè, & abſque monitione ſe offerre ad profeſſionem faciendam? in quo breuiter reſpondetur affirmatiuè, vt clarè patet ex verbis Concilij, quod cum ipſis prouiſis loquitur & eos obligat, & aſtringit ad dictam profeſſionem faciendam abſolutè.

Et ita cenſuit S. Congregatio vt in declaratione
20 ſequen. An prouiſus † de Parochiali teneatur ſpontè
21 ſe offerre ad profeſſionem emittendam, vel admonẽdus ſit ab Epiſcopo, vel eius generali Vicario, aut alioqui fructus non faciat ſuos? Congreg. Reſpondit teneri ſe offerre, nec vlla admonitione opus eſſe.

Septimò dubitatur, an Canonici, etiam exempti, teneanturemittere dictam profeſſionem Fidei, etiã
21 † in manibus Epiſcopi? & reſpondetur affirmatiuè, vt per Nau.conſi.9. de iureiurando, & P. Ledeſmam ſupra 9. difficultate, *Et nouiſſimè Vgol.d.§.16.num.2.* & cenſuit S. Congregatio Concilij, vt in ſequenti declaratione ſuper d.verſ. ibi. Etiam ſi Capitulum eſſet exemptum in manibus Epiſcopi, cum idem in Capitulo egerit,

Octauò dubitatur, an fieri poſſit profeſſio fidei co
22 ram † Vicario Epiſcopi, eo non impedito? & videtur quod non? ex illis verbis Concilij, in manibus, ipſius Epiſcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario.

23 Nihilominus tamen † dicendum eſt poſſe, & ſatisfieri d, decreto faciendo profeſſionem coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito; nam illa verba ſolum ponuntur ad admonitionem, & denocandum conuenientius eſſe, eam facere coram ipſo Epiſcopo, ceſſante impedimento; & ita etiam accipiuntur ſimilia verba in cap. 18. verſic. tranſacto, ſeſſ.24. de reformat, vt dicetur infra 9. part.cap.2. 1.dubio, num. 119.

24 Nonò dubitatur, an, ſi † prouiſi de Dignitatibus, vel Canonicatib. Eccleſiæ Cathedralis fecerint profeſſionem fidei in capitulo, præſente Epiſcopo, ſeu eius Vicario, qui forte eſt Canonicus, ſatisfaciãt abſque eo, quod eam iterum faciant coram Epiſcopo, vel eius Vicario? In quo Reſpondetur affirmatiue, nam tunc verum eſt dicere, iſtos feciſſe profeſſionem coram Epiſcopo, vel eius Vicario, & in Capitulo, & ſic ſatis implent præceptum Concilij. Et ita cenſuit S.Congregatio Concilij in vna Seguntina infra adducta 15.dubio, numero 49.

25 Decimò dubitatur, † an Sede Epiſcopali vacante, ſatis ſit prouiſum de Canonicatu, vel Dignitate facere profeſſionem in capitulo, etiamſi ibi non adſit Vicarius Capituli, an vero teneatur etiam eam facere coram ipſo Vicario?

Et videtur, ſatis eſſe, nam Capitulum, Sede vacan-
26 te, † ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi, & fungitur vice illius, vt infra 5.p.c.7. atque adeo profeſſio facta in capitulo, Sede vacante, perinde eſt, ac ſi fieret coram Epiſcopo, & capitulo. Et præterea Vicarius eſt Vicarius ipſius Capituli, & ab eo deputatus, & ideo facta profeſſione coram capitulo, non eſt opus iterũ eam facere coram ſuo Vicario.

Nihilominus tamen contrarium videtur verius
27 nam, † cum iuriſdictio Epiſcopalis adminiſtretur per Vicarium, magis per eum repræſentatur Epiſcopus, quam per capitulum; facit declaratio octaua S.Cõgregationis adducta d.5.p.cap.7.ſub num.23. maximè, cum Concilium omninò velit iuriſdictionem adminiſtrari per Vicarium, & non per ipſum Capitulum, vt dictum eſt d.cap.7.

28 Vndè etiam videtur, prouiſum de Beneficio † curato debere facere profeſſionem coram Vicario Capituli ſede vacante, & non coram Capitulo.

29 Vndecimò dubitatur, † an qui intra duos menſes a die adeptæ poſſeſſionis profeſſionem non emiſit, teneatur eam poſtea emittere? & reſpondetur teneri, nam iſte terminus duorum menſium non ponitur ad finiendam obligationem, ſed ad differendam exequutionem, & ſic non finitur per lapſum illius, ex regula cap. cum dilectus, vbi Abb.nu.12. de dolo, & contuma. & l.Celſus.ff.de recept.arbitr. de qua per Nau.in man.cap.21.nu.45.

30 Et ita in terminis docet idem † Nauarr.conſi. 11. de iureiurando, num 1. vbi nu.3. rectè ait, quod profeſſio facta poſt dictos duos menſes non prodeſt ad quærendos fructus temporis præteriti, ſed ſic ad quærendos fructus temporis futuri, nam, cum ſemel ipſo iure amiſerit, & non fecerit ſuos fructus temporis præteriti (intellige decurſos poſt lapſum duorum menſium, non vero decurſos in ipſis duobus menſibus) licèt poſtea faciat profeſſionem debitam, eos non quærit ad l.qui res. §. arcam. ff. de ſolutio. & ſequitur Flam.Pariſ.d.quæſt.9. lib.10.nu.12.13.&14. *Bull. Quar. verſ. beneficiorum poſſeſſio in addit. lit. P. verſ. inter alia requiritur. Sorb. in compend. Mendic. verbo profeſſio*

*fessio fidei 2. not. Acor 2.p lib.7.c.2.q.4.& 5.& Vgol. d.§.16.nu.1-4.& 5.San.nu.5.* Emman, Rodriguez su-
31 pra, & Ledesm. supra, 3.diffic. † qui tamen malè ait non facere fructus suos dictorum duorum mensiũ, nec ad id professionem postea factã prodesse, quod tamen est omnino falsum, nam siue faciat professionem postea, siue numquam eam faciat, Concilium non priuat fructibus decursis illis duobus mensibus sed in posterum decurrendis, maximè, cum odia, & pœnæ sint restringenda. *& ita contra Ledesmam tenet Sanchez num.10. circa fin. & sentit Acor d.q.4.& alij, licèt contra eum nouissimè teneat Vgolin. d. num 4. idem quod Ledesma ex Nauar.d.consi.11. vbi quod amittat fructus prateriti temporis, vbi post menses duos professionem fecit. Sed vt dixi, Nauarr. intelligitur de fructibus prateriti temporis a lapsu duorum mensium: Et quod intra duos menses professionem facere omittens, teneatur postea eam facere, tradit post hac Molina d.tract. 5.de inst. disput,71. nu.8. quamuis eum, qui per ignorantiam inuincibilem illã facere omisit, fortè per epicheiam non teneri dicat cum manifesto periculo, vt cogatur soluere fructus prateriti temporis, quos verè in foro conscientiæ non debet. Et ita videtur sentire Nau.consi.12.de ind.ad fin.*

32 Duodecimò dubitatur, † an terminus duorum mensium datus ad faciendam professionem currat prouiso, qui non accepit possessionem, stat tamen per eum quo minus illam accipiat? & respondetur negatiuè, nam quamuis alias paria sint, prouisum accepisse possessionem, vel per eum stare quominùs illam accipiat, vt in ca.commissa.de elect.& in c. licèt Episcopus, de Præben. in 6. cum alijs, tamen Conc. in proposito solum obligat ad faciendam professionem prouisos habentes possessionem realiter, habet enim considerationem ad exercitium, & administrationem Beneficij.

33 Decimo tertiò dubitatur, † quomodo intelligantur illa verba Concilij, nec illis possessio suffragetur, an per ea velit Concilium, quod illis possessio non suffragetur, etiam ad effectum regulæ de triennali, & alios effectus, an vero, quod illis non suffragetur ad effectum acquirendi fructus dũtaxat? In quo breuiter respondetur, illa verba iuxta subiectam materiam, & præcedentia verba, solum intelligi ad effectum acquirendi fructus, vt docet Nauar. consi.7. & 8.de iureiurando.& Flam. Paris. supra nu. 4.5.& 15. qui ita ait concluisse S. Congregationem Concilij,
34 & ita apparet † ex sequen. declaratione, Nec lõgissima nedum triennalis possessio prodest ei, qui non emisit professionem Fidei, quoad fructus percipiendos, quamdiù dictam professionem non emiserit. Quam affert idem Flam,d.q.9.lib, 8.nu,122. sequitur Emman. Rodrig. d.c.119.nu. 7.& idem videtur tenere Ledes.sup,4.& 7. diffic. *& Acor d. libr.7.cap. 2.q.3. & sequitur Sanchez d,cap.5.num. 8, & 9.& 12. & summ. Bull. vbi supra, & versic. refertur. vbi ait, quod refertur S. Congregat. censuisse, scribendum esse ad Nuntiũ Hispaniarum, ei, qui professionem fidei non emisit, possessionem non suffragari, quoad faciendum fructus suos tantũ; quoad cæteros autem effectus, commodò possessionis, & cæteris iuribus, si quæ habet, non priuari: ac alias declarasse, emissionem professionis fidei non priuare Canonicum aliis possessionis effectibus, sed ipsum & vocem in capitulo, & ius præcedendi habere a die adeptæ possessionis, nisi aliud obstet. Et nouissimè Vgolin.d.c.50 §.16.n.4, & 5. Quamuis Molina supra intelligat illa verba, quod illis possessio nõ suffragetur, ad beneficium triennali possessione præscribendum, comparandumque dominium illius cum titulo colorato. In quo erat etiam malè intelligens regulam de triennali, vt per Conar.in reg. possessor 2.p.§.10.nu. 19.*

35 Decimoquartò dubitatur, † an qui non fecerint professionem fidei intra dictos duos menses, non faciant fructus suos, ita vt in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interueniente aliqua sententia? Et dicendum est, quod sic, non quia ista lex non sit pœnalis, sed conuentionalis, aut nõ pure pœnalis, vt inquit Ledesm.dict. 10. conclus. 1.diffic.sed quia Concilium per illa verba impedit eorum acquisitionem, & sic obligat in conscientia ad eorum restitutionem, iuxta dicta infra 11.p.cap,vlt.2 nu.7.& in simili de non recitante horas dixi supra cap.1.huius partis.nu.7. *& ita in proposito docet Acor d.c.2.q.1.& 2. ad finem,& Vgol.d.§.16.nu.4. licet Thom.Sanchez n. 10. dicat, quod quamuis hoc sit satis probabile: sibi tamen probabilius est non teneri restituere, donec condemnetur, seu sequatur sententia declaratoria, ex Nauar.cons.12.de inst. nu.1.& Emman.q.regul.to.2.q.72.art. 3.dicentibus, hoc decretum esse pœnale: ac proinde etiamsi pœnam ipso iure inroget, non obligare in foro conscientiæ.*

36 Decimoquintò dubitatur, † cui sint assignandi, & applicandi fructus amissi, ob non factam professionem fidei; nam Concilium, id non determinat?

37 In quo Fuscus de visitatione † lib.2.cap.3.nu.4.& cum eo Flam.Parisius d,qu.9.nu.123.& 124.& Zecchus de Beneficijs, & pension.c. 13.nu.4. vers. quod si Parochialis, loquendo de Parochis, dicunt assignãdos, & applicandos esse fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, sicut dicitur de fructibus non residentium. sessio.23.de reform,cap. 1. vers,si quis autem, arguendo ab illo decreto eiusdem Concilij. *& sequitur Acor d. cap.2. quæst.3. ad fin. & Vgolin.d.§.16.num.4. ad fin. quæ ratio tollitur ex dictis, & Thom.Sanchez d. cap.5.nu, 10. in fine.*

38 Vnde videtur necessarium † fructus istos erogare fabricæ ipsarum Ecclesiarum, aut pauperibus loci, vt dicitur in d.c,1. vers. si quis autem .

39 In Dignitatibus vero † habentibus fructus distinctos, & separatos a mensa Capitulari videtur, quod fructus amissi ob non factam professionem sunt restituendi, & applicandi fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat. alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij, argumento alterius decreti eiusdem Concilij sess. 22. de reform.c.3.& quæ dicta sunt c.præced,num. 147. & 450.

40 At in Canonicis, † & Dignitatibus habentibus fructus in mensa Capitulari, videtur fructus amissos, ob non factam professionem Fidei, ad Capitulum, spectare sicut fructus non residentium, aut excommunicatorum.

41 Ait tamen Flam.Paris.supra, † quod hodie in Regno Neapolitano incamerantur dicti fructus amissi ob non factam professionem, quod etiam in Hispa-
42 nia in Ecclesia Gadicen. † prætendit facere Nuntius collector Apostolicus, nempè exequi pœnas contra illos, quos non constabat feciisse professionem fidei, & applicare fructus Cameræ ex motibus proprijs, & constitutionibus factis in exequutionem Concilij, vt relatum est per Procuratorem dictæ Ecclesiæ Gadicẽ, in Congregatione status Eccles. anno 1602. in qua
43 D, Dionysius de Melgar † Canonicus Doctoralis Toletanus, & D,Ioã,Gutticrez Canonicus Doctoralis

Ciuita-

Ciuitaten. & Dom. Queſada Canonicus Gadicen. & D. Barba Canonicus Doctoralis Malacitanus, & Licentiatus Salaçar Canonicus Gienen. quibus commiſſum eſt, vt id viderent, & dicerent ſuam ſententiam, dixerunt, quod ſentiebant pro opinione plana, & etiam practicata in aliquibus Capitulis, quod fructus Canonicorum, & Dignitatum habentium fructus in menſa, pertinebant ad Capitula, & non ad Cameram, vt in actis dictæ Congregationis habetur; & ita videtur ſupponi in illa cauſa Carthaginen. fructuum, cuius deciſiones infra ponuntur 20. dubio. in qua Capitulum contra Theſaurarium habentem fructus in menſa, vt fructus biennij perceptos ei reſtitueret ob non factam profeſſionem, nec fuit oppoſitum, nec in deciſionibus dicitur, Capitulum non eſſe partem ad illos petendos. Et ego non vidi vllam conſtitutionem, vbi iſti fructus applicentur Cameræ.

44 Sed ſtante, quod iſti fructus † amiſſi ob non factam profeſſionem ſpectant ad Capitulum, eſt difficultas, an illos debens poſſit ſe componere cum Capitulo, ſoluta aliqua parte, ſicut cum Papa, & remaneat tutus in conſcientia?

45 Et videtur, quod ſic ex † Nau. conſ. 3. n. 3. de ætat. & qualit. vbi reſpondet, quod non tenetur quidem ad reſtitutionem fructuum, pro quibus ſe compoſuit cum Capitulo, ſi ad illud pertinebat.

46 Contrarium tamen verius videtur, † nam ante factam diſtributionem, & applicationem Capitulum, ſeu Capitulares perſonæ ſolum ſunt adminiſtratores, vt dictum eſt cap. præced. nu. 428. & adminiſtrator non poteſt donare, ſeu remittere, cap. 2. de donat. l. contra iuris. §. fin. l. Imperatores, ff. de pactis. l. filiusfamilias. de donatio. l. ambitioſa, de decret. ab ordine facien. l. pactum curatoris. C. de pactis. l. præſes. C. de tranſact. cum alijs. vbi D. Pinellus in l. 1. C. de bonis matern. 3. par. num. 56. Io. Garçia de expenſis, & melioratio. c. 20. nu. 8. & 9. & Curia Piſana lib. 2. cap. 20. vbi Azeuedo: vnde, is, qui ſe compoſuit cum Capitulo. non maneret ſecurus, ſed partem ſibi remiſſam deberet reſtituere fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij iuxta ſupradicta, & quæ diximus d. c. præced. nu. 451.

47 Decimoſextò dubitatur, † an debentes facere profeſſionem Fidei teneantur illam oſtendere, & probare, alias cogi poſſint ad reſtitutionem fructuum?

48 Ex quo breuiter dicendum eſt, † quod, ſi aliquis priuatus ageret contra Parochum, ſeu Canonicum, vt priuaretur fructibus, ob non factam profeſſionem, agenti incumberet onus probandi negatiuam cum in ea ſe fundet, ſicut dicimus de non publicatione infra 11. p. c. 3. nu. 308.

49 Si vero Superior ex officio, † vt Ordinarius, aut viſitator vellet videre profeſſionem, tunc Parochus, ſeu Canonicus teneretur illam oſtendere, ad notata in c. Ordinarij de off. Ord. in 6. vt in ſimili de publicatione tradit Felin. de reſign. lib. 12. quæſt. 14. nu. 33. cum ſeqq.

50 Decimoſeptimo dubitatur, † an Canonici, qui nõdum fecerunt Fidei profeſſionem, poſſint nihilominus haberi pro præſentibus, & fructus percipere de licentia Capituli? in quo breuiter reſpondetur negatiue ad tradita cap. præcedent. dub. 18. nu. 402. & facit c. commiſſa. §. Porro. de elect. in 6.

51 Et cenſuit S. Congregatio † in vna Seguntina profeſſionis Fidei, vt in declaratione ſequen. Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini. Decreto Concilij Triden. ſeſſ. 24. c. 12. de reformat. ſtatutum eſt, quod prouiſi de Parochialibus intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis teneantur coram Epiſcopo, vel eius Vicario orthodoxæ Fidei publicam profeſſionem facere, & prouiſi de Dignitatibus, vel de Canonicatibus in Cathedralibus illam, non ſolum coram Epiſcopo, vel eius Officiali, verum etiam in Capitulo facere debeant, alioquin, quod fructus non faciãt ſuos, nec eis poſſeſſio ſuffragetur; quare Epiſcopus Seguntinus, ſupplicat, pro declaratione dubiorum infra ſcriptorum; Primum. an prouiſi de Dignitatibus, vel de Canonicatibus in Cathedrali, vel de Parochialibus in Ciuitate, aut Diœceſi teneantur prædictæ Fidei profeſſionem iuxta ſupradictum Concilij Decretum perſonaliter facere, vel ſatisfaciant Concilio, ſi illam faciant per Procuratorem? Secundum. An prouiſi de Dignitatibus, vel de Canonicatibus in Cathedrali debeant huiuſmodi profeſſionem facere prius coram Epiſcopo, vel eo impedito, coram Vicario, & poſtea in Capitulo eandem reiterare, vel ſufficiat ſemel tantum in Capitulo præſente Epiſcopo vel eius Officiali illam facere, & iurare? Tertium. An Capitulum poſsit habere, pro præſentibus, & reſidentibus Canonicos. vel Dignitates, qui nunquam in Eccleſia reſederunt; fideique profeſsionem iuxta d. decretum Concilij nondum fecerunt? Quartum. An qui fidei profeſsionem iuxta prædictum Concilij Decretum non fecerunt ſi fructus etiam de licentia Capituli perceperint, teneantur illos reſtituere? Congregatio cenſuit ad primum, teneri eos, de quibus in libello habetur, per ſe ipſos, non per Procuratorem profeſsionem fidei emittere. Ad ſecundum, non eſſe neceſſarium, vt profeſsio huiuſmodi prius coram Epiſcopo, vel eius Vicario poſtmodum cotã Capitulo ſeparatim fiat, ſed, ſi Epiſcopus adſit in Capitulo, ſatis eſſe, vt Epiſcopo præſente ſemel fiat in Capitulo. Ad tertium, non poſſe Capitulum habere pro præſentibus Canonicos, vel Dignitates, qui nunquam in Eccleſia reſederunt, & fidei profeſsionem iuxta Concilij decretum c. 12. ſeſſ. 24. nondum emiſerunt. Ad quartum, eos, qui prædictam profeſsionẽ non fecerunt, vtique teneri perceptos fructus reſtituere. Romæ die 18. Aprilis 1550.

52 Quod adeo verum eſt, † vt Canonici, qui nondum fecerunt profeſsionem Fidei, non poſsunt haberi pro præſentibus, nec fructus percipere, etiamſi pro cauſis, & negotijs Capituli ſint abſentes, aut in officijs. S. Inquiſitionis ſint occupati, vt Capitulo Segobien. reſpondit eadem S. Congregatio his verbis: Canonicis & Capitulo Eccleſiæ Segobien. Illuſtres admodum Reuerendiſsimi Domini, vti Fratres. Literæ veſtræ, quas ad Illuſtriſsimos patres S. Concilij Trident. interpretes 17. menſis Aprilis dedistis, in Congregatione eiuſdem Concilij perlectæ fuerunt, & ad illa veſtra dubia, quorum reſolutionem petijſtis, ita ampliſsimi patres reſpondendum eſſe deliberauerunt. Nempe ad primum, non potuiſſe Capitulum Segobien. Lic. Didaco Muniz de Godoy licentiam dare, vt anno integro abeſſe potuerit ab Eccleſiæ ſeruitio cauſa inſeruiendi in officio Vicarij generalis inſigni viro Andreæ Pacheco Epiſcopo quondam veſtro, nunc autem Conchen. & nihilominus percipere fructus ſuæ Præbendæ. Ad Secundum, illos Canonicos,

qui

qui nondum fecerunt primum residentiam, nec fidei professionem emiserunt, non posse quidem, pro præsentibus haberi, licèt pro causis, & negotijs Capituli absentes fuerint. Ad Tertium, eosdem Canonicos, qui nondum resederunt, nec fidei professionem emiserunt, eo quod sanctissimo Inquisitionis officio deseruiant, itidem non esse vti præsentes iudicandos, nisi hoc caueatur indultis, & priuilegijs a Sede Apostolica hæreticæ prauitatis Inquisitoribus & eorum ministris concessis, quæ prædicti Inquisitores, ac ministri vtique exhibere teneantur. Cum igitur ex his responsionem ad ea, quæ quæsuistis, habeatis, poterit si iuxta patrum sententiam tuto in posterum deliberare quid a vobis agendum sit. Valete, & Deus optimus maximus feliciter diu vos seruet. Romæ die 20. Februar. anno 1603. Hieronym. Cardin. Matheius. *& fuit resolutum in causa Oueten. mercedis* 12. *Decembr.* 1605. *coram D. Coccino.*

53 Decimooctauò dubitatur, † an Ordinarius possit condonare fructus amissos, ob non factam professionem fidei? & respondetur, non posse ad Nauar. consil. 4. nu. 1. de Cleric. non resid. & sentit Fuscus d. lib. 2. cap. 3. num. 4. in fine, ibi aut a Sede Apostolica indulgentiam obtinuerit de ipsis. *& docet Leo in Thes. for. Eccles. cap.* 25. *num.* 27. *quod sine authoritate Papæ remitti non possunt.* † Et ita censuit S. Congregatio super d. c. 12. his verbis: Fructus amissus ob fidei professionem non factam iuxta hoc decretum remittere non potest Ordinarius, sed recurrendum est ad Papam, qui solet eos condonare. † Est etiam alia declaratio in vna Strimonien. quæ sic ait, Gregorius XIII. solebat remittere fructus male perceptos, ob non factam fidei professionem si verè nulla malitia interuenit, & dummodo quam primum emittant, statuit quæ quod nullus ad possessionem Beneficij admittatur ante professionem fidei.

56 Sed hoc vltimum, † non videtur receptum, nam ad capiendam possessionem non solet attendi, an fecerit professionem fidei, & deberet intelligi quando esset præsens qui volebat capere possessionem, non verò si esset absens, saltim in longinquis partibus, & vellet capere possessionem per Procuratorem.

57 Solent etiam prædicti † fructus amissi, ob non factam professionem remitti per sacram Pœnitentiariam iubendo dare aliquam eleemosynam.

58 Decimononò dubitatur, † an hoc decretum, quo cauetur, quod non facientes professionem fructus non faciant suos, habeat locum etiam in distributionibus quotidianis?

59 Et respondetur negatiuè, † nam distributiones quotidianæ dantur ratione ministerij, & operæ personalis, & laboris, & illas percipiens facit suas, vt tradunt DD. in c. 1p. vnic. de cleric. non resid. in 6. & non veniunt appellatione fructuum, & prouentuum Beneficij cap. licet. de Præbend. Oldrad. cons. 118. Rota decis. 2. de Præbend. in nouis. & 33. de re iudicata in antiquis. Cassad. decis. 1. in fin. de Præbend. Probus ad Monachum in d. c. 1p. vnic. nu. 37. & num. 52. Paris. cons. 32. & 34. lib. 4. Gigas cons. 144. alias resp. 35. de pension. Couarr. lib. 3. var. c. 13. nu. 1. Hoieda de incompatibilitate Benef. c. 12. nu. 8. Menochius in additionibus ad lib. 2. de arbitrar. casu 172. à nu. 7. Rota in Toletana pensionis 5. Nouembris 1565. de qua supra 1. p. c. 5. nu. 392. & in Hispalen. pensionis 89. Nouembr. 1574. apud Cæsarem de Grassis dec. 116. & 1. par. diuersorum. decis. 330. & post hæc tradit Gonçalez, §. 7. procem. nu. 154. *Et Alexand. Moneta de distribut. p. 1. q. 6. & 7. & p. 3. q. 8. nu.* 21. *&* 27. *& de decim. c. 9. a nu.* 81. *Leon Thesaur. c.* 22. *nu.* 30. *&* 31. *& Vgolin. de offic. Epist. c.* 19. §. 2. *nu.* 6. *ad fin.*

60 Et ita censuit S. Cong. † Concilij, vt in declarationibus sequentibus. Concilium grauat non profitentes, vt non faciant fructus suos, quorum fructuum appellatione distributiones quotidianæ non veniũt, ita Congregatio censuit nõ comprehendi in hoc casu verbis Concilij cap. 12. sess. 24. Alia, distributiones quotidianæ non comprehenduntur sub hoc vers. quas seruiens facit suas, licet professionem fidei non emiserit. Et facit in simili declaratio 9. addũcta infr. 11. p. cap. vltimo 6. dub. sub nu. 186. & tradit Gonçalez supra nu. 169. *summa Bullar. supra dicto vers. inter alia, ad finem, Leo d. c.* 25. *n.* 27. *Azor d. c.* 2. *q.* 7. *Gratian. discep. forens. c.* 166. *nn.* 22. *Vgolin. d. c.* 50. §. 16. *n.* 5. *vers.* 2. *Sanchez d. c.* 5. *num.* 10. *ad finem, dicens cum Azor nec etiam intelligi anniuersaria.* † Grossa tamen Præbendæ,

61 & si residendo, & diuinis interessendo lucrifiat, veniet in proposito appellatione fructuum ad dicta c. præcedent. 19. dubio. nu. 439.

62 Et similiter, si omnes fructus † Præbendæ in distributionibus quotidianis consisterent, ita quod nõ esset Grossa, qui non fecisset fidei professionem, eas non faceret suas, nam tunc succederent loco fructũ ne dispositio Concilij tunc frustraretur; ad tradita per Probum in d. ca. 11. num. 64. *Tiberium Decianum cons.* 43. *a num.* 14. *vol.* 1. *& Alex. Monetam de distributionibus p.* 1. *q.* 6. *nn. & q.* 8. *nu.* 9. & alia de quibus d. c. præced. nu. 113. 114. & 115. *Et ita in proposito videtur tenere Azor d. q.* 7. *& expresse Sanch. d. n.* 10. *ad fin.*

63 Nec de istis fructibus † Præbendæ, aut Parochialis aliquid detrahendum est pro seruitio præstito, sed omnes debent restitui non facta professione, cum Concilium absolutè dicat, quod fructus non faciant suos in pœnam peccati, quamuis contrarium intellexi fuisse consultum à quibusdam Theologis, & faciunt quæ diximus supra c. 1. huius partis, nu. 28.

64 Vigesimò dubitatur, † an qui non faciunt professionem fidei intra tempus a Concilio statutum peccent mortaliter? Et dicendum videtur peccare mortaliter, si vltra tempus a Concilio præfixum fuerint notabiliter negligentes; nam verbum, teneantur, po-

65 sitũ † in d. decreto est necessitatis, & præcepti, quod inducit mortale iuxta notata per Abb. Felin. & alios in c. nam concupiscentiam. de constitutio. Sylues. in summ. verb. præceptum. nu. 2. Armillam eod. verb. nu. 7. & verb. lex. nu. 4. Castro de lege pœnali libr. 1. cap. 5. Ioan. Medina de ieiunio. q. 7. vers. supereſt tamen. Nauarr. in Manu. cap. 23. num. 50. Cosm. Philiarchum de offic. Sacerdotis. 2. p. lib. 3. c. 2. Vegam in summ. 2. p. c. 23. casu 2. & F. Emman. Rodriguez quæst. regularium. tom. 1, q. 6. art. 13. *Sairus in Claui regia lib.* 3. *c.* 7. *Salas de legibus disp.* 10. *sect.* 13. *nu.* 49. *&* 51. *& Suar. eodem tract. li.* 3. *c.* 26. *& lib.* 4. *c.* 18. & alios nec potest dici materia leuis, & in terminis ita videtur sentire Nauar. d. consi. 7. nu. 3. & cons. 12, de iure iurando, & cum eo Flam. Paris. d. q. 9. lib. 10. nu. 13. & expressè tenet P. Ledes. d. tract. 1. ca. 4, 10. conclusione, & Emman. Rodriguez d. cap. 119. numer. 7. *Et nouissime Thom. Sanchez d. libr.* 2. *capit.* 25. *a num.* 1. *ad finem.*

66 Vigesimoprimo dubitatur † an qui non fecerit profes-

Papa crediderit profeſſionem fidei factam à Ioanne fuiſſe ante indultum propter breuitatem temporis, cuius non fuit ignarus S. Pontifex, tum quia exprimit in indulto, ſe nuper contuliſſe Theſaurariam, tum etiam quia huiuſmodi indulta non ſolent niſi ex iuſta, & legitima cauſa concedi, quare credendum eſt Papam voluiſſe omnia optimè intelligere, & ſic tempus collationis, reſidentiam Domini Ioannis in vrbe, & reſidentiæ cauſam, quibus conſequens eſt, vt credere nullo modo potuerit profeſſionem ante indultum factam; non etiam dicendum eſt, quod Papa voluerit illum accedere ad partes pro facienda profeſſione, tum quia hoc repugnat cauſæ expreſſæ in indulto, ſcilicet, quia cogitur in Romana Curia permanere, tum etiam, quia ſic intelligendo indultum redderetur ferè inutilè, ex quo indultum de percipiendis fructibus in abſentia incipit currere a die datæ. Oldrad. con. 56. Ioã. And. in addit. ad Specul. Rubric. de clericis non reſident. verſ. circa quam quæro. Vnde ſi D. Ioannes debuiſſet ire Carthaginem pro facienda profeſſione, & ad Curiam pro litè redire, non habuiſſet plenum, & integrum Beneficium indulti, nec iuxta illud in Romana Curia pro litè permanendi facultate. Sed videbatur Dominis tollere omnem difficultatem, quod Papa voluit eum poſſe percipere fructus, etiam non facta prima reſidentia, ex quo apertè colligitur, quod non tenebatur D. Ioãnes ire Carthaginem ad faciendam primam reſidentiam per dictum biennium, & conſequenter etiam non tenebatur ire ad faciendam profeſſionem fidei per illud tempus; nec dicatur potuiſſe eum per Procuratorem emittere huiuſmodi profeſſionem, aut illam in Curia facere, & publicum inſtrumentum ad partes tranſmittere, quia certum eſt huiuſmodi iuramentum debere corporaliter præſtari, vt tradunt Dd. in c. ego N. de iureiurand. vbi Abbas nu. 6. quò ſtante, cum decretum Concilij velit, vt faciat coram Capitulo, & Epiſcopo, aut eo impedito coram Vicario, neceſſarium eſt eum, qui profitetur, præſentem eſſe, alioquin dici non poterit, quod corporaliter iurauerit, & profeſſionem emiſerit coram Capitulo, & Epiſcopo. Ex quibus, & alijs latius deductis per informãtes pro D. Ioanne concluſerunt Domini, quod cum Papa ſciret ante indultũ profeſſionem non fuiſſe emiſſam, voluerítque eum in Curia remanere & fructus percipere per biennium perindè, ac ſi eſſe in Eccleſia, & non facta reſidentia, tacitè videtur prorogare obligationem profeſſionis fidei faciendæ.

### *In eadem coram eodem. primo Iulij 1588.*

76 77 DOmini perſtiterũt in † reſolutis die 19. Februarij, præteriti ex rationibus tunc deductis, & placuit ea conſideratio, quod ſi pro emittenda profeſſione debuiſſet Theſaurarius ire Carthaginem, & Romam redire, vt liti operam daret, indultum fuiſſet potius damnoſum, quam vtilè, ex quo profitendo, vel in Curia, vel per Procuratorem non ſatisfaciebat Concilio, hinc; tollitur obiectum, quod fiebat, quod diſpenſatus ſuper vno impedimento non cenſetur ſuper alijs diſpenſatus, leg. ſi quando Codic. de inoffic. teſtamen. quia hoc non procedit, quando diſpenſatio redderetur inutilis. In eadem coram eodem 22. Nouembris 1588.

77 Propoſui tertio cauſam Carthaginen. † fructuum propterea quod res grauis, & noua agitur, & facilè in exemplum tranſire poſſet, & Domini ſteterunt in deciſis duabus potiſſimum moti rationibus. Prima, quod D. Ioannes non fecit fructus ſuos vigore poſſeſſionis, ſed vigore indulti, & propterea ſumus extra caſum Concilij auferentis fructus ab illo, qui intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis profeſſionem fidei coram Epiſcopo, & Capitulo non fecit. Secunda ratio fuit, quia cum, vt per Illuſtriſſimos Cardinales interpretes Sancti Concilij Trident. reſolutum fuit, & alias coram me in hac cauſa firmatum, profeſſio fidei per Procuratorem fieri nequeat, indultum de percipiendis fructibus in abſentia per neceſſarium antecedens cenſetur diſpenſaſſe a profeſſione fidei facienda; nam & ſi diſpenſatio debeat ſtrictè intelligi, veniunt tamen in diſpenſatione ea omnia, ſine quibus diſpenſatio redderetur fruſtratoria, & deluſoria. Bald. in cap. poſtulaſti, num. 9. & ibi Felin. num. 20. de reſcript. Rebuff. in praxi tit. de non promotis intra annum. num. 55. cum alijs allegatis, at in caſu iſto de nihilo ferè ſeruiſſet indultum, ſi opus fuiſſet pro habendis fructibus Carthaginem ad faciendam profeſſionem accedere, ex quo in itinere magna pars biennij fuiſſet conſumpta, & fuiſſet neceſſe multa incommoda, & expenſas pati, quæ fortè ſuperaſſent commodum fructuum illius biennij; quinimmo fuiſſet illud contra expreſſam mentem Papæ volentis eum in Romana Curia cauſa litis remanere. Non parum confirmant hanc opinionem verba illa indulti, ſcilicet, non facta prima reſidentia, ex quibus apparet Papam voluiſſe diſpenſare D. Ioannem ab acceſſu ad ſuam Eccleſiam pro prima reſidentia facienda, ſic etiam a profeſſione fidei, quæ perſonaliter, vt eſt dictum in adeptione poſſeſſionis fieri ſolet. Nec dicatur quod potuiſſet petere diſpenſationem à Papa, vt faceret eam in Curia, vel per Procuratorem coram Capit. Carthaginen. emittere profeſſionem, quia non tenebatur id petere, cũ, vt dictum eſt, iam per indultum de percipiendis fructibus fuiſſet diſpenſatus ab obligatione faciendi dictam profeſſionem, nec id quidem in totum, ſed ad tempus: nam clarum eſt, quod lapſo biennio tenebatur eam facere ita, vt non ſublata obligatio, ſed potius dilata, ac ſuſpenſa videatur; quare, cum facilius inducatur ſuſpenſio, ſeu dilatio, quam omnimoda diſpenſatio, eo etiam facilius Domini in iſtam opinionem deſcenderunt.

78 Quæ deciſiones ſunt notandæ, † & aduertendum, primam rationem in hac deciſione vltima adductam non videri bonam, nam Concilium abſolutè, & generaliter arctat ad profeſſionem fidei faciend. prouiſos de Canonicatibus, aut Dignitatibus infra duos menſes, à die adeptæ poſſeſſionis, ſiue faciant fructus ſuos ratione reſidẽtiæ, ſiue vigore indulti, quod ſupplet reſidentiam, & non poſſeſſionem, & patet ex illa declaratione S. Congregationis in cauſa Segobien. ſupra adducta 15. dubio, num. 50. ad. 1. & ſecundum.

## De obligatione ſuſcipiendi ordines. Cap. IV.

### SVMMARIA.

*SVnt aliqua Beneficia, quæ requirunt ordinem Sacerdotij, Diaconatus, aut Subdiaconatus, num.1.*

*Obtinentes huiuſmodi Beneficia tenentur infra annum ordines ſuſcipere requiſitos, num.2.*

*Parochus, non ſe faciens ad Sacerdotium promoueri elapſo anno eſt Parochiali privatus ipſo iure, nu.3. quæ privatio obligat in conſcientia ante ſententiam, num.5.*

*Qui explicent c.licet canon. & c.commiſſa de elect. in 6. nu.4.*

*Iſta privatio non habet locum in eo, qui non fuit promotus propter irregularitatem ſuperuenientem, aut propter illiteraturam, ſeu alium defectum, num.6. & 7. vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & alia, num.8.*

*Nec etiam habet locum d. privatio, & obligatio ſe ordinandi durante eo morbi genere, ex quo ineptus eſſe videtur ad officium ſacerdotale exercendum. nu.9. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Obtinentes Dignitates, Canonicatus, aut alia Beneficia, ſi infra annum ordines non ſuſceperint requiſitos, non incurrunt privationem ipſo iure, nu.10. quia capitulum licet canon. ſolum procedit in Parochialibus, num.11.*

*Iſti, qui non receperunt ordines requiſitos ex tunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo habent vocem in Capitulo etiãſi Capitulum, & Epiſcopus concedant, & dimidiam partem diſtributionum perdunt, num.12.*

*Decretum Concilij ſeſſ.22. cap.4. de reform. comprehendit ea omnia Beneficia, quæ ordinem requirunt ex ſententia S. Cõgregationis, num.13. quæ videtur velle, quod comprehendat etiam Beneficia extra Cathedralem, vel Collegiatam, num. 14. quamuis Clem. vt ij, qui §. illi vero, non haberet locum in Beneficijs extra Cathedralem, vel Collegiatam. num.15.*

*Poſt monitionem poſſunt illi privari Beneficio ob non receptionem ordinum, num.16. Niſi forte careant ætate requiſita, num.17.*

*An in Eccleſijs, vbi ſunt adiuncti, poſſit Ordinarius abſque eis procedere ad privationem Canonicorum ob non receptionem ordinum. nu.18. cum ſeqq. reſoluitur poſſe, quia iſta non videtur cauſa criminalis, & adducitur declaratio S. Congregationis, licet alia ſit contra.*

*Qui in Subdiaconatus ordine conſtituti non ſunt, non habent etiam vocem in Capitulo, licet id ab alijs ſibi cõcedatur, nec ſint in mora illum ſuſcipiendi. Nec habent vocem conſultiuam, nec aſſiſtentem in Cap. nu.23. 24. & 25.*

*Decanus, ſeu Archidiaconus, ad quem ſpectat conuocare Capitulum, & proponere, & reſoluere, id poteſt facere, licet non ſit in ſacris conſtitutus, num.20. vbi adducitur declaratio Sanct. Congregationis.*

*In Eccleſijs, in quibus Decanus poteſt conſtituere Vicedecanũ, poterit conſtituere illum, qui non ſit in ſacris ad conuocand. præſidendum, & reſoluendum, num.27.*

*In Eccleſijs, in quibus deficiente Decano ius cõuocandi, & præſidendi ſpectat ad antiquiorem Capitularem gradum, non ſpectabit ad eum, qui non eſt in ſacris, num 28.*

*Dicta Clement. vt ij qui, & d. decretum Concilij non procedit in alijs, quæ extra Capitulum fiunt, num.29.*

*In Eccleſijs, vbi collatio ſpectat ad Canonicum hebdomadarũ per turnum, Canonicus etiam in ſacris non conſtitutus ad effectum conferendi ſuam hebdomadam habere debet, numero 30.*

*Capitulum poteſt committere collationem, vel nominationem Beneficij Canonico, qui non ſit in ſacris, nu.31. & Canonicus, qui non eſt in ſacris poteſt optare, ibi.*

*Quæ dicta ſunt circa carentiam vocis in Capitulo, & quæ ſunt extra Capitulum de non conſtitutis in ſacris, dicenda etiam ſunt de non ſuſcipientibus intra annum ordinem requiſitum, num.32.*

*Parochus, qui ad Sacerdotium promoueri non attendens Parochialem receperit, peccat mortaliter cũ obligatione reſtituẽdi fructus, niſi voluntate mutata promotus fuerit, num.33.*

*An id procedat in accipientibus alia Beneficia quam Parochiales, ſine animo ſuſcipiendi Presbyteratum, vel alios ordines annexos? nu.34. cũ ſeq. reſoluitur affirmatiue relatis ſententijs Doctorum, intelligendo tamen de accipientibus ſic Beneficia, vt fructus interim percipiant, illa poſt modum dimiſſa.*

*Accipiẽtes Beneficia ſimplicia, quibus non eſt annexus ordo ſacer animo ſatisfaciendi eorum oneribus, ſed non aſcendendi ad ordinem ſacrũ, non peccant, nec ad fructuum reſtitutionẽ tenentur, nu.42. etiamſi ea acceperint animo tranſeundi ad ſtatum coniugalem contra aliquos, nu.43. cum ſequentibus.*

*An d. deciſio c. commiſſa §. caterum. procedat in eo, qui capit Beneficium ſine propoſito abſoluto aſſumendi ſacerdotium ſed hæſitans, & cum animo dubio, aut cum propoſito conditionali? nu.46. cum ſeqq. reſoluitur contra alios non procedere. Et talem non peccare, nec teneri ad reſtitutionem.*

*An accipiens Beneficium animo non aſſumendi Sacerdotium teneatur reſtituere fructus perceptos durante tali animo, etiamſi poſtea illo mutato promotus ſit in tempore? nu.51. & 52. reſoluitur non teneri.*

*An is, qui à principio bono animo ſe promouendi accepit Beneficium, & poſtea illo mutato retinet illud, teneatur ad reſtituendos fructus perceptos poſt eum mutatum? nu.52. cum ſequentibus, reſoluitur contra aliquos teneri neceſſe deducere dum ſtipendium, quod dedit Vicario.*

*An deciſio d. §. caterum. procedat in eo, qui accipit Beneficium cum propoſito non ſe promouendi, non tamen ad finem lucrandi fructus eius? nu.57. & 58. reſoluitur affirmatiue.*

*Cui ſit facienda reſtitutio iſtorum fructuum? reſoluitur reſtituendos eſſe fabricæ, vel pauperibus, niſi in Canonicatibus habentibus fructus in menſa, num.59.*

1 SVnt aliqua † Beneficia, quæ requirunt, & habent annexum ordinem Sacerdotij, Diaconatus, aut Subdiaconatus, vt Beneficia curata, Canonicatus, Portiones, & Dignitates, & alia, vt dicetur infra 7. p.c.1. obtinentesque huiuſmodi Beneficia tenentur
2 † infra annum à die pacificę poſſeſſionis, vel quo per eos ſteterit quominus eã habeant, iuſto impedimento ceſſante, ordines ſuſcipere requiſitos, c. licet canõ. cap. commiſſa, de electione in 6. Clementin. vt ij, qui de ætate, & qualitate. Sanct. Concilium Tridentin. ſeſſ.22.c.4. de reformat.

3 Alioquin Parochus non ſe faciens ad †Sacerdotium promoueri elapſo anno eſt Parochiali priuatus ipſo iure, d. cap. licet Canon, & cap. commiſſa, quod vltra DD. ibi latè explicant. Rebuffus in praxi titulo
4 de diſpenſatione de non promouendo, † & præciputè tit. de non promotis intra annũ. Bernard. Diaz. in practic. criminal. c.53. & ibi Salcedo, Flaminius Pariſius. de reſignatione Benefic. lib.3. q.2. & Zerola in praxi Epiſcopali. 1.p. verbo Beneficium. §.4.d. 4. & de eo aliqua dicemus infra. 11.p.c.5. à nu.117. & Azor 2. par. lib.6.c.8. & q.2. & lib.7. cap.16.q.11.

5 Et iſta priuatio obligat † in conſcientia ante ſententiam iudicis, vt dicetur d.11.p.c.vltim. num.28.

6 Non tamen habet locum, † in eo, qui non fuit pro-

promotus propter irregularitatem ſuperuenientem. Rebuff. d. tit. de non promotis, nu. 80. *qui loquitur etiam in facto irregularis ſua culpa, qui tamen erit priuandus beneficio; Azor ſic intelligendus d. q. 11. Vgol. de offic. Epiſc. c. 15. §. 2. in verſ. non priuatur, poſt gloſſ. verb. priuatus, in d. cap. licet canon.* aut propter illiteraturam, † ſeu alium defectum, vt aliàs reſpondit S. Congreg. Concilij Cardinali Carolo Borromeo Archiepiſcopo Mediolanen. his verbis Pœna Canonis præſcripta his, qui vltra annum Sacerdotium non perceperint, non habet locum in Rectore, qui intra annum à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, vel intra tempus legitimè ei prorogatum comparuit, & ſe promoueri petijt, offerens, quantum in ſe erat, ſeparatum ſuſcipere Sacerdotium, vel ordines, & noluit eum Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam cauſam promouere, referunt Salcedo ſup. additione 1. F. Emman. Rodrig. in ſumm. 1. tom. c. 30. nu. 3. & Vega 1. p. c. 36. caſu 20.

8 Eſt etiam alia declaratio ſuper † cap. 1. ſeſſ. 14. de reformatione, quæ ſic ait. Congregatio cenſuit per hoc decretum correctum eſſe cap. ex tenore, & capit. ad aures. de tempor. ordinationum ampliatum, ita vt comprehendat quoque clericos ſeculares, etiam Dignitates, vel Beneficia, quibus annexus ſit ordo obtinentes tam, quoad facultatem prohibendi aſcēſum ad ordines, quam etiam ſuſpendēdi, ipſiſque poteſtatem appellandi ademptam eſſe, fuitque etiā dictum arctatum ad ordinem recipiendum, & prohibitum ex hoc decreto non incidere in pœnam cap. licet canon. de election. in 6. iuxta cap. commiſſa, de election. lib. 6. ac etiam quod ſi adimitur appellatio, non tamen recurſus.

9 Nec etiam habet locum d. pœna † priuationis & obligatio ſe ordinandi durante eo morbi genere, ex quo ineptus eſſe videtur ad officium Sacerdotale per ſe exercendum vt aliàs S. Cong. reſpondit Epiſcopo Bergomen. his verbis, Parochus ſi eo morbi genere teneatur, vt ad functionem Sacerdotis, & res diuinas per ſe obeundas minimè idoneus eſſe videatur non tenetur durante dicto morbi genere ſacris ordinibus ſe initian. facere.

10 Obtinentes verò Dignitates † Canonicatus, vel Præbendas, aut alia Beneficia, ſi infra dictum annum ordines non ſuſceperint requiſitos, & ſuis Beneficijs annexos, non incurrunt priuationem ipſo iure, quia
11 d. ca. licèt canon. † ſolum procedit in Parochialibus gloſſ. ibi verb. Parochialis. c. ſtatutum, eodem & ibi gloſſ. 1. Dom. & Francus. nu. 2. Bonifacius in d. Clement. vt ij qui. §. illi verò. num. 9. Roman. conſ. 325. nu. 2. & 3. Rebuffus d. tit. de non promotis. num. 28. 29. & 30. Bernard. Diaz ſupra num. 5. & ibi Salcedo additione vltima & Iacobus de Graſſijs in deciſionibus aureis caſuum conſc. c. 97. nu. 47. *Alex. Moneta de diſtribus. quotid. p. 2. q. 19. a nu. 6. Azor d. lib. 6. cap. 8. q. 3. & 4. & d. lib. 7. cap. 17. q. 11. Vgol. d. ca. 15. §. 2. ad finem, & Rota in Tullen. magiſterij 17. Maij 1597. coram*
12 *D. Penia, poſita per Farin. deciſ. 12. li. 1. n. 5. & 6.* † ſed ex tūc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo habēt vocem in Capitulo, etiamſi Capitulum, & Epiſcopus concedant, & dimidiam partem diſtributionū perdunt eo ipſo d. Clemen. vt ij qui. §. illi vero, & ibi glo. & Dd. & Cōcilium Trid. d. ſeſſ. 22. c. 4. de refor. quod
13 decretum cenſuit S. Congregatio, † comprehendere ea omnia beneficia, quæ ordinem requirunt.

14 Vnde S. Congregatio videtur velle, † quod d. decretum comprehendat etiam Beneficia extra Cathedralem, vel Collegiatam, quamuis d. Clem. vt ij qui.
15 §. illi vero, non haberet † locū in beneficijs extra Eccleſiam Cathedralem, vel Collegiatam, etiāſi in eis eſſent diſtributiones, ſed ſolum in Præbendis, & Beneficijs in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata habētibus vocem Capituli, aut diſtributiones. gloſſ. ibi verb. Præbendas, & verb. in eiſdem, & verb. diſtributiones. Cardin. ibi nu. 5. & Bonif. nū. 30. qui malè tenebat contra gloſſ. d. verbo diſtributiones. *Niſi dicas, dictam declarationem ſacræ Congregationis loqui de beneficijs in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, vt Concilium ipſum clarè loquitur, & dicta Clem. Sed ſic intelligendo, declaratio eſſet ſuperflua, & non ſeruiret de dubio, cum non ſolum ne dignitatibus & Præbendis, ſed etiam de quibuſuis alijs beneficijs in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis expreſſe loquatur Concilīū. Sed dicendum eſt, Concilium comprehendere omnia beneficia, quæ ordinem requirunt etiam extra Cathedrales, vel Collegiatas Eccleſias, quoad hoc, vt ea obtinentes teneantur vltra annum ordines ſuſcipere requiſitos, quia quoad hoc eſt eadem ratio in omnibus, non vero quoad pœnas dictæ Clementinæ illi innouatas, quæ non ſunt extendendæ, iuxta regul. odia, in 6. cum alijs, de quibus 11. p. c. vlt. & ita apparet ex quadam declaratione S. Congreg. quæ ſic ait: Cum dubitaretur, an Capellania habens onus duarum miſſarum qualibet hebdomada, non expreſſo quod Capellanus per ſe ipſum celebret, ex eo dicatur ſacerdotalis, & ſi non dicatur ſacerdotalis, non comprehendatur ſub c. 4. ſeſſ. 22. nec caput illud intelligatur de beneficijs, quæ habent ordinem annexum. Ad primum Congregatio cenſuit non eſſe ſacerdotalem. Ad ſecundum, ſi Capellania requirit certum ordinem, comprehendi in d. c. 4. vt obtinentes beneficia teneantur intra annum ſuſcipere ordines requiſitos. Maximè, quia diſtributionis quotidianæ propriè, ſeu ſtrictè ſumptæ, dumtaxat competunt clericis cathedralium, ſeu Collegiatarum Eccleſiarum, vt per Alex. Monetam de diſtributionibus p. 1. q. 4. nu. 14. & p. 2. q. 1. nu. 1. ex cap. vnico de cleric. non reſidentibus in 6. & d. Cle. vt ij qui, §. illi vero, vbi Doctores.*

*Illa autem priuatio vocis in Capitulo intelligenda videtur de voce actiua, quæ ſimpliciter & abſolutè vox dicitur, non autem de voce paſſiua, quamuis Leſſius de iuſt. & iure lib. 2. cap. 34. num. 105. dicat, quod qui negligunt ordinem debitum intra annum ſuſcipere, amittunt vocem in Capitulo, non ſolum paſſiuam, ſed etiam actiuam. Et ſimiliter illa priuatio dimidiæ partis diſtributionum videtur intelligenda de his dumtaxat diſtributionibus, quæ propriè & ſtrictè diſtributiones quotidianæ dicuntur, nempè quæ dantur his, qui horis, ſeu officijs Ordinarijs interſunt, de quibus loquitur Clementina, non autem de extraordinarijs diſtributionibus, quæ dantur pro funeribus, ſeu anniuerſarijs defunctorum, & alijs huiuſmodi, quæ largè & generaliter diſtributiones dicuntur, vt in d. cap. vnico ad finem, vt contra Petr. Gregor. de benefic. cap. 15. nu. 9. rectè docet Alexand. Moneta p. 1. q. 3. num. 12. & conducit quod ait Nauarr. conſ. 13. de cleric. non reſiden. nume. 2. quem ſequitur idem Moneta p. 2. q. 14. nu. 22. & de decim. c. 9. num. 85. Quod intellige, niſi diſtributiones funeralium, ſeu anniuerſariorū ſint vnita cum horis, vt in hac noſtra Eccleſia Abulenſi anniuerſaria, ſeu dotationes, ſunt vnita cum prima, poſtquam immediatè dicuntur, & nuncupantur miſſæ primæ; nam tunc ſicut ille amitteret dimidiam partē diſtributionū primæ, ita & anniuerſarij, ſeu miſſæ primæ, quæ ſimul cum prima lucrifit. Et de iſta priuatione dimidiæ partis diſtri-*

*butionum vide tradita per Alexand. Monetam d.p. 2. qu. 12.nu.41.& q.19.a nu.5.& 21.*

16 Et poſt monitionem poſſunt † illi priuari Beneficio, *Leſſius ſupra nu.106.* vt S.Congregatio reſpondit Epiſcopo Patauino his verbis. Canonici, qui ordines ſacros debitos poſt monitionem tumere recuſant, ab Ordinario priuari debent. Et eſt alia declaratio eiuſdem S.Congregationis, quæ ſic ait, Epiſcopus facta annexione ordinum cuilibet Canonicatui, ſtatim Canonicos ad eorum ſuſceptionem cogere debet vſque ad priuationem, & ita etiam S. Congregatio reſpondit Archiepiſcopo Burgen. vt in declarat. infra adducta, num.21.

17 Niſi forte careat † quis ætate ad ordinem requiſita, quia ex diſpenſatione in minori ætate obtinuit Præbendam, tunc enim non poteſt ea priuari, ob illam cauſam. Rebuffus ſupra nu.55.& reſpondit S. Congregatio Epiſcopo Callagurritano, his verbis. Congregationi datus eſt ſupplex libellus Ioannis Ferret, velle amplitudinem tuam ei Canonicatum cum Præbenda, quæ iſtic obtinet adimere, ob eam cauſam, quod intra annum non ſit promotus ad ſacros ordines ex decreto Concilij, qui cum tantummodo 18. annos, vt ab eo relatum eſt, natus ſit neque per decretum Concilij ſeſſ. 23, cap. 12. ante duodecimum ſecundum annum, ſacris initiari poſſit, non videtur eſſe cogendus, vt, niſi ſacros ordines ſuſcipiat, Canonicatu priuetur, de quo Pontificias literas expediuit. Itaque ſi res ita eſt, mandat tibi ſua Sanctitas, vt eò ſeruata iſti Ioanni poſſeſſione eum prius non cogas ad ſacros ordines promoueri, quam ad 23. annos peruenerit.

18 Sed hic ſe offert difficultas, † an in Eccleſiis, vbi ſunt adiuncti, vt in cap.6. Concilij ſeſſione 25. de reformat. poſſit Ordinarius abſque adiunctis procedere ad priuationem Canonicorum ex prædicta cauſa, quod ordines ſuis Præbendis annexos non ſuſcipiunt?

19 Et videtur † non poſſe ſine adiunctis procedere ex quadam declaratione S. Congregationis, quæ habetur ſuper d. cap.6.& ſic ait. In terminis huius decreti, non poteſt Epiſcopus abſque adiunctis procede-
20 re ad priuationem Canonicorum † ex eo, quod ordines Præbendis eorum annexos intra tempus a iure ſtatutum non ſuſceperint, vel quod non reſederint, poſſe tamen ſolum procedere ad aliàs pœnas, & mulctas, ob non reſidentiam, de quibus in ca. 12. ſeſſ. 24. *& Farin. 3.p.q.99.n.74.& q.100.a n.35.& Vgol. de ſimon. tab.1.c.19.& conducunt tradita per Menoch. de arbitr. lib.1.q.82. Ioan. Gutter. practi. lib.1.q.107. Azoued. in l.7. tit.18 lib.4. Recopilat. nu.9. alios in Curia Piſana lib.4.c.6.nu.13.& in l.8.d. tit.18.a nu.1.& Bonad. in Polit. lib.3.c.8.a nu.22. poſt alios quos allegant.*

21 Nihilominus † contrarium verius exiſtimo, nempe poſſe procedere ſine adiunctis, quia iſta non videtur cauſa criminalis ad textum in cap. per tuas. primo, de ſimonia circa finem, & notata per F. der. conſi.23. Imolam Abb.num.4. Ananiam 5.& Felin. nu.2. in c. ſuper his, de accuſation. Gratum cont.71, num.9 lib.2.& Marantam in ſpeculo aduocatorum 4.p.1.diſtin.nu.32.

22 Et ita S.Congregatio † reſpondit Archiepiſcopo Burgen. vt in declaratione ſequenti. Illuſtriſſime & Reuerendiſſime Domine vti frater, dubium viſum non eſt Illuſtriſſimis Patribus ad explicandas, quæ ex Trident. Concilio poſſunt oriri quæſtiones à S. Domino noſtro in conſilium adhibitis, quin amplitudini tuæ liceat tertiam partem ex fructibus Dignitatum illius Eccleſiæ, non quemadmodum deducta olim fuit, ſed ſecundum veram eorundem fructuum æſtimationem, de integro nunc deducere; ſed ſi inter vtramque deductionem non ita multum interſit, magis placuit in ea re nihil nouari. Illud autem ſine diſtinctione verum eſt, eos, qui non ſuſcipiunt ordines ſuis Canonicatibus, Portionibuſque annexos, pœna etiam priuationis ab amplitudine tua, per ſe ipſam etiam ſolam, ſine adiunctis, ad id compelli merito poſſe, quod & ad eandem amplitudinem tuã reſcribi Patres voluerunt, quam Deus incolumem, & diuinæ gratiæ muneribus auctam velit, Romæ die 29. Maij 1590. Hieronym. Card. Matheus. *Quamus D. Ioan. Vela poſt hæc viſus in tract. de modo procedendi in cauſis crim.c. 1.nu.15. contrarium dicat fuiſſe declaratum in cauſa Canonicatus Burgen. a Cardinalibus S. Concilij interpretibus, his verbis: Congreg. Concilij cenſuit, non licere Archiepiſcopo ad priuationem procedere, ob non ſuſceptos ordines contra Canonicos ſuæ Eccleſiæ, abſque ſolemnitate a Concil. requiſita. Et quod ita huius declarationis authoritate obſeruandum erit in iudicando & conſulendo. Contra quam tamen declarationem Cardinalium ipſe ſenſit, & in puncto iuris oppoſitam ſententiam veriorem eſſe, aliquando defendiſſe ait num. 17. ex fundamentis poſitis, nnm.18.19.& 20. quæ ſummatim excitatis pro noſtra ſententia num.30. hodie tamen hanc diſputationem ceſſare propter Cardinalium declarationem ait d.nu.20. ad finem: & nu.16. ait idem dicendum eſſe in priuatione Canonici ob non reſidentiam.*

23 Et huic declarationi videtur † magis ſtandum vti veriori, & certiori, ſeu poſteriori illa altera ſupra adducta, *ſed eſt difficultas, an habens dignitatem & Canonicatum, ſeu portionem ſimul, quibus eſt annexus ordo diuerſus, verbi gratia, dignitati presbyteratus, Canonicatui, ſeu portioni diaconatus, ſi non ſuſcipiat intra annum ordinem vtriuſque tituli, quia non eſt ad ſacerdotium promotus, amittat omninò vocem in Capitulo, competentem ratione vtriuſque, tam ratione dignitatis, quam Canonicatus, ſeu portionis, etiamſi habeat ordinem vnius, nempe, diaconatum. Et quidem, quando vox ſolum competit ratione Canonicatus, ſeu portionis, certum videtur illam non amittere, ſi habeat ordinem illius, quamuis ordinem dignitatis, quam ſimul obtinet, intra annum non ſuſcipiat; nam cũ vox competit ratione dignitatis, non debet eam amittere ob non ſuſceptionem ordinis ipſius dignitatis, ſed ſolum amittet dimidiam partem diſtributionum dignitatis. Difficultas verſatur, quando vox competit etiam ratione dignitatis ex conſuetudine, vel aliat. Et dicendum videtur, non amittere omninò vocem, ſed ſolum quoad dignitatem, cuius ordinem non ſuſcepit, & eam retinere ratione Canonicatus, ſeu portionem, cuius ordinem habet: nam in ſeparabilibus vide per inutile non vitiatur, reg. vtile, in 6. & pœna ſunt reſtringenda, non autem ampliandæ, vt eſt vulgatum, vt dicitur alias infra 11.p.cap. vlt. Quod maximè procedit, quando habens dignitatem & Canonicatũ, habet duplicem vocem, & non ſolũ vnam, ratione vtriuſque, de quo infra 11.p.c. § & confirmatur: nam iſte talis ſolum amittit dimidiam partem diſtributionum dignitatis, cuius ordinem non ſuſcepit, non autem Canonicatus, vt videtur certum; ergo ſimiliter ſolum amittet vocem ratione dignitatis competentem, non autem competentem ratione Canonicatus. Nihilominus tamen in prædicta difficultate verius videtur amittere vocem omnino, ex d.Cle. vt ij qui. §. illud verò ibi; Nullo modo in*

Capi-

*Capitulo habeant eorundem : nam illud vniuerſale negatiuum, nullo modo, excludit omnino vocem ; diuerſum autem eſt in diſtributionibus, in quibus dicendum eſt, ſolum amittere dimidiam partem earum, quæ dantur præcisè ratione dignitatis, ſeu Prebendæ, cuius ordinem non ſuſcepit : quia reſpectu diſtributionum, & priuationis earum, non ſunt verba ita ampla, & vniuerſalia in d. §. illud vero, quæ comprehẽdant diſtributiones Prebendæ, cuius ordinẽ habet.*

24 Et qui in Subdiaconatus ordine † ſaltem conſtituti non ſunt, ſimiliter vocem non habent in Capitulo, etiam ſi id ſibi ab alijs liberè concedatur, nec fuerint in mora illum ſuſcipiẽdi ex d. Clem. vt ij qui. in princip. & ibi gloſſ. & DD. *Villar del patronado de Calatayud, 7. p. §. 1. num. 15. Nauar. conſ. 7. de cleric. non reſid. Alexand. Moneta de diſtribut. p. 2. q. 20. à num. 2. Vgolin. de offic. Epiſc. cap. 19. §. 3. nu. 1. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. num. 7.* Et decreto Concilij d. cap. 4.
25 ſeſſ. 22. de reform. quod decretum cenſuit † S. Congregatio, procedere non modo in omnibus actibus expediendis, qui Capitulariter expediuntur, ſed etiã in electionibus, & minus in ſynodo, iſtum Canonicum vocem habere poſſe, & rurſus cenſuit, neque conſultiuam vocem, neque aſſiſtentiam, nec ſedem in Capitulo habere.

26 Quamuis Decanus, † ſeu Archidiaconus, ad quẽ ſpectat conuocare Capitulum, & in eo proponere, & reſoluere, id poſſit facere, etiamſi non ſit in ſacris cõſtitutus. vt in ſeq. declaratione S. Congregationis.

☞ Archidiaconus, ad quem de conſuetudine Eccleſię ſpectat abſente Decano conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac reſolutiones accipere, id poteſt, etiamſi non ſit in ſacris, cum iſte ſit actus iuriſdictionis, qui competit Archidiano, etiam in ſacris non cõſtituto, & ad Decanum non ſpectat ratione ordinis, ſed antiquitatis, & ſuperioritatis. *Et ita tenet Villar d. 7. p. §. 1. nu. 15. dicens, quod ſtante Concil. Trident. videtur dicendum, decanis & prioribus, qui ſacris ordinibus carent, præſidentiam in choro & capitulo competere, non autem vocem ; & ita cum Remigio Decano Sanctæ Mariæ Maioris de Calatayud fuiſſe declaratum & practicatum, quamuis ante Concilium vtrumque decani, & priores præfati facere poſſent, nempè, habere præſidentiam, & vocem in capitulis ſuarum Eccleſiarum, cum capitula earum exiſtant, ſecundum gl. verb. in eiſdem in d. Clem. vt ij qui. §. illud vero, quam omnes ſequuntur, Abb. Ioan. Vanquel. & Bonif. Vital. nu. 24. ſuper eam. Sed certè illa gl. & Doctores loquuntur de principalibus Prælatis Eccleſiarum Collegiatarum, in quibus eſt diuerſa ratio ac in alijs dignitatibus, quę licet habeant præſidentiam, non ſunt Prælati : & ſic in illis non videtur procedere d. Clem. in vtroque reſp. Nec Concil. Triden. argum. c. ſtatutum. de elect. in 6. & ibi Doctores, vt tenet d. gloſ. & cum ea Cardin. ibi num. 12. & Abbas num. 8. cui tamen potius contradicit Bonifac. d. nu. 24. Secus vero in decanis, archidiaconis, ſeu prioribus, qui habent præſidentiam in Capitulo, non tamen ſunt Prælati ; nam iſti, ſi non ſint in ſacris conſtituti, licet præſidentiam exercere poſſint, vt dictum eſt cum S. Congregat. non tamen dare vocem in Capitulo alias eis competentem, non ſolum ſtante Concilio, ſed etiam ante ipſum, ex d. Clement. quicquid dicat Villar ibi.*

27 Vnde in Eccleſijs, in quibus † Decanus abſens poteſt conſtituere Vicedecanum, vt in Segobien. poterit conſtituere illum, qui non ſit in ſacris, ad conuocandum, præſidendum, & reſoluendum.

28 In Eccleſijs tamen, † in quibus deficiente Decano, ius conuocandi, præſidendi, & reſoluendi ſpectat ad antiquiorem Capitularẽ gradatim, vt in hac noſtra Eccleſia Abulenſ. & alijs, non videtur id ſpectare ad eum, qui non eſt in ſacris, ex quo non intrat, nec poteſt intrare in Capitulum, & dicta conſuetudo videtur intelligi de Capitularibus, qui intrant, ſeu poſſunt intrare in Capitulum.

29 Non tamen procedit d. Clem. † vt ij qui, & decretum Concilij in alijs, quæ extra Capitulum fiunt gl. ibi verb. in Capitulo, & Bonifacius, nu. 16. & 17. ibi-
30 dem, & ſic in Eccleſijs, vbi collatio † ſpectat ad Canonicum hebdomadarium per turnum, Canonicus etiam in ſacris non conſtitutus, ad effectum conferendi, ſuam hebdomadam habere debet, & ratione ſuæ hebdomadæ poteſt conferre ; Rebuffus de nominatio. q. 8. num. 6. alias 3. & fuit reſolutum in vna Romana Beneficiatus S. Petri 26. Aprilis 1591. *Et 15. Maij 1594. & 13. Iulij 1595. coram D. Gipſio, vt in deciſ. 600. & 603. nouiſs. Farin. num. ſequenti, dele, Et in eadem cauſa 13. Maij 1594. coram D. Gipſio.*

31 Et Capitulum † poteſt committere collationem, vel nominationem Beneficij ad illud pertinẽtis, Canonico, qui non ſit in ſacris, vt fuit ibi reſolutum, & in eadem cauſa 13. Maij 1594. coram D. Gipſio, & Canonicus, qui non eſt in ſacris, poteſt optare, ſi ſtatutum, vel conſuetudo non ſit in contrarium, d. gloſ. verb. in Capitulo, quam DD. ibi ſequuntur, & nouiſſime Gonçalez gloſſ. 34. à num. 128. *Et Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. num. 7. dicens etiam, quod vocem paſſiuam habere poſſit, & ſtallum in choro, d. c. Præterea docet Villar d. 7. p. §. 1. num. 37. quòd d. Clem. vt ij qui, & Concil. agunt de Canonicis habentibus vocem ratione Canonicæ, nõ autem de habentibus alio iure, puta priuilegio, vel conceſſione, vt declarat gloſ. ibi, verb. mancipati, Abb. & omnes.* Et
32 hæc omnia, † quæ dicta ſunt circa carentiam vocis in Capitulo, & quæ fiunt extra Capitulum, de non conſtitutis in ſacris, dicenda etiam erunt ſimiliter de ijs, qui intra annum ordinem non ſuſcipiunt requiſitum.

33 Pręterea Parochus, † qui ad Sacerdotium promoueri non intendens Parochialem receperit, vt eius fructus per annum percipiat illam poſtmodum dimiſſurus, peccat mortaliter cum obligatione reſtituendi fructus, niſi voluntate mutata promotus fuerit, vt in dicto capit. commiſſa. §. cæterum. de elect. in 6.

34 Circa quam concluſionem † aliqua dubia erunt breuiter examinanda ; primum dubium eſt, an procedat in accipientibus alia Beneficia, quam Eccleſias Parochiales, ſine animo aſſumendi presbyteratum, vel alios ordines eis annexos, verbi gratia Dignitatem, Canonicatum &c. in quo ſunt diuerſæ ſententiæ ; alij tenent accipientes huiuſmodi Bene-
35 ficia ſine intentione † aſſumendi ordines illis annexos, non teneri ad reſtitutionem fructuum ; nam cum d. capitul. commiſſa. §. cæterum, ſit pœnalis. & odioſa, non debet extendi extra ſuum caſum, præſertim ſine rationis identitate, vel maioritate, qualis non eſt. l. interpretatione. ff. de pœnis capit. pœnæ, de pœnitent. diſtinct. 1. reg. in pęnis, & reg. odia. lib. 6. Duennas reg. 287. cum alijs, *Adductis 11. par. cap. vltim.* & facit d. cap. licet canon. iuncta glo. ibi verb. Parochiales, & d. cap. ſtatutum. Ita Nauarr. in Man. cap. 25. num. 118. & de oratione c. 21. num. 51. Soto de iuſt. & iure lib. 10. q. 5. artic. 6. Angles in floribus

Theolog.quæſtionum de reſtitutione, q.de reſtit.facien. propter negligentiam Eccleſiaſticorum.3. difficult.4.dub. Lud. Lopez inſtructionj conſcientiæ, 1. tom.cap.256. Emman.Rodriguez in ſumm.1.tom. cap.30.nu.4.& 6. Vega in ſumm. 1. p.c. 36.caſu 20. ad ſecundũ. Ludo.Carbo.de reſtitutio.q.61.2.dicto, & Card. Toletus in ſumm.lib.5.c.5.verſ. 4. Io. Guttierr.Cano.q.lib.2.c.5.nu.24. & Thom. Sanchez de matrim.lib.7.diſp.45. nu.13. *Leſſ.de inſt.& iure lib.2. c.34.nu.132. Azor2.p.lib.6.c.9.q.5.& 7.Salas de legib. diſp.9.ſect.1.n.15.& videtur tenere Alex. Mon.de diſtr. p.2.q.19.n.29.& ſanct Suar.de legib.lib.4.c.13.a nu.24.*

36 Addunt tamen † Nauarr.d.nu.51. Soto, Lud, Lopez. Emman.Rodr.& Vega ad 3. ibi. Io. Guttier.nu. 25.Tho.Sanchez,n.14. *& Leſſius.* iſtos peccare mortaliter accipiendo illa Beneficia ſine intentione aſſumendi ordines illis annexos, ea ratione, vt inquit ibi Nauarrus, quod qui accipit aliquod munus, debet curare, vt ſit habilis ad illud exercendum.

37 Alij verò tenent iſtos † non ſolum peccare mortaliter, ſed etiam teneri ad reſtitutionem fructuum & in eis procedere.d.cap. commiſſa.§. cæterum, pro qua ſententia citatur Panorm. in c.relatum. de Cleric.non reſid. & Gabr.4.diſt.15.q.8.art. 5, Maior. in 4.diſt.24.q.11.& Adrianus in eod.4.tit.de reſtitutione. §. pro clariori, verſic. pro reſponſione, & tenet Quintanaduennas Eccleſiaſticon lib.4.nu.66.& ſentit Iacobus de Graffijs in deciſionibus aureis caſuũ
38 conſcientiæ lib.2.c.97.nu.55. † quæ ſententia mihi placet, nam ratio expreſſa in d.§. cæterum, ibi, cum eos receperis fraudulenter, militat etiam in propoſi-
39to, vt patet.& quando ratio eſt expreſſa in lege † ẽt penali, fit extenſio ad alios caſus, in quibus viget eadem ratio.l. cum mulier 1. & ibi Alexand, per illum textum, ff. ſoluto matrimon. Domin. in cap. ſi ciuitas. §. 1. in princ. de ſententia excomm. in 6. & conſ.2.in fin. Franeus in cap. 1.de temporib. ordination.in 6.num.7.6. limitatio. Iaſon in l.1, num. 13. ff. in ius vocati vt eant, & in leg. cum quidam, num. 29. & 30. ff. de liberis & poſthum. Decius in reg.factum cuique,§. in penalibus.num.15,ff.de regul.iuris. Aymon de antiquitate temporis 4. parte, ſectione, videamus modo. num. 18. & Thom, Sanchez alios referens lib.3. diſputat.42.num.4. ex quo
40 ſatisfit fundamento contrariæ ſententiæ. † Præſertim quod dici poteſt, d.cap. commiſſa. §. cæterum, non eſſe legem penalem nouam, vt d.cap. licèt canon,ſed declarationem iuris antiqui, & obligationis iuſtitiæ, quam ratio naturalis videtur inducere ratione fraudis,vt colligitur ex eius verbis ibi,tenebris & ibi,cum eo receperis fraudulenter, immò totum cap. commiſſa,videtur magis declaratio, quam ius nouum. *Et ita poſſet procedere explicatio de eo; Vazqu. 1.2. diſput.160.quam impugnat Salas dict. numer.15.& Suar. a num.25.*

41 Intelligenda † ſanè eſt iſta ſententia de his, qui non intendentes aſſumere ordines illis annexos aſſumunt dicta Beneficia, vt fructus ex eis interim percipiant, illa poſt modum dimiſſuri, aut compellantur ordinari, vt in d.§.cæterum: ſecùs verò de his, qui accipiunt dicta Beneficia cum intentione, & propoſito, non aſſumendi ſacros ordines debitos, dum eis permiſſum fuerit, nec cogantur illos aſſumere, vt ſunt aliqui in Eccleſijs Cathedralibus, iſti enim,quamuis peccent mortaliter,cum habeant intentionem non obſeruandi ius,nec adimplendi ſuam obligationem, tamen non tenebuntur ad reſtitutionem fructuum interim perceptorum, licèt de facto, quia non fuerunt coacti, nunquam ſint promoti; nam eos non receperunt fraudulenter, vt in d.§. cæterum.

42 De accipientibus † vero Beneficia ſimplicia, quibus non eſt annexus ſacer ordo, animo quidem ſatisfaciendi eorum oneribus, ſed non aſcendendi ad ordinem ſacrum, dicendum eſt, non peccare, nec ad fructuum reſtitutionem teneri, quia id nullo iure prohibetur, vt recte inquit Nauarr. d. cap. 25.n.118. & conſi. 1.de Præbend. quem ſequuntur Quintanaduennas,& Graffijs,d.num.55. Ludu. Lopez d.cap.256. Emman.Rodriguez d.cap. 30. num. 8.& Vega.d.cap. 36. caſu 23. & Thom. Sanchez d. diſp.45. num.7.

43 Quod etiam eadem ratione † erit dicẽdum de accipientibus huiuſmodi Beneficia ſimplicia animo tranſeundi ad ſtatum coniugalem,nempè non teneri ad reſtitutionem fructuum,nec peccare, modo interim velint viuere Clericaliter,& debitum officium præſtare, vt recte docet Nauarr.d.cap.21.de oratione.num.52.

44 Quamuis peccare mortaliter † teneat Soto d.art. 6. quem ſequitur Toletus ſupra, & videntur tenere Flam, Pariſ.de reſign. lib.4.q.11.nu. 42. & Io. Guttier. ſupra nu. 26. & peccare venialiter Thom. Sanchez.num. 19.

45 Et quamuis idem † Nauarr, inferius Miſcellaneo 44.nu. 2. alias Miſcell,49.nu.205, dicat ſe & Sotum conciliari poſſe intelligendo opinionem Soti de illis, qui animo abſoluto mutandi ſic ſtatum Clericalem in coniugalem, accipiunt Beneficia, ſuam vero de illis, qui non certò, & abſoluto animo mutandi, ſed conditionali, ſi aliquid ſuo propoſito conuenientius ſuperueniat, id faciunt, cum propoſito tamen actuali, vel virtuali faciendi omnia, quæ Beneficium de præcepto requirit, dum illud tenuerint, exiſtimo tamen non peccare etiam, ſi animo abſolutè id faciant. *Vnde cum habentes talem animum & intentionem: licitè poſſint accipere, ſeu acceptare dicta beneficia ſimplicia, licitè etiam poterunt eis conferri etiam a collatore id ſciente, quamuis prima tonſura non poſſit licitè conferri,nec ſuſcipi cum animo retrocedendi, & tranſeundi ad ſtatum coniugalem,Conc.Trid.ſeſſ.23.de reform. c. 4. Bũnez 2.2.q.12.art.1.Emman.Rodr.in ſum. 2.tom.c.172. concluſ.qui dicunt id eſſe mortale, & ſanct Enriq.in ſumm. li.10 c.17.ſub §.2.Nec contradicit Nauar.c 25.nu.108. dicens, licere inſigniri prima tonſura ſine intentione aſcendendi vlterius, quia id nullo iure prohibetur; non enim loquitur de intentione retrocedendi. quæ diuerſa eſt ab illa nõ aſcendendi vlterius, Emman. Rodrig. ibi.*

*Accipientes verò beneficium etiam ſimplex, cum propoſito & intentione non viuendi clericaliter, ſeu non præſtandi officium debitum, clarum eſt peccare mortaliter: quamuis non teneantur ex eo ad reſtitutionem fructuum, cum habeant propoſitum non ſatisfaciendi præcepto, & ſuæ obligationi. Nauar.d.cap.21.de reſt.num.52 & Azor d. lib.6.c.9.q.7.*

46 Secundum dubium eſt, † an deciſio.d.§.cæterum. procedat in eo, qui capit Beneficium, ſine propoſito abſoluto aſſumendi Sacerdotium, ſed hæſitans, & cum animo dubio, aut cum propoſito conditionali aſſumendi Sacerdotium, niſi aliud conuenẽdus ſibi

ſibi offeratur, vel niſi frater eius primogenitus obierit ſine liberis? in quo Soto ſupra, tenet affirmatiuè,
47 quoniam, cum text. ait, † non intendens, abſolutam intentionem expoſcit, & qui abſolutè percipit fructus, abſolutam debet habere intentionem, alioquin fraudulenter, vt ait textus, eos recipit. Sequitur Io. Guttier. ſup. nu. 22. *& Aſor d.c. 9. q. 3.*

Contrarium tamen, nempè talem nec peccare, nec
48 teneri ad reſtitutionem fructuum, tenet † Nau. d.c. 25. nu. 118. & d.c. 21. nu. 45. & conſ. 17. de Cleric. nõ reſid. quia illa verba, non intendens, intelligenda ſunt de illo, qui accipit Beneficium cum animo, & intentione non ſe promouendi, vt colligitur ex verbis ſequentibus ibi, niſi voluntate mutata promotus fueris, tum quia, vt ibi notant Dd. ille text. expreſsè loquitur de illo, qui fraudulenter accipit Beneficium vt lucretur fructus anni dati ad ſe promouendum, quod non verificatur in aſſumente illud animo dubio, aut conditionali, qui re vera non committit fraudẽ, & ſic ceſſat ratio illius textus. ſequitur Graffijs ſupra. nu. 55. *Et Leſſius d.c. 34. nu. 131. & 133. dicens ſufficere intentionem ſinceram, quamuis iuſtam aliquam conditionem annexam habeat.*

49 Et ita tenendum eſt, † quamuis Lud. Lopez ſupra c. 255. quem ſequuntur Emman. Rodriguez d. c. 30. nu. 8. & Vega d. caſu 23. media via incedat tenendo cum Soto in eo, qui dubio animo Beneficium accipit, & cum Nauarro in eo, qui animo conditionali illud accipit, quod etiam tenet Thom. Sanchez ſup. nu. 10. ſic intelligens Nauarrum.

Tertium dubium eſt, an accipiens Beneficium ani
50 mo † non aſſumendi Sacerdotium, teneatur reſtituere fructus perceptos, durante tali animo, etiamſi poſtea illo mutato, promotus ſit in tempore?

Et dicendũ eſt, non teneri, vt clarè ait ille text. ibi
51 † niſi voluntate mutata promotus fueris, & ſentiũt ibi Doct. & contra Sotum ſupra rectè tenet Nauarr. d.c. 21. nu. 46. & 50. Silues. verſ. Beneficium 3. nu. 5. Ludou. Lopez d. cap. 255. & Emman. Rodriguez d. cap. 30. nu. 6. & Thom. Sanchez ſupra. num. 7. & 9. Vazquez 12. tom. 2. diſputat. 160. nu. 35. *Leſſius d.c. 34. nu. 133. Aſor d. q. 1. Lorca 1. 2. diſp. 16. de leg. mẽbr. 2. ad fin. & Salas ſupra nu 14. & Suarez nu. 30. Per ſolam verò mutationem animi intra annum abſque actuali promotione, non lucratur fructus decurſos tempore quo habuit animum non ſe promouendi: incipit tamen ex tunc fructus lucrari, ſi ſatis temporis ſupereſt ad ſacerdotium ſuſcipiendum intra annum a die beneficij recepti, Aſor d. lib. 6. cap. 8. q. 10.*

52 Quartum dubium eſt, † an is, qui a principio bono animo ſe promouendi accepit beneficium, & poſtea illo mutato, retinet illud, teneatur ad reſtituendos fructus perceptos poſt eum mutatũ? nam de perceptis durante bono animo certum eſt, non teneri.

In quo gloſſ. in d. §. cæterum. verſ. non intendens.
53 docet teneri, † quia eadem ratio eſt de retentione, ac receptione. ſequitur Soto d. art. 6. & Angles ſupra 6. dub. qui ait ad fructus interim perceptos reſtituendos obligari, deducto tamen ſtipendio, quod Vicario dedit; quia tunc fuit per Vicariũ verus miniſter, vt Gabriel docet, ſequuntur etiam Carbo. & Graffijs, nu. 54. vbi ſupra. & Ioan. Guttierrez. num. 23. *& Aſor d.c. 9. q 3.*

Contrarium tamen tenet Nauar. d. cap. 25. num. 118. & d.c. 21. nu. 50. cui accedunt Ludou. Lopez d. cap. 255. Emman. Rodriguez d. cap. 30. nu. 8. & Ve-
54 ga † d. caſu 23. & Thom. Sanchez nu. 11. *& Leſſius nu. 134. & ſeq.* quia textus ille ſolum loquitur de accipiente, & non eſt par ratio, cum longè magis peccet qui ab initio fraudulenter accipit Beneficium animo non ſe promouendi, quam, qui poſtea animo mutato illud retinet, nam ille grandem fraudem, & dolum committit, hic autem nullum, vel certè non tantum: quod maiori ratione ait. nu. 118. d.c. eo, qui non mutauit, ſed de mutando dubitare cepit.

Mihi verior videtur ſententia gloſſæ, nam non
55 poteſt negari peccare † mortaliter, & cum fraude retinere Beneficium, & fructus illius percipere iſtum, qui mutato animo cum propoſito non ſe promouẽdi, illud retinet ad lucrandos fructus reſidui temporis. Nec videtur deducendum ſtipendium, quod dedit Vicario, vt ait Angles, nam cum malo titulo, & mala fide illos fructus percipiat, nec eos faciat ſuos,
56 nihil videtur deducendum, † ſed ſibi imputet, & facit, quod dicitur infra 7. p. c. 13. nu. 100.

Secundum dubium eſt, an deciſio d. §. cæterum.
57 procedat in eo, † qui accipit beneficium cum propoſito non ſe promouendi, non tamen ad finem, & effectum lucrandi fructus eius, ſed ob alios fines, ſeu motiua? nam videbatur non procedere, quia loquitur de eo, qui ſic accipit beneficium, vt fructus ex eo per annum percipiat.

Nihilominus etiam in eo procedere verius exiſti-
58 mo, † nam etiam is fraudem committit, & ita videntur ſentire ibi Francus. nu. 2. & alij, Carbo. ſupra, & Dd. ſupra allegati. *Sextum dubium eſt, an deciſ. dict. §. 1. cæterum procedat in eo, qui parochialem Eccleſiam accepit animo non reſidendi in ea, ſed permutandi, aut renunciandi, ſeu dimittendi, quamuis non ſine animo ſe promouendi ad ſacerdotium, vel eſt iam ad illud promotus. Et videtur procedere, cumque peccare mortaliter, ac debere fructus reſtituere, quia perindè eſt habere voluntatem non reſidendi, ſeu non ſeruiendi in Eccleſia, atque habere animum non ſe promouendi. Ita Aſor dict. libro 6. capit. 9. quæſt. 4. Quamuis non peccare mortaliter, ſed venialiter, nec teneri ad fructuum reſtitutionem, dicat Leſſius d.c. 34. num. 136.*

Septimum dubium eſt, cui ſit facienda reſtitutio
59 iſtorum fructuum? † Et dicendum videtur, reſtituẽdos eſſe fabricæ, vel pauperibus, vt de fructibus amiſſis ob non recitationem horarum dicitur. Niſi in canonicatibus, & alijs Beneficijs habentibus fructus in menſa Capitulari, qui videntur ad Capitulum ſpectare, vt alias dicitur cap. præcedenti. nu. 4.

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De Modis prouidendi, & disponendi, de Beneficijs, eaq; acquirendi.*

## PARS QVARTA.

### *De Collatione, Electione & Præsentatione. Cap. I.*

SVMMARIA.

*DE Beneficijs varijs modis prouidetur, & varijs modis acquiruntur numer. 1. sed tres potissimum modi, sub quibus alij continentur collatio, electio, & præsentatio, num. 2.*

*Collatio, quid sit num. 3. & quid sit institutio, quæ sub ea comprehenditur, num. 4.*

*Collatio est duplex, necessaria, & voluntaria. Et quæ vtraque sit, num. 5.*

*Electio, quid sit num. 6. ad quam reducitur postulatio, & quid illa sit. num. 7. & 8.*

*Electioni, & postulationi coniuncta est nominatio, quæ est duplex, nu. 9. & 10.*

*Materia electionis, & postulationis parum est in vsu, nec est practicabilis, num. 11.*

*De materia electionis, qui videri possint, nu. 12. & de materia postulationis, num. 13.*

*De electione monialium, qui sint videndi, nu. 14.*

*Præsentatio quid sit, num. 15.*

*Præsentari debet Clericus, exhiberi, & offerri Episcopo, nec de absente iure fit præsentatio, nisi cognita esset Episcopo qualitas absentis, n. 16. nec valet consuetudo in contrarium, n. 17.*

*Licet Ordinarius non teneatur admittere præsentationem illius, qui non se personaliter exhiberet, tamen, si eam admiserit, valet præsentatio, etiamsi non esset notus, nu. 18. & ita potest saluari practica hodierna, nu. 19.*

*Quamuis absens ita notus ordinario, vt non indigeat examinatione, recte possit præsentari, tamen Ordinarius, licet possit, non tenetur admittere præsentationem, num. 20.*

*Vbi fit præsentatio de absente vltra admissionem Ordinarij requiritur acceptatio præsentati infra tempus dictum ad præsentandum, num. 21.*

*Vbi examinatio requiritur pro forma, seu alias, est omnino necessaria, prætermitti non potest, quamuis præsentatus sit notus, num. 22.*

*Resolutio Rotæ, ex qua dicta comprobantur. num. 23.*

*Difficultas contra praxim hodiernam, quod nunquam soleant præsentati corporaliter exhiberi, quæ non videtur posse saluari ex ratione tacta. nu. 18. Cum hodie ex Concilio requiratur examen pro forma in præsentatis, non solum ad Beneficia curata, sed etiam simplicia iuris patron. Eccl. nu. 24.*

*Respondetur, quod examen non requiritur pro forma præsentationis, sed institutionis, num. 25.*

*Ad præsentationem reducitur nominatio Vicarij, nu. 26.*

*De nominationibus Vniuersitatum ad Beneficia, quæ in Gallia, sunt quæ aguna, num. 27.*

1 DE Beneficijs varijs modis prouidetur varijsque modis Beneficia † acquiruntur, de quibus Staphil. de literis gratiæ, titulo de modus, prouisius. Selua de Benefic. 3. part. quæst. 1. Coras. 4. par. capit. 1. Lambert. de iure Patron. 1. p. 2. lib. q. 1. num. 12. Peckius in regul. Beneficium, lib. 6. num. 12. Quintana duennas Eccles. lib. 1. c. 7. *Parlad. differ. 120. & Lessius de iust. & iur. lib 2. c. 34. dub. 3. à num. 11.* Et prosequitur Rebuffus, in praxi à tit. quibus modus Beneficia acquirantur, num. 17. cum seqq. & Duarenus de Benefic. lib. 5. per totum.

2 Sed tres potissimum modi, † sub quibus alij continentur, nempè collatio, electio, & præsentatio.

Collatio autem est donatio; concessio, seu assignatio Beneficij † vacantis facta ab habente potestatem,
3 vt ab Ordinario, Papa, Legato, Capitulo, &c. Staph. supra, num. 15. & Lambert. numer. 19. Rebuffus in concord. tit. de collationibus in Rubrica, vers. 7. pro assignatione. Coras. d. cap. 1. nu. 2. Vgolin. de cens. lib. tabula. 2. c. 11. §. 2. nu. 3. & Zecchus de Benef. & pensio. cap. 5. nu. 1. & post hæc Gonçalez ad regul. mensium glossa 16. num. 8.

Sub qua comprehenditur institutio, quæ est quædam collatio † Beneficij, licet non libera, facta præ-
4 sentato per patronum Abb. in cap. ex frequentibus de instit. num. 7. & in c. 2. ne Sede vacante. & ibi DD. & in cap. voico de instit. in 6. Rebuff. in praxi tit. de collatione nu. 1. qui ait, quod collatio est duplex, ne-
5 cessaria, & voluntaria, † & necessaria est, quam collator facere tenetur, vt dicemus infra 5. par. cap. 7. a num. 73. & voluntaria, quæ ex voluntate, & libere fit, & vide dicta 1. p. cap. vlt. à num. 32.

6 Electio est ad Prælaturam, † seu Dignitatem vacantem alicuius personæ à Collegio facta cooptatio à superiore confirmanda iuxta ea, quæ diximus sup. 1. p. c. 6. à num. 15.

7 Ad quam † reducitur postulatio, quę fit de eo, qui propter aliquod impedimentum, seu defectum V. G. natalium, ætatis, vel Ordinum &c. eligi non potest. Est enim postulatio supplex Collegij petitio facta
8 Superiori, † vt certam personam ad Ecclesiam, seu Dignitatem vacantem non obstante defectu, quem patitur, admittat Abb. in cap. 1. de postulat. Prælat. nu. 34. Coras. 4. p. cap. 2. nu. 2. & Cucchus in institution. Maioribus, lib. 4. tit. 2. num. 1. cum alijs.

Electioni etiam coniuncta est, & postulationi similis nominatio, † quæ ab electoribus fit, nempè
9 cum Collegium duos, vel plures nominat Superiori supplicans, vt vnum ex eis Ecclesiæ præficere velit, quæ dicitur nominatio solennis, ad differentiam
10 alterius nominationis simplicis, † quæ ab electoris

fit

fi per modum tractatus, & conferentiæ. Coraſ. d. 4. p. c. 4. n. 1. & 2. & Cucchus d. tit. 2. n. 55. & 56.

Sed quia materia electionis & poſtulationis iam
11 parum eſt in vſu, † nec his temporibus eſt practicabilis, cum tit. de electione ab aula receſſerit, vt inquit Lamber. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 20. nu. 6. in fine. Mandoſ. reg. 2. Cancell. in præfatione, nu. 3. maxime in Hiſpania, non eſt opus in ea immorari.

12 Et de materia † electionis videri poſſunt tit. de electione in decretal. & in Clement. & ibi Dd. Hoſtien. in ſumma eodem titul. & ſpecial. lib. 4. eodem. P. de Bryſio in directorio electionum, & Guilier. de Mandagoto in tract. de election. nouor. Prælatorum, cum additio Boerij, & Matthæi Borſſ. Miſcellanea in materia electionis, & Fleniringus Goaden de forma, & modo eligendi nouum prælatum, qui habentur tomo 15. p. 1. tractat. nouorum, Bertachi. in tractat. de Epiſcopo, Coſmas in pragmatica ſanctione titul. de elect. Rebuffus ibi in concordat. tit. de electio. 1. derogatione & tit. de Regia ad Prælaturas nominatione, §. vlt. verb. ad electionem, & verb. poſſint, & in praxi tit. de elect. Coraſ. 4. par. cap. 3. Ioann. Nicol. Gimon. in Enchiridio Benef. tit. 1. cap. 6. Duarenus lib. 5. cap. 1. Cucchus, d. lib. 4. tit. 1. Zecchus de Benefic. & penſion. cap. 4. Syluester, & alij ſummiſtæ verb. election. *Summa confeſſ. lib. 3. tit. 26. Aſor inſtit. moral. 2. p. lib. 6. c. 14. 15. & 19. Moſcon. de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 5. p. 1. cap. 2 & 8. & D. Card. Tuſch. a concl. 57. cum multis ſequentib. lit. E.*

13 Et de materia † poſtulationis videri poſſunt ordinarij in tit. de poſtulation. Prælatorum, Hoſtiensis, in ſumma tit. de poſtulatione. Specul. lib. 4. eodem tit. Mandagotus in d. tract. 1. p. ex cap. 53. Coraſ. d. 4. p. cap. 2. Duarenus lib. 5. cap. 2. Cucchus d. tit. 2. Zecchus ſupra. c. 6. Syluester, & alij, ſummiſtæ 4. verbo, poſtulatio. *& Aſor d. lib. 6. c. 17.*

14 De electione autem Monialium, † quæ eſt magis practicabilis, non tamen pertinet ad noſtrum tractatum de Beneficijs, vide cap. indemnitatibus, de elect. in 6. & Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regularib. cap. 7. Coſma in d. tit. de elect. §. & cum humanæ verb. Abbatis. Cucchum d. tit. 1. à nu. 264. Zerola in praxi Epiſcopali verb. Abbatiſſa.

15 *Præſentatio vero*, † eſt quædam exhibitio perſonæ per Patronum Epiſcopo, vel alteri, ad quem inſtitutio pertinet, legitime facta, vt per Abbatem. in c. ea, noſcitur, de his quæ fiunt à Prælatis, Rochus, de iure Patron. in prine q. 3. Rebuff. in concordatis. tit. de collatio. §. præfatique Ordinarij, verb. præſentationem, & in praxi, tit. de præſentatione. nu. 3.

Ex qua diffinitione patet quod præſentari debet
16 Clericus Epiſcopo, † hoc eſt ipſi Epiſcopo exhiberi, & offerri, nec abſentis iure fit præſentatio, niſi forte perſpecta eſſet, & cognita Epiſcopo qualitas abſentis. Abbas ibi, & in cap. cum parati, de appellation. & conſ. 76. 2. *par. ibi, & in Clem. dudum, de ſepult. num.* 9. Rocbus verb. honorificum. q. 6. num. 27. late Lambert. 1. p. 2. lib. quæſt. 11. Coraſ. 4. p. cap. vltim. nu. 18. Zerola verb. ius Patron. §. 7. & Rota deciſ. 185. ad finem. 2. p. diuerſorum. *& nouiſſime Tuſcus concl. 591. nu. 1. lit. P. & Perez de Lara de anim. & Capell. lib. 2. cap. 9. a nu. 1. vſque ad* 4.

17 Et adeo verum eſt † de iure abſentem non notum præſentari non poſſe, quod non valeret conſuetudo in contrarium ſecundum Abbatem d. conſ. 76. num. 1 & Lamber. d. quæſt. 11. art. 2.

18 Sed, licet Ordinarius † non teneatur admittere præſentationem illius, qui non ſe perſonaliter exhiberet, tamen, ſi eam admiſerit, valet præſentatio, etiamſi non eſſet notus, Abb. d. cõſ. 76. Rochus ſupra verſ. item aduerte, Lamber. d. q. 11. art. 4. Quamuis contrarium velit Beroius, conſ. 87. num. 8. vol. 1. † & ita
19 poteſt ſaluari practica hodierna, nam nunquam ſolent præſentati corporaliter exhiberi tempore præſentationis. *& Aſor 2. par. lib. 6. cap 21. q. 6. an, patronum poſſit abſentem clericum præſentare, & ſic vſum habere: nam Reges ſolent aliquos nominare, & Romano Pontifici offerre, vt creentur Epiſcopi, qui tamen in Curia Romana, & etiam Regia abſunt, & eos abſentes Pontifex inſtituat Epiſcopos. Sed in hoc de Epiſcopis eſt diuerſa ratio: nam præſentati Papæ ex remotis prouincijs nũ erant arctãdi proficiſci Romam. Et circa promouendos ad Epiſcopatus, qui in conſiſtorio proponuntur, eſt particularis ratio, ac forma examinis & inquiſitionis præſcripta, de qua inf. 7 par. cap. 4. num.* 77.

20 Rurſus e conuerſo, † Quamuis abſens ita notus Ordinario, vt non indigeat examinatione, recte poſſit præſentari, tamen Ordinarius, licet poſſit, non tenetur admittere præſentationem de eo, maxime, ſi eius idoneitas non ſit notoria, id enim eſt in ſua facultate, vt tenet Rota in Regien. Prioratus, de qua infra. num. 23.

21 Præterea vbi fit præſentatio † de abſente vltra admiſſionem Ordinarij, requiritur acceptatio præſentati infra tempus datum ad præſentandum, vt præſentatio ſit perfecta, & completa per ſe, vel per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum ad acceptãdum Beneficium in ſpecie, vel in genere. Lambert. d. q. var. 5. & 2. p. 2. lib. q. 5. art. 2. nu. 2. Quamuis contrarium teneat Rochus ſupra nu. 67.

22 Tandem aduertendum † eſt, quod vbi examinatio requiritur pro forma, ſeu alias eſt omnino neceſſaria, illa prætermitti non poteſt, quantumuis præſentatus ſit notus. Lamber. d. q. 11. art. 3. & fin. & dicetur infra 6. par. c. 2. à nu. 275.

23 Quæ omnia confirmantur, † & comprobantur ex reſolutione facta in cauſa Regien. Prioratus 26. Ianij & 24. Decembr. 1587. Coram D. Pamphilio, in qua fuit reſolutum præſentationem factam de abſente non valere, ex Abbate d. cap. ea noſcitur. vt fuit dictum in vna Calagurritana Beneficij coram D. Orano, licet poſſit ſuſtineri facta de abſente etiam in vltimo die, ſeu hora quadrimeſtris, vbi eſt taliter notus habenti inſtituere, vt examinare non egeat ex Lambert. d. quæſt. 11. art. 3, & coram D. Aldobran. 16. Maij 1581. in vna Valentina. Benefic. quæ eſt d. deciſ. 185. Rochio verb. honorificum. n. 27. hoc tamen procedere data acceptatione præſentati infra tempus datum ad præſentandum, & conſtito, ſaltem per literas, vel procuratorem, quod ſufficit. Lambert. d. art. vlt. quæ acceptatio requiritur intra quadrimeſtre, tanquam pars præſentationis, & ante illam præſentatio non eſt perfecta. Lambert. d. art. 2. num. 2. & data etiam admiſſione Ordinarij. Abbas d. conſ. 76. nu. 2. Lambertus d. q. 11. art. 4. Quæ tamen notitia non ſufficit, vbi examinatio eſt omninò neceſſaria, vt in Parochialibus, & vbi datur concurſus præſentatorum, vt fuit dictum in vna Aſtoricen. Parochialis. coram D. Gipſio. 11. Maij 1587. Lambert. d. quæſt. 11. art. 3. num. 5. & 9. nec litem impedire acceptationem præſenta-

ſentationis,&c. *Vt in deciſ.575. & 576. neuiſs. Farin. refert & ſequitur Genuen.in praxi c.100.num.8.& idem, ſcilicet, quod præſentatio de abſente facta non ſuſtineatur, niſi eius qualitas ſit nota ordinario, & eam acceptauerit infra tempus datum ad præſentandum, fuit dictum in Gerund. benefic. 28.Iunij 1600. coram D.Cordub. & præſentationem de abſente factam eſſe inualidam, fuit reſolutum in Vicaria iuriſpatr.28.Nouemb.1601.coram D.Ludouiſio.*

94 Sed modò ſuccedit † difficultas contra d. praxim hodiernam, quod nunquam ſolent præſentati corporaliter exhiberi tempore præſentationis, quæ praxis non videtur poſſe ex ratione tacta omninò ſaluari, cũ hodie ex Sacro Concilio Trident. requiratur examinatio pro forma, non ſolum in præſentatis ad Parochiales iuris Patronatus laicorum, ex cap.18.ſeſſ.24. de reform. vt dicetur infra 9.p.cap.2. num.253. ſed etiam in præſentatis ad Beneficia ſimplicia iuris Patronatus Eccleſia. ex c.18.ſeſſ.7.de reform. vt dicetur d.9.p.c.3.num.5. & ſic in eis non poteſt examinatio prætermitti, & ſignanter non valebit præſentatio facta de abſente, qui non ſe corporaliter exhibet, vt examinari poſſit, quamuis Ordinarius eã admittat. ex Lambert.d.q.11.art.3. & fin.verſ.reſtringe 2.

95 Nihilominus, † dicendum videtur valere præſentationem admiſſam per Ordinarium de abſente, qui non ſe corporaliter exhibet, quamuis examinatio requiratur omnino, & pro forma, nam examinatio requiritur ad inſtitutionem, & pro forma inſtitut. & vt facta ſine prævio examine non valeat, non tamen requiritur pro forma præſentationis, ita vt in ipſa præſentatione requiratur examen, ſeu præſentia corporalis præſentati, ſi eam non petit Ordinarius, qui poteſt præſentatum poſtea ad examen vocare antequam eum inſtituat, & ſic rectè ſaluatur d.praxis in quibuſcunque Beneficijs.

96 Ad præſentationem † reducitur nominatio Vicarij facta per eos, in quorum Eccleſijs vnitis ponitur, quæ etiam præſentatio dici poteſt, & ſolet, de quo infra.d.cap.2.9.p.19.dub.2 nu.285.

97 De nominationibus † autem Vniuerſitatum ad Beneficia vacatura, quæ in Gallia fiunt, ſufficiet lectorem remittere ad Doctores Gallos. Coſmam in pragmatica. titul. de collatio. Rebuffum latiſſimè in proprio tract.de nominatio.& in repetit.c.2.de conceſſ. Præbend. in materia nominationum, & in concorda. tit.de collationibus. Coraſ.4.cap.4.nu.7. Seluam 3.p.quæſt.1.nu.13.Gimen.tit.4.cap.5. Duarenum lib.5.cap.13.

## *De modis, quibus acquiritur ius in re in Beneficio. Cap. II.*

### SVMMARIA.

*IVS in re in Beneficio acquiritur per collationem acceptatam etiam ante poſſeſſionem. num.1.*

*Per collationem ſecuta acceptatione, ſine poſſeſſione, expirat reſeruatio. num.2.*

*Ius in re acquiritur per inſtitutionem præſentati, confirmationem electi, & admiſſionem poſtulationis.num.3.*

*An habens ius in re, & canonicum titulum Beneficij poſſit poſſeſſionem illius apprehendere propria authoritate? num.4. cum ſeqq. referuntur ſententiæ Doctorum, & reſolvitur poſſe, ſi eſt vacans.*

*An ex ſola ſupplicatione, ſeu ſignatura, literis non expeditis, acquiratur ius in re, & ex ea poſſit capi poſſeſſio? nu.10. reſoluitur ex ea acquiri ius in re, & titulum, & ex ea gratiam eſſe perfectam. num.11.*

*Narrandum eſt in gratia ius alterius ex ſupplicatione competens. nu.12. & continetur doctrina Zeroiæ. num.13.*

*Vacat Beneficium per mortem impetrantis, qui ſignata ſupplica, deceſſit, & non vt prius num.14.*

*Per prouiſionem factam cum ſola ſupplicatione expirat reſeruatio. nu.15. ſi ſupplicatio eſt regiſtrata. nu.16. & quando eſt ſignata in forma gratioſa, ſecus in forma commiſſaria. num.17.*

*Cancellaria, & Camera tenet Beneficium non vacare per obitum, ſeu reſignationem habentis ſolam ſupplicationem ſignatam etiam in forma gratioſa, ſed vt prius, cui erit ſtandum. num.18.*

*Suppoſito quod Beneficium vacet per obitum habentis ſolam ſignaturam, an impetranti per eius obitum ad canonizationem ſuæ gratiæ ſufficiat oſtendere ſupplicationem prædeceſſoris, & eam iuſtificare, an vero opus ſit expedire literas ſuper illa? nu.19. cum ſequentibus, reſoluitur ſufficere oſtendere ſupplicationem.*

*Pro poſſeſſore ſola ſupplicatio iuris proprij, vel 3. excluſiui iuris agentis valet ad obtinendam abſolutoriam. nu.23.*

*Supplicatio non probat gratiam, vbi agitur ad illius canonizationem, ſecus in abſolutoria, & in poſſeſſorio, & vbi non agitur de canonizanda ſupplicatione. num.24. reſolutio Rotæ. num.25.*

*Extrauagans 33.Iulij III. ad fin. explicatur contra Mand. procedere quoad apprehenſionem poſſeſſionis. nu.26. & 27.*

*Diſpenſatio eſt perfecta, & habet effectum ex ſola ſignatura. num.28. reſolutio Rotæ. num 29.*

*Reg.53.quod diſpenſatio non ſuffragetur, niſi literis expeditis, non habet locum in foro conſcientiæ. num.30. ſed cum iam à tempore Pij V. dicatur. in iudicio vel extra, ſecus videtur. num.31.*

*Abſolutio à ſuſpenſione, ſeu alia cenſura ſine literarum expeditione valet in foro conſcientiæ. nu.32.*

*D. Regul. Cancellariæ non procedit in diſpenſatione conceſſa acceſſorie ſimul cum prouiſione, ſeu alia conceſſione, ſuper quibus erant expeditæ literæ. num.33.*

*Penſio an ſalua conſcientia exigi, recipi, & ſolui poſſit, literis non expeditis, non ſtante clauſula, quod ſola ſignatura ſufficiat? nu.34. cum ſeqq. reſolvitur affirmat. contra Hier. Paulum, licet non poſſit cogi ad ſolutionem per iudicem.*

*In foro conſcientiæ, vt quis ſit tutus, ſola ſupplicatio gratiæ ſufficit. num.37.*

*Hodie ſtante clauſula in ſupplicatione penſionis vigore literarum deſuper expeditarum, nec alias perſoluenda dicendum eſt, ante literarum expeditionem non poſſe exigi, nec ſolui penſion. nec ad eius executionem procedi, etiam ſtante titularis conſenſu & obligatione in forma Cameræ. num.36.& 40.*

*Quod magis procedit ex clauſula apponi ſolita à tempore Sixti V. quæ eſt magis ſtricta, cui renuntiari non poteſt etiam per ambas partes. nu.41. ex qua penſio eſt nulla, ſi ante literarum expeditionem exigatur. nu.42.*

*Hodie à tempore Clementis VIII. d.clauſula apponitur magis ſtricte. nu.43. ex qua hodie non ſolum penſio non debet ſolui, literis non expeditis, ſed etiam illæ debent expediri infra nouem menſes. num.44.*

*Pactio deſoluendo penſionem, literis non expeditis, non eſt confidentialis, eſt tamen ſimoniaca, maxime ſtante clauſula, quod literis non expeditis reſeruatio ſit nulla, ex qua etiam eſt confidentialis. num.45.*

Ex

*Ex sola supplicatione, seu signatura poterat iure capi poss. sin. num. 46. secus tamen hodie, ex constitutione 33. Iulij III. num. 47.*

*Heredes illius, qui decessit cum sola supplicatione, non possunt percipere fructus, nisi literas expediant, sed spectabunt ad successorem, immo non possunt eas expedire, nu 48.*

*Circa d. constitutionem Iulij III. resolutiones Rotæ, num. 49. 50. & 51.*

*Prouisio ab Ordinario, vel Nuncio, licet male, qui vigore eius prouisionis possessionem ingressus est, & postea vigore nouæ prouisionis, Papæ literis non expeditis, possessionem continuat, non obstat d. constitutio, sed erit tutus in conscientia, modo nouæ prouisio sit concessa in forma gratiosa, & non cõmissoria. nu. 52. 53. & 55.*

*In foro conscientiæ potest quis uti gratia absque literis expeditis, & est tutus sola supplicatione signata. nu. 54.*

*Tunc dicuntur Bullæ expeditæ quando sunt plumbatæ. nu. 56.*

1 IVS in re in Beneficio † acquiritur per collationem acceptatam etiam ante adeptam possessionem. c. sicubi absenti. de præbend. in 6. vbi Domini. nu. 2. & Francus. nu. 3. Dinus in reg. Beneficia, in 6. nu. 11. & 12. & ibi additio. litera E. Rebuff. in praxi super reg. de non tollendo iure quæsito. gl. 6. nu. 38. Coras. de Benef. 4 p. cap. 1. num. 14. Simoneta de reseruation. quæst. 55. & 56. & ibi Granutius Mandos. reg. Cancell. quæst. 5. Couarr. lib. 3. variar. cap. 16. nu. 3. & 5. Flam. Paris. de resignat. Benef. lib. 2. q. 16. nu. 2. & lib. 10. q. 6. nu. 2. & 55. & q. 8. nu. 5. & Pater Molina. de iustitia. tom. 1 tract 2. disputat. 2. vers. dixi superius, & disput. 3. in fin. & post hæc Gonçalez ad reg. de mẽsibus. gl. 15. §. 1. nu. 15. & 33.

2 Vnde per collationem † secuta acceptatione sine possessione expirat reseruatio, Æneas de Falconibus de reseruatio. 5. q. principali. q. 1. 3. & 4. Sarnen. de Triennali. q. 30. vers. 4. limitatur. Simoneta d. q. 55. & 56. & ibi Granutius, Selua de Beneficijs. 3. p. tit. quæst. 72. Probus ad Monachum in cap. licet Episcopus, de Præbend. in 6. nu. 5. Rebuffus regul. 9. Cancellar. Couarruuias d. num. 3. P. Gregor. de Beneficijs. c. 24. & Flamin. Paris. d. q. 8. num. 21. & Rota decis. 512. lib. 3. par. 3. diuersorum. Puteus, decis. 145. lib. 2. vbi quod per prouisionem affectio expirat, sic enim debet legi sine negatiua, vt patet ex contextu, & sic per resignat. cum regressu, cui licet sit factus locus ex causa de præterito, tamen illud ius nouum est, &c. Gonçalez dict. glo. 15. §. 2. nu. 31.

Et similiter ius in re acquiritur per institutionem
3 præsentati, † confrontationem electi, & admissionem postulationis. Abbas in cap. quod autem, de iure Patron. Staphil. de literis gratiæ, titulo de modis prouisionis, nu. 5. Glo. Reg. de Triennali, Rochus de iure Patron. verbis. q. 5. nu. 9 Lambert. 3. p. 2. lib. q. 11. art. 6. Rebuffus in praxi tit. de elect. nu. 5. & tit. de præsentatione, num. 12. & Cucchus in institit. maioribus. lib. 4 tit. 2. nu. 43. & tit. 4. nu. 58. *& Perez de Lara de anniuers & Capell. lib. 2. c. 11. nu. 20.*

4 Sed est dubium, an ex quo quis habet ius in re, † & canonicum titulum Beneficij, possit possessionem illius apprehendere propria authoritate, an vero opus sit missione in possessionem sine authoritate Superio-
5 ris seu iudicis ? † Et non posse eam apprehendere propria authoritate, tenent Dinus in d. reg. Beneficium. nu. 25. Archidiac. in c. eum qui. de Præbend. in 6. & ibi Lapus, Paulus, & Anchar. idem Anchar. in reg. sine possessione, in 6. Cosmas in pragmat. sec. tit. de pacific. possessoribus in princip. verb. non violentis. Sarnen. in reg. de Triennali. q. 48. Rebuff. in praxi in forma nouæ prouisionis verb. per se vel per alium, Coras. d. c. 1. à nu. 15. Flam. Paris. lib. 1. de resign. q. 5. nu. 30. & lib. 8. q. 9. nu. 55. *& lib. 10. q. 6. à nu. 27. Vgol. de offic. Epis. c. 50. §. 51. nu. 1. & Pias. in praxi Epis. p. 2. c. 5. nu 28.* & videatur Mascardus de probat. 937. n. 6.

6 Contrariam tamen † sententiam, nempe habentẽ canonicum titulum posse propria authoritate vacantem Beneficij possessionem apprehendere, rectius tenent Mensis in repertorio, verb. possessionem Beneficij potest. Capellan. Tolos. decis. 444. & ibi Autrer. Ripa in c. cum M. de constit. nu. 186. & in c. sæpe, de restit. spoliatorum. nu. 69. Rochus d. verb. iur. q. 5. nu. 9 Rebuffus dicens communem in praxi tit. de missione in possessionem. nu. 5. & de pacificis possessoribus, article 290 & 294. & seq. alias 237. & 243. Rosiniacus de Benef. c. 23. Pontanus de spolio lib. 1. nu. 93. Mandos. cons. 48. nu. 1. & 2. *& Peregrin. de modis fidei acquirendi possessionem a num. 54.* Rota dicens communem apud Puteum, dec. 402. lib. 1. & in vna Romana Capellaniæ. 14. Maij 1576. coram D. Cantucio, quæ est 2. p. diuersorum decis. 21. in qua ad tradita per Rebuffum d. verb. per se, vel per alium, respondetur, procedere in capiente possessionem Beneficij propria authoritate absque authoritate Superioris hoc est absque institutione, & titulo, & sequitur Flam. Paris. sibi non constans lib. 10. q. 6. num. 30. dicens communem; & 7 hanc sententiam communem etiam esse dicit Couar. d. lib. 3. variar. c. 16. nu. 7. eam admittens. nu. 8. saltem ad effectum, vt ea possessio iustæ, & veræ possessionis effectum sit habitura.

Et hanc etiam sententiam necessariò admittunt † DD. in c. transmissum, de electione & ipse Cosmas, tit. de elect. c. licet. §. censuit verb. promotus, & ipse Coras. 2. p. c. 4. nu. 8. & alij relati per Couart. supra, nu. 6. & per me sequenti p. c. 4. num. 244 tenentes habentem canonicum titulum posse ante inductionem in possessione in Beneficio administrare, modo alias non sit in possessione illius, tunc enim spoliaret propria authoritate possessorem, quod dicit fere omnium iudicio receptum Couarruuias supra nu. 7. de quo latius. d. cap. 4. *& sequitur Vgolin. d. §. 15. nu. 3. vnde apparet esse falsum quod ait Rota in Salamant. Capellaniæ infra adducta 7. p. c. 9. a nu. 11. & relata 4. p. cap. 5. nu. 83. quod prouisus de beneficio, ratione cuius habet ius patronatus, non potest præsentare ante adeptam eius possessionem, & ab eo merito recessit Rota in eadem causa in alia decis. supra adducta 1. p. c. 2. nu. 111.*

Nec refragatur prædictæ sententiæ textus in cap. 8 ad aures, † de excessib. Prælatorum, & in c. quia diuersitatem. de concess. Præben. & in c. ex frequentib. de institut. quia iura ista expresse loquuntur de his, qui sine iusto, & canonico titulo possessionem Beneficij 9 apprehendunt. Nec d. c. † eum qui, de Præbend. in 6. quidquam facit pro contraria sententia, nam in. 1. p. loquitur de eo, qui vi occupat, seu iniuste, & sine titulo se intrudit in Beneficio, & in secunda de eo, qui vi, & violenter Beneficium occupat.

10 Secundo dubitatur, an ex sola supplicatione, † seu signatura literis non expeditis acquiratur ius in re, & titulus Beneficij, & ex ea possit iure capi possessio? & ad primum dicendum est ex sola supplicatione,
11 seu signatura acquiri ius in re, & † titulus Benef. ex

ea enim

ea enim gratia eſt perfecta. Caſſad. deciſ. 4. num. 2. de cauſa poſſeſſionis, & deciſ. vltima de reſtit. ſpoliatorum, Caputaquen. deciſ. 173. nu. 2. par. 2. & 86. p. 3. Mohed. 9. vt lite pendente alias 192. Sarnen. in regula de infirmis. quæſt. 1. verſ. nam conſiderandum Rebuff. in c. poſtulaſtis, de clerico excommunicato, in Clo. 1. num. 2. & in cap. 2. de conceſſ. Præbendæ 8. q. Coraſ. 4. p. c. 1. nu. 19. Nauarrus in c. accepta, de reſtit. ſpoliatorum oppoſitionis octauæ ſolutionis nu. 26. & 29. Mandoſ. regula. 8. q. 1. & 8. nu. 3. Ferrettus conſ. 18. nu. 13. Flam. Pariſ. lib. 2. de reſigna. q. 24. nu. 3. & 4. & P. Molina. de iuſtitia. tom. 3. diſput. 599. & Thom. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſp. 19. & Gonçalez d. gloſſa. 15. §. 2. nu. 32. Rota deciſ. 418. nu. 3. p. 2. diuerſorum in vna Compoſtellana Canonicatus 25. Iulij. 1574. coram D. Rubeis infra adducta 7. p. c. 3. nu. 51. in qua fuit dictum per ſolam ſupplicationem plene acquiri ius in Beneficialibus abſque litterarum expeditione, quæ tantum requiritur ad effectũ probationis, non ſubſtitutiones ipſius gratiæ. *& in Cuſent. penſionis* 13. *Ian.* 1596. *Lita, Pampil. Parochialis* 21. *April.* 1610. *coram D. Attrebaten. & Conch. benef. de Valdejudios* 14. *Nouemb.* 1611. *Sacrato. Et nouiſſime Ioa. Guttier. pract. lib.* 4. *q.* 9. *à nu.* 3. *cum Molina de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *c.* 7. *à nu.* 5. *licet contra teneat Ceuallos q.* 778 *a nu.* 13. *pro quo videtur facere deciſ. Caſar. de Graſſ.* 47. *ſeu* 1. *de probat.*

Vnde Menochius de arbitrarijs lib. 2. caſu 201. nu.
12 149. ait narrandum † eſſe in gratia ius alterius ex ſupplicatione competens, & conuincitur doctrina Zerolæ in praxi Epiſcopali 1. par. verbo ſupplicatio vbi
13 ait, quod ſtante ſupplicatione ſignata † per Papam de aliquo Beneficio, nondum leuatis Bullis, poteſt Ordinarius illud conferre, ſuppoſito, quod alias poſſet, quæ eſt falſa ex dictis, & dicendis ſtatim, & infra. 5. p. cap. 1. nu. 147. & Gomez 19. quem allegat de expectatiuis nu. 16. & 17. loquitur in diuerſis terminis, ſcilicet in expectatiuis.

Et ideo vacat Beneficium per mortem impetran-
14 tis, † qui ſignata ſupplicatione, ante literarum expeditionem deceſſit, & non vt prius. Rota dec. vlt. de reſcript. in antiquis alias. 882. Caſſad. d. deciſione vltima, de reſig. ſpolia. nu. 9. Sarnen. d. q. 18. & d. q. 1. & Mandoſ. regula. 27. q. 13. num. 4. & de ſignatura gratiæ, tit. de renuntiatione, verſ. dubitarunt aliqui, & Rota in dicta Compoſtellana dicentes deciſionem Ægidij 609. & 644. contrarias, quas procedere de ſtilo ait Staphil. de literis gratiæ tit. quibus modis expirent litteræ ad Beneficia. nu. 10. & ſeruat Cancellaria differens in hoc à Rota, vt in deciſ. 1919. & 1936. lib. 3. par. 3. diuerſorum non ſeruari, *Rota etiam in Coſentina penſionis* 31. *Ian.* 1596. *coram D. Lita ſupra relata*, 1. *par. cap.* 5. *num.* 513. Ripa in Rubrica de conſtit. nu. 50. Rebuff. in concordat. tit. de mandatis Apoſtolicis. §. 1. verb. literas, & in d. c. 2. de conceſſ. Præbend. 8. q. Coraſ. ſupra, Ferret. d. conſ. 18. num. 13. Maſcard. concluſ. 845. num. 18. Flam. Pariſ. d. lib. 2. quæſt. 24. & Zerola. verb. Bullæ. §. 6. qui etiam dicunt cum Imola, & alijs Beneficium collatum per ſignaturam ante leuationem Bullarum poſſe permutari cum alio. Et nouiſſime Gonçalez. d. gl. 13. §. 1. nu. 34 & §. 2. nu. 34.
15 Vnde prouiſio facta cum ſola ſupplicatione, † ſeu ſignatura expirat, & eſt extincta reſeruatio ſecundũ veriorem, & communiorem opinionem vt per Rotam. d. deciſ. vlt. num. 5. Caſſad. deciſ. 4. de cauſa poſſeſſio. nu. 4. Simonetam, q. 55. Ripam Rebuff. & Maſcard. ſupra, & Zerolam d. §. 6. licet verbo ſupplicatio §. 1. contrarium videatur velle, & fuit dictum in d. Compoſtellana, de quo Aeneas. de Falcon. de reſtituat. 4. q. principali effectu. 27. & tradit Gonçalez d. §. 2. num. 32.

Quod tamen procedit, quando per Papam ſigna-
16 ta eſt regiſtrata, † ſi enim ſolum eſt ſignata ante regiſtrationem, poteſt lacerari, vt ſolet fieri, & ea lacerata, non poteſt dici Beneficium vacare per eum, quia perinde eſt, ac ſi numquam fuiſſet ſignata. Flam. Pariſ. d. quæſt. 24. nu. 6. & 7. & lib. 2. quæſt. 7. num. 186. vbi ait, quod antequam ſupplicatio ſit regiſtrata, & tradita partibus, non poteſt conſiderari aliquod præiudicium, neque aptitudo ad præiudicium, cum Princeps vſque ad illud tempus poſſit denegare, & lacerare, atque ad libitum diſponere, abſque iniuria, de ſupplicatione, vt per Sarnen. regula de iure quæſito, quæſt 6. nu. 2. & q. 20. in fine, fuit dictum in Rota in vna Oxomen. Archipresbyteratus die veneris. 6. Aprilis. 1576. coram Robulterio; hæc Flaminius. Rota etiam deciſ. 791. nu. 5. p. 1. diuerſ. & tradit poſt hęc Gonçalez. d. §. 2. nu. 33.

17 Præterea id procedit, † quando ſupplicatio eſt ſignata in forma gratioſa, ſecus ſi in forma dignum, ſeu alias in forma commiſſaria, nam tunc, cum non ſit prouiſio, ſed mandatum de prouidendo, Beneficiũ non vacauit per obitum habentis ſolam ſignaturam, ſed vt prius iuxta dicenda cap. ſeq. nu. 6. & 9.

Ex quo non habet ius in re, ſed ad rem, vt ibi n. 60. Aegid. d. deciſ. 609. Simoneta. d. q. 55. nu. 7. & fin. & q. 31. nu. 3. & 4. quicquid videatur velle Zerola d. §. 6 & ita ſeruat Dataria, & Cancellaria.

Sed, cum Cancellaria, & Camera ſemper teneat Beneficium non vacare per obitum, ſeu reſignationem habentis ſupplicationem ſignatam etiam in for-
18 ma gratioſa, † ſed vt prius, vt in d. dec. 1919. & 1936. lib. 3. p. 3. diuerſ. et quotidie videmus, ei erit ſtandũ, quicquid Rota velit, cum Cancellaria, et Camera ſit organum Papæ. Caſſad. deciſ. 2. nu. 7. de vnio. Flaminius Pariſ. de reſignat. lib. 3. q. 6. nu. 33. et lib. 9. q. 16. à nu. 4. *Caſar de Graſ. dec.* 47. *ſeu* 1. *de probat. nu.* 8. *& Rota in Conchen beneficij de Valdeiudios* 14. *Nouemb.* 1611 *Sacrato, vbi, quod quicquid geſſit Canc. ſeu Cam. videtur geſtum ab ipſomet Papa, cuius ipſa eſt organum, &c.* & dixi alias ſupra. 1. p. c. 5. nu. 120.

19 Sed ſuppoſito, † quod Beneficium vacet per obitum habentis ſolam ſignaturam, offert ſe hic difficultas, an impetranti Beneficium per obitum habentis ſolam ſignaturam, ſeu ſupplicationem ad canonizationem ſuæ gratiæ, et prouiſionis, ſufficiat oſtendere ſupplicationem ſignatam prædeceſſoris, et illam iuſtificare, an vero opus ſit expedire literas ſuper illa, è nam data ſupplicatione, etiam poſt mortem impetrantis, ſecundum illam expedientur tot Bullæ, quot partes voluerint, vt inquit Simoneta. d. q. 55. nu. 12.

20 In qua difficultate videbatur † dicendum opus eſſe expedire literas ſuper illa ad probationem gratiæ defuncti, nam ſupplicatio non probat gratiam, ſed requiruntur literæ ad probationem, Rota d. deciſ. vlt. Felin. in Rubric. de conſtit. nu. 5. Sarnen. ſupra, Simoneta. d. q. 55. nu. 11. et Maſcard. d. concluſ. 845. & propter regulam de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, et conſtitutionem 33. Iulij III. et ita tenet Gonçalez. d. glo. 15. §. 1. nu. 34. et 35.

Nihi-

Nihilominus contrarium est tenendum, nam suf-
21 ficit producere literas † suæ gratiæ expeditas, & ius, & gratia authoris ex sola supplicatione, seu sumpto ex registro supplicationum ad decis. Cresc. 2. de fide instrumento. Bel lenei, de charitatiuo subsidio. q. 113. ad finem, & Mandos. d. reg. 27. quæst. 6. *Et decis. Burgen. Abbatiæ infra positam*, 5. *p. c.* 1. *nu.* 193. Probari potest, cum non agatur de canonizando titulo authoris. Caputaquen. decis. 235. & 300. p. 3. & decis. Thanis 78. in vna Mediolanen. quæ habetur etiam apud Puteum dec. 347. lib. 1. in qua fuit resolutum, quod subrogatus in iure defuncti litigioso sufficienter docet de iure defuncti, & iustificat titulū defuncti, ex sola supplicatione, contra dictam dec. Aegidij 609. & 644. quia d. decis. non seruantur, vt per Cassador. d. decis. vlt. & Sarnen. d. quæst. 1. & ita etiam docet cum Rota, Mandos. d. q. 13. nu. 4. & 5. & Zerola in praxi. 2. par. verb. Bullæ. §. 1. & sentit Simoneta d. quæst. 55. num. 13.

22 Et facit etiam resolutio in causa Camerinen. † iuris conferendi 28. Martij 1594. coram D. Blanchetto, in qua fuit tentum, supplicationem confirmationis absque literis eundem effectum operari, quem ipsæ literæ, si non agitur ad canonizationem concordiæ. Mohedan. decis. 34. alias 2. de priuil. & vbi principaliter deducitur aliud ius, & ad illius corroborationem affertur supplicatio, tunc illam solum sufficere. Sarnen. in d. reg. de non iudicando iuxta formam supplicationis. q. 3. vers. secus.

23 Facit etiam, † quod pro possessione sola supplicatio iuris proprij, vel tertij exclusiui iuris agentis valet ad obtinendam absolutoriam. Cassadorus decis. 2. de re iudicata 1. & 2. super Reg. 4. de causa possess. & vltima de restitut. spoliatorum. Mohedan. decis. 9. in fine, vt lite pendente, Puteus cons. 366. nu. 9. lib. 1. Sarnen. d. reg. de non iudicando. q. 4. Mascard. supra num. 35. & Flam. Paris. lib. 6. de resign. q. 5. num. 67. quamuis contrarium alias tenuerit Rota, vt per Crescen. decis. 1. de except. quam sequitur Mandos. d. reg. 27. quæst. 15.

24 Nec obstat fundamentum supra adductum, † scilicet supplicationem non probare gratiam, nā illud solum procedit, vbi agitur ad illius canonizationē, & pro adiudicatoria, & sic procedit d. regul. de non iudicando iuxta formam supplicationis: secus in absolutoria, & in possessoria. Cassad. ibi, & reliqui modo citati, Sarnen. ibi. q. 5. & Coras. d. c. 1. nu. 23. Menoch. de recuperanda. remed. 15. q. 28. & 36. Cancellot. de attentatis. cap. 24. quæst. 11. nu. 6. & vbi non agitur, de canonizanda supplicatione. Mohedanus d. decis. 2. in fine alias 34. & in vna Burgen. Canoni-
25 catus 19. † Ianuarij 1560. coram D. Oradino, fuit ☞ resolutum, Reg. quod commissiones non suffragentur literis non expeditis non habere locum in eo, qui commisit causam iactationis, & molestationis, qui est reus, & non tenetur expedire literas, pro absolutoria, Cassador. d. decis. 2. super Regulis, nec cum super possessione est commissa, quia etiam tunc non tenetur expedire literas, Cassad. 1. & fin. super reg. & 6. de rescript. &c.

26 Nec obstat Extrauagans Iulij III. † quæ in Bullario est 33. ad finem, ibi, Quod quæ de cætero supplicationes, etiam manu nostra, & motu proprio signatæ, nisi habuerint clausulam, quod earum sola signatura sufficiat, nullum aliam, quam per literas super illis conficiendas, fidem aut probationem faciant, seu præstent, nec vlla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, aut adhiberi possit. Ex qua extrauagan. contrarium in proposito tenuit Mandosius supra q. 3. quod immo sola supplicatio in possessorio, & pro possessore non sufficiat, & sequitur Lancellot. supra nu. 14. & Flam. Parisius lib. 13. de resignat. quæst. 5. num. 106. dicens de stilo ex d. constitutione Iulij III. non seruari, quod dictum est num. 24.

27 Quia respōdetur d. Extrauagantem † procedere, quoad apprehensionem possessionis, vt Rota resoluit in vna Zamoren. præstimonij 4. Novembr. 1558. coram D. Acorambono, in qua dixerunt Domini, Ad effectum absolutionis solam supplicationem subrogationis sufficere, Cassad. d. decis. 1. & Sarnen. d. q. 5. & Extrauagantem Iulij III. procedere, quod apprehensionem possessionis, &c. Quicquid velit Mandosius. d. quæst. 3. 4. & alijs.

28 Similiter etiam dispensatio est perfecta, † & habet effectum ex sola signatura, glossa Reg. Cancell. 15. & 53. ad fin. Cassador. videndus decis. 36. super regul. Sarnen. d. reg. de non iudicando iuxta formam supplicationis. quæst. 5. Rebuf. in praxi, tit. de dispensatione, ad plura. num. 62. & in repetit. cap. post ultimo. de clerico excommuni. in glos. 1. num. 16. Gigas de pension. quæst. 34. num. 13. Coras. d. cap. 1. num. 19. Gambarus de officio legati. lib. 10. nu. 491. Nauar. in cap. accepta. de restitut. spoliatorum, oppos. 8. solutione. nu. 30. & Molina, de Hispanorum primogenit. lib. 2. cap. 7. num. 56. Thom. Sanchez sup. *Et Io. Gutt.*
29 *d. lib. 4. pract. q.* 10. *num.* 4. † & ita in vna Vrgellen. & ☞ Vicen. præposituræ, cum 22. Martij 1557. corā D. Oradino, seu D. Iunio tentum esset irregularem esse, qui vulnerauit aliquem ex prouocatione cōgressus, cum eo, qui ex eo vulnere post duodecim dies mortuus est, propter ipsius intemperiem, & malam sui corporis custodiam. Cardin. in Clemen. 1. de homicidio. vers. 16. & facit cap. sicut. §. fin. de homicidio. cum gl. verbo consilium, & Sarnen. de infirmis q. 11. etiam quod tunc temporis vulnerans esset laicus, nā quod potest dici esse licitum in alijs casibus, tamen quoad irregularitatem, & obtinenda Beneficia, dicitur illicitum, & consequenter dicitur laicus tunc dare operam rei illicitæ, præsertim, quando prouocatio fuit verbalis, non realis Claudius in repetitione legis, vt vim. nu. 124. & 165. ff. de iustitia, & iure.

☞ Postea 28. Maij fuit resolutum, quod, cum ille obtinuisset dispensationem ab irregularitate ante impetrationem præposituræ, sed non expediuerat literas, sed tantum supplicationem, etiam si tentus esset terminus ad sententiam, & opponeretur quod dispensatio non suffragatur, literis non expeditis, potest literas expedire lite pendente, quia gratia satis subsistit ex sola supplicatione: quo autem ad exercitium, & vsum necessaria erat expeditio propter regulam, quæ, cum non fuerit ei obiecta, merito potest adhuc expedire, Cassador. decis. 36. super regulis, Socinus consil. 41. num. 4. vol. 3.

Et illam regulam. 53. quod dispensatio non suffragetur, nisi literis expeditis, non habere locum in
30 † foro conscientiæ contra Hiero. Paulum in practica Cancell. versic. vbi Papa concedit gratiam, docent Sarnen. dicta regul. de non iudicando iuxta formam supplicationum. quæst. 14. Rebuffus, Gigas nu. 12. & Nauarrus supra, Enriquez in sum. li. lib. 12 cap. 3.

§. 7.

§.7.& Molina de iuſtitia.tom.3.diſp.599. *& Guttier. d.q.10.nu.9.*& ita intelligunt verbum illud,ſuffragetur,ſcilicet in foro iudiciali,& contentioſo.

31 Sed,cum iam a tempore Pij V. in d. reg. dicatur in iudicio,vel extra ſuffragetur, videntur iam non poſſe dicta procedere, & ita videtur tenere P. Ledeſma de matrimonio.q.56.art.4.dub.3.Emman. Rodrig. in ſum.1.tom.c.234.ad fin.& Vega 1.p.ſum.c.88.caſu 2. *& Rebell.de oblig.iuſt.2.p.lib.3.q.5.nu.23.circa finem.* quicquid adhuc dicat Thom.Sanchez diſput.29.n.4. & vltimo.

32 Abſolutio vero † a ſuſpenſione, ſeu alia cenſura obtenta ſine literarum expeditione, valebit in foro conſcientiæ, vt tradit Nauar. conſ. 29. de temporib. ordinationum,nu.3. Nec obſtabit d. reg. quia ſolum loquitur de diſpenſatione.

33 Præterea d. regula non † procedit in diſpenſatione conceſſa acceſſorie ſimul cum prouiſione, ſeu alia concluſione, ſuper quibus erant expeditæ literæ, Nam tunc de diſpenſatione ſatis eſt conſtare per ſupplicationem.Caſſad.dec.35.ſuper regulis, Rota decis.85.lib.2.& 11.lib.3.p.3. diuerſor. & decis.214.

34 num.3.par.1.diuerſorum, † Sed de penſione offert ſe difficultas,an ſalua conſcientia exigi, & recipi, ac ſolui poſſit literis ſuper illius facta reſeruatione non expeditis, quando non adeſt clauſula, quod ſola ſignatura ſufficiat,quæ in penſionibus ad fauorem Palatinorum poni ſolet?

35 In qua,omiſſo,† quod dicunt Corduba in ſumma q.166.Emman.Rodrig.2.tom.c.21.nu.9.Vega 2.p. c.65.caſu 8.& P.Ledeſ.2.p.tract.7.c.1.circa 14.Concluſionem pag.391.qui tanquam Theologi in materia iuris loquuntur,vt ſolent ſine fundamento: & ſequitur Thom.Sanchez ſupra.num.5.ad fin.licet partem negatiuam teneat Hiero.Paulus.d.verſ. vbi Pa-

36 pa † concedit gratiam,tamen partem affirmatiuam ex ſupradictis tenent Sarnen. d. reg. de non iudicando iuxta formam ſupplicationum. q. 1. & 14. Gigas de penſio.q.34.& conſ.151.nu.8.Mando.d.reg.q.7. Nau.conſ.37.de Simonia ad 1.q.& Enriq.in ſumma lib.13.c.19.§.1.& Thom.Sanchez,d.nu.5. *Guttier. ſupra d.quæſt.10.*

37 Nam in foro conſcientiæ, † vt quis ſit tutus,ſola ſupplicatio gratiæ ſufficit. Flam.Pariſ.de reſignat.lib. 8.q.2.num.24.& dicetur infra.nu.53.quamuis ſine literis non poſſit cogi ad ſolutionem penſionis per

38 iudicem † ex d. regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationum,niſi alias ſe obligaſſet de illam ſoluendo abſque literis. gloſſator regulæ Cancellar. 25.ad fin.Caſſad.deciſ.2.de penſio.n.12.Gigas.Mandoſ.Nauarr.& Enriquez ibi cap.2. Rebuff. de pacificis poſſeſſo.num.145.& 156.alias 126.& 137.

Id tamen ceſſat iam,ſtante clauſula in ſupplicatione penſionum, vigore literarum deſuper expedita-

39 rum,nec alias perſoluenda, quæ † tempore Gregorij XIII. apponi cœpit, vt per Saluſtium Tiberium in practica auditoris Cameræ.lib.3.c.4.qua ſtante dicẽ

40 dum eſt ante literarum † expeditionem nõ poſſe exigi,nec etiam ſolui,immo, nec ad eius executionem procedi etiam ſtante titularis conſenſu,& obligatione in forma Cameræ de illam ſoluendo, etiam literis non expeditis,quia illa clauſula appoſita eſt fauore publico officialium Cancellariæ, & non fauore partis,vt per Saluſt.d.c. 4. qui ait ita fuiſſe deciſum in ſignatura iuſtitiæ ex relatione d.Ferrattini, & aliorum

41 abbreuiatorum nomine Cancellariæ. Quod magis † procedit ex clauſula hodie apponi ſolita a tempore Sixti V.quæ eſt magis ſtricta nempe vigore literarum Apoſtolicarum deſuper conficiendarum, nec aliter; alias præſens reſeruatio nulla ſit eo ipſo; perſoluenda.Saluſt.d. cap. 4. cui clauſulæ renuntiari non poſſe etiam per ambas partes,titularem ſcilicet,& penſionarium,quia eſt ad fauorem officialium Cancellariæ, ne defraudentur,&c.fuit reſolutum in parco per dominos abbreuiatores de maiori.

Ex qua clauſula penſionem eſſe nullam, ſi ante li-

42 terarum † expeditionem exigatur cum effectu propter illud decretum, etiam quod literæ eſſent tunc inceptæ expediri,nec ſuffragari expeditionem earum poſtea ſubſecutam,quia illa clauſula annullatiua inducit formam, &c. Baldus & alij in l.1.ff. de liber. & poſthum.Socin.iun.conſ.271.nu.23.lib.1.fuit reſolutum in vna Veronen. penſionis. 11. Iulij 1592. coram D.Millino,quam deciſ. ponit Saluſt. Tiberius d. c.4.ad finem in additio.& in vna Sabinen. penſionis. 13. Iunij 1594. coram D. Mantica in qua etiam 12. Decemb.eiuſdem anni coram eodem fuit reſolutum non habere penſionarium aliquam excuſationem, nec poſſe dici ignoraſſe decretum. l. non eſt ferendus.ff.de tranſactio.*& vide deciſ.34.noniſ.Farin.* idem etiam fuit reſolutum in vna Brixien. penſio. 11. Decemb.1600.coram D. Penia. *& in Papien. prioratus S. Michaelis de Calotro 6. Iun. 1607. coram D. Laucell.de qua ſupra 1.p.c.5.nu.10.*

Et hodie a tempore Clementis VIII.d. Clauſula

43 † ponitur magis ſtricte, dicitur enim vigore litterarum Apoſtolicarum infra nouem menſes proximos expediendarum, nec alias, alias præſens reſeruatio nulla ſit eo ipſo,perſoluenda.

44 Vnde hodie non ſolum penſio † non debet ſolui litteris non expeditis, ſed etiam illæ debent expediri infra nouem menſes,a data ſupplicatione, alias penſio nulla eſt, eo ipſo, quia clauſula annullat penſionem a principio.

45 Vnde Flam.Pariſ.de confiden. quæſt. 43.docet, † quod pactio de ſoluendo penſionem Authoritate Apoſtolica reſeruatam, litteris non expeditis, non eſt confidentialis, quia huiuſmodi caſus non comprehenditur, neque ſub verbis, neque ſub ratione conſtitutionum Pij IIII.& V.& cum ſint odioſæ, & pœnales ſunt reſtrigendæ.Eſt tamen Simoniaca,Nauarrus. de conſ. 37. de Simonia, maxime ſtante ſtilo notiſſimo in Curia apponendi clauſulam,quod litteris non expeditis reſeruatio ſit nulla;nam huiuſmodi prohibitio impeditius ante expeditionem litterarũ, ideo non ſolum committitur Simonia, ſed etiam confidentia; nam ſicut promiſſio ſolutionis penſionis facta a reſignatario reſignanti abſque authoritate Papæ eſt confidentia ex d.conſtit. Pij V. & ita & ea promiſſio,quæ fit de ea penſione reſeruata a Papa ſoluenda litteris non expeditis,cum ſtante d. clauſula ante expeditionem litterarum habeatur, ac ſi non eſſet reſeruata,hæc Flam.

46 Ad ſecundum ſecundi † dubij, an ex ſola ſupplicatione, ſeu ſignatura poſſit iure capi poſſeſſio, dicendum videbatur contra Felinum in cap. veniens. de accuſatio.nu.3.& in cap.ne Dei,de Simonia, num. 6. poſſe capi, nullumque intruſionis vitium contrahi, nec obſtare extrauagantem,iniunctionem de electione quæ ſolum loquitur in Beneficijs maioribus,nempe Epi-

pe Epiſcopatibus,& Abbatijs,ita Caſad. d. dec. vlt. de reſtit.ſpoliator.nu.3.Sarnen. de reg. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis.q.5. Rebuf. in praxi in forma nouæ prouiſionis, verb. per ſe vel per alium,& in repet.cap. poſtulaſtis, de Clerico excommuni.in glo.1.nu.20.Coraſ.d.cap. 1. nu. 19. Puteus deciſ.120.lib.2.Nauarrus in d.c.accepta oppoſ.8.ſolutione,ex nu.24.& Quintanaduennas lib. 4. Eccleſ. num.78.& 79.

47 Sed,quamuis antea id verum eſſet,† ſecus tamen hodie ead.conſtitutione Iulij III. 33. per quam prohibetur apprehendi poſſeſſionem Beneficiorum vigore ſupplicationis litteris non expeditis ſub pœna amiſſionis,ac priuationis illorum, ac inhabilitatis ad ea ipſo iure, extendendo dictam extrauagantem, iniunctæ,ad minora Beneficia, &c. Matius in d. conſtitutione,& aduertit Gigas,de intruſo nu.38.Mandoſ. regul.31.q.2.nu.3.& conſ.38. à nu. 11. Nauarr. de ſpolijs.§.7.nu.3.& Flam.Pariſ.de reſignat.lib.2.q.26. nu.4.& 5.& lib.8.q.7.nu.105.& lib.10.q.1.nu.20.& q.6.nu.16.& tenuit Roſiniacus de Benet.c.27.nu. 3. & Duarenus lib.6.cap 6.qui tamen duo non faciunt mentionem de d.conſtitutione Iulij III.

Ex qua conſtitutione videtur quod hæredes illius,
48 qui deceſſit † cum ſola ſupplicatione,ſeu ſignatura ante expeditionem litterarum, nullo modo poſſint percipere fructus illius temporis, niſi litteras expediant,ſed ſpectabunt ad ſucceſſorem, immo cum Beneficium vacet, vt prius,vt Cancellaria tenet,de quo ſupra nu.17.non poterunt hæredes expedire literas.

49 Circa quam conſtitutionem Rotæ † in vna Aretina Parochialis. 13. Martij 1561.coram D.Chiſané. fuit reſolutum, Quod qui dat de extraua. Iulij III. debet concludenter probare,quod is,qui accepit poſſeſſionem,cepit illam ſine litteris, non autem per poſſibile,ſeu per præſumptiones,& coniecturas,quia Extrauagans eſt pœnalis,& qui vult facere aliquem in pœnam cadere, debet concludenter probare delictum, cum illa qualitate. Roman. conſil. 110. Pariſ. conſ.59.nu.38. lib. 2. & in dubio eſt capienda interpretatio excluſiua delicti, vt actus potius valeat, quã pereat,& quia vbi agitur de pœna, debet eſſe liquidiſſima probatio,Alexand.in l.ſoluto,num.25. ff. ſolut.matrimonio, vt per Cotam deciſ. 289. in Muſcel. manuſcript.

Et in vna Aquitana Cappellaniæ, 30. Iunij 1558.
50 coram † D.Quiroga fuit reſolutum,Extrauagantem Iulij III.contra capientem poſſeſſionem litteris non confectis,non intrare,ſtante,quod litteræ Apoſtolicæ fuerint expeditæ poſt adeptam poſſeſſionem, quia materia eſt obiectitia, & debet neceſſario concludere,& tamen tit. eſt multiplicabilis, & potuit antea habere alium titulum, præſertim quando ſupplicatio eſt miſſa ad regiſtrum poſt captam poſſeſſionem & ſic videtur non potuiſſe capi poſſeſſio vigore illius, & ſic adeſt præſumptio alterius tituli. *& in vna Virdun.parochialis 23.Iun.1586.coram D. Gipſio fuit reſolutum, quod accepta poſſeſſione vigore ſupplicationis literis non expeditis,intrat conſtitutio Iulij III. & eſt locus impetrationi ob id. Nec relevat illius ignorantiam allegare,cum immo ſcientia ex aliquibus arguitur : tum etiam quia ſtante decreto irritante,haud ſuffragari poteſt,cap.ſi eo tempore.de elect.in 6.Put.dec.281.lib. 1. Nec ſatisfit per obligationẽ de expediendo literas,quia decretum irritans formam inducit,Gabr.de claus.concl.3.num.7. Nec obſtare quæ de non vſu d.conſtitut.afferuntur,quia huiuſmodi negatiua non bene probatur,& dictum decretum omnem vſum, & contrariam conſuetudinem tollit, Gabr. ſupra num.40. & ſat eſt poſſeſſio de facto capta,& inſtrumentalis, Felin. cap.ex tenore.de reſcript.num.9.Aym.conſ.191. num.7. & de antiq.par.4. num.105.*

*Et in vna Aquilana Capell. 25. Iun.1610 coram De. Penia fuit reſolutum,dandum eſſe Alphonſo,de cuius anteriori poſſeſſione conſtabat,mandatum de manutenendo, non obſtante obiectione de conſtit. Iulij III. & eius decreto irritando ex defectu expeditionis literarum, quia iſta negatiua expeditionis non probatur per diligentias factas,non citato. Alph. Viall.deciſ.275.p.2. Secundo, quia non fuit capta poſſeſſio vigore ſupplicationis, quod vetat conſtitutio, ſed vigore breuis nomine Cameræ; & cum aduerſarius non iuſtificaverit ſuam gratiam, poteſt excludi per non ius, ita vt non ſit audiendus in predicta obiectione, &c.*

E in vna Colonien. Canonicatus 13. Nouembr.
51 1593.coram ſanctiſſimo Clement.VIII.fuit tentum
63 d. Extrauagantem Iulij III.non habere locum in eo qui continuat,ſed in eo, qui poſſeſſionem ingreditur vigore ſolius ſupplicationis, & quamuis loquatur in eo qui ingreditur vigore ordinariæ prouiſionis, hoc intellexerunt Domini de eo,qui poſt obtentam Apoſtolicam prouiſionem obtinet ſibi ab Ordinario prouideri,non autem de eo, qui iam antea ab Ordinario fuerat prouiſus, vt in deciſione 205.nu.3.p. 1. diuerſorum. Tradit Gonçalez gloſſa 15.nu.98.

52 Vnde prouiſio ab Ordinario, vel Nuncio, † licet male, qui vigore eius prouiſionis poſſeſſionem ingreſſus eſt,& poſtea nouam prouiſionem à Papa obtinuit, cuius vigore litteris ſuper ea non expeditis, poſſeſſionem continuat ad d.deciſ.205.num. 1. & 2. & deciſ.Creſcen.5.nu.2.de reſtitu.ſpoliatorum,Caſſad.4.in fine eodem, & Achillem deciſ. 104. non ob-
53 ſtabit d.conſtitutio Iulij III.ſed erit tutus † in conſcientia ad doctrinam Abbatis,in clem.dudum, de ſepult.in fine,Felin.in rubric.de conſtitu.num.6.verſ. 2.caſus,Rebuff.in concordatis,tit.de mandatis Apoſtolicis.§.1.verb.litteras,verſic.4.in foro conſcientiæ Gigantis.de penſion.queſt.34.Maſcard.de probatio. concluſione 845.ſeu 843.num.3.Flam. Pariſij dicentis Doctores communiter ita velle lib.8.q. 2. nu. 24. & Molina.d.diſputatione 599.num. 1.& Thom.Sanchez ſupra d.diſput.29.lib.8.nu.4.*Gutt.d.q.10.à nu.4.*
54 *& Aſor 2.p.lib.7.c. 1.q. 1.* Qui dicunt in † foro conſcientiæ poſſe quem vti gratia abſque literis expedit s,& eſſe tutum ſola ſupplicatione ſignata abſque literarum expeditione.

55 Quod intellige † modo noua prouiſio ſit conceſſa in forma gratioſa,nam ſi in forma commiſſaria,committendo prouiſionem Ordinario concederetur, vt in forma dignum,non poſſet vigore illius continuare poſſeſſionem,non propter dictam conſtitutionem Iulij III. ſed quia illa ante executionem commiſſionis non dat titulum,& ius in re,vt dicetur c. ſequenti,num.60.Mandoſ.de ſignatura gratiæ. tit. de mandatis de prouidendo ad finem. *Guttier. d. quæſt. 10. num. vlt.*

56 Eandem pro præmiſſis aduertendum eſt, † quod tunc dicuntur Bullæ expeditæ,quando ſunt Plumbatæ,gloſ.reg.Cancell.14.& 53.Sarnen.in d.reg.de non iudicando, iuxta formam ſupplicationis, quæſt. 1. verſic.& tamen vlterius, & in compendio vtriuſque ſignaturæ,num.54.verſic. & eſt aduertendum, Caſſad.

ſad.deciſ.4. ſuper regulis,nu.3. Rebuff.in praxi, tit. de Bullæ declaratione,nu.3. Mandoſ.reg.8.quæſt.3. Flam.Pariſ.de reſignatione lib.6.q.2.num.18.& lib. 10.q.1.nu.34. Zerola verbo Bullæ.§.2.& Zecchus de republica Eccleſiaſtica,c.4.pag.159.

## *De modis, quibus acquiritur ius ad rem in beneficio. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*DEcem modos, quibus acquiritur ius ad beneficium ponunt Aeneas de Falcon. & Sarnen.num.1.2.& 3.*

*Primus modus,quo acquiritur ius ad rem,& non in re,eſt electio ſiue fuerit acceptata.ſiue non,nu.4.& 5.& ſic per obitum electi non vacat Beneficium, ſed vt prius, nu 6.*

*Ex poſtulatione non quaritur ius poſtulato, num.7.*

*Secundus modus eſt præſentatio patroni, ſiue Clerici,ſiue laici; & ſic per obitum præſentati non vacat etiam Beneficium, num.8.& 9.vbi adducitur dec. Rotæ,& reprobatur Zerola. num.10.*

*Præſentatus habet ius ad rem quando præſentatio eſt per ipſum acceptata, non alias,num.11. non tamen requiritur admiſſio Superioris,ſed quod præſentatio ſit ei facta.num.12.*

*Si ſunt plures præſentati, neutri eſt ius quæſitum ad rem,ſed omnes in communi habent ius,vt vnus ex eis inſtituatur.nu. 13.& idem quãdo vnus eſt præſentatus à quibuſdam, alius ab alijs in nu.pari.num.14.vbi adducitur deciſio Rotæ.*

*Tertius modus, per quem acquiritur ius ad rem, eſt acceptatio vigore gratiæ expectatiuæ,num.15. quamuis ex expectatiua ante acceptationem nullum ius competat.nu.16.ſicut ex nominatione Vniuerſitatis nu.17.*

*Ius ex acceptatione expectantis non eſt conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio in impetratione, ſeu reſeruatione.nu.18. nec quoad clauſulam, dummodo non ſit in eo alicui ius quæſitum, quæ in litteris de Beneficijs vacantibus apponitur, vel ſubintelligitur,num.19.*

*Per iſtam clauſulam iſtud ius non cenſetur præſeruatum, præſeruatur tamẽ ius non ſolum in re,ſed ad rem alio modo quæſitum, vt per electionem, vel præſentationem, quod etiam eſt conſiderabile ad reg.de iure quæſito,nu.20.*

*Narrandum eſt ius alterius ex electione,ſeu præſentatione quæſitum,& alias gratia eſt nulla,nu.21.*

*Reſeruatio non comprehendit Beneficium,ad quod quis eſt electus,ſeu collatum non acceptatum nu.22.& c.ſi eo tempore de elect.in 6.non habet locũ in inferioribus Benef.nu.23.*

*Ratio differentiæ inter ius ex acceptat. expectantis, & ius ex electione,vel præſentat.num.24.& 25.*

*Ius recepti in Canonicum authoritate Papæ expectans primam Prebendam eſt conſiderabile quo ad d.clauſulam.*

*Ius ex acceptatione expectantis quæſitum non eſt conſiderabile quo ad reg.de iure quæſito, etiam lite pendente, licet de lite debeat mentio fieri contra Sarnen.num.27. ad 30.*

*Mentio de lite ſolet fieri per clauſulas generales,* litigioſum, cuius litis ſtatum, & ſuper eo inter aliquos lis, *per quam dicitur facta ſufficiens mentio litis, nu.31.32.& 33. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Gratia perinde valere facta lite pendente, non facta mentione litis,eſt nulla,num.34.& per clauſulam litterarum principalium,* & ſuper eo inter aliquos lis. *Solum cenſetur facta mentio litis,quæ alias eſt ſuper Beneficio,non vero litis, quæ eſt occaſione litterarum,num.35.*

*Quartus modus,per quem acquiritur ius ad rem,eſt gratia expectatiua Prebendæ recepti in Canonicum, ſeu mandatum de prouidendo de prima Prebenda factum recepto in Canonicum authoritate Apoſtolica,nu.36. quod ius eſt conſiderabile,vt de eo debeat fieri mentio,etiam in gratia motu proprio,& ad reg.de iure quæſito,& d.clauſulam,num.37.*

*Quintus modus eſt per collationem nondum acceptatam, nu. 38. quod ius eſt conſiderabile quo ad omnes regulas loquentes de iure ad rem,& impetrationes,& d.clauſulas dummodo non ſit alteri ius quæſitum, nu. 39.*

*Reſeruatio interim facta de tali Beneficio etiam motu proprio non impediet acceptationem illius, non obſtante d. cap. ſi eo tempore. num.40.*

*Ante acceptationem collatarij Beneficium vacat, licet non libere,& illo moriente ante acceptat. vacat, vt prius, nu.41. reſolutio Rotæ, num. 42.*

*Sextus modus, per quem acquiritur ius ad Beneficium, eſt per reſeruationem factam pro aliquo de certo Beneficio. nu. 43. quod ius eſt conſiderabile quo ad d.clauſulam, & regulam de iure quæſito, num.44.*

*Septimus modus eſt per optionem, ſeu ius optandi, quod ius eſt conſiderabile quo ad d.reg.& clauſulam,nu.45.quod intelligitur de Prebenda vacante etiam ante acceptation. contra Gonçalez,num.46.*

*Octauus modus eſt ob non ſolutionem penſionis,num.47. quod ius,quo ad effectum reg.de iure quæſito, non poteſt adaptari ſecundum Sarnen.num.48.contra quem,nu.49.*

*Ex ſtilo benigno Rotæ non canonizatur regreſſus, vel acceſſus ob non ſolutionem penſionis,nec illis eſt locus, niſi data magna proternia,nu.50.& ſeq.vbi ponuntur Rotæ deciſiones. Nonus modus eſt per priuationem iuris, num.53. ſed iſtud ius non eſt conſiderabile,num.54.*

*Decimus modus eſt per regreſſum, & acceſſum, & coadiutoriam cum futura ſucceſſione. nu.55. quod ius eſt conſiderabile quo ad omnes reg. & diſpoſitiones de iure quæſito loquẽtes.num.56.non ſolum poſt vacationem,ſed etiam ante vacat. Beneficij,vt per aliam gratiam ei non præiudicetur,nu. 57.& 58.*

*Vndecimus modus eſt mandatum de prouidendo de certò Beneficio vacante, quod ius eſt conſiderabile ad d.clauſulam, & regulam de iure quæſito. num. 59.*

*D.mandatum de prouidendo ante collationem non dat titulum, & ius in re,ſed ad rem, & ſic per obitum illud habentis non vacat Beneficium,ſed vt prius.nu.60.*

*Duodecimus modus, per quem acquiritur ius ad Beneficium eſt oppoſitio ſtante conſtitutione, ſeu conſuetudine, priuilegio, vel fundatione dante ius opponendi,nu.61.& 62.*

*Iſtud ius ſolum eſt conſiderabile reſpectu Ordinarij, & inferiorum Papa,qui non poſſunt illi derogare,nu.63.& vt in gratia de vacaturo eſſet facienda mentio de eo, nu.64. non autem ad effectum d.clauſulæ, dummodo nõ ſit alteri ius quæſitum, nec, vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante nu.65.& ſeq.vbi ponuntur deciſ. & reſolutiones Rotæ.*

*Si vltra oppoſitionem oppoſitor inſtificaverit qualitates requiſitas per conſtitutionem,ſeu priuilegium ita, vt cenſeatur ab illa vocatus,acquiritur ei ius conſiderabile, de quo in prouiſione aduerſarij ſit facienda mentio, & aſſimulatur præſentationi,ſeu electioni,num.69.*

*Refertur,conſ.1.Mandoſij,num.70.*

*Si eſſent plures oppoſitores,qui verificaſſent qualitates neceſſarias,nulli eſſet ius quæſitum conſiderabile,nu.71.*

*In terminis deciſ.Creſcen.7.de iure patr.ſi ille,qui erat ſolus de genere,& nomine, & debebat præſentari ſecundum fundationem, id verificaſſet ante obtentam nouam prouiſionem per aduerſarium, eſſet illi quæſitum ius conſiderabile etiam ad d.clauſulam,& reg.de iure quæſito,nu.72.*

*In terminis d.deciſ.etiamſi ille nondum id verificaſſet,erat neceſſaria*

*ceſſaria mentio non ſolum de lite ſed etiam de tenore fundationis, alias enim non cenſetur Papa velle derogare fundationi, etiam in gratia de vacante, nu. 73. & 74. vbi ponitur deciſio. Rota.*

*Quod dictum eſt ius ex oppoſitione non eſſe conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante, procedit, quando competit ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio; ſecus in fundatione. nu. 75.*

*An ſit cauſa Beneficialis, & Beneficium litigioſum, quando quis ſe opponit prætendens ſibi, vti præſentando, vel alias Beneficium eſſe debitum? nu. 76. reſolvitur affirmat. licet ſecus quando ſolum quis ſe opponit, ne præſentatus inſtituatur.*

*Ex oppoſitione, & verificatione qualitatum per oppoſitorem acta, eſt ipſi quæſitum ius conſiderabile, quando verificatio facta eſt legitime, & ſeruato iuris ordine, & forma conſtitutionum, non alias, nu. 80. vbi deciſio Rota.*

*An per oppoſitionem ad Parochiales acquiratur ius conſiderabile, ſaltem approbato, aut electo tanquam magis idoneo? nu. 81. cum ſeqq. reſolvitur quod quando collatio ſpectat ad ipſum Epiſcopum facientem concurſum, ille non habet ius ad Parochialem abſolute, ſed ſolum ex ſuppoſitione, quando vero ſpectat ad Papam, vel alium, ille habet ius conſiderabile ad Parochialem, dummodo infra quatuor menſes ſignificetur.*

*Id procedit etiam ſi concurſus, approbatio, & electio ordinarentur à principio ad collationem faciendam per ipſum Epiſcopum, & etiamſi de facto collatio per ipſum ſit facta, cum tamen ſpectaret ad Papam, nu. 85. cum ſeq. quamuis Rota aliud voluerit, vti in deciſ. poſitis nu. 90. 91. & 92.*

1 DEcem Modos, quibus † acquiritur ius ad Beneficium, ponit & deducit Aeneas de Falcon. de reſeruatio 4. quæſt. effectu 47. quos tacito authore vt inquit Papaz. in addit. ad deciſ. 6. de electione in nouis, repetit Sarnen. in reg. de non tollendo iure quæſito. quæſt. 1. † ſed Aeneas eos breuiter deducit, principaliterque ad effectum regularum reſerua. loquentium de iure ad rem, ad quem effectum eos cum illo, & ſuo ordine infra proſequemur, p. ſeq. c. 1. à nu. 282 & particulariter, 286. Sarnen. vero latius, & generalius, ordineque diuerſo eos proſequitur. & nos hic cum eo plura addendo, & annotando. Eſt igitur primus modus, quo acquiritur ius ad rem in Beneficio
3 electio c. fin. de traslatio. Epiſcopi Rota. † d. deciſ. 6. de election. in nouis, & ibi Papaz. in additione, Rota etiam deciſ. 17. de Præbend. in nonis Aegid. deciſ. 167. Caſſad. deciſ. 18. de Præb. num. 4. Felin. c. cauſam quæ. nu. 26. & cap. in noſtra, à Cor. 28. de Præſcrip. & in cap. cum Bertholdus. nu. 2. 3. & 4. de re iudicat. Staphil. de literis gratiæ, tit. de modis prouiſionis, nu. 5. Aeneas ſup. 3. modo nu. 5. Sarnen. d. q. 1. 1. modo Rebuff. in praxi ſuper reg. de non tollendo iure quæſito, gloſ. 6. nu. 37. & 38. Coraſ. de Benefi. 4. p. c. 1. nu. 14. Mandoſ. reg. 32. q. 15. n. 8. Nauarr. in c. ſi quando. de reſcrip. excep. 10. nu. 13. & 11. nu. 6. Flam. Pariſ. de reſignat. Benef. lib. 2. quæſt. 28. nu. 8. & Zerola in praxi Epiſcopali 1. p. verb. ius ad rem §. 1. & alij citandi ſequenti modo.

4 Quod procedit, ſiue electio fuerit acceptata, † vt vult Mandoſ. ibi. nu. 6. & Zerola ibi. §. 2. & 2. p. verb. electio §. 2. ſiue non, ſecundum citatos, maxime Feli. d. Cor. 28. & in d. c. cum Bertholdus, n. 2. & 3. & Domin. in c. quam ſit §. 1. de electione in 6. nu. 1.

Quamuis Selua de Benef. 3. p. q. 1. & q. 11. 25. qua-
5 litate † dicat, quod per electionem, & conſenſum electi acquiritur ius in re, & quod per confirmationem non acquiritur ius, ſed exercitium, & ſolum confirmatur ius olim acquiſitum, & quod iſta eſt vera & communis reſolutio, & ſequitur Lamb. de iure Patro. 1. p. 2. lib. q. 1. art. 4. nu. 2. & art. 5. 7. doctrina, & 2. p. lib. 2. q. 5. art. 8. nu. 2. 6. & 9. & ar. 9. nu. 1.

Vnde per obitum electi non vacat Beneficium, ſed vacat vt prius. Rota. d. deciſ. Fel. in d. c. in noſtra Cor. 37. Staphil. ſupra. nu. 6. Aeneas effectu. 46. Mandoſ. d. reg. 32. q. 16. † & Bonifa. in Clem. 1. vt lite pendente nu. 47. & Zerola. 1. par. verb. vacatio, §. 6. & poſt hæc Gonçalez ad reg. menſium gl. 15. §. 2. nu. 1. cum beneficium non vacet, niſi per obitum obtinentis ius in re, non autem per obitum obtinentis ius ad rem, etiã ex cauſa de præterito, Rota dec. 427. p. 1. diuerſ.

7 Ex poſtulatione autem † non quæritur ius poſtulato, quia dependet à gratia domini in cap. cupientes §. denique de electione in 6. nu. 1. Cucchus in inſtitutio. maioribus. lib. 4. tit. 2. num. 28. & Zerola. d. verb. ius ad rem §. 14.

8 Secundus modus † eſt per præſentationem Patroni, ſiue laici Rota d. dec. 17. Aegid. & Caſſad. ſup. Abbas in d. c. cum Bertholdus n. 9. & ibi Feli. nu. 1. & in d. c. cauſam quæ, nu. 26. & in d. c. in noſtra Cor. 28. Ripa in Rubr. de iudic. nu. 71. Lapus allegatione. 8. nu. 4. & ibi Mandoſ. littera B. 2. Selua d. q. 11. 25. qualitate, Aeneas d. effectu. 47. 4. modo nu. 6. Sarnen. d. q. 1 Rebuf. ſup. & de nominatio. q. 4. nu. 6. Roch. de iure Patro. Beroius. q. 4. Lamber. d. 1. p. 2. lib. q. 1. art. 3. & 4. nu. 2. & art. 5. 7. doctrina, & d. 2. p. 2. lib. q. 5. art. 8. & 9. Flam. Pariſ. d. q. 23. nu. 12. & Zerola. d. verb. ius ad rem. §. 2. Vnde ſicut per obitum electi non vacat
9 Beneficium, † vt dictum eſt, ita nec per obitum præſentati, Bonifacius ſupra, & eſt deciſio Thanis 92. in manuſcriptis quæ ait, quod in vna Paduana eſt tentum, quod per præſentationem Patroni non acquiritur ius in re, ſed ad rem, & ſic per eius obitum nihil vacat, argum. deciſ. 492. in nouis quæ eſt. d. dec. 6. quę loquitur in electione, ſed tamen abeius obitu currit de nouo tempus à iure præfixum Patronis ad præſentandũ, ſicut in elect. vt eſt textus in c. ſi elect. de elect. qui textus habet locum etiam in præſentatione Patroni. Rota deciſ. 269. in nouis. Gonçalez ſup. Vnde falſum apparet quod dicit Zerola. 1. p. verb. Beneficia,
10 † §. 5. & 4. dub. nempe vacare Parochialẽ per obitũ magis idonei electi ab Ordinario in cõcurſu, cui nondum erat facta collatio ab eo ad quem ſpectabat, vel ab Ordinario, cui erat remiſſa, ſeu commiſſa per illũ.

Intellige tamen præſentatum habere ius ad rem,
11 quando præſentatio eſt per ipſum acceptata, non alias, Ripa, nu. 73. Aeneas, Sarnen. Rochus, Lamb. d. art. 8. nu. 12. & Flam. Pariſ. ſupra, Zerola d. verb. ius ad rem. §. 2. & d. 2. p. verb. elect. §. 2. acceptatio enim eſt pars præſentationis, vt dictum eſt ſupra c. 1. huius partis nu. 21. & 23.

12 Non tamen requiritur † admiſſio Superioris, ſed quod præſentatio ſit facta Superiori, & ſic cum effectu. Selua, Aeneas, Sarnen. Rebuf. d. nu. 6. Rochus, & Lamber. ſupra, & Zerola d. verb. ius ad rem, & d. verbo electio §. 2. & Rota in vna Oſturien. Capellaniæ. 17. Nouembris 1600. Coram D. Iuſto, de qua infra 8. p. c. vlt. nu. 50. *& in deciſ. 647. & 649. nouiſ. Farin.*

Secundo intellige, dummodo non ſint plures per Patronum præſentati, nam tunc neutri eſt ius quæſitum ad rem, licet omnes in communi habeant ius, &

13 actionem,† vt vnum ex eis Epiſcopus inſtituat, Abbas.nu.10.Ripa 70. Sarnen. & Rochus ſupra & Mohed.deciſ.1.de Præbend.alia.22.quicquid dicat Lambert.d.art.8.

14 Et idem † eſt quando vnus eſt præſentatus à quibuſdam Patronis,alius ab alijs in æquali, & pari numero,nam, vt vnus dicatur habere ius ad rem,requiritur maior pars Patronorum, ſeu vocum, vt fuit reſolutum in vna Mediolanen. Capellaniæ 27. Martij 1602. coram D. meo Corduba, vt in ſequenti deciſ- ſione. Ad Capellaniam,de qua agitur, quæ de iure Patronatus Clericorum, & laicorum exiſtit, fuerat præſentatus Petrus Milliacius à quibuſdam ex Patronis, ab alijs vero Petrus Belius, ſed Bernardinus Albertacius illam impetrauit à Sede Apoſtolica cum derogatione iuris Patronatus inſerta clauſula dummodo tempore datæ litterarum non ſit in ea alicui ſpecialiter ius quæſitum. Quod, cum Milliacius ex d. nominatione prætenderet acquiſiſſe, propoſito particulari dubio Domini reſoluerunt negatiue, licet enim illa clauſula, præſerues ius quæſitum per præſentationem, Rota deciſ. 17.de Præbend. in nouis. Hoc tamen procedit, quando præſentatio eſt talis,vt ex illa veniat præſentatus neceſſario inſtituendus,ad tradita per Sarnen.ad regulam de iure quæſito non tollendo.quæſt.1.num.13.cum ſeqq.ſecus vero dicendum eſt,quando plures reperiuntur præſentati,quo caſu nulli cenſetur ius quæſitum.Mohedan. deciſ.1.de Præben.Cardinalis in cap.cum autem col. 1.ad finem de iure patronat. Abbas in c. cum Berth. num. 10. de re iudica. Lamber. de iure patronat. l. 2. p.2.quæſt.5.art.8.nec obſtabat,quod cum Milliacius fuerit præſentatus a medietate patronorum hoc ſufficeret,vt poſſet dici habere ius ad rem, ſtante quod potuit inſtitui ab Epiſcopo per gratificationem, vt fuit effectum, quia ſcribentes in ſexto articulo ſolum dubitant, an Epiſcopus poſſit gratificare vnum ex nominatis,vel eligere alium tertium? & concludunt, neutrum ex præſentatis habere præſentationem, ſed vocem dumtaxat vnius ex compatronis, quod non ſufficit,vt dicatur habere ius ad rem,cum maior pars requireretur,& licet hoc caſu Epiſcopus gratificare poſſit,vt poſt Anchar.tradunt Anania in cap. cum autem.num.2.de iure patron. Abbas & Lamber. vbi proxime,hoc autem non intrabat in propoſito, quia inſtitutionem Epiſcopi præceſſit gratia Apoſtolica, & clauſula, dummodo, non extenditur ad ius quærendum. Quod vero dicebatur de maiori idoneitate Milliacij poterat operari in concurſu, & hic non eſt caſus noſter;minus obſtabat,quod Belius fuerat præſentatus à Rectore, qui non erat in poſſeſſione præſentandi,quoniam,cum alij patroni fuerint in dicta quaſi poſſeſſione,per illam conſeruatur ius omnium patronorum,iuxta Conſilium Abbatis 54. lib. 1. ſæpius canonizatum.Creſcen.deciſ.2.de iure patron. late Lamber.lib.2.par.1.q.3.art.16.nu.20. cum ſeq. ad aliud obiectum an hoc ius patronatus eſſet Eccleſiaſticum,vel laicale,nil fuit dictum,cum ſufficiat ad effectum,de quo agebatur, non fuiſſe ius quæſitum ad rem Milliacio tempore datæ literarum, de quo eſſet facienda mentio per Bernardinum.

15 Tertius modus eſt † per acceptationem vigore gratiæ expectatiuæ,per quam acquiritur ius ad rem ad Beneficium acceptatum ante collationem cap.fin. de conceſ. Præben. in 6. & ibi gloſſ. Egid. deciſ. 358. num.4.Caſſad.deciſ.3.num. 3. de Præben. Æneas. d. effectu.47. 1.modo num.3.Sarnen.ſup.3. modo Mandoſ.regul.3.quæſt.14.numer.3. Flam.Pariſ.quæſt.23. num.15.& Zerola d.verb.ius ad rem §.3. & Gonçalez gloſ.26.nu.20.

16 Quamuis ex expectatiua † ante acceptationem nullum ius competat neque in re,nec ad rem, ſed ſolum ſpes.Caſſad.ibi.num.2.& Mandoſ.nu. 5. ſeu ius tantum implorandi officium Superioris, ſeu executoris, vt vacante Beneficio ei prouideat, vt inquit Coraſ.4.p.cap.4.nu. 11. qui inde etiam ait cum Coſ-
17 ma in † pragmat. ſanction. tit. de collatio. §. volens. verb.nominationes,& §.quod ſi quis,verb. irritum, quod per nominationem Vniuerſitati etiam inſinuatam ante vacationem, non acquiritur ius in re, nec ad rem nominato, cum ad incerta, & vacatura Beneficia dirigatur inſtar expectatiuæ,&c.quod etiam tenet Selua.3.par.quæſt.56.quamuis contradicat Rebuf.d. quæſt. 4.de nominatio.& ſuper d.reg.de non tollendo iure quæſito gloſſ.6.num. 37. & 38.Zerola d. verb.ius ad rem. §.13. citans Archidiacon. & Dominic.notab.6.num.4.in cap.ſi quis inſto.de elect.in 6.qui tamen id non dicunt, nec ibi agitur de iſta nominatione.

18 Sed eſt aduertendum, quod hoc ius † ex acceptatione expectantis non eſt conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio in impetratione, ſeu reſeruatione facta à Papa de tali Beneficio. Aeneas. d. effectu 47. 15.modo nu.3.& effect.15.Selua.3.p.q.11. qualitate. 17.& 25.& Mandoſ.regul.3.q.14. nec quoad clauſu-
19 lam, † dummodo non fit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum,quæ in literis de Beneficijs vacantibus apponitur,vel ſubintelligitur,Sarnen.in d.reg.de non tollendo iure quæſito, q. 1. in princ. & ibidem Mandoſ.q.2.nu.5.& 6.conſ.4.nu.17.

20 Per quam clauſulam † iſtud ius non cenſetur præſeruatum; præſeruatur tamen ius non ſolum in re, ſed etiam ad rem alio modo quæſitum, puta per electionem, vel præſentationem, quod etiam eſt conſiderabile ad Regulam de non tollendo iure quæſito. Rota d.deciſ.17.de Præben.in nouis., Egid.d. deciſ. 367.Caſſad.deciſ.3.num.3.& deciſ.18.numero 2. de Præbend.Felin.in d.cap. cauſam quæſt. num. 26.& in d.cap.in noſtra Cor.28.& in d. cap. cum Bertholdus num.1.Ripa ſup.num.71.Selua d.quæſt.11.qualitate. 17. & 25. Aeneas. 3. quæſt.num. 17.Sarnen.d. quæſt.1.& Rebuff.d num.37.vbi dicitur ita eſſe de ſtilo Curiæ, & Rota in vna Piſana Capellaniæ 20. Maij 1594. coram D. Blanchetto infra adducta par. ſeq.cap. 5. num. 141. & in vna Firmana Beneſ. 1564. coram eodem D. Blanchetto vbi, quod ius competens ex præſentatione cenſetur præſeruatum ex clauſula,dummodò tempore datæ, &c.& aliàs eſt neceſſaria derogatio regulæ de nõ tollendo iure quæſito,&c. Et in Mediolanen.ſupra adducta nu.14.in Oſcen. Canonicatus prima Februarij 1593. coram D. Seraphino,de qua inf.p.ſeq.cap.4.n.141.& in Caſalen.Parochialis 9. Nouembris 1597.coram eodem, *vt in deciſ. 546.nouiſ.Farin.*de qua infra 9.par.cap.2.n. 95.& de dicta clauſula vide deciſionem Colonien. Canonicatus infra adductam 10. p. c. 1. ad fi. & ibi dicta. *& in vna Veronen. Capellæ 28. Ian. 1598. coram D. Seraph. fuit reſolutum, per prouiſionem Apoſtolicam de d. Capellæ iurispatronatus laicorum vacante in Curia, & per obitum familiaris Cardinalis, & cum derogatione iurispatr.*

*iurispatr. in totum intelligi, nisi tempore datæ fuerit alteri ius quæsitum, per quã præsentationem non solum præseruatur ius in re, sed etiam ad rem ex præsentatione anteriori quæsitum: cum expeditum sit, beneficia iurispatronatus laicorum non cadere sub reseruationibus Apostolicis.*

21 Vnde Menoch. de arbitrar. † lib. 2. cap. 201. num. 149. ait narrandum esse ius alterius ex electione quæsitum, seu præsentatione, aliàs gratia est nulla. Caputaquen. decis. 37. par. 2. Cota decis. 387. in Miscell. manuscrip. & Guidobonus decis. 55. de qua infra. 9. par. cap. 4. num. 3.

22 Vnde etiam reseruatio † non comprehendit Beneficium, ad quod quis est electus, seu collatum non acceptatum. Aeneas d. quæst. 3. nu. 7. & 4. quæst. effectu. 7. † Nec obstat cap. si eo tempore, de elect. in 6. nam non habet locũ in inferioribus Ecclesijs, glo. 2. Anchar. & Francus sub num. 2. ibi, & Aeneas dict. effectu 7. de quo etiam infra nu. 40.

24 Et ratio differentiæ est, † nam ex quo expectanti sublata prima vacatione remanet saluum ius vtendi sua gratia, in alia vacatione non censetur ei præiudicari considerabiliter, † quæ ratio cessat in electo, vel præsentato, quia in totum, & perpetuo esset excluſus. Et similiter in collatario ante acceptationem de quo infra, & in recepto in Canonicum, authoritate Papæ expectante † primam Præbendam, cuius ius, de quo infra, etiam est considerabile, quoad dictam clausulam, Sarnen. d. quæst. 4. modo, & additio 2. ad d. decisionem. 17. quia illa Præbenda est illi affecta, & ad eam cum vacat habet ius in particulari absque acceptatione.

27 Ait tamen † Sarnen. d. quæst. 1. illud ius ex acceptione expectantis quæsitum esse cõsiderabile, quoad illam regulam de non tollendo iure quæsito, quãdo tollitur ius lite pendente, prout loquitur regula.

28 Vnde (inquit) si lite pendente super † acceptatione mea emanaret prouisio aduersarij tollens acceptationem meam, possem me tueri ista regula, nisi illi expressè derogaretur: quia non præsumitur Papa velle mutare statum rei litigiosæ, nisi expressè hoc appareat. consonat quod ait in reg. de subrogan. q. 8.

29 sed cum hodie dicta regula, † de non tollendo iure quæsito, habeat locum etiam ante motam litem, tunc quoad eam non erit considerabile dictum ius, cum non sit considerabile quod d. clausulam.

30 † Immò eadem ratione nec lite pendente videtur esse considerabile contra Sarnen. cuius ratio solum conuincit, quod debeat fieri mentio de lite. cap. 1. & fin. vt lite pendente. l. 2. C. eadem, Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 202. Lancellotto. de attentatis cap. 4. in præfatione à nu. 631. quæ solet fieri per clausulas

31 generales † litigiosum, &c. cuius litis statutum, &c. quæ in litteris sic extẽditur, & super eo inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, per quam dicitur facta

32 sufficiens † mentio litis. Rota decis. 20. de rescrip. in nouis, Achilles dec. 9. de rescrip. Rota in vna Virdunen. Episcopatus. 15. Octobris 1593. coram D. Pamphilio, vbi dicitur, quod, illa clausula facit, vt dicatur expressus status litis, & Papa censeatur prouidere etiam vti de litigioso, & in d. Colonien. Canonicatus coram eodem adducta d. c. 1. 10. partis ad finem, & in vna Taruisina Parochialis. 26. Iunij 1600. corã

33 † D. Ludouisio, in qua fuit resolutum, sententiam Nuntij esse reuocandam, quia declarat literas Apostolicas attentatas, quę tali vitio notari non possunt, Papa enim non attentat, Thanis dec. 62. Egid. 749. & in fine, Rota decis. 25. numero 4. de rescrip. in nouis, Paleottus 146. & quatenus reuocat possessionem, & alia inde secuta, quia illa reuocat ex dicta causa, vt denotat illa dictio, ideoque: & cum sit lata expressa falsa causa, est nulla; nec obstare, quod litteræ dicantur surrepticiæ. non facta mentione litis, & possessio postea capta sit attentata, vt fuit resolutum in vna Vrgellen. Archidiaconatus coram D. Penna. 13. Aprilis. 1592. qui, vltra quod Nuntius non fuit motus ex surreptione literarum, sed ex eo tantum, quod fuerint impetratæ lite pendente, & essent attentatæ, cessat surreptio, quia fuit facta mentio litis cum clausula, cuius statum, &c. Achilles decis. 9. de rescrip. & verba illa inter aliquos cõprehendunt etiã personam, Impetrantis, maximè cum persona loquẽtis sit Papa. Menoch. consi. 2. nu. 75. & 78. & de præsumption. l. 3. presump. 442 nu. 28. & mentio litis in singulari comprehendit plures lites. Iason. in l. qui filiabus §. 1. d. num. 4. ff. de legat. 1. maximè quia fuit facta mentio litis indefinite sine aliqua restrictiua, Iason ibi, &c.

34 Gratia tamen perinde valere † facta lite pendente, non facta mentione litis, est nulla ad Felin. in d. c. in nostra, num. 27. Lancellot. supr. vt fuit resolutum in causa Telesina Beneficij 13. Ianuar. 1595. coram D. Seraphino, & in Leodien. Canonicatus. 7. Iunij. 1596. coram D. Penna, vbi etiã dictũ est, in hoc proposito non est scrupulosè considerandum, an per litem beneficium sit effectum litigiosum, vel non, &c.

35 Nec obstat d. † clausula, & super eo inter aliquos lis, &c. quæ est in literis principalibus, quæ per gratiam perindè valere, reualidantur ab eius data, quia per illam solum censetur facta mentio litis, quæ aliàs est super Beneficio, non vero litis, quæ est occasione literarum principalium, super quib. impetratur perindè valere, & ita potest intelligi resolutio. in causa Placentina Capellaniæ. 20. Iunij 1596. corã D. Penna, quod in gratia perinde valere, non est necessaria mentio de lite.

36 Quartus modus est † gratia expectatiua Præbendæ recepti in Canonicum, seu mandatum de prouidendo de prima Præbenda factum recepto, siue creato in Canonicum authoritate Apostolica, per quod acquiritur ei ius ad Præbendam primo vacaturam. cap. si postquam. de præbend. in 6. Aeneas d. effectu 47. secundo modo. nu. 4. Sarnen. d. quæst. 1. 4. modo, Coras. d. 4. p. cap. 1. n. 14. & Zerola, d. verb. ius ad rẽ

37 §. 4. quod ius est † considerabile, vt debeat de ea fieri mentio, etiam in gratia motu proprio. Anchar. Domin. & Francus in d. cap. si postquam, Aeneas & Sarnen. ibi, & ad regulam de iure quæsito, & clausulam, dummodo non sit alicui ius quæsitum, Sarnen. ibi, & diximus sup. nu. 25.

38 Quintus est per collationem † nondum acceptatam cap. si tibi absenti. de Præbendis in 6. & ibi Domin. nu. 2. & 18. Francus nu. 2. & à num. 12. Felin. in d. cap. in nostra. nu. 5. Aeneas, d. effectu 47. 6. modo num. 8. Sarnen. d. quæst. 1. quinto modo, Rebuf. d. gl. 6. num. 27. & 38. Coras. d. nu. 14. Mandos. regul. 5. q. 5. & Zerola d. verb. ius ad rem § 5.

39 Quod ius est considerabile † ad omnes regulas loquentes de iure ad rẽ, & impetrationes, & d. clausulam, dummodo non sit alteri ius quæsitum, quæ il-

Iud præſeruat iuxta dicta, vt per citatos, maxime Domini. Francum, Felin. & Sarnen.

40 Nec reſeruatio interim facta de d. † beneficio etiam motu proprio impediret conſenſum, & acceptationē illius, cui erat iam ius quæſitum, ſaltē ad rem per collationem, quod nō tollit motus proprius, vt Domin. d. num. 18. tradit Francus ſupra nu. 13. & 14. non obſtante d. cap. ſi eo tempore de electione in 6. quia hic non remanet aliquid expediendum per Papam in perſona collatarij, in quo intret reſeruatio, maxime cum ille textus non habeat locum in inferioribus Beneficijs, vt contra eundem Domini. d. cap. ſi eo tempore, num. 4. diximus ſupra nu. 22. & 23.

41 Vnde ante acceptationem collatarij † beneficium dicitur vacare, licet non libere, vt poſſit conferri ante diſſenſum, vel lapſum termini dati ad conſentiendū, vt in d. cap. tibi, & ibi Domin. & Flam. Pariſ. lib. 10. de reſignat. q. 8. n. 9. & illo moriente ante acceptationē beneficium vacat, vt prius Flaminius ibi nu. 10. & 22 & Gonçalez gl. 15. §. 2. nu. 6.

42 Et eſt deciſio in cauſa † Taurinen. commendæ. 10. Aprilis 1595. in qua fuit dictum, non obſtare, quod collatio Ordinarij ſit facta abſenti, & ante ratificationem ſuperuenerit collatio Papæ in fauorem aduerſarij, quia per talem collationem abſenti factam Beneficium deſinit eſſe liberum, vt per D. omnes in d. cap. ſi tibi abſenti, & acquiritur tale ius, vt per clauſulam, dummodo tempore datæ, &c. ipſum ius cenſeatur præſeruatum, Gemin. in d. cap. ſi tibi abſenti, num. 18 cum alijs, &c.

43 Sextus modus, per quem acquiritur † ius ad beneficium, eſt per reſeruationem factam pro aliquo de certo Beneficio, Simoneta de reſeruatio. q. 20. & Zerola d. verb. ius ad rem. §. 6.

44 Quod ius eſt conſiderabile † quoad dictam clauſulam, & regulam de iure quæſito adeo, quod ſi Papa alteri conferat, non derogando expreſſe tali reſeruationi, collatio eſſet nulla, quia militat eadem ratio ac in electione, & præſentatione, &c. Aeneas d. effectu 47. 5. modo. nu. 7. & 3. effectu ad fin. & 4 effectu nu. 1. & 2. Sarnen. d. q. 1. 6. modo 6.

45 Septimus modus, † vt per optionem, ſeu ius optandi, Aeneas d. effect. 47. 7. modo nu. 9. Sam. 7. modo. 7. Reb. d. nu. 38. & Zerola ſupra §. 7. & ad Papaz. & Rotam deciſ. 3. de conſuetud. in nouis ad fi. quod ius eſt conſiderabile quo ad dictam regulam, & conſequenter etiam quo ad dictam clauſulam, Sarnen. ibi quo p. ſeq. cap. 1. nu. 295. & quod habens ius optandi di-

46 catur † habere ius ad rem, tradit poſt hæc Gonçalez gloſſ. 34. nu. 126. quod intelligit num. ſeq. de Præbenda vacante, alias ſecus. item poſtquam fuerit acceptata iuxta dicta de expectatiua ſupra à nu. 15. ſed in hoc vltimo non bene dicit, nam primus habens ius optandi habet ius ad Præbendam vacantem etiam ante acceptationem, vt ſentiunt citati, & diuerſum eſt in expectatiua, vt conſtat ex ſupradictis nu. 16. & à num. 18. & 24. *& quod per Statutum & conſuetudinem optandi non acquiratur ius ad rem, niſi eueniente caſu optionis, tradit etiam Alexand. Monet. de option. cap. 1. num. 15. & cap. 8. num. 35. per ipſam vero optionem actualiter ſubſequutam cenſet d. num. 15. quod acquirat ius in re, & non ſolum ad rem, cum tunc aliud non requiratur, niſi apprehenſio poſſeſſionis, quæ iam ſupponit ius in beneficio ſeu Præbenda; ſed id ſolum eſt verum, quando per optionem non mutatur titulus.*

47 Octauus modus eſt † ob non ſolutionem penſionis propter clauſulas appoſitas in litteris penſionum Aeneas d. effectu 47. 8. modo num. 10. relatus d. cap. 1. num. 199. Sarnen. d. quæſt. 1. octauo modo. Flam. Pariſ. de reſignatione lib. 6. quæſt. 3 nu. 15. & Zerola ſupra. §. 8.

48 Aſt tamen Sarnen. ibi quod, † quo ad effectum dictæ regulæ de iure quæſito, non poteſt tale ius adaptari, cum competat contra viuentem, & regula non habet locum in prouiſione Beneficiorum viuentium.

49 Sed id nihil obſtat, † nam, cum titularis Beneficio priuatus exiſtat, illudque vacare cenſeatur eo ipſo ex dictis clauſulis appoſitis in literis penſionum, perinde eſt ac ſi mortuus eſſet, & regreſſus, vel acceſſus, qui penſionario datur, & eo declarante intrat, non ſolum ius ad rem, ſed etiam in re tribuit, vt in dictis clauſulis, de quo videatur Flam. Pariſ. d. quæſt. 3. per totam, ex ſtilo tamen benigno Rotæ canonizatur

50 † huiuſmodi regreſſus, vel acceſſus, nec illis eſt locus, niſi data magna proteruia, vt per Cottam deciſ. 205. in Miſcel. manuſcrip. vbi dicitur, quod in cauſa regreſſus, ob non ſolutionem penſionis, Domini ſolent vti benignitate cum titulari, vt facta præfixione termini debeat ſoluere, vel ſoluat, & purgabitur contumacia, vel expediatur cauſa ſpe benignitatis Dominorum. ita in cauſa Burgen. Canonizationis regreſſus, ſiue penſionis. 3. Iunij 1558. coram D. Caputaquen.

51 Et per Rotam in cauſa † Roſanen. regreſſus 16. Ianuarij 1595. coram D. Lita, & Placentina Decanatus 10. Nouembris, eiuſdem anni coram D. Penna, vt in deciſionibus ſequentibus. Roſanen. regreſſus.

52 Domini cenſuerunt ſententiam Archiepiſcopi, Roſanen. eſſe reuocandam ea ratione, qua regreſſus non Canonizatur, niſi vbi datur magna proteruia. Anto. Auguſtinus deciſ. 352. & 624. lib. 3. & in epitome de priuatione ob non ſolutionem penſionis. §. 5. ſub titulo generali, de pœnis, quæ proteruia hoc in caſu conſiderari non potuit ſtante diſpoſitione reali, & conſenſu d. iudicis, & ſufficit ſola oblatio verbalis ad effectum euitandi pœnam. Soc. conſil. 118. lib. 4. Verallus deciſ. 72 1. p. 2. & in hanc ſententiam eo facilius Domini venerunt, quod in actis conſtat de reali ipſius Marci Antonij receptione omnium, & quorumcunque terminorum d. penſionis decurſorum abſque proteſtatione, per quam cenſetur omnis pœna regreſſus, ſeu caducitas remiſſa, ſi qua præcedebat. l. poſt diem. ff. de lege commiſſoria Aretin. conſ. 149. col. penul. & finali.

## *Placentina Decanatus*, 10. *Nouembris* 1595.

52 QVONIAM in reſeruatione † penſionis ſuper iſto Decanatu ad fauorem Mirandæ fuerat dictum, quod ſi Garſias de Loaiſa, vel Don Petrus Panyagua peterent penſionem reduci, vel annullari, &c. liceret Mirandæ propria authoritate capere poſſeſſionem Decanatus, illamque vigore eiuſdem decreti retinere, & deinde. D. Petrus cauſam committi obtinuerit ſuper nullitate penſionis, cumque commiſſionem Petrus ratam habuerit, & vt Rota cenſuit

fuit 26. Octobris 1594. & propterea Miranda prætenderet factum fuiſſe locum prædicto decreto ideo propoſito dubio ſuper hoc concluſum fuit locum factum fuiſſe prædicto decreto ad effectum, de quo agebatur, potuiſſe tamen Decanum recedendo a lite euitare pœnam in decreto appoſitam; nam quantum ad primam partem clarum erat, Petrum propter litem motam ſuper nullitate penſionis, & illius proſecutionem, in qua adhuc tenaciter perſeuerat, ſeſe ſtatutæ pœnæ ſubdidiſſe, ob euentum conditionis in decreto appoſitæ, Verallus deciſ. 247. par. 2. Achilles dec. 311. alias 1. num. 5. de iureiurando in impreſſis, & ſtante præſertim clauſula ſublata, quæ tollit poteſtatem aliter iudicandi. Puteus dec. ſ. 50. num. 5. l. 1. & declaratione facta per Mirandam per quam dixerat, ſe acceptaſſe decretum, & eo vti velle, Puteus deciſ. 34. lib. 2. Mohed. deciſ. vlt. ad finem de renuntia. nec placuit Dominis ille decreti intellectus per informantes pro Don Petro, quod intelligeretur, vt non poſſit opponi de nullitate de facto, & non de iure. Oradinus deciſ. 76. Cotta deciſ. 294. hanc autem nullitatem contra penſionem Mirandæ apertum habere iuris fomentum, ex quo Garſias non conſenſit, vt fuerat præſuppoſitum, & ſemper in confirmationibus Pontificijs ſubintelligitur conditio, quatenus partes de nouo conſentiant, Abbas. in cap. ſuper eo num. 8. de conditionibus appoſit. quoniam reſpondetur verba decreti fuiſſe ampliſſima, vt de nullitate ex quauis cauſa dari non poſſet, quæ propterea tam veniebat intelligenda de facto, quam de iure, Rayn. conſ. 77. nu. 7. & 8. lib. 2. Maluaſia conſ. 12. incip. duo proponuntur, num. 24. lib. 1. & eo maxime, quia Petrus neque de iure opponere poſſe videbatur ſtante clauſula in reſeruatione penſionis, quod non poſſit dari de obreptione, & ſurreptione, cum clauſula ſublata, quo caſu Papa etiam de iure litem & moleſtiam prohibuiſſe cenſebatur. Puteus deciſ. 377. lib. 2. 2. p. quod Decanus poſſet euitare pœnam, ſi pœnitendo recederet a lite, & ab omni moleſtia amplius Mirandæ, tam de facto, quam de iure inferenda. Domini tenuerunt more maiorum, qui æquitatem, & humanitatem humanæ naturæ conformem ſecuti cenſuerunt in ſimilibus caſibus moram purgari poſſe, Sarnen. de ſubrogandis collitigantibus, quæſt. 7. num. 8. verſic. 2. caſus, Anton. Auguſtin. in Epitome, tit. de priuatione, ob non ſolutionem. §. 5. idem lib. 3. deciſ. 352. incip. Peregrinus idem deciſ. 619. incipienti, Thomas Tahanis. vbi cenſent iniquum fuiſſe iudicatum quemquam priuari Beneficio ob non ſolutionem penſionis, quam ſententiam deinceps Rota ſæpe ſecuta fuerat, vt in vna Calagurritana Prioratus coram D. Blanchetto 22. Maij 1579. & 15. Ianuarij 1580. & nuper anno præſenti coram Lita 16. Ianua. in cauſa Roſanen. regreſſus, & quamuis ex his deciſionibus intelligeretur tunc poſſe canonizari regreſſum, & iſtis decretis pœnalibus fore locum, quando adeſt magna proteruia in recuſante penſionem ſoluere, quam informantes pro Mirãda ex eo contra dictum Petrum deducere conabantur quod litem ſuſtineret, & plures alios actus faceret tam in Rota, quam in ſignatura, pro penſione annullanda, nihilominus ex aduerſo apparebat ſemper ſolutam fuiſſe penſionem & nouiſſime quoque datam à domino Petro ſchedulam cautionis Bancariæ, ex quibus ceſſare videbatur formalis illa, & culpabilis pertinacia, quæ regreſſibus viam aperit. Supradictis accedebat factum Mirandæ, quoniam, licet commiſſio, & proſecutio cauſæ ſuper nullitate pẽſionis fuerint de anno 1592. Miranda tamen exegerat penſionem per totum annum 1593. non declarando, quod volebat vti decretis, neque proteſtando, niſi de anno 1594. per quos actus alias cenſetur remiſſa pœna caducitatis, Caſſad. deciſ. 2. & 3. de locato, Gambarus de poteſtate legati, lib. 6. num. 480. poſtremo non placuit Dominis illa diſtinctio, quam faciebant informantes pro Miranda, de contraueniendo, in omittendo. vel committendo, vt cui contrauenitur in committendo ſtatim ſecuta contrauentione fiat locus pœnæ, & ſic in caſu propoſito prouiſionis ad fauorem Mirandæ, iuxta tradita per Bald. in authen. habita, num. 46. C. ne filius pro patre, Antonius, conſ. 93. num. 7. Decius conſ. 136. num. 4. quia licet regulariter grauiores ſint exceſſus, & errata facta per commiſſionem, quam per omiſſionem; Rota tamen æquitatem canonicam ſecuta, non amplectitur illam diſtinctionem, cum contrauenientes quantum poterit admittat ad moræ purgationem, præſertim, ſi ius partis non ſit effectum deterius. cap. ſua de pœnis, Alexand. in l. ſi inſtitam, num. 24. de verbo. oblig. Iaſon. in l. ſi quis maior. num. 26. & ibidem Cagnol. num. 152. C. de tranſactio. Quamquam autem deciſum eſſet D. Petrum potuiſſe purgare moram, etiam vſque ad tertiam ſententiam, non propterea denegabatur Mirandæ facultas proſequendi etiam ius ſuum, ſi quod haberet ex alijs capitibus ad eundem Decanatum, tam etſi Dominis placebat, quod lis finiretur per concordiam. *Quæ deciſio eſt confirmata 6. Decemb. 1596. coram eodem, vt in deciſ. 804. nouiſſ. Farin.*

53 Nonus modus eſt per priuationem iuris, † nempe, quando quis venit priuandus Beneficio. Æneas d. effectu 47. modo, nu. 12. Sarnen. d. q. 1. 9. modo Zerola d. verb. ius ad rem. §. 9.

54 Sed, vt ibi dicunt Aeneas, † & Sarnen. iſtud ius nõ habetur in conſideratione, quia Beneficium non valet antequam ille priuetur, & ſic agenti, ſeu impetranti in euentum priuationis non competit aliquod ius ad Beneficium, de quo vide late dicta infra 11. par. cap. 3. num. 62.

55 Decimus & vltimus modus, quem ponit † ibi Sarnen. & Aeneas 9. modo, num. 11. & Zerola §. 10. eſt per regreſſum, & acceſſum. Nauarrus in c. ſi quando, de reſcrip. præludio. 5. & exceptione 11. num. 7. & Flam. Pariſ. d. quæſt. 23. num. 16. cum alijs. Adde, &
56 coadiutoriam, cum futura ſucceſſione, Nauarrus † ibi, quod ius, inquit Sarnen. eſt conſiderabile, quoad omnes regu. & diſpoſitiones de iure quæſito loquentes.

57 Quod ſine dubio procedit † poſt vacationem Beneficij: difficultas eſt ante vacationem, nam tũc iſtud ius non videtur conſiderabile, cum ſit conditionale euentum vocationis, Caſad. deciſ. 3. de præben. & Mohedan. 21. eodem tit.

58 Sed quamuis ex eo † non ſit conſiderabile ad effectum, vt ratione illius iuris ante vacationem intret reſeruatio, quæ contentatur iure ad rem, vt dicemus infra p. ſeq. cap. 1. nu. 304. tamen ad effectum, vt per aliam gratiam non præiudicetur illi, cenſetur ius cõſiderabile, quia eſt ad certum Beneficium, maxime, cum iſta gratia concedi ſoleat cum magna compoſitione, & præſertim ex clauſulis in huiuſmodi gra-

tijs,& coadiutorijs apponi ſolitis, & ita poſt hæc ait Gonçalez gloſſ.5.§.9.à nu.79.quod in vna Valliſoletana Decanatus.11. Decẽ.1600. coram D. Millino fuit reſolutum, quod per gratiam coadiutoriæ cum futura ſucceſſione acquiritur ius quoad ſucceſſionẽ valdè conſiderabile, & proculdubio regula, de non tollendo iure quæſito,locum habet in illo: qui tamẽ malè allegat deciſ. Caputaquen.128.p.1.& 31.p.3. & ad id,quod dictum eſt de compoſitione,conducũt dicta per Gonçalez gloſſ.28.a nu.28.

59 Addo vndecimum modũ, † per quem acquiritur ius ad rem conſiderabile, quoad dictam clauſulam, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, & regulam de non tollendo iure quæſito, videlicet mandatum de prouidendo de certo Beneficio vacante in forma
60 dignum, † vel aliàs;quod ante collationem non dat titulum,& ius in re,ſed ad rem,vt dictum eſt ca.præced.num.55. vnde per obitum habentis huiuſmodi mandatum ante collationem non vacat Beneficium, ſed vt prius.Bonifacius in Clem. 1.vt litè pendente, num.49. Rota in Burgen. Canonicatus. 28.Aprilis. 1597.coram D.Pamphilio ſupra relata 2.p. nu.131. *& in Pampilonenſi de Ianzi 28.Iunij 1602.coram D.Seraphino, vbi quod per obitum habentis gratiam, in forma dignum,ea non verificata & exequuta, non inducitur vocatio.* vt dictum eſt d.c.præced.nu.17.& poſt hæc tradit Gonçalez gloſſ.15.§.2.num.59.

61 Decimus ſecundus modus, † per quem acquiritur ius ad Beneficium, eſt oppoſitio, ſtante conſtitutione,ſeu conſuetudine,priuilegio,vel fundatione dante ius opponendi.Caſſad.d.deciſ.18.de Præbend.nu. 5.Puteus deciſ.235.& 264.lib.2.Sarnen.in d.reg.de non tollendo iure quæſito,quæſt.1,nume.10. verſic.
62 nam per illam ſolam oppoſitionem, † qui ait, quod hoc ius opponendi habet locum,etiam quando non ſolum ex conſtitutionibus ſynodalibus competeret filijs patrimonialibus, ſed etiam quando ex ordinatione teſtatoris tãtum volentis proximiorem de ſuo genere ad Beneficiũ preſentari; nam tali caſu per oppoſitionem proximioris acquiritur illi ius conſiderabile,adeoque virtute dict. clauſulæ quatenus non tollatur ius quæſitum, videtur præſeruari, vt nouiſſimè concluſit Rota in vna Oxomen. Capellaniæ de Soron coram R. D.Raynaldo Petricio de menſe Iunij 1539.quæ de plano procedunt quando ius opponendi competit vigore alicuius conſtitutionis, vel ordinationis, ſecus vero, vbi nulla eſſet conſtitutio ſed ſimplex vſus ſe opponendi, nam taliş oppoſitio non dat ius, &c, hæc Sarnen. conſonat Coſmas Philiarchus de offic.Sacerdotis.2.p.lib.4.c.23. *Ioan.Gutier.conſi.1.nu.24.* & faciunt dicta inf. 7.p.c.15.

63 Sed verius eſt iſtud ius † ſolum eſſe conſiderabile reſpectu Ordinarij, & inferiorum Papa,qui non poſſunt illi derogari.Puteus d.deciſ.235.Creſcen. deciſ. 7.de iure patron.n.2.& Rota in vna Toletana Scholaſtriæ de Alcala,22.Maij.1592 coram D.Orano ſatim adducenda,& in Placentina Cantoriæ.24.Octobris.1594. infra adducta.nu.81. & ad effectum, † vt
64 in gratia de vacaturo eſſet facienda mentio de tali iure,Puteus d.deciſ. 235.& d.deciſ.264. quæ ait non tamen eſſe in ea neceſſariam derogationẽ regulæ, de non tollendo iure quæſito,quia loquitur de iure radicato,& incorporato,ſeu iure perfecto,& de prætito quæſito, & retro in d. Toletana Scholaſtriæ.

65 Non autem eſt conſiderabile ad effectum, † vt per dictam clauſulam, dummodo non ſit alteri ius quæſitum,ceſſeatur præſeruatum, nec vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante, nam oppoſito aſſimilatur acceptationi,cum pendeat ex facto ſe opponentis,& ſit in mera facultate, & voluntate illius, ſicut acceptat.Caſſad.d.deciſ.18.nu.1.Puteus d.deciſ. 235.nu.3.Creſcen.d.deciſ.7.vbi fuit reſolutum clauſulam, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, poſitã in noua prouiſione non præſeruare ius illius, qui ſolus erat de genere,& nomine teſtatoris,& præſentari debebat ſecundum tenorem fundationis, non tamen fuit præſentatus, & tale ius non dici ad rem conſiderabile,vt per præſentationẽ,vel electionẽ,&c. & Mohed.deciſ.1, de Præbend. & 34.eodem tit.quæ eſt ad finem libri aliàs 23. & 23. vbi fuit reſolutum, quod per oppoſitionem factam per opponentes ſe ad Canonicatus Doctorales Hiſpanię, & per receptionem per Capitulum factam non acquiritur ius ad rem conſiderabile,quod impetrans Canonicatum teneatur facere mentionem in impetratione de oppoſitione, & de tali iure, & Rota in vna Calagurritana Beneficij de Arcaya. 28. Iunij 1591. coram D. Seraphino infra adducta parte ſequenti cap.1.nu.527.ad
66 finem & in d. Tolletana Scholaſtriæ,quę ſic ait† Domini tenuerunt Franciſcum Herrera ſuper vacatione Scholaſtriæ,de qua agitur audiendum, quia, cum habeat qualitates ad illam obtinendum,à ſtatuto requiſitas,potuit ad vacantem ſe opponere. itaque ex oppoſitione ius ſibi fuit ad illam acquiſitum. Caſſadorus deciſ. 18. nu.4.de Præbend. Sarnen,ſuper reg. de non tollendo iure quæſito,q.1.num.10.verſ.nam per illam ſolam oppoſitionem, & hoc manifeſtum fit, quia in gratia de vacaturo neceſſario de tali iure ex oppoſitione acquiſito fieri mentionem oportet, vt per Puteum deciſ.235.lib.2.ſed tãto magis, quando non agitur contra prouiſum Apoſtolicum, vt eſt caſus noſter, ſed contra eum, qui ius ab Ordinario fuit aſſecutus;nam huic certum eſt facultatem derogandi ſtatutis Eccleſiæ non competere, Puteus dec. 235.nu.3. & 4. neque in contrarium facit quod voluit Mohedan.deciſ. 22. & ſeq, nempè ex oppoſitione non competere opponenti al quod ius conſiderabile in re,vel ad rem,quia loquitur in diuerſis terminis, videlicet ad effectum, ne taciturnitas illius in gratia de Beneficio vacanti poſſit cauſare ſurreptionem, non autem quando ſtatutum adeſt, per quod tribuitur ius opponenti, Puteus dec.253.lib. 3. Ant. Aug.in epitome tit. de prouiſione & oppoſitio.§.1.

67 Et idem fuit reſolutum † in cauſa Placentina Cantoriæ.11.Ianuarij.1594.coram D. Arrigonio, in qua
☞ Domini tenuerunt,quod ex oppoſitione,& requiſitione Mathæi de la Pila Canonici Placentini ad Cãtoriam vacantem,non fuit acquiſitum ius,de quo in gratia Apoſtolica D.Didaci de Aguilera eſſet faciẽda mentio, & per quod eius gratia poſſet dicit nulla,etiam ſtante ſtatuto fundamentali dictæ Eccleſiæ a Papa confirmato,& quod Dignitates vacantes providerẽtur Canonicis dictæ Eccleſię,quibus nihil obſtaret de Canonicis inſtitutis ex Caſſadoro. d. deciſ. 17.de præbendis, Mohed.deciſ.22.& 25.puteo 235. lib.4.Gomez.d. quæſt.1. num.10. Anton.Auguſt. in repertorio, titu.de præbend.§. de oppoſitione; nec obſtat deciſ. putei. 235, lib.2. & 253.lib... quia illa prima procedit in gratia de vacaturo, ſecus in gratia de vacante,vt in propoſito, in qua eſt diuerſa ratio,

vt

vt ibi dicitur; in ſecunda vero vltra oppoſitionem fuit proceſſum ad plura alia, per quæ fuit ius quæſitum, vt ibi dicitur, quaſi non eſſet proceſſum, ius non quæreretur ex ſola oppoſitione vt ibi dicitur. Idem
68 etiam fuit tentum in vna† Calagurritana de Iocano. 15. Maij 1600. in qua fuit reſolutum, ſententiam poſteriorem eſſe validam non obſtante defectu iurisdictionis appoſito ex eo, quod Nuntius non haberet facultatem committendi cauſas Beneficiales, nam fuit dictum hanc cauſam non eſſe Beneficialem, quia Gaſpar. vti præſentandus prætendebat ſibi debitum eſſe Beneficium, non autem petebat illud tanquam ſuum, Bald. in authen. litigiola, num. 1. C. de litigioſ. & quando lis eſt ſuper præſentatione, cui aliquis ſe opponit ad impediendam inſtitutionem, cauſa non dicitur Beneficialis, vt fuit dictum coram Oradino in cauſa Aretina de Raguſim. 24. Aprilis. 1559. quam allegat Lancel. de attentatis cap. 4. in præfat. num. 489. &c. Nec obſtare, quod ille ſit filius patrimonialis, & ſe opponat, quia per oppoſitionem non acquiritur ius ad rem, nec in re ſuper Beneficio, ita vt poſſit illud petere tanquam ſuum, vt in d. Placent. Cantoriæ, & cap. Et tradit poſt hæc Gonçalez glo. 9. §. 1. à num. 88.

69 Ex qua deciſ.† Placentina, & d. deciſ. Put. 253. apparet, id intelligi, niſi vltra oppoſitionem oppoſitor iuſtificauerit qualitates neceſſarias, & requiſitas per conſtitutionem, ſeu priuilegium, ita vt cenſeatur ab illa vocatus, & ſola prouiſio deficiat, nam tunc ex tali oppoſitione, & verificatione qualitatum eſſet ipſi quæſitum ius conſiderabile, de quo in prouiſione aduerſarij erat facienda mentio, & oppoſitio in iſto caſu magis aſſimilaretur præſentationi, ſeu electioni. quam acceptationi, &c. Et conſequenter eſſet præſeruatum per d. clauſulam, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, & haberet locum d. regula de non tollendo iure quæſito. Vt fuit reſolutum in d. deciſ. Putei 253. lib. 3. in vna Burgen. Canonic. & Præbendæ Doctoralium de anno. 1549. de qua eſt conſ. 51. Man-
70 doſij, † qui ait, quod ex oppoſitione competente ex aliqua conſtitutione vel priuilegio acquiritur ius conſiderabile, vt non tollatur per clauſulas generales reſcripti, & ſit reſeruatum per clauſulam, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, in fine tamen refert Rotam dixiſſe ſimplicem oppoſitionem non eſſe conſiderabilem, ſed, quia vnus tantum ſe oppoſuit, & verificauit eſſe in caſu priuilegij Sixti IIII. illud ius eſſe conſiderabile, & tradit Gonçalez ſup. nu. 92. & ſeqq.

71 Vnde, ſi eſſent plures† oppoſitores, qui verificaſſet qualitates neceſſarias, nulli eſſet ius quæſitum conſiderabile, ſicut dicitur de patronis plures præſentantibus, quibus nullum ius acquiritur ad rem vt per Mohed. d. deciſ. 1. & diximus ſupra tit. 13. Gonçalez vbi proxime, qui nu. 94. ait fuiſſe deciſum in vna Calagurritana Beneficij de Ocon, 16. Iunij. 1703. coram D. Otimbergo, quod per ſententiam declaratoriam factam ab Ordinario continentem Beneficium patrimoniale eſſe debitum N. vti magis idoneo etiam ante præſentationem, & inſtitutionem poſtmodum faciendas acquiritur ius ad rem conſiderabile, ex quo iam erat magis idoneus ab examinatoribus repertus. *ſicut etiam in cauſa Calagur. de Zuriano 14. Febr. 1605. coram D. Penna fuit reſolutum, quod quamuis ex oppoſitione non acquiratur ius in re, vel ad rem; id tamen non procedit, quando ſecus cautum eſt in fundatione, vel conſtitutione, vel conſuetudine inductum, ad Caſſad. dec. 18. nu. de Præb. Put deciſ. 253. lib. 3. Anton. Auguſt. in epit. de oppoſit. nu. 1 Et quando ex parte collationis deuentum fuit ad aliquos actus poſitiuos, vt tenuit Rota in illa Placentina cantoria 24. Octob. 1594. coram D. Seraphino, & in cauſa Calag. beneficij de Maeſt. 24. Nouemb. 1604. coram D. Ortembergo, & ſic in illo caſu ex duobus præſentatis ab examinatoribus æque idoneis denuntiatis vnus fuiſſet electus, & inſtitutus ab Ordinario, fuit ei ius quæſitum, ita quod gratia alterius obſtabat clauſula, dummodo tempore datæ præſentium non ſit in eo alicui ius quæſitum. Nec obſtare deciſionem in hac cauſa coram eo factam 24. Maij 1604. quia non loquitur de prædictis actibus, ſed de poſſeſſione capta pendente termino ad appellandum: iſti vero actus, ex quibus acquiſiuit ius ante tempus ad appellandum geſti, non produxerunt attentata, de quibus loquitur deciſio.*

72 Vnde etiam in terminis† d. deciſionis 7. Creſcen. videtur, quod ſi ille, qui erat ſolum de genere, & nomine, & debebat præſentari ſecundum fundationem, id verificaſſet ante obtentam nouam prouiſionem, per aduerſarium, aliter dicendum eſſet, nempe quod eſſet ei quæſitum ius conſiderabile, de quo non ſolum eſſet facienda mentio in noua prouiſione aduerſarij, ſed etiam eſſet præſeruatum per dict. clauſulam, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, & haberet in eo locum dict. regula. de non tollendo iure quæſito. *& ita aliàs fuit reſolutum per Rotam in vna Gerund. benef. 2. Decemb. 1605. coram D. Sacrato, vt in ſeq. dec. fuit reſolutum per oppoſitionem factam per Franc. &c.*

73 Quinimmo in terminis† d. deciſionis Creſcentij, etiamſi ille, qui erat de genere, & nomine, nondum id verificaſſet, videbatur neceſſaria mentio non ſolũ de lite, ſed etiam de tenore fundationis, vt ibi factum eſt, quamuis non eſſet neceſſaria derogatio d. regul. de non tollendo iure quæſito, nec præſeruaretur per illam clauſulam, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, iuxta ſupradicta, alias enim non cenſetur Papa velle derogare fundationi etiam in gratia de vacante.

74 Et ita fuit reſolutum in vna† Vlisbonen. Prioratus. 4. Iulij 1601. coram D. Seraphino, vt in deciſione ſequenti. Fuit concluſum locum eſſe ſequeſtro 5 primo. quia poſſeſſio capta per D. Matthæum Fernandez fuit capta pendente appellatione à decreto Ordinarij cap. non ſolum. de appellatione lib. 6. & c. vt lite pendente, eodem lib. nam, licet Princeps non attenter, vt per Egidium deciſ. 249. in fine, tamen poſſeſſio vigore gratiæ capta poſt appellationem, ſeu poſt inhibitionem eſt attentata, Modernus de attentatis p. 2. cap. 4. in præfatione n. 413. cum alijs, quod maxime procedit ſtante, quod gratia erat ſurreptitia, cum non fuiſset narrata lis, neq; narratum Beneficium eſſe debitum certo generi perſonarum in fundatione, prout conſtat ex priuilegio, & tribus ſententijs alias in Rota antiqua latis, quo caſu gratia Papæ, non facta de hac re mentione, eſt nulla. Thanis deciſ. 102. Æneas de Falcon. queſt. 3. num. 22. Puteus deciſ. 235. nu. 2. l. 2. non obſtant, quæ ex aduerſo deducta fuerunt, & primo, quod deducitur fuiſſe proceſſum iuxta formam præſcriptam à S. Concilio Tridentino, quia præterquam quod non tuetur attentationem, decretum illud, quod habetur ſeſs. 24. cap. 18. de reform. non procedit, vbi in fundatione fuit data diuerſa forma, quæ eſt obſeruanda, vt patet ex

§.7.& Molina de iuſtitia.tom.3. diſp. 599. *& Guttier. d.q.10.nu.9.*& ita intelligunt verbum illud, ſuffragetur, ſcilicet in foro iudiciali,& contentioſo.

31 Sed, cum iam a tempore Pij V. in d. reg. dicatur in iudicio, vel extra ſuffragetur, videntur iam non poſſe dicta procedere, & ita videtur tenere P. Ledeſma de matrimonio.q.56.art.4.dub.3.Emman. Rodrig. in ſum.1.tom.c.234.ad fin.& Vega 1.p.ſum.c.88.caſu 2. *& Rebell.de oblig.iuſt.2.p.lib.3.q.5.nu.23.circa finem.* quicquid adhuc dicat Thom.Sanchez diſput.39.n.4. & vltimo.

32 Abſolutio vero † a ſuſpenſione, ſeu alia cenſura obtenta ſine literarum expeditione, valebit in foro conſcientiæ, vt tradit Nauar. conſ. 29. de temporib. ordinationum, nu.3. Nec obſtabit d. reg. quia ſolum loquitur de diſpenſatione.

33 Præterea d. regula non † procedit in diſpenſatione conceſſa acceſſorie ſimul cum prouiſione, ſeu alia concluſione, ſuper quibus erant expeditæ literæ, Nam tunc de diſpenſatione ſatis eſt conſtare per ſupplicationem.Caſſad.dec.35.ſuper regulis, Rota deciſ.85.lib.2.& 11.lib.3.p. 3. diuerſor. & deciſ.214.

34 num. 3. par. 1. diuerſorum, † Sed de penſione offert ſe difficultas, an ſalua conſcientia exigi, & recipi, ac ſolui poſſit literis ſuper illius facta reſeruatione non expeditis, quando non adeſt clauſula, quod ſola ſignatura ſufficiat, quæ in penſionibus ad fauorem Palatinorum poni ſolet?

35 In qua, omiſſo, † quod dicunt Corduba in ſumma q.166.Emman.Rodrig.2.tom.c.21.nu.9.Vega 2. p. c.65.caſu 8.& P.Ledeſ.2.p.tract.7.c.1.circa 14.Concluſionem pag.391.qui tanquam Theologi in materia iuris loquuntur, vt ſolent ſine fundamento: & ſequitur Thom.Sanchez ſupra.num.5.ad fin.licet partem negatiuam teneat Hiero.Paulus.d.verſ. vbi Pa-

36 pa † concedit gratiam, tamen partem affirmatiuam ex ſupradictis tenent Sarnen. d. reg. de non iudicando iuxta formam ſupplicationum. q. 1. & 14. Gigas de penſio.q.34.& conſ.151.nu.8.Mando.d.reg.q.7. Nau.conſ.37.de Simonia ad 1.q.& Enriq.in ſumma lib.13.c.19.§.1.& Thom.Sanchez, d.nu.5. *Guttier. ſupra d.quæſt.10.*

37 Nam in foro conſcientiæ, † vt quis ſit tutus, ſola ſupplicatio gratiæ ſufficit. Flam. Pariſ.de reſignat.lib. 8.q.2.num.24.& dicetur infra.nu.53.quamuis ſine literis non poſſit cogi ad ſolutionem penſionis per

38 iudicem † ex d. regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationum, niſi alias ſe obligaſſet de illam ſoluendo abſque literis. gloſſator regulæ Cancellar. 25.ad fin.Caſſad.deciſ.2.de penſio.n.12.Gigas.Mandoſ.Nauarr.& Enriquez ibi cap.2. Rebuff. de pacificis poſſeſſo.num.145.& 156.alias 126.& 137.

Id tamen ceſſat iam, ſtante clauſula in ſupplicatione penſionum, vigore literarum deſuper expedita-

39 rum, nec alias perſoluenda, quæ † tempore Gregorij XIII. apponi cœpit, vt per Saluſtium Tiberium in practica auditoris Cameræ.lib.3.c.4.qua ſtante dicẽ

40 dum eſt ante literarum † expeditionem nõ poſſe exigi, nec etiam ſolui, immo, nec ad eius executionem procedi etiam ſtante titularis conſenſu,& obligatione in forma Cameræ de illam ſoluendo, etiam literis non expeditis, quia illa clauſula appoſita eſt fauore publico officialium Cancellariæ, & non fauore partis, vt per Saluſt.d.c. 4. qui ait ita fuiſſe deciſum in ſignatura iuſtitiæ ex relatione d.Ferrattini, & aliorum

41 abbreuiatorum nomine Cancellariæ. Quod magis † procedit ex clauſula hodie apponi ſolita, à tempore Sixti V. quæ eſt magis ſtricta nempe vigore literarum Apoſtolicarum deſuper conficiendarum, nec aliter; alias præſens reſeruatio nulla ſit eo ipſo; perſoluenda. Saluſt.d. cap. 4. cui clauſulæ renuntiari non poſſe etiam per ambas partes, titularem ſcilicet, & penſionarium, quia eſt ad fauorem officialium Cancellariæ, ne defraudentur,&c. fuit reſolutum in parco per dominos abbreuiatores de maiori.

Ex qua clauſula penſionem eſſe nullam, ſi anteli-

42 terarum † expeditionem exigatur cum effectu propter illud decretum, etiam quod literæ eſſent tunc inceptæ expediri, nec ſuffragari expeditionem earum poſtea ſubſecutam, quia illa clauſula annullatiua inducit formam, &c. Baldus & alij in l. 1. ff. de liber. & poſthum.Socin. iun.conſ.271.nu.23. lib. 1. fuit reſolutum in vna Veronen. penſionis. 11. Iulij 1592. coram D.Millino, quam deciſ. ponit Saluſt. Tiberius d. c. 4. ad finem in additio.& in vna Sabinen. penſionis. 13. Iunij 1594. coram D. Mantica in qua etiam 12. Decemb. eiuſdem anni coram eodem fuit reſolutum non habere penſionarium aliquam excuſationem, nec poſſe dici ignoraſſe decretum. l. non eſt ferendus.ff.de tranſactio. *& vide deciſ.34.noniſ.Farin.* idem etiam fuit reſolutum in vna Brixien. penſio. 11. Decemb.1600.coram D. Penia. *& in Papien. prioratus S. Michaelis de Calotro 6. Iun. 1607. coram D. Lancell.de qua ſupra 1.p.c.5.nu.10.*

Et hodie à tempore Clementis VIII.d. Clauſula

43 † ponitur magis ſtricte, dicitur enim vigore litterarum Apoſtolicarum infra nouem menſes proximos expediendarum, nec alias, alias præſens reſeruatio nulla ſit eo ipſo, perſoluenda.

44 Vnde hodie non ſolum penſio † non debet ſolui litteris non expeditis, ſed etiam illæ debent expediri infra nouem menſes, a data ſupplicatione, alias penſio nulla eſt, eo ipſo, quia clauſula annullat penſionem à principio.

45 Vnde Flam. Pariſ.de confiden. quæſt. 43. docet, † quod pactio de ſoluendo penſionem Authoritate Apoſtolica reſeruatam, litteris non expeditis, non eſt confidentialis, quia huiuſmodi caſus non comprehenditur, neque ſub verbis, neque ſub ratione conſtitutionum Pij IIII.& V.& cum ſint odioſæ, & pœnales ſunt reſtrigendæ. Eſt tamen Simoniaca, Nauarrus. de conſ. 37. de Simonia, maxime ſtante ſtilo notiſſimo in Curia apponendi clauſulam, quod litteris non expeditis reſeruatio ſit nulla; nam huiuſmodi prohibitio impeditius ante expeditionem litterarũ, ideo non ſolum committitur Simonia, ſed etiam cõfidentia; nam ſicut promiſſio ſolutionis penſionis facta à reſignatario reſignanti abſque authoritate Papæ eſt confidentia ex d. conſtit. Pij V. & ita & ea promiſſio, quæ fit de ea penſione reſeruata à Papa ſoluenda litteris non expeditis, cum ſtante d. clauſula ante expeditionem litterarum habeatur, ac ſi non eſſet reſeruata, hæc Flam.

46 Ad ſecundum ſecundi † dubij, an ex ſola ſupplicatione, ſeu ſignatura poſſit iure capi poſſeſſio, dicendum videbatur contra Felinum in cap. veniens. de accuſatio.nu.3.& in cap.ne Dei, de Simonia, num. 6. poſſe capi, nullumque intruſionis vitium contrahi, nec obſtare extrauagantem, iniunctionem de electione quæ ſolum loquitur in Beneficijs maioribus, nempe Epi-

pe Epiſcopatibus,& Abbatijs,ita Caſsad. d. dec. vlt. de reſtit.ſpoliator.nu.3.Samen. de reg. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis.q.5. Rebuf. in praxi in forma nouæ prouiſionis, verb. per ſe vel per alium,& in repet.cap. poſtulaſtis, de Clerico excommuni.in glo.1.nu.20.Coraſ.d.cap. 1. nu. 19. Puteus deciſ.210.lib.2.Nauarrus in d.c.accepta oppoſ.8.ſolutione,ex nu.24.& Quintanaduennas lib. 4. Eccleſ. num.78.& 79.

47 Sed,quamuis antea id verum eſſet,† ſecus tamen hodie ead.conſtitutione Iulij III. 33. per quam prohibetur apprehendi poſſeſſionem Beneficiorum vigore ſupplicationis litteris non expeditis ſub pœna amiſſionis,ac priuationis illorum, ac inhabilitatis ad ea ipſo iure, extendendo dictam extrauagantem, iniunctæ,ad minora Beneficia, &c. Matius in d. conſtitutione,& aduertit Gigas,de intruſo nu.38.Mandoſ. regul.31.q.2.nu.3.& conſ.38. à nu. 11. Nauarr. de ſpolijs.§.7.nu.3.& Flam.Pariſ.de reſignat,lib.2.q.26. nu.4.& 5.& lib.8.q.7.nu.105.& lib.10.q.1.nu.20.& q.6.nu.16.& tenuit Roſiniacus de Benet.c.27.nu. 3. & Duarenus lib.6.cap 6.qui tamen duo non faciunt mentionem de d.conſtitutione Iulij III.

Ex qua conſtitutione videtur quod hæredes illius, 48 qui deceſſit † cum ſola ſupplicatione,ſeu ſignatura ante expeditionem litterarum, nullo modo poſſint percipere fructus illius temporis, niſi litteras expediant,ſed ſpectabunt ad ſucceſſorem, immo cum Beneficium vacet, vt prius,vt Cancellaria tenet,de quo ſupra nu.17.non poterunt hæredes expedire literas.

49 Circa quam conſtitutionem Rotæ † in vna Arretina Parochialis.13.Martij 1561.coram D.Chiſanè. fuit reſolutum, Quod qui dat de extrauag. Iulij III. debet concludenter probare,quod is,qui accepit poſſeſſionem,cepit illam ſine litteris, non autem per poſſibile,ſeu per præſumptiones,& coniecturas,quia Extrauagans eſt pœnalis,& qui vult facere aliquem in pœnam cadere, debet concludenter probare delictum,cum illa qualitate. Roman. conſil. 110. Pariſ. conſ.59.nu.38. lib. 2. & in dubio eſt capienda interpretatio excluſiua delicti, vt actus potius valeat, quã pereat,& quia vbi agitur de pœna, debet eſſe liquidiſſima probatio,Alexand.in l.ſoluto,num.25.ff. ſolut.matrimonio, vt per Cotam deciſ. 289. in Miſcel. manuſcripc.

Et in vna Aquitana Cappellaniæ, 30. Iunij 1558. 50 coram † D.Quiroga fuit reſolutum,Extrauagantem Iulij III.contra capientem poſſeſſionem litteris non confectis,non intrare,ſtante,quod litteræ Apoſtolicæ fuerint expeditæ poſt adeptam poſſeſſionem, quia materia eſt obiectitia, & debet neceſſario concludere,& tamen tit. eſt multiplicabilis, & potuit antea habere alium titulum, præſertim quando ſupplicatio eſt miſſa ad regiſtrum poſt captam poſſeſſionem & ſic videtur non potuiſſe capi poſſeſſio vigore illius, & ſic adeſt præſumptio alterius tituli. *& in vna Virdun.parochialis 23.Iun.1586.coram D. Gipſio fuit reſolutum, quod accepta poſſeſſione vigore ſupplicationis literis non expeditis,intrat conſtitutio Iulij III. & eſt locus impetrationi ob id. Nec releuat illius ignorantiam allegare,cum immo ſcientia ex aliquibus arguitur : tum etiam quia ſtante decreto irritante,haud ſuffragari poteſt,cap.ſi eo tempore.de elect.in 6. Put.dec.281.lib. 1. Nec ſatisfit per obligationẽ de expediendo literas,quia decretum irritans formam inducit, Gabr.de claus.concl.3.num.7. Nec obſtare qua de non vſu d.conſtitut.afferuntur,quia huiuſmodi negatiua non bene probatur,& dictum decretum omnem vſum, & contrariam conſuetudinem tollit, Gabr. ſupra num.40. & ſat eſt poſſeſſio de facto capta,& inſtrumentalis, Felin.cap.ex tenore.de reſcript.num.9.Aym.conſ.191.num.7.& de antiq.par.4.num.105.*

*Et in vna Aquilana Capell. 25. Iun.1610 coram De. Penia fuit reſolutum,dandum eſſe Alphonſo,de cuius anteriori poſſeſſione conſtabat,mandatum de manutenendo, non obſtante obiectione de conſtit. Iulij III. & eius decreto irritando ex defectu expeditionis literarum, quia iſta negatiua expeditionis non probatur per diligentias factas,non citato. Alph.Viall.deciſ.275.p.2. Secundo, quia non fuit capta poſſeſſio vigore ſupplicationis, quod vetat conſtitutio, ſed vigore breuis nomine Cameræ; & cum aduerſarius non inſtificauerit ſuam gratiam, poteſt excludi per non ius, ita vt non ſit audiendus in praedicta obiectione, &c.*

E in vna Colonien. Canonicatus 13. Nouembr. 51 1593.coram ſanctiſſimo Clement.VIII.fuit tentum & d. Extrauagantem Iulij III.non habere locum in eo qui continuat,ſed in eo, qui poſſeſſionem ingreditur vigore ſolius ſupplicationis, & quamuis loquatur in eo qui ingreditur vigore ordinariæ prouiſionis, hoc intellexerunt Domini de eo,qui poſt obtentam Apoſtolicam prouiſionem obtinet ſibi ab Ordinario prouideri,non autem de eo, qui iam antea ab Ordinario fuerat prouiſus,vt in deciſione 205.nu.3.p. 1. diuerſorum.Tradit Gonçalez gloſſa 15.nu.98.

52 Vnde prouiſio ab Ordinario, vel Nuncio, † licet male, qui vigore eius prouiſionis poſſeſſionem ingreſſus eſt,& poſtea nouam prouiſionem à Papa obtinuit, cuius vigore litteris ſuper ea non expeditis, poſſeſſionem continuat ad d.deciſ.205.num. 1. & 2. & deciſ.Creſcen.5.nu.2.de reſtitu.ſpoliatorum,Caſſad.4.in fine eodem, & Achillem deciſ. 104. non ob- 53 ſtabit d.conſtitutio Iulij III.ſed erit tutus † in conſcientia ad doctrinam Abbatis,in clem.dudum, de ſepult.in fine,Felin.in rubric.de conſtitu.num.6.verſ. 2.caſus,Rebuff.in concordatis,tit.de mandatis Apoſtolicis.§.1.verb.litteras,verſic.4.in foro conſcientiæ Gigantis.de penſion.queſt.34.Maſcard.de probatio. concluſione 845.ſeu 843.num.3.Flam. Pariſij dicentis Doctores communiter ita velle lib.8.q. 2. nu. 24. & Molina.d.diſputatione 599.num. 1.& Thom.Sanchez ſupra d.diſput.29.lib.8.nu.4.*Gutt.d.q.10.à nu.4.*

54 *& Aſor 2.p.lib.7.c. 1.q. 1.* Qui dicunt in † foro conſcientiæ poſſe quem vti gratia abſque literis expeditis,& eſſe tutum ſola ſupplicatione ſignata abſque literarum expeditione.

55 Quod intellige † modo noua prouiſio ſit conceſſa in forma gratioſa,nam ſi in forma commiſſaria,committendo prouiſionem Ordinario concederetur, vt in forma dignum,non poſſet vigore illius continuare poſſeſſionem,non propter dictam conſtitutionem Iulij III. ſed quia illa ante executionem commiſſionis non dat titulum,& ius in re,vt dicetur c. ſequenti,num.60.Mandoſ.de ſignatura gratiæ. tit. de mandatis de prouidendo ad finem. *Gutter. d. quæſt. 10. num. vlt.*

56 Eandem pro præmiſſis aduertendum eſt, † quod tunc dicuntur Bullæ expeditæ,quando ſunt Plumbatæ,gloſ.reg.Cancell.14.& 53.Samen.in d.reg.de non iudicando, iuxta formam ſupplicationis, quæſt. 1. verſic.& tamen vlterius,& in compendio vtriuſque ſignaturæ,num.54.verſic. & eſt aduertendum, Caſſad.

Iad.deciſ.4. ſuper regulis,nu.3. Rebuff.in praxi, tit. de Bullæ declaratione,nu.3. Mandoſ.reg.8.quæſt.3. Flam.Pariſ.de reſignatione lib.6.q.2.num.18.& lib. 10.q.1.nu.34. Zerola verbo Bullæ.§.2.& Zecchus de republica Eccleſiaſtica,c.4.pag.159.

## *De modis, quibus acquiritur ius ad rem in beneficio. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*Decem modos, quibus acquiritur ius ad beneficium ponunt Aeneas de Falcon. & Sarnen.num.1.2.& 3.*

*Primus modus, quo acquiritur ius ad rem, & non in re, eſt electio ſiue fuerit accepeata, ſiue non, nu.4.& 5.& ſic per obitum electi non vacat Beneficium, ſed vt prius, nu.6.*

*Ex poſtulatione non quaritur ius poſtulato, num.7.*

*Secundus modus eſt præſentatio patroni, ſiue Clerici, ſiue laici; & ſic per obitum præſentati non vacat etiam Beneficium, num.8.& 9. vbi adducitur dec. Rota, & reprobatur Zerola. num.10.*

*Præſentatus habet ius ad rem quando præſentatio eſt per ipſum acceptata, non alias, num.11. non tamen requiritur admiſſio Superioris, ſed quod præſentatio ſit ei facta. num.12.*

*Si ſint plures præſentati, neutri eſt ius quæſitum ad rem, ſed omnes in communi habent ius, vt vnus ex eis inſtituatur. nu. 13. & idem quãdo vnus eſt præſentatus à quibuſdam, alius ab alijs in nu.pari. num.14. vbi adducitur deciſio Rotæ.*

*Tertius modus, per quem acquiritur ius ad rem, eſt acceptatio vigore gratiæ expectatiuæ, num.15. quamuis ex expectatiua ante acceptationem nullum ius competat. nu.16. ſicut ex nominatione Vniuerſitatis nu.17.*

*Ius ex acceptatione expectantis non eſt conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio in impetrationis, ſeu reſeruatione. nu.18. nec quoad clauſulam, dummodo non ſit in eo alicui ius quæſitum, quæ in litteris de Beneficijs vacantibus apponitur, vel ſubintelligitur, num.19.*

*Per iſtam clauſulam iſtud ius non cenſetur præſeruatum, præſeruatur tamẽ ius non ſolum in re, ſed ad rem alio modo quæſitum, vt per electionem, vel præſentationem, quod etiam eſt conſiderabile ad reg. de iure quæſito, nu.20.*

*Narrandum eſt ius alterius ex electione, ſeu præſentatione quæſitum, & alias gratia eſt nulla, nu.21.*

*Reſeruatio non comprehendit Beneficium, ad quod quis eſt electus, ſeu collatum non acceptatum nu.22.& c. ſi eo tempore de elect. in 6. non habet locũ in inferioribus Benef. nu.23.*

*Ratio differentiæ inter ius ex acceptat. expectantis, & ius ex electione, vel præſentat. num.24.& 25.*

*Ius recepti in Canonicum authoritate Papæ expectans primam Prebendam eſt conſiderabile quo ad d.clauſulam.*

*Ius ex acceptatione expectantis quæſitum non eſt conſiderabile quo ad reg. de iure quæſito, etiam lite pendente, licet de lite debeat mentio fieri contra Sarnen. num.27. ad 30.*

*Mentio de lite ſolet fieri per clauſulas generales, litigioſum, cuius litis ſtatum, & ſuper eo inter aliquos lis, per quam dicitur facta ſufficiens mentio litis, nu.31.32.& 33. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Gratia perinde valere facta lite pendente, non facta mentione litis, eſt nulla, num.34. & per clauſulam litterarum principalium, & ſuper eo inter aliquos lis. Solum cenſetur facta mentio litis, quæ alias eſt ſuper Beneficio, non vero litis, quæ eſt occaſione litterarum, num.35.*

*Quartus modus, per quem acquiritur ius ad rem, eſt gratia expectatiua Prebendæ recepti in Canonicum, ſeu mandatum de prouidendo de prima Prebenda factum recepto in Canonicum authoritate Apoſtolica, nu.36. quod ius eſt conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio, etiam in gratia motu proprio, & ad reg. de iure quæſito, & d.clauſulam, num.37.*

*Quintus modus eſt per collationem nondum acceptatam, nu. 38. quod ius eſt conſiderabile quo ad omnes regulas loquentes de iure ad rem, & impetrationes, & d.clauſulas dummodo non ſit alteri ius quæſitum, nu.39.*

*Reſeruatio interim facta de tali Beneficio etiam motu proprio non impediet acceptationem illius, non obſtante d. cap. ſi eo tempore. num.40.*

*Ante acceptationem collatarij Beneficium vacat, licet non libere, & illo moriente ante acceptat. vacat, vt prius, nu.41. reſolutio Rotæ, num. 42.*

*Sextus modus, per quem acquiritur ius ad Beneficium, eſt per reſeruationem factam pro aliquo de certo Beneficio. nu. 43. quod ius eſt conſiderabile quo ad d.clauſulam, & regulam de iure quæſito, num.44.*

*Septimus modus eſt per optionem, ſeu ius optandi, quod ius eſt conſiderabile quo ad d.reg. & clauſulam, nu.45. quod intelligitur de Prebenda vacante etiam ante acceptation. contra Gonçalez, num.46.*

*Octauus modus eſt ob non ſolutionem penſionis, num.47. quod ius, quo ad effectum reg. de iure quæſito, non poteſt adaptari ſecundum Sarnen. num.48. contra quem, nu.49.*

*Ex ſtilo benigno Rotæ non canonizatur regreſſus, vel acceſſus ob non ſolutionem penſionis, nec illis eſt locus, niſi data magna proterua, nu.50.& ſeq. vbi ponuntur Rotæ deciſiones. Nonus modus eſt per primationem iuris, num.53. ſed iſtud ius non eſt conſiderabile, num.54.*

*Decimus modus eſt per regreſſum, & acceſſum, & coadiutoriam cum futura ſucceſſione. nu.55. quod ius eſt conſiderabile quo ad omnes reg. & diſpoſitiones de iure quæſito loquẽtes. num.56. non ſolum poſt vacationem, ſed etiam ante vacat. Beneficij, vt per aliam gratiam ei non præiudicetur, nu. 57.& 58.*

*Vndecimus modus eſt mandatum de prouidendo de certò Beneficio vacante, quod ius eſt conſiderabile ad d.clauſulam, & regulam de iure quæſito. num.59.*

*D.mandatum de prouidendo ante collationem non dat titulum, & ius in re, ſed ad rem, & ſic per obitum illud habentis non vacat Beneficium, ſed vt prius. nu.60.*

*Duodecimus modus, per quem acquiritur ius ad Beneficium eſt oppoſitio ſtante conſtitutione, ſeu conſuetudine, priuilegio, vel fundatione dante ius opponendi, nu.61.& 62.*

*Iſtud ius ſolum eſt conſiderabile reſpectu Ordinarij, & inferiorum Papæ, qui non poſſunt illi derogare, nu.63.& vt in gratia de vacaturo eſſet facienda mentio de eo, nu.64. non autem ad effectum d.clauſulæ, dummodo nõ ſit alteri ius quæſitum, nec, vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante nu.65.& ſeq. vbi ponuntur deciſ. & reſolutiones Rotæ.*

*Si vltra oppoſitionem oppoſitor inſtificauerit qualitates requiſitas per conſtitutionem, ſeu priuilegium ita, vt cenſeatur ab illa vocatus, acquiritur ei ius conſiderabile, de quo in prouiſione aduerſarij ſit facienda mentio, & aſſimulatur præſentationi, ſeu electioni, num.69.*

*Refertur, conſ.1. Mandoſij, num.70.*

*Si eſſent plures oppoſitores, qui verificaſſent qualitates neceſſarias, nulli eſſet ius quæſitum conſiderabile, nu.71.*

*In terminis deciſ. Creſcen.7. de iure patr. ſi ille, qui erat ſolus de genere, & nomine, & debebat præſentari ſecundum fundationem, id verificaſſet ante obtentam nouam prouiſionem per aduerſarium, eſſet illi quæſitum ius conſiderabile etiam ad d.clauſulam, & reg. de iure quæſito, nu.72.*

*In terminis d.deciſ. etiamſi ille nondum id verificaſſet, erat neceſſaria*

*ceſſaria mentio non ſolum de lite ſed etiam de tenore fundationis, alias enim non cenſetur Papa velle derogare fundationi, etiam in gratia de vacante, nu. 73. & 74. vbi ponitur deciſio. Rota.*

*Quod dictum eſt ius ex oppoſitione non eſſe conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante, procedit, quando competit ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio; ſecus in fundatione, nu. 75.*

*An ſit cauſa Beneficialis, & Beneficium litigioſum, quando quis ſe opponit pretendens ſibi, vti præſentando, vel alias Beneficium eſſe debitum? nu. 76. reſoluitur affirmat. licet ſecus quando ſolum quis ſe opponit, ne præſentatus inſtituatur.*

*Ex oppoſitione, & verificatione qualitatum per oppoſitorem acta, eſt ipſi quæſitum ius conſiderabile, quando verificatio facta eſt legitime, & ſeruato iuris ordine, & forma conſtitutionum, non alias, nu. 80. vbi deciſio Rota.*

*An per oppoſitionem ad Parochiales acquiratur ius conſiderabile, ſaltem approbato, aut electo tanquam magis idoneo? nu. 81. cum ſeqq. reſoluitur quod quando collatio ſpectat ad ipſum Epiſcopum facientem concurſum, ille non habet ius ad Parochialem abſolute, ſed ſolum ex ſuppoſitione, quando vero ſpectat ad Papam, vel alium, ille habet ius conſiderabile ad Parochialem, dummodo infra quatuor menſes ſignificetur.*

*Id procedit etiam ſi concurſus, approbatio, & electio ordinarentur à principio ad collationem faciendam per ipſum Epiſcopum, & etiamſi de facto collatio per ipſum ſit facta, cum tamen ſpectaret ad Papam, nu. 85. cum ſeq. quamuis Rota aliud voluerit, vti in deciſ. poſitis nu. 90. 91. & 92.*

1 DEcem Modos, quibus † acquiritur ius ad Beneficium, ponit & deducit Aeneas de Falcon. de reſeruatio 4. quæſt. effectu 47. quos tacito authore vt inquit Papaz. in addit. ad deciſ. 6. de electione in nouis, repetit Sarnen. in reg. de non tollendo iure quæſito. quæſt. 1. † ſed Aeneas eos breuiter deducit, principaliterque ad effectum regularum reſerua. loquentium de iure ad rem, ad quem effectum eos cum illo, & ſuo ordine infra proſequemur, p. ſeq. c. 1. à nu. 282 & particulariter, 286. Sarnen. vero latius, & generalius, ordineque diuerſo eos proſequitur. & nos hic cum eo plura addendo, & annotando. Eſt igitur primus modus, quo acquiritur ius ad rem in Beneficio
3 electio c. fin. de traslatio. Epiſcopi Rota. † d. deciſ. 6. de election. in nouis, & ibi Papaz. in additione, Rota etiam deciſ. 17. de Præbend. in nonis Aegid. deciſ. 167. Caſſad. deciſ. 18. de Præb. num. 4. Felin. c. cauſam quæ. nu. 26. & cap. in noſtra, à Cor. 28. de Præſcrip. & in cap. cum Bertholdus. nu. 2. 3. & 4. de re iudicat. Staphil. de literis gratiæ, tit. de modis prouiſionis, nu. 5. Aeneas ſup. 3. modo nu. 5. Sarnen. d. q. 1. 1. modo Rebuff. in praxi ſuper reg. de non tollendo iure quæſito, gloſ. 6. nu. 37. & 38. Coraſ. de Benefi. 4. p. c. 1. nu. 14. Mandoſ. reg. 32. q. 15. n. 8. Nauarr. in c. ſi quando. de reſcrip. excep. 10. nu. 13. & 11. nu. 6. Flam. Pariſ. de reſignat. Benef. lib. 2. quæſt. 28. nu. 8. & Zerola in praxi Epiſcopali 1. p. verb. ius ad rem §. 1. & alij citandi ſequenti modo.

4 Quod procedit, ſiue electio fuerit acceptata, † vt vult Mandoſ. ibi. nu. 6. & Zerola ibi. §. 2. & 2. p. verb. electio §. 2. ſiue non, ſecundum citatos, maxime Feli. d. Cor. 28. & in d. c. cum Bertholdus, n. 2. & 3. & Domin. in c. quam ſit §. 1. de electione in 6. nu. 1.

Quamuis Selua de Benef. 3. p. q. 1. & q. 11. 25. qua-
5 litate † dicat, quod per electionem, & conſenſum electi acquiritur ius in re, & quod per confirmationem non acquiritur ius, ſed exercitium, & ſolum confirmatur ius olim acquiſitum, & quod iſta eſt vera & communis reſolutio, & ſequitur Lamb. de iure Patro. 1. p. 2. lib. q. 1. art. 4. nu. 2. & art. 5. 7. doctrina, & 2. p. lib. 2. q. 5. art. 8. nu. 2. 6. & 9. & ar. 9. nu. 1.

Vnde per obitum electi non vacat Beneficium, ſed vacat vt prius. Rota. d. deciſ. Fel. in d. c. in noſtra Cor. 37. Staphil. ſupra. nu. 6. Aeneas effectu. 46. Mandoſ. d. reg. 32. q. 16. † & Boniſa. in Clem. 1. vt lite pendente nu. 47. & Zerola. 1. par. verb. vacatio, §. 6. & poſt hæc Gonçalez ad reg. menſium gl. 15. §. 2. nu. 1. cum beneficium non vacet, niſi per obitum obtinentis ius in re, non autem per obitum obtinentis ius ad rem, etiã ex cauſa de præterito, Rota dec. 427. p. 1. diuerſ.

7 Ex poſtulatione autem † non quæritur ius poſtulato, quia dependet à gratia domini in cap. cupientes §. denique de electione in 6. nu. 1. Cucchus in inſtitutio. maioribus. lib. 4. tit. 2. num. 28. & Zerola. d. verb. ius ad rem §. 14.

8 Secundus modus † eſt per præſentationem Patroni, ſiue laici Rota d. dec. 17. Aegid. & Caſſad. ſup. Abbas in d. c. cum Bertholdus n. 9. & ibi Feli. nu. 1. & in d. c. cauſam quæ, nu. 26. & in d. c. in noſtra Cor. 28. Ripa in Rubr. de iudic. nu. 71. Lapus allegatione. 8. nu. 4. & ibi Mandoſ. littera B. 2. Selua d. q. 11. 25. qualitate, Aeneas d. effectu. 47. 4. modo nu. 6. Sarnen. d. q. 1 Rebuf. ſup. & de nominatio. q. 4. nu. 6. Roch. de iure Patro. Beroius. q. 4. Lamber. d. 1. p. 2. lib. q. 1. art. 3. & 4. nu. 2. & art. 5. 7. doctrina, & d. 2. p. 2. lib. q. 5. art. 8. & 9. Flam. Paril. d. q. 23. nu. 12. & Zerola. d. verb. ius ad rem. §. 2. Vnde ſicut per obitum electi non vacat
9 Beneficium, † vt dictum eſt, ita nec per obitum præſentati, Bonifacius ſupra, & eſt deciſio Thanis 92. in manuſcriptis quæ ait, quod in vna Paduana eſt tentum, quod per præſentationem Patroni non acquiritur ius in re, ſed ad rem, & ſic per eius obitum nihil vacat, argum. deciſ. 492. in nouis quæ eſt. d. dec. 6. quę loquitur in electione, ſed tamen ab eius obitu currit de nouo tempus à iure præfixum Patronis ad præſentandũ, ſicut in elect. vt eſt textus in c. ſi elect. de elect. qui textus habet locum etiam in præſentatione Patroni. Rota deciſ. 269. in nouis. Gonçalez ſup. Vnde falſum apparet quod dicit Zerola. 1. p. verb. Beneficia,
10 † §. 5. & 4. dub. nempe vacare Parochialẽ per obitũ magis idonei electi ab Ordinario in cõcurſu, cui nondum erat facta collatio ab eo ad quem ſpectabat, vel ab Ordinario, cui erat remiſſa, ſeu commiſſa per illũ.

Intellige tamen præſentatum habere ius ad rem,
11 quando præſentatio eſt per ipſum acceptata, non alias, Ripa, nu. 73. Aeneas, Sarnen. Rochus, Lamb. d. art. 8. nu. 12. & Flam. Pariſ. ſupra, Zerola d. verb. ius ad rem. §. 2. & d. 2. p. verb. elect. §. 2. acceptatio enim eſt pars præſentationis, vt dictum eſt ſupra c. 1. huius partis nu. 21. & 23.

12 Non tamen requiritur † admiſſio Superioris, ſed quod præſentatio ſit facta Superiori, & ſic cum effectu. Selua, Aeneas, Sarnen. Rebuf. d. nu. 6. Rochus, & Lamber. ſupra, & Zerola d. verb. ius ad rem, & d. verbo electio §. 2. & Rota in vna Oſturien. Capellaniæ. 17. Nouembris 1600. Coram D. Iuſto, de qua infra 8. p. c. vlt. nu. 50. *& in deciſ. 647. & 649. nouiſ. Farin.*

Secundo intellige, dummodo non ſint plures per Patronum præſentati, nam tunc neutri eſt ius quæſitum ad rem, licet omnes in communi habeant ius, &

13 actionem,† vt vnum ex eis Epiſcopus inſtituat, Abbas.nu.10.Ripa 70. Sarnen. & Rochus ſupra & Mohed.deciſ.1.de Præbend.alia.22.quicquid dicat Lambert.d.art.8.

14 Et idem † eſt quando vnus eſt præſentatus à quibuſdam Patronis,alius ab alijs in æquali, & pari numero,nam, vt vnus dicatur habere ius ad rem,requiritur maior pars Patronorum, ſeu vocum, vt fuit reſolutum in vna Mediolanen. Capellaniæ 27. Martij 1602. coram D. meo Corduba, vt in ſequenti deciſione. Ad Capellaniam,de qua agitur, quæ de iure Patronatus Clericorum, & laicorum exiſtit, fuerat præſentatus Petrus Milliacius à quibuſdam ex Patronis, ab alijs vero Petrus Belius, ſed Bernardinus Albertacius illam impetrauit à Sede Apoſtolica cum derogatione iuris Patronatus inſerta clauſula dummodo tempore datæ litterarum non ſit in ea alicui ſpecialiter ius quæſitum. Quod, cum Milliacius ex d. nominatione prætenderet acquiſiſſe, propoſito particulari dubio Domini reſoluerunt negatiue, licet enim illa clauſula, præſerues ius quæſitum per præſentationem, Rota deciſ. 17.de Præbend. in nouis. Hoc tamen procedit, quando præſentatio eſt talis,vt ex illa veniat præſentatus neceſſario inſtituendus,ad tradita per Sarnen.ad regulam de iure quæſito non tollendo.quæſt.1.num.13.cum ſeqq.ſecus vero dicendum eſt,quando plures reperiuntur præſentati,quo caſu nulli cenſetur ius quæſitum.Mohedan. deciſ.1.de Præben.Cardinalis in cap.cum autem col. 1.ad finem de iure patronat. Abbas in c. cum Berth. num. 10. de re iudica. Lamber. de iure patronat. l. 2. p.2.quæſt.5.art.8.nec obſtabat,quod cum Milliacius fuerit præſentatus a medietate patronorum hoc ſufficeret,vt poſſet dici habere ius ad rem, ſtante quod potuit inſtitui ab Epiſcopo per gratificationem, vt fuit effectum, quia ſcribentes in ſexto articulo ſolum dubitant, an Epiſcopus poſſit gratificare vnum ex nominatis,vel eligere alium tertium?& concludunt, neutrum ex præſentatis habere præſentationem, ſed vocem dumtaxat vnius ex compatronis, quod non ſufficit,vt dicatur habere ius ad rem,cum maior pars requireretur,& licet hoc caſu Epiſcopus gratificare poſſit,vt poſt Anchar.tradunt Anania in cap. cum autem.num.2.de iure patron. Abbas & Lamber. vbi proxime,hoc autem non intrabat in propoſito, quia inſtitutionem Epiſcopi præceſſit gratia Apoſtolica, & clauſula, dummodo, non extenditur ad ius quærendum. Quod vero dicebatur de maiori idoneitate Milliacij poterat operari in concurſu, & hic non eſt caſus noſter;minus obſtabat,quod Belius fuerat præſentatus à Rectore, qui non erat in poſſeſſione præſentandi,quoniam,cum alij patroni fuerint in dicta quaſi poſſeſſione,per illam conſeruatur ius omnium patronorum,iuxta Conſilium Abbatis 54. lib. 1. ſæpius canonizatum.Creſcen.deciſ.2.de iure patron. late Lamber.lib.2.par.1.q.3.art.16.nu.20. cum ſeq. ad aliud obiectum an hoc ius patronatus eſſet Eccleſiaſticum,vel laicale,nil fuit dictum,cum ſufficiat ad effectum,de quo agebatur, non fuiſſe ius quæſitum ad rem Milliacio tempore datæ literarum, de quo eſſet facienda mentio per Bernardinum.

15 Tertius modus eſt † per acceptationem vigore gratiæ expectatiuæ,per quam acquiritur ius ad rem ad Beneficium acceptatum ante collationem cap.fin. de conceſ. Præben. in 6. & ibi gloſſ. Egid. deciſ. 358. num.4.Caſſad.deciſ.3.num.3. de Præben. Æneas. d. effectu.47.1.modo num.3.Sarnen.ſup.3.modo Mandoſ.regul.3.quæſt.14.numer.3. Flam.Pariſ.quæſt.23. num.15.& Zerola d.verb.ius ad rem §.3. & Gonçalez gloſ.26.nu.20.

16 Quamuis ex expectatiua † ante acceptationem nullum ius competat neque in re,nec ad rem, ſed ſolum ſpes.Caſſad.ibi.num.2.& Mandoſ.nu.5. ſeu ius tantum implorandi officium Superioris, ſeu executoris, vt vacante Beneficio ei prouideat, vt inquit Coraſ.4.p.cap.4.nu.11. qui inde etiam ait cum Coſ-
17 ma in † pragmat. ſanction. tit. de collatio. §. volens. verb.nominationes,& §.quod ſi quis,verb. irritum, quod per nominationem Vniuerſitati etiam inſinuatam ante vacationem, non acquiritur ius in re, nec ad rem nominato, cum ad incerta, & vacatura Beneficia dirigatur inſtar expectatiuæ,&c.quod etiam tenet Selua.3.par.quæſt.56.quamuis contradicat Rebuf.d.quæſt.4.de nominatio.& ſuper d.reg.de non tollendo iure quæſito gloſſ.6.num.37. & 38. Zerola d. verb.ius ad rem. §.13. citans Archidiacon. & Dominic.notab.6.num.4.in cap.ſi quis iuſto.de elect.in 6.qui tamen id non dicunt, nec ibi agitur de iſta nominatione.

18 Sed eſt aduertendum, quod hoc ius † ex acceptatione expectantis non eſt conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio in impetratione, ſeu reſeruatione facta à Papa de tali Beneficio. Aeneas. d. effectu 47. 15.modo nu.3.& effect.15.Selua.3.p.q.11.qualitate. 17.& 25.& Mandoſ.regul.3.q.14. nec quoad clauſu-
19 lam, † dummodo non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum,quæ in literis de Beneficijs vacantibus apponitur,vel ſubintelligitur,Sarnen.in d.reg.de non tollendo iure quæſito, q.1. in princ. & ibidem Mandoſ.q.2.nu.5.& 6.conſ.4.nu.17.

20 Per quam clauſulam † iſtud ius non cenſetur præſeruatum; præſeruatur tamen ius non ſolum in re, ſed etiam ad rem alio modo quæſitum, puta per electionem, vel præſentationem, quod etiam eſt conſiderabile ad Regulam de non tollendo iure quæſito. Rota d.deciſ.17.de Præben.in nouis, Egid. d. deciſ. 367.Caſſad.deciſ.3.num.3.& deciſ.18.numero 2. de Præbend,Felin.in d. cap. cauſam quæſt. num. 26. & in d.cap.in noſtra Cor.28.& in d. cap. cum Bertholdus.num.1.Ripa ſup.num.71.Selua d.quæſt.11.qualitate. 17. & 25. Aeneas. 3. quæſt.num.17.Sarnen.d. quæſt.1.& Rebuff.d num.37.vbi dicitur ita eſſe de ſtilo Curiæ, & Rota in vna Piſana Capellaniæ 20. Maij 1594. coram D. Blanchetto infra adducta parſeq.cap. 5. num. 141. & in vna Firmana Beneſ. 1564. coram eodem D. Blanchetto vbi, quod ius competens ex præſentatione cenſetur præſeruatum ex clauſula,dummodò tempore datæ, &c.& aliàs eſt neceſſaria derogatio regulæ de nõ tollendo iure quæſito,&c. Et in Mediolanen,ſupra adducta nu.14.in Oſcen.Canonicatus prima Februarij 1593. coram D. Seraphino,de qua inf.p.ſeq.cap.4.n.141.& in Caſalen.Parochialis 9.Nouembris 1597.coram eodem, *vt in deciſ. 546.nouiſ.Farin.*de qua infra 9.par.cap.2.n. 95. & de dicta clauſula vide deciſionem Colonien. Canonicatus infra adductam 10. p. c. 1. ad fi. & ibi dicta. *& in vna Veronen. Capellæ 28. Ian. 1598. coram D. Seraphino fuit reſolutum, per prouiſionem Apoſtolicam de d. Capella iuriſpatronatus laicorum vacante in Curia, & per obitum familiaris Cardinalis, & cum derogatione*

*iuriſpat.*

*iurispatr. in totum intelligi, nisi tempore datæ fuerit alteri ius quæsitum, per quã præseruatione non solum præseruatur ius in re, sed etiam ad rem ex præseruatione anteriori quæsitum: cum expeditum sit, beneficia iurispatronatus laicorum non cadere sub reseruationibus Apostolicis.*

21 Vnde Menoch. de arbitrar. † lib. 2. cap. 201. num. 149. ait narrandum esse ius alterius ex electione quæsitum, seu præsentatione, aliàs gratia est nulla. Caputaquen. decis. 37. par. 2. Cota decis. 387. in Miscell. manuscrip. & Guidobonus decis. 55. de qua infra. 9. par. cap. 4. num. 3.

22 Vnde etiam reseruatio † non comprehendit Beneficium, ad quod quis est electus, seu collatum non acceptatum. Aeneas d. quæst. 3. nu. 7. & 4. quæst. ef-
23 fectu. 7. † Nec obstat cap. si eo tempore, de elect. in 6. nam non habet locũ in infectioribus Ecclesijs, glo. 2. Anchar. & Francus sub num. 2. ibi, & Aeneas dict. effectu 7. de quo etiam infra nu. 40.

24 Et ratio differentiæ est, † nam ex quo expectanti sublata prima vacatione remanet saluum ius vtendi sua gratia, in alia vacatione non censetur ei præiu-
25 dicari considerabiliter, † quæ ratio cessat in electo, vel præsentato, quia in totum, & perpetuo esset excluſus. Et similiter in collatario ante acceptationem de quo infra, & in recepto in Canonicum, authori-
26 tate Papæ expectante † primam Præbendam, cuius ius, de quo infra, etiam est considerabile, quoad dictam clausulam, Sarnen. d. quæst. 4. modo, & additio 2. ad d. decisionem 17. quia illa Præbenda est illi affecta, & ad eam cum vacat habet ius in particulari absque acceptatione.

27 Ait tamen † Sarnen. d. quæst. 1. illud ius ex acceptione expectantis quæsitum esse cõsiderabile, quoad illam regulam de non tollendo iure quæsito, quãdo tollitur ius lite pendente, prout loquitur regula.

28 Vnde (inquit) si lite pendente super † acceptatione mea emanaret prouisio aduersarij tollens acceptationem meam, possem me tueri ista regula, nisi illi expressè derogaretur: quia non præsumitur Papa velle mutare statum rei litigiosæ, nisi expressè hoc appareat. consonat quod ait in reg. de subrogan. q. 8.

29 sed cum hodie dicta regula, † de non tollendo iure quæsito, habeat locum etiam ante motam litem, tunc quoad eam non erit considerabile dictum ius, cum non sit considerabile quod d. clausulam.

30 † Immò eadem ratione nec lite pendente videtur esse considerabile contra Sarnen. cuius ratio solum conuincit, quod debeat fieri mentio de lite. cap. 1. & fin. vt lite pendente. l. 2. C. eadem, Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 202. Lancellotto. de attentatis cap. 4. in præfatione à nu. 631. quæ solet fieri per clausulas
31 generales † litigiosum, &c. cuius litis statutum, &c. quæ in litteris fit extẽditur, & super eo inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, per quam dicitur facta
32 sufficiens † mentio litis. Rota decis. 20. de rescrip. in nouis, Achilles dec. 9. de rescrip. Rota in vna Virdunen. Episcopatus. 15. Octobris 1593. coram D. Pamphilio, vbi dicitur, quod, illa clausula facit, vt dicatur expressus status litis, & Papa censeatur prouidere etiam vti de litigioso, & in d. Colonien. Canonicatus coram eodem adducta d. c. 1. 10. partis ad finem, & in vna Tarusina Parochialis. 26. Iunij 1600. corã
33 † D. Ludouisio, in qua fuit resolutum, sententiam Nuntij esse reuocandam, quia declarat literas Apostolicas attentatas, quę tali vitio notari non possunt, Papa enim non attentat, Thanis dec. 62. Egid. 749. & in fine, Rota decis. 25. numero 4. de rescrip. in nouis, Paleottus 146. & quatenus reuocat possessionem, & alia inde secuta, quia illa reuocat ex dicta causa, vt denotat illa dictio, ideoque: & cum sit lata expressa falsa causa, est nulla; nec obstare, quod literæ dicantur surreptitiæ, non facta mentione litis, & possessio postea capta sit attentata, vt fuit resolutum in vna Vegellen. Archidiaconatus coram D. Penna. 13. April: s. 1592. qui, vltra quod Nuntius non fuit motus ex surreptione literarum, sed ex eo tantum, quod fuerint impetratæ lite pendente, & essent attentatæ, cessat surreptio, quia fuit facta mentio litis cum clausula, cuius statum, &c. Achilles decis. 9. de rescrip. & verba illa inter aliquos cõprehendunt etiã personam, Impetrantis, maximè cum persona loquẽtis sit Papa. Menoch. consi. 2. nu. 75. & 78. & de præsumption. l. 3. præsump. 44. 2 nu. 28. & mentio litis in singulari comprehendit plures lites. Iason. in l. qui filiabus §. 1. d. num. 4. ff. de legat. 1. maximè quia fuit facta mentio litis indefinitè sine aliqua restrictiua, Iason ibi, &c.

34 Gratia tamen perinde valere † facta lite pendente, non facta mentione litis, est nulla ad Felin. in d. c. in nostra, num. 27. Lancellot. supr. vt fuit resolutum in causa Telesina Beneficij 13. Ianuar. 1595. coram D. Seraphino, & in Leodien. Canonicatus. 7. Iunij. 1596. coram D. Penna, vbi etiã dictũ est, in hoc proposito non est scrupulosè considerandum, an per litem beneficium sit effectum litigiosum, vel non, &c.

35 Nec obstat d. † clausula, & super eo inter aliquos lis, &c. quæ est in literis principalibus, quæ per gratiam perindè valere, reualidantur ab eius data, quia per illam soluri censetur facta mentio litis, quæ aliàs est super Beneficio, non vero litis, quæ est occasione literarum principalium, super quib. impetratur perindè valere, & ita potest intelligi resolutio. in causa Placentina Capellaniæ. 20. Iunij 1596. corã D. Penna, quod in gratia perinde valere, non est necessaria mentio de lite.

36 Quartus modus est † gratia expectatiua Præbendæ recepti in Canonicum, seu mandatum de prouidendo de prima Præbenda factum recepto, siue creato in Canonicum authoritate Apostolica, per quod acquiritur ei ius ad Præbendam primo vacaturam. cap. si postquam. de præbend. in 6. Aeneas d. effectu 47. secundo modo. nu. 4. Sarnen. d. quæst. 1. 4. modo, Coras. d. 4. p. cap. 1. n. 14. & Zerola, d. verb. ius ad rẽ
37 §. 4. quod ius est † considerabile, vt debeat de ea fieri mentio, etiam in gratia motu proprio. Anchar. Domin. & Francus in d. cap. si postquam, Aeneas & Sarnen. ibi, & ad regulam de iure quæsito, & clausulam, dummodo non sit alicui ius quæsitum, Sarnen. ibi, & diximus sup. nu. 25.

38 Quintus est per collationem † nondum acceptatam cap. si tibi absenti. de Præbendis in 6. & ibi Domin. nu. 2. & 18. Francus nu. 2. & à num. 12. Felin. in d. cap. in nostra. nu. 5. Aeneas, d. effectu 47. 6. modo num. 8. Sarnen. d. quæst. 1. quinto modo, Rebuf. d. gl. 6. num. 27. & 38. Coras. d. nu. 14. Mandos. regul. 5. q. 5. & Zerola d. verb. ius ad rem § 5.

39 Quod ius est considerabile † ad omnes regulas loquentes de iure ad rẽ, & impetrationes, & d. clausulam, dummodo non sit alteri ius quæsitum, quæ il-

lud præſeruat iuxta dicta, vt per citatos, maxime Domini, Francum, Felin. & Sarnen.

40 Nec reſeruatio interim facta de d.† beneficio etiam motu proprio impediret conſenſum, & acceptationẽ illius, cui erat iam ius quæſitum, ſaltẽ ad rem per collationem, quod nõ tollit motus proprius, vt Domin. d. num. 18. tradit Francus ſupra nu. 13. & 14. non obſtante d. cap. ſi eo tempore de electione in 6. quia hic non remanet aliquid expediendum per Papam in perſona collatarij, in quo intret reſeruatio, maxime cum ille textus non habeat locum in inferioribus Beneficijs, vt contra eundem Domini. d. cap. ſi eo tempore, num. 4. diximus ſupra nu. 12. & 13.

41 Vnde ante acceptationem collatarij † beneficium dicitur vacare, licet non libere, vt poſſit conferri ante diſſenſum, vel lapſum termini dati ad conſentiendũ, vt in d. cap. tibi, & ibi Domin. & Flam. Pariſ. lib. 10. de reſignat. q. 8. n. 9. & illo moriente ante acceptationẽ beneficium vacat, vt prius Flaminius ibi nu. 10. & 22 & Gonçalez gl. 15. §. 2. nu. 6.

42 Et eſt deciſio in cauſa † Taurinen. commendæ. 10. Aprilis 1595. in qua fuit dictum, non obſtare, quod collatio Ordinarij ſit facta abſenti, & ante ratificationem ſuperuenerit collatio Papæ in fauorem aduerſarij, quia per talem collationem abſenti factam Beneficium deſinit eſſe liberum, vt per D. omnes in d. cap. Il tibi abſenti, & acquiritur tale ius, vt per clauſulam, dummodo tempore datæ, &c. ipſum ius cenſeatur præſeruatum, Gemin. in d. cap. ſi tibi abſenti, num. 18 cum alijs, &c.

43 Sextus modus, per quem acquiritur † ius ad beneficium, eſt per reſeruationem factam pro aliquo de certo Beneficio, Simoneta de reſeruatio. q. 20. & Zerola d. verb. ius ad rem. §. 6.

44 Quod ius eſt conſiderabile † quoad dictam clauſulam, & regulam de iure quæſito adeo, quod ſi Papa alteri conferat, non derogando expreſſe tali reſeruationi, collatio eſſet nulla, quia militat eadem ratio ac in electione, & præſentatione, &c. Aeneas d. effectu 47. 5. modo. nu. 7. & 3. effectu ad fin. & 4. effectu nu. 1. & 2. Sarnen. d. q. 1. 6. modo 6.

45 Septimus modus, † vt per optionem, ſeu ius optandi, Aeneas d. effect. 47. 7. modo nu. 9. Sarn. 7. modo. 7. Reb. d. nu. 38. & Zerola ſupra §. 7. & ad Papaz. & Rotam deciſ. 3. de conſuetud. in nouis ad fi. quod ius eſt conſiderabile quo ad dictam regulam, & conſequenter etiam quo ad dictam clauſulam, Sarnen. ibi quo p. ſeq. cap. 1. nu. 295. & quod habens ius optandi di-
46 catur † habere ius ad rem, tradit poſt hæc Gonçalez gloſſ. 34. nu. 126. quod intelligit num. ſeq. de Præbenda vacante, alias ſecus. item poſtquam fuerit acceptata iuxta dicta de expectatiua ſupra à nu. 15. ſed in hoc vltimo non bene dicit, nam primus habens ius optandi habet ius ad Præbendam vacantem etiam ante acceptationem, vt ſentiunt citati, & diuerſum eſt in expectatiua, vt conſtat ex ſupradictis nu. 16. & à nũm. 18. & 24. *& quod per ſtatutum & conſuetudinem optandi non acquiratur ius ad rem, niſi euenienti caſu optionis, tradit etiam Alexand. Monet. de optione, cap. 1. num. 15. & cap. 8. num. 35. per ipſam vero optionem actualiter ſubſequutam cenſet d. num. 15. quod acquirat ius in re, & non ſolum ad rem, cum tunc aliud non requiratur, niſi apprehenſio poſſeſſionis, quæ iam ſupponit ius in beneficio ſeu Præbenda; ſed id ſolum eſt verum, quando per optionem non mutatur titulus.*

47 Octauus modus eſt † ob non ſolutionem penſionis propter clauſulas appoſitas in litteris penſionum Aeneas d. effectu 47. 8. modo num. 10. relatus d. cap. 1. num. 199. Sarnen. d. quæſt. 1. octauo modo. Flam. Pariſ. de reſignatione lib. 6. quæſt. 3 nu. 15. & Zerola ſupra. §. 8.

48 Ait tamen Sarnen. ibi quod, † quo ad effectum dictæ regulæ de iure quæſito, non poteſt tale ius adaptari, cum competat contra viuentem, & regula non habet locum in prouiſione Beneficiorum viuentium.

49 Sed id nihil obſtat, † nam, cum titularis Beneficio priuatus exiſtat, illudque vacare cenſeatur eo ipſo ex dictis clauſulis appoſitis in literis penſionum, perinde eſt ac ſi mortuus eſſet, & regreſſus, vel acceſſus, qui penſionario datur, & eo declarante intrat, non ſolum ius ad rem, ſed etiam in re tribuit, vt in dictis clauſulis, de quo videatur Flam. Pariſ. d. quæſt. 3. per totam, ex ſtilo tamen benigno Rotæ canonizatur
50 † huiuſmodi regreſſus, vel acceſſus, nec illis eſt locus, niſi data magna proteruia, vt per Cottam deciſ. 105. in Miſcel. manuſcrip. vbi dicitur, quod in cauſa regreſſus, ob non ſolutionem penſionis, Domini ſolent vti benignitate cum titulari, vt facta præfixione termini debeat ſoluere, vel ſoluat, & purgabitur contumacia, vel expediatur cauſa ſpe benignitatis Dominorum. ita in cauſa Burgen. Canonizationis regreſſus, ſiue penſionis. 3. Iunij 1558. coram D. Caputaquen.

51 Et per Rotam in cauſa † Roſanen. regreſſus 16. Ianuarij 1595. coram D. Lita, & Placentina Decanatus 19. Nouembris, eiuſdem anni coram D. Penna, vt in deciſionibus ſequentibus. Roſanen. regreſſus.

☞ Domini cenſuerunt ſententiam Archiepiſcopi Roſanen. eſſe reuocandam ea ratione, qua regreſſus non Canonizatur, niſi vbi datur magna proteruia. Anto. Auguſtinus deciſ. 352. & 624. lib. 3. & in epitome de priuatione ob non ſolutionem penſionis. §. 5. ſub titulo generali, de pœnis, quæ proteruia hoc in caſu conſiderari non potuit ſtante diſpoſitione reali, & conſenſu d. iudicis, & ſufficit ſola oblatio verbalis ad effectum euitandi pœnam. Spc. conſil. 118. lib. 4. Verallus deciſ. 721. p. 2. & in hanc ſententiam eo facilius Domini venerunt, quod in actis conſtat de reali ipſius Marci Antonij receptione omnium, & quorumcunque terminorum d. penſionis decurſorum abſque proteſtatione, per quam cenſetur omnis pœna regreſſus, ſeu caducitas remiſſa, ſi qua præcedebat. l. poſt diem. ff. de lege commiſſoria Aretin. conſ. 149. col. penul. & finali.

## *Placentina Decanatus*, 10. *Nouembris* 1595.

52 ☞ QVONIAM in reſeruatione † penſionis ſuper iſto Decanatu ad fauorem Mirandæ fuerat dictum, quod ſi Garſias de Loaiſa, vel Don Petrus Panyagua pererent penſionem reduci, vel annullari, &c. liceret Mirandæ propria authoritate capere poſſeſſionem Decanatus, illamque vigore eiuſdem decreti retinere, & deinde. D. Petrus cauſam committi obtinuerit ſuper nullitate penſionis, cumque commiſſionem Petrus ratam habuerit, & vt Rota cen-

ſuit

fuit 26. Octobris 1594. & propterea Miranda prætenderet factum fuiſſe locum prædicto decreto ideo propoſito dubio ſuper hoc concluſum fuit locum factum fuiſſe prædicto decreto ad effectum, de quo agebatur, potuiſſe tamen Decanum recedendo a lite euitare pœnam in decreto appoſitam; nam quantum ad primam partem clarum erat, Petrum propter litem motam ſuper nullitate penſionis, & illius proſecutionem, in qua adhuc tenaciter perſeuerat, ſeſe ſtaturæ pœnæ ſubdidiſſe, ob euentum conditionis in decreto appoſitæ, Verallus deciſ. 247. par. 2. Achilles dec. 311. alias 1. num. 5. de iureiurando in impreſſis, & ſtante præſertim clauſula ſublata, quæ tollit poteſtatem aliter iudicandi. Puteus dec. 50. num. 5. l. 1. & declaratione facta per Mirandam per quam dixerat, ſe acceptaſſe decretum, & eo vti velle, Puteus deciſ. 34. lib. 1. Mohed. deciſ. vlt. ad finem de renuntia. nec placuit Dominis ille decreti intellectus per informantes pro Don Petro, quod intelligeretur, vt non poſſit opponi de nullitate de facto, & non de iure. Oradinus deciſ. 76. Cotta deciſ. 294. hanc autem nullitatem contra penſionem Mirandæ apertum habere iuris fomentum, ex quo Garſias non conſenſit, vt fuerat præſuppoſitum, & ſemper in confirmationibus Pontificijs ſubintelligitur conditio, quatenus partes de nouo conſentiant, Abbas. in cap. ſuper eo num. 8. de conditionibus appoſit. quoniam reſpondetur verba decreti fuiſſe ampliſſima, vt de nullitate ex quauis cauſa dari non poſſet, quæ propterea tam veniebat intelligenda de facto, quam de iure, Rayn. conſ. 77. nu. 7. & 8. lib. 2. Maluaſia conſ. 12. incip. duo proponuntur, num. 24. lib. 1. & eo maxime, quia Petrus neque de iure opponere poſſe videbatur ſtante clauſula in reſeruatione penſionis, quod non poſſit dari de obreptione, & ſurrepti one, cum clauſula ſublata, quo caſu Papa etiam de iure litem & moleſtiam prohibuiſſe cenſebatur. Puteus deciſ. 377. lib. 2. 2. p. quod Decanus poſſet euitare pœnam, ſi pœnitendo recederet à lite, & ab omni moleſtia amplius Mirandæ, tam de facto, quam de iure inferenda. Domini tenuerunt more maiorum, qui æquitatem, & humanitatem humanæ naturæ conformem ſecuti conſueuerunt in ſimilibus caſibus moram purgari poſſe, Sarnen. de ſubrogandis collitigantibus, quæſt. 7. num. 8. verſic. 2. caſus, Anton. Auguſtin. in Epitome, tit. de priuatione, ob non ſolutionem. §. 5. idem lib. 3. deciſ. 352. incip. Peregrinus idem deciſ. 619. incipienti, Thomas Tahanis. vbi cenſent iniquum fuiſſe iudicatum quemquam priuari Beneficio ob non ſolutionem penſionis, quam ſententiam deinceps Rota ſæpe ſecuta fuerat, vt in vna Calagurritana Prioratus coram D. Blanchetto 22. Maij 1579. & 15. Ianuarij 1580. & nuper anno præſenti coram Lita 16. Ianua. in cauſa Roſanen. regreſſus, & quamuis ex his deciſionibus intelligeretur tunc poſſe canonizari regreſſum, & iſtis decretis pœnalibus fore locum, quando adeſt magna proteruia in recuſante penſionem ſoluere, quam informantes pro Mirãda ex eo contra dictum Petrum deducere conabantur quod litem ſuſtineret, & plures alios actus faceret tam in Rota, quam in ſignatura, pro penſione annullanda, nihilominus ex aduerſo apparebat ſemper ſolutam fuiſſe penſionem & nouiſſime quoque datam à domino Petro ſchedulam cautionis Bancariæ, ex quibus ceſſare videbatur formalis illa, & culpabilis pertinacia, quæ regreſſibus viam aperit. Supradictis accedebat factum Mirandæ, quoniam, licet commiſſio, & proſecutio cauſæ ſuper nullitate pẽſionis fuerint de anno 1592. Miranda tamen exegerat penſionem per totum annum 1593. non declarando, quod volebat vti decretis, neque proteſtando, niſi de anno 1594. per quos actus alias cenſetur remiſſa pœna caducitatis, Caſſad. deciſ. 2. & 3. de locato, Gambarus de poteſtate legati, lib. 6. num. 480. poſtremo non placuit Dominis illa diſtinctio, quam faciebant informantes pro Miranda, de contraueniendo, in omittendo. vel committendo, vt cui contrauenitur in committendo ſtatim ſecuta contrauentione fiat locus pœnæ, & ſic in caſu propoſito prouiſionis ad fauorem Mirandæ, iuxta tradita per Bald. in authen. habita, num. 46. C. ne filius pro patre, Antonius, conſ. 93. num. 7. Decius conſ. 136. num. 4. quia licet regulariter grauiores ſint exceſſus, & errata facta per commiſſionem, quam per omiſſionem; Rota tamen æquitatem canonicam ſecuta, non amplectitur illam diſtinctionem, cum contrauenientes quantum poterit admittat ad moræ purgationem, præſertim, ſi ius partis non ſit effectum deterius. cap. ſua de pœnis, Alexand. in l. ſi inſulam, num. 24. de verbo. oblig. Iaſon. in l. ſi quis maior. num. 26. & ibidem Cagnol. num. 152. C. de tranſactio. Quamquam autem deciſum eſſet D. Petrum potuiſſe purgare moram, etiam vſque ad tertiam ſententiam, non propterea denegabatur Mirandæ facultas proſequendi etiam ius ſuum, ſi quod haberet ex alijs capitibus ad eundem Decanatum, tametſi Dominis placebat, quod lis finiretur per concordiam. *Quæ deciſio eſt confirmata 6. Decemb. 1596. coram eodem, vt in deciſ. 804. nouiſ. Farin.*

53 Nonus modus eſt per priuationem iuris, † nempe, quando quis venit priuandus Beneficio. Æneas d. effectu 47. modo, nu. 12. Sarnen. d. q. 19. modo Zerola d. verb. ius ad rem. §. 9.

54 Sed, vt ibi dicunt Aeneas, † & Sarnen. iſtud ius nõ habetur in conſideratione, quia Beneficium non valet antequam ille priuetur, & ſic agenti, ſeu impetranti in euentum priuationis non competit aliquod ius ad Beneficium, de quo vide late dicta infra 11. par. cap. 3. num. 62.

55 Decimus & vltimus modus, quem ponit † ibi Sarnen. & Aeneas 9. modo, num. 11. & Zerola §. 10. eſt per regreſſum, & acceſſum. Nauarrus in c. ſi quando, de reſcrip. præludio. 5. & exceptione 11. num. 7. & Flam. Pariſ. d. quæſt. 23. num. 16. cum alijs. Adde, &
56 coadiutoriam, cum futura ſucceſſione, Nauarrus † ibi, quod ius, inquit Sarnen. eſt conſiderabile, quoad omnes regu. & diſpoſitiones de iure queſito loquentes.

57 Quod ſine dubio procedit † poſt vacationem Beneficij: difficultas eſt ante vacationem, nam tũc iſtud ius non videtur conſiderabile, cum ſit conditionale euentum vocationis, Caſſad. deciſ. 3. de præben. & Mohedan. 21. eodem tit.

58 Sed quamuis ex eo † non ſit conſiderabile ad effectum, vt ratione illius iuris ante vacationem interueniat reſeruatio, quæ contentatur iure ad rem, vt dicemus infra p. ſeq. cap. 1. nu. 304. tamen ad effectum, vt per aliam gratiam non præiudicetur illi, cenſetur ius cõſiderabile, quia eſt ad certum Beneficium, maxime, cum iſta gratia concedi ſoleat cum magna compoſitione, & præſertim ex clauſulis in huiuſmodi gra-

tijs,& coadiutorijs apponi ſolitis, & ita poſt hæc ait Gonçalez gloſſ.5.§.9.à nu.79.quod in vna Valliſoletana Decanatus.11. Decẽ.1600. coram D. Millino fuit reſolutum, quod per gratiam coadiutoriæ cum futura ſucceſſione acquiritur ius quoad ſucceſſionẽ valdè conſiderabile, & proculdubio regula, de non tollendo iure quæſito,locum habet in illo: qui tamẽ malè allegat deciſ. Caputaquen.128.p.1.& 31.p.3. & ad id,quod dictum eſt de compoſitione,conducũt dicta per Gonçalez gloſſ.28.a nu.28.

59 Addo vndecimum modũ, † per quem acquiritur ius ad rem conſiderabile, quoad dictam clauſulam, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, & regulam de non tollendo iure quæſito, videlicet mandatum de prouidendo de certo Beneficio vacante in forma
60 dignum, † vel aliàs;quod ante collationem non dat titulum,& ius in re,ſed ad rem,vt dictum eſt ca.præced.num.55. vnde per obitum habentis huiuſmodi mandatum ante collationem non vacat Beneficium, ſed vt prius.Bonifacius in Clem. 1.vt lite pendente, num.49. Rota in Burgen. Canonicatus.28.Aprilis. 1597.coram D.Pamphilio ſupra relata 2.p. nu.131. *& in Pampilonenſi de Ianzi 28.Iunij 1602.coram D.Seraphino, vbi quod per obitum habentis gratiam, in forma dignum,ea non verificata & exequuta, non inducitur vocatio.* vt dictum eſt d.c.præced.nu.17.& poſt hæc tradit Gonçalez gloſſ.15.§.2.num.59.

61 Decimus ſecundus modus, † per quem acquiritur ius ad Beneficium, eſt oppoſitio, ſtante conſtitutione,ſeu conſuetudine,priuilegio,vel fundatione dante ius opponendi.Caſſad.d.deciſ.18.de Præbend.nu. 5.Puteus deciſ.235.& 264.lib.2.Sarnen.in d.reg.de non tollendo iure quæſito,quæſt.1.nume.10. verſic.
62 nam per illam ſolam oppoſitionem, † qui ait, quod hoc ius opponendi habet locum,etiam quando non ſolum ex conſtitutionibus ſynodalibus competeret filijs patrimonialibus, ſed etiam quando ex ordinatione teſtatoris tãtum volentis proximiorem de ſuo genere ad Beneficiũ preſentari;nam tali caſu per oppoſitionem proximioris acquiritur illi ius conſiderabile,adeoque virtute dict. clauſulæ quatenus non tollatur ius quæſitum, videtur præſeruari, vt nouiſſimè concluſit Rota in vna Oxomen. Capellaniæ de Soron coram R.D.Raynaldo Petricio de menſe Iunij 1539.quæ de plano procedunt quando ius opponendi competit vigore alicuius conſtitutionis, vel ordinationis, ſecus vero, vbi nulla eſſet conſtitutio ſed ſimplex vſus ſe opponendi, nam talis oppoſitio non dat ius, &c. hæc Sarnen. conſonat Coſmas Philiarchus de offic.Sacerdotis.2.p.lib.4.c.23. *Ioan.Gutier.conſi.1.nu.24.* & faciunt dicta inf. 7.p.c.15.

63 Sed verius eſt iſtud ius † ſolum eſſe conſiderabile reſpectu Ordinarij, & inferiorum Papa,qui non poſſunt illi derogari.Puteus d.deciſ.235.Creſcen.deciſ. 7.de iure patron.n.2.& Rota in vna Toletana Scholaſtriæ de Alcala,22.Maij.1592.coram D.Orano ſtatim adducenda,& in Placentina Cantoriæ.24.Octobris.1594. infra adducta.nu.81. & ad effectum, † vt
64 in gratia de vacaturo eſſet facienda mentio de tali iure,Puteus d.deciſ.235.& d.deciſ.264. quæ ait non tamen eſſe in ea neceſſariam derogationẽ regulæ, de non tollendo iure quæſito,quia loquitur de iure radicato,& incorporato,ſeu iure perfecto,& de præterito quæſito, & retro in d. Toletana Scholaſtriæ,
65 Non autem eſt conſiderabile ad effectum, † vt per dictam clauſulam, dummodo non ſit alteri ius quæſitum,ceſſante præſeruatum, nec vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante, nam oppoſito aſſimilatur acceptationi,cum pendeat ex facto ſe opponentis,& ſit in mera facultate, & voluntate illius, ſicut acceptat.Caſſad.d.deciſ.18.nu.1.Puteus d.deciſ. 235.nu.3.Creſcen.d.deciſ.7.vbi fuit reſolutum clauſulam, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, poſitã in noua prouiſione non præſeruare ius illius, qui ſolus erat de genere,& nomine teſtatoris,& præſentari debebat ſecundum tenorem fundationis, non tamen fuit præſentatus, & tale ius non dici ad rem conſiderabile,vt per præſentationẽ,vel electionẽ,&c. & Mohed.deciſ.1, de Præbend. & 34.eodem tit.quæ eſt ad finem libri aliàs 23. & 23. vbi fuit reſolutum, quod per oppoſitionem factam per opponentes ſe ad Canonicatus Doctorales Hiſpaniç, & per receptionem per Capitulum factam non acquiritur ius ad rem, conſiderabile,quod impetrans Canonicatum teneatur facere mentionem in impetratione de oppoſitione, & de tali iure, & Rota in vna Calagurritana Beneficij de Arcaya. 28. Iunij 1591. coram D. Seraphino infra adducta parte ſequenti cap.1.nu.527.ad
66 finem & in d. Toletana Scholaſtriæ,quę ſic ait † Domini tenuerunt Franciſcum Herrera ſuper vacatione Scholaſtriæ,de qua agitur audiendum, quia, cum habeat qualitates ad illam obtinendum,à ſtatuto requiſitas,potuit ad vacantem ſe opponere. itaque ex oppoſitione ius ſibi fuit ad illam acquiſitum. Caſſadorus deciſ. 18. nu.4.de Præbend. Sarnen.ſuper reg. de non tollendo iure quæſito,q.1.num.10.verſ.nam per illam ſolam oppoſitionem, & hoc manifeſtum fit, quia in gratia de vacaturo neceſſario de tali iure ex oppoſitione acquiſito fieri mentionem oportet, vt per Puteum deciſ.235.lib.2.ſed tãto magis, quando non agitur contra prouiſum Apoſtolicum, vt eſt caſus noſter, ſed contra eum, qui ius ab Ordinario fuit aſſecutus; nam huic certum eſt facultatem derogandi ſtatutis Eccleſiæ non competere, Puteus dec. 235.nu.3. & 4. neque in contrarium facit quod voluit Mohedan.deciſ.22. & ſeq, nempè ex oppoſitione non competere opponenti al quod ius conſiderabile in re,vel ad rem,quia loquitur in diuerſis terminis, videlicet ad effectum, ne taciturnitas illius in gratia de Beneficio vacanti poſſit cauſare ſurreptionem, non autem quando ſtatutum adeſt, per quod tribuitur ius opponenti, Puteus dec.253.lib. 3. Ant. Aug. in epitome tit. de prouiſione & oppoſitio.§.1.
67 Et idem fuit reſolutum † in cauſa Placentina Cantoriæ,11.Ianuarij.1594.coram D. Arrigonio, in qua
68 Domini tenuerunt,quod ex oppoſitione,& requiſitione Mathæi de la Pila Canonici Placentini ad Cãtoriam vacantem,non fuit acquiſitum ius,de quo in gratia Apoſtolica D.Didaci de Aguilera eſſet faciẽda mentio, & per quod eius gratia poſſet dici nulla,etiam ſtante ſtatuto fundamentali dictæ Eccleſiæ a Papa confirmato,& quod Dignitates vacantes prouiderẽtur Canonicis dictæ Eccleſiç,quibus nihil obſtaret de Canonicis inſtitutis ex Caſſadoro. d. deciſ. 17.de præbendis, Mohed,deciſ.22.& 25.puteo 235. lib.4.Gomez,d. quæſt.1. num,10. Anton.Auguſt. in repertorio, titu.de præbend.§. de oppoſitione; nec obſtat deciſ. putei. 235. lib.2. & 253. lib... quia illa prima procedit in gratia de vacaturo, ſecus in gratia de vacante,vt in propoſito, in qua eſt diuerſa ratio,

vt

vt ibi dicitur; in ſecunda vero vltra oppoſitionem fuit proceſſum ad plura alia, per quæ fuit ius quæſitum, vt ibi dicitur, quaſi non eſſet proceſſum, ius non quæreretur ex ſola oppoſitione vt ibi dicitur. Idem
68 etiam fuit tentum in vna† Calagurritana de Iocano. ☞ 15. Maij 1600. in qua fuit reſolutum, ſententiam poſteriorem eſſe validam non obſtante defectu iurisdictionis appoſito ex eo, quod Nuntius non haberet facultatem committendi cauſas Beneficiales, nam fuit dictum hanc cauſam non eſſe Beneficialem, quia Gaſpar. vti præſentandus prætendebat ſibi debitum eſſe Beneficium, non autem petebat illud tanquam ſuum, Bald. in authen. litigiola, num. 1. C. de litigioſ. & quando lis eſt ſuper præſentatione, cui aliquis ſe opponit ad impediendam inſtitutionem, cauſa non dicitur Beneficialis, vt fuit dictum coram Oradino in cauſa Aretina de Raguſim. 24. Aprilis. 1559. quam allegat Lancel. de attentatis cap. 4. in præfat. num. 489. &c. Nec obſtare, quod ille ſit filius patrimonialis, & ſe opponat, quia per oppoſitionem non acquiritur ius ad rem, nec in re ſuper Beneficio, ita vt poſſit illud petere tanquam ſuum, vt in d. Placent. Cantoriæ, & cap. Et tradit poſt hæc Gonçalez glo. 9. §. 1. à num. 88.

69 Ex qua deciſ.† Placentina, & d. deciſ. Put. 253. apparet, id intelligi, niſi vltra oppoſitionem oppoſitor iuſtificauerit qualitates neceſſarias, & requiſitas per conſtitutionem, ſeu priuilegium, ita vt cenſeatur ab illa vocatus, & ſola prouiſio deficiat, nam tunc ex tali oppoſitione, & verificatione qualitatum eſſet ipſi quæſitum ius conſiderabile, de quo in prouiſione aduerſarij erat facienda mentio, & oppoſitio in iſto caſu magis aſſimilaretur præſentationi, ſeu electioni quam acceptationi, &c. Et conſequenter eſſet præſeruatum per d. clauſulam, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, & haberet locum d. regula de non tollendo iure quæſito. Vt fuit reſolutum in d. deciſ. Putei 253. lib. 3. in vna Burgen. Canonic. & Præbendæ Doctoralium de anno. 1549. de qua eſt conſ. 51. Man-
70 doſij, † qui ait, quod ex oppoſitione competente ex aliqua conſtitutione vel priuilegio acquiritur ius conſiderabile, vt non tollatur per clauſulas generales reſcripti, & ſit reſeruatum per clauſulam, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, in fine tamen refert Rotam dixiſſe ſimplicem oppoſitionem non eſſe conſiderabilem, ſed, quia vnus tantum ſe oppoſuit, & verificauit eſſe in caſu priuilegij Sixti IIII. illud ius eſſe conſiderabile, & tradit Gonçalez ſup. nu. 92. & ſeqq.

71 Vnde, ſi eſſent plures† oppoſitores, qui verificaſſet qualitates neceſſarias, nulli eſſet ius quæſitum conſiderabile, ſicut dicitur de patronis plures præſentantibus, quibus nullum ius acquiritur ad rem vt per Mohed. d. deciſ. 1. & diximus ſupra tit. 13. Gonçalez vbi proxime, qui nu. 94. ait fuiſſe deciſum in vna Calagurritana Beneficij de Ocon, 16. Iunij. 1703. coram D. Otimbergo, quod per ſententiam declaratoriam factam ab Ordinario continentem Beneficium patrimoniale eſſe debitum N. vti magis idoneo etiam ante præſentationem, & inſtitutionem poſtmodum faciendas acquiritur ius ad rem conſiderabile, ex quo iam erat magis idoneus ab examinatoribus repertus. *ſicut etiam in cauſa Calagur. de Zuriano 14. Febr. 1605. coram D. Penna fuit reſolutum, quod quamuis ex oppoſitione non acquiratur ius in re, vel ad rem; id tamen non procedit, quando ſecus cautum eſt in fundatione, vel conſtitutione, vel conſuetudine inductum, ad Caſſad. d. c. 18. nu. de Præb. Put deciſ. 253. lib. 3. Anton. Auguſt. in epit. de oppoſit. nu. 1 Et quando ex parte collationis deuentum fuit ad aliquos actus poſitiuos, vt tenuit Rota in illa Placentina cantoria 24. Octob. 1594. coram D. Seraphino, & in cauſa Calag. beneficij de Maeſt. 24. Nouemb. 1604. coram D. Ortembergo, & ſic in illo caſu ex duobus præſentatis ab examinatoribus æque idoneis denuntiatis vnus fuiſſet electus, & inſtitutus ab Ordinario, fuit ei ius quæſitum, ita quod gratiæ alterius obſtabat clauſula, dummodo tempore datæ præſentium non ſit in eo alicui ius quæſitum. Nec obſtare deciſionem in hac cauſa coram eo factam 24. Mair 1604. quia non loquitur de prædictis actibus, ſed de poſſeſſione capta pendente termino ad appellandum: iſti vero actus, ex quibus acquiſiuit ius ante tempus ad appellandum geſti, non produxerunt attentata, de quibus loquitur deciſio.*

72 Vnde etiam in terminis † d. deciſionis 7. Creſcen. videtur, quod ſi ille, qui erat ſolum de genere, & nomine, & debebat præſentari ſecundum fundationem, id verificaſſet ante obtentam nouam prouiſionem, per aduerſarium, aliter dicendum eſſet, nempe quod eſſet ei quæſitum ius conſiderabile, de quo non ſolum eſſet facienda mentio in noua prouiſione aduerſarij, ſed etiam eſſet præſeruatum per dict. clauſulam, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, & haberet in eo locum dict. regula. de non tollendo iure quæſito. *& ita aliàs fuit reſolutum per Rotam in vna Gerund. benef. 2. Decemb. 1605. coram D. Sacrato, vt in ſeq. dec. fuit reſolutum per oppoſitionem factam per Frana. &c.*

73 Quinimmo in terminis † d. deciſionis Creſcentij, etiamſi ille, qui erat de genere, & nomine, nondum id verificaſſet, videbatur neceſſaria mentio non ſolũ de lite, ſed etiam de tenore fundationis, vt ibi factum eſt, quamuis non eſſet neceſſaria derogatio d. regul. de non tollendo iure quæſito, nec præſeruaretur per illam clauſulam, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, iuxta ſupradicta, alias enim non cenſetur Papa velle derogare fundationi etiam in gratia de vacante.

74 Et ita fuit reſolutum in vna † Vlisbonen. Priora-☞ tus. 4. Iulij 1601. coram D. Seraphino, vt in deciſione ſequenti. Fuit concluſum locum eſſe ſequeſtro 3 primo, quia poſſeſſio capta per D. Matthæum Fernandez fuit capta pendente appellatione à decreto Ordinarij cap. non ſolum. de appellatione lib. 6. & c. vt lite pendente, eodem lib. nam, licet Princeps non attenter, vt per Egidium deciſ. 249. in fine, tamen poſſeſſio vigore gratiæ capta poſt appellationem, ſeu poſt inhibitionem eſt attentata, Modernus de attentatis p. 2. cap. 4. in præfatione n. 413. cum aliis, quod maxime procedit ſtante, quod gratia erat ſurreptitia, cum non fuiſſet narrata lis, neq; narratum Beneficium eſſe debitum certo generi perſonarum in fundatione, prout conſtat ex priuilegio, & tribus ſententijs alias in Rota antiqua latis, quo caſu gratia Papæ, non facta de hac re mentione, eſt nulla. Thanis deciſ. 102. Æneas de Falcon. quæſt. 3. num. 22. Puteus deciſ. 235. nu. 2. l. 2. non obſtant, quæ ex aduerſo deducta fuerunt, & primo, quod deducitur fuiſſe proceſſum iuxta formam præſcriptam à S. Concilio Tridentino, quia præterquam quod non tuetur attentationem, decretum illud, quod habetur ſeſs. 24. cap. 18. de reform. non procedit, vbi in fundatione fuit data diuerſa forma, quæ eſt obſeruanda, vt patet ex

reſolutione S. Congregationis; nec obſtat, quod dicitur in actis non conſtare de poſſeſſione capta per Matthæum, ex quo proceſſus ille non eſt in forma probāti, quia dato & non conceſſo, quod ita res ſe habeat tamen non ideo excluditur, quin ſit apponendum ſequeſtrum immo facilius debet concedi ſi poſſeſſio vacat, ne interim dilapidentur fructus Prioratus, & ex his concluſum pro ſequeſtri appoſitione. Accedit dec. Cęſaris de Graſſis 97. nu. 6. & 91. n. 1. & 2.

75 Et quod diximus † nu. 65. huiuſmodi ius ex oppoſitione competens non eſſe conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio in gratia de vacante, videtur procedere, quando huiuſmodi ius, & oppoſitio competit ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio; & ita loquūtur deciſiones ibi citatæ, & numeris ſequentibus; ſecus in fundatione, quæ eſt magis fauorabilis, & cui non ita facile cenſetur per Papam derogari ad tradita infra 6. p. cap. 1. à nu. 118.

76 Præterea circa d. deciſionem † Calagurritanam de Iocano, quatenus dicit non eſſe cauſam Beneficialem quando quis ſe opponit prætendens ſibi vti præſentando, vel alias Beneficium eſſe debitum, & conſequenter Beneficium non fieri litigioſum, quod etiam alias fuit reſolutum in alia Calagurritana de Curatu

77 † coram D. Oriolen. 27. Martij nempe quando opponitur in præſentatione, præſentatum non eſſe inſtituendum, cauſam non dici Eccleſiaſticam ex Lancellotto d. nu. 489. quia cauſa non dicitur Beneficialis quando quis petit Beneficium tanquam ſibi debitū,

78 ſed tanquam ſuum, aduerto † id non videri verum, nam quamuis in profanis ſolum dicatur res litigioſa, de cuius dominio quæſtio mouetur, vt in d. authen. litigioſa. C. de litigioſis, tamen in materia Beneficiali cauſa dicitur Beneficialis, & Beneficium litigioſum, non ſolum quando eſt quæſtio, cuius ſit Beneficium, & ad quem pertineat, ſeu quando quis illud petit tamquam ſuum, ſed etiam quando litigatur ſuper iure ad rem, & Beneficio conferendo principaliter, vt patet ex cap. 1. vt lite pendente in 6. ex quo Beneficium, vt litigioſum per litem inter electos, ſeu præſentatos, qui non petunt nec poſſunt petere Beneficium tamquam ſuum, ſed tanquam ſibi debitum, & quando ex mandato de prouidendo quis petit beneficium ſibi conferri, & aſſignari in contradictorio iudicio cum intruſo, ſeu alio ius prætendente, clarum eſt cauſam eſſe Beneficialem, & Beneficium litigioſum, & hoc forte vult Baldus in d. authen. litigioſa, num. 1. ibi, extra eius dictum factum eſt caſus in cap. 1. extra. vt lite pendente lib. 6.

79 Et quod dicit d. deciſio. Aretinæ de † Raguſin. & cum ea Lancell. d. nu. 489. accipiendum eſt quando quis ſolum ſe opponit, ne præſentatus inſtituatur nō petens Beneficium tanquam ſibi debitum, ſeu tanquam ſuum, ſecus vero quando quis ſe opponit petens Beneficium tamquam ſibi debitum ex fundatione, vel alias, ſeu tamquam ſuum, & faciunt tradita infra 11. par. c. 3. à nu. 75. & ita tenendum eſt, quicquid dicat Gonçalez §. 2. proœm. nu. 78.

80 Quod autem diximus ex oppoſitione, † & verificatione qualitatum per oppoſitorem facta, eſſe ipſi quæſitum ius conſiderabile, accipiendum eſt quando illa verificatio facta eſt legitime, & ſeruato iuris ordine, ac ſecundum formam conſtitutionis, non alias, vt fuit reſolutum in d. Placentina Cantoriæ 24. Octobris 1594. coram D. Seraphino, vt in ſequenti deciſione. Cum in gratia Didaci appoſita clauſula, dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ius quæſitum, fuit per Matthæum oppoſitum tempore datæ gratiæ iam fuiſſe ſibi ius quæſitum ratione oppoſitionis, ſeu requiſitionis ſuæ, ſuper quo ar. Domini proponente R. P. D. meo Arrigonio reſoluerunt non fuiſſe ex ſola oppoſitione, ſeu requiſitione ius aliquod conſiderabile quæſitum Matthæo, etiam ſtante ſtatuto Eccleſiæ Placentinæ. Caſſadorus deciſ. 18. quæſt. 3. de probation. cum alijs allegatis in deciſione, verum quia vltra oppoſitionem allegatum fuit pro Matthæo, fuiſſe ad plures alios actus proceſſum, dubitaui, an ſimul cum oppoſitione concurrant alij actus, & tales, ex quibus fuerit ius quæſitum Matthæo? & fuit omnium Dominorum conſentiente opinione deciſum non adeſſe tales actus, ex quibus fuerit ius quæſitum Matthæo; cum enim maior pars eorum proueniat ab ipſo ſolo Matthæo, res dicitur remanere in ſimplicibus terminis acceptationis, per quam non dicitur quæſitum ius, vt per Rotam 17. de Præben. in nouis late Caſſad. d. deciſ. 18. de Præbend. Felin. poſt Card. & alios, quos allegat. in cap. cauſam, quæ, num. 26. de reſcrip. Sarnen. de iure quæſito non tollendo, quæſt. 1. num. 30. ideo vt dicatur ad hunc effectum ius quæſitum, neceſſe eſt, vt ex parte collatoris deueniatur ad aliquos actus prout in dec. Putei 253. lib. 3. neque hæc deciſio ſuffragatur Matthæo prætendenti, ex parte collatorum fuiſſe deuentum ad plures actus, & ad collationem, nam Puteus loquitur quando illi actus geſti fuerunt ſeruato iuris ordine, & ſecundum formam à ſtatuto traditam, at in caſu, de quo agitur, omnia fuerunt nulliter geſta, & non ſeruata iuris, nec ſtatuti forma, ideo nihil operantur. cap. non præſtat. de regulis iuris in ſexto Rebuffus ſuper regula de infirmis gloſſa. 13. in princip. nullitas vero in eo conſiſtit, quia, cum poteſtas conferendi eſſet penes Epiſcopum, & Capitulum tam ſecundum ſtatutum, quam de iure commuui, Caſſad. deciſ. 22. de Præbend. neque abeſs eſſet abdicata hæc poteſtas, cum Epiſcopus nunquam abſolute negauerit ſe velle conuocare Capitulum, vel conferre Dignitatem, immo id tantum ex iuſta cauſa diſtulerit, vt audiret Petrum reſeruatarium fructuum in iuribus ſuis, & tempus coferendi, quod eſt ſex menſium, non laberetur, ita vt periculum eſſet, ne poteſtas expiraret, & ita cum nulla adeſſet Epiſcopi, & Capituli mora, aut negligentia; vtique non poterant Archidiaconus de Medellin. & alij duo Canonici facere collationem Matthæo, non enim talis facultas ad eos erat deuoluta; quod eo magis eſt dicendum, quod in eodem Capitulo, quod fuerat ab Archidiacono de Truxillo congregatum ad conſultandum, an eſſet parendum inhibitioni Epiſcopi, qui inhibuerat, ne Capitulum congregaretur ad effectum prouidendi de Beneficijs vacantibus per obitum Franciſci, inter quæ erat hæc Dignitas, de qua agitur; tunc maior pars obtinuit eſſe parendum mādato Epiſcopi vti iuſto, & nihilominus Archidiaconus, & alij duo Canonici deuenerunt ad illum actum cæteris contradicentibus nulliter, & de facto ad notata per Abbatem in cap. cum nobis. nu. 9. de elect. & ibi Innoc. nu. 11. Butr. nu. 31. non obſtat, quod dicitur conſtare, & conſtitiſſe de habilitatibus Matthæi, quia non fuit ad hoc legitime proceſſum ſeruata forma ſtatuti, & licet non poſſet Epiſcopus vbi certo

generi personarum debetur Beneficium, illis præiudicare: talis prouidendo, tamen secus est in Papa, qui est absolutus dominus omnium Beneficiorum. Crescen.decis.7.de iure patron.neque obstat, quod facta nominatione, & requisitione, collatio sit habēda pro facta ex quo non stat per eum, cui fieri debet l. iure ciuili. de condit. & demonstrat. & hoc sufficiat, vt Papa dicatur præuentus in conferendo, iuxta ea, quę tradit Rebuffus de pacificis possessoribus, num.312. quia prętęrquam quod loquitur in terminis concordatorij, super quibus adest particularis prouisio circa hanc requisitionem, id procedit, vbi collator sine aliqua iusta causa denegat collationem facere, quod non adest in casu isto in quo nūquam denegata fuit collatio, sed tantum dilata ex causa, vt per illum actū nemini fieret præiudicium. Vltimo non obstat decisio Putei 235. libro 2. quia loquitur in alijs terminis, nempe ad effectum, vt de statuto fieri debeat mentio in impetratione; & hæc doctrina bene colligitur in fine decisionis, vbi respondet decisioni 18. Cassadoti, & ita fuit conclusum, pro non iure Matthæi.

81 Ex prædicta resolutione † infertur ad oppositiones, quæ fiunt ad parochiales vacantes ex decreto S. Concilij Trid.sess.24.de reform. cap. 18.& constitutione Pij V. & videbatur per oppositionem non acquiri ius considerabile ad Parochialem ante approbationem, neque etiam post approbationem ab examinatoribus factam, si plures sunt approbati, quam uis Episcopus ex eis debeat eligere quem cæteris magis idoneum iudicauerit, & alias dignior prætermissus possit appellare a mala electione ex d. decreto Concilij, & constitutione Pij V. electum vero ex approbatis tanquam magis idoneum ab Episcopo atque eum, qui solus est approbatus, quia alij nō se opposuerunt, aut non fuerunt approbati, habere ius considerabile ad Parochialem, cum illi, & non alteri collatio Ecclesiæ fit facienda ab eo, ad quem spectabit eam conferre iuxta dictum decretum Concilij

82 † Et quod per nominationem dignioris, seu electionem factam per Episcopum præmisso cōcursu, quęratur illi ius ad Parochialem tradit Nauar. consi.11. de rescript. & Zerola 1.parte verbo Beneficia. §. 5. 4. dub.

83 Nihilominus tamen iuxta dicta † infra p. seq. c.7. à num.83. dicendum videtur, quod quando collatio parochialis spectat ad ipsum Episcopum facientem concursum, approbatus etiam solus, aut ex approbatis electus ab Ordinario, nō habeat ius ad Parochialem absolutè, sed solum ex suppositione, quod Episcopus velit cōferre: quando vero collatio Parochialis spectat ad Papam, vel alium, ille, qui solus est approbatus, vel ex approbatis electus ab Ordinario, videtur habere ius considerabile ad Parochialem ex dict.decreto Concilij, & d.dec.f. Putei 253. libro 3. dummodo infra quatuor menses significetur Papæ vel collatori iuxta d.constitutionem Pij Quinti vnde

84 istud ius censebitur præseruatum † per d.clausulam dummodo non fit alteri ius quæsitum, & in eo habebit locum dic. regula de non tollendo iure quæsito, quicquid post hæc dicat Gonçalez glos. 6.num.119. & glos. 9.§.1.nu.94. nec decisiones Rotæ, quas allegat id dicunt.

85 Et hoc videtur procedere † etiamsi concursus approbatio, & electio ordinarentur à principio ad collationem faciēdam per ipsum Episcopum, quia forte ignorabat reseruationem, vel alias, & etiamsi de facto collatio per eum sit facta, nihil prouisus sciens, vel scire debens reseruationem cœperit, vel retinuerit possessionem Parochialis, & administrauerit, vel fructus perceperit, & sic amittat ius; iuxta cap. auaritiæ. de elect. in 6. & dicta infra 11. par. cap. vlt. dub.

86 vlt. num. 215. & cap. si Beneficia † de præbend. in 6. quia fieri hac, vel illa intentione, & fine, & etiam collationem fuisse factam ab Ordinario, parum videtur referre, dummodo in substantia, & effectu sit seruata forma Concilij, & constitutionis Pij V. facit lex 2.C. communia delegatis. in fine ibi, nos enim non verbis, sed ipsis rebus leges imponimus, & facit decis. Rotæ in causa Volaterrana Parochialis 20. Maij

☞ 1591. coram D.Gypsio, in qua fuit resolutum, propter erroneam expressionem factam in edicto, quod Parochialis erat reseruata, non esse locum reseruationi, nec constitutioni Pij V. quia talis expressio tāquam non necessaria non vitiat. l. testium C. de testibus, &c. Alias sequeretur, quod si in edicto diceretur, Parochialem spectare ad collationem Ordinarij, seu vacasse in mense Ordinarij, vel è contra diceretur Parochialem vacasse in mense reseruato, seu alias esse reseruatam, & sic facto concursu, & examine, postea compertum esset non esse ita, vt in edicto dictum est, non posset Ordinarius virtute illius concursus, & examinis vlterius procedere, sed esset opus nouo concursu, & examine: quod non videtur di-

88 cendum. † Nec decretum reseruationis tollit & irritat concursum, & approbationem, sed solem collationem, & indè secuta, vt constat ex d.decreto Concilij, & constitutione Pij V. & dicetur infra 9. part. cap.2.a nu.153. & facit optimè textus in cap.si confirmationem de elec. & in 6.

89 Quamuis Rota in vna † Dertusen. Parochialis de Tiuisa per tres decisiones, & sententias aliud voluerit, vt in decisionib. seqq.

## 12. *Febru. 1593. coram D. Penna.*

90 RESeruauerat † Fel.record. Greg. XIIII. die. 5. Decē. anno. 1590. omnia Beneficia cum cura, & sine cura post quintam diem & per totum d. annum. 1590. vacantia, vt apparet ex regula 8. Cancellarię eiusdem Pontificis: & cum die 27. eiusdem mēsis Decembris vacasset ista Parochialis oppidi de Tiuisa Episcopus Dertusen. appositis edictis, & facto concursu, ad quem inter cæteros comparuerunt Franciscus Virgilius Tarraconen. & Raymun. Iorda Dertusen. ambo decretorum Doctores die 12. Ianuarij 1591. declarando Parochialem Francisco forè conferendam, eodem tempore purè, & simpliciter etiam per bireti impositionem eidem Francisco eam contulit, qui die proximè sequenti vigore collationis sibi factæ, tamquam Rector in manibus Episcopi Fidei professionem faciens, & die 15. in veram, & realem eiusdem Parochialis possessionem immissus, saltem vsque ad 24. diem Ianuarij actus rectorales exercuit. Interim Ordinarius habita forsan notitia prædictæ reseruationis sub die 12. Ianua. 1591. litteris quibusdam certificatorijs, ad Papam directis asserens se ideo Parochialem Virgilio contulisse, quod reseruationem ignorasset, paratum se obtulit suæ Sanctitatis mandatis obedire, & Virgilius literas suæ approbationis infra quatuor menses

iuxta

iuxta conſtitutionem Pij V. de prouiſione Parochialium in Datariæ libro die 17. Aprilis 1591. præſentando de Præfata Parochiali ſibi prouideri petebat. Cæterum, quia paulo ante Raymundus die 17. Martij 1591. eandem Parochialem tanquam reſeruatam à ſede Apoſtolica impetrauit, dubitaui, an Franciſco competeret ius ita, vt Parochialis ſibi foret adiudicanda; & Domini non competere reſponderunt, primum non ex collatione Ordinarij, quia ei obſtabat Papalis reſeruatio cum decreto irritãti. c. 2. & c. dudum de Præben. lib. 6. Rota deciſ. 1. num. 4. de rerum permutat. in nouis. Simoneta tract. de reſeruatio. quæſt. 48. num. 1. & quæſt. 79. num. 4. quo Papali decreto ligantur etiam ignorantes cap. 1. de conceſſ. Præbend. leg. 6. cap. quodam. §. fin. verſ. prima enim collatio, vbi id annotat. Ioan. Andr. de Præbend. lib. 6. & Clem. 1. vbi gloſ. verb. attentari de conceſſ. Præbend. Caſſad. deciſ. 12. num. 5. ſuper regulis. Simoneta de reſeruatio. quæſt. 96. Acorambonus deciſ. 19. lib. 1. Couar. in c. Alma mater. de ſententia excomm. par. 1. §. 10. num. 8. & ſeq. operatur præterea nullitatem actus contra tale decretum geſti. Caſſad. deciſ. 1. num. 1. de Præben. Couar. practicarum cap. 9. nu. 7. Felyn. cap. 2. num. 7. verſ. 4. limita, de conſtitut. cum ſimilibus congeſtis per Gabrielem, tit. de clauſulis concl. 3. Nec concurſu cum ſubſecuta examinatorũ approbatione, & Epiſcopi electione dicebatur competere aliquod ius Franciſco, vt competere videbatur ex diſpoſitione Concilij Triden. ſeſſ. 24 cap. 18. §. peracto deinde examine; nam cum inibi Concilium vlterius procedendo conſtituat, vt perfecto examine ei, qui fuerit approbatus, & magis idoneus iudicatus, fiat collatio ab illo, ad quem ſpectabit eam conferre, & in caſu propoſito propter reſeruationẽ collatio ſpectaret ad Papam, approbatio, & collatio Ordinarij nullum ius tribuere potuit, ſtante decreto irritante approbationem, & collationem Ordinarij inficiente. Rota deciſ. 1. num. 4. de rerum permut. in nouis Pariſ. conſil. 29. lib. 4. nu. 22. & tametſi ex concurſu, approbatione, & electione Ordinarij aliquod ius conſiderabile Franciſco competere potuiſſet, illud amiſerat, ex quo ceperat poſſeſſionẽ vigore collationis ab Ordinario ſibi factæ capit. ſi Beneficia. de Præbendis libro 6. cuius textus diſpoſitio, quamuis ſcientes tantum afficeret; eo nomine Franciſcum cõprehendere videbatur, qui non ante admiſerat Parochialem, quam ſibi fuiſſet intimatũ breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ obtentum per Raymundum poſt multos menſes elapſos à tempore reſeruationis Papalis, cum non eſſet veriſimile eum tũc reſeruationem ignorare, quod vel ex ipſius Ordinarij literis ad Papam directis non obſcure colligi videbatur, qui propterea Parochialem ſe contuliſſe fatebatur, quia reſeruationem ignorauerat; nam cũ ſemper menſis Decembris ſit vnus de quatuor menſibus Ordinariorum, nõ fuerat neceſſarium talem præmunire executionem, & tamen, cum hæc agerentur die 12. Ianuarij nihilominus Franciſcus vigore collationis Ordinarij die 15. eiuſdem poſſeſſionẽ Parochialis voluit adipiſci; ad deciſionem in cauſa Gerũden. ſacriſtiæ die 26. Maij 1967. coram Cota quam Domini vix pro genuina Rotæ deciſione agnoſcere dignabantur, reſpondebatur eam non omnino applicari huic themati, vbi non fuerat ſeruata Concilij Tridentini forma deputando œconomum cum congrua fructuum aſſignatione, donec à Papa foret de Parochiali prouiſum, ad quem tanquam de beneficio reſeruato collatio pertinebat, eodem modo dicebant Domini reſpondendum ad deciſionem Putei 253. quæ incipit. dubitauit Dominus. lib. 3. nam propterea ibi ex oppoſitione fuerat ius cõſiderabile acquiſitum oppoſitori, de quo mentionem fieri oportebat, quoniam concurſus fuerat factus ad effectum ab eo, qui conferre poterat, ſed in hac cauſa concurſus, & examen Franciſci, vt euentus demonſtrauit, nõ poterant dici facta ad effectum, vt Papa deinde conferret, cum Ordinarius contulerit, & ideo ex illis tãquam ex præambulis ad collationem à Papa faciendam non fuerat Franciſco quæſitum aliquod ius cõſiderabile, imuno vero, ſi quod acquiſiuerat, extinctũ fuerat per collationem. Ordinarij ad quã actus præcedentes videbantur ordinati. Præterea cum deciſio Putei loqueretur ſolum ad effectum, vt d. iuris mentio fieri deberet, ex eo non poterat huic facto applicari quod ex ſerie & narratione totius cauſæ, expoſitæ fuerant Papæ omnes illius circunſtantiæ. Illa quæ obijciebantur contra prouiſionem Raymundi tanquam aliena à præſenti diſputatione, in qua ſolum quærebatur de iure à Franciſco prætenſo, non indigere reſponſione Domini cenſuerunt, & ita fuit concluſum nullum competere ius Franciſco, nec ei Parochialem adiudicandam. *Quæ deciſ. eſt in nouiſſ. Farinac. 732.*

## *In eadem, 19. Iunij 1585. coram D. Lita.*

FVit reſolutum ſtandum eſſe in deciſis ſub die 12. Februarij 1593. coram D. Penia rationibus, do quibus in ea, & ad illud, quo præcipuè nituntur informantes in hac poſitione, pro D. Franceſco Virgilio, quod licet decretum irritans appoſitum in regula reſeruatoria inficiat collationem Ordinarij, & omnia inde ſecuta, non tamen annullat concurſum, & approbationem in eo factam, per quem ius prætenditur quæſitum ipſi Franciſco in tantum, vt ei, & non alteri ſit facienda collatio iuxta diſpoſitionem Concilij Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. & conſtitutionis Pij V. ſuper modo, & forma prouidendi de Parochialibus, fuit per Dominos reſponſum non poſſe Franciſcum hoc in caſu reuocari diſpoſitione d. Concilij, & conſtitutionis, tum quia non apparet obſeruatam fuiſſe formam à d. Concilio, & conſtitutione traditam ad l. auxilium. ff. de minor. gloſ. fin. in cap. conſtitutis. de appellat. Pariſ. conſ. 47. nu. 59. & 61. l. 1. & quod non fuerit ſeruata forma Concilij ex eo cõuincitur, quod collatio per Ordinarium eidem ſtatim facta fuit ſimpliciter, & abſq; aliqua proteſtatione, & vlterius eidẽ tradita fuit realis poſſeſſio d. Parochialis, aliquo in œconomum non deputato cũ aſſignatione congruæ, donec collatio ipſa fieret per Papam, ad quem de iure ſpectabat, vt diſponitur in d. Concil. cuius quidem forma ad vnguem erat obſeruanda, cum de iure per æquipollens adimpleri non poſſit, vt alias fuit dictũ in illa Volaterrana Parochialis 20. Maij 1591. coram D. Gipſio, tum etiam, quia ex prædictis, collatione ſcilicet Ordinarij, admiſſione, profeſſione fidei & traditione poſſeſſionis abſque aliqua reſeruatione, aut proteſtatione factis poſt dictum concurſum, & approbationem ſatis clarè colligitur concurſum ipſum

ſum fuiſſe ordinatum, ipſamque approbationem admiſſam fuiſſe dumtaxat ad effectum collationis Ordinarij. ad textum in §. Pauonum, de rerum diuiſ. in l. vxori. §. fi. de leg. 3. cum alijs per Decianum, conſ. 38. num. 350. lib. 1. quod comprobatur ex eo, quod ſi Ordinarius tempore collationis ignorabat reſeruationem, prout per informantes pro ipſo Franciſco prætenditur, impoſſibile ideirco eſt, quod concurſum admiſerit Ordinarius, prædictumque Franciſcum approbauerit etiam ad effectum, vt eidem fieret collatio per Sedem Apoſtolicam, vt de beneficio reſeruato cum animus ad ignorata non applicetur, l. ſicut certi, & l. ſi cum in vtero. C. de teſtament. milit. l. ſi hæres inſtitutus. ff. de acquirenda hæredit. cum alijs, per Corneum conſ. 273. nu. 5. lib. 4. vnde, cum actus hominis non operetur vltra voluntatem eius l. qui reipublicæ, & l. qui iniuriarum. ff. de iniurijs, &c. ſi ſacerdos, de offic. Ordinarij. ſequitur propterea, quod ex d. concurſu, & approbatione non poteſt dici aliquod ius quæſitum Francisco Virgilio, ad effectum, de quo agitur, nec literis certificatorijs Ordinarij datis, vt prætenditur ſub die 12. Ianuarij 1591. & ſic per diem ante impetrationem Raymundi iuuari poteſt ipſe Franciſcus Virgilius, tum ex prædictis, tum quia prædictæ literæ maxima ſuſpitione antidotæ non carent ex deductis per informantes pro D. Raymundo, & ex eo, quod ſub die decimoquinto eiuſdem in executionē collationis Ordinarij immiſſus reperitur Franciſcus ipſe in poſſeſſionem realem d. Parochialis, quod, vt omnibus patet, de directo repugnat effectui dictarum literarum. ideo, &c.

*In eadem 24. Nouembris 1595. coram D. Corduba.*

92 IN hac tertia inſtantia fuit reſolutum, † confirmādas eſſe duas ſententias Rotales ad fauorem Raymundi non obſtantibus, quæ de nouo adducebātur, fundamentis, quorum præſuppoſitum factum, quod eſſet ius quæſitum Virgilio ex approbatione Ordinarij in concurſu facto ad Parochialem, de qua agitur, & de illo erat facienda mentio in gratia Raymūdi iuxta deciſio. Putei 253. lib. 3. Domini dixerunt iure non ſubſiſtere: nam cum præparatoria non ſit in conſideratione, quando adeſt præparatum, ſicuti non attenditur modus quando habetur effectus. l. cum ſeruus. de verb. oblig. l. ſi mater. C. de inſtitut. & ſubſtit. cum vulgaribus, tunc enim ius aliquod poſſet conſiderari ex approbatione, quando eſſet ordinata ad collationem, quæ non fuiſſet ſortita effectū; cum tamen reperiatur confuſa cum collatione, non poteſt ſeorſum attendi, vt de per ſe tribuat aliquod ius. Facile etiam tollebatur obiectum contra reſolutionem vltimo loco factam, in qua fuit dictum non eſſe ſeruatam formam Concilij Trident. quia non fuit deputatus œconomus, quatenus opponebatur illam non eſſe de forma; Rota enim voluit oſtendere nullitatem concurſus non directi ad collationem Papæ, quo caſu ſeruanda ſunt diſpoſita per Concilium. Minus obſtabat fundamentum adductum ex cap. ſi confirmatum. de elect. in 6. vbi infirmatur confirmatio electionis, non electio, quia illud procedit, quando nullitas vnum comprehendit, & non aliud, quæ recipiunt ſeparationem, vt dicitur de inſtitutione, qua annullata remanet præſentatio, vt fuit dictum in illa Toletana Parochialis coram D. Decano 3. Iulij præſentis anni, nullitas enim non inficit præſentationem, vel electionem, ſicut in caſu noſtro inficitur vtrumque. Francus in d. cap. ſi confeſſionem. num. 2. nec ſubſiſtit, quod dicebatur potuiſſe fieri concurſum iuxta Concilium ad effectum, vt approbato fiat collatio ab eo, ad quem ſpectabat de iure, hoc enim verum eſt, & procedit deciſio 48. diuerſorum p. 1. in impreſſis, ſed non fuit ita factum, vt conſtat ex poſtea geſtis per ipſum Ordinarium, qui promiſum ad concurſum admiſit, & ipſum promiſum, qui acceptauit cum emiſſione ſolemnis profeſſionis, ex quibus apparet d. concurſum fuiſſe præordinatum ad effectum ſolius collationis Ordinarij. quę allegabantur de ignorantia non intrant, cum regula comprehendat etiam ignorantes, ac inde non poſſit dici, quod ſi de illa, quam habuit Ordinarius, narratum fuiſſet Papæ, non conceſſiſſet. cap. 1. de conceſſione Præbendæ in 6. & fuit reſolutum coram R.P.D. Penia in hac cauſa.

## *De Commenda. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*Beneficium aliquando conceditur non in titulum ſed in cōmendam, & quando dicatur concedi in tit. nu. 1.*

*Titulus hic accipitur pro quolibet modo legitimo obtinendi Beneficia, nu. 2. licet alias multis modis ſumatur. nu. 3.*

*Titulus verus, & inſtus dicitur, ſi nihil vitij habet; aliquando cum colorem tituli habet, dicitur coloratus, nu. 4. & de titulis colorat. is remiſſiue, num. 5.*

*In commendam conceditur beneficium, cum datur alicui in cuſtodiam, & adminiſtrationem, num. 6.*

*Commenda eſt duplex, altera temporalis, altera perpetua, ſeu altera in vtilitatem Eccleſiæ, altera in vtilitatem commēdatarij, num. 7.*

*Inferior Epiſcopo non poteſt Beneficium commendare contra Hoiedam, & Cucchum à num. 8. & ſeq. niſi habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, num. 12.*

*Nullus Ordinarius inferior Papa poteſt perpetuo commendare, num. 13.*

*Cap. nemo. de electione in 6. ſolum loquitur in commenda Parochialium, de qua qui ſint videndi, num. 14. & hodie eſt correctum ex Concilio Trident. num. 15.*

*Alia Beneficia videntur poſſe commendari vltra ſex menſes etiam ad vitam per Ordinarios, num. 16.*

*Sed hoc erit intelligendum de commēdis factis in Eccleſiæ vtilitatem, & ſtante cauſa, nu. 17. & cauſa ceſſante reuocare tur, num. 18. immo, cum ſit cauſa cuſtodiæ, non poſſet fieri perpetuo etiam in alijs Beneficijs à Curatis, ſed ad ſummum donec prouideantur, num. 19.*

*Secus in commendis hodiernis ad vtilitatem commendatarij, quæ non ſunt vere commendæ, nu. 20. nec iure antiquo cognita. nu. 21, nullo modo ab alio quam à Papa fieri poterūt, nu. 22. nec etiam à Legato, nu. 23.*

*Via commendæ inuenta eſt à Romanis Pontificibus ad hoc, vt qui non eſt habilis ad titulum, ſit habilis ad commendam, vel vt Beneficium titulo commendæ cum alio incompatibili teneatur, & ad iſtum effectum, & non alium Papa dat beneficium in commendam, nu. 24. & 25.*

*Sic Papa ſæculari de regul. prouidet in commendam & contra num. 26.*

Quando

*Quando Beneficium, ſeu Prioratus regularis datur in commendam perpetuam, non requiritur profeſſio, num. 27. nec illud habens poteſt cogi profiteri, ſicut habens in titulum, nu. 28.*

*Commenda ſola vim habet diſpenſationis, nec requiritur alia diſpenſatio. nu 29. eſt enim collatio Papæ diſpenſatoria, n. 30. & commenda perpetua, & vnio temporalis ſunt quædam palliatæ diſpenſationes, nu. 31.*

*Dictum Gambari, quod Monaſteria, & Dignitates non poſſint commendari minoribus 15. annis, non poteſt procedere, niſi reſpectu Ordinarij. nu. 32.*

*Commenda non inducit incompatibilitatem, ſicut titulus cõtra Sarnen. & alias. num. 33. 34. & 35. quod non ſolum procedit in vno in titulum, & alio in commendam, ſed etiam in duobus in commendam ante Concilium Tridentinum contra Hoiedam, nu. 36. cum ſeqq.*

*Hodie ex Concilio non poſſunt teneri duo Beneficia incompatibilia, per viam commendæ, nec vnum in titulum, & aliud in commendam perpetuam. nu. 41. & 42.*

*Commenda ad vtilitatem perſonæ non eſt verè, & propriè cõmenda, immò cenſetur titulus, ſeu habet vim, & effectum tituli, num. 43. etiamſi ſit temporalis. num. 44. & ideo de ea debet fieri mentio per impetrantem, ſicut de perpetua. nu. 45. & 46.*

*Quoad incompatibilitatem, & vacationem per aſſecutionem alterius incompatibilis eſt differentia, etiam ſtante Concilio, inter commendam perpetuam, & temporalem. nu. 47.*

*Huiuſmodi commendatarij habentur, vt titulares, cenſenturq; & reputantur titulares, & ideo diſpoſitiue, & intra loquentia de titularibus, ſeu Prælatis habent locum in illis, nu. 48. & ſic poſſunt eſſe delegati Apoſtolici, & in iudices ſindonales deſignari, ſicut titularis, in eos quæ delegatio ſub nomine Dignitatis facta tranſiret. nu. 49. 50. & 51.*

*Huiuſmodi commendatarij non poſſunt remoueri magis, quam titulares, nec commenda renocari, nu. 52. quamuis ſecus ſit in commenda ad vtilitatem Eccleſiæ, quæ poteſt ad libitum renocari niſi ſit facta ad tempus, & ante tempus fieret renocatio ſine prouiſione beneficij. nu. 53. cum ſeq.*

*Commenda cauſa cuſtodiæ non impedit prouiſionem Beneficij, & ſic ea durante, currit tempus prouidendi, nu. 59.*

*An vacet Beneficium per obitum commendatarij & per commendam expiret reſeruatio? nu. 60. cum ſeq. referuntur ſententiæ doctorum, & reſoluitur negatiuè.*

*Per commendam factam a Papa ſiue ad vitam, ſiue ad tempus, Beneficium manet affectum, quamuis apud Gallos id non ſeruetur. nu. 68. 69. & 70.*

*Beneficia reſeruata, ſeu quocumque modo affecta non cadunt ſub expectatiua, & Rota reprobauit conſilium Socin. 32. nu. 71. & 72.*

*Quod dicitur de commenda idem dicendum eſt de vnione ad vitam, vt ea diſſoluta, Beneficium vacet, vt prius, & duret reſeruatio, ſeu affectio ſecundum Rotam, cuius ſententia eſt magis conformis Concilio, & declarationib. Sanctæ Congregationis, quam contraria ſententia Cancellariæ, nu. 73.*

*Sicut commenda, ita vnio facta a Papa de Beneficio vacante ad vitam inducit affectionem per oppoſitionem manus numero 74.*

*Vnio facta ad vitam de Beneficio iam collato non inducit affectionem, licet ſecus ſit in commenda. nu. 75. & ratio differentiæ ponitur. nu. 76.*

*De materia commendæ qui ſint videndi. nu. 77.*

1 BEneficium aliquando conceditur non in titulũ, †ſed in commendam; in titulum concedi dicitur quando modo ordinario, & legitimo obtinendi Beneficia conceditur, & aſſignatur alicui, vt ſit ſuum. Vnde titul. hic accipitur pro quolibet modo legitimo obtinendi Beneficia, Rebuff. de pacif. † poſſeſſorib. num. 67. aliàs 53. Coral. de Benef. 1. p. c. 6. n. 1. & P. Greg. de Benef. c. 49. nu. 19.

2

3 Licet alias † multis modis ſumatur titulus, vt per glo. & in l. non eſt, C. familiæ herciſc. & in Auth. de Eccleſ. tituli. in Rubr. & in c. dudum. 2. verb. titulatam, de elect. & poſt alios Mand. reg. Cancel. q. 2.

4 Tituluſque verus † & iuſtus dicitur, ſi nihil vitij habet, alioquin cum colorem, figuram, & apparentiam titu. habet, coloratus dicitur, nempè quando proceſſit ab Ordinario collatore, ſeu ab eo, qui diſponendi de Beneficio poteſtatem habet, licèt inualidus ob aliquem defectum recipientis, ſeu impedimentum aliquod, &c. D. in cap. cum noſtris. de conceſ. Præb. Coſm. pragm. ſanctio. tit. de pacif. poſ. §. 1. verb. coloratum, Rebuff. eod. tract. num. 42. aliàs 32. Caſ. dec. 7. & 11. ſuper reg. Sar. de triennali q. 27. cum ſeq. Coral. d. c. 6. num. 2. Mandoſ. reg. 16. qu. 27. & P. Greg. d. c. 40. num. 19.

5 Et de titulis coloratis vltra eos vide † Pontanum in tract. de ſpolio. l. 2. cap. 15. & latiſſimè Maſcard. de probatio. con. 1380. cum 9. ſeq.

6 In commendam verò conceditur † Beneficium, cum datur alicui in cuſtodiam, & adminiſtrationẽ, commendare etiam nihil aliud eſt, quam deponere. l. commendare. ff. de verb. ſignificat. l. Lucius. 24. ff. depoſiti c. ne quis arbitretur. 32. q. 2. c. 1. diſpoſitio, gl. in c. nemo. de elect. in 6. verb. commendare, Coral. d. cap. 6. nu. 4. Probus ad Monachum in d. cap. nemo nu. 1. & poſt hæc Gonçalez ad regulam de menſibus gl. 5. §. 8. nn. 38.

7 Eſtque duplex commenda, altera † temporalis, altera perpetua, ſeu altera in vtilitatem Eccleſiæ, altera in vtilitatem commendatarij, cum facultate diſponendi de fructibus ſicut verus Beneficiatus, vt DD. communiter tradunt. *& Suar. de relig. tract. 3. libro 4. c. 27. vbi oſtendit, eas eſſe materiam ſimoniæ: quod etiam tenuit nouiſſ. Fr. Raph. de la Torre eodem tract. qu. 100. art. 4. diſp. 3.*

8 Inferior autem Epiſcopo non † poteſt Eccleſiam ſeu Beneficium commendare. Domin. in d. ca. nemo nu. 14. & ibi Francus n. 8. Fel. in c. auditis. nu. 12. de præſcrip. Coral. ſupra. n. 3. Gambarus de officio legati li. 4. rubrica de poteſtate legati in commẽdãdo beneficia. q. 21. à nu. 165. Cucchus in inſtitutionib. maior. lib. 3. tit. 6. nu. 46. & Fla. Par. de reſignat. Beneficior. lib. 7. q. 10. nu. 23. *& Aſor 2. p. libr. 6. c. 31. q. 11.*

9 quamuis contrarium dicat † Hoieda de incõpatibilitate Benef. 2. p. ca. 4. nu. 6. citans Rebuf. de pacificis poſſeſſoribus nu. 44. qui id nõ dicit, nã verba eius, ab inferiore Epiſcopo, non intelliguntur de inferiore

10 †ab Epiſcopo, ſed de Epiſcopo inferiore Papa, Panor. enim, quem Rebuf. citat in c. ſi conſtiterit. nu. 2.

11 de accuſatio. ita loquitur. † Et quicquid velit Cucchus ſupra nu. 3. dicens commendari Beneficium ad tempus poſſe nedum à pontifice Maximo, verum ab alio quouis Ordinario inferiori conferendi poteſta-

12 tem habente, cuius tamen ſententia, †& Hoieda, poteſt procedere in inferiore habente iuriſdictionẽ, quaſi Epiſcopalem, qui poteſt Beneficia commendam ad tempus, ſicut Epiſcopus, vt contra Gambarum d. nu. 165. docet Flores q. 24. nu. 16. quo pacto, etiam poteſt intelligi doctrina Rebuff. d. nu. 44.

13 Nullus tamen † Ordinarius inferior Papa poteſt perpe-

perpetuo commendare, ſecundum Sarnen. d. regula de triennali. q. 5. ex d. ca. nemo, ex quo etiam ait Coraſ. ſupra nu. 4. quod commendare ad tẽpus ſex menſium tantum lex permittit, & Aeneas de Falcon. de reſeruatio. 3. q. nu. 11. ait, quod commendam perpetuam nullus citra Papam facere poteſt, qui nihil allegat, & Cucchus ſupra num. 4. dicit, quod in perpetuum, aut quandiu vixerit is, cui commendatur, infra ſummum Pontificem, aut eius Legatum nemo commendare poteſt, quod etiam ait Zecchus de Benefic. & penſion. Eccleſ. c. 7. nu. 3.

14 At ille textus ſolum † loquitur in commenda Parochialium, de qua videndi ſunt Pauinus de offic. & poteſtate Capituli ſede vacante 2. p. 3. quæſt. Rebuf. in praxi tit. de commenda. nu. 54. Mandoſ. reg. 30. q. 3. num. 8. & Hoieda de incompatib. 1. p. c. 14. nu. 3. *Azeued. conſ. 9. à nu. 15. & Sylueſt. verb. commenda.* Et

15 hodie eſt † correctus ex S. Concilio Tridentino, vt

Sacra Cong. declarauit his verbis. Commendæ quæ ad ſex menſes in Eccleſijs Curatis fieri poterant ab Ordinarijs c. nemo. de elect. lib. 6. amplius poſt Concil. locum non habent, cum debeat in eis deputari Vicarius ad formam c. 18. ſeſſ. 24. de quo infra. p. 9. c. 2. à nu. 21. *Quamuis id non aduertat Azeued. ibi, & quamuis Suarez d. cap. 27. num. 2. confundat dictam commendam cum Vicaria, dicens, quod Concilium ibi commendatarium appellat Vicarium, vt etiam Fuſcus de viſitatione lib. 2. c. 9. nu. 6. ad finem.*

36 Vnde videtur, † quod alia Beneficia etiam per Ordinarios poſſunt commendari vltra ſex menſes, etiam ad vitam, c. qui plures. 21. q. 1. cap. dudum de elect. Domin. & Francus in d. c. nemo. nu. 3. Rebuff. de pacific. poſſ. nu. 58. alias 45. & in praxi tit. requiſitis ad collationem nu. 16. Hoieda d. c. 4. nu. 7. Quintanaduènnas Eccleſ. lib. 1. c. 7. nu. 7. & lib. 4. nu. 127. *Ioan. Quintin. in repet. c. de multa de Prabend. nu. 166. & Piaſecius in praxi Epiſcopali p. 2. cap. 5. num. 24.* & ſentit glo. ſa in d. cap. nemo. verb. Parochialem, quam ſequitur ibi Dom. ſub num. 7.

17 Hoc tamen intelligendum † erit de commendis factis in Eccleſiæ vtilitatem (per quas non datur licentia diſponendi de fructibus libere, illosque conuertendi in proprios vſus) & ſtante cauſa, quæ tamẽ

18 raro erit, dandi in commendam † perpetuo. Gambarus ſup. nu. 159. & cauſa deinde ceſſante reuocaretur. Gambarus ibi; hæc enim ſunt veræ commendæ iuxta d. ſup. nu. 6. de quibus accipienda ſunt dicta iu-

19 ra, † immo puto, quod, cum fiat cauſa cuſtodiæ Eccleſiæ, non poſſet fieri perpetuo etiam in alijs Beneficijs à Curatis, ſed ad ſummum donec prouideantur. ad Mandoſ. d. reg. 32. quæſt. 7. nu. 4.

20 Secus in commendis hodiernis, quę fiunt † ad vtilitatem commendatarij cum facultate diſponendi de fructibus, ſicut verus Beneficiatus, quæ non ſunt veræ commendæ, cum magis participent de vero titulo, quam de depoſito. Puteus deciſ. 24. num. 4. lib. 1. Quintanaduennas d. lib. 1. cap. 7. nu. 7.

21 Nec iure antiquo inuentæ, aut cognitæ fuerunt, † vt cum Caſſaneo rectè tradit Sarnen. d. q. 5. ſed hoc commendarum genus maioris noſtri ignorabant, vt inquit Thomas Campegius in tract. de commendis Beneficiorum, qui eſt to. 15. p. 2. tractatuum nouorum. *Et Aſor d. lib. 6. c. 1. q. 2. vit. quod modus, quo alicui in perpetuum commendatur Eccleſia, res noua eſt, & præter canones, vſu & conſuetudine in Eccleſiam induct.*

22 Vnde iſtæ commẽdæ nullo modo ab alio, † quam à Papa fieri potuerunt. Aeneas ſupra, & Gambarus nu. 162. & 163. *Et Aſor d. 2. p. lib. 5. c. 29. q. 8. quicquid velit Piaſec ſupra.*

23 Nec etiam à Legato etiam de latere, † niſi habeat à Papa ſpecialem facultatem, quicquid dicat Cucchus d. nu. 4. & clare colligitur ex traditis per Sarnẽ. d. quæſt. 5. & ex Mandoſ. reg. 32. quæſt. 7. num. 5. vbi ait commendam perpetuam, ſeu temporalem nõ in fauorem Eccleſiæ, eſſe collationem Papæ diſpenſatoriam; & faciunt, quę idem tradit. reg. 19. quæſt. 10. num. 5. & q. 16. num. 4.

24 Pro quo aduertendum eſt viam commendæ † inuentam eſſe à Romanis Pontificibus ad hoc, vt qui non eſt habilis ad tit. ſit habilis ad commendam, vel vt Beneficium tit. commẽdæ poſſet cum alio incompatibili retineri, &c. vt tradit Gambar. ſup. num. 57. & 60. & ad iſtum effectum, & nõ ad alium Papa dat

25 † Beneficium in commendam, alias fruſtra veteretur verb. commenda, contra l. 1. C. commu. de lega. &c. ſi Papæ. de priuil. lib. 6. ita Lambert. de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 6. art. 14. nu. 15. Hoieda d. c. 4. num. 5. &

26 Campegius ſupra nu. 7. & ſic Papa † ſæculari de regulari prouidet in commendam, & è contra, Rebuf. d. tit. de commenda. num. 7.

27 Et quando Beneficium, † ſeu Prioratus regularis datur in commendam perpetuam, non requiritur profeſſio. Staphil. de literis gratiæ, tit. de expectatiuis, 9. forma, num. 5. & Mandoſ. de ſignatura, tit. de prouiſio. verſ. Prioratus. Nec habens in commen-

28 dam Beneficium † regulare cogi poteſt profiteri religionem ſicut habens in tit. cogeretur, Caſſad. deciſ. 32. ſuper reg. nu. 8. Sarnen. in reg. de infirmis, q. 13. verſ. præterea, Rebuff. de pacificis nu. 59. alias 45. dicens, quod hoc declarat Rubeus in tract. de cõmenda, q. 8. niſi hoc in Bulla expreſſum fuerit, & Cucchus ſup. num. 48.

Et commenda ſola viam habet diſpẽſationis, Re-

29 buf. d. tit. de commenda, nu. 53. & tit. de † diſpenſatione ad plura. num. 18. nec requiritur alia diſpenſatio, Probus ad Monachum in c. ſuper eo de prębend. in 6. nu. 15. & 16. vt enim dicit Mandoſ. d. reg. 32. q. 7. nu. 5. commenda perpetua, ſeu temporalis non in

30 fauorem † Eccleſiæ eſt collatio Papæ diſpenſatoria, & cõmenda perpetua, & vnio temporalis ſunt quæ-

31 dam † palliatæ diſpenſationes, Mandoſ. d. reg. 32. q. 30. nu. 3. & Hoieda d. c. 4. nu. 24. & nouiſſimè Gonçalez ſup. nu. 6.

32 Vnde quod dicit Gambar. ſup. num. 110. † Monaſteria, & Dignitates, non poſſe commendari minoribus 25. annis, non videtur poſſe procedere ex dictis; vel accipiendum eſt reſpectu Ordinarij de commenda ad fauorem Eccleſiæ.

33 Vnde etiam non videtur verum q̃ tradit † Sar. d. reg. de triennali. q. 5. verſ. hinc eſt quod hodie, q̃ ex quo hodie commendæ perpetuæ non ſunt verè, & propriè commendæ, ſed adhęrent magis ad naturam collationis, & veri tit. inducunt incompatibilitatem & notabiliter (inquit) probant moderni repetentes in Clem. gratiæ. de reſcript. allegantes Concil. Late-

34 ranen. modernum, cuius † nempe Sarnen. verus ſenſus eſt, quicquid controuertat Mandoſ. d. reg. 32. q. 7. num. 5. *Et Fuſcus d. lib. 2. c. 9. num. 10. & 11. Tolet. in ſumm. lib. 5. c. 81. nu. 1. verſ. Tertius eſt, Leſſius de inſt. & iur. lib. 2. c. 34. num. 148.* Quod ſicut duo Beneficia incompa-

compatibilia nō poſſunt teneri in tit. ita nec in commendam perpetuam, aut vnum in tit. & aliud in cōmendam perpetuam, & ſequuntur Coraſ.d.c.6. nu. 7.& Nauarr.in Man.c.25.nu.126.& de orat. Miſcel. 60.nu.10.& conſ.1,de conſtit,num.38,vbi ait,quod de Beneficio commendato in perpetuum idem eſt dicendum, quoad incompatibilitatem, quod de dato in tit. *Aſor 2.p.lib.6.c.10.q.11. & c.13.q.3. & nouiſſimè Piaſec. p.2.c.5. nu.26.* Quæ ſententia conuin-
35 citur † ex dictis, & contrarium, nempè quod talis commenda non indæcat incompatibilitatem, ſicut tit.docét Caſſad.d deciſ.32. ſuper reg.nu.7. & deciſ. 7.de reſeruatio.nu.2.& deciſ.5.de priuil.num.12. & Caputaquen.deciſ.145.num.2.par.1. & idem tenet Gloſsator reg. Cancel.11. verſ.vnum tamen,Gamb. Lamb.& Campegius ſupra relati, nu.24.& 25. Nec
36 placet diſtinctio Hoiedæ qui d. † c.14. nu.13. docet duo Beneficia alias incompatibilia non poſſe teneri per viam commendæ,ſiue perpetuę, ſiue temporalis, ex d.cap. nemo, &c. ſequitur Flam.Pariſ. de reſign. Beneficior. l.3.q.1.nu.110. poſſe vero teneri vnum in titulum, & aliud in commendam etiam perpetuā docet d.&.cap.4.2.p.ex c.dudum.2.de elect.& c.qui plures.cap.relatio, c.illud 21. quæſt.1.quam diſtinctionem videtur ſequi Quintanaduennas d.l.1. c.7. nu.7. & 8. & lib.4.nu.125. & 126. *Et ſequitur ſumm. Bullar. Quarant. verb.beneficiorum reſignationes in additione ſub 9.cauſ.*

37 Sed iſta iura † parum faciunt, nam non loquuntur de iſtis commendis in fauorem commendatarij quæ tunc non erant cognitæ, vt ſupra dixi nu.22. ſed de commend s factis pro Eccleſiæ vtilitate, & ſic accipit iſta iura Campegius ſupra num.1. & 2.

38 Et non videtur † maior incompatibilitas duorum in commendam, quam vnius in titulum, & alterius in commēdam, & d.c.nemo, ſolum loquitur de duabus Parochialibus in commendam, prohibens ne-
39 commendetur, † niſi vna, & non dicit, quod ſi per Papam commendentur, ſint incompatibiles.

40 Vnde concludo, † quod ante Concilium Trident. vera erat doctrina Caſſadori, Caputaquen. & aliorū vbi ſupra, non ſolum in vno in titulum, & alio in cōmendam, ſed etiam in duobus in commendam; ho-
41 die vero vera eſt † ſententia Sarnen. Coraſij, & Nauarri, ſupra ex S. Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de reform.c.4. ibi ſeu commendæ perpetuæ, & ſeſſ.24.de reform.c.17.ibi etiam commendata.Campegius ſupra in fine,& Gonçalez ſupra num.20. *Et Aſor d.lib. cap.10.q.11. & c.13.q.3.*

Ex qua non ſolum non poſſunt iam teneri duo Be-
42 neficia incompatibilia † per viam commendæ perpetuæ, ſed nec vnum in titulum,& aliud in commēdam perpetuam, quicquid in hoc contrarium malè teneat Hoied.d.c.4.nu.14.ad 19. & Quintanaduennas.d.lib.4. num.126. qui tamen d.c.7.nu.8. contra tenere videtur.

Quod merito ſtatutum eſt cum d. commenda ex
43 quo fit † ad vtilitatem perſonæ,& non Eccleſiæ,non ſit vere, & proprie commenda, vt dicebat Sarnen. immo cenſetur titulus, ſeu habet vim, & effectum tituli, ſeu habetur loco tituli, & æquiparatur titulo. Millis in Repertorio, verb.commoda. Sarnen.reg. de infirmis. q.13. & de annali.q.26. Probus ad Monach. in d.c.nemo nu.14. & nu.33. Rebuf.de pacif. poſſeſ.nu.47.alias 36. Lamber.d.ar.14.Coraſ.d.c.6. num.7. Gambatus ſupra num.61. Caſſad.deciſ.2.de vnione.num.13, Mandoſ.d.reg.30.q.3. & reg.32.q. 7.& conſ.38.nu.8.& 9. Nauar.de oratione. cap.20. num.16.& conſ.9.de Præb. Hoieda d.c.14.num.7.P. Greg.d.c.10.nu.13. *Fuſcus d.lib.2.c.9.num.4. & 5.* & Horatius Mandoſ.de priuil.ad inſtar.gl.5.num.12. vbi agit, an priuilegia Abbati, vel Præpoſito conceſſa ad Commendatarium cui Abbatia, vel Præpoſitura eſſet commendata, protrahantur,& Gonçalez, qui plura adducit ſupra ex nu.2.

44 Quod procedit † etiam ſi commenda ſit temporalis ad vtilitatem commendatarij, nam etiam tunc habet vim tituli. Puteus deciſ.272.nu.3.l.2. Mādoſ.
45 d.q.3,nu.9.& d.q.7.nu.4.vbi etiam quod ſequitur † naturam perpetuarum, & ideo de ea debet fieri mētio per impetrantem in prouiſione ſequenti; alias prouiſio eſt ſurreptitia, vt per Puteum ibi, ſicut de
46 perpetua, Sam.d.q.5. de triennali. † verſ tunc eſt. Coraſ.d.nu.7.& Cucchum ſupra nu.18.

47 Quamuis quoad incompatibilitatem, † & vacationem per allecutionem alterius incompatibilis videatur eſſe differentia, etiam ſtante Concil. Tridentino,inter commendam perpetuam,& temporalem iuxta ea,quæ alias dicemus 11.p.c.5.nu.181.

48 Vnde huiuſmodi † commendatarij habentur vt titulares, cenſenturque; & reputantur titulares, & ideo diſpoſitio, & iura loquentia de titularib. ſeu de veris prælatis habent locum in illis. Sarnen. q.5. de triennali, & 4.de publicandis, Probus, à nu.16. ſup. *Hoieda de incompat.benef.1.p.c.vlt.à nu.99. & Mantica de tacitis & ambiguit.conuent. lib.15. tit.14.nu.10.* Et
49 ſic poſſunt eſſe delegati Apoſtolici iuxta, † cap. ſtatutum. de reſcript.in 6. ſicut titulares. Sarnen.d.q.5. verſ.ſimiliter eſt dicendum, Probus ſupra num.20. & 32.Rebuf.num.53.alias 42.Coraſ.num.8.& Cucchus num.21. Gonçalez. num.10.& 30.

Et hodie iuxta decretum Sacri Concilij Triden-
50 tini, † ſeſſ.25.de reform.c.10. poterunt in Iudices ſinodales deſignari ſicut titulares, in eoſque delegatio, ſeu commiſſio ſub nomine dignitatis facta tran-
51 ſiret, Decius in cap.quoniam Abbas, † de offic.delegati.nu 44. Sarnē.d.q.5.verſ.ex quibus omnibus infertur, Probus nu.23. Rebuf.d.nu.53. Coraſ.d.nu.8.

52 Et ſic etiam † huiuſmodi commendatarij non poterunt remoueri magis, quam titulares, nec cōmenda reuocari. Roman.conſ.350.nu.5.& 6. Sarnen.d. q.4. de publicandi.verſ.& ideo, Rebuff.de pacif.nu. 60.alias 46. Coraſ.nu.8. Campegius num.6. vbi ſupra, & Rota deciſ.791. num.11. par.1. diuerſorum Gonçalez ſupra nu.29. *Et impetratio beneficij ſic commendati non valet, quia beneficium non vacat ſaltem quoad titulum, & fructus, ſeu vacatio tecta eſt per commendā, vt in vna Barchinon.Cancellaria & can.1.Mar.1610. coram D.Penia.*

Quamuis ſecus ſit in commenda ad vtilitatem Ec-
53 cleſiæ, † quæ poteſt ad libitum reuocari,ad nutumque ipſe remoueri, gl.in cap.ſi conſtiterit,de accuſatio. & in c.qui plures. 21.q.1. Roma.ſupra, Aretin. in d.cap. ſi conſtiterit, Sarnen. & Rebuff.vbi proxime,qui tamen Rebuf.d.tit.de commenda. num.67. variar. Coraſ.d.c.6.nu.5. Mandoſ.d.reg.39.q.3.nu. 8.& P.Greg.cap.10.nu.13. & lib.4.tit.26.p 1.& ibi Greg. gl.penult.& Gonçalez ſupra nu.35.& 37.

In quo tamen contrarium tenet gloſ.in d.cap.nemo,ſed Abbas in d.c.ſi conſtituerit.nu,12.ſic conci-

liat,

54 liat, † vt, ſi commenda eſt facta ad tempus, nõ poſſit ante illud finitum reuocari, nec interim Beneficium
55 conferatur intellige ſine cauſa, † & ſic procedat glo. in d.c.nemo, ſi vero commenda eſt facta ſimpliciter tunc poſſit reuocari, & ita procedat gl. in d.c.ſi conſtiterit, & in d.c.ſi plures. Et hanc concordiam videtur tenere Franc. in d.c.nemo n.7. verſ. in eadem glo. ibidem Gambarus ſupra nu.235. & Cucchus nu.15. & 45. & 47. ad fin.

56 Licet Romanus, † Sarnen. Rebuf. Coraſ. & Mandoſ. ibi videantur velle etiamſi non ſit facta ſimpliciter, poſſe ante tempus reuocari, & tenuit Aret. in d.c. ſi conſtiterit, aiunt enim, quod tunc commenda nihil aliud eſt, quam quoddam depoſitũ, quod poteſt ad libitum deponentis reuocari, licèt fuiſſet dictum, quod depoſitum, vſque ad obitum depoſitarij dura-
57 ret. l.1.§. ſi ſic. ff. depoſiti. Quod verum videtur, † niſi vbi ante tempus fieret reuocatio commendæ abſq; eo quod Beneficium prouideretur.

Sed adhuc manente vacante, pro quo facit, nam vt ait Mandoſ. reg.32.q.7.nu.4. commenda in fauo-
58 rem Eccleſ. nil aliud eſt, quam † depoſitum temporaneum ad nutum reuocabile, pro vtilitate, & commodo Eccleſiæ factum, donec de Rectore, ſeu miniſtro perpetuo debita præcedente cognitione prouiſum ſit. &c.

59 Ex quo infero, † quod commenda iſta cauſa cuſtodiæ, & adminiſtrationis ad vtilitatem Eccleſiæ non impedit collationem, ac prouiſionem beneficij. Sarnen. d.qu.4. verſ. & deo, & ſic ea durante currit tempus conferendi, ſeu præſentandi, &c. vt videtur tenere Lamber. d.l.2. p.1.qu.6. art.14. ad finẽ quic quid gloſſ. in d.ca. nemo, & Gambarus nu.186. & alij ſupra dicant.

60 Sed eſt dubium graue, † an vacet Beneficium per obitum commendatarij, & conſequenter, an per commendam expiret reſeruatio? in quo partem affirmatiuam tenent Rota deciſ.7. de elect. in antiquis aliàs 244. & deciſ.1. de Præbend. in antiquior. Coraſ. d.c.6.nu.3. Gambarus ſupra n.53. & videntur tenere Sarnen. de infirmis. q.13. in fin. & de triennali q.5.
61 & Rebuf. de pacificis. † num.58. alias 44. & Domin. in d.cap. nemo, nu.7. tenet reſeruationem expirare per commendam, quando Papa reſeruauit Beneficium prouiſioni ſuæ, nõ collationi, & Cucchus ſupr. nu.11.25.26. & 27. ait reſeruationem à Summo Pon-
62 tifice factam non minus † extingui, ſi Beneficium reſeruatum alicui perpetuo commendaret, quam ſi titulo tenus contulerit quamuis nu. ſeqq. ſecus dicat, vbi ad tempus certum commendaſſet, aut etiam ad vitam, quia commendatio ad vitam nõ cenſetur perpetuam ad hunc effectum, ſed illa tantum, quæ ad incertum tempus ſit facta; ſed quicquid ipſe dicat
63 commenda † ad vitam perpetua dicitur abſolutè, immo iſta eſt magis perpetua, &c.

Sed contrarium, ſcilicet quod non vacet per obitum commendatarij, etiam perpetui, ſed vacet ſicut
64 prius, † commenda ceſſante, & conſequenter commenda non extinguatur, ſeu expiret ei reſeruatio, tenet Roman. d.conſ.350. vbi Horatius Mand. Gloſſator reg. 9. ad fin. Caſſadorus deciſ.30. & 32.nu.2. ſuper regul. & 2. de vnionibus n.12. & 5. de priuil. Mohed. dec.16. de poſſeſſ. & 4. de Præbend. Puteus deciſ.25.nu.6. l b.1. vbi dicitur Rotam ſemper tenuiſſe, quod ſiue commenda ſit perpetua, ſiue temporalis, ſemper ceſſante commenda Beneficium dicitur vacare, vt prius, & ita Cancellariã, & Cameram ſeruare, quicquid ſenſerit Sarnen. d.q.5. de triennali. circa fi. Caputaquen. deciſ.144.p.1. vbi dicitur ita ſeruare Rotam, & Cota deciſ.120. in Miſcel. manuſcriptis, Gigas conſil.4.a num.14. & 10.num.1. & 7. Lamber. d.artic.14. Simoneta de reſeruationibus. quæſt. 59. qui etiam dicit ita tenere Cancellariam, & ibi Granutius in additione Nauarr. in Manuali cap.25.nu. 126. & de oratione Miſcel.60.num.10. & conſil.1. de conſtitut. num.19. & conſil. 28. de Præbend. qui dicit ita ſtilum Romanæ Curiæ hodiernum palam ſeruare. P. Greg. cap.24. num.8. & Flam. Pariſ. de reſig. l.b.2.q.19.nu. 13. & hanc opinionem dicit veriorem in puncto iuris, quã curiales tenent, & in patria obedientiæ fixo teneret pede, licèt Galli contra. Probus in d.c.nemo.nu.3. & particulariter num. 12. & 31. & nouiſſimè poſt hæc Gonçalez glo.5.§.8 a nu.48.

65 Idem tenet Aeneas † de Falconibus de reſeru. qu. 3. principali, num.11. & 5. q.princip.q.6. niſi vbi papa reſeruaret aliquod Beneficium in fauorem certæ perſonæ: nam iſto caſu, ſi iſtud beneficium vacans cõmendaret tali reſeruatario, credit reſeruationem extinctam: tum propter odium reſeruationis talis, tum quia Papa ſatisfecit intentioni ſuæ, quæ fuit, vt illi prouideret, vti iam prouidit per commẽdam ad eius vita, & ita ait eſſe intelligendam Rotam d.deciſ.1. de Præben. in antiquior. ſi bene aduertatur.

66 Quæ limitatio non placet, † nam ſicut in iſto caſu Beneficium maneret affectum propter appoſitionem manus Papæ, ſi iſte reſeruatius ante collationem ſibi factam decederet, ita etiam ſi ſibi commendaretur, quia ceſſante commenda vacat vt prius, &c.

67 Idem etiam videtur tenere Sarnen. in reg. de † veriſimili. quæſt.4. vbi dicit iſtam opinionem eſſe in Curia vulgarem apud omnes, præſertim abbreuiatores, & clare id tenet in reg. de triennali quæſt.30. verſic. 4. limitatur, vbi docet per prouiſionem factam à Papa per viam commendæ non expirare reſeruationẽ, quamuis per ſolam collationem Papæ acceptatam etiam abſque poſſeſſione expiret, vt dictum eſt ſupr. cap.2.num.2.

Immo per commendam factam à Papa, ſiue ad vi-
68 tam, ſiue ad tempus, ex † quo ſemel manum apposuit ſuper beneficio, manet affectũ ita, vt, licèt aliàs non fuiſſet reſeruatum, Ordinarius non poſſit de illo ſe intromittere commenda ceſſante, donec Papa plenè, & perfectè prouideat. argum. cap. vt noſtrum. de appellat. ita Roman. d.conſil. 350. & Bertrand. conſ.235. volu.3. Pauinus de offic. & poteſt. capit.3. quæſt.2.p.num.11. Sarnen. d.quæſt. 13. de infirmis, & 4. de publicandis, Rebuf. in praxi tit. de reſeruatio. num.31. Probus ſupra nu.4. & 32. Coraſ. d.cap.6.nu. 11. Simoneta d.quæſt.59.nu.7. & in fine, & ibi Granutius Mandoſ. d.reg.32. quæſt.7, num.17. & reg.19. quæſt.10.num.3. P. Gregorius ſuper, & Flam. Pariſ. lib.12. quæſt.5.nu.34. Caſſad. deciſ.32. ſuper reg.nu, 5. & deciſ.5. de priuil. num.7. Creſcen. deciſ.4. & 6. de præb. Puteus 158. lib.1. & Mohed.9. de Præbend. &
69 tenet Aeneas de Falcon. d.tract. † de reſer. præludio. 3. tit.4. & d.quæſt.3, num.11. qui d.nu.11. teſtatur ita vidiſſe determinatum in Rota per tres ſententias cõformes, quod beneficia commendata ad vitam nullus dat, nec de ipſis diſponit, niſi papa, donec ſit talibus plenè prouiſum per ipſum: per notata in c. ſi eo

tempo-

tempore, de elect. in 6. & ita ſine contradictione ſer-
70 uare Curiam, &c. Quamuis in caſu relato † ſupra n. 65. ſentit non manere affectum Beneficium, ſed male, vt ibi dixi.

Et quamuis apud Gallos id non ſeruetur, vt per probum in d.c. nemo, num. 32. & in cap. præſenti, de officio legati. num. 41. Rebuf. d. tit. de obſeruatio. nu. 31. & de commenda. nu. 59. & Coraſ. d. cap. 6. ad finem, & 2. p. c. 1. nu. 16. & nouiſſimè ita docet Gonçalez d. glo. 5. §. 8. nu. 61. & glo. 52. nu. 11.

Vnde Rota reprobauit conſilium Socini 32. quod
71 refert, & ſequitur Coraſ. d. c. 6. nu. 7. verſic. † ſub gratia ad Beneficia includetur. vt per Moheda. d. deciſ. 9. de præben. Samen. d. quæſt. 13. de infirmis, & Simoneta quæſt. 41.

Nam beneficia reſeruata generaliter, aut ſpeciaI-
72 liter, † ſeu quocumque modo affecta, non cadebant ſub expectatiua. Roman. conſil. 260. & ibi latè Horatius Mandoſ. litera A. plures referens, & conſ. 342. num. 2. & ibi etiam Mandoſ. litera C. Aeneas 4. q. effectu. 38. & 40.

Et quod dicitur de commenda, idem dicendum
73 eſt de vnione ad vitam, † vt ea diſſoluta Beneficium vacet, vt prius, & duret reſeruatio, ſeu affectio antiqua. Aeneas d. 5. quæſt. principali. quæſt. 21. Caſſad. deciſ. 2. de vnionibus & 5. de priuil. nu. 16. & tertia de iudic. nu. 3. Caputaquen. deciſ. 345. p. 3. Rota deciſ. 39. lib. 1. p. 3. diuerſorum in impreſſis. & Puteus deciſ. 49. de priuil. Cota 395. in manuſcript. & fuit reſolutum in cauſa Bonon. Parochialis 3. Iulij 1559. coram D. Fabio, vt per Chiſanen. deciſ. 64. in manuſcrip. & Flam. Pariſ. lib. 2. quæſt. 19. nu. 13. quamuis contrarium teneat Cancellaria, & cum ea Gambar. lib. 5. Rubric. 1. quæſt. 11. ex num. 128. ſed ſententia Rotæ magis conformis S. Concilio Triden. & declarationibus Sanctæ Congregationis; ex quibus apparet per vnionem ad vitam non extingui titulum, vt in declaratione adducta, 3. p. nu. 2. num. 509. & alijs, de quibus vltima p. cap. 2. à nu. 38. & poſt hæc tenet Gonçalez gl. 5. §. 7. à num. 140.

74 Et ſicut commenda, † ita etiam vnio facta à Papa de Benef. vacante ad vitam inducit reſeruationem, ſeu affectionem per appoſitionem manus Papæ, & vt ea diſſoluta Ordinarius prouidere non poſſit, & ſi alias non eſſet reſeruatum Beneficium, Creſcen. dec. 2. de Parochi. & Anaſt. Germon. de indultis Cardinalium, §. quæ extra. nu. 10. Gonçalez d. §. 7. nu. 145. & gloſſa. 52. nu. 11.

75 Vnio tamen facta ad vitam de Benef. † iam collato, & pleno non inducit reſeruationem, ſeu affectionem, Creſc. & Germon. ibi licet ſecus ſit in commenda, idem Creſcen. d. deciſ. 4. de præb.

76 Ratio differentiæ eſt, quia per impetrationem † commendæ cenſetur renuntiatum tit. & collationi, & fit mutatio de collatione in commendam, Rom. d. conſ. 350. nu. 13. vnio vero de Benef. obtento nihil aliud eſt, quam quędam palliata diſpenſatio, vt cum alio, cui vnitur, poſſit retineri, Creſcen. d. deciſ. 2. de Paroch. & Puteus deciſ. 246. lib. 1. Caſſad. d. deciſ. 3. de iudicijs nu. 3. & deciſ. 33. ſuper regul. nu. 5.

77 Et de hac materia commendæ † qui voluerit plura videre, vltra Pauinum, Samen. Rebuf. d. tit. de cõmendæ, & de pacificis. à nu. 47. alias 36. Coraſ. Mandoſ. & Hoiedam ſupra citatos, videat Rubeum in tract. de commenda, quem tamen ego non inueni, Gambar. d. l. 4. rub. de poteſtate Legat. in commendando Beneficia. Cucchum l. 3. tit. 6. de commendatarijs. 4. P. Greg. Toloſ. l. 18. ſyntagmatis. cap. 38. & de Benef. cap. 10. nu. 13. *Fuſc. lib. 2. de viſit. cap. 9.* Zucchum de Benef. & penſio. ca. 7. & aliqua per Thom. Campegium in d. tract. de commendis Beneficio. & nouiſſime Gonçalez d. glo. 5. §. 8.

## *De Coadiutoria. Cap. V.*

### SVMMARIA.

*SOlet Eccleſijs, & Beneficijs prouideri de coadiutores, & aliquando cum futura ſucceſſione, num. 1.*

*Coadiutoria eſt duplex, quadam temporalis, & reuocabilis, altera perpetua, & irreuocabilis, & cũ futura ſucceſſione. n. 2*

*De materia Coadiutoriæ, qui ſint videndi, nu. 3.*

*Coadiutoria temporalis, & reuocabilis eſt, cum Eccleſiæ Rectori, qui ſenio vel morbo impeditus eſt miniſtrare, datur coadiutor, qui pro eo miniſtret, num. 4.*

*Tunc clericus ſuo non eſt priuandus Beneficio, nu. 5. nec obſtat c. tua nos de clerico ægrotan. num. 6.*

*Ex Concilio Triden. Epiſcopi etiam tãquam ſedis Apoſtolicæ delegati illiteratis, & impeditis Parochialium Rectoribus coadiutores, aut Vicarios deputare poſſunt, appellatione, & exemptione remota, nu. 7.*

*Quæ deputatio ſententia S. Cong. ad eum ſpectat, qui poteſt inſtituere concurſum, nu. 8.*

*Deputatio coadiutoris facta ab ordinario vigore d. decreti non eſt attentata, etiamſi ſit executa poſt appellationem, vt Rota reſolvit, num. 9.*

*Per illud decretum tollitur appellatio ad effectum ſuſpenſiuũ, ſed non deuolutiuum, nu. 10. & poterit interponi ad Metropolitanum non obſtante, quod procedat tanquã Sedis Apoſtolicæ delegatus, niſi quando procederet contra exemptum ex ſententia S. Congreg. nu. 11. & 12.*

*Coadiutoria perpetua cum futura ſucceſſione non eſt iuri conformis, ſed ſtilo inuenta, & in vtraq; parte odioſa. & exorbitans à iure, nu. 13. cum ſeq. & videri deteſtabilem in iure ait P. Greg. nu. 16.*

*Ordinarius non poteſt dare coadiutorem perpetuũ, & irreuocabilem cum futura ſucceſſione, nu. 17. nec Legatus, nu. 18.*

*Papa de iure poteſt coadiutorem cum futura ſucceſſione deputare, nu. 19. & 20. nec iſtæ coadiutoriæ reſpectu Papæ ſunt contra Concilium Lateranen. nu. 21.*

*Iſtæ coadiutoriæ ante Concilium Tridentinum ſolebant à Papa concedi, nu. 22. tamen à Concilio Trid. ſunt ſublatæ nu. 23. Sed à tempore Sixti V. conceſſæ fuerunt, abſq; derogatione Concil. num. 24.*

*Iſtud difficultatem patitur, nam in conceſſionibus & gratijs, contra conſtitutiones Conciliares requiritur ſpecialis derogatio, & mentio Concilij iuxta ſententiam Archidianic. a qua non eſt recedendum, quia eſt praxi, & ſtilo Curiæ approbata, licet contra teneat Innoc. cuius opinio in puncto iuris eſt valde probabilis, num. 25. cum ſequenti.*

*Reſpondetur Concilio Trident. non derogari propter decretum vlt. eius, num. 30. cum ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, & Motus proprius Pij V. & declaratio S. Cong. licet aliqui contra teneant. num. 36.*

*In conceſſionibus contra conſtitutiones aliorum Conciliorũ non eſt neceſſaria derogatio in ſpecie, & individuo conſtitutionis, ſed ſufficit dicere, non obſtante tali Concilio, ſeu conſtitutione talis Concilij, vt ſolet dici. nu. 37.*

*Etiam generalis derogatio conſtitutionum Conciliarium ſuffi-*

*cit,*

*cit, ſaltem quando præcedit expreſſa derogatio alicuius Concilij, num. 38. & 39. vbi ponitur reſolutio Rotæ, immo, etſi non præcedat talis expreſſa derogatio alicuius Concilij, num. 40. 41. 42. & 43.*

*Tex. in c. nonnulli. de reſcrip. ibi, vel expreſſam, procedit ex ſpeciali prouiſione illius tex. nu. 44.*

*Derogatur etiam Concilio generali per clauſulam generalem nõ obſtantib. conſtitutionibus, quando conceſſio eſt Motu proprio, & apparet de certa ſcientia Papæ. nu. 45.*

*Inferior, cui Papa conceſſit facultatem diſpenſandi ſuper aliquo prohibito à Concilio, non tenetur illi Concilio derogare in diſpenſatione, nu. 46.*

*Quando Papa diſponit aliquid contra Concil. per viam legis, nõ requiritur vlla derogatio, contra aliquos à nu. 47.*

*Non placet ſententia aliquorum, quod non valeat conſuetudo contra legem Concilij, num. 50. nam eſto lex Conciliaris cenſeatur habere clauſulam derogatoriam ad diſpoſitiones contrarias, id non procedit reſpectu diſpoſitionum per viam legis, ſeu iuris. nu. 51.*

*Quando dicatur conſtitutio Conciliaris remiſſiue nu. 52.*

*Formula coadiutoriarum hodiernarum nu. 53.*

*An talis coadiutor teneatur, principali volente, pro eo deſeruire, alias teneatur ei ad damnum, & intereſſe? nu. 55. & 56. reſolnitur affirmatiue contra Nau. & in aliquibus coadiutoriis id ſolet exprimi, nu. 57.*

*An talis coadiutor poſſit principali abſente, ſeu agrotante, pro eo deſeruire abſque eius conſenſu, aut eo nolente? nu. 58. cum ſeqq. reſolnitur negatiue contra Nauar.*

*An habens coadiutorem ſit habendus pro præſenti ratione infirmitatis, & aliorum legitimorum impedimentorum? nu. 61. cum ſeq. reſolnitur affirmatiue, & poſſe etiam gaudere menſibus recreationis.*

*An coadiutori ſit aſſignanda eadem ſedes principalis, & cum ead. antiquitate? nu. 65. cum ſeqq. reſolnitur coadiutori Dignitatis habentis certam ſedem eandem aſſignandam, coadiutori vero Canonici vltimam poſt omnes Canonicos proprios etiam poſtea ingreſſos, & conſequenter ſecuta morte coadiuti ei dandam vltimam ſedem, tanquam nouo Canonico, licet Rota aliter tenuerit.*

*An coadiutor in ingreſſu debeat fabricæ ſoluere quod eſt conſuetum ſolui per nouos Canonicos? nu. 78. reſolnitur quod non, ſed ſecuta morte coadiuti.*

*An coadiutor poſſit gaudere menſib. datis cauſa recreationis? nu. 79. reſolnitur affirmatiue.*

*An coadiutor agrotans, vel alias legitime impeditus haberi debeat pro præſenti? à num. 80. reſolnitur affirmatiue, quando erat actu ſeruiens tempore ſuperuenientis infirmitatis.*

*An principali excommunicato poſſit coadiutor inſeruire, & lucrari? à n 83. reſolnitur poſſe inſeruire & lucrari ſibi aſſignatum, non tamen poſſe lucrari pro coadiuto. nu. 84. & ſeq.*

*An coadiutor habeat vocem actiuam & paſſiuam? num. 87. & ſeq. reſolnitur affirmatiue, etiam ſolum facta mentione in coadiutoria de voce actiua.*

*An Canonicus habens coadiutorem poſſit ſe iuuare beneficio inhabilationis? nu. 89. reſolnitur non priuari inhabilatione iam quæſita, non tamen eam perficere per ſeruitium coadiutoris, nec ei ſuffragari.*

*Quomodo intelligatur indultum coadiutori conceſſum, quod gaudeat reg. de triennali, vt coadiutor, nu. 90.*

*An in Eccleſiis, vbi ſunt adiuncti, coadiutor ſit puniendus cum illis? nu. 91. cum ſeq. reſolnitur, quod, ſi tempore quo contra ipſum proceditur, eſt in ſeruitio Eccleſiæ, debet procedi cum adiunctis, ſecus alias.*

*An coadiutor, qui non eſt in ſacris, ſed ſolum in minoribus, gaudeat priuilegio fori ſtante Concilio? nu. 97. & ſeq. reſolnitur quod, ſi vt talis inſeruit Eccleſiæ cum clericali habitu, & tonſura, eo gaudebit, alias non.*

*An coadiutor ratione coadiutoriæ teneatur deferre habitum clericalem, & tonſuram, licet non inſeruiat? nu. 99. cum ſequentibus reſolnitur teneri.*

*An coadiutor teneatur recitare, & an poſſit ſacris ordinari ad titulum coadiutoriæ remiſſiue? nu. 102.*

*An coadiutor ſeruiens pro coadiuto debeat exire de Capitulo, in quo tractatur de negotio ipſius coadiuti. nu. 103. cum ſeq. reſolnitur negatiue, & è conuerſo coadiutum poſſe intereſſe Capitulo vbi agitur de negotio coadiutoris, niſi agatur de re ſpectante ad ipſam coadiutoriam, quæ ſpectet etiam ad ipſum coadiutum.*

*An coadiutus & coadiutor ambo poſſint eſſe in Eccleſia, vel in ſeruitio Eccleſiæ? nu. 107. cum ſeq. reſolnitur non poſſe tanquam Canonicos, poſſe vero vnum eſſe tanquam Canonicum & alterum tanquam priuatum, & vnum in Eccleſia in ſeruitio eius. & alterum extra in negotijs Eccleſiæ.*

*In Eccleſiis, in quibus obtinens Dignitatem non præſidet in choro, nec habet ſedem, & vocem in Cap. ſi tamen obtinet Canonicatum ſimul præſidet in choro, & in Cap. an Canonicus coadiutor Dignitatis, & vt talis ſeruiens habeat huiuſmodi præeminentiam? nu. 110. cum ſeq. reſolnitur affirmatiue.*

*In Eccleſiis, in quibus, Canonici lucrantur veſtuarium reſidendo pluribus diebus, quam Canonici obtinentes Dignitatem, an Canonicus coadiutor Dignitatis lucretur veſtuarium ſui Canonicatus reſidendo minori tempore? nu. 114 cum ſeq. reſolnitur affirmatiue.*

*E conuerſo, ſi aliquis obtinens Dignitatem in proprietate eſſet coadiutor Canonici, non lucraretur veſtuarium Canonicatus reſidendo minori tempore, quia non lucratur ſibi, ſed coadiuto. nu. 117.*

*An Canonicus habens coadiutorem perpetuum cum futura ſucceſſione poſſit optare nouam Prebendam? nu. 118. reſolnitur indiſtincte poſſe contra Gonçalez, & etiam vbi mutatur titulus.*

*An coadiutoria inducat incompatibilitatem? nu. 122. reſolnitur negatiue ad effectum vt per eã vacet Beneficium prius obtentum, licet ſecus ad effectum retentionis, & vt ipſa expiret per aſſecutionem Beneficij incompatibilis.*

*An coadiutor poſſit cedere coadiutoriæ, etiam inuito coadiuto? nu. 124. reſolnitur poſſe authoritate Papæ, & coadiuto conſentiente authoritate Ordinar. & futuræ ſucceſſioni abſque conſenſu vtriuſque.*

*An confeſſio coadiutoris noceat coadiuto, vel è contra? n. 126. reſoluitur non nocere.*

*An ſententia lata contra vnum coadiutorem noceant ſecundo & an lata contra coadiutum noceant coadiutori à nu. 127. reſolnitur latas contra coadiutum non nocere coadiutori inſcio, & non citato, ſaltem per proclama, & latas contra vnum coadiutorem non nocere ſecundo, niſi ſint ſuper ſtatu coadiutoris.*

*An, ſi tempore datæ coadiutoriæ coadiutus eſſet mortuus ſucceſſio locum habeat? à num. 130. reſolnitur negatiue contra Gonçalex. Quamuis ſecus vbi tunc inuabit, licet decederet antequam coadiutoria ſortiretur effectum, & vbi tempore datæ Beneficium de iure vacat, & corruit etiam futura ſucceſſio, ſi gratia coadiutoriæ eſt ſurreptitia nu. 133.*

*Deciſiones & reſolutiones Rotæ circa prædicta ponuntur à nu. 134. vſque ad 139.*

1 SOleteriam Eccleſijs, & Beneficijs prouideri de coadiutore, & aliquando † cum futura ſucceſsio-
2 ne: eſt enim duplex coadiutoria, † quædam temporalis, & reuocabilis, altera perpetua, irreuocabilis-

tempore, de elect. in 6. & ita ſine contradictione ſer-
70 uare Curiam, &c. Quamuis in caſu relato † ſupra n.
65. ſentit non manere affectum Beneficium, ſed ma-
le, vt ibi dixi.

Et quamuis apud Gallos id non ſeruetur, vt per probum in d.c. nemo, num. 32. & in cap. præſenti, de officio legati, num. 41. Rebuf. d. tit. de obſeruatio. nu. 31. & de commenda. nu. 59. & Coraſ. d. cap. 6. ad finem, & 2. p. c. 1. nu. 16. & nouiſſimè ita docet Gonçalez d. glo. 5. §. 8. nu. 61. & glo. 52. nu. 11.

Vnde Rota reprobauit conſilium Socini 32. quod
71 refert, & ſequitur Coraſ. d. c. 6. nu. 7. verſic. † ſub gratia ad Beneficia includetur. vt per Moheda. d. deciſ. 9. de præben. Samen. d. quæſt. 13. de infirmis, & Simoneta quæſt. 41.

Nam beneficia reſeruata generaliter, aut ſpecia-
72 liter, † ſeu quocumque modo affecta, non cadebant ſub expectatiua. Roman. conſil. 260. & ibi latè Horatius Mandoſ. litera A. plures referens, & conſ. 342. num. 2. & ibi etiam Mandoſ. litera C. Aeneas 4. q. effectu. 38. & 40.

Et quod dicitur de commenda, idem dicendum
73 eſt de vnione ad vitam, † vt ea diſſoluta Beneficium vacet, vt prius, & duret reſeruatio, ſeu affectio antiqua. Aeneas d. 5. quæſt. principali. quæſt. 21. Caſſad. deciſ. 2. de vnionibus & 5. de priuil. nu. 16. & tertia de iudic. nu. 3. Caputaquen. deciſ. 345. p. 3. Rota deciſ. 39. lib. 1. p. 3. diuerſorum in impreſſis. & Puteus deciſ. 49. de priuil. Cota 395. in manuſcript. & fuit reſolutum in cauſa Bonon. Parochialis 3. Iulij 1559. coram D. Fabio, vt per Chiſanen. deciſ. 64. in manuſcrip. & Flam. Pariſ. lib. 2. quæſt. 19. nu. 13. quamuis contrarium teneat Cancellaria, & cum ea Gambar. lib. 5. Rubric. 1. quæſt. 11. ex num. 128. ſed ſententia Rotæ magis conformis S. Concilio Triden. & declarationibus Sanctæ Congregationis; ex quibus apparet per vnionem ad vitam non extingui titulum, vt in declaratione adducta 2, 3. p. nu. 2. num. 509. & alijs, de quibus vltima p. cap. 2. à nu. 38. & poſt hæc tenet Gonçalez gl. 5. §. 7. à num. 140.

74 Et ſicut commenda, † ita etiam vnio facta à Papa de Benef. vacante ad vitam inducit reſeruationem, ſeu affectionem per appoſitionem manus Papæ, & vt ea diſſoluta Ordinarius prouidere non poſſit, & ſi alias non eſſet reſeruatum Beneficium, Creſcen. dec. 2. de Parochi. & Anaſt. Germon. de indultis Cardinalium, §. quæ extra. nu. 20. Gonçalez d. §. 7. nu. 145. & gloſſa. 52. nu. 12.

75 Vnio tamen facta ad vitam de Benef. † iam collato, & pleno non inducit reſeruationem, ſeu affectionem, Creſc. & Germon. ibi licet ſecus ſit in commenda, idem Creſcen. d. deciſ. 4. de præb.

76 Ratio differentiæ eſt, quia per impetrationem † commendæ cenſetur renuntiatum tit. & collationi, & fit mutatio de collatione in commendam, Rom. d. conſ. 350. nu. 13. vnio vero de Benef. obtento nihil aliud eſt, quam quędam palliata diſpenſatio, vt cum alio, cui vnitur, poſſit retineri. Creſcen. d. deciſ. 2. de Paroch. & Puteus deciſ. 246. lib. 1. Caſſad. d. deciſ. 3. de iudicijs nu. 3. & deciſ. 33. ſuper regul. nu. 5.

77 Et de hac materia commendæ † qui voluerit plura videre, vltra Pauinum, Samen. Rebuf. d. tit. de cõmendæ, & de pacificis. à nu. 47. alias 36. Coraſ. Mandoſ. & Hoiedam ſupra citatos, videat Rubeum in tract. de commenda, quem tamen ego non inueni, Gambar. d. l. 4. rub. de poteſtate Legat. in commendando Beneficia. Cucchum l. 3. tit. 6. de commendatarijs. 4. P. Greg. Toloſ. l. 18. ſyntagmatis, cap. 38. & de Benef. cap. 10. nu. 13. *Fuſc. lib. 2. de viſit. cap. 9.* Zecchum de Benef. & penſio. ca. 7. & aliqua per Thom. Campegium in d. tractat. de commendis Beneficio. & nouiſſime Gonçalez d. glo. 5. §. 8.

## *De Coadiutoria. Cap. V.*

### SVMMARIA.

*SOlet Eccleſijs, & Beneficijs prouideri de coadiutores, & aliquando cum futura ſucceſſione, num. 1.*

*Coadiutoria eſt duplex, quædam temporalis, & reuocabilis, altera perpetua, & irreuocabilis, & cũ futura ſucceſſione. n. 2*

*De materia Coadiutoriæ, qui ſint videndi, nu. 3.*

*Coadiutoria temporalis, & reuocabilis eſt, cum Eccleſiæ Rectori, qui ſenio vel morbo impeditus eſt miniſtrare, datur coadiutor, qui pro eo miniſtret, num. 4.*

*Tunc clericus ſuo non eſt priuandus Beneficio, nu. 5. nec obſtat c. tua nos de clerico ægrotan. num. 6.*

*Ex Concilio Triden. Epiſcopi etiam tãquam ſedis Apoſtolicæ delegati illiteratis, & impeditis Parochialium Rectoribus coadiutores, aut Vicarios deputare poſſint, appellatione, & exemptione remota, nu. 7.*

*Quæ deputatio ſententia S. Cong. ad cuius ſpectat, qui poteſt inſtituere concurſum, nu. 8.*

*Deputatio coadiutoris facta ab ordinario vigore d. decreti non eſt attentata, etiamſi ſit executa poſt appellationem, vt Rota reſoluit, num. 9.*

*Per illud decretum tollitur appellatio ad effectum ſuſpenſiuũ, ſed non deuolutiuum, nu. 10. & poterit interponi ad Metropolitanum non obſtante, quod procedat tanquã Sedis Apoſtolicæ delegatus, niſi quando procederet contra exemptum ex ſententia S. Congreg. nu. 11. & 12.*

*Coadiutoria perpetua cum futura ſucceſſione non eſt iuri conformis, ſed ſtilo inuenta, & in vtraq; parte odioſa. & exorbitans à iure, nu. 13. cum ſeq. & videri deteſtabilem in iure ait P. Greg. nu. 16.*

*Ordinarius non poteſt dare coadiutorem perpetuũ, & irreuocabilem cum futura ſucceſſione, nu. 17. nec Legatus, nu. 18.*

*Papa de iure poteſt coadiutorem cum futura ſucceſſione deputare, nu. 19. & 20. nec iſtæ coadiutoriæ reſpectu Papæ ſunt contra Concilium Lateranen. nu. 21.*

*Iſtæ coadiutoriæ ante Concilium Tridentinum ſolebant à Papa concedi, nu. 22. tamen à Concilio Trid. ſunt ſublatæ nu. 23. Sed à tempore Sixti V. conceſſæ fuerunt, abſq; derogatione Concil. num. 24.*

*Iſtud difficultatem patitur, nam in conceſſionibus & gratijs, contra conſtitutiones Conciliares requiritur ſpecialis derogatio, & mentio Concilij iuxta ſentẽtiam Archidianic. a qua non eſt recedendum, quia eſt praxi, & ſtilo Curiæ approbata, licet contra teneat Innoc. cuius opinio in punctо iuris eſt valde probabilis, num. 25. cum ſequenti.*

*Reſpondetur Concilio Trident. non derogari propter decretum vlt. eius, num. 30. cum ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, & Motus proprius Pij V. & declaratio S. Cong. licet aliqui contra teneant, num. 36.*

*In conceſſionibus contra conſtitutiones aliorum Conciliorũ non eſt neceſſaria derogatio in ſpecie, & individuo conſtitutionis, ſed ſufficit dicere, non obſtante tali Concilio, ſeu conſtitutione talis Concilij, vt ſolet dici. nu. 37.*

*Etiam generalis derogatio conſtitutionum Conciliarium ſuffi-*

*cit,*

*cit, saltem quando procedit expressa derogatio alicuius Concilij, num. 38. & 39. vbi ponitur resolutio Rotæ, immo, etsi non præcedat talis expressa derogatio alicuius Concilij, num. 40. 41. 42. & 43.*

*Tex. in c. nonnulli. de rescrip. ibi, vel expressam, procedit ex speciali prouisione illius tex. nu. 44.*

*Derogatur etiam Concilio generali per clausulam generalem nõ obstantib. constitutionibus, quando concessio est Motu proprio, & apparet de certa scientia Papæ. nu. 45.*

*Inferior, cui Papa concessit facultatem dispensandi super aliquo prohibito à Concilio, non tenetur illi Concilio derogare in dispensatione, nu. 46.*

*Quando Papa disponit aliquid contra Concil. per viam legis, nõ requiritur vlla derogatio, contra aliquos à nu. 47.*

*Non placet sententia aliquorum, quod non valeat consuetudo contra legem Concilij, num. 50. nam esto lex Conciliaris censeatur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones contrarias, id non procedit respectu dispositionum per viam legis, seu iuris. nu. 51.*

*Quando dicatur constitutio Conciliaris remissiue nu. 52.*

*Formula coadiutoriarum hodiernarum nu. 53.*

*An talis coadiutor teneatur, principali volente, pro eo deseruire, alias teneatur ei ad damnum, & interesse? nu. 55. & 56. resolutur affirmatiue contra Nau. & in aliquibus coadiutoriis id solet exprimi, nu. 57.*

*An talis coadiutor possit principali absente, seu agrotante, pro eo deseruire absque eius consensu, aut eo nolente? nu. 58. cum seqq. resolutur negatiue contra Nauar.*

*An habens coadiutorem sit habendus pro præsenti ratione infirmitatis, & aliorum legitimorum impedimentorum? nu. 61. cum seq. resolutur affirmatiue; & posse etiam gaudere mensibus recreationis.*

*An coadiutori sit assignanda eadem sedes principalis, & cum ead. antiquitate? nu. 65, cum seqq. resolutur coadiutori Dignitatis habentis certam sedem eandem assignandam, coadiutori vero Canonici vltimam post omnes Canonicos proprios etiam postea ingressos, & consequenter secuta morte coadiuti ei dandam vltimam sedem, tanquam nouo Canonico, licet Rota aliter tenuerit.*

*An coadiutor in ingressu debeat fabricæ soluere quod est consuetum solui per nouos Canonicos? nu. 78. resolutur quod non, sed secuta morte coadiuti.*

*An coadiutor possit gaudere mensib. datis causa recreationis? nu. 79. resolutur affirmatiue.*

*An coadiutor agrotans, vel alias legitime impeditus haberi debeat pro præsenti? à num. 80. resolutur affirmatiue, quando erat actu seruiens tempore superuenientis infirmitatis.*

*An principali excommunicato possit coadiutor inseruire, & lucrari? à n 83. resolutur posse inseruire & lucrari sibi assignatum, non tamen posse lucrari pro coadiuto. nu. 84. & seq.*

*An coadiutor habeat vocem actiuam & passiuam? num. 87. & seq. resolutur affirmatiue, etiam solum facta mentione in coadiutoria de voce actiua.*

*An Canonicus habens coadiutorem possit se iuuare beneficio iubilationis? nu. 89. resolutur non priuari iubilatione iam quæsita, non tamen eam perficere per seruitium coadiutoris, nec ei suffragari.*

*Quomodo intelligatur indultum coadiutori concessum, quod gaudeat reg. de triennali, vt coadiutor, nu. 90.*

*An in Ecclesiis, vbi sunt adiuncti, coadiutor sit puniendus cum illis? nu. 92. cum seq. resolutur, quod, si tempore quo contra ipsum proceditur, est in seruitio Ecclasiæ, debet procedi cum adiunctis, secus alias.*

*An coadiutor, qui non est in sacris, sed solum in minoribus, gaudeat priuilegio fori stante Concilio? nu. 97. & seq. resolutur quod, si vt talis inseruit Ecclesiæ cum clericali habitu, & tonsura, eo gaudebit, alias non.*

*An coadiutor ratione coadiutoriæ teneatur deferre habitum clericalem, & tonsuram, licet non inseruiat? nu. 99. cum sequentibus resolutur teneri.*

*An coadiutor teneatur recitare, & an possit sacris ordinari ad titulum coadiutoriæ remissiue? nu. 102.*

*An coadiutor seruiens pro coadiuto debeat exire de Capitulo, in quo tractatur de negotio ipsius coadiuti. nu. 103. cum seq. resolutur negatiue, & è conuerso coadiutum posse interesse Capitulo vbi agitur de negotio coadiutoris, nisi agatur de re spectante ad ipsam coadiutoriam, quæ spectet etiam ad ipsum coadiutum.*

*An coadiutus & coadiutor ambo possint esse in Ecclesia, vel in seruitio Ecclesiæ? nu. 107. cum seq. resolutur non posse tamquam Canonicos, posse vero vnum esse tanquam Canonicum & alterum tanquam priuatum, & vnum in Ecclesia in seruitio eius. & alterum extra in negotijs Ecclesiæ.*

*In Ecclesiis, in quibus obtinens Dignitatem non præsidet in choro, nec habet sedem, & vocem in Cap. si tamen obtinet Canonicatum simul præsidet in choro, & in Cap. an Canonicus coadiutor Dignitatis, & vt talis seruiens habeat huiusmodi præeminentiam? nu. 110. cum seq. resolutur affirmatiue.*

*In Ecclesiis, in quibus, Canonici lucrantur vestuarium residendo pluribus diebus, quam Canonici obtinentes Dignitatem, an Canonicus coadiutor Dignitatis lucretur vestuarium sui Canonicatus residendo minori tempore? nu. 114 cum seq. resolutur affirmatiue.*

*E conuerso, si aliquis obtinens Dignitatem in proprietate esset coadiutor Canonici, non lucraretur vestuarium Canonicatus residendo minori tempore, quia non lucratur sibi, sed coadiuto. nu. 117.*

*An Canonicus habens coadiutorem perpetuum cum futura successione possit optare nouam Prebendam? nu. 118. resolutur indistincte posse contra Gonçalez, & etiam vbi mutatur titulus.*

*An coadiutoria inducat incompatibilitatem? nu. 122. resolutur negatiue ad effectum vt per eã vacet Beneficium prius obtentum, licet secus ad effectum retentionis, & vt ipsa expiret per assecutionem Beneficij incompatibilis.*

*An coadiutor possit cedere coadiutoriæ, etiam inuito coadiuto? nu. 124. resolutur posse authoritate Papæ, & coadiuto consentiente authoritate Ordinar. & futuræ successioni absque consensu vtriusque.*

*An confessio coadiutoris noceat coadiuto, vel è contra? n. 126. resolutur non nocere.*

*An sententia lata contra vnum coadiutorem noceant secundo & an lata contra coadiutum noceant coadiutori à nu. 127. resolutur latas contra coadiutum non nocere coadiutori inscio, & non citato, saltem per proclama, & latas contra vnum coadiutorem non nocere secundo, nisi sint super stans coadiutoris.*

*An, si tempore datæ coadiutoriæ coadiutus esset mortuus successio locum habeat? à num. 130. resolutur negatiue contra Gonçalex. Quamuis secus vbi tunc inuabit, licet decederet antequam coadiutoria sortiretur effectum, & vbi tempore datæ Beneficium de iure vacat, & corruit etiam futura successio, si gratia coadiutoriæ est surreptitia nu. 133.*

*Decisiones & resolutiones Rotæ circa prædicta ponuntur à nu. 134. vsque ad 139.*

SOleteetiam Ecclesijs, & Beneficijs prouideri de
1 coadiutore, & aliquando † cum futura successio-
2 ne: est enim duplex coadiutoria, †quædam tempo-
ralis, & reuocabilis, altera perpetua, irreuocabilis-

que,& cum futura ſucceſſione,Mand.ſignatura gratiæ,tit.de coadiutorijs,& poſthæc Gonçalez ad reg. de menſib.gloſſ.5.§.9.*Et eas eſſe materiam ſimoniæ tradit Suar.de relig.tract.3. lib.4.c.27.nu.5. & Fr.Raphael de la Torre eodem tract q.100.art.4.diſp.3.*

3 De qua materia videndi ſunt Io. And.† in c.fin.de clerico ægrotante, vbi ponit 11. quæſtiones principales. Butr.& Card.Imola, & Abbas ibidem Domi. Francus, & alij in c.1, de clerico ægrotante in 6. Oldrad.conſ.44.Bertachin.de Epiſcopo.1.p.lib.1.q.3. & 2.p.4.l.q.13. Corſetus in reperit,c.grandi,de ſuppienda negligentia Prælator.lib.6. Lamber. de iure Patro.1.p.2.l.q.6.art.20. Rebuf.de nominatio.q.8. nu.44.& 45.alias nu.26. Gamb.de offic.legati.lib.5. Rubr.de coadiutoribus. Mandoſ.d.tit.de coadiutorijs, Campegius in tract.de coadiutore Epiſcoporũ, Coſmas Philiarcus de offic.ſacerdotis.2.p.lib.4.c.24. Flamin.Pariſ. de reſignatione Benefic. lib.7.q.20. & Quintanaduennas Eccleſiaſticon. lib.2. ex num.30. ad 38.vbi de origine,&c.

4 Coadiutoria temporalis,† & reuocabilis eſt,cum Eccleſiæ, ſeu Beneficij Rectori, qui ſenio vel morbo non perpetuo, nec incurabili, factus eſt inutilis, & impeditus miniſtrare, ſuumque officium exercere, adhibetur coadiutor, qui pro eo miniſtret, & officiũ exerceat, dando ei ſtipendium ex redditibus Beneficij.

5 Nec enim tunc clericus ſuo† priuandus,eſt Beneficio, vt Baldus in l.poſt ſuſceptum. ff.de excuſatio. tutorum,& alij malè voluerunt,ſed ſolum ei dandus eſt coadiutor, vt diximus, & probat textus in c. Rectoribus. c.ex parte, & c.fin.de clerico ægrotante, c. 1. eodem tit.in 6.c.petiſti 7.q.1. & c.1. de ſupplenda negligentia Prælatorum in 6. & Concilium Tridentinum.ſeſ.25. de reform.c.7.verſ.quod ſi docent. Bonifacius in clem.cupientes. de pœnis.nu.46. Staphil.de literis gratiæ, tit.de modis prouiſione. num. 22.Rebuf.in praxi tit.de reprobata Beneficior.viuẽtium impetratione.nu.59.Coraſ.de Benefic.1.p.c.7. nu.5.& 3.p.c.6.nu.7.& 8.Lancel.in inſtitutio. Canonicis.lib.1.tit.de coadiutore.§.1.& vlt.in textu, & in gloſ.Nauarr.conſ.1.de clerico ægrotante,P.Greg.de Benef.c.7.nu.13. & Suarez 5.to.de cenſuris, diſput. 51.ſectio.2.ad fin.Conçalez ſupra num.21.Nec ob-
6 ſtat text. in † c.tua nos, de clerico ægrotante, ibi,ab adminiſtrationis officio debet remoueri, quia intelligendus eſt debere remoueri, quoad exercitium ſolumiuxta primum intellectum Hugutij, & Laurentij, quem ponit ibi gl, verb.adminiſtrationis, quem Io.Andr. & communiter alij ſequuntur, vt per Abbatem,ibi num.4. Lancel.Nauar.& Suarez ſup.

Hodie in S. Concilio Tridentino ſeſſ.21. de refor.
7 c.6. decretum eſt, † quod illiteratis, & imperitis Parochialium Rectoribus, ſi alias honeſtæ vitæ ſint, Epiſcopi etiam tanquam Sedis Apoſtolicę Delegati coadiutores,aut Vicarios pro tempore deputare,partemq; fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignare,vel aliter prouidere poſſint, quacumque appellatione, & exemptio[n]e remota,

Quam deputationem S. Congregatio Cõcilij de-
8 clarauit † ad eum ſpectare,qui poteſt inſtituere concurſum, nec ideo Parochum, cui datus eſt coadiutor, poſſe abeſſe à reſidentia, & argui dicto decreto Epiſcopos, qui ex cauſa infirmitatis conſtituunt in Parochialibus Vicarios perpetuos, data etiam Rectori facultate de non reſidendo, vt in declarationibus ſupra d.c.6.

9 Et ex d. decreto Rota in vna Dertuſen. † Archipresbyteratus.16.Nou.1594, coram D.Penia reſoluit.deputationem coadiutoris factam ab Ordinario vigore iſtius decreti non eſſe attentatam, etiamſi ſit executa poſt appellationem interpoſitam à ſententia eius,qui iudicialiter proceſſit,&c.

10 Per quod tamen decretum † tollitur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, ſed non deuolutiuum, vt S.Congregatio declarauit, eaque appellatio poterit
11 interponi ad Metropolitanum, † nõ obſtante,quod procedat tanquam Apoſtolicæ ſedis Delegatus, niſi quando procederet contra exemptum, vt Delegatus,quia tunc eſſet ad Sedem Apoſtolicam interponenda.

12 Sacra enim Congregatio Concilij declarauit † nõ poſſe Epiſcopum prætextu, quod ſit Apoſtolicæ Sedis delegatus, declinare iuriſdictiones Metropolitani in cauſis illis,in quibus ante Concilium Tridentinum, tanquam Ordinarius poterat vti eodem iure,eademque poteſtate, vt in propoſito quando vero ex Concilio procedit, vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus in cauſis, quæ ſub eius iuriſdictione ordinaria non comprehenduntur, non poſſe ab eo, niſi ad Sedem Apoſtolicam prouocari, neque ex hoc inferioribus iudicibus vllum fieri præiudicium, vt habetur inter declarationes ad c.4.deciſ.14.& c.4.ſeſſ.21.& c.10.ſeſſ.24.de reform.& fuit etiam reſponſum Capitulo Gadicen. de quo Ceued.Collec.157. ad Decretal. *& tradit ſumm.Bullar.Quarante verb.Archiepiſcopi authoritas in addit.lit.E.& eſt declaratio S.Congreg. Epiſcoporum,quæ ponitur ibi poſt num.20.& per Genuen. in praxi cap.188. in annot. & Piaſecium in praxi Epiſcopali p.2.c.4.num.101.*

13 Coadiutoria autem perpetua cum futura † ſucceſſione non eſt iuri conformis, ſed potius à ſtylo inuenta in gratiam,& fauorem ſpecialem,Caſtad.dec. 2. de reſtitut.ſpoliator.nu.2, Mand. d.tit.de coadiutorijs. verſ.altera cum futura ſucceſſione, & in reg. 11.q.5.nu.4.Nau.conſil.2.nu.2.de clerico ægrotan. & Gonçalez ſupra num.46. *Moſconius de maieſt.milit. Eccleſiæ lib.1.p.1.cap.8 pag.173.verſ.duplex hodie deſignatur coadiutoria, & Aſor inſtit.Moral.2.p.lib.3.c.2.q. 1. ad finem,*

14 Et,vt inquit Mohed,deciſ.10.de priuil.† alias 36. ad fin.huiuſmodi coadiutoriæ hodiernæ in vtraque parte ſunt odioſæ,& exorbitantes à iure,cum ſecundum ius ei debeat dari, qui vere indiget coadiutore ad tempus impedimenti,& datur ſibi congrua ſuſtẽtatio, quorum nihil fit in hodiernis Apoſtolicis coadiutorijs, & in 2.p.cum ſint de futuro ad c.1. & 2. de conceſſ.Præbendæ,& cap.ne captandæ. cum alijs eodem tit.l.6,& Puteus deciſ.226,num.13.lib.3.ait quod coadiutoria datur propter neceſſitatẽ Eccleſiæ, cui coadiutus, non poteſt inſeruire,& in recompenſam ſuorum laborum coadiutori datur portio fructuum, & P.Greg. de Benef.c.30. num.2. ait has
15 coadiutorias, † cum ſucceſ.poſt mortem eius,cui datur coadiutor, videri de teſtabiles in iure, ſicque his verbis explicare Alexan.III, in cap.accepimus.5. de pact. qui tamen textus non videtur mihi in coadiutorijs loqui.

Vnde Ordinarius non poteſt dare coadiutorem
16 † perpetuum, & irreuocabilem, cum futura ſucceſſione,

ſione, Lambert. d.q.6.art.10. Nauarrus d.conſ.1.de clerico ęgrotante. Flam. Pariſ. de reſignatione. lib.6. q.5.nu.15. & Zecchus de Benefic. & Penſio. Eccleſ. c.7.num.8. *Et Azor d.c.3. Leo in Theſ.for. Eccleſ.c.19. num.77. & Piaſec.in praxi p.3.c.5.nu.24.* Qui dicunt
37 † ſolum Papam poſſe concedere coadiutoriam cum futura ſucceſſione.

Vnde etiam Legatus non poteſt tales coadiuto-
38 rias dare, † vt inquit Gambarus ſupra nu.13. dicens, quod de coadiutoribus, qui hodie dantur à Papa cũ ſucceſſione ad petitionem impediti, nihil ad legatum &c. Quamuis Lamber. ſupra nu.5. dubitet, an Legatus poſſet dare talem coadiutorẽ, & cum Gambaro tenet poſt hæc Gonçalez ſupra nu.91.

39 Poteus tamen † dec.236.nu.17. ait Papam de iure poſſe coadiutorem, cum futura ſucceſſione deputare, c.ſi ait. §. ecce, & c.cum autẽ.7.q.1. ſed melius ſa-
40 cit c.petijſti. eadem cauſa, & q. Mãdoſ. † d.q.5.nu.5. qui ait quod qui vellet tenere coadiutoriam cum futura ſucceſſione habere cum iure Canonico conformitatem, adducere poſſet illum textum poſt Bertachi. de Epiſcopo.q.3.d.1. & idem videtur velle Lambert. ſupra nu.4. vbi ait quod ſolus Papa poteſt dare coadiutores, cum futura ſucceſſione, ex d.c.petijſti, & ex c.2. de Præb. in 6. & ibi gloſſa, verb. vacaturis, vbi probatur, quod Romanus Pontifex non ſolum Beneficia, cum vacant, poteſt de iure cõferre, verum ius in ipſis tribuere vacaturis, ex quo textu apparet
41 iſtas coadiutorias † reſpectu Papæ non eſſe contra Concilium Lateranen. de quo in d.cap.2. de conceſ. Præben. & ſic in earum conceſſione non eſſe neceſſariam illius derogationem.

Quæ quidem coadiutoriæ, cum futura ſucceſſio-
42 ne † ante Concilium Tridentinum ſolebant à Summo Pontifice concedi, & earum formulam ponit Mandoſ. d.reg.11.q.6.

43 Tamen in d.Concilio † Tridentino, ſeſſ.25. de reform. c.7. verſ. in coadiutorijs, decretum eſt, vt nemini in quibuſcunque Beneficijs permittantur, &
44 ita obſeruatum eſt tempore Pij V. & Greg. XIII. † vſq; ad tempus Sixti V. à quo non obſtante d. Concilio conceſſæ fuerunt, & tempore Clementis VIII. concedebantur in Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus, & aliquæ, licet paucæ, in Parochialibus, abſque derogatione d.Concil.Trid. *Et hodie tempore P. uli V. paſſim concedantur, etiam abſq; literis commendatitijs, ſeu Epiſtolis capitulorum, ſeu aliquarum perſonarum capituli, aut Epiſcoporum, qua antea petebantur.*

45 Quod difficultatem patitur, † nam in conceſſionibus, & gratijs contra conſtitutiones Conciliares requiritur ad earum validitatem ſpecialis derogatio, & mentio Concilij, cui conceſſio, ſeu gratia aduerſatur; ex cap.nonnulli, ibi, vel expreſſa, & cap.de reſcript.cap.eam te. de ætat. & qualitat. melius, cap. ex parte, de capellis Monachor. Archidiac. in cap. 1. de conſtitutionibus in 6. & cum eo Bald. in l.humanum. C.de leg. num.1. not.3. *Oldrad. conſil.326. num.1.* Millis in repertorio, verb. gratia facta contra generale Concilium, Iaſon in l.fin. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam. num.4. Felyn. in d.capitul. nonnulli. num.2. & 3. vbi dicit quod non eſt de facili recedendum ab Archidiacono, quem videtur ſequi totus mundus. Decius in rubr. de conſtit.2.lect.ad finem, & in c.prudentiam.nu.18. de offic.delegat. & in cap.1.lect.1.nu.8. de iudic. & in c.at ſi clerici, §. de adulterijs. à num.39. eod.tit. Ripa in d.c.1. de indic. nu.8. Vitalis tract. clauſularum, verſ. clauſula generalis, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, 11. nu.2. Probus ad Monachum in c.fin. de conſuetudine. in 6. nu.19. Selua de Beneficijs.3.p.queſt.11. nu.31. & 4.p.q.7.nu.4. Rebuf. conſ.134. Gomez. in d.cap.1. de conſtitutionibus in 6. à num.178. Sylueſter Aldobran. Pater Clementis VIII. cõſ.1.nu.137. Mandoſ. reg.19. Cancellariæ, q.17.nu.13. & de ſignatura gratiæ, tit. de prouiſio. verſic. Beneficia valoris, & tit. de derogationib. aliis verſ. Concilijs generalibus, & tit. de Penſionibus, verſ. ſuper Epiſcopatus, Padilla in l.fin. C. de diuerſ. reſcript. nu.17. Io. Gutier. in repetit. l.nemo poteſt. ff. de legatis.1.nu.173. Cucchus inſtitut. maiorum. lib.1.tit.2. à num.3. Sarmiento lib.3. ſelectarum. cap.14. num.3. Menochius cõſ.294. à nu.11. lib.3. Anaſt. Germon. de ſacrorum immunitate. lib.3. cap.11. nu.52. & de indultis Cardinalium. §. per quæ ſublatis. à nu.57. vbi nu.74. aduertit in Cancellaria Apoſtolica ſuppleri derogationem Concilij, ſi omiſſa ſit in ſupplicatione, dummodo pars Concilij, quæ obſtat gratiæ ſit regiſtrata in corpore iuris, & Flamin. Pariſ. de reſigna. lib.6.q.2, à nu.36. Zerola in praxi Epiſcopali. 1.p.verb.penſio, & 2.p.verb.abſolutio. §.8. *Peregr.ad c.1.de iud.in 6. Tuſch.concl.557.lit.C. & concl.216 nu.79. & 80.lit.D. & D.Ioſeph. Aldrete Societatis Ieſu in 4. leg. pro regularium exemptione 1.p.c.8.num.2.19. & 23. Ioan. de Arze Solorçano de iuribus fiſc. 14.nu.19.* Enriquez in ſumma lib.7.cap.26.§.3. Caſſad. deciſ.2. de Præbend. Caputaquen. deciſ.176. & 268. p.1. *Ceſar de Graſſ. deciſ.9. ſeu 3. de reſcript.nu.12.* & Rota deciſ.122.123. & 358. num.6.p.1. diuerſorum & in Burgen. decimarum de Eſcalante 5. Iunij 1591. coram D.Orano ſupra relata. 1.p.cap.2. num.44. & in vna Valentina decimarum 9. Iunij 1597. coram D.Pamphilio in qua fuit
46 dictum, † in priuilegio requiri, quod ſit in ſpecie derogatum c.nuper, de decimis. cum ſit diſpoſitio cõciliaris, quæ cẽſetur habere clauſulam derogatoriam ad ſequentes diſpoſitiones. d.cap.ex parte, & tenuit Rota in cauſa Vlisbonen. decimarum de Bellen. de anno 1572. corã D.Robuſterio, quæ eſt d.deciſ.122, diuerſorum, & in alia Oriolen. decimarum, de anno 1586. coram Domino Orano, & ſæpius in alijs cauſis, *Idem in Valent. decimarum 28. Nouemb.1603. & 14. Maij 1604. coram D. Lancellot. & in Granaten. quarta funeralis 21. Maij 1610. coram D. Cauallerio, & alijs ſæpe, &c.*

47 Quamuis Innocentius in d.c. ex † p. de Capellis Monachorum, teneat contrarium, ſcilicet non eſſe magis faciendam mentionem Concilij, quam alterius iuris, cuius opinionem Felinus. d.num.3. ait forte eſſe veriorem per textum ibi in d.cap.nonnullis, in quo id ſpecialiter ſtatuitur; & quia opinio Archidiaconi iure non probatur, & veram exiſtimat Gambarus de officio Legati lib.10.nu.398. & in effectu Flo-
48 res quæſt.10. num.50. † & Ceuedus in Collectanea 123. ad dictum c.nonnulli, num.3. ait ſe adhærere illi ſententiæ, quod, etiamſi ſit contraria lex Concilij, valet reſcriptũ, cum clauſula derogatoria generali, & quod non ſit neceſſaria ſpecialis derogatio, & ad d.c.nonnulli, reſpondet, vt ſupra, illius deciſionem procedere, nõ quia eſt lex Concilij, ſed quia ſpecialiter fuit captum quod in illo caſu ſit neceſſaria ſpecialis derogatio, vt innuit litera textus, & ad d.c.ex par,

quod reſcriptum, de quo ibi, nullam faciebat mentionem Concilij contrarij, neque in ſpecie, neque in genere; ita, quod non habebat clauſulam derogatoriã, nec ſpecialem, neque generalem Concilij, & conſtitutionem Pontificiam a Conciliari nihil differre, tenet Alciat. paradox. lib. 6. cap. 10. *& nouiſſime Suarez de legib. lib. 8. cap. 14. num. 7. & ſequitur D. Sahagun, in c. 1. de reſcript. num. 24. dicens, generalem derogationem ſufficere, & fieri debere, & ita praxi frequentiſſimum eſſe, & Pij V. conſtitutione confirmari, eoque iure hodierno vti.*

39 Sed licet in puncto iuris, † opinio Innocentij ſit valde probabilis, iuxta dicta, non eſt recedendum a ſententia Archidiaconi, quæ eſt praxi, & ſtilo Curiæ approbata. *quicquid dicat Sahagun, num. precedenti relatus.*

30 Nihilominus tamen prædictæ difficultati † reſpondetur, Concilio Tridentino non derogari propter decretum vltimum eiuſdem Concilij, ſeſſ. 25. de reformatione, in quo declaratur, omnia in dict. ſacro Concilio ſtatuta de morum reformatione, & Eccleſiaſtica diſciplina, ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper authoritas Sedis Apoſtolicæ, & ſit, & eſſe intelligatur, & ſic Papa potius videtur vti facultate ſibi tributa, quam aliquid facere contra Concilium. Anaſt. Germon. ſupra d. num. 74. *ſequitur Aldrete d. 1. p. c. 8. nu. 20. afferens ad hoc limitationem Iacobatij lib. 5. de Conciliis art. 18. verſ. illud tamen, quod quando Concilium imperſonaliter loqueretur, permitteretque diſpenſandi facultatem, tunc ad eius derogationem ſufficeret clauſula generalis. Pro qua ſententia adducit Aretinum, & Felin. ſubditque Aldrete id poſſe multis exemplis comprobari: nam in ſecundo gradu nunquam diſpenſari Concilium præcipit c. 5. ſeſſ 24 de matrim. niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam, ſed frequenter inter infima plebis homines poſtea Romani Pontifices diſpenſarunt, & in diſpenſationibus nulla Concilij derogatio fit: idem in coadiutorijs & alijs, quæ ait omittere, in quibus iuſtiſſimis de cauſis ſummi Pontifices diſpenſant in his, quæ à S. Conc. ſunt prohibita; & tamen illius mentio nec derogatio vlla fit; non certe alia de cauſa, & teſtatur Anaſt. ſupra, quam quòd vt à Conc. derogetur Trident. non eſt neceſſe illius fieri expreſſam mentionem. Ita Aldrete.* & Rota in vna pentionis S. Angeli, 16. Decembris 1594. coram Domino Paniphilio reſol-

31 uit, quod, ſi Papa apponit † penſionem ſuper Epiſcopatu, qui non aſcendit ad ſummam mille ſcutorum, reſeruatio eſt valida, & videtur derogare Conc. Tridentino, ſeſſione 24. de reformatione cap. 13. ſi appareat habuiſſe notitiam valoris, nam Concilio Tridentino derogatur per clauſulam generalem, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, propter dictum decretum vltimum, ſeſſione 25. ad notata per DD. & Felinum in d. cap. at ſi clerici. §. de adulterijs, vbi Decius num. 39. Iacobatium. de Conciliis. lib. 5. art. 18. & quod ita fuit ſæpe deciſum, &c. & ſequitur Cardinalis Toletus in ſumma, libr. 1. cap. 41. infra relatus, 11. par. cap. vltim. num. 124. quamuis alias Rota de anno 1567. in vna Gerunden. Sacriſtiæ, quæ eſt 1. par. diuerſorum, deciſ. 48. num. 11. aliud voluerit. Et poſt hæc Gonçalez gloſſ. 6. nu. 120. ait, quod ſufficeret generalis derogatio, ſi alias apparet de intentione Papæ, licet de Concilio Tridentino ſpecialis, aut individua mentio facta non fuerit, quia propter authoritatem illius nunquam ſolet ſpecialiter derogari, ac ita ſeruari videt, & deciſum, ac declaratum audit, qui tamen variat gloſſ. 15. n. 36. *Idem in Perentina penſion. 23. Ian. 1602. coram D. Ortembergo, vbi quod ita ſæpe reſpondit Congreg. Concil. & ſequuta eſt Rota, & ita ſeruat Cancellaria, quod derogatione ſpeciali non eſt opus, ex dict. decreto vltim. ſeſſion. 25.*

*Idem fuit d. in Bonon. prioratus coram D. Manç. 9. Iun.*

32 1606. Et Pius V. anno 1570. per ſuum Motum† proprium declarauit, neque ſpeciali, neque generali derogatione Concilij Tridentini opus eſſe in quibuſuis conceſſionibus Apoſtolicis propria manu Papæ ſignatis, cuius Motus proprij tenorem, quia non habetur impreſſus, hic ponere placuit, qui talis eſt.

33 Motu proprio &c. † Cum plerumque contingat ☞ dubitari in cauſis in Rotæ Auditorio noſtro, & alibi pendẽtib. ſuper prouiſionib. & commendis, vnionib. & alijs diſpoſitionibus ac alijs gratijs Apoſtolicis, quæ contraueniunt decretis Concilij Tridentini, ſit opus ſpeciali derogatione eiuſdem Concilij, nos quæcumque dubia deſuper mota, & mouenda ſubmouere volentes, ac quorumcumque decretorum Concilij huiuſmodi tenores, præſentibus pro expreſsis habentes motis ſimili, &c. ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione declaramus, neque ſpeciali, neque generali derogatione eiuſdem Concilij opus fuiſſe, & eſſe in quibuſuis collationibus, prouiſionibus, commendis, vnionibus &c. & alijs diſpoſitionibus, de quibuſuis Beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, etiam Monaſterijs Conuentualibus & Conſiſtorialibus, ac Curam animarum habentibus quæ quomodolibet vacarunt, & vacabunt, ac etiam gratiam, & iuſtitiam concernentibus, & alijs gratijs, ac conceſsionibus Apoſtolicis per nos ac fœlicis recordation. Pium Papam Quartum prædeceſſorem, necnon quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, noſtra tamen, & prædeceſſoris, ac ſucceſſorum prædictorum propria manu ſignatis, ac Sedem Apoſtolicam quibuſuis perſonis Collegijs, & alijs pijs locis, & alias quomodolibet factis, & faciendis, ac conceſsis. & concedendis & ita per quoſcumque iudices, &c. & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quibuſuis cauſis, etiam per appellationem pendentibus, iudicari, & diffiniri debere ſublata, &c. irritum quoque determinos volentes præſentis noſtri Motus proprij ſchedulam in Cancellaria Apoſtolica publicari, & in illius libro quinterno nuncupato deſcribi: non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtilo Palatij, &c. cæteriſque contrarijs quibuſcumque, placet Motu proprio.

M

Lectus & publicatus fuit ſupraſcriptus Motus proprius Romæ Cancellaria Apoſtolica anno Incarnationis Dominicæ, 1570. die vero Sabbati 23. menſis Decemb. Pontificatus Sanctiſsimi Domini noſtri Pij Papæ Quinti, Anno, 5.

34 Ex quo S. Congregatio † Concilium declaratione Abulen. infra adducta, 5. p. c. 8. nu. 87. ad nonam. An ad derogationem S. Concilij. Tridentini ſufficiat Papam contra illud reſcribere abſque illud, ſpeciali, vel generali derogatione, vt Pius Quintus declaraſſe dicitur?

citur? sic respondit, si supplicatio manu Papæ signata fuerit, non requiritur nec specialis, nec generalis derogatio. *Accedit alia declaratio, quam adducit sum. Bullar. Quaran. verb. confessor, ad finem, tenoris sequentis. Illustriss. & Reuerendiss. Domini, Sixtus Papa V. felicis recordationis indulsit Patribus Congreg. oratorij, vt qui ex eis prænio examine ad audiendas confessiones in ipsa vrbe à Vicario approbati fuerint, extra eandem vrbem absque alio examine, de licentia tamen ordinariorum locorum confessiones libere audire valeant. Sed quia in partibus, præcipuè Neapolis, ipsis in dubium reuocatur priuilegium prædictum, sub prætextu, quod non contineat præcisam derogationem, neque mentionem aliquam Concil. Triden. sess. 23. c. 15. quo cauetur, ne quis absque propriorum diœcesanorum examine audeat confessiones audire: ideo prædicti presbyteri Congreg. oratorij supplices desiderant super hoc responsum à S. Congreg. an fuerit necessaria derogatio Sacri Conc. Trid. Congregat. Concilij censuit, si huiusmodi priuilegium fuerit, vt proponitur, a Sede Apostolica concessum, vtique omnino esse obseruandum, quamuis nullam derogationem, aut mentionem Concilij Tridentini contineat. Hæc Cardinalis Matthæus.*

35 Et ita etiam fuit declaratum in Cancellaria † Apostolica per abbreuiatores.

36 Quamuis Carrocius in repetit. reg. † cũ quid prohibetur. lib. 6. 2. p. ampliatione 1. & limitat. 1. Hoeda de incompatibilitate Benefic. 2. p. cap. fin. nu. 85. Menoch. & Zerola, & Enriquez supra dicent, quod ad derogationem Cõcilij Tridentini requiritur specialis, & indiuidua derogatio dicti Concilij. *Et Açor 3. p. lib. 8. c. 8. q. 7. quod Concil. Trident. non derogatur, nisi eius speciali facta mentione,* quod est contra praxim, & stilum Romanæ Curiæ. *Et ista est praxis, de qua D. Sabagun supra relatus num. 28. iuxta d. motum proprium, & constitut. Pij V.*

Sed & in concessionibus contra constitutiones
37 aliorum Conciliorum non est necessaria † derogatio in specie, & indiuiduo constitutionis, cui concessio refragatur, vt volunt supra citati D. maxime Felinus, Selua, Gomezius, Mandosius, Ioannes Guttierez, & Anastas. Germon. *Probus supra num. 23. & 24.* Sed sufficit dicere, vt inquit Menoch. d. num. 11. non obstante, verbi gratia, Concil. Lateranen. seu constitutione Concilij Lateranen. vt solet dici in dispensationibus ad duo incompatibilia, & in dispensatione illegitimi supra defectu natalium, non obstante Concil. Pictauien. & in dispensatione de non promouendo, non obstantibus Lateranen. & Lugdunens. Concilijs, & in commutationibus vltimarum volũtatum, non obstante Concilio Viennensi, &c.

Immo etiam generalis derogatio constitutionum
38 Conciliarium sufficiet, saltem quãdo procedit expressa derogatio alicuius Concilij, vt videtur tenere Rota in vna Conchen. exemptionis decimarum 17.
39 Martij. 1598. coram D. Orano, in † qua, Cum fuis-
ser dubitatum, an in illo casu Monialibus Sanctæ Claræ obstaret dispositio Cap. nuper, de decimis? Domini pro negatiua principaliter fuerunt moti ex confirmatione Gregorij XIII. per quam confirmantur omnes concessiones, exemptiones, & declarationes, ad fauorem istius ordinis editæ cum clausula derogatoria constitutionem, etiam in vltimo generali Concilio Lateranen. alijsque Concilijs editarũ; nam stante, quod expresse derogatum fuit alicui Concilio, sufficit pro legitima aliorum Concilio-
rum derogatione, quod subiecta fuerit clausula generalis de alijs Concilijs. Decius consil. 341. nu. 10. Probus ad Monach. in cap. cum in tua. num. 23. de consuetud. lib. 6. & post Iacobatium Couar. in 4. 2. p. c. 8. §. 9. nu. 6. idq; eo magis, quod in confirmatione legitur clausula, quorum tenores, quæ cum adiecta sit dispositioni facienti generalem Conciliorum mẽtionem, operatur indiuiduam expressionem iuxta. cons. 2. Butrij, &c. Hæc in dicta Conchen. *Cui accedit decisio in causa Bonon translationis peusionis coram D. Mill. supra adducta 1. p. c. 5. nu. 257.*

40 At Decius d. nu. 10. quem sequitur † Probus. d. nu. 23. sufficere ait quod dicatur, non obstantibus constitutionibus editis in Concilijs generalibus, & non obstare dictum Archidiaconi in d. c. 1. & Couar. loco citato, & lib. 4. variar. c. 16. num. 6. cum Iacobatio de Concilijs. lib. 5. art. 18. docet satis esse dicere, non obstante quacumque, seu aliqua lege etiam in Concilio generali statuta, quod mihi placet.

41 Et sequuntur Vinaldus in suo Candelabro † aureo, tit. de absolutione. 13. & in Appendice c. 12. nu. 22. Molina de instit. tom. 1. tractat. 2. disput. 173. & Thom. Sanchez de matrimon. lib. 3. disput. 26. nu. 7. qui dicunt de Concilijs antiquis, sufficere dicere, nõ obstante cuiuscumque Concilij determinatione, quamuis ad derogationem legis Concilij recentis, vt est Tridentinum dicant oportere, vt specialiter exprimat se derogare tali decreto Concilij, & ita praxim habere, in quo tamen fallunter, vt patet ex dictis. *Et Vinaldus in nouis editionibus id iam non dicit, vt patet d. tit. de absolutione. num. 18. & in supplement. cap. 10. num. 36. & 37. vbi deletum est id quod antea dicebat de Concilij generalis moderni seu recentis dispensatione, & generaliter & indistincte ponit, & sequitur d. doctrinam Couar.*

42 Sequitur etiam Rutilius Benconius Episcopus † Lauretanus in speculo Episcopor. de fuga. lib. 1. disputat. 1. quæst. 6. qui ait ad derogationem Concilij generalis sufficere verba, non obstante decreto cuiuscuis Concilij, nec esse opus, si Concilium sit recens, vt specificetur contra Candelabrum supra. *Et Açorem d. q. 7.*

43 Idem etiam videntur tenere Didacus Alaua † de Concilijs. p. 1. c. 2. num. 3. & Corduba lib. 4. quæst. q. circa finem, qui tenent ad derogationem Concilij sufficere saltem genericam mentionem Conciliaris constitutionis.

44 Neq; obstat tex. † in d. c. nonnulli, ibi, vel expressam. nam, vt diximus ex Felin. & Ceuedo supra nu. 27. & 28. illud procedit ex speciali prouisione illius text.

45 Derogatur etiam Concilio generali per † clausulam generalem, non obstantibus ordinationibus, & constitutionibus Apostolicis, quando concessio est motu proprio, & ex narratis apparet de certa scientia Papæ. Puteus decis. 494. lib. 2. Mandos. de signatura gratiæ, tit. de prouision. versic. derogatio dicti Concilij, & vers. quæro Papa. *Iacobatius d. lib. 5. de Concilijs, art. 18. in fin. Flam. Paris. sic intelligendus dicto lib. 6. de resignat. quæst. 2. nu. 38. & Aldrete d. alleg. 1. p. c. 8. num. 2. & idem erit, vbi est clausula, ex certa scientia, seu de plenitudine potestatis add. Felin. in d. c. 1. nonnulli, nu. 8. vers. rescriptio, Iacob & Aldrete ibi, ea enim clausulæ alias prærogatiuas vincũt, Cassad. dec. 14. n. 7. de Præb. & faciunt specialẽ derogationem, Aym. cons. 126. a nu. 5;*

Facit quod tradit Sarmiento d. lib.3. ſelectarum. c. 14.nu.11.regula 1. quæ eſt notanda ſimul cum alijs regulis, quas ibi tradit vſque ad num.14.

46 Sed,an inferior,cui Papa † cõceſſit facultatem diſpenſandi ſuper aliquo prohibito ab aliquo Concilio,non obſtante tali decreto,ſeu Concilio,teneatur diſpenſando illi decreto,ſeu Concilio derogare vide Gambarum,de offic. Legati.lib.5.rubrica, an Legatus poſſit vni plura Beneficia conferre,à nu.184.qui loquendo in Legato,ait,quod de neceſſitate non tenetur,& reddit rationem,quia Legatus ex ſe nõ poteſt derogare Legibus, & Canonibus, cap.quod ſuper his. de maiorit. & obedien,ideo diſpenſationem non validat ex derogatione,ſed ex authoritate ſuperioris,vnde in vim facultatis diſpenſabit, & ita in ſimili materia Comitis Palatini habentis facultatem legitimandi,ait,loqui Præpoſitum poſt Paul.de Caſtro in cap.poſt venerabilem. col.42. verſ.quæro ſupra dixi, qui filij ſint legitimi. *Et ſimiliter in literis datis per ſacras Congregationes Cardinalium, ſeu viuæ vocis oraculis, circa diſpenſationes, non eſt neceſſaria derogatio Concilij, cui diſpenſationes ipſa refragantur: & ita practicatur.*

47 Quando autem Papa diſponeret aliquid † contra Concilia non per viam reſcripti,ſed legis,ſeu conſtitutionis, non requiritur, vt exiſtimo, vlla derogatio etiam generalis,ex cap.1.de conſtitution.in 6.quod generaliter, & indiſtincte loquitur, & tenet ibi clarè glos. verb. noſcatur, quam ſequitur Ancharan. & hoc ait verius Fel. licet ſub verbo, forte,in d.c.nonnulli. num.5.

48 Et facit † quod tradit Sarmiento d.cap.14. nu.8. & 9. & quod tradit Sarnen. in procemio regularum Cancellariæ.quæſt.5.ad finem,& Mandoſ.regul.32. q.4.nu.9.& Syluester in ſumma,verb.lex.q.26.verſ. 3.lib.5.inſtitutionum moralium.c.16.q.3.

49 Quamuis contra teneant Iaſ. in d.fin. † C.ſi contrarius,vel vtilitat.public.num.4.Nauar.in Manuali Latino c.27. num.265. in vltimis editionibus, Gratian.reg.291.nu.4. & Anaſtaſius Germonius, de indultis Cardinalium, d.§.perquæ ſublatis. ex nu.57. ad 72.& Cucchus d.lib.1.tit.2.num.3. & 4. *Et ſentit Aldrete in dicta allegatione pro regularium exemptione 1.p.c.6.num.17.*

50 Nec mihi placet † quod docet Rochus de Curte, in c.fin.de conſuetud.ſect.7.nu.8. & 25. & Iaſ.d.nu. 4.& Duennas reg.144. num.4.ſcilicet,quod non valeat conſuetudo contra legem in Concilio generali editam, quod cenſetur habere clauſulam derogatoriam ad ſequentes diſpoſitiones contrarias, quia nimium reſtringit deciſ. d.c.fin.de conſuetud. Et eſto lex Conciliaris cenſeatur habere clauſulam derogatoriam ad diſpoſitiones † contrarias, vt etiam dicit Gom.in d.c.1. de conſtit.in 6.nu.178. Rota d.deciſ. 122. Et in d. Valentina decimarum, & alij, id non procedit reſpectu contrariarum diſpoſitionum per viam legis, ſeu iuris ſed ad futura reſcripta, vt dicit Ripa in d.c.1.de iudic.num.8.

51

52 Et quando dicatur conſtitutio Conciliaris,† vide Alauam de Concilijs,1.p.c.10.ad fin.& d.deciſ.123. 1.p.diuerſ. & Thom.Sanch.de matrim. lib.8.diſp.5. à num.6. *Et Tuſchum concluſ.556. litera C.Peregrin.ad c.1.de indic.num.3.*

53 Cæterũ,quia circa dictas coadiutorias, † quæ hodie conceduntur per Papam, cum futura ſucceſſione, fere nihil,aut parum eſt ſcriptum,operæ pretium erit, aliqua dubia, quæ circa eas ſeſe offerunt, explicare de quibus poſt hæc, viſus aliqua tractat Gonçalez ad reg. menſium, glos. 5. §.9. Et in primis præ-

54 ſupponitur † per huiuſmodi coadiutorias conſtitui quem & deputari alteri in coadiutorem perpetuũ, & irrenocabilem in regimine, & adminiſtratione Canonicatus, & Præbendæ, ſeu dignitatis (quos ille obtinet)in ſpiritualibus & temporalibus,cum plena, libera,& omnimoda facultate,authoritate,& poteſtate omnia, & ſingula, quæ ad huiuſmodi coadiutoris officiũ de iure, vel conſuetudine,aut alias quomodolibet ſpectant, & pertinent, faciendi, gereſdi, exercendi, & procurandi,ita, quod durante coadiutoris officio huiuſmodi, talis coadiutor, coadiuto abſente,vice,& loco illius eidem Eccleſiæ,vti Canonicus, ſeu dignitas deſeruire,ſtallumque in choro,& locum, ac vocem in Capitulo, proceſſionibus, alijs actibus eiuſdem Eccleſiæ habere, necnon omnes, & ſingulas prærogatiuas, præeminentias, & honores, quos principalis ratione Canon.& Prebendæ,ſeu dignitatis habet, &, ſi præſens adeſſet, haberet,atque omnia & ſingula, fructus,redditus,prouentus,iura, obuentio.diſtribut.quotidianas,& alia emolumenta quæcũque etiam anniuerſaria, manualia, & alias quomodolibet nuncupata in quibuſuis rebus conſiſtentia, quæ per ipſum principalem, ſi perſonaliter diuinis officijs, tam diurnis, quam nocturnis in eadem Eccleſ. intereſſet, lucrifieri, & percipi poſſent, in omnibus, & per omnia abſque vlla prorſus differentia pro eo lucrari, & percipere libere, & licite valeat. Solet tamen apponi clauſula, quod non poſſit neq; debeat coadiutor,niſi de ipſius principalis conſenſu, & voluntate in d.regimine, & adminiſtratione,quouis modo ſe intromittere,aut immiſcere,neq; prætextu coadiutoriæ quouis tit, ſeu cauſa quicquã petere, ſeu exigere poſſit.

55 Modo dubitatur primo,an coadiutor ſic † conſtitutus teneatur, principali volente, pro eo ſeruire, & alias teneatur ei ad damnum,& intereſſe ſubſecutũ? & Nauar.conſ.2.de clerico ægrotan.nu.3.& 4.tenet non teneri, quia Papa non obligat eum ad prædicta munera ſubeunda, ſed facit ei facultatem ſubeundi, & gerendi de conſenſu coadiuti,non enim iubet ei vt ea ſubeat, ſed quod valeat ea ſubire volente coadiuto, & quia,cum non viuat de altari quia nihil ei pro ſeruitio datur, non tenetur ei ſeruire, refert Gonçal. d.gl.5.§.9.nu.122.

Sed contrarium verius videtur,nempe,quod talis

56 coadiutor principali volente † teneatur pro eo deſeruire, & alias teneatur ei ad damnum, & intereſſe, nam quamuis in coadiutoria non dicatur, quod teneatur deſeruire,tamen eo ipſo,quod illam acceptat ex natura officij ad id tenetur; nec refert quod nihil detur ei pro ſeruitio ratione coadiutoriæ, ſibi enim imputet, qui ita illam accepit.facit reg.ſcienti & conſentienti,lib.6.maxime,quia compenſatur,cũ

57 futura ſucceſſione. In aliquibus † tamen coadiutorijs ad maiorem abundantiã, & cautelam ſolet exprimi, quod coadiutor requiſitus teneatur deſeruire, & alias teneatur ſoluere principali quicquid propterea amiſerit,ſeu lucrari deſierit. Et ita poſt hęc Gonçal.d.nu.122.dicit aduertẽdum eſſe,quod in modernis coadiutorijs non ſolum apponitur verbum poſſit, ſed etiam addit verb.teneatur, & ſic inſeruire & intereſſe

interesse tenetur, & alias teneretur ad resarciendum omne damnum, & interesse, vt expresse in ipsius coadiutoriæ literis continetur, subdit tamen Gonçal. q̃ ista residentia non erit præcisa, sed causatiua, quoad obligationem soluendi fructus proprietario ob non residentiam perditos. At ego existimo esse præcisam, & ad eam posse cõpelli, quia ipse se obligauit, seu consensit tali obligationi, & vide dicta inf. n. 122. & seq.

58 Secundo dubitatur, † an coadiutor sic constitutus princip. absente, seu ægrotante, possit pro eo deseruire, & sedere in choro, & dare vocem in Capit. absque consensu, aut eo nolente? & Nauarr. d. cons. 2. n. 5. tenet posse; & ita colligi ex prædicta concessione, non tamen posse in regimine, & administratione, & fructuum perceptione se intromittere nisi eo volente, &

59 de consensu eius, vt ex Bulla expresse patet. Sed † certe per illa verba non solum prohibetur ei perceptio fructuum, seu administratio temporalium sed etiam dictum seruitium, & assistentia in choro, & Cap. & alijs actibus Canonicalibus, nisi de consensu principalis; id enim est regimen & administratio Canonicat. seu Dignitatis. *& ita sentit Piasec. in praxi Epis. in proem. nu. 9.*

Et ita prædicta sententia Nauar. in præsenti dubio

60 † vera non videtur, & potius tenendum est d. coadiutorem, etiam principali absente, seu ægrotan. non posse pro eo deseruire, nisi de eius consensu, & voluntate. *& ita tenuit Rota in vna Eboren. distributionum 23. Octob. 1598. coram D. Cordubа, coadiutorem non posse inseruire inuito coadiuto, sed ipso petente, c. vnico. de clerico ægrotante in 6. cap. nihil contra. §. esse. 7. q. 1. Campegius de coadiutore Epis. nu. 9.*

61 Tertio dubitatur, † an habens coadiutorem sit habendus pro præsenti ratione infirmitatis, & aliorum legitimorum impedimentorum, & possit lucrari, non interessendo diuinis, sicut si non haberet coadiutorem, etiamsi coadiutor non interfit seu resideat? &

62 videbatur respondendum negatiue; † nam, cum huiusmodi coadiutores soleant dari, quia propter ætatem ingrauescentem, seu infirmitates principalis com mode deseruire, & onera perferre non potest, seu non sperat, vt dicitur, & narratur in ipsis coadiutorijs, eo impedito, coadiutor pro eo debet seruire; nihilominus tamen contrarium dicendum, est; nam, quamuis

63 propter illam causam, † & narratiuam moueatur Papa ad dandum coadiutorem, tamen non arctat, nec obligat principalem, vt eo vtatur, nec prohibet principalem vti iure suo ei alias competente, & præterea nullo iure id prohibetur, & ita tenet Nauar. d. cons. 2. num. 6. & sequitur Gonçalez d. §. 9. à nu. 116. dicens, quod non debet esse deterioris conditionis, ex eo, quod coadiutoriam habeat, neque priuilegium suum debet illi esse nociuum, & retorqueri in eius damnũ, quod ad eius fauorem est illi concessum, c. ad Apostolica. de regul. l. nõ eo minus. C. de procuratorib. quos ob gratim. de reg. ior. in 6. Alber. Brunus, de augmento & diminutione, concl. 6. Puteus decis. 44. lib. 1. *& in simili de iubilato resoluit Rota in Tirasonen. coadiutoriæ 8. Nouemb. 1599. posita infra num. 138. de quo 10. dub.*

64 Vnde etiam potest † principalis gaudere mensibus datis pro quiete, & causa recreationis perinde ac alij, siue coadiutor resideat, siue non, quia in illis non tenetur interesse diuinis, neq; per se, neque per alium, vt ibidem dicit Nauar. d. num. 6. *Sed contra prædictam dubij resolutionem clarè videtur nona declaratio S. Concreg. rituum confirmata Ereui Pauli V. infra posita, ad octauum & vltimum. Respondetur tamen, declarationem illam intelligendam esse, & procedere, cum coadiutus legitimè impeditus ratione infirmitatis, vel alias, vult coadiutorem suum nihilominus residere, & pro eo deseruire: quo casu coadiutore nolente residere coadiutus punctabiter, id est, sera descontado; ad damnum tamen ipsius coadiutoris, qui est in culpa non residendo, & sic de suo soluere coadiuto quod amisit; secus cum coadiutus legitime impeditus non vult quod resideat coadiutor, qui sine eius voluntate & consensu residere non potest: tunc enim lucrabitur coadiutus, cum ipse sit legitimè impeditus, nec coadiutor sit in culpa; ex quo non potest residere nisi de voluntate & consensu coadiuti; & sic procedit prædicta resolutio.*

65 Quarto dubitatur, † an coadiuti sit assignanda eadem sedes principalis coadiuti, & cum eadem antiquitate? Et quidem in coadiutore Dignitatis habentis certam, & assignatam sedem certum, & euidẽs est eandem sedem ei assignandam. cum talem dignitatem repræsentet, & ita practicatur, & sentit Nauar. d. cons. 2. de clerico ægrotan. nu. 5. vbi loquitur de coadiutore dignitatis; quamuis Rota in Salamantina coadiutoriæ statim alleganda, & cum ea Goncal. sup. num. 117. dicant istud cons. Nauar. nun. 5. non esse satis tutum.

66 Difficultas est † in coadiutore Canonici, seu portionarij, an sit ei assignanda sedes principalis cum eius antiquitate? an vero vltima inter Canon. si est coadiutor Canonici, & vltima inter portionarios, si est coadiutor portionarij? In qua difficultate Rota in vna Salamantina coadiutoriæ 25. Iun. 1593. coram D.

67 Penna † tenuit coadiutori Canonici non esse assignãdam sedem princip. nempe cum eius antiquitate, sed eum sedere debere vlt. loco post omnes Canon. tempore suę receptionis, & ingressus in Eccl. qui, licet coadiutor repræsentet personam principalis, & subrogatus debeat frui eisdem prærogatiuis, tamen id intelligitur respectu aliorum inferiorum, quibus præferri debet, non autem respectu aliorum Canonicorum, quos præcedere non potest, cum illi propria dignitate, & prærogatiua, coadiutor autem aliena tantum præfulgeant, illique sint veri Canonici, coadiutor vero fictus, & sedes nõ competat ratione Canonicatus, sed antiquitatis, vt latius in decis. infr. adducta ad fi.

68 nu. 134. Vbi tamen Rota † subdit, quod licet præcedentia indicarent coadiutori vltimum semper locum post omnes Canonicos assignandum, visum fuit ea adaptare ad præfatum suæ receptionis tempus, vt dictum est. Itaque vult Rota coadiutori Canonici assignandam esse vltimam sedem post omnes Canonicos proprios existentes tempore suæ receptionis, & ingressus, acquirere tamen antiquitatem respectu Canonicorum post intrantium, & eos præcedere.

69 Vnde etiam in vna Tirasonen. coadiutoriæ † 8. Nou. 1599. coram eod. D. Penna consec. Rota resoluit. quod secuta morte coadiuti, coadiutori, qui tunc efficitur verus Canonicus, assignanda est cad. illa sedes, in qua reperiebatur tempore obitus coadiuti, & consec. præferendus est Canonicis ingressis postquã illi fuerat ea sedes assignata, vt late in decis. postea

70 adducen. ad fin. nu. 138. Quod etiam † in eadem corã eod. fuit resolutum 27. Octob. 1600. per doctr. Bald. in l. 2. nu. 57. ver. sed pone. C. de seruitut. & aqua Rimin. Iunij. cons. 230. l. 2. quod, si quis sit in possess. Ca-

nonicatus, vel alterius Beneficij, licet vere Canonicus, vel Beneficiatus non ſit, ſi deinde obtineat à Papa gratiam, ſeu prouiſionem eiuſdem Canonicatus, quem poſſidebat, non indiget noua poſſeſſ. vel inſtallatione, ſed retinet illam, quam habebat cum eadem antianitatis, præcedentiæ, vel antiquitatis prærogatiua. Sed ſalua † pace tanti tribunalis Rotæ, mihi ver-
71 rius videtur coadiutori Canonici aſſignandam eſſe vltimam ſedem poſt omnes Canonicos proprios, etiam poſt eius receptionem ingreſſos, nec reſpectu eorum acquirere, antiquitatem, quamuis eam acquireret reſpectu aliorum coadiutorum ſimilium poſtea receptorum, & idem eſt in coadiutore portionarij reſpectiue, non enim æquum videtur, vt coadiutor, qui non eſt verus, & proprius Canonicus, ſed fictus, & improprius, & qui aliena dignitate fulget, præcedat verum & proprium Canonicum, & qui propria fulget dignitate.

72 Nec obſtat † quod dicitur in d. deciſ. Tiraſonen. quod iuxta ſtilum ordinarium ſimilium gratiarum adiutori conceduntur omnes prærogatiuæ coadiuto competentes ratione Canonicatus, & quod ratione Canonicatus competit primum ſedes in infimo gradu. 2. in 2. & ſic deinceps, quia reſpõdetur quod prærogatiua aſcendendi non competit ratione Canonicatus, ſed ratione antiquitatis, quam non habet coadiutor reſpectu veri Canonici.

73 Et ita ſeruatur in hac noſtra Eccleſia Abulen. † & credo in alijs, & poſt hæc ita tenet Gonçalez. d. glos. 5. §. 9. ex nu. 98. allegans d. deciſ. Salamantin. & adducens eius rationes, & fundamenta non aduertẽs, ibi, non ita abſolutè id reſolutum eſſe, ſed vt ſupra dictum eſt, nu. 68. & nu. 114. ait Gonçalez accedere etiam obſeruantiam vniuerſalem in omnibus Eccleſijs, vbi admittuntur, ſimiles coadiutores, maxime in Hiſpania, nam ſemper ponũtur in inferiori loco poſt omnes Canonicos, & ante Portionarios, quæ obſeruantia eſt optima indultorum Apoſtolicorum interpres, l. ſi de interpretatione 37. in fin. ff. de leg. l. item ſi alias. l. ſed Iulianus. 7. §. proinde. ff. ad Macedon. Put. deciſ. 15. nu. 3. lib. 2. Guttier. conſ. 2. nu. 10. Rota deciſ. 571. num. 3. & deciſ. 503. nu. 2. p. 1. diuerſor. & quæ alias ipſe tradit gl. 9. §. 1. ex nu. 39. & §. 2. à n. 63.

74 Et conſeq. † etiam mihi verius videtur, quod ſecuta morte coadiuti, coadiutori, qui tunc efficitur verus Canonicus, eſt aſſignanda vltima ſedes, ita, vt eum præcedant Canonici ingreſſi etiam durante eius coadiutoria, & poſt eius receptionem, vt etiam ſeruatur in hac noſtra Eccleſia, & credo in alijs, & ſequitur Gonçal. ſup. nu. 110. dicens clarum eſſe.

75 Nec obſtat, quod dicitur in d. dec. Tiraſo. quod † tempore obitus coadiuti nõ requiritur pro coadiutore noua collatio, quia nihilominus tunc fit verus Canonicus, & vt talis de nouo intrat; expirat enim primus tit. coadiutoriæ, & fit locus 2. tit. Canoniæ. Puteus. deciſ. 226. lib. 3. nu. 11. & 12. vltra quod noua collatio tũc requiritur, ſi coadiutoria non eſt expedita in forma gratioſa, ſed in forma dignum, vt ex ipſis literis apparet, & in praxi videmus. Nec obſtat
76 prædicta doctrina † Bald. & Rimin. quia procedit in eo, qui erat in poſſeſſ. Canonicatus, tãquam Canon. licet ſine legitimo titul. coadiutor autem durante coadiutoria nõ eſt in poſſeſſione Canon. ſed coadiutoriæ, Cota deciſ. 397. & Verallus deciſ. 64. lib. 3. in manuſcrip. de quibus inf. nu. 90. & poſſeſſ. quam tunc habebat, continuari non poteſt, cum eſſet iuris ſtricti, quod expirauit euenientè ſucceſſione, & ſic mortuo coadiuto, & coadiutore facto vero Canonico, opus eſt noua poſſeſſ. ſeu inſtallatione Canonicatus, vt ſolet fieri.

77 Cum ergo † tunc capienda ſit noua poſſeſſio Canonicatus, & iuxta antiquitatẽ poſſeſſ. & reception. ſedes competat. reg. qui prior, & c. cum cui, de præb. in 6. c. ſtatuimus. de maiorit. & obedien. Fel. in rubr. eod. tit. nu. 2. Caputaq. deciſ. 357. p. 2. Franch. deciſ. 138. nu. 2. & deciſ. 144. p. 1. Nau. cõl. 10. de maiorit. & obed. & Gonçal. ſup. nu. 110. planum videtur vltimam ſedem illi competere, nec poſſe præcedere alios Canon. exiſtentes iam in poſſeſſ. licet durante illius coadiutoria fuerint ingreſſi. Nec. l. 1. & l. ſancimus. C. de Conſulib. lib. 12. in d. deciſ. Tiraſon. allegatę probant ſententiam Rotæ, vt ex ipſis clare conſtat.

78 Quinto dubitatur, an coadiutor in ingreſſu † debeat fabricæ ſoluere quod eſt conſuetum ſolui per Canonicos de nouo ingreſſos? Et dicendũ eſt, quod non, quia tunc non ingreditur, vt Canonicus, ſed vt coadiutor Canonici, ſed illum ſoluere debebit ſecuta morte coadiuti, illoque intrante, vt vero Canonico maxime cum illa ſolutio reſpiciat tempus, quo Canonicus incipit gaudere fructibus Canonicatus, vt dicitur in d. deciſ. Tiraſonen.

79 Sexto dubitatur, an coadiutor poſſit gaudere † menſibus datis cauſa recreationis, & illos cõſumere ſicut principalis? Et breuiter dicendum eſt poſſe, ita tamen, quod dies per vnum ipſorum conſumpti non poſſint per alterum aſſumi, ſed quoad ambos remaneant cõſumpti, vt fuit reſolutum in d. Salamantina ad 2. & ſequitur poſt hæc Gonçal. ſup. nu. 13. & ſeq.

80 Septimo dubitatur, an coadiutor ægrotans, † vel alias legitime impeditus haberi debeat pro præſenti, & lucretur, ſicut lucraretur principalis? Et breuiter reſpond. affirmatiue, vt fuit reſponſum, & late deductum per Rotam. in d. Salaman. coadiutoriæ coram eodem D. Penia. 20. Iu. 1594. vt in deciſ. infra etiam adducenda ad fin. num. 135, & ſeq. poſt hæc Gonçalez ſup. nu. 15. male tamen allegans Nauar. d. conſ. 2. nu. 6. de clerico ægrotan.

81 Quod tamen intelligẽdum videtur, † quando coadiutor erat actu ſeruiens tempore ſuperuenientis infirmitatis, ſeu impedimenti, alias poſſet dari locus fraudibus in detrimentum ſeruitij Eccl. videret enim principalis, qui antea noluerat coadiutorem reſidere, quod ille erat impeditus, poſſet tunc velle, quod reſideret ad excuſandum ſe à reſidentia, & ita nullus
82 reſideret, † pro quo etiã facit quod dicitur in d. deciſ. tunc demum coadiutorem, ſicut & principalem habendum eſſe pro præſenti, & lucrari ratione infirmitatis, quando ſanus diuinis intereſſe ſolebat.

Octauo dubitatur, an principali excommunicato
83 † exiſtente poſſit coadiutor inſeruire & lucrari? In quo dicendum eſt primo eum poſſe inſeruire, & reſi-
84 dere † in Eccl. ſicut ſi non eſſet excõmunicatus principalis, quia non inſeruit, nec agit nomine excõmunicati, ſed nomine proprio, aut nomine Eccl. ex traditis per Innocen. in c. fi. de procurator. Compoſtel. in c. fin. de clerico ægrotan. nu. 17. & Oldrad. conſil. 44. nu. 2. & fuit dictum in d. Salaman. 20. Iun. 1594 quicquid ſentiat Gonçal. d. glos. 5. §. 9. num. 128.

Secundo dicendum eſt, ſi forte coadiutori aliquid
85 † de fructibus ſeu diſtributionibus aſſignatũ eſt pro

con-

congrua, seu seruitio, vt aliquãdo fit, id sibi posse lucrari non obstante excommunicatione principalis, quæ sibi non alteri debet nocere. reg. nõ debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. ff. de reg. iuris, & reg. non debet aliquis alterius odio prægrauari. in 6. cum alijs, & ita fuit resolutum in d. Salamantina coadiutoriæ, coram eodem D. Penna 9. Iun. 1595.

86 Tertio dicendum est † non posse tunc coadiutorẽ lucrari pro coadiuto excommunicato, & ad eius cõmodum, & vtilitatem, cum excommunicatus non lucretur, nec faciat suos fructus Beneficiorum, c. pastoralis. §. verum, de appellat. & dicetur infra 7. p. c. 13. ex num. 90. & ita fuit resolutum, & deductum in d. Salaman. 20. Iun. 1594. vt in dec. posita d. nu. supr. & tenet post hæc Gonçalez sup. nu. 123.

87 Nonò dubitatur, † an coadiutor habeat vocẽ actiuam, & passiuam non solum in rebus ordinarijs, sed etiam in officijs sede vacante, & prouisionibus Canonicatuum? & breuiter respond. affirmatiuè, vt apparet ex formula coadiutoriæ, & fuit resolutum in d. Salaman. coadiutoriæ coram eod. D. Penna. 1. Iul. 1594. vt in decis. inf. ponenda ad fin. num. 136.

88 Immò, & si in aliqua coadiutoria deceretur, † quod habere posset vocem actiuam in Cap. vt vidi in quadam coadiutoria nostræ Eccl. Archidiacon. de Arevalo, & Canon. non propterea excluditur vox passiua, quæ ex alijs verbis venire potest, saltem ex eo, quod subrogatur loco, & vice coadiuti, quem repræsentat, nec ad id videtur apponi verbum, actiuã, sed potius ad maiorem declarationem, & augmentum. non diminutionem.

89 Decimò dubitatur, † an Canonicus habẽs coadiutorem possit se iuuare Beneficio iubilationis in ea Ecclesia competenti, ita vt lucretur fructus, & distributiones, etiamsi coadiutor non resideat; in quo ☞ dicendum est cum Rota in d. Tirasonen. coadiutoriæ 8. Nouemb. 1599. coadiutum non priuari priuilegio iubilationis iam quæsitæ, non tamen perficere suam iubilationem per seruitium coadiutoris, nec priuilegium iubilationis coadiuto suffragari, vt latius in d. decis.

90 Vndecimò dubitatur, † quomodo intelligatur indultum coadiutori concessum, vt aliquando in litteris coadiutoriæ dici solet, quod gaudeat reg. de annali & de triennali, sicuti coadiutus, in quo dicendũ est cum Rota in vna Placentina Decanatus 31. Ian. 1597. corã D. Penna, quod intelligitur, vt transacto anno ad regulam de annali, & triennio ad regul. de triennali post admissionem ad coadiutoriam, etiam si non fuerit factus locus successioni, possit gaudere d. reg. non vero, vt illo non transacto possit gaudere annali, aut triennali prædecessoris. Et post hæc tradit Gonçalez sup. nu. 118. allegans d. dec. Placentin, & secluso indulto coadiutor non gaudet d. reg. quia nõ possidet Beneficiũ, vt per Cotam, dec. 397. in Miscellaneis manuscriptis, vbi habetur, quod in causa Toletana Canonic. de Talauera 11. Mart. 1552. corã Verallo, quod ad reg. de annali fuit dictũ, quod, si non constat de possessione Didici coadiutoris post obitum coadiut. per annũ, non sumus in casu reg. ea ratione, quia viuente coadiuto, coadiutor non dicitur possidere, idem Verallus dec. 64. l. 3. in manuscript.

91 Duodecimo dubitatur, † an in Ecclesijs, vbi sunt iudices adiuncti, iuxta c. 6. sess. 25. de refor. S. Conc. Trid. coadiutor delinquens sit puniendus cum illis, sicuti puniretur coadiutus? In quo breuiter dicendum videtur, quod, si tempore, quo contra ipsum proceditur, est in seruitio Ecclesiæ, seu actu seruiens debet procedi cum adiunctis; per arg. ab æquiparatis, & subrogatis, de quo in d. decis. Salamant. † idq; 92 maximè procedit stante clausula in coadiutoria, quod coadiutor habeat omnes, & singulas prærogatiuas, præeminentias, & honores coadiuti. † Si vero 93 tempore, quo contra ipsum proceditur, non est in seruitio Ecclesiæ, tunc non videtur procedendum cum adiunctis; quamdiu enim non est in seruitio Ecclesiæ, sed extra, non reputatur vti Canonicus, sed vti clericus priuatus.

94 Ad istum tamen effectum, vt puniatur † cum adiunctis videtur sufficere, quod esset in seruitio Ecclesiæ tempore, quo fuit processum ad aliquem actum, vt capturam, seu præceptum capturæ, aut informationem summariam, vel saltem ad faciendum caput processus contra eum: nam licèt postea desinat deseruire, videtur cum adiunctis causa prosequenda, sicut fuit incepta, per id enim videtur causa præoccupata ab adiunctis respectu Episcopi, seu eius Vicarij, qui cum eis incepit procedere.

95 E contra vero, si coadiutor non erat in † seruitio Ecclesiæ, cum per Episc. seu eius Vicarium fuit processum ad aliquem actum, si tamen ante capturam, vel citationem contra eum executam sit in seruitio Eccl. videtur cum adiunctis procedendum esse, non enim dici potest causa præuenta ab Episcopo, seu eius Vicario, ad tradita per Mascard. de probatio. concl. 1232. seu 1227. Decian. de electis. 1. to. libr. 4. c. 21. & Azeued. in l. 10. tit. 13. lib. 8. recop. Per capi- 96 turam tamen, & citationem † executã dicetur causa præuenta. ita vt, licèt postea sit in seruitio Ecclesiæ, possit nihilominus Episcopus, seu eius Vicarius eamdem prosequi sine adiunctis ad l. si quis postea, & l. vbi cœptum, ff. de iudic. & tradita per prædictos.

97 Decimoterciò dubitatur, an coadiutor, qui † non est in sacris constitutus, sed solum est primæ tonsuræ, seu minorũ ordinum, gaudeat priuilegio fori statẽ decreto Concil. Trid. sess. 23. de refor. ca. 6. de quo 98 sup. 2. p. c. 2. Et videtur † dicendum, quod si tamquã talis coadiutor inseruit Eccl. cum clericali habitu, & tonsura gaudebit priuilegio fori; ex quo ex mandato, seu authoritate Papæ Ecclesiæ inseruit, sicut gaudet qui alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruit, si vero non inseruit Ecclesiæ, non videtur gaudere, quia coadiutoria non est Beneficium Ecclesiasticum, vt constat, & dicit Gonçal. d. §. 9. num. 64. & inf. nu. 121. *& Acor 2. p. lib. 3. cap. 2. q. 4. quicquid velit Acosta de Andrada ad Bullam Cruciatæ q. 75. & 76. relatus supra 3. p. c. 1. nu. 108.*

Decimoquarto dubitatur, an coadiutor ratione 99 coadiutoriæ teneatur deferre habitum † clericalem & tonsuram? & si seruit Ecclesiæ clarum est, quod debet eum portare, non enim potest inseruire Ecclesiæ, nisi cum habitu decenti, & competenti; difficul- 100 tas est, an † teneatur eum deferre, licèt nõ inseruiat? & dicendum videtur teneri ex constit. 30. Sixti V. de qua infra 7. p. c. 1. nu. 15. & præsertim nu. 8. ex qua non solum clerici etiam clericali tantum tonsura insigniti habentes Beneficium, sed etiam habentes ius in illo, vel ad illud, debent tonsuram, & habitum clericalem deferre, sub pœna priuationis ipso facto. Et habens coadiutoriam, licèt non habeat Beneficium,

habet

101 † habet tamen ius ad illud. Nauar. in ca. ſi quando de reſcrip. prǫludio. 5. & except. 11. num. 7. *Et de orat. c. 20. num. 28. Torre d. controu. 6. de horis Canon. diſp. 6. n. 10. & 12. d. declarat. Sacræ Congreg. Rituum circa coadiutores Epiſcoporum ſupra relatarum 96.* & diximus ſup. c. 3. huius p. 10. modo. nec dubitari poteſt, quando ad iſtum effectum, ius iſtud ſit ſatis conſiderabile. *ex quo deputatus eſt talis coadiutor, nam coadiutoria conceſſa in forma commiſſaria ante executionem & deputationem a commiſſario factam, non eſſet ad effectum conſiderabile iſtud ius, ſicut nec ius acceſſus & regreſſus, tanquam conditionale in euentum vacationis, vt in d. c. 1. 3. num. 57.*

102 Et an coadiutor teneatur † recitare? diximus ſupra 3. p. c. 1. dub. 6. nu. 107. *& an teneatur facere profeſſionem fidei coadiutor Canonici, ſeu dignitatis, diximus 3. p. c. 3.* & an poſſit ſacris ordinari ad tit. coadiutoriæ, diximus 2. p. c. 5. 4. dub. ad fin. à nu. 131.

103 Decimoquintò dubitatur, † an coadiutor ſeruiēs pro coadiuto debeat exire de Cap. in quo tractatur de negotio ipſius coadiuti?

104 Et videtur debere exire, † nam ipſe coadiutus nō poterit intereſſe Cap. in quo agitur de ſuo negotio, ſeu de re ad eum particulariter ſpectante iuxta c. 44. Prætorum, vbi Auil. & l. 34. tit. 6. libr. 3. recopil. vbi Azeued. & Auend. de exequen. mandatis. lib. 2. c. 23. & Conc. Trid. ſeſ. 25. de refor. c. 6. verſ. qui ſi aliquid, ibi. Nec de re ad ſuum vel ſuorum commodum ſpectante agatur. *Et Octauius Frangipanus in directorio, Eccleſiaſtica diſciplinæ tit. de decanis collegiatis Eccleſiarum. num. 11. Bobadilla in Politica lib. 3. c. 7. a num. 45. Et Curia Philipp. 1. p. §. 1. nu. 19. vbi aiunt id intelligi, cum res ſpectat ad capitularem ratione alicuius intereſſe particularis principaliter, & non ratione officij, licèt ſecundario & acceſſoriè ei reſultet in intereſſe, de quo infra 5. p. c. 4. n. 53.* ergo nec coadiutor cum repræſentet ipſum coadiutum de cuius negotio agitur, & pro eo, & eius nomine interſit, & det vocem in Capitulo.

105 Nihilominus contrarium verius videtur, † nam vt ſup. diximus dub. 8. nu. 84. coadiutor non agit, nec inſeruit nomine coadiuti, licèt eum repræſentet, quatenus agit, & inſeruit vice, & loco illius, ſed agit, & inſeruit nomine proprio, ſeu nomine Eccleſiæ, & ſic nihil impedit eum intereſſe, & dare vocem in Capitulo, in quo agitur de negotio coadiuti: vnde videtur, quod poſſet coadiutor dare ſuffragium, ſeu votare in electione præbendæ, quam prætenderet coadiutus, & eſſet oppoſitor, & etiam pro eo ſuffragium dare. Rurſus è conuerſo, coadiutus bene po-

106 teſt † intereſſe Capitulo, & dare vocem, ſeu votum, vbi agitur de negotio coadiutoris, niſi fortè agatur de re ſpectante ad ipſam coadiutoriam, quæ particulariter etiam ſpectet ad ipſum coadiutum.

107 Decimoſextò dubit. † an coadiut. & coadiutor ambo poſſint eſſe in Eccleſia, vel in ſeruitio Eccleſiæ; & dicendum eſt non poſſe ambos eſſe in Eccleſia, tanquam Canon. ambo enim ſolum repræſentāt vnū Canonicum, non duos; coadiutus, tanquam principalis, & coadiutor, tanquam coadiutor.

108 Nihil vero impedit vnum eſſe † tanquam Canonicum, vel coadiutorem, & alterum tanquam perſonam priuatam ſine habitu Eccleſiæ etiam in choro.

109 † Rurſus nihil impedit vnum eſſe in Eccleſia, & in ſeruitio eius, & alterum extra Eccleſiam in negotijs ipſius Eccleſiæ. *& facit declarat. Conimbric. infra poſita ad octauum & vltimum, de quo ſupra nu. 64. vbi vide. Et ita conſultus reſpondi, & approbauit D. Vergas, & alij Cathedratici Salmantini.*

110 Decimoſeptimò dubitatur, † in Eccleſijs, in quibus obtinens dignitatem non præſidet in choro etiā non ſtante alio antiquiori, nec habet ſedem, & vocē in Capitulo, ſi tamen ſimul obtinet Canonicatum, præſidet in choro iuxta antiquitatem ſuæ dignitatis, & etiam in Capitulo in quo habet ſedem, & vocem iuxta d. antiquitatem ſuæ dignitatis, vt in Eccleſiæ Toletana, an Canonicus proprietarius coadiutor alicuius dignitatis, & vt talis ſeruiens habeat huiuſmodi præeminentiam?

111 Et videbatur, † quod non. cum eius principalis, & coadiutus eam non haberet, ex quo nō habet Canonicatum,

112 Nihilominus tamen dicēdum eſt † coadiutorem eam habere: nam, cum ſit coadiutor dignitatis, & vt talis ſeruiat, debet habere præeminentiam dignitatis, & cum ex alia parte ſit Canon. debet habere præeminentias Canonicis, & dignitatibus ſimul competentes: atque adeo habebit ſedem, & dabit vocem in capitulo, & præſidebit in choro iuxta antiquitatem dignitatis, in qua ſeruit, vt coadiutor.

113 Nec refert, † quod coadiutus non haberet iſtam præeminentiam, nam, id ex eo eſt, quod non habet Canonicatum, quem tamen habet coadiutor. Et cōprobatur; nam vt ſupradictum eſt dub. 8. coadiutor non inſeruit, nec agit nomine coadiuti ſed nomine proprio aut Eccleſiæ, & ita conſultus reſpondi.

114 Decimooctauò dubitatur, † an in Eccleſijs, in quibus Canonici lucrantur veſtuarium reſidēdo 90. diebus, Canonici vero obtinentes dignitatem illud lucrantur reſidendo 60. diebus, vt in d. Eccleſia Toletana, *D. Salazar de Mendoça in libello de inſtit. can. panit. §. 6.* Canonicus coadiutor alicuius dignitatis lucretur veſtuarium ſui Canonicatus reſidendo, 60. diebus tantum?

115 Et quidem in coadiutore Canonici † & dignitatis certum eſt, quod illud lucraretur reſidendo 60. diebus tantum, quemadmodum principalis cui lucratur.

116 In caſu propoſito difficultas eſt, † ex quo ſolum habet Canonicatum in titulo, & proprietate. Nihilominus tamen dicendum eſt, quod, ſi inſeruit dignitati tanquam coadiutor, lucrabitur veſtuarium ſui Canon. reſidendo tantum 60. diebus; nam, cum ſit coadiutor dignitatis, debet habere prǫeminentias, & prærogatiuas dignitatibus competentes, vt dictum

117 eſt. † Quamuis è conuerſo, ſi aliquis obtinens dignitatem in proprietate eſſet coadiutor Canonici, & vt talis inſeruiret, non lucraretur veſtuarium dict. Canonicatus reſidendo 60. diebus, ſed deberet reſidere 90. quia non lucratur ſibi, ſed coadiuto, qui ex perſona coadiutoris non debet ſuam conditionem meliorem facere, nec ratione coadiutoriæ maius cōmodum reportare. *Illud autem certum eſt, de quo fuit conſultus pro parte Eccleſiæ Lucen. Canonicum coadiutorē dignitatis in ſede dignitatis lucrari fructus & ſubuentiones ſui Canonicatus & dignitatis, ſicut lucraretur obtinens in titulum Canonicatum & dignitatem, & etiam coadiutor Canonicatus & dignitatis, non ſolum vnius perſonæ, ſed etiam diuerſarum, in ſede dignitatis lucrabitur fructus & diſtributiones vtrinque ſuis adiutis: & ita practicatur: Canonicus tamen, ſiue coadiutor Canonice reſidens in ſede Canonici, non poſſet lucrari fructus, ſeu diſtributiones dignitatis,*

*tatis, quam habet in titulum aut coadiutoriam: quia in illa sede Canonici, cum sit inferior, non potest dici seruire & interesse vt dignitas.*

118 Decimonono dubit. † an Canon, habens coadiutorem perpetuum cum futura successione possit optare nouam, & pinguiorem Præbendam, prout alij Canonici coadiutore carentes? Quam quæstionem mouet Gonçalex gl. 34. 18. q. num. 97. & ei respondet cum distinctione, aut futura successio est concessa in gratia coadiutoriæ, quoad Canonicatum, & Præbendam ordinariam illi annexam duntaxat absque illa Præbenda, seu præstimonio, in quo cadit optio; aut est concessa successio etiam quoad ad istam Præbendam, & præstimonium temporale optatum per coadiutum; in primo casu, inquit, seu potius in secundo, coadiutus optare poterit, cum nulla sit ratio, vel inconueniens, quod obstet; nec gratia coadiutoriæ, quæ est principaliter ad fauorem illius concessa, vt dixit. d. gl. 5. §. 9. n. 83. ex Put. dec. 98. lib. 2. & Rota in d. Salamantina coadiutoriæ 25. Iun. 1593. coram D. Penna, debet illi esse nociua. regula, quod ob gratiam lib. 6. in alio vero casu minime, inquit, erit locus optioni, quia, cum coadiutus dimittere non possit dictam Præbendam, seu præstimonium, quod optauerat, ex quo per gratiam coadiutoriæ est adiudicata coadiutori futuro successori, à quo auferri non potest, & consequenter cessat natura optionis, quæ est vt si ego opto maiorem Præbendam, alius etiam modernior optet illam minorem à me dimissam, sicque optionis ordo præuertitur, vt superius dixi. nu. 15. & 81. nulla ratio permittit, quod optioni locus sit, & ita
119 seruatur, hæc Gonçal. † Cuius resolutio quoad primam, non habet difficultatem, nempe, quod coadiutus possit optare quando futura successio est concessa coadiutori, quoad Præbendam, quam tunc habet coadiutus, seu postea per eum optatam. Immo tunc videbatur, quod ipse coadiutor posset optare pro coadiuto, cuius loco subrogatur; sed cum id pendeat à voluntate coadiuti, verius videtur, quod non possit optare coadiutor, nisi dicatur in coadiutoria, vt forsan dici solet in coadiutorijs Præbendarum, & Beneficiorum Eccl, vbi est ius optandi, vt colligi videtur ex d. decis. Salamantina, 25. Iun. 1593. pro quo facit, quod licet optio possit fieri per Procuratorem, tamen requiritur ad eam speciale mandatum, vel secuta ratificatio. Gemin. nu. 5. & Franc. nu. 3. in c. fi. de consuetud. in 6. & Gonçal. d. glo. 34. num. 123. *Alex. Mon. de optione cap. 4. q. 4. & ita videtur accipienda declaratio Conimbric. infra posita ad 5.*

120 Quoad secundum † verò d. resolutio magnam habet difficultatem ex dictis infra p. 5. c. 1. ex num. 334. vbi resoluimus, quod habens Præbendam reseruatam potest optare aliam, quæ subintrat in locum reseruatæ, & dimissa remanet libera, & quod quando mutatur titulus in optione, quamuis optatum non subrogetur, nec maneat reseruatum loco dimissi, tamen habens Benefi. reseruatum potest aliud optare non stante consuetudine particulari, seu obseruantia in contrarium; vnde videtur in proposito, quod Canonicus habens coadiutorem cum futura successione absolute, & indistincte possit optare maiorē Præbendam quæ subrogatur loco primæ, & in ea intranuit d. futura successio, quod maxime, & sine difficultate procedit in optione præstimonij, vbi non optantur Præbendæ, sed præstimonia, vt in Ecclesia Corduben. iuxta dicta d. cap. 1. 5. p. nu. 456. & etiam vbi mutatur titulus. videtur, quod habens coadiutorem possit optare aliud Beneficium, verbi gratia Portionarius Canonicatum, seu dimidius Portionarius portionem integram; & in primo per optionem secundi vacante succedat coadiutor ex futura successione sibi concessa, nisi fuerit consuetudo particularis, seu obseruantia, quod non habens Beneficium liberum non possit optare.

121 Vbi autem optaretur aliud † Beneficium non dimisso primo, vt si Canonicus optaret dignitatem retinendam cum Canonicatu iuxta consuetudinem Ecclesiæ, coadiutoria in Canonicatu nullo modo obesset Canonico, quominus posset optare dignitatem, sicut non obesset ei, quominus eam alias assequi posset. Et tunc haberet coadiutorem in vno Beneficio, nempe in Canonicatu, & non in alio, nempe in dignitate, in qua deberet residere nō obstante, quod coadiutor Canonicatus resideret.

*Vigesimò dub. An in Ecclesiis, vbi est optio, Præbenda vacans per obitum coadiuti, vel aliàs in mensibus ordinarij, possit optari non obstante coadiutoria: an verò ius optandi censeatur sublatum per coadiutoriam. Et dicendum est non posse optari, sed per coadiutoriam ius optandi censeri sublatum, vt in vna Capuana optionis 23. Mar. 1609. coram D. Lancell. fuit decisum per Rotam his verbis, 175. &c.*

122 Vigesimoprimò dubitatur, † an coadiutoria inducat incompatibilitatem cum alio Beneficio incompatibili cum illo, in quo quis est coadiutor? In quo Gonçal. d. gl. 5. §. 9. à n. 94. ait, quod, cum coadiutoria perpetua cum futura successione de per se non sit Ecclesiasticum Beneficium, vt tradit P. Greg. Tholo. de benef. c. 11. nu. 2. non potest inducere incompatibilitatem, vt audiui fuisse resolutum in Rota, ac tradit Gonçalus Mendez Lusitanus lib. 4. diuersorum iuris argum. c. 1. num. 8. & per totum subdens rationem, quia talis coadiutor non tenetur præcise residere, nec ad hoc potest compelli, cum Beneficium non habeat, sed solum tenetur ad causatiuam residentiam, idest si non resederit, quod non lucrabitur fructus, ac illos propter illius non residentiam amissos coadiuto satisfacere teneatur. Nec per obitum, vel cessionē coadiutoris, sed coadiuti, vacat Beneficium. Puteus dec. 222. lib. 3. nec viuente coadiuto coadiutor dicitur possidere Beneficium. Cota decis. 397. & Veral. 64. lib. 3. in manuscrip. vt supra. nu. 90. sed illa ratio,
123 quam ex Gonçalo Mendez tradit Gonçalez, † quod coadiutor non tenetur præcise residere, nec ad hoc potest compelli, sed solum tenetur causatiue, non placet, vt supra dixi 1. dub. à nu. 56. Vnde, quamuis verū sit, quod coadiutoria non inducit incompatibilitatem, cum non sit beneficium, ad effectum, vt per eam vacet beneficium prius obtentum, tamen negari non potest, quin sit incompatibilis, ad effectum retentionis cum beneficio residentiam personalem requirente, si coadiutus vult, quod coadiutor resideat, & seruiat pro eo vt debet, nisi forte in coadiutoria caueatur, quod non teneatur dimittere obtentum, nisi eueniente successione coadiutoriæ, & per assecutionem beneficij incompatibilis videtur cessare, & expirare coadiutoria prius obtenta, cum expiret futura successio, & ius ad benefi. ex ea competens, Clem. gratię, de rescrip. vbi D. & dicta infra 11. p. tr. cap. 5. num. 69. *Quamuis contra teneat D. Gonçal. Mendez Kasconcll. d. c. 1. anum. 1. dicens, coadiutoriam Canonicatus non vacare*

per

*Quem ſequitur Gratian. diſcep.forenſ.c.138.nu.49.*

*Vigeſimoſexto dub. An in electionibus, ſeu prouiſionibus, & alijs actibus, coadiutor poſſit alteri committere vices ſuas, ſicut coadiutor poſſet iuxta c.penul.de elect. in 6. vbi Doctores, Curia Piſana, & Azened.ibi lib.2.ca.7. & Villar del patronado de Calatayud 7.p. §.1.nu.13. & ratio dubitandi eſt, nam procurator ad eligendum non poteſt alium ſubſtituere, niſi de eligenda certa perſona mandatum habeat; aut niſi in ſubſtitutione diceretur, quod eligatur certa & nominata perſona, Lapus, Dominic. & Franc.nu. 3.in d.c.penul.§.porro, ita intelligentes gloſſam ibi, verb. de certa, & ſauet Abb.in c.fin.§.fin.nu.4.de offic. deleg. ergo coadiutor cum ſit procurator coadiuti, non poterit alteri committere vices ſuas.*

*Nihilominus dico rectè id poſſe, tum quia vt ſupra dictũ eſt num.84. 101. & 103. coadiutor non agit nomine coadiuti, ſed nomine proprio, aut Eccleſiæ, & ſic non eſt procurator coadiuti, ſed in eius locum ſubrogatum, & conſequenter poterit ſicut coadiutus alteri committere vocem ſuam, iuxta alias d. Tum etiam, quia eſto eſſet procurator coadiuti, non erat procurator ſpecialis ad certum negotium, ſed generalis ad negotia Eccleſiæ ſeu beneficij, & ſic ſine difficultate poterat ſubſtituere, c.1.§.fin.de procurator.in 6. & ibi Doctores, Abbas ſupra, & Ias.in l.1.ff. de offic.procuratoris Cæſaris nu.24.cum alijs.*

*Vigeſimoſeptimò dub. An habens dignitatem, ratione cuius habet vocem in Capitulo, ſeu eſt de Capitulo, ſi fiat coadiutor Canonici. vel è contra, debeat habere duplicem vocem, ſuppoſito quod habens dignitatem & Canonicatum ſimul in titulum, non habet niſi vnam vocem, vt in hac Eccleſia Abulenſi, de quo infra 11.par.cap.5. ann.211. & videtur debere habere duplicem vocem, vnam ratione ſuæ dignitatis & perſonæ, alteram ratione canonicatus, & perſonæ coadiuti quem repræſentat, & pro quo vocem dat: alias cõfunderetur vox canonicatus per deputationem coadiutoris, qui tamen datur vt melius ei deſeruiatur, vt ex tenore coadiutoriæ conſtat. Nihilominus tamen verius mihi videtur, quod ille non habet niſi vnam vocem, ſicut habens dignitatem & canonicatum in titulum: nam non debet eſſe melioris conditionis coadiutor quam proprietarius; & ſuppoſito quod in vna perſona concurrit ſeruitium dignitatis & canonicatus, parum refert, quod in vno ſeruiat vt proprietarius, & in altero vt coadiutor, nec enim coadiutor ſeruit nomine coadiuti, ſed nomine proprio, aut Eccleſiæ, vt præcedenti dubio dictum eſt. Nec dici poteſt, per dationem coadiutoris confundi vocem canonicatus; nam talis coadiutor dat vocem etiam vt canonicatus, & nõ ſolum vt dignitas, licet eius vox non computetur niſi pro vna, ſicut per prouiſionem canonicatus factam non habenti dignitatem nõ confunditur vox ipſius.*

*Vigeſimooctauò dub. An habens coadiutorem in dignitate & canonicatu ſimul per eum obtentis, poſſit ipſe reſidere & inſeruire dignitati, & facere quod coadiutor reſideat in canonicatu, vel è contra, ita vt vterque habeat vocem in capitulo. Et dicendum eſt poſſe, ſi dignitas & canonicatus fuit ſeparata, & non vnita; nã cũ tituli ſint ſeparati & diſtincti, nihil obſtat, quominus is qui eſt coadiutor vtriſque, ſeruit in vno, & proprietarius in alio, maximè cũ inde reſultet maius ſeruitium Eccleſiæ, quod per coadiutorias intenditur, & eſt earum finis, vt ex tenore ipſarum apparet. Vnde vterque habebit vocem in capitulo, ſi ratione vtriuſque tituli competit: quamuis in vna perſona non daretur ratione vtriuſque niſi vna vox, vt in dubio præcedenti.*

*Vigeſimononò dub. An coadiutor dignitatis, ſeu canonici, poſſit eſſe index Apoſtolicus, ſeu delegatus Papæ, iuxta cap.ſtatutum.de reſcriptis. in 6. & index ſynodalis deſignari, iuxta decretum Concilij ſeſſ.25.de reform.ca. 12. Et videtur dicendum quod ſic: nam coadiutor ſubrogatur in locũ dignitatis, ſeu canonici, & eius prærogatiuis, præeminẽtijs, & honoribus gaudet, vt ex forma coadiutoriæ apparet. Et declar. Conimbr. infra poſita ad 2. & 5. & ita docet Acoſta de Andrada ad bullam Cruciatæ q.75. quod prædicti coadiutores gaudent omnibus priuilegijs canonicorum eliguntur enim tam conſeruatores, & a Sede Apoſtolica deputãtur iudices Apoſtolici. Quod tamen procedit, quando tempore commiſſionis & deſignationis eſſet in ſeruitio Eccleſiæ: nam quandiu non eſt in ſeruitio eius, non deputatur vti dignitas, ſeu canonicus, ſeu vti clericus primatus, vt alias dixi ſupra num.92. ſufficietque tempore commiſſionis eſſe in ſeruitio Eccleſiæ, vt de cauſa commiſſa poſſit cognoſcere, licet poſtea ſeruire deſinat: argument.eius quod docet gloſ.in d.c. ſtatutum, verb.canonicus, verſ. Et ſi tempore data, quam ſequuntur communiter Doctores ibi, & in c.quoniam Abb. de offic.deleg. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa. limit.4. n.4. Flam.Pariſ.de reſignæt.benef.lib.1.q.11. Ceuallos q.666. & Gratianus diſcept.forenſ.c.92. a nu. 1. & eſt declaratio ſacræ Congreg.Concilij adducta per Flamin.ibi num. 14. & per nos infra 9.p.c.2.num.351.*

*Sed non ſufficit, quod tempore quo fuit deſignatus in ſynodo in iudicem ſynodalem eſſet in ſeruitio Eccleſiæ, ſi tempore quo cauſa fuit ei commiſſa vti iudici ſynodali, vel tempore quo reſcriptum directum in communi iudicibus ſynodalibus in tali ſynodo ſeu diœceſi deputatis, & eorum cuilibet, fuit ei præſentatum, non eſſet in dicto ſeruitio; nam in iudicibus ſynodalibus non ſolum requiritur qualitas neceſſaria, habilitas & aptitudo tempore deſignationis, vt in dicto decreto Concilij, ſed etiam tempore commiſſionis, quo tribuitur iuriſdictio, ſaltem habitu, vt infra 5.p.cap.1.num.349. aut tempore præſentationis reſcripti, quando dirigitur iudicibus ſynodalibus in communi & eorum cuilibet, quia tunc videtur habitus reſpectus ad iudices ſynodales, qui ſunt tempore præſentationis.*

*Commiſſio autem facta dignitati, ſeu canonico, non tranſit in eius coadiutorem, non ſolum quando fuit expreſſum nomen proprium. ſed etiam quando non fuit expreſſum: nam coadiutor quamuis repræſentet dignitatem ſeu canonicum, non tamen eſt vere dignitas ſeu canonicus, antequam ſuccedat, vt in dicta declaratione Conimbricenſ. ad 2. & declaratio circa coadiutores Epiſcoporum ſupra relata nume. 69. Sicut commiſſio facta Epiſcopo non tranſit in eius vicariũ, vt dicitur infra 6.part.cap. 2. Immo ex iſta ratione, quod coadiutor non eſt verè dignitas, ſeu canonicus, abſolutè dicendum videtur, coadiutorem dignitatis, ſeu canonici, non poſſe eſſe iudicem Apoſtolicum, nec iudicem ſynodalem deſignari. Quamuis enim coadiutor ſit in ſeruitio Eccleſiæ, adhuc non eſt dignitas, ſeu canonicus, & ſic non habet qualitates d.c.ſtatutum; & faciunt traditа ſupra dict.69.circa 12. dubium.*

*Nec obſtat quod ait Acoſta de Andrada ſupra, quod coadiutores eliguntur iam in conſeruatores, & a Sede Apoſtolica deputantur iudices Apoſtolici; non enim credo, quod coadiutores in ſpecie, & ſcienter a Sede Apoſtolica iudices deputentur, ſed quod aliquando a partibus virtute commiſſionum generalium, ſeu proceſſus fulminati, aſſumpti ſint in iudices per errorem, & ignoranter; & ſi aliquando nominatim coadiutores a Sede Apoſtolica deputati ſunt iudices, deputarentur certè vti Canonici ſeu dignitates, & non vti coadiutores; quia pars quæ eos peteret in iudices, eos Canonicos ſeu dignitates nominaret, prout vulgariter nominantur.*

Trige-

*Trigeſimò Dub. An coadiutor gaudeat priuilegijs & indul tis de percipiendis fructibus in abſentia, quibus coadiutus gau dere poſſet, verbi gratia, priuilegio de percipiendis fructibus ratione ſtudij, aut lectura in aliqua vniuerſitate, de quo ſupra 3.p.c.3.4 num.54. & ratione ſeruitij Epiſcopi, de quo dicto cap. 2.4 nu. 345. & ratione officij ſanctæ Inquiſitio nis, de quo d.c.2.nu.356. ita vt coadiutor exiſtens in ſtudio, aut in ſeruitio Epiſcopi, vel officio ſanctæ Inquiſitionis, de beat haberi pro præſenti & reſidente, & lucretur fructus prabenda coadiuto non reſidenti.*

*Et videtur quod non; nam iſta priuilegia ſunt, vt percipiat quis in abſentia fructus ſuorum beneficiorum, coadiutus autem non percipit, nec lucratur fructus ſia beneficij, ſed alte ri, & pro altero, non per ſe.*

*Sed in contrarium eſt, quod coadiutor gaudere debeat dictis priuilegijs, ſicut poſſet gaudere coadiutus quem repræ ſentat, & in cuius locum ſubrogatur, quemadmodum gau deret diebus recreationis, & priuilegio infirmorum, vel alias legitime impeditorum, vt ſupra dictum eſt, 6. & 7. dub. per argum. ſubrogatis & æquiparauit, de quo Enerard. loco a vi ſubrogationis: & conducit dicta declaratio Conimbricenſ. ad 2. & 5. Nec obſtat quod iſta priuilegia ſint, vt percipiat quis in abſentia fructus huiuſmodi beneficiorum, nam important etiam quod habeatur pro præſente & reſidente: quod recte cadit in coadiutore, qui ita percipiet, & lucrabitur fructus pro coadiuto: coadiutor tamen, qui dictis priuilegijs vellet gaudere, ſi quid ex eis minus perciperet & lucraretur quam reſidendo & intereſſendo, vt tenetur, coadiuto petenti de beret de ſuo id ſatisfacere coadiuto, vt horas & diſtri butiones quotidianas, quas exiſtens in ſtudio, aut ſeruitio E piſcopi, non lucratur: non enim deberet gaudere dictis priui legijs cum damno tertij & coadiuti, cui ſe obligauit accipien do coadiutoriam, &c.*

*Nihilominus prima pars verior eſt, quod coadiutor non gaudeat dictis priuilegijs, ex illa ratione, quod eam ſunt, vt quis percipiat in abſentia fructus ſuorum beneficiorum, non alterius. Nec refert quod imputentur etiam quod habeatur pro præſente & reſidente: nam [illegible] etiam eſt quoad ſua beneficia.*

*Accedit etiam, quod ſi ex dictis priuilegijs coadiutor ha beretur pro præſente, & reſidente, & lucraretur fructus Prabenda coadiuto non reſidente, duo ſpecialia, & duæ fictio nes circa idem concurrerent, contra reg. legis prima, vbi glo. & Doctores, C. de dotis promiſ. cum alijs de quibus Ene rard. loco à vi fictionis. nu. 1. & 2. & loco a toleratione in conuenientis, Maſdof. reg. 1. Cancell. q. 6. nu. 8. & 9.*

*Nec obſtat quod coadiutor gaudet diebus recreationis, & priuilegio infirmorum, vel alias legitime impeditorum, in iſtis enim eſt diuerſa ratio; nam quantum ad dies recrea tionis coadiutor non debet arctari ad continue reſidendum, ſeu ad maiorem reſidentiam quam coadiutus. Similiter quo ad impedimentum infirmitatis, & alia huiuſmodi impedi menta, quæ ſunt ordinaria, & ita cadunt in coadiutore ſicut in coadiuto, non erat æquum, coadiutorem ſic impeditum arctari ad reſidendum magis quam coadiutus. Priuilegia autem, de quibus in præſenti dubio, non recte conueniunt coadiutoribus, ex rationibus adductis, maxime cum im portent cauſas extraordinarias abſentiæ, quæ non debent prodeſſe coadiutoribus, qui dantur vt ſuppleant pro coa diutis.*

*Nec obeſt dicta declaratio Conimbric. nam iſta non ſunt priuilegia expreſſa in coadiutoria, nec ſunt priuilegia conceſſa veris Canonicis, quibus coadiutor poſſit uti ad vti litatem & commodum coadiuti, cum ea non competerent ex perſona coadiuti, ſed ex perſona ipſius coadiutoris, ad ſuamque vtilitatem, & commodum. De priuilegio autem ſpeciali conceſſo coadiuto certum eſt, quod non prodeſt coa diutori, quia priuilegium perſonale perſonam ſequitur, reg. pri uilegium. in 6. l. in omnibus, & l. priuilegia, ff. eodem, cum alijs: ſicut priuilegium inhibitionis coadiuto acquiſitum nõ ſuffragatur coadiutori, vt in Traſonen. coadiutoria, 8. Ne nemb. 1599. & ſup. 10. dub.*

*Trigeſimoprimò Dub. Vbi Canonici, ſeu beneficiati Eccle ſiæ Cathedralis [illegible] ea ſeruientes habentur pro præſentibus & ſeruientibus in alijs beneficijs ſeruitorijs, quæ obtinent in eadem Ciuitate vel dioceſi, & vt tales fructus ſeu reditus illorum percipiunt, vt in Eccleſia Conchen. an ſeruiens vt co adiutor potiatur iſto priuilegio,*

*Et videbatur quod ſic, per dictum argum. à ſubrogatis & æquiparatis; quia coadiutor habet prærogatiuas principali competentes.*

*Coadiutus tamen quandiu ſeruit per coadiutorem non potietur iſto priuilegio, quod ſolum competit ratione ſer uitij perſonalis, ſicut dicitur de priuilegio inhibitionis in d. Traſonen. coadiutoria, & d. 10. dub. & alias po tirentur duo dicto priuilegio ratione vnius ſeruitij, nem pe coadiutor ſeruiens quoad ſua beneficia, & coadiutus quoad ſua: quod eſſet abſurdum, & in magnum damnum Eccleſiarum.*

*Sed verius eſt, quod coadiutor non potiatur iſto priuile gio, quia vt dictum eſt, non eſt vere Canonicus, ſeu benefi ciatus, & iſtud priuilegium eſt in fauorem Canonicorum, ſeu beneficiatorum. Nec obſtat argumentum a ſubrogatis & æ quiparatis, quia coadiutor non ſubrogatur in locum coadiuti, nec ei æquiparatur abſolute, & in omnibus, ſed quantum ad ſeruitium & reſidentiam, & alia in coadiutoria expreſſa, et circa ſeruitium tantum habet prærogatiuas principali compe tentes, vt ſupra dictum eſt nu. 96.*

*Vnde etiam non obſtat huic reſolutioni, & alijs ſupra tra ditis, dicere, quod coadiutor eſt ſaltem Canonicus fictus, ſeu dignitas ficta, vt dicitur in dec. Salmant. coadiutoriæ 27. Iunij 1593. & ſupra nu. 67. & quod tantum operatur fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero l. 1. in fin. princip. C. de rei vxoriæ act. cum alijs, Enerar. loco à vi fictionis, nu. 4. Felin. c. inſolitæ, de maiorit. & obed. nu. 3. & Gonçalez in reg. menſium. gloſ. 51. nu. 28.*

*Nam reſpondetur, coadiutorem non eſſe Canonicum fi ctum, ſeu dignitatem fictam abſolute, & quoad omnia, ſed quodammodo quoad ſeruitium, & expreſſa in coadiutoria, immò in rigore nec eſt Canonicus fictus, ſeu dignitas ficta, quia nec ius, nec Papa eum talem fingit.*

*Trigeſimoſecundò dub. An coadiutor tempore conceſſio nis coadiutoriæ debeat habere ordinem, quem requirit di gnitas, Prebenda, ſeu beneficium, an vero ſufficiat quod ſit clericus, & legitimæ ætatis ad ordinem requiſitum. Et vi detur debere habere illum ordinem, argumen. cap. nemo, de election. in 6. Sed eo non obſtante dico, id non eſſe neceſſe rium, ſed ſufficere clericatum, & legitimam ætatem ad or dinem requiſitum, argumen. cap. licet canon, & cap. com miſſa, de elect. in 6. & Clem. vnic. de offic. Vicarij, & quæ ibi notantur, & per Ioann. And. in ca. fin. de clerico ægrot. vt enim dicitur infra 7.p.cap.4. num vlt. eadem habilitas & idoneitas, quæ requiritur & ſufficit ad titulum benefi cij, requiritur & ſufficit ad coadiutoriam; & ita tenuit Rota deciſ. 347. num. 3. lib. 3. p. 3. diuerſ. & apud Merall. deciſ. 127. p. 2. vbi reſpondetur d.c. nemo, ſequitur Flamin. Pariſ. de relig. lib. 4. q. 9. nu. 19. & Gonçalez ad reg. men ſium. gloſſ. 5. §. 9. nu. 6. & 90.*

*Modò ſuccedit difficultas, an coadiutor debeat promo ueri infra annum ad illum ordinem. Et videtur quod ſic,*

argum.

argum. dictorum iuris, & iuxta dicta precedenti parte, cap. 4. a num. 2. intelligendo infra annum, ex quo residet et inseruit, seu cepit residere; si enim nunquam resedit seu inseruijt, quia coadiutus non vult, non tenebitur promoueri, ex quo non habet exercitium coadiutoriæ, sicut habens curam habitu & non actu, non tenetur ad sacerdotium promoueri infra annum, nisi ex quo illam habet actu, vt dicūt gl. & Doctores in d. c. licèt canon, Rebuff. in praxi tit. de non promotis. nu. 34. & seq. & alijs, & dicitur infra 5 p. c. 3. a nu. 103. circa quod vide infra dub. 34.

*Trigesimo tertiò dub. An coadiutor Canonici teneatur ad onera Canonicorum iuniorum, an vero tantum ad onera sui coadiuti. Et videtur teneri etiam ad onera Canonicorum iuniorum, nam vt supra dictum est dub. 4. coadiutor sedet post omnes Canonicos, & sic habetur tanquam Canonicus iunior.*

*Nihilominus dicendum est, non teneri ad illa, sed solum ad onerosa sui coadiuti: nam licet sedeat post omnes Canonicos, id non est ex eo quod sit Canonicus iunior, sed quia non est vere Canonicus, & fulget aliena dignitate, non propria, sicut alij, vt ibi dicitur, & ipse subrogatur loco coadiuti, & pro eo seruit, & sic tenetur ad onera illius, non ad alia, per d. argum. de subrogatis. Et ita censuit S. Congreg. Rituum in declarat. Conimbric. infra adducta ad 7.*

*Trigesimo quartò dub. An mulctæ, quæ solent imponi Canonicis, & Prebendatis ob culpas, & defectus in seruitio commissos, possint similiter imponi coadiutis ob huiusmodi culpas & defectus a coadiutoribus commissos. Et videtur quod sic; nam cum coadiutor subrogetur loco coadiuti, & pro eo seruiat, culpa & defectus coadiutoris censetur culpa & defectus coadiuti, qui habebit recursum contra coadiutorem, vt de suo ei satisfaciat illum damnum; alias enim non esset in quo mulctarentur culpæ & defectus coadiutorum, & esset melioris conditionis quam veri Canonici & Prebendati, cederetque in detrimentum Ecclesiæ, ac seruitij eius. Et confirmatur, nam quamuis seruiat coadiutor, nō nominatur ipse, sed coadiutus in tabulis chori, ac libris seu chartis punctatorum: & ita practicatur. Vnde si coadiutor intra annum non susceperit ordinem annexum, vt teneri dixi supra dub. 32. ex tunc non solum amittit vocem in Capitulo, vt dixi supra num. 84. sed etiam dimidiam partem distributionum, iuxta Clement. vt ij qui. §. illi vero. de etat. & qualitat. & de suo debebit satisfacere coadiuto illam dimidiam partem distributionum sibi subtractam culpa ipsius coadiutoris. Pœnæ tamen iudiciales, & quæ non haberent rationem mulctæ ordinariæ, non possent imponi coadiuto, nec eius Prebendæ ob culpam coadiutoris sed ipsi coadiutori, non obstante statuto contrario, quia esset iniustum, & cōtra ius, nisi forte esset a Papa in specie confirmatum.*

*Trigesimoquintò dub. An capitula Ecclesiarum possint non admittere ad seruitium Ecclesiæ coadiutores, aut illis limitare suam potestatem, authoritatem, & prærogatiuas, Et dicendum est non posse, sed teneri illos admittere, & obseruare illis suam potestatem, authoritatem, & prærogatiuas in omnibus, sicut Papa disponit, contra cuius dispositionem inferiores nihil possunt, c. cum inferior 21. distin. c. cum inferior. de maiorit. & obed. & Clem. ne Romano, de elect. cum alijs: quamuis secus faciant aliqua capitula putantia posse facere, disponere, & ordinare, dare leges, & ponere cōditiones prout sibi videbitur expedire.*

*Trigesimosexto dub. An coadiutores possint petere congruam sustentationem a coadiutis. Et breuiter respondetur posse, si vti coadiutores deseruiunt, ex cap. cum secundum Apost. in princip. de Prebend. & cap. 3. de cleric. ægrot. vbi Abbas num. 5. & alij cap. 1. eodem in 6. & Conc. Triden. sess. 21. de reform. cap. 6. Nauarr. consil. 2. de cleric. ægrot. num. 1. & 7. & de orat. cap. 20. num. 18. Gonçalez in reg. mensium, gloss. 5. § 9. num. 96. nisi aliud caueatur in coadiutoria, vt solet. Hodie enim in huiusmodi coadiutorijs cum futura successione consuetum est poni clausulam, qua partes ita conueniunt, quod coadiutor non possit petere congruam, nec quicquam exigere quouis titulo, ratione coadiutoriæ, vt supra retuli num. 54. prout in casu d. consil. Nauar. 2. etiamsi non narretur coadiutorem habere beneficium, seu vnde se valeat sustentare, vt vidimus: quicquid sentiat Gōçalez supra num. 92. & tunc cum ipse coadiutor sic acceperit coadiutoriam, nihil potest petere; facit reg. quod semel, & regul. sciente in 6. & nihilominus non potest recusare sit nitium principali volenti, vt contra Nauarr. d. consil. 2. num. 4. dixi supra dub. 1. Quamuis si coadiutor ob paupertatem magnam non valeat decenter seruire Ecclesiæ, posset excusari a seruitio, nec principalis posset ad illud acta re, seu compellere, nisi dando ei aliquid, quo decenter & honestè valeat deseruire.*

*Trigesimoseptimò dub. An in gratiam coadiutoriæ sit facienda mentio de obtentis coadiutorijs, scilicet de beneficijs quæ habet is, qui deputatur coadiutor. Et breuiter dico quod sic, saltem ratione futuræ successionis, quæ ipsi conceditur, quæ est gratia beneficialis, seu de beneficio: & sic intra. decisio text. in cap. si motu proprio. de Prebend. in 6. cum alijs, & quod dixi 1. part. cap. 2. a num. 122. atque ita seruatur.*

*Trigesimooctauò dub. An si non fiat mentio de obtentis coadiutoris, tota gratia coadiutoriæ vitietur, & sit surreptitia, & nulla, an vero solum quoad futuram successionem.*

*Et videtur solum vitiari quoad futuram successionem, non vero quoad deputationem coadiutoris: quia deputatio coadiutoris non est gratia de beneficio, vt patet ex supradictis, nec iure aliquo cauetur, quod in ea fiat mentio de obtentis, & vtile per inutile non vitiatur in separabilibus & diuiduis, qualis est ista gratia, reg. vtile. lib. 6. cum alijs.*

*Nihilominus tamen verius videtur totam gratiam vitiari, & esse nullam, nam licet de se sit diuidua, & separabilis, tamen ex intentione Papæ, & ipsius coadiutoris est indiuidua: non enim coadiutor vult coadiutoriam, quæ est onus sine futura successione, ratione cuius principaliter accepit ipsam coadiutoriam cum magna impensa: & huic intentioni conformatur Papa, qui in præmium & remunerationem oneris, & laboris coadiutoriæ, dat futuram successionem ipsi coadiutori, & concedit coadiutoriam cum futura successione non alias, & per se: correspectiuum enim, & indiuiduum, resultat ex voluntate partium, Aym. in q. de immunit. mulier. num. 42. & 43. Caputaq. decis. 206. num. 5. par. 1. & ex intentione partium totum negotium fit indiuiduum; & ideò vtile per inutile vitiatur. l. Pedius. §. 1. ff de arbitr. Francin d. reg. vtile. num. 28. fallent. Iaf. in l. 1. § sed etsi mihi num. 5. ff. de verbor. obligat. & ibi Alciat. & alij, Rota dec. 318. num. 3 par. 2. diuersor. & Gonçal. Mendez Vasconcell. diuersor. iur. argum. lib. 2. c. 16. & lib. 4. c. 17. vbi latè de d. reg. vtile, dicitur alias supra 2. p. c. 1. num. 53. & conducit ad propositum quod dixi supra dub. 21. ad finem, num. 123.*

132 Nec obstat, † quod in literis exprimitur, quod sit locus futuræ successioni, etiamsi Beneficium vacet de tempore datæ, nam intelligitur etiamsi tunc de iure vacet, quia fortè coadiutus possidebat de facto sine legitimo titulo, non vero, si de iure, & de facto vacet, vt ex verbis ipsarum literarum clarè constat, vnde etiamsi gratia coadiutoriæ est surreptitia, quia
133 fortè ætas, † aut infirmitas coadiuti, vel alia causa

narra-

narrata non eſt vera, corruit etiam futura ſucceſſio, de quo vide infra p.5,cap.1.nu.174.

334 Reſtat ponere deciſiones † Rotæ in cauſa Salamatina,& Tiraſonen.coadiutorię de quib.ſupra meminimus eas allegando,quæ ſic ſe habent,

*Salamantina coadiutoriæ.25.Iunij.1593. coram D. Penna.*

335 FAelicis recordationis Sixtus Papa V, ann.Dom. 1589. D. Anton.de Oquendo Canonico Eccleſiæ Salamantinæ coadiutorem perpetuum, & irrenocabilem cum futura ſucceſſione in Canonicatu dedit Ioann. Baptiſtam Polanco, hoc tenore verborum. Nec non omnes,& ſingulas prærogatiuas præeminentias, & honores in eiſdem choro, altari, Capitulo, & proceſſionibus, nec non actibus Capitularibus, tam intra, quam extra ipſam Eccleſiam Salamantinam, quos præfatus Antonius ratione Canonicatus, & Præbendæ habet, & ſi præſens adeſſet, haberet, ipſe Ioann. habeat,cum vigore Apoſtolici reſcripti ſuper dictæ coadiutoriæ gratia expediti, & præſentati, venerabile Capitulum Eccleſiæ Salamatinæ prædictum Ioannem Baptiſtam in poſſeſſionem officij coadiutoris legitimè immiſiſſet,& dum abſente D. Antonio Ioannes in Eccleſia reſediſſet, inter ipſum, & Capitulum ortæ ſunt ſequentes dubitationes, de quibus Rotæ tribunal conſulentes eius decreto, & ſententiæ parere promiſerunt,Prima,an Ioanni coadiutori aſſignanda foret ſedes D.Anton.cũ antiquitate prædicti Anton. Canonici? num, cum hanc ſedem prætenderet ſibi aſſignandam Ioannes Capitulum exiſtimabat ei deberi vltimam ſedem inter omnes Canonicos, & magis antiqua inter omnes Portionarios. Altera dubitatio erat, vtrum Ioannes coadiutor poſſet dies gratiæ petere, & conſumere? nam, cum Concilium Trident. & Eccleſiæ Salamantinæ conſtitutiones quodlibet anno indulgeant Canonicis tres menſes recreationis, quibus ab onere reſidendi liberantur, prætendebat coadiutor, ſe iſto beneficio poſſe frui, contra vero Capitulum ſentiebat. Tertia,nunquid coadiutore ægrotante carcerato,vel aliquo alio legitimo impẽdimento detẽto haberi deberet pro præſenti & perinde foret computãdus, & lucraretur Eccl.emolumenta,ſicut computaretur, & lucraretur Ant. Canonicus proprietarius, & verus?Quarta erat,an exiſtente Anton. Canonico proprietario,& vero excommunicato poſſet tunc inſeruire, & lucrari Ioannes coadiutor? Quinta,& vltima erat, an Ioannes coadiutor poſſet habere vocẽ actiuam,& paſſiuam in Capitulo tam in rebus Ordinarijs, quam in officijs ſede Epiſcopali vacante,& in iuriſdictione de la Valdobla, quam Capitulum Salamantinum exercet, & inferendis ſuffragijs in promiſionibus Canonicatuum ad Capitulum pertinentium? Cauſa itaque per me poſita die 10. Mar. Dominis diſſentientibus non potuit capi reſolutio, ſed ordinauerunt,quod in ſingulis poſitionibus diſcuterentur duo tantum dubia. Vnde propoſita iterum cauſa ſub die 25. Iunij ſuper duobus primis dubijs, quantum ad primum cenſuerunt Ioanni coadiutori non eſſe aſſignandam ſedem Anton. cui datus fuerat coadiutor, ſed eum ſedere vltimo loco poſt omnes Canonicos tempore ſuæ receptionis, & ingreſſus in Eccleſia, qui, licèt coadiutor repræſentet perſonam illius,cui datur coadiutor,& ſubrogatus frui debeat eiſdem prærogatiuis, quibus fruitur ille, in cuius locum ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus,l.filiæ ſuæ. §. Titiæ. ff. de condit. & demonſtr.l.in duobus.§.1.ff.de iureiurando. id intelligitur reſpectu aliorum inferiorum, quibus præferri quidem debet; non autem reſpectu aliorum Canonicorum parium ipſi coadiuto, quos præcedere non poteſt,cum illi propria dignitate,& prærogatiua,coadiutor autem aliena tantum præfulgeat, nec dubiũ ſit eos,qui propriæ authoritatis lumine fulgent,illis præferri qui aliena luce coruſcãt, aut vices aliorum gerunt,Purpur, in l.1.ff.de offic.eius cui mandata n. 632.verſic.& quoad cæteros Decius in cap.ſane. lib. 2.nu.12.de offic. deleg. verſ. & habito reſpectu, & verſ. & reſoluendo omnia ſupradicta, Iacob. de Nigris in rep.d.l.1.nu.14. Alciat.reſp.199.nu. 336.Menoch. conſ.51.num.24.lib.1.ſupradictis addebatur, quod coadiutor viuente coadiuto dicitur datus in gratiam ipſius coadiuti. Puteus deciſ.98.li.2.& 226. lib.3.& ideo coadiutor vocatur etiam Canonicus fictus, & conſequenter non debet præferri veris Canonicis cum verum ficto præferri debeat.cap. fraternitatis, de frigidis, & malefic. cap. cum venerabilis, de relig.domib.vnde prudenter Gemin. conſuluit canonicos veros fictis eſſe præferendos.conſ.138.nu.1. in fin.& nu.ſeq. Rebuf.in praxi tit.de reſcrip. etiam perinde valere.nu.30.quamquam enim in hac materia regula tradi ſoleat,inſpiciendam eſſe formam reſcripti conceſſionis coadiutoriæ, Ioann.And. in cap. conſultatio,de clerico ægrotante.nu.8.& 9. & in coadiutoria diceretur, quod Ioannes haberet omnes prærogatiuas Ant. competentes, quæ verba ſua latitudine indicare videbantur coadiutori deberi quæcumque Ant.iure proprio debebantur: nihilominus Domini conſiderabant illa reſtringi per alia verba in reſcripto appoſita, videlicet ratione Canonicatus, ex his enim apparebat in gratia fieri diſtinctionem inter illa,quæ competebant ratione Canonicatus, & ratione antiquitatis; vnde,cum ſedes non competat ratione Cano.ſed ratione antiquitatis, ratione autẽ antiquitatis non poſſet competere Ioan. coadiutori ſedes illa,quam prætendebat, ideo merito ei erat deneganda,& eo magis ita erat dicendum,quia iſtę coadiutoriæ ſunt odioſæ, & exorbitantes a iure cõmuni. Mohed.deciſ.338. alias 10.de priuileg. Nec huic reſolutioni obſtant illa verba,quæ paulo poſt ſequebantur,iuxta ipſius Antonij iurium, & receptionis antiquitatem, quia proximè antecedentia demonſtrabant illa referri ad ius optandi,quando,euenięte caſu vacationis alicuius Præbendæ,locus fieret optioni maioris, & pinguioris.Ex ijs dicebant Domini nõ eſſe ſatis tutum conſilium ſecundum venerabilis D. Nauarri,nu.5.de clerico ægrotante, nam ex diſpoſitione iuris communis coadiutor non debet pręcedere Canonicos antiquiores c. ſtatuimus.de maioritate,& obedientia.gl.in c.fin.verb.antiquiores de conſuetud.lib.6.Mohed. dec. 262. & licet præcedentia indicarent Ioãni vltimum ſemper locum poſt omnes Canonicos aſſignãdum, viſum fuit ea optare ad pręfatum ſuę receptionis tempus, vt dictum eſt. Ad ſecundam dubitationem Domini conformiter reſponderunt Ioannem poſſe conſumere dies gratię, quia reſpectu temporis conceſſi a Concilio, & Eccleſię

Sala-

Salamantinæ conſtitutionibus, cenſuerunt habere locum argumentum deſumptum a ſubrogatione, ſeu æquiparatione, non obſtante inconuenienti per Capitulum commemorato, quod ſi coadiutor haberet tres menſes, etiam Antonius poſſet alios tres ſibi aſſumere, & ſic cultus diuinus, & ſeruitium Eccleſiæ eluderetur, quia ceſſabat ex eo, quod quando vnus ipſorum vſus eſſet beneficio dicti temporis, tũc alter non poſſet eodem beneficio perfrui, nec ſibi aliud trimeſtre applicare.

*In eadem coram eodem.* 20. *Iunij.* 1594.

125 DIE...Iun.1593.† quia iſta cauſa de conſenſu ambarũ partiũ proponebatur extra Rotã fuerunt deciſa dubia, vt apparet ex deciſione tunc facta, deinde cauſa fuit commiſſa in Rota, & in hac poſitione obtuli Dominis declarãdas duas alias difficultates; tertiam, an coadiutore ægrotante, carcerato, vel aliquo alio legitimo impedimento detẽto haberi deberet pro præſenti, & perindè foret computandus, & lucraretur Eccleſiæ emolumenta, ſicut lucraretur, & computaretur Canonicus proprietarius, & verus? & quartam vtrũ exiſtente Antonio Canonico proprietario, & vero excõmunicato, poſſet tunc inſeruire, & lucrari Ioãnes coadiutor? Ad tertiã Domini affir. reſpondentes pronuntiarunt coadiutore ægrotãte, vel aliàs legitimè impedito, lucrari coadiutum; cum enim forma coadiutoriæ, ſit conſideranda, Innoc. & Io. And. in c. fi. n. 9. de clerico ægrotan. vbi etiam Anchar. nu. 13. & Imola nu. 12. & Ioan. Baptiſta Polancus eſſet datus coadiutor Ant. tam in ſpiritualibus, quã temporalibus cum plena, libera, & omnimoda poteſtate, conſequens erat, vt poſſet coadiutor, quæ poterat coadiutus. c. is cui de elect. lib. 6. Oldrad. cõſ. 44. nu. 2. ſed coadiutus infirmus, vel corporaliter impeditus poterat lucrari diſtributiones quotidianas, quas ſanus lucrabatur, ſi præſens eſſet. c. vn. de cler. non reſid. lib. 6. vbi Gemin. in §. qui vero. notab. 1. & Probus ad Monach. nu. 13. & Abb. c. 1. n. 7. de cler. ægrotan. & Couar. lib. 3. var. c. 13. nu. 8. igitur idem ſtatuendum erat reſpectu coadiutoris, qui ex forma coadiutoriæ in omnibus, & per oĩa coadiutũ re præſentabat, cum in eius locum eſſet ſubrogatus. l. ſi eum qui iniurarum. ff. ſi quis cautionibus, hoc tamen dicebant Domini intelligendum quando ſanus diuinis intereſſe ſolebat ita, vt infirmitas fuiſſet immediata cauſa non intereſſendi. Ioan. And. Gabar. & Abb. in c. ad audientiam. de cler. non reſid. Abb. d. c. 1. nu. 6. Couar. loco citato, idemque conſtituendum in impeditis quolibet corporali impedimento cenſuerunt in d. c. vn. de clericis non reſid. lib. 6. Archid. & Io. And. & Anchar. notab. 6. & Gemin. d. §. qui vero. nu. 5. & Francus. nu. 4. & Probus ad Monach. nu. 20. & nominatim de iniuſte carcerato tenuit Probus ad Monach. num. 22. & Couarr. ſupra, & Pariſ. conſ. 102. num. 4. lib 4. neque ſupradictis refragabatur, quod, cum Antonius coadiutus eſſet ſanus corpore, & mente, tunc coadiutore ægrotante, aut legitimo impedimento detento, Eccleſiæ foret deſeruiendum per Antonium, quoniam formula coadiutoriæ tollebat difficultatem; nam Papa dederat coadiutorem Antonio ſiue non potenti, ſiue inſeruire nolenti. Quod dicebatur de fictione, quod ideo infirmus lucratur diſtributiones, quia fingitur reſidere, & propterea fictionẽ non habere locũ, vbi non eſt æquitas, Bart. in l. ſi is, qui pro emptore, num. 2. de vſucapio. Verallus deciſ. 298. num 9. p. 2. ab hac vero facti ſpecie procul æquitatem abeſſe, quæ ſuadere non poterat vt coadiutor infirmus, vel carceratus reputaretur præſens ad effectum, vt coadiutus ſanus, quamuis non inſeruiret Eccleſiæ, lucraretur, reſpondebant iſtam non eſſe iuriſdictionem, ſed infirmitatis, aut alterius legitimi impedimenti excuſationem d. c. vn. ibi, exemptis illis, & c. 1. de cleric. ægrotan. ibi, ægritudo ſua, textum autem in cap. de cætero de clericis non reſiden. qui ex aduerſo ponderabatur, non loquitur de infirmo, ſed de ſano, & in ſeruitio Epiſcopi exiſtente, qui propterea Eccleſiæ inſeruire cenſetur, quod à themate propoſito longè diſtabat. Ad quartam difficultatem negatiuè fuit reſponſum. Antonio ſcilicet coadiuto excommunicato, non lucrari coadiutorem pro eo, cum enim in literis coadiutoriæ diceretur, quod inſeruire deberet coadiutor pro coadiuto, & pro ipſo coadiuto lucrari, conſequebatur, vt hoc priuilegium intelligeretur competere coadiuto, dummodo eſſet habilis, & capax, excommunicatum autem non lucrari fructus, aut emolumenta Beneficiorum, explorati iuris eſt, cap. Paſtoralis. §. verum de appellat. Rota deciſ. 8. num. 10. de ſententia excomm. in antiquis, Puteus 180. lib. 1. & qui non poteſt propter excommunicationem per ſe aliquid agere, neque poterit per alium ad ſuam vtilitatem, vt notant omnes in cap. fin. vbi Imola num. 19. de Procuratoribus & ſatis eſſet indecorum, vt alieni propter demerita a communione fidelium, & ſuffragijs Eccleſiæ, per hanc viam de patrimonio Eccleſiæ, cui non obedirent, alerentur, cap. commiſſa de elect. lib. 6. Bald. in cap. 1. ſecunda lectura de iudicijs. numero 12 quibus non obſtabat, quod coadiutor non ageret, nec inſeruiret nomine excommunicati, ſed nomine proprio, aut nomine Eccleſiæ ex traditis per Innoc. in cap. fin. de Procurator. Oldra. conſ. 44. Compoſtellanus in cap. fin. nu. 17. de clerico ægrotante, quoniam Innoc. hoc tantum affirmat, excommunicationem coadiuti non nocere coadiutori, ne ſuo, vel Eccleſiæ nomine agere poſſit: at non cenſet eum quicquam poſſe lucrari ad commodum, & vtilitatem coadiuti excommunicati, quem ſua demerita ab iſtius commodi participatione merito excluſerunt.

*In eadem coram eod. D. Penna* 1. *Iulij.* 1594.

126 AD vltimam difficultatem, & in ordine quintã in hac cauſa decidẽdam, an Ioannes coadiutor poſſet habere vocem actiuam, & paſſiuam in Capit. tam in rebus ordinarijs, quam in officijs, ſede Epiſcopali vacante, & in iuriſdictione de la Valdobla, quam Capitulum Salamantinum exercet, & inferendis ſuffragijs in prouiſionibus Canonicatuum ad Capitulum pertinentium? Domini affirmat. reſponderunt inſpecta potiſſimum formula coadiutoriæ, in qua D. Ioannes Baptiſta Polancus fuerat datus coadiutor Antonio cum plena, & libera, & omnimoda facultate, & poteſtate, & vt haberet ſtallum in choro, & vocem in Capitulo, & omnes, & ſingulas prærogatiuas, & honores intra, & extra Eccleſiam

Salamantinam tanquam ipſius Eccleſiæ Canonicus; cum enim, vt dictum fuit in deciſione facta die 20. Iunij forma, & verba coadiutoriæ ſint attendenda, ſupradicta erant adeo late patentia, vt cenſendum foret coadiutori ea omnia fuiſſe conceſſa, quæ coadiuto competebant. cap. is cui. de elect. lib. 6. Oldrad. conſ. 44. nu. 2. de voce actiua, & paſſiua dubitari non poterat, cum coadiutoria ſtallum in choro, & vocem in Capitulo indiſtincte concederet. lib. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtand. denique clauſula, omnia, & ſingula, in coadiutoria poſita operabatur, vt coadiutor poſſet ea omnia agere, & exercere, quæ poterat coadiutus gl. in c. 1. verſic. officium. de clerico ægrotante lib. 6. id vero, quod dicebatur, verba coadiutoriæ recipere interpretationem à iure communi, quo inſpecto non poteſt coadiutor quæcumque competunt coadiuto, Oldrad. conſ. 44. nu. 3. Anch. & Imol. in c. fin. de clerico ægrotante, Domini dixerunt procedere, quando verba eſſent dubia, & ambigua, ſecus autem eſſe, cum ex verbis claris, vt in caſu propoſito, apparet coadiutori ea omnia fuiſſe cõceſſa, quæ alijs Canonicis competerent.

227 In eadem coram eod. 9. Iun. 1595. † fuit reſolutũ coadiutorem lucrari omnes fructus ſibi aſſignatos, etiam coadiuto excommunicato.

## *Tiraſonen. coadiutoriæ. 8. Nouemb. 1599. coram D. Penia.*

228 CVM in deciſionibus factis coram me in cauſa Salamantina coadiutoriæ anno 1593. conſtitutæ eſſent aliquot concluſiones, quibus dirimebantur contentiones, nedum ſuper præcedentia, ſed ſuper alijs etiam rebus, & articulis ortæ, illarum occaſione in Eccleſia Tiraſonen. inter coadiutores, & alios Canonicos excitatæ fuerunt nonnullæ dubitationes, quas, cum deſiderarent Rotæ iudicio terminari me proponente, & pro vtraque parte aduocatis ſcribentibus, & informantibus ſuper ſingulis, Rota ita reſpondendum cenſuit. In cauſa Salamantina deciſum fuerat Canonico coadiutori aſſignandam eſſe vltimo loco ſedem poſt omnes Canonicos tempore ſuæ receptionis, & ingreſſus in Eccleſia, & quia huius concluſionis occaſione in Eccleſia Tiraſonen. fuerat dubitatum, an ſecuta morte coadiuti coadiutori, qui tunc efficitur verus Canonicus, & qui ex conſuetudine illius Eccleſiæ in ingreſſu tenetur ſoluere certum quid dum capit poſſeſſionẽ Canonicatus iure proprio, ſit aſſignanda vltima ſedes, ita vt Canonici, qui ingreſſi fuerunt in Eccleſiam durante coadiutoria tanquam magis antiqui veniãt præferendi? Ad hanc primam dubitationem Domini conformiter reſponderunt, coadiutori aſſignandam eandem illam ſedem, in qua reperiebatur tempore obitus coadiuti, & conſequenter præferendum Canonicis, qui ingreſſi fuerant poſtea quam illi fuerat ea ſedes aſſignata. Primo, quia iuxta ſtilum ordinarium ſimilium gratiarum coadiutori concedũtur omnes prærogatiuæ coadiuto competentes ratione Canonicatus, ſed ratione Canonicatus competit primo ſedes in infimo gradu, ſecundo, in ſecundo, & ſic deinceps, vt habetur in dec. Salamantina, conſequenter ergo coadiutori debet competere illa ſedes, in qua reperiebatur tempore obitus coadiuti, alias enim nõ haberet prærogatiuas coadiuto competentes ratione Canonicatus. Secundo quia abſurdum eſſet coadiutorẽ, qui fuerat prælatus alijs Canonicis poſt ipſum receptis ratione antiquitatis, poſt obitum coadiuti compelli iterum ad vltimum, ſeu infimum locum deſcendere. Tertio, quia tempore obitus coadiuti non requiritur pro coadiutore noua collatio, cum abſq; aliquo miniſterio gratia coadiutoriæ ex primo iure ſibi conceſſo effectuetur, cum Papa in illis coadiutorijs ex nunc, prout ex tunc faciat collationem, vt fuit dictum coram me in cauſa Calagurritana Canonicatus die prima Iulij 1592. quamobrem coadiutori dicitur quæſitum ius ad rem in Canonicatu, quod eueniente vacatione efficitur ius plenum; conſequenter itaque ratione antiquitatis: & receptionis debet retinere ſuam ſedem. cap. 1. de maioritate, & obedientia, & fuit dictum in cauſa Vicen. præeminentiæ die 22. 1578. coram bonæ memoriæ Doct. Gipſio. Poſtremo hæc eadem ſententia ſatis videbatur iuris authoritate munita in l. 1. & in l. ſancimus. C. de conſulibus lib. 12. cum alijs traditis per Caſſaneum Catalago gloriæ mundi par. 10. conſideratione 54. neque obſtabat, quod poſt mortem coadiuti expiraret primus titulus coadiutoriæ, & videretur factus locus ſecundo titulo Canoniæ, & conſequenter coadiutori, tanquam tunc effecto Canonico, aſſignandam vltimam ſedem, quia reſpondebatur difficultatem ceſſare ex forma coadiutoriæ; nam cum Papa concedat coadiutori omnes prærogatiuas ratione Canonicatus coadiuto competentes, inter quas vna eſt, vt habeat vltimam ſedem, & paulatim aſcendat, ideo ei eſt aſſignanda ſedes, in qua reperitur tempore obitus coadiuti. Poſtremo non obſtabat, quod de conſuetudine Eccleſiæ Canonicus pro ingreſſu teneatur certum quid ſoluere, & quod coadiutores id ſoluebant ſecuta morte coadiuti, quia dicebatur ex hoc non inferri ad ſedem, cum illa ſolutio reſpiceret tempus, quo Canonicus incipit gaudere fructibus Canonicatus. Ad ſecundam dubitationem an, ſi coadiutus fuerit exemptus à reſidentia per iubilationem, poſſet ſe iuuare huiuſmodi exemptione, dum habet coadiutorem, vt faciat fructus, diſtributiones, & alia emolumenta ſua, etiamſi coadiutor non reſideat? Domini reſponderunt primo coadiutum non priuari priuilegio iubilationis iam quæſitæ; ſecundo dixerunt priuilegium iubilationis non ſuffragari coadiutori; tertio aſſeruerunt coadiutum non perficere ſuam iubilationem per ſeruitium coadiutoris. Ratio primi fuit, quia coadiutoria non adimit coadiuto iura, & priuilegia aliunde ſibi competentia, nec receptionem coadiutoris poſt acquiſitam exemptionem beneficio iubilationis coadiuto debere præiudicare, Alex. conſil. 193. num. 15. verſic. in contrarium eſt veritas lib. 2. item quia priuilegium acquiſitum per iubilationem eſt facultatiuum, nam ſicut, ſi vellet, poſſet coadiutus non obſtante coadiutoria perſonaliter inſeruire, & nihilominus nõ amitteret priuilegium, ſimiliter non amittit priuilegium ſeruiendo per coadiutorem: cum enim hoc priuilegium iubilationis detur ob ſeruitium iam præſtitum, non eſt coadiuto auferendum ex eo, quod per coadiutorem poſſit in futurum inſeruire. Ratio ſecundi fuit, quia per coadiutoriam non communicatur coadiutori priuilegium aliunde competens coadiuto, quale eſt priuilegium

uilegium acquiſitum per iubilationem: quod ſi competeret, ſequeretur abſurdum, vt coadiutor non teneretur inſeruire, quod videtur directo contra finem, ob quem datur coadiutor. Ratio tertij fuit, quia cum priuilegium iubilationis acquiratur ex ſeruitio perſonali, cuius ratione ſolet concedi, non poteſt ſeruitium perſonale coadiutoris conferre hoc coadiuto.

129 Idem fuit in eadem reſolutum, † quo ad 1. dubiũ coram eodem 27. Octob. 1600. per doctrinam Baldi in l. 2. num. 57. verſ. ſed pone. cap. de ſeruitutibus &c aqua. Rimin. iun. conſ. 230. lib. 2.

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De bis, ad Quos ſpectat diſpoſitio, & prouiſio Beneficiorum.*

## PARS QVINTA.

### *De Papa. Cap. I.*

SVMMARIA.

*INTER eos, qui de Beneficijs prouidere poſſunt primum locum obtinet Papa, ad quem libera & plena diſpoſitio beneficiorum pertinet. num. 1.*

*Papa poteſt ſine cauſa clericum ſuo priuare Beneficio. nu. 2. cum ſeq. contra relatos. nu. 7.*

*Beneficia ſunt inſtituta de iure poſitiuo, & quod ſint titulus perpetuus, eſt de iure poſitiuo, quod non eſt intelligendum reſpectu Principis, nec ligat Papam, qui poteſt iuri poſitiuo derogare etiam ſine cauſa a nu. 3. vſque ad 8.*

*Papa poteſt prouidere de omnibus beneficijs, & cõcurrit cum quolibet Ordinario, vt Ordinarius Ordinariorum, & orbis. num. 8. & inter eos eſt locus præuentioni etiam in menſibus Ordinarij, a nu. 9. & idem eſt in Legato. nu. 13.*

*An idem ſit in ſex menſibus alternatiuæ habentis decretum irritans. nu. 14. cum ſequentibus reſoluitur idem eſſe, & illud decretum irritans non obſtare prouiſioni Apoſtolicæ, & adducuntur reſolutiones Rotæ, & nu. 29. refertur & reprobatur ſententia Gonçalez contraria.*

*Menſes alternatiuæ non ſunt reſeruati, nam ea ſolum removet obſtaculum reſeruationis, a nu. 22. & ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Decretum irritans nõ ligat Papam, niſi dicatur, etiam per nos, contra aliquos, quorum ſententiæ procedit in decreto in iure poſito, a nu. 25. cum ſeqq.*

*Clauſula decreti irritantis in alternatiua non eſt poſita reſpectu Papæ, ſeu Ordinarij, vel verius reſpectu inferiorum, numero 30.*

*Etiam prouiſioni Papæ in forma dignum, ſeu commiſſaria non obſtat decretum irritans alternatiuæ, licèt ſecus in executoribus, ſeu delegatis datis circa Beneficia incerta. nu. 30.*

*Si Papa præueniat in prouiſione alicuius Beneficij, cuius Prælatus eſt Cardinalis, & habet indultum, an eius prouiſio præferenda ſit, ſtante decreto irritante indulti, in quo dicitur, etiam per nos. nu. 32. cum ſeqq. reſoluitur indultum non inerare, niſi in Beneficijs reſeruatis.*

*Reſpectu Cardinalis ordinarij collatoris nulli menſes ſunt reſeruati. nu. 34. etiam in Beneficijs ſpectantibus ad prouiſionem Prelati, & Capituli ſimul. nu. 35. vbi ponitur deciſio Rotæ, & nu. 36.*

*Prouiſi de Beneficijs in quocunque menſe vacan. a Cardinali ordinario collatore habente indultum non tenentur expedire nouam prouiſionem ratione indulti. nu. 37. & 39.*

*Deciſio Putei 2. de Præbend. quæ in contrarium videtur, loquitur de prouiſo vigore indulti conceſſi Cardinali non ordinario collatori. nu. 38.*

*Si Papa præueniat in prouiſione alicuius Beneficij reſeruati Cardinalem ordinarium collatorem habentem indultum cũ decreto irritan. dicente, etiam per nos, non valet prouiſio niſi derogetur indulto. num. 40.*

*Non poteſt dici derogari d. indulto Cardinalis per clauſulam, ſeu ſi venerabili fratri Epiſcopo, &c. nu. 41.*

*Subrogatione indultorum Cardinalibus conceſſorum non cenſetur derogatum indulto Cardinalis ordinarij, ſed extraordinarij collatoris. nu. 42.*

*Inter Papam, & ordinarium eſt locus præuentioni, niſi prouiſo a Papa obſtet regula de veriſimili, tunc enim eius prouiſio non valet. nu. 43.*

*Regula de veriſimili ſolum habet locum in vacatione per obitum. nu. 44. & onus probandi non incumbit impetranti, ſed danti de regula, ſuppoſito, quod impetrans probauerit obitũ præceſſiſſe. num. 45. & debet probare concludenter de non veriſimili notitia. nu. 46.*

*Regula de veriſimili non habet locum in Ordinario, & Legato contra alios. nu. 47. 48. & 49. de dicta regula, qui ſint videndi. nu. 50.*

*Ordinarius non poteſt præuenire in Beneficijs reſeruatis. nume. 51. nam, quamuis ceſſante reſeruatione collatio omnium beneficiorum diœceſis pertineat de iure communi ad Epiſcopos, qui in Beneficijs conferendis fundatam habent intentionem in iure communi, eorum tamen poteſtas coarctata eſt per reſeruationes. num. 52.*

*De reſeruationibus. qui agunt. nu. 53. & de tempore quo cœperunt. nu. 54. de quibus latè agendum eſt. nu 55.*

*Reſeruationes aliæ dicũtur generales, aliæ ſpeciales, et quæ illæ ſint, num. 56. cum ſeqq. reſolnitur generales dici, quæ non ſunt decretis beneficijs, ſeu pro certis perſonis, ſed de Beneficijs in communi; ſpeciales uero, quæ ſunt de certis beneficijs, ſeu de certo numero Beneficiorum, ſeu pro certis perſonis.*

*Indultum conferendi beneficia vacatura, exceptis generaliter*

*reſeruatis, non comprehendit reſeruata per regulam 8. menſium. nu. 60.*

*Poſſunt etiam dici ſpecialiter reſeruata Beneficia affecta per appoſitionem manus Papæ. nu. 62.*

*Speciales reſeruationes in fauorem aliquorum, maximè mentales iam non ſunt in vſu. nu. 64.*

*Aliquando reſeruantur ſpecialiter aliqua beneficia, quæ ſperãtur vacare per contractum matrimonij, vel per aſſecutionem. num. 65.*

*An reſeruationes ſint odioſa, an fauorabiles? nu. 66. reſoluitur eſſe odioſas. num. 67.*

1 INter eos, † qui de beneficijs prouidere poſſunt, primum locum obtinet Papa, ad quem ex ſuæ poteſtatis plenitudine libera, & plena diſpoſitio Beneficiorum pertinere dignoſcitur, c. 2. in princ. de Præbend. in 6. & Clem. 1. in fin. vt lite pend. de qua pleniſſima poteſtate Papæ in Beneficijs latè Hier. Gonçalez poſt hæc ſcripta viſus ad regulam de menſibus. §. 1. procem. dicens omnem conferendi poteſtatem, & iuriſdictionem, ab ipſo Papa, tanquam à fonte procedere & fluere, & refluere, & cunctos Prælatos de mundo habere poteſtatem a papa, ipſum verò à ſolo Deo.

2 Adeo vt poſſit † papa, etiam ſine cauſa, clericum ſuo priuare Beneficio ſecundum DD. in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. vbi Decius. nu. 111. Domin. in cap. gratioſe, de reſcrip. in 6. nu. 16. Iaſ. in l. Barbarius. nu. 43. ff. de offic. prætor. Ripa reſp. 19. lib. 2. nu. 5. & 6. Aym. de antiquitate temporis 1. p. ſect. non omitto. à nu. 33. Gigas de penſio. q. 10. nu. 6. & 7. & quæſt. 37. Simoneta de reſeruatio. q. 2. num. 6. & ibi add. G anutius latè Ant. Gabr. conci. 1. de iure quæſito. *Palac. Rub. de benef. in curia vacan. §. 1.* Hoeda de incompatibil. Benefic. c. 13. num. 58. Mohed. de- 8
ciſ. 4. de reſtitutione ſpol. Rota dec. 136. nu. 1. p. 1. diuerſorum. Et plures refert Ceuedo collect. 21. ad
3 ſextum. nu. 1. & conducit dec. Putei 116 lib. 3. † Et ita abſque difficultate tenetur Romæ, & eſt communis opinio, maximè Canoniſtarum, quæ mihi placet, nam Beneficia ſunt inſtituta de iure poſitiuo, *Selua de benef. 1. p. q 4. Gigas de penſ. q. 2. Didacus Velaz qu. ſex Simancas de defenſione Statuti Toletani, ca. 10. ad fin. Cenallos q. 260. nu. 2. Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. libro 1. part. 3. cap. 1. pag. 418. Açor inſtitut. moral. 2. p. libro 6. ca. 1. quæſt. 1.* & quod ſint ius, & titulus perpetuus,
4 ſolum eſt de iure poſitiuo Canonico, † Quod non eſt intelligendum reſpectu ipſius Principis, nec ligat Papam. l. principes legibus. ff. de legib. cap. innotuit, de
5 election. † Etenim Papa poteſt iuri poſitiuo derogare, & contra illud diſpenſare, & diſponere ad ſui libitum, etiam ſine cauſa, ſecundum Innoc. in ca. cum ad monaſteriorum, num. 3. de ſtatu Monach. ſequuntur Domin. in c. ſi eo tempore. nu. 5. de election. in 6. Fel. plures referens in c. ad audientiam 2. n. 4. de reſcript. & Mand regu. 30. Cancell. qu. 5. nu. 5. & Curtius iun. conſ. 1. nu. 18. & ſequent. relatus per Mand. ibi dicit eſſe communem, & veriorem opinionem, Principem ſupremum habere liberam poteſtatem immutandi ea, quæ ſunt iuris poſitiui. Pontanus de ſpolio libr. 3. nu. 100. Fla. Pariſ. de reſign. benef. li. 5. q. vlt. nu. 126. ſeq. & plures refert Tho. Sanch. de matr. li. 8. diſp. 18,
6 num. 2. maximè, † cum ipſum ius dicat ad Papam liberam & plenam diſpoſitionem beneficiorum pertinere, vt in d. c. 2. & d. Cle. 1. & ideo dicunt DD. quod omnia beneficia ſunt manualia reſpectu Papæ vt per Menoch. de præſump. li. 2. præſumpt. 10. nu. 18. quãuis contrarium teneant cum Cardin. & alijs Felin. d.
7 c. quæ in Eccleſiarum. nu. 42. & in ca. cum † olim, nu. 17. ſecundo exemplo de re iudicata. Coraſ. de benef. 2. p. c. 1. à nu. 3. Gambarus de offic. legati. lib. 10. nu. 385. & 386. Pinellus in rubrica. C. de reſcindend. vẽdition. 1. p. nu. 30. Emman. Suarez in theſauro receptar. ſententiarum litera B, num. 20. verſ. Beneficiorum ſuprema eſt. Sarmiento lib. 1. ſelect. ca. 8. nu. 25. Salgedo ad Bern. Diaz reg. 209. ampliatione 5. Nau. de ſpolijs §. 3. Sotus de iuſt. & iure lib. 3. q. 6. art. 2. *Cenallos quæſt.* 528. & alij relati per Menoch. nu. 20. & Ceuedum ſupra, & Theologi Hiſpani cõmuniter, qui etiam dicunt non poſſe Principem diſpenſare, & diſponere contra legem ſine cauſa licitè. Et poſt hęc viſus Gonç. d. §. 1. procem. à nu. 33. ait, quod naturaliter Papa ſolus eſt Dominus beneficiorum cum Æneas de Falc. de reſeruat. præludio ſecundo. nu. 2. & Flam. Pariſio. de reſignatione lib. 2. q. 4. nu. 34. & quod eius poteſtas nullis regulis, aut legibus coarctatur. cum Gram. conſ. 2. num. 23. ad fin. decisionum ſuarum, vt ita poſſit de poteſtate ordinaria etiam ſine cauſa Beneficium Eccleſiaſticum vni auferre, & dare alteri. cum Gem. n. conſi. 99. num. 7. & alijs per nos citatis ſed num. 37. remittit ad Pinellum vbi ſupra dicens, quod ſuper hoc nihil firmat. *& Açor d. lib. 6. c. 26. qu. 1. ad finem ait quod Papa poteſt alicui beneficium adimere, & alteri conferre, & clericum ſuo beneficio priuari, nõ quod id ſine cauſa arbitratu ſuo facere queat, ſed quod ratum, firmumque habeatur, ſi fecerit, quamuis faciendo peccauerit; in his enim (inquit) quæ iuris ſcripti ſunt, poteſt quidem Papa peccare, ſi ea ſine iuſta & debita cauſa, vel ex toto, vel ex parte tollat; at ratum eſt & firmum quod facit.*

8 Poteſt ergo Papa diſponere, † & prouidere de omnibus Beneficijs, & in eorum prouiſione concurrit cum quolibet Ordinario, tanquam Ordinarius Ordinariorũ, & orbis c. cuncta per mundum. 9. q. 3. Abb. in c. quia diuerſitatem nu. 5. de conceſſ. præb. Graph. de litteris gratiæ in præfatione, num. 7. & in titulo de vi, & effectu clauſularum. §. an papa grauet Eccleſiam ſuper prouiſione duorũ, nu. 6. Coſmas in pragmatica ſanctione titu. de collatio §. volens verb. præuentionem, Selua de Benef. 3. p. quæſt. 60. Rebuf. in praxi tit. de deuolut. à n. 47. Coral. d. c. 1. n. 9. Io. Nic. Gimon. in Enchiridio Benefic. tit. 2. c. 1. ex n. 1. Duar. de ſacris Eccleſiæ miniſt. lib 3. c. 1. & lib. 5. ca. 10. Simoneta de reſeruat. q. 2 nu. 5. & ibi Granutius num. 14. & q. 5. num. 7. & q. 8. nu. 2. Mandoſ. de ſignatura gratiæ tit. de prouiſio. verſ. clauſula de præſenti, & reg. 34. q. 90. nu. 6. & 7. Menoch. conſ. 183, lib. 1. Buratus conſ. 126. nu. 38. & 48. lib. 2. Nau. conſ. 31. nu. 6. de præb. P. Greg. de benef. c. 34, nu. 6. Flam. Pariſ. de reſignatione l. 1. q. 10. à nu. 53. & l. 7. q. 11. à nu. 6. Quintana duennas Eccleſiaſticon. l. 1. c. 5. num. 2. & Zecchus de republica Eccleſiaſtica c. de ſtatu Rompontificis ſub nu. 24. & de benef. & penſio. c. 2. nu. 1. & c. 5. nu. 2. verſ. in particular. *Azened. conſ. 7. num. 8. & a numero 14. Perez de Lara de anniuerſ. & Capell. libro 2. cap. 10. numero 24. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. cap. 20. a num. 1. Leſſius de inſt. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 44. & 45. Açor d. lib. 6. cap. 25. q. 1. & 30. Quintinus in repet. cap. de multa. de Præbend num. 91. & 92. qui tamen liberè & inſolenter loquitur de hac Papæ poteſtate & concurſu.* Et Rota deciſ. prima, & 17. de præbend. in

nouis,

nouis, Creſcen.deciſ.11.nu.5.de dilatio.& 8. de priuil. Puteus deciſ.47. nu.7.& 8. lib.3. & fuit decilum in cauſa Toletana Canonicatus de anno 1595. coram Illuſtriſſimo Seraphino, 26.*Iunij & in Hiſpalenſ. Canon.*27.*Iunij* 1605.*coram D.Ludouiſio.* & alias ſæpe quod in menſibus ordinarijs poſſit Papa prouidere, ac cum Ordinarijs concurrere,tanquam Ordinarius Ordinariorũ, & Epiſcopus totius orbis; tradit poſthæc Gonçal. §.2. proœm.nu.1. adducens plura non neceſſaria, præſertim in re tam clara, & quæ nullam habet difficultatem.

9 Et ideo inter Papam, † & Ordinarium eſt locus præuẽtion.c.dudum.§.nos igitur,& c.ſi à ſede Apoſtolica de Præben.in 6. vbi D.gl.ſi.in cap.1. de offic. Legati eod.lib. Staphil.d.præfatione.nu.8. Coſmas. & Coraſ.ſupra. & Gomez.de expectatiuis. nu.14. Si Moneta d.q.2.num.5.& ibi Granutius Fuſcus de viſitatione lib.2.c.28.nu.30. Anaſt.Germon.de indultis Card. §.per quæ ſublatis nu.80.& 81. Meno.Fla. Pariſ.Zecchus d.c.2.nu.1.& alij cit.num.præced.qui dicunt, quod Ordinarij in menſibus ordinarijs ha-
10 bẽt facultatem cumulatiue † cum Papa,ita vt,ſi Papa præueniat, valeat eius collatio,nam etiam in mẽſibus Ordinariorum Papa non abdicauit totaliter à ſe poteſtatem cõferendi, & facit quod dicit Rota in
11 vna Salamantina Parochialis de † Gaiates. 1.Decẽ. ☞ 1578.coram D.Brauo quę eſt 1.p.diuerſorum deciſ. 442. nu.4. quod per præſeruationem factam à Papa iurium Ordinarij in quatuor menſibus ordinarij nõ ligantur eius manus,cum ſit Ordinarius Ordinariorum; & quod in Beneficijs vacantibus in menſibus ordinarijs,ſit locus præuentioni inter Papam,& Ordinarium, & illius prouiſio præualeat, quæ prius facta fuerit,tradit poſt hæc Gonçal.§.3.proœm.à nu.1. vbi late de præuentione, & materia d.cap. ſi à Sede Apoſtolica. *De qua etiam infra nu.*437. *& eſt deciſ. Rotæ in d.Dolctana Canonic.* 26.*Iunij* 1595.*coram Seraphino,vbi fuit reſolutum, prouiſionem Papa præualere prouiſioni Cardinalis Archiepiſcopi in vim præuentionis, c.dudum, de Præb.in* 6. *Rota* 17. *de Præb.in nouis; nec poſſe-diſti intentionem Papæ non fuiſſe præuenire velle:hoc enim ſatis conuincitur ex expreſſione menſis vacationis, ex qua Papa potuit intelligere non eſſe locum deuolutioni ob negligentiam Ordinarij, vt fuit deductum in cauſa Hiſpalenſ. Portionis,coram Blanchetto, & eſt deciſ.Rot. in d.Hiſpalen. Can.* 27.*Iunij* 1607.*coram Ludou. vbi fuit dictum, quod cum Papa præuenit, non eſt opus exprimere ſimultatem capituli cum Prælato in collatione Canon. cum hoc ſit de iure,&c. Et in cauſa Elnen. beneficij S. Salu.* 13.*Nouemb.*1602.*&* 21.*Iunij* 1604.*& in Calagur. de Ollauarijs* 15.*Decemb.*1604.*coram D.Penia fuit reſolutum, quod voluntas præueniendi colligitur ex clauſula contenta in literis: dummodo tempore data non fuerit alicui ius quæſitum; & in d. Elnen. fuit etiam dictum, quod voluntas præueniendi demonſtratur, quia non eſt reſtricta gratia ad vocationem in menſe reſeruato, ſed additum,ſeu in alio veriori menſe.*

12 Vnde alias Rota concluſit. 18. † Oct. 1547. quod verba gratiæ factæ per Papam,ſi quæ vacant ad præſens Beneficia commendamus N. comprehendunt etiam Beneficia vacantia in menſe Septem.vel altero mẽſe ordinario, ex quo Papa vtitur ſuo iure ordinario,& ſic nulli iniuriam facit,nec oportet mentionẽ facere,vtrum menſis fuerit Apoſtolicus,vel ordinarius. vt per Mandoſ. d.tit,de prouiſio. verſic. ſi quæ
13 vacant.† Et idem eſt in Legato,vt dicetur infra c.3. à num.40. & in Nuntio, vt ibi num.ſup.

14 Sed difficultas eſt,† an idem ſit in ſex menſibus alternatiuæ, ſi Epiſcopus eam habeat,ita vt ſi Papa in eis præueniat,valeat eius collatio? Et idem in eis dicunt Menoch.& Germon.ſup.& Flam,Pariſ.d.q.nu. 56.& 57. *Aſeued.d.conſ.*7.*num.*18.

15 Sed contrarium in menſibus † alternatiuæ ex decreto irritanti in ea appoſito tenet idem Germon. in eod.tract. §.alioquin num.14.vbi ait, quod clauſula irritans poſita in indulto vel alternatiua ligat ipſum Papam Probus ad Monach.in cap.tibi qui nun.5.& 21.de reſcipt.in 6. Rebuff. in concord.tit.de firma, & irreuocabilli concordatorum ſtabilitate in princ. verſic.vltimo nota. Puteus deciſ.141.num.4.lib.2. Menoc.d.conſ.83. num.6. & 25.lib.1. adeo vt nulla ſit prouiſio Papæ non derogato indulto, & de eo facta mentione. Puteus ibi, & Caputaquen.deciſ.82, p.2. hæc Germo.ibi.

16 Et ſimiliter Zerola in praxi † Epiſcopali 1.p.verb. derogatio,ait,quod,quando Epiſcopus habet alternatiuam, & vacat Beneficium in menſe ſuo, impetrans nihil impetraret, niſi Papa derogaret alternatiuæ ex Sarnen. de expectat.nu.21.& 22.& c.1.& c. cum ordinem. de reſcrip.

17 Ait tamen ipſe † Germo.ibi num.32.cum Menoc. ſup.nu.35.quod per clauſulam in Bullis poni ſolitã, ſeu ſi venerabili fratri Epiſcopo,derogatur alterna-
18 tiuæ.† Pro quo eſt optima deciſio Mohed.1.de conceſſione Præb.alias 54.& alia in Cracouien.2 1.Iunij 1157.coram D.Chiſanen.in qua fuit reſolutũ,quod indulto conferendi,cum derogatione quarumcunq; gratiarum ad vacatura derogatur per expectatiuam ſequẽtem per illa verba,ſi venerabili, Rebuf.in praxi in forma,& declaratione nouæ prouiſionis. verb, ſeu ſi venerabili. Et ita valebit præuentio Papæ in menſibus alternatiuæ. *Et fuit tentum in d. Elnen. beneficij S. Saluatoris* 13. *Nouembris* 1602.*coram Domino Penia.*

19 At verius eſt decretum irritans, † de quo in alternatiuo non obſtare prouiſioni Apoſtolicæ, nec eſſe neceſſariam illius derogationem, vt fuit reſolutum in vna Corduben.Cantoriæ 15.Feb.1557.coram D. ☞ Quiroga,in qua tenuerunt Domini. Non eſſe neceſſariam derogationem regulæ alternatiuæ in prouiſionibus Papæ,etiam quod Papa prouideat in mẽſibus alternatiuæ quia concurrit cum omnibus Ordinarijs cap.ſi à ſede,de Præben.in 6.Staphil.de literis gratiæ fol.2. & ita ſeruare ſtilum Rotæ, quia per regulam alternatiuę remouentur tantum obſtacula, & præſeruantur Ordinarij in ſex menſibus, & clauſula decreti in ea appoſita non ligat Papam, niſi dicatur,etiam per nos,Caſſad.dec.1. de decretis, quãuis idem Caſſad. deciſ.5. de conceſ. Præben. videatur aliud ſentire, ſed Rotam ſeruare eam diſtinctionem ſi dictum ſit, per nos,aut non. Quod etiam fuit in eadem poſtea reſolutũ coram D. Rubeis 29. Nouemb.eiuſdem anni vt infra num.24.

20 Idem fuit reſolutũ in cauſa † Canonicatus S. Martini 2.Maij 1561.coram D.Caputaquen.in qua fuit deciſum, quod in menſibus alternatiuæ non poteſt præuenire Legatus, Papa vero ſic, vt apud Cotam deciſ.106.in ſuis miſcellaneis manuſcriptis. *Idem etiã fuit reſolutum in cauſa Neten. Canon.* 8.*Nouemb.*1577. *corã Rubeis,& nouiſſimè in d.Elnen.benef.*21.*Iun.*1604.

*coram Penna, vbi allegatur d. Cordub. cantoria, & dicitur etiam, quod licet derogatio ſit neceſſaria, ſufficeret derogare alternatiuæ per clauſulas generales, contrarijs quibuſcunq; non obſtantibus, uel prout ibi, regula qualicunque contraria non obſtante, ex d. deciſ. Mohed. 1. de conceſ. Prabend.*

21 Et in cauſa Trid. † Canonicatus 21. Apr. 1570. co- ram Illuſtriſſimo Lancellioto, in qua dubitatur, an prouiſio Apoſtolica anterior facta de Canonicatu vacante in menſe alternato, reſidente, & acceptãte Epiſcopo alternatiuam, non derogato alternatiuæ, ſit præferenda prouiſioni Ordinarij? & reſolutum eſt præferendam eſſe Apoſtolicam, quia de poteſtate Papæ, quod poſſit præuenire Ordinarium in collatione Beneficiorũ vacantiũ etiam in menſe alternato, Domini non dubitabant, ex quo poteſtas ei data nõ fuit priuatiue, quoad ipſum Papam, ſed cumulatiue per ea quę ponit Sarnen. de expectat. nu. 14. Staphil. de literis gratiæ fol. 2. nec decretum irritãs poſitum in alternatiuæ regula obſtare, ſi quidem in eo non adſunt verba, etiam per noſ. Mohed. deciſ. 221. ſola difficultas fuit in voluntate, ex quo in literis narratur vacatio de menſe Auguſt. & quod nullus alius, præter ipſum Papam poteſt diſponere de vacantib. in ipſo, & alijs menſibus reſeruatis. Sed Dominis nõ fuit viſum hoc obſtare ea ratione, quia alternatiua, & huiuſmodi indulta, vt tenet Rota, ſolum remouẽt obſtacula Caſſad. deciſ. 8. de preb. adeo, quod regula nõ efficit, quod mẽſis Aug. nõ ſit reſeruatus, ſed tantum operatur, quod Ordinarius poſſit conferre in reſeruato remanente natura ipſius reſeruationis quæ propterea non ceſſat. Aliqui ex Dominis conſiderabant verba ſupplicationis, ibi, de menſe Iulij, vel Augu. vel alio veriori menſe defuncti, quaſi, quod ex his inferatur Papam voluiſſe prouidere, etiamſi vacauerit in alio menſe, & verba literarum ſunt intelligenda iuxta ſupplicationem, tanquam matricem,

22 Id autem, † quod in illa dec. Trid. dicitur, regulã alternatiuæ non efficere, quod menſis Augu. non ſit reſeruatus, ſed quod non obſtante reſeruatione poſſit ordinarius prouidere, ſicut in indultis, nullo modo placet: nam re vera regula quatuor menſium Ordinariorum ſubrogat ſex menſes alternatos in fauorem Epiſcoporum reſidentium, & acceptantiũ Mohed. dec. 3. de reſcrip. alias 203. quam refert Mandoſ. reg. 27. q. 16. *D. Sabagun in c. 1. de off. deleg. vu.* 8. vnde nulli eorum remanẽt reſeruati, Creſcen. dec. 11. de priuil. ſed ſunt menſes Ordinarij. Puteus dec. 215. l. 1. nu. 2. & 5. Ordinarius quando facit prouiſionem virtute alternatiuæ, potius facit iure ordinario. Mohed. dec. 1. de conceſſ. Præben. n. 1. Etenim alternatiua ſolum remouet obſtaculum reſeruationis. Mando. reg. 11. q. 11. n. 3. & d. reg. 27. q. 16. nu. 4. Rota in illa Corduben. Cantoriæ ſupra relata nu. 19. & in illis Cæſarauguſtan. Beneficij de Tauſte infra adductis n. 709, & poſthæc tradit Gonçalez glo. 53. n. 28. nẽpe, quod per alternatiuam in totum ſit ſublata reſeruatio in ſex menſibus, qui ſunt ordinarij, ſicut alij quatuor, & Epiſcopus ea gaudens conferat beneficia in eis vacãtia tanquam libera ab omni reſeruatione, vt oſtendit illa dictio, liberæ alternatiuæ. Et quia alternatiua eſt remotio obſtaculi reſeruationis, & Epiſcopus, qui ea gaudet, innititur iure communi, ac locum habet exemplum de ligato manibus, qui ſcribere nequit, & ſi diſſoluitur, ſcribit miniſterio proprio, non autem miniſterio diſſoluentis. Et quod ſic in huiuſmodi Beneficijs data negligentia conferendi, datur deuolutio ad Capitulum, & Archiepiſcopum, & alios inferiores Papa, ad quos de iure communi collatio deuoluitur, ad Rotam dec. 774. l. 3. p. 3. diuerſorum. Et quod in hoc caſu dici poteſt, quod nulla vnquam intrauit reſeruatio quia eadem eſt regula, quæ reſeruat, & modificat, & ad effectum reſeruationis regulæ menſium tempus vacationis inſpicitur, vt ipſa regula indicat, & conducit d. dec. 774. Caſſadorus autem d. deciſ. 8. de Præb. loquitur in indultis, in quibus eſt diuerſa ratio, vt dicetur infra n. 628. & ſequẽti, omiſſis reſponſionibus datis per Gonçal. ſupra a nu. 37.

23 Et ſic in d. Cordub. † Cantoriæ 15. Mar. 1557. co- ram eod. D. Quiroga. fuit reſolutum, quod, ex quo literæ erant expeditæ diſpoſitiue, cũ narratiua reſeruationis octo menſiũ, & fundabantur in menſe Oct. reſeruato, non poterat gratia canonizari, cum Epiſcopus haberet alternatiuam, & reſideret. Caſſad. de ciſ. 5. de Præb. nec obſtabat ſupplicatio, quæ erat in menſe Octob. & non erat fundata in reſeruatione, quia ex quo apparebat de literis expeditis, ſtandum eſt illis, donec de alijs appareat. Et die 17. Maij in eadem fuit reſolutum. Suffragari ſecundas literas expeditas ſub eadem data abſque expreſſione reſeruationis menſis Octob. etiam quod in eis nulla fiat mẽtio de prioribus, Caſſad. deciſione 33. ſuper regulis in fine. Felinus in c. in natura. num. 6. 9. & 11. de reſcrip. Card. conſi. 69. nu. 3. & poteſt variare, & mutare literas quamuis primas produxerit. l. nemo ex his. de reg. iuris Rota 49. in antiquis Felin. dict. nu. 9. & in c. Paſtoralis de excep. col. 4. quicquid dicat Rebuf. in praxi pag. 154. nu. 3.

24 Et in ead. 29. Nou. 1557. coram † D. Rubeis fuit dubitatum. An gratia bonæ memoriæ Reuerendiſſimi Compoſtellani ſit nulla, vel ſurreptitia, ob non factam mentionem de reſidentia Epiſcopi, & derogatione regulæ alternatiuæ? & deciſum per omnes non eſſe ſurreptitiam etiam quod regulæ alternatiuæ non fuerit derogatum, tum quia manus Papæ non ſunt ligatę propter decretum in ea poſitum, cum non dicatur, etiam per nos, vel noſtra authoritate, vt per Caſſad. dec. 2. de Præben. num. 3. & dec. 1. & 2. de decretis in reſeruationibus, quod ſaltem procedit vbi Papa per ſe ipſum prouidet, vt in caſu iſto, & ita tollitur id quod ex aduerſo dicitur de decreto expectatiuarum, in quibus Papa prouidet per executorẽ. Et ratio eſt, quia poteſtas reſidet, & remanet apud Papam. c. dudum de Præb. in 6. vt per Staphil. de literis gratiæ fol. 3. verſi, menſes autem, cum Papa ſit Ordinarius Ordinariorum, & poſſit cumulatiuè venire cum Ordinarijs ita, vt ſit locus præuentioni, vt per Card. conſ. 156 columna 5. nu. 9. Decius conſ. 147. nu. 3. Pariſius conſil. 83. nu. 12. lib. 4. tum etiam, quia per ſupradictam regulam nihil datur de nouo Ordinarijs, ſed tantum tolluntur obſtacula ita, vt in dictis menſibus Ordinarij conferre dicantur de iure communi, & ordin. adeo, vt reuocatis indultis, & facultatibus non cenſeatur reuocata alternatiua Ordinariorum, vt per Creſc. dec. 195. & quod Ordinarij non virtute alternatiuæ, ſed de iure ordinario, & communi conferant, fuit allegatus textus in cap. cum aliquibus de reſcript. in 6. non obſtat ſurreptio, tum quia Papa præſumit, quod Ordinarius reſideat, prout tenetur de iure communi, & maximè ſtante regula, quæ eos allicit ad reſidendum; tum etiam,

quia

quia id, quod eſt expreſſum in primis literis, tollitur, & non eſt in conſideratione ſtantibus ſecundus literis, etiam quod de primis non ſit facta mentio. Card. conſ. 67. Caſſad. ſuper regulis. deciſ. 33.

25 Tandem † quod decretum irritans non liget Papam, niſi dicatur, etiam per nos, eſt deciſio Mohedani. 21. de Præb. & fuit reſolutum in vna Romana Caſalis 23. Octob. 1574. coram D. Robuſterio, quæ eſt. 1. p. diuerſorum dec. 106. n. 3. vbi dicitur, quod, licèt decretum irritans comprehendat quamcũque authoritatem etiam Apoſtolicam, tamen intelligebant Domini hoc, quando illa authoritas Apoſtolica prouenit à delegatis Apoſtolicis, ſed non quando prouenit ab ipſo Papa, quia tunc, niſi dicat etiam per nos, non comprehenditur ipſe Papa, vt plurics fuit in Rota reſolutum, vt atteſtatur Auguſtinus de decretis nu. 1. Et in vna Calagurritana Beneficij de Ariola 24. Ian. 1596. coram Decano fuit reſolutum, quod Decretum irritans motus proprij Papæ non annullat, nec comprehendit prouiſiones a Papa factas, cum in eo non dicitur de prouiſionibus per nos factis, immò neque de Apoſtolicis, vt tenuit Rota in d. Romana Caſalis.

26 Et ſic intelligitur d. dec. † Put. 141. nu. 4. & 418. n. 5. & 492. nu. 4. l. 2. & 387. l. 3. & d. dec. Mohedani 1. de conceſ. Præbendæ. nu. 4.

27 Quamuis contra teneant † Probus, Rebuffus, Meno. & Germonius ſupra citati nu. 15. & poſt Lapum Dom. nu. 10. Francus nu. 2. & alij Dd. in ca. penul. de Præb. in 6. Gloſſator. regulæ Cancel. 27. Simoneta de reſeruatio. q. 89. in fin. & 90. in princ. Pariſi. conſ. 37. lib. 4. & Antonius Gabr. de clauſulis conſil. 3. nu. 4. & 74.

28 Quorum ſententia procedet † in decreto irritanti poſito in iure, quod comprehendit Papam, etiam ſi non dicatur, per nos. Probus ad Monachum in capit. præſenti. de officio Legati in 6. nu. 15. & Gloſſator d. reg. 27. & Rota deciſ. 48. nu. 4. p. 1. diuerſorum. Et hanc diſtinctionem, nempè, quod decretum irritans liget Papam, quando apponitur in lege generali, aut conceſſione ſpeciali, dummodo addantur in tali conceſſione ſpeciali illa verba, etiamſi per nos, aut ſucceſſores noſtros contigerit attentari, prout ſæpiſſimè ponuntur, ſecus vero, quãdo nec eſt poſitum in lege generali, neq; in ſpeciali gratia adeſt d. clauſula, nouiſſimè poſt hæc tenet Hier. Gonçalez ad regu.

29 de menſib. gloſſ. vlt. à n. 22. ex quo infert n. 27. † qđ, cum decretum irritans poſitum in d. regula ſit appoſitum in lege generali, ligat etiam ipſum Papã, quoad prouiſiones contingentes in menſibus ordinarijs maximè ſtantibus illis verbis, in prædictis omnibus. Et nu. ſeq. cum Feli. in cap. cum ex officij, num. 36. in fi. verſiculo quod autem. de reſcript. Mohed. d. deciſ. 1. nu. 4. de conceſ. præb. & Puteo d. dec. 492. nu. 2. in fi. l. 2. & dec. 387. ſub nu. 1. l. 3. dicit, quod per alternatiuæ conceſſionem coarctatur Papa ad non conferẽdum in menſibus ordinarijs, obſtante decreto irritãti. Et dixit etiam in §. 4. proœm. n. 20. Sed certè fallitur in dicta illatione Gonçalez, qui non videtur habuiſſe notitiam de deciſionibus Rotæ per me adductis in terminis alternatiuæ; nam, licèt regulæ reſeruatoriæ ſint per modum legis, & habeant vim cõſtitutionis, & legis, Sarnẽ. in regula de annali. quæſt. 23. tamen re vera non ſunt leges generales, quales ſunt aliæ regulæ Cancellariæ, ſed auocationes quædam prouiſionis Beneficiorum per Papam ad ſe factæ, vt patet ex diffinitione reſeruationis, de qua idẽ Gonçalez gloſſa. 5. num. 19. & glo. 31. à nu. 1. & nos infra nume. 558. rurſus alternatiua non poteſt dici lex, ſed potius eſt quædam gratia. Mohed. d. deciſ. 1. de conceſſ. Præb. cum alijs, & ita dicitur in ipſa alternatiua ibi illi vero, qui gratiam alternatiuæ. Et tradit idem Gonçalez gloſſa 58. à num. 27. vnde decretum in ea poſitum non poteſt dici appoſitum in lege generali. Et dict. deciſiones Mohedani, & Putei quas Gonçalez allegat intelliguntur, vt dixi, ſtante decreto irritante cum illis verbis, etiam per nos: loquuntur enim de alternatiuis particularibus, quæ tunc certis Epiſcopis concedebantur per gratias, & literas, ſeu Breuia particularia cum clauſulis ampliſſimis: non enim erat regula de alternatiua. Gonçalez in diuiſione regulæ, num. 4. & gloſſa 31. numero 15. & gloſſa 62. num. 32. Felinus autem per eum allegatus non dicit, quod decretum irritans alternatiuæ liget Papam, ſed, quod acceptatio expectantis cõtra eam facta non valeat propter dict. decretum, quod etiam ligat manus executorum ipſius, vt dictũ eſt. Fallitur etiam Gonçalez, quatenus ſentit d. num. 27. quod decretum irritans poſitum in d. regula mẽſium reſpiciat etiã quatuor menſes ordinarios, quod non eſt verum: nam Papa ibi ſolum reſeruat octo menſes, & de quatuor mẽſibus nihil dicit, ſed eos nõ adimit Ordinarijs.

30 Sed & Menochius d. conſilio 83. † nu. 21. & 23. in poſito ait clauſulam decreti irritantis in alternatiua ex natura principalis diſpoſitionis, cui apponitur, non eſſe poſitam reſpectu Papæ, quia conceſſio conferendi Ordinarijs eſt facta cumulatiuè, ſed vel reſpectu Ordinarij, ſi ante, vel extra tempus a regula ſtatutum cõtuliſſet, vel verius reſpectu inferiorũ, vt puta executorum, vel ſimilium.

31 Aduerte tamen, ne decipiaris, † quod quãuis Papa prouideat de aliquo certo Benef. in forma dignũ, ſeu alias in forma commiſſaria, non obſtat decretum irritans alternatiuæ, quia tunc perinde eſt, ac ſi Papa per ſe ipſum prouideat, & illud, quod dicitur de executoribus, ſeu delegatis Apoſtolicis intelligitur de datis circa Beneficia incerta, vt in expectatiuis, de quibus expreſsè loquitur d. deciſ. Corduben. addũcta nu. 24. *facit c. hi qui de præben in 6.*

32 Sed offert ſe dubium, † ſi Papa præueniat in prouiſione alicuius Beneficij, cuius prælatus eſt Cardinalis, & habet indultum, verbi gratia, Toletanus, vel Hiſpalen. an prouiſio Papæ præferenda ſit prouiſioni poſteriori Cardinalis Ordinarij? Et ratio dubitandi eſt clauſula decreti irritantis, quod ponitur in indulto Cardinalis, dicendo, etiam per nos, & ſic ligat Papam iuxta ſupradicta.

33 In hoc dubio dicendum eſt † indultum non intrare, niſi in Beneficijs reſeruatis, quia datur ad remouendum obſtaculum reſeruationis iuxta d. deciſionem Caſſadori 8. de Præben. & Rotam in cauſa Romana Beneficiatus S. Petri 28. Apr. 1595. coram D. Gipſio, & 20. Nouembr. 1596. coram D. Corduba, de qua infra cap. 5. num. 7. & aliàs ſæpe, & conſequẽter, ſi Papa præueniat in prouiſione Beneficij non reſeruati, eius prouiſio præualebit, non obſtante indulto, vt in vna Toletana Beneficiorum de anno

34 1593. Coram D. Orano, in qua fuit reſolutum. Per clauſulam Breuis de capiẽda poſſeſſione, amotis in-

de,& expulſis quibuſcumque detentoribus,& intruſis,non tamen prouiſis authoritate Apoſtolica, non poſſe ſe iuuare prouiſum ab Archiepiſcopo Toletano Cardinali Quiroga de Beneficijs vacantibus in menſe Decemb.non obſtante indulto, quia iſta prouidentur authoritate ordinaria, cum non ſint reſeruata, & ſic etiam non obſtare decretum irritans indulti. Et iterum coram eod. de anno 1594. fuit in cad.reſolutum indultum Cardinalis nõ intrare. Vnde cum reſpectu Cardinalis Ordinarij collatoris nul-
34 li menſes ſint reſeruati,† quia in regula reſeruatoria menſium expreſſe excipiuntur Beneficia ſpectantia ad prouiſionem Cardinalium, ibi, non tamen S.Romanæ *Eccleſiæ* Cardinalium, Creſcen. deciſ.20. de Præbend. Rota deciſ.537.nu.10. lib.3.par.3.diuerſ. & in cauſa Burgen. Canonicatus 2. Iun. 1559.coram D.Rubeis, de qua infra, num.657. & in Bononien. optionis infra adducta, num.452. circa fin. *Et in Toletana Archipresbyteratus 17. Maij 1603. coram Ludouſio infra adducta nu.659.* Et tradit poſt hæc Gonçalez gloſ.24. à nu.1.dicens nouiſſime etiam fuiſſe deciſum in vna Hiſpalen. Beneficij de Ierez. 12. Maij 1603. coram D.Lita de quo etiam infra à num.624. in Beneficijs in quouis menſe vacantibus non intrauit indultum,dũmodo alias non ſint reſeruata;quod non aduerut Auſt.Germon.de indultis Card. §.volumus à num.1. & 23. qui præſupponit. d.regulam includere Cardinales, & ex hoc falſo præſuppoſito nonnulla falſa infert, & ſic merito eum carpit Gonçalez d.num.1.quamuis Rota in d.Bononien.optionis 3.difficultate videatur velle indultum cõprehendere Beneficia vacantia in octo menſibus reſeruatis,
35 Quod procedit etiam, † ſi Beneficia ſpectent ad prouiſionem prælati, & Capituli ſimul,nam d.exceptio prodeſt etiam Capitulo propter communionem iuris conferendi, vt fuit reſolutum in Hiſpalen. Portionis 19.Ianua.1564. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, vt in ſeq.deciſ.Gabriel de Soria obtinuit à Sede Apoſtolica Portionem Eccleſiæ Hiſpalen. vacantem per obitum cuiuſdam Ludou. in menſe Aug. in cuius collatione Illuſtriſſimus D. Cardinalis de Caſtro Archiepiſcopus prædictæ Eccleſiæ, qui contulit vni, & Capitulum, quod contulit alteri, fuerant diſcordes,& quia agentes prædictorum Cardinalis, & Capituli oppoſuerunt ſe huic prouiſioni,Sãctiſſimus Dominus noſter, ne alicui præiudicium inferatur, mandauit, quod in Rota videretur, an gratia Apoſtolica deberet ſortiri ſuum effectum, & cauſa per me poſita informante tantũ Gabriele; ex quo agentes prædicti licet pluries citati, recuſauerunt informare, Domini reſoluerunt, pro validitate prouiſionis Apoſtolicæ;quia ſtante diſcordia Archiepiſcopi, & Capituli circa collationem huius Portionis, quæ cum ſit in Eccleſia Cathedrali eſt inter ipſos communis, vt notat Io. Andr.in cap. à collatione, quem ibi ſequitur Gemin. Francus num.1. & Probus nu.4. de appellatione in 6. Abb.in cap.cum Eccleſia Volaterrana, num.8. de electione, Aegid.deciſ.69. & late Caſſad.deciſ.12. poſt princ.de Præben.neutra collatio valeat,& ſi Papa ſequenti die prouideat tertio, ille dicitur habere potius ius, vt tradit Probus ad Monachum in Rubr. de iure patron.nu.8. poſt Io.And. d.cap. à collatione nu.3. Franchum nu.1.Geminius num.4. Feder.de Senis conſ.1.ſub nu.8.verſ.ſolutio, Selua de Benef.p.3.quæſt.71. & late Rebuf.in conſ. 60. nu.12. cum pluribus ſeq. & ita ceſſat quod prætendebatur pro parte Capituli Sanctiſſimum Dominum noſtrum in hac diſcordia teneri vni,vel alteri ex nominatis conferre iſtam Portionem, & gratificare prouiſum ab ipſo, vti digniorem; quia (quicquid dicendum ſit de pluribus præſentatis in diſcordia patronorum in materia collationis, cuius termini non ſunt confundendi cum præſentatione)communis,& vera eſt concluſio doctorum, quod neutra collatio teneat,& ſit locus prouiſioni Sedis Apoſtolicæ ex ſupra allegatis. Minus obſtat prætenſio Cardinalis, quod Portio vacarit in menſe Auguſt. qui, cum ſit vnus de reſeruatis vigore indulti, ſpectat ad ipſum ſolum, quia in hac portione ratione menſis non poteſt dari aliqua reſeruatio ex quo regula nominatim excipit Beneficia ſpectantia ad prouiſionem Cardinalium,& iſta exceptio prodeſt etiam Capitulo propter communionem iuris conferendi, ad l. ſi communem. quemadmodum ſeruitutes amittantur: & faciunt notata per Calderinum conſ.22. de Præbendis. Felynus in cap.1.ſub nu.6.de præſcript. Puteus deciſ.88. in vna Tiraſonen.lib.3. maxime cum capitulum fuerit admiſſum ad conferendum vna cum Cardinali Archiepiſcopo in omnibus menſibus iuxta formam iuris communis vt fatetur ipſe Cardinalis in indulto nuper obtento,quo fit vt,attenta quaſi poſſeſſione, quæ ad validitatem collationis inſpici ſolet.cap.querelam de electione. cap conſultationibus. de iure patron. collatio in hoc caſu debuit fieri ab Archiepiſcopo ſimul cum Capitulo, quod eſt, prout eſt in quaſi poſſeſſione conferendi,Rota deciſ. 49. de reſcript.in antiquis Cald.conſ.23. de Præb.& conſequenter nihil operatur indultum, quod nõ extenditur ad Beneficia, in quorum poſſeſſione alius exiſtit. Mohed.deciſ.179. Tho.de Thanis deciſ.3. Put.deciſ.206. lib.1. præſertim, quod illius virtute non magis potuit Archiepiſcopus ſolus conferre, quam ſine eo potuiſſet, cum nihil de nouo tribuat, ſed remoueat tantum obſtacula reſeruationum & præferat Ordinario tantum partem ſuam, quando collatio eſt ei communis cum Capitulo. Caſſad.deciſ.3.in fi.de priuil.Mohed.d.deciſ.24.Io.Paul.deciſ. 28.cum alijs allegatis. Et hoc procedit,non obſtante declaratione Felic.record. Greg.XIV. in ſecundo indulto conceſſo prædicto Cardinali,quia ad inſtantiam Capituli illud fuit poſtea ſuſpenſum per literas Cardinalis Sfrondati. Ex his fuit reſolutum prouiſionem Apoſtolicam eſſe validam, & ſupplicationẽ deſuper ſignatam Gabrieli relaxandam, & poſt hæc tradit Gonçalez gl.24.à nu.52. referens iſtam deciſionem. *Qua in nouiſſimis Farin.eſt 702.*

36 Et non intrare indultum fuit † in eadem confirmatum coram D.Blanch.14.Aprił.1595.vt in deciſ. inf.adducta c.4.nu.38.& fuit etiam reſolutum in eadem coram D. Orano 24. Ian.1597. & dictũ indultum Card. ordinarijs collatoribus ad conferen. Beneficia conceſſum non ampliare facultatem,ſed tantum præſeruare ordinariã. Caſſad.deciſ.8 de Præb. num.6. Puteus deciſ.158. lib.1. Mohed. deciſ.1. de Præb.& inde indultum Cardinalium nõ capere prouiſiones, quæ iure communi ad eum ſpectant, nec prouiſiones præeuntiuas de vacantibus tollere, ſed expectatiuas, & gratias præuentiuas de vacaturis. *Idem fuit dictum in Toletana Capel. 1. Decemb. 1606.coram Sacreto infra adducta 6.p.c.4.nu.20.*

37 Ex

37 Exquo etiam fit contra †Germonium vbi proxime, quod prouiſi de beneficijs in quocunque menſe vacan. à Cardinali ordinario collatore habente indultum, non tenebuntur expedire nouam prouiſionem ratione indulti, in ver. volumus autem, in quo ponitur decretum, quod prouiſus vigore indulti de Beneficijs reſeruatis excedentibus valorem 24. ducatorum teneatur intra ſex menſes expedire nouam prouiſionem, alias eo ipſo vacare cenſeantur, de quo Mando. de ſignatura gratiæ tit. de noua prouiſione ad. fi. & tit. de indulto conferendi Beneficia reſeruata. nam tunc non intrat indultum, & conſequenter non fit prouiſio vigore indulti, vt dictum eſt.

38 Nec Obſtat deciſio † Putei 2. de Præben. & reſervationibus in manuſcrip. quæ ſic air. Quando Beneficia vacant in aliquo ex octo menſibus, prouiſus vigore indulti tenetur expedire nouam prouiſionem ita in cauſa Abulen. de Villatoro de mẽſe Iunij 1546. coram Ptolomæo; nam loquitur de prouiſo vigore indulti conceſſi Cardinali non ordinario collatori, nempe Cardinali Farneſio. qui non fuit Epiſcopus Abulen, vt apparet ex deciſione eiuſdem Putei 363. l. 2. in impreſſis, quæ loquitur in iſta cauſa.

39 Et in conſummationem d. † doctrinæ intellexi Gregorium XIII. viuæ vocis oraculo declaraſſe Cardinali Caraffæ anno 1581. quod prouiſi ab Archiepiſcopo Toletano de Beneficijs vacantibus in menſibus Papæ non tenebantur impetrare nouam prouiſionem, nec Bullas expedire, nec in his loqui indultum, verſ. volumus.

40 Si vero, vt ad dubium propoſitum †redeamus, Papa præueniat in prouiſione alicuius Beneficij reſeruati Cardinalem ordinarium collatorem habentem indultum cum decreto irritante dicente etiam per nos, non valebit prouiſio Papæ, niſi in ea derogetur & fiat mentio de indulto, iuxta ſupradicta nu. 15. & Caſſad. d. dec. 2. de Præb. nu. 3. & Putei dec. 190. nu. 1. l. 3. & Achillis 353. ſeu ſeptimam de priuil. ex qua videtur colligi, non poſſe dici derogari dicto indulto

41 † Cardinalis per clauſulam, ſeu ſi venerabili fratri Epiſcopo, & qualibet alia d. ſedis indulgentia, in literis Apoſtolicis apponi ſolitam, cum in ea non fiat mentio de Cardinali, Rebuff. conſ. 6. Et ſub derogatione indultorum †

42 Cardinalibus conceſſorum non cenſetur derogatum Indulto Cardinalis ordinarij, ſed intelligitur de indultis conceſſis Cardinalibus extraordinarijs collatoribus. Puteus deci. 422. l. 2. & 93. l. 3. Achil. 348. ſeu 2. de priuil. Germon. d. §. per quæ ſublatis. num. 95. & Gonçalez, glo. 13. num. 99. & glo. 24. nu. 42.

43 Id autem, quod dictum eſt inter Papam, † & ordinarium eſſe locum præuentioni, accipiendum eſt, niſi prouiſo a Papa obſtet regula, de veriſimili notitia: tunc enim prouiſio Papæ anterior nullius eſt roboris, vel momenti. ex d. reg. & conſequenter non obeſt prouiſioni ordinarij poſteriori, nec poteſt dici Papã præueniſſe Coraſius. 2. p. c. 1. nu. 7. & c. 3. nu. 8.

44 Quæ regul. ſolum habet locum † in vacatione per obitum, de qua loquitur Mand. ibi quæſt. 7. & onus probandi non incumbit impetranti; ſed danti de re-

45 gula; † ſuppoſito, quod impetrans probauerit obitum præceſſiſſe, non tamen probauerit diem obitus, ex doctrina Bart. in l. in illa. ff. de verborum obligatione, licet contra teneat Sarnen. ibi, quæſtion. 6. ita fuit reſolutum in vna Cremonen. coram Verallo, de anno 1551. vt apud Chiſanen. deciſione 164. in manuſcrip. & Putcum deciſione 423. lib. 3. & ſequitur Mandoſ. ibi. quæſt. 9.

46 Et debet probare concludenter † de non veriſimili notitia, vt fuit reſolutum coram D. Aldobrandino, de anno 1557. & alias coram Fantutio 1560.

47 In ordinario tamen, & legato d. regu. non † habet locum. Bertrand. conſ. 128. volum. 1. & videtur tenere, & bene probat Mandoſ. ibi, quæſt. 1. quamuis dicat vlterius non inſiſtere, quia Rota 22. Ianuarij. & 12. Iun. 1549. coram D. Nouato, in vna Barchinon. præpoſituræ concluſit d. regulam procedere in ordinarijs.

48 Quod etiam tenent Coſmaein pragmatica † ſanctione, titul. de collatio. §. volens, ſeu §. neque, verb. faciendas. Selua 3. p. q. 46. Gloſſator d. reg. de veriſimili 28. & ibidem Sarnen. dicens communem, qui. & Rebuf. verb. in antea fecerit, & in procemio concord. verb. fati. Ripa reſpo. 16. lib. 1. & in cap. 2. de reſcrip. in fin. Coraſ. d. cap. 3. nu. 8. Gambarus de offic. legati. l. 3. nu. 558. Roſin. de Benefi. cap. 29. nu. 19. & P. Gregorius eodem tractatu cap. 32. nu. 4. qui alias referunt pro iſta ſententia, & quod habeat locum in legato ſentit Aym. conſil. 88. à nu. 9.

49 Mihi vero placet ſententia Bertrandi, & † Mand. pro qua alias iudicauit Rota, nempe d. regulam non habere locum in Legato, vt teſtatur d. Gloſſator, & facit dec. Mohedani 30. de præbendis & Putei 244. & 252. lib. 1. vbi fuit reſolutum reg. de veriſimili non habere locum in præſentatione; & tenet Mand. ibi, q. 8. & fundamentis contrariæ ſententiæ ſatisfacit idem Mand. d. q. 1.

50 Et de dicta reg. vltra Gloſſat. & Rebuffum † in ea videndi ſunt Sarnen. & Mandoſ. qui ſuper ea de eius materia late agunt per quæſtiones, & videndum etiam eſt quod dicitur infra 8. p. cap. 2. nu. 4. & 11. p. cap. 1. nu. 66.

51 Ordinarius autem non poteſt præuenire † in Beneficijs reſeruatis, quorum prouiſio ſpectat ad Papã

52 priuatiue. Nam, quamuis ceſſante reſeruatione collatio omnium Beneficiorum in diœceſi exiſtentium in quolibet menſe vacantium pertineat de iure communi ad Epiſcopos loci ordinarios, qui in Beneficijs conferendis fundatam habent intentionem iure communi, cap. omnes Baſilicæ, cap. nullus 16. q. 7. c. cum ex iniuncto. in fin. de hæret. cum alijs, Felin. in cap. cum venerabilis, num. 32. de except. Millis in repertor. verb. Beneficiorum collatio, & verb. Beneficiorum autem diſpoſitio, & verb. Epiſcopus fundat. Staphil. de literis gratiæ, in præſentatione, num. 70. Probus ad Monach. in cap. cum in illis de præben. in 6. num. 10. Gomezius de expectatiuis, num. 13. 18. & 20. Coraſ. 2. p. c. 4. n. 6. in fin. Ioa. Nicol. Gimon. in Enchiridio Benef. tit. 2. cap. 2. à num. 28. Vargas de Epiſcoporum iuriſdictione, confirmatione 14. Mandoſ. conſil. 11. à num. 2. Burſat. conſil. 126. l. 2. ex nu. 37. Bernard. Diaz reg. 240. Gratian. reg. 156. P. Gregor. de Benef. cap. 38. num. 2. Flam. Pariſ. de reſignat. Benef. l. 1. q. 10. à num. 49. Zerola in praxi Epiſcopali, 1. par. verb. Benef. §. 2. & Zecchus, de Benefic. & Penſio. cap 5. num. 6. verſ. ex quib. ſequitur. Ægid. Bellan. deciſ. 717. num. 3. Puteus 492. nu. 3. l. 2. Caputaquen. deciſ. 214. num. 5. p. 2. in impreſſis, & 307. l. 1. in ma-

53 nuſcrip. & poſt hæc Gonçalez † ad reg. de menſib. §. 1. procem. num. 21. & 22. & glo. 11. num. 38. & 39. &

glo.

glo.29. numero 1. *Poſt glo. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. cap.1.num.1. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap.30.§.2.num.1. Piaſec. in praxi Epiſcop. par.2.cap.5.num.1. & 9. & D. Frechilla in repet. capitul. admonet. de renunt. num.12. & Rot. in Toletana Archipresbyteratus 17. Martij 1603. coram Ludouiſio infra adducta num.650.* Eorum tamen ordinaria poteſtas conferendi coarctata eſt per reſeruationes, de quibus tractatus ediderunt. Gaſpar Perus. Aeneas de Falcon. Simoneta, & Campegius, ſed qui præcipue, & latius tractant hanc materiam, ſunt Aeneas, & Simoneta ad quem additiones fecit Paulus Granutius, & videndus etiam eſt Rebuff. in praxi tit. de reſeruatio. & in repet. cap. nulla 2. de cõceſſione præbendæ. poſt materiam mandatorum, & nominationum. *Et D. Card. Tuſc. concl. 75. lit. B. & lit. R. verb. reſeruatio.*

54 Et de tempore, quo cœperunt reſeruationes, † vide Burſattum d. conſil. 126. lib. 2. num. 18. & 93. Pet. Gregor. cap. 24. numer. 21. Thom. Campegium in d. tractat. & Granutium in d. tract. Simonetæ quæſt. 1. numer. 2.

55 Et quia hæc materia reſeruationum eſt † in praxi frequentiſſima, & vtiliſſima, de ea hic à nobis agendum late eſt.

56 Et principio † præmittendum eſt reſeruationes, alias dici generales, alias vero ſpeciales, & tamẽ magna varietas inter Doctores, quæ dicantur generales, & quæ ſpeciales, vt eſt videre apud Aeneam de Falcon. d. tract. quæſt. 2. Simonetam quæſt. 4. Caſſadorum. deciſ. 3. de reſeruatione & P. Gregorium d. cap. 24. num. 21.

57 Et quamuis multi dicant, quod generales † reſeruationes dicuntur illæ, quæ ſunt à iure communi inductæ, ſpeciales vero, quæ ſunt introductæ per regulas Cancellariæ, vel extrauagantem, ad regimen, vltra iuris communis diſpoſitionem, quia ſunt temporales. Millis in reper. verb. reſeruatio, verſicul. 2. Pelyn. in noſtra cor. 5. de reſcript. ita intelligens deciſionem Rotæ 10. & 22. de præben. in nouiſ. Bellam. de charitatiuo ſubſidio, quæſtione 117. Mandoſ. in glo. facultatum. in ſuperſcriptione. verb. ad perpetuam, Caputaquen. deciſione 75. parte 3. & alij, quod etiam admittit Gloſſator, regul. 1. & 62. Cancellariæ, niſi regul. dicat, quod generaliter reſeruat.

Tamen verius videtur, quod generales reſerua-
58 tiones dicantur, † quæ non ſunt de certis Beneficijs ſeu pro certis perſonis, ſed de Beneficijs in communi puta de Beneficijs Collectorum, ſeu Subcollectorum officialium Curiæ, aut familiarium, vel de Dignitatibus maioribus, etiam ſi ſint inductę per regulas Cancellariæ, ſeu alias, dummodo in ipſis Papa
59 non dicat ſpecialiter reſeruare. Vel vt † dicit Zecchus d. capitul. 5. numer. 6. generales reſeruationes ſunt, quando omnium Beneficiorum Regni, vel certi loci, vel perſonarum, vel Dignitatum fieret ampla reſeruatio, vel quando plures reſeruationes reducuntur ſub vna ratione, vt Bellamer. conſilio 34.

60 Vnde indultum conferendi Beneficia vacatura, † exceptis generaliter reſeruatis, non comprehendit Beneficia reſeruata per reg. 8. menſium. Mohedan. deciſ. 13. 13. de priuil. ad fin. libri, alias 1. & 3. & in ſimili. Caſſad. deciſ. 3.

Speciales vero dicuntur, quæ fiunt de certis Bene-
61 ficijs, † ſeu pro certis perſonis, & idem puto de certonu. Beneficiorum. Ita Rota deciſ. 28. de præben. in antiquis, & 3. de reſtitutione ſpoliat. in nouiſ. in fin. Caſſad. deciſ. 3. Caputaquen. deciſ. 141. nu. 5. par. 1. Coſmas in prag. ſanct. tit. de elect. §. licet dudũ, verb. reſeruationes. Aeneas de Falcon. d. q. 2. Rebuff. in praxi, tit. de reſeruat. nu. 11. & in reg. 2. Cancell. circa fin. & in concord. tit. de reſeruatio. in princ. & idem tenet Simoneta, d. q. 14. à num. 14. ſaltem quando in ipſis regulis generaliter reſeruari dicitur, prout in reg. hodiernis, in omnibus fere dicitur, & Flam. Pariſ. de reſignatione, lib. 2. quæſt. 16. num. 16. & hanc eandem ſententiam videtur planè tenere Hier. Paulus in pract. Cancel. in §. ſequuntur Beneficia reſeruata generaliter, & in §. ſeq. *Et Aſor 2. p. lib. 6. cap. vltim. q. 3. & ſequitur Alexand. Moneta de opt. c. 3. num.*
62 47. & Goncalez. glo. 30. poſſunt etiam † dici ſpecialiter reſeruata Beneficia affecta per appoſitionem manus Papæ. Simoneta, quæſt. 4. num. 9. de quo infra à num. 138.

63 Et iſta explicatio eſt magis conformis † ſignificationi, & acceptioni vocabulorum generalis, & ſpecialis; & pro ea facit reg. Cancellariæ 55. de claus. in Beneficijs vacantibus ponendis, quæ alias erat 62. ibi, Clauſula ponatur, etiamſi dictum Beneficium, ex eo, quod talis collector, generaliter reſeruatum exiſtat. *Et ſequitur Alex. Moneta de opt. c. 3. nu. 16.*

64 At dictæ ſpeciales reſeruationes † in fauorem aliquorum, maxime mentales, de quibus Caſſad. deciſ. 4. 5. 6. & 7. de reſeruatio. & vltima de conceſſ. præb. & Mandoſ. reg. 11. q. 4. iam non ſunt in vſu propter decretum S. Concilij Triden. ſeſſ. 24. de reformatione cap. 19. per quod illæ ſunt ſublatæ. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de reſeruis. ad fin. Nauar. in c. ſi quando, de reſcrip. in actuario, nn. 14. & 16. & Flam. Pariſ. ſupra nu. 17. & Gonçalez. d. §. 1. à nu. 66. & d. gl. 30. num. 23. & 25.

65 Aliquando tamen reſeruantur † ſpecialiter aliqua Beneficia, quæ ſperantur vacare per cõtractum matrimonij, vel per aſſecutionem iuxta reg. Cancel. 57.

66 Sed, an reſeruationes ſint † odioſę, an fauorabiles, eſt dubium Doctorum, de quo late per Aeneam de Falcon. d. tract. præludio 2. & Simonetam, q. 5. & 6. Granu. & per Gonçalez poſt hæc viſum ad regul. de menſibus, §. 6. procem. per totum.

67 Et quidem ea ſentẽtia mihi verior videtur, † quod ſint odioſæ, & reſtringendæ, cum detrahant ordinariæ poteſtati, quam tenent glo. in cap. præſenti. verb. finitur, de offic. Legati in 6. quam dicit memorabilem Nauarrus in cap. accepta. de reſtitut. ſpoliat. oppoſitionis ſolutione 10. nu. 42. & Io. And. D. Francus, & alij in c. auaritiæ. de elect. in 6. & Coraſ. 2. p. c. 1. num. 11. qui dicunt, quod reſeruatio c. 6. de præbend. in 6. eſt odioſa, & reſtringenda, cum detrahat Ordinariæ poteſtati, & Bellamer. de permutatione Benef. 3. p. q. 1. & conſil. 34. qui cum collectario ait, quod reſeruationes Papæ, etiam generales, & Motu proprio factæ ſunt odioſæ, & reſtringendæ, ſiue reſtringibiles, quia ordinarijs auferunt ſua iura, Caſſad. deciſ. 3. nu. 5. de reſeru. Ripa reſp. 15. lib. 1. nu. 5. & reſp. 17. lib. 2. nu. 4. Mand. conſ. 11. nu. 9. & idem videtur velle Gloſſator, reg. 3. verſ. item quæro, & tenuit Rota in Segun. Archidiaconatus, & Canonicatus infra adducta, num. 332.

De

## *De reſeruatione ob vacationem in Curia, & clauſa in corpore iuris.* §. I.

### SVMMARIA.

*PRæcipua reſeruatio, & in corpore iuris clauſula eſt de Beneficijs vacantibus apud ſedem, ſeu in curia, quòd idem eſt in propoſito, nu.68. & 69.*

*Illa reſeruatio extenditur ad Beneficia venientium ad curiam, vel ab ipſa recedentium decedentium infra duas dietas, numero 70.*

*Beneficia in curia vacantia ſpecialius cæteris ſunt affecta Papæ, nu.72.*

*Beneficia apud ſedem, ſeu in curia vacare dicuntur, non ſolum per obitum in illa, ſed etiam quando ibi fit renuntiatio, priuatio, vel alij modi vacandi, nu.73. & 74.*

*Ibi dicitur Eccleſia vacare, vbi fit priuatio, vel renuntiatio etiam à procuratore alibi conſtituto, num.75. etiamſi perſona ſit alibi; nam ſolum attenditur locus priuationis, non vbi perſona ſit. num.76.*

*In vacatione inducta ob modum negatiuum ſolum, conſideratur, vbi eſt perſona, & Beneficium; immo ſolum conſideratur, vbi eſt perſona, nu.77. & 78.*

*Vbi priuatio inducitur à iure, ſeu ex decreto propter actum poſitiuum, Beneficium vacat, vbi fit actus, nu.79.*

*Beneficia hæreticorum vacant in partibus, vbi fuit commiſſum delictum, & non in curia, vbi ſententia lata fuit, n.80. Quæ hodie ſunt reſeruata, nu.81.*

*Quomodo in propoſito accipiatur curia remiſſiuè? nu.82.*

*In hac reſeruatione non comprehenduntur Beneficia, habentiũ domicilium in Romana curia, niſi curiales ſint, nu.83.*

*Quamuis Beneficia officialium, & Capellanorum Papæ, & aliorum, de quibus in extrauag. ex debito, dicantur ibi vacare apud ſedem, tamen illa erat temporalis & expirauit cum conditore ſicut etiam extrauagans ad regimen, à n 84.*

*Nec omnia Beneficia reſeruata, etiam ſpecialiter aut in d. extrauag. ad regimen dici poſſunt proprie vacare in curia, ſed ad ſummum large & impropriè. nu.88. & ſeq.*

*Beneficia vacantia ob non publicationem non vacant in curia, niſi reſignatio ſit facta coram Papa, quia adhuc per reſignationem vacant, nu.90.*

*Qui narrat reſignationem non publicatam, & Beneficium adhuc per reſignationem vacare narrat verũ, licet Rota alias teneat non vacare per reſignationem, nu.91.*

*Vbi ſimpliciter exprimeretur vacatio ex reſignatione, non veniret vacatio ob non publicationem, quæ ſpecialiter exprimi debet, num 95.*

*Si Beneficia vacantia in curia Papa non confert infra menſem, à die vacationis, Ordinarij poſſunt illa conferre, ex c. ſtatutum, de præb. in 6. nu.96. Quod non procedit in Beneficijs aliàs reſeruatis, in quibus nullum tempus eſt Papæ præfixum ad conferendum, nu.97.*

*Dictum c. ſtatutum. eſt correctum per Extrauagantem pia, de præb. quæ eſt Bonifacij, & poſterior, nu.98. Licet poſſit dubitari propter datam, l.6. nu.99.*

*Quicquid ſit de hoc per Extrauag. ad regimen derogatur d. cap. ſtatutum, nu. 100.*

*Parochiales in curia vacantes Apoſtolica Sede vacante etiã quæ vacarunt vivente Papa poſſunt per Ordinarium prouideri, ex c. ſi Apoſtolica. de præb. in 6. quod eſt poſterius, dict. Extrauag pia. nu. 101. & 102.*

*Dictum c. ſi Apoſtolica non procedit in Beneficijs aliàs reſeruatis, nec in deuolutis contra alios, à nu. 103.*

*Extrauagans, & ſi in temporalium. de præb. quæ derogat d. c. ſi Apoſtolica, erat temporalis, & expirauit. nu. 106.*

*Etiam quoad Parochiales vacantes, vivente Papa, non eſt derogatum, d c. ſi Apoſtolica. per Extrauag. ad regimen, non obſtante affectione inducta vivente Papa, nec extrauag. vltima, de præb. à nu. 107.*

*De potentia, & efficacia, ac priuilegijs reſeruationis per vacationem in curia, qui ſint tenendi, nu. 112.*

*In d. reſeruatione non comprehenduntur Epiſcopatus, bene tamen Abbatia. nu. 113. cum ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, ex qua idem etiam videbatur in Epiſcopatibus.*

*In reſeruationibus Extrauagantis ad regimen exprimuntur Epiſcopus, & Monaſteria, &c. & per reg. 2. Cancell. ſit peculiaris reſeruatio Epiſcopatuum & Monaſteriorum. n. 117.*

*Reg. reſeruatoria Monaſteriorum comprehendit Monaſteria electiua, nu. 118.*

*Alia Dignitates inferiores etiam electiua, & alia Beneficia electiua certum eſt, quod comprehenduntur in d. reſerv. c. 2. de præb. in 6. cum faciat mentionem de elect. nec contrarium vult Coraſ. n. 19. & ſeq. & idem erit in reg. reſeruatoris facientibus mentionem de elect. nu. 121.*

*Etiam non facta mentione de elect. comprehenduntur ſub reſeruationib. ſi nullus modus prouidendi eſſet expreſſus, quicquid eſſet in mandato de prouidendo, nu. 122. & 123.*

*In reſeruationib. factis ſub iſta forma, reſeruamus Benefic. ad cuiuſcunque collationem, prouiſionem, præſentationem, ſiu diſpoſitionem ſpectantia, non comprehenduntur Benef. electiua, à num. 124.*

*An præter reſerv. per vacat. in curia, ſint alia reſerv. in corpore iuris clauſæ? nu. 127. cum ſeq. referuntur ſententiæ Doctorũ, & reſoluitur vnam tantum eſſe reſervat. nempe illam.*

*Beneficia litigioſa non ſunt reſeruata contra aliquos, à nu. 133. & ponuntur deciſ. Rotæ.*

68 HIs præmiſſis notandum eſt, † primo præcipuã reſeruat. & in corpore iuris clauſam eſſe illam de qua in d.c.2. de præb. in 6. & in cap. ſtatutum, & c. preſenti, eod. & Clem. 1. vt lite pendente, vbi reſeruantur diſpoſitioni Romani Pontificis omnia Beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam, ſeu in cu-
69 ria: quod idem eſt † in propoſito, ſecundum gl. in d. c. ſtatuit. verb. in curia. per tex. ibi & in d. cap. 2. cum qua tranſeunt ibi DD. & Francus d. c. 2. nu. 2. Lapus allegatione 96. in prin. Simoneta, q. 30. nu. 2.

70 Quæ reſeruatio extenditur † in d. cap. præſenti. ad Beneficia, quæ venientes ad Curiam Romanam, vel ab ipſa recedentes obtinent ſi in locis vicinis ipſi curiæ per duas dietas legales mori contigerit.

71 Et iſta reſeruatio de Beneficiis apud ſedem † vacantibus continetur etiam in d. Extrauagan. ad regimen, de præb. quæ per reg. 1. Cancellariæ ſemper innouatur per omnes Pontifices.

72 Quæ Beneficia in curia vacantia ſpecialius † cæteris ſunt affecta Papæ d. capit. 2. Mand. in præfatione reg. 5. Cancel. num. 1. Granutius ad Simonetam, q. 26. num. 6.

73 Beneficia quæ apud Sedem, ſeu in curia vacare † dicuntur non ſolum per obitum in illa, ſed etiam quando ibi fit renuntiatio, vel priuatio, aut ſi ibidem alij vacationis modi inducuntur. Francus in d. cap. præſenti. §. ſane, nu. 4. Simoneta. quæſt. 28. 29. & 30. & ibi Granutius Gambarus de officio Legati, lib. 3, num. 124. Caputaquen. deciſ. 48. 325. & 327. par. 3. *Alex. Mon. d. c. 3. de opt, nu* 36. 37. 50. & 51. Quamuis
74 Gigas de intrulo, nu. 47. † dicat, quod Beneficia reſi-

gnata

gnata in curia non dicuntur vacare apud ſedem, ſed bene in curia. & quod, licet propterea ſint reſeruata, tamen eorum reſeruatio non dicitur in corpore iuris clauſa. citans Sarnen. de triennali, q. 31. ſub. nu. 5. qui id non dicit.

75 Nam ibi dicitur Eccleſia vacare, vbi ſit † priuatio vel renuntiatio, etiam à procuratore alibi conſtituto, Probus d.c.2.de præb.in 6.à num.22. Coraſ. 1. p. c.8.nu.8. Roſiniacus c.15. Flam. Pariſ.l. 9. quæſt. 14. vel vbi occurrunt omnes alij vacationis modi. Rota deciſ.4.& 35.de præb.alias 33.& 86.in antiquis, Paninus, de offic.& poteſtate Capituli ſede vacan. præludio vlt.num.8.& Mandoſ.conſ.11.num. 1. vbi docet Beneficia priuati vacare vbi priuatur, quando ſumus in priuatione hominis, & poſthæc tradit Gonçalez, gloſ.13.à num.42.& 45.& glo.15.§. 2.quæſt. 3.ex.nu.8.

76 Quod procedit, etiam † ſi perſona priuata, ſeu ex qua alias vacat Beneficium, ſit extra curiam, nam ſolum eſt attendendus locus priuationis, non autem vbi ſit perſona, vt ex deciſ. 32. Guidoboni in cauſa Compoſtellana Canonicatus reſoluit Mandoſ. reg. 32.quæſt.8.ad fin.& volunt citati; quamuis Caputaquen.in d.deciſ. 48. & 327. diſtinguat. facit gloſſa verb.collatio in d. clem. 1. vt lite pendente. Millis in repertor. verb. Beneficia vacantia: nec obſtat deciſ. Putei, 356.nu. 4. l.2. vbi habetur, quod Beneficium

77 vacans † ob non expeditionem nouæ prouiſionis, ex decreto dicitur vacare extra curiam ex quo, & perſona, & Beneficium erat extra curiam, quamuis noua prouiſio erat expedienda in curia, & ibi iura ſoluenda; quia reſpondetur id procedere in vacatione inducta ob modum negatiuum conſiſtentem in non faciendo, ſeu in omiſſione, quo caſu ſolum conſideratur, vbi eſt perſona, & Beneficium, vt, ſi ſunt extra curiam, extra curiam dicatur vacare Beneficium.

78 Immo ſolum videtur conſiderandus locus, † vbi eſt perſona, vt per Pauinum ſup. vbi ait, quod priuatus, quia non ſoluit penſionem in partibus, ſi eſt Romæ, eius Beneficium cenſetur vacare in curia, & eſſe reſeruatum d.deciſ.4.& Hier. Paulum in d.pract. Cancellariæ, verb. Beneficium reſidentis, pag. mihi 608. poſt praxi. Rebuf. vbi ait, quod Beneficium reſidentis in curia non promoti infra annum dicitur vacare in curia, ſecundum Collectarium in cap. Eccleſia, de ſortilegijs.

79 At vbi priuatio inducitur à iure, ſeu ex † decreto propter actum poſitiuum, Beneficium dicitur vacare, vbi fit actus, ob quem inducitur priuatio à iure, ſeu decreto iuxta dicta.

80 Vnde alias in vna Mutinen. Capellæ 16. † Iunij 81 1562. coram D. Palcoto fuit reſolutum, Beneficia hæreticorum vacare in partibus, vbi fuit commiſſum delictum, & non in curia, vbi ſententia lata fuit; nam vacant ipſo iure, & poſſunt impetrari, & conferri etiam ante ſententiam, vt per Cotam dec.230. in ſuis Miſcellaneis manuſcrip. & habetur in deciſ. 707. & 728.l.3.par.3.diuerſorum, & refert Mand. de ſignatura gratiæ, tit.de abſolutione ab hæreſi, verſ.hæreticorum beneficia.

81 Hodie tamen Beneficia vacantia propter † hæreſis crimen ſunt Papæ reſeruata per conſtitutionem 29. Pij V.

82 Et quomodo in propoſito † accipiatur curia, vide infra ſuper regula 5. Cancellariæ, à nu. 387.

83 Et aduerte in hac reſeruatione † non comprehendi Beneficia habentium domicilium in Romana curia, niſi curiales ſint, ſeu corteſani, & ibi ratione curiæ morentur, d.cap. præſenti. §. ſane; & ibi Dd. Ægid. dec.654. ſeu 655. *Simoneta de reſeru. q.30.num.3.* & fuit reſolutum in cauſa Romana Beneficiatus S. Petri 27. Ianuar. 1593. coram D. Blanchetto. *Et in alia Romana clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602. coram D. Pamph. vt in dec.616.nouiſ. Farin. & in Aſſiſien. beneficiorum 18 Iun. 1607. coram D. Sacrato.*

Et, quamuis beneficia officialium, & Capellano-

84 rum Papæ, † & aliorum, de quibus in Extrauag. ex debito, de elect. inter communes, dicantur ibi vacare apud ſedem, etiam ſi alibi decedant. Lapus allegatione 96.in princ. vbi Mand. Litera D. & Francus in d. §. ſane, nu.4. Aeneas 4.quæſt.effectu 2.& 6.nu. 4. tamen illa extrauagans erat temporalis, & expirauit

85 cum conditore, † vt patet ibi, Donec Chriſti dignatio nos dignabitur vniuerſalis Eccleſiæ ſponſæ ſuæ regimini præſidere, & ibi, prouiſioni noſtræ, Dom.in d.cap. ſtatutum. poſt num.8. Mandoſ. reg. 1. Cancell. quæſt. 1.& Zerola, verb. Benef. §.2.fall.5. *Alex. Monta d.c.3.de opt.nu.40.& de decimis c.9.nu.27.* ſicut etiã

86 extrauagans ad regimen, † Dom.in.c.ſi Apoſtolica, nu.6.de præben.in 6. Gloſſator, reg. Cancell. 1. 2. 36. & 62. Caſſad. dec.3.n.3.de conſtit.& Mand.d. reg.1.

87 q.1. *Moneta ibi.* quicquid de vtraque † dicat Aeneas de Falcon. præludio 4. nec refert eſſe impreſſas inter Extrauagantes communes, nec dici poteſt earum reſeruationes eſſe approbatas, ex Extrauagant. Pauli II. fin. de præb. inter omnes, & ſic de d. Extrauagante. ex debito, iam non eſt curandum.

88 Nec omnia Beneficia reſeruata etiam ſpecialiter † aut etiam in d. Extraug. ad regimen. dici poſſunt proprie vacare in curia, Lapus allegat. 84. num. 3. ſed ad ſummum, tantum large, & improprie ratione reſeruationis, quia eorum diſpoſitio pertinet ad curiam, Puteus dec.36.num.1.l.2. Rota in Cordub. Capellaniæ, de qua infra num.425. *Alex. Mon. d.c.3.de opt. nu.17. 38.& à num.49.*

89 Et ita poteſt intelligi gloſ. verb. collatio, † in fi. in d.clem.1. vt lite pendente, quæ ait, quod Beneficia ſpecialiter reſeruata vacant in curia, & Simoneta q. 30.nu.3.& Sarnen. de triennali, q.31. vbi aiũt, quod reſeruata per Extrauag. ad regimen. dicuntur vacare in curia, & Couar. pract.c.36.nu.4.ad fi.& P. Gregor. d.c.24.nu.4. vbi ait, quod dicemus vacare in curia, vel apud ſedem ea Beneficia, quæ ſolius Summi Pontificis reſeruata ſunt collationi; nec in d. Extrauagan. ad regimen, dicitur, quod Beneficia vacantia per obitum perſonarum, de quibus ibi, cenſeantur, ſeu iudicentur vacare in curia, vel æquiparentur vacantibus in curia; quicquid dicat Aeneas d. effectu 2. & 6.& ita tenendũ eſt, quicquid poſt hæc velit Gonçalez, gloſ.13.ex num.46.

99 Vnde Beneficia † reſignata extra curiam vacantia, ob non factam publicationem, iuxta conſtitutionem 87. Greg. XIII. de qua infra 11.p.c.3. nu.273. non dicuntur vacare in curia, quamuis eorum diſpoſitio eo ipſo ad ſedem Apoſtolicam deuoluta exiſtat, Beneficia autem vacantia, ob non publicationẽ iuxta d. conſtitutionem Greg. XIII. adhuc per reſignationem vacãt, & ſic apud ſedem, cum eſt facta in manibus Papæ, vt apparet ex ipſa cõſtitutione, verſ. quod ſi quicquam: ibi, ab ipſa prima reſignatione.

Et ſic

91 Et sic †qui narrat resignationem non publicatam, & Beneficium adhuc per resignationem vacare apud sedem, narrat verum, ita fuit resolutum in causa Verdunen. Canonicatus 19. Iunij 1589. coram D. Gypsio Flam. Paris. lib. 11. quæst. 8.

92 Quamuis contrarium alias tenuerit Rota †in vna Spoletana Beneficiorum, 28. Iunij. 1595. coram D. Mantica, vt in seq. decisione Placuit Dominis gratiâ si neutri à D. Persio impetratam, quoad modum vacationis non fuisse iustificatam, nam, cum modus vacandi fuerit in supplicatione expressus propter resignationem, ille non potest verificari, nisi resignatio fuerit publicata, quia debet intelligi de resignatione valida, quæ indiget publicatione secundum fœlic. record. Gregor. XIII. constitutionem, neque præsumitur facta publicatio, sed debet probari, quia est facti l. quæcumque. §. vlt. de publician. l. consi. §. quæsitum de curatione furiosi. Alexand. consil. 158. n. 11. l. 2. Socin. Senior consil. 15. num. 2. l. 1. & ita sæpissime fuit resolutum. Vnde, si resignatio non fuit publicata, Beneficium non vacat propter resignationem, vt fuit expressum, sed ob non publicationem ex d. Gregor. constitutione, qui modus vacationis non fuit expressus, & tamen specialiter exprimi debet, etsi resignatio, vt in casu proposito, facta fuerit in manibus inferioris collatoris, vt colligitur ex d. Greg. constitutione §. de beneficijs autẽ, ex illis verbis, & alijs, ibi, modo, & forma prædictis, quæ quidem verba habent relationem ad prædictas qualitates. Corneus consil. 182. nu. 61. l. 2. Socinus Iunior consil. 42. nu 3. l. 3. Grauetta consil. 98. nu. 8. quare cum D. Persius hunc modum vacationis in supplicatione non expresserit, non facta publicatione, non potest Beneficium obtinere, quia gratia obtenta non capit hunc modum vacationis, quamuis resignatio facta fuerit in manibus inferioris collatoris, vt fuit dictum coram Pamphilio, in Bononiensi Canonicatus, 16. & 19. Februarij 1590.

93 Et idem tenuit Rota in alia Verdunen. † Canonicatus 13. Maij 1596. coram D. Pamphilio infra adducta 11. p. c. 3. nu. 332. & fuit dictum in vna Mediolanen. Beneficij 13. Ianuarij 1597. coram D. meo Corduba, de qua d. c. 3. nu. 284.

94 Et responsio data in d. Verdunen. ad d. † verficulum quod si quicquam. non satisfacit, nam re vera in illis verbis, Illaque siue iura ab ipsa statim. prima resign. seu cessione vacauisse, & vacare censeantur eo ipso. loquitur de prima resignatione, à qua vult Beneficium vacare non facta publicatione, siue subsecutæ sint aliæ resignationes, siue non, & in princip. d. vers. non annullat ipsam primam resignationem, sed dispositiones, & gratias resignatorum, & cessorum Beneficiorum, ac iurium huiusmodi, subdens, quod nulla alia super huiusmodi Beneficio, siue iure cesso, ijs, quibus concessa fuerit, suffragetur; sed ad ea sint inhabiles. *Et ita in impetratione & gratia beneficij ob non publicationem dici solet, beneficium adhuc per resignationem vacare iuxta dictam constitut. Gregor.*

95 Verum est tamen, † quod vbi simpliciter exprimeretur vacatio ex resignatione, non veniret vacatio, ob non publicationem, quamuis sit ex resignatione; nam specialiter exprimi debet, ex d. constitut. versic. illorum vero.

96 Aduertendum est tamen, quod, si Beneficia † vacantia in curia Papa non conferat infra mensem à die vacationis, & non scientiæ numerandum, Ordinarij possunt illa conferre, ex d. c. statutum, de præb.

97 in 6. & ibi glo. & DD. cuius tex. moderatio † loquitur, & habet locum tantum in reseruatis propter vacationem in curia per d. c. 2. & c. præsenti, eod. tit. in cæteris autem nullum tempus est Papæ præfixum ad conferendum. Francus. in d. cap. statutum. num. 6. Aeneas de Falcõ. q. 4. principali effectu 2. & 20. Paulus Granutius ad Simonetam q. 47, nu. 14. & dicetur infra 10. p. cap. 2. nu. 12. & hanc sententiam admittit, non solum in deuolutis, sed etiam in alijs reseruatis Gonçalez ad regulam de mensibus, §. 5. proœmio à num. 143.

98 Sed decis. d. cap. statutum, quod est Greg. X. † est hodie correcta, & reuocata per Extrauag. piæ 1. de præben. inter omnes, quæ est Bonifacij VIII. & sic posterior, gl. 1. ibidem. & Rota decis. 12. ante num. 1. de præben. in nou. s, alias 207. Lapus allegatione 96. sub nu. 1. Domin. cons. 78. Francus in d. c. statutum, sub nu 6. vers. & vide etiam per Lapum. Staphil. de literis gratiæ in præfatione, num. 20. Simoneta d. q. 30, nu. 3. & Sarnen. de triennali q. 31. versic. ex quo infertur; & Gonçalez d. §. 5. à nu. 148. dicens, se non dubitare de dicta reuocatione. *Quem sequitur Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 5. nu. 12. & idem tenet Alex. Mon. d. c. 3. de opt. nu. 70. dicens communem.*

99 Verum posset dubitari, † an d. c. statutum. sit correctum per d. Extrauag. pię, propter datam lib. 6. quę est posterior d. Extrauag. vt dicit Aeneas de Falcon. d. q. 4. effectu 6. & 20? & dubitat etiam Sarnen. de exp. statuis, nu. 21. & etiam Zerola in praxi Episcopali p. 1. verb. Beneficium. §. 3. d. 4. qui ait, quod stãte hac dubitatione Doctorum Ordinarius prouidebit, prout Deus benedictus sibi inspirauerit. Et 2. p. verb. reseruatio. §. 7. hanc opinionem amplectitur, tanquam fauorabiliorem, & magis connaturalem Episcoporum potestati, & videtur tenere Mandos. ad Lapum d. allegat. 96. literæ E. *Sunum. Bullar. Quarant. verb. beneficiorum reseruatio in addit. lit. A. versic. controuertitur tamen, & Perez de Lara de anniuers. & Capell. lib. 2. c. 10. nu. 12.*

100 Sed quicquid sit de hoc † tamẽ per d. Extrauag. ad regimen. quæ, vt dixi, innouatur per omnes Summos Pontifices, derogatur decisioni c. statutum, vt apparet ibi, Non obstantibus quibuscumque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis quatenus obsistere possent super enarratis articulis, vel aliqui, siue aliquibus eorundem, Lapus vbi proxime. *& Monet. d. nu. 70.*

101 Similiter etiam Parochiales † in curia vacantes Apostolica sede vacante, & quæ vacarunt viuente Papa, de quibus ante eius obitum non fuit ordinatum, possunt per Ordinarium prouideri, etiam ante mensem, ex c. si Apostolica. de præb. in 6. Rebuff. in praxi in forma nouæ prouisionis, verb. dummodo tempore datæ præsentium, nu. 14. Paulus Granutius ad Simonetam. q. 47, num. 12. & nouissime post hæc Gonçalez d. § 5. à num. 125. *& Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 5. nu. 12.*

102 Quod c. si Apostolica, est posterius d. † Extrauagan. pię; & sic quantum ad hoc illam correxit, vt dicit d. gl. 1. in d. Extrauag. & Francus in d. c. si Apostolica num. 2.

103 Et d. c. si Apostolica, videtur etiam solum † procedere in Parochialibus in curia vacantibus, & non

in

in reſeruatis alia ratione iuxta ſupradicta, Francus in d.c.ſtatutum.num.6. Gaſpar. de Perufio, de reſeruatione quæſt.5.

104 Quamuis Zerola d.1.par.verb.Benef.§.3.† dicto 10.& 2.p.verb.reſeruat.§.5 à fortiori,& à ſimili contra teneat dicens, quod poſſet etiam conferre Parochiales vacantes extra curiam, ſed in menſe Summi Pontificis, ex maiori ad minus, & ex identitate rationis de qua ibi,& fuerat dictum in cauſa Abulen. Parochialis de la Calçada 19. Nouemb. 1593. infra adducta, c.5.nu.91.& videtur tenere Rebuf.in regul. 1. Cancell.verb.etiamſi dicti officiales.ibi Tamen hic officia ſeu Beneficia illorum vult eſſe reſeruata, quia ſemel affectum ſemper durat, niſi liberetur, c.ſi Apoſtolica, de præb.in 6.& nouiſſime poſthæc tenet Gonçalez d.§.5.procem.à nu.137.

Nec etiam procedit in deuolutis, licet contra te-
105 neat à fortiori Zerola d.verb.reſeruatio † §.4. contra quem tenere videtur Goncalez d. §. 5. num.144, & ſeq.

106 Et quamuis per Extrauag.Clementis V.† & ſi in temporalium. 3. de præb. in communibus, quæ eſt poſterior, ſit derogatum d.c.ſi Apoſtolica, vt inquit Francus ibi d.nu.2.in fi.tamen illa Extrauagans erat temporalis,& cum ſuo conditore expirauit, vt apparet ibi, Quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur ad præſens, & quæ toto noſtri Pontificatus tempore vacare contigerit,& ibi,hac vice,

107 Difficultas eſt † quoad Parochiales quæ viuo Papa apud ſedem vacarunt, de quibus ante ipſius obitum non fuit ordinatum; nam, cum viuo Papa vacauerint, ſunt affectæ per reſeruationem d.Extrauagantis ad regimen,& Beneficium ſemel affectum, ſemper manet affectum, vt in Extrauag.vlti, eod. tit. in communibus, de quo infra à nu.793.

108 Nihilominus verius videtur, † etiam quo ad Parochiales viuente Papa vacantes, non eſſe derogatum d.c.ſi Apoſtolica per d.Extrauag. ad regimen; & ratio eſt, nam in ea Papa ſolum ſuæ diſpoſitioni reſeruat, & non ſedis Apoſtolicæ,& ſic non poteſt dici ei in aliquo obſiſtere d. cap. ſi Apoſtolica, quod mortuo Papa & ſic ſublato de medio, permittit prouiſionem Ordinarijs.

109 Nec affectio inducta in Parochiali viuente † Papa videtur obſtare, nam non obſtante affectione inducta, ex reſeruatione d.c.2.de præben.in 6. vult Papa in d.c.ſi Apoſtolica quod Ordinarij poſſint prouidere Parochiales apud ſedem in vita Papæ vacantes, de quibus prouiſum non eſt; & reſeruatio d. Extrauag. ad regimen, in quantum reſeruat Beneficia vacantia in curia per quam inducta eſt prædicta affectio, nihil aliud eſt, quam confirmatio reſeruationis d. c. & eadem cum illa.

110 Sed videtur adhuc obſtare † d. Extrauagans vltima incip.ad Romanos, de præben. in communibus, quæ eſt poſterior d.c.ſi Apoſtolica, vbi dicitur, quod omnia Beneficia, etiam curata, ſemel affecta ſemper manent affecta, & quod non poſſunt per alium, quam per Romanum Pontificem prouideri.

111 Sed reſpondetur, quod illa Extrauagans generaliter, & indiſtincte loquens debet reſtringi, & determinari per d.cap.ſi Apoſtolica, nam lex poſterior generaliter loquens reſtringitur, & limitatur per legem priorem, l.non eſt nouum ff.de legibus glo. Iaſ.& alij l.ſciendum, ſi qui ſatisdare cogantur, Ant. Gab, conclu.1.de legibus num.2.& Thom.Sanchez de matrimonio l.2.diſputatio, 24.num.6. & Eucrar. in loco à ratione legis ſcriptæ à num. 12. Gonçalez. ſupra, à num.129.

112 Et de potentia,& efficacia† ac priuilegijs d.reſeruationis per vacationem in curia, vide Æneam de Falcon.4.quæſt.Simonetam, quæſt.4.nu.15. & q.73. & Granutium ad eum, quæſt. 26. Sarnen. de triennali, quæſt.31.Probum ad Monach.in c. præſenti de offic.Legati in 6.à num.5. Mandoſ.in præfatione reg.5. Cancel.& ad Lapũ allegatione 84.litteræ D.& Anaſt. Germo.de indultis Cardinalium.§.ſi vero, nu. 10. & quæ dicemus infra.

113 Et an in d.reſeruatione comprehendantur† Epiſcopatus, ſeu Eccleſiæ Cathedrales,& Abbatiæ,& alię Dignitates electiuæ, gl.in d.c.2.verb.Dignitatum tenet non comprehendi Epiſcopatus,& Abbatias, quia ſunt ſpecialì nota digna. idem tenent Monachus, ibi nu.1.& Probus ad eum, nu.41.& 48.idem Monachus in c.Inquiſitores, de hæret.in 6.Archid.nu.1.& Francus 4.& 5.in d.c.2.Lapus allegatio. 84. vbi Mandoſ. litera B.alios citãs, Coſmas in prag.ſanct.tit.de elect. cap.licet,§.ſtatuit, verb.obſtaculo, Coraſ.2.p. cap. 1. nu.8.& 9.Franc.Marcus deciſ.1112.à num.3. par.1. & P.Greg. dicens gl. communiter approbatam, de Benef.c.24.nu.1.Pacian. de probatione l. 2. cap. 27. nu.91.& 92.& c.28.nu.4.

114 In Abbatijs tamen contrarium tenet Domin.† in d.c.2.n.10.improbans gloſſam & Simoneta q. 11. qui ait, ita obſeruari,& poſthæc Gonçalez gloſſa 9. à nu.35.& hæc ſententia mihi videtur verior, & magis conformis verbis d. cap. 2. ibi Eccleſiarum, & ibi.vt Eccleſias, Dignitates, &c.& ibi, electio.

115 Et facit deciſ. Rotæ in cauſa Ciuitaten. † penſionis, 5. Decemb. 1567. in qua fuit reſolutum, quod miles pius, ac S. Petri,& Pauli poteſt, poſtquam duxerit vxorem, retinere penſionem, etiam reſeruatam ſuper fructibus menſe Epiſcopalis vigore priuilegiorum dictarum militiarum, quia verba priuilegiorum ſunt generalia, ibi, quibuſuis Eccleſijs, Monaſterijs,& Beneficijs,& app.llat.one Eccleſiarum, ex propria ſignificatione,& vi verbi comprehenduntur. Eccleſiæ Cathedrales, c.quamuis,& ibi Doct.de præb.in 6.& in materia etiam odioſa verba intelligenda ſunt ex proprio ſignificatu, iuxta doctrinam Aretini vbique approbatum in l.cum lege ff.de teſtamen. Iaſ.in lib.ff. de conſtitutionibus Princip.nu.35.facit c. porro, de priuil. vbi gloſſa notat non eſſe recedendum in priuilegijs à forma verborum, c. accepimus eod. & hoc etiam eſt de mente Papæ in d.priuil.& c.

116 Ex qua deciſione idem etiam videbatur† in Epiſcopatibus, ſeu Eccleſijs Cathedralibus; ſed de hoc parum eſt iam curandum, ex quo in reſeruationibus Ex-
117 trauagantis † ad regimen; quæ, vt diximus, per omnes Summos Pontifices innouatur, exprimuntur Epiſcopatus,& Monaſteria, Prioratus, Dignitates, cæteraque Beneficia quæcumque,& qualiacumque, etiamſi ad illa perſonæ per electionẽ aſſumantur,& c. Et ex quo per regulam 2.Cancellariæ fit peculiaris reſeruatio Epiſcopatuum,& Monaſteriorum, &c. & in reg.3.Prioratuum, ac aliarum Dignitatum Conuentualium,&c. Quæ reg.reſeruatoria Monaſteriorum
118 comprehendit † Monaſteria electiua propter verba generalia, & quia fit mentio de Dignitatibus electiuis,& quia Prioratus regulariter ſunt electiui, ita fuit

reſolutum

reſolutum in cauſa Meten. Monaſterij 8. Iun. 1562. vt in recollectis manuſcrip. Oradini, quamuis contrarium dicat Caputaquen. deciſ. 41. nu. 1. p. 3.

119 De alijs autem Dignitatibus inferioribus, † quãtumuis electiuis, & alijs Beneficijs electiuis, certum exiſtimo comprehendi in d. reſeruatione c. 2. cum faciat mentionem de electione ibi, ipſorum electio, & eſt de mente Doctorum ibi, & citatorum ſupra, & tenuit expreſſe Coſm. vbi ſupra.

120 Et quamuis aliud videatur velle † Coraſ. d. nu. 8. ibi, & aliæ Dignitates electiuæ. tamen intelligitur de alijs Dignitatibus electiuis, ſcilicet Prioratibus, qui ſunt per ſe, nec habent Abbatem ſuperiorem, & ſunt in effectu idem, quod Abbatiæ, & de Dignitatibus electiuis, in quibus requiritur forma c. quia propter. de electione, quarum vacatione dicuntur Eccleſiæ viduatæ, de quibus ſupra 1. p. c. 6. num. 19. vt apparet ex ſequentibus, & ex Coſma vbi ſup. quem ipſe Coraſius allegat, & Prob. d. nu. 41.

121 Et idem erit in regulis reſeruatorijs facientibus mentionem de electione, vt reg. 9. menſium, ibi electionem, maxime cum ibi reſeruentur Beneficia qualitercumque qualificata, Gonçalez gloſſ. 19. & *Rot. in Vlyſbonen. prioratus 1. Febr. 1602. coram D. Seraphino infra relata. nu. 560.*

122 Quinimmo etiam non facta mentione † de electione comprehendi exiſtimo ſub reſeruationibus, ſi nullus modus prouidẽdi eſſet expreſſus, vt tenet Aeneas de Falcon. q. 3. nu 21. ad doctrinam gloſſæ, verb. quãuis in Clem. 1. de præb. de qua ſupra, d. c. 6. 1. p. nu. 27. vbi plures eam ſequentes citaui, & dixi communem, & videtur tenere Gonçalez ibi nu. 8.

Et quicquid eſſet in mandato de prouidẽdo, quod
123 eſt ambitioſum, † & ideo reſtringendum, tamen in reſeruationibus Motu proprio factis, & maxime per viam legis, id videtur de plano procedere, pro quo faciunt dicta, d. c. 6. à nu. 67.

124 In reſeruationibus vero factis ſub iſta forma † reſeruamus Beneficia ad cuiuſcumque collationem, prouiſionem, præſentationem, ſeu diſpoſitionem ſpectantia, non comprehenduntur Benefi. electiua ſecũdum Aeneam ſup. ex c. cum in illis. §. 1. de præb. in 6.
125 & d. Clem. 1, eod. tit. verſ. ſi. pro quo facit, † quod licet verbum, prouiſio, & verbum diſpoſitio, late ſumpta, & ſic in materia larga, & fauorabili comprehendant omnem modum prouidendi, & ſic electionem, tamen in materia odioſa, & reſtringibili, vt eſt reſeruatio, & dictum eſt ſup. n. 67. non includunt electionem, vt in d. §. 1. & d. verſ. fin.

126 Et dixi d. c. 6. 2 nu. 30. † Sed cum Aeneas d. tract. præludio 2. teneat reſeruationes, præſertim Motu proprio factas, & non pro certa perſona, eſſe fauorabiles, non loquitur conſequenter, & etiam tenendo, quod reſeruatio eſt odioſa, exiſtimo illa verba comprehendere etiam electionem in reſeruatione facta Motu proprio, & per viam legis iuxta dicta d. cap. 6. nu. 33. & ſentit Gonçalez. ibi nu. 9.

127 Sed eſt dubium † an præter illam reſeruationem per vacationem in curia ſint aliæ reſeruationes in corpore iuris clauſæ?

128 In quo gloſſat. reg. 33. de triennali, † & 62. vnam tantum eſſe concludit reſeruationem in corpore iuris clauſam, de qua in d. cap. 2. & c. præſenti, contra quẽ Aeneas de Falcon. q. 2. principali n. 12. ait eſſe plures:
129 primo illam, † de qua ibi. Secundo, illas, de quibus in d. Extrauag. ex debito, & in d. Extrauag. ad regimen. Tertio, in pluribus incompatibilibus retentis vltra tempus præfixum in Extrauag execrabilis, de præb. Quarto, de Beneficijs illorum qui promouentur in Epiſcopos poſt conſecrationem. Quinto, de Beneficijs deuolutis. Sexto, de Beneficijs exemptis, & immediate ſubiectis Papæ, de quibus in c. fi. de renun tiat. iſtos tamen duos vltimos caſus non poſſe dici propriè reſeruationes, quia Papa confert, vt Ordinarius, vt inquit Gloſſatur d. reg. 33. & addit Rotæ dec. 3. de officio. Legati in nouiſ. nu. 6. & *Agor 2. p. lib. 6. c. vlt. q. 4.* & ſentit Gonçal. gl. 51. à nu. 40. vbi contra Flaminium Pariſ. recte ait Beneficia exemptorum nõ eſſe reſeruata, ſed poſſe Ordinarium ea prouidere, cũ exemptio ſit perſonalis tantum, & nu. 110. contra eundem ait Beneficia deuoluta non dici reſeruata.

130 Sed quicquid dicat Aeneas, † nec reſeruationes, de quibus in d. Extrauag. ex debito, & in d. Extrauag. ad regimen, in qua continetur reſeruatio de Beneficijs illorum, qui promouentur in Epiſcopos, & in d. Extrauag. execrabilis, dici poſſunt in corpore iuris clauſæ; nam reſeruatio in corpore iuris clauſa dicitur, quæ eſt à iure communi inducta, & in eius corpore inſerta quod non procedit in reſeruationibus inductis per Extrauagantes. Sarnen. d. q. 31. de triennali verſic. tamen pace eorum maxime in reſeruationibus, de quibus in d. Extrauag. ex debito, & in Extrauag. ad regimen, quæ erãt temporales, & cum ſuo conditore expirarunt, vt dictum eſt ſup.

131 Vnde Sarnen. ibi, † qui tenet eſſe plures reſeruationes in corpore iuris clauſas, ponit alias à verſ. prima eſt, & ſequitur Gigas de intruſo, nu. 88. & Probus ad Monach. in d. c. præſenti, de offic. Legati in 6. à nu. 10. ponit octo reſeruationes, quæ tamen non ſunt verè & proprie reſeruationes in corpore iuris clauſæ, vt patebit ſingulas conſideranti.

132 Quare verior videtur prædicta ſententia † Gloſſatoris, quod vna tantum ſit reſeruatio in corpore iuris clauſa, de qua in d. c. 2. & c. præſenti de præb. in 6.

Et quamuis Coraſius d. c. 1. 2. p. nu. 7. & 13. inter
133 † reſeruationes in corpore iuris clauſas ponat reſeruationem ob litigium, ex cap. 1. & 2. vt lite pendente in 6. quod etiam tenuit 1. p. cap. 6. num. 11. & Probus in d. cap. præſenti, nu. 15. & in cap. nemo. de electa. in 6. nu. 4. Mandoſ. reg. 34. q. 87. nu. 9. ibi. Quia tamen Beneficia litigioſa, & ſic reſeruata. & alij, vt per Sarnen. d. q. 31. & Caſſador. deciſ. 3. de reſeruatio num. 6. ait Beneficia litigioſa poſſe dici reſeruata, vel ſoli Papæ præſeruata, & dicuntur etiam reſeruata in dec. Burgen. de Pancoruo adducta 6. p. c. 4. nu. 11. & Olcen. Canonicatus, ſeu optionis adducta nu. 14. &
134 in Oritana relata n. 27. ibidem, tamen verius eſt † beneficia litigioſa non eſſe reſeruata, nec inducí reſeruationem ob litem, ſed ea durante prohibetur Ordinarius conferre, & ſuſpenditur eius prouiſio, qua lite finita, poteſt poſtea libere conferre, vt in d. cap. 1. & 2. vt lite penden. in 6. & in Clem. eod. tit. ita Sarnen. d. q. 31. verſ. tamen pace eorum, nu. 9. Simoneta quæſt. 10. num. 5. & 6. & ibi Paulus Granutis, & Mandoſ. ex profeſſo hoc agens reg. 32. quæſt. 9. à num. 5. Nau. in cap. accepta, de reſtitut. ſpoliat. oppoſitionis 10. ſolutione, num. 30. Couarr. pract. cap. 36. n. 7. verſ. 5. ad ididem, & poſt hæc Gonçal. §. 7. procem. nu. 118. & gl. 6. nu. 146. & gl. 32. nu. 40. & glo. 51. nu. 111.

135 Et fuit reſolutum in vna Aurien. Canonicatus † 4. Iunij

Iunij 1576. coram D. Lancellotto, vt in ſequen. deciſ. Fuit concluſum quod regula Cancellariæ de exprimendo menſe vacationis habet locum, etiam in gratia, ſi neutri, quia eſt noua gratia; & noua prouiſio, & nouus tit. ex illa acquiritur, & propterea in ea fieri debet mentio de modo vacandi, & de reſeruatione, vt habetur in deciſ. 24. de reſcrip. in nouiſ. Roman. conſ. 362. num. 4. Felin. in cap. in noſtra in 13. cor. de reſcrip. Sarnen. in reg. de annali quæſt. 28. nu. 2. Non obſtat, quod hoc Beneficium ſit litigioſum ante dictam gratiam, & quod propterea dicatur reſeruatum; & quando Beneficium eſt reſeruatum alia ratione, quam ratione menſis, non eſt locus d. regul. quia reſpondetur, quod lis non inducit reſeruationẽ, ſed ea durante prohibetur Ordinarius conferre, & ſuſpenditur eius collatio: qua lite finita poteſt poſtea libere conferre, vt declarat Sarnen. reg. de triennali, q. 31. n. 9. Simoneta tract. de reſeruatio. cap. 9. circa fi. verſic. ex prædictis.

136 Et idem fuit reſolutum in vna Legionen. † præſtimoniorum de menſe Iunij 594. coram D. Pamphilio, vt in deciſ. ſequenti. Fuit reſolutum non conſtare de vacatione ex perſona Antonij de Vega, niſi aliter probetur ipſum habuiſſe ius in iſtis præſtimonijs iuſtificando eius titulum cum omnibus in ſua gratia narratis iuxta deciſionem Egidij 112. & tradit Rebuffus in praxi, tit. de ſubrogatio. num. 85. & ſuper concord. rubrica de mandat. Apoſtolic. verb. ſucceſſores circa fin. verſic. inſuper ſubrogatus, & iſta probatio debet eſſet clara, cum ius Antonij non incidẽter, ſed principaliter deducatur, vt per Aegidiũ vbi ſupra, præſertim, quod non ſolum nõ conſtat ipſum fuiſſe triennalem pacificum poſſeſſorem, Caſſador. deciſ. 2. de cauſa poſſeſſ. quod nec etiam deceſſit poſſeſſione, quam per decem annos antea dimiſerat; ad notata per Puteum, deciſ. 87. lib. 3. cum alijs allegatis. Neque obſtat poſſeſſio decennalis Antonij, ex qua ſolet præſumi bonum ius, vt per Sarnen. reg. de triennali, quæſt. 26. numero 7. quia iſta præſumptio non poteſt allegari, niſi ab ipſomet poſſeſſore, non autem à tertio, niſi ſit ſucceſſor ipſius iuxta terminos allegationis Lapi, vt declarat Sarnen. d. reg. de triennali quæſt. 13. quod in hoc caſu nõ poteſt habere locum, vbi ſtante lite inter ipſum Antonium, & quondam Franciſcum de Sancto Petro non datur vltimũ triennium pacifice poſſeſſionis, quod eſt extremum neceſſarium pro allegatione Lapi, Puteus deciſ. 330. lib. 1. & 511. lib. 2. cum alijs ſimilibus. Nec etiam obſtat, quod Guttierius magnificerit ius Antonij acceptando reſignationem, & ideo, nec ipſe, nec eius ſucceſſores poſſunt illud impugnare, quia non conſtat, quod Ferdinandus de Meſſa veniat ex perſona Guttierij, qui, licet reſignauerit ad fauorem Gabriel, qui poſtea dicitur reſignaſſe Ferdinando, non tamen de hoc doctum fuit, & poteſt Ferdinandus habere alium tit. cum notorium ſit, in Beneficialibus admitti multiplicationem titulorũ, vt per Caſſad. deciſ. 21. nu. 5. ſuper reg. & deciſ. 3. de cauſa poſſeſſ. in fi. Non obſtant, quæ dicuntur de non publicatione reſignationis Antonij factæ ad fauorem Guttierij, quia Ferdinandus nõ tenetur docere de aliqua publicatione, cum non fundet ſe ſuper iſta reſignatione, ſed tãtum dicat Beneficium non potuiſſe vacare per obitũ Antonij, qui illud de eo tempore nõ poſſidebat, & in eo nullum ius vnquam habuit; & in omnem euentum Domini dixerunt etiam data vacatione ex perſona Antonij illam non ſuffragari Palacio, cui obſtat reg. de menſe, ex quo Antonius deceſſerit de menſe reſeruato, cuius erat facienda mentio in gratia, ſi neutri, quæ eſt noua gratia, & noua prouiſio, non obſtante lite, quæ non inducit reſeruationẽ ſed ſuſpendit tantum collationem Ordinarij vſq; ad finẽ litis, vt alias fuit reſolutum in vna Aurien. Canonicatus, ſub die 4. Iun. 1576. coram Illuſtriſſimo Cardin. Lancellotto, etiá quod iſta vacatio capiatur per clauſulas generales ſiue alio quouis modo, Puteus deciſ. 169. lib. 2. & deciſ. 1. & 4. ſuper reg. de menſe, Palcot. dec. pen. & ceſſat omnis difficultas ad effectũ, de quo agitur, vt non intret gratia, ſi neutri conceſſa Palacio, de anno 1587. de quo tempore iam iſta vacatio erat comprehenſa, ſub clauſulis generalibus appoſitis in gratia reſignationis antea factæ ad fauorem Gabrielis, quam Domini dixerunt eſſe iuſtificatam.

137 Quamuis in Lucana Canonicatus, 7. Febr. 1561. coram D. Rubeis infra relata nu. 657. Rota ſenſerit, quod lis de tempore vacationis induceret reſeruationem Benefic j, & ſic non obſtaret regul. de menſe exprimen. &c. & vide infra dicta c. vlt. a nu. 217.

## *De reſeruatione, ſeu affectione per appoſitionem manus Papæ.* §. 2.

### SVMMARIA.

*INducitur reſeruatio, ſeu affectio Beneficij per ſolam appoſitionem manus Papæ, quamuis inutiliter facta. nu. 138. & 139. vbi adducitur pro hoc Extrauag. vlt. de præben. & nu. 143. contra aliquos, nu. 141. & 142.*

*Per commendam factam à Papa Beneficium dicitur affectum, & nu. 140.*

*Quando Papa ad certum tempus, vel ex certa cauſa reſeruauit, ſi illa reſeruatio ſemel affecit, Beneficium ſemper manet affectum etiam poſt illud tempus, & ceſſante cauſa contra Aeneam, num. 144.*

*Per collationem Papæ inualidam non euaneſcit reſeruatio Beneficij, nec poteſt Ordinarius illud conferre contra aliquos, nu. 145. & 146.*

*Stante ſupplicatione ſignata per Papã de aliquo Beneficio nõdum leuatis Bullis non poteſt Ordinarius illud conferre, etiã ſi gratia eſſet nulla, nu. 147.*

*Per mandatum de prouidendo de Beneficio vacaturo, aut incerto, non inducitur affectio de iure nu. 148. quamuis de ſtilo curiæ aliud eſſet nu. 149.*

*Prædicta doctrina de affectione per appoſitionem manus Papæ limitatur 1. vt procedat, quando manum apponit Beneficio ad effectum prouiſionis vacante, ſecus vbi non vacat ad iſtum effectum, vt quia eſt collatum alicui, qui nondum acceptauit, vel ad illud eſt quis præſentatus, &c. nu. 150.*

*Id procedit etiam ſi in gratia Papa illud reſeruaſſet vt vacans, licet ſecus ſi reſeruatio fieret Motu proprio non expreſſo eo, cui velit conferri, nu. 151.*

*Secundo limitatur, vt non procedat, vbi Papa manum apponit ad Beneficium vacaturum tali modo, verbi gratia, per priuationem, nam ſi non vacauit per priuationem, non eſt affectum vllo modo, num. 152.*

*Gratia conditionalis ante euentum conditionis non affecit Beneficium, &c. nu. 153.*

*Tertio limitatur, vt non procedat quando Papa manum apponit ſuper Beneficio reſignato: nam, ſi reſignatio non teneat ex*

*aliqua*

*aliqua cauſa, Beneficium non eſt affectum ſuper alia vacatione.n.154.cum ſeq. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Reſponſio, quam tradit Rota doctrinæ Sarnen.docentis, quod ſi reſignans in Curia moriatur infra 20. dies, licet prouiſio per reſignationem non teneat, ex reg.de infirmis, Beneficium tamen eſt reſeruatum, & affectum Papæ, nu.158. & ſeq.*

*Etiam in caſu Sarnen.falſum eſt, quod tale Beneficium eſſet reſeruatum, & affectum Papæ, nam ex illa regul. non dicitur vacare per reſignationem, ſed per obitum cenſetur vacare. nu.160. & ſeq.*

*Non obſtat, quod iſta ſit fictta, non vera vacatio, quia tantum operatur, ſicut, vera, nec hic concurrit veritas & fictio circa idem, ſed vna fictio, &c. à nu.162. ad 165.*

*Ex quo Papa annullat collationem, ſi infirmus decedat infra 20. dies, & ſic non admittis illam reſignationem, ius Beneficij dicitur eſſe penes reſignantem, & ſic vacat per obitum vere, nu.166.*

*Vacatio per obitum inducta per illam regulam eſt etiam vera, & non ficta, quia in his, quæ ſunt iuris poſitiui, lex non ficte, ſed vere agit. &c. nu.167.*

*Reg. de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium, habet locum in vacatione per obitum inductæ per regul. de infirmis contra Sarnen. nu.168. nec opus eſt exprimere modum vacationis inductæ per illam reg. ſed ſufficit impetrare per obitum contra eandem Sarnen. nu.169.*

*Quando quis reſignat in curia in fauorem, ſeu conditionaliter, ſcienter nulliter, Beneficium vacat per d. reſignationem, & ſic manet reſeruatum, & affectum Papæ, nu.170.*

*Reprobatur quod dicit Guilel. de Monte ferrato, quod ſi Papa pro bono pacis, & concordiæ ſuper Beneficio manum apposuit, vni illud relinquendo, & alteri ſuper eo penſionem conſtituendo, ſi ille decedat, Beneficium cenſetur reſeruatum, ſeu affectum, nu.171. cum ſeq.*

*Per Breue de capienda poſſeſſione, nomine cameræ etiam ſi poſſeſſio ſit capta eius nomine, & prouiſus decedat antequam illi poſſeſſio ſit ceſſa, Beneficium non manet affectum, n.173.*

*Per datationem coadiutoris factam à Papa, etiam inualidam, nõ inducitur affectio, nu.174.*

*Per vnionem nullam non inducitur affectio Beneficij, nu.155. licet ſecus in vnione ad vitam de Beneficio vacante, n.176.*

*Quarto limitatur d. doctrina, vt non procedat, quando Papa prouidet de Beneficio, vti reſeruato. quod tamen reſeruatum non eſt, nam tunc Beneficium non manet affectum. nu. 177.*

*Etiam ſtante clauſula, ſiue alio quouis modo. contra Simonetã, nu. 179. 180. & 181.*

*In prouiſionib. additur clauſula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, per quam reſtringuntur clauſulæ generales in euentum, quod Beneficia non eſſent reſeruata, num.178. ſed iſta clauſula non ponitur ratione reſeruationis expreſſæ, ſed ratione clauſulæ generalis, ſiue præmiſſo, &c. n.182. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Non obſtante d clauſula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, recte intraret clauſula generalis, ſiue alio quouis modo, quando vacatio narrata a nerificatur de facto, etiam ſi ex modo contento ſub clauſula generali Beneficium non eſſet reſeruatum, nu.184. & illa clauſula ſeruiret, quando Beneficium eſſet iuris patronatus laicorum, & ſtante indulto, &c. num. 185.*

*Quinto limitatur per aliquos, niſi nullitas prouiſionis, ſeu inualiditas appoſitionis manus Papalis ex defectu poteſtatis inſurgeret vt ex Conc. Baſil. 186. quæ limitatio reprobatur, cũ defectus iſte poteſtatis non poſſit in Papa contingere, n.187.*

*Concilium Baſilien. quo reſeruationes abolentur, & unde pragmatica ſanct. ſumpta eſt, fuit Conciliabulum poſt diſſolutionem, n.188. & reprehenduntur Patres d. Concilij, nu. 189.*

138 SEcundò notandum eſt inducì reſeruationem, † ſeu affectionem Beneficij per ſolam appoſitionẽ manus Papæ, quamuis inutiliter factam, ita quod ſi Papa prouidet alicui, vel prouideri mandat de aliquo Beneficio, ſi prouiſio fuerit nulla, vtpote facta inhabili, ſeu incapaci, vel propter ſurreptionem, aut alium defectum, Beneficium remanet Papæ affectum & in illo Ordinarius non poteſt ſe intromittere, etiã ſi aliàs non fuiſſet reſeruatum. ad cap. vt noſtrum. de appellat. ita Innoc. in cap. inter dilectos. de exceſſibus Prælatorum. Decius in d. cap. vt noſtrum, num.3. & in c.1. de confirmatione vtili, num.10. & conſ.137. Hieron. Paulus in pract. Cancel. §. notabilia ſuper vacantibus reſeruatis. verſ. affectum dicitur. Rebuff. in praxi, tit. de reſeruatio. num.30. & 34. & reg.9. Cancella. & in concor. tit. de reſeruatio. circa princip. verſic. item vbicumque, & in cap. poſtulaſtis. de clerico excommunicato miniſtrante. in gloſ. num. 66. cum Aenea de Falcon. 3. præludio, & 4. quæſt. 16. effectu, Simoneta de reſeruatio. quæſt. 58. & ibi Granutius Coraſ. 2. parte cap. 1. num. 14. Gambarus de offic. Legati, lib. 5. num. 85. Mandoſ. in proœmio reg. quæſt. 5. num. 9. & regul. 4. quæſt. 4. nu. 4. & reg. 9. quæſt. 6. nu. 6. & conſ. 19. nu. 12. & late eius filius Horatius Mandoſ. plures referens ad Romanum conſil. 335. litera C. bene Couarr. in cap. alma mater 1. par. §. 7. ſub nu. 8. P. Gregor. de Benefic. cap. 24. num. 17. & 26. Flam. Pariſ. de reſignatio. Benef. lib. 7. quæſt. 11. num. 11. & lib. 12. quæſt. 10. num. 9. vbi dicit communem. Vgolin. de cenſuris tab. 2. cap. 13. §. 1. ad fin. Zerola in praxi Epiſcopali. 1. par. verb. Benef. §. 2. fallacia 9. *Card. Tuſ. concl. 77. lit. B. & 66. lit. P.* Zecchus de Benefic. & penſio. Eccleſ. cap. 5. ſub num. 6. Enriquez in ſumma lib. 13. cap. 14. §. 2. Lud. Lopez inſtruct. conſcientiæ. 2. tom. 2. par. cap. 17. Suarez. 5. tom. de cenſuris diſput. 13. ſect. 1. nu. 34. & alij, & Caſſad. deciſ. 2. de vnio. nu. 10. Puteus deciſ. 180. nu. 3. lib. 3. & fuit ſolutum in vna Barchinonen. Canonicatus nono Martij 1598. coram D. Millino infra adducta, 6. par. cap. 4. nu. 23. vbi fuit dictum per vnionem nullam remanere affectionem, propter appoſitionem manus Papæ, ſiue nullitas prouenìat ex defectu cauſæ, ſiue ex inhabilitate prouiſi, aut ex alio capite, &c. Et poſt hæc Gonçalez ad regul. de menſib. §. 3. proœm. num. 146. &
139 gloſ. 52. vbi plura adducit, pro qua † doctrina vltra tex. in d. cap. vt noſtrum. facit Extrauag. ad Roman. quæ eſt Paul. II. & vlt. de præbend. in communibus, in ſua ratione generali, ibi, ac prouide conſiderantes effectum per reſeruationem, manuſque appoſitionem, &c. ibi, Romani quoque Pontificis manus appoſitionem prædictam tantæ efficaciæ, &c. & facit deciſio 4. de teſtibus in nouiſſim. & 33. eodem in antiquis.

140 Et hinc per commendam factam à Papa, † ſeu ad miniſtratorem ab eo poſitum in Beneficio vacante, ex quo ſemel manum appoſuit, Beneficium dicitur affectum ita, quod nec expectans poſſet illud acceptare, nec Ordinarius de eo diſponere. Simoneta q. 59. & ibi Granutius, & dixi ſupra p. præced. cap. 4. à n. 68 Gonçal. d. glo. 52. nu. 11.

141 Quamuis Butrius, & Abbas poſt alios † num. 10. in d. c. inter dilectos. & Fel. in cap. fi. de præſump. nu. 40. teneant, quod ſi Papa non eſt vſus verbo reſeruationis, & mandauit Beneficium conferri certæ perſonæ ſi collatio non valuit, reuertitur ad Ordina-

rium, & ſequuntur Aufrer. ad Capellam Tholoſ. deciſ. 437. nu. 6. & Selua de Benefi. 3. p. q. 33. nu. 1.

342 Et quamuis Æneas de †Falcon. d. 16. effectu in fi. dicat, quod ſi Papa conferat Beneficium alias non reſeruatum, & collatio non valeat, iſto caſu non poſſit exemplificari d. Extrauagans Pauli II. verſic. vt, & ſi litteræ Apoſtolicæ, iſtis verbis, ſuper prouiſionibus Beneficiorum; quia Papa ibi ſemper præſupponit reſeruationem præceſſiſſe, vt pateat ibi, Beneficijs taliter reſeruatis: & ſic videtur Aeneas tenere collationem ad Ordinarium reuerti.

343 Sed, vt dictum eſt d. Extrauagans facit pro †ſupra dicta doctrina in d. ſua ratione generali ad reg. l. reg. eſt. §. finem. ff. de iuris, & facti ignorantia.

344 Vnde videtur falſum †quod ait idē Aeneas quinta quæſtione principali, quæſt. 1. ad finem quod quādo Papa ad certum tempus, vel ex certa cauſa reſeruauit, forte non habet locum dicta Extrauagans, nā quicquid ipſe velit ſi illa reſeruatio ſemel affecit, Beneficium ſemper manet affectum etiam poſt illud tēpus, & ceſſante cauſa.

345 Secundo videtur eſſe falſum † quod dicit Rota deciſione 513. numero 5. par. 3. diuerſorum, quod collatione facta à Papa inualida poſſit Ordinarius Beneficium conferre, licet antea eſſet reſeruatum, ex Sarnenſi in regul. de triennali, quæſtione 30. numero ſecundo.

346 Cum quo etiam male ait Caputaquen. † deciſ. 33 in fi. lib. 1. in manuſcriptis reſeruationem euaneſcere per collationem Papæ etiam inualidam, & P. Greg. d. c. 24. nu. 18. cuius contrarium recte tenet Probus ad Monachum, in c. 2. de reſcrip. in 6. nu. 37. & Rebuf. d. reg. 9. ad fin. male etiam ait, quod ſi Papa contulit alicui Beneficium vacans in curia, ſi ſemel acceptauerit, non dicitur in curia vacare, ſi acceptans extra eam ſit, etiamſi ſit inhabilis, & Selua, quem citat 3. p. q. 71. non dicit id de inhabili.

347 Tertio videtur falſum quod dicit Zerola † in praxi Epiſcopali, 1. p. verb. ſupplicatio, quod ſtante ſupplicatione ſignata per Papam de aliquo Beneficio, nondum leuatis Bullis, poteſt Ordinarius conferre illud Beneficium; ſuppoſito, quod alias poſſet: quod non poteſt ſtare ex dictis, etiam ſi gratia eſſet nulla, quanto magis exiſtente valida, vt ipſe ſupponit, & dictum eſt ſup. præceden. p. c. 2. nu. 13.

348 Et prædicta doctrina videtur intelligenda †quando Papa prouidet, aut prouideri mandat de certo Beneficio vacante, ſecus in mandato de prouidendo de Beneficio vacaturo, aut incerto; nam tunc per ſolum mandatum non videtur induci affectio de iure, ex tex. in cap. dilectus 2. & c. inter cætera. de præb. & in c. 1. & c. ſi cap. & c. ſi ſoli. de conceſ. præben. in 6. & Clem. 1. eod. Rota deciſ. 6. de conceſſ. præbend. in antiquior. & deciſ. 25. à num. 3. eodem in antiquis, vbi Collector etiam vult quod per ſolum mandatum de prouidendo etiam de Beneficio certo vacante, non inducatur affectio de iure, Simoneta q. 60. nu. 4. Coraſ. 4. p. c. 5. nu. 40. P. Greg. d. c. 24. nu. 26.

349 Quamuis de ſtilo Curiæ aliud eſſet, † nam Cancellaria tenet, quod per ſolam manus appoſitionem Papæ, ſiue prouideat de vacante, ſiue de vacaturo, aut mandet prouideri, ſeu alias diſponi etiam de incerto, Beneficium ſit affectum; & ligatæ ſint manus cuiuſuis Collatoris inferioris, vt dicit deciſ. Rotæ, 10. de præbend. in nouiſſim. in additione ad finem, & refert Simoneta, d. quæſt. 60. num. 2. & Collector, d. deciſ. 6. num. 6. & dict. decis. 25. num. 4. ait audiuiſſe, quod Cancellaria, vt prædicta iura tollerentur, & vt gratia Papæ poſſit indubitanter ſortiri effectum, per ſolam manus Papæ appoſitionem eo ipſo, quod ſignat ſupplicationem, ſeu prouidet, ſeu prouideri mandat, vel alias diſponit de vacante, vel vacaturo certo, vel incerto, adeo vult Beneficium eſſe affectum, & ligatas manus inferioris quod ſemper daret reſeruationem cum decreto à die datæ ſupplicationis ſignatæ per Papam, & quod tunc per illas clauſulas reſeruationis, & decreti negotium eſſet clarum: veruntamen, cum gratia ſit de incerto vacaturo, vt puta, quod duxerit acceptandum, dat decretum incertum, & ſuper incerto, quod demum ligat, cum deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem iuxta cap. dudum. §. conſiderantes de præbend. in 6. niſi apponeret certum tempus, puta menſem, quia tunc infra tempus, etiam ante acceptationem ligaret manus aliorum, vt menſis appoſitio aliquid operetur, vt in d. Clem. 1. refert etiam Simoneta d. q. 60. nu. 1. & ita procedit quod ait Gonçalez d. glo. 52. num. 13.

350 Sed limitatur prædicta doctrina ſequentib. † modis. Primo, vt procedat, quando Papa manum apponit in Beneficio ad effectum prouiſionis vacante, ſecus vbi Papa manum apponit in Beneficio, quod licet vere vacet, non tamen vacat ad effectum prouiſionis, vt quia eſt collatum alicui, qui nondum acceptauit, vel ad illud eſt quis præſentatus, &c. Nam ſi interim conferatur à Papa alij, talis collatio, tanquam ſurreptitia eſt nulla, maxime ſtante clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, & ſi poſtea ille recuſet acceptare Beneficium, vel renuntiet iuri ad rem, aut interim decedat, poterit Ordinarius iterum illud conferre, non obſtante dicta collatione Papæ nulla, qui manum appoſuit in eo, tanquam libere vacante, & in quo non erat alteri ius quæſitum. ita Lapus, Ancharan. Domin. num. 18. & Francus 14. in cap. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6. & Selua d. quæſt. 33. p. 3. nu. 1. & poſt hæc Gonçalez glo. 52. à num. 56.

351 Quod procedit etiamſi in gratia, in qua † mandatur alij prouideri de Beneficio, Papa illud reſeruaſſet, vt vacans, licet ſecus, ſi reſeruatio Motu proprio fieret non expreſſo eo, cui velit conferri ſecundū eos.

352 Secundo limitatur, † vt non procedat vbi Papa manum apponit ad Beneficium vacaturum tali modo, verbi gratia per priuationem, mandando alicui de illo prouideri in euentum priuationis, nam ſi tale Beneficium non vacauit per priuationem, vt quia priuandus antea deceſſit, non eſt affectum vllo modo, quia diſpoſitio Papæ erat reſtricta ad Beneficium vacaturum per priuationem, & quia appoſitio manus Papæ erat conditionalis, ſcilicet in euentum priuationis, & ſic non ſtante conditione non operatur, ita Rota deciſ. vlt. vt lite pendente in nouiſ. Aeneas 3. quæſt. num. 12. & 4. q. 16. effectu nu. 2. Simoneta d. quæſt. 60. nu. 2. 5. & 6.

353 Conducit deciſ. Anton. Auguſt. 1311. lib. 3. p. diuerſorum, quæ habet gratiam conditionalem ante euentum conditionis non afficere Beneficium, vt interea ab Ordinario conferri nō poſſit, &c. facit etiam doctrina Probi ad Monach. in rubric. de rerum permut. in 6. in fin.

Tertio

154 Tertiò limitatur, vt non procedat, quando Papa manum apponit ſuper beneficio, cuius reſignatio non tenet ex aliqua cauſa, vt quia non fuit verus valor expreſſus per reſignatarium, Beneficium huiuſmodi non eſt taliter affectum Sedi Apoſtolicæ, quod Ordinarius non poſſit de illo prouidere per obitum reſignantis, nam Papa non cenſetur manum apposuiſſe ſuper hoc Beneficio, niſi ad effectum vt reſi-
155 gnatio ſequatur, & ita † tenuit Rota apud Achillē de Graſſis deciſ. 119. ſeu 14. de reſtitutione ſpoliatorū, vbi dicitur, quod decretum in reſignatione facta, vel manus appoſitio Papæ in eadem licèt operentur quod nullus inferior poſſit ex eadem vacatione conferre, tamen non inficit prouiſionem per obitum.

156 Et fuit reſolutum in vna Trident. † Beneficij 13. Junij 1578. coram Illuſtriſſimo Blanchetto quæ habetur 1. parte diuerſorum, deciſ. 419. quam refert & ſequitur Flam. Pariſ. de reſignatione Benefic. lib. 10. q. 2. n. 44. & 45. & poſt hæc Gonçalez d. gl. 52. nu. 49. & ſeq. vbi citat, Lancellottum de atten. 2. p. c. 10. n. 9.

157 Et idem fuit tētum in vna Cuſentina † Parochialis, 22. Aprilis 1594. coram Illuſtriſſimo Pamphilio
158 in qua fuit dictum, Affectionem non induci ſuper alia vacatione ex reſignatione facta in manibus Papæ, quia, vt fuit dictum in illa Trident. Papa apponit manum ſuper illa vacat. ex reſignat. tantum, vnde, ſi illa non ſortitur effectū & ſic ius remanet penes reſignantem, non adeſt affectio, &c. *Idem etiam fuit reſolutum in Romana clericatus S. Petri 27. Nouembr. 1600. coram D. Pamphilio, vt in deciſ. 616. nouiſſim. Farin. nu. 3.* Et conducit deciſ. Rotæ in cauſa Valliſoletana Decanatus, de qua infra num. 258. & meminit Gonçalez ſup. nu. 42.

158 Nec obſtat doctrina † Sarnē. in reg. de infirmis, quæſt. 33. vbi cum Romano conſil. 342. docet, quod ſi reſignans in curia moriatur infra 20. dies, licèt prouiſio per reſignationem non teneat ex illa regul. Beneficium tamen eſt reſeruatum, & affectum Papæ, & ſequitur Rebuf. in d. reg. de infirmis, verb. ipſumque Beneficium, verſ. 2. ex iſta, & in praxi ſuper eadē reg. glo. 14. num. 4. Boerius deciſ. 2. nu. 55. ad finem. Flam. Pariſ. de reſignatione lib. 12. quæſt. 10. 2 num. 4. *& Azor 2. p. lib. 7. c. 28. q. 9.* Rota in d. deciſ. Trid. quia reſpondetur quod nō applicatur † huic caſui, in
159 quo reſignatio non fuit facta ſimpliciter, ſed in fauorem. Secundo, quod caſus Sarnen. eſt, quando is, qui reſignauit, in curia deceſſit infra 20. dies, hic autem verſamur extra hunc caſum.

160 Sed ego vlterius dico etiam in caſu Sarnen. † falſum eſſe, quod tale Beneficium eſſe reſeruatum, & affectum Papæ, nam ex regula de infirmis non dicitur vacare per reſignationem, vt dicunt Roma. & Sarnen. ſed per obitū cenſetur vacare, vt per Rebuff. in praxi ſuper d. reg. glo. 12. & 14. & conſ. 72. & 86.

Et ita contra dict. doctrinam Romani, & Sarnen.
161 rectè tenet Roſinacus de Benef. cap. 28. † Et, vt inquit Horatius Mandoſ. ad Roma. ibi, litera, B. aduertendum eſt huiuſmodi regulam non ſemper in vnā atque eandem formam emanaſſe, & quod antiquitus, & tempore Romani non aderant illa verba, quæ nunc in eius fine reperiuntur, videlicet, ipſumque Beneficium nihilominus per obitum cenſeatur vacare. Alias enim non dubitaſſet Romanus, vtrum dicantur vacare per reſignationem, an per obitum Beneficia per eos reſignata, qui infra 20. diēs obierunt, illa enim verba clarè determinant huiuſmodi Beneficia per obitum dici vacare. Nec obſtat, quod id de
162 ficta, non de vera † vacatione intelligendum ſit, vt inquit, ibi Mandoſ. vt etiam per Sarnen. in eadem reg. q. 30. qui ait, quod iſte modus vacandi inductus per iſtam regul. cum non ſit verus, non comprehenditur ſub alijs regulis, & diſpoſitionibus, & conceſſionibus loquentibus ſimpliciter de vacatione per mortem, & ſic, quod, regula de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium non habebit locū in vacatione per obitum iſto modo inducta; quam
163 † poſteriorem deciſionem, quoad reg. de impetrātibus per obitum familiarium Cardinalium, licet nō approbet, nec reprobet Nauar. in cap. accepta. de reſtitutione ſpoliato. oppoſ. 8. ſolutione nu. 46. conſentit tamen vacationem illam non eſſe veram, ſed fi-
164 ctam. Quia reſpondetur, † quod illa ficta vacatio tantum operatur, ſicut vera, quia tantum operatur fictio in caſu ficto, quantū veritas in caſu vero. Bart. & alij in l. ſi is qui pro tempore, ff. de vſucapio. Rebuffus d. glo. 14. nu. 5. & 11. Mandoſius d. reg. de impetrantibus 32. q. 6. à nu. 2. & Fla. Pariſ. d. lib. 12. q. 9. nu. 8. & in his, quæ ſunt iuris, paria ſunt aliquid eſſe, vel haberi pro tali. Puteus. deciſ. 297. an fiu. lib. 3. & Flam. Pariſius d. qūæſtione, nu. 12.

Nec ſatisfacit reſponſio Sarnen. d. quæſt. 30. quod
65 † id procedit, vbi non concurrit veritas, & fictio circa idem; tunc enim fictio veritati cedit, Mandoſ. d. quæſt. 6. nu. 3. & 4. nam in propoſito dici non poteſt concurrere veritatem, & fictionem, ſed vnam fictionem, quod Beneficium vacat per obitum, & nō per reſignationem.

66 Secundò, principaliter † reſpondetur, quod ex quo Papa annullat collationem, ſi infirmus decedat infra viginti dies & ſic non admittat illam reſignationem, ius Beneficij dicitur eſſe penes reſignantem per ea, quæ dicit Biſignettus deciſ. 1. de renuntiat. & cum ius ſit penes reſignantem, vacat per obitum verè. ita d. deciſ. Putei, in vna Bononien. regreſſus de anno 1550. in qua fuit reſolutum regreſſui per deceſſum eſſe locum in caſu d. regulæ de infirmis reſignantibus, & refert, & ſequitur Fla. Pariſ. d. q. 9. nu. 7. 10. 11. & 13. *Idem tenet Azor d. c. 28. q. 8.*

167 Et quod vacatio per obitum inducta per † dictā regulam de infirmis reſign. eſt vera vacatio, & non ficta, tenet etiam Mandoſ. d. quæſt. 6. à num. 5. quia in his, quæ ſunt iuris poſitiui, lex non fictè, ſed verè, & mero iure agit, & diſponit, & tituli Beneficiorum, illorumque modi vacandi ſunt de iure nouo, & poſitiuo, ergo lex ſuper illis verè, & non fictè agit, & operatur, &c.

168 Et contra Sarnen. † ſupra tenuit etiam Rota in terminis d. regulæ de impetrantibus per obitum familiarium Cardinaliū, in vna Salamantina S. Thom. corā Capiſucco, de anno 1553. quia parificantur caſus fictus, & verus, & quia verè vacat per obitū, quia ius non abdicatur a reſignante per iſtam reſignationem, vt per Verallum deciſ. 328. & lib. 1. in manuſcrip. & refert, & ſequitur Mandoſ. d. q. 6.

169 Vnde etiam apparet falſum eſſe † quod ait Sarnen. d. regul. de infirmis, q. 35. quem ſequitur Flam. Pariſ. ſibi non conſtans d. quæſt. 10. nu. 33. nempe in terminis illius reg. non ſufficere impetrare per obitum, ſed opus eſſe exprimere modum vacationis inductæ per illam reg. &c.

170 Hæc tamen limitatio † nõ procedit in Beneficio, quod quis reſignat in curia in fauorem, ſeu conditionaliter, ſcienter nulliter, ita quod reſignatio non poteſt ſortiri effectum culpa reſignantis, nam tunc Beneficium vacat per dictam reſignationem in curia, & conſequenter manet reſeruatum, & affectum Papæ, iuxta dicta infra 11.par.c.3.à nu.35.

171 Ex dictis infertur falſum eſſe, † quod dicit Guillel. de Monte ferrato in commen. ad pragmaticam ſanct. relatus per Simonetam quæſt.62.& per Sarpen. reg.de triennali, quæſt.31. verſ. ſic etiam Papa, & P. Greg.cap.24.num.15.quod ſi Papa pro bono pacis, & concordiæ ſuper Beneficio manum apposuit, vbi illud relinquendo, vel prouidendo, & alteri ſuper eo penſionem conſtituendo, ſi ille decedat, propter huiuſmodi appoſitionem manus Papæ, Beneficium ſic penſione grauatum cenſetur reſeruatum, ſeu affectum, vt de eo ſolus Papa poſſit prouidere per d.c. vt noſtrum, quia propter penſionem duraturam nunquam dicitur plene prouiſum de Beneficio, & donec durat penſio, durat & appoſitio manus Papæ, quod etiam docet Probus ad Monachum, in dict. c. præſenti, de officio Legati in 6.num.41. Quamuis dicat non eſſe tenendum in Gallia, propter pragmaticam ſanctionem.

Sed id eſt falſum ex dictis; nam tunc Papa non ap-
172 ponit manum, † niſi ad effectum, vt prædicta concordia ſequatur, & ſortiatur effectum, alias multorum Beneficia eſſent affecta, vt dicit Simoneta ſup. qui, quamuis dicat, quod contra hanc opinionem nihil ſcribet, cum inimici Pontificiæ poteſtatis, & illi, qui curiam impugnant, & reſeruationes prohibent, & tollunt, illam veram, & ſeruandam affirment, tamen ſatis videtur contra eam inclinare, & de ea dubitat Sarnen. ſup. & P. Gregor. eum referens vbi ſup. & ita poſt hæc firmat Gonçalez d.glo.52.num.40. & 41. dicens firmaſſe Rotam in Romana Clericatus S. Petri 27 Nouemb. 1602. coram D. Pamphilio. *vt in deciſ.616.noniſ.Farin.numer. 3. vbi quod eſta opinio illius Doctoris Galli eſſet vera, non poſſet generaliter intelligi, quatieſcunque in reſignatione imponitur penſio, quia omnia beneficia reſignata cum penſione eſſent reſeruata: quod repugnat cõmuni ſtilo & obſeruantiæ, nec appoſitio manus Papæ in reſignatione operatur reſpectu futuræ vacationis, &c.*

173 Infertur etiam ad illud, de quo vidi dubitari, † Romæ in Archidiaconatu de Talauera vacante per obitum D. Gondiſalui Martini Pontij de Leo. quod per Breue de capienda poſſeſſione nomine cameræ, etiã ſi poſſeſſio ſit capta eius nomine, & prouiſus decedat antequam illi poſſeſſio ſit ceſſa à camera, non manet Beneficium affectum Papæ; nam illa manus Papæ appoſitio non eſt, niſi ad effectum, vt ſua prouiſio debitum conſequatur effectum, & non ad effectum iterum prouidendi de illo. facit, quod dicit Gonçal. ſup. num.39.

174 Facit quod de datione coadiutoris facta † à Papa dicit Puteus deciſ.126.nu.14.lib.3. licet dubitauerit; ſcilicet, quod per illam non induceretur talis affectio, vt Ordinarius diſponere non poſſit, quia ſimile de commenda hic non habet locum, quia in commenda benef. vacabat, & Papa per manus appoſitionem declarabat, quod de eo diſponere intendebat, ſed in iſto caſu, quando datur coadiutor, Beneficium non vacat & ideo non videtur per talem appoſitionem Beneficium afficere, ita vt Ordinarius ceſſante coadiutoria non poſſit de Beneficio diſponere, &c. Et idẽ videtur, quando coadiutoria eſſet ſurreptitia, ſeu inualida, & ſic non haberet locum futura ſucceſſio, quę eſt acceſſoria ad coadiutoriam. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de coadiutoriis, verſ. coadiutoris habebat. Puteus deciſ.98.lib.2. vt ſupradictum eſt 4.par.c.vlt. nu.133. *Coadiutoria tamen valida ſtante in forma digna, ſeu commiſſaria & ſuccedente vacatione beneficij per obitum coadiuti, ſeu alias, ſi coadiutor non facta ſibi collatione decedat, etſi maneat vacans vt prius beneficium, & affectũ Papæ propter appoſitionem manus ipſius, & ſic Ordinarius non poterit pro illa vice de eo prouidere, etiamſi ſua iuriſdictione vacaſſet, iuxta d.à nu.138. & 149.*

175 Infertur etiam contra Rotam † in dict. Barchinonen. Canonicatus, de qua ſupra n.138. ad fi. per vnionem nullam non induci affectionem Beneficij, cum tunc Papa non apponat manum ad effectum prouidendi, ſed ad effectum vniendi, & ſic extinguendi, & ſupprimendi Beneficium, maxime in vnione perpe-
176 tua; nam in vnione ad † vitam de Beneficio vacante ſecus videretur dicendum, nempe induci affectionem; cum ſit quædam virtualis prouiſio, nec per eam extinguatur Beneficium, vt infra vlt.p.c.2.à nu.38. & vide d.ſup.4. p.c.4.nu.74. *& ita Rota poſtea dixeriſſe à dicta deciſ. Barchinonen. vt apparet ex alia Barchinonenſ. præcedentia ſuper eodem Canonicatu 23. Ian. 1602. coram D. Sacrato, qua ſic ſe habet 165.*

Quarto limitatur, vt non procedat, quando Papa
177 † prouidet de Beneficio, vti reſeruato, quod tamen reſeruatum non eſt, nam tunc prouiſio Papæ non tenet, nec Beneficium manet affectum, ſed Ordinarius poterit de eo prouidere, decretum enim ex falſa cauſa interpoſitum non afficit. Rotæ deciſ. 12. de conceſſ. præb. in antiquis, Probus ad Monach. in cap. tibi qui, de reſcrip. in 6.nu.20. Horat. Mand. qui alios refert ad Rom. loco ſtatim citando litera P. ita Rom. conſ. 335. Gemin. conſ. 136. qui vult, quod prouiſio Papæ ſit nulla, ſi inhæret reſeruationi, quæ non eſt, vel eſt reuocata, & propterea, quod Ordinarius poteſt de illo Beneficio prouidere, ſequitur Æneas de Falcon. 4.quæſt.effectu.16.nu.2. & effectu 19. ad fin. Gonçal. d.gl. 25.à nu.45. quin.51, recte ait idem eſſe, vbi Beneficium impetratur certo modo, ex falſa cauſa, & glo. vlt.nu.62. *& tenuit Rota in Toletana Capellania 1. Dec. 1606. corã Sacrato infra adducta 6.p.c.4.n.29.*

178 Et hinc, ait Simoneta † q.61.n.3. videmus, quod in prouiſionibus additur clauſula, cũmodo collatio, ſeu eius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, per quã reſtringuntur clauſulæ generales, quæ apponuntur in gratijs de Beneficijs reſeruatis in euentum, quod non eſſent reſeruata, prout dicit Pauinus in tract. de poteſtate Cap. ſede vacante 7. præludio vlt. columna.

179 Ait tamen ipſe Simoneta † nu.4. hæc vera non videri attento ſtilo Curiæ, quo ſemper prouidetur cum clauſula, ſiue alio quouiſmodo, de qua per Dd. in ca. ſuſceptum de reſcrip. in 6. item, quia negari non poteſt, quin Papa manum apposuerit, & ſi prouiſio non valet, videtur quod affectio ſit inducta; per ea, quæ ſupradicta ſunt, & ideo Ordinarium non poſſe prouidere, nec expectantem illud acceptare.

180 Adhuc tamen videtur tenenda † dicta limitatio, nec obſtat prima ratio Simonetæ de clauſula, ſiue alio quouiſmodo: nam illa non intrat, niſi vacatio diſpoſitiue narrata verificetur, ſaltem de facto, vt dicetur infra 11.p.c.1.à nu.36.

Secunda

181 Secunda vero ratio cessat ex dictis, † nam, & si Papa manuum apposuerit, apposuit illam tanquam super reseruato, & sic cessante reseruatione, quæ fuit fundamentum appositionis manus Papæ, illa nihil operatur.

182 Circa illud autem, † quod ait Simoneta cum Panino de clausula, dummodo collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, aduerte Hieron. Paulum in pract. cancellariæ in §. notabilia super vacantibus reservatis, dicere illam non poni ratione reseruationis expressæ in literis, quia, ex quo reseruatio probatur, certum est, quod illus Beneficij dispositio ad Papam pertinet, sed poni ratione clausulæ generalis, siue prœmisso, siue alio quouis modo, &c. Vnde quando non poneretur alius modus vacationis, quam expressus in reseruatione, tunc omittitur clausula siue præmisso & illa omissa non ponitur clausula, dummodo eius dispositio.

183 Hæc Hier. Paulus ibi, † quem secuta est Rota in vna Aretina commendæ. 7. Nou. 1586. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum. Reseruationem satis verificari ratione familiaritatis, de qua constabat per attestationem computatoris palatij, & fidem in curia facere propter facilitatem habendi veritatem per inspectionem librorum, ex quibus extrahitur; nec obstare, quod p expeditores in literis fuerit addita clausula, dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat, quia hæc clausula non ponitur ratione reseruationis expressæ in literis, sed ratione clausulæ generalis, siue præmisso, siue alio quouis modo, prout tradit practica cancellariæ in notabil. super vacan. reseruatis, &c. *& dicitur in decis. 611. nouiss. Farin. sub nu. 1.*

184 Rursus aduerte, † quod non obstante d. clausula, dummodo collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, recte intraret d. clausula generalis, siue alio quouis modo, quando vacatio dispositiue narrata verificatur de facto tantum, etiam si ex illo modo contento sub clausula generali Beneficium non esset reseruatum, & c. cum Papa concurrat cum omnibus Ordinarijs, satis dicitur, ad eum pertinere, vt fuit resolutum in vna Cordub. Beneficij, 21. April. 1559. coram D. Quiroga, de qua inf. 11. p. c. 1. nu. 60.

185 Et illa clausula, dummodo † collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, seruiret, quando Benef. esset iuris patronatus laicorum, cui non vult Papa in dubio derogare, & quando Beneficium spectaret ad collationem alicuius ex indulto, & priuilegio Apostolico cum decreto irritante dicente, etiam per nos, iuxta supradicta à nu. 19. *Sed contrarium tenet Rota in illa Romana clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602. coram D. Pamphilio, quæ est 616. nouiss. Farin. vbi quod clausula restrictiua, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, ostendit Papam noluisse de beneficio prouidere, nisi quatenus reseruatum existat, ex Panino & Simoneta supra, noluisseque concurrere cum Ordinario, seu alio collatore; sed tantum noluisse conferre, quatenus esset reseruatum, & ita fuisse reseruatum in Taurinen. cantoria 14. Octob. 1569. coram Ordinario, & fuit etiam dictum in Romana Capellanie S. Petri 9. Decemb. 1602. coram Millino, quæ est 617. nouiss. Farin. & in Eluen. beneficij 21. Iun. 1604. coram Penna, & sequitur Genuen. in praxi c. 120. vers. declaratur quintò, dicens, quòd clausula, seu alio quouis modo posita in prouisione Papæ de beneficio reseruato non operatur, quòd non data reseruatione possit ex ea capi beneficium in vim præuentionis, sed tantum operatur ex alijs reseruationibus vltra expressam, &c. & Marta de clausulis claus. 36.*

186 Quinto limitatur per aliquos, † niti nullitas prouisionis, seu inualiditas illa appositionis manus Papalis ex defectu potestatis eiusdem insurgeret, vt ex Concilio Basilien. quo reseruationes abolentur, ex quo pragmatica Sanctio Gallicana sumpta est, ad c. ne captandæ. de concess. præben. in 6. ita Roman. d. cons. 335. nu. 12. & 13. Ripa in cap. cum M. Ferrarien. de constit. nu. 197. Probus ad Monach. in c. 2. de Præben. in 6. nu. 39. & in c. præsenti de offic. Legati, num. 41. Aufrer. ad cappellam Tolossanam dec. 437. sub. nu. 6. Coras. d. cap. secunda par. nu. 14. & videtur sequi Sarnen. de triennali quæst. 30. num. 2. vers. & ista conclusio procedit, & Horatius Mandos. ad Roma. ibi litera G. qui refert Ripam supra, & Staph l. septima forma mandati de prouidendo num. 4. qui tamen solum loquitur de reseruatione, seu oppositione manus executoris super certo Beneficio nondum vacante nulliter facta ex defectu potestatis, vt d. cap. ne captandæ.

187 Sed cum defectus iste † potestatis nō possit in Papa contingere iuxta supradicta in princ. huius c. hæc limitatio non est tenenda, vt inquit Simoneta d. q. 58 nu. 12. quamuis ipse Romanus illam audeat ponere, eo quod Patres Concilij Basilien. contra Papam pro viribus tutatus fuerat, quem, vti Galli, sequuntur Probus. Aufrer. & Coras.

188 Nec obstat d. Concilium † Basilien. quo reseruationes abolentur, & de d. pragmatica sanct. sumpta est; nam, licet d. Concilium fuerit à principio canonice congregatum, tamen post dissolutionem, seu trāslationem eius factam per Eugenium IIII. post quā contenta in d. pragmatica facta sunt, factum est conciliabulum & conuenticulum satanæ, & Concilium amplius appellari non debuit, &c. Vt in Bulla Leonis X. super abrogatione pragmaticæ sanctionis in Concilio Lateranen. nouissimo sess. 1. quæ habetur etiam in Bullario inter constitutiones Leonis X. 16. in ordine, & in Bulla retractationum Pij II. quæ est in Bullario 11. in ordine suarum constitutionum. D. Anton. in sum. 2. p. tit. 3. cap. 11. §. 10. & 3. p. tit. 23. c. 1. in princ. & c. 2. §. 5. Turrecremata de Ecclesia lib. 2. cap. 100. & lib. 3. c. 58. Cano. de locis lib. 5. c. fi. ad nonum, Cardin. Bellarm. 2. tom. 1. controuersia lib. 3. c. 19. ad fi. & lib. 3. c. 16. Hoieda de incompatibilitate Benef. c. 23. nu. 86. & cap. 24. nu. 27.

189 Et Thom. Campegius in tract. † de reseruat. nu. 6. reprehendit Patres dicti Concilij Basilien. quia ausi fuerunt abolere, quantum in se fuit, reseruationes quascumq;, siue generales, siue speciales, præter clausas in corpore iuris; voluerunt que, inquit, ipsi inferiores authoritatem superioris sui certis finibus coercere.

## *De reseruationibus regularum Cancellariæ.* §. III.

### SVMMARIA.

PEr regulas Cancellariæ, quas S. Pontifices facere solent suo tempore duraturas, plures reseruationes inducuntur, num. 190. de quibus hic agendum est, nu. 191.

*In regula 1. hic posita innouantur reseruationes extrauagātis, ad regimen, quæ videnda, est nu. 192. de quibus reseruatio-*

gnata in curia non dicuntur vacare apud ſedem, ſed bene in curia. & quod, licet propterea ſint reſeruata, tamen eorum reſeruatio non dicitur in corpore iuris clauſa. citans Sarnen. de triennali, q. 31. ſub. nu. 5. qui id non dicit.

75 Nam ibi dicitur Eccleſia vacare, vbi ſit † priuatio vel renuntiatio, etiam à procuratore alibi conſtituto, Probus d. c. 2. de præb. in 6. à num. 22. Coraſ. 1. p. c. 8. nu. 8. Roſiniacus c. 15. Flam. Pariſ. l. 9. quæſt. 14. vel vbi occurrunt omnes alij vacationis modi. Rota deciſ. 4. & 35. de præb. alias 33. & 86. in antiquis. Paninus, de offic. & poteſtate Capituli ſede vacan. præludio vlt. num. 8. & Mandoſ. conſ. 11. num. 1. vbi docet Beneficia priuati vacare vbi priuatur, quando ſumus in priuatione hominis, & poſthæc tradit Gonçalez, gloſ. 13. à num. 42. & 45. & glo. 15. §. 2. quæſt. 3. ex. nu. 8.

76 Quod procedit, etiam † ſi perſona priuata, ſeu ex qua alias vacat Beneficium, ſit extra curiam, nam ſolum eſt attendendus locus priuationis, non autem vbi ſit perſona, vt ex deciſ. 32. Guidoboni in cauſa Compoſtellana Canonicatus reſoluit Mandoſ. reg. 32. quæſt. 8. ad fin. & volunt citati; quamuis Caputaquen. in d. deciſ. 48. & 327. diſtinguat. facit gloſſa verb. collatio in d. clem. 1. vt lite pendente. Millis in repertor. verb. Beneficia vacantia: nec obſtat deciſ. Putei, 356. nu. 4. l. 2. vbi habetur, quod Beneficium

77 vacans † ob non expeditionem nouæ prouiſionis, ex decreto dicitur vacare extra curiam ex quo, & perſona, & Beneficium erat extra curiam, quamuis noua prouiſio erat expedienda in curia, & ibi iura ſolnenda; quia reſpondetur id procedere in vacatione inducta ob modum negatiuum conſiſtentem in non faciendo, ſeu in omiſſione, quo caſu ſolum conſideratur, vbi eſt perſona, & Beneficium, vt, ſi ſunt extra curiam, extra curiam dicatur vacare Beneficium.

78 Immo ſolum videtur conſiderandus locus, † vbi eſt perſona, vt per Paunum ſup. vbi ait, quod priuatus, quia non ſoluit penſionem in partibus, ſi eſt Romæ, eius Beneficium cenſetur vacare in curia, & eſſe reſeruatum d. deciſ. 4. & Hier. Paulum in d. pract. Cancellariæ, verb. Beneficium reſidentis, pag. mihi 608. poſt praxi. Rebuf. vbi ait, quod Beneficium reſidentis in curia non promoti infra annum dicitur vacare in curia, ſecundum Collectarium in cap. Eccleſia, de ſortilegijs.

79 At vbi priuatio inducitur à iure, ſeu ex † decreto propter actum poſitiuum, Beneficium dicitur vacare, vbi fit actus, ob quem inducitur priuatio à iure, ſeu decreto iuxta dicta.

80 Vnde alias in vna Mutinen. Capellæ 16. † Iunij 1562. coram D. Palcoro fuit reſolutum, Beneficia hæreticorum vacare in partibus, vbi fuit commiſſum delictum, & non in curia, vbi ſententia lata fuit; nam vacant ipſo iure, & poſſunt impetrari, & conferri etiam ante ſententiam, vt per Coram dec. 230. in ſuis Miſcellaneis manuſcrip. & habetur in deciſ. 707. & 728. l. 3. par. 3. diuerſorum, & refert Mand. de ſignatura gratiæ, tit. de abſolutione ab hæreſi, verſ. hæreticorum beneficia.

81 Hodie tamen Beneficia vacantia propter † hæreſis crimen ſunt Papæ reſeruata per conſtitutionem 29. Pij V.

82 Et quomodo in propoſito † accipiatur curia, vide infra ſuper regula 5. Cancellariæ, à nu. 387.

83 Et aduerte in hac reſeruatione † non comprehendi Beneficia habentium domicilium in Romana curia, niſi curiales ſint, ſeu corteſani, & ibi ratione curiæ morentur, d. cap. præſenti. §. ſane, & ibi Dd. Ægid. dec. 654. ſeu 655. *Simoneta de reſeru. q. 30. num. 3.* & fuit reſolutum in cauſa Romana Beneficiatus S. Petri 27. Ianuar. 1593. coram D. Blanchetto. *Et in alia Romana clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602. coram D. Pamph. vt in dec. 616. nouiſ. Farin. & in Aſſiſten. beneficiorum* 18 *Iun. 1607. coram D. Sacrato.*

Et, quamuis beneficia officialium, & Capellano-
84 rum Papæ, † & aliorum, de quibus in Extrauag. ex debito, de elect. inter communes, dicantur ibi vacare apud ſedem, etiam ſi alibi decedant. Lapus allegatione 96. in princ. vbi Mand. Litera D. & Francus in d. §. ſane, nu. 4. Aeneas 4. quæſt. effectu 2. & 6. nu. 4. tamen illa extrauagans erat temporalis, & expirauit
85 cum conditore, † vt patet ibi, Donec Chriſti dignatio nos dignabitur vniuerſalis Eccleſiæ ſponſæ ſuæ regimini præfidere, & ibi, prouiſioni noſtræ, Dom. in d. cap. Ratutum. poſt num. 8. Mandoſ. reg. 1. Cancell. quæſt. 1. & Zerola, verb. Benef. §. 2. fall. 5. *Alex. Moneta d. c. 3. de opt. nu. 40. & de decimis c. 9. nu.* 27. ſicut etiã
86 extrauagans ad regimen, † Dom. in c. ſi Apoſtolica, nu. 6. de præben. in 6. Gloſſator, reg. Cancell. 1. 2. 36. & 62. Caſſad. dec. 3. n. 3. de conſtit. & Mand. d. reg. 1.
87 q. 1. *Moneta ibi.* quicquid de vtraque † dicat Aeneas de Falcon. præludio 4. nec refert eſſe impreſſas inter Extrauagantes communes, nec dici poteſt earum reſeruationes eſſe approbatas, ex Extrauagant. Pauli II. fin. de præb. inter omnes, & ſic de d. Extrauagante. ex debito, iam non eſt curandum.

88 Nec omnia Beneficia reſeruata etiam ſpecialiter † aut etiam in d. Extrauag. ad regimen. dici poſſunt proprie vacare in curia, Lapus allegat. 84. num. 3. ſed ad ſummum, tantum large, & improprie ratione reſeruationis, quia eorum diſpoſitio pertinet ad curiam, Puteus dec. 36. num. 1. l. 2. Rota in Cordub. Capellaniæ, de qua infra num. 425. *Alex. Mon. d. c. 3. de opt. nu.* 17. 38. *& d num.* 49.

89 Et ita poteſt intelligi gloſ. verb. collatio, † in fi. in d. clem. 1. vt lite pendente, quæ ait, quod Beneficia ſpecialiter reſeruata vacant in curia, & Simoneta q. 30. nu. 3. & Sarnen. de triennali, q. 31. vbi aũt, quod reſeruata per Extrauag. ad regimen. dicuntur vacare in curia, & Couar. pract. c. 36. nu. 4. ad fi. & P. Gregor. d. c. 24. nu. 4. vbi ait, quod dicemus vacare in curia, vel apud ſedem ea Beneficia, quæ ſolius Summi Pontificis reſeruata ſunt collationi; nec in d. Extrauagan. ad regimen, dicitur, quod Beneficia vacantia per obitum perſonarum, de quibus ibi, cenſeantur, ſeu iudicentur vacare in curia, vel æquiparentur vacantibus in curia; quicquid dicat Aeneas d. effectu 2. & 6. & ita tenendũ eſt, quicquid poſt hæc velit Gonçalez, gloſ. 13. ex num. 46.

99 Vnde Beneficia † reſignata extra curiam vacantia, ob non factam publicationem, iuxta conſtitutionem 87. Greg. XIII. de qua infra 11. p. c. 3. nu. 273. non dicuntur vacare in curia, quamuis eorum diſpoſitio eo ipſo ad ſedem Apoſtolicam deuoluta exiſtat. Beneficia autem vacantia, ob non publicationẽ iuxta d. conſtitutionem Greg. XIII. adhuc per reſignationem vacãt, & ſic apud ſedem, cum eſt facta in manibus Papæ, vt apparet ex ipſa cõſtitutione, verſ. quod ſi quicquam: ibi, ab ipſa prima reſignatione.

Ita ſic

91 Et sic †qui narrat resignationem non publicatam, & Beneficium adhuc per resignationem vacare apud sedem, narrat verum, ita fuit resolutum in causa Verdunen. Canonicatus 19. Iunij 1589. coram D. Gypsio Flam. Paris. lib. 11. quæst. 8.

92 Quamuis contrarium alias tenuerit Rota †in vna Spoletana Beneficiorum, 28. Iunij. 1595. coram D. Mantica, vt in seq. decisione Placuit Dominis gratiã si neutri à D. Persio impetratam, quoad modum vacationis non fuisse iustificatam, nam, cum modus vacandi fuerit in supplicatione expressus propter resignationem, ille non potest verificari, nisi resignatio fuerit publicata, quia debet intelligi de resignatione valida, quæ indiget publicatione secundum fœlic. record. Gregor. XIII. constitutionem, neque præsumitur facta publicatio, sed debet probari, quia est facti l. quæcumque. §. vlt. de publician. l. consi. §. quæsitum de curatione furiosi. Alexand. consil. 158. n. 11. l. 2. Socin. Senior consil. 15. num. 2. l. 1. & ita sæpissime fuit resolutum. Vnde, si resignatio non fuit publicata, Beneficium non vacat propter resignationem, vt fuit expressum, sed ob non publicationem ex d. Gregor. constitutione, qui modus vacationis non fuit expressus, & tamen specialiter exprimi debet, etsi resignatio, vt in casu proposito, facta fuerit in manibus inferioris collatoris, vt colligitur ex d. Greg. cõstitutione §. de beneficijs autẽ, ex illis verbis, & alijs, ibi, modo, & forma prædictis, quæ quidem verba habent relationem ad prædictas qualitates. Corneus consil. 182. nu. 61. l. 2. Socinus Iunior consil. 42. nu 3. l. 3. Grauetta consil. 98. nu. 8. quare cum D. Persius hunc modum vacationis in supplicatione non expresserit, non facta publicatione, non potest Beneficium obtinere, quia gratia obtenta non capit hunc modum vacationis, quamuis resignatio facta fuerit in manibus inferioris collatoris, vt fuit dictum coram Pamphilio, in Bononiensi Canon. catus, 16. & 19. Februarij 1590.

93 Et idem tenuit Rota in alia Verdunen. † Canonicatus 13. Maij 1596. coram D. Pamphilio infra adducta 11. p. c. 3. nu. 332. & fuit dictum in vna Mediolanen. Beneficij 13. Ianuarij 1597. coram D. meo Corduba, de qua d. c. 3. nu. 284.

94 Et responsio data in d. Verdunen. ad d. † verficulum quod si quicquam. non satisfacit, nam re vera in illis verbis, Illaque siue iura ab ipsa statim. prima resign. seu cessione vacauisse, & vacare censeantur eo ipso. loquitur de prima resignatione, à qua vult Beneficium vacare non facta publicatione, siue subsecutæ sint aliæ resignationes, siue non, & in princip. d. vers. non annullat ipsam primam resignationem, sed dispositiones, & gratias resignatorum, & cessorum Beneficiorum, ac iurium huiusmodi, subdens, quod nulla alia super huiusmodi Beneficio, siue iure cesso, ijs, quibus concessa fuerit, suffragetur; sed ad ea sint inhabiles. *Et ita in impetratione & gratia beneficij ob non publicationem dici solet, beneficium adhuc per resignationem vacare iuxta dictam constitut. Gregor.*

95 Verum est tamen, † quod vbi simpliciter exprimeretur vacatio ex resignatione, non veniret vacatio, ob non publicationem, quamuis sit ex resignatione; nam specialiter exprimi debet, ex d. constitut. verfic. illorum vero.

96 Aduertendum est tamen, quod, si Beneficia † vacantia in curia Papa non conferat infra mensem à die vacationis, & non scientiæ numerandum, Ordinarij possunt illa conferre, ex d. c. statutum, de præb.

97 in 6. & ibi glo. & DD. cuius tex. moderatio † loquitur, & habet locum tantum in reseruatis propter vacationem in curia per d. c. 2. & c. præsenti, eod. tit. in cæteris autem nullum tempus est Papæ præfixum ad conferendum. Francus, in d. cap. statutum. num. 6. Aeneas de Falcõ. q. 4. principali effectu 2. & 20. Paulus Granutius ad Simonetam q. 47. nu. 14. & dicetur infra 10. p. cap. 2. nu. 12. & hanc sententiam admittit, non solum in deuolutis, sed etiam in alijs reseruatis Gonçalez ad regulam de mensibus, §. 5. præmio à num. 143.

98 Sed decis. d. cap. statutum, quod est Greg. X. † est hodie correcta, & reuocata per Extrauag. piæ 1. de præben. inter omnes, quæ est Bonifacij VIII. & sic posterior, gl. 1. ibidem. & Rota decis. 12. ante num. 1. de præben. in nouis, alias 207. Lapus allegatione 96. sub nu. 1. Domin. consi. 78. Francus in d. c. statutum, sub nu 6. vers. & vide etiam per Lapum. Staphil. de literis gratiæ in præfatione, num. 20. Simoneta d. q. 30. nu. 3. & Sarnen. de triennali q. 31. verfic. ex quo infertur; & Gonçalez d. §. 5. à nu. 148. dicens, se non dubitare de dicta reuocatione. *Quem sequitur Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 5. nu. 12. & idem tenet Alex. Mon. d. c. 3. de opt. nu. 70. dicens communem.*

99 Verum posset dubitari, † an d. c. statutum. sit correctum per d. Extrauag. pię, propter datam lib. 6. quę est posterior d. Extrauag. vt dicit Aeneas de Falcon. d. q. 4. effectu 6. & 20? & dubitat etiam Sarnen. de exp. statuis, nu. 21. & etiam Zerola in praxi Episcopali p. 1. verb. Beneficium. §. 3. d. 4. qui ait, quod slãte hac dubitatione Doctorum Ordinarius prouidebit, prout Deus benedictus sibi inspirauerit. Et 2. p. verb. reseruatio. §. 7. hanc opinionem amplectitur, tanquam fauorabiliorem, & magis connaturalem Episcoporum potestati, & videtur tenere Mandos. ad Lapum d. allegat. 96. literæ E. *Summ. Bullar. Quarant. verb. beneficiorum reseruatio in addit. lit. A. versic. controuertitur tamen, & Perez de Lara de anniuers. & Capell. lib. 2. c. 10. nn. 12.*

100 Sed quicquid sit de hoc † tamẽ per d. Extrauag. ad regimen. quæ, vt dixi, innouatur per omnes Summos Pontifices, derogatur decisioni c. statutum, vt apparet ibi, Non obstantibus quibuscumque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis quatenus obsistere possent super enarratis articulis, vel aliqui, siue aliquibus eorundem, Lapus vbi proxime. *& Monet. d. nu. 70.*

101 Similiter etiam Parochiales † in curia vacantes Apostolica sede vacante, & quæ vacarunt viuente Papa, de quibus ante eius obitum non fuit ordinatum, possunt per Ordinarium prouideri, etiam ante mentem, ex c. si Apostolica. de præb. in 6. Rebuff. in praxi in forma nouæ prouisionis, verb. dummodo tempore datæ præsentium, nu. 14. Paulus Granutius ad Simonetam. q. 47, num. 12. & nouissime post hæc Gonçalez d. § 5. à num. 125. *& Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 5. nn. 12.*

102 Quod c. si Apostolica, est posterius d. † Extrauagan. piæ; & sic quantum ad hoc illam correxit, vt dicit d. gl. 1. in d. Extrauag. & Francus in d. c. si Apostolica num. 2.

103 Et d. c. si Apostolica, videtur etiam solum † procedere in Parochialibus in curia vacantibus, & non

in

in reſeruatis alia ratione iuxta ſupradicta, Francus in d.c.ſtatutum.num,6. Gaſpar. de Perufio, de reſeruatione quæſt.5.

104 Quamuis Zerola d.i.par.verb.Benef.§.3.† dicto 10.& 2.p.verb.reſeruat.§.5.à fortiori,& à ſimili contra teneat dicens, quod poſſet etiam conferre Parochiales vacantes extra curiam, ſed in menſe Summi Pontificis, ex maiori ad minus, & ex identitate rationis de qua ibi,& fuerat dictum in cauſa Abulen. Parochialis de la Calçada 19. Nouemb. 1593. infra adducta,c.5.nu.91.& videtur tenere Rebuf.in regul. 1. Cancell.verb.etiamſi dicti officiales.ibi Tamen hic officia ſeu Beneficia illorum vult eſſe reſeruata, quia ſemel affectum ſemper durat,niſi liberetur, c.ſi Apoſtolica,de præb.in 6.& nouiſſime poſthæc tenet Gonçalez d.§.5.procem.à nu.137.

Nec etiam procedit in deuolutis, licet contra te-
105 neat à fortiori Zerola d.verb.reſeruatio †§.4.contra quem tenere videtur Goncalez d.§.5.num.144. & ſeq.

106 Et quamuis per Extrauag.Clementis V.† & ſi in temporalium.3.de præb.in communibus, quæ eſt poſterior,ſit derogatum d.c.ſi Apoſtolica, vt inquit Francus ibi d.nu.2.in fi.tamen illa Extrauagans erat temporalis,& cum ſuo conditore expirauit, vt appareat ibi, Quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur ad præſens, & quæ toto noſtri Pontificatus tempore vacare contigerit,& ibi,hac vice.

107 Difficultas eſt † quoad Parochiales quæ viuo Papa apud ſedem vacarunt, de quibus ante ipſius obitum non fuit ordinatum;nam, cum viuo Papa vacauerint,ſunt affectæ per reſeruationem d.Extrauagantis ad regimen,& Beneficium ſemel affectum,ſemper manet affectum,vt in Extrauag.vlti,eod.tit.in communibus,de quo infra à nu.793.

108 Nihilominus verius videtur, † etiam quo ad Parochiales viuente Papa vacantes,non eſſe derogatum d.c.ſi Apoſtolica per d.Extrauag. ad regimen; & ratio eſt, nam in ea Papa ſolum ſuæ diſpoſitioni reſeruat, & non ſedis Apoſtolicæ,& ſic non poteſt dici ei in aliquo obſiſtere d. cap. ſi Apoſtolica, quod mortuo Papa & ſic ſublato de medio,permittit prouiſionem Ordinarijs.

109 Nec affectio inducta in Parochiali viuente† Papa videtur obſtare, nam non obſtante affectione inducta,ex reſeruatione d.c.2.de præben.in 6.vult Papa in d.c.ſi Apoſtolica quod Ordinarij poſſint prouidere Parochiales apud ſedem in vita Papæ vacantes,de quibus prouiſum non eſt;& reſeruatio d. Extrauag. ad regimen,in quantum reſeruat Beneficia vacantia in curia per quam inducta eſt prædicta affectio, nihil aliud eſt.quam confirmatio reſeruationis d. c. & eadem cum illa.

110 Sed videtur adhuc obſtare † d.Extrauagans vltima incip.ad Romanos, de præben. in communibus, quæ eſt poſterior d.c.ſi Apoſtolica,vbi dicitur, quod omnia Beneficia,etiam curata, ſemel affecta ſemper manent affecta,& quod non poſſunt per alium,quam per Romanum Pontificem prouideri.

111 Sed reſpondetur,quod illa Extrauagans generaliter,& indiſtincte loquens debet reſtringi,& determinari per d.cap.ſi Apoſtolica,nam lex poſterior generaliter loquens reſtringitur,& limitatur per legem priorem,i.non eſt nouum ff.de legibus glo.Iaſ.& alij I.ſciendum.,ff.qui ſatisdare cogantur, Ant. Gab. conclui.1.de legibus num.2.& Thom.Sanchez de matrimonio l.2.diſputatio,24.num.6. & Euerar. in loco à ratione legis ſcriptæ à num. 12. Gonçalez. ſupra, à num.129.

112 Et de potentia,& efficacia† ac priuilegijs d.reſeruationis per vacationem in curia, vide Æneam de Falcon.4.quæſt.Simonetam,quæſt.4.nu.15. & q.73. & Granutium ad eum,quæſt. 26. Samen. de triennali,quæſt.31.Probum ad Monach.in c. præſenti de offic.Legati in 6.à num.5.Mandoſ.in præfatione reg.5. Cancel.& ad Lapũ allegatione 84.litteræ D.& Anaſt. Germo.de indultis Cardinalium.§.li vero,nu. 10. & quæ dicemus infra.

113 Et an in d.reſeruatione comprehendantur† Epiſcopatus,ſeu Eccleſiæ Cathedrales,& Abbatiæ,& alię Dignitates electiuæ,gl.in d.c.2.verb.Dignitatum tenet non comprehendi Epiſcopatus,& Abbatias,quia ſunt ſpeciali nota dignas.idem tenent Monachus, ibi nu.1.& Probus ad eum,nu,41.& 48.idem Monachus in c.Inquiſitores,de hæret.in 6.Archid.nu.1.& Francus 4.& 5.in d.c.2.Lapus allegatio. 84. vbi Mandoſ. litera B.auos citãs,Coſmas in prag.ſanct.tit.de elect. cap.licet.§.ſtatuit,verb.obſtaculo,Coraſ.2.p.cap. 1. nu.8.& 9.Franc.Marcus deciſ.1112.à num.3. par.1. & P.Greg. dicens gl. communiter approbatam, de Benef.c.14.nu.1.Pacian. de probatione l. 2. cap. 27. nu.91.& 92.& c.28.nu.4.

114 In Abbatijs tamen contrarium tenet Domin.† in d.c.2.n.10.improbans gloſſam & Simoneta q. 11. qui ait,ita obſeruari,& poſthæc Gonçalez gloſſa 9. à nu.35.& hæc ſententia mihi videtur verior, & magis conformis verbis d. cap. 2. ibi Eccleſiarum, & ibi.vt Eccleſias,Dignitates,&c.& ibi,electio.

115 Et facit deciſ. Rotæ in cauſa Ciuitaten. † penſionis,5.Decemb.1567.in qua fuit reſolutum,quod miles pius,ac S.Petri,& Pauli poteſt,poſtquam duxerit vxorem,retinere penſionem, etiam reſeruatam ſuper fructibus menſe Epiſcopalis vigore priuilegiorum dictarum militarum, quia verba priuilegiorum ſunt generalia,ibi,quibuſuis Eccleſijs,Monaſterijs,& Beneficijs,& applicatione Eccleſiarum,ex propria ſignificatione,& vi verbi comprehenduntur. Eccleſiæ Cathedrales,c.quamuis.& ibi Doct.de præb.in 6.& in materia etiam odioſa verba intelligenda ſunt ex proprio ſignificatu, iuxta doctrinam Aretini vbique approbatum in l.cum lege ff.de teſtamen. Iaſ.in lib.ſi.ff. de conſtitutionibus Princip.nu.35.facit c. porro, de priuil.vbi gloſſa notat non eſſe recedendum in priuilegijs à forma verborum,c. accepimus eod. & hoc etiam eſt de mente Papæ in d.priuil.&c.

116 Ex qua deciſione idem etiam videbatur† in Epiſcopatibus,ſeu Eccleſijs Cathedralibus;ſed de hoc parum eſt iam curandum,ex quo in reſeruationibus Ex-
117 trauagantis † ad regimen;quæ, vt diximus,per omnes Summos Pontifices innouatur, exprimuntur Epiſcopatus,& Monaſteria, Prioratus,Dignitates,cæteraque Beneficia quæcumque,& qualiacumque, etiamſi ad illa perſonæ per electionẽ aſſumantur,& c. Et ex quo per regulam 2.Cancellariæ fit peculiaris reſeruatio Epiſcopatuum,& Monaſteriorum, &c. & in reg.3.Prioratuum,ac aliarum Dignitatum Conuentualium,&c.Quæ reg.reſeruatoria Monaſteriorum
118 comprehendit † Monaſteria electiua propter verba generalia, & quia fit mentio de Dignitatibus electiuis,& quia Prioratus regulariter ſunt electiui,ita fuit

reſolutum

resolutum in causa Meten. Monasterij 8. Iun. 1562. vt in recollectis manuscrip. Oradini, quamuis contrarium dicat Caputaquen. decis. 41. nu. 1. p. 3.

119 De alijs autem Dignitatibus inferioribus, † quãtumuis electiuis, & alijs Beneficijs electiuis, certum existimo comprehendi in d. reseruatione c. 2. cum faciat mentionem de electione ibi, ipsorum electio, & est de mente Doctorum ibi, & citatorum supra, & tenuit expresse Cosm. vbi supra.

120 Et quamuis aliud videatur velle † Coras. d. nu. 8. ibi, & aliæ Dignitates electiuæ. tamen intelligitur de alijs Dignitatibus electiuis, scilicet Prioratibus, qui sunt per se, nec habent Abbatem superiorem, & sunt in effectu idem, quod Abbatiæ, & de Dignitatibus electiuis, in quibus requiritur forma c. quia propter. de electione, quarum vacatione dicuntur Ecclesiæ viduatæ, de quibus supra 1. p. c. 6. num. 19. vt apparet ex sequentibus, & ex Cosma vbi sup. quem ipse Corasius allegat, & Prob. d. nu. 41.

121 Et idem erit in regulis reseruatorijs facientibus mentionem de electione, vt reg. 9. mensium, ibi electionem, maxime cum ibi reseruentur Beneficia qualitercumque qualificata, Gonçalez gloss. 19. & *Rot. in Vlyssbonen. prioratus 1. Febr. 1602. coram D. Seraphino infra relata. nu. 560.*

122 Quinimmo etiam non facta mentione † de electione comprehendi existimo sub reseruationibus, si nullus modus prouidẽdi esset expressus, vt tenet Aeneas de Falcon. q. 3. nu 21. ad doctrinam glossæ, verb. quãuis in Clem. 1. de præb. de qua supra, d. c. 6. 1. p. nu. 27. vbi plures eam sequentes citaui, & dixi communem, & videtur tenere Gonçalez ibi nu. 8.

Et quicquid esset in mandato de prouidẽdo, quod
123 est ambitiosum, † & ideo restringendum, tamen in reseruationibus Motu proprio factis, & maxime per viam legis, id videtur de plano procedere, pro quo faciunt dicta, d. c. 6. à nu. 67.

124 In reseruationibus vero factis sub ista forma † reseruamus Beneficia ad cuiuscumque collationem, prouisionem, præsentationem, seu dispositionem spectantia, non comprehenduntur Benefi. electiua secũdum Aeneam sup. ex c. cum in illis. §. 1. de præb. in 6.
125 & d. Clem. 1. eod. tit. vers. fi. pro quo facit, † quod licet verbum, prouisio, & verbum, dispositio, late sumpta, & sic in materia larga, & fauorabili comprehendant omnem modum prouidendi, & sic electionem, tamen in materia odiosa, & restringibili, vt est reseruatio, & dictum est sup. n. 67. non includunt electionem, vt in d. §. 1. & d. vers. fin.

126 Et dixi d. c. 6. 2 nu. 30. † Sed cum Aeneas d. tract. præludio 2. teneat reseruationes, præsertim Motu proprio factas, & non pro certa persona, esse fauorabiles, non loquitur consequenter, & etiam tenendo, quod reseruatio est odiosa, existimo illa verba comprehendere etiam electionem in reseruatione facta Motu proprio, & per viam legis iuxta dicta d. cap. 6. nu. 33. & sentit Gonçalez. ibi nu. 9.

127 Sed est dubium † an præter illam reseruationem per vacationem in curia sint aliæ reseruationes in corpore iuris clausæ?

128 In quo gloss. reg. 33. de triennali, † & 62. vnam tantum esse concludit reseruationem in corpore iuris clausam, de qua in d. cap. 2. & c. præsenti, contra quẽ Aeneas de Falcon. q. 2. principali n. 12. ait esse plures:
129 primo illam, † de qua ibi. Secundo, illas, de quibus in d. Extrauag. ex debito, & in d. Extrauag. ad regimen. Tertio, in pluribus incompatibilibus retentis vltra tempus præfixum in Extrauag execrabilis, de præb. Quarto, de Beneficijs illorum qui promouentur in Episcopos post consecrationem. Quinto, de Beneficijs deuolutis. Sexto, de Beneficijs exemptis, & immediate subiectis Papæ, de quibus in c. 6. de renun tiat. istos tamen duos vltimos casus non posse dici propriè reseruationes, quia Papa confert, vt Ordinarius, vt inquit Glossator d. reg. 33. & addit Rotæ dec. 3. de officio. Legati in nouis. nu. 6. & *Azor 2. p. lib. 6. c. vlt. q. 4.* & sentit Gonçal. gl. 51. à nu. 40. vbi contra Flaminium Paris. recte ait Beneficia exemptorum nõ esse reseruata, sed posse Ordinarium ea prouidere, cũ exemptio sit personalis tantum, & nu. 110. contra eundem ait Beneficia deuoluta non dici reseruata.

130 Sed quicquid dicat Aeneas, † nec reseruationes, de quibus in d. Extrauag. ex debito, & in d. Extrauag. ad regimen, in qui continetur reseruatio de Beneficijs illorum, qui promouentur in Episcopos, & in d. Extrauag. execrabilis, dici possunt in corpore iuris clausæ; nam reseruatio in corpore iuris clausa dicitur, quæ est à iure communi inducta, & in eius corpore inserta quod non procedit in reseruationibus inductis per Extrauagantes. Sarnen. d. q. 31. de triennali vers. tamen pace eorum maxime in reseruationibus, de quibus in d. Extrauag. ex debito, & in Extrauag. ad regimen, quæ erãt temporales, & cum suo conditore expirarunt, vt dictum est sup.

131 Vnde Sarnen. ibi, † qui tenet esse plures reseruationes in corpore iuris clausas, ponit alias à vers. prima est, & sequitur Gigas de intruso, nu. 88. & Probus ad Monach. in d. c. præsenti, de offic. Legati in 6. à nu. 10. ponit octo reseruationes, quæ tamen non sunt verè & proprie reseruationes in corpore iuris clausæ, vt patebit singulas considerãti.

132 Quare verior videtur prædicta sententia † Glossatoris, quod vna tantum sit reseruatio in corpore iuris clausa, de qua in d. c. 2. & c. præsenti de præb. in 6.

Et quamuis Corasius d. c. 1. 2. p. nu. 7. & 13. inter
133 † reseruationes in corpore iuris clausas ponat reseruationem ob litigium, ex cap. 1. & 2. vt lite pendente in 6. quod etiam tenuit 1. p. cap. 6. num. 11. & Probus in d. cap. præsenti, nu. 15. & in cap. nemo. de electa. in 6. nu. 4. Mandos. reg. 34. q. 87. nu. 9. ibi. Quia tamen Beneficia litigiosa, & sic reseruata. & alij, vt per Sarnen. d. q. 31. & Cassador. decis. 3. de reseruationum 6. ait Beneficia litigiosa posse dici reseruata, vel soli Papæ præseruata, & dicuntur etiam reseruata in dec. Burgen. de Pancoruo adducta 6. p. c. 4. nu. 11. & Olcen. Canonicatus, seu optionis adducta nu. 14. &
134 in Oritana relata n. 27. ibidem, tamen verius est † beneficia litigiosa non esse reseruata, nec induci reseruationem ob litem, sed ea durante prohibetur Ordinarius conferre, & suspenditur eius prouisio, qua lite finita, potest postea libere conferre, vt in d. cap. 1. & 2. vt lite penden. in 6. & in Clem. eod. tit. ita Sarnen. d. q. 31. vers. tamen pace eorum, nu. 9. Simoneta quæst. 10. num. 5. & 6. & ibi Paulus Granutis, & Mandos. ex professo hoc agens reg. 32. quæst. 9. à num. 5. Nau. in cap. accepta, de restitut. spoliat. oppositionis 10. solutione, num. 30. Couarr. pract. cap. 36. n. 7. vers. 5. ad idem, & post hæc Gonçal. §. 7. procem. nu. 118. & gl. 6. nu. 146. & gl. 32. nu. 40. & glo. 51. nu. 111.

135 Et fuit resolutum in vna Aurien. Canonicatus † 4. Iunij

Iunij 1576. coram D. Lancellotto, vt in ſequen. deciſ. Fuit concluſum quod regula Cancellariæ de exprimendo menſe vacationis habet locum, etiam in gratia, ſi neutri, quia eſt noua gratia; & noua prouiſio, & nouus tit. ex illa acquiritur, & propterea in ea fieri debet mentio de modo vacandi, & de reſeruatione, vt habetur in deciſ. 24. de reſcrip. in nouiſ. Roman. conſ. 362. num. 4. Felin. in cap. in noſtra in 13. cor. de reſcrip. Sarnen. in reg. de annali quæſt. 18. nu. 2. Non obſtat, quod hoc Beneficium ſit litigioſum ante dictam gratiam, & quod propterea dicatur reſeruatum; & quando Beneficium eſt reſeruatum alia ratione, quam ratione menſis, non eſt locus d. regul. quia reſpondetur, quod lis non inducit reſeruationẽ, ſed ea durante prohibetur Ordinarius conferre, & ſuſpenditur eius collatio, qua lite finita poteſt poſtea libere conferre, vt declarat Sarnen. reg. de triennali, q. 31. n. 9. Simoneta tract. de reſeruatio. cap. 9. circa fi. verſic. ex prædictis.

136 Et idem fuit reſolutum in vna Legionen. † præſtimoniorum de menſe Iunij 594. coram D. Pamphilio, vt in deciſ. ſequenti. Fuit reſolutum non conſtare de vacatione ex perſona Antonij de Vega, niſi aliter probetur ipſum habuiſſe ius in iſtis præſtimonijs iuſtificando eius titulum cum omnibus in ſua gratia narratis iuxta deciſionem Egidij 112. & tradit Rebuffus in praxi, tit. de ſubrogatio. num. 85. & ſuper concord. rubrica de mandat. Apoſtolic. verb. ſucceſſores circa fin. verſic. inſuper ſubrogatus, & iſta probatio debet eſſet clara, cum ius Antonij non incidẽter, ſed principaliter deducatur, vt per Aegidiũ vbi ſupra, præſertim, quod non ſolum nõ conſtat ipſum fuiſſe triennalem pacificum poſſeſſorem, Caſſador. deciſ. 2. de cauſa poſſeſſ. quod nec etiam deceſſit poſſione, quam per decem annos antea dimiſerat; ad notata per Puteum, deciſ. 87. lib. 3. cum alijs allegatis. Neque obſtat poſſeſſio decennalis Antonij, ex qua ſolet præſumi bonum ius, vt per Sarnen. reg. de triennali, quæſt. 26. numero 7. quia iſta præſumptio non poteſt allegari, niſi ab ipſomet poſſeſſore, non autem à tertio, niſi ſit ſucceſſor ipſius iuxta terminos allegationis Lapi, vt declarat Sarnen. d. reg. de triennali quæſt. 13. quod in hoc caſu nõ poteſt habere locum, vbi ſtante lite inter ipſum Antonium, & quondam Franciſcum de Sancto Petro non datur vltimũ triennium pacifice poſſeſſionis, quod eſt extremum neceſſarium pro allegatione Lapi, Puteus deciſ. 330. lib. 1. & 511. lib. 2. cum alijs ſimilibus. Nec etiam obſtat, quod Guttierius magnifecerit ius Antonij acceptando reſignationem, & ideo, nec ipſe, nec eius ſucceſſores poſſunt illud impugnare, quia non conſtat, quod Ferdinandus de Meſia veniat ex perſona Guttierij, qui, licet reſignauerit ad fauorem Gabriel. qui poſtea dicitur reſignaſſe Ferdinando, non tamen de hoc doctum fuit, & poteſt Ferdinandus habere alium tit. cum notorium ſit, in Beneficialibus admitti multiplicationem titulorũ, vt per Caſſad. deciſ. 21. nu. 5. ſuper reg. & deciſ. 3. de cauſa poſſeſſ. in fi. Non obſtant, quæ dicuntur de non publicatione reſignationis Antonij factæ ad fauorem Guttierij. quia Ferdinandus nõ tenetur docere de aliqua publicatione, cum non fundet ſe ſuper iſta reſignatione, ſed rãtum dicat Beneficium non potuiſſe vacare per obitũ Antonij, qui illud de eo tempore nõ poſſidebat, & in eo nullum ius vnquam habuit; & in omnem euentum Domini dixerunt etiam data vacatione ex perſona Antonij illam non ſuffragari Palacio, cui obſtat reg. de menſe, ex quo Antonius deceſſerit de menſe reſeruato, cuius erat facienda mentio in gratia, ſi neutri, quæ eſt noua gratia, & noua prouiſio, non obſtante lite, quæ non inducit reſeruationẽ ſed ſuſpendit tantum collationem Ordinarij vſq; ad finẽ litis, vt alias fuit reſolutum in vna Aurien. Canonicatus, ſub die 4. Iun. 1576. coram Illuſtriſſimo Cardin. Lancellotto, etiã quod iſta vacatio capiatur per clauſulas generales ſiue alio quouis modo, Puteus deciſ. 169. lib. 2. & deciſ. 1. & 4. ſuper reg. de menſe, Paleot. dec. pen. & ceſſat omnis difficultas ad effectũ, de quo agitur, vt non intret gratia, ſi neutri conceſſa Palacio, de anno 1587. de quo tempore iam iſta vacatio erat comprehenſa, ſub clauſulis generalibus appoſitis in gratia reſignationis antea factæ ad fauorem Gabrielis, quam Domini dixerunt eſſe iuſtificatam.

137 Quamuis in Lucana Canonicatus, 7. Febr. 1561. coram D. Rubeis infra relata nu. 657. Rota ſenſerit, quod lis de tempore vacationis induceret reſeruationem Beneficij, & ſic non obſtaret regul. de menſe exprimen. &c. & vide infra dicta c. vlt. a nu. 117.

## *De reſeruatione, ſeu affectione per appoſitionem manus Papæ.* §. 2.

### SVMMARIA.

*INducitur reſeruatio, ſeu affectio Beneficij per ſolam appoſitionem manus Papæ, quamuis inutiliter factam. nu. 138. & 139. vbi adducitur pro hoc Extrauag. vlt. de præben. & nu. 143. contra aliquos, nu. 141. & 142.*

*Per commendam factam à Papa Beneficium dicitur affectum, & nu. 140.*

*Quando Papa ad certum tempus, vel ex certa cauſa reſeruauit, ſi illa reſeruatio ſemel affecit, Beneficium ſemper manet affectum etiam poſt illud tempus, & ceſſante cauſa contra Adeneam, num. 144.*

*Per collationem Papa inualidam non euaneſcit reſeruatio Beneficij, nec poteſt Ordinarius illud conferre contra aliquos, nu. 145. & 146.*

*Stante ſupplicatione ſignata per Papã de aliquo Beneficio nõdum leuatis Bullis non poteſt Ordinarius illud conferre, etiã ſi gratia eſſet nulla, nu. 147.*

*Per mandatum de prouidendo de Beneficio vacaturo, aut incerto, non inducitur affectio de iure nu. 148. quamuis de ſtilo curiæ aliud eſſet nu. 149.*

*Prædicta doctrina de affectione per appoſitionem manus Papæ limitatur 1. vt procedat, quando manum apponit Beneficio ad effectum prouiſionis vacantis, ſecus vbi non vacat ad illũ effectum, vt quia eſt collatum alicui, qui nondum acceptauit, vel ad illud eſt quis præſentatus, &c. nu. 150.*

*Id procedit etiam ſi in gratia Papa illud reſeruaſſet vt vacans, licet ſecus ſi reſeruatio fieret motu proprio non expreſſo eo, cui velit conferri, nu. 151.*

*Secundo limitatur, vt non procedat, vbi Papa manum apponit ad Beneficium vacaturum tali modo, verbi gratia, per priuationem, nam ſi non vacauit per priuationem, non eſt affectum vllo modo, num. 152.*

*Gratia conditionalis ante euentum conditionis non affecit Beneficium, &c. nu. 153.*

*Tertio limitatur, vt non procedat quando Papa manum apposuit ſuper Beneficio reſignato; nam, ſi reſignatio non teneat ex*

*aliqua*

*aliqua cauſa, Beneficium non eſt affectum ſuper alia vacatione. n. 154. cum ſeq. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Reſponſio, quam tradit Rota doctrina Sarnen. docentis, quod ſi reſignans in Curia moriatur infra 20. dies, licet prouiſio per reſignationem non teneat, ex reg. de infirmis, Beneficium tamen eſt reſeruatum, & affectum Papæ, nu. 158. & ſeq.*

*Etiam in caſu Sarnen. falſum eſt, quod tale Beneficium eſſet reſeruatum, & affectum Papæ, nam ex illa regul. non dicitur vacare per reſignationem, ſed per obitum cenſetur vacare. nu. 160. & ſeq.*

*Non obſtat, quod iſta ſit ficta, non vera vacatio, quia tantum operatur, ſicut, vera, nec hic concurrit veritas & fictio circa idem, ſed vna fictio, &c. à nu. 162. ad 165.*

*Ex quo Papa annullat collationem, ſi infirmus decedat infra 20. dies, & ſic non admittit illam reſignationem, ius Beneficij dicitur eſſe penes reſignantem, & ſic vacat per obitum vere, nu. 166.*

*Vacatio per obitum inducta per illam regulam eſt etiam vera, & non ficta, quia in his, quæ ſunt iuris poſitiui, lex non ficte, ſed vere agit. &c. nu. 167.*

*Reg. de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium, habet locum in vacatione per obitum inductæ per regul. de infirmis contra Sarnen. nu. 168. nec opus eſt exprimere modum vacationis inductæ per illam reg. ſed ſufficit impetrare per obitum contra eandem Sarnen. nu. 169.*

*Quando quis reſignat in curia in fauorem, ſeu conditionaliter, ſcienter nulliter, Beneficium vacat per d. reſignationem, & ſic manet reſeruatum, & affectum Papæ, nu. 170.*

*Reprobatur quod dicit Guiel. de Monte ferrato, quod ſi Papa pro bono pacis, & concordiæ ſuper Beneficio manum apposuit, vni illud relinquendo, & alteri ſuper eo penſionem conſtituendo, ſi ille decedat, Beneficium cenſetur reſeruatum, ſeu affectum, nu. 171. cum ſeq.*

*Per Breue de capienda poſſeſſione, nomine cameræ etiam ſi poſſeſſio ſit capta eius nomine, & prouiſus decedat antequam illi poſſeſſio ſit ceſſa, Beneficium non manet affectum, n. 173.*

*Per dationem coadiutoris factam à Papa, etiam inualidam, nõ inducitur affectio, nu. 174.*

*Per vnionem nullam non inducitur affectio Beneficij, nu. 155. licet ſecus in vnione ad vitam de Beneficio vacante, n. 176. Quarto limitatur d. doctrina, vt non procedat, quando Papa prouidet de Beneficio, vti reſeruato. quod tamen reſeruatum non eſt, nam tunc Beneficium non manet affectum. nu. 177.*

*Etiam ſtante clauſula, ſiue alio quouis modo. contra Simonetã, nu. 179. 180. & 181.*

*In prouiſionib. additur clauſula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, per quam reſtringuntur clauſulæ generales in euentum, quod Beneficia non eſſent reſeruata, num. 178. ſed iſta clauſula non ponitur ratione reſeruationis expreſſæ, ſed ratione clauſulæ generalis, ſiue præmiſſo, &c. n. 182. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Non obſtante d. clauſula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, recte intraret clauſula generalis, ſiue alio quouis modo, quando vacatio narrata uerificatur de facto, etiam ſi ex modo contento ſub clauſula generali Beneficium non eſſet reſeruatum, nu. 184. & illa clauſula ſeruiret, quando Beneficium eſſet iuris patronatus laicorum, & ſtante indulto, &c. nu. 185.*

*Quinto limitatur per aliquos, niſi nullitas prouiſionis, ſeu inualiditas appoſitionis manus Papalis ex defectu poteſtatis inſurgeret ut ex Conc. Baſil. 186. quæ limitatio reprobatur, cũ defectus iſte poteſtatis non poſſit in Papa contingere. n. 187.*

*Concilium Baſilien. quo reſeruationes abolentur, & unde pragmatica ſanct. ſumpta eſt, fuit Conciliabulum poſt diſſolutionem, n. 188. & reprehendantur Patres d. Concilij, nu. 189.*

138 SEcundò notandum eſt induci reſeruationem, † ſeu affectionem Beneficij per ſolam appoſitionẽ manus Papæ, quamuis inutiliter factam, ita quod ſi Papa prouidet alicui, vel prouideri mandat de aliquo Beneficio, ſi prouiſio fuerit nulla, vtpote facta inhabili, ſeu incapaci, vel propter ſurreptionem, aut alium defectum, Beneficium remanet Papæ affectum & in illo Ordinarius non poteſt ſe intromittere, etiã ſi aliàs non fuiſſet reſeruatum. ad cap. vt noſtrum. de appellat. ita Innoc. in cap. inter dilectos. de exceſſibus Prælatorum. Decius in d. cap. vt noſtrum, num. 3. & in c. 1. de confirmatione vtili, num. 10. & conſ. 137. Hieron. Paulus in pract. Cancel. §. notabilia ſuper vacantibus reſeruatis. verſ. affectum dicitur. Rebuff. in praxi, tit. de reſeruatio. num. 30. & 34. & reg. 9. Cancella. & in concor. tit. de reſeruatio. circa princip. verſic. item vbicumque, & in cap. poſtulaſtis. de clerico excommunicato miniſtrante. in gloſ. num. 66. cum Aenea de Falcon. 3. præludio, & 4. quæſt. 16. effectu, Simoneta de reſeruatio. quæſt. 58. & ibi Granutius Coraſ. 2. parte cap. 1. num. 14. Gambarus de offic. Legati, lib. 5. num. 85. Mandoſ. in proœmio reg. quæſt. 5. num. 9. & regul. 4. quæſt. 4. nu. 4. & reg. 9. quæſt. 6. nu. 6. & conſ. 19. nu. 12. & late eius filius Horatius Mandoſ. plures referens ad Romanum conſil. 335. litera C. bene Couarr. in cap. alma mater 1. par. §. 7. ſub nu. 8. P. Gregor. de Benefic. cap. 24. num. 17. & 26. Flam. Pariſ. de reſignatio. Benef. lib. 7. quæſt. 11. num. 11. & lib. 12. quæſt. 10. num. 9. vbi dicit communem. Vgolin. de cenſuris tab. 2. cap. 13. §. 1. ad fin. Zerola in praxi Epiſcopali. 1. par. verb. Benef. §. 2. fallacia 9. *Card. Tuſ. concl. 77. lit. B. & 66. lit. P.* Zecchus de Benefic. & penſio. Eccleſ. cap. 5. ſub num. 6. Enriquez in ſumma lib. 13. cap. 14. §. 2. Lud. Lopez inſtruct. conſcientiæ. 2. tom. 2. par. cap. 17. Suarez. 5. tom. de cenſuris diſput. 13. ſect. 1. nu. 34. & alij, & Caſſad. deciſ. 2. de vnio. nu. 10. Puteus deciſ. 180. nu. 3. lib. 3. & fuit ſolutum in vna Barchinonen. Canonicatus nono Martij 1598. coram D. Millino infra adducta, 6. par. cap. 4. nu. 23. vbi fuit dictum per vnionem nullam remanere affectionem, propter appoſitionem manus Papæ, ſiue nullitas proueniat ex defectu cauſæ, ſiue ex inhabilitate prouiſi, aut ex alio capite, &c. Et poſt hæc Gonçalez ad regul. de menſib. §. 3. proœm. num. 146. &
139 gloſ. 52. vbi plura adducit, pro qua † doctrina vltra tex. in d. cap. vt noſtrum. facit Extrauag. ad Roman. quæ eſt Paul. II. & vlt. de præbend. in communibus, in ſua ratione generali, ibi, ac prouide conſiderantes effectum per reſeruationem, manuſque appoſitionem, &c. ibi, Romani quoque Pontificis manus appoſitionem prædictam tantæ efficaciæ, &c. & facit deciſio 4. de teſtibus in nouiſſim. & 33. eodem in antiquis.

140 Et hinc per commendam factam à Papa, † ſeu adminiſtratorem ab eo poſitum in Beneficio vacante, ex quo ſemel manum appoſuit, Beneficium dicitur affectum ita, quod nec expectans poſſet illud acceptare, nec Ordinarius de eo diſponere. Simoneta q. 59. & ibi Granutius, & dixi ſupra p. præced. cap. 4. à n. 68 Gonçal. d. glo. 52. nu. 11.

141 Quamuis Butrius, & Abbas poſt alios † num. 10. in d. c. inter dilectos, & Fel. in cap. fi. de præſump. nu. 40. teneant, quod ſi Papa non eſt vſus verbo reſeruationis, & mandauit Beneficium conferri certæ perſonæ ſi collatio non valuit, reuertitur ad Ordina-

rium, & ſequuntur Aufrer. ad Capellam Tholoſ. deciſ. 437. nu. 6. & Selua de Benefi. 3. p. q. 33. nu. 1.

342 Et quamuis Æneas de †Falcon. d. 16. effectu in fi. dicat, quod ſi Papa conferat Beneficium alias non reſeruatum, & collatio non valeat, iſto caſu non poſſit exemplificari d. Extrauagans Pauli II. verſic. vt, & ſi litteræ Apoſtolicæ, iſtis verbis. ſuper prouiſionibus Beneficiorum; quia Papa ibi ſemper præſupponit reſeruationem præceſſiſſe, vt patet ibi, Beneficijs taliter reſeruatis: & ſic videtur Aeneas tenere collationem ad Ordinarium reuerti.

343 Sed, vt dictum eſt d. Extrauagans facit pro †ſupra dicta doctrina in d. ſua ratione generali ad reg. l. reg. eſt. §. finem. ff. de iuris, & facti ignorantia.

344 Vnde videtur falſum †quod ait idē Aeneas quinta quæſtione principali, quæſt. 1. ad finem quod quãdo Papa ad certum tempus, vel ex certa cauſa reſeruauit, forte non habet locum dicta Extrauagans, nã quicquid ipſe velit ſi illa reſeruatio ſemel affecit, Beneficium ſemper manet affectum etiam poſt illud tẽpus, & ceſſante cauſa.

345 Secundo videtur eſſe falſum † quod dicit Rota deciſione 512. numero 5. par. 3. diuerſorum, quod collatione facta à Papa inualida poſſit Ordinarius Beneficium conferre, licet antea eſſet reſeruatum, ex Sarnenſi in regul. de triennali, quæſtione 30. numero ſecundo.

346 Cum quo etiam male ait Caputaquen. † deciſ. 33 in fi. lib. 1. in manuſcriptis reſeruationem euaneſcere per collationem Papæ etiam inualidam, & P. Greg. d. c. 24. nu. 18. cuius contrarium recte tenet Probus ad Monachum, in c. 2. de reſcrip. in 6. nu. 37. & Rebuf. d. reg. 9. ad fin. male etiam ait, quod ſi Papa contulit alicui Beneficium vacans in curia, ſi ſemel acceptauerit, non dicitur in curia vacare, ſi acceptans extra eam ſit, etiamſi ſit inhabilis, & Selua, quem citat 3. p. q. 72. non dicit id de inhabili.

347 Tertio videtur falſum quod dicit Zerola † in praxi Epiſcopali, 1. p. verb. ſupplicatio, quod ſtante ſupplicatione ſignata per Papam de aliquo Beneficio, nondum leuatis Bullis, poteſt Ordinarius conferre illud Beneficium; ſuppoſito, quod alias poſſet: quod non poteſt ſtare ex dictis, etiam ſi gratia eſſet nulla, quanto magis exiſtente valida, vt ipſe ſupponit, & dictum eſt ſup. præceden. p. c. 2. nu. 13.

348 Et prædicta doctrina videtur intelligenda †quando Papa prouidet, aut prouideri mandat de certo Beneficio vacante, ſecus in mandato de prouidendo de Beneficio vacaturo, aut incerto; nam tunc per ſolum mandatum non videtur induci affectio de iure, ex tex. in cap. dilectus 2. & c. inter cætera. de præb. & in c. 1. & c. ſi cap. & c. ſi ſoli. de conceſ. præben. in 6. & Clem. 1. eod. Rota deciſ. 6. de conceſſ. præbend. in antiquior. & deciſ. 25. à num. 3. eodem in antiquis, vbi Collector etiam vult quod per ſolum mandatum de prouidendo etiam de Beneficio certo vacante, non inducatur affectio de iure. Simoneta q. 60. nu. 4. Coraſ. 4. p. c. 5. nu. 40. P. Greg. d. c. 24. nu. 26.

349 Quamuis de ſtilo Curiæ aliud eſſet, † nam Cancellaria tenet, quod per ſolam manus appoſitionem Papæ, ſiue prouideat de vacante, ſiue de vacaturo, aut mandet prouideri, ſeu alias diſponi etiam de incerto, Beneficium ſit affectum; & ligatæ ſint manus cuiuſuis Collatoris inferioris, vt dicit deciſ. Rotæ, 10. de præbend. in nouiſſim. in additione ad finem, & refert Simoneta, d. quæſt. 60. num. 2. & Collector, d. deciſ. 6. num. 6. & dict. deciſ. 25. num. 4. ait audiuiſſe, quod Cancellaria, vt prædicta iura tollerentur, & vt gratia Papæ poſſit indubitanter ſortiri effectum, per ſolam manus Papæ appoſitionem eo ipſo, quod ſignat ſupplicationem, ſeu prouidet, ſeu prouideri mandat, vel alias diſponit de vacante, vel vacaturo certo, vel incerto, adeo vult Beneficium eſſe affectum, & ligatas manus inferioris quod ſemper daret reſeruationem cum decreto à die datæ ſupplicationis ſignatæ per Papam, & quod tunc per illas clauſulas reſeruationis, & decreti negotium eſſet clarum: veruntamen, cum gratia ſit de incerto vacaturo, vt puta, quod duxerit acceptandum, dat decretum incertum, & ſuper incerto, quod demum ligat, cum deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem iuxta cap. dudum. §. conſiderantes de præbend. in 6. niſi apponeret certum tempus, puta menſem, quia tunc infra tempus, etiam ante acceptationem ligaret manus aliorum, vt menſis appoſitio aliquid operetur, vt in d. Clem. 1. refert etiam Simoneta d. q. 60. nu. 1. & ita procedit quod ait Gonçalez d. glo. 52. à num. 13.

350 Sed limitatur prædicta doctrina ſequentib. † modis. Primo, vt procedat, quando Papa manum apponit in Beneficio ad effectum prouiſionis vacante, ſecus vbi Papa manum apponit in Beneficio, quod licet vere vacet, non tamen vacat ad effectum prouiſionis, vt quia eſt collatum alicui, qui nondum acceptauit, vel ad illud eſt quis præſentatus, &c. Nam ſi interim conferatur à Papa alij, talis collatio, tanquam ſurreptitia eſt nulla, maxime ſtante clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, & ſi poſtea ille recuſet acceptare Beneficium, vel renuntiet iuri ad rem, aut interim decedat, poterit Ordinarius iterum illud conferre, non obſtante dicta collatione Papæ nulla, qui manum appoſuit in eo, tanquam libere vacante, & in quo non erat alteri ius quæſitum. ita Lapus, Ancharan. Domin. num. 18. & Francus 14. in cap. ſi tibi abſenti. de præbend. in 6. & Selua d. quæſt. 33. p. 3. nu. 1. & poſt hæc Gonçalez glo. 52. à num. 56.

351 Quod procedit etiamſi in gratia, in qua † mandatur alij prouideri de Beneficio, Papa illud reſeruaſſet, vt vacans, licet ſecus, ſi reſeruatio Motu proprio fieret non expreſſo eo, cui velit conferri ſecundũ eos.

352 Secundo limitatur, † vt non procedat vbi Papa manum apponit ad Beneficium vacaturum tali modo, verbi gratia per priuationem, mandando alicui de illo prouideri in euentum priuationis, nam ſi tale Beneficium non vacauit per priuationem, vt quia priuandus antea deceſſit, non eſt affectum vllo modo, quia diſpoſitio Papæ erat reſtricta ad Beneficium vacaturum per priuationem, & quia appoſitio manus Papæ erat conditionalis, ſcilicet in euentum priuationis, & ſic non ſtante conditione non operatur, ita Rota deciſ. vlt. vt lite pendente in nouiſ. Aeneas 3. quæſt. num. 12. & 4. q. 16. effectu nu. 2. Simoneta d. quæſt. 60. nu. 2. 5. & 6.

353 Conducit deciſ. Anton. Auguſt. 1311. lib. 3. p. diuerſorum, quæ habet gratiam conditionalem ante euentum conditionis non afficere Beneficium, vt interea ab Ordinario conferri nõ poſſit, &c. facit etiam doctrina Probi ad Monach. in rubric. de rerum permut. in 6. in fin.

Tertio

154 Tertiò limitatur, vt non procedat, quando Papa manum apponit ſuper beneficio, cuius reſignatio non tenet ex aliqua cauſa, vt quia non fuit verus valor expreſſus per reſignatarium, Beneficium huiuſmodi non eſt taliter affectum Sedi Apoſtolicæ, quod Ordinarius non poſſit de illo prouidere per obitum reſignantis, nam Papa non cenſetur manum apposuiſſe ſuper hoc Beneficio, niſi ad effectum vt reſi-
155 gnatio ſequatur, & ita † tenuit Rota apud Achillē de Graſſis deciſ. 119. ſeu 14. de reſtitutione ſpoliatorū, vbi dicitur, quod decretum in reſignatione facta, vel manus appoſitio Papæ in eadem licèt operentur quod nullus inferior poſſit ex eadem vacatione conferre, tamen non inficit prouiſionem per obitum.

156 Et fuit reſolutum in vna Trident. † Beneficij 13. Iunij 1578. coram Illuſtriſſimo Blanchetto quæ habetur. 1. parte diuerſorum, deciſ. 419. quam refert & ſequitur Flam. Pariſ. de reſignatione Benefic. lib. 10. q. 2. n. 44 & 45. & poſt hæc Gonçalez d. gl. 52. nu. 49. & ſeq. vbi citat. Lancellottum de atten. 2. p. c. 10. n. 9.

157 Et idem fuit tētum in vna Cuſentina † Parochialis, 22. Aprilis 1594. coram Illuſtriſſimo Pamphilio
158 in qua fuit dictum, Affectionem non induci ſuper alia vacatione ex reſignatione facta in manibus Papæ, quia, vt fuit dictum in illa Trident. Papa apponit manum ſuper illa vacat. ex reſignat. tantum, vnde ſi illa non ſortitur effectū & ſic ius remanet penes reſignantem, non adeſt affectio, &c. *Idem etiam fuit reſolutum in Romana clericatus S. Petri 27. Nouembr. 1602. coram D. Pamphilio, vt in deciſ. 616. nouiſſim. Farin. nu. 3.* Et conducit deciſ. Rotæ in cauſa Valliſoletana Decanatus, de qua infra num. 258. & meminit Gonçalez ſup. nu. 42.

158 Nec obſtat doctrina † Sarnē. in reg. de infirmis, quæſt. 33. vbi cum Romano conſil. 342. docet, quod ſi reſignans in curia moriatur infra 20. dies, licèt prouiſio per reſignationem non teneat ex illa regul. Beneficium tamen eſt reſeruatum, & affectum Papæ, & ſequitur Rebuf. in d. reg. de infirmis, verb. ipſumque Beneficium, verſ. 2. ex iſta, & in praxi ſuper eadē reg. glo. 14. num. 4. Boerius deciſ. 2. nu. 55. ad finem. Flam. Pariſ. de reſignatione lib. 12. quæſt. 10. a num. 4. *& Azor 2. p. lib. 7. c. 28. q. 9.* Rota in d. deciſ. Trid. quia reſpondetur quod nō applicatur † huic caſui, in
159 quo reſignatio non fuit facta ſimpliciter, ſed in fauorem. Secundo, quod caſus Sarnen. eſt, quando is, qui reſignauit, in curia deceſſit infra 20. dies, hic autem verſamur extra hunc caſum.

160 Sed ego vlterius dico etiam in caſu Sarnen. † falſum eſſe, quod tale Beneficium eſſe reſeruatum, & affectum Papæ, nam ex regula de infirmis non dicitur vacare per reſignationem, vt dicunt Roma. & Sarnen. ſed per obitū cenſetur vacare, vt per Rebuff. in praxi ſuper d. reg. glo. 12. & 14. & conſ. 72. & 86.

Et ita contra dict. doctrinam Romani, & Sarnen.
161 rectè tenet Roſimacus de Benef. cap. 28. † Et, vt inquit Horatius Mandoſ. ad Roma. ibi, litera, B. aduertendum eſt huiuſmodi regulam non ſemper in vnā atque eandem formam emanaſſe, & quod antiquitus, & tempore Romani non aderant illa verba, quæ nunc in eius fine reperiuntur, videlicet, ipſumque Beneficium nihilominus per obitum cenſeatur vacare. Alias enim non dubitaſſet Romanus, vtrum dicantur vacare per reſignationem, an per obitum Beneficia per eos reſignata, qui infra 20. diēs obierunt, illa enim verba clarè determinant huiuſmodi Beneficia per obitum dici vacare. Nec obſtat, quod id de
162 facta, non de vera † vacatione intelligendum ſit, vt inquit, ibi Mandoſ. vt etiam per Sarnen. in eadem reg. q. 30. qui ait, quod iſte modus vacandi inductus per iſtam regul. cum non ſit verus, non comprehenditur ſub alijs regulis, & diſpoſitionibus, & conceſſionibus loquentibus ſimpliciter de vacatione per mortem, & ſic, quod, regula de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium non habebit locū in vacatione per obitum iſto modo inducta; quam
163 † poſteriorem deciſionem, quoad reg. de impetrātibus per obitum familiarium Cardinalium, licet nō approbet, nec reprobet Nauar. in cap. accepta. de reſtitutione ſpoliato. oppoſ. 8. ſolutione nu. 46. conſentit tamen vacationem illam non eſſe veram, ſed fi-
164 ctam. Quia reſpondetur, † quod illa facta vacatio tantum operatur, ſicut vera, quia tantum operatur fictio in caſu ficto, quantū veritas in caſu vero. Bart. & alij in l. ſi is qui pro tempore, ff. de vſucapio. Rebuffus d. glo. 14. nu. 5. & 11. Mandoſius d. reg. de impetrantibus 32. q. 6. à nu. 2. & Fla. Pariſ. d. lib. 12. q. 9. nu. 8. & in his, quæ ſunt iuris, paria ſunt aliquid eſſe, vel haberi pro tali. Puteus. deciſ. 297. an fiu. lib. 3. & Flam. Pariſius d. quæſtione, nu. 12.

Nec ſatisfacit reſponſio Sarnen. d. quæſt. 30. quod
65 † id procedit, vbi non concurrit veritas, & fictio circa idem; tunc enim fictio veritati cedit, Mandoſ. d. quæſt. 6. nu. 3. & 4. nam in propoſito dici non poteſt concurrere veritatem, & fictionem, ſed vnam fictionem, quod Beneficium vacat per obitum, & nō per reſignationem.

66 Secundò, principaliter † reſpondetur, quod ex quo Papa annullat collationem, ſi infirmus decedat infra viginti dies & ſic non admittat illam reſignationem, ius Beneficij dicitur eſſe penes reſignantem per ea, quæ dicit Biſignettus deciſ. 1. de renuntiat. & cum ius ſit penes reſignantem, vacat per obitum verè. ita d. deciſ. Putei, in vna Bononien. regreſſus de anno 1550. in qua fuit reſolutum regreſſui per deceſſum eſſe locum in caſu d. regulæ de infirmis reſignantibus, & refert, & ſequitur Fla. Pariſ. d. q. 9. nu. 7. 10. 11. & 13. *Idem tenet Azor d. c. 28. q. 8.*

167 Et quod vacatio per obitum inducta per † dictā regulam de infirmis reſign. eſt vera vacatio, & non facta, tenet etiam Mandoſ. d. quæſt. 6. à num. 5. quia in his, quæ ſunt iuris poſitiui, lex non fictè, ſed verè, & mero iure agit, & diſponit, & tituli Beneficiorum, illorumque modi vacandi ſunt de iure nouo, & poſitiuo, ergo lex ſuper illis verè, & non fictè agit, & operatur, &c.

168 Et contra Sarnen. † ſupra tenuit etiam Rota in terminis d. regulæ de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium, in vna Salamantina S. Thom. corā Capiſucco, de anno 1553. quia parificantur caſus fictus, & verus, & quia verè vacat per obitū, quia ius non abdicatur a reſignante per iſtam reſignationem, vt per Verallum deciſ. 328. lib. 1. in manuſcrip. & refert, & ſequitur Mandoſ. d. q. 6.

169 Vnde etiam apparet falſum eſſe † quod ait Sarnen. d. regul. de infirmis, q. 35. quem ſequitur Flam. Pariſ. ſibi non conſtans d. quæſt. 10. nu. 33. nempe in terminis illius reg. non ſufficere impetrare per obitum, ſed opus eſſe exprimere modum vacationis inductæ per illam reg. &c.

170 Hæc tamen limitatio † nõ procedit in Beneficio, quod quis reſignat in curia in fauorem, ſeu conditionaliter, ſcienter nulliter, ita quod reſignatio non poteſt ſortiri effectum culpa reſignantis, nam tunc Beneficium vacat per dictam reſignationem in curia, & conſequenter manet reſeruatum, & affectum Papæ, iuxta dicta infra 11.par.c.3.à nu.35.

171 Ex dictis infertur falſum eſſe, † quod dicit Guillel. de Monte ferrato in commen. ad pragmaticam ſanct. relatus per Simonetam quæſt.62.& per Sarnen. reg. de triennali, quæſt.31. verſ. ſicetiam Papa, & P. Greg. cap.24.num.15. quod ſi Papa pro bono pacis, & concordiæ ſuper Beneficio manum apposuit, vel illud relinquendo, vel prouidendo, & alteri ſuper eo penſionem conſtituendo, ſi ille decedat, propter huiuſmodi appoſitionem manus Papæ, Beneficium ſic penſione grauatum cenſetur reſeruatum, ſeu affectum, vt de eo ſolus Papa poſſit prouidere per d. c. vt noſtrum, quia propter penſionem duraturam nunquam dicitur plene prouiſum de Beneficio, & donec durat penſio, durat & appoſitio manus Papæ, quod etiam docet Probus ad Monachum, in dict. c. præſenti, de officio Legati in 6.num.41. Quamuis dicat non eſſe tenendum in Gallia, propter pragmaticam ſanctionem.

Sed id eſt falſum ex dictis; nam tunc Papa non ap-
172 ponit manum, † niſi ad effectum, vt prædicta concordia ſequatur, & ſortiatur effectum, alias multorum Beneficia eſſent affecta, vt dicit Simoneta ſup. qui, quamuis dicat, quod contra hanc opinionem nihil ſcribet, cum inimici Pontificiæ poteſtatis, & illi, qui curiam impugnant, & reſeruationes prohibent, & tollunt, illam veram, & ſeruandam affirment, tamen ſatis videtur contra eam inclinare, & de ea dubitat Sarnen. ſup. & P. Gregor. cum referens vbi ſup. & ita poſt hæc firmat Gonçalez d.glo.52.num.40. & 41. dicens firmaſſe Rotam in Romana Clericatus S. Petri 27 Nouemb. 1602. coram D. Pamphilio. *vt in decis.616.noniſ. Farin. numer. 3. vbi quod eſto opinio illius Doctoris Galli eſſet vera, non poſſet generaliter intelligi, quotieſcunque in reſignatione imponitur penſio, quia omnia beneficia reſignata cum penſione eſſent reſeruata: quod repugnat cõmuni ſtilo & obſeruantiæ, nec appoſitio manus Papæ in reſignatione operatur reſpectu futuræ vacationis, &c.*

173 Infertur etiam ad illud, de quo vidi dubitari, † Romæ in Archidiaconatu de Talauera vacante per obitum D. Gondiſalui Martini Pontij de Leo. quod per Breue de capienda poſſeſſione nomine cameræ, etiã ſi poſſeſſio ſit capta eius nomine, & prouiſus decedat antequam illi poſſeſſio ſit ceſſa à camera, non manet Beneficium affectum Papæ; nam illa manus Papæ appoſitio non eſt, niſi ad effectum, vt ſua prouiſio debitum conſequatur effectum, & non ad effectum iterum prouidendi de illo. facit, quod dicit Gonçal. ſup. num.39.

174 Facit quod de datione coadiutoris facta † à Papa dicit Puteus deciſ.226.nu.14.lib.3. licet dubitauerit, ſcilicet, quod per illam non induceretur talis affectio, vt Ordinarius diſponere non poſſit, quia ſimile de commenda hic non habet locum, quia in commenda benef. vacabat, & Papa per manus appoſitionem declarabat, quod de eo diſponere intendebat, ſed in iſto caſu, quando datur coadiutor, Beneficium non vacat & ideo non videtur per talem appoſitionem Beneficium afficere, ita vt Ordinarius ceſſante coadiutoria non poſſit de Beneficio diſponere, &c. Et idē videtur, quando coadiutoria eſſet ſurreptitia, ſeu inualida, & ſic non haberet locum futura ſucceſſio, quę eſt acceſſoria ad coadiutoriam. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de coadiutorijs, verſ. coadiutoris habebat. Puteus deciſ.98.lib.2. vt ſupradictum eſt 4.par.c.vlt. nu.133. *Coadiutoria tamen valida ſtante in forma digna, ſeu commiſſaria & ſuccedente vacatione beneficij per obitum coadiuti, ſeu alias, ſi coadiutor non facta ſibi collatione decedat, etſi maneat vacans ac prius beneficium, & affectũ Papæ propter appoſitionem manus ipſius, & ſic Ordinarius non poterit pro illa vice de eo prouidere, etiamſi ſic ſuccumbens vacaſſet, iuxta d. à nu.138. & 149.*

175 Infertur etiam contra Rotam † in dict. Barchinonen. Canonicatus, de qua ſupra n.138. ad fi. per vnionem nullam non induci affectionem Beneficij, cum tunc Papa non apponat manum ad effectum prouidendi, ſed ad effectum vniendi, & ſic extinguendi, & ſupprimendi Beneficium, maxime in vnione perpe-
176 tua; nam in vnione ad † vitam de Beneficio vacante ſecus videretur dicendum, nempe induci affectionem; cum ſit quædam virtualis prouiſio, nec per eam extinguatur Beneficium, vt infra vlt.p.c.2. à nu.38. & vide d. ſup.4. p.c.4.nu.74. *& ita Rota poſtea diſceſſit à dicta deciſ. Barchinonen. vt apparet ex alia Barchinonenſ. præcedentia ſuper eodem Canonicatu 23. Ian. 1602. coram D. Sacrato, quæſtio ſe habet 165.*

Quarto limitatur, vt non procedat, quando Papa
177 † prouidet de Beneficio, vti reſeruato, quod tamen reſeruatum non eſt, nam tunc prouiſio Papæ non tenet, nec Beneficium manet affectum, ſed Ordinarius poterit de eo prouidere, decretum enim ex falſa cauſa interpoſitum non afficit. Rotæ deciſ. 12. de conceſſ. præb. in antiquis, Probus ad Monach. in cap. tibi qui, de reſcrip. in 6.nu.20. Horat. Mand. qui alios refert ad Rom. loco ſtatim citando litera F. ita Rom. conſ. 335. Gemin. conſ. 136. qui vult, quod prouiſio Papæ ſit nulla, ſi inhæret reſeruationi, quæ non eſt, vel eſt reuocata, & propterea, quod Ordinarius poteſt de illo Beneficio prouidere, ſequitur Æneas de Falcon. 4.quæſt.effectu.16.nu.2. & effectu 19. ad fin. Gonçal. d.gl.25.à nu.45. quin.51, recte ait idem eſſe, vbi Beneficium impetratur certo modo, ex falſa cauſa, & glo. vlt.nu.62. *& tenuit Rota in Toletana Capellania 1. Dec. 1606. corã Sacrato infra adducta 6.p.c.4.n.29.*

178 Et hinc, ait Simoneta † q.61.n.3. videmus, quod in prouiſionibus additur clauſula, cũmodo collatio, ſeu eius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, per quã reſtringuntur clauſulæ generales, quæ apponuntur in gratijs de Beneficijs reſeruatis in euentum, quod non eſſent reſeruata, prout dicit Pauinus in tract. de poteſtate Cap. ſede vacante 7. præludio vlt. columna.

179 Ait tamen ipſe Simoneta † nu.4. hæc vera non videri attento ſtilo Curiæ, quo ſemper prouidetur cum clauſula, ſiue alio quouiſmodo, de qua per Dd. in ca. ſuſceptum de reſcrip. in 6. item, quia negari non poteſt, quin Papa manum appoſuerit, & ſi prouiſio non valet, videtur quod affectio ſit inducta; per ea, quæ ſupradicta ſunt, & ideo Ordinarium non poſſe prouidere, nec expectantem illud acceptare.

180 Adhuc tamen videtur tenenda † dicta limitatio, nec obſtat prima ratio Simonetæ de clauſula, ſiue alio quouiſmodo: nam illa non intrat, niſi vacatio diſpoſitiue narrata verificetur, ſaltem de facto, vt dicetur infra 11.p.c.1.à nu.36.

Secunda

181 Secunda vero ratio cessat ex dictis, † nam, & si Papa manuum apposuerit, apposuit illam tanquam super reseruato, & sic cessante reseruatione, quæ fuit fundamentum appositionis manus Papæ, illa nihil operatur.

182 Circa illud autem, † quod ait Simoneta cum Panino de clausula, dummodo collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, aduerte Hierony. Paulum in pract. cancellariæ in §. notabilia super vacantibus reseruatis, dicere illam non poni ratione reseruationis expressæ in literis, quia, ex quo reseruatio probatur, certum est, quod illus Beneficij dispositio ad Papam pertinet, sed poni ratione clausulæ generalis, siue prœmisso, siue alio quouis modo, &c. Vnde quando non poneretur alius modus vacationis, quam expressus in reseruatione, tunc omittitur clausula siue præmisso & illa omissa non ponitur clausula, dummodo eius dispositio.

183 Hæc Hier. Paulus ibi, † quem secuta est Rota in vna Aretina commendæ. 7. Nou. 1586. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum. Reseruationem satis verificari ratione familiaritatis, de qua constabat per attestationem computatoris palatij, & fidem in curia facere propter facilitatem habendi veritatem per inspectionem librorum, ex quibus extrahitur; nec obstare, quod pexpeditores in literis fuerit addita clausula, dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat, quia hæc clausula non ponitur ratione reseruationis expressæ in literis, sed ratione clausulæ generalis, siue præmisso, siue alio quouis modo, prout tradit practica cancellariæ in notabil. super vacan. reseruatis, &c. *& dicitur in decis. 611. nouiss. Farin. sub nu. 1.*

184 Rursus aduerte, † quod non obstante d. clausula, dummodo collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, recte intraret d. clausula generalis, siue alio quouis modo, quando vacatio dispositiue narrata verificatur de facto tantum, etiam si ex illo modo contento sub clausula generali Beneficium non esset reseruatum, & c. cum Papa concurrat cum omnibus Ordinarijs, satis dicitur, ad eum pertinere, vt fuit resolutum in vna Cordub. Beneficij, 21. April. 1559. coram D. Quiroga, de qua inf. 11. p. c. 1. nu. 60.

185 Et illa clausula, dummodo † collatio, seu dispositio ad nos hac vice pertineat, seruiret, quando Benef. esset iuris patronatus laicorum, cui non vult Papa in dubio derogare, & quando Beneficium spectaret ad collationem alicuius ex indulto, & priuilegio Apostolico cum decreto irritante dicente, etiam per nos, iuxta supradicta à nu. 19. *Sed contrarium tenet Rota in illa Romana clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602. coram D. Pamphilio, quæ est 616. nouiss. Farin. vbi quod clausula restrictiua, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, ostendit Papam noluisse de beneficio prouidere, nisi quatenus reseruatum existat, ex Panino & Simoneta supra, noluisseque concurrere cum Ordinario, seu alio collatore; sed tantum noluisse conferre, quatenus esset reseruatum, & ita fuisse reseruatum in Taurinen. cantoria 14. Octob. 1569. coram Ordinario, & fuit etiam dictum in Romana Capellania S. Petri 9. Decemb. 1602. coram Millino, quæ est 617. nouiss. Farin. & in Eluen. beneficij 21. Iun. 1604. coram Penna, & sequitur Genuen. in praxi c. 120. vers. declaratur quintò, dicens, quòd clausula, seu alio quouis modo posita in prouisione Papæ de beneficio reseruato non operatur, quòd non data reseruatione possit ex ea capi beneficium in vim præuentionis, sed tantum operatur ex alijs reseruationibus vltra expressam, & c. & Marta de clausulis clausu. 36.*

186 Quinto limitatur per aliquos, † nili nullitas prouisionis, seu inualiditas illa appositionis manus Papalis ex defectu potestatis eiuldem insurgeret, vt ex Concilio Basilien. quo reseruationes abolentur, ex quo pragmatica Sanctio Gallicana sumpta est, ad c. ne captandæ. de concess. præben. in 6. ita Roman. d. cons. 335. nu. 12. & 13. Ripa in cap. cum M. Ferratien. de constit. nu. 197. Probus ad Monach. in c. 2. de Præben. in 6. nu. 39. & in c. præsenti de offic. Legati, num. 41. Aufrer. ad cappellam Tolossanam dec. 437. sub. nu. 6. Coras. d. cap. secunda par. nu. 14. & videtur sequi Sarnen. de triennali quæst. 30. num. 2. vers. & ista conclusio procedit, & Horatius Mandos. ad Roma. ibi litera G. qui refert Ripam supra, & Staph. l. septima forma mandati de prouidendo num. 4. qui tamen solum loquitur de reseruatione, seu oppositione manus executoris super certo Beneficio nondum vacante nulliter facta ex defectu potestatis, vt d. cap. ne captandæ.

187 Sed cum defectus iste † potestatis nõ possit in Papa contingere iuxta supradicta in princ. huius c. hæc limitatio non est tenenda, vt inquit Simoneta d. q. 58 nu. 12. quamuis ipse Romanus illam audeat ponere, eo quod Patres Concilij Basilien. contra Papam pro viribus tutatus fuerat, quem, vti Galli, sequuntur Probus. Aufrer. & Coras.

188 Nec obstat d. Concilium † Basilien. quo reseruationes abolentur, & de d. pragmatica sanct. sumpta est; nam, licet d. Concilium fuerit à principio canonice congregatum, tamen post dissolutionem, seu trãslationem eius factam per Eugenium IIII. post quã contenta in d. pragmatica facta sunt, factum est conciliabulum & conuenticulum saranæ, & Concilium amplius appellari non debuit, &c. Vt in Bulla Leonis X. super abrogatione pragmaticæ sanctionis in Concilio Lateranen. nouissimo sess. 1. quæ habetur etiam in Bullario inter constitutiones Leonis X. 16. in ordine, & in Bulla retractationum Pij II. quæ est in Bullario 11. in ordine suarum constitutionum. D. Anton. in sum. 2. p. tit. 3. cap. 11. §. 10. & 3. p. tit. 23. c. 1. in princ. & c. 2. §. 5. Turrecremata de Ecclesia lib. 2. cap. 100. & lib. 3. c. 58. Cano. de locis lib. 5. c. fi. ad nonum, Cardin. Bellarm. 2. tom. 1. controuersia lib. 3. c. 19. ad fi. & lib. 3. c. 16. Hoieda de incompatibilitate Benef. c. 23. nu. 86. & cap. 24. nu. 27.

189 Et Thom. Campegius in tract. † de reseruat. nu. 6. reprehendit Patres dicti Concilij Basilien. quia ausi fuerunt abolere, quantum in se fuit, reseruationes quascunq;, siue generales, siue speciales, præter clausas in corpore iuris; voluerunt que, inquit, ipsi inferiores authoritatem superioris sui certis finibus coercere.

## *De reseruationibus regularum Cancellariæ.* §. III.

### SVMMARIA.

*PEr regulas Cancellariæ, quas S. Pontifices facere solent suo tempore duraturas, plures reseruationes inducuntur, num. 190. de quibus hic agendum est, nu. 191.*

*In regula 1. hic posita innouantur reseruationes extrauagãtis, ad regimen, quæ videnda, est nu. 192. de quibus reseruatio-*

*nib. & huius regulæ interpretatione qui videndi ſunt, n. 193*

*Circa reſeruationem Beneficiorum vacantium per aſſecutionẽ aliorum authoritate Apoſtolica, & beneficiorum promotorum ad Epiſcopatus, & quæ per conſtitutionem, execrabilis vacat remiſſiuè, nu. 194.*

*Per extrauagantem, ad regimen, ſolum reſeruantur beneficia vacantia per obitum officialium, per hanc vero reg. abſoluit reſeruantur eorum Beneficia, & ſic quomodocunque vacãt, &c. nu. 195. & ſic ceſſat iam quod tradit Faſolis dubio 53 ex Egidio, &c. nu. 196.*

*Non ſufficit ad effectum huius reſeruationis ius ad rem, ſed in re, nu. 197.*

*Sufficit ius in re, etiam ſi alter de facto poſſideat: ſufficit etiam obtinere de facto, dummodo ius non eſſet penes alium, num. 198. quod eſt notan. ad reſeruationem aliarum regularum. num. 199.*

*Illa verba, declarans nihilominus, &c. Et illa & ea etiam beneficia, addita ſunt a tempore Sixti V. nu. 200.*

*Dicta verba declarans nihilominus, &c. ſunt poſita ad tollendum dubium, de quo in una Hiſpalen. beneficij, an ſcriptores Apoſtolici, qui ratione officij ſunt Prothonotarij, dimiſſo officio deſinerent eſſe tales, & ſic Beneficia poſtea acquiſita non eſſent reſeruata, in quo fuit tunc reſolutum deſinere eſſe Prothonotarios &c. a nu. 201.*

*Antequam dicta additio facta eſſet, Rota in una Paltina receſſit a dicta deciſione, vt in deciſione huc poſita. nu. 204.*

*Reſpõdetur ad rationem aliquorum quod priuilegium, quod ſcriptores Apoſtolici remanerent Prothonotarij etiam dimiſſo officio, non ſit in vſu, & ſic per non vſum amiſſum, quod præſumitur vſus priuilegij, &c. à nu. 205.*

*Quando d. priuilegium non fuiſſet in vſu, per hanc regulam renouatur, & reſtituitur maximè quoad effectum reſeruationis, nu. 208.*

*Reſeruatio de Beneficijs, de quibus Ordinarij contra Concilij Triden. decreta diſponunt, in quibus exemplificetur, numero 209.*

*Iſta reſeruatio non videtur habere locum in Beneficijs, de quibus patroni diſponunt contra Concilij decreta, etiam ſecuta inſtitutione per Ordinarium, nu. 210.*

*Intelligitur quando Ordinarius ſciẽt, aut ſcire debẽs diſpoſuerit de beneficijs cõtra decreta Concilij, ſecus, ſi per iuſtum errorem, ſeu ignorantiam facti probabilem. nu. 211.*

190 TErtio notandum eſt † per regulas Cancellariæ, quas ſummi Põtifices in craſtinum aſſumptionis ſuæ facere ſolent, quas ex tunc ſuo tempore duraturas obſeruari volunt, vt in illarum proœmio, & explicat ibi gloſſator, plures reſeruationes induci,
191 vt in primis regulis: cum fæpè occurrant † in praxi, non abs re erit hic ponere iſtas regulas reſeruatorias vt habentur in regulis S. D. N. Pauli V. & circa eas aliqua adnotare, præcipuè circa regulam de menſibus, & alternatiua, quæ in praxi frequentior eſt, & non eſt per aliquem hactenus declarata.

## *Reſeruationes generales, & ſpeciales.*

IN primis fecit eaſdem reſeruationes, quæ in conſtitutione Felic. rec. Benedicti Papæ. XII, quæ incipit, ad regimen, continentur, & illas innouauit, ac locum habere voluerit, etiamſi officiales in eadẽ cõſtitutione expreſſi, Apoſtolicæ ſedis officiales ante obitum eorum eſſe deſierint, quod ad Beneficia, quæ tempore, quo officiales erant, obtinebant, declarans nihilominus Beneficia, quæ d. ſedis officiales, qui ratione officiorũ ſuorum huiuſmodi eiuſdem ſedis notarij erãt, etiam dimiſſis ipſis officijs, & quandocunque aſſecuti fuerint, ſub huiuſmodi reſeruationibus comprehendi: ac reſeruauit Beneficia, quæ per conſtitutionẽ Ioan. XXII. quæ incipit, execrabilis, vacant, vel vacare contigerit, & ea etiam Beneficia omnia, de quibus Ordinarij, & alij Collatores contra Concilij Tridentin. decreta diſpoſuerunt & diſponent in futurum.

192 Cum in hac regula † innouẽtur reſeruationes extrauag. ad regimen. de Præb. inter communes, quæ vt ſupra dictum eſt num. 57. & 89. erant temporales pro tempore Benedicti, vt ibi patet ad fi. gloſſator hic reg. 2. & 62. illa videnda erit.

193 De quibus reſeruationibus, † & huius regulę interpretatione vltra d. gloſſatorem Soto, Hiſpanum, & Rebuffum hic bene agit Mandoſ, qui hanc regulã explicat per 14. quæſt. videndus eſt etiam Simoneta d. tract. de reſeruatio. q. 17. 38. & 39. vbi de reſeruatione Beneficiorum Capellanorum Papæ, ac officialium Romanæ curiæ, & Paulus Granutius in dict. tract. Simonetę q. 100. vbi de reſeruatione Beneficiorum Protonotariorum. *de quibus in una Vercellen. Archipresbyteratus 6. Iun. 1607. coram D. Coccino fuit nouiſſimè reſolutum, quod beneficia protonotariorum ſunt reſeruata per d. extrauagantem ad regimen. quæ innouatur per S. P. quæ reſeruatio habet locum, ſiue ſint de numero participantium, ſiue non, & ſiue ſint creati a Papa. ſiue a Legato, Tuſ. dec. 313. lib. 1. Verall. 404. p. 2. & 27. p. 3. Peregr. 105. lib. 1. & fuit latè deductum in Carthagin. beneficij 26. Febr. 1603. coram Lãcellotto, Mandoſ. reg. 1. q. 7. & quod id procedit etiam ante præſtitum ſolitum iuramentum, cum creatio eſt perfecta & pura, Put. deciſ. 339. li 2. Peregr. 105. li. 1, & 11. lib. 2. Rot. nu. 33. lib. 3. p. 3. diuerſ. & quod Legatus poteſt creare quencunque etiam non ſubditum, & exiſtentem extra prouinciam legationis, quia eſt voluntaria iuriſdictionis, Pariſ. conſ. 1. num. 8. lib. 2. Decian. reſp. 3. num. 108. lib 1. glo. c. ſi Abbatem. de elect. in 6. verb. in prouincia, vbi Anchar. num. 2, idem in Burg. Abbatiæ 14. Maij 1612. Vbald. & in deciſ ſequ. 188. & de protonotarijs vide Ludo. Gom. in proœm. reg. concluſ. q. 1. §. de ordin. & offic. protonot. Zecch. de rep. Eccleſ. c. 12. de protonotar. Ap. & Breue Clemen. VIII. datum 28. Maij 1604. & ibi ex voto S. Congreg. Rituum declarat, Apoſtolicæ Sedis notarios, protonotarios nuncupatos, titulares, & non de collegio nec numero participantium, tam in ſeſſionibus in Eccleſia, quam in proceſſibus debere cedere locum dignorem officialibus Epiſcopi, ac dignitates obtinentibus, & canonicis Eccleſiarum cathedralium, prout in lib. cæremoniarum epiſcoporum declaratur, &c. de quo Breui ſit mentio in lib. Congreg. ſtatus eccleſiaſtici horum regnorum Caſtellæ, & Legionis anno 1608. ſeſſ. 36.*

194 Et circa reſeruationem † Beneficiorũ vacãtium per aſſecutionem aliorum authoritate Apoſtolica, de qua in d. extrauag. ad regimen, vide dicta in fra. 11. p. ca. 5, à nu. 51. & circa reſeruationem Beneficiorum, quæ promoti ad Epiſcopatus obtinent, de qua in eadem extrauag. videnda ſunt dicta d. 11. p. c. 6. à n. 30. & circa reſeruationem Beneficiorum, quæ per conſtitutionem execrabilis vacant, vel vacare contigerit, videnda ſunt dicta d. c. 5. à nu. 45.

195 Et circa illa verba, ac locum habere voluit, etiã † ſi officiales in eadem conſtitutione expreſſi, &c. Notandum

tandum est, quod per d. extrauagantem, ad regimen, solum reseruantur beneficia vacantia per obitum officialium, per hanc vero regulam absolute reseruantur eorum Beneficia, vt patet ex istis verbis, & sic quo modocunque vacent erunt reseruata, ad Bellenzinũ de charitatiuo subsidio. q. 115.

196 Et ex illius verbis cessat iam † quod tradit Fastolus dubio 53. ex Ægidio in terminis reseruationis Clementis V. quæ reseruabat Beneficia Capellanorũ cedentium, vel decedentium, quod illorum Beneficia, qui tempore reseruationis erant Cappellani, non censebantur reseruata, si tempore obitus, & vacationis Capellani esse desierant, quod dictum, licet non procedat stante reseruatione simpliciter reseruante Beneficia officialium, vt hic, tamen in illo casu recte procedebat, vt inquit Simoneta q. 37. nu 6.

Secundo ex illo verbo, obtinebant, notandum est
197 non sufficere † ad effectum huius reseruationis ius ad rem, vt in regula 3. & 4. sed in re, Milis in reper. verb. obtinere Æneas de Falcon. 4. q. effectu 45. & facit decis. 427. nu. 2. & 3. p. 1. diuersorum, & quod tradit Mandos. reg. 5. q. 5.

198 Et sufficit ius in re, † etiam si alter de facto possideat. Aeneas ibi. sufficit etiam obtinere de facto stando in possessione, dummodo ius non esset penes aliũ. Rota decis. 8. de electione alias 274. in antiquis, & 12. de Præben. in antiquior. Bellenz. q. 122. Simoneta q. 50. 51. & 52. Cassad. decis. 2. de constitution. num. 2. Rota decis. 102. lib. 1. p. 3. diuersorum, quæ etiam est 53. lib. 2. de qua infra num. 658. & Mandos. reg. 3. q. 13. qui idem in effectu ait reg. 6. quæst. 5. iuxta dicta infra 1. p. c. 3. nu. 53. & posthæc Gonçalez plura adducens glos. 15. §. 1.

199 Quod est notandum † ad reseruationem Beneficiorum collectorum, seu subcollectorum, & familiarium, de qua in reg. 3. & 4. & habet etiam locum in reseruatione mensiũ, vt in d. decis. 102. & late Gonç. d. §. 1. *& nouissime in vna Campsana iurispatr. 26. Iun. 1609 coram D. Penna stando in dec. 12. Nouemb. 1607. fuit resolutum, quod reg. 8. mensium comprehendit beneficia commendata vacantia per cessationem commendæ saltẽ de facto, & aliquo modo non obstante indulto ordinario concesso, & priuilegio patroni: nam beneficia de facto vacantia, quando non est ius penes aliquem, sub reseruationibus comprehenduntur, Rot. p. 3. diuers. lib. 1. decis. 102. & lib. 2 decis. 53.* & vide quæ circa istud verbum dicemus inf. num. 352.

200 Tertio notandum est † illa verba, declarans nihilominus, vsque ad illa, sub huiusmodi reseruationibus comprehendi, & illa verba. Et ea etiam Beneficia omnia de quibus Ordinarij, &c. Addita esse à tẽpore Sixti V. & ideo in regula, quam Mandos. interpreta-
201 tur, & alij glossatores ante eum non inueniuntur, dictaque verba, declarans nihilominus, &c. Sunt posita ad tollendum dubium, de quo fuit actum in Rota in vna Hispalen. Beneficij 14. Ianuarij 1572. coram Illustrissimo Card. Lancellotto, & habetur. 1. p. diuersorum decis. 70. an scriptores Apostolici, qui ratione talis officij sunt Prothonotarij, dimisso officio scriptoriæ desinerent esse tales Prothonotarij, & sic Beneficia per eos acquisita post dimissum officium scriptoriæ non essent reseruata ex d. extrauag. ad regimẽ,
202 & hæc reg. 1. † In quo tunc fuit resolutum desinere esse Prothonotarios, & sic talia Beneficia non esse reseruata, cum qua decisione tenet Anas. Germonius de indultis Cardinalium §. etiam ex eo. nu. 54. vbi hunc art. late tractat; qui tamen nu. 89. ait hodiæ quæstionem istam videri superfluam ex eo; quod in regula 18.
203 Sixti V. sunt reseruata † Beneficia omnium officialium; etiam si officium, deposuerint, &c. voluit citare regulam 1. Sixti V. in qua d. verba addita sunt, vt dixi;
204 Et antequam d. † additio facta esset, Rota in vna Palentina Scholastriæ Canonicatus, & Præbendæ de Valladolid. 9. & 13. Aprilis, 1584. coram D. Robusterio recessit à dicta decisione vt videre est in decisione sequenti. Cum Ambrosius de Miranda fuisset alias scriptor Apostolicus, & dum haberet huiusmodi scriptoriam, obtinuisset Scholastriam, ac Canonicatum, & Præbendam collegiatæ Ecclesiæ oppidi de Valladolid Palent. diœcesis, ac postmodum dictos Scholastriam, & Canonicatum, & Præbendam resignasset, seu cessisset reseruato sibi regressu, accessu, & ingressu, & deinde durante huiusmodi regressu de mense Martij 1550. dimisisset scriptoriam, eaque dimissa factus fuisset locus prædicto regressui, idem Ambrosius illius vigore assecutus fuisset dictos Scholastriam, & Canonicatum, quos possedit vsque ad eius obitum, qui fuit de mense Octob. 1582. denique per obitum D. Ambrosij D. Ludouicus Pimentel obtinuit sibi prouideri de Scholastria, & Canonicatu, & Præbenda prædictis, & etiam obtinuit Breue de capienda possessione nomine cameræ, in quo sunt hæc verba, videlicet. Contulimus d. filio Ludouico Pimentel clerico Oueten. diœcesis Scholastriam, ac canonicatum, & Præbendam Ecclesiæ B. Mariæ oppidi Vallisoleti Palentin. diœcesis, per obitum quondam Ambrosij de Miranda notarij nostri olim literarum Apostolicarum scriptoris extra Romanam curiam de mense Octob. proxime præteriti defuncti vacantes, & antea dispositioni Apostolicæ reseruatos. Quo circa vobis, & cuilibet vestrum per præsentes committimus, & mandamus, vt constito vobis, seu, alteri vestrum de dicta vacatione, & quod ipse Ambrosius olim literarum Apostolicarum scriptor fuerit, & quod tempore obitus sui Scholastriam, & Canonicatum, & Præbendam prædictos possidebat, corporalem, &c. Verum quia ex serie prædicta apparet, quod antea quã fieret locus regressui, ipse iam dimiserat officium scriptoris, contigit dubitari, an dicta Beneficia sint reseruata & an constet de Prothonotariatu, qui comprehendatur sub extrauag. ad regimen. de Præb. & quia 9. præsentis mensis Aprilis, & die 13. eiusdem de mandato Sanctissimi proposui in relationibus Dominorum meorum difficultatem prædictam, vt in posterum hæc decisio exemplum cæteris esse possit, Domini visa Bulla Leonis X. plumbata priuilegiorum scriptorum Apostolicorum, quam Illustrissimus, & Reuerendissimus D. meus Cardinalis S. Stèphani prodatarius mihi consignauit, & ego illam omnibus Dominis meis in Rota exhibui, ipsique illam viderunt, ac plene examinarunt, & re mature discussa, resoluerunt, quod cum dictus Ambrosius de Miranda semel fuerit scriptor Apostolicus, & in eadem cõcessione scriptoriæ creatus Prothonotarius Apostolicus, licet postea de anno 1550. idem Ambrosius dimiserit scriptoriam, non propterea desijt deinceps esse Prothonotarius; quia Leo X. in d. Bulla, quã nos omnes vidimus, creat scriptores, qui clerici fuerint, Prothonotarios Apostolicos, ita quod etiam post-

quam ſcriptores eſſe deſierint, adhuc ſint deinceps Prothonotarij,& pro talibus in omnibus, & ad omnes effectus haberi vult, & mandat, vt ex verbis dictæ Bullæ clare apparet: & cum verba Bullæ ſint clara,& aperta,eſt caſus legis expreſſus in ea. Comprobant hoc idem Domini ex Bulla Pauli III.in fauorem dictorum ſcriptorum,in qua narratur conceſſio Leonis X.de huiuſmodi dignitate Prothonotariatus in fauorem dictorum ſcriptorum. Idem etiam confirmabant ex eo, quod ipſe, ac plures vidimus, quod cæteri officiales Papæ, qui creantur Prothonotarij, omnes habent in ſuis priuilegijs eandem clauſulam, vt etiam poſtquam tales eſſe deſierint, nihilominus non deſinant deinceps eſſe Prothonotarij ad omnes effectus; vnde, cum non deſierit Ambroſius eſſe Prothonotarius, res eſt clara, quod prædicta Beneficia ſint reſeruata; cum Extrauagans, ad regimen, quæ reſeruat Beneficia Prothonotariorum,habeat locum non ſolum in Prothonotarijs participantibus, ſed etiam in omnibus Prothonotarijs creatis à Papa, vel Legato,qui non ſunt de numero, nec participantes, vt pluries reſoluimus in Rota noſtris temporibus, & ſunt plures deciſiones Putei, Peregrini, & aliorum plurium auditorum antiquorum: nec hoc habet difficultatem aliquam. Non obſtat, quod ex aduerſo dicebatur de deciſione facta in cauſa Hiſpalen.Beneficij de Villamartin coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto, quod ſcriptores Apoſtolici, poſtquam deſinunt eſſe ſcriptores, non ſunt amplius Prothonotarij,& Beneficia poſt dictam dimiſſionem acquiſita non reſeruata, cum ceſſet Prothonotariatus,quoniam dicta deciſio fuit facta de iure communi, ex quo tunc Rota nullam habuit notitiam de d. Bulla Leonis X.priuilegiorum dictorum ſcriptorũ, & pars aſſerebat,quod,cum non probaretur ſcriptores Apoſtolicos habere in priuilegijs ſuis hanc clauſulam,quam habent alij officiales,dicebat eſſe in hoc inſpiciendam diſpoſitionem iuris communis,quo inſpecto,ſi occaſione officij creatur aliquis Prothonotarius Apoſtolicus,ceſſante illo officio, vti cauſa ſucceſſiua, & non momentanea, debet ceſſare Dignitas Prothonotariatus, & ita Domini tunc reſoluerunt habentes ſolum conſiderationem ad diſpoſitionem iuris communis,cum huiuſmodi Bulla priuilegiorum nondum tunc fuiſſet reperta: ſed cum hodie Illuſtriſſim. D. Cardinalis S. Stephani illam repererit, & exhibuerit, & ſit clara illius diſpoſitio, prædicta deciſio non facit ad propoſitum, cum iſta deciſio ſit fundata in eo, quod Papa in priuilegio expreſſe voluit,quod licet deſierint eſſe ſcriptores,non deſierint eſſe Prothonotarij. Et ita, vt ſupra, reſolutum fuit coram me Chriſtophoro Robuſterio de Lamat Rotæ auditore.

205 Nec obſtat dicere,† vt aliqui prætendunt, quod dictum priuilegium, quod ſcriptores Apoſtolici remaneant Prothonotarij dimiſſo officio, quod competeret eis,etiam ſi illud ignorarent,ad deciſionem Putei 19.lib.2.& Horatium Mandoſ.de priuilegijs ad inſtar.gloſ.7.num.50. & Rotam deciſ. 14. par. 2. diuerſ. numer. 1. non ſit in vſu, & ſic per non vſum ſit amiſſum ad l.1 ff.de nundin.vbi D.& in l.falſo.C.de diuerſ. reſcript. & in cap. cum acceſſiſſent, maxime Felin. & Decius de conſtitutionibus,& in cap. ſi de terra,& cap.accedentibus.de conſtitutionibus,& in l.2.C.de his,qui ſponte munera publica ſubeunt.lib. 10 Iaſ.& Carolus Tapia in l.ſi.ff.de conſtitutionibus Principum,Balb.de præſcript.4.par.5.par.quæſt. 4. Horat.Mandoſ.d.tract.gloſ.15.l.42.nu.18.pag.3.vbi Greg.Lopez.& l.3.tit. 7. pag. 5. & Ioan. Garcia de
206 nobilitate† gloſſa 6.num.38.verſ.5.præmitto:nam præſumitur vius priuilegij in fauorem priuilegiati, Creſc.deciſ.4.de priuileg. alias 79. & Rota deciſ 67. par.2.diuerſorum,& 717. num. 5. *manſi. Farin.* Greg. d. l. 42. gloſſ. 1.ad fin. & Ioan. Garcia ſup.quicquid velit Horat. Mand. d. gloſſ. 15. à num. 55. & habeo
207 notitiam,† quod D. Petrus Ordonnez de Anaya Canonicus Abulen. qui fuerat ſcriptor Apoſtolicus dimiſſo officio, vti Prothonotarius faciebat Notarios.

208 Præterea quando d.† priuilegium non fuiſſet in vſu,per hanc regulam renouatur, & reſtituitur maxime quo ad effectum reſeruationis, ex quo in ea vult, & declarat Papa Beneficia, quæ ſedis Apoſtolicæ officiales, qui ratione officiorum ſuorum huiuſmodi eiuſdem ſedis Notarij etiam dimiſſis ipſis officijs, & quandocunque aſſecuti fuerint,ſub huiuſmodi reſeruationibus comprehendi,quaſi remaneant tales Notarij poſt dimiſſa officia. Et de officialibus, qui ratione officiorum ſuorum ſunt ſedis Apoſtolicæ Notarij, ſeu Prothonotari,etiam dimiſſis officijs, vide conſtitutionem Leonis X. 14. 27. & 36. & Pauli III.23. & Sixti. V. 35. *Leo in cap.24.de cubic.& ſcrutif. 27.de ſolicitat. lit. Apoſt. qui vulgariter dicuntur Geniçari 36.de militib. S. Petri Paul.III.23.de nulit. S. Paul. & Pij IIII.5.de nulit. Pijs, Sixti V.35.de militib. Laurei. & nouiſs. inf.* 273.

209 Circa reſeruationem † autem illam de Beneficijs de quibus Ordinarij contra Concilij Trident. decreta diſpoſuerunt,& diſponent in futurum, dico illam poſſe exemplificari in Beneficijs collatis non habentibus ætatem à S.Concil.requiſitam, vt in ſpecie cap. 6.ſeſſ.23.& cap.4.ſeſſ.22.& cap.8 & 12. ſeſs.24.de refor. aut non habentibus habilitates, & qualitates requiſitas, vt in cap.10.ſeſs.24.& d.cap.4.ſeſs.22.& cap.18.verſ.de cætero.ſeſs.23.& d.cap. 8.& 12. ſeſs. 24.& cap.5.ſeſs.25. de reformation. aut non ſeruata forma à Concilio præſcripta, vt in cap.18.ſeſs.7.& cap.18.ſeſs.24.de reform.aut contra diſpoſit.cap.15. ſeſs.25.de reform.&c.

210 Et cum loquatur iſta regula † de Beneficijs, de quibus Ordinarij diſpoſuerint, non videtur habere locum in Beneficijs, de quib. patroni diſpoſuerint contra Concilij Triden.decreta, etiam ſecuta inſtitutione per Ordinarium; eſt enim inducta in odium Ordinariorum diſponentium de Beneficijs contra decreta Concilij.

211 Et intelligitur quando † Ordinarius ſciens, aut ſcire debens diſponeret de Beneficijs contra decreta Concilij, ſecus, ſi per iuſtum errorem facti, ſeu ignorantiam facti probabilem, vt quia facta debita diligentia exiſtimauit prouiſum habere ætatem, aut alias qualitates à Concilio requiſitas, &c. Nam iſta reſeruatio, vt diximus, facta eſt in odium Ordinariorum diſponentium de Beneficijs contra decreta Concilij, quod odium ceſsa tunc, cum ceſset culpa ad cap.2.de conſtitut.

## §. 4. De regula 2.

### *Reſervatio cathedralium Eccleſiarum & Monaſteriorum, ac de tempore vacationum Epiſcopatuum vacaturorum beneficiorum.*

SVMMARIA.

*REgula ſecunda hic poſita primam partem qui explicent. num. 212.*

*Ad quos olim prouiſio Epiſcopatuum ſpectaret remiſſiue. numero 213.*

*De iure patronatus Regum Hiſpaniæ, & Regum Franciæ remiſſiue. nn. 214. & 215.*

*Varietas, quæ videtur fuiſſe circa hoc, & prouiſionem Epiſcopatuum Hiſpaniæ. nu. 216.*

*Iuris præſentandi & patronatus Regum Hiſpaniæ ad Epiſcopatus præcipuum fundamentum eſt priuilegium Apoſtolicũ, quod habent Reges Hiſpaniæ nu. 217. & ſeq.*

*Iuri patronatus Regio non cenſetur derogari per hanc reſeruationem, etiamſi ex priuilegio, vel conſuetudine competat, quamuis præſentatio ſit facienda Papæ. & c. n. 219. & ſeq.*

*Secunda pars huius regulæ de reſeruatione Beneficiorum vacantium de tempore vacationum Epiſcopatuum eſt uuiter addita. Et primus, qui fecit hanc reſeruationem fuit Pius V. nn. 221. & ſeq.*

*Circa iſtam reſeruationem Pij V. fuit dubitatum, an comprehenderet Beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, & Capituli ſimul, & non comprehendere recte reſpondit Hier. Gabr. contra Mexiam. nu. 223.*

*Dicta reſeruatio Pij V. erat perſonalis, & ſic expirauit cum ipſo. nu. 227. quamuis, ſi non eſſet perſonalis, non expiraſſet, ex quo non erat regula primæ editionis. num. 225. & 226. vbi ponitur reſol. Rotæ.*

*Gregor. XIII. non fecit talem reſeruationem, eam tamen fecit Sixtus V. & ſucceſſores, vt hic. nn. 228.*

*Ex illis verbis, non tamen ac collationem cum alio, &c. ſublatum eſt dubium illud motum circa reſeruationem Pij V. noluit enim Papa illis, ad quos alias collatio pertinebat, deficiente Epiſcopo, præiudicare. nu. 229.*

*Si ad Epiſcopum ſolum ſpectaret electio, nominatio, ſeu præſentatio perſonæ, quamuis collatio, ſeu inſtitutio ad alium pertineat ſeu ſit communis, intraret hæc reſeruatio. nu 230.*

*Sicut è converſo quando præſentatio, vel electio ad alium pertinet quamuis collatio, ſeu inſtitutio ad Epiſcopum ſpectet, nõ intraret reſeruatio. nn. 231. & ſequenti. vbi ponitur reſolutio Rotæ, quæ tamen intrat in Beneficijs ſpectantibus ad collationem Epiſcopi, cum ſupplicatione, conſilio, aut conſenſu alterius. nu. 233.*

*An vbi ſimultanea eſt diuiſa per turnos, hæc reſeruatio locum habeat. nu. 234 cum ſeq. reſoluitur non habere locum non ſolum quando Beneficium vacat in turno eſed etiam in turno Epiſcopi.*

*Con: orsia, & turnorum diuiſio non intelligitur mortuo, ſeu deficiente Epiſcopo, quamuis ſecus eſſet Epiſcopo ſuſpenſo, ſeu excommunicato. nu 237 & ſequenti.*

*In concordia proprietas remanet indiuiſa, & accreſcit Capitulo, vacante ſede, & ſolum fuit diuiſum exercitium conferendi. nn. 239. diuiditur tamen ins conferendi quo ad actum collationis, ita quod quilibet confert iure proprio in ſuo turno, et ita concordantur reſolutiones Rotæ, quæ videntur contrariæ. nu 241. & ſeq.*

*Prouiſiones factæ per Capitulum ſede vacante non conſummant, nec alterant turnum, neutrique computantur, nec Capitulo, nec Epiſcopo, &c. nu. 243.*

*Hæc reſeruatio non procedit vbi collatio Beneficiorum ſpectans alias ad Epiſcopum, ſede vacante ad aliquẽ ſpectat. nu. 244.*

*Beneficia vacantia poſt renuntiationem Epiſcopatus a Papa admiſſam, vel poſt trãslationem ad alium Epiſcopatum, etiã antequam epiſcopus habeat notitiam, ſunt reſeruata, quamuis poſſit epiſcopatum adminiſtrare, & c. nu. 245. quod tamen non videtur habere locum in Beneficijs ſimultanea diuiſa per turnos vacantibus in turno epiſcopi durante adminiſtratione. nu. 246.*

*Ceſſat iam dubium, quod fuit in Rota agitatum in una Segutina circa prouiſionem factam a D. Ioan. Manuele de quibuſdã beneficijs poſt factam ab eo renuntiationem epiſcopatus, & a Papa admiſſam, ſub prætextu ignorantiæ, & reſolutum eſt non valere, præcipuè. quia non potuit prætendere ignorantiam, vt in deciſione poſita, a nu. 247.*

*Non videtur verum quod in iſta deciſione dicitur, quod eo ipſo, quod Epiſcopatus ſunt reſeruati, omnia etiam Beneficia vacantia ad collationem epiſcopatuum pertinentia ſunt reſeruata. nu. 250.*

*Reſpondetur ad quaſdam deciſiones Rotæ, quæ loquuntur in intruſo in Dignitate reſeruata, qui propter decretum reſeruationis militer confert. nu. 251.*

*Hanc regulam non habere locum in Cardinalibus tenuit Rota in una Toletana, vt in deciſione poſita. n. 252. de qua valde dubitat author ex regul. 67. Caſtellaria, & quia hæc regula non fundatur in ratione expeditionis litterarum, neque fructuum debitorum cenera. a nu. 253.*

*Hæc regula non habet locum in Dignitatibus non reſeruatis, et ſic Beneficia ad prouiſionem earum pertinẽtia poſt illarum vocationem vacantia non reſeruata, & c. n. 255. vbi etiam de verbis vltimis regulæ remiſſiue.*

ITem reſeruauit generaliter omnes Eccleſias Patriarchales, Primatiales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, nec non omnia Monaſteria virorum valorem annuum ducẽtorum florenorum auri communi æſtimatione exceden. & voluit, quod exceſſus huiuſmodi in literis exprimatur. Ac etiam reſeruauit Dignitates, & Beneficia omnia ad collationem, præſentationem, electionem, & quãdocunque aliam diſpoſitionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, nec non Abbatũ, & aliorum quorumcunque collatorum, & collatricum ſæcularium, & regularium quomodolibet, non tamen ad collationem cum alio, vel alijs aut etiam ad alterius præſentationem, vel electionem pertinentia, quæ poſt illorum obitum, aut Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum, vel aliarum Dignitatum ſuarum dimiſſionem, ſeu amiſſionem, vel priuationem, vſque ad promotionem ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias, aut Monaſteria, vel Dignitates Apoſtolica authoritate faciendam, & adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam illorum poſſeſſionem quomodocunque vacant, & vacabunt in futurum.

212 Huius regulæ primam par. † quæ agit de reſeruatione Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum commentantur gloſſator Hiſpanus Soto. & Rebuff. & Mandoſ. ponens. 5. q. & de ea agit Simoneta q. 39. *& Cabedo de patr. Regiæ coron. Luſit. c. 14.*

213 Et ad quos olim prouiſio† Epiſcopatuum ſpectaret vide gl. in c. quamquam. de elect. in 6. vers. b. deuoluetur Abb. in c. cum Eccleſia Vulterrana. num. 8. de elect. Seluã de benef. 3. p. q. 22. 3. caſu. Coraſ. 4. p. c. 5. num. 1.

num.1.Gregor.Lopez in lib.17.tit.5.pag.1. Burſatum conſil.126. ex num.8. lib.2. Quintanaduenas Eccleſiaſticon lib.1.cap.5.num.4. & dicetur infra c. 4. à num.6.

214 Et de iure patronatus Regum † Hiſpaniæ vide c.cum longe 63.diſt.& lib.18.tit.5.pag.1.& ibi Gregor.Lopez,& Humadam ad eũ, & lib.3.tit.3. & lib. 2.tit.6.lib.1.ordinam.vbi Dida.Perez,& lib.1.tit.6. lib.1.recopilationis,vbi Azeuedo,vide etiam gloſſatorem Reg.Cancell.40. Palacios Rubios in repet.c. per veſtras. de donatio. inter virum, in introductione à nu.24. & in libello de Beneficijs in curia vacantibus ex §.8. Couarr.in reg.poſſeſſor.2.p.§.10.nu.5. & 6. Spino.de teſtam.gl.4.nu.13. Quintanad.ſupra, Bobadillam in ſua Politica lib.2.c.18. nu.215. & relatos per Ceuedo collect.51.ad decretum.num.3. & Io.Guttierez pract.lib.3.q.13.nu.72. & Quebedum de patronatibus Regiæ coronæ. *Et Ceuall.lib.4.q.1. ſeu 897.num.307.& à num.379.& 465.*

215 Et de iure patronatus † Regum Franciæ vide Carolum de Graſſal.lib.2.regalium Francię iure tertio,Ioan.Ferrar.iure nono,Guillel.Benedic.in repet. c.Raynutius.de teſtam.verb.& vxorẽ nomine. Adelaſiam.deciſ.2.ex num.78. *Et de iure patr.Regum vide Boet. Epon. de regalibus, vel vniuerſo iure principis in be-*
216 *neficijs Eccleſ.* † Et vt apparet ex d. iuribus circa hoc, & prouiſionem Epiſcopatuum Hiſpaniæ,videtur fuiſſe varietas; nam tempore Gothorum electio Epiſcoporum fiebat ab ipſis Regibus, vt in d.c.cum longe,quod eſt Concilij Toletani 12.cap.6.& tradit Doctor Villalpando comment.in Concilia Toletana cap.39.poſtea vero nuntiata prius Regi morte Epiſcopi, & ab eo petita licentia eligendi ſucceſſorem, electio fiebat à Capitulis, & electus præſentabatur Regi,&c. vt in d.l.primæ, & in d.legibus ordinamẽti; iam vero præſentatio fit à Rege, vt in d.l.recopilationis, & notat Greg.Lopez d.lib.18.& Bobadilla
217 ſupra nu.223. cuius iuris præſentandi, † & patronatus pręcipuum fundamentũ eſt priuilegium Apoſtolicum, quod habent Reges Hiſpaniæ, vt in d.l.recopilationis, & viditſe teſtatur Greg.ſupra, *& tradit Garçia de Loaiſa Archiepiſcopus Toletanus in notis Concil.Toletani 12.c.11. & fuit dictum in Oueten. Abbatiæ de Iunnon 3.April.1595. coram D.Penia.* Et dicitur in Bullis Epiſcopatuum, & penſionum ſupereis, & P.
218 Mariana in hiſtoria Hiſpana † lib.24. c.16. ad fin. ait,quod,cum ſuper hoc fuiſſet controuerſia, Sixtus IV. conceſſit perpetuo Regibus Caſtellæ, quod in Epiſcopatibus eligerentur per eos nominati, & petiti, de quo etiam lib.25. c.5. ait, quod Papa Adrianus VI. conceſſit Carolo Imperatori Regi noſtro, & eius ſucceſſoribus ius præſentandi Epiſcopos Hiſpaniæ, qui antea prouidebantur ad ſupplicationem Regum, de quo etiam meminit conciuis noſter Gil. Gonçalez in ſua hiſtoria de Salamanca lib.3.cap.18.

219 Cui iuri patronatus † Regio non cenſetur derogari per hanc reſeruationem, etiam ſi ex priuilegio, vel conſuetudine competat. gloſ.d.reg.40. Palacios rubios in d.libell.de Beneficijs in curia vacan. §.11. Lamber.de iure patron. 3.p.2.lib.q.1.art.3. Rebuff. in praxi 3.p.ſignaturæ, verb.nec non iuris patronatus.nu.64. Couarr.pract.c.36.nu.2.& nu.6. verſ.ſecundum Azeuedo ſupra nu.6. & ita ſeruatur. Et facit bene decretum Concilij Triden.ſeſſ.25. de refor-
220 matione c.9. verſ.exceptis, quamuis præſentatio † ſit facienda Papæ, & ab eo prouiſio facienda ex hac regula, vt rectè inquit gloſſ.d.reg.40. *Couar.d.c.36. nu 5. quem ſequitur Leſſius de inſt. & iur.lib.2.c.34. nu. 37. & Aſor 2.p.lib.6.cule.queſt.9.* Et facit c.ſi eo tempore, de electione in 6. & tradit poſt hæc Gonçalez gl.51.num.49.

221 Secunda autem pars huius regulæ, † quæ agit de reſeruatione Beneficiorum vacantium de tempore vacationum Epiſcopatuum, &c. eſt nouiter addita,
222 & primus,qui fecit hanc reſeruationem,fuit † Pius V.qui anno tertio ſui Pontificatus fecit regulam reſeruatoriam ſuæ diſpoſit.omnium Beneficiorum vacantium ſede Epiſcopali vacante ad prouiſionem ſeu diſpoſitionem Epiſcoporum quomodolibet pertinentium, vt in Bullario in ordine conſtitutionem Pij V. 161.

223 Circa quam reſeruationem † Pij V. dubitatum fuit, an comprehẽderet Beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, & Capituli ſimul? & non comprehendere reſpondit Hier.Gabr. conſil.197. lib.1. vbi id latè & bene deducit, quamuis contra tenuerit Mexia in pragmatica frumentaria verb.qualquier fol.13.

224 Sed cum d.reſeruatio Pij V. † facta eſſet diſpoſitioni ſuæ,& non Sedis Apoſtolicæ, & ficeſſet perſonalis, expirauit cum ipſo Pio V. Zerola in praxi Epiſcopali. 2.par. verb.Beneficium. §.1.& verb.Epiſcopus. §.23.ad tradita per Mand.regul.1.q.12.& Petrum Matthæum ad Motus proprios, ſeu conſtitutiones pag.427.

225 Quamuis, ſi non eſſet perſonalis, † non expiraſſet per eius obitum, ſed eſſet perpetua, ex quo non erat regula primæ editionis, in qua Papa vult regu-
226 las ſuo tantum tempore durare, † vt per Verallum deciſ.225. lib.1. in manuſcriptis, vbi habetur, quod regula Clementis VII. de conſenſibus extendendis infra 15.dies,non eſt regula,quę expiret per obitum Papæ, quia non eſt in illa prima editione, in qua Papa vult regulas durare ſuo tantum tempore, ſed eſt perpetua, & extrauagans.

227 Quod non aduertunt † Paulus Granntius ad Simonetam q.47.nu.11. Flam.Pariſ.de reſignat.lib.2. q.16.nu.30. nec P.Greg.de Benef.c.24. nu.28. *Summa Bullar. Quaran verb.beneficiorum reſeruatio, & verſ. capituli ſede vacante 9. queſt. & Vgolin. de offic. Epiſc. cap.50.§.2.num.2.* Qui ponunt iſtam reſeruationem Pij V. tanquam perpetuam.

228 Et Gregor.XIII. † qui ſucceſſit Pio V. non fecit talem reſeruationem; at Sixtus V. eam fecit, vt hic habetur in ſua regula 1. & poſt eum Greg. XIV. etiam in reg.1. & Innoc.IX. Clemens VIII. & Paulus V. in reg.2. vt hic.

229 Et ex illis verbis, † non tamen ad collationem cum alio, vel alijs,iam prorſus ſublatum eſt dubium illud quod circa d. reſeruationem Pij V. notum eſt, de quo num.225. nam,cum tunc deficiente Epiſcopo ille,vel illi, ad quos cum Epiſcopo collatio pertinebat, poſſent de iure talia Beneficia conferre, vt in cap.1. ne ſedè vacante in 6.vbi DD.illis noluit Papa præiudicare,vt in Salamantina Portionis 30. Aprilis 1599. coram D.Mellino,de qua infra nu.235.

230 Et aduerte, † quod,ſi ad Epiſcopum ſolum ſpectaret electio, nominatio, ſeu præſentatio perſonæ, quamuis collatio, ſeu inſtitutio ad alium pertineat, ſeu ſit communis Epiſcopi, & aliorum, intraret hæc re ſer-

reſeruatio; quia attendenda eſt prima diſpoſitio Beneficij, vt colligitur ex ipſa regula, de menſibus, & dicendis infra, à num. 715. & 733.

231 Sicut è conuerſo, quando præſentatio, † vel electio ad alium pertinet, quamuis collatio, ſeu inſtitutio ad Epiſcopum ſpectet, non intrat reſeruatio, vt in ea dicitur.

232 Vnde in vna † Vicē. Beneficij S. Martini 19. Nouemb. 1599. coram D. Pamphilio, & 10. Decembr. 1600. coram D. Sacrato fuit reſolutum. Iſtam regulam, non comprehendere d. Beneficium vnitum mēſæ Capitulari cum decreto, quod capta per Capitulum poſſeſſione, occurrente vacatione, Capitulum infra menſem ſupplicare habeat Epiſcopo, vel Vicario, quod conferat; & ipſe conferre habeat antiquiori Canonico; nam hoc ſtante Beneficium ſpectat ad præſentationem Capituli, & illa ſupplicatio dicitur præſentatio, ex quo imponit neceſſitatem Epiſcopo conferendi, & attendenda eſt ſubſtantia; nec iſtam præſentationem tollit Concilium ſeſſ. 25. cap. 9. quia ſumus in vnione habente certam formam confirmata à Sede Apoſtolica, & per 40. annos ante Concilium effectum ſortita, quæ præſeruatur in d. decreto, quod maxime procedit ſtante obſeruantia, & vltimo ſtatu huiuſmodi, & quaſi poſſeſſione Capituli, & cap. de qua vide aliam deciſionem infra p. ſequen. c. 3. num. 61.

233 Et pro iſta deciſione Vicen. † quod illa ſupplicatio dicatur, & ſic in effectu præſentatio, conducunt tradita per Probum ad monachum in capit. cum in illis de Præben. in 6. nu. 20. ad 23. ſi tamen ſupplicatio debens præcedere, non obligaret, nec poneret neceſſitatem conferendi, vt ex ſe non obligat, cum concernat gratiam, & meram liberalitatē eius, cui ſupplicatur. Gonçalez glo. 49. num. 10. bene intraret d. reſeruatio, vt ex eius verbis conſtat, & tradit Gonçalez ibi num. 11. dicens ita ſentire Rotam in d. Vicen. 19. Nouemb. 1599. coram D. Pamphilio. Sicut etiam rectè intrat in beneficijs ſpectantibus ad collationem Epiſcopi, cum conſilio, aut conſenſu alterius. ad textum in c. vnic. §. cum vero hic ſede vacante in 6. Ioan. And. in d. c. cum in illis. Et ibi Francus. §. ſi vero num. 5. Rota deciſ. 79. de reſcrip. alias 380. in antiquis, & 10 de Præben. & 2. de conceſſ. Præben. in antiquor. Felyn. in c. cum te. de reſcrip. ſub nu. 16. Ripa in c. 1. de iudic. nu. 5. & 6. ita tenet in terminis Gonçalez gl. 46. nu. 29.

234 Sed eſt dubium circa hanc regulam, † an vbi ſimultanea ex concordia eſt diuiſa per turnos, ita vt vna vice prouideat Epiſcopus, & altera Capitulum, vt in Eccleſia Salamantina, Burgen. Palentina, & Segobiben. hæc reſeruatio locum habeat? & ratio dubitandi eſt nam tunc ad ſolius Epiſcopi diſpoſitionē Beneficia pertinent, ſaltem in ſuo turno, & conducunt infra adducta, num. 709.

235 Nihilominus tamen dicendum eſt, † non habere locum non ſolum quando Beneficiū vacat in turno Capituli, in quo non eſt difficultas, quia regula ſolum reſeruat Beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, & non capituli, cui Papa non intellexit præiudicare, vt fuit reſolutum in d. Salamantina Portionis, & quod iſta vacatio contigit in turno Capituli, quia turnus Epiſcopi fuit conſumptus per prouiſionem ab eo factam de anno 1586. cum Didacus non probet, quod iſta vacatio non habuerit effectū, vel poſtea ſucceſſerit alia vacatio, prout ad iſtum effectum eſt neceſſarium, vt fuit reſolutum coram eodem in cauſa Regien. Præbendæ Theologalis, & Burchinonen. Canonicatus, &c.

236 Sed etiam quando † Beneficium vacat in turno Epiſcopi, quia tunc mortuo Epiſcopo, ſeu alias vacante ſede, poteſt Capitulum iure proprio conferre Canonicatus, & alia Beneficia ſimultaneæ in quocūque turno vacent, quemadmodum poſſet, ſi ſimultanea non eſſet diuiſa, vt in d. c. vnico.

237 Nec obſtat concordia, † & turnorum diuiſio, nā cum illa facta ſit ad tollēd. controuerſias, diſſenſiones, & diſcordias, quæ ex communi prouiſione oriri poſſent, non intelligitur mortuo Epiſcopo, ſeu alias deficiente, cum tunc ceſſet ratio diſcordiæ, ex quo ſolum Capitulum habet prouidere, vt in d. c. vnico. ad leg. cum pater. §. dulciſſimi. ff. de Legatis 2. quæ optime facit in propoſito.

238 Quamuis in caſu, † quo Epiſcopus eſſet ſuſpenſus, ſeu excommunicatus, in quo alias poſſet Capitulum prouidere. d. c. vnic. videretur habere locum concordia, quia non videtur omnino ceſſare ratio illius, cum poſſit Epiſcopus poſt abſolutionem prouidere, & idem poſſit contingere Capitulo, ſi forte eſſet ſuſpenſum, vel omnes excommunicati, niſi ſuſpenſio eſſet ad certum tempus, & vltra ſex menſes, tunc enim propter diuturnam vacationem idem eſſet, ac ſi Epiſcopus deficeret.

239 Rurſus in concordia † proprietas remanet indiuiſa, & accreſcit Capitulo vacāte ſede ad tradita per Rochum de iure patron. verb. ius. q. 6. & per concordiam fuit ſolum diuiſum exercitium conferendi, ſede Epiſcopali plena, & ea vacāte diſpoſitio fuit relicta in terminis iuris communis iuxta deciſ. Putei. 184. lib. 3. vt dixerunt aliqui ex Dominis in d. Salamantina Portionis 30. Aprilis 1599. & fuit reſolutū in eadem coram eodem D. Mellino 25. Iunij eiuſdem anni. Et ita poſt hæc tenet Gonçalez gloſſ. 45. §. 3. num. 39.

240 Et ita practicatur, † & in particulari ita fuit practicatum in d. Eccleſia Palentina de anno 1597. & in d. Eccleſia Segobien. de anno 1603. pro qua conſultus ita reſpondi.

241 Sed cōtra prædictam rationem, † quod proprietas remanet indiuiſa, & accreſcit Capitulo vacante ſede, & quod ſolum fuit diuiſum exercitium conferendi ſede Epiſcopali plena, &c. Facit deciſio Rotæ in alia Salamantina alternatiuæ de anno 1581. infra adducta, nu. 708. vbi dicitur, quod vbi ex concordia partium collatio ſimultanea eſt alternis vicibus cuilibet reſeruata in ſuo turno, totum ius conferendi pro illa vice dicitur translatum in illum ſolum, qui eſt in turno, & non dicitur diuiſus vſus ſolus, ſed totum ius conferendi eſt penes ipſum ſolum etiam iure proprio, & non iure communi ex doctrina Ioan. And. in c. cum in illis. §. fin. in fi. de Præbend. in 6. de qua ibi. Quod etiam fuit dictum in Romana Beneficiatus S. Petri 28. Aprilis 1595. coram D. Gipſio, & 20. Nouembris 1596. coram D. meo Corduba, & 8. Martij 1602. coram D. Penia infra relatis 10. par. c. 3. num. 39. & infra nu. 709.

242 Reſpondetur tamen iſtas deciſiones intelligendas eſſe, † quod non dicatur diuiſus vſus ſolus ita, quod quilibet conferat in ſuo turno iure communi, ſed quemlibet conferat in ſuo turno iure proprio ex-

illa

illa diuiſione, per quam diuiditur ius conferendi, quoad actum collationis, quamuis ipſa proprietas remaneat indiuiſa, & ita procedit illa doctrina Ioan. Andr. nam ius patronatus, de quo ipſe agit, non poteſt diuidi, quoad proprietatem, cum ſit incorporale, ſed quoad actum præſentationis. Rochus d.q. 6. & Lambert. 2.p.lib.1.q.2.art.36.num.2.3. & 4. Probus ad Monachum in d.c.cum in illis, nu.60.

243 Vnde, cum ſede vacante † Capitulum iure proprio conferat talia Beneficia in quocumque turno vacent, Et prouiſiones factas per Capitulum ſede vacante non cõſumere, nec alterare turnum, neutrique computari, nec Capitulo, nec Epiſcopo. Puteus d. deciſ. 184. lib. 3. & ita, ſi tempore mortis Epiſcopi, ſedis vacantis turnus erat Epiſcopi, primus turnus erit ſucceſſoris, non obſtantibus quibuſcunque prouiſionibus factis per Capitulum ſede vacante, & ſi turnus erat Capituli poſt aduentum ſucceſſoris, primus turnus erit Capituli, licèt ipſum Capitulum, ſede vacãte, fecerit aliquas prouiſiones, & ita conſului in dict. Segobien. & ita tenendum eſt, quamuis poſt hæc Gonçalez gloſſ. 45. §. 3. nu. 37. dicat, quod, ſi vacatio Beneficij contingit ſede Epiſcopali vacante, & in turno Capituli, tunc collatio à Capitulo facta conſumit turnum ſuum, & allegat dict. deciſionem Putei, quæ potius dicit contrarium; quando vero Epiſcopus erat in turno, & contulit Capitulum, concordat nobiſcum, num. 38. quod neutri computatur talis collatio, & prima vacatio ſede plena ſpectabit ad Epiſcopum, & ait ita deciſum in dict. Salamantina Portionis. 25. Iunij 1599. coram D. Mellino, & in alia Salamantina Portionis 16. Maij 1603. coram D. Iuſto. *In qua dicitur, quod deciſ. Putei, & D. Millini dicẽtes, quod vacatio contingens ſede Epiſcopali vacanti non computatur nec Epiſcopo, nec capitulo, ex ijs quæ dicuntur in 7.c. concordia Salamantinæ; ſed capitulum confert iure proprio, c. ne ſede vacante. in 6. procedunt, quando vacatio contingit in turno epiſcopi ſede vacante: quia tunc ex 1.pa. d.c.7. concordiæ capitulum prouidet iure deuoluto, & ideo non computatur; ſecus ſi contingat in turno capituli ex verbis claris 2.p.eiuſd.cap.concordiæ, vbi diſponitur, quod ſi vacatio euenerit in turno capituli, collatio computetur, ita ſequens ad Prælatum pertineat. Et ratio, inquit Rot. eſt, quia tunc adeſt collator, ideo eſt ei imputanda collatio, &c. Sed ſecluſa particulari concordia ſuper hoc verius exiſtimo non computari, etiamſi contingat in turno capituli, quia ſede vacante capitulum confert iure proprio vigore iuris communis non vigore concordiæ, d. cap. ne ſede vacante. in 6.*

244 Præterea hæc reſeruatio, † non procedit, vbi collatio Beneficiorum ſpectantium aliàs ad collationem Epiſcopi, ſede Epiſcopali vacante ad aliquẽ ſpectat, nec reſeruatur futuro ſucceſſori, quia reg. non intendit tertio præiudicare, vt in vna Gerunden. Beneficij 31. Maij 1600. coram Domino meo Corduba infra relata ſeq.p.c.3.nu.35.

245 Rurſus ex illis verbis regulæ. † Dimiſſionem, ſeu amiſſionem, vel priuationem, videtur, quod Beneficia vacantia poſt renuntiationem Epiſcopatus à papa admiſſam, vel poſt translationem ad alium Epiſcopatum, etiam antequam Epiſcopus habeat, aut habere poſſit notitiam de eis, erunt reſeruata Papæ ex iſta regula 1. vt tangitur infra 11.p. c.6.nu. 42. nõ obſtante, quod ante habitam notitiam admiſſionis, reſignationis, aut translationis poſſit Epiſcopatum adminiſtrare, & poſſeſſioni eius inſillere ad deciſionem Putei 170. lib. 2. & Mohedani, 29. de renuntiatione, & dicta ſupra 2.p.cap.1.nu. 126. & infra ca.8. à nu.174. & etiam poſt ex conſuetudine, vt in d.c. 6. 11.p. num.41. *Et ita ceſſat iam dubium agitatum in vna Terulen. an epiſcopus Terulen. translatus ad eccleſiam Cæſaraugiſtanam die 27. Apr. 1569. potuiſſet conferre parochialem vacantem in diœceſi Terulen. die 29. eiuſdem menſis: in quo a Congregatione Concilij data fuerant vota pro epiſcopo ex doctrina Doctorum, quod opus ſit poſſeſſione, & corporali poſſeſſione; contrarium tamen Papa cenſuit nempe, quod epiſcopus non potuit amplius poſt translationem ſe immiſcere diſpoſitioni beneficiorum Terulen. quia a die translationis debentur fructus eccleſiæ ſecundæ, ad quam fit translatio, & inter fructus epiſcopatus eſt etiam collatio beneficiorum.*

246 Quod tamen non videtur † habere locum in Beneficijs ſimultaneæ diuiſæ per turnos vacantibus in turno Epiſcopi durante adminiſtratione illius Epiſcopatus, cum alias pertinerent ad prouiſionem Capituli.

247 Vnde videtur ceſſare iam dubium, † quod fuit in Rota agitatum in vna Seguntina Beneficiorum 1. Junij 1592. coram D. Orano, circa prouiſionem, quam fecit D. Ioannes Emmanuel de quibuſdam Beneficijs d. Epiſcopatus poſt factam ab eo illius renuntiationem in manibus Papæ, & ab eo admiſſam ſub prætextu ignorantiæ dictæ admiſſionis, & reſolutum eſt, non valere, tũ ex alijs, tum præcipuè, quia non potuit prætendere ignorantiam, quia poſt admiſſionem tranſacti erant 31. dies, intra quos pluſquam veriſimile eſt, (inquit deciſio) ipſum a procuratore fuiſſe certioratum de ea, iuxta conſilium Ro-
248 mani. 481. n. 7. Quod Rota † ſæpe ac ſæpius canonizauit, vt in deciſ. Seguntina ſic ſe habet.

249 D. Ioannes Emmanuel renuntiata † in manibus ☞ Papæ Eccleſia Seguntina poſt illius admiſſionem, cum in fine menſis Februarij contigiſſet in partibus vacatio Beneficiorum, de quibus controuertitur ſub prætextu ignorantiæ illius admiſſionis, de illis diſpoſuerat. D. Hier. Delgado prouiſo Apoſtolico collationem huiuſmodi impugnante, quæſiui an collatio Ioannis Emman. ſuſtineretur? Domini re mature diſcuſſa deſcenderunt in ſententiam negatiuam, quoniam Epiſcopus poſt reſignationem Eccleſiæ liberè in manibus Superioris factam nõ poteſt ſe intromittere in collatione Beneficiorum in ea vacantium, ex quo enim renuntiauit omne ius, & poſſeſſionem, quam in Eccleſia habuit, à ſe abdicauit. Bilign. deciſ. 3. nu. 1. de renunt. Innoc. in cap. ſuper hoc poſt. nu. 5. verſic. item poſt, de renuntiat. Pariſ. conſ. 39. num. 3. lib. 4. & quidem reſpectu poſſeſſionis nulla cadit dubitatio, nam hoc frequentiſſimè fuit receptum, vt cenſeatur amiſſa poſſeſſ. d. deciſ. 3. de renuntiat. in antiquis, & deciſ. 4. eodem in nouis. Caſſador. deciſ. 2. nu 3. eodem, & dec. 4. nu. 10. de reſtitution. ſpoliatorum. Sarnen. de infirmis quæſt. 29. & de annali qu. 57. verſic. pro quo diligenter. addit. ad deciſ. 1. de renuntiatio. in nouis nu. 7. & 8. Achill. deciſ. 10. eodem amiſſa itaque poſſeſſione ſequitur ius quoque conferendi, quod eſt in fructu, fuiſſe amiſſum. c. conſultationibus. de iure patron. gloſſ. c. cum olim, & ibi DD. de maioritate, & obedientia. Abb. in c. cum olim. nu. 4. de cauſa poſſ. quod etiam non abſque ratione procedit, cum enim Epiſcopatus quomodolibet vacantes ſint diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruati, neceſſariũ eſt,

est, quod omnia Beneficia vacantia, & ad collationem Episcopatuum pertinẽtia sint etiam reseruata, quæ à nemine, præterquam à Papa, possunt conferri, & quod alias factæ collationes sunt nullæ. Rotæ decision. 20. de Præbend. in antiquis, & 4. eodem in antiquior. Hoc autem in præsenti themate tanto magis, quia Ecclesia Seguntina non modo fuit reseruata tanquam vacãs in curia per resignationem in manibus Papæ, iuxta cap. 2. de Præbend. in 6. sed etiam quia amissa Ecclesia cessauit beneficium alternatiuę Episcopis residentibus in eorum Ecclesijs cõcessum; adeo, quod fuit factus locus regulę reseruatoriæ octo mensium, inter quos mensis Februarij quo beneficia vacarunt, est comprehensus, quæ cum habeat decretum irritans afficit etiam ignorantes. cap. dudum de Præbend. in 6. cap. cognoscentes. & ibi post Felyn. & Decium, Beroius nu. 49. & seq. de constitut. non obstante, quod non sit super certo corpore Beneficij, nam eadem est ratio, quando decretum est iustificatum, probata videlicet vacatione in mente reseruato, tunc enim decretum notorium dicitur ex quo in continenti probatur, & discolorat tit. Sarnen. reg. de triennali quæst. 44. Simoneta de reseruation. q. 40. Puteus decis. 90. nu. 5. lib. 3. prout etiam, quando super incerto, si adijcitur in partibus certum tempus, quia intra d. tempus ignorantes ligat. Francus in c. dudum, nu. 9. de Præbend. in 6. non obstant cõsiderationes Rebuffi in tract. nominationum q. 14. num. 92. & in praxi p. 2. tit. de simon. resignatione, num. 27. cum multis seqq. vbi voluit Episcopum dãtem mandatum ad resignãdum Episcopum in curia posse post resignationem admissam ante admissionis notitiam Beneficia interim vacantia alteri conferre, quia ipse loquitur in resignatione conditionali in fauorem, quo casu militat diuersa ratio. Nam, cum post illius admissionem non abdicetur ius à resignante, donec sit acquisitum resignatario, non mirum, si resignans interim, donec sibi constet de purificatione conditionis, remaneat titularis; at vbi resignatio est simplex, amittitur statim titulus, & possessio, & per eam Episcopus dicitur in Ecclesia mortuus ciuiliter, quod æquiparatur morti naturali. c. susceptum, de rescript. lib. 6. clemen. fin. de procurato. Roman. cons. 374. num. 5. proinde, si post resignationem incumbit detentione, non facit fructus suos Sarnen. ad regul. de annali quæst. 47. sed tenetur ad eorum restitutionem, etiamsi non habuerit notitiam admissionis resignationis, & ad præmissa facit textus in c. 1. vers. adijciebatur, de concess. Præbend. in 6. vbi Episcopi in partibus existentis depositi à Papa in consistorio à die depositionis non valent collationes, etiã quod ignoret depositionẽ, & reputetur verus Episcopus, & per illum textum tradunt Francus in cap. cum qui, sub num. 9. & Gemin. sub num. 5. versic. & ideo. de Præbend. in 6. Felyn. in cap. ex parte Decani, num. 20. de rescript. nec congruit argumentum eiusdem, quod, cum prouisus de Episcopatu, non possit administrare, & conferre ante præsentationem literarum, debeat interim resignãs medio tempore posse administrare, & Beneficia conferre, exemplo desumpto à iudice reuocato, qui iurisdictionem exercet vltra tempus officij, quousque successor aduenerit, & a Vicario reuocato, qui cõfert donec notitiam habeat reuocationis; etenim primo casu ex iuris dispositione officialis non videtur deputatus solum ad tempus expressum, sed etiam ad tempus sequens, donec successor aduenerit, adeo quod ante eius aduentum non dicitur officium eius esse finitum, neque officialis priuatus. l. meminisse, in princip. cum glossa verb. debebit, de officio proconsul. glossa l. si forte. de offic. præsidis. Et ratio est, quia ibi, cum nemo sit, qui ministret, oportuit ita specialiter prouideri, ne Prouincia sine rectore remaneat; verum in Episcopatu secus est, quia succedit capitulum. toto titul. ne sede vacante, lib. 6. Secundus casus non transit absq; difficultate ex traditis per Calder. consil. 10. de sententia, & re iudicat. Felyn. d. cap. ex parte. num. 20. & nihilominus, si sequimur illam opinionem, ideo potest dici sustineri collationem Vicarij post reuocationem à se ignoratam, quia fuit in bona fide, neque diuinare potuit, se esse reuocatum. Puteus decis. 170. lib. 2. Mohedan. decis. 29. de renuntiat. quod secus est in Episcopo Seguntino, qui prætendere non potuit ignorantiam resignationis, tum quia speciale ad hoc dederat mandatum, tum etiam quia inter illud, & resignationem admissam excurrerunt triginta & vnus dies, intra quos plusquam verisimile est ipsum à procuratore de ipsa fuisse certioratum; iuxta consilium Romani 481. num. 7. minus aduersatur, quod saltem prouiso ab Episcopo suffragari debeat possessio triennalis; nam, cum regula requirat titulũ coloratum, impossibile est, quod illum habeant nitentes collationi nullæ. cap. factus. in fin. 7. quæst. 1. Sarnen. ad regul. de triennali. quæst. 27. in fi. & 35. in fin. etenim titulus coloratus est, quando est ipso iure nullus. Felyn. in c. in nostra. Cor. 37. de rescript. sicut dicimus literas, quæ nõ valent, non dici literas, sed esse nullas. glossa, cap. cum nostris. verbo de facto, de concess. Præbend. Felynus cap. ex tenore. de rescript. Rebuff. consil. 190. titulus enim nullus non producit aliquam exceptionem, aut officium. l. quoties. ff qui satisdare cogantur. Rebuf. cons. 190. sicut neque regula de triennali iuuat habentem titulum infectum. Acorambon. decis. 22. cum allegatis. *Quæ decisio fuit confirmata coram eodem 27. Maij 1596.*

256 Circa quam tamen decisionem † aduerto, mihi non videri verum quod in ea dicitur, quod, cũ Episcopatus quomodolibet vacantes sint dispositioni Apostolicæ reseruati, eo ipso omnia Beneficia vacãtia, & ad collationem Episcopatuũ pertinentia sunt etiam reseruata, &c. Vnde enim id sequitur? & contrarium plane tenuit Rota in vna Salamantina Parochialis de Galates, 1. Decembris coram D. Brauo, quæ habetur 1. par. diuersorum. decis. 442. vbi quod collatio Parochialis vacantis sede Episcopali vacante reseruatur successori Episcopo. Et alias non fuisset necessaria hæc regula.

251 Nec obstat decisio Rotę † 20. de Prębend. in antiquis, & 4. eod. titulo in antiquior. loquuntur enim in longe diuersis terminis, nempe in intruso in Dignitate reseruata, qui propter decretum reseruationis nulliter confert Beneficia spectantia ad eius collationem ratione Dignitatis reseruatæ, vt dicetur infra cap. 5. à num. 21.

252 Verum hanc regulam † non habere locum in Cardinalibus tenuit Rota in vna Toletana Parochialis de Alcaudete, 3. Iulij 1595. coram D. Seraphino, ☞ vt in sequenti decisione. Fuit de ordine Sanctissimi Domini nostri dubitatũ in Rota, præsuppositio concursu, & collatione facta per Serenissimum Cardinalem

lem ab Auſtria de Parochiali, de qua agitur Michaeli de Ayala de menſe Aprilis 1595. an ei concedenda ſit prouiſio ſimplex, vel ſaltem noua prouiſio? & difficultatem faciebat prouiſio facta à Papa de mẽſe Februarij Hieronym. de Leyua tanquam de vacãte per obitum cuiuſdam Chriſtophori de Buſtamante vſque de anno 1593. cum clauſula, ſeu alio quouis modo, & ex alterius cuiuſcunque perſona. Quare in concurſu prouiſorum orta eſt dubitatio ſuper validitate concurſus, & collationis factæ Michaeli; & cauſa per me, vtraque parte informante, propoſita, pro parte Hieronym. duo opponebantur contra huiuſmodi concurſum, & prouiſionem Michaelis, & primo fuit oppoſitum de reſeruatione ex ſecunda regula reſeruatoria, in qua reſeruantur Beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante vſque ad promotionem ſucceſſoris, & adeptam poſſeſſionem; verũ hæc oppoſitio non placuit, quia, cum Cardinales non ligentur diſpoſitione extrauagantis, iniuriæ, vt fuit alias in Rota reſolutum coram Illuſtriſſimo Lancellotto, & poſſint etiam ante adeptam poſſeſſionem conferre, vt poſt Bellenzin. de charitatiuo ſubſidio quæſt. 66. qui dicit ita fuiſſe reſolutum in Rota, tradit Sarnen. in proœmio regularum. q. 4. nu. 9. vtique non applicatur regula, maxime, cum requirat vacationem, quæ hic non datur propter gratiam coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, & cum clauſula, ex nunc prout ex tunc; neque facit quod dicitur, quod quando in regulis Papa voluit excipere Cardinales, hoc expreſſit, vt etiam habetur in vltima regula de edendis, à qua excluduntur Cardinales, quia hoc eſt intelligendum de ijs regulis, quæ poſſunt applicari Cardinalibus, non autem in illis, quarum rationes non applicantur, vt eſt iſta, in qua neque ratione expeditionis literarum, neque ratione fructuum debitorum cameræ, qui ad prouiſos ſpectant ſtatim poſt præconizationem in conſiſtorio, maxime in Regnis Hiſpaniæ, poteſt verificari ratio finalis regulæ, & hoc idẽ ſenſit Rota nuperin cauſa Toletana Canonicatus à me propoſita. Secunda oppoſitio facta fuit contra huiuſmodi concurſum præſentatum in dataria Sanctiſſimi Domini noſtri, & Domini cenſuerunt ex pluribus concurſum hunc eſſe defectiuum, nec in eo ſeruatam formam Concilij Tridentini. Primo, quia non fuit appoſita dies propoſiti edicti adeo, vt ſciri nõ poſſit, an intra terminum, vel poſt terminum fuit Michael examinatus, quod tamen videtur neceſſarium ad examinis validitatem, cum terminus ille, qui præfigitur iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 18. ſit ad conuocandum eos, qui concurrere voluerint, & eo tranſacto, non prius debeant examinari, cum quo concordat Concilium Prouinciale Toletanum, & iſta non eſt forma ad effectũ, ſed præciſa, vt fuit dictum coram R. P. D. Gipſio in vna Volaterrana Parochialis 20. Maij 591. & ratio poteſt eſſe, ne per præuentionem vnius alij ſupplantentur. Secundo, quia ex teſtibus apparet fuiſſe examinatum, & approbatum Michaelem intra tempus pendentis termini, qui, licet ſint examinati ad perpetuam rei memoriam, tamen reddunt negotium ſuſpectum ex quo in concurſu non fuit appoſita dies edicti, prout ex ſtylo ſolet in alijs, qui præſentantur, apponi, & quorum nonnulli fuerunt Dominis meis oſtenſi. Tertio, quia, cum adeſſent plures examinandi, vnicus Michael fuit examinatus, & ſtatim approbatus, reliquis non expectatis, eique facta collatio; Quæ etiam ex eo redditur ſuſpecta, quia erat familiaris Archiepiſcopi, neque fuit expectatum tempus, intra quod potuiſſent alij concurrentes ſeſe examini ſubijcere. Et quamuis per vnum ex Reuerendis Dominis meis fuerit allegata deciſio facta coram R. P. D. Orano in vna Carthaginenſ. Parochialis. 9. Decembris 1588. in qua dictum fuerat, quod examen poterat fieri pendente termino, & quod parti impugnanti concurſum incumbebat onus probandi adfuiſſe alios, qui concurrere volebant, & non fuerant admiſſi, tamen hoc caſu non fuit habita ratio huius deciſ. quia hic conſtabat de exiſtentia aliorum concurrentiũ, quod non apparebat in illa Carthaginenſ. & ideo concluſum, nihil eſſe concedendum Michaeli, nec concurſum eidem ſuffragari, & poſt hæc tradit Gonçalez gl. 24. nu. 6. referens hanc deciſionem, & dicens iterum reſolutum in cauſa Hiſpalenſ. Beneficij, 19. Aprilis 1602. coram d. Iuſto.

253 Sed ego valde dubito de iſta † reſolutione, nam, quod hac regula Cardinales comprehendantur, valde vrget reg. 67. quod Cardinales non comprehendantur ſub regulis faciendis, vbi Papa ſtatuit, & declarat, quod in quibuſcumque conſtitutionibus, & regulis in poſterum poſt primam editionem faciendis, non includuntur ipſi Cardinales, &c. vnde clare vult, quod in regulis primæ editionis comprehendantur, & quando Papa vult, quod in reſeruationibus Cardinales non comprehendantur, id exprimit, vt in regula de reſeruatione menſium &c.

254 Nec fundatur hæc regula in † ratione expeditionis literarum, neque fructuum debitorum Cameræ, cum procedat etiam poſt expeditionem literarum, vſque ad adeptam à ſucceſſoribus pacificam poſſeſſionem, &c. Et ſic recte poteſt applicari Cardinalibus, & pro hac parte faciunt adducta per Sarnen. q. 4. proœm. regularum Cancellar. & Mand. regul. 19. q. 2. nu. 3. & per Gonçalez ſupra à nu. 13.

255 Vltimo ex illis verbis, Apoſtolica authoritate faciendum, videtur † regulam hanc nõ habere locum in dignitatibus non reſeruatis, ita quod Beneficia ad prouiſionem obtinentium aliquam Dignitatem pertinentia, quæ poſt illius vacationem vacant, non ſunt reſeruata per hanc regulam, ſi talis Dignitas non eſt Papæ reſeruata, vt, verbi gratia, in Archidiaconatu Salamantino, & de Ledeſma, & alijs habentibus prouiſionem Beneficiorum, quæ non ſunt primæ dignitates poſt Pontificalem, nec principales in Collegiata, & poſſunt vacare in menſe ordinario &c. *Si tamen iſtæ dignitates vacauerint in menſe Apoſtolico, vel alias, ſint reſeruatæ regulariter, & eius reſeruatio habebit locum in beneficijs ad prouiſionem eas obtinentium pertinentibus quæ poſt earum vacationem vſque ad prouiſionem ſucceſſorum à Papa faciendam, & adeptam de eis poſſeſſionem vacarent, habebit etiam locum in beneficijs ſpectantibus ad præſentationem, ſeu collationem alicuius parochi, ſeu beneficiati ſimplicis ſine dignitate, quando illa parochialis ſeu beneficium ſimplex vacarent in menſe Apoſtolico, ſeu alias eſſent reſeruata. Nec obſtat, quod regula tantum loquatur de Eccleſijs, ſeu monaſterijs, vel alijs dignitatibus, & ſic non habet locum in parochialibus & beneficijs ſine dignitate habentibus præſentationem, ſeu prouiſionem beneficiorum. Quia reſpondetur, Quod regula generaliter etiam loquitur de quibuſcunque collatoribus, & collatricibus ibi., & aliorum quorumcũque collatorum, & collatricum, & c.*

Quæ

*Quæ verba comprehendunt præſentatores, & alios diſpoſitores, vt alias dicitur inf. nu. 621. & ſeq. & ſi inferius tantum facit mentionem de Eccleſijs, monaſterijs, & dignitatibus, eſt gratia exempli, ſeu quia ad ea præcipuè ſolet ſpectare beneficiorum prouiſio: & exempla non arctant regulam, l. regula, §. fi. ff. de iur. & fact. ignor. Habebit etiam locum hæc regula in beneficijs ſpectantibus ad prouiſionem Epiſcoporum iure deuoluto: cum loquatur de beneficijs eorum prouiſionem quomodolibet permittentibus, nec in eorum prouiſione ſuccedat capitulum ſede vacante, vt infra cap. 7. num. 53.*

Et circa illa verba. Quomodocunque vacant, & vacabunt in futurum, videnda ſunt dicta infra num. 536. 635. & 636.

## §. 5. De regula 3.

## *Reſignatio dignitatum, nec non ſuorum, & S. R. E. Cardinalium familiarium beneficiorum.*

### SVMMARIA.

*Regulam 3 hic poſitam qui explicant. nu. 256.*

*Reſeruatio huius regulæ de Dignitatibus maioribus, & principalibus intelligenda eſt de maioribus, ſeu principalibus actu, nec ſufficit erectio in poſterum. nu. 257. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Si tempore prouiſionis Dignitas eſſet actu maior, licet non tempore vacationis, incraret reſeruatio. nu. 258.*

*E conuerſo regula comprehendit Dignitatem, quæ tunc eſſet actu prima, licet cum vacaret, deberet deſinere eſſe talis. num. 259.*

*Dignitates Eccleſiarum Cathedralium, quæ ibi non maiores exiſtunt, ſunt tamen principales in Collegiatis, ſunt reſeruatæ. nu. 260. & ita Archidiaconatus de Viribieſca, & alij ſimiles ſunt reſeruati. nu. 261.*

*An per hanc regulã reſeruentur in qualibet Eccleſia duæ maiores, & duæ principales Dignitates? nu. 262. reſolutur negatiuè, & non reſeruari, niſi vnam tantum, nec Rotam tenuiſſe contrarium, quicquid dicat Mandoſ.*

*Si in aliqua Cathedrali ſunt duæ Dignitates maiores, vel in collegiata duę principales æquales, an ambæ ſint reſeruatæ, vel neutra? nu. 265. reſolutur ambas eſſe reſeruatas, & ponitur deciſ. Rotæ.*

*An iſta reſeruatio habeat locum vbi eſt tantum vna dignitas? nu. 267. reſolutur affirmatiuè contra aliquos, & ponitur deciſ. Rotæ.*

*Vnita prima Dignitate poſt Pontificalem Capitulo, an regula intret in ſequenti, & illa ſit prima? a num. 269. reſolutur affirmatiuè, & ponitur reſolutio Rotæ.*

*Per ſecundã partem huius regulæ reſeruantur Dignitates principales regularium Conuentualium, ſeu Monaſteriorum Fratrum, quæ regnntur per Priores, præpoſitos &c. num. 271. nec in ea comprehenduntur Prioratus, & aliæ Dignitates temporales. nu. 272.*

*Circa 3. par. huius regul. in qua reſeruantur Beneficia familiarium &c. qui ſint videndi. nu. 273. & videnda eſt reg. 30. de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium &c. n. 274.*

*Iuxta iſtam reg. 30. in collatione Beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis requiritur conſenſus Cardinalis, in cuius familiaritate deceſſit, licet illud habuerit tempore familiaritatis alterius prædefuncti. nu. 275. vbi etiam quod requiritur d. conſenſus etiam in prouiſione Legati &c.*

*Licet ad effectum illius regulæ requiratur quod fuerit familiaris continuus commenſalis Cardinalis per quatuor menſes, tamen ad effectum reſeruationis id non eſt neceſſarium, &c. nu. 276.*

*Procedit hæc reſeruatio, & diſpoſitio d. reg. 30. etiamſi poſtea familiaris eſſe deſierit. nu. 277.*

*Hæc reſeruatio includit etiam Beneficia, ad quæ familiaris habebat ius ad rem, nu. 278. & etiam d. reg. 30. imprehendit iam ius ad rem, licet olim ſecus. nu. 279.*

*Licet in ſpecie illius regulæ ſufficiat iam ius ad rem competiſſe familiaritate durante, tamen, ſi familiaris decederet ante conſecutionem iuris in re, non haberet locum illa regula, cum loquatur de Beneficijs vacantibus per obitum familiarium, nec habeat locum, ſi alijs modis vacent. nume. 280, quamuis illud Beneficium eſſet reſeruatum per hanc regulã, num. 281.*

*Ius ad rem ex acceptatione quæſitum includitur in hac regula, ad quod eſt ſatis conſiderabile, quamuis reſpectu Papæ conferentis tale Beneficium non ſit conſiderabile contra Mand. a num. 282.*

*Ius ad rem per mandatum de prouidendo de prima Præbenda factum recepto in Canonicum authoritate Apoſtolica, includitur in hac regula, & reg. 30. quando durante familiaritate ſucceſſit vacatio Præbendæ, a nu. 286.*

*Ius ad rem per electionem includitur in hac regula, & d. regul. 30. nu. 288. & ſeqq.*

*Ius ad rem per præſentationem clerici, & etiam laici, cum non poſſet variare, includitur in d. regulis. nu. 290.*

*Ius ad rem per reſeruationem factam pro familiari de certo Beneficio includitur in d. regulis, quando tale beneficium vacaret durante familiaritate, &c. nu. 292. & ſeq.*

*Ius ad rem per collationem nondum acceptatam includitur in d. regulis, &c. nu. 294.*

*Ius ad rem per conſuetudinem optandi non includitur in hac regula, quoad Præbendam inoptatam, licet ſecus in Præbenda optata per eum, qui erat familiaris tempore, quo competebat ei ius optandi, &c. Et in Dignitate, ſeu Beneficio optato per familiarem, &c. nu. 295.*

*Ius per ceſſationem ſolutionis penſionis non includitur in hac regula, nec Beneficium cadit in hac reſeruatione decedente pẽſionario ante canonizatum regreſſum, vel acceſſum, &c. n. 299. & ſeq.*

*Ius per regreſſum includitur in hac regula. num. 301. & 302. & idem in acceſſu, & in coadiutoria cum futura ſucceſſione nu. 303.*

*An familiaris habens regreſſum, acceſſum, vel coadiutoriam ante vacationem decederet, aut vacationis tẽpore non eſſet iam familiaris, tale Beneficium non includeretur in hac regula & 30. niſi in literis adeſſet decretum, quod ex nunc plenum ius ſibi acquiſitum exiſteret, vt in caſu Canonicatus Ciuitaten. nu. 304. 305. & 306.*

*Ius per priuationem in forma iuris non comprehenditur in reſeruatione huius regulæ. nu 307.*

*Prædictos modos acquirendi ius ad Beneficiũ, quos ad effectum huius reſeruationis proſequitur Æneas de Falcon. ad alios effectus alias proſequitur author, nu. 308.*

*Ius ad rem per mandatum de prouidendo de certo Beneficio vacante includitur in hac regula nu. 309.* etia

*Ius per oppoſitionem in ea non videtur includi, niſi quando oppoſitor iuſtificauerit qualitates requiſitas, &c. nu. 310.*

*Iſti modi etiam ſunt notandi ad reſeruationem regulæ ſequẽtis, quæ etiam contentatur iure ad rem, nu. 311.*

*Conclauiſta cõclauis Sixti V, ſunt vere familiares Papæ ex conſili-*

*conſtitutione Sixti V. quæ in alijs non habebit locum, nu. 312. & 313.*

*An fratres, ſeu nepotes Cardinalium, qui ſunt eorum commenſales, ſint familiares, ad effectum huius regulæ? num. 314. cum ſeqq. reſoluitur negatiue, & ponitur deciſio Rotæ.*

*Licet verbum familiares, varie accipiatur, in propoſito familiares dicuntur deputati ad ſeruitium Domini, nu. 315.*

*Qui in domibus Cardinalium haberent expenſas victus, ſeu partem, non vt familiares, ſed vt amici, aut conſanguinei, vel ex elemoſyna, vel alia cauſa, non ſunt familiares, &c. num. 316.*

*An vicarij ſeu prouiſores Cardinalium dicantur eorum familiares, & illorum Beneficia includãtur in hac reſeruatione? nu. 318. cum ſeqq. reſoluitur negatiue, niſi ille, qui conſtitutus fuit vicarius, eſſet ex familiaribus Cardinalis, &c.*

*Quod dictum eſt de vicarijs, idem de viſitatoribus, & alijs officialibus huiuſmodi, num. 321.*

*An hac regula habeat locum in familiaribus familiarium habentibus partem ab ipſis Papa, vel Cardinalibus? nu. 325. cum ſequentibus reſoluitur affirmatiue cum communi, niſi ratione incertitudinis, quando non conſtaret, qui vinant expenſis Papæ, vel Cardinalis.*

*An ſint reſeruata per hanc regulam Beneficia cubiculariorũ, ſeu camerariorum honoris, qui recipiunt de Palatio partem panis? a num. 33. reſoluitur cum Rota non eſſe reſeruata, & ponitur deciſio, & quod fuit practicatum in vna Segobien.*

*An familiaris habens Beneficium reſeruatum poſſit dimiſſo eo optare aliud; & poſito, quod poſſit, vtrũ dimiſſum maneat reſeruatum, an potius optatum? nu. 334. cum ſequentibus reſoluitur poſſe optare, niſi conſuetudo in contrarium adſit, & quando in optione mutatur titulus, optatum non manere reſeruatum ratione ſubrogationis, ſed dimiſſum, licet ſecus quando non mutatur titulus, & agitur de conſuetudine interpretatiua.*

*Obtinens Parochialem cum Canonicatu ex diſpenſatione ante Concilium obtenta poteſt poſt illud optare aliam Præbendam, cum non mutetur titulus, alias ſecus, nu. 343.*

ITem reſeruauit generaliter diſpoſitioni ſuæ omnes Dignitates maiores poſt Pontificales in Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auri communi æſtimatione excedent. principales in collegiatis Eccleſijs. Reſeruauit etiam Prioratus, prępoſituras, præpoſitatus, ac alias Dignitates conuentuales, & præceptorias generales ordinum quorumcumque, ſed non militiarum, ac quæcunque Beneficia, quę ſui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore exiſtentes, ac S.R.E. viuentium nunc, & qui erunt ſuo tempore Cardinalium familiares continui commenſales obtinent, & in poſterum obtinebũt eorum familiaritate durante, ac in quibus, ſeu ad quæ ius eis competit, aut competierit, etiamſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel alias receſſerint; declarans Dignitates, quæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales non maiores exiſtunt, & quæ ex Apoſtolicæ ſedis indulgentia, vel ordinaria authoritate, aut conſuetudine præſcripta, vel alias quouis modo in Collegiatis Eccleſijs principalem prę eminentiam habere noſcuntur, ſub reſeruatione prędicta comprehendi debere.

256 Hanc regulam vltra † gloſ. & Rebuffum late explicat Mãdoſ. per 21. quæſtiones, & circa eius 1. par-
257 tem, in qua reſeruantur Dignitates maiores poſt † Pontificalem in Cathedralibus, ac principales in Collegiatis, notandum eſt intelligendam eſſe de Dignitatibus, ſeu principalibus actu, nec ſufficere, vt intret hæc reſeruatio, quod Dignitas ſit erecta in maiorem poſt Pontificalem in poſterum poſt mortem obtinentis nunc primam, vt fuit practicatum in Decanatu Valliſoletano vacante per obitum D. Ioannis de la Torre. In qua cauſa in Rota propoſita 11. Decembris 1600. coram D. Mellino. Cum in erectione illius Eccleſiæ in Cathedralẽ Decanatus fuiſſet erectus in maiorem Dignitatem poſt Pontificalem ex nunc prout ex tunc, & è contra, cum primum Prioratus per ceſſum, vel deceſſum, aut alium quamlibet amiſſionem, vel dimiſſionem Prioris, vel illius coadiutoris vacare contigerit, & mortuo Priore, & ſuperueniente illius coadiutore ſucceſſiſſet vacatio Decanatus, qui fuit prouiſus per Ordinarium, fuit reſolutum, quod, quamuis gratia, & erectio fuit perfecta ab initio, eius tamen effectus, & executio fuit dilata in tempus, poſtquã Prioratus vacauerit per ceſſum, vel deceſſum Prioris, vel coadiutoris, vt in terminis ſimilium gratiarum fuit per Rotam reſolutum, & conſequenter ante adimplementum, & effectuationem Decanatus remanet in ſuo ſtatu, & non eſt adhuc prima Dignitas, & ideo non cadit ſub hac regula tertia reſeruatoria, Pariſ. conſil. 82. colum. 1. lib. 4. & ita fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. præpoſituræ 16. Martij 1590. coram D. Bubalo, & licet, ſecuto effectu, clauſula, ex nunc prout ex tunc, retrotrahatur ad diem datæ. Creſcen. deciſa 60. hoc tamẽ non procedit ad effectum reddendi nullam collationem præcedentem, & in præiudicium iuris alteri medio tempore quæſiti. Puteus deciſ. 190. lib. 2. Cota deciſion. 19. & quod ad effectum, vt Decanatus ſit reſeruatus tanquam prima dignitas, debet expectari obitus vtriuſque, tam coadiuti, quam coadiutoris, quia alternatiua reſoluitur in coniunctam ex mente Papæ, qui noluit etiam præiudicare coadiutori, &c. Et quod per appoſitionem manus Papæ in hac erectione Decanatus non remanſit affectus ita, quod non potuerit conferri ab Ordinario ante obitum coadiutoris; nam cum effectus erectionis in primam Dignitatem fuerit dilatus poſt obitum vtriuſque & interea Decanatus non ſit prima Dignitas, manus appoſitio limitata ad certum effectum & in certum tempus nõ inducit affectionem ante ſecutum adimplementum. Gemin. conſil. 136. & fuit reſolutum in Tuder. Beneficij 13. Ian. 1578. coram D. Blãchetto: nec obſtat quod dicitur de deſtinatione, quia deſtinatio non operatur effectum contra intẽtionem deſtinantis ante ſecutum adimplementum. Pelyn. in c. cũ ad eo, nu. 4. de reſcrip. &c. Ita in d. Valliſolet. Decanatus, & tradit poſt hæc Gonçalez, gl. 51. num. 58.

258 Videtur tamẽ, † quod ſi tempore vacationis Dignitas non eſſet actu maior, ante prouiſionem vero eſſet talis effecta, intraret reſeruatio, quia eo ipſo, & in ipſo puncto, quo facta eſt maior actu, eam capit reſeruatio.

Et è conuerſo videtur, quod regula comprehen-
259 deret illam dignitatem, † quæ tunc eſſet actu prima, licet eſſe iam ordinatum, quod, cum primum vacare contigerit, deſineret eſſe talis; ſtatim enim regula eam afficit, & ſatis eſt, quod vigente regula ſemel ſit actu prima.

260 Secundo notandum eſt † ex vltimis verbis huius

regulæ,

regulæ, ibi declarans dignitates, clare apparere, quod dignitates Eccleſiarum Cathedralium, quæ ibi poſt Pontificalem non maiores exiſtunt, habent tamen ſub ſe Canonicos in Collegiatis, ſeu principalem præeminentiam, ſunt reſeruatæ ex hac regul. ex quo ſunt principales in Collegiatis, licet ſint minores in Cathedralibus, & ita hic tenet Gloſſator, quamuis in ſua regul. Innocent. VIII. non haberentur illa verba, declarans dignitates, &c. & ait ſic fuiſſe in Rota pronũtiatum in vna Abbatia Burgen.

261 Vnde apparet, † quod Archidiaconatus de Virbieſca in Eccleſia Burgen. qui in Eccleſia Collegiata oppidi de Virbieſca principalem præeminentiam, & iuriſdictionem habet, eſt reſeruatus ex hac regul. quãuis eo nuper vacante Ordinarius illum prouiderit, & idem in alijs ſimilibus Dignitatibus.

262 Sed dubitatur primo, † an per hanc regulam. 1. p. reſeruentur in qualibet Eccleſia duæ maiores, & duæ principales dignitates, eſto inter ſe vna ſit maior altera? quod dubium mouet Mandoſ. hic 3. quæſt. & reſoluit negatiue, immo, quod vna tantum Dignitas maior in qualibet Cathedrali, & principalis in qualibet Collegiata reſeruata ſit, non obſtante, quod reg. loquatur in plurali, quia pluralitas reſoluitur in ſingularitates, & reſpicit pluralitatem Eccleſiarum, ita, quod in qualibet cathedrali reſeruat dignitatem maiorem, &c. pro qua reſolutione plura adducit. In fine

263 tamen quæſt. ait, † quod poſtquam hæc ſcripſerat, dubium præmiſſum fuit bis in Rota diſcuſſum in vna Tuder. Abbatiæ, pro Reuerendiſſimo Gienen. coram D. Montisflaſconen. & Rota dubia remanſit, tandem dubio tertio propoſito Rota pro maiori parte ſenſit, tum propter pluralem ſermonem, tum propter dictionem, omnes, vniuerſalem comprehendi ſub regul. plures dignitates maiores ſub qualibet Cathedrali, & quod, licet ſibi dura viſa ſit reſolutio, propter authoritatem tamen tantorum Patrum acquieſcit.

264 Sed certe fallitur † in hoc Mandoſ. nam in illa Tuder. non agitur de hoc dubio, ſed de duabus dignitatibus æque principalibus, vt etiam ipſe dicit quæſt. 4. ſub num. 7. & patebit dubio ſequenti, in præſenti igitur dubio pro certo tenendum eſt, non reſeruari, niſi vnam tantum dignitatem maiorem in qualibet Cathedrali, & principalem in Collegiata, vt dictum eſt, & id vult Gonçalez. gloſſ. 21. nu. 7. cum alleget Mandoſium d. quæſt. 3.

265 Secundo dubitatur, † ſi in aliqua Cathedrali ſunt duæ dignitates maiores poſt Pontificalem, vel in Collegiata duæ principales æquales, an ambæ ſint reſeruatæ, vel neutra? In quo dubio dicendum eſt, ambas eſſe reſeruatas; nam verba, & ratio, ac mens regulæ ſunt apta illas comprehendere: & ita per plura tenet Mandoſ. quæſt. 4. *& ſequitur Apor. 2. p. lib. 6.*

266 *cap. vlt. ſub quæſt.* 16 Et tenuit Rota † in d. Tuder. Abbatiæ de Bayona, 13. Iunij 1554. coram D. Montisflaſconen. vt per Guidobonum, deciſ. 34. in manuſcriptis, quæ ait, quod reg. reſeruans Dignitates principales in Collegiatis, & maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus, comprehendit duas Dignitates pariter æquales in Eccleſia propter reg. verbum omnes Dignitates quod eſt aptum de ſui natura comprehendere plures æque principales in eadem Eccleſia: tum etiam, quia eadem eſt ratio reg. & mens illam condentis in duabus ſeu pluribus, quæ in vna, & interrogatus de hoc caſu idem reſpondiſſet conditor regul. & ita fuit per maiorem partem reſolutum.

Et fuit dictum in Turritana Archipresbyteratus adducta dubio ſeq. tenet etiam Zerola in praxi Epiſ. 2. p. verb. Dignitas. §. 4.

267 Tertio dubitatur, † an iſta reſeruatio habeat locũ vbi eſt tantum vna dignitas? in quo, quamuis multi contrarium teneant, Gomezius de expectatiuis nu. 46. Zerola 1. p. verb. dignitas. §. 1. tenenda eſt pars affirmatiua, quam tenet Simoneta q. 85. & Mandoſ. hic q. 5. & ſecuta eſt Rota in cauſa Turritana Archipresbyteratus 7. Maij 1574. vt in deciſ. ſeq.

268 Fuit concluſum per omnes Dominos, † quod reg. 3. reſeruatoria maiorum Dignitatum poſt Pontificales in Eccleſia Cathedrali comprehendit Archipresbyteratum, qui eſt prima Dignitas in Cathedrali Eccleſia Turritana; quia, licet verbum, maiores, quod eſt comparatiuum, ex ſui natura præſupponat poſitiuum. l. 1. vbi Dd. de verborum obligat. tamen ponitur, & pro poſitiuo. gl. in l. vnic. verſ. melius. vbi Decius nu. 53. C. de eo quod intereſt. Pariſ. conſ. 115. nu. 14. volum. 1. etiamſi eſſemus in materia ſtricta, vt dicit Tiraq. de primog. q. 72. num. 5. ſicut dicitur de verbis, optimus, maximus, ſupremus, & proximus, quæ, licet ſint ſuperlatiua, & præſupponant etiam poſitiuum. l. illa verba, de verbor. ſignific. tamen ponuntur etiam pro poſitiuo, & verificantur, etiamſi nullus præcedat, vel ſubſequatur. l. proximus. de verborum ſignificatione. l. 1. §. proximi vnde cognati. vt late per Alciat. in d. l. proximus, vbi etiam ſubdit non ſeruari de iure, quod ſemper requiratur poſitiuum, & inde infert ad primogenitum, quod dicatur etiamſi is ſolus ſit filius, de quo etiam per Tiraquell. in d. tract. de primog q. 1. nu. 3. accedit etiam, quia in reg. non ſimpliciter dicitur maiores Dignitates, ſed additur poſt Pontificales; adeo, vt verum ſit dicere, quod inter hanc, de qua agitur, Dignitatem & Pontificalem nulla reperiatur maior iſla. Conſiderabant etiam aliqui ex Dominis vltimam partem reg. vbi declaratur, ſub ea etiam comprehendi Dignitates, quæ in Cathedralibus poſt Pontificales non maiores exiſtunt; nam ſi vult comprehendi debere etiam non maiores poſt Pontificales, ſequitur, quod comprehendantur etiam illæ Dignitates, quæ ſunt vnicæ, & non habent alias ſupra ſe, & vna pars reg. declarat aliam. l. vtrum. de petitione hæred. præſertim, cum procedat declarando. præterea ſi reg. habet locum, quando ſunt duæ æquales Dignitates in Collegiata, vt fuiſſe reſolutum in cauſa Tuder. Abbatiæ de Bayona coram Montisflaſconen. de anno 1554. vltima Aprilis reperitur annotatum propria manu bonæ memoriæ Oradini in libro informationum ſuper d. cauſa, quem Domini voluerunt videre, & fuit liberallatus ad Rotam, & reperitur etiam annotata eadem deciſ. à Guidobono, in ſua deciſ. 34. à fortiori habebit locum d. reg. quando adeſt vnica tantum Dignitas, cum in vnica conſideretur minus præiudiciũ Ordinarij, quã in duabus, & in vnica Dignitate fuit etiam reſolutum in eadem cauſa Tuder. vt *in d.* lib. Oradini, quam etiam opinionem ſequitur Simoneta in tract. reſeruat. q. 85. cuius rationes omnes placuerunt Dominis præterillam, quod hæc reg. ſit fauorabilis, cum hic articulus, an ſit fauorabilis, vel odioſa, ſit multũ controuerſus, & ſemel fuerit in hac cauſa

diſputatus in Rota ex propoſito; & dubio dato Domini nihil voluerunt pro nunc determinare. Eãdem etiam opinionem ſecutus eſt Apoſtillator ad conſil. Gemin. 36. qui author dicitur eſſe Felynus, & cum ſupradictæ ratjones, quod reg. comprehendat etiam vnicam Dignitatem, viſæ ſint Dominis multum vrgentes, noluerũt ſequi contrariam opinionem, quã nonnulli ſunt amplexi. Non obſtat, quod deciſ. in d. cauſa Tuder. & Simoneta loquantur in Collegiata, & non in Cathedrali, & Dignitas, de qua agitur, ſit in Cathedrali, quia Domini nullam vidẽt eſſe rationabilem diuerſitatem in hoc, cum ſemper militet præiudicium, licet non vniforme, & in deciſ. Guido boni non ſit differentia inter vnam, & alteram. Minus etiam obſtat, quod, cum Dignitas iſta ſit vnica, & propterea monocularis, non debeat comprehendi ſub reg. per ea, quæ de monocularitate tradit Ioã. Monachus in reg. in generali. in 6. & Faſtol. dub. 55. Rota 12. de præben. in antiq. cum alijs, de quibus per Felyn. in cap. in noſtra 24. cor. de reſcript. & alios, de quibus per informantes, quia reſpondetur, quod d. monocularitas non habetur in conſideratione, quando collator habet alia Beneficia, pro vt hic præſupponitur adeſſe vndecim Canonicatus, & Præbendas in Eccleſia Turritana, iuxta dec. Rotæ 40. de reſcrip. in nouiſſ. & Felyn. d. cor. 24. in fin. & licet ſupradicti Canonicatus non ſint eiuſdẽ qualitatis, ſicut eſt Dignitas Archipresbyteratus, tamen ſat eſt, quod adſit exiſtentia aliquorum Beneficiorum, licet nõ eiuſdem qualitatis, vt conſiderat Simoneta d. q. 85. cuius reſponſio placuit Dominis; præterea reg. non habuit reſpectũ ad monocularitatem, ex quo reſeruat Prioratus, & præpoſituras per ea, quæ ſupradicta ſunt. Et poſt hæc hanc ſententiam ſequitur Gonçalez gl. 9. §. 4. à num. 18.

369 Quarto dubitatur, † vnita prima Dignitate poſt Pontificalem Capitulo an regul. intret in ſequenti, & illa ſit prima? in quo breuiter dicendũ eſt, ſequentem eſſe primam, & in ea regul. intrare ad dicta de vnione infra, vltima p. cap. 2. num. 12.

370 Et ita tenuit Rota in cauſa Virdunen. † Decanatus. 9. Martij 1580. coram Illuſtriſſimo Lancellotto, ☞ in qua fuit reſolutum, quod vnita prima Dignitate poſt Pontificalem Capitulo, ſequens eſt prima, & in ea intrat tertia regula reſeruatoria Dignitatũ maiorum poſt Pontificalem, & non in vnita, quia fuit vnita acceſſorie, non æque principaliter, vt patet ex verbis vnionis; cap. vnimus; iunctis notatis per gloſſam, & DD. in capit. 1. ne Sede vacante, & in cap. & temporis. 16. quæſt. 1. Rebuff. de vnio. num. 12. Tum quia, quãdo minus dignum vnitur magis digno, dicitur facta vnio acceſſorie. Rebuff. ibi. num. 19. Menſa vero Capitularis dicitur magis digna, Oldra. cõſ. 257. colum. 6. quando vero Beneficium vnitur alteri acceſſorie, perdit nomen ſuum, & non dicitur amplius Beneficium, ſicut dicebatur ante vnionem, & efficitur vti pediſequa illius cui vnitur. Anch. conſil. 114. num. 2. & efficitur illius membrum, & tranſit in temporalitatem. Rota dec. 2. de exceſſibus Prælatorum, in nou. Caſſador. 3. num. 1. de iudicijs, & in terminis vnionis factæ menſæ Capitulari Eccleſiæ Parochialis, Oldrad. ſupra, & priuatur ſuo debito honore. Calder. conſ. vlt. de rebus Eccleſiæ, & Dignitas dicitur eſſe in eo, cui vnitus, gloſ. in d. c. & temporis. & dicũtur petere iura Beneficij vniti, vt ibi per gloſſam, & hæc eſt natura vnionis, vt faciat ceſſare titul, Gambar. de officio Legati, lib. 5. in princip. nu. 150. vnde in impetratione non eſt facienda mentio de Beneficio vnito, ſed ſufficit exprimere principale. Item non inducitur vacatio, quia ſolum dicitur vacare Eccleſia, cui fit vnio, c. cum acceſſiſſent, de conſtitutionibus, vbi Hoſtienſ. & Abb. 4. notab. ſed collata Eccleſia, cui fuit facta vnio, intelligitur etiã collata Eccleſia vnita, gl. in c. gratia. de reſcript. in 6. & clauſulæ vnionis, cum ſuis præeminentijs, & quod debitis non defraudetur obſequijs, &c. non mutant naturam vnionis, licet Beneficium debeat conſeruari in ſuo ſtatu, & in eo deſeruiri more ſoluto. Abb. in c. expoſuiſti. nu. 7. de præbend. vnde, cum illa prima dignitas vnita non vacet, & non ſit amplius conferibilis, in ea non intrat d. reg. 3.

371 Circa 2. p. huius reg. † in qua reſeruantur Prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, ac aliæ Dignitates Conuentuales, ac præceptoriæ generales ordinum quorumcumque, ſed non militiarum, notandum eſt per eam reſeruari Dignitates principales regulariũ Conuentualium, ſeu Monaſteria Fratrum, quæ non reguntur per Abbates, de quibus reg. præced, ſed per Priores, præpoſitos &c. Gloſſ. hic 2. p. & Mandoſ. ſic intelligendus. q. 8. & 10. *num. 271. Et in cauſa Aſtoricenſi prioratus 18. Decemb. 1598. coram D. Seraphino fuit reſolutum, quod iſta regula reſeruans Prioratus conuentuales procedit in prioratibus ſolitis dari in commẽdam, Mandoſ. reg. 2. q. 3. nu. 1. & 3. & quod hoc etiam oſtenditur ex prouiſione, de qua ibi, in qua Papa oppoſuit clauſulam, dũmodo per ceſſationem commendæ vacet; nec poſſe competere Regi ius patron. in Eccleſia regulari, & conuentuali, niſi oſtenſo priuilegio conceſſo in limine fundationis, vt in pluribus cauſis fuit deciſum in Regien. de Iacobis. Alban. prioratus Vuteren. Abbatiæ, &c.*

372 Nec in ea comprehenduntur Prioratus † præpoſituræ, & aliæ Dignitates temporales, vt ordinum Mendicantium, Gloſſat. ibi, & Mandoſ. d. quæſt. 10. & ſeq. & eius filius Horat. Mandoſ. de priuilegijs ad inſtar gl. 2. nu. 2. iuxta dicta infra. nu. 497. *deciſ.* 511.

Circa 3. p. huius reg. in qua reſeruantur Beneficia
373 familiarium Papæ, † ac Cardinalium continuorũ commenſalium, videndi ſunt Gloſſa. Simoneta q. 35. & 36. & ibi Granutius, Aeneas de Falcon. 4. q. effectu 17. 30. & 47. Sarnen. in proœmio regul. quæſt. 6. circa fin. & in regul. de impetrant. Beneficia per obitum familiarium Cardin. quæſt. 13. & 14. Gambarus de officio Legati, lib. 3. ex num. 133. per plures ſequen. & lib. 5. ex num. 130. Bero. quæſt. 35. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 201. à numer. 111. & Maſcard. de probatio. concl. 755. Et qui dicantur familiares, & continui commenſales Papæ, vide conſtitutiones 78. & 79. Pauli III. & 44. Iulij III. & late Flamin. Pariſ. de reſignatione, lib. 2. quæſt. 16. à num. 36. & Gonçalez gloſſ. 51. à numer. 16. *Et vltra alios, de quibus ibi, ſunt vere familiares, & continui commenſales Papæ ad effectum reſeruationis huius regulæ, & alios effectus cubicularij & ſcutiferi ex conſtitut. 14. Leonis X. milites S. Petri ex conſtitut. 36. Leonis X. & d. conſtitut. 78. Pauli III. milites S. Pauli, ex conſtitut. 23. Pauli III. milites Pij ex conſtit. 5. & 16. Pij IV. & milites Lauretani ex conſtit. 35. Sixti V. quamuis enim iſti re vera non ſint commẽſales Papæ, nec vllam partem victus ab eo recipiãt; tamẽ ex quo ipſe Papa vult quãdo habeãtur pro veris familiarib. & cõtinuis cõmenſalibus, perinde eſt, ac ſi realiter*

*liter eſſent tales, & conſequenter eorum beneficia ſunt reſeruata per hanc reg. Maud. hic q. 18. Simonet. de reſeruat. q. 35. nu. 25. & 27. Peregr. dec. 104. & 81. lib. 3. p. 3. diuerſ. Gonçal. d. gl. 51. à nu. 26. & admittit Rot. in Segunt. Archid. & cano. inf. adducta nu. 332. in nouiſ. Farin. 691. nu. 3. & ita practicatur: quorum etiam beneficia, etiam dimiſſis officijs obtenta ſunt reſeruata, quia ex d. conſtitutionibus ſunt ſedis Apoſtolicæ notarij, ſeu protonotarij, per extrauag. ad regimen, & reg. 1. vt ſup. nu. 208. & ita in facti contingentia reſpondi circa beneficia D. Hieron. Gomez Velacantoris & Canonici Abul. qui fuerat miles S. Pauli, & obijt in menſe ordinarij, quia eo illa non prouidit, ſed fuerũt prouiſa a Papa, vti reſeruata ex familiaritate rõne officij.*

Et videnda eſt etiam d. reg. 30. de impetrantibus
274 † Beneficia per obitum familiarium Cardin. alias 31. & ſequens; ſuper qua reg. de impetrãtibus Beneficia per obitum familiarium Card. vltra Gloſſat. & Rebuffum late ſcribunt Sarnen. & Mandoſ.

275 Iuxta quam reg. in collatione † Beneficij vacãtis per obitum familiaris Cardinalis requiritur conſenſus Cardinalis, in cuius familiaritate deceſſit, licet illud habuerit tempore familiaritatis alterius prædefuncti, & ita tenet Glo. ſuper d. reg. cuius authoritatem ſemper Rota plurimi fecit, Puteus dec. 227. lib. 3. Achilles 1. ſuper hac regul. Fabius dec. 11. lib. 2. & 2. pars regulæ procedit, vbi vterque Cardinalis viuit; ita fuit reſolutum in cauſa Lunen. Sarzanen. Beneficij 29. Aprilis 1594. coram D. Seraphino, *& autea coram Orano 19. Ian. eiuſdem anni, item in Brunduſina Archidiac. 16. Ian. 1604. coram D. Millino fuit reſolutum. Quod d. reg. 31. de impetrãd. benef. vacan. per obitum familiarum Cardin. habet locum etiam in maiori dignitate poſt Pontificalem in Eccleſia Cathedrali, quæ eſt reſeruata in reg. 3. & etiam in ea eſſe neceſſarium conſenſum Cardinalium; quia in reg. 3. reſeruantur quæcunq; beneficia familiarium. Quæ verba comprehendunt primas dignitates, Rot. 2. de offic. presbyt. in nouis 2. quia in d. reg. excipiuntur beneficia officialium. Vnde videtur, beneficia alias reſeruata eſſe comprehenſa ſub regula. Ita Sarn. d. reg. quæſt. 15. & Mand. q. 14. & ſentit antiquus gl. Achil. deciſ. 34.* & requiritur d. conſenſus etiã in prouiſione facienda per Legatum, vel alium habentem facultatem conferendi tale Beneficium, Gonçalez d. gl. 51. num. 66.

276 Notandum autem eſt primo, † quod, licet ad effectum illius regul. nempe, vt in prouiſione Beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis debeat ex primi nomen, & tit. ipſius Cardinalis, & eius ad id accedere aſſenſus, &c. Requiratur, quod fuerit familiaris continuus commenſalis Cardinalis per quatuor menſes ad minus, vt ibi dicitur, tamen ad effectum reſeruationis id non eſt neceſſarium, ſed ſufficit, quod durante familiaritate Beneficia obtinuerit, ſeu in illis, vel ad illa ius ei competierit, quantũcunque paruo tempore duret familiaritas, ex hac regula Mandoſ. hic quæſt. 20.

277 Et procedit hęc reſeruatio, & † diſpoſitio d. reg. 30. etiam ſi poſtea familiaris eſſe deſierit, vt in ipſis iam clare dicitur, & tradit Paulus Gran. ad Simonetam d. q. 35. nu. 40. & 41. plures referens.

278 Secundo notandum eſt, † quod hæc reſeruatio includit etiam Beneficia, ad quæ familiares habebat ius ad rem, quicquid dicat Gonçalez infra, ex quo reſeruat Beneficia, quæ familiares obtinent familiaritate durante, & in quibus, ſeu ad quæ ius eis competit. Aeneas de Falcon. d. effectu 47. Mãd. hic q. 14. nu. 2. qui tamen reprehendit Aeneam ibi in quantũ vult adaptare quæſtiones concernentes ius ad rem d. reg. 30. ſeu 31. quæ non continet ius ad rem, ſicut
279 iſta, nec de eo agit. Quod quidem eſt † verum ſecundum regulas antiquiores, iam tamen comprehẽdit illa regula etiam ius ad rem, & ſecundum regulas antiquiores procedit deciſ. Rotæ 427. par. 1. diuerſ. quæ de d. reg. 30. loquitur, licet tibi dicatur 3. quæ quidem non percipit Gonçalez gloſſa. 1552. num. 4. nec intellexit Mandoſium. Sed oportet aduertere, quod, licet in ſpecie illius regulæ ſufficiat iam ius ad rem competiſſe familiaritate durante, tamẽ ſi familiaris, cui ius ad Beneficium competebat, decederet ante conſecutionem iuris in re, non haberet locum
280 illa regula, † cum loquatur de Beneficijs vacantibus per obitum familiarum, nec habeat locũ, ſi alijs modis vacent. gloſ. ibi, & Aeneas d. effectu 17. circa fin. verſ. nonum eſt, Sarnen. q. 4. & 7. & Mand. q. 5. & 8. ibidem, Flam. Pariſius, lib. 8. q. 10. ad fin. & Beneficia non dicantur vacare per obitum habentis ſolum ius ad rem, ſed vt prius, vt ſupra parte præcedent. c. 3. num. 6. & 9. & 60.

281 Quamuis illud Beneficium eſſet reſeruatum per hanc regulam, quæ reſeruat Beneficia, quæ familiares obtinent familiaritate durante, ac in quibus, ſeu ad quæ ius eis competit. Vnde ad effectum huius reſeruationis, & vt ea intret, ſufficit ius ad Beneficium competiſſe familiari familiaritate durante, ſiue vacet ex perſona illius, ſiue non, ſed vt prius ceſſante iure ad rem.

282 Quod tamen non habere † locum in iure ad rem quæſito ex acceptatione familiari expectãti, qui poſt acceptationem obijt, docet Mandoſ. hic d. q. 14. cum Aenea d. effectu 47. 1. modo. qui tamen id non dicit,
283 ſed, quod d. regul. 30. † non poteſt verificari in iſto modo, quia, cum alius tale Beneficium impetrans à Papa non teneatur facere mẽtionem de tali iure. Rota deciſ. 144. alias 17. de prębend. in nouis. Aegidius 167. ſequitur, quod nõ requiratur conſenſus Cardinalis, cuius erat familiaris defunctus, & quoad hanc 3. reg. inquit ad fi. dict. effectus, quod non dubitaret
284 omnes prædictos modos, † aut plures ex incluſis in ea, quia huiuſmodi reſeruatio eſt fauorabilis: quæ ratio, licet non ſit certa, vt ſupradictum eſt. num. 67. tamen adhuc exiſtimo illud ius includi in hac regul. cum in eo verificentur verba regulæ.

285 Nec obſtat ratio, † qua mouetur Mandoſ. ibi, ad quem ſe refert Granutius ad Simon. d. quæſt. 35. nu. 43. quod tale ius eſt debile, & parum conſiderabile, ex quo collatio, & reſeruatio facta à Papa de tali Beneficio valet, de acceptatione expectãtis nulla facta mentione, vt idem Aeneas ait effectu 15. & 3. quæſt. nu. 17. & ſic illud ius à regula noſtra neglectũ videatur. Quia reſpondetur, quod hæc reſeruatio inducitur ad hoc, vt ceſſante iure ad rem, vel vacante Beneficio, ad quod familiaris ius habuit, non poſſit Ordinarius de illo prouidere; ad quod ſatis conſiderabile eſt illud ius ex acceptatione quæſitum, cum reſpectu inferiorum ſit verum ius ad rem, quamuis reſpectu Papæ conferentis tale Beneficium, non ſit cõſiderabile ex ratione, de qua in d. dec. 17. & ſupra d. c. 3. p. præced. nu. 24.

286 Et diſcorrendo breuiter per alios modos, † quib. ius ad rẽ acquiritur, quos proſequitur Aeneas d. effectu. 47. ſecundus modus, quem ibi ponit, eſt per

mandatum de prouidendo de prima Præbenda factum recepto, ſiue creato in Canonicum authoritate Apoſtolica, de quo d.c.3.4. modo, & in iſto modo arbitratur Aeneas ibi hanc reg. & d. reg. 30. verificari, quia talis Præbenda per Canonicatus Collationem reſeruationem, & decreti interpoſitionem remanſit affecta, quod videtur, inquit, hodie deciſum per extrauagantem Pauli II. ad Roman. Pontifices. de præbend.

Sed iſtud intelligo, quando durante familiaritate
287 † ſucceſſit vacatio Præbendæ, † tunc enim ille habet ius ad illam, quod includitur in hac reg. & ante vacationem non habet niſi ſpem, ſicut de expectante diximus d. cap. 3. num. 16. nec reſeruatio, & decreti interpoſitio afficit ante vacationem, cum ſit ſuper incerto, iuxta ſupradicta. num. 148. & ſeq. nec d. Extrauag. probat contrarium, nec multum facit ad propoſitum,

288 Tertius modus, † quem ponit Aeneas ibi, eſt per electionem, de quo d.c.3.1. modo, quem non includi in prædictis regulis ait Aeneas, ibi, quia, ſi electus moreretur in curia; nõ maneret reſeruatum Beneficium, vt dixit præced. effectu,

289 Sed iſta ratio nihil valet in † propoſito, nam hic non agitur de inducenda reſeruatione ob vacationẽ, ſed propter ius ad rem familiari competens, & ideo verius eſt, iſtud ius includi in hac regula vt idem Aeneas videtur tenere ad fi. d. effectus, & etiam in d. regul. 30. ſaltem hodie iuxta ſupradicta, & ita tenet Sarnen. in regul. de iure quæſito, q.1.1. modo,

290 Quartus modus, † quem ponit Aeneas ibi, eſt per præſentationem, de quo d.c.3.2. modo, & ait includi in prædictis reg. ſi ſit per præſentationem clerici, qui non poteſt variare, quia erat ſibi acquiſitum irreuocabiliter, & idem tenet Sarnen. d. reg. de iure quæſito, q.1.2. modo dicens, quod quoad effectum aliarum regularum de iure loquentium putaret faciendam eſſe differentiam inter ius ad rem ex præſentatione clerici, vel laici; nam ius competens ex præſentatione laici non eſt ita radicatum nec firmum in perſona præſentati propter variationem, quam laicus facere poteſt, ſicut eſt illud ius prouenions per præſentationem clerici, &c.

291 Vnde idem eſſet in præſentatione laici, † cum non poſſet variare, vt quia iurauit non variare, vel lapſum eſt quadrimeſtre, tunc enim ius ad Beneficium ex ea competens includeretur in hac regul. ſi alias tale Beneficium caderet ſub reſeruatione, vt quia eſſet ius patronatus laici ex priuilegio, ſeu conſuetudine, &c.

292 Quintus modus, † quem ponit Aeneas eſt per reſeruationem faciam pro familiari de certo Beneficio, de quo d. cap. 3. 6. modo, quem putat includi ſub d. regulis, quia remanet Beneficium reſeruatum per mortem ipſius reſeruatiui, vt in d. Extrauag. Paul. II. & Sarnen. d.q.1 6. modo, inquit. quod ius huiuſmodi erit conſiderabile, non ſolum quoad illam reg. de iure quæſito, ſed etiam quoad alias reg. de iure quæſito loquentes.

293 Intelligo tamen iſtod ius includi in hac † regul. & in d. reg. 30. quando Beneficium reſeruatum pro familiari vacaret durante familiaritate, nam ſi familiaris reſeruatiuus, pro quo reſeruatum eſt Beneficium nondum vacans, decederet ante vacationem illius, non maneret Beneficium reſeruatum per hãc regulam, quamuis maneret affectum, ex quo Papa ſemel manum apposuit iuxta dict. Extrauagantem Pauli II. vt dicit Aeneas ibi, & effectu 16. & 5, quæſt. principali. q.12.13.17. & 18.

294 Sextus modus, quem ponit Aeneas, eſt per † collationem nondum acceptatam, de quo d.c. 3. 5. modo, & putat hunc etiam includi in prædictis regulis, quia erat ipſi prouiſo acquiſitum ius in tali, vel ad tale Beneficium irreuocabiliter, Sarnen. d.q.1.5. modo, ait iſtud ius eſſe conſiderabile quoad omnes regulas & impetrationes,

295 Septimus modus, † quem ponit Aeneas eſt per conſuetudinem optandi, per quam acquiritur ius ad præbendam, quæ poteſt optari cap. 1. in princip. de conſuetud. in 6. de quo d.c.3. ſeptimo modo, ponit exemplum; mortuus eſt quidam Canonicus, cuius præbendam poterat, & volebat optare alter Canonicus, qui erat familiaris Papæ, aut Cardinalis, qui priuſquam optaret, mortuus eſt, an talis præbenda inoptata remaneat reſeruata, & ſic includatur in hac reg. 3. & in 30. & ait forte quod ſic, per prædictam rationem, de qua in præced. modo.

296 At Sarnen. d.q.1.7. modo, ait, † quod licet iſtud ius ſit conſiderabile quoad illam regulam, tamen quoad effectum d. reg. 30. & quo ad alios effectus eſt magis dubitandum.

297 Ego falſam exiſtimo d. ſententiam Aeneæ, † nam, ſi illa præbenda inoptata remaneret reſeruata, & includeretur in hac reg. non poſſet per ſequentem optari, primo, qui erat familiaris, mortuo, aut poſſet optare nolente, quod videtur abſurdum.

298 Videtur tamen † quod poſſet intrare reſeruatio huius reg. in præbenda optata per eum, qui erat familiaris tempore, quo competebat eius optandi, quamuis tempore ipſius optionis iam non eſſet familiaris, & in Dignitate, ſeu Beneficio optato per familiarem, qui ante ſubſecutam collationem faciendam, quia mutatur titulus, deceſſit, quia tunc ſpecialiter erat ei acquiſitum ius ad talem Dignitatem, ſeu Beneficium optatum.

299 Octauus modus, † quem ponit Aeneas, eſt per ceſſationem ſolutionis penſionis in terminis conuentis, & deſcriptis in literis Apoſtolicis propter clauſulas poſitas in eis, nam ſi propter non ſolutionem familiaris penſionarius mouerit iudicium contra principalem, & deceſſerit, forte, inquit, tale Beneficium cadet in reſeruatione huius regulæ, & forte in literis in iſto caſu ius in re tribuitur, inquit, ſequenti modo.

300 Sed, cum de ſtilo Rotæ non ſit † locus regreſſui, vel acceſſui ob non ſolutionem penſionis, niſi data magna proteruia vſque ad tertium ſententiam, vt in d.c.3. octauo modo, decedente penſionario ante canonizatum regreſſum, vel acceſſum, non videtur Beneficium cadere in reſeruatione huius regulæ.

301 Nonus modus, † quem ponit Aeneas, eſt per regreſſum, quem familiaris habebat ad Beneficia Titij, nam ſi contingat, inquit, Titium primo mori, poſſea ipſum familiarem priuſquam vigore regreſſus poſſeſſionem apprehenderit, Beneficia Titij forte cadent in reg. hac, &c. Quod mihi certum videtur maxime, quia tunc in regreſſu ius in re tribuitur, vt ipſe ibi, ſub verbo, forte, dicit.

302 Et idem erit in acceſſu, & † in coadiutoria, cum futura ſucceſſione, ex quibus ius ad Beneficium competit,

petit, vt in d.cap.3. decimo modo enam ſi ſuccedente vacatione Beneficij, habens acceſſum, vel coadiutoriam in familiaritate, deceedat antequã in eo intret, erit reſeruatum per hanc regul. maxime ſi in literis acceſſus, & coadiutoriæ fieret collatio in euentum vacationis, ex nunc prout ex tunc, & ſic tribueretur ius in re. Conſonat Sarnen. d.q.1. decimo modo, dicens, quod ius ad rem per regreſſum, & acceſſum, eſt conſiderabile, quoad omnes regulas, & diſpoſitiones de iure quæſito loquentes.

Si tamen familiaris habens regreſſum, acceſſum
303 vel coadiutoriam, ante vacationem † decederet, aut vacationis tempore non eſſet iam familiaris, tale Beneficium nõ includeretur in hac reg. & d.reg.30. quia illud ius ante vacationem non eſt conſiderabile, cum ſit conditionale in euentum vacationis, Caſſad.deciſ.3. de præbend. Mobed.23. cod. tit.

Niſi in literis adeſſet decretum, quod ex nunc ple-
304 num ius in † vel ad Beneficium ſibi acquiſitum exiſteret, nam tunc videtur, quod ſi ille tempore cõceſſionis gratiæ, ſeu illa exiſtente, eſſet familiaris, includeretur tale Beneficium in hac reg. & d.reg.30. propter illud decretum, quãuis tempore vacationis deſijſſet eſſe familiaris, etiam per mortem Cardinalis.

305 Vnde, cum Canonicatus Ciuitaten. vacaſſet † de menſe Martij 1594. per obitum Franciſci de Cueto, qui tempore, quo fuerat conſtitutus coadiutor in d. Canonicatu, cum futura ſucceſſione, & clauſula, quod ceſſante coadiutoria, Ordinarius, ex nunc prout ex tunc, & è contra, ei conferret Canonicatum prædictum, & cum decreto, quod ſi d. Frãciſcus idoneus repertus ſit, ex nunc plenum ius in, vel ad d. Canonicatum acquiſitum ſibi exiſteret, fuerat familiaris continuus commenſalis Cardinalis Toletani D. Gaſparis de Quiroga, qui habebat indultum, vt omnibus gratiæ prærogatiuis, fauoribus, &c. conceſſis Cardinalibus præſentibus in Curia Romana gauderet, ac ſi præſens eſſet, ad Mandoſ. d. reg. apud eum. 32. quæſt. 23. tempore tamẽ, quo coadiutoria ceſſauit, & ſucceſſit in Canonicatu dict. Franciſcus, deſierat iam eſſe familiaris dicti Cardinalis,
306 dubitatum fuit, an eſſet conferendus † de cõſenſu dict. Cardinalis, iuxta d.reg.30. ſeu 31. quæ contentatur iure ad rem competente tempore familiaritatis, in quo D. Seraphinus tunc Rotæ Decanus, nunc Cardinalis Illuſtriſſimus de ordine Sanctiſſimi dedit ſuum votum contra Cardinalem Toletum, quia illud ius ex coadiutoria dicebat non eſſe conſiderabile, vtpote conditionale, & ſic fuit ſignata ſupplicatio de dicto Canonicatu in fauorem Licent. Viuero, qui illud prætendebat ſine conſenſu d. Cardinalis, cum penſione 200. ducatorum; re tamen ad Rotam delata ad inſtantiam Cardinalis dubium fuit bis propoſitum, & tandem maior pars Dominorum inclinabat contra votum Decani, præcipue ex d. decreto poſito in coadiutoria, licet non fuerit pro tunc
307 † capta reſolutio, ſed cauſa dilata; interim fuit ſignata ſupplicatio in fauorem D. Franciſci Pacheco familiaris d. Cardinalis de conſenſu illius, cum eadem penſione, cui ille conſenſit, & ita cauſa non fuit amplius propoſita, nec habuit effectum gratia d. Licen. Viuero.

Decimus & vlt. modus, quem ponit Aeneas, eſt
308 per priuationem † in forma iuris, per quã, inquit, afficitur debitum Beneficium, &c. de quo d. capit. 3. nono modo, quem tamen non putat comprehendi in reſeruatione huius reg. cum non vacet tale Beneficium antequam ille priuetur, nec ille familiaris ante mortem dicitur habuiſſe aliquod ius, Rota deciſ. antepen. in nouis.

309 Iſti ſunt modi acquirendi ius ad rem, † id eſt, ad Beneficium, quos ad effectum huius reſeruationis noſtrę reg. proſequitur breuiter Æneas d. effectu 47. quos ad alios eff. ctus proſequimur d. cap. 3. p. pract. vbi addimus alium verum modum, nempe per mandatum de prouidendo de certo Beneficio vacante, qui includetur in hac regul. & 12 per oppoſitionem, qui in ea non videtur includi, niſi quando oppoſitor iuſtificauerit qualitates requiſitas per fundationem, conſtitutionem, ſeu priuilegium. ita vt cenſeatur ab illa vocatus, & ſola prouiſio deficiat ad ibi dicta.

310 Qui etiam ſunt notandi † ad reſeruationem regulæ ſequentis de Beneficijs collectorum, & ſub collectorum, quæ etiam contentatur iure ad rem.

311 Tertio notandum eſt, † quod in vna Benouentana Beneficiorum 15. Nouemb. 1597. coram D. Seraphino fuit reſolutum. Conclauiſtas eſſe vere familiares, *& continuos commenſales*. Papæ, & illorum Beneficia ſpectare ad liberam collationem Papæ ſine conſenſu Cardinalis, cuius ſunt familiares conſtitut. 32. Sixti V. de priuilegijs conclauiſtarum &c. Flamin. Pariſ. d. lib. 2. q. 16. nu. 37. *Et Gonçalez gl. 51. num. 25.*

312 Sed d. conſtitutio ſolum † loquitur de conclauiſtis conclauis, in quo ipſe Sixtus ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumptus eſt, vnde in alijs nõ habebit locum, niſi adſit alia ſimilis conſtitutio. Quam fecit etiam S. D. N. Paulus V. de conclauiſtis ſui conclauis, & Leonis XI. pridie Calend. Aug. 1605.

313 Sed dubitatur primo an fratres, † ſeu nepotes Cardinalium, qui in eorum domo ſunt tanquam tales, & continui commenſales, & viuunt eorum expẽſis, ſint familiares ad effectum huius regulæ, verbi gratia D. Petrus de Deça cum Cardinali Deça eius patruo, & noſter Decanus D. Didacus de Bracamõte, cum eius fratre Cardinali Auila.

314 Et reſpondendum eſt negatiue, † nam licet verbum familiares, varie accipiatur, & domeſtici dicantur familiares Abb. in cap. cum dilectus. num. 2. de cleric. non reſiden. Felyn. num. 1. in literis. vbi gl. de teſtibus, at in propoſito familiares dicuntur deputati ad honeſtum ſeruitium Domini, qui dicuntur ſeruitores, ſeu famuli, cap. fin. de verborum ſignific. in 6. & ibi Ioan. And. Domin. num. 8. & Francus 14. Probus ad Monachum in cap. vnico. de Schiſmaticis
315 in 6. num. 8. & 9. Simoneta † quæſt. 35. num. 2. Sarnen. in reg. de impetrantibus Beneficia per obitum familiarium Cardin. quæſt. 13. & Mandoſ. ibi q. 10. num. 3. Flam. Pariſ. lib. 5. quæſt. vlt. num. 196. *Auend. in d. verb. Viuir, Matien. in l. 2. tit. 5. lib. 5. Recop. gloſ. 7.* & Açor. lib. 5. cap. 23. quæſt. 8. facit deciſ. Caſſadori vnica de verborum ſignificat.

316 Et ſic, qui in domibus † Cardinalium haberent expenſas victus, ſeu partem, nõ vt familiares, & ſeruitores, ſed vt amici, aut conſanguinei, vel ex eleemoſyna vel alia cauſa, non ſunt familiares, nec eorũ Beneficia ſunt reſeruata. Bonifacius in Clement. fin. de celebrat. Miſſar. num. 34. Simoneta num. 6. & Sarnen. ſupra Bero. quæſt. 35. nu. 3. & 4. Maſcard. conc. 755. num. 3.

317 Et ita in termi.inis † D.Fernan.Mexia de Mendoça nepotis ex ſorore Card. D. Ioannis de Mendoça fuit reſolutum in vna Salamantina, & Abulenſi, Beneficiorum 9. Iunij 1599. coram D. Penia, vt in ſequent. deciſione: Rota cenſuit Don Ferdinandum Mexia de Mendoça non fuiſſe familiarem bonæ memoriæ Cardinalis de Mendoça ad effectum, vt Beneficia per eius obitum vacantia remanſerint reſeruata; nam cum ad iſtum effectum requiratur mens & dens, Sarnen. in reg. de impetrant. Beneficia per obitum familiarium Cardin. quæſt. 13. & ex qualitate perſonæ receptæ, & intentione ſeruiendi colligatur, quis ſit, vel non ſit familiaris, in caſu propoſito hæc omnia excludebant familiaritatem; primum qualitas perſonæ Ferdinandi, qui cum eſſet nepos Cardinalis ex ſorore ex nobiliſſima progenie, licet cum Cardinali conuiueret, non tamen morabatur in eius palatio tanquam familiaris, ſed tanquam nepos, & ſanguine Cardinali coniunctus, neque Ferdinandus prætendebat dicto Cardinali inſeruire tanquam familiaris. Sarnen. in d.quæſt. 13. Francus in c. fin. de verborum ſignificatione. num. 14. lib. 6. receptio etiam excludebat familiaritatem, quia Ferdinandus non fuerat receptus in palatio Cardinalis, vt ſeruiret, & propterea deputatus illi fuerat magiſter, qui in literis humanioribus eum inſtrueret ſicut quotidie actu innuebat; vnde cum intētio Cardinalis recipientis non fuiſſet, vt Ferdinandus deputaretur ad aliquod honeſtum ſeruitium Cardinali impēdendum, ceſſabat familiaritas, cum ille dicatur familiaris in hac materia, qui deputatur ad aliquod honeſtum ſeruitium impendendum. Francus in d.c. fin. nu. 14. de verbor. ſignificatione in 6. Mandoſ. in reg. de impetran. Beneficia per obitum familiarium Cardin. quæſt. 10. nu. 3. denique intentio recipiētis, & recepti familiaritatem penitus excludebant; nam reſpectu Cardinalis notum erat eum non recepiſſe Ferdinandum, vt ſibi inſeruiret, ſed vt literis operam daret, & ſtudia virtutum complecteretur, & hanc Cardinalis intentionem probabat tractatus. & reputatio, quia neque Cardinalis tractabat Ferdinādum tanquam familiarem, neque Ferdinandus communiter reputabatur tanquam familiaris, vt teſtes aſſerebant, quod ſufficit ad excludendam familiaritatem. Simoneta tract. de reſeruatio. quæſt. 24. Bellamer. deciſ. 612. reſpectu Ferdinandi recepti manifeſtius erat eum non acceſſiſſe ad Palatium Cardinalis, tanquam familiarem, ſed tanquam nepotem; neque prædictis obſtabant deducta per informantes pro Ioanne Gaetan. quod Ferdinandus eſſet commenſalis Cardinalis, & viueret illius expēſis, & quędam eiuſdem Cardinalis imperata exequeretur, & coram eodem Cardinali ſtaret nudo capite, & ſimilia, quia reſpondebatur primo, quod ceſſante animo vtriuſque, recipientis videlicet & recepti, iſta omnia non operantur familiaritatem. Sarnen. d.quæſt. 13. ſecundo reſpondebatur Ferdinandū iſta omnia præſtitiſſe non tanquam familiarem, ſed tāquam nepotem, atq; ex his reſpondebatur ad dicta teſtium pro contraria parte examinatorum, quanquam non admodum vrgerent, *Et hanc deciſionem ponit Sal. Tiber. in praxi lib. 3. ſub c. 9. idem fuit reſolutum in Hiſpal. 6. Archid. 20. Febr. & 26. Iun. 1606. coram D. Iuſto.*

318 Secundò dubitatur, † an Vicarij, ſeu proviſores Cardinalium in eorum Epiſcopatibus, ſeu Abbatijs habentes ab eis expenſas, ſeu menſam, aut ſalarium, ſeu ſtipendium dicantur eorum familiares continui commenſales, & illorum Beneficia includantur in hac reſeruatione? Et reſpondetur negatiue; nam illi re vera non ſunt, nec dicuntur familiares, id eſt, ſeruitores, ſeu famuli (hiſpane criados,) ſed officiales, & tanquam tales, & non tanquam familiares recipiunt expenſas, ſeu ſtipendium à Cardinali.

319 Et facit quod ait Sarnen. d. quæſt. 13. ante fi. non eſſe familiarem continuum commenſalem eum, qui accedebat ad Cardinalem cauſa docēdi eum in literis Græcis, Hebraicis, & Latinis, ob quam cauſam Cardinalis portionem panis, & vini, non tanquam familiari, ſed magiſtro miniſtrari iubebat.

Quamuis Segura de Aualos in directorio iudicū
320 Eccleſiaſtici fori. 1. p. c. 14. nu. 34. † dicat iudices ordinarios, vel Delegatos Epiſcoporū venire appellatione famulorum, & ex communi vſu loquendi famulos nuncupari &c. *Quem ſequitur Sbroc. de Vicario Epiſcopi in addit. ad quæſt. 147. lib. 2. dicens, quod Vicarij Epiſcoporum veniunt appellatione famulorum ſeu familiarium, & quamuis Sarmien. ſelect. lib. 7. c. vlt. dicat, quòd Vicarius Epiſcopi eſt eius familiaris,*

321 Et ita in propoſito tenuit Rota † vt per Simonetam d.q. 35. nu. 21. & Mandoſ. hic q. 19. qui eam ſequuntur. *Et fuit d. in Parm. can. 11. Febr. 1585. coram Gipſio.*

Quæ tamen intelligit Rota, & cum ea Simoneta,
322 † & Mandoſ. ibi, niſi ille, qui conſtitutus fuit Vicarius, eſſet ex familiaribus continuis commenſalibus Cardinalis; nam tunc talis etiam Vicarius effectus manet, cum adhuc ſit in ſeruitio Cardinalis, & eius expenſis viuat, & refert Gonçalez glo. 51. num. 66. *Et nouiſſime Farin. deciſ. 691.*

323 Quamuis ſi eſſet conſtitutus Vicarius ſine † ſalario, aut expenſis, non maneret continuus commēſalis, & ſic Beneficia, quæ tunc obtineret, non caderent ſub hac reſeruatione.

Et quod dictum eſt de Vicarijs, idem dicendum
324 † erit de viſitatoribus, & alijs officialibus huiuſmodi.

325 Tertio dubitatur, † an diſpoſitio huius reg. quæ loquitur de familiaribus Papæ, & Cardinalium, habeat locum in familiaribus familiarium habentibus partem, ſeu expenſas ab ipſis Papa, vel Cardinali-
326 bus? In quo † DD. communiter partem affirmatiuam tenent, eo, quod ſeruiendo familiari Papæ, vel Cardinalis, dicūtur illis ſeruire: & facit l. quæſitum. §. ſed an inſtrumenti. ff. de fundo inſtructo, & quæ tradit Oldrad. conſ. 11. ita Salicetus in l. 2. C. de Epiſcopis & Clericis ad fin. & Gloſſator hic, & ſuper regul. Iulij II. de prærogatiuis expectan. 7. p. & Sarnen. qui multa adducit ad propoſitum, q. 14. Aeneas de Falcō. q. 4. principali effectu 30. Simoneta quæſt. 35. num. 11. & ibi Granutius, Menoch. de arbitrar. caſu 201. nu. 170. Et Mandoſ. hic q. 17. ait pro hac parte
327 ſe obtinuiſſe † in vna Regien. partialium S. Chriſanti, & Dariæ, coram R. D. Reomano, de meſe Ian. ſeu Februarij 1551. dato enim dubio, an Beneficia familiaris comedentis in tinello Papæ familiaris, & continui commenſalis Papæ dicantur reſeruata, ſicut Beneficia veri familiaris? Domini de Rota concluſerūt pro affirmatiua in fauorem D. Antonij Braualæ ſui clientis.

328 Sed hæc communis ſentētia † patitur difficulta-

tem

tem ex multis adductis per Sarnen. ibi in princ. & Mandoſ. qui ait, quod quæſitum præmiſſum pro vtraque parte ſatis diſputabile videtur, & quod quid ipſe ſentiat aperiet ſuper 7. par. regul. de prærogatiuis expectan. ſed non habemus ſcripta, Mandoſ. ſuperilla, & contrariam ſententiam tenet Guido Papa conſ. 30.

Nihilominus non puto recedendum à communi
329 † ſententia, maxime, cum ſit authoritate Rotæ comprobata.

330 Aduerte tamen cum Gloſſat. † hic, & in d. 7. par. reg. Iulij II. de prærogatiuis expectan. ad fin. quod, ſi Papa, vel Cardinalis daret ſuo familiari portionem, ſeu expenſas pro ſe, & duobus familiaribus, & ille haberet plures, vt tres, vel quatuor, & non nominaret illos duos, qui viuunt expenſis Papæ, vel Cardinalis, nullius Beneficia ſunt reſeruata, ratione incertitudinis. argum. l. duo ſunt Titij, ff. de teſtament. tutela, & l. ſi fuerit. ff. de rebus dubijs, & gloſſæ in cap. nolite recedere, 11. quæſt. 3. verb. triticum. ſequitur Sarnen. d. quæſt. 14. verſic. 2. limitatur, & facit quod dicetur infra num. 367.

331 Quarto dubitatur, † an ſint reſeruata per hanc regulam Beneficia cubiculariorum, ſeu camerariorum honoris, qui recipiunt de palatio partem panis: & videbantur eſſe reſeruata iuxta conſtitutionem Pauli III. 78. 79. & etiam videbantur reſeruata per regul. 6. vbi reſeruantur Beneficia cubiculariorum.

332 Nihilominus tamen contrarium in † terminis fuit per Rotam reſolutum, in vna Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus, 19. Martij 1601. coram D. Lancellotto, vt in deciſione ſequenti. Vacantibus Archidiaconatu, & Canonicatu in Eccleſia Seguntina, per obitum quondam Don Petri de Sylna, de menſe Auguſti. 1599. defuncti, D. Epiſcopus Seguntinus gratia alternatiuæ gaudens alterum ex ijs contulerat D. Ioanni Cachon, & alterum D. Didaco Eſcalante, eos autem vti reſeruatos à Sede Apoſtolica impetrauerat D. Io. Baptiſta Rincon. Et reſeruatio deducebatur ex eo, quod prædictus Petrus fuerat cubicularius honoris fœlic. record. Sixti V. recipiendo partem panis, quamuis enim adeſſet vnus teſtis deponens, quod haberet etiam partem vini; tamen omiſſo, quod eſt vnicus, non concludit: nam reddens rationem ſuæ depoſitionis dicit, quod aliquando cum dicto D. Petro comedit, & pro veroque panis Papalinus apponebatur, quæ ratio nihil facit ad partem vini, & cum ratio non concludat, dictum infringitur. Aymon. conſ. nu. 4. vltra quod poteſt eſſe, quod quandoque aliqua occaſione vinum de Palatio habuerit, non tamen quod illud quotidie reciperet quẽadmodum panem. Et ceſſat omnis difficultas, ex fide computiſtæ Cameræ ſiue Palatij Apoſtolici atteſtantis prædictum D. Petrum in rolis familiarum Sixti V. reperiri deſcriptum ſub rubrica cubiculariorum honoris, qui partem panis tantum recipiebant. Orta deſuper lite inter prouiſum Apoſtolicum, & prouiſos ab Ordinario, eaque coram me introducta, dubitari contigit, an conſtaret de reſeruatione horum Beneficiorum? & Domini reſoluerunt, non adeſſe aliquam reſeruationẽ; cum enim reſeruatio ſit odioſa. glo. in c. præſenti verb. finitur, de officio Legati in 6. Biſign. dec. 1. in fine, de Præb. Caſſad. deciſ. 3. n. 5. de reſeruatio, eaque nõ inducatur, niſi in caſibus expreſſis. Caſſador. deciſ. 2. nu. 9. de reſeruatio. Simoneta de reſeruatio. q. 5. cum alijs ibi relatis in appendice, non poteſt dici huiuſmodi cubiculariorum Beneficia eſſe reſeruata, cum id nullibi cautum reperiatur, non in regula tertia reſeruatoria, nõ in cõſtitutione Pauli III. neque in Bulla Iulij III. non denique in alia regula ſexta. Si enim inſpiciamus regulam tertiam reſeruatoriam, cum illa loquatur de familiaribus continuis cõmenſalibus, non intrat, niſi concurrat vtraque qualitas, familiaritatis ſcilicet, & continuæ commenſalitatis, Simoneta de reſeruatio. q. 35. in princip. Gambar. de offic. & poteſtate Legati, lib. 3. tit. de officio, & poteſt. Beneficia conferen. num. 166. Beroius quæſt. 35. quæ qualitates deficiunt in huiuſmodi cubicularijs, ex quo continua commenſalitas corpore, & dentibus contrahitur. cap. fin. cum ibi notatis de verborum ſignification. lib. 6. ex eo namque ſolo, quod quis recipiat panem in Palatio, non eſt continuus commenſalis, quia iſte panis datur potius honoris gratia, quam ratione commenſalitatis, cum in ſolo pane non viuat homo. Alfon. de Soto Gloſſator. antiquus ſuper dict. regul. 3. in fin. Sarnen. de impetrant. Beneficia per obitum familiarium Card. quæſt. 13. num. 11. idem Sarnen. deciſ. 3. Simoneta deciſ. 24. nec hic applicari poſſunt deducta ex deciſ. Peregrini 104. quod familiaris ex priuilegio comprehendatur ſub reg. reſeruatoria, in quibus terminis procedit etiam deciſ. in cauſa Beneuentana Beneficiorum, coram R. P. D. meo Decano, quia non apparet de aliqua declaratione Papæ, vel priuilegio, quod huiuſmodi cubicularij honoris ſint veri familiares, & continui commenſales. Si vero attendamus conſtitutionem Pauli III. ſine regul. Cancellariæ, de qua in Bullario, nu. 78. & 79. illa procedit in cubicularijs officialibus, vt patet ex illius inſpectione, cum loquatur de ſcriptoribus, militibus, cubicularijs, & alijs officialibus, & ſemper hæc qualitas officialis ſit repetita, ac ideo non eſt extendenda ad cubicularios honoris, qui non ſunt officiales, cũ enim ſit exorbitans, ex quo facit continuos commenſales, qui reuera non ſunt, ſtricte debet intelligi de officialibus. Puteus deciſ. 313. lib. 1. & hoc modo hanc regulam intellexerunt Sarnen. in proœmio regul. q. 6. nu. 9. & de impetran. Beneficia vacantia per obitum familiarium, q. 13. nu. 16. Mandoſius ſuper regula 6. quæſt. 1. num. 8. & ita fuiſſe deciſum in Rota coram Mariſcotto, in cauſa Lucen. Archidiaconatus 23. Maij 1540. refert Puteus deciſ. 33. alias 38. de Præbend. in manuſcrip. & in alia Adrien. refert idem Puteus ſupra allegata deciſ. 313. lib. 1. in impreſſis. Bulla vero Iulij III. in Bullario 44. declarans Eccleſiarum Prælatos, qui ſolum ratione ſuæ perſonæ panem ex palatio habent, eſſe veros, & indubitatos continuos commenſales etiam ad effectum regulæ reſeruatoriæ, cum emanauerit ad declarationem, & ampliationem regularum Pauli III. quæ comprehendebant tantum illos Prælatos, qui percipiebant panem ratione officij, eam extendendam ad eos Prælatos, qui ſolo intuitu perſonarum, abſque aliqua conſideratione officij, panem habent, debet intelligi, & regulari ſecundum d. conſtitutiones, quas declarat l. hæredes palam. §. ſi quid. ff. de teſtam. vt ſcilicet comprehendat Prælatos, qui ratione perſonæ panem accipiunt. quales ſunt Archidiaconi, qui habẽt panem ratione perſonæ; quod ſuadetur, quia illos Papa creat ſuos domeſticos, & cõtinuos

tinuos commenſales, vel vt comprehendat Prælatos maiores, non autem Archidiaconos, aut Rectores Eccleſiarum, qui proprie non ſunt Prælati. Clementina, dudum cum ibi notatis de ſepulturis. Abb. in c.2.nu.16.de iudicijs, & in c.tua nos. nu.2. de Clerico ægrotan. maxime in hac materia reſeruationis, in qua, vt dictum eſt, facienda eſt ſtricta, & propria interpretatio. Beroius d.q.35. Genuin.conſ.136. nu. 2, idem etiam dicendum eſt, attenta reg.6. per quam reſeruãtur omnia Beneficia cubiculariorum, & curſorum, quia illa iuxta opinionem, quam alias Rota ſecuta eſt, non poteſt huiuſmodi cubicularios comprehendere; cum enim per conſtitutionem Leonis ſuper erect. Collegij cubiculariorum anno 1515. de qua in Bullario. nu.14. §. & ne Apoſtolicorum, ſit expreſſe prohibitum, ne vltra numerum cubiculariorum præſcriptũ in erect. illius Collegij, & antiquos familiares, & continuos commenſales pro tempore exiſtentium Romanorum Pontificum aliquis alius nomen, aut titulum cubiculariorum vſurpet, regula non poteſt habere locum in iſtis cubicularijs, cum de tempore editionis regulæ non eſſent amplius cubicularij, & in his terminis habemus ſupra allegatam deciſ. Putei 33. de præbend. Ant. Auguſt. in epitome ſuper hac reg. Mohed. deciſ. 90. alias 2. de probation. licet non ſit admodum clare relata, lex namque quæ ſemper loquitur, comprehendit ſolum cubicularios de tempore regulæ exiſtentes, non autẽ eos, qui ſunt prohibiti nominari cubicularij, & ideo quicquid dicendum eſſet ante Bullam Leonis, de quo tempore procedunt dicta per Alfon. gio. ant quum. ſuper hac reg. in fin. eam ſcilicet intelligendam eſſe de cubicularijs extra muros poſtquam d. Bulla ſupervenit, nõ poſſunt applicari ſtante huiuſmodi prohibitione. Neque obſtat Mandoſ. ſuper hac reg. q.1. n fin. quia multum ſe involuit, & in poſteriori edit. non animaduertit ad prohibitionẽ, de qua in Bulla Leonis, nec ſuadet contrarium ratio per eundem conſiderata, quod non poſſit intelligi de cubicularijs officialibus, cum ſimilis reg. extaret tempore Sixti IV. & ſic anno 1472. & Innocenti VIII. anno 1484. & Collegium cubiculariorum officialiũ fuerit poſtea erectum à Leone X. anno 1515. ſicut, quod neque poſſit habere locum in alijs cubicularijs, quia alias eſſet ſuperflua, cum iſti ſint comprehenſi in reg. 3. reſervatoria Beneficiorum familiarium, & continuorum commẽſalium; nam quantum ad primum, quamuis ab initio regula hęc intelligeretur de ijs cubicularijs, qui non erant officiales, tamen ſuperueniente Bulla Leonis X. prohibente, quod nullus alius, præter expreſſos in ea. poſſit dici cubicularius, reg. non poteſt loqui de illis, qui non ſunt amplius. Quantum vero ad ſecundum, non eſt inconueniens, quod ratione maioris Dignitatis, quam habent alij cubicularij ſecreti, vt per Staphil. in tit. de prærogat. expectan. §. videdum. nu.42. ſit etiam facta particularis reſeruatio ſuorum Beneficiorum, vltra quod, cum hæc reg. declaret explicite, ac diſtincte, quod implicite erat diſpoſitum, & expreſſum, non poteſt dici ſuperflua. Gemin. in c.1. nu.22. de ſumma Trinitate, Ruin. cõſ. 89. num.17. verſ. nec obſtat vol.2. Non obſtat, quod Beneficia vacantia per obitum Capellani honoris, videantur reſeruata. Rota dec.21. de Præben. in antiquis. & deciſ.12. eod. tit. in nouis. & Gloſſator antiquus ſuper hac reg.6. tum quia nos non verſamur in Capellano, tum quia ex d. dec. non poteſt colligi, vnde proueniat hęc reſeruatio, quæ potuit forſan occaſione familiaritatis cum continua commenſalitate ortum habuiſſe. Nec potuit fieri fundamentum in literis ſçl. recor. Gregorij XIV. quia quicquid dicendum ſit ad effectum expediendi gratis, eũ agatur ad effectũ reſeruationis, quam eſſe plane, & concludenter probandam, fuit pluries deciſum, non probant; tum quia narratiua emanauit ad inſtantiam partis; tum quia eſt de facto prædeceſſoris; tum denique, quia non fuit facta motu proprio. Vital. in Clement. 1. de probatio. num.28. Potens deciſ.338. lib.3. & ita concluſum. Quam deciſionem poſt hanc refert, & ſequitur Gonçalez gl.51.nu.93.

333 Et iuxta hanc deciſionem, † cum de menſe Decemb. 1603. vacaſſet Archipresbyteratus Segobien. per obitum D. Alfonſi Perez, qui fuerat cubicularius, ſeu Camerarius honoris Clementis VIII. fuit prouiſus per D. Petrum de Caſtro Epiſcopum Segobien. eius nepoti D. Petro de Caſtro, qui illum nunc poſſidet, &c.

334 Vltimo dubitatur, †quod etiam deſeruit ad alias regulas, an familiaris habens Beneficium reſeruatum, ratione familiaritatis in Eccleſia, in qua adeſt conſuetudo, ſeu priuilegium optandi, poſſit dimittendo eo, quod habet, optare aliud? & poſito, quod poſſit, vtrum dimiſſum maneat reſeruatum, an potius optatum?

335 Et quantum ad primum, certum videtur † poſſe optare, niſi conſuetudo particularis in contrarium adſit. Collectarius in c. dilect. quæſt.7. de Præbend. Card. conſ.126. Simoneta quæſt.45. nu.8. & ſupponunt Aeneas de Falcon. Probus, Rebuff. & Paul. Grauutius ſtatim citandi, & tradit Gonçal. gloſ.34. num.42.

336 Quantum ad ſecũdem iſti D. dicunt † optatum tantum eſſe reſeruatum, & loco dimiſſi ſubrogari, & ſequitur Aeneas de Falcon. 4.q. effectu 37. Probus ad Monach. in c. fin. de conſuetud. in 6. ſub num.27. litera B. Rebuf. in hac regul. verb. obtinet, & Paulus Grauutius ad Simonetam. quæſt.35. nu.42. & Gonçalez ſupra num.40.

Et vtrumque tenuit Rota in vna Salamantina Portionis 15. Octobr. 1584. coram D. Vicecomite, vt ſe in ſequen. deciſ. Dubitaui, an habens Portionem reſeruatam, poſſit optare, & an in caſu, de quo agitur, probetur conſuetudo negatiua? Domini duobus exceptis tenuerunt poſſe, nec conſuetudinem contrariam probari: primo, mouebantur authoritate Collectarij in cap. dilecto. q.7. de Præbend. Cardin. conſ. 126. ad fin. qui non habent Doctorem contradicentem. Secundo, mouebantur ex generalitate Bullæ Nicolai V. quæ dat facultatem optandi indiſtincte nullo excepto, nec familiari Papæ, nec alio, ergo generaliter intelligenda vulg. iuribus, præcipue, cum nullum ex hac optione oriatur incommodum Papæ, ex quo optio ſit de pinguiori Portione; quæ cum tubeat onus reſeruationis, vtilius erit reſeruantibus. Ceſſat etiã alia ratio, quæ huic opinioni prima fronte obeſſe videbatur, nempe, quod ſequens non poſſit optare, cum dimiſſa ſit reſeruata; quoniam, cum onus reſeruationis tranſeat ad Portionem optatam, dimiſſa remanet libera, vt declarat Card. allegatus, & Simoneta, trac. de reſeruatio. q.45. & ſic ceſſat illa ratio mouebantur etiam, quoniam, ſi diceremus habentes

bentes Portiones reſeruatas ratione familiaritatis Papæ, non poſſe optare, ſequeretur, quod eſſent deterioris conditionis, quam alij, quia cogerentur perſiſtere in Portione tenui, & in conſequentiam præiudicaret reſeruantibus, nec putabant obeſſe contraria. Primo, quod non liceat tunc optare, quando dimiſſa non eſt libera, quia reſpondetur, quod dimiſſa remanet libera, cum onus illius tranſeat in optatam. Nec obſtat reſponſio data ad conſilium Cardin. diſtinguendo inter Portionem titularem, & temporalem: quoniam, licèt in alijs caſibus fortaſſe differrẽt, in hoc nulla concludens ratio aſſignari poteſt, quando perſonæ familiaritas non trahat ad ſe reſeruationem, ita vt Portio poſſeſſa a familiari non aſſumat ſtatim qualitatem perſonæ, & definat qualitas in Portione, vbi perſona qualificata poſſideri definat. Quoad conſuetudinem contrariam, Domini dixerunt non probari, quoniam aliqui ex teſtibus non allegant exempla, vt eſt opus, ex Bart. in leg. 2. Codic. quæ ſit longa conſuetud. alqui non dicunt de tempore, aliqui loquuntur in regreſſatis, & litigioſis, in quibus eſt diuerſa ratio, ideo probanda erit melius.

337 Sed ab hac deciſione receſſit † poſtea Rota in eadem cauſa 11. Februarij 1585. vt in ſequenti deciſione, Fuit dictum per Dominos in caſu, de quo agitur, locum eſſe conſuetudini interpretatiuè, quia, cum verba Bullæ ſint generalia, quod Capitulum debeat conferre portionario, propter generalitatem inducitur probabile dubium, circa quod verſatur conſuetudo interpretatiua, vt per ſimilem generalitatem verborum alias fuit deciſum, circa dictionem, quælibet, quæ eſt apta comprehendere maiora expreſſis, vt pro parte D. Aluari dicebatur per doctrinam Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. glo. 7. num. 2. cum ſequ. etiam cum per iſtam conſuetudinem non poſſit dici aliquid additum, vel immutatum, ſed tantum illa generalitas longo vſu declarata ſit intelligendo de antiquioribus, qui non haberent reſeruata, talis cõſuetudo non poteſt dici, niſi declaratiua, & interpretatiua ad l. hæredes palam. §. 1. vbi Bart. ff. de teſtamen. & per Gabriel. de reg. iuris. conclu. 1. in princip. & illa magnam vim habet, vt per Abbã. in cap. cum dilectus. num. 7. de conſuetudine, & in cap. 1. num. 14. de conſtitut. nec illa obſeruantia, & interpretatiua conſuetudo eſt contraria Bullæ, ſed immò conformis illi, vt ex eius verbis ſubſecutis etiam elicitur, quia ſi Beneficia vacantia per aſcenſum ſecundum Bullam pertinent ad collationem Capituli, & Beneficia huiuſmodi reſeruata non poſſunt ſpectare ad Capitulum, ſed ad Papam, Rota deciſ. 10. & 22. de Præbend. in nouiſſ. & 14. & 35. eodem tit. in antiquis, Simoneta de reſeruatio. qu. 58. verſic. hac vero ætate, etiam dictum præcedens, quod Capitulum teneatur conferre antiquiori, intelligitur de antiquiori, qui habeat Beneficium liberum, & illud ad liberam diſpoſitionem Capituli pertinere poſſit, quod importat verbum, conferre, per Gemin. in ca. nemo ſub num. 7. & ibi Franc. num 5. de elect. in 6. Caſſador. deciſ. 8. num. 11. in quo artic. de priuil. Aymon conſi. 284. ſub nu. 2. & licèt etiam in reſeruatis optio locum habeat, vt optatum ſubintret in locum reſeruati ſicut fuit reſolutum, tamen iſtud intelligitur, quo ad ipſas præbendas, vt vna fiat reſeruata in locum præcedentis; ſed quando titulus mutatur, iſta ſubrogatio non videtur poſſe fieri, etiam ſecundum Card. conſi. 126. verſic. fin. ergo, & Calder. conſil. 3. ſub num. 2. verſic. ſed talis optato, de conſuetudine, & facit Francus. in cap. 1. eodem tit. in 6. Putrus deciſ. 267. ſiue 262. libr. 2. & ad ſummum ſunt hinc inde opiniones. Vnde, cum conſuetudo dederit hanc intelligentiam, vt teneatur Capitulum conferre antiquiori habenti liberum, dicitur omninò interpretatiua, vt per Aretinum conſil. 84. numero 5. & dicitur interpretatiua, etiam quod mala eſſet interpretatio vt per Abb. d. cap. dilectus eodem num. 7. de conſuetud.

338 In qua etiam cauſa † 20. Decemb. eiuſdem anni 1585. coram D. Cantuccio, fuit reſolutum: Quod in conſuetudine interpretatiua nulla requiritur præſcripto, etiam decẽnalis, ſed ſufficit per aliquot actus ita aliquando ſeruatum Gabriel. de conſuetud. concluſ. 1, nu. 69. Menoch. de arbitrarijs. caſu 83. nu. 10. Puteus deciſ. 287. lib. 1. cum aliis, &c. & 26. Aprilis 1586. coram D. Robuſterio, † Domini fuerunt in deciſis, & dixerunt eſſe interpretatiuam, licèt fortè ſit contra communem opinionem, cum eſt interpretatio iuris dubij, & non inductio, &c. ſeu interpretatio verborum dubiorum, &c.

340 Ex qua deciſ. 11. Febr. apparet, † quod in optione, quando mutatur titulus, optatum non ſubrogatur loco dimiſſi reſeruati, & ſic ratione ſubrogationis non erit reſeruatum, & ſuppoſito, quod habens Beneficium reſeruatum, optet aliud, prout poteſt in Eccleſia, vbi adeſt optio, non ſtante conſuetudine particulari, ſeu obſeruantia interpretatiua in contrarium, vt ſtat in d. Eccleſia Salamantina, dimiſſum ſpectabit ad prouiſionem Papæ ratione reſeruationis, ſeu affectionis, optatum autem, vt dixi, non erit reſeruatum, niſi tempore optionis adhuc duret qualitas inductiua reſeruationis, puta familiaritas, ſubcollectoria, Prothonotariatus, &c.

Nec obſtat, quod poſtea Rota in vna Vrgellen. 341 Canonicatus 7. Maij 1593. coram D. Blanchetto tenerit ad opinionem, quam tenuit prius in d. Salamantina, vt apparet ex deciſ. infra adducta, nu. 146. 342 quia, vt ex ipſa † deciſ. conſtat, ibi erat optio tantũ quo ad præbendam temporalem, & non mutabatur titulus Canonicatus, Rota deciſ. 6. de conſuetud. in nouiſ. & 10. de præben. in antiquis, Francus in ca. fin. de conſuetud. in 6. nu. 6. & ibi Prob. ad Monach. 27. circa finem. Caſſad. deciſ. 17. de præben. Puteus 201. lib. 2. Mohed. 1. de conſuetud. alias 46. & Rota in Oſcen. optionis 4. Iun. 1593. infra adducta par. ſequ. c. 4. nu. 14. & ſic non eſt contra deciſ. poſteriorem, in d. Salamantina, in qua ita diſtinguitur.

343 Et ſic procedit declaratio S. Congreg. quę ſic ait, Cong. Concilij cenſuit obtinentem Parochialẽ vna cum Canonicatu ex diſpenſatione Apoſtolica ante Concilium Trident, obtenta, potuiſſe poſt Cõcilium abſque alia diſpenſatione optare præbendam pinguiorem. Si enim mutaretur tit. id non haberet locum, ſicut non poſſet in alia Eccleſia obtinere aliam præbendam retinendam cum Parochiali, etiam dimiſſa prima, & multas quæſtiones in materia optionis vide per Gonçalez d. glo. 34. & vide etiam dicta inf. num. 449.

§. 6. De

## §. 6. De regula 4.

### *Reſeruatio beneficiorum collectorum & ſubcollectorum.*

SVMMARIA.

*Regulam quartam hic poſitam qui explicant.nu.* 344.
*Non requiritur exercitium officij collectoris, vel ſubcollectoris, vt eius Beneficia ſint reſeruata. nu.* 345. *& 346. vbi ponitur deciſio Rotæ, immo ſola deputatio ſufficit, etiam ante notitiam nu.* 347. *quamuis requiri exercitium tenuerit alias Rota, & aliqui nu.* 350. *& explicantur, verba regulæ, quæ videntur obſtare, nu.* 351.
*Transfertur iuriſdictio, quo ad habitum in delegatum a tempore datæ, licet, quo ad exercitium requiratur præſentatio literarum, nu.* 348. *&* 349.
*Beneficia, quæ collectores, ſeu ſubcollectores habuerunt tempore officij, ſunt reſeruata, etiamſi ante officium illa obtinuiſſent, nu.* 352. *quamuis contrarium teneat Mandoſ. nu.* 353 *& verbum, obtinere, non ſolum ſignificat impetrare, ſeu aſſequi, ſed etiam tenere, ſeu retinere, nu.* 354. *& ſeq.*
*Impetranti Beneficium, vt reſeruatum ratione ſubcollectoria, ſufficit illam probare. nec tenetur probare, quod erat vnicus, ſed aduerſario incumbit onus probandi pluralitatem, num.* 356.
*Etiam ſtante ſubcollectore generali in vna Prouincia, Beneficia ſubcollectoris particularis in vna Ciuitate ſunt reſeruata. num.* 357. *& à fortiori ſunt reſeruata Beneficia ſubcollectoris vnici, in vna Ciuitate, vel Diœceſi, licet ibi ſit collector generalis, nu* 358.
*Difficultas, quod ſubcollector, cum ſit ſubdelegatus, non poteſt alium ſubcollectorem conſtituere, nu.* 359.
*Prima reſponſio, quod intelligatur in ſubcollectore deputato a ſubcollectore vniuerſali, qui poteſt ſubdelegare, vt delegato ad vniuerſitatem cauſarum dicitur, & talis ſubcollector eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſicut inquiſitores, & quando committuntur omnes cauſæ motui talis territori, dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, num.* 360. *& ſequent.*
*Secunda reſponſio, quod d. reſolutio poteſt intelligi, quando ſubcollector fuit deputatus a ſubcollectore facto a Papa, qui perinde eſt ac collector, & alium deputare poteſt, nu.* 364. *& alia reſponſio planior ibid.*
*Si collector ſucceſſiue plures ſubcollectores deputauit in aliqua Ciuitate, vel Diœceſi, ita quod eodem tempore vnicus tantum fuit, eorum omnium Beneficia ſunt reſeruata, num.* 365. *& ſubcollectorem ſecundum deputando, primum tacitè reuocare videtur. nu.* 366.
*Quando eodem tempore ſunt duo, aut plures ſubcollectores in vna Ciuitate, vel Diœceſi, neutrius Beneficia ſunt reſeruata, num.* 367. *licet vtriuſque deputatio valeat, num.* 368. *niſi in facultate ſubcollectoris ſit limitatio, quod non poſſit, niſi vnum conſtituere, num.* 369. *& tunc non intrare prima, &c. num.* 371.
*Id procedit, ſiue vtriuſque deputatio facta eſt ſimul ſiue alias, ſi de prioritate, vel poſterioritate non conſtat, quia neutrius Beneficia erunt reſeruata, nu.* 370. *ſi vero facta deputatione vnius fiat deputatio alterius non reuocando primum, licet Beneficia habita per primum, vſque ad deputationem maneant reſeruata, tamen beneficia poſt eam obtenta, & beneficia ſecundi non erunt reſeruata, n.* 371.
*Regiſta non habet locum in ſubcollectore particulari deputato ab alio ſubcollectore particulari, etiam ex facultate data a Papa, vel conſuetudine, nu.* 373. *eſſent tamen tunc reſeruata Beneficia primi ſubcollectoris a collectore deputati, n.* 374.
*Si eſſet vnus ſubcollector in Ciuitate, & alius in Diœceſi, ait iſti comprehenderentur ab iſta regula? nu.* 375. *reſolnitur, quod non, etiamſi vna Diœceſis ſit valde lata, & habeat plures Cathedrales, ac Ciuitates, &c.*
*Licet collectoris facultas ſit probanda per literas, ſubcollectoria tamen probatur per teſtes, num.* 376. *ad effectum probandi reſeruationem, ſecus, quando agitur de probanda facultate ad effectum ſoluendi, num.* 377.
*Nec ad effectum probandi reſeruationem probatur ſubcollectoria per teſtes de communi reputatione, & fama nu.* 378. *& ponitur reſolutio Rotæ.*
*Requiritur ad iſtum effectum ſubcollectorem eſſe deputatum cum omni iuriſdictione, & non vti nudum miniſtrum, &c. nu.* 380.
*Beneficium ſubcollectoris a collectore generali deputati, qui tempore deputationis erat excommunicatus, & publicatus, exercuerat tamen officium, eſt reſeruatum, &c.* 381.
*Beneficia illius, qui fuit deputatus commiſſarius, ſeu ſubcollector pro recuperandis bonis cuiuſdam Eccleſiæ, vacantia extra Italiam per collectorem Apoſtolicum, pro Italia deputatum, non ſunt reſeruata, n.* 382.
*Beneficia illius, qui vni tantum negotio eſt impoſitus, non ſunt reſeruata, in quo, nec actu, nec potentia poſſunt verificari verba reg. officia exercuerint, ibidem, nu.* 383.
*Sicut per redditionem computorum facta per collectorem dicitur expiraſſe ipſius officium, ita cenſetur expiraſſe officium ſubcollectoris, &c. nu.* 384.
*Subcollector debet eſſe perſona in Dignitate conſtituta, alias deputatio eius nulla, & reſeruatio ceſſabit. nu.* 385.

ITem reſeruauit generaliter omnia Beneficia Eccleſiaſtica quorumcunque collectorum, & vnicorum in quacumque Ciuitate, vel Diœceſi, qui ſuo tempore officia exercuerint ſubcollectorum, fructuum, & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum, illã videlicet Beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus, ſeu ad quæ ius tunc eis competebat.

344 Hanc regulam, vltra Gloſſato. antiquum, † Soto, & Rebuffum explicat per 11. quæſt. Mandoſ. de qua etiam videnda eſt Bellenci. de charitatiuo ſubſidio. quæſt. 106. & ſequent. Simoneta quæſt. 32. 33. & 34. & ibi Paulin. Granutius, & Maſcard. de probation. concluſ. 317.

345 Circa quam primo notandum eſt, † non requiri exercitium officij collectoris, vel ſubcollectoris, vt eius Beneficia ſint reſeruata Felin. in cap. in noſtra de reſcrip. col. 21. Mil. in reper. verb. Beneficia collectorum. Selua de Benef. 2. p. quæſt. 11. 10. qualitate. Simoneta d. q. 33. a nu. 8. Caſſad. deciſ. de verb. ſignif. Caputaqu. deciſ. 140. & ſequen. parte 1. & dec. 76. p. 3. Mandoſ. plures deciſ. & authoritates adducens hic quæſt. 4. Flam. Pariſ. dicens communem de reſignatione Benef. lib. 2. quæſt. 16. num. 26. & Zerola in praxi Epiſcopali, 1. p. verb. Beneficia, §. 2. fallen. 8. & 2. p. verb. exempti. §. 6. qui dicunt ſolam deputationem ſufficere etiam abſque acceptatione, & exercitio. *& in Feretran. Parochialis 20. Iun. 1558. coram Rubeis fuit dictum, quod Rota non requirit exercitium quo ad reſeruationem beneficiorum.*

346 Et fuit reſolutum in cauſa † Vrgellen. Canonicatus

extus 7. Maij 1593. coram Illustrissimo Cardinal. Blanchetto, vt in sequen. decis. Circunscripto capite obiectæ apostasiæ, ac attentatorum, cum non respiciant propositum dubium, Domini dixerunt Breue esse iustificatum, quamuis enim vacatio mensis stante acceptatione alternatiuo, & residentia Episcopi non intret, quia satis dicitur pertinere libera collatio ad Episcopum, postquam in ipsa collatione faciẽda alius secum non concurrit, nec optio Præbendæ ali quod impedimentum operatur collationi Canonicatus. Calder. cons. 30. de consuetud. tamen quo ad reseruationem, quæ oritur ex subcollectoria Petri Cases, illa dicitur concludenter probata; cum enim subcollectoria ex depositionibus testium probari possit, nec requiratur scriptura. Mill. verb. probatio, qđ quis sit subcollector. & sufficiat etiam dictum vnius testis cum aliquibus adminiculis, vt fuit resolutum coram D. Gipsio in causa Foroliuien. Beneficij anno præterito, ex testium, quorum pro parte Ferdi. copia data fuit, satis probatur subcollectoria Petri, primus enim testis iuxta 24. dicit illum fuisse subcollectorem, dum esset Canonicus Vrgellen, 5. testis optime deponit, & est bene informatus, cum esset Fiscalis Cameræ Apostolicæ penes collectorem. 4. de publica voce, & fama, & vidit instrumentum deputationis in manu Ferdi. non obstat, quod non probetur exercitium, quia sufficit d. Petrum fuisse paratum ad exercend. ipsum, si se occasio obtulisset, & Chisanen. decis. 14. non obstat quod Petrus Cases dimisisset Canonicatum, quem obtinebat tempore, quo erat subcollector, per optionem alterius, quia Canonicatus optatus subrogatur in locum dimissi, & in istum transit reseruatio. Cardin. cons. 126. Collector cap. dilecto no. 7. de Præben. Simoneta de reseruatio q. 35. num. 42. & fuit resolutum in illa Salamantina portionis coram Reuerendissimo Mediolanen. 15. Octobris 1584. ex quibus ita fuit resolutum. *idem fuit resolutum in causa Astoricen. Archidiaconatus 6. Nouemb. 1602. coram D. Lancellotto, quod non requiratur exercitium, sed sufficiat subcollectorem paratum esse ad exercendum, quotiescumque se offerat occasio. Et in Placentina, seu Compostellana Thesaurarie 25. Maij & 16. Nouemb. 1609 coram D. Ortembergo, vt in decis. seq. 183 & 184.*

347 Immo sola deputatio sufficit, † etiam ante quam suam potestatem videat, vel recipiat. Rota decis. 12. de Præb. in nouis, & etiam ante notitiam, vt cum Gaspar. de Perusio de reseruatio. nu. 13. & Æneas de Falcon. 3. q. princip. nu. 16. firmat Mandos. sup.

348 Nec obstat doctrina Rotæ † decis. 21. de concess. Præb. in nouis, alias 459 quam sequitur Franc. in c. super eo 2. de appellat. à nu. 9. quod iurisdictio, seu potestas delegata non acquiritur iudici, etiam quoad habitum, nisi scienti, & consentienti, & receptis lite-
349 ris. verius enim † est, transferri iurisdictionem, quoad habitum in delegatum à tempore datæ, licet quoad exercitium requiratur præsentatio literarum. Roman. cons. 353. nu. 7. & 8. Felin. in c. eam te nu. 21. & in c. scisciatus, nu. 12. de rescrip. & in c. fi. de præsumpt. nu. 37. Coral. 4. p. c. 1. nu. 12. Mandos. reg. 27. q. 17 nu. 4. & reg. 31. q. 1. qui plures refert. Molina. de Hispanorum primog. lib. 2. cap. 7. nu. 58. & in terminis, Rota d. decis. 12. de Præben. in nouis ad fin. & dicetur infra 6. pag. cap. 2. dub. 1. à nu. 7.

350 Quamuis contrarium, scilicet † requiri exercitiũ officij ad reseruationem, tenuerit alias Rota, vt per Crescen. decis. 17. de Præbend. Puteum 315. lib. 1. & Thom. de Thanis decis. 114. in manuscriptis, & dec. 1846. lib. 3. p. 3. diuer. & *decis.* 1019. &c. quod etiam fuit dictum in vna Foroliuien. Capellæ 2. Iulij. 586. & tenet Paulus Granutius ad Simonetam d. q. 32. ad fi. & Mascar. sup. num. 27. & in subcollectoribus gloss. hic ex illis verbis reg. qui suo tempore officia exercuerint.

351 Sed per ista verba non † requiritur exercitium actu, sed potentia, ideſt, quod suo tempore Papæ reseruantis fuerint tales collectores, vel subcollectores, & per ea intendit Papa declarare solum reseruare Beneficia collectorum, & subcollectorum sui temporis &c. & vide dicta inf. nu. 383. *Conducunt tradita per Hor. Mandos. de priuil. ad instar. glo. 15. num. 46. 47. & 48. & ista melior solutio & interpretatio, quam illa quæ traditur in 2. dec. Placentina supra adducta num. 349. quod ista verba reg. qui suo tempore exercuerint, intelligenda videntur ad differentiam eorum, qui non vere, sed ficte essent subcollectores, &c. Et in d. Astoricen. dicitur, quod dec. Putei, & alia allegata in contrarium, intelligenda sunt de exercitio largo modo, scilicet, quod per ipsos non stet, & quod sint parati exercere.* & istam sententiam, quod requiratur exercitium subcollectoris, vt intret reseruatio, tenet post Gonçal. glo. 51. à num. 70. eam intelligens, vt sufficiat, quod talis subcollector sit deputatus, & acceptauerit, & pro tali sit communiter reputatus, ac fuerit d. officium exercere paratus, quamuis actualiter non exercuerit, quia non venit occasio, vel alias fuerit legitimo impedimento detentus. & allegat Chisanen. decis. 24. & d. decis. Vrgelen. quæ non satis probant suam sententiam. *Quantum ad hoc, quod requiratur acceptatio, & quod vltra deputationem subcollector pro tali sit communiter reputatus; probant tamen, quòd non requiritur exercitium actuale, quod nos defendimus, & ipse Gonçal. amittit.*

352 Secundo notandum est † Beneficia, quæ collectores habuerunt tempore officij, esse reseruata ex hac reg. etiam si ante officium illa obtinuissent, vt recte tenet, & probat Bellen. quæst. 120. Felin. d. cor. 21. & Selua supra. sequitur Simoneta, d. quæst. 32. num. 1. & Granutius ad eum quæst. 33. num. 18. & Æneas de Falcon. 4. quæst. principali, effectu 22. loquens in terminis regulæ præcedentis de reseruatione Beneficiorum familiarium, & est decis. Rotæ 10. de præbend. in nouis.

353 Quamuis contrarium teneat Mandos. hic † quæst. 5. qui tamen fatetur nostram sententiam nullum habere contradictorem. Nec obstat verbum, obtinue-
354 rint, quod ponderat Mandos. † pro sua opinione dicendo, id est, impetrauerint, seu assecuti fuerint, quia significat impetrare, seu assequi, vel consequi, Nam
355 respondetur, quod verbum, obtinere, † significat etiam tenere, seu retinere, l. clam. possidere. versic. is autem, & ibi glos. verb. obtinenda, ff. de causa possess. Alber. in diction. verb. obtinere, idem Mandos. in glo. facultatum. §. sane. verb. obtinebat, Rota decis. 233. num. 29. par. 1. diuersorum, & patet ex reg. 3. ibi, obtinent, & 54. de valore, ibi, obtinuerint, & sic accipitur in proposito, vt constat ex verbis seq. & in quibus, seu ad quæ, ius eis competierit. secundum Bellenci. quicquid inuoluat Mandosius, & hoc iam clarius patet, quia non dicitur iam in regul. obtinuerit, sed obtinebant, quod clare significat, id est, tenebant.

Tertiò

56 Tertiò notandum eſt, † quod quamuis iſta reg. reſeruet Beneficia vnicorum in quacumque Ciuitate, vel Dioceſi ſubcollectorum, tamen impetranti Beneficium, vt reſeruatum ratione ſubcollectoriæ, ſufficit illã probare, nec tenetur probare, quod erat vnicus, ſed aduerſario incumbit onus probandi pluralitatem, cum ſit præſumptio de vnitate, vt rectè tradit Mandoſ. hic q. 1. dicens, ita tenuiſſe Dominos de Rota in vna Calagurritana Scholaſtriæ de Logrono coram R. P. D. Ant. Auguſt. vlt. Maij 1546. & ſequitur Maſcar. ſup. nu. 24. *intellige tamen niſi vnicitas ſit expreſſa per impetrantem in ſua gratia, quia tunc erit per eum iuſtificanda, & probanda iſta qualitas & narratiua vnicitatis, vt fuit reſolutum in cauſa Licien. beneficiorum 4. Febr. 1608. coram D. Cauallerio.*

57 Quarto notandum eſt, † quod, licet collectorum Beneficia, & ſubcollectorum vnicorum, in qualibet Ciuitate ſint reſeruata, tamen adhuc, ſtante ſubcollectore generali in vna Prouincia, Beneficia ſubcollectoris particularis in vna Ciuitate ſunt reſeruata, propter iſtam regul. loquentem de vnico, quia eſt vnicus, non obſtante generali ſubcollectore in Prouincia & ita tenuit Rota, vt apud Chiſanen. dec. 34. & Guidobonum deciſ. 31. in manuſcriptis. Vnde à
58 fortiori ſunt reſeruata † Beneficia ſubcollectoris vnici in vna Ciuitate, vel Dioceſi, licet ibi ſit collector generalis, vt Valliſoleti, quod nota ad Beneficia D. Ioannis Martinez de Recalde Prioris Valliſoletani, qui, vt audiui, erat ſubcollector, &c.

59 Sed contra prædictam reſolutionem facit † difficultatem, quod ſubcollector, cum ſit ſubdelegatus, non poteſt alium ſubcollectorem conſtituere, ſeu ſubdelegare, c. ſuper quæſtionũ, §. ſi vero, & ibi gloſſ. verb. delegare, de offic. de leg. c. cum cauſam. de appellatio. & ibi gl. verb. delegatus, & Francus nu. 11. & l. à iudice, C. de iudic. & ibi gl. & D. & dicetur infr. cap. 8. nu. 167.

60 Cui difficultati reſponderi poteſt, † eum Mãdoſ. hic quæſt. 3. vbi ait, quod quamuis reg. iſta non habeat locum in ſubcollectore ab alio ſubcollectore deputato, ex l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verborum ſignificatione, vbi, quod in dubio debet fieri interpretatio de prima vice, & de primo actu, & faciunt cumulata per Felin. in cap. 2. num. 2. & 3. de tregua & pace, &c. tamen ſecus ſit in ſubcollectore deputato à ſubcollectore vniuerſali, quia ſubcollector vniuerſalis videtur, quod ſit perinde, ac ſi eſſet collector, & poſſet ſubdelegare, vt de delegato ad vniuerſitatem cauſarum dicit gloſſa in dict. locis, de quo d. cap. 8. numero 35.

61 Nec obſtat, quod ſubcollector etiam vniuerſalis non ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, cum ſolum ſit conſtitutus ad cauſas ſpoliorum, ſicut de Inquiſitoribus dicit Francus in d. cap. cum cauſam, nu. 27. quod non ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum, quia ſolum ad cauſam hæreſis, non in alijs, &c. *& ſequitur Paramo de orig. inquiſ. lib. 3. q. 2. a n. 90.* nam verius videtur iſtos eſſe delegatos ad vniuerſitatem cauſarum, quia, cum talis commiſſio referatur ad certum territorium, vniuerſalis videtur, vt de Inquiſitoribus, contra Francum, ibi inquit Decius in c. cauſam matrimonij, de officio delegati num. 42. ſicut quando committuntur omnes cauſæ mutui talis
52 territorij, ſeu caſtri, dicitur delegatus † ad vniuerſitatem cauſarum, Bald. in l. ſolet. num. 1. ff. de iuriſd. omnium iudicum, vbi Alex. nu. 9. dicens communiter receptum, Soc. in l. more nu. 40. ff. eodem, Decius ſupra. Bertach. in repertor. verb. delegatus ad cauſam vnam, ante nu. 10. & Thomas Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 31. nu. 4.

363 Cum ergo ſubcollector ſit † Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, poterit ſubcollector vniuerſalis vnius Prouinciæ conſtituere ſubcollectorem particularem in vna Ciuitate, ſeu Dioceſi, quamuis non poſſit conſtituere alium ſubcollectorem vniuerſalẽ, ſicut ſubcollector particularis vnius Ciuitatis, ſeu Dioceſis poterit vnam, vel alteram cauſam, ſubdelegare, quamuis non totam ſuam iuriſdictionem, iuxta tradita per gloſſam, & Francum, nu. 30. in d. c. cum cauſam, Iaſ. in d. l. à iudice, num. 8. & alios relatos per Thom. Sanchez, ſup. nu. 3.

364 Secundò dictæ difficultati reſponderi poteſt, † cum Mandoſ. d. quæſt. 3. 2. fallac. nu. 5. quod d. reſolutio poteſt intelligi, quando ſubcollector fuit deputatus a ſubcollectore facto ab ipſo Papa, verbi gratia, Papa deputat in collectorem A. & in ſubcollectorem B. Tunc enim iſte ſubcollector a Papa conſtitutus perindè eſt ac collector, & alium deputare poteſt tanquam Delegatus Papæ d. l. à iudice, & d. cap. cum cauſam, & cap. fin. de officio Delegati, idem Mandoſ. hic quæſt. vltim. num. 3. Sed planius reſpõdetur, quod d. reſolutio intelligatur de ſubcollectore, tam particulari quam generali deputato a generali collectore.

365 Quintò notandum eſt, † quod, ſi collector ſucceſſiue plures ſubcollectores deputauit in aliqua Ciuitate, vel Dioceſi, ita quod eodem tempore vnicus tantum fuit ſubcollector, eorum omnium Beneficia ſunt reſeruata per hanc reg. quia ſatis eſt, quod eodẽ tempore vnus tantum ſubcollector reperiatur. ita Rota deciſ. 11. de præben. alias 412. in antiquis, & 12. eod. tit. alias 207. & 9. de offi. Delegati, alias 265. in nouiſſ. Bellen. q. vlt. Fel. in c. cum 1. de re iudic. nu. 12. verſ. 2. conſidera. Decius in cap. 2. de iudic. n. 75. Gloſſat. hic, & Mandoſ. q. 9. & q. 10. nu. 1. Simonet. q. 33. num. 17.

366 Et ſubcollectorem ſecundum deputando, † quis primum tacitè reuocare videtur. Rota d. deciſ. 9. & ibi add. Papaz. num. 5. Bellen. quæſt. 109. & Mandoſ. d. quæſt. 10. num. 2. Caputaquen. deciſ. 189. n. 2. & 140. p. 2. *Alex. Monet. de decim. ca. 9. n. 216. & Rota in 1. deciſ. Placentina ſupra adducta, nu. 346.*

367 Difficultas eſt, † quando eodem tempore ſunt duo, aut plures ſubcollectores in vna Ciuitate, vel Dioceſi, & tunc admiſſis, quæ tradit Mandoſ. d. qu. 10. dicendum videtur, neutrius beneficia eſſe reſeruata ex hac reg. nam non eſt maior ratio de vno, quã de altero, & facit l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tutela, & l. ſi fuerit ff. de rebus dubijs, & quod dictum eſt ſupra nu. 330. *& ita fuit reſolutum in d. Licien. beneficiorum, quod ſtantibus pluribus ſubcollectoribus non intrat reſeruatio huius regulæ.*

368 Licet vtriuſque deputatio valeat, † non obſtante hac reg. quæ ſolum reſeruat Beneficia vnicorum ſubcollectorum, ſed non prohibet plures deputari, vt contra Felin. & Mand. quæſt. 10. num. 4. aduertit d. additio Papaz. nu. 5. niſi in facultate collectoris ad
369 † ſit limitatio, quod non poſſit, niſi vnum ſubcollectorem, dumtaxat in ſingulis Ciuitatibus, & dioceſibus conſtituere; tũc enim ex iſta limitatione, abſque

alio

alio decreto irritante neutrius deputatio valeret, cùm verbum, non possit, tollat potentiam faciendi. Bart. & Iason, à numero 16. & alij in l. Gallus. ff. de liberis & posthum. & dictum est supr. 2. p. cap. 5. num. 177. quicquid sub dubio fortè dicat collector d. decis. 9. & facit l. qui solum. cum l. sequenti ff. de hæredib. instituendis.

370 Quod procedit, siue vtriusque deputatio † facta est simul, & in eisdem litteris, seu instrumento, ex quibus cõstat, siue deputatio duorum facta fuit sub eadem die in duobus instrumentis, seu literis, nec de prioritate, vel posterioritate constare potest, siue per testes probatur quos eodem tempore fuisse subcollectores, de quorum deputationis tempore non cõstat, quia in omnibus istis casibus neutrius Beneficia erũt reseruata, & in secundo casu cum non constet, quis ex illis sit reuocatus, neuter videtur admittendus Rom. singul. 251. Mandos. supra nu. 10.

371 Si vero facta deputatione vnius subcollectoris † in aliqua Ciuitate, vel Diœcesi postea fiat deputatio alterius absque reuocatione primi, quia in secunda dicitur non reuocando primum, quamuis Beneficia habita per primum durante officio, vsque ad deputationem secundi, vt potè semel affecta, manent reseruata, & affecta, tamen Beneficia per eum obtenta post deputationem secundi, & Beneficia secundi nõ erunt reseruata iux. dicta.

372 Et ita in facultate collectoris limitatione † supradicta non valeret deputatio secundi, licèt non vigeret prima, quia ista semel valuit, & secunda tantum est contra limitationem, & consequenter in isto casu essent reseruata Beneficia primi etiam obtenta post deputationem secundi nullam.

373 Ex quibus infertur reg. † illam non habere locũ in subcollectore particulari deputato ab alio subcollectore particulari alicuius Ciuitatis, vel Diœcesis, quamuis à Papa esset data facultas, quod subcollector subcollectorem facere possit, vel esset consuetudo, quod subcollector subcollectorem deputare possit; nam quamuis in istis casibus talis diceretur verus subcollector, tamen non comprehenderetur a regula ista, quæ solum reseruat Beneficia vnicorum subcollectorem, & tunc essent duo subcollectores eodem tempore, quicquid dicat Mandos. d. quæst. 3. & 4. Fal.

374 † videtur tamen, quod tunc essent reseruata Beneficia primi subcollectoris a collectore deputati tamquam principalis &c.

375 Sed est alia difficultas, † quid, si esset vnus subcollector in Ciuitate, & alius in Diœcesi, an isti comprehenderentur ab ista regula? & videtur, quod nõ: nam mens regulæ reseruantis Beneficia vnicorum in quacumque Ciuitate, vel Diœcesi subcollectorum videtur esse, quod pro tota Diœcesi non sit nisi vnus subcollector, &c. & ita post hæc tenet Gonçalez glo. 43. à num. 167. & glos. 51. à nu. 73. dicens, quod quãuis vna Diœcesis sit valdè lata, & habeat plures Cathedrales, ac Ciuitates, vt in Diœcesi Calagurritana, & aliis pluribus Hispaniæ, non potest esse in tota Diœcesi cum suis Ciuitatibus nisi vnicus duntaxat subcollector, vt fuit resolutum in vna Calagurritana Beneficiorum 2. Decembr. 1602. coram D. Lancellotto, & fuit confirmatum in alia Burgen. Beneficij 23. Maij 1603. coram D. Lita, vbi fuit dictum, quod *illa dictio, vel, sit intelligenda restrictiuè, & declaratiuè, prout passim accipitur.* Socin. cõsil. 1. num. 8. lib. 4. &c. Sed id de pluribus Cathedralibus intelligo, quando sunt vnius Diœcesis, secus, si duo Episcopatus, seu duæ Diœceses sunt vnitæ æquè principaliter, nam tunc, licèt vnus sit Episcopus, posset poni subcollector in vtraque Diœcesi. *& sub hoc præterea in casu d. dec. Calag. & Burgen. fuit deputatus subcollector ciuitatis & diœcesis Calciaten. a D. Orphino collectore generali, nempe cum præsupposito quod haberet fines distinctos & separatos a diœcesi & Ciuitate Calagur. qua præsupposito cessante, quia est vnica diœcesis, cessabit quoque d. deputatio subcollectoris, & per consequens illius beneficia non fuerunt reseruata ratione subcollectoriæ, vt fuit ibi resolutum.*

376 Sextò notandum est, † quod licèt collectoris facultas sit probanda per literas. l. vnica C. de mandatis Principum c. cum in iure peritus. cum ibi notatis, de officio deleg. subcollectoria tamen probatur per testes. Rota decisione decima de officio Deleg. aliàs 266. in nouis, & ibi add. Papaz. Bellen. quæst. 3. 110. & 111. & Mill. in repertor. verb. probatio, quod quis sit collector, & verb. probatio, quod quis sit subcollector. Simoneta d. quæstion. 34. & ibi Granutius Gomezius in cap. statutum de rescript. in 6. num. 60. Caputaquen. decis. 159. num. 3. parte 1. Mandos. hic q. 2. & Mascard. d. conclus. 317. a num. 1. & 15. *Alexan. Mon. d. c. 9. a n. 218. & 227. ibi, Cannicatus, & Placentina supra, &c.* & fuit resolutum in d. Vrgellen. Canonicatus verb. adducta nu. 346. quæ est notanda circa modum probandi subcollectoriam per testes.

377 Probatur autem subcollectoria † per testes ad effectum probandi reseruationem, secus, quando agitur de probanda facultate ad effectum, vt soluere debentes cautè soluant, nam tunc requiritur scriptura, Bellen. dicta q. 3. & dicta add. Papaz. nu. 5.

378 Nec ad effectum probandi † reseruationem probatur subcollectoria per testes de communi reputatione, & publica voce, & fama, Bellen. quæst. 111. & 112. Cassad. decis. 2. ante num. 3. de constitut. Simoneta quæst. 24. & ibi Granutius & ad quæst. 24. nu. 2.

379 & 3. † Mascard. supra nume. 17. contra Pareum. decis. 10. lib. 3. & fuit resolutum in vna Ferentin. Parochialis 9. Maij 1558. coram D. Rubeis, nempè, nõ probari aliquem fuisse subcollectorem per testes, qui deponunt de publica voce, & fama, & exercitio ipsius, nisi deponant fuisse præsentes commissioni, & deputationi, aut alias per scripturam probetur deputatio ad effectum probandi Beneficium esse reseruatum, Bellen. d. quæst. 112. Rota d. decis. 10. & dictum est, fuisse resolutum coram Verallo. 1554. in Geruunden. Beneficiorum &c. & faciunt d. par. seq. c. 2. dubio 11. ex num. 235. quæ sunt videnda in proposito.

380 In qua etiam Ferent. † Parochialis fuit resolutũ, Requiri subcollectorem esse deputatum cum omni iurisdictione, nec sufficere esse deputatum, vti nudũ minis trum ad exigendum absque iurisdictione. Bellen. q. 109. &c. quicquid teneat Mandos. q. 8.

381 Sept mò notandum est, † quod Beneficium subcollectoris a collectore generali deputati, qui tempore deputationis erat excommunicatus, & publicatus, exercuerat tamen officium per septẽnium, est reseruatum: licèt enim l. Barbarius. ff. de offic. prætor. non habeat locum in reseruatione, deficiente deputatione, tamen contrarium est, vbi adest deputatio ab habente facultatem, cum sit valida alio respectu

vt

vt per Bellen. q. 112. ita decidit Rota in vna Gerunden. Canonicatus de anno 1554. vt per Chiſanen. deciſ. 37. & Coram deciſ. 82. in manuſcript. Maſcard. d. nu. 18. *Alex. Moneta de decimis c. 9. nn. 235. & ſeq.*

82 At Beneficia illius,† qui fuit deputatus commiſſarius, ſeu ſubcollector pro recuperandis bonis, & fructibus cuiuſdam Eccleſiæ vacantis extra Italiam per collectorem Apoſtolicum in Italia deputatum, non ſunt reſeruata, quia is non potuit deputare ſubcollectorem extra limites ſuæ commiſſionis. cap. cum dilecta. de reſcrip. c. cum olim. de offic. Deleg. vbi Abbas maxime ſi nunquam officium ſubcollectoris exercuit, & quia vni negotio tantum eſt impoſitus, & ſic non applicantur verba huius regulæ, quæ loquitur in illis, qui officium ſubcollectoris exercuerint. Ita fuit dictum, & reſolutum in vna Caſtellaneten. Beneſi-
83 ciorum. 7. Febr. 1594. coram D. Orano.† Et aduerte hic non decidi, quod ad reſeruationem requiratur exercitium ſubcollectoriæ contra ſupradicta nu. 345. ſed vult deciſio, & ita poteſt ſaluari, quod in eo, qui vni negotio eſt impoſitus, nec actu, nec potentia poſſunt verificari verba regulæ, officia exercuerint, quæ non verificantur in vna vice ex traditis per Nauar. in man. cap. 27. n. 249. verſ. 3. non includere & alios citatos infra 11. p. c. vltimo nu. 198.

84 Vltimo notandum eſt,† quod in vna Lauden. Parochialis coram Chiſanen. de anno 1557. dixerunt Domini, quod licet mortuo procuratore, qui ſubſtituit nõ cenſeatur reuocatus ſubſtitutus. ad deciſ. 414 in nouis & Biſign. 9. de procurator. tamen ſicut per redditionem computorum factam per collectorem dicitur expiraſſe ipſius officium, ita cenſetur expiraſſe officium ſubcollectoris præſuppoſito; tamen, quod per redditionem computorum factam à generali collectore in camera dicantur reddita etiam computa ſubcollectoris. Bart. in l. diem functo num. 6. de offic. proconſul. vt per Verallum deciſ. 352. lib. 1. in manuſcrip.

85 Addo, quod cum ſubcollector† ſit ſubdelegatus Apoſtolicus, & iuriſdictionem habeat, debet eſſe perſona qualificata iuxta, formam cap. ſtatutum de reſcri. in 6. alias deputatio erit nulla, & reſeruatio ceſſabit, vt cum Bellen. q. 108. num. 1. tradit Gonçalez d. glo. 51. num. 79. *Videtur tamen ſufficere, quod ſit perſona qualificata, nempe Canonicus Eccleſiæ cathedralis, vel alias in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus tempore deputationis, quamuis poſtea deſinat eſſe, ex gl. in d. cap. ſtatutum, verb. canonicus, ad finem, quam cõmuniter ſequuntur Doct. ibi, & in c. quoniam Abbas: de offi. de l. Leg. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 1. q. 11. de qua alias ſupra 4. p. cap. 5.*

## §. 7. De regula 5.

### *Reſeruatio Beneficiorum curialium dum curia transfertur.*

SVMMARIA.

*Reſeruatio regulæ 5. hic poſitæ continetur in corpore iuris, non tamen continetur in extrauagante, ad regimen, & qui ſint de ea videndi, nn. 386.*

*quomodo hic accipiatur curia Romana, quam aliqui dicunt ibi eſſe, vbi eſt Papa, nu. 387. alij dicunt ibi etiam eſſe curiam, vbi eſt cauſarum, & literarum Apoſtolicarum audientia, licet ibi non ſit Papa, nu. 388. & Conar. ait curiam Regis eſſe locum, vbi Rex eſt cum ſuis conſiliarijs, & Romam dici locum, vbi ſit Papa, ſi inibi Papa cum curia ſimul degat, nu. 389. & Hier. Gigas ait quod vbi eſſet Cancellaria, & audientia Papæ, etiam, quod ibi non eſſet Papa, diceretur eſſe curia Romana, & quod vbi eſſet Papa, ſine audientia, & Cancellaria, ibi non diceretur eſſe curia Romana, n. 390.*

*Reſolvitur in terminis huius regulæ tunc dici transferri curiam, cum Papa vadit cum Cancellaria, & tribunalib. ſuis, ſeu cum Cancellaria, & alia tribunalia mutantur nu. 391. & quando Papa tantum alio vadit, non dicitur transferri curiam, ſed Papam ire, &c. 392. & ſimile eſt de curia regia, num. 393.*

*Ad effectum reſeruationis, de qua in c. præſenti videbatur curiam Romanam tantum intelligi pro loco, vbi eſt audientia cauſarum, & literarum Apoſtolicarum & non vbi eſt Papa, ſed contrarium declarauit Paulus III. nn. 394. & 396.*

*Ad effectum reſeruationis, cap. 2. de Præben. in 6. de Beneficijs vacantibus in curia, ſeu apud ſedem, quod idem eſt, comprehenduntur, tam Beneficia vacantia, vbi eſt Cancellaria, & audientia Papæ, licet ibi non ſit Papa, quam vacantia in loco, vbi eſt Papa, numer. 395. & ita declarauit Paulus III. num. 369.*

ITem reſeruauit omnia, & ſingula Benefic. Eccleſiaſt. quorumcumque curialium, quos, dum curia Romana de loco ad locum transfertur, eam ſequendo decedere contigerit in quouis loco quantumcumque etiam à dicta curia remoto.

386 Hæc reſeruatio,† vt bene dicit Rebuf. hic, continetur in corpore iuris, ſcilicet in c. præſenti. §. porro de Præben. in 6. quamuis Gloſſator hic dicat, quod iſta regula venit ad extenſionem d. cap. præſenti, & quod etiam cõtinetur in extrauag. ad regimen, quod non eſt verum. Et videndi ſunt de hac reſeruatione Gloſſator, Rebuf. & Mandoſ. hic, & Dd. in c. præſenti, & Gonçal. gl. 51. nu. 83.

387 Sed difficultas eſt quomodo† hic accipiatur curia Romana; nam aliqui dicunt ibi eſſe curiam vbi eſt Papa, Innoc. in c. ego N. de iureiurando, & ibi Abbas nu. 6. Felin. 9. glo. in extrauagan. execrabilis. de præb. verb. Romanæ. in extrauag. Io. XXII. Rom. fing. 145. Francus in cap. vbi periculum, nu. 5. de electione, & in c. 2. de priuileg. ſub nu. 2. ad fin. & in c. 2. de præben. in 6. nu. 2. & ibi Domin. penul. notab. vbi loquuntur in terminis reſeruationis de qua ibi Decius in c. meminimus. de appellat. nu. 4. & 5. Coſmas in pragmat. ſanction. tit. de elect. cap. licet. §. cẽſuit. verb. curia Romana. Tiraq. de nobil. c. 31. nu. 4. Sarnen. in regul. de triennali q. 31. verſ. ſed antequam, vbi docet, quod curia ad effectum reſeruationis d. c. 2. & d. cap. præſenti. intelligi debet, vbi reſidet Papa, & Rebuf. in cõcord. in forma mandati Apoſtolici verb. extra Rom. curiã. vbi etiam loquitur in propoſito reſeruationis d. c. 2. & in terminis huius regulæ. Gloſſat. hic & Mandoſ. q. 2. idem Mandoſ. in gl. facultatum verb. in Romana curia, & poſt hæc Gonçalez. gl. 13. §. 1. nu. 2.

388 Alij vero dicunt ibi† etiam eſſe curiam vbi eſt cauſarum, & literarum Apoſtolicarum audientia, licet ibi non ſit Papa, Clem. ne Romani. §. ſane. de elect. & ibi Bonifac. nu. 18. & Card. ibidem. §. eo tamen, nu. 2. & in Clem. auditor. de reſcrip. in princ. Sarnen. in regul. de veriſimili quæſt. 7. & Mandoſ. in gl. facultatũ d. verbo in Romana curia, & verb. curiæ, & Nauar. de datis, & promiſſis notab. 17. nu. 19. dicens ex d. §. ſanè,

ſanè, quod non ſempet vbi eſt Papa ibi eſt curia, & ſequitur Cãdelabrum aureum in explanatione Bullæ cœnæ Dom.nu.82.

389 Et Couar. † præct.q.c.4.nu.10. ait curiam Regiã eſſe locum, vbi Rex eſt cum ſuis conſiliarijs, & alijs, qui eius lateri aſſiſtunt, vt ei conſulant in regimine totius Regni, & quod Innoc. & Panor. in d.cap.ego. N. & Tiraq. ſupra, & cæteri ſcripſere aſſerentes Romam dici locum, vbi ſit Papa in hunc modum accipiendum, ſi ibi Papa cum curia ſimul degat. d. §.
390 ſane, &c. & Hier. Gigas in add. ad † Decium ſupra d.num.4. ait, quod vbi eſſet Cancellaria, & audientia Papæ, etiam quod ibi non eſſet Papa, diceretur eſſe curia Romana, & quod vbi eſſet Papa ſine audientia, & Cancellaria, ibi, non diceretur eſſe curia Romana ex d. §. ſane. verſic. eo tamen adiecto, De quo etiam Cauallinus in Egidiana conſtitutione lib.2. c. 32. in gl. A. & alij relati per Ceuedum collector. 21, ad ſextum, nu.4.

391 Mihi videtur in terminis huius † regulæ tunc dici transferri curiam, cum Papa vadit cum Cancellaria, & tribunalibus ſuis, ſeu cum Cancellaria, & alia tribunalia mutantur, ſic enim accipiuntur iſta verba, curiam transferri, in communi modo loquẽdi, & concipiendi, & facit dict. §. ſane. verſic. eo tamẽ adiecto ibi, de curia transferenda, iuncto principio d. ver. licèt contradicat Gloſſ. hic dicens, quod curia dicatur, & capiatur hic pro loco, vbi eſt Papa, &
392 non vbi eſt audientia Rotæ, † etenim quando Papa tantum alio vadit, non dicitur transferri curiam, ſed Papam ire ad talem locum, ſicut quando Clemens. VIII. adijt Ferrariam, & ſic Beneficia illorum, qui Papam equentes vltra duas dietas decederent, non eſſent reſeruata, per iſtam regulam.

393 Et facit ſimile de curia Regia, † quæ non dicitur transferri, licèt Rex alio vadat, vel alibi ſit, ſi conſilia, & tribunalia Regia non transferuntur; cum autem illa transferuntur, curia transferri dicitur, vt vidimus in translatione Regiæ curiæ ex Matrito in Valliſoletum.

394 Similiter etiam † ad effectum reſeruationis, de qua in d.c. præſenti. de Beneficijs venientium ad curiam Romanam, ſeu recedentium, decedentium intra duas dietas, videbatur curiam Romanam tãtum intelligi pro loco, vbi eſt audientia cauſarum, & literarum Apoſtolicarum, & non vbi eſt Papa. Sed contrarium declarauit Paulus III, conſtitutione ſua 36. de qua infra, cui declarationi ſtandum eſt; ad titulũ
395 in cauſis de re iudicata. † Ad effectum tamen reſeruationis d.cap. 2. de Beneficijs vacantibus in curia, ſeu apud ſedem, quod idem eſt in propoſito, vt dixi ſup. nu.69. planè comprehenduntur tam Beneficia vacantia, vbi eſt Cancellaria, & Audientia cauſarum & litterarum Apoſtolicarum, licèt ibi non ſit Papa, quia re vera ibi eſt curia, neque hoc negari poteſt ex dictis; quam vacantia in loco, vbi eſt Papa: licèt ibi non ſit Cancellaria, & Audientia dicta, nam re vera vacant apud Sedem Apoſtolicam, quia vbi eſt Papa, ibi eſt Sedes Apoſtol. glo. in d. Extrauag. execrabilis verb. Romanæ, & Decius d.num. 4. Toletus in ſum. libro 1. cap. 25. gloſſ. excom. 1. dubio, & Papa, & Sedes Apoſtolica non diſtinguuntur: ſed idem ſunt. Bannes 2.2. quæſt. 1. art. 10. dubio 2. 3. concl. maximè ad fin. & facit quod dicunt Nauar. & Candelabrum ſupra per d. §. ſanè, ſedem Apoſtolicam etiã vtrobiq. & vbi eſt curia, & vbi eſt Papa.

396 Et ita declarauit Paulus III. † dicta conſtitutione 36. nempè vnam, & eandem Romanam curiam exiſtere, & cenſeri in Vrbe, & vbi eſt Papa, etiam quo ad Beneficia, quæ tam in dicta Vrbe, quam in Ciuitate, ad quam Papa ſe contuliſſet, vel permanſiſſet, & infra duas dietas a dicta Ciuitate, in qua pro tempore fuiſſet, vacarent, &c.

## §. 8. De regula 6.

### *Reſeruatio Beneficiorum cubiculariorum, & curſorum.*

### SVMMARIA.

*De regulà ſexta hic poſita, qui ſint videndi, n. 397.*
*De quibus cubicularijs intelligatur hæc regula. nu. 398, reſoluitur videri hodie intelligẽdam de cubicularijs officialibus. præter quos alij non dicuntur cubicularij, nec Camerarij etiam ſecreti,*
*Hæc regula nõ intelligitur de Camerarijs ſecretis, ſed illi Camerarij, qui recipiunt partem, & victum tanquam familiares, & continui commenſales Papæ, comprehenduntur regula tertia nu. 399.*

ITem reſeruauit generaliter idem D. N. Papa diſpoſitioni ſuæ omnia Beneficia cubiculariorum, & curſorum ſuorum.

397 De hæc reg. videantur † Gloſſator, Soto, Rebuf. & Mandoſ.

398 Circa quam eſt dubium † difficilè, de quibus cubicularijs intelligatur; in quo multum ſe involuit Mandoſ. quæſt. 1. & quicquid ipſe dicat, videtur hodie intelligenda de cubicularijs officialibus, quorum Collegium erectum eſt, per Leonem X. vt in eius cõſtitutione 14. in Bullario, poſtquam ex d. conſtitutione §. & ne Apoſtolicorum. alij, præter illos, nõ dicuntur cubicularij, nec camerarij etiam ſecreti, vt per
399 Rotam in Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus ſupra adducta nu. 331. quæ eſt videnda in propoſito, quamuis illa deciſio videtur velle, quod hæc reg. intelligatur etiam de Camerarijs ſecretis, & ſequatur Gonçalez gloſſ. 51. à n. 91. qui etiam videtur, velle quod de illis ſolum intelligatur, quod mihi non placet, ſed illi Camerarij, qui recipiunt partem, & victum tanquam familiares, & continui commenſales Papæ, comprehenduntur regula tertia tantum.

## §. 9. De regula 7.

### *Reſeruatio Beneficiorum Eccleſiarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri, ac B. Mariæ maioris de Vrbe, & Beneficiorum titulorum Cardinalium à curia abſentium.*

### SVMMARIA.

*De regula ſeptima hic poſita. qui ſint videndi nu. 400.*
*An regula iſta ſit ſuperflua, vel neceſſaria reſpectu Beneficiorum Eccleſiarum Vrbis, num. 401.*

De

*e quibus Epiſcopatibus intelligatur reſeruatio hic facta de Beneficijs ſpectantibus ad prouiſionem Cardinalium a Romã. curia abſentium ratione ſuorum Epiſcopatuum a nu. 402. reſoluitur intelligendam de Epiſcopatibus annexis Cardinalibus.*

*ardinales obtinentes alios Epiſcopatus, qui in eis reſident ſolent habere indultum a Papa, vt omnibus gratijs, prærogatiuis, fauoribus &c. conceſſit Cardinalibus præſentibus in curia, gaudeant nu. 406.*

*ecretum irritans in fine huius regulæ poſitum, refertur non ſolum ad omnia contenta in iſta regula, ſed etiam ad omnes regulas præcedentes, num. 407. & ſic ceſſat quod ait Simoneta &c. num. 408.*

*eſeruatio ſine decreto operatur, & ligat manus Ordinarij ita quod eius collatio non valebit, nu. 409.*

*eſeruatio cum decreto afficit ante notificationem, non vero reſeruatio ſine decreto, nu. 410.*

*eſeruatio cum decreto inficit non ſolum titulum, ſed etiã poſſeſſionem, & omnia, quæ ſequuntur, reſeruatio vero ſine decreto, ſolum videtur annullare collationem, nec videtur omnino titulum diſcolorare, nec poſſeſſionem inficere, numero 411.*

*e vi & effectibus decreti irritantis remiſſiuè, nu. 412.*

*decretum reſeruationis impediat reſtitutionem in ſpolio, & manutentionem remiſſiuè plurib. citatis, n. 413.*

*eſolutio Rotæ, quod, quando reſolutio eſt inſtificata, vel in corpore iuris clauſa, aut ſuper certo corpore Beneficij, decretum inficit titulum, & poſſeſſionem, alias ſecus, n. 414. & ſeqq. vbi adducuntur variæ reſolutiones Rotæ.*

*'omnino videtur quædam deciſio Putei, nu. 419. & deciſ. Ilerden. Canonicatus, nu. 420. & ſeq. & alia Anconitana Parochialis non videtur omninò rectè procedere, nu. 422.*

*ecretum irritans poſitum in decreto de dimittendo, non reſpicit hanc partem, ſi ille non dimiſerit infra duos menſes, ſed reſeruationem Beneficii in euentum non dimiſſionis, numero 423. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, & alia reſolutio, numero 425.*

*n rigore, ſecluſo ſtilo Rotæ, videbatur exceptionem reſeruationis etiam non incluſæ in corpore iuris, nec ſuper certo corpore Beneficij, impedire reſtitutionem in ſpolio etiam, ſi non eſſet probata, nec probaretur in continenti, num. 426. nam decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem, & omnes iuris effectus illius tollit. nu. 427. & afficit omnia, quæ ſequuntur, num. 428. & eſt penetrabilius omni gladio ancipiti, &c. nu. 429.*

*d effectum manutentionis, non obeſt decretum irritans etiam ſuper certo corpore Beneficij, aut in corpore iuris clauſum, niſi ſit inſtificatum, aut in continenti inſtificetur, num. 430. & ſeqq. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*icet inſtitutio, & admiſſio præſentati a perſonis Eccleſiaſticis ſine examine, ſit nulla ex decreto Concilij, tamen in illo non eſt decretum irritans Bullæ Pij IIII. &c. nu. 434.*

*d effectum impediendi manutentionem, tunc dicitur probata reſeruatio, & decretum inſtificatum, cum conſtat de ipſa reſeruatione, & poſſeſſor dicit, ſe prouiſum ab ordinario, nec alium titulum allegat; alias ſecus, num. 435. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*n decretum irritans poſitum in literis de Beneficio vacante in menſe ordinario inficiat poſſeſſionem prouiſi poſtmodum ab Ordinario? reſoluitur contra Gonçalez quod ſic. nu. 437.*

ITem reſeruauit diſpoſitioni ſuæ generaliter quoſcumque Canonicatus, & Præbendas, ac Dignitates perſonatus, & officia in S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum, ac B. Mariæ maioris de Vrbe Eccleſijs, nec non ad collationem, prouiſionem, & præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionẽ. S. R. E. Cardinalium à Romana Curia abſentium ratione ſuorum Epiſcopatuum, Cardinalatus, ac ipſorum Cardinalium titulorum, & Diaconiarum ſpectantia quamdiù abſentia ſua durauerit, Canonicatus, & Præbẽdas, Dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, cæteraque Beneficia Eccleſiaſt. cum cura, vel ſine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quam in Eccleſijs, Ciuitatibus, & Diœceſibus dictorum Epiſcopatuum conſiſtentia: ac decreuit irritum, &c.

400 De hac etiam regula videantur † Gloſſator, Soto Rebuf. & Mandoſ. in eo, & an regula iſta ſit ſuper-
401 flua vel neceſſaria reſpectu Beneficiorum † Eccleſiarum Vrbis, cum Papa ſit Epiſcopus Roman. vltra Gloſſator. hic videndus eſt Sarnen. in reg. de triennali. quæſtione 31. verſic. ſed antequam, & Mandoſius. hic quæſtione 1. & nouiſſime Gonçalez. gloſſa. 13. à numero 21. *& Aſor. 2. p. lib. 6. c. vlt. q. 10. ad fi. & aduerte, quod iſta regula reſeruatoria beneficiorum S. Petri, ac S. Ioan. Lateran. & S. Mariæ Maioris reſtricta eſt ad Canonicatus, Præbendas, dignitates, perſonatus, & officia, & non comprehendit clericatus, ſeu beneficiatus in ea non expreſſos, quorum collatio eſt Archipreſbyteri & capituli ex priuilegijs diuerſorũ Põtificũ, & antiquiſſima obſeruantia, vt fuit d. in Romana clericatus S. Petri 27. Nouembr. 1602. coram D. Pamphilio, quæ eſt in nouiſſimis Farin. deciſ. 616.*

402 Et circa ſecundum † partẽ huius regulæ dubitari poteſt, de quibus Epiſcopatibus intelligatur reſeruatio, quæ hic fit de Beneficijs ſpectantibus ad prouiſionem Cardinalium à Romana curia abſentium ratione ſuorum Epiſcopatuũ, an ſcilicet de Epiſcopatibus annexis Cardinalibus, qui ſunt ſex Hoſtien. Portuen. Sabinen. Albanen. Preneſtin. & Tuſculan. qui ſunt prope Vrbem, an vero etiam de alijs Epiſcopatibus, quos Cardinales obtinent, vt Tole-
403 tan. Hiſpalen. Mediolanen. &c. † Et Rebuf. hic videtur ſentire intelligi de omnibus ibi, ſecus ſi in Frãciæ Diœceſibus, &c.

404 At Gloſſator, Soto, † & Mandoſ. quæſt. 3. videntur ſentire, intelligi tantum de Epiſcopatibus annexis Cardinalibus, & hoc videtur vero ſimilius, & pro hac intelligentia facit illud verb. Cardinalatus, poſitum, poſt verbum, Epiſcopatuum, quod in aliquibus reg. vt in reg. Innocentij VIII. quas ponit Glo. & Iulij III. quas ponit Mando. & Pij VIII. ponitur ſine coma, *ibi, Sine coma, & ita ponit Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. cap. 20. num. 20.* & ſic verbum illud Cardinalatus, ponitur ad reſtringendum verbum Epiſcopatum, vt intelligatur de Epiſcopatibus
405 Cardinalatus. Hanc † ſententiam maximè confirmat decretum S. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. ibi etiam ſi S. R. E. Cardinales ſint, vbi declarat S. Concilium Epiſcopos, etiam ſi ſint Cardinales, obligari ad perſonalem reſidentiam in ſuis Eccleſijs, vel Diœceſibus. Et ita poſt hæc tenet Gonçal. gl. 24. à nu. 142.

406 Sed quicquid eſſet de hoc, † Cardinales obtinentes alios Epiſcopatos, ſeu Archiepiſcopatus, Toletan. Hiſpalen. &c. qui in ſuis Epiſcopatib. reſident, ſolent habere indultum à Papa, vt omnibus gratijs, prærogatiuis, fauoribus &c. conceſſis Cardinalibus præſentibus in curia, gaudeant, ac ſi præſentes, &c. &c

vide

vide infra dict. numero 637. & ſeq. & *Leo ſupr. dicto capit.* 20. *numero* 21. *generaliter ait quod regulariter S. Roman. Eccleſia Cardinales obtinent a Papa indultum abſentiarum, non obſtante, omnia beneficia ad eorum collationem ratione Eccleſiarum & beneficiorum ſuorum ſpectantia, quomodolibet: & quandocumque vacantia, etiam deuoluta & reſeruata conferendi.*

407 Tandem aduerte circa † decretum irritans in fine huius regulæ poſitum, ibi ac decreuit irritum, &cet. referri non ſolum ad omnia contenta in iſta regula, ſed etiam ad omnes regulas præcedentes, Caſſador. deciſ. 1. de reſtitut. ſpoliator. in fin. Puteus deciſ. 108. numero 2. & 19. ſub numero 1. libro 3. Mandoſ. hic quæſt. 4. & in proœmio regul. quæſt. 2. & poſt hæc Gonçalez ad regul. de menſib. gloſſ. 1. num. 10. & ſequ. qui tamen nu. 12. male ait, quod Eccleſiæ illius regul. capiunt etiam regul. præcedentes. *quamuis in vna Lucen. beneficiorum* 4. *Iul.* 1607. *coram D. Cauallerio dicatur, quod reg.* 4. *non habet decretum irritans.*

408 Et ſic ceſſat quod ait Simoneta, † quæſt. 40. nu. 14. quod multæ ſunt reſeruationes inductæ ex regulis, in quibus nullum eſt decretum, & an reſeruatio ſine decreto operetur, dic quod ſic, & ligat manus Ordinarij, ita quod collatio per eum facta non valebit. Coſmas pragmatica ſanct. tit. de elect. cap. licèt. §. 1. verb. impediri. Simoneta de reſeruatione, quæſt. 18. & ibi Paulus Granutius Mandoſius. reg. 9. quæſtione 4.

409 *Eſt* tamen differentia, † quod reſeruatio cum decreto afficit ante notificationem, non vero reſeruatio ſine decreto. Caſſad. deciſ. 1. nu. 3. de rerum permutat. Granutius d. quæſt. 18. & quæſt. 40. littera B. Lancell. de attentatis 2. par. capit. 12. limitatione 3. num. 17.

410 Eſt etiam alia differentia, † quòd reſeruatio cum decreto inficit, non ſolum titulum, ſed etiam poſſeſſionem, & omnia, quæ ſequuntur, vt infra dicetur nu. 427. & hoc propter prægnantiam, amplitudinẽ, & generalitatem verborum decreti, nempè decernimus irritum, & inanè quicquid ſecus &cet. reſeruatio vero ſine decreto ſolum videtur annullare collationem contra factam, nec tamen videtur omninò titulum diſcolorare, & poſſeſſionem inficere, & ita videtur ſentire Simoneta d. q. 40. num. & vide infra c. 5. nu. 32.

411 Et de vi, virtute, potentia, & † effectibus decreti irritantis vide Mandoſ. hic d. quæſt. 4. Probũ ad Monach. in c. tibi, qui de reſcript. in 6. & Ant. Gabriel de clauſul. concluſ. 3.

412 Et an decretum reſeruationis † impediat reſtitutionem in ſpolio, & manutentionem, videndi ſunt Aeneas de Falcon. de reſeruatio. quæſt. 4. effectu 11. Simoneta quæſt 40. Sarnen. de annali, quæſt. 23. Lapus allegat. 23. numero 1. & ibi Mand. litt. D. & allegat. 51. numero 9. & ibi Mandoſ. litt. ij, & latius idem Mandoſ. regul. 1. Cancel. quæſt. 3. & conſ. 28. à numero 13. Anton. Gabriel de reſtitut. ſpoliator. concluſ. 5. num. 34. Pontanus de ſpolio libro 3. numero 23. & 68. Menoch. de recuperan. remed. 1. quæſt. 21. & remed. 15. quæſt. 35. Hoieda de incompatibil. Beneficior. capit. 10. num. 8. Lancellot. de attentatis 3. par. cap. 24. quæſt. 9. Maſcard. de probationibus concluſ. 1267. num. 11. & cõcluſ. 1334. nu. 4. Marcheſ. de commiſſ. 2. par. cap. 3. de commiſſ. reſtitu. in integrum à numero 47. Anton. Auguſt. in epitome deciſ. titul. de impedimento reſtitu. Rota deciſ. 3. de reſtitut. ſpoliat. in nouis & 2. & 11. eodem titul. in antiquis, & 10. de cauſa poſſeſſ. Caſſador. deciſ. 1. & 2. de reſtitut. ſpoliat. & 1. de cauſa poſſeſſ. Achill. 8. & 13. de reſtitut. ſpoliator. Puteus 50. libro 183. libro 2. & 180. 190. 191. & 197. libro 3. Caputaquen. deciſ. 325. parte 1. & 307. & 345. parte tertia Mohed. decimoquinto de cauſa poſſeſſio. & tertia part. diuerſorum libr. 1. deciſione 75. & lib. ſecundo deciſio. 56. & 122. & lib. tertio deciſio. 61.

413 In quo quidem † Rota tenet, quod quando reſeruatio eſt iuſtificata, vel in corpore iuris clauſa, aut ſuper certo corpore Beneficij, decretum inficit titulum, & poſſeſſionem, aliàs ſecus, & ita communiter obſeruatur in Rota, teſte Gambaro, de officio legati, libr. 4. numero 130. & fuit reſolutum in vna Regien. Canonicatus coram D. Pamphilio decimoſe-
414 ptimo Nouembris 1595. in qua fuit dictũ. † Quod ☞ Legatus non habet facultatem conferendi Beneficia exiſtentia extra ſuam Prouinciam, ad caput primum de officio Legati in ſexto, & ſic eius prouiſio non præſtat titulum coloratum, niſi conſtet eſſe intra limites ſuæ legationis nec etiam poteſt conferre Beneficia reſeruata, ſeu vacantia in menſe reſeruato. Gambarus de officio legati libro tertio numero 116. cap. licet. de Præbend. in ſexto, & conſequenter ſtante reſeruatione, collatio eius eſt nulla, & poſſeſſio illius vigore capta non eſt reſtituibilis, præſertim concurrente decreto irritante, quod inficit, & diſcolorat titulum, vt tenuit Rota. 23. Ianu. 1593.
415 coram D. Blancherto. Et procedit † etiam quod decretum non ſit poſitum in reſeruatione clauſa in corpore iuris, vel aliàs ſuper certo corpore Beneficij, quia dummodo reſeruatio ſit notoria, & iuſtificata, militat eadem ratio, Puteus deciſione 190. & 197. libro 3. Simoneta quæſtione quadrageſima. & fuit in reſeruatione menſis reſolutum in Crotonien. Decanatus. 20. Maij, 1587. coram D. Orano. prout eſt iuſtificata in caſu, de quo agitur, cum menſis Auguſti ſit ſemper reſeruatus reſpectis Canonicatuum Eccleſiæ Regien. non obſtante alternatiua, quæ cum ſit reſtricta ad Beneficia ad liberam diſpoſitionem Epiſcopi tantum pertinentia, non capit dictos Canonicatus, quorum collatio, vel ad ſolum Capitulum, vt fuit dictum in alia Regien. vel de iure communi ſimul ad Epiſcopum, & Capitulum pertinet iuxta opinionem, quam Rota ſeruat, vt ſæpius fuit reſolutum. Idem fuit reſolutum in vna Nucerina Beneficij coram D. Seraphino 17. Iunij. 1596. & eſt deciſio Guidoboni 106. de qua infra 11. part. cap. 6. num. 32.

416 Et in vna Bobien. † Canonicatus 27. Febr. & 13. Martij 1595. coram D. Gipſio fuit reſolutum. Man-
☞ datum de manutenẽdo dandum eſſe prouiſo Apoſtolico, etiam ſi cæpit poſſeſſionem poſteriorem alio prouiſo ab Ordinario exiſtente in poſſeſſione, quando Beneficium vacauit in menſibus reſeruatis, etiam ſi ſit menſis alternatiuæ, ſi non conſtat de acceptatione illius, &c. Creſcen. deciſ. 1. de cauſa poſſ. Cęſar. de Graſſis deciſ. 35. ſeu 7. de cauſa poſſ. num. 9. & fuit etiam reſolutum coram Sanctiſſimo in vna Pampilonen. Parochialis 21. Octobr. 1575. &c. *Quæ deciſ. 27. Feb. eſt in nouiſ. Farin. 177.*

17 Quæ reſolutio intelligitur † iuſtificata reſeruatione, iuxta dicta, nempe quãdo eſt probata, aut incontinenti probatur reſeruatio, tunc enim impedit manutentionem, & reſtitutionem in ſpolio iuxta deciſ. Putei 190. & 197. lib. 3. & Seguntinam Beneficiorum ſupra adductam, num. 249. & in cauſa Auerſana Beneficiorum 24. Nouembris 1557. in qua fuit ☞ reſolutum, quod in caſu, quod conſtat de Prothonotariatu defuncti, reſeruatio iſta obſtat ſpoliato in ſpolio, non tamen eſſet admittendus reus ad probãdum, aliqui tamen dicebant quod deberet admitti, ſi vellet probare incõtinenti, vt in deciſionibus Oradini manuſcriptis, quæ deciſio eſt coram D. Quiroga, & alias in ea dicitur, quod præſuppoſito, quod in actis cõſtat Beneficium vacaſſe per obitum Prothonotharij, licet non de numero participantium, ſed ex priuilegio, deneganda eſt reſtitutio in ſpolio, iuxta deciſ. 1. de reſtitut. ſpoliat. in antiquis, ſi nihil opponitur in actis, quod elideret, & obumbraret Prothonotariatum. Rom. conſ. 499. nu. 4. Sarnen. de annali quæſt. 52. Caſſad. deciſ. 1. de reſtitut. ſpoliat. Bero. q. 80. docent. Maſcar. d. concl. 1176. nu. 12. & ſeq. & Anaſt. Germ. de indultis Card. §. volumus, à num. 27. qui ait, quod poſſeſſio capta vigore prouiſionis factæ ab Ordinario in menſe reſeruato, eſt vitioſa, & inreſtituibilis, ſemel incontinenti probata vacatione in menſe reſeruato. deciſ. Orani. 250. & 168. in manuſcriptis, & quod ſi vacat in Aug. ſpoliato incumbit onus probandi acceptatam eſſe alternatiuã, non ei, qui eſt in poſſeſſione. Oranus ſupra, &c. *de qua dec. Orani ſit mentio in deciſ. 67. Farin lib. 1. num. 3.* & Marcheſ. ſupra. numer. 49. & poſt hæc Gonçalez gloſ. 31. ex num. 7. qui etiam ait reſeruationem impedire integram reuocationem, & purgationem attentorum; nam poſſeſſio attentata non eſt reſtituenda ſpoliato, de cuius non iure apparet per reſeruationem, ſed tunc eſt ſe queſtranda dicta poſſeſſio, Simonet. d. quæſtione 40. num. 12. & 13. Lancellot. cap. 24. quæſt. 9. & omnia prædicta intelligenda eſſe arbitratur, quando reſeruatio clare, & concludenter probatur, alias ſecus, nam tunc ſpoliatus, & attentata paſſus, deberet ante omnia reſtitui, & in ſua poſſeſſione defendi; quia paria ſunt non probare, & minus bene, ac obſcure probare iuxta dicta infra 6 par. cap. 4. num. 24. & cap. idem Gonçalez gloſſ. vltima. à num. 29.

18 Et etiam deciſio † Rotę in vna Beneuentana Be- ☞ neficiorum 14. Decemb. 1600. coram D. Coccino, quæ ſic ait. Quamuis conſtaret de anteriori poſſeſſione prouiſorum ab Abbate, nihilominus, cum ille ſit ex inferioribus Collatoribus, quibus non cõceditur alternatiua, & ideo menſis Aprilis, quo contigit vacatio, ſit reſeruatus, poſſeſſioni dictorum prouiſorũ obſtaret decretum irritans poſitum in regula reſeruatoria octo menſium, quod inficit titulum, & poſſeſſionem iuxta deciſ. 3. de reſtitut. ſpoliat. in nouis, & 2. eod. tit. in antiquis Caſſad. deciſ. 1. eod. tit. Mohed. deciſ. 15. de cauſa poſſ. Rota coram bonæ memoriæ Bubalo in cauſa Senen. Canonicatus 13. Martij 1588. nec refert, quod decretum non ſit poſitum in reſeruatione in corpore iuris clauſa, vel alias ſuper certo corpore Beneficij, quia eadem militat ratio, vbi reſeruatio eſt notoria, & iuſtificata, Puteus deciſ. 190. num. 5. lib. 3. Simoneta de reſeruat. quæſt. 40. & fuit reſolutum in vna Crotonien. Decanatus 20. Martij 1587. coram bonæ memoriæ Bubalo, & in alia Regien. Canonicatus 17. Nouemb. 1595. coram D. Pamphilio, vnde fuit concluſum Ioan. Iacobo dandum eſſe mandatum de manutenendo, quia de eius poſſeſſione conſtat, quæ, licet ſit inſtrumentalis, tamen cum poſſeſſioni prouiſorum ab Abbate reſiſtat decretum irritans & per conſequens illa poſſeſſio ſit infecta, & nullius momenti, habetur pro vacua, dicta poſſeſſio inſtrumẽtalis eſt manutenibilis. Caſſad. deciſ. 20. de Præben. Puteus deciſ. 360. num. 80. lib. 1. Verallus deciſ. 334. nu. 6. lib. 2. Faſtol. dub. 41. & fuit pluries alias reſolutum, & venit manutenendus in omnibus bonis dictorum Beneficiorum quia per adeptionem poſſeſſionis Capellæ acquiritur etiam poſſeſſio bonorum, Anchar. in reg. Beneficium col. vltima ante num. 12. verſic. & ideo ego dico. de reg. iuris in 6. Couar. lib. 3. variar. c. 16. nu. 13. quibus accedit, quod Ioãnes Iacobus fuit immiſſus in poſſeſſionem ab executore ſuarum literarum, qui iudex rite & recte procedendo, etiam quod poſſeſsio dictorum prouiſorum eſſet alicuius conſiderationis, potuit illos ſua poſſeſsione priuare Angel. in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas, num. 2. vbi Alex. Soci. Iaſ. & alij. ff. de acquirenda poſſeſſ. Ferret. conſil. 18. num. 10. Mohed. deciſ. 4. num. 4. & 5. de reſtitut. ſpoliat. & tenuit Rota in cauſa Pintien. & Adrien. Beneficiorum 4. Iulij 1584. & in cauſa Hipporigien. Capellæ 3. Martij 1578. coram Cantuccio & alias ſæpius.

419 Vnde conuinci videtur deciſio † Putei. 372. lib. 2. vbi fuit reſolutum, neutri eſſe dandum mandatum de manutenẽdo, nec Nicolao priori poſſeſſori, quia propter decretum appoſitum in regreſſu Ioan. Dominici, eius poſſeſsio erat attentata & vitioſa; nec Ioann. Domin. ſecundo capienti poſſeſſionem quoniam, ſtante alio priori poſſeſſore, non habebat poſſeſsionem, &c;

420 Et etiam deciſio Rotę in cauſa † Illerden. Canonicatus 7. Maij 1593, coram D. Pamphilio, in qua ☞ fuit reſolutũ, quod poſſeſsio eius, qui retinuit poſt duos menſes portionem, quam is dimittere tenebatur, eſt vitioſa, & non manutenibilis ſtante decreto de dimittendo in prouiſione Canonicatus, quod poſitum ſuper certo corpore Beneficij inficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſsionem. Chiſanen. deciſ. 46. cum alijs ſupra; poſſeſsio vero illius, qui præcedente dicta poſſeſsione accepit eam, cum ſit mere inſtrumentalis, non prodeſt, nec eſt manutenibilis, l. peregre. §. quibus l. quamuis. §. conductor, & ibi Bart. &

421 Alex. de acquir. poſſ. & ſæpe reſolutũ, &c, † Si enim in caſu iſtarum deciſionum prior poſſeſsio non erat conſiderabilis, & manutenibilis propter decretum irritans, habetur pro vacua, & ſecunda erat manutenibilis iuxta dicta.

422 Vnde etiam † non videtur omnino recte, & conſequenter procedere deciſio in vna Anconitana Parochialis 6. Iunij 1561. coram D. Rubeis in qua va- ☞ cante Parochiali in menſe Nouemb. reſeruato Vicelegatus Papæ de illa prouidit Deſiderio, qui poſſeſsionem accepit, & deinde Papa illam contulit Ioan. & cõceſsit ei Breue, ad capiendam poſſeſsionẽ abſque vitio ſpolij, cum decreto, quod quæcumque prouiſiones, &c. de dicta Parochiali, ad colorandum titulum nemini ſuffragari poſsint vigore d. Breuis; facit etiam capta poſſeſsio per Ioãnem, ſed quia pro-

parte

parte Deſiderij prætendebatur huiuſmodi poſſeſſionem eſſe inſtrumentalem, & non priuaſſe eum ſua anteriori, ideo petebatur mandatum de manutenendo per Deſiderium, & etiam per Ioannem, & dato dubio fuit concluſum, quod ſi Deſiderius non docet de perceptione fructuum, & de continuata poſſeſſione, poſt poſſeſſionem captam per Ioannem, non eſt dandum mandatum de manutenendo Deſiderio, quia ei obſtat decretum, ex quo totaliter inficitur ſua poſſeſſio, Sarnen. de annali quæſt. 17. & 19. Egid. deciſ. 342. & 536. & ſic intrat poſſeſſio inſtrumentalis Ioannis, ac ſi poſſeſſio Beneficij tunc eſſet vacans; Vnde ei eſt dandum mandatum; quod ſi Deſiderius perſiſtit in detentatione fructuum, tunc non eſt dandum mandatum, ſed potius reſtitutio in ſpolio, ex quo probat primum extremum ex inſtrumento ſuæ poſſeſſionis, quod ſufficit: nec obſtat poſſeſſio anterior Deſiderij, quia illa non eſt conſiderabilis, cum ſit infecta ex decreto, vt eſt dictum. Rota deciſio. ſecunda de reſtitutione ſpoliator. in antiquis; hæc inquam deciſio non videtur omninò rectè, & conſequenter procedere, ſi enim Ioannes non ſe habuit pro ſpoliato, vt videtur non ſe habuiſſe, cum petat manuteneri, parum refert, quod Deſiderius continuauerit ſuã poſſeſſionem, quia id eſt turbatio, &c.

423 Præterea circa deciſionem † Ilerden. aduertendum eſt, quod decretum irritans poſitum in decreto de dimittendo, non reſpicit hanc partem, ſi ille non dimiſerit infra duos menſes, ſed reſeruationem Beneficij in euentum non dimiſſionis ita, vt de eo, quod Papa vult vacare, eo ipſo per Sedem Apoſtolicam dumtaxat, diſponi poſſit, alias irritum, &cet. vt alias in ſimili fuit conſideratum in vna Taurinen. præpoſituræ deciſ. 632. libro 3. parte 3. diuerſorum. Et in terminis huius decreti in vna Corduben. Cappellaniæ in qua 24. Maij, & 18. Iunij 1596. coram
424 D. † meo Corduba fuit reſolutum Petrum eſſe manutenendum in ſua poſſeſſione Capellaniæ, non obſtante decreto de dimittendo infra duos menſes, & irritan. appoſitis in ſua prouiſione de altera Capellania eiuſdem Eccleſiæ, & quod per ſpatium vndecim annorum, nec litteras expediuit, nec fecit aliquam diligentiam ſuper ſecunda, & ſic eius negligentia in aſſequendo demonſtrabatur: nam fuit reſponſum, decretum irritans ſtare conſecutiue ad decretum de dimittendo, quod an intret in hoc caſu, adhuc iudicatum non eſt, vnde merito pendente litè, qui poſſidet, manutenendus eſt, & cum dictum decretum veniat acceſſorie ad decretum de dimittendo, non poteſt habere locum, licèt ſit ſuper certo corpore Beneficij ad deciſionem Ilerden. Canon. coram Pamphilio, niſi prius conſtiterit factum fuiſſe locum decreto de dimittendo, & fieri potuit, vt Petrus non foerit proſecutus ſuam impetrationem, nec litteras expedierit, quia animaduertit, ſe non ſoluere bonum ius &c. præterea fuit reſponſum dict. die 18. Iunij, dictum decretum irritans concernere ſolum reſeruationem huius Capellaniæ in euentum non dimiſſionis, ita, vt alius quam Sedes Apoſtolica, de ea diſponere non poſſit, irritum, &c. vt in ſimili dicitur de decreto poſito in Extrauagante execrabilis. §. Porro de Præbend. vbi adeſt ſimile decretum. Puteus deciſione 99. lib. 1. num. 13. & ſic non operatur contra non dimittentem, ſed contra prouiſum ab alio, quam à Papa in euentum non dimiſſionis, vt fuit dictum de iſtis verbis in cauſa Romana Canonicatus Sancti Nicolai 17. Decembris 1574. coram Sanctiſſimo. Rota dicta deciſione 632. libro tertio parte 3. &c.

425 In qua etiam cauſa † 28. Octobris 1596. & 24. Ianuarij 1597. coram eodem D. meo Corduba fuit reſolutum, regulam de triennali ſuffragari Petro, nec obſtare, quod regula excipiat caſus vacationis in curia ob reſeruationem cap. ſecundo. de Præbend. in ſexto, quamuis enim Beneficia iuxta decretum vacantia in curia vacent vbi eſt prouiſio facienda, quia Beneficia, quorum diſpoſitio ad Papam ſpectat, dicuntur vacare in curia, non tamen apud Sedem, qui eſt caſus exceptus in dict. regula; ſecundo ſtante triennali, non fuiſſe factum locum decreto, & conſequenter de nulla conſtabat vacatione, &c. & contra d. deciſionem Ilerden. tenet Gonçal. gloſſ. vlt. nu. 68. cum Puteo, & dec. Rom.

426 Immò in rigore ſecluſo † ſtilo Rotæ, videbatur exceptionem reſeruationis etiam non clauſæ in corpore iuris, nec ſuper certo corpore Beneficij impedire reſtitutionem in ſpolio etiamſi non eſſet probata: nec probaretur in continenti, dummodo infra tempus competens, & terminum conuenientem id fieret, quia hæc exceptio directo reſpicit poſſeſſionem, & per eam negatur, in effectu ſaltem, ſpoliatum, & titulus coloratus. Abb. in cap. literis de reſtitutione ſpoliat. num. 27. & rectè Nauarr. in cap. accepta, eodem tit. oppoſ. 10. ſolutione nu. 40. maximè quando oppoſitum eſt de reſeruatione, antequam ſit probatum ſpolium, & antequam cauſa ſuper ſpolio ſit inſtructa, Mandoſ. d. q. 3. nu. 5.

427 Nam decretum irritans † inficit, & annullat titulum, & poſſeſſionem, & omnes iuris effectus illius tollit. Caſſador. ſuper regul. deciſ. 7. num. 3. Simoneta dict. quæſt. 40. numero primo, & 2. Sarnenſ. de triennali quæſt. 49. Rebuff. in praxi titul. de reſeruatione num. 40. Creſcen. deciſ. 4. de priuileg. Lancellotto. de attentatis 3. par. capit. 3. num. 92. & Rota deciſio. 189. numero quarto, par. ſecunda diuerſorũ. *Mand. ad lap. allegat. 89. q. 19.*

428 Et afficit omnia, quæ † ſequuntur, ita vt nec effectum, nec iuris fomentum habeant. cap. ſi eo tempore. de elect. in 6. & ibi notat Caſſad. deciſ. 1. num. 7. de reſtitution. ſpoliator. Sarnenſ. ibi. & de annali quæſt. 23. & de gratijs expectatio. num. 19. Alexand. Strati. in Extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ num. 67. Rota deciſ. 24. num. 5. & deciſ. 159. nu. 2. p. 2. diuerſ.

429 Et vt dicit Guil. de Monte Laud. † in Clement. ſi Romanus. de Præbend. ſuper verb. cum cura. relatus à Sarnen. dict. quæſt. 23. & Nauarr. de ſpolijs. §. 14. numero 12. decretum irritans eſt penetrabilius omni gladio ancipiti omnia interiora, & occultiſſima afficiens, & aſtringens: nam eſt tam malignantis naturæ, quod quicquid inuenit deſtruit, & in oppoſitum ducit, quod etiam ait Alexand. Straticus dict. numero 67. & tradit prædicta Gonçalez gloſſ. vltim. à numero 12. & ſic tollit remedia poſſeſſoria. Gul. Benef. in repet. Rainut. verb. ſi abſque liberis. 2. de fideicommiſ. ſubſtitutio. à num. 38. & quæſt. de Epiſcopatu, nu. 31.

430 Ad effectum vero manutentionis, † nõ obeſt decretum irritans etiam ſuper certo corpore Beneficij, aut in corpore iuris clauſum, niſi ſit iuſtificatum,

aut incontinenti iuſtificetur, interim enim non eſt quis priuandus,& amouendus a ſua poſſeſſione.

31 Et ſic in vna Coſentina † Capellæ, 16. Oct. 1601. ſuit reſolutum, quod decretum irritans poſitum in gratia aduerſarij, non impedit manutentionem, quia ad iſtum effectum requiritur, quod gratia ſit iuſtificata, ſi enim nõ eſt iuſtificata, decretum, quod eſt acceſſorium, non operatur aliquem effectum, & ideo, quia poteſt eſſe, quod gratia non iuſtificetur, poſſeſſor interim non eſt priuandus ſua poſſeſſione, vt fuit reſolutum in Valentina iuris patronatus 30. Aprilis. 1582. coram D. Seraphino, &c.

32 Et alias † in vna Oriolen. decimarum. 19. Iun. 1592. coram D. Gipſio voluerunt Domini. Capitulum, & litis conſortes eſſe manutenendos in quaſi poſſeſſione exigendi decimam, &c. nec obſtante priuilegio exemptionis Fratrum S. Dominici a ſolutione decimarum, quia reſpicit petitorium, & eſt dubium, an intret in caſu iſto ſtantibus reſolutionibus, iam factis, propterea non poteſt impedire dictum mandatum. Couar. var. l. 1. cap. 16. nu. 10. & fuit reſolutum coram eod. in alia Carthaginen. decimarum nec obſtare decretum irritans, & clauſulam ſublatam, quia ſunt acceſſoriæ, & ſolum operantur quando priuilegium intrat. Gemin. in c. præſenti. in princ. verſ. nota, quod eo ipſo, & ibi Franc. 3. notab. de officio Legati in 6. Fabri. de clauſulis concluſione tertia nu. 82. &c.

33 Et in vna Calagurritana † Beneficij de Nauarrete 7. Feb. 1586. coram D. Blanchetto fuit reſolutum, quod mandatum de manutenendo decretum in fauorem Dioniſij non erat reuocandum, quia eſt probata eius poſſeſſio, & quæ obijciebãtur reſpiciebant petitorium, niſi pro parte Beneficiatorum probetur, quod non fuerit examinatus ab Ordinario, tunc enim propter decretum irritans Concilij Tridentini, eius poſſeſſio non eſſet manutenenda, quod donec per Beneficiatos verificetur, non eſt amouendus à poſſeſſione, &c.

34 Circa quam tamen reſolutionem † aduertendum eſt, quod licèt inſtitutio, & admiſſio præſentati, ſeu electi, à perſonis Eccleſ. ſine examine, ſit nulla ex decreto d. Concilij ſeſſione 7. de reformatione cap. 13. ex quo cum examen præcedere debeat, datur conſequenter ordo, qui inducit formam, vt in alia Caſagurritana Beneficij de Archua infra adducta 9. p. c. 3. num. 11. vbi dicetur, tamen in illo decreto, non eſt decretum irritans quod inficiat titulum, & poſſeſſionem iuxta ſupradicta nu. 411. niſi dicas, quod cũ ex tenore d. cap. inducatur nullitas propter formam datam intrat decretum irritans Bullæ Pij IIII. ſuper confirmatione Concilij iuxta deciſ. Rotæ in cauſa Romana vineæ 5. Maij 1589. coram D. Orano, de qua d. cap. 3. 9. p. nu. 12. vbi vide, & ita poteſt d. reſolutio ſaluari.

35 Tandem aduertendum eſt, † quod ad effectum impediendi manutentionem tunc dicitur probata reſeruatio, & decretum iuſtificatum, cum conſtat de ipſa reſeruatione, & poſſeſſor dicit ſe prouiſum ab Ordinario, nec aliũ titulum allegat, aliàs ſecus quia in Beneficialibus datur multiplicatio titulorum vt in vna Reginen. Beneficij 16. Februa. 1596. coram D. Lita, † in qua fuit reſolutum. Dandum eſſe mandatum de manutenendo prouiſo ab Ordinario exiſtenti in poſſeſſione Beneficij, vt conſtat ex inſtrumento adeptæ poſſeſſionis: non obſtante reſeruatione oppoſita, & decreto irritan. contento in regulis, quia non conſtat de reſeruatione, & ea probata, non releuat, cum in Beneficialibus detur multiplicatio titulorũ, & poſſibile ſit vltra prouiſionem Ordinarij habere aliam Papæ, quam ad effectum, de quo agitur, non cogitur exhibere nec inſtificare. Rota diuerſorum deciſione 595. numero 8 part. 1. & fuit alias reſolutum in vna Firmana Beneficij, 19. Martij, 1598. corã D. Blanchetto, in nec obſtare poſſeſſionẽ aduerſarij quia eſt nulla, & attentata, vti capta, non reproducto monitorio, nec ſeruata forma Breui. Lancellot. de attentatis cap. 4. num. 49. vltra, quod vti mere inſtrumentalis, & capta alio exiſtente in poſſeſſione, non eſt conſiderabilis, &c.

457 Addit etiam poſthæc ſingulariter † Gonçalez d. gloſſa vltima num. 45. quod decretum irritans appoſitum in litteris prouiſionis factæ per Papam iure præuentionis de Beneficio vacante in menſe Ordinario, non inficit poſſeſſionem promiſi poſtmodum ab Ordinario. Caſſad. deciſ. 2. num. 7. de reſtitut. ſpoliat. Puteus deciſ. 37. lib. 2. & quod fuit deciſum in vna Romana Canonicatus 7. Decembris 1584. coram Sanctiſſimo Clemente VIII. & nouiſſimè in Hiſpalen. Beneficij de Villanueua de menſe Ianu. 1604. coram D. Iuſto. Ac quod Puteus d. deciſ. 27. dicit Caſſadorum laborasſe in quærenda ratione, quare decretum irritans minus inficiat poſſeſſionem in vacante, quam in vacaturo; cum patens ſit ratio, quia, ſi inficeret in iam vacanti, omnes ſecundæ gratiæ de vacante factæ per Papam eſſent nullæ. Et ipſe Gonçalez etiam aliam rationem aſſignat, quia gratia de Beneficio vacanti in menſe ordinario eſt magis nociua, & præiudicialis Ordinario collatori, ac prouiſo ab illo, ex his, quæ ſcripſit in §. 4. proœmio in principali & hoc tetigit in gloſſa 52. num. 61. Quod quidem mihi non placet ex ſupra adductis, nec ratio Putei videtur bona, Tum quia facta ſemel per Papam prouiſione valida de Beneficio vacante, non eſt inconueniens, quod ſecundæ prouiſiones per eum factæ de tali Beneficio ſint nullæ cum Beneficium iam ſit prouiſum, & primus habeat ius in illo, vel ad illud. Tum etiam quia decretum irritans poſitum in conceſſione, & gratia ſpeciali, non ligat ipſum Papam, niſi dicatur etiam per nos, vt diximus ſupra à numero 25. & tradit ipſe Gonçalez dict. gloſſa vlt. quæſt. 2. numero 22. nec etiam ratio ipſius Gonçalez eſt bona, nam ſuppoſito, quod Papa præuenit Ordinarium, voluit illi præiudicare, & prouiſio poſtmodum ab eo, & ſic nihil mirum, ſi decretum irritans poſitum in prouiſione Papæ illum afficiat, & illius poſſeſſionem inficiat. Et in d. deciſione Hiſpalen. illud videtur obiter dictum, & incidenter conſideratum, non principaliter deciſum, vt apparet ex ipſo Gonçalez dict. gloſſa vltima num. 56. vbi meminit etiam de dicta deciſione. *Nam in dict. Hiſpalen. beneſi. de Villanueua de menſe Ianuar. 1604. & antea 2. Maij 1603. coram D. Iuſto id principaliter deciditur: Quod cũ prouiſiones Papæ & Ordinarij currunt in eadem data & die, & prouiſus ab Ordinario eſt in poſſeſſione, eius prouiſio eſt præferenda, ex clara diſpoſitione, c. ſi a Sede Apoſtolica. de Prab. in 6. nec obſtare decretum irritans poſitum in gratia Apoſtolica, quod inficit poſſeſſionẽ, & aufert illi omne fomẽtũ iuris, c. ſi eo tempore, de elec. in 6. cũ aliis; & ſic omninò inficitur et enacuatur*

tur possessio promisi ab ordinario postea capta, vt colligitur ex Put.decis.4.de Præben.& Mol.8.de Prab.in fi.Socin. cons.67.nu.7.lib.3. Rebuff.de Pacif.num.299. quia hæc limitatio non placuit Dominis ex dec.Put.125.lib.1. Sornen.32.Simonet.6.per consil.Butr.87.lib.7 & Cald.7.de Prab.quia Prioritas possessionis arguit Prioritatem tituli, & possessio superueniens retrotrahitur, & decretũ irritans sequitur naturam gratiæ, & inficit possessionem, quatenus gratia Apostolica sit anterior. Nec obstaret subrogationem gratiosam, quia ea non transfert possessionem realem, & actualem, Mohed.decis.11. de restit.spoliat. & dispositio d.cap.si à Sede Apostolica, videtur fundata in vera & reali possessione, &c. & tradit Gonçalez d.nu.56.

## De regula mensium, & primo de ijs, in quibus differt à regulis antiquis, &c. §. X.

### SVMMARIA.

SVper regula mensium hic posita nullus scribit, nam non solebat poni inter alias regulas, nisi post hæc Gonçalez, numero 438.

Cum hæc regula non soleret edi cum alijs, fuit alias in Rota resolutum, quod tunc non obstabat interim prouisio ab Ordinario, num.439.

Cum Sixtus V. fecisset separatim regula mensium publicatam 4. Maij reseruantem Beneficia à die publicationis vacatura, dubitandum est, an Canonicatus Gienen. qui vacauit dicta 4. Maij, comprehenderetur in reseruatione? & Sixtus declarauit comprehendi, nu.440. & consuluit Nau. & tenuit Rota numer.441. & carpitur Gonçalez male carpens Nauarrum, num.442.

Contingente eadem die vacatione Beneficij in mense reseruato, & prouisione Ordinarij, nec non reseruatione nostra regulæ cum alijs regulis facta, censetur reseruatio præcedere, etiamsi prouisus ab Ordinario anteriorem possessionem haberet, quia tota dies comprehenditur in regula, &c. num.443.

De origine, & principio regulæ mensium, & alternatiuæ remissiue, & ordo seruatus in eius explicatione num.444.

Regula hæc in aliquibus differt ab antiqua, nu.445.

A tempore Sixti sit vsque ad conditoris beneplacitum, & sic durat toto tempore sui Pontificatus, nisi ab eo reuocetur, cum antea soleret fieri vsque ad quinquennium, & illo finito reuocari, nu.446. & ita tunc facta noua regula necessaria erat noua acceptatio alternatiuæ, nu.447. & reprobatur sententia Gonçalez num.448.

A tempore Sixti V. addita sunt illa verba, ac cõsuetudines etiam immemoriales optandi, &c.nu.449. quæ verba videntur superflue addita, nam in Beneficijs reseruatis non cadit optio, nu.451. quamuis per mandatum de prouidendo, & reseruationem de Beneficijs vacaturis pro aliquo nõ tollatur optio, quæ tamen tollitur per clausulas generales in eis contentas, num.451.

Non est superflua d.derogatio addita, nam stante consuetudine saltem immemoriali, aut indulto Apostolico optandi, reseruata possent optari, vt in decis. Bononien. posita nu.452. & seq. quamuis verius videatur non posse dari d.consuetudinem stante interruptione per singulos Pontifices renouantes regulam, sed ad tollendum omnem difficultatem, & dubitandi occasionem, addita sunt illa verba.

Per reseruationem specialem Beneficij etiam motu proprio factam post vacationem ipsius, seu prouisionem à Papa de eo factam, non videtur sublatum ius optandi, & ius ad rem acquisitum, nisi illi derogetur, cum derogatione regulæ de iure quæsito, &c. nu.455.

An impediatur optio in Ecclesijs, vbi non optantur Præbendæ, sed præstimonia annexa? nu.456. cum seq. resoluitur nõ impediri, sed posse optari, licet secus sit in camera, domo, seu prædio, vel loco annexis perpetuo, & inseparabiliter Præbendæ & in fructibus grossis, qui dantur pro Prabenda.

Pensio imposita super fructibus Canonicatus Corduben. nec nõ præstimonij illi annexi, mortuo possessore, tota solui debet à successore in Canonicatu, & nihil à successore in præstimonio, num.459.

In alternatiua addita sunt illa verba, vere ac personaliter, nam in alijs aliter dicebatur, num.460.

Secunda alternatiua Pij V. non erat restricta ad residentes dũtaxat, sed ad residentes iuxta formam Concilij, & sic in tribus mensibus absentiæ permissis à Concilio illa gauderent. nu.461. vbi ponitur decisio Rotæ, & num.seq. ponitur alia contraria. Et alias aliqui de Rota inclinabant Episcopum absentem etiam vltra trimestre ex iusta causa, & permissu Papæ, debere gaudere dicta alternatiua, nu.463. vbi ponitur decisio Rotæ.

Ex verbis d.secundæ alternatiuæ Pij V. videbatur quod Episcopus, qui vno anno abfuit vltra tres menses, licet postea resideret, non debebat pro illo anno ea gaudere, num.464.

Ex d.verbis, vere, ac personaliter, vt Episcopus gaudeat alternatiua, requiritur vera, & realis residentia, & non per fictionem contra Germonium, qui etiam fallitur, dum existimat, Episcopos Cardinales egere alternatiua et teneri residere Romæ, nu.466. & seq. vbi de declarat. S. Cõg. circa hoc.

Ex illis etiam verbis clarum est non gaudere alternatiua Episcopum, qui ob aliquam iustam causam exiuit à diœcesi animo breuiter reuertendi, vel qui nondum diœcesim ingressus est, sed pararet ingredi, & infertur ad casum de quodam Beneficio Segobien. nu.468.

Reprobatur sententia Gonçalez tenentis, quod si Episcopus nõ potest ingredi suam diœcesim, nec in ea residere propter proteruiam impiorum, gaudet alternatiua, nu.469.

Addita etiam sunt illa verba, ad liberam ipsorum dumtaxat, &c. nu.470. & sic, licet antea alternat. concessa Episcopis comprehenderet Beneficia simultaneæ collationis cũ Capitulo, quod posset ea vti, etiam si menses essent diuisi, tamen hodie id non procedit. nu.471. & seq. vbi adducuntur resolutiones Rotæ. Et reprobantur duo dicta Gonçalez circa hoc, nu.473. & sequenti.

Illa dicitur libera collatio ad effectum alternatiuæ, quæ potest fieri à solo Episcopo absque alterius dispositione, præsentatione, vel electione, consilio, consensu, seu interuentu, aut alias, num.475.

Dicitur libera collatio, ad effectum alternatiuæ, quando collator tenetur conferre certo generi personarum, &c. nu.476.

Quando Episcopus esset in quasi possessione conferendi sine interuentu Capituli intraret alternatiua in Canonicatibus, & præbendis, num.477. vbi ponitur resolutio Rotæ. Ad quod considerandus est vltimus status Beneficij videlicet an Episcopus fuerit in quasi possessione libere conferendi, vel in cõtraria possessione? num.478. & sufficit semiplena probatio istius quasi possessionis, num.479.

Si duo Beneficia, quorum vnum spectat ad prouisionem Episcopi, & alterum ad prouisionem alterius, sunt inuicem vnita, non habet locum alternatiua, quamuis secus, si spectarent ad prouisionem duorum Episcoporum, num.480.

Episcopus non potest se iuuare alternatiua in Beneficijs ad aliorum collationem spectantibus, num.481.

Addita sunt etiam illa verba, seu etiam aliorum dispositioni sux, &c. num.482.

*irca modum acceptandi alternatiuam fuit varietas in regulis, & a tempore Sixti V. ordinatur fieri vt ſic, nu. 483.*

*Acceptatio alternatiua eſt voluntaria, & nemo inuitus illam acceptare teneturnu. 384. ſemel vero acceptata non poterit Epiſcopus pœnitere, & ab acceptatione recedere niſi Papa acceptauerit renuntiationem, nu. 485. & acceptatio alternatiua ceſſat per translationem acceptantis ad alium Epiſcopatum, in quo ſi vult ea uti, debet de nouo acceptare, num. 486. & acceptatio alternatiua nihil aliud eſt, quam mentis, & voluntatis declaratio, & ſic facta ab excommunicato tenet nu. 487.*

*Acceptatio alternatiua debet fieri per literas patentes, id eſt apertas numero 488. ſubſignatas, id eſt ſubſcriptas manu propria ipſius Epiſcopi num. 489. & ſuo ſigillo munitas numero 490. & non eſt neceſſaria adhibitio teſtium, nec interuentus notarii ſeu ſecretarii, nu. 491. debent tamen fieri in propria Ciuitate, vel Diœceſi non extra num. 492. & ad Datarium tranſmitti. num. 493. & ab eo recognoſci, nume. 494. nec hodie eſt neceſſaria expeditio literarum alternatiua, vt olim nu. 495.*

*Datarius organum Papæ admitteret acceptationem alternatiuam factam non ſeruata omnino d. forma, valeret. 496.*

*Hoc de acceptatione alternatiua inductum eſt ad euitãd fraudes circa vſum ipſius nu. 497.*

*Formula literarum acceptationis, & fidei, quæ datur per Datarium, a quibus ponitur nu. 498.*

*Per fidem Datarii probanda eſt acceptatio alternatiua, aut per librum Datariæ & non præſumitur cum ſit facti. ſed debet probari a fundante ſe in alternatiua, & ſi liber Datariæ inueniri non poſſet, quomodo probetur, nu. 499.*

*Roma ſatis probatur acceptatio alternatiuæ per fidem alicuius notarii, quod eſt in libro Datariæ, ſicut aliàs fuit reſolutum de familiaritate. nu. 500.*

*Qui dicit Epiſcopum gaudere alternatiua, ſatis fundat intentionem in acceptatione, & præſumptione iuris, quod Epiſcopus reſidet, & contrarium dicens id probet ſecundum Rotam nu. 501. ſed contrarium tenetur cum Gonçalez, & Rota alias, nempe, quod fundans ſe in alternatiua tenetur probare, non ſolum acceptationem, ſed etiam reſidentiam Epiſcopi, quæ non præſumitur num. 502. quamuis ſit aliqualis præſumptio, quod quis reſideat in loco, vbi reſidere tenetur, quæ cum aliquibus adminiculis ſeu alia præſumptione ſufficiet ad probat. &c. num. 503.*

*Impetrans Beneficium, vti reſeruatum ob non reſidentiã Epiſcopi, debet eam plenè & concludenter probare nu. 504.*

*Prouiſus Apoſtolicus de Beneficio vacante in menſe Martij vel Sept. tanquam reſeruato ex eo quod Epiſcopus gaudet alternatiua, non ſolum tenetur probare acceptationem illius ſed etiam quod Beneficium ſit libera collationis ſecundum Gonçalez, quod tamen ſolum videtur procedere in Beneficijs, quæ de iure non ſunt libera collationis. num. 505. & an ea probatio debeat eſſe concludens?*

*Prouiſus Apoſtolicus in aliquo ex menſibus Martii, & Sept. qui ceſſante alternatiua ſunt Ordinarij, nõ tenetur probare, quod Epiſcopus reſidebat in menſibus Febr. & Aug. reſpectiue, vel ſaltem in ipſo menſe Martii, aut Septembris, licet non ex ratione Goncalez nu. 506.*

*Alternatiua non definit gaudere Epiſcopus non reſidens in mẽſibus Iunii, & Dec. qui ſemper ſunt Ordinarij, & conſequẽtur prouiſus ab Epiſcopo de Beneficijs in eis vacantibus non tenetur probare reſidentiam, ſicut in alijs quatuor menſibus contra Goncalez nu. 507.*

## *Reſeruatio menſium Apoſtolicorum, & alternatiua pro Epiſcopis reſiden.*

ITem Cupiens idem D.N. Papa pauperibus Clericis, & alijs benemeritis perſonis prouidere omnia Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura ſæcularia, & quorumuis Ordinum regularia qualitercumq; qualificata, & vbicumq; exiſtentia in ſingulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Julij, Auguſti, Octobris, & Nouembris, Menſibus, vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum extra Romanam curiã, aliàs quam per reſignationem quocumque modo vacatura ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem, quorumcumque collatorum & collatricum ſecularium quorumuis Ordinum regularium (nõ tamen, S. R. E. Cardinalium, aut aliorum ſub concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & quoſcumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obſeruare debuerant acceptatis, & obſeruatis, quæ cedere non intendit, comprehenſorum) quomodolibet pertinentia diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauit, volens in ſupplicationibus, ſeu conceſſionibus gratiarum, quæ de dictis Beneficijs tunc vacantibus, etiã Motu proprio fient de menſe, in quo vacauerint diſpoſitiue mentionem fieri alioquin gratias nullas eſſe, ac conſuetudines etiam immemorabiles optandi maiores, & pinguiores Præbendas, nec non priuilegia, & indulta Apoſtolica circa ea, ac etiam diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, aut, quod illa ſub huiuſmodi reſeruationibus nunquam comprehendantur etiam cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus efficacioribus & inſolitis clauſulis, nec nõ irritanub. & alijs decretis quibuſuis perſonis. & Collegijs cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus quomodolibet conceſſa aduerſus reſeruationem huiuſmodi minime ſuffragari. Inſuper Sãctitas ſua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis intenta, ipſis quãdiù apud Eccleſias, aut diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint duntaxat de omnibus, & quibuſcumque Beneficijs, cum cura & ſine cura ſæcularibus, & regularibus ad literam ipſorum duntaxat, non aut em aliorũ cũ eis diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem, nec etiam cum conſilio, vel conſenſu, ſeu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus, quæ antea in menſib. Feb. Apr. Iun. Aug. Octo. & Decembr. extra curiam ipſam vacare contigerit (dummodo aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta, non fuerint) liberè diſponendi facultatem conceſſit, ac etiam voluit, vt, ſi ipſi in collatione, aut alia diſpoſitione Beneficiorum in alijs ſex menſibus, videlicet Ian. Martij, Maij, Julij, Sept. & Nou. vacaturorum (quæ etiam diſpoſitioni ſuæ, vt præfertur reſeruauit) ſeu etiam aliorum diſpoſitioni ſuæ, & dictæ ſedis aliàs quomodolibet reſeruatorum, vel affectorum ſeſe intromiſerint, aut quominus prouiſiones, & gratiæ Sanctitatis ſuæ de illis debitum effectum conſequantur, impedimentum quo quo modo præſtiterint, vſu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipſo priuati exiſtant, ac collationes, & aliæ diſpoſitiones de Beneficijs illius prætextu deinceps faciendæ nullius eſſent roboris, vel momenti.

Illi vero, qui gratiam alternatiuę prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas manu propria subsignatas, suoq; sigillo munitas, & in sua quisque ciuitate, vel Diœcesi datas declarare, & literas ipsas huc ad Datariũ sanctitatis suę transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiãt gratia supradicta, decernens sic in prędictis omnibus per quoscumque &c. iudicari debere ac irritum, &c.

438 SVper hac † regula nullus commentator scribit, nam non solebat edi, & poni inter alias regulas Cancellariæ, sed separatim, & quamuis Paulus Grauttius ad Simonetam de reseruat. q. 45. litera B. dixerit, huic constitutioni commentarium propediem edendum non sine ingenti labore iam parare, nunquam edidit huiusmodi commentarium. At longè post hæc scripta prodijt glossema, seu commentatio ad hanc regulam Hier. Gonçal. Hispani, Romæ aduocati. Cuius liber Romæ editus anno 1604. ad manus meas non venit, nisi intrato anno. 1607.

439 Vnde, cum hæc regula † non soleret edi cum alijs regulis Cancellariæ, in Auximana Castri Baldi de anno 1552. coram D. Rosanen. fuit dictum, quod, si regula reseruatoria octo mensium nõ fuit edita cum alijs, quæ ligant in crastinum assumptionis Papæ, non obstat interim prouiso ab Ordinario, vt per Coram decis. 58. in suis miscellaneis manuscriptis. facit decis. Mohedani decimatertia, de priuil. ad fin. libri alias tertia.

440 Vnde etiam, † cum Sixtus V. post regulas Cancellariæ separatim fecisset regulam mensium, quæ fuit publicata die 4. Maij 1585. in quam reseruauit Beneficia à die publicationis vacatura in mensibus Maij, &cet. vt in Bullario post regulas Cancellariæ Sixti constitutione 18. dubitatum fuit in vna Gienen. Canonicatus, qui vacauit. d. die 4. Maij, an comprehenderetur in dict. reseruatione? in quo idem Sixtus V. per aliam regulam editam die 27. Iulij eiusdem anni declaranit, Beneficia, quæ in ipsa die 4. Maij vacarunt comprehensa esse sub d. reseruatione, & mentis, & intentionis suæ ita fuisse &c. vt in d. Bullario vbi supra.

441 Et ita ind. causa Gienen. † consuluit Nau. consi. 31. de Præb. vbi id fundat, quem sequitur Zerola in praxi Episcopali. 2. p. verb. alternatiua. §. 5. & tenuit Rota 4. & 11. Maij 1587. coram D. Robustello vbi sic dicitur. Vltimo non obstant quæ dicuntur de publicatione regulæ reseruatoriæ hic Romę, circa horã. 10. circa meridiẽ, quia stante declaratoria S.D.N. res non habet difficultatem, & hęc declaratoria videtur satis honesta, quia reseruatio de Beneficijs vacaturis à die 4. Maij, capit vacantia in illa ante publicationem, dummodo ante publicationem non sint prouisa per Ordinarium, Simoneta de reseruata. q. 47.

442 Vnde Gonçalez † §. 5. procem. nu. 59. perperam & inconsiderate carpit Nau. d. cons. 31. de Præb. dicens non cõsideraſſe Nauarrum ibi, nec animaduertisse, quod regulæ Cancellariæ Sixti V. & sic regula mensium, die 4. Maij 1585. publicatæ, fuerant factæ in crastina die assumptionis, videlicet 25. mẽsis Apr. præcedent. vt ex procemio ipsarum regularum Sixti V. constat in quo aderat clausula, Quas etiam ex tũc suo tempore duraturas obseruari voluit, &c. cum potius Gonçalez non considerauerit, quod regula mensium Sixti V. non fuit edita cum alijs regulis, sed post, & falso etiam ait Gonçalez regulas Cancellariæ Sixti V. fuisse publicatas die 4. Maij, nam potius fuerunt publicatæ die 2. Maij, vt ad finem ipsarum regularum dicitur.

443 Sicut etiam male ait idem † Gonçal. §. 3. procem. nu. 128. quod si eadem die contigeret vacatio Beneficij in mense reseruato, & prouisio Ordinarij, nec non reseruatio nostræ regulæ, vt puta, quia eadem die Papa regulas Cancellariæ faceret, cessante possessione prouisi ab Ordinario, præsumeretur reseruatio anterior, & ligaret manus Ordinarij, secus tamen esset, sit prouisus ab Ordinario anteriorem possessionem haberet, quam alius post modum à Papa prouisus, ex c. si à Sede, de Præben. in 6. & ibi Gemin. post Lapum nu. 4. & Fran. nu. 6. Aeneas de Falcon. quæst. 4. principali effectu 33. & Simoneta q. 79. ex num. 4. malè inquam in hoc ait Gonçalez, nam, cum regulæ Cancellariæ fiant cum clausula, quod ex tunc, id est, ex die, qua fiunt, ligent, & obseruentur, in illo casu, etiam si prouisus ab Ordinario anteriorẽ possessionẽ haberet, censeretur reseruatio præcedere vacationem Beneficij, & prouisionem Ordinarij in illa die, ex quo tota dies cõprehẽditur in regula, quicquid esset de Beneficio ante publicationem prouiso, in specie dictæ decisionis Gienen. vbi reseruata erant Beneficia, à die publicationis regulæ vacatura. In qua etiam verius puto Beneficium ante publicationem prouisum, esse sub reseruatione, cum illa die vacauerit, maximè stante dicta declaratoria Sixti. Nec contradicit Simoneta d. qu. 74. qui loquitur de simplici reseruatione de Beneficijs vacaturis, seu cũ vacauerint, quam ait trahi etiam ad vacantia. Et quod tradunt Dd. in d. c. si à Sede, & Aeneas & Simoneta qu. 79. per Gonçal. allegati, est, quando simplex reseruatio Beneficij, & collatio Ordinarij eodem die concurrunt.

444 De origine autem, & † principio regulæ mensiũ & alternatiuæ, vide Burſattum, consil. 126. l. secundo, à nume. 101. & in huius regulæ explicatione ego hunc ordinem seruaui, & seruo; primò noto ea, in quibus nostra regula differt ab antiquis (nam in multis ab eis differt) explicando obiter quæ sese offerũt, & ex verbis differentibus resultant, & inferuntur: secundo in alio §. agitur de explicatione regulæ, & notabilibus, quæ ex eius verbis, seu circa ea deducuntur: tertio in alio §. agitur in particulari de alternatiua, & multa dubia examinantur circa eam.

445 Ad primum igitur † deueniendo, præmittendum est regulam hanc mensium, & alternatiuæ in aliquibus differre ab antiqua, in hac enim sunt aliqua addita, seu mutata, quæ non erant in antiqua.

446 Et in primis à tempore † Sixti V. fit huiusmodi reg. & reseruatio vsque ad Papæ eius conditoris beneplacitum dicendo, vsque ad suæ voluntatis beneplacitum; & sic durat toto tempore sui Pontificatus nisi ab eo fuit reuocata. cap. si gratioſe. de rescript. in 6. & ibi glossa. & Dd. Nauar. d. consil. 31. de Præben. num. 2. & Zerola supra §. 2. cum tamen antea soleret fieri vsque ad quinquennium, & illo finito renouari, vt in regula Pij V. & Greg. XIII. & ita post finitum quinquennium, facta noua regula, necessaria
447 erat noua acceptatio alternatiuæ, † vt fuit tentum per Rotam coram Sanctissimo Clemente VIII. in

vna Egitanen. Beneficiorum 19. Ian. 1579. infra adducta, nu. 463. quamuis in deciſione Fauentina Canonicatus de anno 1585. infra adducta nu. 693. dicatur ex ſtilo ſeruari, vt alternatiuæ acceptatio cenſeatur continuata, etiam poſt lapſum quinquennij; quod mihi non videtur certum.

148 Ex qua deciſione † Fauentina male etiam inquit Gonçalez §. 4. proœm. nu. 17. quod temporibus præteritis, cum ſolum fiebant regulæ reſeruatoriæ menſium ad certum limitatum tempus, veluti quinquennium, quod etiam ſeruatum fuit vſque ad tempus Pij V. & Greg. XIII, tunc de ſtilo ex taciturnitate Papæ, & Epiſcopi cenſebatur facta prorogatio ad aliud quinquennium ad inſtar locationis, & conductionis. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati, quod quidem non eſt verum, immo finito quinquennio renouabatur d. reſeruatio vt diximus. Et ſi non renouaretur, ea omnino ceſſaret finito tempore. Et Gonçalez male allegat d. deciſ. Fauentinam, quæ non dicit, quod finito quinquennio reſeruatio cenſebatur prorogata ad aliud quinquennium, ſed quod renouata regula alternatiuæ acceptatio cenſebatur continuata.

149 Secundo à tempore Sixti V. † addita ſunt illa verba. Ac conſuetudines etiam immemoriales optãdi maiores, & pinguiores Præbendas, nec non priuilegia, & indulta Apoſtolica circa ea.

150 Quæ verba videntur ſuperflue † addita, nam in Beneficijs reſeruatis, ſiue ſint generaliter reſeruata ſiue ſpecialiter motu próprio, non cadit optio. Domin. & Francus in cap. fin. §. in præbendis de conſuetud. in 6. Gaſpar de Perufio de reſeruat. 2. quæſt. Aeneas de Falcon. 4. quæſt. effectu 5. Simoneta q. 45. & ibi Granutius litera B. & quæſt. 54. num. 6. Probus ad Monach. in d. cap. fin. num. 28. Gigas de penſio. q. 63. num. 9. Pariſ. conſil. 10. par. 4. ex num. 5. Flam. Pariſ. de reſignatione Benefic. lib. 2. q. 20. & Zecchus de republic. Eccleſiaſtica cap. 24. de Canonicis nu. 4. verſic. 13. & Rota deciſ. 1. de rerum permutat. in nouis, num. 4. & in additione, num. 7. Caſſad. deciſ. 4. de conceſſ. Præben. Put. deciſ. 4. lib. 2. Mohed. 27. de Præbend. alias 297. vbi quod regula reſeruatoria 8. menſium obſtet optioni, & quod in vacantibus in menſibus prædictis non ſit locus optioni, &c. & Rota in Bononien. optionis infra adducta, num. 452. & nouiſſime poſt hæc Gonçal. gl. 34. nu. 2. *Azened. conſ. 7. & late Alex. Mon. de opt. c. 3. q. 3. & c. 8. q. 1. a nu. 6. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 52. num. 7. Rota in Lucana optionis domus, 24. Ianuar. 1607. coram D. Manſanedo.* Nec eſt neceſſarium ſecundum ipſos in reſeruationibus fieri derogationem, ſaltem cum clauſula generali, (cum qua tamen id clarum videri, nec eſſe amplius diſputationi locum, ait Mandoſius ad Lapum allegat. 84. litera K.) quamuis id velit Staphileus de literis gratiæ tit. de vi, & effectu clauſularum. §. quomodo derogetur ſtatutis, & conſuetudinibus nu. 4. & Zerola in praxi. 1. p. verb. Canonica. §. 7. 7. concl. atque Aeneas de Falcon. ſupra effectu, 50. quod optans ſcienter Beneficium reſeruatum, non ſolum illud non obtinebit, immo non poterit ad omiſſum redire. cap. ſi Beneficia de Præb. in 6. ſequitur Granutius. d. q. 54. nu. 7. & tradit Gonçal. d. gl. 34. à nu 84. & 94. *Azened. ſupra num. 5. & 6.* & facit conſilium Calderini 6. de conſuetudine.

151 Quamuis per mandatum † de prouidendo, ſeu expectatiuam, & reſeruationem, etiam motu proprio de Beneficijs in certis vacaturis pro aliquo, non tollatur optio. Gemin. conſ. 104. quem ſequitur Rota vt per Gambarum deciſ. 9. & Simonetam d. q. 45. nu. 6. *Alex. Monet. d. cap. 3. nu. 43. & d. cap. 8. num. 14.* quæ tamen tollitur per clauſulas generales, non obſtantibus, &c. in eis contentas, vt per Gonçal. d. glo. 34. num. 3. qui allegat Rotam deciſ. 5. de conſuetud. in nouis Caſſad. d. deciſ. 4. nu. fin. de conceſſ. Præben. Creſcen. deciſ. 9. eodem tit. & Francum Marcum deciſ. 1269. lib. 1. *Et quando eſt motu proprio, Alex. Monet. ad. cap. 8. num. 16.*

152 Sed eo non obſtante dicendum eſt, † non eſſe ſuperfluam d. derogationem de nouo additam. Nam ſtante conſuetudine ſaltem immemoriali, aut indulto Apoſtolico optandi Beneficia, ſeu Præbendas, reſeruata poſſent optari, vt in d. Bononien. optionis 9. Ian. 1579. coram D. Rubeis, ſeu Lancel. quæ ſic ait,

153 Dubium à me propoſitũ de ordine Sanctiſſimi continet tres difficultates, prima eſt, an Beneficia reſeruata optari poſſint? in qua fuit reſolutum, non poſſe optari, ſiue ſint ſpecialiter reſeruata in fauorem certæ perſonæ, ſiue generaliter, vt tradit Ancharanus in c. fi. nu. 1, & col. fi. verſ. quæro de conſuetud. in 6. & ibi Gemin. §. in præb. num. 3, Francus num. 6. Probus ad Monachum nu. 18. Coll. 8arius in cap. ex tenore nu. 6. de conceſ. Præbend. Card. conſ. 16. circa fi. Gemin. conſ. 30. col. 2. verſ. ad ſecũdum vbi teſtatur de communi. Rota deciſ. 2. de conſuetud. in nouis, & deciſ. 1. nu. 4. de rerum permut. in nouis dub. 2. Puteus deciſ. 4. de priuil. Mohed. 296. Millis verb. conſuetudo optandi non habet locum in Beneficijs reſeruatis, Lapus allegatione. 84. nu. 2. Franc. Marcus deciſ. 1271. l. 1, Staphil. de literis gratiæ fol. 101. Ferret. conſ. 227. nu. 4. Gigas de penſio. quæſt. 63. nu. 9. Simoneta de reſeruatio. c. 65. Aeneas de Falcon. in eodem tractatu quæſt. 4. principali 5. effectu, Caſſador. deciſione 4. num. 1. de conceſſione Præbendæ. vbi de communi Pariſ. conſ. 19. volum. 4. & in reſeruat. ob vacat. apud Sedem ad text. in d. §. in Præbendis, Aeneas de Falcon. d. tract. 2. effect. nu. 2. Gigas, d. quæſtione 63. num. 10. Pariſ. d. conſ. 10. num. 3, Staphil. vbi ſupra verſ. ceſſat, Rota d. deciſ. 4. ratio eſt, quia Papa in Beneficialibus habet ampliſſimam poteſtatẽ cap. 2. de Præbendis in 6. & reſeruando afflicit Beneficia, & inficit totum quicquid diſponitur in contrarium, & derogat omnibus iuribus, & ſtatutis, & adimit omnem poteſtatem conferendi, & ſic tollit iura, quæ dant poteſtatem optandi, vt poſt Ioann. de Lignano tradit Gemin. in d. §. in Præbendis num. 3. vbi Franc. nu. 6. & in reſeruatione 8. menſium, de quibus in reg. Cancellariæ eſt d. deciſ. Mohedani 296. Putei d. deciſ. 4. Rota d. dec. 1. de rerum permutatione. Secunda eſt difficultas, an ſaltem poſſit optari ſtante conſuetudine optandi reſeruata, & in conſuetudine legitima preſcripta voluit Calder. conſ. 3. de conſuetudine, quod poteſt optari, & quæritur hæc conſuetudo, licet ſit contra ius, & eſt rationabilis & ideo poteſt præſcribi cum legitimo tempore, ſequitur Staphil. d. fol. 101. verſic. an autem valeat, licet de veritate huius conſtitut. dubitet Aeneas de Falcon. d. effectu 5. col. penult. verſic. eſt bene verum, dicens Calderinum fuiſſe audaciter locutum. Quo vero ad conſuetudinem immemorialem Domini tenuerunt illam valere moti ex generalibus regulis, quia immemorialis

morialis conſuetudo ſufficit, etiam ad acquiren. ſpecialiter reſeruata Principi. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de verborum ſignificat. Abb. in cap. cum nobis, colum. penult, de præſcript. Iaſ. conſil. 108. colum. penul. verſic. tamen ea volum. 2. Balbus de præſcriptione 2. par. 2. principalis quæſt. 6. Ferrettus conſil. 141. num. 30. cum aliis, de quibus per Gabriel. de præſcript. conſ. 1. num. 3. verſ. 3. ampliã. habet enim hæc immemorialis conſuetudo vim priuilegij, & legis, & ex ea poteſt etiam allegari titulus fundationis, & quilibet alius titulus de Mundo, vt dicunt allegati Dd. Felin. in cap. cauſam quæ, col. 3. & 4. de præſcript. Feder. 234. colum. 2. verſic. ſic ad propoſitum. Stante ergo probata iſta immemoriali, non eſt dubium, quod eſt legitime præſcripta conſuetudo, & ſic intrabit d. conſil. Calderini, quod Domini approbant Sed circa hanc difficultatem aliqui ex Dominis dubitabant, ſi hæc immemorialis poſſet probari, ex quo ſinguli Pontifices renouant regulam de menſibus reſeruatis, per quam interrupta videtur iſta immemorialis. vnde quando fuit inchoata, fuit interrupta per d. regula, nec poteſt tempus vnius Põtificis coniungi cum tempore alterius, ſtante interrup. Socin. in l. mihi, & Titio. §. in legatis poſt princip. de legat. 1. & propterea dixit Calder. in d. conſil. 3. colum. fin. verſic. ad illud vero, quod talis conſuetudo optandi ad hoc, vt releuet, non debet eſſe interrupta per cap. illud de præſcript. cap. cum de Beneficio, de Præben. in ſexto, & ad inducendam interruptionem opus eſt quod interueniat aliquis actus contrarius dict. conſuetudini, vt ibi per eum, & tradit Anchoran. in dict. cap. fin. colum. fin. verſic. quæro, vbi per Gemin. Francum, & alios de conſuetudine in 6. Gigas d. quæſt. 63. num. 8. ſuper hac tamen interruptione nihil Domini reſoluerint, ſed nunc præſupponunt conſuetudinem immemorialem introductum, & probatam. Tertia erat difficultas, an indultum conceſſum Cardin. de conferendo Beneficia vacantia in octo menſibus reſeruatis ex d. regula Cancellariæ obſtet, quominus reſeruata poſſint optari in vim d. conſuetudinis immemorialis, quæ nunc præſupponitur probata? & Domini reſoluerunt non obſtare? mouentur, quia huiuſmodi indultum conferendi ex obſeruantia Rotæ non ſemper recipit interpretationẽ, vt ampliet facultatem conferendi, quam habent ordinarij in ſuis Eccleſijs ſed tamen, vt illis reſeruat nõ obſtantibus poſſint ipſi libere conferre Beneficia ad eorum collat. ſpectantia, perinde acſi d. reſeruationes nõ emanauerint, vt colligitur ex tenore indultorum, & eſt deciſ. 3. Caſſad. de priuil. Putei deciſ. 4. eod. Simoneta deciſ. 28. Mohed. 179. hinc eſt, quod intelliguntur huiuſmodi indulta de illis Beneficijs in quorum quaſi poſſeſſione conferendi ipſi Ordinarij exiſtunt iuxta conſil. Calder. 23. de Præben. deciſ. 5. eod. tit. in antiquior. 49. de reſcrip. in antiquis, Mohed. d. dec. 179. Puteus d. deciſ. 4. de priuil. vnde quemadmodum Ordinarij impedire non poſſunt optionem ſine indulto, ita non poſſunt cum indulto. Put. deciſ. 4. de priuil. in fin. quare, ſi ceſſarent reſeruationes, non poſſet Cardinalis habens indultum conferre Beneficia, quæ vigore d. conſuetudinis immemorialis poſſunt optari, ergo minus poteſt conferre vigore indulti, quod non auget facultatem conferendi, ſed tantum remouet obſtacula, & impedimenta reſeruationum, *vt dictum eſt*. Ex ſupradictis infertur non obſtare allegatam deciſ. Paleoti 357. præſupponebatur, quæ fuit facta in cauſa Regimen. Canonicatus, nec reperitur inter alias eius deciſiones, quæ circumferuntur, in qua deciſ. Rota dixit cenſeri derogatum immemoriali conſuetudini optandi reſeruata per c lauſulas derogatorias appoſitas in quadam prouiſione Papæ, in quibus clauſulis derogabatur conſuetudini, & ſtatutis qualibet authoritate firmatis, & ſi eſſet neceſſaria ſpecialis derogatio, cum clauſula. quorum tenores, &c. & ſimiles clauſulæ ſunt appoſitæ in indulto, de quo agitur, quia Domini reſpondebant diuerſos eſſe terminos quæſtionis noſtræ à terminis d. deciſionis; illæ clauſulæ erant poſitæ in prouiſione Papæ, non in indulto remouente obſtacula. Præterea in illa deciſ. præſupponebant adeſſe reſeruationem, quæ etiam hic non adeſt; nam regula reſeruatoria octo menſium non comprehendit Cardinales, ſed illos in ſpecie excipit, vt etiam declarat deciſ. Mohedan. 296. Creſcẽ. deciſ. 218. non obſtat, quod d. clauſulæ indulti derogantes conſuetudinibus cenſentur etiam derogare cõſuetudini optandi; quia reſpõdebatur, quod poſtquam indulta, vt dictum eſt nihil aliud continent, niſi quod remouent obſtacula, ita etiam d. clauſulæ non poſſunt operari, quod per eas ſit ampliata, & alterata princip. diſpoſitio ipſius indulti, ſed tantum confirmatur, & conualidatur iuxta Clemen. de Præbend. Decius conſil. 2. nu. 10. Fel. in c. licet, n. 7. verſ. 3. limitat. de offic. Ordin. & in terminis iuris optandi eſt d. conſilium Calder. 3. de conſuetud. hinc eſt, quod dicitur, clauſulas derogatorias ſolum operari in his, quæ perimunt gratiam. Felin. in cap. nonnulli in prin. col. 11. verſic. nota. de reſcrip. Rota 13. in add. de Præben. at principalis diſpoſitio indulti ea eſt, vt Cardinalis poſſit conferre in omnibus menſibus, prout de iure poterat ante reg. octo menſium, ſed de iure non poterat conferre Beneficia, in quorum quaſi poſſeſſione optandi alius exiſtit ab immemoriali tempore, quæ immemorialis operatur vim priuilegij Apoſtolici, legis & fundationis, vt dictum eſt, nõ obſtat, quod indulto detur etiam facultas conferendi ſpectantia ad inferiores quatenus ſunt reſeruata, quia reſpondetur, quod intelligitur eo modo, quo poſſunt conferre inferiores, ſi non eſſent reſeruata, ſed inferiores non tollerent optiones, ergo nec indultum. *quæ deciſ. eſt in nouiſ. Farin. 642.*

453 De qua dec. meminit Anaſta. Germonius† de indultis Card. §. etiam ex eo, à nu. 16. & poſthæc Gonçalez glo. 33. nu. 6. & glo. 34. à num. 6. dicens, quod ſtante conſuetudine immemoriali optandi in quibuſcumque menſibus, ceſſabat reg. noſtra, quæ non auferebat talem conſuetudinem, vt in d. Bononien. optionis. & quod in alia Gadicen. iuris nominandi 11. Febr. 1582. coram Bubalo, fuit ſimiliter reſolutum, quod iſtius reg. reſeruatio non auferebat conſuetudinem immemorialem prouidendi in quibuſcumque menſib. & ideo, inquit ipſe Gonçalez, prædicta verba non ſine maxima conſideratione, & effectu addita fuiſſe ad remouendum immemoriales cõſuetudines, & Apoſtolica indulta optandi in omnibus menſibus, præſertim, quia non ſolum valebat cõſuetudo immemorialis optandi Præbendas reſeruatas, ſed etiam alia conſuetudo ordinaria tenebat, vt conſuluit Calder. d. conſ. 3. de conſuetud. licet pluribus illius ſententia non placeret, vt per Anaſt. Germon. d. §. etiam ex eo n. 15. quod hodie, inquit Gonçalez,

çalez, penitus ceſſat, attenta reg. noſtra. Et alias in vna Vercellen. Canonicatus, & Archipresbyteratus 27. Aprilis 1594. coram D. Penia fuit dictum. Quod † conſuetudo immemorialis optandi in menſibus, reſeruatis iuxta conſ. Cald. 3. de conſuetud. hodie non ſuffragatur, cum per recentes Cancellariæ regulas ſublatæ ſint quælibet conſuetudines optandi, etiam in menſibus reſeruatis, &c. *Et nouiſſimè in vna Hipporeg. can. 17. Iunij 1605. coram D. Mançanedo fuit reſolutum, &c. R. optio.*

454 Quamuis ego verus exiſtimem † non poſſe dari d. conſuetudinem, nec ordinariam, nec immemorialem, ſtante interruptione per ſingulos Pontifices renouãtes regulam, ex adductis in d. deciſione. Bononien. in 1. & 2. difficultate, licet ſuper hac interruptione nihil Domini reſoluerint, *vt dicitur in dec. tamen ibi in fine poſt relationem factam S. Pontifici Gregor. XIII. teſtatur ita fuiſſe per eum additum, vt per Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 52. num. 8. Et licet Anaſt. Germ. ſupra dica, per renouationem regularium non interrumpi conſuetudinem; quia ad eius interruptionem requiritur, quod intercedat actus illi contrarius, quam rationem forte procedere vbi in regulis cancellariæ non adeſſet expreſſa derogatio, & ampliſſima earum conſuetudinum optandi, ait Alexand. Monet. d. cap. 3. num. 75.* Facit conſilium Nauarr. 1. de ferijs, vbi ait, quod contradictio ſuperiorum interrumpit conſuetudinem arg. notatorum in cap. fi. de conſuetud. & quod tradit P. Rauennas, de conſuet. ſect. 4. nu. 18. & vide infra num. 557. ſed ad tollendam omnem prorſus difficultatem, & dubitãdi occaſionem, quæ ex d. deciſ. Bononien. oriebatur, per Sixtum V. & eius ſucceſſores, vtiliter addita ſunt illa verba, ex quibus ita Rota hoc habet pro conſtãti, vt in dubium reuocari non valeat. Gonçalez d. gl. 33. nu. 7. & ſi ceſſantibus d. verbis in noſtra reg. additis poſſet dari conſuetudo, ſaltem immemorialis optandi reſeruata, dicendum eſſet ea ſtante, etiam hodie optari poſſe reſeruata per alias regulas, cum in illis non ſit addita huiuſmodi derogatio, nec ſint huiuſmodi verba.

455 Per reſeruationem tamen ſpecialẽ alicuius † Beneficij, etiam Motu proprio factam poſt vacationem ipſius, ſeu per prouiſionem à Papa de eo factam non videtur ſublatum ius optandi, & ius ad rem acquiſitum per conſuetudinem optandi niſi illi derogetur cum derogatione regulæ, de non tollendo iure quæſito, ex traditis per Æneam de Falcon. 4. quæſt. effectu 47. num. 9. Sarnen. d. regul. de non tollendo iure quæſito, quæſt. 1. verſ. ſeptimus modus, & per Zerolam 1. p. verb. canonic. §. 7. 3. concluſ. vbi hoc tenet. Et videtur ſequi Zecchus de republ. Eccleſiaſtica, c. 24. de Canonicis nu. 4. verſic. 12. & ex dictis ſup. nu. 295. & p. præceden. c. 3. 7. modo vbi vide. Vnde etiã videtur requiri derogatio d. reg. de iure quæſito. in caſu. de quo per Flaminium Pariſium d. lib. 2. quæſt. 20. num. 9.

456 Sed eſt difficultas, † an impediatur optio in Eccleſijs, vbi non optantur Præbendæ, ſed præſtimonia annexa pinguiora? verbi gratia, in Eccleſia Corduben. in qua quot ſunt Canonicatus, & Præbendæ, tot ſunt præſtimonia annexa, & ex ſtatuto & conſuetudine illius Eccleſiæ Canonici, iuxta ſuam antiquitatem per optionem ſucceſſiue aſcendunt ad præſtimonia pinguiora; difficultas inquam eſt, an decedente aliquo Canonico, in menſe reſeruato, præſtimonium illius poſſit optari per Canonicum antiquiorem? nam videtur quod non, ex Aenea de Falcon. d. 4. q. effectu 39. vbi ait, quod reſeruatio per vacationem in curia non ſolũ impedit optionem ipſius Beneficij, d. c. vlt. de conſuet. in 6. verum etiam impedit, quod non poſſit optari camera, quę erat illius, per cuius obitum vacauit Beneficium. Cardin. conſ. 16. verſ. ſed alius eſt caſus, pro quo facit, quod reſeruato Beneficio regulari, intelligitur reſeruatus locus, qui debetur obtinenti Beneficium reſeruatum. præt. Cancel. fol. 92. verſ. reſeruato. Beneficio regul. in §. nota plura notabilia, tam circa Beneficia reſeruata, quam non reſeruata. Vnde ille qui habuit Præbendam taliter reſeruatam, quæ alias poterat optari, intrat in locum prædefuncti, quo ad Præbendam, & Cameram, quia eſt annexa illi Præbendæ reſeruatæ, non tamen intrabit, quo ad ſtallum in choro, & vocem in Capitulo, ſed ſedebit in vltimo loco, & ius optandi in tali Eccleſia non competit ſibi, niſi poſtquam erit antiquior in receptione. Hæc Aeneas ibi, facit etiã deciſ. 4. de conſuet. in nouiſ. quæ ait, quod, ſicut Canonicatus, & Præbenda in Curia Romana vacantes per alicuius obitum, optari non poſſunt vigore conſuetudinis. cap. fin. de conſuetud. l. 6. ita nec groſſi fructus per d. Canonicum in curia defunctum obtenti poſſunt optari, etiamſi illi groſſi fructus redirent ad Capitulum, prout Greg. XI. declarauit per ſuam Bullam. Quam deciſionem ſequuntur Francus d. cap. fin. §. in Præb. num. 3. Mulis verb. conſuetudo optandi, ſicut non poteſt fieri. Gigas q. 63. num. 10. Staphil. ſup. ſub nu. 3. Franc. Marcus deciſ. 1268. lib. 1. Flaminius Pariſius d. l. 2. q. 20. num. 7. & nouiſſime Gonçalez d. gl. 34. num. 31.

Nihilominus in prædicta difficultate videtur di-
457 cendum, poſſe optari, nam in propoſito † caſu præſtimonium non eſt annexum Canonicatui, & Præbendæ æque principaliter, & vt titulus diſtinctus, ſed acceſſorie, & per modum incorporationis, & ſuppreſſionis, ac tanquam prædium pro Præbenda temporali applicatum tali Canonicatui & Præbendæ non perpetuo, & inſeparabiliter, ſed pro vita illius Canonici, iuxta dicta per Gigan. q. 63. num. 3. & ſic non cadit ſub reſeruatione, & ita præticatur in d. Eccleſia Corduben.

458 Nec obſtat d. doctrina Aeneæ de Falcõ. & † præticæ Cancellariæ ſup. quia procedit in camera, domo, ſeu prædio, vel loco annexis perpetuo, & inſeparabiliter Præbendæ, ſeu Beneficio, vt poſthæc tradit Gonçal. d. gl. 34. à nu. 32. allegãs dec. Caputaq. 282. nu. 1. p. 2. quam vide, *& quod vacantibus canonicatibus in menſe reſeruato, non fiunt optiones domorum illis annexarum, fuit dictum in illa Lucana optionis domus 24. Ian. 1607. coram D. Mançanedo, & 13. Martij 1609. vbi dicitur intelligi, etiam ſi non ſint perpetuo & inſeparabiliter annexæ, ſed male.* Nec etiam obſtat d. dec. 4. quia procedit in fructibus groſſis, qui dantur pro Præbenda.

Ex quo aliàs Rota in vna Corduben. penſionis 2. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo Card. Mantica reſol-
459 uit † penſionem impoſitam, & reſeruatam ſuper fructibus, & diſtributionibus cuiuſdã Canonicatus, & Præbendæ d. Eccleſiæ Corduben. quos quidam Ferdinandus poſſidebat, nec non præſtimonij de las Herreras, dicto Canonicatui annexi, mortuo d. Ferdin. poſſeſſore, & in Canonicatu, & Præbenda ſuccedente D. Did. Fernan. de Cotduba, in præſtimonio

nio vero per optionem D.Ioan. de Spinosa, totam pensionem solui debere a successore in Canonic. & nihil à successo.in d.præstimonio de las Herreras,iux ta Gigan.sup.non obstante, quod pensio expresse esset imposita sup.fructibus Canonicatus,& præstimonij,de las Herreras,quia id est causa demonstrationis & perinde ac, si solum imponeretur super fructibus Canonicatus &c. vt in dec. Pacifici, 178. *Sed obiter hic videre oportet,ad consuetudinem optandi, quanto temporis spatium requiratur.Et breuiter dicendum est, quod quando mutatur titulus,seu beneficium,aut Canonicatus, optio est contra ius,& sic requiruntur quadraginta anni ad inducendam talem consuetudinem,Calder.cons.3. & 7. de consuetud.Rota dec.6.de consuet.alias 460.in nouis, Bellam. dec. 1.& 63.Cassad.decis.7.de Præb.Put.201.lib. 2. Mobed. de consuet.Millis in reper.verb.consuetudo optandi,Fel. in c.Statuimus,de maiorit.& obed.nu.2.Prob.ad Monac.c.fi. de consuet.in 6.nu.28.Gigas de pens.q.63.nu,7.Roch.in c. fi.de consuet.sect.3.nu.29.& 36.Francis.Marc.dec.1270. p.1.P.Greg.de benef.c.39.nu.4.Alex.Mon.de optione c.2 q.2.à nu.15.& Gonçal.reg.34.num.13.& 14.Secundum quos optio ista est contra ius, tribus, aut quatuor rationibus. Primo,quia est contra ius,quod quis sibi ipsi conferat, aut se præsentet,vel eligat,c.cum in iure,de elect.c. fin. de instit.c. per vestras,de iure patron.& ibi notat,Secundo quia est contra Concilium Turonen. prohibens permutationem Præbendarum propria authoritate,vt in c.maioribus,de Præb.& c. quæsitum,de rer.permut.Tertio,quia per optionem datur ius ad beneficia vacantia,contra c.2.de concess.præb.& c.detestanda,eod.in 6.vbi prohibetur ius ad vacantia etiam incerta,& in communi.*

*Quando vero non mutatur titulus, seu Canonicatus, sed solum Præbenda,seu portio temporalis, vel domus,quia non optatur nouus titulus,seu Canonicatus,sed primo retento optatur Præbēda,seu portio temporalis,vel domus, prout requiritur fieri,vbi est optio Præbendarum, dictum est supra 1.par.c.5.num.183.optio non est contra ius,& sic ista consuetudo optandi inducitur decennio,gl.in d.c.fin.de consuet. in 6.verbo consuetudo,per illum tex. qui de hac consuetudine optandi Præbendas loquitur,sequuntur ibi Archid.nu.1. Io.Andr.nu 4.Butr.6.Ancher.vers.opponitur,& vers. fi. Dominic.nu.7.& 10.Franc.nu.5.& 6. & Prob. nu.28. & 34.Oldrad.cons.285.nu.1. Rota Bellam. Cassad. Put. Mobed.Millis,Fel.Gig.nu.6.Roch.Franc.Marc.Pet.Greg. Monet.& Gonçalez nu.12.vbi sup.& Duennas reg.39. Vinius in commun.opin.vers.consuetudo rationabilis,& alij. Similiter etiam ius optandi Præbendas potest induci statuto,quia vt diximus,non est contra ius,gl.d. verb.consuetudo,ad finem,quam ibi sequuntur Doctores, Domin.nu. 7. Franc.nu.6.in fi.& alij,Millis verb.consuetudo,& Statutum,Gig.d.q.6.nu.4.Io. Nicol.Delphin.de iure patr. lib.2. 16.q.nu.157.& Alex.Monet.d.c.12.q.3.a nu 49.potest enim Episcopus facere statutum de optādo in Ecclesia,Butr. in c.fi.de consuet. Quoad beneficia tamen spectantia ad eius collationem,secus in aliis,ne facto Episcopi aliorum ius ladatur,Millis ibi.Gig.nu 5.& Moneta 50.*

*Quando vero mutaretur titulus,seu canonicatus,aut beneficium,quia optarentur Canonicatus, seu beneficia, non posset induci statuto ius optandi,cum sit contra ius, vt diximus:& Episcopus, seu alius inferior non possit facere statutum contra ius canonicum,cap.quod super his. de maior. & obed.Clem.ne Romani,de elec. cum aliis,& pro regula tradunt Roman.in l.1.ff.de iurisd.omnium iudicum, Lapus alleg.20.Panin.de offic. & potest.cap.sede vacante.6.q.1.p. nu.7.Alber.de Rosat.de statut.1.p.q.7.Felin.in d. c. quod super his.à nu.2.Roch.Curt.in d.c.fi.sect.3.à nu. 7. Enric. Bott.de synod.3.p.art.1.& 3.& 8.concl.à nu. 36, Duennas reg.250.Crass.conu.lib.1,c.17.q.4.& Monet, supra n. 53.& de distrib.p.2.q.13.à nu.1.& alij:quamus ipse Moneta d.c.2.à nu 55.in proposito contra teneat, nempe posse fieri statutum per Episcopum de optione,etiam quæ sit contra ius:quia Episcopus potest statutum concedere contra canonem,& Ecclesiæ suæ præiudicare,quando agitur solum de iure quærendo,Felin.d.c.quod super his,nu. 5. ex c. cum dilectus.de consuet.& communi doctrina, quod Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in quærendis, & quod hic agatur de iure quærendo patere,tum exempto d. cap. cum dilectus, tum quia quod Episcopus conferat,pendet à futura vacatione:item,quia valet statutum Episcopi & clericorum contra canones quando disponit in materia,in qua potest induci cōsuetudo canone specialiter permittente, vt voluit Alexan. cons.106.vers.ergo probatur lib.2.cum Feder. de Sen. cons, 17.nu.10.& c ex par.3.de verb. signific. iuncto c. certificari,de sep lucet eos,inquit,aliter intellexerint,& male,Fel. d.c.quòd super his,nu.10.& Curt.d.sect 3.nu.24. & id esse in casu nostro:nam tex.in d.c.fi.de consuetud.in 6.expresse approbat consuetudinem optandi.*

*Sed eius sententia mihi non placet, quare vera est contradictam regulam nec faciunt illæ limitationes;nam quantum ad primam,quod Episcopus potest statuere contra canonem,& Ecclesiæ suæ præiudicare,quando agitur de iure quærendo,ea non est vera in statuto generali,per quod præiudicetur iuri quærendo Ecclesiæ,& solum procedit in statuto particulari facto in fundatione Ecclesiæ,vt in d.c.cum dilectus; nec per statutum generale potest Prælatus præiudicare Ecclesiæ in quærendis, sed solum in casibus particularibus, in quibus nulla sit prohibitio à iure.Ita Roch. sup. num. 15.& cum eo idem Moneta d.quæst.13.num 10.& 11.& sentit Bott.supra nu 54.*

*Præterea prohibitio optionis, per quam mutatur titulus, seu beneficium,non fundatur in iure quæsito, vel quærendo; nec rationes assignatæ,ex quibus diximus esse contra ius, in eo nituntur,vt patet; vnde hic non agitur de iure quærendo, nec potest applicari d.limitatio,esto esset vera,etiam in statuto generali,quantum ad secundam limitationem,quod valet statutum contra canones, quando disponit in materia, in qua potest induci consuetudo,canone specialiter permittente, probabilissime eam reprobat Felin.d. nu. 10. & etiam Curtius d.nu.24. aliter intelligens Alexandrum, & Cald. per eum relatum, voluit dicere Federic. nempe, quod loquatur de statuto facto post consuetudinem contra ius, quod iam erat sublatum per consuetudinem. Quæ intelligentia non est bona,vt patet ex ipso Alex.d.loco;nec pro d.limitatione facit d.c.ex parte 3.nam statutum, de quo ibi, non est contra ius,immo uri conforme,vt cum Dom.ait Fel.d.num.10. & præcedenti,cum non sit in eo ius certum,sed fletur consuetudini,vt in d.cap.certificari,& in c.requisisti,de testam. & contra dictam limitationem facit,quod licet consuetudo contra ius sit specialiter à iure approbata, debet esse præscripta & quadragenaria,iuxta tradita per Domin.n.8.& Franc. 5.in d. cap. fin. de consuet. in 6. & in proposito de optione contra ius docet ipse Monet.d.c.2.nu.18.& 19. ergo non valet statutum contrarium: nam in his quæ non possunt induci statuto.nō est necessaria consuetudo præscripta,sed sufficit decennalis.*

*Rursus in d.c fi.de consuet. in 6. non approbatur consuetudo optandi contra ius,quia ibi solum agitur de consuetudine optandi. Præbendas,quæ non est contra ius, vt diximus; & sic d. limitatio quando esset vera, non potest hic applicari.*

*Et ita conſultus reſpondi ſtatutum Eccleſiæ Hiſpal. factum à capitulo ſede vacante anno 1581. de optandis Canonicatibus vacantibus ſede vacante in menſibus ordinarij ipſius c. per canonicos antiquiores habentes ſuos canonicatus, & præbendas penſione grauatos, eſſe contra ius, & ſic non valere nec potuiſſe fieri a d. cap. ſede vacante, quia in eo nõ agitur de optione Præbendarum, ſed Canonicatuum: diſponit enim, quod canonicatus vacans optetur per canonicum antiquiorem, & ſucceſſiue per alios canonicatus vacantes per optionem, & ſic de optione, per quam mutatur titulus & canonicatus, maxime cum dicat per talem optionem canonicus optans non perdat antiquitatem ſui canonicatus, ſed maneat in ipſa, mutando ſolum chorum canonicatus optati. Quæ verba eſſent ſuperflua, ſi non mutaretur Canonicatus, ſed Præbenda vt alias in vna Salamant. dixit Rot. dec. 411. p. 1. diuerſ. nu. 2. nec mutaretur chorus. Et quod in d. Eccleſia Hiſpal. per optionem mutetur titulus, conſtat etiam ex eo, quod in ea, ſicut communiter in Eccleſijs Hiſpaniæ, eſt certus numerus Canonicatuum, & etiam Præbendarum correſpondens numero Canonicatuum, ita quod tot ſunt Præbendæ, quot canonicatus; ſed non eſt diſtinctio, nec inæqualitas Præbendarum, ſed omnia bona & reditus ſunt capituli & menſæ capitularis, & quotannis diuiduntur inter Canonicos æqualiter, ſecundum quod vnuſquiſque lucratus eſt, reſedit. Et ſic non poteſt optari, & mutari Præbenda, niſi mutato canonicatu & titulo; & de his Præbendis loquitur. d. dec. 6. de conſuet. in nouis, verſ. aliquæ ſunt Præbendæ, in quibus eſt certus numerus canonicatuum, dicens, quòd in huiuſmodi Eccleſijs non poſſet introduci conſuetudo optandi, cum non ſit diſtinctio præbendarum, & inter portiones quæ fiunt de bonis adminiſtratis, non ſit vna melior alia, & ſic non cadat electio, neque optio, vt etiam dicit Moneta d. c. 2. num. 16. Sed ratione grauaminis penſionum recte poſſet cadere, & dari optio in huiuſmodi canonicatibus & præbendis, vt habens canonicatum & præbendam penſione grauatum optaret alium liberum, ſeu minus grauatũ, & ſic liberaretur à penſione, quod erat intentum dicti ſtatuti Hiſpalen. Quod certe non conſequeretur, ſi ſolum optaretur præbenda non mutato titulo & canonicatu, iuxta ſupra d. cap. 5. 1. p. nu. 183. & conſequenter ſtatutum eſſet etiam nullum, tanquam erroneum, ad l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iudic. l. nihil conſenſui tam contrarium, §. non videntur. ff. de reg. iur. & deciſ. 14. Caſaris de Graſſ. & quòd aliàs dicitur ſupra 3. p. c. 2. nu. 241. Mutando autem titulum & canonicatum, vt erat neceſſarium ad effectum, optio eſt contra ius, & conſequenter ſtatutum non valet ex defectu poteſtatis ſtatuentium, vt dictum eſt.* quamuis antea in eadem cauſa Rota tenuiſſet contrarium, 30. Aprilis 1593. coram eodem D. Mantica, ſcilicet penſionem diuidendam eſſe pro rata fructuum Canonicatus, & præſtimonij inter ſucceſſorem Canonicatus, & ſucceſſorem præſtimonij, &c. de qua vltima deciſ. meminit Gonçalez d. gl. 34. nu. 46. male tamen eam referens, & dicens eſſe coram Illuſtriſſimo Blanchetto.

50 Tertiò in alternatiua addita ſunt illa verba, verè, ac perſonaliter, nam 1. regula Pij V. ſuper reſeruatione menſium, & alternatiua facta de menſe Ian. 1565. ad quinquennium, quæ eſt in Bullario conſtitu. 164. ſolum dicebatur ei, quod quotieſcumque, & quamdiu apud eorum Eccleſias, ſeu in eorum Diœceſi reſiderint dumtaxat, & in ſecunda edita de anno 1570 anno 6. ſui Pontificatus poſt elapſum quinquennium prima, quæ eſt in d. Bullario conſtitutione 165. dicitur omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis apud Eccleſias, & Diœceſes ſuas iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionem reſidentibus dumtaxat de omnibus, &c.

461 Ex quibus verbis † apparet iſtam ſecundam alternatiuam Pij V. non eſſe reſtrictam ad reſidentes dũtaxat, ſed ad reſidentes iuxta formam, & diſpoſitionem Concilij Tridentini; quod cum Epiſcopis permittat abeſſe per tres menſes quolibet anno in cap. 1. ſeſſ. 23. de reſor. in illis tribus menſibus Epiſcopi gauderent alternatiua, ac ſi perſonaliter reſiderent. *vt cenſuit S. Congreg. Concil. in declaratione ſequenti, Cum vacaſſet ſimplex beneficium in parochiali Ecc. B. Mariæ de Caſtillo, & Epiſcopus à ſua Eccleſia abeſſet, Sebaſtianus Gonçal. illud à Sanctiſſimo impetrauit: verum Epiſcopus habita vacationis notitia idem beneficium alteri contulit. Quærebat prouiſus à Sanctiſſimo, an collatio Epiſcopi abſentis eſſet valida. eo prætextu, quod ſi illis tribus menſibus, quibus per Concilium licet abeſſe, habeatur pro præſente, & gaudeat beneficio alternæ. Congreg. cenſuit, Epiſcopum illis tribus menſibus abſentem haberi pro præſente. Et fuit reſolutum, &c.* vt fuit reſolutum in vna Salamantina ſtructuum Archidiaconatus de Monleon, 20. Iun. 1586. coram D. Bubalo. Et adhoc videtur alludere deciſ. Salamant. Canonicatus 30. Maij 1592. coram D. Oradino in fi. quæ ſic ait. Fuit concluſum proceſſum auditoris Cameræ reuocandum, & Antonium reſtituẽdum quia Domini intellexerunt Breue ſenſiſſe de vacatione in menſe Sept. vt exinde induceretur reſeruatio; & etiam videtur intellexiſſe Papa, vt in commiſſione vltima; vnde cum fundamentum hoc ceſſet, ſequitur, quod geſta ab Epiſcopo Salamantino, & ab Auditore Cameræ nullius eſſent momenti, & cum Antonius doceat de titulo, & de vtroque extremo, conſequens eſt eum fore reſtituendum; cum autem menſis Sept. in hoc caſu non inducat reſeruationem, omnia geſta pro Philippo ſunt nullius momenti. Et huic ſententiæ accomodatur ſtilus curiæ, qui dat huiuſmodi Breuia propter reſeruationem, qui ſtilus attendi debet. Lapus allegat. 89. nu. 9. dixerunt tamen Domini, quod videatur in facto, an Canonicat. vacarit trib. menſib. datis à concil. Epiſcopis.

Quamuis in eod. poſtea Rota tenuerit contrarium
462 20. Iunij. eiuſd. † anni 1572. coram eod. D. Oradino (niſi forte in caſu huius deciſ. Canonica. vacauit tẽpore primæ alternatiuæ Pij V.) vt in deciſ. ſeq. Fuit dubitatum, an Antonius ſit reſtituendus ad ſuã priſtinam poſſeſſionem, non obſtante decreto Concilij Triden. Philippus ad excluden. reintegrationem duplici capite nititur, & primo, ex d. decreto Concilij Trid. aſſerens, Epiſcopum ex eo poſſe abeſſe tribus menſibus, quibus durantibus gaudeat alternatiua, ex quo vacatio de menſe Sept. inducit reſeruationem, quia ſtante alternatiua eſt menſis Papę, ideo Canonicatus dicitur reſeruatus; ſed in hoc D. tenuerunt contrarium, quod Concilium non iuuet ipſum, quia aut volumus accipere curſum trium menſium à die, quo diſceſſit à ciuitate Salamantina, & tunc, cum Beneficium vacet die 4. Septem. dicitur vacaſſe poſt curſum trium menſium, quia Epiſcopus diſceſſit ab Eccleſia 2. Iun. & ſic elapſi ſunt 93. dies. aut volumus computare tẽpus à die, qua receſſit à Diœceſi, & in puncto adhuc non intrat Concilium, quia Domini intelligunt, vt poſſit abeſſe tribus menſibus accipiendo menſem pro diebus 20. iuxta notata in cap. licet de ſuppleu. negligen. Prælatorum, quæ opinio videtur verior, ex quo præfigitur tempus ab initio,

tio, & tunc Beneficium vacat poſt 60. dies, ſecundo, quia Domini intelligunt, quod, licet Epiſcopis detur facultas, vt abſint, tamen interim non gaudent alternatiua; nam regula ſuper alternatiua dat Beneficium vere reſidentibus vt deducitur ex plurib. verbis reg. ideo non competit non reſidentibus quoad ſecundum c. ratione Breuis fuit reſolutum, quod, licet aliquo modo Epiſcopus prætendat ſe recte proceſſiſſe propter ſimplicia verba Breuis, tamen poſtquam Rota interpretatur quod intelligatur de menſe Sept. reſeruato, apparet de iniquitate ſententiæ, quæ venit reuocanda virtute vlt. commiſſionis; nec obſtat clauſula ſublata, quia Papa in d. commiſſ. aperit os vnde cum mẽſis Sept. quo Canonicat. vacauit ex cauſa alternat. ſit menſis Ord. & non Papæ, conſequens eſt, q̃ Canonicatus vacauit in menſe non reſeruato, ergo Ant. eſt iniuſtè ſpoliatus, & reſtituendus, vt excluditur propter communem ſtilum exortum de qua deciſ. meminit Goncal. glo. 43. nu. 41. dicens, in ea fuiſſe deciſum quod Epiſcop. abſens tribus mẽſibus ſibi permiſſis recreationis cauſa animo redeundi, non gaudeat alternatiua, &c.

463 Ex quo etiam in vna † Egitan. Benef. 19. Ianuar. 1579. coram S. Clem. VIII. aliqui ex D. inclinabant Epiſcop. abſentem, etiã vltra trimeſtre, ex iuſta cauſa & permiſſu Pontificis debere gaudere dicta alternatiua, vt in deciſione ſequenti Domini dixerunt, quod ſi Breue eſt iuſtificatum poteſt procedi ad eius executionem, quia in commiſſione deputatur auditor in illius executorem; non obſtat quod Cameræ procurator non ſit in cauſa, quia Antonius, ad cuius fauorem emanauit, bene poteſt pro ſuo intereſſe nomine Cameræ petere huiuſmodi executionem, & ita alias dicebant fuiſſe tentum, & obſeruatum; nec minus obſtat, quod Ant. cœperit agerit via ordinaria petendo executionem ſuarum literarum, quia, quãdo eſſet verum, non propterea id præiudicaret Cameræ, cuius nomine via ordinaria actum non fuit; non etiam poteſt dici, quod ius Breuis expirauerit per expeditionem literarum, quia, quod debeat conſignari poſſeſſio Antonio literis expeditis, in eius eſt fauorem inductum, & conſequenter literarum expeditio non debet in ipſius odium retorqueri; an autẽ Breue ſit iuſtificatum, pendet ex hoc, an ſit verificata reſeruatio, & non reſidentia Epiſcopi talis, quod non gaudeat alternatiua? quoad reſeruationem eſt indubitatũ, quod Beneficia vacarunt de menſe Auguſti 1571. & conſequenter in menſe Apoſtolico ſecundum regulam octo menſium; quod autem Epiſcopus nõ reſideret tempore vacationis, Domini dicebant, non conſtare ex prouiſione eiuſdem Epiſcopi de huiuſmodi Beneficijs Vlisbonę de eodem menſe Auguſti facta non enim concludit hoc, quod die, quo vacarunt Beneficia, Epiſcopus abeſſet à Dioceſi, ſed retuli in facto Dominis, quod in actis cõſtabat circunſcriptis nullitatibus ex confeſſione Petri, & ex dicto ſaltem duorum teſtiũ, quod tunc aderat: probant enim teſtes Epiſcopum acceſſiſſe Vlisbonam in initio anni 1571. & per totum illum annum Vliſbonę permanſiſſe, ſed ſecundum Dominos non per hoc concludebatur, Epiſcopum non debere gaudere alternatiua ſtante approbatione cauſarum ſuæ abſentiæ facta à delegato Apoſtolico ſpecialiter ad hoc deputato, cum enim abeſſet ex iuſta cauſa; & permiſſu Pontificis, aliqui ex Dominis inclinabant, quod deberet gaudere alternatiua, & ad id fuit allegata dec. alias facta in caſu ſimili in vna Cremonen. Parochialis de Perinardis 19. Iun. 1571. coram D. Veſtano, in qua Rota tenuit, quod Cardinalis Rauennæ gauderet indulto, non obſtante decreto, fœl. record. Pauli III. quod Cardinales reſiderent in Roma. curia alioquin non gauderent indultis, & priuilegijs, quibus alij Cardinales gaudent, & gaudere poſſunt, niſi de expreſſa licentia Papæ apud Eccleſiam Metropolitanam, ſeu Cathedralem, vbi præfuerint, reſideant, & ſubiaceant alijs pœnis arbitran. & hoc, quod præfatus Cardinalis Rauennæ de licentia Papæ probata per teſtes Fioræ reſidebat; ſed quia prima alternatiua, cuius acceptationem extra tempus factam Papa approbauit, iã erat expirata, quia fuit conceſſa Calendis Ianuarij 1565. ad quinquẽnium, & de acceptatione alterius conceſſæ de anno 1570. in actis non conſtat, Domini dixerunt quod hoc ſtãte, materia nullam habebat difficultatem & quod propterea, ſi hoc in facto ita ſe habet, poteram procedere ad executionem &c. *Contrarium tamen videtur Papa declaraſſe in iſta cauſa, vt inſequent. declarat. S. Cõgregat. Concil. Epiſcopus Egitanen. dubitauit, an Epiſcopus abſens ex cauſa à Concilio approbata fruatur alternatiua, quam Sanctiſſimus conceſſit perſonaliter reſidentibus dumtaxat. Congr. Concil. innixa præcipuè reg. cãcellariæ Pij V. 1. Martij anno 6. cenſuit frui; referendum tamen ad Sanctiſſimum, qui audita relatione Congreg. declarauit ſe intelligere, vt non fruatur Epiſcopus alternatiua, quando abeſt etiam ex cauſa à Concilio approbata, idque ad tollendas lites, quæ oriri poſſent ſuper hoc articulo, quæ cauſa ſit approbata vel ne.*

464 Et ex illis etiam verbis † ſecundæ alternatiuæ Pij V. videbatur, quod Epiſcopus, qui vno anno abfuit vltra tres menſes, licet poſtea reſideret, non debeat pro illo anno ea gaudere cum iam pro illo anno defeciſſet conditio requiſita de reſidentia iuxta diſpoſit. Concilij.

465 At in alternatiua, † Gregorij XIII. additum eſt verbum, perſonaliter, dicendo ipſis quandiu apud Eccleſias, aut Dioeceſes ſuas perſonaliter reſederint dumtaxat, &c. à tempore Sixti V. dicitur, vere ac perſonaliter, vt habetur in noſtra reg.

466 Ex quibus verbis apparet, † quod ad hoc, vt Epiſcopus gaudeat alternatiua, requiritur vera: & realis reſidentia, & non ſufficit reſidentia per fictionem vt ſi eſſet abſens cauſa Eccleſiæ, vel reipublicæ, vel alia legitima cauſa, vt in Cõcilio vniuerſali, vel prouinciali, vel in aliquo negotio, ex mandato & commiſſione Papæ, &c. *Leo in theſ. for. Eccl. c. 18. à num. 4.* Gonçalez glo. 43. à num. 1. qui plura adducit, vt ſolet non neceſſaria, quicquid velit Anaſt. Germo. de indultis Card. §. nolumus, nu. 1. & 13. vbi ait ſi Cardinalis acceptauerit alternatiuam, ea frui etiam reſidentem Romæ, cum ratione Cardinalatus Romę reſidere teneatur, & ibi reſidendo omnibus, & ſingulis Eccleſijs deſeruire teneatur, & ſic vult ad alternatiuã ſufficere reſidentiam fictam, qui etiam fallitur in eo, quod exiſtimat, Epiſcopos Cardinales egere alternatiua, cum tamen reſpectu eorum non ſint menſes reſeruati, vt ſupradictum eſt nu. 34. & ita contra Germonium nouiſſime tradit Gonçalez glo. 24. num. 71. & gloſſa 53. num. 44. & in eo, quod ſubdit, Epiſcopos Cardinales teneri reſidere Romæ cum contrarium declaretur à Sancto Concil. Trident. ſeſſ. 23.

de

de reformat,cap.1.ibi etiamſi S. Rom. Eccleſiæ Cardinales ſint,& dictum eſt ſupra nu.405.

467 Et quamuis Flam.Pariſ.de reſignat.† Benef. l.1. quæſt.10.nu.85. (qui etiam loquitur de alternatiua Sixti V.vt patet ex nu.46.) dicat, quod Epiſcopi abſentes cauſa rei publicæ habent alternatiuam, & quod ita cenſuit S.Cong.9.Iulij 1573.*& ſequitur Moſcon.de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1.par.3.cap.2.pag.443. Flam.nu.85.& 58.in fi. ſequitur Gratia. diſcept. foreuſ. c. 166.nu.13.*iſta declaratio facta fuit attenta alternatiua Pij V.aut etiam ad ſummum Greg.XIII.cuius tẽpore fuit facta quæ carebat dictione,vere, Gonçalez d.gloſ.43.nu.84.quod etiam conceſſit Pius III. Epiſcopis intereſſentibus Concilio Trid. vt in conſtitutione ſua 33.ſecus vero eſt attentis d. verbis, vere ac perſonaliter,quæ non videntur addita ad alium effectum,niſi ad excludendam reſidentiam fictam, & interpretatiuam.Gonçal. ibi nu. 85. dicens ceſſare iam declarationem prædictam, & audiuiſſe, quod poſtea S.Congregatio cõtrarium cenſuerit. Et ſubdit,quod, cum quidam Epiſcopus Hiſpaniæ abeſſet à propria Diœceſi pro exercitio ſui officij Inquiſitoris generalis, in Curia inuictiſſimi Hiſpaniarum Regis, vbi generalis Inquiſitor, cum ſuo tribunali reſidere ſolet, & inſtanter ſupplicaret Sanctiſſimo Clemen. VIII. quod concederet indultum ſpeciale,vt poſſet gaudere beneficio alternatiuæ, quamuis non reſideret in propria Diœceſi, attenta d. cauſa in fauorem Fidei, & reipublicæ reſultante,nunquam tamẽ d.indultum obtinere potuit, quamuis antea bene concedebantur indulta gaudendi alternatiua per aliquod tempus abſentiæ,vt conſuluit in caſu vnius indulti,Mandoſ.conſ. 21.

Ex quibus etiam verbis ceſſat dubium Sarmien-
468 ti,† l.ſelectarum c.16.nu. 9. vtrum Epiſcopus, qui ob aliquam iuſtam cauſam à ſua Diœceſi animo breuiter reuertendi, vel qui nondum Diœceſim ingreſſus eſt,ſed pararet ingredi,gaudeat alternatiua? ex illis enim verbis clarum eſt non gaudere, & poſt hæc tradit Gonçal.d.gloſ.43.nu.12. & infert ad caſum, quem adducit, & late pro vtraque parte diſputat Gonçal.ibi num. 41.de Beneficio Segobien.quod vacauit de menſe April.1603.ſtante D.Epiſcopo in domo del Scorial a propria Diœceſi Segobien. per quatuor milliaria dumtaxat diſtante,ad viſitandum Reges Catholicos, & de ſua promotione ad Archipreſbyteratum Compoſtellanum gratias agendum, qui feſtinanter ad ſuam reſidentiam continuandam redijt in propriam Diœceſim, à qua ſolummodo abfuit per duos dies,nempe die 13.& 14.d.menſis Aprilis & in hoc tempore Beneficium vacauit, quod virtute alternatiuæ contulit D.Hiero.de Padilla ſuo Vicario generali,& poſtea à Papa alteri prouiſum eſt, vti reſeruatum ex eo, quod vacauerat durante d. abſentia. Vnde orta eſt controuerſia, an in hoc caſu intraret alternatiua, vel non? & quod non intret alternatiua dicit Gonçal.nu.83.ſe procliuiorem eſſe, cum verba noſtræ regulæ ſint fortiſſima, & excludãt omnem fictionem,ac veram,& actualem præſentiam de facto exigant,&c. Ego autem id certum exiſtimo, & ita conſultus pro parte dict. D. Hiero. de Padilla reſpondi. Et tandem cauſa in Rota propoſita. 26. Mart.1604.coram D.Iuſto, fuit reſolutum nõ intrare alternatiuam,ſed potius reſeruationem, aliquibus tamen ex D. contrarium ſentientibus vt per Gonçal. d.num. 83. *licèt etiam contrarium teneat Leo in theſ. for. Eccleſ.c.18.n.9.& in d.deciſ.dicitur, non facere in contrarium verba reg. ibi, quandiu apud Eccleſias, aut diœceſes ſuas, &c. quaſi qui prope diœceſim eſt, apud diœceſim verè eſſe dicatur,l.penes te.63.l.is apud te. 143. ff. de verb. ſignif.quia illa dictio,apud, eſt intelligenda, id eſt, intra, & exponitur pro in; vt latè per Rebuf. & ita ſunt intelligenda hæc verba,per ſubiectam materiam.*

469 Et ex illis † etiam verbis apparet falſa ſententia Gonçal.d.gloſ.43.9.quæſt.nu.200.vbi tenet,quod,ſi Epiſcopus non poteſt ingredi ſuam Diœceſim, nec in ea reſidere propter proteruiam, & crudelitatem impiorum,qui illam occupatam habent,gaudere valeat alternatiua, quamuis verè non reſideat iuxta Clem.1.de foro comp.quæ ſententia eſt contra d.verba reg.quæ veram, & realem reſidentiam in propria Diœceſi requirunt omnino, nec conceſſio d. Clementinæ trahenda eſt ad alternatiuam, vere ac perſonaliter in ſua Diœceſi reſidentibus dumtaxat conceſſam.

470 Quarto ſunt addita † per Greg. XIII. illa verba ad liberam ipſorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis,& à tempore Sixti V. illa verba, nec etiam cum conſilio, vel conſenſu ſeu interuentu Capitulorum, vel aliorum, nam in prima alternatiua Pij V.ſolum dicebatur,ad eorum collationem,prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, non tamen ſimplicem inſtitutionem pertinen.

471 Et ſic licet antea alternatiua† conceſſa Epiſcopis reſidentibus, quia eſt fauorabilis, comprehenderet Beneficia, & Canonicatus quorum collatio eſt communis Epiſcopi,& Capituli, & Capitulum ex Beneficio Epiſcopi poſſet vti alternatiua, ita vt etiam inuito Capitulo Epiſcopus poſſet vti alternatiua, Calder.conſ.21.de Præbend. Pauinus de offic. & poteſt. Capituli ſede vacante.1.p.q.10.nu.23.Simoneta de reſeruatio.q.71.nu.2. & ibi Granutius.nu. 3. Hiero. Gabr.conſ.197.nu.1.& 2.l.1. Achil.deciſ.226.ſeu 3. de Præb.Put.deciſ.88.l.3.Rota deciſ.12.l. 3.p. 3. diuer.& Gonçal.glo.24.nu.48.& gl.42.nu. 3. quod extendit Rota apud Puteum ibi,vt etiam alternatiua conceſſa Epiſcopo profit Capitulo, vbi menſes Ordinarij ſunt diuiſi inter Epiſcopum, & Capitulum
472 ex concordia,& ſequitur† Granutius ſupra num. 4. Gonçal.ſupra d.gloſ.42. nu. 4. de quo infra nu. 718. tamen hodie attentis dictis verbis noſtræ regulæ,& Gregorij XIII.& etiam ſecundæ alternatiuæ Pij V.id non procedit, vt aduerterunt Domini in Salamantina alternatiuæ 22.Octobr.1581.infra adducta num. 708.& in Vercellen.Canonicatus 27.Apr.1594. coram D.Penna,in qua fuit dictum quod,Si ex immemoriali conſuetudine collatio Præbendarum pertinet ad Capitulum priuatiue, quo ad Epiſcopum, Epiſcopus iuuari non poteſt alternatiua,quæ non habet locum,quando ius conferendi ſpectat ad inferiores collatores, vt apparet ex verbis regulæ, & ſi iure communi agendum ſit iuxta eam operationem, quã Rota ſeruat, vt per Caſſad.dec.21. de Præbend. quæ vult collationem debere eſſe communem Epiſcopo, & Capitulo,Epiſcopus non gauderet alternatiua, quam excludit regula in illis verbis, ad liberam ipſorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis diſpoſitionem &c.& fuit dictum in illa Regien. Canonicat. 17.Nouemb.1595.ſupra relata.num.413. & reſolu-

tum

tum in vna Lunen. Sarçanen. Canonicatus 23. Octob. 1598. coram D. Seraphino in qua fuit dictum, vacationem in mense Aug. probari ex confessione aduersarij, in sua prouisione, & adesse etiam vnum testem de publica voce, & fama, & ex hac probatione resultare probationem reseruationis ex regula Cancellariæ. Nec excludi ex eo, quod dicitur Episcopum gaudere alternatiua, quia cum Canonicatus sit in Ecclesia Cathedrali in qua ex iuris communis dispositione collatio est communis Episcopi, & Capituli, alternatiua non habet locum, vt in ea dicitur; nec obstare, quod hoc procedat in simultanea collatione, non autem vbi turnus fuit diuisus, vt in Salamantina alternatiuæ coram D. Robusterio, & Dd. in cap. cum illis §. fin. de Præb. in 6. Rochus de iure patron. verb. ius. q. 6. numer. 11. quia qui dat de hoc turno debet vtrumque probare, nempe, quod adest turnus ex cõuentione, vel consuetudine, & quod illa vice collator sit in turno &c. neque posse iuuari quasi possessione Episcopi conferendi sine interuentis Capituli ad cap. consultationibus. de iure patron. quia exhibentur aliæ collationes Capituli, quæ reddunt hanc probationem æquiuocam &c. *vt in decis. 897. nouis. Farin. in qua etiam causa est alia decis. 898. & in Egitan. schol. 14. April. 1603. & in Tirasonen. can. 12. Nouemb. 1607. coram D. Scoto.*

473 Et tradit post hæc† Gonçal. d. gl. 24. nu. 49. qui tamen d. gl. 42. à num. 1. male ait hodie cessare d. decis. Achillis, & Putei dicentes, quod Capitula Cathedralium gaudere poterant alternatiua &c. eo, quod hodie *solum* conceditur Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, & ad eos restringit regula nostra; alternatiua autem antiqua non erat restricta ad solos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, sed omnibus collatoribus concedebatur. Quod quidem falsum est, nam alternatiua antiqua non concedebatur collatoribus inferioribus sed Episcopis, & quia est fauorabilis, comprehendebat Beneficia simultaneæ collationis, vt per citatos sup. nu. 471. hodie vero id non procedit, quia alternatiua restringitur ad Beneficia spectantia ad liberam Episcoporum, non autem
474 aliorum cum eis dispositionem &c.† vt dictum est. Vnde etiam male ait idem Gonçal. glos. 45. num. 29. quod eo ipso, quod regula nostra dicebat concedere alternatiuam in Benef. spectantibus ad Episcopi collat. quamuis reliqua verba liberam dumtaxat, non autem aliorum cum eis, &c. apposita non essent, venirent intelligenda de collat. spectante ad solum Episcop. non autem de simultanea collat. pertinente ad Episcopum cum alio, per textum quem dicit expressum in c. cum in illis ibi, §. si vero. de Præb. l. 6. & ibi glossa. & Dd. cum alijs. Quod quidem est falsissimũ & contra Rotam, & Dd. citatos d. nu. 471. & contra d. decisionem Salamantinam alternatiuæ, & alias adductas. nu. 471. & tex. in d. c. cum in illis. § si vero. loquitur & procedit in gratia odiosa, & ambitiosa, non in materia fauorabili. Domin. & Francus, & alij ibi Felin. in c. eam te. de rescrip. nu. 16. alternatiua vero est fauorabilis, & ampliandа cum innitatur iure communi, & remoueat obstaculum reseruationis, vt tradit ipse Gonçalez §. 6. proœm. nu. 42. & d. glossa. 45. nu. 34. & glo. 41. nu. 81. & 153.

475 Et illa dicitur libera † collatio ad effectum alternatiuæ, quæ potest fieri à solo Episcopo absque alterius dispositione, præsentatione, vel electione, consilio, consensu, seu interuentu, aut alias, vt patet ex verbis regulæ nostræ, & tradit Gonçal. d. glo. 45. à num. 10. qui glo. 46. explicat illa verb. nec etiam cum consilio, & glo. 47. verb. vel consensu, & glo. 48. verb. seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, & glo. 49. aut alias pertinentibus, vbi multa adducit ad nostram regulam parum necessaria.

476 Dicitur autem libera collatio ad effectum† alternatiuæ, quando collator tenetur conferre certo generi personarum, veluti filijs patrimonialibus ad decis. Achil. 351. seu 5. de priuil. Et Putei 162. l. 2. & tradit Gonçalez d. gl. 45. nu. 19. dicens, fuisse resolutum in vna Vlisbonen. Prioratus de Carrança. coram Illustrissimo Seraphino, de mense Nouem. 1603. vbi fuit dictum, esse liberam collationem, quamuis sit facienda vni, ex sex personis de certo Collegio. Vnde ait, nu. 21. intrare alternatiuam in Beneficijs Curatis, & Parochialibus, quamuis sint conferenda dignioribus per concursum, iuxta formam Concilij Tridentini sess. 24. cap. 18. de reform. nihilominus enim sunt liberæ collationis, vt fuit resolutum in Abulen. Parochialis coram Illustrissimo Blanchetto, infra adducta c. 5. num. 92. & 93. & ratio prædictorum est, vt inquit ipse Gonçalez, ibi nu. 22. quia ex parte Episcopi est libera collatio, cum solus conferat, sine præsentatione, electione, consilio, consensu, vel interuentu alterius, aut alias. Et sic nullum adest impedimentum respectu alternatiuæ, & licet in cui dando non sit absoluta potestas, cum Episcopus teneatur dare dignioribus, seu filijs patrimonialibus, illud tamen non est considerabile ad effectum huius regulæ nihil de hoc dicentis. Id autem, quod dicitur de Beneficijs patrimonialibus vt in eis intret alternatiua, non procedit in illis Beneficijs patrimonialibus, quæ prouidentur per Episcopum ad aliorum præsentationem seu electionem, vt ex verbis regulæ constat, & tradit alias Gonçalez glo. 9. §. 1. nu. 71.

477 Quando tamen Episcopus esset in quasi† possessione conferendi, sine interuentu Capituli, intraret alternatiua in Canonicatibus & præbendis ad c. consultationibus, de iure patron. & c. quærelam, de elect. & c. cum olim, de causa possess. & infra dicta c. 5. & sentit Rota in d. Lunen. Sarçanen. sup. relata nu. 472. & fuit resolutum in vna Assisinen. Canonicatus 14. Iun. 1600. coram D. Sacrato in qua fuit dictum. Intrare alternatiuam in illo Canonicatu quia hic non agitur inter Episcopum, & Capitulum super iure cõferendi, sed inter ipsos prouisos, quo casu attenditur sola quasi possessio collatoris. iuxta conf. Cald. 23. de Præben. quod Rota sequitur dec. 49. de rescrip. in antiquis, Put. 206. l. 1. Mohed. 8. de priuil. & Thanis decis. 3. & vlt. coram Pamphilio, in Vicen. Beneficij S. Martini 19. Nou. 1599. Vnde superfluum fuit visum ingredi q. an probaretur præscriptio quadragenaria, & talis probatio esset necessaria, vel non, quia in proposito sufficit quasi possessio, & illa vnico actu requiritur gl. in c. cum Ecclesia. de causa poss. & d. possessio Episcopi libere conferendi in suis mensibus bene probatur per testes explicite deponentes Episcopos pro tempore, absq; vlla participatione Capituli, contulisse Canonicatus, & tales prouisiones fuisse fortitas effectum. Secundo, ex pluribus collationibus factis per solos Episcopos, &c. nec obstare, quod Episcopus conferendo conseruauerit simultaneam cum Capitulo, nam, vt explicite deponunt testes, Capitulum

lum non prætendebat ſimultaneam, ſed præuentionem in conferendo, & ceſſat etiam difficultas, quia in aliquibus ex collationibus, quæ dãtur, dicitur collationem ad Epiſcopum ſpectare, quod ſignificat ad ipſum ſolum, gl. in c. cum in illis. §. ſi vero. verb. cum alio in fi. de Præb. in 6. facit c. nouit. ibi, cuius cognitio ad Epiſcopum ſpectat. de iudic. in aliquibus aliis collationibus adeſt clauſula, ad omnimodam, quæ ſignificat plenarie, & eſt verbum vniuerſale, & aptũ comprehendere omnem ſpeciem prouiſionis. gl. 1. in Clem. 1. verb. omnimodam. de foro compet. quarum tenorem nõ ignorauit Capitulum, cum illarum vigore tradiderit poſſeſſ. ad nota. in l. non eſt ferendus. ff. de tranſact. Vnde Capitulum nullam amplius poteſt prætendere quaſi poſſeſſ. Socin. in l. rem, quæ nobis. num. 8. verſ. infertur. de acquir. poſſeſſ. Decius cõſ. 302. Pariſ. 1. nu. 164. l. 1. Caſſad. deciſ. 4. de reſtitut. ſpoliat. nu. 6. nec requiritur prohibitio, cũ ſimus in actu negatiuo, quia non excluduntur alij modi acquir. quaſi poſſeſſ. prout illi ſunt. Nec obſtat lis mota per Cap. de anno 1571. primo, quia non erat ſuper collatione Canonicatuum, ſed ſuper deputat. Canonicorum ad adminiſtr. fabricæ: & in omnem euẽtum Epiſcopus erat prius in quaſi poſſeſſ. conferendi, & continuando non poteſt dici, quod attentauerit. Caputaquen. deciſ. 51. nu. 2. p. 1. & vlt. ſtatus attẽditur.

78 Et poſthæc tradit Gonçal. gl. 45. & §. 1. † nu. 79. §. 2. à nu. 1. dicens, quod ad effectum inſpiciendi, an aliquod Beneficium ſit liberæ collationis, necne, ita vt intret, vel non intret alternatiua per reg. noſtram conceſſa, cum non agatur inter Epiſcop. & Cap. ſuper iure conferendi, ſed inter tertios, ſuper validitate collationum, & incidenter, potiſſime eſt conſiderandus vltimus ſtatus Beneficij, videlicet, an Epiſcopus fuerit in quaſi poſſeſſ. libere conferendi, vel in contraria poſſ. nam, ſi fuerit in tali quaſi poſſ. libere conferendi, gaudebit alternatiua, quamuis in proprietate bonum ius forſan habere deſinat, & dũtaxat collator putatiuus ſit, & verſa vice, licet habeat bonum ius, ſeu proprietatem, ſi tamen talem quaſi poſſeſſ. non habeat, quia alius exiſtit in quaſi poſſ. conferendi cum illo, ſeu præſentandi, aut eligendi, vel conſilium, conſenſum, aut interuentum adhibendi, tunc Beneficium non erit liberæ collationis, & allegat d. deciſ. Affiſinen. Canonicatus, & Vicen. Beneficij, de qua in ea fit mentio, & ait etiã fuiſſe deciſum in vna Tarraconen. Sacriſtiæ 9. Iunij 1600. coram D. Iuſtio, & in Maioricen. Sacriſtiæ 26. Iunij 1602. coram Pãphil. & alias pluries. *Quæ deciſio Tarraconen. eſt 359. nouiſſimarum Farinacij, & Maioricen. 613. & fuit confirmatum in d. Maioricen. Sacriſtiæ coram eodem D. Pamphilio 16. Decemb. 1602. & dictum in Calagur. canonicatus 20. Iun. 1605. coram D. Laucelletto, & in Ferrarien. prioratus 17. Martij 1608. coram D. Penia, & ſimiliter in cauſa Tarraconen. parochialis 4. Febr. 1604. coram D. Lita fuit reſolutum, refertur infra 6. par. cap. 3. nu. 33.*

79 Quod declarat idem † Gonçal. ibid. d. §. 2. à nu. 49. quod ad effectum, vt intret, vel non intret alternatiua in caſu reg. noſtræ, ſufficit ſemiplena probatio quaſi poſſeſſionis libere, aut non libere conferendi, vt fuit reſolutũ in terminis noſtræ reg. in d. Maioricen. Sacriſtiæ, vbi propterea fuit deciſum ſufficere probat. de publica voce, & fama, quod ceſſantibus reſeruationibus collatio pertinet ad ſolum Epiſcopũ abſque interuentu Capituli, cuius rei, inquit Gonçal. nu. 51. ratio eſt, quia in hoc caſu agitur incidenter dumtaxat de pertinentia collationis inter prouiſos, & ideo ſemiplena probatio ſatis erit. Rota deciſ. 3. de probatio. in nouis. Millis verb. probatio, quod Beneficium pertinet, cum alijs per me allegatis inf. d. c. 5. nu. 144. & ſeqq. & nu. 52. ait procedere ſecundum illos, ſiue agatur inter prouiſos ab Epiſcopo, & ab inferioribus illo, ſiue inter prouiſum ab Ordinario, & prouiſum à Papa, Caſſad. deciſ. 1. de probatio. nu. 1. & declar. d. dec. Maioricen. addens, quod ceſſat omnis difficultas, quando cum fama concurrunt aliqua adminicula, & Caſſad. d. num. 1. & 2. circa quod vide per me dicta d. cap. 5. à num. 146. *In cauſa tamen Nauarren. can. 1. Decemb. 1608. coram Iuſto fuit reſolutum, quod ex vnica collatione facta ab Epiſcopo de canonicatum vacante in menſe Februarij alternatiue non acquirit poſſeſſionem, nec eſt ei dandum mandatum de manutenendo contra capitulum, cum Februarius ſit menſis Papæ, ſi non intrat alternatiua, &c.*

480 Rurſus ex illis verbis, † ad liberam ipſorum diſpoſitionem dumtaxat, non aũt aliorum cum eis &c. colligitur, quod ſi duo Benef. quorum vnum ſpectat ad prouiſionem Epiſcopi, & alterum ad prouiſionem alterius, eſſent vnà inuicem æque principaliter, non haberet locũ alternatiua, ex quo in illorum prouiſione requiritur vtriuſque conſenſus, vt dicetur infra vlt. p. c. 2. num. 47. quamuis, ſi eſſent vnita Beneficia ſpectantia ad prouiſionem duorum Epiſcoporũ, vt quia eſſet duarum Dioceſum, intraret in eis alternatiua, ſi ambo eam haberent acceptatam, & reſiderent in ſua Dioceſi. Denique ex d. verb. alternatiuæ etiam primæ Pij V. apparet, Epiſcopum non poſſe ſe iuuare alternatiua, nec vigore illius ſe intromittere in Benef. ad aliorum collat. ſpectantibus vt in Vercel. de qua nu. 492. & Nucerina Beneficiorum. 30. Octob. 1592. coram D. Pamphilio infra adducta c. 5. num. 64.

481 Quinto illa verb. † ſeu etiam aliorum diſpoſitioni, ſuæ, & d. Sedis alias quomodolibet reſeruatorum, vel affectorum, non habebantur in alternat. Pij V. ſed à tempore Greg. XIII. addita ſunt, per quæ extẽditur pœna priuationis alterna. ad ſeſe intromittentes in prouiſione Beneficiorum, nõ ſolum in alijs ſex menſibus reſeruatis vacantium, ſed etiam alias quomodolibet reſeruatorum, vel affectorum &c.

482 Sexto circa modum etiam † acceptandi alternatiuam, fuit varietas in reg. Summor. Pontif. in alter-
83 na. 1. Pij V. ſic dicebatur ac Epiſcopi, Archiepiſc. & Patriarchæ præfati infra tres menſes à die publicat. præſentis conſtitut. comput. ſe alternatiuam huiuſmodi acceptare, vel recuſare coram Notar. publico, & teſtibus declarare teneãtur, alioquin lapſo trimeſtri alternatiua huiuſmodi illis nullatenus ſuffragetur. In ſecunda vero alternat. Pij V. ac d. alternat. Greg. XIII. ſic dicedatur, illi vero, qui gratiam alternat. prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiuſmodi per patentes literas, ſuo ſigillo munitas declarare, & literas ipſas huc ad Datarium Sanctitatis ſuæ tranſmittere teneãtur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & nõ antea, vti incipiat gratia prædicta. A tempore vero Sixti V. Ordinatus acceptationẽ fieri debere, vt habetur in noſtra reg. ex quibus verb. ibi, acceptare voluerint, apparet pri-
483 mo, quod acceptatio alternatinæ eſt † voluntaria, & ideo nemo inuitus illam acceptare tenetur: nam alternatiua eſt gratia, & Beneficium, vt declarat reg. ibi,

ibi, gratiam, & ibi, Beneficio, & inuito Benef. non datur l. inuito. 70. ff. de reg. iuris, vt tradit Gonc. gl. 58. à n. 1. qui alia cumulat, vt solet.

484 Semel vero acceptata † alternatiua, nō poterit Episcopus pœnitere, & ab acceptatione recedere, quia acceptatio est mensium commutatio, seu permutatio, & quidam quasi contractus inter Papam, & Episcopum, & facit l. sicut, C. de obligat. & act. & reg. mutare, & reg. quod semel placuit lib. 6. tradit Gonçal. d. glos. 58. num. 14. nisi Papa acceptauerit renuntiationem alternatiuæ, vt aliquando solet fieri. Gonçalez ibi num. 23. Rota in Vicen. præceptoriæ infra adducta nu. 741. acceptatio vero alternatiuæ per aliquem Episcopum facta, cessat per translationem illius ad Episcopatum & si vult alternatiuam in nouo Episcopatu debet eam de nouo acceptare, nam 1. acceptatio solum est, quoad Episcopatum tunc obtentum; immo nec potest fieri, quoad Episcopatum futurum, vt ex mente reg. constat & tradit Gonçal. d. glos. 58. nu. 21.

487 Et acceptatio alternatiuæ nihil aliud est, † quam mentis, & voluntatis declaratio, vt patet ex ipsa reg. ibi declarare, & sic ad factum potius, quam ad ius pertinet, vt alias dicitur infra 6. p. c. 13. à num. 35. & tradit Gonçal. d. glos. 58. à nu. 24. vnde ait num. 26. quod, quamuis Episcopus esset excommunicatus de tempore, quo alternatiuam acceptat, teneret acceptatio, excommunicatione non obstante, sicut valet acceptatio Beneficij ab excōmunicato facta, vt nos
488 ibi diximus. Secundò, ex illis verbis, † ibi, per patentes literas, apparet acceptationem alternatiuæ fieri debere per literas patentes, id est apertas, non vero clausas & secretas, & notat Gonçal. gl. 59. dicens reg. nostrā pro forma id requirere, & sic esse illius formā seruandam, c. cum dilecta. de rescrip. cum alijs. Ter-
489 tio, ex † illis verbis, ibi manu propria subsignatas, apparet, quod literæ acceptationis alternatiuæ sunt subsignandæ, id est, subscribendæ manu propria ipsius Episcopi acceptantis, alias acceptatio non tenebit, notat Gonça. gl. 60. vbi id late explicat, & aliquas
490 circa ista verba tractat. Quarto, † ex illis verbis, ibi, suoque sigillo munitas, apparet literas acceptationis alternatiuæ, non solum debere esse manu propria Episcopi acceptantis subscriptas, sed etiam suo sigillo munitas, not. Gonçal. glo. 61. vbi id late explicat, & aliquas q. mouet. Quinto, ex d. verbis appa-
491 ret, quod in literis acceptationis alternatiuæ, non est necessaria adhibitio & appositio testium, nec interuentus, & subscriptio Notarij, seu Secretarij, quia regula solum requirit, quod sint manu propria Episcopi subscriptæ, & suo sigillo munitæ, & notat Gonçalez d. glo. 61. nu. 24. & 25. Sexto, ex illis verbis ibi,
492 † & in sua quisque ciuitate, vel diœcesi datas, apparet non posse fieri acceptationem alternatiuæ, & literas eam continentes, nisi in propria ciuitate, vel diœcesi, non autem extra, quamuis alias possint exerceri extra diœcesim huiusmodi actus, & actus voluntariæ iurisdict. tradit Gonç. gl. 62. qui huius requisiti rationem reddit à nu. 10. Septimo, ex illis verbis ibi,
493 & literas ipsas † huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, apparet, quod Episcopus volens frui alternatiua, non solum debet illam acceptare per literas patentes, propria manu subscriptas, & suo sigillo munitas, & in propria ciuitate vel diœcesi datas, vt dictum est, sed etiam tenetur literas ipsas ad Datarium Papæ transmittere, & notatur per Gonçal. glos. 63. vbi aliquas quæstion. tractat circa hoc.

494 Octauo, ex illis † verbis ibi, quibus ab eo receptis, & recognitis, &c. apparet ad complementum acceptationis alternatiuæ per Episcopum factæ, debere literas acceptationis per Episcopum transmissas recipi, & recognosci a Datario, notat Gonçal. glos. 64. vbi de recognitione instrumentorum aliqua agit. Nono
495 ex d. † verbis apparet hodie nullam esse necessariā expeditionem literarum alternatiuæ, cum hodie per reg. nostram concedatur gratia alternatiuæ, & certa forma illam acceptandi constituatur, nec sit necessaria vlla supplicatio, nec alia concessio, nec dicatur, quod fieri debeat aliqua literarum expeditio, quamuis de tempore antiquo esset necessaria literarum expeditio ad vsum alternatiuæ, vt in aliquibus dec. dicitur, quia tunc non concedebatur alternatiua per reg. nec per legem generalem vt nunc, sed per gratias particulares ad supplicationem Episcoporum, Mohed. decis. 3. de rescrip. & Put. 387. l. 3. tradit Gonçal. glo. 62. à nu. 29. & glo. 65. nu. 19.

496 Si tamen Datarius, qui est organum Papæ, † Gonçal. gl. 63. nu. 60. admitteret acceptationem alternatiuæ factam, non seruata omnino d. forma, vtiq; valeret, vt tenuit Rota in Salaman. fructuum Archidiac. de Monleon 3. Ian. 1587. coram D. Gypsio, nēpe Datarium, qui est organum Papæ, vt de Cancellaria dicit Cassador. decis. 2. nu. 7. de vnio. non obstante forma acceptationis, & decreto irritante, de quo in d. 2. alternatiua Pij V. potuisse admittere instrumentum acceptat, alternatiuæ licet non esset sigillo munitum, nec recognitum, vt requirebat regula &c.

497 Et hoc de acceptatione alternatiuæ inductum † est ad euitan. fraudes, quæ per Ordinarios committi possent, circa vsum alternatiuæ, vt per Fuscum de visitatione. lib. 2. c. 28. nu. 32.

Et formulam & tenorem literarum acceptationis
498 † alternatiuæ ponit Fuscus, ibi, nu. 33. quam etiam & aliam ponit Gonçalez glos. 62. num. 33. & Fuscus ibidem nu. 34. ponit formulam fidei, quæ datur per Datarium de præsentatione, & recognitione d. literarum, quam etiam in ampliori forma ponit Gonçal. glo. 64. num. 30.

499 Per quam fidem Datarij probanda est, † quando opus fuerit, acceptatio alternatiuæ completa, aut per ipsum librum Datariæ, vbi tales acceptationes describuntur, per Gonçal. glo. 62. nu. 28. vbi ait, quod non præsumitur, quod alternatiua sit acceptata, cum acceptatio sit facti, & requirantur omnes solemnitates per regul. nostram assignatæ, & factum non præsumitur, nisi probetur, & sic fundans se in alternatiua illius acceptationem probare tenetur, & si forsan, inquit, d. liber datariæ inueniri non posset, probatio acceptationis fieri posset per testes deponentes de quasi possess. conferendi in mensibus alternatiuæ vigore concessis, aut alijs legitimis modis, vt fuit decisum in Astoricen. Archidiaconatus, 3. Decemb. 1571. coram D. Seraphino, & tradit Anast. Germo. de indultis Cardinalium. §. volumus, numero vigesimoseptimo 32. & 33.

Romæ vero satis probatur acceptatio alternatiuæ
500 † per fidem alicuius Notarij, quod est in libro datariæ, nam tali fidei creditur, cum ad librum, qui est in dataria, sit facilis recursus, vt fuit ita resolutum in vna Cauricn. præstimonij, 9. Iunij 1592. coram

D.Penna.Sicut alias in Aretina Commendæ, 7. Nouembr.1586.coram D.Seraphino, fuit reſolutum, quod reſeruatio ſatis verificatur ratione familiaritatis, de qua conſtat per atteſtationem computatoris Palatij,& fides in curia facit fidem, propter facultatem habendi veritatem per inſpectionem librorũ, ex quibus extrahitur,&c.

501 Et qui dicit Epiſcopum gaudere alternatiua † ſatis fundat ſuam intentionem in acceptatione,& præſumptione iuris,quod Epiſcopus reſidet in ſuo Epiſcopatu,& qui contrarium dicit, illud probet, tamquam fundamentum ſuæ intentionis, ita in d. Cauerien.*& in Bracaren.beneficij 3.Martij 1603.coram D.Ludouiſio.* pro qua reſolutione faciunt tradita per Tiraq.in legib.connub.gloſ.8.à nu.30.Maſcar. de probat.concl.5,num.5.& concl.1277.numer.1.& 2, per Menoc.de præſump.lib.6.præſump.19,nu.4,& 5.Cæſar de Graſſis.deciſ.63.& Rotam 420.p.1.diuerſ. nu, 1.cum aliis,vbi quod quis præſumitur præſens in loco,vbi reſidere tenetur, vel vbi habet domicilium, ſeu habitationem.

502 Contrariam tamen ſententiam, nempe, quod † prouiſus ab Ordinario, qui ſe fundat in alternatiua, tenetur probare, non ſolum acceptationem illius, ſed etiam reſidentiam Epiſcopi in ſuo Epiſcopatu, de tempore vacationis. tenet Gonçal.gloſ.42.à num. 92.quia vtrumque requiritur à reg. noſtra, vt Epiſcopus gaudeat alternatiua,& quia reſidẽtia,ſeu præſentia probanda eſt ab eam allegante;& ſe in ea fundante,quia,cum ſit facti,non præſumitur,Put. deciſ. 385.in fin. lib. 2.& alij relati per Maſcar. d. concl.5, num.4.& Menoch.d.præſump. 19. num. 6. & ita ait fuiſſe reſolutum in Rota, in vna Placent. Capellan, 31.Maij 1604.coram Illuſtriſ.Pampilon.& ad contraria reſpondet,quod illa poſſent admitti,quando prouiſus ab Ordinario eſſet poſſeſſor,& reus, ſecus verò ſi ſit actor.Sed iſta reſponſio non ſatisfacit,nam,ſi eſt iuris præſumptio; quod Epiſcopus reſidet in ſuo Epiſcopatu, & quod quis eſt præſens in loco, vbi reſidere tenetur,ex ea vtique probaretur intentio illius, qui ſe fundat in alternatiua, & reſidentia Epiſcopi, quicquid ibi Gonçal. dicat, & dicetur alias inf. 530. vnde melius reſpondetur quod non eſt vera iuris præſumptio,quod quis reſideat in loco, vbi reſidere tenetur;nam, licet non præſumatur delictum. l. merit. ff.pro ſocio,non ideo præſumitur, quod quis non faciat delictum,ſed debitum,ſed qui in eo ſe fundat, id probet,*& ſic fundans ſe in alternatiua,etiam ſi ſit reus & poſſeſſor,debet probare dictam reſidentiam, contra Gonçalez ibi*. Verum eſt tamen,quod eſt aliqualis præſum-

503 ptio,quod † quis reſideat in loco,vbi reſidere tenetur; quæ, cum aliquibus adminiculis, ſeu alia præſumpt. ſufficiet ad probationem, & ita arbitratur Gonçal.ſup.num. 100. quod ad probandam. d. reſidentiam per actorem ſufficiat, alia non exacta probatio iuncta d.iuris præſumpt.vt ex omnibus remaneat integra probatio in caſu, de quo agitur, ex adductis per Gabr.de probat.concl.1.ex nu.1.pro quo, inquit multum faceret, ſi volens probare reſident, de tempore vacat.probaret illam,ſaltem de tempore proximo præcedenti, quia tunc præſumetur continuata, nec præſumitur mutatio, niſi probetur. Menoch. præſump.37.lib. 6. niſi ex aduerſo oriretur aliqua coniectura, vel præſumptio, quæ animum iudicis ad contrarium credendum moueret, prout mouit in caſu d.deciſ. Placent, Capellan.de qua num. 4. præcedẽ,& conducit deciſ. Rotæ,in cauſa Maioricen. Canonicatus 15. Nouembr, 1593. coram Illuſtriſ. Cardin,Mellino infr.addocta nu. 732. vbi quod reſidentia Epiſcopi probatur ex prouiſione facta ab Epiſcopo in domo Capitulari Eccleſiæ,die ſequenti poſt vacationem.*Poſt vacationem, & ſupradicta confirmatur ex deciſ.Rotæ in cauſa Ilerden. portionis 2. Iun. 1606, coram D. Penna, vbi fuit reſolutum,quod ad excludendam reſeruationem menſis Aprilis non obſtat dicere, quod Epiſcopus acceptauerit alternatiuam,quia non ſufficit ſola acceptatio, niſi ſimul probetur,quod Epiſcopus reſidebat vt fuit reſolutum in Sulmonen.canonic.3.Maij 1583. coram Cantucio, etiam ſi excipiens de alternatiua ſit reus & poſſeſſor: nam cum actor probauerit ſuam intentionem, præſtando vacationem in menſe April. qui regulariter eſt reſeruatus, non tenetur probare ea,qua ſunt de exceptione, vel replicatione rei,Oldrad. conſil.229.nu.3.Nec obſtat præſumpta probatio reſidentiæ,quam Epiſcopus de iure facere tenebatur;quoniam cum actor ſuam intentionem ſufficienter probaſſet,nõ ſufficit reo illam reddere turbidam per præſumptionem,ſed opus erat,quod plene & concludenter illam elideret, & ſuã exceptionem probaret,in qua reus dicitur actor,Bar.in l.admonendi de iur.nu.10.Ferret.conſil.106.in fin.Aegid.deciſ. 617. incip. Sic executor, Et quòd ad alternatiuam debeat probari reſidentia Epiſcopi in diœceſi, fuit etiam dictũ in cauſa Ferrarien. prioratus 17. Martij 1607.coram eodem Penna, vbi quod ex prouiſione Epiſcopi apparebat de præſentia*, Ait tamen recte Gonçal.d.glo.43.nu.101.

504 quod quando quis impetrauit † Beneficium,vti reſeruatum, quia, licet vacauerit in aliquo ex menſibus alternatiuæ,puta,Febr, April. Auguſti, ſeu Oct. tamen ob non reſidentiam Epiſcopi prætendit intrare reſeruationem,tunc proculdubio plena,& concludens probatio non reſidentiæ requiritur, cum in illa fundetur reſeruatio,& in cõtrarium ſit præſumptio, & agatur de graui præiudicio Ordinarij,& prouiſi ab illo iuxta alias dicta per eum,& per nos par.ſeq.cap. 2.à num.225.

505 Et ſimiliter,inquit idem † Gonçal.gloſ.45.nu. 8. quod prouiſus Apoſtolicus de Beneficio vacante in menſe Martij, vel Septemb. tanquam reſeruato, ex eo,quod Epiſcopus gaudeat alternatiua, non ſolum tenetur probare acceptationem illius, ſed etiam probare debet, quod Beneficium ſit liberæ collationis, cum alias illa non gaudeat, & quod in tali caſu probatio debet eſſe concludens, vt fuit reſolutum,ſe obtinente, in vna Corduben. dimidiæ portionis coram D.Sacrato,13.Feb.1602.quod tamen, licet ipſe non dicat,ſolum videtur procedere in Beneficijs, quæ de iure non ſunt liberæ collationis,vt in Dignitatibus & Præbendis Eccleſiæ Cathedralis, & etiam in Portionibus, ſeu dimidijs portionibus, de quibus loquitur d. deciſ. Corduben. Quæ de iure pertinent ad prouiſionem Epiſcopi,& Capituli ſimul iuxta opinionem, quam tenet Rota,vt dicitur infra cap.4.à nu.13. 20. & 237.vbi de dicta deciſ.Corduben.fit mentio,in Beneficijs autem, quæ de iure, ſeu vniuerſali conſuetudine ſunt liberæ collationis Epiſcopi, non requiritur alia probatio,cum de iure talia cenſeantur iuxta alias d.l.p.c.vlt.nu.8.& 12,& tertia p.c.2.à nu.4.& infra, nu.530 & id,quod ibi dicit Gonçalez,quod in tali caſu probatio debet eſſet concludens, non videtur verum ex his quæ cum eo diximus ſupra nu.478.& ſeq. vnde non videtur loqui conſequenter.

Sed

506 Sed quærit Gonçal. † d.gl. 43. 4 nu. 102. an ſicut prouiſus ab Ordinario in aliquo ex menſibus Febr. Apr. & ſimilibus, qui vti actor ſe fundat in alternatiua Epiſcopi, tenetur probare d. reſidentiam de tempore vacationis, ſic etiam prouiſus in aliquo ex mẽſibus Martij, & Sept. qui, ceſſante alternatiua ſunt Ordinarij, teneatur tanquam actor probare, quod Epiſcopus reſidebat in menſibus Febr. & Aug. reſpectiuè, vel ſaltem in menſe Martij, aut Septẽb. in quo contigit vacatio? Et reſoluit, quod non, quoniam eo ipſo, quod Epiſcopus acceptat alternatiuã menſium, inter Papam, & ipſum, fit quoddam pactum, & permutatio menſiũ, & Papę manent menſes Martij, & Septemb. ita, quod Epiſcopus pęnitere, & retrocedere non valeat, cum d. acceptatio ſit quaſi contractus, Mandoſ. conſ. 18. n. 8. quæ acceptatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualit. & oneribus videlicet reſidendi &c. & cũ ſtante d. acceptatione menſes Martij, & Sept. ſint proprij mẽſes Papæ, & Epiſcopus nullũ ius habeat conferendi in illis, ſiue nõ reſideat in illis, vel in menſibus præcedẽtibus Febr. & Auguſti, ſemper collatio erit Papæ. Mandoſ. ibi, ac propterea prouiſus Apoſtolicus non tenetur in hoc caſu probare aliquam reſidentiam, vel nõ reſidentiam Epiſcopi, & allegat deciſ. Fauentinam Canonicatus 16. Decẽb. 1584. coram D. Blanchetto, & Maioricen. Canonicatus 15. Nouem. 1593. coram D. Mellino infra adductas n. 693. & 732. ſed iſta ratio, & aſſumptum nõ eſt omninò verum, vt dicitur infra à nu. 687. vera tamen eſt d. reſolutio ex eo, quod, cum Epiſcopus elegerit, & acceptauerit alternatiuam, præſumendũ eſt ea gaudere, & omnes alios ſex menſes eſſe Papæ, niſi contrarium probetur. Rurſus quærit Gonçalez d. gl. 43. num. 116. an alternatiua deſinat gaudere Epiſcopus non reſidens in menſibus Iunij, & Decembris, & conſequenter prouiſus ab Epiſcopo de Beneficijs vacantibus in iſtis menſibus, qui tãquam actor agit, teneatur probare reſidentiam, ſicut prouiſus de Beneficijs vacantibus in alijs quatuor menſibus alternatiuæ? Et pluribus adductis inclinat in opinionem affirmatiuam ex eo in ſumma, quod per noſtram regulam alternatiua conceditur Epiſcopis in ſex menſibus, cum conditione, & onere reſidentiæ, & omnes ſex menſes ſub eadem clauſula, & oratione ponũtur, & ab eodem verbo reguntur, & determinantur, & Epiſcopus acceptando alternatiuam voluntariè ſe obligauit ad reſidentiam in omnibus ſex menſibus ſub conditione & pœna amittendi ius conferendi, ſub qua per regulam noſtram indulgetur alternatiuæ commodum, & ob hanc cauſam augentur per alternatiuam duo menſes Ordinarij, vt cum hoc lucro, & augmento compenſetur neceſſitas, & obligatio reſidendi in omnibus ſex menſibus, &c. ſed iſta opinio mihi videtur omnino falſa, contrariumque tenẽdum exiſtimo, quia menſes Iunij & Decemb. ſemper ſunt Ordinarij, ſiue alternatiua ſit acceptata, ſiue nõ. Nec in iſtis ſit aliqua permutatio cum Papa, cum ſemper remaneant Ordinarij, & cum iſti duo menſes ſint ordinarij, ſine alternatiua, verè non conceduntur à Papa per alternatiuam Epiſcopis, quamuis in ea fiat etiam mentio de illis cauſa demonſtrationis, & ſic onus, & conditio reſidentiæ, non cenſetur impoſitum reſpectu illorum, ſed aliorum 4. qui per alternatiuam de nouo conceduntur, & ita videtur communi ſenſu, & praxi receptum.

## *De explicatione regulæ, & notabilibus, quæ ex eius verbis ſeu circa ea deducuntur, §. XI.*

### SVMMARIA.

*PEr verb. reg. cum circa, clarè reſeruatur Papæ collatio Beneficiorum curatorum, quæ etiamſi nõ eſſent addita iſta verb. adhuc comprehenderentur nu. 508. non tamen tollitur concurſus nu. 509.*

*Verba reg. omnia Beneficia intelligenda videntur in Beneficijs perpetuis, non de manualibus, ſeu ad nutũ amouibilibus quæ ſint ſæcularia, ſiue regularia, ſub reſeruationibus non comprehenduntur.*

*Quamuis regula hæc exprimat Beneficia regularia, quæ ſunt manualia, tamen aliquando ſunt perpetua, & de ijs, non de manualibus videtur intelligenda, nu. 511.*

*Beneficia regularia perpetua comprehenderentur in regula, ẽt ſi de regularib. expreſſa mentio non fieret, quia Beneficiorũ appellatione, etiam regularia veniunt &c. nu. 512.*

*Beneficia regularia Ordinum militarium etiam minora, non cõprehenduntur in hac reſeruatione contra Gonçal. nu. 513.*

*Comprehenduntur in hac reſeruatione, ſicut etiam in alijs beneficia, etiam tenuiſſima, & ſine redditib. nu. 514.*

*An beneficia patrimonialia includantur in reſeruatione huius regulæ remiſſiuè? num. 515. & an Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales in ea comprehendantur etiam remiſſiuè? nu. 516. & an hæc regula procedat in beneficijs Eccleſiæ non numeratæ, etiam remiſſiuè? nu. 517.*

*Hæc regula capit. beneficia monocularia, etiam ſi ſint dignitates maiores, & principales nu. 518.*

*Sub reg. cadunt Beneficia poſtea creata nu. 519. id tamen non procedit in ipſa prima vacante per creationem, ſed in vacationibus ſuccedentibus poſt primam prouiſionem num. 520.*

*Ampliatur reſeruatio huius regulæ ad Beneficia vbicunque exiſtentia, ideſt, ſiue in Eccleſijs Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus, ſiue alias, quæ tamen verba, maioris declarationis gratia, ſunt adiecta: nam etiam alias venirent in reſeruatione generali, &c. nu. 521.*

*Octo menſes Ianuarij, Februarij, &c. prout iacent, & computantur, ſunt Apoſtolici, & reliqui quatuor remanent Ordinarij, &c. nu. 522.*

*Vnde menſis incipiat, & computetur in propoſito? nu. 523. reſoluitur incipere a media nocte, nam dies naturalis, & conſequenter menſis incipit a media nocte. Et media nox eſt vbi cepit ſonare hora 12. num. 524. & vbi ſunt diuerſa horologia, ſtandum horologio parochiæ, ſeu viciniori, aut per quod communiter ibi reguntur &c. nu. 525. alias accipienda eſt media nox iuxta curſum noctis & arbitrium, & a communiter accidentibus, & veroſimilibus num. 526. vbi de coniectura ex galli cantu.*

*Quando vacat Beneficium per obitũ alicuius, cuius mors ignoratur quo die & menſe fuerit, an cenſeatur vacare in menſe Apoſtolico, an in Ordinario, & an Ordinarius poſſit illud conferre? nu. 527 reſolvitur, quando facta indagatione, quã Epiſcopus facere debet, id conſtare non poteſt, cenſeri vacare in menſe ordinario, & Ordinarium poſſe conferre, nam præſumitur pro Ordinario, & præſumptio iuris transfert onus probãdi in aduerſariũ, etiã poſſeſſorem &c. idque procedere, etiam quando prouiſio Ordinarij eſt poſterior prouiſione Apoſtolica contra Gonçalez, & reſpondetur cap. ſi a Sede Apoſtolica. de Præben. in 6. & deciſio. Putei 207. lib. 3. & alijs de præſumptione vitæ hominis loquentibus, &c.*

*Beneficium vacans in menſe ordinario non eſt reſeruatum ex*

*eo, quod vacatio duret ac intret in menſem reſeruatum, quia regula ſolum reſeruat Beneficia de nouo vacatura in menſibus Apoſtolicis, ſecus ac in regula 2. reſeruatoria Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante, &c. nu. 526.*

*Beneficia vacantia Sede Apoſtolica vacante in menſe alias Apoſtolico, non reſeruantur per ſuperuenientem regulam menſium nu. 537.*

*Reſeruatio regulæ locum habet in Beneficijs vacantibus in mẽſibus Apoſtolicis, non ſolum prima vice, ſed etiam alijs, non obſtante regula. §. hoc ſermone nu. 538.*

*De verbis* vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum *remiſſiue, num. 539.*

*Beneficia vacantia in Romana curia non includuntur in reſeruatione huius regulæ, in qua tamen includuntur alia Beneficia reſeruata contra Gonçalez nu. 540. quamuis quoad expreſſionem menſis vacationis, non habeat locum regula in Beneficijs alias reſeruatis n. 541. vbi etiam reprobatur Gonçal. & an de reſeruatione per regulam noſtram inducta eſſet etiam facienda mentio?*

*Beneficia in quocumque menſe reſignata in manibus Ordinarij, non ſunt reſeruata per hanc regulam, & reprobatur Gonçal. intelligẽs verba reg.* alias quam per reſignantem, *etiam de reſignatione coram Papa nu. 542.*

*In quolibet menſe anni poſſunt permutari Beneficia coram Ordinario, cum vacant per reſignationem nu. 543.*

*Regula tantum excipit reſignationem expreſſam non vero tacitam, quæ ipſo iure fieri intelligitur, nu. 544.*

*In vacantibus per reſignationem non habet locum alternativa, cum non ſint reſeruata per hanc regulam, habet tamen locum non ſolum in vacantibus per obitum, ſed etiam alias vt per aſſecutionem, &c. nu. 545.*

*Quando per iſtam regulam reſeruarentur ſimpliciter Beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis, videbatur poſſe tentari, non comprehendi reſignata ex cauſa permutationis, ſed contrarium tenetur, nu. 546.*

*Omnes modi vacationis excepta vacatione in curia, & per reſignationem includuntur in reſeruatione huius regulæ, qui etiam non appoſitis verbis,* quocumque modo *comprehenderentur, nu. 547.*

*Regula non ſolum habet in vacatione de iure, & de facto, ſed etiam in vacatione, de iure tantum, aut de facto tantum, num. 548.*

*Non intrat reſeruatio huius regulæ, ſi habens ius ad Beneficiũ decedat in menſe Apoſtolico, nu. 549.*

*Regula non procedit in Beneficijs Eccleſiæ non numeratæ, ſed receptitiæ, quæ nunquam vacant nu. 550*

*De verbis,* ad collationem, prouiſionem, *remiſſiue. n. 551.*

*Certum eſt Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici, ſub hac reſeruatione comprehendi, nam etiam non facta particulari expreſſione in reſeruationibus comprehenduntur nec in gratia Beneficij eſt neceſſaria mentio iuris patronatus Eccleſiaſtici, num. 552.*

*Ius patronatus Eccleſiaſticum eſt, quod, licet originem habuerit ex patrimonio laici, fuerit tamen, vel ab initio, vel poſtea in Eccleſiam translatum, & quod competit Eccleſiæ, vel ratione Eccleſiæ num. 553. & 554. ponitur deciſ. & reſolutio Rotæ.*

*Si laicus patronus ex fundatione fiat religioſus, tale ius patronatus eſt Eccleſiaſticum, quia tranſit in Monaſterium durante tamen vita Monachi, vbi iure ſanguinis defertur in poſteros, ſi illi adſunt, & ſi Epiſcopus obtinens Comitatum, vel Ducatum, ratione illius habeat ius patronatus, indicabitur Eccleſiaſticum, & ius patronatus ſpectans ad Prioratum eſt Eccleſiaſticum, licet Prioratus ſit iuris patronatus laici. nu. 555.*

*Ius patronatus ſpectans ad laicos religioſe viuentes, & portantes habitum religioſum, eſt Eccleſiaſticum, & ſic ius patronatus ſpectans ad illas de tertio ordine, & etiam ſpectans ad magiſtros, ſeu milites Ordinum militarium, etiam coniugatos, eſt Eccleſiaſticum, nu. 556.*

*Quamuis certum, & receptum ſit Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici comprehendi in reſeruationibus, tamen non ſeruatur in Hiſpania, & aliud defendi poſſit, non obſtantibus huiuſmodi reſeruationibus, quaſi vſu non receptis, aut abrogatis in iis Beneficijs, nu. 557.*

*Reſolnitur negatiue, & illud de non receptione, aut obrogatione non poſſe applicari regulis reſeruatorijs, nu. 558.*

*Eſto, quod Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici cadant ſub hac reſeruatione, & alijs, an ſecus ſit quando ſunt debita certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, nu. 559.*

*Cum ſequentibus ponuntur ſententiæ Doctorum, & deciſiones, & reſolutiones Rotæ, & tandem reſoluitur, idem eſſe, vt habet ſtilus curiæ, cui videtur ſtandum etiam in Hiſpania, in qua contrarium obſeruatur, & à nu. 566.*

*Agitur de indulto Clemen. VIII. ſuper modo prouidendi de Beneficijs patrimonialibus Calagurrit. An comprehendatur ſub reſeruatione, & derogatione huius regulæ poſteriores. & reſolnitur non comprehendi, ex tribus rationibus adductis, nu. 568. 569. & 570.*

*Beneficia iuris patronatus laicorum non comprehenduntur in reſeruationibus, etiam in corpore iuris clauſis, nec Legatus illa poteſt conferre, & in gratia eorum neceſſaria eſt mentio, & derogatio iuris patronatus, nu. 571.*

*Verba noſtræ regulæ,* præſentationem &c. *non includunt præſentationem laicorum, ſed clericorum. nu. 572.*

*Id procedit, quando ius patronatus competit laicis ex fundatione, vel dotatione, ſecus, ſi ex priuilegio, cõſuetudine, vel præſcriptione, nu. 573. & ſeq. etiamſi ius patronatus ex priuilegio, ſeu præſcriptione ſpectet ad Duces, vel alios Principes, niſi ſit Regum, quamuis alias iuri patronatus Ducum, &c. ex dotatione, vel fundatione non cenſeatur derogatum, niſi facta ſpeciali mentione, &c. nu. 575.*

*Ad excludendam reſeruationem ratione iuris patronatus laicorũ, oportet docere de iure patronatus ex fundatione, &c. maxime ſtante Concilio, nu. 576.*

*Quod dicitur de iure patronatus ex præſcriptione, ſeu conſuetudine, non habet locum, vbi quis allegaret ius patronatus ſibi competere, ex fundatione, vel dotatione, & ad id probãdum vteretur immemoriali, quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione nu. 577. & procedit vbi ius patronatus abſolute eſt ex præſcriptione, ſeu conſuetudine, ſecus vbi eſt ex fundatione, licet præſcriptum ab alijs, num. 578. Vbi ponuntur deciſiones Rotæ.*

*Quando aliqui ſunt veri patroni ex fundatione, vel dotatione, ſed non ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi ſed alij, videtur requirimentio, & derogatio iuris patronatus, nu. 579.*

*Quod dicitur de iure patronatus, ex priuilegio intelligitur, niſi ſit cum clauſula, quod non ſit ex priuilegio, ſed ex vera, & reali fundatione, ac dotatione laicalis, ſeu cũ clauſula, quod habeatur, ac ſi ex vera dotatione, & fundatione competeret &c. nu. 580.*

*Aut niſi ſit ex cauſa onoroſa. nu. 581.*

*Etiam Beneficia iuris patronatus mixti, non comprehenduntur ſub reſeruationibus, nec à Legato conferri poſſunt, nec valeret prouiſio Papæ, non facta de eo mentione, &c. nu. 582.*

*Solet iuri patronatus mixto derogari in totum, in prouiſionibus Papæ, nu. 583.*

*Cui tamen nõ derogatur, quia ſolet Papa derogare iuri patronatus laicorũ pro medietate, quia iſta eſt derogatio iuris patronatus laicorũ tantum, & mixto derogatur in totum, n. 584.*

*Et derogatio pro medietate non eſt aliud, quam reducere conſenſus per plures patronos præſtandos ad medietatem, &c. numero 585.*

*An derogatio pro medietate ſuffragetur, quando præſentatio ſpectat ad vnum tantum, ſeu ad Vniuerſitatem? nu 586.*

*Reſoluitur ſuffragari, quando plures ſunt præſentati, alias non.*

*De derogatione iuris patronatus laicorum remiſſiue. nu. 589.*

*Quando Beneficia vacant per aſſecutionem alterius, aut deuolutionem, & alias vbi habent poſſeſſores, derogatur iuri patronatus, etiam Principum in totum, & admittitur etiam in Hiſpania. nu. 590.*

*In Beneficijs iuris patronatus laicorum, ſeu mixti, ſicuti non cadit expreſſa reſeruatio, ita nec tacita ex appoſitione manus Papæ. nu. 591. vbi ponitur deciſ. Rotæ.*

*Ius patronatus laicorum eſt, quod alicui, ſiue laico, ſiue clerico non ratione Eccleſiæ, ſed proprij patrimonij, competit, & ſi non appareret, attenditur ius ſucceſſionis, nam ſi per ſucceſſionem deferatur, præſumitur laicum. nu. 592.*

*Quando clericus Beneficiatus ex bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, ac redditibus Beneficij fundat, ſeu dotat Eccleſiam Capellam, ſeu Capellaniam, relinquendo patronos ſuos hæredes, ſeu conſanguineos, an tale ius patronatus cenſeatur laicale, an Eccleſiaſticum? vt videtur certum; nam quoties ex bonis Eccleſiaſticis Eccleſia fundatur, ſeu dotatur, ius patronatus eſt Eccleſiaſticum. nu. 593.*

*Sed id videtur procedere inſpecto iure communi, ſecundum quod Beneficiati non poſſunt teſtari, ſed Eccleſia ſuccedit, ſecus ſtante conſuetudine, vt in Hiſpania; ex qua poſſunt teſtari, ac eis ab inteſtato ſuccedi, ac etiam in Epiſcopis habentibus facultatem teſtandi, & ita videtur in Hiſpania receptum. nu. 594. & 595.*

*Quamuis Epiſcopi non poſſint teſtari, tamen, cum inter vivos fundant, ſeu dotant aliquam Capellam, ſeu Capellaniam, ſolent relinquere ius patronatus ſuis conſanguineis, aut alijs abſque eo, quod Eccleſia, ſeu ſucceſſor, vel camera in eo ſuccedat, qua conſuetudine ſtante, etiam iſtud ius patronatus videtur laicale. nu. 596 & nu. 597. ponitur reſolutio Rotæ, in confirmationem dictorum.*

*An ius patronatus competens operarijs, ſeu œconomis Eccleſiæ, ſit laicale, an Eccleſiaſticum? nu. 597. & ſeq. reſoluitur eſſe Eccleſiaſticum contra Felin. & alios.*

*Idem videtur in iure patronatus ſpectante ad Hoſpitalarios etiam laicos, non ſolum, quando eſt fundatum, ſeu approbatum authoritate Epiſcopi Hoſpitale, quo caſu eſt locus pius, & religioſus, & gaudet priuilegijs, & immunitate Eccleſiæ, ſed etiam alias, ſi eſt perpetuum, nec poteſt reuocari; nam, licet non ſit locus religioſus. & ſacer & ſic nõ gaudeat immunitate, eſt locus pius, & de iuriſdict. Eccleſiaſtica, & gaudet, priuilegijs Eccleſiæ. nu. 600.*

*An ius patronatus confraternitatum laicorum, ſit laicale, an Eccleſiaſticum? nu. 604.*

*Reſoluitur iſtas confraternitates eſſe loca pia, & etiam religioſa, ſi ſunt ab Ordinario approbatæ, & ſic ſuper earum rebus coram Eccleſiaſtico eſſe conueniendas, & in rigore iſtud ius patronatus eſſe Eccleſiaſticum, ex æquitate tamen ad effectum derogationis, & reſeruationum cenſendum laicale.*

*Idem dicendum de iure patronatus ſpectante ad Priores, ſeu officiales eorum, qui ſolent eſſe laici, quando aliquando ſit clericus. nu. 609. Si tamen eſſet relictum Priori, qui ſemper debet eſſe perſona Eccleſiaſtica, ſeu clericis confraternitatis, erit abſolute Eccleſiaſticum. nu. 610. & ſeq.*

*Quod dictum eſt de Hoſpitalibus, & confraternitatibus, ſimiliter dicitur de Collegijs inſtitutis pro ſuſtentatione pauperum, & de eorum iure patronatus, quando maior pars eſt laicorum, & declaratur doctrina Bart. in l. fin. de Colleg. illicit. num. 612. Et infertur ad quæſtionem de ſubſidio impoſito per Papam ſuper redditibus Eccleſiaſticis, an huiuſmodi Collegia debeant in eo contribuere de bonis ſuis temporalibus. num. 613.*

*An quando ius patronatus eſt Eccleſiaſtici, & laici & facta eſt conuentio de alternis vicibus præſentando in turno Eccleſiaſtici cenſeatur Eccleſiaſticum & in turno laici laicale mere? nu. 614. reſoluitur, quod ſic, & ita in turno Eccleſiaſtici Beneficium eadere ſub reſeruatione & conſumi eius turnũ, per prouiſionem Papæ, non vero in turno laici, licet alias data æqualitate prouiſiones Apoſtolicæ nõ conſumãt turnũ.*

*Quando laici vacante Beneficio nominant Rectorem, quẽ perſona Eccleſiaſtica præſentat Epiſcopo, vel è cõtra, penes quẽ ſit ius patronatus? & ſic, an ſit Eccleſiaſticum, an laicale? nu. 616. reſoluitur eſſe apud eos, qui nominant, non qui præſentant, & an cenſeatur laicale, vbi requiritur conſenſus, aut conſilium Eccleſiaſtici?*

*De verbis electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem, remiſſiue. num. 617.*

*Illis verbis reg. quorumcumque collatorum, comprehenduntur Beneficia ad collationem vnius tãtum pertinentia, quia pluralitas reſoluitur in ſingularitates, &c. nu. 618. & iſta verba capiunt etiam collatores ex priuilegio etiam ad tempus contra Simonetam, & Gonçal. nu. 619. & reg. in illis verbis comprehendit, tam ordinarios quam extraordinarios collatores, etiam ex fundatione. nu. 620.*

*Verbum, collatorum, tanquam prolatum à lege comprehendit præſentatores electores, & alios diſpoſitores, &c. nu. 621.*

*Quamuis maſculinum concipiat femininum, tamen maioris explicationis cauſa addita ſunt verba. & collatricum; nam ex priuilegio famina poſſunt habere ius conferendi, & verbum collatricum, comprehendit præſentatrices, cuius iuris famina capaces ſunt de iure. nu. 622.*

*Sicut reſpectu Beneficiorum, qua reſeruantur, ſit in reg. expreſſa mentio de ſecularibus, & regularibus maioris explicationis cauſa, ſic etiam reſpectu collatorum. num. 623.*

*Reſpectu Cardinalium nulli ſunt menſes reſeruati, quia reg. eos excipit, alias eos comprehenderet. nu. 624. & iſta exceptio intelligitur de Cardinalibus ordinarijs collatoribus tantum, non de alijs etiam Legatis de Latere. num. 625. & procedit etiam in Beneficijs ſimultaneæ collationis, cum Capitulo cui prodeſt. nu. 626.*

*An ſicut iſta exceptio prodeſt Capitulo, ſic etiam in Beneficijs ſimultaneæ collationis reſeruatis ei profit indultum conceſſum Cardinali Epiſcopo ad conferendum reſeruata? nu. 627 reſoluitur non prodeſſe contra Gonçal. & declaratur id quod dicitur, indulta nihil de nouo concedere, nec augere facultatem conferendi, ſed tantum remouere obſtaculum reſeruationis.*

*De indultis Cardinalium remiſſiue, & limitationes, quæ in indultis modernis ponuntur, quorum tenor eſt diligenter inſpiciendus. num. 630.*

*Si Cardinalis collator non contulit Beneficium vacans in menſe, alias Apoſtolico infra ſemeſtre, an deuolutio fiat ad Archiepiſcopũ, ſeu Capitulũ, an vero ad ſolum Papam? n 631.*

*Reſoluitur fieri ad Archiepiſcopum. &c. licet ſecus ſit in Beneficio reſeruato conferendo vigore indulti. nu. 632.*

*An Cardinalis Epiſcopus poſſit conferre Beneficium, quod vacauit in menſe Apoſtolico ante eius promotionem in vita ſui anteceſſoris qui Cardinalis non erat? nu. 633. Reſoluitur ceſſante indulto non poſſe.*

*An Cardinali Epiſcopo decedente ante collationem Beneficij vacantis in menſe alias reſeruato, poſſit illud conferre Epiſcopus ſucceſſor non Cardinalis? à nu. 634.*

*Reſoluitur non poſſe ſtante reg. 2. Cancellariæ reſeruatoria Beneficiorum*

neficiorum poſt obitum Epiſcoporum vacantium, contra Gõçal. cuius etiam doctrina, quod Vicarius Epiſcopi in remotis decedentis habens facultatem conferendi poſt ſuũ obitum, ante illius notitiam poſſit conferre Beneficium, quod vacauit viuente Epiſcopo, eſt falſa, nu. 636.

An dict. exceptio, & favor noſtræ regulæ extendatur ad Cardinales abſentes a curia, vel ſolum procedat in reſidentibus in curia? nu. 637. Eſeq. reſolnitur per hanc regulam, quæ abſolutè, & indiſtinctè excipit Cardinales, non reſeruari beneficia vacantia in quibuſcumque Epiſcopatibus eorum, quamuis vacantia in ſex Epiſcopatibus Cardinalium antiquiorum ſint reſeruata per regulam 7. ſi ſunt abſentes a curia.

An ſicut regula, non comprehendit Cardinales, ſimiliter etiam non comprehendat Reges collatores? nu. 638. reſolnitur, quod non.

Quare dicit regula. S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium? nu. 640. reſolnitur, quod ad diſtinctionem aliorum, qui nõ ſunt S. Romanæ Eccleſia, vel potius ad denotandam eorum Dignitatem, & denominationem.

Papa non intendit ledere concordata Germaniæ, & Exactiones de quibus remiſſiuè, nu. 641.

Per hanc regulam reſeruantur Beneficia ad prouiſionem quorumcumque quomodolibet pertinentia, vt eſt hæc de iure cõmuni, fruc de iure ſpeciali, nu. 642.

Reſeruatio hæc eſt perſonalis, & ſic cum collatore expirat, maximè, quod eſt facta ad ſuæ voluntatis beneplacitum, quod morte finitur, nu. 643. & quod eſt poſita inter alias regulas Cancellariæ ſuo tempore duraturas. Et ſic expirat morte, vel renuntiatione Papæ, nu. 644.

Sede Apoſtolica vacante omnes inferiores ſunt Ordinarij, & tũc Ordinarij poſſunt prouidere de Beneficijs vacantibus in quolibet mẽſe ante factionem regularum, nu. 645. niſi alias ſint affecta, aut Papa poſtea electus declaret, non expirare reſeruationem aut illa de nouo reſeruet, prout aliquando fit ad prouidendum cancellariis &c. nu. 646.

Indultum conferendi, ſeu præſentandi Beneficia vacantia in mẽſibus Apoſtolicis non habet locum ſede Apoſtolica vacante, quia tunc nulli ſunt menſes Apoſtolici ſecundum Rotam, n. 647. quod cõducit ad indultum Ducis Albani, quod eſt reſtrictum ad menſes Apoſtolicos, & ſolum capit Beneficia priuatiuę ad Papæ collationem pertinentia, n. nu. 648.

Clauſula apponi ſolita iuxta regulam Cancellariæ in literis indulgentiarum, quod ſi alias aliqua indulgentia fuerit per ipſarum conceſſa illæ nulla ſint, quæ operatur, vt indulgentia ſit alias nulla in totum, intelligitur tantùm de ipſo Papa concedente, & non de anteceſſore, &c. nu. 651.

Sub clauſula Breuis de capienda poſſeſſione, non tamen a nobis prouiſis, comprehenduntur prouiſi a prædeceſſoribus iuxta ſubiectam materiam, & prouiſus vigore litterarum Papæ dicitur prouiſus a Papa ſecundum Rotam, n. 652. ſecus quãdo in Breui dicitur non tamen a nobiſmet, ſeu a nobis ipſis prouiſis, nam iſta verba ſunt perſonaliſſima, & operantur, quod Breue ſit exequendum contra omnes non proviſos ab eod. nu. 653. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.

De verbo generaliter, & de verbo reſeruauit remiſſiue, numero 654.

Statutum eſt de menſe vacationis mentionem fieri, quia vult Papa certior reddi, an Beneficium vacauerit in ſuo menſe, nu. 655. de quo debet fieri mentio diſpoſitiue, ideſt affirmatiue, & abſolute, non dubitatiue, aut cum dictione, vt aſſertur, neque in communi, nu. 656.

Id ſolum habet locum in menſibus reſeruatis, & prouiſus a Papa de Beneficio vacante in menſe Ordinarij, non tenetur de menſe mentionem facere, contra Gonſal. nu. 657.

Quod dicitur de oblo menſibus reſeruatis, ſcilicet de neceſſaria mentionẽ de mẽſe vacationis, procedit etiã in ex mẽſibus alternatis Papæ, quando Epiſcopus habet alternatiuã, nu. 658.

Regula de menſe exprimendo procedit in gratia, ſi mutri quam. 659. & in nota prouiſionis, quando in prima gratia nõ fuit expreſſus, nu. 660. & etiam ſi quis velit capere Beneficium per litteras generales, ſine alia quacumque mẽtione, nu. 661.

Procedit etiam in gratia de Beneficio vacante, nõ ſolùm de iure, & de facto ſed etiam de iure tantum, & de facto tantũ, nu. 662. ita vt, quando Beneficium impetratum pertinebat ad illum habentis ius in re, alio exiſtente in poſſeſſione, ſit exprimenda mẽſis vacationis, & obitus illius, quando vero impetratum per obitũ vltimi poſſeſſoris de facto poſſidentis, ſufficit exprimere mẽſem illius vacationis de facto, nu. 663. vbi ponuntur dec. Rotæ.

Non placet, quod in iſta deciſione dicitur, quod, cum non deſit concurſus prouiſionis Ordinarij, non eſt neceſſe de menſe fieri mentionem, nu. 664.

Procedit etiam, non ſolum in vacatione per obitum, ſed etiam alio quocumque modo, in quo intrat reſeruatio regulæ, nu. 665. nec præxis, & ſtilus datariæ eſt in contrarium, quòd admittantur ſupplicationes de alijs vacationibus abſque expreſſione menſis, cuius ratio redditur, nu. 666. vbi quando Papa cenſeatur velle præuenire Ordinarium.

In vacatione per reſignationem, ſiue in curia, ſiue extra, non eſt neceſſaria expreſſio menſis, niſi reſignans non reſeruet, & reſignatarius ex clauſulis generalibus velit capere Beneficium, nu. 667.

Regula etiam hæc cum expreſſione menſis nõ habet locum in Beneficijs alias reſeruatis, & in vacãtibus in curia, nu. 668. nec in prouiſione Papæ de Beneficijs iuris patronatus laicorum, nu. 669. nec menſis expreſſio eſt neceſſaria in preſentationibus, & inſtitutione etiam eorum Papæ, nu. 670.

Non etiam habet locum regula de expreſſione menſis in ſubrogationibus, quoad Beneficium ingreſſum in locum, & ius defuncti, quamuis ſecus in gratia ſanctitatis, nu. 671. nec etiam habet locum in gratia reformatoria, ſeu perinde valente quãdo in prima gratia fuit menſis expreſſus, nu. 672.

An in prouiſionibus Nuntij, ſeu legati locum habeat hæc regula de expreſſione menſis remiſſiuè, nu. 673.

In prouiſionibus Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum eſt non eſſe neceſſariam expreſſionem menſis, nu. 674.

De verbis, ac conſuetudines etiã immemoriales non obſtant, etc. nec nõ Priuilegia, & indulta, &c. remiſſiuè, nu. 675.

Per verba, ac etiam diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, &c. derogatur indultis diſponendi de Beneficijs etiã reſeruatis, ſeu vacantibus in menſibus reſeruatis, nu. 676.

Dicta verba, ac etiam diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, reſeruntur non ſolùm ad priuilegia, & indulta, ſed etiam ad conſuetudines, etiam immemoriales diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, &c. nu. 677.

Papa etiam ſine cauſa poteſt derogare, & renocare priuilegia data ad conferendum Beneficia nu. 678.

Per hanc regulam non cõſebitur derogatum Bullæ Sixti IIII. & Leonis X. de Canonicatibus Collegialibus & Magiſtralibus Hiſpaniæ, vbi ſtatuitur huiuſmodi Canonicatus ſub reſeruationibus non comprehendi, ex eo præcipue, quia d. Bulla eſt, per modum ſtatuti, & per viam legis, &c. nu. 679. & ſeq. vbi de rationibus, & fundamentis adductis per Gonçal.

De verbis, etiam cum quibuſuis derogatorijs derogatorijs, &c. & alijs ſequentibus vſque ad finem regulæ, remiſſiue &c. nu. 681.

508 AD Secundum deueniendo ad explicationem noſtræ reg. & notab. quæ ex eius verb. ſeu cla-
ca ca deducuntur, in primis notandum eſt circa hæc
verba,

verba,cum cura,clare per ea reſeruari Papæ collationem Benefi.curatorum,quæ etiamſi non fuiſſent addita iſta verba cum cura, & ſine cura adhuc comprehenderentur in hac reſeruatione,tum quia in diſpoſitione legali appellatione Beneficij, veniunt omnia Beneficia. etiam curata, etiam in materia ſtricta, vt dixi ſupra 1.p.c.6. nu.67. tum maxime propter illa verba vniuerſalia omnia Beneficia, vt alias in ſimili reg.7.Gregor. XIIII. reſoluit Rota in vna Salamantina Parochialis de los Villares 5.Iulij 1593.coram Illuſtriſſimo Card.Arigonio, & poſt hæc tradit Gonçal.gl.6.ex nu.17.non tamen tollitur.

509 Concurſus ab Ordinario † faciendus iuxta decretum S.Concilij Trident.ſeſſ.24.de refor. cap. 18. & conſtitutionem Pij V. 32. ſuper collatione Eccleſiarum Parochialium,qui etiam in reſeruatis eſt faciendus,vt ibi,& declarauit S.Congre. Concilij, vt infra dicetur 9.p.c.2.à nu.153.

510 Secundò circa illa verba, † omnia Beneficia, &c. notandum eſt, quod intelligenda videntur de Beneficijs perpetuis, non de manualibus, ſeu ad nutum amouibilibus, quæ ſiue ſæcularia, ſiue regularia, ſub reſeruationibus,etiam generalibus, ac regulis reſeruatorijs, non comprehenduntur, quia Papa reſeruando ſibi collationem Beneficiorum, videtur intelligere de collatione,quæ fit perpetuo, & non intendit mutare naturam Beneficiorum, cum non exprimat.Calder.conſ.26.de Præbend.Felin. qui ſequitur iſtud conſ.illud ſimpliciter referens in c.per tuas. ſub num.4.de maior.& obed.Staphil. de literis gratiæ 9. forma expectat.nu.29.Gloſſator Soto in reg.3. Cancell.verſic. ex quo ſequitur. Æneas de Falcon. de reſeruat.3. quæſt.principali.num. 25. Caſſad. deciſ. 4. nu.1.de Præbend. Achilles deciſ.272. ſeu 9. de Præbend.Lud. Gomezius de expectat. num. 94. Rebuffus in regula 2.Cancell. verb. ac dignitates conuentuales in fin.Mandoſ.reg.1.Cancellariæ q.11. nu. 4. & latius reg. 3. q. 11. Paulus Granutius ad Simonetã q. 8. ( licet Simoneta ibi contrarium teneat ) Flam. Pariſ.de reſignatione Benef.lib.11.q.3.num. 82. 83. & 95.& facit,quod ipſe tradit lib.2.q.11.à nu.7.Zerola in praxi Epiſcopali.1.p. verb. Beneficia. §. 3. dicto 9.Rota dec.739.nu.8.par.1.diuer. & in Parmen. Prioratus 5.Iunij 1593.coram D.meo Corduba,de qua ſupra. 1. par. cap. 2. num. 67. & poſt hæc tradit Gonçalez gloſ.5.§.6.à num.9.dicens fuiſſe deciſum 10.Decemb. 1603.coram D. Litta. & *Piaſec.in praxi Epiſc.p.2.cap.5.nu.9.*

511 Et quamuis regula hæc † exprimat Beneficia regularia,quæ regulariter,& natura ſua ſunt manualia, tamen aliquando ſunt perpetua, Caſſad. num. 3. & Achilles ſupra, & Mand. d. reg. 3. q.10.& 11.& dictum eſt d.c.2.1.p.à nu.65.& de ijs,non de manualibus videtur reg.intelligenda, etiam quo ad regularia, ſicut, & extrauagans ad regimen. innouata per reg.1.quæ loquitur etiam expreſſe de regularibus,ex dictis,& alias diximus ſupra num. 472. *in fin. & apparet ex deciſ. Rot. in cauſa Elnen. præceptoria 14. Maij 1610.coram D.Penna,vbi fuit reſolutum,&c. R.beneficij Flatus.* & ita poſt hæc notat Gonçalez ſupra.d.glo.5. §.6.à nu.58.

512 Et iſta Beneficia † regularia perpetua comprehenderentur in reg.etiam ſi de regularibus expreſſa mentio non fieret, quia Beneficiorum appellatione non ſolum veniunt Beneficia ſæcularia, ſed etiam regularia. Rota deciſ.739.nu.1.par.1.& deciſ.189.num. 1. p.2.diuerſorum,& nullibi reperitur ſcriptũ, quod in generali reſeruatione Beneficiorum non veniant regularia Beneficia,ſi ſint perpetua,& in hoc magis inclinat Gonçalez glo.8.à num.18.vbi multa hinc inde adducit,

513 Sed an Beneficia regularia † Ordinum militariũ comprehendantur in hac reg. tractat ibi Gonçalez n. 53.& plura pro vtraque parte adducit,& tandem ait quod pro nunc adhæret generalitati conſtitutionis regulæ, & ſic, quod comprehendantur in ea perpetua Beneficia prædictarum Religionum propter ampliſſima verba regulæ,quorumcunque Ordinum,præſertim ſtantibus ſequentibus verbis,qualitercumque qualificata,& vbicumque exiſtentia;admittit tamẽ, quod fortaſſe reſeruatio huius regulæ in ſua generalitate non ſe extendat ad Præpoſituras, & Prioratus Ordinum militarium, quæ per regulam tertiam non reſeruantur,ſed exceptuantur,ne in generali reſeruatione veniat, quod in ſpeciali non comprehenditur, arg.l.obligatione generali.ff.de pign.l.5.tit. 15.pag. 5.Ant.Gabr.cõcl.12.de reg.iur.item ne generalis lex comprehendat caſum ſpecialem,& priuilegiatũ,&c. Et ne incontinenti detur correctio d.reg. 2. Sed mihi magis placet,quod nulla Beneficia,etiam minora dictorum Ordinum militarium comprehendantur in hac reſeruatione arg.d.regulæ.3.ex qua videtur colligi mens Papæ nolentis reſeruare Beneficia Ordinum militarium.

514 Notandum eſt, † etiam ex illis verbis, omnia Beneficia,comprehendi in hac reſeruatione,ſicut etiam in alijs Beneficia etiam tenuiſſima, & ſine redditibus,& ſic non poſſe conferri per Ordinarios, aut ſi ſunt deuoluta,quicquid contra teneat Zerola.d.1.p. verb.Beneficia,§.3.dict.7. *quem ſequitur Perez de Lara de anniuerſ.& capell.lib.2.cap.10.nu.10.*

515 Præterea circa illa verba,omnia † Beneficia qualitercumque qualificata Gonçal.gl.9.§.1. ( vbi de Beneficijs patrimonialibus late agit,de quibus nos aliqua infra c.7.a nu.67.& 89.) mouet quæſtionem, an illa Beneficia patrimonialia includantur in reſeruatione huius regulæ ? quam quæſtionem late tractat ex nu.22.& nos tractamus infra à nu.559.vbi vide.

516 Circa ead.verba † Gonçalez d.gloſ.9.§.2. mouet quæſtionẽ,an Canonicatus Doctorales,& magiſtrales,quæ in Regnis coronæ Caſtellæ, & Legionis ſunt conferendi per concurſum vni Magiſtro,ſeu Doctori,vel Licentiato in S.Theologia, & vni Doctori, vel Licentiato in iure Canonico,vel ciuili graduatis iuxta formam Bullarum Sixti IIII.Innocẽ.VIII.& Leonis X.comprehendantur in reſeruatione huius regulæ,ſtantibus d. Bullis, & indultis ad conferen. hos Canonicatus,in quibuſcumque mẽſibus vacauerint, & diſponentibus,quod per nullas reſeruationes ſpeciales,& generales ſiue regulas Cancellariæ comprehenſi cenſeantur.Quam quæſtionem nos breuiter attigimus infra nu.679.circa illa verba,ac etiam diſponendi de huiuſmodi Beneficijs,aut quod illa ſub huiuſmodi reſeruationibus numquam comprehendantur,&c.vbi melius cadit,ibi vide.& nu.608.

517 Circa ead.verba eſt alia quæſtio, † quam tractat Goncalea d.gloſ.9.§.3.an hæc regula procedat,quo ad Beneficia conſiſtentia in Eccleſia non numerata, vbi non adeſt certus numerus Canonicorũ, ſeu aliorum Beneficiorum, ſed ſecundum fructuum ſuper-

creſcentiam, vel decreſcentiam, Beneficiati creſcunt, ſeu decreſcunt, quæ dicitur Eccleſia receptiua? De qua quæſt. infra nu. 550. circa verba quocunque modo vacatura, vbi melius cadit.

518 Circa ead. verba quærit idem Gonçalez. d. gloſ. 9. §. 4. an, ſi in vna Eccleſia vnum dumtaxat Beneficiū conſiſtat, vel, ſi alicui competit collatio vnius tātum Beneficij, hoc vnicum, & monoculare Beneficium cōprehendatur in reſeruatione huius regulæ? & tandē reſoluit, quod quicquid eſſet in terminis regulæ 3. de quo ſupra à nu. 267. hæc regula capit huiuſmodi Beneficia monocularia, quia generaliter, & pleniſſimè loquitur de omnibus Beneficijs qualitercumque qualificatis, & quia hæc regula non aufert lumen, & poteſtatem conferendi omni tempore, vt illa regula 3. ſed dumtaxat in menſibus Apoſtolicis, & alias ſequetur, quod fere omnia Beneficia curata, quæ vt plurimum ſunt ſola, & monocularia in Parochialibus, non venirent ſub reſeruatione contra verba regulæ exprimentia Beneficia cum cura: & ſic ait, quod tentari poſſet, quod quando, ſine veri præiudicio, Dignitates maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, ſi eſſent monoculares, non comprehenderentur ſub reſeruatione d. regulæ 3. tamen caderēt ſub reſeruatione huius regulæ, quod mihi non certum videtur.

519 Circa ead. verba reſtat alia quæſtio, quam agit † Gonçalez d. glo. 9. §. 5. an hæc regula capiat Beneficia creata, & fundata poſt illius promulgationem? & pluribus adductis pro parte negatiua, quam tenet Rota dec. 32. nu. 7. de Præben. in antiquis? & Simoneta quæſt. 12. per Clemen. fin. de reſcrip. tandem reſoluit id nempe, quod ſub regula noſtra cadant Beneficia poſtmodum creata, cum Gaſpare de Peruſio de reſeruat. cap. 2. num. 8. Gemin. conſ. 69. ſub num. 9. Ænea de Falcon. q. 3. principali. num. 8. Mand. reg. 3. q. 7. additionatore Simoneta d. q. 12. & P. Greg. de Benef. c. 7. nu. 1. quia, quando reſeruationes ſunt inductæ per conſtitutiones, leges, ſeu regulas, vt in poſito, non eſt in conſideratione noua creatio, quia lex ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hæret, & contraria procedunt in reſeruationibus ſpecialibus pro certis perſonis iuxta terminos d. Clem. fin. quæ ſunt ambitioſæ, odioſæ, & reſtringendæ c. quamuis. de Præbend. in 6, cum alijs, non in reſeruationibus generalibus, & per viam legis.

520 Puto tamen, † quod, quamuis Beneficia poſtea creata, & erecta, cadant ſub reſeruatione regulæ, id non procedat in ipſa prima vacatione per creationē, & erectionem, ſed in vacationibus ſuccedētibus poſt primam prouiſionem: durum enim videtur, & a mente Papæ longe alienum quod, ſi in menſe Apoſtolico crearetur, ſeu erigeretur Beneficium per Ordinarium quod non eſſet de iure patronatus laicorum, Ordinarius ipſe non poſſet illud conferre pro illa prima vice, nec patronus Eccleſiaſticus præſentare, quamuis Gonçalez ibi, num. 49. & 50. contra teneat, nempe tale Beneficium venire ſub reſeruatione regulæ, etiam in prima vacatione per nouam creationem, & erectionem.

521 Tertio circa illa verba, † & vbicumque exiſtentia, notandum eſt, quod per ea ampliatur reſeruatio regulæ noſtræ, non ſolum ad omnia Beneficia qualitercumque qualificata, ſed etiam vbicumque exiſtentia, ideſt, ſiue in Eccleſijs, Patriarchalibus, Metropolitanis, ſeu Cathedralibus, ſiue alias, quæ tamen verba maioris declarationis gratia, & omnis dubitationis tollendæ cauſa, ſunt adiecta; nam etiam ſine eis illa comprehenderentur in reſeruatione generali, & per viam legis, licet ſecus in reſeruationibus ſpecialibus pro certis perſonis. Hier. Gabr. conſ. 197. lib. 1. n. 7. tradit Gonçalez gl. 10. à nu. 1. qui alia etiam adducit circa iſta verba, non multum conducentia.

522 Quarto ex illis verbis, † in ſingulis Ianuarij, Febr. Aprilis, Maij, Iulij, Auguſti, & Nouemb. mentibus, notandum eſt iſtos 8. menſes prono iacent, & computantur, eſſe Apoſtolicos, & reliquos quatuor remanere Ordinarijs, ordinarios propterea communiter nūcupatos, notat Gonçalez glo. 11. ex nu. 1.

523 Sed hic oportet videre, † vnde menſis incipiat, & computetur in propoſito, & dicendum eſt, menſem incipere à media nocte. verbi gratia, menſis Ianuarij ſeu Februarij ſeu Martij incipit à media nocte præcedentis 1. diei, quæ dicitur media nox præcedentis diei, ideſt, vltimi præcedentis menſis. Nam dies naturalis, & conſequenter menſis ſecundum communem, & naturalem computationem, incipit à media nocte, vt in l. more Romano. ff. de feriis, & ibi Ial. & alij cap. conſuluit. de offic. Deleg. vbi D. Tiraq de retractu lign. §. 1. glo. 11. num. 7. Nauar. de oratione cap. 3. num. 34. late Francolinus in tract. de tempore horarum Canonicarum, cap. 87. cum ſeq. & in poſito Rota in vna Auerſana Parochialis 12. Mart. 1562. coram Oradino, vt per Verallum deciſ. 67. ſeu 71. lib. 2. in manuſcriptis Ioſeph. Ludou. deciſ. 116. nu. 7. Rota etiam in Piſtorien. alternatiuæ infra adducta. num. 739. & poſt hæc Gonçalez d. gloſ. 11. à nu. 9. qui citat Polidorum Ripam in nouiſſimo tract. de nocturno tempore. c. 3. à nu. 17. & c. 158. & in terminis noſtræ regulæ inquit dixiſſe ſæpe Rotam.

524 Eſt autem media nox † vbi cœpit ſonare hora 12. mediæ noctis, etiam ante quam deſinat ſonare horologium, ſeu ante finitos pulſus illius horæ, quia cum primus pulſus horæ ſonat, iam eſt hora expleta. Tho. Sanchez de matrim. lib. 2. diſput. 41. nu. 40. & ſic qui expirauit poſt primum pulſum horæ decimæ ſecundæ mediæ noctis vltimi diei, verbi gratia Decem, antequam finiretur pulſus illius horæ, dicitur obiiſſe in menſe Ianuarij & non Decemb.

525 Et vbi ſunt diuerſa † horologia, videtur ſtandum horologio Parochiæ, ſeu vicinię, in qua defunctus obijt, aut illi, per quod communiter ibi reguntur, ceſſante tamen fraude, aut notabili deordinatione horologij, *iuxta id quod aliàs ait Ouando in 4. diſt. 9. pro par. 11. & Emman. Rodr. in addit. Bull. Cruc. §. nu. 8. ſtantibus verò pluribus horologijs parochiæ, ſeu vicinię, aut per quæ communiter ibi reguntur, applicari poteſt doctrina Bobadilla in Politica lib 5. c. 2. n. 25. de horologijs, vt eis potius ſtandum ſit, quando hora vnius ſonuit, aliorum verò non, dicentis intereſſe, an res, de qua agitur, fauore digna ſit, an odio, nam in his, quæ fauoris ſunt, ſtandum erit, inquit, horologio, quod propitium fuerit cauſæ fauore digna: in cauſa verò odioſa contrarium ſequemur, quia odia reſtringi, fauores ampliari conuenit, cuius ſententiam refert Parlad. lib. 3. quæſt. 9. num. 10. & quando duo tantum extant horologia, veriſſimam putat; at ſi multa extent in oppido horologia, idem quod de teſtibus pronunciandum eſſe putat, vt ſequamur fidem illorum, quæ numero vincunt, & certiora eſſe ſolent, quam alijs; Bobadilla loquitur etiam, vbi multa extent horologia, & hora vnius ſonuit, reliquorum verò non.*

vbi

vbi autem horologia non incipiunt a media nocte, & meridie de 12. in 12. horas numerando, vt in Hispania, & Gallia, sed ab occasu solis vsque ad 24. horas numerando per quatuor senarios, seu duas duodenas, vt in Italia, media nox accipienda erit iuxta quantitatem, seu magnitudinem, & paruitatem dierum, & noctium, & tempore æquinoctij media nox erit hora sexta, &c. Et ad id cognoscendum deseruient tabulæ positæ per Francolinum in d. tract. 3. p. cap. 100. 101. & 102. quamuis factæ sint ante correctionem anni, & sic in eis verum æquinoctium ponitur 10. Martij & non 21. vt in correctione, deseruient etiam regulæ positæ per lunaria perpetua, & in calendario aliquorum missalium ponitur in fine mensium, quot horas habent dies, & noctes mensis de 10. in 10. dies.

526 In locis vero vbi † non est horologium, vel, si sit, quando probatur nõ esse bene ordinatum, seu quod audiri non potuit, aut de facto non fuit auditum, accipienda erit media nox iuxta cursum noctis, arbitriumque ac iudicium hominum, præsertim habentium experientiam, & cognitionem de hoc. Et etiam à communiter accidentibus, & verosimilibus, vt in d. decis. Veralli. 67. seu 71. vbi ex galli cantu probato per testes, fuit resolutum Beneficium post mediam noctem vacasse, ad sustinendam prouisionem Ordinarij, Ioseph. Ludou. supra, & Gonçalez ex num. 16. qui post Polidorum Ripam in d. tract. c. 157. 160. & sequent. aliqua adducit de galli cantu, & tempore, quo galli cantare solent, & tandem concludit, quod ad probandum esse iam noctem versus diem inclinatam, diemque sequentem iam ceptum, sit leuis ponderis præsumptio, quæ in solo gallicinio fundatur, cum diu, noctuq; galli cantare non prætermittant, quamuis versus auroram cantare frequentius sit, & quantum deferatur huic gallicinio arbitrio iudicantis pensatis circumstantijs, & testium rationibus, alijsque verisimilitudinibus relinqui putat. ad leg. 3. versic. tamen magis scire potes. ff. de testibus &c. in præsentia. de renuntiatione. sed ego addo, d. præsumptionem ex galli cantu maximè accipiendam esse ad sustinendam prouisionem Ordinarij, vt in terminis d. decisionis Veralli, ex quo pro Ordinario facit ius commune, vt dicetur nu. 528. & seq.

527 Succedit nunc difficultas, † quid iuris quando vacat Beneficium circa mediam noctem vltimi diei mensis, ita vt minimè constare possit, an fuerit finitus vnus mensis, & ceptus alius, & sic an vacauerit in mense Apostolico, an in Ordinario, vel quando vacat Beneficium per obitum alicuius, cuius mors ignoratur in quo die, & mense fuerit, an in ordinario, an in Apostolico, quia, verbi gratia, inuenitur mortuus in flumio, puteo, aut in deserto, & nescitur quo die, & mense obijt, nemo enim vidit eum mori, vel mane die 1. Ianu. repertus est mortuus in lecto & nescitur, an obierit post mediam noctem, an ante. An tunc Beneficium censeatur vacare in mense ordinario, an in Apostolico? Et an Ordinarius possit illud conferre? Et difficultas procedit quando facta diligentia, & indagatione, sciri non potest in quo mense Beneficium vacauerit, nam Episcopus, antequam prouideat de Beneficio vacante, inquirere debet in quo mense vacauerit, vt sciat, an ad se, an vero ad Papam prouisio pertineat, alias malè faceret, & si forte vacasset in mense Apostolico, violaret alternatiuam, vt in d. Pistorien. infra adducta. d. nu. 739.

528 In casu autem dubij, † quando facta indagatione constare non potest in quo mense Beneficium vacauerit, videtur posse Episcopum illud conferre, nam in casu dubij præsumendum est pro Episcopo, ex quo ad eum spectat prouisio omnium Beneficiorum suæ Diœcesis de iure communi cessantibus reseruationibus, vt supradictum est in principio num. 52. quo iure priuari non debet non constando d. reseruationes, & confirmatur, nam illa interpretatio est fauorabilis, per quam fit reditus ad ius cõmune l. si vnus. §. pactus, ne peteret. ff. de pactis, & ibi Ias. nu. 6. cum alijs. præterea in dubio faciẽda est interpretatio pro non reseruatione, nam in dubio fauendum est ordinariæ collationi, & iurisdictioni, quæ fauorabilis est, Staphil. de litteris gratiæ in præfatione. nu. 16. & Mandos. cons. 11. nu. 4. 5. & 8. ex glos. in cap. 1. de rescript. in 6. verb. processus circa fin. & in Clement. 2. de off. ord. verb. nolumus, quam dicit notabilẽ, Abb. in c. si quis contra. de foro comp. nu. 4. & reseruatio est odiosa, vt supradictum est à num. 66. & per istam interpretationem non fit graue præiudicium Papæ, qui concurrit cum omnibus Ordinarijs, & alias fieret graue præiudicium Ordinario priuando eum, sua prouisione, Gonçalez §. 4. procem. num. 21. quæ ratio procedit in quolibet Ordinario, &c. nec obstat Clementina 1. versic. neutro, vt litè pendente, quia loquitur in casu speciali, in quo cõstabat fuisse litem super Beneficio, cuius ratione Episcopus erat impeditus prouidere de iure communi, vt in c. 1. & 2. vt litè pendente in 6. & reseruatio c. 2. de Præben. in 6. de qua dubium erat, an intraret, tanquam clausa in corpore iuris, est fortior, ac fauorabilior, &c. vt per Gonçalez d. glos. 11. à nu. 44.

529 Sed ait Gonçalez ibi ex num. 26. † quod tali casu actor succumbat, siue fuerit prouisus Apostolicus, siue Ordinarius, & possessor est absoluendus, ex Puteo decis. 207. & 266. libr. 3. nam, cum sunt partium iura obscura, contra petitorem iudicandum est, §. retinendæ. versic. commodum. de interdictis. c. 2. de probatio. c. inter dilectos in fin. de instrumen. regul. cum sunt partium 11. in 6. Mascard. conclus. 1200. cum alijs, & actore non probante, reus debet absolui, leg. qui accusare. C. de edendo. c. vnico. versic. cum enim, vt Ecclesiastica Beneficia, Mascar. conclus. 36. quod etiam procedit in causa in Beneficiali, nã, licèt reus non doceat de iure suo, adhuc vincere debet, & dari ei sententia absolutoria, ex non iure actoris. Fel. in c. olim de rescript. nu. 9. & 10. Caputaquen. decis. 174. nu. 6. p. 2. & 133. p. 3. cum alijs, neutro tamen possidente, obtinebit prouisus ab Ordinario; supposito, quod eius prouisio sit anterior prouisione Papæ: quia Ordinarius, & prouisus ab eo fundat intentionem suam de iure communi, & onus probandi reseruationẽ ratione mensis spectat ad prouisum Apostolicum, se fundantem in vacatione in mense Apostolico, cum hoc sit suæ intentionis fundamentum, Rota dec. 46. pa. 2. diuersor. cum alijs, hæc Gonçalez.

530 Cuius quidem sententia † mihi nõ placet, quatenus ait, quod tunc prouisus Ordinarius succumbet, si prouisus à Papa de illo Beneficio tanquam vacante in mense Apostolico possidet: nam, cum in prædicto casu, vbi constare non potest in quo mense Beneficium vacauerit præsumatur pro Ordinario & ius commune pro eo faciat, vt dictum est, prouisus ab

eo

eo habens hanc præſumptionem iuris pro ſe habet ſuam intentionem fundatam, & transfert onus probandi in aduerſarium etiam exiſtentem in poſſeſſione. Alciatus de præſumpt. 3. par. num. 2. & ibi addit Mandoſ. reg. 4. quæſt. 1. num. 4. & regul. 12. quæſt. 7. nu. 4. Couarr. lib. 2. variar. c. 6. nu. 1. Maſcard. quæſt. 17. à nu. 6. & concluſ. 1227. & Pacian. eodem tract. de probatio. lib. 1. c. 12. & vbicunque ius commune pro aliquo facit, & pro eo præſumit, iſtiuſmodi iuris præſumptio onus in reum probandi transfert, Maſcard. d. quæſt. 17. nu. 9. & ipſe Gonçalez ſupra num. 47. ait, quod qui habet pro ſe ius commune, vt in propoſito, dicitur habere plenam probationem quamdiu aliqua exceptione contraria plene probata non repellitur. cum Bar. in l. admonendi. num. 50. Ripa nu. 112. ff. de iure iuran. Puteo deciſ. 101. nu. 1. lib. 2. & Rota deciſ. 523. num. 4. p. 1. diuerſ. & quod præſumptio iuris reijcit probandi onus in aduerſarium, & quoad hũc effectum æquiparatur quaſi poſſeſſioni, quæ, & ipſa transfert onus probandi in aduerſarium, dicit Menoch. de præſumptione lib. 1. q. 33. à nu. 2. & præſumptio iuris eſt vera, & liquidiſſima probatio, Alcia. nu. 3. & Couarr. ſupra. Maſcard. d. concluſ. 1227. nu. 11. Menoch. ſupra q. 36. à nu. 3. Rota deciſ. 4. nu. 21. p. 2. diuerſorum, Gonçalez §. 7. procem. nu. 141. & gl. 43. nu. 91. & Valaſcus de iure emphyt. q. 7. num. 33. vbi docet probationem per legis præſumptionem ſufficere, etiam, vbi requiritur probatio per ſcripturam. Et poſſeſſio non transfert onus probandi in aduerſarium, quando eſt aliqua præſumptio contra poſſidentem. Maſcar. cum communi. d. concl. 1200. num. 65.

531 Nec obſtat. d. deciſ. † Putei 207. vbi dicitur, quod prouiſo per Ordinarium agenti contra prouiſum Apoſtolicum poſſeſſorem incumbit onus probandi Beneficium vacaſſe de menſe ordinario, quia non loquitur in caſu propoſito, quando conſtare non poteſt in quo menſe Beneficium vacauerit, ſed quando de eo conſtare poteſt, & controuertitur, cui incumbat onus probandi menſem vacationis Ordinarium vel Apoſtolicum, an prouiſo per Ordinarium, qui eſt actor, an prouiſio Apoſtolico reo, & poſſeſſori non petenti niſi abſolutionem?

532 Ex quibus prædicta † reſolutio procedit non ſolum quando prouiſio Ordinarij eſt anterior, ſed etiã quando eſt poſterior prouiſione Apoſtolica, quæ fundatur in reſeruatione, & vacatione in mẽſe Apoſtolico, & non iure præuentionis, quicquid dicat Gonçalez d. glo. 11. numer. 34. 40. & 43. nam, cum prouiſio Apoſtolica fundetur in reſeruatione, corruit non ſtante, aut non apparente reſeruatione, ac impedit ſubſequentem prouiſionem Ordinarij iuxta ſupradicta nu. 177. nam de non ſtantibus, & non apparentibus idem eſt iudicium, vt eſt vulgare. Nec
533 ſupradictis † obeſt capitulum, ſi à ſede Apoſtolica de Præbend. lib. 6. de cuius materia late Gonçalez §. 3. procem. numer. 50. nam ſolum procedit vbi conſtat de prouiſione, aut etiam reſeruatione Papæ concurrente cum prouiſione Ordinarij, & dubitatur de anterioritate; in propoſito autem non conſtat de reſeruatione, quamuis vbi in ipſa die acceptationis recognitę alternatiuę vacaret aliquod Beneficium, & non poſſet conſtare, an eſſet Prior vacatio, an acceptatio, & conſequenter, an Beneficium vacaret in mẽſe Ordinarij, an Apoſtolico, recte procederet d. capitulum, ſi à ſede Apoſtolica, vt ait Gõçalez gl. 65, nu. 18. quia tunc primo, & principaliter dubitatur de anterioritate vacationis, aut acceptationis. conducit deciſio Guidoboni. 112. in manu-
534 ſcriptis, † vbi habetur, quod, cum ageret fabrica S. Petronij contra Ioãnem poſſeſſorem bonorum cuiuſdam defuncti eo prætextu, quod ad ſe bona pertinerent vigore ſtatuti Bononien. diſponentis, quod bona decedentium ab inteſtato non habentiũ agnatos, vel cognatos vſque ad quintum gradum, deueniant ad fabricam S. Petronij, dubitatum eſt, an incumberet onus probandi Ioan. ſe eſſe cognatum, vel agnatum intra quintum gradum; an fabricę, non extare aliquem intra d. gradum? & Domini tenuerunt incumbere onus probandi Ioan. etiam ſi eſſet poſſeſſor, quia fabrica habet fundatam intentionem ex ſtatuto allegando negatiuam quod nõ extet aliquis intra d. gradum, per gloſſam in l. cum de l. ff. de probat. & quod deceſſerit inteſtatus, præſumitur, niſi doceatur teſtamentum; quia condere teſtamentum, eſt quid facti, quod non præſumitur; qui autem ex aduerſo dicit ſe eſſe cognatum, vel agnatum intra quintum gradum, cum ſit facti, debet illud probare, alias ſuccumbit propter ſtatutum, quod vocat fabricam. Ita reſolutum eſt 30. Octobr. 1553. coram D. Capiſucco.

535 Nec obſtat † quod ait Gonçalez gl. 43. num. 95. (vbi nu. 99. refert d. deciſionem Putei. 207. & 266.) quod quãdo quis tenetur vti actor probare aliquid, in quo ſe fundat, tunc non ſufficit iuris præſumptio, ſed requiritur aliunde probatio; citans Achillem de Graſſis deciſ. 1. de probat. num. 1. & 2. Cæſarem de Graſſis deciſ. 167. alias 1. qui filij ſunt leg. num. 17. & 18. quia id eſt, falſiſſimum, & contra receptas doctorum ſententias, vt ex adductis, patet, nec d. deciſiones id probant; nam deciſio Achillis, quæ eſt 165. in ordine dicens, quod doctrina communis, quod quis preſumatur viuere vſque ad centum annos, non ſuffragatur illi, qui tenetur probare pro fundamento intentionis ſuæ aliquem viuere, quia tunc neceſſe eſt plene probare vitam; ex Alex. conſil. 27. vol. 7. ex eo quidem procedit, quod vere non ſit iuris præſumptio quem viuere vſque ad centum annos, vt tenet Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 44. Mandoſ. reg. 19. de infirmis q. 6. à num. 5. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vend. 1. p. nu. 33. Paz in praxi. 3. p. 1. to. 10. Pacianus de probat. lib. 2. c. 7. & 8. & Ioan. Gutierez pract. lib. 2. q. 7. nu. 8. & ita etiam procedit d. deciſio Cæſaris de graſſis, nu. 17. & 18. quæ allegat deciſionem Achillis, quando non eſt vera, & firma legis præſumptio, vltra quod ibi nihil reſoluitur. Et facit quod dicitur ſupra nu. 356.

536 Quærit etiam circa prædicta † verba Gonçalez. d. gl. 11. ex num. 48. quid erit, ſi aliquod Beneficium vacat in menſe ordinario, & ordinarius non conferat illud in ipſo menſe, ſed ingreſſo iam menſe Apoſtolico, an ex eo, quod vacatio durauit, ac intrauit in menſem reſeruatum, ſit d. Beneficium reſeruatum, nec ne? In qua quæſtione multa adducit, & expendit, cum tamen ea parum habeat dubitationis, & ſic nullus vnquam de ea dubitauerit, nec ſit in Rota diſputata, licet quotidie contingat, vt ipſe dicit, tãdem ãnu. 53. reſoluit. d. Beneficium non eſſe reſeruatum. Et ita ſine dubio tenendum eſt, quia regula noſtra dumtaxat reſeruat Beneficia vacatura in menſibus

Apoſto-

Apostolicis, & d. Beneficium vacans in mense Apostolico, sed ordinario, quamuis eius vacatio duret vsque ad mensem Apostolicum. Secundo quia regula loquitur de tempore, & initio vacationis, scilicet quando contigit obitus possessoris Beneficij, sensibus modis vacationis, non autem de continuatione ipsius vacationis, vt constabat, tam ex mente, quam ex verbis regulæ, ad quod faciunt illa verba, de mense, in quo vacarint. Demente etiam clarescebat, cum Papa velit partiri menses inter se, & Ordinarios, ita quod Beneficia de nouo vacatura in hoc aut illo mensibus sint reseruata Papæ; Beneficia vero de nouo vacatura in alijs quatuor, aut 6. mensibus spectent ad prouisionem Ordinariorum, & alias non esset bona partitio, si Episcopus non posset prouidere Beneficijs in suis mensibus vacantis, postquam intraret mensis Apostolicus, cum tamen Beneficia semel vacantia in mense Apostolico, & sic semel reseruata semper remaneant reseruata. Et confirmatur ex regula Cancellariæ, vbi quia Papa vult reseruare Beneficia non solum de nouo vacatura, sed etiam, quorum vacatio durat sede Episcopali vacante, dicitur, quomodocunque vacant, & vacabuntur in futurum. Et facit etiam extrauagans ad regimen de Præbend. post principium in illis verbis, nunc apud eandem Apostolicam vacantia, & in posterum vacatura, quę etiam verba ponuntur in §. ac etiam per obitum. Vnde apparet, quod quando Papa vult reseruare, etiam Beneficia vacantia, seu quorum vacatio diuturna, id expresse declarat, quasi aliud sit Beneficium vacare, & durare vacationem, & aliud in posterum vacaturum, quod intelligitur de nouo, nisi subiecta materia, aut ratio aliud importet, vbi in casu similis posset dari distinctio de Præbendis in 6. vbi gloss. & Doct. Panorm. de elect. 48. lib. 3. aut nisi Beneficia vacatura absolute reseruentur, non dicendo tali tempore, seu à tali tempore, seu tali loco, aut modo vacatura, & sic procederet sententia Simonetæ quæst. 74. quam sequitur Mand. reg. 26. in præfatione, nu. 3. & 4. & regula 32. quæst. 3. à num. 2.

537 Vide insuper, quod Beneficia vacantia sede Apostolica vacante, in mense alias Apostolico, non reseruantur per superuenientem regulam mensium noui Pontificis, licet adhuc vacent. Ex quo regula solum reseruat Beneficia vacatura, & non vacantia, in quam sententiam probat Gonçal. Gom. ex nu. 60. vbi istam quæstionem tractat, & vide dicta supra à num. 448. & infra num. 646.

538 Rursus circa prædicta verba quærit Gonçalez, d. gl. 11. ex nu. 79. de alia quæstione, quæ nobis non habet difficultatem, nec fere dubitandi rationem. Quod si eadem Beneficia vacent pluries in mensibus Apostolicis, an post primam vacationem reseruatio regulæ locum habeat? Et multis pro parte neg. adductis, tandem resolut contrarium, cum Calder. consil. 1. de Præben. & Simon. q. 19. non obstante regula 1. boques. §. hoc ferunt de verbo significat. quoniam eadem ratio militat in secunda, & vlterioribus vacationibus, quæ in prima; & quia regula nostra reseruat omnia Beneficia in mensibus Apostolicis, quotumcunque modo vacatura, & sic quocunque modo vacent, siue prima vice, siue pluribus, interest seruatio. Præterea, quia regulæ nostræ reseruatio est pro viam legis generalis. Item quia quando in dispositione alicuius statuti certum tempus, non solum comprehenditur primus dies, sed etiam omnes alij contingentes, siquidem, qui per primam vacationem non satisfecit menti, & intento Papæ reseruantis, vbi etiam, quia versatur in materia de sui natura odiosa, vt reseruatio Beneficij, quæ sunt eliminatiua de regula, non sunt ampliandæ per Felyn. in cap. nouit de regula, & ibi num. 4. Tiraquell. in §. hoc statuto Ant. Gabr. concl. 2. de legib. & alios relatos per Gonçalez supra.

539 Quinto circa illa verba vsque ad suam voluntatem beneplacitum, per ea quæ tradit cum alijs de hoc Gonçalez glos. 22. non satisfacit proposito videnda sunt per nos breuiter dicta supra num. 6. & in fine circa verba dispositiui sui tantum.

540 Sexto ex illis verbis, & sciat Romanam curiam notandum est Beneficia vacantia in Romana curia, de quibus supra à num. 68. non includi in reseruatione huius regulæ, cum per eam solum reseruentur Beneficia extra Romanam curiam in vacantia eo, quod Beneficia in Romana curia vacantia non egent alicuius reseruationis huius regulæ, quæ semper, & quocunque mense vacent, sunt reseruata principaliori, & potentiori, fortiori que reseruatione in corpore iuris clausi sua propria de Præbend. in 6. Et etiam beneficia vacantia in curia, in quibus non intrauit reseruatio de capite regulæ vacarent per obitum non curialium, ne supradictum esset num. 83. non includuntur in reseruatione huius regulæ. Et quod sint verba sunt concepta de beneficijs vacantibus extra curiam, & reseruatio non est extendenda, vt ibi supra dictum est quantum. Ana ip causa dilect. beneficiorum 9. Maij 1607. eam D. Sanctæ voluerunt reseruationem huius regulæ capere beneficia vacantia in curia, & in datum eodem tempore 18. Iunij eiusdem anni fuit dictum, quod ita videretur pro vtiliori intentum ex dictis verbis dicere aliquatenus videtur mentem Papæ, & ratione expressionis regulæ posse deseruire, quandocunque, vt ita prædebatur, non incorrerent reseruationem aliam factam super beneficijs vacantibus in curia, ne scilicet sint multiplices reseruationes beneficiorum, quibus cessat maior ratio conseruandi, quam alias. Et de illis Beneficijs in Romana curia vacantibus, seu apud sedem reseruatis ad capita, & intelligenda sunt de verbis nostræ regulæ non haurent de alijs Beneficijs reseruatis, quæ non possent dici vacare in curia, sed ad summum tantum lange, & impropriè, vt dictum est num. 88. & sic bene inducitur in reseruatione huius regulæ, nec obstat inconueniens, cum possint concurrere duæ, pluresve reseruationes in eodem Beneficio, eodem tempore, & vnum Beneficium plurib. reseruationibus posse esse obnoxium, vt dixit infra cap. 13. num. 141. & tradit Gonçalez glos. 13. à num. 81. quamuis idem Gonçalez ibi eo num. 83. teneat d. verba etiam de omnibus alijs Beneficijs reseruatis intelligi ita, vt regula nostra de non reseruatis illa Beneficia quæ iam sunt reseruata, comprehendat Beneficia in Romana curia vacantia, & omnia Beneficia reseruata dicantur vacare in curia, vt antea dixit, & quod reseruatio regulæ nostræ locum non habeat in Beneficijs aliis reseruatis, vt etiam Gonçalez glos. 5. §. 8. num. 60. & in alijs locis. Quod non est verum ex dictis, bene vsumpsit.

541 † Quod regulæ nostræ de expressione mensis vacantis non habet locum in Beneficijs aliàs reseruatis, quia ineest ratio similis regulæ, cum Papa solus de illis disponat. Mandos. de signatura gratiæ de prouisq. vacat. an autem in impetratione. Patens de-

deciſ.25.lib.3. quam refert Gonçalez d. gloſſ.13.nu. 78.de quo latius infra num.668. vnde malè ait idem Gonçalez,d.gloſſ.13.nu.91.quod,ſi regula noſtra includit Beneficia aliàs reſeruata , eſſet neceſſaria expreſſio menſis. Quamuis de reſeruatione per regulam noſtram inducta eſſet etiam facienda mentio,vt ibi ait ex Caſſadoro deciſ.9. nu.5. de Præben. Aenea de Falcon.4. quæſt. principali effectu 44. Pariſ.conſ. 138.nu.8. lib.4.Caputaquen. deciſ.85.nu.4. p.2.Simoneta quæſt.14.nu. 12. iuncta additione , & Mandoſio in locis per eum allegatis.Sed ni ceſſat ex clauſula apponi ſolita , ſpecialiter , vel generaliter reſeruatum, de qua infra 11.p.cap.1.nu.30.

542 Septimò ex illis verbis, † aliàs quam per reſignationem,notandum eſt Beneficia in quocumque mẽſe reſignata in manibus Ordinarij non eſſe reſeruata per hanc regulam,vt poſt hæc tradit Gonçalez gloſſ. 14.ex num.1.vbi citat Thom.Tribium in deciſ. Veneta.54.ſub num.15.lib.2.malè tamen ait Gonçalez ibi à num.29. quod illa verba noſtræ regulæ intelligantur,tam de reſignatione pura, & ſimplici, quam de conditionali, & in fauorem,quæ fit coram Papa , cum regula noſtra indiſtinctè , & generaliter loquatur, & ſic generaliter ſit de vtraque reſignatione intelligenda , &c. nam reſignatio coram Papa facta , quæ inducit vacationem in curia,excluſa eſt per verba præcedentia, extra Romanam curiam . Et ſic per iſta verba ſolum excluditur reſignatio facta coram Ordinario. Nec pro Gonçalez facit Rota deciſ. 624. nu.1.lib.3.p.3.diuerſ.dicens,quod regula noſtra excipit reſignationes, idque, ſiue in curia fiant , ſiue in partibus,cui conſonat dec.575. num. 3. & 4.& dec. 700. in fin.ead.3.p.diuerſ.quia ibi non dicitur, quod reſignationes factæ in curia excipiantur per d. verba, aliàs quam per reſignationem, vnde intelligenda deciſio eſt,quod regula noſtra excipit reſignationes factas in curia per illa verba,extra Romanam,& regnationes factas in partibus per iſta verba, aliàs,quã per reſignationem.

543 Ex quibus verbis apparet , † quod in quolibet menſe anni poſſunt permutari Beneficia coram Ordinario ; nam cum in permutatione Beneficia reſignentur cap.1.de rerum permutat.in 6. ibi, reſignãtur,& Clem.1.eod.tit.ibi,reſignata, verè vacant per reſignationem , & ſic non comprehenduntur in reſeruatione huius regulę,tradit poſt hæc Gonçalez d. gl.14. ex num.32. *Piaſcen.in praxi Epiſc.p.2.c.5. nu.9. & ſanct Gratian.diſcept.forenſ.cap.* 159.*num.*4. & quod permutatio, ſeu reſignatio ex cauſa permutationis , ſit vera reſignatio dicitur infra 11. p.c.3.nu.5.quamuis multi in his partibus hoc non aduertunt, & ob id expectant menſem Ordinarij ad faciendam reſignationem,ſeu permutationem coram Ordinario. † Ad-
544 uertendum autem quod regula dumtaxat excipit reſignationem expreſſam, non vero tacitam,quæ ipſo iure fieri intelligitur, vt per aſſecutionem ſecundi Beneficij incompatibilis,per contractum matrimon. &c. vt rectè declarat Gonçalez d.gloſ.14. à num. 62. quod tamen melius probatur ex dictis per nos infra 11.p.c.3.nu.242.

545 Vnde in vacantibus † per reſignationem nõ habet locum alternatiua , cum non ſint reſeruata per hanc regulam , quidquid dicat Zerola in praxi Epiſcopali 2.p.verb. alternatiua §.1.qui tamen rectè ait eam habere locum non ſolum in vacantibus per obitum,ſed etiam per aſſecutionem ſecundi incompatibilis per priuationem,matrimonium contractum,& Religionis ingreſſum,&c. ſiquidem Beneficia ſic vacantia, quamuis dicatur reſignatio tacita , reſeruantur per hanc regulam, vt dictum eſt.

546 Et quãdo per iſtam regulam † reſeruarentur ſimpliciter Beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis, videbatur poſſe tentari non comprehendi Beneficia reſignata ex cauſa permutationis in manibus Ordinarij ex dictis d.11.p.c.4.à nu. 38. cum Hier. Gabr. conſ.199.lib.2.& alijs. Sed nihilominus tunc comprehenderentur ex quo ſumus in reſeruatione generali ad deciſ.1. de rerũ permutation.in nouis.2.dub. in fin.Probum in c.2.de Præbend.in 6.nu. 24.& ſentire videtur Gonçalez d.gloſſ.14. nu.50.

547 Octauo ex illis verbis,† quocumque modo vacatura,notandum eſt omnes modos vacationis *(*exceptis vacatione in curia,& per reſignationem*)* includi in reſeruatione noſtræ regulæ,qui etiam non appoſitis iſtis verbis comprehenderentur. Aeneas de Falcon.q.1.ſub nu.2.tradit Goncal.gl.15.nu.1.& 2.qui ex nu.3.ponit, & proſequitur modos vacationis Beneficiorum.De quibus vide per nos dicta inf. 11.p.

548 Secundò notandum eſt,† quod regula noſtra nõ ſolum locum habet in vacatione de iure,& de facto, ſed etiam in vacatione de iure tantum , aut de facto tantum,vt latè per Goncalez d.gloſſ. 15. §. 1.& dixi ſupra nu.198.& ſequenti vbi vide.

549 Tertiò notandum eſt, † quod cum Beneficium non dicatur vacare ex perſona habentis duntaxat ius ad rem , verbi gratia per præſentationem , electionem , mandatum de prouidendo , ſeu gratiam in forma dignum , collationem nondum acceptatam , vel aliàs,vt ſupra 4.p.cap.1. dictum eſt, non intrabit reſeruatio noſtræ regulæ,ſi habens ius ad rem ad aliquod Beneficium decedat in menſe Apoſtolico, ſed adhuc Beneficium vacat vt prius,& durat prima vacatio,& prouiſio ſpectat ad eum,ad quem prius ſpectabat. Gonçalez d.gloſ.15.§.2.a num. 1.circa quod vide ſupradicta à nu.278.

550 Quartò notandum eſt ex d.verbis,† quod regula noſtra non procedit in Beneficijs Eccleſiæ non numeratæ , ſed receptiuæ , vbi non eſt certus numerus Beneficiorum , quia regula reſeruat Beneficia vacatura;at iſta Beneficia nunquam vacant, ſed cum defuncto expirant,& ceſſant,ac eſſe deſinunt,& cũ Beneficiato extinguuntur.cap.dilecto.25.de Præb.& c. ex parte de conceſſ. Præb. & ibi D. & dicimus infra 11.p.cap.2. num. 17.& ita poſt plura pro contraria parte adducta reſoluit Gonçalez gloſ.9. §.3.dicens in terminis ita fuiſſe reſolutum in vna Calagurritana Beneficij de Zenizeros 13. Octob. 1587. coram D. Pamphilio. quæ deciſio fuit confirmata in alijs pluribus cauſis, & ſignanter in alia Calagurritana Beneficij de Albania 22. Martij 1602. coram D. Seraphino,& ita etiam concludit Gonçalez d. gloſſ.15.§. 2. num. 19. *& Villar del patronado de Calatayud.6.par. dicens,quod in beneficiis non numeratis non cadit deuolutio, nec poſſunt impetrari .*

551 Nono circa illa verba, † ad collationem , prouiſionem.De quibus Gonçal.aliqua gl.16.& 17.videnda ſunt dicta ſup.1.p.c.vlt.à nu.31.& 4.p.c.1.n.3.

552 Decimò ex illo verbo , † præſentationem , & ſequentibus notandum eſt certum eſſe Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici , ſub hac reſeruatione comprehendi;

prehendi; nam etiam non facta particulari expreſſione Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici in reſeruationibus comprehenduntur. Felyn. in tract quando literæ Apoſtolicæ. tertia limitatione. Palacios Rubios in libello de Beneficijs in curia vacant. §. 11. Caſſador. deciſ. nu. 2. de iure patronatus. Alaua de Concilijs, 2. p. cap. 25. Mandoſ. reg. 1. Cancell. q. 10. nu. 5. Couarruuias practic. cap. 36. nu. 5. Hoieda de incompatibilitate Benefic. cap. fin. nu. 112. Granuuius ad Simonetam quæſt. 9. num. 10. cum alijs. & à Legato à latere conferri poſſunt, vt infra c. 1. à num. 17. ex quibus etiam in gratia, ſeu impetratione Beneficij, non eſt neceſſaria mentio iuris patronatus Eccleſiaſtici, vt per Seluam de Benefic. 3. par. quæſt. 11. 12. qualitate 3. 4. & 6. Fallentia, nu. 22. & 23. & poſt hæc tradit Gonçalez gloſ. 18. à num. 6. *& Zanalos lib. 4. q. 1. ſeu 897. num. 535.*

553 Illud autem eſt ius patronatus † Eccleſiaſticum, quod, licet originem habuerit ex patrimonio laici, fuerit tamen vel ab initio, vel poſtea fundatione, teſtaméto, donatione, aut alio quouis titulo in Eccleſiam translatum. aut in Capitulum, ſeu Collegium Eccleſiaſticum Canonicorum regularium, aut ſæcularium, vel in aliquam perſonam Eccleſiaſticam ratione Eccleſiæ, Dignitatis, aut Beneficij, & tandem, quod competit Eccleſiæ, vel ratione Eccleſiæ, c. vnico. §. fin. de iure patronat. in 6. Felynus ſupra 6. limitatione, Hieronym. Paulus in practica Cancellar. verſic. in cauſa mea. Maioricen. Rochus de iure patronat. verb. ius. quæſt. 7. num. 14. Lambert. eodem tract. lib. 1. quæſt. 1. art. 8. Rebuffus in praxi tit. de præſentatione. nu. 5. & 7. & 3. parte ſignaturæ, verb. necnon iuris patronatus. num. 8. Creſcen. deciſ. 3. de iure patronat. Duarenus de Sacris Eccleſiæ miſterijs lib. 5. cap. 4. Mandoſ. num. 6. & Couarruuias 2. & 5. vbi proxime Did. Perez in lib. 2. tit. 6. lib. 1. ordinam. gloſ. 1. Spino. de teſtament. gl. 4 num. 16. Flaminius Pariſius de reſignatione. lib. 2. quæſt. 4. num. 39. & Gonçalez ſupra num. 5. *& Caued. de patronatib. Regia corona Luſitaniæ c. 1. nu. 11. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 51. nu. 3. & Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. num. 18. & 20.* cum alijs, & fuit vtrunque reſolutum in vna Va-
554 lentina Beneficij † 26. Martij 1593. coram D. Ora-
tio no, vt in ſequenti deciſione, Fuit reſolutum præſentationem factam per Abbatiſſam, & Moniales Sanctiſſimæ Trinitatis, de perſona Petri Lagaua ad Beneficium SS. Matthiæ, & Luciæ ſitum in Parochiali Eccleſia S. Ioannis de Mercato, non intrare, quia licet admittatur illud eſſe ius patronatus ex dotatione Matthiæ Aragno ciuis Valentini, nihilominus, cum translatum fuerit in Abbatiſſam, & Moniales Sanctiſſimæ Trinitatis, dicitur ius patronatus Eccleſiaſticorum, & Eccleſiaſticum. cap. vnico. §. vltimo de iure patronat. lib. 6. cum traditis per Couarruuiam libro pract. quæſt. cap. 36. num. 5. verſic. 2. erit illud obſeruandum, & in conſequentiam, quia vacauit de menſe Maij, anni 1591. ſub regula Cancellariæ reſeruatoria octo menſium comprehenſum. quo ſtante certum eſt, non licuiſſe Abbatiſſæ, cum Monialibus ad illud præſentare. c. cum dilectus. de iure patron. non obſtant in contrarium contra prouiſionem Andreæ de Duera, quia cum ſit reus, & poſſeſſor, ſufficit ſibi per non ius actoris venire. Rota deciſ. 4. de re iudic. in nouis cum ſimilibus. *Refert & ſequitur Genuen. in praxi cap. 100. num. 6. idem in Vlixbonen. Priuratus 1. Februarij 1602. coram D. Sacrato infra relata, num. 560.*

555 Et in cauſa Salamantina † Capellaniæ del voto 5. Iul. 1593. coram D. Pamphilio, de qua infra num. 599. fuit dictum Capellaniam de qua ibi, quæ vacauit in menſe Maij vti iuris patronatus Eccleſiaſtici eſſe reſeruatam.

Vnde Gambarus de offic. Legati lib. 3. num. 416. & ſeqq. cum Mariano Socino in repetit. cap. de Monachis. de Præbend. ait, quod ſi laicus patronus ex fundatione efficiatur Religioſus, tale ius patronatus fit Eccleſiaſticum, quia per talem ingreſſum omnia acquiruntur Monaſterio. Authentica ingreſſi. C. de Sacr. Eccleſijs, & ſic ius patronatus tranſit in Monaſterium, Lambert. 1. p. 1. lib. quæſt. 2. artic. 11. nu. 12. *Sequitur Azor. 2. p. lib. 5. cap. 28. quæſt. 2.* quod tamen ſolum procedet durante vita Monachi, vbi ius patronatus iure ſanguinis defertur in poſteros, & illi adſunt ex Probo ad Monach. in rubrica de iure patron. in 6. num. 2. *Et in vna Abul. Capellaniæ 17. Maij, 1600. coram D. Seraphino, vbi Domini cenſuerunt, Standum eſſe in deciſis alias coram eo in deciſ. adducta 1. 7. par. c. 1. nu. 101. quæ eſt videnda. Neque obſtare quod dicitur, monachum translatum de vno monaſterio ad aliud ſecum detuliſſe iura ſua ad ſecundum monaſterium, quia hoc procederet, ſi eſſet translatus ad monaſterium diuerſi ordinis, ſecus ſi ad monaſterium eiuſdem ordinis, vt colligitur, ex gl. in verb. canon, in c. cum ſingula. §. prohibemus. de Præben. in 6. Abb. in c. quod à te, nu. 8. de cler. coniug. & cum bona & iura monachi ingreſſi monaſterium, ſpectent ad monaſterium authen. ingreſſi, C. de ſacroſan. Eccleſ. etiamſi non ſint duratura poſt obitum monachi, vt per Bar. & Ias. ibid. ex perſona ſua non poterat monachus præſentare, ſed faciẽda erat nomine monaſterij, non autem nomine proprio, nec poſſe ſuſtineri præſentationem ratione bonæ fidei, quia præterquam q bona fides excuſat tantum, vt quis non amittat, non autem vt quis acquirat ea, ſatis excluditur ex denegatione Generalis, cui creditur tanquam viro in dignitate cõſtituto, & de re ad ſuam religionem ſpectante. c. nobiliſſimus. 97. diſt. Caputaquen. deciſ. 245. p. 2. Creſcent. 5. de fide inſtrument. &c.* Et num. 418. & ſequenti, ait idem Gambarus, quod ſi aliquis Epiſcopus ex largitate fidelium obtinens Comitatum, vel Ducatum, in quo exercet iura temporalia, vt Dominus temporalis (vt, verbi gratia, Epiſcopus Palentinus, qui eſt Comes Perniæ, & Epiſcopus Oueten. qui eſt Comes Nuruẽnæ) habeat ratione huius Comitatus, vel Ducatus ius patronatus, iudicabitur Eccleſiaſticum, quia cũ Comitatus ſit Eccleſiæ & ius patronatus Comitatus, ergo ius patronatus eſt Eccleſiæ. Præterea iſtud ius patronatus habet cauſam à Comitatu, vel Ducatu, qui eſt Eccleſiæ, ergo ipſum eſt Eccleſia, *ſequitur. Azor. d. q. 2. quamuis contra teneat Cabedo d. c. 5. num. 4.* Vnde etiam infertur contra Valaſcum conſultatione 163. ad fin. 1. p. quod ius patron. ſpectans ad Prioratum eſt Eccleſiaſticum, licet ipſe Prioratus ſit iuris patronatus laici.

556 Vnde etiam ius patronatus † ſpectans ad laicos religioſe viuẽtes, & portantes habitum religioſum, & gaudentes priuilegio fori, & Canonis, vt ſunt Benignæ, eſt Eccleſiaſticum. Rota deciſ. 8. de iure patron. alias 332. in antiquis. Fel. ſupra limitatione 4. qui inde infert ad ius patronat. ſpectãs ad illas de 3. ordine D. Franciſci, nõ vt ſingulas, ſed vt vniuerſas, quod ſit Eccleſiaſticum, ſequuntur Selua d. q. 11.

3.p.d.nu.23.Rochus d.verb.ius.nu.17. Lambert.d. lib.1.q.1.art.10. & Gigas de penſio.q.24.nu.5. Maſcar.de probat.concl.960.nu.2.6.& 8. & facit quod tradit Suarez 5.to.de cenſur. diſputat.22. ſection.1. & hinc etiam ius patronatus ſpectans ad magiſtros, ſeu milites ordinum militarium, vt D.Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ,&c. etiam coniugatos ratione magiſtratuum,aut præceptoriarum,ſeu commendarum erit Eccleſiaſticum. Maſcardus ibi num.3.4. & 5.ad quod faciunt dicta ſupra p.1.cap.4.& eſt declaratio S. Congreg. Concilij Luſitania infra adducta 9.p.cap.2.num.463.

557 Sed quamuis ita certum, † & receptum ſit Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici comprehendi in hac, & alijs reſeruationibus, tamen non ſeruatur in Hiſpania, præſertim in his Regnis Caſtellæ, immo indifferenter Beneficia iuris patronatus, etiam Eccleſiaſtici ad præſentationem patronorum prouidẽtur in partibus, in quocumque menſe vacauerint, vt videmus quotidie. Qua obſeruantia, ac conſuetudine ſuppoſita dubitatur, an ex ea defendi poſſit, id licere, non obſtante hac reſeruatione, & alijs quaſi vſu non receptis,aut abrogatis in Beneficijs iuris patronatus Eccleſiaſtici,ad notata per Felyn.in cap.1. de tregua,& pace,& alios infra referendos 11.p.c.5. nu.150. quod lex vſu non recepta non ligat, & in c. fin.de conſuetudine.

558 Sed iſta doctrina non videtur † poſſe applicari regulis reſeruatorijs,quæ licet ſint per modum legis Sarnen. de annali quæſt.23. & in eis procedatur per viam legis vniuerſalis, Puteus deciſ.164.ſub num.5. lib.2. Rota in Calagurritan. Beneficij de Arcaya infra adducta nu.560. tamen re vera nihil aliud ſunt, quam auocationes quædam prouiſionis Beneficiorum per Papam ad ſe factæ, vt patet ex diffinitione reſeruationis, de qua per Aeneam de Falcon. quæſt. 1.principali. Simonetam, ſeu potius additionatorẽ quæſt.1.num.1. Maſcard.concluſ.1276.nu.1.& nouiſſime per Gonçalez gloſſ.5.num.19. & gloſſ.31.à num.1. & per eas quaſi proteſtatur Papa contra inferiores, ne vllo modo ſe intromittant in prouiſione, & diſpoſitione Beneficiorum per illas reſeruatorum, & omnino eis adimit facultatem prouidendi, & diſponendi de illis, velint, nolint, recipiant, vel non recipiant & cum decreto irritante, ex quo magis declaratur enixa eius voluntas, & tollitur obſeruantia & conſuetudo in contrarium. ad Probum ad Monachum in cap.tibi, qui.de reſcript. in 6. ſub nu. 8. Ant.Gabriel,de clauſulis. concl 3.à nu.4. & alios infra relatos. c.4.nu.197. *& conducit dec.Capuaquen.* 204.p.3. Nec refert,quod non faciat mentionem,& derogationem obſeruantiæ, & conſuetudinis præteritæ iuxta cap.1.de conſtitution.in 6.quia illa non eſt vllius conſiderationis ſtãte interpretatione per ſingulos Pontifices renouantes regulam,vt alias ſupradictum eſt. num.454. & infra num.677. nec illa vnquam potuit introduci ſtante d.decreto irritan. iuxta dicta. Et præterea Papa reſeruando generaliter derogat omnibus iuribus, & ſtatutis, ſeu conſuetudinibus, & tollit omnem poteſtatem conferendi, vt cum Ioanne de Lignano dicunt Domin. num.3. & Francus 6.in cap.fin. §.in Præbendis.de conſuetud. in 6. Mandoſ.reg.4. quæſt.7. num.2. & Rota in Bononien.ſupra adducta.num.452.in 1.difficultate. *& facit ad prædicta animaduerſio,ſeu additio in adnotationem conſilu Nauar.1.de conſtit.q.9.quæ ait,& tèrtè cum proceſſus bullæ feratur potius in modo præcipi.quam legis, & ſententia excommunicationis pluribus in locis feratur cõtra illos, de quibus Papa certo ſcit quòd nolunt eius mandata recipere,non poteſt dici illam ferri ſub cõditione, ſi acceptetur,& cum ſingulis annis renouetur & feratur, vix poteſt accommodari id,quod dicitur de lege non recepta.*

559 Sed rurſus dubitatur († eſto quod Beneficia iuris patronatus Eccleſiaſtici cedant ſub hac reſeruatione,& alijs)an ſecus ſit quando ſunt debita certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, verbi gratia cõſanguineis fundatoris, aut filijs patrimonialibus, vel quæ magiſtris, aut Doctoribus ſunt conferenda ex conſuetudine, fundatione,&c. In quo prima ſententia eſt, iſta Beneficia cadere ſub reſeruationibus generalibus, quia verba reſeruationum eis conueniunt,& maxime noſtræ regulæ,quæ reſeruat omnia Beneficia qualitercumque qualificata, nec per reſeruationem aufertur ius illis,quibus ſunt debita; nam cum reſeruatio ſit generalis, & non in fauorem certæ perſonæ,poteſt Papa illis conferre.

Ita tenuit Rota in vna Placentina Portionis de anno 1544. apud Puteum deciſ.164.lib.2.vbi reſpõdetur doctrinæ gl.fin. in c.cum in Eccleſia. de Præb. in 6.quæ ait, quod Præbenda alteri ex conſuetudine debita,puta Magiſtro,non debeatur expectanti.

Reſponõetur inquam,quod loquitur in gratia de vacaturo ad fauorem certæ perſonæ,& ita tenuit Rota in vna Tiraſonen. iuris præſentandi, & inualiditatis præſentationis. 19.Ian.1583. coram D. Robuſterio, vt in ſequenti deciſ. Fuit reſolutum quod præſentatio cap.Eccleſiæ Tiratonen. fuit nulla, quia Beneficium vacauit in menſe reſeruato,& regula reſeruatoria octo menſium capit etiam iſta Beneficia, etiam quod ſint debita certo generi perſonarum, vt Papa,& non alius conferat illa dictis perſonis,vt per Puteum deciſ.6. de menſe, & latius deciſ.164. lib.2. refert Anton. Auguſt. in cad. regula de menſe nu.5. prout Papa prouidit in caſu iſto perſonæ habenti qualitates Bullæ Alexandrinæ, qualitas enim iſta, quod conferantur iſtis perſonis, non contradicit reſeruationi,ſed tuetur ius illarum partium,vt illis dicantur debita iſta Beneficia. Sarnen.de iure quæſito q.1.& ideo iſta cauſa debet aſtringere reſeruationes iuxta limites illius, quia limitata cauſa limitatum producit effectum; & ſic quoad ipſas perſonas tantum comprehẽſas in d.Bulla,vt Papa ſolus poſſit illis prouidere,& non alius. Nec mouebant Dominos clauſulæ, non obſtantibus reſeruationibus,quia recipiunt interpretationem à principali diſpoſitione, ſcilicet ad effectum prouidendi illa perſonis, & ſic,vt illa Beneficia non conferantur alijs, nõ autem, vt Papa non poſſit illis quouis modo prouidere preueniendo, aut reſeruando,præſertim, cum Papa non dicat, etiam per nos. Nec placebat deciſ.ex aduerſo adducta, quia eſt defectuoſa, & acephala. Conſiderabant etiam Domini,quod clauſulæ illæ executiuæ, de reſeruationibus ſunt intelligendæ, & referendæ reſpectiue, ſingulæ ſingulis, vt ſint conferenda per Ordinarios iſtis perſonis vbi non adſunt reſeruationes,& per Papam, vbi ſunt reſeruationes, quia quælibet diſpoſitio recipit paſſiuam interpretationem à iure communi, & iſtæ clauſulæ regularum reuocatoriarum iſtarum facultatum cõferendi reſeruata ſunt pugnãtes,& appoſitæ in legibus vniuerſalibus,quæ

capiunt

capiunt omnia; nec facit Conc. Trid. quia agimus de præsentatione patroni, & institutione Ordinarij quæ nullæ sunt, cum sint Clericorum, & cõprehensæ sub reseruatione, & non est necesse disputare de prouisione Papæ, & de illius validitate, quia sufficit, vt obtineat per non ius actoris; vltra quod Concil. in casu isto non intrat, vt per informãtes: sed hoc est ex abũdanti, idem fuit dictũ in alia Tirasonen. Vicariæ 13. Oct. 1595. corã D. Lita infra adducta. 9. p. c. 2. n. 309.

560 Et idem tenuit Rota † loquens in Beneficijs patrimonialibus in vna Calagurritana Beneficij de Arcaya 28. Iun. 1591. corã Illustrissimo Seraphino, vt ☞ in sequẽt. dec. fuit resolutum, iustificatam fuisse gratiam D. Petri, nam quantum ad Clericatum, legitimitatẽ, & quod est filius patrimonialis loci, de quo agitur, hæc omnia probantur per testes bene deponentes de publica voce, & fama, & communi reputatione; itẽ quod valor Beneficij non excedit 24. ducatos, probatur per eandem publicam vocem, & famam. Puteus 29. lib. 1. item satis probatur valor obtenti, in quo minor probatio etiam de auditu simplici sufficit, iuxta stilum DD. obitus etiam Frãcisci vltimi possessoris probatur concludenter, item vacatio per eius obitũ ex confessione partis aduersæ, & in hoc nulla adest difficultas; maior versatur difficultas circa pertinentiam collationis, nam prouisio facta est tanquam de reseruato, & sumus in Ecclesia numerata patrimoniali, in qua non videntur habere locum reseruationes ex traditis per Couar. pract. qu. c. 36. num. 4. versic. similiter, ‖ Beneficia patrimonialia maxime stante Bulla Alexã. VI. quæ in pluribus causis fuit allegata, quæ excludit generaliter omnes reseruationes. Verum quicquid ipse dicat, Domini censuerunt, hæc Beneficia cadere sub reseruationibus generalibus, cum verba reseruationum eis conueniant. ad Felin. in cap. postulasti. nu. 5. de rescrip. etenim ea comprehenduntur sub indultis Cardinalium, vt per Puteum decis. 163. lib. 3. Caputaquẽ. de cis. 66. p. 1. & decis. 89. p. 2. vnde à fortiori debent cõprehendi in reseruationibus generalibus, præsertim vacationis in curia, quæ est clausa in corpore iuris cap. 2. de Præb. in 6. cum in his procedatur per viam *legis vniuersalis*. Calder. cons. 11. de priuileg. Imola in Clement. 1. vltimo not. de sepult. & fuit aliàs discussum, licèt nõ plenè resolutum in vna Calagurritana de Apodaca 30. Mart. 1590. coram R. P. D. meo Orano. non obstat Bulla Alexãdri. quia præterquam quod non est producta in forma probanti, qua exceptione aliàs fuit reiecta in vna Calagurritana de Cenicero 1. Aprilis 1588. non comprehẽditur reseruatio per vacationem in curia, quæ nũquam venit sub generali dispositione, in qua fit mentio reseruationum, vt per Frãcum in d. cap. 2. num. 3. de Præbend. in 6. Aeneas de Falcon. de reseruat. 4. quæst. 43. effectu, nec obstat D. Petro statutum numeri super ascẽsione eorum, qui cepti sunt beneficiari, quia ante oppositionem aduersariorum, & sententiam pro eis latam ab Ordinario, non dicitur aliquod ius quæsitum in Beneficio, adeo quod neque de huiusmodi oppositione est *facienda mentio*, vt tradit Cassiad. decis. 18. *de præbend.* quare non est huius rei habenda ratio, *maximè ſtãtibus decretis irritãtibus in reseruationibus appositis*, & ita conclusum gratiam D. Petri esse *canonizandam*. Idem etiam tenuit Rota in alia *Calagurritana Beneficij de Apodaca 20. Maij 1596.* coram D. meo Corduba Episcopo Pacen. in qua fuit ☞ resolutum. Didaco Inniguez adiudicãdũ Beneficiũ: nã eius gratia est anterior alia Martini, & iustificata, ac ideo canonizanda cap. super eo. de offic. deleg. ca. tibi, qui de rescript. in 6. &c. nec obstabat Motus proprius Sixti V. per quem concedebatur facultas Ordinario conferendi huiusmodi Beneficia, seruata forma in eo contenta, quia ille non comprehendit Beneficia teseruata, vt fuit dictum in illa Calagurritana de Ariola, 24. Ianuarij præteriti coram D. Pẽna: de reseruatione autem manifestè apparet, cum Beneficium vacauerit de mense Ianu. qui est reseruatus. Apertissimi autem iuris est regulam reseruatoriam octo mensium comprehendere etiam beneficia certo generi personarum debita. Puteus decis. 164. num. 1. lib. 2. & fuit resolutum in d. Tirasonen. iuris præsentandi 27. Ian. 1583. coram Reuerendissimo Oriolen. vltra quod constat de alia reseruatione respectu familiaritatis Didaci defuncti, quæ durat etiam defuncto Papa. extrauag. ad Roman. de præb. inter communes. Simoneta de reseruat. quæst. 57. cum alijs, & hanc sententiam sequitur Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. q. 12. nu. 6. *idem etiam tenuit Rota in vna Vlixbonen. Prioratus 1. Febr. 1602. coram D. Seraph. vbi fuit resolutum, quod inspat. &c. R. reseruatio, & nouissime idem tenuit Rot. in vna Mileusana beneficij 5. Marci 14. Nouembr. 1605. coram D. Penna infra relata, num. 570. & in Eugubina præpositura, 3. Mar. 1606. coram D. Ludou. ibi addutta.*

561 Secunda sententia est in contrarium, † scilicèt, quod reseruationes non capiant ista Beneficia debita certis personis, seu certo generi personarum. Ita tenet Aeneas de Falcon. per glossam in d. cap. cum in Ecclesia. 3. quæst. principali, num. 22. vbi ait, quod beneficia, quæ vigore consuetudinis, vel statuti debentur alicui, puta Magistro, vel alteri non comprehendũtur in reseruationibus, & refert Puteus decision. 235. lib. 2. num. 2. sequitur Menochius consil. 394. nu. 18. lib. 3. tenet etiam Couar. pract. ca. 36. nu. 4. versic. similiter, si Beneficia patrimonialia. loquẽs de Beneficijs patrimonialibus, & Canonicatibus, qui Theologis magistris, & iuris Pontificij Doctoribus ex electione sunt conferenda, qui tamen ait opinionem istam dubiam esse, quoad hęc patrimonialia Beneficia, & Canonicatus: propter verba reseruationis. cap. 2. de Præbend. in 6. de qua ibi loquitur, quæ adeo generalia sunt, vt hæc Beneficia comprehendere videantur, propterea ☞ lectorem admonere hac in controuersia, quod diligenter obseruet, quid praxi receptum fuerit, & quid sit Christianæ Reipublicæ, ac ministerio diuino conducibilius: si quidem admodum conducit hæc Beneficia non comprehendi vllis reseruationibus, &c. Et tenuerat Rota in vna Cæsaraugustana Canonicatus, & Præbendæ Alcanicij corã D. Fantuccio 13. & 27. Ianuarij 1553. in ☞ qua fuit resolutum. Regulam reseruatoriam 8. mẽsium, licèt comprehendat Beneficia iuris patronatus ex priuilegio tamẽ non comprehẽdere Beneficia iuris patronatus debita ex priuilegio filijs patrimonialibus, quia quotiescũq; sunt debita Beneficia certis personis, cõprehẽduntur sub regula, & quia equitas id suadet, vt inuitentur alij ad erigenda similia Beneficia. Vt apud Verallum dec. 315. & 316. lib. 1. in manuscriptis. Et nouissime hanc sententiam sequitur Zerola in praxi Episcopali. 1. p. verbo Beneficia.

ficia. §.3.dicto 8. & verbo Præbenda Theologalis.§. 4.dicens Beneficia,quæ aliquas qualitates, ſeu certa onera habentiniuncta, vt Præbendas Theologales, & ſimiles, vt in Concilio ſeſſ.25. c.5. de reform.non comprehendi ſub reſeruationibus,&c. *Et ſum. Bullar. Quarant. verb.beneficiorum reſernat.in addit.liter A. & Perez de Lara de anniuerſ. & Capell. lib.2. c.10. num.9. & nouiſſime Zaualos loquens de beneficijs patrimonialibus,eaque confundens,& inuoluens cum beneficijs iuriſpatron.laicorum lib.4.q.1. ſeu 897.ex num.438. & principaliter,num.479. & d num.523.*

562 Mihi videtur in rigore verior † prima ſententia, ſecunda vero videtur tum æquior, tum praxi conuenientior; præſertim, quia Papa non poteſt de facili habere notitiam de perſonis, quibus ex fundatione, conſuetudine,priuilegio, vel alias, Beneficia ſunt cõferenda, & re vera videtur in praxi recepta, & conſuetudine approbata in Hiſpania. Et ſic videbatur poſſe ſequi.l.minime. l.ſi de interpretatione. ff.de legibus. & notatur in cap.cum dilectus. de conſuetudine. Petrus Rauennas de conſuetudine.ſect.2.nu.4. nec videbatur obſtare, quod cõtrarium haberet ſtilus Rotę,qui facit ius,& pro lege habetur,Sarnen.in proœmio regularum quæſt.5. ad princip. Zerola in praxi p.1.verb. Rotæ tribunal Vrbis, ſeu deciſiones ipſius. Etiam in partibus Sarnen.ibi q.2.ſub verſ.4. pro iſta parte,& ſupradictum eſt 1.p.c.5.num.87. & ſequenti,quia illa derogatur per ſtilum, & obſeruantiam,& conſuetudinem particularem Hiſpaniæ. Rochus de conſuetudine ſect.7. nu.21.22. & 23. Card. in Clementina,quamuis.de appellation.nu.1.

563 Nihilominus tamẽ ſtante, † quod prima opinio ita ſit iam à Rota recepta, quod ſecundum eam ſæpius reperiamr iudicatum adeo, quod introductus ſit ſtilus; vel conſuetudo curiæ, vt inquit Pauinus in præludio extrauagantium verſic. deciſiones Rotæ, & dicam infra c.3. nu.239. videtur illi ſtandum etiam in Hiſpania, in qua contrarium obſeruatur, nam agitur de interpretatione reſeruationis, quæ emanat ab ipſa curia, & attendenda eſt conſuetudo loci, vnde traxit originem res, de qua iudicari oportet, Ægid. deciſ.2. Rota in illa Conchen. penſionis infra adducta cap.3.num.148. vbi dicemus in ſimili, num.241. & rurſus reſeruationes habent vim etiam ſi non recipiantur, vt ſupradictum eſt nu.558.quod maxime procedit ſtante ſtilo ipſius Papæ prouidentis de Beneficijs patrimonialibus, & alijs huiuſmodi, vt reſeruatis.

564 Nec ſecunda ſentẽtia, † eſto alias eſſet vera, procederet in Beneficijs, quæ ſunt conferenda graduatis, vt magiſtris,vel Doctoribus, aut licẽtiatis, vt Pœnitentiaria,Scholaſtria,&c. niſi eſſent conferẽda per electionem,& concurſum, vt Prębendæ Magiſtrales, & Doctorales in Eccleſijs Cathedralibus horum Regnorum Caſtellæ, & Legionis ex Bulla Sixti IV. & Leonis X. vbietiam ſtatuitur eas ſub reſeruationibus non comprehendi,vt in Bullis infra adductis cap.4. num.169. nam, ſi non eſſent conferenda graduatis per electionem,& concurſum,nullum inconueniens, & obſtaculum eſſet quominus comprehẽdantur ſub reſeruationibus, cum recte poſſint à Papa graduatis prouideri, & ita videmus in Pœnitentiaria, & Scholaſtria obſeruari.

Nec etiam procederet quando perſonæ, quibus Beneficium debetur, non adſunt,vel nolunt, ſeu non prætendunt illud, & ſic Beneficium eſt libere prouidendum, nam ſolum reſpectu illarum non caderet ſub reſeruatione.

565 Poſt hęc ſcripta vide Hieronymum † Gonçalez, qui gl.9. §.1. ex num.22.tractat iſtam quæſtionem, an Beneficia patrimonialia includantur in reſeruatione huius regulę,plura hinc inde pro vtraque parte adducens, & tandem tenet includi, & allegat deciſiones Rotæ per nos adductas, & quæ in illis allegantur, & nouiſſime ait ſenſiſſe Rotam in alia Calagurritana Beneficij de Albania.22.Martij 1602.coram D.Seraphino,in qua deciſione fuit etiam dictũ, quod in prouiſionibus, quæ fiunt à ſede Apoſtolica, non eſt ſeruanda forma concurſus, nec illa, quæ eſt ab Ordinario ſeruanda in prouiſione Beneficiorum patrimonialium, prout etiam tenuit Rota in alijs cauſis. Et ſimiliter fuerunt ponderata verba clauſulæ,non obſtantibus,&c.contenta in litteris Apoſtolicis prouiſionis Apoſtolicæ de Beneficio patrimoniali reſeruato,per quam clauſulam fuit etiam derogatum cuicunique conſtitutioni,& indulto Apoſtolico contrarijs, quatenus derogatio neceſſaria foret, Aymõ.conſil.126.num.6. cum alijs. Et ad illud de praxi, & obſeruantia contrarijs reſpondet Gonçalez, quod ideo prouidentur per Ordinarios iſta Beneficia patrimonialia, etiam vacantia in menſibus reſeruatis,quia Papæ ita placet,& illa conferre nunquam dignatur, niſi raro,quamuis ſint reſeruata, ex ſua ſumma benignitate,& ſanctitate. Quæ quidem reſponſio nõ ſatisfacit, nec eſt ſolida, tum quia praxis non fundatur in tali beneplacito Papæ: tum quia de eo non conſtat,& ad ſummum poſſet conſtare de aliqua diſſimulatione Papæ, quæ non excuſat ad c. cum iam dudum.de Præbend.ibi,cum multa per patientiam tolerentur, &c.

566 Declarat tamen † Gonçalez ſupradictam cõcluſionem limitandam fore, niſi in indulto, ſeu priuilegio conceſſo ſuper Beneficiorũ patrimonialium prouiſione, adſint tales clauſulæ, quæ vincant, & ſuperent reſeruationem huius regule,& veriſimile ſit Papam nolle comprehendi tale indultum ſub regula, vnde exiſtimat difficile intrare iam, & in futurum reſeruationem huius regulæ, quoad Beneficia patrimonialia dięceſis Calaguritanæ, ſtante indulto conceſſo per Clementem VIII. ſuper modo, & forma prouidendi de dictis Beneficijs ſub die 28. Aprilis 1596. cuius clauſulam ponit, *& etiam Zaualos ſupra nu.523.* Nempe,quod non comprehendatur ſub aliquibus derogationibus, reſeruationibus, & regulis Cãcellariæ, ſub quibuſuis clauſulis,& decretis etiam derogatoriarum derogatorijs, nec derogari poſſit, aut cenſeatur, niſi de Epiſcopi,& cleri Calaguritan. & Calciaten. & hominum dictarum dięceſum conſenſu &c. quæ clauſula, inquit,eſt potentiſſima, & nunquam intelligitur ſublata deficiente dict. cõſenſu. Rota deciſ.137.& 468. in vna Aſtoricen. p.1. diuerſ.& deciſ.304.in alia Aſtoricen.p.2.cum alijs.

567 Sed certe exiſta ratione † nõ bene ſaluatur dict. indultum à derogatione huius regulæ poſterioris, quæ derogat indultis etiam cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, & inſolitis clauſulis,&c. quæ verba ſine dubio ſufficiunt etiam ſine clauſula, quorum tenores ad derogationẽ quorumcumq; indultorum, cum illis, & alijs quibuſcũque clauſulis conceſſorum; maxime, cum hæc derogatio

gatio fiat per viam legis, seu constitutionis generalis. ad Felinum in cap. nonnulli. de rescript. nu. 5. vers. fallit autem. & in cap. accedentes. de præscript. nu. 5. Ripa in cap. 1. de rescript. num. 55. Couar. in rubrica. de testament. 2. p. num. 20. vers. secundum etiam. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 40. nu. 23. & Gonçalez dict. glos. 9. §. 2. num. 57. & glos. 36. à num. 31. qui alios citant. & Rotam in Tirasonen. iuris præsentandi supra adductam num. 559. quicquid dicat Rota d. decis. 137. à num. 2. & decis. 468. num. 4. etenim in terminis d. dec. 304. vbi de reg. 3. reseruatoria Beneficiorum familiarium agebatur, nulla fiebat mentio in regula de clausula derogatoria, nec ei derogatum fuerat, vt in eadem decis. in fin. dicitur, immo in reg. reseruatoria nulla clausula erat derogatiua, nec indulto derogatum fuerat, vt dicitur in decis. Putei 308. in fin. lib. 3. in terminis autem decisio. 137. & 468. vbi agitur de regula Pauli IV. reseruatoria mensium cum eadem clausula derogatoria indultorum disponendi de huiusmodi Beneficijs, & dictione in solitis, vt in nostra regula erant in indulto clausulæ fortiores, nempe, quod non posset derogari, nisi toto tenore, & data plena, specifica, indiuidua, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio fiat, &c. quæ non sunt in d. indulto, Clemen. VIII. præterea, vt ipse Gonçalez refert glos. 18. num. 97. & d. glo. 36. num. 38. nouissime nonnulli ex Dominis Rotæ auditoribus dubitarunt de subsistentia dictarum decisionum Astoricen. &c. & meo videri præcipuum fundamentum ad sustinendum d. decisionem est, quod ibi agitur de indulto iuris patronatus cum clausula, quod habeatur, ac si ex vera dotatione, & fundatione competeret, quæ facit, vt, licet hæc qualitas insit ex priuilegio, debeat tamen regulari, prout regulantur ea, quæ ex dotatione, & fundatione competunt, nisi de mente contraria Papæ appareat, alias nihil operaretur illa æquiparatio, &c. vt in d. decis. 137. nu. 1. maxime cum Papa voluerit, non posse derogari, sine ipsius Marchionis consensu ad instar iurispatronatus laicorum, cui nunquam solet Papa in totum derogare, sed pro medietate, quare regulandum est secundum naturam veri iurispatronatus ex dotatione, & fundatione competentis, vt in dicta decis. 468. nu. 1. de quo infra à num. 580. & in clausula regulæ mensium derogatoria indultorum nulla fit mentio de iurepatronatus, &c. *Sine clausula, quorum tenores, quæ tamen iam adest in reg. a tempore Pauli V.*

568 Sed adhuc existimo, † quod per regulas mensium posteriores non derogetur dicto indulto Clementis tribus quidem rationibus, prima, quod istud indultum videtur concessum Communitati, & Vniuersitati Cleri, & hominum dictæ Diœcesis Calaguritan. & Caleiaten. & hæc regula non comprehendit indulta concessa communitati, quia solum derogat indultis quibusuis personis, & Collegijs concessis. ad Rom. consil. 195. num. 3. & consil. 400. & 436. à nu. 2. Paulum consil. 278. sub num. 4. lib. 1. Rebuffum in communi eodem titulo de collation. §. statuimus. verb. personis. Caputaquen. decis. 42. par. 3. & Gonçalez, qui plura cumulat glos. 37. ex num. 1. & fuit *in simili indulto* resolutum in vna Meliten. seu Mileuitana Beneficij. 5. Martij 20. Iunij 1594. coram D. Penna. Indultum concessum à Leone X. habitatoribus, & populo insulæ Meliten. quod perpetuis futuris temporibus Beneficia Ciuitatis, & Diœcesis Meliten. in quibuscumque mensibus vacantia, conferantur originarijs per Episcopum, non obstante quacunque reseruatione, non esse derogatum per hanc regulam, quia non comprehendit indulta Cõmunitatibus, seu Vniuersitatibus concessa ex allegatis, vt in terminis eiusdem indulti fuerat alias resolutum coram Groperio 27. Octob. 1561. &c. de qua decisione alias meminit Gonçalez dict. glossa 9. §. 2. à num. 45. & glossa 36. num. 41. & glos. 37. num. 33. nec obstat difficultas excitata per Gonçalez dict. glossa 37. nu. 34. contra istud motiuum Rotæ, quod dicti Doctores loquuntur, quando de Collegijs, seu Vniuersitate nulla fuit facta mentio, & regula nostra per verba clara loquitur, non solum de personis, sed etiam de Collegijs, & Collegium est Vniuersitas, & Communitas, &c. quia respondetur, quod quamuis Collegium sit species Vniuersitatis, seu Communitatis in genere, & in communi, tamen aliud est Collegium, & aliud Vniuersitas, seu Communitas populi, Prouinciæ, vel Regni, vt per Menochium de arbitr. centur. 6. casu 598. a num. 1. & Gonçalez supra num. 35. & ex ipsa re constat, *ex Calepino, & alijs Dictionarijs verb. collegium.* & sic, licèt nostra regula deroget indultis Collegijs concessis, non ideo derogat indultis concessis Vniuersitatibus, seu Communitatibus populi, Prouinciæ, seu Regni.

569 Secunda ratio est, † quod indultum Clementis VIII. videtur concessum, non tam fauore eligentium quam fauore eligendorum, nempe ipsorum filiorum patrimonialium, & regula non comprehendit indulta concessa fauore eligendorum, vt fuit etiam resolutum in dicta Meliten. coram D. Penna, vbi subdit decisio, quod placuit Dominis alia ratio, scilicet, quod d. indultum esset concessum ad fauorem eligendorum, & non eligentium, & quod reg. nostra solum reuocat indulta concessa fauore eligentium, & non fauore eligendorum, vt per Gonçalez d. glos. 9. §. 2. num. 47. & glos. 36. num. 41. quamuis contra istam rationem videatur sentire Rota in illa Tirasonen. iuris præsentandi sup. adducta num. 559.

570 Tertia ratio est, † quod cum d. indultum sit generale circa modum prouidendi de Beneficijs patrimonialibus totius diœcesis Calaguritanæ, & Calciaten. est per modum statuti, & legis, & sic non censetur illi derogatum per hanc regulam, ad decis. Rotæ in causa Tirasonen. Vicariæ, infra adducta 9. par. c. 2. à numer. 309. & alias dicemus infra, à numer. 679. & quod non derogetur d. indulto Clementis VIII. per hanc regul. confirmatur, ex decisionibus Calaguritan. supra adductis, vbi supponitur, quod si constaret de Bulla, & prætenso indulto Alexand. VI. non esset locus reseruationi huius reg. &c. *& ista tertia ratio est melior & præcipua ad defendendum dictum indultum à derogat. reg. nam prima & secunda desumpta ex d. dec. Meliten. seu Mileuitana beneficij non est firma: etenim in cad. Mileuitana beneficij S. Marci, 14. Nouemb. 1605. coram eodem D. Pena Domini recesserunt ab illa decisione facta coram eo. 20 Iun. 1594. & factis coram Groperio 27. Octobr. 1561. & 25. Februarij 1562. & tenuerunt, &c. R. reg. ref. 8. mens.*

*Quæ decisio fuit confirmata in vna Eugubina præpositura. 3. Mar. 1606. coram D. Ludou. vt in seq. dec. 114.*

*Et certè illa verba, Quibusuis personis & collegijs, vi-*

*dentur comprehendere vniuerſitates ſeu communitates: nam quamuis propriè & ſtrictè non ſint collegia, tamen largè, & impropriè collegia dici poſſunt, & dictio quibuſvis, ſeu quibuſcunque comprehendit impropria, & quæ aliàs non venirent, Tiraq. de retract. lignag. gl. 7. §. 1. à nu. 20. Hippolyt. de Marſilijs in l. vnius, §. cogniturum, ff. de quæſt. a nu. 33. Mexia in pragm. fruan. in verb. Qualquier. fol. 131, Azened. in l. 4. tit. 17. lib. 4. recop. nu. 5. & 6. cum alijs, vt dixi ſup. 1. p. c. 5. nu. 97. & cõfirmatur: nam illa verba, quibuſuis perſonis & Collegijs, videntur poſita ad comprehendendum perſonas veras & particulares, & perſonas fictas & communitates. Nec refert, quod indultum ſit fauore eligendorum: nam illa verba quibuſuis perſonis & collegijs conceſſa, ſunt ita ampla & generalia, vt comprehendant etiam indulta conceſſa eligendis, ſeu eorum fauorem; maxime cum eorum fauor principaliter conſiſtat in eo, quod beneficia ipſis conferantur: quod non tollitur per reſeruationem, vt dicitur in dictis deciſionibus.*

571 Beneficia autem iuris patronatus † laicorũ, non comprehenduntur in reſeruationibus, etiamſi ſint generales, & in corpore iuris clauſæ, nec Legatus à Latere illa poteſt conferre, ita Ioann. Monach. nu. 2. Domin. Francus, & alij, in capit. 2. de Præbend. in 6. vbi idem etiam tenet gloſſ. verb. collatio, quicquid alij dicant, Lapus allegatione 84. num. 6. & allegat. 96. Felin. in tract. quando literæ Apoſtolicæ, limitatione 2. Selua 3. part. quæſt. 11. 12. qualitate nu. 12. & 21. Aeneas de Falcon 3. quæſt. num. 6. & 4. quæſt. 14. effectu. Simoneta quæſt. 9. & ibi late Granutius, Rochus de iure patrimon. verb. competens, quæſt. 24. nu. 54. Lambert. 1. part. 2. lib quæſt. 6. art. 2. & 3. part. quæſt. 9. artic. 16. Palacios Rubios in libell. de Beneficijs in curia vacant. §. 11. & 12. Gambarus de offic. Legati, lib. 3. à numer. 239. & 242. Alaua de Conciliis 2. par. cap. 25. Mandoſ. reg. 1. Cancell. queſtion. 10. à num. 1. & ad Lapum ſup. Couarr. practic. capit. 36. num. 2. & 5. Hoieda de incompatibilitate Benef. cap. fin. num. 109. Azeuedo in l. 5. tit. 6. lib. 1. recopil. num. 3. Spino. de teſtamen. gloſſ. 4. num. 44. Caldas reſponſ. 3. & Valaſcus cõſultatione 163. 2. p. Mohedan. deciſ. 13. de conceſſ. Præbend. alias 317. Puteus 319. lib. 1. Ceuedo in Collecta. 21. ad ſextum, num. 2. *Cabedo de patronatib. Regia corona c. 2. nu. 5. & c. 53. à nu. 2. & nu. 8. Alex. Monet. de opt. c. 3. num. 83. Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 25. nu. 8. Azor. 2. p. lib. 6. c. vlt. quæſt. 7. Zanell. lib. 3. q. 1. ſeu 897. à nu. 438.* Et poſt hæc Gonçalez gloſſ. 18. num. 2. qui plures alios, & deciſ. Rotæ ad hoc referũt, & reprobant gloſſa Zenzelini in Extrauagant. execrabilis, verb. diſponere, de Præbend. in Extrauagant. Ioan. XXII. ex quibus apparet ſententiam iſtam receptiſſimam eſſe, & in gratia, ſeu impetratione Beneficij, neceſſariam eſſe mentionem, & derogationem iuris patronatus laicorum, alias non valere. Vnde in vna Florentina. de anno 1547. coram D. Auguſt. tenuit Rota, quod, ſi Beneficium iuris patronatus vacet in curia, opus eſt in impetratione facere mentionem de iure patronatus, alias impetratio non valet, ſecus eſt in Beneficio litigioſo, Caſſad. deciſ. 3. vt lite pendente, vt per Chiſanen. deciſ. 75. in manuſcriptis.

Nec obſtant d. verba noſtræ regul. præſentationem, &c. quia non includunt præſentationem lai-
571 corum † ſed clericorum, Lapus d. allegatione 84. num. 6. Selua d. quæſt. 11. 12. qualitate nu. 16. & 17. Felyn. ſupra ampliatione 3. & 4. Lambert. d. quæſt. 9. artic. 6. & 7. Caputaquen. deciſ. 122. par. 1. Couar. d. cap. 36. num. 1. Mandoſ. alios referens ad Lapum ſup. d. allegatio 84. litera P. Flamin. Pariſius. de reſignatione Benefic. lib. 2. quæſt. 4. num. 37. & Gonçalez ſup. num. 4. *Alex. Monet. d. c. 3. nu. 87. Azor. d. lib. 6. c. 23. q. 2. & Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. nu. 42.*

573 Hęc tamen primo declarantur † procedere, quãdo ius patronatus competit laicis, ex fundatione, cõſtructione, vel dotatione, ſecus, ſi ex priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione, in quo non eſt neceſſaria derogatio, ſed abſque derogatione receptum eſt valere impetrationem, Felynus ſup. limitatione 11. Staphil. de literis gratiæ, tit. de modo & forma impetrandi. §. 4. principaliter num. 4. Selua d. quæſt. 11. 12. qualitate circa fin. 11. & 12. Fallentia, Lambert. d. 3. p. 2. lib. quæſt. 9. artic. 25. Gigas de penſio. q. 24. in fin. Caputaquen. deciſ. 132. part. 2. Mandoſius. regul. 32. quæſt. 4. num. 8. & 10. Couarr. ſupra num. 6. Ferrettus conſil. 132. num. 7. & 8. Flamin. Pariſius, plures referens d. lib. 2. quæſt. 4. num. 51. Zerola in praxi Epiſcopali, 1. part. verb. iuspatronatus. §. 8. dubio 33. *Leſſ. d. c. 34 num. 42.* & alij infra citandi, & dicetur infra loquendo de Legato, cap. 3. numer. 72. Quamuis contrarium teneat Rebuff. in praxi 3. par. ſignaturæ, verb. necnon iuris patronatus, num. 14. & in regula Cancellariæ 43. de derogatione iuris patronatus.

574 Et tale ius patronatus ſub † reſeruationibus cõprehenditur, Rochus ſupra. Lamber. d. 3. p. 2. libro, quæſt. 8. art. 3. & quæſt. 9. art. 25. Aeneas de Falcon, d. 4. quæſt. effectu 14. Alaua. ſupra. Mandoſ. d. reg. 1. quæſt. 10. num. 3. Couar. videndus d. num. 6. & Granutius d. quæſt. 9. num. 7. qui receptum teſtantur, & plures in idem referunt. *Caued. d. c. 2. nu. 5. Alex. Mon. d. cap. 3. nu. 88. & Azor. d. lib. 6. c. vlt. q. 7.* Caſſad deciſ. 4. de iure patronat. Puteus deciſ. 308. par. 2. diuerſ. Et ita fuit reſolutũ in cauſa Cæſarauguſtana Parochialis, 10. Maij 1560. coram D. Groperio. Regulam re-
☞ ſeruatoriam octo menſium comprehendere Beneficia de iure patronatus ex priuilegio; & quaſi poſſeſſionem præſentandi, non probato iure patronatus ex fundatione, vel dotatione, non impedire d. reg. & dictum eſt ita fuiſſe reſolutum in Pampilonen. Parochialis 28. Iunij 1555. corã D. Achille, &c. Et in vna Seguntina dimidiæ annatæ 26. Nouembr. 1593. coram D. Orano, fuit dictum, quod, licet Beneficia, &
☞ Capellaniæ iuris patronatus laicorum non veniant in generali diſpoſitione loquente de Beneficijs, tamẽ hoc admittitur, quando ſunt iuris patronatus ex dotatione, & fundatione; verum, ſi ex priuilegio ſint iuris, patronatus, comprehenduntur ſub indultis, reſeruationibus, & quibuſuis alijs diſpoſitionibus, &c. Et poſt hæc tradit Gonçalez d. gloſ. 18. à numer. 18. qui num. 21. ait, nempe, quod reg. noſtra comprehendat in ſua reſeruatione Beneficia de iure patronatus laicali, quæ non ſunt ex fundatione, dotatione, aut conſtructione, ſed ex priuilegio, vel præſcriptione, fuiſſe etiam reſolutum in Cæſarauguſtana Parochialis 10. Iunij coram Gipſio, & in Firmana Beneficij 13. Maij 1596. coram D. Pamphilio, & in vna Cæſarauguſtana Parochialis, de menſe Iunij 1603. coram eodem & in Valentina Parochialis de Carlet 4. Iunij 1602. coram D. Lancellotto, & nouiſſime in Compſana iuris patronatus 23. Ianuarij 1604. coram D. Lita.

Quod

575 Quod procedit etiamſi ius patronatus ex † priuilegio, ſeu præſcriptione ſpectet ad Duces, Marchiones, Comites, vel alios Principes, vt in d. deciſ. Putei 308. & in d. deciſ. 304. diuerſorum, *& in d. Compſana, vbi agitur de iur. patr. Comitum Compſæ.* Niſi ſit ius patronatus Regum, ſeu aliorũ Principum iura Regia, ſeu Imperij obtinentium, vt ſupradictum eſt, num. 219. & tradit Gonçalez gloſſ. 24. num. 159. Quamuis alias iuri patronatus Ducum, Marchionum, vel Comitum ex dotatione, vel fundatione non cenſeatur derogatum, niſi facta fuerit ſpecialis métio quod ad Ducem, Marchionem, vel Comitem ſpectat, vt in reg. Cancell. 40. ſeu 41. de derogatione iuris patronatus, Felyn. ſup. ampliatione 8. Lambert. 3. parte lib. 1. q. 9. art. 11. Rebuff. ſupra num. 62. & Couarr. d. cap. 36. pract. nu. 2. *Caued. deciſ. 35. nu. 7. & Azor. d. lib. 6. c. 23. q. 3.*

576 Vnde ad excludendam † reſeruationem ratione iuris patronatus laicorum, oportet docere de iure patronatus, ex fundatione, conſtructione, vel dotatione, maxime ſtante Concilio Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 9. Gonçal. d. gl. 18. nu. 22. circa quod vide dicta infra, c. 5. à nu. 137. & cap. vltimo, à num. 81.

577 Hoc tamen, quod attinet ad ius patronatus, † ex præſcriptione, ſeu conſuetudine, de quo Couarruu. in regul. poſſeſſor. 2. parte §. 10. intelligo non habere locum, vbi quis allegaret ius patronatus ſibi competere ex fundatione, vel dotatione, & ad id probandũ vteretur *immemoriali* temporis curſu, vt ſentiunt Felyn. d. limitatione 11. Decius conſ. 126. nu. 3. Lambert. d. 3. p. 2. lib. queſt. 8. artic. 3. & quæſt. 9. artic. 25. Caſſador. deciſ. 4. de probatio. & 4. & vltim. de iure patronat. & docet Couarr. d. cap. 36. pract. num. 6. & Zecchus tract. de iure patron. & de republ. Eccleſiaſtic. cap. de ſtatu Legati, ſub nu. 4. dicentes, tunc poſſe procedere opinionem Imolæ in cap. Dilectus, de offic. Legati, & ſic etiam poteſt intelligi Menochius conſil. 90. num. 86. & 87. lib. 1. & ita procedit deciſ. Putei 404. lib. 2. & conducunt dicta infra cap. vlt. à num. 82. & in vna Pampilonen. Beneficij 22. Maij 1557. coram D. Acorambono fuit reſolutum, Expectatiuam non comprehendere Beneficium de iure patronatus ab immemoriali Parochianorũ, quia immemorialis probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Felyn. in cap. cauſam, num. 6. de præſcript. & Felyn. d. limitatione 11. & Caſſador. d. deciſ. 4. de probatio. non habere locum in tempore immemoriali, Mohedan. deciſ. 254. & ita ſolere ſeruare Rotam, niſi ex qualitate perſonarũ poſſet conſtare fuiſſe meram vſurpationem, vt quia eſſent potentes valde; nec obſtare inſtrumentum, de quo in acti; quia, licet ex eo eſſet titulus, nullus tamen; ſtãte immemoriali, præſumitur alius melior, & poterit allegari, &c. vt per Cotam. deciſ. 343. in Miſcell. manuſcrip. vbi affert iſtam deciſionem.

578 Secundo intelligo id procedere † vbi ius patronatus abſolute eſt ex præſcriptione, ſeu conſuetudine, ſecus vbi eſt ex fundatione, & dotatione, licet præſcriptum ab alijs, vt fuit reſolutum in vna Auximana *iuris* patronatus coram Illuſtriſſimo Cardinale, *Seraphino*, vt in deciſionibus ſequentibus 7. Februarij 1586.

☞ *Difficultas huius cauſæ reſtricta fuerat, vt videretur in caſu*, de qua agitur an ſit neceſſaria derogatio *iuris patronatus*, ex quo, licet ius patronatus ſit ex dotatione, & fundatione, ius tamen præſentandi videtur quæſitum ex præſcriptione familiæ de Onophrijs, & ideo videbatur ceſſare ratio illa propter quam requiritur derogatio. Caſſador. de probatio. deciſ. 4. & de iure patronat. deciſ. 4. & fi. nu. 5. & paſſim tenent Canoniſtæ valere prouiſionem Papę, ſine derogatione iuris patronatus, quod eſt ex conſuetudine, vel præſcriptione, vt tradit Card. conſ. 69. col. 2. verſic. ad ſecundum, quem refert, & ſequitur Staph. ſub titulo de modo, & forma impetrandi. §. 4. principaliter nu. 4. quicquid dicat Decius conſil. 126. nu. 3. contrarium tamen concluſum fuit à Dominis, nemine repugnante: intellexerunt enim præfatam doctrinam procedere, vbi abſolute ius patronatus eſt ex conſuetudine, vel præſcriptione, non autem ex fundatione, & dotatione, quia ſemper reſpectu fundatoris militat ratio, quod potuiſſet retrahi, ſi cogitaſſet Papam aliquando, non habita ratione ſuę fundationis, collaturum fuiſſe; nam etiã, quod præſcriptum ſit ius præſentandi, tamen per illud conſeruatur memoria fundatoris, maxime iſto caſu, in quo Domini de Onophrijs habent voluntatem fundatoris pro ſe, licet fortaſſe nullam, cum etiam ex nullo colligatur voluntas, & placebat ſimile ex deciſ. Putei 392. lib. 2. vbi, licet derogatio comprehenderet ius patronatus ex priuilegio, non tamen comprehẽdebat ius patronatus ex priuilegio obtento ratione fundationis, & dotationis. quod etiam probatur & alio ſimili, quando ius patronatus ſpectat ad Clericum ratione Eccleſiæ, & ad laicum ſimul, nam ratione huius mixturæ prævalet qualitas laicalis, & requiritur derogatio, vt poſt alios tradit Fel. in tract. quando literæ Apoſtolicæ. num. 6. in 6. ampliatione, & ideo Cardin. ex aduerſo allegatus d. conſil. 69. num. 4. quoad effectum præſentationis, purificat iſtos caſus, quod quis ſit patronus, vel ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi quoties conſtat de exiſtẽtia iuris patronatus, & ideo dicit neceſſe eſſe, vt fiat mẽtio in impetratione de huiuſmodi iure præſentandi, ſicut ſi eſſent veri patroni, & Cardinalem ſequitur Rota, vt per Puteum deciſ. 404. libro 2. Nec obſtat, quod Staphileus d. §. 4. nu. 6. tradit nõ requiri mentionem, ſi adſunt veri patroni, qui non ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed alij, qui non ſunt patroni, quia iſte non eſt caſus noſter, cum nulli adſint veri patroni qui prætendant ſibi hoc ius competere, immo antiquitate temporis, & acquieſcentia Capituli, & obſeruantia præſumendum eſt legatum, quãuis aſcriptum ſibi ab eodem Notario legatario, inſinuatum, & publicatum, & probatum fuiſſe per teſtes, quo caſu ceſſat omnis ſuſpicio fraudis, vt per Salicetum in l. 1. circa fin. C. de his, qui ſibi aſcripſerunt; cum itaque huius iuris patronatus nulla fuerit facta mentio in gratia Apoſtolica Sanctiſſimi, nam clauſulæ in ea appoſitæ reſpiciunt tantum ius præſentandi competens ex conſuetudine, fuit cõcluſum huiuſmodi gratiam non obeſſe D. Quintiliano.

## *In eadem 17. Martij 1588.*

☞ DOmini ſteterunt in deciſis, non obſtantibus in contrarium allegatis, quia in iſtis materijs ad effectum euitandæ ſurreptionis, attẽditur ſtatus præſens adeo, quod etiam de intruſione debet fieri mentio: cum autem hic ſtatus præſens ſit laicalis, & fun-

datio facta à laico, vtique neceſſaria erat derogatio, nec fieri poteſt fundamentum in eo quod prius fuiſſet relictum ius patronatus Eccleſiæ, quia tollitur ex codicillis, qui fuerunt obſeruati per longiſſimum tempus, nemine contradicente, nec eſt verum, quod Onophrij allegant præſcriptionem, quia illis ſufficit quaſi poſſeſſio, & titulus fundationis ad effectum, vt neceſſaria ſit derogatio, vt ex authoritate Cardinalis conſ. 69. fuit alias deductum, nec facit Staphileus. §. 4. nu. 4. de modo, & forma impetrandi, quia loquitur in caſu meræ conſuetudinis, vel præſcriptionis. Et conducit deciſio Gerunden. Beneficij de qua infra num. 582.

579 Vnde etiam in caſu Staphileij † dict. §. 4. principaliter num. 6. quando aliqui ſunt veri patroni ex fundatione, vel dotatione, ſed non ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed alij, quibus ratione poſſeſſionis competit præſentatio, videtur requiri mentio, & derogatio iuris patronatus, &c. quia militat eadem ratio, de qua in dicta deciſ. Auximana, licet non ſit facienda mentio verorum patronorum, ſed poſſeſſorum, & ita contra Staphileum ibi recte tenet Couar. d. cap. 36. pract. numero 6. verſic. quinto principaliter. *Facit deciſ. Rot. in Firmana Altaris de Dorijs 15. Februarij 1610. coram D. Marcomentio infra relata ca. vlt. num. 91.*

580 Tertio quod attinet ad ius † patronatus ex priuilegio, id intelligo, niſi ius patronatus ex priuilegio, ſit cum clauſula, quod huiuſmodi ius patronatus nõ ſit ex priuilegio, ſed ex vera, & reali fundatione, ac dotatione laicali, vt in indulto Ducis Albæ, in quo dicitur, nec non, quod huiuſmodi ius patronatus ſit illuſtrium, &c. non ex priuilegio, ſed ex vera, & reali fundatione, & dotatione laicali, ſeu cum clauſula, quod ius patronatus huiuſmodi habeatur, ac ſi ex vera dotatione, & fundatione competeret, vt in indulto à Clemente VII. conceſſo Marchioni de Aſtorga, eius vita durante, hæc enim clauſula operatur, vt in gratia Apoſtolica requiratur eius mentio, & derogatio, & Beneficia non veniant ſub reſeruationibus, ſicut ſi eſſent iuris patronatus ex fundatione, &c. Nam facit, quod, licet hæc qualitas inſit ex priuilegio, debeat tamen regulari prout regulantur ea, quę ex dotatione, & fundatione competunt, niſi de mẽte contraria Papæ apparet, alias nihil operaretur illa æquiparatio, ita Rota in cauſa Aſtoricen. Archidiaconatus 19. Martij, & 4. Maij 1576. coram D. Seraphino, vt in deciſ. 137. & 468. nu. 1. p. 1. diuerſorũ, Mieres. de maioratib. 1. p. q. 51. nu. 35. maxime, ſi adeſt etiam clauſula, quod non poſſit derogari niſi de toto tenore, &c. plena, ſpecifica, individua, expreſſa, ac de verbo ad verbum, &c. mentio fiat, &c. vt in d. dec. 137. nu. 2. & d. deciſ. 468. & in deciſ. 304 2 p. diuerſorum, & in deciſ. Putei. 308. lib. 3. & poſt hæc tradit Gonçalez gl. 18. à nu. 92. & vide dicta ſupra à nu. 566. *Quamuis contrarium tenuerit Rot. in cauſa Compſana iuris patr. 3. Decemb. 1604. coram D. Lita, nempe, beneficia iurispatr. ex priuilegio cadere ſub regula reſeruatoria 8. menſium, non obſtante quod Papa decreuit huiuſmodi iuſpatr. cenſendum eſſe perinde ac ſi eſſet ex dotatione, & fundatione, & cum alijs clauſulis ampliſſimis, quia ex eiſdemmet verbis, inquit, conuincitur illud non eſſe ex dotatione, aut fundatione, ſed ex priuilegio & gratia Papæ, qui ita diſpoſuit, & noluiſſe Congreg. Concil. & tenuiſſe Rotam in cauſa Plac. de Murabel coram Orano, vt in dec. & declarationibus per nos adductis, infra c. 9. num. 117. & ſeq. Sed illæ declarationes & dec. Plac. loquuntur ad aliam effectũ nempe reuocationis iurispatr. per Concil. c. 9. ſeſſ. 25. de refor. ſecus eſt in propoſito, in quo ſuppoſito quod ius patr. licet ex priuilegio ſit validum, vt quo ſit conceſſum, ſeu conualidatum poſt Concilium, vel alias, non debet cadere ſub reſeruatione. ſtante illa clauſula, quod cenſeatur ex dotatione & fundatione, ex dictis, & ita videtur ſeruari indulto Ducis Albæ, qui Papa ſciente & patiente præſentat ad beneficia vacantia in menſibus reſeruatis, ad quos eſt reſtrictum indultum, vt infra nu. 648. & infra cap. vltimo à num. 117.*

581 Rurſus id intelligo, † niſi ius patronatus ex priuilegio ſit ex cauſa onerosa augmenti dotis. ad pradita per Hiero. Gabr. conſil. 195. lib. 1. ſeu ratione fundationis, & dotationis, vt in ſpecie deciſ. Putei 392. lib. 2. & fuit dictum in Auximana ſupra adducta numero 578. *& in d. Compſana iurispatr. 23. Ian. & 3. Decembr. 1604. coram D. Lita, vbi dicitur, quod ad cognoſcendum an fuerit conceſſum ex cauſa onerosa, debet ſpectari & perpendi, quod impenſum fuit, an ſcilicet illud æquiualeat. & commenſuretur conceſſionis alias enim inducari potius debet ex mera gratia quam ex cauſa onerosa, &c. Et alias in vna Comen. iurisp. 8. Ian. 1601. coram Seraphino fuit dictum, quod non dicitur cauſa onerosa, vbi expenſa non correſpondet valori rei: & ſic priuilegium iurispatr. non poſſe dici ex cauſa onerosa.* & vide dicta infra d. ca. vlt. à num. 120. & 124.

582 Prædicta autem concluſio ſic † declarata ampliatur primo, vt procedat etiam in Beneficijs iuris patronatus mixti laicorum, & clericorum, nam iſta etiam non comprehendũtur ſub reſeruationibus nec à Legato à Latere conferri poſſunt, de quo infra ca. 3. nu. 67. nec valeret prouiſio Papæ, non facta de eo mentione, &c. Felin. d. tract. quando literæ Apoſtolicæ ampliatione 6. & limitatione 3. Selua d. 3. p. q. 11. nu. 17. & 22. Rochus verb. ius, nu. 15. Lambert. d. 3. p. 2. lib. quæſt. 9. art. 9. Rebuff. de nominat. quæſt. 15. nu. 6. & 7. Gigas de penſio. q. 14. Simoneta d. q. 9. nu. 3. & ibi Granutius, Mandos. d. reg. 1 quæſt. 10. nu. 8. & de ſignatura gratiæ, titu. de derogatione iuris patronatus, verſic. & ius patronatus. Couar. d. cap. 36. pract. nu. 5. verſ. 3. opportune. Hoieda de incompatibilitate, c. fin. nu. 114. Caſſad. deciſ. vlt. ad fin. de iure patron. & 4. de probatio, nu. 10. Achilles deciſ. 316. ſeu 3. de iure patron. Creſcen. 3. eod. tit. Puteus 157. lib. 3. Rota deciſ. 574. num. 10. p. 1. diuerſorum, *poſt hos Alex. Monet. d. c. 1. de op. num. 85. Piaſec. p. 2. ca. 5. nu. 8. Azor. d. lib. 6. c. vlt. q. 7. & Zanallos lib. 4. quæſt. 1. ſeu 897. à nu. 546.* & nouiſſime in vna Gerunden. Beneficij 15. Decemb. 1599. coram D. Seraphino, ſeu Penna, *vt in dec. 540. nouiſſ. Farin. & fuit confirmatum in eadem 3. Decẽb. 1601. & 19. Apr. 1602. corã D. Lita, vt in deciſ. 541.* in qua fuit reſolutum, Conſtare de iure patronatus, cuius initium fundationis habetur, & regulam reſeruatoriam 8. menſium non comprehendere Beneficia iuris patronatus. Verallus deciſ. 405. in manuſcriptis. nec obſtare, quod ius patronatus ſit mixtum, quoniam ad hunc effectum reputatur laicale. Achill. deciſione 3. de iure patronat. Verall. ibi Puteus 157. libro tertio, & etiam ad hunc effectum videri ſufficere ſolum quaſi poſſeſſionem præſentandi, vt per Zabarellam conſilio 69. numero 4. Cald. 23. de præbend. Mohed. deciſ. 179. Puteus 206. lib. 1. Simoneta quæſt. 70. Thanis deciſ. 3. & fuit dictum

ſtum in cauſa Vicen. Beneficij 19. Nouembr. 1599. coram D. Pamphilio, neque etiam hoc caſu neceſſariam eſſe probationem deſcendentiæ patronorum, ex quo reperiuntur in quaſi poſſeſſione præſentandi. Creſcen. deciſ. 9. de iure patron. &c.

Et fuit dictum in illa Auximana ſup. adducta nu. 578. & in Firmana Beneficij infra adducta nu. 591. & tradit poſt hæc Gonçalez d. glo. 18, à nu. 8. Et hæc ſententia eſt communiter recepta, vt ex prædictis apparet, licet contrariam teneat Rota deciſ. 46. de Præben. alias 269. in antiquis, Staphil. tit. de modo, & forma impetrandi. §. ius patronatus quomodo probetur numer. 3. & Æneas de Falcan. 4. quæſt. effectu 14. qui ait comprehendi in reſeruatione Papali, licet non in reſeruatione Legati, & Ferrettus conſil. 132. num. 4. dicens ius patronatus mixtum regulandum eſſe, vt Eccleſiaſticum, & valere prouiſionem Papæ etiamſi nulla de eo fuiſſet facta mentio, cum cenſeatur totum Eccleſiaſticum, de quo non eſt facienda mentio. in hoc tamen ſeruandum eſſe ſtilum Rom. Curiæ, & vide infra dicta c. 3. à nu. 67.

583 Solet tamen iuri patronatus mixto derogari † in totum in prouiſionibus Papæ, Caſſador. Creſcenſ. & Puteus ſup. & Rota d. deciſ. 574. Mandoſ. d. titul. de derogatione iuris patronat. & Flam. Pariſ. lib. 2. de reſignat. quæſt. 4. à num. 49. per clauſulam in ſupplicationibus apponi ſolitam. Et cum derogatione iuris patronatus, quatenus de illo exiſtat, quod diſpoſitiue in literis, ſi videbitur, reg. contraria nõ obſtante, exprimi poſſit, citra tamen illius approbationem, videlicet ſi laicorum tantum, etiam nobilium, ac illuſtrium, eiſque ex fundatione, vel dotatione cõpetat pro medietate, alias, ſeu ſi litigioſum, vel deuolutum ſit, in totum latiſſime extenden. Quæ derogatio, inquit Couarru. ſup. quod non admitteretur in Hiſpania, niſi vbi maiori ex parte ius patronatus Eccleſiaſticum eſſet. *Et ſequitur Zanall. ſupra à num. 553.*

584 Et aduerte, † quod non derogatur iuri patronatus mixto, quia ſolet Papa derogare iuri patronatus laicorum pro medietate, & ſic derogat parti laicorum, parti autem clericorum derogare non eſt neceſſe, vt inquit Achilles d. deciſ. 3. ſeu 316. nu. 8. Nã, vt apparet ex d. clauſula, derogatio pro medietate eſt iuris patronatus laicorum tantum, & iuri patronatus mixto derogatur in totum per illa verba, alias in totum, Caſſador. dict. deciſ. vltim. ad fin. & Mandoſ. ſupra.

585 Et derogatio pro medietate † non eſt aliud, quã reducere conſenſus per plures patronos præſtandos ad medietatem, ita quod ſufficiat habere tot voces, quæ pro medietate faciant maiorem partem, Mandoſ. conſ. 7. nu. 16. & Flam. Pariſ. ſupra nu. 55. & 56. ſic intelligendi.

586 Vnde, inquit † Mandoſ. ibi, & d. tit. de derogatione iuris patronatus, verſ. quando eſt ius patronatus vnius tantum, & Flam. Pariſ. d. nu. 55. quod, quãdo præſentatio ſpectat ad vnum tantum, non derogatur pro medietate, nec d. derogatio ſuffragatur, quia præſentatio in vno conſiſtens, ſeu vnius conſenſus, eſt quid indiuiſibile. Cui conſonat quod alias Rota *dixit in* vna Firmana Beneficij 12. Maij 1595. coram D. Blanchetto, Quod derogatio pro medietate *non* poteſt applicari iuri patronatus Vniuerſitatis *quæ* vnum tantum corpus conſtituit, & ſic præſentatus à minori parte non poteſt iuuari tali derogatione, licet ſecus eſſet dicendum, ſi ad ſingulos pertineret, &c.

587 Quę tamen dicta, † & ratio non videntur ſolida, & indiſtincte vera; nam, cum vnus patronus poſſit præſentare plures cumulatiue, clem. plures ad fin. de iure patron. præſentatio in vno conſiſtens nõ poteſt dici quid indiuiſibile, & conſequẽter derogatio pro medietate poſſet ſuffragari in illo caſu; quamuis in caſu d. deciſionis Firmanæ non poſſet ſuffragari, ex quo vnus tantum eſt præſentatus ab Vniuerſitate, præſentatio enim à minori parte facta perinde habetur, ac ſi facta non fuiſſet, vt ibi dicitur.

588 Vnde etiam in d. Firmana Beneficij, † de anno 1594. coram eodem D. Blanchetto fuit reſolutum, Quod derogatio iuris patronatus, quatenus laicorũ pro medietate non ſuffragatur, niſi quãdo prouiſio Apoſtolica eſt in fauorẽ vnius ex præſentatis, non autem quando vnus ſolus præſentatur, & alter ſolus obtinet ſibi de Beneficio, vti libero, prouideri, & euẽtualiter derogari iuri patronatus, nam hoc caſu ſequeretur, quod ipſe Papa, qui voluit tãtum pro medietate derogare, derogaſſet in totum, & ita fuit intellecta dict. deciſio Achillis 3. de iure patronatus, &c.

589 Et de derogatione iuris patronatus laicorum, † vide d. reg. Cancellariæ 40. ſeu 41. de derogatione iuris patronatus, & ibi Gloſſator. Soto, & Rebuff. & in praxi 3. p. ſignaturæ, verb. necnon iuris patronatus, & de nominatio. quæſt. 15. Palacios Rubios in libello de Beneficijs in curia vacant. §. 11. Mandoſium de ſignatura, d. tit. de derogatione iuris patr. & d. conſ. 7. Couarr. dict. c. 36. practic. Salcedum ad Bernard. Diaz regula 400. Azeuedum l. 5. titulo 6. libro 1. recopil. & Flam. Pariſ. d. lib. 2. de reſignat. quæſt. 4. à num. 31.

590 Et aduerte cum Rebuffo d. verb. necnon † iuris patronatus, num. 27. & Mandoſio, dict. titulo de derogatione iuris patronat. verſic. ſimiliter quando, quod quando Beneficia vacant per aſſecutionem alterius, aut deuolutionem, & alio quouis modo vbi Beneficia habent poſſeſſores, quos opus eſt per lites expellere, derogatur iuri patronatus laicorum, etiam Principum, in totum, quod æquum videri ait Rebuff. ibi, & re vera eſt rationi conforme. Et tunc derogatio credo admitteretur etiam in Hiſpania, non obſtantibus legibus Regijs.

Secundo ampliatur d. concluſ. vt in Beneficijs iu-
591 ris patronatus † laicorum, ſeu mixti, ſicut non cadit expreſſa reſeruatio, ita nec tacita, quæ reſultat ex appoſitione manus Papæ. Ita fuit reſolutum in vna Firmana Beneficij 13. Maij 1596. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, vt in ſequenti deciſione; Fuit dictum Cæſarem teneri ad iuſtifican. gratiam centum florenorum, & ex inſpectione actorum apparere illam non eſſe iuſtificatam, cum enim Fabius actor plene probauerit intentionem ſuam, docendo de iure patronatus, & ſe fuiſſe præſentatum ip tempore à veris patronis, vt apparet ex deciſion. factis coram D. Blanchetto, à quo etiam inſtitutionem accepit, tenetur Cæſar, licèt reus, & poſſeſſor, qui excipit de derogatione iuris patronatus, plene iuſtificare ſuam exceptionem, in qua dicitur actor. Aymon. conſ. 226. nu. 8. & fuit reſolutum coram D. Oriolen. 24. Nouembris, in cauſa Cæſarauguſtaua Parochialis, &, conſequenter, cũ fundet ſe in gratia cẽtum florenorum, &

vtatur derogatione iuris patronatus in ea poſita ad excludend. intentionem Fabij actoris, tenetur illam iuſtificare, vt derogatio ſibi ſuffragetur; ex vulgari regula; quod omnia narrata, tamquam pars gratiæ ſunt verificata. Ioann. And. Gemin. num. 8. Francus 17. in c. 1. de lits conteſt. in 6. Aegid. deciſ. 26. Felin. in cap. ad aures colum. 3. & in c. conſtitutus in princip. de reſcript. & hoc procedit, etiam quando verſamur in gratia authoris; quia cum Cæſar ad excludẽdum Fabium indigeat iure, & gratia ſui authoris, tenetur illam verificare, quando, prout hic, non fuit triennalis poſſeſſor, & ius reuocatur in dubium, Aegid. deciſ. 113. Caſſador. deciſ. 2. num. 1. de cauſa poſſeſſ. Rebuff. in praxi, titul. de ſubrogatione num. 55. Verallus deciſ. 92. lib. 1. in manuſcriptis, & ſimiliter, quando reus excipit de iure tertij ad excludend. intentionem actoris, tenetur illud iuſtificare perinde ac ſi principaliter fuiſſet deductum, vt tenuit Rota in cauſa Gerunden. Capellaniæ 17. Decembr. 1574. coram D. Lancellotto. Et tunc fuit dictum, idem fuiſſe reſolutum in vna Hiſpalenſ. Canonicatus coram D. Aldobr. 17. Maij 1557. Non obſtat deducta, contra præſentationem Fabij, nam, quod dicitur illam fuiſſe nullam propter appoſitionem manus Papæ, iuxta cap. vt noſtrum, de appellat. non procedit in Beneficio iuris patronatus laicorum, in quo non cadit tacita reſeruatio, quæ reſultat ex appoſitione manus Papæ, ſicut non cadit expreſſa, Lapus allegatione 84. num. 6. per totum, Gemin. in ☐ p. 4. num. 22. de Præbend. in 6. vbi Francus nu. 8. quod habet locum etiam in iure patronatus mixto, quia qualitas laicalis præſeruat ab affectione, Collectarius in cap. ex tenore, num. 4. de conceſſ. Præbend. Mandoſ. reg. 1. quæſt. 10. num. 8. Creſcen. deciſ. 156. Achill. deciſ. 3. de iure patronatus, Puteus deciſ. 251. li. 3. & fuit reſolutum coram Oriolen. in vna Valentina Beneficij Sancti Iacobi, de anno 1576. quod dicitur, Fabium fuiſſe præſentatum tantum à medietate patronorũ, alia medietate neminem præſentante, non obſtat, cũius patronatus, tãquam individuum reſideat penes quemcumque patronum in ſolidum, quoad omnes eius effectus, & conſequenter vnius præſentatio tribuit ius ad petend. inſtitutionem, etiam quod alij non præſentent, nec vtantur iure ſuo, gloſſ. verb. diuidit. in cap. 1. & ibi Abb. num. 7. & alij de iure patron. & ideo ſufficit Fabio fuiſſe præſentatum à ſola medietate, vt potuerit inſtitui, maxime, cum alij nõ præſentauerint, & præſentatio à patrono cenſeatur facta communi nomine, Feder. de Senis conſil. 102. in fine, Abba. conſil. 54. ſub nu. 3. lib. 1. Ruinus conſ. 50. num. 10. libro 1. Puteus deciſ. 298. in fin. libro 1, non obſtat, quod Fabius obtinuerit gratiam, ſi neutri, quia non ideo dicitur renunciaſſe ſuæ præſentationi, cum notiſſimum ſit in Beneficialibus admitti multiplicationẽ titulorum, & aliquem poſſe pluribus titulis iuuari, cap. poſt conceſſionem, de conceſſ. Prębend. Caſſador. deciſ. 21. num. 5. ſuper regulis, & deciſ. 3. de cauſa poſſ. in fin. Verallus deciſ. 280. lib. 1. in manuſcriptis, & noviſſimè poſt hæc tenet Gonçalez gloſ. 52. nu. 54. 16. *Tertiò ampliatur, vt beneficia iuris patr. laicorum, ſeu mixti, non comprehendantur in reſeruationibus, non ſolum quoad tollendam patronorum præſentationem, ſed etiam quoad inſtitutionem, quæ etiam non cenſetur reſeruata Papæ, & ablata ordinarijs, vt per Couar. d. c. 38. practi. nu. 5. quem ſequuntur Leſſ. lib. 2. c. 34. nu. 37. Azor. d. li. 6. c. vlt. q. 9. cõtra gl. reg. Cancell. 40 ad fin. cuius opinionem probant ipſi in Epiſcopatibus, Abbatijs, Prioratibus, Decanatibus, & alijs dignitatibus, quæ Summo Pontifici reſeruantur, per reg. 2. & 3. Cancel. in his etenim laici patroni vtuntur præſentatione, & eam exhibere tenentur Romano Pontifici, non Prælatis inferioribus, at in beneficijs minoribus præſentatio fieri poteſt ordinario, & quod ita eſt vſu receptum, &c. Sed certe gloſſator ibi ſolum loquitur de Epiſcopatibus: & ita eum alleganimus ſup. nu. 220. & cõtra Couar. & ſequaces verius exiſtimo, quod non ſolum in beneficijs minoribus, ſed etiam in decanatibus & alijs dignitatibus, quæ reſeruantur per reg. 3. præſentatio fieri poteſt ordinarijs, & ab eis fieri inſtitutio; & cõſentẽtia ſolum habet locum in Abbatijs, ſeu prioratibus, & aliis dignitatibus conſiſtorialibus, quæ per conſiſtorium prouideri ſolent; & in dignitatibus exemptis ab ordinarijs, in quibus quemadmodum in Epiſcopatibus præſentatio eſt facienda Papæ; & ita potius eſt vſu receptum. Vnde concluditur, quod indiſtinctè & abſolute ait Zanall. lib. 4. q. 1. ſcn 897. num. 556. male allegans Couarr. ſupra quod licet beneficia iuris patronatus laicorum non comprehendantur in reſeruatione, illud eſt intelligendum quoad tollendam præſentationem patronorum, ſecus vero quoad inſtitutionem, quæ Prælatis competit.*

592 Eſt autem ius patronatus laicorum, † quod alicui, ſiue laico, ſiue clerico non ratione Eccleſiæ, ſed ratione proprij patrimonij, competit. gloſſ. in Clementina plures. verb. præſentare. de iure patronatus. Felinus tract. quando literæ Apoſtolicæ, ampliatione 5. Hier. Paulus in pract. Cancellariæ, verſic. in cauſa mea. Maioricen. Rochus d. verſic. ius, quæſt. 7. nu. 13. Lambert. 1. part. lib. 1. quæſt. 1. articul. 5. Rebuff. in praxi ſignaturæ 3. part. verb. necnon iuris patronatus, num. 7. & tit. de præſentatione, num. 7. Coraſ. de Benefic. 4. part. cap. vltim. num. 8. Duarenus lib. 5. cap. 4. Couarruu. cap. 36. pract. num. 2. Didac. Perez in l. 2. titul. 6. lib. 1. ordinamenti, Hoieda de incompatibilitate, cap. fin. num. 113. Spino. gloſſ. 4. num. 15. Granutius ad Simonetam, quæſt. 9. num. 11. Maſcard. de probat. conciuſ. 960. nu. 9. Flam. Pariſ. libro 2. quæſt. 4. num. 40. & Zaualios, quæſt. 282. num. 8. *Leſſius d. lib. 2. c. 34. nu. 18.* & alij, & vt inquit Rebuffus d. tit. de præſentatione, num. 7. ſi non appareret, attenditur ius ſucceſſionis; nam ſi illud per ſucceſſionem deferatur, præſumitur laicum, quia iura Eccleſiaſtica iure ſucceſſionis non dantur.

593 Sed dubitatur, † quando clericus Beneficiatus ex bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, ac redditibus Beneficiorum fundat, ſeu dotat aliquam Eccleſiam ſeu Capellam, aut Capellaniam relinquendo, & nominando patronos ſuos hæredes, vel conſanguineos, an tale ius patronatus cenſeatur laicale, an Eccleſiaſticum? In quo videtur certum eſſe Eccleſiaſticum ex ſuppoſitione facta, quod fundatio, ſeu dotatio facta eſt ex bonis Eccleſiaſticis, & non patrimonialibus, Felin. in cap. ex literis de conſtitut. num. 3. Rochus dict. verb. ius, num. 18. Lambert. 1. parte lib. 1. quæſt. 8. art. 7. Rebuffus in praxi dict. verb. necnon iuris patronatus, num. 8. Mandoſ. d. regul. 1. quæſt. 10. num. 6. & d. tit. de derogatione iuris patron. verſ. primus eſt, & ſeqq. Couarru. d. cap. 36. num. 2. Hoieda d. cap. fin. nu. 113. Spino. d. gloſ. 4. nu. 16. Maſcar. d. conciuſ. 960. Flam. Pariſ. d. quæſt. 4. num. 39. & Zauallos ſupra Achill. deciſione 214. ſeu primo de iure patronat. Creſcen. 9. eodem tit. Puteus deciſ. 218.

lib. 1.

lib. 2. & 90. lib. 3. & Mohedan. decis. 9. de iure patronat. alias 322.

Ex quibus apparet, quod quoties ex bonis Ecclesiasticis Ecclesia fundatur, construitur, seu dotatur, ius patronatus est Ecclesiasticum, & agunt, quid in dubio dicendum sit, quando non constat, ex quibus bonis fundatio, constructio, seu dotatio facta est, & sequitur Gonçalez glos. 18. à n. 107. *Tusch. concl. 619. lit. 1. Vgol. de offic. Epis. cap. 51. nu. 3. & Lessius d. cap. 34. num. 18.*

594 Ego tamen cogitabam, † id procedere inspecto iure communi, secundum quod Clerici non possunt testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, sed Ecclesia, seu successor in Beneficio succedere debeat in eis cap. 1. cum sequent. de peculio Clericorum cap. cum in officijs. cap. relatum 2, cum alijs de testament. de quo supra 2. parte cap. 1. à nu. 8. vnde erat in iure patronatus acquisito ex fundatione, seu dotatione facta ex bonis Ecclesiasticis, vt pertineret ad Ecclesiã, & sic ad successores in Dignitate, vel Beneficio, nec posset talis fundans, vel dotans sibi, vt priuato nec consanguineis, aut alijs illud applicare, cum acquiretur Ecclesiæ, glossa per text. ibi in cap. Apostolicos. in fin. verb. construxisse. 12. quæst. 2. Abb. in c. 3. de Ecclesijs ædificand. nu. 12. Felinus in cap. cum venerabilis nu. 37. vers. & adde, de except. Rochus dict. n. 18. & verb. Ecclesiam fundauit, num. 8. & verb. dotauit. numer. 16. Paul. de Citadinis de iure patronat. 3. parte causa 1. num. 81. late Lambert. qui alios refert dict. artic. 7. *Prob. ad Monach. in rubr. de iur. patr. in 6. nu. 1. Rot. decis. 566. nouis. Farin. nu.* 2. & sic tale ius patronatus est Ecclesiasticum, & ideo Rota in dictis decisionibus Achillis. Crescentij, Putei, & Mohedani censuit ius patronatus à Clerico Beneficiato, qui Capellaniam fundauit, relictum suis hæredibus, aut consanguineis, censeri laicorum, ex quo eis fuit relictum in fundatione, & erant in quasi possessione præsentandi, & sic præsumitur fundatum ex bonis patrimonialibus; nam alias non posset illis relinqui, nec fuissent admissi ad præsentandum iuxta dicta, refert Mandos. dict. tit. de derogatione iuris patronatus vers. quæro. N. Presbyter, & sequitur Gonçalez dict. glos. 18. à num. 107. & similiter in vna Pisana, in qua Archiepiscopus reliquerat quædam prædia Capellæ positæ in Ecclesia Pisana referens ea prædia empta de proprijs pecunijs, & relinquens ius patronatus hæredibus suis, de anno 1526. fuit pro maiori parte resolutum esse ius patronatus laicale ex fundatione, vt apud Gambatum decis. 53. in manuscriptis, & refert Mandos. d. tit. de derogatione iuris patronatus, à versicul. pro præmissorum declaratione, in vltima editione, & vbi in versicul. quintus casus, in fin. dicit, Domini de Rota pro maiori parte tenuerunt esse ius patronatus Clericale, est erratum, & debet dicere, laicale, vt apparet ex sequentibus; at cum in Hispania ex generali consuetudine Clerici possint testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, & in illis eis ab intestato succedatur, sicut in bonis patrimonialibus, vt diximus d. cap. 1. 2. parte, videtur dicendum, quod, si Clericus Beneficiatus ex bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis fundet, seu dotet aliquam Ecclesiam, seu Capellam, aut Capellaniam, poterit sibi, & hæredibus, seu consanguineis applicare ius patronatus, sicut posset si de bonis patrimonialib. id fecisset, & quod si de iure patronatus nihil disponat spectabit ad eius hæredes, non vero ad Ecclesiam, & consequenter istud ius patronatus, non Ecclesiasticum, sed laicale censeri debet.

595 Quod etiam videtur militare † in Episcopis habentibus indultum, & facultatem testandi à Papa, fundantibus ius patronatus ex bonis acquisitis ex Episcopatu, & ita videtur in Hispania receptum, sæpe enim Clerici fundant, & dotant Capellanias ex bonis acquisitis suis Beneficijs Ecclesiasticis, & relinquunt ius patronatus suis consanguineis, approbantibus Ordinarijs, & nunquam tali iuri patronatus contradicentibus, & ad eorum præsentationem fit institutio talium Capellaniarum, in quocunque mense vacent.

596 Immo, quamuis Episcopi † non possint testari de bonis ex Episcopatu acquisitis, tamen cum inter viuos fundant, seu dotant aliquam Capellam, seu Capellanias, quod sæpe accidit in Hispania solent relinquere ius patronatus suis consanguineis, aut alijs sibi bene visis, absque eo, quod Ecclesia, seu successor in Episcopatu, vel Camera Apostolica ad quam bona relicta spectant, in eo succedat, aut se intromittat & ideo, stante hac consuetudine, etiam istud ius patronatus consanguineis laicis relictum, videtur censendum laicale, quia, vt dicit Mohedan. decisione 9. in fin. ius patronatus laicorum dicitur, vbi præsentat laicus; quæ mihi satis probabilia videntur, quamuis à nullo authore asserta, seu tacta inueniam.

597 In quorum confirmationem † facit resolutio in causa Pistorien. Decanatus, de anno 1554. coram D. Montisflascon. quam adducit Guidobonus, decis. 118. in manuscriptis, in qua fuit resolutum. Quod erecto Beneficio de iure patronatus laicorum, in titulum Dignitatis Decanatus reseruato iure patronatus ipsius Decanatus pro quatuor vocibus patronis Beneficij, & pro quinta parte Fratri laico ipsius possessoris Beneficij, consentientis erectioni? & dotem augentis de proprijs bonis, sibi à Deo collatis, istud ius patronatus non est mixtum, sed pure laicorum, ex fundatione, & dotatione; nam quoad quatuor voces, Domini dixerunt, sæpius esse tentum, quod si constat Beneficium esse de iure patronatus, pro vt in illo casu, semper præsumitur, ex fundatione, & dotatione, secus, si de illo non constat, sed patroni sunt in quasi possess. præsentandi, & inhærendo huiusmodi quasi possessioni præsentauerunt, quia tunc præsumitur ex vsurpatione, vel priuilegio, nisi talis quasi possessio sit vltra centum annos, quia eo etiam casu præsumitur ex fundatione, & dotatione, quoad quintam vocem, quamuis clericus dotasset, etiam de bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ, ex quo in erectione ius patronatus reseruatur laico Fratri ipsius Clerici, non potest dici clericorum, nec curandum est, vnde proueniat dos, quando ius patronatus datur laico, secus si daretur ipsi Clerico, quo casu intrasset dubium, an dotasset de bonis proprijs, vel ab Ecclesia prouenientibus? vt per Rochum, verbo ius, quæstione 7.

Secundo dubitatur, an ius patronatus competẽs
598 † seu relictum operarijs, id est, præfectis fabricæ Ecclesiæ, seu œconomis Ecclesiæ (hispane Mayordomos) qui solent esse laici, sit laicale, an Ecclesiasticum? in quo Felin. d. tract. quando literæ Apostolicæ, limitatione 4. tenet esse laicale, ex quo illi sunt

laici, & non habent habitum religioſum, nec gaudent priuilegio fori, & Canonis, quod etiam extendit ad Hoſpitalarios, id eſt, adminiſtratores Hoſpitalium. ſequitur Selua, 3.p.q.11.12.qualitate, 4.fallentia nu.23. ſeu 60. & idem videtur tenere Couarr. d.c.36.num.8.

599 Contrariam tamen ſententiam, nempe, quod † ſit Eccleſiaſticum, tenent Hieron. Paulus in practic. Cancell.d.verſ.in cauſa mea Maioricen. & Lambert. 1.p.1.lib.quæſt.1,art.10,nu,6. ex eo, quod, licet ſint laici, tamen eis competit ratione officij, & adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ, & ſic iſtud ius patronatus non prouenit ex eorum perſonis, ſed ex ipſa Eccleſia, & inquit Hieronym. Paulus, iſti, quamuis laici, quoad hanc adminiſtrationem, habentur pro perſonis Eccleſiaſticis, & repreſentant perſonas Eccleſiaſticas, quæ de jure habent curam fabricæ, & adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ, & ſic ratione officij, & vti tales adminiſtratores, poſſunt conueniri coram judice Eccleſiaſtico, & in hanc ſententiam Hieron. Paul. inclinat Maſcard.d.concluſ.360.num, 14. eandem ſentẽtiam tenet Rebuffus in praxi, titulo de preſentatione num.60.dicens, quod ius patronatus competens ædituis, ſeu operarijs Eccleſiarum laicis, dicitur Eccleſiaſticum, quia ratione Eccleſiæ eis competit, etiamſi ſint laici, & ſequitur Gambarus de officio Legati. lib.3. num.390, & 415, qui tamen nu.382. intelligit doctrinam Felini, quando illi præfecti fabricæ ſunt laici, & non deputati, vel confirmati authoritate Epiſcopi. Sed meo videri ſufficit eſſe deputatos à Parocho, vel ab alijs, ad quos de cõſuetudine pertinet, & indiſtinctè verior mihi videtur hæc ſententia, nam & iſti, tanquam patroni Eccleſiaſtici, habebunt, non quadrimeſtre, ſed ſemeſtre ad præſentandum, & ita in vna Salamantina Capellaniæ del Voto, 5. Iulij 1593. coram D. Pamphilio infra adducta, 6.par.cap.4.num.41. fuit dictum illam Capellaniam, cuius patroni erant Parochus, & œconomus Eccleſiæ, qui erat laicus (*hiſpane el Cura, y el Mayordomo de la Igleſia*) eſſe iuris patronatus Eccleſiaſtici, & vti talem fuiſſe comprehenſam ſub reg. reſeruatoria 8. menſium, &c.

Et idem mihi verius videtur in iure patronatus
600 † ſpectante ad Hoſpitalarios, id eſt, adminiſtratores Hoſpitaliũ, etiam laicos, quando Hoſpitale fundatum eſt, ſeu approbatum authoritate Epiſcopi, vt tenet Lambert. ſupra num.7 & etiam Gambarus d. lib.3.num.413. & ieqq qui docet, quod, quamuis ius patronatus fraternitatum laicorum, ſit laicale, de quo ſtatim dicemus, hoc tamen limitat. quando hoc ius competeret fraternitatibus, vel alijs Collegijs laicorum, ratione alicuius rei, quæ eſſet Eccleſiaſtica, vel locus pius, vt quia fraternitati commiſſa eſſet cura Hoſpitalis, vel fabricæ Eccleſiæ, ratione cuius tale ius competeret, hoc, inquit, Eccleſiaſticum iudicatem, cum tales ea de cauſa ſubſint iudici Eccleſiaſtico. authent. de Sanctiſſim. Epiſcop. §. œconomos, & facit, quod tradit. Bald. in l. ſi quis ad declinandum, C. de Epiſcop. & Cleric. colum. 11. verſicu!, deinde quæro, & intelligit Gambarus de Hoſpitali erecto authoritate Epiſcopi iuxta dicta ibi, numer. 381. & lib. 5. rubric. de poteſtate Legati, circa Hoſpitalia, num. 33.

601 Et faciunt quæ tradunt Felyn. in cap. de † quarta de præſcript. à num. 2. Balbus de præſcript. 1. par. 5. partis in princ. nu. 6. Selua de Benefic. 1. p. quæſt. 6. nu. 8. Tiraquell. de priuilegijs piæ cauſæ in præfatione, verſ. item relictum, & ſeq. id quod plerique. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. ſi in euidentem, verſ. an in alienatione. Anton. Gabr. de cauſa pia, concluſ. 2. Gama deciſ. vltim. num. 6. & ib. Additionator Flores de Mena. & quæſt. 21. à nu. 175. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 30. nu. 6. & 7. & deciſ. 93. nu. 36. & 45. Redoanus de rebus Eccleſiæ, rubric. 27. & rubr. 33. caſu 12. Padilla in l. ſi aquam. C. de ſeruit. & aqua, num. 46. Ioann. Gutierez canon. quæſt. lib. 1. cap. 35. nu. 29. Azeuedo in l. 1. tit. 1. lib. 4. recopil. à nu. 26. & in l. 1. tit. 18. lib. 9. nu. 4. Maſchard. concl. 869. Scholis de cenſibus lib. 2. cap. 3. num. 11. A. Rochus, de viſitatione, verb. Hoſpitalia. Zerola in praxi Epiſcopali, 1. part. verb Hoſpitale, §. 3. 2. dubio, *Roch. de iure patr. verb. in Eccleſia q. 4. & Lambert. 1. p. 1. lib. 4. 15. à nu. 11. Pereira in l. ſi curatorem habeas. verb. minoribus. nu. 63. poſt Corn. conſ. 57. lib. 3. Farin. in praxi crimin. 1. par. q. 28. à nu. 36. Vgol. de offic. Epiſc. c. 14. §. 4. nu. 7. & §. 7. ad fin. & Suarez de relig. 1. tom. tract. 3. lib. 4 cap. 27. num. 11.* Et Sylueſt. in ſum. verbo Hoſpitale, nu. 2. & alij, qui dicunt, quod Hoſpitalia erecta authoritate Epiſcopi ſunt loca pia, & religioſa, & gaudent priuilegijs Eccleſiarum, vt in c. adhæc, de relig. domib. vnde etiam gaudent immunitate, vt per Remigium de Goni, de immunitate Eccleſiarum, ampliatione 17. plura afferentem, Couar. lib. 2. variar. c. 20. nu. 4. Padillam ſupra num. 49. D. Paz in praxi 1. to. 5. p. cap. 3. §. 3. num. 27, Maſcard. d. concluſ. 869. nu. 18, *Farin ſupra, tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 9.* Et alios; quamuis Flores dict. quæſt. 21. num. 176. dicat, quod ſi non haberet Eccleſiam annexam in forma ſolemni Eccleſiæ, non daretur immunitas confugientibus ad Hoſpitale, & ita colligere ex Remigio ſupra, qui tamen id non dicit. Et facit etiam, quod tradunt Laſſarte de decima venditionis, cap. 19. nu. 50. & Gironda de Gabellis 7. p. nu. 43. & 66. qui dicunt, quod ex venditione bonorum Hoſpitalis per Epiſcopum approbati non debetur gabella. *4 etiam nuiſ dicit Io. Gutierez de gabel. q. 95. num. 1.*

602 Quinimmo, & ſi Hoſpitale non ſit erectũ, † aut approbatum authoritate Epiſcopi, idem exiſtimo; nam, licet non ſit locus, religioſus, & ſacer, & ſic non gaudeat immunitate, vt per Remigium, Couarrun. & Paz, ibi, & Cabedo deciſ. Luſitana 204. par. 1. adhuc videtur eſſe locus pius de iuriſdictione Eccleſiaſtica, & gaudere priuilegijs Eccleſiæ, cum cauſa pietatis ſit inſtitutum, cap. de Xenodochijs, de religioſ. domib. l. omnia priuilegia, C. de Epiſcop. & Clericis. authent. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccleſ. 16. *facit c. ſi. de teſtam. vbi Abb. nu. 3. & Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. num. 27. & 28. ibi nu. 24. Molina de contract. diſp. 574. verſ. nouiſſima autem Eccleſiæ, Suarez d. nu. 11. Torre de relig. q. 100. ar. 4. diſp. 3. & Valenquela Velaz quez in defenſione monitorij Pauli V. p. 1. nu. 49. dicens, quod Hoſpitalia Eccleſijs in fauorabilibus æquiparantur, & pia cauſa non ſubſunt laicis. Et Magiſter ſacri Palatij in indice librorum Expurgandorum in Eman. 5à pag. 499. num. 6. corrigens ſic, Hoſpitali, ſeu alij pio loco relicta, poſtea quam ſint incorporata, non poſſit alienari ſine iuris ſolemnitate, &c.* vt videntur tenere Paunus, de offic. & poteſtat. Capitul. ſede vacante, 1. quæſt. 2. part. ſub num. 5. & Euerar. in topicis iuris, in loco ab Eccleſia, ad pia loca, & in loco

à mi-

minoribus ad Ecclesiam, num. 4. sequuntur Menochius de recuperand. poss. remed. 15. num. 22. 23. 36. & 37. Sforzia Oddus, de integr. restit. 1. p. quæst. 3. art. 5. & 6. & alij; quos congerit, & videtur sequi Tiraqu. in dict. præfation. versic. sed alij indistinctè, & Ioan. Gutierez d. num. 29. in 2. edition. tenet idem in effectu, cum Menochio, & Sforzia, nam refert se ad dicta, nu. 23. dicendo, intelligenisi in casu supra num. 23. posito, & nouissimè sequitur Castillo. de vsufructu cap. 54. nu. 24. & est lex partitæ 1. titul. 12. pag. 1. quod maximè procedit stante S. Concilio Trident. session. 22. de reform. cap. 8. & 9. quæ habent locum, etiam in Hospitalibus, & locis pijs priuatis, nec Ecclesiastica authoritate institutis, vt S. Congreg. Concilij censuit, quamuis tunc plures contrarium teneãt. Gambarus dict. lib. 5. rubr. de potestate Legati, circa Hospitalia num. 31. *Valasc. consul.* 105. *Cabedo de patronatib. Regia corona c.* 38. *num.* 1. *Quaranta in summ. Bullar. verb. alienatio, nu.* 28. *&* 41. *Perez de Lara de anniuers. & Capell. lib.* 2. *c.* 1. *a num.* 5. & citati supra num. 601. & per Tiraq. d. versic. id quod plerique, & per Anton. Gabr. d. concl. 2. de causa pia.

603 Qui tamen ibi, num. 7. † inquit limitari forsan posse communem, quod Hospitale non censeatur locus pius, quando non est fundatum authoritate superioris, vt illa procedat, quando Hospitale non est perpetuum, & potest Dominus illud reuocare, secus vero, quando esset perpetuum, ex Baldo, & Parisio, & propterea mortuo illo, qui Hospitale erexit, quia non potest amplius poenitere, nec Hospitale erectum reuocare, tunc debet dici locus pius, & nõ priuatus, ex Abbate, & Socino ab eo relatis, nu. 8. Quod etiam tenent Ioan. Lupus Decanus Segobien. de libertate Ecclesiastica 2. p. q. 16. num. 5. & 6. A. Rochus supra, & Zerola §. 1. 2. & 3. Flores dict. quæstione 21. num. 179. & sequentibus. & Marc. Anton. Gennen. in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ, cap. 17. *Vgolin. de offic. Episc. cap.* 34. *nu.* 1. 2. *&* 3. *&* c. 49. §. 5. *nu.* 7. *& nouissime Piasec. in praxi Episc p.* 2. *cap.* 3. *nu.* 18. & videntur tenere Selua dict. quæstion. 6. & 7. & 26. Salazar de vsu, & consuetudine ca. 8. numero 34. & 35. & Mascardus dict. conclusione 869. num. 34. quæ distinctio, & concordia mihi placet, quamuis primam sententiam indistinctè teneant authores pro ea relati num. 620. maximè Sforzia articulo 6. numero 48. & 49. qui ait, quod licèt, vbi viuerent fundatores, possent huiusmodi Hospitalia reuocare, Tobias consilio 61. à numero 3. Selua dict. nu. 6. & 7. & Armilla verb Hospitale. num. 1. tamen hoc non tollit, quin interim dici possint loca pia, vel saltè causa pia, seu opus pium. & quælibet causa pia gaudet priuilegijs, quibus gaudet Ecclesia, vt ex communi tradit ipse dict. art. 5. à num. 31. post Tiraquell. d. tract. de priuilegijs piæ causæ, priuil. 140. & Sylu. verb. legatum 4. n. 5. *& Valençuela Velez q. sup. & nouissime Ioã. Gutier. de gabel. q.* 74. *nu.* 10. *ait, quod loca pia æquiparantur Ecclesijs, & causa pia habet priuilegium rei Eccles.*

604 Tertiò dubitatur, † an ius patronatus confraternitatum laicorum, vt disciplinatorum, &c. Hispane Confradias, sit laicale, an Ecclesiasticum? in quo *Felin. dict.* tractat, quando litteræ Apostolicæ limitatione. 4. tenet esse laicale, sequitur Rochus de iure patronat. verb. ius num. 17. & Gambarus d. libro 3. num. 412. & seq. ratio eorum est, quia sunt laici, nec habent habitum religiosum, nec gaudent priuilegio fori, & Canonis, & sic istæ fraternitates non possunt dici Ecclesiasticæ, nec pium Collegium, sed sæculares, seu laicales, & vtitales debent conueniri coram iudice laico. Bart. in l. cum senatus. num. 4. ff. de rebus dub. & post alios Felin. in cap. 2. ad fin. de foro compet. *Par. differ.* 9. §. 1. *num.* 9. *&* §. 3. *num.* 7. Anton. Gabr. dict. titu. de pia causa, conclus. 1. Aules in cap. prætorum cap. 2. versic. in confederation. num. 10. & relati per Tiraq. in d. prefatione versic. contrarium tamen, Redoan. de rebus Ecclesiæ. Rubrica 33. casu 15. & Nauarr. consil. 3. de foro competen. & tenentur ad solutionem gabellæ Gironda de gabellis. 7. part. num. 41. cum Auend. de exequend. Mandat. 2. part. cap. 14. num. 32. eandem sententiam in proposito tenet Couarruuias d. cap. 36. pract. num. 8. dicens hoc ius patronatus esse laicorum, nam etsi confraternitas causa pietatis instituta adhæreat, & sit affixa alicui Ecclesiæ, ipsi tamen, ex quibus Collegiũ hoc & Vniuersitas constat, & ad quorum suffragia, præsentatio fit, sunt laici, & ad hanc Vniuersitatem laicorum presentatio pertinet non ad Ecclesiam, nec aliquam Ecclesiasticam Dignitatem, inquitque in Hispania non admitti derogationes, quæ fiunt in præiudicium præsentationis quæ ad hæc Collegia pertinet. & Couarr. sequitur Fuscus de visitatione li. 2. cap. 14. num. 12. eandem etiam sententiam tenuit Rota in vna Valentina Beneficij 6. Octobr. 1576. coram D. Robusterio quæ est. 1. part. diuersorum decis. 574. in qua tenuerunt Domini, quod ius patronatus illis fraternitatibus relictum dicitur laicale, etiam quod sint sub nomine alicuius sancti, & etiamsi adhæreant alicui Ecclesiæ ex Felin. & Rocho, & Couar. supra, nam ex quo confratres sunt laici saltem pro maiori parte, confraternitas non est Ecclesiastica, sed sæcularis, & ita fuit aliàs resolutum in vna Pistorien. 21. Maij, & 21. Iun. 1565. coram D. Sarmiento, &c. *Idem tenet Leo in Thes. for. Eccles. c.* 21. *nu.* 30. *Less. d. lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 21. *& Asor. d.* 2. *p. lib.* 5. *c.* 28. *q.* 2.

605 At Lambertus 1. p. † 1. lib. q. 1. art. 10. nu. 4. & 5. docet opinionem Felini procedere, quando confraternitates non sunt affixæ alicui Ecclesiæ, quia tunc, vt laici censentur; quando vero sunt affixæ, seu annexæ alicui Ecclesiæ, tunc earum ius patronatus esse Ecclesiasticum, quia licèt ipsi confratres sint laici, & ex sua persona non dicantur patroni Ecclesiastici, tamen quatenus faciunt Collegia, quæ Ecclesijs adhærent, bene dicuntur patroni Ecclesiastici arg. cap. quanto de iudic. & quæ ibi notantur, & ita, inquit n. 6. videmus hodie obseruari, quod tales fraternitates pro rebus communibus ipsius fraternitatis conueniuntur coram iudice Ecclesiastico, & non coram laico, quia fraternitas ipsa est annexa Ecclesiæ, licèt confratres ipsi de alijs eorum rebus, & delictis conueniantur coram iudice sæculari, quod sequitur Ioãnes Gutierez dict. libro 1. cano. quæst. cap. 35. num. 24. nam istæ fraternitates sunt loca pia, & religiosa, vt tradit num. præcedenti, & nu. 25. idem existimat in omnibus cõfraternitatibus pijs ab Ordinario Ecclesiastico approbatis, ex eius namque approbatione iam pietas causæ clarius elucescit, qui etiã in proposito iuris patronatus videtur tenere cũ Lambert. nam nu. 30. ad illum se refert circa hoc.

606 Mihi in hac re † videtur dicendum, confraternitates laicorum causa pietatis institutas, & maximè ab Ord.nario Ecclesiastico approbatas, prout esse solent,

ſolent, eſſe loca pia, & religioſa, & priuilegijs Eccleſiarum gaudere, & ſic ſuper earum rebus coram iudice Eccleſiaſtico eſſe cõueniendas. Lambert. ſupra, Redoa. rubrica 27. num. 17. & contra Hieronymum Gabr. conſil. 162. libro 1. rectè tradit Fuſcus d. libro 2. cap. 14. num. 4. & 5. Azeuedo dict. leg. 10. titul. 1. libro 4. recopil. à numero 26. & in d. leg. 1. titul. 18. libro 9. à num. 1. Solis d. lib. 2. de cenſibus cap. 3. num. 11. A. Rochus, de viſitatione, verb. laicorum, pag. 77. Menoch. d. remed. 15. de recuperand. num. 36. & 37. Sforcia d. 1. part. quæſt. 3. artic. 6. Ioan. Gutierez de cap. 35. num. 23. 24. & 25. & Caſtillo d. cap. 54. de vſufructu num. 24. *& Vgolin. de offic. Epiſc. c. 11. in principio. nu.* 1. 3. *&* 4. qui quatuor vltimi, maximè Sforcia, idem dicunt etiam ſi non ſint fundatæ authoritate Epiſcopi, nempè, quod ſint loca pia, poſt plures relatos per Tiraquel. d. præfatione, verſic. ſed alij indiſtinctè, & verſic. item relictum fraternitatibus, quod etiam videtur velle Azeuedo in d. l. 1. num. 1. & tenet Bobadilla in ſua politica, lib. 2. cap. 18. num. 228. Licet malè dicat Confraternitates eſſe fori Eccleſiaſtici mixtè, ſi enim ſunt loca pia, & gaudent priuilegijs Eccleſiarum, de foro Eccleſiaſtico ſolum eſſe debent, maximè, cum ſunt ab Ordinario Eccleſiaſtico approbatæ, & Flores d. quæſt. 21. num. 190. & ſequ. ait Confraternitatem inſtitutam ad pias cauſas, licèt non ſit locus religioſus, eſſe tamen piam cauſam, & gaudere Eccleſiæ priuilegijs; & facit Concilium Tridentin. dict. cap. 8. & 9. ſeſſ. 22. de reformat. *Et ita dictis confraternitatibus competit reſtitutio in integrum, vt ſemper audiſſe obſeruari de conſuetudine, & in Conſilio Archiepiſcopi Toletani deciſum teſtatur Zanallos q. 4. num. 4. licèt ipſe de iure teneat, & conſuluerit contrarium, & noviſſimè q. 897. à num. 982. vbi ait eas eſſe de foro laicorũ.*

607 Vnde in rigore videtur † verior ſententia Lambert. quod ius patronatus iſtarum Confraternitatum ſit Eccleſiaſticum; nam quamuis Confraternitas ſit vniuerſitas laicorum, tamen iſta Vniuerſitas laicorum eſt locus pius ad minus, & de foro Eccleſiaſtico, & ſi eſt approbata ab Ordinario Eccleſiaſtico, non ſolum eſt locus pius, ſed etiam religioſus, vt dictum eſt. Et ideo huiuſmodi Confraternitates habebunt ſine dubio ſeneſtre, ad præſentandum, & nõ quadrimeſtre, nec poterunt variare ſicut laici. *Placet tamen correctio Magiſtri ſacri Palatij in indice librorum Expurgandorum in Emman. Sà pag. 71. nu. 1. quod Congregationes pie, ſodalitates ſeu confraternitates, non poſſint fieri ſine authoritate Epiſcopi, qui & habet ius eas viſitandi. Et ſic procedit quod nouiſſimè ait Ioan. Guttier. de gabel. q. 95. nu. 18. & 19. quod confraternitates laicorum non ſunt pia loca, vel religioſa, niſi ſint approbata a ſummo Pontifice, vel Epiſcopo ad opera religionis, ſeu pietatis, quia tunc ſunt loca pia, & religioſa.*

608 Ex æquitate tamen † ad effectum derogationis, & reſeruationum, de quo hic agimus videtur iſtud ius patronatus Confraternitatum laicorum cenſendum eſſe laicale, ex ratione D. Couar. ſupra allata, nec ad iſtum effectum huiuſmodi Confraternitates eſſe Eccleſiaſticas reputandas.

609 Et idem erit dicendum in iure † patronatus ſpectante ad Priores, ſeu officiales earum, qui ſolent eſſe laici, quamuis aliquãdo ſit Clericus, vt in dict. deciſ. 574. nu. 8. & 9. vt verbi gratia in Confraternitate Abulen. Dominæ noſtræ de Sanſoles, in qua aliquis ex officialibus, ſeu patronis eſt aliquando clericus,

610 Si tamen ius patronatus relictum eſſet priori † alicuius Confraternitatis laicorum, qui ſemper eſt, & debet eſſe perſona Eccleſiaſtica, tale ius patronatus erit abſolutè Eccleſiaſticum, pertinet enim ad dignitatem Eccleſiaſticam, quamuis in hoc cõtrarium videatur dici in d. deciſ. 574. nu. 8.

Vnde in Confraternitatibus diſciplinatorum hu-
611 ius ciuitatis Abulen. † quæ ſunt Sacræ paſſionis, & veræ Crucis, & Transfixionis, in quibus ſunt etiam Clerici, qui per ſe nominant, & eligunt ſuum Priorem, ſeu iudicem Clericum, ius patronatus relictum huic Priori Clerico, ſeu ipſis Clericis Confraternitatis, & eorum Congregationi tantum, eſſet Eccleſiaſticum abſolutè, cum non pertineat ad laicos, ſed ad Clericos vt ſic.

612 Et quod dictum eſt de Hoſpitalibus, † & Cõfraternitatibus, videtur ſimiliter dicendum de Collegijs inſtitutis pro ſuſtentatione ſtudentium pauperum, vel aliorum egenorum, quod ſunt loca pia, & gaudent priuilegijs *Eccleſiæ*, & de iuriſdictione Eccleſiaſtica, & ſi ſunt inſtituta, ſeu erecta authoritate Eccleſiaſtica, non ſolum ſunt loca pia, ſed etiam religioſa. Gironda de gabellis, 7. par. num. 41. & Azeuedo d. l. 10. titulo. lib. 4. recopil. num. 26. & l. 1. titul. 18. lib. 9. nu. 3. *& nouiſſime Ioann. Guttier, de gabel. qu.* 95. *nu.* 20. *qui ait, quod Collegia Salmantica, & alterius vniuerſitatis relicta ad piam cauſam, eccleſiaſtica dicuntur & coram eccleſiaſtico conueniuntur. præmaximè cum ſint approbata a S. Pont. & ideo gabellam non debent.* & ſic procedet quod dicunt Socinus, Barbatia, Rochus, & alij, quos refert, & ſequitur Card. Albanus in Incubrationibus ad Bartol. in l. fin. ff. de Collegijs illicitis, nempe, quod Collegium ſtudentium reputetur Eccleſiaſticum, licet maior pars ſint laici, quãuis mihi non placeat quod ait Nauar. conſil. 9. de ſimonia, quod committatur ſimonia in venditione locorũ huiuſmodi Collegiorum, licèt enim Collegium ſit locus pius, aut etiam religioſus, tamen illius loca, & Præbendæ, nihil ſpiritualitatis habent, ſicut nec etiã loca ſeu lecti Hoſpitalis, *Victoria de ſimonia, num.* 44. *in fin. Poſſet tamen Nauarri ſententia procedere in venditione officij rectoris, ſeu gubernatoris huiuſmodi collegiorũ, & hoſpitalium, authoritate eccleſiaſtica inſtitutorum, & ſic religioſorum, ſeu eccleſiaſticorum, ex c. ſaluator. 1. qu. 3. Suar. d. tract. 3. de relig. lib. 4. c. 27. nu. 13. & Torre quæſt.* 100. *art. 4. diſput. 3.* & doctrina Bart. d. l. fin. num. 15. quam ſequuntur Abb. in cap. ex literis de conſtitut. num. 14. & in cap. 1. de locato, & alij ibi, & Autrer. de poteſtate Eccleſiaſtica ſuper laicos, num. 12. Conarruuias, pract. cap. 34. ſub num. 1. & Azeuedo d. l. 10. num. 25. de qua infra cap. 3. num. 68. vbi alij citãtur, quod ad iudicandum, an Collegium ſit Eccleſiaſticum, vel ſæculare, inſpiciendum eſt, an maior pars ſit laicorum, & tunc ſi ſæculare, & laicorum: an maior pars, ſed æqualis ſit Clericorum & tunc ſit Eccleſiaſticum, procedit in Collegijs non fundatis pro ſuſtẽtatione pauperum, & ſic cauſa pia, ſed in Collegijs Doctorum, & Scolarium, non pauperum, ſeu in Collegijs aliquorum officiorũ, & ſic ius patronatus ſpectans ad prædicta Collegia pia pro ſuſtẽtatione pauperum inſtituta, in rigore eſt Eccleſiaſticum, licet ex æquitate ad effectum derogationis, & reſeruationũ, ſi maior pars eſt laicorum, videatur cenſendum laicorum, ſicut de iure patronatus confraternitatum diximus.

Vnde

613 Vnde infertur ad quæſtionem † de ſubſidio impoſito per Papam ad fauorem Regis noſtri Philippi ſuper redditibus Eccleſiaſticis, an huiuſmodi Collegia debeant in eo contribuere de bonis ſuis temporalibus, & videtur dicendum, quod ſi ſunt inſtituta, & erecta authoritate Eccleſiaſtica, nempe authoritate Apoſtolica, ſeu Ordinaria, debeant contribuere, ex quo ſunt loca non ſolum pia, ſed religioſa, ſeu Eccleſiaſtica, vt probatur ex verbis Bullæ Pij IV. & V. ſuper huiuſmodi ſubſidio ibi, ſuper, omnium, & ſingularum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Collegiatarum, & aliarum Eccleſiarum, &c. Capellaniarum, Conuentualium, & aliarum menſarum fructibus, & redditibus, & prouentibus, &c. quibus verbis comprehendi videntur bona Collegiorum authoritate Eccleſiaſtica erectorum; redditus enim cuiuſuis communitatis, ſeu loci pij, dicuntur ſuæ menſæ, ſeu ſuperioris clem. 1. §. eadem quoque. de ſupplen. negligentia Prælato. ibi, non applicent menſis ſuis, vbi Card. & Bonif. nu. 1. Clem. 2. ibi menſæ ſuæ de rebus Eccleſiæ: & confirmatur exceptione facta à Papa de Hoſpitalibus actu Hoſpitalitatem ſeruantibus, quod non teneantur ad dictam contributionem, ex qua remanet impoſitio certa, & firma in omnibus alijs Hoſpitalibus actu eam non exercentibus, & ſimiliter in omnibus locis pijs, & religioſis authoritate Eccleſiaſtica inſtitutis vt, Collegijs pauperum, & confraternitatibus, quæ etiam ſoluunt ſubſidium, vt in praxi videmus. Nam exceptio firmat regulam in contrarium, & eam declarat l. nam, quod liquide. §. fin. de penu. legata cum alijs Euerar. loco ab exceptione ad regulam, Couar. lib. 2. var. cap. 5. num. 4. Gonçalez gloſſa 54. num. 19. quos citant. ſuper quo modo lis pendet inter Collegium S. Bartholomæi Vniuerſitatis Salamantinæ, & Cleri dicti Epiſcopatus. *& faciunt tradita per Roch. verb. in Eccleſia q. 5. & Lamb. 1. p. lib. 1. q. 11. art. 14. ſimiliter etiam puto quod eſt lis ſuper contributione confraternitatum in aliquibus diœceſibus, in quibus antea non erat illis facta repartitio ſubſidij quamuis in aliquibus diœceſibus, & in particulari in hac Abul. ſoleant contribuere, vt dictum eſt in Congr. ſtatus Eccleſiaſtici anni 1608. ſuper ſubſidio & excuſato, quæ cenſuit, confraternitates habentes bona ſtabilia & certa, vt prædia, domos, aut cenſus, debere ex eorum redditibus contribuere in ſubſidio, & ordinauit & ſcripſit omnibus Eccleſijs, vt illis facerent repartitionem ſubſidij, quamuis circa contributionem Seminarij, de qua Concil. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 18. S. Cong. eiuſd. Concilij cenſuerit, confraternitates teneri tantum contribuere ratione beneficiorum Eccleſiaſticorum, & quæ nulla habent beneficia Eccleſiaſtica annexa, nec redditus, aut prouentus Eccleſiaſticos, non debere contribuere Seminario, licet alios reditus habeant.* Si verò prædicta Collegia non ſunt inſtituta authoritate Eccleſiaſtica, ſed priuata ipſorum fundatorum tantum, non videtur debere contribuere in dicto ſubſidio, quia licet ſint loca pia, & gaudeant priuilegijs Eccleſiæ, & de iuriſdictione Eccleſiaſtica, non tamen ſunt loca religioſa, & Eccleſiaſtica, non tamen ſunt loca religioſa, & Eccleſiaſtica, ſicut etiam non contribuunt eadem ratione opera pia, & Capellaniæ non collatiuæ, ex quo fundantur authoritate priuata fundatorum tantum, & ita fuit obtentum, & iudicatum in fauorem Collegiorum S. Pelagij, & S. Michaelis dict. Vniuerſitatis Salamantinæ, quæ non ſunt fundata authoritate Pontificia, vel Ordinaria, &c. *Et Capellanijs non collatiuis circa hoc vide ſupra 1. p. c. 2. nu. 107.*

614 Quarto dubitatur, an quando † ius patronatus eſt Eccleſiaſtici, & laici, & facta eſt conuentio, ſeu cõcordia de alternis vicibus præſentando iuxta Clem. plures. §. & vt facilius. de iure patronatus. in turno Eccleſiaſtici, cenſeatur Eccleſiaſticum mere, & in turno laici, laicale mere. Et videtur, quod ſic, ad doctrinam Io. And. in c. cum illis. §. fin. in fin. de Præbend. in 6. quam ſequuntur Rochus verb. ius, quæſt. 6. & alij, & ad deciſionem Salamantinam alternatiuæ infra. adductam nu. 708.

615 Vnde, ſi ſtando in turno † Eccleſiaſtici Beneficiũ vacaret in menſe Apoſtolico, Beneficium caderet ſub reſeruatione, & nihilominus Eccleſiaſticus conſumeret ſuum turnum, tunc enim Papa prouidet loco illius, & alias fieret præiudicium laico: è contra vero, ſi Beneficium vacaret in turno laici, non caderet ſub reſeruatione, & ſi prouideretur à Papa, cum derogatione iuris patronatus mixti, non haberet locum derogatio ad deciſionem Achillis 315. ſeu 2. de iure patron. & Putei 107. lib. 3. & alia adducta num. 709. nec contra id, quod dixi, quod prouiſio Papæ de Beneficio vacante in menſe Apoſtolico conſumat turnum Eccleſiaſtici, obeſt, quod prouiſiones Apoſtolicæ non conſumunt turnum. Rota deciſione 21. de Præben. aliae 190. in antiquis & in d. deciſione. Salamantina alternatiuæ, & in alia Salamantina Portionis 16. Maij 1603. coram D. Iuſto Gonçalez gl. 45. §. 1. nu. 31, nam id procedit data æqualitate, nempe, quando reſpectu vtriuſque poteſt intrare reſeruatio, vt in turno Epiſcopi, & Capituli, de quo ibi, ſecus vbi reſeruatio intrat reſpectu vnius, & non reſpectu alterius, vt in propoſito de turno patroni Eccleſiaſtici, & laici; nam ſi prouiſio Papæ non conſumeret turnum Eccleſiaſtici, fieret præiudicium laico, vt dixi. Coſmas in pragmat. ſanctione, titulo de collat. §. item, quod omnia, verb. faciendæ. in fin. Probus ad Monach. in cap. cum in illis, de Præbend. in 6. nu. 61.

616 Quinto dubitatur, quando laici vacante † Eccleſia, ſeu Beneficio nominant Rectorem, quem Capitulum, ſeu perſona Eccleſiaſtica præſentat Epiſcopo, vel è contra, penes quem ſit ius patronatus in iſto caſu, & ſic, an Eccleſiaſticum, an laicale? In quo Gãbarus, d. lib. 3. de offic. Legati à num. 392. cum Collectario tenet tale ius eſſe apud eos, qui nominant, non autem qui præſentant, & ſic laicos nominantes potius dici patronos, cum præſentans ſit magis procurator, quam præſentator, quia eius actus non eſt liber, ſed neceſſarius, &c. licet contra teneant. Ioan. Andr. Domin. & Francus, nu. 4. in cap. cum in illis. §. ſi vero, de præbend. in 6. *& Gambarum ſequitur Azor 2. p. lib. 5. cap. 28. quæſt. 2.* & ſententia Gambari mihi placet; nam in iſto caſu, qui nominant non habent ſolum conſentire, ſed potius præſentatio videtur ab eis facta, & ſi præſentans nollet nominatum præſentare infra tempus, haberetur pro præſentato argum. l. 33. tauri, in fi. & ſi patronus laicus deberet præſentare, cum conſenſu, ſeu de conſilio Eccleſiaſtici, ius patronatus, quamuis ſit apud laicum, non cenſeretur laicale. ſecus ſi cum conſilio, quia tunc non tenetur ſequi. Puteus deciſ. 506. lib. 2. *Quamuis Gambarus ibi, nu. 469 & cum eo Azor. d. q. 2. dicat quod quando Eccleſiaſticus præſentat ex conſenſu laici, vel laicus ex conſenſu clerici,*

*clerici, ius patr. habetur Eccleſiaſticum vel prophanum pro conditione eius qui præſentat, non eius qui conſentit. Sed illud ſolum videtur verum, quando Eccleſiaſticus præſentat de conſenſu laici, vt tunc cenſeatur Eccleſiaſticum, quia præſentatio & ius patron. eſt apud Eccleſiaſticum, & laicus de per ſe nihil poteſt. Quando vero laicus præſentat de conſenſu Eccleſiaſtici, quamuis præſentatio & ius patronatus ſit apud laicum; tamen quia eius præſentatio nihil valet ſine conſenſu Eccleſiaſtici cenſetur inſpatr. Eccleſiaſticum, vt ſentit d. dec. Putei, cum tunc per derogationem magis præiudicetur clerico, qui habet conſentire, quam laico, qui non poteſt præſentare ſine conſenſu clerici.*

*Vnde non videtur verum quod ait Conſ. Mendez Vaſconcellus diuer. iur. arg. lib. 4. c. 20. quod reſeruatio, c. 2. de Præb. in 6. non comprehendit beneficia iurispatr. Regis vel Conſilij, nempe quæ ex indulto Papæ ſunt conferenda per ordinarium, cum conſilio & conſenſu Regis, quia regulantur ac inſpatr. niſi dicamus id eſſe ſpeciale in Rege propter eius dignitatem & præeminentiam, arg. eius quod ſupra d. eſt nu. 219. & 575. & ita poteſt defendi.*

Vndecimo circa illa verba electionem, & quamuis
617 aliam diſpoſitionem, † de quibus Gonçalez gloſſ. 19. & 20. vide dicta ſup. à nu. 113, 1. p, ca. vlt, à nu, 15. & 31. & 4. p. c. 1. à num. 6.

618 Duodecimò, circa illa verba, † quorumcunque collatorum, notandum eſt comprehendi Beneficia ad collationem vnius tantum pertinentia; quia pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates. l. falſa. §. fi. ff. de condit. & demonſtra. cum alijs, & ita cum Baldo conſil. 242. p. 3. tradit in propoſito Simoneta de reſeruat. qu. 97. & nouiſſimè Gonçalez gloſ. 21. à num. 1. qui vſque ad num. 17. aliqua cumulat circa illam maximam, quod pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates.

619 Secundo notandum eſt, † quod iſta verba capiunt etiam collatores ex priuilegio, vel iure ſpeciali, vt cum alijs tradit Simoneta, quæſt. 68. numero 2. & Gonçalez dict. gloſſa 21. num. 18. Quod tamen limitant Simoneta num. 4. & Gonçalez a num. 19. vt non procedat, quando ius conferendi non eſſet perpetuũ ſed temporale, puta ex indulto ſeu priuilegio ad certum tempus, ſeu ad vitam, vt ait Simoneta, concedente ius conferendi, quod ait bene notandum Gõçalez nu. 31. quia videtur ſingularis limitatio ad noſtram regulam, quæ tamen limitatio mihi non placet, quia immò indultum conferendi Beneficia non comprehendit reſeruata, Aeneas de Falcon. quæſt. 4. principali effectu 6. numero 9. & Simoneta quæſt. 81. & infra cap. 3. nu. 54.

620 Et regula noſtra in illis verbis, † comprehendit tam ordinarios, quam extraordinarios collatores, Creſcen, deciſ. 20. nu. 1. de Præben. Gonçalez d. gloſ. 21. num. 32. & collatores etiam ex fundatione, & etiam ſi in ea diſponatur, quod non intret reſeruatio, niſi Beneficium ſit iuris patronatus laicalis, aut mixti, Gonçalez d gloſſa 21. num. 39. & gloſſa 29. à num. 2.

621 Tertiò notandum eſt, quod d. verbum, † collatorum, tanquam prolatum à lege comprehendit præſentatores, electores, & alios diſpoſitores iuxta dicta de verbo, collatio, ſup. 1. par. cap. vltim. num. 32. & 33. & ideo regula noſtra reſeruans Beneficia pertinentia ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunque, non dicit quorumcumque prouiſorum, præſentatorum, electorum, & aliorum diſpoſitorum, ſed dumtaxat dicit collatorum, notat Gonçalez gloſſ. 16. nu. 11.

622 Decimotertiò circa illa verba, & collatricum, † notãdum eſt, quod quamuis maſculinum concipiat in ſe fœminum, Socinus reg. 255., Tiraq. de retract. Lin. ag. §. 1. gloſſ. 9. à num. 177. Anton. Gabr. concl. & de verborum ſignific. & Baeca de non meliorandis filiabus ratione dotis, cap. 11. & ſic ſub verb. collatorum, comprehenderentur collatrices, quicquid Gõçalez dicat gloſſ. 22. num. 9. & 10. tamen maioris explicationis cauſa, & vt omnis dubitandi occaſio ceſſaret, addita ſunt iſta verba, ſicut, & alia plura. Licet enim fœminæ de iure non poſſint Beneficia conferre, immò iſtius iuris ſint incapaces, tamen ex priuilegio Apoſtolico poſſunt habere ius cõferendi Beneficia, Gonçalez d. gloſſ. 22. à nu. 13. & dictum eſt, 1. par, cap. 2. num. 33. addo, quod ſicut verbum, collatorum, comprehendit præſentatores, & alios diſpoſitores, vt num. præceden. dictum eſt, & ſic verbum, collatricum, comprehendit præſentatrices, cuius iuris præſentandi fœminæ capaces ſunt, etiam de iure, ca. fin, de conceſſ. præben, vbi D. & dicitur infra capit. vlt. à num, 142.

623 Decimoquartò † circa illa verba, ſæcularium, & quorumuis ordinum regularium, notandũ eſt, quod ſicut reſpectu Beneficiorum, quæ reſeruantur, fit ſupra in regula noſtra expreſſa mentio de ſæcularibus, & regularibus maioris explicationis cauſa, ſic etiam reſpectu collatorum, & collatricum, fit etiam expreſſa mentio de ſæcularibus, & regularibus, Gõçalez gloſſ. 23. vbi numerat collatores ſæculares, & regulares.

624 Decimoquintò, ex illis verbis, non tamen † S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, notandum eſt, quod cum regula noſtra expreſsè excipiat Cardinales, reſpectu eorum nulli ſunt menſes reſeruati, vt ſupradictum eſt à num. 34. vbi vide, & ſi exceptuati non fuiſſent, regula hæc comprehenderet Cardinales, Creſ. deciſ. 20. de Præbend. à num. 4. latè Gonçalez gloſſa
625 24. ex num. 13. Et iſta exceptio † intelligitur de Cardinalibus ordinatorijs Collatoribus tantum, vt Cardinalibus Epiſcopis in ſuis diœceſibus, non autẽ de alijs Cardinalibus, etiam Legatis de Latere in ſuis Prouincijs, Creſcen. d. deciſ. 20. & latè Gonçalez ibi 1. quæſt. num. 38. & conducunt dicta infra cap. 3. n. 53. & ſeq.

Proceditque iſta exceptio, etiam in Beneficijs, ſeu
626 Præbendis ſimultaneæ collationis Epiſcopi, † & Capituli, cui ea prodeſt propter communionem iuris conferendi, vt dictum eſt ſupra num. 35. vbi adducitur deciſ. Hiſpalen. Portionis 19. Ianuar. 1594. coram D. Pamphilio, vbi ita fuit reſolutum, & ſequitur Gonçalez d. gloſſ. 24. quæſt. 2. a nu. 52.

627 Sed quærit Gonçalez ibi. 3. quæſt. ex nu. † 61. an ſicut iſta exceptio prodeſt Capitulo, ſic etiam in Beneficijs ſimultaneæ collationis reſeruatis ei profit indultum conceſſum Cardinali Epiſcopo, ad conferendum reſeruata, & ſic Capitulum debeat illa cõferre ſimul cum Epiſcopo Cardinali, an vero Cardinalis habens indultum poſſit eius vigore conferre ſolus Beneficia ſimultaneæ collationis? & prodeſſe indultum Capitulo, nec virtute eius poſſe Cardinalem talia Beneficia ſolum conferre. tenet Rota in dict. deciſio. Hiſpalen. Portionis, vbi dicitur, Quod

virtute

virtute indulti, non magis potuit Archiepiſcopus ſolus conferre, quam ſine eo potuiſſet, cum nihil de nouo tribuat, ſed remoueat tantum obſtacula reſeruationum, & præſeruet Ordinario tantum partem ſuam, quando collatio eſt ei communis cum Capitu lo. Caſſador. deciſ. 3. in fin. de priuileg. Mohedan. de ciſ. 24. quæ eſt 1. de priuileg. in impreſſis. Ioann. Paulus deciſ. 28. cum alijs allegatis, ſequitur Gonçalez, ſupra à num. 66. dicens, quod prædictum indultum nihil confert de nouo Epiſcopo Cardinali, ſed ſolummodo remouet obſtaculum, vt ſupra dixit num. 24. & 25. Et ideo ius conferendi remanet in eodem ſtatu, prout ante reſeruationem, & ſicut tunc debebat fieri collatio per Epiſcopum, & Capitulum ſimul, ſic etiam fieri debet poſt obtentum indultum, quod iuriſdictionem non ampliat, ita vt quamuis diceret, quod conferebat vigore indulti, adhuc dicetur fieri collatio poteſtate ordinaria conferentis, Pariſius conſil. 42. numer. 5. volum. 4. Ioann. Paulus, deciſ. 27. Thom. Tribius in deciſ. Veneta 54. numero 15. lib. 2.

Sed iſta ſententia mihi non placet, & verius mihi
628 videtur, † quod indultum non profit Capitulo, ſed eius vigore Cardinalis Epiſcopus poſſit ſolus conferre Beneficia ſimultaneæ collationis; nam indultum non tollit reſeruationem, ſed dat facultatem prouidendi perinde, ac ſi non eſſet reſeruatio, vnde nõ fingit ſublatum vinculum, ſed aperit facultatem de reſeruatis, ac ſi non eſſent reſeruata. Caſſador. deciſ. 8. de Præbend. nec Cardinalis Epiſcopus conferens virtute indulti, confert, vt Ordinarius, quicquid Gonçalez dicat, ſed vt Delegatus, & Commiſſarius Apoſtolicus, & ſic, ſi non prouidet infra ſemeſtre, fit deuolutio non ad Archiepiſcopum, ſed ad Papam, Caſſador. ibi, & Creſcen. deciſ. 15. eodem tit. de Præben. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, titu. de prouiſio. verſic. in Beneficijs reſeruatis. Anaſtaſ. Germon. de indultis Cardin. §. volumus, num. 56. qui etiam dicunt, quod tunc in Beneficijs reſeruatis datur deuolutio. & dicitur infra 10. par. cap. 2. num. 10. & cap. 3. num. 20. & ita cum indultum non tollat reſeruationem, non poteſt prodeſſe Capitulo, quod non poteſt reſeruata
629 conferre: nec obſtat, † quod dicitur indulta nihil de nouo concedere, nec augere, ſeu ampliare facultatem conferendi, ſed tamen remouere obſtaculum reſeruationis, vt etiam dicitur infra cap. 5. nu. 7. quia intelligitur, quod per indultum non cenſeatur Cardinali data facultas conferendi Beneficia alias non ſpectantia ad prouiſionem ipſius, ſed aliorum tantum. Benè tamen extenditur ad Beneficia ſpectantia ad prouiſionem ipſius, & aliorum ſimul, etiam ſi id non exprimatur, quia eſt fauorabile, & ampliandum vti conſilium Ordinario collatori, iuxta dicta de alternatiua ſupra nu. 474. quod tamen in indultis hodiernis exprimitur, in quibus dicitur, quod Cardinalis poſſit conferre quæcumque Beneficia ad ſuam, & cum alio, vel alijs, collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem ſpectantia ratione ſuæ Eccleſiæ Titularis, & Dignitatis Epiſcopalis. & Gonçalez ſupra num. 70. Sed iſta facultas quo ad Beneficia ſimultaneæ collationis cenſetur data, vt ratione ſuæ partis Cardinalis ſolus ea conferat, non ſimul cum alijs, ad quos etiam alias prouiſio ſpectabat, quæ illis non datur indultum, ſed Cardinali. Et loge diuerſum eſt in exceptione noſtræ regulæ, quia tunc non intrat reſeruatio, nec indultum, vt ſupra dictum eſt ex d. nu. 34. *Vnde remanet deciſio Rotæ in cauſa Reatina beneficij 27. Ian. 1610. coram D. Penna, vbi fuit reſolutum, Breue Franciſcbini, &c. R. breuis iuſtificatio: nam cum ibi agatur de prouiſione vigore indulti de beneficio vacante apud ſedem; & ſic reſeruatio non eſt ordinaria, ſed Apoſtolica, & authoritate Apoſtolica facta; & ideo ſi Breue exciperet prouiſos authoritate Apoſtolica, non poſſet exequi contra prouiſum de beneficio a Cardinali vigore indulti, iuxta d. inf. ca. 3. nu. 16. Quia tamen ſolum excipiebat prouiſos a Papa, recte poterat contra illum exequi.*

630 Et de indultis Cardinalium videndus eſt † Anaſt. Germonius in d. tract. ſuo de eis, vbi ponit, & explicat indultum Illuſtriſſimi Cardinalis Hiero. de Rubere Archiepiſcopi Taurinen, additque Gonçalez d. glo. 24. num. 72. quod in indultis modernis ponuntur ſex limitationes, & caſus, ad quos non ſe extendunt; primus, de Beneficijs vacantibus in Romana Curia, ſecundus, quo ad Dignitates maiores, poſt Pontificalem in Cathedrali, & principales in Collegiatis: tertius, quo ad Beneficia regularia, conſiſtorialia, vel Conuentum habentia, & quorum fructus in libris cameræ taxati reperiuntur: quartus quo ad Beneficia, quæ vacauerint per veros, & actuales familiares, & continuos commenſales Papæ, qui tam tempore Pontificatus, quam Cardinalatus, priuſquam ad apicem Pontificatus aſſumeretur, fuerunt; quintus, quo ad commendas ceſſantes in Dignitatibus, ſeu officijs Clauſtralibus; ſextus, & vltimus, ad Beneficia vacantia, tam in curia, quam extra illam per obitum familiarium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, iuxta formam conſtitutionis, ſeu regulæ Gregor. XIV. de anno 1591. editæ moderatoriæ indultorum eiſdem Cardinalibus conceſſorum. Et quia aliquando, inquit num. 75. ſunt ampliora, & aliquando reſtrictiora huiuſmodi indulta, Pontificum mutatione, & ad Cardinales amore, & affectione erit ſemper illorum tenor diligenter inſpiciendus, &c.

Quærit etiam Gonçalez d. glo. 24. quæſt. 4. ex nu-
631 mero 78. † ſi Cardinalis Collator non contulit Beneficium, quod vacauit in menſe alias Apoſtolico, infra ſex menſes, ita quod fit locus deuolutioni ad ſuperiorem, an tunc poſſit conferre Archiepiſcopus, qui Cardinalis non eſt, ſeu alius ad quem de iure cõpetit deuolutio? an vero ſolus Papa, tanquam Beneficiorum reſeruatum? quod eſt quærere, an tunc deuolutio fiat ad Archiepiſcopum, ſeu Capitulum, iuxta cap. 2. de conceſſ. Præbend. an vero ad ſolum Papam in qua quæſtione, quæ certe parum habet difficultatis, plura pro vtraque parte adducit, & tandem reſoluit deuolutionem fieri ad Archiepiſcopum, iuxta terminos d. ca. 2. vt tenuit maior pars Rotæ in deciſ. 774. lib. 3. p. 3. diuerſorum, quod mihi certum videtur, quia tale Beneficium nunquam fuit reſolutũ, cum regula noſtra Cardinales ordinarios Collatores non comprehendat, ſed eos excipiat; nec Beneficium per deuolutionem vacat de nouo, ſed ſemper durat prima vacatio, & ſic, cum à principio non fuerit reſeruatum, ita remanet in perpetuum, Caſſador. deciſ. 8. de Præbend. num. 3. & 8. nec Cardinalis Epiſcopus poteſt dici exemptus ab Archiepiſcopo, ad iſtum effectum deuolutionis, maxime, cum Beneficia

cia ipſa nullo modo poſſint dici exempta ab Archie-
632 piſcopo, † nec refragatur d.deciſ.8.Caſſador,dicẽs, quod data negligentia Cardinalis in conferendo Beneficio reſeruato vigore indulti, deuoluitur collatio ad ſolum Papam,de qua Gonçalez gloſ.53.a nu.37. quia ibi longe diuerſa eſt, cum agatur de Beneficio reſeruato, conferendo vigore indulti, quod ſemper remanet, & à principio fuit reſeruatum, vt ſupra dictum eſt.

Quærit etiam Gonçalez d.gl.24.quæſt.5.a n.108.
633 † an Cardinalis Epiſcopus poſſit conferre Beneficium, quod vacauit in menſe Apoſtolico, ante eius promotionem in vita ſui anteceſſoris, qui Cardinalis non erat: & breuiter concludit, quod ceſſante indulto non poteſt illud conferre, nam cum vacauerit de tempore, in quo Collator non erat Cardinalis, fuit ſemel reſeruatum, & ſemper durat reſeruatio; ſi vero dictus Cardinalis haberet indultum ſolitum,ad conferendum Beneficia reſeruata,tunc illius vigore poſſet tale Beneficium conferre, ſi indultum caperet Beneficia iam vacantia,alias ſecus.

634 Deinde quærit è conuerſo †6.q.nu.110.an Cardinali Epiſcopo decedente ante collationem Beneficij vacantis in menſe alias reſeruato, poſſit illud conferre Epiſcopus ſucceſſor non Cardinalis,ſi à Papa iam præuentum non ſit? & multis adductis tandem ait,quod ſibi magis placet vltima ſententia nempe,quod poſſit illud conferre,& quod ſecundum eâ, ſemel conſultus pro veritate de ſimili caſu reſpondit,quia modernus Epiſcopus ſucceſſit in locum defuncti,& ſic eius iure vti debet. ſecundo,quia d. Beneficium vacauit tempore congruo, quando nulla aderat reſeruatio,& ſic Beneficium ſemel poſt vacationem liberum, ſemper remanere debet liberum vt ſupra dictum eſt nu. 631.tertio,quia ſicut in caſu contrario quæſtionis præcedentis, non poteſt conferre Cardinalis,ita è conuerſo in iſto poteſt conferre ſucceſſor, cum contrariorum eadem ſit ratio, & quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito,& econtra,&c.

635 Quæ quidem ſententia † de plano procederet nõ ſtante reg.2.Cancellariæ reſeruatoria Beneficiorum, quæ poſt obitum Epiſcoporum quomodocumque vacant,& vacabunt in futurum,*(& poſſet applicari ad caſum de beneficio vacante in menſe alternato Epiſcopi prædeceſſoris iuxta ſupra dicta,nu.22.)* ea vero ſtante non poteſt ſuſtineri,ſed eſt procul dubio falſa; nam eo ipſo,quod Epiſcopus deceſſit,intrauit reſeruatio d.regulæ, quæ ſemper loquitur; cum verum ſit dicere, quod tale Beneficium poſt obitum Epiſcopi vacat (quicquid Gonçalez dicat) Pauinus de offic. & poteſtate Cap.ſede vacante 1.par.quæſt. 10.nu.23. ibi etiam,ſi vacaſſet viuente Prælato, quia verum eſt dicere,quod etiam vacet eo mortuo,ex quo non prouidit donec vixit, & conducunt ſupra tradita ſub
636 nu.536.Vnde etiam conuincetur doctrina eiuſdem Gonçalez gl.15.§.2.a n.91.vbi ait,quod ſi hodie poſt d.reg.2.Cancellariæ, vacaret aliquod Beneficium in mente ordinario Epiſcopo, vel Abbate viuente, & poſtmodum ante prouiſionem in remotis partibus decedente,& illius Vicarius habens ſpecialem facultatem conferendi poſt dictum obitum ante illius notitiam tale Beneficium contulerit,collatio erit bona, & legitima,non obſtante morte Epiſcopi,de quo notitiam non habuit,vt alias dicitur infra cap.8.n.175. neque in hoc caſu obſtat dicta reg.2. Cancellariæ; quia duntaxat loquitur de Beneficijs vacantibus, ſeu vacaturis ſede Epiſcopali,vel Abbatiali vacante,non vero ſede plena,vt ſcripſit d.glo.24.ſub q.6.quæ doctrina eſt etiam falſa ex dictis,nam tunc verum eſt dicere,quod Beneficium vacat ſede Epiſcopali,vel Abbatiali vacante,ſeu poſt obitum Epiſcopi,vel Abbatis,& ſic reg.intrat.

637 Quærit etiam Gonçalez d.Gloſ.24.7.q.ex num. 121,an d.exceptio,& fauor noſtræ regul. quod eius reſeruatio non includat Cardinales abſentes à curia, vel ſolum procedat in reſidentibus in curia ex regu. 7.Cancellariæ: & pluribus hinc inde adductis reſoluit,quod loquendo de Beneficijs vacantibus in Dioceſibus,& Epiſcopatibus Cardinalium non annexis Cardinalatibus, Cardinales abſentes gaudent exceptione,& fauore noſtræ regulæ, ita, vt indultum aliquod ad hoc neceſſarium non ſit, & ita ſeruari videmus,quia regula noſtra indiſtincte excipit Cardinales, & quod regula ſeptima ſolum loquitur de Beneficijs vacantibus in Eccleſijs titularibus Cardinalium de vrbe, & in ſex Epiſcopatibus Cardinalium antiquorum Cardinalatibus annexis, quæ non cenſetur in continenti corrigi per regulam noſtram ſequentẽ. l.nam ad ea,& ibi gloſſa ff.de condit. & demonſtrat. & ſic fauor noſtræ regulæ non conceditur talibus Cardinalibus abſentibus, quia obſtat reſeruatio dictæ reg.7.præcedentis,de qua ſupra à nn.402.

638 Sed melius dic † quod per hanc noſtram regulã, quæ abſolute,& indiſtincte excipit Cardinales,non reſeruantur Beneficia vacantia in quibuſcunque Epiſcopatibus Cardinalium, quamuis vacantia in dictis ſex Epiſcopatibus Cardinalium antiquorum, ſint reſeruata per dictam reg. 7. ſi ſunt abſentes à curia,in quocumque menſe vacent.

639 Quærit etiam Gonçalez † d.gloſ.24.8.quæſt.nu. 153.an ſicut regula noſtra excipit, & non comprehendit Cardinales Collatores, ſimiliter etiam non comprehendat Reges, & Principes Collatores Beneficiorum ex priuilegio Apoſtolico, & concludit, quod non,quia eo ipſo, quod de eis non fit expreſſa mentio; non cenſentur comprehenſi in reſeruatione noſtræ regulæ propter altitudinem, & excellentiam eorum ex adductis per eum. & idem repetit gloſ.38. nu.5.non obſtantibus verbis,Cuiuſcunque Dignitatis,&c.de quibus ibi.

640 Tandem quærit † Gonçalez d.gloſ.24.9.q.num. 161.quare dicit regula noſtra in dictis verbis, S.Romanæ Eccleſiæ? & reſpondet, quod ad diſtinctionem aliorum, qui non ſunt S. Romanæ Eccleſiæ, veluti Cardinalium Compoſtellan. Aurien. Rauennaten. & Mediolanen. qui tamen ſunt abuſiue Cardinales &c. ſed ego potius exiſtimo ea verba non ad id apponi, nam licet ſolum fieret mentio de Cardinalibus, intelligeretur de Cardinalibus S. Romanæ Eccleſiæ, qui ſunt vere, & proprie, & per Antonomaſiam Cardinales, non de alijs, qui ſolum nomine ſunt Cardinales, nam & analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificatu. Apponuntur autem d.verba ad denotandam eorum Dignitatem, & excellentiam,denominationemque vt moris eſt. *Et Mo ſtronius de maieſt.milit. Eccleſ lib.1.p.1. cap.5. pag.115. ait, quod Pius V. in ſuo diplomate anno 1568. 13. Kalend. Martij penitus hoc nomen Cardinalium in omnibus alijs Eccleſijs, præterquam in Romana extinxit,*

*& solummodo Cardinalis nomen competere voluit Cardinalibus S.R.E. a Papa creatis, &c. Sed ego non inueni tale diploma seu bullam: & adhuc nominantur Cardinales in Ecclesia Compostellana & Auien. &c.*

641 Decimo sextò, circa illa verba, † aut aliorum sub concordatis inter sedē Apostolicam, & quoscunque alios initis, &c. notandum est, id dici propter cōcordata Germaniæ, & Franciæ, quæ Papa lædere non intendit, quantum est ex sua parte. De quibus concordatis Germaniæ vide constitut. Nicolai V. & constitut. 46. Clement. VII. & 42. Greg. XIII. Cass. decis. vn. de pactis Simonetā, seu potius eius additionatorem de reseru. q. 1. à nu. 3. & q. 99. à nu. 4. & Gregor. Branden. in nouo opusculo super concordatis Germaniæ. Et de concordatis Franciæ vide constitutionem 16. Leonis X. & Rebuffum, qui latissimè illa declarat in gloss. ad ea. Et vide Gonçalez gloss. 25. vbi explicat prædicta verba, & gloss. 26. explicat illa verba, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerint, acceptatis, & gloss. 27. explicat illa verba, & obseruatis, & gloss. 28. illa verba, quæ lædere non intendit, comprehensorum. Circa quæ aliqua de more cumulat non multum conducentia.

642 Decimoseptimò ex illis verbis, † quomodolibet pertinentia, notandum est per regulam nostram reseruari Beneficia, ad prouisionem quorumcumque quomodolibet pertinentia, idest, siue de iure communi, siue de iure speciali, vt fundatione, præscriptione, seu consuetudine, aut priuilegio, notat Gonçalez gloss. 29. & vide d. sup. nu. 618. 619. & 620. *Vnde planè conuincitur & apparet falsum, quod ait Vasconcel. diuers. iur. argum. lib. 1. ca. 16. quod hac reseruatio mensium cum sit generalis, non includit beneficia pertinentia ad collationem aliquorum ratione statuti, vt in Ecclesia Elborensi sunt Capellaniæ & beneficia Bachalaureorum, &c.*

643 Decimooctauò ex illis verbis, † dispositioni suæ, notandum est reseruationem hanc esse personalem, & sic cum conditore expirare, ad ca. literis. de rescription. & cap. si gratioſę eodem titul. in 6. & ibi gloss. verbo suæ. Archid. Ioan. Andr. & alij gloss. verb. sedis Apostolicæ, & D. in clem. 1. de probatio. Mill. in reper. verbo reseruatio, quam facit Gambarus de offi. Legati lib. 3. num. 195. Mandos. reg. 1. Cancellariæ, quæst. 12. & post hæc Gonçalez §. 5. procem. numer. 15. & gloss. 12. num. 3. Accedit, quod facta est hæc reseruatio ad suæ voluntatis beneplacitum, vt supra diximus num. 446. quod morte finitur d. cap. si gratioſę, l. 4. ff. locati tradit *Mand. de inhibit. q. 76. Couarr. lib. 3. variar. c. 15. à nu. 2. Valascus de iur. emphyt. cap. 34. a num. 4. Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 25. a num. 4. Molin. de iust. tract. 2, disp. 298. & tract. 5. disp. 20. nu. 6. Tusc. concl. 89. lit. B. Salas de legib. disp. 17. sect. 2. nu. 14. & disp. 20. sect. 17. num. 125, Suar. eodem tract, lib. 8. ca. 32. a num. 2.* Thom. Sanchez de matrimonio lib. 8. disputatione 28. a num. 49. & in proposito Gonçalez d. §. 5. procem. à nu. 8. & late, d. gloss. 12. à nu. 1. & loquens de alternatiua gloss. 50. num. 6.

644 Accedit etiam, † quod est posita inter alias regulas Cancellariæ suo tempore duraturas, vt in procemio ipsarum regularum, vbi Glossator, & Pauinus in procemio extrauagantium vers. regulæ Cancellariæ, & post hæc tradit in proposito latè Gonçalez d. §. 5. procem. ex numero 1. vbi ex numero 16. dicit, quod pari etiam ratione regula nostra euaneſceret, & regulæ Cancellariæ expirarent, si Papa renuntiaret Papatui, ex quo fuerunt factæ suo tempore duraturæ, quod per renuntiationem fuit consumptum, & terminatum, & renuntians, quo ad hoc, habetur pro mortuo, & mors ciuilis in hoc æqu paratur naturali, & paria sunt Papam obijsse, vel Papatui renũtiasse. Clemen. ne Romani §. sane. iuncta gloss. verb. moriente, de electione Felin. in cap. licèt vndiq; sub num. 2. de offic. De leg. & in terminis Aeneas de Falcon. quæst. 5. principali. §. 1. num. 8. Parisius cons. 19. à num. 9. lib. 4. & Mandos. regul. 30. quæst. 7. numero 14. & 15. &c.

645 Vnde sede Apostolica vacante † omnes menses sunt ordinarij, & tunc Episcopi possunt prouidere de Beneficijs vacantibus in quolibet mense, Caputaquen. decis. 86. parte 1. & 214. parte 2. & in manuscriptis decis. 397. lib. 1. Anton. Augustin. decis. 65. l. 1. quæ est 3. parte diuersorum libro 3, decisione 1228. Anastasius Germon. de indultis Cardin. §. quod tamen Romanam, numero 99. & 100. Zerola in praxi Episcopali. 2. par. verbo Beneficium. §. 1. Flores de Mena quæst. 4. num. 51. *Perez de Lara de anniuers. & Capell. lib. 2. c. 10. n. 8. & Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 5. num. 22.* & fuit dictum in Abulen. Parochialis de Calcad. 28. Ianuar. 1594. ad fin. adducta infra, nu. 791. & nouissimè post hæc tradit Gonçalez d. §. 5. procm. à num. 46. qui nu. 53. ait, quod non solum erunt omnes menses ordinarij, ante assumptionem noui Papæ, sed etiam antequam faciat regulas Cancellariæ, quæ semper solent fieri in die immediatè sequenti diē assumptionis, ita quod si etiam in illo medio tempore ab assumptione vsque ad factionem regularum vacaret aliquod Beneficium in mensibus aliàs reseruatis, nullum obstaculum Ordinarius habere dicatur, & allegat Gemid. consilio 92. ante num. 1. & sub ipso num. 1. Glossatorem antiquum in procemio regularum Cancellariæ versicul. item ponderandā, Gomez in d. procemio quæst. 2. sub num. 14. verſic. vnde si vacaret, & Rotam loquentem de regula nostra decis. 21. num. 6. in fi. lib. 2. parte 3. diuersorum, quamuis non est necessaria publicatio regularum, vt ligent, quia statim ab initio, quando sunt factæ, ligant vt in earum procemio vbi dicitur, quas ex tunc suo tempore duraturas obseruari voluit. Gonçalez ibi 4 num. 54.

646 Itaque prouisio facta † ab Ordinarijs de Beneficijs, Sede Apostolica vacante, in quolibet mense vacantibus, erit firma, & valida, nisi alias sint affecta, aut nisi forte Papa de nouo electus declaret, non expirasse reseruationem sui prædecessoris, aut illa de nouo reseruet, prout aliquando fit, ad prouidendum conclauistis, tunc enim prouisio facta ab Ordinario post istam declarationem, seu reseruationem, de Beneficijs, quæ vacarunt, Sede Apostolica vacante, in mensibus alias reseruatis non valeret, nec facta ante declarationem, si in ea Papa derogat iuri quæsito, & regulæ de non tollendo iure quæsito iuxta tradita per Mandos. ibi reg. 18. quæstione 6. cum non sit declaratio propria. Decius in c. fi. de constit. nu. 47. & 48. & ibi add. maximè Syluestri verb. dubium. & Anton. Gabr. conclu. 3. de reg. iuris nu. 62. cum sequentibus, & etiam prouisio facta ante reseruationem, seu Bullam conclauistarum, non valeret, si Papa in Bulla decernit per talem prouisionem, ius quæsitum non fuisse prouiso, neque d. regulæ de non tollendo iure quæsito locum esse, &c. vt fecit S. D. N. Paulus V. de

omnibus Beneficijs tempore ſuæ aſſumptionis non prouiſis, in Bulla ad fauorem conclauiſtarum data pridie Calend. Auguſti. 1605. per regulam autem menſium noui Pontificis, non reſeruantur Beneficia nondum prouiſa, quæ vacarunt, Sede Apoſtolica vacante, in menſe alias Apoſtolico, quia ſolum reſeruat Beneficia vacatura, & non vacantia, vt latè per Gonçalez d.§.5.procem.ex num. 60. & dictum eſt ſupra nu. 537.

647 Vnde in d.deciſ. † 307. li. 1. in manuſcriptis, ait Verallus, quod indultum conferendi, ſeu præſentandi Beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis, non habet locum, Sede Apoſtolica vacãte, quia tunc ceſſante regulæ reſeruatoria per obitum Papæ, nulli ſunt menſes Apoſtolici, cum de iure collatio Beneficiorũ in quolibet menſe vacantium ſpectet ab Ordinarium, in Aſtoricen. Canonicatus coram Auguſt. 1. Dec. 1554. quę eſt eadem cauſa, de qua in d.dec. 214. in impreſſis, & hæc deciſ. manuſcripta eſt poſterior impreſſa, quæ eſt de anno 1552. & ſatis confuſa.

648 Quod cõducit ad indultũ † Ducis Albani, quod eſt reſtrictum ad menſes Apoſtolicos. Nam Pius V. in Bulla confirmationis, & reualidationis ad finem, ait, ac ius patronatus huiuſmodi ad Beneficia vacãtia in menſibus Ordinariorum collatorum illis conceſſis per regulas Cancellariæ, & aliàs conſtitutiones à nobis emanatas, & literas alternatiuas per nos conceſſas, & ſucceſſores noſtros Romanos Põtifices pro tempore exiſtentes concedendas, de quibus ipſi Ordinarij ſua ordinaria authoritate prouidere poſſunt, non extendi, &c. & facit deciſ. in cauſa Salamantina Parochialis de Gaiates. 1. Decembr. 1578. coram D. Brauo, quæ habetur 1. p. diuerſ. deciſ. 422. vbi nu. 2. dicebant Domini, dictum indultum Ducis de Alba ſolum capere illa Beneficia, quæ priuatiuè ad ipſius Pontificis collationem pertinent, non autem quæ cumulatiuè cum Ordinario, & talem fuiſſe Pontificis intentionem ex dicta exceptione menſium Ordinariorum Domini iudicabant.

649 Nec obſtat, quod † dictũ indultum, & ius patronatus Ducis Albani in principio datur generaliter, & illa exceptio in fine poſita ſolum eſt de Beneficijs vacantibus in menſibus Ordinariorum, illis conceſſis per regulas Cancellariæ, ſeu alternatiuas, atque adeo non comprehendit menſes, qui ſunt Ordinarij ratione Sedis Pontificalis vacantis, aliàs vero Apoſtolici, cum illi non ſint conceſſi per regulas Cancellariæ, ſeu alternatiuas. Nam reſpõdetur, quod illa verba conceſſis per regulas Cancellariæ, & alternatiuas, ſtant demonſtratiuè, non reſtrictiuè, & taxatiuè; nam verba regulariter, & in dubio potius intelligenda ſunt demonſtratiuè, quam taxatiuè. & reſtrictiuè, Bartol. in l. Centurio num. 31. & 39. & Ripa nu. 140. ff. de vulgari. Pariſius conſil. 4. num. 36. li. 14. Rota d. deciſ. 442. nu. 3. & 662. nu. 3. & 684. nu. 4. p. 1. diuerſorum.

650 Illa autem verba, † de quibus Ordinarij, &c. ponuntur ad reſtringendam exceptionem, vt non comprehendat Beneficia vacãtia in menſibus ordinarijs, aliàs tamen reſeruata, ſeu affecta, ad l. ea tamen adiectio. ff. de Legat. 3. Bartol. in l. omnes populi in princip. ff. de iuſtitia, & iure, & in l. cunctos populos, nu. 1. & ibi Iaſ. nu. 2. C. de ſumma Trinitate, & ita indultum intrat in Beneficijs, aliàs reſeruatis in quolibet menſe vacantibus, & hodie intrat in Beneficijs, ſede Epiſcopali vacante vacantibus in quolibet mẽſe, ex quo ſunt reſeruata per regu. 2. & ſic de eis Epiſcopi ſucceſſores ſua Ordinaria authoritate prouidere non poſſunt, & ceſſat iam d. deciſ. 442. vt dicitur ẽt infra c. 7. num. 88. *Vnde etiam dictum indultum non habebit locum in beneficijs per reſignationem vacantibus in quocumque menſe; nam cum illa non ſint reſeruata per regu. menſium, vt ſupra dictum eſt, numero 542. quoad ea omnes menſes ſunt ordinarij, &cet. Similiter etiam indultum, & ius patronatus conceſſum ad præſentandum in mẽſibus Apoſtolicis, ſeu reſeruatis non videtur habere locum, vbi præſentatus eſt Cardinalis, quia ibi non ſunt menſes Apoſtolici, non vlla ratione menſis datur reſeruatio, cum regula reſeruatoria menſium excipiat Cardinales, vt ſupradictum eſt anum. 34. & 624. & ſic Prælatus Cardinalis iure ſuo ordinario poterit libere prouidere beneficia in ſua dioceſi vacantia in quibuſcunque menſibus non obſtante dicto indulto, quod quidem durauit pro tempore quo Prælatus fuerit Cardinalis, cum Papa concedens illud reſtrinxerit ad menſes Apoſtolicos, & pro tunc ſolum intrabit in beneficijs ibi ſpectantibus ad inferiores collatores, ſeu patronos Eccleſiaſticos, vacantibus in dictis menſibus Apoſtolicis, & in beneficijs aliàs reſeruatis, (ſuppoſito quod comprehendas beneficia reſeruata ratione mẽſis, ſed etiam alias, vt dictum indultum Ducis Albani) in quibus habens indultum poterit præſentare, non obſtante alio indulto Cardinalis ad conferendum reſeruata priori vel poſteriori, quippe quod non comprehendit beneficia ad prouiſionem aliorum ſpectantia: nec cenſetur in dubio derogare indulto alterius, iuxta d. infr. c. 5. a num. 5. ſuper quo relatum eſt mihi lite pendente inter Marchionem de Mondejat, & Archiepiſcopum Toletanũ; in qua poſt hæc inueni Rotam tenuiſſe dictam meam ſentẽtiam, quod cum Prælatus ſit Cardinalis d. indultum non habet locum in beneficijs vacantibus in menſibus alias reſeruatis, vt in ſeq. dec. Toletana Archipresbyteratus 17. Martij 1603. coram D. Ludouiſio 179.*

651 Et ex eo, † quod dictum eſt reſeruationem noſtræ regulæ eſſe perſonalem ex illis verbis, diſpoſitioni ſuæ, obiter infertur ad regulam Cancellariæ 52. de clauſulis ponendis in literis indulgentiarum, quod clauſula apponi ſolita iuxta iſtam regulã in literis indulgentiarum, ſeu iubilæis. Volumus autem, vt ſi aliàs Chriſti fidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duraturam cõceſſerimus, præſentes nullæ ſint. quæ operatur, vt talis indulgentia ſit aliàs nulla in totum, intelligitur tantum de ipſo Papa concedente talem indulgentiam, in qua illa clauſula ponitur, nam verbum, per ipſum, de quo in d. regula 52. & verbũ, conceſſerimus. quod dicitur in d. clauſula ſunt perſonalia ex d. cap. literis. de reſcrip. & d. cap. ſi gratioſæ eod. in ſexto Thom. Sanchez d. diſputat. 28. lib. 8. ſub num. 46. vnde ſi illa Eccleſia haberet aliam, ſeu alias indulgentias nondum finitas non ab eodem Papa, ſed ab anteceſſore conceſſas, de quibus in ſecundis litteris mentio facta non ſit, nõ ex eo vitiabuntur, & ita tenet Gloſſator Soto ſuper iſta regula, quæ apud eum eſt 57. dicens. quod notandum eſt iſtud verbum hic poſitum, ibi, per ipſum conceſſa, &c. ex quo ſequitur, quod ſi Epiſcopus ſecundum capitul. cum ex eo. de pœnitentijs, & remiſſio. conceſſit ibidem indulgentiam, vel alius Pontifex Romanus, etiam, ſi non fiat mentio de illa, valet iſta ſecunda, per verba huius regulæ, &c. ideo eſt cautela, quod a quolibet Põtifice nouo petatur noua

indul-

indulgentia, etiam non facta mentione alterius indulgentiæ concessæ ab alio Pontifice, vel ab alijs Pontificibus; hæc Glossator. nam quamuis dicat, non valet ista secunda, &cet. verbum, non est positum per errorem, vt ex præcedentibus, & sequentibus patet.

652 In vna tamen Aquilana † Canonicatus 6. Octobris 1586. coram D. Blanchetto fuit resolutum,

653 quod sub clausula Breuis de capienda possessione (non tamen à nobis prouisionem habentibus) comprehenduntur prouisi à prædecessoribus; licèt enim verbum, à nobis, sit personale dict. cap. litteris, & d. cap. si gratiosæ, tamen attendenda est subiecta materia, vt tradunt Doctores in cap. quantum. Abbas de officio de leg. & subiecta materia de tollendo iure alterius, & exorbitantia quædam facit, vt ea accipiatur interpretatio; illa qua clausula ponitur ad excludendum prouisos à nuntijs seu Legatis, qui authoritate Apostolica prouident. Considerarunt etiam Domini, quod in illa causa Papa præseruabat inhibitiones factas, quæ esse non poterant verisimiliter, nisi vigore prouisionis à prædecessore factæ, &c. Accedit, quod cum in breui veniant fructus à die vacationis, solùm videtur dari contra prouisos ab alio, quam à Papa, nisi aliud constet; ad decisionem Ioan. Pauli 120. quæ est 876. ad fin. 3. partic. lib. 3. diuers. & dicenda infra, 6. p. cap. 3. num. 115. in qua etiam causa Aquilana de mense Nouemb. eiusdem anni coram eod. dictum est, quod prouisus vigore litterarum, seu Breuis Papæ dicitur prouisus à Papa. cap. hi qui. de Præben. in 6. &c.

653 Secus vero est quando in breui † dicitur, non tamen à nobismet, seu à nobis ipsis prouisis, seu prouisionem habentibus, nam ista verba sint personalissima, & ideo operantur, quod Breue sit exequendum contra omnes non prouisos ab eodem Papa, vt in vna Salamantina Beneficij de Duennas 31. Ianuarij 1596. coram D. meo Corduba, in qua fuit resolutũ.

654 Breue de capienda possessione nomine cameræ esse exequendum contra Capitulum de Medina, quod possidebat dictum Beneficium vigore vnionis authoritate Apostolica factæ, non obstante, quod dicitur de paritate tituli, cum in Breui adsint verba præcisa (non tamen à nobis ipsis prouisus) quæ sunt personalissima. Bald. consil. 304. lib. 5. Natta. 163. numero 8. & illa vnio non est ab ipsomet Papa immediatè, nec obstare, quod cum dict. Beneficium fuerit cõprehensum sub vnione, non vacauit per mortem, stante, quod eo ipso intrauit vnio facta per Episcopum Segobien. in executionem dicti indulti. Rota decis. 11. de rebus Ecclesiæ, in antiquis. Primo, nam indultum fuit per Rotam surreptitium declaratum & Episcopum Salamantinum esse manutenendum in possessione conferendi coram D. Blanchetto 19. Martij 1595. si igitur potuit Episcopus conferre, etiam Papa Sede Episcopali vacante. Secundo, quod per Rotam fuerat inhibitum Capitulo, ne vlterius procederet in executionem illius, & interim non potuit dict. Beneficium capere, & cum ista exceptio sit turbida, & requirat altiorem indaginem, non potest dici, quod Collegiata habet parem titulum ad effectum impediendi executionem Breuis, &c.

Idem fuit resolutum in vna Vicen. Beneficij 22.

655 Iunij 1598. coram D. Lita, in qua fuit dictum. Sententiam auditoris Cameræ mandantis exequi Breue Apostolicum de capienda possessione, esse exequendam, & confirmandam, cum clausula, constito, sit verificata legitima; non obstante, quod Beneficium prætendatur vnitum, si quidem non apparet vnitum per ipsummet Papam, à quo emanauit Breue, in quo est clausula, amotis quibuscumque detentoribus, & intrusis non tamen à nobismet prouisionem habentibus, quæ operatur, vt executioni demãdari debeat contra omnes, & quoscumque non prouisos ab eodẽ met Papa, vt fuit resolutum in terminis in dict. Salamantina Beneficij de Duennas, &c.

654 Decimonono circa illud † verbum generaliter, de quo Gonçalez glos. 30. videnda sunt dicta per nos supra ex nu. 56. & de verbo; reseruauit, agit Gonçalez glos. 31. vbi agit de vi, & potentia reseruationis, seu potius eius decreti ad inficiendum titulum, & possessionem, & impediendum restitutionem in spolio, & alia remedia possessoria, de quo nos congruentius agimus supra ex nu. 411. circa decretum irritans positum in fi. reg. præcedentis, & alia etiam addit quæ nos aliàs in suis locis adducimus.

655 Vigesimo circa illa verba, † volens in supplicationibus, &c. de mense, in quo vacauerint dispositiuè mentionem fieri &c. notandum est, id ex eo esse statutũ, quia vult Papa certior reddi, an Beneficium vacauerit in suo mense, Puteus decis. 25. li. 3. Rota dec. 9. nu. 22. p. 2. diuersorum, & in causa Neapolitana, de qua infra num. 668. & post hęc Gonçalez §. 4. procmio. nu. 7. & glos. 32. num. 2.

656 Et intellige de mense † vacationis debere mentionem fieri dispositiue, id est affirmatiuè, seu assertiuè; & absolutè dicendo, quod Beneficium, vacauit in mense. Gonçalez d. glos. 32. 2 num. 7. ita, quod non sufficeret narrare mensem dubitatiuè, vt si diceret, quod forsan vacauit in tali mense, Gonçalez ibi à num. 10. aut cum dictione, vt asseritur, Gonçalez ibi à num. 12. iuxta alias dict. sup. 1. cap. 5. à num. 496. nec etiam sufficeret dicere, quod vacauit in vno ex mensibus reseruatis, sed narrandus est mensis vacationis in particulari, *ibi, in particulari, quamuis contrarium videatur decisum in vna Abulen. præsumoniorum 18. Iun. 1610. coram D. Mancanedo, scilicet, Quod sufficiat dicere vacasse de mense reseruato, quamuis non exprimatur mensis, cum expressio mensis ex eo tantum sit necessaria, vt de reseruatione appareat, & Papa sciat beneficiũ esse reseruatum, cum non intendat prouidere in mensibus ordinarij, Put. dec. 53. num. 3. libro 2. & dec 25. numero 1. lib. 3. Rota diuers. 9. num. 22. p. 2. & 700. pa. 3. Et amplius videtur velle Rot. ibi, quod cum narratum est vacasse in tali mense reseruato, sufficiat constare, quod vacauit de mense reseruato, licet non de expresso: quod non est verum ex hac reg. volente de mense, in quo vacauerit, mẽtio fieri, & ex dictis infra 11. p. c. 1. a num. 55.* & vide resolutionem Rotæ in causa Lucana S. Annæ 28. Nouemb. infra relatam sub num. 661.

657 Hoc tamen solum habet † locum in mensibus reseruatis, nam regula dicit de dictis Beneficijs tunc vacantibus, scilicet in dictis octo mensibus, & ex quo de mensibus ordinarijs nulla erat facta mentio, ad illos non poterat relatio fieri. Vnde prouisus à Papa de Beneficio vacante in mense Ordinarij, non tenetur in supplicatione de mense mentionem facere, vt fuit resolutum in vna Conchen. de anno 1543. vt p Puteum decisione 53. libro secundo, & fuit dictum in Toletana Canonicatus de Talauera de anno 155

vt per Cottam deciſione 61. in manuſcriptis, & conducit deciſio. Neapolitana Beneficij, de qua infra ſub numero 668. & hinc in vna Burgenſi Canonicatus 2. Iunij 1559. coram D. Rubeis fuit reſolutum, quod, licet in noua prouiſione ſit exprimendus mẽſis, quando in prima gratia non fuit expreſſus, vt reſolutum eſt coram Chiſanen. in vna Lucana Parochialis 28. Nouemb. 1558. tamen regula excipit Beneficia ſpectantia ad Cardinales Ordinarios, & ſic illud nõ habet locum in Canonicatu Burgen. Eccleſiæ, in qua Ordinarius erat Cardinalis, & quia etiam erat reſeruatus, quia vacauerat per obitum Epiſcopi, Caſſador. deciſione 3. de conſtitut. & regula. non habet locum in Beneficijs reſeruatis, vt alias reſolutum eſt, &c. & ita tenendum eſt, quamuis Gonçalez d. glo. 32. à num. 49. contrariam teneat opinionem, nempe, quod expreſſio menſis ſit duntaxat neceſſaria in menſibus ordinarijs, non autem in reſeruatis, vt ait fuiſſe nouiſſime dictum in vna Tiraſonen. Canonicatus 24. Maij 1602. coram D. Pamphilio, & allegat etiam deciſionem Acoramboni 70. alias 59. lib. 1. & Mandoſium de ſignatura gratiæ tit. de prouiſio. verſic. an autem in impetratione, qui refert, & ſequitur iſtam deciſ. Acoramboni; ſed falſo eos allegat, nam non loquuntur de Beneficijs vacantibus in menſibus reſeruatis; ſed de Beneficijs alias reſeruatis, vt infra num. 668. & ita ipſe eos allegat, num. 39.

658 Et quod dicitur de octo † menſibus reſeruatis, ſcilicet, vt in conceſſionibus, ſeu gratijs de Beneficijs in eis vacantibus debeat fieri mentio de menſe vacationis, procedit etiam in ſex menſibus alternatis Papæ, quando Epiſcopus habet alternatiuam, nam illi ſubrogantur loco octo, cum eiſdem qualitatibus, vt patet ex verſiculo, quæ etiam diſpoſitioni ſuę, vt præfertur, reſeruauit. Nam verbum illud, vt præfertur, repetit, & refert præcedentia.

659 Secundò hæc regula de menſe † exprimẽdo procedit in gratia, ſi neutri, vt in deciſione Aurien. Canonicatus ſupra adducta, num. 135. & in Legionen. præſtimoniorum ibi adducta, nu. 136. & tradit Gonçalez d. glo. 32. à num. 21.

660 Tertiò procedit, † etiã in noua prouiſione, quando in prima gratia non fuit menſis expreſſus Puteus deciſ. 443. lib. 1. Caputaquen. deciſ. 215. p. 2. Mohed. 4. de conceſ. Præbend. Rota deciſ. 475. nu. 4. lib. 3. p. 3. diuerſorum, & in illa Burgen. Canonicatus de qua ſupra nu. 657. & poſt hæc Gonçalez d. glo. 32. num. 20. & vide infra num. 972.

661 Quarto procedit, † etiam ſi quis velit capere Beneficiũ per clauſulas generales, ſiue alio quouis modo, &c. Puteus deciſ. 169. lib. 2. & deciſ. 25. lib. 3. & 1. & 4. ſuper regula de menſe in manuſcriptis. Rota dec. 470. 475. 575 624. 700. & 754. lib. 3. p. 3. diuerſ. Burſattus conſ. 394. num. 18. vol. 4. & Flam. Pariſ. de reſignatione Benef. lib. 8. q. 7. nu. 144. & 145. & fuit reſolutũ in cauſa Lucana S. Annæ 17. Octobr. 1558. coram D. Chiſanen. in qua fuit tentum, quod contra prouiſionem ex qua per clauſulas generales impetrans vult capere Beneficiũ per obitum obſtat regula de menſe. Sarnen. de annali q. 28. alias defraudaretur mens Papæ, qui non intelligit prouidere de vacante per obitum, niſi fiat mentio de menſe, vt in d. regula, &c. Et in ead. 28. Nouem. fuit reſolutum, quod in dicta noua prouiſione, in qua dicitur, quod Beneficium vacauit per reſignationem N. ex cauſa permutationis, qui deceſſerat de menſe Iulij, non eſt ſufficienter facta mentio de menſe diſpoſitiue, vt fieri debuit iuxta d. regulam de menſe, & ideo non ſuffragatur, &c. idem fuit reſolutum in vna Lucana Canonicatus 7. Febr. 1561. coram D. Rubeis, in qua fuit dictum, obſtare regulam de menſe volenti capere Canonicatum per clauſulas generales ſui regreſſus per obitũ de menſe Ian. & licet d. regula non procedat in Beneficio alias reſeruato, tamen iis poſt vacationem Canonicatus non inducit reſeruationẽ de tempore vacationis, quod tempus vacationis inſpicitur, vt per Cottam deciſ. 286. & in vna Corduben. Beneficij 21. April. 1562 quæ apud Cottam eſt deciſ. 248. & habetur. d. deciſ. 700. fuit etiam dictum in Toletana Parochialis de Huerta infra adducta, num. 663. & in d. Legionen. præſtimoniorum ſupra adducta. nu. 136. & tradit poſt hæc Gonçalez ſupra à num. 32. *Et Gemen. in praxic. 120. verſ. ad hoc.*

662 Quintò, † procedit in gratia de Beneficio vacãte non ſolũ de iure, & de facto, ſed etiam de iure tantum, puta, ſi moriatur, qui habet ſolum ius alio exiſtente in poſſeſſione, cum regula loquatur ſimpliciter, & vera vacatio eſt, quæ fit per mortem illius, qui habebat ius. Milis in reper. verb. obtinere, & Belléz, de charitatiuo ſubſidio q. 121. ita Rota dec. 102. lib. 1. p. 3. diuerſ. quæ etiam ait, quod Beneficia, quæ vacant de facto, comprehenduntur in regula, quatenus verum ius non ſit apud aliquem, &c. iuxta ſupra dicta, à num. 197. & tradit Gonçalez d. gl. 32. num. 25.

663 Quod ita intelligendum eſt, † vt quando Beneficium impetratur per obitum habentis ius in re alio exiſtente in poſſeſſione, ſit exprimendus menſis vacationis, & obitus illius; quãdo vero impetratur per obitum vltimi poſſeſſoris de facto poſſidentis, ſufficit exprimere menſem illius vacationis de facto, vt fuit deciſum in d. Toletana Parochialis de Huerta 12. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Card. Mantica, vt in ſeq. deciſ. Dubitaui, an regula de menſe obſtet D. Didaco, & an ſit dãda remiſſoria Gondiſaluo? Quod attinet ad primam partem, deciſum fuit regulã non obſtare, quia ipſe Didacus expreſſit menſem vacationis per obitũ Georgij de Fonſeca vltimi poſſeſſoris, & impetrãti ſufficit verificare vacationem de facto, Rota deciſ. 8. de elect. in antiquis Aegid. deciſ. 116. in fin. neque ad effectum validitatis ſuæ gratiæ tenetur verificare titulum prædeceſſoris. Rota deciſ. 10. de rer. permut. in antiquis, præſertim quando eo tẽpore, quo vltimus de facto poſſedit, alius non habebat ius in Beneficio. Caſſad. deciſ. 2. nu. 2. de conſtit. cum alijs concordan. neque obſtat, quod Puteus deciſ. 3. ſuper regula de menſe dicat huiuſmodi expreſſionem eſſe neceſſariam, quãdo quis vult capere Beneficiũ per clauſulas generales, quia hoc ſanè intelligitur, quando non fuit facta expreſſio vacationis per obitũ, ſed ſolũ ex cauſa reſignationis, tunc enim, ſi quis velit vigore clauſularum generalium capere vacationem per obitũ, neceſſario requiritur expreſſio menſis, & ita colligitur ex deciſ. in cauſa Cordub. Beneficij S. Michaelis coram R. P. D. Caputaquen. ſub die 21. April. 1561. quæ reperitur in miſcellaneis Cottæ ſub num. 238. Præterea Domini dicebant in hoc caſu regulam de mẽſe non habere locum, quia, cum ſit inducta ad effectum, vt Papa intelligat, an ad eum, vel ad Ordinarium collatio ſpectet; Puteus deciſ. 53.

dec.53.n.4.& 5.lib.2.& decis.25.lib.3. & in hoc casu non detur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse aliquam de mense fieri mentionem, quia nullum fit Ordinario præiudicium, vt fuit decisum in causa Corduben. Beneficij coram Illustrissimo Quiroga die 21. April. 1559. cuius copia data fuit. Quod vero pertinet ad secundam partem, placuit Dominis remissoriam D. Gondisaluo non esse concedendam quia cum causa pluribus annis fuerit agitata, illa nunc non sine magna calumniæ suspitione petitur; ad notata per Innoc. in c. post electionem de cõcess. Præbend. Bald. in l. radices. C. de fide instrumentorum, Felin. in ca. de cætero. num. 12. de re iudicata, Cassad. decis. 3. de dilatio. Caputaquen. decis. 65. p. 3. & quidem calumniæ suspitio primum concipitur ex eo, quod ipse Gondisaluus obtinuit gratiam, & neutri, vti de Parochiali habitu, & actu, & pro illius canonizatione acerrimè contendit, nunc vero, quia cognouit illam sibi non posse suffragari petit remissoriam ad probandum illam non esse Parochialem. Secundo calumniæ suspicio colligitur ex eo, quod ex scripturis apparet hanc ipsam Ecclesiam esse Parochialem actu, nam tanquam Parochialis in libris Archiepiscoparus descripta est inter alias Parochiales diœcesis Toletan. & tanquam Parochialis actu fuit collata à Clemen. VII. & postea in duabus vltimis vacationibus Ordinarius proposuit edicta, & fecit concursum, sicuti de Parochiali iuxta formam Concilij Tridentini fieri consueuit, atque ipse Ordinarius de qualitatibus Beneficiorum suæ diœcesis, quæ sibi commissa est, præsumitur esse instructus. ca. regenda est 10. q. 1. cap. nullus omninò 16. q. 7. item, quia parochiani anno 1574. constituerunt procuratorem, ad defendendum hanc causam Parochialitatis. Idem quoque probatur ex solutione decimarum, & primitiarum, quæ fit rectori huius Ecclesiæ, sicuti probant testes Didaci, & huius rei extat etiam fides scribæ generalis administrationis decimarum, nam hæc solutio decimarum, & primitiarum fit ratione administrationis sacramẽtorum, vt in hac ead. causa dictum fuit coram R. P. D. Plato die 15. Maij 1587. vnde, quamuis Gondisaluus per testes probaret hanc Ecclesiam non esse Parochialem, tamen ad huc testes Didaci essent potiores, qui alia adminicula probationum, & præsumptionum eis suffragãtur. Bald. in cap. cum causam. in principio de probatio. & latè Crauetta cons. 400. nu. 35. cum sequenti. *Et iuxta dicta est accipiendum, quod dicit Genuen supra, vers. itẽ non habet locum, quando allegans istam decisionem, eam non bene videtur intellexisse.*

664 Non placet tamẽ† quod in ista decisione dicitur, quod cum non datur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse aliquam de mense fieri mentionem, quia nullum fit Ordinario præiudicium, *& sequitur Genuen. supra vers. item non habet locũ ex eadem ratione, allegans etiam decisionem Rota in illa Tirasonen. cano. coram Illustrissimo Pamphilio 24. Maij 1602. regula. n.* absolutè vult de mense mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse: vnde inducitur forma præcisa ad Rotam in Tolerana professionis 27. Febru. 1595. coram D. Pamphilio infra adducta 9. p. ca. 2. nu. 330. Et decisio Corduben. allegata sequitur in diuersa specie, de qua infra 11. p. c. 1. nu. 60.

665 *Vltimo* procedit non solũ† in vacatione per obitum, sed etiam alio quocumque modo, in quo intrat reseruatio regulæ, vt ex ipsa regula clarè cõstat, & tradit Gonçalez d. glos. 32. à nu. 26. qui nu. 31. ait se tamen videre, quod in Dataria admittuntur supplicationes Beneficiales de alijs vacationibus, præterquam per obitum absque expressione mensis, non tamen in vacationibus per obitum, & ideo forsan praxim interpretari regulam nostram in solis vacationibus per obitum, & id annuere videri Mandosium de signatura gratiæ titulo de prouision. versiculo clausula de præsenti mense, dum dicit hæc verba, voluit Papa in collatione Beneficiorum per obitum vacantium certior reddi de mense, &cet. Et sic de alijs vacationibus extra obitum, contrarium sentire, &c. subdit tamen Gonçalez, quod cogitet lector de hoc, quia esset magna restrictio regulæ, & quod prima opinio, quod sit exprimendus mensis in quacumque vacatione vera videtur, ac sensit Rota in illa Tirasonen. Canonicatus 24. Maij 1602. de qua supra. nu. 657.

666 Addo ideo Datariam† admittere supplicationes de alijs vacantionibus absque expressione mensis, nõ tamen in vacationibus per obitum, quia in vacantibus per obitum regulariter Papa non vult præuenire Ordinarios, & ideo vult certior reddi de mense, &c. in alijs vero vacationibus, vt per assecutionem, contractum matrimonij, ingressum Religionis, priuationem, &c. benè vult præuenire, & ideo admittuntur supplicationes absque expressione mensis, si tamen vacatio contigerit in mense Apostolico, gratia erit nulla, cum non sit facta mentio de mense ex hac regula, nec praxis, aut stilus contradicit. Vnde, quod ait Gonçalez §. 4. procem. a num. 6. & 67. quod non præsumitur, Papam velle præuenire Ordinarios in suis mensibus ordinarijs, nisi ex tenore gratiæ constet velle præuenire saltem facto ipso, quia concedit gratiam de Beneficio, quod narratur vacasse in mense ordinario, non procedet in alijs vacationibus, quæ per obitum, in quibus quamuis non narretur vacatio in mense ordinario, censetur Papa velle præuenire eo ipso quod gratiam concedit absque expressione mensis. Immo etiam in vacatione per obitum, si Papa cõcederet gratiam de Beneficio absque expressione mensis, censeretur velle præuenire, quamuis in ea non soleat id facere, vt dixi.

667 Cum autem in vacatione† per resignationẽ, siue in curia, siue extra, non intret reseruatio regulæ vt supra dictum est. nu. 542. non est in ea necessaria expressio mensis. Rota decis. 624. nu. 1. & 575. nu. 3. & 4. & 700. in fin. lib. 3. par. 2. diuersorum, & Gonçalez supra d. glo. 32. à nu. 43. nisi vbi resignatio non teneret, & resignatarius ex clausulis generalibus vellet capere Beneficium, vt supra nu. 661. & declarat Gõçalez ibi num. 45. ex alio etiam in resignatione in curia non est necessaria expressio mensis, quia cum Beneficium vacet in curia, est ex alio capite reseruatũ, & quia Papa scit de quo mense vacatio contingat, cum sit in illa hora, & puncto, in quo ipse resignationem admittit, & gratiam signat, Gonçalez d. nu. 45. vt ita tim dicetur nu. seq.

668 Secundo, regula hæc de † expressione mensis nõ habet locum in Beneficijs aliàs reseruatis, quia in eis cessat ratio finalis regulæ, cum Papa solus de illis semper disponat. Puteus decis. 23. lib. 3. Rota decis. 122. lib. 1. p. 3. diuersorum, Mandos. de signatura gratiæ tit. de prouiso. versic. an autem in impetratione, &c.

vt per Cottam deciſione 61. in manuſcriptis, & conducit deciſio. Neapolitana Beneficij, de qua infra ſub numero 668. & hinc in vna Burgenſi Canonicatus 2. Iunij 1559. coram D. Rubeis fuit reſolutum,
☞ quod, licet in noua prouiſione ſit exprimendus mẽſis, quando in prima gratia non fuit expreſſus, vt reſolutum eſt coram Chiſanen. in vna Lucana Parochialis 28. Nouemb. 1558. tamen regula excipit Beneficia ſpectantia ad Cardinales Ordinarios, & ſic illud nõ habet locum in Canonicatu Burgen. Eccleſiæ, in qua Ordinarius erat Cardinalis, & quia etiam erat reſeruatus, quia vacauerat per obitum Epiſcopi, Caſſador. deciſione 3. de conſtitut. & regula. non habet locum in Beneficijs reſeruatis, vt alias reſolutum eſt, &c. & ita tenendum eſt, quamuis Gonçalez d. gloſ. 32. à num. 49. contrariam teneat opinionem, nempe, quod expreſſio menſis ſit duntaxat neceſſaria in menſibus ordinarijs, non autem in reſeruatis, vt ait fuiſſe nouiſſime dictum in vna Tiraſonen. Canonicatus 24. Maij 1602. coram D. Pamphilio, & allegat etiam deciſionem Acoramboni 70. alias 59. lib. 2. & Mandoſium de ſignatura gratię tit. de prouiſio. verſic. an autem in impetratione, qui refert, & ſequitur iſtam deciſ. Acoramboni; ſed falſo eos allegat, nam non loquuntur de Beneficijs vacantibus in menſibus reſeruatis; ſed de Beneficijs alias reſeruatis, vt infra num. 668. & ita ipſe eos allegat, num. 39.

658 Et quod dicitur de octo † menſibus reſeruatis, ſcilicet, vt in conceſſionibus, ſeu gratijs de Beneficijs in eis vacantibus debeat fieri mentio de menſe vacationis, procedit etiam in ſex menſibus alternatis Papæ, quando Epiſcopus habet alternatiuam, nam illi ſubrogantur loco octo, cum eiſdem qualitatibus, vt patet ex verſiculo, quæ etiam diſpoſitioni ſuę, vt præfertur, reſeruauit. Nam verbum illud, vt præfertur, repetit, & refert præcedentia.

659 Secundò hæc regula de menſe † exprimẽdo procedit in gratia, ſi neutri, vt in deciſione Aurien. Canonicatus ſupra adducta, num. 135. & in Legionen. præſtimoniorum ibi adducta, nu. 136. & tradit Gonçalez d. gloſ. 32. à num. 21.

660 Tertiò procedit, † etiã in noua prouiſione, quando in prima gratia non fuit menſis expreſſus Puteus deciſ. 443. lib. 1. Caputaquen, deciſ. 215. p. 2. Mohed. 4. de conceſ. Præbend. Rota deciſ. 475. nu. 4. lib. 3. p. 3. diuerſorum, & in illa Burgen. Canonicatus de qua ſupra nu. 657. & poſt hæc Gonçalez d. gloſ. 32. num. 20. & vide infra num. 972.

661 Quarto procedit, † etiam ſi quis velit capere Beneficiũ per clauſulas generales, ſiue alio quouis modo, &c. Puteus deciſ. 169. lib. 2. & deciſ. 25. lib. 3. & 1. & 4. ſuper regula de menſe in manuſcriptis. Rota dec. 470. 475. 575. 624. 700. & 754. lib. 3. p. 3. diuerſ. Burſattus conſ. 394. num. 18. vol. 4. & Flam. Pariſ. de reſignatione Benef. lib. 8. q. 7. nu. 144. & 145. & fuit reſolutũ in cauſa Lucana S. Annæ 17. Octobr. 1558.
☞ coram D. Chiſanen. in qua fuit tentum, quod contra prouiſionem ex qua per clauſulas generales impetrans vult capere Beneficiũ per obitum obſtat regula de menſe. Sarnen. de annali q. 28. alias defraudaretur mens Papæ, qui non intelligit prouidere de vacante per obitum, niſi fiat mentio de menſe, vt in
☞ d. regula, &c. Et in ead. 28. Nouem. fuit reſolutum, quod in dicta noua prouiſione, in qua dicitur, quod Beneficium vacauit per reſignationem N. ex cauſa permutationis, qui deceſſerat de menſe Iulij, non eſt ſufficienter facta mentio de menſe diſpoſitiue, vt fieri debuit iuxta d. regulam de menſe, & ideo non ſuffragatur, &c. idem fuit reſolutum in vna Lucana
☞ Canonicatus 7. Febr. 1561. coram D. Rubeis, in qua fuit dictum, obſtare regulam de menſe volenti capere Canonicatum per clauſulas generales ſui regreſſus per obitũ de menſe Ian. & licet d. regula non procedat in Beneficio alias reſeruato, tamen lis poſt vacationem Canonicatus non inducit reſeruationẽ de tempore vacationis, quod tempus vacationis inſpicitur, vt per Cottam deciſ. 286. & in vna Corduben. Beneficij 21. April. 1562 quæ apud Cottam eſt deciſ. 248. & habetur. d. deciſ. 700. fuit etiam dictum in Toletana Parochialis de Huerta infra adducta. num. 663. & in d. Legionen. præſtimoniorum ſupra adducta. nu. 136. & tradit poſt hæc Gonçalez ſupra à num. 32. *Et Gomen. in praxic. 120. verſ. ad hoc.*

662 Quintò, † procedit in gratia de Beneficio vacãte non ſolũ de iure, & de facto, ſed etiam de iure tantum, puta, ſi moriatur, qui habet ſolum ius alio exiſtente in poſſeſſione, cum regula loquatur ſimpliciter, & vera vacatio eſt, quæ fit per mortem illius, qui habebat ius. Milis in reper. verb. obtinere, & Bellẽz. de charitatiuo ſubſidio q. 121. ita Rota dec. 102. lib. 1. p. 3. diuerſ. quæ etiam ait, quod Beneficia, quæ vacant de facto, comprehenduntur in regula, quatenus verum ius non ſit apud aliquem, &c. iuxta ſupra dicta, à num. 197. & tradit Gonçalez d. gl. 32. num. 25.

663 Quod ita intelligendum eſt, † vt quando Beneficium impetratur per obitum habentis ius in re alio exiſtente in poſſeſſione, ſit exprimendus menſis vacationis, & obitus illius; quãdo vero impetratur per obitum vltimi poſſeſſoris de facto poſſidentis, ſufficit exprimere menſem illius vacationis de facto, vt fuit deciſum in d. Toletana Parochialis de Huerta 12. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Card. Mantica, vt
☞ in ſeq. deciſ. Dubitaui, an regula de menſe obſtet D. Didaco, & an ſit dãda remiſſoria Gondiſaluo? Quod attinet ad primam partem, deciſum fuit regulã non obſtare, quia ipſe Didacus expreſſit menſem vacationis per obitũ Georgij de Fonſeca vltimi poſſeſſoris, & impetrãti ſufficit verificare vacationem de facto, Rota deciſ. 8. de elect. in antiquis Aegid. deciſ. 116. in fin. neque ad effectum validitatis ſuæ gratiæ tenetur verificare titulum prædeceſſoris. Rota deciſ. 10. de rer. permut. in antiquis, præſertim quando eo tẽpore, quo vltimus de facto poſſedit, alius non habebat ius in Beneficio. Caſſad. deciſ. 2. nu. 2. de conſtit. cum alijs concordan. neque obſtat, quod Puteus deciſ. 3. ſuper regula de menſe dicat huiuſmodi expreſſionem eſſe neceſſariam, quãdo quis vult capere Beneficiũ per clauſulas generales, quia hoc ſanè intelligitur, quando non fuit facta expreſſio vacationis per obitũ, ſed ſolũ ex cauſa reſignationis, tunc enim, ſi quis velit vigore clauſularum generalium capere vacationem per obitũ, neceſſario requiritur expreſſio menſis, & ita colligitur ex deciſ. in cauſa Corduben. Beneficij S. Michaelis coram R. P. D. Caputaquen. ſub die 21. April. 1561. quæ reperitur in miſcellaneis Cottæ ſub num. 238. Præterea Domini dicebant in hoc caſu regulam de mẽſe non habere locum, quia, cum ſit inducta ad effectum, vt Papa intelligat, an ad eum, vel ad Ordinarium collatio ſpectet; Puteus de-

dec.53.n.4.& 5.lib.2.& decis.25.lib.3. & in hoc casu non detur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse aliquam de mense fieri mentionem, quia nullum fit Ordinario præiudicium, vt fuit decisum in causa Cordub. Beneficij coram Illustrissimo Quiroga die 21. April. 1559. cuius copia data fuit. Quod vero pertinet ad secundam partem, placuit Dominis remissoriam D. Gondisaluo non esse concedendam quia cum causa pluribus annis fuerit agitata, illa nunc non sine magna calumniæ suspitione petitur; ad notata per Innoc. in c. post electionem de cõcess. Præbend. Bald. in l. radices. C. de fide instrumentorum, Felin. in ca. de cætero. num. 12. de re iudicata, Cassad. decis. 3. de dilatio. Caputaquen. decis. 65. p. 3. & quidem calumniæ suspitio primum concipitur ex eo, quod ipse Gondisaluus obtinuit gratiam, si neutri, vti de Parochiali habitu, & actu, & pro illius canonizatione acerrimè contendit, nunc vero, quia cognouit illam sibi non posse suffragari petit remissoriam ad probandum illam non esse Parochialem. Secundo calumniæ suspicio colligitur ex eo, quod ex scripturis apparet hanc ipsam Ecclesiam esse Parochialem actu, nam tanquam Parochialis in libris Archiepiscopatus descripta est inter alias Parochiales diœcesis Toletan. & tanquam Parochialis actu fuit collata à Clemen. VII. & postea in duabus vltimis vacationibus Ordinarius proposuit edicta, & fecit concursum, sicuti de Parochiali iuxta formam Concilij Tridentini fieri consueuit, atque ipse Ordinarius de qualitatibus Beneficiorum suæ diœcesis, quæ sibi commissa est, præsumitur esse instructus. ca. regenda est 10. q. 1. cap. nullus omninò 16. q. 7. item, quia parochiani anno 1574. constituerunt procuratorem, ad defendendum hanc causam Parochialitatis. Idem quoque probatur ex solutione decimarum, & primitiarum, quæ fit rectori huius Ecclesiæ, sicuti probant testes Didaci, & huius rei extat etiam fides scribæ generalis administrationis decimarum, nam hæc solutio decimarum, & primitiarum fit ratione administrationis sacramẽtorum, vt in hac eadem causa dictum fuit coram R. P. D. Plato die 15. Maij 1587. vnde, quamuis Gondisaluus per testes probaret hanc Ecclesiam non esse Parochialem, tamen ad huc testes Didaci essent potiores, qui alia administrationis probationum, & præsumptionum eis suffragãtur. Bald. in cap. cum causam. in principio de probatio. & latè Cravetta cons. 400. nu. 35. cum sequenti. *Et iuxta dicta est accipiendum, quod dicit Genuen supra, vers. itẽ non habet locum, quando allegans istam decisionem, eam non bene videtur intellexisse.*

664 Non placet tamẽ† quod in ista decisione dicitur, quod cum non datur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse aliquam de mense fieri mentionem, quia nullum fit Ordinario præiudicium, *& sequitur Genuen. supra vers. item non habet locũ ex eadem ratione, allegans etiam decisionem Rotæ in illa Tirasonen. canonicatus coram Illustrissimo Pamphilio 24. Maij 1602.* regula. n. absolutè vult de mense mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse: vnde inducitur forma præcisa ad Rotam in Tolerana professionis 27. Febru. 1595. coram D. Pamphilio infra adducta 9. p. ca. 2. nu. 330. Et decisio Cordub. allegata sequitur in diuersa specie, de qua infra 11. p. c. 1. nu. 60.

665 *Vltimo* procedit non solũ† in vacatione per obitum, sed etiam alio quocumque modo, in quo instet velle præuenire saltem facto ipso, quia concedit gratiam de Beneficio, quod narratur vacasse in mense ordinario, non procedet in alijs vacationibus, quæ per obitum, in quibus quamuis non narretur vacatio in mense ordinario, censetur Papa velle præuenire eo ipso quod gratiam concedit absque expressione mensis. Immo etiam in vacatione per obitum, si Papa cõcederet gratiam de Beneficio absque expressione mensis, censeretur velle præuenire, quamuis in ea non soleat id facere, vt dixi.

trat reseruatio regulæ, vt ex ipsa regula clarè cõstat, & tradit Gonçalez d. glos. 32. à nu. 26. qui nu. 31. ait se tamen videre, quod in Dataria admittuntur supplicationes Beneficiales de alijs vacationibus, præterquam per obitum absque expressione mensis, non tamen in vacationibus per obitum, & ideo forsan praxim interpretari regulam nostram in solis vacationibus per obitum, & id annuere videri Mandosium de signatura gratiæ titulo de prouision. versiculo clausula de præsenti mense, dum dicit hæc verba, voluit Papa in collatione Beneficiorum per obitum vacantium certior reddi de mense, &cet. Et sic de alijs vacationibus extra obitum, contrarium sentire, &c, subdit tamen Gonçalez, quod cogitet lector de hoc, quia esset magna restrictio regulæ, & quod prima opinio, quod sit exprimendus mensis in quacumque vacatione vera videtur, ac sensit Rota in illa Tirasonen. Canonicatus 24. Maij 1602. de qua supra. nu. 657.

666 Addo ideo Datariam† admittere supplicationes de alijs vacantionibus absque expressione mensis, nõ tamen in vacationibus per obitum, quia in vacantibus per obitum regulariter Papa non vult præuenire Ordinarios, & ideo vult certior reddi de mense, &c. in alijs vero vacationibus, vt per assecutionem, contractum matrimonij, ingressum Religionis, priuationem, &c. benè vult præuenire, & ideo admittuntur supplicationes absque expressione mensis, si tamen vacatio contigerit in mense Apostolico, gratia erit nulla, cum non sit facta mentio de mense ex hac regula, nec praxis, aut stilus contradicit. Vnde, quod ait Gonçalez §. 4. procem. a num. 6. & 67. quod non præsumitur, Papam velle præuenire Ordinarios in suis mensibus ordinarijs, nisi ex tenore gratiæ constet velle præuenire saltem facto ipso, quia concedit gratiam de Beneficio, quod narratur vacasse in mense ordinario, non procedet in alijs vacationibus, quæ per obitum, in quibus quamuis non narretur vacatio in mense ordinario, censetur Papa velle præuenire eo ipso quod gratiam concedit absque expressione mensis. Immo etiam in vacatione per obitum, si Papa cõcederet gratiam de Beneficio absque expressione mensis, censeretur velle præuenire, quamuis in ea non soleat id facere, vt dixi.

667 Cum autem in vacatione† per resignationẽ, siue in curia, siue extra, non intret reseruatio regulæ vt supra dictum est. nu. 542. non est in ea necessaria expressio mensis. Rota decis. 624. nu. 1. & 575. nu. 3. & 4. & 700. in fin. lib. 3. par. 2. diuersorum, & Gonçalez supra d. glo. 32. à nu. 43. nisi vbi resignatio non teneret, & resignatarius ex clausulis generalibus vellet capere Beneficium, vt supra nu. 661. & declarat Gõçalez ibi num. 45. ex alio etiam in resignatione in curia non est necessaria expressio mensis, quia cum Beneficium vacet in curia, est ex alio capite reseruati, & quia Papa scit de quo mense vacatio contingat, cum sit in illa hora, & puncto, in quo ipse resignationem admittit, & gratiam signat, Gonçalez d. nu. 45. vt ita tim dicetur nu. seq.

668 Secundo, regula hæc de† expressione mensis nõ habet locum in Beneficijs aliàs reseruatis, quia in eis cessat ratio finalis regulæ, cum Papa solus de illis semper disponat. Puteus decis. 23. lib. 3. Rota decis. 122. lib. 1. pa. 3. diuersorum, Mandos. de signatura gratiæ tit. de prouiso. versic. an autem in impetratione, &c

eſt deciſum in illa Burgen. Canonicatus de qua nu. 657. vt ibi, & in alijs cauſis, & fuit dictum in Aurien. Canonicatus ſupra adducta, n. 135. & Legionen. præſtimoniorum adducta, nu. 136. & in Suttrina Parochialis 8. Iun. 1588, coram D. Plato de qua inf. 2 14. p. c. 1. nu. 59. & tradit Gonçalez d. gl. 32. nu. 39. & 45 *& Genuen. ſupra verſ. declarata, & verſ. item limita.* & dictum eſt ſupra num. 541. vbi vide. Et in vna Neapolitana Beneficij 14. Decemb. 1558, coram D. Rubeis, & aliàs fuit reſolutum, regulam de menſe non habere locum in vacantibus in curia, prout clarè ex littera colligitur, & quia ſemper literæ expediuntur ſub die vacationis, & ſic ſatis apparet de tempore vacationis, & Papa vult ſcire menſem vacationis reſpectu menſium ipſius, non Ordinariorum, Staphil. de litteris gratiæ & ſic valere gratiam de vacante in curia, non facta mentione de menſe vacationis, etiamſi ſit cum derogatione iuris patronatus laicorum attenta vacatione in curia, &c.

669 Tertiò, regula hæc, † quæ requirit expreſſionem menſis vacationis, non habet locum in prouiſione Papæ, de Beneficijs iuris patronatus laicorum. Nam Prout regula principalis non cõprehendit huiuſmodi Beneficia, eodem modo non cõprehendit in parte acceſſoria. Guidobonus dec. 23, in manuſcriptis, & facit deciſio Neapolitana nu. præced. relata in fin.

670 Quartò, menſis expreſſio † non eſt neceſſaria in præſentatione, & inſtitutione, etiam coram Papa, quia non conueniunt verba regulæ, & inſtitutio eſt de iuſtitia, ita fuit reſolutum in vna Aſtoricen. iuris patronatus 10. Februarij 1576. coram Illuſtriſſimo Seraphino.

671 Quintò, regula hæc de expreſſione menſis non habet locum in ſubrogationibus, quoad Beneficium litigioſum in locum, & ius defuncti, non ex eo, quod ſtante litè Ordinarius conferre non poſſit, ſed quia regula loquitur in gratijs de Beneficijs vacantibus in d. menſibus; at ſubrogatio nõ dicitur gratia de beneficio vacante, ſed quædam conceſſio iuris defuncti ſubrogando in locum illius, quamuis contra iſtam limitationem tenear Gonçal. d. gl. 32. num. 40. ex eo, quod ſupradictum eſt num. 659. quod menſis eſt exprimendus in gratia, ſi neutri, quæ præſupponit litẽ, vt in deciſione Aurien. Canonicatus ibi citata, &c. ſed reſpondetur, quod gratia, ſi neutri, eſt gratia de Beneficio vacante, & ideo in ea locum habet regula.

672 Sextò, regula non habet locum † in gratia reformatoria, ſeu perindè valere, quando in prima gratia fuit menſis expreſſus; nam tunc non eſt opus iterum eum exprimere in noua gratia, alioquin eſt omninò in ea exprimendus; Caputaquen. deciſ. 215. p. 2. Mohed. deciſ. 4. de conceſſ. Præbend. nu. 3, Gonçalez d. gloſſ. 32. nu. 41. & ſeq. & vide ſupra. nu. 660.

673 Et an in prouiſionibus Nuntij, † ſeu Legati locũ habeat hæc regula de expreſſione menſis, vide inf. c. 3. num. 138.

674 In prouiſionibus autem † Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum de Beneficijs in ſuis menſibus vacantibus, clarum eſt non eſſe neceſſariam expreſſionem menſis, quia nec ratio, nec verba regulæ eis conueniunt. Gonçalez d. gloſſ. 32. à nu. 46.

675 Vigeſimo primo, † circa illa verba, ac conſuetudines etiam immemoriabiles optandi, &c. de quibus Gonçalez gloſ. 33. & 34. vide per nos ſupradicta ex nu. 449. & circa illa verba, nec non priuilegia, & indulta Apoſtolica circa ea, &c. agit Gonçalez gl. 39. q. 1. ex nu. 2. de diſcrimine, & differentia inter priuilegium, & indultum, quę magis eſt q. de nomine, quã de re, &c. *Et circa illa verba, necnon priuilegia, aduerte, quod a tempore Pauli V. ſunt addita verba, etiam in limine erectionis conceſſa, quæ antea non erant: & ideo ea non ponit Gonçalez, nec de eis meminit.*

676 Vigeſimoſecundo circa † illa verba, ac etiam diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, aut quod illa ſub huiuſmodi reſeruationibus nunquã comprehendantur, &c. notandum eſt, per ea non videri ſublata indulta diſponendi de Beneficijs reſeruatis, ſeu vacantibus in mẽſibus reſeruatis, de quibus Aeneas de Falcon. de reſeruat. quæſt. 4. principali effectu 8. & Simoneta q. 83. ſed velle, quod indulta conceſſa ſimpliciter de diſponẽdo de Beneficijs, de quibus per Aeneã ibi, & Simonetam quæſt. 81. & Mandoſ. reg. 1, quæſt. 9. aut indulta, quod ſub huiuſmodi reſeruationibus non comprehendantur, non ſuffragentur aduerſus hanc reſeruationem, ſed contrarium verius eſt, nempe, quod per dict. verb. derogetur indultis diſponendi de Beneficijs reſeruatis, ſeu vacantibus in menſibus reſeruatis, vt colligitur ex illis verbis, de huiuſmodi Beneficijs, ideſt de Beneficijs vacantibus in d. menſibus reſeruatis, nam dictio, huiuſmodi eſt relatiua præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus, vt aliàs dicit Gonçalez gl. 40. num. 4. cum gloſ. verb. huiuſmodi, in c. ſi Abbatem 36. §. huiuſmodi de electione in 6. Pariſius conſil. 12. nu. 32. vol. 3. & Rota deciſione 319. nu. 4. p. 1. diuerſorum, ſicut etiam derogatur indultis, & conſuetudinibus optandi reſeruata, ſeu in menſibus reſeruatis, vt dictum eſt ſupra à num. 452. & ita etiam in propoſito planè tenet Gonçalez gloſſ. 31. num. 6. & gloſſ. 35. nu. 1. & videnda eſt etiam regul. 13. & 14. vbi reuocantur facultates cõferendi Beneficia reſeruata.

677 Sed circa dict. verba, † ac etiam diſponẽdi de huiuſmodi beneficijs, eſt dubium, an ea referantur dũtaxat ad priuilegia, & indulta Apoſtolica, an autẽ referantur ad conſuetudines etiam immemoriales diſponendi de huiuſmodi beneficijs, ita vt non ſolum derogetur priuilegijs, & indultis diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, ſed etiam cõſuetudinibus, etiam immemorialibus, non tantum optandi, verum etiam diſponendi de dictis Beneficijs? & quamuis videantur ſolum referenda ad priuilegia, & indulta Apoſtolica, quia relatio in dubio debet fieri ad proximiora. l. idem cum eodem ff. de iuriſdict. omnium iudic. Rota deciſ. 666. num. 1. par. 1. diuerſorum, præſertim in gloſſa fin. in le. talis ſcriptura 30. §. fin ff. de legatis 1. Ruinus conſil. 113. ſub num. 7. vol. 4. Iaſ. in l. 1. num. 9. fall. 10. C. de liberis præterit. Ant. Gabr. de clauſulis concl. 9. num. 5. tamen verius eſt, verba illa referri etiam ad conſuetudines etiam immemoriales diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, vt tenet Gonçalez d. gloſſ. 35. quæſt. 2. à num. 24. quia illæ dictiones, ac etiam, augent diſpoſitionem. Achill. deciſ. 7. num. 2. de priuilegijs, & Mandoſ. reg. 11. quæſt. 15. num. 6. ac propterea augent derogationem noſtræ regulæ, vt capiat quoque conſuetudines etiam immemoriales diſponendi, præſertim cum eadem militet ratio in vtroque, & non ſit maior ratio, quare referantur ad priuilegia, & indulta, & non ad conſuetudines diſponendi de dictis Beneficijs. Vnde ita

678 plenè † videtur eſſe de mente Papæ, & ceſſat ratio

in contrarium adducta, & hanc ſententiam, inquit Gonçalez ibi nu.30. amplexa fuit Rota in vna Carthaginen. Portionis 29.Nouemb.1587. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & in vna Foroluien. Capellaniæ 5.& 12.Decemb.1588.coram Illuſtriſſimo Seraphino, vt vidit annotatum, in eorum libris, licet deciſ.extenſæ non fuerint, & ſe informante & obtinente fuit idem reſolutum in vna Caſalen. Canonicatus 19.Ian.1604. coram D.Lita, & deſuper fuit optima deciſ.extenſa. *Quod etiam fuit reſolutum in vna Aquilana beneficij 6.Febr.1604. coram D. Ludouiſio, vbi allegatur d.Caſalen.* Et ſic ceſſat iã reſolutio Rotæ in Gadicen.iuris nominandi 11.Febr.1582. coram Bubalo, quod iſtius regulæ reſeruatio non auferebat conſuetudines immemoriales prouidendi in quibuſcunque menſibus, quam refert Gonçalez gloſ.33. num. 6. quia illo tempore non aderant in noſtra regula illa verba, ac conſuetudines etiam immemoriales, &c. quæ poſtea addita ſunt à Sixto V. vt dictum eſt dict. num.449. & regulæ antiquæ poſt finitum verſic.volens præcedentem, dicebant ſic, ac priuilegia, & indulta Apoſtolica diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, &c.Gonçalez d.num.6.& gloſ.34.num.7. *Ceſſat etiam quod dicit Maſcard.concl.1220 ſeu 1215.à nu.47. præſertim, num.54. & ſeq.* Quamuis ego verius exiſtimem, non potuiſſe dari d.conſuetudinem, ſtante interruptione, per ſingulos Pontifices renouantes regulam, vt alias dixi ſupra num.454. & vide dicta à num.557. Rurſus circa illa verba, quæ vt Gonçalez d.gl.35. 3.quæſt.num.31. an Papa potuerit derogare priuilegijs datis ad conferendum Beneficia cum cauſa, vel ſine illa, & concludit, quod etiam ſine cauſa poteſt illa reuocare, quia tale priuilegium Principis ex ſua natura, & qualitate habet tacitam conditionem, vt valeat, & habeat effectum quandiu Princeps voluerit, & in ead. voluntate duraverit, & alias. Anchar.conſil.2.num.4. Paulus conſil.46.ſub nu.4. vol.2. Abb.in cap.nouit, num.25.& 26.de iudic. Palacios Rube. in rubrica de donat. inter virum. §.96. à num.16. Anton.Gom.in l.43.Tauri.num.2.Grammat.deciſ.46.à nu.5 late Ant.Gabr.concluſ.9.de iure quæſito. Quod à fortiori procedit quo ad ea, quæ ſunt iuriſdictionis, & ſic iuris conferendi. Nam iuriſdictionalia Princeps ad ſui libitum reuocat, & tollit quando vult. Grammat.deciſ.49.à nu.2.maxime, quia regula noſtra non tollit in totum d. priuilegia, ſed effectum illorum ſuſpendit, vt non ſuffragentur contra reſeruationem huius regulæ, vt dicit idem Gonçalez gl.40.&c.

679 Tandem circa prædicta † verba notandum eſt, quod quamuis hæc regula velit priuilegia, & indulta, quod Beneficia ſub huiuſmodi reſeruationibus nõ comprehendantur, aduerſus eam minime ſuffragari, non cenſebitur derogatum Bullæ Sixti IV.& Leonis X.de Canonicatibus Doctoralibus, & Magiſtralibus Cathedralium Hiſpaniæ infra adductæ c.4. nu. 169.vbi ſtatuitur huiuſmodi Canonicatus ſub reſeruationibus non comprehendi, ex eo præcipue, quia. d.Bulla eſt per modum ſtatuti, & per viam legis ad deciſiones Rotæ in cauſa Tiraſonen. Vicariæ infra adductas.9.p.c.2.nu.309.

680 Et hæc eſt ratio præcipua, † & ſolidum fundamentum huius rei, & vera reſolutio quæſtionis, quã poſt hæc latiſſimè tractat Gonçalez gloſſ.9. §.2. an huiuſmodi Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales comprehendantur in reſeruatione huius regulæ, in qua plura pro vtraque parte adducit, & tandem reſoluit non comprehendi, & d.gloſſ.35.num.35. remittendo ſe ad dict. §.2.eius tamen fundamenta ferè omnia procedunt in caſu, quo in noſtra regula nõ adeſſet d.derogatio, & decretum Concilij ſeſſ.25.de reform. capit.5. in quo principaliter fundatur nihil facit ad propoſitum de reſeruatione, nam ſolum dicit, quod in prouiſione huiuſmodi Præbendarum non detrahatur earum qualitatibus, nempe, quod prouidendi ſint Doctores, ſeu Magiſtri; ſeu alias graduati, & de pertinentia collationis nullum verbum, deciſio autem Rotæ in cauſa Meliten. Beneficij, de qua ſupra num.568. in qua etiam principaliter fundatur, non multum facit, quia hoc indultum, quicquid Gonçalez d.cat, reuera non eſt conceſſum Vniuerſitati, ſeu communitati, vel Regnis, & Prouincijs Caſtellæ, ſed eius Eccleſijs Cathedralibus, Epiſcopis, & Capitulis, vt ex dict.Bullis patet, atque adeo poterat dici comprehendi ſub illis verbis derogationis, quibuſuis perſonis, & Collegijs, &c. nec rurſus d. indultum fuit conceſſum ad fauorem eligendorum (vt in d. Meliten.) *De quo tamen vide ſupra, num.570.* Et perſonarum graduatarum, & ob remunerationem laborum dict.Canonicorum Doctoralium, & Magiſtralium, vt malè ait Gonçalez, ſed ad fauorem Eccleſiarum, & Capitulorum, vt ex d. Bullis conſtat. Rectè tamen dici poteſt, quod ſicut per iſtam regulam non derogatur indultum conceſſum fauore eligendorum, vt in d. Meliten. ita, & à fortiori non derogatur indultum conceſſum fauore Eccleſiarum, in quo ius, & bonum publicum verſatur l.1. §.huius ſtudij.ff.de iuſtitia, & iure.ibi, publicum ius in ſacris, in ſacerdotibus, in Magiſtratibus conſiſtit, vt bene ſentit Gonçalez d.§.2.num.48.qui tãdem.nu.63. id fundat ex communi vſu, praxi vniuerſali, & obſeruantia, quæ ita recipit, & interpretata eſt, & hoc ſolum, inquit, mittit falcem ad radicẽ. Sed iſta praxis, & obſeruantia fundata eſt præcipue in illa ratione per nos breuiter adducta quod d.Bulla Sixti, & Leonis eſt per modum ſtatuti, & per viam legis, ex quo d.indultum eſt generale, & quoddam ſtatutum, & ordinatio, vt in ipſis Bullis dicitur circa prouiſionem, & modum prouidendi de dictis Canonicatibus omnium Eccleſiarum Cathedralium Regnorum Coronæ Caſtellæ, & Legionis, vt alias dicimus ſupra num.570.circa indultum Clem.VIII. de Beneficijs patrimonialibus Calagurritan. *Et videtur ſequi Zanall.lib.4.q.1. ſeu 89.nu.492. quamuis etiam aliqui, num.495.d.decretum Concilij.*

681 Vigeſimo tertio, circa illa verba, † etiam cũ quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, &c. de quibus Gonçalez gl.36. vbi latè agit de derogationibus priuilegiorum, & clauſulis derogatorijs, videnda ſunt per nos dicta in propoſito noſtræ regulæ ſupra num. 566. & circa illa verba, quibuſuis perſonis, & priuilegijs, de quibus Gonçalez gloſ.37. videnda ſunt per nos dicta ſupra nu.568. & circa verba, cuiuſcunque Dignitatis, &c. de quibus Gonçal.gl.38. dicta ſupra nu.639. & circa verba, quomodolibet conceſſa, notandum eſt per ea derogari priuilegijs, & indultis, ſiue ſint conceſſa ad inſtantiam cuiuſcunq; ſupplicantis, ſiue motu proprio, vel alio quocumque modo. Gonçalez gloſ.39. & circa illa verba, aduerſus re-

ſeruationem huiuſmodi minimè ſuffragari, de quibus Gonçalez gloſſ. 40. videnda ſunt dicta ſupra numero 678.

## *De alternatiua, circa quam multa dubia examinantur.* §. XII.

### SVMMARIA.

*Alternatiua ſolum conceditur Epiſcopis, ſeu Archiepiſcopis, & Patriarchis reſidentibus, vt inuitentur ad reſidendum, &c. nu. 682. Et ſic non habet locum in inferioribus collatoribus, nu. 683, nec in Capitulo habente per ſe collationem. nu. 664. nec etiam in Capitulo ſede vacante num. 685. vbi ponitur reſolutio Rota.*

*e reſidentia Epiſcoporum ad alternatiuam requiſita remiſſiuè. nu. 686.*

*n Epiſcopus, qui habet alternatiuam acceptatam, & eſt abſens a diœceſi, poſſit conferre Beneficia vacantia in menſe Mart. vel Sept. a num. 687. reſoluitur poſſe cum Rota, cuius deciſio ponitur contra Mand. & Gonçal. id tamen non procedere, quando Epiſcopus, qui gauiſus eſt menſe alternatiue, aut parte eius, eſſet abſens menſe ſequenti Mar. ſeu Sept. aut quando acceptaretur Romæ alternatiua menſ. Martij, ſeu Sept. aut in fine Febr. ſeu Aug. &c.*

*piſcopus abſens a ſua diœceſi vltra tres menſes abſque cauſa legitima, & approbata, licet fructus ſuos non faciat, & prouiſio inter fructus computetur, poteſt conferre Beneficia, quia non eſt propriè, & vere fructus, &c. Et vbi fit mentio de fructibus, ad alienius ſuſtentationem, non venit præſentatio, ſeu collatio. nu. 690. & ſeq.*

*n menſes alternatiuę debeāt eſſe integri, vt Epiſcopus ea fruì poſſit. a n. 692. reſoluitur, nō requiri eſſe integros, &c. licet Rota contradicat, cuius deciſio, & reſolutio ponitur. quę tamen deciſio eſt vera in ſuo caſu quando Epiſcopus gauiſus eſt alternatiua menſe Auguſt. & receſſit menſe ſequen. &c.*

*n Epiſcopus, qui de ordinario, & vt plurimum, non reſidet in ſuo Epiſcopatu, ſed ad tempus cum animo recedendi, gaudeat alternatiua in Beneficijs tunc vacantibus, cum reſidet, a nu. 699. reſoluitur affirmatiuè contra Rotam, cuius deciſiones adducuntur.*

*n Epiſcopus exiſtens in loco exempto ſuæ Diœceſis dicatur in ſua Diœceſi reſidere, ita, vt gaudeat alternatiua, a nu. 703 reſoluitur negatiuè, niſi ibi eſſet cauſa ſui officij contra Gonçalez.*

*n Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, poſſit ea gaudere in Beneficijs ad eius prouiſionem ſpectantibus exiſtentibus in alia Diœceſi, a nu. 705. reſoluitur affirmatiuè cum Rota, cuius deciſiones ponuntur.*

*verbis ad liberam duntaxat, &c. remiſſiuè. Et an in Eccleſijs, in quibus collatio eſt communis Epiſcopi, & Capituli, facta inter eos concordia de præuidendo alternis vicibus, poſſit Epiſcopus in ſuo turno gaudere alternatiua, a numero 707. reſoluitur affirmatiuè cum Rota, cuius deciſio ponitur, & idem eſſe quando diuiſio facta eſt per choros, vel annos, licèt ſecus ſi per menſes, hebdomadas, ſeu dies. Et procedere, etiam ſi ſola electio, nominatio, ſeu præſentatio perſonæ ſit diuiſa, & collatio remaneat communis, & idem eſſe in iure patronatus, ſeu præſentandi communi Epiſcopi, & aliorum, &c. Et an tunc ſit diuiſum ius conferendi, an ẽlum exercitium,*

*ermanus alternatiua antiqua, in qua loquitur deciſio Putei 38. libro 3. alternatiua conceſſa Epiſcopo prodeſt Capitulo, vbi menſes Ordinarij inter Epiſcopum, & Capitulum ſunt diuiſi ex concordia, etiam facta ante conceſſam alternatiuam, nu. 718. & ſeq.*

*An prędicta reſolutio procedat, etiamſi concordia nō ſit authoritate Apoſtolica confirmata, a nu. 721. reſoluitur pro tempore Epiſcopi eam facientis concordiam valere, etiamſi non ſit confirmata, & ſic in ea procedere pro tunc dictam reſolutionem, non tamen tranſire ad ſucceſſores, niſi ſit ab illis approbata, ſeu obſeruata, & intrare etiam alternatiuam quādo concordia fuit confirmata, cum clauſula, ſaluis reſeruationibus, &c. contra Gonçalez.*

*Doctrina Oſtienſis, & aliorum, quod Epiſcopus de bonis, ſeu iuribus ſuæ menſæ Epiſcopalis poteſt donare, & alienare capitulo ſine ſolemnitate, eſt dubia, & contrarium videtur verius. nu. 722. & 723.*

*De materia turnorum in collationibus Beneficiorum remiſſiuè. nu. 728.*

*An in Canonicatu, & Prebenda Pœnitentiaria, in qua electio perſonæ eſt ſolius Epiſcopi, poſſit epiſcopus gaudere alternatiua non obſtante quod collatio Prebendæ ſit cōmunis Epiſcopi, & capituli, vel ſolius Capituli, a nu. 729. reſoluitur affirmatiue, & tunc per accidens, & in conſequētiam capitulum fruì alternatiua in collatione Prebendę annexę. Et cōſequenter vacante Pœnitētiaria in menſe Sept. ſeu Mar. habente Epiſcopo alternatiuam, electionem, & collationē ſpectare ad Papam, & ponuntur deciſiones Rota.*

*Si Epiſcopus habet ius præſentandi ad aliquod Beneficium, cuius inſtitutio ad alium ſpectat, intrabit in [illegible] alternatiua, nu. 734.*

*An facultas data Epiſcopis per alternatiuam intelligatur ita, vt prorſus ſit ſublata reſeruatio, &c. remiſſiuè nu. 736.*

*An per indultum obtentum ad conferendum in omnibus menſibus videatur renunciare alternatiuæ acceptatæ nu. 737. reſoluitur, quod non.*

*An eo ipſo, quod Epiſcopus ſe intromittit in prouiſione Beneficiorum reſeruatorum, &c. et. vſu, & beneficio alternatiuæ ſtatim priuatus exiſtat, & prouiſionem illius prætextu deinceps faciendæ ſint nullæ? a n. 738. reſoluitur affirmatiuè, & ponuntur Rotæ deciſiones, nec eſt neceſſaria alia declaratio, & acceptatio Papæ contra Rotam, non obſtante exemplo de caducitate, de quo a num. 743. nec etiam requiritur declaratio iudicis nu. 748.*

*Quamuis Epiſcopus violans alternatiuam in ſui odium ſtatim amittat eam omnino, tamē ad gaudendum omnibus quatuor menſibus ordinarijs, etiam qui iuxta alternatiuam ſunt Papæ, oportet certiorem facere Papam, ſeu Datarium de amiſſione, vel illi coram eis renuntiare, niſi Papa amiſſionem acceptaſſet expreſſe, & diſpoſitiuè [illegible] nu. 749. quæ certiora tio de violatione, non ſufficeret, niſi fieret etiam de fraude quando Epiſcopus eam violaret ex propoſito, & data opera ad eximendum ſe ab illa. nu. 750.*

*Epiſcopus, qui amiſit alternatiuam per contrauentiquem ſi eā iterum habere velit, debet recurrere ad Papam id narrādo, & petendo eam, &c. nu. 751.*

*An Epiſcopus, qui ſe intromiſit in prouiſione Beneficiorum reſeruatorum propter ignorantiam reſeruationis amittat alternatiuam, n. 752. reſoluitur, quod ſi ignorantia prouenit ex errore facti probabili, aut, quia reſeruatio eſſet ſecreta, & particularis, non amittet, ſecus ſi prouenit ex ignorantia iuris, ſaltem in foro exteriori, niſi ſit ius dubium, quamuis ignorantia iuris, niſi ſit dubium, non excuſet a deuolutione etiam in foro conſcientiæ.*

*Epiſcopus, qui a principio habuit iuſtam cauſam ignorātiæ, vel excuſationis, ſi poſtquam certificatus eſt de reſeruatione immittit in poſſeſſionem ab eo prouiſum, amittit alternatiuam, ſecus,*

*ſiens, quando immiſſum non curauit a poſſeſſione remouere contra Gonçalez nu.756.& ſeq. & n.758. reſpondetur c.ſi Beneficia.de Prabend. in 6.& nu.759.ſimili de impetratione abſentis nomine facta,non narratis eius obtentis, quod ab initio non valet,&c.*

*An Epiſcopus, quiſe intromiſit in prouiſione litigioſi amittat alternatiuam n.760.reſoluitur,quod non,eam tamen amittit intromittens ſe ſcienter in prouiſione Beneficiorum non reſeruatorum,quæ ſunt per Papam prouiſa iure præuentionis,ſiue valide,ſiue inualidè.nu.761.*

*De acceptatione alternatiuæ,& modo illius remiſſiuè. n.762.*

*An Epiſcopus acceptata alternatiua Romæ ante habitam notitiã acceptationis, poſſit valide prouidere in ſuis quatuor mẽſibus,an vero ſtatim illi ceſſent,et effectualiter incipiat gaudere alternatiua a n.762.reſoluitur ſtatim illos ceſſare contra Rotam,& effectualiter ei competere alternatiuam.*

*Mouetur difficultas, quod Epiſcopus non habens notitiam acceptationis alternatiuæ nullatenus ea vti poteſt, cum nõ ſit certus de ſua poteſtate,ſicut dicitur in iudice. nu.765.*

*Secunda difficultas quod priuilegium non operatur antequam innoteſcat priuilegiato,num.766.& aliqui curiales volunt Epiſcopum non poſſe vti alternatiua ante notitiam acceptationis,& receptam fidem nu.767.*

*Ad primam difficultatem reſpondetur Ordinarium habentem alternatiuam prouidere ex vi ſuæ poteſtatis ordinariæ,nam alternatiua ſolum remouet obſtaculum reſeruationis, & licet ignoret eius acceptationem, certum eſſe de fundamento ſuæ prouiſionis.n.768. & ad ſecundam,gratiam alternatiuæ, non eſſe priuilegium, ſed remotionem obſtaculi numero 769. & eſto eſſet priuilegium, non requireretur dict.notitia ex quo per procuratorem acceptatur, &c. numero 770.*

*Eſto Epiſcopus non poſſet validè prouidere ante notitiam acceptationis virtute alternatiuæ, tamen ea habita poſſet prouidere Beneficia, quæ vacaſſent in menſe alternato poſt acceptatam Romæ alternatiuam, quod ſufficeret, vt ſtatim ceſſarent quatuor menſes.nu.771.*

*Similiter collatio Beneficij vacantis in menſe alias Apoſtolico Sede Apoſtolica vacante,facta ab Epiſcopo vacationem d. Sedis ignorante,valet, &c.nu.772.ad quod conducit reſolutio Rotæ relata.nu.773.*

*An Epiſcopus, qui Romam miſit literas acceptationis alternatiuæ,& neſcit,an ſint Romæ receptæ,& recognitæ,vel nõ, poſſit in dubio licitè prouidere de Beneficio tunc vacante in menſe alternatiuæ,a nu.774. reſoluitur non poſſe licitè ſimpliciter, & abſolutè prouidere, poſſe tamen ſub conditione, & ſimiliter non poſſe tunc licitè prouidere de vacantibus in menſe Martij,ſeu Sept.niſi ſub conditione, & prouiſum ſic in dubio non debere capere poſſeſſionem Beneficij, donec certitudo habeatur, &c.*

*Si Epiſcopus, qui probabiliter dubitat, an alternatiua ſit iam acceptata, ſimpliciter prouidet de Beneficijs vacantibus in menſe Martii, ſeu Septemb. amittit alternatiuam,ſi iam acceptata erat. At conferens virtute alternatiuæ,de cuius acceptatione non conſtat,eam non amittit,licet non ſit facta. num.780.*

*De clauſula ſublata,& decreto irritante, an liget Papam, Et Legatum,ſeu Nuntium,&c. remiſſiue.nu.781.*

582 ACcedimus iam ad alternatiuam, † quæ incipit à verſiculo,inſuper Sanctitas ſua,& ſolum conceditur Epiſcopis, ſeu Archiepiſcopis, & Patriarchis reſidentibus,vt inuitentur ad reſidendum, vt patet ex illis verbis, inſuper Sanctitas ſua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis intenta ipſis quandiu apud Eccleſiam,&cet. eſt enim eorum reſidentia grata Papæ.Et ſicut illi,ſi non reſident,plectuntur pœnis, de quibus in Conc l. Tridentino ſeſſ.6.c.1.& ſeſſ.23.c.1.de reform. & in conſtitutione 17.& 115.Pij IIII.ſic etiam,ſi reſident pluribus potiuntur priuilegijs per dict. conſtitutionem 17.Pij IIII.conceſſis.de quibus Gonçalez gloſſ.41.à nu.4.vbi ex nu.11. aliqua dicit de Patriarchis.

683 Vnde, cum alternatiua ſolum † concedatur Epiſcopis, Archiepiſcopis. & Patriarchis,non habet locum in inferioribus collatoribus. Flores de Mena, quæſt. 4.numero 50. Rota in Beneuentana Beneficiorum ſupra adducta. nume. 418. & poſt hæc Gonçalez gloſſ.42.num.1. & 2. *Et D. Sahagun in c. 1.de off. de Leg.num.17.dicens a Rota ſæpe pronunciatum eſſe; & ita a Gregor. XIII. nuper diffinitum.* quamuis de hoc olim dubitatum fuiſſet in vna Barchinonen.infirmatiæ 18. Martij 1558. coram D.Iunio. In qua Domini dixerunt conſulendum eſſe Papam ſuper intentione ſuæ regulæ, qui reſpondit, vt in ea deciſione dicitur, mentem ſuam eſſe, vt regula pertineat tãtum ad maiores collatores, non autem ad inferiores, cũ ipſi perpetuo reſideant. Et quamuis Zerola in praxi Epiſcopali 1.p.verb.alternatiua. videatur dicere eam habere locum etiam in inferioribus collatoribus, tamen re vera, quod vult dicere, eſt, quod reſeruatio octo menſium habet locum etiam in inferioribus collatoribus, vt dicit verb. Beneficia. §.2. fall. 7.vbi ait, quod alternatiua currit inferioribus collatoribus per argumentum à maiori ad minus, & ſolum, quoad quatuor menſes, iſte enim author loquitur barbare, vt ſolet.

684 Vnde etiam nõ habet locum † alternatiua in Capitulo habente per ſe collationem, vt fuit dictum in Salamantina alternatiuæ infra adducta,nu. 708. & in Salamantina dimidiæ Portionis infra adducta.11, p.c.vlt.nu.242.& in Regien. Canonicatus ſupra relata,num.415.Gonçalez d.gl.42.num.2.circa quod vide d.ſupra num.473.

685 Nec etiam habet locum in Capitulo † ſede Epiſcopali vacante, vt in vna Segobien. Canonicatus 24.Nouemb.1588.coram Illuſtriſſimo Cardin.Plato & in qua dixerunt Domini. Satis conſtare de litè valida ad hoc vt intret gratia ſi neutri D.Ioannis Yturmendi, ex quo cauſa fuit cõmiſſa in Rota, & eius vigore citatio legitimè executa iuxta notata in Clem. 2.vt litè pendente,& licet ſemel ſignatura auocauerit cauſam à Rota ad partes, tamen etiam iterum illam commiſit in Rota, quod ſi prætendit pars fieri non potuiſſe,debet ipſam ſignaturam adire,& reformari facere commiſſionem: tamen, ſi commiſſio eſt iuſta,cum agatur de Beneficio reſeruato, ſiue capiatur reſeruatio per obitum in menſe Februar. qui eſt reſeruatus, cum alternatiua non habeat locum ſede Epiſcopali vacãte, ſiue capiatur vacatio propter decretum vacationis per aſſecutionem, vt per Simonetam de reſeruatio.q.26.

686 Et circa reſidentiam † Epiſcoporum,ad alternatiuam requiſitam, de qua in illis verbis, ipſis quamdiu apud Eccleſias,aut diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint duntaxat, videnda ſunt ſupradicta ex nu.460. & 501.

687 Sed circa iſta verba † reſtant aliqua dubia examinanda.Et primo dubitatur,an Epiſcopus,qui habet alternatiuam acceptatam, & eſt abſens a Diœceſi,

poſſit conferre Beneficia vacantia in menſe Martij, vel Septembr. qui iuxta alternatiuam eſt Papæ? In quo Mandoſ.conſ.18.nu.8.& 9. tenet alternatiuam acceptatam præiudicare Epiſcopo abſenti à ſuo Epiſcopatu, quoad menſem Martij, ſeu Sept.quia iuxta alternatiuam eſt Papæ, in arbitrio enim Epiſcopi eſt habere quatuor menſes, vel ſex acceptando alternatiuam,quo caſu non eſt amplius quærendum,an cõtra ipſum alternatiua allegari poſſit; cum ipſe eam elegerit, vnde ſuccedit regula, quod ſemel placuit, &c. Et variatio reprobatur præſertim in præiudiciũ alterius. l.ſerui electione. ff. de Legatis 1. l,huiuſmodi. §.Stichum,& ibi gloſ.de Leg.1.l.nemo poteſt mutare. ff.de reg.iuris, &c. maxime, ſi non allegatur impedimentum, ob quod excuſari potuiſſet, vt ait nu.11. ſequitur nouiſſime Gonçalez gloſſ,43.à num. 106.& 134.& allegat deciſionem Fauentinam Canonicatus. 16.Decemb.1585. infra adductam,num. 693.& Maricen,Canonicatus 15.Nouem.1593.infra adducta,nu.712.

688 Contrarium tamen tenuit † Rota in vna Sulmonen. Canonicatus corã D.Cantucio 4.Martij 1583. vt in ſequenti deciſione. Vacauit in Eccleſia Sulmonen. de menſe Sept.1581. Canonicatus, de quo Ordinarius prouidit Vincentium de Bernardis, poſtmodum de eodem Canonicatu, vti de reſeruato ex regula menſium reſeruatoria, fuit authoritate Apoſtolica prouiſus Rainaldus de Rannaldis. Dubitaui 4.Martij 1583. an conſtaret de reſeruatione, ſtante, quod Epiſcopus Sulmonen. acceptauerit alternatiuam, reſederit perſonaliter apud Eccleſiam,vel Diœceſim de menſibus Ianuarij, Febr. Mart. & Aprilis 1581. & in principio menſis Maij ſe abſentauit ab Eccleſia, vel diœceſi, duraueritque abſentia per totum menſem Septẽb.& vltra, & ſic Canonicatus vacauit de menſe Sept. durante abſentia Epiſcopi, Domini ſine difficultate tenuerunt non conſtare de reſeruatione, quia licet ſecundum alternatiuam menſis Septemb. ſit reſeruatus, tamen ex quo Epiſcopus tunc temporis non reſedit, ceſſauit alternatiua, quæ non ſolum acceptationem, ſed etiam reſidentiam requirit, & ideo intrauit regula octo menſium, ſecundum quam menſis Sept. eſt Ordinarij. non obſtat, quod reſeruatio 8. menſium inchoauit de menſe Maij, de quo ceſſauit reſidentia Epiſcopi, & per conſequens alternatiua, qua ceſſante intrat regula 8. menſium, quia licet de menſe Maij inchoauerit reſeruatio 8. menſium,non tamen mutantur menſes in regula expreſſi, qui ſunt certi, & inuariabiles, prout verba regulæ ſunt clariſſima. Non obſtat, quod ratio regulæ prouidendi ſcilicet pauperibus clericis, & alijs benemeritis perſonis, militat etiã in alijs menſibus, quia regula eſt reſtricta ad 8.menſes certos in ea ſpecificatos.non obſtat quod in ſimili ſcribit Abb.conſil.93. lib.1. de electione medici facienda in menſe Ian. ex forma ſtatuti, quod propter rationem in eo expreſſam conſeruandi ſcilicet ſanitatem, & prouidendi ægrotis, poteſt eligi medicus in menſe Maij quia hoc dictũ Abbatis non applicatur caſui noſtro, ideo enim poſt lapſum menſis Ianua. ad eligendum medicum præfixi,non eſt excluſiua,& poteſt eligi in alio menſe, quia non ceſſat ratio ſtatuti, immo fortius militat quia quanto magis differtur electio medici,tanto magis mora eſt periculum allatura,vt per Abb,ibi ſub num.3,verſ.ita in propoſito; at ſecus in caſu, in quo retentis ijſdem menſibus in regula nominatis ſatisfit rationi ipſius regulæ, quia ſtatim atque Epiſcopus non reſidet, incipit reſeruatio 8.menſium, qui tamen non mutantur, ſed retinentur ijdẽ, qui in regula ſunt expreſſi, alias oriretur confuſio. Refert, & ſequitur Anaſtaſ. Germonius de indultis Cardinalium. §. volumus 18. & tandem concludit Epiſcopum abſentem à diœceſi poſſe conferre Beneficium vacans quouis quatuor menſium, licet acceptauerit alternatiuam.. *Et idem tenet Leo in Theſ. for. Eccleſ c.18.nu.4.*

689 Id tamen non procederet, † quando Epiſcopus, qui gauiſus eſt menſe alternatiuæ, puta Februarij, ſeu Auguſti, aut parte eius eſſet abſens menſe ſequẽti Martij,ſeu Septemb.iuxta dicta infra,num.696.ex d.deciſione Fauentina & Maioricen.aut quando acceptaretur Romæ alternatiua menſe Martij, ſeu Septẽbris aut in fine Februarij,ſeu Auguſti, tunc enim non deberet gaudere menſ.Martij, ſeu Sept.etiamſi tunc abſens eſſet quemadmodũ non deberet eo gaudere,ſi preſens eſſet alias poſſet gaudere duobus mẽſibus continuis redeundo in menſem ſequentẽ,quicquid velit Rota in illa Seguntina præſtimonij infra relata num.763.

690 Sed videtur, † quod Epiſcopus abſens à ſua diœceſi vltra tres menſes abſque cauſa legitima & approbata, vt in Concilio Trident.ſeſſ.23. de reform.cap. 1. non poſſit conferre Beneficia vacantia, etiam in quatuor menſibus ordinarijs,quia ex d.decreto Cõcilij, verſic. ſi quis autem, fructus ſuos non facit, & prouiſio Beneficiorum inter fructus computatur cquærelam. de election. cap.cum olim. de cauſa poſſ. cap.conſultationibus de iure patron.vbi notatur, & in cap.cum olim. de maioritate, & obedientia, & in cap.2.de in integrum reſtitutione, & in cap.2. ne ſede vacante, & Cardin.in Clementina.2.num.23. de ætate,& qualitate. Villadiego de legato,quæſt.9. 1. part.num.20. Coraſ.de Benef.2.part.cap.7.in princip. & 4.part. capit.vltimo num.23. & Rota in vna Hiſpalen. iuris votandi 26. Iunij 1591. coram D. Orano,& in Calagurritana infra relata cap. vltimo num.226.

691 Reſp. vero collationem † Beneficiorum non eſſe vere, & proprie fructum, ſed tantum large improprie, & metaphorice, vt alias recte tradit Suarez.5. tom.de cenſuris diſput.27. ſect.1. nu.33. nec de his loquitur Concilium.d,verſ.ſi quis autem,quod cum ſit pœnale,eſt ſtricte interpretandum reg.odia.lib,6. cum alijs. Et confirmatur, nam Concilium ibi fructus, quos Epiſcopus ob abſentiam amittit, ait eſſe fabricis,& pauperibus erogandos,quod non conuenit collationi Beneficiorum. Facit doctrina Felini in d.cap,cum olim de maiorit.& obedientia.num. 2. quam ſequuntur Caſſaneus in cõſuetudinibus Burgundiæ rubric.6.§.4. Baeza de decima tutori præſtãda c.23,nu.25. & 26. & Ioann. Guttierez de tutelis 3.p.c.29.nu.10.quod vbi fit mentio de fructibus ad alicuius ſuſtentationem, non venit præſentatio, ſeu collatio, &c. *Facit etiam deciſ.600. nouiſſ. Farin.circa finem,& quod appellatione fructuum,vel prouentuum nõ veniunt collationes beneficiorum, ait Moſcon. de maieſt. milit. Eccleſ.lib.3.p.3.c.3.pag.465.*

*Sed ab illa dec. Sulmon. Canonicatus nouiſſime receſſit Rota in alia Sulmon. alternatiua 14. Maij 1610. coram Illuſtriſſimo Lancellotto propoſita de ordine Illuſtriſſimi Cardi-*

*Cardinalis Nazareth, Datarij, tenẽs, collationem beneficiorum vacantium in menſibus Mart. & Septemb. nunquam ſpectare ad Epiſcopum abſentem, qui acceptauit alternatiuam, vt in ſeq. decis. 187.*

*Nihilominus tamen perſiſto in priori ſententia & dec. Rotæ in illa Sulmon. Canonic. de anno 1583. quæ mihi videtur verior ex ratione ibi adducta, quòd alternatiua non ſolum acceptationem, ſed etiam reſidentiam requirit, vt patet ibi, Ipſis quandiu apud Eccleſias, &c. Et ideo Epiſcopo abſente ceſſat alternatiua, & intrat reſeruatio 8. menſium, &c.*

*Neque obſtat quod ait 2. dec. Sulmon, quod per conceſſionem alternatiuæ à Papa factam, & acceptationem Epiſcopi fit quædam permutatio menſium, & initur quoad hoc quædam conuentio, ſeu quaſi contractus inter Papam & Epiſcopum, à qua non poteſt Epiſcopus recedere abſque conſenſu Papæ, l. ſicut, C. de act. & oblig. &c. Quia reſpondetur primo, hic non eſſe vere & propriè contractum, ſeu conuentionem permutationis menſium, nec id Papa intendit per conceſſionem alternatiuæ ſed gratificare, & facere gratias Epiſcopis reſidentibus, vt patet ex verbis ipſius alternatiuæ ibi, In ſuper Sanctitas ſua ad gratificandum, &c. & ibi, gratiã alt. & ibi, gratia ſupradicta; & cum verba ſint clara, non eſt opus coniecturis, ſeu diuinationibus. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. ſed ſolum re ipſa, & in effectu per alternatiuam commutantur menſes; & id eſt quod dicit Mobedan. d. deciſ. 3. de reſcrip. ex deciſ. autem Put. 88. lib. 3. & Achil. 2. ſuper reg. modificatiua indult. ſolum habetur quòd Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, non poteſt ab ea recedere abſque conſenſu Papæ, quia acceptatio eſt quaſi contractus quòd non negatur, ſed intelligitur cum ſua cauſa & qualitate. Etenim alternatiua eſt gratia conceſſa Epiſcopis, qui diu apud ſuas Eccleſias aut diœceſis reſiderunt dumtaxat, & ſic ſub qualitate & conditione reſidentiæ: & conſequenter ea ceſſante, cedat alternatiua, & intrat reſeruatio 8. menſ. vt d. eſt.*

*Secundo reſpondetur, quod eſto alternatiua contineat pactum, ſeu conuentionem, aut permutationis menſium inter Papam & Epiſcopum, tamen iſtud pactum, eſt qualificatũ illa qualitate, quandiu apud Eccleſias reſederint, ita vt ceſſante qualitate reſidentiæ ceſſet pactum, ſeu conuentio. Nec obſtat replica ad ſecundæ deciſionis, quod quamuis reſpectu ordinarij vt ipſe poſſit vti beneficio alternatiuæ pactum ſit qualificatum hac qualitate reſidentiæ; tamen reſpectu Papæ dum in ſecunda parte conceſſionis alternatiuæ reſeruat ſibi alios menſes. talis reſeruatio eſt pura, & non qualificata, cum in ea non ſint addita illa verba, quamdiu, &c. quin potius Papa reſeruet ſibi alios menſes, vt præfertur, ſcilicet modo quo ſupra in reg. ſibi pure reſeruauit, &c. Reſpondetur enim, quòd illa reſeruatio aliorum ſex menſium eſt correſpectiua ad alternatiuam, & ſic ea ſtante, & reſpectu beneficiorum in quibus intrat alternatiua; & quòd illa reſeruatio aliorum ſex menſium ſit correſpectiua ad alternatiuam, patet: nam illi ſex menſes, quos Papa ſibi reſeruat, dicunt reſpectum & relationem ad alios ſex conceſſos ordinarijs quãdiu apud Eccleſias reſederint. Et quod Epiſcopo, qui acceptauit alternatiuam abſente, intret reſeruatio octo menſiũ, & conſequenter tunc gaudeat menſe Mart. & Septembr. patet: nam tunc per illam, & non aliam reſeruationem ſunt reſeruati Februarius, April. Auguſtus, & October: menſium enim non eſt alia reſeruatio, niſi aut octo aut ſex expreſſorum, octo non ſtante alternatiua, & ſex ea ſtante.*

*Nec obſtat verbum, vt præfertur, in reſeruatione ſex menſium adiecto, quia illud refertur ad derogationem conſuetudinum & priuilegiorum, & illud de expreſſione menſis vacationis, &c. vt patet ex contextu. Et confirmatur hæc ſententia nam alias ſequeretur, quod Epiſcopus abſens per multum tempus, qui acceptauerat alternatiuam, non poſſet prouidere niſi in duobus menſibus tantum, etiamſi abſentia eſſet ſine culpa ſed ex cauſa legitima aut neceſſaria, & cum licentia Papæ aut Metropolitani: & ſic alternatiua in gratiam & fauorem Epiſcopi conceſſa redundaret in eius diſpendium; & literæ ſunt neceſſariæ, contra reg. quod ob gratiam, lib. 6 & l. quod fauore, C. de leg.*

691 Secundo dubitatur, † an menſes alternatiuæ debeant eſſe integri, vt Epiſcopus ea frui poſſit, verbi gratia, ſi Epiſcopus habens alternatiuam acceptatã, ſit abſens a ſua diœceſi principio menſis Febr. Aprilis, aut alterius alternati, & reuertatur in eodem menſe, an gaudeat alternatiua in Beneficijs vacantibus in tali menſe poſt reditum ad Epiſcopatum, ſeu ſi Epiſcopus ſecunda Februarij, ſeu principio alterius menſis alternati, acceptet Romæ alternatiuam, an ea gaudeat in Beneficijs poſt acceptationem vacantibus in tali menſe? In quo videtur reſpondendum gaudere alternatiua, & non requiri menſes eſſe integros, cum vacationis Beneficij ratio habeatur, vt ibi, quæ in antea in menſibus Febr. Apr. &c. vacare contigerit. Et in hoc videtur inclinare Sarmiento lib. 6. ſelectarum. c. 18. ſub num. 9. ibi, cum Beneficij vacationis ratio habeatur ſummo iure agendo.

693 Contrarium tamen videtur † Rota tenere in vna Fauentina Canonicatus 16. Decemb. 1585. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, quæ deciſio ſic ſe habet. Propoſui dubium in cauſa Fauentina Canonicatus, an cõſtet de tali reſeruatione, quæ obſtet in caſu, de quo agitur, & 16. Decemb. 1585. fuit per Dominos reſolutum conſtare de tali reſeruatione, quæ obeſt Iulio, clara eſt enim reſeruatio Papæ, & indubitata eſt acceptatio alternatiuæ per Reuerendiſſimum Epiſcopum, ex quo fundatur intentio Ioannis Euangeliſtæ; non obſtat, quod beneficio alternatiuæ tamdiu liceat Epiſcopis gaudere, quamdiu reſederint in ſuis Eccleſijs, ex quo cum Reuerendiſſimus Epiſcopus eſſet abſens à propria diœceſi, ceſſat commodum alternatiuę, quia cum ab initio menſis Septembris eſſet acquiſitum ius Papæ, ſemper ille menſis remanet reſeruatus, ſicut dicitur de Beneficio ſemel affecto, quod ſemper remanet affectum. Rota in nouis de Præbend. deciſ. 10. & dictio, quandiu, eſt appoſita menſi integrali, non autem diebus menſis, quo caſu intrat regula. l. eum qui. ff. de vſucap. vt totum integrale, non autem ſingulæ partes veniant conſiderandæ, alias ſequeretur, quod licet Epiſcopis frui menſe Aug. propter reſidentiam, & Septemb. propter abſentiam, & pro reditu menſe Octob. ſequeretur etiam, quod alternatiua conceſſa reſidentibus, vt eos ad reſidendum inuitet, contrarium operaretur, vt ad ſæpe recedendũ impelleret. Nec obſtat quod integritas Reuerendiſſimi Epiſcopi excludat huiuſmodi præſumptionem, quia agitur de expoſitione regulæ, quæ vniuerſaliter loquitur, & complectitur omnes caſus. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtulando. Non obſtat, quod collatio non pertineat ad Epiſcopum. Primo, quia adhuc lis pendet cum Capitulo. Secundo, quia per concordiam initam inter Reuerendiſſimum Epiſcopum, & Capitulum collatio eſt libera Reuerendiſſimi Epiſcopi. Tertio, cum Iulius veniat ex collatione Reuerendiſſimi Epiſcopi, ius debet metiri ab actore, & ſic ipſe non habet titulum, ab habente poteſtatem conferendi multo minus poteſt moleſtare Ioannem Euangeliſtam

cia ipſa nullo modo poſſint dici exempta ab Archie-
632 piſcopo,† nec refragatur d.deciſ.8.Caſſador,dicēs, quod data negligentia Cardinalis in conferendo Beneficio reſeruato vigore indulti, deuoluitur collatio ad ſolum Papam,de qua Gonçalez gloſ.53.a nu.37. quia ibi longe diuerſa eſt, cum agatur de Beneficio reſeruato, conferendo vigore indulti, quod ſemper remanet, & à principio fuit reſeruatum, vt ſupra dictum eſt.

Quærit etiam Gonçalez d.gl.24.quæſt.5.a n.108.
633 † an Cardinalis Epiſcopus poſſit conferre Beneficium, quod vacauit in menſe Apoſtolico, ante eius promotionem in vita ſui anteceſſoris, qui Cardinalis non erat: & breuiter concludit, quod ceſſante indulto non poteſt illud conferre, nam cum vacauerit de tempore, in quo Collator non erat Cardinalis, fuit ſemel reſeruatum, & ſemper durat reſeruatio; ſi vero dictus Cardinalis haberet indultum ſolitum,ad conferendum Beneficia reſeruata,tunc illius vigore poſſet tale Beneficium conferre, ſi indultum caperet Beneficia iam vacantia,alias ſecus.

634 Deinde quærit è conuerſo †6.q.nu.110.an Cardinali Epiſcopo decedente ante collationem Beneficij vacantis in menſe alias reſeruato, poſſit illud conferre Epiſcopus ſucceſſor non Cardinalis,ſi à Papa iam præuentum non fit? & multis adductis tandem ait,quod ſibi magis placet vltima ſententia nempe,quod poſſit illud conferre,& quod ſecundum eā, ſemel conſultus pro veritate de ſimili caſu reſpondit,quia modernus Epiſcopus ſucceſſit in locum defuncti,& ſic eius iure vti debet. ſecundo, quia d. Beneficium vacauit tempore congruo, quando nulla aderat reſeruatio,& ſic Beneficium ſemel poſt vacationem liberum, ſemper remanere debet liberum vt ſupra dictum eſt nu.631.tertio,quia ſicut in caſu contrario quæſtionis præcedentis, non poteſt conferre Cardinalis,ita è conuerſo in iſto poteſt conferre ſucceſſor, cum contrariorum eadem ſit ratio, & quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito,& econtra,&c.

635 Quæ quidem ſententia † de plano procederet nō ſtante reg.2.Cancellariæ reſeruatoria Beneficiorum, quæ poſt obitum Epiſcoporum quomodocumque vacant,& vacabunt in futurum,*(& poſſet applicari ad caſum de beneficio vacante in menſe alternato Epiſcopi prædeceſſoris iuxta ſupra dicta,nu.22.)* ea vero ſtante non poteſt ſuſtineri,ſed eſt proculdubio falſa; nam eo ipſo,quod Epiſcopus deceſſit,intrauit reſeruatio d.regulæ, quæ ſemper loquitur; cum verum ſit dicere, quod tale Beneficium poſt obitum Epiſcopi vacat (quicquid Gonçalez dicat) Pauinus de offic. & poteſtate Cap.ſede vacante 1.par.quæſt. 10.nu.23. ibi etiam,ſi vacaſſet viuente Prælato, quia verum eſt dicere,quod etiam vacet eo mortuo,ex quo non prouidit donec vixit, & conducunt ſupra tradita ſub
636 nu.536.Vnde etiam conuincitur doctrina eiuſdem Gonçalez gl.15.§.2.a n.91.vbi ait,quod ſi hodie poſt d.reg.2.Cancellariæ, vacaret aliquod Beneficium in mente ordinario Epiſcopo, vel Abbate viuente, & poſtmodum ante prouiſionem in remotis partibus decedente,& illius Vicarius habens ſpecialem facultatem conferendi poſt dictum obitum ante illius notitiam tale Beneficium contulerit,collatio erit bona, & legitima,non obſtante morte Epiſcopi,de quo notitiam non habuit,vt alias dicitur infra cap.8.n.175. neque in hoc caſu obſtat dicta reg.2. Cancellariæ, quia duntaxat loquitur de Beneficijs vacantibus, ſeu vacaturis ſede Epiſcopali,vel Abbatiali vacante,non vero ſede plena,vt ſcripſit d.glo.24.ſub q.6.quæ doctrina eſt etiam falſa ex dictis,nam tunc verum eſt dicere,quod Beneficium vacat ſede Epiſcopali,vel Abbatiali vacante,ſeu poſt obitum Epiſcopi,vel Abbatis,& ſic reg.intrat.

637 Quærit etiam Gonçalez d.Gloſ.24.7.q.ex num. 121,an d.exceptio,& fauor noſtræ regul. quod eius reſeruatio non includat Cardinales abſentes à curia, vel ſolum procedat in reſidentibus in curia ex regu. 7.Cancellariæ: & pluribus hinc inde adductis reſoluit,quod loquendo de Beneficijs vacantibus in Dioceſibus,& Epiſcopatibus Cardinalium non annexis Cardinalatibus, Cardinales abſentes gaudent exceptione,& fauore noſtræ regulæ, ita, vt indultum aliquod ad hoc neceſſarium non ſit, & ita ſeruari videmus,quia regula noſtra indiſtincte excipit Cardinales, & quod regula ſeptima ſolum loquitur de Beneficijs vacantibus in Eccleſijs titularibus Cardinalium de vrbe, & in ſex Epiſcopatibus Cardinalium antiquorum Cardinalatibus annexis, quæ non cenſetur in continenti corrigi per regulam noſtram ſequentē. l.nam ad ea,& ibi glotta ff.de condit. & demonſtrat. & ſic fauor noſtræ regulæ non conceditur talibus Cardinalibus abſentibus, quia obſtat reſeruatio dictæ reg.7.præcedentis,de qua ſupra à nn.402.

638 Sed melius dic † quod per hanc noſtram regulā, quæ abſolute,& indiſtincte excipit Cardinales,non reſeruantur Beneficia vacantia in quibuſcunque Epiſcopatibus Cardinalium, quamuis vacantia in dictis ſex Epiſcopatibus Cardinalium antiquorum, ſint reſeruata per dictam reg. 7. ſi ſunt abſentes à curia,in quocumque menſe vacent.

639 Quærit etiam Gonçalez † d.gloſ.24.8.quæſt.nu. 153.an ſicut regula noſtra excipit, & non comprehendit Cardinales Collatores, ſimiliter etiam non comprehendat Reges, & Principes Collatores Beneficiorum ex priuilegio Apoſtolico, & concludit, quod non,quia eo ipſo, quod de eis non fit expreſſa mentio; non cenſentur comprehenſi in reſeruatione noſtræ regulæ propter altitudinem, & excellentiam eorum ex adductis per eum, & idem repetit gloſ.38. nu.5.non obſtantibus verbis,Cuiuſcunque Dignitatis,&c.de quibus ibi.

640 Tandem quærit † Gonçalez d.gloſ.24.9.q.num. 161.quare dicit regula noſtra in dictis verbis, S.Romanæ Eccleſiæ? & reſpondet, quod ad diſtinctionem aliorum, qui non ſunt S. Romanæ Eccleſiæ, veluti Cardinalium Compoſtellan. Aurien. Rauennaten. & Mediolanen. qui tamen ſunt abuſiue Cardinales &c. ſed ego potius exiſtimo ea verba non ad id apponi, nam licet ſolum fieret mentio de Cardinalibus, intelligeretur de Cardinalibus S. Romanæ Eccleſiæ, qui ſunt vere, & proprie, & per Antonomaſiam Cardinales, non de alijs, qui ſolum nomine ſunt Cardinales, nam & analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificatu. Apponuntur autem d.verba ad denotandam eorum Dignitatem, & excellentiam,denominationemque vt moris eſt. *Et Mofronius de maieſt.milit.Eccleſ lib.1.p.1.cap.5.pag.115. ait, quod Pius V. in ſuo diplomate anno 1568.13.Kalend. Martij penitus hoc nomen Cardinalium in omnibus alijs Eccleſijs, præterquam in Romana extinxit,*

*& solummodo Cardinalis nomen competere voluit Cardinalibus S.R.E. a Papa creatis, &c. Sed ego non inueni tale diploma seu bullam: & adhuc nominantur Cardinales in Ecclesia Compostellana & Aurien. &c.*

641 Decimo sextò, circa illa verba, † aut aliorum sub concordatis inter sedē Apostolicam, & quoscunque alios initis, &c. notandum est, id dici propter cōcordata Germaniæ, & Franciæ, quæ Papa lædere non intendit, quantum est ex sua parte. De quibus concordatis Germaniæ vide constitut. Nicolai V. & constitut. 46. Clement. VII. & 42. Greg. XIII. Cass. decis. vn. de pactis Simonetā, seu potius eius additionatorem de reseru. q. 1. à nu. 3. & q. 99. à nu. 4. & Gregor. Branden. in nouo opusculo super concordatis Germaniæ. Et de concordatis Franciæ vide constitutionem 16. Leonis X. & Rebuffum, qui latissimè illa declarat in gloss. ad ea. Et vide Gonçalez gloss. 25. vbi explicat prædicta verba, & gloss. 26. explicat illa verba, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerint, acceptatis, & gloss. 27. explicat illa verba, & obseruatis, & gloss. 28. illa verba, quæ lædere non intendit, comprehensorum. Circa quæ aliqua de more cumulat non multum conducentia.

642 Decimoseptimò ex illis verbis, † quomodolibet pertinentia, notandum est per regulam nostram reseruari Beneficia, ad prouisionem quorumcumque quomodolibet pertinentia, idest, siue de jure communi, siue de iure speciali, vt fundatione, præscriptione, seu consuetudine, aut priuilegio, notat Gonçalez glos. 29. & vide d. sup. nu. 618. 619. & 620. *Vnde planè conuincitur & apparet falsum, quod ait Vasconcel. diuers. iur. argum. lib. 1. ca. 16. quod hæc reseruatio mensium cum sit generalis, non includit beneficia pertinentia ad collationem aliquorum ratione statuti, vt in Ecclesia Elboren. sunt Capellania & beneficia Bachalaureorum, &c.*

643 Decimooctauò ex illis verbis, † dispositioni suæ, notandum est reseruationem hanc esse personalem, & sic cum conditore expirare, ad ca. literis. de rescription. & cap. si gratiosę eodem titul. in 6. & ibi gloss. verbo suæ. Archid. Ioan. Andr. & alij glos. verb. sedis Apostolicæ, & D. in clem. 1. de probatio. Mill. in reper. verbo reseruatio, quam facit Gambarus de offi. Legati lib. 3. num. 195. Mandos. reg. 1. Cancellariæ, quæst. 12. & post hæc Gonçalez §. 5. procem. numer. 15. & glos. 12. num. 3. Accedit, quod facta est hæc reseruatio ad suæ voluntatis beneplacitum, vt supra diximus num. 446. quod morte finitur d. cap. si gratiosę, l. 4. ff. locati tradit *Mand. de inhibit. q. 76. Conarr. lib. 3. variar. c. 15. à nu. 2. Valascus de iur. emphyt. cap. 34. a num. 4. Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 25. a num. 4. Molin. de inst. tract. 2. disp. 298. & tract. 5. disp. 20. nu. 6. Tusc. concl. 89. lit. B. Salas de legib. disp. 17. sect. 2. nu. 14. & disp. 20. sect. 17. num. 125. Suar. eodem tract. lib. 8. ca. 32. a num. 2.* Thom. Sanchez de matrimonio lib. 8. disputatione 28. a num. 49. & in proposito Gonçalez d. §. 5. procem. à nu. 8. & late, d. glos. 12. à nu. 1. & loquens de alternatiua glos. 50. num. 6.

644 Accedit etiam, † quod est posita inter alias regulas Cancellariæ suo tempore duraturas, vt in procemio ipsarum regularum, vbi Glossator, & Pauinus in procemio extrauagantium vers. regulæ Cancellariæ, & post hæc tradit in proposito latè Gonçalez d. §. 5. procem. ex numero 1. vbi ex numero 16. dicit, quod pari etiam ratione regula nostra euaneſceret, & regulæ Cancellariæ expirarent, si Papa renuntiaret Papatui, ex quo fuerunt factæ suo tempore duraturæ, quod per renuntiationem fuit consumptum, & terminatum, & renuntians, quo ad hoc, habetur pro mortuo, & mors ciuilis in hoc æqu paratur naturali, & paria sunt Papam obijsse, vel Papatui renuntiasse. Clemen. ne Romani §. sane. iuncta gloss. verb. moriente, de electione Felin. in cap. Ilcèt vndiq; sub num. 2. de offic. Del eg. & in terminis Aeneas de Falcon. quæst. 5. principali. §. 1. num. 8. Parisius cons. 19. à num. 9. lib. 4. & Mandos. regul. 30. quæst. 7. numero 14. & 15. &c.

645 Vnde sede Apostolica vacante † omnes menses sunt ordinarij, & tunc Episcopi possunt prouidere de Beneficijs vacantibus in quolibet mense, Caputaquen. decis. 86. parte 1. & 214. parte 2. & in manuscriptis decis. 397. lib. 1. Anton. August. decis. 65. l. 1. quæ est 3. parte diuersorum libro 3, decisione 1228. Anastasius Germon. de indultis Cardin. §. quod tamen Romanam, numero 99. & 100. Zerola in praxi Episcopali. 2. par. verbo Beneficium. §. 1. Flores de Mena quæst. 4. num. 51. *Perez de Lara de anniuers. & Capell. lib. 2. c. 10. n. 8. & Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 5. num. 12.* & fuit dictum in Abulen. Parochialis de la Calcada 28. Ianuar. 1594. ad fin. adducta infra, nu. 791. & nouissimè post hæc tradit Goncalez d. §. 5. procem. à num. 46. qui nu. 53. ait, quod non solum erunt omnes menses ordinarij, ante assumptionem noui Papæ, sed etiam antequam faciat regulas Cancellariæ, quæ semper solent fieri in die immediatè sequenti diē assumptionis, ita quod si etiam in illo medio tempore ab assumptione vsque ad factionem regularum vacaret aliquod Beneficium in mensibus aliàs reseruatis, nullum obstaculum Ordinarius habere dicatur, & allegat Gemid. consilio 92. ante num. 1. & sub ipso num. 1. Glossatorem antiquum in procemio regularum Cancellariæ verficul. item ponderanda. Gomez in d. procemio quæst. 2. sub num. 14. versic. vnde si vacaret, & Rotam loquentem de regula nostra decis. 21. num. 6. in fi. lib. 2. parte 3. diuersorum, quamuis non est necessaria publicatio regularum, vt ligent, quia statim ab initio, quando sunt factæ, ligant vt in earum procemio vbi dicitur, quas se tunc suo tempore duraturas obseruari voluit. Gonçalez ibi à num. 54.

646 Itaque prouisio facta † ab Ordinarijs de Beneficijs, Sede Apostolica vacante, in quolibet mense vacantibus, erit firma, & valida, nisi alias sint affecta, aut nisi forte Papa de nouo electus declaret, non expirasse reseruationem sui prædecessoris, aut illa de nouo reseruet, prout aliquando fit, ad prouidendum conclauistis, tunc enim prouisio facta ab Ordinario post istam declarationem, seu reseruationem, de Beneficijs, quæ vacarunt, Sede Apostolica vacante, in mensibus alias reseruatis non valeret, nec facta ante declarationem, si in ea Papa derogat iuri quæsito, & regulæ de non tollendo iure quæsito iuxta tradita per Mandos. ibi reg. 18. quæstione 6. cum non sit declaratio propria. Decius in c. fi. de constit. nu. 47. & 48. & ibi add. maximè Syluestri verb. dubium. & Anton. Gabr. conclu. 3. de reg. iuris nu. 62. cum sequentibus, & etiam prouisio facta ante reseruationem, seu Bullam conclauistarum, non valeret, si Papa in Bulla decernit per talem prouisionem, ius quæsitum non fuisse prouiso, neque d. regulæ de non tollendo iure quæsito locum esse, &c. vt fecit S.D.N. Paulus V. de

omni-

omnibus Beneficijs tempore ſuæ aſſumptionis non prouiſis, in Bulla ad fauorem conclauiſtarum data pridie Calend. Auguſti. 1605. per regulam autem menſium noui Pontificis, non reſeruantur Beneficia nondum prouiſa, quæ vacarunt, Sede Apoſtolica vacante, in menſe aliàs Apoſtolico, quia ſolum reſeruat Beneficia vacatura, & non vacantia, vt latè per Gonçalez d.§.5.proœm.ex num. 60. & dictum eſt ſupra nu. 537.

647 Vnde in d.deciſ. † 307. li. 1. in manuſcriptis, ait Verallus, quod indultum conferendi, ſeu præſentandi Beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis, non habet locum, Sede Apoſtolica vacãte, quia tunc ceſſante regulæ reſeruatoria per obitum Papæ, nulli ſunt menſes Apoſtolici, cum de iure collatio Beneficiorũ in quolibet menſe vacantium ſpectet ab Ordinarium, in Aſtoricen. Canonicatus coram Auguſt. 1. Dec. 1554. quę eſt eadem cauſa, de qua in d.dec. 214. in impreſſis, & hæc deciſ. manuſcripta eſt poſterior impreſſa, quæ eſt de anno 1552. & ſatis confuſa.

648 Quod cõducit ad indultũ † Ducis Albani, quod eſt reſtrictum ad menſes Apoſtolicos. Nam Pius V. in Bulla confirmationis, & renalidationis ad finem, ait, ac ius patronatus huiuſmodi ad Beneficia vacãtia in menſibus Ordinariorum collatorum illis conceſſis per regulas Cancellariæ, & aliàs conſtitutiones à nobis emanatas, & literas alternatiuas per nos conceſſas, & ſucceſſores noſtros Romanos Põtifices pro tempore exiſtentes concedendas, de quibus ipſi Ordinarij ſua ordinaria authoritate prouidere poſſunt, non extendi, &c. & facit deciſ. in cauſa Salamantina Parochialis de Gaiates. 1. Decembr. 1578. coram D. Brauo, quæ habetur 1. p. diuerſ. deciſ. 422. vbi nu. 2. dicebant Domini, dictum indultum Ducis de Alba ſolum capere illa Beneficia, quæ priuatiuè ad ipſius Pontificis collationem pertinent, non autem quæ cumulatiuè cum Ordinario, & talem fuiſſe Pontificis intentionem ex dicta exceptione menſium Ordinariorum Domini iudicabant.

649 Nec obſtat, quod † dictũ indultum, & ius patronatus Ducis Albani in principio datur generaliter, & illa exceptio in fine poſita ſolum eſt de Beneficijs vacantibus in menſibus Ordinariorum, illis conceſſis per regulas Cancellariæ, ſeu alternatiuas, atque adeo non comprehendit menſes, qui ſunt Ordinarij ratione Sedis Pontificalis vacantis, aliàs vero Apoſtolici, cum illi non ſint conceſſi per regulas Cancellariæ, ſeu alternatiuas. Nam reſpõdetur, quod illa verba conceſſis per regulas Cancellariæ, & alternatiuas, ſtant demonſtratiuè, non reſtrictiuè, & taxatiuè; nam verba regulariter, & in dubio potius intelligenda ſunt demonſtratiuè, quam taxatiuè, & reſtrictiuè, Bartol. in l. Centurio num. 31. & 39. & Ripa nu. 140. ff. de vulgari. Pariſius conſil. 4. num. 36. li. 14. Rota d.deciſ. 442. nu. 3. & 662. nu. 3. & 684. nu. 4. p. 1. diuerſorum.

650 Illa autem verba, † de quibus Ordinarij, &c. ponuntur ad reſtringendam exceptionem, vt non comprehendat Beneficia vacãtia in menſibus ordinarijs, aliàs tamen reſeruata, ſeu affecta, ad l. ea tamen adiectio. ff. de Legat. 3. Bartol. in l. omnes populi in princip. ff. de iuſtitia, & iure, & in l. cunctos populos, nu. 1. & ibi Iaſ. nu. 2. C. de ſumma Trinitate, & ita indultum intrat in Beneficijs, aliàs reſeruatis in quolibet menſe vacantibus, & hodie intrat in Beneficijs, ſede Epiſcopali vacante vacantibus in quolibet mẽſe, ex quo ſunt reſeruata per regu. 2. & ſic de eis Epiſcopi ſucceſſores ſua Ordinaria authoritate prouidere non poſſunt, & ceſſat iam d.deciſ. 442. vt dicitur & infra c. 7. num. 88. *Vnde etiam dictum indultum non habebit locum in beneficijs per reſignationem vacantibus in quocunque menſe; nam cum illa non ſint reſeruata per regu. menſium, vt ſupra dictum eſt, numero 542. quoad ea omnes menſes ſunt ordinarij, &cet. Similiter etiam indultum, & ius patronatus conceſſum ad præſentandum in mẽſibus Apoſtolicis, ſeu reſeruatis non videtur habere locum, vbi præſentatus eſt Cardinalis, quia ibi non ſunt menſes Apoſtolici, non vlla ratione menſis datur reſeruatio, cum regula reſeruatoria menſium excipiat Cardinales, vt ſupra dictum eſt a num. 34. & 624. & ſic Prælatus Cardinalis in ſuo ordinario poterit libere prouidere beneficia in ſua diœceſi vacantia in quibuſcunque menſibus non obſtante dicto indulto, quod quidem dormiet pro tempore quo Prælatus fuerit Cardinalis, cum Papa concedens illud reſtrinxerit ad menſes Apoſtolicos, & pro tunc ſolum intrabit in beneficijs ibi ſpectantibus ad inferiores collatores, ſeu patronos Eccleſiaſticos, vacantibus in dictis menſibus Apoſtolicis, & in beneficijs aliàs reſeruatis, (ſuppoſito quod comprehendat beneficia reſeruata ratione mẽſis, ſed etiam alias, vt dictum indultum Ducis Albani) in quibus habens indultum poterit præſentare, non obſtante alio indulto Cardinalis ad conferendum reſeruata priori vel poſteriori, quippe quod non comprehendit beneficia ad prouiſionem aliorum ſpectantia nec cenſetur in dubio derogare indulto alterius, iuxta d. infr. c. 5. a num. 5. ſuper quo relatum eſt mihi lite pendente inter Marchionem de Mondejat, & Archiepiſcopum Toletanũ; in qua poſt hæc inueni Rotam tenuiſſe dictam meam ſentẽtiam, quod cum Prælatus ſit Cardinalis d. indultum non habet locum in beneficijs vacantibus in menſibus aliàs reſeruatis, vt in ſeq. dec. Toletana Archipreſbyteratus 17. Martij 1603. coram D. Ludouiſio 179.*

651 Et ex eo, † quod dictum eſt reſeruationem noſtræ regulæ eſſe perſonalem ex illis verbis, diſpoſitioni ſuæ, obiter infertur ad regulam Cancellariæ 52. de clauſulis ponendis in literis indulgentiarum, quod clauſula apponi ſolita iuxta iſtam regulã in literis indulgentiarum, ſeu iubilæis. Volumus autem, vt ſi aliàs Chriſti fidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus aliquam aliam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum duraturam cõceſſerimus, præſentes nullæ ſint. quæ operatur, vt talis indulgentia ſit aliàs nulla in totum, intelligitur tantum de ipſo Papa concedente talem indulgentiam, in qua iſta clauſula ponitur, nam verbum, per ipſum, de quo in d. regula 52. & verbũ, conceſſerimus. quod dicitur in d. clauſula ſunt perſonalia ex d. cap. literis. de reſcrip. & d. cap. ſi gratioſæ eod. in ſexto Thom. Sanchez d. diſputat. 28. lib. 8. ſub num. 46. vnde ſi illa Eccleſia haberet aliam, ſeu alias indulgentias nondum finitas non ab eodem Papa, ſed ab anteceſſore conceſſas, de quibus in ſecundis litteris mentio facta non ſit, nõ ex eo vitiabuntur, & ita tenet Gloſſator Soto ſuper iſta regula, quæ apud eum eſt 57. dicens quod notandum eſt iſtud verbum hic poſitum, ibi, per ipſum conceſſa, &c. ex quo ſequitur, quod ſi Epiſcopus ſecundum capitul. cum ex eo. de pœnitentijs, & remiſſio. conceſſit ibidem indulgentiam, vel alius Pontifex Romanus, etiam, ſi non fiat mentio de illa, valet iſta ſecunda, per verba huius regulæ, &c. ideo eſt cautela, quod a quolibet Pontifice nouo petatur noua indul-

indulgentia, etiam non facta mentione alterius indulgentiæ conceſſæ ab alio Pontifice, vel ab alijs Pontificibus; hæc Gloſſator. nam quamuis dicat, non valet iſta ſecunda, &cet. verbum, non eſt poſitum per errorem, vt ex præcedentibus, & ſequentibus patet.

652 *In vna tamen Aquilana* † Canonicatus 6. Octobris 1586. coram D. Blanchetto fuit reſolutum, ☞ quod ſub clauſula Breuis de capienda poſſeſſione (non tamen à nobis prouiſionem habentibus) comprehenduntur prouiſi à prædeceſſoribus; licèt enim verbum, à nobis, ſit perſonale dict. cap. litteris, & d. cap. ſi gratioſæ, tamen attendenda eſt ſubiecta materia, vt tradunt Doctores in cap. quantum. Abbas de officio de leg. & ſubiecta materia de tollendo iure alterius, & exorbitantia quædam facit, vt ea accipiatur interpretatio; illa quæ clauſula ponitur ad excludendum prouiſos à nuntijs ſeu Legatis, qui authoritate Apoſtolica prouident. Conſiderarunt etiam Domini, quod in illa cauſa Papa præſeruabat inhibitiones factas, quæ eſſe non poterant veriſimiliter, niſi vigore prouiſionis à prædeceſſore factæ, &c. Accedit, quod cum in breui veniant fructus à die vacationis, ſolùm videtur dari contra prouiſos ab alio, quam à Papa, niſi aliud conſtet; ad deciſionem Ioan. Pauli 120. quæ eſt 876. ad fin. 3. partic. lib. 3. diuerſ. & dicenda infra, 6. p. cap. 3. num. 115. in qua etiam cauſa Aquilana de menſe Nouemb. eiuſdem anni coram eod. dictum eſt, quod prouiſus vigore litterarum, ſeu Breuis Papæ dicitur prouiſus à Papa. cap. hi qui. de Præben. in 6. &c.

653 *Secus vero eſt quando in breui* † dicitur, non tamen à nobiſmet, ſeu à nobis ipſis prouiſis, ſeu prouiſionem habentibus, nam iſta verba ſint perſonaliſſima, & ideo operantur, quod Breue ſit exequendum contra omnes non prouiſos ab eodem Papa, vt in vna Salamantina Beneficij de Duennas 31. Ianuarij 1596. coram D. meo Corduba, in qua fuit reſolutũ. ☞ Breue de capienda poſſeſſione nomine cameræ eſſe exequendum contra Capitulum de Medina, quod poſſidebat dictum Beneficium vigore vnionis authoritate Apoſtolica factæ, non obſtante, quod dicitur de paritate tituli, cum in Breui adſint verba præciſa (non tamen à nobis ipſis prouiſus) quæ ſunt perſonaliſſima. Bald. conſil. 304. lib. 5. Natta. 163. numero 108. & illa vnio non eſt ab ipſomet Papa immediatè, nec obſtare, quod cum dict. Beneficium fuerit cõprehenſum ſub vnione, non vacauit per mortem, ſtante, quod eo ipſo intrauit vnio facta per Epiſcopum Segobien. in executionem dicti indulti. Rota. deciſ. 11. de rebus Eccleſiæ, in antiquis. Primo, nam indultum fuit per Rotam ſurreptitium declaratum & Epiſcopum Salamantinum eſſe manutenendum in poſſeſſione conferendi coram D. Blanchetto 19. Martij 1595. ſi igitur potuit Epiſcopus conferre, etiam Papa Sede Epiſcopali vacante. Secundo, quod per Rotam fuerat inhibitum Capitulo, ne vlterius procederet in executionem illius, & interim non potuit dict. Beneficium capere, & cum iſta exceptio ſit turbida, & requirat altiorem indaginem, non poteſt dici, quod Collegiata habet parem titulum ad effectum impediendi executionem Breuis, &c.

*Idem fuit reſolutum in vna Vicen. Beneficij 22.* ☞ *Iunij 1598. coram D. Lira*, in qua fuit dictum. Sententiam auditoris Cameræ mandantis exequi Breue Apoſtolicum de capienda poſſeſſione, eſſe exequendam, & confirmandam, cum clauſula, conſtito, ſit verificata legitima; non obſtante, quod Beneficium prætendatur vnitum, ſi quidem non apparet vnitum per ipſummet Papam, a quo emanauit Breue, in quo eſt clauſula, amotis quibuſcumque detentoribus, & intruſis non tamen à nobiſmet prouiſionem habentibus, quæ operatur, vt executioni demãdari debeat contra omnes, & quoſcumque non prouiſos ab eodẽmet Papa, vt fuit reſolutum in terminis in dict. Salamantina Beneficij de Duennas, &c.

654 Decimonono circa illud † verbum generaliter, de quo Gonçalez gloſ. 30. videnda ſunt dicta per nos ſupra ex nu. 56. & de verbo; reſeruauit, agit Gonçalez gloſ. 31. vbi agit de vi, & potentia reſeruationis, ſeu potius eius decreti ad inficiendum titulum, & poſſeſſionem, & impediendum reſtitutionem in ſpolio, & alia remedia poſſeſſoria, de quo nos congruentius agimus ſupra ex nu. 411. circa decretum irritans poſitum in fi. reg. præcedentis, & alia etiam addit quæ nos aliàs in ſuis locis adducimus.

655 Vigeſimo circa illa verba, † volens in ſupplicationibus, &c. de menſe, in quo vacauerint diſpoſitiuè mentionem fieri &c. notandum eſt, id ex eo eſſe ſtatutũ, quia vult Papa certior reddi, an Beneficium vacauerit in ſuo menſe, Puteus deciſ. 25. li. 3. Rota dec. 9. nu. 22. p. 2. diuerſorum, & in cauſa Neapolitana, de qua infra num. 668. & poſt hęc Gonçalez §. 4. procemio. nu. 7. & gloſſ. 32. num. 2.

656 Et intellige de menſe † vacationis debere mentionem fieri diſpoſitiue, ideſt affirmatiuè, ſeu aſſertiuè; & abſolutè dicendo, quod Beneficium, vacauit in menſe, Gonçalez d. gloſſ. 32. a num. 7. ita, quod non ſufficeret narrare menſem dubitatiuè, vt ſi diceret, quod forſan vacauit in tali menſe, Gonçalez ibi à num. 10. aut cum dictione, vt aſſeritur, Gonçalez ibi à num. 12. iuxta alias dict. ſup. 1. cap. 5. à num. 496. nec etiam ſufficeret dicere, quod vacauit in vno ex menſibus reſeruatis, ſed narrandus eſt menſis vacationis in particulari, *ibi, in particulari, quamuis contrarium videatur deciſum in vna Abulen. præſtimoniorum 18. Iun. 1610. coram D. Mancanedo, ſcilicet, Quod ſufficiat dicere vacaſſe de menſe reſeruato, quamuis non exprimatur menſis, cum expreſſio menſis ex eo tantum ſit neceſſaria, vt de reſeruatione appareat, & Papa ſciat beneficiũ eſſe reſeruatum, cum non intendat prouidere in menſibus ordinarij, Put. dec. 53. num. 3. libro 2. & dec 25. numero 1. lib. 3. Rota diuerſ. 9. num. 22. p. 2. & 700. pa. 3. Et amplius videtur velle Rot. ibi, quod cum narratum eſt vacaſſe in tali menſe reſeruato, ſufficiat conſtare, quod vacauit de menſe reſeruato, licet non de expreſſo: quod non eſt verum ex hac reg. volente de menſe, in quo vacauerit, mẽtio fieri, & ex dictis infra 11. p. c. 1. a num. 55.* & vide reſolutionem Rotæ in cauſa Lucana S. Annæ 28. Nouemb. infra relatam ſub num. 661.

657 Hoc tamen ſolum habet † locum in menſibus reſeruatis, nam regula dicit de dictis Beneficijs tunc vacantibus, ſcilicet in dictis octo menſibus, & ex quo de menſibus ordinarijs nulla erat facta mentio, ad illos non poterat relatio fieri. Vnde prouiſus à Papa de Beneficio vacante in menſe Ordinarij, non tenetur in ſupplicatione de menſe mentionem facere, vt fuit reſolutum in vna Conchen. de anno 1543. vt p Puteum deciſione 53. libro ſecundo, & fuit dictum in Toletana Canonicatus de Talauera de anno 155[illegible]

vt per Cottam deciſione 61. in manuſcriptis, & conducit deciſio. Neapolitana Beneficij, de qua infra ſub numero 668. & hinc in vna Burgenſi Canonicatus 2. Iunij 1559. coram D. Rubeis fuit reſolutum; ☞ quod, licet in noua prouiſione ſit exprimendus mẽſis, quando in prima gratia non fuit expreſſus, vt reſolutum eſt coram Chiſanen. in vna Lucana Parochialis 28. Nouemb. 1558. tamen regula excipit Beneficia ſpectantia ad Cardinales Ordinarios, & ſic illud nõ habet locum in Canonicatu Burgen. Eccleſiæ, in qua Ordinarius erat Cardinalis, & quia etiam erat reſeruatus, quia vacauerat per obitum Epiſcopi, Caſſador. deciſione 3. de conſtitut. & regula. non habet locum in Beneficijs reſeruatis, vt alias reſolutum eſt, &c. & ita tenendum eſt, quamuis Gonçalez d. gloſ. 32. à num. 49. contrariam teneat opinionem, nempe, quod expreſſio menſis ſit duntaxat neceſſaria in menſibus ordinarijs, non autem in reſeruatis, vt ait fuiſſe nouiſſime dictum in vna Tiraſonen. Canonicatus 14. Maij 1602. coram D. Pamphilio, & allegat etiam deciſionem Acoramboni 70. alias 59. lib. 1. & Mandoſium de ſignatura gratię tit. de prouiſio. verſic. an autem in impetratione, qui refert, & ſequitur iſtam deciſ. Acoramboni; ſed falſo eos allegat, nam non loquuntur de Beneficijs vacantibus in menſibus reſeruatis; ſed de Beneficijs alias reſeruatis, vt infra num. 668. & ita ipſe eos allegat, num. 39.

658 Et quod dicitur de octo † menſibus reſeruatis, ſcilicet, vt in conceſſionibus, ſeu gratijs de Beneficijs in eis vacantibus debeat fieri mentio de menſe vacationis, procedit etiam in ſex menſibus alternatis Papæ, quando Epiſcopus habet alternatiuam, nam illi ſubrogantur loco octo, cum eijſdem qualitatibus, vt patet ex verſiculo, quæ etiam diſpoſitioni ſuę, vt præfertur, reſeruauit. Nam verbum illud, vt præfertur, repetit, & refert præcedentia.

659 Secundò hæc regula de menſe † exprimẽdo procedit in gratia, ſi neutri, vt in deciſione Aurien. Canonicatus ſupra adducta, num. 135. & in Legionen. præſtimoniorum ibi adducta, nu. 136. & tradit Gonçalez d. gloſ. 32. à num. 21.

660 Tertiò procedit, † etiã in noua prouiſione, quando in prima gratia non fuit menſis expreſſus Puteus deciſ. 443. lib. 1. Caputaquen. deciſ. 215. p. 2. Mohed. 4. de conceſ. Præbend. Rota deciſ. 475. nu. 4. lib. 3. p. 3. diuerſorum, & in illa Burgen. Canonicatus de qua ſupra nu. 657. & poſt hæc Gonçalez d. gloſ. 32. num. 20. & vide infra num. 972.

661 Quarto procedit, † etiam ſi quis velit capere Beneficiũ per clauſulas generales, ſiue alio quouis modo, &c. Puteus deciſ. 169. lib. 2. & deciſ. 25. lib. 3. & 1. & 4. ſuper regula de menſe in manuſcriptis. Rota dec. 470. 475. 575 624. 700. & 754. lib. 3. p. 3. diuerſ. Burſattus conſ. 394. num. 18. vol. 4. & Flam. Pariſ. de reſignatione Benef. lib. 8. q. 7. nu. 144. & 145. & fuit reſolutũ in cauſa Lucana S. Annæ 17. Octobr. 1558. ☞ coram D. Chiſanen. in qua fuit tentum, quod contra prouiſionem ex qua per clauſulas generales impetrans vult capere Beneficiũ per obitum obſtat regula de menſe. Sarnen. de annali q. 28. alias defraudaretur mens Papæ, qui non intelligit prouidere de vacante per obitum, niſi fiat mentio de menſe, vt in ☞ d. regula, &c. Et in ead. 28. Nouem. fuit reſolutum, quod in dicta noua prouiſione, in qua dicitur, quod Beneficium vacauit per reſignationem N. ex cauſa permutationis, qui deceſſerat de menſe Iulij, non eſt ſufficienter facta mentio de menſe diſpoſitiue, vt fieri debuit iuxta d. regulam de menſe, & ideo non ſuffragatur, &c. idem fuit reſolutum in vna Lucana ☞ Canonicatus 7. Febr. 1561. coram D. Rubeis, in qua fuit dictum, obſtare regulam de menſe volenti capere Canonicatum per clauſulas generales ſui regreſſus per obitũ de menſe Ian. & licet d. regula non procedat in Beneficio alias reſeruato, tamen lis poſt vacationem Canonicatus non inducit reſeruationẽ de tempore vacationis, quod tempus vacationis inſpicitur, vt per Cottam deciſ. 286. & in vna Corduben. Beneficij 21. April. 1562 quæ apud Cottam eſt deciſ. 248. & habetur. d. deciſ. 700. fuit etiam dictum in Toletana Parochialis de Huerta infra adducta. num. 663. & in d. Legionen. præſtimoniorum ſupra adducta. nu. 136. & tradit poſt hæc Gonçalez ſupra à num. 32. *Et Gennen. in praxic. 120. verſ. ad hoc.*

662 Quintò, † procedit in gratia de Beneficio vacãte non ſolũ de iure, & de facto, ſed etiam de iure tantum, puta, ſi moriatur, qui habet ſolum ius alio exiſtente in poſſeſſione, cum regula loquatur ſimpliciter, & vera vacatio eſt, quæ fit per mortem illius, qui habebat ius. Milis in reper. verb. obtinere, & Bellẽz. de charitatiuo ſubſidio q. 121. ita Rota dec. 102. lib. 1. p. 3. diuerſ. quæ etiam ait, quod Beneficia, quæ vacant de facto, comprehenduntur in regula, quatenus verum ius non ſit apud aliquem, &c. iuxta ſupra dicta, à num. 197. & tradit Gonçalez d. gl. 32. num. 25.

663 Quod ita intelligendum eſt, † vt quando Beneficium impetratur per obitum habentis ius in re alio exiſtente in poſſeſſione, ſit exprimendus menſis vacationis, & obitus illius; quãdo vero impetratur per obitum vltimi poſſeſſoris de facto poſſidentis, ſufficit exprimere menſem illius vacationis de facto, vt fuit deciſum in d. Toletana Parochialis de Huerta 12. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Card. Mantica, vt ☞ in ſeq. deciſ. Dubitaui, an regula de menſe obſtet D. Didaco, & an ſit dãda remiſſoria Gondiſaluo? Quod attinet ad primam partem, deciſum fuit regulã non obſtare, quia ipſe Didacus expreſſit menſem vacationis per obitũ Georgij de Fonſeca vltimi poſſeſſoris, & impetrãti ſufficit verificare vacationem de facto, Rota deciſ. 8. de elect. in antiquis Aegid. deciſ. 116. in fin. neque ad effectum validitatis ſuæ gratiæ tenetur verificare titulum prædeceſſoris. Rota deciſ. 10. de rer. permut. in antiquis, præſertim quando eo tẽpore, quo vltimus de facto poſſedit, alius non habebat ius in Beneficio. Caſſad. deciſ. 2. nu. 2. de conſtit. cum alijs concordan. neque obſtat, quod Puteus deciſ. 3. ſuper regula de menſe dicat huiuſmodi expreſſionem eſſe neceſſariam, quãdo quis vult capere Beneficiũ per clauſulas generales, quia hoc ſanè intelligitur, quando non fuit facta expreſſio vacationis per obitũ, ſed ſolũ ex cauſa reſignationis, tunc enim, ſi quis velit vigore clauſularum generalium capere vacationem per obitũ, neceſſario requiritur expreſſio menſis, & ita colligitur ex deciſ. in cauſa Corduben. Beneficij S. Michaelis coram R. P. D. Caputaquen. ſub die 21. April. 1561. quæ reperitur in miſcellaneis Cottæ ſub num. 238. Præterea Domini dicebant in hoc caſu regulam de mẽſe non habere locum, quia, cum ſit inducta ad effectum, vt Papa intelligat, an ad eum, vel ad Ordinarium collatio ſpectet; Puteus deciſ. 53.

cis.53.n.4.& 5.lib.2.& decis.25.lib.3. & in hoc casu non detur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse aliquam de mense fieri mentionem, quia nullum fit Ordinario præiudicium, vt fuit decisum in causa Corduben. Beneficij coram Illustrissimo Quiroga die 21. April. 1559. cuius copia data fuit. Quod vero pertinet ad secundam partem, placuit Dominis remissoriam D. Gondisaluo non esse concedendam quia cum causa pluribus annis fuerit agitata, illa nunc non sine magna calumniæ suspitione petitur; ad notata per Innoc. in c. post electionem de cõcess. Præbend. Bald. in l. radices. C. de fide instrumentorum, Felin. in ca. de cætero. num. 12. de re iudicata, Cassiad. decis. 3. de dilatio. Caputaquen. decis. 65. p. 3. & quidem calumniæ suspitio primum concipitur ex eo, quod ipse Gondisaluus obtinuit gratiam, si neutri, vti de Parochiali habitu, & actu, & pro illius canonizatione acerrimè contendit, nunc vero, quia cognouit illam sibi non posse suffragari petit remissoriam ad probandum illam non esse Parochialem. Secundo calumniæ suspicio colligitur ex eo, quod ex scripturis apparet hanc ipsam Ecclesiam esse Parochialem actu, nam tanquam Parochialis in libris Archiepiscopatus descripta est inter alias Parochiales diœcesis Toletan. & tanquam Parochialis actu fuit collata à Clemen. VII. & postea in duabus vltimis vacationibus Ordinarius proposuit edicta, & fecit concursum, sicuti de Parochiali iuxta formam Concilij Tridentini fieri consueuit, atque ipse Ordinarius de qualitatibus Beneficiorum suæ diœcesis, quæ sibi commissa est, præsumitur esse instructus. ca. regenda est 10. q. 1. cap. nullus omninò 16. q. 7. item, quia parochiani anno 1574. constituerunt procuratorem, ad defendendum hanc causam Parochialitatis. Idem quoque probatur ex solutione decimarum, & primitiarum, quæ fit rectori huius Ecclesiæ, sicuti probant testes Didaci, & huius rei extat etiam fides scribæ generalis administrationis decimarum, nam hæc solutio decimarum, & primitiarum fit ratione administrationis sacramẽtorum, vt in hac ead. causa dictum fuit coram Il. P.D. Plato die 15. Maij 1587. vnde, quamuis Gondisalus per testes probaret hanc Ecclesiam non esse Parochialem, tamen ad huc testes Didaci essent potiores, qui alia administicula probationum, & præsumptionum eis suffragãtur. Bald. in cap. cum causam. in principio de probatio. & latè Crauetta cons. 400. nu. 35. cum sequenti. *Et iuxta dicta est accipiendum, quod dicit Genuen supra, vers. itẽ non habet locum, quando allegans istam decisionem, eam non bene videtur intellexisse.*

664 Non placet tamẽ† quod in ista decisione dicitur, quod cum non datur concursus prouisionis Ordinarij, non est necesse aliquam de mense fieri mentionem, quia nullum fit Ordinario præiudicium, *& sequitur Genuen. supra vers. item non habet locũ ex eadem ratione, allegans etiam decisionem Rotæ in illa Tirason. cano. coram Illustriſſimo Pamphilio 24. Maij 1602. regula. n.* absolutè vult de mense mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse: vnde inducitur forma præcisa ad Rotam in Toletana professionis 27. Febru. 1595. coram D. Pamphilio infra adducta 9. p. ca. 2. nu. 330. Et decisio Corduben. allegata loquitur in diuersa specie, de qua infra 11. p. c. 1. nu. 60.

665 Vltimo procedit non solũ† in vacatione per obitum, sed etiam alio quocumque modo, in quo inerat reseruatio regulæ, vt ex ipsa regula clarè cõstat, & tradit Gonçalez d. glos. 32. à nu. 26. qui nu. 31. ait se tamen videre, quod in Dataria admittuntur supplicationes Beneficiales de alijs vacationibus, præterquam per obitum absque expressione mensis, non tamen in vacationibus per obitum, & ideo forsan praxim interpretari regulam nostram in solis vacationibus per obitum, & id annuere videri Mandosium de signatura gratiæ titulo de prouision. versiculo clausula de præsenti mense, dum dicit hæc verba, voluit Papa in collatione Beneficiorum per obitum vacantium certior reddi de mense, &cet. Et sic de alijs vacationibus extra obitum, contrarium sentire, &c. subdit tamen Gonçalez, quod cogitet lector de hoc, quia esset magna restrictio regulæ, & quod prima opinio, quod sit exprimendus mensis in quacumque vacatione vera videtur, ac sensit Rota in illa Tirasonen. Canonicatus 24. Maij 1602. de qua supra. nu. 657.

666 Addo ideo Datariam† admittere supplicationes de alijs vacantionibus absque expressione mensis, nõ tamen in vacationibus per obitum, quia in vacantibus per obitum regulariter Papa non vult præuenire Ordinarios, & ideo vult certior reddi de mense, &c. in alijs vero vacationibus, vt per assecutionem, contractum matrimonij, ingressum Religionis, priuationem, &c. benè vult præuenire, & ideo admittuntur supplicationes absque expressione mensis, si tamen vacatio contigerit in mense Apostolico, gratia erit nulla, cum non sit facta mentio de mense ex hac regula, nec praxis, aut stilus contradicit. Vnde, quod ait Gonçalez §. 4. procem. 2 num. 6. & 67. quod non præsumitur, Papam velle præuenire Ordinarios in suis mensibus ordinarijs, nisi ex tenore gratiæ constet velle præuenire saltem facto ipso, quia concedit gratiam de Beneficio, quod narratur vacasse in mense ordinario, non procedet in alijs vacationibus, quã per obitum, in quibus quamuis non narretur vacatio in mense ordinario, censetur Papa velle præuenire eo ipso quod gratiam concedit absque expressione mensis. Immo etiam in vacatione per obitum, si Papa cõcederet gratiam de Beneficio absque expressione mensis, censeretur velle præuenire, quamuis in ea non soleat id facere, vt dixi.

667 Cum autem in vacatione† per resignationẽ, siue in curia, siue extra, non intret reseruatio regulæ vt supra dictum est. nu. 542. non est in ea necessaria expressio mensis. Rota decis. 624. nu. 1. & 575. nu. 3. & 4. & 700. in fin. lib. 3. par. 2. diuersorum, & Gonçalez supra d. glo. 32. à nu. 43. nisi vbi resignatio non teneret, & resignatarius ex clausulis generalibus vellet capere Beneficium, vt supra nu. 661. & declarat Gõçalez ibi num. 45. ex alio etiam in resignatione in curia non est necessaria expressio mensis, quia cum Beneficium vacet in curia, est ex alio capite reseruatũ, & quia Papa scit de quo mense vacatio contingat, cum sit in illa hora, & puncto, in quo ipse resignationem admittit, & gratiam signat, Goncalez d. nu. 45. vt ita tim dicetur nu. seq.

668 Secundo, regula hæc de † expressione mensis nõ habet locum in Beneficijs aliàs reseruatis, quia in eis cessat ratio finalis regulæ, cum Papa solus de illis semper disponat. Puteus decis. 23. lib. 3. Rota decis. 122. lib. 1. p. 3. diuersorum, Mandos. de signatura gratiæ tit. de prouiso. versic. in autem in impetratione, &c.

eſt deciſum in illa Burgen. Canonicatus de qua nu. 657. vt ibi, & in alijs cauſis, & fuit dictum in Aurien. Canonicatus ſupra adducta, n. 135. & Legionen. præſtimoniorum adducta, nu. 136. & in Sutrina Parochialis 8. Iun. 1588, coram D. Plato de qua inf. a 14. p. c. 1. nu. 59. & tradit Gonçalez d. gl. 32. nu. 39. & 45 *& Genuen. ſupra verſ. declarata, & verſ. item limita.* & dictum eſt ſupra num. 541. vbi vide. Et in vna Neapolitana Beneficij 14. Decemb. 1558, coram D. Rubeis, & aliàs fuit reſolutum, regulam de menſe non habere locum in vacantibus in curia, prout clarè ex littera colligitur, & quia ſemper literæ expediuntur ſub die vacationis, & ſic ſatis apparet de tempore vacationis, & Papa vult ſcire menſem vacationis reſpectu menſium ipſius, non Ordinariorum, Staphil. de litteris gratiæ & ſic valere gratiam de vacante in curia, non facta mentione de menſe vacationis, etiamſi ſit cum derogatione iuris patronatus laicorum attenta vacatione in curia, &c.

669. Tertiò, regula hæc, † quæ requirit expreſſionem menſis vacationis, non habet locum in prouiſione Papæ, de Beneficijs iuris patronatus laicorum. Nam Prout regula principalis non cõprehendit huiuſmodi Beneficia, eodem modo non cõprehendit in parte acceſſoria. Guidobonus dec. 23. in manuſcriptis, & facit deciſio Neapolitana nu. præced. relata in fin.

670. Quartò, menſis expreſſio † non eſt neceſſaria in præſentatione, & inſtitutione, etiam coram Papa, quia non conueniunt verba regulæ, & inſtitutio eſt de iuſtitia, ita fuit reſolutum in vna Aſtoricen. iuris patronatus 10. Februarij 1576. coram Illuſtriſſimo Seraphino.

671. Quintò, regula hæc de expreſſione menſis non habet locum in ſubrogationibus, quoad Beneficium litigioſum in locum, & ius defuncti, non ex eo, quod ſtante litè Ordinarius conferre non poſſit, ſed quia regula loquitur in gratijs de Beneficijs vacantibus in d. menſibus; at ſubrogatio nõ dicitur gratia de beneficio vacante, ſed quædam conceſſio iuris defuncti ſubrogando in locum illius, quamuis contra iſtam limitationem teneat Gonçal. d. gl. 32. num. 40. ex eo, quod ſupradictum eſt num. 659. quod menſis eſt exprimendus in gratia, ſi neutri, quæ præſupponit litẽ, vt in deciſione Aurien. Canonicatus ibi citata, &c. ſed reſpondetur, quod gratia, ſi neutri, eſt gratia de Beneficio vacante, & ideo in ea locum habet regula.

672. Sextò, regula non habet locum † in gratia reformatoria, ſeu perindè valere, quando in prima gratia fuit menſis expreſſus; nam tunc non eſt opus iterum eum exprimere in noua gratia, alioquin eſt omninò in ea exprimendus. Caputaquen. deciſ. 215. p. 2. Mohed. deciſ. 4. de conceſſ. Præbend. nu. 3. Gonçalez d. gloſſ. 32. nu. 41. & ſeq. & vide ſupra nu. 660.

673. Et an in prouiſionibus Nuntij, † ſeu Legati locũ habeat hæc regula de expreſſione menſis, vide inſic. 3. num. 138.

674. In prouiſionibus autem † Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum de Beneficijs in ſuis menſibus vacantibus, clarum eſt non eſſe neceſſariam expreſſionem menſis, quia nec ratio, nec verba regulæ eis conueniunt. Gonçalez d. gloſſ. 32. à nu. 46.

675. Vigeſimo primo, † circa illa verba, ac conſuetudines etiam immemoriabiles optandi, &c. de quibus Gonçalez gloſ. 33. & 34. vide per nos ſupradicta ex nu. 449. & circa illa verba, nec non priuilegia, & indulta Apoſtolica circa ea, &c. ait Gonçalez glo. 39. q. 1. ex nu. 2. de diſcrimine, & differentia inter priuilegium, & indultum, quę magis eſt q. de nomine, quã de re, &c. *Et circa illa verba, necnon priuilegia, aduerte, quod a tempore Pauli V. ſunt addita verba, etiam in limine erectionis conceſſa, quæ antea non erant: & ideo ea non ponit Gonçalez, nec de eis meminit.*

676. Vigeſimoſecundo circa † illa verba, ac etiam diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, aut quod illa ſub huiuſmodi reſeruationibus nunquã comprehendantur, &c. notandum eſt, per ea non videri ſublata indulta diſponendi de Beneficijs reſeruatis, ſeu vacantibus in mẽſibus reſeruatis, de quibus Aeneas de Falcon. de reſeruat. queſt. 4. principali effectu 6. & Simoneta q. 83. ſed velle, quod indulta conceſſa ſimpliciter de diſponẽdo de Beneficijs, de quibus per Aeneã ibi, & Simonetam quæſt. 81. & Mandoſ. reg. 1. quæſt. 9. aut indulta, quod ſub huiuſmodi reſeruationibus non comprehendantur, non ſuffragentur aduerſus hanc reſeruationem, ſed contrarium verius eſt, neupe, quod per dict. verb. derogetur indultis diſponendi de Beneficijs reſeruatis, ſeu vacantibus in menſibus reſeruatis, vt colligitur ex illis verbis, de huiuſmodi Beneficijs, idelt de Beneficijs vacantibus in d. menſibus reſeruatis, nam dictio, huiuſmodi eſt relatiua præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus, vt aliàs dicit Gonçalez gl. 40. num. 4. cum gloſ. verb. huiuſmodi, in c. ſi Abbatem 36. §. huiuſmodi de electione in 6. Pariſius conſil. 12. nu. 32. vol. 3. & Rota deciſione 319. nu. 4. p. 1. diuerſorum, ſicut etiam derogatur indultis, & conſuetudinibus optandi reſeruata, ſeu in menſibus reſeruatis, vt dictum eſt ſupra à num. 452. & ita etiam in propoſito plauè tenet Gonçalez gloſſ. 31. num. 6. & gloſſ. 35. nu. 1. & videnda eſt etiam regul. 13. & 14. vbi reuocantur facultates cõferendi Beneficia reſeruata.

677. Sed circa dict. verba, † ac etiam diſponẽdi de huiuſmodi beneficijs, eſt dubium, an ea referantur dũtaxat ad priuilegia, & indulta Apoſtolica, an autẽ referantur ad conſuetudines etiam immemoriales diſponendi de huiuſmodi beneficijs, ita vt non ſolum derogetur priuilegijs, & indultis diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, ſed etiam cõſuetudinibus, etiam immemorialibus, non tantum optandi, verum etiam diſponendi de dictis Beneficijs? & quamuis videantur ſolum referenda ad priuilegia, & indulta Apoſtolica, quia relatio in dubio debet fieri ad proximiora. l. idem cum eodem ff. de iuriſdict. omnium iudic. Rota deciſ. 666. num. 1. par. 1. diuerſorum, præſertim in gloſſa fin. in le. talis ſcriptura 30. §. fin ff. de legatis 1. Ruinus conſil. 113. ſub num. 7. vol. 4. Iaſ. in l. 1. num. 9. fall. 10. C. de liberis præterit. Ant. Gabr. de clauſulis conclu. 9. num. 5. tamen verius eſt, verba illa referri etiam ad conſuetudines etiam immemoriales diſponendi de huiuſmodi Beneficijs, vt tenet Gonçalez d. gloſſ. 35. quæſt. 2. à num. 24. quia illæ dictiones, ac etiam, augent diſpoſitionem. Achill. deciſ. 7. num. 2. de priuilegijs, & Mandoſ. reg. 11. quæſt. 15. num. 6. ac propterea augent derogationem noſtræ regulæ, vt capiat quoque conſuetudines etiam immemoriales diſponendi, præſertim cum eadem militet ratio in vtroque, & non ſit maior ratio, quare referantur ad priuilegia, & indulta, & non ad conſuetudines diſponendi de dictis Beneficijs. Vnde ita

678. plenè † videtur eſſe de mente Papæ, & ceſſat ratio

in

in contrarium adducta, & hanc ſententiam, inquit Gonçalez ibi nu.30. amplexa fuit Rota in vna Carthaginen. Portionis 29.Nouemb.1587. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & in vna Foroluien. Capellaniæ 5.& 12.Decemb.1588.coram Illuſtriſſimo Seraphino, vt vidit annotatum,in eorum libris, licet deciſ.extenſæ non fuerint, & ſe informante & obtinente fuit idem reſolutum in vna Caſalen. Canonicatus 19.Ian.1604. coram D.Lita, & deſuper fuit optima deciſ.extenſa. *Quod etiam fuit reſolutum in vna, Aquilana beneficij 6.Febr.1604. coram D. Ludouiſio, vbi allegatur d.Caſalen.* Et ſic ceſſat iã reſolutio Rotæ in Gadicen.iuris nominandi 11.Febr.1582. coram Bubalo, quod iſtius regulæ reſeruatio non auferebat conſuetudines immemoriales prouidendi in quibuſcunque menſibus, quam refert Gonçalez gloſ.33. num. 6. quia illo tempore non aderant in noſtra regula illa verba,ac conſuetudines etiam immemoriales,&c. quæ poſtea addita ſunt à Sixto V. vt dictum eſt dict. num.449. & regulæ antiquæ poſt finitum verſic.volens præcedentem, dicebant ſic, ac priuilegia, & indulta Apoſtolica diſponendi de huiuſmodi Beneficijs,&c.Gonçalez d.num.6.& gloſ.34.num.7. *Ceſſat etiam quod dicit Maſcard.concl.1220 ſeu 1215.à nu.47. præſertim, num.54. & ſeq.* Quamuis ego verius exiſtimem, non potuiſſe dari d.conſuetudinem, ſtante interruptione, per ſingulos Pontifices renouantes regulam, vt alias dixi ſupra num.454. & vide dicta à num.557. Rurſus circa illa verba, quæ vt Gonçalez d.gl.35. 3.quæſt.num.31. an Papa potuerit derogare priuilegijs datis ad conferendum Beneficia cum cauſa,vel ſine illa,& concludit,quod etiam ſine cauſa poteſt illa reuocare, quia tale priuilegium Principis ex ſua natura, & qualitate habet tacitam conditionem, vt valeat,& habeat effectum quandiu Princeps voluerit,& in ead.voluntate duraverit,& alias. Anchar.conſil.2.num.4. Paulus conſil.46.ſub nu.4. vol.2.Abb.in cap.nouit,num.25.& 26.de iudic. Palacios Rube. in rubrica de donat. inter virum. §.96. à num.16.Anton.Gom.in l.43.Tauri.num.2.Grammat.deciſ.46.à nu.5 late Ant.Gabr.concluſ.9.de iure quæſito. Quod à fortiori procedit quo ad ea, quæ ſunt iuriſdictionis, & ſic iuris conferendi. Nam iuriſdictionalia Princeps ad ſui libitum reuocat,& tollit quando vult. Grammat.deciſ.49.à nu.2.maxime, quia regula noſtra non tollit in totum d. priuilegia, ſed effectum illorum ſuſpendit, vt non ſuffragentur contra reſeruationem huius regulæ, vt dicit idem Gonçalez gl.40.&c.

679 Tandem circa prædicta † verba notandum eſt, quod quamuis hæc regula velit priuilegia, & indulta,quod Beneficia ſub huiuſmodi reſeruationibus nõ comprehendantur,aduerſus eam minime ſuffragari, non cenſebitur derogatum Bullæ Sixti IV.& Leonis X.de Canonicatibus Doctoralibus, & Magiſtralibus Cathedralium Hiſpaniæ infra adductæ c.4. nu. 169.vbi ſtatuitur huiuſmodi Canonicatus ſub reſeruationibus non comprehendi, ex eo præcipue,quia. d.Bulla eſt per modum ſtatuti, & per viam legis ad deciſiones Rotæ in cauſa Tiraſonen. Vicariæ infra adductas 9.p.c.2.nu.309.

680 Et hæc eſt ratio præcipua, † & ſolidum fundamentum huius rei, & vera reſolutio quæſtionis, quã poſt hæc latiſſimè tractat Gonçalez gloſſ.9. §.2. an huiuſmodi Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales comprehendantur in reſeruatione huius regulæ, in qua plura pro vtraque parte adducit, & tandem reſoluit non comprehendi, & d.gloſſ.35. num.35. remittendo ſe ad dict. §.2.eius tamen fundamenta ferè omnia procedunt in caſu, quo in noſtra regula nõ adeſſet d.derogatio, & decretum Concilij ſeſſ.25.de reform. capit.5. in quo principaliter fundatur nihil facit ad propoſitum de reſeruatione, nam ſolum dicit, quod in prouiſione huiuſmodi Præbendarum non detrahatur earum qualitatibus, nempe, quod prouidendi ſint Doctores,ſeu Magiſtri; ſeu aliàs graduati, & de pertinentia collationis nullum verbum, deciſio autem Rotæ in cauſa Meliten. Beneficij, de qua ſupra num.568. in qua etiam principaliter fundatur, non multum facit, quia hoc indultum, quicquid Gonçalez d.cat, reuera non eſt conceſſum Vniuerſitati, ſeu communitati, vel Regnis,& Prouincijs Caſtellæ, ſed eius Eccleſijs Cathedralibus, Epiſcopis, & Capitulis, vt ex dict.Bullis patet, atque adeo poterat dici comprehendi ſub illis verbis derogationis, quibuſuis perſonis,& Collegijs,&c. nec rurſus d. indultum fuit conceſſum ad fauorem eligendorum (vt in d. Meliten.) *De quo tamen vide ſupra, num.570.* Et perſonarum graduatarum, & ob remunerationem laborum dict.Canonicorum Doctoralium, & Magiſtralium, vt malè ait Gonçalez, ſed ad fauorem Eccleſiarum, & Capitulorum, vt ex d. Bullis conſtat. Rectè tamen dici poteſt,quod ſicut per iſtam regulam non derogatur indultum conceſſum fauore eligendorum, vt in d. Meliten. ita, & à fortiori non derogatur indultum conceſſum fauore Eccleſiarum, in quo ius, & bonum publicum verſatur l.1. §.huius ſtudij.ff.de iuſtitia,& iure.ibi,publicum ius in ſacris, in ſacerdotibus, in Magiſtratibus conſiſtit,vt bene ſentit Gonçalez d.§.2.num.48.qui tãdem.nu.63. id fundat ex communi vſu,praxi vniuerſali,& obſeruantia,quæ ita recipit,& interpretata eſt, & hoc ſolum, inquit, mittit falcem ad radicẽ. Sed iſta praxis, & obſeruantia fundata eſt præcipue in illa ratione per nos breuiter adducta quod d.Bulla Sixti,& Leonis eſt per modum ſtatuti,& per viam legis, ex quo d.indultum eſt generale, & quoddam ſtatutum,& ordinatio,vt in ipſis Bullis dicitur circa prouiſionem,& modum prouidendi de dictis Canonicatibus omnium Eccleſiarum Cathedralium Regnorum Coronæ Caſtellæ,& Legionis, vt alias dicimus ſupra num.570.circa indultum Clem.VIII. de Beneficijs patrimonialibus Calagurritan. *Et videtur ſequi Zanell.lib.4.q.1. ſeu 89.nu.492. quamuis etiam alleget,num.495.d.decretum Concilij.*

681 Vigeſimo tertio, circa illa verba, † etiam cũ quibuſuis derogatoriarum derogatorijs,& fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, &c. de quibus Gonçalez gl.36.vbi latè agit de derogationibus priuilegiorum, & clauſulis derogatorijs, videnda ſunt per nos dicta in propoſito noſtræ regulæ ſupra num. 566. & circa illa verba, quibuſuis perſonis, & priuilegijs,de quibus Gonçalez gloſ.37.videnda ſunt per nos dicta ſupra nu.568. & circa verba, cuiuſcunque Dignitatis,&c. de quibus Gonçal.gl.38. dicta ſupra nu.639. & circa verba,quomodolibet conceſſa, notandum eſt per ea derogari priuilegijs & indultis,ſiue ſint conceſſa ad inſtantiam cuiuſcunq; ſupplicantis, ſiue motu proprio, vel alio quocumque modo. Gonçalez gloſ. 39. & circa illa verba, aduertus re-

ſernationem huiuſmodi minimè ſuffragari, de quibus Gonçalez gloſſ. 40. videnda ſunt dicta ſupra. numero 678.

## *De alternatiua, circa quam multa dubia examinantur.* §. XII.

### SVMMARIA.

*ALternatiua ſolum conceditur Epiſcopis, ſeu Archiepiſcopis, & Patriarchis reſidentibus, vt inuitentur ad reſidendum, &c. nu. 682. Et ſic non habet locum in inferioribus collatoribus, nu. 683, nec in Capitulo habente per ſe collationem. nu. 664. nec etiam in Capitulo ſede vacante num. 685. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*De reſidentia Epiſcoporum ad alternatiuam requiſita remiſſiuè. nu. 686.*

*An Epiſcopus, qui habet alternatiuam acceptatam, & eſt abſens a diœceſi, poſſit conferre Beneficia vacantia in menſe Mart. vel Sept. a num. 687. reſoluitur poſſe cum Rota, cuius deciſio ponitur contra Mand. & Gonçal. id tamen non procedere, quando Epiſcopus, qui gauiſus eſt menſe alternatiue, aut parte eius, eſſet abſens menſe ſequenti Mar. ſeu Sept. aut quando acceptaretur Romæ alternatiua menſ. Martij, ſeu Sept. aut in fine Febr. ſeu Aug. &c.*

*Epiſcopus abſens a ſua diœceſi vltra tres menſes abſque cauſa legitima, & approbata, licet fructus ſuos non faciat, & prouiſio inter fructus computetur, poteſt conferre Beneficia, quia non eſt propriè, & vere fructus, &c. Et vbi fit mentio de fructibus, ad alicuius ſuſtentationem, non venit præſentatio, ſeu collatio. nu. 690. & ſeq.*

*An menſes alternatiuę debeãt eſſe integri, vt Epiſcopus ea frui poſſit. a n. 692. reſoluitur, nõ requiri eſſe integros, &c. licet Rota contradicat, cuius deciſio, & reſolutio ponitur. quę tamen deciſio eſt vera in ſuo caſu quando Epiſcopus gauiſus eſt alternatiua menſe Auguſt. & receſſit menſe ſequen. &cet.*

*An Epiſcopus, qui de ordinario, & vt plurimum, non reſidet in ſuo Epiſcopatu, ſed ad tempus cum animo recedendi, gaudeat alternatiua in Beneficijs tunc vacantibus, cum reſidet, a nu. 699. reſoluitur affirmatiuè contra Rotam, cuius deciſiones adducuntur.*

*An Epiſcopus exiſtens in loco exempto ſuæ Diœceſis dicatur in ſua Diœceſi reſidere, ita, vt gaudeat alternatiua, à nu. 703 reſoluitur negatiuè, niſi ibi eſſet cauſa ſui officij contra Gonçalez.*

*An Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, poſſit ea gaudere in Beneficijs ad eius prouiſionem ſpectantibus exiſtentibus in alia Diœceſi, a nu. 705 reſoluitur affirmatiuè cum Rota, cuius deciſiones ponuntur.*

*De verbis* ad liberam duntaxat, &c. *remiſſiuè. Et an in Eccleſijs, in quibus collatio eſt communis Epiſcopi, & Capituli, facta inter eos concordia de prouidendo alternis vicibus, poſſit Epiſcopus in ſuo turno gaudere alternatiua, a numero 707. reſoluitur affirmatiuè cum Rota, cuius deciſio ponitur, & idem eſſe quando diuiſio facta eſt per choros, vel annos, licèt ſecus ſi per menſes, hebdomadas, ſeu dies. Et procedere, etiam ſi ſola electio, nominatio, ſeu præſentatio perſonæ ſit diuiſa, & collatio remaneat communis, & idem eſſe in iure patronatus, ſeu præſentandi communi Epiſcopi, & aliorum, &c. Et an tunc ſit diuiſum ius conferendi, an ſolum exercitium.*

*In terminis alternatiuæ antiquæ, in qua loquitur deciſio Putei 88. libro 3. alternatiua conceſſa Epiſcopo prodeſt Capitulo, vbi menſes Ordinarij inter Epiſcopum, & Capitulum ſunt diuiſi ex concordia, etiam facta ante conceſſam alternatiuam, nu. 718. & ſeq.*

*An prædicta reſolutio procedat, etiamſi concordia nõ ſit auctoritate Apoſtolica confirmata, a nu. 721. reſoluitur pro tempore Epiſcopi eam facientis concordiam valere, etiamſi non ſit confirmata, & ſic in ea procedere pro tunc dictam reſolutionem, non tamen tranſire ad ſucceſſores, niſi ſit ab illis approbata, ſeu obſeruata, & intrare etiam alternatiuam quãdo concordia fuit confirmata, cum clauſula, ſaluis reſeruationibus, &c. contra Gonçalez.*

*Doctrina Oſtienſis, & aliorum, quod Epiſcopus de bonis, ſeu iuribus ſuæ menſæ Epiſcopalis poteſt donare, & alienare capitulo ſine ſolemnitate, eſt dubia, & contrarium videtur verius. nu. 722. & 723.*

*De materia turnorum in collationibus Beneficiorum remiſſiuè. nu. 728.*

*An in Canonicatu, & Prebenda Pœnitentiaria, in qua electio perſonæ eſt ſolius Epiſcopi, poſſit epiſcopus gaudere alternatiua non obſtante quod collatio Prebendæ ſit cõmunis Epiſcopi, & capituli, vel ſolius Capituli, a nu. 729 reſoluitur affirmatiue, & tunc per accidens, & in conſequẽtiam capitulum frui alternatiua in collatione Prebendę annexę. Et cõſequenter vacante Pœnitẽtiaria in menſe Sept. ſeu Mar. habente Epiſcopo alternatiuam, electionem, & collationẽ ſpectare ad Papam, & ponuntur deciſiones Rotæ.*

*Si Epiſcopus habet ius præſentandi ad aliquod Beneficium, cuius inſtitutio ad alium ſpectat, intrabit in eo alternatiua, nu. 734.*

*An facultas data Epiſcopis per alternatiuam intelligatur ita, vt prorſus ſit ſublata reſeruatio, &c. remiſſiuè nu. 736.*

*An per indultum obtentum ad conferendum in omnibus menſibus videatur renunciare alternatiuæ acceptatæ nu. 737. reſoluitur, quod non.*

*An eo ipſo, quod Epiſcopus ſe intromittit in prouiſione Beneficiorum reſeruatorum, &cet. vſu, & beneficio alternatiuæ ſtatim priuatus exiſtat, & prouiſiones illius prætextu deinceps faciendæ ſint nullæ? a n. 738. reſoluitur affirmatiuè, & ponuntur Rotæ deciſiones, nec eſt neceſſaria alia declaratio, & acceptatio Papæ contra Rotam, non obſtante exemplo de caducitate, de quo a num. 743. nec etiam requiritur declaratio iudicis nu. 748.*

*Quamuis Epiſcopus violans alternatiuam in ſui odium ſtatim amittat eam omnino, tamẽ ad gaudendum omnibus quatuor menſibus ordinarijs, etiam qui iuxta alternatiuam ſunt Papæ, oportet certiorem facere Papam, ſeu Datarium de amiſſione, vel illi coram eis renuntiare, niſi Papa amiſſionem acceptaſſet expreſſe, & diſpoſitiuè &c. nu. 749. quæ certioratio de violatione, non ſufficeret, niſi fieret etiam de fraude quando Epiſcopus eam violaret ex propoſito, & data opera ad eximendum ſe ab illa. nu. 750.*

*Epiſcopus, qui amiſit alternatiuam per contrauentionem ſi eã iterum habere velit, debet recurrere ad Papam id narrãdo, & petendo eam, &c. nu. 751.*

*An Epiſcopus, qui ſe intromiſit in prouiſione Beneficiorum reſeruatorum propter ignorantiam reſeruationis amittat alternatiuam. n. 752. reſoluitur, quod ſi ignorantia prouenit ex errore facti probabili, aut, quia reſeruatio eſſet ſecreta, & particularis, non amittet, ſecus ſi prouenit ex ignorantia iuris, ſaltem in foro exteriori, niſi ſit ius dubium, quamuis ignorantia iuris, niſi ſit dubium, non excuſet a deuolutione etiam in foro conſcientiæ.*

*Epiſcopus, qui a principio habuit iuſtam cauſam ignorãtiæ, vel excuſationis, ſi poſtquam certificatus eſt de reſeruatione immittit in poſſeſſionem ab eo prouiſum, amittit alternatiuam,*

*ſecus,*

*ſcus, quando immiſſum non curauit a poſſeſſione remouere contra Gonçalez nu.756.& ſeq. & n.758. reſpondetur c.ſi Beneficia.de Prabend.in 6.& nu.759.ſimili de impetratione abſentis nomine facta,non narratis eius obtentis, quod ab initio non valet.&c.*

*An Epiſcopus, quiſe intromiſit in prouiſione litigioſi amittat alternatiuam n.760.reſoluitur,quod non,eam tamen amittit intromittens ſe ſcienter in prouiſione Beneficiorum non reſeruatorum ,quæ ſunt per Papam prouiſa iure præuentionis, ſiue valide, ſiue inualidè.nu.761.*

*De acceptatione alternatiuæ,& modo illius remiſſiuè. n.762.*

*An Epiſcopus acceptata alternatiua Romæ ante habitam notitiã acceptationis, poſſit valide prouidere in ſuis quatuor mẽſibus,an vero ſtatim illi ceſſent,et effectualiter incipiat gaudere alternatiua a n.762.reſoluitur ſtatim illos ceſſare contra Rotam,& effectualiter ei competere alternatiuam.*

*Mouetur difficultas, quod Epiſcopus non habens notitiam acceptationis alternatiuæ nullatenus ea vti poteſt, cum nõ ſit certus de ſua poteſtate,ſicut dicitur in iudice. nu.765.*

*Secunda difficultas quod priuilegium non operatur antequam innoteſcat priuilegiato,num.766.& aliqui curiales volunt Epiſcopum non poſſe vti alternatiua ante notitiam acceptationis, & receptam fidem nu.767.*

*Ad primam difficultatem reſpondetur Ordinarium habentem alternatiuam prouidere ex viſu poteſtatis ordinariæ,nam alternatiua ſolum remouet obſtaculum reſeruationis, & licet ignoret eius acceptationem , certum eſſe de fundamento ſuæ prouiſionis.n.768. & ad ſecundam,gratiam alternatiuæ, non eſſe priuilegium , ſed remotionem obſtaculi numero 769. & eſto eſſet priuilegium , non requireretur dict.notitia ex quo per procuratorem acceptatur , &c. numero 770.*

*Eſto Epiſcopus non poſſet validè prouidere ante notitiam acceptationis virtute alternatiuæ, tamen ea habita poſſet prouidere Beneficia, quæ vacaſſent in menſe alternato poſt acceptatam Romæ alternatiuam, quod ſufficeret, vt ſtatim ceſſarent quatuor menſes.nu.771.*

*Similiter collatio Beneficij vacantis in menſe alias Apoſtolico Sede Apoſtolica vacante,facta ab Epiſcopo vacationem d. Sedis ignorante,valet, &c.nu.772.ad quod conducit reſolutio Rotæ relata.nu.773.*

*An Epiſcopus, qui Romam miſit literas acceptationis alternatiuæ,& neſcit,an ſint Romæ receptæ,& recognitæ,vel nõ, poſſit in dubio licitè prouidere de Beneficio tunc vacante in menſe alternatiuæ,a nu.774. reſoluitur non poſſe licitè ſimpliciter, & abſolutè prouidere, poſſe tamen ſub conditione , & ſimiliter non poſſe tunc licitè prouidere de vacantibus in menſe Martij,ſeu Sept.niſi ſub conditione , & prouiſum ſic in dubio non debere capere poſſeſſionem Beneficij, donec certitudo habeatur, &c.*

*Si Epiſcopus , qui probabiliter dubitat , an alternatiua ſit iam acceptata , ſimpliciter prouidet de Beneficijs vacantibus in menſe Martii ſeu Septemb. amittit alternatiuam,ſi iam acceptata erat. At conferens virtute alternatiuæ,de cuius acceptatione non conſtat,eam non amittit,licet non ſit facta. num.780.*

*De clauſula ſublata,& decreto irritante , an liget Papam , Et Legatum,ſeu Nuntium,&c. remiſſiuè.nu.781.*

582 ACcedimus iam ad alternatiuam, † quæ incipit à verſiculo,inſuper Sanctitas ſua,& ſolum conceditur Epiſcopis , ſeu Archiepiſcopis , & Patriarchis reſidentibus,vt inuitentur ad reſidendum, vt patet ex illis verbis, inſuper Sanctitas ſua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis intenta ipſis quandiu apud Eccleſiam,&cet. eſt enim eorum reſidentia grata Papæ.Et ſicut illi,ſi non reſident,plectuntur pœnis, de quibus in Conc l. Tridentino ſeſſ.6.c.1.& ſeſſ.23.c.1.de reform. & in conſtitutione 17.& 115.Pij IIII.ſic etiam,ſi reſident pluribus potiuntur priuilegijs per dict. conſtitutionem 17.Pij IIII.conceſſis.de quibus Gonçalez gloſſ.41.à nu.4.vbi ex nu. 11. aliqua dicit de Patriarchis.

683 Vnde, cum alternatiua ſolum † concedatur Epiſcopis, Archiepiſcopis. & Patriarchis,non habet locum in inferioribus collatoribus. Flores de Mena , quæſt. 4.numero 50. Rota in Beneuentana Beneficiorum ſupra adducta. nume. 418. & poſt hæc Gonçalez gloſſ.42.num.1. & 2. *Et D.Sahagun in c. 1.de off. de Leg.num.17.dicens a Rota ſæpe pronunciatum eſſe ; & ita a Gregor. XIII. nuper diffinitum* . quamuis de hoc olim dubitatum fuiſſet in vna Barchinonen.infirmariæ 18. Martij 1558. coram D.Iunio. In qua Domini dixerunt conſulendum eſſe Papam ſuper intentione ſuæ regulæ, qui reſpondit , vt in ea deciſione dicitur, mentem ſuam eſſe , vt regula pertineat tãtum ad maiores collatores, non autem ad inferiores , cũ ipſi perpetuo relideant . Et quamuis Zerola in praxi Epiſcopali 1.p.verb.alternatiua. videatur dicere eam habere locum etiam in inferioribus collatoribus, tamen in vera, quod vult dicere, eſt , quod reſeruatio octo menſium habet locum etiam in inferioribus collatoribus, vt dicit verb. Beneficia. §.2. fall. 7.vbi ait , quod alternatiua currit inferioribus collatoribus per argumentum à maiori ad minus, & ſolum, quoad quatuor menſes , iſte enim author loquitur barbare, vt ſolet.

684 Vnde etiam nõ habet locum † alternatiua in Capitulo habente per ſe collationem , vt fuit dictum in Salamantina alternatiuæ infra adducta,nu. 708. & in Salamantina dimidię Portionis infra adducta.11. p.c.vlt.nu.242.& in Regien. Canonicatus ſupra relata,num.415.Gonçalez d.gl.43.num. 2.circa quod vide d.ſupra num.473.

685 Nec etiam habet locum in Capitulo † ſede Epiſcopali vacante , vt in vna Segobien. Canonicatus 24.Nouemb.1588.coram Illuſtriſſimo Cardin.Plato in qua dixerunt Domini . Satis conſtare de litè valida ad hoc vt intret gratia ſi neutri D.Ioannis Yturmendi, ex quo cauſa fuit cõmiſſa in Rota, & eius vigore citatio legitimè executa iuxta notata in Clem. 2.vt litè pendente,& licet ſemel ſignatura auocauerit cauſam à Rota ad partes , tamen etiam iterum illam commiſit in Rota, quod ſi prætendit pars fieri non potuiſſe,debet ipſam ſignaturam adire,& informari facere commiſſionem : tamen , ſi commiſſio eſt iuſta,cum agatur de Beneficio reſeruato, ſiue capiatur reſeruatio per obitum in menſe Febrnar. qui eſt reſeruatus , cum alternatiua non habeat locum ſede Epiſcopali vacãte , ſiue capiatur vacatio propter decretum vacationis per aſſecutionem, vt per Simonetam de reſeruatio.q.26.

686 Et circa reſidentiam † Epiſcoporum,ad alternatiuam requiſitam , de qua in illis verbis, ipſis quamdiu apud Eccleſias,aut diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint duntaxat,videnda ſunt ſupradicta ex nu.460. & 501.

687 Sed circa iſta verba † reſtant aliqua dubia examinanda.Et primo dubitatur,an Epiſcopus,qui habet alternatiuam acceptatam, & eſt abſens a Diœceſi,

poſſit conferre Beneficia vacantia in menſe Martij, vel Septembr. qui iuxta alternatiuam eſt Papæ? In quo Mandoſ.conſ.18.nu.8.& 9. tenet alternatiuam acceptatam præiudicare Epiſcopo abſenti à ſuo Epiſcopatu, quoad menſem Martij, ſeu Sept.quia iuxta alternatiuam eſt Papæ, in arbitrio enim Epiſcopi eſt habere quatuor menſes, vel ſex acceptando alternatiuam,quo caſu non eſt amplius quærendum,an cõtra ipſum alternatiua allegari poſſit: cum ipſe eam elegerit, vnde ſuccedit regula, quod ſemel placuit, &c. Et variatio reprobatur præſertim in præiudiciũ alterius. l.ſerui electione. ff. de Legatis 1. l,huiuſmodi. §.Stichum,& ibi gloſ.de Leg.2.l.nemo poteſt mutare. ff.de reg.iuris, &c. maxime, ſi non allegatur impedimentum, ob quod excuſari potuiſſet, vt ait nu.11. ſequitur nouiſſime Gonçalez gloſſ.43.à num. 106.& 134.& allegat deciſionem Fauentinam Canonicatus. 16.Decemb.1585. infra adductam,num. 693.& Maricen,Canonicatus 15.Nouem.1593.infra adducta,nu.712.

688 Contrarium tamen tenuit † Rota in vna Sulmonen. Canonicatus corã D.Cantucio 4.Martij 1583. vt in ſequenti deciſione. Vacauit in Eccleſia Sulmonen. de menſe Sept.1581. Canonicatus, de quo Ordinarius prouidit Vincentium de Bernardis, poſtmodum de eodem Canonicatu, vti de reſeruato ex regula menſium reſeruatoria, fuit authoritate Apoſtolica prouiſus Rainaldus de Rainaldis. Dubitaui 4.Martij 1583. an conſtaret de reſeruatione, ſtante, quod Epiſcopus Sulmonen. acceptauerit alternatiuam, reſederit perſonaliter apud Eccleſiam,vel Diœceſim de menſibus Ianuarij, Febr, Mart. & Aprilis 1581. & in principio menſis Maij ſe abſentauit ab Eccleſia, vel diœceſi, durauitque abſentia per totum menſem Sepẽb.& vltra, & ſic Canonicatus vacauit de menſe Sept. durante abſentia Epiſcopi, Domini ſine difficultate tenuerunt non conſtare de reſeruatione, quia licet ſecundum alternatiuam menſis Septemb. ſit reſeruatus, tamen ex quo Epiſcopus tunc temporis non reſedit, ceſſauit alternatiua, quæ non ſolum acceptationem, ſed etiam reſidentiam requirit, & ideo intrauit regula octo menſium, ſecundum quam menſis Sept. eſt Ordinarij. non obſtat, quod reſeruatio 8. menſium inchoauit de menſe Maij, de quo ceſſauit reſidentia Epiſcopi, & per conſequens alternatiua, qua ceſſante intrat regula 8. menſium, quia licet de menſe Maij inchoauerit reſeruatio 8. menſium,non tamen mutantur menſes in regula expreſſi, qui ſunt certi, & inuariabiles, prout verba regulæ ſunt clariſſima. Non obſtat, quod ratio regulæ prouidendi ſcilicet pauperibus clericis, & alijs benementis perſonis, militat etiã in alijs menſibus, quia regula eſt reſtricta ad 8.menſes certos in ea ſpecificatos.non obſtat.quod in ſimili ſcribit Abb.conſil.93. lib.1. de electione medici facienda in menſe Ian. ex forma ſtatuti, quod propter rationem in eo expreſſam conſeruandi ſcilicet ſanitatem, & prouidendi ægrotis, poteſt eligi medicus in menſe Maij quia hoc dictũ Abbatis non applicatur caſui noſtro, ideo enim poſt lapſum menſis Ianua. ad eligendum medicum præfixi,non eſt excluſiua,& poteſt eligi in alio menſe, quia non ceſſat ratio ſtatuti, immo fortius militat quia quanto magis differtur electio medici,tanto magis mora eſt periculum allatura,vt per Abb,ibi ſub num.3,verſ.ita in propoſito; at ſecus in caſu, in quo retentis ijſdem menſibus in regula nominatis ſatisfit rationi ipſius regulæ, quia ſtatim atque Epiſcopus non reſidet, incipit reſeruatio 8.menſium, qui tamen non mutantur, ſed retinentur ijdẽ, qui in regula ſunt expreſſi, alias oriretur confuſio. Refert, & ſequitur Anaſtaſ.Germonius de indultis Cardinalium. §. volumus 18. & tandem concludit Epiſcopum abſentem à diœceſi poſſe conferre Beneficium vacans quouis quatuor menſium, licet acceptauerit alternatiuam.. *Et idem tenet Leo in Theſ. for. Eccleſ c.18.nu.4.*

689 Id tamen non procederet,† quando Epiſcopus, qui gauiſus eſt menſe alternatiuæ, puta Februarij, ſeu Auguſti, aut parte eius eſſet abſens menſe ſequẽti Martij,ſeu Septemb.iuxta dicta infra,num.696.ex d.deciſione Fauentina & Maioricen.aut quando acceptaretur Romæ alternatiua menſe Martij, ſeu Septẽbris aut in fine Februarij,ſeu Auguſti, tunc enim non deberet gaudere menſ. Martij, ſeu Sept.etiamſi tunc abſens eſſet quemadmodũ non deberet eo gaudere,ſi preſens eſſet alias poſſet gaudere duobus mẽſibus continuis redeundo in menſem ſequentẽ,quicquid velit Rota in illa Seguntina præſtimonij infra relata num.763.

690 Sed videtur,† quod Epiſcopus abſens à ſua diœceſi vltra tres menſes abſque cauſa legitima & approbata, vt in Concilio Trident.ſeſſ.23.de reform.cap. 1. non poſſit conferre Beneficia vacantia, etiam in quatuor menſibus ordinarijs,quia ex d.decreto Cõcilij, verſic. ſi quis autem, fructus ſuos non facit, & prouiſio Beneficiorum inter fructus computatur c. quærelam. de election. cap.cum olim. de cauſa poſſ. cap.conſultationibus de iure patron. vbi notatur, & in cap.cum olim. de maioritate, & obedientia, & in cap.2.de in integrum reſtitutione, & in cap.2. ne ſede vacante, & Cardin.in Clementina.2.num.23. de ætate,& qualitate. Villadiego de legato,quæſt.9. 1. part.num.20. Coraſ,de Benef.2.part.cap.7.in princip. & 4.part. capit.vltimo num.23.& Rota in vna Hiſpalen. iuris votandi 26. Iunij 1591. coram D. Orano,& in Calagurritana infra relata cap. vltimo num.226.

691 Reſp. vero collationem † Beneficiorum non eſſe vere, & proprie fructum, ſed tantum large improprie, & metaphorice, vt alias recte tradit Suarez.5. tom.de cenſuris diſput.27. ſect.1. nu.33. nec de his loquitur Concilium.d,verſ.ſi quis autem,quod cum ſit pœnale,eſt ſtricte interpretandum reg.odia.lib,6. cum alijs, Et confirmatur, nam Concilium ibi fructus, quos Epiſcopus ob abſentiam amittit, ait eſſe fabricis,& pauperibus erogandos,quod non conuenit collationi Beneficiorum. Facit doctrina Felini in d.cap,cum olim de maiorit.& obedientia.num.2, quam ſequuntur Caſſaneus in cõſuetudinibus Burgundiæ rubric.6.§.4, Baeza de decima tutori præſtãda c.23,nu.25. & 26. & Ioann. Guttierez de tutelis 3.p.c.29.nu.10.quod vbi fit mentio de fructibus ad alicuius ſuſtentationem, non venit præſentatio, ſeu collatio, &c. *Facit etiam deciſ.600. nouiſſ. Farin.circa finem,& quod appellatione fructuum,vel prouentuum nõ veniunt collationes beneficiorum, ait Moſcon. de maieſt. mulie. Eccleſ.lib.3.p.3.c.3.pag.465.*

*Sed ab illa dec. Sulmon. Canonicatus nouiſſime receſſit Rota in alia Sulmon. alternatiua 14. Maij 1610. coram Illuſtriſſimo Lancellotto propoſita de ordine Illuſtriſſimi Cardi-*

*Cardinalis Nazareth, Datarij, tenẽs, collationem beneficiorum vacantium in menſibus Mart. & Septemb. nunquam ſpectare ad Epiſcopum abſentem, qui acceptauit alternatiuam, vt in ſeq. deciſ. 187.*

*Nihilominus tamen perſiſto in priori ſententia & dec. Rotæ in illa Sulmon. Canonic. de anno 1583. quæ mihi videtur verior ex ratione ibi adducta, quòd alternatiua non ſolum acceptationem, ſed etiam reſidentiam requirit, vt patet ibi, Ipſis quandiu apud Eccleſias, &c. Et ideo Epiſcopo abſente ceſſat alternatiua, & intrat reſeruatio 8. menſium, &c.*

*Neque obſtat quod ait 2. dec. Sulmon. quod per conceſſionem alternatiuæ à Papa factam, & acceptationem Epiſcopi ſit quædam permutatio menſium, & initur quoad hoc quædam conuentio, ſeu quaſi contractus inter Papam & Epiſcopum, à qua non poteſt Epiſcopus recedere abſque conſenſu Papæ, l. ſicut, C. de act. & oblig. &c. Quia reſpondetur primo, hic non eſſe vere & propriè contractum, ſeu conuentionem permutationis menſium, nec id Papa intendit per conceſſionem alternatiuæ ſed gratificare, & facere gratias Epiſcopis reſidentibus, vt patet ex verbis ipſius alternatiuæ ibi, In ſuper Sanctitas ſua ad gratificandum, &c. & ibi, gratiã alt. & ibi, gratia ſupradicta; & cum verba ſint clara, non eſt opus coniecturis, ſeu diuinationibus. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obl. ſed ſolum re ipſa, & in effectu per alternatiuam commutantur menſes; & id eſt quod dicit Mobedan. d. deciſ. 3. de reſcrip. ex deciſ. autem Put. 88. lib. 3. & Achil. 2. ſuper reg. modificatiua indult. ſolum habetur quòd Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, non poteſt ab ea recedere abſque conſenſu Papæ, quia acceptatio eſt quaſi contractus quòd non negatur, ſed intelligitur cum ſua cauſa & qualitate. Etenim alternatiua eſt gratia conceſſa Epiſcopis, qui adiu apud ſuas Eccleſias aut diœceſis reſederunt dumtaxat, & ſic ſub qualitate & conditione reſidentiæ: & conſequenter ea ceſſante, cedat alternatiua, & intrat reſeruatio 8. menſ. vt d. eſt.*

*Secundo reſpondetur, quod eſto alternatiua contineat pactum, ſeu conuentionem, aut permutationis menſium inter Papam & Epiſcopum, tamen iſtud pactum, eſt qualificatũ illa qualitate, quandiu apud Eccleſias reſederint, ita vt ceſſante qualitate reſidentiæ ceſſet pactum, ſeu conuentio. Nec obſtat replica ad ſecundam deciſionis, quod quamuis reſpectu ordinarij vt ipſe poſſit vti beneficio alternatiua pactum ſit qualificatum hac qualitate reſidentiæ; tamen reſpectu Papæ dum in ſecunda parte conceſſionis alternatiuæ reſeruat ſibi alios menſes. talis reſeruatio eſt pura, & non qualificata, cum in ea non ſint addita illa verba, quamdiu &c. quin potius Papa reſeruet ſibi alios menſes, vt præfertur, ſcilicet modo quo ſupra in reg. ſibi pure reſeruauit, &c. Reſpondetur enim, quòd illa reſeruatio aliorum ſex menſium eſt correſpectiua ad alternatiuam, & ſic ea ſtante, & reſpectu beneficiorum in quibus intrat alternatiua; & quòd illa reſeruatio aliorum ſex menſium ſit correſpectiua ad alternatiuam, patet: nam illi ſex menſes, quos Papa ſibi reſeruat, dicunt reſpectum & relationem ad alios ſex conceſſos ordinarijs quãdiu apud Eccleſias reſederint. Et quod Epiſcopo, qui acceptauit alternatiuam abſente, intret reſeruatio octo menſiũ, & conſequenter tunc gaudeat menſe Mart. & Septembr. patet: nam tunc per illam, & non aliam reſeruationem ſunt reſeruati Februarius, April. Auguſtus, & October: menſium enim non eſt alia reſeruatio, niſi aut octo aut ſex expreſſorum, octo non ſtante alternatiua, & ſex ea ſtante.*

*Nec obſtat verbum, vt præfertur, in reſeruatione ſex menſium adiecto, quia illud refertur ad derogationem conſuetudinum & priuilegiorum, & illud de expreſſione menſis vacationis, &c. vt patet ex contextu. Et confirmatur hæc ſententia nam alias ſequeretur, quod Epiſcopus abſens per multum tempus, qui acceptauerat alternatiuam, non poſſet prouidere niſi in duobus menſibus tantum, etiamſi abſentia eſſet ſine culpa ſed ex cauſa legitima aut neceſſaria, & cum licentia Papæ aut Metropolitani: & ſic alternatiua in gratiam & fauorem Epiſcopi conceſſa redundaret in eius diſpendium; & literæ ſunt neceſſariæ, contra reg. quod ob gratiam, lib. 6 & l. quod fauore, C. de leg.*

691 Secundo dubitatur, † an menſes alternatiuæ debeant eſſe integri, vt Epiſcopus ea frui poſſit, verbi gratia, ſi Epiſcopus habens alternatiuam acceptatã, ſit abſens a ſua diœceſi principio menſis Febr. Aprilis, aut alterius alternati, & reuertatur in eodem menſe, an gaudeat alternatiua in Beneficijs vacantibus in tali menſe poſt reditum ad Epiſcopatum, ſeu ſi Epiſcopus ſecunda Februarij, ſeu principio alterius menſis alternati, acceperet Romæ alternatiuam, an ea gaudeat in Beneficijs poſt acceptationem vacantibus in tali menſe? In quo videtur reſpondendum gaudere alternatiua, & non requiri menſes eſſe integros, cum vacationis Beneficij ratio habeatur, vt ibi, quæ in antea in menſibus Febr. Apr. &c. vacare contigerit. Et in hoc videtur inclinare Sarmiento lib. 6. ſelectarum. c. 18, ſub num. 9. ibi, cum Beneficij vacationis ratio habeatur ſummo iure agendo.

693 Contrarium tamen videtur † Rota tenere in vna Fauentina Canonicatus 16. Decemb. 1585. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, quæ deciſio ſic ſe habet. Propoſui dubium in cauſa Fauentina Canonicatus, an cõſtet de tali reſeruatione, quæ obſtet in caſu, de quo agitur, & 16. Decemb. 1585. fuit per Dominos reſolutum conſtare de tali reſeruatione, quæ obeſt Iulio, clara eſt enim reſeruatio Papæ, & indubitata eſt acceptatio alternatiuæ per Reuerendiſſimum Epiſcopum, ex quo fundatur intentio Ioannis Euangeliſtæ; non obſtat, quod beneficio alternatiuæ tamdiu liceat Epiſcopis gaudere, quamdiu reſederint in ſuis Eccleſijs, ex quo cum Reuerendiſſimus Epiſcopus eſſet abſens à propria diœceſi, ceſſat commodum alternatiuę, quia cum ab initio menſis Septembris eſſet acquiſitum ius Papæ, ſemper ille menſis remanet reſeruatus, ſicut dicitur de Beneficio ſemel affecto, quod ſem per remanet affectum. Rota in nouis de Præbend. deciſ. 10. & dictio, quandiu, eſt appoſita menſi integrali, non autem diebus menſis, quo caſu intrat regula. l. eum qui. ff. de vſucap. vt totum integrale, non autem ſingulæ partes veniant conſiderandæ, alias ſequeretur, quod licet Epiſcopis frui menſe Aug. propter reſidentiam, & Septemb. propter abſentiam, & pro reditu menſe Octob. ſequeretur etiam, quod alternatiua conceſſa reſidentibus, vt eos ad reſidendum inuitet, contrarium operaretur, vt ad ſæpe recedendũ impelleret. Nec obſtat quod integritas Reuerendiſſimi Epiſcopi excludat huiuſmodi præſumptionem, quia agitur de expoſitione regulæ, quæ vniuerſaliter loquitur, & complectitur omnes caſus. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtulando. Non obſtat, quod collatio non pertineat ad Epiſcopum. Primo, quia adhuc lis pendet cum Capitulo. Secundo, quia per concordiam initam inter Reuerendiſſimum Epiſcopum, & Capitulum collatio eſt libera Reuerendiſſimi Epiſcopi. Tertio, cum Iulius veniat ex collatione Reuerendiſſimi Epiſcopi, ius debet metiri ab actore, & ſic ipſe non habet titulum, ab habente poteſtatem conferendi multo minus poteſt moleſtare Ioannem Euangeliſtam

697 Hæc ſunt, quæ in prædicto † dubio ego punctualiter ſcripſeram; poſt quæ vidi Gonçalez d. glo. 43. 5. q. ex nu. 136. vbi late tractat iſtam quæſtionem, & à nu. 141. tenet prædictam meam ſententiam, nempe, quod ſi Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, fuit abſens à Dioceſi in principio alicuius ex menſibus ſuis ratione alternatiuæ, & poſt reditum ad propriã Dioceſim vacat tunc in eod. menſe Beneficium, poteſt illud conferre, quia regula noſtra ad hoc, vt Epiſcopus, qui alternatiuam acceptauit, poſſit conferre, duo duntaxat requirit. primum, quod Beneficium liberæ collationis, alias non reſeruatum, vacauerit in aliquo ex ſex menſibus ordinarijs, vigore alternatiuæ. ſecundum, quod de tempore vacationis reſideat, ſed in caſu propoſitæ quæſt. vtrumque concurrit, vacatio in menſe ordinario, & in tempore reſidentiæ, cum tam Epiſcopus ad ſuam Dioceſim redierit, licet in principio menſis abſens fuerit, igitur ad Epiſcopum ſpectat collatio: præterea, quia ad conſiderandum ſi Beneficium ſit reſeruatum iuxta diſpoſitionem regulæ noſtræ, attenditur tempus vacationis, Rota decis. 774. nu. 13. lib. 3. par. 3. diuerſ. cum alijs, & qualitas adiuncta verbo, vacationis, debet regulari ſecundum tempus verbi; ergo, ſi nihil aliud eſt conſiderandum, niſi tempus vacationis, & qualitas reſidentiæ de illo tempore, nihil deficit, vt Epiſcopus conferre valeat. Rurſus, quia illa dictio, quandiu, tempora diuidit iuxta leg. ſi quis ita legauerit. 8. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. & quæ ibi notantur, & per Manticam de coniecturis lib. 11. tit. 19. num. 12. nam quilibet menſis in dies triginta, aut triginta & vnum, aut viginti octo diuiduntur, & quilibet dies in viginti quatuor horas &c. Et eadem ratio, quæ eſt de toto, quoad totum, eſt de parte, quoad partem. Enerar. in loco de toto ad partem. Deinde, quia alias, ſi eſſet neceſſaria integra reſidentia totius menſis, ſequeretur inconueniens, quod ſi Epiſcopus reſediſſet omnes fere dies menſis, & in illis vacantia Beneficia contulliſſet, & poſt factam legitimam prouiſionem de dictis Beneficijs, in vltima die ipſius menſis abeſſe contigiſſet, collationes factæ de tempore habili corruerent, quod eſt prorſus contra mentẽ Papæ alternatiuam concedentis, ſequeretur etiam, quod tales collationes eſſent conditionales, videlicet, ſub conditione, ſi Epiſcopus integram reſidentiam totius menſis continuaſſet contra c. 2. de elect. lib. 6. nec non, ſi principium menſis eſſet conſiderandum, daretur inconueniens, quod ſi Epiſcopi reſiderent in principio ſuorũ menſium, & poſtea abeſſent, in reliqua parte menſis gauderent alternatiua non reſidentes, quod minime dicendum eſt, quia eſſet expreſſe contra regulam noſtram. Demum, quia ſi Papa voluiſſet, quod eſſet neceſſaria continuata reſidentia totius menſis, expreſſiſſet, quod non fecit. l. item apud. §. ait prætor verſic. eã enim. ff. de iniurijs. cap. ad audientiam. 12. de decimis. item, quia conceſſio alternatiuæ eſt fauorabilis, cum innotatur iuri communi, ac propterea potius amplianda, quam reſtringenda, vt ſupradictum eſt n. 474. & Beneficium Principis eſt contra concedentem latiſſime interpretandum. l. 3. ff. de conſtitutionibus Principum cum alijs. Et ad dict. deciſionem Fauentinam reſpondet, quod non loquitur de aliquo ex ſex menſibus ordinarijs vigore alternatiuæ, ſed de menſe Septemb. qui ſtante alternatiua ſemper eſt menſis Apoſtolicus, ſiue Epiſcopus reſideat, ſiue non reſideat, ſecundũ ſuam opinionem, de qua dubio præceden. num. 687. & quod reſpectu dict. menſis Septemb. intrant bene omnia, quæ dicuntur in d. deciſione, iuxta cuius terminos, inquit, intelligenda eſt deciſio Einen. eam allegans. Et ad rationem adductam in d. deciſione, quod dictio, quandiu, ſit appoſita menſi integrali, non autem ſingulis diebus menſibus iuxta leg. eum qui ædes. ff. de vſucap. cui conſonat. l. qui vniuerſas. ff. de acquirenda poſſeſſione. reſpondet negando, quod dictio, quandiu, ſit appoſita menſi integrali quando menſis eſt ordinarius, vt dixit, & quod caſus d. l. eum qui ædes, & ſimilium non applicatur in propoſito noſtro. Nam domus conſtituta ex omnibus ſuis materialibus iudicatur vna, & eadem res indiuidua, & ſingulæ res quandiu adhærent ædificio, amittunt naturam ſuam rerum mobilium, & efficiuntur vnum corpus immobile, & indiuiſibile, quod ſecus eſt in caſu noſtro, quia menſis habet ſingulos dies, & horas ſeparatos, & indiuiſibiles, vt ſupra conſiderauit. Et quod melius conueniret menſi, exemplum de grege de quo loquitur l. rerum mixtura. ff. de vſucap. & c. hæc Gonçalez d. gloſſ. 43. q. 5.

698 Qui idem tenet gloſa 65. † vbi ex eo, quod regula declarat vſum alternatiuæ incipere, ex quo ſunt recognitæ literæ acceptationis ipſius, infert, quod ſi Epiſcopus acceptauerit alternatiuam effectualiter, cum recognitione d. principio menſis Martij, quamuis non potuerit prouidere in menſibus Ianuarij, & Februarij ratione reſeruationis regulæ noſtræ, adhuc etiam erit impeditus prouidere in ipſo menſe Martij; nam ſtante d. acceptatione d. menſis remanet Papæ reſeruatus, & ſic in iſto caſu Papa habebit tres menſes continuos. Et verſa vice, ſi Epiſcopus acceptauerit alternatiuam de principio menſis Aprilis aut Octobris quamuis menſes præcedentes Martij, & Septembris fuerint Ordinarij, nihilominus gaudere debet alternatiua in ipſo menſe Aprilis vel Octobris & ſic fruitur duobus menſibus continuis. Et quod ſi Epiſcopus acceptat alternatiuam poſt iam cæptum menſem Februarij, Aprilis, Auguſti, aut Octobris, quamuis in principio talis menſis ante acceptationẽ, non potuerit prouidere, quia obſtabat reſeruatio, tamen in reliquis diebus eiuſdem menſis intrabit alternatiua, ac poterit Epiſcopus prouidere, prout etiam è conuerſo, ſi acceptatio contingat fieri intrante iam menſe Martij, aut Septembr. vſque ad diem acceptationis ille menſis erit ordinarius, & poſt eam erit reſeruatus, & quod vnus, & idem menſis poteſt eſſe partim reſeruatus, & partim ordinarius, & quod menſis non ſit ſemper conſiderandus, vt vnum totum integrale, ſed ſunt attendendæ ſingulæ eius partes ſuã cauſam, & naturam diuerſam continentes, vt in d. gl. 43. q. 5. & quod in caſu noſtro non ſolum vnus, & idẽ menſis poteſt eſſe partim reſeruatus, & partim non reſeruatus, ſed etiam vna, & eadem dies, nam ſi concluſio acceptationis ſit in vna die menſis Februarij, Aprilis, Auguſti, aut Octobris tempus illius diei vſque ad punctum recognitionis erit reſeruatum, & ex illo puncto in poſterum erit ordinarium ac ceſſabit reſeruatio, & quod ita conſultus nuper reſpondit in quadam cauſa Salamantina Beneficij, & per contrarium ſi acceptatio concluditur in aliquo ex menſibus Martij, aut Septembris dies illa acceptationis erit partim ordinaria, vſque ad illum punctum recognitio-

cognitionis,& partim reſeruata ex illo puncto, vt in terminis tradit Mandoſ.conſ.18. in princip.& ſub n. 8.ad fin.immo eadem ratione vna,& eadem hora poterit amplecti tempus reſeruatum, & nõ reſeruatum & poterit eſſe valida, & non valida collatio Ordinarij,&c. Hactenus Gonçalez d. glo. 65. cuius doctrina mihi placet,& eſt notanda,& vide dicta ſupra.n.533

699 Tertio dubitatur,† an Epiſcopus,qui de ordinario, & vt plurimum non reſidet in ſuo Epiſcopatu, ſed ad tempus non cum animo permanendi, ſed recedendi,gaudeat alternatiua in Beneficijs nunc vacãtibus,cum reſidet? In quo Rota in cauſa Eluen. Beneficij, 22. Mart. 1599. coram D. Mellino Cardinali meritiſſimo,& Nuntio Hiſpaniæ negatiue tenuit, vt in ſequenti deciſione.

☞ Reuerendiſſimus Epiſcopus Eluen.continuo commoratur in Ciuitate Vlisbonen. vbi præeſt officio S. Inquiſitionis totius Regni,ſed ante feſta Paſchalia ſolet accedere ad ſuam Eccleſiam,& ijs peractis,iterum reuertitur ad d.ciuitatem.de anno 1598. acceſſit ad ſuam Eccleſiam,die 6. Mart. in qua reſedit per totum menſem Aprilis, de quo menſe vacauit per obitum Balthaſaris de Lucena, Beneficium ſimplex in Eccleſia Parochiali S.Saluatoris.& cum dubitaretur, an collatio ſpectaret ad eum vigore alternatiuæ, quã acceptauerat,vel Beneficium eſſet reſeruatum, propoſui dubium,an eſſet reſeruatum? & fuit reſolutum eſſe reſeruatũ.Potiſſima ratio reſolutionis fuit, quia licet regula tribuat Epiſcopis priuilegium alternatiuæ,quamdiu apud ſuas Eccleſias vere,& perſonaliter reſiderint,& ſic eſt contenta præſentia temporali Epiſcopi, dummodo ſit per integrum menſem iuxta interpretationem alias datam in cauſa Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1595. coram Illuſtriſſimo Cardinal.Blanchetto, tamen debet intelligi de præſentia temporali ordinata ad effectum permanendi, & reſidendi in ſua Eccleſia,non autem de caſuali momentanea,& temporali, non cum animo permanendi,ſed recedendi, quia iſta non dicitur proprie reſidentia,quam regula requirit. Archidiac.in cap.licet canon.nu.5.de elect.in 6.Cornc.conſ.244.n.18. & 19.l.b.2. & iſta interpretatio eſt multum conformis menti regulæ,quæ fuit,allicere Epiſcopos, ad reſidendum propter hoc priuilegium cuius menti non ſatisfit per præſentiam momentaneam, & temporalem,cum animo deſcendendi;vnde, cum Reuerendiſſimus Epiſcopus non acceſſerit ad ſuam Eccleſiam, cum animo permanendi, ſed iuxta ſolitum aliorum annorum, peractis functionibus Paſchalibus,redeundi,prout redijt ad d.ciuitatem, in qua vt dictum eſt, continuo commoratur,non eſt locus regulæ, & conſequenter ceſſante alternatiua Beneficium eſt reſeruatum ratione menſis.

700 Quam deciſionem adducit † poſt hæc Gonçalez d.gloſ.43.6.quæſt.à num.173.& ait,quod poſtmodum in eadem cauſa ſub die 30.Octob. 1602. coram D.Ludouiſio,fuit,vtraque parte informante, diſputatum dubium,an intraret arbitrium Rotæ;nam prouiſus Ordinarius appellauerat à ſententia Auditoris Cameræ prolata, ad fauorem prouiſi Apoſtolici, & cauſa appellationis fuit commiſſa eidem D.Ludouiſio,cum clauſula arbitrio Rotæ, & reſolutum fuit, non eſſe locum arbitrio, & quod circa propoſitum ☞ noſtrum,dicit d.deciſio ſic. Quod autem Epiſcopus non reſideret,licet de tempore vacationis fuerit præſens,patet, quia propter officium Summi Inquiſitoris,quo fungebatur in Ciuitate Vlisbonen.ibi continue permanebat,licet aliquando, & certis temporibus viſitaret Eccleſiam Eluen. vbi per aliquot dies morabatur exercendo munera Epiſcopalia, prout contigit de tempore vacationis.vnde ex mora,quam fecit in Ciuitate Eluen.animo reuertendi, prout reuerſus fuit ad Ciuitatem Vlisbonen. non potuit pro reſidente haberi.leg.1.§.habitare.ff.de his, qui deiecerunt,vel effuderunt.l.poſtliminio.§.captiuus.ff.de captiuis,& poſtliminio reuerſis,& fuit in hac cauſa dictum 22.Martij 1599.coram R.P.D.meo Mellino, ex traditis per Archid.in c.licet canon.nu.5.de elect. in 6.& per Corneum,conſ.244.nu.18.& 19.lib.2.fiſcit quia, cum non diceretur receſſiſſe à ciuitate Vlisbonen. à qua receſſit animo reuertendi, l. qui fugitiuus ff.de ædilit.edict.§.in his autem animalibus. inſtit.de rerum diuiſion. & ita adhuc in d. Ciuitate diceretur reſidere,Ioan.And.vbi ſupra,Cardin.in Clẽ. 1.q.12.de foro compet.non poterit pro eodem tempore haberi pro reſidente etiam in ciuitate Eluen. gloſſ.& Dd.in c.non poteſt.de Præb.lib. 6. cum alijs allegatis per Ripam,reſponſ.14.nu.32.in tit.de lege, & conſuetudine,non obſtat deciſio,in cauſa Fauentina Canonicatus coram Illuſtriſſimo Cardin. Blanchetto,quia illi reſpondetur in deciſione D.mei Mellini, verum eſſe ſufficere præſentiam Epiſcopi, per menſem integrum, ad effectum, vt gaudeat alternatiua, ſed debere intelligi de tali præſentia, quæ ſit cum animo ibi permanendi,quia non dicitur quis eſſe,vbi eſt in corpore,ſi mente,& animo abeſt. l. poſtlimunio §.captiuus.ff.de captiuis.& poſtlimin.reuerſis,cum alijs allegatis,ad id, quod dicitur animum Epiſcopi non cognoſci,cum ſit imperſcrutabilis, reſpondetur,quod immo ſatis in caſu noſtro declaratur ex præcedentibus.& ſequentibus.l.ſed & Iulianus.§. proinde.ff.ad Maced.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff. de legatis 1.& ſolutis,Aymon.conſ. 20.num. 7. Et inquit etiam Gonçalez, quod deinde in alia cauſa Eluen. ratione vacationis alterius Beneficij de menſe Febr.quando Epiſcopus Eluen. aderat in ſua Eccleſia,cum ipſe illud contuliſſet vni,& alius eſſet prouiſus a Sede Apoſtolica,introducta lite in Rota,coram D. Penna, fuit facta eadem reſolutio, contra prouiſionem Epiſcopi,ſub 13.Nouemb.1602. cuius reſolutionis deciſ.in hac parte ſe habet, vt ſequitur. Non ☞ obſtat pretenſa prouiſio Petri ab Ordinario prouiſi eo, quod Epiſcopus gaudebat alternatiua, quia reſpondebatur primo, quod cum Epiſcopus Eluen. exerceret in Regno Portugalliæ officium Inquiſitoris,cuius ratione ſolebat, & tenebatur reſidere in ciuitate Vlisbonen. vbi erat conſtitutum idem tribunal, ideo,licèt quando ſoleret accedere ad ſuum Epiſcopatum, & in eo reſidere, cum illa reſidentia non eſſet omnimoda,& deliberata,ſed animo recedendi, & reuertendi ad tribunal officij generalis Inquiſitoris,non gaudebat alternatiua,cum illa non eſſet propria,& talis reſidentia, qualem regula requirit, Archidiac.in c.licet canon. nu. 5. verſ. parum enim eſt, de elect.lib.6.Corn.conſil.244.nu.18.& ſeq.lib. 2. & fuit reſolutum in alia Eluen.Beneficij.22.Mar.1599. coram R.P. D. meo Mellino. Et idem etiã poſtmodũ fuit firmatum in eadem cauſa Eluen. coram eodem D.Penna.17.Nouemb.1603.

701 Nihilominus tamen (ſalua pace, † & reuerentia

tanti

anti tribunalis) contrarium mihi verius visum est, nam regula solum considerat residentiam actu tempore vacationis, absq; distinctione, & consideratione animi, sic etenim inducuntur Episcopi ad residẽdum saltem amplius, quam aliàs residerent, & qui residet, licèt habeat animum redeundi, nec resideat de ordinario, pro tunc vere residet, & vt talis facit fructus suos, non obstante Decreto Concilij, sess. 23. de reform. c. 1, *decis. 161. num. 7. Quæ decisio integra est in nouissimis Fariæ. 613.*

702 Nec obstat ratio d. decisionum dici, † & censeri quem residere, vbi continuè commoratur, non vbi casualiter, & ad tempus adest; nam id est impropriè, & per quandam fictionem, & secundum quendam modum loquendi, & ideo iura, & Doctores, qui id dicunt, loquuntur per verbum, videtur, seu censetur, vel habetur, quæ verba denotant impropri tatem, & fictionem. Mandos. reg. de annali, q. 87. nu. 1. Navarrus cons. 8. num. 6. de cleric. non residen. Attenta verò veritate, & realitate, clarum est, quod Episcopus, qui adest in propria Ecclesia, seu Diœcesi mense Aprilis, vel alio, vere & realiter in illa residet eo mẽse, non autem in loco, vbi de ordinario residet, & regula nostra ad effectum alternatiuæ requirit veram, personalem, & propriam residentiam & non contẽtatur cum ficta, & impropria residentia, vt supradictum est à nu. 466. vt rectè considerat Gonçal. supra nu. 169. & 170. præterea sicut Episcopus, qui casualiter, & ad tempus abest à Diœcesi cum animo statim reuertendi, non gaudet alternatiua de illo tempore absentiæ, vt Rota censuit, & dictum est sup. nu. 468. ita à contrario Episcopus, qui verè, & personaliter adest, & residet in Diœcesi, licèt ad tempus, & cum animo reuertendi, debet, pro tunc gaudere alternatiua; nam contrariorum eadem est ratio, & disciplina. Gonçalez sup. num. 171.

Quare ego in hac sententia persisto, quam libenter, inquit Gonçalez supra num. 173. & 178. & intrepide amplecteretur, nisi vidisset, quod Rota contrarium sæpe decideritin d. decisionibus Eluen. quibus standum propter authoritatem tanti tribunalis, nõ audet illius impugnare sententiam, sed, vt par est, vult reuerenter deferre, donec forsan ipsa Rota sententia mutet, prout post illa scripta cœpit in contrariam inclinari sententiam, vt colligitur ex quadam decisione facta in dicta causa Eluen. coram D. Ludouisio super concessione remissoriæ sub die 12. Martij 1604. *Et tandem fuit confirmatum 27. Februarij 1606. coram D. Ludouisio, non obstante quod fuit pretensum probari, quod de dicto tempore Episcopus habeat intentionem permanendi in ciuitate Eluen. super quo plures testes fuerunt examinati virtute remissoriæ, & quod ipse Episcopus id asserit, &c.*

Quarto dubitatur, an Episcopus existens in loco
703 † exempto suæ Diœcesis dicatur in sua Diœcesi residere, ita vt gaudeat alternatiua? quam quæstionem tractat Gonçalez d. glossa 43. 7. quæst. num. 180. & post adducta fundamenta pro parte negatiua, affirmatiuam tamen sententiam tenèt à numer. 187. ex eo, quod locus exemptus dicitur de Diœcesi, & in Diœcesi argum. text. in cap. cum Episcopus de offic. ord. num. 6. vbi notant DD. Domin. numer. 3. Francus. 2. & alij tex. etiam in Clemen. 2. §. simili modo. de priuileg. vbi notat Card. num. 4. & Bonific. num. 41. & 42. glossa in Clementina 1. de foro compet. verbo, aut eatum parte. vers. quod si in aliquo loco Diœcesis suæ tamen exempto. vbi Cardin. numer. 9. Imola 22. & Bonif. 26. Abb. in c. Apostolica nu. 3. de donat. P. de Vbaldis de Canonica. Portione cap. 4. q. 6. nu. 11. & Rota decis. 207 num. 2. par. 2. diuersorum, & Rolan. cons. 53. nu. 17. vol. 3. & Felyn. in cap. graue. num. 2. de off. ord. & plus habet Episcopus in locum, & personas exemptas suæ Diœcesis, quam in prorsus extraneos; etenim habet iurisdictionem in aliquibus casibus in locum, & personas exemptos Rota decis. 702. nu. 4. & decis. 744. p. 1. & decis. 145. par. 2. diuersorum, maximè post Concilium Triden. vt in sess. 7. c. 8. & sess. 21. c. 8. & sess. 24. c. 9. de reform. vnde etiam ait idem Gonçalez gl. 62. num. 27. quod literæ acceptationis alternatiuæ, quæ dari debent in propria Diœcesi, validæ erunt, si datæ sint in loco exempto Diœcesis.

704 Sed ista sententia mihi † non placet, nam quamuis locus exemptus sit de Diœcesi, & in Diœcesi, tamẽ paria sunt quoad iurisdictionem, quod locus sit exẽptus, vel extra territorium, & locus exemptus, quoad iurisdictionem dicitur extra potestatem, & territorium Episcopi, d. c. cum Episcopus Io. And. in ca. 2. de constit. in 6. num. 5. & 6. & ibi Domin. nu. 24. & 25. Francus 10. & Ludo. Gom. in §. statuto eiusdem c. 2. nu. 84. & Rolan. d. consil. 53. ex nu. 23. vbi plura cumulat, ac F. Iun. supra. *Et Vgol. de cens. tab. 1. c. 9. §. 3. & Suarez 5. to. de cens. disp. 5 sect. 4. num. 5. qui ait, quod locus exemptus, quamuis dicatur esse intra territoriũ, quia intra terminos eius quasi materialiter continetur; tamẽ formaliter est extra, quia est extra iurisdictionem talis Prælati, & ex ea parte intelligere possumus locum illum suis terminis claudi, & esse extra terminos alterius, &c. Hæc Suarez. Et Aquila de cens. 2. p. c. 3. disp. 2. dub. 5. q. locus exemptus, & locus extra territorium, æquiparantur quoad iurisdictionem, & locus exemptus est de territorio Episcopi quantum ad situm, s. d non quantum ad iurisdictionem.* Et confirmatur, nam ratio, ex qua regula nostra exigit dict. residentiam, est, vt Episcopus tanquam bonus pastor præsit ouibus suis, & munus suum personaliter exerceat, quæ ratio plene cessat, quando est in loco exempto, cum ratione exemptionis oues non sint propriæ ipsius Episcopi, sed alienæ, nempe Prælati illius loci seu territorij, nec Episcopus ibi possit munus suum exercere regulariter, vnde sententia Gonçalez solum posset procedere, quando Episcopus esset in loco exempto suæ Diœcesis causa sui officij pro iurisdictione exercenda in aliquo casu, quo sibi competeret. *Sed an existens in loco Ecclesiæ, seu Parochiæ suæ diœcesis, sit is tamen intra diœcesim alterius, dicatur residere in sua diœcesi, ita vt gaudeat alternatiua, vt Archiepiscopus Compostellanus, qui vt mihi relatum est, extra Regnum Galleciæ, & in diœcesi Zamorens. habet loca, seu Vicarias, & Ecclesias suæ iurisdictionis & diœcesis, & in ipsa Ciuitate Zamorens. habet quandam Ecclesiam parochialem cum suo districtu sibi subiectam, & ibi residens prætendit residere in sua diœcesi. Et videbatur non residere; nam residentia in diœcesi, quam regul. exigit, & Concil. sessione 23. de reform. cap. 1. intelligitur in diœcesi principali continua inter se, & cum vicinitate, sed non in locis, seu Ecclesiis accessoriis existentibus extra diœcesim principalem, maxime quando aliæ diœceses sunt intermediæ; id enim attenditur, quod est principale, l. cum in diuersis, ff. de religione & sumpt. funer. Nec æquum videtur, nec rationi cõsonum, relinquere principalem Ecclesiam & diœcesim*

*ceſim propter iſta loca & Eccleſias, qua ſunt extra; alias Archiepiſcopus Toletanus reſidens in Ciuitate Oran ſibi ſubiecta cenſeretur reſidere in ſua diœceſi, & ſatisfaceret ſua obligationi & reſidentiæ. Quod videtur abſurdum, niſi forte in illis locis, ſeu Eccleſijs exiſteret viſitando, ſeu exercendo aliud munus ſuæ iuriſdictionis ſeu ordinis, cui ſua perſona eſſet neceſſaria, ſeu opportuna; tunc enim cenſeretur reſidere in diœceſi, &c. Iuxta ſupra dicta de loco exempto.*

*Sed S. Congreg. Concilij ad inſtantiã Archiepiſcopi Compoſtellani abſolute declarauit, quod ſi illa loca vere ſunt diœceſis Compoſtellanæ, dum ibi moratus fuerit, reſidere cenſetur in diœceſi, vt in ſequenti declarat. 100.*

*Iuxta quam declarationem dictus Archiepiſcopus reſidens in dicta parochiali Eccleſia Ciuitatis Zamoren. vſus eſt alternatiua, prouidendo virtute eius beneficia ſuæ diœceſis tunc vacantia.*

*Sed quamuis ad alternatiuam, & ad effectum non amittendi fructus ſufficiat reſidentia in illis locis, ſeu Eccleſijs; tamen in conſcientia eam non puto tutam, ſi de ordinario, ſeu ad longum tempus ibi moraretur, ob propriam commoditatem; non enim poteſt eſſe illa longa reſidentia ſine magno damno & detrimento ſuæ principalis Eccleſiæ, & diœceſis, aut eius regiminis. Sicut etiam Epiſcopus reſidens in loco ſuæ diœceſis, & intra eam exiſtenti, incommodo tamen ſatis gubernationi & adminiſtrationi ipſius diœceſis, non ſatisfaceret ſuæ conſcientiæ, ſecundum quod dictum eſt ſupra 3. p. c. 2. num. 53.*

705 Quinto circa illa verba, † de omnibus, & quibuſcunque Beneficijs, &c. dubitatur, an poſſit Epiſcopus gaudere alternatiua acceptata in Beneficijs ad eius prouiſionem ſpectantibus, exiſtentibus tamen in alia Diœceſi verbi gratia ad Abbatẽ S. Ioannis de la Peña ante diſmembrationem dictæ Abbatiæ pertinebat prouiſio, & collatio in menſibus Ordinariorũ Portionum, ſeu ſimplicium Beneficiorum Parochialium Eccleſiarum loci de Tauſte, Luna, & Erla Cæſarauguſtan. Diœceſis, quorum prouiſio à dicta Abbatiæ diſmembratione Epiſcopo Iacen. in eius erectione fuit applicata per hæc verba, de Beneficiorum collationibus, & prouiſionibus, ſeu alijs quibuſcunque iuribus pari ratione dicendum eſt. quapropter declaramus Beneficiorum collationem, aut alia quæcunque iura, quæ olim habebat Abbas. S. Ioannis de la Penna in locis Tauſte, Luna, & Erla, & alijs in planitie conſiſtentibus, deinceps ad Epiſcopum Iacen. pertinere eo modo, quoad prædictum Abbatem hactenus pertinere ſunt ſolita, dubitatum, eſt an Epiſcopus Iacen. vigore alternatiuæ per eum acceptatæ poſſit ea gaudere in huiuſmodi Beneficijs, attento, quod in alia Diœceſi exiſtunt, & Abbas S. Io. alternatiua gaudere non poſſet? ad quod dubium anno 1582. 19. Ian. ſic cõſultus reſpondit doctiſſimus Chriſtophorus Robuſterius, Rotæ auditor, & poſtea Epiſcopus Oriolen. ratione nouæ erectionis Epiſcopatus Iacen. Epiſcopus gaudet alternatiua quoad prouiſionem, ſeu collationem Beneficiorum Parochialium loci de Tauſte, Luna, & Erla Cæſarauguſtanæ Diœceſis & pari ratione dicendum eſt, quoad alia quæcumque iura, quæ olim habebat Abbas S. Ioan. de la penna in locis prædictis, Chriſtophorus Robuſter. Rotæ auditor.

706 Et cum poſtea dubium † iſtud propoſitum eſſet in Rota coram Illuſtriſſimo Plato idem reſoluerunt Domini, vt apparet ex deciſionibus ſequentib. in Cæſarauguſtana Beneficij de Tauſte 14. Nou. 1586. cum Abbatia loci de Tauſte exiſtẽtis in Diœceſi Cæſaraguſtana, cuius Abbas habebat facultatem conferendi Beneficia fuiſſet vnita Epiſcopatui Iacen. tunc certo ita, vt dicta Abbatia, eo modo ad Epiſcopum pertineret, quo ante erectionem ad Abbatem pertinere erat ſolita, cõtigit dubitari, an Epiſcopus Iacen. gauderet alternatiua in Beneficijs loci? & dubio ſuper inde dato die Veneris 14. Nouem. 1586. Domini tenuerunt partem affirmatiuam; nã gratia alternatiua conceſſa Epiſcopis reſidentibus capit omnia Beneficia ſpectantia ad liberam eorum collationem, quare, cum per vnionẽ, factam de dicto loco de Tauſte Epiſcopatui Iacen. Beneficia eiuſdem loci, ad liberã Epiſcopi Iacen. collationem ſpectare inceperint, neceſſario ſequitur, vt alternatiua in eis locum habeat, & licet ante vnionem Abbas non poſſet conferre, niſi in quatuor menſibus, id proueniebat propter impedimentum regul. reſeruatoriæ, quo ſublato etiam ipſe potuiſſet conferre in alijs menſibus; pari igitur ratione poterit conferre Epiſcopus propter gratiam alternatiuam, quæ tollit obſtacula. Caputaquen. dec. 87. num. 6. lib. 2. & ideo non obſtat, quod Abbatia fuerit vnita eo modo Epiſcopatui, quo erat ante vnionem quia ante vnionem ita erat apud Abbatem, vt, ſi Papa ſuſtuliſſet impedimentum reſeruationis, Abb. potuiſſet conferre; nunc autem ſublatũ eſt impedimentum in menſibus non reſeruatis, quoad Beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, ergo gratia prædicta tollens obſtaculum, quoad menſes in alternatiua expreſſos, habebit locum etiam in Beneficijs extra Diœceſim, ſpectantibus tamen ad Epiſcopi collationem; ad quod propoſitum placuit Dominis deciſ. Caputaq. 335. lib. 1. Non obſtat, quod dicitur Epiſcopũ in acceptatione ſe reſtrinxiſſe ad Beneficia ſuæ Diœceſis, quia contrarium apparet ex lectura; nam acceptat ſimpliciter; & licet fides, quam idem Epiſcopus facit de acceptatione, atteſtetur etiam ſe contuliſſe Beneficia ſuæ Diœceſis, nec excludat alia Beneficia, cum ſtent ea verba demonſtratiue, non taxatiue, non propterea recedit ab acceptatione generali, cum de hoc verbum nullum. Ex lectura etiam acceptationis apparet minus verum eſſe, quod dicitur acceptationem factam fuiſſe de alternatiua iam extincta, nam illa dicit ſimpliciter acceptare gratiam alternatiuam à Gregor. conceſſam; quare eſt intelligendum de illa, quæ tunc vigebat, non autem de ea, quæ erat extincta, quæ iam deſierat eſſe, & ſic acceptari non poterat, nec prodeſſe Epiſcopo, & ex his concluſerunt Domini in Beneficio, de quo agebatur, Epiſcopum Iacen. gaudere potuiſſe gratia alternatiuæ, non obſtante, quod eſſet in Diœceſi Cęſaraguſtana; quia tamen intelligebatur per partem, quod Epiſcopus aliter intellexerat, atque obſeruauerat, eo quod contulerat Beneficia dicti loci de Tauſte, in menſe Martij. Domini reſeruauerunt hunc articulum partiçulariter videndum, cum ſuper eo noluerit auditi.

### *In eadem 6. Martij. 1587. coram eodem D. Plato.*

DOmini reſoluerunt non conſtare, quod Epiſcopus Iacen. acceptando alternatiuam intellexerit, tantum de Beneficijs, ſitis in Diœceſi, cum ſimpliciter acceptauerit, & ſimplex acceptatio trahatur etiam

etiam ad Beneficia extra Diœcesim ad collationem suam spectantia, vt fuit resolutum coram me in hac causa die 14 Nouemb. 1586. Nec datur aliquis actus positiuus Episcopi, per quem possit apparere de huiusmodi mente, quin potius dantur nonnullæ collationes, per quas apparet Episcopū vsum fuisse alternatiua, etiam quoad Beneficia extra Diœcesim, vt in Beneficio collato, de mense Mar. 1579. quod vacauerat de mense Febr. & licet eò tempore nondum fuisset præsentata in curia acceptatio alternatiuæ, tamen Episcopus sciebat se acceptasse, & ad se non posse spectare, nisi vigore alternatiuæ. Non obstat, quod dicat collationem ad se spectare pleno iure, quia remoto obstaculo reseruationis per alternatiuam collatio spectat ad Episcopum pleno iure; non obstat, quod Episcopus dicat se vigore alternatiuæ contuliſſe Beneficia suæ Diœcesis, quia non excludunt acceptationem, quoad Beneficia extra Diœcesim, vt ex effectu, & ex collationibus memoratis videre est; neque obstat, quod Episcopus conferendo in mense reseruato Papæ per regulam alternatiuam amittat priuilegium regulæ, & per necessarium antecedens collatio facta in mense, qui de sui natura est Episcopi, posset sustineri tanquam valida, cum ex actu nullo pœna non incurratur, immo si pœnæ locus esse debuerit, actum valere oporteat, iuxta tradita per Bart. in l. 1. vers. vnde, cum quæritur. C. de his, quæ pœnæ nomine. & tradit Clarus in §. feudum, q. 31. vers. sed quæro, quia fuit responsum, quod Episcopus conferendo in mense reseruato, nulliter confert; quare cum Papa sibi reseruet sex menses alternatos, nullitas collationis oritur à reseruatione, pœna autem incurritur, ex sola intromissione, dum conatur conferre Beneficium in mense reseruato, vt aperte patet ex verbis reg. alternatiuæ, quæ priuationis pœnam inducunt, si solummodo Episcopus se intromiserit. Eandem sententiam, nempe, quod Episcopus recte alternatiua gaudebit, quoad Beneficium extra suam Diœcesim consitens ad liberam illius collationem spectans, breuiter tenet post hæc Gonçalez gl. 10. nu. 4. allegans Mohed. dec. 3. de Præb. qui non loquitur in proposito, nec eius dec. est certa, vt inf. c. 3. nu. 29.

707 Circa illa verba, ad liberam ipsorum† dumtaxat, non autem aliorum cum eis, &c. de quibus Gonç. gl. 45. & seq. videnda sunt per nos dicta sup. à num. 470, circa quæ tamen restant aliqua dubia examinanda, & ideo,

Sexto dubitatur, an in Ecclesijs in quibus collatio Beneficiorum, & Præbendarum est communis Episcopi, & Capituli, facta inter eos conuentione, & concordia de prouidendo alternis vicibus iuxta Clem. 2. de iure patron. possit Episcopus in suo turno gaudere alternatiua? in quo videbatur dicendum, quod nō, nam tunc Episcopus non videtur prouidere iure suo proprio tantum, & sola sua authoritate, sed etiam iure & authoritate Capituli, & iure communi ad cap. fin. de Præb. in 6. & Puteum decis. 88. in fin. lib. 3. vbi dicitur in terminis alternatiuæ antiquæ, quod alternatiua concessa Episcopo prodest Capitulo, vbi menses Ordinarij sunt diuisi inter Episcopum, & Capitulum ex concordia, & sequitur Granutius ad Simonetam q. 17. nu. 4. & de quo sup. nu. 471, quod non potest alia ratione procedere, nisi, quod adhuc facta ista diuisione prouisio fit iure communi, & non iure proprio tantum, & confirmatur; nam licet, vsus & exercitium iuris conferēdi sit diuisum per turnos, tamen ius ipsum, & proprietas conferendi remanet indiuisum, vt fuit dictum in Salamantina portionis 30. Aprilis 25. Iunij 1599. coram Dom. Mellino, de qua supra, nu. 239.

708 Nihilominus tamen contrarium, † & sic partem affirmatiuam, tenuit Rota in causa Salamantina alternatiuæ 22. Octob. 1581. coram D. Robuſterio, vt ſ. in sequenti decis. Dubitaui hodie 22. Octobr. 1581. stante concordia inter Episcopum, & Capitulum Salamantinum super collatione Dignitatum, Canonicatuum, Portionum, & dimidiarum Portionum dictæ Ecclesiæ in turno & alternatiua Episcopis residentibus per Sanctissimum Dominum Nostrum concessa, quorum omnium in necessarijs copia detur, an si Dignitates, Canonicatus, Portiones, & dimidiæ Portiones d. Ecclesiæ vacauerint in mensibus alternatis, in eis intret, vel non intret reseruatio, de qua alternatiua S. D. N. & licet informantes, fortasse existimantes quod forma modernæ alternatiuæ sit eadem cum antiqua, concendant, quod Capitulum ex Beneficio Episcopi possit vti alternatiua per Sanctiſ. D. N. concessa ex Calder. conſ. 22. de Prebend. cum alijs allegatis tamen Domini, viso tenore d. alternatiuæ, resoluerunt, quod dictus Episcopus solus potest vti alternatiua, non autem Capitulum, sine vellet Capitulum conferre in eadem vacatione cum D. Episcopo, quod tamen sibi licet, cum turni sint vigore concordiæ distincti, sine vellet separatim conferre in suo turno, quia alternatiua est limitata ad solos Episcopos, Archiepiscopos, & alios superiores, vt inuitentur ad residendum, quod non potest applicari ad Capitulum; est etiam limitata ad collationem pertinentem libere dumtaxat, & non cum alijs, vt expresse excludat Capitulum; quando habet communionem, cum Episcopo, & in hoc verba alternatiuæ huiusmodi sunt ita prægnantia geminata, & clara, vt non indigeant aliqua declaratione, vel suppletione: vnde, cum in puncto agatur de facultate conferendi vigore istius alternatiuæ, Domini restrinxerunt difficultatem ad solum D. Episcopum, videlicet, an D. Episcopus Salamantinus possit vti alternatiua in istis Dignitatibus, & alijs Beneficijs vacantibus in turno suo, & in mense alternato? & resoluerunt, quandiu vacauerint d. Benefi. in prædicta Eccl. & in mensib. alternatis pro Episcopo, & in turno suo, poterit D. Episcop. illa libere conferre, quia Beneficia, stante huiusmodi concordia & turno, dicuntur pertinere ad liberam collationem Episcopi, & non vna cum Capitulo, & sic in eis non intrat reseruatio seu limitatio (& non cum alijs) de qua in d. alternatiua, & hoc tam ex dispositione iuris communis, quam ex verbis expressis dictæ concordiæ siue turni: nam vbi ex cōcordia partium collatio Beneficiorum pertinentium ad duos, vel plures simul, est, prout hic, alternis vicibus cuilibet reseruata in suo turno, totum ius conferendi pro illa vice dicitur translatum in illum solum, qui est in turno, & non dicitur diuisus vsus solus, sed totum ius conferendi est penes ipsum solum, etiam iure proprio, & non iure communi. vt benè Ioan. Andr. in c. cum in illis. §. fin. in fin. de Præbend. in 6. & ibi sequuntur Gemin. Francus Anchar. Ioan. Vegiel. in compendio sexti, & in eodem c. cum in illis, Rochus tract. de iure patron. verbo ius. qu. 6. nu. 11. Lamber. eodē tract. libr. 1. p. 2. q. 2. art. 36. §. 2. & 8.

& 8.Bologn. ad Ananiam conſil.43. de iure patron. & ſic verum eſt, quod eo tempore, quo fit collatio, eſt, quoad liberam diſpoſitionem, Epiſcopi, & non cum alio, quod tempus collationis debet attendi; nã qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi. l.in delictis. §. in extrancis de noxalibus, accedit, quod alternatiua eſt fauorabilis, & late interpretanda in fauorem Epiſcoporum, Calder.d.conſ. 22.de Præbend. & ſic iſta communio ſucceſſiua, non inſtantanea, & contemporanea, non attenditur ad iſtum effectum; idem etiam ſequitur attento tenore d.concordiæ, in qua præſertim in 16. capit. expreſſe dicitur ad ſolum Epiſcopũ, & ad liberam illius collationem, & non nomine Capituli, ſed iure proprio conferat, cũ alijs clauſulis ampliſſimis, & quod ſubdit poſtea, ſine cõſenſu Capituli, & perinde, ac ſi per Capitulum eſſet facta prouiſio, eſt per comparationem, & ſimilitudinem, vt tam valida, & efficax exiſtat talis prouiſio, ac ſi eſſet ab vtroque, ſcilicet Epiſcopo, & Capitulo: dictiones enim iſtæ, perinde ac ſi, & ſimiles compatronationem, & ſimilitudinem ſignificant, vt late habetur in l.1.in princip.recept. arbitris nec refragatur deciſ.4. de compromiſſis in antiquis vt in illius lectura apparet. Non obſtat perplexitas conſiderata, quod Epiſcopus habeat tot menſes, & Capitulum paucos; nam, licet concordia det facultatẽ illam vtendi alternatiua conceſſa Epiſcopo, id fuit factum eo tempore, quo tenor alternatiuæ non repugnabat interpretationi iuris communis, quo inſpecto alternatiua conceſſa Epiſc. dicitur conceſſa Capitulo, Calder.d.conſ.22. Sed cum tenor modernæ alternatiuæ aliud inducat, fit caducũ illud Capitulum concordiæ, vt poſſit vti eadem alternatiua. Nec hinc ſequitur aliqua inæqualitas, vel perplexitas, cum ſit expectandum quouſque veniat turnus pro Capitulo, adeo quod Epiſcopus, poſtquam ſemel prouiderit, non poterit amplius prouidere antequam veniat vacatio in quatuor mẽſibus Capituli, iuxta tenorem concordiæ; an autem Capitulum poſſit recedere à concordia, quia illud Capitulũ cor reſpectiuum de alternatiua fit caducum, eſt alia res, in qua eſt videndum de cauſa concordiæ, an illa fuerit ſucceſſiua, vel momẽtanea, & alia forte eſſent diſcutienda, quæ non pertinent ad nos, hic enim præſupponimus exiſtentiam, & durationem concordiæ.

709 Et idem fuit dictum in † Salamantina dimidiæ portionis 25.Iun.1590. coram D.Comitulo, ſcilicet Epiſcopum Salamantinum in ſuo turno, gaudere alternatiua, & in Lunen. Sarçanen. Canonicatus 23. Octobr.1598. coram D. Seraphino ſupra relata. nu. 472. *Et idem fuit nouiſſime reſolutum in cauſa Traſonen. Canonicatus 29.Martij 1610. coram D.Caualterio.* Et facit dec. Achillis 315. ſeu ſecunda de iure patron. & Putei 107. lib.3. & quod ſtante diuiſione ſimultaneæ inter Prælatum, & Capitulum, quam iura permittunt, cap.vlt.de Præbend. in 6.gloſ.in d.Clem.2. de iure patron. quilibet eorum iure proprio in ſuo turno confert, nec collatio eſt communis. Fuit etiam alias dictum in vna Romana Beneficiatus Sancti Petri 28.April.1595. coram D.Gipſio, & 20. Nouemb. 1596. coram D.meo Corduba, & 8.Martij 1602. coram D.Penia infra relatis 10.p.c.3.num.39. & ita in propoſito dubio tradit poſt hæc Gonçalez gl.45. §. 1.à nu.12. dicens, idem nouiſſime reſolutum in vna Salamãtina Portionis 16.Maij 1603. coã D.Iuſto.

710 Et idem erit, quando † diuiſio facta eſt per cheros, ſeu latera, nempe quod Beneficia, ſeu Præbendæ ſedentium in cornu, ſeu latere dextero chori Eccleſiæ ſpectent ad collationem Epiſcopi; Beneficia vero ſeu Præbendæ ſedentium in cornu, ſeu latere ſiniſtro chori ad collationem Capituli, ſeu quod Beneficia chori Epiſcopi ſpectent ad prouiſionem ipſius Epiſcop., Beneficia vero chori Decani, ad prouiſionem Capituli, vt in aliquibus Eccleſijs ſeruatur; nam ſimiliter in hoc caſu Epiſcopus gaudebit alternatiua acceptata in Benefic. ſui chori ad eius prouiſionem ſpectantibus, Capitulum vero prouidebit in quatuor menſibus ordinarijs de Beneficijs ſui chori, Gonçalez ſupra num.36.

711 Et idem etiam erit, † quãdo diuiſio facta eſt per menſes, ita vt Epiſcopus conferat vacantia in duobus ex quatuor menſibus ordinarijs, & Capitulũ in alijs duobus, iuxta gl.in d.c.fi.de Præben.in 6.verb. ſtatuto, dummodo Epiſcopus habeat menſem Martij, & Septemb. quo caſu Epiſcopus gaudere poterit alternatiua, per quam dicti duo menſes dimittuntur Papæ, & loco illorum Epiſcopus recipit alios quatuor menſes, Februa. April. Auguſt. & Octob. Si vero Epiſcopus non haberet d.duos menſes, Martij, & Septemb. minime intraret alternatiua, cũ illos duos menſes permutare non valeat cum Papa, nec poſſit Epiſcopus auferre Capitulo aliquem, ex ſuis menſibus l.id quod noſtram, de regiuris cũ alijs, ita Gonçalez ſup.ex num.37.

712 Sed videtur, † quod etiamſi Epiſcopus habeat menſem Martij, & Septemb. nullo modo poſſit gaudere alternatiua, quia Papa in alternatiua, Epiſcopo habenti alias quatuor menſes, dat duos menſes plus ita vt habeat ſex menſes, & ſic auget ſolum in dimidia parte; at ſi habenti ſolos duos menſes darentur quatuor pro illis, duplicarentur menſes, & augeretur, non in dimidio, ſed in alio tanto, vnde, cum non ſeruetur proportio, non videtur intrare alternatiua, & hoc mihi magis placet, quod non aduerit Gonçalez ibi, & gl.54.num.25.

713 Si autem ſit facta diuiſio † ſimultanea per hebdomadas, ſeu dies, non poteſt commode intrare alternatiua, etiam reſpectu Epiſcopi, quia diuiſio temporũ fit à reg. noſtra per menſes, nõ per hebdomadas, aut dies, & diuiſio per hebdomadas, vel dies repugnat diuiſioni menſium per alternatiuam conſtitutæ; cum hebdomada, & dies vtriuſque, nempe Epiſcopi, & Capituli poſſit occurrere in vno, & eodem menſe. Et vna, & eadem hebdomada poſſit participare de duob. menſibus, &c. Gonçalez ſup. à nu.49.

714 Sed ſi diuiſio collationum facta ſit inter † Epiſcopum & Capitulum per alternatos annos, vt in ſpecie d.dec. Achillis 315. in anno Epiſcopi proculdubio intrabit alternatiua; cum de illo anno Beneficia ſint liberæ collationis Epiſcopi, & poſſit fieri commoda menſium diuiſio inter Papam, & Epiſcopum, nullumque adſit impedimentum, iuxta dicta, quamuis ſecus ſit in anno Capituli, Gonçal. ſup. nu.55. & ſeq.

715 Et quod dictum eſt, † intrare alternatiuam in turno Epiſcopi, quando ſimultanea diuiſa eſt inter Epiſcopum, & Capitulũ, videtur procedere etiamſi ſola electio, nominatio, ſeu preſentatio perſonæ ſit diuiſa, & collatio remaneat communis, vt in Eccleſia Segobien. & Palentina, iuxta infra dicta nu.733. & ſeq.

716 Et idem erit in iure patronatus, † ſeu præſentandi com-

di communi Episcopi ratione Dignitatis, & aliorũ, per concordiam diuiso, quoad turnum Episcopi, nã in eo poterit gaudere alternatiua.

717 Nec prædictis † obstat d.c.fi.de Præb. in 6. quia termini illius sunt diuersi, & ratio diuersa.

718 Ad d.decis. Putei 81. lib. 3. respõderi potest, † vel quod non est vera, ex d. doctrina Ioannis And. in d. c. cum illis. §. fi. quem sequũtur plures relati in d. dec. Salamantina alternatiuæ, vel quod procedit cũ concordia illa, & diuisio mensium facta fuit concessa iã alternatiua Episcopo, & ab eo acceptata, & ea iã gaudẽte Capitulo ex Beneficio Episcopi, tunc enim pro tempore illius alternatiuæ videbatur Capitulũ posse ea vti, ex quo ante diuisionem ipsi competebat.

719 Sed verius est, quod in terminis alternatiuæ † antiquæ, in qua illa decisio loquitur, alternatiua concessa Episcopo prodest Capitulo, vbi menses Ordinarij inter Episcopum, & Capitulum sunt diuisi, ex concordia, vt ibi dicitur, etiamsi concordia, & diuisio esset facta ante concessam alternatiuam, vt patet ex d. Salamantina alternatiuæ, quod tamen non procedit ex eo, quod prouisio adhuc fiat iure communi, etiam facta ista diuisione, sed quia per concordiã diuiduntur menses Ordinarij, prout competerent Episcopo, & Capitulo, & sic stante alternatiua, quæ potest prodesse Capitulo, menses alternatiuæ.

720 Ad confirmationem † respondet Gonç. sup. nu. 20. quod tunc solum est diuisum exercitium, non tamen ipsum ius conferendi, quando ille, ad quem turnus spectat, confert communi nomine, secus verò, si confert solo iure proprio, vt in causa d. decis. Salamãtinæ alternatiuæ, & quod ita fuit distinctũ & declaratum in d. Romana Beneficiatus S. Petri. 28. April. 1595. coram D. Gipsio, & in d. Salamantina Portionis 16. Maij 1603. coram D. Iusto. Sed ibi saltem in dict. Romana solum dicitur, quod quando est diuisa simultanea, quilibet confert in suo turno iure proprio, nec fit talis distinctio. *Quamuis in d. Salamantina verum sit Rotam ita respondere, & distinguere, et quod ita intellexit Rota in dicta Romana, sed non satisfacit difficultati.* Et illa decis. Salamantina Portionis 30. Apr. & 25. Iun. 1599. coram D. Mellino, in confirmatione allegata loquitur in eadem concordia facta inter Episcopum, & Capitulum Salamantinum, de qua in d. decis. Salamantina alternatiuæ: vnde ad d. confirmationem respondendum est, vt supra nu. 142.

Sed hic est difficultas, an prædicta resolutio pro-
721 cedat, † etiamsi cõcordia non fit authoritate Apostolica confirmata, an vero requiratur, quod sit confirmata? Et quidem videtur pro tempore Episcopi eam facientis concordiam valere, etiamsi non sit cõfirmata, & consequenter in ea pro tunc procedere dictam resolutionem, iuxta suprædicta, nu. 709. non tamen trãsire ad successorem in Episcopatu, etiamsi fit facta nomine Dignitatis, & successorũ, nisi fit ab illis approbata, seu obseruata c. de cætero c. veniens de transact. Rota in vna Oscen. Canon. 9. Mart. 1592 coram Illustrissimo Seraphino, *Quam decisionem licet non omninò integram ponit Sal. Tiberius in praxi lib. 3. cap. 9.* in qua fuit resolutum. Non esse locum exe-
722 cutioni Breuis de capienda possess. illius, vti reseruati, ex regul. 8. Gregor. XIIII. cum in actis constaret de prouisione anteriori Capituli, & prætenderetur ad illud spectare collationem vigore conuentionis, seu statuti, ad quod probandum, & obseruationem illius debebat admitti ab auditore Cameræ, cum ista exceptio oriretur ex ipso Breui, & sic cessabat, quod dicebatur dictam concordiam nõ fuisse confirmatam, & ideo expirasse morte illius Episcopi, cum quo fuit inita, quia prædicta concordia fuit facta nomine Dignitatis, & successorum, ideo potuit a successoribus obseruari, & dati erant articuli, ad probandam obseruantiam, &c. Sed satis esse, quod Episcopus nõ reclamauerit vt sustineatur prouisio Capituli. Puteus dec. 21. de Præb. & inferiorem collatorẽ etiã venire appellatione ordinarij, &c. Rota etiam in vna Vlisbonen. Beneficij de Ouidos
723 20. Aprilis 1598. coram D. Lancellotto, in qua fuit resolutum, constare de iure Petri prouisi à Priore S. Iacobi de Ouidos, qui licet non sit fundatus super iure conferendi Beneficia suæ Parochiæ, cõpetit tamẽ ei ex concordia inter Archiepiscopũ Vlisbonen. & Reginam Catherinam, ac Priores Ecclesiarũ sui iuris patron. inita, quod durantibus differentijs inter ipsos existentibus, Beneficia dictarum Ecclesiarũ alternatim prouiderentur, nec obstare, quod concordia, vti non confirmata à Papa, non sit transitoria ad successores in Archiepiscopatu, c. veniens. de trãsac. quia satis ligat Georgium Archiepiscopum, cum ipse illam approbauerit conferendo iuxta tenorem alternatiuæ, & approbando collationes à Priori eius vigore factas, Aym. conf. 158. nu. 2. & 3. & conf. 159. n. 5. in fi. vltra, quod præter cõcordiã Prior est in quasi possessione conferendi per turnũ, quod solũ sufficit, vt collatio facta Petro fuerit valida c. cum olim. de causa poss. c. consultationib. de iure patron. &c.

724 Verum prædicta concordia † facta per Episcopum cum suo Capitulo, videbatur transire ad successores etiamsi non esset à Papa confirmata iuxta doctrinam Ostiensis in c. nouit. de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli, quam ibi sequuntur Io. And. Butrius, Card. & Imola, & glo. in Clementina secunda. §. fin. verb. Ecclesiam de rebus Ecclesiæ, & Rota decis. 756. nu. 3. p. 1. diuers. *& sum. Bullar. Quarant. verb. alienatio. nu. 6. in append. primæ editionis.* quod Episcopus de bonis, seu iuribus suæ mensæ Episcopalis potest donare, & alienare Capitulo sine solemnitate, quia non potest dici alienatũ ab Ecclesia, qđ semper in dominio Ecclesiæ retinetur, &c. ergo multo magis poterit facere concordiã cũ suo Capitulo super prouisione cõmuni, & simultanea diuidenda.

723 Respondetur tamen † prædictam doctrinam Ostien. esse dubiam, vt per Card. in d. Clem. 2. §. fin. d. q. & contra eam tenet Bonif. ibidem nu. 16. dicens, quod in eo, quod detrahitur à mensa Episcopali distincta à mensa Capituli, est alienatio, quam solus Episcopus facere non potest, vt c. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. & d. §. fi. & hoc videtur verius, & in proposito ita sentit Rota in dict. Oscen. Canonicatus & in Abulen. Canonicatus Pœnitentiariæ infra adducta c. 4. nu. 140. *Stante autem obseruantia concordiæ cum patientia successorum per longissimum tempus triginta annorum, præsumetur confirmatio iuxta d. vlt. p. c. a nu. 178. & Rot. in Fanentina iuris patron. instituendi & conferendi 4. Febr. 1585. coram Vicecomite, quæ est in nouis. Farin. decis. 638. & in Tirracouen. sacristiæ 9. Iun. 1600. coram Iusto, quæ est ibidem decis. 359. nu. 2.*

724 Sed prædicta doctrina, † & resolutio difficultatis propositæ, quatenus dico, quod facta concordia, & diuisione simultaneæ etiam non confirmata, intrat

alternatiua in turno, & prouiſione Epiſcopi pro tẽpore, quo concordia durat, videtur corruere ex traditis per Gonçalez poſt hæc ſcripta viſum d. gl. 45. §. 1. ex nu. 63. præſertim ex dec. Rotæ, quam refert in vna Columbren. Canonicatus 24. Maij 1599. coram D. Mellino in qua, vt ait, fuit reſolutum, quod quãuis fuiſſet facta diuiſio inter *Epiſcopum*, & Capitulum per choros, & deſuper eſſet inita inter eos concordia, quæ Apoſtolica confirmatione fuerat munita, nihilominus non intrabat alternatiua per Epiſcopum Columbren. acceptata ex duplici ratione per eandem deciſionem aſſignata; prima, quia in confirmatione Apoſtolica dictæ cõcordiæ aderat clauſula expreſſa, ſaluis reſeruationibus Apoſtolicis, & ſine earum præiudicio; & ideo ſicut ante concordiam nõ poterat Epiſcopus conferre, niſi in ſolis quatuor mẽſibus ordinarijs, ſic etiam, nec poſt cõcordiam, cum Canonic. dicta Eccleſiæ Cathedralis non ſint liberæ, ſed ſimultaneæ collationis, & alternatiua locum nõ habeat, niſi in Beneficijs liberæ collationis, ac dicta confirmatio Apoſtolica præſeruet præiudic. Sedis Apoſtol. ac ſaluet reſeruat. Apoſtol. ita vt ad hunc effectum eſſet perinde, ac ſi d. confirmatio obtenta non eſſet, & ideo alternatiua intrare nõ poterat; vnde quando dicta clauſula, ſaluis reſeruationibus, &c. appoſita fuerit in confirmatione concordiæ, in nullo caſu intrabit alternatiua, cum conſtet de voluntate Papæ nolentis includi. Bart. in l. ſi quis priore, nu. 3. ff. ad Trebell. Mohed. dec. 23. nu. 2. & 3. de Præbend. Secunda ratio fuit, quia Epiſcopus, & Capitulum nihil poſſunt facere inter ſe in præiudiciũ Sedis Apoſtolicæ, ad effectum, vt ex tali ſtatuto, vel concordia tollantur reſeruationes Apoſtolicæ menſibus, in quibus antea Epiſcopus prouidere nõ poterat propter ſimultaneam collationem; cum in poteſtate inferiorum, non ſit per eorum pacta priuata præiudicare reſeruationibus Apoſtolicis, vel illas diminuere c. cum inferior. c. quod ſuper his. de maioritate & obedientia. Clementina, ne Roman. de election. glo. & Bart, & alij in Authen. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imperatori offeren. Pariſ. conſ. 111. n. 6. lib. 1. Felin. pleniſſime in d. c. quod ſuper his nu. 1. vſque ad fin. Rota, quæ loquitur de ſimili turno, ſeu viciſſitudine deciſ. 3. poſt medium verſic. nec poteſt dici. de conceſſ. Præbend. in antiquior. Biſignetti: nam alias ſi poſſent facere, quod Beneficia ſimultaneæ collationis efficerentur liberæ collationis, vt intraret alternatiua in illis, daretur occaſio, vt facilis via aperiretur in eludendi in alternatiua Beneficia, quæ ſunt ſimultaneæ collationis, & eludendi diſpoſitionem regulæ noſtræ, ita dicta deciſione Columbren ſi.

725 Vnde reſoluit Gonçal. ibi, ex nu. 71. †quod, ſi agitur de diuidendis collationibus, vt commodius fiãt, & diſcordiarum euitetur occaſio, ſecluſo effectu reg. noſtræ, proculdubio valet concordia, & diuiſio, ex d. Clem. 2. verſic. & vt facilius de iure patron. vbi gl. & Dd. & d. cap. fin. de Præbend. in 6. & l. viæ, verſic. vſus. ff. de ſeruitutibus. & l. quoties, 14. ff. de vſufruc. & traditis per Boerium deciſ. 5. à nu. 2. Lamber. lib. 1. p. 2. art. 36. à nu. 6. Couar. pract. cap. 40. nu. 1. q. 2. & Cæſarem de Graſſis, deciſ. 3. de re iudicata. Si vero agitur ad effectum reg. noſtræ, ſcilicet, vt intret alternatiua in iſtis Beneficijs, quæ alias erant ſimultaneæ, & non liberæ collationis, quando concordia fuit per ſedem Apoſtolicam ex certa ſcientia confirmata, ſine vlla difficultate intrabit alternatiua, vt fuit deciſum in d. Salamantina alternatiuæ, & in dicta Salamantina Portionis; quando vero fuit confirmata cum reſtrictione illius clauſulæ, ſaluis reſeruationibus Apoſtolicis, & ſine illarum præiudicio, minime alternatiuæ locus erit, vt d. Columbren. Canonicatus, nec etiam erit ei locus, quando fuit confirmata concordia in forma communi dumtaxat, aut quando non fuit confirmata, niſi fuerit longo tempore obſeruata; nam ſtante longa conſuetudine, ſuper d. diuiſione, ſeu lib. collatione, alternatiuæ locus erit &c.

726 His tamen nõ obſtantibus †perſiſto in prædicta mea reſolutione, & adhuc exiſtimo, ſtante concordia, & diuiſione ſimultaneæ intrare alternatiuam in turno, & prouiſione Epiſcopi, etiamſi illa non ſit cõfirmata: nec obſtat, quod Epiſcopus, & Capitulum non poſſunt per eorum pacta præiudicare Sedi Apoſtolicæ, & eius reſeruationibus, &c. quia iſtud præiudicium venit in conſequentiam, & ſic non attẽditur ex reg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum pet. at. vbi Jaſ. ex nu. 3. Probus ad Monach. in c. cum in illis. nu. fin. de Præb. in 6. Ferretus conſ. 64. & 243. n. 3. cum alijs per Gonçal. d. gl. 45. §. 1. nu. 35. & cum Epiſcopus, & Capitulum in facienda huiuſmodi concordia, & diuiſione, vtantur iure ſuo, & permiſſione iuris, non videntur fraudem committere. l. nullus 56. ff. de reg. iuris cum alijs per gloſ. & Decium ibi.

727 Rurſus exiſtimo intrare alternatiuam, †quando concordia fuit confirmata cum clauſula, ſaluis reſeruationibus Apoſtolicis, & ſine earum præiudicio. Nam iſta clauſula non ponitur ad tollendam alternatiuam, ſed ad ſaluandas, & præſeruandas reſeruationes Apoſtolicas, ſiue octo, ſiue ſex menſium, & alias, ita vt per talem confirmationem non intelligatur dari ius in reſeruatis: & per illam clauſulam potius exprimitur id, quod de iure ineſt, & ſic nihil operatur. l. 3. ff. de leg. 1. & dicitur alias inf. 11. p. c. 5. n. 21. & 335. *In terminis autem deciſ. Egitanen. Canonicatus 5. Martij 1603. coram D. Ludouiſio in confirmatione concordiæ, per quam capitulum conceſſit Epiſcopo collationem Canonicatuum in ſuo turno, expreſſe ſtatuitur, quòd Epiſcopus non poſſit conferre, etiam vigore alternatiuæ, niſi in menſibus, in quibus capitulum conferebat; & ſic expreſſe excluditur alternatiua, &c.*

728 Et de materia turnorum in collationibus †Beneficiorum, vide Gonçal. d. gl. 45. §. 3. vbi de iſta materia in particulari agit, & aliquas q. tractat, & vide etiam dicta ſup. à nu. 233. *Et deciſ. 898. nouiſ. Farin.*

729 Septimo dubitatur, †ſuppoſito, quod electio perſonæ Pœnitentiarij quandocumque facienda ad ſolum Epiſcopum ſpectet, abſque conſenſu Capituli, collatio autẽ Præbendæ ab illis fieri debet, ad quos ante ſpectabat, iuxta declarationem S. Cong. Concilij, vt infra dicetur cap. 4. à nu. 137. an in Eccleſijs, in quibus collatio Præbendarum eſt communis Epiſcopi, & Capituli, vt in hac Eccleſia Abulen, & alijs, vacante Canonicatu, & Præbenda Pœnitentiariæ in menſe alternato, puta, Febr. April. Aug. ſeu Octobr. Epiſcopus virtute alternatiuæ acceptatæ poſſit eligere perſonam Pœnitentiarij, & illi ſit facienda collatio ab Epiſcopo, & Capitulo? & idẽ dubium eſt, vbi collatio Præbẽdarum eſſet totius Capituli, quod eſt quærere, an in Canonicatu, & Præbenda Pœnitentiariæ poſſit Epiſcopus gaudere alternatiua? nõ obſtãte

quod

quod collatio Præbendarum ſit communis Epiſcopi, & Capituli, vel ſolius Capituli. Et videtur, quod non; nam alternatiua eſt reſtricta ad Beneficia, quæ ſpectant ad liberam Epiſcoporum, dumtaxat, non autem aliorum cum eis diſpoſitionẽ. &c. vt in d. verbis reg. & in Pœnitentiaria, licèt electione perſonæ ad ſolum Epiſcopum pertineat, tamen collatio Præbendæ eſt communis, ſeu ſolius Capituli in prædictis Eccleſijs, vt ſupponimus; & ſic non poteſt dici ſpectare ad liberam Epiſcoporum duntaxat diſpoſitionem & ita hanc partem negatiuam aliqui tenent. *Et videtur ſupponi in declarat. S. Congr. Gerunden. & Calaguritan. quæ ſic ſe habent* 85.86.

730 Nihilominus† tamen verior videtur pars affir. nã conſiderandum eſt, quod Pñarius habet officiũ Pñarij, quod eſt principalius, & inſuper Præbendam Canon. illi vnitam, ſeu annexam, vt patet ex S. Concil. Trid. ſeſ. 24. de ref. c. 8. & dicet inf. 15. p. c. nu. 250. cũ ergo electio perſonæ Pœnitentiarij, & ſic diſpoſitio officij Pœnitẽtiarij, quod eſt principalius, ſpectet ad ſolum Epiſcopum, habebit in eo locum alternatiua, non obſtante, quod collatio Præbendæ annexæ ſit communis, ſeu ſolius Capituli: nam id eſt attendendum, quod eſt principalius, *l. cum in diuerſis, ff. de religion. & ſumpt. funer. & facit l. quæritur, ff. de ſtat. homin.* nec Capitulum poteſt conferre, niſi electo ab epiſcopo in Pœnitentiarium, & tunc per accidens, & in conſequentiam Capitulum fruetur alternatiua in collatione Præbendæ annexæ Pœnitentiario ex reg. l. 1. ff. de author. tutor. de qua per gloſſ. in §. ex non ſcripto verb. diuturni. inſtitut. de iure naturali, quod in conſequentiam, & per obliquum aliquid permittitur, quod aliàs principaliter, & directo denegaretur, & ex reg. l. Ariſt. ff. quæ res pignori oblig. poſſ. in fin. ibi, Sæpe enim, quod quis ex ſua perſona non habet hoc per extraneum habere poteſt. Et l. 11 communem. ff. quemadmodum ſeruitutes admittantur, quod ratione communionis quis conſequitur, quod per ſe non poſſet, & eſt in ſimili gl. fin. in c. vnic. §. verum, de iure patron. in 6. quam DD. ibi communiter ſequuntur, & alij inf. citati, c. vlt. nu. 210.

731 Et ita planè tenuit Rota† in vna Mayoricen. Canonicatus, ſeu Pœnitentiariæ coram Illuſtriſſimo Mellino, & coram Illuſtriſſimo Seraphino, in qua conſequenter, & conformiter ad iſta reſoluerũt Domini, vacante Pœnitentiaria in menſe Septemb. habente Epiſcopo alternatiuam, prouiſionem, & electionem Pñarij ſpectare ad papam ratione menſis Apoſtolici, nec valere prouiſionem factam ab Epiſcopo, & Capitulo, non obſtante, quod collatio præbendarum eſſet communis epiſcopi, & capituli. Licet in illa coram D. Seraphino, Domini videantur velle quod in illo caſu poſſet Epiſcopus, & Capitulum facere collationem præbendæ pœnitentiario electo à Papa, niſi ipſe Papa præueniret eligendo ſimul, & conferendo, quod mihi nõ placet: nã tunc nullo modo poſſet collatio præbendæ ad Epiſcopum, & Capitulum pertinere, ſed ad Papam vti ſequela, vt in illa coram D. Mellino, & in conſequentiam, ſicut quando vacaret in menſibus alternatis Epiſcopi, in conſequentiam collatio Præbendæ ſpectaret etiam ad Capitulum, & non ſolum in duobus mẽſibus, quicquid in illa coram D. Seraphino controuertatur, quæ deciſ. ſic ſe habent.

*Maioricen. Canonicatus 15. Nouemb. 1593. coram D. Mellino.*

732 Domini concorditer† reſoluerunt, non cõſtare de bono iure Matthæi. moti fuerunt, quia Epiſcopus acceptauit alternatiuam, & vacatio ſucceſſit in menſe Septemb. ideo prouiſio ſpectabat ad Papã, & non ad Epiſcopum, & Capitulum, à quibus ipſe fuit prouiſus; nec poteſt reuocari in dubiũ acceptatio alternatiuæ, & reſidentia Epiſcopi, quia de acceptatione conſtat in actis, & ex confeſſione Epiſcopi: reſidentia vero probatur ex prouiſione Matthæi, quæ eſt facta ab Epiſcopo in domo Capitulari Eccleſiæ Mayoricen. die ſequenti poſt vacationem; vltra quod abſentia Epiſcopi priuat ipſum commodo alternatiuæ, ſed non præiudicat Papæ, vt fuit reſolutum, in cauſa Fauentina Canonicatus 16. Decembr. coram R. P. D. Blanchetto. Non obſtat, quod alternatiua eſt reſtricta ad Beneficia, quę ſpectant ad liberam collationem ſolius epiſcopi, & collatio in Cathedralibus eſt communis epiſcopi, & Capituli Caſſad. dec. 22. de Præben. & licet electio perſonæ pœnitentiarij ſpectet ad epiſcopum, tamen collatio præbendæ pertinet ad eos, ad quos ante Concilium ſpectabat, vt in iſta cauſa Cong. Illuſtriſſimorum Cardinalium S. Concilij interpretum cenſuit, quoniam reſpondebant Domini hoc procedere, quando electio pertinet ad epiſcopum, non autem, quando vacatio contingit in menſe Apoſtolico, pro vt eadem Cong. cenſuit in cauſa Salamantina, & Tiraſonen. nominationis Pœnitentiarij; quia, cum præbenda, ſit vnita officio pœnitentiarij, collatio præbendæ, vti ſequela officij pœnitentiarij ſpectat ad papam, ad quem pertinet electio perſonæ pœnitentiarij gl. in ca. vlt. verb. datur, de reſcrip. in 6. Peregrin. dec. 40. lib. 1. Anton. Auguſt. tit. de vnio. §. 3. aliàs, ſi collatio præbẽdę ſpectaret ad epiſcopum, & Capitulum quando electio pœnitentiarij pertinet ad Papam, ſequerentur plura abſurda, ſecundum Dominos; primum quod prouiſio papæ redderetur eluſoria, ſi epiſcopus, & Capitulum alteri conferrent præbendam, quia electus à Papa ex collatione nullum commodum conſequeretur, ſecũdum quod eſſet neceſſarius duplex titulus, vnus à Papa, alter ab inferiore: tertium, quod præbenda eſſet vnita officio pœnitentiarij, & pœnitentiarius haberet ſolum officium ſine præbenda, & tamen vnitorum eadem debet eſſe diſpoſitio. Angel. in l. ſed ſi plures. §. filio. numero primo, & ibi Imola in princip. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. qui ex hoc inferunt ad eum, qui impetrauit eccleſiam, cui alia eſt vnita, vt non poſſit vnam ſine alia poſſidere. *Quæ dec. poſthæc eſt impreſſa in nouiſſ. Farinac. 695. ad fin. ſecundæ. Et in hac deciſ. reſpondetur ad declarationes S. Congregat. in cauſa Gerund. ſupra addu&a. numero 729. quod ibi non fuit quæſitum, an electio & collatio ſpectaret ad Papam, vel ad epiſcopum; ſed an electio Epiſcopi mutaret naturam collationis, præſupponendo electionem factam ab Epiſcopo; & in hac parte optimè fuit reſponſum non mutare, ſed collationem pertinere ad quos antea prouidebat. Similiter in declaratione Calaguritana ibi addu&a non quæritur, nec deciditur principaliter ſuper alternatiua, an intret vel non in pœnitentiaria, vt collatio eſt communis Epiſcopi & capituli: ſed ſuppoſito quod naçet in*

*quatuor menſibus inferiorum collatorum, deciditur electionem perſonæ pertinere ad capitulum, collationem vero ad Epiſcopum & capitulum, &c.*

## *In eadem coram D. Seraphino 24. Ian. 1597.*

57 FVit dubitatum ſuper validitate collationis Canonicatus, & Præbendæ Eccleſiæ Maioricen. vni tæ officio Pœnitentiariæ iuxta decretum S. Concilij Trid. ſeſſ. 24. c. 8. de refor. factæ per Epiſcopũ Maioricen. cum vacarẽt per obitum cuiuſdam Ant. Pellicer de menſe Sept. 1585. & in hoc verſabatur difficultas, quod Epiſcopus acceptauerat alternatiuam, & ſic menſis Sept. effectus erat Apoſtolicus; ideo dubitatur, an electio Pœnitentiarij ſpectaret ad Papam, vel ad Epiſcopum, & pro validitate deducebatur alternatiuam capere tantum beneficia, quæ ſpectant ad liberam Epiſcopi collationem, ſed in caſu propoſito electionem eſſe quidem Epiſcopi, ſed collationem ſpectare ad Epiſcopum & Capitulum, ideoque non habere locum alternatiuam, ita vt Papæ cõpetat electio & pro hac parte allegabatur quædam deciſ. S. Cong. Concil. in cauſa Gerund. contrariũ tamen in hac cauſa fuit reſolutum coram R. P. D. meo Mellino, & deinde coram me in præſenti cauſæ propoſitione confirmatũ; & moti fuerunt Domini hac potiſſimũ ratione quia ante collationẽ, quæ fieri debet per eos, ad quos ſpectat, neceſſe eſt, vt præcedat electio perſonæ valida, quæ electio ſpectat ad Epiſcopum ſolũ; verum cũ vigore alternatiuæ nõ poſſet Epiſcopus eligere in mẽſe Septem. qui eſt effectus Apoſtolicus, electio ſpectat ad Papam; nam in hac electione nihil habet commune Capitulum cũ Epiſcopo, & per conſequens neceſſe habet Epiſcopus, & Capitulum conferre ei, quem Papa elegerit, ideoq; Papa præueniẽdo eligit ſimul, & confert, nullumq; ex hoc fit præiudicium collatorũ qui electo conferre tenentur, & non alijs neq; obſtat deciſio in cauſa Gerund. quia nõ fuerat quæſitũ, an electio, & collatio ſpectaret ad Papã, vel ad Epiſcopum, ſed an electio Epiſcopi immutaret naturam collationis, præſupponendo electionem factã ab Epiſc, & in hac parte optime fuit reſponſum non immutare, quod eſt relicta facultas conferendi cui de iure competebat, ſed hoc vix locum habere poteſt in Papa, cũ Papa ſimiles gratias imperfectas facere non ſoleat, & ex hoc tollũtur omnia, quæ ex aduerſo allegantur; nã quod dicitur poſſe euenire abſurdũ, quod hoc pacto in duobus tantũ menſibus poſſet Capitulum conferre huiuſmodi Præbendã, & Canonicatũ, dato, quod hoc ſit verũ, non tamen eſſet inconueniẽs cum non reſpectu vnius, aut alterius Beneficij concedatur alternatiua, ſed generaliter reſpectu omnium, præterquam reſeruatorum, & ideo compenſatur præiudicium, quod ex accidenti oritur circa aliquod corpus Beneficij, cũ emolumento, quod Epiſcopus conſequitur ex adeptione duorum menſiũ, &, vt dictum eſt, hoc præiudicium Capituli non eſt conſiderabile, cũ omnino cogatur conferre ei, quẽ Epiſcopus elegiſſet. quare concluſum fuit collationẽ factã per Epiſcopum non fuiſſe validã cũ præcederet valida electio, quæ non præceſſit ex eo, quod illo menſe non poterat ipſe eligere, ſed ſpectabat electio ad Papã, & ita poſt trinas propoſitiones fuit per Dominos concluſum,

733 Præterea quando in Pœnitentiaria † ſolum conſideraretur Canonicatus, & Præbenda, cũ onere Pœnitentiarij, ſeu audiendi confeſſiones, ſicut in Præbẽda lecturæ deputata, ex decreto Concil. ſeſſ. 5. de reform. c. 1. ſolum conſideratur Canonicatus, & Præbenda, cum onere lecturæ adhuc Epiſcopus gauderet in ea alternatiua, ſuppoſito, quod ad eũ ſpectet electio perſonæ, quamuis collatio Præbẽdæ eſſet cõmunis eius, & Capitulis: nã ad hoc, vt intret alternatiua, ſufficit, quod Beneficium ſpectet ad liberã diſpoſitionem, vel electionẽ ſolius Epiſcopi, vt patet ibi, ad liberam ipſorum dumtaxat, vnde ſolũ conſideratur, quod ad Epiſcopũ ſpectet prima diſpoſitio Beneficij, quamuis ad alium ſpectet collatio, ſeu inſtitutio, vel confirmatio.

734 Et ſic ſi Epiſcopus habet † ius præſentãdi ad aliquod Beneficiũ ratione ſuæ Dignitatis, intrabit in eo alternatiua, non obſtante quod inſtitutio ad aliũ ſpectet, & etiam ſi eſſet in aliena Diœceſi, iuxta d. in 5. dubio n. 705. & ſic inſtitutio ſpectaret ad Ordinarium Diœceſis, vbi ſitum erat Beneficiũ, & idem in electione. *Quamuis in parochialibus, quarum collatio ad alios ſpectat, non gaudet Epiſcopus alternatiua, etiam ſtante Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 18. diſponente, quod in eis electio dignioris ex approbatis in concurſu ſpectat ad Epiſcopum, quia non ideo parochialis ſpectat ad electionem Epiſcopi ſed præſcribitur forma collatori, vt non poſſit conferre niſi electo ab Epiſcopo præuio concurſu. Quod patet primo, quia Epiſcopus debet eligere, & ſignificare perſonam electam collatori infra quadrimeſtre; & ſi infra iſtud tempus non eligit, aut non ſignificat, libera prouiſio, & omnimoda diſpoſitio remanet collatori, vt in conſtit. Pij V. de collat. paroch. At ſi parochialis ad collationem Epiſcopi ſpectaret, eo non eligente intra tempus, electio deuoluitur ad ſuperiorem, ſicut deuolueretur electio panitentiarij, & aliorum beneficiorum; eo vero infra tempus eligente, licet non ſignificante, electio valida maneret, nec tolleretur ius electo quæſitum, maxime per ipſum non ſtando.*

*Secundò quia alias huiuſmodi electio ad parochialem nõ tranſiret in cap. ſeu eius Vicarium ſede vacante, iuxta d. infra c. 8. à nu. 51. quæ tamen tranſit, vt inf. 9. par. c. 2. dub. 1. Similiter in parochialibus vacantibus in menſibus Apoſtolicis, ſeu alias reſeruatis, ſtatuit Concilium, & d. conſti. Pij V. quod Epiſcopus faciat concurſum, & eligat dignior, & ſignificet Papæ, vt ab eo illi conferantur, & cum parochiales alias ſpectant ad collationem Epiſcopi, mutat in eis alternatiua, ita quòd Epiſcopo acceptante alternatiuam, menſes Apoſtolici ſunt tantum ſex, & totidem ordinarij, vt in reg. & dictum eſt ſupra nu. 476.*

735 Cum ergo ad Epiſcopum † ſpectet electio perſonæ in Pœnitentiaria, quomodocumque illa conſideretur, intrabit in ea alternatiua quamuis perſonæ electæ ſit faciẽda collatio ab Epiſcopo, & Capitulo, ſeu à Capitulo ſolo, & ita dixi, & fuit practicatũ, in Pœnitentiaria huius Eccleſiæ Abulen. vacante de menſe Aug. 1606. per obitũ Doctoris Laurentij Cachon, Epiſcopo gaudente alternatiua, ad quã fuit per D. Epiſcopum electus D. Martin. de Aguierre Canonicus lecturæ Eccl. Segobien. & ei fuit facta collatio per Epiſcopum, & Cap. ad quos ſimul ſpectat collatio Præb, de qua tamen tanquam reſeruata ratione mẽtis fuit per Papam prouiſus quidam Rodetic. Gomeç. Toletanæ Diœceſis ſuper quo pẽdet modo cauſa in Rota.

In qua extraiudicialiter propoſita de ordine Illuſtriſſimi Cardinalis Arigonij Sanctiſ. D. N. Pauli V. Prodatarij, fuit poſt hæc facta ſequens deciſ. coram

D. Iuſto,

D. Iuſto. Abulen. Canonicatus Pœnitentiariæ Lunæ 7. Maij 1607. Canonicatus & Præbenda. cui eſt vnitum officium Pœnitentiariæ in Eccleſia Abul. vacarunt in menſe Auguſt. & vigore alternatiuæ acceptatæ Epiſcopus Abul. contulit Martino Aguierre, ſed S.D.N. contulit Roderico Gom. Vnde Illuſtriſſimus D. Prodatarius mandauit mihi vt proponerem in Rota punctum, ad quem ſpectaret huiuſmodi prouiſio, ad Epiſcopum, ſcilicet, vel ad Papã? Et eo propoſito, Domini cenſuerunt ſpectare ad Papam, ſi quidẽ electio perſonæ Pœnitent. vacante officio in menſe Apoſtolico, vel reſeruato, ſpectat ad Papam, vt Cong. Concil. cenſuit, & datum eſt decret. in ſummario, cũ igitur officium vacauerit in menſe Aug. Apoſt. tam electio quam collatio ſpectat ad Papam non obſtat alternatiua per Epiſcopũ acceptata, quæ facit de menſe Apoſt. ordin. quia effectus alternatiuæ ceſſat in his quæ ſpectant ad Epiſcopum ſimul cũ Cap. non ad liberam Epiſcopi collat. vt dixit Rota coram Illuſt. D. Card. Pamphilio, in cauſa Aſſiſien. Canonicatus 14. Iun. 1600. & corã me in Tarraconen. Sacriſt. 26. Iun. 1602. & ſæpe alias, hoc eſt in propoſito caſu. Non obſtat, quod electio perſonæ ſpectet ad ſolum Epiſcopum, vt S. Cong. Concil. cenſuit, & data eſt copia decreti, & Rota coram bonæ memoriæ Orano in alia Abulen. Pœnitent. 17. Aprilis 1589. idem cenſuerit, vnde ſequi videtur ad Epiſcopum ſolum pertinere, & intrare alternatiuam, vt in deciſionibus Maioricen. Pœnitentiariæ quæ dantur, vna coram Illuſt. D. Card. Mellino die 15. Nouem. anni 1593. alia coram Illuſtriſ. D. Card. Seraphino 24. Ian. 1597. nam reſpõſum fuit decretũ Congreg. & deciſa in cauſa Abulen. procedere ſtante vacatione in menſe ordinario: Nos autem loquimur de menſe Apoſtolico, & ſic, quando electio ſpectat ad Papam. In cauſa vero Maioricen. vacatio erat in menſe Sep. ordinario, ſed vigore alternatiuæ factus erat Apoſtolicus, ideo Papa elegit, & contulit, quia quando Papæ cõpetit electio perſonæ, cõpetit etiam collatio Præbendæ, vt colligitur ex eiſdẽ deciſionibus. Non obſtat dicere, quod in menſe Aug. eadem ratione concludendum videatur virtute alternatiuæ factũ eſſe ordinariũ, quia firma eſt reg. quod in menſibus Apoſtolicis electio ſpectat ad Papam, in menſibus vero ordinarijs ad Epiſcopũ, menſes autẽ Ordinarij ſunt 4. in quibus non negatur intrare poſſe alternatiuam & menſis Martij, & Sept. pertinebit ad Papam, vt deciſum fuit in cauſa Maioricenſis. vbi nõ deciditur, quod intret in menſibus Apoſtolicis. Et quamuis regulariter alternatiua procedat in menſibus Apoſtolicis, hoc euenit, quia de iure abſolute Epiſcopus habet proprium ius conferendi, quoad alia Beneficia, ſed ad electionem Pœnitentiarij habet tantum ius in menſibus ordinarijs, non in reſeruatis, vt dixit Congreg. Concil. & ideo non poteſt habere cõmunicationem alternatiuæ in Apoſtolicis, in quibus nullum habet ius, ſed tantum in ordinarijs, in quibus competeret, poteſt alternatiua, quoad electionem perſonæ, quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat; & conſequenter in menſibus Apoſtolicis ad Papam ſpectat electio perſonæ, & collatio Præbendæ & Canonicatus ex reg. reſeruatoria menſium, ex alternatiua acceptata Epiſcopus habebit duos menſes alternatos, in quibus poterit eligere, & ſimul cum Capitulo conferre, Papa vero ad alios duos menſes ad eligendum & conſecutiue, vel in ſequelam ad conferendum, vt in cauſa Maioricen. fuit deciſum, vbi coram Illuſtr. Seraphino ſublatum fuit abſurdum, quod allegabatur, ſcilicet, hoc pacto Capitulum poſſe ſolummodo conferre in duobus menſibus. Si autem in hac Pœnitentiariæ officij erectione, & vnione Canonicatus & Præbendæ, vigore Concil. Triden. facta plus iuris acquiritur Papæ, quam Epiſcopo non eſt mirum, quia plus eſt Papa, quam Epiſcopus, & ſic deciſum in hoc caſu prouiſionem ſpectare ad Papam.

Sed non obſtante iſta deciſ. perſiſto in ſupradicta ſententia, quod alternatiua intrat in Pœnitentiaria, etiamſi collatio Præbendæ ſit communis Epiſcopi, & Capituli, aut ſolius Capituli, nam cum electio perſonæ Pœnitentiarij, & diſpoſitio, & prouiſio officij Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum ſpectet, vt eſt deciſum, habebit in eo locum alternatiua, ad quam ſufficit, quod Beneficium ſpectet ad liberam diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem ſolius Epiſcopi, vt in reg. nec refert quod collatio Præbendæ ſit communis, vel ſolius Capituli, nam Præbenda eſt acceſſoria, & annexa officio Pœnitentiarij, & attenditur, quod eſt principalius, vt dixi; quamuis in Præbenda non vnita, ſed vnienda officio Pœnitentiarij etiam erecto, non haberet locum alterna. ſi eius collatio ad ſolum Epiſcopum non ſpectaret, quia tunc principaliter, & de per ſe conſideratur Præbenda, ex quo nondum erat actu vnita, & ſic vnio de prima vacatura non intraret, niſi in Præbenda vacante in 4. menſib. ord. iuxta d. infr. cap. 4. nu... & declarationes ibi adductas, quod ſecus eſt in Præbenda iam actu vnita, quæ non conſideratur de per ſe, ſed tanquam acceſſoria, & ſequela officij pro cuius dote datur; facit reg. acceſſorium, l. 6. & gloſ. in cap. fin. de reſcrip. eod. l. verb. datur, & ideo vacante Pœnitentiaria. ſede Epiſcopali vacante, etiam in menſe ordinario Capitulum non poſſet illam prouidere, quamuis collatio præbendæ pertineret ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, vel ad ſolum Capitulum, ſed eius prouiſio ſpectaret ad Papam priuatiue, ſtante regula ſecunda Cancellatiæ reſeruatoria Beneficiorum vacantium ſede Epiſcopali vacante, licet illa regula non reſeruet Beneficia ad collationem Epiſcopi cũ alio, vel alijs pertinentia, vt infra dicitur d. cap. 4. num... & deciſiones Maioricen. adductę ſunt plane pro noſtra ſententia; nam, ſi menſis Sept. ſtante alternatiua eſt Papæ, ſeu Apoſtolicus, conſequenter menſis Auguſti debet eſſe Epiſcopi, & ordinarius, vt æqualitas ſeruetur, nam vtrumque pendet ab eadem reg. & contrariorum eadem eſt diſciplina, & ratio; cognito enim vno de contrarijs, cognoſcitur & alterum, Euerar. loco 19. à contrarijs.

Nec ſatisfacit reſponſio Rotæ in d. dec. Abul. reſpondentis, quod firma eſt regul. quod in menſibus Apoſtolicis electio ſpectat ad Papam, in menſibus vero ordinarijs ad Epiſcopum, & quod menſe Ordinarij ſunt quatuor, in quibus intrare poſſet alternatiua, &c. & quod, quamuis regulariter alternatiua procedat in menſibus Apoſtolicis, hoc euenit, quia de iure abſolute Epiſcopus habet proprium ius conferendi, quo ad alia Beneficia, ſed ad electionem Pœnitentiarij habet tantummodo ius in menſibus ordinarijs, non in reſeruatis, vt dixit Cong. Concil. & ideo non poteſt habere communicationem alternatiuæ in Apoſtolicis, in quibus nullum habet ius, ſed tantum in ordinarijs, in quibus competere

poteſt alternatiua, &c. nam iſta reſponſio, ſalua pace tanti; tribunalis, certè corruit ex eo, quia ſicut ad alia Beneficia de iure abſolutè Epiſcopus habet proprium ius conferendi ſecluſa reſeruatione; ita etiam ad electionem Pœnitentiarij, de iure abſolutè habet ius in quibuſcumque menſibus ceſſante reſeruatione. Nemo etenim negabit, quod ſi Pœnitentiaria vacat Sede Apoſtolica vacante in quocumque menſe poſſit Epiſcopus eam prouidere, & Pœnitentiarium eligere. Nec contradicit d. S. Congreg. Concilij, quæ ſolùm fundatur in obſtaculo reſeruationis auferentis prouiſionem, & electionem Pœnitentiarij, alias de iure Epiſcopo competentem ex Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reform. cap. 8. ceſſante autem reſeruationis obſtaculo, non negat S. Cong. quod electio Pœnitentiarij abſolutè ad Epiſcopum ſpectet, immò id clarè ſentit in declarationibus adductis d. c. 4. vbi ait quod electio Pœnitentiarij quandocumque facienda ad ſolum Epiſcopum ſpectat ita interpretando Concil. d. cap. 8.

Nec eſt abſolutè verum, quod menſes Ordinarij ſint quatuor, nam ſtante alternatiua ſunt ſex, & ceſſantibus regulis per mortem Papæ, omnes ſunt Ordinarij, vt aliàs diximus. Rurſus declaratio S. Cong. non dicit, quod in octo menſibus electio Pœnitentiarij pertineat ad Papam, ſed indiſſinitè, quod in menſibus reſeruatis. Si ergo menſis Februar, Aprilis, Auguſti, & Octobris, non eſt reſeruatus propter alternatiuam conceſſam Epiſcopo, non obſtat d. declaratio.

Et ſi iſta reſponſio Rotæ eſſet vera, ſequeretur, quod etiam in Eccleſijs, vbi collatio Præbendæ eſſet ſolus Epiſcopi, non intraret alternatiua in Pœnitentiaria; nam declaratio S. Congreg. quæ generaliter ait, quod in menſibus reſeruatis, ſeu Apoſtolicis electio Pœnitentiarij ſpectat ad Papam, & non ad Epiſcopum, procedit etiam in Eccleſijs, vbi collatio Præbendæ eſt ſolius Epiſcopi, vt eſt indubitatum. Si ergo ex iſta declaratione non poteſt competere alternatiua in menſibus Apoſtolicis, ea non competeret etiam in Eccleſijs, vbi collatio Præbendæ eſſet ſolius Epiſcopi, quod tamen eſt omninò falſum, & contra mentem omnium. Et dicere, quod in Pœnitentiaria intret alternatiua in quatuor menſibus ordinarijs, & ſic, quod Epiſcopo non remaneant, niſi duo menſes, nempe Iunij, & Decembris, nullo modo poteſt ſtare nam id non eſt dare alternatiuam, ſed auferre ex quatuor menſibus ordinarijs duos, & alternatiua datur ad augmentum, nempè ad dandum ſex menſes pro quatuor, & ſic ad augẽdum duos menſes, inductum autem ad augmentum non debet operari diminutionem, & è contra. l. ſi mancipia. ff. de fundo inſtructo. l. legata inutiliter, de adimen. legat. Euerar. loco 103. ab ordinatione, num. 3. & quarto.

Præterea Epiſcopus habens alternatiuam, & reſidens in ſuo Epiſcopatu eſſet peioris, deterioriſque conditionis in Pœnitentiariã, quam non habens, aut non reſidens, quod videtur abſurdum, cum potius Papa per alternatiuam voluerit gratificare, non autem præiudicare, vt patet ex verbis regulæ, & quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum, vt eſt regul. iuris in 6. & habetur in l. nulla iuris ratio. ff. de legi. & in l. quod fauore. C. eodem, vbi dicitur, quod ad fauorem quorundam conſtitutum eſt quibuſdam ad læſionem eorum nolumus inuentum videri. nec poterit reſpõderi, quod compenſetur iſtud præiudicium, quod oritur circa Pœnitentiorum, cum adeptione duorum menſium in alijs Beneficijs, quia regula id non dicit. Secundo, quia augmentum illorum duorum menſium potius datur in compenſationem oneris reſidentiæ, vt ex ipſa regu. conſtat, & tradit Hieron. Gonçalez in ea gloſſa 43. num. 129. & ſic, ſi non poſſet intrare alternatiua ſex menſium in Pœnitentiaria remaneret Epiſcopus cum ſuis quatuor menſibus ordinarijs, ſicut in alijs Præbendis, & Beneficijs ſimultaneæ collationis. Rurſus Capitulo, cui auferebatur Collatio Præbendæ vacãtis officio Pœnitentiariæ in duobus menſibus, nulla fiebat compenſatio, & ſic non erat credendum Papam illi voluiſſe præiudicare, cum id non exprimat, le. 2. §. ſi quis à Principe. ff. nequid in loco publico, cum alijs per Gonçalez §. 4. proœm. num. 22. & gloſſ. 28. à numero 1. & quamuis Capitulum cogatur conferre ei, quem Epiſcopus elegerit, non ideo præiudicium iſtud deſinit eſſe conſiderabile, cum adhuc collatio iſta ſit actus iuriſdictionis, honoris, & præeminentiæ. Gonçalez. d. §. 4. proœm. à num. 27. tandem dici non poteſt, quod in hac Pœnitentiariæ erectione, & vnione Canonicatus, & præbendæ vigore Concil. Trident. facta, plus iuris acquiratur Papæ, quam Epiſcopo, vt dicitur in dict. decis. ad 6to. quia Concil. d. cap. 8. de Papa nullam mentionem facit, ſed ſolum de Epiſcopo, quamuis Papa ſaluum maneat ſuum ius concurrendi cum Ordinarijs, & ſtante reſeruatione priuatiuè prouidendi, &c. ex quibus apparet Rotam in d. decis. Abul. non loqui conſequenter ad deciſ. Maioricen. & ſtandum eſſe in reſolutione à nobis tradita, ſperoque Rotam melius informatam receſſuram eſſe ab iſta nouiſſima deciſ. Epiſcopis valdè præiudiciali. *Quamuis ſit poſtea confirmata, & comprobata per Rotam in alia cauſa Placentina Canonicatus pœnitentiaria 28. Maij eiuſdem anni 1607. coram eodem D. Iuſto, vt in dec. ſeq. dixerunt Domini, &c. Cuius deciſionis fundamentum, quod lectio pœnitentiarij non ſpectat ad Epiſcopum de iure communi, ſed quod Epiſcopo ſit conceſſa ſolùm in menſibus ordinarijs, & ſic excluditur alternatiua a menſibus Apoſtol planè conuincitur ex dictis, ex quibus apparet, electionem pœnitentiarij ſpectare ad Epiſcopum de iure cõmuni, Conc. Trid. d. c. 8. ſeſſ. 24. vbi inſtitutio, & electio pœnitentiarij abſolute Epiſcopo conceditur, non ſolum prima vice, ſed etiam quandocunque facienda, iuxta interpretationẽ Papæ, & S. Congreg. vt in dictis declarationibus adductis d. cap. 4. nu. 138. Quod vt magis explicetur, aduertendum eſt, quod reſeruatio menſium Apoſtolicorum in pœnitentiaria prouenit a reg. menſium, ſicut in alijs beneficijs: non ex. dici poteſt, quod proueniat a iure, ſeu Concilio, nam illud non facit talem reſeruationem, vt conſtat. Nec rurſus dicè poteſt, quod proueniat a declaratione S. Congreg. quæ non inducit reſeruationem, ſed alias inductam declarat obſtare prouiſioni & electioni Epiſcopi: quod comprobatur; nam S. Congreg. non ſolum loquitur de reſeruatione ratione menſis, ſed etiam alia quauis ratione, vt patet in declaratione infra adducta dict. ca. 4. numero 144. Cum ergo ſolum proueniat dicta reſeruatio a regu. menſium, dicendum eſt, menſes Apoſtolicos in pœnitentiaria ſine alternatiua eſſe octo, & cum alternatiua ſex, reliquos vero ordinarios, ſicut in alijs beneficijs ad liberam Epiſcoporũ diſpoſitionem ſpectãtibus. Et inde eſt, quod ſi epiſcopus, ſeu Prælatus eſt Cardinalis,*

*dimittis, in quo esset reseruatio mensium, vt in reg. ibi, Non tamen Cardinalium, vt dictum est supra a n. 34. & 624. potest prouidere penitentiaria in quocunq; mense vacantem.*

736 Octauo circa illa verba, † libere disponendi facultatem concessit, dubitatur, an ista facultas data Episcopis per alternatiuam intelligatur ita, vt prorsus sit sublata reseruatio de Beneficijs vacantib. in mensibus in 1. p. reg. reseruatis, an vero solummodo detur illis facultas prouidendi talia Beneficia, non obstante reseruatione, sine eius tamen extinctione, de qua agit Gonçal. 53. ex num. 26. & nos agimus sup. nu. 22. ibi vide.

737 Nono dubitatur, † an, si Episcop. qui acceptauit alternatiuam, obtinuit postea indultum à Sede Apostolica, vt possit conferre Beneficia vacantia in omnibus mensibus anni, per tale indultum sit visus renuntiare alternatiuæ; quam quæstionem mouet Gonçalez d. gl. 53. q. ex nu. 43. & concludit, quod nõ cum Capnotaquen. decis. 309. p. 1. & decis. 88. & 377. nu. 3. p. 2. & Anast. Germo. de indultis Card. §. volumus n. 11. nam alternatiua per regulam nostram concessa, non est incompatibilis cum indulto conferendi in omnibus mensibus, &c.

738 Decimo † circa amissionem alternatiuæ, de qua, in illis verbis, ac etiam voluit, vt si ipsi, &c. vsque ad illa, nullius essent roboris, vel momenti, quæ explicantur per Goncalez ex glos. 54. vsque ad 57. dubitatur, an eo ipso, quod Episcopus se intromiserit in prouisione Beneficiorum vacantium in mensib. Papæ, vel aliorum quomodolibet reseruatorum, seu affectorum, aut quominus prouisiones Papæ de illis effectum consequantur, impedimentum quoquomodo præstiterit, vsu, & beneficio alternatiuæ statim priuatus existat, & prouisiones illius prætextu deinceps faciendæ sint nullæ in quo dicendum est, quod sic, vt in d. versi. ac etiam voluit, expresse cauetur; nisi forte habuerit aliquam iustam causam excusationis, aut careat dolo, vt in decis. Aragoniæ. 23. in manuscriptis, quæ ait, quod si Episcopus, cui concessa est alternatiua, prouidit Beneficijs vacantibus in alijs mensibus per reg. concessis Ordin. qui menses propter alternatiuam efficiuntur Papæ, perdit alternatiuam, quia abutitur gratia sibi concessa; & in illa Cæsaraugustana 6. Mart. 1587. super adducta, sub n. 706 ad fin. & in vna Pistorien. alternatiuæ 17. Octo. 1558. coram D. Quiroga, & in vna Aurien. Canonicatus Cardinalatus 13. Ian. 1578. coram D. Brauo, & in vna Vicen. præceptoriæ. 14. Decemb. 1592. coram D. Blanchet. *quamuis Azored. conf. 13. nu. 1. dicat quòd cum priuatio alternatiuæ sit pœna, vt patet ex reg. qualibet causa excusaret, etiam non iusta, &c.* quas decis. non abs re erit hic ponere maxime quia d. Vicen. alia etiam continet circa hanc materiam alternatiuæ.

## *Pistorien. alternatiuæ 16. Octobr. 1558. coram D. Quiroga.*

739 QVidam Fantinus obtinens † parochialem S. Andreæ, & S. Ioannis de Angaria Diœcesis Pistorien. obijt vlt. mensis Iulij 1556. circa mediam horam noctis, & Episcopus Pistorien. die prima Augusti sequentis de dictis Parochialibus, tanquam vacantibus per obitum d. Fantini, cuidam Cæsari Vesasio prouidit, & successiue vacante Plebe Castrinoui de mense Augusti 1557. idem Episcopus vigore alternatiuæ de illa cuidam Thomæ Brimillo similiter prouidit, & quidam Fanerius illam à Papa impetrauit, & tandem introducta lite inter d. Fanerium, & Thomam possessorem pro parte Fanerij fuit obiectum, etiam de abusu alternatiuæ prætatæ, quia d. Episcopus prouiderat d. Cæsari de Parochialibus prætatis vacantibus vlt. mensis Iulij, Apostolici mensis, & quod per consequens non poterat d. alternatiua vti, & licet pro parte d. Thomæ fuisset dictum, quod per illam vnicam collationem Episcopus non perdidisset alternatiuam quasi fuisset modica contradictio, & allegatum fuit dictas Parochiales censeri vacasse de mense Augusti. licet nocte primi diei vacassent, & quod alias Episcopus veniebat excusandas, cum non esset in loco, vbi Fantinus obijt, & in dubio præsumebatur ignorantia, ex quo scientia non probatur. ad l. verius ff. de probatio. cum vulg. tamen his non obstantibus Domini fuerunt pro abusu, & priuatione, ex illa vnica collatione, & conditione alternatiuæ dummodo de collatione, & prouisione Beneficiorũ in reliquis sex mensibus reseruatis non se intromittat. Ripa l. 1. respon. cap. 8. nu. 2. Aym. consil. 138. n. 26. & in simili Bald. cons. 34. numer. 3. l. 2. Bertran. consil. 148. l. 1. in nouis. non seruans illius formam propter abusum perdidit illam facultatem, & est casus legis in fine eiusdem alternatiuæ, & tradit Socin. cons. 81. num. 8. l. 1. & cons. 262. num. 4. l. 2. Fel. cons. 4. num. 8. Tiraquel. de retractu. §. 8. glos. 7. numer. 15 pag. 452. Curtius Iun. cons. 137. num. 2. Ruin. consi. 28. num. 5. lib. 1. Probus in cap. vnic. in princ. de ætate & qualitate l. 6. & in cap. volentes, numer. 14. versic. absentiæ. de priuil. eod. l. & ad 1. dixerunt, quod per vnicam solam collationem Episcopus perdiderat alternatiuam, quia non fuit satisfactum formæ alternatiuæ, & propterea sufficit modica contrauentio. Socin. d. consil. 262. numer. 14. l. 2. Tiraq. d. glos. 7. numero 15. Gratus resp. 73. l. 2. Cagnol. in *l. si quis maior*, numer. 96. C. de transact. & de minimo tradit Decius in cap. de appellationibus, num. 2. cum seq. de appellat. ad 2. dixerunt, quod, cum obijsset circa mediam horam noctis vlt. diei Iulij, dicebatur obijsse in Iulio, totum illud tempus, quod est ante dimidiam noctem, attribuitur d. diei vlt. ad l. more Rom. & ibi Ias. & alios alleg. num. 14. ff. de ferijs, & c. 1. & 2. de ferijs, quod à vespera in vesperam Sabbata sanctificantur, intelligitur, quoad festiuitatem Sanctor. non autem, quod à vespera diei incipiat currere mensis. Et quoad reliquum de ignorantia, D. dixerunt, quod, cum Episcopus ad prouisionem teneretur ex necessitate officij scire vacationem, præsumebatur indagasse. ad tradita per Rom. cons. 481. num. 9. & in prouidente indigno, quod non excusetur à pœna, nisi sufficienter probet, ignorantiam, &c. innotuit elect. vbi Abb. col. 3. num. 9. versic. nec probari, & ad hoc, quod vigore scientiæ præsumptæ debeat quis priuari, tradit in specie Rebuf. in praxi, tit. pœnæ contra collatores indignis conferentes, nu. 1. & 2. & cum teneretur indagare, & scire etiam quod non sciuisset, præiudicaret sibi, ac si sciuisset, & per Decium in reg. qui cum alio num. 1. & 9. & Cagnol. nu. 11. ff. de reg. iuris, quod procedit etiam in eligente ad Beneficia, vt per Decium ibi, num. 3. præcipue, quia Episcopus erat in Diœcesi, & vicinus; propter quod præsumitur habuisse notitiam, cap. 4. & cap.

quoſdam de præſumptione & in terminis de ſcientia mortis Beneficiati, quod conferens cenſeatur ſcire, tradit Boerius conſil. 233. nu. 12.

## *Aurien. Canonicatus, Cardinalatus, 13. Ian. 1578. coram D. Brano.*

740 PRopoſita † cauſa Aurien. Canonicatus, Cardinalatus circa dubium, an Epiſcopus violauerit alternatiuam, & an Epiſcopus habuerit aliquam excuſationem, Domini dixerunt in caſu, & ad effectum, de quo agitur, ſatis conſtare de violatione alternatiuæ. Nam de acceptatione alternatiuæ ſatis conſtat ex inſtrumento. fol. 4. acceptata autem 1566. de violatione etiam apparet, cum de menſe Ianuarij 1567. Epiſcopus fecerit prouiſionem Canonicatus vacantis in perſonam Licen. Mota, qui menſis eſt Apoſtolicus, & de prouiſione ſatis conſtat ex inſtrumento in actis producto, cui Domini ſatis fidem adhiberi affirmabant, cum non ſit veriſimile, quod ſi res aliter ſe haberet, Epiſcopus voluerit ſe ſubmittere pœnis contentis in regula conceſſionis alternatiuæ, nec dubitabant de actu præſentationis, nam Ferdinan. Perez Procurator Phœbi Rodrig. petit, vt Alfonſus de Cæſar Notarius d. inſtrumenti collationis illud daret in publica forma, & Alfonſus Cæſar Notarius ait, quod ad petitionem partis d. Phœbi illud extraxit ab originali, cuius aſſertioni ſtandum eſt. argument. cap. ad audientiam. de præſcrip. & in l. ſi quis decurio. C. de falſis, Curtius Senior conſ. 49. num. 75. Decius 450. & 423. Alciat. reg. 3. præſump. 3. minus autem dubitabant Epiſcopum non habuiſſe aliquã juſtam cauſam excuſationis, nam indultum Innocen. non ſuffragatur; cum, licet non ſit in actis, ex eodem facultas tantum conferendi Præbendas Epiſcopo, & Capitulo, in caſu, in quo ipſi hanc facultatem haberent, datur, & quando prouiſi de Canonicatibus Eccleſiæ Aurien. Præsbyteralibus vigore expectatiuarum expectantium non ſe fecerint promoueri ad Sacerdotium, qui caſus nihil habet commune cum præſenti prouiſione, quia Epiſcopus ſolus fecit prouiſionem, tum etiam, quia non euenit caſus indulti, & ita prout ex diuerſis non eſt facienda illatio aliqua, argumen. l. Papinianus exul ff. de minor. minus etiam obſtat Concil. Prouinciale Compoſtellanum, quia in eo non dicitur, quod Epiſcopus poſſit in omnibus menſibus prouidere, ſed quod collatio fiat abillis, ad quos pertinet, & licet hoc non exprimeretur, ſatis deberet intelligi ex defectu poteſtatis ipſorum ſtatuentium; omnis etiam ceſſat difficultas, quia in indulto alternatiuæ expreſſe derogatur indultis, & priuilegijs quibuſcumque Put. deciſ. 164. l. 2. in ſimili caſu videndus omnino, cum fuerit acceptata ab Epiſcopo de anno 1566. non poteſt aliquam ignorantiã prætendere. argumento l. non eſt ferendus. ff. de tranſactione & l. vlt. ff. pro ſocio.

## *Vicen. præcentoriæ, 14. Decembris 1592. coram Domino Blanchetto.*

741 FVit per Dominos † reſolutum non conſtare Epiſcopum Vicen. amiſiſſe alternatiuam, cũ enim illam acceptaſſe ſit indubitatum, docendum eſt, vel de amiſſione propter contrauentionem claram, vel per renuntiationem Epiſcopi notam Reuerendiſſimo Datario, & acceptatam, quo enim pacto inducta fuit obligatio, eodem modo diſſoluenda venit. l. nihil tam naturale, de reg. iuris. de renuntiatione autem tantum abeſt, vt conſtat, quod immo ex literis ſcriptis per ipſum Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Aſcanio Columnæ, ſuper hac præcentoria apparet de contrario. Nec hoc caſu ſuffragatur mandatum, quia non fuit intimatum Illuſt. D. Datario, alias per mandatum ad renuntiandum alternatiuæ facile fieret fraus Summo Pontifici, cum in menſibus reſeruatis, occurrentibus vacationibus, renuntiatio in alijs menſibus acceptatio allegari poſſet, & ita ius ſedis Apoſtolicæ eſſet incertum, ad quam euitandam incertitudinem introductæ fuerunt regu. de publican. reſignationibus, & poſtea editæ conſtitutiones, & ex hac cauſa tollendæ fraudis fuit reſolutũ coram me, in cauſa Fauentina Canonicatus 16. Dec. 1585. quod menſis incepti reſeruatio ad fauorem ſedis Apoſtolicæ durabat, etiam Epiſcopo abſente, ne liceret Epiſcopis frui menſe ſibi conceſſo vigore alternatiuæ, & per receſſum fraudare Summum Pontificem menſe reſeruato. Quo vero ad contrauentionem; primo illa non probatur; Michael enim, qui venit obiectiue contra prouiſum Apoſtolicum, debet concludenter probare intentionem ſuam. Rota de exceptionib. in antiquis deciſ. 5. ſed ex allegatis per ipſum non conſtat clare, quod Beneficium Annuntiationis B. Mariæ Virginis ſit de iure patronatus, cum probatio ſit admodum turbida: ſecundo, dato, quod conſtaret Beneficium eſſe tale, non tamen probatur dolus Epiſcopi, qui requiritur ad effectũ amiſſionis iuris. Aymon conſ. 16. in fi. immo, cum ipſe cõtulerit illud vigore alternatiuæ, vti liberum, negari nõ poteſt dolum abfuiſſe, quo caſu ea, quæ ſonant in delictum, ſi animo non delinquendi committantur, pœnam non merentur, vt per Bart. in l. qui ea mente, n. 3. ff. de furtis, tradit Gabr. conſi. 166. in fi. lib. 2. nec refragatur, quod aſſerit illud fundatum à Petro de Quintana, quia cum ius patronatus poſſit amitti, ſeu extingui, non poteſt inferri ad ſcientiam prætenſam, quod ius præſentandi pertineret ad Rectorem Eccleſiæ de Gorto, quia potuit pertinere etiam ad laicum. Præterea requiritur, quod Papa acceptet iſtã amiſſionem, forſan enim potuit illam condonare, prout dicitur de Eccleſia, qua volente inducitur caducitas, Alex. conſ. 171. prope fin. lib. 2. & fuit ſæpe in Rota reſolutum, & quamuis contraueniens cadat ipſo iure, tamen requiritur declaratio. Felin. capitul. Rodulphus numero 35. de reſcript. non obſtat præſumpta ſcientia ex viſitatione deſumpta, quia præpollet præſumptio ignorantiæ ex actu poſitiuo collationis Beneficij, vti liberi, collecta, præſumptio. ſcientiæ, ex viſitationibus, non obſtant teſtes, quia ex literis Epiſcopi ſupradictis eorum probatio redditur debilis, quomodo enim poteſt dici probatum Epiſcopum noluiſſe niti iure alternatiuæ, ſi præcentoriam rogat impetrari pro Michaele, quia ad Papam collatio ſpectabat. & ex his ita deciſum fuit.

742 Illud autem, † quod in iſta deciſ. Vicen. dicitur requiri, quod Papa acceptet iſtam amiſſionem alternatiuæ, ſalua pace, mihi non placet. nam eſt contra verba ipſius regulæ. ibi ac etiam voluit, vt ſi ipſi, &c.

vſu,

vſo, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipſo priuati exiſtant, ac collationes, & aliæ diſpoſitiones de Beneficijs illius prætextu deinceps faciendæ nullius eſſent roboris vel momenti in quibus verbis ſatis declarat Papa velle, quod contrauenies ſtatim priuatus exiſtat vſu, & beneficio alternatiuæ, nec poſſit de ioceps vigore illius prouidere, & ſic non eſt neceſſaria alia declaratio, & acceptatio Papæ.

743 Et ceſſat exemplum † adductum de Eccleſia, qua volente inducitur caducitas, quia ibi non aderat huiuſmodi declaratio voluntatis; & pœna caducitatis non habet locum niſi Domino volente (cui forſan magis placebit ad penſionem agere) lib. 2. ibi, volenti, vbi gloſſa C. de iure emphit. & ibi Iaſ. à nu. 6. Caſſiod. deciſ. 2. & 3. de locato. Tiraq. in l. ſi vnquã verb. reuertatur num. 8. Iulius Clar. §. emphiteutis quæſt. 9. num. 1. Fla. Pariſ. de reſignatione Benef l. 6. quæſt. 3. nu. 24. Rota deciſ. 28 ſp. 2. diuerſ. & poſthæc Gonçal. gloſſ. 56. à nu. 50. cum alijs.

744 Præterea pœnæ † impoſitæ ipſo iure, ſeu ipſo facto, quæ conſiſtunt in mera priuatione, & non requirunt aliquam actionem, ſeu executionem poſitiuam, qualis eſt pœna, de qua hic, ſtatim incurruntur abſq; aliqua declaratione iuxta dicta inf. 11. p. cap. vlt. nu. 9. & ibi allegatos in pœnis etiam ipſo iure impoſitis, quæ requirunt aliquam actionem poſitiuam, qualis eſt pœna caducitatis, requiritur non ſolum declaratio voluntatis partis, in cuius fauorem apponantur, & quod petat, ſed etiam ſententia declaratoria iudicis iuxta dict. ibid. cap. vlt. & ibi allegatos ac Felin. in cap. Rodulphus. de reſcripe. nu. 35. & ſequenti, & Gigan. de penſio. quæſt. 78. quamuis, quod attinet ad caducitatem, quod non requiratur aliqua ſententia, vel declaratio iudicis, ſit communis ſententia, vt per Iul. Clar. d. quæſt. 9. Flamin. Pariſ. ſupra nu. 25. & Rotam d. deciſ. 28. nu. 4.

745 Rurſus requiritur, † quod Papa acceptet amiſſionem alternatiuæ prouiſiones per Epiſcopum interim factæ vigore alternatiuæ eſſent in pendenti ita, vt Papa acceptante poſtea amiſſionem cenſerentur nullæ à principio, ad tradita per Specul. de locato §. nunc aliqua verſ. 10. & Ang. ac Cinum, quos refert, & ſequitur Felin. in cap. de quarta nu. 33. de præſcri. & per Iaſ. in d. l. 2. nu. 17. & conſi. 29. n. 4. vol. 1. Tiraq. in d. cap. ſi vnquã, verſ. reuertatur. nu. 270. aliàs 221. Nauar. in Man. cap. 23. à nu. 104. & in propoſito Gõçalez d. gloſſ. 56. nu. 124. & ſeq. quod videtur inconueniens, maximè, quia collatio eſt actus legitimus, qui non debet eſſe in pendenti, nec vagari ſub incerto cap. 2. iuncta gloſ. de elect. in 6. Probus ad Monac. in c. tibi, qui de reſcrip. in 6. nu. 8.

746 Vnde verius videtur, † & conformius verbis regulæ, quod Epiſcopus contraueniens eo ipſo ſtatim amittat vſum, & beneficium alternatiuæ, & prouiſiones per eum deinceps factæ vigore illius etiam ante aliam acceptationem Papæ ſtatim ſint nullæ, & perinde ſit, ac ſi alternatiuam Epiſcopus nõ acceptaſſet, & conſequenter deinceps ei competant quatuor mẽſes ordinarij duntaxat.

747 Et poſthæc Gonçalez † d. gloſ. 56. vbi de hoc latè agit ex nu. 48. plura afferens pro vtraque parte, licèt de d. dec. Vicen. non meminit. in hanc ſentẽtiam magis adducitur nu. 124. ex communibus per eum allatis à nu. 119. nempè quia Papa, vt dixi, per regulã noſtram ſatis declarat intentionem, & voluntatem ſuam, vt Epiſcopus eo ipſo, quod abuſus fuerit alternatiua, illa priuatus exiſtat, vnde cum habemus iam claram expreſſam, & indubitatam, fruſtra eſt ea igẽda noua declaratio. l. 1. §. 1. ff. de act. empt. cap. ſi dubius. de appellat. cap. cum, qui. de reg. iuris in 6. Caputaquen. dec. 100. num. 2. p. 1. 2. qua nunquam vidimus, nec audiuimus, talem declarationẽ aliter factam fuiſſe, quam per regulam noſtram ſit, & ſic eſt maximum argumentum veritatis, quod neceſſaria non ſit. Lud. Gom. reg. de annali, quæſt. 2. nu. 2. verſ. nam, vt inquit Bald. Tertiò, quia eſſet abſurdum imponere Papæ hoc maximum onus declarandi de nouo in ſpecie cuilibet Epiſcopo contrauenienti, quod per legem Gonçalez, & expreſſam iam omnibus declarabit, maximè, cum eo ipſo, quod Epiſcopus acceptauit alternatiuam, cum cõditionibus, & grauaminibus in ea contentis iam habuerit pleniſſimam notitiam de intentione ac declaratione Papæ, ac ſeipſũ ſubdidit pœnæ abſque alia noua declaratione. l. Imperatores. 34. ibi, ipſe ſe huic pœnæ ſubdidiſſi. ff. de iure fiſci. Quartò, quia omnia per eum ſupradicta ex nu. 48. vſque 109. videlicet, quod omnis actus, & pœna intelligitur parte petente, & declarante, videmus eſſe extranea à caſu noſtro, nam illa procedunt quãdo nullitas, aut pœna adiecta tendit dumtaxat ad fauorem partis, aut inferioris abſque alia legis reſiſtẽtia, ſecus vero eſt in caſu noſtro, in quo regula noſtra expreſſa reſiſtit, ac proſus deſtruit, & annullat abſque aliqua de nouo declaratione faciẽda omnes collationes poſt contrauentionem factas, & non agitur de intereſſe alicuius perſonæ ſeu partis particularis, aut inferioris, ſed de intereſſe ipſius ſupremi Principis, & de fauore, ſeu iure publico. Paul. Caſtr. conſil. 259. nu. 11. 2. Decius in l. in ambiguis. 85. §. non eſt nouum nu. 11. & 12. ff. de reg. iuris. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 46. nu. 30. cum alijs adductis per eundem Gonçalez gloſſa 66. num. 50. hæ ſunt rationes Gõçalez non contemnendæ. *Et facit deciſ. Salmantina alternatiuæ ſupra addũcta nu. 691.*

748 Nec etiam requiritur ad huiuſmodi † amiſſionẽ alternatiuæ declaratio iudicis, ſeu ſententia declaratoria, vt inquit d. deciſio Vicen. ex Fel. in d. cap. Rodulphus, n. 35. nã, vt ſupra diximus, n. 744. pœnæ impoſitæ ipſo iure, ſeu ipſo facto, quæ conſiſtunt in mera priuatione, & non requirunt aliquam actionem, ſeu executionem poſitiuam, qualis eſt pœna, de qua hic, & pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, irregularitatis, inhabilitatis, & ſimiles, ſtatim incurruntur abſque aliqua declaratione, & ſententia, vt in d. c. vlt. 11. p. à n. 9. quamuis Gonçal. ſup. n. 126. & ſequ. dicat, quod quando contrauentio Epiſcopi non eſt ita notoria, & clara, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut controuerti, eſſet neceſſaria iudicialis declaratio citato, & audito Epiſcopo: quia licèt priuatio inducatur ipſo iure per regulam noſtram, nihilominus ſententia declaratoria requiritur p̃ æuia ſummaria cauſæ cognitione ſuper contrauentione, vel non contrauentione. cap. cum ſecundum leges. §. confiſcationis. de hæret. l. 6. gl. in c. quam ſit verb. eo ipſo de elect. l. 9. Bart. in Leius qui, nu. 3. ff. de iure fiſci Fel. ſupra, & in c. 2. nu. 1. de ſponſal. Conarr. in c. cũ eſſes. nu. 6. de teſtam. & in reg. peccatũ 2. p. §. 8. n. 8. Ber. Diaz reg. 543. vbi add. Salcedo Ant. Gabr. cõcluſ. 12. de criminal. & Tiraq. d. l. ſi vnquam verb. reuertatur. ex nu. 398. vſque ad 404. quæ declaratio retrotrahi-

trotrahitur ad tempus contrauentionis, vt ſupra dixit, nu. 125. &c. ſed quicquid Gonçalez dicat, iſta declaratio non eſt neceſſaria ad admiſſionem alternatiuę, ſiue contrauentio ſit notoria, ſiue non, quamuis vbi agitur de Beneficio, debeat contrauẽtio, & amiſſio alternatiuę concludenter probari per eum, qui in ea ſe fundat, vt dicitur in d. deciſione Vicen. & alias infra 6. p. c. 2. à nu. 223. & conſequenter iudex ſuper ea iudicare ſaltem tacite. Nec aliud volunt Felynus & Doctores citati.

749 Sed videtur, † quod, quamuis Epiſcopus violans alternatiuam in ſui odium, & pœnam, ſtatim amittat eam omnino, tamen ad gaudendum omnibus quatuor menſibus ordinarijs, etiam qui iuxta alternatiuam ſunt Papæ, vt Martij, & Septemb. oportet certiorem facere Papam, ſeu Datarium de amiſſione alternatiuæ, vel illi coram eis renuntiare, quemadmodum in acceptatione requiritur ad regulam omnis res. in decretalib. & l. nihil tam naturale. ff.... niſi Papa alias amiſſionem acceptaſſet expreſſe, & diſpoſitiue, tunc enim non eſſet neceſſaria alia certioratio, reg. eum qui l. 6. non tamen ſufficeret pro certioratione, quod Papa vſus eſſet amiſſione prouidendo ob illam ex narratiua impetrantis, ex illa enim non conſtat Papæ de amiſſione determinate, & certo quamuis pro declaratione Papæ requiſita iuxta ſententiam Rotæ in d. Vicen. id ſufficeret, Gonçalez ſupra d. nu. 124. qui tamẽ nu. 147. ait, quod Epiſcopus amittens alternatiuam ratione contrauentionis ſtatim redit ad quatuor menſes ordinarios, & Papa reliquos octo, prout prius ante acceptationem alternatiuæ cum Anton. Aug. in reper. verb. alternatiua Mandoſ. conſ. 21. nu. 2. *Et noniſſime fauet Rota in illa Sulmon. alternatiua adducta d. nu. 691. dicens id procedere, quia in hoc caſu adeſt conſenſus Papæ ab initio in conceſſione ipſius alternatiuæ, recedendi ab ea, ſequuta Epiſcopi contrauentione, &c. Vnde non obſtat ratio in contrarium adducta, & requiratur certioratio de amiſſione, ſicut de acceptatione: nam de acceptatione reg. eam expreſſe requirit, de amiſſione vero non; immo ab initio Papa eam acceptat. Sed certe adhuc videtur, Papam, cui, ſeu eius datario exhibita eſt acceptatio alternatiuæ, poſſe prouidere beneficia vacantia in dictis menſibus Martij & Septemb. qui iuxta alternatiuam ſunt ſui, dum ei non conſtat de illius amiſſione, non enim tenetur Papa eam diuinare; & cum de acceptatione alternatiuæ ſit certioratus, de amiſſione autem nõ, nullam in hoc facit iniuriam Epiſcopo; & alias prouiſiones à Papa factæ de beneficijs in dictis menſibus vacantibus tanquam reſeruatis, eſſent in incerto, & penderent ab hoc, an Epiſcopus violauerit alternatiuam, vel non, quod videtur inconueniens. Papa autem non prouidente, poſſet ſuſtineri prouiſio de beneficijs vacantibus in dictis menſibus facta ab Epiſcopo, qui alternatiuam amiſit, cum ceſſante alternatiua, prout ceſſat per contrauentionem, ei competant quatuor menſes; & ita procedet ſententia Gonçalez.*

750 Quando vero † Epiſcopus cõtraueniret, & violaret alternatiuam ex propoſito, & data opera in fraudem ad eximendum ſe ab alternatiua, de cuius acceptatione forſan eum pœnitebat, quamuis ſtatim eam amittat quoad ſe, & in ſui damnum, non tamen, quoad Papam, quia fraus, & dolus nemini patrocinari debet. c. ſedes. cap. ex tenore. de reſcrip. niſi Papa expreſſe eam acceptaſſe, nec tunc videretur ſufficere certioratio de violatione, niſi fieret etiam mentio de fraude, & animo, quo facta eſt, & nihilominus Papa eam admitteret, ad dicenda alias infra 8. p. cap. 3. à num. 94.

751 Sed ſubdubitatur, † quod remediũ habeat Epiſcopus, qui admiſit alternatiuam per contrauentionem, & violationem, ſi eam iterum habere velit, in quo dico debere recurrere ad Papam narrando qualiter, cum haberet alternatiuam acceptatam, eam amiſit per contrauentionem, & petendo eam iterum ſibi concedi de gratia ſpeciali, &c.

752 Tandem † circa hoc ſubdubitatur, an Epiſcopus, qui ſe intromiſit in prouiſione. Beneficiorum Papæ reſeruatorum propter ignorantiam reſeruationis, non enim ſciebat eſſe reſeruata, amittat ex eo alternatiuam? In quo breuiter reſp. diſtinguendum eſſe, quod, aut ignorantia reſeruationis prouenit ex errore facti probabili, vt quia, verbi gratia, Epiſcopus ignorabat defunctum, per quem vacauit Beneficium, fuiſſe officialem Papæ, aut familiarem Cardinalis, vel quia Epiſcopus veriſimiliter credidit defunctũ in longinquis partibus deceſſiſſe in ſuo menſe, quia fama de hoc erat, aut quia veriſimiliter exiſtimabat ſedem Apoſtolicam vacare, quia ita pro certo habebatur, & cõſequenter reſeruationem noſtræ regul. ceſſare &c. Et tunc non amittet alternatiuam, cum ignorantia facti eum excuſet, reg. ignorantia lib. 6. vbi gloſſ. & DD. Puteus deciſ. 361. num. 1. & 2. lib. 2. & ita poſt hæc tradit Gonçalez. d. gloſſ. 56. à num. 128. dicens, quod in his, & alijs ſimilibus caſibus Epiſcopus conferens Beneficium reſeruatũ, iuſtam cauſam excuſationis à pœna noſtræ regulæ habebit, nam ſemper ignorantia facti excuſat à culpa & conſequenter à pœna. gloſſa verbo ſi culpa vbi Gemin. num. 4. & cæteri in cap. ſi Beneficia. de Præbend. lib. 6. vbi loquuntur in terminis collationis de Beneficio reſeruato, & à pœna quælibet cauſa excuſare valet. l. igitur. § poteſt. ff. de liberali cauſa glo. 1. in cap. cum venerabilis. de conſuetudine. Mohed. deciſ. 4. de tranſact. & eo magis, quia alternatiua nõ eſt proprie priuilegium, ſed remotio obſtaculi, ac reductio ad ius commune, &c. & pœna per regulam noſtram ſancita tanquam odioſa eſt reſtringenda, & benigne interpretanda, &c. Et idem eſſet, ſi reſeruatio eſſet ſecreta, & particularis, cuius datur iuſta ignorantia. Feder. de permutat. Benefic. quæſt. 3. num. 6. & 7.

753 Aut ignoratia † reſeruationis prouenit ex ignorantia iuris, quia ignorabat reſeruationem in iure, aut in regulis Cancellariæ, & conſtitutionibus Apoſtolicis contentam, & tunc amittit alternatiuam, ſaltem in foro exteriori, quia ignorantia iuris non excuſat, vt in d. regula ignorantia. Puteus. d. deciſione 361. nu. 3. & deciſ. 363. lib. 2. & Feder. d. num. 6. & facit in ſimili doctrina gloſſæ verb. ſcienter in capit. eum qui. de Præbend. in 6. quam tenet Domin. conſ. 78. Boniſacius in Clem. gratiæ de reſcript. num. 13. & Probus ad Monachum in eod. capit. cum qui ſub num. 3. & Rota in Toletana Capellaniæ de Varaias coram Illuſtriſſimis Mantica, & Pamphilio, vt in deciſionibus infra adductis 11. p. cap. 5. à num. 222. niſi ſit ignorantia iuris dubij, & obſcuri, cuius error eſt probabilis, & iuſtus eſt, & æquiparatur errori facti. Bellam. de permutatione 11. p. quæſt. 4. & dicitur infra cap. 5. nu. 88. & videtur tenere in propoſito Gonçalez ſupra num. 130.

754 Dixi ſaltem in foro exteriori, † quia in foro conſcientiæ

ſcientiæ non videtur eam amittere, qui ex ignorantia iuris ſe intromiſit in prouiſione Beneficij reſeruati facere, & abſque malitia, & mala fide, ad tradita per Caiet. in ſumm. verb. præcepti tranſgreſſio in final. Armillam verbo præceptum, num. 8. Nauarrus in Manuali, cap. 23. num. 59. & dicta ſupra 3. p. c. 3. num. 66. dum non impugnantur prouiſiones per talem factæ vigore alternatiuæ.

755 Quamuis ignorantia iuris, niſi † ſit dubium, non excuſet à deuolutione, vt per Rotam in Gienen. præſtimonij, & Mediolanenſ. Beneficij infra relatis, 12. p. c. 2. num. 195. & 193. etiam in foro conſcientiæ, ex quo deuolutio inducitur nõ ob delictum, ſed ob negligentiam, quæ in ignorante ius dari videtur.

756 Ait tamen poſt hæc † Gonçalez d. gl. 56. à num. 141. quod, ſi à principio Epiſcopus habuerit iuſtam cauſam ignorantiæ, vel excuſationis. vt in caſibus ſupradictis, tamen, ſi poſtquam certificatus fuerit de reſeruatione, & quod nullatenus prouidere poterat, proſequatur ad viteriorem effectum ſuæ prouiſionis; veluti immittendo in poſſeſſionem ab eo de facto prouiſum, vel ſi fuerat ante ſcientiam immiſſus, non curauerit quantum in ſe fuerit intruſum à tali poſſeſſione remouere, vt poſſeſſio vacua remaneat, quominus Apoſtolicus prouiſus in illa capienda impedimentum habeat, intrat alternatiuæ priuatio. argumento cap. ſi Benefic. de Præben. in 6. & ibi DD. & Rota in Dertuſen. Parochialis 12. Februar. 1593. coram D. Penia ſupra adducta 4. p. cap. 3. num. 90. & quòd facit etiam, quod ſi obtenta Beneficia abſentis in impetratione eius nomine facta non narrentur, vt alias ſunt narranda, non propterea vitiatur gratia cum iuſta ignorantiæ cauſa adſit. Rota decis. 74. & 75. de reſcript. in antiquis. Felyn. in cap. ſuper literis. eodem tit. num. 7. tamen ſi abſens, poſtquam id ſcivit, vel ſcire debuit, nolit curare ſupplemẽtum dicti defectus, & gratiam perinde valere obtinere, ſed potius vtatur dicta prima gratia, tunc talis gratia minime illi ſuffragari debet per d. c. ſi Beneficia, & quod audit ita dixiſſe Rota.

757 Sed quãuis iſta ſententia † videatur vera in primo caſu, quando poſt notitiam reſeruationis Epiſcopus immittit, ſeu immitti mandat in poſſeſſionem à ſe prouiſum, eo quod impedimentum præſtat, quominus prouiſio Apoſtolica effectum conſequatur, tamen non placet in ſecundo caſu, quando immiſſum non curauit à poſſeſſione remouere, quia id in regula non dicitur, nec pœna eſt extendenda, reg. Odia. lib. 6. cum alijs.

758 Nec dictum cap. † ſi Beneficia. facit ad propoſitum, quia ibi agitur de amiſſione priorum Beneficiorum per retentionem aliorum de facto, quia paria ſunt illa de facto aſſequi, vel de facto retinere. ca. eum, qui. de Præbend. in 6. iuncto cap. ſæpe. de reſtitut. ſpoliator. nec ibi agitur de extenſione pœnæ. vnde etiam non facit ad propoſitum d. deci. Dertuſen. vbi agitur de amiſſione iuris ad Beneficium per retentionem poſſeſſionis de facto ſcienter, ſicut amittitur per intruſionem, & facit ad propoſitum quod dicitur in deciſionibus Salamantin. infra relatis nu. 778. ad fin. &c.

759 Nec obſtat ſimile † de impetratione abſentia nomine facta, non narratis eius obtẽtis, quia verius eſt talem gratiam ab initio non valere, & ideo requiritur ſupplementum d. defectus, & gratia perinde valere. Nec refert, quod iuſta ignorantiæ cauſa adfuerit in impetrante pro abſente, nam non eſt attendenda eius ſcientia, vel ignorantia, ſed ipſius principalis, pro quo impetratur, & ad cuius fauorẽ fit gratia. *Rurſus ſubdubitatur, an Epiſcopus violans alternatiuam, & ei contrauenions, eam amittat reſpectu beneficij in menſe alternatiuæ ante violationem vacantis, nondum prouiſi, ſed poſt. Et videbatur, quòd non, quia an beneficium ſit reſeruatum, vel liberum, tempus vacationis conſideratur, Rot. deciſ. 774. nu. 3. & 10. p. 3 lib. 3 diuerſ. & dictum eſt ſupra num. 22. & 631. & 634. & ſic cum tale beneficium ſecundum tempus vacationis non ſit reſeruatum, poterit ab Epiſcopo prouideri. Nihilominus contrarium videtur verius ex verbis regul. Ex quibus contrauenions eo ipſo vſu & beneficio alternatiuæ priuatus exiſtit, ac collationes illius prætextu deinceps faciendæ nullius ſunt roboris, vel momenti, Vnde, quamuis a principio beneficium non eſſet reſeruatum; tamen ex quo contrauenit alternatiuæ, non poteſt ea vti ad illud prouidendum, nec eius prætextu illud conferre; ſed ſtatim eſſet eius vſus, & beneficium, & ex tunc dictum beneficium manebit Papæ reſeruatum.*

760 Vndecimò dubitatur, † an Epiſcopus, qui ſe intromiſit in prouiſione Beneficij litigioſi contra c. 1. & 2. vt lite pẽden. in 6. amittat ex eo alternatiuam? & breuiter reſpondetur non amittere, nam Beneficia litigioſa non ſunt reſeruata, licet durante lite prohibeatur Ordinarius ea conferre, vt dictum eſt ſupra num. 133. & regula ſolum priuat alternatiua intromittentes ſe in prouiſione Beneficiorum reſeruatorum, vel affectorum; quæ pœna non eſt extendenda, vt ſupra num. 757.

761 Epiſcopus autem, † qui ſe intromitteret ſcienter in prouiſione Beneficiorum non reſeruatorum, quæ tamen ſunt per Papam prouiſa iure præuentionis ſiue valide, ſiue inualide, amitteret alternatiuam, nam licet non fuit alias reſeruata, tamen per appoſitionẽ manus Papæ manet affecta, vt ſupradictum eſt à nu. 138. & ſic intrat priuatio regulæ, quæ loquitur de Beneficijs reſeruatis, vel affectis.

762 Circa acceptationem alternatiuæ, † & modum, illius de qua in illis verbis, illi vero, qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, &c. vſque ad illa, tunc demum, & non antea, vt incipiant gratia ſupradicta, quæ explicantur per Gonçalez ex gloſſ. 58. vſque ad 65. videnda ſunt per nos dict. ſupra à num. 483. Duodecimo dub. an Epiſcopus acceptata alternatiua Romæ, verbi gratia, in fine Auguſt. ſeu in principio Septembr. ante habitam notitiam ipſius acceptationis, & recognitionis literarũ, poſſit valide prouidere in ſuis quatuor menſibus ordinarijs, verbi gratia, in d. menſe Septemb. an vero ſtatim illi ceſſent, & effectualiter incipiat gaudere alternatiua?

763 In quo Rota in vna † Seguntina præſtimonij 14. Decembr. 1592. coram D. Orano tenuit poſſe tunc prouidere in d. quatuor menſibus his verbis, minus [illegible] etiam intentionem Franciſ. circa intruſionem probant teſtes nam ex eorum depoſitione non liquet præciſe, de quo tempore præſtimonium vacauerit, quin potius conſtat Franciſ. de illo prouiſum ab Ordinario per tempus quinque annorum poſſediſſe, ac poſtmodum D. Hieronymo, via permutationis idẽ renunciaſſe; nec dicatur Epiſcopum 16. Sept. 1575. alternatiuam acceptaſſe, quia non propterea manus

illi

illi licuit ante habitant notitiam huiuſmodi acceptationis de illo prouidere, maximè cum tunc temporis in ſua Diœceſi non reſideret, vt bene deducunt infor mantes pro D.Hieronym.

764 Nihilominus tamen † contrarium verius videtur, ſcilicet poſt acceptatam Romæ alternatiuam, ſeu poſt receptionem, & recognitionem literarum acceptationis, etiamſi nondum illius notitiam habuerit, non poſſe Epiſcopum amplius vti validè quatuor menſibus ordinarijs, magis quam, ſi illius notitiam habuiſſet, ſed ſimul atque Romæ facta eſt acceptatio, ſeu recognitio literarum illius, ſtatim ei effectualiter competere alternatiuam, vt patet ex illis verbis regulæ, quibus ab eo receptis, & recognitis tunc demum, & non antea, vti incipiant gratia ſupra dicta, & ſic ſi, verbi gratia, facta eſſet acceptatio, ſeu recognitio Romæ in fine Ianuar. ſeu Sept. & in principio menſis ſequentis, qui eſt alternatiuus Epiſcopi, vacaret aliquod Beneficium, & illud Epiſcopus ſtatim prouidiſſet antequam ſibi conſtaret, & conſtare poſſet de dicta acceptatione, ſeu recognitione, prouiſio valida eſſet, vt poſt hæc tradit Gonçalez, gloſſ. 65.n.20. cum ergo ſtatim Epiſcopo competat, cum effectu alternatiua ſtatim ceſſabunt quatuor menſes Ordinarij, quantumuis Epiſcopus id ignoret, vt in vna Salamantina fructuum. 12. Maij 1583. & 20. Iun. 1586. coram D.Bubalo, & 3. Ianu. 1587. coram D. Gipſio, vbi habetur, Epiſcopum Salamantinum non potuiſſe prouidere de Cantoria vacante menſe Sept. 1571. cum tunc alternatiua eſſet Romæ acceptata ab eius procuratore, quamuis Epiſcopus id ignoraret, etiam tempore prouiſionis, &c.

765 Sed contra eſt primo, † quod Epiſcopus non habens notitiam acceptationis alternatiuæ, nullatenus ea vti poteſt, cum non ſit certus de ſua poteſtate, ſicut dicimus in iudice, quod debet eſſe certus de ſua iuriſdictione, aliàs actus non valet; ad notata in cap. cum in iure peritus. de offic. deleg. Rota dec. 21. de conceſſ. Præbend. in nouis. Achilles deciſ. 53. ſeu ſecunda de offic. Deleg. Rota deciſ. 69. par. 1. diuerſorum. Maſſa Galleſius ad formam cameralis obligationis. tit. de proceſſu. num. 4. & 5. & alij, & quod in collatione Beneficiorum conferens debet ſcire poteſtatem ſuam, & ex illa facere actum, dicunt Aym. conſil. 134. num. 4. & Mandoſ. regula 32. quæſt. 25. nu. 5. cum alijs.

766 Secunda, quod priuilegium † non operatur, nec habet effectum antequam innoteſcat priuilegiato, ſeu ante ſcientiam illius, cui conceditur. *Imola* Abb. Felin. nu. 7. tertia limitatione, & Decius 1. lectura à nu. 42. in c. 2. de conſtitutionibus, & Doctores in ca. 1. de conceſſ. Præben. in 6. Bart. Baldus, Albert. Iaſ. & alij in l. fin. ff. de conſtitutionibus Principum, & ibi Oroſcus, num. 23. & latè Tapia. Puteus dicens cõmunem deciſ. 19. & 145. lib. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 185. à num. 30. Rota deciſ. 14. p. 2. diuerſorũ. Molina de Hiſpanorum primog. lib. 2. cap. 7. nume. 98. & Thom. Sanch. de matrim. li. 3. diſput. 36. num. 2. *& nouiſſ. Suar. de legib. lib. 8. c. 25.* cum alijs, & ita ſe habet communis ſententia Legiſtarum, & Canoniſtarum, vt per Iaſ. nu. 46. & alios ſupra.

767 Vnde, vt intellexi, aliqui curiales † Romæ volunt Epiſcopum non poſſe vti alternatiua, antequam habeat notitiam acceptationis, ſeu recognitionis literarum, ac etiam recipiat fidem illius, &c.

768 Sed ad primum reſpondetur † Ordinarium habentem alternatiuam prouidere ex vi ſuæ poteſtatis ordinariæ ſibi competentis de iure, nam alternatiua ſolum remouet obſtaculum reſeruationis faciendo illos menſes ordinarios, vt ſupradictum eſt à num. 22. & ſic, licèt ignoret acceptationem alternatiuæ, per quam obſtaculum reſeruationis remouetur certus tamen eſt de fundamento ſuæ prouiſionis, quod eſt ordinaria poteſtas, quod videtur ſufficere, ad tradita per Ant. Gabr. concluſione 3. de executione rei iudicatæ, tertia limitatione, ex num. 10. facit deciſio. Putei. 488. lib. 2. quod tradit Rota deciſ. 1. de probatio. in antiquior. & 4. de offic. Deleg. in nouis, & ibi additio, & Felin. in cap. ſciſcitatus. de reſcript. nu. 12. verſ. fallit, & verſ. ſed dicas regulariter, & quod tradit Mandoſ. reg. 27. q. 16.

769 Vnde etiam reſpondetur † ad ſecundum, quod gratia alternatiuæ non eſt priuilegium, ſed remotio obſtaculi reſeruationis, & reductio ad ius commune, præſeruatioque ordinariæ iuriſdictionis. Mãdoſ. reg. 11. quæſt. 11. à nu. 3. Gonçalez gloſſ. 35. nu. 15. & gloſſ. 42. num. 13. & gloſſ. 56. nu. 137. & gloſſa 58. nu. 28. cum alijs, quos citat. Et ſic non requiritur notitia, & ſcientia illius, &c. Et eſto eſſet priuilegiũ

770 † non requireretur d. notitia, ex quo per Procuratorem, ſeu Nuntium acceptatur, ſeu potius exhibetur acceptatio Epiſcopi, ad Rotam. d. deciſ. 14. à nu. 2. Silueſt. verb. priuilegium, quæſt. 16. Emman. Rodriguez quæſt. reg. 1. tomo quæſt. 7. art. 6. *Aſor* libr. 5. inſtitut. moralium cap. 3. q. 5. & cap. 23. quæſt. 12. Thom. Sanchez. vbi ſupra, nu. 6. & Gabr. Vazquez 1. 2. diſput. 156. à num. 30. *& Suarez ſup. nu.* 10. *&* 15.

771 Præterea quoad † propoſitum dubium de prouiſione, in quatuor menſibus ordinarijs ante habitam notitiam acceptationis alternatiuæ, eſto Epiſcopus non poſſet validè prouidere virtute alternatiuæ ante habitam notitiam acceptationis ipſius, tamen ea habita poſſet prouidere Beneficia, quæ vacaſſent in menſe alternato poſt acceptatam Romæ alternatiuã licèt tempore vacationis non habuiſſet notitiam acceptationis, quia eſto ante habitam notitiam non haberet exercitium iuris alternatiuæ, habitu tamen illud haberet; ſicut dicitur de iudice delegato ante receptionem litterarum Felin. in cap. cum te, num. 21. de reſcript. & in dict. capit. ſciſcitatus, num. 21. & in cap. fin. de præſumpt. nu. 37. & dictum eſt ſupr. num. 349. ſed & priuilegium ſtatim etiam ignoranti competit, licèt non efficaciter, ſeu cum effectu. Decius ſupra num. 45. poſt Cardin. in proœmio Clem. verb. Vniuerſitat:. quæſt. 5. & Rota d. deciſ. 14. à num. 6. & Molina ſupra, quod ſufficeret, vt ſtatim ac acceptata eſt alternatiua, ceſſarent quatuor menſes Ordinarij.

772 Ex prædicta reſolutione † infertur ad aliam ſimilem quæſtionem, quam latè tractat Gonçalez §. 5. proœm. ex numero 95. an collatio de Beneficio vacante in menſe aliàs Apoſtolico, ſede Apoſtolica vacante, facta ab Epiſcopo vacationem d. ſedis ignorante, valeat: in qua ſimiliter dicendum eſt valere. Et omiſſis alijs fundamentis adductis per Gonçalez ibi ex num. 107. quæ non multum faciunt, ratio præcipua eſt, quia per vacationem ſedis Apoſtolicæ ſolum ceſſat obſtaculum, & vinculum reſeruationis, & nihil de nouo conceditur Epiſcopo, ſed vigore iuris communis, & ſuæ ordinariæ poteſtatis confert. Et

ſic

ſic nil refert ſciat, vel ignoret dict. vacationem ſedis, cum illa non ſit fundamentum ſuę prouiſionis, ſicut de alternatiua diximus. Et ita hanc ſententiam plane tenet Gloſſator Soto in regul. 9. Cancellariæ, vbi ait, quod ſi ſtaret in partibus, & vacaret ibi Eccleſia Cathedralis conſuleret, quod Canonici eligerent, & Archiepiſcopus confirmaret, quia tunc forte Papa eſſet mortuus, & valeret electio, & confirmatio, ceſſante reſeruatione per eius mortem, & quod, ſi eſſet Canonicus eligeret, (quamuis iſtud conſilium Gloſſatores ſit valde temeratium, iuxta dicenda infra, à num. 775. & in ſpecie, in qua loquitur, omnino falſum, & ſine fundamento, vt infra nu. 787.) refert, & ſequitur Gonçalez d. §. 5. proœmio, à num. 119. & num. 121. ait, quod propterea nonnulli Epiſcopi ſolent facere ſimiles prouiſiones de Beneficijs in menſibus reſeruatis vacantibus moti ex eo, quod tunc forte Papa eſſet mortuus, & ſublata eſſet de medio reſeruatio, nolleę tamen, quod hoc prætextu ſic prouiſus intruderetur, & quamuis poſtea conſtet de ſuperuiuentia Papæ, in intruſione, & peccato perſeueret, &c. ſed ego nunquam audiui, nec intellexi, quod aliqui Epiſcopi faciant tales prouiſiones, niſi quando creditur Papam obijſſe. Et ita etiam in prædicta quæſtione concludit idem Gonçalez, dict. gloſſa 65. num. 21.

773 Et conducit reſolutio Rotę, † quam refert Gonçalez. d. §. 5. nu. 115. in vna Calciaten. Canonicatus 6. Maij 1589. coram D. Seraphino. Vbi fuit dubitatum, an teneret prouiſio de quodã Canonicatu vacante facta à Capitulo Calciaten. in menſe ordinario in perſonam Ferdinand. de Palacios ex eo, quod conſtabat fuiſſe ſuſpenſum Capitulum ante dictam prouiſionem, & quod licet in curia fuiſſet dicto Capitulo iam conceſſa abſolutio de tempore factę prouiſionis, tamen dictum Capitulum illius notitiam habere non poterat. Et Rota reſoluit pro validitate collationis ex eo, quod dicta abſolutio ſuffragabatur etiam ante habitam illius notitiam. *Conducit etiã dec. 1. Pampil. illegitimitatis 5. Decemb. 1608. infra poſita 7. par, cap. 2. num. 40. ad 4. vbi d. deciſ. Calciaten. citatur. Quæ deciſ. Pampilon. eſt contra id, quod docet Suarez d. lib. 8. de legib. c. 25, nu. 26.*

774 Sed reſtat difficultas, ſtante † quod facta acceptatione alternatiuæ Romæ, ſeu recognitione literarum eius, valet prouiſio facta ab Epiſcopo de Beneficio vacante in ſuo menſe alternato, etiamſi tempore prouiſionis non haberet notitiam illius, an Epiſcopus, qui Romam miſit literas acceptationis alternatiuæ, & neſcit, an Romæ ſint receptæ, & recognitæ, vel nõ, licet ſecundum tempus elapſum poſſit eſſe, quod ſint receptæ, & recognitæ, an inquam, licite valeat prouidere de Beneficio tunc vacante in menſe alternatiuæ; quod, ſi forte eſt Romæ acceptata, ſpectat ad eius prouiſionem, alias non.

775 Et videtur, quod non. † Nam in dubio tutior pars eſt eligenda. cap. illud. de clerico excommunicato miniſtrante, late Gab. Vazquez 1. 2. diſputatione 65. & 66. & dicetur alias infra 7. part. capit. 2. à num. 11. & in caſu propoſito tutius eſt non prouidere, quam prouidere, quia non prouidendo, ſed expectando certiorationem nulli ſe periculo exponit, vt patet, prouidendo vero exponit ſe periculo vſurpandi prouiſionem ad Papam priuatiue ſpectantem ratione reſeruationis, & faciendi intruſum in Beneficio, atque adeo peccandi mortaliter; & qui ſe exponit periculo peccandi mortaliter peccat mortaliter, nam qui periculum amat, peribit in illo, vt eſt vulgatum.

776 Præterea ille eſt certus † de reſeruatione, & de acceptatione non habet certitudinem, etiam moralem, ſed ad ſummum ſolum eſt dubius, ergo non poteſt in dubio prouidere. Sicut, qui eſt certus de debito, & de ſolutione dubius, non poteſt deſinere ſoluere, quia non ſunt cætera paria, & æqua cauſa, & ius vtriuſque vt recte inquit Ludouic. Lopez inſtruct. conſcientiæ. 1. tom. cap. 132. & Gabr. Vazquez d. diſput. 66. num. 43. *Rebellus de obligat. iuſt. 1. par. lib. 2. quæſt. 14. num. 9. & 2. p. lib. 2. q. 2. num. 13. & Salas 1. 2. tract. 8. diſp. unica. ſect. 23. nu. 231. Tho. Sanchez in præcept. Decal. lib. 1. c. 10. & conducunt rationes in ſimili adductæ per Suarez ſupra num. 25.*

777 Rationes illæ † mihi videntur ſatis conuincere quando Epiſcopus ſimpliciter, & abſolute prouideret, poſſet tamen quando veriſimile eſt alternatiuam eſſe acceptatam, aut ſtante dubio, an ſit acceptata, vel non, prouidere ſub conditione ſi, & in quantum poſſum, ſeu ſub conditione, ſi alternatiua eſt perfecte acceptata; nam ſub iſtis conditionibus, cum ſint de præſenti, recte Beneficium conferre poteſt. Couarr. de Benefic. 4. part. cap. 3. num. 24. ſicut ſub conditione, ſi vacat, vel ſi eſt capax. gloſ. in c. 2. de elect. in 6. & ibi DD. & Francus nu. 4. & ſicut, ſi executor diceret, confero tibi tale Beneficium vacans, ſi de iure debetur, valeret collatio, ſi de iure debetur, alias ſecus, vt cum Innocentio inquit Francus ibi, quamuis cum Domin. contrarium teneat Felyn. in c. cum contingat de offic. deleg. nu. 15. quem ſequitur Rebuff. in concordatis, in forma mandati. verb. innodatus, de quo vide dicta infra 8. p. c. 2. à nu. 4.

778 Et ſimiliter Epiſcopus, † qui probabiliter dubitat, an alternatiua ſit iam Romæ acceptata per eius procuratorem, non poterit licite prouidere de Beneficijs vacantibus in menſe Martij, ſiue Septemb. niſi ſub conditione, quatenus alternatiua non eſſet acceptata, vt dicitur in dictis deciſionibus Salamantin. fructuum ſupra citatis num. 764. de Epiſcopo Salamantino, qui, cum non eſſet certus, an alternatiua fuiſſet in curia acceptata ab eius procuratore, quæ vere acceptata fuerat, prouidit de dicta Cantoria vacante menſe Septembr. 1571, quatenus alternatiua non eſſet acceptata, proteſtando quod ſuę intentionis non erat prouidere, quatenus illa in menſe reſeruato vacaſſet, & quod ideo non ſumpſit turnum, ſed jus illius ſibi præſeruauit, gl. fin. in cap. cum in multis de reſcript. in 6. Caſſad. deciſ. 10. num. 4. de conceſſ. Præbend. Maxime, cum prouiſus poſſederit poſtea ex nouo tit. ceſſionis prouiſi Apoſtolici, Puteus deciſ. 179. lib. 3. Achilles 1. de collatio. quamuis prouiſio nulla ſcienter facta turnum conſumat Roman. conſil. 339. num. 1. Puteus deciſ. 357. lib. 2. cum aliis allegatis: qui præterea loquuntur in eo, qui potuit dimittere habita notitia nullitatis prouiſionis, & nõ dimittit, ſed in facultate Epiſcopi non remãſit, quia functus officio ſuo fuerat, vt ille prouiſus inuitus dimitteret, &c. hæc in dictis deciſionibus.

779 Prouiſus autem ſic in † dubio non debet capere poſſeſſionem Beneficij donec de acceptatione alternatiuæ certitudo habeatur, & id debebit Epiſcopus cauere dicendo in titulo, & literis prouiſionis, quod

ei detur poſſeſſio, eum de verificatione conditionis conſtiterit, & non antea, ne forte intrudatur ſine vero titulo.

780 Vnde infertur, † quod Epiſcopus, qui probabiliter dubitat, an alternatiua ſit iam Romæ acceptata, ſimpliciter, & abſolute, prouidet de Beneficijs vacantibus in menſe Martij, ſeu Septembris amittat alternatiuam, ſi iam acceptata erat, quamuis contra teneat Gonçalez d.glo ſ.65.nu.22. & gl.56.nu.129. conferens autem virtute alternatiuæ, de cuius acceptatione, & recognitione Romæ facta non conſtat, eam non amittit licet nondum facta ſit, quia id in regula non cauetur.

781 Circa clauſulam, ſublata, † quæ cõtinetur in illis verbis, decernens ſi cui in prædictis omnibus per quoſcunque &c. iudicari debere, de qua Gonçalez glo ſ. 66. videnda ſunt per nos dicta infra 6.p.c.3.nu.81. & circa decretum irritans, quod eſt in fin. ibi, ac irritum, &c. de quo Gonçalez gl.67, & vltima, an liget ipſum Papam, vide ſupra nu.14. & an liget Legatũ, ſeu Nuntium, vide infra cap.3.ex num.45. & 133. & vide etiam ſupradicta ex num.407.

## §. 13. *De Regula.* 10.

### SVMMARIA.

*O Miſſa regula nona, quia non eſt reſeruatoria, &c. de qua, qui videri poſſint, reſtat regula 10. quæ hic ponitur, num.782.*

*Difficultas contra iſtam regulam, quod videtur ſuperflua ſtante conſtitutione, & declaratione perpetua Pauli II. cuius ratio eſt generalis, & omnia comprehendit, &c.nu.783.*

*Reſponſio, quod non eſt ſuperflua, cum clarius exprimat, numero 784.*

*Ineo iſta regula eſt minus ampla, quam dicta conſtitutio, quod loquitur de Eccleſijs, & Monaſterijs, ac Beneficijs, quæ tẽpore prædeceſſorum vacabant, illa verba etiam de Beneficijs vacantibus poſt illorum obitum. nu.785.*

*Illatio, & ſententia Gloſſatoris, quod, ſi Eccleſia Cathedralis vacaſſet poſt obitum Papæ, poſſet fieri electio, & confirmatio, & quod d.conſtitutio Pauli, non habet locum, neque loquitur in Epiſcopatibus, &c. num.786. quæ reprobatur num.787.*

*Tunc per reſeruationem Beneficia etiam ante vacationem ſunt affecta, cum reſeruatio facta eſt abſolute, & pure, & de Beneficijs certis, ſeu certarum perſonarum, ſeu cum reſeruantur ratione qualitatis Beneficij, vel perſonæ illa ſemel data tempore reſeruationis, &c.nu.788. cum vero reſeruatio eſt conditionalis, ſeu de Beneficijs incertis, ſeu ratione vacationis in incerto tempore ſeu certo modo non intrat, nec afficit niſi impleta conditione, &c.num.789. vbi refertur, quod tradit Gonçalez.*

*Attendendum eſt, an qualitas inducens reſeruationem ſemel detur ſtante regula, & tunc ſtatim reſeruatio intrat, & remanet inducta affectio, an vero non detur ſtante regula, ſed poſtquam illa expirauit, tunc reſeruatio non intrat, nec afficit Beneficium, num.790.*

*Prædicta doctrina eſt approbata per Rotam cuius deciſio ponitur, num.791.*

782 FInita iam regula 8. † de reſeruatione menſium, & alternatiua, & omiſſa regula 9. de literis in forma rationi congruit, expediendis, quia non eſt reſeruatoria, nec facit ad noſtrũ propoſitum, de qua videri poterunt Gloſſator antiquus Alfonſus de Soto, Rebuffus, & Mandoſ. ſuper ea, reſtat regula 10. quę agit de reſeruatione Beneficiorum facta per prędeceſſores, & affectione per eam inducta, & ſic ſe habet.

## *Declaratio reſeruationis Eccleſiarum, & Beneficiorum per prædeceſſores reſeruatorum.*

10 ITem declarauit omnium, & ſingularum Eccleſiarum Cathedralium, & monaſteriorum prouiſiones, quas prædicti prædeceſſores ſui, ordinationi, & diſpoſitioni eorum, nec non omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, quæ dicti prædeceſſores, etiã prędictæ diſpoſitioni, cum interpoſitione decreti reſeruauerant, quæ quidem Eccleſiæ, & monaſteria, nec non ſic reſeruata Beneficia tempore obitus eorundem prædeceſſorum vacabant, aut Eccleſię ipſæ, vel monaſteria huiuſmodi, ſi commẽdata, vel eis adminiſtratores deputati non fuiſſent, etiam tunc vacaſſent, remanſiſſe, & remanere per huiuſmodi reſeruationem, & decretum affecta, nullumq. de illis præter Rom. Pontificem ea vice ſe intromittere, vel diſponere potuiſſe, ſine poſſe quoquomodo, decernens irritum, & inane, ſi ſecus ſuper illis attẽtatum forſan erat tunc, vel in poſterum contingeret attentari.

783 Circa quã regulam ſtatim † ſe offert difficultas, quod videtur ſuperflua ſtante conſtitutione, & declaratione perpetua Pauli II. quæ eſt extrauagans ad Romani, vltimo de Præben. in communibus, & quamuis illa loquatur de Beneficijs familiarium, & collectorum, & ſubcollectorum, nec exprimat Eccleſias Cathedrales, & monaſteria, tamẽ ratio illius, ſcilicet effectus per reſeruationem, manuſque appoſitionem in eſſe productus, & quod Beneficiũ ſemel affectum ſemper manet affectũ, eſt generalis, & omnia comprehendit, atq; adeo ipſa conſtitutio eſt generalis. l. regula eſt §. fin. ff. de iuris, & facti ignorant. Euerar. in topicis iuris in loco à ratione legis larga, cum alijs, maxime, cum ſimus in declaratorijs.

784 Sed reſpondetur, † non eſſe ſuperfluam, cum clarius iſta exprimat, vt per Mandoſium hic, quæ apud eum eſt regul.9. quæſt.5. & 6. nam ſuperfluum non dicitur quando explicite, ac diſtincte declaratur, quod implicite erat diſpoſitum. Rota in Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus ſupra adducta nu. 332. propè fin. & Gonçalez gl.6.num.33. & glo ſ.51. num.96. cum alijs.

785 Quãuis in eo, † ſit minus ampla hæc regula, quã dicta extrauagans, quod hæc loquitur de Eccleſijs, & monaſterijs, ac Beneficijs, quæ tempore prędeceſſorum reſeruantium ſuæ diſpoſitioni vacabant, illa vero loquitur etiam de Beneficijs vacantibus poſt obitum prædeceſſorum reſeruantium.

786 Ex quo inferebat † Gloſſator hic. Quod ſi vacaſſet Eccleſia Cathedralis poſt obitum Papæ, & antequam ſucceſſor feciſſet reſeruationes Eccleſiarum Cathedralium, fieret electio, & confirmatio in forma iuris, illa valeret, &c. Et videtur ſequi Gon[illegible] §.5. proœm. num.93. & 119. vt infra num.[illegible] & ad d.extrauagantem reſpondet Gloſſator, quod non habet locum, neque loquitur in Epiſcopatibus, [illegible]

num

principalibus collegiatis, neque in monaſterijs, ſed in Beneficijs officialium, vel familiarium Papæ, vel Cardinalium, &c. Et quod in ea non fit mentio de Epiſcopatibus, &c.

787 Sed iſta ſententia eſt omninò falſa, † & contra d. extrauagantem, cuius ratio, vt dixi, eſt generalis, & omnia comprehendit, etiam Epiſcopatus, &c.

788 Aduertendum eſt autem, † quod tunc per reſer-
789 uationem Beneficia † etiam ante vacationem ſunt affecta, cum reſeruatio facta eſt abſolutè, & pure, & de Beneficijs certis, ſeu certarum perſonarum, vt Dignitatibus principalibus, Monaſterijs, Beneficijs familiarium, & officialium, &c. ſeu cum reſeruantur ratione qualitatis Beneficij, vt quia eſt Dignitas principalis, Monaſterium, &c. vel ratione qualitatis perſonæ, vt quia ſit familiaris officialis, &c. tunc ſemel data illa qualitate tempore regulæ, ſeu reſeruationis reſeruatio intrat, & afficit beneficium, ita vt maneat affectum, licet poſtea regula expiret, aut qualitas ceſſet, & ita procedit d. extrauagans ad Romani, & eius ratio. *Et ita etiam procedit quod ait Gonçalus Mendez Vaſconcell. diuerſ. iur. argum. libro 1. cap. 2. quod beneficia vacantia in menſibus reſeruatis non poſſunt conferri per ordinarium ſede Apoſtolica vacante, quia ſunt affecta, intelligitur enim de beneficijs vacantibus viuente Papa.*

790 Cum vero reſeruatio † eſt conditionalis, ſeu de Beneficijs incertis, ſeu ratione vacationis in certo tempore, ſeu certo modo, non intrat, nec vllum afficit Beneficium, niſi impleta conditione, & data certificatione, & ſuccedente vacatione illo tempore, ſeu modo tempore regulæ, ſeu reſeruationis, vt in reſeruatione Beneficiorum vacantium tali menſe, & Sede Epiſcopali vacante, &c. & ita procedit quod tradit poſt hanc Gonçalez dict. §. quinto proœmio 2. quæſt. a numero 76. vbi ait quod Beneficium, quod vacauit viuente Papa in menſe Apoſtolico, ex quo iam incidit in reſeruationem, manet affectum, nec per obitum Papæ ceſſat reſeruatio, vt in hac regula; Beneficium vero vacans in menſe aliàs Apoſtolico Sede Apoſtolica vacante, & ſic extincta regula menſium, non eſt reſeruatum, nec affectum, quia non vacauit ſtante regula, & ſic nunquam incidit in reſeruationem, qui tamen numero 93. & 119. malè videtur ſentire cum Gloſſatore hic, quod etiam Eccleſiæ, & Monaſteria, & alia Beneficia certa reſeruata per regulas non ſunt reſeruata, ſi vacant poſt obitum Papæ reſeruantis, ex hac regula; dum ſolum declarat durare reſeruationẽ Beneficiorum, quæ tempore obitus prædeceſſorum vacabant, &c.

791 Itaque in hoc † attendendum eſt, an qualitas inducens reſeruationem, ſeu ratione cuius inducitur reſeruatio, aut qualitates, ſi plures requiruntur, ſemel dentur ſtante, & vigente regula, & tunc ſtatim reſeruatio intrat, & remanet inducta affectio: an vero non dentur ſtante regula, ſed poſtquam illa expirauit, tunc enim reſeruatio non intrat, nec afficit beneficium, ex quo regula non eſt in rerum natura, nec amplius eſt reſeruatio, vt per Gemin. conſil. 93. n. 15. cuius dictum dicit veriſſimum Aeneas de Falcon. de reſeruatio 4. q. effectu 17. verſic. 4. eſt.

*Et ita* fuit reſolutum in cauſa mea Abulenſi parochialis de la Calcada 19. Nouembris 1593. coram *Domino meo* Cordubæ Epiſcop. Pacen. vt in deciſ. *ita* adducta cap. 5. nu. 91. & latius, & melius 28. Ianuarij 1594. coram eodem, vt in deciſ. ſequenti proposui plures cauſam, an hæc parochialis fuiſſet affecta diſpoſitioni Apoſtolicæ per regul. 1. Felic. recordat. Sixti Papæ Quinti & primam & 7. Greg. XIIII. & Domini fuerant diuiſi, ſed tandem fuit reſolutum, non eſſe affectam; primo, quia prædicta regul. 1. Sixti duas ſimul qualitates requirebat, quod mortuus eſſet Epiſcopus, & quod tunc Beneficia vacarent, vt oſtendit relatiuum, quæ, ibi, quæ poſt illorum obitum vacabunt; cuius natura eſt reſtringere ſubſtantiuum, cui adiungitur. Bartol. in leg. à filio. §. teſtator, & §. ſequenti de alimentis, & cibarijs legatis. Alexand. conſil. 29. num. 4. volum. 1. & ſic, vt regula intret, debebant concurrere ambæ qualitates viuente Papa Sixto. ad leg. ſi hæredi plures. de condition. inſtitut. Decius conſil. 524. num. 1. & cum mortuo iam Papa Sixto, eius regula vacauerit, non potuit cadere ſub reſeruatione regulæ, quæ tunc nõ erat in rerum natura, & ſic ex illa qualitate poſt obitum papæ proueniente non poteſt induci reſeruatio. Gem. conſil. 93. numero 15. cuius doctrinam veriſſimam dicit Aeneas de Falcon. de reſeruatio. quæſt. 4. 17. effectu verſ. 4. eſt, maximè, quia prædicta regula Sixti ſolum voluit comprehendere Beneficia poſt Epiſcopi obitum ſuo tantum tempore vacatura, vt ex proœmio regularum apparet. Secundo, quia cum dicta regula reſeruet Beneficia, quæ poſt obitum Epiſcoporum vacabunt, reſeruatio eſt conditionalis, ad leg. Stichus qui meus erit, & ibi Bartol, nu. 1. de legatis 1. l. nuper in fin. de legat. 3. Caſſador. deciſ. 3. de præbend. num. 11. Rota diuerſorum 225. num. 4. 1. part, quæ nullum potuit producere effectum in hac parochiali, in qua viuente regula non extitit illa conditio vacandi poſt obitum Epiſcopi, ſed mortuo iam papa, & eius regula vacauit, ad l. itaque 91. ſi certum petatur. l. cedere diem. de verbor. ſignificatione cap. 11. in fi. de ſponſal. in 6. Caſſad. d. deciſ. 3. nu. 14. Rota deciſ. 14. nu. 1. vt lite pend. in nouis. Innoc. in c. inter dilectos. num. 5. de exceſſibus prælator. Oldrad. conſ. 229. num. 14. Simoneta de reſeruat. quæſt. 60. ad fin. & ex his dicebant Domini tolli ex aduerſo deducta. & 1. illud fundamentum, quòd ex quo mortuus fuit Epiſcopus ante papam, inducta iam fuit reſeruatio, quia non ſolum hanc qualitatem, & conditionem, quod mortuus eſſet Epiſcopus, reſpexit regula, ſed etiam ſimul quod eo mortuo Beneficium ipſum vacaret: aliàs mortuo Epiſcopo omnia Beneficia remanerent affecta, & ſucceſſor nullum poſſet prouidere, quod eſt abſurdum: extrauag. vero ad Romani. de præb. inter communes, & deciſ. Gamb. 65. & adducta per eum in tract. de offic. legati li. 3. a nu. 180. & Samen. in reg. de infirmis q. 32. & in reg. de publican. q. 6. Simoneta q. 57. & alij ex aduerſo allegati procedunt in reſeruationibus de beneficijs certis, ſeu certarum perſonarum, puta familiarium officialium, &c. Dignitatum principalium Monaſteriorum, &c. in quibus militat ratio dictæ extrauagantis: effectus ſcilicet in eſſe productus per reſeruationem. Vnde Domini dicebant eſſe diſtinguendũ inter reſeruationem ratione qualitatis perſonæ, vt quia ſit familiaris officialis, &c. vel ratione qualitatis beneficij, vt quia ſit dignitas principalis, &c. inter reſeruationem ratione vacationis in certo tempore, vt in terminis iſtius regulæ, & regulæ mẽſium, vt in primo caſu: ſemel data illa qualitate, reſeruatio intret, & remaneat inducta affectio per illã,

quam-

quamuis poſtea regula expiret ex d.extrauagant.ad Romani; & ratio eſt, quia talia Beneficia reſeruantur pure, & ſimpliciter, & data illa qualitate, quod fuerint familiarium, Dignitates principales, &c. ſtatim in illis reſeruatio inducitur, & producit effectũ, cum adſit ſubiectum certum, & determinatũ, in quo fundetur reſeruatio, ex quo affectio naſcitur, & in his terminis loquuntur Gambarus, Sarnen. & alij allegati; & Caſlad. deciſ. 4. num. 6. de reſeruat, ſuppo-nit reſeruationem ſortitam effectum.

Secundo vero caſu, ſcilicet cum ſit reſeruatio ratione vacationis in certo tempore, cũ non reſeruentur Beneficia certa, ſed certificanda per vacationem ſuccedentem mortuo Epiſcopo, vt in propoſito, vel in certis menſibus, & incertum ſit an Beneficia ſint vacatura, & quæ; fac.le enim cõtingere poteſt, quod nullum vacet, reſeruatio talis non reperit aliquod Beneficium, quod ab initio inficiat, & propterea in 3
caſu iſto mortuo Papa antequam Beneficiũ per vacationẽ fuerit certificatum, nulla poteſt affectio conſiderari; nam appoſitio manus Papæ ſuper incerto non afficit ante certificationem, cap. dudum, verſic. conſiderantes, ibi. cum ſuper incerto. de Præben. in 6. Bellenz. de charitatiuo ſubſidio, quæſt. 123, nu. 10. verſic. ſed poſſet. Rota deciſio. 25, num. 4. de conceſſ. Præbend. in antiquis, & deciſ. 6. num. 7. eodem tit. in antiquior. quas allegat Simoneta. d. q. 60. num. 1. & 2. ſic intelligendus, & placuit Dominis ſimile de reſeruatione menſium, quæ, quia eſt reſtricta ad vacatura in tali menſe, ſi contingat vacatio in illo mor- 5
tuo Papa, licet eo viuente intrauerit, Ordinarius nihilominus poterit prouidere. Caputaquen. deciſ. 86. num. 3. par. 1. & 214. par. 2. Anton. Auguſt. deciſ. 61. lib. 1. de regulis autem 1. & 7. Gregor. XIV. Domini non curarunt, cum multo ante illas Parochialis, de qua agitur, eſſet collata, & ſic ſub illarum reſeruatione non ſit comprehenſa.

## De Concilio. Cap. II.

### SVMMARIA.

*De Concilio generali, an poſſit Beneficia conferre, & qui id tractant, num. 1.*

*Concilium, in quo Papa præſidet, poteſt Beneficia conferre ſecundum Seluam, Coraſ. & Duar. & ſecundum Zecchum Concilium generale legitime congregatum probabiliter Beneficia conferre poteſt; textus, quem allegat, id non probat, num. 2. quando vero Concilium eſt congregatum ſine Papa ratione ſchiſmatis, non poterit Beneficia conferre ſecundum Seluam cum Abb. num. 3.*

*Secundum auctorem abſolute Concilium non poteſt Beneficia* 6
*conferre, niſi Papa id ei ſpecialiter permittat, licet poſſet Papa, ſi vellet, in Concilio facere promiſiones Beneficiorum, num. 4.*

*De poteſtate Papæ & Concilij qui ſint videndi. num. 5.* 7

*Collegium Cardinalium Sede vacante non poteſt Beneficia cõferre, num. 6.*

*Concilium Prouinciale non poteſt conferre Beneficia Prouinciæ, nec Diœceſanum Beneficia Diœceſis, niſi quatenus, ad cuius diſpoſitionem ſpectant, id permitteret, num. 7.*

1 POſt Papam ſecundo loco agendum eſt de Concilio generali, an poſſit Beneficia conferre? † quam quæſtionem tractant Abbas quæſt. 1. ad 4. dubium 21 num. 29. Selua de Beneficijs 2. part. quæſt. 2. Coraſ. 2. part. cap. 3. Durandus, eodem tractat. lib. 3. cap. 3.

In qua quæſt. Selua Coraſ. & Durand. ibi dicunt 2
† quod Concilium, in quo Papa præſidet, poteſt Beneficia conferre iuxta illud actorum Apoſtolorum capitul. 1. vbi Matthias fuit electus in Concilio, ſeu congregatione, in qua erat Petrus, & quia, vt inquit Coraſius, ſicut ſolus Papa poteſt Beneficia conferre, ita Concilium Papæ præſentia, authoritateque ſuffultum. *Sequitur Lopez inſtitut. moralib. 2. par. lib. 6. cap. 25. quæſt. 2.* Et Zecchus de Beneficijs & penſio. Eccleſiaſt. cap. 2. ait, quod Concilium generale legitime congregatum probabiliter Beneficia conferre poteſt argument. cap. cum in cunctis. in princip. de electione. qui tamen tex. id non probat.

Quando vero Concilium † eſt congregatum ſi- 3
ne Papa ratione ſchiſmatis inquit Selua cum Abbat. ſupra, quod tunc non poterit Beneficia conferre.

Mihi vero abſolute † dicendum videtur Conci- 4
lium non poſſe Beneficia conferre, niſi Papa id ei ſpecialiter permittat, non enim ad id congregantur Concilia, nec de iure habent talem poteſtatem; poſſet quidem Papa, ſi vellet, in Concilio facere proui-ſiones Beneficiorum, ſicut fecit B. Petrus in illa electione B. Matthiæ, & ita tenet Abbas ſupra numero 34.

Et de poteſtate Papæ, & Concilij † videndi ſunt 5
Turrecremata, Cataldus, & Card. Albanus de poteſtate Papæ, D. Anton. 2. par. ſummæ titul. 3. cap. 11. *& maxime 3. par. tit. 22. & 23. Cano de locis lib. 5. & 6.* Caietan. opus de poteſtate Papæ, Victoria in relectione de poteſtate Papæ, & Concilij, Francus. Turrianus eod. tract. Corduba lib. 4. quæſt. 1. cum ſequentibus. Bannes, Arragon. & alij 2. 2. quæſtione 1. art. 10. & Valentia 3. tom. diſputat. 1. quæſt. 1. Cardinal. Bellarminus, qui optime 1. tom. controuerſia 4. lib. 2. ſeu 2. tom. controuerſ. 1. *Poſt Bellam. Aſord. 3. par. lib. 4. & 5. per plura capita*, D. Nunno 3. par. in addit. quæſt. 20. artic. 3. *Zecchus in tract. Theolog. tract. de Concil. & de Romano Pontifice*, D. Cardin. Tuſch. a concluſ. 549. ad 557. liter. C. & à concluſ. 40. ad 8. lit. P. *Valençuela Velazquez in defenſione monitorij Pauli V. p. 1. 6.* Decius Beroius, & alij in cap. 1. de conſtitut. & relati per Felyn. in capitul. nonnulli de reſcript. num. 3. Selua dict. quæſtione 2. Iacobatius, & Alaus de Concilijs. Coraſ. ſupra. Cucchus in inſtitut. maior. libro 2. titul. 2. & 3. Burſatus conſilio 109. libro 1. & Granutius ad Simonetam de reſeruatio. quæſt. 14.

Collegium autem † Cardinalium Sede vacante 6
non poſſe Beneficia conferre manifeſtum eſt cap. vbi periculum, de elect. in 6. & Clem. ne Roman. eodem titulo Coraſ. ſupra & alij.

Similiter etiam † Concilium Prouinciale non po- 7
teſt conferre Beneficia Prouinciæ, nec ſinodale, ſeu Diœceſanum Beneficia Diœceſis, niſi quatenus, ad cuius diſpoſitionem ſpectant, id permitteret, quia de iure non datur eis talis facultas, nec ad id congregantur.

De

## De Legato. Cap. III.

### SVMMARIA.

DE Legato an possit Beneficia conferre, & de eo, & eius officio, & potestate qui agunt nu. 1. & qui de eius potestate in conferendo Beneficia, num. 2.

Legati alij sunt à latere, alij missi, seu constituti, alij nati, & qui sint ij num. 3.

Legati à latere possunt conferre Beneficia suæ Prouinciæ, nu. 4. ex priuilegio, id est prærogatiua, præ alijs Legatis, quam potestatem habent a iure statim quod sunt Legati à latere, nu. 5. & sic iure ordinario etiam in Beneficijs exemptis, & iure Legationis, non in genere, sed in specie, quicquid Glossat. & alij dicant à nu. 6.

Licet sint Ordinarij, tamen sunt Ordinarij superinducti & non naturales, & sic odiosi, nu. 9.

Prouisus à Legato iure Legationis, & vt Legato, non dicitur prouisus authoritate Apostolica nu. 10. & 11. tamen prouisio Legati dicitur prouisio Sedis Apostolicæ, & appellatione Sedis Apostolicæ, venit Legatus, nisi proferatur in materia soli Papæ reseruata, aut cum dictione taxatiua, ex eo, quod Legatus in sua Prouincia vices Sedis Apostolicæ gerit, nu. 12. & 13.

Ideo litteræ Legatorum dicuntur Apostolicæ, nu. 14. & etiam prouisus à Legato potest dici prouisus authoritate Apostolica, saltim large, nu. 15.

Infertur ad clausulam Breuium de capienda possessione, amotis quibuscunque detentoribus, quod si dicatur, non tamen prouisis à Sede Apostolica, vel etiam, authoritate Apostolica, præseruentur etiam prouisi à Legato, seu Nuntijs, etiam si prouiderent authoritate ordinaria Legationis, num. 16.

Legati à latere possunt conferre Beneficia etiam de iure patronatus Ecclesiastico nu. 17. etiam non facta mentione, nec derogatione d. iuris patronatus, nu. 18.

Possunt etiam conferre Beneficia spectantia ad collationem exemptorum, & etiam si Beneficia ipsa sint exempta, Legatus cum est Ordinarius exemptorum, nu. 19. & 20.

Possunt etiam conferre Beneficia, licet eorum collatio sit ad Sedem Apostolicam deuoluta. nu. 21.

Illatio Gambari, quod Legato non currit tempus sex mensium ad conferendum, sicut currit alijs Ordinarijs, nu. 22. in quo tamen Lapus contra tenet, nu. 23 sed Card. Imola, & alij concordant, quod licet ei currat tempus, tamen poterit conferre deuoluta ad Papam, siue alium suæ Prouincia etiam ex propria negligentia à nu. 24. & 25. sed cum possit conferre deuoluta ex propria negligentia, verius videtur non currere sibi tempus, num. 26.

Legatus potest conferre Beneficia suæ Prouinciæ, quamuis deuoluta ad Prælatum extra suam Legationem contra communem, nu. 27. quia Legatus potest conferre Beneficia suæ Prouinciæ spectantia ad collat. Clericorum alterius Prouinciæ, nu. 28. nam in materia collationis attenditur locus, vbi situm est Beneficium, & non locus, vbi est persona, ad quã spectat collatio, & attenditur Beneficium, non persona negligens, num. 29.

E conuerso Legatos non potest conferre Beneficia, quæ essent extra Prouinciam, & per deuolutionem, vel alias spectarent ad collationem alicuius Prælati de Prouincia contra aliquos num. 30.

Cum Legatus non habeat facultatem conferendi Beneficia existentia extra suam Prouinciam, eius prouisio non præstat titulum coloratum, nisi constet esse intra limites suæ Legationis num. 31.

Legatus non poterit conferre Beneficia ad Episcopum deuoluta ex negligentia Prælati regularis exempti, cum Episcopus ea conferat authoritate Apostolica, & vt delegatus Papæ, nu. 32. & 33. poterit tamen illa conferre ante deuolutionem factam ad Episcopum, & post deuolutionem ab Episcopo factam ad Papam, num. 34.

Legatus potest Beneficia vacatura suæ reseruare collationi cũ modificatione tamen, & ea, quæ potest conferre, nu. 35. & 36. vbi qui agunt de hac, & hodie solum potest facere reseruationem specialem, num. 37.

Licet possit Legatus reseruare Beneficia vacatura etiam pro certa persona, ei tamen nullum ius quæritur, quia non potest dare ius ad vacaturum nu. 38.

Potest Legatus ista facere existens etiam extra suam Prouinciam, nu. 39.

Legatus de latere in sua Prouincia concurrit sicut & Papa in collatione Beneficiorum cum quolibet Ordinario, & inter eos est locus præuentioni, etiam in mensibus Ordinarijs concessis à nu. 40. & ponitur reseruatio Rotæ.

Id procedere non obstantibus concordatis Germaniæ, fuit resolutum per Rotam, cuius decisiones ponuntur, n. 43. & 44.

Quod dictum est Legatum concurre cum Ordinario, & eum posse præuenire in mensibus Ordinarijs, recte procedit etiam attentis regulis hodiernis mensium quo ad quatuor menses Ordinarij non habentis alternatiuam, sed non videtur procedere quo ad sex menses alternatiuæ propter decretum inuitans in ea positum, quod ligat Legatum à nu. 45.

Nihilominus prouisio Legati de latere de Beneficio vacante in mense alternatiuæ tribuit titulum coloratum, & suffragatur in indicio spolij num. 50. vbi ponitur resolutio Rotæ, quæ tamen non videtur posse procedere, si decretum alternatiuæ esset iustificatum, nu. 51.

Legatus de latere non potest conferre, vel reseruare Ecclesias Cathedrales, vel regulares, aut Collegiatas, seu ipsarum Cathedralium Dignitates maiores post Pontificalem electas, num. 52.

Non potest etiam conferre Beneficia reseruata num. 53. immo & si sit Legato, vel Nuntio concessa facultas conferendi Beneficia qualitercunque vacantia, non poterit conferre reseruata, nu. 54.

Et si Legatus haberet facultatem conferendi Beneficia reseruata, non propterea potest conferre vacantia in Curia, nisi specialiter, & expresse sit concessum, nu. 55.

Legatus non potest conferre Beneficia litigiosa contra Probum à nu. 56. nec Cardinalis vigore indulti. nu. 58.

Legatus habens facultatem conferendi litigiosa non potest cõferre Beneficia iuris patron. laici litigiosa n. 61. quãuis prouisio Papæ de Beneficijs iuris patron. etiam laicorum valeret, etiam non facta mentione, nec derogatione illius. nu. 62

Non potest Legatus à latere conferre Beneficia iuris patronatus laicorum, nu. 63. vnde prouisio ab eo facta sine præsentatione, aut consensu patroni erit nulla, quæ tamen, illo non reclamante intra tempus datum ad præsentandum, sustinebitur, nu. 64. & sequenti, vbi ponitur Rotæ resolutio.

Recte potest Legatus conferre Beneficia iuris patronatus laicorum deuoluta ad Episcopum ex negligentia patroni, nu. 66

Nõ potest etiam Legatus conferre Beneficia iuris patronatus mixti, n. 67 quod tamen limitat Gambarus, quando Clerici haberent plures voces, quoniam tũc totum iudicabitur Ecclesiasticum, & Legatus poterit conferre exemplo iuris patronatus Vniuersitatis, in qua sunt laici, & clerici, nu. 68. sed ista limitatio non placet. n. 69. & in Vniuersitate est diuersa ratio, n. 70. nec Conarr. tenet contrariũ, dum ait quod

ordin. seu prima de officio Legati, num. 13, Villad. 1. partic. quæst. 9.

14 Et ideo literæ Legatorum dicuntur † Apostolicæ
15 Sarnen. in d. reg. de valore quæst. 2. vnde fit, † vt etiã prouisus à Legato possit dici prouisus authoritate Apostolica saltem large, licet non ad effectum. dict. capit. hi qui.

16 Ex quo inferri potest, † ad clausulam Brevium de capienda possessione, amotis inde, & expulsis quibuscumque detentoribus, & intrusis, non tamen à nobis prouisis, quod si dicatur, vt aliquando dicitur, non tamen prouisis à sede Apostolica, vel etiam, authoritate Apostolica, præseruentur etiam prouisi à Legatis, seu Nuntijs, etiam si prouiderent authoritate ordinaria legationis, ad quod facit quod dictũ est supra c. 1. nu. 641. *In fine, dicens, quòd executio brevis locum non habet contra prouisum a Legato, vel Nũcio, si in eo præseruantur prouisi a sede Apostolica; secus si solum præseruantur prouisi ab ipsomet Papa, dicendo, non tamen a nobismet prouisionem habentibus, iuxta dec. Salman. & Vicent. beneficij supra relatas d. ca. 1. num. 653.*

*Sed quòd per clausulam brevis, non tamen à nobis prouisis, præseruatur etiam prouisus a Nuncio, qui censetur habere prouisionem Apostol. fuit posthac resolutum in una Leodien. beneficij 13. Iun. 1608. coram D. Ortembergo, dicendo, quod licet illa verba videntur intelligenda de prouisione facta ab ipsomet Papa, Gemin. in c. si Abbatem. de elect. in 6. n. 5. & fuit dictũ in Salaman. beneficij 21. Ian. 1596. coram Roverend. Paccn. tamen id cessat, quando est expresse commissum, quia tunc perinde est, ac si Pontifex faceret, per vulgarem reg. qui per alium facit, &c. Rebuf. de mand. Apostol. §. declarantes, in verb. nosque, & illa clausula præseruat omnes prouisiones Apostolicas, & excludit tantum prouisiones inferiorum, vt fuit resolutum in Aquilana Canon. 6. Octob. 1586. coram D. Blanchetto.*

*Sed ab hac decis. fuit postea recessum per Rotam in causa Camr. beneficiorum 2. Iun. 1610. coram D. Penna, in qua Rota ab A. C. consulta respondit, prouisum a Nuncio excludi vigore clausulæ brevis, non tamen, a nobis prouisis, quia non apponitur ad alium finem, quam excludendi prouisos à Legatis & Nuncijs, vt in causa Aquil. Canon. 6. Octobr. 1586. consultus prudenter respondérat D. Cardin. Blanchet. quia verbum illud, nobis, quod est personalissimum, respicit personam Papæ, & nõ comprehendit Legatum, aut Nuncium, vel gesta per ipsos, gl. in Clem. auditor, verb. deputatus, de rescr. quam ibi communiter sequuntur Canonistæ, & sequuntur Imola nu. 19. & comprobatur ex c. si Abbatem. de elec. lib. 6. ibi, a nobis, vel Apostol sedis Legato: & hoc magis accedit ad proprietatem locutionis, cum natura illius verbi, nobis, sit denotare personalitatem, & non egrediatur personã loquentis, c. si gratiosè, cum ibi notatis de rescr. lib. 6. ad dec. in causa Leod. benef. 3. Iun. 1608. coram D. Ortember. respõsum fuit non carere difficultate: nã quamuis dici possit, prouisos a Nuncio habere prouisionem Apostolicam; non tamen potest similiter affirmari, sub illis verbis, à nobis, venire prouisos à Nuncijs, vt patet ex prædictis. Et male in d. Leod. fuit allegata d. dec. Aquilana coram Blanch. quæ potius est contra, vt eam retuli sup. d. c. 1. nu. 652. & allegatur in d. Camr.* Et post hæc tradit Gonçalez gl. 9. in annotat. à num. 268.

17 Prædicta conclusio, quod Legati à latere possunt conferre Beneficia suæ Prouinciæ, ampliatur primo, vt possint conferre Beneficia etiam de iure patronatus Ecclesiastico, seu Clericorum capit. dilectus. de officio Legati capit. cum dilectus. de iure patronat. Rochus de iure patronat. verb. honorificum. nu. 4. & 11. Paulus de Citadinis eod. tract. 7. parte nu. 16. & Lambert. 1. part. 1. lib. quæst. 1. articul. 6. num. 4. & 3. par. 3. lib. quæst. 8. artic. 1. & quæst. 9. art. 1. num. 2. Rebuffus in praxi. 3. part. signaturæ verb. nec non iuris patronatus, nu. 6. Gigas de pensio. qu. 24. num. 1. Probus ad Monachum in d. cap. 1. de offic. Legati in 6. num. 12. 14. & 15. Villadiego d. quæst. 9. numero 23. Brunellus conclusione 23. Coras. d. cap. 3. nu. 4. Gambarus d. lib. 3. num. 9. & 239. Cucchus d. lib. 2. titul. 5. numero 68. & Zecchus. d. cap. 2. versiculo Legati etiam, & de republica Ecclesiast. dict. cap. de statu Legati sub numero quarto, versicul. secundo potest. *Azor. d. lib. 5. cap. 28. q. 2. & lib. 6. cap. 25. q. 7. & Tusch. concl. 172. litera L.*

18 Et hoc intelligitur † etiã nõ facta mẽtione, nec derogatione iuris patronatus, quia nõ solum Papa sed etiam Legatus potest huiusmodi Beneficia conferre nulla facta mentione, quod sint iuris patronatus clericorum dict. cap. cum dilectus. Felin. in tractat. quando literæ Apostolicæ. limit. 3. Rebuffus, Gigas, & alij citati, & Couarruuias, pract. quæst. capit. 36. numero 2.

19 Secundo, ampliatur, † vt possint conferre Beneficia spectantia etiam ad collationẽ exemptorum. Cosmas. dict. titul. de collat. §. item circa verba legatorum, Selua 3. part. quæst. 66. Coras. d. num. 4. Gamb. d. lib. 3. num. 11. & Zecchus supra. Legatus enim est Ordinarius exemptorum, vt ait Gambarus ibi. num.
20 12. & Cucchus supra num. 68. & 94. cum † Villadiego, & alijs. Quare procedit etiam si ipsa Beneficia sint etiam exempta, Gambarus ibi num. 94. & dictũ est supra num. 9.

21 Tertio, ampliatur, † vt possint conferre Beneficia, etiam si eorum collatio sit ad sedem Apostolicam deuoluta. cap. penul. de Præbendis glos. fin. in d. cap. 1. de off. Legati in 6. & in Clement. si de Beneficio. verbo, siue ad nos. de Præbendis ad fin. & sequũtur Archid, Dominic. & Francus num. 6. in d. cap. 1. & ibi Probus ad Monachum num. 8. Cardinal. in d. Clemen. si de Beneficio. num. 4. quæst. 5. & ibidem Imola, & Bonif. num. 52. Villiadiego d. quæst. 9. à num. 5. Brunell. conclusione 21. Boerius. numer. 19. Rota decisione 3. de offic. Legati, alias 119. in nouis in additione ad fin. Aegidius Bellamera decis. 106. Capella Tolosana decis. 435. Puteus decisio. 266. lib. 2. Coras. d. num. 4. Gambarus supra num. 13. & 624. Cucchus supra. num. 79. P. Gregor. de Benef. cap. 2. num. 4. & Zecchus d. c. de statu Legati sub nu. 4. vers. 3, potest, & d. cap. 2. de Benef. & pẽsio. vers. Leg. etiã. *Et Azor. d. cap. 28. q. 14. & 20.*

22 Ex quo infert Gambarus † ibi nu. 14. & 622. quod Legato non currit tempus sex mensium ad conferendum, sicut currit alijs Ordinarijs, vt in cap. 2. de concess. Præbend. nam deuolutio ab eo non potest fieri nisi ad Papam, cum nulli alij subsit, & deuoluta ad Papam ipse confert, vt dicimus.

23 In quo tamen Lapus † d. Clementina si de Benef. dicit Legato currere tempus semestre ad conferendum, de quo in d. c. 2. de concess. Præb. cum sit Ordinarius d. cap. 2. de officio Legati in 6. quem sequitur Bonifacius ibi in d. Clementina, si de Beneficio. nu. 53. & 54. dicens cum eo, quod si fuerit negligens in aliquo conferendo, non poterit illud ex post conferre, si deuoluta sit collatio ad Papam.

24 Sed Cardin.d.† quæſt.5.& Imola ibidem,& idem Imola in cap.2.de conceſſ. Præben.Villad. d. quæſt. 9.num.10.Brunell.concluſione 19. & Selua 2. parte quæſt.3.nu.42.& 3.par.quæſt.64.n.5.docent, quod licet Legato currat tempus,vt inquit Lapus, tamen poterit conferre donec conferre poteſt quilibet ſuæ Legationis ſiue iure proprio,ſiue deuoluto ſed poſtquam deuoluta eſſet collatio ad Prælatum extra ſuã Legationem,ex ſua,& aliorum negligentia,tunc cõferre non poterit quo vſque vltimate ſit facta deuolutio ad Papam.

25 Vnde Rota apud Puteum† d.deciſ.266.lib.2.& apud Mohed.deciſ.3.de offic.delegati,alias 266. bis tenuit Legatum de latere poſſe conferre Beneficia ad Papam deuoluta etiam ex propria negligentia contra Bonifacium ſupra.

26 Sed certe, cum Legatus poſſit † conferre Beneficia deuoluta ex propria negligentia, verius videtur non currere ſibi tempus. Vt dicit Gambarus ſupra.

27 Qui rurſus ibi nu.22.† contra communem,quam tenet Rebuf.in concordatis titulo de Regia ad Prælaturas nominatione §.1.verb.intra ſex menſes verſ. Legatus verò,& ſecuta eſt Rota apud Mohed. ſupra & *Azor.d.c.28.q.12.& 20.*docet Legatũ poſſe conferre Beneficia ſuæ Prouinciæ,quamuis deuoluta ad Prælatum extra ſuam Legationem,licèt inferius nu. 624.videatur variare;quod probatur,quia Legatus de latere poteſt conferre Beneficia ſuæ Prouinciæ ſpectantia ad collationem Clericorum alterius Prouinciæ,vt rectè tenet,& probat Romanus conſi.361 vbi Horatius Mand.litera A.quem ſequuntur Felin. in cap. poſtulaſti.de foro compet.ad fin.Selua 2. parte quæſt.3.num.38.Probus d.c.1.2 num.10.Rochus verb.honorificum n.11.Lamber.3.p.2.lib.quæſt. 8. artic.5. Æneas de Falcon,de reſeruat. 2. par. præludio 1.num.1.Cucchus ſupra 2 nu.85.& Zecchus ſub d.num.4. verſi. 5. *Azor. ibi, quæſt.13.& Tuſch.concl. 169.num.4.& concl.172.num.6.litera L.* poteſt, facit tex.in d.cap.1.& in cap.deliberatione 4.§. prohibemus,ibi, qui Beneficia infra Legationem eiuſdem obtinentes de officio Legati in 6.

28 Et ratio eſt, nam in materia collationis † attenditur locus,vbi ſitum eſt Beneficium, & non locus vbi eſt perſona, ad quam ſpectat collatio, & attenditur Beneficium,non perſona negligens.clemen.1.de ſuppienda negligentia Prælatorum, & ibi gloſſa verbo locorum,& verſ. ſua, quam ſequitur ibi Cardinalis nu.12.& facit cap.ſane,& c.fin.de foro comp.Rom. ſupra,vbi Mandoſ.litera D. Probus ſupra num. 16. Simoneta ,de reſeruat. quæſt.75, & ibi Granutius Caſſaneus conſ.31. poſt num. 25. Tiraquellus de retract. Lignag.§.36.gloſ.3.num.27. Cucchus ſup.n. 86.P.Gregor.de Benef.cap.39. & alij relati, & Rota in vna Meten. Parochialis de anno 1552.vt per Caputaquen.dec.178.par.1.quamuis in vna Vaſſonen. Sacriſtiæ de anno 1539.contrarium tenuerit excluſa opinione Romani,vt per Mohed.deciſ.3. de Præbend.alias 92.& nouiſſime ſequatur Gonçal.glo.10. num.36.& 31.

29 Vnde e conuerſo Legatus † non poteſt conferre Beneficia, quæ eſſent extra Prouinciam, & per deuolutionem,vel aliàs ſpectarent ad collationem alicuius Prælati de Prouincia, vt tenent Butrius, & Imola in d.cap.2.de conceſſ.Præbend.& ibidem Rebuffus in Repetitione circa fin.verſic. 13. quæritur, & in praxi titulo de deuolutio.nu.38.& Probus ſup. num.9.cum Brunello ſupra, & Gambarus ſupra à numero 16.& 20.quamuis contrarium teneant Coſmas d.titulo de collatio.§.item circa. verbo. Legatorum,& Selua 2.parte quæſtione 3. numero 40.& 3.p.quæſtione ſexageſima ſexta.quos male per ſe citat Rebuffus ibi.

30 Et cum Legatus non † habeat facultatem conferendi Beneficia exiſtentia extra ſuam Prouinciam, eius prouiſio non præſtat titulum coloratum niſi
31 conſtet eſſe intra limites ſuæ legationis, vt fuit † dictum in vna Regien. Canonicatus ſupra relata cap. 1.num.415.

32 At Legatus non poterit conferre † Beneficia ad Epiſcopum deuoluta ex negligentia Prælati regularis exempti, quæ Epiſcopus confert authoritate Apoſtolica ex d.Clem.1. de ſuppienda negligentia Prælatorum,vt docent Coſmas ſupra Selua d.quæſt. 66.num.2.& Rebuffus d.titulo deuolutio. num. 37.
33 & in d.rep.cap.2.circa fin.verſic.14.quæritur.† Nã cum in iſto caſu Epiſcopus conferat, vt Delegatus Papæ,non poteſt Legatus ſe intromittere, ex capit. ſtuduiſti.de officio Legati gloſ.in d.Clement.ſi de Benef.verbo ſiue ad nos. ad fin. Imola in Clement. cum ex eo.de ſententia excommunic. ſicut textus in cap.dudum,& in cap.quamuis ſecundo,de Præben. in 6.& quod dicit Abbas, in cap. dilectus de officio Legati ad fin.quem ſequitur Coraſ.de cap.9.nu. 15. de quo infra à nu. 75. licet de eo dubitet Brunellus ſupra d.concluſ.19.

34 Poterit tamen Legatus illa † Beneficia conferre ante deuolutionem factam ad Epiſcopum, & poſt deuolutionem ab Epiſcopo ex eius negligentia factam ad Papam,vt rectè docet Selua.dict.quæſtione 66.numero 5.& Rebuffus.d.verſiculo decimo quarto quæritur.

35 Quarto ampliatur, † vt Legatus poſſit etiam Beneficia vacatura ſuæ reſeruare collationi cap.it. præſenti.de officio Legati in 6.Coraſ.d.cap.3.numer.4. Zecchus dict.cap.2. de Benefic. & penſio. verſiculo Legati, etiam de quo late Specul. titulo de Legato.
36 §.nunc tractemus.† Villad.dict.quæſtione 9.à num. 37.Brunell.concluſione 20.Æneas de Falcon.de reſeruatio.2.particell. Simoneta quæſtione 2. numero 7.& quæſtione 94. vbi Granutius Gambarus lib.4. rubrica de poteſtate Legati in reſeruando.Cucchus dict.lib.2,tit.5.a num.73.& P.Greg.de Benefic.cap. 24.num.24.& *Azor.d.lib.5.c.29.* qui dicunt, quod Legatis pariter de latere reſeruationes conceduntur,cum modificatione tamen.dict.cap. præſenti & cap.de liberatione eod.tit.vt per gloſſam penul.circa fin.cap. 2. de conceſſ.Præben. in 6. nam Legatus ea Beneficia poteſt reſeruare, quæ poteſt conferre. Gambarus ſupra,num.1.& 7.

37 Et Aeneas d.2.par.quæſt.2.& 3.ait,† quod, licet antequam emanaſſet reſtrictio d.c.præſenti,§.1.Legatus poſſet generaliter reſeruare Beneficia ſuæ legationis,tamen hodie ſolum poteſt facere reſeruationem ſpecialem ex d.§.1.

38 Sed licet poſſit † Legatus reſeruare Beneficia vacatura ſuæ collationi,etiam pro certa perſona,vt in cap.cum dilectus de iure patronat. ei tamen nullum ius,nec in re, nec ad rem quæritur, quia non poteſt tamen dare ius ad vacaturum,vt in cap. dilectus. 1.

de

de Præben. Coraſ. & Zecchus ſupra, & docet Specu. ſupra, & Abbas in d. cap. dilectus num. 3. dicens poſſe Legatum variare, & alteri conferre Beneficiũ reſeruatum, ad ſolum enim Papam ſpectat dare ius ad vacatura, vt dicetur infra 10. par. cap. 1. ſequitur Aeneas d. 2. par. præludio 6. Simoneta. d. quæſt. 94. à numero 2. Gambarus, vbi proxime num. 3. 4. & 5. Duaren. de Beneficijs libro 3. capit. 3. & Cucchus ſupra, numero 77. *& Azor. d. cap. 29. queſt. 1.*

39 Quinto ampliatur, † vt poſſit Legatus de latere iſta facere exiſtens etiam extra Prouinciam ſibi cõmiſſam gloſ. in cap. nemo de offic. Legati Archid. in cap. fin. eod. titul. in 6 Bonif. in Clement. 2. de offic. ord. ſeu 1. de offic. Legati, nu. 24. & 25. Selua 3. parte quæſt. 63. nu. 1. Aeneas d. 2. p. quæſt. 4. nu. 12. Sarnen. in reg. de non iudicando iuxta formã ſupplicationis q. 3. Coraſ. ſup. & Gamb. lib. 3. num. 24. & 610. facit gloſ. in cap. ſi Abbatem verb. in prouincia. de electione in 6. & quod tradit Gambarus libr. 1. rubrica de poteſtate Legati extra prouinciam, & Villadiego de Legato quæſtione 15. part. num. 1. Brunell. concluſ. 25. *& Azor. d. c. 28. q. 19.*

40 *Ex* quibus patet † Legatum de latere in ſua Prouincia concurrere ſicut & Papam in collatione Beneficiorum cum quolibet Ordinario, & inter eos eſſe locum præuentioni cap. ſi à Sede Apoſtolica. de Præbend. in 6. & ibi gloſſ. 1. & D. gloſſ. fin. in d. cap. 1. de offic. Legati in 6. & ibi Francus numero 8. & alij, & Probus ad Monach. ibi num. 13. 15. & 16. & in cap. vt animarum. de conſtitutionibus, num. 39. Coſmas in pragmatica ſanctione titulo de collatio. §. neque verbo præuentionem. Aeneas de Falcon. dict. 2. par. 1. præludio. Coraſ. d. ca. 3. num. 5. & 6. Duaren. dict. lib. 3. cap. 3. P. Gregor. cap. 38. num. 6. Quintanaduẽnas lib. 1. Eccleſ. cap. 5. num. 3. Puteus deciſ. 345. lib. 2. Caputaquen. 287. num. 2. part. 1. & Mohed. deciſ. 3. de offic. deleg. *Azor. d. lib. 6. c. 25. q. 6. Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 5. nu. 9.* etiam in menſibus Ordinarijs concetlis. Gomeçius de expectatiuis num. 16. Gambarus d. lib. 3. & Zerola in praxi Epiſcopali 1. parte 1. verb. derogatio, *& Azor. d. lib. 5. cap. 28. q. vlt.* & fuit reſolutum in vna Aſſiſien. Beneficij 9. Martij 1587.

41 coram D. Orano, in qua fuit † dictum, conſtare de primo extremo ex inſtrumento poſſeſſionis; de ſecũdo autem ex ſuſtentatione litis, & de titulo dubitari non poſſe, cum Legatus de latere contulerit Beneficium, qui de iure communi conferre poteſt omnia Beneficia exiſtentia in ſua Prouincia cap. 1. de officio legati in 6. c. ſi à ſede de Præben. eodem lib. etiam in menſibus conceſſis Ordinarijs per regulas Cancellariæ, Gambar. lib. 3. nume. 78. nec obſtare, quod dicitur Octauium habuiſſe alia Beneficia & ſic non potuiſſe legitimè ei de alio conferre obſtante decreto Concilij ſeſſ. 24. ca. 17. quia fuit reſponſum, quod Concilium prohibet retentionem non autem aſſecutionem, nam & ita fuit per Congregationem reſolutum in vna Salamantina dimidiæ Portionis coram eodem pendente, propterea hæc exceptio in iudicio ſpolij non eſt admittenda, quia in petitorio poterit docere de diſpenſatione, & interim debet reſtitui, nam execrabilis reſtituitur Puteus deciſione 99. lib. 1. & 13. de reſtitutione ſpoliatorum, &c. *vt in deciſ. 624. noniſ. Farin.* & poſt hæc tradit Gonçal. §. 2. pro-

42 cem. nu. 54. idque procedere † non obſtant. bus concordatis Germaniæ, & Galliæ, fuit nouiſſime reſolutum in cauſa Virdunen. Canonicatus ſexto Martij, & 19. Iunij 1595. coram D. Pamphilio, vt in ſequentibus deciſionibus, quas hic ponere placuit, deſeruiunt enim etiam ad alia dicenda.

## *Virdunen. Canonicatus ſexto Martij 1595.*

43 FVit † dictum gratiam Petri non eſſe canonizandam, quia ei obſtant, anteriores prouiſiones Legati de latere factæ ad fauorem Arturi poſſeſſoris. c. 1. & ibi gloſſa in fin. de offic. Legati in 6. cap. ſi a Sede Apoſtolica, & ibi etiam gloſſa de Præben. eodem libr. quæ prouiſiones capiunt omnem vacationem illius Canonicatus, ſiue ipſo iure per homicidium in perſonam Concanonici, ſiue per reſignationem homicidæ ante ſententiam priuatoriam, ſiue per ipſam ſententiam inductam, quod fieri potuit cum notiſſimum ſit in beneficialibus admitti multiplicationem titulorum, & aliquem poſſe ſe pluribus titulis iuuare cap. poſt electionem. de conceſ. præbendæ. Caſſad. deciſ. 21. num. 5. ſuper regulis & deciſ. 3. de cauſa poſ. in fin. Caputaquen. deciſ. 280. lib. 1. nec obſtare, quoad primam prouiſionem, fuiſſe factam quatenus Canonicatus tunc vacaret vel alias quandocumque vacare contingeret, & ſic potius ſapiat naturam expectatiuæ, quam Legatus concedere non poteſt cap. 2. de conceſ. Præben. cap. deteſtandæ eodem titul. libr. 6. & tradit Gambarus de offic. Legati lib. 3. num. 582. quia illa conditio, ſi vacat, vel quatenus vacet, non reddit gratiam conditionalem, ſed dicitur pura. Gemin. in cap. 2. num. 20. & Francus nu. 4. de elect. in 6. Lapus, & ibi add. allegation. 6. num. 2. cum ſeq. & ſtatim ſortitur effectum ſuum, cum Canonicatus tunc vere vacaret propter homicidium in perſonam Canonici eiuſdem Eccleſiæ, quod etiam citra aſſaſſinum priuat Canonicum homicidam ipſo iure Canonicatu, quem habet in illa Eccleſia propter ſcelus, & ingratitudinem in illa commiſſam, vt eſt tex. in cap. in quibuſdam, & ibi Hoſtien. Io. And. Anchar. numer. 5. Abb. num. 6. de pœnis Rebuff. de modis amittendi Beneficia. num. 45. Gab. conſ. 296. num. 6. lib. 1. neque obſtare, quod huiuſmodi homicidium fuerit factum de menſe Februarij, qui menſis propter alternatiuam ſpectat ad collationem. Cap. iuxta concordata Germaniæ, de quibus per Puteum deciſ. 47. l. 1. quia propter id, quod Cardinalis Legatus concurrit cum quolibet Ordinario, quem poteſt præuenire, non obſtantibus concordatis, vt tradit Gambarus d. lib. 3. num. 207. & adeſt deciſ. Putei 345. lib. 2. fuit dictum, quod Capitulum videtur per hanc prouiſionem iuri ſuo renuntiaſſe, ex quo non ſolum permiſit labi ſex menſes abſque eo, quod vnquam prouiderit, quinimmo dedit poſſeſſionem prouiſo à Legato. cap. cum ex ore, vbi Anchar. Imola, & alij de his, quæ ſunt à Prælat. Rom. conſ. 337. nu. 3. Pariſ. 26. lib. 4. cum alijs allegatis in cauſa Lucana Canonicatus de anno 1584. coram D. Orano, & hoc non obſtante præſeruatione iurium, quæ intelligitur quoad vacationes futuras, non autem, vt comprehendat iſtam prouiſionem, in qua Capitulũ per actus poſitiuos ſibi expreſſe præiudicauit. Oldra. conſ. 310. in fin. Pariſ. conſil. 20. num. 12. lib. 1. Sam. de iure quæſito non tollend. quæſt. 1. in fi. minus obſtant deducta contra ſecundam prouiſionem per re-

ſignationem Iacobi de la Rocca, quæ quatenus priuatio non fuiſſet ipſo iure inducta, fieri potuit à Legato, qui poteſt prouidere Beneficia vacantia etiam per reſignationem. gloſſa in c. deliberatione §. prohibemus verba cuiuſcumque de officio Legati in 6. & in cap. dudum. verb. poteſtate. de Præben. eodem lib. præſertim ſtantibus facultatibus generaliter loquentibus de omnibus Beneficijs quomodocumque vacantibus, præterquam per obitum familiarium Papæ, & non eſt dubium homicidam, ſeu alium delinquentem, quotieſcumque ex delicto Beneficium ipſo iure non amittitur, poſſe ante ſententiam reſignare, & collationẽ ex huiuſmodi reſignatione ſubſecutam eſſe validam, Biſignettus dec. 5. de re iudic. Thom. Ferrat. cautela 44. Butrius conſil. 47. Sarnen. de annali, quæſt. 42. ſub num. 3. & in regul. de ſubrogan. quæſt. 7. in princ. Creſcen. deciſ. 226. alias 6. de renuntiat. num. 3. neque obſtat, quod non doceat de publicatione illius reſignationis, quia nõ agitur de canonizanda gratia Legati ad fauorem Arturi rei, & poſſeſſoris, cui ſufficit ad excludendum Petrum, per non ius, ſuum oſtendere, quod de tempore ſuæ prouiſionis Canonicatus non vacabat. l. fi. C. de rei vendicat. Rota deciſ. 4. de re iudicat. in nouiſ. Biſignettus 2. de except. Caſſad. 2. eod. tit. & deciſ. 3. nu. 5. de reſtitut. ſpoliat. & tanto magis, quod prouiſio Apoſtolica ad fauorem Petri fuit obtenta pendente termino ad publicandum, Caſſador. deciſ. 24. ſuper reg. Sarnen. de publican. quæſt. 17. in fin. neque obſtant clauſulæ generales, quia non capiunt vacationes furtiuas, Felin. in cap. conſtitutus, colum. pen. de reſer. Modernus ſupra regul. Cancell. de impetrant. Beneficia vacantia per obitum familiarium, quæſt. 3. nu. 7. & in omnem euentum ceſſãt omnes difficultates ex tertia prouiſione, quæ capit vacationem per priuationẽ eiuſdẽ Iacobi & tanquã anterior eſt præferẽda gratię Apoſtolicæ. d. c. 1. vbi gl. de offic. Legati in 6. c. ſi à ſede. de Preb. eod. lib. neque obſtat quod non appareat de eius anterioritate, niſi ex data literarũ Legati, quæ propter ſuſpicionem ante datæ, nõ probant anterioritatẽ gratiæ contra prouiſum Apoſtolicum, iux. deciſ. Rotę. 1. & 10. de probatio, in nouiſ. quæ habent locum etiam in literis Legati, vt per Achill. deciſ. 171. alias 7. de probatio. Quia vt idem met Achilles declarat in deciſ. ſeq. quæ eſt 172. alias 8. eod. tit. hoc non procedit, vbi eſt ſubſcripta à Secretario Legati, qui ſit Notarius publicus, prout in hoc caſu, vbi literæ non ſolum ſunt ſigillatæ ſigillo magno Legationis, ſed etiam ſunt ſubſcriptæ a Legato, & ab eius Vicelegato, qui eſt Prothonotarius Apoſtolicus, & à Secretario, qui, & ipſe eſt Notarius Apoſtolicus deſcriptus in Archiuio Romanę curiæ, alia in contrarium deducta ſunt nimis leuia, & bene tolluntur ab informantibus.

*In eadem 19. Iunij 1595. coram eodem D. Pamphilio.*

44 50 DOmini ſteterunt in reſolutis, † nempe prouiſionem Apoſtolicam ad fauorem Petri non eſſe Canonizandam, quia, cum ſit facta diſpoſitiue, tanquam de reſeruato, vt patet ex, quod præuia narratiua regul. reſeruatoria menſium confertur ei Canonicatus, tanquam vacans per ſententiam priuationis contra Iacobum de la Roca latam de menſe Maij reſeruato, & reuera non adſit reſeruatio, ex quo per homicidium Canonici iuxta notat. in cap. in quibuſdam de pœnis, Canonicatus ipſo iure vacauerat in menſe Februar. qui non eſt reſeruatus, prouiſio non ſuſtinetur: hoc enim operatur expreſſio diſpoſitiua reſeruationis, quod non valeat prouiſio, ſi reſeruatio non verificetur, Roman. conſil. 335. num. 11. & 14. Caſſador. deciſ. 3. de Præbend. & fuit reſolutum in cauſa Corduben. Cantoriæ ſub die 5. Maij 1559. coram D. Quiroga, & hoc, non obſtante clauſula generali, quod collatio valeat, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c. quia quando reſeruatio ratione menſis exprimitur diſpoſitiue, tunc prouiſio reſtringitur ad illam vacationem expreſſam in menſe Apoſtolico, & illius vigore non poteſt capi Beneficium vacans in menſe Ordinarij, non obſtante clauſula quouis modo, &c. quæ reſtringitur, ne contradicat expreſſis, vt in his terminis tradit Achilles deciſio. 164. quæ eſt prima de Præbendis. nec videbatur Dominis poſſe Petro ſuffragari clauſulas prouiſionis, ſi neutri, ſi nulli, & aliæ ſimiles, quia ſuper eis literæ non ſunt expeditę, & cum ſint deſumptæ, & oriantur ex corpore eiuſdem ſupplicationis, quæ requirit iuſtificationem reſeruationis diſpoſitiue narratæ, debent intelligi iuxta d. ſupplicationem, & non poſſunt aliquid operari, niſi iuſtificata reſeruatione. ad cap. 2. de reſcript. immo tanquam acceſſoriæ cortuunt ſublata gratia principali, Pariſ. conſil. 182. lib. 4. Mohed. deciſio. 300. in fin. alias 17. de cauſa poſſeſſion. Puteus deciſio. 400. lib. 1. & fuit reſolutum in cauſa Gienen. Beneficij 15. Februar. 1593. coram D. Blanchetto; & tanto magis, quod de tempore datæ illius prouiſionis nulla aderat lis, ſuper qua poſſit fundari gratia, ſi neutri, & aliæ ſimiles, quæ neceſſario litem præſentem requirunt, Sarnen. de annali quæſt. 28. column. 2. verſic. præterea, Rebuf. in titul. de gratia, ſi neutri, & non dantur pro lite mouenda. Caputaq. deciſio. 34. parte 2. neque obſtant deducta contra gratiam Arturi, quia non eſt modo agendum de iure ipſius, qui cum ſit reus, & poſſeſſor, poteſt excludere Petrum actorem ex non iure ipſius, etiam quod ipſe de iure ſuo nihil præſtet. leg. loci §. ſi competit. ff. ſi ſeruitus vendicetur leg. fin. C. de rei vendicatione, Rota deciſio. 4. de re iudic. in nouiſſ. Biſignettus deciſio. 2. de except. Caſſad. 2. eod. titul. & 3. num. 5. de reſtitutio. ſpoliator. cum vulgaribus; & tanto magis, quod ex deductis in alia deciſio. videbatur ſatis conſtare de iure ipſius Arturi, qui vigore mandati de prouidendo habiti à Legato, quod ſecuta poſſeſſione tradita per Capitulum habetur pro prouiſione, iuxta notata per Compoſtellanum, Io. Andr. & alios in cap. tranſmiſſam de electione, Rota deciſio. 16. de conceſſ. Præben. in nouiſſ. fuit prouiſus de huiuſmodi Canonicatu, tanquam vacante ipſo iure per homicidiũ Concanonici in menſe Februar. & notiſſimum eſt Legatum de iure communi poſſe concurrere cum quolibet Ordinario, & cum ipſe dicatur Ordinarius in ſua Prouincia, cap. 1. & ibi. gloſ. de officio Legati in 6. cap. ſi a ſede, & ibi etiam gloſ. de Præbend. eod. lib, Creſcen. deciſ. 180. alias 8. de priuil. Puteus deciſ. 345. lib. 2. & deciſ. 2. & 3. de conſtitution. Gambarus de legato, lib. 3. q. 3. nu. 78. & nu. 209. qui dicunt hoc procedere, non obſtante communicatione concordatorum

datorum Germaniæ quoad alternatiuam conceſſa Eccleſiæ Virdunen. ex indulto Leonis, quia concordata tollunt tantum gratias præuentiuas, & non impediunt, quominus Legati poſſint concurrere cum Ordinarijs, vt tradit Puteus in d. deciſ. & de concordatis Galliæ, tradit Rebuff. dicens, ita fuiſſe iudicatum in tit. de collatio. §. ſi quis vero, verb. ad alium ioferiorem, in fi. non enim in eis dicitur, quod in mẽſibus Ordinarij ipſi ſoli conferant, ſed per quamcũque reſeruationem expectatiuam, ſeu quamuis aliã diſpoſitionem Pontifex non intendit, quod in dictis menſibus, impedianturilli, ad quos Beneficiorum collatio, ſeu prouiſio pertinebit, & ſic remouet tantum gratias præuentiuas, non autem excludit Legatos, quominus ipſi, tanquam Ordinarij iure ſuæ Legationis, ſicut antea ceſſantibus gratijs præuentiuis poterant concurrere cum Ordinarijs, ita etiam hodie remotis eiſdem gratijs per cõcordata poſſint ſicut quilibet alius Ordinarius conferre d. cap. 1. de offic. Legati in 6. Puteus d. deciſ. 345. & deciſ. 2. cum ſequent., de conſtitutione; & ita non obſtat decretum irritans poſitum in indulto Leonis, quod ſortitur naturã principalis diſpoſitionis, quoad gratias præuentiuas tantum, quas tollunt concordata, non autem quoad facultatem Legatis competentem de iure cõmuni concurrendi cum alijs Ordinarijs in collatione, quæ non eſt ſublata per concordata, vt ſupra dictum eſt ad Clemen. 1. de conceſſ. Præben. & late tradita Puteus deciſ. 1. lib. 1. non obſtat, quod per clauſulam poſitam in facultatibus Legati, quod, ſcilicet per eas nihil cenſeatur conceſſum in præiudicium Ordinariorum, videatur ſublata prævention, per quam Ordinarijs præiudicatur, quia dicta clauſula intelligitur quo ad conceſſa in dictis facultatibus, non autem quo ad competẽtia Legatis de iure communi, quæ per dictam clauſulam non cenſentur ſublata, quod etiam ſuadetur ex ipſiſmet facultatibus, quatenus non ſunt reſtrictæ ad Beneficia reſeruata, ſed includunt etiam non reſeruata, cum loquãtur de Beneficijs ad Tullen. Meten. & Virdunen. Epiſcoporum, & Capitulorum collationem, & prouiſionem pertinentibus, & ſi ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter aut expreſſe reſeruata exiſtant. Alia in contrarium deducta bene tolluntur per informantes pro Arturo reo, & poſſeſſore, cui, vt dixi, ſufficit excludere Petrum per non ius, etiam quod ſua gratia pateretur aliquam difficultatem, cum non teneatur docere de iure ſuo. Et poſt hæc tradit Gonçalez referens iſtam deciſionem, gloſ. vigeſima quinta a num. decimo quinto, reprobans opinionem Greg. Branden. ſuper concordatis Germaniæ, quæſtione 12. nu. 9. & 10. contrarium volentis, qui tamen notat. 1. à num. 2. admittit poſſe concurrere Papam, tanquam Ordinarium, & præuenire poſt vacationem ſine vlla violatione concordatorum, & à fortiori tradit Gonçalez, vbi nu. 20.

45 Id autem, quod † dictum eſt Legatum concurrere cum Ordinario, & eum poſſe præuenire in menſibus ordinarijs, recte procedit etiam attentis regulis hodiernis menſium, quo ad quatuor menſes Ordinarij non habentis alternatiuam, ſed non videtur procedere, quo ad ſex menſes alternatiuæ Epiſcopi illam habentis, propter decretum irritans in ea appoſitum, quod ligat Legatum etiam à latere iuxta ſupra adducta cap. 1. num. 15. Sarnenſis, de trienna-

46 li, q. 28. verſ. infertur, & 4. † qui dicit Rotam iudicaſſe non valere prouiſionem Legati de latere, de Beneficijs vacantibus in menſibus Ordinarij, etiam ſi poſtea Ordinarius non conferret, propter decretum irritans poſitum in alternatiua, & allegat Gambarum d. quæſt. 3. lib. 3. qui tamen non loquitur in terminis alternatiuæ Epiſcoporum, ſed in ſimili de ex-

47 pectatiuis, & nu. 8. † & ſeq. ait, non valere collationem Legati, etiam habentis facultatem generaliter conferendi Beneficia reſeruata factam in præiudicium expectantium, & in eorum menſe, etiam ſi nullus expectans acceptet propter decretum appoſitum in expectatiuis, & ita Rotam iudicaſſe, & ſer-

48 uare, & ita fuit reſolutum in cauſa † Canonicatus S. Martini 2. Maij 1561. coram D. Caputaquen. de qua infra d. c. 1. n. 20. & facit doctrina Felini in cap. cum ex officij. de præſcript. ſub nu. 36. & Creſcentij deciſ. 2. de Præben. quod decretum alternatiuæ annullat acceptationem expectantis.

49 Quamuis † Zerola d. verſic. derogatio dicat Legatum concurrere accumulatiue cum Ordinario, non ſolum in quatuor, ſed etiam in ſex menſibus alternatiuæ, ſed de iſto authore, non eſt multum curandum, multa enim confundit, & barbare procedit. Et vide quæ de Nuntio dicemus infra 4. dub. à num. 132.

50 Nihilominus prouiſio Legati † de latere de Beneficio vacante in menſe alternatiuæ tribuit titulũ coloratum, & ſuffragatur in iudicio ſpolij, non obſtante d. decreto, vt poſtea fuit reſolutum in d. Aſſiſien. Beneficij 11. Iunij 1587. coram D. Comitulo ☞ his verbis Ex eo, quod refert Sarnen. in reg. de trienali quæſt. 28. Rotam iudicaſſe contra validitatem prouiſionis à Legato de latere factã, de Beneficijs vacantibus in menſibus Ordinarij per regulam cancellariæ reſeruatis, dubitaui, an D. Octauio ſuffragaretur titulus habitus à bonæ memoriæ Cardinali Riario, maxime cum eius facultas minus comprehendere diceretur, quam a iure communi Legato de latere in materia beneficiali tributum ſit, & Domini reſoluerunt ſuffragari in hoc iudicio ſpolij, in quo ſufficit docere de titulo colorato, licet alias inualido Caſſad. deciſ. 1. num. 10. de reſtitutione ſpoliat. cum enim Cardinalis Legatus habeat à iure facultatem conferendi Beneficia intra ſuam Legationem vacantia. c. 1. de officio Legati lib. 6. cap. ſi à Sede, de Præben. eodem lib. Feder. conſ. 65. eius collatio tribuit titulum coloratum, quamuis facultas originalis illi competens, ex aliquo accidenti reſtricta fuiſſet, vel impedita ad tradita per Abb. in c. cum noſtris de cõceſſ. Præben. Rebuf. de pacificis poſſeſſ. num. 42. Puteus deciſ. 26. & 180. lib. 3. nõ obſtat, quod ſtante alternatiua conceſſa Epiſcopis cum decreto irritan. vt per Sarnen. d. quæſt. 28. prouiſio Legati in menſibus Ordinarij videatur diſcolorata, quia aliqui ex Dominis ſentiebant hoc poſſe procedere, ſi Epiſcopi haberent indultum excluſiuum aliorum collatorum, & omnes conueniebant, quod ſicut prouiſio Ordinarij in menſibus expectantium, etiam ex mente eiuſdem Sarnen. non obſtante decreto irritanti, præbet titulum coloratum, ita etiam prouiſio Legati in menſibus Ordinarij ad effectum, vt interim nõ ſit retardanda reſtitutio in ſpolio. Achilles, deciſ. 5. de titulo, nec enim omne decretum irritans poſitum in reſeruatione inficit titulum, & poſſeſſionem,

Puteus deciſ.50. lib.1. & deciſ.180. lib.3. reſolutiones, quarum meminit Sarnen. in d. quæſt.28. viſæ ſunt tranſire, non abſque difficultate propter deciſionem. Creſcen.160. & Putei 345. lib.2. ſed opere pretium nō fuit in illis inſiſtere, & minus fuit neceſſe examinare literas facultatis bonæ memoriæ Cardinalis S. Sixti, cum enim non reſpiciant in hoc iudicio poſſeſſorio ad tex. in c.in literis, de reſtitutione ſpoliat, reijciuntur ad petitorium, vt alias dictū fuit in hac eadem cauſa coram R. P. D. Orano.

Verum iſta deciſio non videtur poſſe procedere,
51 ſi decretum † alternatiuæ eſſet iuſtificatū, quia conſtaret de vacatione in menſe alternatiuę, & acceptatione illius ex traditis ſupra c.1. nu.414.

Limitatur tamen prædicta concluſ.1. vt Legatus
52 de latere † non poſſit conferre, vel reſeruare Eccleſias Cathedrales, vel regulares, aut Collegiatas, ſeu ipſarum Cathedraliū Dignitates maiores poſt Pontificalem electiuas, c. deliberatione. de offic. legati in 6. glo. fin. in d. cap. 1. & Coraſ. d. c. 3. nu. 10. *Et Azor. d. lib. 5. c. 28. q. 16.*

53 Secundo limitatur, † vt non poſſit conferre Beneficia reſeruata d. glo. fin. in d. c. 1. & Probus ad Monachum ibi num. 10. & 11. Villad. c. 9. num. 4. Coraſ. d. cap. 3. num. 7. & 10. Gambarus d. lib. 3. à nu. 116. & Cucchus d. lib. 2. tit. 5. nu. 80. alios referunt, Creſcen. deciſ. 20. de Præben. ſub num. 3. & Rota in Regien. Canonicatus 17. Nouembr. 1595. ſupra relata c. 1. nu. 415. *& Azor. d. c. 28. q. 15.* nam in reſeruatis Summo Pontifici Legatus non poteſt ſe intromittere cap. quod tranſlationem. de officio legati, & poſt hæc tradit Gonçal. gl. 24. nu. 21. & à nu. 38. vbi quod regula menſium, dum excipit Cardinales, intelligitur de Cardinalibus ordinarijs collatoribus, vt Epiſcopis, non de Cardinalibus Legatis.

Immo, & ſi ſit Legato, vel Nuntio conceſſa facul-
54 tas conferendi Beneficia † qualitercunq; vacantia, non tamen poterit conferre Beneficia reſeruata ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter. Rota deciſ. 3. de officio Legati in nouis, & in additione. Capella Tolloſ. deciſione 435. & ibi Aufrer. Probus d. num. 10. Aeneas de Falcon. de reſeruatio 4. quæſt. principali effectu 6. Simo. quæſt. 81. Mandoſ. de ſignatura gratiæ titulo de indulto cōferendi Beneficia reſeruata. in princ. & in cauſa Canonicatus S. Martini coram D. Caputaquen. 2. Maij 1561. fuit dictum Legatum de latere non habere facultatem cōferendi Beneficia reſeruata vllo modo, licet ei ſit data amplia facultas conferendi, &c. vt in deciſione Coræ 106.

55 Et ſi legatus habeat facultatem † conferendi Beneficia reſeruata, non propterea poteſt conferre Beneficia vacantia in curia, niſi ſpecialiter, & expreſſe ſit conceſſum, ex c. 2. de Præben. in 6. & ibi DD. Gigas conſ. 7. nu. 6. & conſ. 10. nu. 2. ad dicta infra 11. p. cap. 1. num. 28. *Nam indulta conferendi beneficia reſeruata non comprehendunt vacantia in curia niſi de eis fiat expreſſa mentio, Simonet. de reſeruat. q. 83. Sarn. de trieu. q. 31. ita in cauſa Aſſiſien. beneficiorum 18. Iun. 1607. coram D. Sacrato, vbi etiam quod conſtit. Gregor. XIIII. revocans indulta conferendi eſt perpetua; quod etiam fuit dictum in eod. 7. Maij eiuſdem anni coram eodem, & in Romana clericatus S. Petri 27. Nouem. 1602. coram D. Seraphino, & in Romana beneficiorum 7. Feb. 1605. coram D. Millino, & alibi ſæpe.*

56 Tertio limitatur, † vt Legatus non poſſit conferre Beneficia litigioſa, ex c. 1. & 2. vt lite pendente. in 6. Lancellot. de attentatis 2. p. in præfatione, num. 617. Rota deciſione 198. lib. 3. p. 3. diuerſorum, quæ ait, quod beneficia litigioſa conferri non poſſunt ab
57 alijs, quam à Pontifice. Et fuit reſolutum † in vna Tullen. Prioratus 28. Nouemb. 1594. coram D. Seraphino; in qua fuit dictum, Legatum etiam de latere non poſſe conferre Beneficia litigioſa, quæ in eius manibus libere fuerunt reſignata, niſi id habeat expreſſum in commiſſione, &c. & in cauſa Virdunen. Canonicatus 28. April. 1595. coram D. Pamphilio, fuit etiam dictum, quod, ſi Beneficium ſit litigioſum, vel alias effectum, iuxta tex. in ca. 2. vt lite pendente in 6. Legatus etiam de latere in illius collatione ſe intromittere non poterit, &c. Et ſimili-
58 ter † Cardinales Ordinarij collatores vigore indulti non poſſunt conferre Beneficia litigioſa, ſeu in eis ſubrogare, ex quo de iure communi prohibetur; per d. c. 1. & 2. & indultum ſolum tollit obſtaculum reſeruationis regularum, vt per Gonçalez glo. 24. nu. 27. qui allegat Lancellotum d. c. 4. in præfatione ſub nu. 304. in vltima impreſſione, & ait fuiſſe reſolutum 20. Februar. 1604. coram D. Lita, in vna Hiſpalen. Beneficij de Xerez, et aliàs ſæpius conducit deciſ. Putei 84. lib. 3.

59 Et ita tenendum eſt, quamuis Probus † ad Monachum in d. c. 1. de officio Legati in 6. nu. 8: dicat Legatum poſſe conferre Beneficia reſeruata, & affecta Sedi Apoſtolicæ ratione litigij iuxta d. c. 2. vt litè pēdente, & allegat glo. verb. ſiue ad nos. in Clem. ſi de Beneficio de præb. quæ id non dicit, Capellam Toloſ. deciſ. 435. quæ tamen potius ſentit contrarium & Aufre. ibi. Et idem tenet Gambarus d. lib. 3. num.
60 431. & ſequentibus. vbi † docet Legatum non poſſe conferre Beneficia iuris patronatus litigioſa, non quia iuris patronatus, ſed quia litigioſa ex d. cap. 2. & quando haberet facultatem conferendi litigioſa, an poſſit illa conferre, dubitat à nu. 433. in quo mihi verius videtur non poſſe propter præiudicium patro-
61 ni laici, † cui ſaluum erat ius præſentandi litè finita Clem. 1. vt litè pendente, Caſſador. deciſ. 3. nume. 2. eod. tit. cui Legatus non poteſt præiudicare; vt dicetur ſtatim.

Quamuis prouiſio facta à Papa de Beneficijs *litigioſis* iuris patronatus † etiam laicorum valeat, etiā
62 non facta mentione, nec derogatione iuris patronatus, Caſſador. deciſ. 3. Creſcen. d. c. 8. de iure patron. Chiſanen. dec. 75. in manuſcrip. Sarnen. in reg. de ſubrogan. q. 6. & in reg. de impetrantib. per obitum familiarium Cardin. quæſt. 8. & Flam. Pariſ. de reſignatione Benef. lib. 2. q. 4. nu. 52. quia reſpectu Papæ nō cenſetur præiudicium conſiderabile, de quo Conar. pract. c. 36. nu. 7.

63 Quarto limitatur, † vt non poſſit Legatus à latere conferre Beneficia iuris patronatus laicorum, gl. in Clem. per literas. de Præbend. verb. Apoſtolicis, Felin. in tract. quando literæ Apoſtolicæ. Gloſſa. regulæ 40. Cancellar. verſic. quo ad ſecundam. Probus ad Monach. in d. c. 1. de offic. Legati in 6. ſub nu. 16. Rochus de iure patron. verb. honorificum. num. 8. Paul. de Citadinis eod. tract. 7. p. nu. 16. & Lambert. 3. p. 2. lib. q. 8. art. 1. & 2. Rebuffus in praxi 3. p. ſignaturæ, verb. nec non iuris patronatus. nu. 30. Gambarus d. lib. 3. à nu. 239. Coraſ. d. c. 3. n. 11. & 12. & 4. p. cap. vlt. nu. 33. Duar. de Benef. lib. 3. c. 3. & Cucchus

d. lib.

d.libr.2.tit.5.nu.77.cum Villadie.de Legato,quæſt. 9.n.22. Quintanaduen. ſup. Brunell.concl.24. Aym. conſi.63.nu.6.& 82.nu.10. *Cabed.de patr. Regiæ coronæ Luſitaniæ,cap.35.num.2.& Azor.d.lib.5.c.28.qu.2. & lib.6.c.25.q.7.*

64 Vnde prouiſio Beneficij iuris patronatus † laicorum facta a Legato ſine præſentatione,aut conſenſu patroni, erit nulla, quæ tamen illo non reclamante intra tempus datum ad præſentandum,ſuſtinebitur. Lamber.d.q.8.art.2.nu.3.& Gambarus d.lib. 3. nu. 343. ſicut in prouiſione facta ab Ordinario dicetur infra cap.vltimo,à nu.241.

65 Et ſic in vna Barchinonen.fuit reſolutũ, † quod, cum non conſtet de præſentatione,aut reclamatione patroni,valet prouiſio Nuntij, ſi nõ habeat excepta Beneficia iuris patronatus,vt apud Anton. Auguſt. & habetur 3.p.diuerſorum.lib.3.deciſ.1482.

66 Rectè tamen poteſt Legatus conferre † Beneficia iuris patronatus laicorum deuoluta ad Epiſcopum ex negligentia patroni, Selua 2.pa.quæſt. 3.numero 41.& alij.

67 Idemque dicendum eſt de Beneficijs iuris † patronatus mixti, ſcilicet laicorum, & Clericorum, quod etiam non poteſt Legatus ea conferre Abb.in ca.fin. de iure patron. & in ca. dilectus, de offic.Legati,Fel. in d.tract. quando litteræ Apoſtolicæ, ampliatione 6.& in c.multorum.num.3.de Iudæis, Gloſſator ſupra,Selua 2.p.q.3.nu.39.& 3.p.q. 11.num.17.& 18. Villadiego d.q.9. nu.28. Brunell.concl.23.3. declaratione Rochus verb. ius,nu.15. Lamber.d.q. 8.art. 4.& q.9.ſequen.ar.9,Rebuf. de nominatio.q.15.nu. 7. Gigas de penſio.q.24. nu.3. Coraſ.d.nu.11.& 12. Gambarus d.lib.3.à nu.355. Mandoſ.reg.1. Cancel. q.10.nu.8. Couar.d.c.36.pract.num.5.Granutius ad Simonetam de reſeruatio.q.9.nu.9. Zauallos in ſuis communibus contra communes.q.613. *Cabed.deciſ. 35.num.5. Azor.d.lib.5.c.28.q.2.& lib.6.ca.25.qu.7. Tuſch.concl.172.num.10.lit. L.* & Puteus deciſ.157. lib.3.num.2. Et faciunt quæ de reſeruatione dixi ſupra ca.1.à num. 558. Quamuis contrarium teneant Paulus de Citadinis d.7.p. nu.16. Cucchus,qui alios citat d.tit.5.nu.78.& Zucchus de ſtatu Legati,ſub n. 4. verſ.2. poteſt.

68 Quod tamen Gambarus vbi ſupra. num. † 369. & ſequen.limitat,quando ius patronatus eſſet commune laicis,& clericis, & clerici haberent plures voces,quoniam tunc, inquit, totum iudicabitur Eccleſiaſticum, & Legatus poterit conferre; per ea, quæ tradit Bart.in l.fin.3.colum.de Colleg.illicitis,& Io. de Lignano in c.dilectus 3. de præbend.quem ſequitur Felin.in c.ex literis.col.1.de conſtitut. & in ca.1. ſub nu.6.de præſcrip.& Maranta in ſpeculo Aduocato.4.p.11.diſtin.nu.23.& alij ſupra relati c.1.nu. .... quando docet modum diſcernendæ Vniuerſitatis Eccleſiaſticæ à ſæculari, & oſtendit, quod ſi ius patronatus ſpectaret ad Vniuerſitatem Scholarium, in qua eſſent plures laici, quã clerici, totum hoc vocaretur ſæculare,& è contra. Rochus ſup.num.16.& Lambert.1.p.lib.1.q.1.art.10.num.10.& Ferrettus conſi.131,nu.5.& 6. & Gambarum in propoſito refert, nec reprobat Granutius ad Simonetã vbi proximè.nu.8. & ſequitur Gonçalez gl.18.à num.15. loquens de reſeruatione. *Pront etiam Alex. Monet. de opt.cap 3.nu.85.*

69 Sed iſta ſublimitatio non videtur vera,& † eſt cõtra mentem DD. quos citauimus, qui indiſtinctè loquuntur,& eorum rationes etiam hic militant, maximè quod præiudicaretur laicis ex ſocietate clericorum, & ſic retraherentur à fundatione, & ſimile 70 de Vniuerſitate † eſt longè diuerſum, & diuerſæ rationis, ex adductis per Rochum d.nu. 16. & Fel. ſub d.nu.6.& Marantam ſupra,& ſi illud valeret, procederet etiam,quando clerici haberent æquales voces, nam etiam Vniuerſitas, in qua ſunt æquales clerici, & laici, dicitur Eccleſiaſtica; Bart. & alij ſupra.

71 Et quamuis Couar.ſup.dicat, † quod ſi ius patronatus huiuſmodi ad laicum vnum, & ad duos clericos ratione Eccleſiarum pertineret, ita quidẽ, quod maior pars, & potentius ſuffragium ex duobus clericis conſtaret,quo ad præſentationem poſſet admitti huius patronatus derogatio, loquitur tamen, & intelligitur Couarru. in derogatione facta à Papa,& ita male eum allegat Gonçalez ſupra nume. 17. ſicut etiam malè allegat Creſcentium deciſ. 3. de iure patron.& deciſ.574.p.1.diuerſ.

72 Sublimitatur autem iſta quarta limitatio, † vt nõ procedat in Beneficijs iuris patronatus laicorum ex priuilegio, vel præſcriptione, nam iſta bene poteſt Legatus conferre, nec oportet aliter derogare tali iuri patronatus,nec de eo facere mentionem,ex quo ceſſat ratio retractionis à fundatione, & dotatione. Abb.in d.cap.dilectus in fin.de offic.Legati.Cardin. in d.Clemen.per literas. 3. quæſt. Felin.in d. tractat. quando literæ Apoſtolicæ,limitatione 11.Staphil.de literis gratia tit.de modo,& forma impetrandi. §.4. principaliter.nu. 5. Probus ad Monachum in d.cap. 1. de officio Legati in 6.ſub nu.16.Selua 3.pa.quæſt. 11.num.23.& ſequ. Villadieg. ſup.num.22.& Aym. d.conſ. 63. n.6. Rochus dicens communem d.verb. honorificum.num.12.Citadinus d.7.p.nu.16.Lamber.d.3.p.2.lib.quæſt.8.art.3.Gambarus d.lib.3.à n. 243.& 251.Coraſ.d.cap.3.2.p.num.13. & 14.& cap. vlt.4.p.num.33. Couarr.d. cap.36. num.6.Cucchus d.tit.5.num.78. & Zauallos dicens communem d. q. 613. *Azor.d.lib.5.c.28 q.2.& lib.6. c.26.q.7.& Tuſc. conclu.169.num.6.& 172.nu.3.lit. L.* & faciunt d. de reſeruatione ſup.d.cap.1.à num.543.

73 Quamuis add. Barbatiæ inter † conſ. Alexand.74. vol.4.teſtetur,quod veritas,& communis obſeruantia ſe habet in contrarium, & quod dictum eſt de iu-
74 re patronatus ex priuilegio procedit, etiã ſi ſit † priuilegium ſpeciale ad certa Beneficia,& non generale, quicquid Coraſius ſentiat d.c.3.num.15. nam ex quo eſt ius patronatus, ſeu præſentandi ex priuilegio,parum refert an ſit ad certa Beneficia: immò ius patronatus regulariter ita ſoleteſſe, & Dd. ſupra citati generaliter loquuntur,& Abbas in d.c.dilectus.
75 † de offic.Legati ad ſi. quem citat & ſequitur Coraſ. ibi,vbi diſtinguit inter priuilegium generale, & ſpeciale,loquitur ſolum in iure conferendi dicens,quod licèt Legatus poſſit concurrere in prouiſione Beneficiorum cum habente ius conferendi ex priuilegio generali,ex Feder.conſi.63, tamen, ſi Papa contuliſſet alicui priuilegium vt poſſit conferre certa Beneficia,Legatus de illis nõ poteſt ſe intromittere, quia ſpecialis prouiſio derogat generali,capit. 2,de offic. Legati,& c. dudum de præbend. in 6. & facit, quod ſupra dictum eſt,nu.32. & 33. Quam limitationem
76 † Abbatis ponit Aeneas de Falcon.de reſeruat.2.pa. præludio 1.nu.2.eamque limitat num.3.niſi ille, qui

ex

ex priuilegio poſſet conferre Beneficia in certo loco haberet ex priuilegio perpetuo: nam cum tali concurrit Legatus,& ait reperiſſe poſt modum Villadiegum d.quæſt.9. nu.30. indiſtinctè tenere, quod Legatus concurrit cum quolibet collatore, etiam habente ſpeciale priuilegium conferendi; tandem, ait, poſſet dici, quod ſi Papa dederit hanc facultatem alicui, poſtquam Legatus eſt creatus, quod tunc Legatus non concurrat, ſecus ſi ante eſſet, igitur opus eſt videre facultates vtriuſque.

77 At Gambarus d.lib.3.nu.236. cũ Villadieg.ſup.† abſolutè tenet contra Abb. ſcilicet, quod in Beneficijs, quorum collatio eſt alicui ſpecialiter conceſſa à Papa, vt quando Papa concedit ſpecialiter collationem Beneficiorum vni in certa Eccleſia, Legatus poſſit ſe intromittere, quoniam Legatus confert cumulatiuè, non priuatiue; vnde ſtat, quod ille habeat authoritatem conferendi, & tamen id poſſet Legatus: quando enim vna poteſtas accedit alteri accumulatiuè non priuatiuè, vna non tollitur, per aliam: ſecundum ea, quæ habentur in cap. paſtoralis, de offic. ordinarij; videnda tamen, inquit, eſſent verba indulti.

78 Mihi verior videtur doctrina Abbatis, †ex d.ca.2. & d.c.dudum, nec refert priuilegium eſſe temporale aut perpetuum, niſi per illud fieret Ordinarius collator, & non Delegatus, ſeu Apoſtolicus; nec rurſus refert, quod priuilegium ſpeciale præcedat, vel ſubſequatur; ad l.ſanctio legum. ff. de pœnis, & le. doli clauſula.ff.de verb.obligat.

79 Maximèque procederet doctrina Abbatis † ſtante in priuilegio ſpeciali, ſeu indulto clauſula decreti irritantis, a d.ſup.de alternatiua à nu.45.

## *De facultate Nuntij.* §. 1.

### SVMMARIA.

*Alij Legati, qui non ſunt a latere, ſiue miſſi, ſiue nati, conferendi Beneficia nullam habent poteſtatem, niſi hoc eis ſpecialiter ſit indultum, vel niſi ſint miſſi cum poteſtate, ſeu authoritate legati de latere, a nu.80. & ponitur reſolutio Rotæ.*

*Nuntius Hiſpaniæ licet aliàs mutatur cum poteſtate legati de latere, tamen circa Beneficia conferenda datur ei facultas reſtricta ad Beneficia 24.ducaterum valorem non excedẽtia, vt in clauſula facultatis hic poſita.nu.83. & 84.*

*Nuntius Hiſpaniæ non poteſt prouidere Beneficia curata, vt ex verbis facultatis apparet.nu.85.*

*Ceſſat iam dubium, an facultas Nuntij comprehenderet dignitates, nam vltra quod ſunt in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis, non ſunt Beneficia ſimplicia.nu.86.*

*Tantum poteſt prouidere Beneficia vacantia per obitum, non per reſignationem, aſſecutionẽ, vel alias, quamuis olim ſoleret habere facultatem admittendi reſignationes, &c. n.87.*

*Sufficeret ad iſtum effectum, quod Beneficium vacaret de facto per obitum illud poſſidente, licet alias de iure vacaret. num.88.*

*In valore 24.ducatorum computandæ ſunt diſtributiones quotidianæ, & fructus, qui reſidendo lucrifiunt, quamuis antea non ſolerent computari.nu.89.*

*Prouiſiones a Nuntio factæ, antequam fide dignorum teſtimonio conſtiterit beneficia nõ excedere valorem taxatum, nullæ ſunt, quantumuis verum ſit, non excedere.nu.90.*

*Nec ſufficiet Nuntium in prouiſione mãdare, quod priuſquam poſſeſſio detur, fiat informatio de eo.nu.91.*

*Circa verba facultatis perſonis idoneis, remiſſiuè.nu.92.*

*Circa dict. facultatem Nuntij multa dubia occurrunt, &c. nu.93.*

*An ſtante, quod ſolum poteſt conferre Beneficia ſimplicia, poſſit prouidere Archipresbyteratus, qui non ſunt in Eccleſijs Cathedralibus; ſeu Collegiatis, ſed dicuntur rurales, & ſolẽt habere aliquam iuriſdictionem ſuppoſito, quod non excedant valorem 24.ducatorum a nu.94. Reſolvitur, quod ſic, nam quamuis ſonent Dignitatem, ſunt Beneficia ſimplicia, & ſic non requirunt perſonalem reſidentiam, & adducuntur declarationes S.Congregationis, & deciſ. Rotæ.*

*An vigore d.facultatis poſſit Nuntius prouidere beneficia curata habitu tantum, non actu, quia carent Parochianis, & an tale Beneficium cenſeatur curatum, vel non? à nu.99.*

*Referuntur dicta, & ſententia Dd. & Rotæ, vſque ad n.114. & reſolutio ponitur a nu.115.*

*Beneficia ſimplicia, quæ Parochialem habent annexam acceſſorie, non cenſentur curata, ſed ſimplicia. numer. 122. & 123. vbi ponitur reſolutio Rotæ, & ſic poterunt a Nuntio prouideri, ſi ſimul cum annexa non excedunt valorem ſuæ facultatis, ſecus, ſi annexio eſſet æquè principaliter.nu.124.*

*Beneficia ſimplicia, quæ ex conſtitutione, vel conſuetudine Eccleſiæ habent onus gerendi vices curati in ſede illius vacante, non ſunt curata, & ideo poterunt a Nuntio prouideri. num.125. & licet idem videatur in Beneficijs ſimplicibus, quæ habent onus perpetuum adminiſtrandi Sacramenta, & adiuuandi Rectorem, tamen ſecus eſt, quia requirunt perſonalem reſidentiam, tanquam curata ex Congreg. Concilij. nu.126. & 127.*

*Illa Beneficia, quæ Curam animarum habent annexam, etiam ſi per plures adminiſtrẽtur, videntur eſſe curata, ad hunc effectum, & tanquam curata obligant ad reſidẽtiam.n.128.*

*An Nuntius poſſit prouidere Beneficia litigioſa? n.129. reſolvitur, quod non, non obſtante clauſula ſuæ facultatis, ex qua poteſt apponere in ſuis prouiſionibus derogationes, & clauſulas neceſſarias & opportunas, ac in literis Apoſtolicis cõcedi, & extendi ſolitas, & ſic videbatur poſſe apponere clauſulam, & ſuper eo inter aliquos lis, &c. num. 130. & 131. vbi explicatur d.clauſula facultatis.*

*An d.facultas Nuntij comprehendat etiam Beneficia vacantia in menſibus ordinarij.nu.132. reſolvitur, quod ſic, & adducitur reſolutio Rotæ.*

*Id ſolum procedet hodie in quatuor menſibus Ordinarij, non habentis alternatiuam, ſecus in ſex menſibus alternatiuæ propter eius decretum irritans, quod ligat Nuntium & etiam Legatum.nu.133. cui tamen decreto irritanti videtur Nuntium poſſe derogare, ex clauſula ſuarum facultatum ad finem, hic poſita.nu.134. vnde poterit apponere clauſulam in literis Apoſtolicis apponi ſolitam, ſeu ſi venerabili fratri Epiſcopo, &c. per quam derogatur alternatiuæ. num. 135.*

*Per clauſulam, ſeu ſi venerabili, quæ ſolet apponi in prouiſionibus Nuntij, non videtur derogari alternatiuæ, nam non ponitur ita extenſe, vt in literis Apoſtolicis. nu. 136. vbi ponitur ipſa clauſula, adhuc tamen videtur valere prouiſionẽ Nuntij de Beneficia vacantibus in menſibus alternatiuæ, nam in derogationibus in eius facultatibus habetur extenſa d.clauſula ſeu ſi venerabili.nu.137.*

*An in prouiſionibus Nuntij de beneficijs, reſeruatis rationi menſis ſit facienda expreſſio diſpoſitiue de menſe vacationis, ſicut in prouiſionibus Papæ in xta regulã de mẽſib? n.138. reſolvitur quod ſic, nam & valor obtentorum eſt exprimẽdus in prouiſionibus legatorum, ſecundum Rotam.num. 139.*

*Stante*

*Stante regula 2. Cancellaria, per quam reseruantur omnia Beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, an Nuntius possit prouidere Beneficia 24. ducatorum vacantia in Episcopatu, cuius sedes vacat, &c. à nu. 140. resoluitur negatiue, & quod Beneficium potest esse reseruatum pluribus reseruationibus.*

*Quãdodum Beneficia sint annexa, quorum infimul fructus excedunt valorem 24. ducatorum singulorum vero non excedunt, an possint à Nuntio prouideri? à nu. 143. resoluitur non posse, si vnum est alteri vnitum accessorie, posse vero, si vnio est aque principaliter, sicut si essent separata, &c.*

*Quomodo accipiatur ducatus auri de Camera, & cuius valoris sit? à nu. 147. resoluitur esse vnum scutum auri in auro, & vnum argenteum, seu Iulium, & sic valere in Hispania 434. morapetinos, & idem in ducatis pensionum, vt in decis. & resolutionibus Rotæ hic adductis, quamuis alias in reseruatione ducatorum, non dicendo de Camera, attendendus esset valor currens in loco Beneficij.*

*An in d. valore, in quo fructus ratione personalis residentiæ percipi solui, & distributiones quotidianæ computãtur sint etiam computandæ incertæ, & emolumenta funeralium, & anniuersariorum, quæ non sunt dotata sed voluntaria, nam dotata sunt computanda, sicut distributiones quotidianæ certæ? à nu. 153. resoluitur negatiue, nisi incerta ista sint solita locari singulis annis pro certa quantitate, aut alias communiter redigãtur, seu redigi possint ad certam summã, &c. & adducitur decis. Rotæ.*

*An in d. valore facultatis Nuntij sint computandi reditus, & emolumenta competentia Beneficiato ratione Capituli Beneficiatorum, in quod quilibet Beneficiatus habet ius intrandi? à nu. 158. resoluitur negatiue.*

*An sint computãdi in d. valore fructus, qui in Diœcesi Carthaginen. & Conchen. dicuntur tertiaria, nempe 3. vel 4. quoque anno per turnum competentes Beneficiato ratione collectionis omnium decimarum? 1. n. 161. resoluitur negatiue.*

*An de d. valore sint deducenda stipendia Missarum incumbentium Beneficio? à num. 163. resoluitur non esse deducenda, quamuis ad effectum regulæ de valore sint deducenda, saltem si non requirat seruitium personale, quia quo ad illam solum consideratur, quod Beneficium valet in portatis, secundum tamen locum, vbi est Beneficium, &c.*

*An Nuntius possit prouidere Beneficium, quod valet plusquã 24. ducatos, est tamen granatum pensione, quæ deducta eos non valet? à nu. 170. resoluitur negatiue, nisi pensio esset perpetua, quia non deducitur de valore exprimendo, licet deducatur, quo ad solutionem annatæ pro tunc.*

*An sit deducendum subsidium, & excusatum, quod ex concessione Apostolica Regi solutur? à nu. 174. resoluitur ad effectum facultatis Nuntij non videri deducendum, quamuis ad effectum expressionis valoris probabile videatur esse deducendum.*

*An Nuntius possit vigore d. facultatis prouidere Beneficium quod in modico excedit valorem 24. ducatorum, & an. 6. partis diminutio, quæ solet dari ad excusandam malam valoris expressionem, danda prouisioni Nuntij? à nu. 180. resoluitur negatiue, si tamen excessus esset in vno regali & ponuntur decis. Rotæ.*

*Cui incumbat in controuersia onus probandi valorem Beneficij à Nuntio collati, an aduersarius teneatur probare excessum? an vero prouisus à Nuntio, debeat probare non excedere 24. à nu. 187. resoluitur prouisum debere probare Beneficium esse intra valorem facultatis Nuntij, non obstante assertione ipsius Nuntij, idque plene.*

*Quod procedit, etiam si prouisus à Nuntio sit possessor, & vemas excipiendo, & se defendendo, & sua gratia sit prior, quia, cum aduersarius fundauerit suam intentionem, prouisus à Nuntio, qui contra eam excepit de sua prouisione, debet eam iustificare, & probare huiusmodi narrationem valoris, & si non negetur. à nu. 190.*

*Obiectio contra dicta, quod prouisio à Papa agens contra prouisum à Nuntio, ad fundandam suam intentionem tenetur probare valorem narratum in sua gratia posteriori, & sic excedere 24. nu. 195.*

*Respondetur, quod id esset verum, quando prouisus à Papa veriasset valorem affir & quod alius in eo se intrusserat ex prouisione Nuntij tunc enim id teneretur probare plene, quando vero narrasset valorem per non excessum, pro vt communiter fit, sufficit non excessum semiplene probare, & idem vbi narrasset valorem affir. nihil dicendo de prouisione Nũtij, nam tunc sufficit probare non excessum, cum simus in gratia de Beneficio vacante, & non de vacaturo certi valoris, à nu. 196.*

*Prouisus à Nuntio recte probabit Beneficium non excedere 24. per confessionem aduersarij in sua gratia licet adsit clausula augendi, nisi ea fuerit vsus, quæ in prima expeditione consumitur à nu. 202. & adducuntur resolut. Rotæ.*

*Non tenetur prouisus à Papa probare excessum 24. ducatorũ pro verificatione intrusionis aduersarij in literis expressa, quando illa intrusio in supplicatione non fuit narrata, sed tantum in literis ad non soluendum pro tunc annatam, sed balsita poss. quia, cum non fuerit narrata in supplicatione, non potest Papa dici illa motus, tenebitur tamen verificare semiplene, saltem possessum seu detentionem illius, saltem tempore expeditionis, sicut dicitur de familiaritate narrata ad expediendum gratis, &c. à nu. 209. & si fuit in supplicatione narrata intrusio est verificanda, &c. nu. 217.*

*Si constaret in causa de possessione seu detentione aduersarij, præsumeretur illa tempore expeditionis literarum, nam facile præsumitur de præsenti ad præteritum, cum adest aliqua iusta causa ita præsumendi, qualis hic adest, &c. num. 215. & seq.*

*Quomodo probetur valor Beneficiorum? à nu. 218. referuntur opiniones Dd. quibus reprobatis resoluitur cum Rota, cuius resolutiones adducuntur, valorem attendendum esse, & probandum per decem annos ante gratiam, à qua sententia non est recedendum, cum eam receperit obseruantia Rotæ, quæ secundum eam pluries iudicauit, & sic transierit in stilum, & consuetudinem curiæ, qui facit ius etiam extra curiam, cum sit decisorius, & ei videtur standum, & non stilo aliquorum tribunalium Hispaniæ, cum agatur de interpretatione literarum emanantium ab ipsa curia, &c.*

*Testes super valore debent reddere rationem, seu causam dicti sui etiam non interrogati, alias non probant nu. 242.*

*An Nuntius vigore dictæ facultatis possit conferre Beneficia iuris patron. non excedentia valorem 24. à nu. 243. resoluitur posse conferre Beneficia iuris patron. Ecclesiastici, nõ tamen iuris patronatus laicalis, aut mixti, sicut dicitur de Legato. Quamuis valeat eius prouisio non reclamante patrono laico infra tempus datum ad præsentandum.*

*Videbatur posse Nuntium derogare iuri patronatus laicorum tantum pro medietate, & mixto in totum, ex clausula suæ facultatis, ex qua potest apponere derogationes, ac clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas, & sic clausulam, & cum derogatione iuris patronatus, &c. nu. 246.*

*Respondetur per illam clausulam non dari facultatem Nuntio derogandi iuri laicorum, nec id esse credendum, nu. 247. nec d. clausula intelligitur de derogationibus, & clausulis in literis Apostolicis concedi, & extendi solitis, quæ sumũtur ex ipsa supplicatione, nu. 248.*

Poterat

*Poterat Nuntius ex d. facultate conferre Beneficia iuris patronatus laicorum ex eorum negligentia ſeu culpa ad Papam, aut Ordinarium deuoluta, ſicut etiam alia Beneficia deuoluta etiam ad Papam, ſicut de Legato dictum eſt, dummodo non excedant d. valorem 24. in ſua facultate taxatum, nu.* 249. *& ſeq.*

*An Nuntius vigore d. facultatis poſſit prouidere beneficia exempta ſeu ad exemptorum collationem ſpectantia, non excedentia valorem 24. nu.* 251. *reſoluitur poſſe, vt in Legato dictum eſt.*

*An Nuntio currat tempus ſemeſtre ad conferendum?* 252. *reſoluitur idem dicendum, quod de Legato.*

80 SEcundo† principaliter dico, quod alij Legati, qui non ſunt à latere, ſiue miſſi, ſiue nati, conferendi Beneficia nullam habent poteſtatem, niſi hoc eis ſpecialiter ſit indultum cap. literas, de ſupplenda negligentia Prælatorum d. cap. 1. de offic. Legati in 6. vbi Dd. vnde Rota de anno 1545. tenuit, Nuntij prouiſionem non eſſe bonam pro colore in ſpolio, nec pro noua prouiſione expedienda, attento quod eſt ab eo, qui non habet inſtituere de iure communi, & ſpeciale ius neceſſe eſt quod probetur, quo probato tunc
81 valebit. Vt per Chiſanen. deciſ. 99. manuſcrip. † Vel niſi ſint miſſi cum poteſtate, ſeu authoritate Legati
82 de latere, nam tales † etiam ſine alia ſpeciali facultate poſſunt Beneficia conferre, &c. priuilegia Legati de latere habent, vt cum Decio conſ. 128. & Villad. de Legato q. 9. nu. 3. docet Gigas de penſion. q. 6. nu. 39. & Cucchus d. lib. 2. tit. 5. nu. 86. Mandoſ. reg. 13. Cancell. q. 6. num. 4. & de monitorijs q. 60. num. 41. Quintana duennas Eccleſ. li. 1. c. 5. n. 3. & Zecchus de republ. Eccleſ. c. de ſtatu Legati ſub nu. 4. verſ. 5. poteſt, de Benef. & penſio. c. 2. & c. 5. num. 2. Gonçalez gloſſ. 23. nu. 3. *Quamuis Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 5. num. 9. dicat, quod Nuncij cum facultate Legati de latere beneficia conferre non poſſunt, niſi habuerint ſuper hoc conceſſionem expreſſam, citans cap. 1. de offic. Leg. in 6. quod id non probat.*

83 Nuntius vero Hiſpaniæ, † licèt aliàs mittatur cũ poteſtate Legati de latere, tamen circa Beneficia conferenda datur ei facultas reſtricta ad Beneficia 24. ducatorum valorem non excedentia, vt apparet
84 ex clauſula ſuæ facultatis † quæ ſic ait. Inſuper quæ-
85 cunque Beneficia Eccleſiaſtica ſimplicia in dictis Regnis conſiſtentia, extra tamen Metropolitanas, & aliàs Cathedrales, ac Collegiatas Eccleſias conſiſtentia, per obitum illorum vltimorum poſſeſſorum extra Romanam curiam vacatura, dum modo illa aliàs, quam ratione menſium Apoſtolicorum, reſeruata non fuerit, & cuiuslibet eorum fructus, redditus, & prouentus etiam ratione reſidentiæ, perſonalis percipi ſoliti, ac diſtributiones quotidianę 24. ducatorum auri de camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedant, pro tempore vacantia perſonis idoneis prouidendi, ita tamen, vt tu non prius prouiſionem Beneficiorum huiuſmodi facere debeas, quam tibi fide dignorum teſtimonio conſtiterit, fructus prædictos ipſum valorẽ annuum non excedere, alioquin prouiſiones à te pro tempore factæ de eis nullius ſint roboris, vel momẽti. Vt habetur in literis, & facultatibus D. Cæſaris Speciani, Epiſcopi Nauarien. Nuntij Hiſpaniæ datis à Sixto Quinto anno 1585. Idibus Decembris Pontificatus ſui anno primo. Et in facultatibus D. Camilli Caietani Nuntij Clemen. VIII. quæ facultates ſunt producendæ in actis, quando agitur de aliquo Beneficio prouiſo à Nuntio, Rota deciſ. 73. lib. 3. p. 3. diuerſ. Gonçal. §. 2. procem. num. 84. *Et Leo in Theſ. for. Eccl. cap. 2. a num. 21. dicens quod in cauſis pendentibus in Rota producuntur, &c. Et quamuis Nuncij in ſuis literis & facultatibus habeant, & habere ſoleant clauſulam, quod in conceſſibus, gratijs, & alijs diſpoſitionibus per eos auctoritate facultatum ſuę que legationis faciendis, ſoli narrationi, & etiã ſolis conceſſionibus & litteris ſuis, abſque alia facultatum inſertione, ſeu exhibitione, aut notarij, teſtiumve adhibitione ſtetur, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur; tamen id non videtur intelligendum in contradictorio iudicio circa ea, quæ non veniunt iure delegationis, ſed requirunt ſpecialem facultatem, vt in propoſito.*

Ex cuius facultatis, & clauſulæ verbis clarè appa-
85 ret primo, † Nuntium Hiſpaniæ non poſſe prouidere Beneficia curata, quantumuis nõ excedant valorẽ 24. ducatorum in ea aſſignatum.

86 Secũdò apparet ceſſare † iam dubium, de quo per Creſcen. deciſ. 1. de priuileg. aliàs 32. An facultas Nũtij comprehẽderet Dignitates, de quo Anaſtaſ. Germonius de indultis Cardinalium, verb. ac irritum, à num. 31. nam vltra, quod ſunt in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis, quarum Beneficia conferre non poteſt, Gonçalez d. §. 1. num. 58. & gloſſa 23. à num. 4. non ſunt Beneficia ſimplicia. Gambarus, de officio Legati lib. 5. rubrica, an Legatus poſſit plura Beneficia vni conferre. num. 2. & Burſatus conſil. 352. num. 1. lib. 4. & dictum eſt ſupra, 1. part. cap. 6. num. 9.

87 Tertiò apparet tantum poſſe † prouidere Beneficia vacantia per obitum, vnde non poterit prouidere Beneficia vacantia per reſignationem, aſſecutionem, contractum matrimonij, ingreſſum Religionis, aut priuationem, vel alio modo, faciunt dicta infra 31. part. cap. 1. numero 8. & 85. quamuis olim ſoleret habere facultatem admittendi reſignationes, & ex vt apparet ex deciſ. 805. lib. 3. part. 3. diuerſorum, & traditis per Flam. Pariſ. de reſignatione benef. lib. 7. q. 13. à num. 11.

88 Sufficeret tamen ad iſtum effectum, quod † Beneficium vacaret de facto per obitum illud poſſidentis, licèt aliàs de iure vacaret ad deciſ. 12. de præbend. in antiquior. & 8. de elect. in antiquis, Caſſador. 2. de conſtitutionibus. Rota deciſ. 102. lib. 1. p. 3. diuerſorum. Bellenzinius de charitatiuo ſubſidio, q. 122. Simonetam de reſeruatio. quæſt. 50. & 51. & Mandoſ. reg. 1. q. 13. & reg. 6. quæſt. 5. de quibus ſupra cap. 1. num. 198.

89 Quartò apparet in valore 24. ducatorum, † ad quem Nuntius habet facultatem, computandas eſſe diſtributiones quotidianas, & fructus, qui reſidendo lucrifiunt, quamuis antea non ſolerent computari, vt apparet ex deciſ. Paleoti 745. lib. 3. part. 3. diuerſorum, & ex deciſ. Calagurritana Archipreſbyteratus infra adducta numer. 182. & ex deciſ. 118. & Cęſaris de Graſſis in vna Iacen. Portionis de Anſo, de anno 1575. quæ ſunt videndæ, in quarum prima, in primo præſuppoſito ponitur clauſula facultatis Nũtij illius temporis circa prouiſionem Beneficiorum, & habetur etiam 1. p. diuerſorum dec. 335. & ex alijs dec. & poſt hæc tradit Gonçal. d. §. 2. nu. 56. & 57. & d. gl. 23. nu. 4.

90 Quintò apparet prouiſiones à Nuntio factas† antequam

requam fide dignorum teſtimonio conſtiterit Beneficia non excedere valorem taxatũ, nullas eſſe, quantumuis verum ſit non excedere, nec ſufficiet Nuntiũ
91 in proviſione mandare, quod † priuſquam poſſeſſio detur, fiat informatio de eo, vt fieri vidi: nam per id non ſeruatur forma à Papa præſcripta, & circa illa
92 verba facultatis, perſonis idoneis, † videnda ſunt dicta infra 11.p.c.5.ex nu.284. & particulariter, num. 291. *Et ita poſt hæc fuit reſolutum in cauſa Abul. præſtitionorum 15. Febr. 1610. coram D. Mançanedo, nempè gratiam Melchioris eſſe nullam, &c. R. Nuntij fac.*

*Nec etiam ſufficit facere gratiam per litteras in forma commiſſaria ordinario, vel alteri directas, vt conſtito prius de valore beneficium conferas, vt aliquando vidi, dicendo ſic: Diſcretioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus conſtito tibi prius fide dignorum teſtimonio, quod beneficij fructus, redditus, & proventus, una cum diſtributionibus quotidianis, quam ratione reſidentiæ perſonalis percipi ſolitis, 24. ducatorum auri de camera jecũdum communem æſtimationem valorem non excedant, ſi per diligentem examinationem d. N. ad hoc idoneum eſſe repereris; ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, beneficium prædictum, vt præfertur vacans eidem N. intra 30. dies, poſtquam præſentes litteræ tibi præſentatæ fuerint, authoritate noſtra conferas & aſſignes, &c. Alioquin enim non ſatisfit forma à Papa præſcriptæ, nam cum Nuncius facit gratiam de beneficio vacante certæ perſonæ in forma commiſſaria per mandatum de prouidendo, ab ipſo Nuncio cenſetur facta proviſio, & perinde eſt ac ſi ipſe conferret, cap. hi qui, verſ. eum quoque de Præb. in 6. facit quod d. eſt ſup. c. 1. num. 31. Accedit, quod vbi mãdatur prouidere certæ perſonæ de certo beneficio vacanti, gratia dicitur facta, ex quo ſtatim habet ius ad illud, vt dicitur inf. 6. p. ca. 2. 2 num. 300. Vnde, Nuncio faciente gratiam, ſiue in forma gratioſa, ſiue in forma commiſſaria, debet prius fide dignorum teſtimonio conſtare, beneficium non excedere d. valorem, alias gratia erit nulla, ex d. clauſ. Nec obſtante clauſula facultatũ Nuncij circa fi. in qua datur ei facultas. Vices in præmiſſis in toto, vel in parte committendi iudices aſſiſtentes commiſſarios, & executores, pro practicorum & literarum ſuarum executione, & obſeruatione, delegandi mandata, prohibitiones, & monitoria, etiam ſub cenſuris, & aliis pœnis, cæteriſque bene viſis remediis, & etiam appellatione poſtpoſita decernendi, ac omnia & quæcunque alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, decernendi, & exequendi, etiam per alium, ſeu alios, &cet. Ex qua clauſula videbatur, rectè poſſe Nuncium committere alij verificationem valoris, & proviſionem beneficij. Nam reſpondetur quod id procederet, quando nuncius daret alicui commiſſionem & facultatem prouidendi beneficium, etiam vellet, aut etiam certa perſona abſque mandato, faciẽdo, cum commiſſarium voluntarium, tunc enim non eſt gratia facta à nuntio, facienda a commiſſario, iuxta d. c. 26. n. 314. & ſic poteſt etiam fieri ab ipſo commiſſario verificatio valoris. Ad prædictam autem verificationem valoris, & vt nuncio fide dignorum teſtimonio conſtare dicatur de d. valore, ſufficere exiſtimo probationem de publica voce & fama, aut per vnum teſtem de certa ſcientia, ſeu aliud æquipollens, cum iſta ſit ſummaria, & extraiudicialis informatio, nec agatur tunc contra poſſeſſorem: & facit quod dicitur infra 6. p. cap. 3. num. 69. Et plena probatio erit faciẽda per proviſum ſtante lite, & in contradictorio iudicio, vt infra, 4 num. 188.*

93 Circa quã facultatẽ Nuntij, † multa dubia occurrunt: in praxi, quæ operæ pretium erit examinare.

94 Et primo dubitatur, † an ſtante, quod ſolum poteſt conferre Beneficia ſimplicia, poſſit prouidere Arch-presbyteratus, qui non ſunt in Eccleſijs Cathedralibus, ſeu Collegiatis, ſed dicuntur rurales, & ſolent habere aliquam iuriſdictionẽ, ſuppoſito, quod non excedant valorem 24. ducatorum?

95 In quo breuiter dico, † quod ſic; nam dicti Archipresbyteratus, quamuis de iure communi ſonent Dignitatem, Rota deciſ. 526. p. 2. diuerſorum, ſunt Beneficia ſimplicia, & ſic Archipresbytero rurali non committuntur curæ, vt ex Hieron. Paulo in practica Cancellariæ tradit Flores, q. 4. nu. 17. & vti talia Beneficia ſimplicia non requirunt perſonalem reſidentiam, juxta conſuetudinem vniuerſalem Eccleſiæ, ex qua in Beneficijs ſimplicibus non requiritur reſidentia, vt ſupradictum eſt, 3. p. c. 2. à nu. 3.

96 Et ita cenſuit † S. Congregat. Concilij, in vna Burgen. quæ ſic ait; *Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini in Dioceſi Burgen. ſunt nonnulli Archipresbyteratus, qui Dignitates rurales reputantur, ſeu exiſtunt, non tamen ſedem in Cathedrali, nec Collegiatis Eccleſijs habent, nec Cura animarum illis immineet. nec perſonalem reſidentiam requirunt, ſed eorum præcipuum munus, ſeu officium eſt, computa ſingulis annis ab œconomis Eccleſiarum, ſub diſtrictu ſui Archipresbyteratus exiſtentium recipere, eoſque ſi in aliqua ſumma ſunt debitores, ad ſoluẽdum compellere, ac generaliter, vt bona fabricæ Eccleſiarum benè adminiſtrentur, & expendantur procurare, nec non Sacrum Chriſma ſingulis annis à Cathedrali reportare, & Parochialibus Eccleſijs ſui Archipresbyteratus diſtribuere, propter quod onus certos ſibi deſignatos recipiunt fructus à qualibet Eccleſia Parochiali ſui diſtrictus nec vnquam fuerunt reputati curati, ſed ſemper ante Concilium Trid. & poſt, conſueuerunt conferri Dignitatibus, ac Canonicis, ſeu alijs perſonis Beneficia perſonalem reſidentiam requirentia obtinentibus abſque diſpenſatione Apoſtolica, & hoc tanto magis, quod prædicta Beneficia reſidentiam requirentia, vna cum Archipreſbyteratu obtinentes poſſunt per menſem abſentiæ facere prædictum officium, & non præiudicare prædictis Eccleſijs reſidentiæ, cum per Concilium permittatur, quod poſſint per tres menſes abeſſe. Nihilominus ab aliquibus vertitur in dubium, an Archipresbyteratus huiuſmodi ſint incompatibiles cum prædictis Beneficijs reſidentiam requirentibus ſub prætextu, quod dicta exceptio computorum videatur viſitatio quædam, quæ ex diſpoſitione Concilij, ſeſſ. 24. cap. 3. quando pertinet ad inferiores, per ſe ipſos fieri debet. Quare Illuſtriſſimus Cardinalis Pacheco, Præſul Eccleſiæ Burgen. cupiens pro adminiſtratione ſui Paſtoralis officij dubia, quæ in executione dicti Concilij oriuntur, per declarationem S. Congregationis tollere, ſupplicat Illuſtriſſimis D. D. veſtris, vt dignentur declarare, an ſtantibus permiſſis ex diſpoſitione Concilij prædicti, ſeſſ. 24. c. 3. ſeu alterius decreti Archipresbyteratus huiuſmodi ſint incompatibiles cum Dignitatibus, Canonicatibus, vel alijs Beneficijs perſonalem reſidentiam requirentibus? Et an prædicti Archipresbyteri teneantur per ſe ipſos munus prædictum ſibi incumbens exercere, vel poſſit illud per alios ab ipſi deputandos exequi, prout multi hactenus facere conſueuerunt?* Ad primum Congreg. Concilij cenſuit, non eſſe incompatibiles,

prout

101 Et Cardin.consil.48.ait tale Beneficium † censeri curatum,& sic de tali cura faciendam esse mentionem in impetratione.

102 Alij vero dicunt tale Beneficium habitu † curatum non esse, incompatibile cum alio, nec includi in dispositione d. capit. de multa, ita Feder. consilio 115. & post alios Abba, in d. cap. de multa, num. 34. Capra dicens communem, regul. 90. numero 74. Duennas regula 71. 4. fallen. & Hoieda supra num. 10. 11. & 53.

103 Et similiter glossa in c. † licèt Cano, de electione in 6. verb. Paroch. alis, dicit, quod dispositio illius ca. non habet locum in tali curato habitu. sequuntur Selua 3. p. quæst. 42. & Hoieda vbi supra, & Rebuffus in praxi, tit. de non promotis num. 34. qui tamen num. 35. ait, quod si reuertantur Parochiani, tenebitur is promoueri ab eo die, quo reuertuntur, si quidem incipit actu Parochialis esse, &c. *idem Azor. 2. p. libr. 6. c. 8. q. 9. idem* Zerola in praxi Epitcopal. 2. p. verb. Beneficium. §. 23. & latius 1. p. eod. verb. §. 4. circa fi,

104 vbi ait reperiri † multas Ecclesias, quæ antiquitus fuerunt curatæ, & habuerunt populum, & nunc carent populo, & sunt diruta, & habent bonos reditus, & his, qui ad illas assumuntur, non prouideri per concursum, nec subesse dispositioni cap. licèt canon, & sic vidisse obseruari Beneuenti, & quod, qui habet, dicitur habere Beneficium simplex, & quod tunc incipiet esse Curatus, quando incipiat habere populũ, &c. & quod non debeat fieri concursus in Ecclesia Parochiali, quæ actu non habet Parochianos, tenet idem Zerola verb. Parochia, §. 2. 8. dubio, respondetur enim, inquit, prout in dic. verb. beneficium. §. 4. circa vlt.

105 Hieron. Paul. in pract. Cancell. † §. notabilia super vacantibus non reseruatis, verb. curata Ecclesia, ait, quod curata Ecclesia propriè dicitur, quæ habet curam actu, illa autem, quæ habet curam habitu dũtaxat, habetur pro non curata, saltem quoad euitandam pœnam constitutionis de curata loquentis. Et

106 Quintana duennas lib. 4. Eccles. nu. 71. ait huiusmodi Parœciæ Beneficium non habere Curam animarum, neque c. de multa, aut c. licèt canon. pœnis contineri, receptius esse.

107 Hanc ait Gambarus † de offic. Legati. lib. 5. rubr. an Legatus possit plura Beneficia vni conferre à nu. 13. quod in restrictione dispensationis ad plura incompatibil. 2, dummodo non sint plures, quam duæ Parochiales Ecclesiæ, non includitur Ecclesia, quæ olim habuit, sed nunc nõ habet Parochianos, nec dicitur Parochialis, quia tunc cessat ratio restrictionis,

108 Felin. in cap. postulasti de rescript. sub nu. 1. vers. & vide Card. inquit, quod talia Beneficia regulantur in omnibus, vt simplicia, & sic non est opus facere mentionem in impetratione de tali cura, & idem dicit *incap. in nostra cor. 10. eodem titu. poss. Benef. in* Clem. 1. de offic. Vicarij, nu. 44. sequitur Mand. reg. 20. Cancell. de idiomate, q. 11. num. 5. & *Nauar. cõs. 3. de restit. & obed. dicit, quod rector parochialis distincta non videtur habere Ecclesiam parochialem, & quod rector parochialis habitu, & non actu, non videtur habere beneficium curatum, sed tantum simplex, iuxta glos. in cap. licèt canon & c. statutum, de elect. in 6. & Lana. in d. c. de multa communiter receptus, quod praxis vbique seruat.* vbi cõcludit in talibus Beneficijs non esse locum illi regulæ, & post hæc Gonçalez gl. 6. 4 nu. 89. ait huiusmodi Beneficium non dici Beneficium curatum, nec vti tale regulandum, &c.

109 Alij sic concordant opiniones, † quod ad effectũ vt de tali cura sit facienda mentio in impetratione, tale Beneficium censeatur curatum; ad effectum vero incompatibilitatis, & cap. licet canon. non censeatur curatum, ita Staphil. de literis gratiæ, tit. de qualitat. & statu Beneficiatorum. §. de qualitate Benefi. quæ sunt curata, num. 3. Rebuffus in praxi tit. de dispensatione ratione ætatis, verb. etiamsi curam. Burtattus cons. 352. nu. 23. & 24. lib. 4. Ioannes Gutierrez allegatione 8. Zecchus de republ. Ecclesiastica, ca. 28. de Parocho, sub nu. 2. Emmanuel Rodriguez. in sum. 1. tom. c. 31. num. 6. Vega. 1. p. summæ c. 36. casu 28. & P. Ledesma in sum. 2. p. tract. 7. cap. 1. 12. concl. 7. difficultate.

110 Et Sarnen. in reg. de idiomate, quæst. 11. † vers. & ideo, ait ad effectum illius regulæ censeri curatum, licèt non ad effectum incompatibilitatis, At Hieron.

111 Gabriel cons. 191. † lib. 1. cum Felin. supra tenet gratiam talis Ecclesiæ curatæ habitu non esse surreptitiam, vel obreptitiam, si de cura mentio facta non est, vel est narratum, quod est sine cura contra Staphil. & Rebuffum vbi proxime; maxime, cum per plures annos Ecclesia Parochianis caruit, & verisimiliter nulla spes adest, vt actũ recuperet, quicquid concludi debeat, cum Ecclesia pauco ante Parochianos amisit, & adest probabilis, spes recuperationis actus, quo casu Hier. Gabr. ibi videtur contra inclinare, & nu. 20. ait, quod ad obtinendam Ecclesiam habitu curatam, etiam minor 25. annis est idoneus cum Bonifacio vbi sup.

112 Et in vna Firmana Parochialis 16. Decembr. † 1558. coram D. Quiroga, fuit resolutum, Quod si in supplicatione impetrationis Parochialis, quæ curam habebat animarum habitu, & non actu, dictum est, quod Ecclesia erat sine cura, gratia est surreptitia, si probabilis est spes Parochianos posse reuerti, cum non sit facta mentio curæ, cap. 1. de verbor. significat. lib. 3. si verò nulla erat spes redeundi, gratia erit valida. Aegid. decis. 32. in fin. Felin. supra in d. c. postulasti cum simil. quod si lapsi essent 40. anni sine Parochianis, tunc status Beneficij esset immutatus, & Beneficium erit simplex, cap. cum de Benefic. de Præbend. in 6. Staphil. 8. forma expectatiuarum, nu. 5. hæc in d. dec. Firmana, sequitur Burtattus d. consi. 352. in fin. & Flam. Paris. de resignatione, lib. 10. q. 2. nu. 87. & 88.

113 Iuxta quam decisionem videtur † intelligenda alia in vna Telesina Beneficij, vltima Ianuar. 1590. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum, Quod de cura habitu Beneficij, quod erat Parochiale, & Parochiani recesserunt propter incursiones latronũ debet fieri mentio, ex Card. d. consil. 48. Staphil. & Rebuf. supra citatis, nu. 109. & sic, si Beneficium narratur esse sine cura, gratiam non sustineri, &cet. Hæc inquam decis. videtur intelligenda iuxta d. decisionem Firmanam, quando est probabilis spes Parochianos posse reuerti, vt videtur esse in isto casu, in quo Parochiani recesserunt, propter incursiones latronum: nam adhibito remedio huic malo per superiores, & potestates, probabile est reuersuros in patriã suam, & locum.

114 Et aliàs in vna Lunen. Sarçanen. † Prioratus 11. Febr. 1591. coram D. Seraphino, fuit dictum, Quod

non

non eſt gratia ſurreptitia, ex eo, quod Eccleſia Parochialis habitu non actu narratur ſine cura, quia tunc non eſt neceſſaria curæ expreſſio. Felin. in d. cap. poſtulaſti, nu. 1. & d. c. in noſtra cor. 10.

115 Hæc ſunt, quæ in hac re † à doctoribus tradita, inuenio, in qua mihi dicendum primo, quod dicta Beneficia curata, ſi veriſimiliter nulla ſpes adeſt, quod actum recuperent, & maximè, ſi lapſi ſunt 40. anni ſine Parochianis, cenſentur abſolute, & in omnibus ſimplicia, ex Felin. Hierony. Gabr. Rota in d. Firmana, & alijs ſupra, & ſic, licèt non narretur talis cura habito, vel narrentur eſſe ſine cura, gratia non erit ſurreptitia, iuxta ipſos, & Zecchum de Benefi. & Penſio. cap. 9. num. 1. nec in eis habebit locum diſpoſitio d. cap. de multa. & d. cap. licet canon, iuxta Feder. Abba. & alios relatos ſup. nec habebit locum diſpoſitio S. Concilij Tridentin. ſeſſ. 24. capit. 18. de reformat. de faciendo concurſu, vt per Zerolam ſupra. Et ita, vt exiſtimo, huiuſmodi Beneficia prouidentur Romæ, tanquam ſimplicia ſine prævio concurſu, & etiam in partibus, nec erit neceſſaria ætas 25. annorum, ſed ſufficiet ætas requiſita ad Beneficia ſimplicia obtinenda; ex Bonifacio ſupra, & Hieron. Gabr. d. num. 20.

116 Et tandem ad noſtrum propoſitum deueniendo † videntur poſſe prouideri à Nuntio, ex d. ſua facultate, ſi non excedunt valorem in ea taxatum.

117 Secundo, quod ſi eſt ſpes probabilis recuperationis actus, nec ſunt lapſi 40. anni ſine † Parochianis, tunc, licèt ad effectum d. cap. licèt canon. non conferantur vt curata, quia ceſſat ratio illorum iurium, ex Feder. Abb. Gloſſat. Staphil. Rebuff. & alijs citatis ſupra, tamen ad alios effectus videntur cenſenda curata, ex ſupra allegatis, maximè in terminis, & caſu Ioannis Gutierrez d. allegatione 8. nume. 8. vt ad effectum, quod debeat fieri mentio de tali cura, aliàs gratia ſit nulla ex Cardin. dict. conſil. 48. Staphil. & Rebuff. ſupra, & dict. deciſ. Firmana & Teleſina, & Burſatto, & Flam. Pariſ. ſupra, & ad effectum concurſus de quo in d. decreto Concilij cap. 18. & ad effectum ætatis, &c. vnde non poterunt à dicto Nuntio prouideri, quantumcunque non excendant valorem taxatum.

118 Quod tamen attinet ad effectū regulæ † de idiomate admoneo, Rotam in vna Calagurritana Parochialis de S. Pia. 4. Decemb. 1556. coram D. Oradino pro maiori parte tenuiſſe. Quod regula de idiomate non habebat locum in iſta Parochiali, quæ nullos habebat Parochianos, quia regula in effectu reſpicit exercitium curę, & quia, ſi nulli ſunt Parochiani, nullum cadit idioma: nec obſtare, quod poſſunt ſuperuenire, quia incertum eſt, cuius idiomatis erunt qui ſuperuenerint, &c. Sequitur Mandoſ. dict. quæſt. 11.

119 Sed iſta conſideratio ſolum † videtur poſſe procedere in locis, qui ſunt in confinio diuerſorum idiomatum, vt in locis Alauæ, Vizcaiæ, & Guipuzcoæ d. dioceſis Calagurritanæ & de dicta regula de idiomate, vltra Sarnen. Mandoſ. & alios ibi latè agit per Hoiedam ſupra c. 24. à nu. 43.

120 Immo etiam ad effectum incompatibilitatis, † & d. cap. de multa. in hoc ſecundo caſu Beneficia curata habitu videntur cēſenda curata, ex ſententia Gregorij XIII. & S. Congregationis Concilij in ſequenti declaratione ſuper cap. 17. ſeſſione 24. de reformat.

☞ S. D. N. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis Concilij declarauit Parochialem, quæ habitu tantum, & non actu curam habet, comprehendi

121 verbis huius cap. quæ ſanè declaratio videtur † intelligenda in dicto ſecūdo caſu, quando eſt ſpes probabilis recuperationis actus, nec ſunt lapſi quadraginta anni ſine Parochianis, non verò in primo caſu, de quo num. 115. *Quæ intelligentia comprobatur: nam vt alias habetur circa dict. declarationem, ratio quæ mouit Papam fuit, quoniam de die in diem, ſeu in horas ſingulas parochialis habitu poteſt fieri actu, ſi reuertantur parochiani, vt etiam ſenſit Cancellaria: & pro hac intelligentia cōducit alia declarat. nullius 29. Aprił. 1593. quæ att: Congreg. Conc. cenſuit ca. 13. ſeſ. 24. dum parochiales viri monaſterijs prohibet, intelligendum eſſe de parochialibus quæ actu, non autem de illis, quæ habitu tantum ſupra hominum memoriam parochiales exiſtunt.*

122 Beneficia autem ſimplicia, † quæ Parochialem habent annexam ſecundario, & acceſſorie, certum eſt non cenſeri curata, ſed ſimplicia. Felin. in cap. in noſtra cor. 10. de reſcript. Decius in cap. ad aures, num. 13. eodem. Sarnen. d. reg. de idiomate. quæſt. 11. Menochius de arbitrarijs lib. 2. caſu 201. nu. 67. & dicetur infra 11. part. cap. 4. num. 192. & vltima part. ca. 2. num. 12.

123 Vnde in vna Zamorē. Archidiaconatus † coram D. Rubeis de anno 1569. fuit reſolutum; De iſta cura habitu per viam annexionis non eſſe neceſſario faciendam mentionem in gratia, ſeu impetratione, nec inducere incompatibilitatem, Anchar. Gemin. & Probus ad Monach. in cap. ſuper eo. de Præbend. in 6. Bonif. in Clemen. vnica, de off. Vicarij, contra conſil. 33. Cardin. de quo per Felin. in cap. poſtulaſti in princ. de reſcr. quod non eſt verum, nec in curia reſeruatur, &c.

Et ſic iſta Beneficia ſimplicia, quæ Parochialem
124 † habent annexam ſecundario, & acceſſorie, poterunt à d. Nuntio prouideri, ſi ſimul cum annexo non excedunt valorem ſuæ facultatis: ſecus, ſi annexio facta eſſet æquè principaliter ex dictis infra vlt. p. ca. 2. nu. 37.

125 Similiter etiam Beneficia † ſimplicia, quæ ex cōſtitutione, vel conſuetudine Eccleſiæ habent onus gerendi vices Curati in ſede illius vacante, non ſunt curata, quia propter ſolum exercitium curæ accidentale ille vices gerens non dicitur habere Beneficium curatum. Oldrad. conſil. 102. Fel. d. cor. 10. Decius dict. cap. ad aures nume. 14. Sarnen. d. queſt. 11. & Menochius ſupra num. 68. & ideo talia beneficia rectè poterunt prouideri à Nuntio, ſi ſunt intra d. valorem.

126 Et idem videtur in Beneficijs † ſimplicibus, quæ habent onus perpetuum adminiſtrandi Sacramenta, & adiuuandi Rectorem, nam ex iſto exercitio Curæ, iure penes alterum remanente, non debet cenſeri beneficium curatum.

127 Sed videtur obſtare declaratio S. Congr. 2. & 3. adducta ſupra 3. p. cap. 2. ſub nu. 167. ex quibus apparet iſtos teneri perſonaliter reſidere, ſicut veri curati, & ibi diximus, & ſic iſta Beneficia cenſentur tāquam curata.

128 Et illa Beneficia, quæ Curam animarum † habent annexam, etiamſi per plures adminiſtrentur, videtur eſſe Curata ad hunc effectum; de quibus infra 9. p. ca. 2. dub. 7. à numero 175. & tanquam curat

obligant

obligant ad residentiam personalem, ex c.1. sess.23. de reform. & diximus d.c.2.à nu. 164.

129 Tertiò dubitatur, †an Nuntius possit prouidere Beneficia litigiosa? & respondetur, non posse ex c. 1.& 2. vt litè pendente, lib.6. vt de Legato à latere diximus supra, à nu.56.

130 Videbatur tamen posse Nuntium † prouidere Beneficia litigiosa, ex clausula suæ facultatis infra adducta nu.134. ex qua potest in suis prouisionibus apponere derogationes, & clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas, & sic poterit apponere clausulam, quæ in litteris Apostolicis apponi solet, & super eo inter aliquos lis, &c. de qua supra 4.part.capit.3. numero 31.

131 Sed adhuc dicendum est, non posse Nuntium † prouidere Beneficia litigiosa, non obstante d. clausula suæ facultatis, quæ non videtur intelligenda de clausulis in literis Apostolic. apponi solitis, quę sumuntur ex supplicatione, in qua specialiter sunt cõcessæ, vt ista: sed de clausulis in literis Apostolicis cõcedi, & extendi solitis, absque speciali concessione in supplicatione facta, vt est illa, seu si venerabili, & cet. & ita huiusmodi clausula de lite non solet apponi in prouisionibus Nuntij, nec illa clausula facultatis Nuntij est intelligẽda, vt possit derogare dispositioni iuris communis.

132 Quartò dubitatur, †an d. facultas Nuntij comprehendat etiam Beneficia vacantia in mensibus Ordinarijs? In quo dicendum est, quod sic, vt resolvit Rota in vna Compostellana, vt per Crescen. dec. 8. de priuilegijs, in qua fuit dictũ, Facultatem Nuntij conferendi, Beneficia comprehendere etiam vacantia in mensibus Ordinarij, non obstãte reg. quæ dãdo octo menses expectantibus disponebat, quod in cæteris quatuor Ordinarij libere cõferre valerẽt quia cum in illis Papa prouidere posset, & cum Ordinario concurrere, idẽ & in Nuntio, qui authoritate Papę potestatem habet conferendi: argum. cap. si Apostolicæ, de Præb. in 6. & quia omnia nostra facimus, quibus authoritatem impartimur, & argum. l. solet cum simil. ff. de iurisdictione omnium iudicum & quia regula voluit tantum in illis 4. mensibus tollere impedimentum expectantium, nisi in regula revocarentur omnes facultates, & indulta conferẽdi, Hæc in d. dec. sequitur Anast. Germonius de indultis Card. §. 2c irritũ, n. 42. facit etiam c. fi à sede Apostol ca. de Præb. in 6. & quod dictum est de Legato à latere supra à nu. 40. & posthæc tradit Gõçal. d. §. 2. à nu. 52. qui tamen nu. 55. ait, quod hodie, vt à peritis audiuit Nuntius habeat facultates limitatas, vt cũ Ordinarijs in suis mẽsibus concurrere nõ possit, quod certè non apparet in prædicta facultate, & ita videtur sine fundamento: quamuis verum sit, quod non solent Nuntij cum Ordinarijs occurrere. *Vnde etiam non bene dicitur in decis. Abul. præstimoniorum 15 Februar. & 18. Iun. 1610. coram D. Mançanedo, quod facultas Nuncij sit ad conferenda beneficia reseruata, &c.*

133 Id tamen solum procedet hodie in Beneficijs † vacantibus in quatuor mensibus Ordinarij non habentis alternativam, secus in vacantibus in sex mensibus alternativæ Episcopi eam habentis propter decretum irritans in ea appositum, quod ligat Nũtium, & etiam Legatum à latere, vt supradictum est, à num. 45.

134 Sed, licèt id ita sit, videtur Nuntium posse † derogare d. decreto irritanti alternativæ, ex clausula suarum facultatum ad fin. quæ sic ait. Decernentes de omnibus facultatibus, & concessionibus perdictis, etiam cum derogationibus, suspensionibus, indultis irritantibus, aliisque decretis, & clausulis necessarijs, & opportunis, ac in litteris Apostolicis cõcedi & extendi solitis in quibuscumque partibus, Regnis, Prouincijs, terris, & ciuitatibus, & locis prędictis libere, & licitè, vti posse, &c. vt in dictis facultatibus Nuntij Speciani.

Cum ergo ex illa clausula Nuntius possit in suis gratijs, & concessionibus apponere derogationes, ac clausulas necessarias, & opportunas, poterit in suis prouisionibus apponere derogationem dicti decreti irritantis alternativæ, maximè, cum possit etiã apponere derogationes, ac clausulas in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas.

135 Vnde poterit apponere clausulam, quæ in † literis Apostolicis super prouisione Beneficiorum apponi solet, seu si venerabili Fratri Episcopo, &c. per quam derogatur alternativæ, vt supradictum est ca. 1. à nu. 17. ex Menoch. cons. 83. nu. 35. lib. 1. & Anast. Germon. de indultis Cardinalium. §. alioquin n. 32. & sic clausula ista, seu æquipollenti per Nuntium apposita, valida esset eius prouisio de Beneficio etiam vacante in mense alternativæ Ordinarij illam habentis.

136 Sed per clausulam, † seu si venerabili, quæ solet apponi in prouisionibus Nuntij, non videtur derogari alternativæ: nam solum dicitur. Seu si venerabili Episcopo, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem, vel prouisionẽ alicuius minimè teneantur & ad id compelli non possint. Per quæ verba nõ derogatur alternativæ, cum desint illa, quæ in litteris Apostolicis addi solent, quodque de huiusmodi, vel alijs Beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat prouideri per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia d. Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumq; tenoris existat, per quã præsentibus nõ expressã, vel totaliter nõ insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, aut quomodolibet differri.

Adhuc tamen videtur valere prouisionem Nun-
137 tij de Beneficijs vacantibus in † mensibus alternativæ Episcopi, etiamsi in literis, & prouisione non sit ita extensa d. clausula, seu si venerabili, nam in derogationibus in eius facultatibus ad finem habetur extensa.

138 Quintò dubitatur † an in prouisionibus Nuntij sit facienda mentio, & expressio dispositiue de mense vacationis sicut in prouisionibus Papæ iuxta reg. de mẽse? credo, quod sic, nam & mens, ac ratio regulæ, de qua supra. c. 1. n. 647. procedũt etiam in prouisionibus Nuntij, & optimè faciũt tradita per Sarnẽ. in regul. de valore q. 2. Crescen. decis. 10. de rescript. & per Mandos. reg. 34. q. 50. & Rotam decis. 206. p. 1. diuersorum.

Ex quibus in vna Vlisbonen. Beneficij 4. Decem. 1600. coram Domino Pamphilio fuit resolutum, quod valor obtentorum est exprimendus etiam in

prouiſionibus Legatorum, alias gratia eſt nulla ex reg. de valore, &c. *Quæ habet locum etiam in gratijs & penſionibus Legatorum, & fuit confirmatum 12. Februarij 1601.*

139 Sexto dubitatur ſtante reg. 2. † Cancellariæ ſup. adducta cap. 1. nu. 212. per quam reſeruantur omnia Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante, an Nũtius poſſit prouidere Beneficia 24. ducatorum vacantia in Epiſcopatu, cuius Sedes vacat, maxime in menſibus alias ordinarijs? & certe ego non video quomodo Nuntius iuxta ſupradictam facultatem poſſit illa prouidere cum ſint reſeruata vt vacantia Sede Epiſcopali vacante, & ratione Sedis vacantis per d. regulam, & ſic alias quam ratione, menſium Apoſtolicorum.

Poteſt etiam Beneficium eſſe reſeruatum pluribus
140 † reſeruationibus. Felyn, in c. in noſtra, de reſcript. Aeneas de Falcon, de reſeruatio. 4. q. principali effectu 44. Caſſad. deciſ. 9. de Præben. Ferretus conſ. 17. num. 2. & Mandoſ. de ſignatura gratiæ titulo de indulto conferẽdi Beneficia reſeruata. verſ. an autem, & reg. 32. q. 14. *Rot. in Brundu ſina Archidiac. 16. Junij 1604. coram D. Millino, vbi quod non eſt nouum, neque inconueniens, quod idem beneficium ſit reſeruatum pluribus reſeruationibus, quamuis in hoc caſu non exprimatur in literis niſi vnica reſeruatio magis principalis diſpoſitionis, vt ſunt plura notabilia Cancellariæ.* Et dicitur ſupra c. 1.
141 num. 540. ſicut poteſt † quis eſſe excommunicatus pluribus excommunicationibus, & ſuſpenſus pluribus ſuſpenſionibus, quamuis Ripa reſponſ. 15. nu. 3. lib. 1. dicat Beneficium, quod iam ſuit reſeruatũ, non videri amplius poſſe reſeruari. *Et fauet Rot. in vna Regulæ prop. 3. Mart. 1606. coram D. Ludou. ſup. adducta c. 1 huius p. num 570. allegans deciſ. 32. de Præb. in antiquis, quæ potius eſt nobiſcum.* Et Nuntius non poteſt prouidere Beneficia aliàs, quam ratione menſium Apoſtolicorum reſeruata,

142 Et eſt ad propoſitũ † optima deciſ. Caputaquen. 85. p. 2. omnino videnda, & doctrina Mandoſij, vbi proxime, quamuis ſcribat Nuntium illa prouidere in quocumque menſe vacent, vt vidi in aliquibus Beneficijs huius Epiſcopatus, quæ vacarunt Sede Epiſcopali vacante.

Septimo dubitatur, quando duo Beneficia ſim-
143 plicia, ſeu præſtimonia † ſunt annexa, quorum in ſimul fructus excedunt dictum valorem 24. ducatorum, ſingulorum vero non excedunt, an poſſint à Nuntio prouideri? in quo diſtinguendum cenſeo, quod, ſi vnum ex illis vnicum eſt alteri acceſſorie, &
144 per viam incorporationis, † tunc non poteſt Nuntius prouidere; quia dicta vnio operatur extinctionem tituli, & nominis Beneficij vniti; & iudicatur, vt prædictum illius, cui fuit facta vnio, vt fuit reſolutum in cauſa Herden. penſionis 6. Martij 1595. & ſic non datur vacatio Beneficij vniti, & vnum tantum eſt Beneficium, cuius fructus excedunt 24. nam & fructus Beneficij vniti ſunt fructus Beneficij principalis, cuius eſt quaſi prædium, vt dixi, & in impetratione non eſt opus exprimere vnitum, ſed principale, vt dicetur late infra vltim. part. capitul. 2. à num. 12.

145 Si vero vnio facta eſt † æque principaliter, tunc Nuntius poterit illa prouidere, ſi ſingulorum fructus non excedũt d. valorem 24. ducatorum, quamuis amborum ſimul excedant, ſicut poteſt vni ſimul conferre duo Beneficia ſeparata, quorum ſingula non excedunt d. valorem, quantumuis ambo ſimul excedant.

146 Et ratio eſt, quia dicta † vnio nihil aliud operatur, niſi quod Rector vnius ſit Rector alterius, vtrũque tamẽ Beneficium manet Beneficium, ſicut erat, & proprios reditus agnoſcit, & gaudet ſuis priuilegijs, vt fuit reſolutum in d. Herden. & quod ſic fructus veniunt exprimendi ſeparati, & de vtroque Beneficio annexo æque principaliter oportet facere mentionem in impetratione, vt dicitur d. c. 2. vltimæ partis à num. 37.

Octauo dubitatur, quomodo accipiatur ducatus
147 † auri de camera, & cuius valoris ſit? Et breuiter Reſp. ducatum auri de camera eſſe vnum ſcutum auri in auro, & vnum argenteum, ſeu Iulium, & ſic valet in Hiſpania 434. morapetinos. *Etiam 474. quia ſcutus auri ex pragmatica Philippi III. valet 440. morapetinos, ad Rot. deciſ. 682. 683. 900. 686. 759. & 193. nouiſ. Farin.*

Ad quod eſt deciſio Rotæ in vna Conchen. pen-
148 ſionis 28. Junij 1585. coram D. † Orano quæ ſic an. Dubitatum fuit præſuppoſita reſeruatione penſionis, in ducatis Cameræ Apoſtolicæ, an ſolutio illius fieri debeat ad rationem 375. morapetinorũ, an vero ad rationem 434. Domini 28. Junij 1585. cenſuerũt penſionem in ducatis ad rationem 434. morapetinorum ſolueudam, & ratio fuit, quia, cum agatur de penſione in ducatis auri de camera à Papa reſeruata, ſolutionis æſtimatio fieri debet iuxta valorem conſuetum in loco earum aſſignatis. Abbas in c. 2 quanto. col. vlt. de iure iur. Sarnen. ſuper regul. de valor. q. 8. Gigas de penſio reſpon. 26. num. 4. attenditur autem conſuetudo loci, vbi traxit originem res, de qua videri oportet Aegid. deciſ. 2. quem ſequitur Felyn. in cap. ad aures. num. 13. in fin. de reſcription. nec facit præterea obſeruantia in contrarium, quia, cum habeamus claram, & expreſſam Papæ penſionem reſeruantis voluntatem, non eſt locus obſeruantiæ interpretatiuæ. Aretinus conſil. 84. num. 5. & conſil. 115. num. 2. maxime, cum illa ſit fundata in confeſſione penſionarij, qui ideo ſe recepiſſe dicit penſiones in præteritum ad rationem valoris ducatorum Hiſpaniæ, quod Beneficiatum expertus fuit in illa perſoluenda non expeditis literis faciliorem, ſiquidem voluntaria acceptatio, vel non eſt habenda ad neceſſitatem. lib. 2. C. de his qui ſponte l. voluntariæ. C. de excuſatio. tutorum. Pariſius conſil. 39. num. 35. lib. 4. neque illi habita eſt ratio, quoniam non eſt vniformis, cum teſtes ſuper eo hinc inde examinati non conueniant, & ſententiæ circa illum ſint diuerſæ. Minus obſtat, quod mandatum ad conſentiendum penſioni non exprimat ſpeciem ducati, quia iſtud reſpicit validitatem reſeruationis, & ita deciſum. *Quæ deciſio fuit confirmata in Ceſarauguſtana penſionis 11. Mart. 1591. coram D. Gipſio in nouiſ. Farin. 686. & accedit deciſ. 778. eiuſdem.*

149 Et in vna † Acherontina fructuum 20. Februarii 1595. coram Domino Blanchetto fuit reſolutum, penſione ducatorum auri de camera reſeruata ſoluenda Neapoli, ſolutionem faciendam eſſe in ſcuto auri in auro, qualis currit in Cancellaria, addito vno Iulio, quo ſcuto deficiẽte debere ſolui eius valorem, prout currit Neapoli, &c. *Et in eaud. poſtea 28. Aprilis 1600. coram D. Lancel. in nouiſ. Farin. dec. 899. fuit reſolutũ,*

*quod*

*quod cum reſeruatio & obligatio de illa ſoluendo: & decretum Rotæ loquantur de ducatis auri de camera nouis, vel in æſtimatione, & ſumma æquiualent, & ſic pro quolibet ducato ſoluendum eſſe vnum ſcutum octo teccarum ſeu ſtamparum, & vnum Iulium, poſt edicta ſeu banna Clemen. VIII. quamuis reſeruatio antea eſſet facta cum ducatis de camera, in ſua bonitate intrinſeca remanentes, & non fiat in aliquo immutati, quamuis debitores ſcutarij antea obligati poſſent ſoluere in ſcutis currentibus & ordinarijs, licet non ſint octo teccarum, vt in vna Romana aureorum 8. teccarum, 20. Iun. 1597. coram eod. D. Lancellotto d. nouiſ. Far. decif. 759.*

Quod etiam fuit reſolutum in vna Aretina pen-
150 ſionis 20. Febr. † & 17. Apr. 1598. corã D. Lita vbi
☞ aliæ deciſiones allegantur, nempe penſionem reſeruatã de ducatis Cameræ, in eiuſdem ducatis ſoluõdam eſſe, hoc eſt vnũ ſcutũ aureum eorũ, quæ currunt in Cancellaria, & vnum Iulium pro quolibet ducato vel ſi ſolutio fiat in alia moneta, quæ poteſt fieri, ſi ducati de camera in loco faciendæ ſolutionis nõ reperiantur, debere ſolui tantũdem, etiam quod ſolutio ſit deſtinata fieri in partibus, vbi ducati vel plus, vel minus valuerunt, quam in curia Sarnen. de valore. q. 8. circa fi. & Gigas de penſio. q. 98. &c. *Vt in dec. 683. nouiſ. Parin. tradit. Gratiã. diſcept. foren. c. 94. n. 65. conducit dec. in Bonon. de Paleotis 1. Iul. 1605. coram D. Mãçamedo, vbi, Quod ſolutio dotis date de ducatis largiſque per reſtitutionis quãuis nõ in ſufficiẽti quãtitate reperiebantur, & creuerãt in valore extrinſeco, debent fieri in æſtimatione illorũ de tẽpore præſenti, ex reg. Aretini conſi. 21. n. 3. quã refert & ſequitur Boerius dec. 327. Gabr. cõſ. 164. li. 1. Conan. de numiſ. c. 7. §. vnico, cõcl. 8. q̃ uis mutata bonitate intrinſeca monetę debeat ad ſolutionẽ cõſeruari æſtimatio, & valor de tpe contractus, Gab. ibi n. 4. cũ aliis.*

151 Quamuis aliàs † in reſeruatione ducatorum, nõ dicendo de Camera attendendus eſſet valor currens in loco Beneficij, vt per Gigan. conſ. 58. aliàs reſponſio 49. de penſio. poſt Belenz. de charitatiuo ſubſidio. quæſt. 89.

Et in terminis facultatis Nuntij, quod quoad va-
152 lorẽ † monetæ attendatur quanti valet in curia ducatus de Camera, fuit reſolutum, in vna Iacen. portionis 15. Aprilis 1595. quæ eſt deciſ. 18. Cæſaris de Graſſis nu. 5.

153 Nonò dubitatur, † an in d. valore, in quo fructus rationalis reſidentiæ percipi ſoliti, & diſtributiones quotidianæ computantur, ſint etiam computãda incerta, vt emolumenta funeralium, & anniuerſariorum quæ non ſunt dotata, ſed voluntaria, nam de emolumentis anniuerſariorum, & miſſarũ, quæ
154 ſunt dotata, † quæ Abulæ dicuntur communes, & de diſtributionibus quotidianis certis, non eſt dubium eſſe computanda, vt apparet, ex verbis dict. facultatis relatis, Coſmas in pragmat. ſanctione titu. quo tempore quiſque debeat eſſe in choro verb. diſtributiones Suarez 5. tom. diſput. 2. ſect. 1. n. 30. ad fi. nam & anniuerſaria fixa teſtamento vel donatione relicta computantur in valore Beneficij. Vuameſius, conſi. 227.

155 In quo dubio breuiter † Reſpon. negatiue, niſi incerta iſta ſint ſolita locari ſingulis annis pro certa quantitate, aut alias communiter redigantur, ſeu redigi poſſint ad certam ſummam, nam tunc incerta iſta redduntur certa, & ſic deberent computari in valore facultatis Nuntij, ſaltẽ, vt fructus, ſeu diſtributiones ratione perſonalis reſidentiæ percipi ſoliti ad tradita per Felin. in cap. ad aures, num. 14. & Ripam 29. de reſcrip. Seluam de Benef. 2. p. quæſt. 9. num. 12. Rebuff. de congrua portione. nu. 83. & 85. & de nominatio. q. 9. nu. 43. aliàs 40. Rotam deciſ. 5. in num. 7. p. 2. diuerſorum, & Cæſar de Graſſis deciſ. 117. num. 12. *Et conducit quod tradit Alex. Monet. de diſtrib. p. 2. quæſt. 14. num. 22.*

156 Et pro hac reſolutione, † eſt deciſio Rotæ in vna
☞ Maioricen. Capellæ 15. Iunij 1592. coram D. Orano, quæ tangit etiam alia ad propoſitum, & ſic ait, fuit reſolutum Eccleſiam. B. Mariæ orphanorum Maioricen. ſub facultatibus Nuntij Apoſtolici in partibus Hiſpaniarum reſidentis comprehẽdi, quia nullos habet fructus, vt deponunt teſtes qui illi deſeruierunt, Grau. ſuper 3. artic. Petrus Angles quartus teſtis iuxta 7. 8. 9. nonus teſtis ad 7. 8. 9. & 23. vbi ſubdit illã nihil habere in redditibus, neque cenſibus, Iacobus Andreas ad 7 8. & ſi qui illius ſint reddit us, conſiſtunt in eleemoſinis, quæ, cum ſint voluntariæ, non connumerantur in fructibus. Abb. in Rubrica de Parochijs num. 3. multo autem minus, quia deſeruiunt alendis pueris, Caccialupus, depenſio. quæſt. 26. Sarnen. in reg. de valore. quæſt. 4. princip. & fructus non dicuntur niſi qui ſuperſunt deductis oneribus, atque ita ſubtractis iſtis expẽſis. Rota deciſione 69. de conceſſione Præbendæ. in antiquis Decius conſilio 156. nu. 2. non obſtat, quod, etiamſi redditus conſiſtant in eleemoſinis atque ita in incerto, nihilominus, ex quo ſolent pro certa annua penſione locari, vt probant teſtes. 10. & 14. computantur in fructu, & conſequenter in valore iuxta tradita per Anchar. Clemen. vn. de conceſſ. Præben. ſub nu. 62. verſ. ſed aduerte. vbi ſubijcit exemplum de Eccleſia percipiente oblationes annuatim vltra 200. aureos, & de Eccleſia ſolita colligere ex eleemoſina annua quingenta, quæſtuando per Prouinciam. Folin. in cap. ad aures. num. 14. vbi Ripa num. 29. de reſcript. vbi ſuſtinet incertos eſſe certos, quando ſunt ſoliti locari pro certa penſione, quia locatio, de qua teſtes, reſtringitur ad eleemoſinas ſolitas fieri in Ciuitate Maioricen. ad rationem librarum illius Regionis 24. & ſic ad rationem 13. ducatorum auri de Camera, qui ſunt intra facultates Nũtij, & Anchar. præſupponit locationem ſolitam fieri ſingulis annis, ita quod omninò ſit certa, hæc autem locatio probata fuit bis facta, illoq; fieri potuit quod ſequẽtibus annis non tanti eleemoſinæ locarẽtur, & eàrũ quantitas remaneret ſub incerto, & cũ Io. Segui veniat obiectiuè ad annullandam gratiam Nuntij tanquam prouidentis contra ſuas facultates, debet cõcludenter probare exceſſum valoris per decẽ annos ante gratiã. Achil. deciſ. 2. de valore, Sarnẽ. ead. reg. q. vlt. teſtes autem pro ſua parte inducti hoc nõ probant: nam, quamuis aliqui ex illis deponant articulum, ſuper valore frumenti, olei & leguminũ conceptum eſſe verũ, tamen non concludunt, niſi pro vno anno, quo cõfraternitatis adminiſtrationi d. Capellæ præfuerunt, nec concludunt ſuper iſto valore cũ iſta qualitate, quod tanti fructus remanerent deductis oneribus, & expenſis pro beneficiato, ſed loquũtur de onerib. in colligẽdis eleemoſinis. gl. Hiſpanus ad reg. Cancel. 23. in fin. Staphil. de litteris gratiæ 9. forma. nu. 64. Sarnen. ad regulam de valore. q. 8. nu. 3. Cæſc. deciſ. 2. de probatio.

157 Et conducit deciſio † Rotæ in cauſa Mediolanē. Parochialis 26. Octo. 1598. coram D. Seraph. in qua
158 fuit dictum, quod ea quæ voluntariè ſoluuntur, vt eleemoſinæ, non veniunt computanda in fructibus Abb. in Rubric. de Parochijs nu. 3. &c. *Id autem quod dictum eſt quod incerta computentur in valore, quando poſſunt redigi ad ſummam certam, procedit in his, quæ dantur intuitu Eccleſiæ, vt oblationes fideliũ, in quibus Doctores allegati loquuntur, non autem in ijs, quæ dantur intuitu ipſius beneficiati, quia iſti ſunt potius fructus ſeruitij perſonalis beneficiati, quam fructus Eccleſiæ, Fel. ſupr. & Conarr. lib. 3. variar. c. 15. num. 1. Et licet poſſit eſſe, quod beneficiatus vocetur intuitu ipſius Eccleſiæ, non propterea dicuntur fructus Eccleſ. quia aptitudo acquirendi non computatur in valore rei, quæ dat talem aptitudinem. Ancher. d. Clemen. vnica. num. 4. Ita in Catanien. 4. portionis. 25. Ian. 1604. coram D. Sacrat.*

158 Decimo dubitatur, † an in d. valore facultatis Nuntij ſint computandi redditus, & emolumenta competentia Beneficiato ratione Capituli Beneficiatorũ, in quod quilibet Beneficiatus proprius habet ius intrandi, vt eſt in hac Ciuitate Abulen. Capitulũ S. Benedicti, & in ciuitate Salamantina Capitulũ S. Marci, quod eſt Capitulum Beneficiatorum ciuitatis, in quod omnes, & ſoli Beneficiati Ciuitatis habent ius intrandi, & ſimile Capitulum eſt in oppido de Arebalo, & Olmedo huius Dioceſis. *& in Ciuitate Tolet. & oppido de Madrid. & communiter in Ciuitatibus & oppidis principalibus Caſtellæ.* quæ Capitul. ex varijs dotationibus, & anniuerſarijs ſeu Miſſis relictis habet ſuos reddit⁹ inter ipſos Capitulares diuidendos, &c.

159 Et videbatur eſſe † cõputãda, ex quo in d. valore fructus ratione perſonalis reſidentiæ percipi ſoliti computantur, & dicta emolumenta ſunt certa,

160 Nihilominus tamen † dicendum eſt breuiter nõ eſſe computanda, nam reuera illa emolumenta, & redditus non competunt ratione, & iure beneficij, ſed Capituli, & ſeruitij illius, quod eſt diuerſum, & diſtinctũ à Beneficio, licet ratione Beneficij habeat ius in illud intrandi, ſi velit: vnde non poſſunt dici redditus, ſeu emolumenta beneficij, Rebuf. de congrua portione, nu. 88. & ſeq. Rota deciſ. 5. nu. 8. p. 2. diuerſorum, & facit dec. 49. de conceſſione Præben. aliàs 583. in antiquis. Accedit quod nõ eo ipſo, quod habet beneficium, eſt de illo capitulo, ſed habet ius, vt admittatur, ſi petit. *Et facit etiam quod dictum eſt ſupra nu. 157. ex Catanien. 4. portionis ibi relata.*

161 Maior eſt difficultas, † an ſint computandi in d. valore fructus, qui in Diœceſi Carthaginen. & Conchen. dicuntur tertiarię, nẽpè tertio vel quarto quoque anno per turnum competentes Beneficiato ratione collectionis omnium decimarum? & ratio difficultatis eſt, nam, quamuis illæ dentur pro labore dictæ collectionis, & ſic aliàs dici non poſſint fructus beneficij, Put. deciſ. 489. nu. 2. 3. 4. & 5. lib. 2. tamen in d. valore videntur computandi, quia dantur propter Beneficium, & ſunt ad inſtar fructuum ratione perſonalis reſidentiæ percipi ſolitorum, & diſtributionum, quæ etiam dantur beneficiato ratione laboris, & tamen computantur in d. valore, &c.

162 Nihilominus † tamen verius exiſtimo d. tertiarias non eſſe computandas in illo valore: nam, quãuis competant propter beneficium, competunt tamen ratione laboris temporalis, qui etiam cadit in laico. & eſt diuerſus à labore ſeruitij Beneficij, &c. *ex quibus infertur, quod priuilegiati de percipiendis fructibus redditibus, & prouentibus beneficiorum ſuorum in abſentia, etiam qui reſidendo, & intereſſendo lucri fiunt. vt Inquiſitores, non poterunt percipere emolumenta illa Capitulorum beneficiatorum, & tertiarias, quia non ſunt fructus ſeu prouentus beneficiorum: & ſic in caſu d. dec. Putei 489. lib. 2. verior videtur pars negatiua, quam tenuerunt tres auditores, licet alij tres oppoſitum aſſerebant: quamuis contrarium ſit ſeruatum per Conſilium S. Inquiſitionis in fauorem cuiuſdam fiſcalis, & cuiuſdam etiam Inquiſitoris, & Inquiſitionis, Cordub. beneficiatorum oppidi de Olmedo contra capit. beneficiatorum d. oppidi, vt intellexi.*

163 Vndecimo, † an de dicto valore ſint deducẽda ſtipendia Miſſarum, verbi gratia, Capellania, ſeu beneficium annuatim valet pluſquam 24. ducatos auri de Camera, habet tamen onus duarum vel trium Miſſarum in qualibet hebdomada, quarum Miſſarũ ſtipendijs, ſeu quitantijs deductis, non remanent 24. ducati.

164 Et videntur eſſe deducenda, † nam in computãdo valore debent deduci onera, & aliàs articulus ſuper valore eſt ineptus, quia debet dicere, quod valet tantum, oneribus deductis. Rota deciſ. 60. de cõceſ. Præb. in antiquis, Fel. in d. c. ad aures. n. 13. 12. cõcl. Sarnen. reg. de valore q. fin. Rebuf. de nominatio. q. 9. nu. 38. aliàs 33. Gigas de penſio. q. 89. num. 1. & 2. Ferrettus conſ. 354. nu. 15. practicabilia Rotæ num. 129. impreſſa ad fin. 2. partis deciſionum diuerſorũ, & Creſcen. deciſ. 3. de probatio. Rota deciſ. 189. nu. 2. & deciſ. 298. p. 1. diuerſorum, & in d. deciſ. Maioricen. ſupra adducta nu. 156. & alijs multis, & Caſſad. deciſ. 19. de Præb. vbi habetur deducenda eſſe de valore ſalaria cæterorum presbyterorum, qui vltra Rectorem ſunt neceſſarij.

Nihilominus tamen verius exiſtimo non eſſe deducenda, nam, cum in facultate iſta Nuntij compu-
165 teſtur † fructus etiam ratione reſidentię perſonalis percipi ſoliti, ac diſtributiones quotidianę, cõputandi erunt omnes fructus Capellaniæ, ſeu Beneficij, quos titularis integros percipit adimplendo per ſe onera Miſſarum, quamuis ad effectum regulæ de valore ſint deducenda dicta ſtipendia Miſſarum, ſaltem, ſi non requirat reſidentiam, & ſeruitium per-
166 ſonale: quia ſolum conſideratur, † quod Beneficiũ valet in portatis libere, & in abſentia ab Eccleſia, vbicumque ille ſit. Oldradus conſ. 118. gloſ. reg. 60. ad fin. Rebuf. de nominatio. quæſt. 9. n. 42. aliàs 39. Achil. deciſ. 401. ſeu 1. ſuper regul. de valore. Puteus deciſ. 464. l. 1. & 211. l. 3. Mohed. deciſ. 16. de Præbẽ.
167 alias 182. † Cæſar de Graſſis deciſ. 118. & 120. & Sarnen. d. q. fin. quem ſequitur Ioan. Gutierrez Canon. q. l. 1. cap. 39. nu. 68. quamuis ipſe Sarnen. in eadem regul. de valore quæſt. 8. dicat quod valor beneficiorum debet conſiderari ſecundum quod valet in portatis in vrbe.

Sed male, vt in d. deciſ. valor enim beneficij con-
168 ſideratur † ſecundum locum, vbi eſt beneficium. Oldr. conſ. 168. nu. 1. Rebuf. d. q. 9. nu. 46. aliàs 42. & conſ. 16. verſic. pen. & quod ibi valet in portatis liberum ab omnibus impenſis, Rota deciſ. 548. par. diuerſorum.

169 Dixi ſaltem † ſi non requirat reſidẽtiam, & ſeruitium perſonale, quia ſi illam requirit, non videntur deducenda dicta ſtipendia, ex quo per ſe ipſum celebrare

brare tenetur. Cassad.d.decis.19. de Præb.ad princ. & procedit quod tradit Ioannes Nicolaus Gimon. in enchiridio beneficiorum tit.4.c.5.nu.24. *Et quod fuit dictum in causa Papien. Prioratus S. Michaelis de Calotio 6. Iunij* 1607. *coram Lancellotto, quod onus missarũ non computatur inter onera, neque ex fructibus deducendum, qua respicit seruitium quod à Rectore seu Priore prastandum est, cum pro eo detur beneficium, vt fuit resolutum in causa Romana pension. 13. Maij* 1602. *coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, &c.*

170 Duodecimo dubitatur, † an Nuntius possit prouidere beneficium, quod valet plus quam 24. ducatos, est tamen grauatum pensione, qua deducta, non valet d.24. ducatos, & videtur, quod sic, nam, vt supradictum est nu.164. fructus, & redditus Beneficij intelliguntur, deductis oneribus, & sic Gigas d.89. nu.1. ait, quod fructus, & redditus Præbendæ considerari debent, detracta pensione.

171 Nihilominus, † tamen resp.negatiue ex Put.dec. 202. lib.3. vbi ait, pensionem non deduci de fructibus, vt excusetur mala valoris expressio, quia non est onus perpetuum, & solum onera perpetua debent deduci. Belenz. de chatitat.suo subsidio. q.37. quicquid dixerit Gigas d.q.89. & quod dicitur, quod fructus intelligũtur, deductis oneribus, intelligi de oneribus perpetuis, & non temporalibus, vt est pensio. Idem Rota decis.185.l.3.p.3. diuersorum & Vesta-

172 nus 184.lib.2. in manuscrip. vbi dicitur, † quod, licet pensio deducatur quoad solutionem annatę pro tunc, non tamen deducitur de valore exprimendo, sed debet exprimi sine eius deductione, quia non est onus perpetuum, ex ratione Gonezij in d.reg.de valore. quæst.1. & 3. quod etiam tradit Gambarus de offic.legat.lib.6.num.569.

173 Vnde infertur, † quod, si beneficium esset grauatum pensione perpetua, qua deducta, non excederet valorem 24. ducatorum, posset per Nuntium prouideri, sicut deduceretur de valore exprimendo & ad saluandam gratiam à mala expressione valoris. Guidobonus, decis.19. & fuit dictum in Valentina pensionis 25. Iunij 1601. coram D. Millino de qua sup. 1.p.c.5.num.564.

174 Decimotertio dubitatur, † an sit deducendum subsidium, & excusatum, quod ex concessione Apostolica Regi soluitur, verbi gratia beneficium excedit valorem 24. ducatorum auri de Camera, deducto tamen eo, quod soluitur ratione subsidij, & excusati, non valet d.24. ducatos, an Nuntius possit illud prouidere, &c.

175 Et videtur, quod non sit deducendum, † & consequenter Nuntius non possit tale beneficium prouidere, nam subsidium, & excusatum, non est onus perpetuum, sed temporale, cum solum Regi concedatur ad quinquennium, & sic non est deducendum de valore, ex dictis dubio præcedendi. *Et in illa Papien. Priorat. S. Michael. de Calotio, 6. Iun.* 1607. *coram Lancell. fuit dictum quod onera pro reparatione Ecclesiæ, & domorum solutione decimarum ducalium non sunt attẽdenda, nec deducenda, de fructibus, cum talia onera nõ sint perpetua, sed incerta & variabilia, quæ non minuunt valorem beneficiorum. Puteus decis.202. lib.3. &c.*

176 In contrariũ tamen facit, † quod licet Regi concedatur de quinquennio in quinquennium, tamen, cum à tot annis solui consueuerit, & semper soleat concessio prorogari, nec sit spes in contrarium, re-

putatur onus perpetuum. Et ita tenuit Rota in vna Burgen. pensionis 7. Iunij 1585. coram D. Gipsio.

In qua, cum pars prætẽderet illud, quod pro sub-

177 sidio, & excusato † Canonicatus soluebatur, computari in valore ad excusandam expressionẽ valoris & excessiui d. Canonicatus, super quo pensio erat imposita, in fine sic dicitur, quæ vero de subsidio, & excusato adducebantur Dominis non satisfaciebant, cum præsupposito tamen, quod de tempore dictæ reseruationis solueretur; quoniam de istis, tanquam de oneribus perpetuis, iudicandum esse existimabant.

Sed quamuis ad effectũ expressionis valoris pro-

178 babile videatur † esse deducẽdum huiusmodi subsidium, & excusatum tanquam onus perpetuum ex d.ratione, tamen ad effectum facultatis Nuntij, quæ est restricta & limitata, non auderem id admittere, ad quod etiam faciunt decisiones Calagurritanæ Archipresbyteratus dubio sequenti adductæ.

Et in illo casu de expressione valoris in pensione

179 † aduertendum est, non esse deducendum de valore totum subsidium, & excusatum, cũ pensio debeat contribuere pro rata, vt supradictum est p.1.c.5.nu. 171. sed illud, quod tangit titularem.

180 Decimoquarto dubitatur † an Nuntius possit vigore d. facultatis prouidere Beneficium, quod in modico excedit valorem 24. ducatorum, & an sextæ partis diminutio, quę solet dari ad excusandam malam valoris expressionem, vt per Mãdos. de signatura gratiæ tit. de prouiso. vers. Rotæ stilus, danda sit

181 prouisioni Nuntij? & videbatur † tñdendũ affirmatiue ad Menoch.cons.316.nu.9.l.4. vbi ait, quod si iustus Beneficij valor, q exprimit debuit, excessus est, & is excessus fuit modicus, nõ vitiatur gratia, &c.

182 Nihilominus † Respondetur negatiue ex eo, quod facultas Nuntij est restricta, & limitata ad Beneficia non excedẽtia dict. valorem, &c. & ita tenuit Rota in causa Calagurritana Archipresbyteratus 13. Aprilis & 20. Maij 1587. coram D. Gipsio, vt in decis. seq. 13. April. 1587.

☞ Gratiam Roderici iustificatam, & consequenter canonizandam esse Domini resoluerunt, quoniã eius habilitates bene probantur. Difficultas sola versari videbatur circa valoris expressionẽ Archipresbyteratus, de quo agitur, nam si illius fructus nõ excederent ducatos 24. prouisio Nuntij Apostolicæ præferenda veniret, sed ex dict s testiũ, & alijs adductis de cõtrario satis apparere D. dicebãt, si quidem fructus huiusmodi in 52. fanecis tritici tantum consistũt, ex quibus detractis omnibus oneribus fanecæ circiter 38. remanent, quas ad rationem decem regaliũ pro qualibet faneca vno anno cũ alio comparato, nõ est dubium longe maiorem summam 24. ducatis cõstituere, hinc etiam facile dignoscitur eosdem fructus summam in prouisione Apostolica expressam nõ excedere, & sic narrationem gratiæ Roderici esse verã; nec releuant testes pro Petro examinati asserentes, triticum tanti non valere, quoniam & si octo regalibus solũ faneca vendi posset, attamen collatio Nuntij Petro non suffragaretur, quia opus esset probare Beneficiũ collatum taxam 24. prędicto Nuntio concessam non excedere, Rota decis.312. in fin. l.3. cum alijs adductis per D. Calandrũ, & quod prouisio facta vltra prædictam conferendi facultatem non teneat, est tex. in c. cui de non sacerdotali. de Præb. l.6. tradit gl. singularis in c. quamuis l.1. vers. vsq; ad cer-

tam eodem tit. Card. in Clem. 1. quæſt. 2. de Præb. n. Couar. qui alios citat l. 3. var. cap. 20. num. 7. nam fines mandati diligenter cuſtodiendi, qui ſtricti iuris ſunt. l. ſi diligenter. ff. mandati d. cap. cui de non ſacerdotali, Rota deciſ. 17. de Procurator. in nouis, idcirco nec in modico excedi poſſunt, Tiraq. de iudic. in rebus exiguis ferè. verſ. 87. dicit Barbatia, latè Rebuf. in l. vn. 6. notab. à nu. 5. de ſententijs quæ pro eo præſertim cum facultas conferendi Beneficia Nuntio conceſſa tanquam extraordinaria, & ſuperinducta reſtringenda ſit. Clemen. 2. vbi gloſſa de officio Ordinarij quam Dd. magis communiter ſequuntur Sarnen. regula de valore, quæſt. 2. Gambarus de officio legati lib. 3. num. 24. ex his itaque patet ea, quæ dicuntur circa diminutionem ſextæ partis dicti valoris, quam aliquando Rota concedit, applicari non poſſe. Non obſtat deciſio Palcotti 235. incipit Nuntius habebat, quia facultas Nuntij intelligitur ſecundum regulas de valore ad hunc effectum, vt prouiſus non teneatur exprimere valorem fructuum, qui per reſidẽtiam lucrantur, non autem quoad fructus, quos beneficium in portatis habet, & non reſidentib. etiam conceduntur, vt in caſu propoſito. per ea, quæ tradit Sarnen. vbi ſupra quæſt. 8. nu. 5. verſic. non obſtat. cæteta ex allegatis per informantes bene ſolluntur.

## *In eadem 20. Maij. 1587.*

IN hac cauſa de menſe præterito reſoluta rurſus feci verbũ in Rota an 6. pars valoris expreſſi, quę
183 ad effectum euitandi † falſam expreſſionem gratiæ Apoſtolicæ concedi ſolet, eodem modo prouiſioni Nuntij Hiſpaniarum danda eſſet? & non eſſe dandam concluſum fuit, tum ex rationibus in deciſ. adductis, tum etiam, quia fieret præiudicium annatiſtis, quibus annata, ſi valor exprimatur, ad 25. ducatos ſoluitur, quamuis pro expreſſione, 24. nihil debeatur, idcirco extenſio etiam in minimo fieri non debet c. licet de offic. Ordin. vbi glo. verſ. promittat, præſertim in iuriſdictiona. Reb. in l. vnic. 6. notab. à nu. 5. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. nec facit, quod, ſi in prouiſione Papę valor ad 24. exprimatur. forſan. d. 6. pars locum habeat, quia diuerſa ratio in Papa conſiderari poteſt, ſi quidem præſumendum eſt, quod nihilominus conceſſiſſet, ſi Beneficium expreſſum valorem in modico excedere non ignoraſſet, at in Nuntio, cum facultatem limitatam habeat, nulla extẽſio admittitur per prædicta. non obſtat, quod prouiſiones Nuntij intelligendæ, ac interpretandæ ſint iuxta regulas Cancellariæ, Gambarus vbi ſupra lib. 3. nu. 562. cum alijs allegatis, quia loquuntur in diuerſis terminis, vt ex eorum lectura colligi poteſt, ſed quod Nuntius Beneficia vltra 24. conferre non poſſit, nemo eſt, qui neſciat, & ei concedere 6. partem, eſſet eius iuriſdictionem extendere contra formam reſcripti, facit tex. in capit. prudentiam. in fine prin. vbi Abb. nu. 5. de offi. deleg. Gambar. vbi ſupra l. 6. nu. 716.

184 Vnde ſi beneficium † ſolum excedat facultatem Nuntij in vno ducato, vt quia valet 25. ducatos auri de Camera, non poterit à Nuntio prouideri.

185 Si tamen exceſſus non † aſcenderet ad vnum ducatum, videbatur probabile non eſſe habendum in conſideratione, & poſſe à Nuntio prouideri, quia reuera Beneficium, quod non aſcendit ad 25. ducatos, rectè ponitur in 24. licèt aliquid plus valeat.

Sed, quamuis ad effectum expreſſionis valoris ſit
186 verum ſit, † in propoſito tamen id non auſim affirmare ex adductis in d. deciſ. ſi ſaltem exceſſus eſſet in vno regali, ſeu Iulio. *Et pro prædicta reſolutione facit quod ad remedium l. 2. Cod. de reſcind. vendit. ſufficit exceſſus vltra dimidiam in minimo, ſeu in vno nummo, ſiue denario, glo. verb. dimidiam in cap. cum cauſa. de empt. & vend. vbi Ant. Burgen. dicens communem a nu. 3. Padilla in d. l. 2 nu. 41. Mexiam in prag. frum. concl. 3 nu. 17. & Bobadilla in Polit. lib. 3. c. 8. nn. 232. qui alios allegant. Et magis facit quod tradunt ibi Mexia & Bobadill. quod iuriſdictio conſiſtorij, ſeu Concil. ciuitatem in cauſis appellationum per legem Hiſp. reſtricta ad cauſas decem millium morapetinorum, & iam viginti millium non habet locum, dato exceſſu etiam immodico, ſeu in vno morap.*

Decimoquinto dubitatur, cui incumbat in con-
187 troverſia † onus probandi valorem beneficij à Nũtio collati, an aduerſarius teneatur probare exceſsũ, an vero prouiſus à Nuntio debeat probare non excedere 24. ducatos auri de Camera?

188 In quo dicendum † eſt prouiſum a Nuntio debere probare beneficium eſſe intra valorem facultatis Nuntij, non obſtante aſſertione ipſius Nuntij. Rota deciſ. 10. de probat. in nobis Fel. in cap. ad aures de reſcrip. ſub nu. 4. verſi. 3. concl. Gig. conſ. 7. n. 5. Creſ. deciſ. 4. de prob. Put. 322. leg. 3. in fi. & Mohed. deciſ. 20. nu. 1. de Præb.

Idque plenè, cum ſit fundamentum ſuæ gratiæ
189 ad d. † inf. p. ſeq. c. 2. à n. 255. quod procedit etiam ſi prouiſus à Nuntio ſit poſſeſſor, & veniat excipiẽdo, & ſe defendendo, & ſua gratia ſit prior, quia. cũ aduerſarius fundauerit ſuam intentionem, prouiſus à Nuntio, qui contra eam excipit de ſua prouiſione
190 † debet eam iuſtificare, quia narratiua huiuſmodi valoris, eſt pars, & fundamentum ſuæ gratiæ, & ſic debet eam probare, ſi non negetur. Rota deciſ. 20. de Præb. in nouis, quanto magis quando negaretur, Rota deciſ. 64 de conceſ. præb. in antiq. Ita fuit reſolutum in vna Placentina Beneficij coram D. Otano, & habetur l. 1. ſuarum deciſ. dec. 30. & refert. & ſequitur Anaſtaſ. Germ. de indultis Card. in. §. ac initũ à num. 27. vſque ad 29.

191 Et conducit † deciſ. Rotæ in cauſa Aquen. Parochialis 20. Octobr. 1554. coram D. Caputaq. in qua
192 fuit reſolutum, quod præſuppoſito. quod cõſtat de functum olim fuiſſe in poſſeſſione, & percepiſſe fructus vſque ad mortem, impetrans per obitum illius ſatis dicitur verificaſſe ſuam gratiã, quia probat eũ poſſediſſe, & non aliũ reperitur fuiſſe in poſſeſſione eius obitũ contra eum, qui dat reſignationem defuncti, nec obſtat poſſeſſ. capta a reſignatario, quia fuit inſtrumentalis. & non elidit præſumptionẽ cõtinuationis poſſeſſionis defuncti, nec obſtat reſeruatio, quia pendet a reſignatione, vnde, cũ impetrans per obitum probauerit ſuum ius, tenetur dans, de reſignatione probare plenè ſuam exceptionem, &c.

Conducit etiam deciſ. Rotæ in cauſa Firmana be-
192 neficij 13. † Maij 1596. coram D. Pamphilio ſupra adducta cap. 1. num. 572. & in vna Oriol. Beneficij 3. Iul. 1600. coram D. Seraph. in qua fuit reſolutum, quod gratia prior nõ iuſtificata non præiudicat poſteriori, &c.

193 Et

193 Et facit ad prædicta † decisio Rotę in causa Leodien. Canonicatus de anno 1587. coram D. Pamphilio, in qua fuit resolutum, quod nominatus vigore indulti, quod est limitatum ad Beneficia certi valoris, & pro nõ habente vltra certos redditus, debet verificare se non habere vltra illos redditus, & non sufficit ipsius iuramentum in præiudicium tertij, & quod beneficium nõ excedit valorem, de quo in indulto. Rota decis. 10. de probatio. in nouis, & quod ad eius probationem non sufficiet confessio aduersarij in sua gratia narrantis, non excedere 24. quia, cũ agatur de probando valore de quo in indulto, debet esse probatio veri valoris. Rebuffus de nominat. qu. 9. nu. 32. hæc in d. Leodien.

194 Facit etiam decis. in † causa Palentina prę stimoniorum. 26. April. 1599. coram D. meo Corduba infra adducta seq. p. c. 25. dub. nu. 63. quæ est videnda in proposito.

195 Sed dices, † quod prouisus à Papa agens contra prouisum à Nuntio, ad fundandam suam intentionem tenetur probare valorem narratum in sua gratia posteriori: & consequenter excedere 24.

Respondetur, quod id esset verum, quãdo prouisus à Papa † narrasset valorem Beneficij affirmatiuè dicendo, quod eius fructus ascendunt ad. 30. verbi gratia, vel 40. ducatos, & quod nihilominus alius in eo se intruserat ex prouisione Nuntij, tunc enim teneretur id probare pro iustificatione suæ gratiæ, aliàs reus veniret absoluendus, saltem per non ius actoris, & teneretur id plenè, & concludenter pro-
197 bare, † cum agatur de probando valore affirmatiuè expresso. Rota decis. 380. & 381. p. 1. diuersorum, tum etiam, quia venit obiectiue ad annullandam gratiam Nuntij, vt in illa Maioricen. Capellæ. supra adducta nu. 156.

198 Quando vero prouisus à Papa † narrasset valorẽ per non excessum prout communiter fit dicendo, quod eius fructus non excedũt 30. vel 40. ducatorũ valorem, tunc sufficit illum non excessum semiplene (AEgi. decis. 682. & Rota d. decis. 380. & 436. nu. 1. pa. 1. diuersorum) probare pro iustificatione suæ gratiæ vt in terminis de iustificatione gratiæ contra
199 prouisos à Nuntio tenuit Rota † in vna Corduben. præstimoniorum 13. Ian. 1586. coram D. Bubalo, vt ☞ in seq. decis. Domini concluserunt gratiam Francisci de Salazar esse sufficienter iustificatam, nam quo ad eius Clericatum, & quod sit natus ex legitimo matrimonio, bene probatur per 1. 2. 4. & 5. testes in curia examinatos super 5. articulo dicentes, articulũ verũ; in quo articulatur communis reputatio. & publica vox, & fama, etiam ante annum 1581. de quo tempore Fran. fuit prouisus de præstimonijs, de quibus agitur, nec non bene probant ijdem 4. & 5. iuxta 15. interrogatorium dicẽtes Franciscum, & Ant. de anno 1581. & ante incedere habitu clericali, & quod illi fuerunt communiter reputati pro Clericis primæ tonsuræ, & natis ex legitimo matrimonio, vacatio enim per obitum Martini de Salazar de mense Nouembris 1580. optimè probatur ex eo quod ex dic. vacatione fuerunt prouisi de eis præstimonijs Alfon. de Mendoça, & Ludou. Rodriguez per collationem Nuntij Hispaniarum, qui sunt collitigantes in hac causa. Quoad valorẽ triũ præstimoniorum, de quibus agitur, nempe de Parilla, de Culebula, & de Fuencubierta bene iustificatur ex repartitionibus fructuum, ex quibus factis calculis apparet non excedere valorem 200. ducatorum, & quamuis ex solis repartitionibus non probetur, non excessus, vt pluries Rota resoluit, tamen hæc probatio coadiuuatur ex d. testis 2. iuxta 17. interrogationem, & 6. testis ibidẽ, qui bene deponunt super non excessu, nec nõ comprobatur ex confessione Alfonsi & Ludouici, qui impetrarunt huiusmodi præstimonia a Nuntio tamquam non excedentia valorem 24. pro singulo præstimonio. Quod vero attinet ad Beneficia obtenta, quod non requirant personalem residẽtiam, bene probant 1. & 5. testes in Curia examinati super primo articulo dicentes articulum verũ, nec non 3. & 4. iuxta 7. & 8. interrogata. similiter annuus valor Beneficiorum obtentorum, quod non excedat 400. ducatos satis iustificatur ex dicto 1. & 5. testium in Curia examinatorum dicentium, articulũ verum ex publica voce, & fama, quam probationem in valore beneficiorum obtentorum Rota admittere solet. Quia non requiritur tã exacta probatio in valore Beneficiorum obtentorum, sicut in impetratis, & ex his fuit resolutum gratiam Francisci de Salaçar esse sufficienter iustificatam.

Et idem existimo vbi narrasset valorem affirma-
200 tiue † nihil tamen dicendo de prouisione Nuntij, nã tunc, cum solum agatur de valore propter regulam de valore, sufficit probare non excessum, nam si minus valeret, multo magis Papa concessisset, & sumus in gratia de beneficio certo vacante, & non de vacaturo certi valoris: & sic non intrat decisio. tex.
201 in cap. cui † de non Sacerdotali. §. fin. de Prębend. in 6. & quod tradit Fel. in d. cap. ad aures de rescrip. nu. 13. conc. 10. vt recte explicat ibi Ripa nu. 26. Rebuf. de nominatio. q. 9. nu. 34. aliàs 30. Couar. l. 1. variar. c. 20. num. 7. quicquid dicat Io. Gutierrez Cano. q. lib. 2. c. 15. nu. 79. & 80.

Aduerte, quod prouisus à Nuntio recte probabit
202 benefic. non † excedere 24. per confessionẽ aduersarij in sua gratia, quamuis in d. Leodien. sup. relata, nu. 193. contrarium dici videatur, iuxta decis. Rotæ in causa Maioricen. Benef. coram D. Achille de an-
203 no 1555. In qua † fuit resolutum valorem beneficij ☞ probari ex propria confessione posita, vel in supplicatione, vel in articulis, & nocere cõfitenti, nisi clausula augendi, vel minuendi sibi suffragetur, vt per Verallum decis. 185. lib. 1. in manuscript. & in vna Hispalẽ. Beneficij de zachar. 1. de mẽse Maij 1590.
204 coram D. Bubalo. In qua fuit resolutum † valorem ☞ beneficij probari confessionem aduersarij in precibus, quando est infra annum ad tradita per Baldum in l. cum precum C. de liberali causa. Antonius Gabriel articulo de confessione conclusione 4.

205 Et in causa Burgen. † Abbatiæ de Foncea de an-
☞ no 1585. dixerunt. Valorem Abbatiæ esse iustificatum ex confessione Didaci de vera in sua impetratione, in qua, licèt adsit clausula augendi, tamen nõ releuat quia cũ Didacus non fuerit vsus, nec vtatur faculeate augendi, interim viget confessio; argumẽto eorum, quæ tradit Socin. in l. quibus diebus. §. quidam Titio nu. 10. ff. de condit. & demonstr. & quod in specie fuit tentum in vna Artonien. Archidiaconatus 12. Nou. 1584. coram Illustrissimo Card. Aldobrandino, postea Clem. VIII. Bart. in l. publica §. 1. ff. depositi. Bald. in Rubric. C. depositi nu. 6. Rimin. cons. 54. Deci. cons. 385. col. 2. & quod licèt sit

illa clauſula augendi, vel minuendi, interim ſtet confeſſio, fuit etiam dictum in vna Conchen. de Vetera coram Domino Seraph. 13. Nouemb. 1579.

206 Nam clauſula augendi, &c. † non operatur, vt alius valor dicatur expreſſus, ſed eſt facultatiua, vt, ſi voluerit, illum poſſit exprimere in literis. Rota in Trid. Beneficij de anno 1588. coram D. Blanchetto, vt in deciſ. 417. & ſequenti p. 1. diuerſorum.

Quæ facultas in prima expeditione videtur con-
207 ſumpta † ex reg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignific. Gloſſator reg. 8. Cancel. Creſcen. deciſ. 8. de reſcrip. Rota deciſ. 531. nu. 3. p. 1. diuerſor. Et eſt expreſſum reg. 64. Cancel. quod fructus in tertia parte augeri poſſint vigore clauſulæ, & vide deciſ. Rotæ 541. li. 3. p. 3. diuerſ. de qua Gonçal. gl. 15. §. 2. n. 77.

208 Et pro ſupradicta doctrina, † quod per cõfeſſionem aduerſarij in ſua gratia probetur valor Beneficii, & non excedere 24. facit deciſ. Cordub. ſupra adducta, nu. 199. & Bononien. Canonicatus coram D. Pamphilio 24. Maij 1591. relata. 11. p. c. 1. nu. 70. & Calagurritana Beneficij de Archaya 28. Iunij 1591. coram D. Seraphino ſupra adducta c. 1. num. 527. & Tridentin. Beneficij 8. Nou. 1593. coram D. Penia infra adducta 6. p. c. 2. nu. 216. & Abulenſis Beneficij 26. Iunij 1596. coram D. Lita infra adducta 6. p. c. 2. nu. 47. & Lunen. Sarçanen. Canonicatus 23. Octob. 1594. coram D. Seraphino ſupra relata. c. 1. huius p. nu. 472. & Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram D. Pamphilio infra adducta 10. p. c. 1. ad fi. & facit quod dicetur infra vlt. p. c. 2. nu. 274. *Et in Gienen. Can. 28. Nouemb. 1605. coram Penia fuit reſolutum, quod Reſignatarius agens contra reſignantem qui conſenſit, non tenetur ad iuſtificationem narratorum, quia narratiua talis gratiæ eſt etiam narratiua conſentientis; ex qua inducitur cõfeſſio vtriuſq; partis, l. cum precum. C. de liber. cauſa. Confeſſio autem partis ſufficit ad gratiæ iuſtificationem, Fel. c. olim. de reſcrip. nu. 10. 4. & 5. dim. Rot. in Lucana decanatus coram Clem. VIII. 534. p. 1. diuerſ. & in Regien. Prioratus 21. Maij 1597. coram eo, & idem eſt in Procuratore habente mandatum ad reſignandum, &c.*

309 Nec rurſus tenetur prouiſus † Papa probare † exceſſum 24. ducatorum pro verificatione intruſionis aduerſarij in literis expreſſæ, quando illa intruſio in ſupplicatione non fuit narrata, ſed tantum in litteris, prout ſolet aliquando fieri ad effectum non ſoluendi pro tunc annatã, ſed habita poſſeſſione, quod dicitur expedire ſub intruſione, & fit obligatio in forma Cameræ ſoluendi illam habita poſſ. &c. Put. deciſ. 328. num. 2. lib. 3. Achil. 358. ſeu 12. de priuileg. Octau. Veſtrius in praxi l. 1. cap. 6. ad fin. nam, vt fuit reſolutum in vna Legionen. Beneficiorum. 5.
310 Iun. 1591. coram D. meo Corduba pro Lic. † Gonçalez contra Alfon. de Llanos, narratiua intruſionis aduerſarij narratæ in literis, & non in ſupplicatione non eſt neceſſario verificanda, quia, cum nõ fuerit narrata in ſupplicatione non poteſt Papa dici illa motus, ſed fit in literis ad effectum non ſoluendi annatam, niſi cum primum habeat poſſeſſionem, ſicut familiaritas in literis narrata ad effectum expediendi gratis, non vitiat gratiam, licet vera non ſit Caſſad. deciſ. 10. de Preb. Rota deciſ. 531. num. 2. p. 1. diuerſorum, ita in d. Legionen.

311 Et idem fuit reſolutum † in vna Calagurritana Beneficij de Ariola 24. Maij 1595. coram D. Gipſio, & quod non eſt iuſtificanda huiuſmodi intruſio, fuit etiam reſolutum in vna Pampilonen. Prioratus, 18. Iunij 1599. coram D. Pamphilio. Facit deciſ. Cæſaris de Graſ. 119. nu. 2. & 3. & poſthæc tradit Gonçal. gloſ. 15. §. 1. num. 70. dicens fuiſſe etiam reſolutum in Cordub. præſtimonij. 6. Nouẽb. 1596. coram D. Lita, & alias pluries. *Fuit etiam reſolutum in Hiſpal. beneficiorum, 14. April. 1603. coram Iuſto, & in Toletana beneficij, 6. Iun. 1605. coram Lita, vbi quod narrata intruſio non eget iuſtificatione, cum de ſtilo exprimatur in literis per expeditores, propter intereſſe annatiſtarum. vt ſæpius fuit reſolutum, & in Hiſpal. & Corduben. præſtimoniorum, 27. Febr. & 7. April. 1606. coram eodẽ Lita, & in Burgen. Canonicatus 9. Febr. 1609. coram Ortembergo.*

212 Tenebitur † tamen expediens ſub intruſione cũ tali narratiua intruſionis aduerſarij verificare ſaltem poſſeſſionem, ſeu detentionem illius, ſaltem tempore expeditionis literarum propter præiudicium an-
213 natiſtarum; † ſicut narrans ſe familiarem ſcriptoris tenetur iſtam qualitatem verificare, ſi literæ non ſunt taxatæ, ſed expedictæ gratis, ex quo tendit in præiudicium officialium Caſſad. ſupra, & rota dd. deciſ. 531. num. 2.

214 Quam ſatis eſſet † ſemiplene probare ad deciſionem Rotæ in cauſa Tiraſonenſ. Prioratus 17. Februarij 1595. coram Domino Blanchetto, in qua fuit reſolutum, quod narratiua poſſeſſionis aduerſarij facta in gratia probatur per ſemiplenam probationẽ, cum non agatur ad inducendam vacationem, Aegidius deciſ. 114.

Et ſi conſtaret in cauſa de poſſeſſione, ſeu deten-
215 tione aduerſarij, † præſumeretur illa tempore expeditionis literarum; nam facile præſumitur de præſenti ad præteritum, cum adeſt aliqua iuſta cauſa ita præſumendi. Alex. conſ. 16. nu. 3. l. 1. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 20. nu. 2. præcipue, cum de ſtatu contrario nihil apparet, vt fuit dictum in Tiraſonen. iuris preſentandi 16. Martij 1592. coram Domino Blanchetto infra adducta vltima part. cap. 2. num. 240.

Et hic adeſt iuſta cauſa ita præſumendi, tum quia
216 non ſolet dari † huiuſmodi expeditio ſub intruſione, niſi cum fide, & teſtimonio, ſeu probatione intruſionis, vt eſt notum, Puteus d. deciſ. 328. num. 2. l. 3. tum etiam, quia non eſt veriſimile, quod impetrãs voluiſſet propter retardationem ſolutionis annatæ cum fraude etiã, & iniuſtè factam ſub hoc falſo prætextu reddere nullam ſuam gratiam, ad deciſ. Cæſaris de Graſſis. 54. nu. 3.

217 Si vero in ſupplicatione † fuit narrata intruſio aduerſarij, illa eſt verificanda, quæ tamen non verificatur probato exceſſu 24. ducatorum, quia poſſeſſor poteſt habere aliũ titulum, & iuuari poſſibilitate alterius tituli validi ad obtinendam ſententiam abſolutoriam, cum in Beneficialibus detur multiplicatio titulorum, vt fuit alias reſolutum in vna Cæſarauguſtana Parochialis de Meela 8. Nouembr. 1599. coram Domino Pamphil. & dictum in vna Romana Parochialis 21. Ianuarij 1600. coram D. meo Corduba, & tradit Gonçalez §. 7. procem. à nu. 129. & 141.

218 Decimo ſexto † dubitatur, quomodo probetur valor Beneficiorum? in quo ſunt diuerſæ opiniones 1. opinio videtur eſſe, valorem attendẽdum eſſe per tres annos præcedẽtes, ita colligitur ex Pinello in l. 2. C. de reſcind. vend. 3. p. c. vlt. nu. 30. qui ait quoad

æſti-

æſtimationem fructuum, vel reditus in praxi vidiſſe obſeruatum, vt redditus computentur ſecundum qualitatem collectam tribus proximioribus annis, idque ſimiliter obſeruatum vidiſſe tradere Matthæum de Afflictis l.2.feudor.tit.per quos fiat inueſtitura §.ſed & res.nu.40.

219 Sed iſta opinio iure † non probatur, nec quicquam facit textus, quem inducit Punellus in l.quicũque tertio C.de apochis publicis.lib.10. nam ſolum probat, quod qui offendit ſe tribus proximis annis ſoluiſſe, retro ſoluiſſe præſumitur penſionem, ſeu tributum, niſi contrarium probetur, quod non eſt ad rem in propoſito.

220 Secunda opinio † eſt valorem beneficiorum attendendum eſſe per quinque annos ante, & poſt, ita Ludou.Gomez.Sarnen. Epiſcopus in reg. de valore q.vltima dicens, valorem ſecundum communem ſtilum Rotæ ita probari debere, videlicet, quod beneficium, de quo agitur, tempore prouiſionis, & oneribus deductis, valet in portatis cẽtum, & quod per quinque annos ante, & poſt, anno fertili cum ſterili computato, communi æſtimatione tantum valuit, & ita teſtis de tali beneficio notitiam habens dicit ſe ſcire, & ſi plus, vel minus valeret, ipſe non ignoraret, &c. ſequuntur Ioan.Gutierrez Canon.quæſt. l.1.cap.39.num.68. & Flam.Pariſ. de reſig. benef. l.10.quæſt.2.num.55. *Et Leo in Theſ.for.Eccleſ.cap.22. num.71.*

221 Pro qua opinione † facit doctrina Bar.in l.pretia rerum.§.nonnullam.nu.2.in fi.ff.ad leg. Falcidiam, quod in probatione valoris rei debet attendi non ſolum *tempus contractus*, & ſed etiam ante, & poſt per multos annos, & ibi quoniam ibi Alex.nu.10. Cremonen.in d.l.2.C.de rescind.vend.n.245. Ant.de Burgos in c.cum dilecti, de emptione & venditione num.36. Carpola de ſimulatione contractuum n.30. Afflictus.deciſione 316. & Rota deciſ.65. num.13. p.2.diuerſ. *Et voluit Greg. Lop.in l.56.tit.5.p.5.gl.5 & 6. & ideo Dominum voluerunt ibi ad 5. quinque annos ante & poſt cenſum reducere, &c. vt in dec.825. nouiſ. Farin.*

222 Vnde in vna Tiburtina † Caſtri Alculani 26.iun. 1598.coram D.Penna fuit reſolutum, quod valor rei immobilis æſtimatur habita ratione fructuũ aliquot annorum præcedentium, & ſeq. temporis contractus quod tempus eſt arbitrarium, &c.

223 Sed iſta ſententia, † quod attinet ad probationẽ de quinque annis poſt, confunditur; nam ſecundum eam expectãdus eſſet neceſſario lapſus quinquennij poſt gratiam, vt recte animaduertit Mandot.reg.22. quæſt.5.num.2. quem ſequitur Maſcard. de probatio concl.1403.nu.48.

224 Vnde Achilles † deciſ.188.ſeu 2.de valore, inquit illud dictum Sarnen.in vna Gienen.de Pilego coram D.Ant.Aug. de anno 1550. fuiſſe limitatum, quod non procedit quando non daretur quinquennium poſt vacationem beneficij, ſed in continenti moueretur lis, quia tunc ſufficiunt decem anni ante, ad notata in d.l.pretia rerum ff.ad leg.Falcid.

225 Sed adhuc non videtur illud recte procedere; † nam validitas, vel inualiditas gratiæ non debet pendere à futuro, nec eadem res debet diuerſo iure cenſeri, quicquid ſit in probatione valoris rei profanæ,
226 de qua agit Bart. ſupra † quem tamen impugnat Cagn.in d.l.2.num.218. & 238.

*Tertio opinio eſt*, ſufficere probationem quinq; 227 annorum præteritorum, † ita Mandoſ. & Maſcard. vbi proxime. Sed nec iſta opinio videtur iure probari.

228 Quarta opinio eſt, † valorem attendendum eſſe, & probandum per decem annos ante gratiam, quã tenet Rota, vt per Anto. Auguſtinum deciſ.497.lib. 3.quæ eſt 3.p.diuerſor.l.3. deciſione 1627. Puteum deciſ.371.nu.2.l.3 & Guidobon.deciſ.25. in manu-
229 ſcriptis. † vbi habetur, quod, vbi agitur de valore procedente ex fructib. benef. qui poſſunt augeri, vel minui annuatim ex communi doctrina omnium in L.prætia rerum.ff. ad leg. Falcidiam, & obſeruantia Rotæ attenditur valor communis per decem annos ante, non quinque, vt dicit Sarnen. cuius dictum dixerunt Domini, eſſe improbatum; at, cum valor beneficij eſt auctus nõ propter valorem fructuum, ſed per augmentum in ſubſtantia, & proprietate, quia fuit facta vnio alterius beneficij, id attendendum eſt, etiam ſi vnio contigerit poſt decẽ annos, & paulo ante gratiam, & etiamſi iſtud augmentum contigiſſet poſt datam gratiæ, tamen in gratijs conditionalibus, vt ſunt expectatiuæ, attendendum eſt ſecundum tempus vacationis, non datæ, valor beneficij Oldrad.conſilio, 57. 168. & 229. Felinus in capit. eam te.de reſcript.

230 Hæc Guidobon. Cõducit † etiam deciſ.eiuſdem. 143. vbi habetur, quod in vna ibidẽ Prioratus 5.Junij 1553. coram Domino Monteſflaſconen. tentum
☞ eſt, ex certis inſtrumentis locationis, ſchedul.s receptionis, ſolutionis, arrendamenti, & duobus teſtibus ſimpliciter deponentibus, per decem annos fuiſſe fructus arrendatos, & duobus idem dicentibus de publica voce, & fama, & alijs idem dicentibus de auditu, & quod ita credunt, non eſſe probatum exceſſiuum valorem contra impetrantem cum expreſſione minoris valoris.

231 Et fuit reſolutum † in cauſa Leodien. S.Dionyſij 19.Junij 1551. coram D. Verallo, qua fuit dubita-
☞ tum, an ex arrendamentis, & dictis teſtium probare tur Nicolaum tempore nominationis ſuæ habuiſſe in redditibus vltra 80.ducatos auri, ita quod excluderetur à nominatione ſua vigore priuilegiorum ſtudij Louanien. & fuit tentum, quod non eſſet probatus valor per teſtes, ad excluſionem gratiæ nominationis factæ in fauorem Nicolai, quia agitur de excluſione, & oportet, quod probentur omnia, quæ allegantur per Sarnen.de valore quæſt. vltima, præter quam de annis quinque ante, & quinq; poſt ſed bene de annis decem ante; vt per Cotam deciſio. 277.
232 in ſuis miſcellaneis manuſcrip. † & alius fuit reſolutum coram Capuraquen. 1. Febr 1557. quod valor ad effectum canonizationis ſufficientiſſime probatur per vnum teſtem, & duos de publica voce, & fama, & ſic eſt plena probatio, & tamen ſufficeret ſemiplena pro verificatione narratiuæ eius gratiæ, & ſi ex aduerſo datur de regula de valore, incumbit onus probandi exceſſiuitatem valoris opponenti de regula, & debet probare exceſſiuitatem valoris per decem annos ante impetrationem, vt per eundem
233 Cotam deciſio.205. † Et idem tenuit Rota in vna Cameracen. vnionis 19.Ianuar.1575. coram D.Lan-
☞ cell. quæ habetur 1.p.diuerſorum dec.189.nu.4. vbi dicitur valorem Beneficij eſſe probandum per decẽ annos continuos ante, iuxta opinionem, quam tenet Rota, vt Domini atteſtati fuerunt, ita deciſum

in

in pluribus cauſis, quas retulerunt. Rota etiam in vna Iacen. Portionis 15. Aprilis 1575. quæ eſt deciſ.
334 Cæſaris de Graſ. 118. num. 1. † ibi, & deponunt de decẽnio ſterili cum fertili computato, &c. Et in vna
335 Eluſina Prioratus 15. Febr. 1591. † coram D. Oraſ- no, in qua fuit reſolutum, expreſſionem malam valoris ab eo, qui venit obiectiue, debere probari de ſcientia certa per decem annos ante, nec librum defuncti, cum ſit tertij & contra tertium probare, nec falſitatem exiſtentiæ reſeruationis fructuum narratæ probari, &c. niſi conſtet litem ſuper ea ſopitã, quæ alias non extinguitur, niſi per rem iudicatam executam, &c. Et idem tenuit Rota in illa Maioricen. 15.
336 Iunij 1592. ſupra † adducta. numer. 156. Et in vna Toletana Parochialis de Huecas 17. Aprilis. 1595. ſ- coram Domino Pamphilio, in qua fuit reſolutum, quod teſtes ad probandam exceſſiuitatẽ valoris iuxta requiſita regulæ de valore debẽt deponere ex cer-
337 ta ſcientia per decem annos ante gratiam, † & deductis oneribus, Achilles, deciſ. 2. de valore, Sarnen. de infirmis, quæſtione 36. & de valore. quæſtione vltima, vt requiritur quando probato non exceſſu valoris per teſtes de publica voce, & fama, opponitur de illius exceſſu ad infringendam gratiam, vt fuit reſolutum in Foroliuienſ. primiceriatus de menſe Maij 1590. coram Domino Peruſino, & alias ſæpiſſime, &c.

338 Et hæc opinio Rotæ † videtur magis iuri conformis; nam per lapſum, & diſcurſum decennij melius poteſt ſumi regula ad iudicandum valorem cõmunem beneficij, quam per lapſum quinquennij, vel triennij, per quinquennium enim, vel triennĩ poſſet facile, & veriſimiliter contingere, omnes annos, aut eſſe ſteriles aut fertiles, quod non ita continget per decennium.

339 Nec ab iſta † opinione videtur eſſe recedendum cum eam receperit obſeruantia Rotæ, quæ ſecundum eam plures iudicauit, vt ex deciſ. adductis patet. & ſic tranſierit in ſtilum, & conſuetudinem Curiæ, qui facit ius etiam extra curiam, vt per Pauinum in præludio extrauagantium verſ. deciſiones Rotæ, D. Martam de Tribunalibus vrbis, cap. 5. ex nu. 7. & Maſcard. de probat. concluſ. 485. ex num. 11. *Et Rotam in cauſa Toletana Canon. 13. Nouembr. coram Lancellotto.* Et ibi tamen eſt ſupra 1. p. cap. 5. num. 87. & ſeq. c. 1. huius par. à num. 561.

340 Et quod ait Lancellottus † de attentatis. 2. p. c. 20. limit. num. 1. ſtilum Rotæ non attendi extra curiam, non procedit in ſtilo deciſorio, vt hic, Sarnen. in proœmio regularum Cancellar. quæſt. 2. ſub verſicul. 4. pro iſta parte, & citati, ſed in ſtilo ordinatorio, ſeu qui procedit ex particulari ratione reſpectu Rotæ.

341 Et quãuis † in aliquibus tribunalibus Hiſpaniæ de ſtilo attendatur valor per quinque, vel tres annos præcedentes, tamen non videtur debere ſtari tali ſtilo, ſed potius ſtilo, ac obſeruantiæ Rotæ, & Curiæ, cum agatur de interpretatione literarum, quæ emanant ab ipſa Curia ad dec. Aegidi 2. quam ſequitur Felin. in d. cap. ad aures, num. 13. circa fi. & Rot. in illa Conchen. penſionis 28. Iunij 1585. coram D. Orano, quæ habetur ſupra, dub. 8. num. 148. & optime conducit ad propoſitum, & diximus in ſimili. d. cap. 1. num. 535. Rurſus aduertendum eſt, quod te-
342 ſtes † ſuper valore debent reddere rationẽ, ſeu cauſam dicti ſui etiam non interrogati, alias non probant. Felin. in cap. cum cauſam. 1. ſub. num. 3. verſic. & per hanc fallentiam & in cap. cum cauſam 2. ſub. num. 1. de teſtibus, practicabilia Rotæ numero 130. Finel. in leg. 2. Codic. de reſcienden. vendit. 3. part. cap. vltim. num. 11. Maſcar. concluſio. 657. num. 49. & concluſ. 1403. nu. 10. Caſador. deciſ. 19. ſuper regulis, num. 3. & Rota d. deciſ. 189. numero 3. part. 1. diuerſorum.

343 Decimo ſeptimo dubitatur, † an Nuntius vigore dictæ facultatis poſſit conferre Beneficia iuris patronatus, non excedentia valorem 24. & breuiter dicendum eſt, quod poterit conferre beneficia iuris patronatus Eccleſiaſ. quemadmodum poteſt Legatus à latere, & dictum eſt ſupra à num. 17. & faciunt tradita per Creſcen. dec. 8. de priuileg. de qua ſupra num. 132.

344 Non tamen poterit † conferre beneficia iuris patronatus laicalis, aut mixti, ſicut nec Legatus de latere, vt ſupra dictum eſt à num. 63. Quamuis valet
345 eius prouiſio non reclamante † patrono laico infra tempus datum ad præſentandum, vt ibi dictum eſt numero 65. ex deciſio. Rotæ 1482. lib. 3. part. 3. diuerſorum.

346 Sed videbatur poſſe † Nũtium derogare iuri patronatus laicorum tantum pro medietate, & mixto in totum ex clauſula ſuæ facultatis ſupra adducta, num. 134. ex qua poteſt apponere in ſuis prouiſionibus, derogationes, ac clauſulas neceſſarias, & opportunas, ac in literis Apoſtolicis concedi & extendi ſolitas, & ſic poterit apponere clauſulam in gratijs Apoſtolicis apponi ſolitam, & cum derogatione iuris patronatus, &c. de qua ſupra. cap. 1. num. 561.

347 Reſpondetur † tamen per illam clauſulam non dari facultatem Nuntio derogandi iuri laicorũ, nec id eſſe credendum, ad tradita per Felinum in tractat. quando literæ Apoſtolicæ. ampliat. 4. Seluam. de Benefic. 3. p. q. 11. nu. 17. 12. qualitate, & Couarruuias pract. cap. 36. num. 1.

Præterea d. clauſula non intelligitur de deroga-
348 tionibus, † & clauſulis in literis Apoſtolicis concedi & extendi ſolitis, quæ ſumuntur ex ipſa ſupplicatione, vt ſupra dixi. num. 131.

Poterit tamen Nuntius ex d. facultate conferre
349 beneficia iuris † patronatus laicorum ex eorũ negligentia, ſeu culpa ad Papam, aut ad Ordinarium deuoluta, ſicut etiam alia Beneficia deuoluta etiam ad Papam, vt de Legato diximus ſupra à num. 21. & num. 66.

Dummodo non excedant dictum valorem 24. in
350 ſua facultate † taxatum. Quamuis viderim in hoc Epiſcopatu Abulen. Nuntium prouidiſſe quandam Capellaniam oppidi del Varco de iure patronatus laicorum tanquam deuolutam cũ narratiua, quod eius fructus non excedebant valorem 70. ducatorũ, quod non video quomodo fieri potuerit, &c.

Decimo octauo dubitatur, an Nuntius vigore d.
351 facultatis poſſit † prouidere beneficia exẽpta, ſeu ad exemptorum collationem ſpectantia, non excedentia d. valorem 24. ducatorum, &c. & breuiter reſpondetur poſſe, vt in Legato de latere dictum eſt ſupra num. 19. & 20. & faciunt tradita per Creſcen. d. deciſ. 8. de priuileg.

352 Decimo nono dubitatur † an Nuntio currat tẽpus ſemeſtre ad conferendum, de quo in c. 2. de con-

ceſſ.

xeſſ. Prabend. & videbatur, quod ſic ex dictis infra
253 10. parte cap. 2. nu. 10.† nihilominus tamen idem dicendum eſt, quod de Legato diximus ſupra ex. numero 22.

## De Ordinario. Cap. IV.

### SVMMARIA.

*ORdinarij collatores, de quibus nunc agendum eſt, ſunt qui ſuo iure conferre poſſunt, ſive id habeant à iure, ſive à Papa, vel conſuetudine, etiamſi alias non habeant ordinariam iuriſdictionem, nu. 1. & ſic in materia collationis appellatione Ordinarij, venit non ſolum Epiſcopus, ſed etiam alius inferior, qui habet poteſtatem conferendi, licet non habeat iuriſdictionem, nec Fel. tenet contrarium, numero 2. & 3.*

*De iure communi ordinarij collectores ſunt Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi, qui in prouiſione Beneficiorum ſuæ Diœceſis ſeu datam habent intentionem, nu. 4.*

*De Beneficijs, & Prabendis Eccleſiarum Cathedralium, & Collegialium eſt particulare dubium, an ſpectent ad prouiſionem ſolius Epiſcopi, an ſimul cum Capitulo, nu. 5.*

*Prouiſio Cathedralium, de qua in primis dicendum eſt, olim pertinebat ad ſolum Romanum Pontificem. num. 6. electio enim Epiſcoporum non pertinet de iure diuino ad clerum, ſed ad ſummum Pontificem, vt vel ipſe eligat vel præſcribat eligendi modum, num. 7. prouiſio vero inferiorum Eccleſiarum olim pertinebat ad Epiſcopum nu. 8.*

*Poſtea tractu temporis fuit per Papam data poteſtas cuilibet Collegio eligendi ſibi Prælatum, ſive ſit Eccleſia Cathedralis, ſive inferior, confirmatione electi ſuperiori immediate relicta, num. 9. ſed earum prouiſio eſt iam reſeruata Papæ per regulas Cancellariæ, nu. 12.*

*Circa prouiſionem Prabendarum Eccleſiæ Cathedralis ſunt diuerſæ opiniones, prima, quod prouiſio pertinet ad Epiſcopum cum conſenſu Capituli, nu. 11. ſecunda, quod ſpectet ad Epiſcopum cum conſilio Capituli, niſi bona Epiſcopi, & Capituli ſint communia, nu. 12. tertia quod ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul pertineat, nu. 13. quam Rota hodie ſequitur. nu. 14. & pro ea allegantur quædam iura, nu. 15.*

*In hac varietate opinionum nulla earum ſatis iure probatur, non iura non ſunt clara, nec multum ſ..ciunt pro eis, &c. n. 16. magis tamen placet tertia opinio, maxime quia eſt communis, ſeu communior, & à Rota approbata, & recepta à nu. 17. idem que de Dignitatib. Eccleſiæ Cathedralis dicendum eſt cum Rota, & aliis, & nullo iure probatur, quod ſint electiua, vt alias voluit Rota, &c. à nu 20.*

*Cum collatio ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul pertinet Capitulum habet vnam vocem, & Epiſcopus ſolus aliam dimidiam. nu. 28. & ſic. ſi ſe non concordauerint. ſed in diſcordia contulerint, ita quod Capitulum, ſeu maior pars conferat vni, & Epiſcopus alteri, etiamſi acceſſerint aliqui Canonici, neutra collatio valet contra Hoſt. cuius doctrina communiter reprobatur à nu. 29.*

*Cum neutra collatio valeat, ſi Papa prouidet tertio etiam ſequenti die, ille dicitur habere potius ius & eius prouiſio erit bona. nu. 33. & ſeq. vbi ponitur deciſ. Rotæ.*

*Epiſcopus, & Capitulum, qui in diſcordia contulerunt, cum neutra collatio valet, poterunt intra ſemeſtre datum ad cõferendũ concordare in vnum ex prouiſis, vel in alium, niſi interim Papa alicui prouidiſſet, alias deuoluetur prouiſio ad ſuperiorem num. 35.*

*An impetrans Prabendam à Papa narrãdo fuiſſe diſcordiam in prouiſione inter Epiſcopum, & Capitulum, debeat eam diſcordiam plene, & concludenter probare, an vero ſatis ſit ſemiplene, num. 36. eſſe concludenter probandam fuit reſolutum per Rotam in dec. poſita, nu. 37. ſed ab ea receſſit poſtea, vt in deciſ. poſitis à nu. 38.*

*Cum iſta diſcordia per ſemiplenam probationem concludenter probetur, iſta probatio non eliditur alia ſemiplena probatione in contrarium, ſed alia plena venit ſubintendenda ſecundum Rotam, nu. 41. vbi ponitur deciſio.*

*Collatio Prabendæ ſpectantis ad collationem Epiſcopi, & Capit. facta ab Epiſcopo valet non contradicente Cap. infra ſemeſtre, & è contra, quia poteſt fieri ſeparatim, nu. 42. & ſequenti, vbi ponitur deciſ. Rotæ & ſic ex collatione facta ab Epiſcopo, vel Cap. altero non probante, nec contradicente, dicitur interim ius conſiderabile quæſitum prouiſo taliter, quod non valeat prouiſio Papæ alteri facta, & ſit locus regulæ de iure quæſito ſi aliter alteri non contulerit, nec contradixerit, alias ſecus à nu 44.*

*Tradendo poſſeſſionem prouiſo ab Epiſcopo, Capitulum videtur approbare, & conferre, n. 47 quicquid ſit, quando eam dare dicens velle obedire mandatis, &c. ſeu quod obediendo mandato ſuperioris eam dabat, &c. quamuis etiam tunc idem verius videatur. nu. 48.*

*Non placet quod in quadam deciſ. adducta dicitur, quod ſtante abſentia Epiſcopi, qui erat in curia, & cuius reditus de facili non ſperabatur, potuit ſolum Capitulum conferre, nu. 49. & cap. vnic. in fin. ne Sede vacante, in 6. non loquitur quando collatio pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum, ſed quando quis habet conferre cum conſilio Epiſcopi, & non procedit quando habet conferre cum conſenſu, nec etiam quando collatio ſpectat communiter ad Epiſcopum, & Capitulum, nu. 50. & 51.*

*Cum collatio ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum, poteſt Epiſcopus conuocare Capitulum, & cogere eum congregari ad prouiſionem faciendam, nu. 52.*

*Quamuis non poſſit Epiſcopus conuocare Capitulum, ſi dere ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante agatur ex decreto Concilij, intelligendum tamen eſt quando agitur de eo, quod priuatim intereſt Epiſcopi, ſecus ſi dere ſpectante ad eius iuriſdictionem, officium ſeu Dignitatem, &c. ex ſententia Congregat. vt in propoſito collationis, nu. 53. & ſeq.*

*Non poſſet Epiſcopus reſtringere, & abbreuiare Cap. tempus ſemeſtre, quod de iure habet ad prouidendum, num. 55. nec cogere Capitulum ad prouidendum, & congregatio Cap. ad prouidendum, poſſet maior pars. ſi vellet, prouiſionem differe, nu. 56. ſicut etiam non poterit Capitulum abbreuiare terminum ſex menſium, & requirere, ac vocare Epiſcopũ, vt interſit prouiſioni intra certum tempus, nu. 57.*

*Circa prouiſionem Canonicatuum, & Prabendarum, ac Dignitatum Eccleſiarum collegialium ſunt etiam variæ opiniones & Domini de Rota aliàs fuerunt varij. n. 58. prima opinio, quod ad Prælatum, & Capitulum, & non ad Epiſcopum ſpectet prouiſio. & collatio de iure à n. 59. Secunda quod ſpectet ad Epiſcopum à nu. 62. Tertia medii, quæ magis placet, quod præſentatio, ſeu electio ſpectet ad Capitulum, ſeu Collegium ipſius Eccleſiæ, & inſtitutio, ſeu confirmatio ad Epiſcopum, &c. à nu 64.*

*Eccleſia collegiata quæ dicatur, & quæ ſigna, & requiſita habere debeat remiſſiue. nu. 70.*

*In Eccleſijs regularibus ad quem de iure ſpectet creatio Monachorum, ſeu Canonicorum regularium remiſſiue, nu. 71.*

*Predicta de prouiſionibus Prabendarum, & dignitatum Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ intelliguntur, niſi aliud habeat conſuetudo aut priuilegium, &c. nu. 27.*

*Hic non eſt propriè conſuetudo, ſed large, & abuſiue, & potius*

eſt

*eſt præſcriptio, cum vni detrahat, & alteri acquirat, n. 73. & tunc eſſet proprie conſuetudo, quando in aliqua Prouincia generalis conſuetudo huiuſmodi ſeruaretur ita, quod faceret ius in communi in illa Prouincia, nu. 74.*

*Qualis debeat eſſe huiuſmodi conſuetudo, ſeu præſcriptio, an quadragenaria, an immemorialis, vel quadragenaria cum titulo à nu. 75. reſoluitur, quod ſufficiat quadragenaria ſine titulo, quia non eſt contra ius, licet ſit contra communem opin. & deciſ. & etiam ſtilum Rotæ.*

*Obijcitur, quod, cum in hoc ſint diuerſæ opiniones, & nõ ſit ius expreſſum, conſuetudo, & obſeruantia approbans & recipiens aliquam ex ijs opinionibus, dicetur interpretatiua, & ſic non requiret aliquam temporis præſcriptionem, & ſi ſit contra communem, & veriorem opinionem, nu. 80. vel ſaltem ſufficeret decennalis, nu. 81. & quando non eſſet conſuetudo interpretatiua, eſſet conſuetudo propria præter ius, & non præſcriptio, & ſic ſufficeret decennalis, ſicut in decimis prædialibus dicitur num. 82. & videtur in terminis tenuiſſe Rota in deciſ. adducta nu. 83.*

*Reſpondetur, quod, quamuis ſimus in conſuetudine & obſeruãtia interpretatiua, tamen vbi agitur de auferendo iure vni, quod habet iuxta communem, & veriorem opinionem, & dando alteri, requiritur præſcriptio. 40. annorum, num. 84. quando vero ius eſt ita obſcurum, & dubium, vt non conſtet de iure alterius, non requiritur præſcriptio, ſed ſola obſeruãtia abſque præſcriptione temporis ſufficiet, nu. 86. & quod dictum eſt de conſuetudine interpretatiua procedit in conſuetudine propria &c. nu. 87.*

*Ad illud de decimis prædialibus reſpondetur, quod ibi non ſolũ non eſt ius expreſſum, ſed immo ius defert conſuetudini, dicens recurrendum eſſe ad conſuetudinem, &c. & ſic eſt materia conſuetudinis, non ſic in propoſito. nu. 87. & 88.*

*Reprobatur deciſio nu. 83. adducta maxime in ſuo caſu, in quo Capitulum prætendebat eligere, ſeu prouidere priuatiue ad Epiſcopum et eo excluſo, & ſic conſuetudo erat contra ius, & ex quo Epiſcopus habet fundatam intentionem, ſaltem in ſimultanea prouiſione, nu. 89.*

*Cum Capitulum prætendit prouidere Præbendas aut dignitates Eccleſiæ Cathedralis, excluſo Epiſcopo ex conſuetudine, requiritur immemorialis præſcriptio, aut quadragenaria cũ titulo, num. 90. ſicut ad hoc, vt inferior acquirat ius conferendi contra Ordinarium habentem fundatam intentionem de iure communi, requiritur præſcriptio immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, & bona fide, nu. 91.*

*Conſuetudo generalis Prouinciæ, quod Capitulum eligat, ſeu prouideat excluſo Epiſcopo non extenderetur ad loca particularia, ſeu Eccleſiarum, in quibus non eſſet talis conſuetudo, licet tunc eſſet proprie conſuetudo, ſecundum. Abbat. nu. 92. ſed contrarium tenetur à nu. 93.*

*Iuxta prædicta poſſunt procedere reſolutiones Rotæ in quadã cauſa Placentina voti, quæ adducuntur à n. 96. quod ſicut eſt contra ius excludere Epiſcopum à prouiſione Præbendarum, & dignitatum Eccleſiæ Cathedralis, ita etiam non dare ei, niſi vnum votum vnius Canonici; quia id eſt quaſi eum excludere, & ideo in d. cauſa Placentina, non ſufficere quadragenariam ſine titulo, ſed requiri etiam titulum aut immemorialem.*

*Ex alio etiam capite poſſet eſſe neceſſaria immemorialis in d. Placentina, ſi forte in confirmatione ſtatuti eſſet clauſula decreti irritantis, quæ operatur non ſolum, quod ſtatuentes non poſſint illud reuocare, ſed etiam, quod non poſſit contra illud induci conſuetudo, ſeu præſcriptio, niſi immemorialis, nu. 106. & 107.*

NVnc de Ordinarijs collatoribus inferioribus agendum eſt, ſunt autem Ordinarij collatores
1 qui ſuo iure † conferre poſſunt ſiue id habeant à iure, ſiue à Papa, vel conſuetud. etiam ſi alias non habeant ordinar. iuriſdict. vt not. in c. Ordin. de offic. Ord. ſi & in c. ſi ſoli de conceſſio. Præbendæ in 6. glo. in Clem. 1. vt lite pendente, verbo ordinarium, & ibi Imola, & Cardin. quæſt. 14. nu. 24. & gloſ. in extrauag. execrabilis §. ſtatuimus verb. Ordinario in extrauag. Ioann. 22. Rebuffus de nominatio. quæſt. 8. num. 2. & in concord. titulo de collatio. §. 1. verbo Ordinarius collator, & §. præfatique Ordinarij. verbo Ordinarij collatores. Coraſ. de Beneficijs 2. p. c. 4. num. 1. & 4. p. cap. 1. num. 11. P. Gregor. de beneficijs c. 38. nu. 2. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8. q. 9. nu. 23. & Zecchus de benef. & penſio. Eccl. c. 2. & Gonçal. gl. 21. à nu. 33.

Vnde in materia † collationis, appellatione, Ordi-
2 narij, venit non ſolum Epiſcopus, ſed etiam alius inferior, qui habet poteſtatem conferendi, licet non habeat iuriſdictionem. Decius in c. poſt ceſſionem, nu. 7. de probatio. Rebuffus d. verbo Ordinarij collatores, & Flam. Pariſ. ſupra num. 27. & fuit reſolutum in illa Oſcen. Canonicatus 9. Mart. 1592. ſupra relata cap. 1. nu. 750. & quamuis Felin. in cap. cum
3 † olim de præſcript. num. 1. videatur contrarium dicere, tamen videtur error literæ, ſeu impreſſionis, cũ allegat d. gloſſam in Clemen. 1. vt lite pendente, quæ potius eſt contra, & ita pro hac parte eum allegat Flam. Pariſ. ibi.

4 Verum de iure † communi Ordinarij collatores ſunt Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi, qui in collatione & prouiſione Beneficiorum ſuæ Diœceſis fundatam habent intentionem in iure communi, vt per Cardinal. & alios ſupra, & diximus d. c. 1. nu. 51.

Sed de Beneficijs, & Præbendis Eccleſiarum Ca-
5 thedralium, & Collegialium † eſt particulare dubiũ, an ſpectẽt ad prouiſionem ſolius Epiſcopi, an ſimul cum Capitulo, &c.

6 Et de prouiſione † ipſarum Eccleſiarum in primis dicendum eſt, quod prouiſio Cathedralium olim pertinebat ad ſolum Romanum Pontificem. c. 1. & 2. 22. diſtinctione glo. in cap. quamquam. de electione in 6. in prin. & verbo deuoluetur. Abb. in c. 1. num. 1. & in cap. cum Eccleſia Vulterrana, num. 8. eodem tit. Selua de benef. 2. p. quæſt. 22. 3. caſu num. 9. Coraſ. d. cap. 4. num. 2. & 4. part. cap. 5. nu. 1. Gregor. Lopez in l. 17. titulo 5. part. 1. Burſattus conſil. 126. lib. 2. à nu. 8. & Quintanaduennas Eccleſiaſtic. lib. 1. c. 5. nu. 4. Bertach. de Epiſcopis lib. 1. 3. p. nu. 1.
7 † electio enim Epiſcoporum non pertinet iure diuino ad Clerum, ſed ad ſummum Pontificem, vt vel ipſe eligat, vel præſcribat eligendi modum. Cardin. Bellarm. 1. tom. controuerſia 5. lib. 1. cap. 8. & 2. tomo, controuerſia 2. lib. 1. c. 8.

8 Prouiſio vero inferiorum † Eccleſ. olim pertinebat ad Epiſcopum. Glo. Abb. Selua, Coraſ. Grego. Lopez, & Burſattus ſupra.

Sed poſtea tractu temporis fuit per Papam data
9 poteſtas, † cuilibet Collegio eligendi ſibi Prælatum ſiue ſit Eccleſia Cathedralis, ſiue inferior, confirmatione electi ſuperiori immediato reliõa. c. 1. cap. ne pro defectu. c. quia propter. de electione cum alijs eiuſdem tituli ibi & in 6. c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſ. & cap. vlt. 16. quæſt. 7. Gloſſator. Abb. Selua,

Selua, Coraf. Gregorius, Lopez, & Burſattus vbi ſupra & Bertach.

10 Demum † earum prouiſio eſt iam reſeruata Pape per regulas Cancellariæ ſecundam & tertiam, de quibus *ſupra* d. capit. 1. à num. 212. & 256. vbi dicta vide.

11 Secundo circa prouiſionem † præbendarum Eccleſiæ Cathedralis ſunt diuerſæ opiniones. Prima. eſt Compoſtellani in d.c.cum Eccleſia Vulterrana, quod prouiſio pertinet ad Epiſcopum cum conſenſu Capituli, pro qua allegat capit. ea noſcitur. de his quæ fiunt à Prælatis, ſequuntur Selua d. quæſt. 22. caſu 4. à nu. 12. Duare. de Benef. lib. 3. cap. 4. dicens receptus eſſe in præbendis, & dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis, collationem ad Epiſcopum ſpectare cum conſenſu Capit, Burſattus d. conſil. 126. lib. 2. num. 45. & Quintana duennas. d. lib. 1. cap. 5. nu. 4. & hanc opinionem inquit Aegidius deciſ. 69. Palatium amplecti.

Secunda opinio eſt Hoſtienſis in d. cap. cum Ec-
12 cleſia Vulterrana, † quod ſpectet ad Epiſcopum cũ conſilio Capituli, niſi bona Epiſcopi Cap ſint communia, & allegat cap. nouit, & c. quanto. de his quæ fiunt à Prælatis, ſequitur Aegidius d. deciſ. 69. Coraf. d. c. 4. nu. 5. & Zecchus d. c. 2. verſ. Ordinarij etiam, & allegant c. illa ne Sede vacante.

13 Tertia opinio eſt, † quod prouiſio Præbendarum ad Epiſcopum, & Capit. ſimul pertineat, quam tenet gloſſa verb. poſtulauit in dicto cap. cum Eccleſia Vulterrana, & in cap. fin. verb. communiter de ſupplenda negligentia Prælatorum, & in cap. irrefragabili, verb. per Cap. de officio Ordinarij, & in cap. 1. §. 1. verb. diſponit. 21. diſtin. Abb. in d. cap. cum Eccleſia. nu. 8. Francus, num. 1, dicens communem, & alij in cap. à collatione, de appellatio. in 6. Probus ad Monachum in Rubrica de jure patron. in 6. num. 8. Rebuffus de nominatio. quæſt. 8. num. 3. & conſ. 60. Roſmiacus de Benef. cap. 1. nu. 18. Mandoſ. in regula Cancell. 18, q. 14. ex num. 2. & conſ. 28, num. 7. & conſ. 29. nu. 1. dicens communiorem.

14 Et Rota hodie iſtam † opinionem ſequitur vt per Caſſad. deciſ. 22. de Præben. Put, deciſio 117. & 172. lib. 3. Achill. deciſ. 267. ſeu 4. de Præben. & fuit reſolutum in vna Abulen, pœnitentiariæ 17. Apr. 1589. coram Domino Mantica infra adducta, nu. 140. & in Hiſpalen, portionis 19. Ianuarij 1594. coram D. Pamphilio ſupra adducta cap. 1. num. 35. & in Vercellen. Canonicatus 27. Aprilis 1594. coram Domino Penia ſupra relata d. capit. 1, num. 473. & in Placentina Cantoriæ 24. Octobr. 1594. coram Domino Seraphino ſupra adducta 4. p. cap. 3. nu. 80. & in Regien. Canonicatus 17. Nouem. 1595, coram Domino Pamphilio ſupra relata d. capit. 1. num. 415. & in Placentina Canonicatus 26. Februarij 1596. coram Domino Orano infra adducta; nu. 43. & in Lunen. Sarçanen. 23. Octobris 1598 coram Domino Seraphino ſup. relata d. cap. 1. nu. 472. & in Tarraconen. Sacriſtiæ 19 Martij 1601. coram Domino Iuſto infra adducta. 7. p. c. 15. nu. 8. *Et noniſ. in Hiſpal. Can. 27. Junij 1605. coram D. Ludou. vbi quod cum hoc ſit de iure, nõ eſt neceſſe id exprimere in prouiſ. Papæ præuentis, &c.* Et poſt hæc tradit Gonçalez gloſ. 45. à num. 36. Et *Azened. conſ 39. num. 3.*

Pro hac opinione allegantur d. c. cũ Eccleſia Vul-
15 terrana † in fin. & d. cap. fin. de ſupplen. negligentia Prælatorum, & d. cap. ea noſcitur. & cap. poſtulaſtis de conceſſ. Præbend. & cap. à collatione. de appellatio. in 6. & cap. quod quibuſdam. de fideiuſſor. & c. quia nonnullis §. verum. de Magiſtr. & regul. quod omnes tangit debet ab omnibus approbari. lib. 6.

16 In hac varietate opinionem, † inter quas quanta ſit differentia, ſatis ex ſe patet, & ex cap. vnic. ne Sede vacante in 6. dico nullam earum ſatis iure probari; nam iura non ſunt clara, nec multum faciunt pro eis, & quædam illorum loquuntur ſecundum conſuetudinem, & ius ſpeciale Eccleſiæ, de qua agebatur, non enim loquuntur diſpoſitiue, ſed narratiue, & ex ſuppoſitione; factum poſſibile ſupponendo, vt alias ait Aegidius deciſ. 717. nu. 3. & ita procedunt d. cap. illa dict. cap. fin. d. cap. poſtulaſtis, & d. capit. à collatione.

17 Rurſus dico magis † mihi placere tertiam opinionem pro qua aliquantulum facit. d. §. verum, & dict. regula, quod omnes tangit. Et accedit ratio, quod, cum Epiſcopus, & Capit, ſint vnum corpus d. capit.
18 nouit. in princ. æquum videtur, † quod ſimul concurrant in prouiſione Præbendarum ipſius Eccleſiæ Cathedralis, & de eis tanquam fratres ſimul diſponant, eoque magis eſt amplectenda iſta opinio, quia
19 eſt communis, ſeu communior, & ſic ſecurior, vt † ait Caſſador. ſupra nu. 2. & præcipue, quia eſt à Rota approbata, & recepta, ad dicta ſupra cap. 1. à nu. 534. & cap. 3. nu. 239.

20 Idemque † de dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis dicendum eſt, & ita Abb, Roſini. Selua, Duarennus, Burſattus, & Coraf. ſupra & Gonçalez idem dicunt in eis, quod in Præbendis, *ibi, quod in Præb. Et eſt conſilium Pauli de Caſtro 365. ſub num. 1. p. 1.* & Rota. in d. Flacentina Cantoriæ adducta d. cap. 3. 4. p. nu. 10.

21 Et in illa Tarraconen. † Sacriſtiæ 9. Iunij 1600. coram D. Iuſto fuit deciſum, collationem nõ ſolum Canonicatuum, Portionum, & aliarum Præbendarum Cathedralium, ſed etiam Dignitatum & aliorũ Beneficiorum earundem de iure eſſe communẽ Epiſcopo, & Capitulo in ſimul ex Abbat. in d. cap. cum Eccleſia Vulterr. na, n. m. 8. & Franco in d. capitul. à collatione 1. notab. & c. *Vt in deciſ. 359. noniſ. Farin. & in Maioricen. Sacriſtiæ 26, Iunij 1602. coram Pamphil. quod prouiſio dignitatum Eccleſiæ cathedralis ſolet eſſe cõmunis Epiſcopo cum capitulo, & c. vt in deciſ. 615. noniſ. Farin. & in Egitanen ſcholaſt. 14. April. 1603. fuit etiã deciſum, collationem ſcholaſt. cum ſit dignitas in Eccleſia cathedrali, competere Epiſc. & cap. coniunctim, & ſic non intrare in ea alternatiuam.*

Quamuis alias in vna Cremonen. Cantoriæ 21.
22 Iunij 1557. coram † D. Iunio fuit reſolutum ſecundum magis communem opinionem, Dignitates in Cathedralibus de iure communi ſunt electiuæ Cap. & confirmatio ſpectat ad Epiſcopum. Oldrad. conſ. 146. Domin. in cap. de liberatione. de officio legati in 6. 4. notab. & ibi. Fran. in princip. poſt Ioan. And. gloſ. pragmaticæ, titulo de elect. §. ſed per elect. verſ. electiuis, & in tit. de collat. §. in Dignitatib. vero electiuis. verbo dictarum, ſequitur Pacianus de probation. lib. 2. cap. 30. nu. 7. dicens Dignitates in dubio conferri eſſe electiuas.

23 Sed reuera nullo iure † probari videtur, quod dignitates Cathedralium ſint electiuæ, quanto magis, quod in eis debeat fieri electio ſolẽnis iuxta formam capit. quia propter de elect. vt ibi dicit Oldra-

dus

dus quem improbauimus ſupra 1.p.c.6.nu.22.

Nam cap.dudum 1.de electione,quod allegat Oldradus id non probat,ſed ſupponit, quod Præpoſi-
24 tura,de qua ibi,† erat electiua ex conſuetudine, vel alias,& d.cap.deliberatione.ibi ad quas,&c.nō pro-
25 bat, quod omnes Dignitates Eccleſiarum † Cathedralium,etiam maiores poſt Pontificalem, de iure ſint electiuæ,ſed quod aliquæ ſint electiuæ de conſuetudine vel alias; nam illud relatiuum ad quas ponitur reſtrictiue.ad l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. Bart,in l.omnes populi in princip.& alios ibi,& in l. cunctos populos,C.de Summa Trinitate.

26 Præterea ſi dignitates ſpectarent ad electionem † Capituli,maius ius in illis haberet Capitulum, quã in Præbendis, cum tamen minus ius deberet habere;cum non ſint de Capitulo de iure, imo nec habeant partem in menſa in aliquibus Eccleſiis.

27 Et ita in multis Eccleſijs Hiſpaniæ, quamuis † in præbendis Capitula habeant collationem cum Epiſcopo,in prouiſione tamen dignitatum nihil habēt, ſed ad ſolum Epiſcopum ſpectat,vt in Eccleſia Burgen.Segobien.Carthag.& alijs,& in hac Abulen.in qua ex conſuetudine,& ſtatuto,collatio Canonicatuum & Portionum eſt communis Epiſcopi, & Capituli,dignitatum vero ſolius Epiſcopi.

Cum autem collatio ad Epiſcopum,& Capitulũ
28 † ſimul pertinet, Capitulum habet vnam vocem & Epiſcopus ſolus aliam dimidiam,Probus in dict. rubrica de iure patron.nu.14.Mohedan.deciſ. 1.de priuilegijs & Rota deciſ.783.lib.3.p.3.diuerſorum, & poſt hæc Gonçalez d.gl.45.à nu.51.

Et ſic,ſi ſe non concordauerint, ſed in diſcordia-
29 conſulerint,ita quod Capitulum, ſeu † maior pars conferat vni,& Epiſcopus alteri, etiam ſi ei acceſſerint aliqui Canonici, neutra collatio valet, vt contra Hoſtien.in d.cap.poſtulaſtis.de conceſſio. Præb. tenentem valere collationem Epiſcopi factam cum vno ex Canonic s,docent Ioan.Andr,& Domin.nu. 4.& Francus num.1.in d.cap.à collatione.Abb.in d. cap.cum Eccleſia Vulterrana num, 11. Lapus allegat.31.num.3. vbi Mandoſ. litera C. idem Mandoſ, regul.18.quæſt.14.num.2.Paulus de offic.& poteſtate Capituli ſede vacante 5,præludio,num. 3. Selua de benef.2.par.quæſt.17.num.4.& 5.& 3.parte quæſt.71.Probus in d. rubrica de iure patron. à nu. 9.& in cap.cum in illis.de præbendis,num.15. & in cap.fin.de regular.num.3.in 6.Rebuf.d.conſil.60.2. quæſt,P.de Bayſio in directorio electionum,3.part. cap.35.num.12. & 13.Nauarr. conſi. 1. de his quæ fiunt à maiori par.Capituli,num.3.& conſil.36.de regularum.num.2.*Hor.Mandoſ.ad Rom.conſ.366.* & Azeuedo in l.14.tit.6. libro 3. recopil. num. 13. qui alios citant.Rota deciſ.783.lib.3.p.3.diuerſor.n. 6. & 8. & in cauſa Burgenſ. Canonicatus 27. Martij 1583.coram D.Bubalo, quam ſtatim adducam nu. 34.& in d.Hiſpalen.Portionis 10.Ianuarij 1594.ſupra adducta c.1.nu.35.& Gonçal.ſup.à nu.58.

Et doctrinam Hoſtienſis communiter reprobari
30 † teſtatur Felin.in cap.paſtoralis,nu.9. de reſcr. Iaſon.in l.iuris gentium,§.fin.nu.13.ff.de pactis,& Rota deciſ.408.nu.2.p.1.diuerſor.& etiam Rochus de iure patron.verb.ipſe vel is nu.7.& Lamber.2.part. 1.lib.quæſt.1.artic.27.& Caſſador.dec.2.de iure patron.*Bobadilla in polit.lib.3.c.8.n.160.& alij ſup. quãtis eum ſequatur Azeued. ſibi contrarius conſ. 39. quod conſilium Azeuedi eſt falſum, & contra illam communem: & quamuis in fine illius dicatur, quod fuit in Rota executoriatum pro eo,non credo; ſed quod ſint executoriatum,erit id de quo in reſolutionibus Rotæ in cauſa Placentina voti infra adductis à nu.96.*

31 Et facit quod in ſimili ipſi ibi tradunt,† & Didac. Perez in l.1.tit.6.lib.1. ordinam. glo. 2. verſ. notanter etiam, & Rota in vna Pampilonen. Parochialis de Echarin.2.Aprilis 1590.Quod ſpectante iure pa-
32 tronatus † ad Dominum Palatij & ad Parochianos Dominus Palatij, cum aliquibus Parochianis non conſtituit, niſi medietatem, niſi concurrat maior pars Parochianorum,penes quod reſidet altera medietas.*Genuen.in praxi c.63.nu.34. Vgol. de officio Epiſc.cap.51 §.1.nu.8.*

33 Vnde, cum neutra collatio valeat, † ſi Papa prouideat tertio,etiam ſequenti die, ille dicitur habere potius ius,& eius prouiſio erit bona. Probus in dict. rubrica ex nu.8.& Rebuf.d.conſil.60.& fuit reſolutum in d.Burgen.Canonicatus,& melius in d.Hiſpalen.Portionis,quæ eſt videnda in propoſito,& d.deciſ.Burgen.ſic habet.

## *Burgen.Canonicatus 27. Martij 1583.*

34 FVit dubium† pluries propoſitum, vtraq; parte
35 informante, & Domini die Lunæ 27. Martij. 1583. omiſſa pro nunc illa difficultate, an ſit locus extrauaganti inuictæ,de election.in communib. de qua alias agetur, reſoluerunt pro validitate prouiſionis Apoſtolicæ factæ in fauorem D. Nicolai de Paredes,& moti fuerunt,quia,licet collatio ſit communis inter Archiepiſcopum,& Capitulum, tamen cum Archiepiſcopus vni contulerit, & Capitulum alteri,neutra collatio valeat. Feder.conſil.232.in fi. & in cap.à collatione,vbi Francus num. 1. circa fin. de appellat. lib.6.Probus in rubrica de iure patron. in 6.num.13.Puteus deciſ.42.de Præben.& propterea ius conferendi ſpectat ad Papam,cap.2. de conceſſio.Præben.Nec obſtat quod collatio Capituli remanet valida, ex quo Archiepiſcopus contulit lapſis ſex menſibus,quoniam reſpondetur, quod dictũ tempus non currit, à die vacationis, ſed à die illius notitiæ,cap.quia diuerſitatem in fin. de conceſſion. Præben. cap. licet de ſupplen. negligent. Prælator. vel currit ab eo tempore, quo Archiepiſcopus ſcire potuit,vel debuit,iuxta opinionem, quam tenet Rota,vt in deciſ.13.de iure patron.in antiq.Biſignettus deciſ.7.de præbend.Rebuf.praxi tit.de deuolutio. num.10.Rochus de iure patron.verb.honorificum, quæſt.37.at à tempore, quo ſcire potuit, non interceſſerunt,niſi quinque menſes computandi à die captæ poſſeſſionis Eccleſiæ Archiepiſcopalis, nec cadit præſumptio ſcientiæ,quia ſtante d. Archiepiſcopi abſentia in partibus longinquis,nempe in Canaria,& præſertim nondum per ipſum capta d. poſſeſſione,ceſſat ratio præſumptionis, vt dicit Rota dec. 6.in princip.de iure patron.in antiq.vbi dicit,quod ideo præſumitur iſta ſcientia, quia præſumitur Epiſcopum ſemel in anno ad minus per ſe, vel alium viſitare ſuam Diœceſim, & videre ac indagare, quomodo Beneficia regantur, & an ſint plena, & canonice teneantur,vt etiam per Lapum allegat.51. Decium conſil.135.in fin.& propterea dicit Ioa. And.

in cap.

in cap. ex parte in princip. verb. recurrerint, de conceſſ. Præbend. quod bonus iudex terminare debet hanc præſumptionem conſiderata qualitate Beneficij, & modo vacationis, & locorum remotione, ac fama. ſequitur Abb. d. cap. quia diuerſitatem, nu. 7. Rota d. deciſ. 6. circa finem de iure patronat. in antiquis. quibus omnibus attentis, Domini non ſunt arbitrati, hic adeſſe præſumptionem ſcientiæ vacationis. non obſtat, quod Archiepiſcopus permitteret prouiſum à Capitulo manere in poſſeſſione Canonicatus pro ſpatio quinque menſium, & illi non contradicendo cenſetur tacite approbare collationem Capituli, & per conſequens renuntiaſſe iuri ſuo, quia reſponderur, quod taciturnitas debet eſſe per ſpatiũ ſex menſium, qui dati ſunt ſibi ad conferendũ, alias cum ſciat intra dictum tempus ſaluum eſſe ius ſuum taciturnitas non nocet. Puteus deciſ. 125. in cauſa Toletana lib. 3. & 22. de Præbend. Achilles 6. de Præbend. niſi pro parte Capituli probarentur contrarij actus poſitiui D. Archiepiſcopi, circa approbationẽ d. prouiſi. iuxta cap. ex ore, de his quæ fiunt a maiori par. Cap. Socin. conſil. 15. vol. 3. Pariſ. conſil. 24. vol. 4. & poſt hæc tradit Gonçal. ſup. à nu. 62.

35 At Epiſcopus & Capitulum, † qui in diſcordia contulerunt, cum neutra collatio valeat, vt eſt dictũ poterunt intra ſemeſtre datum ad conferendũ concordare in vnũ ex prouiſis in diſcordia, vel in alium, niſi interim Papa alicui prouiderit. alias, ſi nec intra ſemeſtre concordauerint, nec Papa prouiderit, deuoluetur prouiſio ad ſuperiorem d. cap. poſtulaſtis, iuxta dicta infra, 10. par. cap. 3. cum verum ſit dicere eos non prouidiſſe tempore debito, & ita in terminis docent Abb. in d. cap. cum Eccleſia Vulterrana, nu. 12. Probus in d. cap. cum in illis, nu. 15. de Præb. in 6. Et fuit reſolutum in d. Hiſpalen. Portionis 17. Maij 1595. infra addu&a nu. 39.

36 S. d eſt difficultas, an impetrans † Præbendam à Papa narrando fuiſſe diſcordiam in prouiſione inter Epiſcopum, & Capitulum, ad quos collatio pertinebat, debeat eam diſcordiam plene, & concludenter probare, an vero ſatis ſit eam ſemiplene iuſtificare? 37 Et eſſe concludenter probandam, † fuit reſolutum in d. Hiſpalen. Portionis 29. Iulij 1594. coram D. Blanchetto, vt in deciſione ſequenti. Dixerunt

38 Domini gratiam Gabrielis non eſſe iuſtificatam, cũ enim prætendat ius conferendi Portiones in Eccleſia Hiſpalen. eſſe commune Capit. cum Archiepiſcopo. iuxta diſpoſitionem glo. in cap. cum Eccleſia Vulterrana de elect. Caſſad. deciſ. 22. de Præben. & quia Archiepiſcopus contulit vni, & Capitulum alteri conferre contendit, eſſe factum locum deuolutioni ad ſedem Apoſtolicam iuxta cap. à collatione, vbi Ioan. Andr. Gemin. & Francus de appellatione in 6. Probus ad Monach. rubrica de iure patron. 8. & fuit reſolutum coram D. Pamphilio, debet talem diſcordiam concludenter probare, quia ſuper hac narratiua fundatur gratia Papæ, quo caſu non ſufficit ſemiplena probatio, ſed requiritur plena, & concludens, prout de reſeruatione, ſuper qua fundatur gratia Apoſtolica, fuit reſolutum corã D. Laurentano, in cauſa Pampilonen 8. Martij 1587. ex dec. Putei 266. lib. 3. in caſu autem, de quo agitur, talis probatio deficit, probatur enim ſola publica vox, & fama huius diſcordiæ fundata in literis de partibus, per teſtes patientes exceptiones, quæ deducuntur in facto, quod non ſufficit, cum fama, quatenus concludenter probaretur, faciat tantum ſemiplenam, quo vero ad reliqua Domini, circunſcriptis exceptionibus, cenſuerunt gratiam eſſe iuſtificatam.

38 Sed ab hac deciſione receſſerunt poſtea † Domini coram eodem Domin. Blanchetto, ex eo, quod huiuſmodi gratia non nititur iure deuoluto, ſed iure præuentionis ſuſtinetur, vt in deciſionibus ſequent.

## *Hiſpalen. Portionis 14. Aprilis 1595.*

DOmini pro maior parte fuerunt in voto, quod gratia Gabrielis ſuſtineatur in vim præuentionis, cum enim ſub duplici cauſæ expreſſione fuerit ſibi facta collatio. videlicet collationis factæ in diſcordia, vel controuerſia in illa facienda, Gabriel poteſt niti in iſto 2. caſu ratione alternatiuæ l. ſi hæredi pluries ff. de cond. & demonſtrat. in quo caſu, cũ præſupponatur nullam præceſſiſſe collationem Archiepiſcopi, & Capituli, non poteſt, niſi per viam prę uentionis gratia ſuſtineri; ſi enim Papa vult etiam hoc caſu conferre, aut elapſum ſex menſium datorum Ordinarijs collatoribus, in neceſſarium antecedens apparet, quod voluit prævenire, iuxta diſpoſitionem cap. dudum, &c. quamuis de Præbend. in 6. deciſ. Rotæ 17. de Præbend. in nouiſ. nõ obſtat, quod literæ cõtineant narratiuam tantum vacationis, ob collationem, & ſecutam in diſcordia, quia ad declarandam mentem Papæ ſufficit ſola ſupplicatio. ex deciſ. allegatis, non obſtat, quod Dataria conſuluerit Rotam, ſuper deuolutione, ob collationes factas diuerſis perſonis, quia, cum Papa vtrumque caſum expreſſerit, & data ſupplicationis præcedat propoſitionem cauſæ in Rota, coadiuuatur probatio voluntatis Papæ præueniendi Ordinarium. non obſtat indultum, quia hęc exceptio bene fuit ſublata in deciſ. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Toletana Beneficiorum coram R. P. D. Orano, an vero ſit probata huiuſmodi diſcordia, & plene, vel ſemiplene veniat probanda, particulariter videndum.

## *In eadem 17. Maij 1595.*

39 DOmini ſteterunt † in deciſis gratiam Gabrielis ſuſtineri in vim prævenionis, ex alio enim capite ſuſtineri non poteſt, nam, cum hæc Portio nõ eſſet reſeruata ratione menſis, ſeu alterius reſeruationis, nec eſſet deuoluta, quia nec Capitulum, aut Archiepiſcopus conferendo eam indigno vllum cõmiſit delictum, iuxta cap. ſi compromiſſarius, de elect. in 6. non etiam probatur ipſorum negligentia, iuxta cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. Præbendæ. neceſſe eſt fateri Papam voluiſſe Ordinarium prævenire; quamuis enim, quando Capit. & Epiſcopus in diſcordia conferunt; collatio facta à Papa præferatur, etiam durante ſpatio ſex menſium, intra quod collatio habet ſtatum implicitum validitatis, & invaliditatis, ita vt, ſi elapſo ſex menſium ſpatio diſcordia perſeuerat, collatio deuoluatur, ſi vero intra ſex menſes conueniant in altero ex prouiſis, ceſſet deuolutio. Compoſtellanus in cap. cum Eccleſia, vbi Abbas nu. 12. de elect. Feder. de Senis, conſil. 232. Probus ad Monach. in rubr. de iure patron. num. 8. cum alijs allegatis per Coraſium, ſufficit enim Papæ factum

ſtum narraſſe, ex quo ius reſultat, ea, cum ordinem, vbi Bal. num. 17. de reſcrip. Rota deciſ. 75. eod. tit. in antiq. Aegid. deciſ. 488. Caſſador. 12. nu. 8. de Præb. Cum igitur Papa ſciuerit tempus vacationis, & non fuiſſe lapſos ſex menſes, & contulerit, negari non poteſt ipſum voluiſſe præuenire. Non obſtat, quod prouiſio Epiſcopi nulla tollat præuentionem ex allegatis, quia id non procedit in collatione pluribus communi, in qua ius à conferente nulliter ſtatim non abdicatur ex authoritatibus ſupra deductis, ſed in ea collatione, per cuius nullitatem ſtatim ius conferendi ad ſuperiorẽ deuoluitur; non obſtat, quod debeat attendi miſſa, quia ſemper attenditur data, poſtquã ſupplicatio eſt miſſa ad regiſtrum; non obſtat expeditio literarum, quia vbi non alteratur gratia, licet ſemper illam ex ſupplicatione declarare ex deciſ. allegatis; hic autem nullo modo alteratur, quia Ordinarius vni, & Capitulum alteri illam contuliſſent, ſiue in conferendo eſſent diſcordes, prout narratur in ſupplicatione, ſiue Epiſcopus vni iam contuliſſet & Capitulum alteri conferre contenderet, ſemper gratia ſuſtinetur in vim præuentionis, vt dictũ fuit.

*Eadem 18. Martij 1596.*

40 † FVit reſolutum gratiam Gabrielis eſſe iuſtificatam, quamuis enim alias dictum fuerit ipſum tenere plene probare diſcordiam inter Capitulum, & Archiepiſcopum, tamen ſupponebatur ipſum niti iure deuolutionis, ſed, poſtquam fuit deciſum gratiam ſuſtineri iure præuentionis, ſatis appareat gratiam non fundari ſuper diſcordia, ſed ſuper morte obtinentis, & narratiuam diſcordiæ fuiſſe factam ad effectum, vt Papa ſciret adhuc Portionem vacare, quia diſcordia erat impedimento tunc temporis, quominus prouiſio eſſet ſubſecuta, ex quo ſequitur, quod, cum ipſa non ſit principaliter fundamentum gratiæ, licet illi prebuerit occaſionem, tanquam cauſa impulſiua, ſufficiat probatio ſemiplena, Aegid. deciſ. 671. Rota 14. de probatio. in antiquis, quæ hoc caſu adeſt, primo ex euidentia facti, cum conſtet tũc temporis collatam non fuiſſe Portionem, & quod quilibet ex agẽtibus Archiepiſcopi, & Capituli contendebant pro prouiſione à ſuis principalibus nominatorum, & quod Papa voluit partibus informantibus diſcuti in Rota, ad quem ſpectet collatio; accedunt teſtes de publica voce, & fama, contra quos nõ obſtant exceptiones, quia numerus ſupplet eorum defectum, Alexand. de Neuo conſil. 1. nu. 11. Decius conſil. 163. num. 14. Præcipue iunctis adminiculis, quæ hoc caſu concurrunt, videlicet dilatio collationis per tãtum tempus poſt vacationem, litium multitudo inter Archiepiſcopum, & Capitulum, & admiſſio ipſius Archiepiſcopi ad hanc cauſam pro ſui intereſſe indulti, & collationis à ſe factæ, in qua nullam fecit mentionem de intereſſe Capituli, ex quo elicitur conuictum, quod ipſe prætenderet ius conferendi ad ipſum ſolum pertinere; non obſtat prætenſus defectus intentionis Papæ præueniendi Ordinarium, quia ſuper hoc ſatis fuit dictum, quando ſuper præuentione fuit diſputatum.

41 Et poſtea in eadem cauſa † coram eodem D. Blãchetro 24. Maij 1596. fuit reſolutum, quod, cum iſta diſcordia narrata per Gabrielem impetrantem, fuerit concludenter probata, quia in hac materia probatio alias ſemiplena habet vim plenæ, iſta probatio non eliditur alia ſemiplena probatione in contrarium, ſed alia plena venit ſubuertenda, vt in ſequenti deciſione. Domini abſque difficultate tenuerunt dicta examinatorum teſtium pro parte Didaci nõ releuare, cum enim pro parte Gabrielis fuerit concludenter probata ſua intentio, tenetur etiam ipſe concludenter ſuam oppoſitionem probare, nec ſuffragatur, quod Gabrielis probatio nitatur publica voce, & fama, quæ operatur eff. dum ſemiplenæ probationis, & per conſequens alia ſemiplena elidatur, quia in hac materia probatio Gabrielis habet vim plenæ; & ideo alia plena venit ſubuertenda. Decius in cap. in præſentia. num. 12. de probatio. Gemin. in cap. ſi tibi abſent. de Præben. num. 6. Puteus 406. lib. 2. & fuit reſolutum coram me, in vna Artina Capellaniæ 6. Martij 1590. Secundo, nec iſta ſemiplena ad eſt in caſu propoſito &c. Vltimo, cum fuerit reſolutum expreſſionem diſcordiæ in gratia Gabrielis, non eſſe præcipuum fundamentum illius, ſed obitum Ludouici, & illam fuiſſe expreſſam ad effectum, vt Papa ſciret adhuc vacare, & tanquam impulſiuam iudicandam, tamen, quatenus contrarium probaretur, non releuat, quia quando gratia ſuſtinetur in caſu expreſſo & ad alium non transfertur, tunc, etiamſi cauſa impulſiua ceſſet, ſuſtinetur gratia. Pariſ. 4. num. 3. lib. 4. Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa. limitat. 1. num. 16.

42 Collatio autem Præbendæ ſpectantis ad † collationem Epiſcopi, & Capituli, ſimul facta ab Epiſcopo valet non contradicẽte Capitulo infra ſemeſtre, & è contra, quia poteſt fieri ſeparatim, vt fuit reſolutum in vna Toletana Canonicatus de anno 1548. vt per Puteum deciſ. 117. & 125. lib. 3. & Achillem deciſ. 267. ſeu 4. de Præben. idem Puteus deciſ. 181. & 190. nu. 4. lib. 3. Mandoſ. reg. 17. quæſt. 14. & fuit etiam reſolutum in cauſa Parmen. Canonicatus 22. Martij 1557. coram D. Iunio, *Et in Burg. portionis 4. Maij 1584. prouiſionem Io. ſuſtineri; cum enim collatio in cathedrali ſit communis Epiſcopo & capit. & collationi facta per capitulum non contradixerit Epiſc. ſatis viſus eſt illi acquieuiſſe, & ius q ſibi competebat pro illa vice, remiſiſſet,* & in Oſcen. Canonicatus, 9. Martij 1592. coram D. Seraphino, ſupra relata cap. 1. num. 750. & in d. Placentina Canonicatus 26. Februarij 1596. coram D. Orano, vt in ſequen. deciſ.

43 Reſolutum fuit † Canonicatum, de quo agitur, adiudicandum D. Ioan. Lopez ſeniori, quia fuit de illo prouiſus à Capitulo Eccleſiæ Placẽtinę, ad quod nedum ex ſtatuto fundamentali, ſed etiam ex iuris communis diſpoſitione collatio in Cathedrali ſpectat ſimul cum Epiſcopo, gl. cap. cum Eccleſia Vulterrana, verb. poſtulauit, & ibi Abb. num. 8. de elect. Rota 4. de conceſſ. Præben. in antiquis. Caſſador. 22. de Præbend. cum ſimilib. nihil autem obſtare, quod Epiſcopi conſenſus non acceſſerit, quia ſtante eius abſentia, qui tunc erat in curia, & cuius reditus de facili non ſperabatur, potuit ſolum Capitulum conferre, cap. vnic. in fi. ne ſede vacante in 6. vltra quod, cum huiuſmodi collationi in tempore non contradixerit, videtur tacite illam approbaſſe, Achill. 4. de Præb. Puteus 125. & 190. nu. 4. lib. 3. nec ad rem pertinere, quod Ioannes Senior Canonicatũ ad fauorẽ Ioan. Iunioris renuntiauerit & per hoc videatur ius omne, quod in eo habuit, amiſiſſe. Caſſad. 4. de reſtitution.

tution. ſpoliatorum, cum vulg. quia non conſtat de illius effectuatione, quinimmo cum reſolutum fuerit, quoad valorem obtentorum non fuiſſe reſignationem iuſtificatam, non fuit abdicatum ius à reſignante, ex quo illud non fuit acquiſitum reſignatario, ad cuius fauorem fuit facta reſignatio, Achil. 10 de reſtitutione ſpoliator. Puteus 158. li. 3. Caputaq. 84. num. 5. par. 3. neque vero alicuius eſſe conſiderationis, quod in contrarium dicebatur, gratiam, non propterea dici poſſe ſurreptitiam, etſi valor obtentorum non fuiſſet iuſtificatus, niſi oſtẽdatur malam adeſſe illius expreſſionem; quoniam reſponſum fuit, ſatis liquere gratiam non eſſe iuſtificatam, cum Ioã. Lopez. Iunior non curet illam verificare, & ideo niſi D. Petrus verificet, vel confiteatur valorem expreſſum, gratia remanet non iuſtificata; maxime quod in iſto Ioannes Senior, & Iunior ſunt concordes ad effectum, vt excludant Petrum, ex quo etiam reſultat, quod alterutrum ſit verum, nempe, vel quod valor ſit iuſtificatus & eo caſu Capon. adiudic. eſt Ioa. Lopez Iun. vel non iuſtificatus, & remanebit Ioan. Seniori. Minus etiam ſuffragari, quod gratia Ioannis Senioris non ſit iuſtificata; nam verſamur in proviſione Capituli, & ſic inferioris, qui Motu proprio dicitur prouidere Eccleſiæ, & informatus eſſe de qualitatibus ſubditorum, Cardin. in Clem. 2. colum. fin. de Offic. Ordin. Rota deciſ. 15. de reſcript. Selua de Benefic. par. 3. quæſt. 12. nu. 17. pariter eſt ſublatum quod ex præſcripto ſtatuti Eccleſiæ habentis decretum irritans dicebatur fieri debuiſſe collationem Canonicatus Portionario, qui eſſet de Eccleſ. benemeritus, & oriundus ex ciuitate, & diœceſi Placentina, quia præterquam, quod in proviſione facta Ioanni per Capitulum aſſeritur eum eſſe talem, probatur etiam fuiſſe oriundum ex ciuitate Placẽtina per ſententiam contra Capitulum de anno 1577. latam, quæ facit ius, quo ad omnes, præſertim cõcurrentibus teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriã, qui bene probant, & licet enuntietur clericus Cauricn. nihilominus nõ excludit, quin ratione originis poterit eſſe clericus Placentinus, cũ enuntiatio ſimplex ſit, quæ potuit cauſari à Beneficio, quod forſan in d. Eccleſia obtinebat; nec videbatur proviſionem ideo poſſe impugnari, quod tempore illius poſſideret duo Beneficia, quia agitur hic de Canonicatu devento, & ſine fructibus, qui non inducit aliquam incompatibilitatem, cum ad hoc requiratur perceptio fructuum, ex æquitate cap. ſi tibi de conceſſio Præbend. lib. 6. Sarnen. de annali, q. 37. vt reſolutum fuit coram D. Decano in vna Placentina Portionis, & Bulla Hadriani in erectione horum Canonicatuum, voluit ipſis poſſe conferri quæcumque, & qualiacumque Beneficia obtinentibus. Poſtremo allegata conſtitutio ſanct. record. Greg. XIII. quæ diſponit facta reſignatione, ſiue fuerit valida ſiue inualida, non applicatur; cum procedat, quando reſignatio non fuit publicata, vt bene hic per informantes. Et tradit Gonçalez d. glo. 45. a nu. 69.

44 Vnde ex collatione facta ab Epiſcopo † vel Capitulo, altero non probante, nec contradicente, dicitur interim ius conſiderabile quæſitum proviſo taliter, quod non valeat proviſio Papæ alteri poſtea facta, non facta de eo mentione, & ſit locus regulæ de non tollendo iure quæſito, ſi alter alteri non contulerit, nec contradixerit. Achilles d. deciſ. 267. ca. 11. & Mandoſ. d. q. 14. reg. 17. qui ait ita concluſiſſe Dominos de Rota in cauſa Calciaten. Canonicatus coram D. Fabio 25. Maij 1548.

45 Quamuis contrarium in hoc videatur velle † Rebuf. d. conſil. 60. verſic. in ſuper, & in ſimili de collatione facta ab Ordinario, ſpreto patrono infra tempus datum ad præſentandum, conſ. 81. de quo infra cap. vlt. circa fi. à nu. 242.

46 Si tamen alter alteri † contuliſſet, aut contradixiſſet infra ſemeſtre, ex quo non valet prima, nec ſecunda collatio, valeret proviſio Papæ medio tempore facta, etiam non facta mentione de dicta collatione, &c.

47 Præterea tradendo poſſeſſionem † proviſo ab Epiſcopo, Capitulum videtur approbare, & conferre, Rota deciſ. 16. de conceſſ. Præb. alias 441. in nouiſ. & deciſ. 987. lib. 3. par. 3. diuerſor. Caputaquen. dec. 81. nu. 5. par. 1. Couarr. lib. 3. variar. cap. 16. ſub nu. 10. & nouiſſime Gonçal. glo. 5. num. 54. & gloſſ. 14. num. 45. Rota etiam in Virdunen. Canonicatus 6. Martij, & 19. Iunij 1595. coram D. Pamphilio ſupra adductis cap. præcedent. num. 43. & ſeq. vbi fuit dictum, id procedere, non obſtante præſeruatione iurium, quæ intelligitur quoad vacationes futuras; quicquid ſit in caſu d. cauſæ Toletanæ, de quo Pu-
48 teus deciſ. 120. lib. 3. † & Achilles d. deciſ. 267. vbi Capitulum dedit poſſeſſionem dicens, velle obedire mandatis, & facere, quod tenebatur, ſeu quod obediendo mandato ſuperioris eam dabat, ſeu mandabat dari, in quo Domini fuerunt diuiſi, quatuor pro vna parte, & quatuor pro alia quamuis etiam tunc verior videatur pars affirmatiua, quod traditio poſſeſſionis haberet vim collationis, ex rationibus adductis per Achillem ibi à nu. 3.

49 Non vero placet, † quod in d. Placentina num. 43. adducta dicitur, quod ſtante abſentia Epiſcopi; qui erat in curia, & cuius redditus de facili non ſperabatur; potuit ſolum Capitulum conferre ex d. ca. vnic. in fine ſede vacante in 6. Nam ille tex. in fin. non
50 † loquitur, quando collatio pertinet ad Epiſcopum & Capitulum, ſed quando quis habet conferre cum conſilio Epiſcopi, & non procedit, quando habet conferre cum conſenſu, vt ibi tenet gl. verb. cum cõſilio. & in c. ſi pro te, verb. aſſenſus de reſcript. eo. lib. & Lapus, & Domin. nu. 8. & 12. ad fi. & Francus ſub nu. 3. & 6. in d. c. vnic. in fin.

51 Nec etiam, † quando collatio ſpectat communiter ad Epiſcopum, & Capitulũ, vt colligitur ex tex. ibi iuncto primo reſponſo, vbi nullam mentionem facit de abſentia, & ita tenet ibi Domin. n. 10. Francus num. 8.

52 Et cum collatio ſpectat ad Epiſcopum, † & Capitulum, poſſe Epiſcopum conuocare Capitulum, & cogere congregari ad proviſionem faciendam, ait Mohedan. d. deciſ. 1. de priuileg. & d. deciſ. 783. in fi. lib. 3. p. 3. diuerſ. ad notata in d. c. poſtulatis.

53 Quod comprobatur ex decreto Concilij † ſeſſ. 25. de reform. cap. 6. verſ. qui ſi aliquid Canonicis: nam quamuis non poſſit conuocare Capitulum, ſi de re ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante agatur, vt ibi, tamen in vna Seguntina 3. Sept. 1587. S. Congreg. Concilij cẽſuit, hoc decretum intelligendum, & quando agitur de eo, quod priuatim intereſt Epiſcopi, etiam ſi id ſpectaret ad ipſum tanquam Epiſcopum, ſecus ſi de re ſpectãte ad ipſius Epiſcopum

riſdictionem, officium, dignitatem, adminiſtratio-
54 nem, & regimen. vt in propoſito, in collationibus † enim ceſſat peculiaris conſideratio intereſſe Epiſcopi, cum illæ non ad eum ratione priuati nominis, ſed dignitatis Epiſcopalis pertineãt, vt fuit dictum in vna Hiſpalen. iuris votandi 26. Iunij 1591. coram D. Orano.

55 Non tamen poſſet Epiſcopus reſtringere, † & abbreuiare Capitulo tempus ſemeſtre, quod de iure habet ad prouidẽdum. reg. indultum, lib. 6. Abb. in cap. cum nobis num. 9. de elect. P. à Bayſio in directorio electio nu. p. 3, cap, 4. Cucchus in inſtitutio. maior. lib. 4. tit. 1. nu. 179.

56 Nec cogere Capitulum ad prouidendum, † & cõgregato Capitulo per Epiſcopum, ſeu alias, ad prouidendum; poſſet major pars, ſi vellet prouiſionem differre. Abb. ibi num. 19. Lamber. de iure patron. 2. p. 2. lib. q. 2. arg. 19. ex nu. 10. & Azeuedo in curia Romana lib. 1. cap 8. litera D.

57 Sicut etiam non poterit Capitulum † reſtringere, & abbreuiare terminum ſex menſium, & requirere ac vocare Epiſcopum, vt interſit prouiſioni intra certum tempus, ex d. reg. indultum. Rebuf. d. conſ. 60. 3. dubio, & conducit ad hoc deciſio Placentina Cantorie 24. Octob. 1594. coram D. Seraphino, ſupra adducta 4. p. cap. 3. num. 80.

58 Tertio circa prouiſionem Canonicatuũ, † & præbendarum, ac dignitatum Eccleſiarum Collegialiũ ſunt etiam variæ opiniones, & Domini de Rota fuerunt varij, & diuiſi in deciſ. 4. de conceſſ. Præbẽ. alias 167. in nouiſ. & in deciſ. Aegid. 717. ſeu 718.

59 Prima opinio eſt, quod in Eccleſiis Collegiatis † ad Prælatum, & Capitulum, & non ad Epiſcopum ſpectat prouiſio, & collatio de iure, ſicut aliorum bonorum adminiſtratio, nam non eſt tanta communio inter Epiſcopum, & Eccleſiam inferiorem ſibi ſubiectam, quanta inter Epiſcopum & Eccleſiam ſuam Cathedralem. vt in cap. requiſiti. de teſtamen. quam opinionem tenet Calder. in d. cap, cum Eccleſia Vulterrana, Hoſtien. in cap. 2. de inſtitutio. Lapus alleg. 31. alias 32. vbi Mandoſ. litera B. alios citans, Collector d. deciſ. 4. & deciſ. 8. de Præben. in antiquior. addition ad Abb. in d. cap, cum Eccleſia Vulterrana nu. 8. litera B. Probus ad Monach. in c. fin. de regular. in 6. nu. 3. & Rebuf. d. conſil. 60.

60 Pro qua † allegatur c. ex tranſmiſſa in fi. de renuntiatio. c. ſignificatum de Præben. c. ex inſinuatione de ſimo. & cap. cum in Eccleſiis de Præben. in 6.

61 Quæ tamen iura parum faciunt pro illa † opinione, quia vt Aegidius d. deciſ. 717. n. 3. & 32. ait, non loquuntur diſpoſitiue, ſed narratiue, & factum poſſibile ſupponunt, ſæpe enim iuri communi hoc caſu per conſuetudinem derogatur, &c.

61 Secunda opinio eſt, † quod ſpectet ad Epiſcopũ, quia habet diſpoſitionem cunctorum beneficiorum ſuæ diœceſis, & ad eum de antiquo iure, & diſpoſitione Eccleſiæ poteſtas conferendi inferiores Eccleſias, & omnia beneficia ſuæ diœceſis pertinebat cap. regenda. 10. q. 1. & cap. omnes Baſilicæ, 16. q. 7. cum alijs.

63 A qua regula non eſt recedendum, † niſi in caſibus, qui poſtmodum à iure fuerunt expreſſi, vt ait glo. in c. quamquam de ſect. in 6. ver. deuoluetur, quæ ponit d. regulam, & Aegid. d. num. 3. & ab hoc iure primitiuo non reperitur receſſum, nec hoc ius ablatum Epiſcopis, nec Collegijs datum, quoad Canonicatus, & Præbendas, licet bene, quoad capita ipſorum Collegiorum, vt per Aegidium ibi & num. 4. & hanc opinionem tenuerunt aliqui de Rota in d. deciſ. 4. & d. deciſ. Aegidij.

64 Tertia media quæ magis placet, opinio † eſt, quod in Eccleſijs Collegiatis præſentatio ſeu electio ſpectet ad Capitulum, ſeu Collegium ipſius Eccleſiæ, & inſtitutio, ſeu confirmatio ad Epiſcopum, quam tenet Ioan. de Lignano, in d. cap. cum Eccleſia Vulterrana, Feder. conſil. 123. Abb. in d. cap. cum Eccleſia nu. 8. & in cap. cum venerabilis de exceptio. num. 45. & ibi Felin. 2 num. 37. Coraſ. 2. par. cap. 4. nu. 6. Bernard. Diaz de Lugo reg. 240. limita. 5. Caſſador. d. deciſ. 22. de Præben. num. 3, dicens communem, & vt talem eam ſecutam eſſe Rotam in vna Nouarien. & in alia Bononien. Pureus dec. 135. lib. 1. qui ſumit ibi collationem pro electione, vt patet, quia allegat Caſſadorum d. numero 3. & deciſ. 412. ad fi. lib. 2. & Mohedanus deciſ. 27. de Præbend. alias 197.

65 Et hanc etiam ſententiam, vt communem † ſequitur Selua 2. p. quæſt. 22. quinto caſu num. 15. & 16. qui, licet cum Domin. & Cardinali Alexandrino, dicat ad Prælatum Eccleſiæ Collegiatæ pertinere præſentationem, & non per hoc excludit Capitulum, cuius noſcitur, de his quæ fiunt à Prælatis, vt in d. deciſ. Putei, & patet ex præcedentibus, ſequitur Duarenus lib. 3. cap. 4. dicens, quod in Collegiatis inferioribus præſentatio ad Prælatum, Collegiumque ipſius Eccleſiæ pertinet, ſed Epiſcopi, tanquam ſuperioris, eſt inſtitutio, cap. nullus 16. q. 7. quod etiam dicunt Felin. & Bernard. ſupra, & Burſattus conſ. 126. nu. 46. lib. 2.

66 Et Prælatus intelligitur non Epiſcopus, † ſed Prælatus immediatus ipſius Collegiatæ, quicquid velit Quintanaduennas lib. 1. Eccleſiaſticon, cap. 5. nu. 4 dicens, quod in Eccleſijs Collegiatis nominatio, ſeu præſentatio Epiſcopi ſimul, & Cap. eſt, inſtitutio ſolius Epiſcopi.

67 Cuius ſententia non videtur etiam poſſe † procedere, vbi Eccleſia Collegiata non haberet Prælatum inferiorem, ſed eſſet immediate ſubiecta Epiſcopo; nam tunc iuxta hanc tertiam opinionem, præſentatio, nominatio, ſeu electio ad ſolum Capitulum ſeu Collegium ipſius Eccleſiæ pertineret, & hanc tertiam opinionem tenet poſt hæc Gonç. gl. 45. nu. 47. & 50.

68 Pro qua tertia opinione facit † cap. 1. de elect. & d. cap. ex inſinuatione de ſimon. ibi elegerunt, & ca. ad audientiam 1. de Capellan. Monach. in 6. cum enim ex bonis ipſius Eccleſiæ Præbendæ ſint, ſeu præſumãtur inſtitutæ, ad ipſam Eccleſiam debet pertinere præſentatio, ſeu electio, & ad Epiſcopum inſtitutio. ex d. c. nullus, & c. cum ex iniuncto. in fi. de hæretic. ſicut in beneficijs patronalibus, &c.

69 Et pro hac opinione eſt quædam declaratio S. Cõgregationis Concilij ſuper cap. 9. ſeſſ. 25. de reform. ibi, & priuileg a conceſſa, &c. quæ ſic ait, ſuper hoc verbo, fundabat ſe quidam Epiſcopus dicens, ius eligendi, quod ex conſuetudine competebat cuidam Capitulo cuiuſdam Eccleſiæ Collegiatæ ad Canonicatus vacantes per Concilium in præſenti eſſe ſublatum, quod falſum eſt, & fuit ab Illuſtriſſimorũ Congregatione reprobatũ, nam tex. iſte reſtringit ſe ad ius eligendi in iure patron. electiuo, non autem in

alijs

aliis electionibus quæ de iure communi Capitulis competunt cum Prælato inferiori.

70 Et Ecclesia Collegiata, quæ dicatur, † & quæ signa & requisita habere debeat, vide Felinum in ca. accedentes, de præscript. nu. 2. gl. & Dd. in c. dilecta. de excessib. Prælatorum, Cosmam in prag. sanct. tit. de electio. §. sed per electiones, verb. Collegiatis, Lāber. de iur. patr. 1. p. 2. lib. q. 5. art. 1. Villadiego de legato q. 9. 1. p. à nu. 42. Coras. 3. p. c. 3. nu. 4. Achillem decis. 273. Caputaquen. 142. & 295. pa. 1. Cucchum in institutio. maior. libr. 4. tit. 1. ex nu. 5. Mascard. de probatio. conc. 585. & Zecchum de republ. Ecclesiast. c. 28. de præposito, seu Rectore Colleg. Ecclesiæ *Tuscum de visit. lib. 2. c. 1. & decis. Rotæ 422. 584. & sequentem, & 660. in nouis. Farin.* & dec. Rotæ in causa Zamoren. canonicatus de Toro adducta 11. p. n. 90. & Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 90. à nu. 20.

71 In Ecclesijs vero regularibus, † ad quem de iure communi spectet creatio Monachorum, seu Canonicorum regularium, an ad Abbatem solum, seu cum consilio, seu consensu Capituli, an vero ad Abbatem & Conuentum, vide Abb. in d. c. cum Ecclesia Vulterrana, nu. 9. de elect. & in d. cap. ea noscitur de his quæ fiunt a Prælatis nu. 4. & in cap. ad Apostolicam de regula. num. 11. & 12. Gloss. Monachum. Domin. Francum, & alios in d. c. fin. de regular. in 6. Lapum d. allegat. 31. & aliàs 32. & ibi Mandos. alios referētem additione 1. Seluam d. 2. p. q. 22. 7. casu num. 18. Nauarr. consil. 36. & 37. de regular. Siluest. in sum. verb. *religio.* 3. nu. 3. & Emman. Rodriguez in sum. 2. tom. c. 8. nu. 8.

Prædicta tamen de prouisionibus præbendarum
72 † & dignitatum Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatæ intelliguntur, nisi aliud habeat consuetudo, aut priuilegium, ex quibus aliquando prouisio pertinet ad solum Episcopum, vel ad solum Capitulum, vel ad Canonicum hebdomadarium, vel ad Episcopum & Capitulum alternatim seu per turnos, &c. d. cap. cū Ecclesia Vulterrana, vbi gl. & Abb. nu. 10. & alij, Rebuff. de nominatio. quæst. 8. à nu. 3. Coras. d. 2. p. cap. 4. nu. 7. Io. Nicol. Gimon. in Enchiridio. beneficiorum, tit. 2. c. 3. nu. 5. 6. & 21. Mandos. cons. 28. nu. 10. & cons. 29. nu. 2. Burs. at. d. cons. 126. nu. 45. lib. 2. Cassad. & alij supra citati, & Gonçalez dict. glos. 45. à numer. 71.

73 Sed in præsenti est grauis difficultas, qualis † debeat esse consuetudo in proposito? & supponēdum est in præsenti nō esse propriè consuetudinē, sed large & abusiue, & potius esse prescriptionem cum vni detrahat, & alteri acquirat, Abb. in d. ca. cū Ecclesia Vulterrana nu. 6. & in c. fi. de consuetud. nu. 6. & ibi Ioan. Andr. & alij, & Rochus sect. 5. nu. 3. Balbus de præscript. 1. p. q. vlt. nu. 3. & 4. & 5. p. 5. d. q. 12. nu. 5. Aymon. de antiquitate temporis 4. p. 7. differentia, ex nu. 21. Probus ad Monach. in cap. cum in illis de præb. in 6. nu. 1. & 17. Aretin. cons. 23. Cornetus cōsi. 268. lib. 4. Putens decis. 387. lib. 2. ex nu. 4. Cæsar de Grassis decis. 10. & Rota in vna Caietana precedentiæ 1. Mart. 1563. coram D. Robusterio, vbi fuit resolutū præscriptionem, & non consuetudinem esse, quando acquiritur ius alicui Vniuersitati, seu Capitulo, & non in vniuersum, & in communi, sed tanquam personæ fictæ, & particulari.

74 Tunc esset propriè consuetudo, † quando in aliqua prouincia generalis consuetudo huiusmodi seruaretur, vt in d. c. cum Ecclesia Vulterrana in fin. ita quod faceret ius in communi in illa prouincia inxta notata in d. c. fi. de consuetud.

75 Hoc supposito difficultas est, † qualis debeat esse huiusmodi consuetudo, seu præscriptio, an quadragenaria, an immemorialis vel quadragintenaria cū titul. in qua dicendum est, quod circa prouisionem præbendarum, & dignitatum Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatæ sunt variæ sententiæ inter DD. vt sup. visum est, & sic cum non sit ius expressum, sufficiet quadragintenaria, sine titul. nam licet sit contra communem opinionem, tamen non est contra ius. Puteus decis. 241. lib. 3. nu. 4. & Achilles decis. 140. Rota in vna Hispalen. iuris nominandi. 10. Octob. & 7. Nouemb. 1583. coram D. Seraphino, vbi quod, vt consuetudo dicatur contra ius, necesse est ostendere legem claram, vel rationem expressam in lege, ex qua ita sit decidendum, &c.

76 Et fuit resolutū in vna Valentina emolumentorū coram D. Cantuccio 18. Martij. 1585. Consuetudinem contra ius tunc dici, quod est contra expressam legem, dispositioné, vel rationem, non quando contra communem opinionem, Put. & Achill. supr. & in d. Hispalen. iuris nominandi. 10. Octobris 1583. & Salamantina Portionis, coram Vicecomite 11. Februarij 1585. Gemin. cap. vt litigante col. fin. de offic. Ordinarij in 6. & ibi Francus num. 3. Felin. cap. statuimus num. 3. de maiorit. & obedient. & in cap. tua nos nu. 3. de iure iur. Rochus de consuetudine nu. 296. Curtius iunior cons. 57. prope fin. &c. & cōducunt quæ tradit Contardus in l. vnic. C. ll de momen. possess. limit. 9. ex nu. 50.

77 Et similiter, licet sit cōtra decisiones Rotæ, † non est contra ius, nam decisiones Rotæ non faciunt ius, Cassad. decis. 17. num. 7. de præbend. Pauinus in præludio extrauagan. versic. decisiones Rotæ. Felin. in cap. 1. de re iudic. nu. 12. Vantius de nullitate ex defectu processus nu. 121. Ant. Gabr. de sententijs, cōclus. 7. nu. 22. Lancellotus de attentatis 2. p. c. 20. limitat. 1. num. 2. & Mascard. de probat. concl. 485. & dictum est in præfat. Quamuis contrarium defendat DD. Marta de tribunal. lib. vtbis. c. 5.

78 Et licet, quando secundum † eas sæpius reperiatur iudicatum ita, quod sit introductus stilus Rotæ, faciant ius, Pauinus, Mascard. & Marta ibi, & dictum est sup. c. 1. à num. 534. & c. 3. nu. 239. tamen cum sit ius stili, consuetudo, seu præscriptio contra eas non requirit aut tit. tempus immemoriale, quia non dicitur absolutè contra ius.

79 Facit decisio Barchinonen. coram Achille † infra relata 8. part. cap. 4. n. 44. vbi quod consuetudo contra stilum Rotæ, & communem opinionem non est contra ius, & sic sufficit, quod sit probata per decem annos.

80 Sed dices, quod cum in hoc sint † diuersæ opiniones, & non sit ius expressum, vt est dictum, consuetudo, & obseruantia approbans, & recipiens aliquam ex ijs opinionibus, dicetur interpretatiua, & sic non requiret aliquam temporis præscriptionem. & si sit contra communem, & veriorem opinionem; ad notata in c. cum dilectus de consuetud. vbi Abb. num. 7. Aymon. consil. 101. Rochus de consuetudine sect. 5. num. 5. Mantic. de cōiecturis lib. 18. tit. 18. n. 34. Simon de præsis interpret. vltim. volū. li. 1. solut. 11. num. 8. Camillus Gallinius de verbor. signifi-

lib. 10.cap.35. Cueua in præfatione ad deciſ. Arago niæ num.20.& 31. *Menoc de arbit.caſ.85.n.10. Villar del patronado de Calatayud 4.p.§.2.nu.8. qui plura adducunt, Alex. Mon.de diſtrib.p.2.q.12.nu.11. & 44. Grat.diſcept.forenſ.c.158.4 nu.14.* add. Papaz. ad Rotã deciſ.6.de conſuetud.in nouiſ. nu. 11. Puteus deciſ. 283.n.3.lib.1.& deciſ.12.in vna Burgen. decimarũ. lib.3.& Rota deciſ. 574.nu.3.& 4.& deciſ.615.p.1. diuerſorum,& in d.Salamantina Portionis.11. Feb. 1585.ſupra adducta c.1.nu.337.& in eadem 20 Decem.eiuſd.anni,& 26.Apr.1586.vt ibi nu. 338. Vel
81 ſaltem † ſufficeret decennalis ad tradita per Molinã de Hiſpanorum primogen.lib.2.c.6.nu.57.& 58. Velazquez de Auendanno in l.41.Tauri gl.1.num.17. Azeuedo in l.1.tit.7.lib.5.recopil,n.23.& 24.& Io. Gutierrez pract.lib.3.q.62.à nu.26.qui tamen q.16 eiuſd.lib.nu.78.eam non requirit,(*& de gabell.q.37. nu.26.q.84.nu.9.& q.86.nu.12.*)& Io. Garciam de nobilitate in diuiſione nu.57. *Et Salas de legib. diſput. 19.ſect.14.num.101.*

Præterea quando iſta non eſſet conſuetudo inter-
82 pretatiua,† eſſet tamen conſuetudo propria præter ius,& non præſcriptio,& ſic ſufficeret decennalis,ſicut in decimis prædialibus,quamuis communis opinio ſit,quod debeantur Parochiæ, vbi ſita ſunt prædia, & non Parochiæ colentis, tamen per conſuetudinem decem annorum induci poteſt, quod debeantur Parochiæ colentis, ſeu dimidantur, quia non eſt conſuetudo contra ius,ſed præter, licet per eam detrahatur vni Eccleſiæ,& acquiratur alteri, Abb. in cap.cum ſint de decimis,num.6.Couar.lib.3. varia. cap.17.num.8.Viuius deciſ.4.nu,44. Io. Gutierrez canon.quæſt.lib.2.c.21.num.58. Puteus.deciſ.154. lib.1.& 176.lib.3.Achilles deciſ.3.& 6,de decimis, Rota deciſ.163.p 2.diuerſorum, & in vna Conchẽ. decimarum 16. Octob. 1585. coram D. Seraphino, & in Toletana primitiarum coram eod,1,Iul.1587. & fuit dictum in d.Valentina emolumentorum 16. Octob.1585. coram D. Cantuccio, & in Ciuitaten. decimarum 15.Decemb.1593. & 18. Martij 1596. coram D.Gipſio. *Et nouiſſimè fuit reſolutum in vna Calagurritana decimarum 26.Jun.1609.corã D.Canalterio,*
83 Et ita in terminis videtur tenuiſſe Rota † in vna Fauentina iuris,conferendi, coram D. Vicecomite,
84 4.Iulij.1584.vt in ſequen.deciſione, Domini reſoluerunt conſtare de ſufficienti conſuetudine iuris eligendi, cum enim electio ſit communis Capitulo, & Epiſcopo, niſi conſuetudo ſit in contrarium, vt per Caſſad.deciſ.22.num.2.de Præbend.& apparet. quod in hac materia attenditur conſuetudo, nec eſt conſiderabilis conſenſus populi totius, vel maioris partis, quia illud eſt quando agitur de re ſpectante ad populum, cuius conſenſus requiritur, non ſic in rebus Eccleſiarum, in quibus plerumque attenditur conſuetudo,& tamen vnius Eccleſiæ dicitur cõſuetudo,vt in c.vlt. de conſuetudine in 6, cum alijs plurib. quare cum in præſenti viderint Domini longam obſeruantiam Capituli,& Epiſcopi inter ſe,& de iure non prohiberi Capitulo, electionem priuatiue ad Epiſcopum.dixerunt, non eſſe hanc conſuetudinem contra ius ſed ad ſummum præter ius quia textum non habemus,qui prohibeat electionem Canonicis,ſed potius contrarium quilibet concedit, vt habetur in c.cum Eccleſia Vulterrana de elect. Rota 4.de conſeſ.Præben.in nouiſ.Ægidius 69.nu.3.& ſic de iure Capitulum non eſt incapax iuris eligendi in Eccleſia Cathedrali. *Quæ deciſio eſt in nouiſ. Farin. 637.emenda.*

84 Reſpondetur tamen, † quod, quamuis ſimus in conſuetudine,& obſeruantia interpretatiua, tamen vbi agitur de auferendo iure vni,quod habet iuxta communem,& veriorem opinionem.& dando alteri,requiritur præſcriptio quadraginta annorum,iuxta conſilium Socini,260.nu.19.lib.2.& deciſionem Putei in d.Burgen.decimarum 15.lib.3.*& deciſ.eiuſdem 252.nu.1.eod.lib.3.*& dict.deciſ.574.n.4.par. 1. diuerſorum, & dict. deciſionem Cæſaris de Graſſis 10.num.6.& 7.

85 Quando vero ius eſt ita obſcurum, & dubium, † vt non conſtet de iure alterius,tunc dum non agatur de auferendo iure vni,& dando alteri, non requiritur præſcriptio,ſed ſola conſuetudo,& obſeruantia, abſque preſcriptione temporis ſufficiet ad interpretationem,vt in d.deciſ.574.nu.4. & d.deciſ. 615.& alijs adductis.

86 Et quod dicunt Abb. Mantica, † & alij relati, nu. 80.quod cõſuetudinis interpretatio,abſque præſcriptione temporis eſt neceſſaria, etiamſi de iure, non ſubſiſtat,& alius intellectus de iure verus eſſet, procedit in conſuetudine propria, quæ non inducit ius priuatum,ſed publicum,& promiſcuum,quoad omnes in communi, in qua cum non agatur de auferendo vni,& acquirendo alteri in particulari,non requiritur aliqua præſcriptio temporis,iuxta citatos.

87 Ad illud de decimis † prædialibus reſpondetur, quod ibi non ſolum non eſt ius expreſſum, ſed immo ius defert conſuetudini dicens,recurrendum eſſe ad conſuetudinem,& illi ſtandum, vt in cap. cum ſint homines,& cap,ad Apoſtolica,de decimis,& ſic eſt ius conſuetudinarium,& materia conſuetudinis, non præſcriptionis, etiamſi fingatur inter duas Eccleſias,vt per allegatos,& c.fi,de Paroch, non loquitur de colente, Achilles d.deciſ.3.in fi.& d.dec.6.nu. 3.de decimis,ex quo c.fi.obiter videtur falſa ſententia,& conſilium Gonçalez gl.37.à num. 44. in cauſa Conchen.& c,

88 In propoſito vero noſtro,licet non ſit ius † clarũ, non eſt materia conſuetudinis,ſed præſcriptionis inter Epiſcopum,& Capitulum, cum ius non ſic deferat conſuetudini.

89 Vnde non videtur vera d,deciſio Fauentina,† maxime in ſuo caſu, in quo Capitulum prætendebat eligere,ſeu prouidere priuatiue ad Epiſcopum,& eo excluſo,& ſic conſuetudo erat contra ius,ex quo Epiſcopus habet fundatam ſuam intentionem.ſaltem in ſimultanea prouiſione iuxta ſupradicta, & Coraſium d.c.4.2.p,nu,7.ad fi.

90 Vnde, cum Capitulum prætendit prouidere † Præbendas, aut Dignitates Eccleſiæ Cathedralis, excluſo Epiſcopo,ex conſuetudine,vt in terminis d. cap.cum Eccleſia Vulterrana,de electione, requiritur immemorialis præſcriptio, aut quadragenaria cum tit.ex c.1.de præſcript.in 6. & in terminis Abb. in d.cap.cum Eccleſia,nu.6.facit conſ. Aymon.134. num.14.

91 Sicut etiam ad hoc,† vt inferior acquirat ius conferendi contra Ordinarium habentem fundatam intentionem de iure communi, vt ſupra diximus cap. 1.num.51.requiritur præſcriptio immemorialis,aut quadragenaria cum tit.& bona fide, Probus ad Monachum

nachum in d.cap.cum in illis.de Præbend.in 6.num. 11.Rofiniacus d.benef.cap.1.num.9.& 10. & Rota in vna Piscien. seu nullius iurisdictionis ab anno 1584.quæ est 1.par. diuers.decis.803.nu.4.vbi alios refert.

92 Vnde etiam consuetudo generalis † Prouinciæ, quod Capitulum eligat, seu prouideat excluso Episcopo, non extenderetur ad loca particularia seu Ecclesias, in quibus non esset talis consuetudo licet tũc esset propria consuetudo, vt post Ægidium docet Abb.d.nu.6.ad tradita per Rochum de consuetud. sect.4.3.requisito.

93 Quod tamen de consuetudine generali † Prouinciæ, non videtur verum, nam quamuis consuetudo vnius Ecclesiæ, vel Prouinciæ, seu Diœcesis, etiam vicinæ contra ius non extendatur ad aliam Ecclesiam, vel Prouinciam, seu Diœcesim, tamen consuetudo generalis vnius Prouinciæ debet comprehendere Ecclesias eiusdem Prouinciæ, in quibus non est talis consuetudo, nisi ibi fuerit alia consuetudo specialis, quæ præfertur generali; nam consuetudo ge-
94 neralis facit ius vniuersale, & in communi, & † sic sumus in iure vniuersali. Aymon, de antiquitate temporis 4.p.sect. 1.nu.57.Caputaquen.decis.219.p. 1. & videtur tenere Rochus sup.d.sect.4.nu.16. & 17. & sect.7.num.20.

Et facit tex.in d.cap.cum Ecclesia Vulterrana ad
95 fin.quicquid † Abbas dicat, & faciunt etiam tradita per Felinum in cap.auditis de præscript.nu 19.Balbum de præscript.2.p.principali.q.2.ã nu.21.& Rotam decis.17.ã nu.2.& decis.139.nu.12.2. p. diuers. & in vna Placentina decimarum 9. Febr. 1582. coram D.Seraphino, & in vna Burgen. processionũ. 4.Maij 1588. coram D. Plato, & in vna Conchen. exemptionis decimarum 10. Maij 1589. coram D. Orano, & in Abulen.Parochialis.28.Iunij 1593. infra adducta cap.seq.nu.61.& in vna Corduben. decimarum 25.Octobris 1593.coram D.Seraphino, & in alijs pluribus causis.

96 Et iuxta prædicta potest † procedere resolutio Rotæ in causa Placentina voti, in qua, cum Capitulum prætenderet Episcopum in collatione Præbendarũ, & Dignitatum illius Ecclesiæ solum debere habere vnam vocem, vt habent singuli Canonici, & non tantum, quantum totum Capitulum, non obstante statuto illius Ecclesiæ de voto Episcopi, & Capituli, & ad id allegaret consuetudinem 40.annorum, 2. Maij
☞ 1586.coram D.Robusterio, fuit resolutum, Quod consuetudo contraria 40. annorum sine tit. non sufficit ex quo statutum loquens de voto Episcopi, & Capituli recipit à iure certam interpretationem, quod votum Episcopi sit pro dimidia parte, sed requiritur immemorialis, & quod obseruãtia præsens non potest interpretari statutum antiquum, Socinus cons.6.lib.1.&c.

97 Et 2. Iun. eiusdem anni coram eod. † fuit resolutum, Quod d.consilium 6. Socini, l. 1. citatum pro Episcopo Placentino in d.decis.2.Maij est verum, & applicatur ad hoc, vt obseruantia præsens quadragenaria statuti de voto Episcopi, & Capituli, non præsumatur in præteritum, cum statutum ab initio receperit certum intellectum de iure, vt votum Episcopi sit pro dimidia, & totum, seu maior pars Capituli pro alia dimidia, & sic habeant contrariam præsumptionem ante se, nam secundum illum intellectũ iuridicum præsumitur ab initio obseruatum dictum statutum nec obstat consi.Romani 123.nam termini de mutatione monetæ, & similes sunt diuersi à terminis istius statuti, & nihilominus Romanus, & alij consuluerunt contra opinionem Oldrad.quæ est verior, & æquior, & communior, vt ibi per addit. ad Romanum, & vide Ias.in l.fin.C.de impuberum, vbi citat iura, ex quibus colligitur d.interpretatio statuti, non obstant decisiones.Putei 15.& 241.l.3. Achilles 8.de citat.& decisio in causa Salamantina Portionis, quia loquuntur super re non ita clara, & quæ de iure ab initio non habebat certam interpretationem.

98 Et postea † in eadem coram D. Penna 26. Aprilis 1599.cum Capitulum prætenderet in proposito casu esse consuetudinem, & non præscriptionem, & consequenter non requiri titulum, dato super hoc dubio fuit resolutum. Negotium versari in præscriptione, & non in consuetudine, cũ enim notum sit in iure, quod his, quæ pertinent ad Episcopum, & Capitulum, tanta est vox Episcopi solius, quanta totius Capituli ex communi in cap.postulastis, de concess. Præbendæ, vbi Dd. Selua de Bene. par. 2. quæst.7. Lambert.de iure patronat.2.part.l. 1. quæst. 1. articul.28.& consequenter Episcopus habeat intentionem fundatam in iure communi, & Capitulum prætendens Episcopum solum debere habere vnam vocem, qualem habent singuli Canonici, tractet de auferendo iure Episcopo competenti, locus est præscriptioni, & non consuetudini, ex altera communi in cap.fin.de consuetustine, & fuit resolutum in Caietana præcedentiæ, 1563. & in vna Toletana redecimarum 21. Maij, & 27. Iunij. 1586. coram D. Pamphilio, &c. Nec obstare quod ista in cap. cum Ecclesia, Vulterrana de elect. consuetudo appellaretur, quia respondetur ex sententia Abbatis ibi nu.6. proprie esse præscriptionem, licet tex. vocabulo abutendo consuetudinem appellaret, nec obstare decisionem in causa Hispal. voti 26. Nouembris 1594. coram D. Gipsio, quia ibi agitur de aliquo obseruato inter ipsas personas Capitulares promiscue, & in communi in perpetuum, & non de acquirendo Capitulo in particulari, & tanquam priuatæ, & singulari personæ, &c.

99 Et coram eodem Domino † Penna sexto Nou. ☞ 1600. Rota stetit in decisis ex dictis rationibus. Quibus etiam accedebat aliud fundamẽtum, quod vbicumque Capitulum prætendit acquirere aliquod ius contra Episcopum, vt in præsenti, tunc est præscriptio, & non consuetudo, glo.3. in cap. 5. de consuetud.in 6.& ibi Anchar.num.3.Gemin.sup. Abb. in d.cap.cum Ecclesia num.6.versic.aduerte.nec obstant decisiones Cassad.22.de Præben.& Fauentina iuris conferendi coram D.Vicecomite, 4.Iulij 1584 quia respõdebatur illas habere locum in casibus dubijs, & ambiguis, quando scilicet incertum est, an & quo modo collatio Præbendarum existentium in Cathedrali spectet ad Capitulum, vel ad Episcopum vel ad vtrumque tunc enim attenditur Ecclesiæ consuetudo, per quam dirimitur controuersia orta inter Doctores super pertinentia collationis vt patet ex serie decisionis Cassadori; in casu autem proposito, cum ab initio fuerit certum per statutũ fundamẽtale Ecclesiæ Placentinæ per Innoc.IV. confirmatũ ad vtrumque, videlicet ad Episcopum & Capitulũ

pertinuiſſe collationem, conſequens erat, vt iuxta iuris cõmunis diſpoſitionem, tantum debere eſſe ſolius Epiſcopi ſuffragium, quãtum totius Cap. quod & iura quidem Canonica, & ciuilia ſuadebant, iura quidem Canonica in c. paſtoralis in princ. de reſcri. vbi gl. verb. plures, verſ. ſimile eſt c. ſcriptum, §. & ſi partes. de elec. vbi Abb. n. 6. c. poſtulaſtis, §. ad quod breuiter de conceſ. præb. vbi gl. Clem. plures de iure patron. iura ciuil in l. liber homo. §. Titius ff. de hæred. inſtituẽ. l. ſi pater filio. de vulgari. l. ſi quis Titio de vſufructu accreſcendo, ex quibus tandẽ inferebatur, prædictã conſuetudinẽ Capituli, poſt ius quæſitum Epiſcopo in communione vigore ſtatuti fundamentalis non poſuiſſe conſuetudinẽ, ſed preſcriptionem ex illa potiſſima, & validiſſima ratione, quia agebatur de auferendo iure Epiſcopo competenti. Præterea ad deciſionem in cauſa Fauentina magis in ſpecie fuit reſponſum, in ea nihil in ſpecie fuiſſe cogitatum de differentia conſuetudinis, & præſcriptionis, quia nec agebatur de tanto, vel de quanto Epiſcopi ſuffragio, ſed generaliter dixit de conſuetudine relata ad tex. in d. ca. cum Eccleſia Vulterrana, & notum eſt in iure canonico conſuetudinis & preſcriptionis nomina ſæpe cõfundi, c. cum dilectus, & ibi gl. verb. præiudicet. de conſuetud. c. 3. eodem tit. l. 6. cuius cõfuſionis meminit Abb. in c. fi. n. 20. verſ. ſcias tamen de cõſuetud. quã cõfuſionẽ, abuſionem vocabulorũ vocat Franc. Aret. conſ. 23. nu. 11. verſ. vbi iuris cõſultus, & indiffinitã locutionẽ Paulus de Caſtro, in l. cũ de conſuetudine. ff. de legibus Balb. de præſcriptio. p. 1. q. 10. num. 11. verſ. Canoniſtæ tamen, &c.

100 Quæ deciſiones, quatenus dicunt dictum † negotium verſari in preſcriptione, & non in conſuetudine, de plano procedunt iuxta ſupradicta, maximè ſtante d. ſtatuto fundamentali.

101 Quatenus vero dicunt† cõſuetudinẽ, ſeu preſcriptionem contrariam 40. annorũ ſine titulo non ſufficere, ſed requiri immemorialem, patitur difficultatem, ſi ſolum attẽdatur ſtatutum, quamuis expreſſe diceret, quod votum Epiſcopi eſſet pro dimidia p. quia in præſcrip. contra ſtatuta non videtur requiri tit. ſeu tempus immemoriale, quod ſolũ requiritur vbi ius commune, ſeu iuris communis præſumptio eſt in contrarium, vt in d. c. 1. de præſcrip. in 6.

Sicut in conſuetudine propria contra ſtatuta non
102 requiruntur 40. anni, † vt in conſuetudine contra ius commune Canonicum, ſed ſufficiunt decem anni, vt cum Cardin. Alexand. in c. fruſtra. 8. diſt. docẽt Rochus de conſuetudine ſect. 3. nu. 41. & Botteus de
103 ſynodo 3. par. 2. nu. 59. Quamuis in † conſtitutionibus Concilij Prouincialis ſit quædam declaratio
§. S. Congreg. Concil. ſuper c. 2. ſeſ. 24. de reform. quæ ſic ait. Epiſcopi tenentur ad obſeruantiam decretorum Concilij Prouincialis, non obſtante lapſu decẽnij, quo non fuerunt obſeruata.

104 Nec refert dicere eſſe de iure communi † ẽt Canonico, quod in his, quæ pertinent ad Epiſcopum & Capitulum, votum Epiſcopi ſit pro dimidia parte, & tantum, quantum totius Capituli, vt in d. cap. poſtulaſtis, quod melius id probat, quia videtur æquiparare Epiſcopum, & Capitulum cum alijs, niſi demus etiam de iure, quod collatio ſpectet ad Epiſcopum, & Capitulum, alias ius illud Epiſcopi refunderetur totum in ſtatutum.

105 Vnde iuxta ſupradicta dicendũ videtur, † quod ſicut eſt contra ius excludere Epiſcopum à prouiſione, & collatione præbendarum, & dignitatum Eccleſiæ Cathedralis, ita etiam non dare ei niſi vnum votum, vt vnius Canonici, quia id eſt quaſi eum excludere, & ideo in d. cauſa Placentina non ſufficere quadragenariam ſine titul. ſed requiri etiam tit. aut immemorialem.

106 Ex alio etiam capite † poſſet eſſet neceſſaria immemorialis in d. Placentina, ſcilicet ſi fortè in d. confirmatione d. ſtatuti eſſet clauſula decreti irritantis quæ operatur non ſolum, quod ſtatuentes non poſ-
107 ſint ſtatutum reuocare, cap. dilecto de Præb. † ſi, verſ. niſi fortè, & ibi gloſ. Abb. & alij, Felin. in c. cũ acceſſiſſent de conſtit. n. 7. &c. & ibi Decius a num. 19. ſed etiam, quod non poſſit contra illud induci cõſuetudo, ſeu præſcriptio, niſi ſit immemorialis, vt dicetur infra nu. 179.

## *De prouiſione Præbendæ Pœnitentiariæ, lectu-re, Doctoralis & Magiſtralis, §. I.*

### SVMMARIA.

*IN aliquibus Præbendis circa earum prouiſionẽ ius eſt ſpeciale, vt in Pœnitentiaria, & Præbenda lectura, & Præbenda Doctorali, & Magiſtrali, quod explicare oportet, nu-mero 108.*

*In primis de Pœnitentiaria, ad cuius prouiſionem, & diſpoſitionem ſpectet, num. 109.*

*Decreto Concil. Triden. ſtatuũ eſt, quod in omnibus Cathedralibus Eccleſijs vbi id commode fieri poterit Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur, &c. n. 110. quod decretum, cũ loquatur tantum in Cathedralib. non habet locum in Collegiatis, vt S. cõ greg. cenſuit, cuius declaratio ponitur, n. 111.*

*Pœnitentiarius inſtitutus eo ipſo habet a iure, & Conc. facultatem audiendi confeſſiones pœnitentium illius Diœceſis, & in ſidictionem ad abſoluendum a peccatis, & eſt veluti paro chus totius Diœceſis, nec requiritur noua licentia ordinarij, &c. n. 112. vnde quilibet poterit ei confiteri, & ſatisfaciet præcepto, nu. 113. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

*Non tamen poterit audire confeſſiones in alia Diœceſi etiam habentium Bullam, vel licentiam ſui Parochi, nu. 114.*

*Nec habet facultatem abſoluendi a caſibus Epiſcopo reſerua-tis niſi illam Epiſcopus ei ſpecialiter dederit, nu. 115. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

*Pœnitentiario poteſt Epiſcopus committere abſolutionem, de qua Concil. c. 6. ſeſſ. 24. de reform. nu. 116. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

*Quamuis habeat facultatem abſolvẽdi a caſibus reſeruatis, tenetur nihilominus integras confeſſiones audire, & non ſolũ caſuum reſeruatorum, & omnibus confiteri volentib. teneturſui copiam facere, non tamen debet tenere virgam, nu. 117. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

*Nec poteſt recuſare audire confeſſiones volentium ei cõfiteri, n. 118. vbi ponitur declaratio S. Cong. & ſi recuſat poteſt puniri & priuari ab Epiſcopo nu. 119. quæ priuatio videtur poſſe fieri ab Epiſcopo, ſine adiunctis nu. 120.*

*Reprobatur dictum Zecchi, ſub verb. forte, Pœnitẽtiarium ad id cogi non poſſe, ex debito iuſtitiæ, nu. 121.*

*Non tenetur pœnitentiarius ad maiorẽ reſidẽtiam, quã alij canonici, qui p tres mẽſes abeſſe poſſunt, dũmodo nõ abſit certis anni temporibus n. 122. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

Pœniten-

*Pœnitentiarius, dũ confeſſiones in Eccleſia audit, cenſetur præſens in choro n. 123. dum eas actu in Eccleſia audit, & nõdum eſt in confeſſionario, etiamſi ibi priuatim officium recitet. num. 124. vbi ponitur declaratio S. Cong. & non ſolum cenſetur præſens in choro, ſed etiã in proceſſionibus, & exequijs defunctorum, & lucratur omnes diſtributiones, & emolumenta. n. 125. vbi ponũtur declarationes, d. S. Cong.*

*Cum vnio Præbendæ proxime vacaturæ, facta pro Pœnitentiario ſit facta autoritate Concilij, cenſetur præſeruata in reg. Cancellariæ de reuocat. vnionum, etiamſi ſit facta autoritate ſedis Apoſtolicæ. nu. 126. vbi ponuntur declarationes S. Cong.*

*Dict. decretum intelligitur de Præb. Canonicali, quæ abſolute dicitur Præbẽda, & nõ de Portione; alias aſſignatio eſt nulla, & intelligitur de Præbend. vacante in menſe Ordinarij, & non reſeruato nu. 127. vbi ponuntur declarat. S. Cong.*

*Idem eſt in Præbenda Theologali, ſeu lecturæ ergenda ex decreto Concil. nam ſimiliter non habet locum in Portione, nec in Præbenda vacante in menſe Papæ, aut alias reſeruata. nu. 128. vbi ponuntur declarationes S. Cong.*

*Non impedietur aſſignatio, & deputatio Præbendæ pro Pœnitentiario per optionem poſt erectionem factam, quamuis ante erectionem recte poſſet optari, nu. 129. vbi ponitur declaratio S. Congreg. & ita etiam procedunt, & concordantur alia declarationes de Præben. lecturæ, hic adductæ. nu. 130. & 131.*

*Præbenda ſemel erecta, & deputata in pœnitentialem, pro Pœnitentiario, ſeu Theologalem pro Theologo, non poteſt opta ri, cum vacat ab alio Canonico. nu. 132. Nec pœnitentiarius, cui certa Præbenda eſt deputata, & vnita, poteſt optare aliam retento ipſo officio Pœnitentiariæ, nec etiam dimiſſo. num. 133. & 134. vbi quod idem erit in Præbenda Theologali.*

*In Eccleſijs, vbi non optantur Præbendæ, ſed præſtimonia illis annexa, præſtimonium quod habebat Pœnitentiarius, ſeu Theologus poterit ab alio optari, & Pœnitentiarius, vel Theologus poterit optare aliud præſtimonium, nu. 135.*

*Præbenda primo vacans poſt Concilium, pro quo eſſet prius aſſignanda, an pro Theologo, an pro Pœnitentiario remiſſiuè num. 136.*

*Quamuis in Hiſpania fuerint magnæ controuerſiæ inter Epiſcopos, & Cap. ſuper prouiſione Pœnitentiariæ, reſoluitur inſtitutionem officij Pœnitentiarij, & electionem perſonæ quandocunque faciendam, & non ſolum pro prima vice ad ſolum Epiſcopum ſpectare, collationem autem Præbendæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat, vt ſæpe S. Congreg. declarauit cuius declarationes ponuntur, nu. 137. & ſeqq. & nu. 140. ponitur deciſ. Rotæ, & nu. 141. reſolutio eiuſdem & alia nu. 142.*

*Quamuis in Concilio Compoſtellano ſtatuatur, quod prouiſio Pœnitentiariæ fiat præuio edicto, & concurſu, id non videtur vſu receptum, nec requiritur concurſus ex Concil. quod ſolum ad Parochiales eum requirit. nu. 143.*

*Quod dictum eſt electionem perſonæ Pœnitentiarij quandocũque faciendam ad ſolum Epiſcopum pertinere, non procedit vbi vacat in menſe Apoſtolico, vel adeſt alia reſeruatio ſeu affectio, nam tunc ad Papam pertinet ratione reſeruationis nu. 144. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

*Occurrente vacatione Pœnitentiariæ, ſede Epiſcopali vacante Capitulum non poterit illam prouidere, & Pœnitentiarium eligere, eſto collatio præbendarum ſit communis Epiſcopi, & Capituli, vel etiam ſolius Cap ſed ſpectabit ad Papam primatine ſtante reſeruatione regul. 2. Cancel. & ceſſante reſeruatione, reſeruaretur futuro Epiſcopo, niſi Papa præuiret, à nu. 145.*

*Præbenda pro Pœnitentiario à Capitulo ſede vacante aſſignari non poteſt, ſed ab Epiſcopo hoc præſtandum eſt ex declaratione S. Congr. quæ videtur loqui in prima aſſignatione, & procedit vbi non fuerat per Epiſcopum Pœnitentiarius inſtitutus, & electus cum vnione Præbendæ proximè vacaturæ; nam alias poſſet Capitulum ſede vacãte aſſignare, & conferre Pœnitentiario antea inſtituto, & electo primam Præbendam vacantem in menſe Ordinario, &c. à nu. 148.*

*Pœnitentiaria poteſt reſignari, ſicut aliæ Præbendæ, etiam in fauorem alterius, dummodo habeat qualitates requiſitas, & dari in coadintoriam. nu. 151.*

*De qualitatibus requiſitis in Pœnitentiario remiſſiuè nu. 152.*

*De Præbenda lecturæ, ad cuius diſpoſitionem, & prouiſionem pertineat. nu. 153.*

*Decreto Cõcilij ſtatutum eſt, quod in Eccleſijs, in quibus Præbenda, aut præſtimonium ſeu aliud ſtipendium pro lectoribus S. Theologiæ deputata reperiuntur de cætero non niſi perſonis idoneis conferantur, &c. in Eccleſijs autem Cathedralibus, ac in Collegiatis exiſtẽtibus in inſigni oppido, &c. vbi nulla Præbenda, aut præſtimonium ſeu ſtipendium huiuſmodi deputatum reperitur, Præbenda primo vacatura ad eum vſum ipſo facto perpetuo conſtituta, & deputata intelligatur, &c. nu. 154.*

*Nihilominus adhoc, vt talis Præbenda primo vacatura ſit Theologalis, & in Theologalem maneat erecta, requiritur actualis deputatio, ex declaratione Papæ, & S. Cong. cuius declarationes ponuntur, nu. 155.*

*Satisfit Concilio, etiam Theologiam ſcholaſticam legendo ex ſententia S. Cong. nu. 156.*

*De tempore, & hora, & materia lecturæ, & tempore vacationis, & de ſubſtituto ponendo, nu. 157. 158. & 159.*

*Circa dubium propoſitum de prouiſione diſtinguitur inter Præbendas Theologales, ſeu lecturæ, erectas, & deputatas ante Concilũ, & inter erectas & deputatas poſt Concil. n. 160*

*In erectis ante Concilium ſeruandũ eſt, quod ante Concil. & earum collatio, & prouiſio ab illis fieri debet, ad quos antea ſpectabat, cum Concilium in hoc nihil diſponat. n. 161.*

*In erectis poſt Concilium electio perſonæ, ſeu lectoris ad ſolum Epiſcopum ſpectat, collatio autem præbendæ ad illos, ad quos antea ſpectabat, ex ſententia S. Congr. cuius declarationes ponuntur. n. 162. & nu. 163. ponitur reſolutio Rotæ. Id videtur procedere, quando talis Præbenda vacaret in menſe Ordinario, nam ſi vacaret in menſe Apoſtolico, vel alias, eſſet reſeruata ſeu affecta electio perſonæ, & collatio ſpectaret ad Papam. nu. 194.*

*In Regnis Caſtellæ, & Legionis Præbenda lectura erecta, ex decreto Concil. in quocunque menſe vacent, prouidentur per Epiſcopos, & Cap. ad inſtar Canonicatuum Doctoralium, & Magiſtralium, nu. 165. Quamuis in vna Toletana fuit reſolutum per Rotam in ea, nec Bullam Sixti IV. nec Leonis X. locum ſibi vendicare, vt in deciſ. poſitis, nu. 166. & refertur doctrina Gonçalez circa id & circa eam aliqua notantur, nu. 167.*

*De Canonicatibus, & Præbendis Doctoralibus, & Magiſtralibus, ad quorum prouiſionem, & diſpoſitionem ſpectent. num. 168.*

*Per Bullam Sixti IV. & Motum proprium Leonis X. in ſingulis Cathedralibus Eccleſijs Regnorũ coronæ Caſtellæ, & Legionis erectus fuit, & inſtitutus vnus Canonicatus, & Præbenda pro Doctore, vel Licentiato in vtroque, vel alterum iure qui dicitur Doctoralis, et alter pro Magiſtro, ſeu Doctore, vel Licentiato in Theologia, qui dicitur Magiſtralis, ab Epiſcopo, eius voto pro vno computato, et Cap. per vota ſecreta. præuio edicto, ac publico examine, & iuramento ordinaria autoritate prouiden. vt latius in Bulla Sixti IV.*

ſchedula Motus proprij Leon. X. ac literis ſuper eo expedits hic poſitis nu. 169.

Iuramentum de eligendo magis idoneum, quomodo ſit præſtendum? à nu. 170. reſoluitur, quod talis Euangelijs, & an per procuratorem, ſeu Vicarium? à nu. 172.

An in Eccleſijs, in quibus non eſt in vſu præſtare iuramentum in electionibus huiuſmodi Canonicatuum, de eligendo magis idoneum, valeat electio facta ſine tali iuramento, quæ videtur valere ſtante conſuetudine 40. ſaltem annorum, quæ deroget iuri canonico? nu. 176.

Contrarium videtur verius, propter decretum irritans Bullæ, & Motus proprij Leonis quod in fi. poſitum refertur ad totam diſpoſitionem, niſi ponatur reſpectu proximæ diſpoſitionis, &c, & contra conſtitutionem habentem decretum irritans non valet, nec poteſt induci conſuetudo, ex communi contra aliquos, niſi ſit immemorialis, quæ tamen non poteſt dari modo in propoſito, nec poteſt applicari alia limitatio, quæ do diſpoſitio in qua decretum irritans eſt adiectum, non eſſet à principio vſu recepta, &c. à nu. 177.

An requiratur pro forma, quod vota præſtentur ſecreto, ita vt, ſi palam præſtentur, electio ſit nulla? a n. 183. reſoluitur, quod ſic, etiam ſi vnus tantum id faceret.

Quamuis in alijs actibus Capitularibus de iure non requiratur, quod vota præſtentur ſecreto, expediret tamen quod in omnibus votaretur ſecreto, &c. Quamuis in conſultationibus S. Conſiſtorij, vbi vota ſunt conſultatiua, aliud expediat. num. 185.

An in electione Canonicatuum vota ita debeant eſſe ſecreta, vt nunquam ſint publicanda eligentium nomina, an vero ſatis ſit illa præſtare ſecreto, quamuis poſtea publicentur eligentium nomina, vt ſit in electione Canonica, & in electione S. Pontificis per ſcrutinium, à n. 186. reſoluitur, id non ſatis eſſe, ſed vota debere eſſe omnino ſecreta, & nunquam publicanda &c. & ita practicatur, &c.

Reputaretur electio ſecreta, ſi Capitulum poneret aliquos qui reciperent vota omnium, modo poſtea nomina eligentium non publicentur, vt in electione regularium, à nu. 189. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.

An ſi aliquis Canonicus oſtenderet alteri ſchedulam illius, pro quo ſuffragium fert, electio eſſet nulla, & non ſecreta? à n. 192. reſoluitur eſſe nullam, non ſolum ſi id faceret palam, & permittente Cap. ſed etiam ſecrete, niſi id faceret in fraudem ad annullandam electionem.

Si quis de facto attentaret dare votum publice, ſeu palam, non debet permitti à Capitul. ſed quod ſecreto illud det, alias electio eſſet nulla, immo tanquam indignus poſſet excludi à voto, &c. nu. 195.

Si ante electionem aliquis verbo diceret, ſeu publicaret, pro quo ſuffragium laturus eſt, vel poſt, pro quo ſuffragium tulit, non irriaretur electio, nu. 196. & ſeq. vbi adducitur declaratio S. Cong. & etiam, quamuis quis ſeruaret, & extraheret ſchedulas malas ad oſtendendum poſtea alicui, non vitiatur electio, &c. nu. 198.

Cum prædicta electio fieri debeat per vota omnino ſecreta, legitime impeditus, qui poteſt alteri dare vices ſuas, non poſſet dare mandatum de eligenda certa perſona, à nu. 199.

Quid dat alteri vices ſuas ad votandum, poſſet verbo illi immugere, quod ſuum votum daret tali, & ſi alteri daret peccaret, quamuis valeret votum alteri datum, nu. 202.

Cum vota ſint omnino ſecreta, videtur, quod poſſet Canonicus rui alteri dedit ſuum votum, cum voto proprio ſuffragari vni & cum voto impediti alteri, etiamſi dediſſet libere vices ſuas nu. 203.

Cum electio debeat fieri per vota Epiſcopi, & Canonicorum ſaltem, & per ſcrutinia, non poteſt aliter fieri per viam inſpirationis, aut compromiſſi, nu. 204. vbi adducitur declaratio S. Cong.

An quando in vltimo ſcrutinio duo habent paria vota, deueniendum ſit ad ſortes, an vero prius ad qualitates, vt plures teneus, & fuit practicatum? a nu. 205.

Reſoluitur deueniendum ad ſortes, ex Bulla Leonis, non obſtante obſeruantia contraria &c.

An qui non interfuit actibus oppoſitorum poſſit votare? reſolvitur contra Rotam poſſe. nu. 213.

An huiuſmodi controuerſijs, & alijs occurrentibus in prouiſione horum Canonicatuum quis debeat eſſe iudex, an ſolus Ordinarius, an vero ſimul cum Capitulo? à nu. 214.

Reſoluitur, quod ſuppoſito, quod deueniendum eſſet ad qualitates concurrentium, qui habuerunt paria vota ſicut ad Epiſcopum, & Capitulum ſpectat electio, & prouiſio ſpectaret ad eos iudicare de qualitatibus extraindicialiter, &c. in controuerſia autem, an deueniendum eſſet ad ſortes, an vero ad qualitates, & an alter eſſet inhabilis, & electio eſſet nulla, &c. ſolus Ordinarius debet eſſe iudex, niſi vbi eſſet conſuetudo contraria legitime præſcripta, &c.

An poſt electionem requiratur collatio, an vero electio ipſa habeat vim prouiſionis, & collationis? nu. 219.

Reſoluitur attenta Bulla Leonis videri electionem ipſam habere vim prouiſionis, & collationis, nec requiri aliam collationem, praxim tamen, & conſuetudinem Hiſpaniæ habere in huiuſmodi Canonicatibus poſt electionem fieri collationem ab Epiſcopo, & Capitulo, cui videtur ſtandum, &c.

An prouiſio huiuſmodi Canonicatuum debeat fieri infra ſemeſtre, alias deuoluatur ad ſuperiorem à nu. 222.

Reſoluitur affirmatiue, quamuis, aliquando Capitula id nõ obſeruent, & deuolutio fiet cum eiſdem qualitatibus, licet ſuperior, ad quem fit deuolutio, non teneatur ponere edictum, nec facere concurſum, & cum Epiſcopus in huiuſmodi prouiſione interueniat, vt Prælatus, & non Canonicus non fiet deuolutio ad ipſum nu. 224.

Cũ iſti Canonici ſint priuati ipſo iure huiuſmodi Canonicatibus ob abſentiam vnius menſis a ciuitate abſque Ordinarij, vel Cap. licentia, ex d. Bullis ſi infra ſemeſtre ab huiuſmodi abſentia Ordinarius, & Capitulũ non prouiderint, vel non egerint ſuper declaratione vacationis fiet deuolutio ad ſuperiorem nu. 225. Nec poteſt dici, quod ad iſtam priuationem requiratur declaratio & voluntas Cap. ſicut dicitur de caducitate emphyteoſis, quia iſta priuatio eſt per Papam inducta in pœnam non reſidentium, & in fauorem publicum Eccleſiæ, non Cap, quod nõ poteſt illos tolerare. &c. n. 226

Idem erit, ſi haberent licentiam abſentiæ, nullam tamen; nam verba Bullarum intelliguntur de licentia valida, quamuis ad effectum, vt nõ vacent huiuſmodi Canonicatus ob abſentiam, ſufficeret licẽtia Ordinarij, vel Capituli iniuſta, & illicita, & ſine legitima cauſa. & cũ licentia Ordinarij, vel Capituli poſſent gaudere menſibus vacationis &c. à n. 227

Dare huiuſmodi licentiam videtur ſpectare ad Capitulum ad quod ſpectat ipſorum Canonicatuũ prouiſio & non ad Capitulum cum Portionarijs, &c. n. 230. Quamuis, ſi iſti Canonici eſſent legitime occupati in negotijs Eccleſiæ à Capitulo pleno cum portionarijs, non eſſet opus licentiam Capituli Canonicorum, nu. 231. Sed ſi eſſent habiti pro præſentibus pro negotijs fictis, ſeu ſub falſo prætextu negotiorum cum nõ ſint legitime abſentes, nec habeant licentiam Capituli Canonicorum, videtur habere locum priuatio nu. 232. & licentia debet eſſe expreſſa, nec ſufficit tacita nu. 233.

108 SEd quia in aliquibus Præbendis, circa earum prouiſionem ius eſt ſpeciale, † vt in Pœnitentiaria, & Præbenda lecturæ, & in regnis coronæ Caſtellæ, & Le-

& Legionis in Præbenda Doctorali, & Magiſtrali, per Bullas Sixti IV. & Leonis X. Inſtitutis, explicare oportet, quid in eis ſit obſeruandum.

Et in primis de Pœnitentiaria dubitatur, ad cuius
109 prouiſionem, † & diſpoſitionem ſpectet? de cuius antiquitate Socrates hiſtoriæ tripartitæ l. 9. c. 35. & Ioserius Ie. ſanctionum Eccleſiaſticarum agens de Concilio Oronien. §. 15. fol. 134. *Et in c. inter cætera, verſ. vnde præcipimus, de offic. ordin. & Ludou. Gom. in proœm. reg. Canc qu. 1. § ſacra pœnitentiariæ officij variatio. Et nouiſ. poſt hæc D. Salaçar de Mend. Canonicus pœnitentiarius S. Eccl. Tolet. in libello de inſtit. canon. pœnit. in d. Eccleſ. Tolet. §. 1.*

110 In quo præmittendum eſt † decreto Cõcilij Tridentini. ſeſſion. 24. de reform. cap. §. ſtatutum eſſe, quod in omnibus Cathedralibus Eccleſijs, vbi id cõmodè fieri poterit Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ primùm vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur, &c. Quod decretum cum loquatur tantum
111 in † Cathedralibus non habet locum in Collegiatis, vt S. Cong. Concilij cenſuit 15. Maij 1584. his verbis. Dubitatur, an mens, & intentio Concilij ſit, quod in Collegiatis Eccleſijs neceſſario inſtituatur Pœnitentiarius, cum vnione Præbendæ primo vacaturæ, ex quo ibi ſolum de Cathedralibus expreſſa mentio fiat, quare ſupplicatur pro par. D. Ludouici Pimentel, de quibuſdam Canonicatu, & Præbenda in Collegiata prouiſi ſuper huiuſmodi dubio à Sanctiſſima Congreg. declarationem fieri, & ſi aliquando iam facta ſit, de illa ſibi copiam authenticã dari mandari. Congreg. cenſuit decret. ſupradictũ intelligi oportere in Cathedralib. tantum, non autẽ in Collegiatis. *Tradit D. Salaçar de Mendoça, §. 2. & pœnitentiarius ab Epiſcopo ad præſcriptum Concilij inſtitutus & deputatus cum vnione Præbendæ proximè vacaturæ tenetur officium exercere, & inſeruire pœnitentiariæ ac parochialem quam obtinet dimittere, etiam ante vacationem prebendæ, vt S. Cong. Conc. cenſuit, qua etiam cenſuit 31. Maij 1599. cum ante vacationẽ prebendæ d. officio vnita neq; vocem in cap. neq; in choro ſedẽ ſibi vendicare poſſe, minuſque habendum interim eſſe pro Canonico. Et alias pœnitentiarius ab Epiſcopo Vicentino vigore Concilij inſtitutus, licet adhuc non obtinuiſſet Prabendam, duo prætendebat, de quibus conſulit Congr. Primo, an debeat participare de diſtributionibus quotidianis, ex nunc habere locum in choro & capitulo, & antequam ſibi obueniat Prebenda vacatura, Secundo, an debeat præcedere ſingulos Canonicos, cum habeat officium & adminiſtrationem ſacramenti Confeſſionis & pœnitentiæ, & propterea ſit dignitas, ſicut Præpoſitus, Archidiaconus, & ſimiles.*

*Congreg. Concilij cenſuit, pœnitentiarium antequam Prebenda, quæ ſuo officio fuit vnita, vacet, non habere locum, neque in cap. neque choro, neque poſſe diſtributiones quotidianas percipere. An autem poſtquam vacauerit, & eam adeptus fuerit, debeat præcedere alios ſimplices Canonicos tanquam vltima dignitas, referendũ ſanctiſs. & dicendum Congr. ſentire, quod ſanctitas ſua conſtituat officium pœnitentiarij pro vltima dignitate, ita vt omnes ſimplices Canonicus præcedat, habet .n. officium cum adminiſtratione & iure Sanctiſs. ſatius dixit non inducere hanc nouitatem; ideo iuſſit reſponderi, pœnitentiarius ſedeat loco ſui Canon. cum illum fuerit adeptus. Idẽ iuſſit reſpõdere in Theologo.*

112 Et Pœnitẽtiarius inſtitutus † eo ipſo habet à iure, & Concilio facultatem audiendi confeſſiones pœnitentium illius Diœceſis & iuriſdictionem ad abſoluendum à peccatis, & eſt veluti Parochus totius diœceſis, nec requiritur noua licentia Ordinarij vt aliqui malè dicunt, eſt enim Ordinarius confeſſor illorum de Diœceſi. Zecchus de republica Eccleſiaſtica c. 24. de Capitulo, & Canonicis ſub num. 16. *Vgol. de offic. Epiſc. c. 33. n. 2. & 3. D. Salaçar de Mend. §.* licet Zerola in praxi Epiſcopali 1. pa. verb. Pœnitentiarius §. 4. videatur dicere cum eſſe delegatum Epiſcopi. *Et Piaſec, in praxi Epiſc. p. 2. ca. 1. nu. 15. Dixi veluti parochus, quia verè & propriè non eſt parochus, nec habet curam animarum, cum non habeat parochiam, nec Parochianos, qui ad eum recurrere teneantur, Sarnen. regu. de idiom. q. 11. & Rot. dec. 52. p. 2. diuer. Gonçal. glo. 6. a nu. 54. & alij citati, 1. p. c. vlt. n. 4. & in terminis de pœnitentiario Rota in Canarien. penſionis 15. Ian. 1607. coram D. Coccino adducta 5. p. c. 5. n. 253. Vnde cum non habeat parochianos & ſubditos, eſto ſit ordinarius confeſſor diœceſis, non videtur poſſe delegare, ſeu committere ſuam poteſtatẽ, non ſolum generaliter ſed nec particulariter, & multo minus poterit ſubdelegare caſus reſeruatos ſibi ad Epiſcopo commiſſos, maximè cum in eis cenſeatur electa induſtria perſona & ſit delegatus, inferioris a principe, quicquid dicat Zecchus, & Salaçar de Mend. qui ſatis confuſe loquitur, nec bene refert Zecchum, ibi.*

113 Vnde quolibet poterit ei confiteri peccata, † & ſatisfaciet præcepto c. omnis vtriuſque ſexus de pœnitentijs, & remiſſio. vt cenſuit S. Cong. Conc. 16. Febr. 1595. his verbis. An, ſi quis confeſſus fuerit ſua peccata ſemel in Paſchate pœnitẽtiario deputato in vim decreti Concil. Trid. ſeſ. 24. c. 8. dicatur. ſatisfeciſſe præcepto contento in c. omnis vtriuſq. ſexus. de pœnitent. & remiſſio. Cong. cenſuit ſatisfeciſſe.

114 Non tamen poterit audire confeſſiones † in alia Diœceſi, etiam habẽtium Bullam, vel licentiam ſui Parochi, iuxta declarationem Abulen. infra adductam, c. 8. nu. 87. ad 4. cui eſt ſtandum, tamquam certiſſimæ, & authenticæ, quicquid poſt alios dicant Enriq. in ſum. l. 7. c. 12. num. 3. & P. Suarez 4. tom. de pœnitentia, diſp. 28. ſeſſ. 4. num. 18.

115 Nec habet facultatẽ † abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, niſi illam Epiſcopus ei ſpecialiter dederit. Nauar. conſ. 20. de pœnitentijs & remiſſio. *Vgol. d. ca. 31. nu. 3.* Concilium Prouinciale Compoſtellanum act. 2. decreto 38. & cenſuit S. Congreg. Concil. his verbis. Pœnitentiarius non poteſt abſoluere quemquam in caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſeruauerit, niſi ipſemet Epiſcopus hanc illi ſpeciatim dederit authoritatem. Zecchus ſup. *Quam uis contrarium, nempe quod pœnitentiarius poterit abſque alia facultate abſoluere in omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, teneat Piaſec. ſup. cum Capeuil. de caſibus reſerv. c. 3. q. 1 differ. 2. & videtur tenere Salaçar de Mendoça d. §. 5. male referens Zecchum.*

116 Cui etiam poteſt Epiſcopus committere † abſolutionem, de qua Concilium c. 6. ſeſſ. 24. de reform. vt in ſeq. declarationib. ſuper illo. Prima, Congreg. cenſuit ab Epiſcopo poſſe, non tamen Vicario generali ſeu etiam Pœnitentiario, aut Vicario ad id ſpecialiter deputato, committi abſolutionem Capituli huius. Secunda, Epiſcopus poteſt abſoluere, & per confeſſarium, & per vicarium abſoluendum in ſimilibus caſibus ſpecialiter conſtitutum. *Zecch. ſupra, & Salazar de Mendoça d. §. 5.*

117 Et quamuis habeat † facultatem abſoluẽdi à caſibus reſeruatis, tenetur nihilominus integras confeſſio-

feſſiones audire, & non ſolum caſuum reſeruatorum eũ ũt confeſſor ordinarius, vt dictũ eſt maximè iuxta ſententiam Adriani de confeſ.q.4.Silu.verb.confeſſio 1.q.19.Victoriæ in ſum.de confeſ.nu.162.Cani.in relect.de pœniten.p.5.circa fi, & Suarez.4.to. de pœnit.diſput.31.ſect.1. & omnibus confiteri volentibus tenetur ſui copiã facere horis opportunis, non tamen debet tempore, quo eſt in ſede, tenere in manu virgam, ſicut in vrbe, cum in Hiſpania non ſit ☞ in vſu, vt in Abulen.cenſuit S.Cong.21.Apr.1587. his verbis: Cong.ad primam dubitationem reſpondendum cenſuit, Pœnitentiarium teneri integras cõfeſſiones audire, non autem ſolos caſus reſeruatos. Ad ſecundam, debere eundem peccata confiteri volentibus ſui facere poteſtatem horis opportunis, loco, & ſede Epiſcopi, ad quem hoc ſpectat arbitratu. Quo vero ad teritam, an debeat tenere in manu virgam, ſeu bacchettam tempore, quo ſedet in dicta ſede, reſpondit nouas cõſuetudines non iudicari. *Tradit Vgol.d.c.33.num.2.3. & 6.allegans & referens d.declarationem Abulen. D.Salaçar de Mendoça.§.7.*

118 Nec poteſt † recuſare audire confeſſiones volentium ei confiteri, vt Sacra Congreg.cenſuit his ver- ☞ bis; Congregatio Concil. cenſuit Pœnitentiarium non poſſe recuſare audire confeſſiones illorum Parochianorum, vbi ſunt Pœnitentiarij, volentium eis confiteri ſua peccata.

119 Et ſi Pœnitentiarius recuſat † audire cõfeſſiones poteſt puniri, & priuari ab Epiſcopo, vt cenſuit Sa- ☞ cra Congregatio his verbis, ſi Pœnitentiarius vigore huius decreti deputatus renuerit confeſſiones audire, puniri poteſt ab Epiſcopo, & priuari. *Salaçar de*
120 *Mendoça d.§.7.* † Quæ priuatio videtur poſſe fieri ab ipſo Epiſcopo, ſiue adductis, non obſtante decreto Concilij cap.6.ſeſſ.25.de reform. vt alias diximus ſup.3.p.cap.4.a num.18.

121 Vnde apparet falſum eſſe † quod ait Zecchus ſupra verb.forte, Pœnitentiarium ex debito iuſtitiæ ad id cogi non poſſe. *Nec eius ratio quicquam valet, quod nouum onus non ſit presbyteris imponendum à Prælato, etiam cum conſenſu cap.niſi id à Papa confirmetur, & hic eligi debeat ab Epiſcopo nam quanis eligatur ab Epiſcopo: tamen nõ ab eo, ſed à Concilio, ſed eius authoritate eſt iſtud onus impoſitum, vt patet ex ipſo Concil.d.c.8.*

122 Nõn tamen tenetur † Pœnitẽtiarius ad maiorem reſidentiam, quam alij Canonici, dummodo non abſit certis anni temporibus, vt in ſequenti declaratio- ☞ ne Sacræ Congreg. non poteſt Pœnitentiarius cogi ad maiorem reſidẽtiam, quam alij Canonici, qui per tres menſes abeſſe poſſunt dum tamẽ non abſit tempore, quo frequentius pœnitentes accedũt, & diebus feſtis ſolemnibus, veluti tempore ieiuniorum Quadrageſimę, Aduentus, 4.temporum, Reſurrectionis, & Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis B. Mariæ, Natiuitatis Domini, & omniũ Sanctorum. *Vgol.d.c.32.nn.6. & Salaçar de Mendoça. d.§.7. Sed quia in Eccleſia Burg. ex ſtatuto à ſede Apoſtolica confirmato licet Canonicis quinque menſes qualibet anno abeſſe ab Eccleſia, dub.tanit Burg.cap.an eadem facultas competeret etiam pœnitentiario eiuſdem Eccleſiæ; item, an poſſit fungi officio viſitatoris, Congreg.cenſuit, ſi hic pœnitentiarius inſtitutus eſt ex decreto Concilij, non poſſe frui his quinque menſium vacationibus, minus officio viſitatoris fungi. Quod ex eo nimirum reſpondendum eſt, quia iſta eſſet multum longa abſentia pœnitentiario, & in magnum detrimentum ſui officij & miniſterij, ac pœnitentium: & ita in iſta Eccleſia ſatis eſſet abeſſe per tempus trium menſium à Concilio Canonicis permiſſum, intelligiturque iſta declaratio, quod non poſſit frui iſta quinque menſium vacatione quoad confeſſiones & officium pœnitentiarij, bene tamen poterit ea vti quoad chorum & officium diuinum, ſicut cæteri Canonici.*

123 Et Pœnitentiarius, dum confeſſiones † in Eccleſia audit, cenſetur præſens in choro, vt in d.c.8.Concil. ad fin. & in Concil. Prouinciali Compoſtellano actione 2. decreto 39. ad fin. & in ſeq. declaratione Sacræ Cong. cum Pœnitentiarius audit confeſſiones, vel caſuum reſeruatorum, vel venialium peccatorũ, præſens eſſe in choro cenſetur Conſonat Concilium Mediolanen.5.p.titulo, quæ ad diſtributiones pertinent.verſic.1. *Et tradit Alex.Mon.de diſtrib.p.2.q.11. nu.65. & Salaçar de Mendoça.§.6.*

124 Vnde infertur ſolum † cenſeri præſentem in choro, dum confeſſiones actu in Eccleſia audit, & nondum eſt in confeſſionario, etiamſi ibi priuatim officium recitet, quia antea confeſſiones audiuit, vel vt poſtea opportunus illis incumbat, vt in declaratio- ☞ nibus ſequentibus Sacræ Congregationis. Præſens autem in choro cenſetur, dum Miſſam celebrat, aut priuatim officium dicit, vt opportunius auditioni confeſſionum incumbat. Alia Pœnitentiarius habendus eſt pro præſenti in choro, dum audit confeſſiones in Eccleſia, ſiue in confeſſionario, ſiue extra, non autem pro tempore, quo reſidet in confeſſionario, nec audit confeſſiones, alijs in choro diuina celebrãtibus, nec recitans officium priuatè, quia, antequam recitarentur horę canon. in choro, audiuit confeſſiones nec, ſi dixerit Miſſam, eſt cenſendus præſens in choro, conſonat Concilium Mediolanenſe 5. vbi ſupra verſic.2. *Et tradit Alexan.Monet ſupra num.66. & Vgol.d.c.33.nu.5.* De eo autem, quod in iſtis declarationibus dicitur de celebrante Miſſam, vide ſupra 3. p.cap.2.à num.36.

Et non ſolum cenſetur præſens in choro, ſed etiam
125 † in proceſſionibus, & exequijs defunctorum, & lucratur omnes diſtributiones, & emolumenta, &c. ☞ vt in declarationibus ſequentibus ſuper d.c.8. ibi, præſens in choro, &c. tã ſi eſſent diſtributiones quotidianæ, quam eleemoſinæ, quæ diſtribuuntur pro aſſociandis, vel ſepeliendis cadaueribus defunctorũ vel pro ſupplicationibus, & proceſſionibus habitis. Alia, Pœnitentiarius non ſolum cenſetur præſens in choro, & non poteſt priuari quando confeſſiones audit, ſed etiam cenſetur præſens proceſſionibus, & exequijs defunctorum, quæ eo tempore fiunt, quo ipſe audit confeſſiones, ſed non ſufficit, quod ſit in confeſſionario, niſi realiter ipſe confeſſiones audiat. *Tradit Leo in Theſ.for.Eccl.c.23.nnm.18. & D.Salaçar de Mendoça d.§.6. vbi tamen in fin.ait, quod in Eccleſia Toletana ad primam reſidentiam annalem, & ad reſidẽdiem ordinario nonaginta, ſeu ſexaginta diebus pro lucrando veſtriario, non poteſt pœnitentiarius iuuari ſuis occupationibus, quod eſt contra Concil. Et eſt vna Gienen.4.Sept. 1591.in qua Congreg.Concil.cenſuit pœnitentiarium, dum confeſſiones audit in Eccleſia, cenſeri præſentem, & in proceſſionibus & orationibus. Quamuis Moneta d.q.11.num. 65.dicat, quod dum Concilium vult duntaxat, quod præſens in choro cenſeatur, non complectitur alias diſtributiones, quas extra chorum litaniarum, proceſſionumve, quæ per vrbem agũtur, nomine Canonici percipere ſolent. Quod*

certe

*tum eſt contra d. declarationes, & mentem Concilij quod ſub nomine chori omnia officia comprehendit; vbi enim eſt capitulum aliquod, officium, ſeu miniſterium diuinum exercens, ibi chorus eſſe cenſetur. Pœnitentiarius autem audiens extra Eccleſiam confeſſiones, etiam infirmorum, non cenſebitur preſens in choro, quia Concilium id ſolum concedit audienti confeſſiones in Eccleſia, & ad id inſtitutus eſt pœnitentiarius iſte, vt confeſſiones in ipſa Eccleſ. catholica audiat.*

126 Et cum vnio Præbendæ † proxime vacaturæ facta pro Pœnitentiario ſit facta authoritate Concilij in d. decreto, cenſetur præſeruata in reg. 12. Cancellariæ de reuocatione vnionum per illa verba non tamen Concilij Trid. authoritate, etiamſi ſit facta authoritate ſedis Apoſtolicæ, vt in declarationibus ſequentibus ſuper d. c. 8. ibi, an vniones factæ authoritate Sedis Apoſtolicæ in caſu huius capituli in fauorem Pœnitentiarij dicantur, ſaltem, ex verisimili mẽte comprehenſæ in hoc decreto ad effectum, vt tales vniones cadant, vel ne ſub exceptione regulæ reuocatoriæ vnionum? Congregatio cenſuit huiuſmodi vniones cadere ſub exceptione d. regulæ Alia, Congregatio cẽſuit Concilium debere intelligi etiam de vnione facta authoritate Sedis Apoſtolicæ in fauorẽ Pœnitentiarij ad effectum, vt dict. vnio non cadat ſub regula reuocatoria vnionum, ſed ſit præſeruata per verba illa contenta in regula, præterquam authoritate Concilij facta. 1588.

Et d. decretum intelligitur de Præbenda canoni-
127 cali, † quæ abſolutè dicitur Præbẽda, & non de Portione, alias aſſignato eſt nulla, & etiam intelligitur de Præbenda vacante in menſe Ordinarij, & non reſeruato, & ita cenſuit Sacra Congregatio Concil. vt in declarationibus ſequen. ſuper d. c. 8. Portio, quæ
☞ ſit in Eccleſia, in Præbendam Pœnitentialem erigi non poteſt, ſed Prębenda canonicalis, & ſi non eſſent Præbendæ, ſed fructus omnes in diſtributionibus quotidianis conſiſterent, tunc diſtributiones habebuntur, pro Præbenda. Secunda an aſſignatio vnius Portionis Eccleſiæ Cathedralis loco Præbendæ facta ab Epiſcopo pro Pœnitentiario ſubſiſtat? Congregatio cenſuit, non ſubſiſtere, & an prouiſio facta per Capitulum, Sede vacante, de Pœnitentiario cum hac portione primo demortuo, ſit valida? Congregatio cenſuit eſſe inualidam; & an prouiſio per ſucceſſorem facta de Pœnitentiario cum eadem portione cenſeatur bona, vel potius ab eo nominatus indigeat prouiſione Sedis Apoſtolicæ, quia ex quo portio vacauit Sede Epiſcopali vacante, videtur prouiſioni Papæ reſeruata? Congregatio cenſuit non eſſe bonam, & an Pœnitentiarius ſic inſtitutus acquiſierit aliquod ius ad Canonicatus, & Præbendas eiuſdem Eccleſiæ vacantes, durante dicta Sede vacante, de quibus authoritate Apoſtolica fuit prouiſum, cum Canonicatus, & præbenda prima vacatura ſpectent ad Pœnitentiarium, & ideo prouiſio ſit nulla? Congregatio cenſuit validam eſſe, quoniam hoc decretum non comprehendit Præbendas Sedi Apoſtolicæ reſeruatas.

Et Epiſcopo Seguntino ſic reſponſum eſt, Cõgre-
☞ gatio cenſuit aſsignationem Præbendæ Pœnitentiario non intelligi de Præbenda, quæ eſt Portio, ſed de ea, quæ eſt Canonicatus, aliter facta eſt nulla; item d. Prębendam intelligi de vacante in menſe Ordinarij. Item vacante Canonicatu, & Præbenda ſignata Pœnitentiario in menſe Papæ non poteſt prouideri per Capitulum met, neq; etiam per Epiſcopum ſucceſſorem, quia tunc eius prouiſio ad ſolum Papam ſpectat. Quarta, ibi, proxime vacaturæ, non tamen in menſe Papæ, Quinta Præbenda in menſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis vacans nõ poteſt erigi in Præbendam Pœnitentialem.

*Sexta Poſtulauit declarari Epiſcop. Vicent. cum ipſe in ſua cathedrali inſtituerit pœnitentiarium cum nomine Præbendæ proxime vacaturæ, an huiuſmodi vnio vigore cap. 8. comprehendat Canonicatum & Præbendam vacantem in menſe Sedi Apoſtol. reſeruato. Congregat. cenſuit, annuente etiã Sanctiſs. quod ex quo Concil. ſeſſ. 24. c. 8. non exprimit de Canonicatibus etiam reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, & quando voluit eos comprehendere expreſſe dixit, vt patet in Seminario ſeſſ. 23. cap. 18. ac in ſimplici vniendo cathedrali pauperi, c. 15. ſeſſ. 24. Idcirco c. 8. non comprehendat Canonicatum & Præbendam vacantes in menſe reſeruato, quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet, quemadmodum alijs in locis fecit.*

*Septima quam adducit Azened. conſ. 7. num. 31. Reuerendiſs. D. Epiſcopo Placent. in Hiſpan. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Domine, cũ libellus hic Io. Roquanera oblatus fuiſſet Illuſtriſs. Cardinalibus ad interpretanda S. Conc. Trid. decreta conſtitutis, ij ampl. tuæ ſcribendum cenſuerunt, iam dudum declaratum fuiſſe decretum Concil. ſeſſ. 24. c. 8. non comprehendere portiones neque etiam Præbendas vacantes in menſibus ſede Apoſt. reſeruatis. Quare amplit. tua & ſuæ fidei ac religionis erit, hac in re aget, & bene in Domino valebit. Rom. die 21. Auguſt. 1577. amplit. tuæ vti Fr. Philip. Boncompagn. Card. S. Sixti.*

*Eſt etiam alia declaratio in vna Oxom. quam adducit Azened. ibi, nu. 32. & refert conſ. 14. nu. 14. & 15. Vbi declaratur Canonicatum & Præbendam, qui vacarunt in menſe Sedi Apoſtolicæ reſeruato, non comprehendi decretis Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 8. & ſeſſ. 5. c. 1.*

Et Duci Albano ſic reſcriptum, eſt, omnes Illu-
☞ ſtriſsimi Domini mei Cardinales declararunt, quod decretum Concilij Tridentini ſeſſ. 24. c. 8. de Pœnitentiario, non habet, locum in menſibus reſeruatis S. Sedi Apoſtolicæ, vel in illis in quibus Dominatio veſtra habet indultum, niſi indultum habens conſenſum dederit. Datis Romæ 23. Martij 1585.

Aſcan. Cardin. Carrafa.

Et Epiſcopo Laurien. ſic reſcriptũ eſt, Sacra Con-
☞ gregatio Cardinalium Concil. Triden. interpretum cenſuit deputationem, & inſtitutionem Præbendæ pro Pœnitentiario, non habere locum in Canonicatibus & Præb. vacantibus in menſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis. Et declaratio 3. infra adducta nu. 138. *Et tradit poſthac D. Saloçar de Mendoça in d. libello de conſtit. can. peniten. §. 2. & ideo deputatio Præbendæ vacantis de menſe Octob. 1569. in Eccleſ. Tolet. pro pœnitentiario facta per gubernatorem d. Archiepiſcopatus, & prouiſio de ea facta D. Hieron. Manrique non valuit, nec habuit effectum, ſed à Papa Pio V. fuit prouiſum D. Ludouico de Avalos de illo canon. & Præbenda, quia vacauit in menſe reſeruato (cum enim Archiepiſcop eſſet abſens nempe Romæ, non poterat eſſe alternativa) & non ob defectum deputationis actualis iſtius canonicatus pro pœnitentiario, vt perperam inquit D. Saloçar de Mendoça. §. 4. nam cum vt ipſe ait ibidem d. gubernator effectaſſet Præbendam ad pœnitentiarium, & eam contuliſſet D. Hieron. Manrique, vt pœnitentiario, non erat defectus deputationis.*

Et

Et 31. *Maij* 1596. *cenſuit d. S. Congreg. Concilij Prębendam officio pœnitentiarij vniendam integram, atq; canonicalem eſſe debere, & refert Salaçar d.§.2.*

128 Et idem † eſt in Prębenda Theologali, ſeu lecturæ erigenda, & deputanda ex decreto Concilij ſeſſ.5. de reform.c.1.verſ.in Eccleſijs autem, nam ſimiliter illud decretum non habet locum in portione, nec in Prębenda vacāte in menſe Papæ, aut alias reſeruata, vt in ſequent. declarationibus Sacrę Congregationis ſuper d.c.1.ibi, Si vacauerit Portio, non excluditur hoc decreto, quia non venit appellatione Prębendæ, & ſic fuit declaratum in vna Placentina portionis. *Et refert Azeu. conſ.* 39. *num.* 33. Secunda ibi prima vacatura, &c. non tamē in menſe Apoſtolico, quia non comprehenduntur ſub hoc decreto prębendæ vacantes in menſibus reſeruatis, & idem in prębenda pœnitentiali, ita fuit reſcriptum Valentino, Ciuitaten. & Gadicen. Tertia intelligitur etiam Prębenda, cuius fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, ſicut reliquę, nec talis deputatio, & conſtitutio habet locum in Canonicatibus, & prębendis S. Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, idem ſi in prędictis menſibus Cardinales haberent indultum à Sede Apoſtolica.

Non tamen impediretur aſſignatio, & deputatio
129 prębendæ pro pœnitentiario per optionem, † poſt erectionem factam in Eccleſijs, in quibus viget ius optandi, quamuis ante erectionem rectè poſſet optari, vt in ſeq. declaratione S. Cong. in Eccleſijs, in quibus ex conſuetudine optantur prębendæ ſi ea, quæ poſt Concilium primo vacauit, non fuit in Pœnitentialem erecta, poteſt optari, ſed ſi ante optionem Epiſcopus erexit, erectio prævalet, etiamſi poſtea optaretur. *Et refert in vna Oſcen. can.* 7. *Febr.* 1594 *coram Blanchetto.*

Et ita etiam procedunt, & concordantur ſeq. declarationes ſuper d.c.1. in ſimili de prębenda lectu-
130 ræ quæ videbantur † contrariæ. Prima. in prębenda primo vacatura poſt Concilium locū optio non habebit, ſi autem de ea, quæ vacauit prouiſum non fuit pro theologo, relictū eſt ordinariæ deciſioni iudicum. Secunda. prębenda. quæ vacat, poteſt. optari, nec illa poteſt erigi in theologalem, quia Cōcilium loquitur de prębenda vacatura. cum iſta non vacauerit, quia præuenta eſt à iure optandi, & ideo illa ſola dabitur theologo, quæ remanebit poſt optionē, nam prima declaratio iſtarum, quatenus ait, quod prębenda prima vacature non poteſt optari, procedit poſt erectionem factam in prębendam Theologalem; ſecunda vero, quæ ait, quod poteſt optari, procedit ante erectionem, *Cui conſonat declaratio in vna Lauen. 9. Iul.* 1592. *quæ ſic ait; Congreg. Concilij cēſuit erectionem prębendæ Theologi non habere locum in ea quæ vigore ſtatuti a ſequente Canonico optatur: ſed illam Prębendam quam dimiſerit canonicus, qui nouiſſime optat, huic muneri affectam & vnitam remanere.* vt in d.
131 declaratione de pœnitentiaria quæ procedit † qñ ante vacationē prębendæ nō fuit inſtitutus pœnitentiarius cū vnione prębendæ proximæ vacaturæ iuxta d. decretum, c.8. nam aliàs prębenda poſtea vacans nullo modo poſſet optari, cum eſſet debita pœnitentiario antea inſtituto. *Ex quibus melius defendi poteſt reſolutio Rotæ in cauſa Lucana optionis domus* 24. *Ianu.* 1607. *coram D. Mançanedo, quod facta erectione Prębendæ vacantis in Theologalem cum applicatione domus, quæ ſimul cum ea vacauit, non potuit poſtea talis domus optari ab alio virtute conſuetudinis & ſtatuti optandi tam Prębendas quam domus vigentis in d. Eccleſia, &c. Quæ reſolutio fuit poſtea confirmata in ead. coram eod.* 13. *Martij* 1609. *non obſtante fundamento contrario, quod domus Canonicatuum illius Eccleſiæ ſint optabiles, & ſic non ſint Canonicatus & Prębendæ vacantis. Cui reſpondetur quod ibi fuit facta erectio d. Prębendæ in Theologalem, non ſolum virtute Concilij, ſed etiam literarum Greg. XIII. qui mandauit aſſignari lectori Theologiæ Prębendam primo vacaturam cum illi annexis, ac omnibus iuribus & pertinentijs ſuis, & quod interim quod vnaquæque domus a Canonico poſſidetur dicitur de pertinentijs illius Canonicatus, iuxta Card. conſi.* 16. *num.* 3. *quem ſequitur Aeneas de Falcon. de reſernat. q.* 4. *eff.* 39. *Quamuis cum ibi domus nō ſint perpetuo & inſeparabiliter annexæ Prębendis, ſed pro vita Canonici in eam intrantis, ita vt poſt eum poſſit de per ſe ab alio optari, non carent difficultate d. reſolutiones, immò videtur potuiſſe optari d. domus non obſtante d. erectione, aut etiam reſernatione, iuxta d. infra, nn.* 135. *& ſup. c.* 1. *nn.* 457. *& ſeq. vbi de d. conſilio Cardinalis, & doctrina Aeneæ, & verba literarum Gregorij debent intelligi de annexis & pertinentijs perpetuo & inſeparabiliter, & abſolute, non ſecundum quid, & pro aliquo tempore.*

Prębendaque ſemel erecta, & deputata in Pœni-
132 tentialem † pro Pœnitentiario, ſeu Theologalem pro Theologo, non poteſt optari, cum vacat ab alio Canonico, vt in ſeq. declaratione S. Congreg. non poteſt optari Prębenda, quæ fuit erecta, & deputata in Theologalem pro Theologo à ſequenti Canonico. *Alia* 12. *Febr.* 1601. *Congreg. Concil. cenſuit. tam Theologi, quam pœnitentiarij Prębendam etiam poſtquam eſt effectum ſortita, non ſubiacere optioni. Et tradit Alex. Mon. de opt. c.* 3. *q.* 6. *a n.* 98. *dicens inueniſſe fuiſſe deciſum per S. Congr. Concil. in vna Mediol. & fuit dictum per Rotam in d. Lucana* 24. *Ian.* 1607. *Et non ſolum optari non poteſt Prębenda pœnitentiarij, aut Theologi, ſed nec titulus ſeu ordo eius, vt in ſequ. declar. S. Congr.* 7. *Iun.* 1601. *In cathedrali Vercel. ſunt* 24. *Canonici quorum duodecim ex deſignatione Epiſcopi ſunt ſacerdotes. ſexdecim, & alij ſex ſubdiaconi: ex conſuetudine illius Eccleſiæ canonici habent duplicem optionem, alteram prębendæ temporalis: nā canonicus retento titulo optat Prębendam temporalem nactam, alteram tituli nam inferioris ordinis canonici optant titulos ordinis ſuperioris: & ita diaconus poteſt optare titulum ſacerdotalem canonici ſacerdotis defuncti. Fuit dubitatum, an prębenda pœnitentiarij defuncti poſſit optari. Et Congreg. reſpondit non poſſe.* Nunc quæritur, *an ordo ſacerdotalis, cuius erat pœnitentiarius, poſſit optari a canonico ordinis inferioris, adeo vt prębenda pœnitentiarij debeat poſtea obtineri a canonic. ordinis inferioris. congreg. cenſuit non poſſe.*

Nec rurſus Pœnitentiarius, cui certa Prębenda
133 † eſt deputata, & vnita, poteſt optare aliam Prębendam retento ipſo officio Pœnitentiariæ, vt per Nauar. conſi. 14. de reb. Eccleſiæ.

134 Et non ſolum † retento, ſed nec etiā dimiſſo officio, vt in ſeq. declaratione ſuper d.c.8. ibi pœnitentiarius, nec retēto, nec dimiſſo officio, poteſt optare aliam prębendam, cuius officio fuit perpetuo vnitus vnus Canonicatus, & certa prębenda ex hoc decreto Cōcilij, & authoritate Apoſtolica vnio confirmata fuit. Et idem erit in Prębenda Theologali. *vt in declar. ſeq. S. congr. in vna Aſten.* 26. *Feb.* 1601. *congr. concilij cenſuit, obtinentem prębendam Theologalem*

non

*non eſſe admittendum ad ius optandi competens Canonicis.* Et poſthæc ita docet Gonçalez gl. 34. ex num. 78. & 80. vbi adducit iſtas declarationes. *Vt fuit dictum in Lucana 24. Ianuarij 1607. quamuis contrariæ ſententiæ libentius adhæreat Alex. Monet. de opt. c. 4 q. 1. à nu. 11. dicens melioribus niti rationibus & ſeruatam audiri Mediolanen. in Eccleſ. S. Nazarij, in qua qui prius Theologalem præbendam obtinebat, aliam optauit, ea ſimul cum onere & officio legendi dimiſſa, quæ deinde alteri collata fuit.*

In Eccleſijs tamen, vbi non optantur Præbendæ
135 † ſed præſtimonia illis annexa, vt in Cordub. præſtimonium, quod habebat Pœnitẽtiarius, ſeu Theologus, poterit ab alio optari, & rurſus Pœnitentiarius, vel Theologus poterit optare aliud præſtimonium, & ita ſeruatur in d. Eccleſia Cordub. & idem eſt in Canonicis Doctoralibus, & Magiſtralibus, qui non poſſunt optare alias Præbẽdas, nec ſuæ ab alijs, nec contrarium ſeruatur in dict. Eccleſia Corduben. quia ſolum optantur præſtimonia, & non Præbendæ, vt male ait Gonçalez ibi num. 83.

136 Et Præbenda prima † vacans poſt Concilĩ pro quo eſſet prius aſſignanda, an pro Theologo, an vero pro Pœnitentiario? vide ſecundam declarationem Sanctæ Congregationis infra adductam. num. 155.

137 His præmiſſis deueniendo † ad dubium propoſitum, quamuis in Hiſpania fuerint magnæ controuerſiæ inter Epiſcopos, & Capitula ſuper prouiſione Pœnitentiariæ, vt per Nauar. conſ. 11. ne Sede vacan. *alias* 20. *de Præb. & Molina de inſtit. tract.* 5. *diſp.* 31. *num.* 13. Reſoluendè dicendum eſt inſtitutionem officij Pœnitentiarij, & electionem perſonæ quandocumque faciendam, & non ſolum pro prima vice, ſed etiam quoties occurrent vacatio dicti officij, atque adeo prouiſionem officij Pœnitẽtiarij ad ſolum Epiſcopum ſpectare abſque interuentu Capituli, collationem autem Præbendæ vniendæ, vel vnitæ, ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat, vt colligitur ex d. decreto Concilij, & iam ſæpe Sacra Congrega-
138 tio declarauit, vt declarationibus ſeq. † prima Epiſcopo Aurien. 6. Octob. 1572. Officium Pœnitentiarij in Cathedrali per ſolum Ordinarium poteſt inſtitui, ad quem quoque pertinet electio perſonæ, quoties opus fuerit, pro exercẽdo tali officio, nec requiritur aliquis Capituli conſenſus. refert Zerola in praxi 1. parte verb. Pœnitentiarius §. 3. Secunda Epiſcopo Segobien. cum decreto Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. 8. caueatur, quod in omnibus Cathedralibus Eccleſijs, vbi id commode fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum vnione Præbendæ proximè vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur, dubitatur, an quoties occurrerit vacatio officij Pœnitentiarij, & per conſequens Præbendæ illi annexæ prouiſio illius pertineat ad ſolum Epiſcopum, abſque eo, quod Capitulum in aliquo ſe intromittere poſſit? Sanctiſsimus D. noſter, referente Congreg. Concil. decreuit inſtitutionem officij Pœnitentiarij, nec non electionem perſonæ Pœnitentiarij, quandocumque faciẽdam ad ſolum Epiſcopum pertinere abſq; conſenſu Capituli, collationem autem Præbendæ vniendæ, ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat die 21. Maij 1575. Tertia Sanctiſsimus D. noſter Greg. XIII. cenſuit officium Pœnitentiarij, nec non eiuſdem perſonæ electionem quandocumque faciendam, & etiam quotieſcumq; occurrerit vacatio d. officij, ad ſolũ Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinere; collationem autem Præbendæ vniendæ, vel vnitæ, ab illis fieri debere, ad quos antea pertinebat, & talis deputatio, & inſtitutio nõ habet locum in Canonicatibus, & Præbendis S. Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruatis, & affectis.

Et alias Epiſcopo Segobien. ſic reſcriptum eſt. *Et refert licèt diminute Azened. d. conſ. 7. nu. 33.* Pro parte
139 Capituli dubitatum fuit circa collationem Præbẽdæ Pœnitentiarij, quia Capitulum prætendit, quod debeat fieri ſimul, quoniam antea collatio etiam erat communis, prout etiam poſt Concilium fuit communis; nam in prima erectione Pœnitentiarij prima collatio, quæ fuit facta, fuit celebrata inſimul, vnde ita etiam inſimul dicebat debere celebrari, quoties in poſterum contingeret vacare. Congreg. Concilij cenſuit, ita obſeruandum, vt ſi vacatio contigerit in menſe Apoſtolico, ad Summum Pontificem, vel ad eum, qui indultum habeat in menſibus Apoſtolicis; ſi in menſe ſolius Epiſcopi, ad Epiſcopum ſolum; ſi in menſe communi, ad Epiſcopum, & Capitulum communiter ſpectet.

Quæ declaratio de ſola collatione Præbendæ loquitur, & non de electione perſonæ, & Epiſcopo
140 Abul. ſic reſcriptum eſt. An vacante Canonicatu, & Præbenda Pœnitentiarij, de eis prouidere debeat ſolus Epiſcopus, quamuis teneat Capitulum ſimultaneam cum Epiſcopo collationem, vel ſufficiat, quod voto Epiſcopi vnum, aut duo vota accedant, vt perſona per eum electa admittatur ad poſſeſsionẽ? Congregatio cenſuit electionem Pœnitentiarij quandocumque faciendam ad ſolum Epiſcopum abſq; conſenſu Capituli pertinere; collationem autem Præbendæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat. Et ita in alijs pluribus cauſis reſponſum eſt. *Et tradit addit. conſ. Nauar. ſupra & poſt hæc Salazar de Mendoça d. libell. de inſtit. canon. panit.* §. 2.

139 Et quod Pœnitentiarius † eligi debet ab Epiſcopo ex declaratione Sacræ Congregationis Concil. tradit Zecchus ſup. & ita ex declaratione Sacræ Congregat. reſoluit Rota in cauſa Abulen. Canonicatus Pœnitentiariæ 17. Aprilis 1589. coram Illuſtriſsimo Mantica, in Maioricen. Canonicatus 15. Nouemb. 1593. coram Domino Millano, ſupra adducta, c. 1. num. 760.

140 Et deciſio in cauſa Abulen. † ſic ſe habet Deciſum fuit ex declaratione S. Cõgregationis Concilij Tridentini interpretum electionem perſonæ Pœnitẽtiarij ad ſolum Epiſcopum pertinere, collationem vero Præbendæ communem eſſe Epiſcopi, & Capituli, ſicuti ex ſtatuto Eccleſiæ diſpoſitum eſt, quod etiam à iure communi eſt conſtitutum ſecundum receptam DD. opinionem, & à Rota comprobatam. Caſſad. deciſ. 22. de Præben. non obſtat, quod declaratio S. Cong. debeat habere locum in primæua tantum officij inſtitutione, ne alioqui Præbendæ collatio, quę eſt communis Epiſcopi, & Capituli, reddatur fere eluſoria. argum. capit. ſi ciuitas. de ſententia excomm. l. 6. gl. in cap. quamquam. de vſuris. eodem l. Anch. conſ. 221. num. 3. Alexand. in l. ſi cum dotem num. 18. ff. ſoluto matrim. Cravetta conſ. 118. num. 24. & 135. num. 25. quia cum illa declaratio aperte dicat electionem Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum pertinere, non ſolum ex primæua huius officij inſtitutione, ſed etiam quãdocumq; pro tempore vaca-

re

re contigerit, nobis non licet eam infirmare, c.cum inferior. de maiorit. & obedien. l.nam magiſtratus ff.de recept.arbitris l.ille quo. §.tẽpeſtiuum.ad Trebel.neque eſt neceſſarium quod Concilium deroget ſtatutis,& concordijs,quoniam ſufficit derogare iuri communi, quod eandem continet diſpoſitionem. Neque etiam obſtat Concilium Prouinciale, quia, cum non appareat illud eſſe conſummatũ à Summo Pontifice, non poteſt Epiſcopo auferre facultatem eligendi perſonam Pœnitentiarij contra diſpoſitionem Concilij Trid.capit.quod ſuper his,& ibi Abb. & alij de maiorit. & obed.Gemin. in cap.ſi modum niſi 17.diſt. & ita in cauſa Toletana Canonicatus in collatione Præbendæ lectionis S. Scripturæ fuit reſolutum coram Illuſtriſſimo Aldobrandino 18. Maij 1584.multo minus refragatur,quod dicitur,ita fuiſſe vſu receptum, quia adducitur vnicus actus Vicarij, qui ſine ſpeciali mandato non potuit acceptare decretum conſtitutionis ſynodalis,& Epiſcopo præiudicare, quoniam male agere non eſt ei cõmiſſum, Paul.conſ.348. ſub num.1.l.1. Decius conſ.143.ſub num.3. & multo minus potuit facere præiudicium ſucceſſori, quia nec ipſe Epiſcopus ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ potuit ei nocere. capite veniens,& ibi notatur.de tranſactio.nec ad rem facit obſeruantia, quæ deducitur in Canonicatibus Magiſtralibus, Doctoralibus,& Sacræ Scripturæ,quia de his non loquitur Concilium,& conſuetudo eſt ſtricti iuris,tantam habens potentiam quantam ei vſus conceſſit,& nihil amplius. l.quod vero contra,& l.quod non ratione.ff.de legibus. Baldus in capite primo,collatione quarta in fine. qui feudum dare poſſunt, Ripa in l.Centurio, num.91.de vulg. Socinus Iunior.conſil. 101.num.3.lib.2. & conſil.4.num.35. lib.4. & ideo conſuetudo debet probari in caſu, de quo agitur, vt tradit Paulus Caſtren.conſ.340. ad finem l.b.2. Ripa reſponſ.lib.2.cap.25.num.17. Purpuratus conſil. 512.num.9.& 10. Crauetta conſ.241. num.20. verſic.ad tertium de conſuetudine. Quare,cum in electione Pœnitentiarij de qua eſt controuerſia,huiuſmodi conſuetudo non probetur,Concilium Triden. quod ſecundum declarationem S. Congregationis ſoli Epiſcopo eligendi tribuit facultatem debet obſeruari. Præterea, cum hæc conſuetudo ſit contra ius, non poteſt induci,niſi ſpatio 40. annorũ ſit præſcripta. cap.vltimo cum gloſſa. de conſuetudine, & ibidem tenent omnes, vt teſtatur Aretin. conſil.44. num.1.& ſequitur Alexan.conſ.68.num.7.l.2. Curtius Senior conſ.79. circa fin.Socin. Senior.conſ.26. num.19.l.2. Put.deciſ.15. num.4.l.3. quare concluſum fuit,electionem Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum pertinere, ſed an concurſus ab eo fieri debeat. Domini dixerunt recurrendum eſſe ad S. Trident. Concilij Congregationem.

Et ita D. Petrus Fernandez Terminius Epiſcopus Abulen.obtinuit executoriales contra Capitulum.

141 Et in vna Oſcen.† Canonicatus 1.Februa.1593. coram Illuſtriſſimo Seraphino fuit reſolutum,quod ☞ ſtante erectione officij Penitentiarij per Epiſcopũ facta cum vnione Præbendæ primo vacaturæ, Capitulum ad quod collatio ſpectabat,non potuit prouidere de primo vacante,cum nõ vacaret ſtante vnione,quæ ſtatim ſortita eſt effectum. Oldrad.conſ.257. quæ fieri potuit non obſtante,quod prouiſio ſpectaret ad Capitulum, Rota deciſ.1, de officio Legati in nouis,Rebuff.de vnio.num.26.& Epiſcopus potuit, cum vacauit prima Præbenda, eligere Pœnitẽtiarium qui remittendus erat ad Capitulum pro collatione obtinenda, vt fuit reſolutum in S.Congregatione: & quamuis debuiſſet remittere ad Capitulum,tamẽ non ideo, quod non remiſit ad illud, annullatur electio,vt fuit dictum in Caſalen. coram Oriolen.quod annullata inſtitutione, non ideo annullabatur præſentatio, & regul.8. Gregorij Decimitertij quæ excipiebat Beneficia, de quibus fuit diſpoſitum,nõ capit hoc,cum de eo ſatis dicatur diſpoſitum per vnionem prius factam, & iſtud ius ex electione prædicta competens præſeruatur per clauſulam, dummodo non alteri ius quæſitum. Et Oſcen. indulti infra relata num.163.

142 Et in cauſa † Tarraconen. Canonicatus ſeu officij Pœnitentiarij 5.Iun.1596.coram D.Corduba fuit ☞ reſolutum, tam erectionem Pœnitentiarij, quam vnionem Canonicatus, & Præbendæ, ſolius Epiſcopi arbitrio relinqui per Concilium ſeſſ.24. de reform. cap.8.ibi, ab Epiſcopo inſtituatur. vnde ſolus Epiſcopus abſque vllo Capituli conſenſu potuit prædictum officium erigere,vt ſæpius cenſuit Sancta Congregatio, nec vlla opus eſſe confirmatione Apoſtolica, vt clare Concilium diſponit, & S.Congregatio cenſuit, & ſic nominationem Pœnitentiarij, ac vnionem Præbendæ vacaturæ ab Archiepiſcopo ſucceſſore factam. & à Papa confirmatam non habere locum,cum facultas erigendi Pœnitentiarium à Concilio Epiſcopis conceſſa, per primam erectionem, ac vnionem, expirauerit ad l.boues §. hoc ſermone. de verb. ſignific. nec obſtare confirmationem Apoſtolicam, cum in ea non ſint Papæ narratæ erectio, & vnio antea facta,& ſic ſit ſurreptitia & ſic etiam non obſtare clauſulam, ſublata, & decreti irritan. aliaſq; prægnantes in confirmatione appoſitas, cum regulentur à principali diſpoſitione, & ſic ſtante nullitate gratiæ nil operentur,&c.

143 Et quamuis † in Concilio Prouinciali Compoſtellano act.3. decr.32. ſtatuatur quod prouiſio Pœnitentiariæ fiat præuio edicto, & concurſu,id tamen non videtur vſu receptum, nec id ſeruant Epiſcopi, ſicut nec alia pleraque declarata illius Concilij,& licèt Rota in d. Abulenſ. id remiſerit ad S. Congregationem, an concurſus ab Epiſcopo fieri debeat ad Pœnitentiariam, concludendum videtur, eum non requiri, nam Concilium ſolum ad Parochiales requirit concurſum, & ita dicitur in dict.executorialibus. *Abulen.& ſequitur Salaſar d.§.2.& nouiſſime Zavallos lib.4.q.1. ſeu 897.ex nu.485. & fuit reſolutum in d.Oſcen.indulti 19.Nouemb.1603. coram Illuſtriſſ. Millino, vt in ſeq.deciſ.125. Et non ſolum collatio, ſed etiam præſentatio in Canonicatu, & Præbenda pœnitẽtiariæ præſeruatur capitulo,ſeu alijs,ad quos alias ſpectabat dummodo præſentatio fiat de electo ab Epiſcopo, vt in vna Zamorenſ. declaravit S.Congreg. in declar.ſeq. Cum Congreg.declaraverit,electionem perſonæ pœnitentiarij eſſe faciendam ab Epiſcop. collationem vero Præbendæ ad eos pertinere, ad quos antea ſpectabat, capitulum Zamorenſ. poſtulavit declarari an ſicut præſeruata collatio eſt, ita etiam ſit præſeruata præſentatio, quam habet capitulũ de d.Eccl. Præb. Congr.cenſuit idem in præſentatione & in collatione ſed tamen referendum Sanctiſſimo,qui probavit ſententiam Congregationis,dũmodo præſentatio fiat de electo ab Epiſcopo. Et idẽ erit in electione, vbi electio ſpectaret ad capitulũ, ſeu*

*alios*

*alicz, nam eadem eſt ratio de electione, ac præſentatione.*

*Et quamuis Epiſcopus ſit abſens, capitulum non poteſt ſe intromittere in electione pœnitentiarij, licet ad ipſum collatio ſpectet, vt in ſequ. declar. S. Congreg. Dubitauit Capitulum Burg. an ſaltem abſente Epiſcopo ad ſe pertineat electio pœnitentiarij, cum ad ſe etiam collatio pertineat, dictis declarationem Cong. quod ad ſolum Epiſcopum pertineat electio pœnitentiarij non habere locum, cum Epiſcop. abeſt, Congreg. cenſuit, electionem perſonæ pertinere ad ſolum Epiſcopum, vel eo abſente ad Vicarium ſuum, cui Epiſcopus in ſpecie deleganerit hanc facultatem, expenſis tamen ipſius Epiſcopi. Sed & ipſe Epiſcopus abſens poterit vbi eſt, eligere pœnitentiarium, non enim ad id eſt neceſſaria præſentia, ſeu exiſtentia in dioceſi: nam etiam extra dioceſim poteſt expediri, cum non ſit contentioſa, ſed voluntaria iuriſdictionis, vt infra c. 8. à nu. 126.*

*Si tamen intra ſemeſtre a die notitiæ vacationis Epiſcopus per ſe, vel per Vicarium non eligeret pœnitentiarium, deuoluitur electio ad capitulum, cum ad Epiſcopum pertineat proprio iure, & Ordinario, ex Concilio, iuxta ca. 2. de conceſſ. Præben. & d. infra 10. p. c. 3. a nu. 33.*

144 Id autem † quod dictum eſt, electionẽ perſonæ Pœnitentiarij quandocumque faciendam ad ſolum Epiſcopum pertinere, non procedit vbi officium pœnitentiarij, & vnita præbenda vacat in menſe Apoſtolico, vel adeſt alia reſeruatio, ſeu affectio, nã tunc ad Papam pertineret ratione reſeruationis, & ita per S. Congregationem Concil. reſponſum eſt Epiſcopo Salamantino, & Tiraſonen. his verbis, cũ Sanctiſſimus, referente Congregatione, declarauerit, inſtitutionem officij pœnitentiarij, nec non electionem quandocumque faciendum ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu capituli pertinere, collationem autem præbendæ vniendæ ab illis fieri debere, ad quos antea ſpectabat, quæritur ſi officij Pœnitentiarij, & vnitæ Præbendæ vacatio contingat in menſe Apoſtolico, vel alias præbenda eſſet reſeruata, vel affecta, an electio perſonæ huiuſmodi pœnitentiarij pertineat ad Epiſcopum, vel ad ſanctiſſimum D. noſtrum Congregatio Concil. re bis diligenter diſcuſſa, citatis etiam procuratoribus Epiſcoporum quorum intereſt, & eorum viſis allegationibus, cenſuit pertinere ad ſuam Sanctitatem.

Et fuit reſolutum per Rotam in d. Maioricen. canonicatus adducta d. cap. 1. nu. 760. quæ eſt videnda, & ibi dicta, & poſthæc tradit Gonçalez gloſſ. 9, §. 2. à nu. 84. Et *Salaçar de Mendoça d. §. 2. & 3. & noviſſime Cenallus lib. 4. q. 1. ſeu 897. nu. 488.*

Ex quibus infertur, quod occurrente vacatione
145 Pœnitentiariæ † Sede Epiſcopali vacante, Capitulũ non poterit illam prouidere, & pœnitentiarium eligere, eſto collatio præbendarum ſit communis Epiſcopi, & Capituli, vel etiam ſolius Capituli, ex quo electio perſonæ, & prouiſio officij pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum ſpectat, vt dictum eſt, & Capitulum Sede vacante non ſuccedit in prouiſione Beneficiorum, ad Epiſcopum ſpectante, cap. illa ne Sede vacante, & dicetur infra cap. 7. & cenſuit S. Congregatio ſuper d. cap. 8. ibi ab Epiſcopo inſtituatur ſolo, abſque conſenſu Capituli, & etiam, ab eodem ſolo eligatur, & licet vacaret Sedes Epiſcopalis, Cap. nihil poteſt, etiam quod eo tempore pœnitentiarius moreretur.

Sed eius prouiſio, & electio pœnitentiarij ſpecta-
146 bit † ad Papam priuatiuè, ſtante reſeruatione reg. 2. Cancellariæ de Benef. ad collationem, præſentationem, electionem, & quancumque aliam diſpoſitionem liberam Epiſcoporum pertinentibus, vacãtibus de tempore vacationum Epiſcopatuum, de qua ſup. cap. 1. à num. 221.

Ad quod faciunt tradita d. ca. 1. ex num. 754. vbi
147 diximus † in pœnitentiaria alternatiuam intrare etiam in Eccleſijs, vbi collatio præbendarum eſt cõmunis Epiſcopi. & Capituli, vel ſolius Capituli.

148 Ceſſante vero dicta reſeruatione † reſeruaretur futuro epiſcopo, niſi Papa præueniret. *dec. illa, et ibi electores, Rot. deciſ. 442. p. 1. diuerſ. nu. 4. cum alijs, & refert & ſequitur prædicta Salaçar de Mendoça d. §. 2.* Et facit etiam in propoſito ſequens declaratio S. Congregationis Conc. præbenda pro pœnitentiario a capitulo Sede vacante aſſignari non poteſt, ſed ab Epiſcopo hoc præſtandum eſt, cap. 2. ne Sede vacante,
149 Quamuis iſta † declaratio videatur loqui in prima aſſignatione prębendæ pro pœnitentiario, & procedit vbi non fuerat per Epiſcopum pœnitentiarius inſtitutus, & electus cum vnione prębendæ proximè vacaturæ iuxta dictum decretum Concilij.

150 Nam alias rectè † poſſet Capitulum Sede vacãte aſſignare, & conferre pœnitentiario antea inſtituto, & electo primam præbendam vacantem in mẽſe ordinario, vbi collatio præbendarum erat communis Epiſcopi, & Capituli, vel ſolius capituli, quo caſu Capitulum ſede vaçante poteſt conferre c. apit. vnico. ne Sede vacan. in 6. & non intrat reſeruatio d. regul. 2. & etiam vbi collatio præbendarum eſſet ſolius Epiſc. ſecluſa reſeruatione d. reg. 2. ex quo collatio talis præbendæ erat debita pœnitentiario, atque adeo neceſſaria, in qua ſuccedit capitulum Sede vacante vt dicetur infra d. c. 7. à nu. 55. *Sed quod vacante pœnitentiaria Sede Epiſcopali vacante, electio & collatio pertineat ad Papam, etiam ſecluſa reſeruatione, & non ſit reſervãda futuro Epiſcopo, videtur declaratum a S. Congregat. & approbatum a Papa, vt in ſequ. declaratione, Vacante ſede Epiſcopali Genuen. vacauit Canonicatus & Prebenda pœnitentiarij eiuſdem Eccleſiæ, dubitatum fuit, ſtante decreto Congreg. quod electio perſonæ pœnitentiarij ad Epiſcopum pertineat ſine conſenſu Capituli, ad quem ſpectat collatio d. præben. & electio perſonæ i. an ad capitulum, quod ſede vacante ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopali; an ad Sanctiſ. vel ad futurum Epiſcopum, congreg. cenſuit, decretum pœnitentiarij, quod ad Epiſcopum electio perſonæ pœnitentiarij pertineat, non procedere, quãdo Canonicatus pœnitentiarij vacauit ſede Epiſcopali vacante, quia tantum Papa ordinarius ordinariorum, & Epiſcopus Epiſcoporum ſibi debet talem electionem vendicare. Sanctiſſ. hanc ſententiam Congreg. ſibi relatam approbauit quod electio & collatio ſede Epiſcopali vacante, neque ad capitulum, neque ad futurum Epiſcopum, ſed ad ſedẽ Apoſtolicam pertineat. Neque huic deciſioni obſtat doctrina Rebuffi in praxi benef. tit. de deuolut. nu. 63. ibi, Poterit ergo capitulum creare pœnitentiarium, quia loquitur de cõfeſſario ſimplici conſtituendo a capitulo, quod ſede Epiſcopali vacante poſſit abſoluere in caſibus Epiſc. reſervatis, cuius officium creato Epiſcopo expirat, & nullam prębendam annexam habet: ſecus eſt in pœnitentiario ad præſcriptũ concilij, cuius deputatio cum annexione prębendæ ab ſolũ Epiſcopũ pertinet ſine conſenſu capituli. Quæ deciſio conſonat alijs adductis infra 9. p. c. 2. n. 115. & 116. vbi dico, quod iſtæ deciſiones non erant ſatis iuri conformes.*

Infertur etiam ex dictis pœnitentiariam poſſe re-

ſignari,

151 ſignari, † ſicut alias Præbendas, etiam in fauorem alterius, dummodo habeat qualitates requiſitas, & dari in coadiutoriam, & ita ſeruatur. *Et refert Salaçar de Mend. §. 3, dicens, Romæ haberi pro conſtanti & recepto, & nouiſſime tradit Cenal. d. quæſt. 897. à nu. 485. & 489. dicens, poſſe etiam ſuper ea imponi penſionem, prout tradit factum in pœnitentiario Toletano.*

152 Et de qualitatibus † requiſitis in Pœnitentiario vide dicenda infra 7. part. cap. 4. à num. 32. & cap. 7. num. 49.

153 Secundo dubitatur † de Prebenda lectuꝛę ad cuius diſpoſitionem, & prouiſionem pertineat.

154 In quo præmittendum † eſt decreto S. Concilij Tridentini ſeſſ. 5. de reform. c. 1. ſtatutum eſſe, quod in Eccleſijs, in quibus Præbenda aut præſtimonium, ſeu aliud ſtipendium pro lectoribus S. Theologię deputata reperiunt de cætero, non niſi perſonis idoneis, & quæ per ſeipſos id munus explicare poſſint, conferantur, & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida, in Eccleſijs autem Metropolitanis, vel Cathedralibus, ſi ciuitas inſignis, vel populoſa, ac in Collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido etiam nullius Diœceſis ibi Clerus numeroſus fuerit, vbi nulla Præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi deputatum reperitur, Præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis prima vacatura, cui onus incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuo conſtituta, & deputa intelligatur, &c.

155 Nihilominus tamen ad hoc, † vt talis præbenda primo vacatura ſit Theologalis, & in Theologalem maneat erecta, requiritur actualis deputatio ex declaratione Papæ, & S. Congregationis, vt in declara-

☞ tionibus ſequentibus Congregatio Concilij cenſuit Sanctiſſimo approbante illius ſententiam ad erectionem Præbendæ Theologalis requiri actualem deputationem. Et ideo, ſi in prouiſione Præbendæ non fuit facta actualis deputatio, non poſſe prouiſum cõpelli obire munus lectuꝛæ. Alia, Præbenda, quæ primo poſt confirmationem Concilij vacauerit, & ipſo facto eiuſdem Concilij decreto huius Capituli, verſiculo in Eccleſijs autem, pro lectore Sacræ Scripturæ perpetuo conſtituta, & deputata intelligitur, ſi collata fuerit ad id munus inhabili per ſe explicare, an inualida ſit? Sanctiſſimus ſentiens hoc decretum Concilij eſſe conditionale, requirique prius declarationem, & actualem deputationem Epiſcopi, vt illa Præbenda ſit Theologalis, reſpondit valere collationem Præbendæ, quæ primo Concilium vacauit ſacram perſonæ minus idoneæ ad ſacram ſcripturam per ſeipſum interpretandam, ſi nondum illa Prębenda actu fuerit deputata, & erecta in Theologalem, nec eſt in optione Epiſcopi Præbendam vacantem aſſignare pro Pœnitentiario, licet ratione Curæ animarum videatur magis neceſſarius, ſed propter verba huius decreti ipſo facto, verum ſi magis expediẽs in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, vt prius de Pœnitentiario prouideatur, habenda eſt confirmatio in ſpecie à Sancta Sede Apoſtolica, ad omnem difficultatem tollendam.

156 De quo alias † S. Congregatio cenſuit, quod ſa-

☞ tisfit Concilio etiam Theologiam ſcholaſticam legendo, quia Conciliũ indifferenter loquitur de ſcriptura, & Theologia, & facit cap. 1. quia nonnulli, de magiſtris, &c. nec multum diſcrepat Conciliũ prouinciale Compoſtellanum actione 2. decreto 36. vbi dicitur, quod dummodo ſub aliquo ſcripturæ loco verſetur, lectio poterit ad morales caſus, & dubia ſcholaſtica ſe interim conuertere, & Concilium Prouinciale Toletanum act. 2. decreto 28.

157 Cenſuit etiam S. Congregatio, † quod de tempore & hora, & materia ſcripturæ, & Theologiæ, quæ in Sacra ſcriptura continetur, ſuper qua legendum ſit, relinquitur arbitrio Ordinarij, & quod poteſt ipſe lector vacare à lectione tribus menſibus Iulij Auguſti. & Septembr. conſonat d. Concilium Compoſtellanum d. actione 2. decreto 36. & 39.

158 In concordia tamen facta † inter Epiſcopos, & Capitula dictæ Prouinciæ Compoſtellanæ confirmata à Pio V. quæ habetur ad finem dicti Concilij impreſſi Salamanticæ anno 1594. dictum cap. 36. vbi cauetur, quod deputatus ad legẽdum S. Scripturam legere debeat tempore, & loco, ac materiam ab Epiſcopo deſignandam, declaratur id fieri ſaltem de-

☞ conſ. cap. &c.

Cenſuit etiam S. Congregatio, quod non poteſt compelli lector, ad ponendum ſubſtitutum quando

159 ex cauſa † infirmitatis ſanabilis impeditur, quominus per ſe ipſum legere valeat, ea vero, caſu quo quis eſſet ſubſtituendus, electio ſubſtituti ad Epiſcopum ſpectat. Alia de Canonico Theologo, ſeu lectore vide ſup. 3. p. cap. 2. num. 118.

His præmiſſis, ad dubium propoſitum deuenien-

160 do, diſtinguendum † eſt inter Præbendas Theologales ſeu lecturę erectas, & deputatas ante Concilium, & inter Præbẽdas Theologales, ſeu lecturæ, erectas, & deputatas poſt Concilium ex dicto decreto.

Et quod attinet ad erectas, ante Concilium, cer-

161 tum eſt ſeruandum † eſſe, quod ante Concilium, & earum collationem, & prouiſionem, ab illis fieri deberet, ad quos antea ſpectabat, cum Concilium in hoc nihil diſponat, ad l. commodiſſime ff. de libert. & poſthum. Et ita cenſuit S. Congregatio vt in ſeq. declaratione ſuper d. c. 1. ibi conferantur, à quo autem hæc collatio fieri debeat, Concilium non expreſſit, quare pertinebit ad eum, ad quem antea ſpectabat. Et in d. declarationibus ſtatim adducen.

162 Quod vero † attinet ad Præbendas Theologales erectas poſt Concilium S. Congregatio cenſuit electionem perſonæ, ſeu lectionis, ad ſolum Epiſcopum ſpectare, collationem autem Prębendę ad illos, ad quos antea ſpectabat, vt in ſeq. declarationibus ſu-

☞ per d. cap. 1. ibi conſtituta, & deputata intelligatur, cuius collationem reliquit illis, ad quos de iure ante Concilium ſpectabat collatio eius Præbendæ, quæ deinde ex hoc decreto Concilij fuit erecta in Theologalem, electio vero ſoli Epiſcopo competit, quia à Concilio in hoc decreto, cum de ſubſtituto deligendo agitur, ſoli Epiſcopo datur electio, adiuuat exemplum Pęnitentiarij, licet ſit conceptum alijs verbis. Secũda, electio lectoris ſoli Epiſcopo competit, nec ſucceſſori præiudicium fit, ſi aliter per prædeceſſorem fuit ſeruatum, & id intelligendum eſt de his Canonicatibus Theologalibus, qui erecti nõ ſunt ante Concilium, ſi vero erecti eſſent ante Concilium, ſeruandum eſt, quod ante Concilium. Tertia, hoc decretum habet locum etiam in Eccleſijs Collegiatis, quarum Præbendæ ſunt de iure patronatus laicorum, vt deputetur Prębenda primo vacatura concurrentibus omnibus requiſitis, prout in preſenti,

& per-

& perſona non erit nominanda ante vacationem, & electio perſonæ ſpectabit ad Epiſcopum, collatio vero, ad quem legitime ſpectabat ante deputationem prædictam. Quod non aduertit, nec diſtinxit Gonçalez gloſſa 9. §. 2. à nu. 81.

163 Et in vna † Oſcen. indulti 10. Decemb. 1599. & 5. Decemb. 1601. coram D. Milli. fuit reſolutum. ius quod tribuit Concil. Trid. Epiſcopo eligendi, ſeu nominandi lectorem, & Pœnitentiarium, cui fiat collatio ab eo, ad quem ſpectat ius conferendi, eſſe conſiderabile, & tale, vt in eo habeat locum reg. de non tollen. iure quæſi. tanto magis cum iſtud ius ſit perpetuũ, & iuriſdictional. & reg. præferuet ius quodcumque etiam minimum, vt fuit reſolutum in cauſa Burgen. iuris ſepeliendi 10. Iunij 1575. corã Cæſ. de Graſ. & in Cæſarauguſt. exemptionis 13. Iunij. 1594. coram Seraph. cuius regul. requiritur ſpecialis derogatio, etiam quod Papa intellexerit præiudicium vt fuit reſolutum in d. cauſis & alijs. Nec obſtat, quod reg. non habet locum, quando tollitur ius cõpetens ex diſpoſitione iuris communis, quia etiã in hoc caſu eſt locus reg. Sarnen. ubi quæſt. 6. Puteus deciſ. 31. l. 1. Ptolomæus 81. Peregrinus 24. lib. 2. niſi verſemur in gratia exemptionis, vnionis, vel alia ſimili de ſui natura præiudiciali, in quibus terminis procedit dec. Caſſad. 1. de priuileg. & in cauſa nullus de Stepa, coram Seraphino, neque etiã obſtat, quod reg. habet ſolum locum in iure radicato, & perfecte quæſito, quia ius nominandi ſuccedente vacatione, eſt plene, & perfecte quæſitum, & ſufficit, quod tollatur ius in ſpe habens cauſam de præterito. Sarnen. quæſt. 4. n. 14. 2. caſu. Put. deciſ. 4. ſuper eadem regul. *Et idem fuit tentum in eadem coram eodem 1. Iul. 1602.*

164 Et id videtur procedere, quando talis Præbenda vacaret in menſe ordinario, nam ſi vacaret in menſi Apoſtolico, vel alias eſſet reſeruata, ſeu affecta electio perſonæ, & collatio ſpectaret ad Papã ſicut dictum eſt in Pœnitentiaria, licet contra teneat Zerola dicens ſemper ſpectare ad Ordinarium tamen praxi Epiſcopali. par. 1. verb. Beneficium. §. 3. d. 4. & verbo præbenda Theologalis. §. 4. vt ſupra cap. 1. nu. 532.

165 *In regnis tamen Coronæ Caſtellæ, & Legionis* Præbendæ iſtæ lecturæ erectæ, & inſtitutæ ex d. decreto Concilij in quocumque menſe vacent, prouidentur per Epiſcopos, & Capitula ad inſtar Canonicatuum Doctoralium & Magiſtralium, de quibus ſtatim dicemus, & ita obſeruatum eſt, ex quo erectæ & inſtitutæ ſunt. *Et inſtitutæ ſunt, quamuis in prima prouiſione huius Præben. Eccleſiæ Toletanæ de anno 1566. gubernator Archiepiſcopatus contradixit, & reclamauit, prætendens ad eum ſolum pertinere. Sed Rex Philippus II. ad quem fuit habitus recurſus pro parte Eccleſiæ, ordinauit gubernatori, quod deſiſteret ab iſta prætenſione, prout deſitit, refert Salaçar de Mendoça* §. 4. Et ita videtur ſupponi per Concilium Prouinciale Compoſtell. act. 2. decreto 34. & Tolet. licet non tam clare act. 2. decreto 28. verſic. & vt ea, vbi ſtatuitur prouiſionem etiam Præbendæ lecturæ debere fieri præuio edicto, & examine in concurſu, &c. quæ conſuetudo. 40 annis præſcripta valebit, ſaltem in non reſeruatis c. fin. de conſuetud. & ibi Dd. cum alijs.

166 Quamuis in vna † Toletana Canonicatus lecturæ coram Sanctiſſimo Clemente VIII. tunc Rotæ auditore, fuit reſolutum in ea, nec Bullam Sixti IIII. nec Leonis X. locum ſibi vendicare, *prout etiam vide Azeu. conſ. 39. num. 26.* vt in ſequent. deciſionibus. *Et hanc deciſionem refert Genuen. in praxi cap. 89. in annot. num. 20.*

## *Toletana Canonicatus 22. Iunij 1583. coram D. Aldobrandino.*

☞ VAcante Canonicatu lectionis S. Scripturæ Eccleſiæ Toletanæ Capitulum 14. Nouem. 1578 decreuit apponenda eſſe edicta, vt qui voluerint ſe opponere, poſſint cum termino 60. dierum incipiẽ. 15. eiuſdem menſis Nouemb. in termino comparuerunt plures qui ſe oppoſuerunt, & inter alios Don Gabriel de Cardenas, & Lupus Bartio, & die 23. Februar. Capitulum deuenit ad vota, & ſingulis Canonicis delatum fuit iuramentum de eligendo illum, quem iudicabit magis idoneum, & ſufficientem; prima vice qua votarunt, habuerunt plura vota, & æqualia, Petrus Martinus. Lupus Barrio, & Don Gabriel. Secunda vice, in qua actum fuit de illis tribus, plura, & æqualia habuerunt Don Gabriel, & Lupus, Tertia vice, in qua de his duobus tantum egerunt Canonici, ambo habuerunt æqualia vota, nempe ſinguli 17. vnde dum votaretur, an negotium eſſet remittendum ad aliam diem, vel illico tradenda poſſeſſio D. Gabrieli, vt nobiliori, plura habuit vota D. Gabric. quod ſibi traderetur poſſeſſio, prout tradita fuit; verum, quia pro parte Lupi fuerat appellatum, & introducta lis, quæ tandem fuit commiſſa in Rota, prætendebat Lupus ſe præferendum eſſe, eo, quia probauit per teſtes ſe magis idoneum, & aptum ad munus huiuſmodi lectionis, & tanquam talem, vel præferendum ratione conſtitutionis ſynodi Prouincialis editæ de anno 1566. vel ſaltem vigore Motus proprij Leonis X. negotium forte dirimendum, vice verſa prætendebat D. Gabr. ſe omnino virtute Bullæ Sixti ratione maioris nobilitatis præferendum, dubitaui itaque ſupradicta die an in caſu, & ad effectum, de quo agitur, intret diſpoſitio Sixti, vel potius d. ſchedulæ Motus proprij Leonis, ſuper qua non apparent expeditæ literæ, vel d. conſtitutionis ſynodalis? Domini autem concluſerunt in caſu, de quo agitur, nec Bullam Sixti, nec Motum proprium Leonis ſibi locum vendicare, ratio fuit, quia ambæ conſtitutiones, ſiue diſpoſitiones loquuntur de Canonicatibus Doctoralibus inſtitutis à Sixto, qui conferri debent Magiſtro, vel Licentiato in Theologia, & Doctori, vel Licentiato in altero iurium; vnde, cum hæc Præbenda longe poſtea ex decreto S. Concilij Tridentin. ſeſſ. 5. capit. 1. de reform. fuerit erecta pro lectore S. paginæ forma tradita circa collationem ſuperrectorum, non poteſt extendi, nec aretat Capitulum ad illam obſeruandam in collatione huius Præbendæ pro lectore S. Scripturæ nouiter erectæ, & conſequenter modus illam conferendi, & quæ qualitas ſit magis attendenda, vbi de prælatione vnius, vel alterius agitur, remanet in diſpoſitione iuris communis; vnde, cum S. Synodus Triden. ſolum mandet hanc Præbendam conferri idoneo ad hoc munus peragen. non autem arctet ad eligendum magis idoneum & non negetur, quin Don Gabriel eſſet etiam idoneus, & cum ipſe ſit in poſſeſſione Præbendæ huiuſmodi, non habe-

ret Lupus ius auocandi hanc Præbendam ab eo, ſi nihil, præter Bullam Sixti, & Motum proprium Leonis contra ipſum allegaret. Verum, cum ab eo allegaretur quoque conſtitutio Concilij Synodalis, ea clara eſt; mandat enim præfici eidem muneri illum, qui magis idoneus ad id explicandum viſus fuerit, alias factam prouiſionem irritat; cum itaque ſit eligendus ſecundum hanc conſtitutionem magis idoneus, & magis aptus, ad explicãdum hoc munus legendi, & teſtes omnes ſint cõcordes, quod D. Lupus eſt magis idoneus, qui bonas rationes adducũt, & id confirmatur ex articulis ipſiuſmet D. Gabrielis, qui quo ad hanc aptitudinem nunquam articulat ſe æqualem Lupo, maioritas enim idoneitatis inſpicitur reſpectu indigentiæ Eccleſiæ, vt eligatur, qui eſt vtilior Eccleſiæ, & quo Eccleſia magis indiget, Decius in cap. conſtitutis, num. 7. de appellatio. & reſpectu negotijs, de quo agitur, argumẽto eorum, quæ tradit Decius in cap. referente num. 8. de Præb. cum alijs allegatis, præſertim, cum conſtitutio habeat expreſſum decretum irritans capit. dilecto vbi Abb. de Præben. Caſſador. ſuper regul. deciſ. 12. nu. 5. cum ſimilibus an autem ſit attendenda hæc conſtitutio ab eo pendet, an quo ad eam fuerit neceſſaria confirmatio Sedis Apoſtolicæ, & quatenus fuerit neceſſaria, an ea adfuerit,

*In eadem 18. Maij 1584. coram eodem.*

IN cauſa Toletana Canonicatus dubitaueram. 22. Febr. 1584. an D. Lupo Barrio ſuffragaretur decretum Conc. Prouinciãlis celebrati de anno 1566. in quo. cap. 28. fuit ſtatutum, quod Præbenda lectionis S. Scripturæ daretur per concurſum magis idoneo, cum decreto, quod alias facta prouiſio ſit nulla? quæ difficultas a duabus pendet difficultatibus; prima, nũ hęc conſtitutio poſſit dici contra ius commune, & propterea indigeret confirmatione Apoſtolica? altera, an adeſſet talis confirmatio? quapropter ſupradicta die propoſui cauſam ſuper ius difficultatibus, & præcipue ſuper prima, & Dominj concluſerunt, conſtitutionem eſſe contra ius, conſequẽterque indiguiſſe confirmatione, & de confirmatione hucuſque non conſtare, quamuis enim ante factum iura clament, magis idoneum eſſe eligendum capit. licet 9. 8. quæſt. 1. ibi, vt ſciant omnes, & certi ſint quod, qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctor, qui ſanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligatur ad Sacerdotium. cap. illud. eadem quæſtione & cauſa. cap. quoniam. de iure Patron. ibi, ille præficiatur Eccleſiæ qui maioribus iuuatur meritis. cap. Metropolitano 63. diſtinctione in fine ibi, ex Presbyteris eiuſdem Eccleſiæ, vel Diaconis optimus ordinetur. cap. nihilominus 1. quæſt. 1. cap. 2. de officio cuſtodis ibi, vt ad hoc opus tales ordinentur, quales, & meliores, & ſanctiores eſſe viderentur, tamen electio facta de digno, omiſſo digniori, tenet cap. cum nobis olim. de electione. cap. niſi cum pridem § pro defectu. de renuntiatione cap. fin. de præſumptio. c. quia propter, iuncto c. cum in cunctis. de electione c. conſtitutis de appellat. cap. Monaſterium. 16. quæſt. 7. gloſſ. in d. cap. conſtitut. verb. magis & in cap. 3. de iure patron. & in d. cap. fin. de offic. cuſtodis Abb. in d. cap. conſtituus num. 63. Butrius, num. 15. Cardin. ſub num. 3. Præpoſitus ſub num. 2. Decius numer. 4. late Lambert. de iure patron. in 1. p. 2. l. queſt. 10. articul. 3. Soto de iuſtitia & iure lib. 3. quæſt. 6. articul. 2. in 8. concluſione, Couarruu. qui Canoniſtas, & Theologos cumulat in regul. peccatum in 2. parte §. 7. verſ. his demum. quod procedit, etiam ſtante iuramento de eligendo magis idoneo de cõſtitutis, vbi Cardin. num. 2, Præpoſ. num. 2. Couarruu. vbi ſupra verſ. 2. probatur; nam, & ſi eligens dignum, prætermiſſo digniori, multoties peccet, & aliquãdo etiam mortaliter, Decius in d. cap. conſtitutis num. 5. Soto de iuſtitia & iure. d. lib. 3. articul. 2 in 9. concluſione, Couarru. vbi ſupra verſ. igitur iura humana, & impediens, ne dignus eligatur, vel ne dignior eligatur, nonnunquam etiam ad reſtitutionem teneatur, Couarru. vbi ſupra in 3. & 4. concluſione, decretum ergo Concilij Prouincialis annullans electionem factam de digno, omiſſo digniori, contra ius dicitur, ex quo ius commune talem electionem approbat ob ſalutem reipublicæ, ne litibus omnia inuoluantur, prout fieret, ſi electio, vel collatio facta digno, omiſſo digniori, non teneret, vt ſupradictum eſt, & conſequenter non tenet ſine Papæ confirmatione capit. quod ſuper his. de maiorit. & obedientia & ibi Abbas in 2. notab. & Felinus late num. 2. cum alijs allegatis. Non obſtat, quod quando conſtitutio inferioris coadiuuat conſtitutionem Superioris, teneat, vt quando adijcit pœnam, vt per Felinum in cap. quod ſuper his. num. 9. verſ. fallit. 7. quia non applicatur; hoc enim non eſt coadiuuare diſpoſitionem iuris communis, ſed illi omnino obuiare, cum contrarium ſtatuatur eius, quod ius commune diſponit; ius enim commune expreſſe diſponit validam eſſe electionem factã de digno, omiſſo digniori, & conſtitutio, dicit illam inualidam; iura enim ob difficultatem perpenſionis, & æquilibrij meritorum cuiuslibet conſulendo, vt dicebam, quieti reipublicæ, ſtatuerunt validã eſſe electionem factam de digno, omiſſo digniori, ne inuoluatur vniuerſa reſpublica maximis, & acerbiſſimis litibus, quales ſunt illæ, in quibus de meritis hominum agitur; quotidie enim merita, & demerita cuiuslibet eſſent in foro ventilanda; & propterea, cum conſtitutio diſponat ſuper eo, quod diſponit ius cõmune, & contrarium ſtatuat, non tenet; quemadmodum enim dicitur contra ius conſtitutio Epiſcopi, quod electio facta, vno contẽpto, ſit nulla, eo, quia ius commune diſponit eam validam, licet ab initio dicat omnes vocandos, licet dicat illam caſſari poſſe Ioannes Andreas in additione ad Specul. titulo de electione. Imola in capit. ex tuæ. num. 11. de clericis non reſidentibus. Felynus in dict. cap. quod ſuper his. columna 7. in principio. ita pariter dicitur contra ius illa conſtitutio, quæ annullat electionem, quam ius commune diſponit validam eſſe, vt ſupradictum eſt, nec poteſt dici hanc eſſe conſtitutionem contra communem opinionem, non autem contra ius, quia immo iura ita diſponunt vt ſupradictum fuit, & maxima ratione per ea, quæ ſupra dicta fuerunt; neque facit, quod Superior poſſit adiuuare, vt melior eligatur; quia nihilominus, non obſtante iuramento, vt ſupradictum fuit, tenet electio de digno. Non obſtat quarta fallentia Felyni, quod teneat cõſtitutio inferioris, quando acceptatur à ſubditis, quia, vltra quod Felynus nulla deducit contra hanc concluſionem in dict. cap. quod ſuper his. in 4.

fallentia.

ſillentia num. 7. in facto non verificatur. Cum igitur Lupus docere debeat de cõfirmatione, de ea hucuſque ſecundum Dominos non docet, nam confirmatio Pij V. producta non eſt generalis, ſed particularis nonnullorum decretorum, inter quæ non eſt illud, de quo agitur; cum enim Capitula Eccleſiarũ Cathedralium conquererentur de nonnullis decretis d. Concilij, & per Illuſtriſſimum Cardinalem S. Marcelli tunc Nuntium Hiſpaniarum fuiſſent Capitula, & Epiſcopi reducti ad concordiam, & declarata quædam decreta dicti Concilij, & quædam alterata, hæc concordia confirmata fuit à Pio V. non autem apparet de confirmatione generali totius Concilij; non etiam in actis cõſtat Concilium iſtud fuiſſe tranſmiſſum ad Cardinales Sacræ Congregationis, nec, quod à Sacra Congregatione reuiſum fuerit, ſi autem aliunde pro parte Lupi prætendatur colligi poſſe confirmationem, de eo particulariter agetur.

167 Sed poſthęc ſcripta † vidi Hieron. Gonçalez ad regulam menſium gloſſa 9. §. 2. qui ex num. 81. agit an huiuſmodi Canonicatus, & Præbendæ lectionis ſacræ Scripturæ comprehendantur in reſeruat. reg. & reſoluit comprehendi; nam cum Concilium, dict. cap. 1. ſeſſ. 5. nihil de hoc diſponat, remanet ſub diſpoſitione iuris communis, & d. reg. quamdiu de aliqua lege ſpeciali, ſeu priuilegio aliud diſponente nõ doceatur l. commodiſſime. de liberis & poſth. cum alijs, & ad id adducit declarationem Sacræ Congregationis Concilij dicentem. Non comprehenduntur ſub hoc decreto Præbendæ vacantes in menſibus reſeruatis, nec talis deputatio, & cõſtitutio habet locum in Canonicatibus, & Præbẽdis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & affectis. Quæ tamen declaratio non loquitur de Præbendis Sacræ Scripturæ iam erectis, & deputatis, ſed de erigendis, & deputandis, vt patet ex ipſius verbis, & ita eam adduximus ſup. nu. 128. nihilominus inquit idem Gonçalez ibi nu. 86. ſe videre, quod communiter in Hiſpania in omnibus Eccleſijs Cathedralibus, immo & in nonnullis Collegiatis Canonicatus, & Præbendæ Theologales lectionis S. Scripturæ prouidentur per concurſum in quibuſcunque menſibus vacent indifferenter ac ſi eſſent Præbendæ Doctorales, & Magiſtrales & non conferuntur à Sede Apoſtolica ſicut cętera Beneficia reſeruata. Sed quo iure hoc fiat, ſe bene informatum non eſſe; veriſimile tamen eſſe, quod ſit aliquod indultum Apoſtolicum, aliter namque non ſeruaretur in praxi. Et quia Eccleſ. Metropol. Cæſarang. Clemens VIII. in erect. quam de illa fecit de ſtatu regulari in ſeculare anno 1603. conceſſit, quod prouideat per concurſum Canonicatum Doctoralem & Magiſtralem ad inſtar Regni Caſtellæ iuxta conſtitutionem Sixti IV. & Leonis X. & etiam Canonicatus S. Script. & Pœnitentiariæ, dummodo, ſi vacant in octo mẽſibus Apoſtolicis, ſit noua prouiſio obtinenda, vt ait num. 80. ex quo tamen non colligit adeſſe aliquod indultũ in Regno Caſtellæ, ſed potius contrarium, cum in eo abſolute prouideantur Canonicatus Sacræ Sacripturæ ad inſtar Doctoralium, & Magiſtralium, & nunquam obtineatur noua prouiſio, & ſi in Regno Caſtellæ eſſet indultũ ad id, non poneretur in d. indulto Eccleſiæ Cęſarauguſtanæ onus illud de obtinenda noua prouiſione, vel ſaltem, ait Gonçalez, pro vtilitate communi ex hoc reſultante Sanctiſſimos Pontifices maximos dictas prouiſiones minime ignorantes ex certa ſcientia tolerantes indulgere cenſeri; nam tolerantia Papæ, & Superioris inducit diſpenſationem, & actus validitatem. cap. quia circa. vbi gloſ. fin. in fin. de conſanguin. & affinitat. & ibi Butrius num. 7. Abb. num. 8. & cæteri, Iaſon. in l. rem non nouam d num. 4. vſque ad 8. C. de iudic. cum alijs. Sed certe ſuppoſito, quod d. Canonicatus cadant ſub reſeruationibus ex ſola ſcientia, & tolerantia Papæ, nõ inducitur indultum, aut diſpenſatio ad eos prouidendos, cum multa per patientiam tolerentur, &c. cap. cum iam dudum, de Præben. Abb. d. num. 8. *Felin. in c. 1. de tregua & pace, nu. 11. Conar. in 4. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 15. Suar. in Theſ. recept. ſentent. verb. diſpenſatio. nu. 84. Cuch. in inſtit. maior. lib. 5. tit. 13. à num. 26. Roieda de incomp. c. 17. num. 13. Alex. Mon. de diſtrib. p. 2. q. 12. nu. 46. & eſt communis fere omnium iuriſperitorum ſententia, vt per Tho. Sanch. plures citantem de matrim. lib. 8. diſput. 4. nu. 25. licet ipſe num. 26. probabilius exiſtimet contrarium, ſi cum poſſit facile contradicere, non contradicit, ſed tacet,* & dixi alias ſupra num. c. 1. nu. 565. & facit quod tradit Selua de Benefic. 3. p. quæſt. 10. 3. caſu nu. 15. vltra quod non ſatis conſtat de dicta ſcientia Papæ. Nec à reſeruatione excuſat non receptio, vt ſupradictum eſt num. 518. c. 1. num. 565.

168 Tertio dubitatur † de Canonicatibus, & Præbendis Doctoralibus, & Magiſtralibus, ad quorum prouiſionem, & diſpoſitionem ſpectent?

169 In quo breuiter † dicẽdum eſt per Bullam Sixti IV. & motum proprium Leonis X. in ſingulis Cathedralibus Eccleſijs Regnorum coronæ Caſtellæ, & Legionis erectum fuiſſe & inſtitutum vnum Canonicatum, & Præbendam pro Doctore, vel Licentiato in vtroque vel altero iure, qui dicitur Doctoralis & alterũ pro Magiſtro, ſeu Doctore, vel Licentiato in Theologia, qui dicitur Magiſtralis, ab Epiſcopo eius voto pro vno computato, & Cap. per vota ſecreta, præuio edicto propterea apponendo, de quo in d. Cõcilio Compoſtellano act. 2. decreto 34. ac publico examine, & iuramento, de eligendo magis idoneum ordinaria authoritate prouiden. vt in ſequen. Bulla Sixti IV. & ſchedula motus proprij Leonis X. ac literis ſuper eo expeditis vbi late ponitur forma in huiuſmodi prouiſionibus, & electionibus ſeruanda, & ſtatuitur, huiuſmodi Canonicatus ſub reſeruationibus non comprehendi, &c.

## *Bulla Sixti IV.*

SIxtus, &c. ad perpetuam rei memoriam, ereditam nobis regendæ militantis Eccleſiæ prouidẽtiam exequi coadiuuante Domino cupientes ad ea libenter intendimus, vt debemus, per quæ ſingulæ Orbis Eccleſiæ, præſertim Cathedrales, perſonarum vtilium fulcitæ præſidijs, ad altiſſimi laudẽ, & gloriam condignis honoribus, & venuſtatis proficiant incrementis, earumq; bona, & iura à quorumcumque occupatione conſeruari poſſint illæſa. Tandem pro parte venerabilium fratrum noſtrorum vniuerſorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac dilectorum filiorum Capitulorum Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Caſtellæ, & Legionis Regnorum nuper exhibita petitio continebat, quod ipſarum canonicatus, & præbendæ, tam

Apoſtolica, vigore gratiarum expectatiuarum ſpecialium, & aliarum reſeruationum, & alias, quam ordinaria authoritatibus propter inordinatos fauores per ſæpe conferuntur iuris parum literatis, adeo, vt nonnumquam eueniat, quod nullus Eccleſiarum earumdem Canonicus graduatus exiſtat, cuius conſilio, & auxilio iura tueri, & bona occupata recuperari, & alia negotia vtiliter, & ſalubriter dirigi valeant, in non modicum Eccleſiarum earundem detrimentum, & honoris, & reputationis diminutionem? & quod, ſi ex Canonicis, aut integris, vel dimidijs Portionarijs cuiuslibet earundem Eccleſiarum continuo vnus eſſet Magiſter, ſeu Licentiatus in Theologia, & vnus Doctor, ſeu Licentiatus in vtroque, vel altero iurium, profecto earumdem Eccleſiarum decori, & venuſtati, ac proſpero, & felici regimini vtiliter, & ſalubriter prouideretur. Quare pro parte Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Capitulorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum vt, quo de cætero in qualibet earundem Eccleſiarum continuo ſint duo Canonici in eiſdem, vnus in Theologia, & alter iuribus Doctores ſeu Licentiati, ſtatuere, & ordinare, aliaſque eiſdem Eccleſijs ſuper hoc opportune prouidere de Benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati authoritate Apoſtolica præſentium tenore ſtatuimus, & ordinamus, quod de duobus Canonicatibus, & totidem præben. qui primo per ceſſum, vel deceſſum, aut quamlibet aliam dimiſſionem illos obtinentium extra Rom. Curiam in quibuſuis menſibus ſimul, vel ſucceſſiue vacabũt in qualibet Eccleſiarum earundem, etiam ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex quauis cauſa, non tamen in prima vice, generaliter reſeruati ſorent perpetuis futuris temporib. quoties illos vacare pro tempore contigerit, vni, qui in Theologia Magiſter, ſeu Licentiatus, & alteri, qui altero iurium Doctor, ſeu Licentiatus, exiſtat, poſſit. & debeat vna cum Capitulo cuiuslibet earundem Eccleſiarum Ordinaria authoritate prouideri in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi aliquæ gratiæ expectatiuæ ſpeciales, vel generales reſeruationes, & nominandi, ſeu nominatis conferendi facultates, & mandata à nobis, ſeu Sede Apoſtolica, vel eius Legatis, ſeu alias eius authoritate, & Regũ, Ducum, Principum, vel Prælatorũ, aut quauis alia conſideratione, nullatenus emanaſſent, ſeu in poſterum emanarent; ita tamen, vt de eis, qui primo Doctori, vel cum rigore examinis Licentiato in altero iurium, & alijs, qui poſtmodum vacabunt ſimul, vel ſucceſſiue Canonicatibus, & Præbendis huiuſmodi Magiſtro, vel Licentiato in Theologia prouideatur, & inter Doctores, & Licentiatos eoſdẽ ad illos pro tẽpore nominatos illi, qui de nobili genere procreati ſorent, alijs non nobilibus, & inter ipſos nobiles, qui ex vtroque parente nobiles forent, nobilibus ex altero, & inter ex vtroque, vel vno latere nobiles de maiori nobilium genere procreati de minori nobilium genere procreatis, per eoſdem Ordinarios collatores, & Capitula præligantur; qui, ſi in eadem Eccleſia, & alias ſic qualificati reperiantur, alijs præferantur, ſicque perpetuis futuris temporibus obſeruetur, decernentes ex nunc omnes, & ſingulas gratias acceptationes, prouiſiones, vniones, annexiones, & incorporationes, & alias diſpoſitiones, proceſſus, ſententias, & cenſuras deſuper, nec non totũ id, & quicquid ſecus ſuper his à quoque quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irrita, & inania nulliuſque roboris, vel momenti, necnon canonicatus, & Præbendas, quos, vt præfertur, vacare contigerit in qualibet Eccleſiarum earundem Doctorum, & Licentiatorum in Theologia, & altero iurium, canonicatus, & Præbendas nuncupari debere, & alijs, quam Doctoribus, & Licentiatis prædictis conferri non poſſe, & illos ordinaria dumtaxat authoritate conferri, & ſub prædictis, & quibuſuis alijs gratijs, expectatiuis ſpecialibus, & generalibus, reſeruationibus, vnionib. & incorporationib. extinctionibus, & legatis, & alijs cõceſſis, & concedendis, facultatibus non comprehendi, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ 1474. Calen. Decemb. Pontificatus noſtri Anno 4.

Cuius Bullæ tenorem in parte refert poſt hæc viſus Hieronym. Gonçalez ad regul. de menſib. gloſſa 9. §. 2. num. 2.

### *Motus proprius Leonis decimi.*

MOTV proprio. Cum dudum Fel. recor. Sixtus Papa IIII. prædeceſſor noſter pro ſalubri ſtatu, honore, et venuſtate Metropolitanarum, & aliarum Eccleſiarum Cathedralium Caſtellæ, et Legionis Regnorum inter alia, per quaſdam ſtatuerit, et ordinauerit, quod de duobus canonicatibus, & totidem præbendis in Toletana de tribus, qui ex tunc per ceſſum, vel deceſſum, ac quamuis aliam dimiſſionem illos obtinentium extra Romanam Curiam in quibuſuis menſibus ſimul, vel ſucceſſiue vacauerint, in qualibet Eccleſiarum earundem, etiam ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex quauis cauſa generaliter reſeruati forent, dummodo non in prima vice, perpetuis futuris temporibus, quotics pro tempore vacarent vni Magiſtro, ſeu Licentiato in Theologia alteri Doctori, ſeu Licentiato in altero iurium per Archiepiſcopum, ſeu Epiſcopum, & Capitulum cuiuslibet earundem Eccleſiarum ordinaria authoritate prouideri poſſet in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi aliquæ gratiæ, expectatiuæ, reſeruationes, &c. nullatenus emanaſſent, ſeu in poſterum emanarent, ita vt de illis, qui primo Doctori, vel cum rigore examinis Licentiato in altero iurium, & de alijs, qui poſtmodum vacarent ſimul, vel ſucceſſiue canonicat. & Præben. huiuſmodi Magiſtr. ſeu Licentiato in Theologia prouideatur, ſicque perpetuis futuris temporibus obſeruaretur & Canonicatus, & prębendas huiuſmodi Doctorum, & Licentiatorum in Theologia, & altero iurium nuncupari debere, irritum quoque decreuit, &c. & per alias ſuas literas voluerit, & itidem ſtatuerit, quod de eiſdem canonicatibus, & præbendis ſub prioribus literis comprehenſis, & illis duntaxat graduatis prouideri poſſit, qui in aliqua Vniuerſitate ſtudij generalis Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ſeruatis ſeruandis, iuxta earundem Vniuerſitatum ſtatuta, ritus, & mores promoti fuiſſent, alias de illis pro tempore factæ prouiſiones nullius eſſent roboris, vel momenti, & illi, quibus de canonicatibus, & Præbendis huiuſmodi

pro

pto tempore prouiſum foret, in eiſdem Eccleſijs per ſonaliter reſidere teneantur, & ſi abſque Ordinarij, vel Capituli licentia vltra menſem abeſſe præſumerent, eo ipſo collatis canonicatu, & Præbenda huiuſmodi priuati, & perpetuo ad illos inhabiles exiſtãt, poſſetque & deberet de illis ſic vacantibus alijs graduatis, qui vellent, & valerent in ipſis Eccleſijs reſidere, alias iuxta priorum literarum tenorem prouideri, & deinde bonæ memoriæ Innocentius Papa VIII. etiam prædeceſſor noſter per ſuas literas ſtatuerit, & ordinauerit, quod nullus cuiuſcumque dignitatis, &c. duos canonicatus, & totidem præbendas ex illis, qui perſonis graduatis huiuſmodi ordinati erant, obtinere valeret, & tales canonicatus, & præbendas pro tempore obtinens apud Eccleſias, in quibus illos obtinebat, iuxta ordinationem Sixti prædeceſſoris huiuſmodi reſidentiam facere teneretur, quodque ſi contingeret aliquas perſonas canonicatus, & præbendas præfatos pro tẽpore obtinentes de licentia Capitulorum prædictorum ad Rom. Curiã accedere, & in illa ab hac luce decedere, Ordinarij, & Capitula huiuſmodi de eiſdem canonicatibus & Præbendis per obitum talium per tempore vacantibus alias iuxta formam literarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi libere diſponere poſſent, prout in eiſdem literis, quarum tenorem, &c. plenius continetur, nos dictarum Eccleſiarum felici ſucceſſui conſulere, vt literæ prædictæ cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis eo firmius obſeruentur, quo clarius conſtiterit illas ea deliberatione approbatas qua conceſſæ fuerunt, prouidere volentes motu ſimili, & ex certa ſcientia, conſideratione etiam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Romanorum, & Hiſpaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Capitulorum Metropolitanorum, & aliarum Eccleſiarum Cathedralium, Regnorum Caſtellæ Legionis, Granatæ, & Nauarræ, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantium literas Sixti & Innocentij prædeceſſorum huiuſmodi, cum omnibus, & ſingulis in eis cõtentis clauſulis authoritate Apoſtolica approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, & quoad ſingulas Eccleſias Regnorum prædictorum, in quibus eiſdem literis contrauentum, & de canonicatibus, & præbendis graduatorum huiuſmodi, qui ex tunc vacarunt, per Sedem Apoſtolicam prouiſum fuit in priſtinum, & cũ in quo illi, ac Ordinarij, & Capitula earum ante huiuſmodi contrauentiones, & Apoſtolicas prouiſiones quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, reualidamus, ac plenarie reintegramus, illaſque ad omnes, & ſingulas Metropolitanas, & alias Cathedrales dictorum Regnorum, Granatæ, & Nauarræ in quarum ſingulis de duobus canonicatibus, & totidem prẽben. de cætero primo vacaturis perſonis in Theolog. & altero iurium, vt præfertur, graduatis, per Archiepiſcopum, ſeu Epiſcopum, & Capitulum cuiuslibet earũ ordinaria authoritate prædicta dumtaxat iuxta tenorem literarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi prouideatur, extendimus, & ampliamus, & nihilominus pro potiori cautela præmiſſa omnia, prout per Sixtum, & Innocent. & alios prędeceſſores præfatos ſtatuta, & ordinata fuerunt, de nouo, ac quod Archiepiſcopus, & Epiſcopus, nec non Capit. præfata, cum canonicatus, & præbendæ graduatorum huiuſmodi apud Sedem prędictam per obitum, vel reſignationem in manibus noſtris, vel ſucceſſorum noſtrorum Rom. Pontificum pro tempore faciendam, vacauerint, ad electionem perſonarum idonearum, vt præfertur qualificatarũ, ac prouiſionem canon. & prębendarum graduatorum huiuſmodi ſic apud Sedem Apoſtolicã vacantium alias iuxta formam literarum Sixti, & Innocentij prædeceſſorum huiuſmodi, procederæ, & electione facta, electos pro tempore ad poſſeſſionem illorum, ſic tamen quod electi infra quatuor menſes nouam prouiſionem deſuper ab eadem Sede impetrare, expedire, ac iura Cameræ Apoſtolicæ perſoluere teneantur recipere, & admittere, necnon occurrente pro tempore vacatione canon. & præben. huiuſmodi, Capitula illos vni ex Canonicis earundem Eccleſiarum interim quod ad illorum prouiſionem, ſeu electionem procedatur, commendare poſſint, ac lapſo tempore edicti propterea apponẽdi Ordinarius, vel eius Vicarius infra triduum proxime ſeq. ad prouiſionem, ſeu electionẽ huiuſmodi de perſona idonea, publico examine prævio, faciendam accedere teneatur, alioquin Capitula ad illa libere procedere valeant, & in huiuſmodi electionibus ipſi electores iuramentum de eligendo magis idoneum, habito reſpectu ad vtilitatem Eccleſię, & mores eligendę perſonæ præſtare teneantur: quodq. maiori parti votorum ſecreto de neceſſitate præſtandorum voto Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi pro vno computato ſtari, & ſi nullus haberet maiorem partem votorum, duo habentes plura vota ad ſecundum ſcrutinium admitti debeãt, & ſi vnus habuerit plura vota & alij habuerint pares, de illis paribus fiat ſecundum ſcrutinium, quis illorum cõcurrit cum primo & iſtorum electus à maiori parte admittatur cum primo ad tertium ſcrutinium, & ſi iterũ fuerint pares, ſorte dirimatur quis concurrit cum primo, & ſi vltimò duo habuerint paritatem, etiam ſorte dirimatur, & ſors loco electionis, & prouiſionis habeatur, quodque de huiuſmodi canonic. & Præbendis graduatorum huiuſmodi non ſolum in Vniuerſitatibus dictorum Regnorum graduatis, ſed etiam Collegialibus Hiſpanis Collegij S. Clementis Bononien. per bonæ memoriæ Aegidium de Albornoz fundati, ibidem iuxta eiuſdem Collegij ſtatuta, & ritus, & mores promotis, ſiue graduatis prouideri poſſit perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, & concedimus ac indulgemus: ac quod ſtatuto, & ordinationi huiuſmodi, ſeu etiam literis deſuper conficiendis per quaſcumque alias literas Apoſtolicas, & quaſuis clauſulas generales, vel ſpeciales etiam derogatoriarum derogatorijs efficaciores, & inſolitas, ac etiam irritãtia decreta ſub quorumcumque verborum expreſſione, in ſe continentes nullatenus derogari poſſit, nec derogatum cenſeatur, & ſi derogetur, derogationes huiuſmodi nemini ſuffragentur, & Ordinarij, & Capit. prædicta literis derogatorijs huiuſmodi, & decretis ſuper illis, proceſſibus, & illorum executoribus, & ſubexecutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus, parere minime teneantur, ſed eis firmiter reſiſtere, & literarum huiuſmodi executionem impedire, nec ratione reſiſtentiæ huiuſmodi aliquibus cẽſuris, & pœnis Eccleſiaſticis innodari poſſint, & ſic indicari debeat, irritum quodque decernimus, non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus, & ordi-

nationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & facultatibus ac literis Apoſtolicis contra tenorem indultorum prædictorum, aut præmiſſorum omnium, & ſingulorum quibuſuis conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, etiamſi ad illorum derogationem de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & ſpecifica expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda, ſeu alia exquiſita forma ſeruanda foret, illarumque tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes motu, ſcientia, & poteſtate prædictis derogamus, necnon quibuſuis acceſſibus, & regreſſibus, ac coadiutoriarum deputationibus, & alijs conceſſionibus ad Canonicatus, & præbendas graduatorum huiuſmodi, etiam de conſenſu, & cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam per nos, & Sedem prædictam pro tempore conceſſis, & factis, quas, & quæ ſic tamen quod Eccleſiarum huiuſmodi quoad gratias hactenus cõceſſas expenſas per eos, quibus, conceſſe fuerint, propterea factis reſtituere teneantur, caſſamus, & reuocamus, annullamus, ac nullius roboris, vel momenti fore decernimus, necnon omnibus illis, quę in ſingulis litteris præfatis conceſſum fuit non obſtare, & quæ pro repetitis haberi volumus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque cum clauſul. opport. & conſuetis. Fiat vt petitur. I.

Et cum abſolut. à cenſuris ad effect. & cum approbat. innouat. reſtitut. repoſit. renalidat. reintegratio. extenſio. ampliatio. ſtatuto, ordinat. conceſſio. indulto, caſſatione, reuocat. & annullatione, & decretis de & pro omnibus præfatis latiſſime extendẽdis in forma gratioſa, & cum deputat. executorum opportuna etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſ. cum poteſtate aggrauandi, reaggrauan. &c. inuocatoque etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, & tenorum ſingularum literarum prędictarum, quarum tranſumptis ſigillo alicuius Prælati ſigillatis. & manu Notarij publici ſubſcriptis plena fides in iudicio, & extra adhibeatur, & aliorum neceſſariorum maior, & verior, & auctior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis, & quoad canonicatus graduatorum innouantur literæ Sixti, & Innocentij, & extenduntur ad Cathedralis, & Metropolitanas Regnorum Granatæ, & Nauarræ, & ſi canonicatus vacarunt per obitum apud ſedem iuxta literas Innocẽtij, & etiam reſignationem, de quibus etiam poſſit prouidere Ordinarius in partibus perſonis qualificatis iuxta priuilegiorum tenores, & licet in priuilegijs Sixti dicatur, quod poſſit prouideri de iſtis canonicatibus, & Præbendis graduatis in Vniuerſitatibus Regnorum Hiſpaniarum, priuilegium extenditur ad graduatos in Vniuerſitatibus Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ac Collegij S. Clementis Vniuerſitatis ſtudij Bononienſis, & qui ritè fuerint graduati in illis vniuerſitatibus iuxta earum ſtatuta præuio rigoroſo examine. Datis Rom. apud Sanctum Petrũ 11. Calen. Aprilis Anno nono.

Et quamuis in deciſione prima Toletana ſupra adducta dubio præcedenti ad ñ. dicatur, quod ſuper iſta ſchedula Motus proprij Leonis non apparent literæ expeditæ, tamen in Eccleſia Palentina, & etiam in Burgenſi habentur literæ expeditæ ſuper ea, cum reformatione, aut earum tranſumptum, quod fuit præſentatum in lite & cauſa ſuper Canonicatu Magiſtrali Abulenſe inter Doctorem Camargo, & Doctorem Aſcenſium Garcia tenoris ſequentis.

LEO Papa X. ad perpetuam rei memoriam, in ſuprema Apoſtolicę ſpecula meritis licet impariibus diuina diſpoſitione conſtituiti circa ſtatum, & honorem ſingularium, præſertim Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum, quarũ Cura nobis imminet generalis, ſęliciter conſiderantes, ſolicitis ſtudijs intendimus, & vt illæ in ſuis iuribus, & bonis præſertim votiuis in ſpiritualibus, & temporalibus ad omnipotentis Dei laudem proficiant incrementis, opem, & operam efficaces quantum nobis ex alto conceditur, fauorabiliter adhibemus, ac ea, quæ propterea à prædeceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus prouide emanarunt, noſtræ approbationis munimine ſolidamus, & alias deſuper diſponimus prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſi quidem, Fel. recor. Sixto Papæ IV. prædeceſſori noſtro pro parte vniuerſorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ac dilectorum filiorum Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Caſtellæ, & Legionis Regnorum expoſito, quod ipſarum Eccleſiarum canonicatus, tam Apoſtolica vigore gratiarum expectatiuarum ſpecialium, & aliarum reſeruationum ac alias, quam ordinaria authoritatibus propter inordinatos fauores per ſe conferebantur iuris parum literatis adeo, vt nonnumquam eueniret, quod nullus earundem Eccleſiarum Canonicus graduatus exiſteret, cuius conſilio, & auxilio iura tueri, & bona occupata recuperari, & alia negotia vtiliter, & ſalubriter dirigi valerent in non modicum dictarum Eccleſiarum detrimentum, & honoris, & reputationis diminutionem, & quod ſi ex Canon. aut integris, vel dimidijs Portionarijs cuiuslibet earundem Eccleſiarum continuo vnus eſſet Magiſter, ſeu Licentiatus in Theologia & vnus Doctor aut Licentiatus in vtroque, vel altero iurium præfato earundem Eccleſiarum decori, & venuſtati, ac proſpero, & fœlici regimini vtiliter, & ſalubriter prouideretur, dicius Sixtus prædeceſſor ipſorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Capitulorum huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus per quaſdam ſuas literas ſtatuit, & ordinauit, quod de duobus Canonicatibus & totidem Prębendis, qui primo per ceſſum, vel deceſſum, aut quamuis aliam dimiſſionem, illos obtinentium extra Roman. Curiam in quibuſuis menſibus ſimul, vel ſucceſſiue vacarent in qualibet Eccleſiarum earundem etiam ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex quauis cauſa, non tamen in prima vice generaliter reſeruati forent, perpetuis futuris temporibus, quoties illos vacare pro tempore contigerit, vni, qui in Theologia Magiſt. ſeu Licen. & alteri qui altero iurium Doctor, ſeu Licen. exiſteret, poſſe, & debere vna cum Cap. cuiuslibet earundem ordinaria authoritate prouideri in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi aliquæ gratiæ expectatiuæ ſpeciales, vel generales reſeruationes, & nominandi, ſeu nominandi conferendi facultates, & mandata ab eodem Sixto prædeceſſore noſtro, ſeu Sede Apoſtolica, vel ſuis Legatis, ſeu alias eius authoritate, & Regum, Ducum, & Principum, vel Prælatorum, aut quauis alia conſideratione nullatenus emanaſſent, ſeu in poſterum emanarent, ita tamen,

tamen, vt de eis, qui primo Doctori, vel cum rigore examinis Licentiato in altero iurium, & alijs, qui poſtmodum vacarent ſimul, vel ſucceſſiue, Canonicatibus, & Præbendis huiuſmodi Magiſtro, vel Licentiato in Theologia prouideretur, & inter Doctores, & Licentiatos eoſdem ad illos pro tempore nominatos, illi qui de nobili genere procreati forent alijs non nobilibus, & inter ipſos nobiles, qui vtroque parente nobiles forent, nobilibus ex altero tantum, & inter ex vtroque, vel vnico latere tantum nobiles, de maiori nobilium genere procreati per eoſdem Ordinarios collatores, & Cap. præligerentur, qui ſi in eadem Eccleſia benefic. & alias ſic qualificati reperirentur, alijs præferrentur, ſicque perpetuis futuris temporibus obſeruaretur decernens ex tunc omnes, & ſingulas gratias acceptationes, prouiſiones, annexiones, & incorporationes, & alias diſpoſitiones, proceſſus, ſententias, & cenſuras deſuper, necnon totum id & quicquid ſecus ſuper his à quo quam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, irrita, & inania, nullioſque roboris, & momenti, nec non Canonicatus, & Præbendas, quos, vt præfertur vacare contingeret in qualibet Eccleſiarum earundem Doctorum, & Licentiatorum in Theologia, altero iurium Canonicatus, & Præbendas nuncupari debere, & alijs quam Doctoribus, & Licentiatis prædictis conferri non poſſe, & illos ordinaria dumtaxat authoritate conferri, & ſub prædictis, & quibuſuis alijs gratijs, expectatiuis, ſpecialibus, & generalibus reſeruationibus vnionibus, & incorporationibus, extinctionibus, & legatis, & alijs conceſſis, & concedendis facultatib. non comprehendi, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; deinde, vt ex literis optatus ſuccederet effectus, per alias ſuas literas voluit, & ſtatuit, quod de huiuſmodi canonicatibus & Præbendis in eiſdem literis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Capitulis præfatis conceſſis comprehenſis, illis duntaxat graduatis prouideri poſſet qui in aliqua Vniuerſitate ſtudij generalis Regnorum Hiſpaniæ ſeruatis ſeruandis iuxta earundem Vniuerſitatum ſtatuta promoti pro tempore forent & alijs quantumcumque graduatis extra Vniuerſitates prædictas, & etiam in illis alias quã ſeruatis ſeruandis iuxta earundem Vniuerſitatũ ſtatuta, ritus, & mores pro tempore factæ collationes de huiuſmodi Canonicatib. & Præb. nullius eſſent roboris, vel momenti, & haberẽtur prorſus pro infectis, quodq; illi quibus de huiuſmodi canonicatibus, & præbendis pro tempore prouiſum foret, deberent, & tenerentur in eiſdem Eccleſijs perſonaliter reſidere, & ſi abſque Ordinarij, vel Capituli ſui licentia vltra menſem ſe abſentarent, eo ipſo collatis Canonicatu, & Præbenda huiuſmodi priuati, & perpetuo ad illos inhabiles exiſterẽt, poſſetque, & deberet de illis ſic vacantibus alijs graduatis, qui vellent, & valerent in ipſis Eccleſijs reſidere, alias iuxta priorũ literarũ prædictarum tenorẽ prouideri. Et ſucceſſiue piæ mem. Inno. Papæ prædeceſſori noſtro pro parte claræ memoriæ Ferdinandi Regis, & Eliſabeth Regiæ dictorum Regnorum expoſito, quod nonnulli ex perſonis eiſdem, quib. dictis de Cano. & Præb. prouiſum fuerat, vt præferetur, pro eo, quod in alijs Eccleſijs alios ſimiles Canon. & Præb. tanquam graduati obtinebant, perſonalem reſidentiam non faciebant præfatus Innocentius prædeceſſor, eorundem Regis, & Reginæ in ea parte ſupplicationibus inclinatus, per alias ſuas literas ſtatuit, & ordinauit, quod nullus cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis foret, duos Canonicatus, & totidem Præbendas ex illis, qui pro perſonis graduatis ordinati erant, obtinere valeret, & tales Canonicatus & Præben. pro tempore obtinens apud Eccleſias in quibus illos obtinebat iuxta ordinationem Sixti prædeceſſoris huiuſmodi reſidentiam facere teneretur, quodque ſi contingeret aliquas perſonas Canonicatus, & Præbendas præfatos duabus huiuſmodi deputatos pro tempore obtinentes de licentia Capitulorum prædictorum ad Rom. Curiam accedere, & in illa ab hac luce decedere, Ordinarij, & Cap. huiuſmodi de ijſdem Canonicatibus, & Præbend. per obitum talium pro tempore vacantibus, alias iuxta formam literarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi libere diſponere poſſent, quodque Capitula prædictarum Cathedraliũ, & Collegiatarum Eccleſiarum prædictarum, & aliorum Regnorum, & dominiorum dictorum Regis & Reginæ, & Canon. & Portionarijs alijſq; Beneficiatis ipſarum Eccleſiarũ abillis abſentibus, & perſonaliter non reſidentibus etiam prætextu quorumcumque indultorum, & literarum ſub quibuſuis formis, & expreſſionibus verborum, ant cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac ſententijs cenſuris, & pœnis ab ipſo Innocent. prædeceſſore, vel Sede Apoſtolica, pro tempore emanatarum alicui de quotidianis diſtributionibus ratione Præbendarum, & portionum aliorumq; beneficiorum per eos obtentorum in abſentia minime miniſtrare tenerentur, nec propterea excõmunicari, ſuſpendi, interdici, aut alia aliqua pœna mulctari poſſent, etiamſi in literis huiuſmodi plena & expreſſa de literis Innocentij huiuſmodi mentio habenda, & illis expreſſe derogatum foret, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis pro parte præfatorum, & dilectorum filiorum Metropolitanorum, & aliarum Eccleſiarum Cathedralium Granatæ, & Nauarræ Regnorum Capitulorum petitio continebat, ipſi cupiant ſingulas literas prædictas pro earũ ſubſiſtentia firmiori noſtræ approbationis munimine roborari, pro parte eorundem Capitulorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſingulis literis prædictis, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſque in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictarum Eccleſiarum fœlici ſucceſſui conſulere, vt literæ prædictæ, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis eo firmius obſeruentur, quo clarius conſtiterit illas ea deliberatione approbatas, qua conceſſæ fuerunt, prouidere volentes, ſupplicationibus inclinati, conſideratione etiam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Romanorum, & Hiſpaniarum Regis in Imperatorem electi, & nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis ſingulas Sixti, & Innocentij prædeceſſorum literas huiuſmodi cum omnibus & ſingulis in eis contentis, ex certa ſcientia noſtra, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, &

quoad Eccleſias prædictas Caſtellæ, & Legionis Regnorum prædictorum, in quibus eiſdem literis contrauentium, & de Canonicatibus, & Præbendis graduatorum huiuſmodi, qui ex tunc vacarunt, per Sedem Apoſtolicam prouiſum fuit in priſtinum, & eum, in quo illi, ac Ordinarij, & Capitula earum ante huiuſmodi contrauentiones, & Apoſtolicas prouiſiones quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, reualidamus, & plenarie reintegramus, illaſq; ad omnes, & ſingulas Metropolitanas, & alias Cathedrales Eccleſias Granatę, & Nauarræ Regnorum prædictorum, in quarum ſingulis de duob. Canon. & totidem Præbendis de cætero primo vacaturis perſonis in Theologia, & altero iurium, vt præfertur, graduatis, per Archiepiſcopum, ſeu Epiſcopum, & Capitula cuiuslibet earundem ordinaria authoritate prædicta duntaxat iuxta tenorem literarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, prouideatur ſcientia, authoritate, & tenore prædictis extẽdimus, & ampliamus, & nihilominus pro potiori cautela præmiſſa omnia, prout per Sixtum, & Innocentium prædeceſſores præfatos ſtatuta, & ordinata fuerunt, de nouo, ac de Canonicatibus & Prębendis graduatorum huiuſmodi, cum per reſignationem in manibus noſtris, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore faciendam, vacauerint, perſonis, iuxta tenorem prędictarum, & præſentium literarum qualificatis, in partibus illis prouideri mandari debeat; cum vero ipſi Canonicatus, & Præbendæ graduatorum per obitum apud ſedem præfatam vacauerint, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Capitula præfati ad electionem perſonarum, vt præfertur graduatarum, & proniſionem canonicatuũ, & Præbendarum graduatorum huiuſmodi, apud Sedem Apoſtolicam per obitum vacantium, alias iuxta formam literarum Innocen. prædeceſſor. huiuſmodi, & præſentium procedere, & electione ad huiuſmodi Canonicatus, & Præbendas ſic apud ſedem vacantes facta, electos pro tempore ad poſſeſſionem illorum, ſic tamen, quod ipſi electi infra quatuor menſes nouam prouiſionem deſuper ab eadem ſede impetrare, & literas deſuper taliter expedire, ac iura Cameræ Apoſtolicæ ſoluere teneantur, recipere, & admittere, necnon occurrente pro tempore vacatione Canonicatuum, & Præbendarum graduatorum huiuſmodi Capitula illos vni ex Canonic. earundem Eccleſ. interim, donec ad illorum prouiſionem, ſeu electionem procederetur, libere commendare, & talis Canonicus illos in huiuſmodi commenda obtinere poſſit, & valeat. Lapſo tempore edicti propterea apponendi, Ordinarius, vel eius Vicarius infra triduum proxime ſequens ad prouiſionem, ſiue electionem huiuſmodi de perſona idonea, publico examine prævio, faciendam accedere teneatur, alioquin Capitula ipſa ad illam procedere valeant, & in huiuſmodi electionibus ipſi electores iuramentum, de eligendo magis idoneum, habito reſpectu ad vtilitatem Eccleſiæ, & mores perſonæ eligendæ, præſtare teneantur, quodque maiori parti votorum ſecreto de neceſſitate præſtandorum Archiepiſc. ſiue Epiſc. pro vno computato ſtare, & niſi nullus haberet maiorem partem votorum, duo habentes plures voces ad ſecundum ſcrutinium admitti debeant, & ſi vnus habuerit plures voces, & alij habuerint pares, de illis paribus fiat ſecundum ſcrutinium quis illorum concurrit cum primo, & electus illorum à maiori parte admittatur cum primo ad tertium ſcrutinium, & ſi iterum fuerint pares, ſorte dirimatur, quis concurrit cũ primo, & ſi vltimo duo habuerint paritatem, etiam ſorte dirimatur, & ſeus loco electionis, & prouiſionis habeatur; quodque de canonicatibus, & præbendis graduatorum huiuſmodi perſonis in Vniuerſitatibus dictorum Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ac Collegialibus Hiſpanis Collegij S. Clementis Bononiæ, per bonæ memoriæ Aegidium de Albornoz Epiſcopum Sabinen. S. R. E. Cardinalem inibi fundati, ſeruatis ſeruandis, iuxta Vniuerſitatum, & Collegij Prætorum ſtatuta, ritus, & mores reſpectiue promotis, ſeu graduatis, duntaxat prouideri poſſit authoritate, & tenore præmiſſis, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus ac concedimus, & pariter indulgemus. Ac quod ſtatuto, & conceſſioni, & ordinationi, huiuſmodi, ac præſentibus literis per quaſcumque regulas Cancellariæ, & alias literas Apoſtolicas, & S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus hactenus, & pro tempore etiam Motu proprio, & alias quomodolibet conceſſas, & quoad conſentium per eos præbendum ratione vacationis per obitum familiarium ſuorum, etiam quaſuis clauſulas generales, vel ſpeciales, & derogatoria rum derogatorias efficaciores, & inſolitas; ac etiam irritantia decreta, ſub quorumcumque verborum expreſſione, in ſe continentes; nullatenus derogatum ſit, nec cenſeatur eſſe, nec derogari poſſit, nec Canonicatus, & Præbendæ huiuſmodi, etiam per nos aut ſucceſſores noſtros, & de conſenſu Magiſtrorum, & Licentiatorum, ſeu Doctorum, vt ſupra, qualificatorum illos nunc, & pro tempore obtinentium, etiam ex quauis cauſa, & motu proprio etiam conſiſtorialiter aliqua, vel aliquibus penſionibus grauari, neque illorum fructus, vel aliqui eorum alicui, vel aliquibus etiam Cardinalibus concedi poſſint, niſi in penſionibus, & fructuum conceſſionibus huiuſmodi prædictorum, ad quos dictorum Canonicatuum, & Præbendarum iuxta præmiſſarum literarum continentiam collatio pertinet ſpecialis, & expreſſe per trinas eorum literas, etiam interuallo trium menſium inter datas accedat aſſenſus, & ſi ſecus fieri contigerit derogationes penſiones, & fructuum conceſſiones huiuſmodi nemini ſuffragentur, ac Ordinarij, & Capitula præfati literis derogatorijs ac penſionum, & fructuum huiuſmodi conceſſionibus, & decretis ſuper illis proceſſibus, ac illorum executoribus, eorumque mandatis, & monitionibus parere minime teneantur, ſed eis firmiter reſiſtere, & literarum huiuſmodi executionem impedire, nec ratione reſiſtentiæ huiuſmodi aliquibus cenſuris, ſeu pœnis Eccleſiaſticis innodari poſſint, & ſic per quoſcumque iudices, & Commiſſarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores in quibuſuis cauſis, & inſtantijs ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquã, quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit intentari irritũ, & inane fore decernimus. Quo circa dilectis filijs vniuerſis & ſingulis, quorumuis Monaſteriorum, domorum, & ordinum, Abbatibus, & Prioribus Conuentualibus, & Præceptoribus generalibus per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel

tres,

tres, aut plures, ſeu duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios ſingulas prędictas, & præſentes literas, ac in eis contra quęcumque, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Capitulorum prædictorum, ſeu aliquorum eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicari eiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant, faciantque authoritate noſtra ſingulas litteras, & in eis contenta huiuſmodi per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas ſtrictè obſeruari, ipſaque Capitula illis pacificè gaudere, non permittentes ea deſuper per quoſcumque, quòmodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoslibet & rebelles per eaſdem cenſuras, & pœnas appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, & ſeruandis proceſſibus, cenſuras, & pœnas, quatenus opus fuerit aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non facultatibus & literis Apoſtolicis contra tenorem literarum huiuſmodi, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac quibuſuis reſeruationibus per regulas Cancell. factis, & faciendis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum mētio habenda foret illorumque tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis & ſufficienter, inſertis habentes, ſcientia, authoritate, & tenore prædictis ſpecialiter, & expreſsè derogamus, necnō quibuſuis acceſſibus, regreſſibus, & ingreſſibus, ac coadiutoriarum deputationibus, vel alijs gratijs ad Canonicatus, & præbendas graduatorum huiuſmodi, & de conſenſu, & cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam per nos, & ſedem prædictam pro tempore etiam dictis Cardinalibus conceſſis, & factis, quos, & quæ, ſic tamen, quod Capitula Eccleſiarum huiuſmodi, quoad gratias hactenus conceſſas expēſas per eos, quibus conceſſæ fuerint, propterea factas reſtituere teneantur, caſſamus, irritamus, & annullamus, & nullius roboris, vel momenti fore decernimus, nec non omnib. illis, quæ in ſingulis prædictis conceſſum fuit non obſtare, & quæ pro repetitis præſentibus haberi volumus, contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficilè foret ſingulas literas huiuſmodi ad ſingula loca, in quibus de eis fides adhibenda foret, deferre, volumus, & præfata authoritate Apoſtolica decernimus, quod ſingularum earundem literarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Dat. Rom. 11. Calend. Aprilis anno 9. dat. reformationis 10. Calend. Septem. anno 9. 1521. viſa L. Card. Sanctorum quatuor referenda, lib. 17. fol. 217.

Magiſter Elbaſthondo.

Cuius Bullæ tenorem in par. refert Conc. d. gl. 9. §. 2. nu. 4. & 5.

170 Circa quam Bullam, ſeu Motum proprium † dubitatur primo iuramentum de eligendo magis idoneum, quod in prouiſione huiuſmodi canonicatuum electores præſtare tenentur neceſſario, & pro forma, quomodo ſit præſtandum? & breuiter d co, præſtandum eſſe corporaliter tactis ſcripturis, nec aliàs ſatisfieri formæ d. Bellæ: nam vbi iuramentum defertur a iure, ſeu conſtitutione, requiritur neceſſario in actu iurandi corporalis tactus ſcripturarum vt aliàs dixi ſupra 3. p. c. 3. 20. dub. à nu. 69.

171 Videturque præſtandum tactis † Euangelijs, nec ſatis eſſe præſtari tactis alijs ſcripturis, cum ſemper in iure, vbi ponitur forma iuramenti exigatur Euāgeliorum tactura, vt in c. quoties, 1. q. 7. c. Ego Berēgarius de conſecratione, diſtin. 2. cap. Ego N. de iure jur. cap. cum in cauſa de iuramento calumniæ & c. quoties, verſ. porro. de purgatione can. cum alijs, & in forma profeſſionis Fidei tradita à Pio IIII. de qua ſupra d. cap. 3. & ita tenet gl. in c. vt circa de electione in 6. verbo præſtito. & ibi Archid. & Anchar. Quamuis ſufficere, quod tangatur quęlibet ſcriptura Sacra, vbi non exprimitur de Euangeliorum tactura, & ita de cōſuetudine ſeruari dicat gl. in clem. 1. §. porro. de hæret. verb. tacta & ibidem Cardin. q. 1. & 3. & Bonif. nu. 114. Monach. in d. c. vt circa nu. 11. & Francus nu. 9. Abb. in c. fi. de iur. calum. num. 3. & Coſmas in pragm. ſanct. 3. tit. de elect. §. ad locum verb. manibus.

Quo ſtante ſuccedit difficultas, quod videtur Ca-
172 nonicum legitimè † impeditum non poſſe alteri dare ſuum votum, & committere vices ſuas ad electionem huiuſmodi canonicatuum, cum requiratur iuramentum corporaliter præſtitum, quod non poteſt fieri per procuratorem, vt in ſimili de profeſſione fidei dixi d. 20. dub. 8 nu. 72. ex ſententia S. Cong. Concilij, & Rotæ.

173 Sed huic difficultati reſponderur primo, † quod id, quod dicitur iuramentum corporale præſtādum eſſe perſonaliter, & non per procuratorem procedit in iuramento, quod per ſe, & principaliter requiritur, vt in d. iuramento profeſſionis fidei, ſeu fidelitatis, &c. ſecus in iuramento, quod requiritur acceſſorie, & in ordine ad actum, qui per procūratorem exerceri poteſt, tunc enim etiam iuramentum ipſum poteſt committi procuratori, vt in iuramento calūniæ, cap. fi. de iuram. calum. in 6. & in iuramento requiſito in appellatione ab electione, aut prouiſione alicuius, vt in cap. procurator. de elect. in 6. & in alijs iuramentis iudicialibus. *Conar. in cap quamuis pactum 1. p. §. 5. num. 8.* & ſic, cum electio fieri poſſit per procuratorem, c. quia propter. de elect. & c. pen. eod. tit. u. in 6. poterit etiam fieri per procuratorem iuramentum requiſitum, etiam corporaliter præſtandū; dato ad id ſpeciali mandato, *prout requiritur ad iuram. Bertach. verſ. mandatum ſpeciale requiritur in iuramenti præſtatione, Conar. d. nu. 8. & ita in terminis non dato expreſſe mandato ad iurandum, tenuit Rota in cauſa Burg. canon. 1596. coram D. Seraph. vt in ſeq. dec. 140. Sed ad iuramentum pro alio, & in anima alterius non videtur ſufficere reg. d. l. 2. de iur. au. ind. ſed omnino requiritur mandatum expreſſum, &c.*

174 Secundo reſpondetur, † quod cum electio horum canonicatuum fieri debeat per vota omninò ſecreta, & ſic impeditus non poſſit dare mandatum de eligenda certa perſona, vt infra dicetur, procurator conſtitutus cū generali mandato ad eligēdum

debet

debet præſtare dictum iuramentum nomine ſuo, & in animam ſuam, non nomine, & in animam conſtituentis, vt aliàs dicebatur in Concilio Baſilien. ſeſſ. 12. & in pragmat. ſanctio. titul. de elect. §. ad locum, vnde procuratori ſic generaliter conſtituto ad eligendum non eſt opus mandato ſpeciali ad iurandum.

175 Vnde etiam Vicarius epiſcopi, † qui poteſt accedere ad prouiſionem, ſiue electionem huiuſmodi, vt dicitur in d. Bulla, ſeu motu proprio Leonis, quāuis debeat eſſe ad eam ſpecialiter conſtitutus, nec videatur ſufficere eſſe Vicarium generalem, etiam cum mandato ad conferendum, & prouidēdum beneficia, & etiam ad omnia alia, quæ mandatum exigunt ſpeciale, argm. fin. de offic. Vicarij in 6. & Clemen. 2. de procurator. quia iſte eſt caſus ſpecialiſſimus, tamen non debet habere mandatum ad iurandum, quia nomine ſuo, & in animam ſuam, non nomine, & in animam Epiſcopi eum conſtituentis iurare debet.

176 Secundò ſubdubitatur, † an in Eccleſijs, in quibus non eſt in vſu in electionibus huiuſmodi canonicatuum præſtare d. iuramentum, de eligendo magis idoneum, vt in hac Eccleſia Abulen. prętendebatur valeat electio facta ſine tali iuramento? & videtur valere, ſtante conſuetudine 40. ſaltem annorum non præſtandi tale iuramentum: nam conſuetudo præſcripta derogat iuri canonico, c. fi. de conſuetudine, vbi Doct. præcipuè Rochus de Curte, & ita obtentum eſt in cauſa Abulen. canonicatus Magiſtralis, inter Doctorem Hierouymum Ruyz de Camargo, & Doctorem Aſcenſium Garcia, qui inter alia oppoſuit contra electionem de defectu iuramenti, & nihilominus fuit pronuntiatum pro validitate electionis ſententia lata de conſilio D. Ignatij Lopez de Salcedo, non obſtante, quod non conſtitic, vt exiſtimo, de conſuetudine quadragenaria.

177 Nihilominus tamē contrarium videtur † verius nempè non valere electionem huiuſmodi canonicatuum non præſtito d. iuramēto per electores, etiam ſi adſit conſuetudo quadragenaria, non præſtandi tale iuramētum, & ratio eſt, quod in d. Bulla, & motu proprio adeſt decretum irritans, vt in Bulla ibi, ac quicquid ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritū, & inanè fore decernimus. Et in d. ſchedula motus proprij ibi, irritum decernimus.

178 Quod in fine poſitum refertur ad totam † diſpoſitionem, vt fuit dictum in Toletana profeſſionis 27 Febr. 1595. coram D. Pamphilio infra adducta. 9. p. c. 2. num. 330. & eſt ſine dubio, cum generaliter ponatur ſuper præmiſſis. Et quod dicit Boerius deciſ. 119. nu. 5. quod clauſula irritans refertur ad proximam diſpoſitionē, & cum eo Ant. Gabriel. de clauſ. concl. 3. nu. vlt. quod decretum irritans reſtringitur ad diſpoſitionem, cui magis proxime cohæret, & nō refertur ad omnia præcedentia, accipiendum eſt, quando non ponitur generaliter, ſed reſpectu proximæ diſpoſitionis, ſeu quando non poteſt ad alia commode referri, &c.

179 Et contra conſtitutionem † habētem decretum irritans, non valet, nec poteſt induci conſuetudo, Archid. Ioan. And. Domin. nu. 6. Francus num. 4. & alij in cap. cum de beneficio. de Præben. in 6. præpoſitus Alexand. in cap. in iſtis §. leges. 4. diſtin. Barb. in Clement. 1. num. 23. de elect. Felin. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtit. num. 30. verſi. 4. limitat. Probus ad Monachum in cap. tibi, qui. de reſcript. in 6. ſub nu. 8. Rochus in cap. fi. de conſuetudine ſect. 7. num. 7. Rebuf. in concord. tit. de firma, & irreuocabili cōcordatorum ſtabilitate. §. 1. ad fi. Ruinus conſil. 13. numer. 3. volum. 2. & conſil. 102. num. 11. volum. 3. Ferrettus conſil. 223. nu. 12. Nauarrus in cap. cum contingat. de reſcrip. 2. cauſa nullitatis, nu. 12. & de ſpolijs. §. 14. nu. 2. & 3. Ant. Gabr. d. concl. 3. de clauſulis à n. 39. Duennas reg. 144. num. 1. & Hoieda de incompatibilitate benefic. cap. 10. nu. 5. *Rot. in vna Virdun. parochialis 23. Iun. 1586. coram D. Cipſio ſupra relata 4. p. c. 2. nu. 50. vbi fuit dictum, quod decretum irritans omnem vſum, & contrariam conſuetudinem tollit, ex Gabr. ſupra num. 40. & in vna Conchen. beneficij de Valdejudios 14. Nouemb. 1611. coram D. Sacrato Domini habebant pro indubitato, quod non vſus, ſine contrarius vſus populorum ſine conſenſu Papæ nihil poteſt operari contra validitatem conſtitutionum Apoſtolicarum nempe habentium decretum irritans, vt ibi ex late deductis in Romana concordia S. Petri 13. Nouemb. 1609. 11. Ian. & 12. Febr. 1610. coram D. Cauallerio, &c.* & licèt cōtrarium tenuerit Imola, quem referunt, & ſequuntur Domin. fin. & Francus nu. 3. in c. nullus de elect. in 6. & Barbatia in rubrica Clementinarum de electione in fi. prædicta tamen ſententia eſt communis vt per Ant. Gabr. ibi nu. 42.

180 Vbi limitat † cum Ruino d. conſ. 13. nu. 3. vt non habeat locum in conſuetudine immemoriali, quæ tamen non poteſt dari modo in propoſito, cum a d. motu proprio, & Bulla Leonis non tranſierint, niſi 85. anni.

181 Nec rurſus in propoſito poteſt applicari † ſecūda limitatio, quam ibi tradit nu. 43. quando diſpoſitio, in qua decretum irritans eſt adiectum, non eſſet à principio vſu recepta, de qua infra 11. p. cap. 5. num. 152. nam eſto id conſtaret, tamen cum in dict. Bulla, ſeu motu proprio concedantur Eccleſijs Hiſpaniæ huiuſmodi Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales, ſi volunt iſtam conceſſionem acceptare, deſient eam acceptare cum omnibus qualitatibus in ea contentis, & non poſſunt eam in parte acceptare & in parte non, ad l. 4. ff. de lega. 2. nec obſtat, quod huiuſmodi Canonicatus iam erant conceſſi in Bulla Sixti IV. nam Leo ad dictarum Eccleſiarum ſupplicationem, & petitionem approbat, & innouat Bullam Sixti IIII. ac de nouo concedit dictos Canonicatus, dando formam, & modum ſeruandum in eorum prouiſione, & ſic perindè eſt, ac ſi antea conceſſi non eſſent.

182 Præterea † id non procedit in priuilegio, ſeu indulto, quale eſt iſtud Eccleſijs Hiſpaniæ conceſſum, quod non amittitur, per non vſum, ſeu ex eo, quod non ſit à principio vſu receptum, ſed requiritur præſcriptio, ſeu conſuetudo præſcripta contraria, vt per D. in c. cum acceſſiſſent vbi Felin. de conſtit. & in ca. accedentibus, & c. ſi terra, de priuil. & in l. fi. de conſtit. Principum Hor. Mand. de priuilegijs, ad inſtar. gl. 15. cum alijs, quæ tamen præſcriptio, ſeu conſuetudo præſcripta non datur, ſtante decreto irritante, vt per ſupracitatos, & Archid. Io. And. Domin. nu. 6. Fran. 3. & alios in c. cum de beneficio. de Præb. in 6. & Creſcen. deciſ. 4. de priuil. nu. 6. *Accedit Rot. dec. 240. nouiſſ. Farin. nu. 4. & 5.*

Tertiò

183 Tertio ſubdubitatur † an requiratur pro forma quod vota præſtentur ſecreto, ita vt, ſi publice, ſeu palam præſtentur, electio ſit nulla? & dicendum eſt, quod ſic, vt patet ex illis verbis Motus proprij, & Bullæ Leonis, ſecreto de neceſſitate præſtandorum, maxime ſtante dicto decreto irritante, quod dat formam, vt alias dicitur *infra* 9. p. c. 2. nu. 230.

184 Quod adeo procedit, vt non ſolum electio † ſit nulla, ſi omnes palam ſuffragia præſtent, ſed etiam, ſi vnus tantum, nam forma eſt indiuidua, vt ſupra. 2. p. c. 1. nu. 58. & 59.

185 Et quamuis in alijs actibus Capitularibus † de iure non requiratur quod vota præſtentur ſecreto, expediret tamen certè, quod in omnibus votaretur ſecreto, vt liberius vnuſquiſque poſſit ſuam ſententiam dicere, ſuamque exonerare conſcientiam, Abbas in c. quia propter num. 5. de elect. & euitarentur rixæ, moleſtiæ, & inimicitiæ inter Capitulares, ac præſidentium, & potentiorum tirannides, & inſolentiæ, quas vigere videmus in Capitulis, in quibus votatur publice, & ita ſanctiſſima iuris ſtatuta votandi ſecreto, & Epiſcopi prouidere deberent, vt ita fieret *iuxta directorium Eccleſiaſtica diſciplina Octauij Frangip. tit. de decanis collegiatarum Eccleſiarum nu. 32. vbi ſic dicitur*: *Cum de rebus grauibus ineunda erunt ſuffragia, eadem ſecreto ferantur, vt ſine timore quiſquis quòd ſenſerit, libere loquatur. Cui conſonat decretum Concilij Prouinc. Mediol. 4. tit. qua pertinent ad capitula cathedralium & collegiatarum Eccleſiarum, vbi ſic dicitur*: *Cum de rebus patrimonij particularis de locationibus, de contractibus, de officijs conferendis, ac de alijs, item præfecti iudicio grauioribus in capitulo deliberandum eſt, earum rerum deliberatio, ac tractatio tum ſuffragijs occultis permittatur, tum illa res quo maturius conſulerentur in alio capitulo propoſita in alio deliberentur. Et quòd votare ſecreto habet minus inconuenientium, & maiorem libertatem ad votandum Chriſtianè, quam votare publicè, ſicut vtitur, ait Bobad. in Polit. lib. 3. c. 7. nu. 38 loquens in Concilijs, ſeu conſiſtorijs, & quòd aliquando Conſilium Regium ſolet dare prouiſiones, vt in eis votetur ſecreto, ſequitur Curia Philippica* 1. p. §. 1. nu. 22. *dicens id eſſe melius, quia ſecreto votatur cũ maiori libertate, & ſine reſpectibus.* Quamuis in conſultationibus ſacri Conſiſtorij Cardinalium vbi vota ſunt conſultiua, aliud expediat, vt per Cardinalem Paleotum de ſacri Conſiſtorij conſultationibus, p. 5. q. 3. *Ex quo etiam in capitulis tenet Villar. del patronado de Calatayud 7 p. §. 1. nu. 22. quòd in votando apertis ſuffragijs vt debent, ſed male, cum diuerſa ratio ſit in capitulis ac in conſiſtorijs ſacri Conſiſtorij, in quibus loquitur Paleot.*

186 Sed hic † eſt difficultas, an vota ita debeant eſſe ſecreta, vt numquam ſint publicanda eligentium nomina, an vero ſatis ſit illa præſtare ſecreto, quamuis poſtea publicentur eligentium nomina, vt ſit in electione Canonica, vt in d. c. quia propter, & in electione ſummi Pontificis per ſcrutinium, vt per Cicarellum in addition. ad Platinam in vita Vrbani VII. & quidem videtur id ſatis ex d. c. quia propter de elect.

187 Nihilominus tamen contrarium verius † exiſtimo, quia dictus motus proprius, & Bulla abſolute vult, quod vota ſecreto de neceſſitate præſtentur, & ſic videtur velle, quod ſint omnino ſecreta, qualia nõ eſſent, ſi poſtea eſſent publicanda eligentium nomina, & facit decretum Concilij ſeſſ. 25. de regul. cap. 6. vbi Concilium præcipit Abbates & Abbatiſſas, & alios Prælatos regulares eligi debere per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur, & ita practicari quidem videmus, nam communiter electio horum canonicatuum fit per
188 ſchedulas, in quibus eſt ſcriptum † nomen electi; tãtum, ſingulis enim Canonicis dantur ſchedulæ omnium oppoſitorum, & Canonicus ſumit ſchedulam illius, cui vult ſuffragari, & eam reponit in capſa, ſeu vrna, vel ſub quodam pileo, & reliquas, quæ dicũtur malæ, in alia, ſeu illas lacerat, pro vt etiam fit in prouiſione Cathedratum Salamanticæ, & aliarum Vniuerſitatum.

189 Reputaretur † tamen etiam electio ſecreta, ſi Capitulum poneret aliquos, qui reciperent vota omnium, modo poſtea nomina eligentium non publicentur, vt in terminis d. c. 6. Concilij cẽſuit. S. Cong. ☞ his verbis, ſi electi fuerint à Superioribus aliqui, vt puta quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur ſecreta, & canonica. cap. quia propter de elect.

190 Et accedit alia declaratio, ſuper d. c. quæ ſic ait, ☞ in electione Abbatiſſarum, de qua in præſenti, poteſt Epiſcopus cum ſuo Vicario, vel Secretario, vel alio ab ipſo aſſumpto, vota ſingularum Monialium ore tenus expreſſa audire. Et alia quæ ſic ait. in electione Abbatiſſarum vota ore tenus accipi poſſunt ☞ à ſuis Superioribus, licet quatuor, aut quinque ea ſciant, ſi hoc eſt iuxta formam ſtatutorum Religionis, c. quia propter de elect.

191 Nec obſtat alia declaratio ſuper d. cap. 6. † quæ ☞ ſic ait, in electione Abbatiſſarum vota ore tenus accipi non poſſunt à ſuis Superioribus cum duobus teſtibus, nec poteſt proximus Superior huiuſmodi electionem irritam, vtpote factam contra formam huius decreti, confirmare, & conualidare abſque ſedis Apoſtolicæ authoritate. Quia loquitur & procedit, quando vltra deputatos adhibentur aliqui in teſtes per quos poſſet publicari, &c.

192 Secundo eſt difficultas, † an, ſi aliquis canonicus oſtenderet alteri ſchedulam illius, pro quo ſuffragiũ fert, electio eſſet nulla, & non ſecreta?

193 Et videtur nulla, quia non omnino ſecreta, † nõ ſolum, ſi id faceret palam, & permittente Capitulo. ſed etiam ſecrete. Et facit declaratio S. Congreg. ſuper d. c. 6. quæ ſic ait. Congreg. cenſuit electionem eſſe nullam, quando aliqui ex electoribus vnicam ſchedulam recipiunt vnico nomine ſcriptam, & nomen electi notum ſcribæ, vel alteri, & reponunt in capſula, ſimiliter qui accipiunt de manu ſcribæ duas ſchedulas, & vnam, quam voluerint, reponunt, alteram ſcindunt, quia ſcriba potuit reuelare talem, qui non habuit niſi vnam ſchedulam, vel talem, qui non habuit duas. Monendus hic electus, non legitime electum fuiſſe, & ſi fuiſſet conſcius fraudis, eſſe puniendum, & admonendum, vt petat à Sanctiſſimo confirmationem,

194 Quamuis contra teneant Nauar. † conſ. 9. de election. & Emman. Rodriguez in ſum. 1. tom. c. 102. nu. 4. & q. regul. 2. tom. quæſt. 51. art. 9. quando eam oſtenderet ſecreto ſine culpa Capituli. Quorum ſententia ſolum procedet, quando id faceret in fraudẽ ad annullandam electionem, alias validam ſine eius voto, ne fraus & dolus illi patrocinetur.

195 Vnde, ſi quis de facto attentaret dare votũ † publice, ſeu palam, non debet permitti a Capitulo, ſed

quod

quod ſecreto det ſuum votum, aliàs electio eſſet nulla immò tamquam indignus poſſet excludi a voto, maximè authoritate Ordinarij pro illa vice.

196 Si tamen ante electionem, ſeu ſcrutinium † aliquis verbo diceret, ſeu publicaret, pro quo ſuffragium laturus eſt, vel poſt, pro quo ſuffragium tulit, non vitiaretur electio, quia ex hoc in rei veritate nõ definit eſſe ſecretu, eo enim non obſtãte potuit pro altero ſuffragium ferre, licèt malè faceret id publi-
197 cans, & hoc videtur velle declaratio S. Congreg.†
☞ Concilij ſuper d.ca.6. quę ſic ait. Ante vel poſt ſcrutinium electoribus nullo modo licèt cui ſuum votũ dederint, publicare, ſic Cong. reſpondit petenti, an electio ſic facta teneret.

198 Et etiam quamuis quis ſeruaret, † & extraheret ſchedulas malas ad oſtendendum poſtea alicui, non videtur electio irritare ex quo ſemel erat rectè facta, & ſecreto, & poterit eas non oſtendere, &c. deberet tamen curare Capitulum, ne vllus poſſet eas extrahere.

199 Vnde, cum prædicta electio fieri † debeat per vota omninò ſecreta, ſit, quod legitimè impeditus, qui poteſt alteri dare ſuum votum, & committere vices, ſuas, vt in d.cap. quia propter, & c. penul. eod. tit. de elect. in 6. non poſſet dare mandatum de eligenda certa perſona, quia tunc votum non eſſet ſecretum quamuis ſecus ſit in terminis d.ca. quia pro-
200 pter, vt in d.c.pen. §. porro & ita in terminis † d.c.
☞ 6. conſ. cenſuit S. Cong. vt in ſeq. declaratione, Procuratores legitimè conſtituti, cum generali mandato ad eligendum ab ijs, qui legitimè impediti ſunt, non excluduntur, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona, quia tũc votum non poſſet eſſe ſecretum, prout in hoc decreto.

201 Et ita eſt accipiendum † quod tradit Paraſellus de priuilegijs minimorum, & cum eo Emman. Rodriguez d.1.to.ſum.cum.c. 102.ad fi. & 2.to.q. reg. q.51.art.6.

202 Videtur tamen, † quod qui dat alteri vices ſuas ad votandum, poſſet verb. illi iniũgere, quod ſuum votum daret tali, & ſi alteri daret, peccaret graviter, & faceret iniuriam ei, qui ſic dedit vices ſuas quamuis valeret votum alteri datum, ex quo mãdatum exterius, & formale eſt liberum, & generale.

203 Et cũ vota ſint omninò ſecreta, videtur † quod poſſet canonicus, cui alter dedit ſuum votum, & vices ſuas, cum voto proprio ſuffragari vni, & cum voto impediti alteri, etiamſi dediſſet omninò liberè vices ſuas, quia tunc ceſſat ratio d. §. porro.

204 Rurſus cum electio † dictorum Canonicatuum debeat fieri per vota Epiſcopi, & Canonicorum ſecerta, & per ſcrutinia, ſit eam non poſſe aliter fieri per viam inſpirationis, aut compromiſſi, vt per ſeq.
☞ declarationem, ſuper d.c.6. Concilij, Si in electione Prælatorum regularium procedi poteſt alia via, quã per ſcrutinium, vt potè per viam compromiſſi, aut inſpirationis, aut oportet procedere per viam ſcrutinij tantum quo poterit ſatisfieri decreto Concilij, vt vota ſint ſecreta, Cong. cenſuit electionem horũ Prælatorum debere fieri tunc per vota ſecreta, vt ſe habent verba Concilij hoc cap. licèt contra teneant Emmanuel Rodriguez d.cap. 103. num. 2. & c. 105. numer. 3.

205 Quartò ſubdubitatur, † an, qñ in vltimo ſcrutinio duo habent plura vota verbi gratia ſunt 20. vota, vnus habet decem, & alius aliàs decem deueniendum ſit ad ſortes; quę licèt ſint prohibitę in electionibus ad beneficia, ſeu officia Eccleſiaſtica, cap. fin. de fortileg. & ibi Abb. num. 3. & Anania 3. & 11. *ibi 3. & 11. Sylueſt. verb. ſuperſtit. quæſt. 9. Graff. in dec. aur. caſuum conſc. lib. 2. cap. 5. d nu. 28. Bellar. contron. 2. to. lib. 1. de cler. c. 5. Moſcon. de maieſt. mil. Eccleſ. lib. 1. p. 1. c. 2. pag. 44. Suar. de relig. tract. 1. lib. 2. c. 12. a num. 5. Torre etiam de relig. 2. tom. q. 95. art. 8. diſput. 3. Marqu. del Gouernador Chriſtiano lib. 2. c. 3. pag. 216. & Thom. Sanch. in præcepta Decal. lib. 2. c. 38. a nu. 71. quicquid in ſeruitijs dicat Villar del patronado de Calatayud 9. p. coſtumbre 2. num. 2. adeo vt omnes tales electiones per ſortes ſint nullæ, ex d.c. fin. in fine, quicquid velit Suar. ibi a nu. 9. & Sanchez nu. 83. & ſequentib. contra Abb. num. 5.* tamen hic ſpecialiter permittuntur à Papa; an verò prius ad qualitates ita vt nobilis præferatur non nobili, & magis nobilis minus nobili, & beneficiatus in eadem Eccleſia non Beneficiato iuxta Bullam Sixti IIII.

206 In quo plures tenent deueniendum eſſe † ad dictas qualitates ex d. literis Sixti IIII. quas cum omnibus & ſingulis in ea contentis approbat, & innouat Leo. Vnde intelligunt verba motus proprij, & Bullæ Leonis ibi, & ſi vltimo duo habuerint, paritatem, etiam ſortè dirimatur, & c. de paritate in omnibus ideſt non ſolum in votis, ſed etiam in dictis qualitatibus. *Et ita videtur ſentire Rota in illa Burgen. canonicatus ſupra adducta num. 173.*

207 Et ita dicitur practicatum † in canonicatu Magiſtrali Eccleſiæ Placẽtinæ inter Doctorem Salinas, & Doctorem Muñoz, qui habuerunt paria vota, & Doctor Salinas vti nobilis fuit prælatis, & in Canonicatu Magiſtrali Eccleſiæ Gienen. inter eundẽ Doctorem Muñoz, & D. Vallentinum Vellez qui ſimiliter habuerunt paria vota, & Doctor Vellez vti nobilis fuit prælatus, & ad inſtar eorũ in canonicatu S. Scripturæ Eccleſiæ Toletanæ inter Doctorem. D. Gabr. de Cardenas, & Doctorem Lupum Barrio, qui habuerunt paria vota, & Don. Gabr. vti magis nobili fuit per Capitulum poſſeſſio tradita, vti in deciſ. 1. Toletana ſupra adducta num. 166. *& refert D. Salaçar de Mendoça in libello de inſtitut. canonic. pœnitẽt. in Eccl. Toletana.* §. 4. Et ita etiam fuit bis prætẽſum in canonicatu Magiſtrali Abulen. inter Magiſtrum Rodriguez, & Doctorem Caſtro nunc Epiſcopum Segobien. qui, cum habuiſſent paria vota, Ordinarius iuſſit deueniri ad ſortes iuxta Bullam Leonis, cui iuſſioni cum contradicerent tam ipſi, quam Capitulum, quod prætendebat debere eſſe iudex in hac cauſa cum Ordinario, & delato negotio ad Cãcellariam Pincianam per viam violentiæ, tandem Ordinarius, ſimul cum iudicib. à Capitulo deputatis, procedens illos recepit ad probationem qualitatum, & poſtquam fuerunt recepti ad huiuſmodi probationem qualitatum, Magiſter Rodrig. ceſſit, quia Epiſcopus ſe interpoſuit inter illos, & eos concordauit, & ſic canonicatum habuit Doctor Caſtro Et ſecũdò inter Doctorem Camargo, & Doctorem Aſcenſium Garcia, qui ſimiliter habuerunt paria vota, & tandem Aſcenſius Garcia, qui prætendebat inter alia deueniendum eſſe ad ſortes iuxta Bullam Leonis, poteſt latam primam ſententiã de conſilio Doctoris Ignatij Lopez de Salcedo in fauorem Doctoris Camargo vti nobilis, ceſſit ex cauſa con-

cordiæ

cordiæ per Papam confirmatæ, & Doctor Camargo habuit canonicatum, translata in illum certa pensione, quam Doctor Camargo habebat reseruata super Parochiali de Brunete.

208 Sed hæc sententia mihi est omninò falsa † cõtra d. motum proprium, & Bullam Leonis, qui in dictis verbis clarè loquitur de paritate votorum, vt patet ex præcedentibus. ad l. qui filiab. ff. de legatis primo. *& l. Gallus. §. ille casus, ff. de lib. & posth. ibi, quasi capitibus legis commissis, l. vitiũ, ff. de pœn. hared. & l. quemadmodum. §. fi. ad l. Aquiliam, & §. penult. inst. eodem.*

209 Et si intelligerentur de paritate in omnibus, † nunquam deueniretur ad sortes, quia moraliter loquendo, non daretur casus, quod vterque esset nobilis, & vnus non magis nobilis altero, sed æque nobilis.

210 Nec obstat, † quod litteræ Sixti IIII. cum omnibus & singulis in eis contentis sint approbatæ per Leonem. nam intelligitur præterquam in illis, in quibus aliud per Leonem statuitur. Nam etiam per Sixtum IIII. fuerat statutum, quod dicti Canonicatus, deberent prouideri tantum graduatis in Vniuersitatibus Hispaniæ, & tamen Leo statuit, quod possint etiam prouideri Collegialibus Hispanis Collegij Bononien. inibi graduatis. *Et per Bullam Sixti IIII. non requirebatur concursus formalis, qui tunc requiritur per Bullam Leonis, vt in Oscen. indulti 19. Nouem. 1603. coram Domino Millino supra adducta num. 143. & ita alias in simili respondit Rotam Argentina Sancti angeli 30. Aprilis 1604. coram Domino Coccino nouissime Farin. decis. 29. nu. 6. ex Ias. in l. doli clausula 119. num. 2. ff. de verbor. obligationib.*

Vnde dicta obseruantia contraria non potest dici 211 † interpretatiua, cum si contra claram dispositionem Leonis, meo iudicio: nam vbi verba sunt clara, non est locus interpretationi ex obseruantia, & consuetudini interpretatiuæ, Aretin. cons. 84. num. 5. & 115. num. 2. Rota decis. 108. nu. 6. p. 1. diuersorum, & dec. 37. num. 27. p. 2. & in Conchen. pensionis 18. Iunij 1585. coram D. Orano sup. adducta c. præced. num. 148. *Et in Casaraugustana pensionis. 11. Martij 1591. coram Gipsio nouiss. Farinac. decis. 686. num. 5. & Segouiana dimidia annata 22. Iun. 1607. coram Mançanedo infra relata vltim. p. c. 2. num. 18. & Recanaten. beneficij 14. Mart. 1608. coram Lancellotto infra relata 7. p. c. 1. nu. 66. & in Toletana canonicatus 13. Nouembr. 1609. coram eodem Lancellotto, & Salas de legib. disput. 18. sect. 14. num. 191.* & non potest dici consuetudo interpretatiua, cum non affertur lex dubia, super qua fundari possit talis interpretatio, ca. cum dilectus. de consuetudine. l. minime. l. si de interpretatione. de legib. vt fuit dictum in vna Hispalen. voti, 15. Martij 1569. coram D. Gipsio, facit doctrina Decij in cap. fi. num. 47. & 48. de constitutio. & ibi Sylueſtri. Aldobrand. in addito. verb. dubium & Rota decisio. 158. nu. 3. p. 2. diuersorum. *Quamuis alias iure existente dubio valet consuetudo interpretatiua, licèt sit contra veritatem, Abb. consil. 26. 2. part. sub num. 4. & etiam contra proprietatem verborum. Socin. consil. 209. n. 4. volum. 2. Socin. iunior consil. 15. volum. 2. nu. 12. vt per Pallad. de pareat. de Calmayd 4. par. §. 2. num. 8. alios citatos supra num 80.*

Et sic, quamuis esset obseruantia, & consuetudo 212 † quæ tragenaria non valeret contra dictam dispositionem proprié dictam in certis iuxta dicta sub dubitatione 1. num. 175. & alis electio, & prouisio esset nulla, nisi fortè, qui remanserunt pares in votis, consentirent seu peterent deueniri ad qualitates. *Vbi tamen duo essent pares in votis, & vnus eorum ob aliquam causam etiam occultam esset inhabilis vel indignus ad Canonicatum, non esset locus huiusmodi sortibus aut qualitatibus, sed alter deberet remanere cum canonicatu, quia non est deueniendum ad sortes aut qualitates nisi inter habiles, idoneos, & dignos, ad l. 11 gradatim. versiculo etsi lege, ff. de muneribus & honor. Ioann. Gutierrez consil. 31. num. 21. 22. & 26. & dicta infra 7. par. ca. 15. num. 3. Si tamen inhabilis vel indignus esset electus à maiori parte votorum, non ideo sequens in votis deberet manere cum canonicatu, sed esset facienda noua electio cum nouo concursu & oppositione, nisi illa maior pars sciens seu culpabiliter illum elegisset; nam tunc valeret electio facta a minori parte, penes quam residet potestas. capit. 2. de potestat. prælat. capit. cum in cunctis, §. fin. capit. dudum. 22. cap. bona. 23. capit. cum Virtoniens. cap. scriptum, cap. congregato. de electione, & ibi Doctores, & Abb. vbique, & dict. cap. quamquam. de electione in 2. & ibi gloss. & Doctores, Rebuff. in praxi titul. de deuolutio. nu. 20. & Cucchus in institution. maiorib. lib. 4. tit. 1. num. 159. & seq.*

213 Quintò subdubitatur, † an Capitularis, qui non interfuit lectionibus, & actibus oppositorum, possit votare in prouisione horum canon. in quo Rota in vna Cartagin. præbendæ. 18. Decembr. 1600. coram Lancellotto, quæ est nouiss. Farin. decis. 551.

Neque etiam obstat ratio Rotæ ibi, *quod sicut quando collatio præbendæ lectoræ, de qua ibi agebatur, ad solum Episcopum pertinet, nemo ad eam admitti potest, nisi prius ab Episcopo de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus fuerit, Concil. Trident. sessione 5. cap. 1. in fine: & ita cum ad Episcopum & capitulum simul spectet dictum examen & approbatio, fieri debet ab ipsis capitularibus, &c. Quia respondetur, Concilium ibi non tollere, quin dictum examen & approbatio possit ab Episcopo cõmitti alteri, immo eo non obstante rectè potest committi, vt aliàs de examine & concursu ad parochiales dicitur infra 9. par. cap. 2. num. 119. & similiter quando ad Episcopum & capitulum prouisio pertinet, satis est, quod examen & concursus fiat a capitulo, seu de eius ordine, licèt non omnes interfint: & non interessentes poterunt informari ab interessentibus, &c.* resoluit non posse, quia non poterat benè iudicare de litteratura, & sufficentia oppositorum, si præsens non fuit, & propterea fuit declaratum votum Decani esse nullum, ex dict. defectu non interuentionis, vt per Gonçalez glossa 4. num. 107. qui tamen ait, quod ista decis. fuit facta vna tantum parte informante, & quod difficultate non caret ex pluribus, quæ in contrariũ adduci possunt, & ex dictis per eum, num. præced. ex Mascard. concl. 877. & alijs, & mihi non placet, quia potest ab alijs informari qui non interfuit actibus, & ita practicatur.

Sexto subdubitatur in huiusmodi controuersijs, 214 † & alijs occurrentibus, in prouisione horum Canonicatuum, quis debeat esse iudex, an solus Ordinarius? an vero simul cum Capitulo, prout factum est in d. Ecclesia Abulen. Et videbatur huiusmodi cognitionem, & iudicium ad Ordinarium, & Capitulum simul spectare, nam sicut electio, ita etiam & cognitio communis esse debet.

215 Nihilominus tamen dicẽdum existimo, † quod

suppoſi-

ſuppoſito, quod deueniendum eſſet ad qualitates cõcurrentium, qui habuerunt paria vota, ſicut ad Epiſcopum & Capitulũ ſpectat electio, & prouiſio horum canonicatuum ex dict. Bullis, eodem modo ad eos ſpectaret iudicare de qualitatibus extra iudicialiter, & Epiſcopus haberet ſolum vnum votum, vt quilibet Canonicus, ſicut in electione, nec eſſet hoc judicialiter terminandum coram Ordinario & Capitulo, ſeu iudicibus ab eo deputatis, quamuis informatio de qualitatibus ſumenda in forma iudicij, ſeu iuridica, facienda eſſet authoritate ſolius Ordinarij.

216 In controuerſia autem, an † deueniendum eſſet ad fortes, an vero ad qualitates, & an alter eſſet inhabilis, & an electio eſſet nulla ob defectum iuramẽti, vel alias? ſolus Ordinarius videtur debere eſſe iudex, niſi vbi eſſet conſuetudo cõtraria legitime præſcripta, ſicut quando occurrit aliqua lis ſuper prouiſione aliorum canonicatuum, ſeu præbendarum facta ab Epiſcopo, & Capitulo ſimul, clarum eſt ſolum Ordinarium eſſe iudicem, & non Capitulum, & etiam ſuper prouiſione facta à ſolo Capitulo.

217 Nec obſtat ratio † in contrarium adducta; nam ex facultate eligendi, ſeu prouidendi non infertur ad iuriſdictionem, cum ſint longe diuerſa ad l. Papinianus exuli. ff. de minor. ex eo enim, quod quis habeat ius cõferendi, non habet iuriſdictionem ad cognoſcendum de controuerſijs ſuper collatione occurrentibus, vt patet in inferioribus collatoribus; nec eo, quod quis habeat ius præſentandi, eſt iudex in controuerſijs occurrentibus ſuper præſentatione, & prouiſione beneficij, etiamſi ſit patronus Eccleſiaſticus.

218 Pro qua reſolutione facit decretum Concilij † Prouincialis Compoſtellani actione 2. decreto 34. vbi habetur, quod Epiſcopus ſolus, ſeu eius Vicarius declaret, & iudicet inhabiles electores, & eligendos ad Doctoralem, & Magiſtralem præbendam, ſeu lectionem S. Scripturæ, quod in concordia confirmata per Pium V. declaratur, quod Epiſcopus, vel eius Vicarius generalis id faciat circa eligendum, procedendo, ac pronuntiando ſimul cum Cap. vbi talis eſt conſuetudo, ſicut enim eligendorum electio ad Capitulum vna cum Epiſcopo pertinet, ita etiam inhabilium cognitio communis eſſe debeat; quo vero ad vota eligentium, & ad eorum inhabilitatem, recuſationem, ſeu voti priuationem ſeruetur iuriſdictio, ſeu conſuetudo vniuſcuiuſque Eccleſiæ.

219 Septimo ſubdubitatur, † an poſt electionem requiratur collatio, an vero electio ipſa habeat vim prouiſionis, & collationis? Et quidem attento dicto
220 motu proprio, & † Bulla Leonis videtur electionẽ ipſam habere vim prouiſionis, & collationis, nec requiri aliam collationem, vt colligitur ex verſ. & electione, vbi agitur de electione ad huiuſmodi canonicatus apud ſedem vacantes, & ex illis verbis, ad prouiſionem, ſeu electionem, &c. & ibi, ſors loco electionis, & prouiſionis habeatur, & faciunt dicta ſup. 1. p. c. 6. à num. 13.

221 Praxis tamen, † & conſuetudo Hiſpaniæ habet in huiuſmodi Canonicatibus, poſt electionem, fieri collationem ab Epiſcopo, & Capitulo, cui videtur ſtandum; nam iſta interpretatio non eſt omnino aliena à d. Bulla Leonis. quia verbum prouiſio, poteſt accipi ſinonyme pro eodem, quod electio, ad Rebuf. in concord. de collatio. §. præfatique Ordinarij verbo prouiſionem, & dicta ſupra d. c. 6. nu. 30. & ex Bulla Sixti IV. ad Epiſcopum, & Capitulum ſpectabat omnino prouiſio, & collatio horum Canonicatuum.

222 Octauo ſubdubitatur, † an prouiſio huiuſmodi canonicatuum, debeat fieri infra ſemeſtre à die notitiæ vacationis, alias deuoluatur ad ſuperiorem. Et breuiter reſpondetur affirmatiue ad tradita per Anaſt. Germonium de indultis Cardinalium §. volumus, nu. 56. & d. infra 10. p. c. 2. & 3. Maxime cũ pro-
223 uideantur authoritate ordinaria, † quãuis aliquãdo Capitula id non obſeruent, neque aduertant, vt vidi in canonicatu Doctorali Salamantino, & Magiſtrali Toletano, *Et ex eo nuper fuit nouus impetratus canonicatus doctoralis Eccleſiæ Zamorenſ. & magiſtralis Eccleſiæ Gadicenſ. quamuis iſtæ impetrationes fuerunt detentæ & impeditæ aliquibus diligentijs, vti habetur in libro Congregationis ſtatus Eccleſiaſtici horum regnorum anno 1608. ſeſſ. 31.* & deuolutio fiet cum eiſdem qualitatibus, vt dicitur d. cap. 3. 10. par. num. 42. Licet ſuperior ad quem fit deuolutio non teneatur ponere edi-
224 ctum, nec facere concurſum, † quia iſta eſt forma ſolum data Epiſcopo & Capitulo, & cum Epiſcopus in huiuſmodi prouiſione intercueniat, vt Prælatus & non Canonicus, licet non habeat niſi vnum votum, vt vnus Canonicus, non fiet deuolutio ad ipſum. c. pen. de conceſ. præb. & c. a collatione de appellat. in 6. *Nec teneretur ſuperior, ad quem fit deuolutio, eligere examinatis à capitulo etiam in tempore ante lapſum ſemeſtre, quia illud examen ſolum erat pro ipſo capitulo, quamuis ſi vnus tantum comperiſſet, & eſſet examinatus, & repertus idoneus in tempore, ex quo illi deberur canonicatus, & habet ius conſiderabile ad illum, iuxta deciſionem Pu-*
*tei 253. lib. 3. & conſil. Mandorij 51. de quo ſupra 4. par. cap. 3. a nu. 69. non fieret deuolutio, iuxta dicta infra 10. par. cap. 4. à num. 1.*

225 Vnde infertur, † quod cum iſti Canonici ſint priuati ipſo iure huiuſmodi canonicatibus ob abſentiã vnius menſis (Intellige continui, vel interpollati à ciuitate, in qua præſentes, gaudere poſſunt abſentia ab Eccleſia, ſeu choro, qua alij gaudent, ut in hac Eccleſia, & credo in alijs practicatur) abſque Ordinarij, vel Capituli ſui licentia ex dictis Bullis, & ſic ſtatim nulla expectata ſententia, nec citato poſſeſſore, poſſunt prouideri, vt dicetur infra 11. p. c. vlt. nu. 23. & dicitur in d. Bullis, ſi infra ſemeſtre ab huiuſmodi abſentia Ordinarius, & Capitulum non prouiderint, vel vt poſtea melius prouiſio fieri poſſit, non egerint ſuper declaratione vacationis: nempe vt per iudicem iuridicè declaretur priuatus talis Canonicus, nec poſt prouiſionẽ opus eſſet eum vocare ad inducendum in poſſeſſionem prouiſum, iuxta c. licet Epiſcopus de preb. in 6. *ad Baldum in c. cum in cunctis. nu. 16. ibi licet honeſtius, & c. de electione, & Tiraquellus in l. ſi vnquam. verb. conuertatur. n. 275. & 277.* fiet deuolutio ad ſuperiorẽ iuxta id, quod dicetur d. c. vlt. nu. 25. Nec poteſt dici, quod ad iſtam priuationem
226 requiritur declaratio, † & volũtas Capituli, ſeu maioris partis, ſicut dicitur de caducitate emphyteoſis quia iſta priuatio eſt per Papam inducta in pœnã nõ reſidentium, & in fauorem publicum Eccleſiæ non Capituli, maxime, cũ eos etiã faciat perpetuo inhabiles ad dictos canonicatus. Et faciunt verba illa vbi dicitur, quod de canonicatib. ſic vacantibus ob priuationem debeat alijs prouideri, &c. vnde Capitulum

lum non poteſt illos qui abfuerunt vltra menſem in huiuſmodi canonicatibus tolerare vllo modo.

227 Et idem erit, † ſi haberent licentiã abſentiæ, nullam tamen, vtpote datam non ſeruata forma ſtatutorum, verbi gratia, aliquo contradicente: cum eſſet gratiæ, vt reuera eſt, niſi eam petẽs haberet aliquam grauem, ſeu vrgentem cauſam, nam tunc eſſet iuſtitiæ, & ſic ſufficeret maior pars Capituli pro tempore, quo alij Canonici abeſſe poſſunt, &c. vel non ſeruato modo vocandi, aut vocandi ad Capitulum, pro forma requiſito. Nam d. verba Bullarum abſque

228 Ordinarij, vel Capituli ſui † licentia, intelliguntur de licentia valida ad l. 4. §. condemnatum, vbi D. ff. de re iudic. cum alijs. Pelin. qui plura addocit in c. ex tenore, de reſcrip. 2 num. 3. & Rotam in Corduben. Portionis 25. Octobr. 1557. coram D. Rubeis adducta part. ſeq. cap. 3. nu. 54. & deciſ. 403. circa fin. par. 1. diuerſ. & adducta per Gonçalez gloſſ. 57. 2 nu. 12. & paria ſunt non habere licentiam, vel illam habere nullam, & inualidam, & facit quod dicitur infra 11. p. c. vlt. 2 nu. 217.

Quamuis ad effectum, vt non vacent huiuſmodi

229 † canonicatus, ob abſentiam, ſufficere licentiã Ordinarij, vel Capituli iniuſtam, & illicitam, & ſine legitima cauſa, ex qua non facerent fructus ſuos, nec tuta conſcientia abeſſe poſſent, & cum licentia Ordinarij, vel Capituli poſſent gaudere menſibus abſentiæ recreationis cauſa conceſſis per Concilium, vel ſtatuta valida, lucrando in eis fructus in abſentia, nec ad eam iuſte concedendam pro iſtis menſibus, opus eſſet aliqua cauſa, niſi eorum præſentia eſſet multum neceſſaria Eccleſiæ. *Præſentes autem in ciuitate, ſeu loco Eccleſiæ ſine licentia poſſunt, vt dixi, etiam vltra menſem gaudere diebus recreationis a Concilio, ſeu ſtatutis validis conceſſis alijs canonicis, niſi vbi ſit conſuetudo, ſeu ſtatutum particulare in contrarium: quod probatur. nam in dicto motu proprio & Bulla Leonis, ſolum dicitur, quod teneantur in Eccleſijs perſonaliter reſidere, & ſi abſque ordinarij, vel capituli licentia vltra menſem ſe abſentarent, eo ipſo canonicatu primati ſint: & qui reſidet in ciuitate, ſeu loco Eccleſiæ, dicitur in Eccleſia reſidere, & eſſe præſens, & non dicitur ſe abſentare, licet non interſit diuinis, gloſ. in cap. vnico de cleric. non reſiden. in 6. verb. adfuerint, & ibi Anchar. Domin. Franc. & Doctores communiter, & ibidem D. Ioan. Ocon. num. 35. Caſſad. deciſione 116. Conarr. lib. 3. variar. cap. 13, num. 3. Alex. Moneta de diſtrib. par. 1. quæſt. 4. num. 18. & 2. par. q. 5. à num. 17. & quæſt. 14. num. 21. & 3. par q. 8 nu. 5. Vnde quamuis iſti canonici nunquam intereſſent diuinis, nec intrarent in Eccleſiam, dum tamen eſſent in ciuitate, nõ eſſent primati ipſo iure canonicatu, ſed alias contra eos procedendum eſſet vſque ad primationem, nec lucrarentur fructus & prouẽtus canonicatus, qui inſeruiendo & intereſſendo lucrifiunt.*

230 Et dare huiuſmodi licentiam † videtur ſpectare ad Capitulum, ad quod ſpectat ipſorum Canonicatuum prouiſio, quod in hac Eccleſia Abulen. vocatur Capitulum capitulantium, de quo ſunt Canonici, & etiam ex conſuetudine Dignitates, & non ad Capitulum, cum Portionarijs, niſi vbi etiam ipſi habeant votum, in huiuſmodi prouiſionibus, vt in Eccleſia Caurien. & ita practicatur.

231 Quamuis ſi illi Canonici, eſſent legitime † occupati, in negotijs Eccleſiæ à Capitulo pleno, cum portionarijs, non eſſet opus licentia Capituli Canonicorum, cum ſint legitimè abſentes, pro cauſa Eccleſiæ, cum licentia Capituli, &c. ſicut etiam non eſſet opus d. licentia, cum abeſſent ex alijs cauſis expreſſis in iure, vel Priuilegio.

Sed ſi eſſent habiti pro præſentibus, pro negotijs

232 † fictis, ſeu ſub falſo prætextu negotiorum Eccleſiæ cum non ſint legitimè abſentes, nec habeant licentiam Capituli Canonicorum, videtur habere locum prædicta priuatio, maximè ſi id fuit factum cum contradictione aliquorum. *Et quod attinet ad ordinarium, videtur licentia poſſe dari non ſolum ab Epiſcopo, ſed etiam ab eius vicario generali, qui verbo ordinarij comprehenditur, vt in propoſito: quia non eſt materia diſpenſationis, ſed ſimplicis licentiæ, vt alias dicitur infra cap. 8. nu. 51. ſicut etiam in terminis Concilij ſeſſione 23. de refor. c. 1. poteſt dari licentia abſentiæ parochis à Vicario Epiſcopi.*

233 Et licentia debet eſſe expreſſa, † nec ſufficit tacita, nam vbi requiritur licentia, debet eſſe expreſſa non tacita, Archid. Io. Andr. Domin. & Francus in cap. ſi Abbatem in princip. de electione in 6. Lapus allegat. 86. num. 3. vbi Mandoſ. littera D. Corſettus in ſingul. verbo licentia, Decius conſi. 28. Tiraqu. in l. connubial. glo. 7. nu. 8. Auend. in d. verb. otorgamiento Matien. in l. 3. tit. 3 libro 5. recopil. glo. 1. numero 5. Paz in praxi 1. p. 1. tom. ſecundo tempore, num. 27. & 28. Menoch. de arbitr. centur. 5. noue addita, caſu 453. nu. 14. & alij citati per Th. Sanch. de matrim. libr. 3. diſput. 35. num. 16. quamuis ipſe contra teneat à num. 20.

*Nonò ſubdubitatur, an huiuſmodi canonicatus & prebendæ Doctoralis & Magiſtralis poſſint dari ſine edicto, aut publico examine alicui habenti qualitates neceſſarias, maximè quando eſt perſona inſignis, & notoriè idonea, & non ſunt oppoſitores. Et breuiter dicendum eſt, id nullo modo poſſe fieri, quamuis aliquando fuiſſe factum in aliquibus Eccleſijs intellexerim: & ita ſemel & iterum conſultus reſpondi: nam pro forma requiritur in dicto motu proprio, & bulla Leonis cum decreto irritanti, quod prauio edicto, & publico examine prouiſio fiat: & iuxta formam literarum Leonis debet fieri prouiſio per concurſum, vt dicitur in illa Oſcen. indulti 19. Nouemb. 1603. coram Domino Millino, de qua ſupra num. 210. Et in Concilio Compoſtellana actio. 2. decreto 34. quod publico, & neceſſario edicto ad examen conuocentur quicunque voluerint admitti, ſtatuitur. Vnde prouidendus de huiuſmodi canonicatibus oppoſito edicto debet ſe opponere, & publico examini ſubijcere, facloque examine, ac iuramento per electores præſtito, eligi per vota ſecreta, etiamſi non ſit alius oppoſitor, & aliàs prouiſio erit nulla, ſicut in ſimili de prouiſione parochialiũ dicitur infra 6. p. c. 2 à qu. 265. & 9. par. c. 2. à nu. 99. Sed ſi appoſito edicto nullus eſſet oppoſitor, aut ex oppoſitoribus nullus repertus eſſet idoneus, tunc elapſo tempore primi edicti cum ſuis prorogationibus, apponendum eſſet ſecundum edictum ad vocandum oppoſitores, & ſic nec in eo vllus compareret idoneus, aut qui vellet ſe publico examini ſubijcere, tunc alicui prauio examine priuato prouideatur: & ſi non ſit qui velit etiam priuatim examinari, poſſet prouideri alicui, de cuius idoneitate aliàs conſtet, iuxta id, quod de parochiali dicitur infra dicto cap. 29. p. à nu. 218. & declarationes S. Congreg. Concil. ibi adductas.*

*Et an quando oppoſitor morbo laborat, & ob id non poteſt actus ad examen præſcriptos facere, valeat ſine examine admitti ad electionem, videtur quod non, ex dicta ratione, quod examen requiritur pro forma, & cum decreto irritante; ſicut etiam non poſſet quis eligi ad parochialem ſine examine, quantumuis ob morbum, vel aliam cauſam fuerit*

*fuerit impeditus: quamuis in dicto Concilio prouinciali Cõpoſtellano actione 2. decreto 34. aliter in propoſito ſtatuatur, his verbis: Et quamuis per procuratorem alicuius abſentis oppoſitio fuerit admiſſa, nullus tamen ad electionem de eo faciendã admittatur niſi ad examen præſcriptos actus publicè fecerit, aut morbo ſontico laboret, quem ſufficienti teſtimonio coram Epiſcopo, aut eius vicario comprobare teneatur. Quod decretum cum non ſit confirmatum, non videtur validum contra dictum motum proprium, & bullam Leonis, maximè cum oppoſitor morbo laborans non eſt in ciuitate & loco examinis, ſed abſens, iuxta alias dictum ſupra 3. p. c. 2. nu. 435. Nec teneretur capitulum expectare conualeſcentiam illius, ſed elapſo tempore edicti poſſet procedere ad examen & actus aliorum oppoſitorum comparentium, & ſucceſſiue ad electionem, niſi ante eam veniret qui erat infirmus ad examen; tunc enim cum eſſet res integra, eſſet admittendus ad faciendum ſuos actus, ſine eſſet magis, ſiue minus antiquus alijs, aut niſi ſperaretur breui conualeſcere, & peteret expectari, tunc enim eſſet expectandus per aliquot dies, vt æquitas & ratio poſtulat: aliàs electio eſſet reuocanda, & irritanda per iudicem illo inſtante. Vbi tamen ſolent fieri duo actus ad examen, ſcilicet lectio, & prædicatio, aut duæ lectiones, oppoſitor qui fecit vnum actum, & ob morbum non poſſet alterum facere, poſſet quidem & deberet ad electionem admitti, ſufficit enim vnus actus ad formam examinis. Si autem qui nullum actũ examinis fecit, eligeretur à maiori parte capituli, quamuis non valeret talis electio, non tamen ideo valeret electio facta a minori parte de alio, qui fecit ſuos actus, & fuit examinatus; nam licet maior pars ſi ſciretur qui eſſent eligendi ea vice, poteſtate priuari poſſent ob non ſeruatam formam electionis, cap. quia propter verſic. qui vero, & cap. Cumana. de electione, c. quamquam de electione in ſexto, non tamen eſt priuata ipſo iure, d. cap. quamquam, & c. cum cætera, eodem titulo ad fi. gloſſa in d. verſ. qui vero, verſ. priuẽtur, & in d. c. Cumana, gloſſa fi. vbi Abb. vltim. notab. & in d. c. quia propter, §. niſi. n. 3. Roman. conſil. 483. num. 9. Tiraquellus §. hoc ſermone. limitatione 1. n. 54. & ſic ante priuationem non reſidet poteſtas penes minorem partem, Abb. d. §. niſi n. 5. Quare videtur facienda alia electio a toto capitulo ex examinatis, modo non ſit lapſum ſemeſtre à iure datum ad prouidendum, iuxta ſupra dicta a num. 222. & ſi vnus tantum eſſet examinatus, ille deberet omninò eligi, & prouideri de canonicatu, ad quem habet quæſitum ius conſiderabile ex oppoſitione, & verificatione qualitatum per examen, iuxta deciſ. Putei 253. libro 3. & conſil. Mandoſ. 51. de quo ſupra 4. p. c. 3. à n. 69. & ſupra n. 224. Quamuis ſi ad ſecũdam electionem de nouo faciendam cõpareret in tempore, qui fuerat infirmus, & vellet examinari, eſſet admittendus tanquam re integra, iuxta dicta.*

*Circa dictum autem decretum Concilij Compoſtellani 34. actio. 2. in quo ſtatuitur, quod edictum ad dictorum canonicatuum prouiſionem ponatur cum termino triginta dierum, neque prætextu cuiuſque rationabilis cauſæ præfixum tempus augeri poſſit vel minui. Aduertendum eſt, non videri vſu receptum, nec ſeruari, nec in prouincia, nec in ipſa Eccleſia Compoſtellana, quantum ad id quod non ponatur cũ maiori termino, nec prorogetur: immò contrarium ſeruatur maximè quoad prorogationem, quæ cum ſint pauci oppoſitores, aut non multum inſignes, ſeu famoſi, ſolet fieri ad vocandum, & expectandum alios oppoſitores, vt melior fiat, & ſic Eccleſiis melius prouideatur & conſulatur.*

## *De prouiſione Beneficiorum inferiorum. §. II.*

### SVMMARIA.

*REſtat dicere de aliorum Beneficiorum prouiſione ordinaria, nu. 234. & in Beneficijs minoribus Eccleſiarum inferiorum collatio de iure pertinet ad ſolum Epiſcopum, etiã ſine conſilio Cap. ſaluo iure patronatus nu. 253. & idem dicit Abb. de Beneficijs inferioribus Eccleſiæ cathedralis, nu. 236. quæ tamen ſententia dubia videtur, nec admittenda, in Portionibus, & alijs Beneficijs participantibus, de menſa nu. 247.*

*Maiora Eccleſiarum inferiorum Beneficia Epiſcopus de iure, cum conſilio c. conferre debet à nu. 238. ex generali tamen conſuetudine Epiſcopi in nullis Benef. extra Cathedralem requirunt conſ. Cap. quæ conſuetudo valet. nu. 241.*

HActenus actum eſt de prouiſione ordinaria,
234 Præbendarum & Dignitatum † Eccleſiarum Cathedraliũ, & Collegialium; reſtat dicere de aliorum Beneficiorum prouiſione ordinaria.

235 In quo dicendum eſt, † quod in Beneficijs minoribus Eccleſiarum inferiorum collatio de iure pertinet ad ſolum Epiſcopum, etiam ſine conſilio Capit. ſaluo iure patronatus, Abb. in d. c. cum Eccleſia Vulterrana. de elect. nu. 8. verſ. 3. & vlt. caſu, & in c. nouit de his quæ fiunt à Prælat. nu. 6. Selua de Benef. 2. p. q. 22. 6. caſu nu. 17. Coraſ. dicens communem de benef. 2. p. c. 4. nu. 6. Burſat. conſ. 126. nu. 5. lib. 2. & Zecchus. de Benef. penſio. c. 2. verſ. ordinarij etiam.

Et idem dicit Abbas in d. cap. cum Eccleſia Vulter-
236 rana num. 8. verſ. in tertio membro, † de Beneficijs inferiorib. Eccleſiæ Cathedralis, nempe quæ nõ ſunt Præbendæ, ſeu Dignitates, ſcilicet, quod ſolus Epiſcopus poſſit illa conferre, etiam ſine cõſenſu, vel conſilio Capituli, quia iſta minora explicat Epiſcopus ex ſuo officio generali, &c. ſequitur Gonçalez. gloſ. 45. à num. 38.

239 Quæ tamen Abbatis † ſententia, dubia ſatis videtur ex ſupradictis, nec admittenda videtur in Portionibus, & alijs Beneficijs Eccleſiæ Cathedralis, quæ licet non ſint Præbend. proprie, participant tamen de menſe Capitulari, & ita quoad prouiſionem portionum in Eccleſijs Hiſpaniæ, idem ſolet ſeruari, quod in prouiſione præbendarum, Canonicatuum, & eodem modo prouidentur, & poſthæc Gonçalez d. gloſ. 45. nu. 42. ait ſe inuenire, quod etiam in portionibus Eccleſiæ Cathedralis, ſæpe Rota deciderit, quod ſint, inſpecto iure communi, de ſimultanea collatione Epiſcopi, & Capitul. vt fuit reſolutum in vna Salamantina dimidiæ Portionis 25. Iunij 1590. coram Comitulo, & in alia Corduben. dimidiæ Portionis 13. Februar. 1602. coram D. Sacrato, & alias pluries &c. nec placet concordia, quam tradit Gonçalez, ibi nu. 43. quod opinio Abbatis procedat, quando Portionarij ſunt prorſus extranei a Capit. Eccleſiæ Cathedralis, prout de iure communi, d. vero deciſ. locum ſibi vendicent, quando ex aliquo iure ſpeciali ſunt de gremio Capituli, &c. nam, licet non ſint de gremio Capituli, procedent dict. deciſiones, quia ſatis eſt in propoſito, quod participent de menſa Capituli, licet non de voce, & ad prædicta etiam eſt deciſ. Rotæ in Hiſpalenſ. Portionis ſupra adducta cap. 1. num. 35.

Maiora

238 **Maiora** vero Eccleſiarum inferiorum beneficia† Epiſcopus de iure, cum conſilio Capituli conferre debet. cap. nouitat. & cap. quanto, vbi Abb. num. 2. de his, quæ fiunt à Prælatis idem Abb. in dict. capit. cum Eccleſia Vulterrana num. 8. verſic. 3. & vltim. caſu, Selua, Coraſ. & Zecchus ſupr. & ſic eſt intelligendus, Rochus de iure patronat. verb. competens, num. 65. & Duaren. de Bene. l. 3. cap. 4. vbi ait, quod in Beneficijs, quæ nomine Collegij non cenſentur confert Epiſcopus, ſed in hac collatione, Cleri, Collegijque conſenſus, ſiue conſilium requiritur. capit. nouit, cap. quanto. de his, quæ fiunt à Prælatis. quē ſequitur Quintanaduennas, l. 1. Eccleſiaſticon cap. 5. num. 4. in fin.

240 Quamuis in Rectorijs maioribus conſenſum † Capituli requirat Burſattus d. conſi. 126. nu. 45. li. 2.

241 Ex generali tamen conſuetudine† Epiſcopi in nullis Beneficijs extra Cathedralem Eccleſiam illis requirunt conſilium Capituli, quæ conſuetudo valet, vt in capit. 3. de conſuetudine in 6. & ibi Dd. Abb. in dict. capit. nouit, num. 5. & Lambert. de iure patron. 3. par. 2. l. quæſt. 1. artic. 4. qui dicit, quod ſiue dubio hæc conſuetudo hodie inoleuit per totum orbem, & quod poſſumus dicere tit. de his, quæ fiunt à Prælatis, ſine cõſenſu Capituli receſſiſſe ab aula, quia epiſcopi hodie omnia expediunt ſine Capituli cõſenſu.

## *De aliquibus dubijs de ordinario collatore. §. II.*

### SVMMARIA.

*De Ordinario collatore examinanda veniunt aliqua dubia num. 242.*

*An Epiſcopus, ſeu alius Prælatus electus, & confirmatus poſſit conferre, adminiſtrare, & exercere, quæ ſunt iuriſdictionis ante inſtallationem, vel inductionem in poſſeſſionē, à nu. 243. referuntur ſententia Doct. & reſoluitur attento iure communi tenendam eſſe 1. ſententiam cõmuniter receptam, quod poſſit, niſi alius ſit in poſſ. hodie vero ex extrauag. minucle de elect. Epiſcopus. & alios Prælatos, in curia promotos etiam literis expeditis non poſſe conferre, nec adminiſtrare ante illarum oſtenſionem, & præſentationem factam Capit. & ponitur deciſ. Rota.*

*Etiam ſeclusa d. extrauag. videtur iuri, & rationi ſatis cõforme, non poſſe Epiſcopum ingerere ſe adminiſtrationi niſi oſtenſis & præſentatis literis Cap. de cuius præiudicio agitur, & de tollenda ei adminiſtratione à qua antea non teneretur deſiſtere num. 254. & ſeq.*

*Illa cõmunis ſententia limitatur niſi ſit conſuetudo, quod prælatus non adminiſtret ante inſtallationem ſeu inductionem in poſſeſſ. quia tunc non poterit ante adminiſtrare, quam cõſuetudinem eſſe negari nõ poteſt, non ſolum in Hiſpania, ſed etiam in alijs partibus, & ita in cauſa Burgen. fuit denegata remiſſoria ad probandam conſuetudinem contrariam, vt in deciſ. poſita à nu. 257.*

*Stante dic. conſuetudine, quæ eſt ſatis rationabilis non videtur poſſe adminiſtrare nec conferre promotus, etiamſi ſit Cardinalis ante adeptam poſſeſſionem, quicquid ſit de illo, an Cardinales ligentur diſpoſitione d. extrauag. iniũcta, de quo remiſſiue, & etiam de ea, nu. 262.*

*An Epiſcopus cui datus eſt coadiutor poſſit beneficia cõfer. etc. a nu. 265. reſoluitur quod Epiſcopus cui ob ſenectutem, aut ægritudinem datus eſt coadiutor confert libere Beneficia, & non coadiutor, quamuis ſecus ſit in viſitatore, ſeu adminiſtratore Eccleſiæ vacantis dato a Papa. coadiutor vero datus dementi, ſeu mente capto poteſt conferre, &c.*

*An valeat collatio Beneficiorum facta per Epiſcopũ ſeu Prælatum putatiuũ, qui ſe gerit pro Prælato, ſed ex aliquo defectu non eſt verus Prælatus, &c. num. 276. concluſio quod valet collatio per eum facta ratione publici officij ſicut, & alia geſta per eum ex l. Barbarius nu. 277.*

*Limitatur 1. d. concluſ. vt non procedat, vbi aliquis eſt intruſus in Dignitate, ſeu Beneficio reſeruato, ratione cuius competit ius conferendi: nam tunc, licet conferat ratione publici officij, & dignitatis non valet collatio propter decretum irritans in reſeruatione poſitum n. 278. Quamuis contra teneat Aegidius, cuius deciſio poſſet procedere in alijs iuriſdictionalibus non in collatione Beneficiorum, &c. nu. 279. & ſequent.*

*Secundo limitatur, quod ad hoc vt valeat collatio, & alia geſta per illum, non ſufficit communis error, cum poſſeſſ. ſed ſimul etiam requiritur authoritas ſuperioris, & tit. ab eo collatus, quamuis inualidus ex aliquo vitio, ſeu defectu occulto nu. 281. quamuis Bart. & alij teneant ſufficere communem errorem cum poſſ. offic. num. 282. & lex 1. C. de teſtamen. loquitur in caſu texus, qui de ſui natura non deſiderat authoritatem ſuperioris num. 283.*

*Requiritur tit. non a quocumque ſuperiore collatus, ſed a legitimo ſuperiore habente alias poteſtatem illum conferendi, nu. 284. & ſeq. vbi ponitur deciſ. Rotæ.*

*Quando eſt vitium, ſeu defectus non in materia, ſed eſt in perſona electi, ſeu proniſi, ſed in forma, communis error nihil operatur, nec valent geſta per illum, quia eſt defectus in fundamento, & radice, & deficiente forma, quæ dat eſſe rei, deficit tit. à nu. 286. & explicatur quod dicunt aliqui auctores. Sed id patitur difficultatem ex tribus rationibus adductis, ex quibus probabile videtur valere geſta per eum, qui habet tit. à Superiore, licet nullum ex defectu forma, &c. à nu. 290.*

*Explicatur lex ad varios, C. de numerarijs, & actuarijs l. 12. a num. 295.*

*Quando per decennium quis ſe gerit pro habili, ſeu pro tali, nõ requiritur alius tit. nu. 298. nam ex poſſeſſione decennali præſumitur tit. nu. 299. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, ſed id intelligitur, quando non conſtat de contrario, nempe de defectu tit. nec ius reſiſtit, nam tũc ex decennali poſſeſſione non præſumitur tit. etiam coloratus nu. 301. & 302. & l. Barbarius non habet locum, quando ius reſtit. num. 303. & procedit in errore circa factum, non circa ius. num. 304.*

*Communicitur ſententia aliorum, quod quando eſt opinio probabilis, quod quis eſt legitimus miniſter, & habet iuriſdictionem, licet illa in re non ſit vera valent geſta per illum ex l. Barbarius: nam hic non eſt error circa fructum, ſed circa ius, nec eſt error communis populi. ſed error ſapientium, & deficit etiam authoritas Superioris niſi dicatur, quod dubium ſeruit de titu. & ad communem errorem binus actus ſufficit. à num. 305.*

*Ad effectum l. Barbarius ſufficit tit. coloratus, qui ſufficeret ad effectum reſtitutionis in ſpolio Beneficij, & ſic geſta per proniſum ab inferiori, cui ius commune reſiſtit, qui tamen erat in quaſi poſſeſſione conferendi, valebunt, cum illa quaſi poſſeſſio etiam ſemiplene probata ſufficias pro colore titu. in ſpolio num. 308.*

*Valerent etiam geſta per proniſum a Vicario, quando collatio eſt adminiculata cum aliquali probatione poteſtatis Vicarij, nam tunc tribuit titulum coloratum, num. 309.*

*Tertio limitatur d. concl. vt non valeat collatio, nec alia geſta in fauorem ſcientium impedimentum n. 310. Quamuis alij.*

*teneant nero iure valere, eſſe tamen retractanda, nu.311. quæ limitatio intelligitur, quando ſcienti poteſt imputari culpa in adeundo illum iudicem, ſeu Prælatum, quem ſcit non eſſe vere talem. Secus, quando non eſt, quod imputetur illi, &c. num.312. nec procedit hodie, quando impedimentum eſt excommunicationis non denuntiatæ, ſeu notoriæ, num.313.*

*Quarto limitatur, vt non procedat in collatione, ſeu electione, & alijs, quæ geruntur iure primato, ſeu ratione priuati officij, &c. num.314. & ſeq. etiam ſtante extranag. ad euitanda. num.321.*

*Vnde præſentatio facta à patrono excommunicato, etiam occulto, eſt nulla, & conſequenter etiam inſtitutio ad illam facta, quod procedit in præſentatione facta à patrono Eccleſiaſtico, nam facta à patrono laico, etiam publico excõmunicato, valet contra aliquos. à num.316.*

*Poteſt tamen Epiſcopus non admittere præſentationem factã à patrono laico, quem ſcit eſſe excommunicatum, cum ille male faciat præſentando, licet non ſit denuntiatus & ſi eſſet denuntiatus, deberet illam repellere, alias peccaret, ſaltem venialiter, &c. num.119.*

*Conuincitur ſententia Bertachini, quod requiratur excommunicatum eſſe publicatum, vt non poſſit eligere, ſeu præſentare, quæ nõ eſt vera, etiam ad effectum annullationis actus contra Lambert.*

*An hodie ſtante d. extranag. ad euitanda, collatio facta ratione publici officij ab excommunicato non occulto, ſed publico, non tamen notorio, aut denuntiato, ſit valida à nu.322. reſoluitur negatiue contra aliquos, nam, licet acta à iudice excommunicato publico, non tamen denuntiato, aut notorio, ad inſtantiam partis ſint valida, etiamſi pars ſciat eum excommunicatum, tamen acta a tali ex officio, non valent, & collatio beneficiorum ſit ex officio &c. & ita poteſt procedere quædam deciſ. Rotæ relata. num.326.*

*De reg. & materia l. Barbarius remiſſiue. num.327.*

*An valeat collatio facta ab Epiſcopo, ſeu Prælato qui commiſit aliquod crimen, ob quod ipſo facto, & ante priuatus eſt Prælatura, puta hæreſim. à nu.328. reſoluitur valere eum priuatio eſt occulta, quãdiu enim toleratur, nec priuatio eſt notoria, rata eſſe debent ab eo geſta, ex l. Barbarius, quãuis aliqui dicant l. Barbarius, non procedere in hæretico, &c.*

*Id procedit. etiamſi Epiſcopus, ſeu Prælatus eſſet accuſatus de d. crimine. nu.333. non obſtante limitatione Bar. docentis, quod quando ſit proceſſus, ex quo ſi renda venit ſententia declaratiua, geſta poſt proceſſum inchoatum non valent ſecus ſi eſſet priuandus per ſententiam, &c. quia de ea dubitat Ias. nec videtur tenenda, & reſpondetur ad l. 1. C. de teſtamen. & l. quæſitum 1. ff. qui & a quibus. allegatas per Bart. à num 334.*

*Procedit etiam, licet Epiſcopus, ſeu Prælatus eſſet depoſitus per ſententiam, ſeu lata contra eum ſententia declaratoria, ſi ab ea appellauit, nam pendente appellat. non prohibetur fungi officio &c. nu.338. ſecus, ſi non appellauit, quamuis ſententia ſolum eſſet declaratoria criminis, &c. num.339.*

241 NVnc pro complemento † huius capitis de Ordinario collatore, examinanda veniũt aliqua dubia, & primum dubium eſt, an Epiſcopus, ſeu Prg-
241 latus electus, & cõfirmatus, ſeu inſtitutus, † vel prouiſus à Papa, poſſit conferre, adminiſtrare, & exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis ante inſtallationem, vel inductionem in poſſeſſionem? in quo ſunt variæ ſentẽtiæ, prima eſt affirmatiua, quod poſſit, niſi alius
244 † eſſet in poſſeſſione Prælaturæ, ex cap. nolli. capit. tranſmiſſam, cap. qualiter. & c. nihil eſt. de electio. & cap. auaritiæ eodem in 6. quæ iura ſolum videntur exigere confirmationem ad adminiſtrandum Innocẽtius Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Compoſtellanus Butrius. Cardin. & Abbas in d. cap. tranſmiſſam, Felyn. in cap. ne Dei de ſimon. nu.2. deciſ. Capellæ Toloſ. 444. ſeu 443. & ibi Auſ. Cr. Coſmas in prag. ſanct. tit. de elect. cap. licet. §. cenſuit, verb. promotus, Ripa l.2. reſpon. cap.31. Rochus de iure patronat. verb. ius, quæſt.5. Lambert. 3.p.2.l. quæſt.11. artic.6. & 7. Selua de benefic. 2.p. quæſt.15. Rebuffus de pacific. poſſ. à nu.294. & 301. alias 243. & 251. & in praxi, tit. de ſimon. in reſignat. num.26. Botteus de ſynodo 1.par. num.39. Coraſius 2.p. cap.4. nu.8. Duarenus de benefic. l.3. cap.4. Roſiniacus cap.12. à nu.2. & c. 23. P. Gregorius cap.38. num.2. Couarruuias plures referens l.3. variar. cap.16. num.6. Cucchus in inſtitutio. maior. l.4. tit.4. à num.63. Anaſta. Germonius de indultis Cardin. enim necnon quacumque à 2. nu.9. Acceuedo in curia Piſana l.1. cap.13. à num.9. & Suar. 4. tom. de pœnitent. diſput.55. ſect.3. nu.19. & alij communiter.

245 Et ita in † vna Burgen. Canonicat. 18. Ian. 1583. coram Illuſtriſs. Lancel. quæ habetur impreſſa 2.p. diuerſ. deciſ. 182. fuit per Rotam reſolut. vacationẽ Eccleſiæ ſolum durare, vſq; ad confirmat. ſeu prouiſio. de Prælato factam, & ſic ſtante d. prouiſ. & litetis expeditis etiam ante captam poſſeſſ. per Prælatum, non poſſe Capit. conferre, nec iuriſdictionem exercere, vti ſede vacante, refert & ſequitur Flamin. Pariſ. de reſignat. Benefic. libro 7. quæſt.23. à numero 46.

246 Secunda ſententia eſt negatiua, & contraria, † quam tenẽt Archidiaconus in cap. eum qui. de Præben. in 6. & ibi Lapus, Paul. & Anchar. idem Archidiac. in d. cap. auaritiæ, & ibi Domin. nu.4. in prin. & Francus etiam num.4 & idem Anchar. in reg. ne poſſeſſione l.6. Imola in d. cap. tranſmiſſam, & Felynus conſil. 40. num.5. *Et Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib.10 quæſt 6. num.7. male tamen plures allegans.*

247 Alij concordant op nones, † vt ſi confirmet is, qui eſt ordinarius loci, & plenam poteſtatem iure habet, vt Archiepiſcopus quoad Prouinciam, Epiſcopus quoad Diœceſim, & Papa quoad omnes, tunc ex ſola confirmatione habet plenam, & liberam adminiſtrationem; ſecus ſi alij confirment, qui non, ſunt locorum ordinarij, quia tunc ſuperioris, puta Diœceſiani conniuentia, & conſenſus expectatur, & requiritur, quam diſtinctionem ſequitur dicens ſatis æquam Lemin. in d. cap. eum qui §.1. nu. 8. & ibi Francus num.5. Felynus in deciſ. ne Dei, numer.5.2. limitat. & Rebuff. ſup. de pacific. num.306. alias 255.

248 Alij ſic concordant; quod aut inſtallatio ſpectat ad alium, quam ad confirmatorem, & ſit vera 2. opinio Archid. & aliorum, aut ad confirmatorem, & ſit vera prima opinio Innoc. & aliorum, ita But. in d. c. ne Dei, quem ibi ſequitur Anania num.4. licet Felyd. nu.5.2. limitat. eos citet pro 3. ſententia.

249 Sed reuera quoad hoc nihil † videtur referre, an confirmet loci Ordinarius, an alius, ſi confirmandi poteſtatem habet, nec an inſtallatio ſpectet ad confirmatorem, an ad alium? nec talis diſtinctio iure probatur, ſicut nec 2. ſententia Archidiaconi, & aliorum.

250 Vnde videtur tenenda prima ſententia ‡ communiter

munitet recepta, attento iure communi.

251 Hodie vero ex extrauag. iniunctæ de † elect. in communib. de qua Corasius. & alij ex citatis non meminerũt, Episcopi, & alij Prælati in curia promoti etiam literis expeditis, non possunt conferre, nec administrare ante illarum ostensionem, & præsentationem factam Cap. vt patet ex illis verbis, nullique eos absque dictarum literarum ostensione recipiãt, aut eis pareant, vel intendant, & ex vers. sequ. & ita
252 tenuit Rota † in d. Burgen. Canonicatus 3. Iun. 1583. coram D. Bubalo recedens à supradicta decis. facta coram D. Lancellotto, vt in sequenti decisione nondum impressa.

Resolutũ extrauagantem. iniunctę. de elect. in cõmunibus obstare D. Nicolao de Paredes, quia licet Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Burgẽ. post pronisionem sibi à Papa de Ecclesia Burgen. & post litteras desuper expeditas acquisiuisset, attento iure communi, iurisdictionem Episcopalem, & potuisset etiam conferre Beneficia, cum sedis Episcopalis nõ diceretur amplius vacare, vt fuit in hac causa resolutum, tamen attenta dispositione d. extrauagantis, ex quo literæ non fuerunt præsentatæ Capitulo, & Canonicis, totum id, quod actũ fuit per D. Archiepiscopum ante d. præsentationem fuit irritum, & inane, vt disponitur in dict. extrauaganti ibi, nullique eos ante d. literarum ostensionem recipiãt, & in vers. seq. ibi, quod si forsan contra præsumptũ fuerit, irritum habetur, & licet reperiantur aliqui DD. dicentes, quod literæ debent esse expeditæ ad hoc, vt non dicatur Ecclesię vacare, & vt Episcopus possit administrare absque eo, quod de præsentatione faciant mentionem, vt ita simpliciter dici glossa in clem. 1. verb. sede vacante de hæret. & ibi Imola num. 9. verb. gloss. vacante, Cardin. in §. duo num. 5. in fin. Abb. num. 6. versic. Ecclesia. Vitali. num. 176. Petrus Rauennas in Compendio iuris canonic. in d. tit. Pauinus de potestate Capituli, prędudio. 7. num. 14. Felinus in cap. ne Dei timorem num. 3. versic. 4. limita. de simonia Selua de Benefi. p. 2. quæst. 15. in princip. Abb. cap. qualiter, 1. notab. de elect. quem sequuntur Decius rubrica de constitutio, n. 42. Cassador. decis. 8. nu. 5. de restitut. spoliat. Put. dec. 277. n. 3. l. 3. tamen omnes isti, & alij, qui reperiri possunt, non excludunt ostensionem literarum, quia simpliciter loquuntur, immo illam præsupponunt ex quo ad id proban. allegant d. extrauagantem, qua de literarum ostẽsione expresse disponit, & dictum Doctorum debet intelligi secundum legem, quam allegant, & si aliter ipsi sentirent, dicerent contra d. extrauagantem, cuius verba sunt clara, & ita etiam illam declarat Rebuf. in praxi, tit. de simon. in resign. num. 31. Decius in rubric. de constitutio. elect. num. 42. & ex supradictis in cõtrarium allegatis se ipsum declarat Vitali in Clemen. 1. §. porro. num. 30. de iure iuran. Felin. in cap. 1. de præscrip. num. 3. qui licet loquatur per verb. forte, tamen postea affirmat. hoc dicit in cap. eam te, num. 6. versic. sed cane. de reseri. & in rubrica de constitut. numer. 11. vers. & adde, vbi dicit, quod debent ostendi litera. Abb. in ca. nosti, num. 4. de elect. & in cap. in nostra colum. fin. nu. 11. versic. dicit tamen. de rescript. vbi expresse dicit, quod pronisio debet probari per literas, nec aliter recipi debet, & hoc dicit esse bene notandum, quia multi in hoc erant. Non obstant etiam adducta pro parte d. Nicolai ad probandum notitiam Capituli, de dicta prouisione & literis de super expeditis, & quod sola notitia sufficiat, absq; literarum prędsentatione iuxta consilium 4. Calder. de offic. legati. Feli. in c. cæterum, num. 16. versi. sed caue de rescrip. Rebuf. praxi tit. de forma Vicariatus, nu. 210. Couarr. pract. cap. 9. num. 7. vers. 2. conclus. quia respõdetur, quod dicti Doctores non loquuntur, quando lex requirit præsentationem literarum, quia tunc sola notitia non sufficit, vt declarat idem Felin. in d. cap. cæterum, num. 17. versic. extẽsio 1. Boerius quæst. 347. num. 16. & 17. & in terminis d. extrauagantis tradit Rebuff. d. titul. de simon. in resignat. num. 4. vbi hoc comprobat pluribus rationibus. Præterea allegata in contrarium non procederent, quando ageretur de præiudicio alterius, Felin. in cap. ex parte Decani num. 22. de rescrip. Bartol. in l. 1. num. 20. de noui operis nuntiatione Ripa in l. quod te num. 61. si certum petatur, at in præsenti tolleretur in Episcopale, quod habet Capitulum sede vacante, circa collationem Beneficiorum, propterea, donec sunt illi ostensæ literæ expeditæ, prout dicitur in d. extrauaganti, non prohibetur continuare suam iurisdictionem, & per consequẽs collatio per Cap. facta tenet, & est valida.

253 Et vltra citatos per Rotam † in ista dec. addo Felinum d. consil. 40. nu. 9. & 7. & ita consultus respondi anno 1603. in vna Segobien. de qua supra memini cap. 1. num. 239. & ita post hæc tradit Gonçal. gl. 15. §. 2. à nu. 80. referens istam decisionem, & dicens, fuisse postmodum sæpius à Rota canonizatũ, & ita se consultum respondisse in alio simili casu vnius canonicatus Corduben. *Aſor 2. p. lib. 3. cap. 29. q. 9. & lib. 6. cap. 25. q. 11. Gratian. discept. forens. c. 127. a num. 45. Piasec. in praxi Episcop. in proœmio nume. 4. & 5. & summa Bullar. Quarant. verb. capitulum sede vacante. nu. 13. quamuis antea ibi. 9. q. tenuisset cum Rota d. decis. 182 & Flaminio Parisio.*

254 Quinimmo etiam seclusa d. extrauaganti † videtur iuri, & rationi satis conforme, non posse Episcopũ ingerere se administrationi, & iurisdictionis exercitio, nisi ostẽsis, & præsẽtatis literis suę prouisionis Capitulo, de cuius præiudicio agitur, & de tollenda ei administratione, & iurisdictione quam habet Sede vacante vt dicitur in d. decisione ad fin. ex Felino in cap. ex parte Decani de rescript. num. 22. Bart. in l. 1. num. 20. ff. de noui operis nuntiatione Ripa in l. quod te mihi nu. 61. ff. si certum petatur.

255 Et confirmatur, † nam ante ostensionem, & intimationem literarum non teneretur capitulum desistere ab administratione, & exercitio iurisdictionis, sed eam posset continuare, & consequenter Episcopus nõ posset antea iurisdictionem exercere alias daretur conflictus, & repugnantia iurisdictionum, & confusio magna, ac rixarum & scandalorum occasio.

256 Nec obstant iura supra allegata, quia illa † non excludunt ostẽsionem, & notificationem literarum faciendam Capitulo, cui auferetur administratio, & ita videtur accipienda prædicta communis sententia.

257 Præterea illa communis † sentẽtia limitatur, nisi sit consuetudo, quod Prælatus non administret ante installationem, seu inductionem in possessionem, quia tunc non poterit antea administrare, sed seruãda est

da eſt conſuetudo ad c. in his 11. diſtinct. cum alijs, ita gloſ. in d. extrauagan. iniunctæ verb. non præſumant, Abbas in d. cap. tranſmiſſam num. 3, dicens ita communiter velle Dd. Felin. in d. cap. ne Dei, num. 6. 3. limitatione. Selua, & Bott. ſupra. Rebuff. de pacificis num. 266. alias 247. Cucchus ſupra, & Anaſtaſius Germonius; qui ait, quod prouiſus poteſt adminiſtrare ante apprehẽſam poſſeſſionem, niſi vſu, vel conſuetudine receptum ſit, ne quis adminiſtret, niſi naturalem, & actualem poſſeſſionem acceperit, quã conſuetudinem ait ſibi videri eſſe in viridi obſeruantia, non enim ſolet ante apprehenſionem poſſeſſionis quicquam poſſeſſorie agere & nouiſſime Acenedo ſupra nu. 12. qui ait quod, cum Epiſcopus etiam confirmatus literas cõfirmationis teneatur mittere Regi, & eius Regio conſilio, & antequam ibidem expediantur, non capitur poſſeſſio, Canonici ſuę Eccleſiæ niſi literas has videant, & eis notificentur, non permittant adminiſtrare, & eis præſentatis, & notificatis, capitur Epiſcopatus poſſeſſio, nunquam vidit, neque audiuit Epiſcopos etiam confirmatos ante captam poſſeſſionem poteſtatem iuriſdictionis exercere, & quod de conſuetudine ſic teneri vidit, & audiuit in Epiſcopatu Placentino, & in alijs, quorum notitiam habet, &c. *Idem Azcuedo conſi. 14. num. 13. vbi ait, quod de conſuetudine Hiſpaniæ, prout notum eſt, etiam Epiſcopus confirmatus non confert, neque adminiſtrat, vſque dum bullas & litteras cum mandato Regio præſentat in capitulo ſuæ Eccleſiæ, et poſſeſſionem capit ipſe vel alius eius nomine, aliter enim capitulum illum non reciperet ad adminiſtrandum, et conferendum beneficia, et bona talis Epiſcopatus, quo caſu ſtante dicta conſuetudine nullo modo poteſt Epiſcopus electus et confirmatus adminiſtrare, nec conferre ante adeptam poſſeſſionem, & interim prædeceſſor iniſte poſſidet, ſecundum Rebuffum in concordatis. titulo de collatio. §. volumus. verſic. vacante in fine, pag. 100. & in practic. de deuolution. nu. 40. & in Francia idem fieri aſſerit Armilphus Ruzeus in tractatu iuris regal. priuileg. 58. Hæc azcuedo. Et tandem Vgolinus de officio Epiſcop. cap. 50. §. 15. num. 3. qui ait ante poſſeſſionem adminiſtrare non poſſe eum, cui collatio facta eſt, vbi conſuetudo eſſet, vt ante poſſeſſionem non adminiſtraret, & eum ita ſemper ſeruari vidiſſe, & ab hac conſuetudine diſcedendum non eſſe.*

Et re vera negari non poteſt eſſe hanc conſuetu-
258 dinem, † non ſolum in Hiſpania, ſed etiam in alijs partibus: nam nunquam Epiſcopi ante captam poſſeſſionem adminiſtrant, nec Beneficia conferunt, nec in aliquo ſe occupant, ſeu impediunt, ſed Capitula, vti ſede vacante adminiſtrant, & iuriſdictionẽ exercent, donec per Prælatum ſit capta poſſeſſio Epiſcopatus, quæ præſentatis literis, & præſtito ſolito iuramento de ſeruandis ſtatutis, ſtatim ſolet eis dari, ſeu eorum procuratori, & vſque ad illud tempus cenſetur durare Eccleſię, & ſedis vacatio, ad iſtũ
259 effectum adminiſtrationis, † ad quod videtur reſpexiſſe regu. 2. Cancellariæ, quæ reſeruat beneficia ad diſpoſitionem Epiſcoporum, & aliorum collatorum pertinẽtia, quæ poſt illorum obitum, dimiſſionem, ſeu amiſſionem, vel priuationem vſque ad promotionem ſucceſſorum Apoſtolica authoritate faciendam, & adeptam ab eis poſſeſſionem, vacant, &cet. quaſi vſque ad illud tempus cenſeatur Eccleſia, ſeu ſedes vacare.

260 Et ita poteſt procedere quod ait Rebuf. † de de-
uolutio. nu. 72. quod dicitur ſedes vacare, donec Epiſcopus nouus adeptus fuerit poſſeſſionem teſte Hoſtien. in cap. olim 1. de reſtitutione ſpoliatorum; quam refert. Felinus d. conſil. 40. nu. 4.

261 Vnde, cum in d. cauſa Burgen. Canonicatus † peteretur remiſſoria ad probãdam conſuetudinem immemorialem in Regnis Hiſpaniarum, quod Epiſcopi poſt expeditas Bullas abſque illarum oſtenſione in Capitulo prouidebant de Canonicatibus, & alijs beneficijs, fuit denegata, quia non dabatur aliquis fumus, quinimmo teſtes examinati videbantur potius probare contrarium, nempe, quod Epiſcopi non ſe intromittunt in adminiſtratione Epiſcopatus, ante præſentationem literarum, & ante captam
262 poſſeſſionem, &c. vt in ſequenti † deciſione facta coram eodem D. Bubalo 8. Iunij 1584.

☞ Domini concluſerunt denegandam eſſe remiſſoriam D. Nicolao de Paredes, quia ex articulis aliqui non ſunt reuelantes, & aliqui, licèt ſint reſeruantes, non tamen datur aliquis fumus, ita vt danda ſit remiſſoria, prout eſt primus articulus, qui, licet ſit reuelans in eo, in quo continet conſuetudinem immemorialem in Regnis Hiſpaniarum, quod Epiſcopi poſt expeditas Bullas abſque illarum oſtenſione in Cap. prouiderunt de Canonicatibus, & alijs beneficijs in ſuis Cathedralib. non tamen datur aliquis fumus, quinimmo teſtes examinati videntur potius probare contrarium, nempe, quod Epiſcopi non ſe intromittunt in adminiſtratione Epiſcopatus ante præſentationem literarum, & ante captam poſſeſſionem. & quod, quando volunt capere poſſeſſionem, præſentant literas Apoſtolicas Capitulo, quod pariter dicendum eſt in quarto articulo, in alijs vero dũ D. Nicolaus articulat, quod in Regnis Hiſpaniarum promoti ad Epiſcopatus non poſſunt capere poſſeſſionem, abſque mandato Sereniſſimi Regis Catholici eius propria manu ſubſcripto, & quod propter infirmitatem Sereniſſimi Regis de illo tempore Reuerendiſſimus D. Archiepiſcop. non potuit obtinere d. mandatum, licet plures fecerit diligentias, D. dixerunt hoc non releuare: quia, quamuis infirmitas Sereniſſimi Regis poſſet impedire adeptionem poſſeſſionis Archiepiſcopatus non tamen impediebat, quominus Do. Archiepiſcopus præſentaret literas Apoſtol. Cap. ſaltem illas directas Cap. non ad effectum capiendi poſſeſſionem, ſed tamen notificandi Capitulo, quod literæ erant expeditæ, & quod non ſtabat per ipſum quominus adipiſceretur poſſeſſionem Archiepiſcopatus, nec dicatur, quod non erat ſibi permiſſum oſtendere literas abſque beneplacito Principis, quia, quemadmodum potuit Dominus Archiepiſcopus deputare Vicarium ante adeptionẽ poſſeſſionis, prout deputauit, ita etiam cenſendum eſt potuiſſe exhibere literas Cap. ad effectum ſupradictum. Secundo, mouebantur, quia cum ex diſpoſitione extrauagan. iniunctæ. de elect. Epiſcopi prohibeantur ad eorum Eccleſias accedere, & bonorum adminiſtrationem accipere, niſi litteris expeditis, & illis exhibitis, hæc conditio tunc dicitur haberi pro completa, quando impedimentum veniret ex facto tertij directo impedientis, ſecus vero, quando exiſtentia conditionis impediretur per tertium hoc non agentem directo, ſed per quandam conſequentiam, vt in cauſa, de qua agitur, vbi infirmitas Regis non tendit directo, & principaliter ad impe-

dien.

dien. præſentationem literarum, ſed potius indirecto, & per quandam conſequentiam, vt bene declarat Bart. in l. in teſtamen. colla. 2. verſic. Domini. habetis de conditio. & demonſtratio. quem ſequitur Bald. in l. 1. num. 4. Alexan. num. 4. verſic. limita tamen. Iaſ. ſub num. 9. & Decius num. 11. C. de inſtitutione & ſubſtitut. Socinus in l. iure ciuili, num. 1. verſic. 2. limita. de conditio. & demonſtratio. & in d. l. in teſtamento, ſub num. 12. neque applicatur dictum gloſſæ in d. extrauag. iniunctæ, in verb. non præſu-
263 mant, vbi vult, † quod propter impedimentum obitus Papæ Epiſcopus poſſit capere poſſeſſionem abſque expeditione literarum, tum quia in præſenti literæ erant expeditæ, & ex impedimento mandati Regis ob eius infirmitatem non infertur, quominus poſſet d. Archiepiſcopus dictas literas exhibere Capitulo, quia impedimẽtum aderat in adeptione poſſeſſionis, nõ in oſtenſione literarum, vt ſupradictum eſt, tum etiam, quia in caſu gloſſæ datur facultas Epiſcopo capiendi poſſeſſionem, etiam literis non expeditis propter impedimentum in expedit. literarũ, ſed ſi poſt literas expeditas propter aliud impedimentum Epiſcopus non adipiſceretur poſſeſſionem, nihil dicitur in illa gloſſ. & in præſenti ſeruanda eſt diſtinctio Bart. de qua ſup.

264 Vnde ſtante d. conſuetudine, † quæ eſt ſatis rationabilis, non videtur poſſe adminiſtrare, nec conferre promotum, etiamſi ſit Cardinalis ante adeptã poſſeſſionem, quicquid ſit de illo, an Cardinales ligentur diſpoſitione d. extrauagan. iniunctæ, de quo Bellen. de charitatiuo ſubſidio, quæſt. 66. Gomezius in procemio regularum, quæſt. 4. num. 9. verſic. tertius caſus, & deciſ. Rotæ in cauſa Toletana Parochialis de Alcaudete 3. Iulij 1595. ſupra adducta cap. 1. num. 252. vbi vide. Et circa d. extrauagantem iniunctæ; videndus eſt Nauarrus in cap. accepta. de reſtitut. ſpoliat. oppoſit. 8. ſolutione ex num. 12.

265 Secũdum dubium eſt, † an Epiſcopus, cui datus eſt coadiutor, poſſit Beneficia conferre, &c. in quo dicendum eſt, quod Epiſcopus, cui ob ſenectutem, aut ægritudinem datus eſt coadiutor, confert Beneficia, & non coadiutor, ita Oldradus conſ. 44. & poſt alios Domin. nu. 4. & Francus 3. in cap. 1. §. fi. de clerico ægrotante. in 6. Pauinus de poteſtate Capituli ſe vacante, 2. par. quæſt. 1. num. 8. Coſmas in pragmatica ſanctione, tit. de collatio. §. cui rei, verb. iuriſdicio. Selua de Beneficijs 2. par. quæſt. 4. Rebuffus de nominatio. quæſt. 8. num. 44. & ſequentibus alias num. 26. Coraſius 2. p. cap. 4. à num. 9. Guerrero in ſpeculo cap. 9. & P. Gregorius de Benef. c. 39. nu. 20. argum. cap. fin. de officio Vicarij in 6. *Et Açor 2. par. lib. 6. capite 25. quæſt. 15. & Baeça de decim. tutor. præſt. cap. 19. nu. 13. & 15.*

266 Quamuis ſecus ſit † in viſitatore, ſeu adminiſtratore Eccleſiæ vacantis dato à Papa vt in cap. is cui. de electio. in 6. & capit. fine. §. fin. de ſupplenda negligentia Prælatorum. eodem lib. Dominic. & Francus ſupra.

267 Et in vna Legionen. 17. Octob. 1548. † fuit reſolutum, quod coadiutor ratione ætatis nõ poſſit vnire, nec diſmembrare, nec conferre Beneficia, vt per Mandoſium in regula 11. Cancell. quæſt. 5. num. 8.

268 Et prædictam ait crebriorem opinionem † Duarenus de Beneficio lib. 3. cap. 5. quamuis dicat, quod etiamſi coadiutor detur ob ſenectutem, non videt cur Beneficiorum collatio generali conceſſione non veniat; æquum tamen eſſe. quod à principio taliter detur, vt Epiſcopo libera facultas conferendi relinquatur.

269 Et quamuis Thomas, † Campeg. in tract. de coadiutore Epiſc. nu. 10. dicens, æquiorem ſententiam videri cum Alexandrino in ca. 11. 7. quæſt. 1. teneat, quod coadiutor datus inſano vel dementi poterit Beneficia conferre, ne contingat Beneficia diutius vacare: & videtur tenere Gonçalez gloſ. 5. §. 9. nu. 4. & gloſ. 23. num. 12.

270 Quod tamen ſolum † procedit in coadiutore dato dementi, ſeu mente capto, qui poteſt conferre, vt dicunt authores citati, & Flaminius Pariſius de reſignat. Benef. lib. 7. quæſt. 20. à num. 25. & Quintanaduennas lib. 1. Eccleſ. cap. 5. nu. 5. *Et Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 19. num. 76.*

271 Aiunt vero Francus, † Coſmas, Rebuffus & reliqui citati cum Ioanne Andrea, & Imola in cap. fin. de clerico ægrotante. Lapo & Ancharano in d. cap. 1. eod. in 6. quod ſi coadiutor datus eſt quoad ſpecialia, Prælatus ſanæ mentis confert Beneficia de conſenſu coadiutoris, & Flaminius Pariſius d. q. 20. nu. 23. ait, quod coadiutor tunc poterit conferre de conſenſu ipſius Epiſcopi.

Contrarium tamen, nempe quod Epiſcopus tunc
272 libere † conferat, & non teneatur requirere cõſenſum, vel cõſilium coadiutoris, videtur tenere Oldradus d. conſ. 44. & cum eo Domin. & Coraſ. & Guerr. ſup. quod verius exiſtimo, non enim ex hoc, quod
273 Epiſcopo † ſanæ mentis detur coadiutor ob infirmitatem, vel ſenectutem, interdicitur ei libera adminiſtrãdi facultas, niſi ibi detur propter certam cauſam vt timorem dilapidationis; nam tũc exercitium illius cauſæ, propter quam datus eſt coadiutor, non erit ſine conſilio, & aſſenſu coadiutoris, vt in cap. venerab. de offic. deleg. Old. ſup. nu. 2.

274 Et ita tenet Nau. conſ. 3. de clerico ægrot. nu. 4. vbi docet non poſſe coadiutorem Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi conferre Beneficia potente, & volente conferre illa Epiſc. ſeu Arch. & nolente, vt conferat coadiutor, quoniam Papa ſolum dat ei poteſtatem exercendi iura ſpiritualia, & temporal. quæ iure vel conſuet. pertinent ad coadiutoris offic. & iure non pertinent ad coadiut. offic. ea, quæ principalis recte poteſt & vult agere per ſe, & non vult vti coadiut. conſ. neq; auxilio, argum. cap. Pontifices, & cap. petiſti, & fere omnium aliorum 7. quæſt. 1. & hanc eſſe mentem conſtituentis coadiutorem, & iure diuino naturali debere eſſe talem iuxta reg. id quod noſtrum eſt ſine facto, & conſenſu noſtro tacito, vel expreſſo auferri non debet de. reg. iur. l. 6. immo in ff. cũ ſuis concordan. hæc Nau. qui tamen videtur ſentire
275 † poſſe iſtum coadiutorem conferre Beneficia non prohibente, ſeu contradicente coadiuto, ſed hoc eſt contra ſupradicta.

276 Tertium dubium eſt, † an valeat collatio Beneficiorum facta per Epiſcopum, ſeu Prælatum putatiuum, qui ſe gerit pro Prælato ſed ex aliquo defectu non eſt verus Prælatus, &c.

277 In quo concluſio eſt, † quod valet collatio per eũ facta ratione publici officij, ſicut & alia geſta per eũ ex l. Barbarius. ff. de offic. prætor. cui conſonat l. 2. C. de ſeutent. & inter locut. cap. infamis 3. quæſt. 7. l. 4. tit. 4. par. 3. & l. 8. tit. 9. lib. 3. recopilationis, Rota

deciſ.14.de iure patronat.in antiquis Lapus allegatione 89.num.8.11,& 12.vbi Mandoſ. Abb.in cap. nihil,de electione, num.12. Selua de Benef. 2, parte quæſt.12. num.2. Maſcard.de probat. concluſ.649. num.23.& alij. *Leſſius de inſt.& iure,lib.2.c,29.dubio 8.a num.65.Anil.de cenſur.2 parte cap.6. diſput, 6.dubio 7. quamuis aliqui male tenuerint,quod lex Barbarius, non procedit in collatione beneficiorum,& alijs ſpiritualibus,vt per Gabrielem de probat.concluſ.8. a num. 36. & 17.Flam,Pariſ.de reſigna.lib.11.q.1.a num.13. & Rota deciſ.731.nu.17.par,1, diuerſ.*

Quæ concluſio limitatur primo,vt non procedat
278 vbi aliquis† eſt intruſus in dignitate ſeu Beneficio reſeruato, ratione cuius competit ius conferendi; nam tunc, licèt conferat ratione publici officij Dignitatis, non valebit collatio propter decretum irritans in reſeruatione poſitum, quod inficit titulũ, & poſſeſſionem,ac afficit totum Beneficiũ, & quod ſequitur ex eo, ita Rota deciſ.20. de præben. in antiq. & 4. eodem tit.in antiquior, Aeneas de Falcon, de reſeruatio. 4. quæſt. effectu 26. Simoneta eodem tra&.q.44.& ibi Paulus Granutius,& conducunt d, infra c.ſequ.à nu.20.

279 Quamuis contra teneat† Aegid.deciſ.66,cuius deciſio poſſet procedere in alijs iuriſdictionalibus ex æquitate d.l. Barbarius. non autem in collatione Beneficiorum,quę eſt quædam donatio,c.fin,de offic. Vicarij in ſexto cum alijs, & computatur particulariter inter fructus,vt ſupradictum eſt cap.1.numero 705.

280 Pro quo facit, † quod ex Calder. & Anton. in c, ad probandum de re iudic. adducit Gambarus de officio Legati,lib.1.Rubrica qualiter Legatus ſe gerere debeat,cum Prouinciam eſt ingreſſus à nu.16.quod communis error non prodeſt in his, quæ ſunt gratiæ, & præcipuè vbi adeſt decretum irritans, quod ligat etiam ignorantes,

281 Secundò limitatur,† quod ad hoc,vt valeat collatio,& alia geſta per eum, qui ſe gerit pro Prelato, ſeu eſt in poſſeſſione, & communi exiſtimatione alicuius officij, non ſufficit communis error cum poſſeſſione,ſed ſimul etiam requiritur authoritas Superioris, & titulus ab eo collatus, quamuis inualidus ex aliquo vitio latenti,ſeu defectu occulto, vt probatur ex d.l.Barbarius, cum concordan. adductis, ita Innocentius in d.c.nihil nu.3. & 4.& ibi Imola 7 Abb.num.11.& 12.& alij ibidem Bartol.in l.actuarios C.de numerar.& actuaris.l.12. idem, ſeu Bald, in repet.d.l.Barbarius.nu.4,5.7.& 8.Bald.ibi in lect. 1.nu.29 & in 2. num.13.14.& 18.Angel.nu. 2. Iaſ, 22.& num.48.& nu.66.& Oroſcius num. 13. & 28, Alexan,conſ.138.l.1.Corſettus in ſingular.verſi.error communis.& ibi additio Bart.Socinus reg. 281. fallen.1. Selua ſupra Antonius Gabriel. de probat. concluſ.8.num.20.Maſcardus d.concluſ.649.num. 91.& 101. Bacca de decima tutori præſtanda. capit, 12.num.3.& 9. Ioannes Guttierrez de tutelis 3. p.c. Aceuedo.in d.l.8. recopilationis Vgolin. de cenſur. tabu.1.ca.2.§.22.& tab.2.cap.13.§.4. Nauarrus in cap.placuit.de Pœnitent.diſtin.6.num.177.& 178. & in manu cap.9.n.11.aliàs 8.Angelus in ſum. verb. cónfeſſio.4.num.12.& verb. pœna quæſt.3. Roſella Confeſſio.3.num. 41. Tabiena Abſolutio. 1.nu. vlt. Silues.Confeſſor.1.quæſt.19. Armilla verb. Abſolutio,num 31,Caietan. in ſum. verb. abſolutionis impedimenta.§. abſolutio nonnullis circunſtandijs impeditur,& verb. confeſſionis iteratio.§.confeſſio ſacramentalis quare ex parte confeſſoris iteranda.Io. Medina capit. de confeſſione. quæſt.22. de confeſſione confeſſori excommunicato ſcienter facta, Palatio in 4.diſtinctione 17.diſputatione 8.Aragon.2, 2,quæſt. 60. articulo 6. Ludouicus Lopez inſtruct. conſcientiæ.1.tom,cap.38,verſ. iteranda eſt confeſſio, Enriquez in ſum.l.6.cap.6,§.2. in gloſ. litera E, & cap.7.§.2.& l.11.cap.3.§.4,& libr. 13.cap.7.§.6, Vega in ſumma 1.par.c.36.caſu 44.P, Ledeſ.in ſum. 1.p.de penitentia cap. 13.3.dubio Azor. in inſtitutio.moralibus l.5.cap.8.quæſt. 2. Tho,Sanchez, qui plures alios refert de matrim.l.3.diſputat.22.quęſt. 5,num.49.& nouiſſimè Suarez 5. tomo de cenſuris diſputatione 2.ſect.4.num.2.& diſputatione 13.ſectione 1.num.31. *Gabriel nu.20.ſeu a nu.11.poſt Vgolinus de officio Epiſcop.cap.4.§.1.nu. tertio, Flam. Pariſ, de reſignatione libro 1.quæſt.prima,nu.20. Leſſius d.cap. 29,nu.65.Anila dicto dubio 7. Enman.Rodriguez de ordi.iudic.cap.12.num.5.*

Quamuis Bartolus in lectura d. legis Barbarius,
283 † & alij multi,quos referũt Tiraquellus poſt leges connubiales gloſ, 8.num. 153. & Thomas Sanchez ibi num. 48. teneant ſufficere communem errorem cum poſſeſſione officij, & nouiſſime Morla, in emporio iuris tit. 11.quæſt.2. *Et dicit probabilem & benignioremopinionem Genuenſ.in praxi c.61.in annot.*

Nec obſtat l. prima. C.de teſtamẽt. quia loquitur
283 † in actu teſtis, qui de ſui natura non deſiderat authoritatem Superioris Bart. in d.rep.leg.Barbarius ſub nu.5.& Iaſ.ibi num. 51.

Et requiritur titulus non à quocunque Superio-
284 re collatus, † ſed à legitimo Superiore habente aliàs poteſtatem illum conferendi, ita Bald.in d.l, Barbarius.1.lect.num.29.& ibi Iaſ.num.48.Bertrãdus conſil.128 volum.1.Anton.Gabr, d.concl. 8.n, 20.& vlt, Maſcard.ſupra num.86.92.& 95.Aceuedo d.lib.8.ſub nu.17.verb. le fueſſe otorgado, Iacobus Sbrotius de Vicario Epiſcopi l.1.quæſt. 24.& Tho, Sanchez,qui alios refert ſub nu.50.& ſeq. *Leſſius dicto nu.65.& Anila dict.dub.7.*

285 Et fuit reſolutum † in cauſa Abulen.Parochialis 5.Iun.1595. coram D.Orano,vt in ſequenti deciſio
☞ ne. Eccleſia Abulen.Paſtorali ſolatio deſtituta,capitulum prætendebat competere ius ſibi prouidendi de Beneficijs ad collationem Epiſcopi pertinentibus; & cum per obitum Fabiani Vazquez Parochialis Eccleſia de la Calçada vacaſſet,deputauit vicarium, qui illam Nicolao Garcia contulit, verum, quia ex poteſtatis defectu fuit prouiſio declarata nulla, Nicolaus productis aliquot collationibus præmiſſo modo factis, allegauit leg, Barbarius ff. de officio Prætoris, & obtinuit dubitari, an eius diſpoſitio intraret, Domini vero vnanimiter negatiuè reſponderunt, quia, licèt leg. Barbarius habeat locum in ſpiritualibus verſantibus circa iuriſdictionem Abbatis. in cap. 2. de Preſbytero non baptizato.additio ad Corſettum in ſingular. verſic. error communis, cum relatis per Gabr. concluſ.8. numero 36. de probatio. & collatio ſit iuriſdictionis Abb.in cap.cum olim,numer.6. de maior.& obedient. Lapus allegat. 89.num.12. Rota deciſ. 14. de iure patron. in antiq. Creſcen. deciſ, 178.aliàs 16.de probatio. tamẽ ſecuſeſt,quando inhabilitas

habilitas ẽſt in poteſtate creãtis, ita quod ab illo nõ poſſit remoueri; vnde cum Capitulum ſede vacante non poſſit Beneficia conferre. cap. 2. ne ſede vacante cap. 1. §. ſi vero. eodem titul. lib. 6. Gem. in cap. 1. ſub num. 4. de maioritate, & obedientia, lib. 6. ſequitur, quod nec poterit deputare Vicarium, qui occurrente illorum vacatione de eis diſponeret; nam l. Barbarius. vltra communem reputationem, errorem, & quaſi poſſeſſionem, requirit authoritatem Superioris, atque ita facultatem Capituli deputantis Vicarium ad effectum, vt poſſit ipſum habilitare, ad collationes faciendum, alias actus per eum facti nullum corruunt ex defectu ipſius, ſed quam maxime cauſæ efficientis, Bald. in l. 2. num. 9. C. de ſententijs, nihilque communis opinio, error, & quaſi poſſeſſio operantur. Dd. in l. Barbarius, & ibi Iaſon. num. 49. Alex. conſ. 138. num. 7. lib. 1. in terminis Vicarij Pariſ. conſ. 136. num. 7. lib. 4. Ferrettus conſ. 8. num. 1. conſ. 9. per totum, & conſ. 69. num. 13. Bertrand. 12. lib. 1. ſed tanto minus ex quo deficit nedum titulus etiam putatiuus, ad cuius acquiſitionem requiritur antiquitas temporis, Aymon. de antiquit. tempor. par. 3. num. 12. ſed etiam error fuit valde ſupinus, cum, vt oſtenſum fuit, habeat reſiſtẽtiam iuris communis Gabr. d. concluſ. 8. nu. 31. per quam quis Capitulum in mala fide, Rota deciſ. 7. de iure patronat. in nouis. Calder. conſ. 13. eod. tit. ex qua non datur acquiſitio, quaſi poſſeſſionis, Abbas in c. nihil. num. 11. de elect. Alexan. conſ. 75. num. 44. lib. 4. Aymon conſ. 134. num. 15. & 16.

Nec hic quicquam facit bona fides habentis titulum a non legitimo Superiore, quia non agitur de acquiſitione fructuum, quidquid velit Pacian. de probat. lib. 2. cap. 31. à num. 81.

286 Vnde infertur, † quod quando eſt vitium, ſeu defectus nõ in materia, ideſt, in perſona electi, ſeu prouiſi, ſed in forma, eo, quod forma præſcripta non ſit ſeruata in electione, ſeu prouiſione, communis error nihil operatur, nec valent geſta per illum, quia eſt defectus in fundamento, & radice, & deficiente forma, quæ dat eſſe rei, deficit titulus, ita Bart. in d. l. actuarios. num. 3. per text. ibi Alber. in d. l. Barbarius,
287 num. 12. & ibi Iaſ. num. 51. Corſetus † ſupra. Ant. Gabr. num. 45. Maſcar. num. 50. 85. & 94. & Thom. Sanchez d. quæſt. 5. num. 53. qui cum Ioan. Andr. in d. cap. nihil, num. 28. vbi Io hoc. nu. 4. & Anchar. ad fin. q. 4. id intelligit, niſi electioni, in qua eſt vitium formæ, accedat legitimi Superioris confirmatio, ea enim titulum coloratum confert, dum electionis vitium communiter latet.

288 Nec huic illationi contradicit, † quod cum Baldo in d. l. 2. C. de ſententijs, interlocut. ad fin. & in l. ad teſtium, §. 1. ff. de teſtamen. & Alex. d. conſ. 138. num. 7. dicunt Iaſon num. 22. Ant. Gabr. 14. & Maſcardus 65. vbi ſupra, quod communis error faciat ius non ſolum quando vitium eſt in perſona, ſed etiã in ſolemnitate, vel in cauſa materiali, quia loquuntur de vitio in ſolemnitate in terminis d. reg. 1. C. de teſtam. nempe in teſtibus adhibitis in teſtamento, qui reputabantur idonei, &c. vt apparet ex ipſo Baldo, & Iaſone, &c.

289 Nec etiam huic illationi obeſt † quod ait Morla tit. 2. quæſt. 26. num. 17. quod in dict. leg. Barbarius. fuit etiam defectus formæ iuxta doctrinam receptã Baldi in l. 1. 7. oppoſitione. C. qui admitti, qui docet, quod omnes qualitates, quę requiruntur in perſona ad aliquem actum, requiruntur pro forma iuxta. l. ſi quæramus. de teſtament. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu. ff. de acquirend. hæred. vnde, cum in Barbario Philippo detur in dict. l. Barbarius. inhabilitas perſonę, fuit cõſequens defectus formæ, cum nulla ratio differentiæ reddi poſſit, ex quo tenet contra dictam ſententiam, & intellectum d. l. actuarios, reſpondetur enim in d. l. Barbarius. eſſe defectum formæ late ſumptæ, non proprie, vt agitur in propoſito.

290 Sed nihilominus iſta † illatio patitur difficultatem, primo, nam durum videtur, quod non valeant geſta ab eo, verbi gratia, qui eſt in poſſeſſione Parochialis authoritate Superioris, & pro Parocho communiter reputatur, in cuius tamen prouiſione non fuit recte ſeruata forma Concilij, & conſtitutionis Pij, vt ſæpiſſime accidit, & accidere poteſt, quamuis quoad ipſum prouiſum non præbeat titulum etiam coloratum, vt in d. conſtitutione.

291 Secundo, quia † non attinet ad ſubditos, ſcire an ſit ſeruata forma, vel non, immo debent in dubio præſumere pro Superiore, vnde militat in hoc caſu eadem ratio æquitatis, ac quando eſt defectus perſonæ.

292 Tertio, quia inde ſequeretur, † quod geſta per prouiſum à Papa per ſurreptionem, quæ reducitur ad defectum formæ, non valerent, & quod geſta per eum, qui ſimoniacè obtinuit Beneficium, in quo eſt quaſi defectus formæ, etiam non valerent, quo tamen caſu contrarium dicit Innocen. in d. cap. nihil, num. 4. Enriquez d. lib. 13. cap. 7. §. 6. in gloſſ. litera B. & Suarez 4. tom. de Pœnitent. diſput. 26. ſectione 6. num. 7.

293 Vnde probabile videtur † valere geſta per eum qui habet titulum à Superiore, licet nullum ex defectu formæ, ſufficereque authoritatem Superioris aliqualem cum errore communi, & quaſi poſſeſſione, vt videtur tenere Bald. in Margarita verb. Epiſcopus ſecundo, vbi ait, quod Epiſcopus, licet non ſit Canonicè confirmatus, tamen valent geſta ab eo, & ſufficit hoc ſolum, quod ſit confirmatus, nec exigitur, quod Canonice propter communem vtilitatem, & communem errorem, vt dict. l. Barbarius, &c. & poſt Bertachinum de Epiſcopo. 3. par. 2. principalis 3. lib. 18. quæſt. Lambert. de iure patronat. 3. parte 2. libro quæſt. 2. artic. 14. num. 4. qui ait, quod ſi confirmatio, ſeu inſtitutio eſſet facta ex errore ex perſona confirmantis, vel inſtituentis, vel aliter non ſit facta Canonice, eſt diſtinguendum, quod aut eſt error communis pro confirmatione, ſeu inſtitutione, & valebit, aut non eſt error communis, & non valebit.

294 Quamuis Lambertus in præſenti † videatur dicere, quod ipſa confirmatio, ſeu inſtitutio facta non Canonice, & ſic non ſeruata etiam debita forma, valeat ſtante errore communi, quod non videtur verum.

295 Nec obſtat d. l. actuarios, † quia, vt inquit Bart. in d. l. Barbarius in lectura. nu. 6. loquitur de certis exactoribus, ſeu receptoribus pecuniæ publicæ, qui ſine licentia Principis hoc non poſſent, & l. Barbarius. non habet locũ, niſi in iuriſdictionalibus, Baeça num. 9. & Ioan. Guttier. ſupra.

296 Præterea illa verba, † vt conſueuerat non denotant ſolemnitatem ſeruãdam in ordinatione actua-

riorum, quicquid ibi velit Bart. ſed eſſe conſuetudinem antiquam illos ordinari à Principe, alias illa lex daret formam principi, cum tamen par in parem non habeat Imperium.

297 Vnde non loquitur de defectu † formæ, ſed potius de defectu tituli, ſicut etiam l. in ijs. C. de diuerſis officijs, lib. 12. omiſſa explicatione Morlæ, d. tit. 2. quæſtione 16. numer. 17. & d. titul. 11. quæſtion. 2. num. 3.

298 Declaratur autem iſta limitatio, † vt non procedat quando per decennium quis ſe gerit pro habili, ſeu pro tali; nam tunc non requiritur alius titulus, Salicetus in dict. l. Barbarius, & Anton. Gabr. ſupra, nu. 8. licet contradicat Pacianus ſup. num. 38. *Gabriel num. 8. & 9.*

299 Et ratio eſt, † nam ex poſſeſſione decennali præſumitur titulus. Bald. in l. 1. nu. 14. C. de fideicomm. Felyn. in cap. 1. nu. 18. de fide inſtrument. Caſſador. deciſ. 2. de cauſa poſſeſſ. Sarnen. in regula de triennali. quæſt. 26. Caputaquen. deciſione 353. parte 2. & 314. parte 3. num. 1. Antonius Gabriel num. 23. & 24. *ſeu* 25. *&* 26. & Maſcardus nu. 48. ſupra, & Rota in vna Salamantina Parochialis, ſiue Beneficij 15. Nouemb. 1593. coram Domino Orano, in qua fuit

300 reſolutum, † quod Poſſeſſio decennalis Beneficij ſuffragatur pro titulo colorato, iuncta vero triennalis ſubſequens producit effectum regulæ de triennali Caſſad. deciſ. 8. ſuper regulis, Sarnen. d. quæſt. 26. &c. & quod ita gratia, ſi neutri, verificari non poteſt quoad non ius illius poſſeſſoris, &c. *Et in Bonaven. penſionis 15. Ianuarij 1603. coram Domino Penia, vbi fuit dictum, quod regula de triennali defendit titulum præſumptum ex decennali, quod illa habet locum in beneficijs reſeruatis reſeruatione non clauſa in corpore iuris, &c.*

Quam tamen declarationem intellige, quando

301 non conſtat de contrario, † nempe de defectu tituli. Caputaquen. d. deciſ. 314. num. 2. nec ius reſiſtit, nam tunc ex decennali poſſeſſione non præſumitur titulus etiam coloratus, Caputaquen. d. deciſio. 353.

301 num. 2. † & 310. par. 3. Puteus deciſione 371. lib. 1. Guidobonus deciſione 135. Probus ad Monachum in cap. ſi à ſede de Præben. in 6 num. 2. quicquid dicat Francus in capit. ad decimas de reſtitutione ſpoliat. in 6. num 8. verſ. 4. limita, & cum eo Rota deciſione 28. 5. limitatione, & deciſione 534. num. 7. par. 1. diuerſorum.

303 Et l. Barbarius non habet locum, † quãdo ius reſiſtit, Mohed. deciſ. 5. de appellat. nu. 3. ad fin. Rota deciſ. 1131. lib. 3. part. 3. diuerſorum, & in illa Abulenſ. ſupra adducta. num. 285.

304 Et procedit in errore † circa factum ſecus in errore circa ius, vt cum Federico conſil. 112. & Franc. Niconitio in rep. Rubricæ. ff. de noui operis nuntiat. num. 224. docet Maſcardus ſupra nu. 100. & ita Caietanus, & alij ſupra loquuntur expreſſe de errore facti.

305 Vnde conuinci videtur, † quod aliqui dicunt, quod quando eſt opinio probabilis, quod quis eſt legitimus miniſter, & habet iuriſdictionem, licet illa in re non ſit vera, valent geſta per illum ex d. l. Barbarius, quia probabilis opinio ſufficit, ad communẽ errorem, & exiſtimationem, titulumque præſumptum, Enriquez in ſum. lib. 5. cap. 14. §. 3. & 4. Suar. vbi proxime, & Tho. Sanch. diſput. 20. nu. 4. & d. diſputat. 22. *In fine, & in præcept. Decaleg. lib. 1. capite 9.*

*num. 35. & Leſſius dicto cap. 29. num. 68. contrici in* quam videtur.

306 Nam in præſenti non eſt † error circa factum ſed circa ius, & quamuis error iuris dubij æquiparetur errori facti, vt infra. cap. ſeq. num. 88. tamen iſte non eſt error communis populi, vt requiritur per l. Barbarius, ſed error ſapientum, & deficit etiam authoritas Superioris.

307 Niſi dicas, † quod dubium ſeruit de titulo, & ẽt bona fide, Puteus deciſio. 15. lib. 3. Cæſar. de Graſſis deciſio. 10. num. 7. & ad communem errorem binus actus ſufficit, Anton. Gabriel. ſupra num. 2. Et fuit dictum in Cremonenſ. penſionis de anno 1582. quæ habetur 1. par. diuerſorum deciſ. 713. & contra illud dictum tenet Nonno 3. p. q. 60. art. 8. circa fin. *Et in addit. quæſt. 8. art. 5. pag. 436. nec admittit, ſed de eo valde dubitat Salas prima ſecundæ, tract. 8. diſputatione vnica, ſectione 10. num. 101. & ſectione 27. numer. 285. & ſeq dicens, quod lex Barbarius, non vrget, quia in illa agitur de errore facti communi totius populi fundato in authoritate ſuperioris, qui ignoranter ad officium prætoris elegit incapacem, &c.*

308 Secundo declaratur dicta † limitatio, vt ſufficiat titulus coloratus, qui ſufficeret ad effectum reſtitutionis in ſpolio Beneficij, & ſic geſta per prouiſum ab inferiori, cui ius commune reſiſtit, qui tamẽ erat in quaſi poſſeſſione conferendi, valebunt; cum illa quaſi poſſeſſio etiam ſemiplene probata ſufficiat pro colore tituli in ſpolio, Mohedan. deciſ. 9. de reſtitutione ſpoliatorum, alias 136. Rota deciſ. 1134. lib. 3. p. 3. diuerſ. Pontanus de ſpolio lib. 2. num. 146.

309 Et ſimiliter † etiam valerent geſta per prouiſum à Vicario, quando collatio eſt adminiculata cum aliquali probatione poteſtatis Vicarij, nam tunc tribuit titulum coloratum. Aegid. deciſ. 5. Caſſad. 8. nu. 5. de reſtitut. ſpoliat. Caputaq. 136. p. 1. & 311. p. 2. & Mohedan. 3. de officio. Vicarij in fin. Sarnen. de triennali. quæſt. 27. 3. caſu. & Pontanus ſupra.

310 Tertiò limitatur dict. concluſio, † vt non valeat collatio, nec alia geſta in fauorem ſcientium impedimentum, Alberic. in d. leg. Barbatius, nu. 22. & ibi Iaſon. num. 65. in fin. Roman. ſingul. 750. & Cotſettus ſupra. Milis in repert. verb. error communis, Socinus ſupra, fallent. vltima. Felynus in capit. Rodulphus, num. 40. de reſcrip. Tiraquellus ſupra nu. 159. Gregorius Lopez d. leg. 4. partitæ, gloſſa vltima. Anton. Gabriel nu. 30. *Seu* 32. *Mand. ad Lep. allegat. 89. quæſt. 7.* & Maſcardus à nu. 36. vbi ſup. Flam. Parſ. de reſignatione Benefic. lib. 7. q. 24. nu. 48. Vgolin. d. cap. 11. §. 2. nu. 2. & Azor. ſupra.

311 Quamuis Thom. † Sanchez dict. diſputatio. 22. q. 4. teneat merito iure valere, eſſe tamen retractanda in odium illorum, cum Antonio de Butrio in d. cap. ad probandum de re iudicata num. 11. & ibi Abbas num. 15. & 16. Imola 6. Felyn. 8. Alexand. de Neuo. 27. Socino reg. 210. fallẽtia 1. Bertach. in reper. verb. collatio ſub num. 70. verſ. collatio Beneficij, & alijs. *Et quamuis Leſſius d. c. 29. num. 66. verſ. 4. dicat, dictam concluſionem procedere, etiamſi litigatores vel quorum cauſa agitur, impedimentum ſciant, quia hæc iuriſdictio ceſſa eſt generatim propter errorem communem; vnde prioreta ſcientia illam non impedit.*

312 Quam tamen limitationem † intelligo, quando ſcienti poteſt imputari culpa in adeundo illum iudicem, ſeu Prælatum, quem ſcit non eſſe vere talem,

ſecus,

ſcus, quando non eſt, quod imputetur illi, quia forte alias non poſſet commode conſequi iuſtuam vel id, ad quod petendum ius habet, cum tunc ceſſet odium illius, &c. Thomas Sanchez. dict. quæſt. 4. nu. 45. in fin. & facit quod de tyrannorum legibus, & iudicio tradunt Victoria in relectione de poteſtate ciuili, num. 23. Magon. 21. quæſt. 60. articulo 6. vlt. dub. & ibi Salon, prima controuerſia, & Bannes dubio 2.

313 Nec procedit hodie iſta limitatio, quando † impedimentum eſt excommunicationis non denuntiatæ, ſeu notoriæ, attenta extrauagant. ad euitan. vt dicetur infra.

314 Quarto limitatur, † vt non procedat in collatione, ſeu electione, & alijs, quæ geruntur iure priuato, ſeu ratione priuati officij, vt collatio, ſeu electio ſpectans ad Capitulum, quæ, licet ad ipſum Capitulum pertineat ratione publici officij, tamen ad ſingulares Canonicos pertinet ratione Canonicatus, & officij priuati, & ſic facta ab excommunicato etiam occulto non valet, ita Innocent. in cap. cum dilectus de conſuetudine, & in cap. conſultationibus. de iure patron. & ibi Abb. nu. 6. & 7. & in cap. veritatis de dolo & contumacia, num. 47. Felin. in d. c. Rodulphus circa fin. Donin. in cap. 1. nu. 16. de reſcript. in 6. Ægid. deciſ. 66. Selua 3. part. quæſt. 4. verſic. 4. pro iſta. num. 21. Rebuff. in concord. titulo de excommunicatis non vitand. verſic. collatio etiam, & ſequentibus, & in cap poſtulaſtis de clerico excommunicato. nu. 90 P. de Bayſio in directorio electionum. cap. 9. 1. parte num. 4. Couarruuias in capit. alma mater. 1. parte. §. 7. num. 9. Anton. Gabr. num. 26. ſeu 28. & Matcard. 45. vbi ſupra. Sairus de cenſuris lib. 1. cap. 5 nu. 35. & plures relati per Thom. Sanchez, d. diſput. 21. nu. 26. Emman. Rodrig. 1. tom. cap. 104. num. 2. *Quicquid dicat Franc. in cap. vnico, in principio num. 4. de ſide vacant. in 6. Alphonſus à Caſtr. de leg. pœnitent. lib. 2. c. vlt. verſ. alij ſunt actus, Auila de cenſuris 2. par. c. 6. diſp. 5. dub. 1. & diſp. 6. dub. 3. Io. Gutt. canon. q. lib. 1 c. 1. nu. 8. & nouiſſime Suarez de legib. lib. 5 c. 9. à nu. 5. loquens de ſcholaribus electoribus cathedrarum inhabilibus pœnali inhabilitate.*

315 Circa quod, vide † Innoc. in cap. illa. de electione. & Abb. ibi & in cap. fi. de procurator. & in c. cum ſuper, de officio delegati num. 11. Rebuf. d. tit. de ex comm. non vitand. verſiculo immo ſi inter omnes, P. de Bayſio dict. cap. 9. Cucchum in inſtitut. maior. lib. 4. tit. 1. à num. 117. Vgolinum dict. tab. 2. cap. 11. §. 1. & 2. & nouiſſime Suarez, qui recte d. 5, tomo. de cenſuris diſput. 14. ſect. 2.

Vnde etiam præſentatio facta à patrono excom-
316 municato † etiam occulto, eſt nulla, quidquid dicat Doctor Frechill. de excommunic. 5. artic. 2. part. nu. 6. & *Auila vbi proxime, & Vgolinus de officio Epiſcop. capite* 15. §. 1. nu. 4. *verſ.* 4. & conſequenter, etiam quicquid dicat, Suarez d. diſput. 14. ſect. 2. nu. 31. inſtitutio ad illam facta Couarr. d. §. 7. nu. 9.

Quod tamen accipiendum eſt in præſentatione,
317 facta à patrono Eccleſiaſtico; † nam facta à patrono laico etiam publico excommunicato valet, Rota deciſ. 1. de inſtitut. in antiquis, & 2. de iure patron. in antiquis & antiquioribus. Rochus de iure patro. verb. competens, quæſt. 8. num. 22. Rebuffus d. titulo de excommun. non vitand. verſic. excommunicatus etiam, & in d. c. poſtulaſtis, n. 104. vbi dicit communem, Gomezius de expectatiuis, nu. 60. qui aiebat præſente tenuiſſe Rotam in vna Zamoren. de anno 1533. *Ant. Gabr ſup. num. 39. ſeu* 41. Vgolinus dicens communem d. cap. 11. §. 2. num. 13. Zerola in praxi Epiſcopali 1. par. verb. Benef. §. 5. 3. dubio, & verbo excommunicatio cauſa formalis 8. dubio. & Sairus, lib. 1. cap. 6. nu. 8.

318 Quamuis contra teneat † Lambert. 1. par. 2. lib. quæſt 2. artic. 2. & 3. parte 2. lib. quæſt. 3. artic. 4. Couarruuias d. num. 9. & Frechilla ſupra num. 7. & etiam Selua num. 19. cuius ratio, quod præſentatus incurrit excommunicationem, communicando cum patrono excommunicato, tollitur; nam non eſt neceſſaria talis communicatio in præſentatione, & præterea poteſt abſolui ante inſtitutionem, nec excommunicatione cum illo, incurreret excommunicationem, niſi ille eſſet excommunicatus denuntiatus, ſeu notorius clerici percuſſor, &c.

319 Verum eſt tamen † poſſe Epiſcopum non admittere præſentationem factam à patrono laico, quem ſcit eſſe excommunicatum, cum ille male faciat præſentando, licet non ſit denuntiatus, & ſi eſſet denuntiatus deberet illam repellere alias peccaret ſaltem venialiter propter communicationem, cum illo, & conſequenter ſi alias legitime non præſentaret infra tempus datum ad præſentandum daretur deuolutio, vt recte ait Suarez d. ſect. 2. num. 28. illa tamen ſemel admiſſa ſiue ſcienter, ſiue ignoranter teneretur præſentatum inſtituere, cum præſentatio patroni laici excommunicati ſit valida, vt diximus, &
320 ſic ex ea ſit ius quæſitum præſentato. † Vnde etiam conuincitur, quod Bertachinus de Epiſcopo 1. lib. 3. par. quæſt. 32. cum Baldo in margarita verb. excommunicatus occultus, dicit, requiri excommunicatū eſſe publicatum, ad hoc vt non poſſit eligere, ſeu præſentare, cuius dictum Lambert. d. art. 1. num. 8. male etiam ait procedere, vt requiratur publicatio ad effectum annullationis actus. ſed ſi contra præſentantem, ſeu eligentem excommunicatum, per aliquem opponeretur, & probaretur illum eſſe excommunicatum, repelleretur ab ipſa præſentatione, ſeu electione, per text. in c. pia. de except. in 6. & in c. intelleximus. de iudicijs.

Et procedit d. limitatio etiam ſtante d. extrauag.
321 ad euitanda de excommunic. non vitand. † vt explicat Couarr. ſupra, quamuis contra teneant Vgolin. d. §. 2. nu. 11. & 13. & Suarez. d. diſp. 14. ſect. 2. nu. 18. & 30. *Et Auila dicta diſputatione 6. dub. 3.*

Sed in præſenti ſe offert difficultas, an hodie ſtan-
322 te iſta extrauagante, collatio facta ratione † publici officij ab excommunicato non occulto, ſed publico non tamen notorio, aut denuntiatio, vt in d. extrau. ſit valida.

In qua difficultate Vgolinus d. c. 11. §. 1. n. 2. & §. 2 nu. 2. *& de offic. Epiſ. c. 15, §. 1. nu. 2. & 3.* tenet eſſe va-
323 lidam, † & Sairus d. c. 6. nu. 3. & Suarez. d. diſp. 14. ſect. 2. nu. 3. *& de legib. d. lib. 5. c. 9. num. 5. ad finem, & Auila d. dub. 3. & Rota in Iacen. Archidiac. infra relata nu. 326.* quod etiam videtur tenere Gomezius d. nu. 60. & Couarr. d. nu. 9. & Emman. Rodr. ſupra.

324 Mihi tamen verius † videtur contrarium, & ratio quæ me mouet eſt. Nam licet verum ſit, quod acta à iudice excommunicato publico, non tamen denũciato, aut notorio, ſaltem clerici percuſſore, ad inſtantiam, & petitionem partis ſint valida, etiamſi

pars

pare ſciat, eum eſſe excommunicatum ex dicto extrauaganti ad euitanda, ex qua non tenemur vitare huiuſmodi excommunicatum. Felyn, in d.cap. Rodulphus, num.40. & in d.cap.ad probandum, nu.8. Couarr.d.§.7.num.9.& §.6.præcedenti, num.8. Nauar. in Man.cap.9. numer.7. Ioannes Gutterez Canon. quæſt.lib.1.cap.1.nu.53.76.& 79. Vgolin.d.§.2.nu.3. Salon. 22.quæſt.67.artic.1.3.controuerſia. Toletus in ſumm.lib.1.cap.13.4.eſſ. &o. Thom. Sanchez d.diſput.27.num.32. & 43. Sayrus.d.lib.1.capit.5. num.35.& lib.2.c.6.num.3. & Suarez d.diſput.14. ſect.1.à num.11. & alij. *Et Anila dicto dub.3.*

Tamen acta ex officio à iudice excommunicato
325 publico, † licet non denuntiato, nec notorio non valent, etiã ſtante d.extrauagante, quæ in hoc nihil innouat, & ſic ius antiquum de quo in d.cap.ad probandum. remanet in ſuo robore, & collatio Beneficiorum fit ex officio, etiamſi præcedat petitio alicuius nam cum collatio ſit donatio quædam, & liberalitas, vt dictum eſt, num.279. petitio nihil aliud eſt, quam interpoſitio precum, vt ei fiat donatio, & in eum exerceatur illa liberalitas.

326 Et ita poteſt procedere deciſio, † in cauſa Aſſi-
ſa. ſien. Canonicatus 25. Iunij 1599. coram D. Gipſio in qua fuit reſolutum. Collationem factam ab Epiſcopo ſuſpenſo à collatione Beneficiorũ, ex eo quod Beneficium vacans per reſignationem, contulit conſanguineo reſignantis, ex conſtitutione 58. Pij V, eſſe nullam, & ſic eſſe iuſtificatam gratiam Fabri, qui impetrauit dictum Canonicatum ab Epiſcopo prouiſum, narrando illum eſſe ſuſpenſum à collatione, qui tamen non erat ſuſpenſus denunciatus. *Sed certè Rota ibi vult, quod collatio facta ab Epiſcopo ſuſpenſo etiã occulto non valet, ait enim collationem factam à dicto Epiſcopo ſuſpenſo eſſe ipſo iure nullam, etiamſi per ſententiam non fuerit declaratus ſuſpenſus, ex Vitalinis in Clementina 1. §. ſi quis num.10. de ſtatut. monachor & abſolutionem non præſumi, niſi probetur. Et ad l. Barbarius. reſpondet, non poſſe ſibi vendicare locum ſtante cõcurſu prouiſi Apoſtolici, vt in terminis poſt Lapum allegat. 89. colum. 6. nu. 14. & 15. tenet Ferret. conſ. 9. nu. 1. & Boerius deciſ. 501. nu. 13. Ita in dicta Aſſiſien. quæ fuit confirmata in una Iacen. Archidiaconatus 23. Iulij 1601. coram D. Pamphilio in Congregat. vbi fuit reſolutum, quod ſufficit pro abſolutoria, &c. Rubric. exc. coll.*

*Quæ deciſiones non videtur rectè procedere: nam in primis quantum ad hoc non eſt differentia inter excommunicationem & ſuſpenſionem; excommunicatio enim virtualiter & in effectu includit ſuſpenſionem, excommunicatuſque eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio, & ſic à iure & collatione beneficiorum, Nauarr. in Man. cap. 27. num. 21. verſic. 10. Abbas in cap. veritatis. de dolo & contumacia nu. 34. & à nu. 42. & in cap ad probandum. de re iudicat. num. 20 Vgolinus de cenſur. tabul. 2. c. 11. in principio, & §. 1. & 2. Suarez de cenſur. diſp. 4 ſectione 1. & 2. Anila 2. p. c. 6. diſput. 1. circa finem, Alphonſus à Caſtro d lib. 2. de leg. ponit. cap. vltim. verſ. alterum quid. Et in particulari, quòd excommunicatus ſit ſuſpenſus à collatione beneficiorum, & in excommunicatione includatur ſuſpenſio à collatione beneficiorum, probat textus in cap. vnico. in principio. ne ſede vacante in ſexto, vbi idem notant Doctores, & Suarez dicta ſectione 2 num. 1. Vnde ſicut collatio facta à ſuſpenſo eſt nulla, vt dicit Vitalinis in illo loco citato in dictis deciſionibus ita etiam facta ab excommunicato eſt nulla, vt dicunt Doctores; & ita ſe habet regula in vtroque, qua limitatur & intelligitur, niſi collatio ſit facta à ſuſpenſo, vel excommunicato occulto, & non publico, tunc enim valet & ſuſtinetur ex l. Barbarius, vt etiam dicunt Doctores, qui licet communiter loquantur in excommunicato; tamen idem eſt, & eadem ratio in ſuſpenſo, vt patet: & conducit deciſio Burgen. canonicatus infra relata cap. 7. num. 92.*

*Nec valet reſponſio ad l. Barbarius. data in d. Aſſiſien. nam ſi ſemel valuit collatio facta à ſuſpenſo, ſeu excommunicato occulto, & non publico impetratio & concurſu prouiſi Apoſtolici ſuperuenientis non debet illam vitiare, cum iam alter habeat acquiſitum ius, maxime ſi cum prouiſus Apoſtolicus concurrit, alter erat in poſſeſſione beneficij, vt fuiſſe videtur in ſpecie illius deciſionis Aſſiſien. vbi prouiſus Apoſtolicus impetrauit canonicatum contra prouiſum ab Epiſcopo. Et facit quod tradit Alphonſus à Caſtro dicto lib. 2. de leg. panitent. cap. vltim. verſicul. alterum quod, quem ſequitur Ioann. Gutterez canonic. quæſt. lib. 1 cap. 1. num. 78. in fine, quod geſtum ab excommunicato occulto valet, etiamſi poſtea manifeſtetur illum fuiſſe excommunicatum, quando illud fecit: facit etiam quod dicitur infra capit. ſequent. à num. 53. Nec obſtat doctrina Lap, Ferretti, & Boerij, quos pro dicta reſponſione allegat dicta deciſio Aſſiſien. nam quicquid ex dicat, non loquuntur in terminis dicta legis Barbarius, ſed in longe diuerſis, nempe cap. ſuſceptum. de reſcriptis in ſexto: quando concurrant duo impetrantes, vnus qui expreſſit vacationis modum putatiuum, & alter qui expreſſit verum; & dicunt præferri illum qui expreſſit verum quando venit ante completum negotium, id eſt, adeptam poſſeſſionem ab altero, vt infra 11. par. cap. 1. num. 10. & reddunt rationem, quia veritas ante completum negotium declarata præfertur opinioni: quod non procedit in terminis legis Barbarius, in quibus validitas geſtorum non fundatur in ſola opinione, & errore populi, ſed etiam in titulo putatiuo, & authoritate ſuperioris, & vtilitate publica propter quas ius validat geſta à iudice, ſeu prælato putatiuo; & ſic licet poſtea detegatur, illius defectus, non debent retractari. Et quãdo illa doctrina precederet in terminis legis Barbarius, non tamen poterat applicari in ſpecie deciſ. Aſſiſien. vbi, vt dixi, prouiſus ab Epiſcopo erat in poſſeſſione, & ſic completum negotium, quando prouiſus Apoſtolicus venit cum ſua impetratione.*

*Vnde videtur concludendum, quod collatio facta ab excommunicato, vel ſuſpenſo a collatione beneficiorum, non tamen publico, eſt valida; facta tamen ab excommunicato, vel ſuſpenſo publico, licet non notorio, aut denunciato, eſt nulla iuxta dictum cap. ad probandum, de re iudicat. & ſupra dicta.*

327 Et de regula † ac materia d. l. Barbarius. vltra ordinatios & repetentes ibi, Socinum, & alios ſupra relatos vide Cottam in memorabil. verbo opinio communis. Tiraquell. d. gloſſa 8. poſt leges connub. Portium lib. 2. regularum concluſione 11. late Antonius Gabriel. d. concluſ. 8. de probatio, & Maſcardum d. concluſione 649. Ferretum conſ. 8. & 9. Gregorium Lopez Maderam, in ſuis animaduerſionibus iuris ciuilis cap. 6. Morlam. d. titul. 2. quæſt. 26. & d. titul. 11. quæſt. 2. Thom. Sanchez d. lib. 3. de matrimon. diſputation. 22. vbi late, & bene, & alios quos referunt Alfan. in collat. 199. Pichard. in §. ſed cum aliquis, numero 6. inſtitut. de teſtam. Carauita Bottis, & nouiſſime P. Broſſeus in remiſſionibus ad hanc l.

328 Quartum † dubium eſt an valeat collatio facta
ab

ab Episcopo, seu Prælato, qui commisit aliquod crimen ob quod ipso facto, & ipso iure priuatus est Prælatura, puta quia incidit in hæresim iux. dicenda infra 11.p.c.vlt.

329 Et dicendum est † valere, cum priuatio est occulta, quamdiu enim toleratur in officio, nec priuatio est notoria, rata esse debent, quæ ab eo interim geruntur ex dict.l.Barbarius, ita Butrius in dict.cap.nihil de electione, nu.32. & ibi Abb. num. 12. Iason in dict.l.Barbarius, num. 52 Selua d.2. part. quæst. 12. num.2.Coras.2.part.cap.4.num. 13. Gregorius Lopez in l.21.tit.4.par.1.verbo no lo puede, & ibi Humada in additione, num.1.Nauarrus in cap.placuit, de pœnitentia distinctione 6.nu,179.& in man.c.9. num. 11.alias 8. & cons. 1. de officio ordin. Vgolin. d.tab.1.cap.2.§.22.num.4. *& de officio Episcop. c. 4. §. 1. nu. 2. & 3. Açor 2. par. lib. 7. cap. 17. quæst. 4. Enman. Rodrig.d.cap.12.del orden judicial nu. 6. Lessius dicto lib.2.capite 29.num.64. & 67. Anila d. disput.6. dub 7.*Angel. Rotella, Tabiena, Silues, Armilla, Aragon, & Ludouic. Lopez vbi supra, & Enriquez. d. lib.6.cap.7. §. 2. in glosa litera G. & lib.11.cap.3.§. 4.in glosa litera I. & lib.13.cap.7. §.6. in glosa litera B. Açor.d.lib.5.c.8.q.2 & Thomas Sanchez.d.disput.22.q.6.qui alios citat.

330 Quamuis † Albericus in d.l.Barbarius, n. 27. & ibi Iason.num. 62. dicant conclusionem d. l. Barbarius.non procedere in hæretico, quia licet communi opinione reputaretur fidelis, tamen ab eo gesta non valent.

Sed contrarium ibi tenet Baldus 1.lectura numero 30. Abbas, Selua, Coras. Vgolin. Angel. Rotella, Tabiena, Silues, & Ludou. Lopez ibi, qui loquuntur in hæretico, & Burlatus consilio 24 lib. 1. & Thom. Sanchez, qui alios refert.d.disput.22.q.3.n. 37. quę vide, & Pacianus supra num.90.

Et pro dicta conclusione facit, quod ex Ioanne
331 Andreæ in regula † mora lib.6.in mercurialib.tradit, Gambarus d. lib. 1. Rubric. qualiter legatus se gerere debeat cum Prouinciam est ingressus, nu. 15, quod gesta ab eo, qui olim habuit titulum, & authoritatem a Superiore tolerantur, licet tempore quo egit, authoritatem non habuerit, & quod tradit Conarruuias pract. quæst.c.19.nu.5.conclus.5.

Faciunt etiam, quæ de excommunicato conferen
332 te tradunt † Abbas in cap, veritatis de dolo, & contumacia, a num.42. & Felinus in d. cap. ad probandum de re iudicata, num.6. Conarruuias in d. c. alma mater, 1.part.§.7. num. 9. Ant. Gabriel. de conclusione 8.de probat.nu.9.Vgolin.de censuris, dict. tab.2.cap.11.§.1.& 2.Iacobus Sbrotius de Vicario Episcopi lib.13.q.17.& Sairus de censuris lib.1.c.5. nu.34.& 35.& lib.2.c.6.nu.1. & 3. *allegat Gabriel. de leg. In fine, Anila de censuris dicta 2. p.c.6 disput.5.dub. 1.& disp.6.dub 3.ac Lap.alleg.89.nu. 11. & ibi Maud. lit. Decimus.*

Et ampliatur dicta conclusio, vt procedat etiam-
333 si Episcopus, † seu Prælatus esset accusatus de dicto crimine, cap.nonne 8, quæst.4.Abb. supra Berrachi.in repet.verb.error communis. vers. 2. & Coras. d.c.4.nu.13.

Sed in contrarium facit limitatio ad l.Barbarius,
334 † quam tradit Bart.in tract.de tirannia. q. 11. nu. 36. vbi docet, quod quando sit processus, ex quo ferenda venit sententia declaratiua, vt quia fecit aliquod delictum, propter quod ipso iure priuatus est iurisdictione, vt in hæretico, vel dicitur seruus, vel infamis. tunc gesta post processum inchoatum non valent, vt l.1.C.de testam.in fi.ibi, nec quisquam eis vsq; adeo status controuersiam mouerit.l.quæsitum 1.ff.qui & à quib.secus si esset priuandus per sententiam tunc interim gesta per eum valent, & sequuntur Ant.Gabr.d.concl.8.nu.39.& Mascard.d.concl. 649.nu.80.& 81.

335 Verum de hac limitatione merito dubitat † Iason in d.l.Barbarius, nu.70.nam in præsenti concurrunt titulus, & quasi possessio, cum errore communi, seu tolerantia, ac publica vtilitas, propter quæ acta sustinentur ex d. l. Barbarius, vt per Iason.ibi, nu.20.& 21. &c. Vnde dicta limitatio Bart. non vi-
336 detur tenenda. Nec obstat d.l. 1. nam † diuersa est ratio in specie illius in qua non concurrit titulus, nec agitur de officio publico.

337 Nec etiam † obest d.l. quæsitum, tum quia non loquitur in officio publico, tum etiam, quia loquitur de manumissione, quam vti alienationem non potest facere, quia commisit crimen læsæ maiestatis, non solum ex quo accusatus est, sed etiam ex quo commisi illud delictum, per quod incurrit ipso iure pœnam confiscationis bonorum.l.fin.C.ad l.Iuliam maiestatis.

338 Secundò ampliatur, † vt procedat, etiamsi Episcopus, seu Prælatus esset depositus per sententiam, seu lata contra eum sententia declaratoria, si ab ea appellauit; nam pendente appellatione non prohibetur fungi honoribus suæ Dignitatis, Episcopaliaque iura exercere, & qui prouocauit non dicitur cõdemnatus, glo.in cap.sæpe.verb.rata, de appellat.& in summa.8.quæst.4.& sequuntur, Abb. dicens communiter approbari à Doctoribus in d.cap. sæpe.numer.15.& ibi Francus à num.32. idem Abb. in cap. omnipotens de accusatio.num.3. & ibi Felin. nu. 1. & Coras.d.2.p.cap.4.num.14.& 3.par.cap.6.nu.9. *Ioann.Gutier.pract.quæst.lib.1.q.39.& Scacia de appellat.quæstione 3.a nu. 72.* & conducunt dicta infra. 11. par.cap.3.artic.91.

Secus si non appellauit, vel alias sententia transijt
339 in rem iudicatam, † nam tunc ab eo gesta non valent, vt ex citatis constat; quamuis sententia solum esset declaratoria criminis, quæ sufficit.cum pœna seu priuatio imponitur ipso iure, nec est necessaria sententia priuatoria, seu declaratoria pœnæ, quidquid dicat Pacianus d.l.1.cap. 22. num. 14. contra quem tenet additio Calleti ibi litera C, licet secus sit, vbi priuatio non imponitur ipso iure, vt in d. c. 3.à num.97.

## *De possessore iuris conferendi. Cap. V.*

### SVMMARIA.

*SVfficit eum qui confert Beneficium, esse in quasi possessione iuris conferendi, licet apud eum non sit proprietas, nam collatio, præsentatio, vel electio ad eum pertinet, qui est in quasi possessione horum iurium, cum sint fructus eorum, qui ad possessorem bonæ fidei spectant non ad Dominum, & consequenter prouisus à possessore præfertur promisso à proprietario à nu.1.*

*Indultum Cardinalis Ordinarij collatoris de conferendis Beneficijs*

ficijs ſuæ Diœceſis, ſeu ad collationem ſuam de iure ſpectan
ſtibus, non comprehendi Beneficia, in quorum poſſeſſione
conferendi alius erat, nu. 5. ſicut non capit Beneficia, ad col
lationem inferiorem ſpectantia, etiam diſpoſitioni Papæ re-
ſeruata niſi ſit facta de illis expreſſa mentio, nu. 6. quia non
auget indultum iuriſdictionem ordinariam, ſed illam præſer
uat nu. 7. nec tollit optionem, nu. 8.

Sufficit quem eſſe poſſeſſorem iuris patronatus, in conſequen-
tiam, & non principaliter, vt poſſit valide præſentare, &
ſic bonæ fidei poſſeſſor Caſtri, ſeu Villæ vel Comitatus, ra-
tione cuius competit ius præſentandi, ad Eccleſiam ibi, vel
alias ſitam, licet nunquam antea præſentauerit, poteſt præ-
ſentare, quia dignitas ſine Caſtrum aut Comitatus videtur
hoc ius præſentandi ſemper retinuiſſe num. 9. quamuis D.
Sabagun dicat, bonorum poſſeſſionem ad præſentandum,
nunquam ſufficere ex cap. cum Bertholdus de reiudicata,
numer. 10.

Ex eo creditor cui fuit pignori data Vniuerſitas, in qua eſt ius
patronatus, non præſentat, quod debet fructus pignoris re-
ſtituere, vel computare, ſeu compenſare; quod non poteſt fie
ri in fructibus iuris patronatus. nu. 11. & à ratione ceſſan-
te id non procedit in terminis capit. ſalubriter de vſuris, ſe-
cundum Lambertum num. 12. quæ limitatio non placet. nu-
mero 13.

De intellectu d. c. ſalubriter. remiſſiue. nu. 14.

Quod dictum eſt de poſſeſſore Caſtri, Villæ, ſeu Comitatus,
idem erit poſſeſſore maioratus, ratione cuius competit ius
patronatus ſeu præſentandi, quod eſt ius quoddam vniuer-
ſale ſicut feudum num. 15. & quando maioratus non eſſet
ius vniuerſale, vt videtur verius in maioratu bonorum
particularium, ſufficit quod ius patronatus ſit annexum
bonis maioratus, &c. num. 16. & 17. vbi ponitur reſolutio
Rotæ.

In his Regnis ex lege Tauri ex qua poſſeſſio maioratus, ciuilis,
& naturalis, tranſit in verum ſucceſſorem, licet alius ap-
prehenderit poſſeſſionem illius; conſequenter etiam tranſit
in eum poſſeſſio iuris patronatus, illi annexi, & non in a-
lium, qui apprehendit poſſeſſionem maioratus, nu. 18. niſi
forte verus ſucceſſor, amittat ſuam poſſeſſionem ex negligē-
tia decennij, vel alias nu. 19.

Idem etiam, quod dictum eſt de poſſeſſore Caſtri, Villæ, ſeu Co
mitatus, erit in bonæ fidei poſſeſſore Dignitatis, aut Benefi-
cij, ad quod ſpectat præſentatio, ſeu collatio, dummodo non
ſint reſeruata. Nam tunc non valebit præſentatio vel colla
tio, propter decretum irritans, quod inficit, & annullat titu
lum, & poſſeſſionem, &c. & conſequenter etiam fructuum
acquiſitionem impedit, &c. à nu. 20.

In Beneficijs reſeruatis poſſidens Beneficium, etiam cum bona
fide, ex proniſione Ordinarij, non facit fructus ſuos ſed con-
tra eum fit condemnatio fructuum, à die intruſionis, n. 24.
quamuis alias non fiat condemnatio fructuum niſi à die mo
ta litis, etiam in ſpolio, & remedio Cap. reintegranda. niſi
conſtet de mala fide, nu. 25. niſi ſit ſpolium violentum aut
attentatum, nu. 26.

Id procedit non ſolum in reſeruatione clauſa in corpore iuris,
ſed etiam in alijs reſeruationibus, etiam non data ſcientia
illarum in proniſo, contra Aeneam de Falcon. & Rotam,
& diſtinctio inter reſeruationem clauſam in corpore iuris,
vel de certo Beneficio, & alias procedit ad effectum ſpolij,
magis de ſtilo Rotæ, quam de iure, & non eſt habenda ad
caſum & effectum acquiſitionis, & condemnationis fru-
ctuum, in quo potius eſt ſtilus Papæ contrarius, à numero
vigeſimoſeptimo.

Sententia Aeneæ poſſet procedere, ſi Beneficium eſſet ſimpli
citer reſeruatum, ſine dicto decreto irritante, quod tamen ſo
let apponi, aut ſi non apponeretur cum tam amplis verbis,
&c. nu. 23.

Ad præſentationem, ſeu collationem ſufficit quaſi poſſeſſio de-
functi, ſeu anteceſſoris. Nam ea tranſit in hæredem, ſeu ſuc-
ceſſorem, abſque noua apprehenſione, ſeu exercitio, quia
quaſi poſſeſſio iurium incorporalium, tranſit in hæredem
abſque apprehenſione, & exercitio. cõtra Rotam, & alios,
a num. 33.

Id abſque dubio procedit in quaſi poſſeſſione iuris patrona-
tus, ſeu conferendi, quæ erant apud anteceſſorem ra-
tione Dignitatis, ſeu Beneficij, Caſtri, Villæ, vel Comi-
tatus, quæ continuatur in ſucceſſorem, ſine apprehenſione,
& retinetur per Eccleſiam, ſeu Dignitatem, etiam mortuo
Prælato, &c. à nu. 37. & ponitur reſolutio Rotæ, & idem
eſt in quaſi poſſeſſione domus, ſeu familiæ, numero 42. Et
ſic contraria ſententia, non poteſt conuenire quaſi poſſeſ-
ſioni iuris conferendi, numero 43. & numero 44. reſolutio
Rotæ.

Quod dictum eſt præſentatum à poſſeſſore præferri præſentato
à proprietario, procedit quando fuit proceſſum ad inſtitutio-
nem antequam conſtaret de proprietate, ſecus ſi prius con-
ſtaret de proprietate ſecundum Abbatem, & alios, & Ro-
tam, à nu. 45. de qua limitatione dubitat Rochus, nu. 53. &
author videtur falſa abſolute, à nu. 54.

Acquiritur dicta quaſi poſſeſſio exvnico actu, à num. 59. &
ponitur reſolutio, & deciſio Rotæ attenditurq; & ſpectatur
vltimus actus, & immediatus, num. 63. & 64. vbi ponitur
deciſio Rotæ.

Illud tamen accipiendum eſt niſi actus ex quo prætenditur ac-
quiſita quaſi poſſeſſio, factus ſit ſine præiudicio iuris alterius
nu. 65. vbi ponitur reſolutio Rotæ.

Ad acquiſitionem poſſeſſionis ad effectum de quo agitur, ſcili-
cet validitatem collationis, præſentationis, vel electionis,
requiruntur requiſita poſita per conſilium Calder. quod Ro
tæ ſeruat. num. 66.

Primo requiritur bona fides. Secundo, quod præſentatio, vel e-
lectio ſit admiſſa, & ſecuta inſtitutio, vel confirmatio. Ter-
tio, quod prouiſus fuerit in poſſeſſione Beneficij, &c. Quarto
ſcientia & patientia illius in cuius præiudicium quaſi poſ-
ſeſſio acquiritur, num. 67. quæ requiſita ponunt, & ſequun
tur alij Doctores relati num. 68. licet ad effectum acquiſi-
tionis abſolutæ, & poſſeſſorij, non requiratur bona fides,
num. 69.

Circa dicta requiſita, ſunt aliqua aduertenda, & Primo circa
primum de bona fide illam eſſe omnino neceſſariam, neque
enim facit fructus ſuos mala fidei poſſeſſor, a num. 70.

Quamuis proniſio a poſſeſſore mala fidei facta non teneat, &
ſic etiam inſtitutus ſit remouendus, conſtando de mala fide,
nec valeat electio, ad quam fuit admiſſus poſſeſſor malæ fi-
dei, ſi cum eius voce fiat, & ſine ea non conſtaret eſſe voces
neceſſarias, adhoc tamen proniſio facta a proprietario, qui
non poſſidet, non valebit, ſecundum Abbat. & alios contra
Innocentium, & alios a nu. 73. & reſponſio Abbatis ad l.
mala fide. C. de condictione ex l. nu. 77.

In hac controuerſia, author ſequi mediam ſententiam, vt pri-
ma ſententia Abbatis procedat in actu præſentationis, ad
quem iudex adiri debet, qui non debet eſſe author ſpolij; ſe-
cunda vero procedat in actibus ad quos iudex adiri non de-
bet, nec requiritur eius authoritas, vt in collatione, & ele-
ctione, &c. tunc enim videtur valere actus factus a proprie
tario, qui non poſſidet exiſtente alio in poſſeſſione mala fide,
&c. num. 78.

Obijcitur inſtitutum, ad præſentationem poſſeſſoris malæ fidei
non eſſe remouendum, etiam ſi poſtea conſtet de mala fide.
Nam ſi a tali inſtitutione non fuit appellatum per aduer-
ſarium

*farium, transit in rem iudicatam, & habet vim diffinitiuæ & consequenter retractari non potest; si vero institutio facta fuit posito edicto, nulloque comparente, & contradicente, verus patronus postea veniens non est audiendus, sed videtur dictæ præsentationi consensisse, &c. nu. 79.*

*Secundum authorem ista fundamenta solum conuincunt, quod taliter institutus non sit remouendus ad petitionem veri patroni, qui non appellauit, aut non comparuit, non tamen conuincunt institutionem ipsam valere, nec respectu Superioris contra quem non transit in rem iudicatam sententia lata in causa Beneficiali, nu. 80.*

*Prouisio facta à proprietario, qui non est in possessione, valet si nullus alius est in possessione, num. 81. Nam & hæres potest præsentare ante possessionem hæreditatis acquisitam num. 82. quamuis alias per Rotam sit dictum contrarium num. 83.*

*Licet bona fides regulariter præsumatur, etiam sine titulo, nisi alius possessor antiquior appareat, tamen vbi ius resistit non præsumitur bona, sed mala fides, à nu. 84. nisi possessio sit iusto titulo aut probabilibus rationibus acquisita, vel sit possessio longi temporis, quod in proposito dicitur arbitrio iudicis, num. 87. vel nisi simus in iure dubio, & obscuro, cuius error est probabilis, & iustus, ac æquiparetur errori facti, num. 88.*

*Facit ad predicta, quod de errore iuris circa acquisitionem fructuum tradunt Doctores relati nu. 89.*

*Ex predictis Rota alias resolvit quasi possessionem Capituli conferendi Parochiales sede Episcopali vacante, non suffragari ad validitatem collationis, quamuis ante contrariũ fuerit decisum, vt in decisionibus positis, à nu. 90.*

*Ex predictis etiam alia decisio supra adducta, non videtur certa, cum ibi ius resistat pretendenti ius conferendi contra Ordinarium, nu. 94.*

*Cum Beneficia de iure præsumantur libera, ex vnica præsentatione, non acquiritur quasi possessio præsentandi ad hunc effectum quæ bona fides non præsumitur, nisi probetur fama iuris patronatus, vel quid simile, & nisi agatur de Beneficio, quod non negatur esse iuris patronatus, à nu. 95.*

*Circa secundum requisitum est aduertendum, quod si institutio, aut confirmatio, secuta esset non præuio edicto, non acquireretur quasi possessio præsentandi licet, institutus de facto habuisset possessionem, quia talis institutio est nulla ipso iure, &c. 99.*

*Reprobatur sententia Ferretti dicentis, quod status, seu quasi possessio liberæ collationis, non potest induci per collationẽ factam de Beneficio iuris patronatus, absque consensu patroni, num. 101.*

*Per prouisiones etiam effectuatas, factas contra decretum irritans positum in reseruatione, vel alia dispositione, seu indulto, non acquiritur quasi possessio prouidendi quia decretum inficit omnia, etiam possessionem, n. 102. & prouisio facta de Beneficio sito in Diœcesi, vbi habet Cardinalis indultum est nulla, etiam si Cardinalis non prouideret, propter vim decreti irritantis, nu. 103.*

*Alias, ad acquirendam quasi possessionem sufficit præsentationem fuisse admissam, & præsentatum institutum cum effectu, sine bene, sine male, num. 104. vbi adducitur resolutio Rotæ.*

*Circa tertium requisitum de effectuatione, aduertendum est, quod effectuatio collationum, seu præsentationum probatur per subsequentes collationes, seu præsentationes factas per vacationem, ex persona illorum, num. 105. & 106. vbi adducitur resolutio Rotæ, quod procedit etiam in subsequenti prouisione per resignationem, & contraria sententia posset procedere in prouisione per cessionem iuris, num. 107.*

*Præsentatio, seu prouisio non potest dici habuisse effectum, ad effectum acquirendi quasi possessionem præsentandi, licet fuerit secuta institutio, & prouisus manserit in possessione Beneficij, si tamen mansit ex causa concordia subsecuta inter illum, & aduersarium, qui prætendebat præsentantem non esse patronum, &c. num. 108.*

*Quartum requisitum probatur iure, & Doctoribus relatis contra alios, num. 109. ex quo remanet ius Beneficium, quæsitum ad præsentationem patroni, in manibus Ordinarij, nesciente patrono, & accepta collatione ab eo libera, detinet illud, non videtur ponere Ordinarium in quasi possessione iuris libere conferendi, &c. secundum Nauarr. numero 110.*

*Ad effectum vt possit dici acquisita quasi possessio liberæ collationis contra patronum, requiritur quod constet Ordinarium contulisse beneficium, vt liberum, sciente & patiente patrono, num. 111. alias per collationem Ordinarij factam de beneficio iuris patronatus, absque illius mentione, non præiudicatur iuri, & possessioni patronorum, num. 112. & 113. vbi adducitur resolutio Rotæ, quando tamen Ordinarius ignoraret Beneficium esse iuris patronatus, censeretur conferre tanquam liberum, num. 114.*

*Si sint plures in quasi possessione præsentãdi, præsentatio vnius sine alijs, etiam effectum sortita, non priuat alios quasi possessione præsentandi, sed magis illam præseruat nisi fiat animo priuandi illos. num. 115. & 116. vbi ponitur resolutio Rotæ.*

*Tunc diceretur fieri animo priuandi alios, quando diceret omnimodam præsentationem seu plenariam ad se spectare, seu quando diceret se vnicum patronum, num. 117.*

*Prouisio Apostolica non mutat statum, seu quasi possessionem iuris patronatus, seu conferendi, nu. 118. & 119. vbi ponitur decisio Rotæ, nu. 120. reprobatur Ferrettus.*

*Si ille in cuius præiudicium dicta quasi possessio acquiritur, non est in possessione illorum iurium, nõ requiritur eius scientia, & patientia. Nam si incorporalia vacant, quia nullus illa possidet non est necesse habere scientiam, vel patientiam alicuius in acquisitione quasi possessionis, num. 121. & seq.*

*Cum aduersus Episcopum acquiritur quasi possessio conferendi, seu præsentandi, requiritur eius scientia & patientia, cũ, eo ipso quod est in poss. Episcopatus, sit in possessione iuris libere conferendi, &c. num. 123. & nu. 124. adducitur resolutio Rotæ, & idem esset in Canonicis, quo ad ius eligendi, seu votandi, qui eo ipso quod sunt Canonici & in possessione Canonicatus, sunt in quasi possessione iuris eligendi, & votandi, &c. num. 125. iuxta quod procedit quædam decisio Rotæ, num. 126.*

*Idem esset in eo, qui alias esset in quasi possessione iuris patronatus, quamuis non presentasset, &c. nu. 127.*

*Cum acquiritur quasi possessio seruitutis, aduersus Dominum fundi, qui est in eius possessione, requiritur eius scientia, & patientia, cum eum possideat tanquam liberum, nu. 128.*

*An præsumatur scientia illius, de cuius præiudicio agitur, iudex arbitrabitur ex multiplicatione actuum, & qualitate ipsorum, & alijs circũstantijs, nu. 129. & ex publicitate actus præsumitur scientia, num. 130.*

*Probatur etiam scientia, & patientia ex lapsu longi temporis, nu. 131. & respectu Episcopi probatur, quia tenetur visitare &c. num. 132.*

*Scientia ex coniecturis colligitur, & probatur, num. 133. vbi quis ponat plures coniecturas.*

*Ad hunc effectum sufficit scientia præsumpta, non obstante quod vbi agitur de amissione, vel priuatione iuris quæsiti, non sufficiat scientia præsumpta, quia hic non agitur de auferendo, seu admittẽdo iure conferendi, seu præsentandi in to-*

*tum*

*tum ſed de acquirenda poſſeſſione, & ex præſumpta ſcientia infertur poſſeſſionis ciuilis amiſſio, nu. 134. & 135. & ſufficit ſcientia officialium nu. 136.*

*Hodie non procedit indiſtincte deciſio cap. conſultationibus, de iure patronatus, ex decreto Concilij Tridentini ſeſſione 25. c. 9. quod locum habet, etiam in poſſeſſorio, & quando ſolum agitur de validitate præſentationis, & ideo non eſt admittenda præſentatio exiſtentis in quaſi poſſeſſione præſentandi niſi verificato prius iure patronatus, aut niſi fuerit in quaſi poſſeſſione poſt Concilium, adhibita cauſa cognitione ſuper iure patronatus, iuxta formam Concilij, à nu. 137. & ponuntur declarationes Sacræ Congregationis & reſolutio Rotæ.*

*D. Decretum Concilij & declarationes Sacræ congregationis procedunt, quando eſt controuerſia ſuper libertate Beneficij ſecus quando ſolum eſt controuerſia inter præſentatos, ſu per pertinentia iuris patronatus. Nam hoc caſu nihil eſt innouatum per Concilium à nu. 140. & ponuntur reſolutiones, & deciſiones Rotæ.*

*D. Decretum Concilij procedit quoties præſcribitur contra Eccleſiam liberam, non vero cum contra Eccleſiam non liberam, etiam patronum, præſcribitur ius patronatus, &c. numero 143.*

*Peritentia Collationis ad inferiorem Epiſcopo ad quem de iure non ſpectat, probatur per famam, & communem reputationem, & ſatis eſt per literas, vel inſtrumenta, docere Beneficium conſueuiſſe per talem conferri, &c. nu. 144.*

*Quod intelligitur, quando ſuper pertinentia collationis directe non agitur, & cum Ordinarius non eſt in cauſa, vel prouiſus ab eo, ſed alius habens à Papa, vel Legato, vel alibunde, n. 145. Nam contra Ordinarium non ſufficit niſi fama eſſet iuncta alia ſpecie probationis, à nu. 146. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Secundo intelligitur, collationis pertinentiam ad inferiorem, probari per famam, cum quaſi poſſeſſione conferendi, alias fama ſine quaſi poſſeſſione non ſuffragatur, num. 150. Sed hoc eſt accipiendum, cum agitur contra Ordinarium, vel prouiſum ab eo, tunc enim ita demum probatur per famam, ſi concurrat longiſſima poſſeſſio conferendi, & agatur de iure conferendi antiquo, alias enim ſufficit fama, niſi conſtaret de ſtatu, & poſſeſſione contraria, nu. 151. & 152.*

*Ius conferendi probatur ex ſtatuto ſeu conceſſione Epiſcopi confirmato authoritate Apoſtolica, etiam ſi non conſtet de quaſi poſſeſſione conferendi & vſu ſtatuti. Cuius obſeruantia præſumitur ſecundum Rotam, à nu. 153.*

3 SVfficit autem eum qui confert Beneficium † eſſe in quaſi poſſeſſione iuris conferendi, licet apud eum non ſit proprietas, cap. cum olim de cauſa poſ-
2 ſeſſ. Coraſ. de benefic. 2. part. cap. 5. † Nam collatio, præſentatio, vel electio, ad eum pertinet, qui eſt in quaſi poſſeſſione horum iurium, cum ſint fructus eorum, qui ad poſſeſſorem bonæ fidei ſpectant, non ad Dominum, l. bonæ fidei emptor, ff. de acquir. rerum dominio. §. ſi quis à non Domino. Inſtitut. de
3 rerum diuiſ. † l. 39. tit. 28. p. 3. De quo Abb. Bellam. Et alij in c. grauis de reſtit. ſpoliatorum. Couar. l. 1. vari. cap. 3. num. 6. & 7. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vendit. 2. par. cap. 4. à nu. 45. Ioan. Garcia. de expenſis, & melioratio, cap. 23. à num. 9. Menoch. de recuperanda. remedio. 15. quæſt. 40. ex num. 573. Nauar. conſil. 99. de Simon. Peregr. de fideicom. art. 49. à n. 109. Et nouiſſime Fachineus controuerſ. lib. 1. c. 57. cum ſeq. *Late Thom. Sanch. in præc. Decalog. lib. 2. c. 23. quæſtione 2. ex nu. 40.*

4 Et conſequenter † prouiſus præſentatus, vel electus à poſſeſſore præfertur prouiſo à proprietario. cap. quærelam de elect. d. cap. cum olim, &c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſ. cap. conſultationibus. c. ex literis. de iure patro. & ibi Dd. maxime Abb. Rota deciſ. 49. de reſcrip. & 14. de iure patro. in antiq. Staphil. de literis gratiæ tit. de modo & forma impetranda. §. 4. principaliter, num. 7. Selua de Benef. 2. p. q. 7. Rochus de iure patr. verb. competens. q. 14 & 45. Paulus de Citadinis eod. tract. 6. p. art. 3. num. 16. & 64. & Lamber. 1. p. 2. lib. q. 3. art. 1. & 6. Ioann. Nicol. Delphinas de iure patrono. lib. 2. q. 12. 13. & 14. à numer. 187. Aymon. conſil. 322. P. de Baſſio in directorio election. 1. p. cap. 2. num. 11. & 12. Roſiniacus de Benefi. c. 1. 2 num. 19. Duarenus etiam. de Benef. lib 3. cap. 9. P. Greg. eod. tract. c. 39. numer. 9. Couar. dicens hoc apud omnes eſſe receptum. prac. c. 14. num. 2. Cucchus in inſtit. maior. lib. 4. tit. 1. nu. 96. Maſcard. de probat. concl. 173. num. 7. Menoch. conſ. 90. a nu. 116. lib. 1. Ioan. Guttierrez. conſ. 4. nu. 34. & Flam. Pariſ. de reſignat. Benefic. lib. 7. q. 23. n. 40. *Ducnnas reg. 202. Parlador. differ. 120. nu. 19. Vgolinus de officio Epiſc. c. 51. §. 1. nu. 5. & 7. & Aſor inſtitut. moral. 2. p. lib. 6. c. 21. q. 17. & capite 25. quæſtione 16.* Puteus dec. 206. lib. 1. Creſc. 5. de iure patr. Rota deciſ. 149. 166. 167. 296. & 687. p. 1. diuerſorum. *& deciſ. 521. 568. 572. & 881. nouiſ. Farinac.* Et fuit reſolutum in vna Cremonen. Prioratus de anno 1567. coram D. Oradino. Et in vna Regien. Prioratus 24. Maij. 1585. coram D. Pamphilio, in qua fuit deciſum. Ad validitatem præſentationis ſufficere quaſi poſſeſſionem præſentandi, quæ acquiritur ex conſenſu præſtito prouiſioni, Puteus deciſ. 209. lib. 2. Creſcen. 27. lib. 2. &c. Et in vna Nucerina Beneficiorum 30. Octob. 1592. infra adducta nu. 64. Et in Hiſpalen. portionis 19. Ian. 1594. ſupra adducta ca. 1. nu. 35. & in vna Piſana Capellaniæ 30. Maij. 1594. infra adducta nu. 141. Et *in Firm. altaris de Doriis 15. Febr. 1610. coram Marcomontio infra relata cap. vlt. nu. 91. vbi alia deciſiones allegantur.* & nouiſſime docet Zecchus de Benef. & penſio. Eccleſ. c. 2. verſ. Beneficia etiam, qui tamen malet id procedere, licet poſtea poſſeſſionem amittat. & c. 12. cõducit conſ. Calder. 23. de Præb. & quæ tradit poſt hæc Gonçal. ad reg. de menſibus gl. 45. §. 2. ex nu. 1.

Hinc indultum Cardinalis Ordinarij collatoris 5 de conferendis Beneficijs ſuæ Diœceſis, †ad collationem ſuam de iure ſpectantibus, non comprehendit beneficia, in quorum poſſeſſione conferendi alius erat, licet, de iure, collatio ſpectaret ad eum, ex quo erant in ſua Diœceſi, Puteus d. deciſ. 206. lib. 1. Mohed. 8. de priuilegijs alias 179. Rota deciſ. 783. nu. 4. lib. 3. par. 3. diuerſorum, & Thanis deciſ. 3. in manuſcrip. Anaſt. Germonius de indultis Cardin. §. regulares à nu. 92. & §. etiam ex eo nu. 23.

Et fuit dictum in d. Hiſpalen. ſicut non capit † 6 beneficia ad collationem inferiorum ſpectantia etiam diſpoſitioni Papæ reſeruata, niſi fit facta de illis expreſſa mentio, Puteus deciſ. 162. nu. 8. lib. 2. Ferret. conſ. 17. nu. 3.

Quia non auget Indultum iuriſdictionem ordina- 7
riam, ſed illam præſeruat. Anaſt. Germonius ſupra, † & Rota in vna Romana Beneficiatus S. Petri 28. Apr. 1595. coram D. Gipſio & 20. Nouemb. 1596. coram D. Corduba, vt quod indultum nihil tribuit

de nouo,

de nouo, nec auget facultatem conferendi, sed tantũ remouet obstaculum, per quod ordinarius impedie batur in collatione c. cum aliquibus, vbi Probus ad Monach. de rescript. in 6. Cassad. decis. 8. de Præbẽ. cum alijs, &c.

8 Nec tollit Indultum † optionem, vt fuit tentum per Rotam, in vna Bononien. supra adducta c. 1. nu. 452. Anast. Germon. d. §. etiam ex eo nu. 22.

Et ampliatur prædicta resolutio. Primo, quod sufficiat quem esse possessorem iuris patronatus in-
9 consequentiam, † & non principaliter, vt possit valide præsentare, vnde bonæ fidei possessor alicuius Castri, seu Villæ, vel Comitatus ratione cuius competit ius præsentandi ad Ecclesiam, ibi vel alibi sitã, licet nunquam antea præsentauerit, potest præsentare, quia Dignitas siue Castrum aut Comitatus videtur hoc ius præsentandi semper retinuisse, ita Rota decis. 1. de iure patron. alias 140. in nouis Bellam. de cit. 700. Paulus de Citadinis licet satis confuse d. art. 3. num. 64. Lamber. 2. p. 1. lib. q. 9. art. 3. nu. 8. ad fin. & d. 1. p. 2. lib. q. 3. art. 1. n. 9. post Cardinal. in d. cap. ex literis 1. oppositione, per illum textum quem sic intelligit, & Caietan. in repetitione capituli fin. de elect. in 6. *Et Cabed. de patronat. Regiæ coronæ Lusitaniæ cap. 6. nu. 9.*

Quamuis Doctor Sahagun in c. fi. de sequestratio-
10 ne possess. nu. 62. dicat bonorum † possessionem ad præsentandum, nunquam sufficere ex c. cum Bartolus. de re iudicata, vbi probatur, quod creditor cui fuit pignori data Vniuersitas, in qua est ius patronatus cum Vniuersitate pignorata.

Sed id ex eo est, quod cred. tor debet fructus pigno-
11 ris restituere, vel in sortem computare, † seu compensare, & cum fructus iuris patronatus non capiãt æstimationem restitui non possunt, nec in sortem computari, Rochus verb. ipse, vel is, q. 27. nu. 60. & 61. Paulus de citadinis 9. p. q. 6. nu. 14. Lamber. d. 2. p. 1. lib. q. 9. art. 2.

Qui ibi nu. 4. & q. 10. art. 2. ad fin. ratione cessan-
12 te inquit, † id non procedere, in terminis cap. salubriter. de vsuris, cum ibi non teneatur maritus fructus pignoris in sortem computare, nec restituere.

13 Quæ limitatio nihilominus mihi † non placet. Nam quamuis in terminis illius cap. maritus non teneatur fructus pignoris in sortem computare, nec restituere, tamen illos lucratur ad supportandum onera matrimonij, ad quæ non confert fructus iuris patronatus, & ex alia parte, creditor non possidet tanquam Dominus, seu animo Domini; facit quod dicitur infra c. vlt. à nu. 178. & vide dicenda c. seq. à num. 6.

Et de intellectu d. c. salubriter, vide post alios Na-
14 uarrum † de vsuris not. 21. à nu. 64. Couarr. lib. 3. variat. c. 1. nu. 3, Ludou. Beiam. in respon. casuũ consc. casu 56. Ludou. Lopez instruct. consc. 1. tom. c. 210 Aragon. 2. q. 78. art. 2. in solutione ad 6. & ibidem Bannes, & Salon latissime controuersia 14. & Solis de censibus. lib. 2. c. 5. n. 20. *P. Nauarrã de restit. lib. 3. cap. 2. ex nu. 352. Molinam de iustit. disputat. 321. Valasscus consult. 8. Barbosa in l. 2. num. 40. & in l. de diuis. à num. 1. ff. solut. matrim. Alexander Trentacinquium variarum resolut. tomo 1. lib. 3. resolu. 2. ex num. 13. Castillo controuers. lib. 3. cap. 23. Cenedum collect. 14. ad Decretal. & alios per eos relatos.*

15 Et quod † dictum est de possessore Castri, Villæ, seu Comitatus, &c. idem erit in possessore maioratus, ratione cuius competit ius patronatus, seu præsentandi, qui est ius quoddam vniuersale, sicut feudum. Castillo in l. 46. Tauri verb. en todo ello succeda. Molin. de Hispano. primogen. lib. 1. c. 26. in fin. *Et Burgos de Paz quæst. 6. a num. 40. quamuis maioratus ex se non sit vere dignitas, Molina d. lib. 1. cap. 13. a num. 4. quicquid dicat Velazquez de Auendanno in l. 45. Tauri glossa 6. a nume. 7. quod maioratus est dignitas, qua est quadam persona ficta, &c. post Matienço alios citantem in l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopil. glos. 2. num. 3. & Burgos de Paz quæst. 3. à num. 1.*

Et quando maioratus non esset ius vniuersale, vt
16 videtur † verius in maioratu bonorum particulariũ qui est instar fideicommissi, *Simancas de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 1.* sufficit quod ius patronatus, sit annexum bonis maioratus, vt qui est in possessione bonorum illius, in consequentiam etiam, & accessorie, sit in possessione dicti iuris patronatus illis annexi, addicta infra c. vlt. nu. 34.

Facit decisio Rotæ, in causa Pampilonen. vicariæ
17 3. Iulij. 1595. † coram D. Penna, quod iuris patron. ☞ annexi maioratui Hispano, possessio ciuilis, & naturalis acquiritur sine apprehensione consequenter cum maioratu, beneficio legis Regiæ, nec per momentum vacare dicitur, sed transfertur in successorem, ad Molinam. lib. 3. c. 12. nu. 20. Mieres de maiorat. 3. par. quæst. 11. num. 9. qui est in possess. maioratus consequenter etiam erit in possess. iur. patr. annexi ipsi maioratui, licet non sit verus successor illius.

18 Quod tamen non procedat † in his Regnis Coronæ Castellæ, ex d. l. Regia 45. Tauri. ex qua possessio maioratus. ciuilis, & naturalis, transit in verum successorem, licet alius apprehenderet possessionem illius, & consequenter etiam transit in eum possessio iuris patronatus illi annexi, vt in d. decis. Pampilonen.

Et non in alium qui apprehendit possessionem
19 maioratus. † Nisi forte verus successor maioratus amittat suam possessionem, ex negligentia decennij, vel alias, ad tradita per Dinum in reg. fine possessione ad fin. lib. 6. Abb. & Feli. ex. nu. 7. in cap. vigilanti de præscript. Ant. Gomez in d. l. 45. tauri. num. 162. Mencha. de success. resolutione § 2. nu. 10. Mieres. 3. p. q. 6. & 4. p. q. 21. nu. 5. & Rota decis. 378. nu. 3. p. 1. diuersorum.

Idem etiam quod dictum est de possessore Castri
20 † Villæ, seu Comitatus erit in bonæ fidei possessore dignitatis, aut beneficij ad quod spectat præsentatio seu collatio. Nauarr. cons. 2. de iure patron. dum modo talis dignitas aut beneficium non sint reseruata.

21 Nam tunc quantumcumq; bona fide possideat † non valet præsentatio, vel collatio, propter decretum irritans reseruationis, quod inficit, & annullat titulum & possessionem & sic caret omni effectu, & iuris adminiculo, vt dictum est supra cap. 1. n. 427. ita Rota decis. 4. de præbend. in antiquior. & 20. eodem in antiquis. Simoneta de reseruat. quæst. 44. & ibi Granutius Gigas, de intruso, nu. 97. & Anton. Gabriel. de dictis conclus. 3. num. 50. & post hæc tradit, Gonçalez gl. 15. §. 1. nu. 95. & gl. 31. nu. 28. & gl. 45. §. 2. num. 44.

Quam-

Quamuis collector d.deciſ.4. diſſentiat, quando
22 intruſus eſſet beneficij † poſſeſſor, vt quia ignoraret reſeruationem, & Aegidius deciſ.66. Aeneas de Falcon.de reſeruatio, 4.q.effectu.26.quod etiam videtur ſentire Nauar.d.conſ.2. & Gigas ibi & numeris præcedentibus'.

23 Sed conuincitur; nam d.decretum irritans † conſequenter etiam fructuum acquiſitionem impedit, Lancel.de attentat.3.p.c.31.nu.92. Rota deciſ.24. 2.p.diuerſorum. *Et videtur tenere Peregrin.ad Rubr.de conſ.poſſeſſ.& propriet.num.36.ad finem, facit quod tradit Antonius Gomez in l.45. Tauri.num.117.ad finem, & cum eo Molina de primog.lib.3.cap.12.nu.18.*

24 Vnde in beneficijs † reſeruatis, poſſidens beneficium, etiam cum bona fide ex prouiſione ordinarij, non facit fructus ſuos, Sarnenſ. in reg. de Annali q. 23. Rota d.deciſ.20.de Præben.in antiquis, & 4.eodem in antiquior. & Simoneta d.quæſtion.44.& ibi Granutius,num.5. *Gonçal.Mendez Vaſconcell.diuerſ. iur.arg.lib.2.cap.8.à nu.5.* Sed contra intruſum in beneficio reſeruato, niſi habeat titulum à Papa, fit condemnatio fructuum à die intruſionis. Io.Paul.deciſ. 37.& 120.quæ habentur in impreſſis 3.p.diuerſ.lib. 3.deciſ.792.& 876. Caputaquen.deciſ.27.ſeu 28.p. 2. Bellam.in c.grauis de reſtitutione ſpoliat. Papaz. in additione, Rotæ deciſ.1. de renuntiatione in nouis,nu.8. & Mandoſ.conſ.34.num.10. Pontanus de ſpolio lib.4.num.24.

25 Quamuis alias non fiat † condemnatio fructuum niſi à die motæ litis, ideſt à tempore citationis legitime executæ, Mandoſ.ſupra. Etiam in ſpolio,& remedio capituli reintegranda, niſi conſtet de mala fide, Rota deciſione 4.& decima de reſtitutione ſpoliat. in nouis Bellam. & Caputaquē.ſupra Rota deciſ.552.nu.2.p.diuerſ. Anton.theſauros deciſ. Pedemontana 29.

Niſi ſit ſpolium violentum, in quo fit à die intru-
26 ſionis vt ibi, † & d.deciſ.Ioannis Paul.37.& 120.& deciſ.390.lib.3.p.3.diuerſorum, & Cæſar de Graſſis deciſione 43. num.12.& 14. & Mandoſius ſupra intelligendi Lancellot.d.cap.31. nu.70. ſicut etiam in attentato, Rota deciſ.5.de reſtitutione ſpoliat.in nouis. Lancell.d.3.p.cap.29.num.149. & d.cap.31.ex num.66.

27 Et ita tenendum eſt † quamuis Aeneas de Falcon. d.q.4.effectu 9.doceat, quod quamuis recipiens beneficium in curia vacans ab Ordinario, ſcienter non faciat fructus ſuos, ex quo non habet bonam fidem, in alijs tamen reſeruationibus, niſi probetur ſcientia ipſius prouiſi (nempe quod ſciebat perſonam per quam vacauerat eſſe de contentis in extrauagante ad regimen. &c.) faciet fructus ſuos, quia ignorantia præſumitur, & ſentit Gigas ſupra à numero 93.

28 Et quamuis in vna † Salamātina dimidiæ portionis 1.Aprilis 1591.coram D.Pamphilio infra adducta 11.p.c.vlt. 8.dub. nu.242. dictum ſit, quod poſſeſſor bonæ fidei faciat fructus ſuos procedere, etiam in beneficijs reſeruatis non data certa ſcientia reſeruationis, niſi reſeruatio ſit clauſa in corpore iuris, vel ſuper certo corpore beneficij, aut alias indubitata, & notoria. Puteus deciſione 180 lib.3.& fuiſſe reſolutum in cauſa Salamantina fructuum, pro hæredibus Franciſci de Burgoa de ann.1587. coram D.Gipſio, &c. *Et idem nouiſſime fuit reſolutum in cauſa Mediolanenſi liquidationis fructuum 8. Nouembr. 1602. coram D.Ludouiſio, nempe fructus liquidandos eſſe a die motæ litis, quia ad iſtum effectum ſufficit quod abſit mala fides, quæ ibi in condemnato ante litem non probatur, cum non appareat, quod habuerit ſcientiam reſeruationis; & reſeruatio cum non ſit clauſa in corpore iuris, vel ſuper certo corpore beneficij, aut alias indubitata & notoria, ita vt eius ignorantia allegari non poſſit, non nocet, vt docet Surdus in Salmant.fructuum 9.Mart. 1587. coram Gipſio, & in alia Salmant.dimidiæ portionis coram Decano 1.Apr.1591. talis enim requirebatur ad hoc, vt infringeret poſſeſſionem prouiſi ab ordinario. Put.deciſ.180.lib.3.& fuit dictum in Rom.canon.7. Decēb.1584. coram Sanctiſs.& in pluribus alijs, &c. Et verba ſententiæ condemnantis in fructibus debēt intelligi, prout ius diſponit, Aim.conſ.74.n.9. &c.*

29 Tamen iſta reſolutio eſt † cōtra allegata maxime contra Rotam d.deciſ.20. & 4.de Præb. & d.dec.24. 2.p.diuerſ.& Caputaq. Sarnen. Simonetam. Mand. & Lancellot.ſupra, qui de beneficijs quomodolibet reſeruatis loquuntur.

30 Et eſt contra ſtilum curiæ, & ipſius Papæ † qui in breuibus de capienda poſſeſſione beneficiorum reſeruatorum ſiue nomine Cameræ, ſiue ad fauorem literarum, ſemper præcipit reſtitui fructus à die vacationis beneficij, licet reſeruatio prout ſolet non ſit clauſa in corpore iuris vel de certo corpore beneficij, de quo part.ſeq.c.3. num.115.

Et dicta diſtinctio inter reſeruationem clauſam in
31 corpore iuris, vel de certo † corpore beneficij, & alias reſeruationes, procedit ad effectum ſpolij, vt in d.deciſ. Putei 180. magis ſtilo Rotæ, quam de iure, vt diximus ſupra c.1. num.426. & non eſt trahenda ad caſum, & effectum acquiſitionis, & condemnationis fructuum, in quo potius habemus ſtilum ipſius Papæ contrarium.

Et dicta ſententia Aeneæ poſſet procedere ſi Be-
neficium eſſet ſimpliciter reſeruatum, ſine dicto de-
32 creto † irritan.quod tamen ſolet apponi in reſeruationibus aut ſi non apponeretur cum tam amplis & generalibus verbis, quæ non ſolum titulum, ſed etiā poſſeſsionem, & omnia inde ſecuta inficiunt, ſed ſolum irritaretur, ſeu annullaretur collatio ſeu actus iuxta dicta ſup.c.1.num.411. & iuxta hoc procedet, quod tradit Gonçalez gl.vlt.q.4.à num.41.

33 Secundo ampliatur prędicta † reſolutio, quod ſufficiat quaſi poſſeſſio defuncti, ſeu anteceſſoris; nam ea tranſit in hæredem, ſeu ſucceſſorem, abſque noua apprehenſione ſeu exercitio, vt in terminis tenet Lābert. 1.part.2.lib.quæſt.3.art.22. & Ioan.Gutticrez conſil.3.nu.2.ex doctrina Baldi in l.in ſuis 4. oppoſitione ff.de liberis & poſthumis, quod quaſi poſſeſ-
34 ſio iurium incorporalium tranſit in hęredem † abſq; apprehenſione, & exercitio, quod etiam tenet Otalora de nobilitate 1.p.3.c.6. nu.8. & Ferrettus conſ. 179.nu.9. *Et Peregr.de fideicommiſſ.art.46.num.19. & ad Rubr.dicam poſſeſſ.num.89.*

35 Quamuis contrarium † in terminis teneat Rota, vt per Achillem deciſ.105. ſeu 5. de cauſa poſſeſſ.& Caputaquen.deciſ.135.152.& 420.2.p. Thanis deciſ.15. & Acoramb.63. lib.2. in manuſcriptis & ſequitur Hieron.Gabr.conſ.185.num.17.lib.2.dicens quaſi poſſeſſionem iuris patronatus, ſeu conferendi ſine actu à ſucceſſore in ſucceſſorem non trāſire, nec à ſucceſſore acquiri, vt per Acoramb. & Achillem ſupra.

Et

36 Et alias † sæpe Rotam concluſiſſe ex l. eum hæredes ff. de acquir. poſſeſs. quam dicunt habere locum etiam in incorporalibus ex Alexand. in d. l. in ſuis n. 8. & Tiraquellus in tract. de mort ſaiſit. 4. par. 7. declaratione & in præfatione 3. 4. 5. 6. & 7. declar. qui tamen id non dicit. *Idem Pontanus de ſpolio, libro 1. nu. 133. Gonzalez glo. 34. nu. 108. dicens fuiſſe reſolutum in vna Oueten. beneficij de Vega 15 Januar. 1596. coram D. Orano, & alias pluries Genuen. in praxi, capite 100. nu. 4. & Gratianus diſcept. forenſ. cap. 113. nu. 76. & ita tenuit Rota in cauſa Ianuenſ. iurispatron. 17. Mart. 1603. & Tolet. Capellania de Vinero 6. Februar. 1604. & Oppiden. iurispatron. 20. Iun. 1605. coram D. Lita, quod quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in hæredes & ſucceſſores abſque apprehenſione.*

37 Sed prioropinio † videtur verior, quæ abſq; dubio procedit in quaſi poſſeſſione iuris patron. ſeu cõferendi, quæ erat apud anteceſſorem ratione Dignitatis, ſeu beneficij Caſtri, Villæ, vel Comitatus, Rota d. dec. 1. de iure patron. alias 140. in nouis Achilles ſup. nu. 8. quæ continuatur in ſucceſſorem ſine alia
38 apprehenſione, Tiraquel. in d. præfat. declarat. 5. † *Et Açor de ſyn. dubit. in declar. deciſ. à num. 32.* Facit deciſ. Rotæ 9. de cauſa poſſeſſ. in antiquis. Poſſeſſio enim retinetur per Eccleſiam, ſeu Dignitatem, etiam mortuo Prælato, vt per Felin. in cap. conſtit. nu. 19. de reſcript. Lambert. 3. par. 2. lib. q. 11. art. 9. Rota deciſ. 1. nu. 4. de reſtit. ſpoliat. in nouis Caſſad. deciſ. 7. nu. 13. de cauſa poſſ. Rota deciſ. 390. p. 1. & deciſ. 19. nu. 8. p. 2. diuerſ. *Caputaquenſ. deciſ. 170. p. 3. Cotta 351. in miſcell. manuſcriptis, Millis in repert. verſ. poſſeſſio quæ erat penes prælatum, Couarruuias lib. 3. variarum c. 16. n. 13. Pontanus de ſpolio lib. 1. num. 114. & Velazquez de Laſuend. in l. 45. Tauri glo. 6. nu. 8.*

39 Et eſt deciſio † Rotæ in cauſa Bracaren. Parochialis 17. Iunij 1591. coram Illuſtriſſimo Cardin. Mantica in qua fuit reſolutum. Non conſtare modernũ Vicecomitem, eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi ad Parochialem, de qua agitur; nec obſtare, quod Vicecomes ſenior vna cum alijs anno 1527. præſentauerit, & præſentatio fuerit ſortita effectum, per vnicum actũ, cum effectu ſubſecuto quaſi poſſeſſio præſentandi acquiratur, quia poſſeſſio non tranſit ad ſucceſſorem, niſi naturaliter apprehenſa ſit l. cum hæredes, de acquir. poſſ. l. 1. §. Sceuola, ſi quis teſtamento liber. Nec obſtare, quod Vicecomes ſenior non præſentauit nomine proprio, ſed nomine Dignitatis & iſta quaſi poſſeſſio tanquam acquiſita Dignitati, tranſeat ad ſucceſſorem in Comitatu. Rota 1. de iure patro. in nouis Bellam. 701. quia præſentatio intelligitur facta titulo donationis, qui apparet, Crauetta conſ. 255. nu. 3. donatio autem iuris patronatus facta à quibuſdam patronis, non fuit facta Caſtro, Comitatui, ſeu Dignitati, ſed Franciſco Vicecomiti, & cum nomen proprium fuerit præpoſitum, & poſtea adiunctum nomen Dignitatis, cenſetur appoſitum gratia demonſtrationis, argumento l. ſi communis ſeruus de ſtipulatione ſeruo. Mela. in princ. de alimẽtis legatis, Bart. l. Centurio. nu. 39. Ripa 173. de vulgari. Nec etiam in dubio, donatio poteſt intelligi facta Caſtro, ſeu Dignitati, quæ propter odium, ſeu affectionem fieri ſolet, quod magis congruit perſonæ, quam Dignitati, &c.

40 Et poſtea 24. Febr. 1592. † fuit reſolutum. Non conſtare Vicecomitem iuniorem ſenioris hæredem eſſe, vt potuit ad eum tanquam hæredem pertinere.

41 Et prima Iul. eodem † anno fuit idem reſolutum.

Et rurſus, non conſtare de iure donantis, neque famam publicam poſſe ſufficere, niſi per longiſſimum temporis ſpatium concurrat quaſi poſſeſſio præſentandi Caſtad. dec. 2. nu. 6. de probatio. Put. 40. in fi. lib. 1. neque etiam confirmationem Ordinarij; in caſu propoſito multum ſuffragari, quia cum conſtaret beneficium eſſe iuris patronatus, parum eius intererat, an ad vnum, vel ad alterum pertineret, &c.

42 Et idem † eſt in quaſi poſſeſſione alicuius domus ſeu familiæ, vt in deciſ. Pampil. Vicariæ de Araũ. 12. Maij 1595. corã Domino Penna infra relata, n. 142.

Et ſic contraria ſententia non poteſt conuenire,
43 † quaſi poſſeſſioni iuris conferendi; quicquid dicat Hieron. Gabriel. ſupra, cum ſemper competat ratione Eccleſiæ, ſeu Dignitatis.

Et quod in incorporalibus poſſeſſio tranſeat in
44 hæredes abſque † actu videtur, Rota in vna Beneuentana cenſus 13. Iun. 1594. coram D. meo Corduba,

in qua Domini reſoluerũt dandũ eſſe mãdatum de manutenendo filijs, & hæredibus, quondam Conſtantiæ de Comitibus, quia conſtat illam per multos annos ante, & de tempore motę litis, fuiſſe in poſſeſſione exigendi redditus cẽſus, de quo agitur, & ſicut illi dandũ eſſet ſi viueret. §. retinẽdæ. inſtit. de interdictis cũ vulgatis, ita & Filijs, & hæredibus eius, ad tradita per Menoch. de retinend. remed. 3 n. 62. &c. *vt in deciſ. 315. nouiſſ. Farinac.* Niſi iſta deciſio procedat iuxta ſtatuta particularia, ex quib. ſine actu trãſferatur poſſeſſio in heredes.

45 Quod autem dictum eſt, præſentatum à poſſeſſore, ſcilicet bonæ fidei, præferri præſentato à proprietario, ſeu vero patrono, limitatur procedere, quando fuit proceſſum, ad inſtitutionem, antequam conſtaret de proprietate, ſecus ſi prius cõſtiterit de proprietate, quia proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis, c. cum dilectus. de cauſa poſſes. ita declarat. Abb. in d. c. conſultationibus de iure patro. nu. 9. ſequuntur Decius conſ. 117. nu. 1. & 149. nu. 2. Ripa in d. c. cum Eccleſia Suttina. de cauſa poſſeſſ. nu. 131. Bertachi. in reper. verb. præſentatus à non patrono. Paulus de citadinis 6. p. art. 3. nu. 16. Menoch. de recuperanda, rem. 1. num. 120. Hier. Gabr. conſi. 185. li. 2. Cucchus lib. 3. tit. 1. num. 96. loquens in electione. Ferrettus conſ. 211. nu. 10. in fin. & Io. Guttierrez d. conſ. 4. in fin. & ſecuta eſt Rota in vna Imolen. iuris patronatus 7. Iul. 1577. coram D. Cantuccio, quæ habetur 2. p. diuerſ. dec. 167. num. 10. *Et Genuenſ. in*
47 *praxi cap. 100. nu. 2.* † Et in vna Valentina Parochialis de Coſentayna 26. Iann. 1582. coram D. Seraph. quę habetur eadem 2. p. deciſ. 269. num. 5. vbi num.
47 6. dicitur, † non poſſe dici conſtare de non iure poſſeſſoris, quamdiu de eo docere poteſt, Aegidius dec. 103. in his enim, inquit, requirimus, vel partis confeſſionem, vel rem iudicatam ex Rota deciſ. 3. de reſtitut. ſpoliat. in nouis, & Caſſad. 3. eodem. *Quæ deciſio eſt etiam nouiſſ. Farin. 565.*

49 Et ſecuta etiam eſt Rota in vna Compoſtellana Parochialis 16. Ianuarij 1595. coram Illuſtriſſimo

Blãchetto, vt in deciſ. ſequent. Domini cum præſupposito, quod iſtud ius patronatus non ſit Vniuerſitatis, ſed particularium, dixerunt Baſcum inſtituendum, vti præſentatum à maiori parte eorũ qui ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, c. conſultationibus

de iure patron. ſed ſi eſt Vniuerſitatis, prout Domini dubitant, tunc dixerunt, inſtitutionem debitam Aluaro vti præſentato à maiori parte, & quaſi poſſeſſionem hoc caſu non ſuffragari, quia præfertur proprietas, Abb. in d. c. conſultationibus num. 3. Io. Paul. dec. 93. & fuit dictum coram me, in vna Firmana beneficij 28. Maij 1589.

49 Et in vna Senen. iuris præſentandi 9. Ian. † 1598. coram D. Penna, fuit reſolutum, quod quando conſtat de proprietate præſentandi, non attenditur quaſi poſſeſſio, &c. Et fuit dictum in Comen. iuris patron. 8. Iunij 1601. coram D. Seraphino infra relata. c. vlt. nu. ... *Et nouiſſimè fuit reſolutum in Baren. beneficiorum 14. Maij 1604. coram D. Lancellotto, & 11. Febr. coram Millino, & 1. Iul. 1605. coram Coccino, quando ante inſtitutionem conſtat de apprehenſione iuris patronatus, & non de iure poſſidentis, in petitorio non attendi quaſi poſſeſſionem requiri tamen ad hunc effectum rem iudicatam, vel partis confeſſionem, ſecundum obſeruantiam Rotæ, vt in dicta Valentina 269. & in alijs cauſis; ſed in concurſu duorum præſentatorum non requiri rem iudicatam, vel confeſſionem patris, ſed ſufficere, quod alias conſtet de iure poſſidentis, fuit reſolutum in Mileuitana iuriſpatronatus 18. Aprilis 1608. coram Marcomontio, nempe inſtitutionem deberi, &c. Rubric. inſp. & idem in Ferrarienſ. prioratus 1. Decembr. 1608. & 25. Maij 1609. coram D. Penna infra relata 7. p. c. 10. nu. 35. & in Lucana iuriſpatron. 22. Martij 1610. coram eodem D. Penna.*

50 Idem etiam tenet Conarru. † d. c. 14. pract. num. 2 qui ait, quod præſentatus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione, præferendus ſit præſentato à vero patrono, interim dum non eſt ſententia lata, in proprietate iuris patron. & ſic, quod erit inſtituendus, modo ante inſtitutionem & poſt præſentationem, non pronuntietur ſententia in cauſa proprietatis, aduerſus poſſeſſorem.

51 Et Lambert. d. 1. par. 2. lib. 2. q. art. 6. idem † tenet qui nu. 4. 1. 2. & 3. caſu intelligit d. ſententiam Abbatis ſupra, quando poſſeſſor præſentauit vnum, & alterum proprietarius, qui mouit litem poſſeſſori, ſuper iure patronatus, & ante inſtitutionem conſtitit de iure proprietatis, & ſic euicit ei ius patronatus, quo caſu debebant reſtitui proprietario fructus qui extabant, ſecus vero, quando ſolum eſſet lis inter præſentatos, nam tunc ait inſtituendum eſſe præſentatum à poſſeſſore bonæ fidei, quamuis præſentatus à proprietario, ante inſtitutionem, probet illum eſſe proprietarium, quia res inter illos acta non debet præiudicare poſſeſſori, vt fructus etiam qui extant reſtituat, ex vulgari reg. res inter alios acta.

52 Et ſic intelligit † Innoc. in cap. Cumanæ de elect. nu. 4. vbi ait, quod ſi ad electionem fuerunt admiſſi cum proteſtatione, vnus qui dicebat ſe eſſe in poſſeſſione, & alius qui dicebat ſe proprietarium, quia tũc de nullo iſtorum conſtabat, & ſi poſtmodum tempore petitæ confirmationis conſtiterit amborum dicta eſſe vera, ſcilicet vnum eſſe in poſſeſſione, & alium proprietarium, voxerit poſſeſſoris, & ſic iſta conſiderantur ante confirmationem, ſeu inſtitutionem. & Innocentium ibi ſequitur Abbas ibidem n. 11. & ibidem videtur tenere Abbas in d. c. cum Eccleſia Sutrina nu. 53. cum Innoc. ibi, & in c. in literis de reſtit. ſpoliat. & d. declarationem Abbatis videtur ſequi Gonçalez, d. gl. 45. §. 2. nu. 43. & citat deciſionem Venetam Tribij 55. nu. 80. ante fin. lib. 2.

53 Sed de d. limitatione, & declaratione Abbatis † in d. cap. conſultationibus, abſolute dubitat Rochus verb. competens, q. 19. num. 46. ex Innocentio in d. cap. cum Eccleſia Sutrina, & in d. c. in literis, quem refert & ſequitur, vt dixi Abb. d. nu. 53. quia dicunt, quod electio poſſeſſoris præfertur electioni proprietarij, & illa potius eſt confirmanda, & præſupponũt quod de proprietate ipſius proprietarij conſtet, vt apparet ex Abb. ibi in illis verbis, ex quo de proprietate conſtat, & ratio præmittitur quantumcumque de proprietate conſtet; dum dicunt, quod ideo præfertur electus à poſſeſſore, quia proprietario non licuit priuare poſſeſſorem propria authoritate, & poſſeſſionem ſibi aſſumere.

54 Ex alio etiam d. limitatio & declaratio † mihi videtur falſa abſolute, & diſtincte etiam vbi proprietarius ante inſtitutionem euicerit poſſeſſori ius patronatus, ſeu eligendi, per rem iudicatam, quia eo ipſo quod præſentatio, ſeu electio facta eſt, conſumptus eſt huiuſmodi fructus poſſeſſionis, quia poſſeſſor nihil poteſt vlterius in ea facere, nec in aliquo factus eſt locupletior, vt recte inquit Innocen. in d. cap. in literis nu. 1.

55 Maxime cum per præſentationem, † ſeu electionem, ſtatim acquiratur ius præſentato, vel electo ad beneficium, Sarnen. in reg. de non tollen. iure quæſito, q. 1. cum alijs de quibus ſup. 4. p. cap. 3. quod non debet ei auferri, etiam ſi poſt inſtitutionem appareat de proprietate, etiam per rem iudicatam contra poſſeſſorem.

56 Quamuis Lambert. d. art. 6. num. 4. dicat, † quod per inſtitutionem fructus præſentationis videtur cõſumptus, quod etiam tenet Menoch. d. conſi. 90. lib. 1. num. 123. poſt Abbat. in d. cap. conſultationibus, num. 5. & quamuis Ripa in d. cap. cum Eccleſia Sutrina num. 93. dicat, etiam poſt inſtitutionem eſſe fructus extantes, & ſic erit accipiendus Gonçalez, d. §. 2. num. 12.

57 Et hæc mea ſententia † ſine difficultate procedit in prouiſo ab exiſtente in quaſi poſſeſſione iuris cõferendi, qui nullo modo debet remoueri quantumuis poſtea conſtet de proprietate alterius, etiam ante adeptam poſſeſſionem, quicquid velit Hieron. Gabriel. ſup. cum per collationem acceptam ius in re acquiratur, ſicut per inſtitutionem cap. ſi tibi abſenti. de Præbendis in 6. & dictum eſt ſupra. 4. part. cap. 2. *Quamuis in dicta Ferrarienſ. prioratus id applicaretur etiam ad prouiſum ab exiſtenti in poſſeſſione conferendi ſed poſtea 8. Martij 1610. itum eſt in alia ratione, vt infra, nu. ſeq.*

58 Nec obſtat ratio Abbatis in d. † cap. conſultationibus, quod proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis, ex d. c. cum dilectus, quia id eſt reſpectu futuri, non vero reſpectu præteriti, vt apparet ex d. c. cum Eccleſia Sutrina. *Limitatur etiam deciſio dicti capituli, conſultationibus, per Cabedium de patronatibus regiæ coronæ cap. 8. numer. 8. quem ſequitur Perez de Lara de anniuerſ. & capell. libro 2. capite 9. num. 41. vt locum non habeat, quando quæſtio & lis eſt ſuper ſpolio: nam tunc cum patronus qui obtinuit, petierit ſe reſtitui, & tantum afferat reſtitutio, quantum abſtulit ſpolium, quod non fieret, niſi reuicta Eccleſia, debet remoueri inſtitutus, ſeu ab Epiſcopi prouiſus, &c.*

*Sed certe iſta limitatio ſtare non poteſt, nam cum is qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſeu conferendi*

*contra*

*contra patronum, eam acquiſierit ſciente & patiente ipſo patrono, vt requiritur infra num. 67. & 109. & ſic facto ſuo recideret a poſſeſſione, non datur ſpoliũ, Socin. in l. rem quæ nobis. ff. de acquirend. poſſeſſ. nu. 8. Ripa in ca. ſæpe. de reſtit. ſpol. n. 26. & 28. Rota deciſ. 131. & ſeq. nu. 1. p. 1. diuerſ. & in Melit. benef. S. Fauſtini 10. Decem. 1586. coram Seraphino infra adducta 6. p. c. 3. num. 144.*

*Limitatur etiam d. conſult. vt procedat vbi agitur de pertinentia collationis, tunc enim ſufficit quaſi poſſeſſio ad validitatem collationis; at vbi agitur de ſtatu beneficij, nõ ſufficit quaſi poſſeſſio, nec attenditur vltimus ſtatus ad effectum validitatis collationis, ſi conſtat de contrario aut diuerſo ſtatu anteriori, vt fuit reſolutum in illa Ferrarien. prioratus 8. Martij 1610 coram D. Penna relata 7. p. ca. 10. n. 55. vbi etiam quod poſſeſſione inſtituendi non acquiritur poſſeſſio conferendi libere quæ ſunt diuerſa.*

59 Acquiritur autem dicta quaſi poſſeſſio ex † vnico actu (quicquid velit Flores, quæſt. 2. num. 25.) gloſſ. in d. c. cum Eccleſia Sutrina. verb. in trium, & verb. breuitatem, quam ibi ſequuntur Innocen. & Abb. n. 22. Ripa dicens communem num. 91. & Rebuffus ibidem, 13. notab. & in gloſſ. verb. vocem, Probus ad Monachum in cap. 1. de iure patron. in 6. nu. 9. Rochus d. verb. competens num. 34. Lambert. d. queſt. 3. art. 11. dicens eſſe communem omnium DD. ſententiam, Coraſ. d. 2. par. cap. 5. num. 1. Roſiniacus d. cap. 1. de benefi. num. 23. Duaren. d. lib. 3. cap. 9. Conar. d. c. 14. pract. nu. 2. in reg. poſſeſſ. 2. par. initio nu. 6. Maſcard. d. concl. 173. nu. 8. Ioan. Gutierrez conſ. 3. num. 1. Flam. Patiſ. d. lib. 7. q. 23. nu. 41. Zauallos, q. 717. nu. 4. *Balb. de præſcript. 1. p. 5. p. q. 8. nu. 2. & q. 9. nu. 5. Cabed. de patron. Regia corona. c. 6. nu. 2. Peregr. de fideicommiſſ. art. 46. nu. 19. & ad Rub. de cauſa poſſeſſ. nu. 88. Gratian. diſc. for. c. 113. a n. 2. 32. & 64.* Zecchus de benef. & Penſio, c. 2. verſ. beneficia etiam & c. 12. nu. 18. qui plures alios referunt. Creſcen. deciſ. 5. de iur. patron. Puteus 192. lib. 1. Rota deciſ. 17. nu. 1. p. 2. diuerſorum. *& Dec. 521. 525. 527. 568. & 692. noui. Farin.* Et fuit reſolutum in vna Ilerden. Paro-
60 chialis 13. Iun. 1558. coram D. Caputaquen. in † qua fuit deciſum. Ex inſtitutione facta per Ordinarium Dominico ad præſentationem iuratorum, quæ habuit effectum conſtare de quaſi poſſeſſione præſentandi, ita vt excludatur prouiſio Ordinarij, ſine conſenſu illorum. Nam ex vnico actu acquiritur quaſi poſſeſſio, & de bona fide conſtat, quia in dubio ex præſumitur ex curſu tẽporis, quia apparet, quod Dominicus Rector poſſedit, & reſignauit, & reſignatarius etiam Dom. reſig. in P. in manibus Papæ, cum mentione, & derogatione iuris patronatus, qui P. obtinuit contra Iacob præſentatum à dictis Iuratis, & teſtes probant illum tẽtum pro rectore, & poſſediſſe. Nec obſtãt dictæ reſignationes, quia prouiſiones Papæ non mutant ſtatum. Aegid. deciſ. 109. Decius conſ. 126. Nec obſtat, quod præſentatio, & inſtitutio d. Iacobi fuerit reiecta, quia illud fuit cum Parochialis non vacaret per obitum Domin. ex quo facta eſt præſentatio, ſed per dictam reſignationem in fauorem P. cum derogatione iur. patr. non quia Iurati nõ eſſent in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt per Cottam dec. 193. in ſuis Miſcellaneis manuſcriptis.
61 Idem etiam fuit reſolutum in mea cauſa † Abulen. Parochialis de la Calçada, 28. Iunij 1593. coram D. meo Corduba Epiſcopo pacen. vt in ſeq. deciſ. quam in præſenti ponere placuit, quia deſeruit etiam ad dicenda. parochialem Eccleſiam Oppidi de la Calçada, vacante de menſe Septembris Anno 1590. ſede Apoſtolica, tunc & etiam Epiſcopali Abulen. vacante, Capitulum Abulen. facto concurſu iuxta formam Concilij Trident. contulit Nicolao Garciæ, qui die 18. Octobris. proximè ſequen. actualem poſſeſſionem illius accepit, verum quia Didacus de Herrera à felice recor. Greg. XIV. Idibus Ian. 1591. iuxta conſtitutionem Pij V. illã impetrauerat & poſt commiſſam cauſam, in Rota aliquot reſolutiones contra prouiſum à Capitulo factæ fuerant, & coram me prouiſus à Capitulo prætendebat capitulum eſſe in quaſi poſſeſſione conferendi ſede epiſcopali vacante, ad effectum vt præfata eius prouiſio ſuſtineretur dubitaui, an ex deductis pro eo conſtaret, de quaſi poſſeſſione Capituli conferendi parochiales vacante ſede Epiſcopali in menſib. nõ reſeruatis. Et Dñi in hac poſitione cirũ ſcripto effectu (de quo erit ſeorſũ agendũ) cenſuerunt cõſtare de quaſi poſſeſſ. capituli, ex iurib. enim vigore cõpulſorialiũ productis apparebat de multis huiuſmodi Capituli prouiſionib. & collationibus quæ ſuum ſortitæ fuerant effectũ. Nam cũ de anno 1578. per translationẽ D. Aluari de Mendoça ab Eccleſia Abulen. ad Palẽtinã ſedes Epiſcopalis vacaret, Capitulũ cõtulit Eccleſiã parochialẽ Oppidi de Bercimuelle Abulẽ. diœceſis Chriſtoph. Martin. cuius effectuatio ex eo apparebat ſufficiẽter probata, quia per renũtiationẽ eiuſdẽ Chriſtoph. fuit iterũ de illa facta prouiſio de anno 1581. eadẽ ſede vacante per obitũ Buſti de Villegas Epiſcopi Abulen. duæ præterea collationes Parochialiũ Oppidorũ de Tornadicus & Pẽnalua, effectũ ſortitæ edebantur in eadẽ ſede vacãte, per trãſlationẽ prædicti D. Aluari de Mendoça, & quatuor aliæ ſede vacante, per obitum Buſti de Villegas Oppidorũ S. Vincentij de Palacio, & S. Nicolai de Madrigal, & del Tiemblo, & del Varco, quæ ſuum plenarium habuerunt effectum, quibus ſuffragabantur teſtes de anno 1591. coram Ordinario citato Didaco examinati, deponentes de quaſi poſſeſſione capituli conferendi parochiales ſede Epiſcopali vacante, in menſibus non reſeruatis, ex his enim dicebant Domini plene fuiſſe probatam dictam quaſi poſſeſſionem, quæ in illis iuribus incorporalibus acquiritur per vnicum actum, gl. communiter recepta in c. cũ Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. vbi Abbas nu. 23. Ripa 52. & ſeq. & acquiſita reſpectu vnius parochialis, ſuffragabatur etiam reſpectu aliarum, Felin. in c. auditis nu. 19. de præſcript. & fuit reſolutum in vna Toletana annatarum 16. Februarij anno 1581. coram bon. memoriæ Cantuccio, ex quo tollebatur oppoſitio, ex eo, quod non conſtabat de al qua collatione huius parochialis: Neque obſtabat, quod nõ conſtaret de ſcientia, & patientia Epiſcopi, quã probare oportebat, cum ageretur de eius præiudicio, quoniam dicebatur eam præſumi, tum ex lapſu multorum annorum, vt fuit reſolutum in vna Reatina beneficij 6. April. 1576. coram R. P. D. meo Decano, & aliàs ſæpe, tum ex eo, quod cum ſingulis annis Epiſcopus propriam diœceſim viſitare teneatur, ca. decernimus, cum duobus ſeq. 10. quæſt. 1. cap. inter cætera de officio ordin. cap. ſi Epiſcopus eod. tit. li. 6. Paulus Fuſcus tract. de viſitatione lib. 1. cap. 2. ſatis ex hoc præſumebatur eius ſcientia, & patientia, per quam noſſet, quo tit. quiſque beneficia, & paro-

chiales in ſua diœceſi poſſideret, præſertim cum Epiſcopus beneficiatos ſibi ſubditos, compellere poſſit ad exhibendos titulos beneficiorum, Zenzellin. in extrauag. Ioan. XXII. incipien. ſuſcepti in verb. Canonice obtinent, tit. de electione, Gemin. conſ. 87. incipien. apparet quædam vnio, num. 2. verſic. corroboratur. Ad illud, quod opponebatur de præſcriptione, quæ non currit contra Eccleſiam, vel Epiſcopum ſede vacante. Reſpondebatur in hac facti ſpecie, non eſſe litem inter Epiſcopum, & Capitulum ſuper iure conf. rendi, ſed inter prouiſos, quorum reſpectu ſufficiebat quaſi poſſeſſio capituli. An autem ea ſuffragaretur Nicolao Garciæ ab eo prouiſo in concurſu cum Didaco de Herrera prouiſo Apoſtolico particulariter erat videndum, quia Domini in hac poſitione ſolum fitmarunt, conſtare de quaſi poſſeſſione Capituli, conferendi Parochiales in menſibus non reſeruatis ſede Epiſcopali vacante,

62 Idem etiam fuit reſolutum in d. Pampilonen. †Vicariæ de Ataun. 12. Maij 1595. infra relata nu. 142. *& in Brachar. mon. de Inneas 4. Maij 1598. coram Lancell. infra relata num. 94. & in Firm. altaris de Dorijs 15. Febr. 1610. coram Marcom. relato c. vlt. nu. 91.* & Aſſiſien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram Domino Sacrato ſup. relata 1. nu. 477. Et poſt hæc tradit Gonçalez d. glo. 45. § 2. nu. 29.

63 Attenditurque & ſpectatur vltimus actus, † & immediatus, Decius conſil. 124. nu. 1. & 126. nu. 2. Rochus verb. competens, q. 16. nu. 40. & ſeq. Lamber. 1. par. 2. lib. q. 3. artic. 21. Coraſ. d. 2. par. cap. 5. num. 7. Ferrettus conſil. 2. nu. 3. & 4. & conſil. 132. nu. 10. & 11. & conſ. 210. nu. 4. & 5. & 382. nu. 11. *Gonçalez d. gloſ. 45. §. 2. num. 14. & 16. Genuenſ. in praxi cap. 121.*

64 *verſ. adde quod.* & alij. Et Rota in vna Nucerina † Beneficiorum 30. Octob. 1592. coram Illuſtriſſimo Păphilio, vt in ſequenti deciſ.

☞ Gratia Theodori fuit iuſtificata, nã de eius Presbyteratu conſtat ex literis patentibus ſui Ordinarij, c. 2. & ibi Abbas in primo notabil. de cleric. Peregrin. Felin. poſt alios in c. poſt ceſſionem, numer. 3. & 15. & de probat. Grammat. deciſ. 81. num. 1. de eius legitimitate conſtat, ex primo & quarto teſte, ſuper d. cimo, qui dicunt eſſe ſtilum legitimum, & naturalem Gentilis, & Fabiæ coniugum de terra Gualdi, & vti talem fuiſſe publice, & communiter tentum, & de alijs habilitatibus conſtat ex aſſertione Papæ aſſerentis illum fuiſſe ab examinatoribus in vrbe deputatis examinatũ, & idoneũ repertũ, quod ſufficit, vt alias fuit ponderatum in cauſa Burgen. Abbatiæ de Foncea de menſe Martij proxime præteriti coram D. meo Gipſio. De exiſtentia Beneficiorũ deponunt omnes teſtes, qui etiam probant eorum vacationem per mortem Lud. qui illa poſſedit vſque ad obitum, quem primus teſtis ſuper nono aſſerit, fuiſſe de mẽſe Auguſt. 1591. Et videtur fateri M. Anton. qui eadem vacatione nititur Ægid. deciſ. 268. & 595. Puteus deciſ. 300. lib. 1. quod fructus illerũ non excedant valorem 15. ducatorum auri de camera, probat ſecundus teſtis ſuper quarto, qui tanquam informatus ex eo, quod bona dictorum Beneficiorum retinuit in locationem ſolus ſufficit pro verificatione valoris narrati, Rota deciſ. 14. de probatio, in nouis Aegid. deciſ. 113. & ſequent. Puteus deciſ. 29. lib. 3. Maxime, quia eſt adminiculatus à primo teſte ſuper eodem, qui loquitur de quadam parua quantitate frumenti, in qua dicit conſiſtere fructus horum Beneficiorum, & in omnem euentum poterit iſta probatio ſuppleri, ex iuramẽto ipſius Theodori iuxta deciſ. 682. Aegidij incipien. Si impetrans & fuit dictum in cauſa Alloricen. Archidiaconatus, de mẽſe Nouem. 1589. coram D. Mantica, quod huiuſmodi Beneficia non requirant reſidentiam ſatis probatur, ex eo quod teſtes dicunt eſſe ſimplicia, prout etiam de iure præſumuntur, Aegid. deciſ. 676. Staphil. tit. de ſtatu, & qualitate beneficiorum in princ. quæ de generali conſuetudine reſidentiam non requirunt, vt poſt Cardin. & alios tradit Imola in cap. fin. num. 9. de clericis non reſiden. Felin. in cap. dilectus lib 2. nu. 2. de reſcrip. Alex. conſil. 1. nu. 2. lib. 7. Et fuit reſolutum 3. Martij 1581. in cauſa Conchen. Beneficijs de Vallen. coram D. Lancellotto, & alias ſæpius; vltra quod 1. 2. & 3. teſtis ſuper tertio hoc etiam aſſerunt. Valor obtenti, videlicet Altaris Sanctiſſimi Sacramenti, poſiti in Eccleſia S. Benedicti de terra Gualdi, ſatis probatur ex dicto 1. & 4. teſtis ſuper 5. cum ad iſtum effectum Rota contentetur aliquali probatione, Aegid. deciſ. 674. etiam minori quam ſemiplena, vt de vno teſte de fama, cum adminiculo, tradit idem Aegid. deciſ. 682. Et fuit ſæpiſſime in pluribus cauſis reſolutum, quod beneficia huiuſmodi, ſpectent ad collationem Abbatis S. Benedicti, & per conſequens Epiſcopus non poſſit ſe in illis intromittere, nec etiam vigore alternatiuæ, quæ capit tantum beneficia, ad liberam ipſius Epiſcopi diſpoſitionem pertinentia, ſatis probatur, ex quaſi poſſeſſione conferendi, quæ in hac materia attenditur, cap. conſultationibus. de iure patron. cap. quærelam. de elect. Rota in antiquis deciſ. 49. de reſcrip. & deciſ. 14. de iure patronat. de qua conſtat ex pluribus collationibus deductis per informantes, iuxta nota. in cap. cum Eccleſia Sutrina, vbi Ripa poſt gl. & alios num. 52. de cauſa poſſeſſ. Maxime concurrente vltimo ſtatu, qui eſt attendendus, glo. in l. ſi mater, & ibi Bald. C. ne de ſtatu defunct. Rota deciſ. 2. num. 2. de Præben. in nouis, Felin. cap. eam te, col. fin. de reſcrip. Decius conſil. 126. ſub numero 1. vltima enim collatio fuit facta per Abbatem Ludouic. quæ fuit ſortita effectum, cum per eius obitum hodie vacet, Oldrad. conſil. 229. numero 2. Rota etiam in d. Pampilonen. Vicariæ de Ataun. 12. Maij 1595. infra relata numer. 142. & in Aſſiſien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram D. Sacrato, de qua ſup. cap. 1. num. 477. *Et in Neapol. beneficij S. Iacobi de Chia 16. Decemb. 1602. & 23. Iun. 1603. coram Lita nouiſſ. Farin. 692. & 750. & in Firm. altaris de Dorijs inf. relata c. vlt. nu. 9.*

65 Illud tamen accipiendum eſt, niſi actus, † ex quo prætenditur acquiſita quaſi poſſeſſio, factus ſit ſine præiudicio iuris alterius, vt in vna Mayoricen. iuris patronatus 4. Octob. 1587. coram D. Bubalo, in qua

☞ fuit reſolutum. Quod per præſentationem factam ſecuta inſtitutione per Ordinarium proteſtantem, ſe nolle præiudicare præſentantibus alijs, cum clauſula præſeruatiua, extra tamen præiudicium iuris prætenſi per præſentantes, quæ præſeruatius tam in petitorio, quam poſſeſſorio, non acquiritur quaſi poſſeſſio præſentandi, adeo vt alius patronatus per patientiam præſtitam in illo actu tantum, ſibi præiudicauit, ad tradita per Decium in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitut. num. 77. verſic. 5. intelligitur, Puteus

teus decis.188.lib.2. & cum institutio fuerit conditionalis sine præiudicio iurium partium, non potest acquiri quasi possessio, Puteus decis.34 lib.2. & sententia fundata super facto erroneo, dicitur notorie iniusta, vt de magis communi testatur, Alexan. cõs. 223.nu.7.lib.1. Vrsillis in additio. ad Afflictum decis.28. & sic ex alia præsentatione secuta institutione per sententiam, quæ habet relationem ad dictam institutionem, factam sine præiudicio, non acquiritur etiam quasi possessio. Ad quod etiam est decis. Pisana Capellaniæ 20. Maij 1594. infra adducta numero 141.

66 Cæterum ad acquisitionem possessionis † ad effectum de quo agimus, videlicet validitatem collationis præsentationis, vel electionis, requiruntur requisita posita per Calder.consil. 12. de iure patron. quod consilium Rota seruat, vt per Caputaquen.de cis.132.338.339.& 418.par.2. Ægidium 128. & in Abulen. Parochialis 22. Iunij 1594. coram D. Blanchetto infra adducta nu.91. *Et in Baren. beneficiorum 3. Iul. 1605. coram Coccino, vbi dicitur, d. consilium pluries à Rota canonizatum.*

Primoenim requiritur bona fides. Secundo, si a-
67 gatur † de præsentatione, vel electione, quod sit admissa & confirmata, & sic, quod secuta fuerit institutio, seu confirmatio, Rota decis.318.num.1.part. 2.diuersorum. Tertio quod prouisus, institutus, seu confirmatus fuerint, tanquam beneficiati in possessione beneficij, & sic quod collatio, præsentatio, vel electio, habuerint effectum. Quarto, scientia, & patientia illius, in cuius præiudicium talis quasi possessio acquiritur.

68 Quæ requisita ponunt, † & sequuntur etiam Selua d.2.part.quæst.7. Rochus d. verb. competens, à n.34. Lambert.d.1.par.2.lib.q.3. art. 10. & 11. Decius consil.124.num.1.& 126.in fin.& 129.num.3. Ripa in d.cap.cum Ecclesia Sutrina, num.92. & 93. & ibidem Rebuff. vbi supra Coras.d. 2. par. cap. 5.à num.3. Couarru.d.cap.14.pract.nu. 2. Ferret. cons. 382.a num.8. Hieron. Gabr.consi.185.lib.2. Ioann. Guttierrez consi.3.num.1. & consi. 4. num. 32. & Zecchus d.cap.2.de benefic.& pensio.versic.beneficia etiam, & cap.12. num. 18. & illud requisitum de effectuatione ponit etiam Calder.consi.13. eod. tit. & Gonçalez gloss.18.num.86.& ad ista reducuntur septem requisita, quæ ponit idem Gonçal. d. glossa. 45.§.2.à num.30.

69 Licet ad effectum acquisitionis possessionis † absolute, & possessorie retinendæ, aut recuperandæ, nõ requiratur primum requisitum de bona fide, vt tradit Innocentius in cap.2. de in integrum restitutione, num.6.& in d.cap.cum Ecclesia Sutrina, num. 4. & ibi Abb.num.16. Lamber.d.artic.10.num.6. & 7. & Coras.d.num.3.& facit decis. Mohedani 9. de restitut.spoliatorum.

Sed circa dict.requisita erunt aliqua aduertenda,
70 & † in primis circa primum requisitum, de bona fide, quod est præcipuum in hac materia. Aduertendum est primo, illam esse omnino necessariam. Neque enim facit fructus suos malæ fidei possessor, cap. grauis.de restitut.spoliat.vbi Abb. Bellamerus Be-
71 troi.† & alij, & in c.conquerente.eo. tit. l. si fundum. l.certum.C.de rei vendicatione.§. si quis à non Domino.institut.de rerum diuisione, & ibi Doct. l. 39. & 40.tit.28.pag.3.& ibi Gregor.Lopez, & Rota decis.7.de iure patron.in nouis. De quo vltra dictos vi-
72 dendi sunt, † Bar.in l.& ex diuersor. ff. de rei vendicatione, Menochius de recuperanda.remedio 15. q. 40.ex nu.573.& Ioan.Garcia de expensis, & melioratio.cap.23.à nu.42. Peregrin.de fideicommiss. articul.49.à nu.130. *Et Thomas Sanchez in præcepta Decalogi cap.23.q.3.ex nu.97.*

73 Sed quamuis collatio, præsentatio, seu electio † à malæ fidei possessore facta non teneat, propter malam fidem, & sic etiam institutus sit remouendus, constando de mala fide, iuxta dicta. Rota d.decis. 7. Innocent. Abbas & alij in d. cap. consultationibus de iure patron. & in d.c. Cumana de electione, & in d.c.de in integrum restitutione, idem Abb.in d.c.cũ Ecclesia Sutrina de causa possess.nu.26.& in d. c. ex literis de iure patron.nu.7. Nauarrus cons. 2. nu. 1. de iure patron. dicens communiter tenere, *Vgolin. de officio Episcop.cap.51.§.1.nu.5. Aſor 2.p.lib.6.cap. 21.q.17.*& Ferretus cons.69.nu.12.vbi ait, cum Innocen.& Abb. sup. quod si possessor malæ fidei admitteretur ad eligendum, vel ad aliquid aliud faciendum non valeret actus, nec electio, & sic valde cauendum esse, ne admittatur in Capitulo, ad ea quæ imminent facienda cum d.mala fide.

74 Intellige si cum eius † voce fiat actus, vel electio & sine ea non constaret esse voces necessarias ad actum, alias valeret actus, seu electio Capituli virtute aliorum votorum, Abbas in c.cum super. de officio deleg.nu.11.& Suarez 5.tom.disp.14.sect.2.

Adhuc tamen collatio, præsentatio, seu electio fa-
75 cta † à proprietario, qui non possidet, non valebit quia non licet propria authoritate resumere possessionem, & spoliare etiam inuasorem, cap. in literis de restitutione spoliat.vbi id docet Innoc.& firmat. Abb.in d.cap.consultationibus nu.9.& in d.c. cum Ecclesia Sutrina, nu.53.& ibi Imola ad fi.idem Abb. in d.c.Cumana nu.12.Bertach.in repert. verb. præsentatus à patrono, Rochus verb.competens, n. 46. Rebuf.in d.c.cum Ecclesia Sutrina.ad fin.versic. circa secundam, Duaren.de benefic.lib. 3. c. 9. & Cucchus.lib.4.tit.1.nu 96.

76 Quamuis contrarium teneant Innocentius in † d.c.Cumana.nu.6.& Lambert.1.p.2.lib.q.3.art. 7. & 19.quem sequitur Couarru.pract.cap.36.num.6. circa fin. Ferrettus cons.135. num. 2. & Hier. Gabr. consil.185.lib.2.

77 Et ad l.malæ fidei, C.de conditione † ex l.quam allegat Innocen. vbi nu.4. Respondet Abb.d.num.12. quod loquitur, quando proprietarius conuincit possessorem malæ fidei in iudicio, tunc enim priuatur possessor omni commoditate perceptionis, sed ante sententiam non debet priuari ex officio priuato.

78 In qua controuersia ego tenerem mediam † sententiam, vt prima procedat in actu præsentationis, ad quem iudex adiri debet, qui nõ debet esse author spolij. argument. eorum, quæ alias in simili tradit Ioan.Guttierrez de iuramen.confirmat.3.p.cap.13 num. 13. secunda vero procedat in actibus ad quos iudex adiri non debet; nec requiritur iudicis authoritas, vt in collatione, & electione, & similibus, tunc enim videtur valere actus factus à proprietario, qui non possidet existente alio in possessione mala fide, ex quo ad talem possessorem non pertinet ratione malæ fidei. donec à superiore infirmetur, ad instantiam possessoris petentis se defendi, seu reintegrari

in ſua poſſeſſione, & ſic infirmari illum actum, vt in d.cap.cum Eccleſia Sutrina.

79 Sed videtur inſtitutum ad præſentationem † poſſeſſoris malæ fidei, non eſſe removendum, etiam ſi poſtea conſtet de mala fide. Nam ſi à tali inſtitutione non fuit appellatum per aduerſarium, tranſit in rem iudicatam, & habet vim diffinitiuæ, & conſequenter retractari non poteſt: ſi vero inſtitutio facta fuit poſito edicto publico, iuxta cap. fin. de elect. in 6. Nulloque comparente, & contradicente, verus patronus poſtea veniens non eſt audiẽdus, ſed videtur dictæ præſentationi conſenſiſſe, ita cum Cardin. in ca. conſultationibus, 4. & 5. & oppoſitione, & Domin. in cap. 2. de offic. Vicarij in 6. & Felin. in capit. cum Bertholdus num. 13. de re iudic. docet Rochus d. verbo. competens, quæſt. 22. num. 50, & 51. & Läbert. d. quæſt. 3. art. 2. num. 6. & ſequitur Menochius conſil. 90. num. 126. & ſequ. lib. 1.

80 Ego vero exiſtimo fundamenta † iſtorum Dd. ſolem conuincere, quod taliter inſtitutus non ſit removendus, nec inſtitutio retractanda ad petitionem veri patroni, qui non appellauit. aut nõ comparuit, non tamen conuincunt inſtitutionem ipſam valere, nec reſpectu ſuperioris, contra quem non tranſit in rem iudicatam ſententia lata in cauſa Beneficiali, Maran. in ſpeculo aduocatorum 6. par. 2. actu de ſententia num. 150. cum alijs, nec inſtitutio Lamber. 2. p. 3. lib. quæſt. 11. art. 6. & 3. part. eiuſd. 2. lib. quæſt. 2. art. 13. num. 3.

81 Collatio autem, præſentatio, vel electio † facta à proprietario, qui non eſt in poſſeſſione valet, ſi nullus alius eſt in poſſeſſione, ita Innocen. & Abb. in d. cap. Cumana citatis, idem Abb. in d. cap. cum Eccleſia Suerina. nu. 3. & in d. cap. conſultationibus, nu. 3. verſic. item nota, per tex. ibi à contrario ſenſu, Bertach. ſup. Roch. d. verb. competens, q. 20. nu. 47. Läbert. d. q. 4. art 8. Rebuff. vbi ſup. verſi. circa tertiam, & Cucchus ſupra nu. 97. pro quo facit cap. tranſmiſſam, cum ſimil. de electione.

82 Et accedit, quod docet Bald. in l. fi. C. de † edicto D. Adriani tollen. num. 48. quod hæres poteſt præſentare ante poſſeſſionem hereditatis acquiſitam, & ſequuntur Rochus verb. ipſe vel is, quæſt. 11. nu 24. Citad. 9. p. num. 8. Gregorius Lopez in l. 1. tit. 14. pagin. 6. verb. el ſenorio ad fin. & Mieres de maioritatib. 3. p. q. 11. nu. 12.

83 Quamuis in vna Salamantina Capellaniæ † del Voto 3. Iunij 1585. infra adducta 7. par. cap. 9. num. 11. in qua erant duo patroni, Parochus ſcilicet, ſeu Rector, & œconomus Eccleſiæ fuit dictum, Quod D. Andreas quierat præſentatus à Parocho nouiter prouiſo, antequam accepiſſet poſſeſſionẽ Parochialis, nullum ius habebat, quia præſentatus à patrono, antequã acquireret poſſeſſionem iuris patronatus, & ſic nulliter, quia ius præſentandi non poteſt exerceri, niſi poſt acceptam poſſeſſionem cum ſit de fructibus Beneficij. Sed hoc clarè cõuincitur ex dictis. *Et ab eo poſtea receſſit Rota in alia deciſione eiuſdem cauſæ ſupra adducta 1. part. ca. 2. num. 111. & dictum eſt ſup. 4. p. cap. 2. nu. 7.*

84 Secundo circa d. requiſitũ de bona fide, † aduertendum eſt, quod licèt illa regulariter præſumatur etiam ſine titulo (niſi alius poſſeſſor antiquior apparcat, tunc enim in poſſeſſore ſine titulo præſumitur mala fides, quo ad ipſum poſſeſſorem antiquiorem, Balbus infra nom. 9. & 10. Menoch. de recuperanda, remed. 13. à num. 63. & Maſcard. concl. 224. num. 5.) Abb. in cap. ſi diligenti, de præſcrip. n. 14. & 15. Felin. ibi nu. 4. Balbus in rep. l. Celſus, de vſucapio. 3. par. num. 2. & 9. Alciat. de præſump. regu. 3. præſumpt. 5. num. 3. Couarr. reg. poſſeſſor. 2. part. §. 8. num. 2. Bernard. Diaz. reg. 557. & ſeq. & ibi Salcedo in additione, Gratian. reg. 54. Maſcard. d. concl. 224. & 231. Rota deciſ. 345. num. 1. par. 1. diuerſor. vbi ponitur regula, quod quilibet poſſeſſor præſumitur in bona fide, niſi probetur in mala. & deciſio. 477. num. 7. eadem part, vbi dicitur, quod in dubio præſumatur bona fides, &c. tamen vbi ius reſiſtit, 85 non præſumitur bona, ſed mala fides. l. quemadmodum, C. de agricolis, & cenſitis lib. 11. regu. qui contra iura mercatur bonam fidem præſumitur non habere lib. 6. & ibi Dinus num. 6. & docet in propoſito Innoc. in cap. 2. de in integrum reſtitutione, num. 6. quem ibi ſequitur Imola ad fin. Abb. in d. ca. conſultationibus nu. 8. & in d. cap. cum Eccleſia Sutrina. nu. 31. & 33. & in d. c. ſi diligenti nu. 14. 15. & 23. & ibi Feli. d. nu. 4. Ripa in d. c. cum Eccleſia Sutrina n. 94. Probus ad Monachum. in ca. ſi à ſede de præb. in 6. nu. 2. Balb. nu. 12, & Alciat. ſup. Lambert. d. qu. 3. art. 2. nu. 4. Aymon. conſil. 134. nu. 16. Ferrettus cõſil. 382. num. 9. & ſequen, Menoch. de retinenda remed. 5. num. 26. & de recuper. remed. 13, n. 72. Gratian. ſup. nu. 14. Maſcard. d. concluſ. 224. nu. 11, & 225. nu. 14. & 228. nu. 10. & 231. n. 2. Rota d. deciſ. 7. de iure patron. in nouis, Puteus deciſ. 192. lib. 1, & 366. nu. 1. lib. 2. & Rota d. deciſ. 477. nu. 6. *Et nouiſſ. Tho. Sanch. d. lib. 2. c. 23. q. 2. nu. 43.*

86 Et facit quod de prole ſuſcepta † ex matrimonio putatiuo, contracto ex errore iuris tradunt, Paleotus de nothis, & ſpurijs. c. 9. à nu. 7. Couarr. in 4. 2. p. c. 8. §. 1. nu. 9. Roias de ſucceſſione ab inteſtato, c. 2. nu. 17, & Peregrin. de fideicomm. articul. 24. n. 69. *Et Rot. deciſ. 1341. lib. 3. p. 3. diuerſ.*

87 Niſi poſſeſſio ſit iuſto tit. aut probabil. b. † rationibus acquiſita, vel ſit poſſeſſio lõgi temporis, quod in propoſito dicitur arbitrio iudicis, ita Innocen. ſupra, quem ſequuntur Imola, & Abbas ſup. & in dict. cap. ſi diligenti, num. 16, & Felin. & Balbus, qui dictum Innocen. dicit communiter approbatum, & Lambert. vbi proxime. Ripa ſup. à numer. 95. ad 99. (qui ait, quod in decẽnio videtur communis opinio, quod non præſumatur bona fides iſto caſu) Couarr. d. §. 8. numer. 1. Menoch. de arbitrarijs libro 2. caſu 43. numero 8. & 9. Rota dict. deciſio. 7. & Puteus dict. deciſio. 192. & in terminis quaſi poſſeſſionis iuris conferendi, iure reſiſtente, fuit reſolutum in dict. Cremonen. Prioratus 23. Februarij 1568. coram D. Oradino. Facit deciſ. Caputaqu. 296. num. 4. part. 1.

88 Vel niſi ſumus in iure dubio, & obſcuro, † cuius error eſt probabilis, & iuſtus, ac æquiparatur errori facti, Felin. in cap. de quarta, de præſcrip. num. 27, & in cap. 1. num. 15. limitat. 7. de re iudic. Balbus in d. l. Celſus, 1. par. num. 17. Couarru. d. regu. 2. part. §. 7. num. 9, & in 4. 2. par. cap. 8 §. 1. num. 9. Tiraquellus de pœnis temperan. cauſa 11. num. 6. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vendit. 2. par. cap. 4. num. 40. Contardus in l. vnica. C. ſi de momentanea poſſeſſione, limitat. 9. num. 52. Molina de primog. lib. 2. cap. 6. num. 69. Ioan. Garcia de expenſis, & meliorat. capit. 23. num. 30. Na-

30. Nauarrus consi. 9. nu. 5. de officio Ordin. & consil. 2. num. 4. de præscrip. Peregrin. d. num. 69. & art. 49. num. 120. *Et ad Rub. de caus. possess. nu.* 35. & Menoch. de arbitr. centur. 6. addita, casu 543. num. 17. & Puteus decis. 118. num. 19. lib. 3. Rota decis. 132. num. 7. par. 2. diuersorum, *Et in Valentina parochialis de Palma 2. Iun. 1606. coram Coccino, Farinac. in praxi crimin. 3. p. q. 90. nu. 102. Gratian. discept. forens. c. 172. nu. 40. Pacificus de Saluiano interdicto uisp. 2. c. 2. d n. 74.* & Ludouic. Lopez instruct. conl. 2. tom. 2. parte. cap. 57. & tunc dubium iuris seruit de titulo, ac bona fide, Puteus decis. 15. lib. 4. & Cæsar de Grassis decis. 10. num. 7.

89 Et facit ad prædicta, quod de errore iuris † circa acquisitionem fructuum tradunt Felin. in d. cap. de quarta, num. 31. Balbus in d. l. Celsus 1. par. num. 9. Cassador. decis. 11. num. 8. super regul. decisione, Pedem. Cacherani 160. Couarruu. lib. 1. variar. capit. 3. num. 8. Pinell. in d. l. 2. 2. par. cap. 4. ex nu. 30. Suarez in thesauro recept. sententiarum, verb. iuris quilibet error, Menochius. de recuperand. remed. 15. nu. 634 Ioan. Guttierez plures referens, de tutelis 2. p. cap. 5. nu. 17. & sequent. & Fachinettus controuers. lib. 8. cap. 29. *Cardin. Tuschus tomo 4. conc. 490. nu. 48. ibi, nu. 118. & cogitandum relinquat ad Rubr. de causa possess. & propr. nu.* 36. licet controuertat Peregrin. de fideicommiss. d. art. 49. nu. 118. & contra teneant, Cabedo decis. 69. num. 5. cum alijs. *Et nouissimè Thom. Sanchez in præcep. Decalog. lib. 2. cap. 23. quæst. 5. ex num. 164. cum Igneo, & Nauarrus consil. 9. alias 6. de officio ordin. a num. 2.*

90 Ex quibus † Rota in d. causa mea Abulen. Parochialis de la Calçada 22. Iunij & 24. Octobris 1594. coram D. Blanchetto, resolut quasi possessionem Capituli conferendi Parochiales, sede Episcopali vacante, in mensibus non reseruatis vacantes, non suffragari ad validitatem collationis mihi factæ per Vicarium Capituli sede vacante. Quamuis Capitulum fuisset in d. quasi possess. per 13. annos. & quamuis antea coram D. meo Corduba 19. Nouembris, 1593. contrarium fuisset decisum, vt in sequentibus decisio.

## *Abulen. Parochialis, 19. Nouemb. 1593. coram D. Corduba.*

☞ DOmini steterunt in decisis, constare de quasi possessione Capituli, conferendi sede Episco-
91 pali vacante. Et quia dub. tabatur, an talis † quasi possessio suffragaretur Nicolao, ad validitatem collationis, de qua agitur, tenuerunt affirmatiue resoluẽdum, c. consultationibus de iure patron. c. quærelam de elect. cap. cum olim, cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. ad tradita per Aymon. conl. 322. num. 5. Coral. de sacerdot. 2. par. cap. 5. Rot. decis. 49. de iure patron. in antiq. Neque obstat, quod hæc quasi possessio sit contra ius, cap. 2. ne sede vacante, & resistente iure requiratur tit. c. si diligenti. de præscrip. c. 1. eod. tit. in 6. & ideo tanquam improba non possit suffragari l. improbat. C. de acquiren. possess. quia in præsenti non agitur de iure conferendi, sed an valeat collatio facta à Capitulo, quod est in quasi possessione conferẽdi, sede Episcopali vacante, ad quem effectum ius commune non resistit, cum fuerit acquisita, ex pluribus collationibus, quæ sunt sortitæ effectum. d. cap. cum Ecclesia & cum non reperiatur in iure dispositum, Capitulum non posse conferre Parochiales sede Episcopali vacante, & Dd. sint inter se contrarij, euenit quod cum potuerit habere probabilem dubitandi causam, non possit dici esse in mala fide si conferat, nec ius videtur resistere, Puteus decis. 241. lib. 3. Corneus consil. 127. col. 9. versi. & probabile, lib. 2. Curtius Iunior consil. 6. num. 25. Aymon. consil. 145. num. 19. præsertim stante dispositione Concilij Triden. sess. 24. de reformat. cap. 18. & constitutione Pij V. ex quibus collatio Parochialiũ facienda est magis idonea in concursu, & in collatione necessaria Capitulum succedit sede vacante, Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 85. & tract. de nominatio. quæst. 8. num 49. & alijs locis, Bellamera consil. 20. num. 13. Neque etiam obstat Concilij Trident. d. cap. 18. quia reseruat facultatem conferendi illis, ad quos spectabit, & decretum irritans nõ potest referri ad hanc facultatem, sed ad collationẽ factam non seruata forma ibi præscripta, quod vero dicitur collationes esse factas per assertum Vicariũ, & non constare de eius mandato, facile refellitur ex eo, quod præsente Capitulo, sciente, nec contradicẽte, collationes fiebant per Vicarium, Crescen. decis. 15. num. 6. de probatio. Nec obstat, quod non videatur quæsita quasi possessio Capit. fine speciali mandato conferendi, quia ad istum effectum, ex sola sciẽtia collationis factæ suo nomine, sine contradictione inducitur ratificatio. ad Baldus. in l. cum oportet. num. 7. C. de bonis, quæ liberis, Mohedan. decis. 22. num. fin. de præbend. nec requiritur mandatum speciale ad conferendum, quando collatio est necessaria, & debita de iustitia, cap. ex frequentibus de institution. & ibi glos. & Dd. Rochus de iure patron. verb. competens, quæst. 31. num. 67. Couarru. lib. 3. variar. c. 20. n. 7. Rebuff. d. quæst. 8. n. 49. Millis verb. Vicarius Episcopi habet. Nec refragatur, quod ista Parochialis sit affecta, propter reg. 1. Sixti V. ad fin. Quamuis vacauerit post eius obitum, quia licet aliqui ex Dominis super hoc dubitauerint, tamen pro maiori parte fuit resolutum non obstare istam regulam, cum eius morte expirauerit, Gemin. consil. 93. Millis verb. reseruatio facta, & licet beneficia semel affecta, semper intelligantur affecta tamen hæc Parochialis viuente Pontifice, & stante regula, non vacauit, sede Episcopali vacante, ita vt affecta dici possit; alioquin beneficia, quæ vacant, sede Apostolica vacante, in mensibus alias reseruatis, essent affecta, & nullo modo per Ordinarios possent prouideri, quod est falsum, Caputaquen. decis. 86. 1. par. & 214. 2. Anton. August. decis. 65. Roman. lib. 1. & in decis. Gambari 65. ex aduerso allegata, nihil fuit resolutũ, quicquid dicat Sarnen. regul. de publican. quæst. 6. Nam in suo tracta. lib. 3. ex num. 180. solum dicit in illam sententiam, maiorem partem Dominorum inclinasse, & refert opiniones aliorum. Quinimmo Parochiales, etiam si essent affectæ & reseruatæ, reseruatione clausa in corpore iuris, sede Apostolica vacante possunt conferri, cap. si Apostolica de Præben. lib. 7. Quare hæc Parochialis multo facilius cõferri potuit: & accedit, quod de tempore Gregor. XIII. quo Capitulum quæsiuit quasi possessionem conferendi, nulla aderat regula reseruatoria beneficiorum vacantium, sede Episcopali vacante.

*In eadem 22. Iunij 1594. coram D. Blanchetto.*

92 BIs propoſui dubium, an Capituli quaſi poſſeſſio conferendi Beneficia curata ſede Epiſcopali vacante ſuffragetur. Quod hodie per Dominos fuit reſolutum, videlicet talem quaſi poſſeſſionem non ſuffragari; indubitatum enim eſt, de iure Capitulo prohibitum eſſe beneficia conferre ſede Epiſcopali vacante, ſi ad ſolius Epiſcopi collationem pertinent cap. illa. de ſede vacante, cap. vnic. §. cum vero. eodē tit. in 6. gloſ. in clemen. 1. §. propter quod. in verbo Capituli, de hæret. & ibi Dd. Capitulum enim ſede vacante ſuccedit in pertinentibus ad Epiſcopum, quo ad ea tantum, quæ in iure reperiuntur expreſſa, & non in alijs. Gemin. in ca. Presbyteri 24. diſtinct. Non obſtat, quod allegata non loquantur in Parochialibus, quia cap 1. de inſtitutionibus in 6. loquitur indiſtinctè de beneficijs, quorum appellatione veniunt etiam Parochiales, gloſ. in cap. his, quæ. in verbo pro bono pacis, circa medium de maioritate, & obedien. Pauinus in tract. de poteſtate Capituli ſede vacante, par. 2. quæſt. 1. num. 1. & 2. Rebuff. de deuolutionibus num. 103. fuit reſolutum coram R. P. D. Arrigonio, in cauſa Salamantina Parochialis. Ex his ſequitur, nullam fuiſſe acquiſitam quaſi poſſeſſionem Capitulo conferendi beneficia ſede vacante, propter vehementem iuris reſiſtentiam, Couarr. 1. pract. quæſt. cap. 17. 11. quæſt. verſic. 4. Menoch. de retinenda poſſeſſione, remedio vlt. num. 24. quæ vehemens reſiſtentia colligitur ex d. cap. 1. de inſtitut. in 6. vbi tex. dicit Capitulum non poſſe conferre beneficia ſede vacante, per quæ verba, omnis potentia auferetur. Decius in rubrica, cap. qui admitti, nu. 20. & per conſequens deficit bona fides, quæ eſt fundamentum præcipuum ad acquirendam quaſi poſſeſſionem, Caputaquen. deciſ. 69. lib. 1. deficiunt etiam alia requiſita per Calder. conſil. 12. de iure patron. quod Rota paſſim in ſimilibus materijs ſequitur, & ideo non applicatur deciſ. in cauſa Reatina Beneficij coram R. P. D. meo Decano, ibi enim erat quæſtio ſuper pertinentia collationis Abbatiæ, inter Capitulum Lateranen. & Ordinarium Reatinum, non autem ſuper iure conferendi ſede vacante, & Capitulum fundabat in priuilegijs ſuam intentionem, quorum vigore iuris repugnantia remouebatur, in præſenti vero præſupponitur, ius conferendi viuente Epiſcopo, ad ipſum ſolum pertinere, quo caſu Capitulo obſtat clara, & aperta iuris diſpoſitio. Non obſtat ſecundum fundamentum, pro Domino Doctore Nicolao Garcia deductum, quod omnia prædicta ceſſant hodie, poſtquam vigore Concilij Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. §. peracto. collatio Parochialiū debet fieri in concurſu, & ex concurrentibus magis idoneo, & non alteri, ex quo ſequi videtur, quod cū ea quæ ſunt de neceſſitate tranſeant in Capitulum ſede vacante, facultas etiam conferendi Parochiales, tanquam neceſſaria, quoque ipſa tranſierit: quia aduertendum eſt, Quod illud dicitur neceſſarium in hac materia, quod ſumit initium aliunde, quam à facultate ordinaria Epiſcopi, & ad quod Epiſcopus, (ad hoc vt actus perfectionem cōſequatur) per alios cogi poteſt, videlicet à patrono, ad inſtituēdum, ab electo ad confirmandum, non autem quando tota ſubſtantia actus tribuitur iuriſdictioni, & iudicio Epiſcopi, prout concurſus, & collatio, cum ei quem magis idoneum iudicauerit, conferre poſſit; alias ſi hoc argumentum eſſet verum, ſequeretur, quod nec etiam in caſibus à iure permiſſis poſſet Parochiales vnire. Præterea, Concilium quo ad ius conferendi, nihil immutat, immo illud præſeruat ei, ad quem ſpectat, & ideo per ſubauditos intellectus tot iuriū, non eſt inducenda correctio, gloſ. in cap. cupientes. de electione in 6. cū vulgar. quod multo magis procedit ſtante declaratione dicti Concilij in qua præſcribitur forma Vicario Capituli ſede vacante, ſeruanda vacantibus Parochialibus, cui non ſolum collatio, ſed commenda temporalis prohibetur in fauorem illius, qui magis idoneus fuit in concurſu repertus. Vltimo reſpondetur, quod quicquid ſit in alijs materijs in iure tamen conferendi, etiam ſi ſit admixta aliqua cauſa neceſſitatis, eſt explicitum, Capitulum non poſſe manus apponere, vt patet in Beneficijs vacantibus ex cauſa permutationis quæ licet permutantibus, & non alijs tantum cōferri poſſint, & debeant, Clem. 1. de rerum permutatione. tamen Capitulum illa conferre nō poteſt, etiam dictis permutantibus, Felin. in cap. cum olim nu. 4. de maioritate & obedientia, Puteus deciſ. 329. lib. 2. vt bene deducit D. Sertorius, cuius dicta, tam in informatione, quam memorialibus placuerunt Dominis, ex quibus ita fuit deciſum.

*In eadem, coram eodem 24. Octobris 1594.*

93 DOmini fleterunt in deciſ. 21. Innij proximæ præteriti, ex tunc allegatis quibus non obſtāt deducta pro D. Doctore Nicolao videlicet, quod cū hodie † magis idoneo in concurſu reperto, & non alij debeat conferre Epiſcopus Eccleſiam Parochialem vacantem, collatio debeat cenſeri neceſſaria, & per conſequens tranſire debeat in Capitulum ſede vacante, ad quem omnia ea tranſeunt, quæ ſunt ex neceſſaria iuriſdictione Epiſcopi, quia huic argumēto fuit etiam in præterita propoſitione ſatisfactum, illa enim ex neceſſitate pertinere dicuntur ad Epiſcopum, quæ originem trahunt à facto alieno, & ad quæ cogi poteſt, etiam nolens, vt bene declarat Per. Gregorius de Benefic. cap. 39. num. 3, qui exemplificat collationem neceſſariam in eo, cui mandatum eſt prouideri de primo vacaturo, item in inſtitutione præſentati, item in eo cui competit ius optandi, item in permutantibus, item in confirmatione electionis, in omnibus enim iſtis caſibus, ſi Epiſcopus deneget inſtitutionem, collationem, & confirmationem, petēti iniuriam facit, & à denegata iuſtitia datur appellatio ſuſpenſiua: quo vero ad Capitulū expreſſe dicit excluſum à iure conferendi, vt infra dicetur; collatio autem beneficij tota radicatur in mera voluntate Epiſcopi, qui poteſt abſtinere ab illa, & permittere vt per lapſum tēporis ius deuoluatur ad ſuperiorem, ſi autem vult conferre, tunc facto ſuo ſubijcitur obſeruationi formæ traditæ in Cōcilio Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. quod Concilium voluit tantum tollere abuſum quendam inductum. conferendi beneficia minus idoneis, omiſſis, idonioribus, ex quo, & collatorum conſcientia grauabatur, & populus

pulus propter ignorantiam rectorum, maximum damnum patiebatur, sed quo ad ius conferendi nihil immutauit, vt ex eius verbis, & declarauit Sacra Congregatio. & idcirco Capitulum non potest conferre beneficia vacantia per resignationem, ex causa permutationis, vt dicitur in decisione, quia illa fundatur in mera gratia Episcopi, qui potest ad sui libitum admittere, & recusare huiusmodi resignationes, & pro hac opinione faciunt tradita per P. Gregor. in loco allegato, quia post exemplaria supradicta, num. 8. eiusdem Capituli expressè dicit, quod licèt Capitulum instituat, quos Episcopus instituere si viueret, tamen beneficia non conferet, & in c. præcedenti num. 3. clarius asserit, quod Capitulum conferre non potest beneficia vacantia sede vacante, sed ad instar aliorum fructuum reseruatur collatio successori, quod etiam sentire videtur lib. 17. Sintag. c. 15. num. 37. Non obstat prætensa bona fides capituli in proposito casu, quia cũ proueniat ex iuris ignorantia non tribuit ius. l. iuris ignorantia. ff. de iuris, & facti ignorantia. Præterea error iuris indubitati non tribuit iustam causam ignorantiæ, Puteus dec. 244. in causa Colon. lib. 3. alijs omnibus bene respõdet D. Sertorius, & ex his ita decisum. *Vnde colligitur quod ait Flam. Paris. de resignat. lib. 7. q. 21. nu. 40. quem sequitur summa Bullar. Quarante, verb. capit. sede vacante. 9. q. limit. 5. quod quando cap. sede vacante est in possessione conferendi & recipiendi resignationes beneficiorum etiam spectantium ad collationem solius Episcopi, valeret collatio, ex dicto cap. consultationibus, & d. decisione Rotæ 167. 1. p. diuers. &c.*

94 Vnde decisio in causa Nucerina beneficiorum † supra adducta nu. 64. non videtur certa, cum ibi ius resistat dicto Abbati prætendenti ius conferendi contra Ordinarium. *Et etiam patitur difficultatem decisio eiusdem Rotæ in caus. Bracar. mon. de Iuncet 4. Maij 1589. coram D. Lancellotto, in qua dicitur, quod stante resolutione, &c. R. poss. conf.*

*Sed ista resolutio potest saluari, cum agatur de beneficio regulari, cuius collatio solet ex priuilegijs ad regulares spectare, & sic cessat mala fides, & in iuris repugnantia vt alias dicitur in illa Abulensi 2. Iunij 1594. supra adducta num. 92.*

95 Vnde etiam cum † beneficia de iure præsumantur libera, cap. omnes Basilicæ 16. qu. 7. Rochus. verb. constituit, quæst. 20. Cassador. decisio. 4. num. 7. de probatio. Caputaq. decis. 130. num. 2. partic. 2. Mohedan. 10. de iure patron. Menoch de præsump. lib. 3. præsumpt. 90. num. 1. Rota decis. 268. num. 2. p. 1. diuersorum, & in vna Toletana iuris patron. 18. Martij 1602. coram Domino meo Cordoba, cum alijs, ex vnica præsentatione non acquiritur quasi possessio præsentandi ad hunc effectum, quia bona fides non præsumitur, Crescen. decis. 5. de iure pa-
96 tron. & Puteus 366. num. 1. & 4. lib. 2. Nisi † probetur fama iuris patron. vel quid simile, Mohed. decis. 10. de iure patron. ad principium, aut nisi adsit cursus longi temporis, Puteus decis. 243. lib. 2. & Rota,
97 † in d. Hierden. Parochialis, de qua supra nu. 60. Et nisi agatur de beneficio, quod non negatur esse iuris
98 patronatus, † cum tunc cesset prædicta ratio, vt per Crescen. sup.

99 Secundò principaliter circa secundum † requisitum est aduertendum, quod si institutio, aut cõsummatio secuta esset non præuio edicto iuxta cap. fin. de electione in 6. quod habet locum etiam in præsẽtatione, vt tenet Rota, & communis, & dicetur infra 9. p. cap. 4. non acquireretur quasi possessio præsentandi, licet institutus de facto habuisset possessionem, quia talis institutio sine edicto facta est nulla ipso iure, ex d. cap. fi. quod eam decernit irritam, & inanem, & idem est non esse secutam institutionem & esse ipso iure nullam, ita Lambert. d. 1. part. 2. libr. q. 3. art. 21. nu. 4.

100 Et videtur supponere Puteus decisione 189. † li. 1. Et facit Ferrettus consil. 210. nu. 8. Accedit quod tradit Flores, quæst. 10. num. 64. cum Calder. consil. 15. de iure pat. Decio 126. & Virginio Boccaccio de remedijs possess. cap. 11. num. 19. quod per collationem nullam non turbatur patronus in possessione præsentandi.

101 Falsum tamen est, † quod ipse Ferretus ait dict. consi. 210. nu. 6. & 8. & consi. seq. 8. 11. & cons. 132. num. 10. & 12. Quod status, seu quasi possessio libere collationis, non potest induci per collationem factam de beneficio iuris patronatus, absque consensu patroni. ex quo talis collatio est nulla, & irrita ex ea, decernimus 16. quæst. 7. ubi irritum, quia ita demum est nulla si patronus infra tempus datum ad præsentandum, reclamet, & non alias vt dicetur infra, cap. vlt. num. 242.

102 Et similiter per collationes, præsẽtationes, † aut electiones etiam effectuatas, facta contra decretum irritans positum in reseruatione, vel alia dispositione, seu indulto non acquiritur quasi possessio præsentandi, conferendi, vel eligendi, quia tale decretũ inficit omnia, etiam possessionem, ita Crescẽ. decis. 4 de priuileg. in fin. Et prouisio facta de beneficio
103 sito in diœcesi, † vbi habet Cardinalis indultum, est nulla, etiam si Cardinalis non prouiderit de eo propter vim decreti irritantis, per ea quæ dicit Cassad. decis. 2. de restitut. spoliat. Felin. in cap. cum ex offic. de p. æscrip. vt est decisum per Rotam apud Guidobonum decis. 56. in manuscrip.

Licet alias ad acquirendam quasi possessionem
104 sufficiat † præsentationem fuisse admissam, & præsentatum in possessorium cum effectu, siue bene, siue male, vt in vna Bracaren. Parochialis, in qua Ad præ-
☞ sentationem patroni Vicarius vniuit, & vnio, licet nulla, habuit effectum; dixerunt Domini 1555. corã Achille, ex tali vnione ad præsentationem patronorum constare de quasi possessione præsentandi, quia præsentatus, siue bene, siue male fuerit institutus, nil refert, sed satis est patronis, quod præsẽtatio fuerit admissa, & habuerit effectum, ad notata per Calder. cons. 12. de iure patron. Ripa in cap. cum Ecclesia n. 90. de causa possess. Vt per Verallum decis. 375. libr. 1. in manuscrip.

105 Tertiò principaliter † circa tertium requisitum de effectuatione, de quo Lambert. d. quæst. 3. art. 13. Puteus decis. 120. num. 3. lib. 2. & 136. num. 3. lib. 3. & Mar. Anto. Genuen. cap. 61. num 13. & 17. & Rota decis. 692 *nouiss. Farin.* Aduertendum est, quod effectuatio collationum, seu præsentationum probatur per subsequentes collationes, seu præsentationes factas per vacationem, ex persona illorum. Oldra. consil. 229. num. 3. Lamber. 2. par. 2. lib. quæst. 10. art. 7. num. 11. Rota decis. 545. num. 2. par. 1. [illegible] de qua infra cap. vlt. num. 106. & decis. 598. num. 9. cad. 1. part. Et fuit resolutum in vna Bobien. inter

optan-

106 optandi, 26. Martij 1590. coram † D. Penia, in qua ☞ fuit dictum, Quod vbi apparent ſucceſſiuæ prouiſiones, vna poſt alteram, à prima, vſque ad vltimam, ſiue per obitum, ſiue per reſignationem, ſiue per priuationem ſufficit probare vltimi prouiſi effectuationem, vt præcedentes prouiſiones legitime effectuatæ præſumantur, Oldra. & Lambert. ſup. & in vna Comen. Capellan. 17. Iunij 1591. coram eodem D. Penia adducta infr. cap. vlt. num. 94. & in Abulenſ. Paroch. 28. Iun. 1593. ſup. adducta num. 61. & in Piſana Capellaniæ 20. Maij 1594. infra adducta num. 141. & in Romana vnionis, ſeu iuris patrona. 6. Nouemb. 1598. coram D. Orano adducta infra d. c. vlt. num. 96. *Et in eadem 2. Febr. eiuſdem anni, & 1. Martij 1599. coram eodem, vt in deciſ. 527. & 543. noviſ. Farin. & deciſ. 525. 568. 572. 583. 615. 692. 703. & 800. eorundem nouiſſimarum Farinacij.*

Et quamuis in vna Albanen. Prioratus 26. No-
107 uembr. 1588. † coram D. Orano adducta infra d. cap. vltim. num. 99. dictum ſit id non procedere in ſubſequēti prouiſione per reſignationem prout fuit dictum in vna Tarniſina plebis de Medulo, coram Lauretano 26. Febr. 1586. Tamen in contrarium eſt dict. deciſio. 598. & dict. Romana quæ indiſtincte loquitur, & dict. deciſio. Bobienſ. & Comen. & Abulenſ. *Et expreſſe dict. Roman. in dicta deciſ. 503. & deciſ. 703. maxime quando reſignatio fuit facta longe poſt præſentationem, vt in Firm. altaris de Doris infra relata cap. vltim. num. 9.*

Et eadem videtur ratio in prouiſione per reſignationem, ac in alijs, contrariaq; ſententia poſſet procedere in prouiſione per ceſſionem iuris.

Aduertendum eſt etiam, quod præſentatio, col-
108 latio, † vel electio, nō poteſt dici habuiſſe effectum ad iſtum effectum acquirendi quaſi poſſeſſionē præſentandi, &c. licet fuerit ſecuta inſtitutio, &c. & prouiſus manſerit in poſſeſſione Beneficij, ſi tamen māſit ex cauſa concordiæ ſubſecutæ inter illum & aduerſarium, qui prætendebat præſentantem non eſſe patronum, &c. Nam cum non conſtet de acquieſcentia, immo de contrario, ex illa præſentatione, ſeu prouiſione non poteſt reſultare contrarius vſus, iux. deciſ. Rotæ 301. par. 2. diuerſorum.

109 Quartum requiſitum † probatur ex l. 2. C. de ſeruitutibus & aqua, vbi Padilla num. 1. & 24. Abb. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 25. & ibi Ripa nu. 64. Cepolla de ſeruitut. vrbanorum cap. 40. Coral. in l. ſeruitutes 14. ff. de ſeruit. nu. 40. & in leg. quoties. 2. ff. eod. Gregorius Lopez in l. 15. tit. 31. pag. 3. verb. non contradicendo. Couarru. in reg. poſſeſſor. 2. par. initio num. 8. Menoch. de arbitrar. libro 2. caſu 161. Puteus deciſ. 281. num. 3. & 4. lib. 2. Rota deciſ. 147. ſub num. 2. par. 1. & deciſ. 17. num. 6. & 7. & deciſio. 297. num. 6. p. 2. diuerſorum. Petra de fideicommiſs. quæſt. 12. à num. 72. Anton. Gomez. variar. 2. tom. cap. 15. num. 23. & Caſtillo de vſufruct. cap. 12. à nu. 26. *Et nouiſſime Peregr. ad Rubr. de cauſa poſſ. nu. 51. &* 59. Quamuis contra teneat Doctor Bernal. in d. leg. ſeruitutes, à num. 42. cum Longoballio. in l. Imperium, nu. 260. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & Conano. in l. ſequitur, §. fin. de vſucapio. & Reuardo. lib. ſingulari ad legem Scriboniam nu. 8.

110 Ex quo requiſito † Nauarr. conſ. 5. nu. 5. de præſcript. cum Decio conſ. 126. docet, quod qui renuntiat Beneficium quæſitum ad præſentationem patroni, in manibus Ordinarij clam, neſciente patrono, & accepta collatione ab eo libera, detinet illud, non videtur ponere Ordinarium in quaſi poſſeſſione iuris libere conferendi, niſi id faciat cum ſcientia, & patientia patroni.

111 Et ad effectū vt poſſit † dici acquiſita quaſi poſſeſſio liberę collationis contra patronum requiritur, quod conſtet Ordinarium contuliſſe Beneficium, vt liberum, ſeu collationem factam eſſe, tanquam de Beneficio libero, Hieron. Gabriel. conſil. 185. lib. 2. *Perez de Lara de anniuer. & capellan. lib. 2. capite 1. nu.* 57. & hoc ſciente, & patiente patrono. *Perez de La-*
112 *ra ibi.* Alias enim per collationem Ordinarij † factam de Beneficio iuris patronatus abſq; illius mentione, non præiudicatur iuri, & quaſi poſſeſſioni patronorum, quia quando Ordinarius confert, ſimpliciter videtur facta collatio ſub tacita conditione, ſi patrono placuerit, Rota deciſ. 10. de iure patron. in antiq. ita Calder. cōſ. 15. de iure patron. Decius 126. ſub num. 4. Caputaq. deciſ. 134. p. 1. & 189. par. 5. & Hier. Gabr. ſup.

113 Et facit deciſio. Chiſanen. 72. † in manuſcrip. quę ait. Quod vltima reſignatio, ſine conſenſu patroni non facit ſtatum libertatis, quia quaſi poſſeſsio præſentandi acquiſita non amittitur ex negligentia patroni non preſentantis vna vice, ſed requiritur, quod non præſentet, quia nō credit ad ſe pertinere ius preſentandi, vel quod voluerit, & non ſit admiſſa præſentatio, Rochus verb. competens, quæſt. 20.

114 Quando tamen Ordinarius † ignoraret Beneficium eſſe iuris patronatus, cenſeretur illud conferre tanquam liberum. *Et ſic dec. d. c. conſultationibus poteſt habere locum in Epiſcopo reſpectu patroni, quamuis contrarium teneat Canedo de patronibus regie corone. cap. 8. à nu. 3. dicens limitandam eſſe concluſionem illius, vt locum non habeat, quando lis ſuper patronatu eſt cum Epiſcopo, qui Eccleſiam patronatam contulit abſque patroni conſenſu intra tempus ei à iure datum, nam euicto patronatu à vero patrono, rector, cui Epiſcopus Eccleſiam contulit, remoueri debet, & præſentatus de nouo à vero patrono ab illo inſtitui: nam talis collatio nulla eſt, vel ſaltem irritanda, cap. decernimus. 169. quæſt. 7. cum alijs, & illum textum procedere, quando eſt controuerſia inter duos patronos, vel duos collatores, & ſequitur Perez de Lara d. lib. 2. cap. 9. num. 38. Sed dicta ratio ſolum procedit, quando collatio de beneficio patronato facta eſt ab Epiſcopo non exiſtente in poſſeſſione libere conferendi.*

Similiter ſi ſunt plures in quaſi poſſeſsione præ-
115 ſentandi, † preſentatio vnius ſine alijs, etiam quod effectum ſortita ſit, non priuat alios quaſi poſſeſsione præſentandi, ſed magis illam præſeruat, Ferrettus conſil. 132. Caputaquen. deciſ. 292. 366. & 419. parte 2. Rota deciſ. 229. num. 5. & 713. num. 6. & 7. part. 1. diuerſorum, & in vna Papien. iuris patronatus 9. Maij 1594. coram Domino Millino, in qua fuit reſo-
116 lutum, † Quod ad effectum præſcribendi ius patro ☞ natus contra compatronos, neceſſarium eſt quod præſentationes fuerint factæ animo priuandi illos, quod in dubio non præſumitur, Ruynus conſil. 50. nu. 10. lib. 5. & ſine iſto animo præſentationes vnius non præiudicant compatrono, ſed ei preſeruant ius. Federic. conſil. 202. in fin. Abb. 54. lib. 1. Puteus deciſ. 292. lib. 1. Thanis deciſ. 97. Creſcen. deciſ. 27. nec ad amiſsionem iuris patronatus ſufficit nō vſus, cum præſentationes non fuerunt factæ animo priuandi com-

compatronum qui non præſentauit, Feder.d.conſil. 302. Abb.d.conſ.54. Et fuit dictum in cauſa Imolen. iuris patronatus 29. Octobr. 1579. coram bonæ memoriæ Laurentano. Et in vna Mediolanen. Capell. 1601. adducta præcep.p.cap.3.num.14.

117 Et tunc diceretur fieri animo priuandi † alios, quando diceret omnimodam præſentationem, ſeu plenariam ad ſe ſpectare, Rota decis.296.par.1. diuerſorum. & fuit alias in collatione reſolutum in Aſſiſien. Canonicatus, 14. Iunij 1600. coram D. Sacrato ſupra relata cap.1.num.483. quæ conducit ad propoſitum, ſeu quando diceret ſe vnicum patronum, &c.

118 Prouiſio autem Apoſtolica nō † mutat ſtatum, ſeu quaſi poſſeſſionem iuris patronatus, ſeu conferēdi, Aegid.deciſ.107. Achilles 326. Rota deciſ. 545. num.3.par.1.diuerſor. & in illa Illerden. Parochialis ſupra relata num.69. Et in Tiraſonen. iuris præſentandi, 21. Octob. 1594. coram D. Lita infra adducta vlt.p.cap.2.num.242. Et in Ferrarien. Parochialis 8. Nouemb. 1596. coram D. meo Corduba infra relata.9.par.cap.2.nu.198. *Et in Bracharen. mon. de Iuncas 4. Maij 1598. coram Lancell. ſupra relata nu.94. & deciſ.359.num.2.615.num.5.618.num.2.& 881.nu.6. nouiſ.Farin.*

119 Et eſt deciſ.Guidoboni 1.† de præſcrip.alias 135. in manuſcript. quæ ait, Quod licet collatio Apoſtolica non mutet ſtatum Beneficij de iure patronatus in liberum, nec priuet patronum poſſeſſione præſentandi, tamen patronatus non præſcribit ius patronatus durante poſſeſſione prouiſi Apoſtolici, quia toto illo tempore dormit. Quod etiam ait Achilles d.deciſ.326.in fin.& d.deciſ. Tiraſonen. videnda.

120 Vnde apparet falſum eſſe, † quod ait Ferretus conſ.132.à num.10. nempe Beneficium reperiri in ſtatu liberæ collationis, ex quo Papa illud contulit abſque præſentatione patronorum.

Sed circa hoc quartum requiſitum aduertendum
121 eſt, † quod ſi ille in cuius præiudicium dicta quaſi poſſeſſio acquiritur, non eſt in poſſeſſione illorum iurium, non requiritur eius ſcientia, & patientia, nā ſi incorporalia vacant, quia nullus ita poſſideat, tūc non eſt neceſſe habere ſcientiam, vel patientiam alicuius in acquiſitione quaſi poſſeſſionis illorum, vt cum Innoc. tradit Abb. in cap.in literis.num.20. de reſtitut. ſpoliat, Bald.in d.l.2.num.16. *Rips in d.cap. cum Eccleſia Sutrina. num.64. verſic.3. declara.* Puteus deciſ.217. lib.1. & in terminis Rochus, d.verb.competens num.38. & Lambert.d.quæſt.3.art.10. nu.3. Et fuit reſolutum in vna Florentina iuris patronatus 27. Februarij 1575. coram Sanctiſſimo Clem.VIII.
122 quæ eſt d.deciſ.329. part.1. diuerſ. ibi, Quod cum non probaretur patronum fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, eius ſcientia ad acquir. hanc quaſi poſſeſſionem non fuit neceſſaria. Et in vna Acherontina iuriſdictionis 24. Ianuarij 1600. coram D.
123 Millino, Quod ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iuris incorporalis non requiritur ſcientia, & patientia aduerſarij, niſi probetur illius anterior quaſi poſſeſſio, &c.

124 Et facit deciſ.378.num.4.& 595.num.9.† & 10. par.1.diuerſorum, vbi habetur. Quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, non poſſe acquiri ſine ſcientia, & patientia aduerſarij, quia cum duo in ſolidum nō poſſint poſſidere, non poteſt acquiri, niſi aduerſarius eā amiſerit, quæ in corporalibus inhæret oſsibus, ideo ignorans eam non amittit. Ergo ſi aduerſarius non poſsidet non requiritur eius ſcientia, &c. *Facit etiam deciſ.Rotæ 750. nouiſſ.Farin.num.3.*

125 At cum aduerſus Epiſcopum acquiritur † quaſi poſſeſsio conferendi, ſeu præſentandi, requiritur eius ſcientia, & patientia, cum eo ipſo quod eſt in poſſeſsione Epiſcopatus, conſequenter ſit in poſſeſsione iuris libere conferendi ei competentis, tanquam Ordinario, ad Caputaquen. deciſ.306. part.1. & deciſionem Veronen. iuriſdictionis, 18. Martij 1596. coram D.Pamphilio ſupra relatam 3.par.c.2.nu.195. & Sede vacante Dignitas ipſa, ſeu Eccleſia dicitur poſsidere, vt ſupradictum eſt, num.38.

126 Vnde in vna Hiſpalē. Capellaniæ 9. † Iun. 1539. fuit reſolutum. Quod præſentatio facta per aliquem tanquam patronum, admiſſa per Vicarium Capituli ſede vacante, qui præſentatum inſtituit etiam ſecuta poſſeſsione nō fecerit ſtatum, vel quaſi poſſeſsionem iuris patronatus, ex quo per Archiepiſcopum fuit contradicta, eo ipſo quod fuit prouiſus, & venit ad Eccleſiam adminiſtrandam prouidendo alteri de prædicta Capellania, tanquam de Beneficio libero. Vt per Mohedan. deciſ.7. de iure patron. alias 269.

127 Et idem eſſet † in Canonicis quoad ius eligendi, ſeu votandi, qui eo ipſo quod ſunt Canonici, & in poſſeſsione Canonicatus, conſequenter ſunt in quaſi poſſeſsione iuris eligendi, & votandi, quamuis nūquam euenisſet caſus eligendi, ad Caputaquen. dict. deciſ.306. & Rotam in cauſa Hiſpalen. voti 28. Maij 1593. coram D.Gipſio.

128 Et iuxta hoc procedit deciſ.16.num.7.part.2. † diuerſorum. in alia Hiſpalen. iuris votandi de anno 1596. quatenus ſupponit, quod ſi conſtaret collationem trium dimidiarum portionum, de quibus agebatur pertinere in proprietate, etiam ad dignitates, & portionarios, requireretur eorum ſcientia & patientia ad hoc vt Canonici poſſent acquirere quaſi poſſeſsionem illas conferendi, eo enim ipſo, quod erant in poſſeſsione ſuarum dignitatum, & portionum, erant in poſſeſsione illius iuris conferendi pertinentis ad ſuas dignitates & portiones.

129 Idemq; etiam eſſet in eo, † qui alias eſſet in quaſi poſſeſsione iuris patronatus, quamuis non præſentaſſet, tunc enim requiritur eius ſcientia & patientia ad acquirendam quaſi poſſeſsionem in contrarium ad Creſcen. deciſ.2. de iure patronatus.

130 Et cum acquiritur † quaſi poſſeſsio ſeruitutis aduerſus Dominum feudi, ſeu domus, qui eſt in poſſeſsione talis fundi, ſeu domus, requiritur eius ſcientia, & patientia, cum ea poſsideat tanquam libera, Ant. Gabr.Gom.d.c.15.nn.23.

131 Et an præſumatur ſcientia illius, de cuius † præiudicio agitur, index arbitrabitur ex multiplicatione actuum, & qualitate ipſorum, & alijs circumſtantijs, vt ex Innocen. tradit Abb. in d.cap.cum Eccleſia Sutrina, num.25. ad quem ſe refert Rochus d.verbo, competens, num.37. ad fin. & quod ex multiplicatione actuū probetur ſciētia, tenuit Rota in Reatina Beneficij deciſ.166.num.4.part.1.diuerſorum, & in Hiſpalen. iuris ſepeliendi coram D. Pamphilio 29. Maij 1589. Puteus d.deciſ.217.nu.2.lib.1. & Menochius de arbitrarijs lib.2.caſu 161.num.5.

132 Et etiam ex publicitate † actus præſumitur ſciē-

tia,

tia, Rota in Mediolanen. præeminentiarum, 15. Decemb. 1589. coram D. Bubalo. *Et ex public. voce & fama. Caſſan. conſi. 39. num. 34.*

131 Probatur etiam ſcientia, & patientia, † ex lapſu longi temporis, vt in d. Reatina deciſ. 147. num. 3. & d. deciſ. 166. nu. 2. par. 1. diuerſorum. & in d. Hiſpalē. iuris ſepeliendi, & in Abulenſ. Parochialis ſupra adducta num. 61. Maſcard. de probatio. concluſ. 1293.

132 num. 15. Et reſpectu Epiſcopi probatur, † quia tenetur quolibet anno per ſe, vel per aliū, viſitare ſuā diœceſim, & ſic præſumitur ſcientia, vt in d. Reatina d. deciſio. 166. num. 1. & deciſ. 106. num. 8. & 131. num. 8. par. 1. diuerſorum, & in d. Abulenſ. quæ præſumptiones fuerunt iterum approbatæ per Rotam in d. Reatina d. deciſ. 167. num. 1. p. 1. diuerſ.

133 Scientia enim ex coniecturis colligitur, † vt fuit dictum in d. Hiſpalen. iuris ſepeliendi, Puteus deciſ. 121. num. 4. lib. 2. Menoch. & Maſcard. num. 1. ſupt. *Idem Menoch. caſu 89. nu. 13. Borgnin. deciſ. 36. nu. 27. 1. p. Alexander Moneta de opt. c. 6. q. 4. nu. 26. & Gratian. diſcept. forenſ. c. 118. nu. 3.* & quod ſcientia, ex coniecturis probetur, fuit reſolutum in cauſa Valentina emolomentorum 20. Iunij 1583. coram D. Cantuccio, ex Baldo in l. 3. num. 9. C. de reſcind. vendit. Decio conſ. 583. num. 3. Pariſ. conſil. 12. nu. 9. lib. 2. Aymon. 193. nu. 7. *Et in deciſ. 27. apud Pacificum de Salnian. interd. nu. 3. &* ☞ *Placentina Salarij 4. Febr. 1608. coram D. Penna.* & plures coniecturas ponit Maranta in l. is poteſt de acquirend. hæred. à nu. 283.

134 Nam ad hunc effectum ſufficit † ſcientia præſūpta, non obſtante deciſ. Mohedani 160. quæ eſt 4. de probatio. & 196. quę eſt 3. de ſententia excomm. nu. 3. & deciſ. Putei 147. & 77. num. 7. lib. 2. & Lancello. de attentatis 2. par. cap. 4. in præfat. nu. 68. vbi quod vbi agitur de amiſſione, vel priuatione iuris quæſiti, non ſufficit ſcientia præſumpta per coniecturas, aut famam. Et in cauſa Ciuitaten. confidentiæ 23. Ianu. ☞ 1593. coram D. Mantica fuit dictum, Quod cum agitur de priuatione Beneficij, propter ſcientiam, alicuius, non ſufficit talem ſcientiam probari per famam, & coniecturas, ſeu præſumptionis, ſed debet ea probari legitimè, & clarè.

135 Si quidem in præſenti † non agitur de auferēdo ſeu admittendo iure conferendi, præſentandi, aut eligendi in totum, ſed de acquirenda poſſeſſione, vt fuit reſolutum in d. Cremonen. Prioratus 19. Decembr. 1567. coram D. Oradino. Et ex præſumpta ſcientia infertur poſſeſſionis ciuilis amiſſio, Puteus deciſ. 265. lib. 1. *Sed & ad effectum priuationis beneficij ſcientia probatur ex coniecturis & præſumptionibus vehementibus, ex quibus poteſt oriri plena & concludens probatio, vt fuit reſolutum in cauſa Oſcenſ. Archidiaconatus* 10. *Iun.* 1602. *coram D. Lancell. vt deciſ.* 612. *nouiſſime Farin. & fuit dictum in dicta Placentina Salarij.*

136 Et ſufficit ſcientia officialium, † Bart. in l. ſi publicanus. §. fin. num. 2. ff. de publicanis, Aymon. de antiquitate temporis 4. parte §. abſolutis, à num. 23 Balbus de præſcriptione 2. par. 5. p. quæſt. 3. ſub nu. 8. Tiraquell. de nobilitate ca. 14. nu. 3. Couarruuias in regul. poſſeſſor. 2. par. initio num. 8. verſic. 3. circa fin. Rota d. deciſio. 166. num. 3. & 600. num. 5. parte 3. diuerſorum. & in d. Mediolanen. præeminentiarū. *Sufficit etiam ſcientia vnius ex pluribus habentibus rem communem, Ripa in d. cap. cum Eccleſia Sutrina. n. 66. & Gratian. diſcept. forenſ. c. 115. nu. 17. allegans Rotam coram Seraph. in Carthag. iuris 16. Decem.* 1596.

137 Cæterum hodie non procedit indiſtinctè † dec. text. in d. cap. conſultationibus de iure patron. ex decreto S. Concilij Trident. ſeſſ. 25. de reform. capit. 9. quod locum habet etiam in poſſeſſorio, & quando ſolum agitur de validitate præſentationis, & ideo non eſt admittenda præſentatio exiſtentis in quaſi poſſeſſione præſentandi, niſi verificato prius iure patronatus, aut niſi fuerit in quaſi poſſeſſione præſentandi, poſt Concilium, adhibita cauſæ cognitione, ſuperiure patronatus iuxta formam Concilij. Et ita cenſuit S. Congregatio, vt in ſequent. declara-

138 tionibus ſuper d. cap. 9. † Prima, Hoc decretū Cōcilij habet locum in petitorio, & in poſſeſſorio, vnde admittenda non eſt præſentatio, aut præſentati inſtitutio faciēda, niſi verificato prius iure patronatus, ex decreto Concilij. Et fuit inter alia reſponſum Epiſcopo Segobien. anno 1591. vt in declaratione ſupra adducta 3. par. cap. 2. ſub n. 198. ad 19. & ſuperat aliàs reſponſum 4. Februar. 1581. Secunda, Item ☞ cenſuit S. Congreg. nō poſſe patronum repelli à ſua quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi adhibita cauſæ cognitione, ſuper iure patronatus, poſt Cōcilium, Ordinarius à patrono præſentatum admiſiſſet, etiamſi poſt obitum eiuſdem præſentati, de validitate iuris patronatus item contigerit dubitari, ſecus autem, ſi ſimpliciter patroni præſentatio, abſque cauſæ cognitione admiſſa fuiſſet. Item cenſuit, tum demum debere intelligi adhibitam cauſæ cognitionē in probando iure patronatus, cum ſeruata fuerit forma, à Concilio tradita. Tertia, ſi Ordinarius poſt Concilium cognouit de iure patronatus, & admiſit poſt Concilium, non poteſt patronus repelli a ſua quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi Ordinarius voluerit cognoſcere, poſt obitum illius vltimi præſentati, ſecus autem ſi ſimpliciter eius præſentatio fuiſſet admiſſa, abſque cauſæ cognitione, tradit Martinus Anton. Genuen. cap. 61. num. 3. & poſt hęc Gonçalez gloſſa 18. à num. 23.

139 Vnde in vna Volaterrana Capellaniæ † 28. Apr. 1595. coram D. Blanchetto fuit reſolutum, Quod ☞ non ſufficiat, quod Epiſcopus admiſerit patronum ad præſentādum, poſt Concilium, vt debeat in quaſi poſſeſſione manuteneri, niſi admiſſio fuit facta cū cauſæ cognitione. *Et in cauſa Alexandrina Decanatus 19. Iunij 1600. coram D. Lancellotto fuit dictum, quaſi poſſeſſionem præſentandi poſt Concilium ſuffragari non poſſe, cum fuerit admiſſa ſine cauſæ cognitione, ex deductis in Romana de Publicolis coram D. Corduba, apparere tamen fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem: ex quo conſtat de præſentatione, edicto, & aliis requiſitis, &c. Et in cauſa Bracbar. iuriſpatron. de Paderuelo 1. Martij 1602. coram D. Sacrato fuit dictum, quod in patronatibus improbatis à Concilio non ſuffragatur quaſi poſſeſſio, nec habet locum cap. conſultationibus, vt alias tenuit Rot. in plurib. cauſis, & in Calagurritana iuris prouidendi 15. Maij 1609. coram D. Penna fuit reſolutum, Quod cum parochiani ſint de perſonis, in quibus cadit præſumptio vſurpationis, probare tenentur ius patr. iuxta requiſita Concil. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. aliter non poterūt mandatum ut manutenendo, cum decretum. Concil. habeat locum tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, vt ſæpe Congregat. Concilij reſpondit & cenſuit Rota in multis cauſis, & ſignanter in Rom. de Publicolis. 30. Ian. 1600. coram D. Corduba. Et 1. Iulij eiuſdem anni 1609. coram*

eodem

*eodem D. Penia Domini steterunt in decisis.*

140 Aduerte tamen quod d. decretum Concilij, † & declarationes S. Congregationis procedunt, quando est controuersia super libertate Beneficij. Secundo quando solum est controuersia inter præsentatos super pertinentia iuris patronatus, nam hoc casu nihil est innouatum per Concilium, vt in Tirasonen. iuris præsentandi, 16. Octobris 1592. coram D. Blanchetto infra adducta vltim. par. cap. 2. num. 241. vbi fuit dictum. Quod vt fuit resolutum in Rota in plurib⁹ causis decretum Concilij Trident. cap. 9. sess. 25. non habet locum, quando causa agitur inter præsentatos à patronis tantum, non existente in iudicio prouiso Apostolico, seu ab Ordinario. Et tradit Fluizanus decis. 17. nu. 16. & Marc. Anton. Genuen. sup. *decis. 61. seu 63. nu. 3. & c. 102. nu. 2.*

Et fuit etiam resolutum coram eodem Domino
141 Blanchetto, † in causa Pisana Capellaniæ 20. Maij 1594. vt in decis. sequenti, Domini dixerunt, sententiam de partibus in hac causa latam esse confirmandam, cum enim indubitatum sit, hanc Capellaniam esse de iure patronatus, & solũ controuertatur, pertinentia illius ad effectum, de quo agitur, attenditur solum quasi possessio, cap. consultationibus. de iure patron. in qua illos de totis fuisse constitutos appareret, ex præsentationibus factis anno 1571. & 1572. & 1576. de quarum effectu cõstat, quia per mortem prius præsentatorum, fuit deuentum ad successiuas præsentationes, iuxta consilium Oldradi 229. sæpius à Rota canonizatum. Huic quasi possessioni non obstant præsentationes Monialium S. Marthæ quia anno 1571. illarum præsentatio non fuit admissa, & à tali non admissione, ipsæ non appellarunt, aliæ fuerunt admissæ cum clausula, sine præiudicio partium, cum igitur ipsæ non sint in quasi possessione præsentandi considerabili, earum præsentatio nõ suffragatur. Non obstat, quod quasi possessio non debeat attendi post Concilium Trident, nisi fuerit adhibita causæ cognitio, iuxta decisionem S. Congregationis, quia decisio procedit, quando est controuersia super libertate Beneficij, secus quãdo agitur inter præsentatos super pertinentia iuris patronatus. Nam hoc casu Cõcilium nihil innouat. Non obstat gratia Apostolica Annibalis, quia habet clausulam, dummodo alteri non fit ius quæsitum, per quam ius præsentationis, competens Pamphilio est præseruatum, Rota decis. 17. de Præbend. in nouis. Aegid. 167. Cresceu. decis. 7. de iure patron. In hac causa 23. Ianuarij 1595. coram D. Millino, Domini steterunt in decisis.

142 Idem fuit resolutum in vna Pampilonen. † Vicariæ de Ataun 12. Maij 1595. coram D. Penia, in qua censuerunt Domini, Præsentatum à Philippo de Lezcano esse instituendum, & præferendum præsentato ab incolis, cum non agatur de canonizatione iuris patronatus, nec Ordinarius se opponat sed tantum agatur quis ex præsentatis veniat instituendus, & ad istum effectum satis sit istos de Lezcano, & eorum domum, & familiam, esse in quasi possessione præsentandi, quæ ex vnico etiam actu acquiritur, vt apparet ex præsentatione facta ab eius proauo, & alijs duabus ab eius auo, quæ effectum habuerunt; præferenda enim est præsentatio illius qui reperitur in quasi possessione, & status vltimus est attendendus, cap. consultationibus, de iure patronatus cum alijs, &c. Fuit etiam ibi dictum, quod in iure patronatus relicto familiæ, patronus, qui non est fundator non potest præiudicare successoribus, mutando, vel alterando ius patronatus, Ferrettus cons. 134. num. 12. Castrens. 44. num. 4. lib. 1. Molina de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 31. & sequenti. Lambert. lib. 1. 2. par. artic. 8. 2. quæst. num. 6. & ita fuisse decisum coram Rubeis 28. Maij 1563. & fuit etiam decisum in Aretina Capellaniæ 1. Iunij 1584. coram Bubalo, ex Anchar. num. 3. & Franco 4. in cap. 1. de iure patronatus in 6. & in eadem Pampilonen. idem fuit resolutum coram eodem tertia Iulij eiusdem anni 1595. *Et idem fuit resolutum in causa Baren. beneficiorũ 14. Maij 1604. coram Lancell. & 21. Februarij 1605. coram Attilino, & 1. Iulij 1605. coram Coccino, quasi possessionem præsentandi esse attendendam, non obstante decreto Concilij, quando constat beneficia esse iurispatronatus. Male autem dicitur in dicta decisione Lancellotti, Concilium etiam solum procedere in ijs, in quibus intrat præsumptio vsurpationis, & quoad alios reliquisce in dispositione iuris communis, vt sæpe inquit, decisum fuit, quoad apparet falsum, ex supra dictis; & id quod sæpe decisum fuit, est ad aliud propositum, nempe quoad probationem iurispatronatus, & modum illud probandi, de quo infra capite vltimo.*

*Idem in Bracharen. parochialis de Moreira 13. Iun. 1605. coram Ortembergo, quod quasi possessio præsentandi sufficit ad validitatem institutionis, d. cap. consultationibus, etiamsi non sit præsentatus à maiori parte, non dato cõcursu alterius præsentati. Rota etiam in Firmana altaris de Dorijs 15. Febr. 1610. coram D. Marcomontio infra relata. cap. vlt. num. 91.*

143 Et facit, quod docet Azeuedo in l. 1. titul. 6. † libro 1. recop. num. 4. quod d. decretum Concilij procedit, quoties præscribitur contra Ecclesiam liberã, patronum non habentem, vt patet, ex text. ibi, in seruitutem, quod à nonnullis imprudenter fit rediguntur, non vero loquitur, cum contra Ecclesiam non liberam, & contra patronum præscribitur patronatus. Nam tunc quanto tempore præscribatur, opiniones Doctorum manent in sua vi, de quo Couarru. in regula possessor. 2. parte. §. 10. num. 3. *Et confert decisio Rota in causa Viterbien. capell. 12. Iun. 1606. coram Mançanedo, quod consulendo, &c. Rub. præs. præfer.*

Pro complemento huius Capituli, aduertendum
144 est pertinentiam collationis † ad inferiorem Episcopo, ad quem de iure non spectat, probari per famam & communem reputationem, ita docet Rota decis. 3. de probatio. in nouis, Lapus allegatione. 89. nu. 8. Mille. in repet. verb. probatio. Decius in cap. 1. num. 39. de appellation. Hieron. Gabriel. consil. 193. libro 1. Mascard. de probation. conclus. 173. & 313. nu. 22. Flam. Paris. de resignatione benef. lib. 7. quæstione 23. à num. 42. qui dicit communem, & Rota decisione 803. num. 1. par. 1. diuersorum. Et satis est per literas, vel instrumenta, docere Beneficium consueuisse per talem conferri, & ad illum collationem, & institutionem solere pertinere. Rota decisione 7. num. 3. de probation. in nouis, & Mascard. d. conclus. 313. num. 23.

Quod primo intellige, quando super pertinentia
145 † collationis directe non agitur, nec pronuntiandũ existit, Aegid. decis. 569. Rota dict. decis. 803. nu. 2. & cum Ordinarius non est in causa, vel prouisus ab eo, sed alius habens à Papa, vel Legato, vel alinnde, Hieron. Gabr. sup. & Rota. d. decis. 803. num. 2.

Nam

Nam contra Ordinarium noluerunt Domini de
146 Rota, † quod ſufficeret in vna Parmen. parochialis de anno 1520. In qua agebatur inter prouiſum ab vno Canonico, qui contulerat ratione præbendæ, & prouiſum à Cardinali Farneſio Adminiſtratore Eccleſiæ Parmen. niſi fama eſſet iuncta alia ſpecie probationis, vt per Caſſad. deciſ. 1, de probatio. Et idem fuit tentum in vna Vlisbonen. Parochialis de anno 1554. coram D. Oradino, vt per Caputaquen. deciſ. 137. part. 1. Et in vna Tullen. Parochialis 22.
147 Iunij 1558. coram D. Quiroga, in qua fuit † reſolutum, Collationis pertinentiam ad inferiorem, probari per teſtes, deponentes de publica voce, & fama, cum agitur contra prouiſionem Legati, factam authoritate Apoſtolica, maxime ſi illic Legatus, qui contulit authoritate Apoſtolica, erat alias Ordinarius, & non contulit iure ordinario, & licet teſtes fuerint repetiti, parte non citata ad probandam famam, de mandato iudicis ſufficere, quia citatio non eſt neceſſaria, iuxta doctrinam Caſtren. in l. hæredis palam. §. ſi quid, num. 4. ff. de teſtam. & probari per vnum teſtem de fama, & alium, qui dicit, quod publice dicebatur quia idem eſt, vt per Chiſanen. deciſ. 30. *Et nouiſſime in vna Cæſarauguſtana canonic. 20. Decemb. 1602. coram D. Sacrato fuit tentum, collationis pertinentiam ad Camerarium Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ probari per teſtes de publica voce & fama quod genus probationis ſufficit, quando ordinarius non eſt in cauſa, etiam contra prouiſum Apoſtolicum, & fuiſſe dictum coram Pamphilo in cauſa Maioricenſ. Sacriſtiæ 26. Iun. eiuſdem anni, quæ eſt deciſ. 615. nouiſ. Farin.*

148 Et in vna Teruiſina plebis de Medulo † 10. Ianuarij 1594. coram D. Orano fuit reſolutum, Quod cũ de collationis pertinentia non agitur contra Ordinarium, ſed contra inferiorem, qui prætendit vnionem Beneficij, & cui ius commune reſiſtit, ſufficit probatio leuior, etiam per famam ex dictis.

149 Quamuis antea in eadem 16. Decem. † 1588. coram D. Bubalo eſſet reſolutum, Quod ad effectum infringendi vnionem, ob non expreſſionem iuris præſentandi, requiruntur probationes concludentes, ex Rota deciſ. pen. & ſi, de except. in nouis. *Vt in dec. 592. nouiſ. Farin.*

150 Secundò intellige collationis pertinentiam † ad inferiorem probari per famam, cum quaſi poſſeſſione conferendi, alias fama ſine quaſi poſſeſſione non ſuffragatur, Puteus deciſ. 140. in fi. lib. 1. ita fuit dictum in dicta Taruiſina 16. Decemb. 1588. *Et in Tudertina prioratus 17. Nouemb. 1589. coram D. Orano fuit reſolutum. Dictum prioratum ſpectare ad collationem Abbatis Saxiuini, & non ad collationem Epiſcopi Tudertini: nam cum in antiquiſſimis ſcripturis enuncietur prioratum ad dictum Abbatem Saxiuini pertinere, per eas iuncta quaſi poſſeſſione probatur pertinentia collationis, cum vim habeãt probationis famæ, gloſ. in cap. cum olim, vbi Anton. num. 28. de cenſib. Aymon de antiquit. p. 1. §. ampliatur. num. 14. Caſſad. deciſ. 1. & 2. de probat. &c. Et quod cum habeatur antiqua quaſi poſſeſſio Abbatis præſumitur illa continuata, donec de contrario doceatur, l. ſiue poſſidetis, C. de probation. cum vulg.*

*Et in Placentina capellania 22. Iun. 1605. coram Tenia fuit reſolutum, quod licèt ſola publica vox & fama non ſufficit ad probandam pertinentiam collationis ad inferiorem, quando Epiſcopus, vel ab eo prouiſus eſt in cauſa, bene tamen eam probat, quando eſt adminiculata, Rot. 1. de probat. in nouiſſimis Caſſad. 1. eodem, &c.*

151 Sed hæc declaratio videtur accipienda, † cum agitur contra Ordinarium, vel prouiſum ab eo, tunc enim ita demum per famam probabitur pertinentia collationis ad inferiorem, ſi concurrat longiſſima poſſeſſio conferendi, & agatur de iure conferendi antiquo, iuxta dicenda de iure patronatus infra cap. vlt. à num. 83.

Alias enim ſi non ageretur contra Ordinarium,
152 † vel prouiſum ab eo, videtur ſufficere fama publica, & communis reputatio ex dictis; niſi ex aduerſo conſtaret de ſtatu, & poſſeſſione contraria, quo etiã modo poteſt accipi iſta reg. declaratio.

153 Et in dict. Taruiſina 18. Iunij † 1589. fuit etiam decisum. Ius conferendi probari ex ſtatuto, ſeu diſpoſitione continente conceſſionem Epiſcopi, & cõfirmato cum cauſæ cognitione à Cardinali authoritate Apoſtolica. Ius enim conferendi, ex cõceſſione Epiſcopi poteſt competere, gloſſa, & Doctores in c. Paſtoralis de donatio.

154 Etiamſi non conſtet † de quaſi poſſeſſione conferendi, & ſic de vſu ſtatuti, vt in eadem cauſa die 15. Ian. 1590. Immo eius obſeruantia, ex ipſius publicatione præſumitur inducta, Decius conſ. 534. vt in eadem cauſa d. die 10. Ianuarij 1594.

## De ſequeſtro. Cap. VI.

### SVMMARIA.

*SEqueſter Beneficia confert, & præſentat, ſine ius patronatus ſequeſtretur de per ſe, ſine vniuerſitas, in qua eſt. Liceo ſecus ſit in depoſitario, num. 1. & 2. Quamuis contrarium alij teneant, num. 3. & alij voluntarium ſequeſtrum à neceſſario diſtinguant, nu. 4. & contra Zecchum num. 5.*

*Reſpondetur rationi contrariæ ſententiæ, ex cap. cum Berthol. de re iudic. quod creditor pignoris, ideo non præſentat, quia adeſt perſona legitima, quæ præſentet, nẽpe Dominus, quod non procedit in ſequeſtro, &c. & in cap. ex literis, de iure patronatus, ideo præſentat cõductor, non Dominus qui erat conductor ad longum tempus, ſeu emphiteota, qui habet vtile dominium, a num. 6.*

*In conductorem ad modicum, non longum tempus, non tranſit ius patronatus, ſeu præſentandi, etiam cum vniuerſitate bonorum, etiamſi aliter conuenium ſit, num. 10. & 11. Vnde colligitur, quod Rebuffus tenere videtur, quod in conductorem fructuum Epiſcopatus, tranſit etiam ius conferendi, ſi ſpecialiter ſit ei conceſſum, licet non alias, num. 12.*

*Quod dictum eſt ſequeſtrem poſſe conferre, intelligi debet data capacitate perſonæ ſequeſtri, quia clericus eſt, ſecus ſi laicus, num. 13. & idem in præſcutatione, quando ius patronatus pertinet ad Eccleſiam, ſeu Beneficium ſequeſtratum, ſecus alias, nu. 14. & 15. & quando laicus deputaretur ſequeſter Prælaturæ, ſeu Beneficij, ſolum cenſeretur deputatus ad tẽporalia, num. 16.*

*De materia ſequeſtri remiſſiue, nu. 17. & quod ſequeſter volontarius poſſideat, neceſſarius vero non, eſſe communem ſententiam, licet alii aliter teneant, nu. 18. & 19.*

*Si ſequeſtratio Eccleſiæ de qua cõtenditur, non ſit facta, & pẽdente lite vacatio acciderit Beneficii pertinẽtis ad collationem, vel præſentationem eius Eccleſiæ, quis habeat tunc conferre, vel præſentare, à nu. 20. Reſolnitur quod ſi lis mota eſt ſuper poſſeſſione, ita quod pendet quando quis poſſideat, nullius eorum poterit conferre, vel præſentare; ſi vero*

*ſolum*

*solum moueatur, quod super proprietate, similiter nullus potest conferre, vel præsentare, nisi ante litem motam sit in possessione, & quoad hoc idem est, motam esse litem super Castro, villa, seu Ecclesia, ac motam esse principaliter super iure præsentandi, vel conferendi contra Lancellottum.*

*In secundo casu, quando mouetur, quando super proprietate (licet præsentatio possessoris debeat admitti) præsentatus non debet institui, sed differri in euentum causæ, nu. 25. & licet lis non finiatur infra tempus datum ad præsentandum, non poterit tunc Episcopus libere prouidere, nu. 26.*

*Decisione cap. quoniam, cum alijs de iure patronatus, quod si quando super iure patronatus infra tempus præsentandi non terminatur, libere potest Episcopus prouidere, procedit, quãdo propter litis pendentiam, inter patronos, nullus potest valide præsentare, secus quando datur præsentatio valida, vt in d. casu, nu. 27. Et ideo, quando lis est inter præsentatos in tempore, non currit tempus, vt possit esse locus deuolutioni, numero 28. etiamsi lis sit ex vi iuris patronatus contra Lambertum, & Rotam, cuius decisio ponitur num. 29. & sequentij.*

*In casu collationis, post litem super proprietate motam facta à possessore, non videtur prouisus remouendus, etiam si postea collator succumbat in proprietate num. 31. sed & probabilius videtur, & praxi conformius, quod pendente lite super proprietate potest etiam fieri præsentatio, & institutio ẽt Innocent. & alijs, nu. 32. & videtur tenere Cong. Concilij in declaratione adducta, nu. 33.*

1 SEquester etiam Beneficia† confert, & præsentat, est enim administrator rei sequestratæ, eiusque fructus colligit, quibus collatio, & præsentatio, vt supradictum est annumeratur, vt post Innoc. docet Ioann. Andr. & Imola num. 7. & Barbatia 68. in ca. examinata. de iudicijs. Rota. decis. 5. de electione in antiqu. Paulus & Cardin. nu. 9. & Bonifacius 69. in Cleri. 1. de sequestr. possess. Felin. in cap. cum Bertholdus de re iudic. numer. 29. & 30. qui dicit, ita de consensu aliorum Dominorum Rotæ pronuntiasse, Cosmas in pragmatica sanctio. titul. de collatio. §. item voluit, verb. Vicario. Rochus de iur. patron. verfic. ipse vel is, quæst. 32. nu. 71. Lamb. dicens magis communem. 2. p. 1. lib. quæst. 9. art. 1. Gambart. dicens etiam magis communem, de offic. Legati lib. 4. Rubr. de potestat. Legati in commendando Beneficia à nu. 288. Gigas de pensio q. 72. nu. 3, Coras. de benef. 2. par. cap. 6. & Duarenus lib. 3. cap. 10. Octa. Vestius in praxi lib. 7. cap. 2. nume. 3. Didacus Perez, in lib. 1. titul. 10. libr. 3. Ordinam. Doctor Sahahun. in cap. fi. de sequestratione poss. numer. 64. qui ait ita praxi frequentissime recipi, & plures vidisse, & agnoscere Beneficiarios à sequestre præsentatos, & nouissime Io. Guttierrez de tutelis 3. p. cap. 7. nu. 16. & 18.

Dicens magis communem, & procedere siue ius
2 Patronatus † sequestretur de per se, siue vniuersitas, in qua est ius patronatus, cum Lambert. supra cum quo etiam art. 4. seq. inquit, nu. 7. secus esse in depositario, non sequestro iuris patronatus, de per se, vel cum Vniuersitate, qui non præsentauit, & post hæc Gonçalez glo. 23. num. 17. *Açor instit. moral. 2. part. libro 6. capite 25. quæst. 17. & Genuens. in praxi cap. 102. num. 5.*

Quamuis contrarium teneant Hostien. Butrius,
3 †& Abb. nu. 15. & Henric. in d. c. examinata, & Vacca, de decimis tutori præstanda, ca. 20. nu. 17. & magis communem dixerit Renatus Copinus de Domanio Franciæ, lib. 3. tit. 9. num. 8. *Et magis veram & receptam Zauallos q. 740.*

4 Et quamuis voluntarium † sequestrum à necessario, vt ille conferat, præsentet, & eligat cum possideat, hic vero non, distinguunt, Selua de benefic. 2. parte cap. 9. Rebuffus de nominatio. quæstione 14. numero 127. & 128. alias 76. Probus ad Monachum in cap. nullus. de temporibus Ordination. in sexto numero 5. & P. Gregorius de Beneficijs cap. 38. nu. 18.

5 Et quamuis Zecchus de benef. & pensio. † Eccles. c. 2. vers. sequester, etiam dicat sequestrum posse conferre dummodo periculum sit in mora, quia labatur tempus datum collatori,

6 Nec obstat † ratio contrariæ sententiæ, quod sequester fructus colligat nomine alieno, & sic nõ possit præsentare, seu conferre, sicut creditor pignoris capit. cum Bertholdus. de re iudicata, cum non cadat restitutioni fructu præsentationis. seu collationis, iam factæ, &c. Nam respondetur, quod id non procedit ĩ sequestro, qui administrat & exercet omnia iura rei sequestratæ, nec potest tunc Dominus præsentare, vel cõferre; creditor veto pignoris ideo nõ præsentat, quia adest persona legitima, quæ præsentet, nempe verus Dominus, ita Dd. citati maxime Barba. Felin. Lambertus, Coras. Duaren. Didac. Perez & Io. Guttierrez.

Et quod præsentare non possit, qui possidet iure
7 † pignoris d. cap. cum Bertholdus. fuit resolutum in vna Legionen. parochialis de Villalobos 29. Ianua. 1596. coram Domino Litta, *& fuit dictum in Alexanen. beneficij 29. Martij 1591. coram D. Mant. infra relata cap. 9. num. 21. & nouiss. docet idem Mant. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 12. tit. 30. num. 21. 26. & 27.* & vide dicta c. præced. à num. 10. Nec valet lex 9. titu. 15. part. 1. quæ contrarium vult. *vbi Gregor. verb. empemando, ait, quod cum contra sit communis canonistarum intellectus, & habeat rationem ita vrgentem in practica, non reciperetur forsitan, quod in ista lege deciditur, & cum ea transit Cenallos dicta quæst. 740. nu. 1.*

Quamuis doctor Sagahun. in d. cap. fin, num. 62.
8 reijciat hunc intellectum, dicens † cum inconsideratum ex c. ex literis de iure patron. vbi erat verus dominus, qui præsentare posset, & nihilominus conductor præsentat, & in præsentatione vero Domino non præfertur.

Sed facilis est responsio ad dict. cap. ex literis, ibi,
9 enim ideo † præsentat conductor. quia erat cõductor ad longum tempus, seu potius emphyteuta, qui habet vtile Dominium, & sic ad eum transit ius patronatus, cum vniuersitate bonorum, vt Dd. ibi communiter intelligunt, post alios Lambert. 2. p. lib. 1. quæst. 8. articul. 2. & ipsemet D. Sahagun. ibi num. 58. & 61. *Et Robadil. in l. diuor. §. si vir. ff. solut. matrimon. nnn. 58.*

10 Vnde in cõductorem † ad modicum non longum tempus non transit ius patronatus, seu præsentandi, etiam cum Vniuersitate bonorum, vt contra Cardin. Abb. in dict. cap. ex literis. docent Paul. de Castro consi. 57. Felin. in dict. cap. cum Bertholdus, num. 39. Pauin. de offic. & potestat. Capituli sede vacante. 5. quæst. 2. part. sub nume. 9. Selua part. 2. quæst. 10. Rochus verb. ipse vel is, quæst. 26. numer. 57. & 58. Paul. de citadinis. 9 part. quæst. 4.

Lambert.

Lambert.d.articul.2. Rebuffus.de nominatio. q.14. nu.122.alias 72. & quæſt.17.nu.53. & 56. alias 21. & 23. Duaren.lib.3.cap.8.Greg.Lopez in l.9.tit.15. part.1. Baeça de decima tutori præſtand.cap.23.nu. 32.Salcedo,ad Bernard.Diaz regula 401.2.ampliatione. Gratian.regul.341.num.8.Eſpino.de teſtam. gl.4.nu.119. Carotius de locato 5.p.Rubrica de iure patronatus.Ioannes Guttierez de tutelis 3.p.cap. 29.nu.16.& Zecchus de benefic.& penſion.cap.12. num.12. *Barboſa ſupra, Aſor d.lib.6.c.10.quæſt.11. & c.25.q.18. Genuenſ.in praxi c.102.nu.5. & Mantica de tacitis & ambiguit.conuent.lib.5.tit.3.nu.20.*

Ex quibus id procedit,etiamſi aliter inter conduc-
11 torem, † & Dominum caurum, ſeu conuentum ſit, quicquid dicat Zerola in praxi Epiſcopali 1.p.verb. ius patronatus. §.8.dub.18. & conducit deciſ.Rotæ 709.p.1.diuerſor. *Nu.11. Et deciſione* 1807. *&* 1839. *lib.3.p.3. & facit decretum Concil.Trident.ſeſſ.25.de reform.cap.11.verſic.non liceat.*

12 Vnde conuincitur † quod Rebuff.d.q.14.nu.120. 121.& 122.alias 72. tenere videtur,quod in conductorem fructuum Epiſcopatus,tranſit,etiam ius cõferendi ſi ſpecialiter ſit ei conceſſum, licet non alias. Sed re vera ius conferendi non poteſt concedi per viam contractus locationis, & alias conceſſio eſſet Simoniaca, & nulla, etiamſi ob illud fructus pluris non locarentur.

Id autem quod dictum eſt ſequeſtrem poſſe conferre,intelligi debet data capacitate perſonæ ſeque-
13 ſtri,† quia clericus eſt,ſecus ſi laicus. Nam laici ſpiritualia tractare omnino prohibentur, cap.2. de iudicijs & cap.cauſam quæ. de præſcription.cum alijs, Ita Probus in dict.cap.nullus numero 5. Coraſ.dict. cap.6. ad fin.& Zecchus dict.cap.2. verſic.ſequeſter etiam. *Et Aſor d.lib.6.cap.25.quæſt.17.*

14 Et idem in præſentatione, † ait Probus ibi, vt ſequeſter laicus præſentare non poſſit.

15 Quod accipiendum † videtur,quando ius preſentandi pertinet ad Eccleſiam, Prælaturam, Dignitatem,ſeu Beneficium ſequeſtrata,& ita loquitur Probus ibi, ſecus quando ad Caſtrum, ſeu Villam, vel alia bona temporalia ſequeſtrata, ſeu quãdo ius patronatus laicale, ſequeſtraretur de per ſe, tunc enim poſſet laicus ſequeſter præſentare, ex quo ipſum ius patronatus eſt laicale.

Et quando laicus deputaretur ſequeſter alicuius
16 Prælaturæ † Dignitatis, ſeu Beneficij, ſolum cenſeretur deputatus ad temporalia,&c.

Et de materia ſequeſtri vltra DD. in d.cap.exa-
17 minata, † & in l.intereſſe puto.ff.de acquirẽda poſſeſſione, & in titulo de ſequeſtr.poſſeſſ. vbi latiſſime D.Sahagun,& in Clement.1.eodem tit.videndi ſunt Iacobus de Arena, Franc.Curtius, & Angel. Peruſ. in tract.de ſequeſtrat.& ſequeſtris,qui habentur inter tract. aſſecurationis, & de pignor. & nouiſſime Carroccius de ſequeſtro.

18 Et quod ſequeſter † voluntarius poſſideat.l.licet. §.rei depoſitæ.1.ff.depoſiti,neceſſarius vero, id eſt, iudicis authoritate datus non poſſideat.d.l.intereſſe puto. quoniam ſequeſtrum neceſſarium poſſeſſione non priuat, eſt communis ſententia, quam tenent Bart. & alij in d.l.intereſſe puto,& ibi Cumanus dicit communem Cardin. num.25,& Imola 6.in dict. Clementina.1. Abb.num.13.& Felyn.14.in dict.capit.examinata, Curtius d.tract.de ſequeſtris,quæſt. 20.num.71.Guido Papa deciſ.246.num.6.& ibi additio Grammatic, deciſ. Neapolitana.51. numer.2. Caſſadorus deciſ.14.ſuper reg.num.12. Mohed.deciſ.14.de reſtitut.ſpoliat.Sarnen.in regula de Annali. quæſt.46.& Mandoſ.eadem regula 34. quæſt.43. num.5.& 6. & Tiraquellus de iure conſtituti limitatione 17. nu.6. Gregorius Lopez in l.1. tit.9. par.3. verb.por auenentia, Coraſ.d.cap.6.& lib.3.Miſcell. cap.2. Menochius de retinenda remedio 3. num.86. Granatius ad Veſtrium d.lib.7.cap.2.num.17.Rota deciſ.46.part.1.diuerſorum & 273.num.1.par.2. & dicit communem Doctor Sahagun in capit.1. de ſe-
19 queſt.poſſeſſ.num.9,licèt † ipſe à num.8. varias ſententias in hoc referat. Et tandem teneat ex ſequeſtrat.recte facta, ipſius actus natura, ſemper poſſeſſionem in ſequeſtrem tranſire,vt collat.adminiſtret. & ſeruet,quod etiam tenet Lambert.dict.art.3.& 4. *Et nouiſſ.Gratian.diſcept.forenſ.c.114.à num.12.*

20 Sed ſi ſequeſtratio † Eccleſiæ de qua contenditur non ſit facta, & pendente lite, vacatio acciderit Beneficij pertinentis ad collationem, vel præſentationem eius Eccleſiæ,dubium eſt,quis habeat tunc conferre, vel præſentare.

21 In quo P. Gregor. dict.cap.38. num.19. inquit † vtrumque litigantium conferre poſſe, illum autem ius habiturum, cui collatum eſt ab eo, qui in lite vicerit, niſi alter litigantium probaret ſe habuiſſe poſſeſſionem conferendi, & in poſſeſſione contuliſſet ante litem ex d.cap. ex literis, & cap.conſultationibus, de iure patronatus, & capit.penultim.de cauſa poſſeſſion.

Verius tamen dicendum eſt, quod aut lis mota
22 † eſt ſuper poſſeſſione, ita quod pẽdet quæſtio,quis poſſideat,& tunc nullus eorum potent conferre,vel præſentare, cap.2. de in integrum reſtitutione: aut vero ſolum mouetur quæſtio ſuper proprietate, & tunc ſimiliter nullus poteſt conferre, vel preſentare, niſi ante litem motam,quis ſit in poſſeſſione; poſſeſſor enim poterit conferre, vel præſentare, quia exiſtens in poſſeſſione rei,lite pendente poteſt colligere fructus illius,cum non debeat quis commodo ſuæ poſſeſſionis lite pendente priuari.cap.1.vt lite pendente. Lancellottus de attentatis. 2.p.cap.4.declaratione 4.Et continuans poſſeſſionem non attentat. Lancellot.dict.cap.4.limitatione 1. Rota deciſ.785. num.3.p.1. *Vgolinus de officio Epiſcop.c.51.§.1.num.4. & 5. & Rot.in Brachar.mon.de Iuncas 4.Martij* 1598. *coram D. Lancellotto relata cap.præced. num.94.* Et deciſ.17.ad fin.2.par.diuerſorum. ita poſt Anton. Abbas in d.cap. ex literis à num.7. Rochus, verb.competens, quæſt.23. à num.52. Lancellott. dict.cap.4. in præfatione à num.541. ad 555. & num.593. & Greg. Lopez in l.9.tit.15.par.1. de quo Lambert. 1. p.2.lib.q.3.art.4.

Quamuis in caſu de quo agimus ſcilicet, quando
23 lis non eſſet † principaliter ſuper iure conferẽdi ſeu præſentandi, ſed acceſſorie, & in conſequentiam introducta, nempe ſuper re,cui competit, & cui quodammodo eſt annexum ius conferendi, ſeu præſentandi, puta quando aliquod Caſtrum, vel Villa, haberet ius preſentandi,aut aliqua Eccleſia,ſeu Dignitas ius conferendi, ſeu præſentandi, ſuper quo Caſtro, Villa, aut Eccleſia, ſeu Dignitate lis mota eſſet, Lancellottus,ibi numero 544.& 545. cum Rota deciſion.1. de iure patronat. in nouis, & Aegidio

deci-

deciſione. 700. ſeu 701. abſolute teneat per dictam litem non impediri præſentationem, aut collationem.

At ego idem eſſe exiſtimo quoad hoc, motam eſſe
24 litem ſuper Caſtro,† ſeu Villa, aut Eccleſia, ſeu Dignitate, cui competit, ſeu eſt annexum ius præſentandi, vel conferendi, ac motam eſſe principaliter ſuper iure præſentandi, vel conferendi. Nam litigioſo facto principali, etiam acceſſorium, & cõſecutiuum eſt litigioſum, ex regula acceſſorium, lib. 6. Rota deciſ. 6. p. 2. dinerſorum, nu. 7. & 8. in vna Calagurritana Beneficij de Arriola. 14. Maij. & 19. Nou. 1593. coram D. Gipſio.

Tamen in dicto ſecundo caſu nempe quando mo
25 uetur † quæſtio ſuper proprietate, licet præſentatio poſſeſſoris debeat admitti, præſentatus non debet inſtitui, ſed debet ipſa inſtitutio differri in euentum cauſæ, quia poſſeſſor ſi ſuccumbat, tenetur reſtituere omnes fructus quos percepit à die motæ litis, ſeu poſt litem conteſtatam. l. certum C. de rei vendicatione. l. 2. C. de fructibus, & litium expenſis. Bart. in l. ex diuerſo. num. 9. ff. de rei vendicatione, & notatur in cap. grauis. de reſtitutione ſpoliat. & ſi inſtitueretur præſentatus lite pendente, non poſſet illum fructum reſtituere, quia legitime inſtitutus, remoueri non debet. Ita cum Butrio Abbas, & Rochus ſupra, & videtur tenere Zerola in praxi Epiſcopali, dict. prima parte verbo ius patronatus §. octauo, 16. dubio. *Et ſequitur Azor d. lib. 6. c. 21. q. 18. & Vgolinus dicto cap. 51. §. 1. num. 5.*

26 Et quod inſtitutio præſentati à poſſeſſore † differenda ſit in euentum cauſæ, procedit ſane ſecundum ipſos, ita ſentientes, etiamſi lis non finiatur infra tempus datum ad præſentandum, nec tunc poterit Epiſcopus libere prouidere quicquid dicat, Lambert. dict. quæſtione 3. articulo 4. numer. 3. & ad fin.

27 Nec obſtat † textus, in cap. quoniam in fin. & in cap. ſi vero, & in c. eam. te, & c. cum propter. de iure patron. vbi habetur, quod ſi quæſtio ſuper iure patronatus infra tempus præſentandi non terminatur, libere poteſt Epiſcopus prouidere, id enim procedit, quando propter litis pendentiam inter patronos, nullus poteſt valide præſentare, ſecus vero, quando infra tempus datum ad præſentandum, datur præſentatio valida, vt in dicto caſu quando lis mota eſt ſuper proprietate tantum, & antea aliquis erat in poſſeſſione, tunc enim licet lis non finiatur infra tempus datum ad præſentandum, non debet auferri præſentato ius, illi ad Beneficium quæſitum.

Et ideo, quando eſt lis inter perſonas præſentatas
28 in tempore, † non currit quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre, vt poſſit eſſe locus deuolutioni, Lapus allegatione, 78. ad ſecundam quæſtionem vbi Mandoſ. litera X. inquit, quod cum Lapus non habeat contradictorẽ, & ſit maximæ authoritatis, ab hac eius opinione recedi non debet, &c. *Rota in Bracharenſ. benef. 3. Martij 1603. coram D. Ludouiſio, vbi quod quando eſt lis non ſolum inter patronos, ſed etiam inter præſentatos, non eſt locus deuolutioni, nec intrat diſpoſitio, cap. quoniam. de iure patron. &c.*

29 Quod procedit, etiamſi lis, † ſit ex vi iuris patronatus, ſeu præſentandi. Nam non debet auferri ius quæſitum præſentato, ſi forte eum præſentans habet ius præſentandi, nec eſt ſtatutum tempus, ad inſtituendum, ſed ad præſentationem faciendam, quæ ſupponitur in tempore facta, & ita ſeruatur.

Quidquid dicat Lambert. 2. p. 2. lib. quæſt. 1. art.
30 9. 8. caſu num. 17. & Rota in vna † Dertonen. iuris patronatus 8. Febr. 1599. & 10. Ian. & 19. Febr. 1600 coram D. Penna, vt in ſequenti deciſ. 19. Februarij 1601. *Quæ deciſio eſt in nouiſſimis Farinacij 586.*

31 Vtraque parte informante dubitaui, an eſſet, vel non eſſet recedendum, à deciſis in hac cauſa ſub die 8. Februar. 1599. & ſub die 10. Ian. 1600. & Rota in deciſ. perſiſtendum cenſuit per doctrinam Pauli de Leazaris, quem refert, & ſequitur Zabarella in Clementina plures. §. quibus num. 1. quæſt. 1. de iure patron. & Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 2. quæſt. 1. art. 9. vbi late iſti Doctores & alij diſcutiendo hãc materiam diſtinxerunt plures caſus, ex quibus Rota aliquot ad hanc cauſam pertinentes pro intelligentia veritatis, & deciſione dubij propoſiti conſiderauit. Primus eſt, quando non conſtat de iure patronatus, nec præſentandos eſſe patronos, quo caſu non obſtante contradictione prætenſorum patronorum, Epiſcopus poterit Eccleſiam ordinare, quod maxime procedit, ſi in præcedentibus vacationibus Epiſcopus prouidit de tali Beneficio, tanquam de libero. Nam tunc eo iterum vacante, nullo, nec ſine litis nec ſemeſtri, vel quadrimeſtri expectato, debet Epiſcopus procedere ad illius collationem. Pau. de Leazaris, & Zabarella in d. Clementina plures. §. quibus quæſt. 1. num. 1. verſ. ſecundo caſu. Lambert. d. art. 9. numer. 11. verſ. Tertius eſt caſus, vbi allegat Anchar. Imolam, & alios idem tenentes. Sed iſte non erat caſus noſter. In quo ius patronatus præſupponebatur. Alter caſus eſt quando dubitatur an Beneficium ſit de iure patronatus, quo caſu Zabarella præcitato loco, vtique tertio caſu dicebat, quod quando patroni litigant de iure patronatus, vel de poſſeſſione iuris patronatus Epiſcopus debet expectare laicos per quatuor menſes, & clericos, etiamſi litigent cum laicis, per ſex menſes, intra quos debet cauſa finiri, alias eis elapſis Epiſcopus ordinabit Eccleſiã ſine præiudicio euincentis. c. ſi vero c. Cum propter. & c. quoniam, in fi. de iure patr. additque ibidem Zabarella hunc eſſe caſum ſpecialem, in quo contra impeditum currit tempus. Tertius caſus eſt quando patroni litigant de præſentatione, ex vi iuris præſentandi, & tunc idem dicendum eſt, quia expectari debent vſque ad quatuor vel ſex menſes. Quartus caſus eſt quando patroni litigant ratione prærogatiuæ, ſiue ratione formæ præſentationis, & tunc ob lapſum temporis non paratur eis præiudicium, quia non eſt, quod imputetur eis c. cum Bertholdus, de re iudicata, quia ſi aliter diceretur, pararetur via fraudibus, quod eſſe non debet, cum enim hoc tempus ſtatuatur ad præſentandum, non autem ad inſtituendum, vltimo die termini fieri poteſt. Zabarella præcitato loco, quem cæteri communiter ſequuntur. Quintus caſus eſt quando, vel conſtat de iure patronatus, vel illud præſupponitur, vt in caſu propoſito, in quo non reuocabatur in dubiũ, & tũc lite pendente ſuper præſentatione facta ante lapſum tempus ſemeſtre, ſi præſentantes ſint clerici, vel quadrimeſtre, ſi ſint laici, nõ debet Epiſcopus ordinare, aut alteri conferre Beneficium, ſed ſtare debet maiori parti, & vti ex ipſis conſiderando merita præſentatorum,

tatorum, quia non eſt lis inter patronos, ex vi iuris patronatus, cum omnes fateantur præſentantes eſſe patronos ſed lis eſt inter ipſos ſuper forma præſentationis, & tunc non eſt locus deuolutioni, ita Zabarella loco citato, Lambert. ſup. num. 29. verſic. ſeptimus eſt caſus. Denique ſextus caſus conſiderabatur quãdo eſt lis inter præſentatos in tempore, prętendentes ſolam pręſentationem de vno quoque factam eſſe attendendam, & iſto caſu non erat locus deuolutioni, ob lapſum tempus ad præſentandum, quia diſpoſitio text. in c. quoniam de patron. inducens deuolutionem, quando eſt lis inter patronos tãquam rigoroſu, & exorbitans, nõ extenditur ad litem inter præſentatos, Imol. in c. cum vos de officio ordin. num. 7. verſ. nec obſtat vbi Io. Andr. num. 2. verſ. vnde iura. Ant. de Butrio num. 7. verſ. vnde iura ergo. Rochus verb. honorificum. q. 24. num. 54. Lapus allegat. 78. nu. 15. verſic. non obſtat, & nu. 16. verſ. item non debet. Multa ex prædictis ſuadebant ſtãdum in deciſis. Nam in præſenti, nec ius patronatus, nec quaſi poſſeſſio iuris præſentandi reuocabatur in dubium, & propterea non eſſet locus deuolutioni, & præſertim, quia inſtructam iam cauſam renuit Ordinarius expedire, vt deuolutioni fieret locus, ad Zabarell. & alios in contrarium allegatos in c. cum vos. de offic. Ordin. placuerunt reſponſiones datæ in deciſione in hac cauſa facta die 10. Ian. 1600. vbi per ſimilem diſtinctionem caſuum fuit difficultas ſublata.

31 In caſu vero collationis † poſt litẽ ſuper proprietate motam, factæ ab eo, qui antea erit in quaſi poſſeſſione conferendi bona fide, non videtur prouiſus remouendus, etiamſi poſtea collator ſuccumbat in proprietate, cum per talem collationem acceptatã, prouiſus acquirat ius in re in Beneficio capit. ſi tibi abſenti, & capit. penultim. de Præbend. in 6. iuncta l. qui ſcit. §. fin. ff. de vſuris, & gloſſa penultim. in d. l. 2. C. de fructibus & litium expenſis, & ibi Bartol. num. 5. & in dict. l. & ex diuerſo, numero 9. vbi habetur, quod bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos etiam poſt litem conteſtatam, quamuis eos ſit reſtituturus ſi ſuccumbat, & fuit dictum in Salamantina fructuum de anno 1591. coram Domino Pamphilio infra adducta 11. part. cap. vltimo 8. dub. numero 243. Nam fructus collationis legitime factæ, reſtitui non poteſt ex dictis, & conſequenter iſte prouiſus poterit ſtatim capere poſſeſſionem Beneficij, quæ eſt ſequela collationis, ad Lancellortum ſupra num. 624.

Sed & Innocentius in dict. cap. conſultationibus,
32 † in princip. Cardinal. in dict. capit. ex literis, quæſtione vltima. & Bald. in l. 2. Cod. de ſequit. & aqua num. 81. tenent, quod pendente lite ſuper proprietate, poteſt etiã fieri præſentatio, & inſtitutio, quod etiam videtur tenere Lancellottus ſupra num. 622, 623. & 624. & Menoch. conſ. 90. in fin. lib. 1. & Gratian. diſcept. forenſ. c. 113. num. 34. & videtur probabilius, & praxi conformius. Nam cum præſentatio ſit facta legitime, attẽto præſenti ſtatu à poſſeſſore bonæ fidei, qui facit fructus ſuos, debet ſequi inſtitutio, nec eſt habendum in conſideratione, quod non poſſet illum fructum reſtituere ſi condemnaretur, & illa dilatio inſtitutionis, vergeret in magnum damnum Eccleſiæ, & hanc ſententiam approbat dict. lex parte nona titul. 15. part. 1. & ibi, Gregorius Lopez gloſſa vltima.

33 Et videtur tenere Congregatio Concilij † ve ſequenti declaratione. Congregatio cenſuit, debere Epiſcopum admittere examen eius, qui eſt præſentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram eodem Epiſcopo, facta tamen per Epiſcopum proteſtatione de iuribus ſuis, & ſine eorum præiudicio, vel committere alteri Epiſcopo vicinori.

## *De Capitulo ſede vacante. Cap. VII.*

### SVMMARIA.

*DE Capitulo ſede vacante an poſſit Beneficia conferre & in eorum collatione ſuccedat, num. 1.*

*Quamuis aliqui dicant Capitulum ſede vacante ſolum ſuccedere in his quæ ſunt iuſtitiæ, & neceſſitatis, &c. & alij dicãt ſuccedere quoad ea tantum, quæ in iure reperiuntur expreſſa, & non in aliis, tamen verius eſt, regulam eſſe quod Capitulum ſede vacante fungitur vice Epiſcopi, & ſuccedit in omnibus quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, exceptis caſibus in iure expreſſis, à num. 2.*

*De officio & poteſtate Capitul. ſede vacante qui ſint videndi, num. 5.*

*Pro iuriſdictione exercenda bodie ex Concilio Triden. tenetur Capitulum ſede vacante creare Vicarium infra octo dies qui ſaltem in iure Canonico ſit Doctor, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus, alias ad Metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluitur. nu. 6.*

*Capitulum quod infra octo dies Vicarium non conſtituit, poteſt re integra moram purgare, num. 7.*

*An Epiſcopus teneatur, etiam & cogi poſſit conſtituere Vicarium remiſſiue, nnm. 8.*

*Vicarius Capituli ſede vacante debet eſſe Doctor, vel Licentiatus, alias deputatio eſt nulla, & deuoluitur ad Metropolitanum, nu. 9. & cenſuit Sacra Congreg. Concilij in declarationibus adductis, num. 10 & 11. quod male ſeruatur in Eccleſijs huius Regni, num. 14.*

*Eligendi ſunt Doctores, vel Licentiati, in Vicarios Capituli ſede vacante, ſi in Capitulo adſint, alias ſufficit, quod vnus eligatur, qui ſit quantum fieri poterit idoneus. ſi tamen adeſſet aliquis iuris Canonici peritus & idoneus licet non graduatus, deberet eligi, &c. nu. 12. & 13.*

*Non poteſt fieri (quod in quadam Eccleſia huius Regni fieri dicitur) nempe per ſingulos duos menſes eligere duos Vicarios de Capitulo, vnum graduatum qui exercet officium, & alium non graduatum, qui non exercet, accipit tamen medietatem emolumentorũ officij, id enim eſt Simoniacum & contra titulum. Ne Prælati vices ſuas, nu. 15. ſicut etiam eſt Simoniacum & contra dict. titulum conuenire Canonicos, quod quicunque eorum eligatur in Vicarium, teneatur diuidere cum alijs ſalarium & emolumenta officij, &c. vnde prædictæ electiones tanquam Simoniacæ ſunt nulla, &c. nu. 16.*

*Vicarius Epiſcopi non debet neceſſario eſſe Doctor, vel graduatus, licet Epiſcopus teneatur idoneum & literatum Vicarium conſtituere. Et graviter peccant Epiſcopi, qui aliquando conſtituunt Vicarios Theologos, ſeu alias ad officium inceptos; teneunturque ad reſtitutionem damnorum, & propinarum, &c. & ipſi etiam qui acceptant officium ad quod ſunt inepti, à num. 17.*

*Nec etiam Vicarius Capituli Eccleſiæ Collegiatæ ſede vacante Prælati, qui ordinariam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habet, neceſſario debet eſſe Doctor, aut Licẽtiatus, num. 20. vbi ponitur declaratio S. Congreg.*

In

*In electione Vicarij Capituli, non requiritur forma Cap. quia propter. de electione, nec decreti Concilij, sess. 25. de regularibus c. 6. contra Fuscum dubitantem, num. 21. & 22. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Super d. c. 16. Concilij sess. 24. de reform. ponuntur aliqua declarationes S. Congreg. quæ sunt notanda nu. 23, & alia remissiue, num. 24.*

*Capitulum sede vacante nõ potest in aliquo se intromittere circa administrationem iurisdictionis, seu sibi aliquid reseruare sed debet totam libere Vicario relinquere, licet antea posset dare ei potestatem restrictam & limitatam, nu. 25. nec potest vnam causam alteri delegare, num. 26.*

*Ex hoc videtur procedere illa declaratio quæ ait, Capitulum (in quod secundum veriorem sententiam transit indistincte ius visitandi) non posse eligere visitatorem ad visitandum Diœcesim absque Vicario, vult enim quod si opus fuerit visitatore, Vicarius eum constituat, sed non videtur receptum in Hispania, num. 27.*

*In Vicarium electum à Capitulo sede vacante, eo ipso transit tota iurisdictio Capitulo competens nec est necessarium speciale mandatum quoad ea qua, sine eo in Vicarium Episcopi non transeunt nu. 28. Quamuis antea, in eum non transiret maior potestas, quam in Vicarium Episcopi, num. 29.*

*Si tamen de facto Capitulum det Vicario, à se electo, limitatũ mandatum, reseruando sibi aliqua, nõ videtur posse exercere potestatem in illis, quæ sibi capitulum reseruauit, cum Vicarius non habeat aliunde iurisdictionem, nisi ab ipso Capitulo nu. 30. Quamuis Vgolinus videatur sentire contrariũ, nu. 31. quem impugnat Suarez relatus, num. 32. & 33.*

*Metropolitanus tamen ad quem deuoluitur deputatio Vicarij ob negligentiam Capituli, posset illi dare iurisdictionem, & potestatem, in illis quæ Capitulum sibi reseruauit, num. 34.*

*An Capitulum sede vacante possit plures Vicarios constituere? a nu. 35. resolnitur posse, sicut potest Episcopus, & explicatur quædam declaratio quæ videtur obstare.*

*Regula posita quod Cap. sed vacante fingitur vice Episcopi, & succedit in his, quæ sunt iurisdictionis, procedit vbi ea iure communi competunt, nu. 38. Secus in his quæ competunt iure speciali, seu accidentali, & non ex iurisdictione ordinaria, seu tanquam Ordinario, & Episcopo, nu. 39. Si tamẽ ei competunt tanquam Ordinario, & Episcopo, & ex iurisdictione ordinaria, succedit in eis, nu. 40.*

*Facultas concessa Episcopo à Concilio sess. 24. de reform. c. 6. competit etiam Capitulo sede vacante, nu. 41.*

*In iurisdictione delegata Episcopo non succedit Capitulum sede vacante, num 42. Etiamsi post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus, numer. 43. Et etiamsi delegatio fiat à canone, num. 44. contra Paulum & alios relatos, num. 46. & sic non potest visitare monasteria monialium exempta, quæ visitat Episcopus authoritate Apostolica, num. 45.*

*In casibus in quibus in Concilio Trid. datur Episcopo facultas, vt procedat vti sedis Apostolicæ delegatus, Capitulum sede vacante non succedet in hac facultate delegata, quãuis possit procedere, ex potestate ordinaria, in casibus in quibus Episcopi etiam ex ea possunt procedere, num. 47.*

*Animaduertitur quod aliud est dari à iure iurisdictionem delegatam Episcopo, ita vt procedat authoritate Apostolica, & tanquam delegatus, in qua non succedit Capitulũ, aliud est dari à iure, seu Concilio iurisdictionem Episcopo, in aliquibus casibus, quam alias non habebat, prorogando & extendẽdo eius iurisdictionem ordinariam, &c. & in hac succedit Capitulum, nu. 48. sicut etiam quando solum tollit obstaculum exemptionis, num. 49.*

*Quando verba, authoritate Apostolica, coniunguntur cum verbis concedimus facultatem, non faciunt iurisdictionem delegatam, sed bene quando iunguntur potestati faciẽdi, nu. 50.*

*A predicta regula excipitur collatio Beneficiorum. Nam Capitulum sede vacante non potest Beneficia conferre, nec succedit in collatione Beneficiorum, &c. nu. 51. eademque ratione non succedit in præsentatione, seu electione spectante ad Episcopum, nu. 52. & procedit quãuis collatio pertineat ad Episcopum iure deuoluto, contra aliquos, num. 53.*

*Hæc exceptio intelligitur in collatione libera, non vero in confirmatione & institutione, quæ sunt necessaria, & debita, in quibus succedit Capitulum, num. 54.*

*Collationes etiam Beneficiorum necessarias, Capitulum sede vacante facere poterit, contra Corasium à num. 55. rationi Corasii quod hic casus lege expressus non sit, & in collatione Beneficiorum non succedit Capitulum, nisi vbi lege cauetur cap. 2. ne sede vacante. respondetur satis constare quod iure cautum reperiatur, Capitulum sede vacante succedere in collatione necessaria, & debita 1. quia succedit in omnibus necessarijs. 1. ex cap. cum olim. de maiori. & obedien. 3. ex cap. 1. de institut. lib. 6. vt latè deducitur à num. 59. & ita seruatur in Beneficijs patrimonialibus nu. 67. de quibus remissiue, num. 68.*

*Text. in d. c. 2. & alij qui dicunt Capitulum sede vacante, non succedere in collatione Beneficiorum, procedunt in collatione libera, & gratiosa ex rationibus assignatis, quæ non militant in collatione necessaria debita, nu. 69. & 70.*

*Alij rationi Corasii de collatione, quæ sit mandatario quæ necessaria videtur, & tamen eam sede vacante Capitulum facere nequit, respondetur, quod id ex eo est, quod collatio ista fit ex iurisdictione delegata, in qua Capitulum non succedit, num. 71.*

*Contra Corasium facit quod ipse docet, cum Domino, posse Vicarium conferre Beneficia ex causa permutationis resignata, si potestatem recipiendi resignationes habet, quia collatio est necessaria, &c. num. 72.*

*Ista est collatio necessaria, quæ est debita certa personæ, seu certo generi personarum, num. 73. & sic collatio, quæ sit nominatis, est necessaria contra Corasium licet ex pluribus nominatis, possit Episcopus cui vult gratificare, &c. num. 74. & quãdo Patronus præsentasset plures, aque idoneos, posset Capitulũ sede vacante instituere quem maluerit ex eis. nu. 75.*

*Si aliquod beneficium seu capellania ex fundatione conferendum sit certa persona, seu certo generi personarum, vt consanguineis fundatoris, poterit Vicarius Capituli sede vacãte illud conferre, quamuis non sit iuris patronatus, &c. aut Patronus non præsentasset in tempore, nu. 76. & idem erit quando ratione optionis debetur Beneficium antiquiori optanti, &c. num. 77.*

*Ex dictis prætendebatur alias stante Concilio Triden. & constitutione Pij V. posse Capitulũ, seu eius Vicarium sede vacante conferre parochiales, seclusa reseruatione ex quo debent conferri magis idoneo reperto, seu electo, ex approbatis in cõcursu, quem Vicarius Capituli potest facere, & sic hodie videbatur earum collatio necessaria, & non libera, nu. 79. & 80. Rota tamen contrarium censuit in decisione posita, nu. 81. & 82. ex opere Corasii, &c.*

*Postea Rota magis iuris in hoc, quod collatio parochialium etiam hodie non sit necessaria, quia tota iudicatur in mera voluntate Episcopi, qui potest abstinere ab illa & permittere, vt per lapsum temporis ius deuoluatur ad superiorem, nec ad eam per alium cogi potest, num. 83. quod fundamentum videtur magis iuridicum ex d. constitutione Pij V. ex qua apparet, approbatos in concursu, etiam electum tanquam magis idoneum non habere ius ad Parochialem, nec esse ei debitam absolute, &c. à num. 84.*

*Ita collatio parochialis vacantis ſede Epiſcopali vacante in menſe Ordinarij, de iure reſeruatur ſucceſſori Epiſcopo, & ſic dux Albanus virtute ſui indulti non potuit præſentare ad parochialem vacantem ſede Epiſcopali vacante in menſe Sept. ex Rota nu. 87. quamuis hodie cum omnia Beneficia vacantia ſede vacante ſint reſeruata ex reg. 2. poterit dux præſentare ad Parochiales & alia Beneficia, vacante ſede Epiſcopali, vacantia in quocumque menſe, nu. 88.*

*Ita etiam in terminis Beneficiorum patrimonialium tenuit poſtea Rota in deciſione poſita n. 89. ſed cum filius patrimonialis, in concurſu magis idoneus indicatus, habeat ius ad beneficium, & ei abſolute debeatur ſicut præſentato, &c. videtur collatio vere neceſſaria & de inſtitia, & conſequenter in ea ſuccedere Capitulum & eſſe longe diuerſum ac in parochialibus, &c. niſi ſtaret regula ſecunda cancellariæ, nu. 90.*

*Alter caſus excepti à prædicta regula hodie eſt ex Conc. Trid. ex quo non licet Capitulis ſede vacante infra annum ordinandi licentiam concedere, niſi Beneficij recepti, ſiue recipiendi occaſione arctato, &c. n. 91. & ex Bulla Sixti V. contra male promotos iam reuulſa. ordinati cũ licentia Capituli contra d. decretum erant abſolute ſuſpenſi, &c. n. 92*

*Tenuntur declarationes S. Conc. ſuper d. decreto, nu. 93.*

*Aud. decretum Concilij comprehendat primam tonſuram ita vt Capitulum, ſen Vicarius ſede vacante non poſſit infra annum dare dimiſſorias, etiam ad primam tonſuram. à nu. 94. reſoluitur affirmatiue, licet non comprehendat primam tonſuram, quoad pœnas ibi impoſitas contra ordinatos.*

*Quomodo ſint intelligẽda illa verba Concilij de arctatis occaſione Beneficij recepti, ſiue recipiendi, nu. 97. & clarum eſt illos dici arctatos occaſione Beneficij recepti. qui obtinẽt Beneficium, ratione cuius tenentur ſe promoueri facere, nu. 98.*

*Difficultas eſt qui dicantur arctati occaſione Beneficii recipiẽdi, & exactè tantùm illos dici qui habent ius, ſeu ſunt vocati ad aliquod Beneficium vacans, ſeu Capellaniam, quod tamen requirit actu certum ordinem quo illi carent, nu. 99.*

*Ille etiam videtur arctatus occaſione Beneficii recipiendi, qui, cum non ſit ordinatus prima tonſura, eſt præſentatus ad Beneficium, &c. num. 100.*

*Electus in concurſu ad Beneficium curatum cuius collatio facienda eſt à Papa, non poteſt dici interim arctatus occaſione Beneficij recepti, nec recipiendi, & idem in præſentato ad Beneficium habens annexum certum ordinem, nu. 101.*

*Non dicitur arctatus occaſione Beneficii recipiendi is, cui aliquis vult reſignare Beneficium requirens actu ordinem, quo ille caret, num. 102.*

*Facultas Nuntii Hiſpaniarum circa hoc de licentia ad ordines, nu. 103.*

*Nuntius Hiſpaniæ non poteſt etiam ſede Epiſcopali vacante dare dimiſſorias, niſi competenter Beneficiatis, & arctatis, & ſic in caſibus in quibus Capitulum non poteſt dare dimiſſorias, nec Nuntius poteſt, num. 104.*

*Quamuis alias poſſit quis promoueri cum literis dimiſſorijs Legati de latere, tamen id intelligendum eſt modo eius probitas & mores teſtimonio ſui Ordinarij commendentur, ad quem effectum non dicetur Ordinarius intra annum Capitulum, ſeu eius Vicarius ſede vacante, reſpectu eorum qui non ſunt arctati, num. 105.*

1 DE Capitulo † ſede vacante videre oportet an poſſit Beneficia conferre, & in eorum collatione ſuccedat.

2 Pro cuius rei † pleniori intelligentia præmittendum eſt, quod quamuis aliqui dicant, Capituli in ſede vacante ſolum ſuccedere in his, quæ ſunt iuriſdictionis & neceſſitatis, non autem in his, quæ ſunt gratiæ, ſeu voluntariæ iuriſdictionis, Io. And. in c. vnic. de maior. & obedientia, in 6. gloſſa in clemen. 1. §. 1. verb. Capituli, de hæret. quæ ait, quod Capitulum eſt neceſſarius, non voluntarius adminiſtrator, Fel. in c. cum olim, de maior. & obedien. nu. 4. ad 8. q. & nu. 6. ad 13. q. vbi illam gl. dicit communiter approbatam & Bolt. de ſynodo. 3. p. in prin. n. 134. P. Gregor. de benefic. c. 38. nu. 3. Azeuedo in curia Piſana lib. 1. cap. 9. ex nu. 10. Flam. Pariſ. de reſignation. Benefic. lib. 7. quæſt. 23. nu. 13. 35. & 36. & D. Sahagun in cap. ad ſi clerici. §. de adulterijs, de iud. ex nu. 68. *Summa Bull. Quarant. verbo c. ſede vacante, ſub n. 1. verſ. 3. intellige, & q. 2. Azeuedo conſ. 11. à nu. 13.* Et quamuis alij dicant,† Capitulum ſede vacante ſuccedere 3
in pertinentibus ab Epiſcopum, quoad ea tantum, quæ in iure reperiuntur expreſſa, & non in alijs, Domin. in c. præsbyteri. 24. diſtinct. & refert Fel. in d. c. cũ olim, ſub nu. 1. & 7. & ſequitur Abb. in c. 2. ne ſede vacante not. 2. per text. & Lambert. de iure patr. 1. p. 1. lib. quæſt. 2. art. 9. & 1. p. 2. lib. quæſt. 2. art. 14. nu. 6. qui tamen dicit, quod in his, quæ ſunt iuriſdictionis neceſſariæ, ſuccedit Capitulum. *Et Azeued. d. cõſ. 11. nu. 17.* & dicitur in deciſ. Abulenſ. parochialis 22. Ianij 1594. coram D. Blanchetto ſupra adducta c. 5 nu. 92. tamen verius eſt regulam eſſe, quod Capitulũ
4 ſede vacante † fungitur vice Epiſcopi, & ſuccedit in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, exceptis caſibus in iure expreſſis, ex c. his quæ c. cum olim, de maior. & obedient. & c. vnico eod. in 6. c. ad abolendam. de hæreticis c. penult. & fin. de ſupplen. negligent. Prælatorum in 6. & extrauagant. execrabilis, verſ. cæterũ, de præbend. & facit c. is cui. de elect. in 6. Bart. in l. vbi adſunt. ff. de tutoribus, & curatoribus. Abb. in d. c. cum olim nu. 1. & in cap. 1. ne ſede vacante num. 4. Feder. conſ. 30. Alberic. conſ. 60. nu. 8. Purpur. conſ. 77. Pauinus de offic. & poteſt. Capituli ſede vacante. 1. p. qu. 1. vbi tradit reg. affirmatiuam, & quæſt. 2. vbi ait, Capitulum ſede vacante habere iuriſdictionem ordinariam à iure communi, ita quod poſſit iudices dare, & omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent expedire, & quæſt. 5. vbi ex hoc tradit, poſſe diſpenſare ſicut Epiſcopus, licet ſit iuriſdictionis voluntariæ, in qua etiam ſuccedit, & Selua de Benefic. 2. pat. quæſt. 11. num. 4. qui ait ius dicere, quod Capitulum ſuccedit in iuriſdictione, nec diſtinguere inter iuriſdictionem contentioſam, & voluntariam. Rebuffus in praxi tit. de deuolution. 2 num. 58. Bolt. de ſynodo. 1. part. num. 42. & 44. Coraſ. de Benefic. 2 part. cap. 7. num. 2. Rotiniacus cap. 8 numer. 1. & 3. Mandoſ. conſ. 1. numer. 3. & 4. Cucchis in inſtitution. maior. lib. 2. tit. 9. num. 30. & 93. Fuſcus de viſitat. lib. 1. c. 15. nu. 31. Guerrero in ſpeculo. cap. 40. Nauarrus conſ. 44. de tempor. ordinat. nu. 1. 2. & 3. & conſ. 7. de filijs præsbyter. vbi reſoluit, Capitulum ſede vacante ſuccedere etiam in his, quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ, Ioannes Guttierrez Canon. quæſt. lib. 1. cap. 11. nu. 10. Quintanaduennas lib. 1. Eccleſ. cap. 5. n. 6. qui ait quod Capitulum vacante ſede Epiſcopali omnia ea, quæ iuriſdictione continentur, exequitur. Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 10. §. 2. nu. 1. Iacob. Sbrotius de Vicario Epiſcopi lib. 1. quæſt. 15. & 16. Zerola in praxi Epiſcopali, 2. par. verb. Capitulum. §. 3. Mart. Anton. Genuen. in praxi Archiepiſcopali, Curiæ Neapol. cap 85. ſeu 87.

lo 87.nu.1. & Suarez 5.tom. de censuris disput.50. sect.5.num.6. vbi ait, succedere Episcopo in tota iurisdictione ordinaria, tam contentiosa, quam voluntaria, & hanc esse generalem regulam iuris, quæ solum est limitanda in casibus à iure expressis. *Idem Suarez de legibus lib.4. c.6.nn.14. & 17. Sylvest. verb. cap.quæst.2. & 10. Azor instit.moral. 2 p.lib.3.c.37. q.6. & sequentibus, Molina de iustit.tract.5.disput.11. à num.3. D.Sahagun in cap.cum te. de rescript. num.2. Leo in Thesaur.for.Eccles. cap.10. nn.2.7. & 8. & Lazarus de monitorijs sect.1.quæst.7.num.2. Pisec.in praxi Episc. p.2 c.1. nn.16. quamuis in hoc variet Mosconius de maiestat.milit. Eccles.lib.1.p.1.cap.15. qui pag.294. quod non succedit in iure voluntario; & statim ait, quod administrat duas species iuris, ordinariæ scilicet, & voluntarij, & quod dispensat in eisdem casibus, in quibus posset dispensare Episcopus de iure, &c.*

*Et est predicta decisio Rotæ in causa Tuden. iuris 28. Nouemb.1607. coram Sacrato 185. Cui decis. non obstat quod ait summa Bullar. Quarant.d.verb.cap sede vacante nu.14. cap.ex literis Gregorij XIII. directis clero & communitati Tarent. quibus statuit & mandat, quod vicarij & officiales siue generales, siue particulares, etiam foranei per Archiepiscopos Tarent. deputati ad syndicatum nullo modo teneantur, aut eidem sint obnoxij. Quia ista non est declaratio, sed constitutio, & mandatum particulare pro illa Ecclesia & Archiepiscopatu, vt colligitur ex verbo statuimus & mandamus.*

5 Et de officio, & potestate † Capituli sede vacante videndus est Paninus. in d.tract. & Cucchus d.tit.9. qui est de officio & potestate Capituli, *Summa Bullar. Quarant. d.verb.c.sede vacante, Azor d.2.p.lib.3.c.37. 38.& 39. Molina d.tract.5.disput.11. Genuens.in praxi d.c.85 seu 87.* Et multa per Abbat.& Felyn.in d.cap. cũ olim, & per Rebuffum d.tit.de deuolut. à nu.57. Rosin.d.cap.8.& per Zecchum de republica Eccles. c.24.de can.& c.nu.10.& 11.

6 Et pro hac † iurisdictione exercenda, hodie, ex S. Concilio Trident. sessione 24.de reform.c.16. tenetur Capitulum sede vacante creare Vicarium infra octo dies, qui saltem in iure canonico sit doctor, vel licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit idoneus ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuolutur, &c. notat Cucchus d.lib.2.tit.8.num.39.& tit.9. num.60. Vgolin.d.§.2.num.2. Sbrotius d.quæst.15. num.8. & quæst.16.num.8. & Zecchus d.nu.10.circa fin. *Et nomsi. Leo d.c.13.nu.7. dicens, quod licet de iure communi non teneatur capit. constituere Vicarium sede vacante, sed per se posset iurisdictionem exercere; tamen hodie ex dispensatione S.Concil.Triden. infra octo dies constituere tenetur, vel constitutum confirmare, &c.*

7 Existimo tamen, quod Capitulum, quod † infra octo dies Vicarium non constituit, possit re integra antequam Metropolitanus eum deputet, moram purgare, quamuis contrarium sentire videatur Suarez d.5.tom.disp.28. sect.3. nu.3. inquit enim, quod ibi Capitulum, quod sede vacante, non constituit œconomum, vel Vicarium, tempore & modo ibi præscriptis, facultate constituendi illos ministros priuari, quod est quasi ab eo munere pro ea vice suspendi, *Quod expresse tenet summa Bullar. Quarant. dict. verbo. cap. sede vacante. numero 4. dicens, quod si Metropolitanus, vel is; ad quem in hoc casu spectat supplere defectum, & negligentiam capituli, differret Vicarium deputare, non licet capitulo pœnitendo de commissa negligentia ad Vicarij creationem procedere. Quia eo ipso quod lapsum est tempus dierum octo; ius est quæsitum ipsi superiori, & fit extentio ab ipso iure seu Concilio transferente statim illam potestatem ad Metropolitanum: & ideo facta deuolutione non est locus purgationi moræ, ex allegatis per Gemin. in cap.fin.num. 8.de supplenda negligent. prælat. in 6.*

*Sed respondeo, quod cum huiusmodi Vicariatus non sit beneficium, sed officium quoddam temporale, deuolutio deputationis solum intelligitur fieri, vt Metropolitanus possit vicarium deputare negligente capitulo, non autem vt capitulo omnino tollatur facultas eum deputandi, & purgandi moram. Quod confirmatur ex verbis sequentibus d.cap.17. vbi ait Concilium, quod si Ecclesia Metropolitana fuerit, aut exempta, capitulum, quod in deputatione Vicarij negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquiori, in exempta Vicarium possit constituere. Ex quibus verbis colligitur, quod ista deuolutio solum fit ad effectum, vt possit supleri negligentia capituli, & per ea declarantur verba præcedentia, ibi, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur.* & an Episcopus teneatur etiam, & cogi possit constituere Vicarium, vide † per Abb. in cap. quinto numero terzo, & ibi Felyn. ad fin. de offic. ordin. Puteum decis. 43. lib. secundo Mohed. decis. vlt.de offic. Vicarij, Rotam decis.222.num.5.& 297. num.2.par.2.diuers.Cucchum d.lib.2.tit.6.num.71. & tit.8.num.2. Lancellot.in instit. Canon.lib.1. tit. de offic. vicarij. §.1. in glos. Hoiedam de incompat. benefic. 2.p.c.10. nu.9. Grauatium ad Simonettam de reseru.q.85.num.11. Sbrotium d.l.1.q.46.& Zecchum sup.c.23.de Vicario Episcopi. §.1.num.3.& 5. qui male adhoc adducit decretum Concil.d.cap.16. cum loquatur de cap. *Vide etiam Nauarr. consil.1.de officio vicar.& consil.2. de officio ordin. & addit ibi Vgolinus de officio Episcop.c.4.§.6.& §.8.nn.5. & Gratian. discept.forens.cap.94.à num.30.*

9 Vnde apparet Vicarium † Capituli sede vacante debere esse doctorem, vel licentiatum, &c. alias deputationem esse nullam, & deuolui ad Metropolitanum &c. vt per Fuscum sup.num.32. qui ait esse aduertendum pro ipso Capitulo cum vacante sede facit Vicarium, vt vtatur diligentia, quod eligat aliquem, vel existentem confirmet, infra octo dies à tẽpore vacationis; & is quidem eligendus sit doctor, vel licentiatus, aut saltem quantum fieri potest idoneus, alias nullum est, quod fit, & potestas deuolutur ad alium ex d.cap.16. qui text. loquitur de tempore & persona, & Mart. Anton.Genuen.c.84.nu.1. *Genuens.c.84.seu 86.summa Bullar.Quarant.d.verb.capitulum sede vacante.num.6. Sbrocius de officio vicar.in additione ad quæst.36 & 60.lib.1.*

10 Et ita censuit S.Cong.Cõcilij super † d.c.16. vt in vna Tridentina his verbis, Vicarius vacãte sede Episcopali debet elegi doctor, alias electio est irrita, & in vna Macaren. his verbis, si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non esset doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium, qui sit doctor eligere. Alia, ibi, omnino teneatur, &c. refertur ad vtrumque scilicet confirmãdum vel instituẽdum, & habeat qualitates in præsenti requisitas, alias electio esset nulla. Et in vna Panormitana, & in alia Agrigentina declarauit S.Illustrissimorum Congr. Calend. Ian. & si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non es-

ſet doctor, Capitulum non debet eum confirmare, ſed alium, qui eſſet doctor, eligere ex Congregationis ſententia. In quibus declarationibus, ſolum fit mentio de doctore, quia in Italia, vt eſt notum, non eſt alius gradus, nec gradus licentiæ. Alia, ſi ex conſuetudine illius Capituli, electio vel deputatio, fieret de ipſius gremio, & bini, vel ſinguli, per ſingulos menſes adminiſtrent, obſeruando ordinem, ſed non eſſent omnes doctores, vel licentiati dictam deputationē non valere, vbi alij doctores poſſint conſtitui, nec inſpicitur ordo, vel cōſuetudo, vel lex noua certam formam præſcribens, arg. text. in l. ſciendum. §. ordine, ff. de leg. 1.

11 Quod etiam cenſuit S. Congreg. in vna † Abulenſ. vt in ſequen. declaratione, Supplicatur Illuſtriſſimis & reuerendiſſimis DD. veſtris pro parte reuerendiſſimi domini Epiſcopi Abulenſ. declarari ſequentia ☞ 1. in Eccleſia Abulenſ. eſt quoddam nouum ſtatutū poſt Concil. Trid. factum, quod ſede Epiſcopali vacante duo ex dignitatibus, ſeu Canonicis exerceant officium Vicarij, ſeu officialis, per ſpatium duorum menſium, & ſucceſſiue alij duo, iuxta ſuam antiquitatem, ita tamen quod illi, qui non ſunt graduati, teneantur aſſumere aſſeſſorem literatum, de cuius cōſilio procedant, dubitatur: an d. ſtatutum ſit contra diſpoſitionem S. Concilij ſeſſ. 24. de reform. c. 16. & an talis deputatio Vicariorum, qui non ſunt doctores, ſeu licentiati, ſaltem in iure Canonico ſit nulla, (etſi aſſumant aſſeſſorem literatum) non obſtāte dicto ſtatuto, quod confirmatum non exiſtit. Secundo rurſus in Epiſcopatu Abulenſ. & tota prouincia Cōpoſtellana, ex Decreto Concilij Prouincialis Compoſtellani, poſt Concilium Triden. facti, datur ſtipēdium examinatoribus ſynodalibus, pro ſuo labore, ex fructibus parochialium ad quas fit examen, dubitatur, an poſſit hoc dari ſtante Decreto Sancti Concilij Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 18. Tertio dubitatur, an prouiſio parochialis ſit nulla, ſi examinatores relationem fecerint ſolum quoad litteraturam, examen vero, circa mores, ætatem & reliqua Epiſcopo relinquatur, vel ſi non fecerint relationem Epiſcopo de omnibus idoneis repertis, ſed tantum de eo, qui ipſis magis idoneus videtur. Quarto, an valeat matrimonium contractum coram parocho illius loci, vbi contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium conſtituendi, ſed recreationis cauſa. Quinto, & quid ſi contrahens ibi moretur tanquam Prætor, iudex ſeu medicus temporalis.

Ad primū Congregatio Concilij cenſuit eſſe contra Trid. Concil. ideo nullam exiſtere. Ad ſecundum non poſſe. Ad tertium teneri facere relationem etiā circa mores, ætatem, & reliqua, & examinatores debere renuntiare, quotquot idonei iudicati fuerint, Epiſcopū vero debere, ex his qui renuntiati fuerint, magis idoneum eligere. Ad quartum non valere. Ad quintum valere. quam declarationem habeo in forma authentica.

12 Id autem intelligendum eſt, † neceſſario eligendos eſſe doctores, vel licentiatos, in Vicarios Capituli ſede vacante, ſi in Capitulo adſint, Zecchus ſupra, *ibi, Zecchus ſupra, & ſumma Bullar. d. num. 6. & eſt declaratio Sanct. Congregat. 14. Februarij 1594. que ſic ait: Congregatio Concilij cenſuit, exiſtentibus Doctoribus in cap. neceſſario vnum ex illis in Vicarium eſſe eligendum; eloquio depūtationem ad Metropol. deuolu.* Aliàs ſufficere, vt vnus eligatur, qui ſit, quantum fieri poterit, ☞ idoneus, vt cenſuit S. Congregatio his verbis, An exiſtentibus doctoribus in Capitulo neceſſario ſint eligendi in Vicarium, ſi vero doctores non exiſtant, an vnus ex Canonicis bene viſis Capitulo in Vicariū ſit eligendus. Reſpondit Congregatio neceſſario eligendos eſſe doctores vel licentiatos, ſi in Capitulo adſint, alias ſufficere, vt vnus eligatur, qui ſit, quātum fieri poterit, idoneus. Cui Conſonat Concilium Prouinciale Mediolanen. *Sextum, tit. qua ad capitula pertinent.*

13 Et facit alla declaratio † ſuper d. cap. 16. quæ ſic ☞ ait, ibi, item officiales, &c. non eſt de neceſſitate vt ſit de gremio, ſi tamen adeſſet idoneus, cæteris paribus, etiet præferendus, refert Mar. Anton. Genuen. ſupra, *& ſumma Bullar. d. nu. 6. ſubdens, quod ſi in capitulo nullus ex canonicis adeſſet doctor & fieret electio in Vicarium vnius ex ipſis, poſſet ei deputari conſultor, cum per conſtitut. Leon. X. incipit, Reginini vniuerſalis Eccleſ. fol. 188. in bullario inter alia ſit diſpoſitum, quod iudices à ſede Apoſtolica deputati, ſi in altero iurium graduati non fuerit, aſſeſſorem partibus non ſuſpectum ab ipſis partibus vel earum altera requiſiti aſſumere, & ſecundum eius relationem iudicare teneantur: quod etiam repetit num. 3. verſic. item ea ſubiecto dicens. quod in caſu, in quo vicarius non eſſet doctor, poteſt capit. in ipſo actu deputationis dare ei conſultorem doctorem, alioquin poterit ipſe vicarius eligere conſultorem ſibi bene viſum partibus non ſuſpectum in caſibus, in quibus eo opus fuerit, vt refertur, S. Congregat. ſuper cauſis Epiſcoporum cenſuiſſe. Et de aſſeſſore, ſeu conſultore aſſumendo conducunt tradita per Azened. in Curia Piſana libro 4. capit. 6. a numero 108. & Bobadilla in Politica libro 3. capit. 8. numero 255. & 258.* Si tamen in Capitulo, in quo non ſunt doctores, ſeu licentiati in iure Canonico, adeſſet aliquis iuris Canonici peritus, & idoneus, deberet eligi, & alias electio eſſet nulla, ex illis verbis, d. cap. 16. vel alias quātum fieri poterit, idoneus, ex declaratione ſupra adducta num. 12.

14 Sed id male ſeruatur in Eccleſijs † huius regni, nam Capitula ſede vacante, non curant eligere Vicarios doctores authenticos in iure canonico, licet adſint in Capitulo, & ſi eligunt vnum ſic graduatū, eligunt etiam alium Theologum, vel non graduatū; quod eſt contra Concilium; ſed Capitula omnia ſibi
15 licere putant; nec fieri poteſt, † quod in quadam Eccleſia huius regni fieri intellexi, nempe per ſingulos duos menſes, eligere duos Vicarios de Capitulo vnū graduatum, ſeu literatum, qui exercet officium, & alium non graduatum, qui non exercet, accipit tamen medietatem emolumentorum officij, id enim eſt ſimonia, & contra titulum ne Prælati vices ſuas. Nam in effectu, eſt eligere graduatum in Vicarium, cum onere dandi medietatem emolumentorum alteri, qui ſolo nomine eſt Vicarius, ſicut etiam eſt ſimonia, & contra dictum titulum, conuenire Canonicos, quod quicumque eorum eligatur in Vicariū,
16 † teneatur diuidere cum alijs Canonicis ſalarium, & emolumenta officij, vt per Nauarrum conſil. 2. ne prælati vices ſuas, quem ſequitur Zerola in praxi 2. p. verb. cap. §. 5. *Summa Bullar. Quarant. d. verb. capit. ſede vacante. nu. 7. Sbroc. de offic. Vicarij in addit. ad q. 60. li. 1. & q. 54. li. 3. & Lazar. de monitorijs ſect. 1. q. 7. n. 6.*

Vnde prædictæ electiones, tanquam ſimoniacæ, ſunt nullæ, & ſic electi tenentur dimittere officium,

licet

licet non incurrant excommunicationem, quia non est beneficium, nec ordo, Nauarr. ibi, & consil. 1. eodem titu!. *In fine, Et in Man. c. 23 num. 111. ad 14. alias ad 13. & Lazarus ibi: quamuis Suar. de religione 1. tom. tract. 3. de simon. lib. 4. cap. 57. nu. 13. & 50. teneat contra Nauarrum, Vicariam temporalem seu commissionem spiritualem simoniace habitam, non esse nullam ipso iure, nec teneri quem ad eam relinquendam; quia non est beneficium, nec est alias irritata in iure, Sed verior est sententia Nauarri, quæ probat ex c. ea quæ. 1 q. 3. & c. fin. de pactis, & c. fi. de rerum permut. & facit c. præterea. 1. de transactione, & c. de iur. de iure patron. & decis. Rotæ 709. p. 1. diuers. & alias dixi supra in pensione 1. p. c. 5. nu. 26, & in iurispatronat. infra capite 9. nu. 9.*

17 Et Vicarius Episcopi, non † debet necessario esse doctor, vel graduatus, licet Episcopus teneatur idoneum, & literarum Vicarium constituere, qui per se ipsum valeat officium exercere Nauarr. consil. 1, de offic. Vicarij, *late Segura de Aualos in directorio iudic. Eccles. for. 1. p. c. 3. & Vgolinus de officio Episcop. cap. 4. §. 6. nu. 3. & §. 8. num. 3.* & ita est accipiendum quod tradit Sbrotius d. lib. 1. quæst. 36. & in addit. & gra-

18 uiter peccant Episcopi, qui aliquando † constituũt Vicarios Theologos, seu alias ad officium ineptos, tenenturque ad restitutionem damnorum inde secutorum, & etiam ad restitutionem propinarũ, vulgo assessorias, quas d. Vicarij faciunt a partibus soluti assessori; Episcopi enim tenentur gratis administrare iustitiam, seu ponere qui eam administret, vt alias dicitur *infra. 9. p. cap. 1. num. 38.*

19 Et ipsi etiam qui acceptant officium, † ad quod sunt inepti, grauiter peccant, & ad restitutionem tenentur damnorum, & expensarum, quas à partibus inique extorquent pro assessore. *Açor 3. p. lib. 13. cap. 30. ad fin. licet autem peccet tam Episcopus constituens Vicarium non idoneum, quam ipse accipiens tale munus, Segura & Vgolinus vbi supra constitutio tamen Vicarij tenet ipso iure, & gesta ab eo seu coram eo, tanquam vicario, valent, Nauarrus d. consil. 1. de officio vicar. Vgolinus dicto §. 6. num. 3.*

20 Nec etiam Vicarius Capituli Ecclesiæ collegiatæ, sed vacante sui Prælati, qui ordinariam, & quasi Episcopalem iurisdictionem habet, necessario debet esse Doctor, aut Licentiatus, nec de eo loquitur ibi Concilium, vt S. Congregat. censuit super d. cap. 16. his verbis. An extendatur ad Ecclesiam collegiatam defuncto eius Prælato, qui ordinariam iurisdictionem, & omnia iura Episcopalia habebat, Cong. censuit negatiue, quia si non est necesse, vt hic Prælatus mortuus sit doctor, vt dictum est, alias ergo neque Vicarius die 12. Septemb. 1585. Et *tradit Sbrocius in addit. ad d. q. 36. lib. 1.*

21 In electione autem Vicarij Capituli, non † requiritur forma cap. quia propter, de electio. nec decreti Concilij sess. 25. de regular, cap. 6. quia non loquuntur de eo, quamuis Fuscus d. n. 32, dubitet an in electione dicti Vicarij sit seruanda forma d. c. quia propter, qui tamen dicit Cardinalem Alciatum, tenuisse nõ requiri. & Zerola in d. praxi. 1. p. verb. Capitulum §. 3. ait istam electionem Vicarij, non esse necessarium fieri per vota secreta, vt nonnulli asserere videbantur ex Concilio d. c. 6. quia ibi loquitur Concilium de electione superiorum regularium, & non sæcularium. *& ita plane sensit summ. Bullar. dicto verb. cap. sede vacante, circa finem.*

22 Et ita contra Fuscum censuit † S. Congregatio, vt in sequenti declaratione super d. cap. 16. ibi, constituere, vel existentem confirmare, & c. Non tamen requiritur ad hoc quod seruetur forma electionis præscriptæ per Concilium sessione 25. cap. 6. de regular. post cap. quia propter de elect quia illi Vicarij, vt plurimum sunt temporales, & momentanei, & tex. hic loquitur de constitutione non de electione, contra Reueren. Sarnen. in hac de visitatione lib. 1. cap. 1. num. 32. *Et vide declarat. Messanen. inf. adductam nu. 29. Sed an capitulum possit sine causa amouere, & reuocare. Vicarium à se constitutum, videtur quod sic: nam vt inquit Nauarr. cons. 10. de elect. sub nu. 1. Vicarius potest tolli, & mutari ad libitum eius cuius est vicarius, modo solum habeat potestatem ab illo. Et ita in proposito ante Concilium tenuit Paninus quæst. 10. 2. par. nu. 7. Diuus Anton. in summa 3. p. tit. 19, cap. 10. §. 2. ad fin. & alij, & post Concilium Sbrocius de vicar. Episcop. lib. 3. quæst. 37. nu. 7. Zerola in praxi Episcop. verb. vicarius 2. dubio, Açor 2. par. lib. 3. c. 37. q. 18. & Molina d. tract. 5. disp. 11. nu. 1. & ita videtur à Sanct. Congregat. Concilij declaratum, vt in sequent. declaratione super d. cap. 16. capitulum potest ad libitum amouere Vicarium alias per ipsum electum seu confirmatum, dummodo intra octo dies alium constituat; alioquin deuoluitur ius deputandi Vicarium, vt in hoc decreto ad metropolitanum. Et si Ecclesia ipsa metropolitana fuerit, ad antiquiorem Episcopum. Sed contrarium est Concilium tenet Genuens. d. c. 84. seu 86. nu. 4. nam in Collegio inquit Ecclesiastico quando tenetur aliquem eligere, improbatur à iure mutatio & variatio sine causa, vt notabiliter per Abb. in cap. publicato, de elect. facit l. cum autem, de iure patron. nec Concilium contradicit, sequitur summa Bullar. Quarant. d. verb. cap. sede vacante, num. 3. comprobans etiam, quia si canonici pro libito suæ voluntatis possent auferre vicario commissionem ei factam, sequeretur absurdum scilicet quod ipse Vicarius segniter se haberet in administranda iustitia in canonicos particulares, vel dependentes ab eis. Et in confirmationem adducit decretum dicti Concilij prouincialis Mediolan. vbi dicitur, quod Vicarium semel electum mutare ob causam licebit, modo alium octo dierum spatio constituat, & c. ergo non sine causa. Et in fine d. num. 3. ait, per Sanct. Congr. super causis Episcoporum fuisse dispositum, & pluribus capitulis, rescriptum, vt nequeat capitulum amouere Vicarium sine causa, approbanda prius ab ipsa S. Congreg. quæ certiorari debet, alioquin reuocatio esset nulla. Et ita Genuensis d. cap. 86. in annot. testatur, quod anno 1603. a Cardinali de Florentia postea Leone X. fuit rescriptum capitulo Neapolitano, non posse canonicos mutare Vicariũ electum ab ipsis sede vacante, absque causæ cognitione habita in Sanct. Congr. Episcoporum, vt sæpius in ea resolutum fuit. Quamuis id de causæ cognitione & approbatione in Congr. Episcoporum videtur accipiendum quoad Ecclesias Italiæ. Et facit etiam declaratio 4 posita nu. seq. Vnde dicta declaratio contraria non videtur certa.*

*Vicarium autem à Metropolitano deputatum ob negligentiam capituli certum videtur non posse a capit. sine causa remoueri. cum non sit ab eo constitutus, & ne sit in potestate capituli frustrare deputationem ob eius negligentiam factam à Metropolitano, & fauet Suarez infra relatus num 33. licet ex causa posset illum reuocare, & alium deputare, sicut etiam quando eius Vicarius cessaret ob mortem, renuntiationem, aut lapsum temporis, cum apud capitulum remaneat iurisdictio ordinaria summa Bullar. supra nu. 4. & Suarez ibi.*

*Et cum requiratur cauſa ad remotione vicarij, ab ipſo capitulo, aut metropolitano deputati, non poterit remoueri, niſi cauſa prius cognita & approbata à ſuperiore, nempe metropolitano, vel nuncio, alias defendetur Vicarius, & manu tenebitur, ſeu reſtituetur ante omnia in ſua poſſeſſione, niſi forte cauſa eſſet notoria. Et conducunt ad prædicta, quæ circa remotionem locum tenentium prætorium ſeu gubernatorem ciuitatum tradit latè Bobadilla in Politica lib. 1. cap. 16. Sed licet capitulum non poſſit ſine cauſa reuocare Vicarium pro tota ſede vacante, ſeu abſolute & ſimpliciter deputatum, vt eſt dictum, rectè tamen poterit à principio in ipſa deputatione eum ad certum & limitatum tempus conſtituere, ſeu tempore ſuæ voluntatis, vt conſtat ex declaratione Salernitan. infra poſita numer. 37. ad 2. ſumm. Bullar. diſt. num. 3. & num. 13. ad finem, & num. 15. verſicul. item erit obſeruandum, vbi etiam ad finem ait, quod ſi aliqui de capitulo dicerent de nullitate electionis vicarij, quod non fuerint vocati, neque auditi, nullitas hæc proponi poteſt coram ſuperiore capituli, per quem ſi hoc prætextu fuerit electio irritata, poterit capitulum de nouo congregari, & ad Vicarij conſtitutionem deuenire, prout Sancta Congregat. ſuper cauſis Epiſcoporum præſcripſit Archiepiſcopo Surcutino. Circa quod videantur quæ tradit Curia Piſana lib. 2. capitul. 5. & ibi Azeuedo, & in cap. 14. & Villar del patronado de Calatayud 7. parte, §. 1.*

23 Præterea ſuper d. cap. 16. notandæ † ſunt ſequentes declarationes S. Congregat. Prima. ibi, Capitulũ ſede vacante portionarij, quia non ſunt de Capit. nõ comprehenduntur, in huiuſmodi c. nec clerus poteſt ſe ad hæc ingerere, cũ Cap. Secunda. ibi incũbit, &c. Et onus probandi incumbit Capitulo, quod ex inſtitutione ad hoc munus non pertineat, alias pro Epiſcopo præſumitur, & ita in vna Vercellen. declarauit Cõgregatio Illuſtriſſimorum dominorum Cardinalium Congregationis S. Concilij 4. Nouemb. 1596. *Cum portionarij Eccleſiæ Abulenſis prætenderent ad ſe vna cum canonicis pertinere adminiſtrationem bonorum menſæ Epiſcopalis ſede vacante & electionem iudicum, cum quibus Epiſcopus aduerſus capitulares procedere tenetur, eo quod ex conſuetudine Eccleſiæ quoad ea quæ tangunt adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ, & menſæ capitularis pro capitularibus habentur, Congreg. cenſuit in neutro debere ſe ingerere.* Tertia, ſi plures ad officium Vicarij à Capitulo aſſumerentur in cõtrouerſia, magis idoneus, & habens has qualitates Concilij Trident. remanere debet, & cæteri remouendi ſunt. Quarta, cenſuit Congregatio facta electione officialium, non poſſe eos ad libitum reuocare, & nouos conſtituere, niſi vel œconomum, vel illos officiales, quos etiam viuẽte Epiſcopo Capitulum poſſit deputare, conſonat dictum Concilium prouinciale Mediolanen. Quinta, Capitulum poteſt ad libitum amouere Vicariũ, alias per ipſum electum, ſeu confirmatum, dummodo intra octo dies alium conſtituat, alioquin deuoluitur ius deputandi Vicarium, vt in hoc decreto, ad Metropolitanum, & ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, ad aut quorem Epiſcopum. Nec contradicit præcedens declaratio, nam illa loquitur de alijs officialibus, non de Vicario, in quo tamen idem ait Marc. Anton. Genuenſ. ſupra num. 4. poſt Concilium. Sexta, ad Vicarium, propter eius abſentiam, ſpectat ſubſtitutionem facere, ſic etiam aliorum officialium, conſonat d. Concilium prouinc. Mediolanenſ. Septima, Capitulum non poteſt eligere viſitatorem ad viſitandã Diœceſim abſque Vicario. Octaua, dubitatum fuit, an Vicarius, in vim iſtius decreti à Capitulo conſtitutus, teneatur procedere cum adiunctis, vel ſine, iuxta cap. 6. ſeſſ. 25. & fuit reſolutum, quod ſi Epiſcopus dum viuebat, habebat authoritatem procedendi ſine adiunctis, quod ita poterit Vicarius; ſi minus poterat Epiſcopus, ſine adjunctis, ita nec poſſit Vicarius. Nona, fuit dubitatum, an ſi iſte Vicarius allegaretur ſuſpectus, poſſent eligi arbitri, & dictum fuit, quod non, ſed recurrendum eſſe ad Capitulum, tanquam ſuperius. cap. ſi contra. de offic. delegat. in 6. Decima, an Capitulum ſede vacante poſſit eligere arbitros, ad cognoſcendum de ſuſpitionum cauſis, quæ contra Vicarium, ab eo, ſede vacante, deputatum proponuntur; Congregatio cenſuit vtique non poſſe, eadem primo, numero, quo Epiſcopus non potuiſſet, ſed poſſe per ſe ipſum cognoſcere de cauſis ſuſpitionum. *Quamuis aliàs iſta declaratio aliter referatur, nempe, poſſe capitulum eligere arbitros eo modo, quo Epiſcopus potuiſſet, & ita refertur per ſumm. Bullar. d. verb. ſede vacante. num. 5.* Vndecima, item Capitulum ſede vacante, poteſt facta remotione Vicarij, vel aliorum officialium, illos cogere ad reddendam rationem adminiſtrationis, eoſque pro culpa punire, non tamen impediri futurum Epiſcopum, quando ex hoc decreto ab eiſdem exigat rationem actionum, quas ſede vacante fecerint, & eos punire etiam ſi à capitulo fuerint abſoluti. conſonat dict. Concilium Mediolanenſe duodecimum. Congregatio cenſuit Epiſcopum in Capitulo exempto, ſi velit rationes exigere ab officialibus ex gremio Capituli deputatis ſede vacante eorum officij, & adminiſtrationis, non teneri procedere cum adiunctis, ex forma capit. 6. ſeſſ. 25. niſi velit criminaliter ad eorum punitionem, & correctionem procedere.

24 Et videnda † eſt in propoſito declaratio eiuſdem S. Congregationis Toletana, de obſeruandis, in examinibus faciendis, pro collatione parochialium ſede Cathedrali vacante, quę habetur inf. 9. p. c. 2. n. 8.

25 Ex quibus declarat. maxime ex illa † Toletana, videtur Capitulum ſede vacante non poſſe in aliquo ſe intromittere, circa adminiſtrationem iuriſdictionis ſeu ſibi aliquid reſeruare, ſed debere totam adminiſtrationem iuriſdictionis libere Vicario relinquere, licet antea poſſet dare huic Vicario poteſtatem reſtrictam, & limitatam, vt per Pauinum quæſt. 10. 2. part. num. 6. *Iuxta deciſ. Rotæ 297. num. 2. & 3. p. 2. div.* Quamuis hoc non ſeruetur in aliquibus Capitulis, quæ ſolent aliqua ſibi reſeruare, & denegare

26 Vicario, & ita tenet Mar. Anton. Genuenſ. † ſupra num. 3. dicens, quod poſt Concilium Trident. non poteſt Capitulum vnam cauſam alteri delegare, ſiquidem cum non poſſit adminiſtrare per ſe ipſum, ſed per Vicarium, in quem Concilium transfert poteſtatem, eo poteſt ab eo illam auferre, & alteri cauſam delegare, niſi ex iuſta cauſa, nempe ſuſpitionis, vel alia. *Quamuis ſum. Bullar. Quarant. d. verb. ſede vacante, nu. 4. & nu. 15. verſ. item erit obſeruandum, dicat in commiſſione vicarii, & in ipſo deputationis actu poſſe capitulum ſibi aliqua reſeruare, non autem poſtea, & Molin. d. tract. 5. diſp. 11. nu. 1. cum Pauino d. q. 10. abſolute dicat, poſſe capitulum reſtringere iuriſdictionem Vicariis, & nouiſſ. Lazarus de moni. tr. ſect. 1. q. 7. num. 5. & Piaſec. in praxi Epiſcop. par. 1. cap. 1. num. 13.*

Et

27 Et ex hoc videtur † procedere d.declaratio 7.quę ait,Capitulum in quod (secundum veriorem sentẽtiam) transit indistinctè ius visitandi sede vacante, Abb.in d.cap.cum olim 4.quæst. Bonifac. in clemẽ. 1.de hæret.num.179.Pauin.quæst.7.1.part.num.1. 2.& 3.& de visitat.2. part. Rebuff.d.tit.de deuolut. num.65.& Rota in illa Burgens. de qua infra num. 45. *Et in illa Tuden.supra adducta nu.4.Sylvest. verb.c. 4.q. Sarmient.selectarum.lib.3 cap.15.nu.3.Leo in Thesaur.for.Eccles.cap.10.nu.8. fall.10. Moscon.dict.libr.1. par.1.c.15.pag.295.Acor 2.par.lib.3.cap.37.quæst.14. & cap.49.quæst.8. & Molina dict.disput.11. numero 7.* quicquid alij dicant glosia in d.clemen.1.§.1.verbo. capituli.de hæret.& Cucchus d.titul.9.num.47. *Fusch us de visitat.l.1.c.2.nu.20.& sum.Bul.14.* non posse eligere visitatorem ad visitan. Diœcesim absque Vicario, vult enim S. Congregatio, quod si opus fuerit visitatore, Vicarius eum constituat. Sed hoc non videtur receptum in Hispania, nam semper Capitula sede vacante nominant visitatores. *Et verius videtur, dictam declarat.non obstare, sed quod vult est capit.non posse eligere visitatorem absque Vicario, id est, non electo Vicario: non enim satisfacit capitulum eligendo visitatorem, & non Vicarium.*

28 Secundò videtur in † Vicarium electum à Capitulo sede vacante eo ipso transire totam iurisdictionem Capitulo competentem, nec esse necessarium speciale mandatum, seu commissionem, quo ad ea quæ in Vicarium Episcopi non transeunt sine speciali mandato; nam cum Concilium arctet Capitulum ad constituendum Vicarium, qui totam iurisdictionem administret, non videtur necessaria aliqua specialis commissio,& ita videtur sentire Ioan.Gutierrez d.c.p.11.num.10.& expressè tenet Mar.Anton. Ger.uen. sup.nu.5.

29 Quamuis antea, † in Vicarium Capituli sede vacante, non transiret maior potestas, quam in Vicarium Episcopi,Pauin.quæst.10.2.p.num.17.Mand. reg.24.Cancell.quæst.6,num.10. & Sbrotius de vicario Episcopi lib.2.quæst.41.num.5. *Et summa Bullar.d.verb.c.sede vacante.q.2.& nu.15.vers.circa quam commissionem, qui tamen ait, etiam hodie post Concilium id procedere(vt videntur etiam tenere Leo d.c. 10. nu. 8. in princip. & Piasec.p.2.c.1.nu.16.) & simpliciter dicẽdum videri in Vicarium capituli simpliciter constitutum non transire ea quæ requirunt specialem mandatum; nam Concilium est lex nova, & nihil sanxit de hoc sed artauit tantum capitulum ad constituendũ Vicarium infra octo dies, & casus omissus remanet in dispositione iuris cõmunis; dubium tamen hoc indigere declaratione à S.Congreg. Concilij. Sed,vt dixi, S.Congreg. videbatur declarasse cõtrarium; & facit etiam declaratio ex eadem summa Bullar.infra relata num.92. & alia quæ ait: Dubitatum fuit, an Vicarius a Capitulo sede vacante electus possit visitare diœcesim,etsi id a capitulo specialiter non fuerit commissum, Congreg. censuit posse. Nam ad visitationem requiritur alias speciale mandatum Rebuff. in praxi in forma Vicariat.nu 101.Sbroc.de Vicar.Episc.lib.2.qu. 120.Vgol. de off.Episc.c.4.§.7.nu.2. vers.3.*

*Sed postea reperi, S.Congreg declarasse ex generali cõmissione non transire in Vicarium capituli sede vacante potestatem faciendi ea,quæ indigent speciali delegatione,vt in seq.declarat.41.& accedit Rot.dec.Burg. Canon. infra relata d.num.93. & pro hac parte faciunt verba Concilij d.c.16. ibi,Constituere, vel existentem confirmare. Si n. Vicarium Episcopi existentem confirmaret, non deberet habere maiorem potestatem ex confirmatione capituli,quã ex deputatione Episcopi, cum confirmatio non extendat confirmatum, & nihil de nouo tribuat. l. Starelius, §. testam.1.ff de legib. Decius in rubric. de conf. vtil.nu.2. & 3.Rot.decis. 199.nu.10.& 592. num.3.nouiss Farin.& sic in Vicarium confirmatum non transibunt ea,quę requirunt specialem commissionem, saltem si eam non habebat ab Episcopo: ergo nec in Vicarium de nouo constitutum &c. transibunt; nam cum confirmando satisfaciat capit. dando solum ea,quæ competunt ex generali commissione: ergo & constituendo. Quam rationem vidi postea consideratam in d.Burg. Canonic.*

30 Si tamen de facto Capitulum † det Vicario à se electo limitatum mandatum,reseruando sibi aliqua, non videtur Vicarius posse exercere potestatem in illis,quæ sibi Capitulum reseruauit. Ioan.Gutierrez vbi proxime,cum Vicarius ipse non habeat aliundè iurisdictionem, nisi ab ipso Capitulo', quod in illis noluit sibi eam dare. Pro quo facit declaratio S.Cõgregationis, Abulen. infra adducta seq.cap.numer. 87. ad 1.

31 Quamuis Vgolinus d. tab.1. de censur. † cap. 10. §. 2.nu.4.videatur sentire contrarium,inquit enim, Vicarium istum quando quidem authoritate Trid. Synodi datus est, propterea à Capituli authoritate non omninò pendere, & illo quod ius Capituli suspensum sit,ob aliquam censuram, Vicarij huius iurisdictionem non suspendi,nec impediri sicut contigit in Vicario Episcopi,vt habetur in cap. 1. de officio vicarij lib.6.

32 Sed eum impugnat † Suarez 5. tom.disputatione 7.sec.3.num.13.dicens,ex antiquo iure,tempore sedis vacantis,iurisdictionem Episcopi deuolui ad Capitulum,quam iurisdictionem Concilium Tridentinum nec mutauit, nec minuit, sed solum præcepit modum vtendi illa iurisdictione nimirum per Vicarium ab eodem Capitulo electum, cui & iurisdictionem,& vsum iurisdictionis committat,& sic Concilium Trident, non dare iurisdictionem illi Vicario, neque ad hoc interposuisse authoritatem suam, sed solum ad imponendum prædictum præceptum,quo non obstante,ille Vicarius vicem gerit, Capituli, & eius iurisdictione vtitur, nec Concilium per illud præceptum firmauit eius iurisdictionem,nec nouum modum iurisdictionis instituit, & sic si Capitulum habeat impeditum vsum iurisdictionis consequenter etiam Vicarium habere idem impedimentum,

33 sicut in Vicario Episcopi, &c. & idem ait nu. seq. † etiã in Vicario Capituli electo, seu deputato à Metropolitano, ob negligentiam Capituli, quia & ille habet iurisdictionem Capituli independentem quidem à voluntate eius, quam supplet authoritas, & efficacitas Concilij Trident. pendentem tamen nihilominus à potestate, & iurisdictione, quæ residet in ipso Capitulo,quia Cõcilium noluit nouum modum iurisdictionis, instituere, vt ostensum est, sed solum obligare,& cogere Capitulum, vt suam iurisdictionem Vicario communicaret,&c.

34 Videtur tamẽ quod † Metropolitanus, ad quem deuoluitur deputatio Vicarij,si Capitulum in eo deputando fuisset negligens iuxta d.decretum Concilij,posset illi dare iurisdictionem, & potestatem, in illis, quæ capitulum sibi reseruauit, nam eadem est ratio de parte ac de toto.

Sed

35 Sed eſt difficultas, an Capitulum † ſede vacante, poſſit plures Vicarios conſtituere, & videtur non poſſe, nam Concilium d.cap.16.loquitur in ſingulari.& ex declaratione 3.ſupra adducta nu.23.& hoc, quando in vita Epiſcopi non ſolet eſſe niſi vnus Vicarius.

36 Nihilominus dicendum erit, † poſſe plures conſtituere, ſicut poteſt Epiſcopus Pauiu.d.queſt.10.2. par.num.6. Sbrotius d.lib.1.quæſt.50.& 60.num.3. Mar.Anton.Genuen.ſupra num. 2.& Zecchus d.ca. 23.de Vicario Epiſcopi. §.1,num. 3. *Aſor d.2.p.libr. 3.cap.37.qu.18.& Molina d.tract.5.diſput.11.num. 1.* facit quod tradit Aceuedo in l.1. titulo 9,lib.3.recopilat.num.12. & videtur ſentire S. Congreg. in declaratione vltima ſupra adducta num.10.& in Abulen.adducta num.11. & ita practicatur in aliquibus Eccleſijs, & Concilium loquitur in ſingulari, quia regulariter, non ſolet poni niſi vnus Vicarius, non tamen tollit, quando poſſint eſſe plures, & diſpoſitio loquens de vno, habet locum in pluribus, quando eadem eſt ratio in illis, gloſſa in cap. ſi compromiſſarius de elect. in 6.verb. compromiſſarius,communiter recepta ſecundum Nauar.de vſuris,ſub nu. 113.& d. declaratio 3.loquitur quando Capitulum
37 volebat vnum ponere, †& in controuerſia fuerunt plures aſſumpti, & præterea videtur loqui, quando fuerunt aſſumpti plures quam duo, ita quod non conueniret eſſe tot Vicarios, &cet.vel quando vnus habebat qualitates requiſitas à Concilio, alij vero non, vt videtur intelligere Mar.Anto. Genuen.ſup. *Et prædictam ſententiam tenuit ſumm.Bullar. Quaran.d. verb, cap.ſede vacante,numero.9.nempe,quod cap.poteſt plures Vicarios conſtituere, ſiue plures æque principales,ſiue vnum generalem, & alium foraneum,præſertim vbi eſſet ampla dioceſis:ac etiam alterum Vicarium monialium, vbi Epiſcopus viuens illum ſeparatim conſtituebat, vt obſeruatur Neapoli, poſtea tamen aut, referri S. Congregat. cenſuiſſe, ex decreto Concil.ſeſſ.24.cap. 16.a cap ſede vacante vnum tantum Vicarium eſſe eligendum : caterum non eſſe eo decreto ſublatam conſuetudinem duos aut plures eligendi, præſertim immemorabilem,& ſe accepiſſe obſeruari, quod quando duo Epiſcopatus ſunt vniti, & capitula cathedralium Eccleſiarum ſunt ſeparata, per obitum Epiſcopi cõſtituuntur duo Vicarij, vnuſquiſque in ſua dioceſi, & deinde ponit declarationem tenoris ſequentis. Pro capitulo Salernitano ſupplicatur Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominis Cardinalibus interpretationi decretorum S.Conc. Trident. præfatis declarari ſubſcripta dubia, an capitulum ſede vacante duos Vicarios conſtituere poſſit,vt alternis menſibus Vicariatus munere fungantur, ſi ita ab immemoriali tempore conſueuerit, an item poſſit certum tempus in ipſa Vicarij deputatione præfinire: quo elapſo eius iuriſdictio expiret Reuerendis Dominis Canonicis & ca.Eccleſiæ Salernit. Reuerend. Domini ad duas dubitationes libello his literis adiuncto comprehenſas, & nomine veſtro S.Congreg. Cardin.Concil. Trid. decretorum ex Sanctiſſ. Domini authoritate interpretum propoſitas, ſic Congreg. ipſa,quoad primam attinet reſpondit, Si legitimè probetur immemorialis conſuetudo, poſſe vtique capitulum huiuſmodi Vicarios conſtituere,dummodo illis qualitatibus ſint præditi, quas Triden. Conc.cap. 16 ſeſſ. 24.requirit. Ad ſecundam reſpondit, capitulum tempus præfinire poſſe: quam Congreg. de vtroque ſententiam vobis notam eſſe volumus. Deus vos ſeruet incolumes, gratiæque ſuæ donis participes faciat. Romæ die 26. Iulij 1589. vid.in Domino A.Cardin.Carrafa.Et eſt alia ſimilis declaratio in vita Tarentina,qua ſic ait: Capitulum Tarẽtinum conſuetum a tempore immemoriali ſede vacante eligere duos Vicarios, petijt declarari, numquid & idem ei poſt Concilium liceret, an vero vnum tantum eligere poſſet, Congregat. cenſuit agendum cum Sanctiſſ ex quo Concil.ſeſſ. 24. ca.16. ſede vacante iubeat capitulo, quod plures, vel vnum œconomum deputet, item officialem, ſeu Vicarium, & ſic non dicit plures; vnde vnus tantum videtur eligi poſſe:ſed quia allegatur immemorialis conſuetudo, videndum eſſe, an per d. cap. 16. ea ſit ſublata. Sanctiſſ. dixit, ſi legitimè probetur conſuetudo immemorialis, non videri eam ſublatam à Concilio, ideo permittendum, quod eligantur Vicarij illis qualitatibus,quas Trid. Concil.requirit. Vnde videtur, ex ſententia S.Congreg. & Papæ, non poſſe capitulum duos, aut plures Vicarios conſtituere, niſi adſit conſuetudo contraria,præſertim immemorialis. Et clarius id cenſuit Sacr. Congreg.in vna Panormit. 31. Maij 1592. ſic: Congreg. Concilij cenſuit,ex decreto Concilij cap.16.ſeſſ.24.a c.ſede vacante vnum tantum Vicarium eſſe eligendum, non eſſe eo decreto ſublatam conſuetudinem duos,aut plures eligendi,præſertim immemorialem. Quod intelligendũ erit,quando ſede plena non ſolet eſſe niſi vnus Vicarius. vbi enim cõſuetum eſt per Epiſcopos teneri duos, aut plures Vicarios, cap.ſede vacante idem facere poterit: & ita plane videtur eſſe de mente Concilij. Quamuis autem cap. non liceat cõſtituere plures Vicarios,quando ſede plena non ſolet eſſe niſi vnus; ſi tamen de facto eos conſtituat, omnes habebunt iuriſdictionem,donec remoueatur aliquis eorum, maximè quando omnes ſimul conſtituti ſunt.*

38 Prædicta autem regula ſupra poſita, † quod Capitulum ſede vacante, fungitur vice Epiſcopi, & ſuccedit in his,quæ ſunt iuriſdictionis,procedit, vbi ea iure communi competunt Abb. in d.cap. cum olim de maior. & obedientia,nu,ſecundo,quinta dubitat.& in cap.verum.de foro competen.num.9.Felinus in cap.cum omnes.de conſtitut. num.10. & in cap.eam te de reſcript.nu. 17.& in d.cap.cum olim, num.35.& 7.& in dicto cap. verum, ante numerum primum.Rebuffus in praxi titulo de deuolut. num. 68.& 69.& Coraſius dicto cap.7.p.2.nu.2.Cucchus d.l.2.tit.9.nu.72. Iacobus Sbrotius de Vicario Epiſcopi l.1.quæſt.16. num.1.& lib.2 quæſt.188.num. 6.Marcus Antonius Genuen. cap.85.num.29. *Ioan. Garcia de expenſ.& melior.cap.20.num.13.ſumma Bullar.d.verb.cap.ſede vacante ſub num.1.verſ. ſubſequenter hanc regulam, Azened. conſi.11.a num.3.Leo c.10.nu. 8.fallent. 7. & Aſor 2.p.lib.3.ca.39.q. 2.*intellige ta-
39 men,Capitulum ſede vacante, † non ſuccedere in his, quæ Epiſcopo competunt, non iure communi, ſed ſpeciali, ſeu accidentali, quando competunt iure ſpeciali,ſeu accidentali, & non ex iuriſdictione ordinaria,ſeu tanquam ordinario, & Epiſcopo, Roman. conſ.506.n.14. vt in caſu feudi,de quo loquitur Abb.& Felin. ibi, in quo non competit iuriſdictio Epiſcopo,vt epiſcopo,ſed vt domino feudi,nam licet Epiſcopo competant iure ſpeciali,ſeu accidentali,ſi tamen ei competunt tanquam † ordinario,&
40 Epiſcopo, & ex iuriſdictione ordinaria, ſuccedit in eis Capitulum ſede vacante, vt in iuriſdictione, quã habet Epiſcopus ex conſuetudine,vt cum Collectario docet Abb.in dicto cap.cum olim. 10. quæſt. Pauinus 9.q.1.part.num.7.Cucchus ſupra num. 85.& Marcus Antonius Genuen.ſup.num.31. *ſum. Bullar. vbi proxime,Aſor d.c.39.q.7.& Molin.d.diſp.11.n.10.*

quam-

quamuis contrarium teneat Fel.in d.cap.cum olim.
41 ad 10.quæst. Ex quo infertur declaratio † ad decretum Concilij sess.24.de reform.cap.6. vt facultas ibi concessa Episcopo, competat etiam Capitulo sede vacante, nam licet illa facultas Episcopo competat iure speciali d.decreti, tamen competit ei iure communi & ex iurisdictione ordinaria, ei tributa per d. decretum, & ita in terminis docent Zeuedo collect. 4.ad 6.num.3. Mar.Anton,Genuen,cap.66.nu. 12. Arag.22.quæst.88.artic.12.5. conclus. Enriquez in sum.lib.6.cap.16.§.1.& lib.14.cap.20.§. Emmanuel Rodriguez quæst.1.regul.1.tom.quæst.61. artic.9. & Suarez,4.tom.de poenitentia disput.30.sect.2. nu. 4.*summ. Bullar.supra 24.& Piasec.in praxi Episc.p.2.c. 1.nu.16.* Faciunt, quæ tradit Thom. Sanchez de matrimonio lib,2.disput.40.quæst.2.& Suarez.5. tom. de censuris disputatione 7.sect.4.nu,15.*de legib,lib.6 c.15.nu.15.cum Couarr.lib.3.variar.c.20.num.6 & 10. & alijs.* quamuis contrarium teneat ,*in proposito Leo d.nu.8.sallent.& 9.& ipse Suarez*, d.5.*tom.* disputatione 41.sectione 2.num.13.contra quem id nouissime tenet ex dict,ratione Thom.Sanchez lib.8. disputatione 2.nu.10.*Et in præcepta Decal.lib.2.c.11.nu.4.*

42 Vnde, in iurisdictione delegata † Episcopo non succedit Capitulum sede vacante, Rota decis.6. de offic.delegat.in antiquis Abb,in d. cap. cum olim.5. q.Roman.d conf.506.num.4.& ibi Horat. Mandos, additione vltima Litera,I.Fel.in d.cap. eam te. nu. 17.& in d.cap.cum olim ad 10.quæst.& in d.cap. verum,ante num.1. Decius in cap.quin Abbas de officio deleg.num.71.& 81.Rebuf.d.num.60. Azeued. d.lib.1.Curiæ Pisanæ cap.8.num.12.Sbrotius lib. 1. quæst.16.num.1.& lib 2.quæst.135.num. 4. & Mar. Ant.Genuen.supra d.cap.85.*sum.Bullar.d.verb.n. 1. circa princ.* Azeuedo *conf.11.nu.7. Leo d.c.10.nu.8. fallent.2.4.& 7.& Açor d.cap.39.quæst.4.*

43 Quod ampliatur 1.etiamsi post † præsentationē mandati fuisset mortuus Episcopus Marc. Anton. Genuen.sup.quicquid sub verb.forte,tunc dicat Pauinus q.10. 1, p, nu. 20. & vide dicta infra par. seq. c.2.dub.4.2 num.49.

44 Secundo † ampliatur,etiam si delegatio fiat à canone, quia licet competat à iure communi, tamen est ex potestate specialiter inducta,& non competēte Episcopo,vt sic ex iurisdictione ordinaria,ita Abbas in d.cap.cum olim.d.5.quæst. Rota & Roman. sup.& cum Ioan. And.& Domin.Fel.in d.cap. eam te num.17.& in d.cap.cum olim ad 4.& 10.quæst.& in dict.cap. verum, vbi supra, & Thom. Sanchez.d. num.10.*Et* Azeued.*d.conf.11.nu.8.*

45 Ex quo inferunt, † Capitulum sede vacante, non posse visitare monasteria monialium exempta, quæ visitat Episcopus authoritate Apostolica,clem.2.de statu monach.& ita tenuit Rota in vna Burgen. visitationis coram D.Oran.1.Iun.& in alia Burgen,procurationis coram eod.10.Martij 1597.vbi fuit resolutum,Capitulum sede vacante posse visitare etiam monasteria monialium non exempta;exempta vero non, Lap, Abbas in cap.1.de maior.& obedient.lib. 6.Abbas n.2.Felin.3.in d.c.cum olim,Socin.185.inæqualiter 2.de accusatio.Pauinus 1.p.q.7.& de visitatione 2.p.nu.32.*Et nouissimè tradit Leo d.c.10.nu.8 sallent.10.& Açor d.lib.3.c.37.q.15.& cap.40.q.8.& videtur sequi* Syluest.*verb.capitulum.q.5.*

46 Quæ ampliatio procedit indistincte, † quamuis Pauinus d,quæst.7.nu.9.& d.quæst. 10.num.4. & 5. & Mar. Ant.Genuen.sup.nu.30.& Cucchus d.tit.9. num.80.*Et summ Bullar.supra d.nu. 1 circa princip. & q.1.& Açor d.lib.3.q.9.q 4.* teneant, Capitulum sede vacante succedere in iurisdictione à iure Episcopo generaliter,authoritate Apostolica delegata, si necessarium,vel vtile sit id, de quo agitur expediri per Capitulum, nec patiatur dilationem; nam adhuc Capitulum non poterit vti huiusmodi iurisdictione delegata,tanta tamen poterit vrgere necessitas,vt iurisdictio ordinaria intret,licet alias non haberet locum.

47 Vnde etiam infertur, † quod in casibus in quibus in S.Concilio Triden.datur Episcopo facultas, quod procedat vt sedis Apostolicæ delegatus, qui habentur in indice verbo Episcopi, quibus in causis procedant vt Apostolicæ sedis delegati, Capitulum sede vacante,non succedet in hac facultate delegata,quamuis possit procedere ex potestate ordinaria, in causis,in quibus Episcopi etiam ex ea possunt procedere. *Contrarium huius secundæ ampliationis, & illationum nouissimè posthac tenet Molina d. disput. 11. num. 8. dicens, quod muneri Episcopi aliquid iuris tanquam sedis Apostolicæ delegato in perpetuum committitur, vt ex officio Episcopis deinceps competat, eam iurisdictionem per epicheiam transire ad cap sede vacante, nisi aliquid opponatur, vnde colligatur contrarium fuisse intentum Concilij, aut Sancti Pontificis id statuentis, atque ita iurisdictionem & gubernationem a Concil.Triden.sess. 25.de regul.cap. 9. commissam Episcopis tanquam sedis Apostolicæ delegatis in monasteria sanctimonialium dictæ sedi immediate subiecta transire ad capitulum sede vacante,ne tempore sedis vacantis careant gubernatore,&c. Quando vero quod aliquam causam, vel negotium particulare Episcopus esset delegatus,etiam sub nomine dignitatis, tunc eam iurisdictionem non transire in cap. sede vacante, quoniam non est Episcopus, &c. Sed nihilominus standum est d. ampliationi, & illationibus, & dicendum, quod tunc tempore sedis vacantis perinde est ac ante factam dictam delegationem a iure, & ille casus remanet in dispositione iuris communis sine delegatione, &c.*

48 Et vt in hac re tollatur † æquiuocationis occasio oportet animaduertere, quod aliud est dari à iure iurisdictionem delegatam Episcopo, ita vt procedat authoritate Apostolica, & tanquam delegatus sedis Apostolicæ, vt in terminis d.Clem.2. de visitat. monasteriorum monialium exemptorum, & in terminis cap.irrefragabili,§.cæterum,de offic.Ordinar.& cap.ad abolendam,in fin.de hæret.& cap.1.§.fin. de statu regul.in 6.& Clem.1.de suppl.negligentia Prælat. & Clem. quia contingit, de relig.domibus, & in hac iurisdictione non succedit Capitulum sede vacante,vt dictum est,aliud est dari à iure,seu Concilio iurisdictionem Episcopo in aliquibus casibus,quam alias non habebat,prorogando, & extendendo eius iurisdictionem, & potestatem ordinariam, ita vt Episcopus iure proprio, & tanquam Ordinarius procedat, & in hac recte succedit Capitulum sede vacante,iuxta supradicta num.40.& 41.sicut etiam,quan-
49 do solum tollitur,† & remouetur obstaculum exemptionis,vt in clemen.1.de testament.& in clemen.1. de sepul. nam tunc reducimur ad ius commune Pauin.d.quæst.10.num.4.

50 Et aduerte, † quod quando verba (authoritate Apo-

Apoſtolica) coniunguntur cum verbis, concedimus facultatem, non faciunt iuriſdictionem delegatam, ſed bene quando iunguntur poteſtati faciendi, Pauin. d. quæſt. 10. nu. 3.

51 A prædicta regula excipitur † collatio beneficiorum; nam Capitulum ſede vacãte, non poteſt beneficia conferre, neq; ſuccedit in collatione beneficiorum cap. 2. ne ſede vacante, & cap. vnico eodem tit. in 6. & cap. 1. de inſtitutio. eod. lib. & hic eſt vnus, & præcipuus caſus exceptus dicta regula, ex rationibus adductis per gloſſam, Abbat. & alios in d. capit. 2. num. 6. & in d. cap. cum olim nu. 2. gloſſam & Dd. in d. cap. 1. de inſtitut. in 6. Pauinum. 1. quæſt. 2. par. Rebuffus. in praxi titulo de deuolut. num. 88. & 90. Bermundum de concubinarijs verb. à perceptione, fructuum, Seluam. de benef. 2. part. quæſt. 11. Coraſium 2. par. cap. 7. num. 1. & 2. Roſiniacum cap. 8. n. 9. & 10. Ioan. Nicol. Gienẽ. in Enchir. beneficiorum titu. 4. de generis ſpec. cap. 1. num. 22. & 47. & Cucchum d. lib. 2. tit. 9. à num. 4. *Azored. conſi. 9. a num. 1. Acor dict. lib. 3. cap. 38. quæſt. 1. & 2. & Molina d. diſput. 9. num. 11.*

52 Eademque ratione, non ſuccedit † Capitulum in præſentatione, ſeu electione ſpectante ad Epiſcopũ, Pauin. 5. q. 2. p. ſub nu. 3. & 4. & poſt alios Lambert. de iure pat. 2. lib. quæſt. 2. art. 4. & Citad. 6. p. qu. 33. nu. 28. *Et Acor d. c. 38. q. 10.*

53 Et procedit quamuis † Beneficiorum collatio ad Epiſcopum pertineat, iure deuoluto, Abb. in d. cap. cum olim 1. dubit. & ibi Felin. num. 3. Ioan. Monac. in cap. quamquam. de elect. in 6. ad fin. Bald. in cap. ne pro defectu. de electione. Rebuff. ſupra num. 93. Coraſ. num. 2. Cucchus d. titu. 9. num. 92. & Martin. Anton. Genuenſ. dict. capit. 85. *Azored. conſ. 9. nu. 6. & Acor d. lib. 3. cap. 38. q. 6. & lib. 6. ca. 27. quæſt. 9.* eadem enim militat ratio, quamuis contrarium tenuerit Ioan. Andr. in dict. ca. quamquam, & ibi Domin. & Francus nu. 4. & Abb. in d. c. 2. Zerola in praxi 1. par. verb. capitulum. §. 5. & 2. eod. verb. §. 10. & Zecchus de benef. & penſio. cap. 5. nu. 5. *Et nouiſſime Molina ſupra nu. 12. dicens conſentire Doctores communiter.* circa fi. & quamuis in hoc non ſe reſoluat Pauin. 2. quæſt. 2. p. *Nec ſumm. Bullar. Quaran. d. verb. ca. ſede vacante 9. q. 3. ampliatione, dicens, quod huius determinatio diu ſe cogitabundum tenuit, cui potius adhæreret ſententiæ, quæ ad præſens, inquit, omni difficultate carere videtur propter conſtitut. Pij V. 161. folio 1167. in bullario generali loquentem, per quam reſeruantur omnia beneficia vacantia ſede Apoſtolica vacante ad prouiſionem Epiſcoporum quomodolibet pertinentia: qui tamen non aduertit d. conſtit. expiraſſe, vt dixi ſupra c. 1. a n. 224. Sed poteſt hodie adduci reg. 2. Cancell. de qua ibi a nu. 221. quæ facit ſimilem reſeruationem.*

54 Hæc autem exceptio † intelligitur in collatione libera, non vero in confirmatione, & inſtitutione, quæ ſunt neceſſariæ & debitæ: nam Capitulum ſede vacante, electos iure confirmare poteſt d. capit. cum olim, & inſtituere præſentatos d. capit. 1. de inſtitut. in 6. vt poſt alios docent Abb. in d. ca. cum olim. ſub num. 2. & in d. cap. 2. num. 6. Archid. Domin. & Frãcus in d. cap. 1. Pauin. 2. p. q. 4. & 5. Rebuff. ſupra nu. 87. & 88. & Sclua d. quæſt. 11. nu. 6. & Coraſ. d. cap. 7. num. 2. & 3. *Azeredo d. conſ. 9. a nu. 10. Acor d. lib. 3. cap. 38. q. 2. & lib. 6. cap. 25. q. 13. & Molina d. c. 11. n. 13. circa fin.*

55 Vnde etiam collationes Beneficiorum † neceſſarias, capitulum ſede vacante facere poterit Rebuff. in concordat. titul. de collatio. §. ſi quis vero, verbo diſpoſuerit. ante fin. verſic. 5. ſi collator. & in forma execut. verbo diſtulerit. poſt princip. & denominatio. quæſt. 8. num. 49. aliàs 30. & quæſt. 14. num. 130. aliàs 78. & in praxi titulo de requiſitis ad collationẽ bonam nume. 22. & tit. de deuolut. num. 85. Probus ad Monachum in cap. ſi. de offic. Vicar. in 6. num. 5. & vt receptum tradit Hippol. Bonacoſa lib. 1. communium opinionum tit. 9. de præbend. num. 13. & Ioſeph Ludouicus titulo de beneficiorum collatione, concluſione vnica. verſic. ampliatur 12. lib. 3. cõmunium opinionem, qui dicunt, quod Capitulum ſede vacante poteſt conſtituere Vicarium, qui poterit prouidere de beneficijs, quorũ collatio eſt neceſſaria, & Zecchus d. cap. 5. nu. 3. verſic. 9. fallit. vbi ait quod Capitulum conferre non poterit, niſi collatio fuerit neceſſaria, vt in beneficio debito mandatario, vel nominato, & noniſſime poſt hoc Ioan. Vameſius conſil. 259. & 267. num. 2. & conſil. 260. *Et Azored. d. conſ. 9. nu. 8. & 9. & 13.*

56 Et iſta ſententia † videtur eſſe Millis in rep. verb. Capitulum vacante ſede poteſt: iuncto §. ſequenti verſiculo. ſed contrarium dicit: & Gemin. per eum ibi relati. & de mente Abbatis in d. cap. cum olim, & in d. cap. 2. nu. 6. & Archid. Geminiani, & Franc. in d. cap. de inſtitutio. num. 6. dum enim dicũt, quod Capitulum poteſt facere cõſtitutionem, & cõfirmationem, quia ſunt neceſſariæ, & debitæ; videtur ſentire Capitulum poſſe prouidere de beneficijs, quorum collatio neceſſaria, & debita, ad tradit eſt per Aymon. de antiquitate temporis 4. par. ſect. materia iſta. nu. 50. verſ. rurſus conſideranda eſt ratio. vide-
57 tur etiam eſſe † de mente Pauin. 4. quæſtione 2. par. num. 8. & Cucchus dict. titul. 9. num. 46. qui dicunt, Capitulum ſede vacãte poſſe poſtulationem admittere, dummodo nihil obijci poſtulato poſſit, quia nõ nititur mera gratia, ſed iuris neceſſitatem habere videtur, per quam admiſſionem fit prouiſio de beneficio, & tamen hoc non eſt in iure in particulari expreſſum, idem ergo dicerent in collatione neceſſaria, & debita.

58 Idem etiam videtur tenere † Couarr. lib. 3. variarum cap. 20. numero 7. ad fi. ibi, quamuis non poſſit Capitulum vacante ſede beneficia libera collatione conferre: ſentit ergo poſſe conferre neceſſaria collatione.

59 Nec obſtat ratio Coraſij † qui contrarium tenet d. 2. par. cap. 7. num. 5. & 4. part. cap. 4. num. 37. videlicet quod hic caſus lege expreſſus non fit, & in collatione beneficiorum, numquam vacante ſede ſuccedat Capitulum, niſi vbi lege nominatim cauetur, d. cap. 2. illa, ibi, cum nuſquam inueniatur cautum in iure, quod Capitulum vacante ſede fungatur vice Epiſcopi, in collationibus Præbendarum. Quia reſpondetur ſatis conſtare, quod iure cautum repe-
60 riatur, Capitulum ſede vacante † ſuccedere in collatione beneficiorum neceſſaria, & debita: in primis quia Capitulum ſede vacante, ſuccedit in omnibus neceſſarijs, gloſſa in d. clement. 1. §. 1. verb. Capituli. de hæret. communiter approbata, vt ſupra dixi nu. Rota deciſ. 6. de rerum permutatione in nouis n um. 1. Mill. de verb. Capitulum vacante ſede poteſt, & alij, & in omnibus, quæ ſunt de iuſtitia, Archid. in c.

1. de

f. de maior. & obedient. lib. 6. Bellam. cons. 20. num. 13. Rofiniacus d. cap. 8. post princip. vers. decedente Episcopo, ibi, totamque iurisdictionem, & iustitiæ munia in omni negotiorum genere adscripto, Epi-
61 scopo peragenda planè absoluere. Secundo, quod † Capitulum succedat in collatione necessaria, deducitur ex d. cum olim, de maior. & obedient. ex quo constat, succedere in confirmatione electi, ea ratione, quia est necessaria, & debita, vt explicant doctores citati supra, & eadem est ratio in collatione necessaria, & debita, & sic idem ius debet esse l. illud. ad l. Aquil. cum vulga.

62 Nec dicatur, † quod Capitulum habeat potestatem conferendi, quia hoc est specialiter in iure ibi expressum; nam cum Papa, ibi, in facti contingentia respondeat, nil noui decernit sed respondet, prout alias de iure, & secundum illius regulas generales, ad cap. in causis. de re iudicanda. Tertio idem dedu-
63 citur † ex cap. 1. de institut. li. 6. vbi dicitur, quod & si Capitulum nõ possit beneficia conferre, præsentatos tamẽ potest instituere, & sic fit differentia inter collationem liberam, & necessariam, & non liberam vt est illa quæ fit præsẽtatis, institutio enim dicitur collatio non libera, Decius consil. 121. num. 1. Sua-
64 rez 5. tom. disputat. 14. sect. 2. nu. 32. Neque † etiã dici potest, quod Capitulum habeat istam potestatem instituendi, quia hoc est in iure ibi expressum, nam ille textus non est exorbitans, nec inducit ius nouum, sed emanauit ad declarationem, vt ex contextu, & tenore verborum illius constat. & tradit ib. glossa verb. & li Capitulũ, & sequuntur Dd. ibid. quicquid dicat Lamb. 1. p. 1. lib. q 2. art. 9. n. 2. vers. similiter videmus.

65 *Præterea*, † dato quod ille text. esset exorbitans, & limitatorius. reg. quod Capitulum sede vacante, non possit Beneficia conferre, tunc in tracta. regul. quod in exorbitantibus, seu exceptionibus. quæ fiũt a regulis, fit extensio de similibus ad similia, ex identitate, seu paritate rationis, glossa verbo mariti in l. si constante, & ibi Dd. ff. solutio matrimonio, cap. cũ dilecta de confirmatione vtili. & ibi Abb. 5. notab. & Decius, Cassador. decis. 2. de iure patro. num. 3. & decis. 7. de causa possess. n. 19. & post alios plures Conarr. lib. 2. variar. c. 5. nu. 7. *Et Sosa in declarat. constit. Clem. VIII. de larg. muner. 5. fundam.*

66 *Vnde* cum sit † eadem ratio in collatione necessaria, & debita, quę est in institutione, poterit Capitu-
67 lum sede vacante eam facere ex illo text. † & sic in Diœcesi Palentina, Burgen. & Callagurritana. & aliis, vbi beneficia sunt patrimonialia, & debentur filijs patrimonialibus dignior. bus repertis, aut nominatis, Vicarius Capituli sede vacante illa confert, quia ex constitutionibus synodalibus, seu consuetudine, vel aliàs eis debentur, de quo etiam infra nu.
68 † 89. & sequ. de quibus beneficijs patrimonialibus agit Mandos. regu. 19. de infirmis quæst. 15. Hoeda de incompatibilitate Benefic. 1. parte. cap. 24. ex nu. 86. & l. 21. 22. & 23. titulo 3. lib. 1. recopilationis, & ibi Aceuedo, & nouissime, & latè Gonzalez glosa. 9. §. 1. *Et Villar del patronado de Calatayud 3. parte & 9. part. §. 2.*

69 Et ad text. in d. c. illa. 2. respondetur tex. † istum, & alios, qui dicunt Capitulum sede vacante, nõ succedere in collatione beneficiorum, procedere in collatione libera, & gratiosa, eo quod illa, (cũ sit quædam præeminentia,) propter liberalitatem, & gratiam, quæ in ea exercetur in dando, cui libuerit, cõputatur inter fructus, quos Capitulum distrahere non debet, sed futuro Episcopo reseruare, ne ei præiudicium fiat; & est donatio quædam, quæ non censetur ei concessa, vt supracitati num. 51. Ex quibus
70 † rationibus, (quę non militant in collatione necessaria, & debita vt constat) satis ostenditur quod dicitur, in d. cap. illa 2. & similibus solum procedere in collatione libera, & gratiosa, prout loquitur; ratio enim, etiam coniecturata, limitat, & restringit dictũ ad eius limites, l. cum pater. §. dulcissimis. ff. delegat. 2. l. quamuis, §. adigere. ff. de iure patron. & post Abbat tradit Cassador. decis. 31. num. 4. & decis. 32. nu. 10. & decis. 19. num. 4. sup. regul. Et sic in collatione necessaria videtur manere firma reg. generalis supra posita nu. 4.

71 Nec obstat alia ratio Corasij de collatione, † quæ fit mandatario, quæ necessaria videtur, & tamen eam, sede vacante, Capitulum facere nequit ea. eam te, de rescript. quia id ex eo est, quod collatio ista fit ex iurisdictione delegata, in qua Capitulum non succedit, vt dixi, & est decis. Rotæ 56. de concessione præben. in antiquis. Quamuis Rebuffus in d. forma executor verb. distulerit, & Zecchus vbi supr. teneãt Capitulum posse facere collationem mandatario, tanquam necessariam, & nouissimè Vamesius supr.
72 Et contra † Corasium facit quod ipse docet dict. 2. p. cap. 8. num. 2. ibi. Cum tunc collatio non sit voluntatis, &c. cum Domin. in cap. fin. de officio Vicarij in 6. contra Rotam decisio. 43. in antiqu. quæ est prima de renuntiationibus, posse Vicariũ Episcopi, absque speciali mandato conferendi, conferre beneficia ex causa permutationis resignata, si potestatem recipiendi renũciationes ab Episcopo habeat, quia tunc collatio non est voluntatis, sed necessaria, quia non possunt huiusmodi beneficia nisi permutantibus conferri, vnde tenet in Vicarium Episcopi, ex generali commissione, transire collationem necessariam, & tamen strictior est potestas Vicarij Episcopi, quam Capituli sede vacante, quod plura potest, quam Vicarius Episcopi, Paulous quæst. 2. tit. 2. & q. 5. nu. 5. p. 1. Sbrotius de Vicario Episcopi lib. 1. q. 15. nu. 6. de quo cap. seq. à nu. 104.

73 Illa vero est collatio necessaria, † quæ est debita certæ personæ, seu certo generi personarum, Rebuff. in praxi, tit. de collatione, nu. 1. & d. quæst. 14. de nominatio. num. 131. aliàs 79. & seq. & alijs locis supr. citatis, P. Gregor. de benefic. cap. 19. num. 3. Puteus decis. 100. num. 1. lib. 3. & decisione 235. lib. 2. & decis. Abulensis Parochialis 24. Octob. 1594. supra adducta, c. 5. nu. 93.

74 Et sic non † bene loquitur Corasius 4. p. cap. 4. n. 58. dum ait, non videri sibi admodum tutum asserere, collationem quæ fit nominatis, necessariam esse quando concurrentibus pluribus eiusdem anni nominatis, possit Episcopus cui vult gratificare, &c. nam vt est dictum, ad hoc, vt collatio non dicatur libera, sed necessaria sufficit, vel quod sit debita certæ personæ, vel saltem certo generi personarum, facit l. vnum ex familia. §. 1. ff. de legat. 2.

75 Et ideo quando patronus præsentasset † plures æque idoneos, posset nihilominus Capitolum sede vacante instituere, quem maluerit ex præsentatis, Paulus 2. part. quæst. 4. in fin. & quæst. 5. num. 2. &

facit

facit quod dicitur cap. ſequen. numero 88.

Ex quibus infertur, quod ſi aliquod Beneficium,
76 † ſeu Capellania, ex fundatione, & inſtitutione conferendum ſit certæ perſonæ, ſeu certo generi perſonarum, vt conſanguineis fundatoris, &c. Poterit Vicarius Capituli ſede vacante illud conferre, quamuis non ſit iuris patronatus, ſed mere collationum, vt ſi fundator illud liberum reliquiſſet à iure patronatus, ſeu alias ius patronatus eſſet amiſſum. Et vbi eſſet iuris patronatus, & patronus non præſentaſſet in tempore, & ita poſt hæc tenet Vameſius dict. conſ. 266. vbi ait, quod beneficia quæ certæ perſonæ, ſeu certis perſonis in ſpecie affecta ſunt, poſſunt conferri à Capitul. ſede vacante, licet ſecus cum in genere qualificatis perſonis collatio facienda eſt, vt magiſtris, &c.

77 Et idem erit, quando ratione optionis debetur † Beneficium antiquiori optanti, quo caſu, etiam non eſt libera collatio, ſed neceſſaria, vt in capit. fin. de conſuetud. in 6. & tradit P. Gregor. ſup. num. 4. & d. deciſio. Abulenſ. Parochialis poterit enim ab illo cõferri, &c.

78 Secundo infertur verum eſſe † id quod dicitur infra 11. p. c. 4. nu. 81.

79 Tertio ex dictis prætendebatur in † cauſa mea Abulenſ. Parochialis de la Calçada hodie ſtante S. Concilio Triden. ſeſſ. 24. de reformat. c. 18. & conſtitutione Pij V. ſuper collatione Parochialium, poſſe Capitulum, ſeu eius Vicarium, ſede vacante, conferre Parochiales, ſecluſa reſeruatione, ex quo debent conferri magis idoneo reperto, ſeu electo, ex approbatis in concurſu, quem Vicarius Capituli poteſt facere, vt apparet ex illa declaratione S. Congregationis Concilij Toletana adducta 9. parte cap. 2. num. 8. vbi dicitur, & ſic hodie videbatur earum collatio
80 neceſſaria, iuxta d. Ad quod facit quod † ait Vgolinus d. cenſur. tab. 2. c. 11. §. 2. n. 3. quod hodie ob concurſum qui fit de beneficijs, quæ curam animarum habent, collatio libera non omnino videatur.

81 Rota † tamen 1. Februarij 1593. coram Illuſtriſſimo D. Millino contrarium cenſuit ex opinione Coraſij vbi ſupra, quæ dominis magis placebat, & ex d. declaratione S. Congregationis Toletana, quæ de-
☞ ciſio Rotæ ſic ſe habet. Regulæ quod Capitulum ſede vacante non poteſt beneficia conferre, cap. 2. ne ſede vacante, cap. vnic. §. ſi vero eod. tit. in ſexto, Gemin. in cap. 1. ſub num. 4. de maioritate & obedient. in 6. afferebatur limitatio, ex Rebuff. in praxi, titul. de deuolut. nu. 85. & in tract. nominat. quæſt. 8. nu. 30. vt non procedat in collatione neceſſaria: & adducebatur ſimile de poteſtate inſtituendi & confirmãdi, quæ tranſit in Capitulum, vti neceſſaria Abb. in cap. cum olim, ſub num. 7. verſic. ſed in confirmatione, & inſtitutione de maioritate & obedient. Anch. Gemin. Francus, & alij in cap. 1. de inſtitutio. in 6. & ex iſta limitatione deducebatur, quod cum Parochiales ex diſpoſitione S. Concilij Triden. ſeſſ. 24. capit. 18. & conſtitutione S. memoriæ Pij V. ſint conferendæ magis idoneis repertis, collationem eſſe de iuſtitia, & neceſſariã, & conſequenter Capitulum ſede vacante potuiſſe conferre, vt denominatis & graduatis, quibus ex concordatis beneficia debentur, tradit Rebuff. in locis citatis. His tamen non obſtantibus domini cenſuerunt, collationẽ factam Nicolao Garſiæ à Capitulo, fuiſſe inualidam. Ratio potiſſima fuit, quia iſte caſus in iure non reperitur expreſſus, & in collationib. Beneficiorum nunquam ſede vacante ſuccedit Capitulum, niſi in caſibus à iure expreſſis, cap. illa, ne ſede vacante. Lambert. de iure patronat lib. 19. artic. 2. quæſtione. princip. 1. parte 1, libro numero 2, per quam rationem in proprijs terminis, quod Capitulum ſede vacante non poſſit facere collationem neceſſariam, contra opinionem Rebuffi, tenet Ioan. Coraſius in tract. de Sacerdot. 2. par. cap. 7. ſub num. 4. & 5. Mouebat etiam maxime dominos: declaratio Congregationis Cardinalium, Sacri Concilij Trident. interpretum quæ cenſuit Capitulum non ſolum non poſſe conferre Parochiales ſede vacante, ſed neque etiam poſſe conferre incommendam, quod Capitulo erat permiſſum, cap. bonæ. vbi Abb. num. 14. de appellat. c. vltim. de ſtatu Monach. Abb. in cap. illa num. 4. ne ſede vacante aliquid innouetur. Nec obſtat opinio Rebuffi, quia dominis magis placebat opinio contraria, præſertim ſtante reſolutione Congregationis; nec placuit ſimile de inſtitutione, & confirmatione, cum Capitulum habeat iſtam poteſtatem, quia hoc eſt in iure expreſſum, Abb. in d. c. illa nu. 6. Lambert. in loco citato, verſ. ſimiliter videmus.

82 Et 8. Martij † eiuſdem anni, coram eodem D. Millino domini ſteterunt in deciſis.

83 Poſtea tamen † coram Illuſtriſſimo Cardinali ☞ Blanchetto, domini magis ierunt in hoc, quod collatio Parochialium etiam hodie non ſit neceſſaria, quia tota radicatur in mera voluntate Epiſcopi, qui poteſt abſtinere ab illa, & permittere vt per lapſum temporis ius deuoluatur ad ſuperiorem, nec ad eam per alium cogi poteſt, vt apparet ex deciſ. ſupra adductis, cap. 5. nu. 92. & 93.

Quod fundamentum videtur magis iuridicum,
84 † ex d. conſtitutione Pij V. ex qua Epiſcopo non cõferente Parochialem intra ſex menſes, eius prouiſio libera deuoluitur ad Papam, quamuis factus eſſet cõcurſus, & etiam ex approbatis magis idoneus ele-
85 ctus. Vnde apparet approbatos in † concurſu, aut etiam electum ex eis tanquam magis idoneum, non habere ius ad Parochialem, nec eſſe eis debitam abſolute, vt ſic collatio eius dici poſſit neceſſaria, ſed ſolum Epiſcopum, ſi vult conferre, debere conferre vni ex approbatis in cõcurſu, quem magis idoneum iudicauerit, & elegerit, iuxta formam Concilij ibi, cui facto ſuo ſubijcitur, vt dicitur in d. deciſ. 2. corã
86 D. Blanchetto. Si enim approbati † in concurſu, aut etiam magis idoneus electus, haberent aliquod ius ad Parochialem, eis deberetur abſolute, vel non fieret deuolutio iuxta dicta infra 10. par. cap. 4 à num. 1. vel fieret cum eadem qualitate, & onere, ex Rebu. d. tit. de deuolut nu, 40. 41. & 42. & Coraſio. 4. par. cap. 4. nu. 16. & dictis infra d. 10. partic. cap. 3. nu. 42 *Et quod capit. ſede vacante non poſſit facere collationem parochialium, etiam ſtante Concilio, ſupponit poſthac Mol. d. tract. 5. diſp. 11. num. 11. vbi ait, quod ſiue beneficium curatum tempore ſedis vacantis in menſe S. Pontificis vacet, ſiue in menſe Epiſcopi, omnia in d. c. 18. Concilij præſcripta peragit cap. ſede vacante vſque ad electionem dignioris inclusiue, non ſecus atque illa perageret Epiſcopus, collationem vero beneficij remittit S. Pontifici, de quo etiã d. c. 5. 9. par. à num. 115.*

87 Et ita in cauſa Salamantina Parochialis † de Ga-
☞ iates, 1. Decemb. 1578. coram D. Brauo quæ eſt de-

cil. 442.

cis.442.par.1.diuersor.num.4.dicitur, collationem parochialis vacantis, sede Episcopali vacante in mẽ se Ordinarij, de iure reseruati successori Episcopo, & sic Ducem Albanum virtute sui indulti, de quo supra cap. 1.num. 632. non potuisse præsentare ad Parochialem vacantem, sede Episcopali vacante, in mense Septembris, &c. Quamuis hodie, cum omnia
88 † beneficia vacantia sede vacante, sint reseruata ex reg.2.Cancellariæ vt dixi d.cap.1.à num.221. poterit Dux præsentare ad parochiales, & alia beneficia, vacante sede Episcopali, vacantia in quocunque mense, vt in d.cap.1.nu.650.

Et ita etiam in terminis beneficiorum patrimo-
89 nialium, † tenuit postea Rota in vna Calagurritana beneficij de Ascarca 17. Maij 1596. coram D. meo ☞ Corduba vt in decis.sequent. Fuit resolutum, Cap. Eccles. Cathedr. Calagurritanæ, non habuisse facultatem conferendi beneficium, de quo agitur, sede Episcopali vacante, capit.illa. ne sede vacante, & ibi Doct.Gemin.in cap.1.num. 4. de maioritate & obedien. in 6. Rebuff.in praxi tit.de deuolut.nu.70. & 71. quia non succedit in iuribus Episcopi, nisi in casibus à iure expressis, Abb.in cap.2.num.3.ne sede vacante; nam cum hæc sit regula prohibitoria, omne id intelligitur esse expresè prohibitũ, quod specialiter non est permissum.l. 1.§.si quis hoc interdicto, de itinere actuq; priuato ca.auditis.vbi Abb.Felin.& cæteri de præscrip. Ruin.consil. 157.num. 19. lib.1. Alexand.in l.si conuenerit.nu. 4.de re iudicat. Paris.cons.112.nu.53.lib.1. Nec obstat, quod Capitulum succedat in iurisdictione, vacante sede, cap. cum olim.de maioritate & obedientia, quia iste actus receptionis, est similis collationi, & tãquam mixtus debet successori reseruari, d.cap.2. ne sede vacante, cap.vnic.§.fin.eod.tit.in 6. Minus refragatur, quod iste non sit casus liberæ collationis, cum sit recipiendus ex filijs patrimonialibus, qui in concursu magis idoneus fuerit iudicatus, quia non propterea pertinet ad Capitulum, tanquam collatio necessaria, illa enim necessaria collatio dicitur in proposito, ad quã Episcopus tenetur, & potest compelli, & quæ incipit à tertio vt à patrono, nõ autẽ quãdo totus actus dependet ab illius potestate, prout electio, & institutio magis idonei; quemadmodum resolutum fuit in illa Abulen.Parochialis 22. Iunij 1594. coram Illustrissimo Blanchetto, vt in præsenti cõtingit, cum de illo tempore, nullus beneficiatus adesset in illa receptiua Ecclesia, qui electum reciperet, vnde iudicatus dignior, per Ordinarium instituendus erat, iuxta constitutiones illius diœcesis, quæ cum istam facultatem instituendi, solis Ordinarijs tribuant, dato millies, quod iste actus iustitiæ, & iurisdictionis sit, tamen in eo Capitulum sede vacante non succedit, cum in illo nullam cum Episcopo communionem habeat, ad tradita per Abb. in d.cap.cum olim colum. penul. versic. 5. dubitatur, de maioritate & obedient. maximè in materia prohibitiuæ collationis ad Felin.in d.cap.cum olim.num.3.vbi ex supradictis voluit, quod licet collatio iure deuoluto iustitiam respiciat, tamen Capitulum vacante sede in eo non succedit, sed Episcopo ratione honorificentiæ reseruatur. Refert & sequitur Gonçalez glos.9.§.1. num.77.& glos.45.nu.20.

Sed cum filius patrimonialis in concursu magis
90 idoneus iudicatus † habeatur ad beneficium, & ei absolutè debeatur, sicut præsentato, ita vt Ordinarius possit per superiorem compelli vt ei conferatur, seu ab eo appellari, iuxta dicta infra d.10.parte cap.4.num.5. & 9. videtur collatio verè necessaria, & de iustitia, & consequenter in ea succedere Capitulum sede vacante, & esse longè diuersum ac in parochialibus. Et in materia collationis necessariæ & iustitiæ, appellatione Ordinarij veniet Capitulum vacante sede, sicut etiam veniet Vicarius Episcopi. Quamuis ad effectum vt intret alternatiua, & indultum Cardinalium, dicatur libera collatio, cum fiat sine præsentatione, & interuentu alterius vt supradictum est cap.1.num.476. *Et ita tenet Villar posthac visus del patronado de Calatayud 5.p.num.8.dicens, quod Vicaria dicti Archidiaconatus de Calatayud sunt patrimoniales, & qua non possunt prouideri per ordinarium nisi filijs parochianorũ Ecclesiarũ, & admissis in eis: & q hæc est ratio, quare sede vacante Vicarius generalis capituli Tirason. eas prouidet, si quidẽ si non essent patrimoniales, & essent liberæ dispositioni episcopi, non posset, nec eas prouideret.* Id tamen non procedet, stante reg.2.Cancellariæ, reseruatoria beneficiorum vacantiũ sede Episcopali vacante, de qua supra ca. 1.à nu.221. in qua includuntur etiam beneficia patrimonialia, quæ prouidentur per Episcopum absque alterius præsentatione, vel electione, nisi adsit indultum in contrariũ iuxta supradicta d.c.1.à nu.559.& 565.

91 Alter casus exceptus à prædicta reg.nu. 4. † posita, hodie est ex S.Concilio Trident.sess.7. de reform. cap.10. ex quo non licèt Capitulis Ecclesiarum sede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut literas dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui qui beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione, arctatus non fuerit cõcedere: & si secus fiat Capitulum cõtrauenies Ecclesiastico subiaceat interdicto, & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant, in maioribus vero, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Episcopi sint ipso iure suspensi, ita Cõcilium ibi, & in cap.10. sessione 23. de reform. pœnã istam impositam ijs, qui contra decretum à Capitulo, Episcopali sede vacante, literas dimissorias impetrant, ad illos qui easdem literas non à Capitulo, sed ab alijs quibusuis in iurisdictione Episcopi loco Capituli, sede vacante, succedentibus, obtinerent, mãdat extendi, concedentes autem dimissorias contra formam decreti, ab officio, & Beneficio per annum sint ipso iure suspensi, & notant Mayolus de irregularitate l b.4.cap.2.num.3. Salcedo in pract.crimin. Bernard. Diaz ca.26. verb. sine licentia. *Summa Bullar. d. verb.cap. sede vacante 10. quæst. Vgolinus de offic. episc.c.26.§.20.nu.5.*

92 Et ex Bulla Sixti V. contra male promotos, † ordinati cum literis dimissorijs, seu licentia Capituli sede vacante contra dict. decretum, erant absolute ipso iure suspensi, & absolutio Rom. Pontifici reseruata. sed illa iam per Clemen. VIII. ad terminos sacrorum Canonum, & dispositionem S.Concilij Trident. reducta est vt dictum est sup.2.par. cap.vltim. num. 70. *& quoad concedentes dimissorias sufficit sola concessio ad incurrendam pœnam licet eis vsum non fit, vt in seq. declarat. S.Congreg. Vicarius cap. sede vacante literas*

*teras dimiſſorias ad ordines conceſſit infra duos menſes a die vacationis: verum cum is, cui conceſſæ litteræ fuerunt, eis vſus non eſſet, dubitatum fuit, an pœna cap. 10. in fine ſeſſ. 23. in hoc caſu locum haberet, Congregatio cenſuit, cõcedentem incidiſſe in pœnam, licet is, cui conceſſit, vſus non fuerit, nam actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non ſtetit.*

*Quando tamen ex decretis Concilij capit. ſeu eius Vicarius poteſt dare dimiſſorias, & concedere licentiam ordinandi, poteſt etiam diſpenſare in interſtitijs, ſicut Epiſcopus poſſet, vt per ſum. Bullar. diſtinct. 104. dicentem referri S. Congreg. declaraſſe facultatem remittendi interſtitia epiſcopo competentem ex cauſis comprehenſis in c. 11. 13. & 14. ſeſſ. 23. de reformat. tranſire in Vicarium capituli ſede vacante; & ita cenſuit in vna Aſtiricen. 21. Apr. 1591. quod tamen videtur accipiendum data ſpeciali commiſſione iuxta ſupra d. nu. 29. & ſeq. quemadmodum requiritur ad concedendum dimiſſorias, ſeu licentiam ordinandi, Panin. p. 2. q. 10. nu. 17. Mandoſ. reg. 24 de male promotis q. 6 nu. 10. Sbroc. lib. 2. q. 41. a nu. 4. & Rota in Burgen. canon. coram D. Gipſio, vbi 17. Octob. 1586. fuit reſponſum, quod dimiſſoriæ, &c. R. dimiſſoriæ.*

51 Et ſuper d. cap. 10. ſeſſ. 7. S. Congr. eiuſdem † Concilij fecit declarationes ſequent. Prima, poſt annum ſedis vacantis, Capitulum literas dimiſſorias, & facultatem ordinandi concedere poteſt in Eccleſia vacante: ſic ipſum Concilium Trid. Secunda, Concilium Prouinciale ſtatuere non poteſt, vt Capitula non remittant ordinandos ad alios quam ad comprouinciales Epiſcopos, niſi id faciat ex rationabili cauſa pro correctione ſcilicet Prouinciæ 15. Martij 1586. Tertia, an Concilium Prouinciale poſſit reſtringere poteſtatem Capituli hic tributam, ſcilicet vt non concedant poſt annum litteras dimiſſorias, ordinandis ad tit. patrimonij. vel penſionum. Reſpon. in hac re obſeruandum eſſe cap. 2. ſeſſ. 21. de reformat. quod docet, obtinentes patrimonium, vel penſionem, non promouendos, niſi Epiſcopus pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum iudicauerit eos aſſumendos eſſe. Quarta, Capitulum ſede vacante poſt annum non arctatis concedere dimiſſorias ordinandi ad titulum patrimonij, ſeu penſionis, non poſſe Congregatio reſpondit, ſed hanc facultatem eſſe reſeruatam iudicio proprij Epiſcopi. Sed aduerte hoc non videri receptum, ſaltem in Regnis Caſtellæ.

Quinta, Capitulum ſede vacante poteſt concedere licentiam extero Epiſcopo, exercendi Pontificalia in eorum Eccleſijs, & ordines conferendi, tã clericis illius diœceſis, quam exteris habentibus literas Epiſcoporum ſuorum, iuxta tamen formam huius decreti, vide Puteum deciſ. 407. lib. 2. Nauar. conſil. 44. de temporibus ordinat. *& ſumm. Bullar. ſupra ſub numero 1. verſ. ſubnectitur congrue, & quæſt. 11.* qui id tenent.

Sexta, Congregatio cenſuit textum hunc non comprehendere primam tonſuram, & in minoribus ordinibus conſtitutos non ſuſpendi.

Septima, Hoc caput cenſuit Congregationẽ non procedere in inſignito ſolũ charactere primæ tonſuræ. Octaua, Vicarius Capituli ſede vacante, infra annum poteſt concedere litteras dimiſſorias ad primã tonſuram, ei qui eſt præſentatus à patronis laicis, ad beneficium Eccleſiaſticum iuris patronatus ipſorũ, vt illud obtinere valeat. Nona, ibi, ſi in minoribus, ſceptis ordinibus miniſtrare, & beneficia obtinere, non autem priuilegijs clericis conceſſis gaudere &c. ad minores ordines ſic promotus, poteſt in ſu-

Decima, An Epiſcopo exiſtente hæretico, facultas concedendi dimiſſorias pertineat ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ. Reſpon. Ad Capitulum pertinet, ſi Epiſcopus ſit notoriè hæreticus 1588. Vndecima, An eo caſu, quo Capitulum poteſt concedere dimiſſorias, ſi Canonici propter hæreſes diſperſi ſint & nequeant conuenire ſine difficultate, ſufficiat habere literas dimiſſorias ab vno aliquo ex Canonicis Cathedralis Eccleſiæ. Reſp. ſufficit habere literas dimiſſorias à reſidentibus Capitularibus, etiãſi vnus dumtaxat reſideret.

Duodecima, An omninò ſufficiat ſine diſpenſatione, vel dimiſſorias, adire pro ſuſcipiendis ordinibus ad viciniorem Epiſcopum, ſeu Metropolitanũ, Reſpon. Non adeundum vicinum, neque Metropolitanum, ſed adeundam Sedem Apoſtolicam.

94 Sed hic eſt graue dubium, † an d. decretum Concilij comprehendat primam tonſuram, ita vt Capitulum, ſeu Vicarius ſede vacante, non poſſit infra annum dare dimiſſorias etiam ad primam tonſurã. Et videtur non comprehendere ex dict. declaratione 6. & 7.

95 Nihilominus verius videtur contrarium, † nam Concilium in d. cap. 10. in princip. generaliter & abſolute dicit, quod non liceat Capitulis infra annum ordinandi licentiam, aut litteras dimiſſorias, ſeu reuerendas concedere, & ita tenent Nauarr. conſil. 27. de temporibus ordinat. & Fr. Emman. Rodriguez qui eum ſequitur in ſum. 2. tom. cap. 14. num. 6. vbi docent non poſſe Capitulum ſede vacante dare dimiſſorias, etiam ad primam tonſuram, & conſequẽter cum intra annum non reputetur, quoad hoc ordinarius, non potuiſſe quem, cui Nuntius Hiſpaniæ dedit dimiſſorias, vt poſſet ordinari ab aliquo Antiſtite, cũ teſtimonio idoneitatis à prouiſore accepto, ordinate prima tonſura virtute illarum, cum teſtimonio prouiſoris Capituli ſede vacante, quãuis Nũtius ſciuiſſet eſſe ſedem vacantem, ex cap. 8. ſeſſ. 25. de reform. &c. idem tenet Mar. Anto. Genuen. cap. 85. num. 15. *Maiolus de irregul. lib. 4. c. 2. nu. 3. & ſum. Bullar. ſupra 10. quæſt. & ita mihi dixit D. Fañanus Secretarius S. Congreg. Concilij.* & ita communiter intelligitur & practicatur, & videtur colligi ex declaratione 8. quæ loquitur in arctato ratione beneficij recipiendi. *Quamuis iſta declaratio alias habeatur ſic: An Vicarius Capituli ſede vacante poſſit concedere literas dimiſſorias ad primam tonſuram præſentato ad Capellaniam ſimplicem, Congreg. cenſuit poſſe, quia non prohibetur dare dimiſſorias ad primam tonſuram, & quia præſentatus eſt arctatus, &c. Sed poteſt reſponderi, quod iſtæ rationes ſint aſſignatæ a collectre declarationum, non vero ab ipſa Cõgregatione, quæ potius videtur fundari in ratione arctationis, vt conſtat ex declaratione infra adducta. nu. 102.*

96 Nec obſtat declaratio † 6. & 7. quia intelligitur, quod d. decretum non comprehendat primam tonſuram, quoad pœnas ibi impoſitas cõtra ordinatos, quia eas ſolum imponit contra ordinatos in minoribus, & in maioribus ordinibus, & appellatione minorum ordinum, ſecundum communem vſum loquendi, particulariter Concilij, ſolum intelliguntur quatuor minores, & non prima tonſura, quæ ab illis conditinguitur, vt apparet ex Concilio ſeſſ. 23. c. 4. 5. 6. &

§ 6.10.& 11.licet etiam prima tonſura ſit & dicatur ordo,vt dicetur infra 7.p.c.1.à nu.2.

Secundò eſt dubium, quomodo ſint intelligenda
97 †illa verba Concilij d.cap. 10.ſeſſione 7. de arctatis occaſione beneficij Eccleſiaſtici recepti,ſiue rec. piẽ-
98 di. Et quidem clarum eſt, illos dici †arctatos occaſione beneficij recepti,qui obtinent aliquod beneficium, ratione cuius tenentur ſe promoueri facere, vt qui obtinet Parochialem Eccleſiam eſt arctatus ad Sacerdotium intra annum, qui obtinet Canonicatum ad ordinem illi annexum. Et idem eſt in aliquibus beneficijs, ſeu Capellanijs, requirentibus ex inſtitutione ſeruitium perſonale, ſeu aliquem ordinem. *Vgol.de offic. Epiſc.c.26.§.20.nu.5. verſ.& 1.*

99 Difficultas eſt, † qui dicantur arctati occaſione beneficij recipiendi. Et credo illos dici arctatos occaſione beneficij recipiendi, qui habent ius, ſeu ſunt vocati ad aliquod beneficium vacans, ſeu Capellaniam, quod tamen requirit actu certum ordinem, quo illi carent,hi nimirum videntur arctati ad talem ordinem,occaſione beneficij recipiendi.Ita P.Ledeſma in ſumm.de Sacram.ordinis cap.8.3.conclu.Ille
100 etiam videtur arctatus occaſione beneficij † recipiendi,qui cum non ſit ordinatus prima tonſura,eſt preſentatus ad beneficium,vt in d.declaratione 8.de qua vide infra 7.par.cap.1.nu.30.

101 Electus vero in concurſu † ad beneficium curatum, cuius collatio facienda eſt à Papa non poteſt interim dici arctatus, nec occaſione beneficij recepti, quia illud tunc non habet, nec occaſione beneficij recipiendi, quia non requiritur actu Sacerdotium &c. & idem erit in præſentato ad aliquod beneficium,ſeu Capellaniam, habẽs annexum certum ordinem, ad quem illud obtinens tenetur ſe facere promoueri.

102 Præterea non dicitur arctatus occaſione † beneficij recipiendi, is cui aliquis vult reſignare aliquod beneficium requirens actu ordinem, quo ille caret, hoc enim eſt mere voluntarium, &c. *Aut quando collator vult conferre,ſeu patronus præſentare aliquem,ſed contrarium nouiſſime tenet Vgol.d.§.20.nu.5.verſ.2. dicens, quod vbi collatio beneficij alicui eſſet facienda, vel per electionem,vel præſentationem,vel per concurſum, & neceſſe eſſet habere aliquem ordinem ſacrum,dimiſſorias capitulum licitè concederet,tanquam arctato occaſione beneficij recipiendi. Et videtur a S. Congreg. Concilij approbatum,vt in ſeq.declar.90.*

Rurſus aduertendum eſt, Nuntio Hiſpaniarum
103 ſolere † inter alias dari facultatem, Licentiam tribuendi quibuſuis in ætate legitima conſtitutis, & aliàs ad id idoneis Sacerdotali militiæ aſcribi volentibus,qui competenter beneficiati & arctati fuerint, vt ad omnes etiam ſacros & Presbyteratus ordines, à ſuo ordinario, vel cum eiuſdem, aut Vicarij ſui teſtimonio,à quocumque alio maluerint Catholico Antiſtite, gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habente, extra Romanam Curiam,& in propria diœceſi reſidente tribus,etiam Dominicis, & aliis feſtiuis, extra tempora à iure ſtatuta ad ſacros etiã Presbyteratus ordines promoueri, & in illis promoti,etiam in altaris miniſterio miniſtrare poſſint. Ita in facultatibus Cæſaris Speciani Nuntij Sixti V.

104 Ex quibus apparet, † Nuntium Hiſpaniæ non poſſe etiam ſede aliqua Epiſcopali vacante dare dimiſſorias, niſi competenter beneficiatis, & arctatis & ſic in caſibus in quibus Capitulum ſede vacante non poteſt dare dimiſſorias, nec ipſum Nuntium poſſe,quicquid dicat P.Ledeſma ſupra, tertia, difficultate, *& nouiſſime Mol.d.diſp.11.n.4.* quamuis hoc male fuerit ſeruatum annis præteritis.

105 Et quamuis aliàs, † poſſit quis promoueri cum literis dimiſſorijs Legati de latere, vt tradit Iacob. de Graſſijs in deciſ.aureis caſuum conſcien.lib.4.ca. 27.num.27.tamen id eſt intelligendum, modo eius probitas,& mores teſtimonio ſui Ordinarij commẽdentur,ex decreto Concilij ſeſſ.23.capit.8.ad quem effectum, non dicetur Ordinarius intra annum Capitulum,ſeu eius Vicarius ſede vacante,reſpectu eorum qui non ſunt arctati,vt per Nauar. & Emman. Rodriguez ſupra. *Quamuis ſecundum hoc Nauarr.grauiter reprehendat Molina d. num.4. dicens eum proculdubio vehementer errare, cum potius ipſe Molina erret, non aduertens, Concilium ibi intelligendum eſſe de Ordinario habente facultatem ordinandi,ſeu dandi dimiſſorias,iuxta ſubiectam materiam. Et nouiſſime Vgolinus d.cap.26.§. 20.num.6. ait, Legatum à latere intra annum dimiſſorias literas ad ordines concedere non poſſe, niſi in caſibus exceptis, nam contra Concilium agere non poteſt, gloſſ.communiter recepta in cap.dilectus.de Prabend.& Nauarr. dic. conſi.27. Qui tamen Vgolin. numero præcedenti,verſ.poſtremo male ait, intra annum teſtimoniales literas de vita, moribus,& huiuſmodi dare poſſe, vbi quis a Romano pontifice facultatem haberet ſuſcipiendi ordines ab aliquo: quod enim mores & probitas eius commendari debent, Ordinarij teſtimonio non obſtante priuilegio, vel reſcripto ei conceſſo, vt in d.cap.8.ſeſſ. 23. caute de eam rem capitulum faciet, & allegat Nauarr.d.conſ. 27. ex quo etiam idem ait ſumma Bullarij ſupra 10. quæſt. verſ. Tertio limita,nempe, quod capitulum ſede vacante poſſit approbare de vita, & moribus habentes priuilegium a Summo Pontifice recipiendi ordines a quouis Antiſtite cum approbatione ordinarij de vita & moribus, quia per talẽ teſtationem non eſſet dare literas dimiſſorias, ſed ſolum literas teſtimoniales idoneitatis, quas dare non prohibetur. Sed certè Nauar. id non dicit, quod capitulum poſſit dare huiuſmodi teſtimoniales, cum quibus habens dictum priuilegium poſſit ordinari; ſed potius dicit contrarium; capitulum tamen, & prouiſores dantes dictas teſtimoniales nullas incurriſſe cenſuras, eo quod non dederunt literas dimiſſorias, neque aliud quicquam fecerunt, quod eis fuerit prohibitum, &c. bene enim ſtat, quod capitulum non prohibeatur dare dictas literas teſtimoniales. & quod nihilominus non poſſit cum eis ordinari habens dictum priuilegium, quia requiruntur teſtimoniales ordinarij, quale non eſt ad iſtum effectum capit. ſede vacante intra annum, vt dixi. Et iam videtur agnoſcere nuntius Hiſpaniæ: nam quamuis ſoleret ſede vacante Epiſcopali dare dimiſſorias ad Ordines, vt a quocumque cum teſtimonio Vicarij cap promoueretur, iam eos non dat ſic; licèt magis ſine fundamento videatur quod modo facit, dat enim dimiſſorias intra annũ ſedis vacantis omnibus, etiam non beneficiatis arctatis, vt ab ordinario vicinori, ſeu cum eius teſtimonio & licentia, ab alio quocumque ordinentur. Quod certe eſt expreſsè cõtra Concilium d.c.8.requirens expreſsè teſtimonium ſui ordinarij, vt quis virtute reſcripti, ſeu priuilegij ab alio promoueri poſſit, & contra dictam clauſulam ſuę facultatis,*

## De Vicario Epiſcopi. Cap. VIII.

### SVMMARIA.

DE Vicario Epiſcopi an poſſit beneficia conferre, num. 1.
Vicarius Epiſcopi debet eſſe clericus ſaltem prima tonſura: nam laicus Vicarius eſſe non poteſt, numer. 2. Nec clericus coniugatus, numero 3. Nec bigamus, niſi fuerit diſpenſatus ad ordinem ſuſceptum, etiam ſoluto matrimonio, numer. 4.
Nec qui fuit Iudex maleficiorum, & protulit ſententias mortis poteſt eſſe Vicarius, etiam ſi poſtea, vel antea ſit factus clericus, quia eſt irregularis, & ſic incapax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſecundum Felyn. & alios, nu. 7. Sed improbatur iſta ſententia num. 8. Non ſolum quando commiſſio fuit facta ante irregularitatem incurſam, ſed etiam quando poſt, nam etiam facta irregulari, eſt valida, excepto caſu de clerico coniugato, ſeu bigamo, &c. d num. 9.
Hodie in his Regnis Caſtellæ & Legionis, officialis ſeu prouiſor, vel Vicarius generalis, ſeu iudex ordinarius Epiſcopi, vel alterius, iuriſdictionem Eccleſiaſticam obtinentis, debet eſſe conſtitutus in ſacro ordine, alias deputatio, & electio eſt nulla, &c. Ex breui Clementis VIII. cuius tenor ponitur, num. 11.
Iſtud breue comprehendit etiam Vicarios & prouiſores ad præſens exiſtentes, num. 12.
Sed non videtur adhuc ligare ex defectu publicationis, quia nõ publicatum, ſed ſolum intimatum Epiſcopis, aut etiam prouiſoribus, & ad hoc vt lex, ſeu conſtitutio liget, neceſſarium requiſitum eſt, quod ſolemniter edatur & publicetur, & ante publicationem non ligat, etiam data ſcientia, num. 13. & 14. Quod procedit etiam ſtante clauſula decreti irritantis num. 15. & 16. vbi ponitur deciſio Rotæ, & in ipſo breui ad fin. mandatur executoribus, quatenus ſolemniter publicantes faciant obſeruari, qua publicatio ſaltem debeat fieri in curia Regis, vbi Nuntius reſidet nu. 17. & 18. neque intimatio facta Epiſcopis aut Vicarijs poteſt dici publicatio, &c. num. 19.
De Vicario Epiſcopi qui ſint videndi, num. 20.
Vicarius ſicut Epiſcopus Ordinarius eſt nu. 21. & idem eſt in Vicario Capituli ſede vacante, nu. 22. quamuis eſſe delegatum teneant aliqui relati, num. 23.
Non tamen ex eo eſt Ordinarius, quod lex det huiuſmodi iuriſdictionem Vicario, nam verius eam accipere ab Epiſcopo eũ deputante, nu. 24. ſed ex eo quod iuris permiſſione, & conſenſu ab Epiſcopis conſtituitur, vt eorum locum teneat, &c. num. 25. qua ratione idem eſt dicendum in Vicarijs ſeu locum tenentibus Prætorum, num. 26.
Id limitatur primo, vt procedat in Vicario generali, qui facit vnum conſiſtorium cum Epiſcopo, &c. nu. 27. & ideo ab eo non poteſt appellari ad Epiſcopum, & poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus num. 28. Secus in foraneo, quem Epiſcopus in aliquo loco, ſ u parte dioeceſis conſtituit, vel ad certos actus & cauſas, quia dicitur delegatus: nec facit vnum conſiſtorium cum Epiſcopo, & ab eo appellatur ad Epiſcopum, nec poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus, nu 29.
A Iudice Metropolitano Archiepiſcopi Compoſtellani, reſidẽte in ciuitate Salamantina, nõ quam Vicario foraneo, poteſt appellari ad Archiepiſcopum vel Rotam nu. 30. Nec is poteſt eſſe Delegatus Apoſtolicus, vel Nuntij, ſeu Legati, num. 31.
Reprobatur ſententia Germonij, tenentis à Vicario foraneo ad Epiſcopum appellari non poſſe, nu. 32.
Reprobatur doctrina Sbratii dicentis non dari appellationẽ ad Epiſcopum à ſententia Vicarij generalis conſtituti incitate tantum, num. 33.
Reprobatur Doctrina D. Anton. Sylueſtri & Corchi, dicentiũ Vicarium foraneum eſſe Ordinarium, & idem cõſiſtorium, cum Epiſcopo, ſi ad vniuerſitatem cauſarum ſit deputatus, nu. 34. Solum dici poteſt delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, eſſe inſtar Ordinarij, ſeu quaſi Ordinarium, & ideo ſubdelegare poſſe, num. 35.
Vicarius, quem ponit Archiepiſcopus Toletanus in ciuitate Toletana, non videtur Vicarius generalis, & principalis, ſi nõ eſt poſitus cum poteſtate generali ad totam dioceſim; nec etiam Vicarius Matriti, nec Compluti, cum non ſint poſiti ad totam dioceſim, nec in ciuitate vbi eſt ſedes, & conſequenter non poſſunt eſſe iudices Apoſtolici, nec expedire literas diſpenſationum, & alias directas officiali Toletano, & ſi illi eſſent Vicarij generales, & principales, non poſſet ab eis appellari ad conſilium Archiepiſcopi, num. 36. Nec Vicarijs Compluti, & Matriti, dirigũtur commiſſiones, ſaltem à Papa, (quicquid dicat Flores,) ſed directæ officiali Toletano eis præſentantur per errorem, num. 37.
Reprobatur Flores, dicens quod ſi Vicarij poſiti in d. Oppidis eſſent æque principales, (prout erant Vicarij quos habebat Epiſcopus Palentinus, Valliſoleti, & Palentiæ) eſſent capaces etiam de rigore iuris dictarum executionum. &c. nu. 38.
Tunc tantum Vicarius generalis poſitus in oppido dioceſis eſſet principalis, quando in ciuitate non eſſet alius Vicarius generalis, &c. num. 39.
Secundo illud limitatur, vt procedat in his quæ veniunt ex generali commiſſione, ſecus in his quæ requirunt ſpeciale mandatum, & ſpecialiter cõmittuntur, quia in his Vicarius erit delegatus, & ſic appellabitur ab eo ad Epiſcopũ, n. 40. Quãdo iſta ſeparatim committerentur, alias ſecus, nu. 41. & 42.
Quando ſeparatim committuntur, quæ requirunt ſpeciale mãdatum, non erit tota iuriſdictio ordinaria, etiam ſi in commiſſione fiat mentio Vicariatus, niſi quando diceret quod poteſtatem alias commiſſam extendit, vel ampliat, nu. 43. & 44.
Reprobatur ſententia Lapi & aliorum, quod ſine inſimul, ſine in diuerſis temporibus, fiat commiſſio ſpecialis alicuius, vel aliquorum requirentium ſpeciale mandatũ & addatur clauſula generalis, nempe (& ad omnia alia requirentia ſpeciale mandatum) tunc tota iuriſdictio erit ordinaria, num. 45.
Vicarius Epiſcopi, quæ ſunt meræ gratiæ, expedire nõ poteſt, nu. 46. vnde ex generali mandato diſpenſare non poteſt, nu. 47.
Sic in terminis Concilij Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 6. non poterit Vicarius generalis Epiſcopi diſpenſare in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, quamuis Epiſcopus poſſit illi committere eam facultatem, etiam in genere &c. nu. 48. & 49.
Sic etiam Vicarius generalis Epiſcopi, non poteſt remittere denuntiationes ad matrimonium requiſitas, niſi ei ſpecialiter ſit commiſſum, nec in materia diſpenſationis, qualis eſt iſta, appellatione Ordinarij, non venit: quamuis alias comprehendatur, & etiam ſub nomine Epiſcopi contineatur, à nu. 50. Quamuis contra teneant aliqui relati, nu. 54. & num. 55. refertur decretum Concilij Prouincialis Toletani, & Mediolanenſ. & nu. 61. declaratio S. Congregationis.
Commendatarius & alij Prælati inferiores, habentes quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, etiam exempti, & nullius dioceſis, non poſſunt remittere denuntiationes, ex declaratione Papæ & S. Congr. contra Navar. & alios: quorum doctrina videbatur ſatis conformis literæ Concilij, & practicatur in Hiſpania à nu. 56. Qua declaratione ſtante in huiuſmodi locis, pro remiſſione denuntiationũ recurrendum erit ad Epiſcopum, in cuius dioceſi, ſeu intra cuius fines eſt locus, & ſi id

*ſi id non conſtet, ad viciniorem, vt alias circa ordines. nu. 59. & 60.*

*Reprobatur ſententia Menochij & Cephali, quod Epiſcopus non poſſit, etiam ſpecialiter, mandare eius Vicario facultatem remittendi denuntiationes, nu. 62.*

*Quæ ſint inſtitiæ & neceſſitatis, expedit vicarius. & etiã ea quæ ſunt voluntaria iuriſdictionis, non tamẽ ſapiunt gratiã n. 63. & 64. Et regulariter Vicarius omnia poteſt, quæ epiſcopus, n. 65. & poteſt omnia, exceptis prohibitis, ſeu quæ requirunt mandatum ſpeciale. nu. 66. Et quæ ſint illa quæ requirunt mandatum Vicarij ſpeciale remiſſiue, nu. 67.*

*Si in mandato exprimitur aliquid requirens mandatum ſpeciale, adiecta clauſula generali, (& ad omnia alia) etiam ſi mãdatum exigant ſpeciale, poterit Vicarius etiam alia facere, quæ requirunt mandatum ſpeciale, nu. 68. dummodo non ſint graviora, vel maiora expreſſis, nu. 69.*

*Poſt expreſſum aliquid requirens ſpeciale mandatum, non ſufficeret dicere. & generaliter ad omnia alia, niſi addatur, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, nu. 70. nec contrarium voluit alias Rota, quæ præcipuè fundatur in verbis, Largo modo, nu. 71.*

*Clauſula cum libera, vel cum plena poteſtate, inducit mandatum ſpeciale, nu. 72. vbi ponitur deciſio Rotæ nec tũc requiritur expreſſio aliquorũ ſpecialium, contra Sbrotium, n. 73.*

*Clauſula, quod poſſit omnia, qua dominus facere poſſet, importat mandatum cum libera, nu. 74.*

*Clauſula quod promittit habere ratum & firmum, quicquid per procuratorem factum fuerit, non inducit mandatũ cum libera, nu. 75.*

*An ſi Epiſcopus daret Vicario mandatum generale, ad omnia excepta collatione beneficiorũ, ſeu alia requirente ſpeciale mandatum per hanc exceptionem veniant alia requirentia ſpeciale mandatum, à n. 76. ponuntur ſententia Dd. affirmatiua & negatiua, & reſoluitur diſtinguendũ eſſe, an detur tale mandatum, non dicendo ad omnia quæ ipſe conſtituẽs, facere poſſet, ſeu poteſt, excepta, &c. ſed dicendo, ad omnia excepta tali re, &c. & tunc procedit ſententia negatiua, alias procedit ſententia affirmatiua.*

*Vicarius, ſine ſpeciali mandato, non poteſt conferre beneficia nu. 80. cum collatio beneficiorum, ſit quedam donatio, quæ non venit in generali conceſſione, ſeu mandato etiam cum libera, & in generali conceſſione non veniant illa, quæ non eſſet quis in ſpecie veriſimiliter conceſſurus. nu. 81.*

*Eadem ratione, non poteſt Vicarius ſine ſpeciali mandato, præſentare ad beneficium pertinens ad præſentationem Epiſcopi, nu. 82. Immo data poteſtate conferendi, non poſſet præſentare, niſi eſſet adiecta clauſula generalis contra Lambert. nu. 83.*

*Vicarius poterit confirmare electos, & inſtituere præſentatos, quæ ſunt neceſſitatis, & iuſtitiæ, nu. 85. contra Rebuffum, & Zecchum relatos, nu. 86. & ita cenſuit S. Cong. Concil. in declaratione Abulenſ. poſita nu. 87.*

*Id procedit, etiam ſi eſſet locus gratificationi inter plures præſentatos æque idoneos, nam adhuc poteſt Vicarius inſtituere, nu. 88 & ponitur deciſ. Rotæ.*

*Dicitur in d. declaratione ſi non habeat Vicarius mãdatum limitatũ, ſed generale, quia cum Vicarius accipiat poteſtatẽ ex commiſſione Epiſcopi, poteſt Epiſcopus aliqua ſibi reſeruare, quæ alias venirent in generali mãdato, & illi interdicere, ne de aliquo negotio ſe intromittat, nu. 89.*

*Contra d. reſolutionem & d. declarationem S. Congregationis objicitur alia declaratio contraria, nu. 90.*

*Secundo objicitur quod alias in ſimili de excommunicationibus ad finem reuelationis S. Cong. cenſuiſſe videtur, ita demum a vicario generali Epiſcopi poſſe decerni, ſi ad id habeat ſpeciale mandatum, nu. 91. vbi ponuntur declarationes.*

*Primæ obiectioni reſpondetur, quod eſto d. declaratio ſit certa, ſtandum eſt declarationi Abul. cum ſit poſterior, ne de eius certitudine poſſit dubitari, &c. nu. 92.*

*Secundæ poterat reſponderi, requiri ibi ſpeciale mandatũ propter verba maxime ſortia, enixa & geminata, quibus concilium reſeruat Epiſcopis facultatem decernẽdi dictas excõmunicationes, nu. 93. Sed verius eſt, Vicarium generalem poſſe decernere dictas excommunicationes ſine ſpeciali mãdato, etiam ſtante Concilio, & ita cenſuit S. Congregatio, vt in declarationibus quæ adducuntur, & reſpondetur ad declarationes in contrarium adductas, à nu. 94.*

*An ſicut vicarius Epiſcopi, ſine ſpeciali mandato poteſt inſtituere, ita etiã poſſit iudex cauſæ delegatus, n. 100. Reſoluitur non poſſe ſed ſolum pronuntiare eſſe inſtituendum, et ad Clem. auditor de reſcrip. quæ habet etiam locum in gratia cõmiſſa ordinario in forma dignum, reſpõdetur, quod ſolum procedit, in Auditoribus Romanæ Curiæ, à nu. 101.*

*Nihilominus contrarium ſeruatur in praxi, nam ſemper videmus delegatos à Nuntio facere collationem, & inſtitutionem, quę praxis videtur poſſe ſaluari, & ſuſtineri ex clauſulis, commiſſionum cum inciden. &c. nu. 103.*

*Poterit etiam Vicarius, conferre Beneficia ex cauſa permutationis reſignata, ſi poteſtatem recipiendi reſignationes ex cauſa permutationis ab Epiſcopo habeat, quia iſta collatio non eſt voluntatis & liberæ, ſed neceſſariæ, &c. & ſic poſſet etiam conferre beneficia nominatis, & facere aliam quamlibet collationem neceſſariam, quamuis aliqui contra teneant non tamen poterit (etiam hodie ſtante Concilio) conferre Parochiales, &c. a nu. 104.*

*Si ſolum haberet facultatẽ admittendi reſignationes nõ addito etiam ex cauſa permutationis, non poſſet vicarius admittere reſignationem ex cauſa permutationis, nu. 110. Quamuis P. de Periſio contrarium videatur velle, nu. 111.*

*Vicarius ſpeciale mandatum habens, ſine dubio confert beneficia, etiam liberæ collationis, num. 112. vbi qui ſunt videndi de hoc.*

*Quod dicitur ſpeciale debere eſſe mandatum conferẽdi, intelligitur vt non tamen ad certa beneficia vacatura, vel ad conferendum certis perſonis ſit, hoc enim non valeret, ſed ſolũ exprimi debet, quod facultas ei datur conferendi beneficia: debet tamen eſſe generalis, numero 113. Generalis tamen eſt, ſi data eſſet ad conferendum beneficia certi loci, ſeu certæ partis diœceſis, dummodo ibi ſint plura beneficia, aut ad conferendum beneficia in certis menſibus vacantia, aut beneficia ſimplicia aut curata tantum, aut beneficia certi valoris, aut vacantia tali modo, nu. 114.*

*Sufficit ad conferẽdum habere mandatum generale, cum libera ſeu cum clauſula, quod poſſit omnia facere quæ poſſet cõſtituens, ſecũdum Bart. Paulum & Ferretum contra Fla. Pariſ. a num. 115. Sed verius videtur, ad conferendum non ſufficere tale mandatum, etiam cum libera, nu. 118.*

*Epiſcopus non poteſt dare facultatem conferendi beneficia, niſi Vicario ſuo, ſeu officiali generali, nu. 119. Et debet eſſe Vicarius generalis, non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, nam Vicarius generalis is tantum dicitur, à num. 120.*

*Sed Verius eſt ſufficere quod ſit generalis Vicarius in ſpiritualibus iuxta ſubiectam materiam collationi: beneficiorum, nu. 122. Nam & Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus, dicitur generalis, & ei literæ diriguntur, & poſſunt cauſæ committi per reſcriptum Apoſtolicum, contra Bonifacium & Paulum nu. 123. & ſeq.*

*Sufficeret eſſe Vicarium generalem certi loci, vt poſſit ei committi facultas conferendi beneficia illius loci, licet alias non*

*ſit Vicarius generalis, numero 125.*

*Poterit Vicarius habẽs facultatem conferendi beneficia, illa cõferre etiã extra dioeſim, ſicut Epiſcopus poteſt, nu. 126. contra Bald. Barbatiam, & alios relatos, nu. 127. Nam iuriſdictio volũtaria, cuius eſt collatio beneficiorum, exerceri poteſt extra territorium, etiam ſi ſit delegata, ſeu cõceſſa ab inferiore a Prĩcipe, nu. 128. & ſeq. & n. 130. reſpondetur ad l. 2. verſ. apud Legatum de offic. proconſulis.*

*Non ſolum confeſſores ordinarij, vt Parochi poſſunt audire cõfeſſiones ſubditorum extra Parochiam, ſeu dioeceſim, ſed ẽt delegati, n. 131. Quod tamen hodie ſtante Concilio intelligitur, dummodo iſti delegati ſint approbati in dioeceſi, in qua audiunt huiuſmodi confeſſiones, nec ſufficit approbatio alterius Epiſcopi contra aliquos, à nu. 132.*

*Quãuis intereſſe matrimonio non ſit propriè actus iuriſdictionis, & ideo matrimonium contractum coram parocho excõmunicato, denunciato, uel notorio, vel alio ſacerdote de eius licentia valet, &c. tamẽ cum reducatur ad iuriſdictionem voluntariam, non ſolũ proprius parochus alicuius contrahẽtium poteſt aſſiſtere matrimonio valide, & licite, in aliena prorſus Parochia, ſeu dioeceſi, ſed etiam priuatus ſacerdos de licentia Parochi, &c. ex Congr. Concil. a nu. 135.*

*An ſicut collatio beneficiorum poteſt fieri extra dioeceſim, poſſit etiam fieri inſtitutio præſentati, ſeu confirmatio electi, à nu. 138. referuntur ſententiæ Dd. & reſoluitur cum Lamb. quod ſi proceditur iudicialiter, & cũ cauſæ cognitione, vel in forma iudicij, non poteſt fieri extra territoriũ, nec cauſæ cognitio, ſeu proceſſus, nec inſtitutio, vel confirmatio, ſi ſit in ſententia, niſi de conſenſu iudicis loci, & partibus non cõtradicentibus, quamuis lata ſententia intra territorium de inſtituen. inſtitutio ipſa poſſet fieri extra: ſi vero diſcuſſio negotij eſſet extraiudicialis, & abſque ſtrepitu, & forma iudicij, totum poteſt fieri extra territorium, &c.*

*Non poterit vicarius conferẽdi beneficia facultatẽ habens, ipſi Epiſcopo etiam ſi alias eſſet capax, beneficium cõferre, cum vna perſona, ſeu vnum corpus cenſeatur, ideoq. de Vicario conferente inhabilitad Epiſcopũ non fiet devolutio, quando conferret vt ordinarius, nõ vt delegatus, &c. n. 143. et ſeq.*

*Subſtitutus a Vicario habente poteſtatem ſubſtituendi, poteſt Vicario ſubſtituenti conferre, quia ſubſtitutus cenſetur ab ipſo Epiſcopo conſtitutus. & iure Epiſcopi confert non Vicarij, nu. 145. ſicut procurator ſubſtitutus poteſt preſentare procuratorem ſubſtituentem, num. 146. & ſubſtitutus a Vicario habente facultatem recipiendi reſignationes, et beneficia conferendi, poteſt conferre beneficia ſubſtituentis reſignantis, nu. 147.*

*Mouetur difficultas, quod Vicarius Epiſcopi non poteſt facere, ſeu ſubſtituere alium Vicarium, licet poſſit conſtituere delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, nu. 148 & ſeq. quod procedit ſiue fuerit conſtitutus ab epiſcopo cum facultate ſubſtituendi ſiue non, niſi ad modicum tempus ex cauſa. n. 150 & ſeq. vbi ponitur deciſ. Rotæ nec ad ſubſtituendum ad tempus ex cauſa requiritur facultas ſubſtituendi ſeu cõſenſus Epiſcopi, vel conſuetudo, num. 152 iuxta quod ſunt accipienda deciſ. relatæ, nu. 153.*

*Sententia aliorum abſolute tenentium Vicarium poſſe alium conſtituere, quando ei data eſt poteſtas ſubſtituendi, poterit tantum procedere quando fuiſſent inſerta verba illa videlicet, damus poteſtatem ſubſtituendi alium, quẽ nos Vicarium cum eadem poteſtate ſubſtituimus; vel quando epiſcopus daret poteſtatem ſubſtituendi ſuo nomine: nam tunc procedit ratio ſupradicta, quod ſubſtitutus videtur ab Epiſcopo poſitus, num 154. 155. & 156. Nec in iſtis caſibus poteſt dici dare Vicarium incertum, quia per ſubſtitutionem, vel nominationem ſubſtituentis, qui repreſentat perſonam Epiſcopi certificatur, &c. num. 157.*

*Quod dictum eſt quod ſubſtitutus à Vicario habente poteſtatem ſubſtituendi conferre poteſt Vicario ſubſtituenti, ſõlum procedit iuxta dicta, quando habet poteſtatem ſubſtituendi cũ clauſula, quem nos cum eadem poteſtate ſubſtituimus, ſeu nomine Epiſcopi, alias ſecus, & ſi ſubſtitueret ad tempus ex cauſa, nu. 168. & ſeq.*

*Sic etiam procedet communis ſententia gl. & aliorum quod licet delegatus inferioris à Principe, non poſſit ſubdelegare, niſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum, poterit ſubdelegare, contra quam tenent alij, procedet inquam, quando ordinarius delegans cũ facultate ſubdelegandi, ſeu cum clauſula, per te, vel per alium, addat quod ex nunc illi delegat, cui delegatus commiſerit, alias non videtur poſſe procedere, nec quando datur ſimpliciter facultas ſubdelegandi, cenſetur ordinarius dare facultatem ſubdelegandi nomine ipſius Ordinarij ſicut nec delegatus a Principe, &c. a n. 160. & reſpondetur fundamentis communis ſententiæ.*

*Communis etiam poſſet procedere in delegato cum facultate ſubſtituendi ad actum iuriſdictionis non contentioſę, ſed voluntariæ, vt ad conferendum beneficium, & tunc ſubſtitutus poſſet conferre delegato ſubſtituenti, ſeu ad certum miniſterium, nam in his videtur eadem ratio ac in procuratore, nu. 173.*

*Et ſi Vicarius habens facultatem conferendi fuerit revocatus, valet collatio facta ab eo revocationem ignorante, n. 174.*

*Similiter collatio Beneficij facta a Vicario Epiſcopi, revocato per mortem Epiſcopi ſtante eius ignorantia valet. numero 105.*

*Differentia eſt inter revocationem factam per Epiſcopum, & revocationem per mortem Epiſcopi, aut aliam vacationem Epiſcopatus, quod in revocatione facta per Epiſcopum requiritur intimatio per ipſum, aut de eius ordine facta alias valebunt geſta per eum, etiamſi habeat notitiam revocationis, & publice ſit nota contra aliquos, revocatio autem per mortem, vel aliam vacationem habet effectum, etiam non intimata, valent tamen geſta per eum, quãdo communiter ignoratur, mors &c. a nu. 176.*

*De materia revocationis procuratoris ad reſignandum, & illius intimatione requiſita remiſſiue, nu. 180.*

*An ſicut Vicarius Epiſcopi non poteſt beneficia conferre, ſine ſpeciali mandato, ita etiam non poſſit Vicarius papæ, à nu. 181. reſoluitur contra Coraſium non poſſe, etiam ſi Vicarius eſſet Cardinalis contra barbatiam. Licet in Cardinali facto Legato vrbis a Papa ab ea recedente, verius videatur, poſſe conferre beneficia infra limites legationis conſiſtentia, etiam vrbis, niſi obſtaret reſeruatio, &c.*

1 IAm de Vicario Epiſcopi, † an poſſit beneficia cõferre, ſuccedit tractatio. In qua præmittendum eſt primò, quod Vicarius Epiſcopi debet eſſe clericus ſaltem primæ tonſuræ, † nam laicus vicarius eſſe non poteſt, cap. quoniam, cap. in 9. 16. q. 7. & c. 2. de iudicijs, & ibi Dd. & nouiſſime Sagahun. num. 110. Franchus in cap. 1. de offic. Vicarij in 6. num. 6. & ibi Probus ad Monach. à num. 11. Rebuff. in praxi, tit. de vicarijs Epiſcoporum, nu. 35. Cucchus in inſtitutio. maioribus lib. 2. tit. 8. nu. 46. Lancellot. in inſtitutio cano. lib. 1. tit. de offic. Vicarij. §. 2. Iacob Sbrotius de vicario Epiſcopi, lib. 1. quæſt. 31. Hoieda de incompat. Benefi. 2. p. cap. 10. nu. 11. *Couarr. in cap. alma mater. 1. p. §. 11. n. 135. Segura de Avalos in direct. ind. Eccleſ. for. 1. p. c. 11. an. 1. Parlad. differ. 9. §. 1. n. 33. Alexand. Monet. de decim. c. 9. n. 196. Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 11. nu. 1. Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1.*

2 p. 1. c.

p.1.c.16.pag.270. *Vgol.de offic.Episc.c.4.§.8.nu.1. vbi tamen in princ.male ait 25.annum habere debere, iuxta c. cum in cunctis,§.inferiora.de elect.& §.10.num 3.Piasec. in praxi Episcop.p.2.c.4.num.6. Acor instit.moral.2 par. lib.3.c.43 q.10 & Aulla de censur.1.p.dub.6.* Zecchus de republica Ecclesiast. c.23. de Vicario Episc. §.1. nu.2. Armill.verb.Vicarius,nu.6.Fr.Lud.de Miranda Franciscanus de ordine iudiciario, quæst.2.art.7. & Suarez 5.tom.disput.2.sect.3.num.8.9.& 10. Nec
3 clericus coniugatus, † ex c.1. de clericis coniugatis in 6.Domin.nu.8.Franc.6.Probus num.11.in d.c.2. de offic.Vicarij in 6.Felyn.in d.c.2.de iudic.nu.6.Decius 123.& 124.& Sahagun.d.num.110.Rebuff.nu. 36. Cucchus 48. Sbrotius 5. Hoieda 11. *Couarr. Moscon Vgol.d.§.8.num.2. Acor & Aulla supra.* Zecchus, Armill.& Suarez.num.10.vbi sup.& Zerola in praxi Episcopali 1.p.verb. Vicarius dub.7. & Thom. Sanchez de matrim. lib.7.disputat.46.num.14. Nec bi-
4 gamus ex c.1. de bigamis in 6.ex quo id tenet † Frācus ibi in fin.& in d.cap.1. de officio Vicarij num.6. Cucchus nu.55. Sbrotius & Zecchus sup. & Sayrus de censuris lib.6.c.5.num.8.

5 Quod intelligit ibi Cucchus, nisi ad ordinem † Ecclesiasticum,intra quem admissus fuit,à bigamiæ impedimento solutus fuit, & celibatum seruet tunc enim ait, ab officio Vicariatus bigamum summouēdum non esse, & sequuntur Sbrotius, & Zecchus ibi. *Et Moscon.supra dicens, quod nec bigamus effectus clericus poterit esse Vicarius,nisi prius solutus fuerit ab impedimēto bigamiæ,ex Franc.d.num.6. & Conrado in templo iudicum lib.2.c.6.de Vicar.Episc.§.1.nu.2.& 6.*

6 Quæ limitatio ita accipienda videtur, † id est, nisi fuerit dispensatus ad ordinem susceptum, super bigamiæ impedimento, &c. *Acor d.c.43.q.10.* Non verò intelligenda est tantum de dissolutione matrimonij, ex quo inducta est bigamia, nam bigamus etiam soluto matrimonio, caret priuilegijs clericatus, & habetur pro laico, vt in d.c.1. de quo Suarez 5.tom.disput.49.sect.5.à nu.4. & consequenter non poterit esse Vicarius.

7 Nec qui fuit iudex maleficiorum,† & protulit sententias mortis, quæ fuerunt executioni mandatæ, potest esse Vicarius, etiamsi postea, vel antea sit factus clericus,quia est irregularis,& sic incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ, ita Felyn.in d.cap.2.num.6. Ferrettus consilio 8. numero 1. & 2. & consilio 9. & Sbrotius supra num.9. ex Baldo in proœmium decretalium, nu.18. quem sequitur Decius in d.cap.2. nu.121. & 122.

8 Sed hæc sententia mihi videtur falsa, † quando iste vel antea, vel postea, fuit factus clericus, nam licet incurrerit irregularitatem ex homicidio, non ex eo amittit priuilegia clericalia, sed id solum reperitur cautum in bigamiæ decima irregularitate in dict.cap.1. Nec Baldus & Decius supra, loquuntur, quando ille fuit factus clericus, vt Baldo imponit Felynus supra. Et ita aliquando videmus causas Ecclesiasticas committi clericis primæ tonsuræ qui fuerunt iudices sæculares, & condemnarunt aliquos ad pœnam mortis, quæ fuit executa. Et hanc sententiam tenet Vgolinus de irregularitate. capitul.65.§.4.num.2.dicens,quod irregularis si iurisdictionem Ecclesiasticam aliquam habet exercere, illam poterit, modo ordinis functiones non exerceat.

9 Quod non solum procedit, † quando commissio fuit facta ante irregularitatem incursam, ex qua non amittitur, vel ligatur iurisdictio antea cōmissa,Suarez d.5.to.disput.40. sect.2. nu.28. Sed etiam quando commissio, seu delegatio facta est post irregularitatem incursam, nam etiam facta clerico irregulari est valida, Suarez supra à num.42.

Excepto casu de clerico coniugato, seu bigamo,
10 de quo supra. † Nam in illo, non solum commissio, seu delegatio facta post contractum matrimonium, seu bigamiam, non valet, sed etiam iurisdictio antea commissa amittitur ipso facto, iuxta dict. capit.1.de clericis coniugatis,& de bigamis in 6. *Vnde non est verum quod ait Maiolus de irregul. lib.1. cap.10. num.3 quem sequitur Vgolin.de irregul.c.44.§.5.& candelabrum aureum in appendice, seu supplemento cap.2. §. assert.num.7.seu 13.citans Abbatem in cap.1. & gloss.in c.fin.de fil.presbyter. & Felyn. in c.meminimus. de accus. nu.7. & Paleot.de noth. & spurijs c.57.nu.4. qui id non dicunt,quod illegitimi non possint esse Vicarij Episcopi sine dispensatione. Nec obstat eorum fundamentum,quod illegitimi etiam professi non possint obtinere prælaturam, nec dignitatem, c.1.& fin.de fil.presbyt. & ibi Doctores, quia quamuis Vicarius Episcopi dicatur in dignitate constitutus, ita vt possit esse delegatus Apostolicus, Clementin.2. & ibi gloss. & Doctores de rescript. tamen non habet proprie prælaturam, seu dignitatem per se, Cardin.dicta Clement. 2.nu.14.& 22. Menoch.cons.51.num.32.vol.1.& 257. nu.7. & 8.vol.3. Sbrot.lib.2.q.22. & d.c.fin.loquitur de dignitatibus & beneficijs Ecclesiasticis, qualis non est Vicariatus. Bonif.d.Clem.2.nu.38.licet Abbatissa seu Prioriſſa dicatur habere dignitatem,cap.indemnitatibus,§.verum,ibi, à dignitate, & ibi Domin.& Franc.2. not.l.generali, C.de sacrosanct. Eccles.& ibi glos.verb.dignitatis,& Felyn.in d.c.meminimus.num.5.& suo modo habet prælationem,seu prælaturam, Rebuf.de pacif.possess.nu.4.& 67. est enim superior monialium, quæ ei obedire tenentur, per eamque proxime regitur & gubernatur monasterium; & sic illegitima absque dispensatione Papæ non potest esse talis Abbatissa,seu Prioriſſa, etiam temporalis contra Emman.Rodriq.in sum.2.to.c.29.nu.12.& q.reg.1.to.q.13. art.21.vt tenet gl.in d.c.indemnitatibus,§.1.verb.canonica,& ibi Archidiac.Ioan.Andr.nu.5. Ioan.Mon.à nu. 4.& Prob.ad eum nu.13.Domin.nu.7.& Franc.4. Felyn. in d.c.meminimus.num.4.Nauar.in Man.c.27.num.201. Maiol.de irreg.lib.1.c.10.nu.5.& c.29.nu.10. Mandos. de sign.grat.tit.de dispens. super def natal. ad fin. Candel. aur. in app. seu supplen.c.5.nu.10.seu 15.& Suar.5.tom. disput.50.sect.5.nu.15. Quamuis in monialibus non habebat locum constitutio Sixti V. vt ipse declarauit,quæ quoad viros religiosos reducta est per Greg.XIV.*

11 Hodie verò in his † Regnis Castellæ & Legionis, officialis, seu prouisor,vel Vicarius generalis,seu iudex ordinarius Episcopi, vel alterius,iurisdictionem Ecclesiasticam obtinentis, debet esse constitutus in aliquo saltem ex sacris ordinibus,alias deputatio,& electio est nulla & inualida, & nullius roboris, vel momenti,&c.ex Breui S. D. N. Clementis VIII. cuius tenor est. Clemens Papa VIII.

12 Quod breue † comprehendit etiam Vicarios, & Prouisores, ad præsens existentes, vt patet ex illius verbis,ibi, fungi, & ibi, vel retineant.

13 Sed istud Breue, & noua † constitutio, non videtur adhuc ligare, ex defectu publicationis, & promulgationis, ego enim feci diligentiam ad sciēdum,

an eſſet publicatum, & promulgatum huiuſmodi breue in Curia Regis, vbi Nuntius reſidet; nam cum iſta conſtitutio etiet ad Regna Caſtellę, non fuit publicata Romæ, & compert ſolum eſſe intimatum Epiſcopis, aut etiam prouiſoribus, pro parte Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium, quibus in hoc mittſum eſt trãſumptum authenticum ipſius Breuis, à procuratore generali ſtatus Eccleſiaſtici reſidente in curia Regis.

14 Ad hoc autem vt lex, † ſeu conſtitutio liget neceſſarium requiſitum eſt, quod ſolemniter edatur, fiatque publicatio ſolemnis, & publica promulgatio illius: & ante publicationem non ligat, etiam data ſcientia, authent. vt factæ nouæ conſtitution. & cap. in illis. §. leges. 4. diſtinction. l. ſi. ff. de decretis ab ordine faciendis. l. penultim. circa fin. C. de decurion. lib. 12. cap. 1. de poſtulatione Prælatorum. Doctor. in cap. 2. de conſtitutio. Bott. de ſynodo 3. par. cap. 2. num. 62. & artic. 3. num. 4. Anton. Gabriel. de legibus & conſtitutionibus, concluſion. 4. Nauarr. conſilio 1. de conſtitutionibus num. 3. & 4. Caputaquen. deciſione 203. numero 1. part. 3. Anton. Theſaurus deciſ. Pedem. 249. Angel. Sylueſt. Roſella, & Armill. verb. lex. Vega in ſumm. 2. parte capit. 23. caſu 9. Ludou. Carbo. de legibus libro 3. diſputatione 7. Valen. 2. tomo ſuper 1. 2. diſputatione 7. quæſt. 5. pun. 5. & Açor inſtit. moralium lib. 5. cap. 3 & alij, & nouiſſime Gabr. Vazquez 1. 2. 2. tom. diſputat 155. cap. 2. & *Lorca diſp. 18. de leg. Molin. de iuſtit. tract. 5. diſput. 70. Salas de leg. diſp. 12 ſect. 1. & diſp. 16. ſect. 11. Suar. eodem tract. lib. 1. c. 11. & lib. 3. c. 16. ei ſeqq. & lib. 4. c. 15. & nouiſſ. Cenallos q. 903. ann. 1. dicens, quod legis publicatio debet fieri per proclama, vel in loco publico in præſentia perſonarum, cum publice fieri dicatur quod fit populis.*

Quamuis data notitia, contrarium videatur velle Probus ad Monachum in c. tibi de reſcript. in 6. à num. 13. verſic. ſi ergo. Et ita in vna Commen. Capellaniæ 5. Iulij 1593. coram D. Penna fuit reſolutum Edicta ſeu decreta Ordinarij, & Viſitatorum, non obligare ante publicationem, neque ſi non cõſtet de illorum publicatione. Ant. Gabr. d. conclu. 4. nu. 11. & Bot. d. nu. 62. &c.

15 Quod procedit etiam † ſtante clauſula decreti irritantis ex reg. acceſſorium lib. 6 vt tenet Cardin. in Clement. 1. quæſt. 18. de electione. Felin. in d. cap. 2. de conſtitut. num. 7. 4. limitatione verſicul. contrarium firmat. Probus ſupra à dict. num. 13. verſicul. & limitando 2. vſque ad 17. Puteus deciſion. 38. nu. 3. lib. 1. Flam. Pariſ. de reſignatione benef. lib. 11. q. 9. nu. 27. & alij relati per Anton. Gabr. de clauſulis, concluſione 3. nu. 45. verſic. contrarium voluit, quãuis ipſe contra teneat d. concluſ. 4. de legibus, nu. 9. & alij per eum relati d. nu. 45.

16 Et ad id eſt optima deciſio Rotæ, in vna † Calagurritana Beneficij SS. Iacobi & Andreæ, 17. Maij 1593. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, quæ fe ait.

☞ Domini ſteterunt in deciſis. cum enim Beneficiũ de quo agitur, vacauerit de menſe Februarij 1587. & motus proprius fuerit publicatus de anno 1589. non potuit ligare, niſi à die publicationis, vel poſt duos menſes, poſtquam fuit publicatus, gl. in proœmio Clem. & ibi Dd. Decius capit. 2. de conſtitut. numero 15. & ibi Beroius num. 50. Roland. à Valle conſ. 8. nu. 21. cum ſeq. lib 3. Gabr. de legib. concl. 4. nu. 6. idque etiam procedit quoad ſcientes, Bald. l. vnica. §. fin. C. de caducis tollend. non obſtat, quod hæc procedũt in l. vniuerſali, quia iſta vel eſt lex vniuerſalis illius diœceſis, & intrãt prędicta, vel eſt particularis conſtitutio reſpiciens fauorem Epiſcopi, & Epiſcopus potuit illa non vti, vt fuit deciſum. vel ſaltem requirebatur publicatio, licèt ligaret ſtatim ante lapſum duorum menſium, vt loquitur Fel. in c. 2. de conſt. n. 7. allegatus pro Franc. nõ obſtat, quod decretum irritans liget etiã ignorantes, quia eſt verũ, vbi in aliquo loco eſt facta publicatio, prout de reg. Cancellariæ tradit Sar. in proœmio regularum & decretum irritans, ſemper ſequitur naturã diſpoſitionis, ſuper qua apponitur. Puteus deciſ. 1. lib. 1.

Et in ipſo Breui ad finem, mandatur executori-
17 bus † deputatis, quatenus ſolemniter publicantes faciat obſeruari. Vnde ante omnia requiritur publicatio, quæ ſaltem debebat fieri in Curia Regis, vbi
18 Nuntius reſidet, † ad tradita per Nauar. d. con. 1. de conſtitut. & 3. quæſt. Flam. Pariſ. d. quæſt. 9. Valentiam ſupra 2. quæſt. & Açor d. c. 3. quæſt. 3. G. Vazq. ſup. diſp. 156. n. 18. *ibi diſp. 156. Lorca dict. diſput. 18. de leg. Salas dict diſput. 12 ſect. 2. & dict. diſp. 16. ſect. 11. & Suar. dict. lib. 4. cap. 15.* & alios. *Nec obſtat, quod in dicta Calagurritana beneficij Sanctorum Iacobi & Andreæ 26. Febr. 1603. coram Lita fuit reſolutum, quod collatio facta non ſeruata forma motus proprij & indulti eſt nulla, & ligat etiam ignorantes, & etiamſi non ſit publicatus, Gabr. de clauſ. concluſ. 3. num. 45. & fuit tentum in Papien. bonorum 16 Ian. 1598. coram Pamphilio, & in Pamphilonen. Archidiaconatus 10. Decembr. 1593. coram eodem, vbi quod iſta publicatio, quicquid dicendum ſit in legibus & conſtitutionibus, non requiritur in priuilegijs & indultis ſpecialibus, quæ quoad nullitatem ligãt abſque eorum acceptatione. Nec obſtat quod ſanctiſſimus mandauerit ſuum motum proprium publicari ſolemniter, quia non ideo ſequitur quod non ligent ante publicationẽ, ſtante quod onus publicationis non fuit a Sanctiſſimo per viam conditionis oppoſitum, &c. Quia hic non ſumus in priuilegio & indulto ſpeciali, ſed in lege & conſtitutione*
19 *generali horum regnorum.* Neque dicta intimatio † facta epiſcopis, aut etiam Vicarijs in particulari, poteſt dici publicatio, & promulgatio, ex illa enim ſolum habetur notitia particularis illorum epiſcoporum, & Vicariorum, quibus eſt intimatum, non vero notitia publica, vniuerſalis & communis omnium, tam præſentium, quam futurorum: *& poſthæc in Congregatione ſtatus Eccleſiaſtici facta Madriti anno 1608. per procuratorem generalem fuit facta relatio huius meæ opinionis, & Congregatio iudicauit non eſſe neceſſariam dictam publicationem, & Capitula debere attendere ad obſeruantiam dicti breuis abſque diſſimulatione, quæ in aliquibus locis fuerat, & quod expediretur ſuper eo mandatum generale Nuncij, & daretur procuratoribus Eccleſiarum, abſque eo quod publicaretur, &cet. vt habetur in libro dict. Congreg. ſeſſ. 18. Sed Congregatio non videtur perpendiſſe vnum fundamentum, quo videtur iuridicum, & adhuc ſtare: & facit ſimile de excommunicatione, quam non ſufficit eſſe intimatam alicui, vt debeat vitare excommunicatum, niſi ſit publicata, ſeu publicè denunciata, Ioann. Gutierrez canon. quæſtion. libro 1. cap. primo, numero 41. Suarez 5. tomo diſputat. 9 ſect. 2. numero 8. & alijs, & in Congr. d. ſtatus Eccleſ. anno 1614. ſeſſ. 63. ad tollẽdum huiuſmodi dubiũ fuit*

ordi-

*ordinarium, quod publicaretur Romæ, & in Hispaniæ, &c.* & intellexi huiusmodi breue in aliquibus Episcopatibus non esse seruatum. Et scio in hoc Abulens. aliquando non esse seruatum. Licet fuerit executum per Nuntium cum quodam iudice Metropolitano Salamanticæ. *In quo tamen non videtur procedere, etiam si esset publicatum, quia iste iudex Metropolitanus est reuera Vicarius foraneus, & non generalis, seu principalis, vt dicitur infra numero 30. & 31. & dictum Breue loquitur de officiali, seu prouisore, vel Vicario generali, seu iudice ordinario, & sic non habet locum in iudice foraneo, & delegato.*

20 Et de Vicario Episcopi vltra Doctores † in titul. de officio Vicarij in 6. videndi sunt Bertach. in tract. de Episcopo lib. 4. p. 7. titul. de Vicario Episcopi. Rebuff. in praxi tit. de Vicarijs Episcoporum, & in forma Vicariatus, Cucchus d. lib. 2. titul. 8. Vicarijs, Iacob. Sbrotius d. tract. de Vicario Episcopi, Zerola in d. praxi Episcopali, verb. Vicarius. *Conrad. in templo iudicum lib. 2. cap. 6. de Vicario Episcopi, Leo in thesaur. for. Eccles. c. 10. de Vicarijs, D. Card. Tusch. a cõclus. 182. lit. V. Açor dicta 2. par. lib. 3. cap. 6. 43. 44. 45 & 46. & Molina de iust. tract. 5. disput. 10.* Zecchus d. c. 23. de Vicario Episcopi, Mand. reg. 14. canc. qu. 6. & reg. 24. q. 6. Io. Guttier. can. q. lib. 2. ca. 17. Angel. Syluest. Rosel. Tabiena. Armil. & alij Sũmist. verb. Vicarius. Et de probatione Vicariatus. Mascard. de probatio. concl. 1412. & Sbrotius lib. 1. q. 64.

31 Secundo præmittendum est, † quod Vicarius, sicut Episcopus Ordinarius est, glossa in cap. 2. de offic. Vicarij in 6. verb. officialem, & in cap. Romana de appellat. eod. lib. verb. generaliter. & ibi Doct. Abb. in cap. duobus de re iudic. num. 11. Felin. in rubric. de offic. deleg. num. 4. & ibi Decius nu. 3. Berogius nu. 2. & 8. Pauinus dicens communem de offic. & potestate Capituli sede vacante, 2. q. 1. p. num. 2. & 3. & 10. quæst. 2. p. num. 3. 4. & 9. Bertach. d. 7. p. 4. lib. num. 1. Coras. de Benef. 2. p. cap. 8. numero 3. Maranta in specul. aduoc. 4. parte distinct. 5. nu. 12. & 13. Mandos. d. reg. 24. quæst. 6. num. 6. Couarruu. pract. cap. 4. num. 8. & lib. variar. cap. 20. nu. 4. Cucchus d. tit. 8. nu. 15. Doctr. Paz in praxi tom. 1. tempore nu. 6. & 7. & 2. to. præludio. 3. n. 3. Mascard. d. concl. 1412. numero 9. & 22. Vgolin. de censur. tabu. 1. c. 1. §. 20. nu. 6. Sbrotius qui plures refert libro 2. quæst. 55. *Cassaneus in catalog. glor. mund. 4. p. 4. considerat. Parlad. differ. 129. num. 3. Doctor Sabagun in rubrica de officio delegati nu. 10. & 11. & in cap. quoniam Abbas. eodem titulo, nu. 12. & 13. Leo d. cap. 10. & 11. num. 10. & 11. & cap. 16. nu. 62. Moscon. lib. 1. par. 1. c. 10. pag. 269. & 273. Vgolin. de offic. Episcop. c. 4. §. 7. n. 2. ad fin. & §. 8. nu. 5. & §. 9. num. 2. & §. 10. ad fin. Rodr. de modo videndi processum c. 1. nu. 30. Açor d. lib. 3. c. 6. qu. 12. & c. 43. q. 5. Molin. de iust. tract. 3. disp. 59. num. 2. & d. tract. 5. disp. 10. nu. 1. 3. & 5. cum seqq. & disput. 14. nu. 4. & disput. 26. nu. 7. fin. Basil. Legionen. de imped. matrim. c. 26. §. 6.* Zecchus d. c. 23. de Vicario Episcopi. §. 2. nu. 1. Fr. Lud. de Miranda de ordine iudic. q. 2. art. 6. & nouiss. Tho. Sanchez infinitos referens de matrim. lib. 3. disput. 29. q. 1. *D. Sabagun in d. cap. quoniam Abbas, num. 17. Molina d. tract. 5. disp. 11. nu. 1. & Fr. Basil. supra.*

Et idem dicendum est in Vicario Capituli sede
32 vacante, † Pauinus, Vgolinus, Sbrotius, & Th. Sanchez sup.

23 Quamuis contrarium, † nempe Vicarium Episcopi non esse Ordinarium, sed delegatum, teneant Gofredus in summ. de offic. Vicarij num. 2. Alciatus in Rubrica de offic. Ordin. quinta iudicum specie, num. 24. Ioseph, Gonçalez, Flores variar. q. cap. 27. Licentiatus Anton. Gomez in explicatione Bullæ Cruciatæ c. 4. nu. 21. & 22. & Motla in emporio iuris. 1. p. tit. 2. q. 27.

24 Non tamen ex eo est Ordinarius, † quod lex det huiusmodi iurisdictionem Vicario, interueniente ministerio, & facto Episcopi, vt tenent Rota decis. 4. de offic. Vicarij alias 378. in nouis. Domin. in cap. 1. de offic. Vicarij in 6. in fin. & Maranta supra num. 12. post Alexan. in rubric. ff. de offic. eius Sbrotius d. quæst. 55. num. 14. & 26. & Thom. Sanchez supra num. 13. *Quintanad. de iur. & imperio lib. 2. titul. 5. de deleg. iuris num. 14. & Açor d. c. 43. qu. 5.* & quod dici posset inquit d. glossa verb. generaliter, & Abb. in cap. 2. ad fine Prælati vices suas. Nam verius est, vicarium accipere iurisdictionem ab Episcopo, eum deputante, vt patet ex cap. 2. & fin. de officio Vicarij in 6. & dicendis infra, numero 89. quod potius tenent d. glo. verb. generaliter, & Abb. ibi, & Clarius 8. Vestrius in praxi libro 3. capitul. 1. n. 2. ibi nisi Episcopus suo Vicario, licet in contrarium eum citet Sbrotius ibi, nec id negari potest.

Sed ex eo est Ordinarius, quod iuris permissione,
25 † & consensu, ab Episcopis constituitur, vt eorũ locum teneat vicesque gerat iurisdictionem generaliter exercendo, & sic perindè ac si à lege constitueretur, vt per Couar. d. nu. 4. & Paz sup. *Rodrig. d. nn. 30 & 32. & Molina d. disp. 10. n. 1. 3. & 6. & disp. 14. n. 4.*

26 Qua ratione idem † est dicendum de Vicarijs, seu locum tenentibus Prætorum, seu Rectorum Ciuitatum, vt per Couarr. & Paz ibi, & Auiles in cap. Prætorum cap. 4. verb. iustitia, num. 4. & 8. Auendanno de exequend. mandatis. 1. p. cap. 3. nu. 2. Molinam de Hispanorum primogen. libr. 1. cap. 25. nu. 12. Azeuedum in lib. 10. nu. 1. tit. 5. & in l. 1. nu. 8. tit. 9. lib. 3. recopil. & Bouadillam in sua politica lib. primero, c. 16. nu. 44. *Rodr. d. nu. 32. & Mol. d. tract. 5. disput. 13. nu. 3.*

27 Quod limitatur primo, † vt procedat in Vicario generali, qui facit vnum consistorium, seu tribunal cum Episcopo, qui est ille, qui est in tribunali Episcopatus, constitutus cum generali commissione, nõ facta determinatione ad certum locum, seu partem d. cœcesis, & dicitur principalis glossa, verb. foraneo. in Clementina. Et si principalis de rescript. & ibi Cardin. numero 3. Imola 17. Abb. 3. & Bonif. 2. & 21. & Ancharan. Rebuff. in praxi, titul. de Vicarijs Episcoporum numero 6. Couarruu. d. capit. 4. practic. numer. 8. Cucchus supra nu. 3. & 131. Sbrotius libro 1. quæst. 3. num. 26. & quæst. 23. & seq. & quæst. 29. & Thom. Sanchez d. disputat. 29. num. 11. *Accedit Bart. in l. 1. §. 1. ad fi. ff. quis & a quo appelletur, quem sequitur Marant. supra nu. 8.*

28 Et ideo ab eo non potest † appellari ad Episcopũ, d. cap. Romana. de appellat. & cap. 2. de consuetudine in 6. Sbrotius lib. 3 quæst. 2. & potest esse delegatus Apostolicus, tanquam habens dignitatem, d. Clemen. & si principalis, & ibi glossa & Doct. Sbrotius lib. 2. q. 23. & Flores q. 4. nu. 6. Circa quod vide dicta sequ. p. c. 2.

Secus in foraneo, quem Episcopus in aliquo lo-

29 co, † ſeu parte ſuæ diœceſis conſtituit, vel ad certos actus, ſeu cauſas, quia dicitur delegatus, nec facit vnum conſiſtorium, ſeu tribunal cum Epiſcopo, vnde à tali Vicario appellaretur ad Epiſcopum, vel Vicarium generalem, d. gloſſa verbo foraneo. recepta per Doct. ibi Felyn. ſupra. 1. limitatione. Maranta nu. 14. & mandoi. ſupra. Couarruuias d. cap. 4. nu. 8. Cucchus ſupra numer. 16. Paz d. 3. præludio num. 5. Sbrotius qui alios refert, libro 1. quæſt. 18. & lib. 2. quæſt. 55. num. 33. Thom. Sanchez ſupra num. 10. & 12. Rota deciſ. 297. num. 1. p. 2. diuerſorum, *Leo d.c. 10. nu. 9. & gol. d.c. 4. § 9. nu. 2. Rodrig. ſupra n. 31. Aſor d. lib. 3. c. 45. q. 15. Molina d. diſput. 10. nu. 4. & 6. & 12. & accedit Bart. ſupra.* Nec poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus dict. Clement. etſi principalis, & ibi gloſ. & Doct. Sbrotius lib. 2. q. 23. & Flores ibi. *Leo, & Aſor.*

30 Vide in † vna Abulen. matrimonij de anno 1542. fuit per Rotam reſolutum, à iudice Metropolitano Archiepiſcopi Compoſtellani, reſidente in ciuitate Salamantina, deputato ad cognoſcendum de cauſis appellationum certorũ Epiſcopatuum ſuffraganeorum, tanquam Vicario foraneo, poſſe appellari ad Archiepiſcopum, nec obſtare quod appelletur generalis Vicarius, quia licet appelletur ſic, tamen in veritate non eſt, vt per Mohedanum deciſ. 5. de appellat. alias 133. Rotam deciſ. 1131. lib. 3. p. 3. diuerſ. & Thanis deciſ. 8.

31 Secundo infertur d. † iudicem Metropolitanum, non poſſe eſſe delegatum Apoſtolicum, vel Nuntij, ſeu Legati, etiam ex certa ſcientia Nuntij, ſeu Legati, cum ſit Vicarius foraneus, & non principalis, iuxta dicta & d. deciſiones Rotæ, & Sbrotium lib. 2. q. 23. num. 10. Quamuis aliquando Nuntij committant illi cauſas. *Vt per Sabagun in d. cap. quoniam Abbas. nu. 18. qui ait, Metropolitano Salmantino cauſas Apoſtolicas delegari frequentiſſimum eſſe, quod ipſe approbat dicens in eo obtinere conſtitutionem d. Clemen. etſi principalis, quia rectè poſſunt conſtitui duo Vicarij principales, ex gloſ. & communi ibi, Vicariumque Compoſtellanum ordinariam eſſe principalem quoad illam diœceſim, & quoad Epiſcopatus Tuden. Mindonien. Aurien. & Lucen. Salmant. ordinarium eſſe quoad Epiſcopatus Aſtoricen. Zamor. Salmanticen. Auil. Ciuitaten. Placentin. Caurien. & Pacen. & quod eo iure vtimur. In quo certe fallitur D. Sabagun, & patet ex dictis: nam dictus iudex Salamantinus nullo modo eſt Vicarius principalis & generalis Compoſtell. nec eſt, nec eſſe poteſt ordinarius, tum quia non reſidet Compoſtellæ, ſed ibi eſt alius Vicarius generalis; tum quia ſolum eſt deputatus ad cognoſcendum de cauſis appellationum dictorum Epiſcoporum; & ſic plane eſt Vicarius foraneus. Nec conſuetudo aut ſtilus illi committendi cauſas Apoſtolicas quicquam prodeſt, aut valet, cum ei committantur tanquam Vicario generali, & ordinario, cum tamen non ſit; & ſic per errorem, ad l. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omnium iudicum.*

32 Tertio infertur, † non eſſe veram ſententiam Anaſtaſ. Germonij lib. 1. animaduerſio. capit. 7. & de indultis Cardinal. §. rib quoad vixeris numer. 88. tenentis à Vicario foraneo, ad Epiſcopum appellari non poſſe, quam improbat Thom. Sanchez ſupra num. 12.

33 Quarto infertur, † non eſſe veram doctrinam Sbrotij libro 3. quæſtion. 2. num. 5. qui cum Calder. conſilio 2. de appellat. ait, non dari appellationem ad Epiſcopum, à ſententia Vicarij generalis conſtituti in ciuitate tantum, conuincitur enim ex eo, quod iſte Vicarius non eſt vere, & abſolute generalis, ex quo non eſt conſtitutus ad totam diœceſim iuxta dicta.

34 Quinto infertur non eſſe † veram doctrinam D. Anton. in ſumm. 3. par. titul. 19. cap. 10. §. 2. & Sylueſtri verb. Vicarius, quæſt. 4. ſub verſicul. primum, & Zecchi dict. §. 2. num. 1. dicentium, Vicarium foraneum eſſe ordinarium, & idem conſiſtorium cum Epiſcopo, ſi ad vniuerſitatem cauſarum ſit deputatus, quia ad hoc non attenditur generalitas loci, ſed commiſſionis cauſarum; quę doctrina eſt contra Doctores ſupra citatos num. 27. & 29. & eam particulariter impugnat Thom. Sanchez ſup. num. 10.

35 Et ſolum dici poteſt, † delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, eſſe inſtar Ordinarij, ſeu quaſi Ordinarium, & ideo ſubdelegare poſſe, l. cum Prætor. §. 1. de iudicijs. gloſſa in cap. cum cauſam. de appellat. & ibi Franchus num. 17. & 20. Felyn. in cap. ſuper quæſtionum. §. ſi vero, de offic. deleg. num. 17. 3. falla. Iaſon. in l. à iudice. C. de iudicijs. numer. 8. Sbrotius dict. lib. 2. quæſt. 55. num. 34. Morla in emporio, titul. 2. quæſt. 10. à num. 11. *Peregrin. ad Rubr. de offic. & poteſt. iudicis deleg. num. 14. & golinus de offic. Epiſc. cap. 36. §. 7. & Molina d. tract. 5. diſput. 15. num. 4.* Et Thom. Sanchez qui plures citat dict. lib. 3. diſputat. 31. num. 2. vbi num. 4. ponit, quis dicatur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, & vide dicta ſup. cap. 1. à num. 361.

36 Vltimo infertur Vicarium, † quem ponit Archiepiſcopus Toletanus in ciuitate Toletana, non videri Vicarium generalem, & principalem, ſi non eſt poſitus cum poteſtate generali ad totam diœceſim, nec etiam Vicarium Matriti, nec Compluti, cum non ſint poſiti ad totam diœceſim, nec in ciuitate vbi eſt ſedes, quamuis generales appellentur, & conſequenter non poſſe eſſe iudices Apoſtolicos, nec expedire literas diſpoſitionum, & alias Apoſtolicas directas Officiali Toletano, quæ verba de officiali principali, generali, intelliguntur iuxta d. Clement. Et ſi principalis. & Doctor. ibi, quamuis contrarium ſeruetur. Et ſi illi Vicarij eſſent generales, & principales, non poſſet ab eis appellari ad concilium Archiepiſcopi, vt appellatur. iuxta d. cap. Romana de appellat. & capit. 2. de conſuetudine in 6. & Rot. in *Tolet. decimarum de Sacedon 26. Februarij 1599. coram D. Penia quæ eſt in nouiſſimis Farin. 555. vbi num. 1. dicitur, q. Conſilium Archiepiſc. Toletani idem eſt cum Vicario generali, cuius etiam & Archiepiſcopi idem eſt tribunal d. c. 2. de conſuet. lib. 6.*

37 Ait tamen Flores d. q. 4. nu. 8. quod † nihilominus ob præeminẽtiam officiorum dictorum Vicariorum Compluten. & Matriten. &c. & quia præſunt locis principalibus, & habent oppida ſuæ iuriſdictioni ſubdita, contrarium ſæpiſſime in praxi admittitur, & quotidie commiſſiones eis diriguntur: ego vero exiſtimo, numquam dirigi eis commiſſiones ſaltem à Papa, ſed commiſſiones directas Officiali Toletano, eis præſentari per errorem.

38 Et quamuis idem Flores, † ibi nu. 9. dicat, quod ſi Vicarij poſiti in dictis oppidis eſſent æque principales, prout erãt Vicarij, quos habebat Epiſcopus Palentinus, Valliſolleti, & Palentiæ (quando Valliſoletum non erat Epiſcopatus) eſſent capaces, etiam de rigore iuris, dictarum executionum; idque ſine dubio,

dubio, inquit, procedet, quando Epiſcopus habet duos Vicarios generales, prout Archiepiſcopus But gen. tamen reuera ſolus Vicarius, ſeu Vicarij generales poſiti in ciuitate, & non poſiti extra ciuitatem, etiamſi habeant generalem commiſſionem ad totã dioceſim ſunt principales, &c.

39 Et tunc tantum Vicarius generalis, poſitus † in oppido dioceſis, eſſet principalis, quando in ciuitate non eſt alius Vicarius generalis, ſed eſt in illo oppido, cauſa maioris commoditatis, vt videmus in Epiſcopatu Calaguritano, in quo Vicarius generalis reſidet Lucronij. *Ex quibus omnibus conuincitur quod nouiſſimè poſt hæc docet Molina d. diſput. 10. nu. 5. dummodo aliquis Vicarius conſtituatur, vt in loco in tribunali Epiſcopi iudicet cenſeri eum iudicem ordinarium, licèt illi non concedatur iuriſdictio, in totam dioceſim, vel licèt Epiſcopus eas ſibi reſeruet, &c. Nam quamuis id verum ſit, cum Epiſcopus aliquas cauſas ſibi reſeruat, ſeu excipit à generali commiſſione, non enim ex eo Vicarius deſinit eſſe officialis generalis & ordinarius, ſicut etiam eſt, licet non habeat commiſſionem ad ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum; non tamen eſt verum, cum non concedatur iuriſdictio intra totam dioceſim; nam tunc vere & abſolute non eſt Vicarius & officialis generalis, & ſic nec ordinarius, vt per gl. & Doctores in d. Clem. etſi principalis, & alios ſupra citatos. Nec facit pro Molina c. penult. de offi. Vicarij per eum allegatum, vbi Panormit. & Doctores communiter affirmant Vicarium ſolius vrbis Romæ, de quo in eo cap. eſt ſermo, à ſummo Pontifice tanquam Epiſcopo Rom. dioceſis relictum, iudicem fuiſſe ordinarium, licet iuriſdictionem extra vrbem in totam dioceſim non haberet, vt ibi dicitur. Reſpondetur enim, diuerſum eſſe in Vicario Papæ, qui licet ſit conſtitutus ab eo, vt pote Epiſcopo Romano, tamen eſt conſtitutus à Principe habente poteſtatem concedendi ordinariam iuriſdictionem, vt præſit vniuerſali iuriſdictioni vrbis, & ſic cenſetur creatus ordinarius, niſi aliud conſtet ex commiſſione, Maran. d. 5 diſput. nu. 2. Molina diſp. 14. nu. 3. & alij ſupra. Nec etiam facit pro Molina Bar. in d. l. 3 in fi. ff. quis & a quo appelletur. quem ſequitur Marant. d. diſt. 5. num. 8. loquitur enim de gerente vices ordinarij in eodem loco, & eodem tribunali, quo conſuenit ipſe ordinarius, & ſic de Vicario generali ad totam dioceſim. Vnde etiam non videtur verum. quod ait ibid. Mol. num. 10. quòd vbi vltra Vicarium generalem præficiuntur alij miniſtri ad certa genera cauſarum, ſeu negotiorum, in eodem tribunali Epiſcopi omnes ſunt ordinarij.*

40 Secundo limitatur, vt procedat in his † quæ veniũt ex generali commiſſione, ſecus in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum, & ſpecialiter committuntur, quia in his erit delegatus, & ſic appellabitur ab eo ad Epiſcopum, Francus in d. cap. 2. de officio Vicarij in 6. num. 4. Felinus in d. rubric. de offic. deleg. nu. 43. limitatione, & ibi Beroius nu. 2. & 26. Rota deciſ. 7. de officio Vicarij alias 371. in nouis, & ibi addit. Papaz. num. 7. Marantha ſupra num. 16. Probus ad Monachum in cap. fin. de officio Vicarij in 6. ad fin. Cucchus d. tit. 8. numer. 17. & 112. 113. Sbrotius lib. 2. quæſt. 55. num. 35. & 36. & quæſt. 88. Zecchus dict. §. 2. num. 1. Tabiena verb. delegare, quæſtione 1. num. 3. & Aſor d. lib. 3. c. 43. q. 5.

41 Quod intelligendum eſt, quando iſta ſeparatim † committerentur, ſecus ſi ſimul cum iuriſdictione generali, & ordinaria poteſtate committantur, quia tunc in omnibus erit Ordinarius, ex cap. translato. de conſtitu. Ioann. And. ad Specul. in rubrica de officio Vicarij, verſic. dubitari videtur. Francus in d. cap. 2. num. 4. Felinus in cap. licet in corrigendis, ſub num. 1. de offic. ordin. Aufrer. ad Capellam Toloſanam, dec. 443. Gambarus de officio Legati, lib. 9. nu. 33. 34. & 37. Rota apud Creſcen. deciſ. 15. de probat. Beroius conſilio 22. nu. 14. & 19. volum. 1. Sbrotius lib. 1. quæſtione 67. numero 3. & libro 2. quæſt. 55. numer. 37. & 39. Zecchus dict. num. 1. & nouiſſime Thom. Sanchez dicta diſputatione 29. numer. 8. *Fr. Baſil. Legionen. d. c. 26. §. 6.* & ita videmus numquã

42 † appellari à Vicario generali, ad Epiſcopum, etiam in requirentibus ſpeciale mandatum, quia ſolent ſimul cum poteſtate ordinaria committi; & ſic erit intelligendus Zerola dict. verb. Vicarius 3. dub.

43 Addit Ioan. Andr. ſupra † quod quando diuiſim, & ſeparatim committuntur, ea quæ requirunt ſpeciale mandatum, tota iuriſdictio erit ordinaria, ſi in commiſſione fiat mentio Vicariatus, ſiue in ſalutatione dicendo, tali officiali, vel *Vicario* noſtro, ſiue in progreſſu dicendo, tibi officiali noſtro, committimus quod poſſis, &c. ſiue dicat, poteſtatem tibi alias per nos commiſſam extendimus, prorogamus ampliamus, quia ſicut poteſt poteſtatem iam datã minuere, & reuocare, ita poteſt in eadem ſpecie, illã ampliare, &c. ſequitur Thom. Sanchez d. num. 8. & citat Beroium d. conſ. 12. num. 14. & Sbrotium, d. q. 55. num. 39. qui id non dicunt, ſed quod dictum eſt, nu. præced.

44 Quæ additio ſolum † mihi placet, quando diceret quod poteſtatem alias commiſſam extendit, vel ampliat, &c. ad l. ſed etſi manente. ff. de præcario, nõ vero quando in commiſſione fieret mentio Vicariatus, ſiue in ſalutatione, ſiue in progreſſu, nam ſola mentio Vicariatus, non operatur extenſionem, prorogationem, ſeu ampliationem poteſtatis, alias commiſſæ, ſed fit cauſa demonſtrationis perſonæ, cui datur noua commiſſio.

45 Nec placet ſententia Lapi in d. c. 2. † quam tibi ſequuntur Domin. nu. 9. & Ancharan. nu. 2. & Marc. Anton. Genuen. dicens magis communem, in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ c. 66. num. 25. quòd ſiue inſimul, ſiue in diuerſis temporibus fiat commiſſio ſpecialis alicuius, vel aliquorum, requirentium ſpeciale mandatum, & addatur clauſula generalis, nempe, & ad omnia alia requirentia ſpeciale mandatum, tunc tota iuriſdictio erit ordinaria, quia ille ordinarius eſt, cui committitur vniuerſitas cauſarum, d. l. cum Prætor. §. 2. ff. de iudicijs, & d. c. Romana. in princ. ſi vero non adijcitur clauſula generalis, tunc in expreſſis requirentibus ſpecialem commiſſionem, erit iuriſdictio delegata.

Conuincitur enim iſta ſententia, nam vt ſupradictum eſt, ſola commiſſio vniuerſitatis cauſarum non facit vere Ordinarium, & cum inſimul cum poteſtate ordinaria fit commiſſio aliquorum requirentium ſpeciale mãdatum, tota iuriſdictio eſt ordinaria, etſi non addatur dicta clauſula generalis ex quo vna eſt commiſſio, iuxta dict. cap. translato. *Vnde etiam tota iuriſdictio erit ordinaria, cum ſimul cum poteſtate ordinaria, vel poſtea eam ampliando concederetur aliquid requirens ſpeciale mandatum, licèt non vniuerſim, quotieſcumque id occurreret, ſed in aliquo ſingulari euentu, vel in aliquibus ſingularibus euentibus, ſeu ad certum tempus, contra Molin. d. diſp. 10. num. 5. & 8. dicentem, quoad id eſſe iudicem delegatum, licet quando vniuerſim id concederetur*

*tur in commiſſione generali per clauſulam additam, aut ſi poſtea ſimiliter per clauſulam eo modo generalem iuriſdictionem illius eodem modo ampliaret, cenſeat illum eſſe iudicem ordinarium.*

46 Tertio præmittendum eſt, † quod Vicarius Epiſcopi, quæ ſunt meræ gratiæ, expedire non poteſt, Monachus in cap. ſtatutum. de Præbend. in 6. num. 9. Cardin. in Clement. 1. de officio Vicarij num. 19. Bellamera deciſ. 93. Coſmas in pragmatica ſanctione titul. de collatio. §. item voluit, verbo Vicarius. Selua de Benefic. 2. p. q. 14. Probus ad Monachum in c. 1. de officio Vicarij in 6. nu. 8. Coraſ. d. 2. p. c. 8. nu. 1. Sbrotius lib. 2. quæſt. 38. & 184. num. 3. Zecchus d. cap. 23. de Vicario Epiſcopi. §. 2. num. 3. & num. 4. verſic. 9.

47 Vnde Vicarius ex generali mandato, † diſpenſare non poteſt, Calder. conſil. 3. de officio Vicarij, Felyn. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, de iudicijs, num. 21. Probus ſupra Rebuff. in d. forma Vicariatus. nu. 44. 45. & 46. Cucchus d. tit. 8. nu. 111. Doct. Paz in praxi 2. tom. 3. præludio nu. 11. Ioannes Guttierez can. quæſt. lib. 1. c. 19. num. 15. Sbrotius lib. 2. quæſt. 35. Zecchus dict. num. 3. & num. 4. verſic. 3. & 18. Emmanuel Rodriquez in ſumm. 1. tom. cap. 234. nu. 5. *Mel. Galleg. de cogn. ſpir. cap. 20. num. 10. Vgolinus d. c. 4. §. 7. num. 2. verſic. 6. Aſor d. lib. 3. c. 45. quæſt. 6.* Vega in ſum. 1. p. c. 88. caſu. 1. & P. Ledeſma in ſum. de matrimon. c. 27. 2. concluſ.

48 Et ſic in terminis † S. Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reformatione, cap. 6. non poterit Vicarius generalis Epiſcopi diſpenſare, in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, quamuis Epiſcopus poſſit, eam facultatem quæ ex illo decreto eſt iam annexa muneri Epiſcopali, quaſi iure ordinario, illi committere, nec requiratur quod, ſit Vicarius ad id ſpecialiter deputatus, vt in 2. parte de abſolutione, ſed ſufficiat in genere dare illi facultatem diſpenſandi, in caſibus, in quibus ipſe Epiſcopus poteſt.

49 Et ita eſt accipiendum † quod tradit Suarez 5. tomo diſputat. 41. ſect. 2. num. 8. vbi ait, iſtam facultatem diſpenſandi, exerceri poſſe, non ſolum per Vicarium ſpecialiter adhoc deputatum, ſed ſimpliciter per quemcumq; etiamſi generaliter ei facta ſit delegatio. Et ita etiam eſt accipiendum, quod tradit Enriquez in ſum. lib. 14. c. 20. §. 1. & Mar. Ant. Genuen. d. c. 66. nu. 16. & 20. & 25.

50 Et ſic etiam Vicarius generalis † Epiſcopi, nō poteſt remittere denuntiationes ad matrimonium requiſitas, niſi ei ſpecialiter ſit commiſſum, nam cum in generali commiſſione facta Vicario, non veniat facultas diſpenſandi, vt dictum eſt, in materia diſpenſationis qualis eſt iſta. (idem eſt enim remittere, ac diſpenſare) appellatione Ordinarij non venit Vicarius generalis, & conſequenter non comprehenditur in verbis Concilij ſeſſione 24. de reform. matrimonij, cap. 1. ibi, niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit. Facit in ſimili de confirmatione donationis iuris patronatus deciſ. Rotæ infra relata cap. ſequenti, num. 77.

51 Quamuis comprehendatur † in verbis verſic. qui aliter quam præſente Parocho, ibi, ſeu Ordinarij licētia, quia illa non eſt materia diſpenſationis, Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. q. 11. à nu. 21. qui ait quod in Concilio Tridentino, ſub verb. Ordinarius comprehenditur Vicarius Epiſcopi, qui habet Ordinariam iuriſdictionem, ac dicitur Ordinarius, & Thom. Sanchez. de matrim. lib. 3. diſput. 29. & *Molina d. diſp. 10. num. 13. qui nu. 3. ait, quod huiuſmodi Vicarij nomine ordinariorum comprehenduntur ſæpe in Concil. Trid. & alibi, iuxta rem de qua eſt ſermo, & ſequitur Fr. Baſil. Legionen. d. c. 26. §. 6.*

52 Et alias etiam facta mentione Epiſcopi, † non cenſetur Vicarius excluſus, ſed continetur ſub nomine Epiſcopi, Domin. & Francus numer. 4. in capit. 1. de Capell. Monachor. in 6. Felyn. in cap. ſi quis contra de foro compet. numero 4. verſic. ſed caue, Lancell. Conradus, in templo iudicum, lib. 2. cap. 6. §. 1. nu. 11. & 15. Sbrotius lib. 2. quæſt. 43. num. 29. & 171. num. 2. & 201. num. 2. Zecchus d. §. 2. num. 3. verſic. 5. Thom. Sanchez dict. diſputat. 29. num. 16. & Suarez d. 5. tom. diſputat. 7. ſectione 3. num. 10. diſput. 20. ſect. 1. num. 2. *Grat. in addit. deciſ. 157. nu. 5. & Fr. Baſil ſupra.* & alij. *& ita, nempe, quòd Vicarius non poteſt remittere denuntiationes, niſi ei ſpecialiter ſit commiſſum,*
53 *tenent.* Doct. Paz † vbi ſupra. & D. Spino de Teſtam. gloſſ. 15. num. 29. qui id acceperunt ex lectura DD. Nauarri Iunioris de matrimon. & Lic. Ant. Gomez in explicat Bullæ Cruciatæ, cap. 4. ex nu. 19. & Enriquez in ſumm. lib. 11. c. 5. num. 5.

54 Quamuis contra teneant Veracruz in † append. de matrimon. ad fi. 1. dubij fol. 4. & Salcedo ad Bernard. Diaz in pract. crimin. can. cap. 73. additione vltima, Segura de Aualos in directorio iudicum, 2. p. cap. 16. num. 2. & 3. Ioannes Guettierez d. capit. 19. num. 15. Sbrotius d. quæſt. 43. num. 28. & d. quæſt. 201. *Qui tamen in add. ibi ait, S. Congregat. contra cenſuiſſe.* Zauallos quæſt. 604. numer. 92. Flores quæſt. 24. num. 26. dicens, in praxi, vbi non eſt contraria conſtitutio, ſeruari, & ſemper vidiſſe ſeruari, & Marc. Ant. Genuen. c. 26. num. 1. dicens, ita ſeruari in curia Archiepiſcopali Neapolitana. Emman. Rodriquez in ſum. 1. tom. cap. 215. num. 4. P. Ledeſma in ſum. de matrim. cap. 5. 7. concluſ. & Thom. Sanchez d. lib. 3. diſputat. 7. quæſt. 1. *D. Sahagun de matrim. num. 53. dicens, ita à Cardinalium Congreg. declaratum, & ab Eccleſia vbique receptum contra Menoch. Laçar. de monit. ſect. 1. quæſt. 6. num. 4. Vgol. de offic. Epiſc. c. 60. prine. p. nu. 5. Gratian. diſcept. forenſ. c. 83. a nu. 11. Molina d. nu. 13. dicens praxim ſemper obtinuiſſe, vt nomine ordinarij in illis verbis, Niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, &c. etiam Vicarius generalis Epiſcopi, ſeu prouiſor intelligeretur, &c. & Fr. Baſil. Legion. d. c. 26. §. 4.* Qui non aduertunt prædictam rationem, quæ eſt efficaciſſima, & concludens pro noſtra ſententia. *& ſic ſeruatur, & practicatur, Vicarios generales remittere dictas denuntiationes, eſt quia Epiſcopi ſolent id eis mandare, ſeu permittere.*

55 Et ita merito ſtatutum eſt in Concilio † Prouinciali Toletano, facto de anno 1583. ex ſolius Epiſcopi, non autem Vicarij etiam generalis authoritate, has publicas denuntiationes remitti, ſeu differri poſſe, quamuis Doctor. Segura ſupra miretur de hoc ſine ratione. Et in Concilio Prouinciali Mediolanen. quinto, facto ab Illuſtriſs. Cardin. Borromeo anno 1579. titul. de his quæ ad matrimonium pertinēt. ſtatuitur quod illas ab Epiſcopo, dum præſens in vrbe vel diœceſi ad eſt, ſolum remitti deinceps liceat, ab alio præterea nemine, ac ne Vicario quidem generali.

Et

56 Et facit declaratio S.Congregat.Concilij † super
57 d.cap.1.quæ ait,Quod non permittitur,hæc facultas remittendi denuntiationes commendatario, licet eius Abbatia iura Episcopalia habeat vnita, & licet Abbas appellatione Ordinarij veniat iuxta gl. in c.fi.de offic.Ordin.in 6.dixit tamen Sanctissimus Dominus noster, quod Ordinarius, hic non intelligitur nisi Episcopus,tamen Cardinali Farnesio commendatario Farfen.Monasterij fuit permissum, non autem eius Vicario.*tradit Leo in Thes.for.Eccles.c.25. nu.55.dicens, quòd Abbates & commendatarij in eorum Abbatijs,in quibus sunt etiam iura Episcopalia,dictas denuntiationes sine speciali concessione Apostolica remittere non possunt,vt in declar.S.Congreg.nullius,seu Farsen. & Veronen.*

Quæ declaratio est contra consilium Nauar.2.de
57 clandest.† desponsatione,vbi docet, commendatarium Abbatiæ,quæ habet iura Episcopalia,& est nullius diœcesis,posse tanquam Ordinarium remittere denuntiationes.sequuntur Zauallos sup.nu. 96. Zerola in praxi Episcopali 2.p.verb.denuntiationes,& Flores Enriquez,Emman.Rodr.P. Ledes. & Thom. Sanch.nu.4.*Sabag. & Vgol.nu.4.Gratian.* 15. *Molina, & Fr.Basil.*vbi proxime qui cum Nauar. idem volũt etiam in Prælatis inferioribus exemptis,habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem,licet non sint nullius diœcesis,cum sint etiam Ordinarij.

58 Et reuera ista doctrina, videbatur satis † conformis literæ Concilij,loquentis de Ordinario, & non Episcopo,seu Diœcesano,iuxta dicta inf.3.p. dub. 3.

*Et ita* practicari intelligo in Hispania, per Priores ordinum militarium, vt Emeriten. & alios similes habentes quasi Episcopalem iurisdictionem in suo districtu.

59 Sed stante dicta declaratione Papæ, † cui standum est,ad quem erit recurrendum pro remissione denuntiationum, quando opus fuerit in huiusmodi locis? nam non videntur cogendi subditi eorum ad Papam,seu Legatum recurrere, pro re tam ordinaria, & quæ frequenter occurrit. Et dicendum est,
60 † recurrendum esse ad Episcopum, in cuius Dioc..i, seu intra cuius fines est locus, & si id non constat,ad viciniorem,vt alias circa ordines,& dimissorias,c.10.sessio.23. de refor. quicquid disputet Flores quæst.24.*& ex d.declarat.conuincitur quod dicit Sabagun supra, potestatem remittendi denuntiationes scholastico Salamantino competere, quia quoad scholasticos ordinarius est, cognitionemque habet & iurisdictionem de causa matrimonij,&c.Quod certe non est verum, nec credo practicari? nam scholasticus quo ad id non videtur ordinarius scholarum,sicut nec quoad assistentiam matrimonij, & administrationem sacramentorum.*

61 Et tandem, quod Vicarius Episcopi † non possit remittere denuntiationes sine speciali commissione, declarauit S.Congregatio Cõcilij,vt mihi dixit Auditor Illustrissimi Cardinalis Mattheij præfecti d. S. Congregationis,& tradit Enriquez d.nu.5.in gl. litera,T.dicens declarasse Congregationem Cardinalium anno 91.pro Salamantino Episcopo.

63 Falsum tamen est,quod † tradunt Menochius cõsil.69.à numer.55,lib.1.& Cesalus cons. 421.num. 72.lib.3.quod Episcopus non possit, etiam speciali-ter, mandare eius Vicario facultatem remittendi denuntiationes, quia censeatur electa industria personæ Episcopi,nam vt docent citati maxime Enriquez d.nu.5.& Thom.Sanchez d.disputat.7.q.3. recte potest Episcopus dare ei facultatem,etiam generalem,remittendi denuntiationes, cum hæc potestas iure ordinario competat Episcopis,ex d. decreto Concilij,*& c.facit cap.fi.de offic.ord.& ibi notata,& per Thom.Sanch de matr.lib.2.disp.40.a nu.14.Nec impeditur Episcopus ea delegare,fr.Basil.d.c.26.§.4.& ita sunt accipienda declarationes S.Congr.dicentes,Vicarium generalem Episcopi posse remittere denuntiationes.*

63 Quæ autem sunt iustitiæ,& † necessitatis,expedit Vicarius,Cosmas Coral.& alij supra citati num.46. & etiam ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis non
64 tamen sapiunt gratiam,actus enim voluntariæ † iurisdictionis,quæ non sunt meræ gratiæ,recte possunt exerceri à Vicario, absque speciali mandato, vt tenet Dom.in c.fi.de offic.Vicar.in 6.Bald.in Margarita. verb. Vicarius. Felin. in c. ex parte. de constit. sub num.1.versi.non obstat,quod ea Mohed. decis. 3.de officio Vicarij, alias 337. circa fin. & Sbrotius lib.2.q.66.& q.163.cum seq. Quamuis contrarium teneat Roma.sing.693.incip.ex longæua,& inueterata,ad quem se refert ad d.Abbatis in rep. cap. 1.si quis contra,nu.35.de foro compet.

65 Et regulariter,Vicarius omnia potest† quæ Episcopus argum.c.2.& fi.de officio Vicarij in 6.Archidiac.Io.Andr.& alij in d.cap.fi.Bertach. de Episcopo.lib.4.par.6.tit.de Vicario Episcopi.num.9.Mandos.reg.24.quæst.6.num.3.Couarr.cap.4.pract. nu. 4.& 8.Sbrotius lib.1.quæst.48.nu.7.& Zecchus d.§. 2.num.2.*Leo d.c.10.num.12.Quamuis Molina d.disput. 10.nu.5.& 8.videatur nimis restringere facultatem eius.*

66 Et Vicarij generales, possunt omnia, † exceptis prohibitis,seu quæ requirunt mandatum speciale, ex d.cap.2.& fin.Felinus,& Mohed.supra, & Cucchus num.68.*& Vgol.de offic. Episcop.c.4.§.7. num.2. in fin.*

67 Et quæ sint illa,† quæ requirunt mandatum Vicarij speciale,vltra doct.in d. cap. fi. ponit Rebuffus in d.forma Vicariatus ex nu.31.Cucchus d.lib.2.tit.8. ex nu.68,Sbrotius d.tract. præcipue.lib.2. Zerola d. verb.Vicarius.& Zecchus d.cap.23.de Vicario Episcopi.§.2.nu.4.*& Leo d.c.10.nu.12.14.& 15. cum sequentibus.& Vgol.dicto c.4.§.7.*

68 Sed aduert. 1.quod si in mandato † exprimitur aliquid requirens mandatum speciale,adiecta clausula generali,& ad omnia alia, etiamsi mandatum exigant speciale poterit Vicarius etiam alia facere, quæ requirunt mandatum speciale,ea qui ad agendum,de procurator.in 6.& ibi Doct.Couarr.lib. 1. varia.cap.6.nu.3.Sbrotius lib.1.q.65.numer.5.& 7. *Leo supra nu.4.Vgol.d.c.4.§.7.nu.2.vers.postremo,(qui tamen male ait sufficere generatim concedi facultatem in omnibus casibus,qui speciale mandatum requirunt,infra d. c.qui ad agendum)& Molina de iust.tract.2.disp.557. vers.vltim.& tract.5 disp.10.nu. 9.* Dummodo non
69 sint grauiora,† vel maiora expressis clemen. 2.eod. tit.de procurator. vbi doct. Rebuff. in forma Vicariatus nu.183.Sbrotius ibi nu.10. 11. & 12.

70 Et posit expressum aliquid requirens † speciale mandatum,non sufficere, dicere, & generaliter ad omnia alia,nisi addatur,etiamsi mandatum exigant speciale,vt colligitur ex d.cap.qui ad agendum,& clem.2.notat Bart.consil.5,nu. 3.lib.2. nec contrarium voluit Rota in vna Valentina Beneficij Sanct.
71 Luciæ, † coram sanctissimo Clemente Octauo, de
anno

anno 1583. nam in illis deciſ. Rota præcipue fundatur in verbis largo modo, in mandato contentis.

71 Secundo aduert. quod clauſula cum † libera, vel cum plena poteſtate inducit mandatum ſpeciale, Bart. num. 2. & alij in l. procurator cui generaliter libera. ff. de procurator. idem Bart. Alex. Iaſon. nu. 11. Corneus & alij in l. ſi procurator. Cod. eod. Domin. num. 2. & 4. & Francus 6. in dict. cap. ad agendum, §. fin. Couarr. dict. cap. 6. num. 3. Greg. Lopez in l. 9. titul. 5. part. 3. & l. 7. titul. 14. par. 5. Monteroſo in practica 7. tract. de clauſulis ponendis in mandatis. Ioann. Guttierrez de iuram. confirm. 1. part. cap. 50. num. 9. & 13. Sbrotius ſupra nu. 6. & 8. Mohed. deciſ. 2. de officio Vicarij, alias 323. vbi ait, quod habere mandatum cum libera, vel cum plena, & omnimoda poteſtate, & habere mandatum in ſpecie, æquiparantur, & Rota in d. Valentina Beneficij, coram ſanctiſſimo Clemente VIII. de anno 1582. vt in ſequenti deciſ. domini dixerunt, conſtare de ſufficienti mandato Franc. Soler. nam bonæ memoriæ Ludouicus Cardinalis Borgia, cum conſtituit Vicarium, dãdo ſibi plenam, & omnimodam poteſtatem, Eccleſiam Valentinam, & eius membra, in ſpiritualibus & temporalibus regendi; & gubernandi: quæ verba ſecundum Bar. l. procurator cui generaliter. num. 2. de procurat. & ibi Angel. num. 2. Caſtrenſ. num. 3. important mandatum cum libera: nec eſt verum quod Bart. in hoc communiter reprobetur, quia immo in hoc communiter approbatur, & de hoc eſt tex. in l. ſi procurator ad vnam. C. de procurat. vbi Paulus de Caſtro nu. 4. Corneus num. 1. Alexand. nu. 2. vbi ait omnes ita tenere Iaſ. nu. 11. plena enim & libera idẽ important: controuerſia autem inter doctores non verſatur circa hoc, ſed circa clauſulam iſtam, permiſit ei, quod facere poſſit, quicquid ipſe facere poſſet, cum per eam intelligatur datum mandatum cum libera, & in hoc communis opinio eſt contra Bart. ſecundum Beroium in alleg. q. 25. nu. 5. *Rota etiam deciſ. 52. Farin. lib. 1. nu. 2. & nouiſſime Rodrig. de modo videndi proceſſum. c. 3. nu. 30. Molina d. tract. 2. diſp. 557. §. vlt. & diſput. 563. verſ. & probat d. l. procurator cui generaliter libera, & d. cap. qui ad agendum. §. fin. & dict. l. 19. & 7. partitæ.*

73 Nec tunc requiritur expreſſio aliquorum † ſpecialium, vt patet ex allegatis, quamuis Sbrotius ſupr. nu. 9. dicat Vicarium Epiſcopi ex mandato, cum plena poteſtate, non poſſe facere exigentia ſpeciale mãdatum, niſi quibuſdam ſpecialibus expreſſis, vt dicit gl. in d. c. 2. in fi. ſed gloſſa ibi loquitur in terminis d. c. qui ad agendum.

74 Tertio aduert. quod clauſula, † quod poſſit omnia, quæ dominus facere poſſet, importat mãdatum cum libera, Bar. in d. l. procurator. num. 3. Domin. num. 5. & Francus ſupra, Iaſon. d. numer. 11. Decius in cap. intelleximus. nu. 70 de iudic. loquens in clauſula, quod poſſit omnia quæ dominus poteſt. Afflict. deciſ. 305. Gregor. Monteroſo, & Ioannes Guttierrez ſupra Azeuedo in l. 3. tit. 3. lib. 5. recopil. num. 3. & Montera Cocua plures referens deciſ. Arragoniæ 38. num. 35. *& Molin. dicta diſp. 563. verſ. vlt.* ex quibus hæc ſententia videtur communis, quamuis alij contra tenẽant, & communem opinionem eſſe contra Bartolum dicat Beroius quæſt. 25. num. 5. vt per Rotam in d. Valentina ſupra adducta num. 72. quæ tamen videtur tenere noſtram ſententiam. *deciſ. Farin. 52. numero primo.*

75 Quarto aduert. quod clauſula † quod promittit habere ratum, & firmum quicquid per procuratorẽ factum fuerit, non inducit mandatum cum libera, gloſſa in l. ſi procuratorem. ff. de procurator. Bar. in l. 1. nu. 6. ff. de officio procuratoris Cæſaris, Alexan. Bald. Salic. & Iaſ. nu. 11. in d. l. ſi procurator Domin. ſupra nu. 6. Greg. dict. l. 19. Couarr. d. c. 6. nu. 4. plures referens, & dicens veriorem, magiſque receptã, *& Molina d. tract diſp. 573. verſ. quando aliquis non eſt.* quamuis contrarium tenuerit Bart. in d. l. procurator. quem ſequitur Francus ſup.

76 Quinto aduer. grauem † eſſe difficultatem, an ſi Epiſcopus daret Vicario mandatum generale, ad omnia, excepta collatione Beneficiorum, ſeu alia requirentia ſpeciale mandatum, per hanc exceptionem, veniant alia requirentia ſpeciale mandatum.

77 Et videtur vera pars affirmatiua, quia † illa exceptio declarat & ampliat regulam, alias exceptio nõ eſſet de regula, prout eſſe debet, & eſſet in vtilis & ſuperflua, & ita hanc partem tenent Domin. in d. c. 2. ad fi. & in d. cap. qui ad agendum. §. 1. ſub num. 2. Alex. Iaſon & Claudius in leg. fin. ff. quod quiſque iuris, idem Alex. conſ. 36. lib. 6. Decius in l. 1. nu. 25. ff. de regul. iuris, & in cap. conſultationi. Gozad. conſil. 26. num. 49. Tiraquell. de retract. Lignagier. in fin. num. 95. Euerardus in loco ab excep. ad reg. num. 3. & 9. & dicit communem Cagnolus eam ſecutus in d. l. 1. nu. 35. & magis communem Couarr. lib. 2. variar. c. 5. nu. 9.

78 Contrarium tamen tenent Anchar. † & Francus in d. cap. 2. de officio Vicarij, & in d. cap. qui ad agendum. §. 1. & in Rubrica de regulis iuris in 6. Felinus in cap. quoniam frequenter nu. 3. vt lite non conteſtata. Aretin. conſ. 8. Crotus 136. nu. 28. vol. 1. Modernus in additio. ad Alexand. d. conſi. 36. & ad Decium in d. l. 1. Couarru. dicens veriorem d. num. 9. & Sbrotius ſupra nu. 13. & 14. cuius ſententiæ ratio eſt quod exceptio, non ampliat regulam ad ea, quæ ſub regula non comprehenduntur, cum potius veniat ad diminutionem. *Euer. loco. 9. ab exc. ad reg. nu. 2. & lib. 2. c. 27. num. 17. ad 5. Suarez de legib. lib. 8. cap. 19. num. 7. & Thom. Sanchez in præc. Decal. lib. 1. cap. 10. num. 49.*

79 Ego in hac difficultate diſtinguendum † eſſe exiſtimo, an detur mandatum generaliter, excepta aliqua re requirente mandatum ſpeciale, non dicendo, ad omnia quæ ipſe conſtituens facere poſſet, excepta, &c. ſed ſolum dicendo, ad omnia, excepta tali re, &c. an verò detur mandatum generale, ad omnia quæ ipſe conſtituens facere poſſet, ſeu poteſt, excepta, &c. Primo caſu procedet ſecunda ſententia ex d. ratione, & ex d. c. qui ad agendum. Nam ſi ad ea quæ requirunt ſpeciale mandatum non poteſt quis illud dare, per illa verba, & generaliter ad omnia etiamſi mandatum exigant ſpeciale, non etiam poterit illud dare per verba generalia excipiendo aliquem caſum ſpecialem, etiamſi dicat, & generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, excepta, verbi gratia, collatione Beneficiorum, &c. nam illa exceptio, ſolum operatur diminutionem. *quamuis tunc ei detur mandatum ad omnia, etiamſi ſpeciale requirant mandatum, cum illa exceptione primam ſententiam teneat Molina d. tract. 9. diſp. 10. num. 9. & antea tract. 2. dict. diſp.*

*disp.557. vers.vlt.male pro ea citans Couar.d.c.5.num.8. & 9.cum teneat contrarium dict.num.9.* In secundo vero casu procedet prima sententia non ex ratione illius, quæ tanis tollitur ex dictis, sed quia verba generalia, ad omnia quæ ipse constituens facere posset, seu potest, important mandatum cum libera, vt dictum est nu.74. Quæ distinctio erit aduertenda, nam doctores ista confundunt.

80 Ex quibus iam ad nostrum † propositum infertur, quod Vicarius sine speciali mandato, non potest conferre Beneficia capit.fin.de offic.Vicarij in 6. vbi DD. Dinus in reg.in generali 81 lib.6. Selua de Benefic. 2.part. cap.14. Rebuff. in forma Vicariatus à num.49. Lambert. de iure patron. 2.part.2.l.quæst. 4.art.1.nu.4.& 3.p.2.l.quæst.1.artic.5. Coras.d.2.p. cap.8.num.5. Duar.l.3.cap.7. Cucchus d.titul.8. ex num.73. late Sbrotius l.2.quæst.71. Zerola d.verbo Vicar.§.9.& Zecchus d.§.2.num.4.vers.14. *Vgol.d.c. 4.§.7.nu.2. Aſor 2 p.lib.3.c.44. quæst.1. & 3. Molina dict.disput.10.num.8.* & alij.

81 Cum enim † vt dictum est, quæ sunt meræ gratiæ Vicarius expedire non possit, & collatio beneficiorum sit quædam donatio, cap.relatum de præbend. cap.post electionem. de concess.præb.cum alijs, quæ non venit in generali concessione, seu mandato, nec generaliter donare valeat is cui bonorum administratio, etiam libera, est concessa l.contra juris.§.si filius ff. de pactis. & l.filius familias ff. de donatio & d.cap.fin.cum alijs de quo videndus Pinellus in l.1. C.de bonis maternis 3.part.à num.56. Matienço in *l.3.tit.3.l.5.recopil.glos.2.* & Ioannes Gutierez de iuramento confirma.1.par.capit.50.à num.11. ideo Vicarij, seu officiales, beneficia conferre nõ possunt, nisi collatio beneficiorum ipsis specialiter sit commissa, vt in d.cap.fi. vbi assignatur ista ratio, & quod in generali concessione, nequaquam illa veniunt, quæ non esset quis in specie verisimiliter concessurus, d. regula in generale cum suis concordant. Ea-

82 demque ratione, † non potest Vicarius, sine speciali mandato præsentare ad beneficiũ, pertinens ad præsentationem Episcopi, Lambert.d.artic.5.num.2.& Sbrotius qui alios refert d.l.2.quæst.110.

83 *Immo* data potestate conferendi, † nõ posset præsentare, quia aliud est conferre, aliud præsentare c. cum in illis, de præben. *in 6.* nisi esset adiecta clausula generalis, vt cum Paulo consil.57. part.1. & Imola in cap.fin.de concess.præbend. in princip. tradit Rochus verb. honorificum num.25. Bertachin. in repe. verb.præsentatio fieri non potest, licet contra teneat Lambert. 1.part.2.l.quæst.4.artic.4. *Et Aſor d.lib.3. c.44. quæst.10. dicens, quòd quando Vicarius accipit specialem facultatem conferendi beneficia, eo ipso intelligitur accepisse potestatem eligendi, instituendi, confirmandi, & præsentandi, non tamen è contrario, quia plenior est significatio conferendi & prouidendi, quam eligendi, instituendi, confirmandi, & præsentandi.* Pro quo facit, quod supradictum est. 1.part.cap.6. num.31. cui responderi potest, quod iuxta subiectam materiam & modum communem loquendi, dare mandatum ad conferẽdum, non est ad præsentandum. Cum autem, vt di-

84 Cum est † ea, quæ sunt iustitiæ, & necessitatis, expediat Vicarius, poterit confirmare electos, & instituere præsentatos, quæ sunt necessitatis, & iustitiæ, cap. ex frequentibus. de institutio. glos. in d.capit. fin. de offic. Vicarij in 6. verb. non possunt, Roma singul. 601. Selua, Lamber. Coras. & Duaren. sup. & Pauin. de offic. & potestat. cap. sede vacante 5. quæst. 2. par. num. 2. Cotmas in prag. tit. de collatio. §. item voluit verb. vicario. Probus ad Monach. in d. cap. fin. nu. 4. Couart. l. 3. variar. cap. 20. num. 7. doctor Paz in praxi 2. tom. 3. præludio num. 7. Quintana duennas l. 1. Ecclesiast. con cap. 5. num. 7. late Sbrotius plures referens l. 2. quæst. 70. & 111. Zerola d. verb. Vicarius §. 14. & Zecchus de Benefic. & pensio. cap. 2. verfic. Vicarius etiã, *Leon Thes. for. Eccles. c. 10. n. 11. & Aſor d. li. 3. c. 44. q. 4. & 5. & lib. 6. c. 22. q. 3. & c. 25. q. 14.* & Rota in Oltun. Capell. de anno 1600. infra relata 8. par. c. 4. nu. 50. *Et in Bracharen. parochialis 24. Ianuarij 1605. coram D. Ortembergo. & in Firmana iurispatr. 16. Iunij 1608. coram D. Cenallerio, vbi fuit dictum, quòd cum non agatur de collatione, quam Vicarius non potest facere, sed de institutione præsentati, quem Vicarius potest instituere, consequens est, vt coram ipso possit etiam fieri præsentatio, vt actus necessario præcedens institutionem; & c.*

85 Nec contrarium † tenet Dinus in reg. 1. l. 6. nu. 20. loquitur enim de *institutione*, id est collatione libera, vt constat ex num. seq. vbi idem dicit de Cap. sede vacante, quod tamen cõstat posse instituere præsentatum, vt in cap. 1. de institutione in 6. per eum allegato, & ita tenet ibi additio litera H.

86 Quamuis Rebuff. in d. forma † Vicariatus ex nu. 126. & regul. 13. Cancella. verb. aut Vicarios perpetuos. contra teneat. *Quem sequitur Vgolin. d. cap. 4. de offic. Episc. §. 7. nu. 2.* Et quamuis Zecchus de Repub. Ecclesiastica d. c. 23. de Vicario Episcopi §. 2. num. 4. versicul. 13. dicat, non posse confirmare electos, sine speciali mandato, qui tamen cum ibi num. 3. versic. 13. & d. num. 4. sub versic. 14. teneat non posse sine speciali mandato, instituere præsentatum, non loquitur consequenter.

87 Et ita inter † alia quęsita, pro parte Episcopi Abulen. de anno 1593. censuit S. Congregatio Concilij, vt in seq. declaratione ad primum, quam habeo authenticam, nempe subscriptam manu Illustrissimi

88 Cardinalis Matthæi, & eius sigillo munitam. Illustrissimi & Reuerendissimi Domini pro parte Reuerendissimi Episcopi Abulens. supplicatur declarari sequentia, circa quæ dubitare contingit. Primum dubium, An Vicarius Episcopi, seu Capituli sede vacante, possit instituere præsentatos, absque speciali mandato, prout videtur certum, ex cap. ex frequentibus. de institut. & ibi glossa & DD. & in cap. fin. de offic. Vicarij in 6. Rochus de iure patron. verb. competens quæst. 31. Mill. verfic. Vicarius Episcopi. Conarru. lib. 3. variar. cap. 20. nu. 7. Moder. de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 3 qui plures refert. Nec obstat decretum Concilij sess. 24. de reformatione cap. 13. ibi, nisi Episcopi loci, quia ista verba non excludunt Vicarium, nec ad id sunt posita, sed inferiores Episcopo, vt rectè aduertit d. Modernus num. 15. & constat ex cap. proxime præcedenti eiusdem sessionis in fine. Secundo dub. An sæcularis semel approbatus ab ordinario, ad confessiones audien. vel prædicandum sit sen per approbatus, & an approbationes, & licentias datas, possint Ordinarij pro libito reuocare. Tertium dub. An sæcularis, siue regularis, approbatus ad audiendas. Confessiones certi generis personarum, vel in certa Ecclesia, possit cõfessiones audire alterius personarum, & extra illam Ecclesiam, virtute Bullarum. Quartum dub. An obtinens parochiale

chiale beneficium in vna Diœceſi poſſit in alia, abſque Ordinarij loci approbatione eligi in confeſſarium, ab habentibus priuilegium vigore iubilei eligendi confeſſarium idoneum, vel ab habentibus licentiam à ſuo parocho quod ita videtur, quia is generaliter, & abſolute, eſt approbatus à Concilio, & cum alijs docet Candelabrum aureum 1. parte de confeſſione num. 28. licet alias approbatus in vna Diœceſi non cenſeatur approbatus in alia, vt S. Congregatio declarauit. Quintum dub. An matrimoniũ contractum coram parocho excommunicato, denũtiato, vel notorio clerici percuſſore, vel alio ſacerdote, de eius licentia valeat. Sextum dub. In Epiſcopatu Abulen. eſt conſuetudo tenendi Beneficium curatum, vel ſimplex, ſimul cum Capellania in eadẽ Eccleſia, dubitatur. An ſtante Concilio id fieri poſſit. Septimum dubium, præſuppoſito quod examinatores debeant denuntiare, quot idonei reperti fuerint ad parochialem, Epiſcopus autem ſeu Vicarius, debet eligere digniorem; dub. an examinatores debeãt denuntiare idoneos cum expreſſione, quis ſit magis idoneus, abſq; eo quod ipſi eligant; alias enim quomodo Epiſcopus intelliget, quis ex illis ſit magis idoneus, præſertim literatura? Octauum dubium. An priuilegia regularium, quod non teneantur ſeruare interdicta in aliquibus diebus tantum, veluti in feſtis ſuorum ordinum, ſint contraria Concilio, & ſublata. Nonum dub. An ad derogationem ſacri Concilij Trident. ſufficiat, Papam contra illud reſcribere abſque illius ſpeciali, vel generali derogatione, vt Pius Quintus declaraſſe dicitur. Ad primum Congregatio Concilij cenſuit, quod ſi non habeat Vicarius mandatum limitatum ſed generale, vtiq; inſtituere præſentatos poteſt. Ad ſecundum cenſetur approbatus, donec fuerit reuocatus & reuocari poteſt cum cauſa, quam ſufficit eſſe notam Epiſcopo. Ad tertium non poteſt. Ad quartum minime poteſt. Ad quintum valet. Ad ſextum conſuetudo eſt ſublata. Ad ſeptimũ examinatores debent renuntiare, quotcumque idonei iudicati fuerint, Epiſcopus autem debet magis idoneum eligere. Ad octauum priuilegia ſi ante Concilium conceſſa fuerint, vtiq; reuocata exiſtunt. Ad nonum ſi ſupplicatio manu Papæ ſignata fuerit non requiritur nec ſpecialis, nec generalis derogatio. Hier. Card. Matthæius.

87 Et id procedit etiam, ſi eſſet locus † gratificationi inter plures præſentatos, æque idoneos, nam adhuc poteſt Vicarius conſtituere. ad d. cap. præcedenti à num. 73. *Sbrocius in addit. ad quæſt. 111. cum Decio conſ. 129. lib. 1.* & ita videtur ſentire Rota in vna Calagurritana Beneficij de Haro. 17. Octo. 1580. coram ſanctiſſimo Clemente VIII. vt in deciſ. ſeq. quæ ſic erit accipienda, Domini cum præſuppoſito quod 88 mandatum ſit in forma probanti, tenuerunt Vicarium potuiſſe grarificare, & gratificaſſe; pro indubitato enim habuerunt, quod hæc facultas gratificandi, poſſit ab Epiſcopo Vicario committi, quia nullibi reperitur quod ſit electa induſtria perſonæ, quia ad hunc effectum oportet, quod adſint verba importantia perſonalitatem, ad not. in cap. fin. §. is autem vbi Dd. de officio delegati Dd. in l. 1. vbi Iaſon. num. 29. & ibi etiam Purpur. num. 500. ff. de officio eius, cuiuſmodi non ſunt verba, quibus iura vtuntur in hac materia; in cap. enim cum autem. de iure patron. ſolum dicitur, iudicio Epiſcopi credimus relinquendum, quæ verba arbitrium boni viri importãt Felinus in cap. 1. ſub nu. 51. de conſtitut. non autem perſonalitatem, in cap. qui. eodem titulo dicitur, ordinet antiſtes Eccleſiam, ſicut melius eam ſecũdum Deum viderit ordinandam, quæ verba nullam & ipſa perſonalitatem ſignificant; nec facit quod dicat prout ſecundum Deum eſt ordinanda, ſicut etiam collationes omnes, ſecundum Deum, faciendæ ſunt perſonis idoneis; & hinc eſt quod Decius conſi. 130. in principio præſupponit pro abſoluto, quod Vicarius potuerit gratificare; quod autem Epiſcopus etiam hanc facultatem conceſſerit, liquet ex lectura mandati, in quo datur facultas diſpenſandi, conferẽdi, & ſubijcitur clauſula generalis, vt poſſit omnia, alia, quæ includit ſi non maiora ſaltem ſimilia. cap. qui ad agendum. de procurator. n 6. clemen. 11. poteſt. eodem titulo. idq; tanto magis, quia ratio cur in generali deputatione Vicarij non venit facultas cõferendi eſt, quia mera eſt gratia, & donatio quæ non venit in generali mandato. cap. fin. de officio Vicarij in 6. gratificatio autem non eſt mera gratia, ex quo vni ex præſentatis tenetur Ordinarius gratificare, Rebuff. ad concord. de collatione §. ſtatuimus. 1. verb. gratificare, per l. vnũ ex familia §. 1. ff. de delegatis 2. & conſequenter tanto facilius ſub huiuſmodi mandato comprehenditur: quod autem gratificauerit apparet, quia protulit ſententiam, ad fauorem Didaci, quæ cum non poſſit eſſe iuſta ex alio capite, quam ex iſto, debet ex hoc cenſeri lata, cum ea ex actis interpretationem, & declarationem recipiat. l. ait prætor. §. ſi iudex, & ibi Bart. num. 1. de re iudic. ſemper enim ſententia præſumitur lata ex ea cauſa quæ re vera apparet in actis. l. ſi quis ad exhibẽdum de except. rei iudic. l. hæc enim. in princip. de ſuſpect. tutoribus. Alex. conſil. 66. num. 2. l. 5. Nec obſtant verba ſententiæ, quia licet Vicarius in ea dicat, debemus pronũtiare, refert tamen ſe ad acta, ex quo dicit, quod ex actis appareat: liquet ergo ipſum factum pronuntiaſſe ex cauſa, de qua in actis conſtat, & conſequenter ex capite gratificationis, & vſufructu, verbo illo, debemus, quia tenebatur vnũ ex huiuſmodi præſentatis eligere: non obſtat, quod in collatione dicat ſecundum numerum, quia numerus etiam hoc caſu ſeruit, cum requirat quod præſentandi ſint filij patrimoniales, & ſunt timidi Beneficiati, vt ad integrum aſcendant, & hæc omnia dixerũt, tanto magis admittenda eſſe ad effectum ſuſtinendi actum. l. 1. de milit. teſtamen. l. quoties, de rebus dubijs, nunquã enim fit relatio ad id per quod actus non ſuſtinetur, Bart. poſt gloſſam in l. cum vulgari. de dote prælegata. Decius in c. 2. requiris. ſub nu. 3. verſ. 5. non debet fieri. de appell.

89 Dicitur autem in d. declaratione † Abulenſ. ſi non habeat Vicarius mandatum limitatum, ſed generale, quia cum Vicarius accipiat poteſtatem ex cõmiſſione Epiſcopi, cap. fin. de officio Vicar. in 6. Decius conſ. 66. num. 4. Sbrotius lib. 2. quæſt. 112. numer. 5. & diximus ſupra num. 24. poteſt Epiſcopus aliqua ſibi reſeruare, quæ alias venirent in generali mandato, & illi interdicere, ne de aliquo negotio ſe intromittat. Capella Toloſ. deciſ. 481. & ibi Auſrer. Sbrotius d. quæſt. 112. num. 6. & quæſt. 131. num. 3 Rota deciſ 297. p. 2. diuerſor. num. 2. & 3. vbi dicit, quod in mera facultate, & volũtate Epiſcopi conſiſtit tribuere Vicario facultates amplas, vel coarctatas, nã

quilibet

quilibet committens iurisdictionem suam alteri, potest eam limitare, vt sibi libet, &c.

90 Sed contra prædictam resolutionem, † & dict. declarationem S. Congregationis facit difficultatem. Primo quod alias literis Cardinalis S. Sixti datis 4. Februarij 1580. in vna Placentina fuit scriptum. Congregationem Cõcilij declarasse, quod mortuo Episcopo, Vicarius generalis sede vacante, nullũ ad hoc habens speciale mandatum, non potuerit instituere, contra ea quæ scripsit Pauinus in suo tract. vt habetur in declarationibus super d.cap.13. sessio. 14. de reform. declarat. 14. *& refert & sequitur Sbroc. d. addit. ad q. 111. lib. 2.*

91 Secundo, quod alias in simili † de excommunicationibus, ad finem reuelationis aut pro rebus subtractis, quas Concilium sess. 25. de reform. cap. 3. statuit, à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernendas. S. Congregatio censuisse videtur, ita demum à Vicario generali Episcopi, posse decerni, si ad id habeat speciale mandatum, vt apparet ex seq. declarat. super d.cap. 3. Prima, Vicarius generalis, &c. ad id facultatem habens ab Episcopo, potest sine præuia cognitione facta ab ipsomet Episcopo, excõmunicationes ad finẽ reuelationis pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipse Vicarius causæ cognitionem adhibeat. Sed alij dubitabant ex illis verbis, à nemine prorsus præterquã ab Episcopo, quia taxatiua alios excludit. Congregatio iterum sub die 25. Februar. 1583. Primam firmauit resolutionem. Secunda, ibi, præterquam ab Episcopo, vel Vicario ex speciali mandato non alias, vt habetur, in d. declarat. super d.cap. 3. *& refert Sbroc. in addit. ad q. 171. lib. 2.* ergo similiter in proposito, cum Concilium d. cap. 13. sess. 14. statuat, quod non liceat patrono aliquem ad beneficia, nisi Episcopo loci præsentare, &c. non poterit fieri præsentatio Vicario generali, nec valebit institutio, nisi ad id habeat speciale mandatum.

92 Respondetur tamen primæ † difficultati, quod esto dicta declaratio sit certa, standum est declarationi Abulens. cum sit posterior, nec de eius certitudine possit dubitari, quia vt dixi, eam habeo authenticam, maxime cum sit iuri confirmior. Item de certitudine illius dubitari potest, ex d. declaratione Abulen. & ex d. cap. præcedenti nu. 25. & 28. *& prædicta declarat. Abulen. consonat alia data 22. Apr. 1599. qua sit. Congr. Conc. censuit, posse Vicario Capituli sede vacante instituere præsentatum a Patronis.*

93 Secundæ difficultati † poterat responderi, quod in terminis d.cap. 3. sess. 25. quamuis nõ excludatur Vicarius, requirit tamen speciale mandatũ propter verba maxime fortia, enixa & geminata, quib. Concil. ibi, reseruat Episcopis facultatem decernendi dictas excommunicationes, ibi, à nemine prorsus præterquam ab Episcopo, &c. & ibi, sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positum, & in terminis d.cap. 13. non sunt verba illa fortia & enixa. *& ita tenet Vgol. de off. Episc. c. 45. in princ. vers. 2.*

Sed verius existimo, Vicarium generalem posse
94 decernere dictas excommunications, † sine speciali mandato, vt tenent Sylua nuptialis lib. 3. nu. 28. Probus ad Monach. in cap. 2. de constitutionibus in 6. num. 32. Bernard. Diaz regul. 243. & sic etiam sentit Concilio Enriquez in somm. l. 13. cap. 17. §. 4. Emanuel Rodriguez in summ. 1. tom. cap. 79. num. 1. Sbrotius l. 2. quæst. 171. Zerola d. verb. Vicarius. §. 17. Fretchilla de excomm. art. 1. 2. par. num. 5. Suarez 5. tom. disputat. 30. sect. 1. num. 8. Thom. Sanchez d. l. 3. disputat. 29. quæst. 2. num. 16. Marc. Anton. Genuen. cap. 1. nu. 1. dicens, fuisse declaratum à S. Congregatione, ac seruari in curia Archiepiscopali Neapolitana, & etiam Joan. Gutierrez Canon. quæst. l. 1. cap. 11. nu. 8. quamuis dicat, quod ex dicta prima declaratione requiritur, vt habeat Vicarius ad hoc speciale ab Episcopo mandatum, nisi verba illa, &, ad id facultatem habens &c. referantur ad facultatem Vicariatus generalem. *& nouissime ita tenent Leo in thesaur. for. Eccles. c. 38. nu. 17. & seq. Curia Philip. 3. par. §. 2. nu. 29. Gratia. decis. 97. à nu. 14. Soares de cens. lib. 1. c. 9. nu. 33. Au in eodem tract. 2. par. cap. 5. dispu. 2. dub. 3. & Lezarus de monitor. sect. 1. q. 6. a nu. 1. & q. 7. vbi de Vicario c. sede vacante. qui citat Grassi cons. 6. de sentent. excommun.*

95 Nam re vera illa verba Concilij † non excludunt Vicarium, sed sub nomine Episcopi comprehenditur, ex adductis supra nu. 52. & sunt posita ad excludendos inferiores Episcopis, etiam habentes Episcopalem iurisdictionem, & exemptos, ac etiam nullius Diœcesis, quicquid dicat Suarez, supra, vt censuit Congregatio, dicens recurrendum esse ad sedem Apostolicam, pro dict. excommunicationibus ad loca exempta, & nullius Diœcesis, in quibus Episcopi non habent iurisdictionem, Marc. Anton. Genuen. d. cap. 1. num. 2. *& Leo supra nu. 19. & in locis & prælatis nullius diœcesis sequitur Lazar. sect. 1. quæst. 4. nu. 7. licet quæst. 8. teneat, Abbates, & alios prælatos exemptos habentes quasi Episcopalem iurisdictionem eas concedere posse, cum Suarez supra, & Tusch. concluf. 437. tom. 4. lit. E. & Lezarum sequitur Vgol. d. cap. 45. circa finem.*

96 Quamuis Bannes 2. 2. quæst. 66. art. 6. † versi. dubium est, vehi per illa verba excludi Vicarium, ita tamen quod si ex commissione Episcopi, dentur tales excommunicationes a suo Vicario, factum tenet quia Concilium non dixit, quod si secus factum fuerit totum sit irritum, & inane, peccabit tamen Episcopus contra mandatum Concilij, si sine causa vegente committat huiusmodi excommunicationes suo Vicario, in quo Bannes non bene loquitur, nam, vt diximus, non excluditur Vicarius per illa verba, & si excluderetur vt ipse putat, factum non teneret, & nunquam posset Episcopus illi committere huiusmodi excommunicationes, &c.

97 Et ita respondit S. Congregatio Concilij, † vt in sequentibus declarationibus super d. c. 3. Prima Eliborens. Vicarius Episcopi potest concedere literas monitoriales, de quibus in præsenti decreto. Secunda, Vicarius generalis Episcopi, potest has excommunicationes decernere, adhibita causæ cognitione, nec indiget speciali mandato Episcopi. Tertia, stante hac declaratione quærebatur, an eadem potestas competat Vicario Capituli sede vacante, Congregatio censuit affirmatiue, quia ad Capitulũ transeunt ea quæ sunt iurisdictionis necessariæ, vt est excommunicatio die 14. August. 1586.

98 Nec obstant declarationes † in contrarium adductæ nu. 91. Quia ad primum respondetur, quod illa verba, & ad id facultatem habens omissa dicta responsione Ioan. Guttier. ponuntur ad excludendum Vicarium generalem, habentem in hoc facultatem limitatam, seu ablatam ab Episcopo, qui non potest

has

has excommunicationes decernere, vt per Io. Gutt. tierez, ibi nu. 10. & Enriquez ſupra in gloſ. litera, C. *Poteſt etiam dici cum Anila ſupra, quod illa verba comprehendunt aliam perſonam diſtinctam, ſcilicet cui Epiſcopus dederit ſpirituale mandatum: nam coniunctio, Et ſuperflua eſſet, niſi cõiungeret diuerſas perſonas; coniunctio enim copulatiua ſignificat diuerſitatem copulatorum, Nauar. de indulgen. not. 33. num. 2.* Ad ſecundam reſpondetur,
99 † illam non videri certam, & magis ſtandum eſſe addictis numer. 97. Quæ videntur magis certæ & iuri conformes, & teſtatur Mar. Ant. Genuen. ſupra dict. cap. 1. num. 1. *Et eas refert Leo d. nu. 17. & ſequentibus. Vel certe dicendum eſt, illam declarationem non placuiſſe Papæ, qui approbauit dictam Elboren. vt in ſeq. declar. 64.*

Sed an ſicut Vicarius Epiſcopi, ſine ſpeciali man-
100 dato † poteſt inſtituere, ita etiam poſſit iudex cauſę delegatus. Dicendum eſt non poſſe, ſed ſolum pronuntiare eſſe inſtituendum, vt fuit reſolutum in vna Iuuenatenſ. Beneficij 15. Decemb. 1593. coram D. Mantica, & fuit dictum in eod. coram eod. 28. Maij eiuſdem anni, & in Oſtunenſ. Capellaniæ de anno 1600. infra relata, 8. p. c. 4. n. Facit c. ſuper eo. de officio deleg. Lambert. de iure patron. 3. par. 2. lib. quæſtion. 1. artic. 9.

101 Nec obſtat clementina † auditor. de reſcrip. quæ procedit & habet locum, etiam in gratia communis Ordinatio, in forma dignum, vt fuit reſolutũ in cauſa Legionenſ. Canonicatus 28. Octobr. 1574. coram Sanctiſſimo Clemente VIII. Calar de Graſſis deciſ. 125. n. 9. & Calaguritana Prioratus 10. Maij 1581. coram D. Canuccio quæ eſt 2. p. diuerſorum deciſ. 287. & in Abulen. Beneficij 4. Iulij 1597. coram D. Lita infra adducta 2. ſeq. cap. 2. nu. 55. Nam d. clem. ſolum procedit, in auditoribus Romanæ Curiæ gl.
102 2. ibi † & Cardin. 2. oppoſitione, *Imola nu. 19. contra Bonif. num. 44.* Et fuit dictum in dictis cauſis Iuuenacen. & Oſtunenſ. & tradit poſthæc Gonçal. gl. 23. à num. 14. vbi ait d. clementinam non procedere in Auditore cameræ.

103 Sed nihilominus contrarium ſeruatur † in praxi, nam ſemper videmus delegatos à Nuntio, in cauſis Capellaniarum, & beneficiorum iuris patronatus, in gradu appellationis, facere inſtitutionem, & collationem. Quæ praxis videtur poſſe ſaluari, & ſuſtineri, ex clauſulis commiſſionum cum inciden. dependen. emergen. annexis, & connexis, &c. *Ad Caſſador. deciſ. 9. num. 13. de cauſ. poſſeſſ. Aegid. deciſ. 619. in fine, quam ſequitur Rota deciſ. 187. num 6. par. 2. diuerſ. & facit reſolutio in cauſa Bracharenſ. parochialis de Moreira 22. Maij 1604. coram D. Iuſto, quod commiſſa cauſa præſentationum per Archiepiſcopum Vicario, vt cognoſcat de ea, & de eius dependentijs ſeruatis ſeruandis, & inſtitiam adminiſtret partibus habẽdo reſpectum, qualiter cauſam ſuo auditorio habebunt meliorem expeditionem, videbatur commiſſa ordinario Eccleſiæ per inſtitutionem, &c. Et in eadem 24. Ianuarij 1605 coram D. Ortembergo fuit reſolutum, quod quando non demandatur nuda cauſæ cognitio ſed verba poſſunt importare etiam inſtitutionem, poteſt delegatus inſtituere, ſi non agitur de præiudicio alterius quam delegantis, Abbas in cap. ſuper eo. num. 5. verſ. quartus effectus, de offic. delegat. & ibi Imola num. 11. in fine, & ſequen. & ad hoc ſufficit tacitus conſenſus habentis inſtituere. vt valeat inſtitutio facta per delegatum cum tractetur de modico præiudicio, attento quod talis inſtitutio eſt neceſſaria, Abb. d. cap. ſuper eo. num. 5. verſicul. tertius effectus, & ibi Imola num. 11. Decius 35. Lambert. libr. 3 par. quæſt. 1. art. 9. num. 7. & 8. Quamuis Perez de Lara de anniuerſ. & capell. lib. 2. cap. 11. à nu. 13. dicat, quod iudex delegatus, cui à nuncio cauſa appellationis eſt commiſſa, non faciet collationem, hoc enim ad ordinarium pertinet, ſed mandat ordinario, Zerola in praxi 1. par. verb. delegatus, verſic. 6. Si tamen ordinarius diſtulerit collationem facere, ipſe delegatus conferet, argument. c. prudentiam, §. fin. & cap. ſignificaſti de offic. delegat. & hoc ſive confirmauerit, ſiue reuocauerit ſententiam ordinarii, quia ad ordinarium pertinet facere collationem omnium beneficiorum ſuæ diœceſis, & iudex appellationis ſolum habet pronuntiare iuſtam, vel iniuſtam ſententiam exequendam, vel non, l. 100. C. de appellat. &c. Sed hoc in effectu eſt dicere, quod iudex appellationis etiam ordinarius, ſeu ipſe nuntius, non poteſt facere dictam collationem, niſi in euentum dilationis ordinarii: quod non videtur verum, nam ad iudicem appellationis totum deuoluitur, etiam collatio ſeu inſtitutio, cum ſit debita, & de iuſtitia ad cauſam appellationis ſpectans] & ita practicatur: non enim ſolent nuncij, aut etiam Metropolitanus ſuam etiam delegati remittere collationem, ſeu inſtitutionem ordinario, ſed ipſi eam facere.

104 Poterit etiam Vicarius conferre † beneficia ex cauſa permutationis reſignata, ſi poteſtatem recipiendi reſignationes, ex cauſa permutationis, ab Epiſcopo habeat, vt tenent Domin. in d. cap. fin. de officio Vicarij in 6. num. 10. Coraſius d. 2. par. cap. 8. num. 2. & Zecchus d. capitul. 2. de benefic. & penſio. verſicul. Vicarius etiam, quia tunc collatio non eſt voluntatis, ſed neceſſitatis, cap. vnic. de rerum permutatione in 6. & clemen. vnica eod. tit. & quia verisimile eſt, quod Epiſcopus dando poteſtatem recipiẽdi reſignationes, ex cauſa permutationis, voluit dare poteſtatem faciendi collationem, quæ neceſſario illis debet fieri, maximè quia in permutatione eodem contextu ſolet admitti vtriuſque renuntiatio, & pariter fieri vtriuſque collatio: ſentiunt Coſmas in d. §. item voluit, de collatio. verb. Vicario, & Sel-
105 va 2. par. quæſt. 14. num. 4. † qui tamen ibidem tenent, non poſſe Vicarium generalem, ſine ſpeciali mandato, conferre beneficia nominatis, quamuis talis collatio non ſit libera, ſed neceſſaria, quod etiã tenet Rebuffus de nominatio. quæſt. 17. numero 26. alias 7. & ſic videtur tenere contra iſtam doctrinam ſaltem quod attinet ad primam rationẽ, quod iſta collatio competat Vicario tamquam neceſſaria,
106 † ad quam rationem non procedit conſequenter Coraſius, qui 4. par. cap. 4. num. 13. tenet non poſſe Vicarium, ſine ſpeciali mandato, conferre beneficia nominatis.

107 Et contrarium in propoſito † tenet Rota deciſ. 1. de renuntiatione, alias 43. in antiquis Calder. conſil. 3. de renuntia. Roman. conſil. 330. nu. 5. vbi Horatius Mandoſ. litera L. Felynus in capit. auditis nu. 13. de præſcrip. Staphileus de literis gratiæ tit. de varijs modis vacationis. § reſignationis modus ex nu. 23. Rebuff. in praxi in forma Vicariatus num. 105. 106. & 107. & in regul. 13. Cancellar. verb. aut Vicarios perpetuos, & Sbroſus lib. 2. quæſt. 71. num. 9. 13. & 14.

108 Sed mihi placet ſententia Domin. † & ſequacium videlicet quod Vicarius generalis, cui Epiſcopus dedit facultatem recipiendi reſignationes, ex cauſa permutationis, poteſt conferre beneficia, ſic reſignata, permutantibus, maxime ex prima ratione, nempe,

quia

quia ista collatio non est voluntatis, & libera, in qua loquitur in d.cap.fin.de offic.Vicarij in 6. sed necessaria vt recte tradit Domin.in d.cap.fin.num.101.& sequuntur Bellamer.decis.94.& Cucchus d.tit. 8. n. 83.& *Agor d.lib.3.c.44.q.6.* Quæ ratio magnam vim facit Staphileo supra, quamuis dicat, quod propter authoritatem dominorum transeat d.decisio. Et cõ-
109 sequenter † verius videtur Vicarium ex generali mandato, posse conferre beneficia nominatis, & facere aliam quamlibet collationem necessariam, vt videtur tenere Probus ad Monach.in d.cap.fin.nu. 5. vers.pro præmiss.& faciunt tradita c. præceden. à n. 55.de Capitulo sede vacante, non tamen poterit etiam hodie stante Concilio Trident. conferre parochiales Ecclesias, quia earum collatio non est absolute necessaria, ex ibi dictis à num.79.Poterit tamen conferre beneficia patrimonialia etiam, cum conferantur absque aliqua præsentatione, vel electione alterius ex ibi dictis, licet contra teneat Gonçalez gl.9. §. 1. num.78.

110 Si vero solum haberet † facultatem admittendi resignationes, non addito etiam ex causa permutationis, non posset Vicarius admittere resignationẽ ex causa permutationis, quia aliud est admittere resignationes, aliud dare authoritatem permutare volentibus; vt fit in admissione resignationis ex causa permutationis, & ita videtur tenere Rebuffus in d. forma Vicariatus nu.104.ex cap.quæsitum de rerũ permutatione Zerola d.verb.Vicarius.§.10. qui tamen variar.2.par.verb.capitulum.§.7.Quamuis Pe-
111 trus de Perusio de permut.benef.† 2.p.quæst.6.n. 23.alias 40.contrariũ videatur velle, ait enim, quod si tale esset Beneficiũ, quod posset renuntiari in manibus inferioris ab Episcopo, quia talis inferior haberet potestatem instituendi, tunc in talibus Beneficijs permutãdis, Vicarius Episcopi authoritatem interponere posset, quia haberet eandem ordinariã potestatem, quam & Episcopus.

112 At Vicarius speciale mandatum † habens, sine dubio confert beneficia etiam liberæ collationis, vt *in d.* cap. fin. de offic. Vicarij in 6. de quo vltra Dd. ibi, videndi sunt Pauinus 10.q.2.par.nu.31.Rebuff. in d.forma Vicariatus, ex nu.49.Cucchus d.l.2.tit.8. nu.74. cum multis sequent. Sbrotius lib. 2. ex q. 71. vsque ad 110.Zecchus de republ. Eccles. d. cap. 23. de Vicario Episc.§.2.nu.4.vers. 14. & vide d. p. seq. cap.2.nu.24.& 25.

113 Quod autem dicitur, speciale † debere esse mandatum conferendi, intellige vt non tamen ad certa Beneficia vacatura, vel ad conferendum certis personis sit.Hoc enim non valeret, sed solum specialiter exprimi debet, quod facultas ei datur conferendi beneficia. Debet tamen esse generalis.Rota decis. 5. de offic.Vicarij in nouis, & ibi additio gloss. in cap. præsenti.§.prohibemus verb.cuiuscumque de offic. legat.in 6.& ibi Dd.Pauin.d.num.3.Rebuff.sup.nu. 12.& 58.& tit.de Vicarijs Episcoporum à num.19. & d.reg.13.verb.aut Vicarios perpetuos, Rosini. de benef.cap.10.num.5.P.Gregor.c.38.n. 4. Cucchus d.tit.8.num.78.Franc.Marc.quæst.995.nu.4. Sbrotius lib.1.quæst.53.

114 Generalis tamen est si data esset † ad conferend. Beneficia certi loci, seu certæ partis Diœcesis dummodo ibi sint plura Beneficia secundum Rebuffum d.tit.de Vicarijs Episcoporum nu. 23. & Rosini. supra nu.6.& 7.aut ad conferendum beneficia in certis mensibus vacantia, Cucchus supra num.203.aut ad conferendum beneficia simplicia tantum.aut curata tantum aut beneficia certi valoris, aut vacantia per mortem vel resignationem, Rebuff.in d.forma Vicariatus num. 12. *& nouissime tradit Piasec.in praxi Episc.par.2.c.5.nu.14.*

115 Et sufficit ad conferen. † habere mandatum generale cum libera, Bar.seu Cinus in repetit.l.1.ff.de officio procuratoris Cæsaris nu.10.Paulus in l. procurator, cui generaliter libera in fin. ff. de procura-
116 tor.Ferrettus cons.382.num.2.& 3.† qui idem ait in habente mandatum cum clausula, quod posset omnia facere, quæ posset constituens si personaliter adesset, nam ista verba mandatum cum libera præferunt, ex eisque id concessum videtur, quod sine speciali mandato expediri non posset, vt diximus su-
117 pra num. 74.Vnde non videtur verum, † quod ait Flaminius Parisius de resignatione benef.l. 9.quæst. 7.num.34.quod Vicarius Episcopi non poterit conferre, etiam ex ampliss ima facultate ei data ab Episcopi non poterit conferre, etiam ex ampliss ima facultate ei data ab Episcopo faciendi omnia & singula quæ ipse Episcopus, &c. etiamsi requirant speciale mandatum, &c. nam ista verba importare videntur speciale mandatum ex dictis.

118 Sed mihi verius videtur non solum † quod ait Flaminius ibi, sed etiam ad conferendum non sufficere mandatum generale cum libera, ex tex. qui videtur expressus in d.c.fi.de offic.Vicarij in 6. vt patet ex eius verbis, & ratione, ibi, nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera est concessa, &c.

119 Rursus, Episcopus † non potest dare facultatem conferendi beneficia, nisi Vicario suo, seu officiali generali, glossa in d.§. prohibemus, verb.cuiuscumque, & ibidem Francus, & alij.Idem Francus in d.c. fin.de officio Vicarij, Rota d.decis.5. & ibi add. Papam, num.8.Selua 2.p.q.21.Rebuffus d.tit.de Vicarijs Episcoporum, ex num.15.& in forma Vicariatus ex nu.2.Couarruuias l.3.vari.c.20.ante nu.7.Quintanaduennas l.1.Ecclesiasticon.c.5.num.7.& Sbrotius l.1.quæst.52.

120 Et debet esse Vicarius generalis, non † solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus Rota d.decis.5.num.2.Pauinus d.quæst.10.num.31.Millin. in reper.verb.Vicarius Episcopi, Rebuffus d.tit.de Vicarijs nu.18.& in forma Vicariatus num. 15. & 16. & Sbrotius l.2.quæst.90.*& in addit.ad q. 71. eiusdem libri in fine, cum Socin.cons.260.a nu.17.lib.2.* Nam Vi-
121 carius † generalis is tantum dicitur, qui in spiritualibus, & temporalibus est creatus, Rebuffus d. nu.18.& 19.& tit.de deuolut.num.59.Pauinus d.q. 10.nu.6.& videtur de mente Cucchi supra num.60. Et idem tenet Bonifacius in clem.& si principalis de rescript.nu.28.vbi ait quod Vicariatus generalis circa spiritualia non potest impetrari per rescriptum, quod etiam Pauinus d.num.6. *Mosc on.de maiest.milit. Eccles.lib.1.par.1.cap.10 pag.268.& in prop.pag.273. Agor d.lib.3.c.43.q.6.& cap.46.sub 1.q.*

122 Sed ego verius existimo, sufficere quòd † sit generalis Vicarius in spiritualibus iuxta subiectam materiam collationis Beneficiorum, quæ est spiritualis, quod videtur tenere Papazon.vbi supra, nam &. Vicarius Episcopi in spiritualibus, dicitur generalis

vt in cap.cum nullus. verſic. Epiſcopo de tempor.or
123 dinat.in 6.& in S.Concilio Triden.† ſeſſ.13.de reformat.cap.1.2.3.& 4. & in breuibus ſummi Pontificis,cum aliqua committuntur Epiſcopis, ſeu eorũ Vicarijs,Vicarij generales in ſpiritualibus appellantur,dicendo ſic; venerabili fr.Epiſcopo Abulen. ſiue dilecto filius eius,Vicario in ſpiritualibus generali, teſte Marcheſano de commiſſio.p.2.cap.6. de commiſſione appell.nu.38.ita Sbrotius d.l. 1. quæſt. 25. 26.27.& 49.& Thom.Sanchez de matrimon.d.l. 3. diſputat.29.num.11.& etiam in Bullis, & literis Apoſtolicis,aliquando Vicarius in ſpiritualibus,generalis appellatur, & ei literæ dirigũtur, vt patet ex Flaminio Pariſio de reſignat.l.8.quæſt.7.num. 187. vbi ponit tenorem *Bullæ* in forma dignum, directũ Vicario in ſpiritualibus generali.

Vnde apparet non eſſe verum quod aiunt Bonif.
124 † d.nu.28.& Paninus d.nu.6.quod maxime cõuincitur ex d. c. 2. ſeſſ. 13. S.Concilij,ibi,ſeu illius etiam Vicario in ſpiritualibus generali. Ex quo apparet Vicario in ſpiritualibus generali, poſſe cauſas per reſcriptum Apoſtolicum committi, & conſequenter commiſſa Vicario,ſeu officiali ſimpliciter, poterunt per Vicarium in ſpiritualib. generalem expediri, licet non ſit Vicarius in temporalibus.

125 Et ſufficeret eſſe Vicarium generalem † certi loci,vt poſſet ei committi facultas conferendi beneficia illius loci,Rebuff.d. tit. de Vicarijs nu. 23. & 24. & Sbrotius d.l.1.quæſt.53. nu. 5. Licet alias non ſit Vicarius generalis.

Poteritque Vicarius habens facultatem confe-
126 rendi beneficia † illa conferre, etiam extra Dioceſim,ſicut Epiſcopus poteſt,Rota deciſio.5.& vltima de officio Vicarij in antiquior. Dominicus in d. cap.fin.ad fin.Coſmas in d.§. item voluit. de collat. verb.Vicario,Paninus 1.quæſt.2.p.nu.7.Boerius deciſione 30.Rebuffus in d.forma Vicariatus nu. 227. & in d.reg.canc.13.verb.aut Vicarios perpetuos verſic. vltimo ſciendum eſt, & de nominatione quæſt. 14.num.46.& 109.alias 27.& 65.Lambert.2.par.2. l.quæſt.2.artic.6.num.3.Coraſius d.cap.8.nu.3.Roſin.de benef.cap.10.num.16.Couarru.l.3.variar.c. 20.nu.8.Cucchus d.tit.8.nu.98.Menochius de arbitrar.lib.1.quæſt.41.num. 19. Flaminius Pariſius de reſignat.lib.7.quæſt.24.nu. 32. Sbrotius l. 2. quæſt. 102.& 103.Zerola in praxi Epiſcopali 1.p.verb.Beneficia §.9.& 2.part.eodem verb. §. vlt. & Thomas Sanchez d.l.3.diſput.14.num.2.& dicit æquũ Anaſtaſius Germon.de indultis Card.§.tibi quoad vixeris nu.99.& probatur ex cap.ſtatutum,de Præb. in 6. per argum. ab ſpeciali & tradit poſthæc Gonçal. gloſſa 62.a nu. 2. *Perez de Lara de annu.& capell.lib. 2.c.10.a nu.60.& 67.Vgol.de offic.Epiſc.c.4.§. 4.n.3. Gratian deciſ.98.& in addit.eiuſdem,& diſcept.forenſ.c. 127.a n.1.& Açor d.lib.3.c.44.q.9.& lib.6.c.25.q.12*

127 Quamuis contrarium teneat Bal.in l.2.num. 1. de officio Proconſulis.Barbatia in cap.nouit. de offic.legati Francus in d.capit. fin. num. 3. & Francus Marcus deciſ.117.in fin.par. 2. & dubitare videatur Ripa de peſte remedio vltimo num.51.& ſeq. ex eo quod commiſſio facta ab inferiore à principe, ſeu iuriſdictio etiam voluntaria ab eo conceſſa,nunquam poteſt exerceri extra territorium committentis, ſeu concedentis,vt tenet Bartholus in lib.1.ff. de officio Proconſulis nu.1.& in lib. 1. Codice de ſumma Trinitate nu.40.ex d.lib.2.verſic.apud legatum,de offi cio proconſulis & ſequenti. Pacianus de probatione lib.2.cap.18.à nu.12.alios referens.

128 Sed ratio noſtræ ſententiæ eſt,† quod iuriſdictio voluntaria cuius eſt collatio beneficiorum exerceri poteſt extra territorium d.l.2. Dd.in d.cap.nouit. Iaſon in l.fin.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum nu. 6. Couarr.& alij ſup. & nulla congrua ratio poteſt aſſignari,quo minus eius vſus liceat Vicario,ſicut Epiſcopo,vt inquit Couarr. ibi, nec refert quoad hoc,
129 ſit Ordinarius,† vel delegatus,vt rectè inquit Th. Sanchez ſup.quamuis Rota,Domin. Coſmas, Boerius,Coraſ.Sbrotius,& alij ſupra,ſe fundent in hoc, quod Vicarius, ſicut Epiſcopus, ſit Ordinarius, quod non eſt abſolute verum in collatione beneficiorum,cum non veniat in generali mandato,vt ſupradictum eſt.Nam iuriſdictio voluntaria, etiam delegata, ſeu conceſſa ab inferiore à principe, rectè poteſt extra territorium exerceri, cum militet eadem ratio ac in ordinaria,nempe quod nulla fit iniuria iudici illius territorij,cum abſque ſtrepitu,& figura iudicij exerceatur.

130 Nec obſtat d.l.2. verſ. apud Legatum † quia reſpondetur ibi non dici,quod apud Legatum Proconſulis habentem iuriſdictionem, nemo poſſit manumittere extra territorium, ſed quod apud Legatum Proconſulis nondum ingreſſi prouinciam,nemo poteſt manumittere,ſiue in prouincia,ſiue extra, quia non habet iuriſdictionem,eo videlicet,quod proconſul antequam prouinciam ingrediatur,mandare iuriſdictionem Legato ſuo non poteſt l. obſeruare. §. poſt hæc.ff.eod.tit.de offic. Proconſulis & ita procedit l apud proconſulem.ff. de manumiſſis vindicta; cuius verba ibi,ex quo prouinciam ingreſſus eſt, referuntur ad Proconſulem,non ad Legatum,& ita accipiendus eſt primus intellectus Accurſij in d.l. 2. verb.talem,& Thom.Sanchez ſup.nu.5.

131 Vnde non ſolum confeſſores ordinarij,† vt parochi,poſſunt audire confeſſiones ſubditorum extra parochiam,ſeu Dioceſim,ſed etiam delegati, vt tenent plures,quos refert & ſequitur Thom. Sanchez d.num.2.ſumma Corona.4.p.cap.6.de Sacram. Pœnitentiæ.num.52.1.dub.

132 Quod tamen hodie ſtante Concilio † Trid. ſeſſ. 25.c.15.de reformat.intellige,dummodo iſti delegati,ſint approbati in Dioceſi, in qua audiunt huiuſmodi confeſſiones, nec ſufficit approbatio alterius Epiſcopi,etiamſi ille ſit alias Epiſcopos pœnitentis, vel confeſſoris, vt recte tenet Ioann. Gutierrez Canon.quæſt.l.1.cap. 27. Zerola in praxi pœnitentiali, cap.16.3.quæſt.& Sorbo. in compendio mendicantium verb.abſolutio, in reſolutionibus abſolutionũ pag.62.& hoc intendit declaratio S.Cõgregationis data Archiepiſcopo Valentino,quam refert,& vidiſſe ait Emmanuel Rodriguez *Emman. Rodr.tenens hãc ſententiam.* in explicatione Bullæ Cruciatæ §.9.num. 5. his verbis,Congregatio Concilij reſpondit, approbatum ab alio, quam à Valentino Epiſcopo in Dioceſi Valentina, non cenſeri approbatum ab Ordinario. De qua fit mentio in declaratione Abulen. ſupra adducta numero 87.ad quartum, *& eandem declarationem afferunt, & idem tenent ſumma Bullar. Quarant. verb. confeſſor, & Acoſta de Andrada in Bull.Cruc.q.38.Vgol.de offic.Epiſc.c.7.§.2.n.7.& c.20 n.2.3.& 7.& c.34.n.1.& vide declarationem adductã*

per

*per Piaſecium in praxi Epiſc.p.2.c.1.nu.10.ſeu 9.pag.93. Vnde Magiſter Sacri Palatij in indice librorum expurgãd. in Emm.Sá pag.81.nu.4.corrigit ſic, Regulares nõ poſſunt laicorum ſecularium, aut etiam clericorum ſecularium cõfeſſiones audire, niſi a ſuis prælatis ad hoc munus propoſiti obtineant approbationem ab Epiſcopis, in quorum dioeceſi b. confeſſiones ſunt audituri, &c. Et num.5. ſic. Semel alicubi approbatus non poteſt vbique audire confeſſiones, neque etiam illius pœnitentis, qui habet facultatem eligendi ſibi confeſſarium approbatum, ſed opus eſt approbatione Epiſcopi dioceſis, in qua degit, &c.* quicquid poſſit alios di-

133 cant † Barthol. Ledeſma in ſumm. Sacramẽ. de Sacramento Pœnitentiæ difficultate 23. & Petrus Ledeſma in ſumm. de Sacramẽto Pœnitentiæ cap. 12. & 13. Enriq. in ſumm. lib. 6. ca. 6. §. 7. & lib. 7. ca. 12. §. 4. Graſſijs in deciſionibus aureis caſuum conſcientiæ lib. 1. capit. 13. num. 45. ſumma Corona d. num. 52. dub. 2. Ludou. Lopez inſtructione conſcientiæ 2. to. 2. p. cap. 8. Vega in ſum. par. 1. cap. 62. caſu 41. & in eſpejo de Curas cap. 11. nu. 280. & 337. Antonius Gomez in explicatione Bullæ ad 10. clauſulam num. 8. & nouiſſime Suarez 4. tomo diſputatione 28. ſect. 6. & 7. *& D. Nuno 3. par. in addit. q. 8. art. 5. dub. 8.* &

134 facit clement. dudum de ſepult. † ex qua religioſi iuxta illam expoſiti, non poſſunt audire cõfeſſiones extra Dioeceſim, in qua ſunt expoſiti, vt tenent Sylu. verbo confeſſor. 1. q. 14. & confeſſor. 2. q. 1. & 3. Nauarr. in manu. cap. 27. num. 266. Ludou. Lopez d. 2. 10. 2. p. c. 2. de claubus, & alij relati per Thomam Sanchez ſup. num. 1. quamuis alij quos ipſe refert & ſequitur num. 2. & Enriquez d. lib. 6. cap. 7. §. 1. ſum. Corona d. 1. dub. & Vega d. cap. 62. caſu 17. & d. nu. 337. ad finem contrarium teneant.

135 Vnde etiam quamuis intereſſe † matrimonio, nõ ſit propriè actus iuriſdictionis, & ideo matrimoniũ contractum corã parocho excommunicato, denũtiato, vel notorio clerici percuſſore, vel alio ſacerdote de eius licentia valeat, vt cenſuit S. Congregatio in d. declaratione Abulenſ. adducta nu. 87. ad 5. & tenet Vgolinus de ſimonia tab. 1. cap. 12. §. 3. nu. 2. qui ita declaratum audiuiſſe ait à S. Congregatione anno 1594. Enriquez lib. 11. cap. 3. n. 4. & 5. Tho. Sanchez d. l. 3. diſputat. 21. & diſputat. 30. num. 10. vbi vide. *& Fr. Baſil. Legionen. de imped. matr. ca. 26. §. 5. & 6. contra Aul. de cenſ. 2. p. c. 6. diſp. 3. du. 1.* Ex quo obiter conuincitur quod docet Suarez 5. tom. diſp. 14. ſect. 1. num. 6. & 7. *& Aula d. cap. 6. dub. 3. circa finem.* de licentia data à parocho excommunicato, ad adminiſtran. Sacramentum Extremæ vnctionis, & de literis dimiſſorijs, datis ab excommunicato, *& contra tenet idem Aula 3. p. diſput. 5. dub. 7. cum Enriqu. lib. 13. c. 7. §. 7.* tamen cum reducatur ad iuriſdictio-

136 nem † voluntarium, non ſolum proprius parochus alicuius contrahentium poteſt aſſiſtere matrimonio, validè & licitè, in aliena etiam prorſus parochia, ſeu dioeceſi, vt rectè tradit Thom. Sanchez d. l. 3. diſputat. 19. poſt alios quos refert, *& D. Sabagun de matr. nu. 80. & Fr. Baſil. d. c. 26. §. 5. & 6.* ſed etiam

137 priuatus † ſacerdos, cui parochus committit, ſeu concedit licentiam vt aſſiſtat matrimonio, poteſt ſimiliter aſſiſtere extra parochiam committentis, ſeu dioeceſim, quicquid dicat Nauar. conſ. 14. de clandeſtina deſponſat. vt rectè docet idem Thomas Sanc. d. diſput. 34. *& Fr. Baſil. ibi.* & eſt declaratio S. Cõg. 16. Febr. 1595. quæ ſic ait. An validum cẽſeri debeat † matrimonium, celebratum in parochia mulieris, coram alio ſacerdote, de licentia parochi viri, præſertim vbi parochiæ ſunt diuerſæ Dioeceſis? Congr. cenſuit cenſeri validum.

138 Sed eſt difficultas, An ſicut collatio† Beneficiorum, tam per Epiſcopum, quam per Vicarium poteſt fieri extra Dioeceſim, poſſit etiam fieri inſtitutio præſentati, ſeu confirmatio electi. Et non poſſe te-

139 net † Ioan. Andreas in cap. fin. de officio Vicarij in 6. Cardinalis & Abb. num. 5. in d. capit. nouit. de offic. leg. quia hæc exigunt cauſæ cognit. vt in c. fi. de elect. in 6. ſequitur Rochus verb. competens quæſt. 34. *& Aſor 2. par lib. 6. c. 25. q. 12.* & pro hac ſententia citatur etiam Archid. in ca. qui in aliquo 51. diſtinct. & Zerola ſup. ait, non poſſe fieri collationem extra dioeceſim in contradictorio iudicio.

140 Sed Archidiacon. ibi potius videtur tenere † cõtrarium cum Vincentino, quem refert, quod etiam tenet Baldus in d. li. 2. de officio proconſulis, & Bero. d. deciſ. 30. & Sbrotius d. quæſt. 113. *quem ſequitur Vgol. d. c. 4. §. 14. ſub n. 3.* quia etiam inſtitutio, & confirmatio, eſt voluntariæ iuriſdictionis.

141 At Dom. in d. cap. fin. † de officio Vicarij in 6. num. 8. ait ſe credere quod opiniones poſſent reduci ad concordiam, quia quædam eſt confirmatio, ſeu inſtitutio, quæ fit in contradictorio iudicio, vt quia iudicium eſt agitatum inter partes, & tũc quia confirmatio debet fieri in forma diffinitiuæ ſententiæ, vt not. in gloſ. verbo inanes in d. cap. fin. de elect. in 6. ideo talis confirmatio, ſeu inſtitutio, non poterit fieri extra territoriũ, & ita procedet prima opinio, niſi eſſet facta de conſenſu iudicis territorij, & partium litigantium, &c. Quædam eſt confirmatio, ſeu inſtitutio, quæ non fit in contradictorio iudicio, vt quia nullus comparuit ad contradicendum, & tunc poſſet procedere alia opinio, quia talis cõfirmatio, ſeu inſtitutio, poſſet fieri ſine cauſæ cognitione, vt notat Lapus poſt Ioã. And. in d. cap. fi. de elect. in 6. & tenet Innoc. in cap. fi celebrat. de clerico excom. in addit. nec obſtat ſi dicatur inquit, Domin. quod requiratur cauſæ cognitio, ſaltem ſummaria, ſuper forma electionis, & perſona electi, vt notat Innocẽ. in cap. cum dilect. de electione in gloſſa 3. quia, licet iſtud habeat facere pro informatione ſua, facit abſq; aliquo ſtrepitu iudiciali, &c. vel quod poteſt dici, quod illa inquiſitio debeat fieri intra territoriũ, ſed confirmationis, ſeu inſtitutionis actus poterit fieri extra, ex quo non eſt ibi contradictor. ita Dominic. quod etiam tenent Paulus de Caſtro nume. 9. & laſ. num. 7. in l. fi. de iuriſdictione omnium iudicum. qui cũ Archidiacono in d. c. qui in aliquo. dicunt, quod Epiſcopus extra Dioeceſim exiſtens, poteſt cõfirmare electiones, ſi non apparet cõtradictor, quia eſt tũc voluntariæ iuriſdictionis.

142 Sed melius † & diſtinctius dicendum eſt, cũ Lãbert. d. 2. par. lib. 2. quæſt. 2. art. 6. & 3. p. 2. lib. quæſt. 2. art. 11. quod ſi ad inſtitutionem, vel cõfirmationẽ proceditur iudicialiter, & cum cauſæ cognitione ſiue inſtante cõtradictore, ſiue ex officio, inſtante coadiutore Curiæ, ſeu fiſcali. Adde vel aliàs in forma iudicij per aſſignat. auditorij ſeu ſtratorum, vt ſolet fieri, non poteſt fieri extra territorium, nec cauſę cognitio, ſeu proceſſus, nec inſtitutio, vel confirmatio, ſi fit in ſententia. niſi de conſenſu iudicis loci, & partibus, non contradicẽtibus; quamuis lata ſententia,

intra territorium de inſtituendo, inſtitutio ipſa poſſet fieri extra, quia iam eſt actus extraiudicialis, & voluntariæ iuriſdictionis, ſi vero diſcuſſio negotij eſſet extraiudicialis, & abſque ſtrepitu, & forma iudicij, quia fieret ſine contradictore, & coadiutore Curiæ, tunc totum poteſt fieri extra territorium, ſine licentia iudicis illius, quia eſt voluntariæ iuriſdictionis, ſequitur Thom Sanchez d. lib. 3. diſputa. 8. num. 6. & ita procedet quod ait Gonçal. glo. 62. nu. 8. poſſe Epiſcopum extra propriam Diœceſim inſtituere, & electiones confirmare, & infirmare contradictore non apparente. *& conducunt tradita per Villar del patronado de Calatayud, 2. p. §. 5. a nu. 4.*

143 Sed non poterit Vicarius conferendi † beneficia facultatem habens ab ipſo Epiſcopo, etiam ſi alius eſſet capax, vllum beneficium conferre. Ripa reſponſo 23. lib. 2. Rebuf. in praxi in forma Vicariatus nu. 81. & ſeq. & in reg. Cancellar. 15. verb. aut Vicarios perp. tuos, in princip. & in concord. tit. de collatio. §. præfectique ordinarij verb. conferre, & denominatio. quæſt. 8. num. 47. alias 28. Coraſ. d. 2. part. cap. 8. num. 6. Quintanaduennas lib. 1. Eccleſiaſticon. cap. 5. num. 7. & Sbrotius lib. 2. quæſt. 91. & 92. *& Aſor d. lib. 3. c. 44. q. 15.* Cum vna perſona, ſeu huiuſmodi corpus cenſeantur, ideoque de Vicario conferente inhabili, ad Epiſcopum non fiat deuolutio, cap. 2, de conſuetudine in 6. & cap. Romana de appellat. eod. lib. Rebuff. de nominatio. quæſt. 14. nu. 170. alias 63.

144 & Coraſius ibi. Quod intelligendum videtur, † quando Vicarius conferret vt Ordinarius, quia ſimul cum iuriſdictione generali, & ordinaria poteſtate, data eſt ei poteſtas conferendi, iuxta ſupradicta a nu. 40. ſecus ſi vt delegatus cap. ſi promiſſarius de elect. in 6. & inter dantem, & recipientem, debeat eſſe diſtinctio c. fi. de inſtitut. & c. per noſtras, de iure patronat. & ibi gloſſa & Doct.

145 Aiunt tamen, quod ſubſtitutus † à Vicario habente poteſtatem ſubſtituendi poteſt Vicario ſubſtituenti conferre, quia ſubſtitutus cenſetur ab ipſo Epiſcopo conſtitutus, & iure Epiſcopi confert, non Vicarij ſubſtituentis, ad l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, & c. 1. §. 1. de procurator. in 6. & Rotam deciſ. 8. & 33. de procuratore in nouis. Vantium de nullitate ex inhabilitate ſeu defectu mandati nu. 105. ita Rebuff. in d. forma Vicariatus nu. 77. & 80. & in d. §. præfati quam Ordinarij. verbo conferre, & d. q. 8. denominat. nu. 47. alias 28. Coraſ. dict. cap. 8. nu. 7. Duarenus lib. 3. cap. 7. & Sbrotius lib. 2. quæſt. 92. contra Pauinum 5. quæſt. 1. par. num. 9. qui ait quod ſubſtitutus non poteſt ſubſticuenti conferre, nec illum inſtituere, vel eligere. Et facit quod tradit Lambert. 1. par. 2. lib.

146 q. 8. artic. 10 quod † procurator ſubſtitutus poteſt præſentare procuratorem ſubſtituentem, licet non ipſum patronum.

147 Vnde etiam ſubſtitutus à Vicario, † habente facultatem recipiendi reſignationes, & beneficia conferendi, cum eadem poteſtate, poteſt conferre beneficia ſubſtituentis reſignantis. Rebuf. in d. forma Vicariatus nu. 80. & conſ. 86.

148 Sed facit difficultatem, quod Vicarius † Epiſcopi non poteſt facere, ſeu ſubſtituere alium Vicarium c. clericos. de officio Vicarij gloſſa in cap. 1. eodem titul. in 6. verſic. ipſius. & ibi Doctor. Felin. in cap. 9. perpetuus. num. 3. de fide inſtrument. Maran. in ſpeculo aduocatorum, quæſtio par. diſtinct. 5. nume. 28. Vantius de nullita. ex defectu iuriſdictionis delegat. num. 15. Auileſ. in capitulis Prætorum cap. 4. verbo Iuſtitia num. 7. Menchaca controuerſ. illuſtrium ca. 31. num. 21. Cucchus dict. lib. 2. tit. 8. num. 40. Acuedo in l. 1. tit. 9. lib. 3. recopil. nu. 8. & no. Sbrotius qui plures refert lib. 2. quæſt. 66. num. 1. Zerola dict. verbo Vicarius. *Aſor d. lib. 3. c. 43. q. 5. Mol. de inſt. tract. 5. diſp. 10. nu. 7. Vgol. d. c. 4. §. 7. nu. 2. verſ. 1. dubio* 3. Roſella nu. 11. Sylueſt. 5. quæſt. & Armil. num. 7. verb. vicarius, & Zecchus de Republica Eccleſiaſt. cap. 23. de Vicario Epiſcopi. §. 2. nu. 4. verſ. 8. qui ta-

149 men male ait non poſſe Vicarium † conſtituere delegatum ad vniuerſitatem cauſarum cũ Sbrotio li. 2. q. 55. n. 6. qui id non tenet, vt apparet ibi n. 27. q. 66. n. 16. vbi abſolute ait, creare poſſe Vicarios foraneos.

150 Quod procedit, ſiue fuerit conſtitutus † ab Epiſcopo, cum facultate, & clauſula ſubſtituendi, ſiue non, niſi ad modicum tempus ex cauſa, puta abſentiæ, vel infirmitatis, deciſ. 4. de officio Vicarij in nouis, & ibi additio. Papaz Mill. reper. verb. Vicarius Epiſcopi. Pauinus 10. q. 2. par. nu. 19. Puteus deciſ. 168. lib. 1. Sbrotius d. quæſt. 66. nu. 11. & 17. dicens eſſe communem, teſte Pariſio conſil. 80. num. 15. volum. 4. & Zecchus d. verſic. 8. & tenuit Rota in vna Orioten. Beneficiorũ coram D. Seraphino. 21. Maij

151 1593. & † præcipue 9. Iunij eiuſdem anni vt in ſequenti deciſione. Cauſa iterum propoſita Domini fuerunt in deciſis, nam licet Vicarius, ab Epiſcopo conſtitutus cum facultate ſubſtituendi, poſſit ſubſtituere, & ſubſtitutus poſſit conferre, prout poterat ſubſtituens, ex deciſ. 4. de officio Vicarij in nouis Rebuff. in forma Vicariatus nu. 76. Puteus deciſio. 487. lib. 2. cum alijs allegatis, hoc tamen intelligitur, dũmodo ſubſtitutio fiat ad modicum tempus, & ex iuſta cauſa, & de conſenſu Epiſcopi, vt notant Doct. in cap. 1. de officio Vicarij in 6. Pariſ. conſ. 80. num. 15. lib. 4. Puteus deciſ. 168. lib. 1. Hæc autem ſubſtitutio fuit facta abſque aliqua limitatione, immo in perpetuum, cum ipſe Vicarius eſſet diſceſſurus, propter ſibi incumbens onus reſidentiæ, & ſine cauſa, cũ adeſſent alij Vicarij ab Epiſcopo conſtituti, & contra voluntatem Epiſcopi, qui iam alios conſtituerat cum facultate conferendi, ideoque de eo tempore dictus Vicarius iam fuerat reuocatus per cõſtitutionem aliorum. Francus & Gemin. in cap. licet. de officio Vicarij in 6. quæ opinio caret difficultate, vbi concurrit intentio Epiſcopi reuocandi primo conſtitutum, vt per Rebuff. in forma Vicariatus nu. 207 hæc autem voluntas ex eo colligitur, quod in alia conſtitutione præſeruat tantum conſtitutionem Ludouici Maſcarelli, vnde apparet eum voluiſſe omnes alios reuocare, ex vulgari reg. cum præter. ff. de iudic. & de iſta reuocatione habuit notitiam tempore ſubſtitutionis per ipſum factæ, cum in ea fiat mẽtio conſtitutionis alterius Vicarij. Neque obſtat, quod in ſecunda conſtitutione Vicarij non detur facultas conferendi ad deciſ. 18. de procurator. in nouis quia non ideo minus dicitur reuocatus primus, licet ſecundo data ſit minor facultas, cum non verſentur in conſtitutione ad actus diuerſos, prout procedit deciſio, quæ vult, quod per conſtitutionẽ procuratoris ſecundi ad negotia, non cenſeatur reuocatus primus ad lites conſtitutus ſimul, & ad negotia, ſed ſimul in conſtitutione ad actum vniuerſalem,

quæ

que cenſetur per aliam, etiam minus plenam, reuocata. Sed dubium omne tollit conſtitutio aliorum Vicariorum cum facultate conferendi, & ita concluſum eſſe ſtandum in reſolutis.

152 Et ad modicum tempus, † ex cauſa poteſt ſubſtituere, etiamſi non habeat facultatem, & clauſulam conſtituendi, Pau in.d.quæſt.10.nu.11. Fel. Maran. Menchaca, Cucchus, Aceued. num. 8. & Armil. vbi ſupra, & Puteus d.deciſ.168 & Marc. Ant. Genuen. cap.84.num.13. *Aſor dicta q 3. & Molina ſupra, Lazar.de monitor.ſect. 1.q.6.nu.10.* Quamuis hanc poteſtatem ſubſtituendi, ſeu conſenſum Epiſcopi ad ſubſtituendum ad tempus ex cauſa, requirat, poſt Hoſtienſ. Rota d.deciſ.4.& Domin.nu.1.& Francus 4. in dict.cap.1.& Zerola ſupra dub.4.vel conſuetudinem id faciendi, quaſi tunc tolleretur per quandam voluntatem Epiſcopi, Roſella ſupra cum Cardinal.

153 Iuxta quod eſt accipienda † deciſ. Chiſan. 139. in manuſcript. quæ ait, quod ſi Vicario Epiſcopi cõmittatur aliquid per vos, non poteſt ipſe ſubdelegare ſpecialiter, ſecus ſi ponat alium in locum ſuum, in omnibus præſuppoſito, quod habeat facultatem ab Epiſcopo ſubſtituendi, quia iſte ſubſtitutus, dicitur ab Epiſcopo ſubſtitutus, & potuit expedire commiſſa per vos ſub nomine dignitatis. Felinus. cap. 9. perpetuus de fide inſtrument. Rota in nouis. 414. Et deciſione Putei 487.lib.2.& Rotæ 31. & 31. lib. 1.& 151.& 159.lib.2.& 122.lib.3.par.3.diuerſorum vbi etiam habetur, quod ſubſtitutus à Vicario Epiſcopi, etiam habente facultatem ſubſtituendi, poteſt exequi commiſſa Vicario; &c. & tradunt Papazon in addit.ad deciſ.1.nu.3.& ad deciſ.4.in fi.de officio Vicarij in nouis, & ad deciſ.33.nu.2.de procurator. in nouis, & Sbrotius lib.2.quæſt.67.intelliguntur enim iſtæ deciſiones de ſubſtitutione ex cauſa abſentiæ Vicarij, & ſic ad modicum tempus, vt patet ex d.deciſ.31.33.151.& 159.& 122.

154 Et ita tenendum eſt, quamuis † Pauin.d.q.10. nu.20.& 21.& Rebuf.ſupra, & in d.forma Vicariatus nu.73.& 76.& in d.regul.13.verbo aut Vicarios perpetuos verſic.item Vicarius, & d.conſil.86. Aceued.d.num.8.& 10.Sylueſt.& Arm.ſupra, abſolute teneant Vicarium poſſe alium conſtituere, quando ei data eſt poteſtas ſubſtituendi, quod etiam videtur tenere Camillus Plautius.in l.1.ff. de officio eius lib.2.verſic.iure magiſtratus nu.115.

155 Quod poterit tantum procedere, † quando fuiſſent inſerta verba illa, vid. licet damus poteſtatẽ ſubſtituendi alium, quem nos Vicarium cum eadem poteſtate ſubſtituimus, nam tunc procedit ratio ſupra dicta, quod ſubſtitutus videtur ab ipſo Epiſcopo poſitus, & ab eo accipit poteſtatem miniſterio Vicarij ſubſtituentis, & ſola nominatio, ſeu electio perſonæ, fit à Vicario ſubſtituẽte, & ita docet Sbrotius ſupra nu.15.Rebuff.d.forma Vicariatus num.77.qui ait, quod bonum eſſet inſerere dicta verba, & cum Milli. tract.de præcedentia Vicarij cap.1.nu.14. & Franc. Marc.deciſ.317.nu.2.p.1.& Pauino d.quæſt.10.nu. 20.& idem docet Zecchus d.verſ.8.& Marc.Anton. Genuen.d.num.13.

156 Vel quando Epiſcopus † daret poteſtatem ſubſtituendi ſuo nomine, tunc enim cenſetur etiam ab ipſo Epiſcopo poſitus, cum eius nomine ſubſtituatur.

157 Nec in iſtis caſibus poteſt dici dare Vicarium † in certum contra c. ad hæc de reſcrip. vt poſt Ioan. Andr.in cap.is cui de officio deleg.in 6. conſiderat. Cardin.in clem.1.de officio deleg.quæſt.12.& Specul.de iudice delegato.§.2 num.4.Quia per ſubſtitutionem, vel nominationem Vicarij ſubſtituentis qui repræſentat perſonam Epiſcopi, in ſubſtituendo certificatur, nec eſt nominandus per partem, vt loquitur dicto cap.ad hæc, vt per Domin. in d. cap. is cui in fin.& Francum ibi num.3.Alex. in l. more. de iuriſdict.omnium iudicum.num.27.Fel.in capit.ſuper quæſt.§.ſi vero.num.18.verſic.ad 2.de officio deleg. & Thom.Sanchez d.lib.3 diſput.31.num.8.& in ſimili de procuratore per Maſſam Galleſium ad formam obligationis Cameralis ad 5.part.quæſt. 1. ex num.5.facit cap.penult.de arbitr.& ibi gloſ.fin.

158 Vnde quod Rebuff.Coraſius, Duaren.† & Sbrotus ſupra relati nu.145.docent, quod ſubſtitutus à Vicario habente poteſtatem ſubſtituendi, conferre poteſt Vicario ſubſtituenti, ſolum procedet quando habet poteſtatem ſubſtituendi cum clauſula, quem nos cum eadem poteſtate ſubſtituimus, ſeu nomine

159 Epiſcopi, aut ſine illa clauſula, ſi ſubſtituit † ex cauſa ad modicũ tempus, tunc enim procedit ratio per eos adducta, iuxta, ſup.d. Alias enim non poſſet ſubſtituenti conferre, & ſi ſubſtitueret ad tẽpus ex cauſa, prout poſſe diximus, licet non haberet clauſulam ſubſtituendi, nam tunc ſubſtitutus non videtur ab ipſo Epiſcopo cõſtitutus, nec ab ipſo poteſtatem accipit, ſed ab ipſo Vicario. Quæ ratio videtur etiam re vera procedere, ſtante clauſula ſubſtituendi ſine illa alia, nam etiam tunc ſubſtitutus ad tẽpus ex cauſa, poteſtatem accipit ab ipſo Vicario, qui ſuo nomine ſubſtituit, & non Epiſcopi, iuxta infra dicta.

160 Et ſic etiam procedet ſententia glo.in † d.cap.is cui.verbo per alium, & in c.1.§. ſubſtituendi, de procurator.in 6.quæ docet, quod licèt delegatus inferioris à Principe non poſſit ſubdelegare, tamen ſi habet ad hoc ſpeciale mandatum, poterit ſubdelegare, ſequitur Rota deciſ. 14. de officio deleg. ad fi. alias 368.in nouis Francus in c.cum cauſam, de appellat. num.10.Abb.in cap.cum Berth. nu. 24. de re iudic. & in d.cap. ſuper q.§.porrò nu.2.& ibi Fel.d.§.ſi verò nu.18.Bar.in d.l.more nu.12.& ibi Alex.nu.27. & Alber.nu.14.Bald.in l.à iudice n.2.C.de iudicijs, & ibi Salicetus in fi.& Iaſ.nu.8.& 9.Bertach. in rep. verbo delegatus, Maranta in ſpeculo aduocatorum. 4.p.5.diſt.n.63.Caputaq.deciſ.167.nu.2.p.1.Mandoſ.reg.4.Cancellar.quæſt.3.num. 7. Nauar.in cap. placuit de Pœnitentia diſt.6.nu.70.& 71. Aceuedo in Rubric.tit.9.lib.3.recopil.num.14.& 19. Vgolinus de cenſur.tab.1.cap.8.num.3. *& de offi.Epiſcop.c. 36.§.7.Seuerrol.de remiſ.c.32.nu.3.Quintanad. de iuriſ. & imperio lib.2.tit.5 de deleg.iuriſ.nu.3.& tit.vlt.nu.8. Paramo de orig.inquiſ.lib.3.quæſt.* 2. Sbrotius d. lib. 2. quæſt.66.num.24.Molin.in emptorio iuris tit.2.q. 10.nu.9.& Ang.verb.delegatus n.6.Sylueſt. eodem verb.quæſt.8.d 3.Roſella verb.delegare in princip. & ibi Tabien.q.1.& Arm.num.7.Graffijs lib.1.cap. 13.nu.21.Fran.Ludou.de Miranda de ordine iudiciario.q.2.art.11.2.concluſ.& nouiſſ.Tho. Sanchez qui alios plures refert d.l.lib.3.de matrim.diſput.31. num.6.& ſeqq. & dicit communem plures referens Camillus Plautius ſup.nu.104.

161 Contra quem tenet † Petr.de Bellapertica in d.l. à iudic.Specul.d.tit.de iudice deleg.§.2.nu.6.Archi.

in capit. quamuis de officio deleg. in 6. Imola in d. §. porro, & d. §. ſi vero Card. d. clem. 1. de officio deleg q. 12. Francus d. cap. is cui ad fin. Alex. & Angel. in d. l. à iudice, Facchin. controuerſiarum iuris lib. 1. c. 45. *Molina d. tract. 5. diſp. 15. num. 4.* & videtur tenere gloſſ. in d. §. porro, verbo transfert, Papaz. in addit. ad d. deciſ. 14. & hanc ſententiam dicit fortè eſſe veriorem Caccialupus in dicta l. more nu. 10.

163 Procedet in quam d. communis ſentẽtia † ex dictis, quando Ordinarius delegans cum facultate ſubdelegandi, ſeu cum clauſula, per te vel per alium, addat quod ex nunc illi delegat cui delegatus commiſerit, vt per Domin. in d. c. is cui ad fi. cum Paulo de Eleaçaro. Alias enim non videtur poſſe † procedere d. communis ſentẽtia, eſt enim contra reg. tex. d. l. à iudice, & in d. l. more, & in d. c. cũ cauſam, & impoſſibile eſt in perſona delegati fundare iuriſdictionẽ, & potentiam ſubdelegandi, ita quod delegatus medius faciat gradũ, Aug. in l. & quia ff. de iuriſdict. omnium iudicum Francus in d. ca. cum clauſam. nu. 10. & in d. c. is cui. n. 3. Feli. in d. §. ſi verò nu. 18. verſ. limita. niſi daret, Camillus Plautius ſup. nu. 108. & Thom. Sanchez num. 8. Vnde limitant d. communẽ

164 † vt non procedat, quando Ordinarius daret poteſtatem delegato, vt nomine ipſius delegati ſubdelegaret: dicunt tamen, quod quando ſimpliciter datur facultas ſubdelegandi, non videtur tunc delegatus ſubdelegare, ſed ipſe Ordinarius qui expreſſe ſibi commiſit, argu. l. is vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. delegat. 2. & d. l. item eorum §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſcumque vniuerſitatis nomine, & d. ca. 1. §. 1. de procurat. in 6. quaſi tunc Ordinarius cenſeatur dare facultatem ſubdelegandi ſuo nomine & hæc eſt ratio communis ſententiæ.

165 At ego replico † verum non videri, quod quando datur ſimpliciter facultas ſubdelegandi, cenſeatur Ordinarius dare facultatem ſubdelegãdi nomine ſuo, potius enim videtur fundari poteſtas, & facultas ſubdelegandi in perſona ipſius delegati, cum ſimpliciter detur facultas ſubdelegandi non faciendo cum expreſſe miniſtrum delegantis: nam aliàs non poteſt conuenienter dici quod habens facultatem ſubdelegandi, faciat hoc vt nudus miniſter delegantis, cum habeat iuriſdictionem, vt inquit Cardin. ſupra.

166 Pro quo facit tex. in l. ſi. ff. quis † & à quo appellet. vbi iudex datus à magiſtratibus ex authoritate, ſeu iuſſu Principis, licet nominatim iudicem declarantis, non tamen à Principe, ſed à magiſtratibus datus intelligitur, & ideo ipſi magiſtratus appellabuntur, quem textum contra dictam rationem cõis ſententiæ notat Camillus Plautius ſup. nu. 104.

167 Addo, quod ſi prædicta ratio † cõmunis ſententiæ eſſet vera, etiam delegatus à Principe poſſet ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi, quod tamen negant idem authores communis ſentẽtiæ, & Penna in directo Inquiſit. 3. p. com. 64. & Gratian. regu. 443. num. 8. contra Fulgoſium in d. l. more, qui tenuit cõtrarium, & fortè melius ſecundum Ial. in d. l. à iudice. nu. 9. quem cõmuniter reprobari ait Tho. Sanchez ſup. nu. 9. Nam delegatus à Principe, rectè poſſet delegare, cum facultate ſubdelegandi ſuo nomine, ſeu cũ clauſula, quod ex nunc illi ſubdelegat, &c. vt per Thom. Sanchez ſup. num. 8. & cum ſimpliciter daret facultatem ſubdelegandi dicendum eſſet eam dare ſuo nomine, ſicut Ordinarius, ſi vera eſſet illa ratio communis ſententiæ, ſuppoſito enim quod vterque tam ordinarius, quã delegatus à Principe, poſſit dare facultatem ſubdelegandi ſuo nomine, non eſt maior ratio in vno quam in altero, vt cũ ſimpliciter det huiuſmodi facultatem, dicatur eum dare ſuo nomine, vel non. Nec obſtant d. §. ſi de falcidia. † & d. §. ſi decuriones, quia loquuntur in his

168 quibus ſolum committitur electio, & ſic nudum miniſterium. Non obſtat etiam d. cap. 1. §. 1. † de procurator. in 6. & ibi gloſſa. & Rota d. deciſ. 8. & 33. & Vantius ſup. procuratore dato cũ poteſt. ſubſtituendi. Quia reſpondetur cum Cardin. ſupra, quod aliud eſt in non iuriſdictionalibus, aliud in iuriſdictionalibus. Non enim vt dictum eſt, conuenienter dici poteſt, quod habens poteſtatem ſubdelegandi, faciat hoc vt nudus miniſter delegantis, cum habeat iuriſdictionem, quam tamen non habet procurator, & ideo nil mirum ſi quando habet facultatem ſubſtituendi, ſubſtituit vt nudus miniſter, domini principalis.

170 Addo quod procurator datus cum † poteſtate ſubſtituendi, cenſetur habere mandatum ad ſubſtituendum nomine domini, iuxta ſubiectam materiã mandati procuratoris, cuius diuerſum innuit ſubiecta materia iudicis delegati.

Rurſus, non facit pro communi l. non diſtinguimus

171 † §. quæſitum. ff. de arbitris tum quia loquitur in arbitro, qui propriè non habet iuriſdictionem, ſed notionem, &c. vt inquit Cardin. ſupra, tum quia ibi non agitur de delegat. ſeu ſubdelegat. articuli iuriſdictionalis.

172 Nec eſt admittenda diſt. † *Camilli Plautij* ſup. nu. 106. & 108. verſ. reſtringitur 6. inter mandatum iuriſdictionis, & poteſtatem dandi iudicem, conuincitur enim ex ſupradictis.

173 Communis tamen poſſet procedere in † delegato cum facultate ſubſtituendi ad actum iuriſdictionis non contentioſæ, ſed voluntariæ. Vt ad conferendum Beneficium, & tunc ſubſtitutus poſſet conferre delegato ſubſtituenti, iuxta ſupra dicta, ſeu ad certum miniſterium, vt in cap. fi. §. fin. de officio delegati, nam in his videtur eadem ratio, ac in procuratore.

174 Tandem hic notandum eſt, † quod & ſi vicarius habens facultatem conferendi fuerit reuocatus, valet collatio facta ab eo, reuocationem ignorante, ad l. ſi fortè ff. de officio præſidis Innoc. in cap. ex conqueſtion. de reſtitutione ſpoliat. Roman. ſingul. 57. Felin. in cap. cæterum ſub num. 11. & in cap. Abbate de reſcrip. Rebuf. in forma vicariatus ex num. 210. Selua de benef. 2. par. quæſt. 14. nu. 9. Boerius deciſ. 347. Coçal. d. 2. p. cap. 8. nu. 8. Roſiniacus de Benef. cap. 10. nu. 11. & cap. 23. nu. 13. Cucchus d. lib. 2. tit. 8. à num. 145. Lancellottus de attentatis. 3. p. cap. 10. num. 23. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 7. queſt. 24. num. 41. Sbrotius lib. 3. quæſt. 24. num. 15. & 16. & quæſtio. 33. à num. 7. & queſtion. 36. & nouiſſimè Thom. Sanchez d. lib. 3. de matrimon. diſputat. 30. à num. 11. qui alios referunt. *& Gratian. diſcept. forenſ. c. 127. a num. 25.*

175 Et ſimiliter collatio Beneficij, † facta à vicario Epiſcopi, reuocato per mortem ipſius Epiſcopi, ſtãte eius ignorantia, valet, vt fuit reſolutum in vna Lacenſ. Canonicatus coram D. Antonio Auguſtino de

anno

anno 1548. vt per Mohedanum decis. 39. de renuntiat. alias 215. Puteum decis. 37. e. lib. 2. & Chisanens. decis. 118. Papam ad Rotam decis. 1. de officio Vicarij in nouis nu. 4. Lancel. sup. num. 24. & Flam. Paris. 33. & facit decis. Rotæ 33. lib. 1. & 159. lib. 2. & 122. lib. 4. par. 3. diuersor. & tradit post hæc Gonçalez §. 5. procem. fin. 103. & glossa 15. §. 2. fin. 19. & *Gratian. d. c. 127. 4. n. 22.* & vide supra cita. nu. 636.

136 Differentia tamen est inter † reuocationem factam per Episcopum, & reuocationem per mortem ipsius Episcopi, aut aliam vacationem Episcopatus, quod in reuocatione facta per Episcopum, requiritur intimatio per ipsum Episcopum, aut de eius ordine facta, alias valebunt gesta per eum etiamsi habeat notitiam reuocationis, & illa publice sit nota vt tenet Rebuf. Boer. Cucchus, & Thom. Sanchez sup. & videtur tenere Cora. sup. & *Agor d. lib. 3. c. 45 q. 14.* quamuis Felin. nu. 1. Sbrotius d. q. 23. nu. 10. & alij contra teneant sufficere notitiam reuocationis in Vicario, etiamsi illi non sit intimata.

137 Et ratio nostræ sententiæ est, quia licet † Episcopus Vicarium reuocauerit, non censetur tamen voluisse illam reuocationem effectũ habere, ante quam illi sit pro eius parte intimata, sicut etiam in constitutione Vicarij, &c.

138 Reuocatio autem per mortem, † vel aliam vacationem, habet effectum etiam non intimata, ex quo fit à iure ipso facto. Felin. in c. ex parte decan. de rescrip. num. 19. & fallat communiter receptus, vt per Flam. Paris. sup. n. 36. Thom. Sanchez n. 4. Valent ta-
139 men gesta per eum, † quando communiter ignoratur mors, quamuis ipse illius cõscius sit, sicut etiam quando esset communis error, & ignorantia reuocationis, etiam ipsi intimatæ. Ex l. Barbarius ff. de officio Prætoris de qua supra cap. 4. à num. 277. non autem quando communiter scitur mors, licet Vicarius eam ignoret, vt recte tradit Thom. Sanchez d. nu. 4.
140 & 11. & disputat. 22. num. 59. Et de materia † reuocationis procuratoris ad resignandum, & illius intimatione requisita, & clemen. 1. de renuntia. vide late per Flam. Paris. lib. 9. de resignatione quæst. 25. 26. 27. & 28.

Sed restat hic quædam dubitatio quæ se offert
141 † an sicut Vicarius Episcopi non potest beneficia conferre, sine speciali mandato, ita etiam non possit Vicarius Papæ? In qua Corasius 2. par. cap. 1. nu. 17. diuersum ait in Vicario Papæ, nempe Vicarium quem Romanus Pontifex in vrbe reliquit, qui omnia quæ ad iurisdictionem Papæ pertinent in ciuitate Roma. potest l. 1. C. de officio eius qui vices alterius gerit, omnia beneficia conferre cap. penult. vbi Dd. de offic. Vicarij.

Sed contrarium verius est, scilicet quod etiam Vi-
142 carius † Papæ non possit beneficia conferre nisi ad hoc haberet speciale mandatum, argumen. d. cap. fi. de officio Vicarij in 6. & ita tenet Abb. in d. cap. penultim. num. 5. versic. quæro 2. & Francus in d. cap. fin. n. 6. Paulus 10. quæst. 2. p. nu. 19. Rebuff. in dict. forma Vicariatus nu. 61. & 63. & in d. regul. 13. Cancell. verb. aut Vicarios perpetuos, & Gambarus de officio legati lib. 3. nu. 708. & seqq. Etiamsi Vicarius
143 esset † Cardinalis, vt contra Barbatiam in tract. de præstantia Cardin. in præludio num. 4. & in Rubr. de officio legati cui videtur assentiri Cucchus lib. 2. tit. 5. num. 8. & tit. 8. nu. 77. tenent Rebuff. nu. 64. & 70. & d. verbo, & Gambar. supr. cum Baldo, in l. aliquando q. 14. ff. de officio Proconsul. vbi dicit Cardinalem Vicarium non posse conferre, licet si esset Legatus posset, sequitur Aeneas de Falcon. de reseru. 2. p. 1. q. n. 2. vbi quærit de Cardinali Vicario, prout fuit Ægidius Hispanus in Italia tempore Innocent. VI. Auinioni commorantis, an talis possit conferre Beneficia, & ait sibi placere dictum Baldi cõtra Barbatiam. Quod dictum Baldi sequitur Pauinus in d. tract. de offic. & potestate cap. ad fin. licet ipse loquatur de Vicario vrbis, qui potest esse etiam Cardinalis secundum eum. Mouetur que Æneas tali ratione, quia collatio non competit nisi illis, qui hoc habent à iure, vel quibus Papa specialiter concessit, & neutrum hic concurrit. Sequitur etiam Sbrotius lib. 2. de Vicario Episcopi. quæst. 71. ex n. 4. & *Agor d. lib. 6. c. 25. quæst. 4.*

144 Nec obstat † tex. in d. c. penult. quia solum dicit, quod iurisdictio Vicarij, quem summus Pontifex in vrbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter fit concessum; quod autem possit beneficia conferre, nullum verbum.

145 Et Gambarus † supra à num. 702. *quem sequitur Agor d. lib. 3. c. 28. q. 21.* loquitur in Cardinali facto Legato vrbis à Papa recedẽte, & nihilominus tenet, non posse conferre sine speciali mandato, limitat tamen in beneficijs spectantib. ad collationem aliorũ Episcoporum, infra limites legationis, & idem forsan ait posset dici de Beneficijs vrbis, quæ spectarẽt ad collationem inferiorum, vt in titulis Cardinaliũ, nisi obstarent multa specialia Cardinalium.

146 Sed in Cardinali facto Legato vrbis † à Papa ab ea recedente, verius videtur posse conferre Beneficia infra limites legationis consistentia, etiam vrbis, nisi obstaret reseruatio iuxta tex. in c. 1. & 4. de offic. legati in 6. & videntur tenere Baldus, & Rebuff. & Aeneas vbi supra. Quamuis secus sit in Cardinali Vicario ex dictis, In quo tamen considerandæ essent eius facultates, quales alias habentur in Bullario constit. 27. Clementis Septimi, & 16. Pauli Tertij.

## *De Patronis. Cap. IX.*

### SVMMARIA.

*DE patronis, & de iure patronatus qui tractatus ediderunt, & qui sunt videndi nu. 1. & 2. & aliqua sint notanda, præsertim quæ per Concilium innouata reperiuntur numero 3.*

*Ius patronatus, cuius varias diffinitiones adducunt doctores relati, est ius non mere spirituale, sed temporale potius annexum antecedenter quia ordinatur ad præsentandum, ad Beneficia, & c. quatamen ratio non videtur generalis, & alia ratio est, quia adheret Ecclesiæ, quæ est spiritualis, à nu. 4. & ad 8.*

*Ex eo quod est spirituali annexum, in quo etiã simonia contrahitur, non potest vendi ius patronatus, alioquin venditio est simoniaca & nulla. n. 9. nisi cũ vniuersitate bonorũ, n. 10.*

*An cum hereditate vendita, ut emptorem transeat ius patronatus, à nu. 11. resolvitur contra communem, quam tenuit Rota non transire quando est de per se, seu personale, nam si in hæreditate seu bonis hæreditarijs esset villa seu castrum, cui ius patronatus annexum esset, ratione villæ, vel castri transiret. & c. nu. 16.*

*An ius patronatus tranſeat ad fidicommiſſarium vniuerſalẽ, à num. 17. reſoluitur cum communi, quam plures relati, & Rota ſequuntur non tranſire ius patronatus perſonale, & non annexum bonis, quamuis ex teſtantis iudicio, & voluntate expreſſa poſſit illud conſequi accedente licentia Epiſcopi, & ponitur reſolutio Rotæ.*

*Reſolutio Rotæ quod præſentatus ab vxore relicta à marito vſufructuaria omnium bonorum, præfertur præſentato ab hærede, quia ius patronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum, & ita etiam tranſit in vſufructuarium omnium bonorum, &c. nu. 21. quæ accipienda eſt, quando ius patronatus eſt bonis annexum, nu. 22. Eſt enim vſufructuarius quaſi domi ſeu procurator in rem ſuam nu. 23. Nam ſi eſſet hæreditarium perſonale & de per ſe, non tranſiret in vſufructuarium bonorum ſicut nec in fide commiſſarium, nu. 24.*

*An in confiſcatione bonorum, veniat ius patronatus? nu. 25. vbi referuntur plures Doctores, agentes de hac quæſt. in qua omiſſis opinionibus Doctorum reſoluitur, quod ſi ius patronatus in bonis conſiſtit, & adhæret bonis propter crimen confiſcatis, ſive per iudicem Laicum, ſive Eccleſiaſticum, in conſequentiam, & acceſſoriæ confiſcatum cenſetur, & in fiſcum tranſit indiſtincte, etiam quoad exercitium. Si vero perſonale eſt, & de per ſe, non includitur in confiſcatione bonorum, nec de per ſe index Laicus poterit illud confiſcare, ſed remanebit penes delinquentem, donec per iudicem Eccleſiaſticum priuetur, à nu. 26.*

*Sententia priuatoria iudicis Eccleſiaſtici ſecuta, ſi ius patronatus eſt ſanguinis, & pertinet ad familiam, ſeu conſanguineos, ad illos tranſibit, ſi verò eſt hæreditarium, ad extraneos tranſmiſſibile euaneſcit, & Eccleſ remanet libera, nu. 29. non verò tali ſententia priuatoria ius patronatus hæreditarium tranſiret ad hæredem ex teſtamento, vel ab inteſtato ipſius condemnati eo defuncto, nu. 30. præterquam in crimine hæreſis in quo ipſo iure eſt eo priuatus nu. 31.*

*Et ius patronatus tranſeat cum re vendita, ſeu alienata, ſatis eſt adhærere acceſſorie alicui fundo, non ſolum qui vniuerſitatem conſtituat, ſed etiam particulari, ſeu alij rei particulari contra communem tenentem oportere quod adhæreat vniuerſitati, à nu. 32.*

*Quamuis ius patronatus ſit intendibile, & pro illo non poſſit aliquid pretij dari, tamen hoc non tollit quin cum illud eſt annexum bonis, ratione illius, bona pluris æſtimentur & vendantur quam alias, nu. 35.*

*Acquiritur hoc ius patronatus, tam per laicos, quam clericos, tribus potiſſimum modis; fundatione, conſtructione & dotatione, nu. 36.*

*Decretum Concilij Trident. circa hoc nu. 37.*

*Licet ibi Concilium ſolum præferat ius patronatus competens ex fundatione, vel dotatione non excludit ius patronatus ex conſtructione competens, ſed ſub verbo ex fundatione comprehenditur, nu. 38.*

*Fundare Eccleſiam proprie dicitur, qui fundum dat, ſeu aſſignat, in quo Eccleſia conſtruatur. nu. 39.*

*Faciens in Eccleſia Capellam, vel Altare, non erit ſolus patronus illius, ſed etiam Eccleſia erit compatrona, & concurret in præſentando, ratione fundi, quod ponit, ideſt, el ſitio, nu. 40. Valet tamen conſuetudo, vt Eccleſia non ſit compatrona ratione fundi, &c. quæ ſeruatur in Hiſpania. nu. 41.*

*Etiam ſeclusa conſuetudine, non eſſet Eccleſia compatrona, quando faciens Capellam ſolueret aliquid Eccleſiæ pro fundo, ideſt, el ſitio, vt ſolet fieri in Hiſpania. Nam tunc non poteſt dici Eccleſiam ponere fundum, cum illi ſoluatur pretium pro illo, quod videtur poſſe fieri, à num. 42.*

*Sola fundatione hoc eſt fundi aſſignatione, non ſtatim quæritur ius patronatus, ſed ſecuta conſtructione, & dotatione, vel ab ipſo fundatore, vel ab alijs, nam non poteſt quis dici patronus Eccleſiæ quæ nondum eſt &c. num. 44.*

*Eccleſia tamen ſeu Capella in cepta ædificari, ſeu poſito primo lapide cum conſenſu Ordinarij ſtatim etiam ante perfectionem videtur acquiri ius patronatus, licet non exercitium, &c. nu. 45. Nam tale ædificium inceptum eſt locus pius, & religioſus, maxime ſi ibi eſt fixa Crux, &c. nu. 46.*

*Si dos daretur in limine fundationis Eccleſiæ, vel poſt ante eũ ſecrationem, & etiam ante perfectionem ædificij, caderet exercitium iuris patronatus vt præſentetur Rector, ſaltem pro adminiſtranda dote, licet non quoad alia ſecundum Lãbert. nu. 47. Eccleſia etenim incepta, ſtatim capax eſt dotis, & ſic dos in ſpecie aſſignata, & donata, ante affixionẽ primi lapidis, ſtatim poſt illius affixionem ei acquiritur abſque traditione, nu. 48.*

*Licet Eccleſia, quæ nondum eſt, non poſſit fieri donatio, bene tamen hæreditas & legatum relinqui, id non procedit in donatione ex cauſa dotis, quæ recte poteſt fieri Eccleſiæ conſtruẽdæ, non ſolum obligando ſe dotaturum, & traditurum, ſed etiam ſtatim aſſignando, & donando bona pro dote. &c. numero 49. & 50.*

*Sub conſtructione, ſeu fundatione, comprehenditur etiam reædificatio, ex qua cum Eccleſia eſt penitus deſtructa, ſeu deruta, ita vt noua conſecratione indigeat, acquiritur ius patronatus, quamuis reficiens Eccleſiam non penitus deſtructam non efficiatur patronus, nu. 51.*

*Ita demum acquiritur ius patronatus ex dotatione ſi ſit congrua, & ſufficiens, nam dotans inſufficienter, non efficitur Patronus, numero 52. Etſi etiam dos minus congrua ſit aſſignata, cum conſenſu Epiſcopi illam approbantis pro congrua. nu. 53.*

*Si concurrunt plures in dotatione dantes ſimul dotem competentem, licet inæqualiter, & ſinguli non dent dotem competentem, omnes æqualiter fiunt Patroni; ſicut etiam quando plures concurrunt in fundatione, & conſtructione, numero 54.*

*Acquiritur ius patronatus ex dotatione Eccleſiæ, etiam iam conſtructæ, & etiam iam conſecratæ, quando eſſet ſine dote, & cum conſenſu Epiſcopi id faceret numer. 55. Quamuis contradicat gloſ. dicens, quod vt quis ſit patronus, requiritur aſſignatio dotis tempore fundationis non poſt; num. 56. pro qua faciunt duæ declarationes ſanctæ Congregat. additæ, nu. 57. & 58. Quibus reſpondetur id ſolum procedere in ſpecie de qua ibi, in qua oblationes futuræ, nõ poſſunt dici dos, niſi quando ex neceſſitate conſtruitur Eccleſia, &c. num. 59.*

*Licet ex dotatione acquiratur ius patronatus, non tamen ex ſimplici dotatione legato vel largitione bonorum, niſi hoc fiat pro dote tacite, vel expreſſe, &c. nu. 60. & 61. Vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Fundans, conſtruens, vel dotans Eccleſiam, ſeu Beneficium acquirit ius patronatus, etiamſi illud non reſeruauerit, dum modo expreſſe non remiſerit, nu. 62.*

*Fundans tamen Eccleſiam, ſeu Capellam, poteſt in totum, vel pro parte, remittere ius patronatus, & limitate illud inducere in præiudicium hæredum, vel deſcendentium, vt ſibi placuerit, num. 63. Quod Rota intelligit, ſi fundator expreſſe excluſiſſet hæredes, vel taxatiue induxiſſet ſolum pro talibus, non autẽ quando ſimpliciter nominat aliquos patronos. Nam ideo excludit ſe ipſum, & ſuos hæredes contra conſil. Geminiani, num. 64. Sed conſilium Geminiani videtur & menti fundatoris, & praxi conformius, &c. nu. 65.*

*Si fundator relinquat ius patronatus filio ſuo & deſcendentibus, & ille decedat ſine deſcendentibus, relicto hærede collaterali, vel extraneo, ius patronatus tranſibit in talem hæredem.*

harum, & idem in ſimilibus caſibus, num. 66.

Si fundator reſeruauit ius patronatus ſibi, vel alij, tranſiret ad eius hæredes ex teſtamento, ſeu ab inteſtato, niſi illa reſeruatio eſſet facta cum aliqua qualitate, vel expreſſione, per quam vellet ius patronatus durare tempore ſuo, vel nominati, & non vltra, num. 67.

Licet à principio poſſit fundator remittere ius patronatus vel illud ordinare prout voluerit, eo tamen in eſſe deducto, authoritate Ordinarij, non poteſt illud mutare, ſeu alterare, nu. 68. Nec illud renuntiare, ſeu transferre in præiudicium ſequentium vocatorum, nu. 69. & 70.

Ius patronatus acquiritur ex prædictis cauſis interueniente authoritate, & conſenſu ordinarij, non alias, num. 71. vbi ponitur reſolutio Rotæ, qui conſenſus ſufficit quod interuenerit ex poſt facto, nu. 72. Et an præſumatur interueniſſe remiſſiue. nu. 73. & nu. 74. ponuntur reſolutiones Rotæ.

Vicarius Epiſcopi, ſine ſpeciali mandato, non habet authoritatem ad reſeruationem iuris patronatus, num. 75. Sicut etiã Vicarius ſine ſpeciali mandato, non poteſt confirmare donationem iuris patronatus, num. 76. & 77. Ponitur reſolutio Rotæ. Et an, & quando præſumatur facultas Vicarij, qui iuri patronatus conſenſit remiſſiue, nu. 78.

Capitulum ſede vacante, poteſt dare licentiam volenti ædificare Eccleſiam, vt fiat patronus, nu. 79.

An regulares poſſint ædificare ſine licentia ordinarij, remiſſiue, num. 80.

Dicet Concilium Trident. præferuet ius patronatus competens ex fundatione, vel dotatione, non refutat illud, quod alias poteſt probari ſecundum regulas iuris communis, num. 81.

Vnde non ſolum ius patronatus probatur ex immemoriali, quę probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione nu. 82. Sed etiam ius patronatus antiquum probatur per famã, concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione præſentandi, num. 83. Ita vt non cenſeatur reuocatum per Concilium, nu. 84. & ſequ. vbi ponuntur deciſ. Rotæ.

Dicta probatio videtur ſufficiens, etiam cõtra ordinarium vindicantem Eccleſiam in libertatem. num. 86. vbi adducitur reſolutio Rotæ, quæ videtur contra,

Ex enuntiatiuis inſtrumentorum antiquorum emanatis à diuerſis perſonis, non ſuſpectis, probabitur ius patronatus, nu. 87. & ſeq. vbi ponuntur Rotæ reſolutiones.

In proposito, quando dicatur ius patronatus antiquum, reſoluitur reſpectu teſtium requiri tempus 60. annorum, reſpectu vero inſtrumentorum 100. nu. 92. vbi ponitur declaratio, S. Cong. & alia, nu. 93.

Deciſiones Rotæ quæ conducunt ad prædicta ponuntur, nume. 94. 95. & 96.

Reprobatur quod ait Zerola in priuatis perſonis ſufficere probare ius patronatus ex vnico actu, vt quia ſemel quis præſentauit, & ſecuta eſt inſtitutio, & ille inſtitutus vixiſſet ſpatio 40. annorum, &c nu. 97.

Quando agitur de familia potenti, in qua ius patronatus præſumitur ex vſurpatione, debet probari ſecundum formam Concilij d. c. 9. verſ. in his vero perſonis, num. 98. & nu. ſeq. ponuntur deciſ. Rotæ.

Similiter in vniuerſitatibus etiam paruis plenior, & exactior probatio iuris patronatus requiritur, iuxta decretum Concilij d. verſ. in his vero, nu. 102. vbi id declaratur, & quod non ſufficiunt teſtes vniuerſitatis.

An in perſonis potentibus, vel vniuerſitatibus, in quibus vt immemorialis ſuffragetur vltra illam quæ antea ſufficiebat præſentationes, etiam continuata non minori ſaltem quam 50. annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortita ſint authenticis ſcripturis probari debent, effectuatio illarum probari etiam debeat per authenticas ſcripturas, an vero poſſit etiam aliter probari, à nu. 103. & ſaltem videri probabile poſſe etiam aliter probari, maxime quoad poſſeſſionem.

In proposito iuris patronatus immemorialis probatur ex ſcripturis, nempe per præſentationes effectuatas authenticis ſcripturis probatas per ſpatium 100. annorum. ſicut etiam per præſentationes effectuatas teſtibus probatas per ſpatiũ 60. annorum, à num. 107. Quamuis alias verius ſit immemorialem non probari per inſtrumenta, à num. 111. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.

An requiratur pro forma probatio præſentationum per ſcripturas, etiamſi probaretur eſſe de prædict. &c. num. 113.

Ius patronatus quomodo probetur, & an probetur confeſſione, remiſſiue, nu. 114.

Ius patronatus ex priuilegio reuocatum eſt per Concilium, numero 115. vbi ponitur declaratio S. Congregation. & nu. 116. ponitur reſolutio Rotæ. Quod procedit etiamſi in priuilegio haberetur ius patronatus competere nõ ſolum ex priuilegio, ſed ex vera & reali fundatione & dotatione, num. 117, vbi ponitur deciſio. Rotæ.

Similiter ius patronatus ex priuilegio ſublatum eſt per Concilium, etiamſi in priuilegio dicatur, quod eſſet eiuſdem prorſus naturæ, & roboris ac ſi ex fundatione, & dotatione cõpeteret, nu. 118. vbi ponitur declaratio Sanct. Congregat. nec prodeſt immemorialis, nu. 119. vbi ponitur declaratio S. Congregat.

Non loquitur Concilium hic de priuilegijs conceſſis ex cauſa onerosa, nu. 120. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ.

Ius patronatus de iure non acquiritur ex augmento, ſeu ſupplectione dotis, ſed requiritur, quod in totum Eccleſia dotetur, neceſſe eſt, quod non ſit commodè dotata, nume. 122. & ſequentib.

Ius patronatus ex augmento dotis conceſſum, etiam per Papã à 40. annis circa, ſubijcitur examini, & reuiſioni ordinarij, conceſſum vero ante annos 40. à confirmatione Concilij nõ ſubiacet d. reuiſioni, ſed firmum remanet, num. 124. vbi ponitur declaratio S. Congreg. & nu. 125. 126. & 127. ponuntur reſolutiones Rotæ circa dicta.

Ius patronatus non poteſt competere ex conceſſione, & priuilegio Epiſcopi, numero 128. vbi ponitur declaratio S. Congregat. & num. 129. & ſequent. ponuntur reſolutiones Rotæ, & nume. 132. reprobatur conſilium Menochij contrarium,

Quod procedit etiam in Capella Eccleſiæ contra Zerolam, & praxis, quam ipſe vidiſſe ait, in contrarium procedit, ex eo quod ſolent aliquæ perſonæ emere Capellas in Eccleſia factas cum licentia ordinarij, dando eccleſiæ pretium ædificij, & ſoli Capellæ, nu. 133. Quamuis aliqui tales contractus cõdemnent, tanquam ſimoniacos. n. 136. Et ita eſt accipiẽdum quoddam dictum Laſſarte, P. Ledeſmæ & Gennen. n. 137. & qui emit Capellam deberet dare iuſtum pretium, & valorem ſaltem ædificij, & c. num. 140.

Non tamen placet d. dictum Laſſarte, & Ledeſmæ, & Philiarchi, quod habens Capellam, ſeu patronus alicuius Capellæ, poſſit illam vendere, &c. nu. 137. & ſeq.

Ponuntur declarationes S. Cong. ex quib. ſupradicta confirmantur, & declarantur, num. 141.

1 CIrca materiam † huius cap. de Patronis, qui ad Beneficium vacans præſentant Ordinario, per ſonam inſtituendam, & de iure patronatus, non eſt opus multum immorari, cum de ea ſint celebres & copioſi tractatus Rochi de Curte, Pauli de Citadinis, Cæſaris Lambertini, & Ioan. Nicolai Delphinatis ad quos præcipuè Rochum, & Lamber. recurrendum eſt,

Et

2 Et videndi ſunt † etiam vltra ordinarios in tit. de iure patron. Coraſ. de Benef. 4. part. cap. vlt. & tit. 15. pag. 1. & ibi Greg. Lopez, & Humada ad eum, Did. Perez in l. 1. & 2. tit. 6. lib. 1. ordin. Elpino de teſtam. gloſ. 3. & 4. Zerola in praxi Epiſcopali, verb. ius patronatus, Siueſt. & qui ſummiſt. verb. ius patr. Zecchus de benefic. & penſio. Eccleſiaſt. cap. 12. & Emmanuel Rodrig. quæſt. reg. 2. to. quæſt. 122. & *Aſor inſtit. mor. 2. p. lib. 6. c. 19. ad 24.*

3 Operæ pretium tamen duxi, † aliqua notare, præſertim ea, quæ per S. Concil. Triden. innouata reperiuntur.

4 Et in primis notandum eſt, † ius patronatus, cuius varias diffinitiones adducit, Rochus, d. tract. in princip. ex num. 2. Lambert. 1. par. 1. lib. quæſt. 1. artic. 1. ex num. 11. Gregor. ſup. Dida. Perez d. l. 1 gloſ. 1. & diffinit etiam Coraſ. d. cap. vltim. num. 4. & Fuſcus de viſitatione, lib. 2. cap. 10. num. 21. eſſe ius non
5 mere ſpirituale, ſed temporale † potius annexum ſpirituali, cap. quanto, de iudic. & cap. de iur. patro. & docent Abbas in rubrica de iudicijs num. 4. & ibi Decius 1. lectura, à num. 87. & 2. lectura num. 85. & Ripa numero 66. idem Abbas in d. cap. quanto. nume 106. & ibi Felin. & Decius numero 2. Selua de Benefic. 1. part. quæſt. 7. ad fin. Rochus verb. ius numero 2. Coraſius 1. part. capit. 2. num. 7. & 4. part. cap. vlt. numero quinto de quo late Lambert. lib. 3. quæſtio. 9. articul. 1. *et nouiſſime Perez idem docens ad Rubric. de individuis a num. 89. quamuis Suarez de relig. 1. tom. tract. 5. de ſimonia lib. 4. cap. 28. a nu. 7. dicat, ſimpliciter & in ſe eſſe ſpirituale, &c.*

6 Eſt autem ſpirituali annexum antecedenter, † quia ordinatur ad præſentandum clericos ad Beneficia Eccleſiaſtica, & præſentatio antecedit Beneficij inſtitutionem, & adminiſtrationem, D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 4. Abb. Ripa, & Felin. ſup. Coraſ. d. c. vlt. num. 5. Redoanus de ſimonia, par. 1. ca. 28. num. 1. Doct. Sagahun. de Villaſante in cap. quanto, num. 2. & 3. Vgolin. de ſimonia, tab. 1. cap. 34. Emm. Rodrig. in ſum. 2. to. cap. 63. Vega, 2. p. c. 101. caſu 55. & P. Ledeſ. in ſum. 2. p. tract. 12. concluſ. 35. *Aſor d. cap. 19. qu. 2. & Fr. Raph. de la Torre de relig. 2. tom. q. 100. art. 5. diſp. 6.*

7 Quæ tamen ratio † non videtur generalis, nam ſecundum eam, non eſſet ſimonia vendere ius patronatus, ſine iure præſentandi ad Beneficia, vt in iure patronatus hoſpitalis, fundati authoritate Epiſcopi, &c. *in quo acquiritur ius patr. ſicut in Eccleſia, Roch. ver. in Eccleſia. q. 4. & Lamb. 1. p. 1. lib. q. 11. art. 11. & idem in collegijs ſcholarium, & alijs locis pijs fundatis authoritate Epiſcopi, Roch. ibi q. 5. & Lamb. artic. 114. Hoſpitalis autem ſeu collegij, aut loci pij, ſiue authoritate Epiſcopi fundati patronatus, & piorum operum ad marit andas puellas, ſeu eleemoſynas pauperum & capellaniarum non collatiuarum, non eſt vere ius patronatus, de quo hic, & in tit. de iur. patron. Sed ius quoddam adminiſtrandi, & erigendi illa, & illi dicuntur patroni large. Roch. & Lamber. ibidem, & nullo modo eſt ſpirituale, nec materia ſimonia, Torre dicta diſput. 6.*

8 Aliam rationem aſſignant Fely. † & Rochus vbi ſupra poſt Card. & Baldum, quod ideo dicitur annexum ſpirituali, quia adhæret Eccleſiæ, quæ eſt ſpiritualis, quam rationem adducit etiam Redoan. ſup. *Et Peregrin. ſupra nu. 91.*

9 Et ex eo quod eſt ſpirituali annexum, in † quo etiam ſimonia cõtrahitur, & quæſitum de re ſpiritali, &c, vt non poſſit vendi, alioquin venditio ſit ſimoniaca, & nulla, cuemini. 12. q. 3. ex literis, & cap. querelam de ſimonia, & 8. Concilium Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 9. ver. nec dictum ius patron. *Quamuis Suar. d. lib. 4. c. 57. nu. 13. teneat, eum qui acquirit ius patronatus ſimoniace ſpirituali pretio ſoluendo illud, nihilominus vere illud acquirere, nec teneri in conſcientia ad diſtituendum illud, quod eſt contra dicta iura & Concilium, & cap. preterea de tranſact. & rap. ea quæ 1. quæſt. 3. & in ſimilibus dictum eſt ſupra cap. 7. nu. 16. et 1. p. c. 5. nu. 26.*

10 Niſi cum vniuerſitate bonorum, † cum qua in emptorem tranſit ius patronatus, c. ex literis & c. cum ſeculum de iure patron. vbi Doct. late Rochus verb. ipſe vel is, q. 22. cum ſeq. Paul. de Citadin. 9. par. q. 3. Lambert. 2 part. 1. lib. quæſt. 5. per totum cum ſeq. Tiraquell. de primogenijs, quæſt. 36. Couarru. lib. 1. variar. cap. 13. nu. 3. & 4. Gregor. Lopez in l. 8. tit. 15. pag. 1. Et Humada ad eum ibi Bern. Diaz reg. 401. & ibi Salcedo, Gratian. reg. 341. Fuſcus ſingul. 115. litera l. Zaualios. milleloquio 31. Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 90. nu. 25. & plures relati per Cruc dum collect. 5. ad decretales. *& Mantica de tacit. & ambiguit. conuent. lib. 4. tit. 9. à num. 22.*

11 Vnde infertur ad illam quæſtionem, † an cum hereditate vendita, in emptorem tranſeat ius patronatus? in qua communis ſententia eſt tranſire, ex dict. cap. ex literis, & ca. cum ſeculum, quia hæreditas eſt quid vniuerſum. l. bonorum, 2. ff. de verborum ſignificatione, l. hereditas. ff. de petitione hered. ita Hoſtienſ. quem Abbas num. 13. & Doct. communiter ibi ſequuntur in d. capit. ex literis, & Felyn. in capite cauſam quæ. num. 8. de præſcript. & in cap. cum Bertholdus in fi. de re judic. Rochus d. verbo ipſe vel is quæſt. 22. num. 40. Paul. de Citadinis d. quæſt. 3. numero 11. de primogen. quæſt. 37. Couarru. lib. 2. variar. cap. 18. num. 8. Ferretus conſil. 179. num. 2. Salazar de vſu & conſuetudine cap. 12. num. 7. Molina de Hiſpanorum primogen. lib. 1. cap. 24. num. 25. Ioſeph. Ludou. in communib. concluſionibus, tit. de iur. patron. concluſ. 3. Fuſcus de ſingul. 115. Gratian. d. reg. 341. num. 5. Humada ad Gregor. Lopez d. leg. 8. gloſ. Nocius de contract. lib. tit. de emptione & venditione, nu. 41. Craſſus de ſucceſſ. lib. 2. art. tranſmiſſio, quæſt. 30. nu. ... & Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ, c. 61. nu. 26. *Mantica d. lib. 4. tit. 12. & Aſor dicto lib. 6. cap. 20. q. 8.* & communem teſtatur Lambert. d. quæſt. 5. art. 15. & videtur ſequi Achilles deciſ. 322. ſeu 9. de iure patronat. & tenuit Rota *in Neapol. iuriſpatr. 11. Maij 1592. coram D. Arigon. apud Racianum de Sal. interdicto dec. 191.* in vna Lucana iuris patronatus, ſeu Capellaniæ 6. Nouembr. 1598. coram D. Lita, in qua
12 fuit reſolutum, † Quod licet ius patronatus veniat quando fit ceſſio, vel alienatio, vniuerſalis reſpectu rei, vt quia fit venditio de caſtro feudo, hæreditate, vel ſimilibus quæ ſub ſe vere vniuerſitatem continent, non tamen tranſit mediante ceſſione, ſeu venditione omnium bonorum, iurium, ſeu actionum, verbis generalibus, & vniuerſalibus facta, niſi ſub tali ceſſione tale quid vniuerſale vere comprehendatur, cui adhæret ipſum ius patronatus, vt puta villa, caſtrum, ſeu hæreditas. Innoc. nu. 2. & alij in c. ex literis. de iure patron. Et ratio eſt quia quando fit ceſſio, vel alienatio vniuerſalis, reſpectu verborum re-

ſoluitur

soluitur in singularitates. Rota 1152. lib. 2. p. 3. diuers. Nec obstat decis. Putei 351. l. 2. cum & donatio particularis patronatus, accedente consensu Ordinarij fieri possit, Lamber. 2. par. lib. 1. quæst. 4. artic. 1. & 2.

13 Contrariam tamen sententiam, † (quæ mihi certa videtur) tenent Paulus de Eleazaro, Rofredus & Barbatia quos refert & sequitur Lambert. d. quæst. 5. art. 15. & Emman. Costa in c. si pater de testamen. in 6. verb. Trebellianica, nu. 7. & tenet etiam Bonifacius de Vitali. in Clem. si plures. §. fin. de iure patr. nu. 12. *& Suar. d. lib. 4. c. 28. nu. 19. & seq.* Ex eo quod

14 licet ius patronatus † transeat cum vniuersitate bonorum cui adhæret, etiam sine speciali expressione, non tamen transit cum vniuersitate in qua rerum particularium, seu singularium, est necessaria specifica traditio, sicuti est quando venditur hæreditas. l. qui tibi, C. de hæred. vel actione vendita, alioquin sequeretur, in specie vendi ius patronatus contra d. cap. de iure. cum aliis, & Concilium Triden. sup.

15 Et vt rectè inquit Costa, hæres † vendendo hæreditatem non dicitur vere vendere hæreditatem, cum per aditionem desierit esse hæreditas, & sit effecta proprium patrimonium, sed bona propria, quæ ante aditionem fuerant hæreditaria, & re vera solum est venditio vniuersalis, respectu verborum, quæ resoluitur in singularitates, vt in d. Lucana. quare venditis illis bonis, non intelligitur vendere ius patronatus, quia esset contra d. cap. de iure. *Facit l. 2. §. 1. ff. de hæret. vel act. vend. & quod tradit Lasarte de decim. vend. c. 4. nu. 39 & c. 9. nu. 38. & seq. & Ioan. Guttier. de gabel. q. 61. nu. 6. & q. 113. nu. 11.*

16 Quod intelligitur, † quando ius patronatus esset de per se, principale, & distinctum, seu personale, nam si in hæreditate, seu bonis hæreditarijs esset villa, seu castrum, cui ius patronatus adhæreret, & annexum esset, tunc ratione villæ, vel castri, in consequentiam transiret in emptorem hæreditatis ius patronatus annexum ex d. cap. ex literis, & cap. cum seculum, vt rectè inquiunt Paulus, Bonif. Lambert. & Costa sup. *& non recipere dubitationem ait Man. supra num. 18.*

17 *Et an* ius patronatus † transeat ad fideicommissarium *vniuersalem*, vide per Bar. Paulum, & Alexan. in l. quia perinde, versic. restituta, ff. ad Trebell. Imolam, Alexan. & Rom. in l. si patroni in princip. eodem titul. Paulum, Alexand. Ias. Decium & Curtium iuniorem, in l. precib. C. de impuberum, Beroium in c. 1. de iure patron. à num. 15. Rochum d. verb. ipse vel is, q. 9. Paulum de Citad. 9. p. nu. 33. Lambert. 2. p. 1. lib. q. 2. artic. 35. Aym. in Rubric. de legat. 1. à nu. 59. Guiller. Benedic. in repe. cap. Raynutius de testam. verb. si absque liberis 2. num. 14. Anton. Gomez. 1. tom. variarum cap. 5. num. 29. Couarr. d. cap. 18. lib. 2. variarum, num. 8. & in d. c. Raynutius §. 9. num. 8. Costam d. verb. Trebellianicæ, num. 4. Emmanuel Suarez in thesauro receptar. sententiarum, verb. patronatus ius, Didacum Perez d. l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinam. glossa 2. Padillam in rubrica C. de fideicommissis. num. 25. Molinam d. lib. 1. cap. 24. ex num. 5. Mieres de maioratibus 3. part. quæst. 11. nu. 9. Crassum de succes. §. fideicommissum, quæst. 52. Ioann. Guttierez de tutelis 3. part. cap. 29. num. 15. Zaualos quæst. 717. & P. Molinam de iustitia, tract. 2. disput. 188. ad fin. & alios relatos per Cenedum dict. collectan. 5. ad decretales, nu. 4. *& Mantica dicto tit. 12. nu. 6. & 15.*

18 Et quidem in iure Patronatus personali, † & non annexo bonis, vera mihi videtur communis opinio quam relati, excepto Roman. vtroq; Molina & Ioã. Guttierez contrarium tenentibus sequuntur, quæ ait non transire in fideicommissarium, argument. d. l. quia perinde, vers. restituta, nam quamuis ius patronatus transeat ad hæredes, etiam extraneos, non est quid hæreditarium, seu de corpore hæreditatis, nec transit tanquam ad hęredes; quamuis ex testan-

19 tis iudicio, & voluntate expressa, † possit fideicommissarius consequi ius patronatus, accedente licentia Episcopi, Lamber. sup. ad fin. & Costa nu. 6. vers. vlt. sicut legatarius, &c.

20 Et in vna Aretina Capellaniæ Iunij 1584. † coram ☞ D. Bubalo fuit dictum, Ius patronatus non transire in fideicommissarium, & ita esse communem conclusionem & limitationem, Lambert. supra num. 8. quod vbi pia causa est fideicommissaria in eam transeat ius patronatus esse opinionem suam singularẽ, & pati multas difficultates, nec applicari casui de quo ibi (dato quod esset vera) in quo prius fuerat laicus substitutus, in quem clarum est non transiuisse ius patronatus, &c.

21 Vnde subinfertur ad decisionem † Rotæ in vna Alex. Benef. 29. Martij 1590. coram Illustris. Cardin. Mantica, in qua fuit resolutum, Præsentatum ab ☞ vxore, quæ à marito relicta est vsufructuaria omniũ bonorum, præferri præsentato ab hærede, quia ius patronatus transit cum vniuersitate bonorum, etiã sine consensu Episcopi. d. cap. ex literis, & cap. cum seculum, & ita etiam transit in vsufructuarium omnium bonorum, quia huiusmodi legatum intelligitur vniuersale, nec obstare decisionem 10. in fin. de iure patron. in nouis, vbi habetur, quod præsentatus ab vxore, præferatur præsentato à marito cui fuit data villa in dotem, in qua est ius patronatus, quia illa non est decis. Rotæ, sed opinio collectoris, &c. & secus est in creditore pignoris qui non lucratur

22 fructus, &c. Quæ decis. accipienda est, † quando ius patronatus est bonis annexũ, tunc enim vsufructuario bonorum, quibus ius patronatus est annexum, competit ius præsentandi, & non hæredi, seu domino, vt tenent Rochus verbo ipse, vel is, q. 28. in fin. nu. 64. Lamber. 2. p. 1. lib. q. 10. art. 3. Rebuff. de nominatio. q. 17. nu. 55. alias 22. Molina de Hispanorũ primog. lib. 1. cap. 24. nu. 4. Baeça de decima tutori præstan. cap. 23. num. 27. & Ioan. Gurtierez de tutelis, 3. p. cap. 29. num. 6. *Et Barbosa in l. diuortiõ. §. si vir. ff. solut. matrim. nu. 57. & 59.*

23 Est enim vsufructuarius, † quasi dominus. l. 4. de vsufructu, l. 1. §. item Iuliano. ff. de remissio. seu quasi procurator in rem suam à domino constitutus l. 1. in fin. cum l. seq. ff. vsufructuarius quemadmodum cauet l. 1. §. fin. ff. de noui operis nunt. & ibi gl. recepta, verb. procuratorio, de quo post plures relatos, Castillo de vsufructu, cap. 20. & 32.

24 Nam si ius patronatus † esset hæreditarium personale, & de per se, non transiret in vsufructuarium bonorum, quantumuis legatum esset vniuersale. sicut non transit in fideicommissarium vniuersalem, vt dictum est, & ita accipiendus Guiller. Bened. in q. thesauraria.

25 Secũdo principaliter infertur ad illam, † quæstio-

neu,

nem,an in confiſcatione bonorum veniat ius patronatus? de qua poſt alios agunt Rochus d.verb. ipſe vel is,quęſt.29.num.65.Paul.de Citadinis d.9.part. quæſt.20.num.28.Lambert.3.lib.quæſt.8.art.8.Gigas in tract. de crimine læſæ maieſtatis, libro ſecundo rubrica de pœnis committentium crim.læſæ maieſtatis,quæſt.4.Iulius Clarus §.fin.quæſt. 78.num. 8.Ferrettus conſil.179. Bernar. Diaz in pract. crim. can.cap.132.Coſta d.verb.Trebellianicę nu.7.Emman.Suarez d.verb.patronatus ius D.d.Perez d.lib. 1.gl.18.q.Simancas de catholicis inſtit.c. 9.à n. 95. Fuſcus de viſitat.lib.2.cap.10.nu.22.Molin.d.lib.1. cap.24.à nu.26.Mieres 3.par.q.11.& 4.par.quæſt. 23.nu.74. *Peregrin.de iur.fiſci lib.5.tit. 1.num.72.* & 121.*Farin.in praxi crim.1.p.q.25.a nu.151. Leo in theſaur. for.Eccleſ.cap.21.a nu.32. Cabedo de patronatibus Regia corona Luſitania cap.32. Cantera in ſuis qu. crim. tit.de quæſtionib.tangent. punitionem delictorum c. 1.nu. 49.& ſeq.Thom.Sanch.lib.2.c.19.q.1.*Doct.Sagahun. in d.c.quanto.de iudicijs à num.27.& alij relati per Ceuedum d.collectan.quinta ad decretales,nu.3.

In qua quæſt. omiſſis opinionibus Doctorum re-
26 latis per Sahagun. † ibi, qui ſatis variè & confuſe in hac re loquuntur,diſtinguẽdum eſt,an ius patronatus bonis conſiſtat & adhæreat, an vero perſonale ſit & de per ſe principale & diſtinctum? Si ius patro-
27 natus bonis conſiſtit,& adhæret,dicẽdum eſt, † bonis propter crimen confiſcatis, ſiue per iudicem laicum, ſiue per Eccleſiaſticum, & ius patronatus illis annexum,in conſequentiam, & acceſſoriè confiſcatum cenſeri,& in fiſcum tranſire indiſtinctè cum bonis confiſcatis,etiam quoad exercitium,ſicut ſi eſſet lis inter duos laicos,de bonis quibus iuspatronatus adhæret,dicta per iudicem laicum, ad quem cognitio ſpectat de bonis,ſententia,eius virtute,in conſequentiam tranſiret ius patronatus in victorem,venditiſque deinde à fiſco bonis in emptorem ſucceſſiue transferri,ex d.cap. ex literis & cap. cum ſæculũ. Ita gloſ.1.in cap.filijs & nepotibus,16.quæſt.7.quã ſequuntur Aufrerius de poteſtate ſeculari,reg.4.fallat.21.Gigas d.quæſt.4.n.6.Ioan.Nicol.Delphinas de iure patron.lib.2.nu.220. Coſta d.num. 7.in fin. *Farin dicta q.25 nu.156.& ſeq. Açor 2.par.lib.6. cap. 20.quæſt.14.* & Sahagun ſupra, & plures relati per Rochum & Lambert.ſup.& Rocho magis placet in
28 puncto iuris Si vero ius † patronatus perſonale eſt, & de per ſe principale,& diſtinctum,non includitur in confiſcatione bonorum, nec de per ſe iudex laicus poterit illud confiſcare ex defectu iuriſdictionis, & incapacitate,d.cap.quãto de iudicijs,ſed remanebit penes delinquentem, donec per iudicem Eccleſiaſticum priuetur,tanquam indignus d.gloſ. 1.in c. filijs & nepotibus,& gloſ. in Clementina paſtoralis, ver.ſubſtantiæ,de re iudicata, & poſt alios Gigas d. quæſt.4.Coſta,& Sahagun ſup. quicquid dicat Ferrettus ſupra,qua ſententia priuatoria iudicis Eccle-
29 ſiaſtici ſecuta, † ſi ius patronatus eſt ſanguinis, & pertinet ad familiam,ſeu conſanguineos,& qui ſunt de genere,ad illos tranſibit iuxta diſpoſitionem fundatoris;ſi vero eſt hęreditarium,ad extraneos tranſmiſſibile,euaneſcit ius patronatus, & Eccleſia remanet libera,quo caſu procedet,quod ait Simancas ſupra,nu.96.& ita docet Sagahun ſupra.

30 Non ſecuta vero tali ſententia † priuatoria iudicis Eccleſiaſtici, tale ius patronatus hæreditarium, tranſiret ad hæredem ex teſtamen. vel ab inteſtato ipſius condemnati, eo defuncto, ad l.4. tauri, & ibi D.maximè Tellium, num.19. *Couar.in Rubr.de teſtament.3.par.nu.27.Farin.in praxi crim.3.p.q.102.num.* 158. & de iure communi in terminis authen. ſed
31 hodie C.de donat.inter virum,prætesquam † in crimine hæreſis, in quo ipſo iure eſt priuatus iure patronatus ex cap.vt commiſ.§.priuandi.de hæret.lib. 6.ibi,ac honoribus quibuſcunque,& in dictis infr. 11.p.1.vlt.dub.1.nu.3. *Et ita in vna Lucana iuriſpatr. 27.April.1607.coram D.Coccino inueni reſolutum, Eccleſiam,de qua ibi, non acquiſiuiſſe ſtatum libertatis, quia licet bona Bernardi patroni fuerint confiſcata, tamen ius patronatus, quicquid dicendum eſſet, ſi ſpectaret ratione villæ vel caſtri, ſub illa confiſcatione non comprehenditur, cum fuerit facta a iudice laico ſecundum verorem ſententiam gloſſæ in dicta Clement.paſtoralis,vbi Imola nu. 70. & 71.& fuit reſolutum in cauſa Agaten, iuriſpatron. 4. Mart.1602.coram Illuſtriſ. Pamphilio. Nec obſtare,ſi diceretur,quod licet ius patronatus non veniat in confiſcatione facta a iudice laico, nihilominus poteſt iudex Eccleſiæ declarare delictum, & confiſcare bona fiſco Eccleſiæ: & effectus erit, quod ius patronatus extinguetur & Eccleſia remanebit libera ſub Epiſcopi poteſtate, Imola in dicta Clemen.paſtoralis.nu.72.in fine. Nam reſpondetur, quod delictum non commiſſum in Eccleſiam, & eius patronatus non expectet ad Lucretiam ex perſona patris, ſcilicet tanquam eius hæredem, ſed ſolum tanquam eius filiam, merito delictum patris ei nocere non debet,ſecundum diſtinctionem Doctorum,de qua per Imolam in repet. l. neceſſarios. §.non alias. 1.p.n.438.& 482.ff.ad Syllan.& ſentit Roch.ſup.nu.72.Sylueſt.verb.ius patron.q.5. Angel.nu. 36. Tabiena 25.& his adſtipulatur, quod huiuſmodi materia regulatur ſecundum terminos feudi & emphyteuſis,* Roch. *ſupra,Cardinal.in Clement.plures.nu.8.de iure patron. & in feudo & emphyteuſi Doctores admittunt prædictam diſtinctionem,Iaſ.in l.2.nu.192.C.de iur.emphyteu.Molina de Hiſpania primogen.lib.5.cap.11.nu.3.*

32 Sed circa ſupradicta aduertendum eſt, † quod licet Doctores communiter teneant, vt ius patronatus tranſeat cum re vendita, ſeu aliàs alienata, non ſufficere,quod inhæreat rei particulari vt fundo, vel palatio,ſed oportere quod adhęreat vniuerſitati,id eſt quæ abſque alia expreſſione contineat in ſe iura vniuerſitatis, vt villa, vel caſtrum, quæ in ſe continet iuriſdictionem honore diſtrictam,&c.Abbat. in d.cap.ex literis num.10.Rochus verb.ipſe vel is,numero 41.Lambert.d.quæſt.5.artic.1.& 17.Gregor. Lopez in l.15.titu.5.pag.5.gloſſ.4. Salcedo d.regu. 401.ampliatione 3.*Genuen.in praxi c.104.n.4 Mantica de tacit.& ambig.conuent.lib.5.tit.15 nu.39.& tit. 16.nn.25.Açor d.c.20.q.8.* cum alijs;ego tamen exi-
33 ſtimo, † ſatis eſſe adhærere acceſſoriè alicui fundo nõ ſolum qui vniuerſitatem conſtituat vulgo heredamiẽto,Couarru.lib.1.var.ar.c.3.nu.3.& Salcedo ſupra,ſed etiam particulari, ſeu alij rei particulari; vt ſi fundãs Eccleſiam,vel Capellam,ſtatuat ius patronatus ſpectare ad dominum talis fundi,vel palatij, &c. tunc enim vendito, ſeu alienato tali fundo, vel palatio, acceſſoriè, & in conſequentiam veniet ius patronatus, & in his terminis poteſt procedere
34 opinio † gloſ.in l.in modicis ff. de contrahenda empt. quam ſequitur Rom.ſingul. 59. & alij relati per Lambert.Couar.& Salcedum ſupra,quod ſentit coſta.d.nu.7.in fin.ibi, ſed eſſet annexũ alicui villæ vel

fundo,

fundo, & P. Molina, de iuſtitia tom. 3. diſputat. 620. num. 6. ad fin. *& Torre dicta diſputat. 6.* vbi ait, quod quando patronatus annexum eſt bonis aliquibus temporalibus, ſequitur bona illa, tanquam adiunctum, & è contra; venditiſque bonis illis temporalibus cum eis tranſit, eſto plures emantur propter eam qualitatem adiunctam, quæ omnino eſt inuendibilis. Alias fundus ille, & palatium, eſſent neceſſario inuẽdibilia, & inalienabilia & facit quod tradit Coſmas Philiarcus de offic. Sacerd. 2. p. lib. 6. c. 9. ad fin. de quo infra. *E conuerſo verò, quando bona eſſent annexa & acceſſoria iuri patronatus, vt quia fundator voluit, quod qui eſſet patronus, poſſideret talia bona, vendi non poſſent ea bona, quia eſſet vendere ius patronatus, quod eſt principale, & ſine quo illa bona trãsferri non poſſunt, quicquid dicat Snar. d. lib. 4. c. 28. nu. 21. & ſeq. & diſtinguit Torre ſupra ad finem.*

35 Et quamuis ius patronatus ſit inuendibile, † & pro illo non poſſit aliquid pretij dari, vt dictum eſt tamen hoc non tollit, quin cum illud eſt annexum bonis, ratione illius bona pluris æſtimentur, & vendantur, quam alias, vt inquit P. Molina vbi proxime pretium enim rei attenditur conſideratis qualitatibus ipſius rei, &c.

36 Secundo notandum eſt acquiri hoc ius † patronatus, tam per laicos, quam clericos, tribus potiſſimum modis, fundatione ſcilicet, conſtructione, & dotatione, gloſa in cap. piæ mentis 16. quæſt. 7. late Roch. verb. Eccleſiam fundauit, & verb. conſtruxit, & verbo dotauit. Paul. de Citadinis, 3. part. Lambert. 1. p. 1. lib. quæſt. 2. cum ſequent. vſque ad 9. Staphil. de literis gratia, tit. de modo & forma impetrandi §. de iuris patronatus prærogatiua, Rebuf. in praxi 3. par. ſignaturæ. verb. nec non iuris patronatus, nu. 3. Coraſ. d. cap. vltim. nu. 3. & 15. cum ſeq. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de reſeruatio. iuris patronat. lib. 1. tit. 15. pag. 1. & ibi Greg. Lopez Did. Perez d. l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinar. gloſ. 1, Fuſcus de viſitatione, lib. 2. cap. 10. Nauar. conſil. 7. de iure patronat. Rochus Veronen. de viſitatione, verb. de iure patronat. Zerola in praxi Epiſcopali, 1. par. verb. ius patronatus. §. 2. & Zecchus d. cap. 12. num. 2. & poſt hæc Gonçalez ad reg. menſium gloſ. 18. à num. 33. *Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 21. nu. 1. & 25. Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. cap. 5. nu. 5. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 5. & Agor. d. lib. 6. c. 19 q. 4. cum ſeq. Vgolin. de offic. Epiſc. c. 51. nu. 6.*

37 Circa quod S. Concil. Trid. ſeſſ. 25. † de reform. cap. 9. ſic ſtatuit, ſicuti legitima, &c. vſque ad verſic. ad hæc.

38 Et declaratur primo, † quod licet ibi Concilium ſolum præſeruet ius patronatus, competens ex fundatione, vel dotatione, non excludit ius patronatus ex conſtructione competens, ſed ſub verbo ex fundatione, comprehenditur, ad tradita per Coraſium d. c. vlt. num. 12. Et apparet ex alio decreto eiuſdem Concilij ſeſſ. 14. de reform. cap. 12. quod huic conſonat, & ita in terminis ait Zerola d. §. 2. verſ. 3. fundatione, & Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſum. 90. à num. 6. quamuis Gonçal. ſup. à nu. 50. cum Ham. Pariſ. de confiden. quæſt. 28. num. 240. dicat tit. conſtructionis includi ſub illis verbis, aliasve ſecundum iuris diſpoſitionem.

39 Secundo declaratur, † quod fundare Eccleſiam proprie dicitur, qui fundum dat, ſeu aſſignat, in quo Eccleſia conſtruatur, ſeu ædificetur. ca. Abbat. 2. 18. q. 2. &c. nobis de iure patron. vbi Doct. Coraſ. ſup. nu. 12. & alij ſup. relati.

40 Vnde faciens in Eccleſia Capellam, vel † altare, non erit ſolus patronus illius, ſed etiam Eccleſia erit compatrona, & concurret in præſentando ratione fundi quem ponit, ideſt, el ſito. Ita Abb. in c. ad audientiam, de Eccleſijs ædifican. nu. 11. dicens non eſſe ab alio tactum, & eſſe notandum quia in multis locis propter inaduertentiam non ſeruatur, idem Abb. in cap. cum Eccleſia Vulterana de elect. nu. 8. circa fi. *Et in c. fin. de conſuet. ſeſt. 6. num. 5.* Fely. in cap. cum venerabilis de except. num. 37. Rochus verbo fundauit, quæſt. 10. & verb. conſtruxit, quæſt. 7. & verb. dotauit, quæſt. 15. Paul. de Citadinis, 3. p. cauſa 1. nu 80. & Lamber. 1. p. 1. lib. quæſt. 8. art. 6. & poſt hæc Gonçal. gloſ. 10. à num. 9.

41 Ait tamen Rochus d. verb. † & dotauit, quæſt. 1. ad fin. quod valeat cõſuetudo vt Eccleſia non ſit cõpatrona ratione fundi, ſed præſentatio tantum ſpectet conſtruentibus, & dotantibus, Capellam, vel Altare, in ipſa Eccleſia, &c. Et ſequitur Lambert. ibi nu. 4. ſubdens quod ideo diceret, non ex inaduertentia vt dicit Abbas, non obſeruari; quod Eccleſia ratione fundi non ſit patrona Capellæ, vel Altaris, in ea fundatæ, ſed ratione huius conſuetudinis, quam vidiſſe ſeruari Trani ait num. præcedenti, & ita etiam videmus ſeruari in Hiſpania. Nam nunquam Eccleſia concurrit in præſentando ad huiuſmodi Capellas, &c. ſed conſtructor, & dotator, & eorum ſucceſſores tanquam patroni ſoli, ſequitur etiam Gonçalez ſup. num. 13.

42 Rurſus prędicta doctrina † non procederet, etiam ſecluſa conſuetudine, quando faciens Capellam ſolueret aliquid Eccleſiæ pro fundo, ideſt, el ſito, vt ſolet fieri in Hiſpania, nam tunc non poteſt dici Eccleſiam ponere fundum, cum illi ſoluatur pretium pro
43 illo. Quod videtur poſſe fieri, nam permiſſio, † & licentia ibi ædificandi, videtur pretio æſtimabilis, & non quid ſpirituale, & poſt hæc tradit Gonçal. dict. gloſ. 10. num. 14. & 15.

44 Tertio declaratur ſola fundat, † (hoc eſt fundi aſſignat.) non ſtatim quæri ius patron. ſed ſecuta conſtruct. & dotatio. vel ab ipſo fundatore, vel ab alijs, Abb. conſ. 106. 2. p. Roch. in princ. nu. 3. & verb. fundauit. q. 2. Coraſ. ſup. nu. 13. & Greg. Lop. d. l. 1. gl. 3. & vide Lamb. 1. p. 1. lib. quæſt. 1. art. 1. ſub nu. 16. & 3. quæſt. art. 1. & 4. quæſt. art. 1. Nam non poteſt quis dici patronus Eccleſiæ, quæ nondum eſt, forteque non eſt futura, cap. ad audientiam 2. de Eccleſijs ædifican. & Coraſ. num. 13.

45 Eccleſia tamen, † ſeu capella incepta ædificari, ſeu poſito primo lapide cum conſenſu Ordinarij ſtatim etiam ante perfectionem videtur acquiri ius patronatus, licet non exercitium, & effectus ſtabilis procedet ex adimpletione cauſæ quam facit, Lambert. d. quæſt. 4. artic. 9. Si enim pœnituit, & reliquit ædificium, non acquiritur ei ius patronatus ſed perficienti, Paul. de Citad. 3. p. cauſa 1. q. 14. & Gregor. Lopez d. l. 1. gloſ. 5. *Et Azeued. conſ. 10. nu. 13.*

46 Nam licet tale ædificium inceptum, non † poſſit adhuc dici Eccleſia, vel Capella proprie, tamen ex quo cum authoritate Ordinarij eſt inceptum, eſt locus pius, & religioſus, maxime ſi ibi eſt fixa Crux, &c. vt in capitul. nemo 9. de conſecratione diſtinctione 1. Durandus de ritibus libro 1. capitulo 2. num. 7.

num.7, & ſic in illo cadit ius patronatus.

47 Et addit Lamber. ſup. † quod ſi dos daretur in limine fundationis Eccleſię, vel poſt, ante tamen conſecrationem, & etiam ante perfectionem ędificij, adhuc diceretur cadere exercitium iurispatron. vt præſentetur Rector, ſaltem pro adminiſtranda dote, li-
48 cet nō quoad alia, &c. Eccleſia etenim incepta † ſtatim capax eſt dotis, iuxta dicta, & ſic dos in ſpecie aſſignata, & donata ante affixionem primi lapidis, ſtatim poſt illius affixionem ei acquiritur abſque traditione ad l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſijs.

49 Nec obſtat † quod Eccleſiæ conſtruendæ quæ nō eſt, non poteſt fieri donatio cap. Abbates. de re iudicat. in 6. & d. cap. ad audientiam 2. & ibi Abb. nu. 3. & Rota in Gienen. præſtimonij infra relata, vlt. par. capit. 2. num. 195. Quamuis Eccleſia nondum conſtructa, poſſit etiam lęres inſtitui, & ſibi legatum relinqui. cap. 3. de teſtamen. & ibi Abb. nu. 2. & Imola num. 5. Gulier. Benedic. in repet. cap. Raynutius, de teſtament. verb. & Soboles quam geſtabat in vtero, num. 52. & Mieres de maioratib. 1. par. quæſt. 36. nu. 3. & fuit reſolutum coram D. Orano, in vna Sutrina Monaſterij de anno 1598. cuius differentiæ rationem tradunt poſt Bart. Abb. Gulier. Benedic. & alios ſup.

50 Nam reſpondetur id non procedere in donatione † ex cauſa dotis, quæ rectè poteſt fieri Eccleſiæ conſtruendæ, non ſolum obligando ſe dotaturum, & traditurum, ſed etiam ſtatim aſſignando, & donando bona pro dote, vt in d. cap. nemo, vbi Archidiac. & Dominic. explicantes illud verbum, Diffiniat, id-eſt, diffinitiue tradat, vel ad tradendum per publicum inſtrumentum ſolemniter ſe obliget, & Roch. d. verb. & dotauit, quæſt. 7. Lamber. d. 1. par. 1. lib. cap. 5. art. 10. non vt ſtatim acquiratur Eccleſiæ, ſed cum fuerit ædificata, vel ſaltem incepta, ſicut Eccleſiæ conſtruendę poteſt concedi priuilegium, non vt ſtatim ſit priuilegiata, ſed poſtquam fuerit conſtructa, Abb. in d. cap. ad audientiam 2. nu. 2. ſic intelligens tex. ibi, & Guido Papa deciſ. 267. & ibi, add. Ranchini, & Gulier. Benedic. ſup. num. 15. & alij.

51 Quarto declaratur ſub conſtructione, † ſeu fundatione, comprehendi etiam reædificationem, ex qua, cum Eccleſia eſt penitus deſtructa, ſeu diruta, ita vt noua conſecratione indigeat, acquiritur ius patronatus perinde ac ſi ab initio conſtrueretur, quamuis reficiens Eccleſiam non penitus deſtructam, non efficiatur patronus, ita glo. in cap. 3. de iure patronatus quam D. ſequuntur, Staph. ſupra nu. 6. & 7. Rochus verb. conſtruxit, q. 8. nu. 12. Lambert. 1. part. 1. lib. q. 6. art. 3. Mandoſ. d. tit. de reſeruat. iuris patron. verſ. magna eſt diſput. Greg. Lopez d. l. 1. gloſ. 3. A. Rochus Veronen. ſupra, Zerola d. §. 2. ad fi. (Qui tamen aliquantulum variar. 2. p. verb. Eccleſia §. 9.) Rota in vna Reginen. Archipresbyteratus 13. Ian. 1553. coram D. Ant. Aug. in qua fuit reſolutum. Ius patronatus cōceſſum à Papa ex cauſa reparationis Eccleſię, quaſi collapſæ, eſſe reuocatū per reuocationem conceſſionum iuris patronatus, prę terquam ex dotatione, & fundatione, quia Eccleſia non erat reſtituta à fundamentis, vnde non poterat dici ex fundatione, ſed ex priuilegio, &c. Et in vna Bononienſ. iuris patronatus, 29. Martij 1574. corā D. Robuſterio, quæ eſt 1. part. diuerſorum deciſ. 1598. num. 1. & 2. & in vna Perufina de Confinio, 3. Decembris 1576. coram D. Blanchetto quæ eſt eadem 1. part. deciſ. 306. & in vna Valentina parochialis de Coſenta yna 26. Ianuarij 1582. coram D. Seraphino quæ eſt 2. p. diuerſ. deciſ. 269. *& in nouiſſ. Farin.* 565. num. 2. & in Placentina parochialis de Mirabel infra adducta nu. 117. & in Patauina de qua infra num. 121. & in Valentina de Carletis infra relata num. 127. Et ita eſt accipiendus. Menoch. d. præſump. 90. num. 6. dicens acquiri ius patron. reædificatione, & poſt hæc tradit Gonçalez d. glo. 18. nu. 53. allegans etiam deciſ. Sarçan. & Con pſinande qu b. inf. num. 122. *Leo d. c. 11. num. 1. & Grat. diſcept. forenſ. cap. 177. num. 26. & 27.*

52 Quintò declaratur ita demum acquiri ius † patronatus ex dotat. ſi ſit cōgrua, & ſufficiens, nam dotās inſufficienter, nō efficitur patronus, gl. in c. quicumque. 216. q. 7. Abb. in cap. ad audientiam 1. de eccleſ. ædifican. nu. 4. Roch. verb. & dotauit, quæſt. 8. & 9. Lambert. 1. p. 1. lib. q. 5. art. 12. Greg. Lop. d. l. 1. gloſ. 3. & 5. A. Roch. Veronen. ſup. & Rota deciſ. 528. ſub nu. 2. p. 1. diuer. & cenſuit S. Cong. Concil. vt in ſeq. declaratione, ſuper c. 4. ſeſſ. 21. de reform. dotans inſufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirit ius patronatus, ſed dicitur benefactor.

53 Quod procedit, † etiam ſi dos minus congrua fit aſſignata, cum conſenſu Epiſcopi, illam approbantis pro congrua, Rochus d. quæſtion. 9. quicquid dicat Lambert. ibi, art. 13.

54 Si tamen concurrunt plures † in dotatione, dātes ſimul dotem competentem, licet inæqualiter, & ſinguli non dent dotem competentem, omnes æqualiter fiunt patroni, ſicut etiam quando plures concurrunt in fundatione, & conſtructione, Abb. d. num. 4. & in rubrica de iure patron. nu. 6. Rochus d. verb. & dotauit, quæſt. 12. Lumber. 1. part. 1. lib. q. 3. artic. 5. Coraſ. d. cap. vlt. nu. 14. Greg. Lopez d. gloſ. 5. & Ant. Rochus Veronen. ſup. & cenſuit S. Congreg. vt in ſequen. declaratione, ſuper d. cap. 4. Quando concurrunt plures in dotatione, licet æqualiter non contribuant, omnes efficiuntur patroni, etiamſi ſufficientem dotem ex ſe ſinguli non conferant, dummodo Eccleſia habeat dotem competentem, quia ex quo ille qui plus contulit, admiſit alium ſecum, videtur ipſi communicare ius ſibi competens in illo patronatu.

55 Sextu declaratur, † acquiri ius patronatus ex dotatione Eccleſiæ, etiam iam conſtructæ, & etiā iam conſecratæ, quando eſſet ſine dote, & cum conſenſu Epiſcopi id fieret, Innoc. in rubric. de iure patr. Cardin. & Abb. n. 9. in cap. 3. eodem tit. idem Abb. conſil. 59. 2. p. Selua de Benef. 1. p. q. 5. circa fin. nu. 181. Rochus verb. & dotauit, quæſt. 2. & 3. Lamb. 1. p. 1. lib. q. 5. art. 15. & quæſt. 6. art. 1. & Greg. Lopez d. l. 1. glo. 3. & 6. dicentes communem, Ant. Rochus Veronen. ſupra. & Zerola 2. p. verb. ius patron. ſub §. 13. Rota d. deciſ. 528. p. 1. diuerſor. & deciſ. 99. p. 2. Circa quod vide infra 6. not. à nu. 122.

56 Quamuis contradicat gl. in cap. piæ † mentis 16. quæſt. 7. quam ſequitur Felin. in d. cap. cum venerabilis de except. nu. 37. dicens quod ad hoc vt quis ſit patronus, requiritur aſſignatio dotis, tempore fundationis, non poſt. Et eſt declaratio S. Congr. Con-
57 cilij ſuper d. c. 4. ſeſſ. 21. de reform. quæ ſic ait. † Congreg. Concilij cenſuit, quod Eccleſia matrix, ſeu parochialis, non acquirit ius patronatus in Eccleſia fundata intra ſuos limites niſi de ſuo aliquid contulerit; nec obſtat ſi diceretur, quod obligationes futu-

ræ,

ri, sunt loco dotis, quia ad hoc vt acquiratur ius patronatus, requiritur quod assignatio dotis fiat tempore fundationis, & non post, & limitatur quando Ecclesia ex necessitate populi construitur, vt capit. ad audientiam de Ecclesijs ædificand. quo casu erunt loco dotis, & sic dotans, & Rector Ecclesiæ matricis,
58 ☞ erũt ambo patroni vt d.c. ad audientiã. Et alia quæsit, Congregatio respõdit Episcopo Montis Regalis, quod si ipse iudicauerit, † dotem quæ a quodã laico promittebatur, inclusis obuentionibus (nam ex necessitate populi construenda erat,) esse sufficientem pro Ecclesia parochiali de nouo erigẽda, in terminis huius decreti illam erigat, & Presbytero qui nominatur, si per examen illum idoneum ad regendam Ecclesiam inuenerit, conferat sine concursu, pro hac prima vice. Vnde ait S. Congregatio ad acquisitionem iuris patronatus, dotem debere assignari tempore fundationis, & non post, nisi quando ex necessitate populi construitur Ecclesia.

59 Sed nũ ponderetur id solum † procedere in specie, de qua ibi, in qua oblationes futuræ non possunt dici dos, nisi quando ex necessitate construitur Ecclesia, quia illæ non dantur ab Ecclesia matrice, sed eo ipso quod Ecclesia parochialis est fundata, ad illam de iure pertinent, & non ad matricem. Et illa ratio non est applicanda ad casum, quando dotatur Ecclesia constructa, quæ erat sine dote.

60 Septimò declaratur, † quod licet ex dotatione acquiratur ius patron. non tamen ex simplici donatione, legato, vel largitate bonorum, nisi hæc fiant pro dote, tacite, vel expresse, quia simpliciter donãs vel legans, videtur potius benefactor, quam dotator & acquisitor iuris patronatus, & iura indulgent ius patr. non benefactori, sed dotanti, d.ca. filijs 16.q.7. tradit post alios Rochus d. verb. & dotauit, quæst. 6. Lambert.d.1.part.1.lib.q.6.art.1.& 2.Greg. Lop. d.glos.5. & Zecchus d.cap.12.num.12.verſic.notandum autem, & fuit tentum per Rotam in vna Imolen. iurispatron.7. Iunij 1577. coram D. Cantuccio, quæ est 2.p.diuers.decis.167.n.3. Et in vna Aretina Capellanæ, seu iuris patron. 16. Decembris 2594. &
61 10. Mar. 1595. corã † D. Seraphino fuit resolutum,
☞ ius patronatus competere ex dotatione, non ex donatione, quia tunc potius est benefactor quam patronus, & donator, vt in d.decis.167. & sic ius patron. potius competere hospitali, cui donata fuerũt bona, vt posset habere Capellanum, qui pro ipsius donatoris anima celebraret, ex quibus dotata fuit Capellania, quam ipsi donatori, cum non constet donasse pro dote, & testes deponentes de auditu, & publica voce, & fama, & patronatu prætensæ familiæ donatoris, nihil facere non concurrente quasi possessione præsentandi, Cassador.dec. 2.de probatio. Puteus decis.60. lib. 1. maxime si deponunt per verbum præsentis temporis, & sic non probant de tempore ante motam litem. Abb. in cap. licet de testibus n.3. & magis credi alijs testibus, in contrariũ deponentibus de publica voce, & fama, pro hospitali habentibus concurrentem quasi possessionem præsentandi pro hospitali, & vltimum statum, qui solet attendi ad iudicand. qualitatem Beneficij, Puteus decis.189. & 192. lib.1. Decius cons.126. *& cons.90. numero 28. lib.1. cui videtur accedere Gratian.dec. 177. num.* 18.

Vnde male ait Menoch.d.præsumpt.90.nu.6.acquiritur ius patronatus ex ditatione.

62 Octauo declaratur † quod fundans, construens, vel dotans Ecclesiam, seu Beneficium, acquirit ius patron. etiamsi illud non reseruauerit, dummodo ex presse non remiserit, cap. nobis. de iure patron. & est receptissima conclusio, Staph.d.tit.de modo, & forma impetran. §. de iuris patron. prærogatiua, num. 5. & potest alios Rochus verb. & Ecclesiam fundauit, quæst. 8. num. 12. latè Lambert. 1. p. 1. lib. quæst. 2. art. 4. Gregor. Lopez d.l. 1. glos. 6. Flam. Paris. de confiden. quæst. 28. num. 21. Zerola sic intelligendus d. verb. ius patronatus §. 2. in princ. Marc. Anton. Genuen. in d. praxi cap. 61. num. 14. & Rota decis. 5. de iure patron. in antiqu. & d. decis. 167. nu. 4. quicquid in contrarium scripserit Paul. de Citad. 3. p. can. 2. q. 5. ex nu. 12.

63 Fundans tamen Ecclesiam, seu Capellam, † potest in totum, vel pro parte remittere ius patronatus, & limitate illud inducere in præiudicium hæredum, vel descendentium, vt sibi placuerit, cap. significauit de testib. c. 1. de iure patron. in 6. vbi Archid, & alij Bald. in l. 2. C. de in ius vocan. Rochus verb. ipse vel is, num. 18. Lamber. 2. p. 1. lib. quæst. 2. ar. 1. & 4. Rota in vna Cremonen. iuris patron. 18. & 21. Maij 1578. coram D. Robusterio quæ est 1. par. di-
64 uers. decis. 385. vbi tamẽ Rota id intelligit. † Si fun-
☞ dator expresse excluisset hæredes vel limitate, & taxatiue induxisset solummodo pro talibus, non autem quando simpliciter exprimit, & nominat aliquos patronos, nam non ideo excludit seipsum, & suos hæredes, & cons. Anchar. 81. quod ait communiter receptum, & Calder. 4. de iure pat. qui negant, quod ipse fundator, & sui hæredes, fuerint vnquam ab illis nominatis exclusi, quinimmo, ab initio cum illis inclusi: nam prouisio hominis, non facit cessare prouisionem legis, &c. contra cõsilium. Gemin. 45. qui ait, quod expressio aliquorum patronorũ, censetur facta ad exclusionem aliorum, &c. Et ista decis. Rotæ fuit bis confirmata coram D. Seraph. 9. Iun. & 25. Nouem. eod. anno. 1578.

Sed consil. Gemin. videtur & menti fundatoris,
65 & praxi, † maxime in Hispania conformius, & consonat consil. Calder. 5. d. titul. de iure patr. & accedit doctrina Lambert. 2. part. 1. l. quæst. 2. artic. 4. num. 6. vbi ait, quod si facta fuisset reseruatio per patronum pro se, & hæredibus sui sanguineis, non transiret ad extraneos, maximè si apponeretur dictio tantum.

Si tamen fundator relinquat ius patronatus filio
66 suo, † & descendentibus, & ille decedat sine descendentibus relicto hærede collaterali, vel extraneo, vt in terminis d. consil. Anchara. tunc ius patronatus transibit ad talẽ hæredem, ex quo filius decessit sine descendentibus, & casus iste tãquam omissus, relinquitur dispositioni iuris communis. l. commodissime. ff. de lib. & posth. & ius patro. fit liberum l. qui solidum. §. prędium. ff. de lega. 2. Achil. decis. 300. seu vnic. de donatio. Gama, decis. 193. & ibi add. Flor. Menoc. cons. 90. nu. 109. l. 1. Spino. de testam. gl. 19. nu. 17. & idem erit in similibus casibus, & sic poterit procedere d. consil. Anchar. & quod cum eo tradit Rochus d. verb. ipse vel is nu. 19. & ita intelligit Lamber. d. qu. 2. art. 5. *& nouissime tenet Gennen. in praxi c. 101. num. 1. dicens, quod ius patronatus relictum familiæ, seu illis de familia, extinctis illis non extinguitur,*

*sed*

*ſed tranſit ad hæredes vltimi de illa familia, niſi ex verbis fundatoris appareat, ipſum limitare voluiſſe ius patronatus, vt ad alios non tranſiret quam ad expreſſos, &c.*

67 Vnde etiamſi fundator † reſeruaret ius patronatus ſibi, vel alij, verbi gratia, Petro, tranſiret ad eius hæredes ex teſtam. ſeu ab inteſtato, Calderin. d. cõſ. 4. de iure patr. Anchar. d. conſ. 81. Roch. verb. Eccleſiam fundauit q. 8. in fi. & Lamber. d. art. 4. & 5. niſi illa reſeruatio eſſet facta, cum aliqua qualitate, vel expreſſione, per quam vellet ius patronatus durare tempore ſuo, vel nominati, & non vltra, Lamber. d. art. 4. num. 5.

68 Licet autem à princ. poſſit fundator remittere † ius patronatus, vel illud ordinare prout voluerit eo tamen in eſſe deducto, & perfecto authoritate Ordinarij, non poteſt illud reuocare, ſeu mutare, nec tollere ab eis quos voluit eſſe patr. &c. Roch. verb. ipſe vel is, num. 33. Lamber. 1. p. 1. l. q. 4 art. 10. num. 4. & 2. p. q. 1. art. 21. nu. 5. & Rota deciſ. 228. ſub num. 1. p. 1. diuerſorum. *Et deciſ. 535. nouiſſ. Farin. nu. 1. & 2. & Gratian. deciſ. 177. à num. 1.*

69 Vnde etiamſi reſeruauit ius patronatus † ſibi; & filijs, & deſcendentibus ſuis, aut conſanguineis, ſeu illius de parentela, non poterit illud renuntiare, ſeu transferre in alium, in præiudicium filiorum deſcendentium, aut conſanguineorum, licet in hoc contra teneat Roch. d. verb. ipſe vel is, q. 33. nu. 72. & Lamber. 2. p. 1. l. q. 2. art. 6. & art. 8. nu. 7. *Et Gratian. deciſ. 117 à num. 13.* Et noſtra ſententia comprobatur ex eo, quod in ſimili de feudo, & emphyteoſi accepta à patre, per ſe & filijs, cum communi, tradunt Iaſ. in l. 2. C. de iure empyt. q. vlt. à num. 207. Couar. l. 2. variar. c. 18. nu. 2. Alu. Valaſcus de iure emphyt. q. 49. nu. 6. & nouiſſime Rodriquez de annuis redditibus l. 2. queſt. 22. nu. 37. & ſeq. & alij relati per Ant. Gab. concluſ. 2. de iure empyt. num. 6. & 44.

70 Et à fortiori, † id non poterit facere patronus ſucceſſor, vt tenet Franc. in cap. 1. de iure patr. in 6. ſub nu. 4. cum Anch. ibi, Roch. d. quæſt. 33. nu. 72. & 73. & Couar. d. c. 18. num. 10. & Molina de Hiſpanorum primoge. l. 1. cap. 24. nu. 31. cum alijs quos referunt: *& ſequitur Grat. ſupra nu. 17.* Quicquid contra teneãt Calder. conſ. 19. de iure patr. & Lamb. vbi proxime, quorum ratio quod tunc transfertur ius gradatim, de patre in filium, vnde ſtante primo gradu ceſſat ſecundus, & ſic viuente patre filius nullam poteſtatem habet in iure patronatus, &c. ſolum probat quod iuuante poſſeſſore ad eius vitam renuntiatio, ſeu translatio iſta fieri poſſit abſque ſequentis præiudicio, vt per Couarr. ibi, & comprobatur ex eo quod de feudo, ſeu emphyteoſi antiqua ſine controuerſia tradunt Doctores, vt per Iaſ. & Ant. Gabr. ſup. Iul. clarum. §. emphyteoſis, q. 16. & §. feudum, quæſt. 41. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. 3. par. num. 97. & ſeq. & Valaſ. ſup. d. num. 6. & 9. & alios, illudque verum exiſtimo etiam vbi patronus ius patro. dedit, ſeu renuntiauit Eccleſiæ cuius patronus erat, vt in ſpecie d. conſ. Calderin. nam eadem militat ratio, licet dubitet Couarr. ſupra.

71 Nono declaratur ius patron. acquiri † ex prædictis cauſis, interueniẽte authoritate, & conſenſu Ordinarij, non alias, d. c. nobis, & ibi DD. de iure patr. Calder. conſ. 5. eodem tit. Staphil. ſup. num. 1. 2. 6. & 7. Selua 1. par. q. 6. Roch. verb. pro eo quod de diœceſani conſenſu, Lamber. 1. p. 1. l. quæſt. 2. art. 3. cum ſeq. vbi late de hoc Coraſ. d. cap. vltim. nu. 3. 4. & 13. Mandoſ. d. tit. de reſeruat: iuris patron. verſ. magna eſt diſputatio, Greg. Lopez d. l. 1. gl. 6. Did. Perez d. l. 1. quæſt. 3. Fuſcus de viſitatione, l. 2. c. 10. nu. 5. Nauar. d. conſ. 7. de iure patron. A. Rochus Veronen. ſupra, & Zerola d. §. 2. Rota deciſ. 221. & 223. num. 3. p. 1. diuerſo. & in cauſa Imolen. iuris patron. 18. Nouemb. 1578. coram D. Cantuccio, quæ eſt 2. p. diuerſor. deciſ. 85. in qua fuit reſolutum. Abbatem habentem poteſtatem dandi licentiam ædificãdi Eccleſias intra ſuam parochiam, in quandam conſequentiam habere etiam facultatem præſtandi authoritatem, & conſenſum creationi, & acquiſitioni iuris patro. cum regulariter non ſoleant Eccleſię ædificari ſine acquiſitione iuris patron. & ſic poteſtas dandi licentiam conſtruendi Eccleſiam trahit ſecus, tanquam quid conſecutiuum, poteſtatem conſenciendi acquiſitioni iuris patron. & dict. poteſtas dandi licentiam ędificandi Eccleſiam, videtur concedi ad finem, vt ædificans acquirat ius patron. &c. Et fuit firmatum 23. Martij 1579. vt in deciſ. 99. ead. 2. par. Rota etiam in vna Toletana iuris patr. 18. Martij 1602. coram D. meo Corduba.

72 Qui conſenſus ſufficit, quod interueniat † ex poſt facto, Roch. d. verb. pro eo quod, q. 4. Lamber. 1. p. 1. l. quæſt. 12. artic. 12. Coraſ. ſup. num. 25. & Rota in Aquen. iuris patron. 7. Nouemb. 1601. infra relata vlt. p. c. 2. nu. 209. quem vide

Et an præſumatur iſte conſenſus interueniſſe, vi-
73 de † Seluam ſup. Lamber. d. quæſt. 2. art. 7. Mandoſ. conſ. 32. nu. 5. & 6. Maſcar. de probat. concl. 416. nu. 4. & Menoch. d. lib. 3. præſumpt. 90. num. 18. & *lib. 6.* præſumpt. 79. num. 4.

74 Et in vna Romana iuris patro. † 10. Martij 1595. coram Illuſtriſſimo Mellino fuit reſolutum. Aſſenſum ſuperioris in ædificatione Capellæ ad effectum iuris patron. probari ex diuturnitate temporis; ædificatione Capellæ, cum inſignis, & armis; viſitatione Superioris Capellæ; & prouiſione Papæ, vti de iure patronatus. Calder. conſil. 12. de iure patronat. Rochus verb. pro eo quod, num. 19. Lambert. l. 3. q. 5. artic. 4. Ripa in c. cum Eccleſia Sutrina, num. 97. de cauſa poſſeſ. Caputaquen. deciſ. 158. par. 2. &c. Et in
75 vna Lucana Capellæ 20. Iunij 1567. coram D. Seraphino fuit etiam reſolutum. Conſenſum interueniſſe in fundatione, vel dotatione ad acquir. ius patron. ex curſu temporis præſumi, &c. Zerola in d. praxi p. 2. verbo Eccleſia, §. 5.

75 Vicarius autem Epiſcopi, † ſine ſpeciali mandato non habet authoritatem ad reſeruationem iuris patronatus, Calderin. conſ. 3. de officio Vicarij, Ferret. conſ. 327. 343. & 344. Sbrotius de Vicario Epiſcopi, l. 2. quæſt. 31. quem vide. Zerola in praxi 1. par. verb. Vicarius. §. 11. & 13. Rota in d. Placentina parochialis de Mirabel. infra addueta nu. 117. ſicut etiam Vicarius, ſine ſpeciali mandato, non poteſt confirmare
76 † donationẽ iuris patronatus, Calder. conſ. 1. de offic. Vicarij, Rebuffus in forma Vicar. num. 184. Ferret. & Sbrotius ſup. & tenuit aliàs Rota, *num. 76. in Rota, Thanis dec. 20. & in vna Florentina de Artilba coram D. Chiſanen. 22. Martij* 1560. Et quod cõfirmatio
77 donationis † iuris patronatus, obtenta, à Legato Apoſtolico, cum narratiua quod acceſſerat authoritas Ordinarij, fuit iudicata inualida, & ſurreptitia, quia non authoritas Ordinarij, ſed Vicarij acceſſerat

qui

qui non poteſt confirmare, Rota deciſ. 2. de confirmatione, vt ibi in nouis, *& in d. Florentina 27. Maij eiuſdem anni.* Decius in c. 1. eo. tit. nec obſtat clauſula, quorũ tenores, & ſuppléres, quia nõ poſſunt ſupplere, & tollere vitiũ nõ narratũ, & falſitatẽ illorũ, &c.

78 Et an, † & quando præſumatur facultas Vicarij, qui iuri patronatus conſenſit, vide d. deciſ. 98. p. 1. diuerſ. ex num. 7.

79 Capitulum vero ſede vacante, † poteſt dare licentiam volenti ædificare Eccleſiam, vt fiat patronus Calder. conſ. 3. de iure patr. Paulus de offic. & poteſtat. Capituli ſede vacante 5. q. 2. p. nu. 5.

Et an regulares poſſint ædificare ſine licentia Or-
80 dinarij, vide Emmanuelem Rodriguez, q. reg. 2. to. q. 49. art. 3. *& vide nouam conſtitutionem Clem. VIII. præſcribentem̃ normam dandæ licentiæ ab ordinario ad ædificanda regularia monaſteria datam 23. Iulij 1603. quam ponit ſumm. Bullar. Quar. verb. monaſteria, & conuentus, & Emman. Rodrig. in collect. priuilegiorum regularium bulla 18. Clem. VIII. pag. 1228. & habetur in Compend. conſtit. Caſtell. fol. mihi 226.*

*Et an in Eccleſijs regularium poſſint fundari Capellaniæ, ſeu Capellæ, & acquiri ius patronatus in eis pro clericis ſecularibus, vide 7. p. c. 10. nn. 15.*

81 Tertiò notandum eſt, † quod licet Concilium Trid. d. cap. 9. præſeruet ius patronatus competens ex fundatione, vel dotatione, nõ refutat illud quod alias poteſt probari ſecundum regulas iuris communis, vt patet ex illis verbis Concilij, aliasue ſecundũ iuris diſpoſitionem. Quod ſæpe Rota cenſuit, & tradunt Hier. Gabr. cõſ. 191. & 198. l. 2. & Menoch. conſ. 241. à nu. 1. præſertim num. 7. l. 3. & conſ. 336. à nu. 1. l. 4. & d. præſump. 90. à num. 9. & facit deciſ. in cauſa Tuden. iuris patron. 13. Iunij 1572. coram D. Lancellotto quæ habetur 2. par. diuerſor. deciſ. 331. & deciſ. 798. p. 1. ſub nu. 4. vbi habetur, quod in his, in quibus non præſumitur vſurpatio, immutatur per Concilium, ſed relinquitur in diſpoſitione iuris communis, & tradit Gonçal. gl. 18. à nu. 54.

82 Vnde non ſolum ius † patronatus probatur ex immemoriali, Hier. Gabr. ibi, & Valaſcus conſultatione 165. 2. p. quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Abb. in c. quærelam de elect. nu. 9. Fel. in c. cauſam, nu. 6. de præſcrip. Mohed. deciſ. 3. de iure patr. alias 254. Rota deciſ. 214. & 220. l. 2. & 243. & 254. l. 3. p. 3. diuerſ. & in Pampilonen. Beneficij de anno 1557. ſup. relata 5. p. c. 1. nu. 551. Marc. Ant. Genuen. *c. 61. ſeu 63. an. 1. Leo d. c. 21. an.* 3. & poſt hæc Gonçal. ſup. nu. 44. & Concilium ibi, Siue ex multiplicatis præſentationib. &c.

83 Sed etiam ius patronatus antiquum, † probatur per famam, concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione præſentandi, ſecundum iuris diſpoſitionẽ, Achil. deciſ. 4. nu. 10 & 6. de iure patr. Put. deciſ. 60. & 140 in fi. l. 1. Rota deciſ. 481. l. 3. p. 3. diuerſ. & in Imolen. iuris patron. 28. Maij 1584. quæ eſt 1. p. diuerſor. deciſ. 792. & in Aretina Capellæ ſeu iuris patron. de qua ſup. nu. 61. Maſcard. de probat. concl. 959. à nu. 19. *& concluſ. 753. nu. 47. Farin. in praxi crim. 1. p. 1. q.* 47 *nu. 133. & de teſtibus ſic intelligendus q. 69. nn. 132. iuncto nu. 134. & ſeq.* Gonçalez ſup. nu. 56. cum alijs infra adducendis, & in iure conferendi diximus ſup.
84 c. 5. à nu. 144. Ita vt non † cenſeatur reuocatum per Concilium, vt fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen. iuris præſentandi, 5. Maij 1593. coram D. Penna, & poſtea 24. Ian. 1594. coram D. Lita, vt in deciſ. ſeq.

## *Tiraſonen. iuris præſentandi die Mercurij 5. Maij 1593.*

☞ 85 FVit concluſum, ius præſentandi ad portiones competens Cap. Eccleſiæ Tiraſonen. non fuiſſe reuocatum per Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. nam licet Concil. præſeruet ius competens ex fundatione, vel dotatione, nõ refutat illud quod aliter poteſt cõpetere, & probari ſecundum reg. iuris communis, vt patet ex illis verbis, aliaſue ſecundũ iuris diſpoſit. quod ſæpe Rota cenſuit & tradunt Gab. conſ. 198. l. 2. & Menoch. conſil. 241. nu. 1. & ſeq. l. 3. Cum autem hic conſtaret de longæua quaſi poſſ. Capit. Tiraſon. præſentandi ad varias Eccleſiarum B. Mariæ S. Mich. & S. Bart. vna cum portionibus annexis, probata per teſtes deponentes de publica voce, & fama, ſatis ſufficienter dicitur probatum ius præſentandi, ſecundũ iuris diſpoſitionem, ita vt non cenſeatur reuocatum per Concilium, cum prædicto modo etiam ius patron. probetur, Caſſad. deciſ. 2. nu. 4. de probat. Bal. in l. cum ſup. num. 1. C. de rei vendic. Achil. deciſ. 6. incip. fama quæ probat, tit. de iure patro. in impreſſ. Decius conſ. 117. nu. 3. verſ. & iſta concl. neque Capitulo Tiraſonen. obſtabat laudum de anno 1529. c. 17. quod de iure non tribuebat ius præſentandi, quoniam Capitulum non prætendebat illud ius vigore laudi, licet laudum illud præſeruaret, prout hactenus fuerat conſuetum & coram R. P. D. Blanchet eo patuit ante laudum quoque, præſentatos ad Vicarias ſimul habuiſſe portiones, vnde conſtabat de ſtatu præſentandi. Dicebant item Domini, ſatis poſſe dici id ius præſentandi competere Capitulo Tiraſonen. ex dotatione, nam cum Capitulum eſſet Rector prædictarum Eccleſiarum, & ad ipſum propterea pertinerent omnes decimæ, c. cum contingat, & cap. cum in tua. de decimis, & certam portionem earum, videlicet quinque partes de duodecim Eccleſijs iſtis aſſignauerit, ſatis dotaſſe dicebatur, & ius præſentandi legitime acquiſiuiſſe, cum iſto quoque modo ſecundum iuris diſpoſitionem ius præſentandi competat. Hoſtien. in ſum. tit. de iure patr. §. ex quibus verſ. idem videtur ſi Eccleſiam dotauit Zabarel. in rubr. de iure patr. nu. 3. Lamber. de iure patron. l. 1. artic. 14. & 15. nu. 2. & artic. 18. part. 1. 5. q. principalis, Rochus eod. tractat. in verb. dotauit, nu. 4. vbi teſtatur de communi, quod etiam fuit deciſum in hac cauſa, tam coram bonæ memoriæ Cãtuccio, die 18. Iunij, 1584. quam coram Bubalo die 10. Februarij 1586. portiones antea fuiſſe dotatas, non faciebat ceſſare ius præſentandi acquiſitum, ex augmento dotis quod non tollitur per Concilium, præſertim quãdo apparet augmentum factum in euidentem Eccleſiæ vtilitatem.

## *In eadem 24. Ianuarij 1594. coram D. Lita.*

☞ 85 DVbitaui, an ſententia † lata 5. Maij proxime præteriti ad fauorem Capituli Tiraſonen. ſuper Vicarijs S. Michaelis, & S. Barthol. & portionibus ſit iuſta, vel iniuſta, ita vt ſit cõfirmanda, vel in-

*ſed tranſit ad hæredes vltimi de illa familia, niſi ex verbis fundatoris appareat, ipſum limitare voluiſſe ius patronatus, vt ad alios non tranſiret quam ad expreſſos, &c.*

67 Vnde etiamſi fundator † reſeruaret ius patronatus ſibi, vel alij, verbi gratia, Petro, tranſiret ad eius hæredes ex teſtam. ſeu ab intestato, Calderin. d. cõſ. 4. de iure patr. Anchar. d. conſ. 81. Roch. verb. Eccleſiam fundauit q. 8. in fi. & Lamber. d. art 4. & 5. niſi illa reſeruatio eſſet facta, cum aliqua qualitate, vel expreſſione, per quam vellet ius patronatus durare tempore ſuo, vel nominati, & non vltra, Lamber. d. art. 4. num. 5.

68 Licet autem à princ. poſſit fundator remittere † ius patronatus, vel illud ordinare prout voluerit eo tamen in eſſe deducto, & perfecto authoritate Ordinarij, non poteſt illud reuocare, ſeu mutare, nec tollere ab eis quos voluit eſſe patr. &c. Roch. verb. ipſe vel is, num. 33. Lamber. 1. p. 1. l. q. 4. art. 10. num. 4. & 2. p. q. 1. art. 21. nu. 5. & Rota deciſ. 228. ſub num. 1. p. 1. diuerſorum. *Et deciſ. 535. noniſi. Farin. nu. 1. & 2. & Gratian. deciſ. 177. à num. 1.*

69 Vnde etiamſi reſeruauit ius patronatus † ſibi, & filijs, & deſcendentibus ſuis, aut conſanguineis, ſeu illius de parentela, non poterit illud renuntiare, ſeu transferre in alium, in præiudicium filiorum deſcendentium, aut conſanguineorum, licet in hoc contra teneat Roch. d. verb. ipſe vel is, q. 33. nu. 72. & Lamber. 2. p. 1. l. q. 2. art. 6. & art. 8. nu. 7. *Et Gratian. deciſ. 117 à num. 13.* Et noſtra ſententia comprobatur ex eo, quod in ſimili de feudo, & emphyteoſi accepta à patre, per ſe & filijs, cum communi, tradunt Iaſ. in l. 2. C. de iure empyt. q. vlt. à num. 207. Couar. l. 2. variar. c. 18. nu. 2. Alu. Valaſcus de iure emphyt. q. 49. nu. 6. & nouiſſime Rodriquez de annuis redditibus l. 2. queſt. 22. nu. 37. & ſeq. & alij relati per Ant. Gab. concluſ. 2. de iure empyt. num. 6. & 44.

70 Et à fortiori, † id non poterit facere patronus ſucceſſor, vt tenet Franc. in cap. 1. de iure patr. in 6. ſub nu. 4. cum Anch. ibi, Roch. d. quæſt. 33. nu. 72. & 73. & Couar. d. c. 18. num. 10. & Molina de Hiſpanorum primoge. l. 1. cap. 14. nu. 31. cum alijs quos referunt: *& ſequitur Grat. ſupra* nu. 17. Quicquid contra teneãt Calder. conſ. 19. de iure patr. & Lamb. vbi proxime, quorum ratio quod tunc transfertur ius gradatim, de patre in filium, vnde ſtante primo gradu ceſſat ſecundus, & ſic viuente patre filius nullam poteſtatem habet in iure patronatus, &c. ſolum probat quod iuuante poſſeſſore ad eius vitam renuntiatio, ſeu translatio iſta fieri poſſit abſque ſequentis præiudicio, vt per Couarru. ibi, & comprobatur ex eo quod de feudo, ſeu emphyteoſi antiqua ſine controuerſia tradunt Doctores, vt per Iaſ. & Ant. Gabr. ſup. Iul. clarum. §. emphyteoſis, q. 16. & §. feudum, quæſt. 41. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. 3. par. num. 97. & ſeq. & Valaſ. ſup. d. num. 6. & 9. & alios, illudque verum exiſtimo etiam vbi patronus ius patro. dedit, ſeu renuntiauit Eccleſiæ cuius patronus erat, vt in ſpecie d. conſ. Calderin. nam eadem militat ratio, licet dubitet Couarr. ſupra.

71 Nono declaratur ius patron. acquiri † ex prædictis cauſis, interueniẽte authoritate, & conſenſu Ordinarij, non alias, d. c. nobis, & ibi DD. de iure patr. Calder. conſ. 5. eodem tit. Staphil. ſup. num. 1. 2. 6. & 7. Selua 1. par. q. 6. Roch. verb. pro eo quod de dioeceſani conſenſu, Lamber. 1. p. 1. l. quæſt. 2. art. 3. cum ſeq. vbi late de hoc Coraſ. d. cap. vltim. nu. 3. 4. & 13. Mandoſ. d. tit. de reſeruat. iuris patron. verſ. magna eſt diſputatio, Greg. Lopez d. l. 1. gl. 6. Did. Perez d. l. 1. quæſt. 3. Fuſcus de viſitatione, l. 2. c. 10. nu. 5. Nauar. d. conſ. 7. de iure patron. A. Rochus Veronen. ſupra, & Zerola d. §. 2. Rota deciſ. 222. & 223. num. 3. p. 1. diuerſo. & in cauſa Imolen. iuris patron. 18. Nouemb. 1578. coram D. Cantuccio, quæ eſt 2. p. diuerſor. deciſ. 85. in qua fuit reſolutum. Abbatem habentem poteſtatem dandi licentiam ædificãdi Eccleſias intra ſuam parochiam, in quandam conſequentiam habere etiam facultatem præſtandi authoritatem, & conſenſum creationi, & acquiſitioni iuris patro. cum regulariter non ſoleant Eccleſiæ ædificari ſine acquiſitione iuris patron. & ſic poteſtas dandi licentiam conſtruendi Eccleſiam trahit ſecus, tanquam quid conſecutiuum, poteſtatem conſentiendi acquiſitioni iuris patron. & dict. poteſtas dandi licentiam ædificandi Eccleſiam, videtur concedi ad finem, vt ædificans acquirat ius patron. &c. Et fuit firmatum 23. Martij 1579. vt in deciſ. 99. ead. 2. par. Rota etiam in vna Toletana iuris patr. 18. Martij 1602. coram D. meo Corduba.

72 Qui conſenſus ſufficit, quod interueniat † ex poſt facto, Roch. d. verb. pro eo quod, q. 4. Lamber. 1. p. 1. l. quæſt. 12. artic. 12. Coraſ. ſup. num. 23. & Rota in Aquen. iuris patron. 7. Nouemb. 1601. infra relata vlt. p. c. 2. nu. 209. quem vide

Et an præſumatur iſte conſenſus interueniſſe, vi-
73 de † Seluam ſup. Lamber. d. quæſt. 2. art. 7. Mandoſ. conſ. 32. nu. 5. & 6. Maſcar. de probat. concl. 416. nu. 4. & Menoch. d. lib. 3. præſumpt. 90. num. 18. & lib. 6. præſumpt. 79. num. 4.

74 Et in vna Romana iuris patro. † 10. Martij 1595. coram Illuſtriſſimo Mellino fuit reſolutum. Aſſenſum ſuperioris in ædificatione Capellæ ad effectum iuris patron. probari ex diuturnitate temporis; ædificatione Capellæ, cum inſignis, & armis; viſitatione Superioris Capellæ; & prouiſione Papæ, vti de iure patronatus. Calder. conſil. 12. de iure patronat. Rochus verb. pro eo quod, num. 19. Lambert. l. 3. q. 5. artic. 4. Ripa in c. cum Eccleſia Sutrina, num. 97. de cauſa poſſeſ. Caputaquen. deciſ. 158. par. 2. &c. Et in
75 vna Lucana Capellæ 20. Iunij 1567. coram D. Seraphino fuit etiam reſolutum. Conſenſum interueniſſe in fundatione, vel dotatione ad acquir. ius patron. ex curſu temporis præſumi, &c. Zerola in d. praxi p. 2. verbo Eccleſia, §. 5.

75 Vicarius autem Epiſcopi, † ſine ſpeciali mandato non habet authoritatem ad reſeruationem iuris patronatus, Calderin. conſ. 3. de officio Vicarij, Ferret. conſ. 327. 343. & 344. Sbrotius de Vicario Epiſcopi, l. 2. quæſt. 31. quem vide. Zerola in praxi 1. par. verb. Vicarius. §. 11. & 13. Rota in d. Placentina parochialis de Mirabel. infra adducta nu. 117. ſicut etiam Vicarius, ſine ſpeciali mandato, non poteſt confirmare
76 † donationẽ iuris patronatus, Calder. conſ. 1. de offic. Vicarij, Rebuffus in forma Vicar. num. 184. Ferret. & Sbrotius ſup. & tenuit aliàs Rota, *num. 76. ibi Rota, Thanis dec. 20. & in vna Florentina de Artilba coram D. Chiſanen. 22. Martij* 1560. Et quod cõfirmatio
77 donationis † iuris patronatus, obtenta, à Legato Apoſtolico, cum narratiua quod acceſſerat authoritas Ordinarij, fuit iudicata inualida, & ſurreptitia, quia non authoritas Ordinarij, ſed Vicarij acceſſerat

qui

qui non poteſt confirmare, Rota deciſ. 2. de confirmatione, vt ibi in nouis, *& in d. Florentina 27. Maij eiuſdem anni.* Decius in c. 1. eo. tit. nec obſtat clauſula, quorũ tenores, & ſupplẽtes, quia nõ poſſunt ſupplere, & tollere vitiũ nõ narratũ, & falſitatẽ illorũ, &c.

78 Et an, † & quando præſumatur facultas Vicarij, qui iuri patronatus conſenſit, vide d. deciſ. 98. p. 1. diuerſ. ex num. 7.

79 Capitulum vero ſede vacante, † poteſt dare licentiam volenti ædificare Eccleſiam, vt fiat patronus Calder. conſ. 3. de iure patr. Paninus de offic. & poteſtat. Capituli ſede vacante 5. q. 2. p. nu. 5.

Et an regulares poſſint ædificare ſine licentia Or-
80 dinarij, vide Emmanuelem Rodriguez, q. reg. 2. to. q. 49. art. 3. *& vide nouam conſtitutionem Clem. VIII. præſcribentem normam dandæ licentiæ ab ordinario ad ædificanda regularia monaſteria datam 23. Iulij 1603. quam ponit ſumm. Bullar. Quar. verb. monaſteria, & conuentus, & Emman. Rodrig. in collect. priuilegiorum regularium bulla 18. Clem. VIII. pag. 1228. & habetur in Compend. conſtit. Caſtell. fol. mihi 226.*

*Et an in Eccleſijs regularium poſſint fundari Capellaniæ, ſeu Capellæ, & acquiri ius patronatus in eis pro clericis ſecularibus, vide 7. p. c. 10. nu. 15.*

81 Tertiò notandum eſt, † quod licet Concilium Trid. d. cap. 9. præſeruet ius patronatus competens ex fundatione, vel dotatione, nõ refutat illud quod alias poteſt probari ſecundum regulas iuris communis, vt patet ex illis verbis Concilij, aliasue ſecundũ iuris diſpoſitionem. Quod ſæpe Rota cenſuit, & tradunt Hier. Gabr. cõſ. 192. & 198. l. 2. & Menoch. conſ. 241. à nu. 1. præſertim num. 7. l. 3. & conſ. 336. à nu. 1. l. 4. & d. præſump. 90. à num. 9. & facit deciſ. in cauſa Tuden. iuris patron. 13. Iunij 1572. coram D. Lancellotto quæ habetur 2. par. diuerſor. deciſ. 331. & deciſ. 798. p. 1. ſub nu. 4. vbi habetur, quod in his, in quibus non præſumitur vſurpatio, immutatur per Concilium, ſed relinquitur in diſpoſitione iuris communis, & tradit Gonçal. gl. 18. à nu. 54.

82 Vnde non ſolum ius † patronatus probatur ex immemoriali, Hier. Gabr. ibi, & Valaſcus conſultatione 165. 2. p. quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Abb. in c. quærelam de elect. nu. 9. Fel. in c. cauſam, nu. 6. de præſcrip. Mohed. deciſ. 3. de iure patr. alias 254. Rota deciſ. 214. & 220. l. 2. & 243. & 254. l. 3. p. 3. diuerſ. & in Pampilonen. Beneficij de anno 1557. ſup. relata 5. p. c. 1. nu. 551. Marc. Ant. Genuen. *c. 61. ſeu 63. an. 1. Leo d. c. 21. an.* 3. & poſt hæc Gonçal. ſup. nu. 44. & Concilium ibi, Siue ex multiplicatis præſentationib. &c.

83 Sed etiam ius patronatus antiquum, † probatur per famam, concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione præſentandi, ſecundum iuris diſpoſitionẽ, Achil. deciſ. 4. nu. 10 & 6. de iure patr. Put. deciſ. 60. & 140 in fi. l. 1. Rota deciſ. 481. l. 3. p. 3. diuerſ. & in Imolen. iuris patron. 28. Maij 1584. quæ eſt 1. p. diuerſor. deciſ. 792. & in Aretina Capellæ ſeu iuris patron. de qua ſup. nu. 61. Maſcard. de probat. concl. 959. à nu. 19. *& concluſ. 753. nu. 47. Farin. in praxi crim. 1. p. 1. q. 47 nu. 133. & de teſtibus ſic intelligendus q. 69. nu. 131. iuncto nu. 134. & ſeq.* Gonçalez ſup. nu. 56. cum alijs infra adducendis, & in iure conferendi diximus ſup.
84 c. 5. à nu. 144. Ita vt non † cenſeatur reuocatum per Concilium, vt fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen. iuris præſentandi, 5. Maij 1593. coram D. Penna, & poſtea 24. Ian. 1594. coram D. Lita, vt in deciſ. ſeq.

## *Tiraſonen. iuris præſentandi die Mercurij 5. Maij 1593.*

☞ FVit concluſum, ius præſentandi ad portiones competens Cap. Eccleſiæ Tiraſonen. non fuiſſe reuocatum per Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. nam licet Concil. præſeruet ius competens ex fundatione, vel dotatione, nõ refutat illud quod aliter poteſt cõpetere, & probari ſecundum reg. iuris communis, vt patet ex illis verbis, aliaſve ſecundũ iuris diſpoſit. quod ſæpe Rota cenſuit & tradunt Gab. conſ. 198. l. 2. & Menoch. conſil. 241. nu. 1. & ſeq. l. 3. Cum autem hic conſtaret de longæua quaſi poſſ. Capit. Tiraſon. præſentandi ad varias Eccleſiarum B. Mariæ S. Mich. & S. Bart. vna cum portionibus annexis, probata per teſtes deponentes de publica voce, & fama, latis ſufficienter dicitur probatum ius præſentandi, ſecundũ iuris diſpoſitionem, ita vt non cenſeatur reuocatum per Concilium, cum prædicto modo etiam ius patron. probetur, Caſſad. deciſ. 2. nu. 4. de probat. Bal. in l. cum ſup. num. 1. C. de rei vendic. Achil. deciſ. 6. incip. fama quæ probat, tit. de iure patro. in impreſſ. Decius conſ. 117. nu. 3. verſ. & iſta concl. neque Capitulo Tiraſonen. obſtabat laudum de anno 1529. c. 17. quod de iure non tribuebat ius præſentandi, quoniam Capitulum non prætendebat illud ius vigore laudi, licet laudum illud præſeruaret, prout hactenus fuerat conſuetum & coram R. P. D. Blanchet to patuit ante laudum quoque, præſentatos ad Vicarias ſimul habuiſſe portiones; vnde conſtabat de ſtatu præſentandi. Dicebant item Domini, ſatis poſſe dici id ius præſentandi competere Capitulo Tiraſonen. ex dotatione, nam cum Capitulum eſſet Rector prædictarum Eccleſiarum, & ad ipſum propterea pertinerent omnes decimæ, c. cum contingat, & cap. cum in tua. de decimis, & certam portionem earum, videlicet quinque partes de duodecim Eccleſijs iſtis aſſignauerit, ſatis dotaſſe dicebatur, & ius præſentandi legitime acquiſiuiſſe, cum iſto quoque modo ſecundum iuris diſpoſitionem ius præſentandi competat. Hoſtien. in ſum. tit. de iure patr. §. ex quibus verſ. idem videtur ſi Eccleſiam dotauit Zabarel. in rubr. de iure patr. nu. 3. Lamber. de iure patron. l. 1. artic. 14. & 15. nu. 2. & artic. 18. part. 1. 5. q. principalis, Rochus eod. tractat. in verb. dotauit, nu. 4. vbi teſtatur de communi, quod etiam fuit deciſum in hac cauſa, tam coram bonæ memoriæ Cãtuccio, die 18. Iunij, 1584. quam coram Bubalo die 10. Februarij 1586. portiones antea fuiſſe dotatas, non faciebat ceſſare ius præſentandi acquiſitum, ex augmento dotis quod non tollitur per Concilium, præſertim quãdo apparet augmentum factum in euidentem Eccleſiæ vtilitatem.

## *In eadem 24. Ianuarij 1594. coram D. Lita.*

85 ☞ DVbitaui, an ſententia † lata 5. Maij proxime præteriti ad fauorem Capituli Tiraſonen. ſuper Vicarijs S. Michaelis, & S. Barthol. & portionibus ſit iuſta, vel iniuſta, ita vt ſit cõfirmanda, vel in-

firmanda; & Domini reſoluerunt dictam ſentẽtiam eſſe iuſtam, & ideo eſſe cõfirmandam, conſtat enim de iuſtitia illius, ex deciſion. factis coram Dominis Blanchetto & Penia, quæ in diſputatione præſentis dubij fuerunt præſuppoſita, vltra quod concluſ. illa alias per Rotam in hac cauſa firmata, Scotis iuſtificatur, quod ſcilicet ius patronatus antiquitas probetur per famam publicam, iuncta præſertim quaſi poſſeſſione præſentandi, Bald. in l. cum ſuper, num. 1. C. de rei vendicat. Decius conſil. 117. num. 3. & conſil. 174. num. 2. Ferrettus 393, Menoch. 241. nu. 22. Caſſador. deciſ. 2. num. 4. de probatio. Achil. deciſ. 5. de iure patron. Put. 140. in fin. l. 1. Paleot. 27, & fuit dictum in cauſa Imoleoſ. iuris patronatus 28. Maij 1584. non obſtare dixerunt Domini, quod fama non ſit qualificata, hoc eſt, ex fundatione, vel dotatione, quia in dubio fieri debet interpretatio pro validitate actus & ſic, vt ſit fama iuris patronatus, ex fundatione, vel dotatione ad l. quoties. de rebus dubijs cum vulgar. & hinc eſt, quod ſufficit teſtes dicere ius patronat. ſpectare de iure ad aliquem, cum idem ſit ac ſi dicerent, ad eum ſpectare ex fundatione, vel dotatione, Achill. deciſ. 7. de iure patro, vltra quod ex eo ceſſare videtur omne obiectũ quod conſtat Capitulum Tiraſonen. dotaſſe dictas portiones, cum onere adminiſtrandi Sacramenta in dictis Eccleſijs, mediante aſſignatione quinque partium ex duodecim decimarum, quæ per ipſum Capitulum percipiuntur vt Rectorem d. Eccleſiarum, ad notata per Lamber. de iure patron. lib. 2. p. 2. art. 2. queſt. 7. nec refert, quod per prius dictæ Portiones eſſent dotatæ, cum vnicuiq; earum eſſet aſſignata certa ſumma florenorum, quia fuit conſideratum, quod dictæ ſolutio fiebat portionarijs ab eodem Capitulo Tiraſonen. Vnde ſiue illa conſideretur vt dos, dictarum portionum, ſiue ipſa aſſignatio quinque partium decimarum, quæ poſtmodum loco ipſius ſubrogata fuit, ſemper tamen verum erit dicere, dotem dictarum portionum prouenire à dicto Capitulo Tiraſonen. & ex bonis illius, cum ſubrogatum in omnibus & per omnia, ſuccedat in locum rei, in cuius locum ſubrogatur, ad text. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum, ſi quis cautionibus. Ruyn, conſ. 169. num. 3. l. 1. quo fit vt teſtes deponentes de fama iuris patrona. intelligi debeant reſpectu famę iuris patron. competentis Capitulo ratione dotationis, & ſic ex illo tit. præcedenti. de quo apparet ad l. 1. §. fin. de exceptione rei iudic. l. 2. C. de acquiren. poſſeſſione Angel. l, quædam mulier. ff. de rei vendicat. Socin. conſ. 15. l. 4. nec obſtare dixerunt Domini, quod nõ conſtet Capitulum Tiraſonen. præſentaſſe ad portiones, ſed ſolum ad Vicarias, quia cum fuerit reſolutum coram Domino Blanchetto conſtare de ſtatu ſufficienti, quod præſentati ad Vicarias ſimul habebant etiam portiones, neceſſe eſt fateri quod talis præſentatio vires ſuas extendit, etiam ad portiones, quę ſimul cum ipſis Vicarijs vacabant, tum ex deductis in dicta deciſione. Tum denique quia alias impoſſibile eſſet dare caſum hunc, quod Capitulum habeat liberam facultatem, prout habet, præſentandi in Vicarios, quos voluerit in dict. Eccleſijs, & quod tale onus adminiſtrandi Sacramenta in illis, ſuſtineatur per ipſos portionarios, cuius occaſione, eiſdem etiam fuerunt aſſignatæ quinque partes decimarum; niſi demus, dictas præſentationes ad Vicarias, Capitulo Tiraſonẽ, præſeruatas etiam in vigore laudi, Apoſtolica authoritate confirmati, extendere vires ſuas etiam ad portiones vacantes ſimul cum ipſis Vicarijs. argumẽto l. ſecundæ ff. de iuriſdictione omnium iudicum & l. oratio. ff. de ſponſal. nec Capitulum Borgiæ poteſt prætendere ſe grauatum, in eo quod condemnatum fuit in expenſis, cum Rotæ ſtilus ſit, vt victus victori regulariter in expenſis condemnetur, nec talem condemnationem potuit prætendere iniuſtam ex eo quod ſententiam Rotalem habuiſſet pro ſe, quia cum illa ex eiſdem actis fuerit reuocata, iuſta dicitur condemnatio. Caputaquen. deciſ. 142. par. 3. Vide alias deciſiones in hac cauſa adductas, vltima par. cap. 2. à num. 235. *Idem fuit reſolutum in Spoletana iuriſpatr. 3. Iul. 1589. coram Bubalo noniſs. Farin. 529. & in Pampil. beneficij de Ianci 10. April. 1595. coram Mantica d. noniſs. Farin. 526. & in Aretina Capell. 10. Martij, & Vercell. beneficiorum 23. Iun. 1595. coram Seraph. & in Aurien. parochialis 5. Decemb. 1605. coram Mançan. & in Faventina Capell. 27. Iun. 1608. coram Penia fuit reſolutum, q licet ius patronatus in antiquis probetur per publicam vocem & famam, id tamen habet locum, quando cum fama concurrit longa poſſeſſio præſentandi, quæ ad minus debet eſſe 40. annorũ, vt fuit deciſum in Barchinon. vnionis 5. Decemb. 1597. coram Gipſio, & in Lucana iuriſpatr. 7. Maij 1604. coram Coccino, & ſæpe alijs. Et in Mediolanen. iuriſpatron. 4. Nouemb. 1609. coram Ortembergo, quod conſtat de iure patron. Fel. Caſtilioni; nam probatur ex forma iuncta longiſſima quaſi poſſeſſione, aliſque indicijs & adminiculis, iuxta doctrinam Baldi in l. cum ſuper, de rei ven. Dec. conſ. 126. nu. 3. & 117. nu. 3. Lamber. lib. 2. q. 2. q. 10. art. 4. num. 13. Caſſad. deciſ. 2. de probation. cum aliis, & ſufficit quaſi poſſeſſio 40. annorum, vt declarauit Congreg. Concilii, & tenuit Rota in Barchinon. vnionis 5. Decemb. 1597. coram Gipſio,*

*Quamuis etiam ſolam famam ſine poſſeſſione probare iuspatronatus in antiquis velit Menoch. d. conſ. 336. num. 14. & 15. lib. 4. & d. præſumpt. 9. lib. 3. nu. 11. Contra quã etiam eſt deciſ. Rotæ in Brachar. parochialis 1. Iul. 1592. ſupra relata c. 5. nu. 41. & deciſ. 580. noniſs. Farin. num. 5.*

86 Et dicta probatio videtur † ſufficiens, etiam contra Ordinarium vendicantem Eccleſiam in libertatem, ex adductis. Quamuis in vna Pampilonen. præeminentiarum coram D. Mantica, in qua 17. Aprilis 1592. dixerunt Domini, Ius patronatus antiquum probari per publicam vocem, & famam, vbi concurrit legitima quaſi poſſeſſio præſentandi, Puteus, d. deciſ. 40. & 160. lib. 1. & in probatione iuris patronatus, multum ſolere Rotam deferre enuntiatiuis Ordinariorum, Rota deciſ. 111. de iure patronatus in nouis, Puteus deciſ. 243. lib. 2. Paleot. deciſ. 23, dicta
87 die, & 24. Maij eiuſdem anni fuit dictum, Quod cũ ceſſat vſurpationis præſumptio, & res non agitur cum Ordinario vindicante Eccleſiam in libertatem, non requiritur exactior probatio iuris patronatus, ex Concilio Tridentino. Quæ alias, ex iuris diſpoſitione requireretur, vt ſæpius fuit reſolutum, &c. *Quæ dec. Pampilon. 10. Aprilis eſt d. dec. 529. 337. noniſ. Farin. & dec. 20. Nouemb. eſt 335. & Vercell. Capell. 7. Maii 1601. coram Millino dec. noniſ. Farin. 643. nu. 2. & 3. idem etiam fuit reſolutũ in d. Pampilon. 19. Mar. 1604. coram Coccino, etiam quod Epiſcopus eſſet in cauſa. Nam fuit reſponſum, quod tunc requiruntur exactæ probationes, quando Epiſcopus eſt in cauſa, ex quo agit pro libertate Eccleſiæ; ſed in præſenti non eſt in cauſa, vt vendicet liber-*

*libertatem beneficij ; quia ex succumbentia Catherinæ non resultat libertas beneficij, sed ius patronatus acquiritur vniuersitati de Ianci, cui fuit concessum, licet concessio non habuerit effectum, ex quo receptum est beneficium, esse de iure patronatus Catherinæ, &c.* Sed potius videtur dicendũ
87 quod cum † non agatur contra Ordinarium, sed contra alium tertium prætendẽtem ius patronatus, vel inter plures præsentatos longe minores probationes sufficiunt, quam si ageretur contra Ordinarium, vt ait Gonçalez, d.glos. 18. nu. 59. quod fuit resolutum, *in Fesulana iurispatr. 7. Febr. 1583. coram Bubalo, scilicet ex enuntiatiuis in pluribus instrumentis antiquis bene probari iuspatron. Ferretus cons. 293. nu. 7.* & in Pampilonen. Beneficij de Ianzi, 10. Aprilis, & 20. Nouembris 1595. coram Domino Mantica, & alias sæpius.

88 Vnde etiam ex enuntiatiuis, † instrumentorum antiquorum, emanatis à diuersis personis, non suspectis, probabitur ius patronatus, Achilles decis. 7. & 8. de iure patron. Mascard. d. conclus. 959. num. 29. *Cabedo de patron. Regiæ coronæ capit. 34. num. 4. & Genuen. in praxi cap. 61. seu 63. nu. 15. & c. 100. nu. 11. & 12.* iuxta tradita infra, vlt. p. cap. 2. ex num. 248. Et fuit resolutum in vna Mediolanen. iuris patronatus, 21. Aprilis 1589. coram D. Comitulo, in qua dixerũt Domini. Ex enuntiatiuis antiquorum instrumentorũ, emanatis à diuersis personis resultare probationem æquipollentem famæ, ad Baldum & Castrens. in l. cum aliquis C. de iure deliberand. & fuit tentum in hac causa, coram eodem 29. Ianuarij præteriti. Vbi fuit resolutum, descendentiam antiquam probari per enuntiatiuam plurium instrumẽtorum diuersorum Notariorum ; quia æquipollet famæ, quæ sufficit ad probationem huiusmodi descendentiæ. Puteus decis. 518. lib. 2. Famam autem publicam in antiquis legitime probare ius patronatus, per ea quæ tradit Cassador. decis. 2. de probatio. Achill. 4. de iure patron. Mohed. 152. Aymon. cons. 322. nu. 2. Ferrettus cons. 293. quod Puteus decis. 140. & 60. in fin. l. 1. declarat habere locum, quando cum fama concurrit possessio præsentandi ; nec obstare, quod in dictis instrumentis non enuntietur ius patronatus competere, ex fundatione, vel dotatione ac proinde posset intelligi cõpetijsse ex priuilegio, vel præscriptione cuiusmodi patronatus sunt sublati per Cõcilium sess. 25. cap. 9. versic. reliqui, quia cum sumus extra casum præsumptæ vsurpationis, ex immemoriali probatur præsumptiue, titulus fundationis, vel dotationis, F. Iyn. capit. causam quæ. num. 7. de præscript. Achil. decis. 4. de iure patronat. & hanc probationem admittit Concilium d. cap. 9. ibi, siue etiã ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, aliasve secundum iuris dispositionem.

89 Rota in Gerunden. Beneficij † 20. Iunij 1597. coram D. Orano, in qua Domini resoluerunt Beneficium esse adiudicandum Io. quia fuit infra legitimum tempus præsentatus per præcentorem patronum, & de patronatu liquet, nedum ex enuntiatiuis antiquis plurium instrumentorum, quibus enuntiatur Beneficium esse de iure patronatus præcentoris, & fundamentum fuisse à Raymundo præcentore, quæ vim habent famæ, & probant ius patronatus antiquum Cassador. decis. 2. de probatio. cum alijs, verum etiam ex multiplicatis præsentation. ab anno 1457. vsque ad annum 1591. repetitis, & effectum sortitis ; ex his enim præsumitur ius patronatus ex fundatione, & dotatione fuisse quæsitum, Abb. cap. querelam, num. 9. de electio. Decius consil. 126. num. 3. quibus plurimum confert assertio Ordinarij, in visitatione facta, quod Beneficium est de iure patronatus, & consensus vim præsentationis habet. Crescen. decis. 2. de iure patro. nec aduersatur, quod medio tempore non exhibeantur præsentationes, quoniam probatis extremis, media præsumuntur, non docto de contrario statu Beneficij, Alciat. reg.
90 2. præsumpt. 22. nu. 2. Rota † etiam in vna Caurien. ☞ seu dicta Gerunden. Beneficij 9. Decemb. 1598. coram D. meo Corduba, in qua fuit resolutum, Quod ius patronatus bene probatur ex pluribus enuntiatiuis antiquorum instrumentorum à centum annis, & citra, in quibus enuntiatur fundatio Beneficij, Aymon, consil. 332. Mohedan. decis. 19. & 12. de iure patron. licet non enuntietur reseruatio iuris patronatus, cap. nobis de iure patron. maxime stante antiquissima possessione, & multiplicatis præsentationibus, effectum sortitis, &c. nec obstat Concil. sess. 25. cap. 9. &c. *Idem in alia Gerunden. beneficij de Ceruiano 15. Decemb. 1599 coram Seraphino, & 3. Decemb. 1601. coram Litta, vt in decis. 540. & 541. nou. fi. Farin.*

91 Et in vna Burgen. Capellæ 11. Decembr. † 1600. ☞ coram eod. D. meo Corduba fuit resolutum, Quod inscriptiones antiquæ probant constructionem ad effectum iuris patronatus, concurrentibus alijs adminiculis. glos. in cap. cum causam de probatio. Aymon. consil. 158. Decius 135. Cassadorus decis. 2. de probatione. Et fuit latè deductum in causa Hispalen. iuris patronatus 26. Martij 1590, coram Dom. Pamphilio, & pro adminiculis sunt plures enuntiatiuæ antiquissimæ, plusquam centum annorum, in quibus fundatio enuntiatur, quæ habent vim famæ, & probant in antiquis. Nec obstat, quod dictę enuntiatiuæ haberent originem ab eisdem patronis, & personis suspectis, nam adhuc in antiquissimis probant fundationem, si sunt adminiculatæ. Achilles decis. 7. de iure patron. Puteus 149. lib. 3. & fuit resolutum in Tudertina parochialis 21. Aprilis 1595. coram Domino Penia, & in regien. Hospitalis 16. Maij 1580. coram Cantuccio, nec refragatur, quod non probentur requisita Concilij, sessione 25. cap. 9. ad proband. ius patron. quia cessante timore vsurpationis, de quo ibi, sufficit probare ius patron. iuxta dispositionem iuris communis. Menoch. consil. 241. lib. 3. num. 7. & fuit resolutum in causa Pampilonen. iuris patron. 16. Iunij 1586. coram D. Orano, & in Aquilana Capellæ 7. Maij 1590. coram Perusino, & alibi sæpe, &c. *Idem in Iacens. portionis 16. Decemb. 1602. coram Millino, & in Comen. iurispatr. 5. Maii 1603. coram Penia, & in Bonon. iurispatron. de Marsiliis 16. Ian. & 27. Iun. 1608. coram Sacrato, & cõfirmatum 19. Decemb. eiusdem anni coram Mançanedo, & 6. Nou. 1609. coram Ortembergo, & in Lucana Capell. 14. Decẽb. 1609. vbi, Quod ius patronatus probatur ex enunciatiuis antiquis à diuersis instantiis, & in diuersis instrumentis contentis, quæ habent vim famæ, vt sæpe fuit decisum. Nec obstat Concilium sessione 25. cap. 9. quod circa iura patronatus priuatorum nihil innouauit, ideoque stetur ordinariæ probationi. Secundò, licet esset communitatis, tamen cessat vsurpationis præsumptio ex assertione Episcopi in institutione anni 1401. vbi Episcopus agnouit dotatio-*

*nem. Secundo ex præſentatione anni 145'. in qua, vt notarius teſtabatur in actu præſentationis & inſtitutionis fuerat productum inſtrumentum fundationis Capellaniæ: ex ſimilibus .n. actibus argui legitimum titulum iuriſpatr. & ceſſare præſumptionem vſurpationis in cõmunitate, reſpondit Rota in Lucana plebis 11. Martij 1591. coram D. Gipſio. Et in firmana altaris de Doriis 15. Febr. 1610. coram D. Marcomontio fuit reſolutum, quod inſtitutio, &c. R. inſtit. iuriſpatr.*

92 Et in propoſito quando dicatur ius patro. † antiquum, vide dicta infra d. vlt. p. cap. 2. ex nu. 262, iuxta quæ dicendum eſt, reſpectu teſtium, requiri tempus 60. annorum, reſpectu vero inſtrumentorum, 100. & facit declaratio quædam ſuper d. cap. 9. ibi, Qui hominum memoriam excedat, Requiritur ergo tempus immemoriale, quod ſi probandum eſt per teſtes, ſufficere 60. annos, ſi per ſcripturas 100. Rota tenet. Flaminium Pariſium de confiden. quæſtione 28. nu 235. *Leo c. 21. nu. 5.*

93 Et ſic eſt accipiendum, quod † ait Marc. Ant. Genuen. d. cap. 61. num. 2. declaratio S. Cong. Concilij, quæ ſic ait. Ius patronatus, ex ſolis præſentationibus continuis, effectum ſortitis, & memoriam hominum excedentibus probatur, licet in eis nulla ſit facta mentio de fundatione, aut dotatione, quæ fere eisdem verbis ponitur infra nu. 141. & per Gonçal. gl. 18 nu. 46.

94 Et conducunt ad prædicta deciſ. Rotæ in † cauſa Comen. Capellæ coram D. Penna, & in cauſa Romana vnionis, ſeu iuris patronatus, coram D. Orano quæ ſic ſe habent.

## *Comen. Capellæ 17. Iunij 1591. coram D. Penna.*

97 QVia Vacante iſta Cappella S. Martini plebis fini Comen. diœceſis, per obitum Ioannis Antoni Caſſadori de 1587. Ordinarius Comen. tanquã Beneficium liberæ collationis, illam contulit Septimio de Eucris, Domini vero de Caſſadoris, & de la Porta ciues Comen. tanquam patroni, ad illam præſentarunt Gieronymum Caſſadorum, ideo acta lite in partibus, etiam lata ſententia Canonizatoria iuris patronatus per Vicarium Papien. ad fauorem Hieronymi, & cauſa per appellationem introducta in Rota in hac poſitione, in qua vna tantum pars informabat, dubitaui, an conſtaret de iure patronatus præfatæ Capellæ, ad effectum vt ſi de illo conſtaret, prouiſio Ordinarij nulla decerneretur? Quod dubium continet duas partes, vnam expreſſam, an ſcilicet de exiſtentia iuris patronatus, alteram virtualiter de deſcendentia Hieronymi præſentati ab antiquis patronis familiæ de Canizzarijs. Et quantum ad primam partem domini tenuerunt conſtare de iure patronatus, primo ex præſentationibus factis ab anno 1465. vſque ad vltimam vacationem de anno 1587. quæ omnes, vna poſt aliam, per ſpatium 120. annorum, etiam an plius effectum habuerunt, Abb. in cap. quærelam nu. 9. de elect. Zabarel. ciem. 2. quæſt. 5. de iure patronat. Decius conſ. 126. num. 3 Caſſador. deciſ. 7. de iure patr. quod maxime procedere videbatur in iſtis primatis perſonis, de quorum iur. patron. agebatur, in quibus ceſſat præſumptio vſurpationis, de qua in Concilio Triden. ſeſſ. 25. c. 9. in his enim nihil eſt per Concilium innouatum, ſed remanet in diſpoſitione iuris communis, vt ſæpe Rota cenſuit. Effectus vero ſubſecutus, ex eo ſatis probatur, quod per obitum vnius præſentati, alius præſentatus extiterit, Oldrad. conſ. 229. nu. 2. Lamber. de iure patron. l. 2. par. 2. quæſt. 10. art. 7. quod ſeruat vſitatus Rotæ ſtilus, vt in vna Foroliuien. iuris patron. coram R. P. D. Blanchetto de anno 1585. Iſta vero continuatio præſentationum, ſatis dilucide deducitur in informatione facti, pro Heron. nam vacante iſta Capella de anno 1465. per obitum cuiuſdam Ambroſij de Mazonibus, Gabriel de Lauizarijs, vna cum quibuſdam alijs præſentauit quendam Stephanum de Vacauis, qui fuit tunc inſtitutus per Præpoſitum plebis finis, in cuius plebanatu extitit iſta Capella, ad quem ex antiqua conſuetudine inſtitutio dicitur ſpectare; licet tunc ad cautelam, per Vicarium Comen. ad eandem præſentationem, idem Stephanus confirmatus, & inſtitutus extiterit; effectum iſtius præſentationis, euidenter probat poſſeſſio eius vigore ſubſecuta, vſque ad annum 1515. quando vacante eadem Capella, per liberam reſignationem eiuſdem Stephani de Vacanis, Catharina & Martha ſorores de Lauizarijs, tanquam nepotes ex Chriſtophoro filio ſupradicti Gabrielis, eiuſque vniuerſales hæredes præſentauerunt Ioannem de la Proba, eidem Præpoſito plebis finis, cuius ſimiliter effectuationem oſtendit ſubſecuta poſſeſſio, vſque ad annum 1531. de quo vacante Capella per obitum eiuſdem Ioannis d. Martha, Thomas & Eugenia fratres, vt filij & hæredes ſupradictæ Catharinæ, & Gaſparis de la Porta eius mariti, præſentauerunt Donatum de la Porta proprium fratrem, qui per eundem Præpoſitum fuit ſimiliter inſtitutus, hoc autem Donato de anno 1541. in manibus Ordinarij libere prædictam Capellam reſignante, idem Ordinarius de conſenſu Marthæ, & eiuſdem Donati, vti filij, & hæredis Catharinæ, illam contulit Ioan. Ant. Caſſadoro, qui pacifice illam poſſedit vſque ad obitum de anno 1587. conſenſum autem per patronos in prouiſionibus Beneficij iuris patronatus, habere vim præſentationis, & ſtatum iuris patronatus continuare, exploratum eſt. Abb. in cap. cum dilectus num. 8. de iure patron. Lamber. de iure patron. par. 1. l. 2. quæſt. 6. artic. 6. num. 22. Decius conſ. 126. circa fin. quod ſæpe in Rota decretum eſt, nouiſſime coram R. P. D. meo Pamphilio in illa Salernitana Rectoriæ de præſenti. Nec obſtat, inſtitutiones vigore iſtarum præſentationum, factas fuiſſe à Præpoſito, qui de iure non habet poteſtatem inſtituendi, quia ſtante antiqua, & laudabili conſuetudine per quam ad ipſum canonica inſtitutio, & confirmatio iſtius Capellani pertinere dignoſcitur, vt in pluribus inſtrumentis enuntiatur legitime potuit inſtituere, Lapus alleg. 78. num. 9. & ſeq. cum inſtitutio, inferioribus Prælatis ex priuilegio, conſuetudine, vel diſpoſitione teſtatoris, competere poſſit, Barb. in c. ſuper eo de offic. de leg. Lamber. de iure patron. p. 3. lib. 2. quæſt. 1. artic. 10. Secundo, pro iure patronatus ſentiebant Domini ex antiqua ſententia lata de anno 1488. ad fauorem præfacti Gabrielis de Lauizarijs in qua, contra alios, qui ſimul præſentauerunt, declaratus fuit vnicus patronus in ſolidum huius Capellæ. Mohedanus deciſ. 227. & quia eſt ſu-

per

per iure patronatus, facit ſtatum. l. ingenuum. ff. de ſtatu hominum. Achilles deciſ. vnica de ſtatu Benef. & facit ius quo ad omnes. Puteus deciſ. 98. num. 11. l. 1. Creſcentius deciſ. 12. de probatione in impreſſis quam inſtificant dicta teſtium tunc examinatorum deponentium de audi:tu à maioribus, & de publica voce, & fama, præfatam Capellam fuiſſe fundatam, & dotatam per anteceſſores Gabrielis, quod ſufficit. Anton. de Butrio, Aretin. Felyn. & alij in capite veniens de teſtibus Bart. in l. admonendi num. 45. vbi Iaſon num. 242. ff. de iure iuran. concurrebant præterea inſignia iſtius familiæ de Lauizarijs, inſculpta in lapide marmoreo iſtius Capellæ, vt quidam teſtes deponunt ad tradita per Ripam in capitul. cum Eccleſia. num. 97. de cauſa poſſeſſionis & alia adminicula, in facto conſiderata, ex quibus in controuerſia concluſum fuit pro iure patron. quantum ad ſecundam dubij partem de deſcendentia Domini inclinabant in affirmatiuam, quod eſſet ſufficienter probata.

95 *In eadem † coram eodem 29. Maij 1592.*

QVoniam vnica tantum parte informante 17. Iunij 1591. facta fuit deciſio, ad fauorem Hieronym. Caſſadori pro exiſtentia iuris patronatus, ideo volui Septimium audire ſuper eiſdem. tres potiſſimum difficultates excitabāt pro parte Septimij. Prima, quod iura producta non eſſent in forma probanti. Secunda, quod non conſtaret de deſcendentia *Hieronymi* ab antiquis patronis. Tertia quod exiſtentia iuris patronatus non probaretur. de duabus prioribus difficultatibus, Domini particulariter videre voluerunt & quantum. ad tertium ex eiſdem rationibus in predicta deciſione conſideratis, cū preſuppoſito, quod iura eſſent in forma probanti, cenſuerunt ſufficienter conſtare de iure patron. nec eſſe recedendū à reſolutis; nec obſtat quod aliquę oſtenderentur præſentationes factæ, non coram Ordinario, vt de iure fieri oportebat, ſed coram Præpoſito fini, de cuius facultate ad inſtituendum vigore præſentationum non conſtabat, quia reſpōdebatur, hoc ius ex conſuetudine poſſe pertinere ad inferiores collatores, Lapus allegatione 78. iſtam vero conſuetudinem in caſu propoſito, ſatis videri probatam ex enuntiatiua inſtrumenti antiqui de anno 1465. & alijs enuntiatiuis cum effectuatione ſubſecuta Gabr. conſ. 196. nu. 6. & 7. lib. 2. & ex Epiſcopi ſcientia, & patientia, cum non ſit veriſimile, Ordinarios, qui propter viſitationes quas præfinitis à iure temporibus facere tenentur, præſumuntur habere notitiam qualitatum Beneficiorum, & Beneficiatorum ſuæ Diœceſis, & non diſſimulaturos fuiſſe inſtitutiones à Præpoſitis fini factas, niſi illi legitimam inſtituendi facultatem habuiſſent, quod Ordinarius quandoq; etiam inſtitueret & propterea non poſſe dici conſtare de conſuetudine illius Præpoſiti in inſtituendo: ex quo vario modo fuerit obſeruatum, non præiudicat iuri patronatus, cum inferior poſſit acquirere ius inſtituendi cumulatiue ad Ordinarium. Pariſius poſt alios in cap. auditis num. 12. de præſcriptione Felynus in cap. paſtoralis. num. 2. de officio Ordinarij minus putabant obſtare quod opponebatur de defectu mandati illius Vicarij qui inſtituit loco Præpoſiti, iam cum illa inſtitutio ſuum fuerit effectum ſortita, & verſemur etiam in extraiudicialibus, ſpatio tanti temporis mandatum affuiſſe præſumitur. Caſſadorus deciſ. 3. nu. 2. de procurator. poſtremo omnes difficultates ſuperare videbatur, effectuatio inſtitutionum, & obſeruantia ſubſecuta, quę actuum dubiorum eſt certa, & fidelis interpres, Cravetta conſ. 101. nu. 3. & conſ. 201. nu. 11. Siluan. cōſ. 63. nu. 18. & 65. nu. 17. & Socinus cōſ. 145. nu. 21. l. 1.

*96 Romana † vnionis. ſeu, iuris patronatus 6. Nouembris 1598.*

FVit reſolutum, conſtare de iure patron. ex præſentationibus, quæ ad eius acquiſitionem ſufficiunt cap. querelam vbi Abb. nu. 9. de elect. cap. cum Eccleſia Sutrina, vbi glo. verb. trium. de cauſa poſſ. & ibi Ripa num. 91. hic autem plures deductæ fuerunt continuatæ. Quarum effectuatio viſa eſt perſpicua, cum appareat vnam factam fuiſſe ſucceſſiue, poſt aliam, Oldra. conſ. 229. nu. 2. & 3. Verall. deciſ. 329. p. 3. licet enim inter eas numerētur collationes Papę, nihilominus ſuffragantur, cum vel contineant enūciationem, quod ſunt iuris patronatus, cum eius derogatione propter quas ſtatus eorum non immutatur, Achil. deciſ. 3. de iure patron. vel his accedat Patroni conſenſus, qui effectum præſentationis operatur, Creſcen. deciſ. 2. eodem tit. Gabr. conſil. 185. nu. 22. l. 2. Non obſtat, quod pro parte Cæſaris prætenditur, non eſſe aliquas in forma probanti, nam reſpondetur, quod fuerunt ſumptæ ab ipſo notario, qui fuit de originali rogatus, & ideo plene probant Iaſ. in l. admonendi num. 155. verſic. intellige tamen de iure iuran. comprobant etiam ius patronatus, inſignia familiæ extenſa in Eccleſia. Bald. conſil. 310. lib. 5. Decius conſil. 155. num. 2. Ripa in d. cap. cum Eccleſia num. 97. Ferrettus conſil. 293. lib. 2. Aym. de antiquitate 1. par. verſic. 8. num. 12. Lambert. de iure patron. 2. par. lib. 2. art. 9. quæſt. 10. item & ſententia ſuper patronatu quæ ius conſtituit, vt lata ſuper ſtatu Beneficij, Verall. deciſ. 33. par. 2. Caſtrenſ. conſ. 240. l. 1. item atteſtationes Titularis ſiue Ordinarij, cui multum ſolet deferri, vt viſitatorum, qui in admittēdis præſentationibus ſolent ſe exhibere difficiliores, Rota deciſ. 11. de iure patron. in nouis. Puteus deciſ. 172. lib. 1. & fuit reſolutum coram Bubalo in vna Aretina Beneficij 28. Februarij 1583. & in alijs ſæpe. *Cuius eſt alia ſimilis eiuſdem cauſæ 6. Febr. eiuſdem anni. & nouiſſ. Fari. 527. & alia 1. Mart. 1599. coram eodem Orano 543.*

97 Ex quibus apparet falſum, † quod ait Zerola dict. verb. ius patronus. §. 3. nempe in priuatis perſonis, ſufficere probare ius patronatus ex vnico actu; vt quia ſemel quis præſentauit, & ſecuta eſt inſtitutio & ille inſtitutus vixiſſet ſpatio 40. annorum, quia profecto, hæc haberet requiſita Concilij, nempe curſum temporis, præſentationes & inſtitutiones, &c. conſultationibus. de iure patron. &c. Sed loquitur ſine fundamento, *& conuincitur ex declarat. 12. infra adducta num. 141. & per Leonem c. 21. num. 8.* & d. cap. conſultationibus, non agit de probatione iuris patron. vt patet, & circa hoc notab. viden. ſunt dicenda notab. ſequen.

98 Quartò notandum eſt, † quod quando agitur de familia potenti, in qua ius patronatus præſumitur ex vſurpatione Hier. Gabr. conſ. 192. l. 2. debet probari ſecundum formam Concil. d. cap. 9. verſ. in his verò perſonis, vt fuit reſolutum in cauſa Reatina iuris patronatus 10. Octobris 1573. coram D. Robuſterio quæ habetur p. 1. diuerſorum deciſ. 409. & in Sabinen. Beneficiorum 15. Decembris 1581. coram Sanctiſſimo Clemen. VIII. quæ habetur 2. p. diuerſorum dec. ſ. 199. & in d. Triden. iuris patronatus 331. ead. part. & fuit etiam reſolutum in cauſa Albanen. Prioratus 26. Nouembris 1588. coram D. Otano, & in Sabinen. prætenſi iuris patronatus Beneficij, S. Petri Craſtiforan. 26. Octobris 1594. coram D. Litta, tradunt Anaſtaſius Germonius de ſacrorum immun. lib. 3. cap. 12. num. 26. Valaſcus d. conſult. 163. par. 2. & Zecchus capit. 13. de Beneficio & penſione nu. 51. & Menoch. d. præſumptione 90. lib. 3. & Gonçalez gl. 18. à num. 63.

99 Et d. deciſio Albanen. Prioratus ſic ſe † habet. Sãctiſſimus Dominus noſter mandauit proponi dubium tenoris infraſcripti, An ex deductis à partibus iuxta Decretum S. Concilij Tridentini conſtet Prioratum S. Pauli Albanen. eſſe de iure patronatus laicorum. Domini tum ex his, quæ in præterita reſolutione præſentis cauſæ reſeruata fuerant tum ex nouiter pro parte Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Dom. Cardinalis Geſualdi deductis, reſoluerunt non conſtare de iure patronatus, iuxta formam decreti Sancti Concilij Tridentini cap. 9. ſeſſion. 25. quia d. decretum requirit, quod titulus iuri patronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, quodque probetur authentico documento, vel alijs modis ibi expreſſis; licet autem hic conſtet de fundatione, & dotatione Prioratus, de quo agitur, ex authentico documento, videlicet ex Bulla Honorij IV. confirmationis d. fundationis, & dotationis, in d. Bulla inſerto, & regulariter & ex eo ſolo, quod quis fundat & dotat aliquã Eccleſiam acquirat ius patronatus, & ex inde titulus probetur; tamen ſecus eſt in Eccleſia regulari, prout eſt prioratus de quo agitur, quia vltra dotationem, & conſtructionem, requiritur expreſſa conceſſio, & priuilegium Apoſtolicum in limine fundationis cap. nouis. §. cæterum, vbi gloſ. & ibi. Hoſtienſ. collatione ſecunda. Anchar. num. 16. Abb. nu. 9. de iure patron. Ancharan. in capite ſacroſancta de electione num. 3. Lamber. de iure patron. l. 2. par. 1. quæſt. 5. principali artic. 1. Puteus deciſ. 266. l. 2. & ratio eſt, nam, cum Prior eligi debeat per monachos, non conuenit quod in electione huiuſmodi, laicus vna cum monachis intereniat. cap. Sacroſancto. cap. Meſſana, de electione, cum itaque in d. Bulla Honorij, & inſtrumento dotationis, nulla fiat mentio reſeruationis iuris patronatus, non ſolum ex dict. fundatione, & dotatione, non oritur titulus iuris patronatus in limine fundationis, ſed potius de initio libertatis d. prioratus, & ſic de initio contrario conſtare videtur. Ancharan. conſ. 123. à num. 2. quod equidem iuri communi eſt cõforme, quo in dubio, beneficia præſumuntur libera. Archidiac. in cap. nullus. 16. quæſt. 6. in capit. cum venerabilis in fin. de except. Abb. conſil. 54. collat. 2. par. 1. conſil. 76. in princip. & 106. lib. 2. & ius patronatus in tantum odioſum eſt, vt illius non cadat præſumptio, niſi quantum expreſſum reperitur. Archidiac. in cap. decernimus 16. quæſt. 7. Decius conſil. 17. in prine. Nec præmiſſis refragatur reſolutio in hac cauſa vlt. loco facta, quia illa fuit facta cum præſuppoſito, quod non verſaremur in caſu Concil. reſpectu præſumptionis vſurpationis, quod quidem præſuppoſitum fuit tunc diſcuſſum non firmatum, ex quo ſpectabat ad Congregat. Concilij. Sed cum ex dubio, per ſanctiſſimum tranſmiſſo facultas diſtituendi de veritate præſuppoſiti data ſit, Domini dixerũt quod dict. præſuppoſitum non ſubſiſtat, ſed quod verſemur in caſu Concilij loquentis de præſumptione vſurpationis. Etenim cum agatur de prætenſo iure patronatus dominorum de Sabellis, qui fuerunt, & ſunt potentes, prout notiſſimum eſt, & iuriſdictionem perpetuam habent in ciuitate Albanen. & eius territorio, in quo ſitus eſt Prioratus, neceſſarium eſt dicamus, illos comprehendi dict. decreto Concilij, prout etiam cenſuit Congregatio Concilij, Barones, & alios iuriſdictionem perpetuam habentes, comprehendi, vt ex fide per Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum D. Cardinalem Caraffam ſubſcripta apparet, & alias Rota coram Illuſtriſſimo Cardin. Aldobrand. in vna Sabinen. Beneficiorum idem de familia dominorum de Vrſinis concluſit; quo fit, vt probatio tituli iuris patronatus, debeat eſſe talis, qualem requirit dict. decretum Concilij, vt ſcilicet vltra probationem numeralis, præſentationes continuatæ non minori ſpatio 50. annorum quæ omnes ſortitæ ſint effectum ex authenticis ſcripturis probentur; quæ quidem ſpecies probationis eſt data pro forma, vt oſtendunt illa verba decreti, nec aliter, de quorum natura eſt formam inducere. Vt poſt Bartol. & alios Decius conſil. 528. num. 11. Ruynus conſil. 92. lib. 3. Socinus Iunior conſil. 46. num. 27. libro 4. ita quod adimpleri non poteſt per æquipollens, & quatenus poſſet, ſatis eſt quod probatio famæ facta per teſtes Dominorum de Sabellis, non æquipolleat probationi requiſitæ à dicto decreto, quod noluit præſentationes per teſtes, ſed per ſcripturas authenticas comprobari. Nec placuit Dominis quod dicebatur, decretũ præſumptionis vſurpationis ceſſare, ex quo habemus certam probationem fundationis, & dotationis. Quia reſpondebant, id procedere in beneficio ſæculari, in quo ex ſola fundatione & dotatione ius patronatus acquiritur, ſecus vero in regulari, in quo vt dictum eſt, ex ſola fundatione, & dotatione, tale ius non poteſt acquiri, ſed requiritur expreſſa, & ſpecialis cõceſſio Apoſtolica, in limine fundationis & dotationes. Præterea animaduertendum eſt, in illa reſolutione vltima circumſcriptas fuiſſe exceptiones oppoſitas contra dictos teſtes dominorum de Sabellis, ac etiam iura Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Geſualdi, & Bullam Honorij IV. quæ tunc temporis non fuerat in actis producta, quæ omnia in præſenti diſputatione præſupponuntur, ex quibus adducta pro Dominis de Sabellis videntur ſublata; nam cum hodie habeamus inſtrumentum dotationis, & Bullam confirmationis dictæ Honorij fundationis, in qua nulla adeſt reſeruatio iuris patronatus, Prioratus remanſit liber, ita quod etiamſi admittamus, priuilegium poſt dotationem, & fundationem, fuiſſe Dominis de Sabellis conceſſum, illud dicendum ſit mere gratioſum. Puteus deciſ. 379. lib. 2. quod non ſecus eſt per decretum Concil. reuocatum,

atque

atq; illud quod absq; fundatione,& dotatione, potuit per Papā laico concedi.iuxta tradita per Lamb. lib.2.part.1.quæst.5.artic.1.num.12. & hoc tanto magis,ex quo apparet Honorium fundatorem nunquam habuisse intentionem reseruandi dict. ius patronatus,nam in proœmio d.instrumenti, narrando causas,ob quas motus fuit ad fundan.& dotan.Prioratum,dixit id facere pro eleemosyna intuitu retributionis æternæ,& pro redemptione peccatorum suorum parentum, & consanguineorum, quod etiā ad Pontificatum postea assumptus in Bulla confirmationis,dict.fundationis,& dotationis repetijt;ex quo colligitur,quod Honorius non habuit animum nec intentionem acquirendi ius patronatus, vt per Crescen.decis.13. in fin. aut saltem in verisimile sit, quod si d.ius patronatus sibi reseruasset,de eo mentionem non fecisset, quod autem longe est à verisimili,imaginem falsitatis habet.Bal.in l.1.nu.16. C. de seruis fugit. quinimmo, cum in Bulla confirmationis idem Honorius narrasset quasdam speciales ordinationes in fundatione,& dotatione factas, subiecit se alia salubria,& honesta adiecisse, prout in instrumento, desuper confecto continetur, vnde cū idem Honorius, de omnibus ordinatis se referat ad instrumentum debemus stare instrumento relato, Castrens. consil.81.columna 3. versic. & si dicatur. lib.2.Afflict.decis.107.num.5.Decius consil.6.num. 6. in quo, nulla iuris patronatus facta fuit mentio, nec dicatur quod dict. instrumentum non continet fundationem, sed solam dotationem, & quod propterea potuit fieri, quod in alio instrumento continente fundationem tale ius patronatus reseruatum fuerit, quia cum fundatio tempore Martini successerit,& in registris Martini de huiusmodi instrumēto nihil appareat,nisi doceatur,alios libros Martini præter deprehensos in Bibliotecha Vaticana extitisse, in quibus hoc priuilegium potuerit describi, per diligentias in prædictis registris Bibliothecæ Vaticanæ factas, remouetur præsumptio existentiæ talis instrumenti,iuxta tradita per Cassad.post alios decis. 5. & 8. super regulis, non secus ac dici solet, quod per inspectionem actorum, id omne quod in actis scriptum non reperitur,præsumitur non actum Bald.in l.fin.contra nu.3.C. de appellation. & consil.123.num.7.lib.1.quod coadiuuatur ex eo, quod à tempore fundationis dicti Prioratus quod fuit de anno 1482.vsque ad annum 1493.quo idem Prioratus peruenit ad manus Ioannis Baptistæ Cardinalis de Sabellis, numquam extitisse ostenditur aliquā præsentationem assertorum patronorum, quin potius clarum est, Alexandrum Papam VI.in quadam Bulla sub dat.1492. asserere, Prioratum huiusmodi de retroactis temporibus fere semper commendatū fuisse,prout ipsi constitit, qui dum in minoribus esset, illum per longa tempora in commendam obtinuerat, & tandem ad Apostolatus apicem assumptus,Prioratum dicto Cardinali Ioanni Baptistæ de Sabellis in commendam dederat, prout tunc obtinebat.ex quibus facile tollitur quod dicebatur,dict. Cardinalem de Sabellis de anno 1493. Prioratum resignasse in fauorem Antimi de Sabellis,& successiue Antimum eundem Prioratum de anno 1499. renuntiasse ad commodum Francisci de Sabellis,enūtiando in vtraq; gratia Prioratum esse iuris patronatus Dominorum de Sabellis,cum clausula dummodo dictorum patronorum expressus accedat assensus; nam præterquam quod enuntiationes proueniunt ab ipsismet Dominis de Sabelis,qui ius patronatus prętendebāt,& sic à personis suspectis.Achill. decis.6.ad fin.de iure patron. Puteus 149. nu. 2.lib. 3.non constat de consensu præstito in dictis resignationib.neq; de illarum effectuatione,neq; quod magis est,de collatione,cum dictæ literæ renūtiationū, sint mandata de prouidendo & non prouisiones & ideo dictæ enuntiatiuæ nō probant. Peregrinus decisione 167.in vna Bonon.lib.3.Puteus decis.136.li. 3.Quamuis autem effectuatio præsumi soleat propter suam prouisionem per obitum iuxta consi. Oldrad.229. & alios allegatos, nihilominus contrarium procedit in prouisione resignationis, prout fuit dictum in vna Tarusina plebis de Medulo corā bon.mem.Episcopo Lauretano 26. Februarij 1586. vltra quod mandata de prouidendo, loquuntur de consensu expresso, & non præsumpto. Et supposito quod dicto resignationes suum sortitæ fuissent effectum, tamen non concluditur necessario,ius patronatus huiutmodi cōpetijsse ex priuilegio in limine fundationis cōcesso,quoniam posset intelligi, de priuilegio iur. patr.ex priuilegio post fundationem & dotationē obtento,quod vt antea ostēsum est,decreto Cōcilij fuit abrogatum,& nihilominus huiusmodi præsentationes continent tantummodo tempus decem annorum,per quod decreto Concilij nō est satisfactum, præsertim cum paulo post, de anno 1503.Alex.VI.dict.Prioratum nulla facta ment. iuris patronatus, tanquam liberum Cardinali Sanctæ Ceciliæ contulerit, & postea Iulij 2. vti liberum Capellæ Iuliæ in Basilica Sanct.Petri existēti vniuit, ac successiue Leo X. de anno 1518. dissoluta huiusmodi vnione eundem Prioratum, etiam vti liberum mensæ Episcopali Albanen.de nouo vniuit, nam ex his probatur status libertatis. Puteus decis. 279. lib. 2.neque curandum est,quod gratia perinde valere, obtenta à Cardinali Sanct. Ceciliæ super dict. Prioratu habeat clausulam derogatoriam iuris patronatus, pro ea vice tantum, quia cum derogatio iuris patronatus conditionaliter sit posita, quatenus de illo existat,nihil ponit in esse,vulg.l. si quis sub conditio.dandorum decem.ff.de conditionibus institutionum.minus repugnat fundamentum factum in Bulla Leonis X. quia vt considerabant Domini, illa non continet declarationem iuris antiqui sed est cō cessio iuris patronatus de dono,ex priuilegio,vt denotant verba Bullæ,reseruamus & concedimus,alioquin enim dixisset, reseruamus & confirmamus. Non obstant præsentationes factæ post priuilegium Leonis X. quia manifeste patet factas fuisse in vim dicti priuilegij, tum quia in nonnullis earum id exprimitur,tum etiam quia factæ leguntur coram Archipresbytero Albanen.& per eundem iuxta dictæ Bullæ formam institutiones secutæ atque ideo veniunt illi abscribendæ,l.2.C.de acquir.possess.l.cum quædam mulier, de rei vendicatione. Aymon consi. 83.nu.3.præsertim cum talis forma non correspondeat fundationi,& dotationi, in qua interuenit cōsensus Episcopi, & ad quem propterea institutio pertinuisset. Quare cum dict. priuilegium Leonis, fuerit per Concilium sublatum, vna cum possessione subsecuta, non possunt Domini de Sabellis dictis præsentationibus iuuari, illis autem deficientibus,

ſumus in claris, quod Concilij decreto non eſt ſatisfactum, ex quo teſtes de fama priuilegij deponentes non ſufficiunt. Præter quam enim quod probatio famæ præſumptiua eſt, Caſſad. deciſ. 2. de probatio. & cedit fortiori probationi. Puteus deciſ. 436. lib. 2. teſtes mult. exceptiones patiuntur, de quibus per informantes pro Illuſtr. ſimo & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Geſualdo vnde concluſum fuit non conſtare de iure patronatus Dominorum de Sabellis. *Quæ deciſio poſt hæc eſt impreſſa in nouiſs. Farin. deciſ. 564. ſed poſtea fuit reuocata 21. Martij & 17. Nouemb. 1603. coram D. Penia, nam reſpectu probationis priuilegij requiſiti in limine fundationis nihil fuit innouatum à Concilio ſeſſ. 25. cap. 9. quod ſolum loquitur de probando ſimplo, qui ſit ex fundatione, vel dotatione, quæ ſunt veræ originales & productiuæ cauſæ iurispatron. Lambert. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 2. & q. 10. non autem requiſito in Eccleſijs communibus, quod eſt qualitas vel accidens extrinſece aduenions iurispatronatus iam creato, cuius probationem in diſpoſitione iuris communis reliquit l. commodiſſime. de lib. & poſthum. Nec Concilium ſubſtituit priuilegia, quæ prouenient ex fundatione, vel dotatione legitimè probata. Puteus deciſ. 379. & 392. lib. 2. quæ facile concedi ſolent, poſtquam quis fundauit & dotauit beneficium, vt homines ad ea fundanda facilius inducantur, ſed ſuſtulit iurispatr. ex priuilegio competentia, ex quibus fuit reſponſum ad Peruſium conſ. 114. nu. 12. & 14. lib. 4. & ita dicta die 21. Maij, & dict. die 17. Nouembris concluſum fuit probari dictum priuilegium requiſitum in limine fundationis: nam tale priuilegium in antiquis, prout in caſu propoſito, poteſt probari per publicam vocem & famam. Put. deciſ. 366. lib. 2 quam famam in hoc caſu probant duo teſtes, & coadiuuantur ex dictis aliorũ teſtium, & cum ea concurrunt enunciatiuæ antiquæ in literis Alex. VI. de an. 1493. & 1497. & concurrunt præterea plures coniecturæ relatæ in ſecunda dec. coram Orano 12. Septembr. 1588. præſertim cum non eſſet neceſſaria probatio priuilegij per ſcripturam, l. ſi ſolemnibus, C. de fide inſtrum. &c. Nec obſtare, quod negatiua non conceſſionis, vel non exiſtentiæ priuilegij in limine fundationis probaretur ex perquiſitione facta in regiſtro, quia non fuit bene facta, nec in omnibus regiſtris, in quibus priuilegium notari potuiſſet, & licet eſſet facta in omnibus regiſtris, quæ nunc extant, adhuc non remanebat probata negatiua, cum non eſſet exploratum, nulla regiſtra, aut libros illius temporis deperdita fuiſſe; cum tamen & temporis antiquitas, & varij caſus, & vrbis direptio tempore Clementis VII. inquirentem nulla de iſtis ſcripturis publicis, amiſſa fuiſſe: quo caſu per diligentias factas in regiſtris non probatur negatiua, Afflict. deciſ. 13. nu. 9. 10 conuenit deciſio Rotæ in cauſa Regien. prioratus 9. Maij, & 23. Iun. 1586. coram Pamphil. in nouiſs. Far. 563. 573. & 584. & refert Gemin. ſuſ. cap. 100. num. 19.*

100 Et d. deciſ. Sabinen. iuris patron. 26. † Octobris 1594. ſic ſe habet. Fuit reſolutum, non conſtare de iure patronatus ad effectum, de quo agitur, nam cũ agatur de iure patronatus familiæ potentis, hoc eſt, Illuſtriſs. Dominorum de Sabellis, ideo propter timorẽ vſurpationis probari debet titulus vel immemorialis, ſimul cum præſentationibus continuatis ſpatio 50. annorum quæ ſortitæ ſint effectum, & de eis conſtet per ſcripturas authenticas, iuxta formam præſcriptam à Concilio Tridentin. ſeſſione 25. cap. 9. vt alias fuit reſolutum in cauſa Sabin. iuris patronatus coram Sanctiſſimo Dom. noſtro, & in illa Tridentin. iuris patronatus 13. Iunij 1572. coram Illuſtriſſimo Cardinal. Lancellotto, & in illa Albanen. Prioratus 26. Nouembris 1589. coram Reuerendiſſimo Patre Domino Orano; verum de titulo hic non conſtat, immemorialis autem ipſa non probatur, nam primi teſtes in ſum num. 10. & ſequenti, vſque ad numerum 15. non deponunt de auditu à maioribus, & ſenioribus, illos ſpecificando, nec dicunt, quod idem illi audiuerint à ſuis maioribus; minus dicunt, quod non extet memoria in contrarium, prout teſtes deponere debent ad effectum probandi immemorialem. glo. ſua in cap. 1. de præſcript. in 6. & de communi Couarruuias in cap. poſſeſſor. part. 2. §. 3. num. 7. de regul. iuris lib. 6. quam opinionem Rota indiſtincte obſeruare conſueuit, vt habetur in deciſione diuerſorum 28. num. 5. libro 1. nec ſuper reliquis teſtibus, in hoc iudicio examinatis, de quibus in ſumm. num. 17. & ſeq. poteſt fieri aliquid fundamentum, licet deponant de auditu, & publica voce & fama, ea ratione, quia non concludunt de viſu per 40. annos, vt requiritur in probatione immemorialis, & licet ſecundus teſtis iuxta 22. dicat cognouiſſe Andream de Galeſe, & poſtea Iulium de Tarapoà 40. annis citra, tamen non concludit de tempore continuo 46. annorum, cum non dicat & citra, vt ſæpe reſolutum fuit in Rota per doctrinam Bartol. in l. Celſus num. 23. ff. de vſucap. nec ex eo quod ſextus teſtis iuxta 18. dicat, ſe vidiſſe tres Rectores, quorum primus vocabatur Andreas de Galeſe ſubdens, *il quale hebbe detto beneficio da quaranta anni fa in circa*, poteſt dici quod probet, ex quo non deponit de viſu per quadraginta annos, vt requiritur vltra, quod dictio illa, *in circa*, poteſt importare minus tempus, & in omnem euentum ipſam depoſitionem reddit dubiam, & incertam. Butrius in capicul. vltimo de deſponſatione impub. cum alijs, per Celſum Hugo. conſil. 65. num. 9. tollitur omnis difficultas, ex quo teſtes deponunt, quod primus, quem viderunt, fuit Andreas de Galeſe, & tamen conſtat, quod ille Andreas *fuit* dumtaxat præſentatus ad beneficium, de quo agitur de anno 1558. quo fit, vt impoſſibile ſit depoſitionem dictorum illiũ de viſu poſſe verificari per tempus continuum quadraginta annorum, prout requiritur, præterea præſentationes continuatæ per ſpatium quinquaginta annorum, vt requirit Concilium non adſunt; minus probatur effectuatio earum per ſcripturas authenticas, vt ex eodem Concilio requiritur & pro forma vt alias dictum fuit in d. cauſis Sabinen. Trident. & Albanen. Prioratus, quæ bene applicantur caſui illo. *Quæ deciſio eſt in nouiſs. Farin. 786.*

101 In eadem cauſa 6. Martij 1595. coram † Domino Penia domini reſoluerunt, non eſſe recedendum à reſolutis, non obſtantibus duobus mandatis de prouidendo de 1505. in quibus impetrantes narrabant ius patronatus, &c. & alijs actis productis,

102 Et ſimiliter in vniuerſitatibus, etiam † paruis, plenior, & exactior probatio iuris patronatus requiritur, iuxta decretum Concilij d. verſic. in his verò, quia illa dictio, plerumque, non ſtat reſtrictiue; ita fuit reſolutum in cauſa Foro Sempronien. Parochialis. 4. Febr. 1594. coram D. Mantica, in qua fuit dictũ S. Congregationem Concilij reſoluiſſe, illud habere locum in vniuerſitate Parochianorum, *& antea in eadem corã eodem 4. Iun. & 15. Dec. 1593. vt in dec. 589.*

&

*& 590. notiff. Farinac. & in nullius Archipresbyteratus. 2. Maij, & 1. Iul. 1589. coram D. Pamphilio, vt in decis. 580. & 579. & in Bonon. iurispat. 20. Mart. 1589. coram Gipsio vt in decis. 581. licet in vniuersitate parua, & iure patronatus villae exigua contrarium dictum fuisset in Aprutinen. iurispatr. 27. Febr. 1589. coram Bubalo, vt in decis. 569.* & in vna Illerden. Beneficij coram D. Penna 11. Martij 1596. fuit resolutum, Concilium Tridentin. in probando iure patronatus habere locum in quacumque vniuersitate, quantumuis minima, quia esse in ea vsurpatio præsumitur, &c. Marc. Ant. Gen. *dec. 61. seu 63. nu. 6. & c. 100. nu. 17.* & post hæc Gonçalez d. glos. 18. qui num. 69. aut secus esse si non tota vniuersitas, sed certa pars illius prætenderet ius patronatus, vt S. Congregatio nouissimè declarauit. & à num. 70. ait, quod non erunt legitimi testes personæ vniuersitatis, nec subditi dominorum ad probandum ius patronatus ipsius vniuersitatis, vel domini, Flam. Pariſ. quæſt. 28. de confiden. nu. 252. & quod fuit resolutum in Foro Sempronien. Parochialis 15. Decemb. 1593. coram D. Pamphilio, *seu potius in dicta nullius, Archipresbyteratus.* & videtur esse de mente Concilij, quicquid dicat author praxis Archiepiscopalis Neapolitanæ. *c. 63. scilicet nu. 7. & cum Flam. & Gonçal. tunct Gratianus discept. forens. c. 168. nu. 23.*

103 Sed offert se hic difficultas, † An in personis potentibus, vel vniuersitatibus, in quibus vt immemorialis suffragetur vltra illam, quæ ante sufficiebat, vt per Puteum decis. 205. lib. 1. & Achill. 4. de iure patron. seu. 317. præsentationes etiam continuatæ, non minori saltem, quam 50. annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis, probari debent ex dict. decreto, effectuatio illarum probari etiam debeat per authenticas scripturas, an vero possit etiam aliter probari. Et quidem in d. de-

104 cis. † Sabinen. supra adducta, nu. 100. in fi. dicitur, effectuationem earum, per scripturas authenticas probari debere, vt ex eodem Cõcilio requiritur pro forma, & videtur tenere Zerola d. §. 3. & clare Gonçal. sup. nu. 84.

Sed reuera, ex d. decreto Concilij in illis verbis,

105 † præsentationes, &c. quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur. nõ colligitur necessario effectuationem præsentationem per authenticas scripturas probãdam sed solum ipsas præsentationes. quod est nimis difficile; cum effectuatio non solum consistat in institutione, sed etiam in acquisitione possessionis vt supra dictum est, cap. 5. numero 7.

106 Vnde hæc pars videtur † probabilior, maximè quoad possessionem, quam videtur 1. part. diuersor. decis. 545. *quæ in nouiss. Far. est 577. licèt non integra.* quæ loquitur in personis, in quibus cadit præsumptio vsurpationis. & num. 2. dicit, effectuationem præsentationum satis constare, ex quo per obitum præsentatorum, & institutorum factæ fuerant aliæ successiuæ præsentationes iuxta conf. Oldradi 226. sequitur Gonçalez supra num. 87. de quo d. cap. 5. à num. 105.

107 Et hanc decisionem refert Fla. Pariſ. † de cõfid. q. 28. num. 260. vbi docet, quod ad probandum ius patronatus, etiam in persona, in qua cadit præsumptio vsurpationis, sufficiunt præsentationes 150. annorum, continuatæ, & sortitæ effectum, ac probatæ authenticis scripturis, quia ex scripturis huiusmodi sat sensetur probata immemorialis requisita a cõcilio, vt fuit resolutum in dicta Cæsaraugustana cap. de anno 1573. vbi fuit pronuntiatum constare de immemoriali ex præsentationibus 130. annorum. fac. t decis. 4. Achillis de iure patron. Puteus 205. libro 1. Nam consuetudo immemorialis probatur etiam per scripturas, Angel. per illum text. in l. vetustissima. C. de iudic. Imola consilio 94. numero 7. Oldrad. consilio 244. Aym. de antiquit. 4. par. versic. materia numero 41. Bald. l. 1. C. ad Trebell. numero 5. Decius consil. 11. num. 9. Curtius Iun. cons. 106. num. 5. in fi. Crauetta cons. 139. num. 9. ita Flamin. ibi.

108 Et quod in proposito iuris patronatus † immemorialis probetur ex scripturis, apparet etiam ex d. dec. Comen. & Romana, sup. adductis nu. 94. & 96. & ex declaratione adducta nu. 92. & ex decis. Rotæ. 617. lib. 3. p. 3. diuers. Et dato huiusmodi immemo-

109 riali, † Illustrissimi & Reuerendissimi Domini dubitatur, an ius patronatus competens alicui Baroni, qui de præsenti reperitur in quasi possessione præsentandi, sufficienter probetur ex pluribus præsentationibus continuatis ab anno 1476. quæ fuerunt sortitæ effectum, ita vt præsentatus, & præsentati, debeãt institui, etiam quod immemorialis aliàs quam per scripturas non probaretur, die 28. Martij 1593. Illustrissimus Card. Mattheius, præfectus S. Cong. Concilij, censuit in hęc verba, arbitror ex pluribus præsentationibus continuatis, excedentibus memoriam hominum, quæ omnes sortitæ fuerunt effectum probari immemorialem.

110 Quæ sententia in proposito videtur † vera, & admittenda, ex natura rei, & subiecta materia iuris patronatus, in quo cum per præsentationes successiuas exerceatur, immemorialis rectè probatur per præsentationes effectuatas, authenticis scripturis probatas, per spatium 100. annorum, sicut etiam probaretur per præsentationes effectuatas, testibus probatas, per spatium 60. annorum, iuxta dict. declarationem adductam d. ct. num. 92. & Flam. ibi citatum. Et id videntur velle illa verba Concilij d. ca. 9. siue etiam ex multiplicatis præsentationibus, per antiquissimum temporis spatium, qui hominũ memoriam excedat. Quæ verba censuit Congregatio, die 4. Feb. 1581. intelligenda esse, prout de iure, quãuis alias verius sit, immemorialem non probari per instrumenta. *& in Vercellen. beneficiorum 23. Iunij 1595. coram Seraph. dictum fuit, probationem possessionis præsentati vltra centum annos, licet non faciat immemorialem iuxta opinionem Rotæ, tamen videri esse ant maioris, aut saltem non minoris efficaciæ, cum probatio immemorialis longè sit debilior, iuxta terminos glossiæ in c. 1. de præbend. in 6. & ita potest procedere votum eiusdẽ Ser. in Bononien. de Vanguano, quod est decis. 583. nouiss.*

111 *Farinac.* Ioan. Andr. in cap. 1. † de præscript. in 6. & ibi Domin. nu. 10. & Franchus 15. Alexand. cons. 16. nu. 17. lib. 2. Balb. de præscrip. 2. p. 3. partis qu. 6. nu. 25. Rota in Burgen. decimarum de Escalante 5. Iunij 1591. coram D. Orano supra relata 1. p. cap. 2. num. 44. & in Veronen. iurisdictionis 18. Martij 1596. coram D. Pamphilio. de qua sup. 3. p. c. 2. nu. 195. vbi dicitur quod quatenus pars nititur priuilegijs, & scripturis, notissimum est, per eas non probari immemorialem, &c. *vt in decis. 713. nouiss. Far. n.*

*& Pa-*

*& Pacifici de Saluiano interdicto 34.n.5. qui id etiã dicit inſp.1.cap.6.nu.14. & in propoſito eam allegans Genuen. cap.100. num.9.* & in Tuſſlen. iuriſdictionis 22. Mar. 1596. coram eodem D. Pamphil. vbi fuit reſolutum immemorialem non probari per ſcripturas, cum ſit negatiua abſoluta ſuper qua inſtrumentum nec confici, nec rogari poteſt, &c. & Rotam non ſeruare eam opinionem, quod centenaria dicatur immemorialis, quæ non pendet à tempore, ſed ab eo quod memoria in contrarium non exiſtat vt aliàs dictum fuit in Salamantina iuriſdictionis. 22. April. 1580. coram D. Seraphino & tradit Cardin. in cap. ſi diligenti, circa fin. vbi Felin. in fin. verbis de præſcript. Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. part. 5. 3. nu. 6. latè Molina de primog. lib. 1. cap. 6. num. 45. &c. *Idem in Aquitanen beneficij 29. April. 1602. coram D. Ludouiſio relata vlt. p. c. 2. nu. 238.*

113 Quod etiam fuit dictum in cauſa † Burgẽ. quinquenniorum 8. Martij 1599. coram D. Lita. & 15. Maij 1600. coram D. meo Corduba, vbi fuit declaratum, id procedere, cum ſcripturæ & inſtrumenta confecta ſuper ipſis actibus poſſeſſorijs adducuntur ad probandam ipſam immemorialem, quod tunc eam non probant, ſecus vero cum pro probatione illius adducuntur ſcripturæ, & inſtrumenta, quibus enuntiatur immemorialis ſeu quæ eam canonizant, approbant, & de ea atteſtantur, quia tunc eam probant. Tum quia ſcripturæ, & inſtrumenta, probant quod cantat, tum quia per enuntiatiuas antiquas probatur ipſa immemorialis. Puteus deciſ. 209. lib. 2. Verallus deciſ. 203. p. 3. num. 2. vt fuit etiam reſolutum in vna Burgen. iuriſdictionis S. Ioannis 20. Decemb. 1596. *Quæ eſt 717. nouiſſ. Farin.*

113 Rurſus offert ſe difficultas, † an requiratur pro forma, quod in perſonis ſeu Cõmunitatibus, in quibus vſurpatio præſumitur, præſentationes continuatæ non minori quam 50. annorum ſpatio probentur per ſcripturas authenticas, ita quod adimpleri non poſſit per æquipollens, nec vllo caſu probari poſſint per teſtes. Et quidem certum eſt, dict. probationem per ſcripturas requiri pro forma, vt oſtendunt illa verba Concilij nec aliter, quæ induxerunt formam, vt ex alijs tenet in terminis Rota deciſione 199. numero 3. & 4. par. 21. diuerſorum, & in illa Albanen. Prioratus ſup. adducta num. 99. & & cenſuit S. Congregatio Concilij in declaratione 6. & 7. inſ. adductis, ſub numero 141. & ſic non poteſt adimpleri per æquipollens Felin. in cap. cum dilecta, de reſcrip. num. 10. & 11. ampliatione. 11. Decius conſil. 112. num. 3. Boerius deciſ. 1. num. 44. Segura in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum. ff. de delegat. 2. nu. 14. & ibi add. Did. Perez, Tellus Fernãdez in l. 17. Tauri nu. 68. & in l. 22. num. 6. Molina de Hiſpanorum primogen. lib. 2. cap. 8. nu. 13. & Aceuedo in l. 6. titul. 6. lib. 5. recopilationis num. 11. cum alijs, & in terminis Rota in dict. Albanen. Prioratus, & nouiſſime tradit Gonçalez dict. gloſſa 18. à num. 75. qui nu. 79. addncit dictam ſextam declarationem S. Congregationis, & ſubdit nullatenus ſufficere, ſi per teſtes probarentur d. præſentationes deficientibus ſcripturis, vt fuit in terminis reſolutũ in Rota in vna nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, (*quæ eſt in nouiſ. Far. 580. & confirmata dec. 589.*) & in alia Foro Sempronien. ſeu nullius 15. Decemb. 1593. *quæ eſt in dict. nouiſſ. Farin. 590.* & d. deciſ. 199. nu. 4. vbi rationem aſſignat, quia Concilium de teſtibus omninò non confidit, quando agitur de iure patronatus harum perſonarum, & vniuerſitatum, & propterea non ſibi ſatisfieret, ſi illæ præſentationes probarentur per teſtes, ſeu æquipolleus, & non per ſcripturas, ſed voluit vtramque probationem teſtium, & ſcripturarum, quod fuit etiam, inquit, nouiſſime deciſum in vna Sorana Benefic j 28. Apr. 1603. coram Illuſtriſſimo Pamphilio ex quibus dubitat ipſe Gonçal. de veritate opinionis moderni authoris praxis Archiepiſcopalis, cap. 63 nu. 12. dum tenet, quod ſi per teſtes probaretur eſſe deperditas ſcripturas, & deponerent de tenore illarum, in quibus continebantur continuatæ præſentationes, tunc ſatisfieret menti Concilij per text. in ca. cum olim eſſemus, de priuil. quoniam eo ipſo inquit Gonçalez, quod Concilium non confidit de teſtibus, conſequenter etiam remanet excluſa iſta probatio. Nam aliter de facili eluderetur diſpoſitio d. Concilij, quod etiam inquit, ſenſit Rota in Sabinen. iuris patronatus 15. Nouemb. 1582. coram Sanctiſſimo Clemente VIII. & in dicta cauſa Foro Sempronien. ſeu nullius. *& ſequitur Grat. diſcep. for. c. 168. a. num.* 20. Sed quicquid Gonçalez dicat, vera mihi videtur opinio d. authoris. Nam etiam in actu exigente ſcripturam pro forma, & ad eius probationem & vbi ſcriptura eſt de ſubſtantia probationis, admittitur probatio per teſtes deponentes de tenore, & amiſſione ſcripturæ, vt in d. cap. cum olim, & in cap. ſicut de re iudic. & in l. teſtium. C. de teſtibus vbi Bald. & Salic. l. emãcipatione, vbi Paul. Cod. de fide inſtrum. Iaſ. nu. 12. poſt Alex. in l. 2. C. de bonorum poſſeſſ. Felin. in dic. cap. ſicut à num. 2. Ripa in l. 1. ſi certum petatur à num. 81. Maſcard. de probatio. conſ. 416. num. 11. concluſ. 809. à num. 3. & 845. à num. 24. Alu. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 7. num. 38. Palac. Rub. in d. l. 22. Tauri nu. 7. & 9. & ibi Caſtill. num. 24. Ant. Gom. num. 28. & in l. 41. num. 2. Matienço in d. l. 6. tit. 6. lib. 5. gl. 2. nu. vlt. & ibi Angelo. gl. 3. num. 5. & Burgos de Paz Iunior. q. 4. à nu. 26. qui de requiſitis ad iſtam probationem videndi ſunt. Et facit d. declaratio 7. S. Congregatio, quæ ait, quod probatio per teſtes regulariter excluditur, innuens in aliquo ſpeciali caſu poſſe admitti. *Et quod illa probatio requiratur pro forma, nec poſſit adimpleri per æquipollens, vt cẽſuit S. Congr. tradit etiam Leo d. cap. 21. num. 6. & fuit tentum in cauſa Britonorien. S. Columbani 24. Ian. 1601. coram Lancellotto, vt in deciſ. 557. nouiſſ. Farinac. & in vna Iacen. parochialis 27. Iun. 1603. coram Cardinali Pamphilio, & fuit etiam dictum in Pamphilonen. iuriſpatron. 4. Ian. 1605. coram eodem D. Lancellotto, & ſequitur iſta deciſ. etiam caſu quo concurrebat cum vniuerſitate perſonæ particularis, in qua non datur præſumptio vſurpationis, quod eſt contra* Menoch. *dicta præſumpt. 90. lib. 3. à num. 15. dicentem id non habere locum, quando cum ijs perſonis, ſeu communitatibus adeſt perſona, in qua ceſſat vſurpationis ſuſpicio, &c. Cuius ſententiam ſequuta eſt Rota in cauſa Aurien. parochialis del Pao. 5. Decemb. 1605. coram D. Mançanedo, in qua Domini dixerunt ceſſare vſurpationis præſumptionem in parochianis (in quibus alias adeſt) cum habeant tantum quartam partem iuriſpatronatus; alia vero tres ſint penes tres patronos diſtinctos, in quibus non cadit talis præſumptio, cum non ſint hæredes, vel Domini temporales loci, qui pro ipſorum intereſſe*

*verò non passi fuissent talem vsurpationem, præsertim quia etsi parochiani non præsentassent, Ecclesia non remaneret libera. Vlterius quia cum in alijs tribus patronis cesset dicta vsurpationis suspicio, & illis competat huiusmodi ius patronatus ex fundatione, sequitur quod illi tres sint præferendi, arg. l. sancimus, §. sin autem ampliores, vbi glos. C. de donat. Abb. in l. ad officium C. communia de ind. Capic. decis. 36. nu. 1. & 2. & nouissime in Firmana altaris de Dorijs 15. Febr. 1610. coram D. Marcomontio supra relata nu. 91. & in Fesulana parochialis 8. eiusdem mensis, & anni coram D. Cauallerio, vt decis. seq. 134.*

*Rursus, illa probatio perscripturas authenticas requiritur pro forma in iure patr. vniuersitatum, & personarum suspectarum, vbi solum probatur per præsentationes temporis immemorabilitas propter præsumptionem vsurpationis, secus vbi constat de titulo ex fundatione, vel dotatione per testes, aut alias probationes legitimas; nam Concilium solum statuit, quod titulus iurispatronatus ostendatur ex authentico documento, cuius appellatione continentur non solum instrumenta, sed etiam testes, præsumptiones, & probationes à iure approbatæ, glos. verb. documentis. in cap. 1. de excep. in 6. & ibi Archidiac. & reliqui Doctores, qui eum transeunt, & patet ex ipso verbo documenti, quod, vt ait Calepinus verb. documentum, idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores, &c. Et dicta præsumptio vsurpationis cessat, vbi adsunt legitima documenta fundationis vel dotationis. Ita in vna Lucana plebis 13. 22. Iun. 1599. & 11. Martij 1591. coram D. Gipsio, vt in decis. 542. & 800. nouiss. Farin. & tradit Genuens. in praxi cap. 100. num. 16. licet Leo d. cap. 21. num. 2. dicat authenticum documentum, ex quo probari potest ius patron. esse publicam scripturã, cui creditur sine alio adminiculo, vel iure aut consuetudine speciali, cap. cum dilectus. de fide instrum. Innocen. in c. 1. num. 2. eodem tit. & Bar. in l. si quis, in repet. §. si initium. nu. 5. ff. de edendo, & S. Congr. Concilij censuisse requiri pro forma, vt probatio fiat per authenticas scripturas, vt in decis. manuscriptis super d. cap. 9. in verb. authenticis scripturis, & Rota in nouiss. decis. 199. num. 4. p. 2 quod etiam vult Piasec. in praxi Episcop. p. 2. c. 5. nu. 5. & seq.*

*Sed dictum cap. dilectus, Innoc. & Bar. non loquuntur de documento, sed de instrumento authentico, quod dicunt esse eam scripturam, cui creditur sine alio adminiculo de iure, vel consuetudine, & S. Congreg. in illis declarationibus super verb. authenticis scripturis loquitur, vt patet de probatione præsentationum continuatarum, vbi per eas probatur ius patronatus, quæ debet probari authenticis scripturis vt ibi dicitur,*

314 Et ius patronatus quomodo probetur† vide per Masc. d. conc. 959. & late Fla. Par. d. q. 28. de confid. ex nu. 205. & Mar. Ant. Gen. d. c. 61. *Cabedo decis. 34.* & an probetur confessione vide infra vlt. p. c. 2. nu. 275. *& aduertendum est, quod ait dict. Genuen. in man pastorum. c. 39. nu 3. peccare Episcopum grauiter instituentem præsentatos à patronis absque probatione tituli, iuxta Concil. Trid. d. c. 9. sess. 25. de reform. cum tractetur de re grani, de redigendo beneficium liberum in seruitutem, iuxta Caiet. in summ. in verb Episcoporum peccata, quo circa Episcopum debere esse fortem, quando petuntur institutiones a dominis locorum, & alijs potentibus, vt faciat probari titulum, & sibi constituat Deum esse præferendum cunctis hominibus: & notandum, quod potest Episcopus compellere patronum non obstante quasi possessione & institutione ad ostendendum titulum, Federic. consil. 113. quod aptius sit insit. Hæc Genuens.*

115 Quinto, notandum est ius patronatus † ex priuilegio, reuocatum esse per Conc. d. c. 9. vers. reliqui, ☞ super quo declarat. S. Cong. quæ fic ait, ex hoc vers. dubitatum fuit, an patronatus ex priuilegio censeri debeant iublati. Et Congregatio die 14. Decemb. 1581. & 1586. censuit esse ablatos patronatus ex priuilegio, non autem ex fundatione, vel dotatione. Et
116 in vna Comen. iur. patr. 8. Iun. 1601. coram D. Seraph.† fuit resolutum, ius patr. ex priuilegio, esse ☞ reuocatum per Conc. sess. 25. c. 9, in totum etiam cum quasi possessione inde secuta, vt fuit etiam resolutum in vna Cassan. Beneficij. 4. Iun. 1578. coram D. Bubalo, & in vna Valentina Capellaniæ, coram D. Blanchetto, & in Auximana iuris patr. 2. Maij 1595. coram D. Corduba, & in Albanen. iuris patr. 26. Nou. 1598. coram D. Orano, & dispositionem c. consult. de iur. patr. non procedere, vbi aperte constat de non iure in proprietate, &c.

117 Quod procedit, etiamsi in priuilegio† habeatur ius patronatus competere, non solum ex priuilegio sed ex vera & reali fundatione, & dotatione. Nam non ideo desinit esse ex priuilegio, cum illa qualitas insit in priuilegio, & ita resoluit Rota in causa Placentina Parochialis de Mirabel 19. & vltima Ianuarij 1594. coram D. Orano, vt in sequenti decisione. ☞ In vna Placentina Parochialis loci de Mirabel fuerat 19. Ianuar. resolutum, constat de iure patronat. Parochialis ex priuilegio, ideoque per Concilium Tridentinum censeri reuocatum. Verum quia Franc. Hidalgus ab Illustrissimo D. Marchione de Mirabel ad eam præsentatus, huiusmodi resolutioni non acquiescebat, iterum proposui dubium super ijsdẽ & Domini vnanimiter steterunt in decisis, quia cum Concilium cap. 9. sessio. 25. disponat, vt titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, reliquis patronatibus seu facultatibus, & priuilegijs concessis, tam in vim patronatus, quam alio quocumque iure nominandi, eligendi, præsentandi, exceptis casibus ibidem nominatis, in totum prorsus abrogatis necessarium est fateamur ius patronatus, de quo agitur, ex quo non est comprehensum inter casus exceptuatos, sed ex priuilegio Pij IIII. fuit concessum, per Concilium fuisse sublatum. Neque vero ad rem pertinet, quod in priuilegio habeatur ius patronatus competere non solum ex priuilegio sed ex vera & reali fundatione, & dotatione, nam ideo minus dicitur ex priuilegio, cum illa qualitas, quod non dicatur, ex priuilegio, sed ex fundatione, insit in priuilegio, hinc enim videmus patronatus huiusmodi, non obstante hac clausula, passim dici in priuilegio, licet habeant aliquid plus prærogatiuæ, quam patronatus in simplici priuilegio. Mohed. decisione 11. de iure patronatus. Puteus 312. libro 1. & 308. lib. 3 ita tamen vt tantæ non sint pœnitentiæ, quod per hoc à Concilio præseruentur; maxime quia Cõcilium loquitur per verba importantia veritatem, dum vult, quod titulus sit ex fundatione, & dotatione; vnde impossibile est, quod porrigatur ad patronatus, qui sunt tales per fictionem. l. 1. §. hæc verba, vbi Bar. ff. de negotijs gestis. leg. in bello. §. factæ. ff. de capciuis. Bartol. l. si is qui pro emptore num. 33. & ibi, Ias. num. 120. cum sequen. ff. de vsucap. vt in simili receptum est, puta, si Papa per suam constitutionem decernat notarios non participantes esse veros,

veros,& non fictos familiares, nam non ideo minus dicuntur ficti per priuilegium, & non veri, vt in terminis decidit Caſtrenſ.conſil.340.col.1.verſic.nunc ergo dicendum vol.1.quia cum in eis ceſſet commẽſalitas, non poſſunt dici ſecundum veritatem commenſales, ſed ſecundum fictionem. Commenſalitas enim conſiſtit facto, ſcilicet in vſu, & exercitio, vt concludit Anchar.conſ.348.num.2. per text.in cap. fin.de verb.ſignific.lib.6.& princeps veritatem mutare non poteſt, licet poſſit contra veritatem fingere: non obſtant clauſulæ inſertæ priuilegio derogatoriæ futuris conſtitutionibus, quia non porrigunturad conſtitutiones Concillares, niſi nominatim earum mentio facta fuerit.Oldrad.conſil.326.num. 1.Calderic.conſil.1.de priuileg.Archidiac.c.1.nu. 3.de conſtitut.lib.6. Barb.conſ.73.num.6.volum.3. non obſtat,quod Concilium,d.c.9.§.ſimiliter.mandat reuidere patronatus acquiſitos a 40.annis ante Cõcilium, prout fuit iſtud reuiſum, & approbatum ab Ordinario per ſententiam, quia ſententia fuit lata à Vicario,qui ſicut non habebat facultatem concedendi ius patronatus, ita nec potuit illud approbare,præſertim cum deceptus ſit exprimendo in ſententia ius patronatus acquiri non ſecus ex reparatione, atque ex fundatione,nec enim ex reparatione acquiritur ius patronatus niſi interueniat conſenſus Ordinarij,de quo hic non conſtat,neque poteſt præſumptio cadere, cum deficiat lapſus temporis requiſiti ad hoc præſumendum, nec dicatur cõceſſionem Pij IIII. factam fuiſſe ex iſta cauſa, nam in priuilegio verbum nullum de reparatione, vnde inſurgit maior iniuſtitia dictæ ſententiæ, quæ declarat ius patronatus pertinere ad d.Marchionem, ſequendo tenorem literarum Apoſtolicarum & Concilij,cum nec in literis,nec in Concilio quicquam de eo diſponatur, vt autem etiam ex reædificatione ius patronatus acquireretur, oporteret probare,quod reædificatio erat neceſſaria, ita quod Eccleſia eſſet omninò diruta, & noua indigeret conſecratione glo.cap. quoniam verb. fundationes, de iure pat, & ibi Abb. num.11. Rochus verb.conſtruxit quæſt.8.num.12. Lamb. 1.par.1. lib. 3. articul. 6. quæſt. principali, num. 11. prout is, qui ex dotatione de nouo facta prætendit acquirere ius patro. debet probare dotẽ Beneficij redactam fuiſſe de eſſe, ad non eſſe, Rochus verb.dotauit quæſt. 6. aliàs qui Eccleſiæ iam conſtructæ & conſecratæ aliqua donat, vel eam reſtaurat, non ex eo patronus, ſed benefactor dicitur, gloſſ. cap.piæ mentis. 16.quæſt.7. doct. in Rubrica de iure patronatus. vbi Innocent. num. 2. Cardin. quæſt.6.Felin. in cap.venerabilis, nu.37. de except. & ita concluſum, & poſt hæc tradit Goncal, glo.18. à nu.97. *& Genuenſ. in praxi cap.* 100.*nu.* 1.

118 Et ſimiliter, ius patronatus † ex priuilegio,ſublatum eſt per Cõcilium,etiamſi in priuilegio dicatur quod eſſet eiuſdem prorſus naturæ, & roboris, ac ſi ex fundatione, & dotatione competeret.cum ſit ad inſtar,& non propriè ex fundatione, & dotatione, ☞ & ita cenſuit S. Congregat. Concilij ſuper d.cap.9. his verbis,patronatus qu fuerunt conceſſi, vt eſſent eiuſdẽ prorſus naturæ,roboris,&c. cuius ius patronatus laicorum, & nobiliũ, Regum,ac ſi ex fundat. & dotat.forent.Cong.cenſuit,cenſeri ſublatos,quia cum ſint ad inſtar, & non propriè Regum, nec ex fundat. ideo non comprehendi ſub exceptuatis, & tradit Goncal. ſup.num. 102. fuiſſe deciſum in vna Cordub.20. Nouemb. 1566. coram Do. Io. Aldobrand.quod ſi ex mero priuilegio competeret alicui ius patronatus,in cuius cõceſſione diſponatur,quod ſit eiuſdem naturæ ac ius patronatus ex fundatione, & Regum, non obſtante d.clauſula ,& quod Conc. Trid. præſeruet ius patronatus ex fundatione, nec non ex priuilegio,quando eſt Regibus conceſſũm, erit nihilominus derogatum, & ſublatũ tale ius patronatus per d.Concilium. *cõſonat etiam prædictis alia declaratio S. Congreg. Concilij in vna Bracharen. quæ ſic ait: Commendatarius monaſterij S. Andreæ de Villarreal Marchioni eiuſdem loci ſuo nepoti patronatum vna cum priore & monachis, & ius præſentandi ad plures Eccleſias parochiales donauit ſubſecuta confirmatione pœnitentiariæ Sanctiſſ. cum clauſulis ampliſſimis, videlicet, quod dictum ius patronatus cenſeri debeat laicorum, ac ſi ex vera dotatione & fundatione in huiuſmodi beneficijs requiratur cõcurſus, quaſi iuris patronatus Eccleſiaſtici ſint, Congreg. cenſuit, ius patronatus hoc ex donatione monaſterij facta Marchioni, & confirmatum a pœnitentiaria cenſeri acquiſitum ex priuilegio, non obſtantibus illis clauſulis, ideo ſublatam eſſe à Concilio, & quatenus ius patronatus hoc adhuc validum maneret, cenſendum Eccleſiaſticum, quia ab Eccleſia proceſſit. Et in iſta cauſa Brachar. iuriſpat.7. Maij 1599 coram Seraph. Rota reſoluit iſtud ius patronatus tamquam ex principio eſſe ſublatum per Concil. vt cenſuit Congreg. item non valuiſſe eius donationem, cum non fuerit facta cum cauſa & ſolemnitatibus, nec conſtet de conſenſu Abbatis, & cet. idem 1. Martij 1602. coram Sacrato.*

119 Nec † prodeſt immemorialis, vt in ſeq. declaratione eiuſdem S.Cong. ſuper d.c.9. Remanet dubiũ, an quando conſtat de origine priuilegij, vel præſu- ☞ mitur eſſe ex priuilegio aliquod ius patronatus, & adeſt immemorialis profit illa, vel nõ propter clauſulam derogatoriam in fine ca.poſitam,ibi,non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus,& immemor. quaſi referenda ſit etiam ad ius patr. & in hoc Cong.reſpondit non prodeſſe.

120 Non tamen loquitur hic de priuilegijs † conceſſis ex cauſa oneroſa, vt fuit reſolutum in cauſa Valẽtina Parochialis de Coſentayna. 30. Ianua. 1581.& 26. Ian.1582.coram D.Seraphino,quẽ habentur.1. p.diuerſorum deciſ.687.& 2.p.269.quod vt dicitur d.dec.687.fuit ſæpius in alijs cauſis à Rota animadueſum,& in Patauina iuris patr. 29.Ian.1590.corã
121 † eodem D.Seraphino vbi fuit reſolutum,quod ius ☞ patr. conceſſum ratione reædificationis nõ tollitur per Concil. quia non derogat patronatibus qui ex iuris communis diſpoſit. competunt, nec iſta cõceſſio poteſt dici merum priuilegium, & ſi haberet aliquid priuilegij, tamen quando ſit ex cauſa oneroſa ſeruandum eſſe reſoluit Rota,in d. Valentina de Coſentayna,&c. Et idem innuitur in illa Placẽtina Parochialis de Mirabel.ſup. adducta,num.117. *& fuit dictum in Pampil.iuriſpat. de Ianci* 10.*Martij* 1604 *coram Coccino, & docet Genuenſ.d.c.*100.*nu.*1. *& vide dicta ſupra c.*1.*nu.*581. conducunt tradita per Gonçal. gl.28.à nu.22.& gl.36.nu. 36.

Sextò notandum eſt, ius patron. de iure non ac-
122 quiri † ex augmento, ſeu ſupplet. dotis, ſed requiritur, quod in totum Eccleſ.dotetur.Roch. verb. & dotauit.3.q.Lamb.1.p.1.lib.q.6.art.1. 2.& 6. Rota deciſ.457.nu.18.& deciſ.528.num.2.p.1.diuerſorũ,

*& dec.*

*& dec.524.nouiſſ.Far.à num.5.& Gen.d.c.100.nu.20. & nouiſ.Gratian.diſc.for.c.177.à nu.24.*& d.deciſ.Placentina Parochialis de Mirabel. & Zerola in praxi Epiſcopali.2.p.verb.ius patron.§.1.poſt hæc tradit Gonçalez gloſſa 18.n.53. dicens quod qui ex dotat. de nouo facta, prætendit acquirere ius patro. debet docere dotem primam fuiſſe redactam de eſſe, ad nõ eſſe, & fuiſſe deciſum in vna Sarçanen. Beneficij 5. Iulij 1599.coram D.Mellino, & in Compſana iuris patro.23.Ian.1604. coram D.Lita.

123 Quamuis contradicat illa deciſ.Tiraſonen.† iuris præſentandi.5.Maij 1593.ſupra adducta nu. 84. ad fi.& quamuis Menoc. conſ.241.num. 14.lib.3.& 336.à nu.5.lib.4.dicat ex dotatione acquiri ius patr. quando Eccleſia parum habet, & non eſt commode dotata,poſt Abb.conſ.28.2.p.& videtur inclinare Läber.d.art.6.ad fi.pro quo videtur facere Conc. Trid.ſeſſ. 14. de refor. cap. 12.ibi,ſeu iam erectam, &c. ſed intelligitur ex priuilegio Apoſtolico.

124 Et ius patronatus ex augmento dotis,&c.† cõceſſum etiam per Papam à 40.annis citra,ſubijcitur examini,& reuiſioni Ordinarij,vt in d.c.9.ver.ſimiliter.cõceſſum vero ante annos 40. à confirmatione Concilij,non ſubiacet dictæ reuiſioni,ſed firmum remanet Hier.Gabr.conſ.195.lib.1. & cenſuit S. Cõgreg.Concilij,vt in ſeq.declar.ſuper d.cap.9.ius patronatus acquiſitum per augmentum 3.partis dotis ante 40.annos,a die confirmationis Concilij numerandos, validum eſt,ſi vero eſt acquiſitum intra annos 40.*Epiſcopus* vti Apoſtolicæ ſedis delegatus,illud examinare debet, & quod non in euidẽtem vtilitatem factum inuenerit,reuocabit; reſtitui tamen debet patro. id quod hoc nomine ab eis datum fuit, prout in fine huius decreti ſtatutum eſt, & iſti 40. anni numerandi ſunt à die confirmati Concilij,nam licet à die quo vellet Ordinarius inquirere ſuper validitate iuris patr.eſſent tranſacti 40.anni, hoc nihil obſtat examini,interim tamen dum fit examen,nullus eſt in ſua quaſi poſſeſſione turbandus.

125 Et in vna Lucana Canonicatus 24.Maij† coram D. Bubalo,tenuit Rota, ius patro.conceſſum à 40. annis citra ex augmento, &c. ſubijci examini, & reuiſioni Ordinarij illi vero qui ante 40.annos conceſſi fuerunt,ex decreto Concilij ſeſſ.25.cap.9.reuideri ab Ordinarijs non poſſe, vt cenſuit S. Cõg. & ſic ius patronatus reſeruatum 40. annos à die publication is Concilij,non comprehendi ſub decreto Concilij,nec attendi debere tempus reualidationis factæ poſt quam regula Adriani fuerat reuocata; quia per reualidationem res fuit reducta ad priſtinum ſtatũ, perinde ac ſi regula Adriani non emanaſſet,&c.

126 Et in vna Melphienſ.ſeu Rapolien.† iuris patronatus.19.Ian.1594.coram D.Mantica fuit reſolutũ quod iure patronatus à Papa cõceſſo poſtquã fructus Eccleſiæ ad 3.partem auxerit,debet probari implementum iſtius conditionis, alias ius patronatus non eſt acquiſitum,l.ex his C.quando dies legati cedat.l. Thais.§.ſticlium.ff.de fideicom.libertate.l. cũ mota vbi Iaſ.nu.21.& Decius 6.C.de trãſactio.Rota diuerſorum.1. part. deciſ. 148. & dos aucta dici non poteſt, vſque ad 3.part. niſi ſit probatum quãti eſſent fructus Eccleſiæ tempore gratiæ ſuæ aſſignationis, & tamen conditio in totum impleri debet l. cui fundus,de cõdit, & demonſtr. & in proprijs terminis fuit reſolutum in Paduana iuris patronatus de Delphin. vlt.Maij 1591. coram D. Decano, nec præſumitur facta aſſignatio illa vſque ad 3.p.vt partes aſſeruerunt ex eo quod ſemper fuerit poſtea is in quaſi poſſeſſione præſentandi,argu. l. ſi filius familias,C.de petit.hæred.Dec.conſ. 222.nu.9. Quia & ſi partes aſſeruerunt, fuiſſe factam aſſignationem in certa re vſque ad 3.p. fructuum, non eſt credendum aſſertioni illarum in præiudicium Eccleſiæ; & cum illa conditio inducat formam,quæ eſt indiuidua, ad vnguem debet probari,& concludenter, & verè nõ autem per cõiecturas,vt fuit reſp. in d.Paduana iuris patronatus maximè, quando ex potentia patroni inducitur aliqua præſumptio vſurpationis. Trid. ſeſſ.25.c.9.de reform. Puteus deciſ.205.li.1.Achill. 156. quod in d. Paduana contra Delphinos nobiles Venetos fuit perpenſum & ita in hac Melphien. ſeu Rapolien. fuit reſolutum non conſtare de iure patronatus,quod fuerat conceſſum à Paulo III. anno 1534.principalibus de Aſcali vt ſupra, & fuit cõfirmatum coram eod. D. Mantica 6. Martij 1395. *& Ioann.Garc. de expenſ. & meliorat. cap.8. ſub num. 51. & videtur etiam ſequi Cauedo de patronat. Regiæ coronæ cap.32. num.2. & ſolum poſſet iuſtificari ex tolerantia & permiſſione Papæ aut Hiumada ad Greg. Lopez in l. 1.tit.13.p.1.gl.3.*

127 Et aliàs in † vna Valentina de Carlertis 4. Maij 1601.coram D.Lancell. fuit reſolutum,non conſtare de iure patronatus,quia hoc ius patr.fuerat anno 1515.à Leone X.conceſſum G.Domino. d. loci poſt quam dictam Eccleſiam proprijs ſumptibus reparauerat,& inſtauranerat illiuſque dotem quę 130.ducatos de eo tempore non excedere aſſerebatur in annuis redditibus. 10.ducatorum auxerat, & ideo etiã ſi huiuſmodi implementum eſſet ſufficienter probatum adhuc ſubiacebat regulæ Adriani VI. nam de iure communi ex huiuſmodi augmento dotis non fuerat acquiſitum ius patronatus, Rochus verb.dotauit.q.2.& 3.& fuit dictum in Lunen. Sarçã. Beneficij,2.Iulij 1599. coram D. Millino, & alias pluries maximè cum non aſcẽderent ad medietatem annui valoris fructus Beneficij, neque ex d. reſtauratione & reparatione, ex quo Eccleſia non erat funditus deſtructa,ita vt egeret noua conſecratione Lamb.1. p.1.lib.q.6.art.3.n.16.Roch. verb.conſtruxit. n.12. & fuit dictũ in Peruſina de confinio 10.Dec. 1570. corã D.Blanchetto,& in Valentina de Cõſentayna 26.Ian.1582.corã Decano, & regula cũ habeat verba ampliſſima, & ſit fauorabilis,comprehẽdit etiam hunc caſum mixtũ quãdo concurrit augmentũ dotis,& reparatio Eccleſiæ, nec ſufficit quaſi poſſeſſio, vt præſentatus veniat inſtituẽdus pendẽte lite ſuper proprietate.Caputaq. deciſ. 29.& 324.lib.1.in manuſc.& fuit d.in Ceſarau.Parochialis 20.Iun.1566. coram Groperio, vltra quod non eſt in quaſi poſſeſſione cum beneficium vacauerit in mẽſe reſeruato.

128 Septimò notandum eſt,ius† patronatus nõ poſſe competere ex conceſſione, & priuilegio Epiſcopi cap.2.de rebus Eccleſiaſticis in 6.Rochus verb.pro eo quod de diœceſani conſenſu.num.34.Staphil. de literis Grat. tit.de modo,& forma impetrandi.§. 1.de iuris patronat.prærogatiua,numer.3.& 4. Rebuff.in praxi.3.pa.ſignat. verbo nec nõ iuris patro. num.3.Lambert.1.p.lib.1.quæſt. 10.art.4.& cõſtit S.Cõgr. Concil. 2. April. 1573. vt in ſequen.declarat. ſuper d. cap.9. ibi, ius patronatus ex priuilegio

Epiſco-

Epiſcopi cõceſſum, in cuius pacifica poſſeſſione extiterunt prætenſi patroni per 140. annos, non prodeſt, cum enim conſtet de tit. ex priuilegio inualido centenaria poſſeſſio prodeſſe non poteſt ob malam fidem, ideo per hoc decretum ſublatum. Flam. Pariſ. de confid. q. 28. nu. 240. & tenuit Rota, & per Chiſa-
129 nen. dec. 102. † in manuſcr. in qua fuit tentũ, quod ☞ ſi in noua prouiſione narretur, quod beneficium eſt de iure patronatus de facto, ſi tamen non probetur, iuridice; non valet, & cenſetur ſurreptitia, puta ſi Epiſcopus conceſſerit ius patr. de Eccleſia, quæ erat libera quod non poteſt facere ſine authoritate Papę. Caldér. conſ. vlt. de iure patr.

130 Et ſic in vna † Nolana Capellæ, ſeu Beneficij 19. Ianuar. 1594. coram D. Arrigonio fuit reſolutum, ☞ quod Capellam reuerſam ad priſtinam libertatem, non poteſt Epiſcopus per ſuam donationẽ, redigere in ſeruitutem iuris patronatus Abb. cõſ. 106. l. 2. Rochus. ſup. Beroi. conſ. 44. nu. 31. lib. 1. non obſtante, quod in dotatione dicatur, donatarium debere ædificare, & depingere vnã Capellam, ſeu altare, infra triennium, cum non conſtet Capellam antiquam eſſe in totum deſtructã, prout conſtare debet, vt ex reædificatione poſſit dici acquiſitum ius patronatus, gl. in cap. quoniam de iure patr. & ibi cæteri, Roch. verb. conſtruxit. n. 12. Tum etiam quia impenſa pro huiuſmodi reædificatione, poterat eſſe tam modica, quæ commodæ potuiſſet fieri de fructibus ipſius Capellæ, & præſertim cum reædificatio eſſet facienda infra triennium. c. 1. de Eccleſijs ædifican. c. 4 c. de redditib. 12. q. 2. nec poteſt dici requiſitum ius patron. ex cauſa dotationis. cum ille in ſuo teſtamento reliquerit quædam bona huic Capellæ, quia iã erat dotata Abb. ſupra nu. 2. & quia ſibi ſpectaret ius patronatus, & non, vt acquireret illud, ex cauſa dotationis reliquit, & 16. Decem. 1594. coram D. Orano
131 † Domini ſteterunt in deciſis, & fuit reſolutum, nõ ☞ fuiſſe locum præſcriptioni dicti iuris patronatus; tractu temporis, etiam longiſſimi, cum conſtet de principio inualido illius, &c. M. Ant. Genuen d. c. 16. nu. 5. qui ait non ſuffragari immemorialẽ, quando conſtat de initio inualido vitioſi tit. à principio, quod ait poſthæc Gonçal. gl. 18. à nu. 48. allegans declarationem S. Cong. & deciſ. Venetam Tribij. 55. lib. 2. à nu. 69. & alios. Vnde conuincitur conſ. Menoch. 90.
132 lib. 1. † ex nu. 13. & 336. nu. 28. lib. 4.

133 Sed Zerola d. verb. ius patronatus. † §. 8. dub. 6. ait, quod quicquid ſit de Eccleſia conſecrata, tamen Capellas vidit concedi in ius patronatus, etiam exiſtentes in Eccleſia conſecrata, etiam in Cathedralibus, nec tex. in d. c. 2. videtur hoc prohibere, ſequitur Zecchus d. c. 12. de benef. & penſio, nu. 53. verſ. non poteſt vero.

134 Nihilominus etiam in Capella Eccleſiæ † veriſſima eſt prædicta reſolutio, vt tenet Staphil. ſupra, & Rota in d. Nolana, & alij, & recte probatur ex d. ca. 2. & praxim quam Zerola vidiſſe ait. Exiſtimo procedere ex eo, quod vt videmus etiam in Hiſpania, ſolent aliquæ perſonæ nobiles, diuites, & principales, ad ſuam & ſuorum ſepulturam emere Capellas, in Eccleſia factas, cum licentia Ordinarij, dando Eccleſiæ pretium ædificij, & ſoli Capellæ, prout conuentum eſt, vnde tanquam fundatores, & conſtructores Capellæ remanent patroni ipſius, quia ratio eadem militat, ac ſi a principio fundet, vel conſtruat maxime ſtante conſuetudine, quæ ita recepit, & in-
135 terpretata eſt. Et facit † quod tradit Rochus verb. fundauit. q. 9. Lamb. 1. p. 1. lib. q. 3. art. 10. Caputaq. deciſ. 290. 1. p. quod Eccleſiã ædificaſſe dicitur, qui dedit domum pro illa conſtituenda.

136 Quamuis Greg. Lopez. in l. 1. titul. 13. p. 1. † verbo vender. & Mol. de Hiſpan. primog. lib. 1. c. 24. nu. 40. tales contractus condemnent tanquam ſimoniacos, quos ſequitur. Parlad. rerum quotid. lib. 1. cap. 3. num. 36.

137 Et ita eſt accipiendum quod dicunt † Laſſarte de decimæ venditio c. 14. n. 5. maxime in additio ibi, & P. Ledeſma in ſum. 2. p. tract. 12. concluſ. 34. qui ait, quod licite poteſt vendi & emi ius ſepulturæ, ſibi. & ſuis deſcendentibus, & hæredibus, ſicut poteſt vendi. & emi Capella, cum obligatione, quod nemo ſepeliatur in ea niſi emens, & ſui deſcendentes, vt docent communiter diſcipuli D. Thomæ, particulariter Orellana, quia hæc obligatio eſt temporalis, & admiſcetur aliquis honor temporalis, & non eſt res ſpiritualis, &c. & Mar. Ant. Genuen. cap. 40. numer. 19. quod ſepulchra cum Capellis, poſſunt vendi ratione ſitus, & dignioris loci, quod non videtur, quid ſpirituale Arag 22. q. 10. art. 4. *Sotus de iuſt & iure lib. 9. queſt. 7. art. 1. Spino. de teſtament. gloſ. 2. num. 44. quod etiam ait Gratian. deciſ. 26. a num. 14 nempe, quod capellæ & ſepulchra poſſunt vendi ſaltem de conſuetudine ratione ſitus, vel dignioris loci, quæ non videntur ſpiritualia: vnde poterunt vendi tanquam non neceſſaria ad ſepulturam, maxime ex conſuetudine. Idem docet ipſe Grat. diſcept forenſ. cap. 100. à numer. 6. & allegat deciſ. Rot. in cauſa Tiraſonen. ſepulturæ 17. Maij 1572. coram Lancellotto, & tradit Perez de Lara de anniuerſ. & capell. lib. 1. cap. 25. numer. 17. & allegans etiam P. de Salazar de vſu & conſuet. cap. 10. nu. 24. & Humadam ad Greg. in l. 55 tit. 6. par. 1. gl. 5. intelligens tamen quod detur pro eleemoſyna, non autem vt pretium, ſed pretium eſt in effectu, quomodocumque appelletur.* quæ ratio Genuen. & P. Ledeſ. in emptione Capellarum non ſatisfacit, cũ acquiratur ius patron. quod eſt ſpirituale, vt eſt dictum, & ita non videri poſſe ſaluari, niſi ex prædicta ratione. *quamuis emptio ſimplicis ſepulturæ, ſeu iuris ſepulturæ, etiam capellæ ſine iure patronatus poſſit ſaluari ex illa ratione, maximè obligationis, quod nullus alius ibi ſepeliatur, quam admittit Suarez de relig. tract 3. de ſimon. lib. 4. cap. 14. num. 22. non verò illam de ſitu, & digniori loco, dicens quod licèt ſimonia ſit aliquid accipere pro honoratiori loco ſepulturæ, ſecus verò erit, ſi quis velit onerare Eccleſiam, & ita poſſidere in illa ius ſepulturæ in aliquo certo loco illius, vt non poſſit alius ibi ſepeliri: tunc enim videtur illa obligatio ex parte clericorum ſeu Eccleſiæ, poſſe vendi ſaltem authoritate prælatorum Eccleſiæ, cum circa hoc non inueniatur facta prohibitio, quia aliud eſt vendere ſepulturam, quod prohibetur, aliud vendere obligationem non ſepeliendi alium, vt per ſe conſtat. Vnde neque tunc venditur aliquid ſpirituale, nec ſpirituali annexum: illa enim obligatio eſt onus accidentarium, quod æſtimabile pecunia eſt. Ita Suarez, quem, licet non citatum, ſequitur Fr. Raph. de la Torre de relig. 2. tom. quæſt. 100. art. 4 diſput. 7. Sed illa ratio de honoratiori loco non videtur reijcienda, ex qua ſolum poteſt ſaluari conſuetudo accipiendi aliquid in Eccleſiæ fabricam pro apertura ſepulturæ intra Eccleſiam: nam cum talis locus non ſit neceſſarius ad ſepulturam, non venditur ſepultura, nec ſacrum contra Suar. Quamuis etiam Genuen. 2. edit. in annot. d. cap. 41. ſuper*

d. nu.

*num. 18. mutando ſententiam reiecit dictam rationem cum Gregor. & Molina ſupra, dicens, videri potius ſubtilem, quam ſubſtantialem: canones enim generaliter prohibent aliquid accipi pro loco ſepulturæ, d. ca. ad abolendã. Nec diſtinguunt, an eligatur ſepultura in meliori loco Eccleſiæ, vel alio: quare conceſſionem ſepulchri cũ capella debere fieri gratis, & patronos poſſe ſponte dotare, vel donare, & hoc pacto vidiſſe confici inſtrumenta à notarijs peritis, qui inſtrumento teſtati ſunt de ſpontanea conceſſione loci ex parte Eccleſiæ, & ſpontanea dotatione capellæ ex parte recipientis; & hoc pacto ceſſare ſcandalum, & ſuſcipionem auaritiæ, & ſimoniæ; & hanc reſolutionem eſſe conformem gloſſ. fin. in dict. cap. abolendæ, vbi Abb. num. 7. communiter receptæ, quæ dicit, quod licèt clerici non poſſint aliquid petere pro loco ſepulturæ, tamen ſi laici ex cõſuetudine laudabili aliquid ſoluunt, poſſunt compelli ad illam obſeruandam, iuxta cap. ad Apoſtolicam. de ſimon. & Neapoli ſolui grana quindecim pro foſſa, ſeu loco ſepulchri, Romæ etiam extare talem conſuetudinem, vt dicit Hieronym. Gabr. conſil. 40. Hæc Genuenſ. d. annot. Ad cuius rationem reſpondetur, canones prohibere aliquid accipi pro loco ſepulturæ, ſcilicet neceſſario, & in loco ſacro, non verò pro loco honoratiori, & in tali ſitu, iuxta dicta. Nec conceſſio ſepulchri, ſeu capellæ ſaluaretur a ſimonia, ex eo quod diceretur fieri gratis ſi in eodem inſtrumento, aut ſtatim recipiens aliquid daret, licèt diceret donare, propter correſpectiuitatem, & vnitatem actuum, ad deciſ. Caputaquenſ. 235. p. 1. cum alijs licèt conceſſio capellæ, & dotatio benè poſſent fieri ſimul, & in eodem inſtrumento, vt in exemplo Genuen. quia dotatio non habet rationẽ pretij. Nec illæ ſolutiones, quæ fiunt pro loco, ſeu apertura ſepulturæ, quando ſepeliuntur defuncti, poſſunt ſaluari, & excuſari ratione laudabilis conſuetudinis, iuxta d. cap. ad Apoſtolicam: nam ad talem conſuetudinem requiritur, quod laici gratis, ſponte, & ex deuotione id obtulerint & ſoluerint, vt per Doctores in d. cap. ad Apoſtolicam, & Io. Gutierr. plures referentem canon. quæſtio. lib. 2. cap. 21. numero 148. At in propoſito dictæ ſolutiones ex conſuetudine non videntur habere initium voluntarium, nec eſt veriſimile, immo in aliquibus diœceſibus videntur introductæ per conſtitutiones ſynodales, quæ approbantur a Cõcilio prouinciali Compoſtellano act. 3. decreto 10.*

138 Non tamen placet †quod dicit Laſſarte, ibi, & P. Ledeſma concluſ. 35. quod habens Capellam, ſeu patronus alicuius Capellæ, poſſit illam vendere, & huiuſmodi ius patronatus, quod etiã tenet Coſmas Philiarchus de officio Sacerdotis. 2. p. lib. 6. cap. 9. ad fi. dicens, quod qui habet ius patronatus alicuius Capellæ, poteſt vendere parietes, & picturas, &c. illius Cap. llæ, quæ ſunt quid materiale, in quo fundatur illud ius patronatus, non tamen poteſt amplius accipere pro ipſo iure. *Conſonat Suarez d. lib. 4. cap. 14. num. 18. dicens, quod ſi quis habeat ſepulchrum proprium ſuis ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, vel ſuis, non eſt materia ſimoniæ, ſi vendatur quoad proprietatem, iuxta valorem fundi, & reſpectu habito ad ſolas expenſas in eo ædificando factas, vt conſtat ex dictis de alijs rebus ſacris; nam procedit eadem ratio, quia ibi non venditur benedictio, nec proprium ius ſepulturæ, ſed materiale illud, ad quod alia ſequuntur. Vnde ſimilia loca iure hæreditario transferri ſolent a parentibus ad filios ratione temporalitatis, quæ in eis eſt: nam in ſpiritualibus non poterat eſſe ſucceſſio, & eodem modo poſſunt per venditionem in alium transferri, quatenus temporalia ſunt, neque hoc inuenire ſpecialiter ab Eccleſia prohibitum.* Ex quo videbatur poſſe ſaluari venditiones Capellarum, quæ ſolent fieri per patronos earum, vt vidi in hac 139 ciuitate. Sed quamuis id poſſit † procedere, quando Eccleſia vendit Capellam ex quo ipſa Eccleſia eſt domina, ſeu quaſi, ſuarum Capellarum, tamen quando patronus illam vendit, non videtur poſſe procedere, nec excuſari à ſimonia, nec valere cõtractum, quia cum ipſe non ſit dominus Capellæ, nec parietum ipſius. §. nullius & ſeq. de rerum diuiſ. ſed ſolum habeat ius patronatus, ipſum reuera vendit & non aliud. Nec verum eſt, quod ius patronatus poſtquam eſt acquiſitum, fundetur in partibus, &c. ſed ſolum fuerunt cauſa illud acquirendi. Et ſimiliter quando tota Eccleſia, aut totum monaſterium venderetur, nihil aliud eſſet, quam vendere ius patronatus, atque adeo eſſet ſimonia.

Aduertendumque eſt, quod qui emit Capellam 140 † Eccleſiæ deberet dare iuſtum pretium, & valorẽ, ſaltem ædificij, parum plus vel minus. Alias enim ſi id non daret reuera, ſed minus notabiliter, nõ poſſet dici fundator, & conſtructor in totum, nec tanquam talis acquireret ius patronatus vt prætendit, & conſequenter Capella remaneret libera, & Eccleſia deberet datum reſtituere, ſaltem quatenus ex eo factus eſt locupletior, &c. *Lamber. 1. p. 1. lib. q. 3. art. 3. ad finem. Et iſte emens ſeu conſtituens capellam, debet etiam eam dotare, alias remaneret libera Eccleſiæ, Abb. in cap. ad audientiam. 1. de Eccleſ. edifican. num. 5. conſ. 89. num. 2. & 8. & conſil. 106. num. 2. verſic. præterea 2. par. 2. Roch. verb. conſtruxerit 4. q. & quæſt. 7. num. 11. verſ. aut vero quis conſtituit altare vel capellam Lamber. 1. par. 1. lib. q. 5. art. 19. & qu. 11. art. 8. Greg. Lop. l. 1. tit. 15. p. 1 gloſſ. 5. Genuenſ. cap. 109. num. 1. licet enim Anania conſil. 24. ſeu 23. & ibi Bologn. in addit. quem referunt Felin. in cap. ex par. 2. de reſcr. nu. 4. & Rebuff. de paciſ. num. 103. alias 88. dicat, quod fundans ſeu conſtituens capellam in Eccleſia, non tenetur eam dotare, & ſequitur Lambert. d. 1. par. 1. lib. quæſt. 3. artic. 1. num. 5. debet intelligi, quando conſtitueretur capella, vel altare ad ornamentum Eccleſiæ, & vt remaneat libera ipſius, Abbas d. conſil. 109. Roch. ſupra, & Lambert. d. artic. 10. Greg. & Genuenſ. ibi, dando autem capellaniam cenſetur dotata capella ipſa, vel altare, vbi fundatur: nam ex reditibus capellaniæ prouidendum eſt de neceſſarijs capellæ, vel altari non habenti alias reditus pro fabrica cap. 1. & cap. de his Eccleſ. edific. vbi Doctores Genuenſ. d. cap. 109. num. 13. & hoc ius erit pro tunc, diminuerunt Miſſæ, quamuis ab auctore requiratur dos ſufficiens pro merce de Sacerdotis, & paramentis, & alijs neceſſarijs, iuxta numerum & quantitatem Miſſarum celebrandarum. Lambert. dict. 1. par. 1. libro quæſt. 5. articu. 21. nu. 19. Genuen. dict. num. 13. At ex dotatione Capellæ, vel altaris iam extinctæ in Eccleſia dotata non acquiritur ius patronatus ipſius capellæ, vel altaris, etiam eius dotatio fiat cum conſenſu, & authoritate Ordinarij, quia ſi Eccleſia fuit dotata, ſatis dicitur dotata ipſa capella vel altare cum ſit pars Eccleſiæ; ita Abb. conſil. 59. par. 2. & Roch. dict. verb. conſtruxit quæſt. 7. num. 11. quicquid dicat Lambert. 1 p. 1 lib quæſt. 5. art. 15. & 2. & 3. caſu. & quæſt. 6. art. 1. num. 28. verſ. vltra prædicta; & quamuis Roch. d. verb. & dotauit q. 1. dicat, quod in ciuitate Papiæ conſuetudo ſe habet. & ita audit eſſe alibi, quod ex ſola dotatione altaris vel capellæ iam conſtructæ acquiratur ius patronatus, ita vt ipſe dotans ſolus ſit patronus, non autem ſit compatrona Eccleſia ratione fundi & conſtructio-*

*ſtructionis, &cet. Quæ conſuetudo vbi viguerit ſeruanda erit, maxime cum non ſit dare contra ius, & ſic ſufficeret decennalis, iuxta notata in fine, de conſuetud.*

*Ex dotatione tamen capellaniæ fundatæ in Capella, vel altari iam conſtructo acquiritur ius patronatus ipſius Capellæ in abſtracto inſtitutori & dotatori: quod non ſolum procedet in capellanijs inſtitutis in capellis ſeu altaribus liberis, non patronatis, in quibus de iure id admittit Lambert. 1. par. 1. lib. quæſt. 5. art. 15. num. 2. verſ. ſi vero, & 11. q. art. 2. num. 2. ſed etiam in capellanijs inſtitutis in capellis, ſeu altaribus iuriſpatronatus aliorum, quia per hoc nullum fit præiudicium earum patronis, quibus ſalvum manet ſuum ius patronatus, & præſentatio ad ſuas capellanias: quamuis in his ſolum id admittant de conſuetudine Roch. verb. & dotauit. quæſt. 1. num. 1. & Lamb. d. art. 15. nu. 2. dicentes ita obſeruari, prout reuera ita obſeruari videtur.*

Tandem ſupradicta confirmantur & declarantur
141 †ex ſeqq. declarationibus S. Congre. Concil. ſup.
§. d. cap. 9. 1. ibi, ex fundatione vel dotatione, &c. ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus, &cet. Congreg. cenſuit hæc verba accipienda eſſe diſiunctiue, nam ſufficiet alterutrũ probare, ſcilicet vel tit. ex authentico documento, ſiue multiplicatas preſẽtationes, vt in Congreg. die 4. Februarij 1581. Secunda, ius patronatus quod probatum eſt ſolo documẽto fundationis, &c. abſque aliqua preſentatione, non tollitur à Concilio, vide deciſionem Rotæ 2. de Præb. in nouis, niſi tantum tempus præterijſſet quantum iure requiritur ad præſcribendam Eccleſiæ libertatem. Tertia, an ſatis ſit, aſſerenti ſibi competere ius patronatus ex fundatione, & dotatione ſi in vna, aut altera præſentatione de Anno 1554. & 1561. quæ effectum ſortitæ fuerint, oſtendatur. Cõgregatio cenſuit non eſſe ſatis, die 10. Februa. 1581. Quarta, ius patronatus ex ſolis præſentationibus continuis vltra hominum memoriam, probatur ex fundatione, vel dotatione, licet in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione, aut dotatione. Quinta Congrega. cenſuit Barones, & alios Dominos iuriſdictionem perpetuam habentes, compregendi in hoc decreto, verſicul. in his vero perſonis. Sexta ibi, authenticis ſcripturis probentur. Congregatio Cõcilij omnium conſenſu cenſuit requiri pro forma, vt probatio fiat authenticis ſcripturis, & conſtituẽdam eſſe regulam, quod probatio per teſtes non ſufficiat. Septima, an cap. 9. ſeſſio. 25. in ea parte in qua requirit pleniorem, & exactiorem probationem iuris patronatus, in ijs perſonis, ſeu communitatibus, in quibus vſurpatio plerumque præſumitur, nec eis immemorialis aliter ſuffragatur, niſi præſentationes, etiam continuatæ non minori quam 50. annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitę fuerint, authenticis ſcripturis probentur, requirat pro forma, quod probatio fiat per authenticas ſcripturas, ita vt probatio per teſtes excludatur, Congregatio cenſuit probationem debere fieri per authenticas ſcripturas, ita vt probatio per teſtes regulariter excludatur Hic. Cardin. Matthæius. Octaua Congregatio cenſuit, vt ad conficiendam immemorialem, concurrant anni elapſi vſque ad tempus controuerſiæ motæ, & non tempus decurſum vſque ad publicationem Concilij, tantum attendendum ſit. Nona, non poſſunt repelli probationes oblatę à patronis, vt eorum patronatus declarent eſſe ex Cõcilio, ſaluis tamẽ exceptionibus, tam huius decreti, quam iuriscõmunis. Decima, ius præſentandi verbi gratia, ad manſionarias, datum Capitulo cenſendum eſſe ex priuilegio, quando Capitulum non fundauit, nec dotauit, nec habet immemorialem, ideo ſublatum eſt hoc decreto. Vndecima, Iulius Papa III. ad ſupplicationem Cardinalis de la Cueua, & Io. Comitis de Vuienam, & Domini in temporalibus oppidi de Moron, conceſſit ius patronatus d. Comiti ad ſex beneficia ſimplicia, cõſiſtentia in Eccleſia d. oppidi de Moron ad ipſius Comitis vitam, quod ius patronatus defuncto d. Comite Pius IV. ad ſupplicationem prędicti Cardinalis, & D. Petri Ducis filijs, & ſucceſſoris d. Io. Comitis conceſſit d. D. Petro Duci, proſe, & eius filio primog. modo dubitatur, an ius patronatus fuerit reuocatum per Concil. Triden. hoc cap. Congregatio decreuit hoc ius patronatus cenſeri ex priuilegio, & ideo à Concilio ſublatum eſſe, Flam. Pariſ. d. qu. 28. de conſid. num. 240. Decima ſecunda, an ſi quis probauerit, ſe per 40. annos præſentaſſe, & in poſſeſſione, ſeu quaſi, ſe fuiſſe, ad præſentandum admitti debeat, non obſtante decreto Concil. hoc c. cum alias tit. præſentationis 40. annorum eſſe videatur, & prædicto decreto conformis, ibi. aliásue ſecundum iuris diſpoſitionem, concluſũ eſt Congregationem cenſuiſſe non debere admitti: nec obſtãt illa verba, aliásue ſecundum iuris diſpoſitionem, quia Congregatio intelligit, vt non reſpiciant tempus, de quo iam expreſsè ſupra diſpoſuit, & voluit eſſe immemoriale, ſed reſpiciãt aliàs clauſulas, & alios modos, quibus ſecundum ius vetus probari poterat ius patronatus, ſed quod ad tẽpus attinet, illud præciſe, & ſemper debeat eſſe immemoriale nec ſufficiant 40. anni, etiamſi aliàs iure veteri ſufficerent vt in perſona Eccleſiaſt. ſecundum Lamb. de iure patr. Decimatertia an patronatus in conuentuali Eccleſia cenſeri debeant ſublati verſ. reliqui. Cong. die 4. Decem. 1589. cenſuit, patronatus ex cauſa fundationis, ſeu dotationis. in ipſo limine fundationis ſeu dotationis, Apoſtolico priuilegio conceſſos, non eſſe ſublatos patronatus vero reliquos, in conuentualibus Eccleſijs quocumque priuilegio conceſſos, poſt fundationem & dotationem cenſeri abrogatos. Decima quarta, an probandum priuilegium patronatus in conuentuali Eccleſia ex cauſa fundationis, &c. & quidem in eius limine fundationis conceſſum fuiſſe ſufficiat immemorialis, iũctis multiplicatis præſentationibus, quæ ſecundum formam Concilij in præſenti effectum ſortitæ fuerint, ſtante derogatione in calce poſita. Cong reg. d. die 4. Decem. 1586. cenſuit non ſufficere, ex verbis tam in 1. quam in 2. caſu, niſi probata fama talis priuilegij, alijsue concurrentib. requiſitis, ſecundum iuris diſpoſitionem, nec obſtare d. derogationem, cũ non referatur ad diſpoſita in 1. part.

## *De alijs Notabilibus.* §. I.

### SVMMARIA.

*Fœmina acquirere, & habere poteſt ius patronatus, & præſentandi. nu. 142. Et ius patronatus hæreditarium etiam in fœminas hæredes tranſit. nu. 143. Et etiam ius patronatus relictum conſanguineis, ſeu qui ſunt de genere, parentela, domo, ſeu familia, competit fœminis, etiam nuptis & deſcenden-*

*ſcendentibus ex illis, quicquid ſit in Italia. nu. 144. vnde etiam ſuccedit in iure patronatus in modum maioratus inſtituto, ita quod ad vnum duntaxat deueniat, nempe primo genitum ſeu ſucceſſorem, niſi expreſſe ſit excluſa, nu. 145. In quo ſucceditur ſicut in maioratibus. nu. 146.*

*Villa in dotem data, in qua eſt ius patronatus ad quem ſpectet ius præſentandi, an ad maritum an ad vxorem. nu. 147.*

*Quæſtio iſta ab illa pendet q. apud quem ſit dominium rei dotalis, an apud maritum, an vero apud vxorem. In qua ſunt variæ ſententiæ. nu. 148.*

*Prima ſententia dominium eſſe apud maritum ponitur, nume. 149. Cuius fundamenta ponuntur, à nu. 150.*

*Plura quæ contra hanc receptiſſimam ſententiam obſtant, quibus probari videtur vxorem eſſe dominam rei dotalis, non vero maritum, nu. 156.*

*Secunda ſententia ponitur, nu. 157 quæ improbatur 158.*

*Tertia ſententia nouiorum docentium verum & naturale dominium apud vxorem manere, ciuile vero dominium viri eſſe nu. 159. Quam accipit Io. Garcia in bonis quæ ipſa mulier habebat, &c. num. 160.*

*Concordia Barboſæ ponitur, nu. 161.*

*In hac quæſt. dicitur Primo, eam procedere circa res dotales nõ æſtimatas, vel æſtimatas ea æſtimatione, quæ non facit emptionem, nam circa res æſtimatas, ſimpliciter certum eſt virum eſſe proprie, & vere, & abſolutè, & perfectè Dominum earum num. 162. Quia iſta æſtimatio facit emptionem, num. 163.*

*Secundo dicitur longe veriorem, & tenendam videri primam ſententiam communem, quod vir ſit verè, & propriè Dominus rerum dotalium ex adductis pro ea. Et ad adducta contra eam reſp. d. n. 165. Et ad l. in rebus. C. de iure dotium, in qua ſententia nouiorum præcipuè fundatur reſp. à nu. 171.*

*Ex huius quæſtionis reſolutione reſultat reſolutio quæſt. propoſita de iure patronatus, conſiſtente in bonis in dotem datis, & reſoluitur, quod cum dominium rerum dotalium verè in maritum tranſeat, conſequenter, etiam ius patronatus illis annexum ad maritum tranſibit, atque adeo ad eum ſolum ſpectabit præſentare, & non ad vxorem, quamuis contrarium teneant aliqui relati nu. 178 quorum rationi ſatis ſit. num. 179. & ſeq.*

*Improbatur ſententia Rotæ, ſeu potius collectoris dicentis maritum tunc poſſe præſentare; tamen ſi maritus, & vxor, concurrant præſentando, præferendum eſſe præſentatum ab vxore exemplo tutoris & pupilli num. 181. & reſp. diſparem eſſe rationem in tutore.*

*Prædicta reſolutio in hac quæſt. videtur tenenda, etiam in ſententia nouiorum circa præcedentem quæſtionem, nu. 148.*

*Improbatur Lambertinus, qui in hac re non procedit rectè, & conſequenter. nu. 181.*

*Suprædicta procedunt, quãdo ius patronatus eſt annexum bonis in dotem datis, quando vero eſt annexũ alijs bonis vxoris, aut ei competit ratione maioratus ſucceſſionis tanquam hæredi, vel conſanguineæ fundatoris, ad ipſam pertinet præſentare, nec maritus poterit ſe intromittere, & cap. nuncr. 184.*

*Præſentatus a pupillo maiori ſeptennio, præfertur præſentato per tutorem, etiam ſi præſentatus a pupillo eſſet minus dignus. numero 186. quamuis aliqui dicant præferendum eſſe præſentatum a pupillo, ſi eſt magis idoneus, aut ſaltem æque idoneus, num. 178. Et quamuis Ioann. Nicolaus teneat contra communem, pupillum etiam maiorem ſeptennio non poſſe præſentare. numero 188. Sed communis ſententia eſt tenenda, quæ ſupponit pupillum maiorem ſeptennio habere vſum rationis, & ſic poſſe præſentare, &c. numero 189.*

*Ex ratione communis ſententiæ videbatur in rigore tutorem nullo modo poſſe præſentare niſi de voluntate & conſenſu ipſius pupilli maioris ſeptennio, ſaltem tacito, vt quia ſciens tutorem præſentaſſe non contradixiſſet, nec præſentaſſet alium, &c. vel niſi pupillus ſit infans nondum habens 7. annos qui præſentare non poteſt a num. 191. Nihilominus etiamſi pupillus ſit maior ſeptennio videtur æqua communis opinio, quæ ſupponit poſſe abſolutè tutorem præſentare, &c. nu. 194.*

*Id quod prius dictum eſt procedet in curatore puberis minoris 25. annis nu. 195. nam in talibus vt publici iuris non attenditur curatoris poteſtas, nec minoritas, nu. 196. Nec patris poteſtas, num. 197. Et quando filius familias eſt patronus præſentatio ſpectat ad ipſum filium, & non ad patrem, nu. 198. Et ſic quando ius patronatus ſpectat ad puberem, vel filium familias non poteſt præſentare curator, vel pater, nec eorum præſentatio valebit, nu. 199.*

*Quod dicunt Baeca & Io. Gutier. quod curator datus perſonæ poſſit cõferre beneficia, vel ad ea præſentare procedet in tutore, vel curatore furioſi, alias eſt falſum, nu. 200.*

*Non poteſt præſentare pater pro filio, tanquam pater & coniuncta perſona etiam cum cautione de rato, nec alia coniuncta perſona. nu. 201. Tum quia ad præſentandum requiritur ſpeciale mandatum, & ſic intrat regula l. 1. ff. de minor. nu. 202. Tum etiam quia in cauſa ſpirituali pater, vel alia coniuncta perſona non admittitur ſine mandato etiam cum cautione, nu. 203.*

*Si admitteretur præſentatio patris pro filio, vel alterius coniuncta perſona, ita demum valeret, ſi ratificatio fieret infra tempus datum ad præſentandum, nu. 204. Nec ſufficeret, quod infra d. tempus non fiat præſentatio ſeu contradictio patroni, niſi conſtet infra d. tempus de ſcientia illius, & hoc quando pater præſentauit, &c. nu. 205.*

*In hiſpania vbi datur tutori decima fructuum non poteſt decimari ius præſentandi, ſeu præſentationes competentes pupillo, ſiue ius patronatus competat ratione perſonæ, ſiue rei, nu. 206. quamuis diuerſum ſit in vſufructuario omnium fructuũ ad quem tranſit ius præſentandi competens ratione rei, qualis non eſt tutor iure noſtro, nec etiam partis, nu. 207.*

*Ius patronatus aliud eſt Eccleſiaſticum, aliud laicale, aliud mixtum, & ſic patroni alij ſunt Eccleſiaſt. alij laici, alij Eccleſ. & laici ſimul, nu. 208.*

*Patroni Eccleſiaſt. habent ſemeſtre ad præſentandũ, laici quadrimeſtre, nu. 209. Et quando ſunt Eccleſiaſt. & laici ſimul omnes habent ſemeſtre, etiam laici ratione communionis. num. 210.*

*Patroni laici poſſunt variare, ante inſtitutionem Epiſcopi, & alium preſentare accumulando, quod non poſſunt facere patroni Eccleſ. nu. 211. de quo qui late agant. nu. 212.*

*Patroni laici poſſunt in præſentatione variare, & aliũ præſentare cumulatiue, ſed non poſſunt recedere a prima præſentatione ſine cauſa, ex Rota, nu. 213.*

*Variatio patronis laicis ſemel tantum cenſetur permiſſa, & pro prima vice, nu. 214. quamuis pluries poſſe variare teneant alij nu. 215.*

*Clemen. plures §. ſi. de iure patro. intelligitur quando plures ſimul præſentantur nõ ſucceſſiue, & procedit etiam in patronis Eccleſiaſt. qui ex ea poſſunt facere præſentationẽ alternatiuam, & plur. ſimul preſentare contra al. quos. nu. 216.*

*Non poteſt patronus laicus variare lite pendente alias inter præſentatos niſi collitigantem preſentet, nam cap. 1. vt litè pendente in 6. habet locum in preſentatione ſicut etiam ca. 2. &c. a num. 217.*

*Vbi ſunt plures patroni, poſſunt ſinguli ſeparatim præſentare alijs non requiſitis, quando ius patronatus ſpectat ad eos vti*

*ſingulos, vt in dubio præſumitur, & non vt vniuerſos, & iure collegij, num.222. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Quamuis contrarium teneant Abbas, & alij ex reg. Bar. quod in his in quibus conſenſus maioris partis præiudicat minori, etiam ſi pertineant ad plures, vt ſingulos, requiritur, quod actus fiat ſimul, & debent ſimul, conuenire. num.223. Cui reſpon. quod illa regula procedit quãdo factum maioris partis præiudicat minori circa eundem actum, at in propoſito præſentatio maiori, partis non præiudicat minori quo ad actum præſentandi, num.224.*

*Ex iſta reſponſ. infertur quod ſententia Abbatis, & aliorum procedet in pluribus hæredibus vnius ex patronis, qui habentur pro vno & habent vnam tantum vocem & præſentationem, quæ eſt apud maiorem partem, &c. num.225.*

*Procedit etiam ſententia Abb. & aliorum, quando ius patron. pertinet ad plures, vt ſingulos, tamen vigore ſtatuti, vel cõſuetudinis ad præſentandum ſoliti ſunt ſimul conuenire, ſeu debent. num.226. & ſeq vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Procedet etiam ſententia Abb. & aliorum in præſentatione, ſeu nominatione facienda ad Capellaniam, in qua non debet fieri inſtitutio à ſuperiore, vt in Capellania non collatiua, & in electione facienda ad aliquam eleemoſynam ſeu opus pium, &c. num.228.*

*Quando eſt neceſſarium quod conueniant in vnum, & aliqui nollent conuenire, ſi ſpectat ad plures, vt vniuerſos, & collegium, ſeu in modum collegij, recurrendum eſt ad tradita per doctores relatos num.229. Si vero non ſunt collegium, index ad inſtantiam aliorum ſtatuet illis terminum & locum vbi conueniant, &c. nu.230.*

*Inſtitutio, ſeu collatio ab Ordinario facta, ſpreto patrono infra tempus datum ad præſentandum nulla eſt ipſo iure nu.231. reclamante tamen & cõtradicente patrono infra d. tempus alias ſuſtinebitur, & valebit promiſſio Ordinarij, num.232.*

*Ponitur Prima ratio huius concluſ. quam tradunt Rota. Card. Abb. Fel. & alij nu.233. quæ refutatur, nu.234. & ſeq.*

*Ponitur alia ratio Abb. Fel. & aliorum, nu.236. Quæ etiam non placet, num.237.*

*Vera ratio eſt, quod nullitas collationis ab Ordinario factæ ſpreto patrono inducta eſt in fauorem ipſius patroni, atque adeo ita demum eſt nulla ſi ipſe voluerit & cõtradicat, nu. 238. & ideo patronus poteſt ab Ordinario recipere Eccleſiam ſeu beneficium cuius eſt patronus, licet ſe ipſum præſentare non poſſit, & ad Ordinarium pertineat inſtitutio tantum & non collatio, nu.239.*

*Promiſſio facta ſpreto patrono eſt in pendenti, & interim habet implicitum ſtatum, ita vt patrono reclamante infra tempus datum ad præſentandum ſit nulla à principio & ex tunc, vel vero non reclamante cenſeatur valida à principio & ex tunc, &c. num.240. Quamuis d. collationem valere vt ex nunc, & non vt ex tunc alij teneant. num.241.*

*Ex collatione facta ab Ordinario, ſpreto patrono infra tempus præſentandi, interim videtur ius cõſiderabile quæſitum pro iſſo, ita vt non valeat promiſſio Papæ alteri poſtea facta, nõ facta de illa mẽtione, & ſit locus regulæ de iure quæſito nu. 242. quamuis contrarium teneat Rota Gamb. & Rebuff. relatus nu.243. quorum ſententia procedit attentis ſuis rationibus, eſſetque vera, vbi patronus poſtea reclamaſſet infra tempus datum ad præſentandum, &c. nu.254.*

*Prædicta cõcl. procedit Primo. etiam in promiſſione facta à Papa ſine derogatione iuris patronatus laicorum. nu.245. & idem videtur ex d. ratione in promiſſione facta à Papa cum derogatione iuris patronatus inualida contra aliquos, num. 246. licet ſecus ſit in promiſſione facta cum clauſula, dummodo patronorum ad id accedat aſſenſſus, num.247.*

*Secundo, procedit etiam in promiſſione facta à Legato, ſeu Nuntio, ſpreto patrono laico, numer.248.*

*Tertio, procedit in omni caſu, in quo fieret deuolutio ad Epiſcopum, puta ſi patronus præſentauerit indignum, vt etiam hoc caſu firmetur collatio facta per Epiſcopum ſine patrono, nu. 249. ſed attenta ratione auctoris non videtur vera iſta declaratio, quia per illam præſentationem declaratur voluntas patroni nolentis valere collationem eo ſpreto factã, &c. nu.250. & ſufficit ſola contradictio patroni facta infra tẽpus datum ad præſentandum, vt collatio facta eo ſpreto ſit irrita etiam ſi non præſentauerit aliquem, &c. num.251.*

*Quarto, procedit quando collatio facta eſt iure ordinario, & originali, ſecus ſi iure deuoluto, nam tunc nõ teneret, ex quo deuolutio nondum erat facta. num.252.*

*Quinto procedit ſecundum Hier. Gabr. ſi Ordinarius ſciens beneficium eſſe iuris patronatus confert, non autem quando prætendit eſſe liberum num.253. Quæ declaratio nimis reſtringit d. concluſionem communem, nec videtur vera attenta ratione auctoris, num.254.*

142 OCtauo notandum † eſt, fœminam quoque acquirere, & habere poſſe ius patronatus, & præſentandi c. fin. de conceſſ. Præben. cap. ex literis, de iure patr. vbi Abb. & alij. Calder. conſil. 1. de iure patr. Rochus verb. competens q. 1. Lamb. 1. p. lib. 1. q. 7. art. 2. ex num. 30. Coraſ. 4. p. c. vlt. nu. 15. Caſſad. deciſ. 1. de iure patr. *Et Aſor 2. par. lib. 6. cap. 21. q. 10.*

143 Quinimmo ius patronatus hæreditarium † etiã in fœminas hæredes tranſit, Rochus verb. ipſe vel is q. 6. Lamb. 2. p. 1. lib. q. 2. art. 14. & Doctor Sahagun.

144 in c. quanto de iudicijs. nu. 11. & etiam ius † patronatus relictum cõſanguineis, ſeu qui ſunt de genere, parentela, domo, ſeu familia, competit fœminis etiã nuptis, & deſcendentibus ex illis, præſertim in Hiſpania (quicquid ſit in Italia) ad tradita per Molin. de Hiſp. primog. lib. 3. c. 4. & Velazq. de Auendanno in l. 40. Tauri gl. 9. ex num. 14. quicquid dicat Io. Guttier. conſ. 3. ex nu. 6. circa quod vide Caſſad. d. deciſ. 1. & Hier. Gabr. conſ. 195. lib. 1.

145 Vnde etiam fœmina ſuccedet in iure † patronat. in modum maioratus inſtituto, ita quod ad vnum dumtaxat deueniat, nempe primogenitum, ſeu proximiorem (niſi fœmina expreſſe ſit excluſa) in quo ſucceditur ſicut in maioratibus, & eod. ordine. Co-

146 uarruu. † practica. cap. 38. nu. 13. Molin. lib. 1. c. 1. nu. 26. & 27. & lib. 3. c. 6. nu. 41. & cap. 7. nu. 19. Mieres de maioratibus in prin. nu. 7. Velaz. d. l. 40. glo. 2. nu. 67. qui alios refert, & P. Mol. de inſt. 3. tom. diſp. 627. nu. 13. & *Azeuedo conſ. 2. num. 4.*

147 Sed eſt grauis q. nempe, † villa in dotem data, in qua eſt ius patr. ad quem ſpectet ius præſentandi, an

148 ad maritum, an ad vxorem? quæ ab illa pendet q. † apud quem ſit dñium rei dotalis, an apud maritum, an vero apud vxorem? in qua ſunt uariæ ſententiæ.

Prima eſt, dominium eſſe apud maritum, quam

149 † tenet gl. capitalis in l. in rebus, uerb. naturali. C. de iure dotium, & in l. doce ancillam. C. de rei uendic. Bart. in d. l. in rebus. nu. 3. & ibidem Bald. nu. 6. & Salic. dicens communem num. 5. Ang. in prin. inſt. quib. alienare licet nu. 1. & 5. laſ. in §. fuerat de actio. nu. 2. Bald. Nouellus de dotib. 8. p. priuileg. 6. nu. 1. & ſequitur Segur. de bonis lucratis conſtante matrimon. num. 56. Palac. Rub. in rep. cap. per ueſtras in prin. §. 43. num. 2. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. p. à nu. 12. Queſada. q. iuris cap. 14. num. 18. & D. Saha-

150 gun dicens, receptiorem, & frequentiorem, in d. c. quanto, de iudic. à num. 18. & alij, quos iſti referunt,

dicentes

dicentes communem, & videtur approbari l.regia. 7. tit. 11.p. 4.ibi,cum todo esso deue ser el marido sennor. Quæ sententia de iure communi probatur,
151 Primo ex l.dotale prædium. versic. dotale prædiũ ff.de fundo dotali, quæ ait, dotale prædium sic accipimus,cum dominium marito quæsitum est. Secundo,ex l.quamuis,in fin. ibi,quamuis apud maritum dominiũ sit. ff. de iure dotium. Tertio.ex l.ũ prædiũ C.eo. ibi, rei tibi quæsitæ dominiũ. Quarto ex prin. inst.quibus alienare licet vel non. Quinto probatur ex vul. l.doce ancillã. C.de rei vend.ex l. ob res amotas.ff.rer.amot.iuncto prin.tex.in §.omnium institu. de actio.& l. officium,& l.in rem, ff.de rei vendi. Sed ista duo iura nihil faciunt secundum Pinel.sup. nu. 14.& Io.Garç.de expensis & meliorat.c.13.num.7. quia ibi, non tam conceditur dominium viro, quã ius,& facultas agendi,& exercitiũ actionum, turpe enim videretur vxorẽ causam agere, marito tacente at secundũ Barbos. in l.dotale nu. 1. ff. soluto matr. bene facit,d.l.doce ancillã,nam mulieri suo nomine non competit vendicatio. & sic nec dominium, & maritus vendicat suo nomine sine consensu vxoris, licet Costanus de dotibus,c. 5. n.3.dicat ibi,marito non dari vendicationem, sed tantum negari vxori.
152 Sexto probatur ex l.dotis fructus §.si in † dotem ff.de iure dotium,ibi. Fiunt autem res mariti. Septimo idẽ probatur, quia si vxor res dotales amoueat furtum, quod in rebus proprijs non contrahitur, l.1. ff.de furtis.§.furtum,inst.de obligat.quæ ex delicto. eo casu in rebus dotalibus ab vxore contrahitur d.l. ob res amotas,ibi,quam condictio,iuncta l.fi.ff.vsufruct.quemadm.caueat,& §.sic itaq; de actio. Licet contra eã non detur actio furti infamatoria ob honorem matrim.l.2.rerum amotarum,ergo dominiũ rei dotalis est apud maritum,non apud vxorem.
153 Octauo idem probatur, † quia vir potest iubere seruis dotalibus adire, vel repudiare hęreditatem, eis delatam,leg.seruus dotalis, ff. soluto matrim. at hoc proprium videtur tantum domini.l. si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquir.hæred.§.alienus quoque seruus,ibi,iussu domini,de hæred.instituẽ. ergo vir est dominus rei dotalis. Facit etiam tex.in l.3.C. de iure dotium, & in l. dotalem cum simil. ff. soluto matrimon. iuncta l.si non proprietatem,C.de his qui à non domino.
154 Nono probatur quia traditione, verum † dominium transfertur.l.traditionibus C.de pactis. §. per traditionem,de rerum diuisione. at res dotalis constituitur non aliter quam traditione l. de diuisione. §.fin.ff.soluto matrim.ergo rei dotalis verum dominium in maritum transfertur. Confirmatur, quia quibus casibus traditio à non domino facta vsucapiendi facultatem parit, eisdem à domino facta verũ & naturale dominium in accipientem transfert. l.clauibus.C.de cõtrahenda emptio.l. Pomponius. §.si.iussu.ff.de acquiren. posi.at in causa dotis traditio ab vxore non domina facta,vsucapiendi facultatem parit.l.1.ff.de vsucap.pro dote,& d.l.Põponius §.ob dotem,ergo traditio ab vxore domina facta in causa dotis marito dominium pariet.
155 Decimò probatur, † quia maritus est dominus uxoris,Gen.cap.3.ibi.Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui.ergo & rerum dotaliũ,consequens probatur, quia persona est præstantior, & dignior rebus.l.iustissime ff. de ædil. edicto, ergo si personæ est dominus vir,à fortiori erit rerum.Sed hoc parum facit quia iste locus prærogatiuam, & superioritatem virorum in vxores ostendit, non tamen verum dominium, sicut liberi dicuntur esse in potestate patris,aliàs vxor esset serua. Et si istud argum. esset verum,non solum rerum dotalium, sed etiam omnium aliarum rerum vxoris maritus esset dominus, quod est falsum.

Cæterum contra hanc receptissimam sententiam
156 plura obstant, † quibus probati videtur vxorem esse dominam rei dotalis, non vero maritum & Primo tex.in l.3.§.sed vtrum,in fin.ibi, Puto restituendam, quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimoniũ est ff.de minor.Secundo l.si constante §. si maritus. ff. soluto matrim. ibi, Tamen sæuitia quæ in proprijs culpanda est,in alienis coercenda est,hoc est in dotalibus. Vbi serui dotales ,alieni dicũtur respectu uiri,ergo sunt uxoris. Tertio l.diuortio.§.si fundum, uers.non magis,ff. soluto matrim.ubi probatur,thesaurum inuẽtum à marito in fundo dotali,in fructu non computari, sed pro dimidia restituendum esse uxori,quasi in alieno inuentum,sic enim inuentorẽ, thesauri in fundo alieno,cum domino partiri statutum est l.1.C.de thesauris,lib.10.& §. thesauros, de rerum diuisione. Quarto l.quamuis. ff.de iure dotium,ibi,Quamuis in bonis mariti dos sit, mulieris tamen est.Quinto quia mulier quę intercedere prohibetur, nisi in rem suam. l.1. ff. ad Velleianum, ad intercedendum admittitur, si fundus dotalis à marito petatur,quia in rem suam fideiubet, ut ait, Iurisc on.in l.de die.§. quidam ff. qui satisdare coganꝰtur.Sexto,quia marito non licet abuti, profundere, uel alienare res dotales l.1. cum seq. ff.de fundo dotali.l.unic.§.& cum lex.de rei uxor. actio. Ergo maritus non est dominus ad l.in re mandata.C.mandati. Septimò, quia uxor potest donare seruos dotales uiro ut manumittantur, dicta l. si constante. §. si uir, & l. quod si uir, soluto matrimonio iuncta l.quod autem. §.fin. ff. de donatio. inter uirum, ergo ipsa uidetur domina. argum. §. fic itaque descretis.de actio.Octauo,quia partus dotalium ancillarũ, & quæ serui dotales acquisierunt, non ex re mariti, ad uxorem pertinent ad l.unic. § cumque ex stipulatu,uers.itaque C.de rei uxoriæ actio.ergo ipsa dotaliũ est domina. Ergo quia soluto matrimonio uxor statim habet rei uendicationem rerum dotalium. d. l.in rebus,C.de iure dotium,ergo ipsa est earum domina, etiam constante matrimon. nam si uxor non esset domina constante matrimon. rei uendicatio, quæ domino competit d.§. omnium de action. cum simil. non erat ei competitura soluto matrimo. nec enim dominium in eam transiret soluto matrimon. absque traditione ex reg.d.l. traditionibus.C.de pact.s. Decimo & ultimo contra d. communem maximè facit d.l.in rebus,ibi. Cum eædem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio.& inferius ibi, ut siue ex naturali iure eiusdem mulieris esse intelligantur.

Propter has difficultates est secunda sententia
157 Cãpegij de dotibus 4.p.quæst. 7. † & Constantij Rogeri eod.tract.q.13.qui rem hanc satis inuoluẽtes dicunt,nec uxorem,nec uirum esse proprie dotalium dominos, sed uirum quo ad aliqua habeti loco domini & uxorem quo ad alia.
158 Sed hęc sententia conuincitur,quia non † appa-

ret probabile, nec virum, nec vxorem eſſe dominos rerum dotalium, alias apud quem eſt earum dominium?

159 Tertia ſententia eſt nouiorum † qui docent, verum & naturale dominium rerum dotalium apud vxorem manere. d.l. in rebus cum alijs, ſecund. m. vero iuris ſubtilitatem, & figmentum, res dotales ad dominium viri peruenisſe videri, & ſic dotalium ciuile dominium viri eſſe, iuxta d.l. doce ancillam d. l. ſi prædium. cum alijs pro communi adductis, & hoc eſſe aiũt, quod docet Imperator in d.l. in rebus, ibi, Cum eadem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permãſerint dominio: non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium viri videatur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confuſa eſt, &c. Ita Aufrer. ad Capellam Toloſanam deciſ. 280. Lamber. de iure patron. 1. par. 1. libro q. 5. attic. 8. num. 50. & 3. part. 2. lib. quæſt. 6. art. 3. nu. 7. & 8. & in fin. Ioan. Nicol. Delphinas eod. tract. li. 2. quæſt. 11. à num. 183. Coraſ. d. 4. part. cap. 1. vltim. num. 6. & in l. naturaliter. §. nihil commune ex nu. 33. ff. de acquiren. poſſ. & lib. 5. Miſcell. cap. 14. Conanus lib. 8. comment. cap. 9. Equinarius Baro. in §. 1. inſtit. quibus alienare licet. Coſtanus de dotibus, cap. 5. num. 3. & 4. Lara in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex num. 249. Simancas de Catholicis inſtitut. titu. 9. num. 242. Molina de Hiſpanorum primog. lib. 1. ca. 23. num. 6. Spino. de teſtamen. gloſſ. 10. num. 76. & alij relati per Pinel. ſup. num. 13. ad fin. & per Ioan. Garciam d. cap. 13. num. 6. & per Barboſam ſupra num. 2. Et nouiſſimè Zaualios tanquam nouum tradens quæſt. 3. à num. 47. Ioan. Guttierr. de tutelis, 3. part. cap. 26 num. 16. & Caſtillo qui illud fictum viri dominium, non vult eſſe, nec dici ciuile, &c. de vſufructu, cap. 4. à numero 30. Et hanc ſententiam tenuit Martin. Gloſſator antiquus relatus per Accur.

160 in d.l. in rebus, & Paulus in d.l. dote, num. 2. † quã accipit Ioan. Garçia ſupr. num. 8. in bonis, quæ ipſa mulier habebat, antequã nuberet, cum enim in dotem tradiderit ipſa, ita tamen vt aleretur, neceſſariaque omnia ſibi præſtarentur, in illa traditione, tam ſibi conſuluit, quam viro, neque omninò bona illa ab ſe abdicauit, quæ omninò aliena minimè eſſe voluit, & ſic eorũ eſt verè & naturaliter domina, maritus vero fictè, & ciuiliter ad effectus iure expreſſos & id ait probare tex. in d.l. in rebus. in illis verbis, cũ eædẽ res & ab initio vxoris fuerint, at vero ſi pater, frater, aliuſue, dotem cõſtituat, & tradat, cum vxori à principio dominium eorum numquam habuerit, nullum dominium retinet, neque naturale, quia per traditionem quæ facta eſt viro eius verè fiunt d. leg. traditionibus, & hoc caſu ait procedere communem ſententiam, & ſoluto matrimonio traditionem neceſſariam eſſe vt mulier habeat dominiũ, & vendicationem dotalitũ, neque hoc caſu loqui d.l. in rebus.

161 Nouiſſimè Barboſa in d.l. dotalem, ex num. 7. † & præcipuè num. 9. concordat ſic opiniones, quod vbi traduntur bona ex cauſa dotis, non videntur tradi ea mente, vt dominium quo ad omnes effectus tranſeat in maritum, ſed tantum quo ad ius adminiſtrandi, & recipiendi fructus pro oneribus, & ideo non transfertur dominium naturale in maritum, ſcilicet quoad omnes effectus. vt aduertit Lara, ſup. n. 252. Et ante eum D. Thom. in 4. diſt. 34. quæſt. 4. in reſpon. ad 1. quæſt. inquiens, quod dos aſſignatur marito ad vſum, & ius adminiſtrandi; proprietas autem & dominium, remanet penes vxorem: quod intelligendum eſt, attento iure naturali; nam ius ciuile nihilominus conſtituit, quod maritus quo ad omnes effectus haberetur pro domino non vero, & qđ dominium, quod attẽto fine naturali videbatur eſſe vxoris, in nulla haberetur conſideratione, niſi quo ad aliquos effectus qui in iure reperiuntur expreſſi d.l. in rebus. quæ dum dicit propter illam conſtitutionem ciuilem, rei veritatem non eſſe, conſtitutione ciuili aliquos caſus reperiri, in quibus ius ciuile adhuc vxorem conſiderat per dominam, ſcilicet attento iure naturali, vt conſtat ex l. diuortio. 8. §. ſi fũdum. ff. ſoluto matrimon. l. plerumque. de iure dotium. l. ſi Prætore 22. §. 1. de euict. Cui ſimilis eſt, l. quamuis 78. de iure dotium, & ibi l. ſciendum. §. ſi fũdus. qui ſatisdare cogantur. Iuxta quæ dicendum eſt, attẽto iure ciuili verum & proprium dominium eſſe mariti, dominium autẽ naturale, quod videbatur manere penes vxorem, offuſcatũ eſſe iure ciuili, & in nulla eſſe conſideratione, niſi quo ad aliquos effectus ſupra relatos. Iuſtinianus. autẽ in d.l. in rebus, auferendo offuſcationem iuris ciuilis voluit, quod poſt ſolutum matrimonium, hodie conſideretur dominium quod iure naturali mulier videbatur habere, & ſic hodie dominium magis videatur continuatum, quam re translatum, licèt ſecus eſſet iure antiquo, antequam eſſet ſublata dicta offuſcatio. hæc Barboſa, quem refert & impugnat Caſtillo. d.c. 4. num. 23.

162 In hac difficili & controuerſia quæſt. vt † quid ſententiam aperiam, dico.

Primo, eam procedere circa res dotales non æſtimatas, vel æſtimatas ex æſtimatione, quæ non facit emptionem, nempe, quando fit tãtum, vt cognoſcatur, an res poſtea reddantur deterioratæ, &c. nã circa res æſtimatas ſimpliciter certum eſt virũ eſſe propriè, & verè, & abſolutè, & perfectè dominum earũ. l. cum poſt. verſic. in dotem. ff. de iure dotium. l. quoties. C. eod. Roland. cõſ. 64. nu. 6. & ſeq. volum. 4. & Pinellus ſupra nu. 15. & Caſtillo, à nu. 7. & alij.

163 Et ratio eſt, quia iſta æſtimatio facit † emptionẽ vt per Couarruu. pract. cap. 28. Anton. Gomez in l. 50. Tauri. num. 44. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. 1. p. ca. 1. num. 18. & Ioan. Guttierrez conſ. 17. à num. 20. & Caſtillo, ibi. *& Mantica de tacitis & ambig. conuent. li. 12. titul. 29. Rota in Rom. repet. dot. 3. Decemb. 1599. coram Seraphino apud pacifícum de Saluiano interd. deciſ. 92. & in nouiſ. Farin. 257.*

164 Dico ſecundo longè veriorem, † & tenẽdam mihi videri primam ſententiam communem, quod vir ſit vere, & proprie dominus rerum dotalium, ex adductis pro ea, non obſtantibus contra eam adductis, quia gloſſ. in d.l. in rebus. verb. naturali, ibi, item &

165 quia Suarez & in d.l. diuortio. † §. ſi fundum verb. in d.l. ſi cõſtante §. ſi maritus verb. in alienis. ff. ſoluto matrimonio, ad plura iura quæ vidẽtur probare res dotales eſſe vxoris reſpondet intelligenda eſſe quo ad ſpem, ob reſtitutionem faciendam ſoluto matrimonio, & ita reſpondetur ad Primum, Secundum, Tertium, Quartum, & Quintum, & eſt ſolutio cõmunis, vt patet ex doctoribus citatis.

166 Ad Sextũ reſpondetur quod licet † maritus non poſſit alienare, non ideo minus vere & propriè dñs eſt. l. non ideo. C. de rei uendicatione. l. generaliter. §. 1. ff.

§.1.ff.qui & à quibus,quia diffinitio dominij adhuc ei competit, eſt enim dominium ius diſponẽdi de re, niſi lege prohibeatur quam diffinitionẽ tradit Bart. communiter receptos in l.ſi quis vi.§.differentia.nu. 4. ff.de acquiren. poſſeſſ. de qua videndus eſt Pinel. in l.1.C.de bonis maternis.2.p.à num.1.

167 Quod comprobatur † exemplo pupilli,& minoris, & ſimilium,& etiam poſſeſſoris maioratus, qui licet alienare non poſſit, dominus tamen eſt vere, & proprie, vt contra Rode.Suarez, & Gomez de Arias tenet Greg.Lopez in l.7.tit.4.p.5.verbo el ſennorio. Anton.Gomez in l.40.Tauri.num.75. Pinel.d.2.p. nu.5. & Molina de Hiſpanorum primog.lib.1.c.19. num.4. qui plures referunt, & alia iura adducunt ad propoſitum conducentia,& quod non poſſit alienare,tantum arguit, quod non ſit liber, & abſolutè, & perfectè dominus, deficit enim ei quædam accidentalis perfectio, nempe facultas alienandi, quam alij domini habent regulariter; ſed cum non ſit de eſſentia,non definit eſſe vere, & proprie dominus: quem admodũ infans,qui non habet vſum rationis, nõ eſt perfectè homo,eſt tamen vere & proprie homo,&c.

168 Ad ſeptimum † reſpondetur,quod maritus recte poteſt manumittere ſeruos dotales abſque donatione vxoris d.l.3.C.de iure dotium, & d.l.dotalem. ff. ſoluto matrimonio; donatio vero ſeu licentia vxoris ad hoc requiritur vt id quod vir ex liberto aſſecutus fuerit tanquam patronus non teneatur reſtituere vxori,niſi negotium vxoris gerens manumiſerit d.§. ſi vir. & d.l.quod ſi vir.cum duabus ſequentibus, & hoc eſt quod intendit Io. in d.l.quod ſi vir, & d.§.ſi vir, dum ait, vxorem donare poſſe ſeruos dotales viro, vt manumittantur. Conſenſus etiam vxoris ad id videtur proficere, quod ſi ſine conſenſu vxoris vir manumittit, requiritur quod ſit ſoluendo æſtimationem, l.ſeruum dotalem. ff.de manumiſſio. l.1. C. de ſeruo pignori dato; at ſi cum licentia manumittat non requiritur, vt in d.legibus. Quia libertatis cauſa, valet indiſtincte donatio inter coniuges. dict. l.quod autem. §. fin.de donatio. inter virum, & l. & ſic. ff.ſoluto matrim.

169 Ad octauum reſpondetur, quod partus † dotalium ancillarum, & alia quæ in fructu non computantur,§.in pecudum,de rerum diuiſione,conſtante matrimonio ſunt viri, quia fiunt dotales, diſſoluto vero matrimonio reſtituuntur vxori, quemadmodum & alia dotalia, & hoc eſt quod intendit d.verſiculus itaque.

170 Ad nonum † reſpondetur, quod id eſt ſpeciale, nempe,vt diſſoluto matrimonio ſtatim vxor habeat rei vendicationem, & hoc eſt noue inductum in d.l. in rebus. vt eſt communis teſte Nouello. ſup. & ſic facit pro communi ſententia vt rectè aduertit Pinel. d.l.1.3.par.num.14.

171 Ad decimum & vltimum, ex d.l.in reb. † in qua ſententia nouiorum præcipue fundatur, dico etiam in eorum ſententia illam l.magnam pati difficultatem,quia loquitur etiam in rebus dotalibus æſtimatis, etiam æſtimatione quæ facit emptionem, vt patet ibi, ſiue æſtimata, iuncta glo.ibi verb.æſtimatæ, communiter approbata, quam poſt alios ſequuntur Anton.Gomez in l.50.Tauri.num.44.Couarr.pract. cap.28.num.8.Pinell.d.l.1.3.par.num.15.& Barboſa in l.1.ff.ſoluto matrimon.5.part.num.3.& Zaualos d.quæſt.3.à numer.14. *Et Rota in dicta Rom.repet. dot.* 20. *Martij* 1600. *coram Seraphino apud Pacifcum deciſ.*93. *& in nouiſs. Farin.*158. Quarum vt diximus certum eſt maritum eſſe vere & abſolute dominum, vnde video d.l.in rebus,nõ ita facere,nec vrgere pro ſententia nouiorum, & confirmor in ſententia communi,& ad illam reſpondeo, quod res dotales natu-

172 raliter in vxoris permanent † dominio, & ex naturali iure eiuſdem eſſe intelliguntur,facto communis, & promiſcui vſus attento, ſeu quo ad ſuſtentationẽ, & promiſcuum vſum, & ſic quo ad veſtigia, & reliquias dominij, & de iure naturali primæuo quo non diſtinguebantur dominia, niſi quo ad vſum, vt reſpondet gloſ.ibi.verb.rei veritas,& verb.naturali iure, & Bald.num.6. & Queſada ſup. facit l.1. §.ſi vir. ff.ad Sillanianum.

173 Vel certe dic iuxta ſuperiora, † quod res dotales & ab initio vxoris fuerunt, & naturaliter in eius permanent dominio quo ad ſpem, quia ad eam ſunt reuerſuræ, & inquit tex.naturaliter, quia natura petit vt res dotalis reuertatur ad eam à qua perfecta eſt, qui intellectus confirmatur ex illis verbis, vt ſiue ex naturali iure eiuſdem malieris res eſſe intelligantur, verbum enim, intelligantur, denotat improprietatem, l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.delegatis.1.cap. ex ſtudijs, de præſumpt. & ſic quod res dotales non remanent vere & proprie in dominio vxoris, ſed tantum quo ad ſpem.

174 Confirmantur prædicta quia † ſecũdum omnes, vno excepto Ioan. Garcia vbi ſupra, deciſio. text. in dict.l.in rebus, diſponens quod mulier ſoluto matrimon.ſtatim habeat rei vendicationem dotaliũ, procedit, tam in bonis quæ parentes aut alij in dotem dederunt viro, quam in bonis quæ mulier ipſa viro in dotem tradit, & patet, quia alias nunquam fere procederet deciſ. illius l.cum ſæpe ſæpius parentes, aut alij, dotes conſtituant; quod cum ita ſit, verba illa,cum eædem res & ab initio vxoris fuerint, intelligenda ſunt ſaltem quo ad ſuſtẽtationem, ſeu ſpem, iuxta ſupradicta; atque adeo eadem ratione illa verba ſtatim ſequentia,& naturaliter in eius permanſerint dominio,ſunt etiam intelligenda quoad ſuſtentationem, ſeu ſpem,&c.

175 Sed adhuc obſtant verba dict.l.ibi, † Non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium viri videatur fieri,ideo rei veritas delcta atque confuſa eſt, & ibi, ſiue ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam peruenſſe videantur. Ex quibus verbis probari videtur, mariti non eſſe vere dominium rerum dotalium, ſed de legum ſubtilitate, & ficte; quod confirmat verbum, videatur, & verbum, videantur, quod fictionem denotare videtur.

176 Sed reſponſ. quod cum dominium † dotalium in maritum tranſierit de legum ſubtilitate, videtur irreuocabiliter, & in perpetuum, ac abſolute trãſiſſe; quę apparentia non facit vt rei veritas,nempe quod illa bona,& ab initio uxoris fuerint,& naturaliter in eius permanſerint dominio, ſaltem quo ad ſuſtentationem, ſeu ſpem,propter regreſſum, confuſa atque deleta ſit, & hæc quo ad quæſtionem,incidentem de dominio rerum dotalium.

Ex cuius quæſt. reſolutione reſultat reſolutio no-

177 ſtræ quæſt.de iure patronatus, † conſiſtente in bonis in dotem datis, & dicendum eſt, quod cum dominium rerum dotalium vere in maritum tranſeat

ret probabile, nec virum, nec vxorem eſſe dominos rerum dotalium, alias apud quem eſt earum dominium?

159 Tertia ſententia eſt nouiorum † qui docent, verum & naturale dominium rerum dotalium apud vxorem manere. d.l. in rebus cum alijs, ſecund. m. vero iur. ſubtilitatem, & figmentum, res dotales ad dominium viri peruenisſe videri, & ſic dotalium ciuile dominium viri eſſe, iuxta d.l. doce ancillam d. l. ſi prædium. cum alijs pro communi adductis, & hoc eſſe aiũt, quod docet Imperator in d.l. in rebus, ibi, Cum eadem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permãſerint dominio: non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium viri videatur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confuſa eſt, &c. Ita Aufrer. ad Capellam Toloſanam deciſ. 280. Lamber. de iure patron. 1. par. 1. libro q. 5. artic. 8. num. 50. & 3. part. 2. lib. quæſt. 6. art. 3. nu. 7. & 8. & in fin. Ioan. Nicol. Delphinas eod. tract. li. 2. quæſt. 11. à num. 183. Coraſ. d. 4. part. cap. 1. vltim. num. 6. & in l. naturaliter. §. nihil commune ex nu. 33. ff. de acquiren. poſſ. & lib. 5. Miſcell. cap. 14. Conanus lib. 8. comment. cap. 9. Equinarius Baro. in §. 1. inſtit. quibus alienare licet. Coſtanus de dotibus, cap. 5. num. 3. & 4. Lara in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex num. 249. Simancas de Catholicis inſtitut. titu. 9. num. 242. Molina de Hiſpanorum primog. lib. 1. ca. 23. num. 6. Spino. de teſtamen. gloſſ. 10. num. 76. & alij relati per Pinel. ſup. num. 13. ad fin. & per Ioan. Garciam d. cap. 13. num. 6. & per Barboſam ſupra num. 2. Et nouiſſimè Zaualios tanquam nouum tradens quæſt. 3. à num. 47. Ioan. Guttierr. de tutelis, 3. part. cap. 26 num. 16. & Caſtillo qui illud fictum viri dominium, non vult eſſe, nec dici ciuile, &c. de vſufructu, cap. 4. à numero 30. Et hanc ſententiam tenuit Martin. Gloſſator antiquus relatus per Accur.

160 in d.l. in rebus, & Paulus in d.l. dote, num. 2. † quã accipit Ioan. Garcia ſupr. num. 8. in bonis, quæ ipſa mulier habebat, antequã nuberet, cum enim in dotem tradiderit ipſa, ita tamen vt aleretur, neceſſariaque omnia ſibi præſtarentur, in illa traditione, tam ſibi conſuluit, quam viro, neque omninò bona illa ab ſe abdicauit, quæ omninò aliena minimè eſſe voluit, & ſic eorũ eſt verè & naturaliter domina, maritus vero fictè, & ciuiliter ad effectus iure expreſſos & id ait probare tex. in d.l. in rebus. in illis verbis, cũ eædẽ res & ab initio vxoris fuerint, at vero ſi pater, frater, aliuſue, dotem cõſtituat, & tradat, cum vxor à principio dominium eorum numquam habuerit, nullum dominium retinet, neque naturale, quia per traditionem quæ facta eſt viro eius verè fiunt d. leg. traditionibus, & hoc caſu ait procedere communem ſententiam, & ſoluto matrimonio traditionem neceſſariam eſſe vt mulier habeat dominiũ, & vendicationem dotalium, neque hoc caſu loqui d.l. in rebus.

161 Nouiſſimè Barboſa in d.l. dotalem, ex num. 7. † & præcipuè num. 9. concordat ſic opiniones, quod vbi traduntur bona ex cauſa dotis, non videntur tradi ea mente, vt dominium quoad omnes effectus tranſeat in maritum, ſed tantum quoad ius adminiſtrandi, & recipiendi fructus pro oneribus, & ideo non transfertur dominium naturale in maritum, ſcilicet quoad omnes effectus. vt aduertit Lara, ſup. n. 252. Et ante eum D. Thom. in 4. diſt. 34. quæſt. 4. in reſpon. ad 1. quæſt. inquiens, quod dos aſſignatur marito ad vſum, & ius adminiſtrandi; proprietas autem, & dominium, remanet pẽnes vxorem: quod intelligendum eſt, attento iure naturali; nam ius ciuile nihilominus conſtituit, quod maritus quoad omnes effectus haberetur pro domino non vero, & qđ dominium, quod attẽto fine naturali videbatur eſſe vxoris, in nulla haberetur conſideratione, niſi quo ad aliquos effectus qui in iure reperiuntur expreſſi d.l. in rebus. quæ dum dicit propter illam conſtitutionem ciuilem, rei veritatem non eſſe, conſtitutione ciuili aliquos caſus reperiri, in quibus ius ciuile adhuc vxorem conſiderat per dominam, ſcilicet attento iure naturali, vt conſtat ex l. diuortio. 8. §. ſi fũdum. ff. ſoluto matrimon. l. plerumque. de iure dotium. l. ſi Prætore 22. §. 1. de euict. Cui ſimilis eſt, l. quamuis 78. de iure dotium, & ex l. ſciendum. §. ſi fũdus. qui ſatisdare cogantur. Iuxta quæ dicendum eſt, attẽto iure ciuili verum & proprium dominium eſſe mariti, dominium autẽ naturale, quod videbatur manere penes vxorem, offuſcatũ eſſe iure ciuili, & in nulla eſſe conſideratione, niſi quo ad aliquos effectus ſupra relatos. Iuſtinianus. autẽ in d.l. in rebus, auferendo offuſcationem iuris ciuilis voluit, quod poſt ſolutum matrimonium, hodie conſideretur dominium quod iure naturali mulier videbatur habere, & ſic hodie dominium magis videatur continuatum, quam re translatum, licèt ſecus eſſet iure antiquo, antequam eſſet ſublata dicta offuſcatio. hæc Barboſa, quem refert & impugnat Caſtillo. d.c. 4. num. 23.

162 In hac difficili & controuerſia quæſt. vt † quid ſententiam aperiam, dico.

Primo, eam procedere circa res dotales non æſtimatas, vel æſtimatas ex æſtimatione, quæ non facit emptionem, nempe, quando fit tãtum, vt cognoſcatur, an res poſtea reddantur deterioratæ, &c. nã circa res æſtimatas ſimpliciter certum eſt virũ eſſe propriè, & verè, & abſolutè, & perfectè dominum earũ. l. cum poſt. verſic. in dotem. ff. de iure dotium. l. quoties. C. eod. Roland. cõſ. 64. nu. 6. & ſeq. volum. 4. & Pinellus ſupra nu. 15. & Caſtillo, à nu. 7. & alij.

163 Et ratio eſt, quia iſta æſtimatio facit † emptionẽ vt per Couarruu. pract. cap. 28. Anton. Gomez in l. 50. Tauri. num. 44. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. 1. p. ca. 1. num. 18. & Ioan. Guttierrez conſ. 17. à num. 20. & Caſtillo, ibi. *& Mantica de tacitis & ambig. conuent. li. 12. titul. 29. Rota in Rom. repet. dot. 3. Decemb. 1599. coram Seraphino apud pacifícum de Saluiano interd. deciſ. 92. & in nouiſ. Farin. 257.*

164 Dico ſecundo longè veriorem, † & tenẽdam mihi videri primam ſententiam communem, quod vir ſit vere, & proprie dominus rerum dotalium, ex adductis pro ea, non obſtantibus contra eam adductis, quia gloſſ. in d.l. in rebus. verb. naturali, ibi, item &

165 quia Suarez & in d.l. diuortio. † §. ſi fundum verb. in d.l. ſi cõſtante §. ſi maritus verb. in alienis. ff. ſoluto matrimonio, ad plura iura quæ videtur probare res dotales eſſe vxoris reſpondet intelligenda eſſe quo ad ſpem, ob reſtitutionem faciendam ſoluto matrimonio, & ita reſpondetur ad Primum, Secundum, Tertium, Quartum, & Quintum, & eſt ſolutio cõmunis, vt patet ex doctoribus citatis.

166 Ad Sextũ reſpondetur quod licet † maritus non poſſit alienare, non ideo minus vere & propriè dñs eſt. l. non ideo. C. de rei uendicatione. l. generaliter. §. 1. ff.

§.1.ff.qui & à quibus,quia diffinitio dominij adhuc ei competit, eſt enim dominium ius diſponẽdi de re, niſi lege prohibeatur quam diffinitionẽ tradit Bart. communiter receptus in l.ſi quis vi.§.differentia.nu. 4. ff.de acquiren. poſſeſſ. de qua videndus eſt Pinel. in l.1.C.de bonis matemis.2.p.à num.1.

167 Quod comprobatur † exemplo pupilli,& minoris, & ſimilium, & etiam poſſeſſoris maioratus, qui licet alienare non poſſit, dominus tamen eſt vere, & proprie, vt contra Rode.Suarez, & Gomez de Arias tenet Greg.Lopez in l.7.tit.4.p.5.verbo el ſennorio. Anton.Gomez in l.40.Tauri.num.75. Pinel.d.2.p. nu.5. & Molina de Hiſpanorum primog.lib.1.c.19. num.4. qui plures referunt, & alia iura adducunt ad propoſitum conducentia,& quod non poſſit alienare,tantum arguit, quod non ſit liber, & abſolutè, & perfectè dominus, deficit enim ei quædam accidentalis perfectio, nempe facultas alienandi, quam alij domini habent regulariter; ſed cum non ſit de eſſentia,non definit eſſe vere, & proprie dominus: quem admodũ infans,qui non habet vſum rationis, nõ eſt perfectè homo,eſt tamen vere & proprie homo,&c.

168 Ad ſeptimum † reſpondetur,quod maritus rectè poteſt manumittere ſeruos dotales abſque donatione vxoris d.l.3.C.de iure dotium, & d.l.dotalem. ff. ſoluto matrimonio; donatio vero ſeu licentia vxoris ad hoc requiritur vt id quod vir ex liberto aſſecutus fuerit tanquam patronus non teneatur reſtituere vxori,niſi negotium vxoris gerens manumiſerit d.§. ſi vir. & d.l.quod ſi vir.cum duabus ſequentibus, & hoc eſt quod intendit Io. in d.l.quod ſi vir, & d.§.ſi vir, dum ait, vxorem donare poſſe ſeruos dotales viro, vt manumittantur. Conſenſus etiam vxoris ad id videtur proficere, quod ſi ſine conſenſu vxoris vir manumittit, requiritur quod ſit ſoluendo æſtimationem, l.ſeruum dotalem. ff.de manumiſſio. l.1. C. de ſeruo pignori dato; at ſi cum licentia manumittat in non requiritur,vt in d.legibus. Quia libertatis cauſa, valet indiſtinctè donatio inter coniuges. dict. l.quod autem. §. fin.de donatio. inter virum, & l. & ſic. ff.ſoluto matrim.

169 Ad octauum reſpondetur, quod partus † dotalium ancillarum, & alia quæ in fructu non computantur,§.in pecudum,de rerum diuiſione,conſtante matrimonio ſunt viri, quia fiunt dotales, diſſoluto vero matrimonio reſtituuntur vxori, quemadmodum & alia dotalia, & hoc eſt quod intendit d.verſiculus itaque.

170 Ad nonum † reſpondetur, quod id eſt ſpeciale, nempe,vt diſſoluto matrimonio ſtatim vxor habeat rei vendicationem, & hoc eſt noue inductum in d.l. in rebus. vt eſt communis teſte Nouello. ſup. & ſic facit pro communi ſententia vt rectè aduertit Pinel. d.l.1.3.par.num.14.

171 Ad decimum & vltimum, ex d.l.in reb. † in qua ſententia nouiorum præcipue fundatur, dico etiam in eorum ſententia illam l.magnam pati difficultatem,quia loquitur etiam in rebus dotalibus æſtimatis, etiam æſtimatione quæ facit emptionem, vt patet ibi, ſiue æſtimata, iuncta gloſ.ibi verb.æſtimatæ, communiter approbata, quam poſt alios ſequuntur Anton.Gomez in l.50.Tauri.num.44.Couarr.pract. cap.28.num.8.Pinell.d.l.1.3.par.num.15.& Barboſa in l.1.ff.ſoluto matrimon.5.part.num.3.& Zaualos d.quæſt.3.à numer.24. *Et Rota in dicta Rom.repet. dot. 20. Martij 1600. coram Seraphino apud Pacificum deciſ.93. & in nouiſs. Farin.* 158. Quarum vt diximus certum eſt maritum eſſe vere & abſolute dominum, vnde video d.l.in rebus,nõ ita facere,nec vrgere pro ſententia nouiorum, & confirmor in ſententia communi,& ad illam reſpondeo, quod res dotales natu-

172 raliter in vxoris permanent † dominio, & ex naturali iure eiuſdem eſſe intelliguntur,facto communis, & promiſcui vſus attento, ſeu quo ad ſuſtentationẽ, & promiſcuum vſum, & ſic quo ad veſtigia, & reliquias dominij, & de iure naturali primæuo quo non diſtinguebantur dominia, niſi quo ad vſum, vt reſpondet gloſ.ibi.verb.rei veritas,& verb.naturali iure, & Bald.num.6. & Queſada ſup. facit l.1. §.ſi vir. ff.ad Sillanianum.

173 Vel certe dic iuxta ſuperiora, † quod res dotales & ab initio vxoris fuerunt, & naturaliter in eius permanent dominio quo ad ſpem, quia ad eam ſunt reuerſuræ, & inquit tex.naturaliter, quia natura petit vt res dotalis reuertatur ad eam à qua perfecta eſt, qui intellectus confirmatur ex illis verbis, vt ſiue ex naturali iure eiuſdem malieris res eſſe intelligantur, verbum enim, intelligantur, denotat improprietatem, l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.delegatis.1.cap. ex ſtudijs, de præſumpt. & ſic quod res dotales non remanent vere & proprie in dominio vxoris, ſed tantum quo ad ſpem.

174 Confirmantur prædicta quia † ſecũdum omnes, vno excepto Ioan. Garcia vbi ſupra, deciſio. text. in dict.l.in rebus, diſponens quod mulier ſoluto matrimon.ſtatim habeat rei vendicationem dotaliũ, procedit, tam in bonis quæ parentes aut alij in dotem dederunt viro, quam in bonis quæ mulier ipſa viro in dotem tradit, & patet, quia alias nunquam fere procederet deciſ. illius l.cum ſæpe ſæpius parentes, aut alij, dotes conſtituant; quod cum ita ſit, verba illa,cum eædem res & ab initio vxoris fuerint, intelligenda ſunt ſaltem quo ad ſuſtẽtationem, ſeu ſpem, iuxta ſupradicta; atque adeo eadem ratione illa verba ſtatim ſequentia,& naturaliter in eius permanſerint dominio,ſunt etiam intelligenda quoad ſuſtentationem, ſeu ſpem,&c.

175 Sed adhuc obſtant verba dict.l.ibi, † Non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium viri videatur fieri,ideo rei veritas deleta atque confuſa eſt, & ibi, ſiue ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perueniſſe videantur. Ex quibus verbis probari videtur, mariti non eſſe vere dominium rerum dotalium, ſed de legum ſubtilitate, & ficte; quod confirmat verbum, videatur, & verbum, videantur, quod fictionem denotare videtur.

176 Sed reſponſ. quod cum dominium † dotalium in maritum tranſierit de legum ſubtilitate, videtur irreuocabiliter, & in perpetuum, ac abſolute trãſijſſe, quę apparentia non facit vt rei veritas,nempe quod illa bona,& ab initio uxoris fuerint,& naturaliter in eius permanſerint dominio, ſaltem quo ad ſuſtentationem, ſeu ſpem,propter regreſſum, confuſa atque deleta ſit, & hæc quo ad quæſtionem,incidentem de dominio rerum dotalium.

Ex cuius quæſt. reſolutione reſultat reſolutio no-

177 ſtræ quæſt.de iure patronatus, † conſiſtente in bonis in dotem datis, & dicendum eſt, quod cum dominium rerum dotalium vere in maritum tranſeat

& apud eum ſit, vt latè dictum eſt cum communi conſequenter etiam ius patronatus illis annexum ad maritum tranſibit ex capit.cum ſæculum de iure patron.& quæ diximus ſupra à num.10.atque adeo ad ſolum maritum ſpectabit præſentare, & non ad vxorem,vt rectè docet Rochus verb.ipſe vel is,queſtio.28. Palacios Rubios in rep.d.cap.per veſtras.in princip.d.§.43.num.1.& 9. Rebuff.de nomination. quæſt.17.num.56.alias 23. Tiraquel. poſt leges cõnub.gloſſ.vltim.à num.5.additio Decij in l.fœminæ, num.47.ff.de reg.iuris,Bacca de non meliorat.filiabus ratione dotis,cap.26.num.1. & de decima tutori præſtan.cap.23.num.18.19.30.& 33,Gratia.reg. 26.nu.11.Spino.gloſ.à nu.112. Ioan.Guttierrez de tutelis.3.part.cap.29.nu.3. & rectè etiam Doct. Sahagun.in d.c.quanto de iudicis,ex nu.12.ad 25. *Sar. lib.3.ſi eſt c.10.in fine,Parlad.li.3.differ.120.nu.22. Perez de Lara de anniuerſ.& capell.lib 2.c.3.nu.29.& tenuit Rot.in illa Alexand.beneficij 29.Mar.1591.coram Mantica ſupra relata nu.21.& nouiſſ.idem Mantica de tacit.& ambigu.comment.li.2.tit.30.a nu.20.*

178 Quamuis contrarium, † nempè præſentationẽ in propoſita quæſtio. ſpectare ad vxorem,& non ad maritum,nec ad eum tranſire ius patronus, teneat Imola & Butrius in cap.fin.de conceſſ.Præben.quia talis fructus non confert ad onera matrimo. nec eſt proportionabilis ad ſuorum ſuſtentationem, ideo non tranſit in maritum, ſicut nec in creditorem pignoris,quia non eſt compenſabilis.cap.cum Berth. de re iudicata. ſequitur Felin. in cap.cum olim, nu. 2.de maioritate & obedien.& in d. cap. cum Berth. nu.29.& Laſ.in l.diuortio. §. ſi vir,num.7. ff.ſoluto matrim.Guil.Benedic.in repet. ca. Rainutius,verb. cæteta bona,num.37.& quæſt.theſauraria.à n.6. & Gratian.ſibi contrarius reg.341.nu.7. *& Acor.d.ca. 21.queſt.16.*

179 Quæ tamen ratio non obeſt,† nam cum maritus ſit dominus rerum dotalium, debent ad eum pertinere non ſolum fructus, qui commoditatem æſtimabilem afferunt ad onera matrimonij ſuſtentanda, ſed & qui eam non afferunt. *vt rectè Mantica ſupra a num.27.* Item hic non conſideratur ius patro-
180 natus, † & præſentandi de per ſe,ſed tranſit acceſſoriè cum bonis in dotem datis,ex d.cap. ex literis, quod ſolum conſiderat,quod cum vniuerſitate trãſiit ius patronatus,& præſentandi, vt aduertit Felin. d.nu.29.& Rochus ſup.& Lamb.2.p.1.lib.9.10.art. 2.nu.10.conſideratione 8.

181 Vnde etiam conuincitur ſententia Rotæ, † ſeu potius collectoris deciſ.10.de iure patron.alias 422. in nouis,dicentis maritum tunc poſſe præſentare,tamen ſi maritus, & vxor concurrerent præſentando, præferendum eſſe præſentatum ab vxore, quam ſequuntur Abb.in d.cap.fin.nu.8.& 9. Paulus de Citadin.s.9.part.art.3.num.70. Decius in d.l.fœminæ nu.47.& alij relati per Lamber. 3.par. 2. lib. quæſt. 6. art. 3.argum. eius quod de tutore & pupillo præſentantibus tradit gloſſ. in capit. ex eo de elect. in 6. verb.ſuffragium communiter recepta teſte D.Sahagun ſupra num.15.& 22.de quo infra à nu.186.

182 Cui argum.reſpon. † diſparem eſſe rationem in tutore, cum non habeat dominium ſicut maritus, ſed ſolum adminiſtrationem, vt per Sahagun d.nu. 22. *& Mantica ſupra num.30.*& illam non eſſe deciſionem Rotæ, ſed opinionem collectoris dictum eſt in illa Alexanen. beneficij ſupra relata,num.21. *& ita ait Mantica d.nu.30.*

183 Quinimmo prædicta reſolutio in hac quæſt. † videtur tenenda, etiam in ſententia nouiorum circa præcedentem quæſt. vt tenet Molina d. lib.1,capit. 24.nu.3.& videtur Coſtanus d.ca.5.num.4.qui tenent illam ſententiam. Quamuis in ea Coraſ. d. nu. 16.& Ioann.Nicol.d.lib.2.quæſt.11.teneant prædictam ſententiam Rotæ,ſeu Collectoris de qua num. 181. Nam quando ſolum dominium ciuile rerum dotalium eſſet apud maritum, vt nouiores prætendunt,illud ad omnes effectus præter exceptos in iure, ſufficeret, cum de iure ciuili abſolutè cenſeatur dominus,vt inquit Barboſa ſupra,& ſentiunt Lara, Molina, Coſtanus & alij. Quamuis Ioã. Garcia vbi ſup.& Spino.d.gloſſ.10.num.76.& ſeq.dicant illud fictum & ciuilè dominium mariti eſſe ad effectus dumtaxat in iure expreſſos,nec ad alios non expreſſos extendi, & facit;nam in propoſito ſufficit dominum vtile vt in d.cap.ex literis. *& ita nobiſcum tenet Barboſ.in d.l.diuortio,§.ſi vir.ff.ſolut matrim.a nu. 56.*

184 Nec in hac re procedit rectè, † & conſequenter Lambert. qui d.2.part.1.lib.quæſt.10.artic.2. tenet dicens communem,& magis communem,ius patronatus in maritum tranſire cum vniuerſitate in dotẽ data,& ſic poſſe præſentare,& in d.3.par.2.lib.queſtio.9.art.3. nu. 8. vbi id repetit, dicit videri etiam poſſe vxorem præſentare, cum habeat veram proprietatem dotium &c. & in fine dicit, eſſe locum præuentioni inter virum & vxorem, vt qui primo præſentauerit,illius præſentatio admittatur, ex quo vterque habet ius præſentandi, vt per Doctores præ ſupponitur, & vno præſentante, alium non poſſe ſe impedire,etiam in variatione, in dubio tamen præualere præſentationem vxoris, iuxta communem, cum illa ſit magis proprietariam,in quo, vt dixi,nõ procedit conſequenter. Lambert. Nam ſi ius patronatus,& præſentandi, in maritum tranſit, cum vniuerſitate in dotem data, ad eum ſolum deberet pertinere præſentatio.& non ad vxorem, &c. *Barboſ. d. §.ſi vir,num.58.*

Aduertendum eſt autem, ſupradicta procedere
185 quando † ius patronatus eſt annexum bonis in dotem datis,quando vero eſt annexum alijs bonis ipſius vxoris, aut ei competit ratione maioratus, aut ſucceſſionis,tanquam hæredi, vel conſanguineæ fundatoris, ad ipſam pertinet præſentare, nec maritus poterit ſe intromittere, niſi ex vrbanitate maritum ſimul præſentare patiatur,Palacios Rubios d.§.43. nume.10. Burgos de paz in proœmio legum Tauri, num.5.Molina d.lib.1.cap.24.numer.32.& ſequen. Bacca.d.cap.23.nu.18.Io.Guttierrez d.cap.29.nu. 3.& D.Sahagun.in d.cap.quanto, num. 26. *Barboſa ſupra d.§.ſi vir.nu.57.& ſeq.Perez de Lara d. num.* 29. quicquid velit Lamber.d.art.3.n.9. æquiparans tũc maritum tutori,&c.

186 Similis quæſt. eſt de pupillo patrono, † eiuſque tutore,in qua dicendum eſt præſentatum à pupillo maiori ſeptennio, præferri præſentato per tutorem etiam ſi præſentatus à pupillo effeeminus dignus, ex eo quod pupillus eſt dominus iſtius iuriſpatronatus,& ſic ad eum ſpectat præſentatio. capit.decernimus 16.queſt.7.& tutor nõ adminiſtrat ſpiritualia; vt per gloſſ.in cap.ex eo de elect.in 6. verſ.ſuffragiũ in fin.& Dominic.ibi nu.8.cum Paulo de Eleazaro,

& ſe-

& sequitur Francus ibidem, num. 3. Rota decisio. 6. de iure patron. in antiquis Rochus verb. competens, quæst. 4. num. 13. Paninus de officio, & potestate Capituli sede vacante, 5. quæst. 2. part. sub nu. 5. Rebuff. de nominatio. quæst. 17. num. 51. & 52. aliàs num. 20. & Rosin. de benefic. capit. 1. num. 37. & 38 qui tamen dicunt, quod expedit & esset honestum, quod pupillus præsentet tutore authore. *Mandel. de estate minori c. 4. nu. 18. Ugol. de offic. Episc. cap. 5. §. 1. n. 6. & 7. Perez de Lara supra nu. 28. & Acor dict. lib. 6. c. 21. qu. 14.* Et hæc sententia est recepta, & communiter approbata, secundum Ioan. Nicol. Delphin. d. li. 2. de iure patro. q. 10. nu. 181. & Doct. Sahagun. in d. c. quanto de iudic. nu. 15. & 22.

187 Quamuis Ioan. Andr. in d. ca. ex eo, dicat † præferendum esse præsentatum à pupillo si est magis idoneus, quem sequitur Abbas. in cap. fin. de concess. Præben. num. 9. & Paulus de citadinis. 6. par. art. 3, quæst. 40. & 7. par. quæst. 13. cum Tancredo, & Barthol. Brixien. in quæst. sua Dominicali 77. quod præferatur præsentatus à pupillo, si saltem sit æquè idoneus.

188 Et quamuis † Ioan. Nicolaus d. quæst. 10. n. 182. teneat contra communem, nempè pupillum, etiam maiorem septennio, non posse præsentare, quia pupillus curâ habere non potest idoneum præsentandi Episcopo, cum discretione careat, & pupillus quicquid videt ignoret, &c. & ex dict. cap. ex eo. Nisi pupillus esset talis discretionis, & tantæ malitiæ, vt discernere posset album à nigro, & bonum à malo, nã tunc à communi Doct. opinione ait non esse recedẽdum, tanquam tutiori, & Coras. d. 4. part. capit. vlt. num. 17. inquit, hunc casum, & communem sentẽtiam, propter lubricum ætatis pupilli dubitabiliorem sibi videri, qua propter in eo amplius deliberandum.

189 Sed cõmunis sententia † videtur tenenda (omissa distinct. Lambert. 3. part. 2. li. quæst. 6. artic. 1. qui aliter in hac quæst. procedit) quæ supponit pupillum maiorem septennio, habere vsum rationis, & sic posse præsentare, sicut potest contrahere sponsalia de futuro, vt in tit. de despõsatione impuberum. Lapus allegatione 8. nu. 1. & ibi Mandos. dicens cõmunem lit. H. *Lapus etiã alleg. 75, ante nu. 5. & ibi etiã Mandel. lit. i. & de estate minori d. c. 4. nu. 17.* & poterat ad Beneficium assumi, vt in cap. si eo tempore, de rescript. in 6. Quamuis secus sit † in electione competente iure collegij, vt in d. c. ex eo, atque etiam in
190 præsentatione competente iure collegij, & non iure proprio, & singulari eadem ratione.

191 Quinimmo ex ratione † communis sententiæ videbatur in rigore, tutorem nullo modo posse præsentare, nisi de voluntate & consensu ipsius pupilli, maioris septennio, saltem tacito.

192 Vt quia sciens tutorem præsentâsse, non contradixisset, nec præsentasset alium infra tempus datum ad præsentandum, ad tradita per Lamber. 1. par. 2. lib. quæst. 4. ar. 17. & per Mohed. decis. 22. de Præbẽ. & per glos. verb. protinus in cap. cum olim 1. de officio deleg. & ibi Abb. num. 8. Feli. 7. & in cap. 1. num. 12. vt litè non contest. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vẽdit. 2. par. c. 1. nu. 18. & Matienço in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. glos. 8. num. 14. Oporteret tamen constare Ordinario, de tali scientia pupilli, infra tempus da-
193 tum ad præsentandum. Vel nisi † pupillus sit infans nondum habens septem annos, qui præsentare non potest, præsentabit ergo isto casu eius tutor. Rochus supra quæst. 3. num. 12. Lamber. 1. par. 2. libro quæst. 2. artic. 9. & 10. ex quo ius patronatus est patrimoniale vt per Lamber. ibi.

194 Nihilominus, † etiam si pupillus sit maior septennio videtur æqua communis opinio, quæ supponit posse absolutè tutorem præsentare, & eius præsentationem valere, nisi pupillus ante institutionem alium præsentet, cum tutor habeat potestatem
195 in persona & bonis pupilli. Et id quod † prius dixi, procedet in curatore puberis minoris 25. annis. Qui principaliter datur bonis, glossa in §. penultim. inst. qui testamen. tutores dari possunt, verb. personæ, & Ioan. Guttierrez de tutelis, 1. part. cap. 1. num. 37. ad cap. fin. de iudic. in 6. & ibi Doct. Nam in talibus,
196 vt publici iuris † non attẽditur curatoris potestas, nẽc minor ætas, Anchar. consil. 355. ad tertium, & Butrius consil. 30. Probus ad Monach. in d. cap. fin. num. 7. post Lapum allegatione 25. aliàs 26. nu. 1. ad fin. Nec patris potestas, Francus in dict. capit. fin. in
197 huiusmodi, † nu. 3. dicens, quod in beneficialibus, & spiritualibus, & dependentibus ab eisdem spectãtibus ad filium, pater nullo modo se intromittit, & nihil iuris habet, & administratio residet penes filium. &c. Navarr. consil. 2. de sepult. nu. 3. Et quod
198 † quando filius familias est patronus, præsentatio spectat ad ipsum filium, & non ad patrem, quia in spiritualibus vel quasi, non curatur de patria potestate. docet Rochus verb. competens, quæst. 13. & sequitur Lambert, 1. par. 2. lib. 2. ar. 7. & cum Ferronio Baeça, d. ca. 23. de decima tutori præstand. nu. 30. & Ioan. Guttierrez de tutelis, 3. p. c. 29. nu. 14. Quãuis alii dubitauerint, & cogitandum reliquerit Beroius in c. 1. de iure patron. nu. 58. *& quamuis in vna Florentina iurispatr. de Roscalis 10. Mart. 1603. coram Lancellotto sit dictum, non obstare, quod non constat de mandato procuræ parentum, qui præsentauerunt nomine filiorum: nam de iure non erat necessarium mandatum, cũ pater dicatur habere administrationem in bonis filiorũ. Lambert p. 1. 2. lib. art. 17. q 4. nu. 12. nam in generali administratione venit præsentatio, vt in matre administratrice fuit resolutum in causa Foroliuien. iurispat. 28. Octob. 1599. et 15. Maij 1600. coram eo, &c.*

199 Vnde quando ius patronatus spectat ad † pubertem minorem 25. annis, vel filium familias, non potest præsentare curator, vel pater, nec eorum præsẽtatio valebit, quamuis aliquando id non soleat ad-
200 uerti. Et quod † dicunt Baeça d. tract. de decima tutori præstan. c. 20. nu. 17. & Ioan. Guttierrez d. 3. p. c. 7. nu. 8. quod curator datus personæ, possit conferre beneficia, vel ad ea præsentare, procedet in tutore, iuxta dicta, vel in curatore furiosi, & aliàs est falsum ex dictis.

201 Nec potest pater præsentare pro filio, † tãquam pater & coniuncta persona, etiam cum cautione de rato, nec alia coniuncta persona; Tum quia ad præ-
202 sentandum, requiritur † speciale mandatum. Doct. in cap. fin. de concess. Præbendæ, Lambert. 1. p. 2. lib. q. 4. ar. 17. nu. 4. & sic intuit reg. l. patri. ff. de minor. de qua Couarr. lib. 1. variar. c. 8. num. 5. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, C. de in integrum restitutione, verb. implorandum num. 8. & 9. Maximè cum simus in actu extraiudiciali.

203 Tum etiam quia in causa spirituali, † qualis est

iſta, pater vel alia coniuncta perſona non admittitur ſine mandato, etiam cum cautione. Specul. 1. par. tit. de coniuncta perſona, nu. 6. Abb. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij num. 2. de reſcript. & in cap. coram nu. 7. de offic. deleg. & in c. cum pridem, num. 7. de pactis, Iaſius l. exigendi, C. de procurator. num. 9. 5. limitat, quicquid velit Lamb. d. art. 17. *Et cum eo Rota in d. Forolu. en. iuriſpat. 15. Maij 1600. coram Lancellotto, vbi quod ſuſtinetur etiam præſentatio, quia facta à matre coniunctiſſima perſona.*

*Lambert. 1. par. lib. 2. artic. 17. q. 4. quod licèt loquatur cum cautione de rato, hic tamen dubitari non poteſt, quin rata fuerit præſentatio. Et in d. Florentina iuriſpat. de Ricaſolis coram eodem 11. Febr. 1604. dicitur non applicari, quod in ſpiritualibus non attendatur patria poteſtas: quia non ratione patriæ poteſtatis patres admittuntur de iure ad præſentandum nomine filiorum, ſed tanquam coniuncta perſona, vel etiam ratione adminiſtrationis generalis, & ſic per Lamber. in 1 deciſ. allegatum.*

204 Si tamen admitteretur † præſentatio patris pro filio, vel alterius coniunctæ perſonæ, ita demum valeret, ſi ratificatio fieret infra tempus datum ad præſentandum, à tempore ratificationis, non alias, Rochus verb. honorificum, quæſt. num. 26.

205 Nec ſufficeret quod infra dictum tempus † non fiat præſentatio, ſeu contradictio patroni (vt inquit Lambert. d. art. 17. & 2. part. 2. lib. q. 1. art. 21. quando fuit à coniuncto cum cautione de rato) niſi conſtet infra d. tempus de ſcientia illius, & hoc quando pater præſentauit, qui alias eſt legitimus adminiſtrator filij iuxta d. ſup. nu. 192. & ibi citatos. *Quando vero ius patronatus eſſet annexum bonis aduentitiis filii, quorum pater eſt vſufructuarius, præſentatio ſpectaret ad patrem, iuxta ſupradicta num. 22. & ſic procedit quod ait Perez de Lara d. cap. 3. nu. 130. cum Ioan. Nicol. Delphin. de iurepatron. lib. 1. nu. 104. non alias, & Lamb. d. art. 11. nu. 12. allegatus in dicta Florentina, procedit in iurepatronatus per filium acquiſito ex bonis aduentitiis in quibus pater habet vſumfructum, et legitimam adminiſtrationem, vt etiam ait 1. p. 1. lib. q. 8. art. 9. & d. 1. p. 2. lib. 2 quæſt. art. 7. ibi allegatis.*

206 Et circa materiam huius quæſt. an in Hiſpania, † vbi datur tutori decima fructuum pro labore, poſſit decimare ius præſentandi, ſeu præſentationes competentes pupillo, vide Baeçam d. cap. 23. à num. 16, Ioann. Guttierez d. 3. parte cap. 29. & Acuedum in curia Piſana, libro 1. cap. 12. num. 25. qui rectè tenent non poſſe, ſiue ius patronatus competat ratione perſonæ, ſiue ratione rei, ex rationibus per eos adductis.

207 Nec obſtat doctrina Rebuf. † d. quæſt. 17. de nominatio. à num. 53. alias 21. vbi docet quod ſtante conſuetudine, quod tutor lucretur, & faciat fructus ſuos durante tutela, poterit præſentare, & non pupillus, quoniam diuerſum eſt in vſufructuario omnium fructuum, ad quem tranſit ius præſentandi cõpetens ratione rei, vt per citatos ſup. nu. 22. de iure autem noſtro, tutor non eſt vſufructuarius omnium fructuum, nec etiam partis, ſed ſolum pro labore datur ei decima illorum, & ita ſolum eſt creditor illius decimæ, vt rectè aduertit in propoſito, Baeça ſup. nu. 27 & 28. & Ioan. Guttierez ſup. nu. 10. 11. 12. & 16.

208 Nono notan. eſt ius patronatus aliud eſſe † Eccleſiaſticum, aliud laicale, aliud mixtum, de quo latè actum eſt ſupra à num. 507. & ſic patronos alios eſſe Eccleſiaſticos, alios laicos, alios Eccleſiaſticos & laicos ſimul, inter quos ſunt aliquæ differentiæ. Et
209 vna eſt, quod patroni Eccleſiaſtici habent † ſemeſtre ad præſentandum, laici vero ſolum quadrimeſtre, c. vnic. §. verum, de iure patron. in 6. & ibi DD.
210 Et quando ſunt Eccleſiaſtici & laici † ſimul omnes habent ſemeſtre, etiam laici, ratione communionis glo. fin. in d. §. verum, & ibi Archidiac. Dom. Franc. & alij. Rochus, verb. ius num. 15. Lamber. 3. p. 2. lib quæſt. 8. art. 4. & quæſt. 9. art. 9. Selua de benefic. 3. p. quæſt. 11. num. 18. & Coraſ. 2. part. cap. 3. numer. 12. *Idque, licèt ſeorſum patronus laicus præſentaret, vt eſt de mente Doctorum, quamuis tunc faciendam eſſe præſentationem intra quadrimeſtre teneat Perez de Lara lib. 2. c. 9. nu. 16. Sed ſine fundamento; nam non ideo deſinit eſſe cons patronus Eccleſiaſtici, & habere communionem cum eo in iure patronatus.* & alij. Et an iſtud tempus currat à die ſcientiæ, an à die vacationis agetur infra 10. p. c. 2.
211 Alia differentia eſt, † quod patroni laici poſſunt variare ante inſtitutionem Epiſcopi, & alium ſucceſſiue præſentare accumulando, quod non poſſunt facere patroni Eccleſiaſtici, cap. quod autem. cap. cum autem, & cap. Paſtoralis, de iure patron. & ibi DD.
212 De quo latè † Rochus, verb. honorificum. 9. quæſt. cum ſequent. Lambert. 2. part. 2. lib. quæſt. 7. per totam. Gregor. Lopez in l. 6. tit. 15. pag. 1. Ioan. Guttierez de iuramen. confirm. 3. par. cap. 13. Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 10. num. 3. Spino. de teſtam. glo. 4. à nu. 75. & Zauallos, quæſt. 265. & 693. *Genuen. in praxi cap. 63. num. 22. Vgol. de offic. Epiſcop. cap. 51. & Perez de Lara d. c. 19. à num. 8.*
213 Et in vna † Bononien. Parochialis 24. Nouemb. 1595. coram D. Litta fuit reſolutum, quod patroni laici poſſunt in præſentatione variare, & alium præſentare cumulatiue, ſed non poſſunt recedere à prima præſentatione ſine cauſa, &c.
214 Quæ variatio, † patronis laicis ſemel tantum cenſetur permiſſa, & pro prima vice; argumento l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verborum ſignificatione, & quia variatio eſt odioſa, & ſic reſtringenda, & æquitas ita ſuadet ad vitandam infinitatem, & confuſionem, ita Calder. conſil. 16. de iure patron. & ſequuntur Felyn. in cap. omnes leges 1. diſtin. Rochus ſupra quæſt. 10. Lamber. d. quæſt. 7. artic. 23. Gomezius in cap. cum in multis, de reſcrip. in 6. num. 35. Tiraquel. d. §. hoc ſermone in reg. nu. 25. Greg. Lop. d. l. 6. glo. 1. Nauar. in c. placuit de pœnitent. diſtin. 6. nu. 167. & 171. Ioan. Guttierez ſup. num. 3. & Fuſcus ſup. & Zauallos licet ſatis confuſe & inuolute, & Aymon. conſil. 63. nu. 3. Prob. ad Monach. cap. cum in illis de Præb. in 6. num. 18. *Genuenſ. & Vgol. ſupra.*
215 Quamuis pluries poſſe variare teneant † glo. in Clemen. plures. §. fin. verb. plures & verb. præſentare. de iure patron. Decius in cap. quanto, de iudic. à nu. 31. cum Abb. ibi, & Beroius in d. c. quod autem, num. 19. Spino. ſup. nu. 75. *Aſor d. lib. 6. cap. 21. q. 13.* & alij.

Pro quibus non facit d. Clem. plures, §. fi. nam de-
216 bet intelligi, † quando plures ſimul præſentantur, non ſucceſſiue, vt dicit Calder. Rochus & alij ſupra. Et procedit etiam in patronis Eccleſiaſticis, qui ex illo text. poſſunt facere præſentationem alternatiuam, & plures ſimul præſentare, vt vnum ex eis Epiſcopus inſtituat, vt tenent Cardin. cum Stephano quem refert in d. §. fin. ante num. 1. & ibi Imola, &

Bonif.

Bonif.num.4.& 5.Caietan.in rep.cap. fi.de elect. in 6.Bertach.in reper.verb.præsentatio vlt.versic.Rochus sup.quæst.9.nu.34.& Gregor.Lopez d.l.6. glo. penult.Quamuis contrarium teneant glos.in d.§. fi. d. verb. præsentare, quam ibi sequuntur Zenz.& Abb.num.4.Domin.in cap. 2. de elect. in 6. sub nu. 4.Felin.in cap.2.de appellat.num. 5. & in cap. cum Berth.de re iudic.nu.7.Selua 3.par.q.20.n.5.Lamb. 2.p.2.lib.quæst.3.art.8.& 9.& Prob.d.c.cum in illis, de Præben.in 6.nu.17.

217 Non potest autem patronus laicus variare † lite pendente, alias inter præsentatos, Calder.cons. 1. vt lite pendente,& 18.de iure patr, Domin.& Francus nu.3.in cap.1.vt lite penden.in 6.Mill.in rep.verb. patronus etiam laicus lite pendente, Aymon.d.cõs. 63.nu.3.Rochus d.verb.honorificum,quæst.23.Couarru.pract.cap.36.num.7.vers.3.quandoque. Crescen.decis.10.de iure patronat.& Lancell.de attentatis cap.4.in præfat.à num.560.seu 659. *& nouissime Genuens.in praxi c.12.nu.1. & fuit resolutum in Bracharen. parochialis de Moreira 13. Iun. 1605. coram Orzembergo.*& est communis secundum Rochum, Couarr.& Lancellottum ibi, licet contra teneat cum alijs Lambert.1.p.2.lib.q.6.art.12. Nam quicquid ipse dicat c.1.velite pend.in 6.habet locum in præsentatione, vt per Ioan.Andr.Domin.Francum & alios ibi, Calder.sup.Lapum allegat.22.nu.3.Gomezium reg.de subrogan.collitigan,quæst.6.& 13.Lancel.& alios citatos, & Mãdosius qui dicit communem ad Lapum d.allegat.22.lit.H.Rota decis.442.nu.6. p. 1.diuers. & fuit resolutum in vna Zamorens. Beneficij de Morales 30. Maij 1586. coram D. Orano vbi fuit dictum, Quod lite inter præsentatos pendente, alteroque ex litigantibus defuncto, patrono non permittitur sine vitio attentatorum alium præsentare indubitatum esse ex d.cap.1.&c. *Vt in decis.* 538

218 *nouiss.Faris.* Cum vero † litigatur cum eis, qui beneficia iam sunt adepti,& sic contra præsentatum iam institutum, clarum est pendente lite non posse patronum alium præsentare; ex c.2.vt lite pendente, quod loquitur expresse de præsentatione, ibi, præsentetur. Lambert.supr. Rota in Salamantina Capellaniæ, 20. Nouemb.1592.coram D.Pamphilio, infra adductis 6.p.c.4.nu.39.& 41.Vnde in vna Pampilonens. Parochialis de Edrarin de anno 1591. coram D. Pamphilio fuit resolutum, Quod præsentatio facta post rem iudicatam, pendente lite super restitutione in integrum non sustinetur, quia restitutio suscitat litem, l.quod si minor.§.restitutio.de minor.& commissio restitutionis, in qua fuit narratum fuisse paritum iudicato, quæ fuit signata prout de iure, dat iurisdictionem etiam non verificata, quicquid sit quãdo adest clausula, parito iudicato: Nec obstat patronum esse in quasi possessione præsentandi,& lite pendente posse quem continuare possessionem, quia adhuc præsentatio facta est nulla ex c. 2. vt lite pendente, in 6.&c.

219 Et dispositio d.cap. † habet etiam locum in vacatione per mortem ciuilem, vt per resignationem, vel assecutionem alterius beneficij, secundum Archid. ibi. cuius opinio licet de ea dubitet Lancellot. cap.3.à nu. 96. alias 101. est constanter tenenda, vt fuit decisum in vna Vallisoletana Scholastriæ 17. Iunij 1602. coram D. Lancellotto, tradit Gonçalez glo.51.nu.112.

220 Cæterum prohibitio d.c.1. & 2. cessat † quando superstes collitigans præsentaretur, seu prouideretur ab Ordinario, quia tunc cessat ratio per d.cap.2. assignaturæ, scilicet ne propter nouos aduersarios litigia prorogari contingat, secundum Rochum, d. quæst.23.Couar.sup.Lancell.d.cap.3.nu.128.alias 135.& d.cap.4.in prefatione, à nu.576.& 590.alias 672.& 688.Patis.cons.30.nu.4.lib.4.quem allegat, sequitur Anton.Gabr.conci.4.de iudi.nu.42. & est de mente, Franch.in d.c.2.nu.6.in gl.penul.& secuta est Rota in Mediolanen. iuris patron.de Anno 1588.coram D.Blanchetto infra relata 11.p.c.3.nu. 17.& in Mediolanens. iuris patronatus coram eod. 29.Ian.1596.infra adducta 10.p.c.3.nu.8.

221 Quamuis Crescen.decis. 8. † de iure patron. nu. 2.dicat in contrarium esse communem opinionem, & d.decis.10.dicat nõ procedere, quando patronus post præsentationem factam de vno ante litem, post litem cumulando præsentaret collitigantem, alias voces patronorum non habentem, quia tunc potius daretur occasio litigandi,&c. *& fuit dictum in Recanaten.beneficij 14. Martij 1608. coram Lancellotto ibi, Ita glos. & ista decisio Hispalensis allegatur,& videtur approbari in dicta Recanaten.beneficij.* Et Gonçalez d. gl. 51.nu. 114. ait quod d. opinio non est secura nec tenenda, sed potius contraria, tum quia dispositio d.c. 2.est generalis, & indistincta, & generaliter intelligenda l.1.§.generaliter. ff. de legatis præstand. tum quia aliter reg.Cancellariæ de subrogan. collitigantibus per Papam esset frustratoria,&c. vt fuit nouissime resolutum in vna Hispalen.Beneficij de Xerez. 10.Februar.1604.coram D. Lita vbi propterea fuit concluſum, esse nullam collationem a Cardinali Hispalen.de quodam beneficio litigioso cuidam superstiti collitiganti factam & quod in eadem decis. dicitur, quod idem tenuit Rota antiqua, vt in decis. 10.num.2.& 3.vt lite penden.in nouis. Et Rota moderna in vna Posnanien.parochialis 14.Ianu. 1572. coram Illustrissim. Seraphino, & ad Gomezium in reg.de subrogan.quæst.2.nu.2.dicentem, quod quicumque inferior a Papa concedens subrogationem collitiganti, comprehenditur sub d.reg.fuit responsum procedere in inferiore habente facultatem subrogandi ab ipso Papa, mediante aliquo indulto, seu iure speciali,& nõ aliter; ita Gonçalez. Sed mihi placet opinio Rochi & sequacium, contra quam in specie non est communis opinio,& ad d.decisio. Posnanien.non male respondet Lancellottus sup.in d.præfatione, add. quod ibi Ordinarius in locũ vnius præsentati prædefuncti, subrogauit alterum præsentatum collitigantem. Ordinarius autem licet possit conferre collitiganti, vbi alias ad eum collatio spectat, non tamen potest principaliter & de per se subrogare, prout Papa facit, Mandos.regul. 19. de subrogan.collitigantibus, quæst.3.nu.2. & pro opinione Rochi faciunt verb.d.capit.2. ibi alijs nullatenus conferantur, pondero verbum, alijs iuxta quod videntur accipienda verba sequentia, nec ad ea eligatur quispiam, vel etiam præsentetur, idest quispiam alius. Et de beneficijs litigiosis de quibus late Lancel.d.cap.3.& d.c.4.in præfatione,& alijs locis vide dicta sup.c.12.a nu.133.

222 Decimo notandum est, † quod vbi sunt plures patroni, possunt singuli seperatim præsentare, alijs non requisitis, quando ius patronatus spectat ad

eos, vti ſingulos, vt in dubio præſumitur & non vt vniuerſos, & iure collegij. Ioan. Andr. in cap. de iure patronat. Abb. conſ. 76. par. 2. Paulus de Citadinis 6. par. quæſt. 29. art. 3. Lambertin. dicens communem, & plures referens 2. p. 2. lib. quæſt. 2. art. 8. & penult. Aymon. d. conſil. 63. nu. 1. *Parl. lib. 3. diſſer. 8. nu. 15. Perez de Lara lib. 2. c. 9. nu. 17. Leſſius lib. 2. c. 34. nu. 34. & Aſor d. lib. 6. cap. 21. q. 21.* Et tenuit Rota in vna Legionen. Capellaniæ 6. Iunij, & 5. Decembr. 1575. coram Domino Cæſare de Graſſis vt in ſuis deciſ. impreſſis deciſ. 169. & ſeq. & in Caſalenſ. parochialis 2. Martij 1584. coram D. Robuſtiero. *Vt in deciſ. 647. nouiſſ. Farin.* Et in vna Calagurritana beneficij de Ali. 20. Iunij 1588. & 17. Maij 1591. coram D. Comitulo, in qua fuit reſolutum, Præſentationem pertinentem ad beneficiatos, vti ſingulos, non vti vniuerſos, vt in dubio præſumitur, Felyn. in cap. cum omnes de conſtit. num. 29. Lambert. d. art. 8. nu. 14. & ſæpius Rota tenuit poſſe fieri à ſingulis diuiſim, nec eſſe neceſſariam vocationem patronorum. Abb. d. conſil. 76. par. 2. Decius d. capit. cum omnes 1. lectura num. 48. Aymon. conſ. 67. Lamber. ſup. art. penult. quam ſententiam Rota amplexa eſt coram Sãctiſs. Clemen. VIII. in Piſtorien. beneficij 17. Febr. 1574. & in d. Legionen. &c.

221 Quamuis cõtrarium teneat Abbas in d. † cap. 3. de iure patron. in fin. quem ſequitur Felyn. in d. cap. cum omnes, num. 29. de conſtitut. & Rochus verb. honorificum quæſt. 60. ex reg. Bart. quam ibi approbant DD. in leg. omnes populi, nu. 18. ff. de inſtit. & iure, quod in his in quibus conſenſus maioris partis præiudicat minori, etiam ſi pertineat ad plures; vt ſingulos, requiritur quod actus fiat ſimul, & debent ſimul conuenire. l. & ſuum. §. fin. ff. de pactis. l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt l. 5. tit. 15. & ibi Greg. Lop. Benuen. Straca de decoctorib. 6. p. nu. 9.

222 Sed reſpondetur cum † Paulo de Citadinis ſup. & Lamber. d. art. 8. nu. 8. & 11. quod illa reg. procedit, quando factum maioris partis præiudicat minori circa eundum actum, vt in terminis, d. §. fi. &c. at in propoſito præſentatio maioris partis, non præiudicat minori quoad actum præſentandi, quia quilibet poteſt præſentare quem voluerit, &c.

223 Ex qua reſpõſione † infertur quod ſentẽtia Abbatis d. cap. 1. Felini & Rochi procedet, in pluribus hæredibus vnius ex patronis, qui habentur pro vno, & habent vnam tantum vocem, & præſentationem clemen. plures, de iure patr. & ibi DD. quæ eſt apud maiorem partem, ita quod de ſuffragio, vel præſentatione minoris partis non eſt curãdum, in iſto enim caſu præſentatio non competit pluribus, vt ſingulis, ſed pluribus, tanquam vni, & ſic militat eadem ratio, ac ſi cõpeteret pluribus, vt collegio, Roch. verb. ipſe vel is, quæſt. 2 Lambert. 2. part. 1. lib. quæſtio. 1. articul 25. & 27. Caſſador. deciſ. 1. de iure patron. quem ſequitur Did. Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordin. gl. 2. verſ. notanter etiam. Vnde tales debebunt ſimul conuenire ad præſentandum iuxta dicta, Paul. de Citadin. ſup. dicens, quod tunc forte poſſet procedere opinio Panormi. Quamuis contra teneat Lambert. d. art. 8. nu. 8. cum Ioan. Andr. & Cardin. in d. cap. 3.

226 † procedet etiam ſententia Abbatis. Felini, & Rochi, quãdo ius patronatus pertinet ad plures, vt ſingulos, tamen vigore ſtatuti, vel cõſuetudinis ad præſentandum ſoliti ſunt ſimul conuenire, vt in vna Caſagurritana beneficij de Aranguiz, 11. Decem. 1591. coram D. Pamphilio, in qua fuit reſolutum. Sufficienter conſtare de tali iure Dominici, vt tanquam integer portionarius debuerit vocari in receptionibus Dominorum de Sugulſi. quia ex publico inſtrumento probatur ſua poſſeſſio. L. prædia, vbi Bart. ff. de acquirenda poſſeſſione, quæ ſola ſufficit ad hunc effectum, cum iſtæ receptiones ſint de fructibus beneficij, quemadmodum collatio, & præſentatio, gl. in cap. cum Bertholdus, verb. patrono, de re iudic. Caſſador. deciſ. 3. nu. 6. de penſio. Felyn. in cap. cum olim, num. 2. de maioritate & obedien. & ideo pertineat ad eum qui eſt in poſſeſſione. c. querelam, de elect. cap. conſultationibus, de iure patron. & vtrobique notant Abbas & alij. Quod Dominicus tempore receptionum Dominorum de Sugulum eſſet abſens, non obſtat, quia nihilominus erat vocandus, cap. cum in Eccleſijs, de Præben. lib. 6. cum eſſet in eadem Prouincia, & in oppido Valliſoleti, in quo reſidebat curia Regia. Vnde commode poterat vocari per Nuntios, qui continuo ad illud accedebant. cap. coram. & ibi gloſ. verb. Prouincia. de electione cum alijs allegatis, & ita fuit concluſum.

227 Et in d. Calagurritana beneficij de Ali. 4. † Mar. 1594. coram D. Mantica, in qua fuit reſolutũ, quod quando plures patroni præſentant vt ſinguli, nõ requiritur, quod abſentes vocentur: quia non eſt neceſſarius ſimultaneus conſenſus; vt ſe habet communis Doctorum ſententia: & fuit concluſum in hac cauſa corã Peruſino 20. Iun. 1588. & 17. Maij 1591. & in dubio quando ius patronatus pertinet ad plures, præſumitur ad eos vt ſingulos, non vt vniuerſos pertinere, vt in d. deciſione. Secundo, quod quando pertinet ad plures, vt vniuerſos, tunc non præſentant vt ſinguli, ſed vt vniuerſi, & ideo in hoc caſu abſentes vocari debent, quia requiritur ſimultaneus conſenſus cap. coram. cap. in Geneſi. cap. quod ſicut. de elect. cap. cum in Eccleſijs, de Præbend. lib. 6. Felyn. in cap. cum omnes, num. 46. de conſtitut. Tertio: quod quando ius patronatus pertinet ad plures, vt ſingulos, & conſequenter patroni præſentant vt ſinguli, non autem vt vniuerſi, ſed vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, ad præſentandum ſoliti ſunt ſimul conuenire, tunc ex eijſdem rationibus abſentes vocati debent, qui vocandi ſunt, quando præſentatio fit à pluribus, tanquam vniuerſis, quo caſu vocandi ſunt, quia requiritur ſimultaneus conſenſus, vt dictũ eſt. Rochus verb. honorificum, quæſt. 60. Lambert. lib. 2. part. 2. quæſt. 2. art. 8. num. 8. Et ita fuit reſolutum coram Oradino in Calagurritana dimidiæ portionis de la Puebla 31. Ianuar. 1567. & coram Pamphilio in Calagurritana de Aranguiz. 11. Decembr. 1591. & quod in hoc tertio caſu verſatur negotium. Nam licet iſti beneficiati non faciãt collegium, quia non habent arcam communem, neque ſigillum, neque alia quæ ad conſtituendum collegium requirun tur, ad not. in cap. dilecta, de conceſſ. Præbend. & in cap. ſignificauit de appell. & in l. primo. C. de collegijs illicitis, & ideo ius præſentandi ad eos, vt ſingulos, non vt vniuerſos intelligatur pertinere: vt fuit dictum in hac cauſa coram D. Peruſino, tamen extat ſynodalis conſtitutio, & teſtes nouiſſime in hac cauſa in curia examinati deponunt, quod præſentatio ab iſtis beneficiatis capitulariter ſit facienda quod ſane intelligitur, vt fieri debeat ab ipſis ſimul cõgregatis,

gatis,& ideò neceſſarium videtur conuocare abſentes,vt poſſint conuenire, & quia vnus eorum poſſet alios in ſuam trahere ſententiam,iuxta,l.ſi in tres,in fi.de arbitris,proinde placuit Dominis præſentationem Michaelis in caſu propoſito non ſuſtineri, ex eo quod Stephanus vnus ex integris beneficiatis, & compatronis, non fuerit vocatus, niſi abſentia Stephani fuerit affectata,quo caſu ipſe nõ debuiſſet vocari.Enriq.in c.cum inter nu.6.de electionr.Et in eadem 17.Iunij 1584. coram eodem D. Mantica fuit reſolutum.Eius abſentiam non fuiſſe affectatam, ita
227 vt non eſſet vocandus,ſed potius fuiſſe ex cauſa neceſſaria,vel ſaltem probabili, & proinde cum non fuerit affectata,& cõſequenter vocari debuerit,præſentationem Michaelis non poſſe ſuſtineri,&c.

228 Procedet etiam ſententia Abbatis, Felini † & Rochi in præſentatione, ſeu nominatione facienda ad Capellaniam,in qua non debet fieri inſtitutio à ſuperiore, vt in Capellania non collatiua,& in electione facienda ad aliquam eleemoſynam,ſeu opus pium,verbi gratia de puellis maritãdis & ſimilibus, nam cum in his non fiat præſentatio ſuperiori,vt ipſe inſtituat,ſed ſolã nominatio,ſeu electio patronorum ſiue adminiſtratorum ſufficiat, & maior pars præiudicet in totum minori circa illum actum,quia facta nominatione, ſeu electione per maiorem partem,minor pars non haberet amplius quid faceret, ideo debent omnes ſimul conuenire, & alias actus non valebit,etiam non reclamante contempto,licet ſecus in actu collegij,&c.

229 Et quando eſt neceſſarium † quod conueniant in vnum,& aliqui nollent cõuenire,ſi ſpectat ad plures,vt vniuerſos,& collegium, ſeu in modum collegij, recurrendum eſt ad tradita per Dd. maxime Felin.in dict.cap.cum omnes de conſtit. Lambert.dict. quæſt.2.artic.19.curiam Piſanam,& ibi Azeuedum lib.1.cap.2.Si vero non ſunt collegium, iudex ad in-
230 ſtantiam aliorum † ſtatuet illis terminum, & locum,vbi conuenant,niſi in inſtitutione,ſit ſtatutus, & tunc non venientes alienos ſe faciunt,& præſentes poterunt actum explicare,ad tradita de Capitulo & Collegio per Dd.ibi,& circa materiam d. l. & ſuum.§.fin.de pactis & dict.leg.fi.C.qui bonis cedere poſſunt,&c.

231 Vndecimo notandum eſt, quod inſtitutio † ſeu collatio ab Ordinario facta,ſpreto patrono,infra tẽpus datum ad præſentandum,nulla eſt ipſo iure.ca. decernimus,16.quæſt.7.Abb.in c. Bertholdus, de re iudic.nu.13.& ibi Felin.2 num.8.Probus ad Monach.in cap.1.de offic.leg.in 6.nu.14.Rochus verb. honorificum,num.2.Lambert.3.par.2.lib. quæſt.2. art.2.Coraſ.d.4.p.cap.vlt.num.25.Ioan Nicol. Gimon.in enchiridion.Benefic.tit.5.cap.7.à num.9. Greg.Lopez in l.5.tit.15.pag.1.gloſſ.2.& Mohed. deciſ.6.de iure patronat.alias 168.reclamante tamẽ
232 & contradicente † patrono infra d.tempus datum ad præſentandum,alias ſuſtinebitur & valebit proniſio Ordinarij,Cardin.in clem.1.de ſupplenda negligentia Prælatorum,ſub num.11.Abbas quæſt.5. num.7.Felin.alios allegans d.cap.cum Berthold.10 & 14.& in cap.cum ex officij,de præſcript.nu.36.& in tract.quando literæ Apoſtolicæ.limitat.10. Probus ſup.& in cap.ſtatutum,de Præbend.nu.22.Selua 1.par.quæſt.6.nu.15.& 3.p.quæſt.9.nu.2.Roch. d.num.2.Lambert.d.num.2.artic.2.nu.27.& quæſt. 8.ſequent.art.2.num.3.& quæſt.9.art.24.Rebuff.in praxi 3.part. ſignaturæ, verb. nection iuris patron. num.52.& de nominatio.quæſt.17.nu.31. alias 11. & conſil.79.& 81.Coraſ.& Greg.ſup.Gamba.de offic.legati lib.3.4 num.341.P.Pechius in regul.Beneficium in 6.num.23.Ferrettus conſilio 133. num.1. Hieron.Gabr.conſil.185.lib.2.Spino. de teſtament. gloſſ.4.num.99.Flamin.Pariſius de reſignat. Benef. lib.8.quæſt.10.num.10. Zerola in praxi Epiſcopali, 1.part. verb.ius patron.§ 8.dubio 8. Rota deciſ.10. de iure patron.alias 518.in antiquis,& ibi addit.Caputaquen.deciſ.133.par.1. Mohedan. ſupra, & Puteus deciſ.412.lib.1.& deciſ.181.lib.3.vbi idem ait in Beneficio electiuo,vt non eligentibus,ſeu contradicentibus electoribus infra ſex menſes,proniſio Ordinarij valeat,& Rota in vna Oſcen.Canonicatus 4. Martij 1575. coram D. Robuſterio, quæ eſt 1. par. diuerſorum,deciſ.77.vbi num.4.dicitur,ita tenuiſſe Rotam in vna Triden.coram Grato 1563. quicquid dicat Gimon.ſup.num.6.

233 Sed difficultas eſt in inueſtiganda † ratione huius cõcluſ.& primo ea redditur ratio,quod id quod exigitur ex parte patroni,potius ſapit conſenſum, quam authoritatem,ſufficit autem, quod conſenſus interueniat,etiam ex poſt facto,cap.cum conſuetudinis.de conſuetudine,cap.cum vos.de his quæ fiũt à Prælatis,cap.cura,de iure patron. vbi Dd.& Ordinarius conferendo ſimpliciter,in dubio videtur diſponere nomine patroni,& ſub tacita conditione ſi ei placuerit,& ſic ſequens patroni ratificatio,vel cõſenſus expreſſus, aut tacitus, per taciturnitatem & negligentiam,validat collationem: hanc rationem tradunt Rota d.deciſ.10.num.4.& 4.Cardin.& Abb. ſup.Felin.d.c.cum Bert.nu.9.& 10.& d.limit.10. & Probus ſup.Lambert.d.q.2.art.2.nu.21.25.& 26.Coraſ.Hier.Gabr.& Zerola ſup.

234 Sed iſta ratio quamuis poſſet procedere, † quando patronus expreſſe conſenſit infra tempus datum ad præſentandum,tamen quando nec conſenſit,nec contradixit, non videtur ſolida, nec in iure habere fundamentum, nam vt tacitus conſenſus eliciatur, oporteret ſaltem dicere partem fuiſſe præſentem, & non contradixiſſe, vt per Gambarum ſup.num.353. Immo etiam tunc non videtur conſentire, vt per Felyn.d.cap.cum Berth.nu.12.licet contra teneat Coraſ.ſup.num.28.

235 Nec quicquam facit l.ſi ſeruus † communis 39. ff.de donat.inter virum, quam allegat Abb. ſupra,& Lamber.ibi,& nu.27.quia loquitur in donatione inter coniunctos,quæ ex præſentia,ſeu ſcientia cum taciturnitate inducitur, & ſic non eſt ad propoſitum.

Aliam rationem tradit Abb.ibidem,verſ.ſi autem
236 patronos,† quod talis collatio Ordinarij,conualidatur per ſuperuenientẽ negligentiam patroni,quia ipſe Ordinarius non poteſt contrauenire, & recedere,à prima collatione, argumen.l.per fundum. ff.de ſeruit. ruſticorum prædiorum,& c.veniens. de filijs Presbyter.& cap.diuerſis fallacijs,de clericis coniugatis, & cap. ſi tibi abſenti. de præbend.in 6. Et ſic tenetur eam ratam habere, ex quo ad ipſum deuoluta eſt, quam rationem tradunt etiam Felyn. d.cap. cum Bertholdus nu.14.& d.limitatione 10.& Lambert. d.num.27. & eam videtur tradere Gambarus ſup.num.342.& 355. Nam ait, quod lapſus temporis non validat collationem Ordinarij in vim conſenſus

ſenſus taciti, ſed propter deuolutionem, vt dicit Felinus d.c.cum Berth.

237 Sed nec iſta ratio placet, † nam ſecundum eam, idem eſſet dicendum vbi Ordinarius contulitſet iure deuoluto, in quo tamen ipſi contrarium tenent vt infra nu.262.

238 Vnde vera ratio videtur eſſe, quam inſinuat † Spino.ſup.Caſſador.deciſ.2.nu.4.de locato, & Rota d.dec.77.quod nullitas collationis ab Ordinario facta ſpreto patrono, inducta eſt in fauorem ipſius patroni, atque adeo ita demum eſt nulla, ſi ipſe voluerit & contradicat.l.filio præterito, & ibi gloſſ. ſi. ff.de iniuſto rupto, late Tiraquel. in tract. le mort ſayſit, par.7.declaratione 1. Et ideo patronus poteſt

239 ab Epiſcopo, † ſeu Capitulo ſede vacante, recipere Eccleſiam, ſeu Beneficium, cuius eſt patronus licet ſe ipſum præſentare non poſſit, & ad Epiſcopum, ſeu Capitulum pertineat inſtitutio tantum, & non collatio. Feder.de permutat.quæſt.32.P.de Peruſio eodem tractat.nu.26. Pauinus de offic. & poteſt. Cap. ſede vacante 2.p.q.5.nu.9.& 10.& Lambert. 1. part. 2.lib.q.8.art.3.& 4.

Ex qua ratione infertur, prouiſionem factã ſpre-

240 to patrono, † eſſe in pendenti, & interim habere, implicitum ſtatum, ita vt patrono reclamante infra tempus datum ad præſentandum, ſit nulla a principio, & ex tunc, vt in d.c.decernimus, eo vero non reclamante infra dictum tempus, cenſeatur valida à princip. & ex tunc, vt in ſimili de caducitate, Nauar. in Man.cap.23.nu.104.verſic.pro qua ſolutione, & in exemplo de alienatione rei Eccleſiæ ſine debita ſolemnitate, quæ ita demum eſt nulla à princip. ſi Eccleſia hoc volet, Rota deciſ.133.nu.11.par.2. diuerſorum, Sarmiento de redditibus Eccleſ.1.p. cap. 3.nu.20.& 21 cum alijs, & in terminis deciſ. 418. n. 3. p. 1. diuerſ. Et ita in propoſito videntur velle Spino.ſup.& Rota d.deciſ.77. Quamuis contrarium nẽ-

241 pe, d.collationem valere vt ex nunc, † & non vt ex tunc, in propoſito teneant Rota d.deciſ.10. Abb. & Felin.num.9.& 14.Selua d.nu. 15. & Probus ſupra. Lambert.d.nu.25.26.& 27.& Gambar.n.345.& ſequent. vbi ſupra ex dict. l.per fundum, quorum ſententia procedit attentis ſuis rationibus, de quibus ſupra. *Et quamuis Cabedo de patron. Regiæ coronæ c.1. nu.6.dicat, quod inſtitutio facta ab Epiſcopo ſine conſenſu & præſentatione patronorum non valet, dum id faciat intra tempus conceſſum patronis a iure ad præſentandum, irritarique & annullari poteſt per ſententiam. Et num.7.dicit, quod firma erit collatio Epiſcopi quoad patronus reclamet, & declaretur nulla ex patroni diſſenſu & reclamatione. Et cap.8.num.4.& c.35.num.1.quod talis collatio nulla eſt, vel, ſaltem irritanda: quod non eſt recte dictum, ſed patrono reclamante infra tempus datum ad præſentandum, talis collatio eſt a principio nulla, nec eſt neceſſe quod annulletur, aut declaretur nulla per ſententiam, vt dictum eſt.*

242 Secundo infertur † ex collatione facta ab Ordinario, ſpreto patrono, infra tempus datum ad præſentandum, interim videritius conſiderabile quæſitum prouiſio, ita vt non valeat prouiſio Papæ alteri poſtea facta, non facta de illa mentione, & ſit locus regulæ de non tollendo iure quæſito, vt in ſimili di-

243 ctum eſt ſup.c 4.à n. 44. Quamuis contrarium † in terminis teneat Rota dict. deciſ. 10. ad fin. & Gambar.ſupra nu.346.& Rebuff.d.conſil.81.vbi, vacante Beneficio iuris patronatus, ſpectantis ad Abbatẽ qui erat defunctus, contulit Ordinarius, poſtea Papa, & poſtea Vicarius Abbatis creati, ait prouiſionem Papæ prævalere, quia prima Ordinarij ante ſex menſes datos patrono non valuit, & ſic valebit prouiſio Papæ, etiam non facta mentione illius, nec obeſſe collationem Ordinarij non reclamante patrono valere, quia in præſenti reclamauit, quia Vicarius præſentauit, & illa præſentatio eſt declaratio voluntatis patroni, ideo annullat collationem ordinarij, & ſi nulla ſit præſentatio, tamen collatio non valebat in præiudicium Papæ, & certum eſt, collationem non valere reclamante patrono, ſed Papa plus iuris habet quam patronus, &c.

244 Hæc Rebuffus † quorum ſententia procedit in propoſito, attentis dictis ſuis rationibus iuxta dicta, eſſetque vera, vbi patronus poſtea reclamaſſet infra tempus datum ad præſentandum, iuxta dicta d.c.4. nu.46.licet ſi eſſet patronus laicus, & aliquem præſentaſſet, nec valeret collatio ordinarij, nec prouiſio Papæ medio tempore facta, non derogato iure patronatus, iuxta dicta ſupra.c.1.à nu.539.

245 Prædicta autem concluſio procedit † primo etiã in prouiſione facta à Papa, ſine derogatione iuris patronatus laicorum, Fel.d.tract.quãdo literæ Apoſtolicæ, limitat.10.& Lambert.d.quæſt.9. artic.24. Rebuff.d.conſ.79.Gambarus ſupra nu. 341. & 348. & Mandoſ.de ſignatura gratiæ, tit.de derogationibus iuris patro.verſic.quod ſi non ſit obtenta. Et de-

246 reſignatione in fauorem † dicetur infra 11. par. c. 3.à nu.16. *quamuis Cabedo de patronatib. Regiæ coronæ c.35.nu.4.dicat quòd collatio facta à Papa de beneficio patronatus laici non facta de eo mentione, non valet tanquam ſurreptitia: circa quod vides alias d.infra d.cap.3.11. par. nu.21 & ſupra 5.par c.3.nu. 64.* & idem videtur ex ratione in prouiſione facta à Papa, cum derogatione iuris patronatus inualida. Mandoſ.ibi. Quamuis tũc in contrarium ſit deciſ.6.Putei de iure patronat. in manuſcript.& Flam.Pariſ.de reſignatione lib.2.q.4 nu.60.ex doctrina Felin. in d.cap. cum Bertholdus nu.10.verſi.2.aduerte, quod procedit attenta prima

247 ratione de qua ſupra. Licet ſecus † ſit in prouiſione facta cum clauſula (dummodo patronorum ad id accedat aſſenſus,) quia iſta verba includũt formam, & conditionem, quæ non impletur per conſenſum tacitum, qui dicitur Fretus l.cum quod, ff. ſi certum petat. & quia in materia odioſa, vt ſunt reſcripta ad Beneficia, verba intelliguntur propriè cap.quamuis 1.de præbend.in 6.& ita fuit reſolutum in vna Piſana de anno 1556. vt per Gambarum deciſ.57.in manuſcript.& d.lib.3.de officio Legati ex numer. 337. Mandoſ.ſup. verſic. præmiſſis conferunt, & Flam. Pariſ.ſup.num.59.

Secundo procedit etiam in prouiſione facta à Le-

248 gato, † ſeu Nuntio ſpreto patrono laico, vt dictum eſt ſup.c.3.nu.65.& 244.

249 Tertio procedit † in omni caſu, in quo fieret deuolutio ad Epiſcopum, puta ſi patronus præſentauerit indignum, vt etiam hoc caſu firmetur collatio facta per Epiſcopum, ſine patrono, cum militet eadem ratio. Ita Lambert.d.num 27.& idem tenet Rebuffus d.quæſt.17.de nominatio.n.31.alias 11. ibi, vel inhabilem præſentauerit, ſed hoc videtur procedere attenta ſecunda ratione ſupra adducta, quam ibi adducit Lambert. attenta verò noſtra ratione,

250 † non

250 † non videtur vera iſta declaratio, quia per præſentationem factam de inhabili, ſeu indigno, declaratur voluntas patroni volentis valere collationem eo ſpreto factam, nam per actum nullum declaratur voluntas l.fin.ff.de rebus eorum. Pute.deciſ.92.nu.2. & 267.lib.2. Mohedan.deciſ.28.nu.2. de renuntiatione & deciſ.2. & in fin.de offic.deleg.& in terminis Rebuffus d.conſil.81.

251 Et ſufficit ſola contradictio patroni, † facta infra tempus datum ad præſentandum, vt collatio facta eo ſpreto ſit irrita, etiamſi non præſentauerit aliquem, & ſic pro illa vice ius præſentandi amiſerit, & facta ſit deuolutio.& ita videntur velle Felynus d. num.10.verſic.Tertio aduerte, Caputaquen.Mohedanus, Mandoſius, & alij ſupracitati, num.242. loquuntur enim alternatiue de cõtradictione, aut præſentatione.

252 Quarto procedit, quãdo collatio † facta eſt iure ordinario, & originali, ſecus ſi iure deuoluto, nam tunc non teneret, ex quo in veritate deuolutio nondumerat facta, per reg.cap.ex p.de conceſſione præbendę & cap.cum ſuper, de offic.deleg.Rota d.deciſ. 10.& ibi additio, Abb.d.q.5.nu.7.Felyn.d.num.10. Selua d.q.9.nu.3.verſ.9.Probus d.nu.22.Lambert. d.nu.21.& 26. P.Pechius, Hier.Gabr. & Zerola ſup. *Cabed.de patronat.Regiæ coronæ, cap.28 num.2.Perez de Lara lib.2.cap.10.num.30. & Azor.d.t.lib.6.cap.27. quæſt.6.& 15.* Et ſic poſt deuolutionem, opus eſt noua collatione, circa quod vide d.infra 10.p.c.3. num.31.& 32.

253 Quinto procedit † ſecundum Hier.Gabr. ſupra. ſi Ordinarius ſciens Beneficium eſſe iuris patronatus confert, non autem quando prætendit eſſe liberum, & hoc tantum vere confert, tunc enim, nullo modo poteſt ratificari à patrono collatio Ordinarij quia ceſſat ratio d.deciſ.10. Sed debet iterum conferre, Rota ibi circa fin.

254 Sed iſta declaratio † nimis reſtringit d. concluſionem communem, nec videtur vera attenta noſtra ratione, de qua ſupra.

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De executoribus literarum, & gratiarum beneficialium.*

# PARS SEXTA.

### *De Executoribus mandatorum de prouidendo. Cap. I.*

SVMMARIA.

*Literarum, & gratiarum Beneficialium executores, alij ſunt mandatorum de prouidendo de Beneficijs vacaturis, alij literarum, & gratiarum, de Beneficijs vacantibus, num.1.*

*De mandatis Apoſtolicis de prouidendo, qui latè ſcripſerunt, num.2. & de executoribus eorum qui agunt, num.3.*

*De executoribus mandatorum de prouidendo non eſt opus tractare, nec de ipſius mandatis, quia iam non ſunt in vſu, ex decreto Concilij, num.4.*

*Ex quo directo non poteſt eligi Canonicus ſupra numerum, ad futuram Præbendam ex Congregatione Concilij, numer.5. Quamuis in Eccleſijs, vbi ſunt Canonici Titulares id non eſt ſubiatum, num.6. vbi adducitur declaratio S. Congregationis, de qua num ſequen. vbi quod d.decretum non derogat conſuetudini maxime immemoriali, & confirmatæ à Papa.*

1 Literarum & gratiarum † beneficialium executores, alij ſunt executores mandatorum de prouidendo de Beneficijs vacaturis, & expectatiuarum,
2 alij ſunt executores literarum, & gratiarum, † de Beneficijs vacantibus, & de mandatis Apoſtolicis de prouidendo, latè ſcripſerunt, Staphileus de literis gratiæ, titul. de formis mandatorum de prouidendo, Ludouic.Gomez, Sarnen. Epiſcopus in tract.de mandatis de prouidendo, & de expectatiuis, Probus & Leobinus Dallerius tractat.de mandatis Apoſtolicis, Pacus tractat. de mandatis de prouidendo, Rebuffus in praxi, titulo de mandatis Apoſtolicis, & titul.de clauſulis mandat.& latiſſime in reperit.cap. nulla, 2.de conceſſione Præbendæ, tertio notab.Coraſ.de Benefic. 4.par.capit.5. Ioann.Nicol. Cimonteus in Enchiridio beneficiorum, titul.4. de gratijs expectatiuis, Duarenus de Benefic.lib.5.cap.8.Mar. Anton. Cucchus in inſtitution. Canonicis maioribus, lib.1.tit.7.de mandatis Apoſtolicis. Et de executoribus dictorum mandatorum, † & expectatiuarum agunt, Staphileus d.titul. de formis mandatorum, de prouidendo, ſeptima & octaua forma, Gomez in tract. de mandatis de prouidendo, ex nu.21. Rebuffus in concordatis, tit.de mandatis Apoſtolicis. §.1.verbo in forma mandati, & tit.de forma literarum executor. Coraſ.2.par.cap.9.Cucchus ex nu. 32. & alij ſupra.

4 De quibus executoribus † non eſt opus tractare, nec de mandatis de prouidendo, quia iam non ſunt in vſu ex decreto Concilij Trident. ſeſſ.24. de reformatione capit.19. vbi decernit S.Synodus mandata de prouidendo, & expectatiuas, & alias quaſcumq; gratias ad vacatura nemini amplius concedi nec hactenus conceſſis cuiquam vti licere, &c.

6 Ex quo decreto cenſuit S. Congreg. † Non poſſe eligi Canonicum ſup. numerum ad futuram Præbendam,& poſt hæc tradit Gonçalez ad reg.de menſibus,§.1.proœm.num 64,& 65.Quamuis in Eccleſijs, vbi ſunt inſtituti Canonici ſine Præbenda illam expectantes,qui dicũtur Titulares, id non eſt ſublatum ex d.decreto,nam tunc non eliguntur ſupra numerum,vt apparet ex ſequenti declaratione S, Cõg, Concil, An in Eccleſia Salamãtina in qua extant 24. Canonici quorum duo poſtremi Præbendam expectant conſuetudo immemorialis hactenus obſeruata,& à Pio IV. Motu proprio confirmata, & ex certa ſcientia qua antequam vacet aliquis Canonicatus,cuius electio ſpectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo, præcedente licentia Epiſcopi, duo, vel tres,expectantes locũ vltimi Canonici,ſine Præbenda vacaturam,ad quem iuxta gradũ expectantis denuo à Capitulo eligitur vnus & admittitur præcedẽte approbatione, & confirmatione Ordinarij, cenſeatur ſublata ex decreto Concil,c.19.ſeſſ.24. refor, Congreg.reſpondit hanc conſuetudinem non comprehendi hoc decreto Concilij.

7 Quamuis quod †attinet ad iſtam conſuetudinem eligendi ante vacationem expectantes locum vltimi Canonici vacaturum, non videatur comprehendi iſto decreto,ex eo quod non derogat conſuetudini, maxime cum ſit immemorialis, & confirmata à Papa ex certa ſcientia,iuxta ſupradicta 3.p. c. 2. d. dubio 6.& 8.à nu.189.& 213.

## *De Executoribus literarum & gratiarum de beneficijs vacantibus. Cap. 11.*

### SVMMARIA.

*EXecutores,qui hodie dantur pro executione literarũ Apoſtolicarum, ſuper Beneficijs vacantibus, alij dantur pro executione literarum in forma gratioſa, quæ habent cordas ſericas,&c.num.1.*

*Iſti executores qui ſolent eſſe Canonici, aut alias in Dignitate conſtituti,quos pars petit,dantur Bulla ſeparata,quæ habet cordas canapi,niſi fiat expeditio per Cameram, numero 2. & 3.*

*Alij executores dantur pro executione literarum in forma dignum,nu.4.& tunc expediuntur duæ Bullæ cum cordis canapi,nu.5.vbi refertur earum tenor.*

*Circa qua examinanda ſunt aliqua dubia,nu.6.*

*An requiratur receptio,& præſentatio literarum, vt executor poſſit procedere?à nu.7.reſoluitur affirmatiue; nam licet iuriſdictionem acquirat à tempore datæ,illam tamen antea exercere non poteſt,nec ſufficit oſtendere executori Bullam exiſtentem in plumbo,nu.10.*

*Translatio penſionis nõ valet, niſi literæ facultatis fuerint exhibitæ coram iudice,nu.11.Aut ſaltem proceſſus fulminatus,in quo literæ ſint inſertæ, ſeu ſumptum in forma vidimus,dummodo poſtea conſtet de originalibus &c.n.12.vel ſupplicatio ſignata,quando adeſt clauſula, etiam literis nõ expeditis,&c.nu.13.alias non valet literis non expeditis, contra Gambar.nu.14.*

*Milites S.Petri,& alij,habentes priuilegium transferendi pẽſiones coram Notario,& teſtibus poſſunt illas transferre, etiam non oſtenſis priuilegijs, nec literis reſeruationis penſionis,num.15.*

*Ad exercitium iuriſdictionis requiritur præſentatio literarum originalium,vel alias authenticarum,nec ſufficit tranſumptum factum à Notario, ſeu copia à notario ſubſcripta numero 16. & ſequentib. vbi ponuntur deciſio, & reſolutio Rotæ.*

*An Epiſcopus poſſit exequi, ſeu expedire literas in forma dignum,directas Vicario,ſeu officiali? Et ſic an prouiſio vigore illarum facta ab Epiſcopo ſit valida?à nu.19.Reſolnitur negatiue,& collationem tunc factam ab Epiſcopo non prębere titulum coloratum.*

*E conuerſo non poteſt Vicarius ſe intromittere in cauſa, ſeu iuriſdictione Epiſcopo delegata,nu.22,niſi Epiſcopus cum ſibi fuerit delegata,eam Vicario ſubdelegauerit,non prius,nã cauſas delegandas non poteſt committere,nu.23.*

*Epiſcopus tamen recte poteſt ſuo Vicario dare facultatem conferendi Beneficia,etiam vigore alternatiuæ, nondum competentis,n.24. Immo Vicarius habens poteſtatem conferendi,poteſt conferre vigore alternatiuæ,non conceſſæ tempore commiſſionis, licet de ea nulla fiat mentio in commiſſione, num.25.*

*Reſpond.cap.eam te,de reſcript. ex quo iuxta communem intellectum,vbi ſcribitur Capitulo, ſeu alij, vt gerenti vices Epiſcopi,vt Prębendam alicui conferat,literæ, & præceptum tranſierint ad Epiſcopum,quod id procedit,quando ſcribitur vices gerenti Epiſcopi,non vt executori,ſed vt tali vices gerenti,&c.nu.26.& 27.*

*Ad commiſſio facta Vicario tranſeat ad ſucceſſorem in Vicariatu?à num. 28. reſolutur contra communem tranſire, ſicut commiſſio facta ſub nomine Dignitatis tranſit ad ſucceſſorem,etiam per viam commendæ,niſi ſit facta cum qualitate,ex qua videtur reſpectus habitus ad perſonam,& non ad Dignitatem, & idem eſt in delegatione facta Canonico talis tituli.*

*De materia cap. quoniam Abbas, de offic. delegati, remiſſiue num.38.& 39.*

*An Vicarius Capituli ſede vacante poſſit exequi,& expedire literas in forma dignum, & diſpenſationes directas officiali,ſeu Vicario ſimpliciter? verbi gratia Abulen. nam commiſſa Epiſcopo,vel eius Vicario,certum eſt non poſſe,à nu. 40.reſoluitur negatiue attento ſtilo Curiæ,& Cancellariæ, cum Rota cuius deciſiones ponuntur, non ſuaſe obſeruantiam,& conſuetudinem contrariam, aliquorum Epiſcopatuum,nec intrare l.Barbarius,nec regulam de triẽnali,&c, & an prouiſo à Vicario Capitul. poſſit fieri de nouo collato.a num.55.*

*An vbi Ordinarius,cui ſunt directæ literæ principales, in forma dignum,infra 30.dies non confert beneficium impetratis.ſub prætextu quod non eſt idoneus, vel quod literæ ſunt ſurreptitiæ,&c.& ita declarat,poſſit recurri ad ſecundum executorem vigore Bullæ executoriæ?à numero 59.reſoluitur negatiue cum Rota, & reſpondetur rationibus in contrarium,& prouiſum tunc à ſecundo executore,non iuuare regulam de triennali,nec obſeruantiam, & conſuetudinem contrarium,&c.*

*Si officialis,cui primo literæ ſunt directę, non poſſet illas exequi quia erat mortuus Epiſcopus,vel quia erat intruſus, ſeu contradictor, vel ex alio impedimento,ſecundus executor non poſſet procedere à nu.69.*

*Stante quod in ſupradicto caſu non poteſt recurri ad ſecundum executorem,ad quem ſit appellandum,ſeu recurrendum, à num.72.reſoluitur,videri appellandum ad Papam,& non ad Metropolitanum,niſi à reiect. & reprobat. in parochialibus,à qua datur appellatio in examine in forma dignum, licet non in concurſu,& tunc Metropolitanum debere reiectum examinare cum ſuis examinatoribus ſynodalibus,ſeu cum alijs tribus à ſe electis,&c.*

An

*An interposita dicta appellatione possit recurri ad Nuntium? d.n.80. resoluitur negatiue nam excipiuntur causæ Beneficiales in sua facultate, hic posita & sic non potest in eis se intromittere, & fuit nulla declarata sententia lata vigore breuis Nuntij, vt in decis. Rotæ posita, posse vero ad Nuntium appellari non stante d. exceptione &c. & quando dicatur causa Beneficialis declaratur, nu. 82. & 85.*

*An Ordinarius, primus executor, possit executioni mandare literas in forma dignum, & conferre lapso termino triginta dierum, & morem purgare, re integra, &c. à nu. 88. resoluitur affir.*

*An si data in veritate negligentia primi executoris, secundus cui de ea non constat procedat, valeat eius executio, & processus a num. 91. resoluitur negatiue: nam hic non agitur de consolidanda iurisdictione, seu accrescendo exercitio, sed de danda iurisdictione, &c. non tamen requiritur quod secundus requirat primum & ei terminum assignet, &c sed sufficiet quod ex actis constet, &c.*

1 EXecutores autem † qui hodie dantur pro executione literarum Apostolicarum super Beneficijs vacantibus, † alij dantur pro executione literarum in forma gratiosa, id est, quando collatio fit à Papa, & non committitur alteri facienda ad inducendum, seu immittendum prouisum in possessionem Beneficij, &c. quæ literæ in forma gratiosa expeditæ habent cordas sericas rubri croceique coloris; & isti executores, qui solent esse canonici, aut alias in dignitate Ecclesiastica constituti, quos pars petit seu nominat, datur alia Bulla separata, & distincta sub eadem data, quæ dicitur executoria, & habet cordas
2 canapi, nisi fiat expeditio per Cameram, nam † tunc possunt poni gratiosa, & executoria simul in vna Bulla, vt ait Hieronym. Paulus in practica Cancellariæ, in notabilibus super beneficijs reseruatis vers. nota quod in literis. Rebuffus in praxi in forma, & declaratione nouæ prouisionis in 4. Bullæ par. vt in literis quas ponit Flamin. Parisius de resignatio. Benef. lib. 8. quæst. 7. sub nu. 109. quæ sunt per Cameram expeditæ, non per Cancellariam, & ita quotidie videmus, & tradit Mandos. ad Lapum alleg. 127. lit. D. vbi ponit formam.

4 Alij executores dantur pro executione † literarũ in forma dignum, id est, quando collatio, seu prouisio, non fit à Papa, seu remittitur facienda præuio examine (& sic literæ istæ dicuntur etiam mãdatum prouisionis, sed de prouidendo) quia prouisus non fuit Romæ examinatus, nec fuit missa approbatio Ordinarij, quo casu ponitur in calce supplicationis, & quod prouisionem committatur in forma dignũ nouissima. Et tunc expediuntur duæ Bullæ, & ambæ cum cordis canapi quarum formulam ponit Paris. 5 in sua cõstitutione 162. in Bullario, & ponitur à Flam. Paris. dict. quæst. 7. sub nu. 187. iuxta quã in Bulla, seu literis principalibus, quæ dirigunt ad Ordinarium, & regulariter ad Vicarium, seu officialem, dicendo verbi gratia officiali Abulens. &c. & committitur & mandatur eidem, vt si N. idoneum esse repererit Beneficium eidem infra 30. dies postquã
5 literæ † sibi præsentatæ fuerint authoritate Apostolica conferat, & assignet, &c. in altera vero bulla, quæ dicitur executoria, committitur & mandatur vni ex propinquioribus Episcopis, siue eorum Vicario, seu Officiali, & regulariter Officiali vnius ex propinquioribus Episcopatibus, quem pars eligit, vt si Ordinarius infra prædictos 30. dies beneficium non contulerit illis elapsis si prædictum N. idoneum esse repererit. &c. prædictum Beneficium eidem conferat, & assignet, &c. vt latius habetur † in dicta constitutione, circa quæ operæ pretium erit examinare aliqua dubia, quæ in praxi frequenter occurrunt.

7 Primo dubitatur, an requiratur receptio, †& præsentatio literarum, vt executor possit procedere? &c. & respondetur affirmatiue, nam licet iurisdictionem acquirat à tempore datæ, † illam tamen
8 exercere non potest ante præsentationem & receptionem literarum capit. super eod. 2. de appellatio. ad fin. Ioannes Andreas in capit. eam te, de rescrip. in fi. Coræsius, 4. parte capit. 1. numero 22. late Anton. Gabriel. de executione rei iudicatæ conclus. 3.
9 Molina de iustitia. 3. tom. disputat. 599. num. 2. † & dictum est supra part. præceden. capit. 1. num. 349. vbi vide, & limitationem adductam per Puteum decis. 275. lib. 3. Rotam decisione 230. lib. 2. par. 3. diuersorum, de qua per Mandosium regula 27. Cancellariæ, quæst. 17.

10 Vnde inquit Staphileus de literis gratiæ † tit. quibus modis expirent literæ ad Beneficia num. 7. quod non sufficit ostendere executori bullam, existentem in plumbo, licet illa iam sit plumbata; ex quo requiritur receptio literarum, quamuis in tribunali Auditoris Cameræ, vt intellexi, hoc non bene seruetur.

Vnde etiam infertur translationem pensionis nõ
11 valere, † nisi literæ facultatis fuerint exhibitæ coram iudice, seu executore, Crescen. decis. vltim. de concessio. Præbend. alias 197. Mohed. decis. 28. de renuntiation. alias 189. Mandos. de signatura gratiæ tit. de translation. pensionum. versicul. nonnunquam. Massa ad formulam cameralis obligationis, de processu in princip. numero 5. Ferrettus consilio 85. Flamin. Paris. de resignat. Benefic. libro 6. quæstione 4. numero 37. & Salust. Tiberius in pract. Auditoris Cameræ libro 3. cap. 6. noue addito, & Rota in vna Toletana pensionis de anno 1547. coram Cotta 1. part. diuersorum decis. 69. & 25. aut saltem processus fulminatus, in quo ipse literæ sunt inser-
12 tæ, † seu sumptum in forma vidimus, dummodo postea constet de originalibus, quando pars opponat. Achilles decis. 53. & 419. Puteus decisio. 246. lib. 3. Crescen. 2. de officio delegati, & prima de probatio.
13 Mandos. supra versiculo quæro clausula, † & Flaminius numero 38. vel supplicatio signata, quando adest clausula, etiam literis non expeditis, vel quod sola signatura sufficiat, vt in pensionibus pro Palatinis, Mandosius dict. versicul. nunquam. & Flamin. num. 36. *Et Rota in Bonon. translationis pensionis coram D. Milino supra adducta 1. p. c. 5. nu. 257. vbi dicitur de copia priuilegiorum conclaui Florum impressa, vt in Lucana pensionis 17. Febr. 1591. coram Orano posita per Pacificum de Saluiano interdicto dec. 203. nu. 9. & in nouissimis Farinacij decis. 689.*

14 Quamuis Gambarus de officio Legati † 6. quæstion. 31. ex numero 638. dicat valere translationem factam literis non expeditis, postquam literæ reperiebantur expeditæ de præsenti, & ita maiorem partem Rotæ obtinuisse.

15 Milites vero S. Petri, & alij habentes † facultatem vigore suorum priuilegiorum transferendi pensiones coram notario, & testibus, possunt illas transferre, etiam nõ ostensis priuilegijs. Puteus decis. 344.

lib. 2.

lib.2. & deciſ.1320. lib.3. p.3.diuerſorum,Mandoſ. ſupra verſ.milites S.Petri, & Flam.d.quæſt.4. nu.40. & 41. *Et fuit reſolutum in d.Lucana penſionis poſita per Pacific.deciſ.109.num.10. & in vna Portugal. penſionis 15. Februarij 1606.coram D.Coccino,in qua fuit dictum, quod cum translatio, R. præſ.transl.vet.* Nec etiam erit illis neceſſarium oſtendere literas reſeruationis penſionis,cum translatio non fiat illarũ vigore, ſed ſuorum priuilegiorum, *Sicut etiam coram executore ſatis eſſe præſentare facultatem transferendi, nec opus eſſe præſentare literas reſeruationis penſionis cum non recipiat iuriſdictionem ex reſeruatione penſionis.ſed ex facultate trãſferendi, Galleſ.de oblig.cam.tit.de proceſſu, nu.5. Put.deciſ.246. lib.3. ita in Segonien. translationis penſionis* 11. *Decemb.1587.coram Illuſtriſſimo Pamphilio.* Et de trãſlatione penſionum vide dicta ſupra 1. quæſt. c.5. illat.11. à num.239.

16 Et aduerte quod ad exercitium iuriſdictionis † requiritur præſentatio literarum originalium, vel alias authenticarum Abb.num 6. & Felyn.8.& 9. in cap.cum in iure peritus, de offic.deleg. Ludou. Gomez. in capitul.ſtatutum,num.60. de reſcriptis in 6. nec ſufficit tranſumptum factum à notario, ſeu ſubſcripta.

17 Et fuit reſolutum per Rotam in vna Tridentin. † Beneficij de Roſal. 12. Decembris 1594. coram D. Penia vt in ſequenti deciſio.quæ eſt notanda. Aparitius de Setien. ad fundandam litem,narratam in gratia ſi neutri,quam impetrauerat à ſelic.rec. Sixto Papa V. de hoc Beneficio vtebatur decreto quodam citationis Ordinarij Tridẽt. cui literæ gratiæ ſi neutri directæ fuerant,quod cum ad effectum excludendi litem neceſſario verificandam ad ſuſtentandam gratiam ſi neutri, nullum prorſus,& inualidum fuiſſe prætenderet Alphonſus de Samaniego, vtraque parte ſuper dubio dando informãte dubitaui,an coram Ordinario Trident. fuiſſent præſentatæ literæ originales, vel alias, ita authenticæ, vt decretum citationis illarum vigore factum foret legitimum, & validum, ad dictum effectum litis introducendæ? Et Domini vtraque parte informante cenſuerunt, non conſtare coram Ordinario fuiſſe præſentatas literas originales,vel alias authentic.& propterea decretum citationis illarum vigore factum fuiſſe nullum, quia Gregorius quidam qui die 27. Iunij anni 1587.nomine Aparitij comparuerat coram Ordinario ad notificand.ei gratiam Aparitij,& petend.executionem eiuſdem gratiæ,ſolum exhibuit quandam copiam prędictæ prouiſionis ſubſcriptam,per quendam Balthaſarẽ Rodrig. aſſertum notarium, qui aſſerebat prædictas literas Apoſtolicas ſua propria manu fideliter ex proprijs originalibus tranſumpſiſſe, & rogatum ſubſcripſiſſe, hinc enim cõſtabat coram Ordinario non fuiſſe productas literas originales, ideoq; iudicem nulliter citationem decreuiſſe, cum non aliter habuiſſet iuriſdictionem, vel eius exercitium, niſi originali, vel authentico reſcripto ſibi ſolemniter præſentato. Rota deciſ.20.de conceſ.Preb. in nouis,& deciſ.4.de offic.deleg.in antiquis. Aegidius deciſ.110. verſic.circa tertium dubium. Felyn. in cap.cum te nu.21.de reſcript. & in cap.ſiſcitatus, num.12. & 13.eod.tit.Caſſad.deciſ.8.nu.10. & ſeq. de reſtitut.ſpoliat.& deciſ.23.ſuper regulis.Creſcen. deciſ.5.nu.4.de fide inſtrument.idẽ deciſ.13.de conceſſ.Prębend.Achilles deciſ.2.de offic.deleg. Roma conſil.535.num.8. & ratio eſt,quia,executor certus eſſet debet de ſua iuriſdictione per exemplar, & non per exemplum minus ſolemniter præſentatum, maxime cum reſcripti præſentatio ſit de proceſſu, & illius potiſſimum fundamentum, ideoque fieri debet ſolemniter per manum publici notarij,& cũ appoſitione teſtium,cum iudici non credatur.Specul.de reſcripti præſent.nu.3.4. & 5. Eo vero magis defectus apparebat notus, quia neque cõſtabat, quod in actis iudicis commiſſarij fuiſſent exhibitæ Bullæ originales, cum in citatione per eum decreta, ſolum reperiretur inſerta copia copiæ prædictarum Bullarũ, nam idem ille Balthaſar Rodriguez, aſſertus notarius,aſſerebat ſe fideliter tranſumpſiſſe illud tranſumptum, ex alio trãſumpto proceſſus originalis, quando euidenter quoque demonſtrat differentiam inter copiã exhibitam, & copiam copiæ inſertam, in dicta citatione,quia in copia exhibita deerant ſubſcriptiones expeditorum Cancellariæ, quod plane oſtendit illud non fuiſſe originale, nec copiam originali conformem, in copia vero copiæ inſertam citationem, ſubſcriptiones ſæpedictorum legebantur. Quæ iſte defectus tollebatur ex aſſertione iudicis dicentis in principio decreti citationis ſe fuiſſe electum iudicem vigore vnius Bullæ Apoſtolicæ Sixti Papæ V. ſcripti in pergameno,& lingua Latina cum quodam ſigillo plumbeo pendente ex filis ſericis rubri croceiq; coloris, quia ex his non inferebatur ad realem productionem dictarum literarum coram illo, cum potius viderentur verba notarij in ſimilibus citationis decretis de ſtylo apponi ſolita; quod colligebatur præterea ex illis verbis in citatione ſequentibus, cuius quidem Bullæ tenor eſt,qui ſequitur,& tamen non ſequebatur ibi, niſi tenor alterius copiæ, vt ſupra fuit oſtenſum, pro quo faciebat conſuetudo vltra montes vigens, per quam vtrait Creſcen.deciſio. 87. incipien. executor gratiæ, extra Italiam omnes literas de Curia Romana venientes, homines vocãt literas Apoſtolicas. Sed neque authenticam literarum copiam fuiſſe prædictam corã Ordinario,oſtendebant plures defectus ſolemnitatum requiſitarum in tranſumptando. Rurſus non cõſtabat prædictum Balthaſarem Rodriguez qui tranſumptum fecerat, fuiſſe notarium, neque erat verũ illud fideliter tranſumpſiſſe, cum inter copiam exhibitam, & copiam copiæ in citatione inſertam eſſent varietates, & differentiæ ſupra relatæ, vnde nulla eis poterat adhiberi fides. Neque prædictis obſtabat Rota deciſione 4.de conceſſ. Præbend.in antiq. quod etiam ſine copiæ preſentatione valet proceſſus,dummodo poſtea quandocumque literæ producantur, & de illis conſtet, quia reſpondebant Domini, illam deciſionem fuiſſe reprobatam. Felyn.in cap.ſciſcitatas num.13. de reſcript.Creſcen.deciſio.188 incipien.penſionis translatio. Roman. conſil.353. num.6. Rurſus non obſtabat deciſ. Achillis 2. de offic.delegat. vbi Rota tenuit valere translationem pẽſionis factam coram executore vigore proceſſus fulminati, in quo erant inſertæ literæ Apoſtolicæ, quia reſpondebatur 1.inſertum literarum in proceſſu fulminato maiorem habere vim, quam tranſumptum factum à notario, cum in proceſſu fulminato iudex atteſtetur ſe vidiſſe literas originales, eaſque inſeruiſſe, & ſigillum ſuum appoſuiſſe, vt declarat Puteus deciſion.246. numer.5.libro 3. Concurrebant præterea in illo caſu

multa

multa adminicula, quibus suadebatur credendum fuisse inserto. Chisanen.decis.91.postremo cum fuisset processum extraiudicialiter, sine partis citatione, licebat peragere actum translationis pensionis, Achilles decisio.2. Puteus dict.decisio.246.nume.3. versic.non obstat lib. 3. in casu autem proposito iudex executor non poterat exercere actum sine legitima citatione praterea neque decretum citationis poterat sustineri vigore ordinariæ iurisdictionis, quia cum processerit tanquam delegatus ad iurisdictionem delegatam se restrinxit, fecit enim actum tanquam iudex Apostolicus vigore literarum, & ideo nulliter processit ex prædictis. Hostien. Imola, Abb. & alij in cap.cum ex officij, vbi Felin. numero 35. versic. 4. conclusio, de præscriptione; nam qui potest procedere ex potestate valida & procedit ex potestate invalida, ad quam se coarctavit, nullitet prodit. Puteus decisione 583. numero 3. l. 2. Roman. cõsil. 343. numero 5. postremo non obstat doctrina Specul. in Rubrica de rescripti præsentatione libro 2. & titul. de instrument. edit. §. nunc dicamus, num. 11. tradentis modum procedendi in similibus actibus, vt scilicet literæ originales transumptentur ex quo non possunt in actis relinqui, & transumptum paratur in actis, ex quo fiat illud transumptum in decretum citationis inserendum: quæ omnia obseruasse iudex videbatur. Quia fuit responsum veram esse doctrinam Specul. cum tamen non excludere solemnitates requisitas in transumptando, neque veram & realem productionem literarum originaliũ. Quæ in proposito casu non fuisse seruata satis liquebat ex supradictis.

18 Et in eadem Trident. 10. Maij 1595. † coram D. meo Corduba Episcopo Pacentin. fuit resolutum, standum esse in decisis rationibus adductis in d. decisio, constat enim quod iudex non fuit certus de sua iurisdictione, cum non fuisset præsentatum originale, quod ex inspectione actorum bene probatur, ad tradita per Alexand. consil. 55. num. 12. l. 5. Aymon 107. l. 19. nã præsentatio rescripti debebat fieri solemniter, per manum publici notarij, & cum appositione testium. Specul. de rescript. præsentatione, in princip. & quando hoc deficit iudex non potest dici certus de sua iurisdictione; nec obstare quod præsumitur originale præsentatum, & iudicem certum de sua iurisdictione per inspectionem originalis, eo ipso quod pars Alphonsi comparuit nil opponens de defectu iurisdictionis, & quod originale nõ fuisset præsentatum, quo casu intrat doctrina tradita per Enrichum num. 4. Abb. Felin. & Bellam. num. 10. in capit. cum iure, de offic. deleg. dicentes, quod si pars compareat, & ante sententiam non opponat de defectu iurisdictionis, eo quod originale non fuisset præsentatum, si velit opponere post sententiam, non potest. Nam Domini duos terminos considerabant, alterum quod productio iurium fit de actis, alteram quod sint de actis instrumenta quæ producũtur: quoad primum dicendum est, fieri de actis statim quod est facta productio, parte citata, & si non possit dici de actis instrumentum, vt per Mohedan. decis. 1. de procurator. quoad secundum iura sunt de actis si registrentur solemniter in illis, vt per Bellamer. supra numero 7. & inde iurisdictio iudicis considerauda est respectu iudicis, & respectu partis, respectu iudicis, productio iurisdictionis debet esse de actis, & fieri per manum notarij publici, cum oppositione testium, ad tradita per specul. supra & respectu partis, si opponat, debet instrumentum verificari, & registrari, vt tradit Bellam. d. num. 8. licet vero non cõstet de productione & actu productionis ied de comparitione quadam coram dicto iudice, & de actu extraiudiciali iudicis sine testibus, cui asserenti se fuisse deputatum vigore Bullæ delegationis, non est standum, nisi prius constet de delegatione, quia delegato non competit iurisdictio cum effectum nisi post præsentationem litterarum, capit. super eo, de appellatio. & inde tollitur obiectum, quod cum pars fuerit citata ad dicendum contra & comparuerit, & nil opposuerit, iudex potest procedere, cum enim iudex ante dictam præsentationem literarum non habuerit iurisdictionem, consensus partium nõ potest validare processum. l. priuatorũ. C. de iurisdictione omnium iudicum cum vulg. tenet in expresso Francus in dict. cap. super eo colum 6. & ibi Decius nu. 28. & agitur de conferendo iurisdictionem, quã priuati dare non possunt. Felin. cap. cæterum nu. 21. de rescript. & testatur communem Gabr. de executione rei iudicatæ concl. 3. num. 3. cum ergo dicto iudici fuerit præsentatum transumptum ex alio transumpto processus originalis Domini resoluerũt stãdum esse in decisis, cum illi non potuerit de sua iurisdictione constare ex supradictis. *& in ead. Tulen. est alia decis. coram eod. D. Corduba 9. Iun. 1595. vbi id confirmatur, qua est 620. nouis. Farin. Et etiam dec. in causa Abulen. pens. 11. Maij 1160. coram D. Sacrato sup. ad 1. p. c. 5. nu. 10. & alia in Carthag. translationis pensionis 19 Iun. 1606. coram D. Mascan. relata d. c. 5. nu. 241. & tradit nouis. Guttier. discept. for. c. 170. n. 17. & accedit quod ait Gutt. pract. lib. 4. q. 9. nu. 10. quod cum ad probationem gratiæ & priuilegij requiratur scriptura originalis, præsentanda est, & non sufficit testimonium ipsius. In vna tamen Lauden. pensionis de mense Ian. 1601. coram D. Penna fuit resolutum, quod Executor transferens pensionem satis est certificatus de sua iurisdictione, licet non fuerint ei præsentatæ literæ originales: si tamen fuit ei presentatum transumptum extractum a notario Camerę, & sigillo Camerarij roboratum, cum clausula, quod illius copijs sine sumptis manu alicuius publici notarij authenticatis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis adhiberetur fides: & sic erat in forma probanti. Verallus decis. 351. par. 2.*

19 Secundo dubitatur † an Episcopus possit exequi seu expedire prædictas literas, in forma dignum, directas. Vicario, seu Officiali, & sic an prouisio vigore illarum facta ab Episcopo sit valida?

20 In quo respondendum videtur negatiue; † nam delegatio, seu commissio facta Vicario, seu Officiali Episcopi, non censetur ab Episcopo, nec de iurisdictione delegata Vicario Episcopus se potest intromittere, Card. q. 9. Bonifacius nu. 13. in clemen. & si principales de rescript. Decius in c. qui Abb. de offic. deleg. n. 62. Ripa in c. eam te n. 46. de rescript. Pauinus de officio, & potestat. c. sede vacan. 2. p. q. 10. n. 14. Bertach. de Episcopo 7. p. 4. lib. q. 4. Rebuffus in praxi in forma Vicar. nu. 161. & in concordan. tit. de forma literarum executor. verb. recnsauerint, late Sbrotius de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 136. & lib. 3. quæst. 51. qui plures refert, *& in add. d. q. 136. id declarat, nisi Vicarius d. causam Episcopo subdelegasset. Ibi nu. 30. Lazarius de monit sect. 1. q. 6. n. 8. Vgol. de off.*

*Epiſc.c.4.§.7.nu.2.verſ.12.Gratian.diſcept.forenſ.c.92. à nu.6.Piaſec.in praxi Epiſcop.p.2.c.4.nu.7. & Salas de legibus.diſput.20.ſect.17.num.124.* Zerola in praxi Epiſcopali.p.1.verb.Vicarius dubio 5.& 2. par. eodem verb.§.1.Mar.Anton.Genu.in praxi Archiepiſcopalis Curiæ Neapolitanæ c.83.ſub nu.11.& Zecchus de republica Eccleſ.c.23.de Vicario Epiſcopi.§.2.nu.4 verſ.9.Thom.Sanchez de matrim.l.8.diſput.27. nu. 30.& in terminis de collatione. Nauarr.conſil.5.de
21 offic. deleg. † qui tamen male ait, collationem tunc factam ab Epiſcopo præbere titulum coloratum,& habere locum reg.de triennali,quod non videtur verum,cum commiſſio,vigore cuius eſt facta de eo, nõ cantet, &c. *& ita aduertendum additio d. conſ. Nauar. aut videri d. regulam non habere locum in hoc caſu in quo hic habuerit titulum ab eo,qui non poterat dare, &c. ita tenendum eſt,quamuis Franc.in c.dilecti. 3.de appell. nu. 40.d.cat., quod ſi tantum expreſſo nomine dignitatis cauſa ſit commiſſa Vicario Epiſcopi, tunc cenſeatur ſolum contemplata dignitas, ſeu iuriſdictio, quæ dicitur eſſe eadem cum Epiſcopo, & ſic eſt idem tribunal, ſeu auditorium, vt in cap.2.de conſuet.lib.6.videretur quod Epiſcopus poſſet in tali delegatione cognoſcere,ſeu ſe immiſcere, maxime Vicario mortuo, vel remoto, Quo caſu id admittunt Cucch.in inſtit maior.lib.2.tit.8.nu.118.& Lazarus d.q.6. num.8.quod non eſt verum nam certe diſtincta dignitas & perſona eſt Epiſcopi & Vicarij, & aliud eſt Epiſcopus, aliud Vicarius.&c. Et contrarium tenet ipſe Franc. in cap. Statutum.de reſcrip.in 6.num. 11. quo ſe remittit. d. cap. dilecti. Et quamuis Rota in Bracbar. Parochialis de Moreira 13.Iun.1605 coram D.Ortembergo tenuerit, Non fuiſſe defectum iuriſdictionis in executore, ex eo quod cum litera Apoſtolicæ eſſent directa prouiſori,qui erat parti ſuſpectus,obtinuit in illius locum ab Archiepiſcopo deputari Vicarium generalem: nam etſi litera dirigantur prouiſori, vel Vicario, poteſt nihilominus Archiepiſcopus non ſolum per ſe exequi, ſed etiam alteri executionem delegare, cum poteſtas officiali tradita oriatur ex iuriſdictione ipſius Archiepiſcopi, ad not. in cap. eam te. de reſcript. & maxime cum Vicarius & officialis promiſcuè accipiantur in partibus Hiſpaniarum,& vltra montes.Maud.reg.14.quæſt.6.nu. 18.cum alijs,&c.*

*Quæ reſolutio plane conuincitur ex d.& licet poteſtas ordinaria officialis oriatur ex iuriſdictione Epiſcopi non tamen delegata & commiſſaria, qua oritur ex iuriſdictione delegantis, & officialatus habet ſe tanquam conditio ſine qua non,ſeu qualitas requiſita.Id autem quod fecit d.Archiepiſcopus,videtur poſſe ſuſtineri, quia ipſe non deleganit executionem dictarum literarum ſed deputauit alium Vicarium generalem vltra prouiſorem, vt ei poſſent d. literæ præſentari,iuxta Thom.Sanch.lib.8.diſp.27.num.37.& 42.Salas de legib.diſp.20.ſect.17.num.124.& ad id conducit quod dicitur in d.dec.quod officialis & Vicarius promiſcuè accipiuntur in Hiſpania,non poſſet tamen conſtituere Vicarium ad iſtum effectum ſolum, etiamſi eum diceret generalem,quia in effectu non erat talis,cum poſſet alias in iuriſdictionem Vicarij exercere:ſed quidam Vicarius ſeu delegatus ſpecialis ad eam cauſam expediẽdam, quam nequit Epiſcopus committere,cum non ſit ſuæ iuriſdictionis,nec Vicario generali,ſeu officiali adimere,niſi eum ab officio removendo,cui a Papa commiſſa eſt,& ſic ab eo,non ab Epiſcopo habet iuriſdictionem.Ita Thom.Sanch.d.nu.42. & Salas d.nu.134.ad finem.*

22 Sicut è conuerſo non poteſt Vicarius ſe † intromittere in cauſa,ſeu iuriſdictione Epiſcopo delegata,Decius ſupra a nu.78.Fel.in d.c. eam te.nu. 17. Rebuf.in locis proxime citatis,& in reg.13.Cancel. verb.aut Vicarios perpetuos.Nauar.d.conſ.5.nu.1. & conſ.4.præced,nu.4.Achilles in c. Prætorum c.4. verb.iuſſit.nu.5.Cucchus in inſtit.maior.lib.2.tit.8 nu.116.& late Sbrot.d.lib.2.q.135. *(vbi tamen in addit.male ait cum Ferretto conſ.316.lib.2. Epiſcopo abſente poſſe Vicarium exequi reſcripta,et literarum directa ipſi Epiſcopo: & quod quando Epiſcopo committeretur cauſa generaliter,& non nudum miniſterium, vel aliqua cauſa ſpecialis, vbi exigeretur induſtria perſonæ tranſiret in eius Vicarium) & Greg.Lop.in l.47.tit.18.par.3.gl.8. Curia Philip.1.par.§.4.num.12.Lazar.d.quæſt. 6. num. 7. & ſect.2.q.1.nu.18.Vgol.& Piaſec.ſup.*& Zerola, & Zec-
23 chus ſup.niſi Epiſcopus,cum ſibi fuerit delegata, † eam Vicario ſubdelegauerit,non prius;nam cauſas, ſibidelegandas à Papa,& commiſſiones futuras non poteſt committere; iuriſdictio enim nondum competens, nec actu, nec habitu, committi non poteſt. Rota deciſ.2.de offic. deleg. alias 157. & 9.de offic. Vicarij alias 847.in antiq.& 3.de offic.Vic.in antiq. & 6.de offi.deleg.alias 242.in nouis.Feli.d.c.eam te, nu.17.& in c.paſtoralis.§.quin,nu.1.de reſcrip. Pauin.d.q.10.p.2.nu.33.Rebuf.in d.forma Vicariatus à nu.199.& in alijs locis citatis.Cucchus d.tit.8.nu. 111.& 115.Sbrotius l.2.q.34.nu.6.& quæſt.39.nu. 4.& 5.& quæſt.45.& 133.*Gratia.diſcept.forenſ.c.145. à nu.16.& Piaſec ſupra:& quod Vicarius non poſſit exequi literas directas Epiſcopo,niſi Epiſcopus ei ſubdelegauerit talem executionem,fuit dictum in cauſa Lucana optionis domus 13.Martij 1609.coram D.Mançanedo,Et quod iſta ſubdelegatio a Vicario enunciata & aſſerta,præſumitur & reſultat ex ſcientia & patientia Epiſcopi,argum.l. 1. §.magiſtrum autem,vbi hic firmat Paul.ff.de exercit.Vectius de nullit.tit.quibus modis ſententia nulla reparari poſſit,num.44.*

24 Quamuis Epiſcopus recte poſſit ſuo † Vicario dare facultatem conferendi Beneficia, etiam vigore alternatiuæ nondum competentis,ſed expediendæ, ſeu concedendæ,quia per alternatiuam, non datur Epiſcopo priuilegium,ſeu noua poteſtas, conferendi, ſed ſolum remouentur impedimenta, vt dictum eſt præcedenti parte capit.primo numero vigeſimo ſecundo.

25 Immo Vicarius habens poteſtatem conferendi, † poteſt conferre vigore alternatiuæ,quæ non erat expedita,ſeu conceſſa, tempore ſuæ commiſſionis, licet de alternatiua nulla fiat mentio in commiſſione Puteus deciſ.488.lib.2.Thanis deciſ.13.Sbrotius li. 2.quæſt.86.& poſthæc late tradit Gonçalez gloſſa. 42.a num.6.& Gratra.diſcept.foren c.127.nu.19.

26 Nec obſtat text.in cap.eam te,de reſcrip.† ex quo iuxta communem intellectum Innocent.ibi de quo Abb.num.14.Fel.16.& Ripa à num.144.ibid.& Pauin.10.q.1.par.nu.20.& *D.Sahagun in d.c.eam te,n.3 11.& 15.& in c. quoniam Abbas.de offic.deleg.nu.16.* probatur,quod vbi ſcribitur Capitulo,ſeu alij,vt gerenti vices Epiſcopi vt Præbendã alicui conferat, literæ illæ,& præceptũ tranſeunt ad Epiſcopum, quia
27 omiſſo quod ait Ripa † d.n.46.quod aliud in Vicario aliud in vices gerente quia vices gerens conſtituitur in defectũ,Vicarius vero nõ,reſpõdetur quod illud procedit quando ſcribitur vices gerenti Epiſcopi,nõ vt executori ſed vt tali vices gerenti, vt conferat Præbendam, ſeu Beneficium ſpectans ad collationem

lationem Epiſcopi tanquam gerens, etiam in hoc authoritate Papæ, vices Epiſcopi, tunc enim Epiſcopus tenetur mandatum hoc, ſeu præceptum adimpiere, quia in effectu fuit factum poteſtati ſuæ, & reſpectu illius, vt poſt Innocent, explicant Abb. & Felin. ſup. quos ſequitur Sbrotius d.q.136.nu.9. 10. & 11. *& Sabagun ſupra, ibi lit. I. & Sabagun d.num.*11. eſto propter præceptum talis collatio diceretur facta authoritate Apoſtolica, & non ordinaria ex gl.in c. cũ in aliquibus, verb.concedimus de reſcript.in 6. quã ibi ſequuntur Francus n.7.& alij, & Fel.d.c.eam te, nu.11. quamuis Decius ibi nu.35. teneat contra dictum communem intellectum, & quamuis Ripa nu. 50. & ſeqq. putet mandatum eſſe ibi Capitulo, vt executori Apoſtolico in defectu Epiſcopi mortui quos carpit additio Decij ibi litera, I. in propoſito autem ſcribitur Vicario Epiſcopi, vt executori, & non vt vices gerenti Epiſcopi, & agitur de collatione beneficij affecti, ſeu reſeruati, & ſic ſpectantis ad prouiſionem Papæ priuatiue ad Ordinarium.

28 Tertio dubit.an commiſſio facta Vicario, † tranſeat ad ſucceſſorem in Vicariatu, ſeu an Vicarius ſucceſſor poſſit exequi, & expedire dictas literas, & diſpenſationes directas Vicario tempore anteceſſores.

29 Et videtur quod ſic, † nam delegatio, ſeu commiſſio, facta ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, cap.quin Abbas.de officio, delega. & ibi Doct. *& l.47. tit.* 18. *p.*3. etiamſi ſucceſſori di-
30 gnitas ſit data in commendam, † Decius in d.c.quoniam Abb.nu.44. Probus ad Monach.in c. nemo de elect.*in 6.* à num.23. Sarnen. in reg.de triennali, q.5. *verſ.ex* quibus omnibus infertur. Rebuff.de pacifici, poſſeſſor.nu.53.alias 42.& Coraſ.de Benef.1.p.c.6.
31 nu.8. † niſi ſit facta delegatio ſub nomine dignitatis cum qualitate tamen, ex qua videtur reſpectus habitus ad perſonam, & non ad dignitatem, vt in vna Capuana de anno 1552.coram D.Roſſanen.in qua fuit
32 reſolutum, quod commiſſ.facta Epiſcopo ſub nomine dignitatis, cum qualitate tamen, ex qua videtur reſpectus ad perſonam habitus, & non ad dignitatẽ, vt quia committitur Epiſcopo Tridentino, Neapoli commoranti, durat in perſona illius etiamſi transferatur ad aliam Eccleſiam, & non tranſit ad ſucceſſorem in Eccleſia Tridentina, Abb.in c.quin Abb.n. 8. de offi.deleg. Monachus in c.ſtatutum de reſcrip. in 6. vt per Chiſanen.deciſ.36.Guidobo.n.81. Cotam. 69.& Oradinum.68. & tradit Mandoſ. de commiſſione commiſſ.28.ad finem.

33 Sed in propoſito communis opinio, tam † legiſtarum, quam canoniſtarum, eſt quod iuriſdictio delegata Vicario Epiſcopi, per eius obitum, vel remotionem ab officio expirat, & ſic non tranſit ad ſucceſſorem, quia dignitas Vicarij extinguitur per eius mortem, vel remotionem, & alius qui ſubrogatur de nouo creari dicitur, & ſic non reperit dignitatem quæ delegationem ſuſtineat, vt in dignitatibus perpetuis, quam ſententiam tenent Bart.in l.more maiorum, in fi.& ibi Ias.nu.65.& alij ff.de iuriſdictione omnium iudic. Ant.de Butrio.nu.25. Imola.19. Fel. 7. Decius 61.& Beroius 100.in d.c.quin Abb. & dicunt communem Decius.& Beroius ibi, Gigas conſ. 48. Caual.deciſ.40.n. 22. dicentes eam receptiorem & magis communem, & Cardin. Mantica de coniecturis l.8.tit.17.nu.3. Quam etiam vti communem, & veriorem ſecuta eſt Rota vt per Achillem deciſ. 51. ſeu 3. de officio Vicarij, & in vna Papien. bonorũ 3. Maij 1578. coram Illuſtriſſimo Lancellotto quæ habetur.1.p.diuerſ.deciſ.200. Flam. Par. *l.* de reſign. Benef.l.7.q.44.n.78. ſequitur et.ã Pacianus de probat. lib.2.cap.33.nu.6.

34 Nihilominus tamen contraria ſententia † eſt æquior, & in praxi recepta, & tenenda, Abb.in d. cap. quin Abbas nu.10.& 11.& Cardin.ibi, & in clem.2 de reſcrip.quæſt.5. vbi gloſſa verb.principalis.& Bonifacius nu.51. Pauinus d.q.10.2.par.num.13. Probus ad Monachum in d.cap.nemo, de elect.in 6. Gãbarus de officio legati.lib.8.nu.97. Capra conſil.32. Hieronymus Gabriel.qui plures refert conſ.33.l. 2. qui ait, hoc non ſolum procedere, quando conſtat ex coniecturis Papam habuiſſe rationem tribunalis, ſed etiam in dubio. Cucchus d.tit.8.à num.12. Anaſtaſius Germonius de indultis Cardin. §. Hieronymo num.57. Flam.Pariſ.de reſignatio.l.1.quæſt. 11. à num.17. Mar.Anton.Genuen.ſup.cap.82.num.2. dicens, in Curia Neapolitana obſeruari, & videtur tenere Marcheſanus de commiſſio.2.p.cap.6. de cõmiſſio.appellat.n.38.& tenet Sbrotius l.2.q 67.quãuis lib.3.q.49. vbi hanc quæſtionem ex profeſſo tractat ſolum, eam ſequatur, vbi ex coniecturis percipi poſſit Papam habuiſſe rationem tribunalis, & quod alias non recederet à ſupradicta magis communi, & Thomas Sanchez ſup.nu.10.& 31. *D. Sabagun in d. c. quoniam Abb.num.4.& a nu.*11. *ad* 14. *Leo in Theſ.for. Eccl.c.*10. *nu.*18. *fall.*4. *Lacarius de monit.ſect.* 2. *q.*1. *nu.* 18. *Gratian.diſcept.for.c.*92. *a nu.*15. *& Piaſecius in praxi Epiſ.p.*2. *c.*4. *n.*7. *& Salas de le.diſp.*2 *n.ſect.*17. *n.*124.

35 Et hanc noſtram ſententiam alias † ſecuta eſt Rota, vt per Puteum deciſ.487.lib.2.& deciſ.151.libro 2.par.3.diuerſ.& Chiſanen.deciſ. 139. de qua ſupra p.præced.cap.8.nu.153. & in vna Syracuſana illegitimitatis 10. Decem. 1575. coram D. Cãtuccio, quæ eſt 2.p.diuerſ.deciſ.12.& per Ant.M.Papaz.in add. ad Rotam deciſ.1.nu.3.& deciſ.4.in fi.de officio Vicarij, & deciſ.33.de procurator.nu.2.in nouis.

36 Et ad rationem contrariæ ſententiæ † ſupra adductam reſponderi poteſt, tunc iuriſdictionem delegatam Vicario eſſe in ſuſpenſo, donec alius ſubrogetur vel ſuſtineri a tribunali. Quamuis Cucchus ſupra n. 14. dicat Vicariatus dignitatem perpetuam, & continuam eſſe.

37 Et idem ait Anaſt. † Germon. ſupra nu.78. in delegatione facta Canonico dicendo Canonico S. Margaritæ, vel alterius tituli cũ in aliqua Eccleſia omnes Canonici habent titulũ, vt in Cathalonia quod trãſeat in ſucceſſorem, & Tho.Sanch.ſup.nu.12. quamuis contra teneant Felin. ſupra & Decius nu. 59.

38 Et circa † materiam d. cap. quin Abbas vltra ordinarios ibi, & in d. leg. more videndus eſt Anaſtaſ. Germon. in d. §. Hieronymo, num. 41. Thom. Sanch. d. diſputat. 27.

39 Et an hodie diſpoſitio illius tex. † procedat in iudicibus in ſynodo deputatis, qui dicuntur iudices ſeculares, iuxta decretum Concilij ſeſſ.25.c.10. de reform. vide infra p.9.c.2.à nu.349.

40 Qnarto dubitatur, an Vicarius, a ſeu officialis Capituli ſede vacante, poſſit exequi, & expedire dictas literas in forma dignum, & diſpenſationes directas officiali ſeu Vicario, ſimpliciter dicendo verbi gra-
41 tia officiali Abulen.nã commiſſa Epiſcopo, † vel eius Vicario, certum eſt non poſſe expediri per Vicarium

Capituli ſede vacan. cum non ſit Vicarius Epiſcopi, ſed iuriſdictionis Epiſcopalis, gloſ. in d. clemen. & ſi principalis verb. Epiſcopi, & ibi Doct. Felin. in d. ca. eam te. nu. 17. Panin. d. q. 10. 2. p. nu. 2. Lamb. de iure patr. 3. p. 2. l. q. 1. art. 7. nu. 3. Cucchus d. tit. 8. nu. 39 Sbrot. l. 1. q 16. Mar. Ant. Gen. c. 84. num. 12. *dub. 86. ſim. Bullar. Quar. capitulum ſede vacante ſub nu. 1. 3. q. Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 10 nu. 4. fall. 2. & 4. & Laçarius de monit. ſect. 2. q. 1. a nu. 16. ibid. ad fi. & Salas de legib. diſp. 20. ſect. 17. nu. 124. & quod delegatio facta Epiſcopo non tranſeat in capitulum ſede vacante, poſt allegatos & alios tradit D. Sabag. in d. c. quoniam Abb. nu. 15. & d. eſt p. præced. c. 7. à nu. 42.* quamuis Zecchus d. c. 23. de Vicario Epiſcopi, §. 1. nu. 1. dicat dici Vicarium Epiſcopi, etiam qui deputatur à Capitulo ſede vacante & quamuis contrarium in prop. teneat Tho. Sanchez d. diſput. 27, nu. 33,

42 Et quidem in propoſito † dubio videtur affirmatiue reſpondendum, nam Vicario, ſeu officiali Capituli ſede vacante poſſunt de iure dirigi delegationes & reſcripta Papæ non ſecus ac officiali Epiſcopi, cũ ſit Vicarius ſeu officialis iuriſdictionis Epiſcopalis, d. gloſ. verb. Epiſcopi, d. clemen. & ſi principalis, & ibi Imola nu. 20. Card. 15. & Abb. ſub num. 1. Panin. d. q. 10. 2. p. nu. 8. & 9. Hier. Paul. in pract. Cancell. §. de iudicibus & eorum ordine verſ. item nota. Rebu. in praxi tit. de Vicarijs Epiſcoporum nu. 4. Sbrotius l. 2. q. 23. nu. 3. & Flores q. 4. nu. 11. *Mol. de iuſt. tract. 5. diſp. 25. n. 2.* & alij; quamuis dubitet Bonifacius in d. cle. & ſi principalis, nu. 32. & ita in Hiſpania ſolẽt Nũtij cauſas delegare officiali Capituli ſede vacãte.

43 Et licet Vicarius, ſeu Officialis, † verbi gratia Abulen. Capituli ſede vacante, non ſit vere Vicarius, ſeu Officialis Epiſcopi, vt dictũ eſt, tamen Vicarius, ſeu Officialis Abulen. Capit. ſede vacan. abſolute vere, & ſimpliciter eſt Vicarius, ſeu Officialis Abulen. vt patet, ergo. & ſic practicatum eſt in aliquibus Epiſcopatibus Hiſpaniæ ſede Epiſcopali vacante, & ita praxim ſeruare ait Flores ibi, & tenet Thom. Sanchez ſupra nu 32. *& Salas d. nu. 124. & quod delegatio Vicario vel officiali facta tranſeat in Vicarium cap. ſede vacante, ait D. Sabagun in d. c. quoniam Abb. nu. 17.*

44 His tamen non obſtant. contrarium eſt † tenendum vt certum, attento ſtilo Curiæ, & Cancellariæ quæ ſede Epiſcopali vacante non dirigit huiuſmodi literas in forma dignum, nec diſpenſationes, &c. officiali Capituli, qui non confidit de illo, ſed Epiſcopo viciniori, ſeu eius officiali, de quo ſtilo teſtatur Hier. Paul. in d. practica Cancell. in prin. verſ. circa qualitatem perſonarum, & eſt notiſſimus omnibus in Curia mediocriter verſatis, & apparet ex literis, quæ huc tranſmittuntur directæ viciniori, in quib. dicitur, quod quia ſedes Epiſcopatus partium vacat committitur illi, tanquam vicinior &c. & clarius ex literis mutationum iudicum, quæ occaſione ſedis vacantis 19. notatæ tempore prædictarum literarum directarum officiali illius Epiſcopatus ſimpliciter, vel ſuperuenientis, ante illarum executionem, in quibus in ſubſtantia dicitur, quod quia prædictæ literæ directæ fuerunt officiali, verbi gratia Abulen. & ſedes dicti Epiſcopatus vacat, ideo vt dictæ literæ debitum conſequantur effectum, committit viciniori illarum executionem, &c. & vide ſuper hoc literas perinde valere datas anno 1600. cuidam prouiſo à Vicario Capituli Abulen. ſede vacante, de quodam Beneficio ſimplici, per reſignationẽ, in quibus dicitur, quod officialis procedat ad executionem priorum literarum, in forma dignum, ac ſi à Vicario Capituli executæ non eſſent, abſoluendo illum ab inhabilitate, propter intruſionem, & perceptionem fructuum incurſa, & remittendo ei fructus perceptos, ita tamen vt prius debeat dimittere liberè dictum Beneficium in ſuis manibus, &c. *Et de prædicto ſtilo nouiſſime teſtatur etiam Leo d. c. 10. nu. 8. fall. 5. & 6. & D. Sabagun d. c. quoniam Abb. nu. 15. ait, Romanæ Curiæ ſtilum hodie perpetuum, diſpenſationes matrimoniales ſede vacante nõ fieri capitulo, quamuis nominatim, petatur, ſed Epiſcopis vicinioribus & de matrimonio nu. 53. ait, matrimonij diſpenſationes Epiſcopis hodie committi, adeò vt ſede vacante non committantur cap. Et in conſequentiam huius ſtili in Congreg. Status Eccleſiaſtici horum Regnorum anno 1613. fuit propoſitum quod ſupplicaretur Papæ, quòd literæ Apoſt. committantur & dirigantur ſede vacante Vicarijs & cap. & non vicioribus: & ita fuit ordinatum & poſitum in inſtructione agentis Romæ, quòd credo non obtinebitur: quamuis cum approbatione vicarij cap. ſede vacante admitti & expediri viderim reſignationes in forma gratioſa.* cum ergo Curia & Cancellaria, nolit committere officiali Capituli ſede vacante, aperte conſtat ſub nomine officialis, ſeu Vicarij, abſolute prolati in literis quæ dirigũtur officiali, verbi gratia, Abulen. intelligere officialem Epiſcopi & non Capituli.

Et confirmatur ex dicta conſtitutione Pij V. 162.

45 † in qua mandatur, quod literæ in forma dignum, dirigantur ad Epiſcopum Dioceſanum, aut ad Vicarium generalem, aut Officialem eiuſdem Epiſcopi, diſiunctiuè ad electionem impetrantis.

Et ita in terminis *Ibi in terminis, Leo d. c. 10. num. 8. fall. 5. & 6. cum quo tranſit Laçarius ſupra.* reſoluit Ro-

46 ta in vna † Illerden. penſionis ſiue vnionis. 4. Maij 1588. coram D. Seraphino, vt in ſequenti deciſ. Item rum cauſa propoſita fuit reſolutum ſententiam, de qua agitur, fuiſſe nullam, cum enim delegata fuiſſet cauſa à Sede Apoſtolica Officiali Illerdenſ. cuius officium expirauerat per obitum Epiſcopi & a Capitulo deputatus fuiſſet alius officialis ſede vacante, licet ſucceſſerit Capitulum in locum Epiſcopi reſpectu iuriſdictionis ordinariæ, tamen non ſuccedit reſpectu iuriſdictionis delegatæ. Abb. c. cum olim, colpenult. verſ. 5. dubitatur, de maioritat. & obedien. Felin. cap. eam te, nu. 17. de reſcrip. Decius c. quin Abb. n. 15. de offic. deleg. cum alijs per informantes allegatis, quod eo maxime in caſu illo procedit, cum ageretur de re, in qua Capitulum habebat intereſſe & ideo non erat conueniens, vt fungeretur vice iudicis, & partis Bar. in l. qui iuriſdictioni, de iuriſdictione omnium iudicum, & ſtilus Cancellariæ eſt vt deputentur executores literarum Apoſtolicarum officiales Epiſcoporum, nõ autem Capitulorum, & illi officiales non inſcribuntur officiales Epiſcopi Illerden. vel Archiepiſcopi Toletani, ſed ſimpliciter officiales Illerden. Toletanus & ſic ſingulis. Non obſtat quod dicitur de prorogatione, tum quia non potuit prorogari cum ageretur de alienatione rei Eccleſiæ, ad notata per Beroium conſ. 22. n. 46. l. 2. Tum quia reſpectu delegatæ iuriſdictionis nõ poterat fieri prorogatio c. P. & G. in fi. de officio deleg. Fel. in c. cum olim, 1. in princip. eodem tit. Socinus in cap. ſignificaſti, nu. 21. de foro compe. ſed & omnem tollit difficulta-

ſeultatem in pronuntiando reſtrinxit ſe,& tulit ſententiam vti executor Apoſtolicus. Non obſtat quod dicitur deputatum fuiſſe à Nuntio, quia non eſt verũ in facto, ſed Nuntius qui prius inhibuerat reuocãdo inhibitionem reliquit totum negotium in eo ſtatu, in quo erat ab initio,& ita alias fuit deciſum in vna Papien. corã Illuſtriſſimo Lancell. de anno 1579.

47 Idem etiam nouiſſime fuit reſolutum in † vna Abulenſ. Beneficij de Mombeltran. coram D. Lita vt in deciſionibus ſeq.

## *Abulen. Beneficij 26. Iunij 1596.*

DOmini reſoluerunt gratiam Aluari eſſe verificatam, nam de clericatu conſtat ex depoſitione 7. teſtis ſuper 4. dum dicit, quod de tempore reſignationis erat clericus,& presbyter, & ſic per cõſequẽs non poteſt dubitari de eius idoneitate, quoad effectum obtinendi Beneficium ſimplex, quale eſt, de quo agitur ad gloſſam in verb. reputamus, in clem. 1. de conceſſ. Præben.& notatur per Doct. in c. cum in cunctis §. inferiora de electione maxime cum ex depoſitione p. ſuper 11. conſtat quod de eo tempore Aluarus erat lector,& fuerat approbatus ad curã animarum; quod autem Beneficium de quo agitur non requirat reſidentiam, vltra quod iuſtificari non debet ſtante Ægidij deciſ. 675.& Rota diuerſ. deciſ. 17. par. 1. concludenter probatur ex confeſſione, de qua in precibus Ferdinandi; l. cum te. Cod. de tranſactio. Rota deciſ. 44. de reſtibus. in antiquis, valor huius Beneficij expreſſus iuſtificatur ex deciſ. factis ad fauorem Ferdinan. & ex depoſitione part. teſtis ſuper 50. qui optimam rationem ſuæ depoſit. reddit, & etiam deponit de publica voce & fama, maximè cum pro iuſtificatione gratiæ ſufficiat ſemiplena probatio. Mohedan. deciſione 21. num. 3. de renuntiatione. Verallus deciſione 233. parte prima. fuit dictum in illa Mediolanen. Beneficij 11. Decembr. de anno præterito coram R. P. Domino meo Orano, & in pluribus alijs cauſis, quod autem Carolo reſignanti vna cum penſione eidem reſeruata 120. ducatorum, remanſerit vnde commode viuere poteſt, ſatis ex eo probari exiſtimarunt Domini, quod coniuncta depoſit. part. teſtis iuxta 11. & ſuper 3. art. 6. teſtis iuxta 10. & ſuper 7. art. & teſtis iuxta 2. & ſuper 3. art. cum mandato procuræ per eũ dato ad reſignandum, conſtat eidem remanſiſſe redditus ſcutorum 500. vltra redditus patrimonij, quib. mediantibus, non eſt dubiũ quod quis commode viuere poteſt, vt ipſi teſtes dicunt, & experientia docet, quæ rerum magiſtra eſt l. 3. C. vt in poſſeſſ. eatur,& c. quã ſit, de elect. in 6. illud ſolum mihi difficultatem facit, & non modicã, quod non exhibetur prouiſio ipſius Aluari, de cuius iuſtificatione agitur, ſed ſolum mandatum de prouidendo in forma dignum, quod non eſt collatio ſeu prouiſio. Caſſador. deciſio. 1. numer. 6. lite pendent, & tenuit Rota in illa Salamantina portionis 23. Iunij 1586. coram bonæ memoriæ Bubalo, vnde quemadmodum de potentia ad actum inferri non poteſt, ita nec de mandato prædicto ad executionem ipſius mandati, quæ vti in facto conſiſtens non præſumitur. l. in bello. §. factæ ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis. l. aſſeueratio Cod. de non numer. pecun. & capit. cum in iure, de offic. leg.& licet Domini dixerint, quod ex quo Aluarus ab executore fuit inductus in poſſeſſionem dicti Beneficij, fruſtra quæritur de collatione, cum talis inductio propriam vim collationis habeat, vt poſt Io. Andr. Compoſtellanum, & alios in capit. tranſmiſſa, de electio. Rot. deciſ. 16. de conceſſio. Præbend. in nouis, quæ etiam præſumitur facta ſeruatis ſeruandis, ſtante quod agitur de executione gratiæ, abſque cõtradictore, Puteus, 144. leg. 2. adhuc animus meus non acquieſcit, ex quo primus teſtis qui ſolum deponit de poſſeſſione Aluari, non dicit fuiſſe in ea immiſſum ab executore dicti mandati de prouidendo, quo caſu intraret reſponſio Dominorum ſed ſolum dicit quod vidit de menſe Auguſti. 1590. publicare reſignationem & accipere poſſeſſionem vnde cum potuiſſet dictam poſſeſſionem propria authoritate apprehendere, vt ex parte Ferdinandi prætenditur, vel de manu alterius, quam executoris deputati in dicto mandato de prouidendo accipere non poteſt, propterea concludo Aluarum in ea fuiſſe immiſſum ab ipſo executore deputato, ad effectum, de quo agitur ad text. in cap. in præſentia, de probat.& in l. non hoc. C. vnde cognati, cum vulg.& ideo bonum eſſe exiſtimo ſuperſedere in expeditione huius cauſæ, & iterum partes ſuper hoc audire, cum melius ſit peccare in tempore, quam in iure.

## 48 *Iu eadem † 13. Iunij 1597. coram eodem.*

DOmini reſoluerunt gratiam Aluari non eſſe iuſtificatam quoad collationem, nam ad effectũ vt inductio in poſſeſſionem Beneficij vim collationis habeat requiritur, quod fiat ab eo, ſeu de mandato illius, qui habet authoritatem conferendi, Rota deciſ. 16. num. 2. de conceſſione Præbendæ in nouis Oldrad. conſil. 143. Rebuff. de pacificis poſſeſſor. num. 21.& ratio eſt in promptu, quia tunc bene intrat illud vulgare dictum, qui vult cõſequens, velle videtur omne antecedens neceſſarium ad illud, l. ad rem mobilem. ff. de procurat. cum alijs per Abb. conſ. 76. num. 3. p. 2. quod quidem intrare non poteſt, vbi is qui tradit poſſeſſionem beneficij, non habet poteſtatem conferendi, ſtante quod pro validitate cuiuſq; actus duo copulatiue requiruntur, voluntas ſcilicet,& poteſtas, vt omnibus notum eſt; vnde cum hoc caſu non conſtet Aluarum fuiſſe immiſſum in poſſeſſionem beneficij, de quo agitur ab eo, cui directæ erant literæ Aluari, in forma dignum, & ſic ab habente poteſtatem conferendi, nec de illius mandato illo, &c. & ad illud quod notarius dicat Aluarum induxiſſe in poſſeſſionem, vigore prouiſionis eidem factæ, fuit reſponſum non conſtare de ipſa prouiſione, ſeu collatione à delegato facta, Ægid. deciſ. 248. Nec circa eam atteſtationi notarij ſtandum eſſe, cum notario non ſit credendum, niſi de actibus coram teſtibus geſtis, Puteus deciſione 5. numero 1. lib. 3. & prout in terminis tenuit Rota in illa Poroliuien. Beneficij 30. Octobris 1592. coram R. P. Domino Penna, vltra quod vbi etiam conſtaret de ipſa prouiſione, illa vti facta non ab Epiſcopo, nec ab officiali illius, qui tunc tempore talis eſſe deſierat per mortem Epiſcopi, de qua deponunt teſtes Ferdinandi. clemen. fin. de procurator. Pauin. de officio Capituli ſede vacãte p. 2. quæſt. 10. colum. 5. in principio

ſed ab officiali Capituli nulla omninò eſſet, cum talis executio ſpecialiter delegata per Papam Epiſcopo,& officiali illius,ſede vacãte,non tranſeat in Capitulum. Aegid.deciſ.166.Rota deciſione 6.de offlicio delegat. in antiquis, Felin, in cap. eam te. verſic. in mandato, num.17,de reſcript.cum alijs allegatis per informantes, & ad illud quod officialis capituli ſede vacante ſit verè officialis & quod ei dirigi poſſunt delegationes ſimiles, non ſecus ac diriguntur Epiſcopo, & eius officiali ſede ipſa non vacante, ad gloſſam in clementina & ſi principales,in verb, Epiſcopi, vbi Imola num.20.de reſcript. cum alijs licèt per informantes pro Aluaro deductis fuit reſponsũ id quidem poſſe fieri, ſed non fuiſſe factum cum attenta data literarum in forma dignum, quæ omnino attendi debet cap. eam te,de reſcrip.vbi gloſſa in verb, datam. apertè conſtat directas fuiſſe officiali Epiſcopi,& non Capituli de quo tunc probabiliter cogitari non potuit, cum adhuc ille in rerum natura non eſſet, & mors futura Epiſcopi reſpectu temporis non eſſet certa officialibus Papæ,qui dictas literas,in forma dignum,certis perſonis & non incertis dirigunt exequendas, vltra quod per Datariam, & Cancellariam executiones huiuſmodi literarum, in forma dignum non ſolent ſede vacante delegari officiali Capituli, ſed Epiſcopo viciniori, vel eius Vicario,vt benè deponunt teſtes,de quibus in ſummario Ferdinandi; an autem hodie dicta gratia de conferendo, in forma dignum demandari poſſint executioni per Rotam iuxta clementinam auditor. de reſcript.particulariter videre volunt Domini cõſiderantes deciſionem huius articuli ab eo pendere an beneficium hoc vacauerit per reſignationem, & non per obitum ipſius reſignantis.

49 Circa quam deciſionem animaduertendum † eſt Præcipuam eius rationem eſſe illam, quod per Datariam,& Cancellariam,huiuſmodi executiones nõ ſolent ſede vacante delegari Officiali Capituli, ſed Epiſcopo viciniori,vel eius Vicario.&c.ſi enim ſolerent etiam delegari officiali capituli,nomine officialis Abulen.veniret etiam officialis Capituli ſede vacante iuxta ſupradicta, & ſi tempore datæ non eſſet officialis Capituli ſed Epiſcopi, eo mortuo delegatio tranſiret in Vicarium Capituli tanquam ſucceſſorẽ in Vicariatu Abulenſ.iuxta dicta in dubio præced. ſicut tranſiret in Vicarium Epiſcopi ſucceſſoris: nec iuuabit obſeruantia,ſeu conſuetudo contraria aliquorum Epiſcopatuum Hiſpaniæ, ad effectũ vt in illis poſſit officialis Capituli ſede vacante exequi, & expedire dictas literas & diſpenſationes, nec ad effectum vt collationes, ſeu diſpenſationes per eum factæ ſint validę,non enim poteſt d. obſeruantia, ſeu conſuetudo releuare, nec aliquod ius dare, ſtante d. ſtilo Curiæ. & Cancellariæ, quæ eſt organum Papæ, ex quo clarè apparet non eſſe ſuæ intentionis committere officiali Capituli,& d, obſeruantiam eſſe contra mentem committentis: in commiſſionibus namque ac delegationibus attendenda eſt mens delegantis,cum de ea conſtat. vt in propoſito ad deciſionem ſecundam Aegidij, & Rotam in cauſa Conchen. penſionis ſupra adducta præcedente parte,cap.3.dub. 8.num.148. & ibi dicta, & dubio 16.numero 241,& cap. 1.eiuſdem partis num. 536,

51 vltra quod ſunt etiam multi actus† in contrarium in illis Epiſcopatibus, maximè in hoc, nam reperiũtur multæ Bullæ commiſſæ viciniori, propter ſedẽ vacantem, & aliæ expeditæ ante obitum Epiſcopi, quæ narrata morte committebantur viciniori, & aliqui etiam Vicarij ſede vacan. in hoc Epiſcopatu noſcebant expedire d.literas,& diſpenſationes,vnde conſuetudo non poteſt dici vniuerſalis, aut poteſt dici interrupta.

52 Nec rurſus poteſt in propoſito intrare † l. Barbarius. ff. de officio Prætoris nam vltra communem errorem requirit authoritatem ſuperioris, vt diximus præcedenti par.cap.4.à num.281. quæ licèt deficiat.

53 Poſſet tamen data d. obſeruantia, † & conſuetudo deſeruire ad excuſandum partes à mala fide, & vitio intruſionis, vt ſibi fiat collatio, præſertim indoctos; error enim prædicti ſtili eſt veluti error facti. Staphil. de literis gratiæ,in præfatione, verſiculo his ita.nu.4.& 5. & faciunt tradita infra p.9.c.2. nu.27.& ſeq.

54 Nec taliter proniſum videtur iuuare regulã † de triennali, ex quo non habet titulum coloratum ex prouiſione Apoſtolica, vel ordinaria, prout regula requirit,ille enim tit.nec eſt ab Ordinario,nec à cõmiſſario Apoſtolico,

55 Et quamuis † in d.cauſa Abulen.beneficij de Mõbeltra.4.Iulij 1597. coram eodem D. Lita fuit reſolutum,collationem hodie poſſe fieri Aluaro, vigore clemen. auditor. de reſcript. in executionem ſuæ gratiæ in forma dignum, vt in ſequenti deciſione, Reſoluerũt Domini collationẽ hodie vigore clem. auditor de reſcrip. poſſe fieri Aluaro in executionẽ gratiæ, quam habet in forma dignum ea ratione, quia verè beneficium hoc vacauit per reſignationẽ ad fauorem d. Aluari admiſſam, & non per obitum reſignantis,licèt reſignans ipſe deceſſerit,antequam demandata fuerit executioni dicta gratia iuribus,& rationibus in illa Burgen. Canonicatus 28. Aprilis præteritis coram R.P.D. Pamphilio. quas non repeto brevitatis gratia: nec dubitari poteſt quin diſpoſitio clem. auditor. habeat locum etiam in gratia emanata in forma dignum, vt fuit reſolutum in vna Legionen. Canonicatus 28. Octobris 1574. coram D.Sereniſ. Noſtro,cuius copia data fuit, & ad illud quod hoc in caſu reſignatio fuerit facta non ſimpliciter, ſed reſeruata penſione ad fauorem reſignantis, cum clauſula, & non aliter nec alio modo, quo fit vt non data effectuali acquiſitione dictæ penſionis reſignanti, pro non facta habẽda videatur ipſa reſignatio,ad tex. in l. cedere diem,ff.de verb.ſignificatione in l. pecuniam quam.ff. ſi certum petatur, & notatur per Creſcentium deciſione 9. de renuntiatione in impreſſis, & ita per conſequens beneficium huiuſmodi videatur potius vacare per obitum reſignantis, quam per reſignationem, fuit reſponſum contrarium verius eſſe, ex quo hæc reſignatio omninò perfecta fuit,etiam reſpectu d.acquiſitionis penſiones reſignatæ, ſtatim atque fuit admiſſa per Papam, & in Cancellaria extenſi fuerunt conſenſus reſignantis, & reſignatarij viuentis, ad deciſionem 228.Creſcen.d.deciſ.9.Gab. conſ.189.nu.3.l.1.Gomez, in regul. de infirmis quæſt.31,Rota deciſ.471. num.11.& ſequen. part.2. nec reſpectu reſignatarij cenſeri poteſt cõditionalis,ad effectum,de quo agitur,ex eo quod fuerit admiſſa in forma dignum, & non ſimpliciter, ſi quidem conditio quæ ineſt dictæ

gratię,

gratia, data idoneitate Aluari, quæ poſt modum per hominis miniſterium detegitur tunc temporis reſpectu effectus iuris, & certa, & ſatis purificata dicitur. Inſtitutio talis, ff. de condition. inſtitution. cum alijs, de quibus in dicta deciſione Burgenſi Canonicatus coram R.P.D.meo Pamphilio quæ tollit omnem difficultatem in hac cauſa. Tamen pro parte Domini Ferdinandi de Peſquera † fuit allegatum id procedere conſiderando ſolum poteſtatem auditoribus datam per d.clemen. ſed conſiderando perſonam Aluari Gonçalez non poſſe etiam fieri collationem, quia erat incapax, & inhabilis, cum eſſet intruſus ſine tit. & percepiſſet fructus tot annis, & quod non erat iam in tempore conſtitutionis Greg. XIII. de publicandis reſignationibus diſponentis, quod reſignatarius teneatur infra nouem menſes capere poſſeſſionem, aut illam petere ab ijs ad quos pertinet, & conſequenter tenetur obtinere collationem, aut illam petere, cum ſine canonica inſtitutione non poſſit capi poſſeſſio, iuxta deciſiones. Iacen. portionis & Leodien. Canonicatus de quibus infra 21.p.cap.3.num.320.& gratia Ferdinandi comprehendebat quamcumque vacationem, quæ placuerunt Dominis, & ſic licet deciſio non fuit per auditorem extenſa, fuit data ſententia Canonizatoria, ſuæ gratiæ in fauorem Ferdinandi condemnando aduerſarium in omnibus fructibus decurſis, & poſitum ſequeſtrum, & Aluaro petenti data eſt remiſſoria ad probandum prætenſam conſuetudinem Epiſcoparus Abulen. expediendi huiuſmodi commiſſiones ſede Epiſcopali vacante reſeruando quid poſtea videretur de eius relenantia, cuius remiſſoriæ executione pendente fuit facta concordia inter eos, cum approbatione Papæ, manente Aluaro cum Beneficio commiſſa, de nouo eius collatione Ordinario in forma dignum, & data Ferdinando penſione centum ducatorum auri de camera, & quantitate certa pecuniæ pro fructibus decurſis, & ſic non fuit diſputatum, ſuper releuantia dictæ prætenſæ conſuetudinis, quam non poſſe etiam probari putabat Ferdinandus ex dictis inſtantijs bullarum, & commiſſionum de quibus ſupra num. 511. quæ poſ-
57 teram oſtendi ex regiſtris Romæ, † & quando recte probaretur, ad ſummum releuaret ad effectum excuſandi à mala fide, & vitio intruſionis, vt ſibi de nouo fieret collatio iuxta dicta; niſi forte poſt quam ſibi conſtaret de dicto ſtilo Curiæ retinuiſſet poſſeſſionem Beneficij, & ſic incurreret vitium intruſionis ad cap. ſuper eo, ibi, eo quod &c. de reſtitutione ſpoliatorum, aut niſi obſtaret dict. conſtitutio Gre-
58 gor. XIII. de publicandis. † aduerſus quam non iuuat nec excuſat ignorantia, & error etiam iuſtus, vt alias fuit reſolutum in vna Regien. Hoſpitalis. 3. Junij 1588. coram Domino Bubalo, Flaminius Pariſius de reſignatione beneficio. libro 11. quæſtion. 3. ex nu. 70. & nouiſſime in vna Aurien. matrimonij 12. Decemb. 1605. coram D. Pamphilio fuit reſolutum, diſpenſationem; R. diſp. del.

*Sed in præſenti dubia aduertendum eſt quod quædam commiſſiones ſunt, quæ ſolum ſunt, & fieri ſolent ordinarijs, non alijs, vt gratiæ in forma dignum, iuxta d. conſtitutionem Pij V. 1602. de qua ſup. & diſpenſationes matrimoniales iuxta S. Conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 5. & alia diſpenſationes, abſolutiones, & monitoriales, & cauſarum criminalium commiſſiones, iuxta Concil. ſeſſ. 13. de refor. c. 2. & in his procedit prædicta reſolutio & ſtilus Curiæ, & Cancellaria, quod nomine officialis, ſeu Vicarij, v.g. Abulē. cui dirigantur, non intelligitur officialis, ſeu Vicarius cap. ſede vacante, nec in eis ſuccedit. Aliæ ſunt commiſſiones quæ non ſolum fiunt, & fieri ſolent ordinarijs, ſed etiam alijs perſonis in dignitate conſtitutis, vt executiones gratiarum beneficiorum in forma gratioſa, aut in forma commiſſaria, non tamen in forma dignum: & executiones penſionum, & delegationes cauſarum & litium: & in his videtur quod ſi committuntur officiali ſeu Vicario ſimpliciter, v.g. officiali Abulen. venit etiam officialis cap. ſede vacante, & ad eum tranſeunt, iuxta ſupradicta, num. 42. & 43. nam in his non procedit prædictus ſtilus curiæ & Cancellariæ, cum non cōmittantur præcisè ordinarijs, ſed etiam quibuſuis perſonis in dignitate conſtitutis, & a parte nominatis, & etiam committerentur officiali cap. ſede vacante, ſi peteretur, maxime, cum ſoleat eſſe Canonicus, ſeu dignitas Eccleſiæ, & ſic in dignitate conſtitutus, non ſolum ratione officij & Vicariatus iuxta d. Clem. etſi principalis, & ibi, gl. & Doct. citatos ſup. d. nu. 42. ſed etiam ratione Canonicatus ſeu dignitatis, quamuis etiam in huiuſmodi commiſſionib. quòd in eis non ſuccedat officialis c. ſede vacante videatur velle Rota in dec. Herden. ſup. addutta, nu. 46. & Leo ſup. 6. ſallent. & iſta diſtinctio & concordia videtur eſſe de mente D. Sabagun. in d. nu. quoniam Abb. à n. 15. Vnde cum Nuncij Apoſtolici in Hiſpania non ſolum ſoleant delegare cauſas officiali cap. ſede vacante, vt d. eſt, nu. 42. ſed etiam ei committere gratias beneficiorum 24. ducatorum in forma dignum (nec enim Nuncij in hoc ponunt difficultatem ſeu obſtaculum, nec tenentur obſeruare ſtilum Curiæ & Cancellariæ, cum ſolum reſpiciat expeditiones ipſius Curiæ & Cancellariæ) in quibuslibet commiſſionib. Nuncij factis officiali ſimpliciter, v.g. Abul. ſuccederet officialis capituli ſede vacāte.*

*Hinc ſubdubitatur, ſtante coadutoria alicuius Præbendæ cum futura ſucceſſione commiſſa officiali, v.g. Abul. in forma dignum, quæ fuit præſentata officiali Epiſc. qui gratiis iuſtificata, & illo idoneo reperto, ipſum in coadiutorem authoritate Apoſtolica conſtituit, & deputauit, vt in ipſis coadutoriæ literis dicitur, ſi ſuccedat poſtea vacatio d. Præbendæ ſede Epiſc. vacante, an officialis cap. poſſit eius collationem facere coadutori. Et videtur, quòd ſic, nam iam ab officiali Epiſcopi erat gratia iuſtificata, approbatio facta, & forma dignum adimpleta, & ſolum remanebat collatio poſt vacationem faciēda quæ videtur tranſire in Vicariū cap. ſede vacante, iuxta d. in prædicta diſtinctione. Et ita fuit practicatum & obſeruatum Segobiæ hoc anno 1612. in quodam Canonicatu illius Eccleſiæ, quia Roma ſcriptum eſt à quodam agente, quod Vicarius ſede vacante facere poterat illam collationem, & quod ita datarius dixerat: & quamuis venit mutatio iudicis, noluit ille eo vti, vt mihi è d. Segobia ſcriptum eſt a quodam Canonico eiuſd. Eccleſiæ.*

*Sed nihilominus verius mihi videtur non potuiſſe, nec poſſe officialem cap. facere d. collationem, nam eidem officiali, vt ex bullæ tenore conſtat, committitur approbatio, ac conſtitutio & deputatio coadutoris in forma dignum, & collatio poſt vacationem: vnde cum reſpectu approbationis & forma dignum intelligatur officialis Epiſcopi iuxta prædictū ſtilum, idem etiā intelligatur reſpectu collationis, cū nō committatur ſeorſum, ſeu ſeparatim officiali Abul. v.g. ſe ſimul cū approbatione & deputatione eidē officiali, quia vt iuriſdictio delegata officiali Epiſcopi non trāſit in officialem cap. iuxta d. Ex quo ſatisfit rationi in contrarium adductæ, & ita conſultus reſpondi: & eiuſdem ſententiæ in prædicto caſu fuit D. Canonicus Doctoralis d. Eccleſiæ Segobienſis, vt mihi ſcriptum eſt. Et ita plane ſenſiſſe videtur*

Cancellaria dando in d. caſu dictam mutationem iudicis.

Sed reſtat hic nona difficultas, an ſaltem Nuncius, ſeu Legatus Apoſtol. poſſit exequi & expedire dictas gratias literas in forma dignum, & diſpenſationes officiali omiſſas. Quæ difficultas modo de nouo orta eſt in facti contingentia circa Archidiaconatum Segobien, reſignatum ab Illuſtriſſ. Cardin. Borrja in fauorem Canonici Spinar, cuius literæ in forma dignum directæ officiali Segob. quia ſedes Epiſcopalis, Segob. vacabat, fuerunt præſentatæ Illuſtriſſ. Cardinali Decio Caraffa Nuncio Hiſpaniæ, qui acceptauit, & commiſſit executionem earum Vicario capit. ſede vacante, qui virtute iſtius commiſſionis eas executus eſt, & reſignationem expedijt, & reſignatarium in poſſeſſionem immitti fecit. Sed cum paulo poſt aliæ ſimiles literæ reſignationis cuiuſdam Canonicatus d. Eccleſiæ Segob. in fauorem Pauli Fernandez præſentaretur Illuſtriſſ. D. Iuſto Caetano Nuncio ſucceſſoris d. Cardinalis Caraffæ, noluit eas acceptare, nec expedire, dicendo id non poſſe facere, quamuis ei allegaretur dictum recens exemplum ſui anteceſſoris circa d. Archidiaconum eiuſd. Eccleſiæ. circa quem cum eſſet controuerſia apud dictum nouum Nuncium, an id potuiſſet fieri, quia capitulum Segon. d. reſignatarium inquietabat, fuerunt variæ ſententiæ iuriſperitorum aliis opinantib. inter quos D. Obregon poſſe Nuncium per ſe exequi & expedire tales literas tanquam executorem generalem, ſeu vniuerſalem literarum Apoſtolicarum, non tamen id aliis committere ſeu ſubdelegare; aliis vero, & inter eos Abbreuiatore ipſius Nuncij conſentibus nec ipſum Nuncium id poſſe facere nec committere, & eum tunc præſentarentur d. Nuncio pro parte Auguſtini de Mena literæ coadiutoriæ cuiuſdam Canonicatus huius Eccleſiæ Abul. in quo virtute dictarum literarum ab officiali Epiſcopi, qui eum approbauit, fuerat conſtitutus coadiutor, vt ei faceret collationem d. Canonicatus, qui vacauerat ſede Epiſcopali vacante. Nuncius eas admiſit, & fecit illi d. collationem, ac in poſſeſſionem mitti, iuxta opinionem Doctoris Obregon, & aliorum. Sed ego in contraria fui & fuit ſententia, nempe Nuncium non potuiſſe, nec poſſe, nec per ſe, nec per alium exequi & expedire dictas literas, nec ſe in eo intromittere, quia commiſſio & literæ de eo non tantant; & ex c. 2. de offic. leg. vbi quod de cauſa ſpecialiter delegata à Papa Legatus ſe intromittere non poteſt, & vbi gloſſ. & Abb. & alij, & D. Sahagun. de offic. Legat. n. 11. 2. & 3. fallent. à num. 15.

Nec obeſt ratio contrarium opinantium, quod Nuncius executor generalis ſeu vniuerſalis literarum Apoſtolicarum: nam id nullo iure probatur, nec in ſuis facultatibus talis titulus ſeu poteſtas datur neque vnquam Nuncius tali titulo & nominatione reſignat in ſuis literis & reſcriptis. Et quando eſſet talis generalis executor literarum Apoſtolicarum, intelligendum eſſet in literis expeditis in forma gratioſa, non autem in expeditis in forma commiſſaria, maximè in forma dignum, nam in iſta commiſſione non poteſt Nuncius ſe intromittere vllo modo, nec talium literarum fieri executor, ex dictis, niſi ad ſummum poſt factam earum expeditionem, & collationem beneficij a commiſſario arg. d. cap. 2. de offic. deleg. ad fin. Nam nec coadiutor Cameræ, qui ſine controuerſia eſt literarum Apoſtolicarum vniuerſalis executor, vt in literis ſuarum facultatum per Sall. Tib. in prac. fin. §. 15. & ita ſemper ſe nominat, non poſſe tales commiſſiones & literas in forma commiſſaria expedire, nec vnquam in eis ſe intromiſſit. Item ex d. facultate Auditoris Cameræ colligitur & apparet, Nuncios ſeu Legatos non eſſe literarum Apoſtolicarum generales executores, nam in ea dicitur, quod auditor Cameræ ſit literarum Apoſtolicarum executor ſolus, vbi alij executores deputati non fuerint: vbi vero alij deputati erunt, accumulatiuè cum illis, &c. Si ergo auditur Cameræ, ſolus, ſeu cum deputatis tantum, eſt literarum Apoſtolicarum executor vniuerſalis, Nuncius, ſeu Legatus non poteſt dici talis executor. Rurſus, ſi Nuncius poſſet expedire dictas literas & commiſſiones ex titulo & ratione, etiam id poſſet aliis committere, & non ſolum per ſe facere, tum quia iure ordinario legationis id competeret, tum quia quando in hoc eſſet delegatus, cum eſſet delegatus Papæ, recte poſſet id aliis committere, c. is cui de offic. deleg. in 6. & Clem. vnic. eod. tit. cum aliis infra adductis 8. dub. à nu. 94. Tum, quia Nuncio in eius facultatibus datur facultas vices ſuas committendi & faciendi etiam per alium ſeu per alios, &c. vt in clauſula poſita ſupra præcedenti p. c. 3. nu. 91. & ita ſine fundamento procedunt illi primi opinantes in ſua diſtinctione.

Tandem, ſi ex d. titulo & ratione Nuncius poſſet exequi & expedire dictas literas & commiſſiones, non ſolum ſede vacante, ſed etiam ſtante Epiſcopo, & eius officiali cui diriguntur, id poſſet facere, & tamen nunquam vidimus nec audiuimus Nuncium id feciſſe, nec in eo ſe intromiſiſſe, nec ei fuiſſe præſentatas tales literas, niſi dictis iudicibus ſede vacante. Et meam ſententiam plane tenet Leo in Theſ. fori Eccleſ. c. 22. nu. 60. 61. & 62. vbi ait quod regulariter executio literarum reſeruationis penſionum committitur locorum ordinarijs, vel alijs in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis; & ſi penſionarius literas reſeruationis penſionis præſentaret alteri quam in eiſdem pro executoribus nominatis cuiuſcunque qualitatis & conditionis etiamſi Legati, vel Nuncij Apoſt. forent, defectu iuriſdictionis eorum ſententia vitio nullitatis ſubiacerent, quia in prima inſtantia nullam habent iuriſdictionem, ob ſtatut. S. Conc. diſpoſitione, vt c. 20. §. Legati quoq. ſeſſ. 24.

Nec vigore delegationis, qua facta in vnam perſonam in aliam ſine ſubdelegatione transferri non poteſt, Hæc Leo ex cuius doctrina expreſſe habetur, Nuncios ſeu Legatos non eſſe executores literarum Apoſtolicarum, nec eos poſſe exequi, niſi in eis ſint pro executoribus nominati.

Nec etiam potuit nec poteſt Nuncius dictas collationes beneficiorum ordinario vel alteri commiſſas facere vigore Clem. auditor. de reſcript. nam illa ſolum procedit in auditoribus Romanæ Curiæ, vt dictum eſt ſup. præced. par. cap. 8. num. 102. item procedit in auditore deputato ad cauſam & litem ſuper beneficio, qui præmittitur aliquem ex litigantibus eſſe debitum, vt ex ipſius verbis patet, & ſic non poterat vllo modo intrare in propoſito, vbi nulla lis erat ſuper beneficio coram Nuncio, nec ſententia, &c. Et ita poſt prædicta ſcriptum eſt Romæ per multos agentes, non potuiſſe Nuncium exequi ſeu expedire dictas literas reſignationis Archidiaconatus Segobien. & minus id committere: & miſſa eſt mutatio iudicis directa officiali & alli ſeletano, vt dictas literas expediret, faciendo reſignatario nouam collationem, & dando ei nouam collationem poſt factum eſt, &c.

59 Quinto dubitatur, an vbi Ordinarius, cui † ſunt directæ literæ principales in d. forma dignum infra 30. dies non confert Beneficium impetranti ſub prætextu quod non eſt idoneus, vel quod literæ ſunt ſubreptitiæ, &c. & ita declarat, poſſit recurri ad ſecundum executorem vigore Bullæ executoriæ quæ dicitur rigoroſa, vt eum examinet, aut literas, & conſtando eum eſſe idoneum, aut literas inſtificatas illi conferat beneficium vigore d. Bullæ? In quo videtur affirmatiue reſpondendum nam in d. Bulla

execu-

executoria ſecundo executori mandatur, vt ſi Ordinarius infra dictos 30. dies poſtquam literæ ſibi præſentatæ fuerint impetranti beneficium non contulerit, ipſe illis elapſis eidem ſi idoneum eſſe repererit authoritate Apoſtolica conferat, &c. & verum eſt in prædictis caſibus Ordinarium infra 30. dies non contuliſſe, & ita video practicari in hoc Epiſcopatu Abulenſi ac Segobienſi & Salamantino.

Nihilominus tamen contrarium eſt aſſerendum,
61 nam iuriſdictio† data ſecundo executori, ſeu ſe cũda delegatio in terminis dictarum literarum executoriarum, eſt conditionalis, ſi primus executor fuerit in mora, ad ea quæ habentur in cap. ſi Capitulo, de conceſſio Præbendæ in 6. vbi Anchar. num. 21. Rebuff. in concordatis in forma literarum executor, verb. recuſauerint, & verb. diſtulerint, de qua negligentia debet ſecundo conſtare priuſquam procedat, vt alias fuit deciſum in Rota, & ſic iuriſdictio data ſecundo ſi primus infra 30. dies non contulerit, cenſetur data, vbi primus negligens fuerit, vel per eum ſteterit, quin executioni literæ demandentur, & ſic ſi primus denegat executionem ſub prætextu ſurreptionis litterarum, vel quod non eſt idoneus, &c. ſi pars ſentit ſe grauatam ex tali ſententia debet appellare. non autem recurrere ad ſecundum executorem cuius iuriſdictio expirauerat. Ita fuit reſolutum in cauſa Bergomen. Parochialis 25. Februarij 1575. coram D. Oriolenſ. & in cauſa Caputaquẽ. Benef. 13. Martij 1595. coram D. meo Cordub. Epiſ. Pacen. & fuit dictum in vna Palentj. præſtimonio-
62 rum 26. Aprilis 1599. coram † eod. D. Cordub. vt ſeq. deciſ. Cum in cauſa Palentina præſtimoniorum,
63 in qua vna tantum pars informabat, dubitaretur, an ſententia officialis Legionen. eſſet infirmanda? plures occurrerunt inſpectiones. Prima an adeſſet defectus iuriſdictionis in dicto officiali, qui erat ſecundus executor in literis nominatis, cuius facultas intelligitur, ſi primus fuerit morioſus; vel negligens in conferendo, ſecus ſi ex iuſta cauſa nõ contuliſſet, vt fuit reſolutum in cauſa Bergomen. Parochialis 25. Februarij. 1575. coram bonæ mem. Oriolen. & in cauſa Vrbinaten. Parochialis 28. Nouemb. 1588. coram illuſtriſſimo Cardinali, ſed hæc difficultas fuit ſublata ſtante quod officialis Burgen. prim. executor nominatus voluit procedere ad executionem literarum, quia ipſemet erat intruſus in nonnullis ex dictis præſtimonijs. Secunda erat, quantum ad ſententiam, quæ duo videbatur capita continere. Primum inualiditatem vnionis, in quo dixerunt Domini ſententiam eſſe iuſtam ex defectu probationis, quia ad hoc vt cadant ſub indulto, neceſſarium erat quod præſtimonia excedant valorem viginti ducatorum, cum ergo exiſtente Franchus. 2. eo &... poſſeſſore oppoſitum fuerit per Seminarium de vnione, ac inde non eſſe locum prouiſioni illius onus probandi exceſſum viginti ducatorum ſpectabat ad Seminarium Mohed. deciſ. 130. alias 9. de probatione. Creſcentius deciſ. 9. de reſcrip. quod cum non appareat probatum, dixerunt Domini vnionem non obſtare, &c. Secundum caput continet Bullas habuiſſe locum, & narratiuam in eiſdem factam eſſe veram, hoc autem dependet ex eo an ex actis gratia apparet iuſtificata, & data copia illius poterit de hoc particulariter videri.

Et idem fuit reſolutum † in vna Tiraſonen. Capellaniæ 7. Maij. 1600. coram D. Pamphilio, vt in ſequenti deciſione Domini dixerunt cõſtare de attentatis vtraque enim poſſeſſio Petri ſub die 7. Decemb. 1596. & 4. Nouembr. anni ſequen. fuit capta ex decreto ſecundi executoris non ſolum poſt ipſius appellationem à ſententia officialis Tiraſonen. qui declarauerat, literas Apoſtolicas non eſſe exequendas, l. 1. & toto titulo nil nouari appellatione pendente, ſed etiam poſt præſentationem commiſſionis cauſæ appellationis in Rota per quam reſpectu ipſius Petri qui cauſam commiſit lis dicebatur introducta. Caſſad. deciſ. 6. num. 1. ſuper regulis Sarnenſis de Triennali, queſt. 61. num. 10. Puteus deciſ. 481. libro 2. neque obſtat quod poſſeſſio fuerit capta in vim proceſſus fulminati, nemine exiſtente in poſſeſſione, quia ſtante clauſula gratiæ, verificato prius coram officiali Tiraſonen. iure patronatus ex fundatione, & dotatione, quæ inducit conditionem, l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtrat. & requirit cauſæ cognitionem, Aegid. deciſ. 68. & Tho. de Thanis deciſ. 65. ceſſat virtus proceſſus fulminati qui abſque aliqua verificatione, & cauſæ cognitione, mandat tradi poſſeſſionem; neque obſtat quod ante captam poſſeſſionem fuerit verificatum ius patronatus coram dicto officiali, quia ipſe etiam declarauerat non eſſe procedendum ad vlteriorem executionem literarum Apoſtolicarum, & ideo non potuit obtineri poſſeſſio ab iſto ſecundo executore, cuius poteſtas eſt reſtricta in caſum negligentiæ primi executoris, non autem quando primus reiecit pronuntiando literas Apoſtolicas non eſſe exequẽdas. quia tunc ceſſat via executiua, & adeũdus eſt ſuperior per viam appellationis ordinariæ, vt fuit reſolutum in cauſa Bergomen. Parochialis 25. Februarij 1575. coram D. Robuſterio maximè cum eſſet mixtus executor præter clauſulas de quibus in gratia, & ita concluſum fuit pro attentatis, & ſuper ſequeſtrum iuxta deciſ. Caſſod. 3. nu. 6. de reſt. ſpol. cum vult. &c. *& nouiſſime ita tenet Gratian. diſcept. foren. c. 92. nu. 31 quod iudex ſecundus non poteſt adiri, niſi conſtet de negligentia primi, citans Rotam in d. Vrbinatẽ. parochialis 1588. & in Arminen. Canonicatus 29. Octobris 1393. coram D. Gioſio.*

Vnde prouiſum in dicto caſu à ſecundo † executore non videtur iuuare regula de Triennali ex quo nõ habet titulum à commiſſario Apoſtolico, nec ab Ordinario, & ſic non habet titulum coloratũ prout requirit.

Nec contra prædictam reſolutionẽ obſtabit dice
65 re, † quod in caſu dict. cap. ſi capitulo. executor datur expreſſe in caſum negligentiæ, vt apparet ibi ac executori qui eodem Capitulo negligente mandatũ Apoſtolicum exequatur, &c. In propoſito autem datur ſimpliciter ſecũdus executor, in caſu quo primus infra triginta dies non contulerit non facta mẽtione de negligentia, quia reſpondetur quod dicere, quod ſi prim. infra triginta dies non contulerit illis elapſis ſecundus conferat, nihil aliud eſt quam dicere quod ſi primus fuerit negligens in conferendo infra triginta dies ſecundus conferat, nam clarum eſt quod dictus terminus triginta dierum ſtatuitur Ordinario primo executori non in fauorem ipſius, ſed in odium negligentis ſicut ſemeſtre præfixum Ordinarijs ad conferendum vt in cap. quia diuerſitatem de conceſſ. Præbendæ vbi doctores, &

in

in cap.2,eodem titul.& capit.licet de ſupplenda negligenda Prælatorum, Franc.in cap.ſtatutum nu.3. de Præbend. in 6.alias dicendum eſſet quod etiam ſi non ſtaret per primum executorem,quin literæ executioni demandentur curreret ei tempus, quod tamen appatet eſſe falſum.

66 Præterea id apette conſtat ex † natura dictarum literarum,quę dicuntur executoriæ vt in d.conſtitutione Pij V. ad effectum vt in defectum,& negligentiam primi, ſecundus exequatur, & non ſunt nec dici poſſunt literæ delegatoriæ appellationis vt ex eis appiret.

67 Ex quibus etiam † tollitur alia ratio,quam contra dictam reſolutionem quidã allegabat videlicet quod dicta verba, ſi infra triginta dies nõ contulerit, comprehendunt caſum voluntatis & impotentiæ, ſicut in vulgari ſubſtitutione verba, ſi hæres non erit, cõprehendunt caſum voluntatis, & impotentiæ, ſcilicet ſi hæres non erit,quia noluerit,vel quia non poterit,ex doctrin.Bart.in d.l.1.ff.de vulgar.num.13. communiter approb.ad quam ſolet allegari textus in l.cum proponas. C.de hæredibus inſtituen. licet ibi vterque caſus fuerit à teſtatore expreſſus,vt aduertit ibidem Iaſ.num.3. & Ripa in d.nu.l.1.89. reſpondetur enim in propoſito ſubiectam materiam, & diuerſitatem rationis aliud ſuadere, nam vt probatum eſt,dictus terminus triginta dierum ſtatuitur Ordinario primo executori in odium negligentis, & in eius defectum datur ſecundus executor,& non in gradu appellationis.

68 Nec obſeruantia, & conſuetudo † contraria aliquorum Epiſcopatuum iuuabit ad validitatem proviſionis factæ à ſecundo executore in dicto caſu ex dictis dubio præceden.vnde infertur quod ſi officialis cui primæ literæ in forma dignum ſunt directæ
69 non † poſſet illas exequi, quia erat mortuus Epiſcopus & ſic ſedes vacabat, vel quia erat intruſus, ſeu contradictor, cum quo lis pendebat vel ex alio impedimento, dict. ſecundus executor non poſſet
70 procedere ad executionem, cum tunc non detur † negligentia primi. Nec obſtat text. in cap.ſciſcitatus de reſcriptis, & in cap.prudentiam §. adijcimus de offic. delegat. diuerſa enim eſt clauſula, quod ſi omnes intereſſe nequiverint de qua ibi, quæ intelligitur de impotentia tam facti quam iuris, & includit voluntatem.

71 Et cum adeſt legitimus contradictor non † habet locum, ſed ceſſat præd.ctus terminus 30. dierum. cum tunc ceſſet via executiua, vt dicitur in dict. deciſ.Tiraſonen. Capellaniæ ſupra addocta, numer.36. & executor debeat aſſumere partes iudicis, & iudicialiter procedere, &c. vt infra dicetur 8. dubio, à num.110.

72 Sed ſtante quod in ſupradicto caſu † non poteſt recurri, ad ſecundum executorem vigore literarum executoriarum, offert ſe dubitatio ad quem ſit appellandum & recurrendum ? & videtur appellan-
73 dum eſſe ad Papam cum tunc Ordinarius † ſit executor, & delegatus Apoſtolicus, & conſequenter, pronuntiando non eſſe locum executioni literarum quia non reperit impetrantem idoneum, vel quia literæ ſunt ſurreptitiæ pronuntiat, vt iudex Apoſtolicus. ad legem primam. ff.quis,& à quo appelletur.

74 In contrarium tamen,vt poſſit appellari † ad Metropolitanum,facit,quædam declaratio S.Congreg. Concil.in Ceſenaten.quæ habetur inter declarationes ſuper cap.18.ſeſſ.24.de reform.his verbis, ei qui exhibuit bullam Parochiæ ſibi reſignatæ Epiſcopo Ceſenaten. & reiectus eſt ab examine de quo fidem examinatorum affert,viſum eſt dandam appellationem ad Suffraganeum Rauennaten. quam declarationem affert Flam. Pariſ.de reſignat.lib.10.quæſt.7. num.25.

75 Ad iſtam declarationem cogitabam dici poſſe, † quod ſolum procedit, & loquitur in reſignatario,ſeu alias impetrante parochialem in forma dignum qui in examine non fuit approbatus, ſed reiectus, ſeu reprobatus, hic enim videtur poſſe appellare ab iſta reiectione, & reprobatione ad Metropolitanum, ex ex eo quod examen in forma dignum ad Parochiales debet fieri, adhibitis etiam tribus ſaltem examinatoribus in ſynodo deputatis ſi ibi ſint,alioquin ab Ordinario ipſo eligendis, vt in ipſis literis ad Parochiales in forma dignum, expreſſe dicitur qui examinatores habent votum in reijciendo, ſeu reprobando, ſicut etiam in approbando,vt in S.Concil.d. c.18. & apparet ex dictis infra 9.par.cap.2.à nu.54. & ſic cum in prædicto caſu reiectio, ſeu reprobatio neceſſario fiat ex voto examinatorum,qui in ſuo miniſterio non funguntur authoritate Apoſtolica, poteſt ab illa ad Metropolitanum appellari, qui, ſi eos male reieciſſe reſignatarium, eumque idoneum eſſe repererit, remittet eum ad Ordinarium,vt vigore literarum authoritate Apoſtolica ei conferat Parochialem infra 30. dies, infra quos ſi fuerit negligens in conferendo.tunc vigore literarum executoriarum recurri poterit ad ſecundum executorem.

76 Nec obſtat quod ex d.decreto Concilij † cap.18. non datur appellatio à reprobatione examinatorũ, etiam ſtante conſtitutione Pij V. ſuper collat. Parochialium ex qua S.Congreg. reſpondit non dari appellationem à reprobatione examinatorum,ſed dirigi à mala Ordinarij electione in concurſu,vt dicitur d.cap.2.9.p.17.dubio à num.239. quia reſpondetur id procedere tantum in examine in concurſu, etiam ſi vnus tantum ſit oppoſitor,ſecus vero in examine in forma dignum, in quo reiectus ſi prætendit ſe grauatum, rectè poteſt appellare, ſaltem ad effectum deuolutiuum, ex quo habet ius ad Parochialem, ſicut de præſentato à patrono laico dicetur d. dub.17.num.245.

77 Vnde quod dictum eſt, appellãdum eſſe † ad Papam, habebit locum in conceſſionibus aliorum beneficiorum, in forma dignum,in quibus approbatio committitur ſoli Ordinario, ac etiam in Parochialibus quando Ordinarius denegat executionem literarum ſub prætextu ſubreptionis, ſeu alterius defectus literarum.

78 Aduertendum tamen erit, quod † Metropolitanus ad quem reiectus,ſeu reprobatus appellauit,debebit illum iterum examinare cum examinatoribus ſynodalibus, ſi eos habeat, alioquin cum tribus à ſe electis quemadmodum executor facere debebat. & facit d.conſtitutio Pij V. vbi habetur quod appellãs à mala electione præelectum ad nouum examen coram ipſo appellationis iudice, & eius examinatores prouocet,&c.

79 Vnde videtur, quod ſi in hac prouincia † Cõpoſtellana, reiectus reprobatus appellare velit ad Metropolitanum,recurrendum erit ad ipſum Archiepiſcopum,

scopum,seu eius Vicarium generalem,residentem in ciuitate Compostellana, vbi sunt eius examinatores synodales, nec poterit recurri ad iudicem Metropolitanum Salamanticæ residẽtem,ex quo ibi non sunt examinatores synodales Diœcesis Compostellanæ cum quibus examen faciat,

80 Sed dubitatur,an interposita dicta † appellatione possit recurri ad Nuntium,qui solet habere facultatem causas quarumcumq; appellationum à quibuscumque iudicibus Ordinarijs, & etiam à Sede Apostolica delegatis interpositarum, & interponendarum audiendi,sine debito terminandi,seu causas ipsas alij, vel alijs idoneis delegandi,& sic non obstat. c.2.de offic.Legati,

81 Nihilominus tamen videtur non posse † ad Nuntium recurri; nam excipiuntur causæ beneficiales in dicta sua facultate, quæ vt habetur in facultatibus Domini Cæsaris Speciani Nuntij Sixti Quinti in Hispania, sic ait, necnon horum criminum, & matrimoniales, ac quascumque alias Ecclesiasticas, profanas,ciuiles,criminales, & mixtas causas ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, non tamen beneficiales, sine præiudicio Ordinariorum quoad causas huiusmodi in prima instantia corã eis iuxta prædicti Concilij Tridentini decretum cognoscendas,tam per viam simplicis querelę,quam etiam quarumcumque appellationum à quibuscumque iudicibus ordinarijs, & etiam à sede prædicta delegatis interpositarum, & dicta durante legatione interponendarum motas, & inchoatas,ac interim mouendas cum earum omnibus incident. dependent. emergen.annexis,& connexis,etiam summarie simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij,sola veritate inspecta terminisque substantialibus vnico contextu, vel etiam non seruatis, sed illorum loco præfixo termino arbitrio tuo procedendi, audiendi, & fine debito terminandi,&c. seu causas ipsas alij, vel alijs idoneijs modo, & forma præmissis, ac cum simili, vel limitata potestate pariter audiendas, & terminan.delegandi. Ex qua clausula, & exceptione ibi, non tamen Beneficiales apparet Nuntium non posse se intromittere in causis beneficialibus vllo modo † etiam per appellationem ab Ordinario. Et causæ beneficiales videntur intelligendæ in proposito quomodocumque tractetur,seu agatur de Beneficio principaliter ad Clemen. dispendiosam de iudicijs,& quæ ibi notantur.

82

83 Quamuis dicta clausula nõ obstante † fuerint nihilominus data breuia aliquando in causis beneficialibus per Nuntios Hispaniæ,qui deberent melius attendere, & obseruare suas facultates, illasq; non excedere, prout sæpe faciunt etiam concedendo multa quæ Papa non concederet, non sine scandalo, & nota cupiditatis,ac animarum periculo, quæ sine iniuria alicuius dicta sint.

84 Vnde in vna Calagurritana patronat.† 12.Ianuarij 1596.coram Illustrissimo Cardin.Pamphilio fuit nulla declarata quædam sententia in causa Beneficiali lata vigore breuis Nuntij Hispaniarum, vt in decis.seq.

Licet plures opponerentur nullitates contra sententiam Archidiaconi Salamantini, alijs tamen pro nunc omissis de quibus agetur si opus erit, Domini de amplexi sunt illam quæ deducitur ex defectu iurisdictionis prouenientis ex commissione Nuntij, qui non potest committere causas beneficiales quæ expresse in suis facultatibus sunt exceptæ, vt fuit visum de anno preterito in causa Legionen. Parochialis coram D. meo Comitulo, & etiam quod potuisset non tamen in ciuitate Salamantina quæ vt in facto deducitur distat à Diœcesi Calagurritana vltra tres dietas. Vnde intrat dispositio Concilij generalis de quo in cap.nonnulli.de rescript.cui solus Papa potest derogare,& non alij inferiores, vt notant omnes in capit, 1. de iudicijs, & cessat omnis difficultas ex clausula in commissione appositа,dummodo non vltra tres dietas,quę limitat,& restringit iurisdictionem,vt extra illas,non censeatur concessa argumen. cap.cum dilecta de rescript. l.diligenter. ff. mandati cum similibus.

85 Et post hæc tradit Gonçalez.§.2. † procem.nu.59. dicẽs, fuisse etiam dictum in alia Calagurritana Beneficij. 5.Maij 1600. coram Domino Seraphino, & alias pluries, qui tamen male ait non habere Nuntium iurisdictionem in causis beneficialibus excedẽtibus valorem 24. ducatorum,cum in dicta clausula absolute exceptuentur causæ beneficiales, Et ad hũc effectum,& alios similes concludit,à nu.65.tunc dici causam beneficialem quando agitur duntaxat de collatione iam facta, vel facienda,& sic de titulo seu iure in re,vel ad rem,tam in petitorio,quam in possessorio glossa verbo beneficijs. in dicta clementina dispendiosam. vbi Vitalin. num.5. & 32. Cardin.à num.15. Millis verbo Beneficialis causa,& sic fuisse resolutum in dicta Calagurritana Beneficij 5. Maij 1600. quod si ex parte vnius agitur de obtinenda collatione Beneficij, & ex parte alterius prætenditur quod nõ sit locus collationi,sed quod debeat fieri suppressio illius, tunc non dicetur causa proprie beneficialis, & Nuntius poterit illam committere, & terminare, & id etiam fuisse iterum decisum in ead. causa ad effectum dandi remissoriam 17.Ianua. 1602. coram D.Corduba Episcopo Pacen.& similiter si agatur de vnione perpetua Beneficij ait, causam desinere esse beneficialem, secus vero si solum agatur de vnione temporali facienda de vno Beneficio, alteri Beneficio, quod aliquis possidet ad vitã tantum illius, nam tunc dicetur causa beneficialis. Cassad.decis.3.de iudic. Sed id quod dicit Gonçalez causam non esse beneficialem vbi agitur de suppressione aut vnione perpetua beneficij,seu vbi agitur de beneficio, vt de proprietate, vt docet glossa d. verb. Beneficijs Cardin. d.nu.15. & Bonifac. nu.42. in d. clementina dispendiosam. Accipiendum est quando causa proprietatis vnionis,aut suppressionis principaliter deducitur ex parte actoris, Card. d.num.15. secus vbi ex parte actoris, agitur de beneficio, vt benefic. & titul. dicatur beneficialis, & consequenter Nuntius non habebit in ea iurisdictionem, quia, ex persona actoris ius metimur. l.1. §.1. ff.si pars hæreditat. petatur Cassad. decis.13. super reg. Sarnen.in reg. de annali, q.25. & ibi, Mandos.q.14. & dicitur alias infra vlt.p,c.2.num.30.& seq.

86 D. tamen Camillus Caietanus, † & Cardin. Domin. Gymnasius Nuntij Clementis VIII. sine difficultate dabant breuia ad causas beneficiales; & de eis cognoscebant, fortè non habebatur d. restrictio in suis facultatibus, quod ex eis apparet, Et non o-

87 stante illa † posset ad Nuntium appellari à reprobatione, qui appellantem deberet examinare cum tri-

bus

bus ſaltem examinatoribus, à ſe electis, cum ipſe non habeat examinatores ſynodales. Et in cauſa Abulen. Parochialis de Varronian, in qua Vicarius primus executor literarum reſignationis in forma dignum, declarauit non eſſe locum earum executioni, fuit appellatum ad eum. *& ita in vna Abulen. Capellaniæ 9. Decemb. 1605. coram D. Marcomontio fuit dictum, non obſtare quod Nuncius de cauſa beneficiali cognoſcere non poſſit, patet. n. contrarium ex facultatibus illi conceſſis, ſicut quod dicitur, illum non potuiſſe ad ſe cauſas auocare ab ordinarijs ſtante Concilio Triden. tollitur ex facto, quia conſtat, cauſam deuenijſſe ad Nuncium per viam appellationis interpoſitæ a collatione ſpreto patrono facta ab Epiſcopo Abulen. poteſt enim appellari a collatione ordinarij. Veſtrius in praxi lib. 3. c. 7. in princ. & a denegata inſtitut. Lamber. de iure patr. 2. par. lib. 1. quæſt. 1. artic. 5. vbi etiam quod non denunciatur rei iudicatæ per proſecutionem cauſæ in Rota, cum fuerit actum pro confirmatione ſententiæ Nuncij, dec. 1434. p. 3. diuer. & ex eo quod quis dicit malè appellatum, non renunciat rei iudicata, Clem. ſi appellationem, de appellat.*

88 Sextò dubitatur an Ordinarius primus † executor poſſit executioni mandare dictas literas in forma dignum, & cõferre lapſo d. termino triginta dierum poſtquam ei præſentatæ fuerunt, & ſic moram purgare re integra, an vero ſtatim lapſo termino in ſecundum executorem iſta deuoluatur poteſtas, vt primus ſi velit non poſſit iam parere mandato, & ad executionem literarum procedere etiam volente parte.

89 Et non poſſe moram purgare tenet Innocent. † in c. propoſuit. de cõceſſione Præb. arg. c. literas eod. tit. & leg. mancipiorum. ff. de optione legata, ſequitur Domin. in d. c. ſic. de cõceſ. Præb. per tex. ibi. Staphil. 4. forma mandati de prouid. nu. 2. Gom. tract. de mandatis de prouid. nu. 21. & Cucchus d. lib. 1. tit. 7. num. 25. qui dicunt id maximè procedere quãdo executor lapſo termino pronuntiaſſet ſe ſolum debere exequi.

Contrarium tamen tenet Campoſtellana in cap. 90 † de reſcript. quia non dicitur in executorem deuoluta poteſtas, quin primus parere poſſit. ſequitur Archid. in d. cap. ſi capit. & Francus, num. 3. qui id bene probat, & ait procedere vbi executor ad vlteriora non proceſſit, adeſt re integra, aliàs ſecus, puta ſi pronuntiaſſet ſe ſolũ debere exequi, aut inhibuiſſet, aut decretum appoſuiſſet, tunc procedere opinionem Innoc. ex quo tunc in totum reuocatur poteſtas de manibus primi. *Et ita plane tenuit Rot. in Brachar. Parochialis de Moreira 13. Iun. 1605. coram D. Ortember. vbi dicitur non obſtare decretum vicarij, in quo pronuntiauit ſe vlterius procedere non debere poſt lapſum triginta dierum, quo caſu poſtea etiam de conſenſu partium procedere non poteſt, c. ſignificantibus, & ibi, glo. in verb. procedere, de offic. deleg. nam hoc fallit in executore data ad beneficia, Felin. d. c. ſignificantibus, nu. 3.*

91 Septimò dubitatur an ſi data in veritate † negligẽtia primi executoris, ſecundus cui de ea non conſtat procedat, valeat eius executio, & proceſſus? Et videtur dicendum valere attenta veritate (quamuis male egerit) ex dec. Rotę 1. de probat. in antiquior. 92 & 4. de offic. delegat. in nouis Aegid. deciſ. 359. † Roman. ſingul. 13. Fel. in c. ſciſcitatus, nu. 12. & 14. verſ. eſt tamen caſus. de reſcrip. & in c. cum ex officij. nu. 29. dẽ præſcri. Millis in rep. verb. iudice deleg. Il fut plutes Curt. Iun. conſil. 63. numer. 11. vbi habetur quod executio gratiæ ab vno ex executoribus datis cum clauſula, quod ſi non omnes, facta nõ conſtito de impedim. alterius valet, dummodo poſtea de illo 93 conſtet; quod non ſolum in beneficialib. ſed etiam in alijs deleg. cum d. clauſula procedere tenet Felin. in d. c. ſciſcitatus, nu. 12. verſ. ſed dicas regulariter & nu. 14. in princ. & additiones d. deciſ. 4. de offic. dele. in nouis ex ratione de qua per eos, ibi.

94 Facit etiam deciſ. 36. de Præben. † in antiquis quę ait, quod valet prouiſio facta ab executore Beneficio uacante, licèt ignoretur vacatio, ſequitur Franchus in cap. ſuſceptum, ſub nu. 10. de reſcrip. in 6. & Felin. ſupra.

95 Nihilominus tamen in prõpoſito † contrarium eſt verius, vt videtur tenere Rota in deciſ. ſupra relata. 5. dub. nu. 61. & Zecchus de beneficijs, & pẽſion. Eccleſ. c. 9. nu. 8. nam licèt non agatur de conſolidãda iuriſdictione, ſeu accreſcendo exercitio, vt in dicto caſu de executoribus, ſeu delegatis datis cũ clauſula, quod ſi non omnes, ſed de danda iuriſdictione, & poteſtate, quæ nõ datur niſi ſub conditione ſi primus fuerit negligens, & infra triginta dies non contulerit, & ideo de ea debet prius conſtare, Feli. in d. nu. 12. verſ. 1. quando verificatio Ant. Gabr. de executione rei iudicatæ concl. 3. nu. 19. qui tamen plures malè allegat.

96 Nõ tamen requiritur quod ſecundus † executor requirat primum, & ei terminum aſſignet ad exequendum, & quod eum citet, quicquid dicat Flores. q. 4. nu. 65. & ſeq. ſed ſufficiet quod ex actis quæ tranſmitti mandabit conſtet de præſentatione literarum, & requiſitione facta per partem, & executio non appareat facta, &c.

## *An d. executores poſſint alteri ſub delegare, & an ſint meri, vel mixti, & quamdiuduret eorum poteſtas. §. I.*

### SVMMARIA.

*AN executores, maxime literarum in forma dignũ poſſint alteri ſubdelegare, & committere vices ſuas in totum, vel in parte, præſertim quod examen? a nu. 97. Reſoluitur affirmat. & per clauſulam ſuper quo tuam conſciẽtiam oneramus, non prohiberi ſubdelegationem, &c.*

*Similiter in diſpenſationibus matrimonialibus, non obſtante iſta clauſula, poterit Ordinarius alteri informationem committere ſuper veritate precum, licet non ipſam diſpenſet. nu. mer. 105.*

*An dicti executores ſint meri, an mixti, a nu. 106. Reſoluitur eſſe meros, niſi adſit intruſus, vel compareat contradictor, &c. Sicut etiam iudices compulſores, remiſſoriæ inhibitores ſequeſtratores, & liquidatores, qui poſſunt eſſe in dignitate non conſtituti.*

*Si adeſt intruſus, vel cõpareat contradictor, ſunt mixti executores, et debent aſſumere partes iudicis, ac diffinitiue ſentẽtiare, n. 110. Præſertim ſtãte clauſula, vocatis vocãdis, nu. 111. & ſic ab illis datur appellatio ſuſpẽſiua, n. 112. cum ſequentibus vbi ponuntur reſolutiones Rotæ, & clauſula cõtradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo, ſolum habet locum contra contradicentes de facto, non de iure, num. 115. & a nu. 125. ponuntur deciſiones Rotæ.*

*Quod tradit Flam. Pariſius reſignantem, reſeruata penſione,*

non

*non posse impedire resignatarium ne capiat possessionem Beneficij, & possessionem per eum captam pendente appellatione interposita à resignante, non esse attentatam, &c. accipiendum est quando resignans impedit de facto resignatarium, & sine causa ne capiat possessionem, & in appellatione interposita à resignante, qui nunquam comparuit coram executo, & cap. num. 133. aut quando comparuit opponendo exceptionem fraudulam. num. 134. & seqq. vbi ponuntur resolutiones Rotæ.*

*Improbatur quod ait Flores non debere audiri resignantem comparentem coram executore & cõtra resignationem opponentem, num. 138.*

*Ponitur resolutio signaturæ iustitiæ, & quod quando appellatur ab executore literarum signatur supplicatio sine præiudicio executionis literarum, cum non constat de titul. possessoris, &c. num. 139. Et ponitur doctrina Gonçal. circa hoc, num. 140.*

*Si possessio Beneficij sit vacans, non tenetur executor aliquem citare, nec assumere partes iudicis, & ideo ab eo non potest appellari, num. 141. etiam stante clausula, vocatis vocandis, & etiam stante clausula, citato N. 142. Si tamen comparet legitimus contradictor, debet eũ audire, nu. 143. etiã si compareat posit datum decretum, seu mandatum possessionis, dummodum realiter non sit capta, nu. 144. Sed post captam possessionem deberet recurrere ad Ordinarium, & coram eo contra possidentem agere, num. 145.*

*Quandiu duret potestas dictorum, executorum, quibus mandatur vt prouisum impossessionem Beneficij inducãt, & defendant inductum, &c. facientes eum ad Beneficium admitti, sibique de fructibus responderi à num. 146. resoluitur, quod quandiu non est facta executio, durat ista potestas, etiam post annum à sententia lata contra intrusum, seu contradictorem, licet secus sit in delegato ad causam principaliter, data vero possessione, non est finitum eius officium, donec habeat fructus, &c.*

*Quando prouisus semel fuit inductus in possessionem plene quãto tempore duret potestas executoris, & effectus illius clausulæ ad illum defendendum si in possessione turbetur, à nu. 151. Referuntur opiniones doctorum, & resoluitur quod si aliquandiu pacifice possedit expirat eius potestas, & intra annum, &c.*

97 OCtauò dubitatur, an dicti executores maximè †literarum in forma dignum, possint alteri subdelegare, & committere vices suas in totum vel in partem præsertim quoad examen? In quo vide-
98 batur dicendum, †quod licet regula sit, executores gratiarum posse alijs committere vice suas, nisi sint dati ad prouidendum Ecclesiæ, non expressa certa persona, vt in cap. is cui, de officio deleg. in 6. & in Clemen. vnica eodem tit. vbi Doctor. Staphil. de formis mandatorum de prouiden. versic. 10. & vltim. Gomez. de mandatis de prouiden. num. 34. Rebuff. in praxi tit. de forma, & declaratione nouæ prouisionis verb. quatenus ipse, vel duo, & Flamin. Paris. lib. 8. q. 7. num. 157. *Molin. de iust. tract. 5. disp. 15. nu. 3. Rot. dec. 4 in fin. de sent. & re iud. in antiq.*

99 Tamen in literis in forma dignum, cum †apponatur clausula, Si per diligentem examinationem eum ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiã tuam oneramus, &c. non videtur executor posse alij cõmittere vices suas saltem quoad examen propter dictam clausulam, super quo conscientiam tuam oneramus per quam censetur electa industria personæ, & prohibita subdelegatio vt tenet Baldus in ca. si pro debilitate de officio deleg. nu. 6. Imola in cap. fin. § 1. eod. titul. Alexand. in l. à iudice. C. de iudicijs, & in l. more, ff. de iurisdictione omnium iudicum, Iaſ. in dict. l. à iudice. numero 11. limitat. 5. & additio magna Felin. in cap. pastor. de offic. deleg. & repertorium eiusdem. Felin. verb. deleg. Papæ. limitat. 5. *Quintanad. de iure imp. lib. 2. tit. vlt. nu. 4. Pereg. ad Rubr. de offic. & potest. iud. deleg. 7. Leo in Thes. for. Eccl. c. 15. nu. 49. dicens, quod delegatus pro examine huiusmodi fiendo, vel alias, subdelegare non potest, si in literis est apposita clausula, conscientiam tuam onerantes, quia videtur electa industria persona, stantibus præsertim verbis constito tibi, & conscientiam tuã onerantes, &c. tamen si examinandus esset in partibus longinquis absens, & executori cognitus, illius examen alteri committi posset, ex dicendis in dec. 18. nu. 4. de concess. Prab. in no. Quãdo vero non apponitur clausula, conscientiam tuam onerantes, vel collatio authoritate ordinaria, fieri debet examen super idoneitate poterit delegari, d. Clem. vnica. de off. deleg. & Rot. d. decis. 4. in fine, de sent. & re iudic. in antiq.*

100 Nihilominus tamen verius †exiltimo dictos executores posse alteri committere vices suas, etiam quoad examen, prout videtur praxi receptum, non obstante d. clausula, Super quo tuam conscientiam oneramus, quia per eam non censetur electa industria personæ, nec prohibita subdelegatio, sed potius sonat in monitionem, & excitationem, vt tenet Abb. in d. cap. vltim. §. 1. de officio deleg. num. 7. & in cap. cum in veteri in princip. de electione, & Fel. d. §. num. 2. Angel. in authen. adhæc. C. de iudicijs, qui dicit ita fuisse obtentum, Paul. de Castro in d. l. à iudice, num. 8. Nauarr. in terminis, conſ. 6. de offic. delegati. Flores etiam in terminis quæst. 4. num. 67. Mat. Anton. Genuen. c. 83. 8. nu. 5. *Grat. decis. 157. & in addit. ad eam, nu. 3. allegans Rotam coram Penna in Auell. Archipresbyt. 6. April. 1590. & coram Pamphilio in Legion. S. Facundi 1591. Vgol. de offic. Episc. c. 4. §. 7. num. 2. vers. 12. Emman. Rodrig. de la orden iudicial, cap. 12. num. 8.* Graſſijs in decis. 9. aureis casuum conscientiæ, lib. 1. cap. 13. num. 19. Qui tamen ibi, & num. 17, male ait secus esse quando proprium nomen exprimitur, & Zecchus de Republica Ecclesiastica, c. 22. de iudice delegato. sub. num. 9. 4. limitatione. Et Thom. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 27. num. 43. etiam in terminis, qui tamen secus male vult, vbi ea verba diriguntur personæ nominatæ,

101 Et ita in terminis tenuit maior † pars Dominorũ de Rota, vt in decis. 18. de concessione Præbendæ, alias 443. in nouis, & Rota decis. 63. de concessio. Præben. in antiq. & in vna Regien. Hospitalis 26. Maij 1580. coram D. Cantuccio quæ est 2. p. diuersorum, decis. 130. vbi num. 4. dicitur cum Abb. & Fe-
102 lyn. sup. & d. decis. 18. Quod tunc † non potest fieri subdelegatio, quando decisio negotij est commissa conscientiæ alicuius dicendo, conscientiæ tuæ committibus, seu decidas secundum conscientiam tuam, at secus quando est clausula, super quo tuam conscientiam oneramus, quia tunc censetur adiecta in vim executionis, vel monitionis, &c. *& seq. Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 4. nn. 8.*

103 Et censuit etiam in terminis S. Congreg. † Concilij his verbis, Episcopus cui committitur est examen per literas Apostolicas alicuius qui Beneficio simplex obtinuit poterit illud delegare, non obstante, quod fuerit in literis eius cõscientia onerata.

Quod

104 Quod non ſolum procedit in Beneficijs† ſimplicibus, ſed etiam in Parochialibus in quarum literis dicitur, Ac per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus in diœceſana ſynodo deputatis, &c. faciendam, &c. Adhuc enim poterit Ordinarius, cui eſt commiſſa executio ſub iſta forma, committere, & ſubdelegare alteri examinationem faciendam, tamen cum examinatoribus ſynodalibus, &c. nam illa verba per te, &c. non excludunt ſubdelegationem, ſed ponuntur ad ſignificandum examen faciendum eſſe non ſolum per executorem, ſed etiam cum examinatoribus ſynodalibus, &c. *& eſt declar. S. Congreg. Conc. quæ ſic ait* 72.

105 Vnde infertur diſpenſationes † matrimoniales quæ committuntur Ordinarijs cum clauſula, diſcretioni tuæ, de qua in his ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus depoſita per te omni ſpe cuiuſcumque muneris aut præmij, etiam ſponte oblati, à quo te omnino abſtinere debere monemus de præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem reperetis preces veritate niti, ſuper quo tuam conſciẽtiam oneramus, tunc diſpenſes, &c. Quod non obſtante iſta clauſula poterit Ordinarius alteri informationem committere, vt fieri ſolet, & practicatur, & docet Tho. Sanchez ſup. dicens tamen quod non poterit committere ipſam diſpenſationem, ex Innocen. in cap. fin. de officio deleg. & ibi Abb. §. fin. num. 6. *& Felin. 4. limit. Genuen. d. ca.* 85. *num.* 6. *idem Grat. d. add. dec.* 157. *num.* 6. *& 7. cum Menoch. conſ.* 17. *Vnde etiam videbatur, executorem in forma dignum non poſſe committere collationem, vt tenet Piaſec. ſupra d. nu.* 8. *vbi ait, quod ſi per literas in forma dignum committitur inſtitutio, eadem non poteſt ſubdelegari, niſi quod tunc poſſet committi actus aliquis cauſæ abſque iuriſdictione, vt capienda informatio de vita & moribus, vel poſt delatum teſtibus iuramentum, & admiſſum eorundem teſtium examinatio, Felin. d. c. vlt. num.* 8. *Abb. in c. cum Bertholdus, de re iudic. Sed nihilominus quicquid Piaſe. velit, etiam collatio poteſt committi, vt in d. cap. is cui, & in d. Clem. vnica, & d. dec.* 18. *& alijs ſupra allegatis, & gloſ. in d. cap. is cui. verb. prouiſio ait, in eo caſu prouiſionis beneficij certæ perſonæ faciendæ non habere locum d. cap. vlt. de offic. deleg. nimirum quia non eſt commiſſio nudi miniſterij, & etiam poteſt dictus executor committere non ſolum teſtium examinationem, ſed etiam iuramentum, & actum iuriſdictionis, cum ſit Papæ delegatus, quicquid dicat Piaſec. nec contrarium dicit Abb. & Felin. per eum citati.*

106 Nonò dubitatur, an dicti † executores ſint meri, an mixti? In quo dicendum eſt eſſe meros executores, niſi adſit intruſus, vel compareat cõtradictor & ideo in eis non habeat locum diſpoſitio cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. & poſſunt ſubdelegare ſimplici clerico in dignitate non conſtituto, quamuis de ſtilo Cancellariæ, executores non dentur niſi in dignitate conſtituti. Rota deciſ. 29. de reſcrip. in nouis, & deciſ. 55. de conceſſ. Præbend. in antiquis, & 7. de reſcrip. in antiquioribus, niſi ex forma reſcripti. ſeu mandati teneantur aſſumere partes iudicis, vt quia adeſt clauſula, vocatis vocandis, Rota deciſ. 30 de reſcript. in nouis, Gomezius in cap. ſtatutum de reſcript. in 6. nu. 75. 76. & 77. quicquid dicant Nauar. in c. cum contingat de reſcript. ſecunda cauſa nullitatis, & Flores, q. 4. nu. 2. 3. & 71.

107 Nec obſtat quod habeant iuriſdictionem, † & poſſint excommunicare, &c. quia ea principaliter eſt ad exequendam gratiam, & compellendum non parentes, non ad cauſam, cum non dentur principaliter ad cognoſcendum, & iudicandum inter partes, etiã ſi quandoque ſecundario habeant aſſumere partes iudicis, Rota ibi. Sicut etiam iudices compulſores
108 poſſunt eſſe in dignitate non conſtituti, quamuis ipſi citent teſtes, deferant iuramenta ſuper recognitione, compellant, & excommunicent, & faciant actus iuridicos, Achil. deciſ. 54. Puteus 192. lib. 1. additio dec. 30. de reſcrip. in nouis Mand. de commiſſ. commiſſio. 16. q. 7.

Et idem eſt in iudicibus remiſſoriæ quamuis cõ-
109 tradicat † Seuerolus de remiſſion. cap. 20. num. 8. & in inhibitoribus, & iudicibus ſequeſtratoribus, & liquidatoribus, & ita in iudices compulſores, ſequeſtratores, liquidatores, &c. deputãtur a Rota etiam in ſpecie, & nominatim perſonæ in dignitate non conſtitutæ.

Si vero adeſt intruſus, vel comparet contradictor
110 legitimus. † ſunt mixti executores, & debent aſſumere partes iudicis, ac iudicialiter procedere cum cauſæ cognitione, ac quicquid dicat Flores d. queſt. 4. à nu. 35. 42. 44. & 59. & quæſt. 12. à num. 9. & 17. diffinitiuè ſententiare, iuxta notata per Doct. communiter in cap. fin. de præſump. vbi Butrius, num. 7. Abb. ex num. 11. ad 15. & Felin. ex num. 16. 24. 27. 33. & 34. Beroius conſ. 13. volum. 1. Flamin. Pariſi. lib. 11. quæſt. 10. num. 15. 21. 33. & 34. Marc. Anton. Genuen. d. cap. 83. num. 4. Rota in Pampilonen. Beneficij de Allio de anno 1576. quæ habetur 2. p. diuerſorum deciſ. 35. & in Vſcien. ſeu nullius Capitul. de anno 1578. quæ habetur 1. p. deciſ. 202. *Genuen. c.* 83. *num.* 4. *ſeu cap.* 85. *nu.* 4. *& in annot. num.* 16. *Mand. de inhib. q.* 46. *Leo in Theſ. for. Eccleſ. cap.* 17. *a nu.* 8. *&* 18. *Sal. Tiber. in praxi lib.* 3. *ca.* 12. *alias* 7. Præter-
111 tim ſtante d. clauſula vocatis vocandis † Cordin. conſil. 63. & 94. Felin. in cap. exhibita, num. 4. de iudicijs, & in cap. de cætero, num. 10. de re iudica. & in d. cap. fi. numer. 23. Staphil. 8. forma mandati de prouid. num. 8. additio Rotæ deciſ. 12. de officio delegat. in nouis, num. 2. Marcheſ. de commiſſio. 2. p. c. 3. de commiſſ. appel. ex. 21. Gom. in ca. ſtatutum de reſcrip. in 6. nu. 77. *ſeu clauſula, amoto quolibet illicito detentore, Felin. d. c. de cætero, nu.* 9.

112 Et ſic ſecundum eos ibi illis datur † appellatio ſuſpenſiua, nam, ab executore mixto rectè appellatur. glo. in ca. paſtoralis. §. quia vero verſ. ſed à mixto de offic. deleg. Staphil. 9. forma mandati de prouid. num. 3. Bellonus conſil. 30. *Scaccia de appell. qu.* 17. *lm.* 11. *nu.* 11. Rota in vna Lucana infra adducta 9. p. cap. 4. num. 18. & in vna Fauen. Parochialis de anno 1592. coram D. Pamphilio, in qua Domini di-
113 xerunt, † Executorem literarum Apoſtolicarum cum ſit mixtus debere aſſumere partes iudicis cõtra poſſeſſorem, ex Felin. & alijs in d. cap. fi. Præſertim ſtante clauſula, vocatis, vocandis, & ab illo dari appellationem. Quia non debet quis dimittere ſuam poſſeſſionem, ad verbum executoris, & eius poteſtatem ſolum eſſe contra reſiſtentes de facto. Rebuf. in praxi forma nouæ prouiſionis, verb. cõtradictor, & fuiſſet reſolutum in alijs cauſis, & ideo omnia geſta per illum pendente termino ad appellandum, vel poſt appellationem, eſſe attentata, nec obſtare quod prouiſus ſit ſubrogatus, etiam quo ad poſſeſ-

ſionem

sionem defuncti, quia cum non sit lis, non habet effectum subrogatio cum non sit iustificata, Vital. in Clement. 1. de Præbend. Mohed. decis. 160. præsertim contra habentem prouisionem Apostolicam, vt fuit dictum in causa Burgen. de Pancoruo, &c.

114 Idem etiam fuit resolutum in vna Tuden. † Parochialis S. Christinæ 26. Iunij 1592. coram eodem D. Pamphilio, in qua Domini dixerunt, Quod est attentata possessio capta pendente termino ad appellandum, cum agitur de executione literarum, in forma dignum, iudex enim tanquam mixtus executor tenebatur assumere partes iudicis, & ab eius sententia dabatur appellatio, Felin. post alios in cap. fi. de præsumptio. non obstante clausula, appellatione postposita, & alijs de quibus in literis quæ habent solum locum contra resistentes de facto. Puteus decis. libr. 3. Achilles 4. de sententia excommunic. & fuit resolutum in dicta Pisien. seu nullius Capitul. coram Sanctissimo, & in alia Mediolanen. Parochialis 16. Martij 1588. coram Illustrissimo Plato.

115 Clausula enim † contradictores appellatione postposita compescendo, solum habet locum contra contradicentes de facto, non contra contradicentes de iure, idest per viam iuris, seu iudice, gloss. verb. contradictores in c. pro illorum. de Præbend. & ibi Abb. num. 9. Felin. in ca. causam de rescrip. ex nu. 19. & in cap. super eo, nu. 5. de officio deleg. Staphil. de literis gratiæ, tit. de vi & effect. clausularum, verb. sign. clausulæ, includentes, &c. ex num. 4. Rebuff. in forma & declaratione nouæ prouisionis, verb. contradictores, & in concordatis in forma literarum executor. eodem verb. contradictores, Lancellottus de attentatis, cap. 12. limitatione. 8. nu. 41, Nauar. in d. cap. cum contingat, se prima causa nullitatis, Flam. Parisi. lib. 8. quæst. 7. num. 162. Sallust. Tiberius in practica Auditoris Cameræ lib. 3. cap. 6. nu. 3. & 50. & Emman. Rodriguez q. reg. 1. tom. quæst. 8. articul. 12. & posthæc Gonçalez gloss. 9. in annotat. num. 242.

116 Et in vna Tridentina 5. Iulij 1593. coram † D. Seraphino fuit resolutum, possessionem Alexandri esse manutenibilem, nisi obstet quod non fuit capta capitulariter. Cassador. dec. 8. de causa possess. verum iste defectus sanari posset probata consuetudine tradendi possessionem, etiam non capitulariter, vt ex tribus instrumentis possessionum captarum in hac Ecclesia probari videtur, sed magis obstare Alexād. quod monitorium Auditoris Cameræ cuius vigore capta fuit possessio erat cum clausula, si quis, & ideo resoluebatur in simplicem citationem vt notatur in l. de pupillo. de noui operis nuntiatione, vndenō potuit illius vigore capi possessio: immò in præiudicium eius qui obtinuit talè monitorium Canonicatus effectus fuit litigiosus: ideo videtur possessio attentata, nec potest sustineri ex allegata confessione Pauli; cum fateatur factum, non autem legitimè factum, & hoc obest Alexand. ne manu teneatur quāuis & extrema probauerit, & coloratum titulum, quem præstat gratia si neutri, cum conditio illa si constiterit, non sit de futuro, sed de præterito, vt fuit resolutum in causa Bononien. coram D. Penna 22. Iun. 1592. possessionem quoque Pauli esse vitiosam quia cum impetratio ipsius esset ob varios defectus, nempe etatis Alexand. publicationis, oculi canonis, & malæ valoris fructuum expressionis non poterat executor non verificatis narratis, & non citato Alexād. procedere ad immissionem, & ideo fuit conclusum esse apponendum sequestrum, & videndum de bono iure, &c.

117 Et eodem die 5. Iulij 1593. coram eodem Do. † Seraphino in vna Auersana Beneficij fuit resolutum Dandum mandatum de manutenendo Ioā. A. de cuius anteriori possessione constat, non obstantibus turbationibus Michaelis. cuius possessio est attentata. Quia executor datus ad conferendum in forma iuris per vacationem ob simoniam contractum est mixtus, & tenebatur procedere cum causæ cognitione, præsertim stante clausula vocato Ioanne, & à sententia eius licuit appellare, & ideo immissio facta pendente tempore ad appellandum, est attentata, & Ioannes qui non habuit se pro spoliato manutenendus, nec obstare quod à sententia lata in simonia non detur appellatio, quia à collatione datur. Præterea id procedit quando simoniacus est notorius, vel confessus vel si est occultus, simonia est in ordine, secus si est occultus, & est super Beneficio quia tunc datur appellatio. Anania, in cap. si ait, circa fin. de simonia, & ita procedit Felin. ibi, & Mar. Socin. num. 298. &c. *quam decis. ponit Farin. decis. 94. libro 1.*

117 Idem etiam fuit resolutum in causa † Vrgellen. Beneficij 17. Decembris 1593. coram D. Orano, in qua Domini dixerunt, Quod est attentata collatio & immissio in possessionem Beneficij facta ab executore literarum gratiæ pendente appellatione à sententia illius qua declarauerat nullam prouisionem aduersarij qui erat in possessione, Gemin. in ca. auaritia, nu. 7. de electione lib. 6. cum adductis per modernum de attentatis, cap. 4. in præfatione, nu. 614. & cap. 12. limitatione 49. & quod etiam est attentata possessio beneficij litigiosi capta, ex causa permutationis factæ litè pendente, vt per d. modernum de attentatis, 2. par. cap. 4. in præfatio. num. 449. Nam quamuis in permutatione fuerit facta mentio litis pendentiæ, non tamen facta fuit expressio status litis, iuxta tradita per eundem, num. 645. neque vitio si ingressus compermutantis in possessionem Beneficij pendente appellatione, quod etiam tollit beneficium gratiosæ subrogationis in supplicatione permutationis concessum.

119 Et in vna Alerien. attentatorum † 20. Decemb. 1593. coram Do. Seraphino fuit resolutum, Gesta per Episcopum ad fauorem Iacobi, tam intra decem dies datos ad appellandum, quam post appellationem Alexand. esse attentata; cum enim esset deputatus executor in gratia Iacobi, vt citato Alexand. & verificata falsitate valoris per eum expressi conferret Parochialem Iacobo, tenebatur tanquam mixtus assumere partes iudicis, præsertim stante clausula, vocato Alexand. & amoto quolibet illicito detētore, & ideo ab eius sententia licuit appellare, &c. & ideo Iacobus non est manutenendus, sed Alexander si de eius possessione constat, aliàs possessio est sequestranda, &c.

120 Et in vna Cusētina Parochialis 22. † Apr. 1594. coram D. Pamphilio fuit resolutum, Quod manutenendus est quis in sua possessione non obstante quod aduersarius postea acceperit possessionem vigore literarum Apostolicarum, & authoritate commis-

miſſarij, qui tamen parte non citata proceſſit, & ſic nulliter ad cap. liceat Epiſcopus de præben. in 6. & conſequenter non priuauit eum poſſeſſione, & cum non ſe habuerit pro ſpoliato retinuit animo poſſeſſionem ciuilem, & conſequenter danda eſt illi manutentio, non obſtante quod illa poſſeſſio eſſet inſtrumentalis: quia cum non conſtet tunc alium poſſidere, ſufficiens eſt ad iſtum effectum, & alios quoſcumque. Caputaq. deciſ. 334. p. 2.

Fuit etiam reſolutum in vna Senen. Beneficij 6. 121 Iunij 1594. coram D. Lita, † & in vna Albiganen. Canonicatus 27. Iunij 1564. coram D. meo Corduba fuit reſolutum, Dandum eſſe mandatum de manutenendo Manfredo, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat, & quod tempore motæ litis poſſidebat. §. retinendæ. de interdictis, nõ obſtante quod Ioan. Baptiſta fuerit immiſſus in poſſeſſionem authoritate iudicis, quia id fuit factum poſſeſſore minime citato, immo poſt interpoſitam appellationem, & ſic tanquam attentata ei ſuffragari non debeat, vt alias fuit reſolutum in Romana de Praxellis coram D. Penia, & Romana Capellaniæ 17. huius menſis coram Domino Lita, quod maxime procedit cum in re ſcripto adſit clauſula, vocato Manfredo, & alijs; qua ſtãte executor abſque citatione procedere non potuit. Felin. in capitul. de cætero, numer. 10. de re iudic. Rota deciſ. 2. numer. 12. de officio delegat. in nouis.

Et in cauſa Toletana Paroch. de Maiarambroz, 122 † 13. Ianuarij 1595. coram eodem D. Corduba fuit dictum, Cõſiderari dolũ in reſignatario, ex eo quod is habuerit poſſeſſionem Beneficij ab executore literarum reſignationis, pendente appellatione interpoſita per reſignantem, &c.

123 Et in vna Ferrarien. Parochialis prima Aprilis † 1596. coram eodem D. Corduba fuit reſolutum, Horatium non eſſe manutenendum in poſſeſſione dicti Beneficij impetrati vti vacantis per aſſecutionem alterius, & iuxta conſtitutionem Pij V. nam dato quod fuerit capta poſſeſſio cũ fuerit inſtrumentalis Michaele Angelo exiſtente in poſſeſſione non venit manutenenda. Caputaquen. deciſ. 333. p. 2. conſtat etiam fuiſſe captam lite pendente, quod impedit manutentionem, nec releuat quod fuerit capta authoritate iudicis, & ſic non requiratur eiectio. Angel. in l. qui vniuerſas. §. item de acquirend. poſſeſſio. id enim habet locum quando iudex rite, & recte procedit, vt fuit ſæpe reſolutum; in præſenti autem iudex perperam ſe geſſit, quia cum eſſet Ordinarius, & datus executor ad prouidendum in forma dignũ, cum clauſula, vocatis vocandis, & ſic mixtus tenebatur aſſumere partes iudicis; vt fuit dictum in Piſcien. ſeu nullius 21. Ian. 1578. coram Sanctiſſimo cũ ergo proceſſerit nulla præuia citatione, & ſic nulliter, non priuauit Michaelem poſſeſſione, vt fuit reſolutum in Mediolanen. Parochialis 21. Nouembris. 1586. corã D. Plato, neque eſſe concedendum mandatũ de immittendo, quia Horatius non iuſtificauit ſuam gratiam, quæ etiam in iudicio executiuo, & parte non opponente eſt iuſtificanda. Abb. in ca. accedens, nu. 9. verſ. ratio huius. de accuſatio. Aegid. deciſ. 303. Pariſ. conſ. 49. num. 31. lib. 4. prout Rota ſæpe tenuit, & fuit reſolutum in cauſa Salamantina penſionis de anno 1572. coram D. Lancel. & in Cæſarauguſtana penſionis 20. Dec. 1591. coram D. Pamphilio, quod ſolum ſufficiens erat, vt Horatius non eſſet immittendus, nec manutenendus, vltra quod Beneficium eſt vnitum monaſterio S. Georgij, tam ex antiquis Sũmorum Pontificum priuilegijs vbi id enuntiatur, quam ex antiqua ſententia ad gl. verb. inſtrumentis. in c. cum olim. de cenſib. vnde cum non fuerit facta mentio regularitatis, impetratio Apoſtolica non valet, Calder. conſ. 29. de Præbend.

124 Et in vna Dertonẽ. Parochialis de Sorita † quarta Mart. 1602. coram D. Ludouiſio Domini cenſuerunt, Concedendam eſſe manutentionem Gabrieli, cum reperiatur in poſſeſſione Parochialis, de poſſeſſione enim eius cõſtat ex publico inſtrumẽto quod probat veram poſſeſſionem alio non exiſtẽte in poſſeſſione, vt in pluribus cauſis fuit reſolutum immo cõſtat de reali, & effectuali poſſeſſione tempore motæ litis ex ipſa ſerie facti, &c. nec poteſt P. allegare ſuã anteriorem poſſeſſionem, & quod retinuerit animo ciuilem, quæ in concurſu naturalis eſt manutenibilis, quia illi obſtat quod petijt immiſſionem, quæ poſſidenti non cõpetit. §. adipiſcendę de interdictis, qui enim petit immitti in poſſeſſionẽ, fatetur ſe non poſſidere, immo ſi poſſideret ciuiliter eam amittit, vt fuit dictum in cauſa Bonon. de Pepulis coram D. Mãtica, 16. Mar. 1588. & geſta per ſubexecutores nõ priuãt ſua poſſeſſione Gabrielẽ, ex quo nulliter proceſſerunt, Socin. in c. quoniã. §. ſi ſuper, nu. 152. verſ. ſecus autem in iudice, vt lite non conteſtata, Samẽ. de annali. q. 45. nu. 3. Fuit dictum in vna Spoletana domus 19. Decem. 1580. coram D. Seraph. & in vna Mediolan. bonorum coram D. Plato. 1. Feb. 1591. & in vna Cuſentina Parochialis coram D. Pamphilio, nulliter enim proceſſit primus ſubexecutor quia executiua contra Gabrielem pariter prouiſum Apoſtolicum, cum propter paritatem tit. procedẽdum eſſet via ordinaria, Puteus dec. 313. li. 1. Mohe. 13. vt lite pendente, Caputaq. deciſ. 329. nu. 2. p. 1. & quia Gabriel poſſeſſor debuit cieari. l. fin. ſi per vim, vel alio modo, c. licet Epiſcopus de Prębẽd. in 6. Geſta etiam per ſecundum ſubexecutorem ſunt nulla, non ſolum propter defectum citationis, & modum procedendi executiue vt dictum eſt de primo, ſed etiam quia inchoato proceſſu cum primo executore, non potuit ſecundus procedere, cap. cum plures. de offic. deleg. in 6. &c.

125 Eſt etiam ad propoſitum deciſio Rotæ, † in vna Maioricen. Parochialis de Cãpanetto. 23. Ian. 1591. coram D. Bubalo, quæ ſic ait, Fuit reſolutum dandũ eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione Parochialis de qua agitur Iacobo Torres, non autem Io. Pelliu, quia conſtat de eius anteriori poſſeſſione, quæ fuit capta die 18. Aug. 1588. vigore prouiſionis Apoſtolicæ, & poſſeſſio Ioã. fuit capta die 30. & 29. Nouemb. anni ſeq. Et ſic inſtrumentalis, quæ nõ eſt manutenibilis niſi poſſeſſore expulſo. Rota dec. 21. de reſtitutione ſpoliatorum in nouis, Caputaquen. deciſ. 396. lib. 1. debuit executor Iacobo poſſidente eo non citato dare poſſeſſionem Io. c. licet. lib. 2. de Præb. in 6. Nam ſemper in traditione poſſeſſionis oportet vocari poſſeſſorem, cui poteſt competere ius in poſſeſſione, vt per Cardin. conſ. 75. Felin. c. fin. nu. 24. de præſump. nec ſatisfecit iudex citãdo poſtea Iacobum, & iuribus hinc inde diſcuſſis pronuntiando ipſum à prætenſa poſſeſſione amouendũ, & amotum eſſe, & Ioan. in ſua poſſeſſione debere remanere

re quia iuxta d. consil. Cardinalis debuit prius reuocare traditionem possessionis factam Ioan. & illam restituere Iacobo, & postea iterum pronuntiare ad fauorem Ioannis. & illi possessionem de nouo tradere quæ in præsenti facta non fuerunt, ex quo redditur iniusta declaratio iudicis, & possessio capta non est considerabilis nisi expulso possessore, vt fuit resolutum coram Illustrissimo D. Lancellotto in illa Romana domus ad imaginem pontis: nec obstat, quod non fuerit in tempore appellatum ab vltimo decreto, quia non ex hoc redditur valida, & manutenibilis possessio capta possessore non citato, & illo non expulso, quia sententia notoriè iniusta nunquam transit in iudicatum. non obstat, quod Ioannes sit prouisus Apostolicus, & quod eius prouisio sit anterior prouisione Iacobi, quia hoc respicit petitorium, & quando possessio fuit iniustè capta, licèt possit aliquo modo constare de bono iure, non erit manutenibilis in possessione vitiosa, sed in possessorio succübet vt tradit Rebuffus in praxi Beneficio. de missione in possessionem, nu. 37.

126 Est etiam alia decisio Rotæ † in vna Abulen. & Zamoren. Beneficiorum 17. Iunij 1594. coram Domino Penna quæ sic ait. Dederat mandatum Andreas Arias ad resignan. liberè hæc Beneficia in manibus fœlic. record. Sixti V. ad fauorem Petri de Gaona cui petenti executionem, & Beneficiorum possessionem vigore literarum in forma dignum expeditarum ab Ordinario Zamoren. cui literæ erant directæ Andreas se opposuit resignationis nullitatem allegando, verum quoniam ad fauorem Petri Ordinarius pronuntiauerat, & Andreas appellatione interposita causam in Rota commiserat dubitaui. Vtrum Andreas esset manutenendus in possessione Beneficiorum? & sæpè causa proposita die 27. Maij, & 6. Iunij tunc enim propter dissidentes Dominorum sententias non potuit capi resolutio. Deniq; die veneris 17. Iun. vtraque parte acerrime informante, causa tertio proposita in eam sententiam itum est vt censuerint Domini Andream manutenendum, distinguebant enim duplicem resignationem vnam simplicem, & puram, per quam Beneficium purè, & simpliciter renuntiatur in manibus superioris, Puteus decis. 158. nu. 4. libro 3. Couar. pract. q. cap. 36. nu. 9. & alteram conditionalem, vt cum resignatum in fauorem certæ personæ, aut cum ex voluntate Rom. Pontific. in cuius manibus tantum fieri potest, vel ex eius permissione recipit aliquam conditionem vel modum, Paris. consil. 5. leg. 4. Ioã. Paul. decis. 103. incipien. Conchen. Beneficij. Dicebant præterea inter vtramque resignationem latum esse discrimen. Nam in simplici renuntiatione resignans omne ius, & possessionem, quæ habebat in Beneficio amittit, ita vt remaneat sine titulo etiam colorato, ac propterea possit Beneficium tanquam vacans liberè conferri aut impetrari. Butrius Abb. Imola, & cæteri communiter in c. sollicitè, & in c. accepta de restit. spolian. Cass. dec. 4. eod. tit. Puteus d. decis. 158. lib. 3. Achil. decis. 10. nu. 4. de restitu. spoliat. Rota decis. 1. de renuntiatione in nouis, num. 8. & decis. 2. eod. in antiqu. nu. 4. Mohed. decis. 2. Sed in resignatione conditionali, aut facta ad fauorem certæ personæ secus esse, in hac enim ius & possessio remanent in pendenti penes ipsum resignantem, donec conditiones purificentur, Achil. d. decis. 10. nu-

mero 1. & 4. Puteus d. decis. 158. num. 3. Rota decis. 4. n. 1. de rerum permutatione in antiq. Ias. cons. 86. l. 3. nu. 42. Paris. d. cons. 5. Mohed. decis. 183. Guido bonus decis. 59. Cotta dec. 318. & 312. Caputaq. decis. 2. l. 1. in manuscrip. Pontanus de spolio. l. 3. nu. 72. Licet enim nõnulli ex istis loquãtur, quando agitur cõtra tertium, nihilominus idẽ dixerunt Dñi locum habere in resignante agente contra resignatarium, quia in resignatione conditionali seu facta ad fauorem certæ personæ donec perfecta fuerit, & plenè ius quæsitum resignatario penes resignantem remanent aliquæ reliquiæ iuris, & possessionis, Puteus in epitome dec. 14. de restitutione spoliat. & alij quos refert & sequitur Pontanus d. tract. l. 1. nu. 126. vers. sed non idem, vnde cum in proposita facti specie Andreas renuntiasset ad fauorem certę personæ, videlicet Petri de Gaona & antequã ille per adeptam pacificam possessionem, & legitimam acquisitionẽ perfectum, & completum ius acquisiuisset in Beneficijs, Andreas, penes quem remanerat ius possessio, se opposuerit, manutenendus erit, non obstante decreto Episcopi literarum Apostolicarum executoris, quia ab illo in tempore fuit appellatũ Felin. in c. fi. n. 24. de præsump. Zabarella cons. 63. & 75. nu. 1. ex quo etiã cessabat alia obiectio opposita per informãtes, p Petro de illius possessione capta authoritate Episcopi iudicis executoris deputati in literis Apostolicis; nã cum à prædicto decreto daretur appellatio. Felin. in d. c. fin. nu. 24. Zabarella d. cons. 75. nu. 11. Et ea non obstante iudex processerit, possessio Petri postea subsecuta non potuit iudicari legitima sed potius turbatiua & spoliatiua, & ideo restituibilis, Zabarella d. cons. 75. Quod maximè in hac pecie videbatur habere locum. in qua Episcopus erat datus executor ad prouidendum Petro in forma dignum, quo casu non poterat dici merus executor, sed mixtus qui propterea tenebatur assumere partes iudicis, & ordine iudiciario procedere, Canonistæ in d. cap. fi. de præsumptione vbi Butrius num. 7. Felinus 17. & 24. & 33. Zabarella consil. 63. in principio & fuit sæpè in Rota decisum, vt in Neapolitana coram Finetto, anno 1569. & in vna Piscen. seu nullius, die 21. Ianuar. anno 1578. coram Sanctissimo D. nostro tunc Rotæ Auditore Rursus possessio Petri capta pendente appellatione, tanquam attentata non erat manutenibilis, cap. non solum, de appellat. lib. 6. atque ex his cõclusum de iure non potuisse Andreæ denegari mandatum de manutenendo in possessione, in qua reperiebatur tempore dato ad resignandum, de qua constitit Dominis per legitima documenta. *Cui decisioni consonat alia in causa Barchino. Parochialis 10. Decembr. 1601. coram D. Sacrato, vbi dixerunt Domini, Ioannem Calunum non cecidisse à possessione beneficij per resignationem ad fauorem Iacobi, quia non fuit simplex, sed conditionalis, nempe ex causa permutationis: vnde cum alterum ex beneficijs permutatis non fuerit acquisitũ Ioanni, resignatio ex capite non impletæ conditionis cessauit, Rot. decis. 4. de rerum permut. in antiqu. Put. dec. 158. lib. 3. Achil. 10. num. 4. de restit. spoliat. Nec obstare decretũ executoris ad fauorem Iacobi, quia per appellationem fuit suspensus omnis illius effectus; nec esse dubitandum, quin à sententia dicti executoris tãquam missi, vẽpe per clausulam in forma dignum, daretur appellatio ad vtrũque effectũ, sicut a qualibet alia sententia iudicis, Card. cons. 63. nu. 1. & 4. in d. Abulen. & Zamoren. & in alia nullius sacristia coram*

*eodem D. Penna 26. Octob. 1601. Et ſic non obſtante immiſſione Iacobi facta per executorem, & teſtibus de ſcientia Joannis quod alterum ex beneficijs permutandis eſſet litigioſum, quod peruenit negotium principale, dandum eſſe mandatum de manutenendo Ioanni, qui nec fuit, nec habuit ſe pro ſpoliato, vt in d. deciſionibus, Conſonat etiam d. dec. Abulen. & Zamor. alia in cauſa Hiſpal. benef 21. May 1610 coram eodem Penna, vbi Didaco dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione beneficij non obſtante reſignatione, vt potè nulla ex defectu conſenſus, vt ex literis miſſiuis apparet, & non habuit ſe pro ſpoliato. &c.*

127 Eſt etiam deciſio in vna S. Agathæ gotorum † iuris patronatus 4. Iulij 1597. coram D. meo Corduba Ep. ſcopo Pacen. quæ ſic ſe habet. Dubitaui, an poſſeſſio Io. Angeli eſſet attentata, & reuocanda ſeu ſequeſtranda, & Dominis placuit apponendum eſſe ſequeſtrum, quia fuit capta à Ioã. pendente appellatione, vel termino dato ad appellandũ, & indè attentata, c. non ſolũ. de appellatio. in 6. Mohedan. deciſ. 150. nu. 2. Guidobon. deciſ. 104. & indè venit ſequeſtranda, Calder. conſ. 1, vt litè pendente, Anton. Auguſt. in epitome, titul. de ſequeſt. ex offic. §. 3. & 6. caputaquen. deciſio. 70. par. 1. & deciſ. 157. p. 1. Puteus deciſ. 414. libr. 2. & fuit ſæpè reſolutum, iudex enim gratiæ in forma dignum eſt mixtus executor ac debet aſſumere partes iudicis cap. finem. de præſumptio. & ab eo datur appellatio, vt fuit dictum in cauſa Piſcien. coram Sanctiſſimo, & ſæpius fuit reſolutum, non obſtabat quod notoriè conſtet de non iure Federici, & bono iure Angeli ex tranſactione, quia ad hunc effectum requiritur notorietas quæ nec colorare poſſit impugnari, vel aliquo modo velari. Aegidius deciſ. 103. Peregrinus 173. lib. 2. qualis eſt quæ reſultat ex confeſſione partis, vel re iudicata, Rota deciſ. 3. de reſtitutione ſpoliatorum in nouis. Thanis deciſio 19. fuit reſolutum in cauſa Eugubina S. Petri de Vigueto 21. Iunij 1591. coram R. P. D. Orano, quia quando pars obijcit, & probat concomit petitorium in qua probatio probationem non excludit. Thanis dicta deciſio. 19. Bellamer. deciſio 624. num. 2. ac inde per d. tranſactionem non poteſt dici notoriè conſtare de non iure. Nec obſtat clauſula contradictores, quia intelligitur de contradictoribus facti non iuris, Cardin. in Clem. 1. §. contradictores. de religioſis domibus, maximè quando ſunt iuſti, gl. in cap. pro illorum, verbo contradictores, de Præbend. Vitalio in tract. de clauſulis, tit. de clauſula reſcripti, verbo contradictores. *quæ deciſio eſt apud Farin. licet non integra deciſ. 22. nouiſ.*

128 Idem fuit reſolutum in hac † cauſa coram eodem 23. Februarij 1598. quod cum Vicarius eſſet mixtus executor, & in literis adeſſet clauſula verificato prius iure patronatus, & alia clauſula omiſſo, &c. Tenebatur ſeruare ordinem iudiciarium, ac inde cum non citauerit, nec ſeruauerit dictum ordinem, ſententia eſt nulla, maximè, quod in ſententia ſe refert ad probationes nullas, Mohed. deciſ. 6. de teſtib. quia teſtes fuerunt examinati, ſine citatione partis, cap. 2. de teſtib. Caputaq. deciſ. 274. p. 3.

129 Eſt etiam alia deciſio Rotæ in vna † Vlisbonen. Prioratus 4. Iulij 1601. coram Domino Seraphino ſupra adducta 4. part. cap. 3. numero 74. quæ eſt videnda. *& dec. 172. 174. 179. 180. 187. 358. 619. 890. & 874. nouiſ. Farin.*

Eſt etiam deciſio Rotæ in cauſa Agrigentina Beneficij S. Antonij 12. Nouembr. 1601. † coram D. meo Corduba, quæ ſic a t. Fuit reſolutum dandum, eſſe mãdatum de manutenendo Archipresbytero, & Clero, nam conſtabat de anteriori eius poſſeſſione. §. retinendæ, inſtit. de interdictis, Caſſad. deciſ. 20. in ſi. de Præb. Caputaquen. 134. nu. 6. p. 2. Cæſar. de Graſſis. 5. num. 2. de cauſa poſſeſſ. Nec obſtabat poſterior poſſeſſio Angeli capta authoritate iudicis in executione literarum Apoſtolicarũ, quia non facit illam amittere, niſi iudex, quando iudex titè & rectè procedit, vt fuit reſolutum in cauſa Romana domus ad imaginem Pontis, coram Illuſtriſſimo Lancell. & coram me in alia Ferrarien. Parochialis 1596. vbi aliæ deciſiones allegantur. de nullitate, & iniuſtitia manifeſtè apparet, tum quia iudex proceſſit non iuſtificato valore, & alijs narratis in gratia, quod habet locum etiam parte non opponente in his, quorũ falſitas vitiaret gratiam, vel quorum expreſſio facilius mouit concedentem; iuxta deciſionem Card. Lãcelloti, in cauſa Salamantina penſionis 1572. Tũ etiam quia non fuit facta mentio vnionis, de qua erat faciendа, cum, ea ſtante, Beneficiũ non vacauerit, nec intrabat deuolutio ad ſedem Apoſtolicam, ob non factam prouiſionem infra ſex menſes, Clem. 1. §. quidam. de exceſſib. Prælatorum. Rota 2. nu. 3. eodem tit. in nouis. Nec obſtat, quod vnio eſſet nulla, quia de illius validitate erat agendum ante executionem, cum ab ea dependeret iuſtificatio vacationis narratæ; deinde cum executor eſſet mixtus, propter formã dignum, & quia agebatur de remouendo poſſeſſore, ab eius ſententia dabatur appellatio, & non poterat procedi ad immiſſionem, vt fuit dictum coram me, in vna S. Agathæ votorum iuris patronatus 4. Iulij 1597. Nec iſs obſtabat deciſio Bubali, in cauſa Hipotregien. quia loquitur de mero executore, & vbi contradictio erat merè calumnioſa, & friuola minus obſtabat Bulla Pij V. ſuper collatione Beneficiorum, quia non procedit, quando conceditur gratia per Sanctiſſimum de Parochiali in forma commiſſaria, & adeſt certus poſſeſſor.

Eſt etiam deciſio Rotę in cauſa Bracharen. Beneficij 5. Decemb. 1601. coram eodem D. meo Corduba, † quæ ita inquit. Fuit reſolutum, vna parte in-
131 formãte, cẽſuras ſcilicet ab officiali Bracharen. tanquam executore Apoſtoliço fulminatas fuiſſe nullas, & attentatas, nã à ſententia illius dabatur appellatio cum ageretur contra poſſeſſorem, & de eum remouendo, quo caſu executor debet aſſumere partes iudicis, & dicitur mixtus, ac appellatione pendente non potuit cenſuras fulminare. ca. per tuas. c. ſolet, de ſententia excommu. in 6. Rota deciſ. 20. de appellat. in nouis, & veniunt reuocandæ, Paleotus deciſ. 44. Modernus de attentatis. 2. p. c. 12. ampliatione 8. Achilles deciſ. 4. nu. 10. cum ſequentibus de ſententia excommu. Anchar. in c. licet. notab. 1. de ſenten. excommun. in 6. & hoc multum iuſtificabitur ſtante grauamine, cum d. ſententia fuerit reuocata, primo ab Auditore Legati, & deinde a Vicario Vlisbonen. & cum cauſa hodie pendeat in Rota coram me, fuit per Dominos decretum mandatum de manutenendo ad fauorem Franciſ. appellantis, & informantis.

132 Tandem eſt alia deciſio Rotæ in cauſa † Tiraſonen. eleemoſynariæ 28. Ianua. 1602. coram D. Lancellotto, quæ ſic ait, Domini dixerunt ſententiam

Ordina-

Ordinarij eſſe reuocandam, tamquam latam abſque verificatione omnium in gratia Inici narratorum, vt fuit dictum in vna Callagurritana Prioratus 26. Maij 1578. coram Blanchetto, & in vna Ouiſen. Beneficij de albis 8. Apr. 1598. corã me maximè cũ Petrus cõparuerit, & dederit de ſurreptione & obreptione literarũ Apoſtolicarũ, & petierit admitti articulos ad id iuſtificãdũ, vt fuit reſolutũ in cauſa Salamantina penſionis 18. Aprilis 1578. coram Cardinali Lancellotto. Neque obſtare, quod Ordinarius eſſet merus executor, quia cum proceſſerit vigore gratiæ in forma dignum, non erat merus, ſed mixtus, ſtante præſertim clauſula, amoto illicito detentore, & quod ei demandabatur cauſæ cognitio ſuper iure patronatus, ſuper deuolutione, & ſuper iure alteri quæſito, ac ideo tenebatur aſſumere partes iudicis, & procedere cum cauſæ cognitione, citato Petro, cap. licèt Epiſcopus. vbi gloſſa verbo vocato, de Præbend. in 6. Felin. in cap. fin. num. 25. de præſumpt. Ferret. conſil. 4. & nu. 4. & conſi. 10. n. 10. volum. 1. & fuit pluries reſolutum: neque etiam obſtare quod poſſeſſio eſſet vacua, nec oſtenderetur titulus Apoſtolicus, quia cum in gratia adeſt clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, ſufficit quod Petrus oſtenderet ſe præſentatum vt diceretur legitimus contradictor, cum Papa non præſumatur voluiſſe præiudicare, & derogare præſentationi ad deciſionem Rotæ 17. de Præbend. in nouis, nec dicatur præſentationem non tribuere ius tanquam factam coram Vicario foraneo, quia cum ſit actus iuriſdictionis potuit fieri coram illo Vicario, qui iuriſdictionem habebat, nam probatur quod eſſet Vicarius conſtitutus in loco Calatayud pro exercenda ibi iuriſdictione, vbi facere poterat ea omnia quæ poſſet Vicarius generalis totius diœceſis, neque prætextu gratioſæ ſubrogationis poſſet Inicus excuſari à iuſtificatione, quia omiſſo quod Beneficium non erat litigioſum quo caſu ſubrogatio habet vim collationis, & opus eſt iuſtificare omnia iuxta deciſiones factas in illa Burgen. de Pancoruo coram Gypſio non fuit proceſſum in vim ſubrogationis, ſed vigore mandati de prouidendo, & de ſubrogando, quæ longè diſtant à gratioſa ſubrogatione. *Idem fuit nouiſſimè reſolutum in cauſa Aqualana beneficiorum 26. Iun. & in Bracha. benef. 3. Iul. 1606. coram D. Manſanedo, & in Britontina Capellania 10. Nouemb. 1608. coram D. Penna fuit reſolutum. R. exc. liter.*

133 Vide quod tradit Flam. Pariſ. de reſignatione† Benefi. l. b. 10. quæſt. 6. à num. 63. reſignantem reſeruata penſione non poſſe impedire reſignatarium, ne capiat poſſeſſionem Beneficij reſignati, & poſſeſſionem captam per dictum reſignatarium, pendente appellatione interpoſita à dicto reſignante, non eſſe attentatam, quia à mero executore literarum Apoſtolicarum non datur appellatio. cap. nouit, vbi Doct. de appellatio. & ita fuiſſe dictũ in Rota in vna Hipporregien. Præpoſituræ coram D. Bubalo, 11. Decembris 1587. & 1. Februar. 1588. accipiendum erit quando reſignans impedit de facto reſignatarium, & ſine cauſa ne capiat poſſeſſionem, & in appellatione interpoſita à reſignante qui numquam comparuit coram executore ad dicendum contra reſignationem, & ſic executor non debuit aſſumere partes iudicis, nec debuit eum citare ex quo conſenſit reſignationi & ſponte, ac facto ſuo abdicauit ſe Beneficio, facit deciſio. 636. num. 4. part. 1. diuerſo-
134 rum: Aut quando comparuit† reſignans corã executore opponendo exceptionem friuolam quam executor repellere debebat, & ſic appellatio ab eius reiectione interpoſita fuit mere calumnioſa, vt in d. Hipporregien. Præpoſituræ, quam allegat Flam. Pariſ. in qua d. die 11. Decemb. 1587. coram D. Bu-
135 balo. fuit reſolutum. † Dandum eſſe mandatum de manutenendo Franc. reſignatario, non autem Scaliæ reſignanti, nam cum ipſe eam reſignauerit in manib. Papæ ad fauorem Franciſ. qui de ea prouiſus eſt abdicauit à ſe omne ius tam reſpectu tit. quã poſſeſſionis, Caſſad. dec. 4. de reſtitut. ſpoliat. nu. 3. & cum Franciſ. vigore literarum ſuæ prouiſionis, in forma dignum, fuerit ab earũ executore examinatus, & ſibi idoneo reperto collata Præpoſitura authoritate Apoſtolica. cum mãdato de immittẽdo in poſſeſſionẽ, cuius vigore fuit actualiter immiſſus, fuit ſibi quæſita naturalis, & ciuilis poſſeſſ. &c. nec refragatur quod poſſeſſio fuerit capta pendente appellatione interpoſita per Scaliam, quia à mero executore literarum Apoſtolicarum nõ datur appellatio. cap. nouit. vbi Doct. de appel. cum ſimilibus, propterea appellatio fuit merè calũnioſa, quia fuit interpoſita à reiectione exceptionis friuolæ quam executor repellere debebat, ad tradita per Anchar. conſi. 224. num. 2. Bero-
136 ium conſ. 14. nu. 9. l. b. 1. Et d. die † 1. Feb. 1588. cotã eod. D. Bubalo Dñi ſteterunt in deciſis, Nec obſtare appellationẽ per Scaliam interpoſitam ab executore. & quod reſignatio eſt conditionalis, quia purificata conditione per reſeruationem penſionis valide reſeruatæ põtuit procedere ad executionem, tãquam merus executor. Abb. in c. fi. col. 7. Imola, nu. 9. de præſum. & conſequenter ab executore non datur appellatio, vt in deciſ. *Quæ deciſiones ſunt in nouiſſ. Farin. 155. & 156. & confirmatur aliis duabus deciſionibus eiuſdem cauſæ ibi poſitis* 157. & 158.

Et ita in illa Agrigentina Beneficij ſup. adducta,
137 num. 130. † fuit reſponſum ad iſtam deciſ. quod loquitur de mero executore, & vbi contradictio erat mere calumnioſa, & friuola.

138 Vnde etiam conuincitur quod ait flores † d. q. 4. nu. 29. non debere audiri reſignantem comparentem coram executore, & contra reſignationem opponẽtem, &c.

139 Aduertendũ eſt † tamen quod in vna Colonien. Canonicatus 4. Feb. 1589. proponẽte D. Carretto in ſignatura iuſtitiæ, Domini dixerũt pro maiori part. Quod habens titulum coloratum ſit legitimus contradictor, & poſſit appellare à decreto, ſeu ſententia prolata ab executore literarum Apoſtolicarũ ad fauorem prouiſi Apoſtolici dummodo tamen prouiſus ab Ordinario corã executore produxerit ſuum titulũ, ſed ſi ſuum titulum non produxiſſet fuerunt in contrario voto quod nullum cenſeatur illatum granamen per executorem, & non poſſit appellare ad effectum ſuſpenſiuum, dixerunt inſuper procedere ſupra dicta abſque difficultate, quando ordinarius contulit, quia beneficium vacauit in menſe ipſius Ordinarij, & ſic quando appellatur ab executore literatũ ſignatur ſupplicatio, ſeu commiſſio appellationis, niſi ſaltem poſt ſententiã producatur titulus, vt ſimpliciter admittatur appellatio ad l. per hanc C. de temporibus appellatio. Et Contard. in repet. l. vni. C. ſi de momentanea poſſ. limit. 12.

140 Et poſt hæc ſcripta viſus Hier.† Gonça.d.gl.9.in annotationibus,ex nu.220.docet,quod à collatione vel immiſſione facta vigore literarum Apoſtolicarũ,non datur regulariter appellatio ſuſpenſiua,quia literæ Apoſtolicæ habeant paratam executionem, & reuerenter eſt illis parendum per executorem in eis nominatum, l.1, ff, de conſtitutionibus principium c.ſi quãdo de reſcrip.vbi Felinus l.52.tit.18.p.3.Rebuffus in praxi tit, forma & declaratio nouæ prouiſionis verb. quatenus ipſe vel duo, verſ. poſtea dicitur.Mohed.deciſ.35. ante fin.ibi, quia tunc propter authoritatem literarum debent exequi. de renuntiatione, & Marchef.de commiſſio.2,p.c.4.de commiſſione appellat,nu.39. & ita in propoſito,quod nõ detur appellatio ſuſpenſiua,tenet Bero.conſil.4. vol.1, quem Gonçal,non allegat,ac propterea videmus (inquit Gonç.) quod quãdo appellatur à tali decreto, ſeu ſententia vigore literarũ Apoſtolicarum prolata communiter in commiſſione appellationis, ſolet ſignatura apponere clauſulam, ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, prout apponitur quando appellatur ab executione facta vigore publici inſtrumenti Cameralis,aut guarentigij,&c.quæ clauſula præſernat iuriſdictionẽ iudicis à quo, vt ad vlteriorem executionem procedere valeat, ita vt neque inhibitio per ſuperiorem facta afficiat aut impediat, Cæſar de Graſſis deciſione 96. ſeu 3, de re iudicat. num.4. vt alias dixi ſupra 1.part.cap.5. numero 573. Illud tamen limitat Gonçalez, nu.226. Primo, quando in literis ad effet clauſula, vocatis vocandis, quæ ſemper inſeritur quando in ſupplicatione, vel ipſarum literarum expeditione narratur aliquis intruſus,& expediuntur ſub intruſione,tunc enim executor non eſt merus, ſed mixtus & iudicium executionis literarum non erit executiuum, ſed ordinarium, & appellatio non ſolum operabitur effectum deuolutiuum,ſed etiam ſuſpenſiuum.Cardin. & alij citati ſupra nu. 111.& fuit,inquit,reſolutum in vna Barchinonen. Parochialis.10. Decembris 1601. coram Domino Sacrato, quod etiam tradit gloſſa 15. §.1.num.70. Secundo limitat,num.227. quãdo poſſeſſor citatus non fuiſſet, & executor literarum eijcere vellet eum inauditum à poſſeſſione Beneficij.Cardin. conſil.75. Felin.in cap.fin. numer.24. & 25. de præſumpt. Achilles deciſ.6. num.4, ſuper regula de triennali argumento cap. licet Epiſcopus de Præb, lib.6.Tertio limitat à numer.228. quando executor procederet ad executionem literarum, abſq; verificatione narratiuæ,cum citatione dicti poſſeſſoris, Mohed.deciſ.35.de renuntiat, Cæſar de Graſſis dec.58. ſeu 12.de probat, quia omnis gratia habet in ſe tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur, ſiue ſi ita eſt,aut veris exiſtẽtibus prænarratis l.ſi,in prin. C.de diuerſis reſcrip.c.2.de reſcrip, vbi poſt alios late Ripa nu.29,& alij, ideo omnis narratiua eſt ante omnia verificanda vt dicitur infra 3 nu.159.& 189. narratiua namque eſt pars gratiæ Rota deciſ. 534. nu.1.p.1.diuerſ.cum alijs,&c. Quarto limita, num. 234. quando literæ continerent certam formã quæ per iudicem executorem ſeruata non fuiſſet ea, cum dilecta cum ibi adductis per Felin. ex num.6. de reſcrip. Lancell.de attent.cap.4.in præfat.numer.477. Flam.Pariſ.de reſignat.benef.lib.10.q.6.l.24. Quinto limit.num.235.quando pro parte poſſeſſoris probaretur quod tales literæ eſſent ſub reptitiæ, vel obreptitiæ.c.poſtulaſti.c. ſuper literis de reſcrip. Aym, conſ. 68.nu.12.Lancell.vbi ſupra nu.478.de clauſula autẽ, amoto quolibet illicito detentore,appoſita in literis Apoſtolicis ait à nu.239.quod licet faciat iudicem executorem mixtum, & requirat ordinem iudiciarium ſecundum Felinum poſt Abbat. & alios in cap.de cætero.num.9. de re iudic. Marcheſ. dicta 2.part.cap.3.num.25. cum alijs,tamen quando gratia eſt iuſtificata legitime, & literæ non ſunt expeditæ ſub intruſione, non retardat executionem literarum, & ita ſeruari vidit & tradit Ferrett. conſil. 7. num.12. in fin.& num.13.nam aliter cum d.clauſula ſemper apponatur, numquam literæ Apoſtolicæ haberent paratam execut. de alijs & limitatio,remittit,nu.238.Lancell.d.c.4.in præfat.à nu.477, vſque ad nu.507.& in perædě. caſibus vt admittatur appellatio,& ſuſpenſiua proponitur, inquit, ibi cõmiſſio ab appellãte porrecta in plena ſignatura gratiæ, vel iuſtitiæ, & deducuntur cauſæ grauaminis judicis executoris, & poſtquam ſignatura guſtauit de illis, interdum ſolet ſcribere, & committere ſimpliciter cauſam appellationis in Rota, & interdum ſolet adijcere clauſulam, Si quid exequendum ſit ipſe Rotæ iudex exequatur, quæ clauſula aufert poteſtatem exequendi à iudice à quo & illam transfert in iudicem ad quem Rota deciſio.477. num.7.lib.3. p.3.diuerſ.Lançellot.cap.18.nu.58. Et fuit deciſum in Toletana Parochialis,13.Ianuar.1604. coram D. Sacrato, &c. interdum etiam ſolet ſignatura reſcribere Paritis literis arbitrio Rotæ,&c. Sed certe clauſula paritis literis, ſiue paritis arbitrio Rotæ numquã ponitur niſi in cõmiſſione appellationis à ſentẽtia vigore brevis. Et prædicta quidẽ doctrina Gõçalez videtur conformis ſtilo ſignaturæ. Quamuis Rota abſolute velit dari appellationem ſuſpenſiuam à dictis executoribus, ex quo tenentur aſſumere partes iudicis, quando eſt intruſos,& geſta poſt appellationem, ſeu in tempore ad appellandum, eſſe attẽtata,vt patet ex adductis ſic potius videtur ſtandum ſtilo ſignaturæ ad dicta ſup.1.p.cap.5. nu.120. & 4. p.cap.2.nu.18.*& idem ꝙ ſignatura antea tenuit Rot. in vna Pient.benef.* 13. *Apr.* 1576. *coram D. Saraph. vt in ſeq.dec.quam ponit Sal.Tib.lib.3.ſub c.9.pag.338.fuit reſolutum,&c. dec.*112.*& poſtea in cauſa Elnen. benef. S. Saluat.*16.*Decemb.*1602.*coram D.Penna fuit dictum, ꝙ Rota tenet,habentem titulum coloratum eſſe legitimũ contradictorem,vt poſſit appellare a decreto ſeu ſententia prolata ſuper executione literarũ Apoſtolicarum ad fauorem prouiſi Apoſtolici,dummodo prouiſus ab ordinario coram executore produxerit ſuum titulũ, vt in d.cauſa Colonien. Canonic.*4.*Febr.*1588.*& quod etiam poſterior in data ſit legitimus contradictor ſi poſſidet,ad impediendũ proceſſum executiuũ,Put.dec.*135.*lib.*2.*namceſsãtibus reſeruationibus habent poteſtatẽ conferendi, & Papa prouiſos ab ordinarijs agnoſcit pro legitimis contradictoribus, &c.*

141 Ex quibus tandem infertur,† quod ſi poſſeſſio Beneficij ſit vacans, non tenetur executor aliquem citare, nec aſſumere partes iudicis, & ideo ab eo non poteſt appellari, Flores d.quæſt.4.numer.52. *Rot.in Aurien.parochialis de Pao* 17.*Aprilis* 1600.*coram Lancellotto quæ eſt* 179.*noniſ.Fanin.numer.*3.*& 4. vbi quod non eſt neceſſaria citatio non poſſidentium, nec comparentium pro ſuo intereſſe.* Quod procedet etiam ſtante
142 clauſula † vocatis vocandis, vt in illa Tudertina Parochial. de qua cap. ſeq.num.44. & etiam ſtante

clauſula

clausula citato. N. *nisi contra eum sit facta impetratio beneficij certo modo ob aliquem defectum suæ provisionis, quo casu ponitur illa clausula, nam tunc videtur debere citari, etiamsi non possideat, maximè quando collatio etiam committitur executori, nam cum impetratio fiat directè contra eum, videtur pars formalis, & facit dec. Alericus. attentatorum supra relata num.* 119. quæ videtur intelligenda quatenus ille possideat non aliàs. Si tamen

143 comparet legitimus contradictor † pro suo interesse & præiudicio, de quo tamen si negetur debebit in continenti summariè docere iuxta notata per Doct. in cap. veniens 2. de testibus Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 18. & Couar. pract. cap. 16. num. 1. debet eum aud.re & assumere partes iudicis, vt per citatos supr. nu. 110. maximè Felin. in d.c.fi. n. 27. Etiamsi compa-

144 reat post datum decretum, seu mandatum † possessionis, dum modo realiter non sit capta, nam dum non est capta, res videtur integra, cum non præcesserit sententia in contradictorio iudicio. Sed post captã

145 realiter † possessionem contradictor comparês deberet recurrere ad ordinarium, & coram eo contra possidentem agere, ad audiendum enim huiusmodi contradictorem, iam expirauit executoris potestas, cum sit noua actio, & nouum iudicium, quicquid sit quoad defendendum inductum, de quo dub. seq.

146 Decimò dubitatur, † quamdiu duret potestas dictorum executorum: quibus mandatur vt prouisum in possessionem beneficij inducant, & defendant inductum, &c. facientes eum ad Beneficium admitti sibique de fructibus integrè responderi, &c. de qua clausula vide Rebuff. in praxi in forma nouę prouisionis. verbo & defendant inductum, & in concordatis in forma mandati, verbo defendentes, & in rep.c. 2. de concessione Præbend. 19. 30. 31. clausula mandatorum.

147 In quo dicendum videtur, quod quamdiu † non est facta executio durat illa potestas, etiã post annũ à sententia lata contra intrusum, seu contradictorem cũ sit accessoria ad gratiam arg. ca. si super gratia, de offic. deleg. in 6. & quod inf. dicitur, nu. 313.

148 Non obstat tex. in c. quærenti de offic. deleg. † vbi delegatus Papæ non potest exequi suam sententiam, nisi vsque ad annum, quia loquitur de delegato ad causam principaliter, & diuersa est ratio in executore gratiæ, cuius potestas tanquam accessoria debet durare sicut ipsa gratia, ad reg. accessorium in 6. & sic videtur accipiẽdus Innoc. in c. pro illor. nu. 3. de Præb. & ibi Abb. nu. 10.

149 Data verò possessione non est finitum † eius officium. donec habeat fructus, Card. in Clem. si plures, nu. 2. de Præb. & Flores q. 4. nu. 60. nam aliàs gratia non est plenè executa, maximè cum in d. clausula expresse habeatur, quod faciant de fructib. responderi;

150 Quãuis si negentur fructus nõ † ratione tit. vel gratiæ, quæ impugnentur, sed ex alio capite, & ratione; vt quia prædia ex quibus proueniunt dicuntur non spectare ad Beneficium, seu aliquæ decimæ dicuntur ad illud non pertinere, executor non se intromittet, quia est quæstio omninò separata ab executione, Card. d. nu. 2. & ibi Bonif. nu. 63.

151 Difficultas est, quãdo prouisus semel † fuit inductus in possessionem plenè, quanto tẽpore duret potestas executoris, & effectus illius clausulæ ad illum defendendum si in possessione turbetur.

152 In qua communis opinio est secundum † Felin. in d.cap. quærenti ad fi. quod illa potestas durat vsq. ad annum à die possessionis per illum tex. quod eqã tenet Card. d. num. 2. & sequuntur Menoch. de retin. remed. 1. nu. 90. & Flores sup. videntur etiam tenere Bonif. d. nu. 63. & Puteus decis. 334. nu. 5. lib. 1. & decis. 18. lib. 2.

153 Alij dixerunt quod † durat ad instar potestatis conseruatoris, de qua in c. fi. de offic. deleg. in 6. vt refert Abb. in c. pro illor. de Præb. num. 11. & sic quod non claudatur anno.

154 At Io. Andr. in d.c. pro illorum, dicit, † quod audiuit Curiam tenere, quod si aliquamdiu inductus in possessionem pacificè possedit, expirat eius potestas, quod satis placet Abb. ibi, & Staph. de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clausul. §. significatio clausulæ inducentes, nu. 3. ne præiudicetur potestati ordinariæ arg. cap. adhæc de rescrip. & cap. peruenit. 11. qu. 1. & tenere videtur Innoc. sup. & Flores maximè stante Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. num. 62. 63. & 64.

155 & facit pro hac sententia text. † in cap. in literis de officio deleg. Nec obstat text. in d. cap. quærenti, quia procedit quando nondum fuit facta executio, si enim delegatus executus est sententiam suam, & aliquamdiu ille pacificè possedit expirat enim intra annum potestas delegati, quia annus non datur, nisi pro executione facienda, quamuis incontinenti ille molestetur, potest delegatus exercere officium suũ, quia non potest dici facta executio, ex quo in continenti est facta turbatio, ita Ioan. Andr. & Abb. nu. 6. & Fel. nu. 10. versic. 2. in d.c. quærenti, idem Abb. in d.c. pro illor. nu. 10. contra gl. ver. ad integr. in d.c. quærenti, & ibi Card. & in d.ca. pro illorum, & in d. Clem. si plures, nu. 3.

## *Quid debeant verificare d. executores §. II.*

### SVMMARIA.

*QVid debeant verificare prædicti executores literarum Apostolicarum, a nu.* 156.

*Et quid quoad executores literarum in forma gratiosa resoluitur non teneri aliquid verificare pro executione facienda, nisi alius sit in possessione beneficij, quem debet citare, vel alias compareat legitimus contradictor, tunc n. executor debet assumere partes iudicis, & impetrans verificare suam gratiam, & narrata in ea maximè parte opponente, etiamsi esset procedendum executiue, &c.*

*Impetrans tenetur verificare narrata in sua gratia, quæ mouerunt Papam ad conceden. vel ad facilius conceden. etiamsi non negentur & parte non opponente, nu.* 161.

*Impetrans parte non opponente, non tenetur verificare, nisi ea quorum falsitas vitiat gratiam, quia impetrans alias esset inhabilis, vel quia sunt fundamentum gratiæ, vel quia gratia fuit facta sub conditione, & ea quorum expressio monit ad conceden. vel ad facilius concedendum: parte vero opponente, tenetur verificare omnia narrata, etiam valorem Beneficij, & obtentorum narratum, & qualitatem Beneficij narratam, & diœcesim suam seu ciuitatem narratam, &c. & ita videntur intelligendæ quædam dicis. Rotæ, a num.* 162.

*Vbi narratur valor beneficiorum distinctè, & separatim, debet ita probari, & non in confuso, seu omnium simul, nu.* 165.

*In verificatione valoris obtentorum, qualis probatio etiam minor semiplena sufficit, a num.* 166. *Et Canonicatus & dignitas, non habentes fructus in absentia, possunt simul, siue cum*

alio poni in 24 licet alias ſolus ſoleat poni in 24.nu.168.

Impetrans tenetur verificare ætatem expreſſam,nu.169.etiã ſi ſalem inſtet pro abſolutoria,quando aduerſarius qui venit ex alio titul.illum alias inſtificauit,nu, 170. niſi ſecundus impetrans impetrauit certo modo,quia primus non expreſſerat veram ætatem,ſeu ob defectum ætatis legitimæ, nam tunc certo modo impetrans teneretur id probare plene, nu. 171.& ſeq.

Improbatur conſ,Menoc.dicentis,non eſſe ſurreptitiam gratiã in qua impetrans expreſſit,ſe tunc eſſe in 13.ætatis anno cũ ſolum eſſet in 12. quod non videtur verum maxime ſi illi deeſſent vltra ſex menſes, immo ætas abſolute narrata debet omnino verificari.nu.173 & ſeq.

Cui incumbat onus probandi ætatem(& idem eſt de legitimitate)quando de illa nõ eſt facta mentio in gratia,a n.175,reſoluitur quod ſi quis petit ſententiam canonizatoriã ſeu ad iudicatoriam Beneficij, & ex aduerſo negatur eum habere ætatem legitimã,ei incumbit onus probandi ætatem.ſi vero ex aduerſo non negatur,non tenebitur eam probare,&cet. & quando negatur ſufficiat ad eam probandam ſemiplena probatio,quæ ſufficit ad probandas habilitates, etiam narratas,& vbi Papa dicit impetrantem ab examinatoribus examinatum,& idoneum repertum fuiſſe,ex eo probantur eius habilitates ad beneficium requiſitæ,&c, & idem in tit. Ordinarij. Si vero quis inſtat pro abſolutoria indiſtinctè non tenetur probare ætatem non expreſſam,&c.

Quomodo probetur ætas remiſſiue,nu.186,& nu.187.& ſeq, ponuntur deciſ. Rotæ circa id.

In gratioſis omnia narrata ſunt verificanda,nu,189.& ſeqq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, Quamuis in reſcriptis ad lites ex pluribus narratis ſatis ſit vnum verificare, quod ſufficeret admouendum Principem,à nu.191.

Quod etiam procedit in materijs componendis,pro quibus ſoluitur compoſitio quantumuis magna,quia nihilominus remanent gratioſa, &c.nu.194.

Coadiutoriam impetranti narranti ætatem,& alia impedimẽta coadiuti,non ſufficit probare impedimentum ætatis tantum ex Rota,nu,195.

Improbatur conſilium Nauarri,quod diſpenſatione,ſeu priuilegio conceſſo ob plures cauſas,etiam copulatiuè narratas, quæ omnes non ſunt de iure neceſſariæ,ſatis eſt vt vna verificetur ſufficiens,nu. 196.

Quælibet expreſſio falſa vitiat gratiam,etiam quod aliàs eſſet Princeps conceſſurus,n.197.Saltem quãdo eſſet talis,qua inducere,aut mouere potuiſſet ad citius,ſeu facilius,concedendum,&c.n,198,Et ſeq.vbi ponitur reſolutio Rotæ.

Surreptio vitiat gratiam, nedum quando fuit cauſa inducti-ua,& finalis gratiæ ſed etiãſi fuit cauſa impulſiua vt quia Princeps alias conceſſiſſet,ſed non ita faciliter,n.200.Nõ ſolum in Beneficialibus, ſed etiam in cæteris omnibus gratijs contra aliquos,nu.201.

Caput.ſuper literis,de reſcrip.in 2.caſu loquitur in reſcriptis ad lites,nec habet locum in gratioſis,nu.202.

Improbatur conſilium Rebuf. 11. valere diſpenſationem vbi impetrans expreſſit ſe vtriuſque iuris Baccalaureum, licet non ſit niſi in altero, nu,203.& deciſ.Caſſad.7.de conceſ. Præb.nu.204.

Sufficiet impetrantẽ verificare de facto doleratum narratum, n.205.Nam regulariter ſufficit per narratiuam verificari de facto,& non de iure,n 206. Saltẽ vbi non agitur de perpetuo præiudicio,n.207.& ſeq.vbi ponitur reſolutio Rotæ.

Qualitas narrata tendens in præiudicium alicuius,etiam quod facilius non inducat ad concedendum,verificanda eſt, numero 209.

Gratia ſi nutri,de qua agunt relati,n. 210 quamuis ſit cõditionalis, & habeat duplicem conditionem,quod Beneficium vacet,& nutri ius cõpetat,& impetrans debet eam inſtificare,& verificare vtramq; conditionem, ſicut etiam eſt inſtificanda quoad litem narratam quam gratia ſupponit n. 212.& ſeq. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ,tamen quoad non ius alterius ſatis dicitur inſtificata ex eo, quod de tali iure in actis non conſtat,&c.nu.214.cum ſeq.vbi ponuntur reſolutiones Rotæ,& 216. deciſ.Rotæ.

Quod non procedit, quando aduerſarius nititur promiſſione Ordinarij, quæ non eſt inſtificanda, cum ordinarius prouideat Motu proprio,& Eccleſiæ,non perſonæ.& ſic negatiua nõ iuris,non inſtificatur ex inſpectione actorum, & conſequẽter impetrans gratiã,ſi neutri,debet aliunde probare, quod illi ius non competat,&c.nu.219.& ſeqn.vbi ponitur reſolutio Rotæ.

Habens gratiam ab Ordinario, non tenetur eam inſtificare, quia Ordinarius prouidet Motu proprio Eccleſijs,non perſonis.& cenſetur informatus de qualitatibus ſubditorum, à nu.221,vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.

Qualis probatio requiratur pro inſtificatione gratiæ, & verificatione narratorum, an plena & concludens,an ſemiplena ſufficiat,à num.224. Reſolutur quod narratiua ſuper qua principaliter fundatur gratia eſt plene probanda, vt narratiua reſeruationis, deuolutionis, non expreſſionis veri valoris,&c.pro verificatione vero narratiuæ, quæ nõ eſt principale fundamentum gratiæ, licet ſit cauſa motiua, ſeu impulſiua, & pari illius,ſufficit ſemiplena probatio, vt in narratiua valoris Doctoratus, vel alterius qualitatis, & adducuntur reſolutiones & deciſ. Rotæ, & doctrina Gonçalez.

Executor literarum in forma dignum, ſeu commiſſarius, tam primus quam ſecundus non tenetur inſtificare niſi illud, quod ſibi à Papa mandatur verificari nempe idoneitatem impetrantis, & cum gratia eſt per reſignationem in ſacris conſtituti,quod aliunde habeat,vnde commode viuere poſſit, num,231.

Quamuis communiter ſoleat fieri informatio ſuper verificatione omnium narratorum,nu,232.

Idoneus in propoſito quis dicatur,ſeu in quo conſiſtat idoneitas nu.233.Reſolnitur conſiſtere in legitimis natalibus,ordine ætate,moribus,& ſcientia,&c. & nu.234. ponuntur declarat.S. Cong.

Quomodo dictus executor debeat dictam idoneitatem,&c.n. 235.reſoluitur idoneitatem quoad literaturam verificandam eſſe per examen perſonæ, quoad alias vero qualitates, & quod aliunde viuere poſſit reſignans, per teſtes,ſeu aliàs probationes.

Ad parochiales in forma dignum,examinatores debent facere relationem & approbationem, non ſolum quoad literaturã ſed etiam quoad clericatum,legitimitatem,ætatem, mores, &c.a nu.236. & ponuntur declarat,S.Cong.

Inſtitutio Parochialis facta ab ordinario præſentato a patrono facta ſolo relatione ab examinatoribus quoad ſcientiam,& non quoad mores, &c. eſt nulla ex Rota, quamuis aliud diciſſet,a num.239.

In idoneitate probanda non requiritur citatio alicuius,aut vocatio partis,etiamſi adeſſet intruſus,vel contradictor,a numer.242.

Nec eſt neceſſarium ſuper idoneitate teſtes in forma recipere, ſed ſufficeret executorem extraindicialiter ſe informare, n. 244. Nec verbum ſi conſtiterit, includit citationem partis quando committitur executio de re vacante,& licet eã includat,ſi de re non vacãte committitur,& ſic cum adeſt intruſus, tamen intelligendum eſt reſpectu actuum indicialium, & quæ fiunt in forma iudicij, qualis non eſt examinatio,

*ratio, &c. a numero 245. & numer. 247. Adducitur resolutio Rotæ.*

*Delegatus cui Papa cõmittit, vt se diligẽter informet de validitate Ecclesiæ, & si reperierit in euidentem vtilitatem cedere alienationem confirmet, &c. satis est adhibeat cognitionem extraindicialem, absque citatione, & pro eo præsumitur, &c. nu. 248.*

*In d. dispensationibus quę committuntur ordinarijs, cum clausula, quod diligenter se informent, &c. non est necessarium testes in forma recipere, sed sufficiet extraindicialiter se informare, num. 249. & quædam declaratio S. Congreg. quæ ait requiri citationem, intelligitur quando est aduersarius num. 250.*

*Si per testes præsentatos probaretur idoneitas impetrantis seu veritas precum dispensationis, ipsi tamen executori contrarium constaret, non licèret exequi commissionem, &c. nu. 251. & semper expediret, quod in huiusmodi verificationibus examinarentur ex officio aliqui testes, qui rem melius scire possent, &c. nu. 252.*

*An si semel examinatus, non reperiatur idoneus, possit iterum examinari, & illi tunc reperto idoneo Beneficium conferri? a n. 253. Resoluitur negatiue, maxime in parochialibus nã in alijs Beneficijs probabile videtur posse, quamuis, quoad congruam resignantis, sufficiat quandocumque de illa constare, quamdiu res est integra, &c. Cauendum tamen erit in resignatione ne incidant in constitutionẽ Gregorij XIII. de publicandis, &c. nu. 257.*

*An si impetrans sit re vera idoneus, non tamen sit per executorem verificatum, teneat collatio? numero 258. Resoluitur quod non, nam est conditio, non existentia, sed cognitionis.*

*An si impetrans sit idoneus, & per executorem sciatur, possit ad executionem procedere, absque alia verificatione seu informatione, a nu. 259.*

*Resoluitur, quod non: alias promissio erit nulla propter defectum formæ, & conditionis de limitato modo scientię, quam important illa verba, si repereris idoneum, sicut clausula, si est ita.*

*Quod procedit etiamsi de idoneitate notorie constet, nam quãdo examinatio est de forma, prętermitti non potest. quãuis cũq. examinandus sit notus, præsertim in Parochialibus in forma dignum contra aliquos, à nu. 264.*

*Si executor cui committitur collatio beneficij simplicis in forma dignum, committit examen alicui, qui dat illi schedulã approbationis absq. examine, quia ei sibi nota sufficientia, an censeatur seruata forma examinis, & valeat collatio. n. 269. Resoluitur quod sic licet tutius sit, quod fiat examen aliquod pro forma.*

*An si dictus executor fecerit examinationem, & putans ipsũ idoneum, cum non esset, contulit beneficium, collatio valeat? a nu. 270. Resoluitur quod sic, quod tamen secus esset in dispensationibus commissis Ordinario; & quoad congruã resignantis.*

*Si per examinationem factam, seu alias executor intelligeret, seu intelligere deberet eum non esse idoneum, & nihilominus conferret, collatio non valeret, nu. 274. In Parochialibus debet executor impetranti conferre, & collatio erit nulla si examinatores illum approbent, quamuis ipse eum nõ putet idoneum. nu. 275.*

*An sit necessarium constare, quod resignans tempore resignationis: & data alunde habeat congruam, an vero sufficiat quod eam habeat tempore executionis gratiæ? a n. 276. resoluitur satis esse quod de ea constet tempore executionis. cũ verba, si tibi constiterit, sint futuri temporis, & qualitas adiuncta verbo debeat intelligi iuxta tempus verbi, & sic limitatur reg. quod surreptio consideratur respectu datæ, & adducitur decis. Rotæ, & si tempore executionis resignans esset mortuus, non esset opus eius congruam verificare, nu. 280. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

*Si executor, quia sibi non constitit de congrua, pronuntiauit nõ esse locum executioni literarum, non erit locus appellationi nec sufficiet in gradu appellationis constare, nu. 281.*

*Cum resignatio est expedita in forma gratiosa, tunc clausula seu narratiua de congrua, debet esse vera tempore datæ, ex d. reg. nu. 282.*

*In dispensationibus matrimonialibus quæ committuntur ordinarijs sufficit narrata esse vera & verificari tempore executionis commissionis, licet tempore datæ non essent vera contra aliquos, quamuis secus sit in dispensatione in forma gratiosa, a nu. 283.*

*In dispensationibus cum copula, in quibus impetrantes narrant copulam præcessisse, & quod nisi matrimonium inter eos contraheretur ipsa diffamata remaneret, &c. Si ista non essent vera tempore impetrationis. sed postea consulto copulã habuissent, vel alias infamiam procurassent, dispensatio nõ valeret, & sic procedet sententia aliquorum, numer. 287. & sequen.*

*Non sufficiet causam narratam fuisse veram tempore impetrationis, & relationis factæ Papæ. si, tempore executionis deficiat, etiamsi non sit vera, quamuis dispensatio facta, & ma imefortita effectum non vitietur. etiamsi postea causa deficiat, &c. a nu. 289.*

*Dispensatio ob paupertatem, seu dotem minus competentẽ non vitiatur, si postquam ordinarius dispensauit mulier facta esset diues, etiamsi nondum matrimonium esset contractum, nu. 291. Etiamsi tempore dispensationis haberet spem quasi certam successionis, vel applicationis bonorum, si non est legitima necessario sibi debita, nu. 292.*

*Narratiua & clausula quod resignans habet alunde, vna cũ pensione sibi reseruata, vnde viuere possit, verificatur sufficienter si ex pensione illa habeat vnde viuere possit, licet nõ verificetur, quod habeat etiam alunde, a 293. Et quamuis in literis dicatur dummodo alunde habeat vnde viuere possit, non excluditur, quin pensio sit in congrua computãda. nu. 294.*

*Admonetur lector quod in hac materia de executione & verificatione literarum caueat a Flores Mena, nu. 295.*

156 VNdecimo dubitatur, † quid debeãt verificare prædicti executores literarum Apostolicarum? Et quoad executores literarum in forma gra-
157 tiosa, dicendum est non teneri † aliquid verificare pro executione facienda, nam ad capiendam possessionem probatio nequaquam requiritur, Flaminius Parisius de resignatione Benefic. lib. 10. quæst. 3. numero 53. qui ait esse communem, & receptam doctorum sententiam in stilo obseruatam, namque videmus resignatarios capere possessionem Beneficij resignati in curia, vel extra, absque verificatione narratorum.

158 Quamuis cõtrarium † velit Zerola in praxi Episcopali, 1. p. verb. executor Apostolicus. §. 2. dicens executorẽ teneri se informare de omnibus expressis in literis, & ex officio debere facere, quod impetrãs probet narrata coram eo, sicut practicatur in dispensationibus matrimonialibus. Sed iste author omnia confundit, in dispensationibus enim est diuersa ratio, nam ponitur in eis ista conditio, & forma, vt de veritate precũ se informet, &c. vt in clausula supposita. nu. 109. quod executori literarum beneficia-

lium in forma gratioſa non iniungitur.

159 Id tamen procedit, niſi † alius ſit in poſſeſſione Beneficij, quem debet citare, vel alias compareat legitimus cõtradictor, tunc enim, vt dictum eſt dubio 9. executor tenetur aſſumere partes iudicis, & impetrans verificare ſuam gratiam, & narrata in ea, maximè parte opponẽte, quia ſunt pars illius, & ſub intelligitur clauſula, ſi preces veritate nitantur, c. 2. de reſcrip. exceptis ijs, quæ ante præſumuntur Ioan. And. & alij in c. 1. de lits conteſtat. in 6. Imola in c. ſuper literis n. 19. de reſcr. Abb. in c. cõſtitutus, nu. 4. & Felin. nu. 1. eod. tit. & in c. fin. de præſump. Mill. in rep. verb. gratia ſi dicitur Aym. conſ. 104. nu. 3. Rebuff. ad leges Gallicas. 2. tom. tit. de reſcript. in præfat. nu. 56. Maud. de ætate minori, q. 28. nu. 2. Naua. in c. ſi quando, de reſcrip. excep. 8. num. 4. Maſcar. de probat. conc. 1128. aliàs 1123. & 1126. Fla. Pariſ. de reſignatione, l. 10. q. 3. ex nu. 1. & part cularius. nu. 50. Zecch. de benef. & penſio. c. 9. nu. 3. verſ. prouiſus quoq; & c. 13. nu. 4. verſ. reſignatarius præterea, Puteus dec. 300. nu. 2. l. 2. Caputaqu. 39. p. 2. Cęſar. de Graſſis dec. 48. 58. & 66. & Rota dec. 412. & 534. in princ. p. 1. diuerſ. Etiamſi eſſet procedendum executiue, Cæſar de Graſſis d. dec. 58. num. 4. & deciſ. Rot. 356. nouiſ. Farin. vt dictum eſt ſup. 1. p. c. 5. ex nu. 442. quanto magis cum tunc ſit via ordinaria. *ſaltem quã do poſſeſſor coram executore produxit titulum coloratum*, iuxta ſupradicta d. dub. 9. nu. 139. & eſt deciſio in vna Spoletana Canonicatus 19. Iun. 1600. corã D. meo

160 Corduba, quæ ſic ſe habet. fuit † reſolutum ſententiam Vicarij nonolle exequendam, quia non apparebat de bono iure Baſilij, ſine quo non datur executio iuxta ſtilum Rotæ, Cæſar de Graſſis dec. 1. n. 6. de appellatio. & fuit dictũ corã bonæ memoriæ Orio Ien. in vna Romana Gran. 17. Decem. 1574. immo de iniuſtitia ſententia ſatis conſtabat cum eius gratia non fuerit iuſtificata coram dicto Vicario iudice executore quo caſu ſententia redditur notoriè iniuſta, & ſurreptitia, Caputaquen. deciſ. 415. p. 2. & deciſ. 229. nu. 2. p. 3. & fuit dictum coram D. Pamphilio, in vna Cæſarauguſtana penſionis 20. Decembr. 1591. & coram me in Ferrarien. Parochialis 1. Apri. 1596. vnde potius videbatur apparere de læſione ad effectum reſtitutionis.

161 Quinimmo impetrãs tenetur verificare † narrata in ſua gratia, quę mouerunt Papam ad concedendum, vel ad facilius concedendum, etiamſi non negentur, & parte non opponente ex ratione dicta, quia ſunt pars ſuæ gratiæ. Aegidius deciſ. 303. Rotalio vna Feſulana præceptoriæ 27. Ianuarij 1563. coram D. Robuſterio intra relata, nu. 215. & in Salmantina penſionis 18. April. 1572. coram D. Lancellotto, & in Cęſarauguſtana penſionis, 20. Decẽbris 1591. coram Domino Pamphilio ſupr. adductis part. 1. cap. 5. nu. 443. 448. & in Ferrarien. Parochialis, 1. Aprilis 1596. ſupra relata nu. 123. & in Agrigentina Beneficij 12. Nouemb. 1601. ſupra adducta. nu. 130. *& quamuis in vna Legion. de negationis poſſeſſionis 26. Mar. 1503. coram Illuſtriſſ. Blanch. fuerit firmatum per Rotam, quod narrata in gratia ſunt iuſtificanda, etiamſi procedatur executiue, & nullus adſit contradictor. Tamen contra iſtam deciſ poſtea tenuit Rota in cauſa Pacen. puritatis Canonicatus 11. Decembr. 1609. coram D. Muncn. dicens, illam regulam non procedere poſſeſſione vacante, & non exhibito aliquo titulo in contrarium, vt fuit reſolutum in Pamen. prioratus 23. Iun. 1598. coram Illuſtriſſ. Mantica, & in Oritana Archipresbyt. 2. Decem. 1589. coram D. Orano, & quando regula ſit vera, etiam eſſe verum narrationem fuiſſe verificatam in illo caſu per executorem qui tanquam quorus potuit extrajudicialiter ſe informare, cum alias non potuiſſet deueniri ad emiſſionem decernendam, Rot. dec. 7. verſ. quia ſatis, de offic. deleg. in antiq. præſumitur enim pro tali executore, & ſatis eſt quod habuerit gratiam pro iuſtificata, ad hoc vt illa dicatur iuſtificata, vt etiam fuit reſolutũ in Hiſpal. Canon. 10. Apr. 1606. coram D. Ludon. & in Vercell. coadiutoria 23. Ian. 1608. coram D. Lancell. & in Capuana optionis 23. Mar. 1609. coram eodem ſupra adducta 4. p. c. 4. dub. 20. & fuit confirmatum in eadem Pacen. 30. Apr. 1610. coram eodẽ D. Mancanedo, in qua etiam d. dec. 2. Dec. & iſta 30. Apr. fuit reſolutum, quod licet capitulũ ſint legitimus contradictor quod articulum puritatis ſanguinis, in quo debeat executor aſſumere partes iudicis, & citare & audire capitulũ, & deferre appellationi, prout fecit tamen quoad iuſtificationem gratiæ, & reſpectu illius non eſt legitimus contradictor, cum nec habeat ſimilem titulum, Arobed. dec. 3. vt lite pendente, nec ſit in poſſeſſione Canonicatus, ad tradita per Innoc. in c. mandatum n. 5. de reſcr. & fuit reſolutum ind. Hiſpal. Canonicatus 27. Iun. 1605. coram eodem D. Ludon. & etiam 10. Ian. eiuſdem anni, & d. die 10. Apr. 1606. & ind. Vercellen. coadiutoriæ, nec excitatione & admiſſione capituli executor deſijt eſſe merus reſpectu iuſtificationis gratiæ, vt fuit dictum in eadem Vercellen. per conſ. Auchar. 224. n. 2. & ad d. deciſ. Legionen. vbi etiã fuit dictum, quod capitulum poteſt opponere de gratia non iuſtificata reſpondetur, in d. Pacen. in ea non ex propoſito fuiſſe diſputatum articulum, an capitulum ſit legitimus oppoſitor de gratia iuſtificata, prout fuit in dictis deciſionibus Hiſpalen. & Vercellen. &c.*

*Vnde in d. Hiſpal. 23. Iun. fuit dictum, quod licet aliquando excuſetur capitulum contradicendo & opponendo ſe executioni, & non tradendo poſſeſſionem, vt in Seguntina Archidiac. & Canon. 21. Maij 1601 coram D. Lancelotto, & 23. Martij eiuſdem anni, vt in deciſ. 636. Farin. Ibi tamen nulla fuberat cauſa legitima propter quã poſſet capitulum recuſare, ibidem, &c. Rurſus poſſeſſione, vacatione: nec comparente legitimo contradictore non tenetur etiam executor extraiudicialiter ſe informare de iuſtificatione gratiæ, & verificatione narratiuæ, ſed abſque illa informatione & iuſtificatione, ſtatim mittere prouiſum in poſſeſſionem, & vare, vera præſumuntur, vt ſupra diximus, nu. 157. & 158. quã quotient Rota in d. dec. Hiſpalen. Vercellen. Capuana, & Pacen.*

162 Sed offert ſe difficultas circa prædicta, & † circa illam deciſ. Salamantinam, & Agrigentinam quatenus dicunt, quod tenetur verificare omnia narrata, parte opponente, parte vero non opponente, tenetur verificare ea ſolum quorum falſitas vitiat gratiam, vel quorum expreſſio facilius mouit Papam ad concedendum, quæ differentia non videtur apta, nam etiam parte opponente non tenetur quis verificare, niſi ea quorum falſitas vitiat gratiã, vel quorum expreſſio facilius mouit Papam ad concedendum, alia enim ſunt impertinentia, vt patet nec falſa expreſſio quæ non mouit ad facilius concedendum vitiat gratiam, Rota deciſ. 4. & 70. de reſcriptione in antiquis Aegidius deciſ. 4. Caputaquen. deciſ. 310. num. 5. part. 1. & Rota deciſione 531. p. 1. diuerſorum.

163 In qua difficultate videtur dicendum † quod impetrans

per transparentem non opponente, non tenetur verificare, nisi ea quorum falsitas vitiat gratiam, quia alias impetrans esset inhabilis, vt clericatum expressum, vel dispensationem (vt in terminis dictæ decis. Salamantinæ, nam impetrans narrauit se militem. S. Io. Hierosolimitani, vt in decisio. 47. Cæsaris de Grassis eiusdem causæ) vel quia sunt fundamentum gratiæ, vt reseruationem, vel deuolutionem narratam, vel quia gratia fuit facta sub conditione, vt in pensione dummodo remaneant cētum pro rectore, seu dummodo dimidiam partem non excedat, vel quia alias Papa omnino non concessisset, & etiam ea, quorum expressio mouit Papam ad facil us concedendum, licet alias concessisset, vt Doctoratum, seu Baccalaureatum, familiaritatem, &c. vt in d. decisione Ægidij. 303. *quam sequitur mand. reg. 16. Caucell. q. 20. nu. 6. post Paris. cons. 49. num. 31. vol. 4. adeo vt narranti se Doctorem non sufficit esse licitum, & id verificare, glos. in rep. 15. Cancell. vers. dico tamen.* parte vero opponente tenetur verificare omnia narrata, id est non solum dicta, sed etiam valorem Beneficij, & obtentorum narratum, quem non tenetur probare nisi opponatur, seu negetur, vt in decis. 64. de concess. Prębendæ in antiq. & collector decisio. 20. de Prębend. in nouis (quamuis contradicat Rota ibi,) Puteus decisione 24. n. 1. Felin. in c. ad nostrum, de rescrip. nu. 4. vers. fallit 3. Selua de Bene. 3. p. quæst. 12. 2. qualitate, sub n. 2. Mascardus concl. 886. n. 10. & 887. nu. 10. & 888. nu. 8. & d. concl. 1226. nu. 4 & Flam. Paris. d. lib. 10. q. 1. n. 40. Et qualitatem Beneficij narratam, vt quod requirit residentiam, dioecesim suam, seu ciuitatem narratam quam tenebitur probare, si opponatur, alias non, nisi narrauerit se esse ex dioecesi vbi impetrat Beneficium, de quo infra. 7. p. cap. 9. Et ita videtur intelligenda d. decisa Salamantina & Agrigentina.

164 Pro qua intelligentia, † & explicatione facit, quod tradit Sallustius Tiberius in practica Auditoris Camerę libro 2. capit. 1. numero 8. & 9. ex consilio Dominorum Abbreuiatorum de maiori parco visis, & obseruatum, quod quando literæ pensionis habent clausulam dummodo pensio huiusmodi, & aliæ forsan assignatæ medietatem fructuum non excedant, agens ad pensionem, etiam titulario non opponente, necessario incumbit onus verificandi pensionem unius singulis, medietatem fructuum detractis, etiam omnibus pro Ecclesiæ seruitio necessarijs, non excedere; quando autem literæ habent clausulam, quorum fructuum medietatem ipsa pensio, vt asserit, non excedit, si de fructuum valore à titulario opponatur probandi valorem onus pariter ad agentem spectat.

165 Et vbi narratur valor † Beneficiorum distincte, & separatim debet ita probari, & non in confuso, seu omnium simul, verbi gratia, narratur quod vnum non excedit centum, & aliud 24. non sufficit probare in confuso, quod ambo non excedant 124. sed est necessaria probatio distincta iuxta narrata, scilicet, quod vnum non excedit centum, & aliud 24. & fuit consideratum in Oppiden. pensionis 3. Iunij 1585. coram D. Pamphilio, & fuit dictum in vna Lamacen. Beneficij 12. Febr. 1598. coram D. meo Cordoba, circa verificationem valoris obtentorum. Licet alias in ea aliquando probatio etiam minor semiplena sufficiat. Ægidius decisione 674.

166 † & 683. vt ibi etiam dictum est, & in pluribus alijs causis, & particulariter in vna Virdunen. Canonicatus coram D. Pamphilio, 13. Ian. 1595. † vbi

167 ☞ fuit resolutum. Quod ad probationem valoris obtentorum aliqualis probatio, etiam per duos testes de auditu sufficit, etiamsi non percurrant tempus gratiæ, & testes examinati coram Auditore Camerę, tanquam executore literarum super valore faciunt fidem in Rota ad canonizationem gratiæ, Rota diuersorum 2. p. decis. 35. Et ibi etiam fuit resolu-

168 tum, † nihil referre quod Canonicatus, qui non habet fructus, nisi residendo exprimatur in 24. ducatis simul cum alio, licet alias solus exprimi soleat in 24. Et sic Canonicatus & dignitas non habentes fructus in absentia possunt simul poni in 24. conducit consil. Nauarr. 10. de rescrip. quod impetratio plurium Beneficiorum, quorum nullum excedit valorem 24, non est nulla, eo quod eorum valor simul exprimatur non excedere 24. &c.

169 Cum ergo impetrans teneatur verificare † narrata in sua gratia, vt dictum est, tenetur verificare ætatem expressam. Puteus decis. 187. & 202. l. 1. & 377. lib. 3. Caputaquens. decisio. 128. 129. 130. 131. 311. 312. & 315. par. 1. vbi de ætate in coadiutoria narrata, & Flamin. Paris. d. l. 10. quæstio. 3. num. 36. & 37.

171 Etiamsi solum instet pro † absolutoria, quando aduersarius qui venit ex alio tit. illum alias iustificauit, Puteus, d. decis. 300. l. 1. Mandos. de ætate minoris, quæst. 28. nam vt dictum est sup. præceden. parte, capit. 3. dub. 14 à nu. 189. Si actor iustificauit gratiam suam, reus excipiens tenetur suam quoque iustifica-

171 re Nisi † secūdus impetrans impetrauerit certo modo, quia primus non expresserat verum ætatem, seu ob defectum ætatis legitimæ, nam tunc certo modo impetrans teneretur probare illum non fuisse in illa ætate, tanquam fundamentum suæ gratiæ, & Put. & Mandos. vbi proxime. Et teneretur id probare plene

172 ad † decis. Hispalen. portionis 20. Iunij 1594. supra adductam præcedent. par. c. 4. n. 37. & d. infra à nu. 225. & nu. 230.

173 Vnde cons. Menoc. 316. l. 4. † vbi ait non esse surreptitiam gratiam, & prouisionem Beneficij, in qua impetrans expressit se tunc esse in 13. suæ ætatis anno cum solem esset in 12. non videtur verum maxime si ad 13. ætatis annum illi deerant vltra sex menses ad dicta infra 11. p. cap. 3. à nu. 48. Quinimmo vi-

174 detur † quod cum certa ætas absolute narratur sine dictione, vel circa, de qua ibi debet omnino verificari, narratiua enim videtur in diuidua ratione formæ, sicut de sententia dicitur. Rota decis. 221. par. 2. diuersorum.

175 Sed obiter est difficultas, † cui incumbat onus probandi ætatem, & idem est de legitimitate, quando de illa non est facta mentio in gratia.

176 In qua difficultate distinguendum est, † quod aut quis petit sententiam canonizatoriam sui tit. seu adiudicatoriam Beneficij, & ex aduerso negatur eum habere ætatem legitimam ad talem Beneficium, & tunc canonizatoriam, seu adiudicatoriam petenti incumbit onus probandi ætatem, tanquam fundamentum suæ intentionis, cum id petat, tanquam habilis. Bald. in cap. in præsentia de probat. num. 34. & ibidem Felin. numer. 28. Mandos. regul. 18. quæst. 3. num. 4. Rota decis. 1. de præsumpt. in antiq. quæ ait, quod non præsumuntur quis legitimus adhoc vt ad-

iudice-

iudicetur Beneficium ſibi, niſi probetur &c. Quod etiam inquit add.deciſi 19.de reſtitutio.ſpoliator. in nouis,deciſ.Aegid.76.quę ait, quod impetrãs Prioratum Monachalem, ad quem requiritur profeſſio expreſſa,illam,ſi negetur, probare tenetur, Caputaquen.deciſ.308.nu.2.p.1.vbi ait, quod agẽs vt filius
177 patrimonialis debet ſe probare talẽ, &c. & deciſ. † Ant. Aug.1162. & 1163. l.3.p.3. diuerſ. Si vero ex aduerſo non negatur non tenebitur eam probare cum de ea nõ ſit facta mentio in gratia, vt colligitur ex d.deciſ.76. Aegid.& d.deciſione 1162. Antonius Auguſtinus.

178 Quãuis vbi agitur de † executione gratiæ,in forma dignum, teneatur executor ex officio inquirere habilitates ad Benef.requiſitas,vt infra dicetur à nu. 231.ſicut qui habet confirmare, vel inſtituere, cap. cum nouis de electione Francus in regul. infamibus l.6.ſub nu.4.& Felin.in d.cap. in præſentia nu.28. & Lambert.de iure patron.2.p.2.lib.quæſt.6.art.vlt.& q.8.art.11.& 13.

179 Et quando negatur,ſufficiet † ad eam probandã ſemiplena probatio,Rota d.deciſ.1163. Put.d.deciſ. 202.vbi quod ad canonizationem gratię ætas narrata ex coniecturis probatur, quamuis plenam videatur requirere d.deciſ.1162. Ad probandas enim habilitates etiam narratas ſufficit ſemiplena probatio Aegid.d.deciſ.76.ad fin.& 113.& 114.Caputaq.de-
180 ciſ.277.p.1. Mandoſ.reg.18. q.11.ante nu.10. & † Zerola in praxi Epiſcopali.2.p.verb. clericus. §.2. & Rota in Salamantina Capellaniæ del Voto 20. Nouemb.1592.& in Legionen.præſtimoniorũ 19. Nouem.eiuſdem anni coram D.Pamphilio infra adductis c.4.ſeq.& in Calagurritana Beneficij de Ariola 16.Nouemb.1591. infra adducta 11.p.c.1.nu.71.& in Toletana parochial. de Alcaudete 10. Maij 1596. infra adducta 9.p.c.2.nu.341. & in Ciuitaten. Scholaſtriæ,& Canonicatus 24.Mar.1597. infra adducta nu.187.& in Colonien.Canonicatus 10. Maij 1602. infra adducta 10.p.cap.1.num.fin.contra & alias ſæpe,& dicetur infra à num.235.

181 Et vbi Papa in literis dicit impetrantẽ † ab examinatoribus examinatum, & idoneum repertum fuiſſe, vt in literis in forma gratioſa, dici ſolet, ex eo probantur eius habilitates ad beneficium requiſitæ donec contrarium probetur, vt in illa deciſio. Bononienſ. Canonicatus de anno 1591. de qua infra. 7. p.cap.1.nu.167. & in Burgen. Abbatiæ de Foncea, de menſe Mart.1592.coram D.Gipſio,& in Nucerina beneficiorum 30. Octobris 1592. ſupra adducta nu.187.& in Curçolen.Canonicatus 22. Mar.1602. coram D.Corduba,& d.Colonien. 20. Maij eiuſdem anni cõram D.Pamphilio, *& in Calagurritana de Ollauarii* 15. *Decemb.*1604.*coram D.Penia*, *& nouiſſime in Placentina beneficiorum* 23. *Mart.*1609.*coram D. Pamphilio iuniore*, & in alijs cauſis, quod tamen ſolum videtur intelligendum de habilitatibus ad beneficium neceſſarijs, & requiſitis, non vero de alijs in gratia narratis, quę erunt alias probandæ per impetrantem.

182 Et idem erit in tit. † ſeu collatione Ordinarij dicentis illũ examinatum,& approbatum,ad quod facit deciſio in cauſa Bononienſ. Decanatus de anno
183 1587.coram † D.Rubeis,quę ſic ait, reſolutũ fuit, ☞ quod ſi poſſeſſio Marcelli non eſt attentata, onus probandi incumbit Æmilio, & materia non habet difficultatem, cum Aemilius adhuc non iuſtificauerit ius ſuum; ſi vero eſſet attentata, tunc licet onus probandi incumberet Marcelli; tamen dicendum dicebant ſatis eſſe probatum clericatum Marcelli nõ ſolum ex iuris præſumptione, ſed etiam ex eo quod fuit præſentatus tanquam clericus,& coram examinatoribus, fuit oppoſitum quod non erat clericus, nihilominus examinatores approbauerunt Marcellum tanquam habilem, & idoneum non obſtante iſta oppoſitione, & ita comprehenditur clericatus. Sed vide circa hoc d.infra à nu.221.

184 Aut quis inſtat pro abſolutoria tãtum † à petitis & tunc indiſtincte non tenetur probare ætatem, in ſua gratia non expreſſam, etiamſi ex aduerſo negetur, nam ex quo non fuit de ea mentio in gratia, præſumitur habilis ad iſtum effectum & dicenti, ſeu opponenti eum non habere ætatem legitimam incumbit onus probandi, Rebuff.in praxi tit. requiſita ad collationem bonam num.39.& in repet. cap. extirpandæ.§.qui vero,de præb.2.notab. verſ.ſi vultis. Maſcat.concluſ.667.nu.6. & 8.optime Mandoſ. d.reg.18.q.3.nu.4.& ſeq.vbi ait dominos de Rota in vna Ciuitatenſ.paroch. de Aldealba de anno 1548. indiſtincte tenuiſſe, & concluſiſſe, quod poſſeſſor petens abſolutoriam tantum non teneatur probare ætatem,& in cauſa Hiſpalenſ. canonicatus inter Rodericum Luxero ſuum clientem, & Didacum Vazquez, qui dabat de dict.regula 18.de ætate,dato dubio cui incumberet onus probandi ætatem, reſolutum fuiſſe quod onus probandi minorem ętatẽ incũberet Didaco Vazquez,quia dabat de regula; vnde debebat docere ſe eſſe in caſu regulę,& quia nõ fuerat facta mentio in gratia Roderici, vnde præſumebatur habilis, ſecus ſi feciſſet mentionem de ætate, quia tunc teneretur probare narrata, vt diſtinguit Ioan. Andr. in reg.infamibus vbi Francus numer.4. & inter alia allegaſſe pro ſuo clientę conſil. Calderini 5. de probatio. & Pauli de Caſtro.447. alias 438. hæc Mandoſ.& facit alias deciſ.Pure.366.l.1.

185 Facit ad prędicta † communis opinio quæ habet quod fundans ſe ſuper ætate minori, vel maiori, debet illam probare. Felin. in d.c. in præſentia de probatio.nu.28. Alciat.de præſumpt.reg.2. præſump.14. Mandoſ. d. quæſt.3.num.3. de ætate minori quæſt. 1.& conſil.17.Pechius in reg. beneficium l.6.nu.27. Duennas reg.258.& Maſcard.d.concluſ.667. ex nu. 1. & *concl.*313.*nu.*94.Pacianus de probat.l.2.c.24. nu.4.& 14.Menoch.præſump.50.l.2. *Pacific. de Saluianno interd.ſpecif.*4.c.3.nu.44.

186 Et quomodo probetur ætas, vide per † Bart.in l. de ætate ff. de minor. 2.quæſt. & per Mandoſium d. reg.18.quæſt.4.cum ſeq. & de ætate minori. quæſt. 3.& conſ.54.num.61 Caldas Pereira in l. ſi curatorẽ habens,verb.minoribus ex num.12.Maſcar.concluſ. 666.& 668. cum ſeq. vſque ad 680. Sforziam de reſtitutione in integrum part.1.quæſt.37. Menoc.dict. præſump.50.& 51.l.2.Pacian.d.cap.24. Flam. Pariſium d.l.10.quæſt.3.num.38. Zerolã in praxi Epiſcopali 2.part.verbo ætas.§.1. *Tuſch.a concl.*340. *ad.*344. *lit. E. pariſ. ſupra num.*42.*Gratian. diſcept. forenſ.*c.155. *&* 163.*a num.*5.Caputaquen. deciſio. 131.312.314. & 315.part.1.& optimam deciſionem in cauſa Ciuitaten. Scholaſtriæ, & Canonicatus 24.Martij 1597.
187 coram † Domino Pamphilio quæ ſic ſe habet: fuit ☞ concorditer per omnes Dominos reſolutum gratiã

Ioannis

Ioannis de Maturana esse iustificatam, nam quod sit oriundus ex diœcesi Calagurritana, præsens in Curia presbyter, & magister in Theologia probant testes, qui etiam dicunt vidisset, illum celebrare missam, & vidisse priuilegium doctoratus, & super omnibus deponunt de communi reputatione, & publica voce & fama, qua contentatur Rota in probandis habilitatibus impetrantis, Rota in antiquis decis. 8. de causa possess. & dec. 14. de probatio. Aegid. decis. 114. Mohed. 128. in fin. Guidobonus decisione 141. Caputaq. decis. 277. par. 1. in impressis, vltra quod Papa in sua gratia attestatur illum fuisse examinatum ab examinatorib. deputatis in vrbe, & repertum idoneum, quod ad hunc effectum fuit alias ponderatum in causa Burgens. Abbatiæ de Fonces de mense Martij 1592. coram Dom. meo Gipsio, & alias sæpius, quod in Ecclesia Ciuitaten. Scholastria sit dignitas, non tamen maior post Pontificalem, & solita teneri per vnum ipsius Ecclesiæ Canonicum vna cum Canonicatu absque dispensatione Apostolica, probant ijdem testes, qui etiam ex publica voce, & fama dicunt illorum fructus non excedere valorem, qui expressus fuit, ducatorum mille & septuaginta auri de camera Aegid. decis. 675. Mohed. decis. 148. Puteus decis. 29. l. 1. Caputa. d. decis. 277. n. 8. quod Maturana obtineat Canonicatum Ecclesiæ de Victoria non eget iustificatione, stante decreto dimittendi, iuxta decisionem Rotæ. 20. de Præbend. in nouis Mohed. decis. 271. alias 14. eodem tit. vltra quod testes id probant qui etiam deponunt, quod obtinet beneficium simplex S. Martini in Ecclesia de Maturana, & aliud simplex in de Echauarri, quorum omnium fructus non excedunt valorem 124. ducatorum, qui respectu obtentorum sufficit quod taliter qualiter probetur Aegid. decis. 674. etiam minus quam semiplene, vt de vno teste de fama cum adminiculo tradit idem Aegidius decis. 683. & sæpius fuit decisum, quod Scholastria, & Canonicatus vacauerint per obitum Andreæ de Tamayo extra Rom. Curiam de mense Iunij. 1594. similiter probatur ex testibus de publica voce, & fama, quæ sufficit ad iustifican. vacationem narratam. Bartholus in li. 2. §. fi dubitetur. ff. quemadmodum testamenta aperiantur Felin. in cap. quin frequenter. §. fi in fi. vt lite non contestata Mohed. decis. 77. Put. decis. 266. lib. 3. Thom. de Thanis decisione 75. quod autem vacatio adhuc duraret, non obstante collatione Ordinarij facta Didaco de Saluatierra. propter eius incapacitatem ob defectum ætatis requisitæ à Concilio ad obtinendam dignitatem in Ecclesia Cathedrali, probant testes, qui bene concludunt, Didacum de anno quo sibi fuit collata Scholastria, fuisse minorem 22. annorum, & isti testes bonam afferunt rationem sui dicti quia aliqui deponunt de eius natiuitate in loco Alcarça, vbi vxor ipsius testis aliquoties lactauit Didacum, qui erat minor Mariana filia ipsius testis quæ de tempore examinis non excedebat 19. annos. quod etiam asserit ipsamet vxor quæ lactauit, & isti verisimiliter non possunt ignorare ætatem sui filij Bald. in consil. 219. testes, sub numero 3. lib. 4. Sebast. Sapia in l. de ætate num. 20. ff. de minoribus aliqui vero deponunt Didacum natũ fuisse post quinque sorores suas & immediate post Melchiorem vltimam, quam Didacus pater quando venit ad habitãdum in loco de Alcarça vbi postea natus fuit Didacus Iunior secum duxerat, quam Melchiorem adhuc viuentem, vt testes dicunt cõstat ex serie natiuitatis sororum Didaci natam fuisse sub die 6. Ianuarij, 1577. vt patet ex libro Baptismi Ecclesiæ de Victoria in qua prædictæ sorores fuerunt baptizatæ qui fuit semper in bona custodia, & probat ætatem Felin. in cap. cum causam, sub num. 2. in fine de probatione. Mandos. super regula 18. quæst. 10. per totam. Caputaquen. decisione 314. num. 1. p. 1. & fuit resolutum coram bonæ memor. D. Bubalo in causa Bononiẽ. domus de Bucchis sub die 1. Iun. 1587. concordat etiam cum prædictis testibus Ioa. de Otalora, qui erat Rector de Ascarça. & Didacum baptizauit qui dicit se illum baptizasse in loco de Ascarça de mense Martij 1577. qui postea melius conciudit in sua litera in qua facta computatione annorum sui presbyteratus asserit, se vsque ad annum 1574. deseruijsse in loco de Otaza vnde transiuit ad locum de Ascarça in quo baptizauit Didacũ, quod omnino excludit eius natiuitatem de anno 1572. cũ ante annum 1574. non accesserit ad locum de Ascarça vbi Didacus fuit baptizatus. Non obstat fides exhibita per Didacum de eius baptismo de mense Martij 1572. quia fuit extracta postquam liber baptismi Ecclesiæ de Ascarça erat in potestate patris Didaci, qui medio sui familiaris illum habuit à Ioan. de Audicana Rectore, quæ fides redditur valde suspecta ex nimia pertinacia, & recusatione exhibitionis prædicti libri, vnde desumpta est etiam adhibito impedimento Regiæ prouisionis, & forte non sine magna causa ne detegatur, alteratio anni, 1577. in 1572 per inductionem lineæ sub num. 7. quæ prætenditur per Ioannem de Maturana & stantibus prædictis est multum verisimilis maxime concurrente depositione Ioan. de Audicana qui erat Rector parochialis, vbi Didacus fuerat baptizatus, qui dicit fidem, de qua agitur non esse conformem dicto libro baptismi, in quo asserit sæpius se legisse natiuitatem Didaci scriptam manu Ioannis de Otalora sub die 14. Martij 1577. quod etiam suadetur ex annotatione natiuitatis Mariæ sororis Didaci sub die 9. 1571. & Catherinæ alterius sororis sub die 30. Octobr. 1572. in libro Ecclesiæ de Victoria bene custodito quæ excludũt natiuitatem Didaci sub die 14. Martij. 1572. computando tempus nouem mensium ab vno ad alterum partum cum verisimile non sit, quod adsint tot partus multiplicati in 7. vel 8. mense, quod est de raro contingentibus, & multum coadiuuat istam probationem instantia suppletionis ætatis facta Sanctissimo Domino nostro, quæ fuit facta instante Episcopo patruo ipsius Didaci, qui præsumitur habuisse notitiam huius veritatis, Non obstat, quod iura producta per Maturanam nõ sint in forma probanti, & testes sint nulliter examinati, quia ex testificat. onibus notariorum constat in hac causa vigore regiarum prouisionum primo, fuisse ablatas literas citatorias & compulsoriales, & postea remissoriam, & demum vigore alterius prouisionis fuisse è manibus iudicum ablatam aliam remissoriam consignatam de ordine Sanctissimi Domini nostri, quæ prouisiones præsumuntur obtentæ ad instantiam Didaci, interesse habentis, vt sæpius fuit decisum ex notatis per Bart. in l. fin. ff. de quæst. quo fit vt probationes istæ, licet informes, quæ est substantia concludunt in odium ipsius qui vtitur similibus prouisionibus

expreſſionem ætatis vitiare gratiã, licet alia narrata vera eſſent, & ſuper ætate Papa non ſe fundaſſet, vt habetur in recollectis Acoramboni deciſ. 17. de reſcript. quod etiam tradunt Maſcardus concluſ. 325. nu. 24. & Ioannes Gutierrez cano. quæſt. l. 2, q. 15. num. 68. & 108.

193 Et eſt optima deciſio Rotæ 634. p. 1. † diuerſorũ in vna Gadicen. Beneficij de anno 1578. coram D. Brano. vbi dicitur, quod illud quod pro parte Ludouici dicebatur, quod ad euitandam ſurreptionem ſatis ſit aliquid ex narratis verificari ad ſuſtinendam gratiam, licet de alijs non conſtet vt per gloſſam in cap. 2. vbi Felinus nu. 23. de reſcript. cum alijs ibi citatis non placebat Dominis: nam procedit in reſcriptis ad lites, ſecus vero in gratioſis, prout in illo caſu vt per Fabr. dec. 17. *& nouiſſime fuit dictum in Burg. canon. 9. Febr. 1609. coram D. Orziember. vbi ad d. deciſ. Biſuntinam & Baſileen. rationis, & alias allegatas; reſponderetur, quod loquuntur in commiſſione, ſecus in gratioſis, Bellam. deciſ. 4. & Papæ. ſup. Quæ tamen reſponſio non conuenit illi.*

Quod etiam procedit in materijs componendis
194 pro quibus ſoluitur compoſitio † quantumuis magna, quia nihilominus remanent gratioſæ, & illas obtinens non dicitur eas habere ex cauſa oneroſa, quia illud quod ſoluitur non æquiualet ei quod ſibi conceditur. Rota coram ſanctiſſimo Clemen. VIII. deciſ. 457. num. 17. p. 1. diuerſ. de quo Gonçalez glo. 28. à num. 27.

195 *Vnde* in vna Leodienſ. Canonicatus 14. † Nouem. 1348. Domini de Rota tenuerunt, quod coadiutoriam impetranti narranti ætatem, & alia impedimenta illius cui fuit datus coadiutor non ſufficiat probare impedimentum ætatis tantum, vt per Mandoſium reg. 11. quæſt. 5. num. 7.

196 Vnde etiam non eſt verum conſil. Nauarr. 7. † de reſcript. quod diſpenſatione, ſeu priuilegio conceſſo ob plures cauſas, etiam copulatiue narratas, quæ omnes non ſunt de jure neceſſariæ, ſatis eſt vt vna verificetur ſufficiens quod tenet Thomas Sanchez ſupra. *& conſilium Azeuedi 34. quod non exiſtentibus veris omnibus cauſis narratis, diſpenſatio eſt ſurreptitia & nulla, videtur certum. & ſine dubio.*

197 Rurſus quælibet expreſſio falſa vitiat † gratiam, etiam quod alias eſſet Princeps conceſſurus. Caputaquen, deciſ. 49. & 254. nn. 4. p. 2. Putens deciſ. 350. l. 1, Mohedan. vlt. de reſcript. alias 336. & Cæſar de
198 Graſſis d. deciſ. 58. nu. 3. Saltem quando † eſſet talis quæ inducere, aut mouere potuiſſet Principem ad citius ſeu facilius concedendum, ſeu quæ Principem faciliorem ad concedendum reddere potuit ad cap. poſtulaſti, de reſcrip. ibi, de leui, vbi Abb. num. 1. & in cap. ſi de præſumpt. nu. 1. vbi etiam Felin. in princ. Rota deciſ. 4. 70. & 73. de reſcrip. in antiquis & 32. eod. in nouis Ægidius. deciſ. 4. & 698. & num. 4. Caſſador, deciſ. 12. ad finem de Præben. Creſcent. deciſ. 4. de conceſſ. Præbẽ. & Caputaquen. deciſ. 277 & 310. par. 1. Mandoſius d. reg. 27. quæſt. 8. num. 16 & de ſignatura gratiæ tit. de erectio. verſic. verb. illa, ad fin. Nauar. in cap. ſi quando, de reſcript. excep. 3. num. 3. & excep. 9. & in Man. cap. 22. nu. 86. & conſil. 33. de præbend. & Flamin. Pariſ. d. l. 10. quæſt. 3. num. 46. & Rota in vna Conch. erectionis 25. Maij 1591. coram D. Seraphino, in qua eſt tentum narratiuam, quæ reddit faciliorem Papam ad concedendam gratiam omnino eſſe verificandam, & in Fumana altaris 27. Ianua. 1595. coram D. Blanchetto de qua infra 10. part. cap. 3. nu. 11. quod ea quæ potuerunt Papam ad concedendam gratiam facilius mouere ſint verificanda. Rota etiam in vna Meten.
199 monaſterij. 21. Febr. 1600. coram † D. Lita, in qua fuit reſolutum, in gratia Barbaræ, neceſſariam eſſe iuſtificationem narratiuæ, quod de tempore datæ, Maria non attingeret 21. annum, quæ non eſt iuſtificata, quia trita eſt regula, quod narrata ſemper ſũt per impetrantem iuſtificanda. Ioan. Andreas Geminius in cap. 1. de litis conteſtatione in 6. & in terminis malæ expreſſionis ætatis Mohed. deciſ. fin. de reſcrip, nec non & narratiua gratiæ, certo modo conceſſæ prout eſt iſta. Puteus deciſ. 30. l. 1. Ex qua narratiua Papa facilius fuit motus ad concedendã hanc gratiam, non tenet conceſſio gratiæ niſi illis omnibus verificatis. Fabr. dec. 17. Puteus 357. l. 1. nec Barbara releuatur a iuſtificatione dictæ narratiuæ, ſub prætextu, quod illa verba, ſicut accepimus, operentur vt narratiua prædicta, Papæ narratiua iudicari debeat, & non propria, quia quod partis, & non Papæ narratiuam importent, ad verba appoſita in gratia ad ſupplicationem ſignatam, tenet in terminis Guidobonus deciſ. 160. Secus vero vbi ſint appoſita in gratia motu proprio conceſſa qualis non eſt gratia Barbaræ, & in his terminis procedunt & loquuntur deciſiones. Putei 101. l. 3. Achillis vni de motu proprio, & aliorum allegatorum, nec ponderatio illius verbi vt aſſeritur quicquam facit cum non refertur ad dictam narratiuam ætatis, ſed ad prouiſionem Mariæ, &c.

200 Vnde ſurreptio intrat gratiam, † nedum quando fuit cauſa inductiua, & finalis gratiæ, ſed etiã ſi fuit cauſa impulſiua, vt quia Princeps alias conceſſiſſet, ſed non ita de leui, ſeu facilitet Abb. in d. cap. poſtulaſti nu. 1. & ſequuntur poſteriores ibi, vt per Deciũ ibidem nu. 11. qui etiam id ſequitur in cap. cum ceſſante, nu. 7. de appellatio. Creſcent. deciſ. 8. nu. 6. de Præben. Caputaq. deciſ. 274. nu. 8. p. 1. vbi loquitur in materia diſpenſationis, & eſt communis, vt per Nauarrum d. excep. nu. 3. & Ioan. Gutierrez cano, quæſt. lib. 2. cap. 15. ex nu. 21.

201 Et procedit non ſolum in beneficialibus, † ſed etiam in cæteris omnis generis, vt per Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limitat. 1. à nu. 11. & 12. & Gutierez ſupra num. 21. *& Azeued. d conſ. 34. a num. 31. & 40. & 56.* quicquid dicat Couar. l. 1. variar. cap. 20. cui videtur aſſentiri Menoch. de arbitrijs l. 2. caſu 201. nu. 22. & ſequitur Thom. Sanchez de matrimon. l. 8. diſput. 21, num. 32. *& ſeqq. & in præcep. Decal. lib. 4. c. 47. a nu. 10. & Suar. de relig. tract. 6. de voto. lib. 6. c. vlt. nu. 10. 11. & 13. quorum doctrina procedet in diſpenſatione ordinarij, iuxta d. 8. p. c. 3. a num. 6.* & quicquid dicat Decius in d. c. poſtulaſti num. 11. quãdo remota, ſeu ceſſante cauſa impulſiua, gratia non traheretur ad alium caſum non expreſſum, ſed remaneret in eodẽ caſu, & cauſa non retraxiſſet Papam à conceſſione, quem ſequitur P. Pariſius conſil. 4. num. 35. l. 4. & Tiraquel. ſup. num. 16. & deciſ. Hiſpalenſ. portionis 24. Maij 1596. ſup. adducta 5, par. cap. 4. num. 39. *& quicquid dicat Rebell. de oblig. iuſt. & relig. 2. p. lib. 3. q. 5. nu. 25.* & ſic iuxta dictum eſt accipiendum quod tradit Maſc. d. concl. 1226. nu. 12.

202 Nec obſtat tex. in c. ſuper literis † de reſcrip. in ſecundo

ſecundo caſu vbi habetur quod ſurreptio non dolo-
ſa, ſiue in tacendo, ſiue in exprimendo falſum non vi
tiat reſcriptum, ſi alias Papa eſſet conceſſurus, quia
iſte tex. loquitur in reſcriptis ad lites nec habet locũ
in gratioſis gl. in c. ſi motu proprio. verb. taceatur,
de Præben. in 6. Ioan. And. in d. cap. ſuper literis, &
ibi Decius nu. 18. & Beroius. *licet alij contradicant, vt
per D. Sabagun. in d. c. ſuper literis. nu. 32. facit illa concl.
quam dicit veriſſimam in iure Farin. d. conſ. 92. n. 10. quod
reſcripta gratia facilius irritantur per vitium obreptionis,
& ſurreptionis, quam reſcripta iuſtitiæ, & quòd talia re-
ſcripta habeant in ſe tacitam conditionem, ſi preces verita-
te nitantur, &c.*

203 Ex quibus conuincitur conſil. 11. Rebuff. † vbi reſpondet, valere diſpenſationem vbi impetrans expreſſit ſe vtriuſque iuris Baccalaureum, licet non ſit niſi in altero, & contrarium melius ipſe tenet in praxi titulo de reſcript. perinde valere nu. 42.

204 Conuincitur etiam deciſ. Caſſador. 7. † de conceſ. Præbendæ. *& nouiſſima deciſ. Rotæ in cauſa Conchẽ. beneficij 11. Maij 1609. coram D. Sacrato, quòd narratiua falſa præsbyteratus in gratia de beneficio non curato actu non vitiat gratiam tanquam ſuperflua, & non habita in conſideratione a Papa, qui nihilominus fuiſſet conceſſurus, cum illa qualitas non eſſet neceſſaria, tam de iure commu-
ni, quam de ſtilo curiæ, & quòd illa expreſſio non fuit dolo-
ſa, ſed ex errore procur. &c.*

205 Sufficiet tamen impetrantem verificare † de facto doctoratum narratum Caputaquen. d. deciſ. 277. in fin. par. 1. & 219. num. 5. par. 3. Nam regulariter ſufficit per impetrantem narratiuam verificari de fa-
206 cto, † & non de iure Aegidius deciſ. 116. in fi. Verallus deciſ. 55. & 57. li. 2. in manuſcript. vbi dicitur, quod ſatis eſt quod verba narratiuæ verificentur de facto, & Rota deciſ. 532. nu. 4. part. 1. diuerſorum, & deciſ. 9. num. 10. par. 2. & in vna Toletana parochialis de Huerta de anno 1589. adducta 5. p. cap. 1. nu. 660. & in Calagurritana Beneficij de Artiola 16. Nouemb. 1592. infra adducta 11. p. cap. 1. num. 71. & in Placentina cap. 24. Nouemb. 1595. adducta vltima par. cap. 2. num. 278. & in Colonien. canonicatus 1602. infra adducta. 10 par. cap. 1. num. vltimo, & in alijs cauſis & poſthæc Gonçalez glo. 15. §. 1. nu. 49. & 50. ſaltem vbi non agitur de perpetuo præiu-
207 dicio Eccleſiæ. Rota in † vna Caputaq. iuris patronatus 11. Mart. 1575. coram Sanctiſſimo Clement. VIII. quæ eſt 1. part. diuerſorum deciſ. 208. num. 2. Gonçalez d. nu. 50.

208 Vnde alias in d. Cõchen. erectionis. † 25. Maij 1592. dictum eſt, quod licet probatio de publica voce, & fama, in verificatione gratiæ Beneficij ſufficiat, vt per Aegidium deciſ. 114. ſecus tamen vbi agitur de perpetuo præiudicio & de auferendo bona Vnius Eccleſiæ, eaque applicando alteri, quia requiritur plena probatio nec ſufficit ſemiplena, &c.

209 Qualitas etiam narrata tendens in præiudiciũ † alicuius etiam quod facilius non inducat ad concedendum, verificanda eſt, Rota deciſ. 531. part. 1. diuerſor. de quo ſupra. parte præceden. cap. 3. 14. dub. ad finem num. 212.

210 Sed eſt aduertendum circa gratiam, ſi neutri, de qua agit Rebuf. in praxi titul. de reſcripto ſi neutri, & in concordatis in forma mãdati Apoſtolici, verb. gratiam, verſic. aliud eſt reſcriptum gratiæ. Mandoſ. de ſignatura gratiæ tit. ſi neutri, & reg. 27. quæſt. 18. & reg. 33. quæſt. 10. Quod quamuis ſit conditiona-
211 lis & habeat duplicem conditionem, † alteram quod beneficium vacet, alteram quod neutri ius competat. & impetrans debeat eam iuſtificare, & ſic verificare vtramque conditionem Cotta deciſ. 283. & Rota in vna Mediolanen. Præpoſituræ 28. Iunij. 1589. coram D. Plato infra adducta 11. p. c. 3. nu. 305. ſicut etiam eſt iuſtificanda quoad litem narratam neceſſario verificandam ad ſuſtinendam di-
212 ctam gratiam, quæ litem ſupponit † Rebuff. & Mandoſ. vbi proxime & Sarnen. in reg. de annali. q. 28. verſ. præterea Caputaq. deciſ. 34. & 42. part. 2. & Rota in Trident. Beneficij de anno 1593. infra adducta num. 216. & in illa de anno 1594. ſupra adducta 1. dubio num. 17. & in vna Burgenſ. portion. 26.
213 Ianuar. 1582. coram D. † Blanchetto in qua fuit reſolutum, quod gratia ſi neutri, nõ ſuffragatur, cum, ☞ per formam regulæ de annali non ſeruatam, fuit extincta lis, vt fuit deciſum, & ſic litis narratiua reddit gratiam ſurreptitiam, nec obſtat, quod donec de regul. fuerit datum videatur lis pẽdere ex traditis per Sarnen. in d. regul. quæſt. 82. quia regula habet oculos retro, & dictum Sarnen. fuit in indiuiduo à Rota reiectum. Ioannes Paulus deciſione 80. & Achilles 2. ſuper regula & in vna Placentina decanatus 12. Nouembris 1593. coram Dom. Penna in qua fuit re-
☞ ſolutum. Primam gratiam ſi neutri Mirandæ non fuiſſe iuſtificatam quoad litem, quia non expediuerat literas, & lis non eſt introducta per commiſſionem preſentatam literis non expeditis, per reg. Cancellariæ 21. vbi Mandoſ. quæſt. 15. Caputaq. deciſ. 162. par. 2. Rebuf. tit. de gratia ſi neutri num. 13. & quia tempore gratiæ ſi neutri, & eius datæ non fuit reproducta citatio executa, & facta per curſorẽ cõtra procuratorem ad dicendum contra commiſſionem, & ſic non erat inducta lis Felin. in capit. illud nu. 11. de præſcriptio. Gambarus deciſ. 40. & litem narratam reſpectu vnius ſeu inter talem, & talem, debere inter illos verificare litem cum alio, &c. Et in
214 vna Verdunen. † Canonicatus 19. Iunij 1595. coram D. Pamphilio ſupra adducta 5. par. cap. 3. num. 44. & in alijs pluribus cauſis. Tamen quoad non ius alterius ſatis dicitur iuſtificata, ex eo quod de tali iure in actis non conſtat, & ex inſpectione actorũ gratia etiam anterior alterius etiam rei, & poſſeſſoris non apparet iuſtificata, vt in vna Feſulana præceptoriæ 27. Ianuar. 1563. coram Domino Robuſterio in
215 qua fuit reſolutum † quod gratia ſi neutri, & ſi ſit ☞ conditionalis, ſi neutri ſcilicet ius competat non impeditur canonizari, licet reus, & poſſeſſor replicet de ſua prouiſione anteriori Apoſtolica, illa non verificata, quia quilibet tenetur verificare narrata in ſua gratia, alias ei non ſuffragatur. Felin. cap. conſtitutus, & cap. ad aures verſic. 3. concluſio, de reſcriptis cum alijs, quod procedit etiam vbi narrata non negantur per aliquem. Aegid. deciſ. 303. Rota deciſ. 20. de Præbend. in nouis. Pariſ. conſ. 49. num. 31. l. 4. & ſic non verificata ſua prouiſione ſatis dicitur conſtare de negatiua, quod prouiſio ſit nulla. gloſ. l. fin. verb. manifeſtum. C. de rebus creditis. Aymon conſil. 138. nu. 5. nec obſtat, quod poſſeſſori ſufficit excludere actorem per non ius illius, quia ex gratia ſi neutri, conſtat de eius iure, quæ eſt verificata ex eo, quod non conſtet de prouiſione rei iuſtificata, Calder. conſil. 19. ad fin. de probat. Rota deciſ. 25. de

reſcript.

reſcript. in nouis in fin. Hæc in dicta Feſulana & fuit
216 etiam reſolutum in dict. Triden. Beneficij, † 8. Nouembr. 1593. coram D. Penna, vt in deciſ. leq. Gra-
☞ tiam ſi neutri, impetratam ab Aparitio dixere Domini fuiſſe iuſtificatam etiam quoad litem, & vacationem, nam in cæteris ex inſtrumentis, & ſcripturis productis, & dictis teſtium ſufficiẽter videtur iuſtificata, vacatio enim per obitũ Bernardini de Auellaneda menſe Aprilis 1584. probatur per confeſſionem Auguſtini, qui obtinuerat ſibi prouideri de hoc Beneficio vti vacante, per obitum Bernardini de Auellaneda de dicto menſe Aprilis, quæ confeſſio probat etiam contra Alphonſum reſignatarium Auguſtini cum fuerit facta ante reſignationem. Verall. deciſ. 93. par. 1. maxime cum eſſet adminiculata ex depoſitionibus teſtium deponentium de poſſeſſione Bernardini, quorum vnus deponebat de obitu in dicto meſe d. anno 1584. de lite etiam dicebatur cõſtare ad effectum gratiæ ſi neutri, reſpectu Alphonſi, nam cum vt dicatur inducta lis per citationem, ſufficiat ſeruare formam clement. cauſam, de electio, Caſſad. deciſ. 1. num. 3. & 4. de appellatio, Rota dec. 22. de reſcript. in nouis Pur. deciſ. 32. l. 3. in caſu propoſito fuiſſe ſeruatam apparebat ex eo quod abſente Alphonſo executa fuit citatio in duobus locis, nẽpe in loco ſolitæ habitationis, & in Eccleſia Beneficij, licet non fuiſſet executa in Cathedrali d. clemen. cauſam, Caſſadori dicta deciſio. 1. num. 3, nec requirebatur affigio citationis quę tunc eſt neceſſaria quãdo proceditur per edictum ob non tutum acceſſum, ſecus vero quando eſt tutus acceſſus, & proceditur contra abſentem, tunc enim ſufficit in prædictis duobus locis citationem exequi Caſſadorus d. deciſio. 1. Vantius de nullitate ex defectu citationis, num. 121. Guidobonus deciſ. 152. in præſenti autem caſu ideo non fuit data copia, quia nõ fuit petita, atque ex his præterea tollebatur altera difficultas de prima citatione perſonaliter exequẽda in materia præiudiciali, qualem eſſe hanc prætendebant informantes pro parte Alphonſi, hoc enim tunc locum habet, quãdo citandus eſt præſens & reperibilis, nam ſi vel in loco iudicij, vel ciuitate, vbi habitare ſolebat citandus, non reperiatur tunc ſatis eſt etiam in præiudicialibus prædictis modis citare. Mari, Socinus in tract. de ciuitat. art. 17. nu. 21. & ſeq. facit clementina 1. de foro compet. ibi, dummodo perſonaliter, vel ad domũ citati fuerint, vbi Zabarella num. 6. Bonifac. 10. & in terminis quod talis citatio ſufficiat quando lis agitur ſuper beneficio, tenuit Vantius ſupra num. 118. & ſequent. Papaz ad deciſionem 22. de reſcriptio. in nouis num. 2. & 3. deciſionem Veralli 117. p. 1. dicentis appellatione domus ſolitæ habitationis intelligi illam domum quam citandus inhabitabat tempore executæ citationis, Roman. conſil. 454. num. 7. & 8. Corne. conſilio 52. nu. 7. lib. 4. intelligebant Domini procedere, quando certo conſtaret de mutatione domicilij in alium locum, quia ſi vel citandus eſſet vagabundus vel neſciretur vbi ſe tranſtuliſſet, tunc ſufficeret citationem facere prædictis modis, vnde cum in caſu præſenti non appareret vbi eſſet Alphõſus, & in quo eſſet citandus loco, quem interdum dicebant neſcire, vbi eſſet, interdum profectum Romam, alias vero literis vacare Bononiæ, & tamen poſtea compertum fuerit illum ſe contuliſſe ad Salmaticen. Vniuerſitatem, potuit valide citari in vlti-
mæ habitationis domo nempe in oppido de Madrid, licet ibi tunc non habitaret re vera poſtquam neſciebatur tempore citationis faciendæ quo ſe tranſtulerat, Imola d. clement. cauſam, de electione num. 64. Anton. Auguſtinus, in epitome tit. de dolo & contumel. num. 10. quod autem Alphonſus conſueuerit habitare in oppido de madrid in domo executæ citationis contra ipſum & eo tempore eſſet abſens apparebat ex depoſitionibus teſtium, ſuper hoc examinatorum, & relatione notarij, ſeu nuntij, cui creditur. Creſcen. deciſ. 4. num. 2. de fide inſtrument. Pur. deciſ. 5, num. 3, poſtremo non obſtat deciſ. Gambari 40. incip. citatio circumducta, dicentis citationem executam non tamen reproductam non inducere litis pendentiam ad effectum, vt beneficium dicatur litigioſum, quia in præſenti caſu ex actis conſtat eſſe reproductam. Satis etiam conſtabat gratiam ſi neutri eſſe iuſtificatam, licet eſſet conditionalis, dummodo nemini ius competat, quoniam cum iſta negatiua nõ iuris coarctetur loco, eo ipſo dicebatur iuſtificata, quod ex inſpectione actorum gratia Alphõſi vel alterius non apparebat iuſtificata, nec conſtabat de tit. valido, & iuſtificato, licet enim opponatur titulus anterior, niſi ille doceatur validus & iuſtificatus non facit ceſſare gratiam ſi neutri, vt fuit deciſum in illa Feſulana Præceptoriæ 27. Ian. 1563, coram Reuerendiſſimo Robuſterjo, & in alia Cluſina prioratus coram R. P. D. Orano. Quę cauſa fuit poſtea 1. Iunij, 1594. propoſita iterum ſuper hoc an conſtaret de legitima executione prædictæ citatio-
217 nis † in caſu de quo agitur, & fuit reſolutum affirmatiue ſtandum in deciſis & non eſſe neceſſarium citationem fieri intra Eccleſiam, neque inter miſſarum ſolemnia, neque ea quæ fit domi, quod dicatur vicinis, &c.

218 Et in vna Spoletana Beneficij. 6. † Iun. 1594. coram Illuſtriſs. Mantica fuit reſolutum, quod gratia ſi
☞ neutri cenſetur ſatis iuſtificata quoad non ius tertij, ex eo quod de tali iure non conſtat in actis abſq; alia probatione non iuris tertij, quare hodie cum maxima difficultate dantur gratiæ ſi neutri. *Idem in Firmana altaris 19. Dec. 1596. coram D. Lita, & in Bracar. parochialis de Moreira 11. Iun. 1603. coram D. Iuſto, his verbis, Cum præſumpt. &c.* 118. *Idem etiam in Toletana Archipresbyteratus de Mondejar 24. Ian. & Aquinat. beneficij, 21. Febr. & Bracaren. beneficij 3. Mart 1603. coram D. Ludouiſio, & Bracaren. parochialis 22. Aprilis 1605, coram D. Sacrato, & Archanien. Archipresbyteratus 17. Martij 1608. coram D. Penna.*

219 Quod tamen nõ procedit, quando † aduerſarius nititur prouiſione Ordinarij, quæ non eſt iuſtificanda, cum Ordinarius prouideat motu proprio, & Eccleſiæ, non perſonæ vt infra dicitur 8. p. cap. 3. num. 3. & ſic cum non teneatur ſuam prouiſionem, & gratiam iuſtificare, illa negatiua non iuris non iuſtificatur ex inſpectione actorum & reuolutione proceſſus, nec coarctatur loco, & conſequenter impetrans gratiam ſi neutri debet aliunde probare, quod illi ius non competat, &c. vt fuit reſolutum in vna Pla-
220 centina canonicatus 14. Ianuarij 1600. coram † D. Lancellotto, in quo Domini dixerunt quod Ioann. Lopez qui eſt reus, & poſſeſſor, non obſtante quod
☞ poſſeſſio fuerit de ordine iudicis ſequeſtrata, quod ſequeſtrum non priuat, quem ſua poſſeſſione, nec facit quominus ſit cenſendus reus in iudicio, ſufficit

ex-

excludere actorem per non ius, etiam quod de iure ſuo nihil doceat; præterea quia nititur prouiſione ſibi facta à Capitulo Ordinario non eget aliqua iuſtificatione, nec eſt differentia inter prouiſionem Epiſcopi, & Capituli, quia eadem ratio quod prouidet Eccleſiæ, & nõ perſonæ, & quod prouidet motu proprio, militat in vtroq; neq; poteſt fieri fundamentũ in poſſeſſione Petri, cum eſſet vitioſa. Tum quia capta lite pendente, tum quia nõ fuit capitulariter apprehenſa, tum quia non fuit expulſus poſſeſſor, vt fuit reſolutum die 17. Iunij. 1594. coram D. Arrigonio. nec obſtat, quod cum facultas conferendi ſit limitata vigore ſtatuti prouiſus offendere tenetur, quod habet qualitates requiſitas à ſtatuto ex deciſ. Putei 322. l. 3. Achil. 2. de probatio. quia hinc non ſequitur, quod Ioannes qui eſt reus teneatur probare ſuas qualitates, quicquid dicendum ſit ſi ageret vigore iſtius prouiſionis, & eodem modo reſpõdetur ad aliam deciſionem Putei. 309. l. 1. quia licet collatio ſit faciendа qualificato a ſtatuto, tamen reus, & poſſeſſor non tenetur probare, licet verum ſit; quod ſi pro parte Petri contrarium probaretur collatio ſuſtineri non poſſet, nec aliquid facit gratia ſi neutri, quia vt illa poſſit vti Petrus, tenetur probare quod Ioan. ius non competat, & per cõſequens quod prouiſio ſua ſit nulla, ex quo non ſit orirundus iuxta formam ſtatuti, & ſic non applicatur deciſ. Feſulana, cum alijs ſimilibus, quia cum Io. non teneatur ſuam gratiam iuſtificare, illa negatiua non iuris, non iuſtificatur ex reuolutione proceſſus, nec coarctatur loco cum non requiratur iuſtificatio, in quibus terminis procedit deciſ. Feſulana, &c.

221 Vnde etiam habes, habentes gratiam ab † Ordinario non teneri eam iuſtificare, quia Ordinarius prouidet motu proprio Eccleſijs, non perſonis, & cenſetur informatus de qualitatibus ſubditorum, vt etiam fuit dictum in dicta Placentina 26. Feb. 1596. coram D. Orano ſupra adducta. 5. part. cap. 4. nu. 43.

222 & in Taurinen. † commendæ 10. April. 1595. vbi ☞ fuit reſolutum gratiam equitis Cadamuſti canonizandam, cum enim ipſe gratiam habeat ab Ordinario, nõ tenetur iuſtificare, quia Ordinarius motu proprio prouidet Eccleſijs, non perſonis. Cardin. clem. 2. collat. ſi. de officio Ordin. Felin. cap. ad aures, nu. 15. de reſcript. & fuit dictum in cauſa Tudertina cõmendæ coram D. Pamphilio. 1. Februarij. 1591. &c. & ſic in cauſa Caſalen. parochialis. 2. Martij 1584.

223 † coram D. Robuſtello fuit dictum non obſtare obiectionem de defectu ætatis inſtituti, quia cum poſſideat, præſumitur pro ipſo, & pro eius idoneitate, & quod Ordinarius qui eum inſtituit ſe informauit, nec quicquam tenetur probare, vt per Aegid. deciſio. 76. *vt in dec. 647. Farin. Rota. etiam in Rom. clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602. coram Pamph in noui. Farin. 916. vbi quod cum vacatio contigerit in turno Archipresb. & c. Quamuis id videatur controuerti & confundi in vna Pampilon. de Aguero 21. Iunij 1609. coram D. Ortember. vbi quod gratia, &c. R. gratia ſi neutri. Quæ deciſiones ſibi certe repugnant, quatenus in prima dicitur, prouiſionem ordinarij non indigere iuſtificatione quoad narrata in ea, ſecus quoad non narrata, in quibus non intrat præſumptio validitatis, in ſecunda vero non credi narratis in prouiſione ordinarij, in quibus non intrat præſumptio validitatis, &c. Quod mihi non placet ex ſupradictis: nec refert vt verſemur in prohibitis, &c. vt in d. dec. quia nihilominus præſumitur pro ordinario dicente ſeruaſſe formam requiſitam in priuilegio, iuxta d. vlt. p. c. 2. 4 nu. 125.*

*Quod vero dicitur in prima, prouiſionem ordinarij indigere iuſtificatione quoad non narrata, in quibus non intrat præſumptio validitatis, poteſt admitti, & videtur verum quoad obſeruationem formæ non enuntiatum ſaltem in genere in prouiſione parochialis, de qua ibi agitur, iux. d. d. c. 2.*

224 Sed reſtat difficultas † qualis probatio requiratur pro iuſtificatione gratiæ, & verificatione narratorum an requiratur plena; & cõcludens probatio? an vero ſemiplena ſufficiat?

225 Et dicendum eſt quod narratiua ſuper † qua principaliter, & præcipue fundatur gratia, eſt plene, & concludenter probanda vt narratiua reſeruationis deuolutionis, non expreſſionis veri valoris, non publicationis, non promotionis, inhabilitatis, ſeu delicti aduerſarij, &c. Pro verificatione vero narratiuæ, quæ non eſt principale fundamentum gratiæ, licet ſit cauſa motiua ſeu impulſiua, & pars illius, ſufficit ſemiplena probatio, vt in narratiua valoris doctoratus, vel alterius qualitatis, ita Aegid. deciſ. 113. 114. 611. & ſequentibus Puteus deciſ. 10. & 266. l. 3. Rota in vna Calagurritana Archipresbyteratus 16. Iu. 1558. coram D. Acorambono in qua fuit reſolutum quod teſtes de publica voce, & fama, non ſufficiunt ad inducen. reſeruationem Aegid. deciſ. 342. & 612. & Rota paſſim hoc ſeruat, &c. & Rota deciſ. 268. p. 1. & deciſ. 9. num. 11. & deciſ. 46. & 53. par. 2. diuerſorum & in vna Curien. præſtimonij. 9. Iunij. 1592. coram D. Penna in qua fuit reſolutum, quod vacatio in tali menſe quando ex ea deducitur reſeruatio debet concludenter, & plene probari nec ſufficit ſemiplena, licet alias ſufficiat, &c. Et in Hiſpalen. portionis, 20. Iunij. 1594. & 18. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto ſupra adductis p. præcedenti, cap. 4. num. 37. & 40. & in vna Segutina Archidiaconatus, & Canonicatus, 19. Mar. 1601 coram D. Lancellotto. ad finem ſupra adducta dict. præcedenti parte, cap. 1. num. 333. & in cauſa Caſalen. ſeu nullius Præpoſituræ 21. April. 1597. coram

226 D. Gipſio, † in qua fuit reſolutum. Quod in gratia ☞ fundata ſuper inhabilitate aduerſarij ex homicidio verbi gratia proueniente requiritur plena & concludens probatio, ſecundum ſubiectam materiam, licet non exactiſſima, & luce meridiana clarior, vt in criminalibus, quia cum Papa principaliter fundat gratiam ſuper aliquo narrato, eſt plene, & concludenter probandum. Aegid. deciſ. 76. in 6. Creſcen. deciſ. 202. Put. 10. l. 3. & bene deducitur in vna Marſicana Benef. 10. Iun. 1577. coram SS. Clemen. VIII. & de illo qui opponit de expreſſione nõ veri valoris, Caputaquen. deciſ. 28. par. 2. Maxime cum probatio poſita eſt in conditione, per clauſulam, ſi præmiſſa vera eſſe repereris, Fel. in cap. ſi conſtiterit, de accuſation. Thanis deciſ. 95. nec ad rem facit, quod pro verificatione narratorum etiam leuior & minus plena probatio ſufficiat Aegid. deciſ. 113. cum cõcordan. quoniam prædicta locum ſibi vẽdicant in his, in quibus intentio Papæ ad ſic concedendum præcipue non fundatur. Aegidius deciſ. 674. poſt principium & ſæpius reſolutum fuit, idque maxime procedit contra reum, & poſſeſſorem, Put. dec. 266. l. 3. &c. & id nempe, *quod impetrans beneficium certo modo ex eo, quod illud obtinens ante obtentionem commiſerat homicidium, tenetur plene probare homicidium, ſed prouiſa cauſa beneficiali,*

*ficiali, non criminali, in qua requiruntur probationes luce meridiana clariores, fuit dictum in cad. coram eod. 9. Iun. eiusd. anni 597. & die 4. Iul. eiusd. anni in nouiſ. Far. d. §. 22. fuit declarata cauſa ciuilis, non obſtante inſcriptione, quia non agebatur criminaliter ad pœnam, ſed tantum ad probandum vacationem, vt per Genuen. in praxi c. 65. in crim. num. 19.* Rota etiam in vna Abulen. Beneficio-
227 rum † 26. Nouembr. 1599. coram D. Penia, *& 26. Febr. 1600. vbi fuit reſolutum, quòd vacatio narrata per obitum in menſe Mar. ſede Epiſcopali vacante erat concludenter probanda, cum ageretur de tempore reſeruato ratione ſedis vacantis, &c. dele, in qua, &c.* in qua fuit reſolutum quod quando agitur de præiudicio Ordinarij, gratia eſt plene probanda, &c. & in vna Taruiſina parochialis. 3. Decemb. 1601. & 11. Ianuar. 1602. coram D. Ludouiſio, vt in deciſione ſeq.

## *Taruiſina parochialis 5. Decembris* 1601.

228 GRatia † Ioannis Baptiſtæ viſa fuit Dd. ſatis iuſtificata tam quoad valorem, cum in hoc ſufficiat ſemiplena probatio, Cæſar de Graſſis deciſ. 43. num. 31. & 91. nu. 1. & publica vox & fama, Puteus, deciſ. 29. l. 1. Caputaq. 277. num. 1. p. 1. & fuit dictũ in vna Rauennaten. Capellaniæ. 1. Iulij. 1594. coram D. Penna, quam quoad clericatum & procreationem ex legitimo matrimonio, in quibus ſufficit communis reputatio. Rota deciſion. 14. de probatio. in antiqui. Aegid. deciſione. 114. & quoad omnia alia narrata, præterquam quo ad vacationem in menſe Nouembris, de quo Doct. reſeruauerunt particulariter videre.

## *In eadem* 11. *Ianuarij* 1602.

FVit reſolutum gratiam Ioannis Baptiſtæ eſſe iuſtificatam quoad vacationem per obitum Sylueſtri Carrarij in menſe Nouembris, licet enim ad inducendam reſeruationem requiratur plena, & concludens probatio obitus in menſe Apoſtolico, Puteus deciſ. 266. l. 3. & fuit dictum in vna Pampilonẽ. Beneficij coram Cantuccio 6. Martij 1577. & in vna Placentina Canonicatus. 1. Martij. 1599. coram D. Orano, tamen hic adeſt plena probatio, quartus enim teſtis deponit articulum verum, & ſubiungit rationem, quia habet vicinia ædificia, & quia ſæpiſſime ibi conuerſatur, bona enim eſt ratio in teſte ad probandum obitum, quia vicinus, Purpuratus in l. 1. num. 97. ff. ſi certum petatur. Corneus conſil. 10. ſub num. 1. l. 1. Quintus deponit articulum verum, & dicit quod vidit mortuum, quod licet ſufficiat vt dicit Bart. in l. ſi quidem ſub num. 2. C. ſoluto matrimon. tamen adhuc ſubiungit quod interfuit funeri quæ eſt optima ratio in teſte. l. conditionum. 2. ff. de condition. & demonſtratio. Corneus ſup. Maranta in Rep. legis, 15 poteſt. ff. de acquirend. hæreditat. quorum dicta adminiculatur depoſitio 2. teſtis de publica voce, & fama, & enuntiatio Ordinarij in edictis promulgatis pro concurſu quod Syluefter erat mortuus in menſe Nouemb. quæ enuntiatio maximi eſt momenti, cum concernat ipſius Ordinarij præiudicium, Paleotus deciſ. 23. & cum 2. & 4. teſtis iuxta 4. & 6. iuxta 3. deponant Carrarium poſſediſſe parochialem per quatuor annos, & vltra pacifice habitamque fuiſſe dictam parochialem cõmuni reputatione pro vacante per mortem ipſius ſatis probatur vacatio per obitum abſque alia iuſtificatione iuris ipſius Carrarij, iuxta allegat. Lapi 89. Caſlad. deciſ. 4. de cauſa poſſeſſ. Mohed. deciſ. 29. de renuntiat. non obſtat quod ijdem teſtes deponant Carrarium habuiſſe tit. à monialibus, quorum ius Ioan. Baptiſta, impugnat, & propterea non videatur poſſe iuuare ſe hac poſſeſſ. prædeceſſoris ad reg. ex eo, de regul. iuris in 6. quia vnus ex Dominis reſpondebat, quod durante lite ſuper huiuſmodi impugnatione, non obſtante prædicta regula, poteſt ſe in ea fundare, vt in terminis fuiſſe reſolutum in Rota teſtatur Sarnenſ. in reg. de annali. quæſt. 16. ex tradit, per Abbatem in cap. capitulum in fin. quem ſequitur ibi Felin. num. 9. de reſcript. verum hoc procedit quando non in vno eodemque iudicio impugnatur, vt declarat Sarnen. d. quæſtion. 16. Roman. conſil. 347. num. 7. qui dicit hunc eſſe caſum illius cap. Capitulum. Præterea ſtante triennali licet appareat de tit. inualido præſumebatur alius tit. validus, Caſlad. deciſ. 3. de cauſa poſſeſſ. Acorambonus deciſ. 24. par. 2. Milis verb. Beneficium impetrans. Accedit quod cum probetur vacatio iſta de facto ſaltem intrat clauſula, vel alio quouiſmodo, vt fuit dictum in cauſa Placentina Capellaniæ 27. Iunij 1597. coram D. Penia. *& in vna Tolctana Capellania 30. Octob. 1602. coram D. Lita fuit etiam reſolutum, quod vbi agitur de probanda vacatione beneficij per obitum alicuius de certo menſe, ad effectum reſeruationis requiritur plena & concludens probatio. Nec ſufficiunt teſtes de publica voce & fama, &c. Idem in Elbor. beneficij 27. Apr. 1605. coram eodem, & in Hiſpal. Archidiaconatus 20. Febr. 1606. D. Iuſto, & in Abul. præſtimoniorum 18. Iun. 1610. coram D. Mançanedo.*

*Et in cauſa Placentina parochialis de Malpartida 16. Ian. 1602. & vlt. Ian. 1603. coram eod. D. Lita fuit reſolutum, quod falſitas, in qua fundatur gratia Petri, eſt plene & concludenter per eum probanda: nec ſemiplena probatio ſufficit, nec præſumptiones & coniecturæ, niſi vbi tales ſunt, & tam in gentes, vt ex eis neceſſario inferatur ad ipſum delictum, &c. vt in deciſ. 904. nouiſ. Farin. & in Cordub. Capellania 14. Mar. 1607. coram D. Ortember. quod familiaritas, &c. R. fam.*

226 Et nouiſſime in vna Hiſpalen. † Beneficij de Xerez 12. Maij 1603. corã D. Litta fuit deciſum, quod ſemper impetrans tenetur plenè, & concludenter probare narratiuam vacationis, in qua principaliter ſe fundat ad inducendam reſeruationem, vel vacationem ipſo iure, licet cætera incidenter narrata non ſit neceſſe plenè probare, ſed ſemiplena dumtaxat probatio ſufficit, vt per Gonçalez gloſſ. 11. num. 10. & gloſ. 45. §. 2. nu. 52. & 53. qui etiam alias deciſ. allegat. & d. glo. 11. ex num. 99. & gloſ. 15. §. 2. nu. 75. & 76. concludit quod quamuis vacatio ſimpliciter conſiderata probetur per famam ſolam ſeu aliàs ſemiplene, ex quo agitur de leui præiudicio, nam ſi ille per cuius obitum dicitur Beneficium vacare, viuit, poterit Beneficium recuperare. Put. deciſ. 266. l. 3. Mohed. deciſ. 1. de probatio. Rota deciſ. 46. num. 1. & 2. p. 2. diuerſ. & in Placentina Canonicatus Mart. 1599. coram D. Orano inf. relata 11. par. cap. 1. numero 62.

Tamen quando agitur de probanda vacatione in certo

certo menſe ad effectum reſeruationis probatio debet eſſe plena,& concludens alias non releuabit. Rota d.deciſ.46.n.4.cum alijs per eum adductis, quod tamen d.glo.11.nu.103.limitat.1.niſi probatio eſſet difficilis, vt in morte contingente in mari per ſubmerſionem maris,vel alio ſimili caſu, quia tunc minor probatio de menſe reſeruato vacationis ſufficit, nempe per famam, Rota d.deciſ.58.par.2.& 666.& 721.l.3.part.3.diuerſor.cum alijs 2.limitat.nu.104. quando non eſſet aliquis prouiſus Ordinarius in cõcurſu,nec poſſeſſ.eſſet occupata ab alio, ſed vacans. Rota in Burgenſ,de Pancoruo 28.Nouembr. 1588. coram D.Gipſio infra adducta cap.4.num.11.& in d. Placent. Canon. *& fuit reſolutum in Legion. Can.2. Dec. 1602. coram D. Coccin. & in Egitan.Scholaſt.14. April.1603. coram D. Ludouiſio, & in Callien. Canon. 17.Nouemb.1608. coram D. Canallerio.* & quod tunc non requiratur plena probatio in verificatione menſis reſeruati narrati,quando poſſeſſ.eſt vacans tradit etiam Gonç.gl.32.num.60.ſic intelligens quandam deciſionẽ.Corduben.per nos relatam d.c.1.11.part. nu.60.3.limit.d.gl.11.nu.107.quando adeſt aliquis intruſus non tamen docet de tit.Ordinarij, quia tũc minor probatio ſufficiet vt in d.Burgen.de Pancoruo,& in d.Placen.Canonic.& in Orcana parochialis 2.Nouembr.1598.coram Orano,& in Eluen.Benefic.coram D.Penna 13.& 28.Nouemb.1602.& quod nõ releuaret producere titul. poſt ſententiam latam ſuper immiſſione in poſſeſſ.Beneficij vigore ſemiplenæ probationis, vt eius executio impediretur ex Bart.in l.fin.num.21.circa fin.C.de edicto D. Adr.cum alijs adductis per Menoch.de adipiſc. rep. 4.num.629. & fuit deciſum in cauſa Pientina Beneficiorum 12.April.1576.coram D.Seraphino, & in d.Eluen.13.Nouembr.4.limitat.num.110. quando gratia non fundatur in reſeruatione dumtaxat, ſed etiam poteſt ſuſtineri ex alio capite vt puta,quia Papa tanquam Ordinarius Ordinariorum præuenit Ordinarium collatorem,tunc enim non eſt neceſſaria plena,& integra probatio menſis narrati quamuis adſit intruſus & docuerit de titul.Ordinarij.Rota.d.deciſ.46.in princip.& num.1.iuncto num.3. & in d.Placent.Canon.5.limitari forſan poſſe ait num. 111.quando gratia principalis fuit in reliquis omnibus verificata,quia tunc data verificatione quoad reliqua quamuis probatio quoad vacationem in menſe reſeruato non ſit omnino plena,ſuſtineri debet,vt inquit Rota in vna Calagurritana benef. de Albania 12.Mart.1602.coram D.Seraphino,&c.ſed num. 112.recte ait non putare,quod ſufficeret in iſto caſu ſemipiena probatio de reſeruatione,immo neque audere recedere à regul. generali, & ita inuenire quod nouiſſime fuit deciſum in d.Hiſpalen. Beneficij de Xerez 12.Maij 1602.coram Lita.

210 Et faciet† quod dictum eſt de probatione ſub collectoriæ ad effectum reſeruationis ſup. p. præceden. cap.1.à num.378.& de probatione ætatis,& habilitatum,hoc dubio num. 179. & ſeq. & quod dicitur de probatione clauſulæ conſtit.ſeq.à num.64. & de probatione non publicationis 11.par.capit.3.à nu. 308.& videnda ſunt dicta infr.11 par.cap.1.à num. 36.vnde poſthæc Gonçal.gloſ.5.à nu.122.ait quod impetrans ob non adimplen.ẽtum decreti, ſeu alias certo modo tenetur illud plene,& cõcludenter probare,&c. *vt in vna Cæſarauguſt.parochialis de Morella,* 8.*Nouemb.*1599.*coram Illuſtriſs.Pamphilio,vbi fuit reſolutum,quod Ludouicus, &c. R.gratia. Quæ deciſio fuit nouiſſime approbata in Pampilon.parochialis de Badoztain* 8.*Iul.*1610.*coram D.Mançanedo infra relata* 9. *p. c.* 2.*num.*91.*in qua etiam allegatur alia in Salmant. parochialis* 21.*Iun.*1593.*coram D.Orano,quamuis quòd in iſta Cæſaraugust. dicitur in iſtis impetrationibus non ſufficere conſtare,quod in prouiſione non fuerit ſeruata forma conſtit.Pij V.& etiam quod vigore talis prouiſionis fuerit per prouiſum capta poſſeſſio, quia impetrans narrat etiam parochialem adhuc vacare:& ſic non ſolum tenetur probare modum vacandi ex d.conſtitutione, ſed etiam parochialem adhuc vacare:quia in beneficialibus datur multiplicatio titulorum;mihi certe non placet,quia conſtando ſemel de vacatione narrata,illa præſumitur durare,niſi executio oſtendatur conſumpta: & alias male poſſent verificari gratia & impetrationes de beneficijs in quibus aliquis eſſet intruſus, cum ſemper in ſupplicationibus & literis dicatur, vacauerit, & vacet ad præſens.* Quoad executorem
231 verò literarum in forma dignum, †ſeu in forma commiſſaria, tam. 1. quam 2. datum in caſu negligentiæ. Primo dicendum eſt non teneri verificare niſi illud, quod ſibi à Papa mandatur verificari, nempe idoneitatem impetrantis, & cum gratia eſt per reſignationem alicuius in ſacris ordinibus conſtituti, quod aliunde habeat vnde commode viuere poſſit, ſic enim dicitur in literis in forma dignum. Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſi tibi conſtiterit, quod dictus N.ſcilicet reſignans aliunde habeat, vnde commode viuere poſſit,vt prædicitur, ac per diligentem examinationem præfatum A.adhoc idoneum eſſe repereris, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, beneficium prædictum eidem A. authoritate noſtra conferas, & aſſignes, &c.& ſi eſt parochialis Eccleſia dicitur,

Ac per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus,&c.vt habetur in d.conſtitutio. Pij V.162.ſuper modo, & forma expediendi literas in forma dignum. *& ſi narratur,reſignantem non eſſe in ſacris conſtitutum,dicitur,quatenus reſignans in nullo ſacro ordine cõſtitutus exiſtat:& ſic id debet verificari. Et quod non debeat aliud verificari comprobatur clare: nam cum gratia expeditur in forma gratioſa, quia reſignatarius eſt examinatus & approbatus,in Curia,vel miſſa eſt approbatio ordinarij nihil verificandum iniungitur,nec opus eſt verificatione,vt d.eſt,nu.*157. Quamuis communiter ſoleat fieri informatio ſuper verificatione omnium nar
232 ratorum in literis, † in forma dignum, & videtur velle Flam.Pariſ.l.8.quæſt.7.in fi.Sed re vera nõ eſt neceſſarium niſi adſit aduerſarius iuxta ſupradicta:
233 circa quod ſub † dubitatur primo,idoneus in propoſito quis dicatur,ſeu in quo cõſiſtat idoneitas, & dico idoneitatem,& capacitatem in propoſito conſiſtere in legitimis natalib.ordine Eccleſiaſtico legitimo,legitima ætate, bonis moribus, & ſufficienti ſcientia,vt rectè inquit P.Gregor.de Benef. cap. 35. num.1.poſt Rebuff. in concordatis rub. de collatio. verſ.idoneitas,idoneus dicitur ſcientia,moribus,vita,& ætate,legitimitate,ac ordine, cap. cum in cunctis,de elect.c.cã te,de ætate & qualitate,Clem.1.eo. tit.& ibi Bonifac.Concil.Triden.ſeſſ.24. de reform. cap.18.verſ.peracto deinde examine,& ſeſſ.7. capit. 1.& ſeſſ.22 cap.2.& 4. de reform. Staphil. de literis gratiæ 9.forma expectata num.16.Rebuff.in praxi,

tit.re-

tit. requisita ad collationem bonam num. 23. & 38. Flam. Paris. l. 4. quæst. 1. num. 5. & quæst. 11. num. 11. & l. 8. quæst. 9. num. 38. & l. 10. quæst. 3. num. 68. & Ioan. Gutierrez consil. 2. nu. 22. & canon. quæst. l. 2. cap. 11. nu. 61. & posthæc Gonçal. ad reg. mensium glos. 4. à nu. 108. *& Gratian. in addit. decis. 97. nu. 2.*

Aduertendum tamen est, quod inter declaratio-
234 nes † S. Cong. Concil. super c. 12. sess. 24. de refor. habentur seq. declarationes facientes ad propositũ.

☞ Prima qui iam sacerdos est, & prouisus per sedem Apostolicam in forma dignum, de Canonicatu super literatura seu idoneitate scientiæ examinandus non est ab Ordinario, & idem de quocumq; alio ordine sacro illi Canonicatui requisito. Secunda, Congreg. censuit in ijs qui Diaconi, vel subdiaconi, aut Presbyteri sunt, petuntque admitti in Cathedralis Ecclesiæ Canonicatus qui eum ordinem sacrum quẽ ipsi habent requirunt sibi in forma dignum collates, opus non esse examine quod ad explorandam literaturam pertinet, eos vero qui sacros ordines nondum susceperunt examinandos esse, an illa habeant adiumenta doctrinæ, quæ ex præscripto Concil. Trident. necessaria sint illi sacro ordini qui Canonicatui quem consequi volunt erit annexus, facit c. accepimus de ætate & qualitat. *Gonçalez in reg. mensium glos. 4. numero 84. & Marc. Anton. Genuen. in praxi c. 119. num. 4.*

Secũdò subdubitatur quomodo dictus executor
235 debeat verificare dictam idoneitatem, &c. † & dico idoneitatem quoad literaturam, seu scientiam verificandam esse per examen personæ, illam examinando: idoneitatem vero quoad alias qualitates & quod aliunde commode viuere possit resignãs, per testes, seu alias probationes, id enim importat d. verb. si per diligentem examinationem, &c. Rot. decis. 8. de probat. concluſ. 877. nu. 8. Flamin. Paris. l. 8. quæst. 7. ad fin. & l. 10. quæst. 3. nu. 69. & Gonçalez d. glos. 4. nu. 170.

Sed ad parochiales in forma dignum examinato-
236 res † debent facere relationem, & approbationem non solum quod literaturam, sed etiam quoad clericatum, legitimitatem, ætatem, mores, &c. vt in d. Concil. Trident. sessione 24. cap. 18. de reforma. vers. peracto deinde examine renuntientur quotcunque, ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernan. opportunis, & censuit S. Congreg. Concil.
237 † Quod huic decreto non est satis factum per rela-
☞ tiones examinatorum, quorũ aliqui simpliciter renuntianerunt examinatum idoneum quoad literaturã, alijq; approbauerunt eum quoad literaturam quoad reliqua dicentes esse onus Episcopi. Et pro-
238 posito dubio pro parte Episcopi Abulen. † An prouisio parochialis sit nulla, si examinatores relationẽ fecerint solum quoad literaturam, examen vero circa mores, ætatem, & reliqua, Episcopo relinquatur; Congreg. censuit teneri facere relationem, etiam circa mores, ætatem, & reliqua, vt in declaratione Abulen. sup. adducta 5. p. cap. 7. nu. 11. ad tertium. *& nouiss. 24. Maij 1601. Congr. Concil. censuit, relatione examinatorum renunciantium vnum ex approbatis idoneum quoad scientiam tantum, & quoad vitam & mores approbationem reijcientium ad Vicarium Episcopi, non esse satis factum decreto Concilij, c. 8. sess. 24. vers. peracto.*

239 Vnde Rota in Casalen. parochialis coram † Do-
☞ mino Robusterio de anno 1586. resoluit, Institutionem parochialis factam ab Ordinario præsentato à patrono facta solũ relatione, ab examinatoribus quo ad scientiam, & non quoad mores, &c. esse nullã ex dict. Concil. cap. 18. Quod etiam fuit dictum in vna Iuuenacen. Beneficij 15. Decemb. 1593. coram Illustrissim. Domino Mantica. *& declar. S. Congr. Concil. quæ ita in specie censuit; vt apparet ex decis. 648. &* 652.
240 *&* 546. *nouiss. Far.* † Quamuis in dicta Casalen. parochialis 2. Mar. 1584. coram eod. D. Robusterio fuisset dictum, Bene examinatores potuisse in hoc se
☞ remittere ad Ordinarium & satis esse seruatam formam Cõcil. Trid. quamuis. n. ex dispositione Cõcil. potuissent etiam ipsi se informare de his & referre Ordinario, tamen non tollit quin etiam ipsi possent se remittere ad Ordinarium, cum in dubio iurisdictioni Ordinarij tantũ censeatur derogatum cumulatiue non priuatiue, Dec. cons. 3. nu. 3. Sed ista ratio
241 nihil valet, † nam Concil. ibi clare loquitur, dicens contrariũ & dans formã cum decreto irritante, & si istã ratio aliquid valeret, etiã quoad literaturam & scientiam possent examinatores se remittere ad Ordinarium, &c. *vt in decis. 647. nouiss. Farin. &* videnda
242 sunt d. infr. 9. p. c. 2. nu. 95. & 105. † In ipsa autẽ idoneitate probanda, nõ requiritur citatio alicuius, aut vocatio partis, nec causæ cognitio, nisi adesset intrusus, seu possessor Beneficij qui esset citãdus, aut alias legitimus contradictor comparuisset coram executore iuxta supradicta, sed absque citatione id expeditur. Rota decis. 9. de concess. Præb. in nouis, Felin. in c. fi. de præsump. nu. 36. Mascar. d. concl. 877. à nu. 2.
243 & Fla. Paris. l. 10. q. 3. nu. 70. Quinimo etiamsi † adesset intrusus, seu possessor Beneficij, vel comparuisset legitimus contradictor, non videtur requiri citatio illius in idoneitate probãda, maxime quoad sciẽtiam, quia id solum requiritur pro informatione, & satisfactione iudicis ne detur indigno, & non attinet ad partem, nec est actus iudicialis. *ita Rot. dec. 4 de sent. & re iudic. in antiq. nu. 3. & Leo in Thes. for. Eccle.*
244 *c. 17. nu.* 13. 14. *&* 15. Nec est necessarium † super idoneitate testes in forma recipere, sed sufficeret executorem extraiudicialiter se informare, nam verba si repereris, siue etiã li constiterit, possunt referri ad extraiudicialẽ informationẽ, seu instructionẽ. Abb. in d. c. fi. sub n. 13. præcipue vers. extra prædictos, & Fel. n. 18. & 33. & Flores q. 4. n. 21. Et verbũ si cõsti-
245 terit, nõ includit † citationem partis, quãdo committitur executio de re vacãte, vt per Felin. ibi, n. 12. ex Innoc. & Barth. quos refert, & licet includat citationem partis si de re nõ vacãte † committitur executio, vt per eũ ibi, & sic cũ adest intrusus requirat citationem, tamẽ id intelligẽdum est respectu actuũ iudicialium, & eorum quæ fiũt in forma iudicij, qualis non est examinatio seu probatio idoneitatis.

Facit decisio facta in causa Reginen. parochialis
247 8. Febr. 1557. coram D. Chisanen. † Quod dispẽsa-
☞ tio facta à iudice commissario, cui erat commissa cũ clausula, si est ita, super quibus conscientiam tuam oneramus, valet, licet non constet de processu. Rota decis. 4. de filijs Presbyterorum in antiq. & quod sit lus est in dispensationibus, quod si ab initio est aduersarius, tunc pars est citanda, & in scriptis acta reducenda: at vbi non est aduersarius, tunc sufficit sola informatio iudicis, quando conscientiæ illius dispẽsatio committitur gl. in cap. statutum. §. assessorem,

verb,relinquatur,vbi Francus n.6,de reſcrip.l.6.Lapus alleg.61.Rot.dec.443.in nouis facit c.cum conſuetudinis,&c.& ad idem eſt optima dec. Put. 144. l.2.& Tho.Sanch.l.8.diſput.35.nu.15.& conferunt quæ poſthæc tradit Gonç.gl.9. in annot. à num. 19. *& quod licèt ſtante clauſula, ſi eſt ita, ſit neceſſaria cauſæ cognitio,tamen potuit executor diſpenſationis ſe extraiudicialiter informare etiam ante diſpenſationem à cognitis, & alijs præſentib,& propterea nihil repugnat, quod iſta cauſæ cognitio non ſit enuntiata,& quod diſpenſatio fuerit conceſſa ſtatim,quod fuit præſentatum mandatum executori.ſuit reſolutum in vna Mediolan. matrimonij 17. Iun. 1602. coram Illuſtriſſimo Millino,& 29.Nouemb.eiuſdem anni coram D.Penna.*

Facit etiam, nam delegatus cui Papa committit
248 † vt ſe diligenter informet de vtilitate Eccleſiæ, & ſi reperetit cedere in euidentem vtilitatem, alienationem confirmet,ſeu det licentiã alienandi, &c. ſatis eſt adhibeat cognitionẽ extraiudicialem abſque citatione,& pro eo præſumitur abſque proceſſu,maxime ſi aſſereret ſe informaſſe,&c.Abb.conſ.41.l.1. & dicitur inf.vlt.par.c.2.à num.136.& in propoſito Rota in Abulen.Benef.26.Iun.1596.ſupra adducta dub.4.nu.47.*& conducit electio Rotæ in Hiſpal.Canonicatus 10.April.1606.coram D.Ludouiſio, & in Vercell. coadiutoria 23. Ian. 1608. & in vna Capuana optionis, 23.Mar.1609.coram D. Lancellotto, & in Pacen. puritatis, ſeu Canonicatus, 11. Decemb. 1609. & 30.April. 1610.coram D. Mançanedo, de quibus ſupra num. 161.*
249 Ex quibus † obiter infertur ad diſpenſationes matrim. & alias quæ hodie committuntur Ordinarijs cum clauſula,quod diligenter ſe informent, & ſi reperetint preces veritate niti, diſpenſent, &c. vt dictum eſt ſup.dub. 8.num. 105. vbi clauſulam ipſam poſuimus, quod nõ erit neceſſarium teſtes in forma
250 recipere,ſed ſufficiet † iudicem extraiudicialiter ſe informare,Concil.Trident.ſeſſ.22. de reformat. ca. 5.ibi.Summarie tantum & extraiudicialiter, & declaratio Sanct.Congreg.ibi quæ ait,requireretur tamen citatio,intelligenda eſt quando eſt aduerſarius,
251 vt in d.Reginenſi,Immo ſi per teſtes præſentatos † probaretur idoneitas impetrantis, ſeu veritas precum diſpenſationis, ipſi tamen executori contrariũ conſtaret,non liceret exequi commiſſionem,cũ eius iudicio,& informationi extraiudiciali relinquatur, onerando conſcientiam ipſius iuxta dicta, *& Gallego de cognat.ſpir.c.33.nu.2.Thom.Sanch. de matrim. lib. 8.diſp.34.n.21.Salas de leg.diſp.20.ſect.10.n.97.* & ſaltẽ debet ex officio examinare alios teſtes,per quos veritas ſibi nota patefiat. Et ſemper expediret quod
252 in huiuſmodi verificationibus † examinarentur ex officio aliqui teſtes,qui rẽ melius ſcire poſſent, prout fit in aliquibus Epiſcopatibus in diſpenſationibus matrimonialibus, & non ſe contentare cum teſtibus à partibus præſentatis,ſemper enim inueniuntur teſtes ad probandam idoneitatem impetrantiũ, maxime quoad parochiales, tamen vide quæ dicemus inf.nu.285.
253 Tertio ſubdubitatur † an ſi ſemel examinatus non reperiatur idoneus poſſit iterum examinari, & illi tunc reperto idoneo beneficium conferri. Et vi-
254 detur poſſe † dummodo in primo exam ine nõ fiat declaratio,ſen actus, quo declaratur illum non eſſe idoneum, nam quamdiu res eſt integra nihil prohibet illi idoneo reperto beneficium conferri virtute literarum,ex quo tunc conditio illa, ſi per examinationem illum idoneum eſſe repereris,verificatur, & ita videmus ſæpe practicari in hoc Epiſcopatu Abulenſi.in reſignationibus parochialium.
255 Nihilominus tamen contrarium † videtur tenendum,nam verba illa, ſi per diligentem examinationem illum idoneum eſſe repereris, de prima examinatione videntur intelligenda.ex reg.l.boues.§.hoc ſermone ff.de verb.ſignif,de qua late ibi Tiraq.alias poſſet per multum tẽpus expectari, quod fieret idoneus quod eſt inconueniens. Quod maxime procedit in parochialibus, in quibus examen fieri debet cum tribus examinatoribus ſynodalibus,ſeu alijs,& eo peracto renuntiare debent,an examinatus ſit idoneus,vel non,vt in Concil.ſeſſ.24.c.18.verſ,peracto deinde examine,quod quidem de examine ſemel facto intelligitur, quando pro tunc examen peractum eſt licet differatur renũtiatio, & declaratio ad aliud examen,committatur ſoli executori,& eius conſciẽtiæ, probabile videtur, quamdiu ipſe non pronuntiauerit quandocumque illum idoneum eſſe repererit circa locum executionis,&c.
256 Quamuis quod attinet † ad congruam reſignantis,ſufficiat quandocumque de illa conſtare, quamdiu res eſt integra etiam in parochialibus, id enim non magis ad primã quam ad ſecundã informationem infertur &c,ſicut etiam in diſpenſat. informatio de veritate precum; cauendum tamen erit in ca-
257 ſu reſignationis,ne incidant in conſtitutionẽ † Gregor.XIII.de publicãdis reſignationibus, de qua infra 11.par.cap.3.a n.373.in quam profecto videtur incidere ſi forte reſignatarius,qui ex d. conſtitutione poſſeſſionem Beneficij, intra tempus publicationis,apprehendere debet, vel ſaltem ſtante legitimo impedimẽto literas Apoſtolicas iudici,ſeu executori intra idem tempus præſentare, & apud illos pro ipſarum executione inſtare, & poſſeſſionem inſtanter petere fecerit,ſeu petierit quod executio,ſeu proceſſus in ea differatur vltra tempus publicationis.
258 Quarto ſubdubitatur,an ſi impetrans ſit † re vera idoneus non tamen ſit per executorem verificatum,teneat collatio? Et dico quod non,nam eſt conditio,non exiſtentiæ,ſed cognitionis Imol.in d. cap. fin.& ibi Fel.nu.33.& in cap. ſciſcitatus de reſcript. nu.14.prope fin.Rota deciſ.435.nu.2.p.1.diuerſ.& Tho.Sanch.de matrim.lib.3.diſput.33. num. 4.& lib.8.diſput.34.num.26.& 35.nu.16.*& Salas de leg. diſp.20.ſect.10.nu.97.*

Quinto ſubdubitatur,an ſi impetrãs ſit idoneus,
259 & per executorem ſciatur,poſſit † ad prouiſionem procedere abſque alia verificatione,ſeu informatione? Et dico quod non, alias prouiſio erit nulla pro-
260 pter defectũ formæ † mandati,& conditionis de limitato modo ſcientiæ,Cardin.in Clemen.1.nu.11. de conceſſ.Præben.Oldra.conſil.41.Bellamera.dec. 667.Felin.in d.cap.fin.nu.28.& 33.Nam illa verba,
261 ſi repereris idoneum, † cõtinent conditionẽ.Nau. in cap.ſi quando,de reſcript.except.9.num.9.& Th. Sanch.vbi proxime d.num.4.licet d.lib.8.diſpu.34. num.24.& 35.16.dicat,quod ſi ei cui diſpenſatio cõmiſſa eſt,de precum veritate conſtat, nulla opus eſt informatione,ſeu examinatione,non obſtante clauſula de ea,& facit deciſio Caputaquen.273.parte 1. quæ eſt etiam in Miſcellaneis Cottæ manuſcriptis 221,vbi habetur, Quod diſpenſatio ſuper illegitimitate

263 mirate non † valuit, quia non fuit ſeruata forma diſpenſationis, & mandati de diſpenſando, cum eſſet facienda qualis qualis inquiſitio, & tamen in hoc caſu nedum non reperitur, ſed nulla interuenit, ſed ſtatim fuit promotus præſentata diſpenſatione, maxime ſtante clauſula illa ſi ita eſt, quæ eſt conditionalis, &c. Et quod clauſula, ſi eſt ita, facit gratiam con-
263 ditionalem † fuit etiam dictum in d. Conchen. erectionis 25. Maij 1592. ex Pariſio conſil. 82. num. 6. Soc. Iun. 43. nu. 43. licet contradicat Tho. Sanch. d. nu. 26. qui ait quod clauſula, ſi eſt ita, diſpenſat, non inducit formam nec conditionem.

264 Quod tamen limitat † Card. cum Paulo dict. numero 11. & Felin. dict. numero 28. cum Imola ibidem, quando de idoneitate notorie conſtat, quod tunc non eſt neceſſaria examinatio niſi ad cautelam, qui tamen conſulunt, quod executor hoc ipſum de notorio exprimat in collatione, vel in relatione, ſeu interlocutoria vt ſciatur quate examinationem non fecit, idem Thom. Sanch. loquens in diſpenſatio. d. num. 24. & 16. *& Salas d. diſp. 20. ſect. 10. num. 97.*

265 Sed hæc limitatio non videtur vera, † nam quando examinatio eſt de forma, prætermitti non poteſt quantumcumque examinandus ſit notus. Bald. in c. conſtitutus, 2. num. 4. de appellatio. & ibi Præpoſitus & Abb. num. 4. qui ait quod ſcholaris notorie peritus tranſit ſine examinatione, vel ſaltem modica, pro forma. Corſettus in ſingul. verb. præſumpt. qualiter bene Brunus de forma, rubrica de implemento formæ, verſiculo vltimo facit Lambertus qui alios refert de iure patronat. 1. part. 2. lib. quæſt. 11. art. 3. nu. 5. Robuſ. de priuil. ſcholarium priuileg. 86. nu. 4. Mandoſ. reg. 24. queſt. 3. nu. 11. & 12. Puſcus de viſitatio. lib. 2. cap. 5. nu. 10. Flam. Pariſ. lib. 8. quæſt. 9. nu. 83. & ſeq. & Cenedo collect. 15. ad decretum num. 5. & poſt hæc Gonçalez ad reg. menſium, gloſ. 4. à num. 89.

266 Et Rota in vna Calagurr. † Beneficij de Ornillos 12. Octobr. 1587. coram Illuſtriſs. Pamphilio reſoluit quod quando examen requiritur pro forma debet præcedere quamlibet prouiſionem, quamuis alias ſit examinatus, & approbatus etiã ad parochiales, maxime quando ab alio Ordinario, &c. Et præ-
267 ſertim limitatio hodie non videtur † poſſe procedere in executore ad parochiales, in forma dignum nouiſſima, nam quantumcumque notorie impetrans ſit idoneus, non poteſt excuſari examen in d. forma dignum, cum examinatoribus ſynodalib. vt in ea dicit Fuſcus, & Cenedo ibi.

268 Pro quibus facit reſolutio in cauſa † Aſtoricen. parochialis 11. Maij 1587. corã D. Gypſio, & in vna Regien. Prioratus 26. Iun. & 24. Decemb. 1587. corã D. Pamphilio, Quod notitia præſentati licet alias ſufficiat non tamen ſufficit, vbi examinatio eſt omnino neceſſaria, vt in parochiali, & vbi datur concurſu præſentatorum, &c. Sed offert ſe hic difficul-
269 tas, † ſi executor cui committitur collatio Beneficij ſimplicis in forma dignum, committit examen alicui examinatori, prout fieri ſolet, & fieri poſſe diximus ſupra 8. dub. à nu. 97. & examinator dat illi ſchedulam, ſeu chartam approbationis abſque examine, quia eſt ſibi nota ſufficientia ipſius, an cenſeatur ſeruata forma examinis? & conſequenter valeat collatio ſubſecuta? & videtur quod ſic, licet tutius ſit quod fiat examen aliquod pro forma.

270 Sexto ſubdubitatur, an ſi dictus executor † fecerit examinationem prout ſibi fuerat iniunctum, & putans ipſum idoneum, cum non eſſet, contulit ei Beneficium, talis collatio valeat? & dico quod ſic, nam conditio eſt purificata per obſeruantiam ſolius
271 formæ. † Ita docent Baldus in l. 2. nu. 8. C. quando prouocare non eſt neceſſe Abb. in cap. 1. nu. 29. de re iudicata, Felin. in d. cap. fin. nu. 33. & Staphil. de literis gratiæ, tit. quib. modis expirent literæ ad Benef. §. 6. principaliter num. 1. & 2.

272 Quod tamen ſecus eſſet † in diſpenſationibus commiſſis Ordinario, nam quantumuis per informationem repererit preces veritate niti, ſi tamen à parte rei non eſt ita, diſpenſatio erit nulla, tanquam ſurreptitia propter falſitatem narratorum. P. Ledeſma dicens tenere communiter Doctores in ſumm. de matrimon. cap. 27. ad fin. & Tho. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 21. num. 33.

Et eadem ratione ſi reſignans re vera non habe-
273 ret aliunde † vnde commode viuere poſſet, reſignatio, & prouiſio facta reſignatario eſſet nulla tanquã ſurreptitia, quamuis coram executore id probatum eſſet.

274 At ſi per examinationem factam executor † bene intelligere deberet eum non eſſe idoneum, & nihilominus contra conſcientiam ei tanquam idoneo conferret Beneficium, re vera collatio non valeret, nec prouiſus, ſi ei id conſtaret, tutus eſſet in conſcientia, nam in rei veritate non fuit ſeruata forma mandati, & purificata conditio, & idem eſſet ſi alias id conſtaret executori, iuxta dictum ſup. nu. 261.

275 In parochialibus tamen debet executor † in dict. forma dignum nouiſſime impetranti conferre, & collatio erit valida ſi examinatores, ſeu maior pars eorum illum idoneum eſſe renuntiant, & approbant ſiue bene, & ſecundum conſcientiam, ſiue male, & contra conſcientiam, quamuis ipſe executor eum non putet idoneum, nam per approbationem, examinatorum purificata eſt conditio mandati, cum quoad approbationem, ſeu reprobationem ſtandum ſit eorum relationi, iuxta decretum Concilij d. cap. 18. ſeſſ. 24. & dictum eſt ſupra dub. 5. num. 75.

276 Septimo ſubdubitatur circa illam clauſulam, † quod dictus N. aliunde habeat vnde commode viuere poſſit, de qua vide ſupra 2. part. capit. 5. à num. 200. & 207. an ſit neceſſarium conſtare quod reſignans tempore reſignationis, & datæ, aliũde habeat vnde commode viuere poſſit, an vero ſufficiat, quod id habeat tempore executionis ipſius gratiæ. Et bre-
277 uiter dico ſatis eſſe, quod † de hoc conſtet tempore executionis ipſius gratiæ, cum verba illa ſi tibi conſtiterit, ſint futuri temporis, & qualitas adiuncta verbo debeat intelligi iuxta tempus verbi l. in delictis §. 1. ff. de noxalibus Abb. in capit. cum in cunctis §. inferiora, num. 10. de electio. & Deci. 22. Et ſic li-
278 mitanda eſt regul. illa, quod † ſurreptio conſideratur reſpectu datæ, de qua Felin. in capit. eam te, de reſcript. numer. 18. Caputaquen. deciſio. 40. numero 2. part. 2. & notatur in capit. ſi eo tempore, de reſcri-
279 pt. in 6. Et ita in terminis † fuit reſolutum in Iacen. Vicariæ vlt. Ianuar. 1590. coram Illuſtriſſimo Plato, vt in deciſ. ſeq.

☞ Reſoluerunt Domini gratiam Antonij eſſe iuſtificatam & validam, nam de reſignatione atq; eius publicatione, ac de ſacerdotio eiuſdem Antonij cõ-

ſtat ex publicis ſcripturis, valor Vicariæ cum annexis vltra teſtes coram Ordinario examinatis, probatur etiam ex confeſſione partis, Paleottus dec. 391. in fin. Caputaquen. deciſ. 330. num. 3. lib. 3. non obſtat, quod non fuerit verificatus valor & qualitas Beneficij obtenti, quia cum obtulerit Ant. illud dimittere, non erat neceſſaria aliqua verificatio. Rota deciſ. 20. de Præben. in nouis, non obſtat quod non conſtet Sanctium reſignantem tempore reſignationis habuiſſe aliunde vnde commode ſuſtentaretur, quia ſatis eſt in caſu iſto, quod de hoc conſtiterit tẽpore executionis ipſius gratiæ, deciſ. 10. numero 2. & 6. de conceſſ. Præbend. in antiquis, non obſtat, quod Sanctius reſignans poſt præſentationem de ſe factam ad Prioratum de Volitan malitioſe diſtulerit procurare, vt ſibi de eo Prioratu fieret inſtitutio, & collatio. Et quod plus eſt, ſuppoſuerit colluſiue aliquos oppoſitores ad effectum, vt dilata huiuſmodi inſtitutione interim in curia reſignatio cũ reſeruatione penſionis admitteretur, qua colluſione ſiãte dicebatur reſignationem fuiſſe nullã, Gigas de penſio. q. 42. quia fuit reſponſum non conſtare de huiuſmodi colluſione, tum quia cum non ſit præfixum tempus aliquod ad obtinendam inſtitutionem Beneficij de iure patron. deciſ. 4. de iure patr. in nouis, non videtur imputandum Sanctio, quod inſtitutionem ſuam in longum proſtraxerit. Tum etiam quia teſtes de ea deponentes fuerunt nulliter examinati, ſcilicet parte non citata, & quod plus eſt, colluſionem non probant, nam deponunt de auditu à Barthol. qui etiam examinatus dicit ſe fuiſſe rogatum nomine Sanctij, vt ſe opponeret, cuius dictum ſicut non probaret ſolem contra Sanctium, & multo minus contra Antonium, ita nec poſſunt probare teſtes qui dicunt ſe ab illo audiuiſſe. Præterea colluſio huiuſmodi prætenſa non eſſet ſuper Vicario, ſed ſuper Prioratu, ideo nihil facit ad nullitatem reſignationis, maxime cum nullo modo probet Antonium fuiſſe participem colluſionis, & tamen Gigas & alij per eum allegati præſupponunt colluſionem interuenisſe ex parte vtriuſque. Non obſtat quod dicitur non conſtare quod deducta penſione ducatorum 40. impoſita ad fauorem Sanctij remaneant centum pro rectore, iuxta decretum Cõcilij Trident. ac decretum appoſitum in gratia reſignationis & reſeruationis penſionis, quia fuit reſpõſum de hoc nullum verbum legi in literis expeditis ad fauorem Antonij reſignatarij in actis productis, quare cum ipſe teneatur verificare ſolum ea, quæ ſunt narrata in ſuis literis, non videtur curandum ſi non probauit fructus Vicariæ aſcendere ad tantam ſummam, vt ſoluta penſione centum pro ſe remaneant, quod erit probandum per Sanctium cum pẽſionem voluerit conſequi.

280 Vnde existimo quod ſi tempore executionis † reſignans eſſet mortuus, non eſſet opus eius congruã verificare, cum mortuus illa non egeat, & hoc forte voluit quædam declaratio S. Congreg. Concilij ſuper cap. 2. ſeſſ. 21. de reformation. † quæ ſic ait,

281 Quidam reſignauit Canonicatum alteri, vt infra menſem teneatur docere quod aliunde commode, &c. moritur infra menſem, Ordinarius voluit conferre Canonicatum per obitum, reſpondit Congreg. non poſſe quia affectus, cum ſemel Papa apposuerit manus, alias iſta declaratio pateretur difficultatem ex d. 5. par. cap. 1. à num. 154.

282 Si tamen executor quia ſibi non conſtitit † reſignantem aliunde habere vnde commode viuere poſſet, pronuntiauit, non eſſe locum executioni literarum, non erit locus appellationi nec ſufficit in gradu appellationis id conſtare, ex quo iam defecit cõditio executionis, &c. Cum vero reſignatio eſt expedita in forma gratioſa; tunc clauſula ſeu narra-

283 tiua † quod aliunde habet, vnde viuere poſſit, debet eſſe vera tempore datæ ex primo capit. de qua num. 288.

Vnde infertur ad diſpenſationes matrimoniales quæ committuntur Ordinarijs, vt dixi cum clauſula, quod diligenter ſe informent, & ſi repererint preces veritate niti, diſpenſent, quod ſufficiat narrata eſſe vera, & verificari tempore executionis ipſius diſpenſationis, ſeu commiſſionis, licet tempore datæ literarum non eſſent vera, & ita videtur practicari, nam articuli qui fiunt pro verificatione diſpenſationum ſemper loquuntur de tempore præſenti & non de tempore datæ.

284 Quamuis contrarium ſcilicet narrata debere † eſſe vera tempore impetrationis & relationis factæ Papæ, & non poſtea tempore executionis teneat Cordubenſ. in ſumm. quæſt. 45. opin. 2. pun. 1. Ioannes Guttierrez quæſtio. lib. 2. canon. capitul. decimoquinto numero 131. & 133. & Thomas Sanchez de matrimon. libro octauo diſputatio. 30. num. 4. & 5. ex Abb. in capitul. quia circa, de conſanguinitate & affinitate numero quarto, qui ait quod veritas narratorum in diſpenſatione eſt conſideranda ſecundum tempus impetrationis non enim ſufficit narrata prius fuiſſe vera, vel poſt impetrationem verificata, quando veritas cauſarum narratur de præſenti & quod neceſſe ſit probare narrata eſſe vera

285 † tempore impetrationis, docent etiam Rebuffus ad leges Gallicas 2. tom. titul. de reſcriptis in præfatione nume. 56. & Maſcard. dict. concluſione. 1128. numer. 22. *& dictam doctrinam Abbatis ſequitur Azeued conſ. 34. nu. 14.*

286 Sed Abb. ibi non loquitur † in noſtris terminis, ſcilicet quando diſpenſatio committitur alicui cum declauſula quod ſe informet, & ſi reperetit preces veritate niti, diſpenſet, ſed loquitur de diſpenſatione in forma gratioſa, in qua certum eſt veritatem narratorum conſiderandam eſſe, ſecundum tempus impetrationis iuxta dictam regulam quod ſurreptio conſideratur reſpectu datæ, quæ præcipue procedit & ita etiam accipiendi ſunt Rebuffus, & Maſcardus, ibi.

287 Verum eſt tamen, quod in diſpenſationibus † cũ copula in quibus impetrantes narrant inter eos copulam præceſſiſſe, & quod niſi matrimonium inter eos contraheretur ipſa diffamata, & innupta remaneret, grauiaque ex inde ſcandala poſſent veriſimiliter exoriri, vt ſolet dici in diſpenſationibus cum copula propter infamiam ſi iſta non eſſent vera tempore impetrationis, ſed poſtea conſulto copulam habuiſſent, vt infamia, & nota poſſet verificari vel alias infamiam, & notam propter fraudem, & doliũ

288 † quæ alicui patrocinari non debent cap. ſedes. c. ex tenore de reſcript. & ſic procedet ſententia Cordubenſ. ſup. quam ſequuntur Mandoſ. Rodriguez in ſum. 1. to. cap. 36. nu. 9. Veg. in ſum. part. cap. 88. caſu 4. & Ledeſ. in ſum. de matrim. cap. 274. difficul-

7. con-

7. concluſ. & Thom. Sanchez d. num. 5. & ſententia Ioan. Guttierez ſup. non alias.

289 Et è conuerſo † non ſufficiat cauſam narratam fuiſſe veram tempore impetrationis, & relationis factæ Papæ, ſi tempore informationis, & executionis ea deficiat & iam non ſit vera, vt ſi narratum eſt mulierem eſſe pauperem, aut habere dotem minus competentem, licet tunc ita eſſet, tamen ſi ante executionem commiſſionis & antequam Ordinarius diſpenſet, ea cauſa deficiat, vt quia iam facta ſit dies aut habeat dotem competentem, quia obuenit ei hæreditas, vel legatum, &c. vitiatur diſpenſatio quæ eſt in fieri. Ioan. Guttierez ſupra numer. 132. Thom. Sanchez lib. 8. diſput. 19. num. 27. & diſput. 30. num. 12. Humada ad Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. gloſ. 10. num. 5. & 6.

290 Quamuis cõtrarium teneat Enriq. † in ſum. lib. 14. cap. 17. §. 10. ex Couarr. lib. 1. variar. cap. 20. numero quinto verſicul. his breuiter. Sed Couarruu. loquitur in diſpenſatione, facta & ſortita effectum,

291 quæ non † vitiatur, etiamſi poſtea cauſa deficiat Ioannes Guttierrez ſupra. Vnde in prædicto caſu ſi poſtquam Ordinarius virtute commiſſionis, & mandati Papæ diſpenſauit, mulier facta eſſet dies, aut haberet dotem competentem non vitiaretur diſpenſatio etiamſi nondum matrimonium eſſet contractum, quicquid dicat Thom. Sanchez d. diſputatio. 30. num. 14. & ſequent. quanto magis ſi eſſet contra-

292 ctum, etiamſi tempore † diſpenſationis haberet ſpem quaſi certam ſucceſſionis, donationis, vel applicationis bonorum competentium, ſi non eſt legitima neceſſario ſibi debita; quia antequam ſucceſſio. & applicatio fiant, non ſunt bona illius. ita Nau. conſ. 19. de reſcript. quem ſequitur Marcus Antonius Genuen. in praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ cap. 25. num. 81. & Thom. Sanchez ſupra à nu. 21. d. diſput. 19.

Rurſus circa illam clauſulã, quod reſignans aliun-

293 de habeat † vnde commode viuere poſſit, aduerte quod narratiua in reſignatione facta, & clauſula, quod reſignans habet aliunde, vna cum penſione ſibi in tali reſignatione reſeruata, vnde commode viuere poſſit, verificatur ſufficienter, ſi ex penſione illa habeat, vnde viuere poſſit, licet non verificetur quod habeat etiam aliunde, quia intentio Papæ eſt quod remaneat congrua, ſiue remaneat ex penſione tantum, ſiue etiam aliunde, ita fuit reſolutum in vna Zamorenſ. Beneficij 20. Iunij 1594. coram D. meo Corduba.

394 Et quamuis in literis dicatur, dummodo † aliunde habeat vnde viuere poſſit, non excluditur, quin penſio ſit incongrua computanda, quin verbum aliunde ponitur ad excluſionem beneficij reſignati, non autem penſionis, vt in illa Brixienſ. parochialis 20. Nouembris 1598. coram D. Penna ſupra relata 2. par. cap. 5. num. 209.

295 Tandem admoneo lectorem, † quod in hac materia de executione, & verificatione literarum caueat a Flores de Mena. dict. quæſt. 4. ex nu. 19. nam eam confundit nec recte callet ſicut iuriſconſulti Hiſpani.

## *An gratia in forma dignum expiret morte Papæ concedentis re integra. §. III.*

### SVMMARIA.

*ANgratia, ſeu mandatum de prouidendo, in forma dignũ, expiret morte Papæ concedentis re integra, &c. a nu. 296. reſoluitur, contra aliquos, non obſtante c. ſi cui nulla, de Præben. in 6. verſic. ſecus, quod procedit vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de incerto beneficio vacaturo, & ſic in gratia facienda, &c.*

*Id procedit etiamſi mandetur prouideri de certo beneficio, cum cauſæ cognitione & citatione partis, nam etiam tunc non expirat gratia, nec executorum poteſtas nu. 303. contra aliquos relatos, num. 304.*

*Gratia ad Beneficium vacaturum incertum, non expirat morte Papæ ante vacationem, etiam re integra quando non cõmittit executori prouiſionem, ſed ipſe confirt ex nunc, prout ex tunc à nu. 305. & ponitur Rotæ deciſio.*

*Si alicui ſit gratia conceſſa per quam committitur aſſignatio certæ penſionis huiuſmodi gratia non expirat morte Papæ re integra nu. 309. Si vero committeretur aſſignatio penſionis incertæ, expiraret nu. 310.*

*Diſpenſationes quæ committuntur Ordinarijs, vt precibus veris repertis diſpenſent, non expirant morte Papæ concedentis, re integra, quamuis mandatum de diſpenſando non habeat vim diſpenſationis, ſed adhuc poſſunt Ordinarij illas expedire, etiam ſede Apoſtolica vacante, antequam erat regul. Cancellariæ ſuper renalidatione literarum prædeceſſoris contra Nauarr. & alios à nu. 311.*

*Quod dicunt Ioan. Andr. Fel. & alij, quod facultas diſpenſandi cum certis perſonis fauore illarum, expirat morte concedentis, re integra, poteſt intelligi, quando eſt conceſſa huiuſmodi facultas ſimpliciter, abſque mandato, & præcepto, &c. num. 314.*

*Licentia eligendi confeſſarium, data à Papa, vel Epiſcopo, ſeu parocho, non expirat morte concedentis, quia eſt gratia facta ipſi pœnitenti, nu. 315. Licet in licentia data per Epiſcopum, ſeu alium Papa inferiorem, contra teneant Abb. & alij n 316. Quod maxime procedit, quando talis licẽtia datur acceſſorie ad indulgentiam n. 317. Et quando datur in Bulla conceſſa fauore Principis, vt cruciata, nu. 318.*

*Similiter licentia audiendi confeſſiones, data alicui ſacerdoti ip ſius contemplatione à Papa, ſeu Epiſcopo; non expiraret morte concedentis. nu. 319. non ſolum quoad ſimplicem licentiam, ſeu approbationem, & expoſitionem quæ abſque dubio non expirat, ſicut licentia ſeu reuerendæ ad ſuſcipiendos ordines ſed etiam quoad delegationem & commiſſionẽ iuriſdictionis ab abſoluendum, quæ etiam non expirat à numero 320.*

*Cap. gratum cap. relatum, &c. licet de officio delegati, vbi habetur, quod iuriſdictio delegata expirat morte delegantis, reintegra, loquuntur de iuriſdictione fori contentioſi, non voluntaria, num. 324.*

*Idem eſſet in licentia ſeu iuriſdictione, alicui data à parocho, ad audien confeſſiones ſuorum ſubditorum. n. 325. Quamuis iuriſdictio ab eo delegata aſſumendo illum in Vicarium ſeu coadiutorem ſuum, expiret morte parochi, ſicut poteſtas Vicarij Epiſcopi. nu. 326.*

*Licentia audiendi confeſſiones certarum perſonarum, data alicui ipſarum fauore, expirat morte concedentis nu. 327.*

*Licentia, & facultas teſtandi, conceſſa à Papa non expirat morte concedentis re integra num. 328. Et ſimiliter licen-*

*tia, & facultas, faciendi maioratum à rege cõceſſa non expirat morte concedentis re integra num.329. & idem indiſtinctè in licentia data per regem ad extrahendum ſeu alienandum bona maioratus, etiamſi concedatur ſub nomine ipſius regis num.330.*

*Quod procedit, etiamſi literæ d. licentia, & facultatis faciendi maioratum, teſtandi, aut alienandi, non eſſent expeditæ, cõtra aliquos nu.331. & ſeq. Quando gratia eſt conceſſa per Principem nu. 333. Et ita gratiæ etiam ad aliquid faciendum conceſſæ per Papam expediuntur per ſucceſſorem in forma rationi congruit num.334.*

*Procedit etiam, ſine licentia & gratia ſit conceſſa ex cauſa neceſſaria, & cum cauſæ cognitione, ſine ex cauſa voluntaria, & ſine cauſæ cognitione. nu.335.*

*De hac materia, an gratia vel mandatum expiret morte concedentis, & c. remiſſiue nu.336.*

296 DVodecimò, & vltimò principaliter † dubitatur, an gratia ſeu mandatum de prouidendo forma dignum expiret morte Papæ concedentis re integra, ita quod executor deputatus ad illius executionem non poſſit procedere.

297 Et videtur † expirare ex cap. cui nulla. verſiculo ſecus de Præben. lib. 6. vbi dicitur, quod ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda, ſit data poteſtas alicui prouideri mandatur gratiam, & fauorem, illa quidem expirat omnino ſi concedens re integra moriatur, & facit regula l. mandatum. C. mandati, & §. recte, inſtitut. eod.

298 Per quem † text. in d. cap. ſi cui nulla. inquit Aegidius deciſ. 542. quod mandatum factum per legatum, de prouidendo certæ perſonæ de certo Beneficio, tunc vacante, moriente Legato ante mandati executionem, ipſo iure expirat. Et ſequitur Staphileus de liter. s gratiæ tit. quibus modis expirent literæ ad Beneficia, in princip. nu. 1. & 2. Et ita videntur

299 † tenere Decius in Rubr. de conſtitutio. 1. lectura num. 41. ibi ſecus ▪ deberet fieri per alium cui committeretur, & Ripa ibidem nu. 56. ibi, ſecus ſi per viã commiſſionis ſit alteri mandatum quod conferat. Coraſ. de Benefic. 4. part. cap. 5. num. 54. ibi, licet ſecus ſi collatoribus tantum. Zerola in praxi Epiſcopali 2. par. verbo delegatus §. 1. & Mandoſ. Rodriguez q. regularium 1. tom. quæſt. 9. art. 1. & Thom. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſputat. 28. num. 43. & 64. & 81.

Nihilominus tamen contrarium eſt dicendum,

300 † nempe gratiam, ſeu mandatum de prouidẽdo in forma dignum, nullo modo expirare morte Papæ concedentis re integra, ſed adhuc poſſe executorem ad illius executionem procedere. Nam vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de certo Beneficio vacante gratia dicitur facta, ex quo ſaltem habet ius ad illud, licet non habeat in re vt dicitur ſupra 4. part. cap. 3. 11. modo num. 59. & ſic intrat text. in capit. ſi ſuper gratia. de officio deleg. in 6. ita Rota deciſ. 12. de officio deleg. alias 349. in nouis. Hier. Paulus in practica Cancellariæ verſic. præſtantiſſime doct. quẽ ſequitur Rebuffi s in concordatis Rubric. de mandatis Apoſtolic. §. 1. verb. fuit partificatus. Mill. in ſuper. verb. gratia facta licet nondum executa. Gigas de penſion. quæſt. 91. num. 4. Anto. Gabr. titul. de præben. concluſ. 1. nu. 19. & 35. ſeu 37. Mandoſ. reg. 10. q. 2. num. 4. Aceuedo in l. 2. num. 4. & 5. tit. 7. lib. 5. recopilat. D. Ioan. Guttier. canon q. lib. 2. cap. 17. nu. 5. & Enriq. in ſum. lib. 14. cap. 17. num. 7. & tenet Thom. Sanch. ſup. nu. 87. & ſeq.

301 Et tex. in d. cap. ſi cui nulla. ver. ſecus procedit, † vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de incerto beneficio vacaturo: & ſic in gratia facienda cũ gratia non reſpiciat, nec videatur afficere aliquod beneficium certum, vt enim intelligunt doctores ibi, & in d. cap. ſi ſuper gratia, Rota Gigas & Mandoſ. ſup. & Emman. Rodrig. ſic intelligendus quæſt. reg. 2. tom. quæſtio. 46. artic. 7. ad finem. & Graffijs in deciſio. aureis caſuum conſcientiæ lib. 4. cap. 2. num. 28. & ſorte Gonçalez glo. 12. num. 42. & facit quod tradit Cucchus in inſtitution. maiorbus lib. 1. titul. 7. num. 50.

302 Quamuis Hieron. † Paulus ſupra, quem ſequitur Rebuffus & Guttierrez, & Thom. Sanchez d. num. 87. & 95. teneat id procedere etiam vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de Beneficio vacaturo, etiam incerto intelligens d. cap. ſi cui nulla verſic. ſecus, vbi non eſt propriè mandatum, ſed ſimpliciter conceſſa facultas, at hic intellectus violat literã tex. ibi, mandatur.

303 Quæ reſolutio procedit † etiamſi mandetur prouideri de certo beneficio, cum cauſæ cognitione, & citatione partis, nam etiam tunc non expirat gratia eadem ratione, nec executorum poteſtas tanquam acceſſoria, ex d. cap. ſi ſuper gratia, quod non ſolum procedit in executore mero, ſed etiam in mixto, ita maior pars Dominorum in d. dec. 12. & Hier. Paul. ſup. quem vt dixi ſequuntur Rebuffus, & Guttier. ſupra. & Tho. Sanch. nu. 88.

Quamuis contradicant collector, *Coll. 6. Dom. in d. c. ſuper gratia num. 7. verſ. Sed pone quod Papa, Ioſ. in l. more, ff. de iuriſd. omn. iud. num. 64. ibi, & Mand. ſup. & Fel. in c. relatum. de off. deleg. nu. 13. verſ. limita iſtam limitationem, Ang. Gabr. d. concluſ. 1. de Præb. nu. 13. ibi*

304 Gigas † ſup. nu. 5. & Flores q. 4. nu. 74. qui dicunt tunc executoris poteſtatem expirare, licet non gratiam. Et Francus in d. c. ſi ſuper gratia nu. 4. & Mil. & Mandoſ. ſupra, qui videntur velle etiam gratiam tunc expirare quia dicunt eſſe gratiam faciendam. *Nec placet in hac materia obſeruatio D. Sabagun de Villaſante in cap. relatum. de offic. deleg. numero 14. quod ſi gratia reſcriptum refertur ad eum, cui gratia ſit, etiamſi cauſa delegationem contineat alteri directam, mortuo concedente gratia non expirat, vt in d. c. ſuper gratia, etiamſi gratia alterius fauorem vel vtilitatem conſequentem includat, vt in d. cap. ſi cui. reſp. 1. quod ſi gratia reſcriptum non refertur ad eum, in cuius fauorem & vtilitatem gratia ſit mortuo concedente re integra expirat, vt in d. c. ſi cui, verſ. ſecus, & quod ita reſcriptum magis eſt, & c. Cui conſonat diſtinctio Suarez deleg. lib. 8. cap 31. nu. 18. & 19. qui omiſſis duobus modis dicendi ab eo ibi a nu. 14. adductis diſtinguit inter facultatem directe datam delegato in fauorem tertij, per quam ait non cenſiri gratiam illa factam illi tertio, ſed eſſe gratiam faciendam, licet Legato imponatur neceſſitas eam faciendi, ſeu diſpenſandi; nam illa tranſit in mandatum, quod ceſſat morte mandantis re integra, & inter facultatem ſeu licentiam directe datam ſubdito, quam ait eſſe gratiam factam, licet vſus eius pendeat ex alio operante circa ipſum; & ideo etiamſi moriatur concedens, re integra non perire, & c. Iſta enim interpretatio & diſtinctio verbalis eſt, contra l. 2. in fi. C. communia delegat. Nec eſt attendendum, ad quem reſcriptum gratiæ referatur, ſed gratia ipſa, & cui in effectu fiat. &*

*an ſit*

*in ſi facta vel facienda. Nec ea eſt recepta, ſed noua interpretatio, quicquid dicat Subeg. quæ videtur poſſe ſaluari, intelligendo eam iuxta doctrinam Molinæ de iuſt. tract. 5. diſput. 20. num. 4. quod quando facultas aliquid faciendi eſt gratia conceſſa, & facta alicui, vt ab alio id circa ipſum fiat, tunc morte concedentis re integra non expirat. Si vero ſolum eſt mandatum ſeu facultas id faciendi erga aliquem, non eſt gratia facta, ſed in futurum illi facienda: & ideo re integra expirat morte concedentis: atque hoc, inquit, eſt quod diſponitur in poſteriori parte d. cap. ſi cui, & quod Nauar. conſ. 2. nu. 1. de offic. deleg. aliàs 1. de priuil. intendit & docet. Sed quamuis iſta doctrina in ſe videatur vera, non tamẽ congruit d. cap. ſi cui, Nec enim ſolent dari talia nuda mandata, & facultates non conceſſæ ijs, in quorum fauorem in particulari ſunt exequendæ. Nec Nauar. id docet in d. conſ. ſed quod dicitur infra nu. 313. vbi allegatur, & litera illius eſt mendoſa: nam vbi dicit, nomine nominato, debet dicere, nomine nominato, ſeu nomine non nominato, vt patet ex contexta & ſummario.*

305 Sed & gratia ad beneficium vacaturum † incertum non expirat morte Papæ ante vacationem, etiã re integra, quando non committit executori prouiſionem ſed ipſe confert ex nunc, prout ex tũc, quia tunc gratia eſt facta, &c. *Molin. d. tract. 5. diſp. 20. nu. 2. ad fin.* Guidobonus deciſ. 29. in manuſcript. & Rota in vna Calagurritana expectatiuæ. 1. Iul. 1592. coram D. Penna in qua fuit reſolutum, quod expectatiua conceſſa à Papa Gregor. † XIIII. Doctori
306 Frances ad Canonicatum & præbendam Calaguritan. qui 1. 2. vel vlteriori loco vacauerit quem infra menſem à die notitiæ duxerit acceptandam, non expirauit morte Papæ ante vacationem Canonicatus, quia cum non committat executori prouiſionem, ſed ipſe conferat ex nunc, prout ex tunc, gratia eſt facta, & datio executorum acceſſoria, & ideo non expirat, &c. capit. ſi ſuper gratia. de officio deleg. in 6. Secus ſi eſſet facienda, capit. ſi cui nulla. de Præbend. in 6. Gabr. titulo de Præbend. concluſione 1. Guidobonus deciſione 29. & quia res non erat integra, quia Auditor Cameræ vnus ex executoribus fulminauerat ante mortem Papæ proceſſum? nam cum non detur executor vt cognoſcat, ſed vt exequatur, actus ille ſine citatione, ſufficit vt res deſinat eſſe integra, perpetuetur iuriſdictio. Gemin. in d. cap. Il cui nulla, num. 6. Francus nu. 3. gloſ. Hiſpanus regu. 10. Ioan. Nicol. tract. de generis expectatiuis, ca. 3. nu. 2. Guidobonus d. deciſio. & quamuis eſſet conditionalis non expirat cum non ſit gratia facienda, ſed facta, &c. Gonçal. ſup. nu. 42.

307 Et fuit confirmatum coram eodem. 9. † Octobr. 1592. & quod propter illa verba, ex nunc, prout ex tunc conferimus. &c. perindè eſt ac ſi Papa tempore primæ gratiæ contuliſſet, & omnia retrotrahuntur ad tempus datæ, Creſcen. deciſ. 269. Et ſimiliter
308 gratia † expectatiua Præbendæ vacaturę non expirat morte cõcedentis quando eſt creatus in Canonicum, Francus in d. cap. ſi ſuper gratia, nu. 2. Guidob. deciſ. 33. vbi habetur quod obtinens creari in Canonicum poteſt acceptare Præbendam vacantem mortuo Papa, qui eum creauit in Canonicum, quia creatio in Canonicum perficit gratiam, & ſolum expectat præbendam vacaturam, quo caſu per obitum creantis non expirat gratia, neque poteſtas executorum d. capit. ſi ſuper gratia, d. cap. ſi cui nulla, Rota in nouis. 349. & ratione Canonicatus præben. debetur cap. relatum de præbend.

309 Ex ſupradictis infertur 1. ad quęſtionem † de qua Gigas d. q. 91. quod ſi alicui fit gratis cõceſſa per quã committitur aſſignatio certę penſionis in partibus, huiuſmodi gratia non expirabit morte Papæ concedentis re integra, ſed executor poterit ad illius executionem procedere, vt ibi docet Gigas & Io. Gutierrez d. cap. 17. nu. 5. & Thom. Sanchez d. num. 88. poſt Hieronymum Paulum ſupra, quia in iſto caſu gratia de penſione, eſt iam facta per Papam, licet illius reſeruationem executori in partibus committat,
310 ſi vero committeretur aſſignatio † penſionis incertæ, nempè quantitatis quæ videbitur executori, expiraret ex d. cap. ſi cui nulla, verſ. ſecus, quia tunc nõ eſſet gratia facta, ex quo non eſt de re certa, & determinata, ſed facienda.

311 Secundo infertur quod diſpẽſationes, † quæ iuxta Concilium Tridentinum, ſeſſ. 22. cap. 5. de reform. committuntur in partibus Ordinarijs, vt precibus veris repertis diſpenſent, non expirant morte Papæ
312 concedentis re integra. Quamuis mandatum † de diſpenſando etiam vbi non requiritur cauſæ cognitio, non habeat vim diſpenſationis, Achilles deciſ. 78. Mohedan. 11. de filijs presbyterorum Papa. ad deciſionem 2. de filijs presbyterorum in nouis num. 10. & contra præpoſitum in cap. quia circa, de conſanguinit. & affinitate. rectè tradit Couarruuias in 4. 2. par. cap. 6. §. 9. num. 11. in vltimis editionibus & Nauarrus conſil. 3. qui filij ſint legitimi, & Thom. Sanchez qui alios citat d. l. 8. diſputat. 30. num. 12. Sed adhuc poſſunt Ordinarij illas expedire, etiam ſede Apoſtolica vacante, ante quam exeat regul. 10. ſeu 11. Cancellariæ ſuper reualidatione literarum prædeceſſoris gratiæ, & iuſtitiæ, infra annum conceſſarum. Nam gratia diſpenſationis per ipſum Papam cenſetur facta, eſt enim gratia ſingularis, certa & determinata: cuius executio, & diſpenſationis ineſſe deductio committitur, & mandatur Ordinarijs, ita Hieronymus Paulus ſupra, Mayolus de irregularitate l. 4. cap. 51. num. 6. Sylueſt. verb. gratia num. 3. Tabiena §. 5. & Armilla num. 5. eodem verb. Enriquez in ſumm. l. 7. cap. 21. §. 7. & l. 12. c. 3. §. 10. & l. 14. cap. 17. §. 7. Emman. Rodriguez quæſt. reg. 1. tom. quæſt. 9. artic. 1. & Clarius 2. tom. quæſt. 46. art. 7. P. Ledeſma in ſumm. de matrim. cap. 27. 2. cõcluſ. & Suarez 5. tom. de cenſuris diſput. 41. ſect. 2. ad fi. & Thom. Sanchez d. num. 87. *Molina d. tract. 5. diſp. 20. num. 4. Salas de leg. diſp. 20. ſect. 17. num. 125. & dicit probabiliorem opinionem d. Suar. eodem Tract. lib. 6. c. 17. num. 9.*

313 Quamuis contrariũ teneant Nauarrus † in Man. Latino editionis anni 1580. cap. 27. nu. 253. & conſ. 3. de filijs presbyteror. nu. 2. & conſil. 2. nu. 1. de offic. deleg. & cum eo Vgol. de irregular. c. 62. in princ. num. 6. & Zerola ſupra, & Sairus de cenſur. lib. 7. c. 14. numero 6. & 7. & videtur tenere Sarmiento de redditibus 4. p. cap. 4. nu. 2. *Vgol. & de offic. Epiſc. cap. 57. §. 1. num. 2. Genuen. in praxi Epiſcop. num. 5. in fine, & tenet iam Suar. dict. lib 8. deleg. cap. 31. num. 18. vt relatum eſt ſupra, nu. 304. & in terminis gratiæ ſi in incuidentem, eſt dec. Ludou. a Peguer. 128. alleg. per Gen. ibi, & Rot. 203. nouiſ. Farin.*

314 Et quod dicunt Ioan. Andr. ad Specul. tit. de † diſpenſat. §. dicendum. verſic. quid ſi is, ſub num. 19. & Felin. in c. licet vndique, in princip. de offic. delegat.

Sylueſt.

Sylueſt.& Anton.Gabr.num.6. vbi ſupra, & alij citati pet Thom.Sanchez ſupra nu.86. *dicta diſput.20. num.3.cum Parl. in c.ex tua.de fil. presbyter.nu.4.* quod facultas diſpenſandi cum certis perſonis fauore illarum,expirat morte concedentis re integra,poteſt intelligi, quando ad contemplationem, ſeu fauorem diſpenſandorum alicui eſt conceſſa facultas ſimpliciter abſque mandato,& præcepto, ſed faciẽda eum voluntarium miniſtrum,& commiſſarium diſpenſationis faciendæ,ex Hierony. Paulo & Rebuff. ſupra, tunc enim cum pars non habeat ius, vt ſecum diſpẽſetur, ſed ſit in voluntate commiſſarij diſpenſare, vel non,non poteſt dici gratia facta, ſed faciendo, quicquid dicat Enriquez d.lib.12.cap.3.§.10.& ita intelligit Tho.Sanchez ſup.num.87.& 89.

315 Tertio ex ſupradictis infertur, † quod licẽtia eligendi confeſſarium data à Papa, vel Epiſcopo, ſeu parocho, non expirat morte concedentis, quia eſt gratia facta ipſi pœnitenti, vt poſt Palud.in 4. diſtin. 17.quæſt.3.col.5.qui tamen id non dicit, tenet Nauar.in cap.placuit, de pœnitentia diſt.6.nu.35.& 2 num.161.Didacus in l.1.titul.12.lib.3.ordin. quæſt. 36. Salcedo in praxi crimin. Bernard. Diaz. cap.26. litera,C.verſic.poſtquã vero,ad fin.Enriq. in ſumm. lib.7.cap.21.§.6.Emman.Rodriguez d.2.tom. quæſtio.reg.queſt.46.art.8.& Suarez.4.tom. de pœnitẽtia diſput.26.ſect.3.num.7.Thom.Sanchez d.diſputat.28.nu.75.& 93. & compendium Bernardorum verb.abſolutio.1.§.16.& abſolutio.2.§.6.& poſt hęc Gonçalez d.glo.12.num.39. *Salas ſupra.*

316 Licet in licẽtia data per Epiſcopum, † ſeu alium Papa inferiorem, contra teneant Abb. in cap. fin. de offic.legati num.9.Sylueſt.in ſumm. verb. confeſſor. 1.quæſt.7.& verb.indulgentia num.16.Angel.verb. gratia.§.3.& verb.indulgentia.§.7.Gomezius in tractat.breuium num.26.Cordu.li.5.quæſt.36. Coſmas Philiar.de offic. Sacerdotis. 1.tom. 2.part.lib.2. cap. 24. ad fin. quia dicunt eſſet præiudicatiuam Eccleſiæ. Sed iſta ratio ceſſat, ex quo poteſt per ſucceſſorem reuocari.

317 Quæ illatio † maxime, & ſine difficultate procedit, quando licentia eligendi confeſſarium datur acceſſorie ad indulgentiam, vt in Iubileis, tunc enim ſicut gratia principalis indulgentiæ morte concedẽtis non expirat, ita nec licentia eligendi confeſſariũ acceſſoria,ex d.cap.ſi ſuper gratia.& facit reg.acceſſorium lib.6.& cap.conſtitutus.de reſcript.

318 Et quando datur in Bulla cõceſſa fauore,† & cõtemplatione Principis, vt in Bulla Cruciatæ, quæ conceditur Regi pro expeditione belli contra infideles,& ſic tanquam gratia facta ipſi Regi, non debet expirare morte concedentis.

319 Similiter etiam licentia † audiendi confeſſiones ſeu facultas adminiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ, data alicui Sacerdoti ipſius contemplatione à Papa, ſeu Epiſcopo, non expirabit morte concedentis, quia eſt gratia ipſi facta ſacerdoti, & ſic intrat tex.in d.capit.ſi cui nulla 1.part. & in dict. cap. ſi ſuper gratia.

320 Quod procedit non ſolum quo ad ſimplicem licentiam,ſeu approbationem, & expoſitionem, † de qua Concil.Triden.ſeſſ.23.de reformat.cap.15. quę abſque dubio non expirat, extrauagant. inter cunctas,de priuileg.verſ.vt autem quæ, quo adhoc non eſt reuocata. Sot.in 4.diſt.18.q.4.art.3.circa mediũ. Enriq. in ſumm.lib.6.c.6.§.7. Graſſis lib.1.cap.13. num.49. P.Ledelma in ſumm.de Sacramento Pœnitentiæ,cap.12.1.dub. circa fin. & Vega in Eſpejo de Curas,cap.11.nu.278.

321 Quia eſt mera † gratia,ſicut licentia,ſeu reuerẽdæ ad ſuſcipiendos ordines ab alieno Epiſcopo, quę non expirat morte concedentis, vt cum alijs quos referunt tradunt Didacus Perez d.q.36. Salcedo d. verſ.poſtquam vero.Ioan. Guttierrez pract. q.lib.2. q.75.num.5.& Canon.quæſt.lib.2.d.ca.17. & Mar. Ant. Genuen. in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ,cap.81.num.4.& cap.85. num.39. Thom. Sanchez num.83.& Gonçalez num.36. *Carrillo in itinerario ordinand.ſect.2.c.5.nu.3.ſum.Bull.Quar. verb. c. ſede vacante.ſub nu.1.10 q. Vgol.de offic.Epiſc.cap.26.§. 20.nu.9.& c.57.§.1.nu.2.Piaſec.in praxi Epiſc.p.1.c.1. nu.14.Auila de cenſur.3.p.diſput.5.dub.7.verſ.dico tertio reuerendę, Acor.2.p.lib.3.c.49.q.5. Molina diſput. nu. 7.& Salas ſupra.* Sed etiam quoad delegationem, &

322 commiſſionem † iuriſdictionis ad abſoluendum, quæ etiam non expirat ex d.ratione. Enriquez lib.7. capit.21.§.6. & Suarez d.ſect.3. & Genuen. d.cap. 85.num.39.Thom.Sanchez d. diſputat.28. num.72. & compend. Bern.ſup. *D.Nunno 3.p.in addit.q.8. art. 5.pag.432.Molina d.diſput.20.nu.5. & Salas ſupra, & Suarez deleg.d.lib.8.c.31.nu.3. & 5. & cap.32. num.9.* Quamuis contra teneant Palud.in 4.diſtinct.17.q.4.

323 num.25. † D. Anton.3.par.tit.17.cap.9.in fin. & Coſmas Philiarch.vbi ſupra. *& Vgolin. de offic. Epiſc. c.36.§.10.nu.3.& alias cap.26.§.21.nn.21.*

324 Nec obſtat, † quod iuriſdictio delegata expirat morte delegantis re integra, cap.gratum, cap.relatum, c.licet de offic. deleg. quia vt recte inquit Suarez ibi num.5.& 7.& Thom.Sanch. d.nu.72. iſta iura loquuntur de iuriſdictione fori contentioſi, quæ non datur in fauorem ipſius iudicis,nec habet rationem gratiæ, ſed tantum iuſtitiæ, hæc autem delegatio eſt iuriſdictionis voluntariæ, & habet rationem gratiæ;ſicut etiam in caſu d.ſi cui,nulla eſt delegatio iuriſdictionis voluntariæ ad conferenda Beneficia, &c.& ita videtur conſuetudine receptum, vt inquit Suarez ibid.nu.10.& Th.Sanchz d.num.72.

325 Et idem eſſet in *licentia*,ſeu iuriſdictione † alicui data à parocho ad audien.confeſſiones ſuorum ſubditorum. Quamuis iuriſdictio ab eo delegata alicui

326 aſſumendo illum in Vicarium, † ſeu coadiutorem ſuum expirare videatur morte parochi, ſicut potestas Vicarij Epiſcopi expirat mortuo Epiſcopo, quia illa delegatio ſic facta tanquam Vicario, ſeu coadiutori,non videtur gratia facta ipſi ſacerdoti, &c. *Molina d.diſput.20.nu.5.qui etiam in quacunque licentia, & iuriſdictione data a parocho ad audiendas confeſſiones ſuorum parochianorum, id videtur velle dicens, parochos poteſtatem non habere gratiam conferendi, ſed ſolum loco ſui ſubſtituere poſſe approbatos ab ordinario. Sed certè id eſt facere gratiam.*

327 Et etiam licentia, ſeu facultas audiendi † confeſſiones certarum perſonarum data alicui Sacerdoti, etiam à Papa, fauore, & contemplatione ipſorum pœnitentium expiraret morte concedentis, ad dicta ſupra num.324. *& ita in ſpecie tradit Tho. Sanch. ſupra nu.73.& dicit probabile Suar.d.lib.8.deleg c.31.nu. 19. ad finem, licet contrarium magis probetur, quia iudicium confeſſionis magis eſt gratiæ quam iuſtitiæ & ita iuriſdictio in illo foro conceſſa per regul. gratiæ potius quam iuſtitiæ*

metienda est. Cui tamen rationi respondetur, quod in isto casu non potest dici gratia facta, sed facienda, vt alias d. num. 314. dictum est.

328 Vltimo ex supradictis infertur, quod licentia, † & facultas testandi concessa à Papa nō expirat morte concedentis re integra, vt contra Maria. Soc. Iun. consil. 89. vol. 1. docent Burſat. conſ. 178. in princip. lib. 2. Nauarr. de redditibus q. 3. mon. 8. Et Sarmiento cod. tract. 4. p. c. 4. num. 2. Granutius theoremate 13. Io. Guttierr. d. lib. 2. pract. quæſt. 75. Facchinettus lib. 5. c. 99. Emman. Rodrig. d. q. 46. art. 8. Molina de iuſtit. 1. tom. tract. 2. diſput. 141. ad fi. Thom. Sanchez. ſupra numero. 82. Gonçal. numero. 35. & Açor 2. par. lib. 7. cap. 9. quæſt. 4. cap. 3. 6. par. & Rota decis. 47. p. 2. diuers. Et fuit dictum in vna Papien. ſiuè num 12. Febr. 1601. coram D. Lancell. & tenet etiam Couar. in c. cum in offic. de teſtamen. nu. 8. in nouiſſimis editionibus, quamuis antea ibi tenuiſſet cum Socino cum quo videtur tenere Mieres de maiorat. 4. p. q. 10. num. 9.

329 Et ſimiliter licentia, & facultas faciendi † maioratum a Rege alicui conceſſa, non expirat morte cōcedentis re integra; vt eſt lex in terminis 43. Tauri & in noua recopilatione eſt l. 2. tit. 7. lib. 5. vbi Doctores Hiſpani. Et idem † erit indiſtinctè in licentia data per Regē ad extrahendum, ſeu alienādum bona maiorat. etiamſi concederetur ſub nomine ipſius Regis, quicquid velit Mieres d. q. 10. ad fin. quē videtur ſequi Guttierrez d. lib. 2. pract. q. 74. Quod

331 procedit † etiamſi literæ dictæ licentiæ; & facultatis, faciendi maioratum, ſeu teſtandi, aut alienandi, non eſſent expeditæ, ex traditis per Felin. in rub. de conſtitut. num. 5. & Decium, Ripam, & Beroium ibi, & Seluam de benef. 3. part. quæſt. 22. nu. 3. Quā

332 uis † in hoc contra teneat Molina de Hiſpanorum primog. lib. 2. cap. 7. nu. 64. quem ſequitur Matiengo in d. l. 2. recopilat. glo. 2. num. 1. in fin. & ibidem Azeuedo num. 11. Velazquez de Auendanno in d. l. 43. Tauri gloſ. 1. num. 2. & gloſ. 2. Ioan. Guttierrez d. lib. 2. pract. q. 74. in princip. & q. 75. nu. 2. & lib. 1. canon. d. cap. 17. nu. 14. & Emman. Rodrig. d. art. 8. quia hæc gratia non continet quid perfectum, ſed datur ad aliquid faciendum.

333 Sed contra Molinam rectè tenet alter † Molina Theologus de iuſtitia. 3. tom. diſput. 599. nu. 6. quādo gratia eſt conceſſa non per miniſtros dependentes à Principis ſubſcriptione, ſed per Principem, per ſolum verbum fiat, ſequitur Thom. Sanch. ſup. d. lib. 8. diſputat. 29. num. 7. & Gonçalez dict. gloſ. 12. à num. 45. & ita gratiæ etiam ad aliquid faciendum

334 dum conceſſæ † per Papam, qui obijt ante expeditionem literarum, expediuntur per ſucceſſorem in forma rationi congruit, iuxta regul. 9. Cancellariæ de literis in forma rationi congruit expedien. vbi gloſ. & Rebuff. & Mandoſ. & Molina d. num. 6. & Gonçal. num. 48.

335 Et ſupradicta procedunt, ſiue licentia & gratia † ſit conceſſa ex cauſa neceſſaria, & cum cauſæ cognitione, ſiue ex cauſa voluntaria, & ſine cauſæ cognitione, quicquid dicat Azeuedo in d. l. 2. nu. 6.

336 Et de hac materia, an gratia, † vel mandatum expiret morte concedentis, vide longā remiſſionem Ceuedi Collectanea 1. ad textū, & circa literas gratiæ & iuſtitiæ, quæ expirant per mortem Papæ, videnda eſt d. reg. 10. ſeu 11. Cancellariæ, ſuper revalidatione literarum prædeceſſorum gratiæ. & iuſtitiæ, infra annum conceſſarum, & ibi gloſſa, & Rebuff. & Mandoſ. & notat Goncalez ſupra numero 51. & 52.

## *De Executoribus literarum in forma breuis de capienda poſſeſſione. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*Sunt alij extraordinarij executores, nempe breuium de capienda poſſeſſione, num. 1. quæ duplicimodo ſolent concedi, vel nomine Camerę, vel ad fauorem literarum, nu. 2. & tenor breuis ponitur, nu 3. a qua formula parum diſtat ea quam ponit Mandoſ nu. 4. & breuis ad fauorem literarum, idem eſt tenor in ſubſtantia, &c. nu. 5.*

*Per conceſſionem breuium non contrauenitur decreto Conc. de prima inſtantia coram Ordinarijs tractāda, vt Greg. XIII. declarauit, & S. Congreg. Concil. & cum agitur de Beneficijs reſeruatis, committitur cauſa in curia in prima inſtantia, & cum de literarum Apoſtolicarum intellectu tractatur, nn. 6. 7. & 8.*

*Dicta breuia regulariter, & de ſtilo, dantur ſolum ſuper Beneficijs reſeruatis ſeu affectis a num. 9. & nu. 11. ponitur reſolutio Rotæ.*

*Clauſula dummodo vltra tres dietas, &c. non intelligitur reſpectu Auditoris Camerę, reſpectu cuius non ſeruantur dietæ, ſed reſpectu aliorum, in quibus cum ſint executores mixti habebat locum ſtatutum de dietis, & ideo fuit neceſſaria d. derogatio. nn. 12. & 13.*

*Si Beneficium erat litigioſum, & non fit facta in breui mentio de lite, breue eſt ſurreptitium, & non operatur effectum, & poſſeſſio capta eſſet vitioſa, & attentata, nec breue debet eſſe ſurreptitium, nn. 14. & 15. vbi ponitur deciſio. Rotæ, & quamuis reſcriptum ad lites ſurreptitium non ſit nullum ipſo iure, ſed ope exceptionis, ſecus tamen in breui de capiēda poſſeſſ. num. 16.*

*Breuia de capienda poſſeſſione, etiam nomine Camerę, & poſſeſſion. capta eius nomine ſunt ad vtilitatem prouiſi, &c. num. 17. vnde ſi gratia principalis eſt ſurreptitia, & nulla, conſequenter etiam breue, & indè ſecuta erunt nulla, num. 18. & tunc poſſeſſio capta vigore breuis eſſet reſtituenda ei a quo eſt ablata, num 19. Vnde etiam agenti ad executionem breuis, nomine Camerę, poteſt opponi exceptio apoſtaſiæ, & inhabilitatis ex Rota, nu. 20. & 21.*

*Ius breuis eſt perſonale, & expirat per mortem, ſeu reſignationem obtinentis ante captam poſſeſſione nomine Camerę, num. 22. Quamuis ſi decederet, ſeu reſignaret poſt illam captam, non tamen ei conſignatam, non expirabit poſſeſſ. &c. num. 23.*

*De proceſſu executoris breuium, & modo ſeruando remiſſiue, num. 24.*

*Ad executionem dictorum breuium ſolum requiritur verificatio eius, quod eſt poſitum in forma illius ſub clauſula, conſtito, a numero 25. & ponitur deciſio. Rotæ numero 27. Quamuis contrarium tenuerit Rota in alia deciſ. poſita n. 28. quæ non placet. Quando vero in clauſula, conſtito, fit mentio de pertinentia collationis eſt verificanda, n. 34. & reprobatur doctrina Gonçal. num. 35.*

*Per clauſulam conſtito inducitur forma, & conditio vt præcedat cauſæ cognitio, etiam parte citata, cum adeſt intruſus, alias ſufficeret extraiudicialiter conſtare, alias geſta ſunt nulla, a nu. 36. & ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Ideo ſtante intruſo non poteſt capi poſſeſſ. ex monitorio decreto*

ab

*ab Auditore Camerę in vim breuis, maximè cum habeat clauſulam, quod ſi quis ſenſerit ſe grauatum, &c. ſeu ſimilem, & ſic reſoluitur in citationem, a num. 41. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ niſi poſſeſſor conſentiat, quod capiatur poſſeſſ. nu. 44. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Quod ait Lancellottus cum deciſ. Guidoboni, quod in executione breuis de capienda poſſeſſione non requiritur partis citatio, procedit in breuibus, quæ ſolebant dari de capienda poſſeſſione amotis detentoribus, & intruſis ſine vitio ſpolij, & attentatorum, & ſine clauſula conſtito, & ſic operabantur executionem, & ſpoliationem alterius, abſque cognitione cauſæ, & faciebant iudicem merum executorem, à num. 45.*

*Quod dicit deciſ. Mobedani, quod clauſula amoto quolibet detentore, intelligitur iuris ordine ſeruato, procedit vbi non eſt clauſula ſine vitio ſpolij num. 50. & deciſio. Putei 17. libro 1. eſt intelligenda de breui ſine clauſula conſtito, &cet. numero 51. & ita etiam eſt intelligendum quod ex Puteo. ibi tradunt Mandoſ. & Saluſtius Tiberius, &cet. num. 52.*

*Capiens poſſeſſionem vigore talis breuis eiecto poſſeſſore: tenebatur, & poterat poſtea plenè verificare reſeruationem, in qua breue fundabatur, ad excludendum ſpolium reſtituibile, de quo eiectus agebat, a numero 53. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Iam breuia de capienda poſſeſſ. non dantur niſi cum clauſula, conſtito, & ſic executor debet aſſumere partes iudicis, nu. 58. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Licet breue habeat clauſulam, conſtito, ſi tamen in ea non cõtineatur reſeruatio, in qua breue fundatur, ita vt in eius executione illa plenè probetur, tenebitur poſtea impetrans illã verificare ad excludend. ſpolium. & reuocationem ſententiæ excuſandam, nu. 60. & ita procedit quædam deciſio Rotæ relata, nu. 61.*

*An pro verificatione clauſulæ, conſtito, ſufficiat ſemiplena probatio, an requiratur plena? nu. 62. & in tribunali Auditoris Camerę ſeruatur ſufficere ſemiplenam ex doctrina Bart. num. 63. ſed quod requiratur plena ſeruat Rota, num. 64. & ſequ. vbi ponuntur deciſ. Rotæ, & doctrina Bart. reſpondetur quod alias tenet contrarium num. 67. vnde ſi ageretur de executione breuis coram alio ab Auditore Camerę amplectenda eſſet ſententia Rotæ cuius ſtilo magis ſtandum eſt, num. 68.*

*Quando non eſſet intruſus ſufficeret pro verificatione clauſulæ, conſtito, ſemiplena probatio, & ad effectum decernendi monitorium nu. 69.*

*An clauſula, conſtito, quod defunctus obierit in poſſeſſione probetur ex poſſeſſ. illius de præterito, a num. 70. reſoluitur quod ſic & adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Illa concluſio quod olim poſſeſſor, hodie poſſeſſor præſumitur, de qua relati numero 75. procedit non ſolum in ipſo poſſeſſore allegante poſſeſſionem de præſenti, ſed etiam in ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari, numero 76. immo ſecundum Abb. ſi non venit ille qui poſſedit, præſumitur vſque ad mortem poſſediſſe, ſiue hæredes negent, ſiue aſſerant, &c. num. 77.*

*Quamuis requiratur pro forma determinata probatio poſſeſſionis certi temporis ſufficit præſumptiua probatio. nu. 76.*

*De clauſula non tamen a nobis prouiſionem habentibus remiſſiue, num. 79. & vt hæc exceptio intret & ceſſet executio breuis, ſufficit habere prouiſionem a Papa, ſiue ſit bona, ſiue mala, quod reſeruandum eſt petitorio, num. 80.*

VLtra dictos executores literarum† Apoſtolicarum, ſunt etiam alij extraordinarij, nẽpe executores breuium, ſeu literarum in forma breuis de
2 capienda poſſeſſione,† quæ duplici modo ſolent cõcedi, videlicet vel nomine Cameræ Apoſtolicæ, vel ad fauorem literarum ſub plumbo per prouiſum Apoſtolicum expeditarum, vt poſt hæc tradit Gonçalez ad regul. menſium. §. 7. procem. num. 208. & gloſſa 9. in annotat. num. 246. & *Saluſt. Tiber. in praxi A.C. lib. 3. c. 7. aliàs 56. nu. 2.*

3 Quod vt melius percipiatur operæ pretium† erit in præſenti ponere tenorem breuis, prout hodie dari conſueuit qui talis eſt. Dilectis filijs cauſarum curiæ cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Magiſtro ſcholæ Abulenſ. Cathedralis, & Franciſco Suarez de S. Ioã. Canonico eiuſdem Eccleſiæ, & eorum cuilibet. Paulus Papa V. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem contulit nuper felic. recor. Leo Papa XI. prædeceſſor noſter dilecto filio Chriſtophoro Treuinio Clerico Abulenſ. in curia reſidẽti, ac dilecti filij noſtri Franciſci Cardinalis de Auila nuncupati à ſecretis ac familiari continuo commenſali Theſaurariam Eccleſiæ Conchen. per obitum quondam Ioannis zapata illius dum viueret vltimi poſſeſſoris extra Rom. curia de menſe Ianuarij proximè præterito defuncti vacan. & antea diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatam, prout in literis Apoſtolicis propediem ſub plumbo expediẽdis latius explicabitur, quo circa ne dum literæ prædictæ expediũtur Theſauraria præfata aliqua in ſpiritualibus, vel temporalibus detrimenta patiatur prouidere volẽtes, vobis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo aut vnus veſtrum, conſtito vobis prius etiam ſummariè, quod d. Ioã. in poſſeſſ. dict. Theſaurariæ de prædicto menſe obierit, per vos, vel aliũ, ſeu alios corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dict. Theſaurariæ ac illi forſan annexorum iuriumque & pertinentiarum ſuorum quorumcumque noſtro, & Cameræ Apoſtolicæ nominibus omni mora, & dilatione poſtpoſitis apprehendatis, amotis indè, & expulſis quibuſcumque detentoribus, & intruſis non tamen à nobis, ſeu dicto prædeceſſore prouiſis, quos detentores, & intruſos nos authoritate præſentium amouemus, & amotos denuntiamus, ac omnes & quoſcumque fructus, redditus, & prouentus dict. Theſaurariæ & annexorum eorundem, tam à die obitus dict. Ioan. decurſos penes quoſcumque exiſtentes quam etiam futuros percipiatis, & exigatis, eoſque integrè præfato Chriſtophoro poſtquam ipſe literas prædictas vobis præſentauerit, vna cum dict. poſſeſſ. conſignetis, eoſdem detentores, & intruſos, ac prorſus quoſcumque alios contradictores eiſque auxilium, conſilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, ſeu indirectè, quomodolibet præſtantes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac priuationis ſuorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo legitimiſque ſuper his habẽdis ſeruatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauãdo, inuocato etiã adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, decernentes vos aut prædictum. C. neminem propterea ſtãte reſeruatione huiuſmodi ſpoliaſſe, nec amotos, & expulſos ſuper ſpolio aut vnde vi agere poſſe, nec eis actionem ſpolij competere, neque collationes, prouiſiones,

aut

aut aliàs disposiciones de d. Thesauraria factas ad colorãdum huiusmodi spolium prodesse: sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi & interpretandi, facultate, & authoritate vbique iudiciari, & diffinitiui debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstãtibus fel. rec. Bonifac. Papæ VIII, prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo, vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis nec non inhibitionibus, etiam adictis auditoribus eorum, aut alicuo, seu aliquibus vigore quarumcumque commissionum Apostolicarum iam forsan decretis, non tamen executioni demandatis, aut post hac emanandis contrarijs quibuscumque, seu si detentoribus, & intrusis prædictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim, ab eadem sit sede indultum. quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, volumus autem vt d. C. infra sex menses à data præsentium computand. literas præfatas sub plumbo expedire, ac iura Cameræ Apostolicæ ac alijs propterea debita persoluere omninò teneatur alioquin dictis sex mensibus elapsis *Thesauraria* prædicta vacare censeatur eo ipso. *Dat.* Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 23. Maij 1605. suscepti à nobis Apostolatus officij anno 1.

M. Vestrius Barbianus.

4 Et ab ista † formula parum differt ea, quam ponit Mandos. de monitorijs, q. 60. sub monitorio posito numero 1.

5 Breuis vero ad fauorem literarum idem est † tenor, in substancia, solum additur clausula, si & postquam literæ Apostolicæ exhibitæ fuerint. Ac vt ipse literæ Apostolicæ facilius debitæ executioni, vt par est demandentur prouisum ipsum in possessionem Beneficij induci mandatur, &c. *Et illa clausula fuit resolutum per Rotam in vna Vlyssonen. beneficij 9. Iunij 1600. coram D. Ludouisio, quod cum in Breui mandaretur A. C. quod ad illius executionem procederet, si & postquã litera prouisionis Al. coram eo fuissent præsentatæ, procedendo absque earum productione, & sic conditione & forma rescripti non seruata nulliter processit, c. cum dilecta. de rescript. cum alijs, &c.*

*Et si litera prouisionis essent in forma dignum, & non in forma gratiosa, oporteret eas prius ordinario præsentare, ab eoque approbationem & collationem obtinere, eamque deinde simul cum literis exhibere: A. C. seu alteri executori breuis ord. fauorem literarum: alias non posset dare mandatum de immittendo prouisum in possessionem, nisi cum clausula, postquam ab ordinario fuerit approbatus, & collatio facta, &c. Nam Clem. auditor. de rescr. non procedit in A. C. vt ait Gonç. gloss. 23 nu. 16. & dixi supra 7. p. c. 8. num. 102.*

6 Circa quas literas in forma breuis de † capienda possession. in primis aduerto, quod vt Gregorius XIII. declarauit per cõstitutionem 24. de executione literarum Apostolicarũ, & declaratione Concil. Tridentin. session. 24. c. 20. de reformatione per cõcessionem illarum non contrauenitur dicto decreto Concilij, vbi disponitur, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiã si beneficiales sint in prima instantia coram Ordinarijs locorũ duntaxat cognoscãtur, exceptis his quæ iuxta Canonicas sanctiones apud sedẽ sunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit Sũmus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ suæ eius manu propria subscribendum committere, aut auocare, duplici ratione: Prima, quia per dictas literas, in forma breuis, causa seu instantia non introducitur, sed merè executiue procedi mandatur, & mandata executiua sunt, & summariam tantũ causarum propter quas illę emanarunt, cognitionem requirunt, & in executuis, licet detur lis, non tamen instantia. Sarnen. in reg. de annali. quæstio. 44 & Puteus decis. 220. libro 2. Secunda, quia dictæ literæ in forma breuis annulo Piscatoris munitæ non minoris sunt efficaciæ, & authoritatis, quam rescripta signaturæ Rom. Pont. eius manu propria subscripta, *Quam constitutionem adducit Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 4. nu. 3.*

Et ita etiam declarauit S. Congregatio Concilij
7 † super d. cap. 2. quæ etiam ait, Quod si vel de affectis, aut reseruatis beneficijs ageretur, tunc in curia committuntur causæ in prima instantia. Quod quotidie practicari videmus nam signatura iustitiæ semper committit causam in Rota etiam in prima instantia, cum agitur de Beneficio reseruato, seu quod prætenditur reseruatum.

8 Et est decisio Rotæ in causa † Segobien. Canonicatus. 24. Nouemb. 1588. coram Domino Plato de qua supra 5. p. ca. 1. num. 675, Et vt dicit Marchesanus de commissio. p. 2. c. 1. de commissione appellatio. nu. 36. Greg. XIII. declarauit, quod causæ beneficiales quando literæ sub plumbo expeditæ reperiuntur, & de literarum Apostolicarum intellectu tractatur, etiam in prima instantia per signatarium iustitiæ in Curia committerentur: ea ratione; quia iudicari de iuribus literarum Apostolicarũ ad Romanæ Curiæ iudices, & in specie in S. Rotæ auditorio in ipsis versato, & non ad alios inferiores pertinet, & sic pluries rescriptum fuit, & nouissime post hæc tradit Gonç. gl. 52. nu. 36. & seq. vbi ponit declarationes S. Cong. & *Leo in Thes. for. Eccles. cap. 16. n. 74. & 76.*

Secundò aduerto, quod dicta breuia regulariter
9 † & de stilo dantur solum super Beneficijs reseruatis, seu affectis, vt patet ex d. constitutione Gregor. XIII. Lancellotto. de attentatis. 2. par. cap. 4. in præfatione. num. 442, qui ait, quod huiusmodi breuia concedi solent attenta reseruatione Beneficij, de
☞ quo agitur, Rota in vna Salamantina Canonicatus 30. Maij 1572. coram D. Oradino supra adducta 5.
10 par. cap. 1. num. 461, In qua fuit dictum, † illum dare huiusmodi breuia propter reseruationem, &
☞ in Gienen. Canonicatus, & Præbendæ. 4. & 11. Maij 1587. coram D. Robustello, in qua fuit dictum, quod similia breuia regulariter non dantur nisi in reseruatis vt notum est, & in vna Pampilonen. Pa-
☞ roch alis de *Agra*. 27. Iunij 1601. coram D. meo
11 Corduba Episcopo Pacen. vbi fuit resolutum, † Cessante reseruatione super qua breuia fundantur cessare illorum executionem, & clausulam, constito de vacatione in tali mense, intelligendam de mense

qui

qui ſit reſeruatus, vt in dict. Szlamantina Canonicatus 1572. Lancellottus de attentatis, cap. 4. in præfatione, num. 117. & 509. & reſeruationem non habere locum in Beneficijs iuris patronatus laicorum ex fundatione quod ius patronatus licèt non probetur ſufficienter, tamen vt ſit locus arbitrio totæ & interim ſuperſedeatur in executione, ſufficit multa deduci, &c. præterea admitti exceptionem inhabilitatis, vt in Vrgellen. Canonicatus, de qua infra num. 20. Rota etiam in vna Placentina Beneficiorum de anno 1603. infra adducta num. 28. *& in Salamant. portionis 16. Maij. eiuſdem anni 1603. coram D. Iuſto, in qua dicitur non dari breuia ceſſante reſeruatione, immo poſtquam data ſunt, ceſſare illorum executionē, niſi probetur reſeruatio, qua Papa mouetur ad concedendū &c. & in Vicē. infra relata. n. 61. Et tradit Saluſt. Tiber. lib. 3. c. 8. a num. 1 in nouiſſ. edit.* & Gonçal. §. 7. proœm. nu. 208. & gl. 9. in annotat. nu. 246. & 262.

12 Tertiò aduerto, † quod illa clauſula, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præſentium ad iudicium non trahatur, nō intelligitur reſpectu Auditoris Cameræ, reſpectu cuius non ſeruantur dietæ cum aliàs ſit iudex ordinarius Romanæ curiæ, & ita habet ſtilus notiſſimus, ſed reſpectu aliorum executorum præter illum nominatorum, in quibus
13 cum ſint executores mixti † propter cauſę cognitionem quam habent, & non meri omninò, habebit locum ſtatutum de dietis. Felin. in cap. nonnulli, nu. 34. de reſcript. Et ideo fuit neceſſaria dicta derogatio, Mandoſ. d. quæſt. 60. de monitorijs, num. 47. & de commiſſion. commiſſione 28. verb. & Concilij generalis, &c.

Quartò aduerto, quod ſi Beneficium erat litigio-
14 ſum, † & non ſit facta in breui mentio de litè, breue eſt ſurreptitium, & non operatur effectum, & poſſeſſio eius vigore capta eſſet vitioſa, & attentata, Caputaquen. deciſ. 70. part. 1. Rota deciſ. 469. li. 3. par. 3. diuerſorum, quæ eſt Palcotti 116. & Lancellot. d. cap. 4. num 413. qui etiam cap. 12. limitatione 30. nu. 3. ait quod breue non debet eſſe ſurreptitium vt etiam ait Flam. Pariſ. de reſignatione Benef. libr. 10. q. 6. nu. 25.

15 Et fuit reſolutum in cauſa Vrgellen. † Archidiaconatus de Andorra, 13. Aprilis 1592. coram D. Pē-
ña his verbis. Quoniam Raphel Duran. Archidiaconatum de Andorra tanquam vacantem in menſe reſeruato per obitum Michaelis Grimoſachi impetrauit in curia, & obtinuit ſibi concedi literas Apoſtolicas de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, in quibus non fecerat mentionem de lite, quam Paulus Anton. Roquer, qui vigore ſtatuti à ſede Apoſtolica confirmati prædictum Archidiaconatum optauerat de anno 1583. mouerat contra quendam Michaelem prouiſum Apoſtolicū, & in Rota introduxerat vigore ſpecialis commiſſionis citato, & comparente Michaele, & ſeruatis terminis ſubſtantialibus, dubitaui, an conſtaret de lite, de qua foret faciē da mentio in prædictis literis in forma breuis. Et Domini concorditer cenſuerunt primum conſtare de lite per commiſſionem cauſæ in Rota, citationis executionem, & ſeruatos terminos ſubſtantiales, Clement. 2. vt lite pendente, authentica litigioſa. C. de litigioſus, quæ cum non fuerit extincta per obitū Michaelis, Beneficium remanſit litigioſum, cap. 1. & 2. vt lite pendent. lib. 6. Mohedan. deciſ. 14. aliàs 240. de cauſa poſſeſſ. in nouiſſimè impreſſis, & deciſ. 190. in manuſcriptis, Sarnen. de triennali, quæſt. 61 circa fin. & ideo debuit de illa fieri mentio Aegid. deciſ. 102. etiam in literis in forma breuis pro capienda poſſeſſione aliàs cenſentur ſurreptitiæ, & nō operantur effectum, Paleottus deciſ. 116. incipien. Ioannes Michael. Caputaquen. deciſ. 70. incipien. breue. part. 1. in impreſſis. Vnde nec vigore talis breuis poſſet capi poſſeſſio, nec capta ſuſtineri, quia eſſet attentata, & vitioſa. Et idem poſt hæc tradit Gonçalez ſupra in annotationibus. a nu. 271. *quæ deciſio eſt in nouiſſ. Farin. 656.*

Et quamuis reſcriptum ad lites ſurreptitium
16 non ſit nullum ipſo iure, † ſed vitietur ope exceptionis, vt notatur in c. cæterum, & cap. ſi autem, & c. ſuper literis, de reſcript. tamen iſtud reſcriptum, & breue de capienda poſſeſſione, ſi eſt ſurreptitium, eſt nullum ipſo iure. Et ſic poſſeſſio eius vigore capta vitioſa & citata, quia eſt extraordinarium, & exorbitans, & executiuum, & ſapit plus gratiam, quam iuſtitiam ex quo tollitur actio ſpolij, & attentatorum vt per Gonçalez ibi. num. 275.

Quintò aduerto quod breuia de capienda poſſeſ-
17 ſione, † etiam nomine Cameræ, ſunt ad vtilitatem prouiſi & impetrantis, ac vt eius prouiſio & gratia melius executioni demandetur, vt conſtat ex dict. conſtitutione 24. Gregor. XIII. in princip. & deciſ. Tuder. Parochialis de qua infra, num. 44. & Pampilonen. Beneficij infra adducta, num. 65. *& ſic in vna Egitan. benefic. 19. Ian. 1567. coram D. Clement. VIII. Domini dixerunt, poſſe procedi ad executionem breuis, non obſtante quod Camerę commiſſarius non agat, ſed prouiſus Apoſtolicus, quia ipſe poteſt pro ſuo intereſſe nomine camerę petere huiuſmodi executionem; & ita alias dicebant fuiſſe tentum & obſeruatum, &c. Et in Geruad. benef. 16. Apr. 1602. coram D. Lita fuit reſolutum non eſſe nullam ſententiā A. C. latam pro executione breuis impetrati nomine Camerę, licet commiſſarius Camerę nūquam fuerit in cauſa citatus, ſed prouiſus Apoſtolicus, ac cuius commodum erat, vt per Saluſt. Tib. lib. 3. c. 8. num. 4. quamuis idem Saluſt. c. 7. præced. nu. 11. dicat, quod quādo breue & monitorium eſt nomine Camerę, requiritur neceſſario, quod termini omnes ſeruentur ſub nomine commiſſarij Camerę, & eo comparente, ſeu eius ſubſtituto, vt ſolet fieri, ſecus nullitęr procederetur, niſi ante ſententiam ſubſtitutionem huiuſmodi cum ratificatione geſtorum faciat, &c.* & poſſeſſio capta nomine Cameræ eſt ad fauorem & commodum prouiſi cui eſt poſtea conſignanda, ſeu cedenda, vt dicitur in breui, & dict. conſtitutione Gregorij tradit Gonçalez gloſſ. 35. ex numero 113. vbi ex hoc reſoluit competere prouiſo iura † antiquitatis quoad optionem, & præce-
18 dentiam à die captæ poſſeſſionis nomine Cameræ ac præferendum omnibus poſtea ingreſſis, & facta ceſſione abſque alia apprehenſione penſionis conſtitui eum iuſtum poſſeſſorem ac eſſe illi concedendum mandatum de manuteñendo, non aliter ac ſi ipſe prouiſus dict. poſſeſſionem à principio apprehendiſſet. ſecundum Rotam. *in vna Firmana benefic. 19. Martij 1593. coram D. Blanchetto, & in Lucana benef. 17. Iun. 1594 coram D. Lita, et in Salmant. beneficij 26. Iun. 1598. corā eodē, & in Auſien. parochialis de Pao 17. Apr. 1600. coram D. Lancell. & in Oucten. Archidiaconatus 15. Decemb. 1603. coram Illuſtriſſimo Cardin. Pamph. & aliis ſequutis quod etiam fuit reſolutum*

*ſolutum in Tuden. Parochialis S. Chriſtinæ infra relata nu. 44. & in Oneten. beneficij 27. Iun. 1607. coram D. Mançan. & in Corduben. Capell. 21. Apr. 1608. coram D. Orrẽbergo, ad Bal. in l. emptor. in princ. C. de hared. vel act. vend. Pariſ. conſ. 75. nu. 18. lib. 4. Sed contrarium fuit tentum in Conuerſana beneficij 23. Feb. 1608. coram D. Caſtallerio, nempe, quod Poſſeſſio capta nomine Cameræ & Commiſſarij generalis non transfertur in prouiſum per ceſſionem ei factam à dicto commiſſario, ſed requiritur actualis apprehenſio Natta conſ. 398. nu. 13. & conſ 399. n. 5. ideoque mandatum de manutenendo non poteſt dari habenti ceſſionem, Menoch. de retinend. remed. 3, num. 267. & ſeq. &c. Et hoc mihi videtur verius.*

*Adhuc tamen prouiſus acquiret antiquitatem a tempore poſſeſſionis captæ nomine Cameræ, cum illa ſit ad fauorem & commodum ipſius prouiſi, & ſic cenſeatur ab ipſo capta, & continuata, ſeu perinde ſit ac ſi ab ipſo capta eſſet, &c. vt vbi ſupra dicit Gonçalez.*

19 Vnde ſi gratia principalis eſt ſurreptitia,† & nulla, conſequenter etiam huiuſmodi breue tanquam acceſſorium, & inde ſecuta erunt nulla ex cap. conſtitutus. de reſcript. vbi Abb. & Decius, & cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. & traditis per Nauar. in cap. ſi quando 1. præludio numer. 1. & in cap. cum contingat, prima cauſa nullitatis. de reſcript. ita poſt hæc Gonçal. dict. num. 271. 276. & 278. & §. 7. procem. num. 240. Et tunc poſſeſſio capta vigore breuis
20 † eſſet reſtituenda ei à quo eſt ablata, ex Lancellotto dict. cap. 4. numero 444. in præfatione.

Vnde etiam alias in vna Vrgelenſ. Canonicatus
21 † Maij 1593. coram D. Blanchetto fuit reſolutum.

☞ Quod agenti ad executionem breuis nomine Cameræ poteſt opponi crimen apoſtaſiæ à religione: nã eſt inabilis & excommunicatus cap. 2. ne clerici, vel monachi in 6. &c. & non debet dari vitioſus ingreſſus ad Beneficia, nec refert, quod agat commiſſarius nomine Cameræ, cum ipſe ad vtilitatem impetrantis agat, & ad cedendum illi poſſeſſionem qui ſi non poteſt illi conſignare poſſeſſionem tenetur reſtituere prim. poſſeſſori, Modernus de attentatis 2. part. in præfatione, cap. 4. num. 443. & profeſſio probatur ex inſtrumento profeſſionis & confeſſione partis dicentis in ſupplicatione ſe per quatuor annos extitiſſe in religione, nec obſtat fuiſſe declaratã profeſſionem nullã, eo quod non fuerat annus probationis continuus, quia illa ſententia erit nulla, nec eſt ſublata per Concilium profeſſio tacita vt S. Congreg. Concilij, declarauit, nec obſtat illam exceptionem tanquam requirentem altiorem indaginem nõ eſſe admittendam in hoc iudicio quia altior indago reſultat ex replicatione actoris, nam excipiens fundat clare ſuam intentionem, &c. hæc in d. Vrgelenſ.

22 Et quod admittatur exceptio inhabilitatis, † fuit etiam reſolutum in illa Pampilonen. ſupra relata, num. 31. *& tradit Leo in Theſ. for. Eccleſ. cap. 17. à nu. 21.*

23 Et ius breuis, † eſt perſonale, & expirat per mortem, ſeu reſignationem obtinentis ante captam poſſeſſionem, nomine Cameræ, &c. Lancellottus ſupra num. 439. & ſequen. Quamuis ſi decederet, ſeu reſi-
24 gnaret † poſt captam legitime poſſeſſionem nomine Cameræ vigore breuis nondum tamen ei conſignatam, ſeu ab eo apprehenſam, ex quo eratiam Cameræ acquiſita non expirabit poſſeſſio, ſed eam Camera retinebit, donec ſucceſſori conſignetur, &c. tamen videtur debere eam de nouo apprehendere, ex quo non fuit ad eius fauorem capta niſi ſubrogetur in locum alterius, de proceſſu executoris dictarum literarum in forma breuis, & modo in exequutione ſeruando, videndus eſt practicus Saluſtius Tiberius in practita Auditoris Cameræ, lib. 3. cap. 6. per totum. *Sal. c. 7. alias 6. & Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 17. à nu. 26.*

Solum aduerto, quod ad executionem dictorum
25 breuium † ſolum requiritur verificatio eius, quod eſt poſitum in forma illius ſub clauſula conſtito, ſeu ſi conſtiterit. Saluſtius Tiberius d. lib. 3. cap. 6. num. 17. & cap. 7. num. 5. Rota deciſ. 45. nu. 1. p. 2. diuerſorum. *Alias 6. nu. 16. & 17. & nu. 51. in addit. & c. 12. alias 7. nu. 5. & Leo d. c. 17. nu. 20.* Et fuit reſolutum in cauſa Abulenſ. Canonicatus & Præbendæ. 24. No-
26 uembris 1578. coram † D. Decano, vt in deciſ. ſequen. Vacante Canonicatu, & Præbenda, de quibus agitur per obitum Alphonſ. Nauarri de menſe Decẽbris 1577. ſede Epiſcopali Abulenſ. vacante fuit
☞ de illis prouiſum authoritate Apoſtolica D. Franc. de Recalde, & interim dum literæ ſub plumbo expedirentur, emanarunt literæ ab eadem ſede Apoſtolica in forma breuis directæ R. P. D. Auditori Cameræ, in quibus facta narratiua de vacatione d. Canonicatus, & Præbendæ in dict. menſe Decembris ſede Epiſcopali vacante, & quod illorum collatio, & prouiſio dum pro tempore vacant, ad Epiſcopum Abulenſ. ſpectat, & pertinet, prout in literis ſub plumbo expedien. latius explicabitur, committitur eidem D. Auditori Cameræ quatenus conſtito ſibi ſummarie de dicta vacatione in prædicto menſe, & quod ipſe Alphonſ. tempore obitus ſui eoſdem Canonicatum & Præbendam poſſideret, quodque tempore vacationis illorum ſedes Epiſcopalis paſtore carebat, poſſeſſionem nomine Cameræ Apoſtolicæ, omni mora, & dilatione poſtpoſitis, apprehenderet, amotis & expulſis quibuſcumque detentoribus, & intruſis, non tamen authoritate Apoſtolica prouiſis, & ſeruatis ſeruandis, inſtabatur pro parte. D. Franciſci coram eodem Auditore Cameræ pro ſententia declaratoria, ſed quia nomine D. Thomæ opponebatur de ſurreptione dicti breuis, ex eo quod non erat verificatum in actis, & quod continetur in narratiua dict. Breuis, quod collatio pertinebat ad Epiſcopum, & pro parte dicti Thomæ fuerat ſupplicatum S. Domino noſtro quod cauſa huiuſmodi, quæ coram dicto D. Auditore Cameræ pendebat proponeretur in Rota ſuper dubio infraſcripto, vt huius liti imponeretur, ideo Reuerendiſs. Pat. Domin. Auditor Cameræ, de ordine Sanctiſſimi ad inſtantiam dicti Thomæ conſuluit Rotam ſuper dubio infraſcripto. Stante ſupplicatione, & literis deſuper expeditis, & ſtantibus, quorum omnium copia detur in neceſſarijs, an conſtet de ſurreptione dicti breuis, & de ea dari poſſit, non obſtante clauſula ſublata, quod dubium fuit hodie 24. Nouembris per me vti Rotę Decanum propoſitum in relationibus & ſuper eo per ambas partes, & in facto, & in iure informatum plene. Et fuit per maiorem partem Dominorum tentum, quod breue non ſit ſurrepticium, quia omnia quæ continentur in dipoſitiua breuis ſub clauſula conſtito, ſunt plene verificata; non obſtat narratiua de pertinentia collationis ad Epiſcopum, quia habet relationem ad literas ſub plumbo expedien-
das, vt ibi ſpectat, & pertinet, prout in literis expe-
dien.

dien. latius explicabitur. Et ſic non fixit pedes in-
pertinentia collationis ad Epiſcopum, & Capitulũ,
& quod non figat pedes, dicebant apparere ex eo
quod in clauſula conſtito, quæ explicat voluntatem
diſponentis, nulla fuit facta mentio de ipſa pertinẽ-
tia collationis, ſed de alijs, quaſi mens concedentis
fuerit remittere hoc de pertinentia collationis ad
negotium principale, & tanto magis Domini tene-
bant hanc ſententiam, ex quo in actis non omninò
ſatis conſtat de aliquo iure D. Thomæ, quare
tranſiuiſſe reſolutionem Reuerendiſſim. Patr. Do-
min. Auditori Cameræ, qui iuxta hanc mentem
Rotæ ſubſcripſit declaratoriam in fauorem Domin.
Recalde.

Quamuis in cauſa Placentina Beneficiorũ 2. Maij
37 1603. coram Illuſtriſſimo D. Millino † contrarium
tenuerit Rota dicens ſub clauſula, conſtito de vaca-
tione prædicta contineri non ſolum vocationem in
principio narratam, ſed etiam modum expreſſum,
per quẽ prouiſio pertinet ad Papam, propter dictio-
nem prædictã.

38 Quæ deciſio ſic ſe habet. Domini concluſerunt, †
ſententiam Auditoris Cameræ eſſe reuocandam,
modum mouebantur, quia in principio breuis nar-
ratur, quod iſta Beneficia vacarunt de menſe Octo-
bris 1590. & quod de eis fuerat prouiſum Ioanni, ex
quo erant reſeruata vigore regulæ, quia de eis non
fuerat facta prouiſio per Ordinarium ante diem 5.
Decembris, qua die fuit aſſumptus ad Pontificatum
S. memoriæ Gregor. XIIII. & poſtea Papa mandat
Auditori Cameræ, quod conſtito ſibi de vacatione
prædicta apprehendat poſſeſſionem nomine Came-
ræ, & Domini intelligebant quod Papa ſenſit in hac
clauſula de vacatione per obitum Roderici in menſe
Octobris, ex qua ſit inducta reſeruatio ob non fa-
ctam prouiſionem per Ordinarium in tempore, vt
fuit reſolutum coram Oradino in Salamantina Ca-
nonicatus 13. Maij 1572. & hunc intellectum Do-
mini comprobant, quia dictio prædicta, repetit non
ſolum vacationem in menſe, ſed etiam modum va-
cationis ſupra expreſſum, per quem prouiſio perti-
net ad Papam.

Secundo, quia iſta breuia fundãtur in reſeruatio-
ne, & ſecundum ſtilum ordinarium non concedun-
tur ceſſante reſeruatione, & ideo etiamſi verba eſ-
ſent dubia, reciperent interpreterationem ab obſer-
uantia concedendi iſta breuia ſolum propter reſer-
uationem.

Tertio, quia ſi dictio prædicta, non referretur etiã
ad modum vacationis, illa expreſſio reſeruationis
fuiſſet facta ſine effectu operandi. Quarto & vltimo
quia Papa dat facultatem in breui expellendi intru-
ſos, & excipit expreſſe habentes prouiſionem ab Or-
dinario, ante dictam diem 5. Decembris & poſtea
tollit actionem ſpolij ſtante reſeruatione huiuſmodi
& conſequenter ex toto contextu breuis apparet,
quod Papa fuit motus ad illud concedendum pro-
pter reſeruationem, & propterea cum onus iuſtifi-
candi clauſulam, conſtito, & illam narratiuam reſer
uationis coram Auditore Cameræ ſpectaret ad Ioã.
vt, in terminis huius regulæ, fuit reſolutum in cauſa
Vlisbonen. Parochialis. 2. Maij 1594. coram Illu-
ſtriſſ. Cardinali Mantica, & non fuerit ab eo iuſtifi-
cata, ſententia remanet notoriè iniuſta, & conſequẽ-
ter eſt reuocanda mouebantur etiam propter prouiſi-
ſionem Ordinarij ante diem 5. Decemb. quæ fuerat
producta in actis coram Auditore Cameræ, & ideo
cum breue excipiat expreſſe prouiſos ab Ordinario
in illis verbis, non tamen habentibus prouiſionem
ab ordinario ante diem 5. Decembris ſtante iſta pro
batione affirmatiua, ceſſabat executio breuis; & con-
ſequẽter etiam ex hoc capite ſententia eſt iniuſta. Et
quamuis in contrarium opponatur, quod prouiſio
Ordinarij non probat tempus in concurſu prouiſio
nis Apoſtolicæ propter ſuſpitionem antidatæ iuxta
deciſ. 1. de probatio. tamen cum iſta prouiſio Ordi-
narij habeat ſcriptionem Notarij, teſtes & ſigillum,
& Lupus vigore illius prouiſionis acceperit poſſeſ-
ſionem ante datam literarum Apoſtolicarum ad fa-
uorem Ioan. ceſſat in hoc caſu omnis ſuſpitio anti-
datæ, & creditur literis Ordinarij, Thom. de Thanis
deciſ. 50. Guidobonus deciſ. 69. Caputaquen. deciſ.
146. lib. 1. & deciſ. 55. lib. 3. in manuſcriptis. Chiſa-
nen. deciſ. 81. & ſaltem ſecundum Dominos mate-
ria redditur adeo turbida quod iſta exceptio erat re-
ſeruanda in iudicio petitorio, & interim non eſſet
dãda executio breui iuxta deciſionem Paleotti, quæ
allegatur per informantes. 723. libro 3. p. 3. diuer-
ſorum aliquibus etiam ex Dominis placebat caput
nullitatis, nempe quod non conſtet de citatione ad
docendum ſe paruiſſe, primo pro prima, licet extent
aliæ tres. Cuius ſanatio fuit denegata in ſignatura
Sanctiſſimi, & ex his fuerunt concordes pro reuoca-
tione ſententiæ Auditoris Cameræ.

39 Sed mihi non placet iſta reſolutio, † quo ad pri-
mum motiuum principale, nã licet verum ſit quod
ad excludendum ſpolium & euitan. reuocationem
ſententiæ, & reſtitutionẽ teneatur impetrans poſtea
verificare reſeruationem, in qua breue fundatur, vt
dicetur infra, à nu. 53. quod etiam vult deciſio Sala-
mantina allegata quam ſupra adduximus. 5. p. ca. 1.
nu. 461. & alia in eadem ibidem adducta, tamẽ clau-
ſula conſtito de vacatione prædicta, ſolũ importat
30 † vacationem narratam ſcilicet quod vacauit per
obitum talis, in tali menſe, & id ſolum repetit dictio
prædicta, & id patet in terminis d. deciſ. Placentinæ
31 ex illa exceptione facta † in breui de habẽtibus pro-
uiſionem ab Ordinario ante diem 5. Decembr. ſi. n.
impetrans breue teneretur per clauſulam conſtito
verificare reſeruationem ob non factam prouiſionẽ
per Ordinarium ante d. diem 5. Decembris ſuper-
flua eſſet illa exceptio, & præſeruatio.

32 Et præterea id conſtat ex ſtilo huiuſmodi † bre-
uium, in quibus quando ex vacatione narrata non
reſultat reſeruatio, & Papa vult quod impetrans illã
probet, ſolet addi in clauſula conſtito, modus ex-
preſſus, ex quo Beneficium eſt reſeruatũ, verbi gra-
tia, quod defunctus erat ſubcollector, Prothonota-
rius, ſeu familiaris Cardinalis, &c.

33 Vnde etiam in ſpecie dict. Pampilonen. † Paro-
chialis de Açagra, de qua ſupra, num. 11. quamuis
ſtante clauſula arbitrio Rotæ poſſet ſuperſederi in
executione breuis, tamen aliàs conſtito de vacatio-
ne in tali menſe deberet mandari executioni, reſer-
uata exceptione iuris patronatus ad petitorium. Si-
cut in caſu d. deciſ. Abulen. exceptio de pertinentia
collationis. *& ita etiã eſt accipiẽda deciſio Rotæ in cauſa Tarraconen. parochialis, in qua 4. Febr. 1604. coram D. Lita fuit reſolutum intrare arbitrium Rotæ, &c. ſed 29. Diar. &c. R. breue 2. circa quam deciſ. vide nn. 105.*

Illam

Illam vero decisionem Abulen. intellexit † alias Rota vt non procedat, quando in clausula constito fit mentio de pertinentia collationis, ita vt vna ex conditionibus in ea positis, sit pertinentia collationis, vt in vna Gerunden. Beneficij 31. Maij 1600. coram Domino meo Corduba, in qua causa appellationis à sententia Auditoris Cameræ, fuit in Rota commissa cum clausula, parito breui, arbitrio Rotæ, & fuit resolutum, Intrare arbitrium, & non esse locum executioni breuis; nam reseruatio quæ prætendebatur ex regul. 2. de beneficijs vacantibus sede Episcopali vacante, non habebat locum in præsenti, quia collatio non spectabat ad Episcopum, sed ad Archidiaconum Gerunden. ad quem spectabat collatio Beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante, & quod non obstabat sufficere iustificare clausulam, constito, vt in Abulens. Canonicatus coram Rubeis & alibi sæpe, nã illa procedunt, quando facta nó fuit mẽtio de pertinẽtia collationis, in clausula constito, quo casu Papa videtur remittere pertinentiam ad petitorium; cum vero vna ex conditionibus positis in clausula, constito, est pertinentia collationis vigore reseruationis, illa venit iustificanda, ita vt ex dicta pertinentia inducatur reseruatio, propter quam breue fuit concessum, quod in præsenti Dominis non fuit visum iustificatum, sed constare de iure Archidiaconi, ad effectum, de quo agitur. Tum ex depositionibus testium, tum ex mandato de manutenendo, vel saltem ita turbidum, vt merito supersedendum veniat in executione breuis, donec disputetur super iure Archidiaconi, &c.

35 Vnde mihi non placet, quod † post hæc tradit Gonçalez in annotat. à nu. 261. quod non sufficiat ad executionem breuis verificatio constiti, quando non esset probata reseruatio, licèt in eo expresse, & necessario inclusa non fuisset, si reus ex aduerso probat coram eodem executore quod non intret reseruatio, ex eo quod beneficium sit de iure patronatus laicali, vel quod mensis non esset reseruatus ratione alternatiuæ, vel aliàs, & malè allegat istam decisionem Gerunden. & aliam Vicent. de qua infra num. 61. *Quamuis id videatur velle dec. Vercell. Canon. 30. Maij 1597. coram D. Penna, & præterea conuincitur nam vt recte ait Sal. Tib. d. lib. 3. cap. 7. alias ibi ad fin. in add. verificata clausula constito de surreptione breuis dari non potest, cum paria sint narrata esse vera, vel de illorum falsitate seu surreptione & obreptione dici non posse, vt tenuit Rota coram Pamphil. in vna Pamphil. Archidiacon. 19. Martij 1593. &c. Nec exceptiones rei in hoc iudicio admittuntur, sed de eis erit in petitorio agendum, Sal. Tib. d. lib. 3. c. 12. alias 7. a nu. 6. & ideo reo opponenti se executioni breuis non est concedenda remissoria, etiam sine retardatione vlterioris processus executionis breuis, vt per Salu. d. lib. 3. cap. 2. in nouiss. edit. dicenoem ita resolutum in signatura iustitiæ in vna Hispalen. Archidiacon. & Canonis si exceptiones ex mente breuis oriantur, quæ impediunt illius executionem, & erunt admittendæ, etiam si altiorem requirant indaginem, Salust. Tiber. d. c. 12. nu. 7. & Rota in Oscen. Canonicatus 9. Mar. 1592. coram D. Decano Seraphino supra relata 5. p. c. 1. nu. 721. & adducta per Sal. d. c. 9. & dictum & alias circa clausulam sine retardatione solutionis pensionis 1. p. c. 5. nu. 1519.*

36 Per dictam autem clausulam constito, † seu si cõstiterit, inducitur forma, & conditio vt præcedat causæ cognitio, etiam parte citata, cum adest intrusus, aliàs enim sufficeret extraiudicialiter constare 37 iuxta dicta cap. † præcedenti dubitat. 9. à num. 166. Quamuis ad decernendum monitorium soleat fieri citatio interesse putãtium, per contradictorem siue edictum publicum, Sallustius Tiberius d. lib. 3. cap. 6. numero 1. Felin. in capit. fin. de præsumptio. numero 28. Staphil. de literis iustitiæ. §. citatio personalis, Vantius de nullitatibus. titul. de nullitate ex defectu iurisdictionis legitimæ, numero 92. Mandos. de monitorijs, quæst. 40. & d. quæst. 60. verb. cõstito, à num. 35. & 36. Licet, num. 57. & 65. contrarium velit. Vestrius in pract. lib. 8. cap. vlt. num. 13. Lancellottus de attentatis 2. par. c. 20. in præfatione, nu. 170. & ampliatione 11. nu. 23. Crescen. decis. 6. de rescrip. & est optima decis. Paleotti quæ est 3. p. diuers. lib. 3. 659.

38 Et est decis. Thanis 95. in manuscrip. † quæ ait, Quod quando signatura habet, constito de assertis, debet constare per legitimas probationes, & parte citata. Aegid. decisio. 68. Decius consil. 198. Guido Papa quæstio. 70. secus esset si signatura diceret, etiã extraiudicialiter, quia tum non esset pars vocanda, nec in casu, in quo narrata constarẽt ex actis & essemus coram eodem iudice, quia tunc videtur conditio de præterito, quæ non suspendit, &c. Rota in 39 vna Vercellen. Beneficiorum 28. † Iunij 1593. corã D. Seraphino, in qua fuit resolutum, Pronisum ab Ordinario manutenendum in possessione beneficiorum, de qua constat capta tempore quo vacabat beneficium, & posteriorem possessionem aduersarij captam vigore breuis non esse legitimam, cum executor processerit de facto non citato possessore, vt fieri debuit, stante clausula si constiterit, cap. si constiterit. & ibi Felin. num. 5. de accusatio. & in cap. fin. num. 24. de præsumptio. ideo cum possessor non habeat se pro spoliato est manutenendus, Puteus deci. 419. lib. 2. &c. Rota etiam *in d. Vercellen. Canon. 30. Maij 197. coram Do. Penna.* in illa Tirasonen. Capel. de anno 1601. adducta ca. præceden. 5. dubio, num. 63. & post hæc Gonçalez sup. à num. 253. vbi ait citationem debere esse personalem quia agitur de graui præiudicio, scilicet de priuatione & de incurren. censuris ideoque non sufficere scientiam præsumptam, nec comparitionem generalis procuratoris in actis, Achill. decis. 137. numer. 2. cum alijs quod etiam tradit Salust. Tiber. d. lib. 3. c. 6. nu. 12. Sed certè ad mandatum de immittendo videtur sufficere comparitio, seu citatio procuratoris generalis licèt non ad censuras, & pœnas monitorij, quia illud non est priuatio. *Rota in Tarraconen. parochialis supr. relata nu. 33. Comparente autem procuratore ad causam specialiter deputato post citationem factam non legitime & personaliter, potest procedi etiam ad censuras & priuationem, rot. dec. 11. de dolo & contumacia in nouiss. Adr. d. decis. 137. rot. decis. 897. nouiss. Far. & Sall. d. c. 7. seu 6. nu. 13.*

40 Aliàs gesta sunt nulla, ex dictis, & allegatis, † nã forma breuis est omninò seruanda, Lancellott. d. 2. p. cap. 12. limit. 30. nu. 4. & d. c. 4. in præfatione, nu. 412. & Flam. Paris. lib. 10. q. 9. nu. 24. & Gonçal. supra nu. 279. & 280.

41 Et ideo stante intruso, † non potest capi possessio ex monitorio decreto ab Auditore cameræ in vim breuis, maximè cum habeat clausulam, quod si quis senserit se grauatum, &c. seu similem, & sic re-

ſtat ex publicis ſcripturis, valor Vicariæ cum annexis vltra teſtes coram Ordinario examinatis, probatur etiam ex confeſſione partis, Paleottus dec. 391. in fin. Caputaquen. deciſ. 330. num. 3. lib. 3. non obſtat, quod non fuerit verificatus valor & qualitas Beneficij obtenti, quia cum obtulerit Ant. illud dimittere, non erat neceſſaria aliqua verificatio. Rota deciſ. 20. de Præben. in nouis, non obſtat quod non conſtet Sanctium reſignantem tempore reſignationis habuiſſe aliunde vnde commode ſuſtentaretur, quia ſatis eſt in caſu iſto, quod de hoc conſtiterit tempore executionis ipſius gratiæ, deciſ. 10. numero 2. & 6. de conceſſ. Præbend. in antiquis, non obſtat, quod Sanctius reſignans poſt præſentationem de ſe factam ad Prioratum de Volitan malitioſe diſtulerit procurare, vt ſibi de eo Prioratu fieret inſtitutio, & collatio. Et quod plus eſt, ſuppoſuerit colluſiue aliquos oppoſitores ad effectum, vt dilata huiuſmodi inſtitutione interim in curia reſignatio cū reſeruatione penſionis admitteretur, qua colluſione ſtāte dicebatur reſignationem fuiſſe nullā, Gigas de penſio. q. 42. quia fuit reſponſum non conſtare de huiuſmodi colluſione, tum quia cum non ſit præfixum tempus aliquod ad obtinendam inſtitutionem Beneficij de iure patron. deciſ. 4. de iure patr. in nouis, non videtur imputandum Sanctio, quod inſtitutionem ſuam in longum proſtraxerit. Tum etiam quia teſtes de ea deponentes fuerunt nulliter examinati, ſcilicet parte non citata, & quod plus eſt, colluſionem non probant, nam deponunt de auditu à Barthol. qui etiam examinatus dicit ſe fuiſſe rogatum nomine Sanctij, vt ſe opponeret, cuius dictum ſicut non probaret ſolem contra Sanctium, & multo minus contra Antonium, ita nec poſſunt probare teſtes qui dicunt ſe ab illo audiuiſſe. Præterea colluſio huiuſmodi prætenſa non eſſet ſuper Vicario, ſed ſuper Prioratu, ideo nihil facit ad nullitatem reſignationis, maxime cum nullo modo probet Antonium fuiſſe participem colluſionis, & tamen Gigas & alij per eum allegati præſupponunt colluſionem interueniſſe ex parte vtriuſque. Non obſtat quod dicitur non conſtare quod deducta penſione ducatorum 40. impoſita ad fauorem Sanctij remaneant centum pro rectore, iuxta decretum Cōcilij Trident. ac decretum appoſitum in gratia reſignationis & reſeruationis penſionis, quia fuit reſpōſum de hoc nullum verbum legi in literis expeditis ad fauorem Antonij reſignatarij in actis productis, quare cum ipſe teneatur verificare ſolum ea, quæ ſunt narrata in ſuis literis, non videtur curandum ſi non probauit fructus Vicariæ aſcendere ad tantam ſummam, vt ſoluta penſione centum pro ſe remaneant, quod erit probandum per Sanctium cum pēſionem voluerit conſequi.

280 Vnde existimo quod ſi tempore executionis † reſignans eſſet mortuus, non eſſet opus eius congruā verificare, cum mortuus illa non egeat, & hoc forte voluit quædam declaratio S. Congreg. Concilij ſuper cap. 2. ſeſſ. 21. de reformation. † quæ ſic ait,

281 Quidam reſignauit Canonicatum alteri, vt infra menſem teneatur docere quod aliunde commode, &c. moritur infra menſem, Ordinarius voluit conferre Canonicatum per obitum, reſpondit Congreg. non poſſe quia affectus, cum ſemel Papa apposuerit manus, alias iſta declaratio pateretur difficultatem ex d. 5. par. cap. 1. à num. 154.

282 Si tamen executor quia ſibi non conſtitit † reſignantem aliunde habere vnde commode viuere poſſet, pronuntiauit, non eſſe locum executioni literarum, non erit locus appellationi nec ſufficit in gradu appellationis id conſtare, ex quo iam defecit cōditio executionis, &c. Cum vero reſignatio eſt expedita in forma gratioſa, tunc clauſula ſeu narra-

283 tiua † quod aliunde habet, vnde viuere poſſit, debet eſſe vera tempore datæ ex primo capit. de qua num. 288.

Vnde infertur ad diſpenſationes matrimoniales quæ committuntur Ordinarijs, vt dixi cum clauſula, quod diligenter ſe informent, & ſi repererint preces veritate niti, diſpenſent, quod ſufficiat narrata eſſe vera, & verificari tempore executionis ipſius diſpenſationis, ſeu commiſſionis, licet tempore datæ literarum non eſſent vera, & ita videtur practicari, nam articuli qui fiunt pro verificatione diſpenſationum ſemper loquuntur de tempore præſenti & non de tempore datæ.

284 Quamuis contrarium ſcilicet narrata debere † eſſe vera tempore impetrationis & relationis factæ Papæ, & non poſtea tempore executionis teneat Cordubenſ. in ſumm. quæſt. 45. opin. 2. pun. 1. Ioannes Guttierrez quæſtio. lib. 2. canon. capitul. decimoquinto numero 131. & 133. & Thomas Sanchez de matrimon. libro octauo diſputatio. 30. num. 4. & 5, ex Abb. in capitul. quia circa, de conſanguinitate & affinitate numero quarto, qui ait quod veritas narratorum in diſpenſatione eſt conſideranda ſecundum tempus impetrationis non enim ſufficit narrata prius fuiſſe vera, vel poſt impetrationem verificata, quando veritas cauſarum narratur de præſenti & quod neceſſe ſit probare narrata eſſe vera

285 † tempore impetrationis, docent etiam Rebuffus ad leges Gallicas 2. tom. titul. de reſcriptis in præfatione num. 56. & Maſcard. dict. concluſione. 1128. numer. 22. *& dictam doctrinam Abbatis ſequitur Azeued conſ. 34. nu. 14.*

286 Sed Abb. ibi non loquitur † in noſtris terminis, ſcilicet quando diſpenſatio committitur alicui cum d. clauſula quod ſe informet, & ſi repererit preces veritate niti, diſpenſet, ſed loquitur de diſpenſatione in forma gratioſa, in qua certum eſt veritatem narratorum conſiderandam eſſe, ſecundum tempus impetrationis iuxta dictam regulam quod ſurreptio conſideratur reſpectu datæ, quæ præcipue procedit & ita etiam accipiendi ſunt Rebuffus, & Maſcardus, ibi.

287 Verum eſt tamen, quod in diſpenſationibus † cū copula in quibus impetrantes narrant inter eos copulam præceſſiſſe, & quod niſi matrimonium inter eos contraheretur ipſa diffamata, & innupta remaneret, grauiaque ex inde ſcandala poſſent veriſimiliter exorti, vt ſolet dici in diſpenſationibus cum copula propter infamiam ſi iſta non eſſent vera tempore impetrationis, ſed poſtea conſulto copulam habuiſſent, vt infamia, & nota poſſet verificari vel alias infamiam, & notam propter fraudem, & dolū

288 † quæ alicui patrocinari non debent cap. ſedes. c. ex tenore de reſcript. & ſic procedet ſententia Cordubenſ. ſup. quam ſequuntur Mandoſ. Rodriguez in ſum. 1. to. cap. 36. nu. 9. Veg. in ſum. part. cap. 88. caſu 4. & Ledeſ. in ſum. de matrim. cap. 274. difficul.

7. con-

7. concluſ. & Thom. Sanchez d. num. 5. & ſententia Ioan. Guttierez ſup. non alias.

289 Et è conuerſo † non ſufficiat cauſam narratam fuiſſe veram tempore impetrationis, & relationis factæ Papæ, ſi tempore informationis, & executionis ea deficiat & iam non ſit vera, vt ſi narratum eſt mulierem eſſe pauperem, aut habere dotem minus competentem, licet tunc ita eſſet, tamen ſi ante executionem commiſſionis & antequam Ordinarius diſpenſet, ea cauſa deficiat, vt quia iam facta ſit dies aut habeat dotem competentem, quia obuenit ei hæreditas, vel legatum, &c. vitiatur diſpenſatio quæ eſt in fieri. Ioan. Guttierez ſupra numer. 132. Thom. Sanchez lib. 8. diſput. 19. num. 27. & diſput. 30. num. 12. Humada ad Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. gloſ. 10. num. 5. & 6.

290 Quamuis cõtrarium teneat Enriq. † in ſum. lib. 14. cap. 17. §. 10. ex Couarr. lib. 1. variar. cap. 20. numero quinto verſicul. his breuiter. Sed Couarruu. loquitur in diſpenſatione, facta & ſortita effectum,

291 quæ non † vitiatur, etiamſi poſtea cauſa deficiat Ioannes Guttierrez ſupra. Vnde in prædicto caſu ſi poſtquam Ordinarius virtute commiſſionis, & mandati Papæ diſpenſauit, mulier facta eſſet dies, aut haberet dotem competentem non vitiaretur diſpenſatio etiamſi nondum matrimonium eſſet contractum, quicquid dicat Thom. Sanchez d. diſputatio. 30. num. 14. & ſequent. quanto magis ſi eſſet contra-

292 ctum, etiamſi tempore † diſpenſationis haberet ſpem quaſi certam ſucceſſionis, donationis, vel applicationis bonorum competentium, ſi non eſt legitima neceſſario ſibi debita; quia antequam ſucceſſio. & applicatio fiant, non ſunt bona illius. ita Nau. conſ. 19. de reſcript. quem ſequitur Marcus Antonius Genuen. in praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ cap. 25. num. 81. & Thom. Sanchez ſupra à nu. 21. d. diſput. 19.

Rurſus circa illam clauſulã, quod reſignans aliun-

293 de habeat † vnde commode viuere poſſit, aduerte quod narratiua in reſignatione facta, & clauſula, quod reſignans habet aliunde, vna cum penſione ſibi in tali reſignatione reſeruata, vnde commode viuere poſſit, verificatur ſufficienter, ſi ex penſione illa habeat, vnde viuere poſſit, licet non verificetur quod habeat etiam aliunde, quia intentio Papæ eſt quod remaneat congrua, ſiue remaneat ex penſione tantum, ſiue etiam aliunde, ita fuit reſolutum in vna Zamorenſ. Beneficij 20. Iunij 1594. coram D. meo Corduba.

394 Et quamuis in literis dicatur, dummodo † aliunde habeat vnde viuere poſſit, non excluditur, quin penſio ſit incongrua computanda, quin verbum aliunde ponitur ad excluſionem beneficij reſignati, non autem penſionis, vt in illa Brixienſ. parochialis 20. Nouembris 1598. coram D. Penna ſupra relata 2. par. cap. 5. num. 209.

295 Tandem admoneo lectorem, † quod in hac materia de executione, & verificatione literarum caueat a Flores de Mena. dict. quæſt. 4. ex nu. 19. nam eam confundit nec recte callet ſicut iuriſconſulti Hiſpani.

## *An gratia in forma dignum expiret morte Papæ concedentis re integra. §. III.*

### SVMMARIA.

*AN gratia, ſeu mandatum de prouidendo, in forma dignũ, expiret morte Papæ concedentis re integra, &c. a nu. 296. reſoluitur, contra aliquos, non obſtante c. ſi cui nulla, de Præben. in 6. verſic. ſecus, quod procedit vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de incerto beneficio vacaturo, & ſic in gratia facienda, &c.*

*Id procedit etiamſi mandetur prouideri de certo beneficio, cum cauſæ cognitione & citatione partis, nam etiam tunc non exp.rat gratia, nec executorum poteſtas nu. 303. contra aliquos relatos, num. 304.*

*Gratia ad Beneficium vacaturum incertum, non expirat morte Papæ ante vacationem, etiam re integra quando non cõmittit executori proviſionem, ſed ipſe confert ex nunc, prout ex tunc à nu. 305. & ponitur Rotæ deciſio.*

*Si alicui ſit gratia conceſſa per quam committitur aſſignatio certæ penſionis huiuſmodi gratia non expirat morte Papæ re integra nu. 309. Si vero committeretur aſſignatio penſionis incertæ, expiraret nu. 310.*

*Diſpenſationes quæ committuntur Ordinarijs, vt precibus veris repertis diſpenſent, non expirant morte Papæ concedentis, re integra, quamuis mandatum de diſpenſando non habeat vim diſpenſationis, ſed adhuc poſſunt Ordinarij illas expedire, etiam ſede Apoſtolica vacante, antequam erat regul. Cancellariæ ſuper renalidatione literarum prædeceſſoris contra Nauarr. & alios à nu. 311.*

*Quod dicunt Ioan. Andr. Fel. & alij, quod facultas diſpenſandi cum certis perſonis fauore illarum. expirat morte concedentis, re integra, poteſt intelligi, quando eſt conceſſa huiuſmodi facultas ſimpliciter, abſque mandato, & præcepto, &c. num. 314.*

*Licentia eligendi confeſſarium, data à Papa. vel Epiſcopo, ſeu parocho, non expirat morte concedentis, quia eſt gratia facta ipſi pœnitenti, nu. 315. Licet in licentia data per Epiſcopum, ſeu alium Papa inferiorem, contra teneant Abb. & alij n 316. Quod maxime procedit, quando talis licẽtia datur acceſſorie ad indulgentiam n. 317. Et quando datur in Bulla conceſſa fauore Principis, vt cruciata, nu. 318.*

*Similiter licentia audiend, confeſſiones, data alicui ſacerdoti ip ſius contemplatione à Papa, ſeu Epiſcopo; non expiraret morte concedentis. nu. 319. non ſolum quoad ſimplicem licentiam, ſeu approbationem, & expoſitionem quæ abſque dubio non expirat, ſicut licentia ſeu reuerenda ad ſuſcipiendos ordines ſed etiam quoad delegationem & commiſſionẽ iuriſdictionis ab abſoluendum, quæ etiam non expirat à numero 320.*

*Cap. gratum cap. relatum, &c. licet de officio delegati, vbi habetur, quod iuriſdictio delegata expirat morte delegantis, reintegra, loquuntur de iuriſdictione fori contentioſi, non voluntariæ, num. 324.*

*Idem eſſet in licentia ſeu iuriſdictione, alicui data à parocho, ad audien confeſſiones ſuorum ſubditorum. n. 325. Quamuis iuriſdictio ab eo delegata aſſumendo illum in Vicarium ſeu coadiutorem ſuum, expiret morte parochi, ſicut poteſtas Vicarij Epiſcopi. nu. 326.*

*Licentia audiendi confeſſiones certarum perſonarum, data alicui ipſarum fauore, exp.rat morte concedentis nu. 327.*

*Licentia, & facultas teſtandi, conceſſa à Papa non expirat morte concedentis re integra num. 328. Et ſimiliter licen-*

*tia, & facultas, faciendi maioratum à rege cõceſſa non expirat morte concedentis re integra num. 329. & idem indiſtincte in licentia data per regem ad extrahendum ſeu alienandum bona maioratus, etiamſi concedatur ſub nomine ipſius regis num. 330.*

*Quod procedit, etiamſi literæ d. licentiæ, & facultatis faciendi maioratum, teſtandi, aut alienandi, non eſſent expeditæ, cõtra aliquos nu. 331. & ſeq. Quando gratia eſt conceſſa per Principem nu. 333. Et ita gratiæ etiam ad aliquid faciendum conceſſæ per Papam expediuntur per ſucceſſorem in forma rationi congruit num. 334.*

*Procedit etiam, ſiue licentia & gratia ſit conceſſa ex cauſa neceſſaria, & cum cauſæ cognitione, ſiue ex cauſa voluntaria, & ſine cauſæ cognitione. nu. 335.*

*De hac materia, an gratia vel mandatum expiret morte concedentis, & c. remiſſiue nu. 336.*

296 DVodecimò, & vltimò principaliter † dubitatur, an gratia ſeu mandatum de prouidendo forma dignum expiret morte Papæ concedentis re integra, ita quod executor deputatus ad illius executionem non poſſit procedere.

297 Et videtur † expirare ex cap. cui nulla. verſiculo ſecus de Præben. lib. 6. vbi dicitur, quod ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda, ſit data poteſtas alicui prouideri mandatur gratiam, & fauorem, illa quidem expirat omnino ſi concedens re integra moriatur, & facit regula l. mandatum. C. mandati, & §. recte, inſtitut. eod.

298 Per quem † text. in d. cap. ſi cui nulla. inquit Aegidius deciſ. 542. quod mandatum factum per legatum, de prouidendo certæ perſonæ de certo Beneficio, tunc vacante, moriente Legato ante mandati executionem, ipſo iure expirat. Et ſequitur Staphileus de literis gratiæ tit. quibus modis expirent literæ ad Beneficia, in princip. nu. 1. & 2. Et ita videntur
299 † tenere Decius in Rubr. de conſtitutio. 1. lectura num. 41. ibi ſecus ſi deberet fieri per alium cui committeretur, & Ripa ibidem nu. 56. ibi, ſecus ſi per viã commiſſionis ſit alteri mandatum quod conferat. Coraſ. de Benefic. 4. part. cap. 5. num. 54. ibi, licet ſecus ſi collatoribus tantum. Zerola in praxi Epiſcopali 2. par. verbo delegatus §. 1. & Mandoſ. Rodriguez q. regularium 1. com. quæſt. 9. art. 1. & Thom. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſputat. 28. num. 43. & 64. & 81.

Nihilominus tamen contrarium eſt dicendum,
300 † nempe gratiam, ſeu mandatum de prouidẽdo in forma dignum, nullo modo expirare morte Papæ concedentis re integra, ſed adhuc poſſe executorem ad illius executionem procedere. Nam vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de certo Beneficio vacante gratia dicitur facta, ex quo ſaltem habet ius ad illud, licet non habeat in re vt dicitur ſupra 4. part. cap. 3. 11. modo num. 59. & ſic intrat text. in capit. ſi ſuper gratia. de officio deleg. in 6. ita Rota deciſ. 12. de officio deleg. alias 349. in nouis. Hier. Paulus in practica Cancellariæ verſic. præſtantiſſime doct. quẽ ſequitur Rebuffi in concordatis Rubric. de mandatis Apoſtolic. §. 1. verb. fuit partificatus. Mill. in re per. verb. gratia facta licet nondum executa. Gigas de penſion. quæſt. 91. num. 4. Anto. Gabr. titul. de præben. concluſ. 1. nu. 19. & 35. ſeu 37. Mandoſ. reg. 19. q. 2. num. 4. Acuedo in l. 2. num. 4. & 5. tit. 7. lib. 5. recopilat. D. Ioan. Guttier. canon q. lib. 2. cap. 17. nu. 5. & Enriq. in ſum. lib. 14. cap. 17. num. 7. & tenet Thom. Sanch. ſup. nu. 87. & ſeq.

301 Et tex. in d. cap. ſi cui nulla. ver. ſecus procedit, † vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de incerto beneficio vacaturo: & ſic in gratia facienda cũ gratia non reſpiciat, nec videatur afficere aliquod beneficium certum, vt eum intelligunt doctores ibi, & in d. cap. ſi ſuper gratia, Rota Gigas & Mandoſ. ſup. & Emman. Rodrig. ſic intelligendus quæſt. reg. 2. tom. quæſtio. 46. artic. 7. ad finem. & Graſſijs in deciſio. aureis caſuum conſcientiæ lib. 4. cap. 2. num. 28. & forte Gonçalez glo. 12. num. 42. & facit quod tradit Cucchus in inſtitution. maioribus lib. 1. titul. 7. num. 50.

302 Quamuis Hieron. † Paulus ſupra, quem ſequitur Rebuffus & Gutrierrez, & Thom. Sanchez d. num. 87. & 95. teneat id procedere etiam vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de Beneficio vacaturo, etiam incerto intelligens d. cap. ſi cui nulla verſic. ſecus, vbi non eſt propriè mandatum, ſed ſimpliciter conceſſa facultas, at hic intellectus violat literã tex. ibi, mandatur,

303 Quæ reſolutio procedit † etiamſi mandetur prouideri de certo beneficio, cum cauſæ cognitione, & citatione partis, nam etiam tunc non expirat gratia eadem ratione, nec executorum poteſtas tanquam acceſſoria, ex. d. cap. ſi ſuper gratia, quod non ſolum procedit in executore mero, ſed etiam in mixto, ita maior pars Dominorum in d. dec. 12. & Hier. Paul. ſup. quem vt dixi ſequuntur Rebuffus, & Guttier. ſupra. & Tho. Sanch. nu. 88.

Quamuis contradicant pollector, *Coll. 6. Dom. in d. c. ſuper gratia num. 7. verſ. Sed pone quod Papa, l. ſi in l. more, ff. de iuriſd. omn. iud. num. 64. ibi, & Mand. ſup. & Fel. in c. relatum de off. deleg. nu. 13. verſ. limita iſtam limitationem. Aug. Gabr. d. concluſ. 1. de Præb. nu. 13.* ibi
304 Gigas † ſup. nu. 5. & Flores q. 4. nu. 74. qui dicunt tunc executoris poteſtatem expirare, licet non gratiam. Et Francus in d. c. ſi ſuper gratia nu. 4. & Mil. & Mandoſ. ſupra, qui videntur velle etiam gratiam tunc expirare quia dicunt eſſe gratiam faciendam, *Nec placet in hac materia obſeruatio D. Sabagun de Villaſante in cap. relatum. de offic. deleg. numero 14. quod ſi gratiæ reſcriptum referatur ad eum, cui gratia fit, etiamſi cauſæ delegationem contineat alteri directam, mortuo concedente gratia non expirat, vt in d. c. ſuper gratia, etiamſi gratia alterius fauorem vel vtilitatem conſequentem includat, vt in d. cap. ſi cui. reſp. 1. quod ſi gratia reſcriptum non refertur ad eum, in cuius fauorem & vtilitatem gratia ſit mortuo concedente re integra expirat, vt in d. c. ſi cui, verſ. ſecus, & quod ita reſcriptum magis eſt, & c. Cui conſonat diſtinctio Suarez deleg. lib. 8. cap 31. nu. 18. & 19. qui emiſſis duobus modis dicendi ab eo ibi a nu. 14. adductis diſtinguit inter facultatem directe datam delegato in fauorem tertij, per quam ait non cenſeri gratiam illa factam illi tertio, ſed eſſe gratiam faciendam, licet Legato impenatur neceſſitas eam faciendi, ſeu diſpenſandi; nam illa tranſit in mandatum, quod ceſſat morte mandantis re integra, & inter facultatem ſeu licentiam directe datam ſubdito, quam ait eſſe gratiam factam, licet vſus eius pendeat ex alio operante circa ipſum; & ideo etiamſi moriatur concedens, re integra non perire, & c. Iſta enim interpretatio & diſtinctio verbalis eſt, contra l. 2. in fi. C. communia delegat. Nec eſt attendendum, ad quem reſcriptum gratiæ referatur, ſed gratia ipſa, & cui in effectu fiat. &*

*an ſic*

*in ſit facta vel facienda. Nec ea eſt recepta, ſed noua interpretatio, quicquid dicat Salas. quæ videtur poſſe ſaluari, intelligendo eam iuxta doctrinam Molinæ de mſt. tract. 5. diſput. 20. num. 4. quod quando facultas aliquid faciendi eſt gratia conceſſa, & facta alicui, vt ab alio id circa ipſum fiat, tunc morte concedentis re integra non expirat. Si vero ſolum eſt mandatum ſeu facultas id faciendi erga aliquem, non eſt gratia facta, ſed in futurum illi facienda: & ideo re integra expirat morte concedentis: atque hoc, inquit, eſt quod diſponitur in poſteriori parte d. cap. ſi cui, & quod Nauar. conſ. 4. nu. 1. de offic. deleg. alias 1. de priuil. intendit & docet. Sed quamuis iſta doctrina in ſe videatur vera, non tamẽ congruit d. cap. ſi cui, Nec enim ſolent dari talia nuda mandata; & facultates non conceſſæ ijs, in quorum fauorem in particulari ſunt exequendæ. Nec Nauar. id docet in d. conſ. ſed quod dicitur infra nu. 313. vbi allegatur, & litera illius eſt mendoſa: nam vbi dicit, nomine nominato, debet dicere, nomine nominato, ſeu nomine non nominato, vt patet ex contextu & ſummario.*

305 Sed & gratia ad beneficium vacaturum † incertum non expirat morte Papæ ante vacationem, etiã re integra, quando non committit executori prouiſionem ſed ipſe confert ex nunc, prout ex tũc, quia tunc gratia eſt facta, &c. *Molin. d. tract. 5. diſp. 20. nu. 2. ad fin.* Guidobonus deciſ. 29. in manuſcript. & Rota in vna Calagurritana expectatiuæ. 1. Iul. 1592. coram D. Penna in qua fuit reſolutum, quod expectatiua conceſſa à Papa Gregor. † XIIII. Doctori
306 Frances ad Canonicatum & præbendam Calagurritan. qui 1. 2. vel vlteriori loco vacauerit quem intra menſem à die notitiæ duxerit acceptandam, non expirauit morte Papæ ante vacationem Canonicatus, quia cum non committat executori prouiſionem, ſed ipſe conferat ex nunc, prout ex tunc, gratia eſt facta, & datio executorum acceſſoria. & ideo non expirat, &c. capit. ſi ſuper gratia. de officio deleg. in 6. Secus ſi eſſet facienda, capit. Ii cui nulla. de Præbend. in 6. Gabr. titulo de Præbend. concluſione 1. Guidobonus deciſione 29. & quia res non erat integra, quia Auditor Cameræ vnus ex executoribus fulminauerat ante mortem Papæ proceſſum: nam cum non detur executor vt cognoſcat, ſed vt exequatur, actus ille ſine citatione, ſufficit vt res deſinat eſſe integra, perpetuetur iuriſdictio. Gemin. in d. cap. ſi cui nulla, num. 6. Francus nu. 3. gloſ. Hiſpanus regu. 10. Ioan. Nicol. tract. de generis expectatiuis, ca. 3. nu. 2. Guidobonus d. deciſio. & quamuis eſſet conditionalis non expirat cum non ſit gratia facienda, ſed facta, &c. Gonçal. ſup. nu. 42.

307 Et fuit confirmatum coram eodem. 9. † Octobr. 1592. & quod propter illa verba, ex nunc, prout ex tunc conferimus. &c. perindè eſt ac ſi Papa tempore primæ gratiæ contuliſſet, & omnia retrotrahuntur ad tempus datæ, Creſcen. deciſ. 260. Et ſimiliter
308 gratia † expectatiua Præbendæ vacaturę non expirat morte cõcedentis quando eſt creatus in Canonicum, Francus in d. cap. ſi ſuper gratia, nu. 2. Guidob. deciſ. 33. vbi habetur quod obtinens creari in Canonicum poteſt acceptare Præbendam vacantem mortuo Papa, qui eum creauit in Canonicum, quia creatio in Canonicum perficit gratiam, & ſolum expectat præbendam vacaturam, quo caſu per obitum creantis non expirat gratia, neque poteſtas executorum d. capit. ſi ſuper gratia, d. cap. ſi cui nulla, Rota in nouis. 349. & ratione Canonicatus præben. debetur cap. relatum de præbend.

309 Ex ſupradictis infertur 1. ad quęſtionem † de qua Gigas d. q. 91. quod ſi alicui ſit gratis cõceſſa per quã committitur aſſignatio certę penſionis in partibus, huiuſmodi gratia non expirabit morte Papæ concedentis re integra, ſed executor poterit ad illius executionem procedere, vt ibi docet Gigas & Io. Gutierrez d. cap. 17. nu. 5. & Thom. Sanchez d. num. 88. poſt Hieronymum Paulum ſupra, quia in iſto caſu gratia de penſione, eſt iam facta per Papam, licet illius reſeruationem executori in partibus committat,
310 ſi vero committeretur aſſignatio † penſionis incertæ, nempè quantitatis quæ videbitur executori, expiraret ex d. cap. ſi cui nulla, verſ. ſecus, quia tunc nõ eſſet gratia facta, ex quo non eſt de re certa, & determinata, ſed facienda.

311 Secundo infertur quod diſpẽſationes, † quæ iux- Concilium Tridentinum, ſeſſ. 22. cap. 5. de reform. committuntur in partibus Ordinarijs, vt precibus veris repertis diſpenſent, non expirant morte Papæ
312 concedentis re integra. Quamuis mandatum † de diſpenſando etiam vbi non requiritur cauſæ cognitio, non habeat vim diſpenſationis, Achilles deciſ. 78. Mohedan. 11. de filijs presbyterorum Papa. ad deciſionem 2. de filijs presbyterorum in nouis num. 10. & contra præpoſitum in cap. quia circa, de conſanguinit. & affinitate. rectè tradit Couarruuias in 4. 2. par. cap. 6. §. 9. num. 11. in vltimis editionibus & Nauarrus conſil. 3. qui filij ſint legitimi, & Thom. Sanchez qui alios citat d. l. 8. diſputat. 30. num. 12. Sed adhuc poſſunt Ordinarij illas expedire, etiam ſede Apoſtolica vacante, ante quam exeat regul. 10. ſeu 11. Cancellariæ ſuper reualidatione literarum prædeceſſoris gratiæ, & iuſtitiæ, infra annum conceſſarum. Nam gratia diſpenſationis per ipſum Papam cenſetur facta, eſt enim gratia ſingularis, certa & determinata: cuius executio, & diſpenſationis ineſſe deductio committitur, & mandatur Ordinarijs, ita Hieronymus Paulus ſupra, Mayolus de irregularitate l. 4. cap. 51. num. 6. Sylueſt. verb. gratia num. 3. Tabiena §. 5. & Armilla num. 5. eodem verb. Enriquez in ſumm. l. 7. cap. 21. §. 7. & l. 12. c. 3. §. 10. & l. 14. cap. 17. §. 7. Emman. Rodriguez quæſt. reg. 1. tom. quæſt. 9. artic. 1. & Clarius 2. tom. quæſt. 46. art. 7. P. Ledeſma in ſumm. de matrim. cap. 27. 2. cõcluſ. & Suarez 5. tom. de cenſuris diſput. 41. ſect. 2. ad fi. & Thom. Sanchez d. num. 87. *Molina d. tract. 5. diſp. 20. num 4. Salas de leg. diſp. 20. ſect. 17. num 125. & dicit probabiliorem opinionem d. Suar. eodem Tract. lib. 6. c. 17. num. 9.*

313 Quamuis contrariũ teneant Nauarrus † in Man. Latino editionis anni 1580. cap. 27. nu. 253. & conſ. 3. de filijs presbyteror. nu. 2. & conſil. 2. nu. 1. de offic. deleg. & cum eo Vgol. de irregular. c. 62. in princ. num. 6. & Zerola ſupra, & Sairus de cenſur. lib. 7. c. 14. numero 6. & 7. & videtur tenere Sarmiento de redditibus 4. p. cap. 4. nu. 2. *Vgol. & de offic. Epiſc. cap. 57. §. 1. num. 2. Genuen. in praxi Epiſcop. num. 5. in fine, & tenet iam Suar. dict. lib 8. deleg. cap. 31. num. 18. vt relatum eſt ſupra, nu. 304. & in terminis gratiæ ſi in incuidentem, eſt dec. Ludou. a Peguer. 128. allegat. per Gen. ibi, & Rot. 203. noniſ. Farin.*

314 Et quod dicunt Ioan. Andr. ad Specul. tit. de † diſpenſat. §. dicendum. verſic. quid ſi is, ſub num. 19. & Felin. in c. licet vndique, in princip. de offic. delegat.

Sylueſt.

Sylueſt.& Anton.Gabr.num.6. vbi ſupra, & alij citati per Thom.Sanchez ſupra nu.86. *dicta diſput.20. num.3.cum Parl. in c.ex tua.de fil. presbyter.nu.4.* quod facultas diſpenſandi cum certis perſonis fauore illarum,expirat morte concedentis re integra,poteſt intelligi, quando ad contemplationem, ſeu fauorem diſpenſandorum alicui eſt conceſſa facultas ſimpliciter abſque mandato,& præcepto, ſed faciẽda eum voluntarium miniſtrum,& commiſſarium diſpenſationis faciendæ,ex Hierony. Paulo & Rebuff. ſupra, tunc enim cum pars non habeat ius, vt ſecum diſpẽſetur, ſed ſit in voluntate commiſſarij diſpenſare, vel non,non poteſt dici gratia facta, ſed faciendo, quicquid dicat Enriquez d.lib.12.cap.3.§.10.& ita intelligit Tho.Sanchez ſup.num.87.& 89.

315 Tertio ex ſupradictis infertur, † quod licẽtia eligendi confeſſarium data à Papa, vel Epiſcopo, ſeu parocho, non expirat morte concedentis, quia eſt gratia facta ipſi pœnitenti, vt poſt Palud.in 4.diſtin. 17.quæſt.3.col.5.qui tamen id non dicit, tenet Navar.in cap.placuit, de pœnitentia diſt.6.nu.35.& 2 num.161.Didacus in l.1.titul.12.lib.3.ordin. quæſt. 36. Salcedo in praxi crimin. Bernard. Diaz. cap.26. litera,C.verſic.poſtquã vero,ad fin.Enriq. in ſumm. lib.7.cap.21.§.6.Emman.Rodriguez d.2.tom. quæſtio.reg.quęſt.46.art.8.& Suarez.4.tom. de pœnitẽtia diſput.26.ſect.3.num.7.Thom.Sanchez d.diſputat.28.nu.75.& 93. & compendium Bernardorum verb.abſolutio.1.§.16.& abſolutio.2 §.6.& poſt hęc Gonçalez d.glo.12.num.39. *Salas ſupra.*

316 Licet in licẽtia data per Epiſcopum, † ſeu alium Papa inferiorem, contra teneant Abb. in cap. fin. de offic.legati num.9.Sylueſt.in ſumm. verb. confeſſor. 1.quæſt.7.& verb.indulgentia num.16.Angel.verb. gratia.§.3.& verb.indulgentia.§.7.Gomezius in tractat.breuium num.26.Cordu.li.5.quæſt.36. Coſmas Philiar.de offic. Sacerdotis.1.tom.2.part.lib.2. cap. 24. ad fin. quia dicunt eſſet præiudicatiuam Eccleſiæ. Sed iſta ratio ceſſat, ex quo poteſt per ſucceſſorem reuocari.

317 Quæ illatio † maxime, & ſine difficultate procedit, quando licentia eligendi confeſſarium datur acceſſorie ad indulgentiam, vt in Iubileis, tunc enim ſicut gratia principalis indulgentiæ morte concedẽtis non expirat, ita nec licentia eligendi confeſſariũ acceſſoria,ex d.cap.ſi ſuper gratia.& facit reg.acceſſorium lib.6.& cap:conſtitutus.de reſcript.

318 Et quando datur in Bulla cõceſſa fauore,† & cõtemplatione Principis, vt in Bulla Cruciatæ, quæ conceditur Regi pro expeditione belli contra infideles,& ſic tanquam gratia facta ipſi Regi, non debet expirare morte concedentis.

319 Similiter etiam licentia † audiendi confeſſiones ſeu facultas adminiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ, data alicui Sacerdoti ipſius contemplatione à Papa, ſeu Epiſcopo, non expirabit morte concedentis, quia eſt gratia ipſi facta ſacerdoti, & ſic intrat tex.in d.capit.ſi cui nulla 1.part. & in dict. cap. ſi ſuper gratia.

320 Quod procedit non ſolum quo ad ſimplicem licentiam,ſeu approbationem, & expoſitionem, † de qua Concil.Triden.ſeſſ.23.de reformat.cap.15. quę abſque dubio non expirat, extrauagant. inter cunctas,de priuileg.verſ.vt autem quæ, quo adhoc non eſt reuocata. Sot.in 4.diſt.18.q.4.art.3.circa mediũ. Enriq. in ſumm.lib.6.c.6.§.7. Graſſijs lib.1.cap.13. num.49. P.Ledeſma in ſumma de Sacramento Pœnitentiæ,cap.12.1.dub. circa fin. & Vega in Eſpejo de Curas,cap.11.nu.278.

321 Quia eſt mera † gratia,ſicut licentia,ſeu reuerẽdæ ad ſuſcipiendos ordines ab alieno Epiſcopo, quę non expirat morte concedentis, vt cum alijs quos referunt tradunt Didacus Perez d.q.36. Salcedo d. verſ.poſtquam vero.Ioan. Guttierrez pract. q.lib.2. q.75.num.5.& Canon.quæſt.lib.2.d.ca.17. & Mar. Ant. Genuen. in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ,cap.81.num.4.& cap.85. num.39. Thom. Sanchez num.83.& Gonçalez num.36. *Carrillo in itinerario ordinand.ſect.2.c.5.nu.3.ſum.Bull.Quar. verb. c. ſede vacante.ſub nu.1.10 q Vgol.de offic.Epiſc.cap.26.§. 20.nu.9.& c.57.§.1.nu.2.Piaſec.in praxi Epiſc.p.1.c.1. nu.14.Aula de cenſur.3.p.diſput.5.dub.7.verſ.dico tertio reuerendę, Aſor.2.p.lib.3.c.49.q.5. Molina diſput. nu. 7.& Salas ſupra.* Sed etiam quoad delegationem, &

322 commiſſionem † iuriſdictionis ad abſoluendum, quæ etiam non expirat ex d.ratione. Enriquez lib.7. capit.21.§.6. & Suarez d.ſect.3. & Genuen. d.cap. 85.num.39.Thom.Sanchez d. diſputat.28. num.72. & compend. Bern.ſup. *D.Numno 3.p.in addit.q.8. art. 5.pag.432.Molina d.diſput.20.nu.5. & Salas ſupra, & Suarez deleg.d.lib.8.c.31.nu.3. & 5. & cap.32. num.9.* Quamuis contra teneant Palud.in 4.diſtinct.17.q.4.

323 num.25.† D. Anton.3.par.tit.17.cap.9. in fin.& Coſmas Philiarch.vbi ſupra. *& Vgolin. de offic. Epiſc. c.36.§.10.nu.3.& alias cap.26.§.21.nu.21.*

324 Nec obſtat, † quod iuriſdictio delegata expirat morte delegantis re integra, cap.gratum, cap.relatum, c.licet de offic. deleg. quia vt recte inquit Suarez ibi num.5.& 7.& Thom.Sanch. d.nu.72. iſta iura loquuntur de iuriſdictione fori contentioſi, quæ non datur in fauorem ipſius iudicis,nec habet rationem gratiæ, ſed tantum iuſtitiæ, hæc autem delegatio eſt iuriſdictionis voluntariæ, & habet rationem gratiæ;ſicut etiam in caſu d.ſi cui,nulla eſt delegatio iuriſdictionis voluntariæ ad conferenda Beneficia, &c.& ita videtur conſuetudine receptum, vt inquit Suarez ibid.nu.10.& Th.Sanchz d.num.72.

325 Et idem eſſet in licentia,ſeu iuriſdictione † alicui data à parocho ad audien.confeſſiones ſuorum ſubditorum. Quamuis iuriſdictio ab eo delegata alicui

326 aſſumendo illum in Vicarium, † ſeu coadiutorem ſuum expirare videatur morte parochi, ſicut poteſtas Vicarij Epiſcopi expirat mortuo Epiſcopo, quia illa delegatio ſic facta tanquam Vicario, ſeu coadiutori,non videtur gratia facta ipſi ſacerdoti, &c. *Molina d.diſput.20.nu.5.qui etiam in quacunque licentia, & iuriſdictione data a parocho ad audiendas confeſſiones ſuorum parochianorum, id videtur velle dicens, parochos poteſtatem non habere gratiam conferendi, ſed ſolum loco ſui ſubſtituere poſſe approbatos ab ordinario. Sed certè id eſt facere gratiam.*

327 Et etiam licentia, ſeu facultas audiendi † confeſſiones certarum perſonarum data alicui Sacerdoti, etiam à Papa, fauore, & contemplatione ipſorum pœnitentium expiraret morte concedentis, ad dicta ſupra num.324. *& ita in ſpecie tradit Tho. Sanch. ſupra nu.73.& dicit probabile Suar.d.lib.8.deleg c.31.nu. 19. ad finem, licet contrarium magis probetur, quia iudicium confeſſionis magis eſt gratiæ quam iuſtitiæ & ita iuriſdictio in illo foro conceſſa per regul. gratiæ potius quam iuſtitiæ*

mc-

metiendæ est. Cui tamen rationi respondetur, *quod in isto casu non potest dici gratia facta, sed facienda, vt alias d. num. 314. dictum est.*

328 Vltimo ex supradictis infertur, quod licentia, † & facultas testandi concessa à Papa nõ expirat morte concedentis re integra, vt contra Maria. Soc. Iun. consil. 89. vol. 1. docent Burſat. conſ. 178. in princip. lib. 2. Nauarr. de reddit. q. 3. mon. 8. Et Sarmien to cod. tract. 4. p. c. 4. num. 2. Granutius theoremate 13. Io. Gutierr. d. lib. 2. pract. quæſt. 75. Facchinetus lib. 5. c. 99. Emman. Rodrig. d. q. 46. art. 8. Molina de iuſtit. 1. tom. tract. 2. diſput. 141. ad fi. Thom. Sanchez. ſupra numero. 82. Gonçal. numero. 35. & Açor 2. par. lib. 7. cap. 9. queſt. 4. cap. 3. 6. par. & Rota deciſ. 47. p. 2. diuerſ. Et fuit dictum in vna Papien. fructuum 12. Febr. 1601. coram D. Lanceil. & tenet etiam Couar. in c. cum in offic. de teſtamen. nu. 8. in nouiſſimis editionibus, quamuis antea ibi tenuiſſet cum Socino cum quo videtur tenere Mieres de maiorit. 4. p. q. 10. num. 9.

329 Et ſimiliter licentia, & facultas faciendi † maioratum à Rege alicui conceſſa, non expirat morte cõcedentis re integra; vt eſt lex in termini 43. Tauri & in nouiſſima recopilatione eſt l. 2. tit. 7. lib. 5. vbi Do-
330 ctores Hiſpani. Et idem † erit indiſtinctè in licentia data per Regẽ ad extrahendum, ſeu alienãdum bona maioratus; etiamſi concedatur ſub nomine ipſius Regis, quicquid velit Mieres d. q. 10. ad fin. quẽ videtur ſequi Gutierrez d. lib. 2. pract. q. 74. Quod
331 procedit † etiamſi literæ dictæ licentiæ, & facultatis, faciendi maioratum, ſeu teſtandi, aut alienandi, non eſſent expeditæ, ex traditis per Felin. in rub. de conſtitut. num. 5. & Decium, Ripam, & Beroium ibi, & Seluam de benef. 3. part. queſt. 22. nu. 3. Quã
332 uis † in hoc contra teneat Molina de Hiſpanorum primog. lib. 2. cap. 7. nu. 64. quem ſequitur Matienço in d. l. 2. recopilat. gloſ. 2. num. 1. in fin. & ibidem Azeuedo num. 11. Velazquez de Auendanno in d. l. 43. Tauri gloſſ. 1. num. 2. & gloſſ. 2. Ioan. Gutierrez d. lib. 2. pract. q. 74. in princip. & q. 75. nu. 2. & lib. 2. canon. d. cap. 17. nu. 14. & Emman. Rodrig. d. art. 8. quia hæc gratia non continet quid perfectum, ſed datur ad aliquid faciendum.

333 Sed contra Molinam rectè tenet alter † Molina Theologus de iuſtitia. 3. tom. diſput. 599. nu. 6. quãdo gratia eſt conceſſa non per miniſtros dependentes à Principis ſubſcriptione, ſed per Principem, per ſolum verbum fiat, ſequitur Thom. Sanch. ſup. d. lib. 8. diſputat. 29. num. 7. & Gonçalez dict. gloſſ. 12. à num. 45. & ita gratiæ etiam ad aliquid facien-
334 dum conceſſæ † per Papam, qui obijt ante expeditionem literarum, expediuntur per ſucceſſorem in forma rationi congruit, iuxta regul. 9. Cancellariæ de literis in forma rationi congruit expedien. vbi gloſſ. & Rebuff. & Mandoſ. & Molina d. num. 6. & Gonçal. num. 48.

335 Et ſupradicta procedunt, ſiue licentia & gratia † ſit conceſſa ex cauſa neceſſaria, & cum cauſæ cognitione, ſiue ex cauſa voluntaria, & ſine cauſæ cognitione, quicquid dicat Azeuedo in d. l. 2. nu. 6.

336 Et de hac materia, an gratia, † vel mandatum expiret morte concedentis, vide longã remiſſionem Ceuedi Collectanea 1. ad ſextũ, & circa literas gratiæ & iuſtitiæ, quæ expirant per mortem Papæ, videnda eſt d. reg. 10. ſeu 11. Cancellariæ, ſuper renalidatione literarum prædeceſſorum gratiæ. & iuſtitiæ, infra annum conceſſarum, & ibi gloſſa, & Rebuff. & Mandoſ. & notat Goncalez ſupra numero 51. & 52.

## *De Executoribus literarum in forma breuis de capienda poſſeſſione. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*Sunt alij extraordinarij executores, nempe breuium de capienda poſſeſſione, num. 1. quæ duplici modo ſolent concedi, vel nomine Camerę, vel ad fauorem literarum, nu. 2. & tenor breuis ponitur, nu 3. a qua formula parum diſtat ea quam ponit Mandoſ nu. 4. & breuis ad fauorem literarum, idem eſt tenor in ſubſtantia, &c. nu. 5.*

*Per conceſſionem breuium non contrauenitur decreto Conc. de prima inſtantia coram Ordinarijs tractãda, vt Greg. XIII. declarauit, & S. Congreg. Concil. & cum agitur de Beneficijs reſeruatis, committitur cauſa in curia in prima inſtantia, & cum de literarum Apoſtolicarum intellectu tractatur, nu. 6. 7. & 8.*

*Dicta breuia regulariter, & de ſtilo, dantur ſolum ſuper Beneficijs reſeruatis ſeu affectis a num. 9. & nu. 11. ponitur reſolutio Rotæ.*

*Clauſula dummodo vltra tres dictas. &c. non intelligitur reſpectu Auditoris Camerę, reſpectu cuius non ſeruantur dictę, ſed reſpectu aliorum, in quibus cum ſint executores mixti habebat locum ſtatutum de dictis, & ideo fuit neceſſaria d. derogatio. nu. 12. & 13.*

*Si Beneficium erat litigioſum, & non fit facta in breui mentio de lite, breue eſt ſurreptitium, & non operatur effectum, & poſſeſſio capta eſſet vitioſa, & attentata, nec breue debet eſſe ſurreptitium, nu. 14. & 15. vbi ponitur deciſio. Rotæ, & quamuis reſcriptum ad lites ſurreptitium non ſit nullum ipſo iure, ſed ope exceptionis, ſecus tamen in breui de capiẽda poſſeſſ. num. 16.*

*Breuia de capienda poſſeſſione, etiam nomine Camerę, & poſſeſſion. capta eius nomine ſunt ad vtilitatem prouiſi, &c. num. 17. vnde ſi gratia principalis eſt ſurreptitia, & nulla, conſequenter etiam breue, & indè ſecuta erunt nulla, num. 18. & tunc poſſeſſio capta vigore breuis eſſet reſtituenda ei a quo eſt ablata, num 19. Vnde etiam agenti ad executionem breuis, nomine Camerę, poteſt opponi exceptio apoſtaſiæ, & inhabilitatis ex Rota, nu. 20. & 21.*

*Ius breuis eſt perſonale, & expirat per mortem, ſeu reſignationem obtinentis ante captam poſſeſſione nomine Camerę, num. 22. Quamuis ſi decederet, ſeu reſignaret poſt illam captam, non tamen ei conſignatam, non expirabit poſſeſſ. &c. num. 23.*

*De proceſſu executoris breuium, & modo ſeruando remiſſiue, num. 24.*

*Ad executionem dictorum breuium ſolum requiritur verificatio eius, quod eſt poſitum in forma illius ſub clauſula, conſtito, a numero 25. & ponitur deciſio. Rotæ numero 27. Quamuis contrarium tenuerit Rota in alia deciſ. poſita n. 28. quæ non placet. Quando vero in clauſula, conſtito, fit mentio de pertinentia collationis eſt verificanda, n. 34. & reprobatur doctrina Gonçal. num. 35.*

*Per clauſulam conſtito inducitur forma. & conditio vt præcedat cauſa cognitio, etiam parte citata, cum adeſt intruſus, alias ſufficeret extraiudicialiter conſtare, alias geſta ſunt nulla, a nu. 36. & ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Ideo ſtante intruſo non poteſt capi poſſeſſ. ex monitorio decreto*

ab

*ab Auditore Camera in vim breuis, maximè cum habeat clauſulam, quod ſi quis ſenſerit ſe grauatum, &c. ſeu ſimilem, & ſic reſoluitur in citationem, a num. 41. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ niſi poſſeſſor conſentiat, quod capiatur poſſeſſ. nu. 44. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Quod ait Lancellottus cum deciſ. Guidoboni, quod in executione breuis de capienda poſſeſſione non requiritur partis citatio, procedit in breuibus, qua ſolebant dari de capienda poſſeſſione amotis detentoribus, & intruſis ſine vitio ſpolij, & attentatorum, & ſine clauſula conſtito, & ſic operabantur executionem, & ſpoliationem alterius, abſque cognitione cauſæ, & faciebant iudicem merum executorem, à num. 45.*

*Quod dicit deciſ. Mobedani, quod clauſula amoto quolibet detentore, intelligitur iuris ordine ſeruato, procedit vbi non eſt clauſula ſine vitio ſpolij, num. 50. & deciſio. Putei 17. libro 1. eſt intelligenda de breui ſine clauſula conſtito, &cet. numero 51. & ita etiam eſt intelligendum quod ex Puteo. ibi tradunt Mandoſ. & Saluſtius Tiberius, &cet. num. 52.*

*Capiens poſſeſſionem vigore talis breuis eiecto poſſeſſore: tenebatur, & poterat poſtea plenè verificare reſeruationem, in qua breue fundabatur, ad excludendum ſpolium reſtituibile, de quo eiectus agebat, a numero 53. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Iam breuia de capienda poſſeſſ. non dantur niſi cum clauſula, conſtito, & ſic executor debet aſſumere partes iudicis, nu. 58. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Licet breue habeat clauſulam, conſtito, ſi tamen in ea non cõtineatur reſeruatio, in qua breue fundetur, ita vt in eius executione illa plenè probetur, tenebitur poſtea impetrans illã verificare ad excludend. ſpolium, & reuocationem ſententiæ excuſandam, nu. 60. & ita procedit quædam deciſio Rotæ relata, nu. 61.*

*An pro verificatione clauſulæ, conſtito, ſufficiat ſemiplena probatio, an requiratur plena? nu. 62. & in tribunali Auditoris Cameræ ſeruatur ſufficere ſemiplenam ex doctrina Bart. num. 63. ſed quod requiratur plena ſeruat Rota, num. 64. & ſequ. vbi ponuntur deciſ. Rotæ, & doctrina Bart. reſpondetur quod alias tenet contrarium num. 67. vnde ſi ageretur de executione breuis coram alio ab Auditore Cameræ amplectenda eſſet ſententia Rotæ cuius ſtilo magis ſtandum eſt, num. 68.*

*Quando non eſſet intruſus ſufficeret pro verificatione clauſulæ, conſtito, ſemiplena probatio, & ad effectum decernendi monitorium. nu. 69.*

*An clauſula, conſtito, quod defunctus obierit in poſſeſſione probetur ex poſſeſſ. illius de præterito, a num. 70. reſoluitur quod ſic & adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Illa concluſio quod olim poſſeſſor, hodie poſſeſſor præſumitur, de qua relati numero 75. procedit non ſolum in ipſo poſſeſſore allegante poſſeſſionem de præſenti, ſed etiam in ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari, numero 76. immo ſecundum Abb. ſi non vixit ille qui poſſedit, præſumitur vſque ad mortem poſſediſſe, ſine hæredes negent, ſine aſſerant, &c. num. 77.*

*Quamuis requiratur pro forma determinata probatio poſſeſſionis certi temporis ſufficit præſumptiua probatio. nu. 76.*

*De clauſula non tamen a nobis prouiſionem habentibus remiſſine, num. 79. & vt hæc exceptio intret & ceſſet executio breuis, ſufficit habere prouiſionem a Papa, ſine ſit bona, ſiue mala, quod reſeruandum eſt petitorio, num. 80.*

¶ VLtra dictos executores literarum† Apoſtolicarum, ſunt etiam alij extraordinarij, nẽpe executores breuium, ſeu literarum in forma breuis de
2 capienda poſſeſſione,† quæ duplici modo ſolent cõcedi, videlicet vel nomine Cameræ Apoſtolicæ, vel ad fauorem literarum ſub plumbo per prouiſum Apoſtolicum expeditarum, vt poſt hæc tradit Gonçalez ad regul. menſium. §. 7. procem. num. 208. & gloſſa 9. in annotat. num. 246. & *Saluſt. Tiber. in praxi A. C. lib. 3. c. 7. aliàs* 56. *nu.* 2.

3 Quod vt melius percipiatur operæ pretium† erit in præſenti ponere tenorem breuis, prout hodie dari conſueuit qui talis eſt. Dilectis filijs cauſarum curiæ cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Magiſtro ſcholæ Abulenſ. Cathedralis, & Franciſco Suarez de S. Ioã. Canonico eiuſdem Eccleſiæ, & eorum cuilibet, Paulus Papa V. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem contulit nuper felic. recor. Leo Papa XI. prædeceſſor noſter dilecto filio Chriſtophoro Treuinio Clerico Abulenſ. in curia reſidẽti, ac dilecti filij noſtri Franciſci Cardinalis de Auila nuncupati à ſecretis ac familiari continuo commenſali Theſaurariam Eccleſiæ Conchen. per obitum quondam Ioannis zapata illius dum viueret vltimi poſſeſſoris extra Rom. curia de menſe Ianuarij proximè præterito defuncti vacan. & antea diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatam, prout in literis Apoſtolicis propediem ſub plumbo expediẽdis latius explicabitur, quo circa ne dum literæ prædictæ expediũtur Theſaurariæ præfatæ aliqua in ſpiritualibus, vel temporalibus detrimenta patiatur prouidere volẽtes, vobis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo aut vnus veſtrum, conſtito vobis prius etiam ſummariè, quod d. Ioã. in poſſeſſ. dict. Theſaurariæ de prædicto menſe obierit, per vos, vel aliũ, ſeu alios corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dict. Theſaurariæ ac illi forſan annexorum iuriumque & pertinentiarum ſuorum quorumcumque noſtro, & Cameræ Apoſtolicæ nominibus omni mora, & dilatione poſtpoſitis apprehendatis, amotis indè, & expulſis quibuſcumque detentoribus, & intruſis non tamen à nobis, ſeu dicto prædeceſſore prouiſis, quos detentores, & intruſos nos authoritate præſentium amouemus, & amotos denuntiamus, ac omnes & quoſcumque fructus, redditus, & prouentus dict. Theſaurariæ & annexorum eorundem, tam à die obitus dict. Ioan. decurſos penes quoſcumque exiſtentes quam etiam futuros percipiatis, & exigatis, eoſque integrè præfato Chriſtophoro poſtquam ipſe literas prædictas vobis præſentauerit, vna cum dict. poſſeſſ. conſignetis, eoſdem detentores, & intruſos, ac prout ſus quoſcumque alios contradictores eiſque auxilium, conſilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, ſeu indirectè, quomodolibet præſtantes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac priuationis ſuorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo legitimiſque ſuper his habẽdis ſeruatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauãdo, inuocato etiã adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, decernentes vos aut prædictum C. neminem propterea ſtãte reſeruatione huiuſmodi ſpoliaſſe, nec amotos, & expulſos ſuper ſpolio aut vnde vi agere poſſe, nec eis actionem ſpolij competere, neque collationes, prouiſiones,

aut

aut aliàs disposiciones dcd. Thesauraria factas ad colorãdum huiusmodi spolium prodesse: sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi & interpretandi, facultate, & authoritate vbique iudiciari, & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstãtibus fel. rec. Bonifac. Papæ VIII, prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dictis, dummodo, vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis nec non inhibitionibus, etiam adictis auditoribus eorum, aut aliquo, seu aliquibus vigore quarumcumque commissionum Apostolicarum iam forsan decretis, non tamen executioni demandatis, aut post hac emanandis contrarijs quibuscumque, seu si detentoribus, & intrusis prædictis, vel quibuslibet alijs communiter, vel diuisim, ab eadem sit sede indultum. quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, volumus autem vt d. C. infra sex menses à data præsentium computand. literas præfatas sub plumbo expedire, ac iura Cameræ Apostolicæ ac alijs propterea debita persoluere omninò teneatur alioquin dictis sex mensibus elapsis Thesauraria prędicta vacare censeatur eo ipso. Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 23. Maij 1605. suscepti à nobis Apostolatus officij anno 1.

M. Vestrius Barbianus.

4 Et ab ista † formula parum differt ea, quam ponit Mandos. de monitorijs, q. 60. sub monitorio posito. numero 1.

5 Breuis vero ad fauorem literarum idem est † tenor, in substantia, solum additur clausula, si & postquam literæ Apostolicæ exhibitæ fuerint. Ac vt ipsæ literæ Apostolicæ facilius debitæ executioni, vt par est demandentur prouisum ipsum in possessionem Beneficij induci mandatur, &c. *Et illa clausula fuit resolutum per Rotam in vna Vlyssonen. beneficij 9. Iunij 1600. coram D. Ludouisio, quod cum in Breui mandaretur A. C. quod ad illius executionem procederet, si & postquã litera prouisionis Al. coram eo fuissent præsentatæ, procedendo absque earum productione, & sic conditione & forma rescripti non seruata nulliter processit, c. cum dilecta, de rescript. cum alijs, &c.*

*Et si litera prouisionis essent in forma dignum, & non in forma gratiosa, oporteret eas prius ordinario præsentare, ab eoque approbationem & collationem obtinere, eamque deinde simul cum literis exhibere: A. C. seu alteri executori breuis ord. fauorem literarum: alias non posset dare mandatum de immittendo prouisum in possessionem, nisi cum clausula, postquam ab ordinario fuerit approbatus, & collatio facta, &c. Nam Clem. auditor. de rescr. non procedit in A. C. vt ait Gonç. gloss. 23 nu. 16. & dixi supra 7. p. c. 8. num. 102.*

6 Circa quas literas in forma breuis de † capienda possession. in primis aduerto, quod vt Gregorius XIII. declarauit per cõstitutionem 24. de executione literarum Apostolicarũ, & declaratione Concil. Tridentin. session. 24. c. 20. de reformatione per cõcessionem illarum non contrauenitur dicto decreto Concilij, vbi disponitur, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiã si beneficiales sint in prima instantia coram Ordinarijs locorũ duntaxat cognoscãtur, exceptis his quæ iuxta Canonicas sanctiones apud sedẽ sunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit Sũmus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ suæ eius manu propria subscribendum committere, aut auocare, duplici ratione: Prima, quia per dictas literas, in forma breuis, causa seu instantia non introducitur, sed merè executiue, procedi mandatur, & mandata executiua sunt, & summariam tantũ causarum propter quas illę emanarunt, cognitionem requirunt, & in executiuis, licet detur lis, non tamen instantia. Sarnen. in reg. de annali. quæstio. 44 & Puteus decis. 220. libro 2. Secunda, quia dictæ literæ in forma breuis annulo Piscatoris munitæ non minoris sunt efficaciæ, & authoritatis, quam rescripta signaturæ Rom. Pont. eius manu propria subscripta, *Quam constitutionem adducit Præsec. in praxi Episc. p. 2. c. 4, nu. 3.*

Et ita etiam declarauit S. Congregatio Concilij
7 † super d. cap. 2. quæ etiam ait, Quod si vel de affectis, aut reseruatis beneficijs ageretur, tunc in curia committuntur causæ in prima instantia. Quod quotidie practicari videmus nam signatura iustitiæ semper committit causam in Rota etiam in prima instantia, cum agitur de Beneficio reseruato, seu quod prætenditur reseruatum.

8 Et est decisio Rotę in causa † Segobien. Canonicatus. 24. Nouemb. 1588. coram Domino Plato de qua supra 5. p. ca. 1. num. 675. Et vt dicit Marchesanus de commissio. p. 2. c. 1. de commissione appellatio. nu. 36. Greg. XIII. declarauit, quod causæ beneficiales quando literæ sub plumbo expeditæ reperiuntur, & de literarum Apostolicarum intellectu tractatur, etiam in prima instantia per signatarium iustitiæ in Curia committerentur: ea ratione; quia iudicari de iuribus literarum Apostolicarũ ad Romanæ Curiæ iudices, & in specie in S. Rotæ auditorio in ipsis versato, & non ad alios inferiores pertinet, & sic pluries rescriptum fuit, & nouissime post hæc tradit Gonç. gl. 52. nu. 36. & seq. vbi ponit declarationes S. Cong. & *Leo in Thes. for. Eccles. cap. 16. n.* 74. & 76.

Secundò aduerto, quod dicta breuia regulariter
9 † & de stilo dantur solum super Beneficijs reseruatis, seu affectis, vt patet ex d. constitutione Gregor. XIII. Lancellotto. de attentatis. 2. par. cap. 4. in præfatione. num. 442, qui ait, quod huiusmodi breuia concedi solent attenta reseruatione Beneficij, de
☞ quo agitur, Rota in vna Salamantina Canonicatus 30. Maij 1572. coram D. Oradino supra adducta 5.
10 par. cap. 1. num. 461, In qua fuit dictum, † stilum dare huiusmodi breuia propter reseruationem, & in
☞ Gienen. Canonicatus, & Præbendæ. 4. & 11. Maij 1587. coram D. Robustello, in qua fuit dictum, quod similia breuia regulariter non dantur nisi in reseruatis vt notum est, & in vna Pampilonen. Pa-
☞ roch alis de Agigra. 27. Iunij 1601. coram D. meo
11 Corduba Episcopo Pacen. vbi fuit resolutum, † Cessante reseruatione super qua breuia fundantur cessare illorum executionem, & clausulam, constito de vacatione in tali mense, intelligendam de mense

qui

qui ſit reſeruatus, vt in dict. Szlamantina Canonicatus 1572. Lancellottus de attentatis, cap. 4. in præfatione, num. 117. & 509. & reſeruationem non habere locum in Beneficijs iuris patronatus laicorum ex fundatione quod ius patronatus licèt non probetur ſufficienter, tamen vt ſit locus arbitrio rotæ & interim ſuperſedeatur in executione, ſufficit multa deduci, &c. præterea admitti exceptionem inhabilitatis, vt in Vrgellen. Canonicatus, de qua infra num. 20. Rota etiam in vna Placentina Beneficiorum de anno 1603. infra adducta num. 28. *& in Salamant. portionis 16. Maij. eiuſdem anni 1603. coram D. Iuſto, in qua dicitur non dari breuia ceſſante reſeruatione, immo poſtquam data ſunt, ceſſare illorum executionẽ, niſi probetur reſeruatio, qua Papa mouetur ad concedendũ &c. & in Vicẽt. infra relata. n. 61. Et tradit Saluſt. Tiber. lib. 3. c. 8. a num. 1. in nouiſſ. edit.* & Gonçal. §. 7. proœm. nu. 208. & gl. 9. in annotat. nu. 246. & 262.

12 Tertiò aduerto, † quod illa clauſula, dummodo vltra tres dictas aliquis authoritate præſentium ad iudicium non trahatur, nõ intelligitur reſpectu Auditoris Cameræ, reſpectu cuius non ſeruantur dictæ cum aliàs ſit iudex ordinarius Romanæ curiæ, & ita habet ſtilus notiſſimus, ſed reſpectu aliorum executorum præter illum nominatorum, in quibus
13 cum ſint executores mixti † propter cauſę cognitionem quam habent, & non meri omninò, habebit locum ſtatutum de dictis. Felin. in cap. nonnulli, nu. 34. de reſcript. Et ideo fuit neceſſaria dicta derogatio, Mandoſ. d. quæſt. 60. de monitorijs, num. 47. & de commiſſion. commiſſione 28. verb. & Concilij generalis, &c.

Quartò aduerto, quod ſi Beneficium erat litigio-
14 ſum, † & non ſit facta in breui mentio de litè, breue eſt ſurreptitium, & non operatur effectum, & poſſeſſio eius vigore capta eſſet vitioſa, & attentata, Caputaquen. deciſ. 70. part. 1. Rota deciſ. 469. li. 3. par. 3. diuerſorum, quæ eſt Paleotti 116. & Lancellot. d. cap. 4. num 413. qui etiam cap. 12. limitatione 30. nu. 3. ait quod breue non debet eſſe ſurreptitium vt etiam ait Flam. Pariſ. de reſignatione Benef. libr. 10. q. 6. nu. 25.

15 Et fuit reſolutum in cauſa Vrgellen. † Archidiaconatus de Andorra, 13. Aprilis 1592. coram D. Pẽ-
16 na his verbis. Quoniam Raphel Duran. Archidiaconatum de Andorra tanquam vacantem in menſe reſeruato per obitum Michaelis Grimoſachi impetrauit in curia, & obtinuit ſibi concedi literas Apoſtolicas de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, in quibus non fecerat mentionem de lite, quam Paulus Anton. Roquet, qui vigore ſtatuti à ſede Apoſtolica confirmati prædictum Archidiaconatum optauerat de anno 1583. mouerat contra quendam Michaelem prouiſum Apoſtolicũ, & in Rota introduxerat vigore ſpecialis commiſſionis citato, & comparente Michaele, & ſeruatis terminis ſubſtantialibus, dubitaui, an conſtaret de lite, de qua foret faciẽda mentio in prædictis literis in forma breuis. Et Domini concorditer cenſuerunt primum conſtare de lite per commiſſionem cauſæ in Rota, citationis executionem, & ſeruatos terminos ſubſtantiales, Clement. 2. vt lite pendente, authentica litigioſa. C. de litigioſus, quæ cum non fuerit extincta per obitũ Michaelis, Beneficium remanſit litigioſum, cap. 1. & 2. vt lite pendent. lib. 6. Mohedan. deciſ. 14. aliàs 240. de cauſa poſſeſſ. in nouiſſimè impreſſis, & deciſ. 190. in manuſcriptis, Sarnen. de triennali, quæſt. 61 circa fin. & ideo debuit de illa fieri mentio Aegid. deciſ. 102. etiam in literis in forma breuis pro capienda poſſeſſione aliàs cenſentur ſurreptitiæ, & nõ operantur effectum, Paleottus deciſ. 116. incipien. Ioannes Michael. Caputaquen. deciſ. 70. incipien. breue. part. 1. in impreſſis. Vnde nec vigore talis breuis poſſet capi poſſeſſio, nec capta ſuſtineri, quia eſſet attentata, & vitioſa. Et idem poſt hæc tradit Gonçalez ſupra in annotationibus. a nu. 271. *quæ deciſio eſt in nouiſſ. Farin. 656.*

Et quamuis reſcriptum ad lites ſurreptitium
16 non ſit nullum ipſo iure, † ſed vitietur ope exceptionis, vt notatur in c. cæterum, & cap. ſi autem, & c. ſuper literis, de reſcript. tamen iſtud reſcriptum, & breue de capienda poſſeſſione, ſi eſt ſurreptitium, eſt nullum ipſo iure. Et ſic poſſeſſio eius vigore capta vitioſa & citata, quia eſt extraordinarium, & exorbitans, & executiuum, & ſapit plus gratiam, quam iuſtitiam ex quo tollitur actio ſpolij, & attentatorum vt per Gonçalez ibi, num. 275.

Quintò aduerto quod breuia de capienda poſſeſ-
17 ſione, † etiam nomine Cameræ, ſunt ad vtilitatem prouiſi & impetrantis, ac vt eius prouiſio & gratia melius executioni demandetur, vt conſtat ex dict. conſtitutione 24. Gregor. XIII. in princip. & deciſ. Tuder. Parochialis de qua infra, num. 44. & Pampilonen. Beneficij infra adducta, num. 65. *& ſic in vna Fgitan. benefic. 19. Ian. 1567. coram D. Clement. VIII. Domini dixerunt, poſſe procedi ad executionem breuis, non obſtante quod Cameræ commiſſarius non agat, ſed prouiſus Apoſtolicas, quia ipſe poteſt pro ſuo intereſſe nomine camerę petere huiuſmodi executionem; & ita alias dicebant fuiſſe tentum & obſeruatum, &c. Et in Gerund. benef. 16. Apr. 1602. coram D. Lita fuit reſolutum non eſſe nullam ſententiã A. C. latam pro executione breuis impetrati nomine Camerę, licet commiſſarius Camerę nũquam fuerit in cauſa citatus, ſed prouiſus Apoſtolicus, ac cuius commodum erat, vt per Saluſt. Tib. lib. 3. c. 8. num. 4. quamuis idem Saluſt. c. 7. præced. nu. 11. dicat, quod quãdo breue & monitorium eſt nomine Camerę, requiritur neceſſario, quod termini omnes ſeruentur ſub nomine commiſſarij Camerę, & eo comparente, ſeu eius ſubſtituto, vt ſolet fieri, ſecus nullitęr procederetur, niſi ante ſententiam ſubſtitutionem huiuſmodi cum ratificatione geſtorum faciat, &c.* & poſſeſſio capta nomine Cameræ eſt ad fauorem & commodum prouiſi cui eſt poſtea conſignanda, ſeu cedenda, vt dicitur in breui, & dict. conſtitutione Gregorij tradit Gonçalez gloſſ. 35. ex numero 113. vbi ex hoc reſoluit competere prouiſo iura † antiquitatis quoad optionem, & præce-
18 dentiam à die captæ poſſeſſionis nomine Cameræ ac præferendum omnibus poſtea ingreſſis, & facta ceſſione abſque alia apprehenſione penſionis conſtitui eum iuſtum poſſeſſorem ac eſſe illi concedendum mandatum de manuteñendo, non aliter ac ſi ipſe prouiſus dict. poſſeſſionem à principio apprehendiſſet ſecundum Rotam. *in vna Firmana benefic. 19. Martij 1593. coram D. Blanchetto, & in Lucana benef. 17. Iun. 1594 coram D. Lita, et in Salmant. beneficij 26. Iun. 1598. corã eodẽ, & in Aurien. parochialis de Pao 17. Apr. 1600. coram D. Lancell. & in Oueten. Archidiaconatus 15. Decemb. 1603. coram Illuſtriſſimo Cardin. Pamph. & alias ſæpius quod etiam fuit reſolutum*

*ſolutum in Tuden. Parochialis S. Chriſtinæ infra relata nu. 44. & in Oueten. beneficij 27. Iun. 1607. coram D. Manſan. & in Corduben. Capell. 21. Apr. 1608. coram D. Orrẽbergo, ad Bal. in l. emptor. in princ. C. de hared. vel act. vend. Pariſ. conſ. 75. nu. 18. lib. 4. Sed contrarium fuit tentum in Conuerſana beneficij 23. Feb. 1608. coram D. Cauallerio, nempe, quod Poſſeſſio capta nomine Cameræ & Commiſſarij generalis non transfertur in prouiſum per ceſſionem ei factam à dicto commiſſario, ſed requiritur actualis apprehenſio Natta conſ. 398. nu. 13. & conſ 399. n. 5. ideoque mandatum de manutenendo non poteſt dari habenti ceſſionem, Menoch. de retinend. remed. 3. num. 267. & ſeq. &c. Et hoc mihi videtur verius.*

*Adhuc tamen prouiſus acquiret antiquitatem a tempore poſſeſſionis captæ nomine Cameræ, cum illa ſit ad fauorem & commodum ipſius prouiſi, & ſic cenſeatur ab ipſo capta, & continuata, ſeu perinde ſit ac ſi ab ipſo capta eſſet, &c. vt vbi ſupra dicit Gonçalez.*

19 Vnde ſi gratia principalis eſt ſurreptitia,† & nulla, conſequenter etiam huiuſmodi breue tanquam acceſſorium, & inde ſecuta erunt nulla ex cap. conſtitutus, de reſcript. vbi Abb. & Decius, & cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. & traditis per Nauar. in cap. ſi quando 1. præludio numer. 1. & in cap. cum contingat, prima cauſa nullitatis de reſcript. ita poſt hæc Gonçal. dict. num. 271. 276. & 278. & §. 7. procem. num. 240. Et tunc poſſeſſio capta vigore breuis
20 † eſſet reſtituenda ei à quo eſt ablata, ex Lancellotto dict. cap. 4. numero 444. in præfatione.

Vnde etiam alias in vna Vrgelenſ. Canonicatus
21 † Maij 1593. coram D. Blanchetto fuit reſolutum.

☞ Quod agenti ad executionem breuis nomine Cameræ poteſt opponi crimen apoſtaſiæ à religione: nã eſt inabilis & excommunicatus cap. 2. ne clerici, vel monachi in 6. &c. & non debet dari vitioſus ingreſſus ad Beneficia, nec refert, quod agat commiſſarius nomine Cameræ, cum ipſe ad vtilitatem impetrantis agat, & ad cedendum illi poſſeſſionem qui ſi non poteſt illi conſignare poſſeſſionem tenetur reſtituere prim. poſſeſſori, Modernus de attentatis 2. part. in præfatione, cap. 4. num. 443. & profeſſio probatur ex inſtrumento profeſſionis & confeſſione partis dicentis in ſupplicatione ſe per quatuor annos extitiſſe in religione, nec obſtat fuiſſe declaratã profeſſionem nullã, eo quod non fuerat annus probationis continuus, quia illa ſententia erit nulla, nec eſt ſublata per Concilium profeſſio tacita vt S. Congreg. Concilij, declarauit, nec obſtat iſtam exceptionem tanquam requirentem altiorem indaginem nõ eſſe admittendam in hoc iudicio quia altior indago reſultat ex replicatione actoris, nam excipiens fundat clare ſuam intentionem, &c. hæc in d. Vrgelenſ.

22 Et quod admittatur exceptio inhabilitatis, † fuit etiam reſolutum in illa Pampilonen. ſupra relata, num. 311. *& tradit Leo in Theſ. for. Eccleſ. cap. 17. à nu. 21.*

23 Et ius breuis, † eſt perſonale, & expirat per mortem, ſeu reſignationem obtinentis ante captam poſſeſſionem, nomine Cameræ, &c. Lancellottus ſupra num. 439. & ſequen. Quamuis ſi decederet, ſeu reſi-
24 gnaret † poſt captam legitime poſſeſſionem nomine Cameræ vigore breuis nondum tamen ei conſignatam, ſeu ab eo apprehenſam, ex quo eratiam Cameræ acquiſita non expirabit poſſeſſio, ſed eam Camera retinebit, donec ſucceſſori conſignetur, &c. tamen videtur debere eam de nouo apprehendere, ex quo non fuit ad eius fauorem capta niſi ſubrogetur in locum alterius, de proceſſu executoris dictarum literarum in forma breuis, & modo in exequutione ſeruando, videndus eſt practicus Saluſtius Tiberius in practita Auditoris Cameræ, lib. 3. cap. 6. per totum. *Sal. c. 7. alias 6. & Leo in Theſ. for. Eccleſ. c. 17. à nu. 26.*

Solum aduerto, quod ad executionem dictorum
25 breuium † ſolum requiritur verificatio eius, quod eſt poſitum in forma illius ſub clauſula conſtito, ſeu ſi conſtiterit. Saluſtius Tiberius d. lib. 3. cap. 6. num. 17. & cap. 7. num. 5. Rota deciſ. 45. nu. 1. p. 2. diuerſorum. *Alias 6. nu. 16. & 17. & nu. 51. in addit. & c. 12. alias 7. nu. 5. & Leo d. c. 17. nu. 20.* Et fuit reſolutum in cauſa Abulenſ. Canonicatus & Præbendæ. 24. No-
26 uembris 1578. coram † D. Decano, vt in deciſ. ſequen. Vacante Canonicatu, & Præbenda, de quibus agitur per obitum Alphonſ. Nauarri de menſe De-
☞ cẽbris 1577. ſede Epiſcopali Abulenſ. vacante fuit de illis prouiſum authoritate Apoſtolica D. Franc. de Recalde, & interim dum literæ ſub plumbo expedirentur, emanarunt literæ ab eadem ſede Apoſtolica in forma breuis directæ R. P. D. Auditori Cameræ, in quibus facta narratiua de vacatione d. Canonicatus, & Præbendæ in dict. menſe Decembris ſede Epiſcopali vacante, & quod illorum collatio, & prouiſio dum pro tempore vacant, ad Epiſcopum Abulenſ. ſpectat, & pertinet, prout in literis ſub plumbo expedien. latius explicabitur, committitur eidem D. Auditori Cameræ quatenus conſtito ſibi ſummarie de dicta vacatione in prædicto menſe, & quod ipſe Alphonſ. tempore obitus ſui eoſdem Canonicatum & Præbendam poſſideret, quodque tempore vacationis illorum ſedes Epiſcopalis paſtore carebat, poſſeſſionem nomine Cameræ Apoſtolicæ, omni mora, & dilatione poſtpoſitis, apprehenderet, amotis & expulſis quibuſcumque detentoribus, & intruſis, non tamen authoritate Apoſtolica prouiſis, & ſeruatis ſeruandis, inſtabatur pro parte. D. Franciſci coram eodem Auditore Cameræ pro ſententia declaratoria, ſed quia nomine D. Thomæ opponebatur de ſurreptione dicti breuis, ex eo quod non erat verificatum in actis, & quod continetur in narratiua dict. Breuis, quod collatio pertinebat ad Epiſcopum, & pro parte dicti Thomæ fuerat ſupplicatum S. Domino noſtro quod cauſa huiuſmodi, quæ coram dicto D. Auditore Cameræ pendebat proponeretur in Rota ſuper dubio infraſcripto, vt finis liti imponeretur, ideo Reuerendiſs. Pat. Domin. Auditor Cameræ, de ordine Sanctiſſimi ad inſtantiam dicti Thomæ conſuluit Rotam ſuper dubio infraſcripto. Stante ſupplicatione, & literis deſuper expeditis, & ſtantibus, quorum omnium copia detur in neceſſarijs, an conſtet de ſurreptione dicti breuis, & de ea dari poſſit, non obſtante clauſula ſublata, quod dubium fuit hodie 24. Nouembris per me vti Rotę Decanum propoſitum in relationibus & ſuper eo per ambas partes, & in facto, & in iure informatum plene. Et fuit per maiorem partem Dominorum tentum, quod breue non ſit ſurreptitium, quia omnia quæ continentur in dipoſitiua breuis ſub clauſula conſtito, ſunt plene verificata; non obſtat narratiua de pertinentia collationis ad Epiſcopum, quia habet relationem ad literas ſub plumbo expedien-das, vt ibi ſpectat, & pertinet, prout in literis expe-

dien.

34 Illam vero decisionem Abulen. intellexit † alias Rota vt non procedat, quando in clausula constito fit mentio de pertinentia collationis, ita vt vna ex conditionibus in ea positis, sit pertinentia collationis, vt in vna Gerunden. Beneficij 31. Maij 1600. coram Domino meo Corduba, in qua causa appellationis à sententia Auditoris Cameræ, fuit in Rota commissa cum clausula, parito breui, arbitrio Rotæ, & fuit resolutum, Intrare arbitrium, & non esse locum executioni breuis; nam reseruatio quæ prætendebatur ex regul. 2. de beneficijs vacantibus sede Episcopali vacante, non habebat locum in præsenti, quia collatio non spectabat ad Episcopum, sed ad Archidiaconum Gerunden. ad quem spectabat collatio Beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante, & quod non obstabat sufficere iustificare clausulam, constito, vt in Abulens. Canonicatus coram Rubeis & alibi sæpe, nã illa procedunt, quando facta nõ fuit mãtio de pertinẽtia collationis, in clausula constito, quo casu Papa videtur remittere pertinentiam ad petitorium; cum vero vna ex conditionibus positis in clausula, constito, est pertinentia collationis vigore reseruationis, illa venit iustificanda, ita vt ex dicta pertinentia inducatur reseruatio, propter quam breue fuit concessum, quod in præsenti Dominis non fuit visum iustificatum, sed constare de iure Archidiaconi, ad effectum, de quo agitur. Tum ex depositionibus testium, tum ex mandato de manutenendo, vel saltem ita turbidum, vt merito supersedendum veniat in executione breuis, donec disputetur super iure Archidiaconi, &c.

35 Vnde mihi non placet, quod † post hæc tradit Gonçalez in annotat. à nu. 261. quod non sufficiat ad executionem breuis verificatio constiti, quando non esset probata reseruatio, licèt in eo expresse, & necessario inclusa non fuisset, si reus ex aduerso probat coram eodem executore quod non intret reseruatio, ex eo quod beneficium sit de iure patronatus laicali, vel quod mensis non esset reseruatus ratione alternatiuæ, vel aliàs, & malè allegat istam decisionem Gerunden. & aliam Vicent. de qua infra num. 61. *Quamuis id videatur velle dec. Vercell. Canon. 30. Maij 1597. coram D. Penna, & præterea conuincitur nam vt recte ait Sal. Tib. d. lib. 3. cap. 7. alias ibi ad fin. in add. verificata clausula constito de surreptione breuis dari non potest, cum pariu sint narrata esse vera, vel de illorum falsitate, seu surreptione & obreptione dici non posse, vt tenuit Rota coram Pamphil. in vna Pamphil. Archidiacon. 19. Martij 1593. &c. Nec exceptiones rei in hoc indicio admittuntur, sed de eis erit in petitorio agendum, Sal. Tib. d. lib. 3. c. 12. alias 7. a nu. 6. & ideo reo opponenti se executioni breuis non est concedenda remissoria, etiam sine retardatione vlterioris processus executionis breuis, vt per Salu. d. lib. 3. cap. 2. in nouiss. edit. dicenoem ita resolutum in signatura iustitiæ in vna Hispalen. Archidiacon. & Canonis si exceptiones ex mente breuis oriantur, quæ impediunt illius executionem, & erunt admittendæ, etiam si altiorem requirant indaginem, Salust. Tiber. d. c. 12. nu. 7. & Rota in Oscen. Canonicatus 9. Mar. 1592. coram D. Decano Seraphino supra relata 5. p. c. 1. nu. 721. & adducta per Sal. d. c. 9. & dictum & alias circa clausulam sine retardatione solutionis pensionis 1. p. c. 5. nu. 1519.*

36 Per dictam autem clausulam constito, † seu si cõstiterit, inducitur forma, & conditio vt præcedat causæ cognitio, etiam parte citata, cum adest intrusus, aliàs enim sufficeret extraiudicialiter constare
37 iuxta dicta cap. † præcedenti dubitat. 9. à num. 166. Quamuis ad decernendum monitorium soleat fieri citatio interesse putãtium, per contradictorem siue edictum publicum, Sallustius Tiberius d. lib. 3. cap. 6. numero 1. Felin. in capit. fin. de præsumptio. numero 28. Staphil. de literis iustitiæ. §. citatio personalis, Vantius de nullitatibus. titul. de nullitate ex defectu iurisdictionis legitimæ, numero 92. Mandos. de monitorijs, quæst. 40. & d. quæst. 60. verb. constito, à num. 35. & 36. Licet, num. 57. & 65. contrarium velit. Vultrius in pract. lib. 8. cap. vlt. num. 13. Lancellottus de attentatis 2. par. c. 20. in præfatione, nu. 170. & ampliatione 11. nu. 23. Crescen. decis. 6. de rescrip. & est optima decis. Paleotti quæ est 3. p. diuers. lib. 3. 659.

38 Et est decis. Thanis 95. in manuscrip. † quæ ait, Quod quando signatura habet, constito de assertis, debet constare per legitimas probationes, & parte citata. Aegid. decisio. 68. Decius consil. 198. Guido Papa quæstio. 70. secus esset si signatura diceret, etiã extraiudicialiter, quia tum non esset pars vocanda, nec in casu, in quo narrata constarẽt ex actis & essemus coram eodem iudice, quia tunc videtur conditio de præterito, quæ non suspendit, &c. Rota in
39 vna Vercellen. Beneficiorum 28. † Iunij 1593. corã ☞ D. Seraphino, in qua fuit resolutum, Prouisum ab Ordinario manutenendum in possessione beneficiorum, de qua constat capta tempore quo vacabat beneficium, & posteriorem possessionem aduersarij captam vigore breuis non esse legitimam, cum executor processerit de facto non citato possessore, vt fieri debuit, stante clausula si constiterit, cap. si constiterit, & ibi Felin. num. 5. de accusatio. & in cap. fin. num. 24. de præsumptio. ideo cum possessor non habeat se pro spoliato est manutenendus, Puteus deci. 419. lib. 2. &c. Rota etiam *in d. Vercellen. Canon. 30. Maij 197. coram Do. Penna.* in illa Tirasonen. Capel. de anno 1601. adducta ca. præceden. 5. dubio, num. 63. & post hæc Gonçalez sup. à num. 253. vbi ait citationem debere esse personalem quia agitur de graui præiudicio, scilicet de priuatione & de incurren. censuris ideoque non sufficere scientiam præsumptam, nec comparitionem generalis procuratoris in actis, Achill. decis. 137. numer. 2. cum alijs quod etiam tradit Salust. Tiber. d. lib. 3. c. 6. nu. 12. Sed certè ad mandatum de immittendo videtur sufficere, comparitio, seu citatio procuratoris generalis licèt non ad censuras, & pœnas monitorij, quia illud non est priuatio. *Rota in Tarraconen. parochialis supr. relata nu. 33. Comparente autem procuratore ad causam specialiter deputato post citationem factam non legitime & personaliter, potest procedi etiam ad censuras & priuationem, rot. dec. 11. de dolo & contumacia in nouiss. Adr. d. decis. 137. rot. decis. 897. nouiss. Far. & Sall. d. c. 7. seu 6. nu. 13.*

40 Aliàs gesta sunt nulla, ex dictis, & allegatis, † nã forma breuis est omninò seruanda, Lancellott. d. 2. p. cap. 12. limit. 30. nu. 4. & d. c. 4. in præfatione, nu. 412. & Flam. Patis. lib. 10. q. 9. nu. 24. & Gonçal. supra nu. 279. & 280.

41 Et ideo stante intruso, † non potest capi possessio ex monitorio decreto ab Auditore cameræ in vim breuis, maximè cum habeat clausulam, quod si quis senserit se grauatum, &c. seu similem, & sic re-

ſoluitur in citationem, vt notatur in l. de pupillo. ff. de noui operis nuntiatione, vt fuit reſolutum in vna Tridentina Canonicatus, de anno 1593. 8. *Iulij coram Dom. Seraphino*, in qua Domini dixerunt.

42 † Poſſeſſionem non poſſe capi vigore monitorij Au- ☞ ditoris Cameræ cum clauſula, quod ſi quis, &cet. quod reſoluitur in ſimplicem citationem, vt notatur in d. l. pupillo, immo in præiudicium eius, qui obtinuit tale monitorium Beneficium effectum fuiſſe litigioſum, & ideo videtur poſſeſſio attentata, &c. Et in vna Cõchen. præſtimonij 1. Iulij 1594.

43 coram Domino Seraphino † fuit reſolutum, poſſeſſionem captam poſt obtentum monitorium vigore breuis nomine Cameræ eſſe attentatam, maximè ſi fuit intimatum poſſeſſori,

44 Quod procedit, niſi poſſeſſor conſentiat † quod capiatur poſſeſſio, vt in vna Tuden. Parochialis S. Chriſtinæ 4. Nouembris 1592. coram D. Pamphilio, in qua fuit reſolutum, Non eſſe ſequeſtrandam poſſeſſionem, quæ fuit capta vigore breuis legitimè quod habet clauſulam ſublata, & tollit facultatem cognoſcẽdi de eius nullitate, & clauſulam ſine vitio ſpolij, & licèt ſit capta nomine Cameræ, tamen eſt ad vtilitatem impetrantis, vt literis expeditis ei reſtituatur cum fructibus, & ideo eis expeditis poteſt eam continuare ſuo nomine, nec obſtat quod impetrans eam acceperit vigore literarum, in quibus erat clauſula vocatis vocandis, quia poteſt cumulare poſſeſſionem, &c. præſertim ſtante proteſtatione, quod non intenebat præiudicare poſſeſſioni antea captæ. nec obſtat quod ſit capta ex monitorio quod habebat clauſulam, quod ſi quis ſenſerit ſe grauatum, &c. & ſic reſoluitur in citationem, quia cum in illo caſu ille qui erat in poſſeſſione conſenſiſſet ex quadam concordia, poſtea authoritate Apoſtolica confirmata, fuit capta legitimè, & Baſilius qui tunc non poſſidebat non debebat citari, nec erat opus intimare monitorium, nec erat pars ad impediendam poſſeſſionem, Bartol. Decius in l. fin. Cod. de edicto D. Adriani cum alijs per modernum de adipiſcenda, remedio, qu. 67. &c. *circa quod etiam eſt alia deciſio nouiſſima Rotæ in cauſa Barbaſtren. Parochialis 27. Nouembris 1609. coram Domino Coccino, quæ ſic ait deciſ. 174.*

45 Nec ſupradictis obſtat quod † ait Lancellottus d. cap. 4. in præfatione, num. 441. quod in executione breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ abſque vitio attentatorum non requiritur partis citatio, vt eſt deciſio Guidoboni 95. in manuſcrip. in vna Caſalen. Præpoſituræ, ſeu præceptoriæ 1551.

46 coram Domino Reomano, † in qua fuit tentum, ☞ Quod in executione breuis, quod ſolet dari in beneficijs reſeruatis de capienda poſſeſſione, amotis intruſis, & detentoribus ſine vitio ſpolij, non ſit neceſſaria partis citatio, ſed executores in breui deputati poſſunt tales intruſos, & detentores non citatos eijcere. Quæ deciſio latius ponitur à Caputaqu. 3. par, deciſio. 180. quia reſpondetur illud procede-

47 re in breuibus, † quæ ſolebant dari de capiẽda poſſeſſione amotis detentoribus, & intruſis ſine vitio ſpolij, & attentatorum, & ſine clauſula conſtito & ſic operabantur executionem, ſpoliationem alterius abſque cognitione cauſæ, & faciebant iudicem merum executorem, vt in vna Corduben. Portionis 25. Octobris 1557. coram Domino Rubeis quam infra adducam, num. 56. & in dicta deciſ. Paleotti 659. & in eadem Corduben. 4. Iunij eiuſdem anni

48 1557. coram eodem D. Rubeis, † in qua fuit dictũ, ☞ Rotã ſolere obſeruare, quod clauſula amoto quolibet detentore intruſo, faciat iudicem merum executorem, ſeeus ſi diceretur amoto quolibet illicito detentore, quia tunc datur iuriſdictio cognoſcendi, an poſſidens iuſte poſſideat. Abb. in cap. de cætero, num. 8. & 14. & ibi Felin. num. 9. de re iudicata, Patriſ. conſil. 120. lib. 4. Staphil. de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clauſularum. §. de clauſula amoto quolibet detentore, Rebuff. in praxi in forma nouę prouiſionis verb. amoto, Abb. conſ. 34. n. 7. vol. 2. ita in d. Corduben.

49 Ad quod etiam eſt † deciſio Achillis 384. ſeu 6. de triennali, & dicta deciſio 659. num. 3. Marcheſa. de commiſſio. p. 2. c. 3. de commiſſione appellationis, num. 25.

50 Nec obſtabit deciſ. Mohedana. 7. de reſtitutione † ſpolia. aliàs 97. nu. 5. vbi dicitur quod clauſula amoto quolibet detentore intelligitur iuris ordine ſeruato, quia illud procedit vbi non eſt clauſula, ſine vitio ſpolij, vt ibi & facit. deciſ. Putei 17. libr. 1. quæ iuxta prædicta eſt intelligenda de breui ſiue clauſula conſtito, faciente iudicem merum executorem, aliàs enim ſtante clauſula cõſtito, intruſus eſſet prius citandus, &c.

52 Et ita etiam eſt intelligendum, † quod ex Puteo ibi tradunt Mandoſ. dict. quæſt. 60. de monitorijs, num. 67. & Salluſtius Tiberius, dict. libro 3. cap. 6. num. 29. verſic. & inſuper aduertant, aliàs non videtur verum, & cauendum eſt à Flores quæſtio. 4. & numer. 40, qui rem hanc non ſatis percipit ſed confundit.

53 Capiens tamen poſſeſſionem vigore talis † breuis eiecto poſſeſſore tenebatur, & poterat poſtea verificare reſeruationem, in qua breue fundabatur ad excludendum ſpolium reſtituibile, de quo eiectus agebat, Lancellottus d. cap. 4. in præfatione, num. 447. Rota in vna Regien. Canonicatus, 10. Maij 1556. coram Domino Paleotto, quæ habetur. 3. p. diuerſorum, lib. 3. deciſ. 356. & in d. deciſ. eiuſdem 656. & in d. Corduben. portionis 25. Octobr. 1557.

54 coram Dom. Rubeis † quæ ſic ait 25. Octobris in ☞ vna Corduben. portionis inter Andream Galarcam & Petrum de Angulo, in qua Andreas obtinuerat breue de capienda poſſeſſione abſque vitio ſpolij, in quo aderat ſolita clauſula, ſtante reſeruatione & reſignatione, &c. cuius vigore cæperat poſſeſſionem eiecto Petro, qui agebat ſpolio, vnde dubitabatur, vtrum Andreas ad euitan. ſpolium reſtituibile teneretur verificare literas reſignationis, & tenoré breuis? & cauſa iterum propoſita 10. Decem. ſeq. fuit pro maiori parte duobus reclamantibus reſolutum huiuſmodi breuia ſine vitio ſpolij, & attentatorum, eſſe iuſtificanda, & verificãda, ad excludendum ſpolium, prout fuit dictum aliàs fuiſſe ſæpe reſolutum in Rota: & quia intentio & mens Papæ fundatur in reſignatione & reſeruatione, vnde cum breuia huiuſmodi ſint exorbitantia debent verificari, qui cenſentur habere clauſulam ſi preces veritate, &c. l. 1. & per totum ff. de precibus. imper. offerendis, & quia vbi actor probauit intentionem ſuam, & ſic vtrumque extremum breuis, etiam poſſeſſor tenetur plenè ſuam exceptionem probare ac ſi ageret ad

Cano-

Canonizationem gratiæ, Mohedan. decisio. 158. & Papa dicēdo stante resignatione, ita intelligit de valida l. 4. §. condemnatū. ff. de re iudicata, & satis est, quod breuia prædicta operentur executionem, & spoliationem alterius absque cognitione causæ, & faciunt iudicem merum executorem, sed post spolium ad illud excludendum probanda sunt narrata, sed propter clausulam, sublata, est obtinenda commissio quæ aperiat os iudici ad cognoscēdum de defectu intentionis Papæ.

55 Rota etiam in alia Regien. Parochialis 14. Decembris 1558. coram D. Chisaneu. in qua fuit resolutum, Quod breue absque vitio spolij fundatum in ☞ reseruatione Beneficij impedit restitutionem beneficij, sed impetrans tenetur iustificare reseruationem narratam in breui Clem. 1. de probatio. Cassad. deci. 30. de rescrip.

56 In qua etiam 18. Ianuarij 1559. † coram eodem ☞ D. Chisanen. fuit resolutum, Quod capta possessione beneficij vigore breuis absq; vitio spolij, quod erat fundatum in reseruatione, quia defunctus erat Prothonotarius, satis constat de tali reseruatione quæ impediret restitutionem spolij ad effectum breuis per communem reputationem, & ex publica voce & fama, tam ipsius defuncti, quam illius qui illum creauit Prothonotarium, qui haberet facultatem creandi, & reseruata Principi faciendi, licèt facultatis breue esset dubium, quia de huiusmodi reseruatione nō agitur principaliter, quo casu sufficit communis fama, Innocen. in cap. veniens de verborum significatione, numero 5. Aegid. decis. 5. Item quia pro absolutoria sufficit communis fama Aegid. deci. 612. Simonetta 37. Crescen. 107. & quia agitur causa meri possessorij tantum, vbi leuiores probationes sufficiunt, & communis fama sufficit, Aymon. consil. 158. num. 2. Decius in cap. veniens, num. 48. de testibus, & licèt breue facultatis creandi Prothonotarium esset dubium, tamen potuit ipse interpretari, Abb. in cap. 1. de postulatione Prælatorum., num. 18. præsertim concurrente communi reputatione, & alijs actibus similibus, ex quibus rectè potest possessor vigore breuis excusari, vt non dicatur spoliasse, cum secutus sit communem opinionem & publica acta quæ ei præbent excusationem, quando autem ageretur petitorio, tunc diligentius esset res excutienda.

57 Quæ resolutio aduersatur dict. decisioni Cordu. ben. num. 54. adductæ: vbi habetur, quod possessor tenetur plenè probare suam exceptionem, & reseruationem, in qua fundabatur breue, ac si ageret ad Canonizationem gratiæ, &c. quod videtur verius.

58 At iam breuia de capienda possessione, non dantur nisi cum clausula constito, seu si constiterit, vt habetur in formula supra posita. Quare quicquid dicat Mandos. d. quæst. 60. nu. 57. & 65. executor debet assumere partes iudicis, vt in d. decis. 659. & fuit ☞ resolutum in causa Vrgellen. Canonicatus 30. Octobris 1592. coram D. Blanchetto, quæ sic ait. *Fuit*
59 resolutum dandam absolutionem Franc. † Capodeuilla, quia facilè Rota consueuit absoluere à censuris extra curiam latis. Ioan. Paul. decis. 118. præcipuè hoc casu in quo Auditore Cameræ, in cuius locum ego fui subrogatus, fuit data facultas absoluēdi expresse, & migi virtualiter, cum enim fit commissa causa attentatorum, illa cognosci non potest, nisi pœnitentiaria absolutione. Quare in necessariū antecedens absoluendi facultas videtur demandata l. 2. ff. de iurisd. omniū iudicum, idcoque multo magis, quia gesta coram secundo & tertio executoribus non dato impedimento primi, sunt nulla ex defectu iurisdictionis. cap. cum plures de offi. deleg. in 6. nec sustinentur propter locorum distantiam, quia cum hoc iudicium esset Romæ inceptum, & in præsenti adsit commissarius Cameræ & corā eodem Auditor Cameræ, Ferdin. ab initio, & postea comparuerit, non potest applicari prædicta limitatio: nec etiam obstat, quod monitorium non fuisset executū, quia hoc non obstante quo ad ipsum Ferdinandum iurisdictio Auditoris Cameræ fuit perpetuata, Rota vt litè pendente, decisio. 6. in nouis, obstat etiā per tertium executorem defectus citationis, istis non obstat clausula sublata, quia respicit conditiones semper dispositionis, cui adijcitur, Puteus decis. 1. lib. 1. quare cum in breui adsit clausula constito, executor debebat assumere partes iudicis, cap. fin. de præsumptio. & ritè & rectè procedere. Ideo cum non constet adhuc de veritate narratorum legitime, non potest dici quod obstet breue, quod etiam intellexit signatura quæ alias causam nō commisisset, ex quibus & alijs deductis ita fuit decisum. Et posthęc tradit Conçal. sup. in annotat. nu. 256.

60 Licet autem breue habeat clausulam constito, † si tamen in ea non continetur reseruatio in qua breue fundatur, ita vt in eius executione illa plene prpbetur, tenebitur postea impetrans illam verificare ad excludendum spolium, & reuocationem sententiæ ac restitutionem excusandam iuxta prædicta, à nu. 53. & sup. circa illam Placentinam, nu. 29.

61 Et ita etiā procedit decisio in causa Vicent. Beneficij S. Martini 21. Februarij 1600. coram Domino ☞ Pamphilio, in qua fuit resolutum, B. restituendum esse ad possessionem beneficij, à qua fuit eiectus vigore sententiæ in executionem breuis non iustificati, intelligitur enim clausula constito, quod defunctus decesserit in possessione sede Episcopali vacante, ita vt exinde inducatur reseruatio propter quam huiusmodi breuia concedi solent, & cum in hac causa resolutum fuerit hoc beneficium nō esse reseruatū, nulliter fuit processum ad executionem, & cōsequēter datur actio spolij, vt in Salamā. Canon. 1572. coram Oradino, & in alia Cordubē. portionis 1557 coram Rubeis, vbi quod hoc procedat, etiam si adsit clausula absque vitio spolij, quæ propter verba stāte reseruatione huiusmodi, & etiam quia est accessoria recipit conditiones principalis dispositionis, quatenus breue sit iustificatum, Puteus decis. 1. libro 1. & de clausula sublata posita in breui adest decisio Illustrissimi Blanchetti in Vrgellen. Canonicatus de anno 1592. &c. *quam decisionem extensuè, & ad literam ponit Sall. Tiber. lib. 3. cap. 8. in nouiss. edit.*

62 Sed dubitatur primo, an pro verificatione † clausulæ, constito, sufficiat semiplena probatio vt testes de publica voce, & fama, an vero requiratur plena probatio?

In quo breuiter dico in tribunali Auditoris Ca-
63 meræ seruatum fuisse, † & quotidie passim seruari, sufficere semiplenam probationem ex doctrina Bartoli in l. 3. §. causæ in fi. ff. de Carbon. edicto. & in l. 2. §. fin. nu. 1. C. vbi in rem actio. & in l. 1. num. 10. C.

quorum bonorum; communiter approbata, vt per Cacheran. deciſ. Pedemontana. 99. nu. 37. & de iſto ſtilo tribunalis Auditoris Camerę teſtatur Saluſtius Tiberius, d. lib. 3. c. 6. num. 15.

Contrarium tamen nempè quod requiratur plena probatio ſeruat Rota, † vt ipſe Saluſtius ibi dicit 64
& apparet ex deciſ. Thanis 95. de qua ſup. nu. 38. & deciſionib. factis in cauſa Pampilonen. Beneficij 13. Ianuarij 1578. coram D. Decano & in Gienen. Canonicatus & præbendæ 4. & 11. Maij 1587. coram D. Robuſterio, quæ ſic ſe habent.

## *Pampilonen. Benef. 13. Ianuarij. 1578.*

65 IN cauſa † Pampilonen. benefic. de Carear dubitaui ſtantibus dictis teſtium quorum ſummarium datur, an qualitas breuis Apoſtolici circa valorem ſit ſufficienter probata ad effectũ, de quo agitur, & die Lunæ 13. Ianuarij 1578. fuit concluſum pro negatiua videlicet, quod huiuſmodi qualitas breuis. non ſit ſufficienter probata. Primum fundamentum Dominorũ fuit, quia verificatio iſtius qualitatis, de qua in breui, eſt appoſita per viam conditionis ibi, conſtito, &c. quo caſu requiritur, plena probatio, vt per Decium in rubr. de probatio. n. 13. ad fin. verſic. 1. niſi per modum conditionis nu. ſequen. & fuit dictum in cauſa Pampilonen. beneficij de Sos coram R. P. D. Blanchetto de anno proximè præterito, vt in deciſ. cuius copia data fuit, in qua citantur alię deciſion. ſecunda ratio fuit, quia in iſtis terminis requiritur plena probatio vt per Aegid. deciſ. 471. neque obſtat illa conſideratio quæ fiebat per informantes ext. vt ſufficiat ſemiplena probatio pro plena ſecundum ſubiectam materiam tum quia teſtes qui deponebant de publica voce & fama, loquebantur per verba præſentis temporis, tum quia ſubiecta materia requirit plenam probationem, quia iſta qualitas reſpectu valoris non eſt narratiua ipſius partis, ſed eſt appoſita à Papa pro reſtrictione gratiæ, vnde neceſſe eſt illam plenè probare per allegata, neque placebat Dominis illa differentia, quod plena probatio requiratur quando agitur de verificatione breuis ad fauorem partis ſecus ſi ad fauorem Camerę, quoniam huiuſmodi breuia quorum vigore Camera capit poſſeſſionem, ſemper emanant ad vtilitatem prouiſi, & ita Domini concluſerunt.

## *Gienen. Canonicatus & Præbendæ. 4 & 11. Maij 1587.*

66 QVo ad primam partem dubij, † an requiratur plena probatio ad verificãdũ, quod Michael Mexia Canonicus in Eccleſia Gienen. obiit die 4. Maij 1585. fuit reſolutum, quod ſic. Primo quoniam is qui agit, indiget, & nititur reſeruatione diei 4. prædicti menſis Maij. Tum quia in breui adeſt clauſula cõſtito de obitu in d. die 4. menſis Maij, & ſic quod ex obitu in d. die reſultat reſeruatio, tum quia ſimilia breuia regulariter non dantur niſi in reſeruatis, vt notum eſt; tum quia breue huiuſmodi eſt ad fauorem literarum, in quibus Papa prouidet attenta d. reſeruatione; tum quia in narratiua d. breuis fit mentio de huiuſmodi reſeruatione, quæ narratiua influit in diſpoſitionem, & illi qualificat l. fin. de hæredibus inſtituend. cum ſimilibus, ideo cum non agatur ad effectum abſolutoriæ eſt plenè probanda hæc reſeruatio Aegid. deciſ. 471. & 612. Rota in nouis de officio deleg. deciſ. 10. Simonetta de reſeruatio. quæſt. 22. Bellen. quæſt. 112. de charitatiuo ſubſidio, Puteus deciſ. 266. in 3. Paleottus deciſ. 146. dubitaui, & dantur plures aliæ deciſiones modernæ, vt in copijs. Secundò, quia agitur contra poſſeſſorem prouiſum ab ordinario, qui cum ſit in bona fide non eſt per præſumptiones ejiciendus à poſſeſſione, ſed per plenas probationes Aegid. in cap. grauis, nu. 40. verſic. & ideo Auditores Rotę, de reſtitutione ſpoliatorum, Caſſad. de probatio. de ciſ. 1. Puteus deciſ. 257. in 1. lib. Tertio, quia in præſenti non agitur ſimpliciter de probando obitu, ſed de tempore obitus, & ſic dies obitus eſt fundamentum intentionis prouiſi Apoſtolici, quo caſu regulare eſt, quod requiritur plena probatio, ſolo ſummarijſſimo iudicio retinendæ excepto, vt in præſenti bene deducunt informantes, qui bene euacuãt omnia & addebant Domini Riminaldum Senior. conſil. 258. num. 32. vſque ad fin. & præſertim, num. 34. verſic. præterea, vbi ad caſum, de quo agitur optimè diſtinguit probationẽ poſſeſſionis & incidentia in ipſo iudicio poſſeſſorio pro verificatione conditionis, quia in breui adeſt clauſula conſtito ſummariè de obitu die 4. Maij quæ inducit conditionem, & conditio debet plenè probari vt latè Decius in rub. de probatio. num. 13. ad fin. verſic. niſi per modum conditionis, & num. in ſequen. & fuit dictum in vna Pampilonen. Beneficij de Allo die 13. Junij. 1578. coram R. P. D. Decano poſt Aegidium deciſ. 471. De quo Menoch. de præſumptio. lib. 1. quæſt. 37. præſertim cum, vt ex præmiſſis apparet, ſubiecta materia requirat plenam probationem vt conſiderant D. in d. Rubr. de probatio. nec refert, quod breue dicat conſtito ſummariè, quia id interpretatur, ideſt remotis ſolemnitatib. Bart. in l. iudicis 2. oppoſitione. C. de iudic. Pedemont. deciſ. 1. nu. 1. caſu ſequen. Redoanus in tract. de ſpoliis quæſt. 11. num. 9. & ſic non remouentur qualitates probationum. idem Bartol. in extrauag. ad reprimendum verb. ſummariè & in l. 1. §. fin. ff. de prætorijs ſtipul. Alexand. in l. in ſumma in prin. ff. de condit. indebiti, cum alijs in præſenti cumulatis. Alia bene euacuãtur per informantes, &c. Et poſt hęc tradit Gonçalez. §. 7. procem. à nu. 216. & gloſ. 9. in annos num. 257. & gloſſa 11. à nu. 110. qui aliàs deciſ. Rotæ allegat. & d. §. 7. num. 220. ait, quod ſignatura, & Rota nunquam prætenſum ſtilum Auditoris Camerę admittere voluerunt, ſed quando coram Auditore Camerę non eſt conſtitutum plene verificatum, ſignatura ſolet committere in Rota cauſam appellationis cum clauſula arbitrio Rotæ, in Rota ſtatim reuocatur, vel nulla declaratur ſententia Auditoris Camerę. *Idem etiam fuit reſolutum in cauſa Toletana Capellania 30. Octobr. 1602 coram D. Lita, nempe, quod clauſula conſtito breuis quod Ioannes deceſſerit de menſe Aprilis 1599. ſede Archiepiſcopali vacante, non iuſtificatur ex teſtibus deponentibus dumtaxat de publica voce, & fama, & de auditu: nam hæc probatio non ſufficit ad effectum reſeruationis, ſuper qua breue fundatur, quæ debet plenè & concludẽter probari, vt pluries fuit tentum, & ſignanter in Gienen. Canon. Mart. 1587. coram Oriolen.*

*Orolen. & in Salmant. beneficij 3. Iul. 1600. coram Penna, & vbi agitur de probanda vacatione beneficij per obitum alicuius de certo mense ad effectum reseruationis, prout etiam requiritur plena & concludens probatio, & non sufficiunt testes de publica voce & fama, & sic instat arbitrium ad effectum supersedendi in executione breuis, &c. Itam d. Tol. idem quod clausula constito, quod iustificaretur ex testibus de publica voce & fama, vt in d. Salmant. fuit resolutum in Elnen. beneficij, 17. Maij 2602. corã D. Ludou. & quod cessante reseruatione non est locus executione breuis, ex deductis in Vicen. beneficij 21. Febr. 1600. coram D. Pamphilio, & nouissime in causa Abul. beneficij. 1. Iul. 1609. coram D. Penna Decano fuit resolutum, &c. R. breuis inst. amb. & cum hac resolutione concordat alia Ternlen. beneficij infra relata, nu. 78.*

67 Et faciunt dicta c. præceden. † à nu. 235. nec obstat doctrina Bartol. in d. l. 3. §. causæ & in d. l. 2. §. fi. & in d. l. 1. quia vt inquit additio Barbatiæ ad Bart. in d. §. fin. & additio Alexan. & Putei verb. cognitio ad eundem Bart. in d. l. 1. contrarium tenet idemmet Bartol. in l. admonendi. ff. de iure iur. & præcipue in extrauag. ad reprimendam. verb. summarie, num. 11. & 12. & hoc Rota sequitur, vt apparet in dicta decis. Gienen. *& late tradit Pacif. de Salu. interd. inspec. 1. c. 5. à num. 2. dicens verius & magis commune, & Gratian. dec. 192. in addit. ad eam.*

68 Vnde si ageretur de executione † breuis corã alio executore ab Auditore Cameræ ex nominati in breui, amplectendam esse existimo sententiam Rotæ, quia magis standum est stilo Rotæ, quam tribunalis Auditoris Cameræ, cum tribunal Rotæ sit dignius constans pluribus viris doctissimis, & procedat magis iustificate, & in eo committuntur causæ appellationum ab Auditore Cameræ. Maxime cum sententia Rotæ videatur magis iuri conformis, & faciunt quæ de Rota tradit Sarnen. in proœmio regularum q. 2. vers. 4. pro ista parte, & maxime cum signatura etiam non admittat stilum Auditoris Cameræ immo etiam in cuius tribunali non sit seruandus iuxta d. 9. p. cap. 4. num. 27. & 28.

69 Quando vero non esset intrusus † sufficeret pro verificatione clausulæ, constito, semiplena probatio, ad Aegid. decis. 563. in fin. & Mascard. de probatio. concl. 171. num. 6. & decis. Rotæ in causa Burgen. de Pancoruo infra adducta c. seq. nu. 12. & Bart. Chinouen. Canonicatus, nu. 23. & Hispalen. Et Corduben. beneficiorum relata dec. sequen. nu. 19. & Gonçalez d. glos. 11. num. 104. *quamuis contrarium dicat decis. Abul. benef. 1. Iul. 1609. supra relata, n. 66. cuius ratio, quod conditio semper debet perfecte purificari, l. Lucius. de condict. & demonstrat. non obest: nam probatio conditionis debet accipi iuxta subiectam materiam; & quando non est intrusus seu contradictor, subiecta materia non requirit plenã probationem, sed semiplena est sufficiens & plena in hoc casu; in casu vero d. l. Lucius testator intellexit de plena probatione filiationis, quia de coniecturabili non dubitabat, cum iam ille teneretur vt filius.*

70 Secũdo dubitatur, an clausula constito quod † defunctus obierit in possessione, probetur ex possessione illius de præterito, in quo resoluo quod sic ex decis. Rotæ. 4. de probatio. in nouis alias 124. vbi dicitur, quod si probetur aliquem tenuisse, & possedisse, certum beneficium in vita sua, illud tempore obitus sui adhuc præsumitur possedisse, nisi probetur contrarium, &c. & ponit Mascat. conclus. 170. & 1201. nu. 3. qui alios refert, & conducit decis. Cottæ 158. 71 in suis Miscellanis manuscriptis. vbi habetur, † Quod obtinẽs beneficium ex resignatione potest allegare possessionem authoris sui præsumi continuatam vsque ad diem resignationis, cum is sit successor, possitque se tueri possessione præsumpta authoris sui, Alciat. reg. 2. præsumpt. 21. nu. 5. secus esset in eo, qui non esset successor, sed simpliciter tertius; nam præsumptio illa continuatæ possessionis non admittitur, vbi allegatur à tertio, Socin. cons. 13. 4. vol. Ripam. c. cum Ecclesia Sutrina. de causa possess. nu. 21. ideoque si resignatarius ab alio conueniatur spolio, satis hac ratione defenditur, quod author suus semel possederit. d. decis. 4. quia inde sequitur aduersarij prætensam possessionem nullam fuisse & instrumentalem. Aegidius decis. 710. hæc in d. decis. Cottæ. Flamin. Paris. de resignatione benefic. lib. 10. quæst. 4. num. 4.

Et in Placentina Canonicatus 26. Nouem. 1593. 72 coram D. Orano infra relata 11. p. c. 3. † fuit dictum, ☞ possessionem defuncti satis verificari ex instrumento cuius continuatio vsque ab obitum præsumitur non obstante prætenso sequestro quod possessione non priuat, &c.

73 Et in terminis in vna Illerden. beneficij † 17. Octobris 1594. coram D. Penna fuit resolutum, Clausulam breuis, constito, quod N. obierit in possessione, probari ex possessionem ad d. decis. 4. de probatione in nouis non obstante quod post alius acceperit possessionem, illius beneficij vigore sententiæ pro eo latæ à qua fuerat appellatum, & acceperit fructus qui erant penes tertium, nam ex hoc defunctus non amiserat possessionem cum statim eius procuratur appellasset, & ipse esset absens, &c. Rota etiam in Hispal. & Cordub. benefic. 1597. infra relata cap. seq. nu. 19. *& in Hispal. beneficij de Gibraleon coram D. Ludouisio 7. Maij 1604. relata ibi, nu. 23.* & tradit Gonçal. sup. in annotat. num. 260.

74 Quamuis in vna Burgen. præstimonij de † Pancoruo. 24. Octob. 1588. coram D. Gipsio sit dictum, ☞ Quod nõ placebant Dominis deducta ad ostẽdendũ D. Sebastianũ decessisse in possessione beneficij, de quo agebatur, ex subrogatione gratiosa, quoniã non sufficit probare ipsum aliquando beneficium obtinuisse, quia huismodi probatio non concludit, quod de tẽpore obitus illud possideret ad l. nec natales. C. de probatio. vt in dec. adducta c. seq. nu. 11.

75 Et pro dicta resolutione facit † quod illa conclus. quod olim possessor hodie possessor præsumitur, de qua glos. Bart. & D. in l. siue possidetis C. de probatio. & Doct. in c. cum ad sedem, & c. olim. 3. de restitutione. spoliat. Alciat. reg. 2. præsumpt. 21. Ripa in d. c. cum Ecclesia Sutrina, à nu. 21. Balbus in rep. l. Celsus, de vsucapio. 4. p. q. 1. Ant. Gabr. de præsum. concl. 10. Couarruuias in c. Rainutius, de testament. §. 11. nu. 2. & in reg. possessor. 2. p. §. 1. Bernad. Diaz reg. 559. Gratian. reg. 375. Mascardus de concl. 170. & latius d. conclus. 1201. Menoc. de præsump. 64. & Rota decis. 4. à nu. 12. part. 2. diuers. Procedit non solum in ipso † possessore allegante possessionem de 76 præsenti, sed etiam in successore vniuersali, vel singulari, qui potest allegare possessionem defuncti, vel authoris sui quem cõstat semel possedisse, cõtinuatã fuisse vsque ad mortem, Alciat. de præsump. 21. nu. 5. Balbus d. q. 1. nu. 6, Anto. Gabr. d. conclu. 10. num.

11. Maſcard. d. concluſ. 170. num. 17. & concl. 1201. nu. 4. & Menochius ſup. à nu. 17.

77 Immo plus ait Abb. in d. c. cum ad † ſedem n. 16. quod ſi non viuit ille qui poſſedit, præſumitur vſque ad mortem poſſediſſe, ſiue hæredes negent ſiue aſſerãt, quia ipſi non poſſunt declarare animum defuncti, & defunctus non negat, & mutatio voluntatis tanquam accidens non præſumitur, nec iactatio rerum ſuarum, ſequitur Balbus d. num. 6. & Maſcard. d. nu. 17. vbi alios refert.

78 Facit etiam quod quamuis requiratur pro † forma determinata probatio poſſeſſionis certi temporis, vt in clauſula conſtito de tempore obitus, ſufficit iſta præſumptiua probatio, vt poſt alios tradũt Alciatus. d. nu. 5. in fin. Ripa ſup. à num. 23. Bernardus Diaz, 3. ampliat. & Maſcard. d. conclu. 1201. nu. 16. *Probatur etiam d. clauſula conſtito, quod defunctus obierit in poſſeſſione ex confeſſione in ſua prouiſione, & in vna Ternlen. beneficij 7. Iun. 1610. coram D. Mançancdo in qua fuit reſolutum, breue, &c. R. breuis iuſtificatio, vt in vna Reatina beneficij 27. Ian. 1610. coram D. Penna ſupra relata præcedenti p. c. 1. nu. 629. & conducunt ſupra tradita 5. p. c. 3. a nu. 202. ad 208.*

79 Circa illam clauſulam, † nõ tamen à nobis prouiſis, videnda ſunt quæ diximus præced. p. c. 1. à num. 642. *deciſ. 652 & 629.* &c. nu. 16. Et aduerto, quod 80 ad effectum huius exceptionis, † vt illa intret & ceſſet executio breuis, ſufficit habere prouiſionem à Papa, ſiue ſit bona, ſiue mala, quod reſeruandum eſt iudicio petitorio deciſ. Paleotti 723. lib. 3. par. 3. diuerſ. & Placentina beneficiorum ſupra adducta, nu. 28. *Intelligitur tamen illa clauſula de prouiſis tempore datæ breuis, non poſt, maxime ex cauſa reſignationis, vt fuit reſolutum in vna Toletana beneficij coram D. Iuſto 14. Nouemb. 1605. in qua Domini receſſerunt a deciſione in eadem cauſa facta coram D. Ortember. 31. Maij 1604. & dixerunt R. breuis clauſula, non tamen, &c.*

## *De clauſula, ſublata, & paritione breuis, & clauſula, volumus. §. I.*

### SVMMARIA.

*Clauſula ſublata, &c. an obſtet agenti de ſpolio ac nullitate geſtorum vigore breuis donec aperiatur os. d nu. 81. reſoluitur non obſtare, nam d. clauſula reſpicit conditiones diſpoſitionis, cui adijcitur, & clauſula acceſſoria ſequũtur, nam actus cui adhærent, & ſic clauſula ſublata appoſita in diſpoſitione ſurreptitia & obtenta ex falſa cauſa nihil operatur, a num. 85.*

*Clauſula ſublata, intelligitur veris exiſtentibus narratis, num. 87. & illa ſola non operatur, vt non poſſit opponi de ſurreptione, niſi adſit etiam clauſula quod de obrept. & ſurreptione, nu. 88. vbi ponitur deciſ. Rotæ, & nu ſeq. ponuntur reſolutiones eiuſdem.*

*Quamuis verum ſit ſolam clauſulam ſublata, nõ operari, quin poſſit dari de ſurreptione, &c. tamen de clauſula quod de ſurreptione, vel obrept. dari ſeu dici non poſſit diuerſum exiſtimat author, à nu. 95.*

*Dicta clauſula quod de ſurreptione & obrept. dari non poſſit, etiam cum clauſula ſublata, non facit validam gratiã, alias ſurreptitiam, &c. nu. 98. & ſtante aperitione oris impetrãs tenetur verificare narrata in ſua gratia, niſi ſit motu proprio, nu. 99. vbi ponitur deciſ. Rotæ.*

*Quamuis clauſula ſublata breuis non obeſt agenti de ſpolio, ac nullitate geſtorum, commiſſio non ſignatur niſi cum clauſula parito breui, num. 100. niſi adeatur ſignatura ſanctiſſimi, &c. n. 101. aut niſi ad executionem breuis actus ſit extra Curiam, nu. 102.*

*Aliquando ſignatur commiſſio cum clauſula, parito breui, arbitrio Rotæ, quæ importat, vt ſi Rota arbitrabitur ſuperſedeatur in executione, nu. 103. Quæ tamen clauſula non impedit manutentionem in poſſeſſione iam capta, nec ex ea eſt reuocanda poſſeſſio, num. 104. & ſequ. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Si agens de ſpolio: ac nullitate geſtorum vigore breuis, ſeu appellans allegaret paupertatem, ſignatura etiam iuſtitiæ daret commiſſionem reſeruatis fructibus, & expenſis in finem litis cum clauſula dimiſſa poſſeſſione, & conſtito de paupertate, nu. 106. ſicut dari ſolet petenti reſtitutionem contra duas, vel tres conformes, num. 107. & agenti de nullitate trium conformium, nu. 108, & condemnato in ſpolio non doloſo, nec violento, nu. 109.*

*Clauſula parito breui operatur, vt iuriſdictio intelligatur data ſub conditione ſi ſit paritum, & non aliàs, & afficit etiam tertium, ſeu patronum venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe nu. 110. & ſeq. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Dicta clauſula parito, importat nõ ſolum dimiſſionem poſſeſſionis, ſed & reſtitutionem fructuũ. 112. & ſequ. vbi ponitur reſolutio Rotæ. Vnde ſicut appellatio non cõmittitur a ſententia vigore breuis lata reſpectu poſſeſſionis, niſi cũ clauſula parito, ita neque reſpectu fructuum, nu. 114.*

*Debent reſtitui omnes fructus a die vacationis decurſi, vt in breui dicitur, nam poſſeſſor beneficij reſeruati eos non facit ſuos. nu. 115.*

*Intruſus in Canonicatu, & Prabenda, tenetur pro paritione breuis reſtituere fructus, & diſtributiones perceptas etiam ſi non ſit facta proteſtatio, à n. 116. & n. 117. ponitur deciſio Rotæ, & quando non eſt intruſus, ſed agitur contra Capitulum tenebitur ad fructus, & diſtributiones ſaltem a die intimationis monitorij, nu. 118.*

*Tenetur etiam ad fructus, & diſtributiones non perceptas ob non reſidentiam, quando ipſimet fuit facta legitima proteſtatio, &c. nu. 120.*

*Id non videtur procedere in diſtributionibus, ſeu emolumentis incertis, etiam perceptis, vt funeralibus, &c. n. 121. & ſic in alijs beneficijs & parochialibus non fit condemnatio fructuũ, niſi prouenientium ex decimis, primitijs, &c. n. 122.*

*Quando Canonicus fuit habitus pro præſenti, & numeratus ratione negotiorum Eccleſiæ, fructus veniunt in condemnatione & reſtitutione, & ſic videtur intelligenda deciſ. adducta, ſecus quando non fuit habitus pro præſenti, ſed fructus Canonicatus ſunt illi dati pro ſalario, nu. 123. & ſequ. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*An pendente lite, ſeu controuerſia, contra intruſum in præbenda ſuper executione breuis fructus & diſtributiones quos capitulũ percipit quia nullus reſidet ſint deponendi, ſeu ſequeſtrandi, reſtituendi victori, ex conſtitutione 57. Pij V. a nu. 125. reſoluitur negatiue, & adducitur deciſ. Rotæ. nu. 127. & declaratur dictum a Gonçalez, nu. 128.*

*Quamuis Saluſtius Tiberius dicat, quod ſignatura non ſolet in his reſcribere niſi cum clauſula parito breui & indicato, quæ importaret non ſolum dimiſſionem poſſeſſionis ac fructuum reſtitutionem ſed etiam refectionem expenſarum, in quibus intruſus condemnatur tamen re vera ſolum dicitur parito breui, nu. 129. & ſeq.*

*Verum eſt tamen quod a cenſuris & pœnis latis vigore breuis non datur abſolutio niſi dimiſſa poſſeſſione, refectis expenſis, & fructibus reſtitutis, in quibus intruſus fuit*

condem-

*condemnatus vel facta obligatione, ſeu oblatione, de illis ſoluendis facta liquidatione, num. 131.*

*A liquidatione, ſeu taxatione exceſſiua datur appellatio ſuſpenſiua eius, nu. 132. non tamen tamen niſi ſemel, nu. 133 & nu. ſeq ponitur deciſio Rotæ.*

*Quamuis pendente liquidatione fructuum & taxatione expẽſarum, ſeu appellatione ab ea, detur abſolutio a cenſuris & pœnis dimittendi poſſeſſionem beneficij, & offerenti ſe paratum illa ſoluere facta liquidatione tamen non auditur interim contradicente aduerſario ſuper appellatione à ſentẽtia vigore breuis ſpolio, ſeu petitorio, uel nullitate donec doceat de reſtitutione fructuum ſtante dicta clauſula in commiſſione parito breui, nu. 135. & ſeq. & num. 137. adducuntur reſolutiones Rotæ parte tamen non opponente audiri debet etiam non docens de paritione, nu. 138.*

*A clauſula liquidationem, quomodo probetur perceptio fructuum nu. 139. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Stãte in cõmiſſione clauſula parito breui, inhibitio facta vigore talis cõmiſſionis nõ operatur ſi non eſt paritũ, nam cenſetur facta ſtante d. conditione prout in commiſſione, num. 140.*

*An ad paritionem breuis circa poſſeſſionem requiratur quod intruſus dimittat poſſeſſionem quam habet, an vero ſufficiat quod patiatur eam capi virtute breuis parendo ſolum verbaliter, a nu. 141. reſoluitur ſufficere quod intruſus ſinat & patiatur capi poſſeſſionem, nec requiritur quod per prius illam dimittat, & ponuntur deciſ. Rotæ.*

*Sententia Auditoris Camerę ſuper executione breuis nõ tollit quin ſit apponendum ſequeſtrum lata prima ſententia per Rotam in petitorio, & etiam in poſſeſſorio, n. 149. & ſeq.*

*Pœna priuationis beneficiorum & inhabilitatis ad beneficia in breui & monitorio contenta cum non ſit lata ob delictũ, ſed ob contumaciam, nempe ob non paritionem monitorij, facta paritione, & ſic ceſſante contumacia illa etiam ceſſat maximè data abſolutione ab illa, nu. 151. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Clauſula breuis volumus autem vt dictus N. infra ſex menſes à data præſentium, &c. de qua Mand. & de alia ſimili Nauar. relati non eſt comminatoria tantum, nu. 153.*

*Idem eſſet ſi diceretur, alioquin gratia ſit nulla, nam iſta verba referenda ſunt ad gratiam principalem prouiſionis beneficij, & non breuis contra Beroium, nu. 154.*

*Vtrumque debet fieri intra d. terminum ſex menſium nempe literas expedire, & iura Camerę perſoluere, nu. 155.*

*An ſtante iſta clauſula ſi impetrans non expedierit infra ſex menſes a data breuis, vt inde dicitur, beneficium vacare cenſeatur eo ipſo etiam nondum capta poſſeſſione, ſed ſtante intruſo, a nu. 156. reſoluitur negatiuè cum Rota cuius deciponitur, &c.*

*Defectus expeditionis literarum intra ſex menſes obſtat, quãdo factit per illum qui potuit capere poſſeſſionem, & noncepit, nu. 161. non tamen dicitur ſtare per illum ſtante intruſo, nu. 162.*

*Illud ſemeſtre currere incipit a die adepta poſſeſſionis pacificę & non antea ex Rota, n. 163. quod tamen intelligitur, quãdo in clauſula dicitur infra ſex menſes a die habitæ poſſeſſionis, ſeu infra ſex menſes abſolute, ſtantibus vero verbis à data præſentium, non currit a die poſſeſſionis, ſed a data breuis, ſi tamen poſſeſſio fuerit capta non alias, nu. 164. & ſic infra ſemeſtre a data breuis non fuerit capta poſſeſſio, ſed poſtea tenebitur ſtatim expedire intra breue tempus arbitrio boni viri, nu. 165.*

*An lapſo d. ſemeſtri poſſit poſtea quandocumque expedire ante quam ſit tertio ius quæſitum, a nu. 166. reſoluitur affirmatiue ſicut dicitur in ſimili clauſula poſita in indulto conferendi reſeruata.*

*An ſi impetrans d. breue non expedierit intra tempus, beneficium eo ipſo vacans a ſolo Papa prouideri poſſit, an vero poſſit etiam ab Ordinario prouideri, &c. a nu. 169. reſoluitur ad ſolum Papam ſpectare prouiſionem & ad ipſum deuolui ex veriſimili mente ipſius Papæ, & idem in a. ſimili clauſula indulti conferendi contra Germonium.*

81 CIrca † clauſulã ſublata, &c. quæ ponitur in breui, de qua Mandoſ. d. q. 60. de monitorijs, ver. ficque per quoſcumque iudices, &c. num. 44. dubitatur, an illa obſtet agenti de ſpolio ac nullitate geſtorum vigore breuis, vel quia beneficium non eſt verè reſeruatum, vel quia clauſula conſtito, non fuit verificata, vt verificari debebat, vel alias breue fuit ſurreptitium, &c. donec obtineatur à Papa, & eius
82 ſignatura commiſſio quæ aperiat os. Et videbatur † obſtare ex deciſ. Cordub. portionis ſupra adducta, nu. 54. ad fi. & deciſ. Gerunden. Capellaniæ 13. Febr. 1595. coram D. Mantica, in qua inter alia dicitur
83 eſt quod † cum Monaſterium quod erat in poſſeſſione Capellanię, ranquam ſibi vnitæ produxerit vnionem, executor literarum gratię aduerſarij non poterat de vnionis validitate cognoſcere ſtante decreto irritante & clauſula ſublata, Puteus deciſ. 50. lib. 1. cum alijs, &c.

84 Nihilominus dicendum eſt non obſtare, † nam d. clauſula reſpicit conditiones diſpoſitionis cui adijcitur. ad Puteum deciſ. 1. & 309. nu. 3. lib. 1. & 156. nu. 7. lib. 2. & omnes clauſulæ acceſſoriæ ſequuntur naturam actus, cui adhærent. reg. acceſſorium. lib. 6. gl. in l. ſi patronus. §. patronum, verb. fabiana. ff. ſi quid in fraudem patroni, Puteus. d. deciſ. 1. n. 2. Anton. Gabr. de clauſulis, concluſ. 3. nu. 82. & 85. & cõcluſ. 10. num. 1.

Vnde clauſula ſublata, appoſita in diſpoſitione
85 ſurreptitia, † & obtenta ex falſa cauſa nihil operatur, Probus & Monachum in c. tibi, de reſcrip. in 6. num. 20. Rota deciſ. 45. nu. 2. p. 2. diuerſ. vbi fuit reſolutum, non poſſe dari de indulto, in quo eſt decretum irritans, & clauſula ſublata, niſi verificatis in eo narratis cum ſit conceſſum non motu proprio, ſed
86 ad petitionem partis. Et in vna Oriolen. decimarũ † 19. Iunij. 1592. coram D. Gipſio dixerunt Domini,
☞ Decretum irritans, & clauſulam ſublata priuilegij non obſtare manutentioni, quia ſunt acceſſoriæ, & ſolum operantur, quando priuilegium intrat, Gem. in cap. præſenti, in princip. verſ. mota quod eo ipſo & ibi Francus 3. notab. de officio Legati in 6. &c. & in terminis fuit reſolutum in d. Vrgellen. Canonicatus. 30. Octob. 1592. ſup. adducta num. 59. & in illa Vicen. Beneficij S. Martini ſup. relata, num. 61. & eſt etiam deciſ. Rotæ in cauſa Tarracon. Canonicatus, ſeu officij Pœnitentiarij 5. Iun. 1596. coram D. meo Corduba ſupra relata. 5. p. c. 4. nu. 142. & tradit Sal. Tib. li. 3. c. 8. a nu. 1. in nouiſ. edit.

87 Addo quod clauſula ſublata intelligitur † veris exiſtentibus narratis, Mãdoſ. d. q. 60. de monitorijs verb. ficque per quoſcumque iudices, &c. nu. 44. & illa ſola non operatur vt non poſſit opponi de ſurreptione niſi adſit etiam clauſula quod de obreptione
88 & ſurreptione † dici non poſſit, vt fuit reſolutum in vna Calagurritana iuriſdictionis, 30. Maij 1580. co-
☞ ram D. Rubeis his verbis, Dubitatum fuit in cauſa Calagurritana iuriſdictionis inter Epiſcopũ, & Capitulum ſtante clauſula ſublata, & decreto irritanti,

& alijs in confirmatione fœlic. recor. Pauli III. appoſitis cuius in neceſſarijs copia detur, an Reuerendiſſimo Epiſcopo ſit taliter clauſum os, vt non poſſit dare de prætenſa obreptione, & ſurreptione, contra confirmationem prælatam, & cauſa propoſita die Lunæ 30. Maij 1580. fuit concluſum, quod cum in prædicta confirmatione non adſit clauſula quod de obreptione, ſeu ſurreptione dici non poſſit, ſola clauſula ſublata non operatur vt non poſſit opponi defectus ſurreptionis, vt aliàs Rota cenſuit: ſicut enim verba illa quod de obreptione, & ſurreptione dici non poſſit, quando per ſe ſola ſunt poſita abſq; clauſula ſublato, & c. in gratia cõceſſa ad poſtulationem partis, & non motu proprio non operantur, vt non poſſit opponi defectus ſurreptionis, Puteus, deciſ. 213. fuit reſolutum in vna Calagurritana li. 2. ea ſcilicet ratione, quia huiuſmodi clauſula intelligitur veris exiſtentibus narratis, vt ſunt iura clariſſima, c. 2. de reſcrip. l. fi. C. de diuerſis reſcrip. patriatione clauſula huiuſmodi ſublata poſita in gratia ad poſtulationem partis tanquam acceſſoria recipit eandem interpretationem. facit gl. in l. ſi patronus. §. patronum, verb. fabiana ad fi. ff. ſi quid in fraudem patroni, vt per Decium conſ. 142. in fin. nu. 9. operabitur autem prædicta clauſula, quando in eadem adeſſet alia clauſula, quod de obreptione, & ſurreptione dici non poſſet, quia tũc clarè apparet de intentione Papæ volentis tollere vitium ſurreptionis, & obreptionis adimendo facultatem aliter iudicãdi, & ita debent intelligi tradita per Caſſad. & alios in c. quia diligenti, de electione, at in caſu noſtro non reperitur niſi ſola clauſula ſublata, quã debemus interpretari ſecundũ iuris diſpoſitionem, cũ in dubio intentio Papæ talis eſſe præſumatur, qualis de iure eſſe debet, vt habetur in l. ex facto, de vulgari, vbi DD. & c. cauſam quæ, vbi Fel. col. 3. ad fi. verſ. interpretatio reſcripti, de reſcr. & prædicta facilius procedũt, vbi iam eſſet detecta ſurreptio, vt prætendunt informãtes pro Epiſcopo ex doctrina Abb. in c. 1. nu. 8. de cõfirmatione vtili, vel inutili: fuit igitur concluſũ Epiſcopum eſſe audiendum in caſu illo, *quæ deciſio iam eſt impreſſa in nouiſ. Farin. deciſ. 96. licet non ita integra.*

89 Et alias in † vna Vicentina vnionis 13. Nouemb. 1562. coram D. Grato fuerat reſolutum, Stante in ☞ vnione clauſula ſublata, & quod non poſſit dici de ſurreptione, & c. non debere verificari narrata in ea, nec obſtare deciſionem Putei. 17. de probatio. quia ibi non aderant tot clauſulæ vt in præſenti.

Idem fuit reſolutũ in cauſa Elnen. minoriorũ 18.
90 Aprił. 1586. coram D. Orano, † in qua Domini dixerunt, Clauſulã ſublata niſi coniugatur cum illa, quod de ſurreptione, vel obreptione dici non poſſit, interpretationem à diſpoſitione iuris communis recipere, Put. dec. 213. lib. 2, & fuit reſolutum in d. Calagurritana, ex quo ſolent hæ clauſulæ regulari ſecundum cõditiones diſpoſitionis principalis Clemen. 1. & ibi Vital. de conceſ. præb. Pariſ. conſ. 82. li. 4. vol. 4. *vt in deciſ. 209 nouiſ. Farin.*

91 Accedit reſolutio facta in cauſa Placentina † pẽſionis coram Dom. Penna, in qua 8. Martij 1593. ☞ fuit reſolutum, Clauſulam ſublata appoſitam in reſeruatione penſionis obſtare fideiuſſori ipſius penſionis volenti dare de nullitate illius, quod fuit confirmatum 21. Iunij eiuſdem anni, & dictum, Quod quando adeſt clauſula ſublata, cum clauſula quod non poſſit dari de ſurreptione, non poteſt fideiuſſor dicere non adfuiſſe conſenſum titularis ſi in ſupplicatione dicitur eius acceſſiſſe conſenſum ſi tamen diceretur conditionaliter, dummodo eius accedat conſenſus, poſſet id dicere, & dare de nullitate iuxta deciſionem Cottæ, in cauſa Romana acceſſus. 16. Iunij 1569. neque ex eo quod penſionarius faciat reformari commiſſionem aduerſarij in reliquis videtur conſentire, quod agatur de nullitate arg. cap. cum venerabilis, de exceptio, & c.

92 Accedit etiam reſolutio in cauſa Pampilonen. † Archidiaconatus 19. Martij 1593. coram D. Pamphilio in qua Dñi dixerunt, Quod non tenetur quis iuſtificare gratiam, ſeu indultum ſibi conceſſum ſtãte clauſula, quod de ſurreptione & obreptione dari non poſſit. Decius conſ. 456. nu. 1. & 557. nu. 8. Maxime concurrente alia clauſula ſublata, & c. etiam quod verſemur in gratia conceſſa ad poſtulationem partis, Puteus deciſ. 577. lib. 3. quicquid aliàs dicendum ſit, ſi iſtæ clauſulæ non eſſent ſimul iunctæ, Puteus, dec. 213. lib. 2. & diſtinxit Rota in d. Calagurritana iuriſdictionis, & aliàs ſæpius. Et in vna Meſſa-
93 nen. ſtudij 5. Iulij 1595. coram † D. Seraphino fuit ☞ reſolutum, Quod priuilegium, & indultum tenendi ſtudium & Doctorandi non indiget vlla iuſtificatione cum conceptum ſit cum clauſula ſublata, & decreto irritan. & quod de obreptione & ſurreptione dici non poſſit, & c.

94 Et in vna Auellina vnionis coram D. † Gipſio 18. Iunij 1595. & confirmata 15. Decem. eiuſdem anni fuit reſolutum, Quod clauſula ſublata cum decreto irritand. in gratia ad ſupplicationem partis obten- ☞ nihil operatur nec releuat niſi coniuncta etiam cum clauſula, quod de obreptione & ſurreptione dari non poſſit, quia intelligitur veris exiſtentibus narratis, vt concluſum fuit in d. Calagurritana iuriſdictionis, & c. *vt latius in deciſio. 88. nouiſſ. Farin.* & etiam deciſio in cauſa Placentina Decanatus 10. Nouembr. 1505. coram D. Penna ſupra adducta 4. p. ca. 38 mon. nu. 52. *& in cauſa Oſcen. Canonicatus ſeu indulti 1. Iun. 1598. corã D. Litta fuit reſolutũ, quod clauſula ſublata iuncta clauſula, quod non poſſit dari de ſubreptione vel obreptione, aut defectu intẽtionis operatur vt nihil contra indultum opponi poſſit, & vt non ſit neceſſaria aliqua iuſtificatio. Nec his clauſulis cenſeri renunciatũ per commiſſionem cauſæ ſuper eius executione, quamuis ſecus vbi fuit cõmiſſa cauſa ad inſtãtiam partis, in cuius fauorem eſt ſuper validitate ipſius indulti, vt in cauſa Elnen. minoriorũ, & Pamphil. matrim. corã D. Orano, & c. Et fuit confirmatũ in ead. Oſcen. 27. Nouem. eiuſd. anni 1598. coram D. Orano, dicendo Per dictas clauſulas præcluſiſſe Papam omnem facultatẽ impugnandi indultum, non obtenta prius oris apertione, DD. in c. quia diligenti, vbi Imola, nu. 6. de elect. Pariſ. conſ. 1. nu. 38. lib. 4. cum alleg. Vt etiam fuit d. in Portugal. fructuum 3. Mar. 1608. corã D. Ortember. Et in vna nullius ſeu Aquinat. benef. 12. Maij 1600. coram D. Litta fuit reſolutum, Quod clauſula, quod de ſurreptione, vel obreptione, aut defectu intentionis dari non poſſit, cum clauſula ſublata operatur, quod aduerſus gratiam nullatenus quis audiri debeat aut poſſit, nec pro executione ſit neceſſaria aliqua iuſtificatio expreſſorum, ſine narratorum in ea, vt fuit in aliis cauſis tentum: quamuis ſola clauſula ſublata non operetur, niſi veris exiſtentibus narratis. Et in ead. 16. Decẽ. 1595. quod non ſit neceſſaria iuſtificatio, & c. & quod ibi dicitur obſtare, ſi per opponentem,*

*ſem verificetur, accipiendum eſt obtenta apertione oris ad fundam de ſurreptione, aut conſentiente parte, &c.* Et idem fuit reſolutum in Nauarren. Canonicatus 12. Feb. 1599. coram D. Pamphilio, & nouiſſime in Hiſpal. beneficij de Xerez 6. Nouemb. 1602. coram D. Lieta voper Gonçalez gl. 66. nu. 22. qui idem docet, & allegata Marcheſanum de commiſſio, parte 1. cap. 8. ex numero 21. in noua impreſſione.

Obiter tamen aduerto primo, quod quamuis ve-
95 rum † ſit ſolam clauſulam ſublata non operari, quin poſſit dari de ſurreptione, &c. vt dictum eſt, *licèt contra videatur tenere Grat. diſcept. foren. c. 113. nu. 72.* tamé de clauſula quod de ſurreptione, vel obreptione dari, ſeu dici non poſſit, diuerſum exiſtimo, nã per illam etiam ſolam Papa ſatis videtur exprimere no poſſit dari de ſurreptione, non ſolum in alijs, ſed etiã in narratis maxime cum dicat, quod de ſurreptione, & obreptione dari non poſſit ad Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu. 201, à num. 10.

96 Et ita tenendum videtur cum Decio in † d. Pamplon. citato, & Caputaq. deciſ. 218. in vna Spoletana Parochialis 1. Apr. 1552. p. 3. maxime ſtante etiã decreto irritante, licet non clauſula ſublata.

97 Quamuis Rota in vna Calagurritana † Prioratus 23. Ianu. 1545. quæ habeatur apud Puteum d. deciſ. 213. lib. 2. & in vna Vlisbonen. erectionis eremitorij de menſe Apr. 1545. quæ habetur 3. p. diuerſo. lib. 3. deciſ. 925. & in d. Calagurritana iuriſdictionis ſupra adducta, nu. 88. & Mand. d. nu. 44. teneant d. clauſulam quod de ſurreptione & obreptione dari nõ poſſit, intelligi veris exiſtẽtibus narratis. Sed cũ expreſſe conſtet de mente Principis dicẽtis, quod de ſurreptione & obreptione dari non poſſit eius mens, & mandatum ſeruari debet vt alias inquit Mandoſ. de inhibitio. q. 82. quamuis contradicat etiam poſt hæc Gonçalez. d. gl. 66. nu. 52. dicens fuiſſe deciſum in d. Hiſpal. 6. Nouemb. 1602. *& nouiſſime in Bracbar. penſionis* 22. *April.* 1605. *coram D. Penna, & in pacen. penſionis* 20. *Nouem.* 1609. *coram D. Marcomontio, ſupra relata, 1. p. cap. 5. num.* 132.

98 Secundo quod d. clauſula † quod de ſurreptione, & obreptione dari non poſſit etiam cum clauſula ſublata non facit validam gratiam, alias ſurreptitiã, & ideo cum ea non eſt quis ſecurus in conſcientia, ſed ſolum operatur quod in iudicio, ſeu foro exteriori non poſſit dari de illa quouſque per Papam os aperiatur per commiſſionem ſignaturæ Sanctiſſimi, in qua huiuſmodi commiſſiones proponuntur vt in d. deciſ. Caputaquen. 218. & 118. p. 1. & Putei 377. lib. 3. & 297. lib. 2. p. 3. diuerſorum, & 652. lib. 3. & ideo ex oris apertione contra d. clauſulas nõ dicitur tolli ius quæſitum, nec obſtat reg. de non tollendo iure quæſito, Caputaq. d. deciſ. 128. num. 5. & deciſ. 31. p. 3. *& fuit reſolutum in vna Toletana admiſſionis coram D. Penna de anno* 1607. quicquid dicat Gonçalez gl. 7. nu. 35. & gl. 66. nu. 20.

99 Stante quod apertione oris impetrans † tenetur verificare narrata in ſua gratia, niſi ſit motu proprio, vt in vna Seguntina dimidiæ annatæ 16. Iunij 1595. coram Domino Lita quæ ſic ait, Tenuerunt Domini exemptionem non ſuffragari Eccleſiæ de Medinacœli, primo, quia ſtante apertione oris ad fauorem Capituli conceſſa, quod habet indultum generale percipiendi de omnibus beneficijs Seguntinæ diœceſis mediam annatam, Eccleſiæ de Medinacœli dum ſe fundat in literis immunitatis Pij IV. tenetur verificare narrata in dictis literis, alias illis non iuuatur, Felin. in cap. ad aures, colum. 5. verſic. 3. concluſ. ibi quod impetrans, &c. de reſcript. Bellamera deciſ. 76. numero 6. & ſequenti. Verall. deciſ. 128. part. 1. Puteus 245. libro 1. num. 1. fuit dictum in vna Conchen. erectionis 25. Maij 1592. coram Domino Seraphino, neque ex eo excuſatur à tali iuſtificatione quod in dictis literis adſit clauſula, quod non poſsit dari de ſurreptione, &c. ſi quidem quia d. literæ non emanarunt motu proprio, ſed ad inſtantiam partis, Puteus deciſio. 214. libro 2. Caputaquen. 128. par. 1. Gabr. conſil. 26. num. 13. libro 2. *Sed contra hanc reſolutionem poſtea tenuit Rota in d. Pacen. penſionis* 20. *Nouem.* 1609. *coram D. Marcomontio relata, 1. p. c. 5. num.* 132. *quæ eſt videnda.*

100 Sed quamuis clauſula ſublata breuis non † obſtet agenti de ſpolio ac nullitate geſtorum vigore illius vt dictum eſt, commiſsio ſuper ſpolio, ac nullitate, aut etiam ſuper peritorio, & appellatione à ſententia lata vigore breuis, non ſignatur, niſi cum clauſula parito breui. Niſi adeatur ſignatura Sãctiſsimi, & doceatur de mala breuis executione, aut aliqua nullitate, ſeu defectu, tunc enim ſolet Papa ſimpliciter ſignare commiſsionem ſine d. clauſula. & cum facultate abſoluendi, & inhibendi, &c. Gonçal. in annot. à n. 284. vbi ait, quod hodie recurritur etiã, & frequẽtius ad ſignaturam iuſtitiæ, ex tacito quodam Papæ
101 conſenſu, quod ego meo tempore non vidi, aut niſi ad executionem breuis actum ſit extra curiam vt videtur colligi ex dec. Vrgellen. ſupra adducta, nu. 59.

103 Aliquando etiam ſignatur cõmiſsio, cũ † clauſula parito breui arbitrio Rotę, quę importat vt ſi Rota arbitrabitur, & ſit locus eius arbitrio ſuperſedeatur in executione, vt in Gerunden. beneficij. 31. Maij 1600. ſupra relata, nu. 35. & in Pampilonen. Parochialis de Açagra. 27. Iunij 1601. relata, nu. 11. Gonçal. ibi, num. 285.

Quæ tamen clauſula non impedit manutentionẽ
104 † in poſſeſsione iam capta, nec ex ea eſt reuocanda poſſeſsio, vt in vna Aurien. Parochialis S. Mariæ de P. 20. 17. Apr. 1600. coram D. Lancell. in qua fuit re-
105 ſolutum, † Quod cum cõſtet de poſſeſsione Cameræ capta ab eius procuratore 2. Iunij 1593. ex publico inſtrumento, quod bene probat poſſeſsionem ad effectum manutentionis, ei dandum eſt mandatum de manutenendo, &c. *Vt latius in dec. 179. in nouiſ. Farin. & fuit cõfirmatum in Elnen. beneficij S. Saluatoris* 30. *Oct.* 1602. *coram D. Ludouiſio. vt in dec.* 613. *noniſ Fari. In fine, in qua fuit reſolutum, &c. R. breue. Nec etiam impedit d. clauſula executionem ſententiæ latæ vigore breuis, niſi appareat de eius nullitate, vt per Rotam in Tarraconen. Parochialis* 26. *Martij* 1604. *ſupra relata, num.* 33. Nec obſtaret quod cauſa fuerit commiſſa in Rota cũ clauſula, parito breui, arbitrio Rotæ, ita vt alias propter fumũ qui dabatur iuris patronatus viſum fuerit aliquantulum in illius executione ſuperſedere, quia hoc non impedit manutẽtionem, neq; ex dicta clauſula arbitrio Rotæ, reuocanda eſt poſſeſsio Cameræ, vel ei præiudicandum circa ſuam poſſeſsionem, & tanto magis quia detectæ deinde fuerunt nullitates teſtiũ examinatorum ſuper probatione iuris patronat. neq; obſtare quod breue nõ fuerit ab Auditore Camerę ſufficiẽter iuſtificatum, quia hæc, & alia quæ deducuntur erunt diſcutienda in progreſſu cauſæ,

neque

neque interim eſt impediẽda Cameræ poſſeſſio,&c. Gonçalez ſupra, num. 296. dicens idem deciſum in Oueten. Archidiaconatus 15. Decemb. 1603. coram D. Pamphilio.

105 Sed ſi agens de ſpolio, † ac nullitate geſtorum vigore breuis, aut ſuper petitorio, ſeu appellans à ſententia lata vigore breuis, allegaret paupertatem ſignatura etiam iuſtitiæ daret commiſſionem reſeruatis fructibus & expenſis in finem litis, cum clauſula dimiſſa poſſeſſione, & conſtito de oratoris paupertate ſicut † dari ſolet petenti reſtitutionem contra duas, vel tres conformes, Staphil. de literis iuſtitiæ. §. clauſula, & per breue Sanctitatis veſtræ quomodolibet intelligenda, ſeu §. quando petitur commiſſio, num. 13. Veſtrius in pract lib. 4. cap. 4. numer. 9. & Marcheſ. de commiſſio. 2. p. c. 2. de commiſſione appellationis, nu. 15. & agenti de † nullitate trium conformium. Caſſad. deciſ. 11. de reſcrip. & condemnato in ſpolio non doloſo, nec violento. Vt in vna Portalegren. † ſpolij. 5. Iunij 1589. coram D. Orano in qua fuit dictum, Quod deciſ. 3. Putei de ſolutio, quod non excuſatur quis in ſpolio à purgatione prætextu paupertatis, & deciſio 22. de reſtitut. ſpoliat. in antiquis. Io. Paul. deciſ. 85. Caputaq. 183. lib. 3. & Putei 56. lib. 1. procedunt, in ſpoliatore doloſo & violento tantum, Lancell. de attentatis, c. 31. n. 48 *Gratian. in addit. ad deciſ. 100. nu. 5.*

110 Operatur autem clauſula, † parito breui, vt iuriſdictio intelligatur data ſub conditione, ſi ſit paritũ breui, & non aliàs, Gonçalez ſupra à nu. 247. & afficit etiam tertium, ſeu patronum venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe, vt in vna Compoſtellana Parochialis. 16. Decemb. 1596. coram D. Otano, in qua fuit reſolutum. Non conſtare de re iudicata, quæ veniat exequenda, quia ex defectu iuriſdictionis ſententia fuit nulla, cum enim cauſa fuiſſet commiſſa cum clauſula, parito breui, & ſic ſub conditione non potuit iudex ante impletam conditionem per reſtitutionem fructuum perceptorum procedere, nam de paritione poſita in conditione debuit prius plene apparere, Tiraq. de retractu conuentionali. §. 2. glo. vnic. nu. 4. & licèt fuerit poſita in prima commiſſione cenſetur repetita in omnibus ſeq. Ægid. deciſ. 4. 104. & 526. Caſſad. 8. de reſcrip. & afficit etiam tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe, qui debet admitti in ſtatu, & terminis iuxta, cap. fi. vt lite pendente, in 6. Felin. in cap. cum ſuper. num. 15. de re iudicata, & de clauſula ſine retardatione, Veral. deciſ. 1. lib. 1. in manuſcrip. & de clauſula parito breui appoſita in commiſſione cauſæ contra præſentatum ad fauorem prouiſi Apoſtolici, quod intelligatur repetita in noua commiſſione cauſæ præſentata ad fauorem patroni pro defenſione ſuæ præſentationis, dictum eſt in cauſa Hiſpal. beneficij de Cantillana 8. Aprilis 1585. coram D. Seraphino, ne alias aperiatur via impediendi executionem, breuium procurando quod collator veniat ad cauſam pro defenſione ſuæ prouiſionis, &c. *alias iuxta d. ſupra 1. p. c. 5. a num. 518. idem fuit reſolutum in cauſa Vrgel. iuris optandi 10. Decemb. 1601. coram D. Ludouiſio, quæ eſt deciſ. 93 nouiſ. Farin.*

111 Et in vna Regien. † beneficij, 13. Ian. 1597. coram D. Lita fuit reſolutum, Quod clauſula, parito breui, operatur vt iuriſdictio intelligatur tributa conditionaliter, quatenus ſit paritum breui, & non alias, vnde cum non conſtet de paritione breuis, merito defecta iuriſdictione mandatum de manutenendo ſuſtinetur, & vti nullum venit reuocandum, nec ſtante d. clauſula poteſt dari mandatum, de manutenendo contra eum qui nititur breui, vt tenuit Rota in cauſa Conchen. præſtimonij. 12. Decemb. præteriti coram D. Decano,

112 Et d. clauſula parito importat non ſolum † dimiſſionem poſſeſſionis, ſed & reſtitutionem fructuũ vt in d. Compoſtellana. & *Vrgellen.* Et in vna Pampilonen. Prioratus. 26. Aprii. 1602. coram D. Ludo-
113 uiſio, in qua fuit reſolutum, † Non conſtare de ſufficienti paritione breuis, quia clauſula parito non ſolum importat dimiſſionem poſſeſſionis, ſed & reſtitutionem fructuum, vt fuit reſolutum in Pampilon. de Sos. 28. Ianuar. 1577. coram D. Blanchetto & in Hiſpal. benefi. 24. Febr. 1584. coram D. Decano, & coram eod. Ludouiſio in cauſa Vrgel. iuris optandi. 10. Dec. 1601. & de perceptione fructuum ſatis appatere, ex quo fuit in poſſeſſione, & non docet ſe eos non percepiſſe, nec ab alio fuiſſe perceptos, Cotta dec. 14. fuit dictum in vna Compoſtellana fructuum 6. Mart. 1590. coram D. Plato in Panormitana Archidiaconatus. 22. Maij 1592. coram D. Penna, & in Conſentina Parochialis. 10. Decemb. 1595. coram D. Pamphilio, &c.

114 Vnde in plurib. cauſis fuit reſolutum, † ſignanter in ſignatura iuſtitiæ in vna Legionen. Canonicatus de anno 1593. proponente D. Beiel. quod ſicut appellatio non committitur à ſententia vigore breuis lata reſpectu poſſeſſionis, niſi cũ clauſula parito breui, ita neque reſpectu fructuum, quia pari modo in breui executiue procedi mandatur reſpectu fructuum, ſicut reſpectu poſſeſſionis.

115 Debentq; reſtitui omnes fructus à die † obitus, ſeu vacationis decurſi, vt in breui dicitur, nam poſſeſſor beneficij reſeruati etiã cũ bona fide, ex tit. habito ab alio quã à Papa, non facit fructus ſuos, vt dictum eſt præced. particul. 5. à n. 24. *& eſt deciſ. in cauſa Gerunden. fructuum 24. Maij 1599. coram D. Iuſto adducta per Paciſ. de Salu. interd. deciſ. 102. vbi dicitur non comprehendi in Breui fructus ante obitum decurſos, etiam inexactos, &c.*

116 Vnde intruſus in Canonicatu, † & Præbenda, tenetur pro paritione breuis reſtituere fructus, & diſtributiones perceptas etiam ſi non ſit facta proteſtatio, Caſſador. deciſ. 6. nu. 3. de Præben. Rota in vna Iacen. Beneficij de Anſo. 16. Ianuarij 1577. coram D. Lancellotto quæ habetur 1. par. diuerſorum deciſ. 618. & in vna Maioricen. Canonicatus 2. Maij 1594. coram D. Millino, quæ ſic ait.

117 Domini reſoluerunt non conſtare † de paritione breuis, & D. Io. Segui dandum eſſe mandatum contra D. Mattheum Mollol pro ſumma liquidata. fundamentum deciſionis fuit, quia ex libro Capituli, & depoſitionibus teſtium probatur quod fructus huius Canonicatus & officij Pœnitentiarij conſiſtũt in groſſa, & menſata, quæ non ſunt diſtributiones quotidianæ, cap. cum nonnullæ, §. præterea, in extrauagantib. communibus. Vnde cum in breui dicatur, quod D. Io. Segui conſignentur omnes, & quicumque fructus, redditus, & prouentus integre à die obitus, & Matthæus perceperit iſtos fructus liquidatos debet eos reſtituere. Non obſtat quod Matthæus eos perceperit tanquam ſyndicus, & procurator

Capituli

Capituli in curia Regis, quoniam reſpondebant Domini, quod non debet reportare magis commodum ex abſentia quam ex reſidentia, ideo ſicuti ſi fuiſſet præſens teneretur fructus reſtituere, ita tenetur reſtituere illos, quos habuit ratione abſentiæ. non obſtat quod non fuit facta proteſtatio, quia non eſt neceſſaria pro fructibus perceptis, vt fuit dictum in cauſa Iacen. beneficij 16. Ian. 1577. coram Illuſtriſs. D. Cardinali Lãcell. Et idem fuit reſolutum in hac cauſa de menſe Iunij ſeq. propoſitis memorialib. loco cauſæ, & in Placentina Parochialis 1595. infra addu ta p. ſeq. c. 13. nu. 102. *& eſt in nouiſ. Farin. deciſ. 621.* Gonçalez. §. 7. procem. nu. 161.

318 Et faciunt dec. Putei 385. nu. 8. lib. 1. & † deciſ. Mohed. 6. de Præb. alias 109. *& deciſ. 168. nouiſ. Farin. ad fin.* Ex quibus quando non eſt intruſus, ſed agi-

319 tur contra Capitulum tenebitur ad fructus, & † diſtributiones, ſaltẽ a die intimationis monitorij, &c. licet contra teneant Boer. deciſ. 340. nu. 4. & Gigas conſ. 144. nu. 25. alias reſp. 45. de penſio. in diſtributionibus perceptis, *& nouiſſimè Alex. Moneta de diſtrib. p. 1. q. 6. nu. 11. & 16. allegans etiam Tiber. Decian. conſ. 43. à nu. 16. volum. 1.* ſed fauet Pontan. de ſpolio lib. 4. nu. 27.

320 Tenetur etiam ad fructus & diſtributiones † non perceptas ob non reſidentiam quando ipſimet fuit facta legitima proteſtatio, nempe alternatiue, vt reſideat aut dimittat poſſeſſionem, ſecundum ſtilum Rotæ, vt in d. deciſ. Putei, nu. 7. & in d. dec. Iacen. & Maioricen. & eſt optima deciſ. 1170. lib. 3. par. 3. diuerſ. & fuit alias reſolutum in vna Salamantina coram D. Bubalo, Pontan, ſup. num. 31. & ſic debet intelligi, Lancell. de attentatis. 3. p. c. 31. 2 nu. 27. *& Grat. diſcept. for. c. 166. 4 num. 23. ex traditis per Nauar. conſ. 13. de cler. non reſid. nu. 2. & Alex. Mon. de diſtrib. p. 2. quæſt. 14. n. 22. & de decimis cap. 9. nu. 85.* & poſt hęc tradit Gonçal. d. §. 7. nu. 156.

321 Quod tamen non videtur procedere in † diſtributionib. ſeu emolumentis incertis etiam perceptis, vt funeralibus, &c. *idem fuit reſolutum in Plac. fructũ 15. Martij 1604. coram Illuſtriſſimo Millino.*

322 & ſic in alijs beneficijs, & Parochialibus. † non fit condemnatio fructuum niſi prouenientium ex decimis, primitijs. &c. vt in deciſ. Dertuſen. Parochialis infra adducta, 9. p. c. 2. num. 233.

323 Et circa illam deciſionem Maioricen. † obiter aduertendum eſt illam videri intelligendam quando Canonicus fuit habitus pro præſenti, & numeratus ratione negotiorum Eccleſiæ, ſecus quando non fuit habitus pro præſenti, ſed fructus Canonicatus ſunt illi dati pro ſalario, vt in vna Caurien. fructuum Canonicatus 16. Decembr. 1552. coram D. Capu-

324 taq. in qua fuit reſolutum, † Quod cõdemnatio in fructibus perceptis debet intelligi de fructibus iure ordinario perceptis etiam ſi eſſet abſens, non autem ſpecialiter, vt ſi eſſent percepti in abſentia, & nomine ſeruitij præſtiti Eccleſiæ, ſuppoſito quod nõ eſſet bona proteſtatio: ſi autem proteſtatio eſſet bona, tunc Domini dubitabant, &c. vt per Cottam deciſ. 78. in Miſcellaneis manuſcrip.

325 Obiter etiam in præſenti ſe offert † difficultas, an pendente lite, ſeu controuerſia contra intruſum in Præbenda, ſuper executione breuis, fructus & diſtributiones d. Præbendæ, quos Capitulũ percipit, quia nullus reſidet, ſint deponendi, ſeu ſequeſtrandi reſtituendi victori? Et videbatur quod ſic, ex conſtitutione 57. Pij V. de deponendis fructibus, & diſtributionibus beneficiorum lite pendente, &c.

326 Nihilominus tamen contrarium eſt dicẽdum, † quia illa conſtitutio loquitur de fructibus & diſtributionibus, quæ occurrentibus litibus & controuerſijs ſuper Canonicatibus. & alijs beneficijs Capitulo deferuntur vigore conſtitutionum, ſeu conſuetudinum, & non procedit in fructibus & diſtributionibus quæ non deferuntur Capit. occaſione litis vigore conſtitutionum, ſeu conſuetudinum, ſed ex iuris communis diſpoſitione per ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi iuxta c. 1. de clericis nõ reſiden. in 6. nec in propoſito Capitulum eſt in culpa, &c. Et ita

327 iſtam † conſtitutionem intellexit Rota in vna Carthaginen. ſequeſtri. 20. Nouemb. 1599. coram Dom. Lançellotto, vt in deciſio. ſeq.

☞ Ex duobus potiſſimum fundamentis prætẽdebatur locum eſſe ſequeſtro Primo vigore Bullæ fœl. rec. Pij V. ſuper deponendis fructibus & diſtributionibus Beneficiorum lite pendente. Secundo ex iuris communis diſpoſitione cum prętenderetur Capitulum fuiſſe in culpa, & dediſſe cauſam liti admittendo ad votandum Decanum qui dicitur fuiſſe excommunicatus, & demens, vt pluribus deducunt informantes pro Doctore Caxa. Quibus non obſtantib. Domini contrarium cenſuerunt, nam inſpecta ſupradicta conſtitutione non poteſt deceni ſequeſtrũ quia illa loquitur de fructibus & diſtributionibus quæ occurrentib. litibus & controuerſijs inter prouiſos vigore conſtitutionum, ſtatutorum, ſeu conſuetudinum Capitulo deferuntur, & ſic non habet locum in fructibus & diſtributionib. de quibus agitur, quia non debentur Capitulo, nec vigore ſtatuti aut conſtitutionis, vel conſuetudinis, nec occaſione litis, ſed ex iuris communis diſpoſitione per ius accreſcendi, vel non decreſcendi, iuxta cap. 1. de clericis non reſid. lib. 2. gl. in Clem. 2. verb. pars dimidia de ætate & qualitate, Capitulum enim non ingerit ſe in hac lite, nec præſtat aliquod impedimentum in tradenda poſſeſſione, immo eſt paratum illam tradere ei qui eſt victoriam reportaturus, inſpecto autem iure communi idem dicendum eſt, quod non fit locus ſequeſtro, nec priuandum Capitulum, quod non eſt in cauſa diſtributionibus ei debitis ſupr. Neque obſtat culpa Capituli in admittendo ad votum Decanum, quia Capitulum non poterat diuinare, quod Decanus daturus eſſet votum ad fauorem Valdiuieſi, vnde culpa quæ ei imputatur eſt multum remota, nec ordinata ad caſum. Præterea adhuc nõ eſt deciſum, quod de eo tẽpore Decanus eſſet demens, vel excommunicatus, & quatenus hoc eſſet verum, non ſufficeret, cum non conſtet, de hoc Capitulum ſcientiam habuiſſe, prout eſſe neceſſarium ex Innoc. & alijs tradit Abb. in c. fi. n. 6. de procurator. nõ obſtant deciſ. in cauſa Salamantina, & Doct. in contrarium allegati, quia loquuntur in impedito facto Capituli. Ex quibus Domini dixerunt non eſſe locum ſequeſtro, ſed quod, D. Caxa quatenus prætendat ſuperiſtis diſtributionib. faciat ſuas proteſtationes, & vtatur iure ſuo. *Idem fuit dictum in vna Vrgellen. Archid. 11. Decem. 1581. quæ eſt deciſ. 675. nouiſ. Far. vbi ex eo fuit reſolutum dictam conſtitutionem non comprehendere diſtributiones, quæ diuinis officijs intereſſentibus tantũ debentur, & ſic dantur poſſeſſori inſtrumenti lite pendente.*

Vnde

128 Vnde quod tradit Gonçalez. † §. 7. procem. n. 22 quod vt d. conſtitutio Pij V. locum habeat, oportet quod Capitulum fuerit in aliqua culpa non tradendi poſſeſſionem vel aliquod impedimentum præſtiterit, vt fuit reſolutum in vna Placentina Decanatus, 5. Iulij 1599. coram D. Penna, vbi fuit iudicatũ ſufficiens impedimentum, ſi literas Apoſtolicas ad conſilium Regium, vel alios iudices ſeculares detulerit, procedet inſpecto iure communi.

129 Et quamuis Salluſtius Tiberius † d. lib 3. cap. 6. nu. 26. dicat, quod ſignatura non ſolet in his reſcribere niſi cum clauſula parito breui iudicato, quæ ſi poneretur importaret, vt ipſe ait, non ſolum dimiſſionem poſſeſſionis ac fructuum reſtitutionem, ſed etiam refectionem expenſarum in quibus intruſus condemnatur, Staphil. de literis iuſtitiæ. §. clauſula & per breue Sanctitatis veſtræ quomodo intelligenda, nu. 9. Veſtrius in practica lib. 4. c. 4. nu. 9. & lib. 8. c. 3. num. 10. *Maud. com. 32. reſt. verb. cum. Apoſt. ibi n. 45. & in deciſ. 142. apud Pacif. de Salu. interd. quæ eſt videnda in propoſito.* Lancell. de attentatis, c. 18. nu. 128. Marcheſ. de commiſſion. 2. par. cap. 5. de commiſ. appel. num. 35. Rota in Toletana decimarum. 19. Febr. 1594. infra adducta, num. 148. & in Hiſpal. decima-

130 rum de † Tribuiena. 20. Iun. 1594. coram D. Mantica ſup. adducta, 1. par. cap. 2. nu. 45. & in alijs cauſis, tamen re vera ſolum dicitur parito breui vt diximus & videmus in praxi, quæ clauſula vt etiam diximus ſolum importat dimiſſionem poſſeſſionis ac reſtitutionem fructuum, de quibus in breui, non autem expenſarum ſolutionem, *Rot. in illa Vrgellen. iuris optandi 93. nouiſ. Farin. ſupra allegata numer. 110.* quicquid dicat Gonçalez, ſup. numer. 249. in annotationibus.

131 Verum eſt tamen vt ipſe Salluſtius ibi † dicit, nu. 24. 25. & 27. quod à cenſuris & pœnis latis vigore breuis non datur abſolutio niſi dimiſſa poſſeſſione, refectis expenſis, & fructibus reſtitutis, in quib. intruſus fuit condemnatus, vel facta obligatione, ſeu oblatione de illis ſoluendis facta liquidatione, facit deciſ. Achil. 1. de ſententia excom. ſeu 376. ad abſolutionem enim requiritur ſatisfactio partis, Vgol. de cenſura tab. 1. c. 19. §. 6.

132 A qua liquidatione, ſeu taxatione exceſſiua † datur appellatio ſuſpenſiua eius. Salluſtius. d. c. 6. nu. 27. *& eodem lib. 2. cap. 10. ſub num. 6. Fine, & nouiſſ. tradit Scaccia de appell. quæſt. 17. limit. 10. à nu. 56.* & lib. 1. cap. 27. num. 24. & lib. 2. cap. 2. num. 30. Felin. in c. quod ad conſultationem de re iudic. nu. 16. Veſtrius lib. 7. cap. 3. nu. 12. Marcheſ. d. 2. par. cap. 3. de commiſ. appell. num. 46. & 47. Rota deciſ. 100. par. 1. diuerſ. non tamen niſi ſemel, Felin. ſup. num. 20. ad fi.

133 Veſtrius † d. num. 12. Beroius quæſt. 131. num. 3. Capitius deciſ. 34. in fi. Marcheſ. ibi, num. 71. & Salluſtius, d. cap. 27. num. 24. & 25. & ita practicatur in curia, & conſtat ex deciſ. Rotæ in cauſa Firmana

134 olei. 9. April. 1576. coram D. Blanchetto, quæ ſic ait. Domini dixerunt, quod cum creditum Dominorum de Rugerijs ſit liquidum, damna autem & intereſſe liquidari non poſſint, niſi per duas conformes, ſufficit oblatio facta cum depoſitione Iulij Ant. Aug. de fructib. num. 6. & ideo non poſſe fieri compenſationem, & interim non retardandum mandatum executiuum, nec obſtat commiſſio quod in primis, & ante omnia procedatur ad executionẽ, quia intelligitur prout de iure, Iaſ. in l. cauſas, nu. 7. C. de tranſactio. & Creſcen. deciſ. 47. *Rota etiam deciſ. 70. nouiſ. Farin. num. 1. & nouiſſime tradit Scaccia d. q. 17. limit. 10. à nu. 69.*

135 Sed quamuis † pendẽte liquidatione fructuum, & taxatione expenſarum, ſeu appellatione ab ea tãquam exceſſiua interpoſita detur abſolutio a cenſuris, & pœnis dimittenti poſſeſſionem beneficij, & offerenti ſeparatum illa ſoluere facta liquidatione, & taxatione vt dictum eſt, tamen non auditur interim

136 cõtradicente aduerſario ſuper appellatione † ſententia vigore breuis, aut ſuper ſpolio, ſeu petitorio, vel nullitate, donec doceat de reſtitutione fructuum ſtante d. clauſula in commiſſione parito breui, quæ vt dictum eſt vltra dimiſſionem poſſeſſionis requirit realem ſolutionem fructuum. Gonçal. ſup. nu. 251. in annotationibus. *Rota in cauſa Hiſpalen. beneficij 24. Febr. 1558. coram D. Seraphino, vbi fuit reſolutum, quod ſtante clauſula parito breui, non ſufficit paritio reſpectu dimiſſionis poſſeſſionis, ſed requiritur etiam reſpectu fructuũ. Nec oblatio ſufficit etiam ante liquidationem, debet enim cum effectu fructus reſtituere, vt tollatur ſuſpicio iuriſdictionis, & procedi poſſit in cauſa, nec facere decretum A. C. quia fuit ad alium finem, nempe abſolutionis, in qua ſolemus eſſe procliniores & faciliores, &c.*

137 Pro quo eſt deciſ. in cauſa Pampilonen. † Archidiaconatus 4. Martij. 1596. coram D. Pamphilio, in qua fuit reſolutum. Quod oblatio cum cautione de ſoluendo liquidationem fructuum faciendam non ſufficit, vt dicatur paritum iudicato, & quod deciſ. Mohẽdani 17. de reſtitutione ſpoliatorum non obſeruatur, & faciunt quæ tradit Lancellottus de attentatis, c. 31. à nu. 71.

Iuxta quod alias in vna Pientina iuriſpatronatus 1. Feb. 1599. coram D. meo Cord. fuit reſolutum. Attentata non eſſe ſufficienter purgata, cum purgatio pẽdeat à duobus, ſcilicet vt omnes fructus, quos attentans perceperit deponat apud ſequeſtratorem, & renũtiet poſſeſſioni. Puteus deciſ. 118. li. 1. Achil. 23. de appel. Verall. deciſ. 11. par. 1. nec placuit Dominis ceſſio, & depoſitio vnius Iulij cum obligatione ſoluendi reliqua facta liquidatione, quia Rota ſequitur doctrinam Baldi in cap. conquerente. de reſtitut. ſpol. Caputaq. deciſ. 224. lib. 1. in manuſcrip. & 150. 1. par. in impreſſis, reprobata deciſ. Mohed. 17. de reſtit. ſpoliat. vt fuit deciſum coram D. Pamphilio 4. Martij 1596. in cauſa Pampilonen. Archidiaconatus, & alibi ſæpe. Nec obſtabat, quod fructus non eſſent liquidi, quia debebant liquidari, vt per Ant. Aug. lib. 3. deciſ. 307. & in tit. de attentatis. §. 15. Cæſar. de Graſſis deciſ. 5. nu. 7. de reſtit. ſpoliat. & ſtilus eſt, vel quod petens procedi ad vlteriora liquidet ipſe fructus, vel impetret commiſſionem vt præfigatur terminus aduerſario ad liquidandum, quo elapſo procedatur in negotio principali, Modernus de commiſſio. commiſſione 15. ſuper attentatis, & fuit alias dictum in cauſa Hiſpal. beneficij 24. Feb. 1594. coram D. Decano, &c. *Gratian. in addit. ad deciſ. 110. a nu. 1.* Quamuis Gonçal. ſup. nu. 250. ſequatur deciſionem Mohedani.

138 Parte tamen non opponente † audiri debet etiã non docens de paritione, non obſtante clauſula parito, ad deciſionem Rotę 810. p. 1. diuer. & quæ tradit Gonçal. gl. 56. à nu. 48. ad 108. & glo. 66. à nu. 45. & gl. 67. nu. 52. *& Marcheſ. de commiſ. 2. par. cap. 2. de commiſ.*

*commiſſ. reſt. in init. num. 1. Sed cum per dictam clauſulam detur iuriſdictio conditionaliter, quatenus ſit paritio, & non alias, vt ſupra dictum eſt nu. 110. & ſeq. dicendum videtur, etiamſi non ſit oppoſitum de paritione, ſententiam & acta eſſe nulla, non ſtante paritione, etiam parte non opponente, ex traditis per Surd. deciſ. 57. & Gratia. in addit. ad deciſ. 202. nu. 4. & 5. & in ſimili clauſula ſine ſolutione retardationis penſionis diximus cum Rota ſupra 1. p. c. 5. nu. 119. & facit quod ait Mandoſ. d. commiſ. 32. verb. cauſam appellat. ex deciſ. Putei 16. vt lite pendente, quod ſi in commiſ. reſtit. additum ſit, parito indicato reſtituat, is contra quem eſt res indicanda, prius parere debeat, alias nō dicatur pendere lis ſuper reſtitutione in integrum. Stante tamen paritione, lis eſt de ea non ſit dictum parte non opponente, acta & ſententia valebunt, quia huiuſmodi conditio non eſt cognitionis, ſed exiſtentia, Imol. Card. & Felin. nu. 33. in c. fin. de præſumpt. Rot. deciſ. 435. nu. 2. p. 1. diuerſ. de quo alias cap. precedenti nu. 258.*

139 Circa liquidationem autem aduerte alias † in vna Cuſentina Parochialis, 12. Decembr. 1594. corā D. Pamphilio, & 13. Martij 1595. coram D. Lita, fuiſſe reſolutum, Quod fructuum perceptio ad effectum liquidationis ſolet præſumi ex poſſeſſione non dato alio poſſeſſore vt fuit reſolutum in Compoſtellana fructuum, 6. Martij 1590. coram D. Plato, & in hac materia liquidationis fructuum cum ſit difficilis probationis, & vt ait, Natta conſ. 510. nu. 7. lib. 3. tota. committatur arbitrio iudicis, ſufficiunt leuiores probationes, & per coniecturas, Bald. in l. 1. nu. 22. C. de fructibus & litium expenſis, Corneus conſ. 301. in fi. lib. 2. & etiam per ſolitum, Achil. deciſio. 5. de fructibus & per teſtes de credulitate, Angel. l. 2. nu. 1. C. de nauicul. lib. 11. Alex. l. pretia rerū, nu. 9. ff. ad l. falcidiam. circa quod etiam eſt videnda deciſio Pampilonen. ſup. adducta, nu. 113. *& Cæſarauguſtana can. infra relata nu. 144. & Salluſt. Tib. lib. 3. c. 10. ſub nu. 6. in nouiſ. edit.*

Et ſtante in commiſſione d. clauſula parito breui,
140 † inhibitio facta vigore talis commiſſionis non operatur, ſi non eſt paritum breui; nam inhibitio cenſetur facta ſtante d. conditione, prout in commiſſione, *Pantins de nullit. tit. quot & quibus modis nullitas proponi poſſit num. 30.* Mando. de inhibitio. quæſt. 30. & 82. Lancell. de attent. 2. par. c. 20. ampliatione, 11. nu. 28. & cap. 17. nu. 64. verſ. circumſcriptis, Cæſar. de Graſſis deciſ. 96. num. 4. & dictum eſt aliàs ſup. 1. par. c. 5. num. 521. & ſequen. *quamuis poſt hæc Rota in vna Romana attentatorum 27. Mart. & 12. Iun. 1609. coram D. Socrato tenuerit, inhibitionem eſſe timendam, & cauſare vitium attentatorum, non obſtante quod commiſſio eſſet conditionalis per clauſulam parito indicato, & aſſecurato indicio: qua conditiones non fuerant impleta ante inhibitionem, dicens, quod iſta clauſula ſolum impediunt exercitium iuriſdictionis inter ipſas partes, ut ſcilicet conſequantur ſuum ius, antequam impleant per eas implenda, non autem impediant facultatem inhibendi tanquam quid annexum cum ipſa commiſſione, & dependens ab ea, quæ non impeditur per illam clauſulam, & quod inhibitio, ſiue iuſta ſiue iniuſta, eſt timenda, &c.*

141 Sed difficultas eſt, † an ad paritionem breuis circa poſſeſſionem requiratur, quod intruſus dimittat poſſeſſionem quam habet, an vero ſufficiat quod patiatur capi poſſeſſionem virtute breuis parendo ſolum verbaliter.

142 Et videbatur dicendum requiri † dimiſſionem & relaxationem poſſeſſionis, nam ita in monitorijs relaxatis virtute breuis mandatur, nempe quod intruſus infra ſex dies à die intimationis debeat realiter, & cum effectu, tradere, conſignare, & relaxare, poſſeſſionem Cameræ Apoſtolicæ, ſeu prouiſo, & ab intruſione deſiſtere, & de fructibus reſpondere, &c. & in ſententia contra eum lata declaratur ob nō traditionem, conſignationem, relaxationem, & dimiſſionem poſſeſſionis ac fructuum non reſtitutionem, &c.

Nihilominus tamen dicendum eſt ſufficere, quod
143 † intruſus finat, permittat, & patiatur, capi poſſeſſionem virtute breuis, nec requiritur quod per prius illam dimittat, nam id non requiritur in breui, iuxta quod eſt monitorium intelligendum, & ſemel capta poſſeſsione virtute breuis nō requiritur amplius ex parte intruſi reſpectu ipſius poſſeſſionis, cum eā iam habeat Camera Apoſtolica, ſeu prouiſus, & ita tenet Rota vt in deciſionibus ſequentibus, quæ ſunt notandæ.

## 144 *Meliten. Beneficij † Sanct. Fantini. 10. Decemb. 1586. coram D. Seraphino.*

FVit reſolutum, illuſtrem Philippum non eſſe reſtituendum ad poſſeſſionem beneficij, de quo agitur, cum enim ipſe relaxauerit poſſeſſionē in manibus Nuntij, eam acceptantis nomine Cameræ Apoſtolicæ, & ita facto ſuo à poſſeſſione ceciderit, non eſt reſtituendos iuxta ea quæ tradunt Doctores in c. ſæpe de reſtit. ſpolia. vbi Ripa nu. 55. Socin. in l. rem quæ nobis nu. 8. de acquir. poſſeſ. Pariſ. conſ. 1. num. 154. lib. 1. cum alijs per Gabr. de reſtitut. ſpoliat. cōclu. 5. nu. 16. neq; releuat, quod hæc relaxatio fuerit facta propter iuſſum Pontificis, quia cum non præcederet aliqua vis, neque præciſa, neque depulſiua, quæ aſtringeret eum ad hunc actum dimiſſionis faciendum, non eſt habenda conſideratio prætenſi metus, & reuerentiæ ad hunc effectum cum poſſit ſine tali dimiſſione ſpontanea ſolum præſtare patientiam vt nomine Cameræ caperetur poſſeſſio, ideo non eſt opus deducere id quod à Doctoribus paſſim traditum eſt, eum qui vi compulſiua tradidit poſſeſsionem non eſſe reſtituendum. Natta conſ. 386. num. 1. & 2. in 3. cæteros cumulat Menoch. remedio 1. recuperandæ, numer. 102. cum ſeq. neque releuat quod in relaxatione poſſeſsionis adſit præſeruatio quorumcumque iurium, quia hæc clauſula recipit interpretationem a iure, vt non comprehendat ea, in quibus ſibi præiudicat, Oldrad. conſil. 330. in fin. Pariſ. 70. num. 12. lib. 1. Sarnenſ. de non tollendo iure quæſito, quæſt. 1. in fi. Caſtrenſ. 472. libro 1. cum alijs adductis per informantes. *& idem fuit reſolutum in cauſa Cæſarauguſtana canon. 28. Maij 1607. quod ad paritionem, &c. R. breue 4. & conducit deciſ. 142. apud Pacif. de Salu interd.*

## 145 *Toletana † iuris decimandi, 8. Nouemb. 1583. coram D. Pamphilio.*

FDixerunt Domini concedendum eſſe Archiepiſcopo mandatum de manutenēdo, in quaſi poſſeſſione iuris decimandi ſtatum de Capella, quia cū ad in-

128 Vnde quod tradit Gonçalez. † §.7. procem.n.21 quod vt d.conſtitutio Pij V.locum habeat, oportet quod Capitulum fuerit in aliqua culpa non tradendi poſſeſſionem vel aliquod impedimentum præſtiterit, vt fuit reſolutum in vna Placentina Decanatus,5.Iulij 1599.coram D.Penna, vbi fuit iudicatũ ſufficiens impedimentum, ſi literas Apoſtolicas ad conſilium Regium, vel alios iudices ſeculares detulerit,procedet inſpecto iure communi.

129 Et quamuis Salluſtius Tiberius † d.lib 3.cap. 6. nu.26.dicat,quod ſignatura non ſolet in his reſcribere niſi cum clauſula parito breui iudicato, quæ ſi poneretur importaret,vt ipſe ait, non ſolum dimiſſionem poſſeſſionis ac fructuum reſtitutionem, ſed etiam refectionem expenſarum in quibus intruſus condemnatur, Staphil.de literis iuſtitiæ. §. clauſula & per breue Sanctitatis veſtræ quomodo intelligenda,nu.9.Veſtrius in practica lib.4.c.4.nu.9.& lib.8. c.3.num.10.*Maud.com.32.reſt.verb.cum Apoſt. ibi n. 45.& in deciſ.142.apud Pacif.de Salu.interd.quæ eſt videnda in propoſito.* Lancell.de attentatis,c.18.nu.128. Marchef.de commiſſion.2.par.cap.5.de commiſ.appel.num.35.Rota in Toletana decimarum.19.Febr. 1594.infra adducta,num.148.& in Hiſpal. decima-
130 rum de † Tribuiena.20.Iun.1594.coram D. Mantica ſup.adducta,1.par.cap.2.nu.45. & in alijs cauſis,tamen re vera ſolum dicitur parito breui vt diximus & videmus in praxi,quæ clauſula vt etiam diximus ſolum importat dimiſſionem poſſeſſionis ac reſtitutionem fructuum, de quibus in breui, non autem expenſarum ſolutionem,*Rot.in illa Vrgellen.iurisoptandi 93.nouiſſ.Farin.ſupra allegata numer.*110.quicquid dicat Gonçalez.ſup.numer.249. in annotationibus.

131 Verum eſt tamen vt ipſe Salluſtius ibi † dicit,nu. 24.25.& 27.quod à cenſuris & pœnis latis vigore breuis non datur abſolutio niſi dimiſſa poſſeſſione, refectis expenſis,& fructibus reſtitutis, in quib. intruſus fuit condemnatus,vel facta obligatione, ſeu oblatione de illis ſoluendis facta liquidatione,facit deciſ.Achil.1.de ſententia excom.ſeu 376. ad abſolutionem enim requiritur ſatisfactio partis,Vgol.de cenſura tab.1.c.19.§.6.

132 A qua liquidatione,ſeu taxatione exceſſiua † datur appellatio ſuſpenſiua eius.Salluſtius.d.c. 6. nu. 27.*& eodem lib.2.cap.10.ſub num.6.Fine,& nouiſſ.tradit Scaccia de appell.quæſt.17.limit.10.à nu.56.*& lib.1. cap.27.num.24.& lib.2.cap.2. num. 30. Felin. in c. quod ad conſultationem de re iudic.nu.16.Veſtrius lib.7.cap.3.nu.12.Marchef.d.2.par.cap. 3. de commiſ.appell.num.46.& 47.Rota deciſ.100.par.1.diuerſ.non tamen niſi ſemel,Felin.ſup.num. 20. ad fi.
133 Veſtrius † d.num.12.Beroius quæſt. 131. num. 3. Capitius deciſ.34.in fi.Marchef.ibi,num.71.& Salluſtius,d.cap.27.num.24. & 25. & ita practicatur in curia, & conſtat ex deciſ. Rotæ in cauſa Firmana
134 olei.9.April. 1576. coram D. Blanchetto, quæ ſic ait. Domini dixerunt, quod cum creditum Dominorum de Rugerijs ſit liquidum, damna autem & intereſſe liquidari non poſſint, niſi per duas conformes,ſufficit oblatio facta cum depoſitione Iulij Ant. Aug.de fructib.num.6.& ideo non poſſe fieri compenſationem, & interim non retardandum mandatum executiuum,nec obſtat commiſſio quod in primis,& ante omnia procedatur ad executionẽ, quia intelligitur prout de iure,Iaſin l.cauſas,nu.7.C. dẽ tranſactio.& Creſcen.deciſ. 47. *Rota etiam deciſ. 70 nouiſſ.Farin.num. 1. & nouiſſime tradis Scaccia d.q. 17. limit.10.à nu.69.*

135 Sed quamuis † pendẽte liquidatione fructuum, & taxatione expenſarum, ſeu appellatione ab ea tãquam exceſſiua interpoſita detur abſolutio a cenſuris,& pœnis dimittenti poſſeſſionem beneficij,& offerenti ſeparatum illa ſoluere facta liquidatione, & taxatione vt dictum eſt, tamen non auditur interim
136 cõtradicente aduerſario ſuper appellatione † ſententia vigore breuis,aut ſuper ſpolio,ſeu petitorio, vel nullitate,donec doceat de reſtitutione fructuum ſtante d.clauſula in commiſſione parito breui, quæ vt dictum eſt vltra dimiſſionem poſſeſſionis requirit realem ſolutionem fructuum.Gonçal. ſup. nu. 251. in annotationibus.*Rota in cauſa Hiſpalen.beneficij 24. Febr.1558.coram D.Seraphino,vbi fuit reſolutum, quod ſtante clauſula parito breui,non ſufficit paritio reſpectu dimiſſionis poſſeſſionis,ſed requiritur etiam reſpectu fructuũ. Nec oblatio ſufficit etiam ante liquidationem, debet enim cum effectu fructus reſtituere, vt tollatur ſuſpicio iuriſdictionis, & procedi poſſit in cauſa, nec facere decretum A. C.quia fuit ad alium finem,nempe abſolutionis, in qua ſolemus eſſe procliniores & faciliores,&c.*

137 Pro quo eſt deciſ.in cauſa Pampilonen.† Archidiaconatus 4.Martij.1596.coram D.Pamphilio, in qua fuit reſolutum.Quod oblatio cum cautione de ſoluendo liquidationem fructuum faciendam non ſufficit, vt dicatur paritum iudicato, & quod deciſ. Mohẽdani 17. de reſtitutione ſpoliatorum non obſeruatur, & faciunt quæ tradit Lancellottus de attentatis,c.31.à nu.71.

Iuxta quod alias in vna Pientina iuriſpatronatus 1.Feb.1599.coram D.meo Cord.fuit reſolutum.Attentata non eſſe ſufficienter purgata, cum purgatio pẽdeat à duobus, ſcilicet vt omnes fructus,quos attentans perceperit deponat apud ſequeſtratorem, & renũtiet poſſeſſioni.Puteus deciſ.118.li.1. Achil. 23.de appel.Verall.deciſ.11.par.1. nec placuit Dominis ceſſio,& depoſitio vnius Iulij cum obligatione ſoluendi reliqua facta liquidatione,quia Rota ſequitur doctrinam Baldi in cap. conquerente. de reſtitut.ſpol.Caputaq.deciſ.224. lib. 1. in manuſcrip. & 150.1.par. in impreſſis, reprobata deciſ. Mohed. 17.de reſtit.ſpoliat. vt fuit deciſum coram D. Pamphilio 4.Martij 1596. in cauſa Pampilonen. Archidiaconatus, & alibi ſæpe. Nec obſtabat, quod fructus non eſſent liquidi, quia debebant liquidari, vt per Ant. Aug.lib.3.deciſ.307.& in tit.de attentatis. §.15.Cæſar.de Graſſis deciſ.5.nu.7.de reſtit. ſpoliat. & ſtilus eſt, vel quod petens procedi ad vlteriora liquidet ipſe fructus, vel impetret commiſſionem vt præfigatur terminus aduerſario ad liquidandum, quo elapſo procedatur in negotio principali, Modernus de commiſſio.commiſſione 15. ſuper attentatis, & fuit alias dictum in cauſa Hiſpal. beneficij 24.Feb.1594.coram D.Decano,&c.*Gratian.in addit. ad deciſ.110.a nu.1.* Quamuis Gonçal.ſup.nu.250. ſequatur deciſionem Mohedani.

138 Parte tamen non opponente † audiri debet etiã non docens de paritione, non obſtante clauſula parito,ad deciſionem Rotę 810.p.1.diuer.& quæ tradit Gonçal.gl.56.à nu.48.ad 108.& glo.66.à nu.45. & gl.67.nu.52.*& Marchef.de commiſ.2.par. cap. 2. de commiſ.*

*commiſ. reſt. in init. num. 1. Sed cum per dictam clauſulam detur iuriſdictio conditionaliter, quatenus ſit paritio, & non alias, vt ſupra dictum eſt nu. 110. & ſeq. dicendum videtur, etiamſi non ſit oppoſitum de paritione, ſententiam & alia eſſe nulla, non ſtante paritione, etiam parte non opponente, ex traditis per Surd. deciſ. 57. & Gratia. in addit. ad deciſ. 202. nu. 4. & 5. & in ſimili clauſula ſine ſolutione retardationis penſionis diximus cum Rota ſupra 1. p. c. 5. nu. 119. & facit quod ait Mandoſ. d. commiſ. 32. verb. cauſam appellat. ex deciſ. Putei 16. vt lite pendente, quod ſi in commiſ. reſtit. additum ſit, parito indicato reſtituat, is contra quem eſt res iudicanda, prius parere debeat, alias nõ dicatur pendere lis ſuper reſtitutione in integrum. Stante tamen paritione, licet de ea non ſit doctum parte non opponente, acta & ſententia valebunt, quia huiuſmodi conditio non eſt cognitionis, ſed exiſtentiæ, I mol. Card. & Felin. nu. 33. in c. fin. de præſumpt. Rot. deciſ. 455. nu. 2. p. 1. diuerſ. de quo alias cap. precedenti nu. 258.*

139 Circa liquidationem autem aduerte alias † in vna Cuſentina Parochialis, 12. Decembr. 1594. coram D. Pamphilio, & 13. Martij 1595. coram D. Lita, fuiſſe reſolutum, Quod fructuum perceptio ad effectum liquidationis ſolet præſumi ex poſſeſſione non dato alio poſſeſſore vt fuit reſolutum in Compoſtellana fructuum, 6. Martij 1590. coram D. Plato, & in hac materia liquidationis fructuum cum ſit difficilis probationis, & vt ait, Natta conſ. 510. nu. 7. lib. 1. tota. committatur arbitrio iudicis, ſufficiunt leuiores probationes, & per coniecturas, Bald. in l. 1. nu. 22. C. de fructibus & litium expenſis, Corneus conſ. 301. in fi. lib. 2. & etiam per ſolitum, Achil. deciſio. 5. de fructibus & per teſtes de credulitate, Angel. l. 2. nu. 1. C. de nauicul. lib. 11. Alex. l. pretia rerũ, nu. 9. ff. ad l. falcidiam, circa quod etiam eſt videnda deciſio Pampilonen. ſup. adducta, nu. 113. *& Cæſarauguſtana can. infra relata nu. 144. & Salluſt. Tib. lib. 3. c. 10. ſub nu. 6. in nouiſ. edit.*

Et ſtante in commiſſione d. clauſula parito breui,
140 † inhibitio facta vigore talis commiſſionis non operatur, ſi non eſt paritum breui; nam inhibitio cenſetur facta ſtante d. conditione, prout in commiſſione, *Vantius de nullit. tit. quot & quibus modis nullitas proponi poſſit num. 30.* Mando. de inhibitio. quæſt. 30. & 82. Lancell. de attent. 2. par. c. 20. ampliatione, 11. nu. 28. & cap. 17. nu. 64. verſ. circumſcriptis, Cæſar. de Graſſis deciſ. 96. num. 4. & dictum eſt aliàs ſup. 1. par. c. 5. num. 521. & ſequen. *quamuis poſt hæc Rota in vna Romana attentatorum 27. Mart. & 12. Iun. 1609. coram D. Sacrato tenuerit, inhibitionem eſſe timendam, & cauſare vitium attentatorum, non obſtante quod commiſſio eſſet conditionalis per clauſulam parito indicato, & aſſecurato iudicio: quæ conditiones non fuerant impleta ante inhibitionem, dicens, quod iſta clauſula ſolum impediunt exercitium iuriſdictionis inter ipſas partes, ne ſcilicet conſequantur ſuum ius, antequam impleant per eas implenda, non autem impediant facultatem inhibendi tanquam quid annexum cum ipſa commiſſione, & dependens ab ea, quæ non impeditur per illam clauſulam, & quod inhibitio, ſiue iuſta ſiue iniuſta, eſt timenda, &c.*

141 Sed difficultas eſt, † an ad paritionem breuis circa poſſeſſionem requiratur, quod intruſus dimittat poſſeſſionem quam habet, an vero ſufficiat quod patiatur capi poſſeſſionem virtute breuis parendo ſolum verbaliter.

142 Et videbatur dicendum requiri † dimiſſionem & relaxationem poſſeſſionis, nam ita in monitorijs relaxatis virtute breuis mandatur, nempe quod intruſus infra ſex dies à die intimationis debeat realiter, & cum effectu, tradere, conſignare, & relaxare, poſſeſſionem Cameræ Apoſtolicæ, ſeu prouiſo, & ab intruſione deſiſtere, & de fructibus reſpondere, &c. & in ſententia contra eum lata declaratur ob nõ traditionem, conſignationem, relaxationem, & dimiſſionem poſſeſſionis ac fructuum non reſtitutionem, &c.

Nihilominus tamen dicendum eſt ſufficere, quod
143 † intruſus ſinat, permittat, & patiatur, capi poſſeſſionem virtute breuis, nec requiritur quod per prius illam dimittat, nam id non requiritur in breui, iuxta quod eſt monitorium intelligendum, & ſemel capta poſſeſsione virtute breuis nõ requiritur amplius ex parte intruſi reſpectu ipſius poſſeſſionis, cum cã iam habeat Camera Apoſtolica, ſeu prouiſus, & ita tenet Rota vt in deciſionibus ſequentibus, quæ ſunt notandæ.

## 144 *Meliten. Beneficij † Sanct. Fantini. 10. Decemb. 1586. coram D. Seraphino.*

FVit reſolutum, illuſtrem Philippum non eſſe reſtituendum ad poſſeſſionem beneficij, de quo agitur, cum enim ipſe relaxauerit poſſeſſionẽ in manibus Nuntij, eam acceptantis nomine Cameræ Apoſtolicæ, & ita facto ſuo à poſſeſſione ceciderit, non eſt reſtituendus iuxta ea quæ tradunt Doctores in c. ſæpe de reſtit. ſpolia. vbi Ripa nu. 55. Socin. in l. rem quæ nobis nu. 8. de acquir. poſſeſ. Pariſ. conſ. 1. num. 154. lib. 1. cum alijs per Gabr. de reſtitut. ſpoliat. cõclul. 5. nu. 26. neq; releuat, quod hæc relaxatio fuerit facta propter iuſſum Pontificis, quia cum non præcederet aliqua vis, neque præciſa, neque depulſiua, quæ aſtringeret eum ad hunc actum dimiſſionis faciendum, non eſt habenda conſideratio prætenſi metus, & reuerentiæ ad hunc effectum cum poſſit ſine tali dimiſſione ſpontanea ſolum præſtare patientiam vt nomine Cameræ caperetur poſſeſſio, ideo non eſt opus deducere id quod à Doctoribus paſſim traditum eſt, eum qui vi compulſiua tradidit poſſeſsionem non eſſe reſtituendum. Natta conſ. 386. num. 1. & 2. in 3. cæteros cumulat Menoch. remedio 1. recuperandæ, numer. 102. cum ſeq. neque releuat quod in relaxatione poſſeſsionis adſit præſeruatio quorumcumque iurium, quia hæc clauſula recipit interpretationem a iure, vt non comprehendat ea, in quibus ſibi præiudicat, Oldrad. conſil. 330. in fin. Pariſ. 70. num. 12. lib. 1. Sarnenſ. de non tollendo iure quæſito, quæſt. 1. in fi. Caſtrenſ. 472. libro 1. cum alijs adductis per informantes. *& idem fuit reſolutum in cauſa Cæſarauguſtana canon. 28. Maij 1607. quod ad paritionem, &c. R. breue 4. & conducit deciſ. 142. apud Pacif. de Salu interd.*

## 145 *Toletana † iuris decimandi, 8. Nouemb. 1583. coram D. Pamphilio.*

FDixerunt Domini concedendum eſſe Archiepiſcopo mandatum de manutenẽdo, in quaſi poſſeſſione iuris decimandi ſtatum de Capella, quia eũ

ad in-

ad inſtar interdicti, vti poſſidetis, detur ei qui poſſidet de tempore litis motæ. §. retinendæ, vbi Faber. nu. 16. de interdictis. l. 1. §. huius autem. vbi Bart. in princ. & in §. quod ait, num. 14. vti poſſidetis. l. 1. vbi Bart. nu. 3. C. eod. Couar. pract. c. 17. cũ alijs per Monoch. de retinenda, remed. 3. num. 556. & remedio vlt. nu. 14. & nu. 24. vtiq; dandum eſt Archiepiſcopo quẽ ex inſtrumento adeptionis poſſeſſionis de mẽſe Aug. 1590. de quo in ſummario, nu. 2. conſtat viuẽte Duce ſeniore, & antequam modernus Dux litem inſtituiſſet, de tempore motæ litis poſſeditſe ad l. prædia. vbi Bart. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. non idcirco, vbi Bald. Cod. de fide inſtrument. Puteus deciſ. 360. nu. 8. lib. 2. non obſtante quod poſſeſſio eſſet mere inſtrumentalis, quia ad effectum manutentionis, & etiam reſtitutionis, prodeſt, vbi non conſtat alium tunc temporis poſſeditſe, Rota deciſio 21. de Præb. in antiquis. Biſign. deciſ. 8. de reſtitutione ſpoliat. Faſtol. dubio. 41. Caſſador. deciſ. 20. in fin. de Præb. Mohedan. deciſ. 238. Verall. 334. num. 5. cum ſequ. par. 2. impreſſ. in caſu autem de quo agitur ſtante dimiſſione poſſeſſionis Ducis ſenioris paũdo ſententijs Rotalibus, & executorialibus, illarum vigore emanatis, poſſeſſio quæ ſolo animo ammittitur erat vacua. l. 3. §. in admittẽda, & l. ſi quis in §. differentia de acquirend. poſſeſſione, non obſtante proteſtatione, quod dimittebat metu cenſurarum, & aliarum pœnarum in præfatis literis executorialibus contentarum, per ea quæ alias fuerunt deducta, coram Reuerendiſſimo D. meo Seraphino de anno 1587. in cauſa Meliten. beneficij S. Fantini, & tanto magis in hoc caſu, vbi Dux non tenebatur aliquid præſtare, ſed ſolum abſtinere à perceptione decimarum, & pati quod Archiepiſcopus illas perciperet, quo caſu ſufficit paritio verbalis, Puteus deciſ. 250. in vna Oueten. libro 1. etiam quod in ipſa paritione condemnatus proteſtetur, quod per eam non intendit ſibi parere aliquod præiudicium iuribus ſuis, quia iuxta deciſionem Mohedan. 275. condemnatus non tenetur cedere, nec approbare, ſententiam contra ipſum latam, ſed ſufficit quod pareat, & poſt proteſtari ſibi præſeruare quicquid vult. Anton. Auguſtin. tit. de ſententia & re iudic. nu. 3. & fuit reſolutum in cauſa Burgen. iuriſdictionis 29. Octobris 1586. coram D. meo Seraphino, & illa cauſa 18. Decembris 1589. coram D. meo Orano, vbi hac ratione informantes prò Duce impedierunt ferri declaratoriam. Præterea iſta poſſeſſio licet inſtrumentalis fuit capta authoritate iudicis in vim executorialium emanatarum à Rota, & ſic prodeſt etiam quod alius poſſideret iuxta doctrinam Angeli. l. clã poſſider. §. qui ad nundinas. col. 1. de acquirend. poſſeſſ. quem ibi ſequitur Roma. nu. 3. Imola ſub nu. 1. Alexand. 2. Socin. 5. Claudius 20. Mohedan. deciſ. 86 cũ alijs per modernum, remedio 3. num. 575. non obſtante quod executoriales nõ eſſent reproductæ iuxta deciſ. Caſſador. 9. nu. 10. de cauſa poſſeſſ. Quia ſtãte conſenſu Ducis, & paritione verbali non erat opus alia reproductione, & alias me proponente fuit deciſum in cauſa Burgen. ſitus Capellæ. 22. Iunij 1587. & ceſſat difficultas ex pluribus locationibus factis per Archiepiſcopũ mediante perſona ſui procuratoris, quæ, concurrente perceptione fructuum, ſeu pẽſionis, de qua ex iuribus, de quibus in ſummario. nu. 14. conſtat, probant actualem, & realẽ poſſeſſionẽ etiam contra tertiũ, gl. l. qui vniuerſas. §. quod per colonum, & ibi Bartolus & Aretinus, qui ſub num. 7. teſtatur de communi de acquirenda poſſeſſione, & ſentit etiam Alex. in eadem leg. §. ſi conductor, num. 6. & in conſ. 118. num. 19. libro 5. Socinus conſilio 205. numero 5. libro 2. & 106. numero 2. libro 3. Natta conſilio 671. numero 20. cum alijs per Gabriel. concluſ. 4. de locato, num. 2. cum ſeq. non obſtant actus poſſeſſorij poſtea facti à moderno Duce, quia cum non conſtet Archiepiſcopum habuiſſe ſe pro ſpoliato, non impediunt eius manutentionem, iuxta vulg. deciſionem Putei 418. in vna Paduana lib. 2. attenditur enim ad hunc effectũ antiquior poſſeſſio, & alia recentior præſumitur clandeſtina & turbatiua. l. 1. in fi. vbi gl. Ang. & alij. ff. vti poſſidetis, c. licet cauſam. de probatio. Alexan. conſ. 88. num. 4. lib. 5. Socin. conſ. 15. nu. 4. lib. 4. poſt Bar. l. ſi duo. ff. vti poſsidetis, vbi ſub nu. 41. dicit antiquiorem poſſeſsionem eſſe ſemper manutenendã, Feli. d. c. licet cauſam, nu. 8. & Decius 9. late Couarr. pract. c. 17. circa fi. verſ. 12. cum alijs per modernum d. remedio. 3. nu. 725.

146 *In eadem † coram eodem*
*19. Nouemb. 1593.*

DOmini nõ obſtantibus deductis pro parte Ducis ſteterunt in reſolutis, quod ſufficienter conſtet, de quaſi poſſeſsione Archiepiſcopi, quæ iuxta deciſionem Biſign. 8. de reſtitut. ſpoliat. cum alijs in deciſ. allegatis etiam quod ſit inſtrumentalis mere ſuffragatur ad effectum manutentionis ſtante illius dimiſsione antea facta per Ducem ſeniorem, qui in inſtrumento paritionis expreſſe dicit, quod diſcedebat à nominatione Capellanorum, & parendo prout paret literis executorialibus vult ſe abſtinere, & abſtinet à recuperatione decimarum, quod importat dimiſsionem poſſeſsionis ad l. 3. §. in amittẽda, & l. ſi quis. §. differentia de acquir. poſſeſſ. maxime quia Dux non tenebatur aliquid præſtare, ſed tãtum ſe abſtinere à perceptione decimarum, & pati quod Archiepiſcopus illas peciperet; vt per Puteum deciſ. 250. in vna Oueten. lib. 1. cum alijs in hac eadem cauſa deductis coram D. Orano de mẽſe Decembr. 1589. & licet prætendatur non obſtante hac paritione verbali Ducem poſtea continuaſſe ſuam quaſi poſſeſsionem decimãdi, antequã Archiepiſcopus illã adeptus fuerit ad deciſionẽ primã de renunciationein nouis, Calder. conſ. 4. eod. tit. Sarnen. de annali. q. 57. Hoc tamen nihil facit quia nõ ideo minus potuit Archiepiſcopus ingredi poſſeſsionem; nam quicquid dicendum ſit reſpectu tertij, tamen ille ad cuius fauorem poſſeſsio dimittitur poteſt illam capere non obſtante quod cedens perſeueret in detẽtione, vt declarat Caſſad. deciſ. 4. nu. 2. verſ. ſed cõtra de reſtit. ſpol. Achilles dec. 10. eod. Puteus 175. Frãc. lib. 1. cum alijs per Pontanum de ſpolio lib. 1. num. 126. & nu. 143. & lib. 3. nu. 72. præſertim cum paritio verbalis operetur quandam licentiam ingrediendi poſſeſsionem, quã verbaliter parens videtur voluiſſe continuare quouſq; ille, ad cuius fauorem facta eſt paritio, velit illam ingredi, ne Dux in hac paritione videatur ſibi ipſi contrariari, vel voluiſſe decipere Rotã & Archiepiſcopum prò impedienda declaratoria,

toria, quod non eſt dicendum, vltra quod non conſtat actus poſſeſſorios factos fuiſſe de mandato Ducis quod ſpeciale requiritur ad rurſus acquirendam poſſeſſionem, quam per verbalem paritionem dimiſerat. Rota in nouis, deciſ. 9. de reſt. ſpol. & deciſ. 21. de procurator. Alex. l. quod meo, nu. 5. ff. de acq. poſſeſſ. Corneus conſ. 190. nu. 8. lib. 1. Aym. conſ. 5. nu. 16, Gozadin. conſ. 42. nu. 5. & tanto magis quod non conſtat aliquos actus poſſeſſorios fuiſſe factos nomine Ducis poſt productionem inſtrumenti paritionis in Rota quod fuit productum die 19. Iunij 1590. coram D. Orano cui commiſſa fuerat cauſa reſtitutionis in integrum, tam ſuper iure nominandi, quam ſuper iure decimandi, quod tempus potiſſimum eſt attendendum cum per iſtam productionē, cuius occaſione impedita fuit declaratoria viſus fuit Dux rurſus, & verbis, & facto parere dictis executorialib. ex vulgari regula, quod producens inſtrumentū videtur aſſerere omnia quæ in eo continentur, glo. in l. 1. §. editionis, & ibi Iaſ. nu. 12. ff. de edendo. Doct. in c. cum venerabilis, de exceptio. late Aym. de antiq. temporis, p. 1. §. viſo. & ab iſto tēpore citra, vſque ad poſ. Archiepiſc. non dātur aliqui actus poſſeſſorij & licet allegentur teſtes ad oſtendēdum ipſum de anno 1591. percepiſſe decimas, illi tamen ſunt nulliter examinati abſq, citatione partis, vltra quod non cōcludunt Ducem percepiſſe decimas, ex eo quod dicunt illas fuiſſe delatas ad horreum, quod ſolebat tenere Dux cum horrea illa eſſent deſtinata pro iſtis decimis quæ non ad Ducē, ſed ad Archiepiſcopū & Rectores ſpectabant ad c. in præſentia, de probatio. accedit præterea, quod iſta poſſeſſio Archiepiſcopi fuit capta de mandato iudicis in vim executorialiū emanatarum a Rota, cuius authoritas priuat poſſidentem omni poſſeſſione, tam naturali, quam ciuili, Ang. l. qui vniuerſas. §. item cum Prætor, in fi. & in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, nu. 2. in fi. quem ibi omnes ſequuntur de acq. poſſeſſ. Compoſtel. & alij in c. tranſmiſſam. de electioe cum alijs allegatis in deciſ. 8. huius menſis in qua dictum fuit ſtante paritione verbali non fuiſſe opus reproductione executorialium pro obtinenda poſſeſſione, ex his quæ deducta fuerunt de anno 1587. in cauſa Burgen, ſitus Capellæ. Non obſtant proteſtationes Ducis ſenioris, quia præter id quod poteſt videri ab eis fuiſſe receſſum, ex quo non fuerunt repetitæ in productione inſtrumenti paritionis iuxta notat. in c. cum M. Ferrarien. & maxime per Ripam nu. 85. de conſtit. Mohed. deciſ. 44. fuit dictum illas non impedire effectū paritionis cum condemnatus non teneatur approbare ſententiam contra ſe latam, & poſſit proteſtando ſibi præſeruare quicquid velit, Mohed. dec. 275. Ant. Auguſt. tit. de ſententia, & de re iudic. nu. 3. & fuit dictū in cauſa Burg. iuriſdictionis de anno 1586 coram D. meo Seraphino, & tanto magis quod non obſtātibus iſtis proteſtationibus habita fuit per Dominos meos hæc paritio ſufficiens ad impediendam declaratoriam contra Ducem. Minus obſtant alij actus poſſeſſorij poſtea geſti per modernum Ducē, quia ſunt potius turbationes, quam impedimenta adeptionis poſſeſſionis, ad notata in l. clam poſſidere. §, qui ad nundinas, maxime cum conſtet vacante iſta poſſeſſione per mortē Ducis ſenioris, Archiepiſcopū exegiſſe decimas, antequā modernus Dux illam acciperet, vnde fit quod tanto magis Archiepiſcopo fit dandū mandatū de manutenēdo, iuxta notata. l. 1. ff. vti poſſidetis, niſi Archiepiſcopo obſtet quod in ſententijs de curiæ non adiudicantur ipſi, ſed Eccleſijs Parochialibus de quo erit particulariter agendum.

*In eadem coram eodem, 20. Decembris 1593.*

147 DOmini ſteterunt in deciſis, †quia nihil deducitur pro parte Ducis. quod ſubſiſtat, & ſublatū non ſit ex reſolutionib. factis, quibus informātes ad ſatietatē auditis tandē acquieſcere deberent, & quātum ad difficultatem reſeruatam in vltima deciſione dixerunt, adiudicationem iuris decimandi, quæ in ſententijs ſit Eccleſijs Parochialibus oppidorum, ſtatus de Capella non impedire, quin Archiepiſcopus potuerit eius poſſeſſionem adipiſci, quoniam cum presbyteri poſiti in dictis Eccleſijs a Duce, qui nullum ius inſtituendi, vel nominandi, habebat vt fuit reſolutum, non poſſent dici Rectores, & ideo Eccleſiæ vere viderentur carere proprijs paſtoribus, ſeu Rectoribus, potuit Archiepiſcopus pro prædictis Eccleſijs agere ad decimas, iuxta notata per Rebuffum. In tractat de decimis, q. 7. nu. 12. per tex. in c. fi. de ſucceſs. ab inteſtato, & pro eis quoq; poſſeſſionē iuris decimādi, quod fuerat per ſententias dictis Eccleſijs adiudicatum, capere, & donec de veris Rectoribus prouiſum fuerit retinere nomine Eccleſiarum prout accepiſſe, & retinuiſſe cenſetur ad l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. l. quædā mulier. vbi Angel. nu. 4. ff. de rei vend. cum notatis per Bar. & alios in l. qui in aliena. §. ſi is qui ff. de acquirenda hæredit. maxime ſtante effectu ſubſecuto, quod poſtea prouidit dictis Eccleſijs de nouis Rectoribus, quibus pro eorum portione diſtribuit decimas, quas ipſi de menſe Februarij 1592. poſt obitum moderni Ducis exegerunt ab his quibus per Archiepiſcopū fuerant locatæ, quod inducit etiam ratificationem omnium geſtorum per Archiepiſcopum ad notata per Decium conſ. 583. nu. 6. & tollit omnem dubitationem.

148 Eſt etiā in hac cauſa Toletana †decimarum alia deciſio, coram eod. D. Pamphilio, 19. Feb. 1594. quā ſupra allegaui, nu. 129. ideo eam in præſenti ponere placuit, quæ ſic ſe habet. Poſt latas tres ſentētias cōtra Ducem ſeniorem de Beiar, ſuper iure decimandi ad fauorem Archiepiſcopi Toletani fuerat commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum cum clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, & modernus Dux prætendens decimas iſtas ad ſe vti primogenitū de domo ſpectare ratione maioricatus, tanquam tertius, & pro ſuo intereſſe mediante perſona procuratoris ad hoc ſpecialiter conſtituti, oppoſuit ſe, & venit ad cauſam appellando à ſentētijs latis, quatenus ſibi aliquod præiudicium inferre poſſent, & nonnullos alios actus fecit, quo ad vſque prædicta cōmiſſio reſtitutionis in integrum fuit ad inſtantiam Archiepiſcopi reformata, vt ſtaret cū clauſula parito iudicato, à quo tempore citra procurator moderni Ducis nihil amplius egit in cauſa, ſed obtinuit nouā cōmiſſionem, prout in prima ſuper ininſtitia, & invaliditate ſententiarum, cū clauſula quam, & quas, &c. & ſine præiudicio trium conformiū, & quia pro parte Archiepiſcopi habitus fuerat tecurſus ad ſignaturam gratiæ, vt apponeretur huic vltimæ cōmiſſioni clauſula, parito iudicato. & pro parte Ducis, prætē-

debatur

debatur eſſe etiam delendam clauſulam, ſine præiudicio trium conformium, cum ſententiæ ipſum non afficiant, & tanquam tertius poſſit impedire illatũ executionem, ſanctiſſ. Dominus noſter mandauit, quod in Rota diſputaretur, quomodo in hac cauſa eſſet procedendum, & ideo dubitaui, an modernus Dux poſſit impedire executionem trium conformium, vel potius debeat procedi cum clauſula parito iudicato. Et Domini cum præſup. quod Dux modernus veniat ex propria perſona, tanquam primogenitus de domo, & ſucceſſor in maioricatu, vigore inueſtiturarũ antiquarum, non autem tanquam hæres Ducis ſenioris, dixerunt ipſum poſſe impedire executionem, per cõſequens non eſſe apponendam clauſulam parito iudicato, quæ importat, quod & ante omnia fiat integralis executio iuxta notata in cap. fi. de reſtitut. ſpoliat. Staphil. de literis iuſtitiæ, §. dicendum, nu. 42. communis eſt enim Dd. concl, quod tertius veniens pro ſuo intereſſe impedit executionem rei iudicatæ, & eſt audiẽdus ſuper iuribus ſuis, Innocent. in c. veniens. lib. 2. ſub nu. 3. quem ibi omnes ſequuntur de teſtibus, Rota deciſ. 2. de re iudic. in antiq. etiamſi tractetur de executione triũ cõformium. Card. in Clem. vt calumnijs, q. 4. & ibi Vital. nu. 89. & ſeq. de re iudic. Rota deciſ. 13. eod. tit. in antiq. & deciſ. 14. de Præbend. in nouis. Alexand. conſ. 83. num. 12. lib. 3. Gabr. concluſ. 1. de re iudic. num. 19. & fuit reſolutum in cauſa Burgenſi vnionis de Helines coram D. meo Orano 26. Nouembris. 1588. & iſte tertius impedit executionem nedum veniendo ad cauſam in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur cauſa, ſed etiam principaliter committendo cauſam, prout in prima vbi venit principaliter pro ſuo intereſſe, non autem ad vlterius differendum, Io. Andr. in cap. 2. num. 2. verſ. ille autem prouiſus, & ibi Gemin. ſub num. 9. vt lite pendente in 6. Couar. pract. c. 13. in princ. & tenuit Rota in cauſa Cordub. ſtatutorum. 24. Febr. 1590. coram D. meo Seraphino, maxime quod ſententiæ non loquuntur de moderno Duce, nec ipſum afficiunt, cum non fuerit citatus ſaltem per proclama, prout requiritur ad effectum, vt ſententia lata contra poſſeſſorem maioricatus præiudicet ſucceſſoribus, iuxta opinionem quã ſequitur Rota, vt per Achillem deciſ. 3. de re iudicata, Puteus deciſ. 91. lib. 3. & in iſtis terminis reſolutũ fuit in cauſa Hiſpalen. decimarum de Villalua, die 15. Iunij 1582. coram bonæ memoriæ Lauretano, & in omnem euentum moderno Duci, tanquam ſucceſſori, licita fuit appellatio, vt per Alex. in l. filius familias §. diui, nu. 9. in fi. delegat. 1. cum alijs per Pinellum in l. 3. p. ſub nu. 50. 3. limitat. C. de bonis maternis, præſertim cum poſſit conſiderari aliqua negligentia Ducis ſenioris, qui ſuccubuit, ex eo quod examinauit teſtes ruſticos, & vaſallos, omittẽdo examinare alios teſtes integros, quos modernus Dux examinare intendit, quo caſu ſententias non afficere ſucceſſores in maioratu, indiſtincte tradunt Dd. allegati per Pinellum ſub d. nu. 50. 4. limitat. & Molina de primog. Hiſpan. lib. 4. c. 8. nu. 7. & ſenſit Rota in d. cauſa Hiſpal. decimarum de Villalua. Neque obſtare quod modernus Dux veniendo ad cauſam reſtitutionis in integrum poſt latas tres ſententias videatur feciſſe ſententias ſuas. Puteus deciſ. 71. lib. 3. cum cenſeatur admiſſus in ſtatu & terminis, in quibus cauſa reperitur, & aliter admitti non potuerit, c. 2. §. fi. vt lite pend. in 6. Fel. c. cũ ſuper nu. 15. de re iudic. Couar. pract. c. 13. in prin. quia illud procedit, quando tertius venit ad cauſam adhærendo cõdemnato, & ad illius defenſionẽ, ſecus vero quando venit pro ſuo intereſſe deducendo principaliter ius ſuũ quod nõ habeat connexionẽ cũ iure litigãtis, vt poſt Io. And. Gemin. & alios in d. c. 2. reſoluerũt Domini in prædicta cauſa Cordub. ſtatutorũ maxime, quod ex cõparitione procuratoris cõſtat ipſum non fuiſſe admiſſum in ſtatu, & terminis, in quib. cauſa reperiebatur, ſed veniſſe pro ſuo intereſſe tanquã tertiũ, & appellando à ſententijs quatenus ex eis ſibi fieret aliquod præiudiciũ, qui eſt modus proprius quando tertius venit prout in prima, cũ certi iuris ſit, tertiũ poſſe appellare, etiam poſt tres ſententias Abb. poſt alios d. c. cũ ſuper nu. 26. Decius in c. ſua nobis, n. 10. de appell. Couar. pract. c. 15. n. 8. & tãto magis quod in cõmiſſione reſtitutionis in integrum adeſt clauſula, quã & quas, cuius vigore procedi poteſt, prout in prima, neq; etiã obſtare quod pro parte Archiepiſcopi prætendatur Ducẽ modernum non poſſidere, vel ſaltẽ dici intruſum ſtante poſſeſſione vigore ſententiarũ capta per Archiepiſcopũ viuente Duce ſeniori, quia & poſſeſſio Archiepiſcopi controuertitur, & ideo Domini dixerũt quod auteſt facta executio, & tradita poſſeſſio Archiepiſcopo, & non eſt opus clauſula parito, ſed modernus Dux audietur manẽte executione, cum nullibi reperiatur, quod tertius poſſit reuocare executionẽ factã, niſi prius in cauſa obtineat, & ſi iterim Archiepiſcopus prætẽdat ſe turbari in ſua poſſeſſione agat interdicto retinendæ, & petat mandatũ de manutenendo: aut non eſt facta executio, & intrant ſupradicta quod modernus Dux impediet executionẽ, exceptis tamen decimis perceptis per Ducem ſeniorem, in quibus ipſe condemnatus fuit, quarũ reſpectu commiſſio remanere debet cum clauſula ſine præiudicio trium conformiũ, quia non conſtat de aliquo intereſſe moderni Ducis, cuius ratione poſſit impedire executionem, cũ veniat ad cauſam ex propria cauſa & tanquã ſucceſſor in maioricatu, nõ autem ex perſona, vel iure ipſius Ducis ſenioris. *& alias in cauſa Burgenſ. iuriſp. 29. Octobr. 1596. coram D. Seraphino, & in alia Burgẽ. iuriſdictionis de Bribieſca 10. Decemb. 1597. coram D. Peregrino fuit reſolutum, quod in his quæ ſunt incorporalia, in quibus ſola patientia requiritur, verbalis paritio ſufficit pro paritione executorialium etiam cum proteſtatione, &c.*

*Aduerte tamen, quod non ſufficit verbalis paritio, ſeu dimiſſio poſſeſſionis, vbi facto non deſiſtit, ſed cõtradicit & impedimentum præbet executioni: nam factum magis quam verba expectatur, ad tit. C. plus valere, quod agitur, Rota in vna Pampilon. de Ian. 31. 14. Decemb. 1598. addutta per Sal. Tiber. lib. 3. c. 10. in nouiſſim. edit.*

149 Sententia vero Auditoris Cameræ, † ſuper executione breuis, non tollit quin ſit apponendũ ſequeſtrum lata prima ſententia per Rotam in petitorio, iuxta Clem. vnicam. de ſequeſtratione poſſ. quia prima ſententia non eſt lata in eodem iudicio, Veſtrius in pract. lib. 7. cap. 2. numer. 6. ita fuit reſolutum in cauſa Gerund. Beneficij de Cerniano. 26. Iunij 1600. coram D. Penna. Et idem in eadem fuit reſo-
150 lutum 13. Octob. eiuſdem anni † coram eodẽ, vbi id videtur velle Rota, etiam quod prima ſententia Rotæ eſſet in poſſeſſorio, quod placet, nam ſentẽtia ſuper breui eſt in iudicio executiuo illius tantum,

iuxta

iuxta illius formam, & tenorem præciſe.

151 Circa pœnam priuationis Beneficiorum, † inhabilitatis ad Beneficia in breui & monitorio contentam, in quam non parens incidiſſe declaratur in ſententia, aduertendum eſt quod cum non ſit lata ob delictum, ſed ob contumaciam, nempe ob non paritionem monitorij, facta paritione, & ſic ceſſante cõtumacia illa etiam ceſſat, maxime data abſolutione ab illa, prout ſolet dari à cenſuris, & pœnis, &c. c. ex literis, de conſtitut. & ibi Fel. ex num. 16. Decius ex nu. 42, Rota deciſ. 68. p. 1, diuerſ. Salluſtius Tiberius d. lib. 3. c. 6. num. 19.

Et in vna Matricana Beneficij. 15. Decẽ. 1593. co-
152 ram D. Seraphino fuit dictum. † Quod priuationis
☞ ſententia lata in contumaciam reſoluitur per comparitionem, & commiſſionem vt pluries fuit in Rota reſolutum in vna Bracharen. Parochialis 19. Maij 1569. coram D. Peruſino in Romana Canonicatus S. Angeli 1568. coram Cotta, & in alijs.

153 Tãdem circa illam clauſulam, † volumus autem vt dictus N. infra ſex menſes à data præſentium, &c. de qua etiam Mand. de ſignatura gratiæ, tit. de prorogatio. ad fi. & latius d. q. 60. de monitorijs, à n. 47. & 48. & de alia ſimili clauſula breuis, Nauar. in c. accepta, de reſtit. ſpoliat. oppoſitio. 6. à nu. 12. aduertendum eſt illam non eſſe comminatoriam tantum, vt per Creſcentium, deciſ. 18. de præb.

154 Secundo aduertendum eſt quod idem eſſet † ſi diceretur, alioquin gratia ſit nulla, nam iſta verba referẽda ſunt ad gratiam principalem prouiſionis Beneficij, Creſcen. ſup. ad fi. verſ. ita etiam tenuit, & non ad conceſſionem tantum in ipſo breui factam, vt male conſuluit Beroius cõſ. 15. à nu. 1. ad 9. vol. 1.

155 Tertio aduertendum eſt † vtrumque debere fieri intra dictum terminum ſex menſium, nempe literas expedire, & iura Cameræ Apoſtolicæ perſoluere, Mandoſ. ſup. & patet ex ipſa clauſula, quicquid dicat Beroius ſupra à num. 10.

156 Sed dubitatur primo, † an ſtante iſta clauſula, in qua dicitur, quod debeat expedire infra ſex menſes à data præſentium computandos, & non à die poſſeſſionis, prout aliquando dicitur, ſi impetrans non expedierit, & iura debita perſoluerit infra ſex menſes à data breuis, Beneficium vacare cenſeatur eo ipſo etiam nõdum capta poſſeſſione vigore breuis ſed ſtante intruſo?

157 In quo partem affirmatiuam nempe, † quod Beneficium vacare cenſeatur tenet Mandoſ. d. q. 60. ſub nu. 51. ex verbis d. clauſulæ expreſſis, & præciſis requirentibus literarum expeditionem cum effectuali ſolutione iurium propterea debitorum infra ſex mẽſes à data breuis computandos.

158 Contrarium tamen tenuit Rota † in vna Abulen. Capellanię. 6. Nou. 1562. corã D. Groperio, vt in de-
☞ cif. ſequen. Stante breuis ſpeciali commiſſione Frãciſci, in qua committitur, vt procedatur executiue ſuper dimiſſione poſſeſſionis contra Rodericum & quẽlibet intruſum, ſtante etiam quod d. Franciſcus non expediuit literas infra ſex menſes, an propter clauſulam breuis, & obligationem deſuper factam non potuerit procedi executiue contra Rodericum, qui tunc, & nunc, reperitur in Poſſeſſione? Domini dixerunt, quod licet materia habeat difficultatem de iure, propter illa verba, à die datæ præſentium, iunctis locis vulgarib. & traditis per Decium in l. ſi in diẽ ff. de conditio. & demonſtrat. tamen propter obſeruantiã Curię Romanę veniat tẽpus currere à die date, ſi poſſeſſio fuit acquiſita, quia hæc pars eſt benignior, & quia Cancellaria non attẽdat ad expedien. literas niſi habita poſſeſſione, & ideo in ſubiecta materia poteſt fieri iſta ſubauditio, ſicut alias de iure fiunt ſimiles ſubauditiones in l. fi. §. donec C. de iure deliberand. per Soci. in l. ſi in diem, & in hac opinione ſunt in cauſis allegatis, quam deciſionem & alias allegat poſt hæc Gonçal. gl. 15. num. 118.

Et idem tenet Hieron. Gabr. conſ. 198. nu. 4. lib. 1.
159 qui ait † quod in breuibus quæ irritant prouiſiones niſi intra ſex menſes à die datæ literæ expediantur, nihilominus non dies datæ, ſed poſſeſſionis ſpectatur ex mente.

160 Pro qua reſolutione facit etiam † in ſimili clauſula poſita in indulto conferendi reſeruata deciſio facta in cauſa Abulenſ. de Sanctibannez de anno 1550. apud Achillem deciſ. 358. ſeu 12. de priuilegijs, & Puteum deciſ. 328. lib. 3. & Caputaquen. 248. p. 1. & refert Mandoſ. de ſignatura gratiæ, titul. de indulto conferendi beneficia reſeruata, verſic. diſputatum alias fuit, & Anaſt. Germonius de indultis Cardinalium. §. volumus, à num. 39.

161 Defectus tamen expeditionis literarum † intra ſex menſes obſtat, quando ſtetit per illum qui potuit capere poſſeſſionem, & non cœpit vt fuit reſolutum in vna Hiſpalen. fructuum 24. Nou. 1595. coram D. Lita.

162 Non tamen † dicitur ſtare per illum ſtante intruſo ex d. deciſ. Mand. & Germonio, ibi, & quæ dicuntur infra 11. p. c. 5. num. 62.

163 In qua etiam Hiſpal. fuit reſolutum, † ſemeſtre currere incipere à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, & non antea Mohedan. deciſ. 8. de conceſſ. Præbend. alias 161. Puteus 110. lib. 1. Germon. ſup. nu. 47. contra Mandoſ. vbi proxime, verſ. in huiuſmodi indultis, & nouiſſime tradit Gonçal. ſupra, à num. 111. & particulariter. d. num. 118. *Et idem tenuerunt Domini in eadem Hiſpalen. coram eodem D. Lita 15. Martij 1596. nempe, Non obſtare prætenſum defectum expeditionis literarum, ſequentes in hoc opinionem, quam Rota ſemper vti æquiorem amplexa fuit, intelligendo ſcilicet illa verba, niſi infra ſex menſes literas expediuerit, de quibus in breuis de capienda poſſeſſione Cameræ, non vt ſonant, ſcilicet à die datæ, ſed à die adeptæ poſſeſſionis, ſeu à die quo per eum, ad cuius fauorem conceſſum fuit breue, ſteterit, quin poſſeſſionem beneficij apprehenderent, & allegant d. deciſ. Abulen. capellaniæ & aliam in cauſa Aſtoricen. Archidiaconatus 10. Decemb. 1573. coram Seraphino. Et fuit dictum in cauſa Tiraſonen. canon. 8. Nouemb. 1596. coram D. Orano, & tenuit etiam Rota in Corduben. capellaniæ 27. Ianu. 1606. coram D. Pamphilio infra relata 11. p. cap. 5. etiam quod dicatur à die datæ.*

164 Hoc autem quod dicitur ſemeſtre † currere incipere à die adeptę poſſeſſionis pacificæ, & non antea, intelligo quando in clauſula dicitur, infra ſex menſes à die habitæ poſſeſſionis, vt in d. deciſ. Mohedani, ſeu infra ſex menſes abſolute, ſtantibus vero dictis verbis à data præſentium, tempus ſex menſiũ non currit à die poſſeſſionis, ſed à data breuis, vt ſunt verba clara, ſi tamen poſſeſſio fuerit capta, non alias, vt in d. deciſ. Abul. Capellaniæ.

165 Vnde ſi infra ſemeſtre † à data breuis non fuerit capta poſſeſsio, & poſtea capiatur tenebitur ſtatim

expedire intra breue tempus arbitrio boni viri, iuxta ſubiectam materiam, ad Albericum in dictionario, verſ. ſtatim. Puteum deciſ. 266. nu. 4. lib. 1. & Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 9. & ſeq.

165 Secundo dubitatur circa d. clauſulam, an † lapſo dict. tempore ſex menſium intra quod impetrans breue tenebatur literas expedire, & iura propterea debita perſoluere, poſſit poſtea quandocumq; expedire, antequam ſit tertio ius quæſitum.

In quo videtur reſpondendum negatiue, ex ver-

167 bis d. clauſulæ ibi vacare † cenſeatur eo ipſo, & traditis per Mandoſium d. q. 60. à nu. 48. & d. tit. de indulto conferendi beneficia reſeruata, verſi. in indulto, cum ſequenti. *& Rota in vna Bellicaſtren. decanatus 21. Maij 1597. coram D. Lancellotto, vbi fuit reſolutum, quod impetratio ob non ſuſceptionem gradus doctoratus infra ſex menſes, iuxta decretum inſtificatur, probato quod aduerſarius illum ſuſcepit poſt lapſos ſex menſes, etiam ante impetrationem, nec prorogatio obtenta poſt lapſum terminum prodeſt, ad l. ſed etſi manente, ff. de precario, &c.*

168 Tamen contrarium in d. ſimili clauſula † poſita in indulto conferendi Beneficia reſeruata, quod prouiſus teneatur infra ſex mẽſes expedire nouam prouiſionem, alias Beneficium eo ipſo vacare cẽſeatur, tenet Anaſtaſ. Germonius d. §. volumus, nu. 36. ſcilicet quod lapſo tempore poſſit quandocunque expedire antequam tertio ſit ius quęſitum, & quod ita ſeruatur ex ſtilo Curiæ, quia poena apponitur ne Camera fraudetur iuribus debitis, & parum refert an hodie, an poſt fiat expeditio, vnde idem videtur dicendum in propoſito.

169 Tertio dubitatur, an ſi impetrans d. breue † non expediret intra tempus beneficium, quod eo ipſo vacare cenſetur, à ſolo Papa prouideri poſſit, an vero poſſit etiam ab Ordinario prouideri, ſi tempus infra quod debebat expedire finiatur, & compleatur, in menſe ordinario, & non Apoſtolico?

170 In quo Germonius loquens in dict. ſimili † clauſula indulti conferendi d. §. volumus, n. 51. ait quod poſſet Cardinalis, ſi prouiſus non expediret infra tẽpus alteri prouidere vigore indulti, niſi Papa expreſſe ſibi tũc reſeruaſſet collationem; cum ergo in propoſito non adſit expreſſa reſeruatio videtur dicendum poſſe Ordinariũ prouidere. Facit etiam quod diximus præcedenti part. cap. 1. num. 77. beneficium vacans ex decreto ob non expeditionem non dici vacare in Curia.

171 Nihilominus tamen oppoſitum videtur † dicendum, nempe prouiſionem ad ſolum Papam ſpectare, & ad ipſum deuolui ex verſimilimente ipſius Papæ volentis prouidere indemnitati officialium, ex deciſ. Rotæ in cauſa Abulenſ. Beneficij de Villatoro de anno 1546. quæ eſt apud Puteum. 356. & 361. verſicul. fuit etiam in eadem concluſum, lib. 2. & in terminis Mandoſ. d. quæſt. 60. ſub num. 51.

172 Nec obſtat doctrina Germonij, ſupra, quia ipſe non negat prouiſionem dicti Beneficij ad Papam deuolui, in caſu quo Papa expreſſe ſibi tunc non reſeruaſſet collationem, ſed ait, quod in iſto caſu poſſet Cardinalis alteri prouidere vigore indulti, atque adeo vti reſeruatum Papæ, & non iure ordinario, ſi enim non ſpectaret ad Papam non prouideret vigore indulti.

173 Immo etiam in caſu Germonij, † nõ poſſet Cardinalis vigore indulti alteri prouidere, & ſi Papa ſibi expreſſe non reſeruaſſet ex ratione ſup. adducta, & tenuit Rota in d. Abulenſ. de anno 1546. vt per Puteum ſup. de quo fuerat in ea antea dubitatum, 20. Nouemb. 1545, vt in deciſ. 36. lib. 1. & 10. lib. 2. p. 3. diuerſorum, & ſentit poſt hæc Gonçalez d. glo. 15. à num. 120. & tenet expreſſe, gloſ. 24. à nu. 85. & 103. & gl. 51. nu. 108. ait à ſola ſede Apoſtolica poſſe prouideri: vt continetur in indultis.

## *De ſubrogatione. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*Gratioſa ſubrogatio quæ eſt, dum ipſe Papa ſubrogat, & non dat mandatum de ſubrogando, nam tunc dicitur rigoroſa, habet vim breuis de capienda poſſeſſione, n. 1. & 2.*

*Nam gratioſe ſubrogato etiam quoad poſſeſſionem, quamuis non detur mandatum de manutenendo, datur tamen mãdatum de immittendo, procedendo executiue, conſtito, tantum de clericatu, vacatione, & poſſeſſione anteceſſoris, modo non ſit par titulus ab alio productus, nu. 3. & 4. & ſubrogatus gratioſe poteſt intrare poſſeſſionem propria authoritate, etiam lite pendente, n. 5. & 6. ponitur reſolutio Rotæ*

*Subrogatus qui petit immitti in poſſeſſionem debet probare poſſeſſionem defuncti de tempore obitus, vt dicitur de hærede volente immitti in poſſeſſionem ex remedio, l. fin. C. de edicto D. Adriani, ex Rota, nu. 7.*

*Dicta ſubrogatio gratioſa ſuffragatur, quoad poſſeſſionem etiã quod Beneficium non eſſet litigioſum ſecundum Rotam, in vna Legionen. & Ceſenaten. adductis, à n. 8. Sed alias Rota reſoluit ſubrogato gratioſe, etiam quo ad poſſeſſionem in beneficio non litigioſo, non ſatis eſſe clericatum oſtendere, ac docere prædeceſſorem in poſſeſſione deceſſiſſe, vt in deciſionibus adductis, à nu. 11. & quod dictum eſt gratioſe ſubrogato dari mandatum de immittendo, conſtito de clericatu, & vacatione, ac poſſeſſione anteceſſoris tempore vacationis abſque alia verificatione, procedit, quando beneficium erat litigioſum ſecundum Rotam, num. 15. cum ſeq. vbi adducuntur reſolutiones.*

*Similiter etiam locus eſt ſubrogationi gratioſæ, etiam quo ad poſſeſſionem, & non requiritur inſtificatio in beneficio reſeruato, ſicut in litigioſo ſecundum Rotam, vt in deciſionibus, adductis, à nu. 21. Sed alias Rota tenet quod ad iſtum effectum requiritur, quod reſeruatio ſit clara & notoria, et quæ inter partes controuerti non poſſit, alias ſecus, vt in reſolutionibus adductis, à nu. 24.*

*Predicta 9. reg. quod ſubrogato gratioſe, etiam quoad poſſeſſionem datur mandatum de immittendo, etiam non inſtificata ſua gratia, fallit quando ſubrogatio datur in beneficio nõ litigioſo, vel non reſeruato, ſeu affecto clare, nu. 29. & procedit in beneficio taliter, quod quamcunque aliam Canonicam prouiſionem excludat, &c. nu. 30.*

*Fallit ſecundo cum ſubrogatio fuit data incidenter, & acceſſorie ad gratiam principalem inter clauſulas generales, non vero particulariter ſeorſum, ſecundum Rotam, nu. 31. ſed contra iſtam fallentiam rectius tenuit alias Rota, vt in deciſ. adductis, à nu. 32. quod procedit etiamſi litera ſuper gratioſa ſubrogatione, ſimul expedirentur cum gratia principali & non ad partem, num. 34.*

*Fallit tertio quando eſt par tit. & quomodo intelligatur, n. 35*

*Fallit quarto in ſubrogato etiam gratioſe in ius ſui authoris nõ poſſidentis qui tenetur ad inſtificationem ſuæ gratiæ, ac ſi ad canonizationem ageret, & procedendum eſt ordinarie non executiue, nu. 36. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

Subro-

*Subrogatio collitigantis ad hoc vt annulletur omnis alia gratia facta, tertio petenda est intra mensem, petita vero post mensem non annullat gratiam anteriorem alteri factam ex reg. de subrogan. collitigantibus, &c. nu. 37.*

*Circa materiam subrogationis, & quamdiu dicatur durare lis, videndæ sunt Rotæ decisiones positæ, à num. 38.*

1 GRatiosa subrogatio † quæ est dum ipse Papa subrogat per verbum subrogamus, & non dat mandatum de subrogando, nam tunc dicitur subrogatio rigorosa, Mohedan. decisio. 11. vt lite pendente, alias 327. Mandos. de signatura gratiæ, tit. de subrogatio. ad primum, qui etiam refert, & ponit d. decisionem, *nec eius vigore potest dari possessio nisi habenti bonum ius, & sic omnibus narratis bene iustificatis, ac nisi discusso prius iure illius authoris, item & partis se opponentis, quæ nedum potest multifarie excipere contra subrogandum, sed etiam dare de surreptione ipsius mandati de subrogando, vt per Mohed. ibi, & fuit resolutum in causa Calagurritana beneficij de Briones 11. Febr. 1605. coram D. Lita, & dictum in Vallisoletana scholastriæ infra relata num. 20. est etiam subrogatio gratiosa, quæ committitur ordinario in forma digna, nam ea expedita per executorem, ad cuius expectationem non requiritur citatio alicuius etiam possessoris, iuxta d. 5. cap. 2. num. 243. perinde est, ac si ab ipso Papa fieret, qui tunc ideo committit ordinario, quia non constat ei de idoneitate, nam si de ea constaret, ipse subrogaret, &c.* gratiosa inquam subrogatio habet
2 vim breuis de capienda possessione, † nam gratiose subrogato etiam quo ad possessionem, quamuis non
3 detur mandatum de manutenendo, nisi prius † corporalem possessionem apprehendat, vt fuit dictum *in vna Lucana mainsculatus 27. April. 1587. coram D. Orano, quæ est decis. 159. nouiss. Far. &* in vna Ostunens. Capellaniæ 6. Nouembr. 1595. coram D. Seraphino, & post hæc tradit Gonçalez ad regul. mensium. §. 3. procem. num. 93. & 94. & gloss. 34. numer. 110.
4 datur tamen mandatum de immittendo † procedendo executiue absque discussione, & verificatione suæ gratiæ constito tantum de clericatu, & vacatione, ac possessione antecessoris tempore vacationis, modo non sit par titulus ab alio productus. Mohed. d. dec. 11. Puteus 495. li. 2. Rota dec. 456. & 472 lib. 3. p. 3. diuersorum, & fuit dictum in dicta Lucana Maiuscul atus 13. Octobris 1586. coram D. Orano, & in vna Senen. Canonicatus & Præbendæ. 13. Maij 1588. coram Domino Bubalo, *& in Legionen. præstimonij 15. Decemb. 1593. coram Illustrissimo Card. Mant. quæ est 170. nouiss. Farin.* & in Barchinonen. Canonicatus 9. Martij 1598. coram D. Millino, & sub-
5 rogatus † gratiose potest intrare possessionem propria authoritate, etiam lite pendente, Mohedan. supra, Puteus decis. 214. lib. 1. & Cotta decis. 222. in Miscellaneis manuscript. *Rot. decis. 653. nouiss. Farin.* Flamin. Paris. de resignatione benef. lib. 2. quæst. 3. a
6 num. 67. † & in vna Calagurritana Beneficij de Cenicero. 30. Octobr. 1587. coram Illustrissimo Pamphilio fuit resolutum. Esse locum subrogationi gratiosæ, quam quis obtinuit, etiam quoad possessionem, & ei suffragari, non obstante quod Ecclesia sit receptiua non numerata, cuius non datur vacatio, sed cum Beneficiato Beneficium extinguitur, cap. ex parte, de conceſſio. Præb. vbi Dd. quia cum in prouisione sit facta mentio, quod Ecclesia erat receptiua, & non numerata, & Papa id intellexerit, dicendum est dedisse subrogationem contra naturam Beneficij, & ideo hæc subrogatio intelligi debet quo ad illam possessionem quam habebat defunctus, licet illa per eius obitum simul cum tit. cessauerit, iuxta notata per Hostiens. in d. c. ex p. Aegid. decis. 13. &c. refert Gonçalez gl. 9. §. 3. nu. 25.

7 Et quod subrogatus qui petit immitti in † possessionem debet probare possessionem defuncti de tempore obitus, vt dicitur de hærede volente immitti in possessionem ex remedio. l. fi. C. de edicto D. Adriani. qui debet probare possessionem defuncti tempore obitus, Menoch. de adipiscenda remed. 4. nu. 178 cui remedio simile est hoc subrogationis, Mohedan. decis. 206. fuit resolutum in causa Conchen. Archipresbyteratus, 16. Nouem. 1588. coram Illust. Plato.

8 Et dictam subrogationem gratiosam suffragari † quoad possessionem, etiam quod Beneficium tempore dictæ subrogationis non esset litigiosum, fuit resolutum in vna Oueten. Archidiaconatus coram D. Decano, 20. Maij 1580. in qua etiã fuit resolutũ, quod quando concurrunt duo tit. pares, scilicet duæ subrogationes impetratæ à Papa, non potest procedi executiue, vt per Dd. in l. fi. C. de edicto D. Adriani. Puteus lib. 1. decis. 302. & lib. 2. decis. 135. Et in vna Legionen. Prioratus. 27. Iunij 1584. coram SS. Clem. VIII. & in vna Cesenaten. bonorum 12. Maij 1586. coram D. Plato, vt in decisionibus sequen.

## *Legionen. Prioratus.*

9 COncluserunt † Domini, clausulam subrogationis quo ad possessionem Gasparis suffragari Ant. etiam quod beneficium tempore d. subrogationis non esset litigiosum, ita enim sæpius fuit resolutum, vt per Paleottum decis. 101. & fuit etiam resolutum coram R. P. D. meo Decano in vna Ouetens. Archidiaconatus; Bulla namque cõtinet duas clausulas, in prima quatenus beneficium sit litigiosum subrogatur Antonius in ius, & litis prosecutionem, in alia, quæ incipit ibi, & quo ad professionem, quæ non regitur à superiori verbo subrogamus, sed ab inferiori admittimus, Papa admittit prouisum ad possessionem, in qua erat defunctus. Non obstant, quæ in contrarium deducuntur, quia procedunt in gratiæ principali subrogationis principaliter obtenta, iuxta terminos reg. de subrogandis, secus est in gratia, quæ principaliter per obitum conceditur, & deinde accessorie datur facultas expediendi literas in forma gratiosæ subrogationis, etiam vt in hoc casu quo ad possessionem.

## *Cesenaten. bonorum 12. Maij 1586. coram Domino Plato.*

10 DVbitaui, an subrogatio gratiosa suffragaretur Iacobo Giganti quo ad possessionem bonorũ de quibus agebatur, ex quo in subrogatione gratiosa aderat clausula quatenus Canonicatus, & Præbẽda, litigiosa sint, quæ clausula omnino debuerat verificari, Caputaquen. decis. 229. p. 3. cum alijs allegatis; nec videbatur verificari posse, quia lis non erat super Canonicatu, sed super quibusdam bonis, quæ rector parochialis Ecclesiæ S. Iacobi, & Philippi de

Bagnillo ad ſuam Eccleſiam ſpectare contendebat, quod non fecit litem ſuper tit. beneficij, Caſſad. 4. vt lite pendente? Sed his non obſtantibus Domini tenuere dictam ſubrogationem ſuffragari Gigati quo ad poſſeſſionem, quia in ſubrogatione Papa facit duo, ſubrogat quo ad litem, & quo ad poſſeſſionem prædeceſſoris, quo fit vt nulla exiſtente lite, clauſula prædicta impediat ſubrogationem quo ad ipſam litem, quia impoſſibile eſt aliquem ſubrogari ad id quod non eſt, ſed non impediet aliam partem gratiæ, videlicet ſubrogationem in poſſeſſionem, prout fuit reſolutum in vna Queten. Canonicatus 22. Iun. 1584. coram Illuſtriſſimo Aldobrandino, comprobatur ex his quæ tradit Paleottus deciſ. 103. incipiẽ, Marcus Podianus, & Aegidius deciſ. 115. vbi vult quod ſubrogatus in litem, & ius defuncti, licet nulla lis adſit, cenſeatur tamen ſubrogatus quo ad ius, ratione prædicta.

11 Nihilominus tamen in vna Burgen. † præſtimonij de Pancoruo, coram D. Gipſio 24. Octob. & 28. Nouemb. 1588. Domini reſoluerunt, ſubrogato gratioſe, etiam quo ad poſſeſſionem in beneficio non litigioſo non ſatis eſſe clericatum oſtendere, ac docere, prædeceſſorem in poſſeſſione deceſſiſſe quæ dec, ſic aiunt.

## 24. *Octobris* 1588.

☞ LIcet regulariter gratioſe ſubrogatus ad verificationem narratorum non teneatur, ſed ei ſatis ſit clericatum oſtendere, ac docere prædeceſſorem in poſſeſſione deceſſiſſe, Puteus. 495. li. 2. Mohed. 327. cum alijs allegatis, nihilominus in hac facti ſpecie Domini reſoluerunt prædicta non ſufficere etiam ſi executiue pro mandato de immittendo agatur. Ratio Dominorum fuit quia cum ſubrogatio pluribus modis fieri poſſit vt aduertunt ſcribentes in reg. de ſubrogandis multum refert ad hunc effectũ, an quis in beneficio litigioſo, aut non litigioſo ſubrogetur primo caſu, quia de alicuius præiudicio non tractatur, quando quidem in beneficio litigioſo vti reſeruato nemo ſe intromittere poteſt, idcirco Papa facilius ſubrogat, & ſola verificatione obitus in poſſeſſione contentatur, & ita procedunt deciſiones Putei, & aliorum quæ ex aduerſo allegantur, ſi vero, & ſecundo caſu ſubrogatio fiat in beneficio non litigioſo cum medio tempore ius tertio quæſitum eſſe poſſit, quoniam poteſt dari caſus, quod beneficium ſub generalibus reſeruationibus non cadat, & ſic collatio ad ſummum Pontificem non pertineat, id mueriſimile redditur, Papam qui neminem lædere intendit, hoc pacto non verificanda alias narratiua, velle aliquem ſuo iure, ac poſſeſſione priuare. Idcirco meliori iuſtificatione opus eſſe dubitandum non videtur, hinc videmus ſi dat breue de capienda poſſeſſione nomine cameræ, executioni de ſtylo Rotæ locum non eſſe, niſi de ſufficienti illius iuſtificatione doceatur, modo ad caſum propoſitum, ſi D. Ioã. eſt in poſſeſſione beneficij non litigioſi, & habet titul. ab Ordinario, quemadmodum offert ſe in continenti melius probare, Domini abſque difficultate exiſtimabant dictum mandatum de immittendo d. Antonio dandum non eſſe ex allegatis, & quantum attinet ad illius probationes concluſerunt obitum S. baſtiani per publicam vocem & famam bene probari ad deciſ. Putei. 350. lib. 2. & 266. in fin. lib. 3. eoque magis concurrentibus adminiculis; nam D. Sebaſtianus nauim aſcendit, & mari ſe credidit ad vrbem acceſſurus. & nunquam comparuit, vnde fit veriſimile in mari deceſſiſſe, iuxta tradita per Bart. tract. de teſtibus numer. 28. Alex. conſil. 25. & 117. vol. 4. cum ſimilibus, ſed quia vis ſtat in tempore, viſum fuit Dominis ſatis non conſtare de quo menſe ipſe deceſſerit, minuſque placebant deducta ad oſtendendum Dom. Sebaſtianum deceſſiſſe in poſſeſſione beneficij de quo agitur, quoniam non ſufficit probare ipſum aliquando beneficium obtinuiſſe, quia huiuſmodi probatio non concludit quod de tempore obitus illud poſſideret, ad l. neque natales. C. de probatio, motiuum vero factum pro Io. quod ipſe regula de triennali ſe iuuare poſſit tanquam non neceſſarium non fuit diſcuſſum.

## *In eadem* 28. *Nouembr.* 1588.

12 ☞ DOmini ſteterunt in deciſis non eſſe dandum mandatum de immittendo Domino Antonio Braſa. per ea quæ in alia poſitione dicta fuerunt, & ad nouiter deducta pro parte D. Antonij reſpondebãt, quod ſubrogatio proprie locum habet in beneficijs litigioſis, vt per Vital. Clem. 1. nu. 4. vt lite pendente, Mohed. deciſ. 180. ſi vero ſubrogatio detur in beneficio non litigioſo, tunc habet vim collationis, & tunc opus erit eam iuſtificare, prout eſt neceſſe iuſtificare aliam prouiſionem, & collationem, pro obtinenda Canonizatoria, ſi quidem huiuſmodi iuſtificatio venit in conſequentiam ipſius prouiſionis, quod ſecus eſt in litigioſis, quia eo dũtaxat caſu vim prouiſionis obtinet, ſi ille qui obijt fouebat bonum ius, vt declarat Vital. vbi ſup. nec dicatur, quod ſubrogatio in nõ litigioſis eſſet inutilis, quia inter alios effectus ille eſt conſiderabilis, quod iuſtificata gratia poterit ſic prouiſus in poſſeſſionẽ immitti, non obſtante quacumq; lite poſtmodũ introducta, etiã appellatione interpoſita, & in hoc procedũt à pari ſubrogatio gratioſa, & breue de capienda poſſeſſione, quinimmo huiuſmodi ſubrogatio eſt plenior, & vberior gratia, quoniam abſq; miniſtro iudicis poteſt adipiſci poſſeſſionem, in propoſita itaq; facti ſpecie ſi non datur concurſus prouiſionum, iuſtificatio per publicam vocem & famam erit ſufficiens, ſi quidem Papa voluit prouidere dummodo ad ſe prouiſio ſpectaret, & idẽ eſſet dicendum, vbi eſſet locus prænentioni, ſi vero datur cõcurſus, vt quia exhibeatur prouiſio Ordinarij quo caſu eſſet neceſſe probare reſeruationẽ. tunc plenior probatio requireretur, quemadmodũ in omnibus reſeruatis, nam iſto caſu reſeruatio eſt fundamentum gratiæ, ideo concludenter probari debet, nec prædictis refragantur deciſiones allegatæ, nam in Lucana Maioſculatus ſubrogatio fuit conceſſa in reſignatione in fauorem, quæ nemini infert præiudicium deciſio Ceſenaten. non loquitur de iuſtificatione ſubrogationis: in Senen. Canonicatus non dabatur concurſus tit. nam aduerſarius ſolum prætendebat ius optandi, in Calagurritana Beneficij, & Legionen. Prioratus ſimiliter ex ad. nullus aderat prouiſus.

13 Idem fuit dictum in illa Fanen. † Paroch. 1592. de

qua

quæ cap. præced. nu. 113. & in Tiraſonem eleemoſynariæ 1602. ibidem adducta, nu. 133.

14 Et fuit etiam reſolutum in vna Oſcen. † Canonicatus, ſeu optionis, 4. Iun. 1593. coram D. Gipſio, vt in deciſ. ſeq. D. Blaſius Buyo impetrauerat Canonicatum, & Præbendam in Eccleſia Oſcen. vacantes per obitum Michaelis Laurentij ſub prætextu quod Capitulum de eis prouidere non potuiſſet, cum propter litem ſuper illis moram huiuſmodi beneficia ſedi Apoſtolicæ affecta & reſeruata eſſent. Idcirco vigore ſubrogationis gratioſæ docto de obitu Michaelis, in poſſeſſione iuxta deciſ. Putei. 495. & lib. 2. Mohed. 327. inſtabat pro mandato de immittendo in poſſeſſionem eorundem Canonicatus, & Præbēdæ, ſed d. die Domini amplexi ſunt partem negatiuam, quoniã ex deductis pro Blaſio non bene probatur lis ſuper proprietate ac tit. Beneficij, videlicet Canonicatus impetrati, prout requiritur ad hoc vt dici non poſſit tractari de præiudicio Ordinarij collatoris, Caſſad. deciſ. 4. in princ. vt lite penden. Gambarus de officio legati, lib. 3. nu. 475. & late deductum fuit in illa Burgenſ. de Pancoruo corã me de anno 1588. Quoniam ſi non adeſt lis tunc ſubrogatus tenetur omnia narrata in ſua gratia iuſtificare, per ea quæ ſcribit Ioann. Andr. in c. 1. de litis conteſt. in 6. retert & ſequitur, Decius in c. conſtitutus, n. 8. de reſcript. Ægid. deciſ. 76. ſi quidem non probata lite ſubrogatio ſurreptitia redderetur, Card. conſ. 31. nu. 3. & 4. Fel. in cap. ad aures, col. 3. de reſcrip. Caputaq. deciſ. 229. p. 3. maxime propter præiudicium Ordinarij cui Papa voluiſſe præiudicare non eſt verſimile. Lis vero quæ pro parte D. Blaſij deducitur, non releuat, cũ eſſet ſuper iure optandi Præbendam, & ſic ſuper mera temporalitate, quæ in l. commune habet cum Canonicatu, nec appellatione illius venit Rota deciſ. 33. de reſcript. in nouis. Caſſad. deciſ. 17. n. 6. de Præbend. & ex diuerſis non fit illatio iuribus vulgaribus & facit deciſ. Achill. 6. de lite. Hoc etiam patet, quia per optionem non acquiritur nouus tit. ſed antiquus retinetur. Decius in c. fi. de conſuetud. Caid. conſ. 3. eod. tit. Caſſ. d. dec. 17. non obſtat, quod commiſſio videtur impetrata ſuper validitate prouiſionis Michaelis, quia ibi etiam dicitur de Præbenda, &c. & ex profecutis patet, quod ſuper Canonicatu nulla aderat lis, ſed ſolum ſuper Præbenda. Non obſtat quod hæc lis ſuper Præbenda ex intentione actoris à quo ius metimur. l. 1. ff. ſi pars hæred. petat. afficere debeat etiam Canonicatum ex allegatis, quia non erat controuerſia an Præbenda eſſet, vel non reſeruata, quo caſu forſan comprehenderet Canonicatũ, ſed dubitabatur ibi, an ſtante antiqua cõſuetudine in reſeruatis caderet optio, propterea ad litem ſuper Canonicatu inferri non poteſt per prælegata. Nec ſubſiſtit quod Canonicatus & Præbenda ſunt ad inuicem annexa & correſpectiua, & in correſpectiuis idem fit iudicium, quia immo Præbenda dicitur acceſſoria ad Canonicatũ, & ſic non intrat, quod affectio ſaltem reſpectu Præbendæ dicatur adeſſe.

Propterea dandã eſſe immiſſionem reſpectu Præbendæ quia præter id quod non probatur talis affectio, ſit eſt quod Præbenda ſequitur Canonicatum, pro cuius immiſſione obtinenda neceſſe eſt verificare narrata in gratia, vt dictum eſt, &c. *Quæ deciſ. eſt noniſſ. in nu.* 604.

15 Et in eadem cauſa † coram eodem 5. Decemb. 1594. Domini ſteterunt in d. deciſ. & dixerunt, ſubrogationem non habere locum, vbi lis non eſt ſuper Canonia, ſed ſuper optione Præbendæ temporalis, &c.

16 Vnde quod dictum eſt, gratioſe ſubrogato † dari mandatũ de immittendo in poſſeſſionẽ Beneficij cõſtito de clericatu, & vacatione, ac poſſeſſione anteceſſoris tempore vacationis abſque alia verificatione gratiæ, & narratorũ, procedit quando Beneficiũ erat litigioſum, vt fuit reſolutũ in vna Vrgellenſ. Archidiaconatus. 15. Iunij 1592. corã D. Penna in qua fuit reſolutum eſſe locum immiſſioni in poſſeſſionẽ illius ad fauorem Raphaelis vigore ſubrogationis gratioſæ quo ad poſſeſſionem, cũ doceat de poſſeſſione Michaelis tẽpore obitus, ac de lite etiã conſtet, & de clericatu, abſque alia narratorum verificatione: vt fuit pluries deciſum, & nouiſſime in Mediolanen. Beneficij prima huius menſis coram D. Decano, &c. nec obſtare oppoſitionem de iure Antonij, qui cum optauerit Archidiaconatum vigore ſtatuti à Papa confirmati dici poterit Apoſtolicus prouiſus, quaſi tunc intraret regula ad illius fauorem, quod contra habentem parem tit. non poſſit agi executiue, & ideo Raphael non poſſit iuuare ſe vigore gratioſæ ſubrogationis, quia reſpondetur quod præterquam quod Antonius vigore prætenſi indulti non poterat vere dici Apoſtolicus prouiſus; illa tamen regula procedit quando ille par tit. eſſet eiuſdem ſpeciei, vt verbi gratia, ſi prouiſio Apoſtolica Antonij eſſet etiam gratioſa ſubrogatio in locum & poſſeſſionem Michaelis, tunc enim non executiue, ſed ordinarie eſſet procedendum, Mohedan. deciſion. 206. &c.

17 Et ſimiliter in vna Mediol. Capellaniæ † 20. Maij 1594. coram D. Pamphilio fuit reſolutum. Subrogato gratioſe in Beneficio litigioſo, vt detur mandatum de immittendo, debere probari litem, poſſeſſionem, & obitum defuncti, &c.

Et in cauſa Tullen. prioratus 28. Nouemb. 1594. 18 † coram D. Seraphin. fuit reſolutum. Subrogato gratioſe, etiam quoad poſſeſſionem dari mandatum de immittendo abſque verificatione ſubrogationis conſtito tantum de clericatu, lite, & vacatione, ac poſſeſſione authoris tempore vacationis, vt in varijs cauſis fuit reſolutum in Rota, nec Legatum poſſe conferre beneficia litigioſa, etiam vacantia per reſignationem, niſi ſit in commiſſione, &c. idem etiam fuit reſolutum in vna Corduben. præſtimonij. 21. Octobr. 1596. coram D. Lita.

Et in vna Hiſpalenſ. & Corduben. Beneficio- 19 rum. 2. & 16. Iunij 1597. † coram D. Gipſio fuit reſolutum. D. Bernudez eſſe dandum mandatum de immittendo in poſſeſſione Beneficiorum, quoniam eſt gratioſe ſubrogatus in ius, & poſſeſſionem Gundiſalui, & non tenetur iuſtificare niſi eius clericatum, & obitum in poſſeſſione d. Gundiſalui, cum Beneficia ſint litigioſa iuxta deciſ. Putei 493. libro ſecundo Mohed. 327. Paleottus 119. & eius clericatus probatur per teſtes de publica voce & fama, quæ ſufficit Aegid. deciſ. 114. & 674. Caputaquen. 277. parte prima obitum Gundiſalui eodem modo probant teſtes prædicti, & ad effectum vacationis non eſt neceſſaria melior probatio. Puteus deciſ. 266. in fin. libro terzo

Mohed.deciſ.77. de poſſeſſione eiuſdem non eſt dubitandum, cũ obtinuerit contradicente Varella aduerſario mandatũ de manutenendo à Rota, & quod in ea deceſſerit præter præſumptionem iuris ad l. ſicuti poſſidetis. C.de probatio. Rota deciſ.4. de probatio.in nouis probant iidem teſtes de publica voce, & fama,quæ optime probat hoc caſu,cum non detur concurſus prouiſionum, & in iſtis terminis fuit reſolutum in Burgen.de Pancorno. 28. Nouemb. 1588. quam Domini pluries approbarunt. *Idem fuit reſolutum in vna Vercellen.beneficij 16. Nou. 1601. coram D. Litta,& in Gerunden. canon. 12. Nou. 1606. coram D. Ludouiſio, vbi fuit concluſum dandum eſſe mandatum de immittendo Ioſepho Sexedor gratioſe ſubrogato ad poſſeſſionem Michaelis Gallo collitigantis defuncti lite pendente, quia fuit probatus clericatus & obitus Michaelis in poſſeſſione, quod ſufficit abſq; alia iuſtificatione, &c.*

20 Et in vna Valliſoletana Scholaſt. 17.† Iunij 1602. coram D.Lancell.fuit dictum. In ſubrogatione non eſſe locum immiſſionis,docto tantum de clericatu & obitu prædeceſſoris in poſſeſſione quando non eſt gratioſa, ſed rigoroſa per viam mandati de ſubrogãdo, quamuis ſit ſuper beneficio litigioſo, ſeu reſeruato,Mohed.dec.11.vt lite pend. alias vero ſi literæ continerent gratioſam ſubrogationem, eſſe locum dictæ immiſſioni, quare poſtmodum ſuper eadem ſupplicatione alijs literis expeditis per Cameram in forma gratioſæ ſubrogationis,& in actis exhibitis,& facto verbo in Rota die 5.Iul. ordinatum fuit, quod vigore iſtius nouæ expeditionis daretur immiſsio, nec viſum eſt releuare, quod cum ſemel fuiſſent expeditæ literæ in forma rigoroſa, non potuerint amplius aliæ expediri in forma gratioſa,ex deciſionibus allegatis,quia in præſenti ſumus in caſu,in quo prior expeditio in forma rigoroſa fuit facta per Cancellariam,& poſterior in forma gratioſa per Camerã, qui termini ſunt valde diuerſi à deciſionibus, quæ allegantur, & hoc caſu expeditionem ſecundã poſſe fieri,& eſſe validam,Domini tenuerunt habito voto D. Regentis Cancellariæ, qui à ponente conſultus ita reſpondit ſeruari de ſtilo,maxime quia hæc ſecunda expeditio eſt conformis vltimæ ſupplicationi, ſuper qua fuit facta vtraque expeditio, cum in hac ſupplicatione fuerit ſublata clauſula commiſsaria, &c. *Idem fuit reſolutum in cauſa Hiſpalenſ. beneficij de Xerez 27. Iunij 1605. coram Domino Litta, & in Burgenſ. canonicatus 30. Martij 1607. coram D. Ludouiſio, vbi, quod Ioanni Spinoſæ dandum eſt mandatum de immittendo in poſſeſſionem canonicatus vigore ſubrogationis gratioſæ: concurrunt enim omnia requiſita, lis, clericatus Ioannis, & obitus Franciſci in poſſeſſione, vt in Burgen. de Pancorno & Miranden parochialis, & alijs plurib; & quod licet viuente Franciſco Michael fuerit à Nuncio miſſus in poſſeſſionem; tamen quia fuit per eum nulliter proceſſum, ex quo erat miſtus, & tenebatur procedere cum cauſæ cognitione, Franciſcus qui ſe non habuit pro ſpoliato; non amiſit poſſeſſionem, Put.dec.419.lib 2, & paſſim tenet Rota. Vnde ſicut non potuiſſet denegari Franciſco manutentio, ita nec Ioanni ſubrogato immiſsio vt reſoluit Rota in Toletana parochialis 24. Iunij 1604. coram D.Sacrato;& qui dicit illum habuiſſe ſe pro ſpoliato, id debet probare,cum præſertim ſit potius iudicandum,quod voluerit ſuam ciuilem retinere, & reg.quod quis velle & facere præſumitur quod eſt ſibi vtilius, lib.1.& 2.de ſolut. Idem etiam fuit reſolutum in cauſa Elnen. præceptoriæ 28. Nouemb.1608.coram D.Marcomontio.& in Placentina & Toletana canonicatus & beneficiorum 16. Ian.1606, coram D. Ludouiſio.* Et poſt hæc docet Gonçalez §.7. procemio.num.211.

21 Similiter etiam locum eſſe ſubrogationi † gratioſæ,etiam quoad poſſeſsionem,& non requiri iuſtificationem in Beneficio reſeruato, ſicut in litigioſo tenuerunt Domini in vna Calagurritana dimidiarum portionum.20.Decemb.1593.coram D.Millino, vt in dec.ſeq.Domini cum præſupp. quod iura ſint in forma probanti dixerunt locum eſſe ſubrogationi gratioſę quo ad poſſeſsionem,quia ſicut in Beneficio litigioſo non requiritur iuſtificatio, ex eo quod non infertur præiudicium Ordinario,nec alteri cum non poſsit fieri prouiſio ſtante lite, ita pariter dicendum eſt, vbi adeſt reſeruatio quæ eundem effectum operatur licet non ſit notoria, cum ſtante reſeruatione, nec Ordinarius,nec alius poſsit ſe intromittere; non obſtat quod cum Hieronymus, & Thomas, ſint in poſſeſsione non eſt locus ſubrogationi gratioſæ, ſed agendum via ordinaria, quia hoc procederet ſi ipſi eſſent prouiſi à Papa, & haberent ſimilem titul. ſed cum ſint prouiſi ab Ordinario, & nõ habeant parem titul.ſubrogationis gratioſæ eſt danda immiſsio, vt fuit reſolutum in cauſa Senen. Canonicatus 13.Maij 1588.coram bonæ mem. Bubalo, & in cauſa Recanaten. Beneficij S.Ant. 25.Maij de anno præterito coram me.non obſtat Bulla Alexandri,quia quod eſt ei ſufficienter derogatum eſt in forma probanti, ideo fuit reiecta in alijs cauſis Calagurritanis de Cenicero, & de Archaya,

22 Quod etiam fuit tentum in vna Virdunen. Canonicatus 28. Aprilis 1595. coram D. Pamphilio, in qua fuit reſolutum. Subrogationem gratioſam contra poſseſſorem prouiſum à Cardinali Legato, non habere executionem paratam, niſi beneficiũ ſit litigioſum, vel alias affectum, iuxta text.in capitulo.2. vt lite pendent. in 6. ita vt Legatus in illius collatione ſe intromittere non potuerit, ex dicta deciſione Burgen.&c.

23 Et eſt deciſ. in cauſa Barchinonen. Canonicatus, 9. Martij 1598. † coram dicto D. Millino quę ſic ait, Fuit per Dominos reſolutum D. Onofrio eſſe dandum mandatum de immittendo, quia cum ſit gratioſe ſubrogatus ad poſſeſsionẽ ſui authoris, & probet illius poſsesionem, & ſuum clericatum, hoc ei ſufficit,nec tenetur iuſtificare narratiuam ſuę gratię, iuxta deciſ.Put.495. lib. 2. Paleotti 119. noc placuit Dominis fundamẽtum quod ſit neceſſaria iuſtificatio,cum beneficiũ nõ ſit litigioſum, iuxta diſtinctionem alias factã in cauſa Burgen.de Pançoruo,& poſtea confirmatã in pluribus alijs cauſis, quia ſicut in beneficio litigioſo non requiritur iuſtificatio, ex eo quod nõ infertur prejudicium Ordinario, nec alteri, cũ non poſsit fieri prouiſio ſtante lite, ita pariter dicendum eſt quãdo adeſt reſeruatio,vel affectio,cum ſtãte reſeruatione,vel affectione,neç Ordinarius,nec alius poſsint ſe intromittere, vt fuit reſolutũ coram me in cauſa Calagurritana dimidiarũ portionũ del Burgo.20.Decẽb.1593.Præterea cũ non exhibeatur tit.Franc.nec probetur eius poſſeſsio, nõ requiritur iuſtificatio,licet beneficium non ſit litigioſum, quia poſſeſsio eſt vacans, & non ſit præiudicium poſſeſſori, vt fuit reſolutum in cauſa Parmenſ. beneficij de Tolentin. 21. Aprilis 1589. coram D. Penna,

& in

& in cauſa Parmen. Prioratus 23. Iun. 1589. coram D. Mantica, non obſtat quod vnio eſt nulla, quia licet vnio ſit nulla remanet affectio propter appoſitionem manus Papæ, ſiue nullitas proueniat ex defectu cauſæ, ſiue ex inhabilitate prouiſi, aut ex alio cap. non obſtat quod vnio fuit facta de Canonicatu primo vacaturo, & non conſtat iſtum fuiſſe primum qui vacauit, quia Onofrius habet fundatam ſuam intentionem in iſta vacatione, & ſi Franciſcus prætendit quod ſucceſſerit alia vacatio ipſe debet probare, vt fuit reſolutum coram me in cauſa Regienſ. Præbendæ Theologalis. 13. Nouemb. 1595. Hoc autem dicebant Domini non probari, quia Vela ex cuius perſona prætenditur alia vacatio ob promotionem ad Epiſcopatum non erat adhuc conſecratus, & vacatio Beneficiorum non inducitur ante conſecrationem & adeptionem poſſeſſionis, quando promotus non fuit in mora petendi conſecrationem, Innoc. in c. cum in cunctis, nu. 4. Abbas in d. c. §. cum vero, nu. 6. de electione, & ita fuit alias reſolutum in cauſa Panormitana Beneficiorum 9. Ianu. 1549. coram Acorambono, & in cauſa Veglen. penſionis 15. Iunij. 1570. coram D. Seraphino, & cauſa Tolet. Scholaſtriæ. 22. Iun. 1592. coram D. Orano. *deciſio eſt in nouiſ. Farin. 163. circa quam tamen deciſionem vide aliam ſuper eodem canonicatu ſupra adductam 5. par. præſed. cap. 1. num. 176.* Eſt etiam deciſ. Miranden. 1600. infra adducta nu. 33. & docet Gonçalez ex d. nu. 211 *& fuit reſolutum in vna Corduben. præſtimoniorum 7. Nouemb. 1601. coram D. Lita, & in vna Aſtoricen. Archidiaconatus 6. Nouemb. 1602. coram D. Lancellotto, & in Egitanen. ſcholaſtria 14. April. 1603. coram D. Ludouiſio, & in Hiſpalen. beneficij de Gibraleon 7. Maij 1604. coram eodem D. Ludouiſio, vbi dandam eſſe immiſſionem vigore gratioſæ ſubrogationis, quia conſtat de reſeruatione ex reg. 3. reſeruatoria beneficiorum familiarium Cardinalium, quæ capit etiam beneficia quæſita ante familiaritatẽ, maxime iuxta tenorem regulæ moderna: conſtat etiam de clericatu & poſſeſſione defuncti, & ſufficeret probare ſemel poſſediſſe, cum præſumeretur continuaſſe vſque ad mortem, Rot. deciſ. 4. de probat. in nou. & fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen. capellaniæ 13. Martij. & 6. April. 1606. coram D. Pamphilio, & in Ilerden. portionis 2. Iunij 1606 coram D. Penna. Et in Corduben. beneficij 27. Octob. 1606 coram D. Marcomontio, & Aſtſicen. beneficij 11. Maij 1607. coram Marcomontio, & in Ferrarien. prioratus 17. Martij 1608. coram D. Penna, & in Placentina beneficij de Laraiz 1. Iul. 1609. coram D. Lancellotto, & in alia Placentina theſaurariæ 25. Maij 1609. coram D. Ortembergo adducta 5. parte capit. primo numero 3. cap. 6.*

24 At alias Rota tenet quod ad effectum † immiſſionis in poſſeſſionem ex ſubrogatione gratioſa abſque alia iuſtificatione requiritur quod reſeruatio ſit clara, & quæ inter partes controuerti non poſſit, alias ſecus, vt antea ſenſerat Rota in d. Burgen. de Pancoruo ſup. adducta nu. 11. & 12. & ita fuit reſolutum in vna Neapolitana Rectoriæ, 13. Febr. 1598. coram
25 D. Lancellotto, in qua † fuit dictũ, requiri quod reſeruatio ſit clara, & notoria ad effectum immiſſionis ex ſubrogatione gratioſa, abſq; alia iuſtificatione, vt ſæpius fuit reſolutũ, & vt fuit reſolutũ in vna Aquilana Benefic. Iul. 1585. coram D. Gipſio, vbi reſeruatio ratione iuris patronatus redditur dubia, non impedire manutentionem, quæ danda eſt poſſeſſori, & ſufficere quod conſtet de corpore Beneficij, etiam quod ſit erratum in nomine. *in inſtrumento poſſeſſionis nominando capellam, cum ſit rectoria.* Put. deciſ. 442. lib. 1. cum alijs, &c.

26 Et in vna Oritana † Parochialis, ſeu Archipresbyteratus 29. Maij 1598. coram D. Orano fuit reſolutum, quod gratioſe ſubrogato quo ad ius, & poſſeſſionem defuncti datur immiſſio, quotieſcunque præter reſeruationem, ſeu affectionem, quæ eſt concludenter probanda, obitus defuncti in poſſeſſione, & Clericatus ſubrogati probatus eſt, *vt latius in deciſ. quæ eſt in nouiſ. Farin. 584 & fuit confirmatum coram eo-*
27 *dem 2. Dec. eiuſdem anni, vt in ſeq. deciſ. 585.* &c. † Et in eadem 18. Iunij 1599. coram D. meo Corduba fuit dictum ſæpe fuiſſe firmatum reſeruationem, ſeu affectionem, debere eſſe notoriam, & talem quæ inter partes controuerti non poſſit, vt vigore ſubrogationis gratioſæ in beneficio non litigioſo poſſit dari mãdatum de immittendo contra prouiſum ab Ordinario cui nullum ius poteſt competere, quando vero non eſt ita clara & conuertitur, tunc ceſſat iſta via executiua & requiritur iuſtificatio ſubrogationis gratioſæ, & totius gratiæ ex qua ſua ſumpta eſt, quia tunc adeſt, vel ad eſſe poteſt præiudicium Ordinarij & poſſeſſoris, vnde licet probetur reſeruatio, cum hæc probatio poſſit per contrarium per contrariam probationem elidi. Aegid. deciſ. 624. immiſſio concedi non debet abſque gratiæ iuſtificatione, quia non conſtat notorie de non iure alterius, quod ceſſat in beneficio litigioſo, ſtante enim reſeruatione clauſula in corpore iuris certum eſt, quod Ordinarius lite pendente prouidere non poteſt. cap. 2. vt lite pendente in 6. &c. refert Gonçalez glo. 31. ſub num. 20. & 21 *idem in dicta Aſtoricen. Archid. 6. Nouem. 1602. coram D. Lancellotto.*

Et alias in vna Tiburtina iuriſpatronatus 5. Iulij
28 1598. † coram D. Penna & in Sabinenſ. beneficiorũ 28. Maij 1599. coram D. Gipſio fuit reſolutum quod immiſſio datur ſubrogato gratioſe, etiamſi opponatur de iure patronatus, niſi in continenti probetur quando manifeſte apparet de reſeruatione, vel de lite, &c. *& in vna S. Angeli beneficiorum Lombardorum 3. Iunij 1602. coram* D. Ludouiſio *fuit reſolutum, non dari immiſsionem vigore ſubrogationis gratioſæ, quando reſeruatio non eſt notoria, & indubitata, vt in illo caſu, in quo reſeruatio multum turbida redditur, quia adeſt magnus fumus iuriſpat. ex deductis, &c. Idem in Foroliuien. iuriſpatro. 21. April. 1606. & 15. Iun. 1609. coram* D. Mançanedo, *& in cauſa Hiſpalen. Archid. 20 Febr. 1606. coram* D. *Iuſto firmarunt* Domini, *quod ad effectum manumiſſionis, &c. vt ſupra. Tamen quando non datur concurſus prouiſionum, quia non exhibetur prouiſio aduerſarij, ſufficit probare reſeruationem per teſtes de publica voce & fama, ſeu alias ſemiplene, vt in d. Burgen. de Pancorno ſupra adducta numero 12. & Egitanen. Scholaſtriæ 14. April. 1603. coram* D. *Ludouiſio, & in Pampilonen. de Sanguesa 28. Maij 1608. coram* D. *Ortembergo relata numero 30. & in Bononien. parochialis de Bargio 30. Octobr. 1609. coram* D. *Penna, vbi, quod Al. eſt immittendus in poſſeſſionem vigore ſubrogationis gratioſæ, quia conſtat de poſſeſſione defuncti & clericatu, & quod parochialis eſt reſeruata ratione vacationis in menſe Ianuario per teſtes de publica voce & fama: quod ſufficit non dato concurſu prouiſionum, vt in dicta Egitanen. Scholaſtriæ, &c. Et idem de pro-*

*ſatione obitus defuncti in poſſeſſione dicitur in dicta Placentina theſaurariæ adducta 5.p.c.1. num. 346. & etiam quando non exhibetur titulus aduerſarij, neque probatur poſſeſſio, non eſt iuſtificanda narratiua gratiæ, etiam quod beneficium non fuerit litigioſum: cum enim eo caſu præſumatur poſſeſſio vacans, ea immiſſione nullum præiudicium infertur, vt dicitur in dicta Oritana 2. Decemb. 1598. coram Orano in nouiſ. Far. dec. 585. & quod ita tenuerunt Domini in vna Parmen. prioratus coram illuſtriſſ. Card. Mantica. Et in cauſa Hiſpalen. Archid. 20. Febr. 1606. coram D. Iuſto firmarunt Domini, quod ad effectum immiſſionis virtute ſubrogationis requiritur concludens probatio reſeruationis, vt fuit in Rota reſolutum coram Gipſio in illa Burgen. de Pancoruo 24. Octob. 1588. & coram Card. Blanchetto in Gienen. præſtimonij 15. Febr. 1593. &c.*

29 Prædicta † ergo regula, quod ſubrogato gratioſo, etiam quo ad poſſeſſionem, datur mandatum de immittendo, etiam non iuſtificata ſua gratia, &c. fallit quando ſubrogatio datur in Beneficio non litigioſo, vel non reſeruato, ſeu affecto clare, vt in dictis deciſionibus. Et in dicta Miranden. Parochialis 1600. infra adducta, nu. 33. *Et in vna Romana clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602. coram D. Pamphilio, & Hiſpalen. Beneficij de Xerez 12. Maij 1603. coram D. Lita, & in Caputaquen. beneficij 12. Decemb. 1608. coram D. Marcomontio infra adducta 12. par. c. 2. & late in Toletana capellaniæ 12. Decemb. 1606 coram D. Sacrato, vt in ſequẽti deciſ. 158.* & procedit in Beneficio taliter quod quam. unq; aliam Canonicam prouiſionem exclu-
30 dat. † Nam ſi poſſet concurrentia alterius collationis validæ conſiderari, & ſit alius in poſſeſſione, ceſſat immiſſio quamuis poſſeſſor titulum non oſtendat, vt in d. Corduben. præſtimonij coram Litta fuit dictum 21. *Octob. 1596. nempe, non obſtare, quod beneficium ſit reſeruatum ratione vacationis in menſe Iulij, qui ſemper eſt Papæ, & ſic videatur danda immiſſio abſque alia iuſtificatione. Quia reſpondetur, illud procedere, quando reſeruatio eſt talis, quæ excludat omne ius poſſeſſoris: ſecus quando reſeruatio non eſt talis, quæ excludat omne ius poſſeſſoris, prout in illo caſu, in quo agitur contra ſeminarium, quod poteſt probare titulum de vnione, quæ iuxta formam Concil. Triden. poteſt fieri etiam de reſeruatis; & ideo omnia narrata in ipſa principali gratia iuſtificari debent, ſufficereque, quod ſeminarium poſſideat naturaliter, & alleget vniorem, licet de ea non conſtet, & quod ſit citatum, vt paſſim notant Doctores in l. fin. C. de edict. D. Adrian. & fuit alias conſideratum in Vrbenetana caſtrorum* 12. *Decemb. 1567. coram D. Seraphino &c. & fuit confirmatũ in d. Foroliuien. iuriſp. 21. April. 1606. & 15. Iun. 1609. coram D. Mançanedo & in d. Pampilon. de Sangueſa 28 Maij 1608. coram D. Ortembergo fuit reſolutum, Petro niſi gratia ſua iuſtificata, non eſſe dandum mandatum de immittendo, non reſpectu Michaelis collitigantis, ad cuius ius fuit ſubrogatus, quia ſubrogatus in ius non poſſidentis tenetur iuſtificare ſuam gratiam ac ſi ageret ad canonizationem: immo nec ſufficit quod defunctus fuerit in poſſeſſione, ſed expreſſa mentio poſſeſſionis, & ſubrogatio ad eam requiritur. Vital. in clauſula 1. nu. 64. & ſeq. vt lite pendẽ. Lancellot. de attent. c. 4 nu 364. fuit dictum in Carthagin. portionis 21. Octob. 1588. coram D. Gipſio. Similiter reſpectu Petri Monreal, ad cuius poſſeſſionem obtinuit ſubrogari, non competit immiſſio, niſi verificata narratiua, quia illa poſſeſſio nunquam fuit litigioſa, nec adeſt talis reſeruatio, vel affectio, propter quam nec aduerſarius, nec alius poterit ſe intromittere, cum poſſit dari caſus, quod beneficiũ ſub generalibus reſeruationibus non caderet, & ſic collatio ad S. P. non pertineret, atque locum habet, ſiue adſit prouiſus, ſiue non, vt fuit deciſum in Burgen. de Pancoruo 28. Nouemb. 1588. coram Gipſio, cum hac tamen diſtinctione, quod vbi adeſt concurſus prouiſionis, vt quia exhibetur prouiſio ordinarij, tunc plena probatio requiritur, vt in omnibus reſeruatis. Si vero non datur concurſus prouiſionum, ſufficit iuſtificatio per publicam vocem & famam, &c. In eadem tamen Pampilonen. coram eodem 4. Iulij eiuſdem anni 1608. fuit reſolutum, dandum eſſe mandatum immittendo, quia verſamus in ſubrogatione gratioſa, quæ etſi non ſit quoad poſſeſſionem beneficij litigioſi, vel notorij reſeruati, tamen iuſtificata gratia prouiſus eſt in poſſeſſionem immittẽdus, vt fuit reſolutum in dicta Burgen. de Pancoruo 28. Nouemb. 1588. &c.*

31 Fallit ſecundo quando ſubrogatio † fuit data incidenter, & acceſſorie ad gratiam principalem inter clauſulas generales cum clauſula illa, expediendi etiam ad partes, non vero particulariter ſeorſum per particularem ſupplicationem. Nam cum ſit acceſſoria, ad gratiam principalem, & eius naturam ſequatur, debet principalis gratia iuſtificari, cum ſi alias eſſet nulla, eſſet quoque ſubrogatio, vt in d. Corduben. fuit itidem reſolutum. Et in vna Gerunden. Beneficij 19. Ianuar. 1600. coram D. Penna. in qua fuit
32 dictum, quod licet in ſubrogatione gratioſa quo ad poſſeſſionem de Beneficio litigioſo non ſit neceſſaria iuſtificatio niſi Clericatus, & obitus auctoris, vt in Burg. de Pancoruo id tamen verum eſt in gratia ſubrogationis principaliter impetrata: ſecus autem in ea quæ ſumitur ex clauſulis generalibus, iſta enim quo ad iuſtificationem gaudet aliquo priuilegio, ſed tanquam acceſſoria ſortitur naturam gratiæ principalis, & ideo omnia in ea narrata ſunt iuſtificanda, quod ſæpe in Rota deciſum fuit, & ſignanter in cauſa Bononien. Canonicatus. 19. Martij 1590. coram D. Pamphilio & in Gienen. præſtimonij. 15. Febru. coram D. Mantica.

Sed contra iſtam fallentiam rectius tenuit Rota in vna Miranden. Parochialis 17. Martij 1600. & 2. April. 1601. coram eodem Domino Penna, vt in deciſionibus ſequentibus.

## 16. *Martij* 1600.

☞ PEndente lite inter Emmanuelem de Arces Re-
32 ctorem, † & poſſeſſorem Eccleſiæ Parochialis S. Leocadiæ, oppidi de Ceruo Miranden. Diœceſis & Antonium de Robredo, Emmanuel obijt menſe Septemb. anno 1599. & per eius obitũ Frãciſcus Sanctononis Mart. 1600. fuit à Sede Apoſtolica de eadem Parochiali prouiſus cum gratioſa ſubrogatione in omni iud. & ad omne ius, atq; etiã quo ad poſſeſſionẽ Emmanuelis & quia Franciſcus, vigore gratioſæ ſubrogationis petebat immitti in poſſeſſionem, iuſtificatis ſolum duobus ſuo ſcilicet Clericatu, & poſſeſſione Emmanuelis in Beneficio tempore obitus, hæc enim probatio ad prædictũ effectũ iuxta rotales deciſ. habetur ſufficiens. Mohed. deciſ. 1. de prob. contra vero prætendebat Antonius, dicens id habere locum, quando ſubrogatio impetratur, & habet per ſe exiſtentiam, ſecus autem eſſe in ſubrogatione a prima gratia dependẽte, quæ deſumitur vel ex corpore gratiæ principalis, vel ex clauſulis generalibus, tunc

enim

enim omnia narrata in tali gratioſa ſubrogatione eſſe iuſtificanda, ideo dato ſuper hoc dubio an Franciſcus eſſet immittendus? Rota vtraque parte informante immittendum cenſuit, in hac enim materia præſupponebatur, Primo gratioſam ſubrogationem proprie habere locum in Beneficijs litigioſis. Bonifacius in Clem.1.nu.41.verſ.& ideo vt puto, vt lite penden. Mohed.dec.180.in prin. Rota in cauſa Burgen.de Pancoruo die 28.Nouemb.1588. corã bonæ mem. Gipſio, eandem verogratioſam ſubrogationi ẽ multo magis ſibi locum vendicare in Beneficijs, diſpoſitioni Apoſtolicæ, ſeu Romani Pontificis reſeruatis; conſequenter autem diſtinguebantur tres caſus. Primus eſt, quando Papa ſubrogat gratioſe ad Beneficium litigioſum, ſiue reſeruatum, & tunc talis gratia non indigit alia iuſtificatione quam Clericatus impetrãtis, & poſſeſſionis decedentis Mohed. decif.292.in princip.& decif.327.nu.1. Puteus 214. nu.1.lib.1. Paleottus.103. circa med.ũ & decif.119. in princ. Rota in prædicta cauſa Burgen. de Pancoruo coram Gipſio & ratio eſt quia conferendo Beneficium litigioſum, vel reſeruatum, nulli fit iniuria, cum nemo præter Papam de illo poſſit diſponere, & illa gratia vim prouiſionis obtineat, ſi ille qui obijt fouebat bonum ius, vt declarat Bonif. præcitato loco. num.41. & fuit dictum in prædicta cauſa Burgenſ.de Pancorno, & hæc procedunt ſine difficultate, quando gratia ſubrogationis gratioſæ fuit principaliter, & per ſe petita, & obtenta, & literæ deſuper expeditæ. Et hoc modo videntur lõqui deciſiones allegatæ,

Alter caſus eſt, quando Papa facit gratiã de Beneficio litigioſo, ſiue reſeruato, etiam cũ gratioſa ſubrogatione quo ad ius, & poſſeſſionem defuncti, & impetrans ad partem expediuit Bullas ſuper gratioſa ſubrogatione deſumpta, vel ex corpore, vel ex clauſulis generalibus ciuſdẽ ſupplicationis, & hoc caſu licet non modo gratia ſubrogationis quoad duo prædicta, videlicet Clericatum, & poſſeſſionem, ſed etiam omnia narrata in gratia principali iuſtificanda viderentur, nihilominus tamen Rota cẽſuit ſufficere iuſtificationem Clericatus, & poſſeſſionis. Ratio fuit quia agebatur de Beneficio litigioſo, ſiue reſeruato, de quo cum nemo præter Papam prouidere poſſit nulli fit iniuria per talem prouiſionem, & conſequenter ſatis erat iuſtificare prædicta duo prout requirit natura gratioſæ ſubrogationis. Tertius caſus eſt, quando Beneficium non eſt litigioſum, vel reſeruatum, ſeu alias affectum, & tũc ſi quis ad illud gratioſe ſubrogetur omnia narrata in gratia ſubrogationis tenetur iuſtificare, nam tunc ſubrogatio data in beneficio non litigioſo habet vim collationis, & opus eſt cauſam iuſtificare prout neceſſe eſt iuſtificare aliam prouiſionem, & collationem pro obtinenda canonizatoria. Tum quia huiuſmodi iuſtificatio venit in conſequentiam ipſius prouiſionis, vt fuit conſideratum in illa Burg. de Pancoruo, tum quia per prouiſionem Beneficij non litigioſi, vel non reſeruati, vel non affecti, iniuria inferri poteſt prouiſis ab Ordinarijs, ſeu alijs legitimis collatoribus. Ex his concluſerunt Domini Franciſcum fuiſſe immittendũ, quamuis ſolum iuſtificaſſet ſuum clericatum, & poſſeſſionem Emmanuelis in Beneficio tẽpore obitus, quia Beneficium erat litigioſum, iuxta deducta in primo & ſecundo caſu, & conſequenter mutare decif. coram me factam in Firmana ſeu Gerunden. Beneficij die 19. Ianuar.1601.

*In eadem coram eodem 2. April. 1601.*

33 † QVia Antonius de Robredo dicebat ſe habere difficultates cõſideratione dignas, cõtra deciſionem in hac cauſa factam die 17.Maij 1600 ideo iterum conſulti Domini in deciſis perſtillendum cẽſuerunt, propter rationes de quibus in deciſione, in quibus potiſſima fuit, quia cum ageretur de Beneficio litigioſo, & illud conferendo nulli collatori fiat iniuria, cum nemo præter Papam de illo poſſit diſponere, ſufficit gratioſe ſubrogato iuſtificare poſſeſſionem decedentis, & Clericatũ impetrantis. Mohed.dec,292, cum alijs allegatis in alia deciſione de qua nũc agebatur ſiue ſubrogatus gratioſe deduceret gratiam ex ſupplicatione particulariter obtenta ſuper ſubrogatione, ſiue ex clauſulis in ſupplicatione contentis,

Et licet prædicta deciſio loquatur in ſecundo ca-
34 ſu, quando † impetrans ad partem expediuit Bullas ſuper gratioſa ſubrogatione, deſumpta ex clauſulis ſupplicationis gratiæ principalis, tamen idem eſt & eadem ratio, quando literæ ſuper gratioſa ſubrogatione ſimul expedirentur cum gratia principali, &c. *Et fuit confirmatum in dicta Aſtorienſ. Archidiaconatus 6.Nouemb.1602. coram D. Lancellotto, & in d. Egitanen ſcholaſtriæ 14.April.1603.coram D.Ludoniſio, nempe id procedere, etiam quando ſubrogatio fuit deſumpta ex clauſulis generalibus ſupplicationis, & licet ſuper prouiſione ſemel fuerint expeditæ literæ, in quibus non fuit expedita gratioſa ſubrogatio, poſſe poſtea eam expediri, cum facultas eam expediendi non ſit conſumpta, &c. & in Tiraſonen. capellaniæ infra relata num.35.*

35 Fallit tertio, quando eſt † par titulus ab alio productus, vt ſupradictum eſt nu.4. Puteus deciſ.302.& 316.nu.1.lib.1.& deciſ.135.lib.2. Caputaq.329.p.1. dicentes, quod tunc ordinarie, non executiue proceditur ex recepta doctrina Bartoli in l.fin, C.de edicto D. Adriani, nu.21. ſequitur Gonçalez §.7. Proœm. 243. niſi volens impedire immiſſionem veniret cum gratia obtenta ex diuerſa vacatione, quia tunc minime impediretur immiſſio, vt plene inquit reſolũtũ in vna Vercellen. Beneficij 16. Nouemb. 1602. corã D. Lita & in Toletana Parochialis de Ieuenes, 23. Ianu.1604. coram Domino Sacrato & facit d.deciſ. Caputaquen.329. *Sed cõtrarium, nempe quod impediatur immiſſio, etiamſi volens impedire veniat ex diuerſa vacatione, dummodo ſint prouiſi à Papa, videtur tenuiſſe Rota in cauſa Oueten canonicatus 30. Martij 1607. coram D. Marcomontio, vbi fuit reſolutum, quod deneganda eſt immiſſio Franciſco, &c. R. ſubrog.*

*Iſtæ deciſiones, quæ apparent contrariæ, ſic videntur conciliandæ, vt dicentes, quod veniens ex diuerſa vacatione non poſſit impedire immiſſionem, procedant, quando neuter poſſidet; tunc enim habens prouiſionem per obitum, & ſubrogationem gratioſam quoad poſſeſſionem defuncti, probato clericatu & obitu defuncti in poſſeſſione, debet immitti in poſſeſſionem vigore ſubrogationis gratioſæ, non obſtante prouiſione & ſubrogatione alterius ex alia vacante; ſtante enim poſſeſſione anteceſſoris tempore obitus, veniẽs ex vacatione non poteſt dici habere parem titulum cum prouiſo per obitum; & cum non concurrat prouiſus ab ordinario, ſeu*

*poſſeſſor,*

*poſſeſſor, non videtur tunc neceſſaria iuſtificatio gratiæ, ſed ſolum clericatus & obitus in poſſeſſione, ad deciſ. Burgen. de Pançoruo ſupra adductam nu. 12. deciſ. vero in d. Oueten. canonicatus procedit & loquitur in veniente ex diuerſa vacatione, qui erat poſſeſſor ex ſua proniſione Apoſtolica, & ſic erat legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem, tanquam habens parem titulum iuxta notata per Doctores in d. l. fin. C. de edict. D. Adria. toll. Nec obſtat deciſ. Caput. 329. par. 1. quia loquitur in intruſo lite pendente, contra quem, etiamſi ſit proniſus Apoſtolicus, executiue procedit potuit, fuit reſolutum in cauſa Abulen. parochialis S. Thomæ 17. Febr. 1595. coram D. Mantica, & Creſc. deciſ. 16. & 19. de rem. d. & Mohed. 1. eod. tit. & Lancell. 1. p. c. 3. nu. 71. & alijs. Quod confirmatur: nã licet alias non ſint pares tituli, niſi quando concurrunt duæ ſubrogationes gratioſæ in poſſeſſionem, vt in Oueten. Archidiaconatus ſupra relata nu. 8. & in Virgilen. Archidiaconatus relata nu. 16. tamen quando vnus eſt in poſſeſſione ex proniſione Apoſtolica, licet non haberet gratioſam ſubrogationem, eſt legitimus contradictor ad impedicndam immiſſionem alterius eam habentis, vt in vna Celſonen. canonicatus 1. Iun. 1607. coram D. Coccino, vbi allegatur d. deciſio Oueten. canonicatus, & fuit reſolutum, quod Coſmo non eſt danda immiſſio vigore ſubrogationis gratioſæ; quia cum Antonius vigore alterius gratæ ſit in poſſeſſione, eſt legitimus contradictor, & ideo agendum eſt via ordinaria Doct. in l. fin. C. de edict. D. Adrian. Mohed. deciſ. 13. vt lite pendente: & fuit reſolutum in d. Oueten. canonicatus. Non obſtat quod Coſmus habet ſubrogationem gratioſam. Antonius vero gratiam in forma dignum, quia hæc eſſent conſiderանda, ſi vterque hodie peteret immiſſionem, vt per Bart. nu. 21. Dec. 41. in d. l. fin. Sed Antonius cum habeat gratiam Apoſtolicam, & ſic ſit in poſſeſſione ſe oppoſuit, & ideo eſt legitimus contradictor; quia iam executor functus fuerat officio ſuo exequendo illam gratiam, quæ non fuerat conditionalis, ſed pura; licet requireret executionem, ſecundum opinionem, quam Rota ſeruat, vt fuit reſolutum in Burgen. canonicatus coram D. Pamphilio, & in Sabinen. beneficij 29. Mart. 1610. coram D. Penna fuit reſolutum, quod Ludouico reſignato non competit immiſſio vigore ſuæ gratioſæ ſubrogationis; cum enim D. Marcheſanus vigore alterius gratiæ per obitum reſignantis a Papa obtentę ſit in poſſeſſione, eſt legitimus contradictor, & agendum eſt via ordinaria, vt in d. Celſonen. canonicatus, quamuis D. Penna ponens vellet videre, an Ludouico ſuffragetur, quod non eſt par titulus, ex quo titulus Marcheſani eſt per obitum, titulus vero Ludouici per reſignationem, & vigore gratioſæ ſubrogetionis. Pro quo facit deciſ. Virgilen. Archidiaconatus 15. Iun. 1592. coram eo, &c. Et quamuis alias in vna Tiraſonenſ. capellaniæ 13. Mart. & 7. April. 1606. coram D. Pamphilio ſit reſolutum, dandam immiſſionem Michaeli, &c. R ſubrog. Sed id ex eo eſt, quod ibi non cõſtabat de poſſeſſione; & quia gratia erat conditionalis, & non purificata, vt in deciſ. dicitur.*

Fallit quartò, in ſubrogato etiam gratioſe in ius
36 ſui Authoris, † non poſſidẽtis, qui tenetur ad iuſtificationem ſuæ gratiæ ac ſi ad Canonizationem ageret, & procedendum eſt ordinarie, non executiue, vt fuit reſolutum in cauſa Carthaginen. Portionis 31. Octob. 1588. coram D. Gipſio. in qua Domini dixe-
37 runt, Quod licèt ſubrogatus gratioſe non teneatur docere, niſi de Clericatu, & obitu in poſſeſſione illius in cuius locum ſubrogatus eſt. Puteus deciſ. 495. li. 2. & poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionẽ Mohed. dec. 327. Put. 214. li. 1. tamẽ id ſibi non vẽdicat locũ in ſubrogato in ius ſui authoris nõ poſſidẽtis, quo caſu ad iuſtificationem ſuæ gratiæ tenetur, ac ſi ad Canonizationem ageret, ideo procederetur ordinariè non executiue. Innoc. & alij in c. 1. vt lite pend. Achilles deciſ. 2. de probat. Mohed. deciſ. 206 & 304. & ratio differentiæ eſt, primo enim caſu quãdo defunctus poſſidebat nulli fit præiudicium. Nam actoris non intereſt cum vno, vel altero poſſeſſore expedire, ſecundo vero quando defunctus non poſſidebat nõ modicum ipſi fieret præiudicium, ſi ſubrogatus poſſeſſionem adipiſceretur: maximũ enim commodum eſt poſſidere; & ſequeretur abſurdum, quod plus quam defunctus haberet, ſubrogato concederetur, vt per Rotam dec. 10. vt litè pend. in nouis, Caſlad. deciſ. 1. eod. tit. *& in illa Pampilonen. de Sanguesa 28. Maij 1608. coram D. Ortembergo ſupra relata n. 30. & in Placentina canonicatus 22. April. 1602. coram D. Pamphilio fuit reſolutum, Non eſſe locum immiſſioni, quia non conſtat de poſſeſſione Ioannis Lopez ſenioris ad quam Petrus fuit gratioſe ſubrogatus; illa n. erat turbida, & iuxta obſeruantiam Rotæ fuit ſequeſtrata, & ſicut ipſi Ioanni lite pendente poſſeſſio non daretur, ita nec etiam debet dari Petro ſubrogato, ne plus conſequatur, quã haberet ille, in cuius locum eſt ſubrogatus, & propter intereſſe & præiudicium aduerſarij; quo fit, vt narratiua iuſtificationis ſit in totum iuſtificanda, &c. Subrogatus tamen gratioſe ad proſecutionem breuis non tenetur iuſtificare ſuam ſubrogationem, ſed ſicut is, in cuius locum ſubrogatus, debeat immitti abſque alia iuſtificatione, ita etiam ſubrogatus, vt fuit reſolutum in vna Salamant. beneficij 16. Iun. 1598. coram D. Litta, & in Toletana beneficij 14. Nouemb. 1605. coram D. Iuſto relata cap. præcedenti. nu. 80. in qua tamen male reſpondet d. deciſ. Carthaginen. portionis ducendo, quod ratio huius eſt, quia non debet fieri in curia alteri poſſidenti mediante ſubrogatione, quæ ratio præſupponit veram poſſeſſionem alterius. Quod certè non eſt ita, nam vt patet ex ipſa deciſ. non aſſignatur in ea talis ratio, nec præſupponitur poſſeſſio alterius, ſed quod non modicum actori fieret præiudicium, ſi ſubrogatus adipiſceretur talem poſſeſſionem, quam defunctus non habebat; vnde ea deciſio procedit & loquitur, etiam ſi alter non haberet poſſeſſionem. Subrogatus autem ad proſecutionem breuis non tenetur ad aliam iuſtificationem quam ipſius breuis, iuxta ſubiectam materiam iudici executionis breuis, quæ amplius non expoſtulat.*

*Similiter etiam ſubrogatus gratioſe quoad actionem & proſecutionem ſpolij in perſonam anteceſſoris commiſſi, non arctatur ad iuſtificandam gratiam, quamuis in cuius locum ſubrogatur, non deceſſerit in poſſeſſione, ſed ſatis erit probare dictum ſpolium cum titulo colorato ſui authoris, ac clericatum vtriuſque, vt in vna Bracharen. parochialis 17. Maij 1589. coram D. Comitulo poſita per Farin. deciſ. 67. & quamuis iſta deciſio loquatur in beneficio litigioſo, tamen idem erit in ſubrogato ad actionem ſpolii etiam in beneficio alias non litigioſo, vt non teneatur iuſtificare ſuam gratiam & ſubrogationem, ſed ſolum ſpolium iuxta ſubiectam materiam, & naturam iudicii, vt in Camerinenſ. canonicatus 4. decemb. 1573. coram Clemente VIII. relata in dicta Toletana beneficii. Cum ſubrogato tamen ad huiuſmodi actionẽ ſpolii nõ eſt procedendum executiue, ſed ordinarie, ſicut procederetur cum authore ſpoliato; nõ enim conceditur plus ſubrogatio, quam anteceſſori competeret.*

Subrogatio† autem collitigãtis ad hoc, vt annul-
letur omnis alia gratia facta tertio, petẽda eſt intra menſem, petita vero poſt menſem non annullat gratiam

ſim anteriorem alteri factam, vt fuit reſolutum in vna Collen. ſubrogationis 11. Decemb. 1595. coram Illuſtriſſimo Seraphino ex regula Cancellariæ de ſubrogan. collitigantibus, de qua videndus eſt gloſſator Soto & Sarnen. & Rebuff. ſuper ea in praxi & in regulis & Mandoſius regula 29.

38 Et circa † hanc materiam ſubrogationis, & quamdiu dicatur durare lis, vltra Mohedan. deciſio. 8. de appellat. & Flamin. Pariſ. dict. libro ſecúdo quæſt. 3. videndæ ſunt ſequentes deciſiones Rotæ in cauſa Salamantina Capellaniæ & Legionen. præſumoniorum coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio.

## *Salamantina Capellaniæ del voto 20. Nouembris 1592.*

39 FVit reſolutum † gratiam ſubrogationis Didaci del Caſtillo eſſe iuſtificatam, nam quantum ad qualitates ipſius Didaci quod ſit presbyter Salamantinus magiſter in Theologia, & natus de legitimo matrimonio, bene probantur ex teſtibus, qui ſuper 6. articulo dicunt vidiſſe illum pluries celebrare miſſam, & etiam vidiſſe priuilegium ſui Doctoratus, & deponunt de publica voce & fama, & communi reputatione, quæ ſufficit pro iuſtificatione narratorum. Rota deciſio. 14. de probatio. in antiqu. Aegid. deciſio. 114. Mohedan. 128. in fin. Caputaquen. deciſio. 277. part. 1. in impreſſis, valor Capellaniæ quod non excedat 200. ducatos, probatur ex eiidem teſtibus, qui ſuper primo articulo optimè deponunt etiam ex publica voce, & fama, qua probari valorem narratum pluries fuit reſolutum, vt per Aegidium deciſio. 675. Mohed. 148. Puteum 29. libro primo Caputaquen. dict. deciſio. 277. numero. 8, quod ſuper fructibus Capellaniæ adſit penſio 50. ducatorum reſeruata ad fauorem Alfonſi de Llanos, patet ex lectura prouiſionis Alfonſi, in qua legitur reſeruatio huius penſionis, & probant etiam teſtes ſuper tertio articulo, qui bene deponunt, etiam quod nihil dicant de actuali perceptione illius quia non eſt narrata, cum in gratia Didaci non dicatur percipienti, vt legunt informantes pro Muniz, ſed annuatim percipienda: penſionum obtentarum per Didacum, valor probatur ex eiſdem teſtibus de publica voce & fama, quæ ſufficit maximè ad effectum verificationis obtentorum in quibus Rota contentatur quali quali probatione Aegid. deciſio. 674. etiam minori quam ſemiplena, vt de vnico teſte de fama cum adminiculo tradit Aegid. deciſion. 683. cum vulgar. obitus Franciſci de Malaga de menſe Maij 1587. probatur ex ijſdem teſtibus, qui ſuper tertio articulo deponunt de præfato obitu, & in dicto menſe in Oppido de Igualada de publica voce, & fama. Bartol. in leg. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, Felin. in cap. qui frequenter. §. fin. in fin. vt litè non conteſtata, Mohedan. deciſio. 77. Puteus deciſio. 266. libro 3. Guidobon. deciſio. 145. Thom. de Thanis deciſio. 75. in vna Maioricen. prouiſio Alfonſi de Oſorio per obitum Franciſci ſubrogatione in ius illius, etiam quo ad effectum executorialium iuſtificatur, ex ſumpto ſupplicationis extracto ex regiſtro Apoſtolico, quod pro iuſtificatione gratiæ ſufficit. Puteus deciſio. 231. libro 3. Peregrinus deciſio. 201. libro 2. maximè cum ſatis ſit prouiſionem iuſtificare etiam de facto. Aegid. deciſio. 116. in fin. Creſcen. 134. in fin. Caputaq. deciſion. 407. part. 2. in impreſſis. Familiaritatem narratam in literis Didaci probant teſtes ſuper quarto articulo qui dicunt ſciuiſſe Alfonſum fuiſſe familiarem ſolic. recor. Sixti Quinti & vidiſſe illum incedere in habitu vnius ex intimis cubicularis, & alia exercere quæ ad tale officium ſpectabant, vti alij familiares, & de publica voce, & fama quæ ad iuſtificandam familiaritatem narratam ſufficit, ad notata per Biſign. deciſio. 6. circa medium. de probatio. Aegid. deciſio. 113. & 114. quicquid dicendum eſſet, ſi de ea ageretur ad effectum reſeruationis. Caputaquen. deciſio. 10. par. 2. in impreſſis, quod Alfonſus obtinuerit literas in forma breuis pro capienda poſſeſſione nomine Cameræ, illasque intimauerit, & deindè præſentauerit coram Auditore Cameræ, ſeu illius in ciuilibus Locumtenente, inſteteritque pro illarum executione & quod poſſeſſione non adepta extra Romanam Curiam obierit ſatis iuſtificatur ex tranſportatione regiſtri facti coram Auditore Cameræ, in quo legitur dict. breue cum illius intimatione, & monitorium pro illius executione obtentum, & probant etiam teſtes, qui ſuper quarto articulo deponunt de obitu Alfonſi ex publica voce, & fama: quod Franciſcus habuerit ius ſuper iſta Capellania & vacauerit ex illius perſona, ſatis conſtat per tres ſententias Rotales, ad eius fauorem latas, & executoriales deſuper relaxatas, Ruinus conſil. 79. numero 3. libro 5. maximè cum pro earum iuſtitia, & rectitudine præſumatur, cum ſint latæ in Rota, & poſt factas plures deciſiones ad notata per Baldus conſil. 492. numero 2. libro 3. Socinus conſil. 158. numero 9. libro ſecundo Aegidius deciſion. 89. & hoc ſufficit, vt detur effectus executorialium ſubrogato, quia iuſtificata narratiua ſuæ ſubrogationis iuxta deciſi. Mohedan. 205. ſatis probatius ſui authoris, docto de re iudicata per tres ſententias conformes cum executorialibus ad eius fauorem relaxatis, vt tradit Staphil. de literis iuſtitiæ. §. dicendum eſt, numero 50. verſicul. vltim. quoad iſtam materiam, & ratio eſt, quia ſubrogatus tenetur ea tantum iuſtificare ad quæ ſuus author tenebatur, Aegid. deciſio. 112. Et ideo ſicut Franciſco ſi viueret ſufficeret oſtendere tres ſententias abſque eo quod aliter doceret de illarum iuſtitia, ita etiam debet ſufficere ſubrogato, qui reputatur eadem perſona cum eo, in cuius locum ſubrogatur, Rota deciſio. 10. numero 4. vt lite penden. in nouis, Caputaquen. deciſi. 277. par. 3. in impreſſis, maxime cum ſubrogatio procedat ex facto Principis, Ripa in leg. 1. numero 36. ff. de acquirend. poſſeſſ. Paleot. deciſion. 119. in fin. & facit cenſeri vnum & idem ius, Caſſado. deciſi. 1. numero 2. vt lite penden. aliàs enim daretur proceſſus in infinitum ſi ſemper requirerentur nouæ ſententiæ, contra deciſi. Chiſanen. 184. non obſtat, quod adepta poſſeſſione per defunctum ceſſet effectus executorialium in ſubrogato, Creſcē. deciſio. 110. quia non conſtat de aliqua poſſeſſione

Franc.

debatur eſſe etiam delendam clauſulam, ſine præiudicio trium conformium, cum ſententiæ ipſum non afficiant, & tanquam tertius poſſit impedire illarũ executionem, Sanctiſſ. Dominus noſter mandauit, quod in Rota diſputaretur, quomodo in hac cauſa eſſet procedendum, & ideo dubitaui, an modernus Dux poſſit impedire executionem trium conformium, vel potius debeat procedi cum clauſula parito iudicato. Et Domini cum præſup. quod Dux modernus veniat ex propria perſona, tanquam primogenitus de domo, & ſucceſſor in maioricatu, vigore inueſtiturarũ antiquarum, non autem tanquam hæres Ducis ſenioris, dixerunt ipſum poſſe impedire executionem, per cõſequens non eſſe apponendam clauſulam parito iudicato, quæ importat, quod & ante omnia fiat integralis executio iuxta notata in cap. fi. de reſtitut. ſpoliat. Staphil. de literis iuſtitiæ, §. dicendum, nu. 42. communis eſt enim Dd. concl. quod tertius veniens pro ſuo intereſſe impedit executionem rei iudicatæ, & eſt audiẽdus ſuper iuribus ſuis, Innocent. in c. veniens. lib. 2. ſub nu. 3. quem ibi omnes ſequuntur de teſtibus, Rota deciſ. 2. de re iudic. in antiq. etiamſi tractetur de executione triũ cõformium, Card. in Clem. vt calumnijs, q. 4. & ibi Vital. nu. 89. & ſeq. de re iudic. Rota deciſ. 13. eod. tit. in antiq. & deciſ. 14. de Præbend. in nouis. Alexand. conſ. 83. num. 12. lib. 3. Gabr. concluſ. 1. de re iudic. num. 19. & fuit reſolutum in cauſa Burgenſi vnionis de Helines coram D. meo Orano 26. Nouembris. 1588. & iſte tertius impedit executionem nedum veniendo ad cauſam in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur cauſa, ſed etiam principaliter committendo cauſam, prout in prima vbi venit principaliter pro ſuo intereſſe, non autem ad vlterius differendum, Io. Andr. in cap. 2. num. 2. verſ. ille autem prouiſus, & ibi Gemin. ſub num. 9. vt lite pendente in 6. Couar. pract. c. 13. in princ. & tenuit Rota in cauſa Cordub. ſtatutorum. 24. Febr. 1590. coram D. meo Seraphino, maxime quod ſententiæ non loquuntur de moderno Duce, nec ipſum afficiunt, cum non fuerit citatus ſaltem per proclama, prout requiritur ad effectum, vt ſententia lata contra poſſeſſorem maioricatus præiudicet ſucceſſoribus, iuxta opinionem quã ſequitur Rota, vt per Achillem deciſ. 3. de re iudicata, Puteus deciſ. 91. lib. 3. & in iſtis terminis reſolutũ fuit in cauſa Hiſpalen. decimarum de Villalua, die 15. Iunij 1582. coram bonæ memoriæ Lauretano, & in omnem euentum moderno Duci, tanquam ſucceſſori, licita fuit appellatio, vt per Alex. in l. filius familias §. diui, nu. 9. in fi. delegat. 1. cum alijs per Pinellum in l. 3. p. ſub nu. 50. 3. limitat. C. de bonis maternis, præſertim cum poſſit conſiderari aliqua negligentia Ducis ſenioris, qui ſuccubuit, ex eo quod examinauit teſtes ruſticos, & vaſallos, omittẽdo examinare alios teſtes integros, quos modernus Dux examinare intendit, quo caſu ſententias non afficere ſucceſſores in maioratu, indiſtincte tradunt Dd. allegati per Pinellum ſub d. nu. 50. 4. limitat. & Molina de primog. Hiſpan. lib. 4. c. 8. nu. 7. & ſenſit Rota in d. cauſa Hiſpal. decimarum de Villalua. Neque obſtare quod modernus Dux veniendo ad cauſam reſtitutionis in integrum poſt latas tres ſententias videatur feciſſe ſententias ſuas. Puteus deciſ. 71. lib. 3. cum cenſeatur admiſſus in ſtatu & terminis, in quibus cauſa reperitur, & aliter admitti non potuerit, c. 2. §. fi. vt lite pend. in 6. Fel. c. cũ ſuper nu. 15. de re iudic. Couar. pract. c. 13. in prin. quia illud procedit, quando tertius venit ad cauſam adhærendo cõdemnato, & ad illius defenſionẽ, ſecus vero quando venit pro ſuo intereſſe deducendo principaliter ius ſuũ quod nõ habeat connexionẽ cũ iure litigãtis, vt poſt Io. And. Gemin. & alios in d. c. 2. reſoluerũt Domini in prædicta cauſa Cordub. ſtatutorũ maxime, quod ex cõparitione procuratoris cõſtat ipſum non fuiſſe admiſſum in ſtatu, & terminis, in quib. cauſa reperiebatur, ſed veniſſe pro ſuo intereſſe tanquã tertiũ, & appellando à ſententijs quatenus ex eis ſibi fieret aliquod præiudiciũ, qui eſt modus proprius quando tertius venit prout in prima, cũ certi iuris ſit, tertiũ poſſe appellare, etiam poſt tres ſententias Abb. poſt alios d. c. cũ ſuper nu. 26. Decius in c. ſua nobis, n. 10. de appell. Couar. pract. c. 15. n. 8. & tãto magis quod in cõmiſſione reſtitutionis in integrum adeſt clauſula, quã & quas. cuius vigore procedi poteſt, prout in prima, neq; etiã obſtare quod pro parte Archiepiſcopi prætendatur Ducẽ modernum non poſſidere, vel ſaltẽ dici intruſum ſtante poſſeſſione vigore ſententiarũ capta per Archiepiſcopũ viuente Duce ſeniori, quia & poſſeſſio Archiepiſcopi controuertitur, & ideo Domini dixerũt quod aut eſt facta executio, & tradita poſſeſſio Archiepiſcopo, & non eſt opus clauſula parito, ſed modernus Dux audietur manẽte executione, cum nullibi reperiatur, quod tertius poſſit reuocare executionẽ factã, niſi prius in cauſa obtineat, & ſi iterum Archiepiſcopus prætẽdat ſe turbari in ſua poſſeſſione agat interdicto retinendæ, & petat mandatũ de manutenendo: aut non eſt facta executio, & intrant ſupradicta quod modernus Dux impediet executionẽ, exceptis tamen decimis perceptis per Ducem ſeniorem, in quibus ipſe condemnatus fuit, quarũ reſpectu commiſſio remanere debet cum clauſula ſine præiudicio trium conformiũ, quia non conſtat de aliquo intereſſe moderni Ducis, cuius ratione poſſit impedire executionem, cũ veniat ad cauſam ex propria cauſa & tanquã ſucceſſor in maioricatu, nõ autem ex perſona, vel iure ipſius Ducis ſenioris. *& alias in cauſa Burgenſ. iuriſp. 29. Octobr. 1596. coram D. Seraphino, & in alia Burgẽ. iuriſdictionis de Bribieſca 10. Decemb. 1597. coram D. Peregrino fuit reſolutum, quod in his quæ ſunt incorporalia, in quibus ſola patientia requiritur, verbalis paritio ſufficit pro paritione executorialium etiam cum proteſtatione, &c.*

*Aduerte tamen, quod non ſufficit verbalis paritio, ſeu dimiſſio poſſeſſionis, vbi facto non deſiſtit, ſed cõtradicit & impedimentum prabet executioni: nam factum magis quam verba expectatur, ad tit. C. plus valere, quod agitur, Rota in vna Pampilon. de Ian. 31. 14. Decemb. 1598. addutta per Sal. Tiber. lib. 3. c. 10. in nouiſſim. edit.*

149 Sententia vero Auditoris Cameræ, † ſuper executione breuis, non tollit quin ſit apponendũ ſequeſtrum lata prima ſententia per Rotam in petitorio, iuxta Clem. vnicam. de ſequeſtratione poſſ. quia prima ſententia non eſt lata in eodem iudicio, Veſtrius in pract. lib. 7. cap. 2. numer. 6. ita fuit reſolutum in cauſa Gerund. Beneficij de Ceruiano. 26. Iunij 1600. coram D. Penna. Et idem in eadem fuit reſo-
150 lutum 13. Octob. eiuſdem anni † coram eodẽ, vbi id videtur velle Rota, etiam quod prima ſententia Rotæ eſſet in poſſeſſorio, quod placet, nam ſentẽtia ſuper breui eſt in iudicio executiuo illius tantum

iuxta

iuxta illius formam, & tenorem præciſe,

151 Circa pœnam priuationis Beneficiorum, † inhabilitatis ad Beneficia in breui & monitorio contentam, in quam non parens incidiſſe declaratur in ſententia, aduertendum eſt quod cum non ſit lata ob delictum, ſed ob contumaciam, nempe ob non paritionem monitorij, facta paritione, & ſic ceſſante cõtumacia illa etiam ceſſat, maxime data abſolutione ab illa, prout ſolet dari à cenſuris, & pœnis, &c. c. ex literis, de conſtitut. & ibi Fel. ex num. 16. Decius ex nu. 42, Rota deciſ. 68. p. 1, diuerſ. Salluſtius Tiberius d. lib. 3. c. 6. num. 19.

Et in vna Marſicana Beneficij. 15. Decẽ. 1593. co-
152 ram D. Seraphino fuit dictum. † Quod priuationis
☞ ſententia lata in contumaciam reſoluitur per comparitionem, & commiſſionem vt pluries fuit in Rota reſolutum in vna Bracharen. Parochialis 19. Maij 1569. coram D. Peruſino in Romana Canonicatus S. Angeli 1568. coram Cotta, & in alijs.

153 Tãdem circa illam clauſulam, † volumus autem vt dictus N. infra ſex menſes à data preſentium, &c. de qua etiam Mand. de ſignatura gratiæ, tit. de prorogatio. ad fi, & latius d. q. 60. de monitorijs, à n. 47. & 48. & de alia ſimili clauſula breuis, Nauar. in c. accepta, de reſtit. ſpoliat. oppoſitio. 6. à nu. 12. aduertendum eſt illam non eſſe comminatoriam tantum, vt per Creſcentium, deciſ. 18. de præb.

154 Secundo aduertendum eſt quod idem eſſet † ſi diceretur, alioquin gratia ſit nulla, nam iſta verba referẽda ſunt ad gratiam principalem prouiſionis Beneficij, Creſcen. ſup. ad fi. verſ. ita etiam tenuit, & non ad conceſſionem tantum in ipſo breui factam, vt male conſuluit Beroius cõſ. 15. à nu. 1. ad 9. vol. 1.

155 Tertio aduertendum eſt † vtrumque debere fieri intra dictum terminum ſex menſium, nempe literas expedire, & iura Cameræ Apoſtolicæ perſoluere, Mandoſ. ſup. & patet ex ipſa clauſula, quicquid dicat Beroius ſupra à num. 10.

156 Sed dubitatur primo, † an ſtante iſta clauſula, in qua dicitur, quod debeat expedire infra ſex menſes à data præſentium computandos, & non à die poſſeſſionis, prout aliquando dicitur, ſi impetrans non expedierit, & iura debita perſoluerit infra ſex menſes à data breuis, Beneficium vacare cenſeatur eo ipſo etiam nõdum capta poſſeſſione vigore breuis ſed ſtante intruſo?

157 In quo partem affirmatiuam nempe, † quod Beneficium vacare cenſeatur tenet Mandoſ. d. q. 60. ſub nu. 51. ex verbis d. clauſulæ expreſſis, & præciſis requirentibus literarum expeditionem cum effectuali ſolutione iurium propterea debitorum infra ſex mẽſes à data breuis computandos.

158 Contrarium tamen tenuit Rota † in vna Abulen. Capellanię. 6. Nou. 1562. corã D. Groperio, vt in de-
☞ cis. ſequen. Stante breuis ſpeciali commiſſione Frãciſci, in qua committitur, vt procedatur executiue ſuper dimiſſione poſſeſſionis contra Rodericum & quẽlibet intruſum, ſtante etiam quod d. Franciſcus non expediuit literas infra ſex menſes, an propter clauſulam breuis, & obligationem deſuper factam non potuerit procedi executiue contra Rodericum, qui tunc, & nunc, reperitur in Poſſeſſione? Domini dixerunt, quod licet materia habeat difficultatem de iure, propter illa verba, à die datæ præſentium, iunctis locis vulgarib. & traditis per Decium in l. ſi in diẽ ff. de conditio. & demonſtrat. tamen propter obſeruantiã Curiæ Romanę veniat tẽpus currere à die date, ſi poſſeſſio fuit acquiſita, quia hæc pars eſt benignior, & quia Cancellaria non arctat ad expedien. literas niſi habita poſſeſſione, & ideo in ſubiecta materia poteſt fieri illa ſubauditio, ſicut alias de iure fiunt ſimiles ſubauditiones in l. fi. §. donec C. de iure deliberand. per Soci. in l. ſi in diem, & in hac opinione ſunt in cauſis allegatis, quam deciſionem & alias allegat poſt hæc Gonçal. gl. 15. num. 118.

Et idem tenet Hieron. Gabr. conſ. 198. nu. 4. lib. 1.
159 qui ait † quod in breuibus quæ irritant prouiſiones niſi intra ſex menſes à die datæ literæ expediantur, nihilominus non dies datæ, ſed poſſeſſionis ſpectatur ex mente.

160 Pro qua reſolutione facit etiam † in ſimili clauſula poſita in indulto conferendi reſeruata deciſio facta in cauſa Abulenſ. de Sanctibannez de anno 1550. apud Achillem deciſ. 358. ſeu 12. de priuilegijs, & Puteum deciſ. 328. lib. 3. & Caputaquen. 248. p. 1. & refert Mandoſ. de ſignatura gratiæ, titul. de indulto conferendi beneficia reſeruata, verſic. diſputatum alias fuit, & Anaſt. Germonius de indultis Cardinalium. §. volumus, à num. 39.

161 Defectus tamen expeditionis literarum † intra ſex menſes obſtat, quando ſtetit per illum qui potuit capere poſſeſſionem, & non cœpit vt fuit reſolutum in vna Hiſpalen. fructuum. 24. Nou. 1595. coram D. Lita.

162 Non tamen † dicitur ſtare per illum ſtante intruſo ex d. deciſ. Mand. & Germonio, ibi, & quæ dicuntur infra 11. p. c. 5. num. 62.

163 In qua etiam Hiſpal. fuit reſolutum, † ſemeſtre currere incipere à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, & non antea Mohedan. deciſ. 8. de conceſſ. Præbend. alias 161. Puteus 110. lib. 1. Germon. ſup. nu. 47. contra Mandoſ. vbi proxime, verſ. in huiuſmodi indultis, & nouiſſime tradit Gonçal. ſupra, à num. 111. & particulariter. d. num. 118. *Et idem tenuerunt Domini in eadem Hiſpalen. coram eodem D. Lita 15. Martij 1596. nempe, Non obſtare præteuſum defectum expeditionis literarum, ſequentes in hoc opinionem, quam Rota ſemper vti aquiorem amplexa fuit, intelligendo ſcilicet illa verba, niſi infra ſex menſes literas expediuerit, de quibus in breuis de capienda poſſeſſione Camera, non vt ſonant, ſcilicet à die datæ, ſed à die adeptæ poſſeſſionis, ſeu à die quo per eum, ad cuius fauorem conceſſum fuit breue, ſteterit, quin poſſeſſionem beneficij apprehenderent, & allegant d. deciſ. Abulen. capellaniæ & aliam in cauſa Aſtoricen. Archidiaconatus 10. Decemb. 1573. coram Seraphino. Et fuit dictum in cauſa Tiraſonen. canon. 8. Nouemb. 1596. coram D. Orano, & tenuit etiam Rota in Corduben. capellaniæ 27. Ianu. 1606. coram D. Pamphilio infra relata 11. p. cap. 5. etiam quod dicatur à die datæ.*

164 Hoc autem quod dicitur ſemeſtre † currere incipere à die adeptę poſſeſſionis pacificæ, & non antea, intelligo quando in clauſula dicitur, infra ſex menſes à die habitæ poſſeſſionis, vt in d. deciſ. Mohedani, ſeu infra ſex menſes abſolute, ſtantibus vero dictis verbis à data præſentium, tempus ſex menſiũ non currit à die poſſeſſionis, ſed à data breuis, vt ſunt verba clara, ſi tamen poſſeſſio fuerit capta, non alias, vt in d. deciſ. Abul. Capellaniæ.

165 Vnde ſi infra ſemeſtre † à data breuis non fuerit capta poſſeſsio, & poſtea capiatur tenebitur ſtatim

expedire intra breue tempus arbitrio boni viri, iuxta ſubiectam materiam, ad Albericum in dictionario, verſ. ſtatim, Puteum deciſ. 266. nu. 4. lib. 1. & Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 9. & ſeq.

165 Secundo dubitatur circa d. clauſulam, an † lapſo dict. tempore ſex menſium intra quod impetrans breue tenebatur literas expedire, & iura propterea debita perſoluere, poſſit poſtea quandocumq; expedire, antequam ſit tertio ius quæſitum.

In quo videtur reſpondendum negatiue, ex ver-
167 bis d. clauſulæ ibi vacare † cenſeatur eo ipſo, & traditis per Mandoſium d. q. 60. à nu. 48. & d. tit. de indulto conferendi beneficia reſeruata, verſi. in indulto, cum ſequenti. *& Rota in vna Bellicaſtrenſ. decanatus 21. Maij 1597. coram D. Lancellotto, vbi fuit reſolutum, quod impetratio ob non ſuſceptionem gradus doctoratus infra ſex menſes, inxta decretum inſtificatur, probato quod aduerſarius illum ſuſcepit poſt lapſos ſex menſes, etiam ante impetrationem, nec prorogatio obtenta poſt lapſum terminum prodeſt, ad l. ſed etſi manente, ff. de precario, &c.*

168 Tamen contrarium in d. ſimili clauſula † poſita in indulto conferendi Beneficia reſeruata, quod pro uiſus teneatur infra ſex mẽſes expedire nouam prouiſionem, alias Beneficium eo ipſo vacare cẽſeatur, tenet Anaſtaſ. Germonius d. §. volumus, nu. 36. ſcilicet quod lapſo tempore poſſit quandocunque expedire antequam tertio ſit ius quęſitum, & quod ita ſeruatur ex ſtilo Curiæ, quia pœna apponitur ne Camera fraudetur iuribus debitis, & parum refert an hodie, an poſt fiat expeditio, vnde idem videtur dicendum in propoſito.

169 Tertio dubitatur, an ſi impetrans d. breue † non expediret intra tempus beneficium, quod eo ipſo vacare cenſetur, à ſolo Papa prouideri poſſit, an vero poſſit etiam ab Ordinario prouideri, ſi tempus infra quod debebat expedire finiatur, & compleatur, in menſe ordinario, & non Apoſtolico?

170 In quo Germonius loquens in dict. ſimili † clauſula indulti conferendi d. §. volumus, n. 51. ait quod poſſet Cardinalis, ſi prouiſus non expediret infra tẽpus alteri prouidere vigore indulti, niſi Papa expreſſe ſibi tũc reſeruaſſet collationem; cum ergo in propoſito non adſit expreſſa reſeruatio videtur dicendum poſſe Ordinariũ prouidere. Facit etiam quod diximus præcedenti part. cap. 1. num. 77. beneficium vacans ex decreto ob non expeditionem non dici vacare in Curia.

171 Nihilominus tamen oppoſitum videtur † dicendum, nempe prouiſionem ad ſolum Papam ſpectare, & ad ipſum deuolui ex verſimilimente ipſius Papæ volentis prouidere indemnitati officialium, ex deciſ. Rotæ in cauſa Abulenſ. Beneficij de Villatoro de anno 1546. quæ eſt apud Puteum. 356. & 361. ver ſicut. fuit etiam in eadem concluſum, lib. 2. & in terminis Mandoſ. d quæſt. 60. ſub num. 51.

172 Nec obſtat doctrina Germonij, ſupra, quia † ipſe non negat prouiſionem dicti Beneficij ad Papam deuolui, in caſu quo Papa expreſſe ſibi tunc non reſeruaſſet collationem, ſed ait, quod in iſto caſu poſſet Cardinalis alteri prouidere vigore indulti, atque adeo vti reſeruatum Papæ, & non iure ordinario, ſi enim non ſpectaret ad Papam non prouideret vigore indulti.

173 Immo etiam in caſu Germonij, † nõ poſſet Cardinalis vigore indulti alteri prouidere, & ſi Papa ſibi expreſſe non reſeruaſſet ex ratione ſup. adducta, & tenuit Rota in d. Abulenſ. de anno 1546. vt per Puteum ſup. de quo fuerat in ea antea dubitatum, 30. Nouemb. 1545, vt in deciſ. 36. lib. 1. & 10. lib. 2. p. 3. diuerſorum, & ſentit poſt hæc Gonçalez d. glo. 15. à num. 130. & tenet expreſſe, gloſ. 24. à nu. 85. & 103. & gl. 51. nu. 108. ait à ſola ſede Apoſtolica poſſe prouideri: vt continetur in indultis.

## *De ſubrogatione. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*Gratioſa ſubrogatio qua eſt, dum ipſe Papa ſubrogat, & non dat mandatum de ſubrogando, nam tunc dicitur rigoroſa, habet vim breuis de capienda poſſeſſione, n. 1. & 2.*

*Nam gratioſe ſubrogato etiam quoad poſſeſſionem, quamuis non detur mandatum de manutenendo, datur tamen mãdatum de immittendo, procedendo ex executine. conſtito, tantum de clericatu, vacatione, & poſſeſſione anteceſſoris, modo non ſit par titulus ab alio productus, nu. 3. & 4. & ſubrogatus gratioſe poteſt intrare poſſeſſionem propria authoritate, etiam lite pendente, n. 5. & 6. ponitur reſolutio Rotæ*

*Subrogatus qui petit immitti in poſſeſſionem debet probare poſſeſſionem defuncti de tempore obitus, vt dicitur de hærede volente immitti in poſſeſſionem ex remedio, l. fin. C. de edicto D. Adriani, ex Rota, nu. 7.*

*Dicta ſubrogatio gratioſa ſuffragatur, quoad poſſeſſionem etiã quod Beneficium non eſſet litigioſum ſecundum Rotam, in vna Legionenſ. & Ceſenaten. adductis, à n. 8. Sed alias Rota reſoluit ſubrogato gratioſe, etiam quo ad poſſeſſionem in beneficio non litigioſo, non ſatis eſſe clericatum oſtendere, ac docere prædeceſſorem in poſſeſſione deceſſiſſe, vt in deciſionibus adductis, à nu. 11, & quod dictum eſt gratioſe ſubrogato dari mandatum de immittendo, conſtito de clericatu, & vacatione, ac poſſeſſione anteceſſoris tempore vacationis abſque alia verificatione, procedit, quando beneficiũ erat litigioſum ſecundum Rotam, num. 15. cum ſeq. vbi adducuntur reſolutiones.*

*Similiter etiam locus eſt ſubrogationi gratioſæ, etiam quo ad poſſeſſionem, & non requiritur inſtificatio in beneficio reſeruato, ſicut in litigioſo ſecundum Rotam, vt in deciſionibus, adductis, à nu. 21. Sed alias Rota tenet quod ad iſtum effectum requiritur, quod reſeruatio ſit clara & notoria, et quæ inter partes controuerti non poſſit, alias ſecus, vt in reſolutionibus adductis, à nu. 24.*

*Predicta 9 reg. quod ſubrogato gratioſe, etiam quoad poſſeſſionem datur mandatum de immittendo, etiam non inſtificata ſua gratia, fallit quando ſubrogatio datur in beneficio nõ litigioſo, vel non reſeruato, ſeu effecto clare, nu. 29. & procedit in beneficio taliter, quod quamcumque aliam Canonicam prouiſionem excludat, &c. nu. 30.*

*Fallit ſecundo cum ſubrogatio fuit data incidenter, & acceſſorie ad gratiam principalem inter clauſulas generales, non vero particulariter ſeorſum, ſecundum Rotam, nu. 31. ſed contra iſtam fallentiam rectius tenuit alias Rota, vt in deciſ. adductis, à nu. 32. quod procedit etiamſi litera ſuper gratioſa ſubrogatione, ſimul expedirentur cum gratia principali & non ad partem, num. 34.*

*Fallit tertio quando eſt par tit. & quomodo intelligatur, n. 35*

*Fallit quarto in ſubrogato etiam gratioſe in ius ſui authoris nõ poſſidentis qui tenetur ad inſtificationem ſuæ gratiæ, ac ſi ad canonizationem ageret, & procedendum eſt ordinarie non executine, nu. 36. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

Subro-

*Subrogatio collitigantis ad hoc vt annulletur omnis alia gratia facta, tertio petenda est intra mensem, petita vero post mensem non annullat gratiam anteriorem alteri factam ex reg. de subrogan. collitigantibus, &c. nu. 37.*

*Circa materiam subrogationis, & quamdiu dicatur durare lis, videnda sunt Rota decisio. posita, à num. 38.*

1 GRatiosa subrogatio † quæ est dum ipse Papa subrogat per verbum subrogamus, & non dat mandatum de subrogando, nam tunc dicitur subrogatio rigorosa, Mohedan. decisio. 11. vt lite pendente, alias 327. Mandos. de signatura gratię, tit. de subrogatio. ad primum, qui etiam refert, & ponit d. decisionem, *nec eius vigore potest dari possessio nisi habenti bonum ius, & sic omnibus narratis bene iustificatis, ac nisi discusso prius iure illius authoris, item & partis se opponentis, quæ nedum potest multifarie excipere contra subrogandum, sed etiam dare de surreptione ipsius mandati de subrogando, vt per Mohed. ibi, & fuit resolutum in causa Calagurritana beneficij de Briones 11. Febr. 1605. coram D. Lita, & dictum in Vallisoletana scholastria infra relata num. 20. est etiam subrogatio gratiosa, quæ committitur ordinario in forma digna, nam ea expedita per executorem, ad cuius expectationem non requiritur citatio alicuius etiam possessoris, iuxta d. 5. cap. 2. num. 243. perinde est, ac si ab ipso Papa fieret, qui tunc ideo committit ordinario, quia non constat ei de idoneitate, nam si de ea constaret, ipse subrogaret, &c.* gratiosa inquam subrogatio habet
2 vim breuis de capienda possessione, † nam gratiose subrogato etiam quo ad possessionem, quamuis non
3 detur mandatum de manutenendo, nisi prius † corporalem possessionem apprehendat, vt fuit dictum *in vna Lucana mainsculatus 27. April. 1587. coram D. Orano, quæ est decis. 159. nouis. Far. &* in vna Ostunens. Capellaniæ 6. Nouembr. 1595. coram D. Seraphino, & post hæc tradit Gonçalez ad regul. mensium. §. 3. procem. num. 93. & 94. & gloss. 34. numer. 110.
4 datur tamen mandatum de immittendo † procedendo executiue absque discussione, & verificatione suæ gratiæ constito tantum de clericatu, & vacatione, ac possessione antecessoris tempore vacationis, modo non sit par titulus ab alio productus. Mohed. d. dec. 11. Puteus 495. li. 2. Rota dec. 456. & 472 lib. 3. p. 3. diuersorum, & fuit dictum in dicta Lucana Maiuscolatus 13. Octobris 1586. coram D. Orano, & in vna Senen. Canonicatus & Præbendæ. 13. Maij 1588. coram Domino Bubalo, *& in Legionen. præstimonij 15. Decemb. 1593. coram Illustrissimo Card. Mant. quæ est 170. nouis. Farin.* & in Barchinonen. Canonicatus 9. Martij 1598. coram D. Millino, & subrogatus † gratiose potest intrare possessionem pro-
5 pria authoritate, etiam lite pendente, Mohedan. supra, Puteus decis. 214. lib. 1. & Cotta decis. 222. in Miscellaneis manuscript. *Rot. decis. 653. nouis. Farin.* Flamin. Paris. de resignatione benef. lib. 2. quæst. 3. 2
6 num. 67. † & in vna Calagurritana Beneficij de Cenicero. 30. Octobr. 1587. coram Illustrissimo Pamphilio fuit resolutum. Esse locum subrogationi gratiosæ, quam quis obtinuit, etiam quoad possessionem, & ei suffragari, non obstante quod Ecclesia sit receptiua non numerata, cuius non datur vacatio, sed cum Beneficiato Beneficium extinguitur, exp. ex parte, de concessio. Præb. vbi Dd. quia cum in prouisione sit facta mentio, quod Ecclesia erat receptiua, & non numerata, & Papa id intellexerit, dicendum est dedisse subrogationem contra naturam Beneficij, & ideo hæc subrogatio intelligi debet quo ad illam possessionem quam habebat defunctus, licet illa per eius obitum simul cum tit. cessauerit, iuxta notata per Hostiens. in d. c. ex p. Aegid. decis. 13. &c. refert Gonçalez gl. 9. §. 3. nu. 25.

7 Et quod subrogatus qui petit immitti in † possessionem debet probare possessionem defuncti de tempore obitus, vt dicitur de hærede volente immitti in possessionem ex remedio. l. fi. C. de edicto D. Adriani. qui debet probare possessionem defuncti tempore obitus, Menoch. de adipiscenda remed. 4. nu. 178 cui remedio simile est hoc subrogationis, Mohedan. decis. 206. fuit resolutum in causa Conchen. Archipresbyteratus, 16. Nouem. 1588. coram Illust. Plato.

8 Et dictam subrogationem gratiosam suffragari † quoad possessionem, etiam quod Beneficium tempore dictæ subrogationis non esset litigiosum, fuit resolutum in vna Oueten. Archidiaconatus coram D. Decano, 20. Maij 1580. in qua etiã fuit resolutũ, quod quando concurrunt duo tit. pares, scilicet duæ subrogationes impetratæ à Papa, non potest procedi executiue, vt per Dd. in l. fi. C. de edicto D. Adriani. Puteus lib. 1. decis. 302. & lib. 2. decis. 135. Et in vna Legionen. Prioratus. 27. Iunij 1584. coram SS. Clem. VIII. & in vna Cesenaten. bonorum 12. Maij 1586. coram D. Plato, vt in decisionibus sequen.

## *Legionen. Prioratus.*

9 COncluserunt † Domini, clausulam subrogationis quo ad possessionem Gasparis suffragari Ant. etiam quod beneficium tempore d. subrogationis non esset litigiosum, ita enim sæpius fuit resolutum, vt per Paleottum decis. 101. & fuit etiam resolutum coram R. P. D. meo Decano in vna Ouetens. Archidiaconatus; Bulla namque cõtinet duas clausulas, in prima quatenus beneficium sit litigiosum subrogatur Antonius in ius, & litis prosecutionem, in alia, quæ incipit ibi, & quo ad professionem, quæ non regitur à superiori verbo subrogamus, sed ab inferiori admittimus, Papa admittit prouisum ad possessionem, in qua erat defunctus. Non obstant, quæ in contrarium deducuntur, quia procedunt in gratiæ principali subrogationis principaliter obtenta, iuxta terminos reg. de subrogandis, secus est in gratia, quæ principaliter per obitum conceditur, & deinde accessorie datur facultas expediendi literas in forma gratiosæ subrogationis, etiam vt in hoc casu quo ad possessionem.

## *Cesenaten. bonorum 12. Maij 1586. coram Domino Plato.*

10 DVbitaui, an subrogatio gratiosa suffragaretur Iacobo Giganti quo ad possessionem bonorũ de quibus agebatur, ex quo in subrogatione gratiosa aderat clausula quatenus Canonicatus, & Præbẽda, litigiosa sint, quæ clausula omnino debuerat verificari, Caputaquen. decis. 229. p. 3. cum alijs allegatis; nec videbatur verificari posse, quia lis non erat super Canonicatu, sed super quibusdam bonis, quæ rector parochialis Ecclesiæ S. Iacobi, & Philippi de

Bagnillo ad ſuam Eccleſiam ſpectare contendebat, quod non fecit litem ſuper tit. beneficij, Caſſad. 4. vt lite pendente? Sed his non obſtantibus Domini tenuere dictam ſubrogationem ſuffragari Gigati quo ad poſſeſſionem, quia in ſubrogatione Papa facit duo, ſubrogat quo ad litem, & quo ad poſſeſſionem prædeceſſoris, quo fit vt nulla exiſtente lite, clauſula prædicta impediat ſubrogationem quo ad ipſam litem, quia impoſſibile eſt aliquem ſubrogari ad id quod non eſt, ſed non impediet aliam partem gratiæ, videlicet ſubrogationem in poſſeſſionem, prout fuit reſolutum in vna Oueten. Canonicatus 22. Iun. 1584. coram Illuſtriſſimo Aldobrandino, comprobatur ex his quæ tradit Paleottus deciſ. 103. incipiẽ, Marcus Podianus, & Aegidius deciſ. 115. vbi vult quod ſubrogatus in litem, & ius defuncti, licet nulla lis adſit, cenſeatur tamen ſubrogatus quo ad ius, ratione prædicta.

11 Nihilominus tamen in vna Burgen. † præſtimonij de Pancoruo, coram D. Gipſio 24. Octob. & 28. Nouemb. 1588. Domini reſoluerunt, ſubrogato gratioſe, etiam quo ad poſſeſſionem in beneficio non litigioſo non ſatis eſſe clericatum oſtendere, ac docere, prædeceſſorem in poſſeſſione deceſſiſſe quæ dec, ſic aiunt.

## 24. *Octobris* 1588.

LIcet regulariter gratioſe ſubrogatus ad verificationem narratorum non teneatur, ſed ei ſatis ſit clericatum oſtendere, ac docere prædeceſſorem in poſſeſſione deceſſiſſe, Puteus. 495. li. 2. Mohed. 327. cum alijs allegatis, nihilominus in hac facti ſpecie Domini reſoluerunt prædicta non ſufficere etiam ſi executiue pro mandato de immittendo agatur. Ratio Dominorum fuit quia cum ſubrogatio pluribus modis fieri poſſit vt aduertunt ſcribentes in reg. de ſubrogandis multum refert ad hunc effectũ, an quis in beneficio litigioſo, aut non litigioſo ſubrogetur primo caſu, quia de alicuius præiudicio non tractatur, quando quidem in beneficio litigioſo vti reſeruato nemo ſe intromittere poteſt, idcirco Papa facilius ſubrogat, & ſola verificatione obitus in poſſeſſione contentatur, & ita procedunt deciſiones Putei, & aliorum quæ ex aduerſo allegantur, ſi vero, & ſecundo caſu ſubrogatio fiat in beneficio non litigioſo cum medio tempore ius tertio quæſitum eſſe poſſit, quoniam poteſt dari caſus, quod beneficium ſub generalibus reſeruationibus non cadat, & ſic collatio ad ſummum Pontificem non pertineat, id inueriſimile redditur, Papam qui neminem lædere intendit, hoc pacto non verificanda alias narratiua, velle aliquem ſuo iure, ac poſſeſſione priuare. Idcirco meliori iuſtificatione opus eſſe dubitandum non videtur, hinc videmus ſi dat breue de capienda poſſeſſione nomine cameræ, executioni de ſtylo Rotæ locum non eſſe, niſi de ſufficienti illius iuſtificatione doceatur, modo ad caſum propoſitum, ſi D. Ioã. eſt in poſſeſſione beneficij non litigioſi, & habet titul. ab Ordinario, quemadmodum offert ſe in continenti melius probare, Domini abſque difficultate exiſtimabant dictum mandatum de immittendo d. Antonio dandum non eſſe ex allegatis, & quantum attinet ad illius probationes concluſerunt obitum S. baſtiani per publicam vocem & famam, bene probari ad deciſ. Putei. 350. lib. 2. & 266. in fin. lib. 3. eoque magis concurrentibus adminiculis; nam D. Sebaſtianus nauim aſcendit, & mari ſe credidit ad vrbem acceſſurus, & nunquam comparuit, vnde fit veriſimile in mari deceſſiſſe, iuxta tradita per Bart. tract. de teſtibus numer. 28. Alex. conſil. 25. & 117. vol. 4. cum ſimilibus, ſed quia vis ſtat in tempore, viſum fuit Dominis ſatis non conſtare de quo menſe ipſe deceſſerit, minuſque placebant deducta ad oſtendendum Dom. Sebaſtianum deceſſiſſet in poſſeſſione beneficij de quo agitur, quoniam non ſufficit probare ipſum aliquando beneficium obtinuiſſe, quia huiuſmodi probatio non concludit quod de tempore obitus illud poſſideret, ad l. neque natales. C. de probatio, motiuum vero factum pro Io. quod ipſe regula de triennali ſe iuuare poſſit tanquam non neceſſarium non fuit diſcuſſum.

## *In eadem* 28. *Nouembr.* 1588.

12 DOmini ſteterunt in deciſis non eſſe dandum mandatum de immittendo Domino Antonio Braſa. per ea quæ in alia poſitione dicta fuerunt, & ad nouiter deducta pro parte D. Antonij reſpondebãt, quod ſubrogatio proprie locum habet in beneficijs litigioſis, vt per Vital. Clem. 1. nu. 4. vt lite pendente, Mohed. deciſ. 180. ſi vero ſubrogatio detur in beneficio non litigioſo, tunc habet *vim collationis*, & tunc opus erit eam iuſtificare, prout *eſt* neceſſe iuſtificare aliam prouiſionem, & collationem, pro obtinenda Canonizatoria, ſi quidem huiuſmodi iuſtificatio venit in conſequentiam ipſius prouiſionis, quod ſecus eſt in litigioſis, quia eo dũtaxat caſu vim prouiſionis obtinet, ſi ille qui obijt fouebat bonum ius, vt declarat Vital. vbi ſup. nec dicatur, quod ſubrogatio in nõ litigioſis eſſet inutilis, quia inter alios effectus ille eſt conſiderabilis, quod iuſtificata gratia poterit ſic prouiſus in poſſeſſionẽ immitti, non obſtante quacumq; lite poſtmodũ introducta, etiã appellatione interpoſita, & in hoc procedũt à pari ſubrogatio gratioſa, & breue de capienda poſſeſſione, quinimmo huiuſmodi ſubrogatio eſt plenior, & vberior gratia, quoniam abſq; miniſtro iudicis poteſt adipiſci poſſeſſionem, in propoſita itaq; facti ſpecie ſi non datur concurſus prouiſionum, iuſtificatio per publicam vocem & famam erit ſufficiens, ſi quidem Papa voluit prouidere dummodo ad ſe prouiſio ſpectaret, & idẽ eſſet dicendum, vbi eſſet locus præuentioni, ſi vero datur cõcurſus, vt quia exhibeatur prouiſio Ordinarij quo caſu eſſet neceſſe probare reſeruationẽ. tunc plenior probatio requireretur, quemadmodũ in omnibus reſeruatis, nam iſto caſu reſeruatio eſt fundamentum gratiæ, ideo concludenter probari debet, nec prædictis refragantur deciſiones allegatæ, nam in Lucana Maiuſculatus ſubrogatio fuit conceſſa in reſignatione in fauorem, quæ nemini infert præiudicium deciſio Ceſenaten. non loquitur de iuſtificatione ſubrogationis: in Senen. Canonicatus non dabatur concurſus tit. nam aduerſarius ſolum prætendebat ius optandi, in Calagurritana Beneficij, & Legionen. Prioratus ſimiliter ex ad. nullus aderat prouiſus.

13 Idem fuit dictum in illa Fanen. † Paroch. 1592. de

qua

quæ cap. præced. nu. 113. & in Tiraſonem eleemoſynariæ 1602. ibidem adducta, nu. 133.

14 Et fuit etiam reſolutum in vna Oſcen. † Canonicatus, ſeu optionis, 4. Iun. 1593. coram D. Gipſio, vt in decis. ſeq. D. Blaſius Buyo impetrauerat Canonicatum, & Præbendam in Eccleſia Oſcen. vacantes per obitum Michaelis Laurentij ſub prætextu quod Capitulum de eis prouidere non potuiſſet, cum propter litem ſuper illis moram huiuſmodi beneficia ſedi Apoſtolicæ affecta & reſeruata eſſent. Idcirco vigore ſubrogationis gratioſæ docto de obitu Michaelis, in poſſeſſione iuxta deciſ. Putei. 495. & lib. 2. Mohed. 327. inſtabat pro mandato de immittendo in poſſeſſionem eorundem Canonicatus, & Præbendæ, ſed d. die Domini amplexi ſunt partem negatiuam, quoniã ex deductis pro Blaſio non bene probatur lis ſuper proprietate ac tit. Beneficij, videlicet Canonicatus impetrati, prout requiritur ad hoc vt dici non poſſit tractari de præiudicio Ordinarij collatoris, Caſſad. deciſ. 4. in princ. vt lite penden. Gambarus de officio legati, lib. 3. nu. 475. & late deductum fuit in illa Burgenſ. de Pancoruo corã me de anno 1588. Quoniam ſi non adeſt lis tunc ſubrogatus tenetur omnia narrata in ſua gratia iuſtificare, per ea quæ ſcribit Ioann. Andr. in c. 1. de litis conteſt. in 6. retert & ſequitur, Decius in c. conſtitutus, n. 8. de reſcript. Ægid. deciſ. 76. ſi quidem non probata lite ſubrogatio ſurreptitia redderetur, Card. conſ. 31. nu. 3. & 4. Fel. in cap. ad aures, col. 3. de reſcrip. Caputaq. deciſ. 229. p. 3. maxime propter præiudicium Ordinarij cui Papa voluiſſe præiudicare non eſt verisimile. Lis vero quæ pro parte D. Blaſij deducitur, non releuat, cũ eſſet ſuper iure optandi Præbendam, & ſic ſuper mera temporalitate, quæ in l. commune habet cum Canonicatu, nec appellatione illius venit Rota deciſ. 33. de reſcript. in nouis. Caſſad. deciſ. 17. n. 6. de Præbend. & ex diuerſis non fit illatio iuribus vulgaribus & facie deciſ. Achill. 6. de lite. Hoc etiam patet, quia per optionem non acquiritur nouus tit. ſed antiquus retinetur. Decius in c. fi. de conſuetud. Cald. conſ. 3. eod. tit. Caſſ. d. dec. 17. non obſtat, quod commiſſio videtur impetrata ſuper validitate prouiſionis Michaelis, quia ibi etiam dicitur de Præbenda, &c. & ex proſecutis patet, quod ſuper Canonicatu nulla aderat lis, ſed ſolum ſuper Præbenda. Non obſtat quod hæc lis ſuper Præbenda ex intentione actoris à quo ius metimur. l. 1. ff. ſi pars hæred. petat. afficere debeat etiam Canonicatum ex allegatis, quia non erat controuerſia an Præbenda eſſet, vel non reſeruata, quo caſu forſan comprehenderet Canonicatũ, ſed dubitabatur ibi, an ſtante antiqua cõſuetudine in reſeruatis caderet optio, propterea ad litem ſuper Canonicatu inferri non poteſt per prælegata. Nec ſubſiſtit quod Canonicatus & Præbenda ſunt ad inuicem annexa & correſpectiua, & in correſpectiuis idem ſit iudicium, quia immo Præbenda dicitur acceſſoria ad Canonicatũ, & ſic non intrat, quod affectio ſaltem reſpectu Præbendæ dicatur adeſſe.

Propterea dandã eſſe immiſſionem reſpectu Præbendæ quia præter id quod non probatur talis affectio, ſit eſt quod Præbenda ſequitur Canonicatum, pro cuius immiſſione obtinenda neceſſe eſt verificare narrata in gratia, vt dictum eſt, &c. *Quæ deciſ. eſt noniſſ. ann. 604.*

15 Et in eadem cauſa † coram eodem 5. Decemb. 1594. Domini ſteterunt in d. deciſ. & dixerunt, ſubrogationem non habere locum, vbi lis non eſt ſuper Canonia, ſed ſuper optione Præbendæ temporalis, &c.

16 Vnde quod dictum eſt, gratioſe ſubrogato † dari mandatũ de immittendo in poſſeſſionẽ Beneficij cõſtito de clericatu, & vacatione, ac poſſeſſione anteceſſoris tempore vacationis abſque alia verificatione gratiæ, & narratorũ, procedit quando Beneficiũ erat litigioſum, vt fuit reſolutũ in vna Vrgellenſ. Archidiaconatus. 15. Iunij 1592. corã D. Penna in qua fuit reſolutum eſſe locum immiſſioni in poſſeſſionẽ illius ad fauorem Raphaelis vigore ſubrogationis gratioſæ quo ad poſſeſſionem, cũ doceat de poſſeſſione Michaelis tẽpore obitus, ac de lite etiã conſtet, & de clericatu, abſque alia narratorum verificatione: vt fuit pluries deciſum, & nouiſſime in Mediolanen. Beneficij prima huius menſis coram D. Decano, &c. nec obſtare oppoſitionem de iure Antonij, qui cum optauerit Archidiaconatum vigore ſtatuti a Papa confirmati dici poterit Apoſtolicus prouiſus, quaſi tunc intraret regula ad illius fauorem, quod contra habentem patem tit. non poſſit agi executiue, & ideo Raphael non poſſit iuuare ſe vigore gratioſæ ſubrogationis, quia reſpondetur quod præterquam quod Antonius vigore prætenſi indulti non poterat vere dici Apoſtolicus prouiſus; illa tamen regula procedit quando ille par tit. eſſet eiuſdem ſpeciei, vt verbi gratia, ſi prouiſio Apoſtolica Antonij eſſet etiam gratioſa ſubrogatio in locum & poſſeſſionem Michaelis, tunc enim non executiue, ſed ordinarie eſſet procedendum, Mohedan. deciſion. 206. &c.

17 Et ſimiliter in vna Mediol. Capellaniæ † 20. Maij 1594. coram D. Pamphilio fuit reſolutum. Subrogato gratioſe in Beneficio litigioſo, vt detur mandatum de immittendo, debere probari litem, poſſeſſionem, & obitum defuncti, &c.

Et in cauſa Tullen. prioratus 28. Nouemb. 1594. 18 † coram D. Seraphin. fuit reſolutum. Subrogato gratioſe, etiam quoad poſſeſſionem dari mandatum de immittendo abſque verificatione ſubrogationis conſtito tantum de clericatu, lite, & vacatione, ac poſſeſſione authoris tempore vacationis, vt in varijs cauſis fuit reſolutum in Rota, nec Legatum poſſe conferre beneficia litigioſa, etiam vacantia per reſignationem, niſi ſit in commiſſione, &c. idem etiam fuit reſolutum in vna Corduben. præſtimonij. 21. Octobr. 1596. coram D. Lita.

Et in vna Hiſpalenſ. & Corduben. Beneficio- 19 rum. 2. & 16. Iunij 1597. † coram D. Gipſio fuit reſolutum. D. Bernudez eſſe dandum mandatum de immittendo in poſſeſſione Beneficiorum, quoniam eſt gratioſe ſubrogatus in ius, & poſſeſſionem Gundiſalui, & non tenetur iuſtificare niſi eius clericatum, & obitum in poſſeſſione d. Gundiſalui, cum Beneficia ſint litigioſa iuxta deciſ. Putei 493. libro ſecundo Mohed. 327. Paleottus 119. & eius clericatus probatur per teſtes de publica voce & fama, quæ ſufficit Aegid. deciſ. 114. & 674. Caputaquen. 277. parte prima obitum Gundiſalui eodem modo probant teſtes prædicti, & ad effectum vacationis non eſt neceſſaria melior probatio. Puteus deciſ. 266. in fin. libro tertio

Mohed.deciſ.77. de poſſeſſione eiuſdem non eſt dubitandum, cũ obtinuerit contradicente Varella aduerſario mandatũ de manutenendo à Rota, & quod in ea deceſſerit præter præſumptionem iuris ad l. ſicuti poſſidetis. C.de probatio. Rota deciſ.4. de probatio.in nouis probant ijdem teſtes de publica voce, & fama.quæ optime probat hoc caſu,cum non detur concurſus prouiſionum, & in iſtis terminis fuit reſolutum in Burgen.de Pancorno. 28. Nouemb. 1588. quam Domini pluries approbarunt. *Idem fuit reſolutum in vna Vercellen.beneficij 16. Nou. 1601. coram D. Litta,& in Gerunden. canon. 12. Nou. 1606. coram D. Ludouiſio, vbi fuit concluſum dandum eſſe mandatum de immittendo Ioſepho Sexedor gratioſe ſubrogato ad poſſeſſionem Michaelis Gallo collitigantis defuncti lite pendente, quia fuit probatus clericatus & obitus Michaelis in poſſeſſione, quod ſufficit abſq; alia iuſtificatione, &c.*

20 Etiam vna Valliſoletana Scholaſt. 17.† Iunij 1602. coram D.Lancell.fuit dictum. In ſubrogatione non eſſe locum immiſſionis,docto tantum de clericatu & obitu prædeceſſoris in poſſeſſione quando non eſt gratioſa, ſed rigoroſa per viam mandati de ſubrogãdo, quamuis ſit ſuper beneficio litigioſo, ſeu reſeruato,Mohed.dec.11.vt lite pend. alias vero ſi literæ continerent gratioſam ſubrogationem, eſſe locum dictæ immiſſioni, quare poſtmodum ſuper eadem ſupplicatione alijs literis expeditis per Cameram in forma gratioſæ ſubrogationis,& in actis exhibitis,& facto verbo in Rota die 5.Iul. ordinatum fuit, quod vigore iſtius nouæ expeditionis daretur immiſsio, nec viſum eſt releuare, quod cum ſemel fuiſſent expeditæ literæ in forma rigoroſa, non potuerint amplius aliæ expediri in forma gratioſa,ex deciſionibus allegatis,quia in præſenti ſumus in caſu,in quo prior expeditio in forma rigoroſa fuit facta per Cancellariam,& poſterior in forma gratioſa per Camerã, qui termini iunt valde diuerſi à deciſionibus, quæ allegantur, & hoc caſu expeditionem ſecundã poſſe fieri,& eſſe validam, Domini tenuerunt habito voto D. Regentis Cancellariæ, qui à ponente conſultus ita reſpondit ſeruari de ſtilo,maxime quia hæc ſecunda expeditio eſt conformis vltimæ ſupplicationi, ſuper qua fuit facta vtraque expeditio, cum in hac ſupplicatione fuerit ſublata clauſula commiſſaria, &c. *Idem fuit reſolutum in cauſa Hiſpalenſ. beneficij de Xerez 27. Iunij 1605. coram Domino Litta, & in Burgenſ. canonicatus 30. Martij 1607. coram D. Ludouiſio, vbi, quod Ioanni Spinoſa dandum eſt mandatum de immittendo in poſſeſſionem canonicatus vigore ſubrogationis gratioſæ; concurrunt enim omnia requiſita, lis, clericatus Joannis, & obitus Franciſci in poſſeſſione, vt in Burgen. de Pancorno & Miranden parochialis, & alijs plurib; & quod licet viuente Franciſco Michael fuerit à Nuncio miſſus in poſſeſſionem; tamen quia fuit per eum nulliter proceſſum, ex quo erat miſſus, & tenebatur procedere cum cauſæ cognitione, Franciſcus qui ſe non habuit pro ſpoliato, non amiſit poſſeſſionem, Put.dec.419.lib 2, & paſſim tenet Rota. Vnde ſicut non potuiſſet denegari Franciſco manutentio, ita nec Ioanni ſubrogato immiſsio vt reſoluit Rota in Toletana parochialis 24. Iunij 1604. coram D.Sacrato;& qui dicit illum habuiſſe ſe pro ſpoliato, id debet probare,cum præſertim ſit potius iudicandum,quod voluerit ſuam ciuilem retinere, & reg.quod quis velle & facere præſumitur quod eſt ſibi vtilius, lib.1.& 2.de ſolut. Idem etiam fuit reſolutum in cauſa Elnen.præceptoriæ 28. Nouemb.1608.coram D.Marconcntio.& in Placentina & Toletana canonicatus & beneficiorum 16. Ian.1606, coram D. Ludouiſio.* Et poſt hæc docet Gonçalez §.7. proœmio.num.211.

21 Similiter etiam locum eſſe ſubrogationi † gratioſæ,etiam quoad poſſeſsionem,& non requiri iuſtificationem in Beneficio reſeruato, ſicut in litigioſo tenuerunt Domini in vna Calagurritana dimidiarum portionum.20.Decemb.1593.coram D.Millino, vt in dec.ſeq.Domini cum præſupp. quod iura ſint in forma probanti dixerunt locum eſſe ſubrogationi gratioſę quo ad poſſeſsionem,quia ſicut in Beneficio litigioſo non requiritur iuſtificatio, ex eo quod non infertur præiudicium Ordinario,nec alteri cum non poſsit fieri prouiſio ſtante lite, ita pariter dicendum eſt, vbi adeſt reſeruatio quæ eundem effectum operatur licet non ſit notoria, cum ſtante reſeruatione, nec Ordinarius,nec alius poſsit ſe intromittere; nou obſtat quod cum Hieronymus, & Thomas, ſint in poſſeſsione non eſt locus ſubrogationi gratioſæ, ſed agendum via ordinaria, quia hoc procederet ſi ipſi eſſent prouiſi à Papa, & haberent ſimilem titul. ſed cum ſint prouiſi ab Ordinario, & nõ habeant parem titul.ſubrogationis gratioſæ eſt danda immiſsio, vt fuit reſolutum in cauſa Senen. Canonicatus 13.Maij 1588.coram bonæ mem. Bubalo.& in cauſa Recanaten. Beneficij S.Ant. 25.Maij de anno præterito coram me.non obſtat Bulla Alexandri,quia quod eſt ei ſufficienter derogatum eſt in forma probanti, ideq; fuit reiecta in alijs cauſis Calagurritanis de Cenicero, & de Archaya,

22 Quod etiam fuit tentum in vna Virdunen. Canonicatus 28. Aprilis 1595. coram D. Pamphilio, in qua fuit reſolutum. Subrogationem gratioſam contra poſſeſſorem prouiſum à Cardinali Legato, non habere executionem paratam, niſi beneficiũ ſit litigioſum, vel alias affectum, iuxta text.in capitulo.2. vt lite pendent. in 6. ita vt Legatus in illius collatione ſe intromittere non potuerit, ex dicta deciſione Burgen.&c.

23 Et eſt deciſ. in cauſa Barchinonen. Canonicatus. 9. Martij 1598. † coram dicto D. Millino quę ſic ait, Fuit per Dominos reſolutum D. Onofrio eſſe dandum mandatum de immittendo, quia cum ſit gratioſe ſubrogatus ad poſſeſsionẽ ſui authoris, & probet illius poſſeſsionem, & ſuum clericatum, hoc ei ſufficit,nec tenetur iuſtificare narratiuam ſuę gratię, iuxta deciſ.Put.495. lib. 2. Paleotti 119. nec placuit Dominis fundamẽtum quod ſit neceſſaria iuſtificatio,cum beneficiũ nõ ſit litigioſum, iuxta diſtinctionem alias factã in cauſa Burgen.de Pancorno,& poſtea confirmatã in pluribus alijs cauſis, quia ſicut in beneficio litigioſo non requiritur iuſtificatio, ex eo quod nõ infertur prejudicium Ordinario, nec alteri, cũ non poſsit fieri prouiſio ſtante lite, ita pariter dicendum eſt quãdo adeſt reſeruatio,vel affectio,cum ſtãte reſeruatione,vel affectione,nec Ordinarius,nec alius poſsint ſe intromittere, vt fuit reſolutũ coram me in cauſa Calagurritana dimidiarũ portionũ del Burgo.20.Decẽb.1593.Præterea cũ non exhibeatur tit.Franc.nec probetur eius poſſeſsio, nõ requiritur iuſtificatio,licet beneficium non ſit litigioſum, quia poſſeſsio eſt vacans, & non fit præiudicium poſſeſſori, vt fuit reſolutum in cauſa Parmenſ. beneficij de Tolentin. 21. Aprilis 1589. coram D. Penna,

& in cauſa Parmen. Prioratus 23. Iun. 1589. coram D. Mantica, non obſtat quod vnio eſt nulla, quia licet vnio ſit nulla remanet affectio propter appoſitionem manus Papæ, ſiue nullitas proueniat ex defectu cauſæ, ſiue ex inhabilitate prouiſi, aut ex alio cap. non obſtat quod vnio fuit facta de Canonicatu primo vacaturo, & non conſtat iſtum fuiſſe primum qui vacauit, quia Onofrius habet fundatam ſuam intentionem in iſta vacatione, & ſi Franciſcus prætendit quod ſucceſſerit alia vacatio ipſe debet probare, vt fuit reſolutum coram me in cauſa Regienſ. Præbendæ Theologalis. 13. Nouemb. 1595. Hoc autem dicebant Domini non probari, quia Vela ex cuius perſona prætenditur alia vacatio ob promotionem ad Epiſcopatum non erat adhuc conſecratus, & vacatio Beneficiorum non inducitur ante conſecrationem & adeptionem poſſeſſionis, quando promotus non fuit in mora petendi conſecrationem, Innoc. in c. cum in cunctis, nu. 4. Abbas in d. c. §. cum vero, nu. 6. de electione, & ita fuit alias reſolutum in cauſa Panormitana Beneficiorum 9. Ianu. 1549. coram Acorambono, & in cauſa Veglen. penſionis 15. Iunij. 1570. coram D. Seraphino, & cauſa Tolet. Scholaſtriæ. 22. Iun. 1592. coram D. Orano. *deciſio eſt in nouiſ. Farin.* 163. *circa quam tamen deciſionem vide aliam ſuper eodem canonicatu ſupra adductam* 5. *par. præced. cap.* 1. *num.* 176. Eſt etiam deciſ. Miranden. 1600. infra adducta nu. 33. & docet Gonçalez ex d. nu. 211 *& fuit reſolutum in vna Corduben. præſtimoniorum* 7. *Nouemb.* 1601. *coram D. Lita, & in vna Aſtoricen. Archidiaconatus* 6. *Nouemb.* 1602. *coram D. Lancellotto, & in Egitanen. ſcholaſtriæ* 14. *April.* 1603. *coram D. Ludouiſio, & in Hiſpalen. beneficij de Gibraleon* 7. *Maij* 1604. *coram eodem D. Ludouiſio, vbi dandam eſſe immiſſionem vigore gratioſæ ſubrogationis, quia conſtat de reſeruatione ex reg.* 3. *reſeruatoria beneficiorum familiarium Cardinalium, quæ capit etiam beneficia quæſita ante familiaritatẽ, maxime iuxta tenorem regulæ modernæ: conſtat etiam de clericatu & poſſeſſione defuncti, & ſufficeret probare ſemel poſſediſſe, cum præſumeretur continuaſſe vſque ad mortem*, Rot. deciſ. 4. *de probat. in nou. & fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen. capellaniæ* 13. *Martij. & 6. April.* 1606. *coram D. Pamphilio, & in Ilerden. portionis* 2. *Iunij* 1606 *coram D. Penna. Et in Corduben. beneficij* 27. *Octob.* 1606 *coram* D. *Marcomontio, & Aſſiſien. beneficij* 11. *Maij* 1607. *coram Marcomontio, & in Ferrarien. prioratus* 17. *Martij* 1608. *coram* D. *Penna, & in Placentina beneficij de Laraix* 1. *Iul.* 1609. *coram* D. *Lancellotto, & in alia Placentina theſaurariæ* 25. *Maij* 1609. *coram* D. *Ortembergo adducta* 5. *parte capit. primo numero* 3. *cap.* 6.

24 At alias Rota tenet quod ad effectum † immiſſionis in poſſeſſionem ex ſubrogatione gratioſa abſque alia iuſtificatione requiritur quod reſeruatio ſit clara, & quæ inter partes controuerti non poſſit, alias ſecus, vt antea ſenſerat Rota in d. Burgen. de Pancoruo ſup. adducta nu. 11. & 12. & ita fuit reſolutum in vna Neapolitana Rectoriæ, 13. Febr. 1598. coram
25 D. Lancellotto, in qua † fuit dictũ, requiri quod reſeruatio ſit clara, & notoria ad effectum immiſſionis ex ſubrogatione gratioſa, abſq; alia iuſtificatione, vt ſæpius fuit reſolutũ, & vt fuit reſolutũ in vna Aquilana Benefic. Iul. 1585. coram D. Gipſio, vbi reſeruatio ratione iuris patronatus redditur dubia, non impedire manutentionem, quæ danda eſt poſſeſſori, & ſufficere quod conſtet de corpore Beneficij, etiam quod ſit erratum in nomine. *in inſtrumento poſſeſſionis nominando capellam, cum ſit rectoria.* Put. deciſ. 442. lib. 1. cum alijs, &c.

26 Et in vna Oritana † Parochialis, ſeu Archipresbyteratus 29. Maij 1598. coram D. Orano fuit reſolutum, quod gratioſe ſubrogato quo ad ius, & poſſeſſionem defuncti datur immiſſio, quoticſcunque præter reſeruationem, ſeu affectionem, quæ eſt concludenter probanda, obitus defuncti in poſſeſſione, &
27 Clericatus ſubrogati probatus eſt, *vt latius in deciſ. quæ eſt in nouiſ. Farin.* 584 *& fuit confirmatum coram eodem* 2. *Dec. eiuſdem anni, vt in ſeq. deciſ.* 585. &c. † Et in eadem 18. Iunij 1599. coram D. meo Corduba fuit dictum ſæpe fuiſſe firmatum reſeruationem, ſeu affectionem, debere eſſe notoriam, & talem quæ inter partes controuerti non poſſit, vt vigore ſubrogationis gratioſæ in beneficio non litigioſo poſſit dari mãdatum de immittendo contra prouiſum ab Ordinario cui nullum ius poteſt competere, quando vero non eſt ita clara & conuertitur, tunc ceſſat iſta via executiua & requiritur iuſtificatio ſubrogationis gratioſæ, & totius gratiæ ex qua ſua ſumpta eſt, quia tunc adeſt, vel ad eſſe poteſt præiudicium Ordinarij & poſſeſſoris, vnde licet probetur reſeruatio, cum hæc probatio poſſit per contrarium per contrariam probationem elidi. Aegid. deciſ. 614. immiſſio concedi non debet abſque gratiæ iuſtificatione, quia non conſtat notorie de non iure alterius, quod ceſſat in beneficio litigioſo, ſtante enim reſeruatione clauſula in corpore iuris certum eſt, quod Ordinarius lite pendente prouidere non poteſt. cap. 2. vt lite pendente in 6. &c. refert Gonçalez glo. 31. ſub num. 20. & 21 *idem in dicta Aſtoricen. Archid.* 6. *Nouem.* 1602. *coram* D. *Lancellotto.*

Et alias in vna Tiburtina iuriſpatronatus 5. Iulij
28 1598. † coram D. Penna & in Sabinenſ. beneficiorũ 28. Maij 1599. coram D. Gipſio fuit reſolutum quod immiſſio datur ſubrogato gratioſe, etiamſi opponatur de iure patronatus, niſi in continenti probetur quando manifeſte apparet de reſeruatione, vel de lite, &c. *& in vna S. Angeli beneficiorum Lombardorum* 3. *Iunij* 1602. *coram* D. *Ludouiſio fuit reſolutum, non dari immiſſionem vigore ſubrogationis gratioſæ, quando reſeruatio non eſt notoria, & indubitata, vt in illo caſu, in quo reſeruatio multum turbida redditur, quia adeſt magnus fumus iuriſpat. ex deductis, &c. Idem in Foroluien. iuriſpatro.* 21. *April.* 1606. *&* 15. *Iun.* 1609. *coram* D. *Mançanedo, & in cauſa Hiſpalen. Archid.* 20 *Febr.* 1606. *coram* D. *Iuſto firmarunt* Domini, *quod ad effectum manumiſſionis, &c. vt ſupra. Tamen quando non datur concurſus prouiſionum, quia non exhibetur prouiſio aduerſarij, ſufficit probare reſeruationem per teſtes de publica voce & fama, ſeu alias ſemiplene, vt in d. Burgen. de Pancorno ſupra adducta numero* 12. *& Egitanen. Scholaſtriæ* 14. *April.* 1603. *coram* D. *Ludouiſio, & in Pampilonen. de Sangueſa* 28. *Maij* 1608. *coram* D. *Ortembergo relata numero* 30. *& in Bononien. parochialis de Bargio* 30. *Octobr.* 1609. *coram* D. *Penna, vbi, quod Al. eſt immittendus in poſſeſſionem vigore ſubrogationis gratioſæ, quia conſtat de poſſeſſione defuncti & clericatu, & quod parochialis eſt reſeruata ratione vacationis in menſe Ianuario per teſtes de publica voce & fama: quod ſufficit non dato concurſu prouiſionum, vt in dicta Egitanen. Scholaſtriæ, &c. Et idem de pro-*

*bationc obitus defuncti in poſſeſſione dicitur in dicta Placentina theſaurariæ adducta 5.p.c.1. num. 346. & etiam quando non exhibetur titulus aduerſarij, neque probatur poſſeſſio, non eſt iuſtificanda narratiua gratiæ, etiam quod beneficium non fuerit litigioſum: cum enim eo caſu præſumatur poſſeſſio vacans, ea immiſſione nullum præiudicium infertur, vt dicitur in dicta Oritana 2. Decemb. 1598. coram Orano in nouiſſ. Far. dec. 585. & quod ita tenuerunt Domini in vna Parmen. prioratus coram illuſtriſſ. Card. Mantica. Et in cauſa Hiſpalen. Archid. 20. Febr. 1606. coram D. Iuſto firmarunt Domini, quod ad effectum immiſſionis virtute ſubrogationis requiritur concludens probatio reſeruationis, vt fuit in Rota reſolutum coram Gipſio in illa Burgen. de Pancorno 24. Octob. 1588. & coram Card. Blanchetto in Gienen. præſtimonij 15. Febr. 1593. &c.*

29 Prædicta † ergo regula, quod ſubrogato gratioſe, etiam quo ad poſſeſſionem, datur mandatum de immittendo, etiam non iuſtificata ſua gratia, &c. fallit quando ſubrogatio datur in Beneficio non litigioſo, vel non reſeruato, ſeu affecto clare, vt in dictis deciſionibus. Et in dicta Miranden. Parochialis 1600. infra adducta, nu. 33. *Et in vna Romana clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602. coram D. Pamphilio, & Hiſpalen. Beneficij de Xerez 12. Maij 1603. coram D. Lita, & in Caputaquen. beneficij 12. Decemb. 1608. coram D. Marcomontio infra adducta 12. par. c. 2. & late in Toletana capellaniæ 12. Decemb. 1606 coram D. Sacrato, vt in ſequẽti deciſ. 158.* & procedit in Beneficio taliter quod quamcumq; aliam Canonicam prouiſionem exclu-
30 dat. † Nam ſi poſſet concurrentia alterius collationis validæ conſiderari, & ſit alius in poſſeſſione, ceſſat immiſſio quamuis poſſeſſor titulum non oſtendat, vt in d. Corduben. præſtimonij coram Litta fuit dictum 21. *Octob. 1596. nempe, non obſtare, quod beneficium ſit reſeruatum ratione vacationis in menſe Julij, qui ſemper eſt Papæ, & ſic videatur danda immiſſio abſque alia iuſtificatione. Quia reſpondetur, illud procedere, quando reſeruatio eſt talis, quæ excludat omne ius poſſeſſoris: ſecus quando reſeruatio non eſt talis, quæ excludat omne ius poſſeſſoris, prout in illo caſu, in quo agitur contra ſeminarium, quod poteſt probare titulum de vnione, quæ iuxta formam Concil. Triden. poteſt fieri etiam de reſeruatis; & ideo omnia narrata in ipſa principali gratia iuſtificari debent, ſufficereque, quod ſeminarium poſſideat naturaliter, & alleget vniorem, licet de ea non conſtet, & quod ſit citatum, vt paſſim notant Doctores in l. fin. C. de euict. D. Adrian. & fuit alias conſideratum in Vrbenetana caſtrorum 12. Decemb. 1567. coram D. Seraphino &c. & fuit confirmatũ in d. Foroliuien. iuriſp. 21. April. 1606. & 15. Iun. 1609. coram D. Mançanedo & in d. Pampilon. de Sanguſa 28 Maij 1608. coram D. Ortembergo fuit reſolutum, Petro niſi gratia ſua iuſtificata, non eſſe dandum mandatum de immittendo, non reſpectu Michaelis collitigantis, ad cuius ius fuit ſubrogatus, quia ſubrogatus in ius non poſſidentis tenetur iuſtificare ſuam gratiam ac ſi ageret ad canonizationem: immo nec ſufficit quod defunctus fuerit in poſſeſſione, ſed expreſſa mentio poſſeſſionis, & ſubrogatio ad eam requiritur. Vital. in clauſula 1. nu. 64. & ſeq. vt lite pend. Lancellot. de attent. c. 4 nu. 364. fuit dictum in Carthagin. portionis 21. Octob. 1588. coram D. Gipſio. Similiter reſpectu Petri Monreal, ad cuius poſſeſſionem obtinuit ſubrogari, non competit immiſſio, niſi verificata narratiua, quia illa poſſeſſio nunquam fuit litigioſa, nec adeſt talis reſeruatio, vel affectio, propter quam nec aduerſarius, nec alius poterit ſe intromittere, cum poſſit dari caſus, quod beneficiũ ſubgeneralibus reſeruationibus non caderet, & ſic collatio ad S. P. non pertineret, idque locum habet, ſiue adſit prouiſus, ſiue non, vt fuit deciſum in Burgen. de Pancorno 28. Nouemb. 1588. coram Gipſio, cum hac tamen diſtinctione, quod vbi adeſt concurſus prouiſionis, vt quia exhibetur prouiſio ordinarij, tunc plena probatio requiritur, vt in omnibus reſeruatis. Si vero non datur concurſus prouiſionum, ſufficit iuſtificatio per publicam vocem & famam, &c. In eadem tamen Pampilonen. coram eodem 4. Iulij eiuſdem anni 1608. fuit reſolutum, dandum eſſe mandatum immittendo, quia verſamus in ſubrogatione gratioſa, quæ etſi non ſit quoad poſſeſſionem beneficij litigioſi, vel notorij reſeruati, tamen iuſtificata gratia prouiſus eſt in poſſeſſionem immittẽdus, vt fuit reſolutum in dicta Burgen. de Pancorno 28. Nouemb. 1588. &c.*

31 Fallit ſecundo quando ſubrogatio † fuit data incidenter, & acceſſorie ad gratiam principalem inter clauſulas generales cum clauſula illa, expediendi etiam ad partes, non vero particulariter ſeorſum per particularem ſupplicationem. Nam cum ſit acceſſoria, ad gratiam principalem, & eius naturam ſequatur, debet principalis gratia iuſtificari, cum ſi alias eſſet nulla, eſſet quoque ſubrogatio, vt in d. Corduben. fuit itidem reſolutum. Et in vna Gerunden. Beneficij 19. Ianuar. 1600. coram D. Penna. in qua fuit dictum, quod licet in ſubrogatione gratioſa quo ad poſſeſſionem de Beneficio litigioſo non ſit neceſſaria iuſtificatio niſi Clericatus, & obitus auctoris, vt in Burg. de Pancorno id tamen verum eſt in gratia ſubrogationis principaliter impetrata: ſecus autem in ea quæ ſumitur ex clauſulis generalibus, iſta enim quo ad iuſtificationem gaudet aliquo priuilegio, ſed tanquam acceſſoria ſortitur naturam gratiæ principalis, & ideo omnia in ea narrata ſunt iuſtificanda, quod ſæpe in Rota deciſum fuit, & ſignanter in cauſa Bononien. Canonicatus. 19. Martij 1590. coram D. Pamphilio & in Gienen. præſtimonij. 15. Febru. coram D. Mantica.

Sed contra iſtam fallentiam rectius tenuit Rota, in vna Miranden. Parochialis 17. Martij 1600. & 2. April. 1601. coram eodem Domino Penna, vt in deciſionibus ſequentibus.

## 16. *Martij* 1600.

32 PEndente lite inter Emmanuelem de Arces Rectorem, † & poſſeſſorem Eccleſiæ Parochialis S. Leocadiæ, oppidi de Cervo Miranden. Diœceſis & Antonium de Robredo, Emmanuel obijt menſe Septemb. anno 1599. & per eius obitũ Fraciſcus Sanctonis Mart. 1600. fuit à Sede Apoſtolica de eadem Parochiali prouiſus cum gratioſa ſubrogatione in omni iud. & ad omne ius, atq; etiã quo ad poſſeſſionẽ Emmanuelis & quia Franciſcus, vigore gratioſæ ſubrogationis petebat immitti in poſſeſſionem, iuſtificatis ſolum duobus ſuo ſcilicet Clericatu, & poſſeſſione Emmanuelis in Beneficio tempore obitus, hęc enim probatio ad prædictũ effectũ iuxta rotales deciſ. habetur ſufficiens. Mohed. deciſ. 1. de prob. contra vero prætendebat Antonius, dicens id habere locum, quando ſubrogatio impetratur, & habet per ſe exiſtentiam, ſecus autem eſſe in ſubrogatione a prima gratia dependẽte, quæ deſumitur vel ex corpore gratiæ principalis, vel ex clauſulis generalibus, tunc

enim omnia narrata in tali gratioſa ſubrogatione eſſe iuſtificanda, ideo dato ſuper hoc dubio an Franciſcus eſſet immittendus? Rota vtraque parte informante immittendum cenſuit, in hac enim materia præſupponebatur, Primo gratioſam ſubrogationem proprie habere locum in Beneficijs litigioſis. Bonifacius in Clem.1.nu.41.verſ.& ideo vt puto, vt lite pend. Mohed.dec.180.in prin. Rota in cauſa Burgen.de Pancoruo die 28. Nouemb. 1588. corã bonæ mem. Gipſio, eandem vero gratioſam ſubrogationem multo magis ſibi locum vendicare in Beneficijs, diſpoſitioni Apoſtolicæ, ſeu Romani Pontificis reſeruatis; conſequenter autem diſtinguebantur tres caſus. Primus eſt, quando Papa ſubrogat gratioſe ad Beneficium litigioſum, ſiue reſeruatum, & tunc talis gratia non indigit alia iuſtificatione quam Clericatus impetrãtis, & poſſeſſionis decedentis Mohed. decif.292.in princip.& decif.327.nu.1. Puteus 214. nu.1.lib.1. Paleottus.103. circa med.ũ & decif.119. in princ. Rota in prædicta cauſa Burgen. de Pancoruo coram Gipſio & ratio eſt quia conferendo Beneficium litigioſum, vel reſeruatum, nulli fit iniuria, cum nemo præter Papam de illo poſſit diſponere, & illa gratia vim prouiſionis obtineat, ſi ille qui obijt fouebat bonum ius, vt declarat Bonif. præcitato loco. num.41. & fuit dictum in prædicta cauſa Burgenſ.de Pancoruo, & hæc procedunt ſine difficultate, quando gratia ſubrogationis gratioſæ fuit principaliter, & per ſe petita, & obtenta, & literæ deſuper expeditæ. Et hoc modo videntur loqui deciſiones allegatæ,

Alter caſus eſt, quando Papa facit gratiã de Beneficio litigioſo, ſiue reſeruato, etiam cũ gratioſa ſubrogatione quo ad ius, & poſſeſſionem defuncti, & impetrans ad partem expediuit Bullas ſuper gratioſa ſubrogatione deſumpta, vel ex corpore, vel ex clauſulis generalibus ciuſdẽ ſupplicationis, & hoc caſu licet non modo gratia ſubrogationis quoad duo prædicta, videlicet Clericatum, & poſſeſſionem, ſed etiam omnia narrata in gratia principali iuſtificanda viderentur, nihilominus tamen Rota cẽſuit ſufficere iuſtificationem Clericatus, & poſſeſſionis. Ratio fuit quia agebatur de Beneficio litigioſo, ſiue reſeruato, de quo cum nemo præter Papam prouidere poſſit nulli fit iniuria per talem prouiſionem, & conſequenter ſatis erat iuſtificare prædicta duo prout requirit natura gratioſæ ſubrogationis. Tertius caſus eſt, quando Beneficium non eſt litigioſum, vel reſeruatum, ſeu alias affectum, & tũc ſi quis ad illud gratioſe ſubrogetur omnia narrata in gratia ſubrogationis tenetur iuſtificare, nam tunc ſubrogatio data in beneficio non litigioſo habet vim collationis, & opus eſt cauſam iuſtificare prout neceſſe eſt iuſtificare aliam prouiſionem, & collationem pro obtinenda canonizatoria. Tum quia huiuſmodi iuſtificatio venit in conſequentiam ipſius prouiſionis, vt fuit conſideratum in illa Burg. de Pancoruo, tum quia per prouiſionem Beneficij non litigioſi, vel non reſeruati, vel non affecti, iniuria inferri poteſt prouiſis ab Ordinarijs, ſeu alijs legitimis collatoribus. Ex his concluſerunt Domini Franciſcum fuiſſe immittendũ, quamuis ſolum iuſtificaſſet ſuum clericatum, & poſſeſſionem Emmanuelis in Beneficio tẽpore obitus, quia Beneficium erat litigioſum, iuxta deducta in primo & ſecundo caſu, & conſequenter mutare deciſ. coram me factam in Firmana ſeu Gerunden. Beneficij die 19. Ianuar. 1601.

*In eadem coram eodem 2. April. 1601.*

32 † QVia Antonius de Robredo dicebat ſe habere difficultates cõſideratione dignas, cõtra deciſionem in hac cauſa factam die 17. Maij 1600 ideo iterum conſulti Domini in deciſis perſiſtendum cẽſuerunt, propter rationes de quibus in deciſione, in quibus potiſſima fuit, quia cum ageretur de Beneficio litigioſo, & illud conferendo nulli collatori fiat iniuria, cum nemo præter Papam de illo poſſit diſponere, ſufficit gratioſe ſubrogato iuſtificare poſſeſſionem decedentis, & Clericatũ impetrantis. Mohed.dec,292. cum alijs allegatis in alia deciſione de qua nũc agebatur ſiue ſubrogatus gratioſe deduceret gratiam ex ſupplicatione particulariter obtenta ſuper ſubrogatione, ſiue ex clauſulis in ſupplicatione contentis,

Et licet prædicta deciſio loquatur in ſecundo ca-
34 ſu, quando † impetrans ad partem expediuit Bullas ſuper gratioſa ſubrogatione, deſumpta ex clauſulis ſupplicationis gratiæ principalis, tamen idem eſt & eadem ratio, quando literæ ſuper gratioſa ſubrogatione ſimul expedirentur cum gratia principali, &c. *Et fuit confirmatum in dicta Aſtorienſ. Archidiaconatus 6. Nouemb. 1602. coram D. Lancellotto, & in d. Egitanen ſcholaſtriæ 14. April. 1603. coram D. Ludoniſio, nempe id procedere, etiam quando ſubrogatio fuit deſumpta ex clauſulis generalibus ſupplicationis, & licet ſuper prouiſione ſemel fuerint expeditæ literæ, in quibus non fuit expedita gratioſa ſubrogatio, poſſe poſtea eam expediri, cum facultas eam expediendi non ſit conſumpta, &c. & in Tiraſonen. capellaniæ infra relata num.35.*

35 Fallit tertio, quando eſt † par titulus ab alio productus, vt ſupradictum eſt nu.4. Puteus deciſ.302.& 316.nu.1.lib.1.& deciſ.135.lib.2. Caputaq.329.p.1. dicentes, quod tunc ordinarie, non executiue procedit ex recepta doctrina Bartoli in l.fin, C.de edicto D. Adriani, nu.21. ſequitur Gonçalez §.7. Proœm. 243. niſi volens impedire immiſſionem veniret cum gratia obtenta ex diuerſa vacatione, quia tunc minime impediretur immiſſio, vt plene inquit reſolutũ in vna Vercellen. Beneficij 16. Nouemb. 1602. corã D. Lita & in Toletana Parochialis de Ienenes, 23. Ianu. 1604. coram Domino Sacrato & facit d.deciſ. Caputaquen. 329. *Sed cõtrarium, nempe quod impediatur immiſſio, etiamſi volens impedire veniat ex diuerſa vacatione, dummodo ſint prouiſi à Papa, videtur tenuiſſe Rot. in cauſa Ouetten canonicatus 30. Martij 1607. coram D. Marcomontio, vbi fuit reſolutum, quod deneganda eſt immiſſio Franciſco, &c. R. ſubrog.*

*Iſtæ deciſiones, quæ apparent contrariæ, ſic videntur conciliandæ, vt dicentes, quod veniens ex diuerſa vacatione non poſſit impedire immiſſionem, procedant, quando neuter poſſidet; tunc enim habens prouiſionem per obitum, & ſubrogationem gratioſam quoad poſſeſſionem defuncti, probato clericatu & obitu defuncti in poſſeſſione, debet immitti in poſſeſſionem vigore ſubrogationis gratioſæ, non obſtante prouiſione & ſubrogatione alterius ex alia vacante; ſtante enim poſſeſſione anteceſſoris tempore obitus, veniẽs ex vacatione non poteſt dici habere parem titulum cum prouiſo per obitum; & cum non concurrat prouiſus ab ordinario, ſeu*

*poſſeſſor,*

ſiam anteriorem alteri factam, vt fuit reſolutum in vna Collen. ſubrogationis 11. Decemb. 1595. coram Illuſtriſſimo Seraphino ex regula Cancellariæ de ſubrogan. collitigantibus, de qua videndus eſt gloſſator Soto & Sarnen. & Rebuff. ſuper ea in praxi & in regulis & Mandoſius regula 29.

38 Et circa † hanc materiam ſubrogationis, & quamdiu dicatur durare lis, vltra Mohedan. deciſ. 8. de appellat. & Flamin. Pariſ. dict. libro ſecundo quæſt. 3. videndæ ſunt ſequentes deciſiones Rotæ in cauſa Salamantina Capellaniæ & Legionen. præſumptionum coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio.

## *Salamantina Capellaniæ del voto 20. Nouembris 1592.*

39 FVit reſolutum † gratiam ſubrogationis Didaci del Caſtillo eſſe iuſtificatam, nam quantum ad qualitates ipſius Didaci quod ſit presbyter Salamantinus magiſter in Theologia, & natus de legitimo matrimonio, bene probantur ex teſtibus, qui ſuper 6. articulo dicunt vidiſſe illum pluries celebrare miſſam, & etiam vidiſſe priuilegium ſui Doctoratus, & deponunt de publica voce & fama, & communi reputatione, quæ ſufficit pro iuſtificatione narratorum. Rota deciſio. 14. de probatio. in antiqu. Aegid. deciſio. 114. Mohedan. 128. in fin. Caputaquen. deciſio. 277. part. 1. in impreſſis, valor Capellaniæ quod non excedat 200. ducatos, probatur ex eiidem teſtibus, qui ſuper primo articulo optimè deponunt etiam ex publica voce, & fama, qua probari valorem narratum pluries fuit reſolutum, vt per Aegidium deciſio. 675. Mohed. 148. Puteum 29. libro primo Caputaquen. dict. deciſio. 277. numero. 8, quod ſuper fructibus Capellaniæ adſit penſio 50. ducatorum reſeruata ad fauorem Alfonſi de Llanos, patet ex lectura prouiſionis Alfonſi, in qua legitur reſeruatio huius penſionis, & probant etiam teſtes ſuper tertio articulo, qui bene deponunt, etiam quod nihil dicant de actuali perceptione illius quia non eſt narrata cum in gratia Didaci non dicatur percipienti, vt legunt informantes pro Muniz, ſed annuatim percipienda: penſionum obtentarum per Didacum valor probatur ex eiſdem teſtibus de publica voce & fama, quæ ſufficit maximè ad effectum verificationis obtentorum in quibus Rota contentatur quali quali probatione Aegid. deciſio. 674. etiam minori quam ſemiplena, vt de vnico teſte de fama cum adminiculo tradit Aegid. deciſion. 683. cum vulgar. obitus Franciſci de Malaga de menſe Maij 1587. probatur ex iiſdem teſtibus, qui ſuper tertio articulo deponunt de præfato obitu, & in dicto menſe in Oppido de Igualada de publica voce, & fama. Bartol. in leg. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, Felin. in cap. qui frequenter. §. fin. in fin. vt litè non conteſtata, Mohedan. deciſio. 77. Puteus deciſio. 266. libro 3. Guidobon. deciſio. 145. Thom. de Thanis deciſio. 75. in vna Maioricen. prouiſio Alfonſi de Oſorio per obitum Franciſci ſubrogatione in ius illius, etiam quo ad effectum executorialium iuſtificatur, ex ſumpto ſupplicationis extracto ex regiſtro Apoſtolico, quod pro iuſtificatione gratiæ ſufficit, Puteus deciſio. 231. libro 3. Peregrinus deciſio. 201. libro 2. maximè cum ſatis ſit prouiſionem iuſtificare etiam de facto. Aegid. deciſio. 116. in fin. Creſcen. 134. in fin. Caputaq. deciſion. 407. part 2. in impreſſis. Familiaritatem narratam in literis Didaci probant teſtes ſuper quarto articulo qui dicunt ſciuiſſe Alfonſum fuiſſe familiarem ſolic. recor. Sixti Quinti & vidiſſe illum incedere in habitu vnius ex intimis cubicularis, & alia exercere quæ ad tale officium ſpectabant, vti alij familiares, & de publica voce, & fama quæ ad iuſtificandam familiaritatem narratam ſufficit, ad notata per Biſigo. deciſio. 6. circa medium. de probatio. Aegid. deciſio. 113. & 114. quicquid dicendum eſſet, ſi de ea ageretur ad effectum reſeruationis, Caputaquen. deciſio. 10. par. 2. in impreſſis, quod Alfonſus obtinuerit literas in forma breuis pro capienda poſſeſſione nomine Cameræ, illasque intimauerit, & deindè præſentauerit coram Auditore Cameræ, ſeu illius in ciuilibus Locumtenente, inſtetereritque pro illarum executione & quod poſſeſſione non adepta extra Romanam Curiam obierit ſatis iuſtificatur ex tranſportatione regiſtri facti coram Auditore Cameræ, in quo legitur dict. breue cum illius intimatione, & monitorium pro illius executione obtentum, & probant etiam teſtes, qui ſuper quarto articulo deponunt de obitu Alfonſi ex publica voce, & fama: quod Franciſcus habuerit ius ſuper iſta Capellania & vacauerit ex illius perſona, ſatis conſtat per tres ſententias Rotales, ad eius fauorem latas, & executoriales deſuper relaxatas, Ruinus conſil. 79. numero 3. libro 5. maximè cum pro earum iuſtitia, & rectitudine præſumatur, cum ſint latæ in Rota, & poſt factas plures deciſiones ad notata per Baldus conſil. 492. numero 2. libro 3. Socinus conſil. 158. numero 9. libro ſecundo Aegidius deciſion. 89. & hoc ſufficit, vt detur effectus executorialium ſubrogato, quia iuſtificata narratiua ſuæ ſubrogationis iuxta deciſ. Mohedan. 305. ſatis probat ius ſui authoris, docto de re iudicata per tres ſententias conformes cum executorialibus ad eius fauorem relaxatis, vt tradit Staphil. de literis iuſtitiæ. §. dicendum eſt, numero 50. verſicul. vltim. quoad iſtam materiam, & ratio eſt, quia ſubrogatus tenetur ea tantum iuſtificare ad quæ ſuus author tenebatur, Aegid. deciſio. 112. Et ideo ſicut Franciſco II viueret ſufficeret oſtendere tres ſententias abſque eo quod aliter doceret de illarum iuſtitia, ita etiam debet ſufficere ſubrogato, qui reputatur eadem perſona cum eo, in cuius locum ſubrogatur, Rota deciſio. 10. numero 4. vt lite penden. in nouis, Caputaquen. deciſ. 277. par. 3. in impreſſis, maxime cum ſubrogatio procedat ex facto Principis, Ripa in leg. 1. numero 36. ff. de acquirend. poſſeſſ. Paleot. deciſion. 119. in fin. & facit cenſeri vnum & idem ius, Caſſado. deciſ. 1. numero 2. vt lite penden. aliàs enim daretur proceſſus in infinitum ſi ſemper requirerentur nouæ ſententiæ, contra deciſ. Chiſanen. 184. non obſtat, quod adepta poſſeſſione per defunctum ceſſet effectus executorialium in ſubrogato, Creſcē. deciſio. 110. quia non conſtat de aliqua poſſeſſione

Franc.

Franc. nec quod ipſo viuente executoriales habuerint effectum ſuum ; & licet Alfonſus in ſua ſupplicatione, dixerit Franc. obtinere Capellaniam, illamque per eius obitum vacare, non tamen ex hoc includitur poſſeſſio Franc. cum hæc verba verificẽtur propter ius in re, quod per tres ſententias, & executoriales acquiſiuerat, ad notata per Ruinum dict. conſil. 79. numero 3. libro 5. nec aliquid facit narratiua poſſeſſionis Franciſci de qua in breui obtento per Alfonſum, quia hæc narratiua nunquam fuit verificata & in omnem euentum confeſſio Alfonſi non nocet Didaco, qui eſt ſubrogatus etiam in ius Franc. & in toto illius iure, & executorialibus ad eius fauorem relaxatis, Guidobon. deciſio. 52. & dubium non eſt in beneficialibus admitti multiplicationem titulorum, & aliquem poſſe ſe pluribus titulis iuuare, cap. poſt electio. de conceſſ. Præbend. Caſſado. deciſ. 21. numero 5. ſuper regul. & deciſ. 3. de cauſa poſſeſſ. in fin. neque obſtat, quod etiam Didacus in ſua ſupplicatione fateatur Franciſcum poſſeſſorem dicendo Capellaniam vacare per obitum Franciſci, tunc illius poſſeſſoris, quia attenda eſt narratiua literarum, in quibus nulla fit mentio poſſeſſionis Franciſci propter clauſulam in ſupplicatione appoſitam, quod maior, & verior expreſſio fieri poſſit in literis deſuper expediendis ; quod Muniz ſe intruſerit in Capellania nullo titulo, nulloque iuris adminiculo ſibi ſuffragante probatur, quia ingreſſus fuit poſſeſſionem vigore prouiſionis Ordinarij factæ per obitum Franciſci quæ propter pendentiam litis ipſum non iuuat, cap. 1. & 2. vt litè penden. in 6. in quibus iuribus adeſt decretum irritans, quod inficit titulum & poſſeſſionem, Caſſado. deciſi. 9. numero 3. de cauſa poſſeſſ. & habent locum etiam in beneficio iuris patronatus, vt per eundem, Caſſado. deciſi. 3. numero 5. vt litè penden. Neque obſtat, quod lis erat finita per ſententiam & rem iudicatam, quia nondum fuerat capta poſſeſſio, Achilles deciſi. 180. alias 1. de lite, & quouſque executoriales fuerint executioni demandatæ, & illorum vigore apprehenſa poſſeſſio, ſemper dicitur lis durare, Sarnen. in regula de annali, quæſt. 44. Put. deciſ. 311. libro 2. Mohedan. deciſ. 205. verſic. fuit dictum, cum alijs per Modernum de attentat. cap. 4. in præfatio. numero 230. cum ſequen. quantum ad verificationem iuris patronatus in caſu de quo agitur, non eſt neceſſaria, quia non eſt diſpoſitiuè narratum, ſed tantum conditionaliter in clauſulis derogatorijs, & ei quatenus exiſtat derogatũ, vltra quod ſatis poteſt dici iuſtificatum ex ſententijs latis pro Franciſc. quæ pro ſunt etiam ſubrogato. quæ dicuntur de inualiditate examinis teſtium, tolluntur ex eo, quod ad dicendum contra articulos, & videndum iurare teſtes fuit citatus Dominicus de Leon Procurator ipſius Munniz, qui tamquam talis produxit ſuum mandatum in iudicio coram Auditore Cameræ, vt Notarius atteſtatur, Gozad. conſil. 96. numero 15. Aymon. de antiquit. tempo. part. ſecunda numero 60. & vigore clauſulæ poteſtatis ſubſtituendi quam aſſeruit adeſſe in mandato procuræ in actis producto ſubſtituit Domin. Hippolitum Merendam, qui ſemper comparuit. Mohedan. deciſio. 17. & etiam produxit diuerſa iura ad cauſam facientia, Roman. conſil. 446. numero 11. Felinus poſt alios in cap. coram de offic. delegati, Aymon. conſil. 60. numero 5. Puteus deciſ. 358. libro 1.

*In eadem 2. Aprilis, 1593.*

40 ☞ DOmini † ſteterunt in deciſis, non obſtante inſtrumento ceſſionis litis producto, quia notiſſimum eſt litem non finiri per ceſſionem niſi ſecuta poſſeſſione, Achilles deciſion. 180. alias 1. de lite, Modernus de attentatis lite penden. in præfatio. numero 253. ſicut nec per ſententiam, & rem iudicatam, donec ſint executioni demandatæ, & poſſeſſio apprehenſa, Sarnen. regul. de annuali, quæſt. 44. Puteus deciſio. 310. libro ſecundo. Mohedan. deciſio. 180. & deciſ. 206. Modernus de attentatis ſupra numero 230. quia licèt per ceſſionem amittatur poſſeſſio ciuilis & naturalis, non tamen detentio, Mohedan. deciſio. 238. cum alijs, ratione cuius durant executoriales, nec obſtat, quod ſimul cum ceſſione eſt mortuus collitigans, & ſic ceſſat ratio, ne detur nouus collitigans, Millis in reper. verbo. lis finitur, quia procedit, quando fuit facta dimiſſio, vt declarat Millis verbo. lis finitur in fin. vel quando eſt facta ceſſio in fauorem poſſeſſoris, vt in illa Conchenſ. Archipresbyteratus, coram Illuſtriſſimo Cardinal. Plato, ſecus quando non eſt facta in fauorem poſſeſſoris, Caput. deciſio. 172. part. 2. præſertim ſtante ſubrogato, qui reputatur eadem perſona cum eo in cuius perſonam ſubrogatur, vt in altera deciſione, Modernus de attent. ſupra nume. 161. & 268. non obſtant alia deducta, quia in deciſione fuerunt ſublata, cum qua Domini fuerunt.

*In eadem coram eodem Domino Pamphilio, 5. Iulij. 1593.*

41 ☞ DOmini † ſteterunt in reſolutis, quod gratia ſubrogationis Didaci de Caſtillo, etiam quo ad executoriales veniat exequenda, cum ſit in omnibus iuſtificata, etiam quo ad narratam intruſionem Munniz, & non conſtet viuente Malaga illas fuiſſe executioni demandatas, iuxta vulgatam deciſionem Creſcentij 110. & Mohedan. 206. cum alijs allegatis, nam quod Munniz ſit intruſus ſatis liquet, ex eo quod ipſe fuit præſentatus à Patronis & inſtitutus ab Ordinario, qui non poterant ſe intromittere in hac Capellania. Tum quia eſt iuris patronatus Eccleſiaſtici, & vt in prima deciſione huius cauſæ reſolutum fuit, vacauit in menſe Maij, & ſic reſeruato, ad notata per Felin. in tract. quando literæ Apoſtolicæ, 3. limitat. Conarruu. pract. quæſt. capit. 36. ſub numero primo & ſequen. Maxime cum Papa præuenerit in ſubrogando antequam Munniz eſſet à Patronis præſentatus, & ab Ordinario inſtitutus cap. dudum, de Præbend. in ſexto Vital. poſt alias in Clemen. 1. ſub numero 38. vt lite penden. Tum etiam ratione litis cap. 1. & ſecundo vt lite penden. in 6. quæ iura habent decretum irritans, & vendicant ſibi locum

etiam

ſtruſta beneficio iuris patronatus, vt per Caſſad. deciſ. 3. numero quinto eodem titul. cum vulg. quod autem adeſſet lis, ſæpius in hac cauſa reſolutum fuit non obſtantibus tribus ſententijs in rem iudicatam tranſactis vna cum executorialibus ad fauorem Malagæ relaxatis, quæ litem non extinguunt quouſque ſint executioni demandatæ, & illarum vigore capta poſſeſſio, iuxta doctrinam Ioann. Fabri in leg. 2. Cod. de litigioſ. Sarnen. de annali quæſtio. 44. Putean. deciſio. 310. libro ſecundo Mohedan. deciſ. 180. in fin. cum alijs per Modernum de attentatis litè pendente in præfatione numer. 230. quod procedit etiam ſtante ceſſione, quæ nec ipſa extingit litem niſi ſecuta poſſeſſione, Achilles deciſion. 180. aliàs 1. de lite. Caputaquen. deciſio. 172. parte ſecunda etiam ad effectum vt interim prouiſus dicatur intruſus, vt plurica reſolutum fuiſſe refert Modernus vbi ſupra, numero 230. Neque obſtare, quod ſimul cum ceſſione concurrat obitus alterius collitigantis, quo caſu ceſſante ratione ne ſuperſtiti detur nouus collitigans, Ordinarius non impeditur in conferendo, vt tradit gloſſa in dicta Clemen. 1. verbo. morte. per illum text. & ibi Cardinal. numero 21. Imola 23. & Vital. numero 35. Millis verbo. lis finitur, cum alijs allegatis, quia vt aliàs fuit dictum hoc procedit, vel ſecuta dimiſſione detentionis precedentem, & adepta poſſeſſione per defunctum, vt declarat Millis dict. verbo. lis finitur, in fin. vel quando ceſſio, ſiue expreſſa, ſiue tacita, de qua per Caſſado. dict. deciſion. 4. numero quinto vt litè pendente. eſt facta in fauorem poſſeſſoris, vt loquuntur Doctores in contrarium allegati, & deciſio facta in cauſa Conchen. Archipresbyteratus coram Illuſtriſſimo Domino Plato, ſecus tamen quando eſt facta ad fauorem non poſſeſſoris, quia tunc propter reliquias litis quæ ſuperſunt, nunquam dicitur extincta lis, niſi adepta poſſeſſione per ceſſionarium, Achil. deciſion. 1. prima die lite, Caputaquen. dict. deciſ. 172. parte ſecunda cum alijs ſupracitatis, & præſertim ſtante ſubrogatione gratioſa in ius Malagæ, etiam quoad executoriales obtenta ante præſentationem, & inſtitutionem Munniz, quæ facit vt ſubrogatus reputetur eadem perſona cum Malaga in cuius locum ſubrogatur. Rota deciſion. 10. numero quarto vt lite penden. in nouis, Caputaquen. deciſion. 277. parte tertia & in ipſo duret eadem lis, quæ erat cum defuncto, quamdiu non conſtet executoriales fuiſſe plenariè executioni demandatas, cum actuali poſſeſſione, Caſſador. deciſion. 1. vt lite pendente, Mohedan. d &. deciſion. 206. Caputaquen. dict. deciſio. 167. parte ſecunda quod procedit etiam ad effectum, vt ei non detur nouus collitigans, & patroni impediantur in præſentando, & Ordinarius in inſtituendo, vel conferendo, vt tradit Modernus de attentatis lite penden. in præfatione, numero 161. & 268. & tenuit Rota in cauſa Legionenſ. præſtimoniorum de menſe Nouembris proximè preteriti, maximè vt Ordinarius non poſſit conferre tertio non collitiganti, & quando, prout hic, adeſt ſubrogatus qui litem proſequatur, Caſſador. deciſion. 5. numero ſexto vt lite pendente, Vitali in dict. Clemen. 1. numero 18. in fin. eodem tit. quicquid forſan dici poſſit ad effectum ſubrogationis collitigantis, quando non adeſt alius qui litem proſequatur, vt loquitur Ioann. Andr. in dict. capit. 2. numero primo & declarat Francus ibi colum. 3. verſicul. & prædicta procedunt, & Modernus de attentatis à tertio numero 102. Et tanto magis quod hic verſamur in ſubrogatione quoad executoriales facta per Papam tertio non collitiganti ante prouiſionem Munniz, quæ non dicitur propria ſubrogatio, nec cadit ſub regula de ſubrogandis, ſed eſt potius quædam prouiſio merè gratioſa cum facultate proſequendi rem iudicatam, & executoriales, quo caſu non attenditur, an adſit lis, ſed ſufficit voluntas Papæ, quod ſciens quod tertius non erat in lite, voluit, & potuit eum gratioſe ſubrogare, etiam quo ad proſecutionem executorialium, vt dicit Mohedan. deciſion. 180. Paulo poſt medium, verſicul. quo vero ad ſubrogationem per Papam, &cet. & ideo cum non conſtet Malagam defunctum vigore præfatarum executorialium habuiſſe poſſeſſionem Capellaniæ, quod ſolum inſpicitur ad effectum vt ceſſet earum virtus in ſubrogato, iuxta deciſionem Creſcentij, Mohedani & aliorum ſupra citatorum, dandus eſt illarum eff.ctus Didaco ſubrogato, prout abſque dubio daretur Malagæ ſi viueret, non obſtante ceſſione rei conuenti, per quam non dimittitur detentio, Rota deciſione prima de renuntiatione in nouis, Sarnen. de annali, quæſtione 56. cum ſequent. Mohedan. deciſione 238. cuius ratione durat effectus executorialium, Creſcen. dict. deciſione 110. nec aliter probatur dimiſſa prout ad iſtum effectum probari debet, vt dicit Creſcen. quicquid dicendum ſit ad effectum reſtitutionis in ſpolio, & ad alios effectus, de quibus loquitur Mohedanus, dict. deciſione 238. cum alijs in contrarium allegatis, & in omnem euentum non conſtat fuiſſe acquiſitam poſſeſſionem ceſſionario, quod in hac materia requiritur vt ſupra dictum eſt.

## *Legionen. præſtimoniorum, 27. Nouembris, 1592. coram Pamphilio.*

41 DVbitaui † ſuper iuſtificatione gratiæ ſubrogationis Domino Ambroſij Gonçalez, in iuribus quodam Ioannis del Cano, & Domini excepto valore præſtimoniorum de quibus agitur, & aliorum, de quibus in eadem gratia idem Ambroſius fuit prouiſus, qui ex teſtibus datis non videtur ſufficienter probatus, vt per informantes, dixerunt in reliquis gratiam eſſe iuſtificatam, quantum enim ad qualitatem Ambroſij quod ſit Presbyter, & Licentiatus in decretis probantur ex teſtibus, qui dicunt vidiſſe illum celebrare Miſſam, & etiam vidiſſe priuilegium Licentiaturæ, & deponunt de publica voce, & fama, quæ pro iuſtificatione habilitatum narratarum ſufficit, Rota deciſione 14. de probatio. in antiquis Aegidius deciſione 114. Mohedan. deciſione 128. in fin. Guidobonus deciſione 141. Caputaquen. deciſione 277. parte prima in impreſſis. Valor obtentorum quod non excedat ducatos 450. & penſio

duca-

ducatos 16. ſuper fructibus Capellaniæ Sanctæ Annæ de Manſilla ſufficienter probatur, ex eiſdem teſtibus de publica voce, & fama, cũ ad veritatem obtentorum Rota contentetur quali quali probatione Aegid. deciſ. 674. etiam minori quam ſemiplena, vt de vno teſte de fama, cum adminiculo, tradit idem Aegidius, deciſione 683. cum vulg. quod ſuper vno ex præſtimonijs obtentus reperiatur reſeruata penſio 150. ducatorum auri in fauorem Sereniſſimi magni Ducis Etruriæ, & ſuper alio altera penſio ducatorum vndecim ſimilium probant idem teſtes in ſummario, numero 6. præſtimonia, de quibus agitur non requirere perſonalem reſidentiam, probatur ex eo quod ſunt ſimplicia prout etiam de iure præſumuntur, Aegid. deciſione 676. Staphil. titul. de qualitate & ſtatu benefic. in princip. quia ex generali conſuetudine reſidentiam non requirunt, vt poſt Cardin. & alios tradit Imola in capitulo finali numero 9. de clericis non reſiden. Felinus in capitulo dilectus libro 2. numero 1. de reſcrip. Alexand. conſilio 1. numero 2. libro 7. & fuit reſolutum coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto in cauſa Conchenſ. beneficij de Vallen. ſub die 30. Martij 1581. & alias ſæpiſſime, obitus Ioannis del Cano ad effectum iuſtificationis gratiæ, de quo agitur ſufficienter probatur ex teſtibus, deponentibus de publica voce, & fama, ad notata per Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, Felin. in capitul. quoniam frequenter. §. finali in fine, vt lite non conteſtata, Mohed. deciſ. 277. Puteus deciſione 266. libro 3. Guidobonus deciſione 145. Thom. de Thanis deciſione 75. in vna Majoricen. lis inter Ioannem del Cano dum viueret, & nonnullos alios ſuper iſtis præſtimonijs iuſtificatur ex pluribus commiſſionibus, citationibus, ſententijs, & alijs actis, de quibus in regiſtris illius cauſæ, quæ tempore obitus Ioannis adhuc pendebat, quia licet fuerint obtentæ ſententiæ, & executoriales, non tamen fuerat ſubſecuta poſſeſſio. Achill. deciſione 180. alias prima de lite, & per executoriales non dicitur extincta lis, quouſque fuerint executioni demandatæ, & illarum vigore apprehenſa poſſeſſio, Sarnenſ. de annali, quæſtione 44. Puteus deciſione 311. libro 2. Mohed. deciſione 205. verſicul. fuit dictum cum alijs per Modernum de attentatis, capitulo 4. in præfat. numero 230. cum ſeq. neque obſtare, quod ſaltem mortem vtriuſque collitigantis videatur extincta lis, iuxta Clemen. 1. vt lite penden. quia non conſtat de obitu Aluari, alterius collitigantis, & in omnem euentum non habet locum dicto ſubrogato per Papam in cuius perſona dicitur durare lis, Caſſador. deciſione 1. vt lite pendente, & latius per moderonm d. titul. de attentatis. cap. 4. in præfatione num. 161. & 268. Neque obſtare taciturnitatem triginta annorum, puta adhuc non ſunt lapſi 30. anni, & vbi ius tacentis non eſt calumnioſum lis non habetur ſpatio tanti temporis pro derelicta. Achill. deciſione 185. prout calumnioſum dici non poterat ius Ioannis, qui obtinuerat tres ſententias Rotales, vna cum executorialibus, ad notata per Sarnen. reg. de ſubrogan. collitigantibus quæſt. 1, numero 3. Maxime cum taciturnitas fuerit cauſata ex impedimentis præſtitis per Aluarum, mediante recurſu ad conſilium Regium, per quod cauit auferri executoriales; quæ hinquam fuerunt relaxatæ; ius Ioannis del Cano authoris Ambroſij probatur per tres ſententias Rotales, ad eius fauorem latas cum executorialibus relaxatis, Ruin. conſilio 79. numero 3. libro 5. quæ cum ſint latæ in Rota præſumuntur recte & rite latæ. ad Bald. conſ. 492. numero 2. libro 3. Socin. conſilio 158. numero 9. libro 2. Aegid. deciſione 89. & hoc ſufficit, vt detur effectus executorialium ſubrogato, qui iuſtificata narratiua ſuæ ſubrogationis iuxta deciſionem Mohedan. 205. ſatis dicitur iuſtificare ius ſui authoris docendo de tribus ſententijs conformibus, & executorialibus, ad eius fauorem relaxatis, vt per Staphil. titul. de literis iuſtitiæ §. dicendum eſt, numero 50. verſic. vlt. quo ad iſtam materiam, ſubrogatus enim ea tantum iuſtificare tenetur, ad quæ tenebatur ſuus author. Aegid. deciſione 112. & ideo ſicut Ioanni ſi viueret, ſufficeret oſtendere ſententias, abſque eo quod aliter doceret de illarum iuſtitia, ita etiam debet ſufficere ſubrogato, qui reputatur vna, & eadem perſona cum eo in cuius locum ſubrogatur, Rota 10. numero 4. vt lite pendente in nouis. Caputaquen. deciſione 277. partic. 3. in impreſſis, maxime cum ſubrogatio procedat ex facto Principis. Ripa in l. 1. numero 36. ff. de acquirenda poſſeſſione, Paleottus, deciſione 119. in fin. & faciat cenſeri vnum, & idem ius. Caſſad. deciſione 1. numero 2. vt lite pendente, alias enim ſi ſemper requirerentur nouæ ſententiæ daretur proceſſus in infinitum, Chiſanen. deciſione 184. & in his terminis tenuerunt Domini in cauſa Salamantina Capellaniæ del Voto, in præcedenti Rota; non obſtat quod ſententiæ non præiudicent ſucceſſoribus in beneficio, ex Ruino in dicto conſilio 79. numero 6. libro 5. quia immo afficiunt omnes intruſos lite pendente, etiam quod cum eis nunquam fuerit litigatum. Creſcen. deciſione 142. ſiue ſint mediati, ſiue immediati ſucceſſores, Mohed. deciſione 12. Paleotus deciſione 188. Anton. Auguſt. in Epitome, tit. de executorialibus numero 1. & 4. non obſtat quod executoriale antiquæ non ſint exequendæ, quia Antonius Auguſt. dict. tit. de executorial. numero 13. loquitur quando exhibentur ſolæ executoriales abſque proceſſu, & ſententijs, ſecus quando prout hic conſtat de ſententijs, & proceſſu, & ita de anno 1567. in vna Tudertina bonorum coram bonæ memoriæ D. de Rubeis fuit reſolutum, vbi etiam fuit dictum executorialibus non præſcribi ſpatio triginta annorum, quando fuit cœpta, vel petita executio, per deciſionem Achillis vnicam de executione ſententiæ prout fuit factum in caſu propoſito.

43 In iſta cauſa Legionen. Præſtimoniorum † eſt alia deciſio coram eodem 26. Martij 1593. infra adducta 8. part. capitulo 3. num. 17. & in eadem fuit reſolutum poſſeſſorem triennalem, qui ſucceſſit in beneficio litigioſo, gaudere reg. de triennali, ſi illi non fuit mota lis, nec habuit cauſam à collitigante, Sarnen. reg. de triennali. *Et eſt alia deciſio in cauſa Miranden. parochialis 23. Octobris 1606. coram D. Lancellotto, in qua fuit reſolutum, quod lis, &c. R. litis exec.*

## *De executoribus executorialium. Cap. V.*

### SVMMARIA.

*DE executoribus executorialium Rotæ, & quomodo sit procedendum ad earum executionem non est opus hic agere, numero primo possunt tamen videri relati, numero secundo.*

*De subrogato in locum illius, qui habuit executoriales remissue, num. 3.*

1 DE Executoribus autem executorialium Rotæ, & quomodo sit † procedendum ad earum executionem non est opus hic agere, quia non pertinet particulariter ad materiam Beneficialem possunt
2 tamen videri, † Felinus in cap. ad probandum, numero 6. & in cap. de cætero, numero 15. de re iudicata, Sarnens. de annali, quæst. 44. Cassad. decision. 6. de causa possessione Crescen. decis. 16. 18. 20. 23. de re iudicata, & 2. vt lite pendente & 1. de sequestratione possession. Mohedan. primo & secundo, de re iudicata, & 1. de fide instrumentorum Caputaquen. decision. 332. 333. & 334. parte 1. Puteus 44. & 621. libro 3. & 223. libro primo & decision. 51. libro secundo parte tertia diuersorum in impressis, Aragon. decis. 41. & 44. Thanis decision. 31. & Cotta decis. 174. & 178. in manuscript. edit. Papaz. ad Rotam decision. 2. de rescriptio. in nouis, à numero 45. Vestrius in praxi, libro octauo capit. vltimo, à numero 16. Mandos. regu. 29. cancella. quæstion. quarta & de commissio. commissione 14. & 29. vltima glos. per alias quæstiones, Lancellottus de attentatis, capit. primo numero 35. & capit. 3. numero 22. & à numero 71. & cap. quarto in præfatione, numero 167. & à numero 305. & capit. 12. 14. ampliation. à numero 17. & capit. 20. ampliatione 26. numero secundo & Ioann. Gutierrez Canonicarum, quæstione libro primo, capit. 4. numero 28. & decisione Rotæ in causa Toletana iuris decimandi. 8. Nouembris 1593. coram Domino Pamphilio adducta supra cap. 3. præcedenti numero 145.

3 Et de subrogato in locum † illius, qui habuit executoriales, vide Staphileum de literis iustitiæ. §. exceptio sola plus operatur, &cet. à numero quarto & §. subrogatus est. & decisiones Rotæ in causa Salamantina Capellaniæ del Voto, & Legionen. præstimoniorum adductas, cap. præceden. ad fin.

*Finis Primi Tomi, Tractatus de Beneficijs, Nicolai Garzia.*

Digitized by Google

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## Tomus Secundus.

### *Quibus debeant beneficia conferri, seu de qualitatibus requisitis ad beneficia.*

## PARS SEPTIMA.

### *De Clericatu & Ordine. Cap. Primum.*

SVMMARIA.

INTER qualitates quas habere debent ij, quibus beneficia conferuntur, prima, & præcipua est clericatus, num.1.

Per primam tonsuram clericalis ordo confertur, secundùm Canonistas contra Theologas, licet non sit sacramentum, à num.2. de quo & quot sunt ordines remissiue, num.5.

Quicquid sit de hoc, an prima tonsura sit ordo, certum videtur, quod verbum ordo generaliter prolatum comprehendit etiam primam tonsuram, secundùm communè vsum canonum, num.6. & sic decreta Concilij, sess.7.cap.7. quoad principalem dispositionem, & sess.23.c.8. à versic. vnusquisque autem de refor. comprehendunt etiam primam tonsuram, num.7. & 8.

Si non sint clerici saltim prima tonsura, sed laici, incapaces sunt beneficiorum, num.9. adeo vt non sufficiat destinatio concurrente etiam habitu clericali, num.10. neque etiam reputatio, qua quis existimetur clericus, si reuera non erat talis, num.11. quamuis clerico putatiuo, de cuius clericatu non constat, nisi per communem reputationem, potest dari pensio & beneficium, pro quo obtinendo sufficit communis reputatio, num.12.

Quod legitur de B. Nicolao, B. Seuero, & B. Ambrosio, sunt diuina miracula, non trahenda in consequentiam, vel sunt cum illis dispensatum, num.13. & 14.

Hodie ex constitutione Sixti V. de habitu & tonsura requiritur quod tempore collationis beneficiorum sint actu clerici in habitu clericali, & tonsura incedentes, aliàs collatio est nulla, num.15. Et decretum irritans, quod in fine habetur, refertur ad omnia precedentia, num.16. & cùm sit in iure positum, ligabit etiam ipsum Papam, nisi ex certa scientia contra fecerit. num.17.

Clerici etiam prima tonsura habentes beneficium, etiam simplex, aut etiam ius in illo, vel ad illud, seu pensiones percipientes, debent tonsuram & habitum clericalem, vestes scilicet talares, ingiter deferre, aliàs ipso facto sunt priuati omnibus beneficijs, &c. ex dicta constitutione, numero 18.

Ista constitutio in his partibus cepit ligare post lapsum octo mensium à die publicationis Romæ factæ, & ex tunc ad huiusmodi priuationem incurrendam non requiritur lapsus alicuius certi temporis sed re ipso, quod in publico quis non gestat habitum clericalem supra dictum, id est tonsuram, & vestes talares, incurrit huiusmodi priuationem, num.19. & 20.

Quamuis vestes talares in rigore dicantur, quæ hominem vsque ad pedes tegunt, tamen ex epieicia & æquitate tales indicabuntur, quæ iuxta consuetudinem clericis sunt decentes, quamuis non sint nimis longæ, num.21. & 22. nec est necessarium portare duas vestes longas, sed vna sufficit, num.23.

Forsan non est vsu recepta dicta constitutio, saltim quoad hoc, vt non deferentes prædictum habitum clericalem maxime tonsuram, sint ipso facto priuati beneficijs, & quod collatio illis facta sit nulla, num.24.

Cùm laicus, qui non habet primam tonsuram, sit incapax beneficiorum, non potest ad beneficium præsentari, alias præsentatio erit nulla, num.25. quod limitat Flamin. Pariz. ex Rota non procedere, quoties fuit præsentatus proxime clericandus, &c. num.26. quæ tamen limitatio videtur esse contra doctrinam Lamberti, & aliorum docentium non sufficere præsentatum post præsentationem in continenti clericari, &c. num. 27.

Ista limitatio procederet, quando proxime clericandus, expresse, vel tacite præsentare in tempus, quo esset clericus, & sic in tempus habile, num.28. & tacite diceretur præsentari in dict. tempus, quando patronus cum præsentaret, non absolute, sed dicendo præsento talem proxime clericandum, vel præsento talem, & peto eum ordinari, &c. num 29. & ita est accipienda declaratio S. Congregationis adducta, num.30.

In casu quo absolute præsentaretur nondum habens primam tonsuram, præsentatio esset nulla, & facta de indigno & incapace, quantumuis de proximo clericaretur, & ita procedit doctrina Lamber. & aliorum, num.31.

Rota quam Flomin. citat, non loquitur in istis terminis, sed in longe diuerso casu, nempe de præsentatione facta per literas seu instrumentum de eo, qui tempore factæ scripturæ & nominationis, non erat clericus, quæ valet, si tempore factæ præsentationis coram ordinario iam erat clericus, quia tunc vere fit presentatio, cum nominatio, seu scriptura præsentatur ordinario, num.32. & 33. & si ex nominatione nullum ius acquiritur ante actualem præsentationem, num.34. & numeris sequentibus adducuntur resolutiones Rotæ ad predicta.

Impugnatur resolutio Rotæ quatenus ait, quod promissis ante clericatum de canonicatu, nunquam tamen in possessionem post clericatum dicendo, quod contulerunt ac sibi prouiderunt, non censeatur de nouo promissus, num.38.

*Quamuis tempore præſentationis omnino clericatus requiratur, non tamen requiritur, quod tunc præſentatus incedat in habitu clericali, ex conſtitutione Sixti V. qua ſolum id requirit tempore collationis, quamuis extra teneatur ſtatim d. habitum aſſumere, nu. 19.*

*Sunt aliqua beneficia ſacerdotalia, quæ requirunt de iure, conſuetudine, ſtatuto, priuilegio, vel fundatione, quodea obtinentes in presbyteros ordinentur, alia diaconalia, & alia ſubdiaconalia ſimiliter, num. 40. & tunc dicitur annexus ordo aptitudine, & attento tempore proſecutionis, nu. 41. Iuxta hoc in Epiſcopatu Abulen. eſt quædam conſtitutio ſynodalis antiqua relata, nu. 42. Quod dictum eſt de Archipresbytero, vt debeat in presbyterum ordinari, non videtur hodie procedere in Archipresbyteris ruralibus ſuppoſito quod beneficia ſimplicia, nec perſonalem reſidentiam requirunt, & ſic in his videtur ceſſare ratio d. conſtit. ſynodalis Abulen. num. 43.*

*An de ordine annexo beneficio, ſeu præbendæ ex conſuetudine, ſtatuto, priuilegio, vel fundatione, ſit neceſſario faciendæ mentio ab impetrante, eſto ſit in actu ad talem ordinem requiſita a numero 44. reſoluitur negatiue cum communi contra alios, & addunt deciſ. Rotæ, cuius ratio eſt, nã de qualitatibus non conſideratis & expreſſis à noſtro ſtylo, non eſt faciendæ mentio, nu. 48. & qualitates exprimẽdas qui ponunt, num. 49. Improbatur, quod ait Flam. Par. & Zecchus in reſignatione Archidiaconatus, qui habet vocem in capitulo faciendam eſſe mentionem de hac, nu. 50. & 51. reſpondetur cuidam dec. Paleoti.*

*Hodie in ſupplicationibus de Canonicatibus & portionibus Eccleſiarum Cathedralium dataria vult exprimi Ordinem ſacrum annexum. Etſi in ſupplicatione ponitur relata ſola, etiam ſi ſacerdotalis, quæ antea ſolebat concedi, caſſatur: vnde cum iam iſta qualitas ſit a ſtylo conſiderata, videtur in iſtis gratijs neceſſario facienda mentio de ordine ſacro annexo, niſi eſſet ſubdiaconatus, quem ad minus debens habere amittitur de iure Concilij, &c. num. 52. & 53. ſed nihilominus exiſtimat author, id non eſſe neceſſarium, a nu. 54.*

*Clauſula etiã ſi ſacerdotalis caſſatur, quando narratur diaconatus, vel ſubdiaconatus, quo caſu gratia eſt ſurrepitia, ſi præbenda habet annexum ſuperiorem ordinem ſi impetrans illo caret, alias ſecus, numero 55. 56. Alia ſunt beneficia, quæ non niſi actu presbyteris, vel alium ordinẽ habentibus prouideri poſſunt ex fundatione conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, nu. 57. vt quando inſtitutio, vel ſtatutum dicit, quod beneficium non conferatur, niſi presbytero, vel quod conferatur presbytero. Et capellania, in quarum fundatione dicitur, quod præſentetur ſacerdos, vel quod præſentetur capellanus, ſeu clericus qui miſſam celebret, vel alia verba reſpicientia tempus, ſeu actum præſentationis, & tunc præſentatus tempore præſentationis debet eſſe ſacerdos actu, &c. nu. 58.*

*Idem eſt, quando fundator, vel ſtatutum diceret, quod prouiſus de capellania ſit capellanus, vel ſacerdos, aut quod ſit ſacerdos, vel capellanus, nu. 59. & 60.*

*Improbatur Ferretus dicens per verba fundationis, quod eligatur, ſeu præſentetur ſacerdos, non requiri ſacerdotium actu tempore electionis, ſeu præſentationis, ſed ſolum aptitudine, niſi quando ordo ſacerdotij fuit annexus per verba negatiua, ſeu annullatiua & prohibitiua, numero 61. improbantur etiam Zerola, Flam. Pariſ. & Zecchus idem fere dicentes, numero 62. Improbatur etiam Marcus Anton. Genuen. dicens, quod quando debet eligi ſacerdos debet eſſe actu, quando onus impoſitum eſt a laicis, ſecus ſi ab Eccleſiaſtico, vel per ſtatutum Eccleſiæ, & Gonzalez, & alij, numero 63. Predicta dicit eſſe communis, & approbata per Rotam, num. 64. & alias deciſa proniſionem ad ſuperiorem, num. 65. & 66. Ponitur deciſ. Rot. & allegantur alia deciſiones. Impugnatur ſententia quorundam, nu. 67.*

*Allegata per Flamin. Pariſ. & capitulum ei cui de præben. ſexto loquuntur de beneficio ſacerdotium requirente, non tamen actu, & deciſion. 1. de præbend. in nouis fundatur in derogatione per clauſulas generales, numero 68. Non placet quædam deciſio Rotæ, beneficium non eſſe ſacerdotale, ex obſeruantia interpretatiue ſubſecuta, licet Bulla Papæ loquatur de presbyteris, &c. nam iſta reuera non eſt obſeruantia interpretatiua, ſed contra dict. bullam, numero 69. & 70.*

*Non placet etiam deciſio, quod ſtante fundatione Capellaniæ, quod eligatur vnus Presbyter, qui pro ipſius anima miſſam celebret, & quod patroni poſſunt eligere vnum presbyterum, ſiue capellanum, &c. non ſit ſacerdotalis, quia teſtator alternatiue locutus eſt de presbytero, ſeu capellano, & cætera. ſed dictio, ſiue, ſtat expoſitiue, numer. ſeptuageſimoprimo, & 72.*

*Si in fundatione capellaniæ cauetur, quod præſentetur ſacerdos proximior de parentela, ſi inueniatur alias clericus, ſi tempore præſentationis fuerit aliquis ſacerdos, ille debet præſentari, licet ſit remotior, & erit præferendus, etiam ſi poſtea ante inſtitutionem alter proximior eſſet ſacerdos, n. 71. & 74. vbi ponitur Rota deciſio.*

## §. I.

## SYMMARIA.

*AN Capellania ſit ſacerdotalis ex eo ſolum quod habeat onus celebrandi annexum, numero 75. & num. 76, ponitur prima ſententia eſſe ſacerdotalem actu, etiamſi fundator dicat, quod præſentetur capellanus, qui per ſe, vel per alium debeat celebrare ſecundum Barbo. & alios, numero 77.*

*Ponitur ſecunda ſententia eſſe ſacerdotalem, non tamen actu, ſed aptitudine, nu. 78. quam tenuit Rotam in deciſio. adductis, nu. 79. & 80. & in reſolutione adducta nu. 81.*

*Tertia ſententia, quod prima procedat in fundatione laici. Secunda in fundatione perſonæ Eccleſiaſticæ, nu. 82 ſed quãtum ad hoc non videtur eſſe differentia inter fundationem perſonæ Eccleſiaſticæ & laici nu. 83. & ſeq.*

*Quarta ſententia vera, & tenenda, capellaniam non eſſe ſacerdotalem, nec actu, nec aptitudine ex eo quod in fundatione dicatur capellanum debere celebrare, ſed poſſe prouideri ſimplici clerico 14. annorum, nu. 85. quia niſi expreſſe caueatur, quod per ſe ipſum hoc agat, poteſt per alium celebrare, nec requiritur perſonalis reſidentia, ex quo ſumus in beneficio ſimplici, in quo ex generali conſuetudine non requiritur reſidentia a nu. 86. vbi ponuntur declarationes Sanct. Congregationis, & reſoluitur Rota.*

*Verbum interſit, vel aſſiſtat, tantum importat, quantum verbum reſideat, ſecus de verbo cantet, vel ſeruiat, vel ſacris operetur, niſi alunde colligatur, nu. 89.*

*Appellatione clerici venit ſimplex clericus primæ tonſuræ, ẽt in capellanijs in quibus clerici generaliter vocantur. n. 90.*

*Hanc quartam ſententiam videtur tenere Zerola relatus, numero 91. & Genuen. relatus numero 92. & in terminis, eſt approbata per Sanct. Congregationem in declarationibus poſtea, a nonageſimotertio, & attenta declaratione Piſtorien. Rota mutauit ſententiam amplectendo hanc,*

vt in deciſion. poſita, numero 94. & in reſolutionibus adductis, numero 95. & 96. & fuit alias tentum, quod quando teſtator mandat præſentari presbyterum, ſeu rectorem cauſa celebrandi Miſſas, beneficium non dicitur ſacerdotale, quę tamen reſolutio difficultatem patitur ex ſupradictis, nn. 97.

Vbi in fundatione caueretur, quod per ſe ipſum deberet celebrare, ſeu quod deberet perſonaliter deſeruire, aut quod reſideat, tunc procederet ſecunda ſententia, numero 98. & numero 99. Ponitur declaratio S. Congregationis, & ita procederet reſolutio Rotæ in cauſa Lucana ſupra relata: & ita etiam videtur accipienda deciſion. Abulen. capellaniæ de Cebraros, &c. numero centeſimo, & ſequenti, vbi ponitur deciſio.

An vbi capellania eſt ſacerdotalis actu, vel habitu ex fundatione, poſſit Epiſcopus cum conſenſu patroni hæredis, ſeu ſucceſſoris fundatoris ſaltim pro vna vice diſpenſare, vt prouideatur non habenti dict. qualitatem, numero 102. & quæritur de patrono hærede, ſeu ſucceſſore, nam de patrono fundatore clarum videtur poſſe tollere & alterare conditiones, ſeu qualitates cum conſenſu Epiſcopi, ſaltim ex iuſta cauſa, quando eſſent vtiles Eccleſiæ, num. 103. & ſeq.

In dd. difficultate prima ſententia eſt affirmatiua, numer. 105. quam aliqui intelligunt ſubſiſtente aliqua cauſa, & omnibus patronis volentibus, &c. nu. 106.

Secunda ſententia eſt negatiua, num. 107. pro qua facit doctrina Gambari relata, nume. 108. & doctrina quam tradit Valdes relata nu. 109. de qua n. ſeq.

Hæc ſecunda ſententia de plano procedit ſtante Concilio Trident. ſeſſ. 25. cap 5. nu. 111. & ita Sanct. Congregatio cenſuit in declarationibus adductis, num. 112. & tenuit Rota in deciſione adducta num. 113. & in alia adducta, num. 114. & nunc. 115. ponitur decretum Concilij prouincialis Mediolanen. 5.

An per clauſulas generales derogatorias in literis Apoſtolicis poſitas non obſtantibus ſtatutis, &c. cenſeatur derogatum fundationi, & ordinationi ſacerdotium actu requirentia, num. 116. reſolnitur per dict. clauſulas cenſeri derogata ſeu dilata ſtatuta Eccleſiarum, etiam confirmata ſacerdotium actu requirentia. Ita quod poſſit quis huiuſmodi beneficium conſequi, licet non ſit ſacerdos, dummodo ſit ętatis legitimæ ad ſacerdotium, non tamen cenſeri derogatum fundationi & ordinationi teſtatoris, nec fundationi etiam clerici contra aliquos.

Id habet ſpeciale fundatio laici, vt non cenſeatur ei derogatũ, etiamſi in clauſulis derogatorijs dicatur, etiam non obſtantibus fundationibus, &c. quæ de fundationibus clericorum intelligenda ſunt, &c. num. 112.

In literis Apoſtolicis de beneficijs vacantibus, non ſolet poni derogatio ſtatutorum Eccleſiæ, niſi in beneficijs & prębendis Eccleſiarum Cathedralium, ſeu Collegiatarum vnde in alijs beneficijs non vtilabitur doctrina ſupra dicta, n. 123.

Eſto ordinarius nullo modo poſſit alterare conditiones, vel qualitates poſſibiles annexas beneficio ex fundatione, an poſſit eas mutare, quando reditus ipſius beneficij eſſent impotentes, ſeu inſufficientes ad illas, & reducere Miſſas, &c. nu. 124. Reſolnitur ſecundum Doctores, Epiſcopum id poſſe facere cum conſenſu patroni, aut etiam eo inuito, ſi vocatus nolit conſentire, nu. 125.

Si aliqua Capellania eſſet fundata cum obligatione reſidentia perſonalis, cuius fructus eſſent adeo diminuti, vt non eſſent ſufficientes tali oneri, poſſet ordinarius tollere eam obligationem, ita quod per ſubſtitutum poſſit illi deſeruiri, &c. num. 126.

Obijcitur Concil. Triden. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 4. ex quo videtur Epiſcopum id non poſſe facere niſi in Synodo dioeceſana, nu. 127.

Sententia Nauarri, quod illud decretum eſt ius nouum, quoad Abbates & Generales ordinum, ſeu non quoad Epiſcopos qui poſſunt hoc facere, etiam ſine Synodo iure antiquo, quod non videtur per hoc ſublatum, cum fuiſſet additum ad augendum, num. 128.

Sententia Enriquez, P. Ledeſme, & Man. Rodriguez, quod illud decretum procedit in commutatione, ſeu reductione anniuerſariorum, ſeu Miſſarum dotatarum, in qua eget Epiſcopus Synodi conſilio, non vero in reductione Miſſarum beneficij, & capellaniæ collaturæ, n. 129. aut tamen Man. Rodriguez cum Nauarro, poſſe Epiſcopum abſque Synodo anniuerſaria commutare, etiam hodie, nu. 130.

Primum dictum authoris, quod Concilium ibi non loquitur de Miſſis impoſitis beneficio ſeu capellaniæ, & ſic tanquam caſus omiſſus relinquatur diſpoſitioni iuris communis, ſed de Miſſis & anniuerſarijs relictis in aliqua Eccleſia, num. 131. vbi ponuntur declarationes S. Congreg. & nu. ſeqq. referuntur alia declarationes.

Secundum dictum, quod in reductione dictarum Miſſarum, & anniuerſariorum, de quibus Concilium loquitur, ſeruanda videtur forma Concilij. ita quod Epiſcopus non poſſit eam facere ſine Synodo, eſto ante Concilium poſſet, nu. 135. vnde ſtante Concilio non videtur valere conſtitutio Synodalis Salamantina relata, nu. 136.

In aliquibus Epiſcopatibus non eſt vſu receptum dict. decretum Concilij, & vbi non eſt receptum, procedet opinio Nauarri & Manu. Rodrigu. num. 136. probabile enim videtur, quod ſtylus ſaltim decennalis valeat contra legem, etiam Canonicam ab initio non receptam, ſicut ſtilus iudicis præſcriptus ſpatio quadraginta annorum, valet contra ius ab initio receptum, n. 137.

Quomodo probetur clericatus, qui cum ſit qualitas extrinſeca, non præſumitur, num. 138. reſoluitur probari non ſolum literis teſtimonialibus Epiſcopi, ſeu tit. ordinum, ſed etiam teſtibus, nu. 139. etiam de publica voce & fama, nam ſufficit probatio de communi reputatione & fama, & per argumenta & indicia, ſeu coniecturas, & per ſemiplenas & leues probationes probatur, nu. 140. & ita ſeruat Rota in poſſeſſorio & petitorio, nu. centeſimoquadrageſimoſecundo contra Rebuffum & alios relatos, nu. 141. & ſeq.

Limitatur dicta doctrina vt non procedat in noſtra obiectiua, num. 144. aut vbi præſumptio eſt contra aliquem, puta, quia eſt illegitimus, qui debet probare ſuum clericatum per literas; nec ſufficit communis reputatio & fama, nu. 145. niſi probetur diſpenſatio, quæ non probatur per narratiuam literarum ordinarij, nu. 146. & ſeq confiando enim de diſpenſatione clericatus illegitimi probatur per communem reputationem, ſicut clericatus legitimi, num. 148. & nu. ſequ. adducitur reſolutio Rotæ & ita poterit procedere quędam deciſio Rotæ relata nu. 150. licet contrarium dicatur alia deciſio. relata, num. 151.

Concurrentibus aliquibus coniecturis cum fama probatur clericatus illegitimi, nu. 152. & in iudicio poſſeſſorio reſtitutionis ſufficeret illegitimo probare clericatum per reputationem, & actor illegitimus non tenetur dare literas ſui clericatus ex Rota, num. 153.

Probatur etiam clericatus vnico teſte, num. 154. etiam in iudicio, quando lis eſſet ſuper beneficio, nu. 155. contra Rebuffum & alios relatos, num. 156.

Solo ſigillo Epiſcopi recognitio probatur clericatus etiam collatus non ſubdito, num. 157.

An probetur clericatus per literas, ſeu oſtenſionem ſuperiorum ordinum, puta ſacerdotij, ſeu diaconatus, &c. n. 158.

*Et non probari tenent Rebuffus & alij, quia per ſaltum poſſet eſſe promotus, quo caſu non valet proniſio ei facta de beneficio, nu. 159. nam per ſaltum promotus eſt irregularis, num. 160. quamuis aliqui dicant cum ſuſpenſum. numero 161. non tamen eſt irregularis reſpectu ordinum inferiorum quos legitimè ſuſceperat, nam ab vſu illorum non eſt ſuſpenſus, nu. 162. Vnde naleret proniſio ei facta de beneficio non requirente alium ordinem, &c. nu. 163.*

*Contrarium tenetur in dict. difficultate, nempe quod ad probationem clericatus, & minorum ordinum ſatis ſit probare & oſtendere maiores, num. 164. & adducuntur ad id reſolutiones Rotæ, 4 num. 165. & procedit etiam in clericatu illegitimi, nu. 169. & reſpondetur Bartolo in contrarium allegato. nu. 170.*

*Licentia proprij Epiſcopi probatur ſola aſſertione ordinantis, num. 171.*

INter qualitates quas habere debẽt ij, quibus beneficia conferuntur, prima, & præcipua eſt clericatus & ordo: oportet enim eos eſſe clericos ſaltim pri
1 mæ tonſuræ, per † quam clericalis ordo confertur, c. cum contingat de ætate & qualitate, vbi id notant DD. & eſt communis ſententia Canoniſtarum, vt per Fel. in c. ſicut el 3. de ſimonia. nu. 2. Mandoſ. reg. 349 1. n. 2. Couar. in c. quia nos, de teſtam. n. 4. Gregor. Lopez. in proœ. ti. 6. p. 1. Hieronymum Gabrielem conſ. 181. li. 2. Calda Pereiram in l. ſi curatorem habens, c. de in iut: grum reſtitut. verb. læſis. nu. 104. Mendez de Caſtro in l. cum oportet; C. de bonis quę liberis, n. 166. Rota, dec. 731. n. 5. & 6. p. 1. diuerſor.
3 & idem tenet Guido Papa, dec. 449. n. 1. vbi † additio rectè ait id eſſe verum, loquendo de ordine, non vt Sacramentum, ſed vt largo modo pro deputatione ad diuinum officium ſeu cultum. Quamuis †
4 Theologi contrarium teneant, nempe primam tonſuram non eſſe ordinem, ſed diſpoſitionem, & præparationem ad ordines, de † quo & quot ſint ordi-
5 nes, an nouem, vt volunt Canoniſtæ, an ſeptem tantum, vt volunt Theologi, agunt Albertus Trot. de vero & perfecto clerico, li. 1. c. 2. Lamber. de iure patronatus. 1. p. 2. li. q. 7. art. 2. Mandoſ. ſupr. nu. 2. & 5. Couar. lib. 11. variarum, c. 10. à n. 10. Nauar. in Manu. c. 22. num. 18. Velazquez de Auendanno in l. 29. Taur. gl. 3. num. 9. & 10. Gironda de Gabellis. 7. p. in princip. Zaullos q. 524. Soto in 4. diſt. 24. q. 1. art. 3. & q. 2. art. 1. Valentia, 4. tom. diſp. 9. q. 1. pun. 2. Ange. Sylueſter, Roſella, Tabiena, Armilla, & alij ſummiſtæ, verb. ordo, Catechiſmus ad parochos de Sacramento ordinis, ver. dicendum igitur erit, Bart. Ledeſma in ſummario de ſacramentis, de ſacramẽto ordinis, difficul. 5. Coſmas Philiarcus de officio Sacerdotis 2. p. lib. 1. c. 13. candelabrum aureũ, ti. de ſacramento ordinis. nu. 6. 10. & 11. Ludouicus Lopez inſtruct. conſcientiæ 2. to. p. 1. c. 6. Enriqu. in ſumma, li. 10. c. 2. & 9. §. 4. F. Man. Rodrig. in ſumma 2. to. c. 13 Pet. Ledeſma in ſua ſumma 1. p. titu. de ſacramento ordinis. c. 1. & Vega in eſpeio de Curas. c. 14. à nu. 4. Nunno. 3. p. in addit. qu. 37. & 40. ar. 2. D. Sahag. de ſacram. ordinis, à num. 7. Carrillo in Itinerario ordinandorum, ſect. 3. c. 7. à nu. 17. D. Card. Tuſchus. cõſi. 189. lit. O *Gabr. Vazq. 3 par. to. 3. diſpu. 236. & ſeq. Iſidorus Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. libr. 1. par. 2. ca. 1. Ioan. de Arce Solorçano de Sacramentis, de Sacramento ordinis, circa princ.*

6 Et quidquid † ſit de hoc, an prima tonſura ſit ordo, an non, illud certum videtur, quod verbũ, ordo, generaliter prolatum, comprehẽdit etiam primam tonſuram, ſecundum communem vſum Canonum, argumento d. c. cum contingat, & ſecundum communem vſum loquendi, vt rectè docet Nauarrus cõſil. 11. de tempor. ordinatio. n. 1. & 3. Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. c. 13. nu. 8. & c. 56. num. 5.

7 Vnde decretum Concilij ſeſſ. 7. de refor. cap. 10. † quoad principalem diſpoſitionem comprehendit primam tonſuram, vt dictum eſt ſupra 5. par. cap. 7. nu. 95. & decretum eſt, cap. 8. ſeſſ. 23. de reformatione verſ. vnuſquiſque autem, & ſequenti, comprehẽdit non ſolum minores ordines contra Zerolam in praxi Epiſc. 1. par. verbo dimiſſoriæ. §. 2. vt ſacra cõgregatio Concilij cenſuit ſuper illo, c. ibi: A proprio Epiſc. ordinetur, de omnib. ordinibus, tamen ſacris, quam in minoribus intelligitur, & ſic etiam ordinati in minoribus comprehenduntur in pœna ſuſpen-
8 ſionis. Sed † etiam primam tonſuram cum de ordinatione, & ordinibus generaliter, & abſolutè loquatur, & dictum eſt ſupra d. 1. par. c. 5. num. 142. *contra Toletum in ſumm. lib. 1. cap. 49. verſi. quarta, dicentem, decretum Concilij dict. cap. 8. non extendi ad primam tonſuram, ex declaratione Sacri Concilij; nam prima tonſura nomine ordinis in hoc Concilio non comprehenditur. Quæ declaratio videtur eſſe ſequens 16. Sed iſta declaratio non videtur certa, nec eſt iuri conſona, tum quia negari non poteſt, iſtum Epiſcopum non incidiſſe in pœnam ſuſpenſionis per annum à collatione ſaltem tonſuræ, ex cap. fin. de temporibus ordin. in 6. tum etiam quia licet tonſura condiſtinguatur à minoribus ordinibus, & eorum appellatione non veniat, vt in dict. cap. 10. & 11. & 17. ſeſſ. 23. quia nomen minorum ordinum ex communi vſu & modo loquendi attribuitur quatuor gradibus, vt videmus, tamen ſub verbo, ordo ſeu ordines, & ordinare, generaliter & abſolutè prolato, venit tonſura, tam in iure quam in Concilio, vt in cap. 1. ſeſſ. 21. de reformat. & caput. 3. 7. & 9. & d. cap. 10. ſeſſ. 23. & deciſion. dict. cap. 8. verb. vnuſquiſque autem, non haberet locum in prima tonſura, ſequeretur poſſe eum conferri ab alieno Epiſcopo ſine proprij licentia aut teſtimonio: quod dici non poteſt.*

9 Alias † vt ad noſtrum propoſitum redeamus, ſi non ſunt clerici ſaltim primæ tonſuræ, ſed laici, incapaces ſunt beneficiorum, cap. ex literis de tranſactionibus cap. 2. de inſtitu. vbi Abbas & alij, & dictum eſt 1. part. cap. 2. num. 28. vbi plures citaui.
10 † quidem, vt non ſufficiat deſtinatio concurrente etiam habitu clericali. Abb. ibi, Feli. in c. cùm adeo de reſcrip. ex num. 2. Staphil. de literis gratiæ noua forma expectatiuarum, num. 24. Selua de benef. 3. par. quæſt. 6. Couar. 3. par. cap. 1. num. 1. Lambert. 1. part. 2. lib. q. 7. art. 29. ad fin. Gomezius de gratijs expectatiuis, nu. 89. Duarenus de beneficijs lib. 4. c. 6. P. Pechius in regu. beneficium, in 6. num. 29. ad fin. *Mandoſ. de ſignatura gratiæ, titul. de proniſio. verb. amplia, etiamſi is cui, in vltim. edit. Anton. Gabr. conſil. 12. de præſumpt. num. 4.* Zaullos dicens receptiſſimam, q. 523. & zecchus de benef. & penſi. c. 3. ver. inhabilis, & Tho. Sanchez de matrim. li. 7. diſpu. 42. n. 14. Villar del patronado de Calatayud. 4. p. in pr. n. 11. Azor. iuſtit. Moralium. 2. par. li. 6. c. 2. q. 5. & Perez de Lara de anniuer. & capell. lib. 2. c. 5. à n. 2. Neque etiam ſufficit reputatio, qua quis exiſtimetur
11 † clericus ſi reuera non erat talis, Rota dec. 139. lib. 3. p. 3. diuerſorum, Flamin. Pariſ. de reſign. benefic.

lib. 4.

lib.4.q.2.consil.19.& Zecchus & Villar ibi, quamuis
12 clerico † pensionario de cuius clericatu non cõstat nisi per communem reputationem, potest pensio, & beneficium, & pro obtinendo beneficio sufficit communis reputatio, licèt verè clericum esse non appareat, Rot.ibi iuxta dicta infra à n.140. & ita procedet.dec.Rotæ 13.de probatio, aliàs 312.in antiquis, quã sequitur Pontanus de spolio li.2.n.179.aliàs est falsa, Gonç.post hæc visus ad reg.de mensibus, gl.2. à nu.64. *Gratian.discept.forens.c.123.nu.17.& Paulus Piasec.in praxi Episc.1.p.c.1.num.3.& 4.*

13 Neque obstat, quod legitur de B. Nicolao, † qui ex laico electus est in Episcopũ, & de B. Severo, qui ex lanificio assumptus est in Archiepiscopum, & de B. Ambrosio qui nondum baptizatus in Archiepiscopum delatus, vt in c.statuimus, §.è cõtra 61.dist. quia omissa responsione Gratiani ibi. §.sed sciendũ, & aliorum: quod ob excellentem virtutem, eximiãque, & egregiam sãctitatem laicus eligi possit, quod sequitur 102. Quintinus in repet.c.de multa de prẽben.nu.67. dicens, quod si cui laico non deest competens sacerdotio virtus, & perfectio, huic facta collatio beneficij valebit. Respondetur, quod illa sunt miracula diuina, non trahenda in consequentiam, vel fuit cum illis dispensatum. Ita Archidiaconus in d.c.statuimus, §.his omnibus, Fel.in d.c. cùm adeo, sub.n.5. Selua, d.q.6.ad fi. Corras.d.c.1.nu.4. Pech. supra nu.27.& Maiolus de irregularitate.lib.15.ca. 31.nu.4. Oieda de incompat.benef.c. 24. nu.4.

15 Et hodie ex † const. 38. Sixti V. de habitu & tõsura per clericos, seu milites beneficia, vel pensiones obtinentes deferen.&c. quam ponit, & explicat Vualdus in fine Candelabri aurei, & vidẽdus Zecchus de casib.reseruatis, casu 4. requiritur quod tẽpore collationis beneficiorum sint actu clerici in habitu clericali, & tonsu[illegible] incedentes, aliàs collatio est nulla, vt in vers. in futurum, vbi sic dicitur: In futurum autem non nisi actu clericis in habitu clericali & tõsura, & militib. infra dicendis in militari incedentib. fuę militiæ propriæ, aut alia quęcũq; Ecclesiastica, ẽt simplicia beneficia, respectiue conferãtur, aut commendentur, aut pensiones, fructusve, aut bona Ecclesiastica reseruentur. Et in fine habetur decretũ irritãs. quicquid secus à quoquam quauis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attẽtari. Quod
16 refertur ad omnia præcedentia, ex c. inquisitioni de appellationibus, & decisio Rotæ in causa Toletana professionis in adducta septima p.dubio 11.nu.330. & dictum est aliàs 5.p.cap.4.nu.173.

17 Et cum † sit in iure positum, ligabit etiam ipsum Papam, vt sup.dictum est 5.p.cap.1.nu.28. nisi Papa ex certa scientia contra fecerit, &c. ad leg. quidam consulebant.ff.de re iudicata, cum alijs.

18 Et clerici † etiam claricali tantum tõsura insigniti habentes iam beneficium etiam simplex, aut etiam *ius in illo* vel ad illud seu pensiones percipientes, debent tonsuram, & habitum clericalem, vestes scilicet talares iugiter deferre; aliàs ipso facto sunt priuati omnibus beneficijs, nec non pensionibus, omnique iure sibi in eis vel ad ea quomodolibet competenti & beneficia sic per huiusmodi priuationem vacantia dispositioni Sedis Apostolicæ reseruantur,
19 ex dicta constitutione. Quæ in † his partibus cœpit ligare post lapsum octo mensium à die publicationis Romæ 18.Ianuarij 1589. factæ, & ex tũc ad huiusmodi priuationem incurrendam non requiritur lapsus alicuius certi temporis, sed incurrit eam eo ipso, quod in publico quis non gestat habitum clericalem supradictum, id est tonsuram, & vestes talares. Ita enim videtur intelligenda dicta constitutio, vt colligitur ex illa dictione, supradictum, quę refert præcedẽtis cum suis qualitatibus Rota decis. 194.nu.7.p.2.diuersorum, & ex sequenti constitutione eiusdem Sixti. Et quia habitus clericalis in tõsura & vestibus copulatiuè consistit, Bald.in l.si qua per calumniam.c.de Episcopis & cleric. sub nu.1.& Pacianus de probat.lib.2.c.34.nu.25.cum alijs.

20 Quamuis autem † vestes talares in rigore dicantur, quæ hominem vsque ad pedes tegunt, Hispanè, Hasta los pies, Calepinus verbo talares, seu hasta los touillos, o cerca, dicit Petr.de Ledesma in summa 2. par.tract.7.c.2.circa decimamquartam conclusionẽ
21 circa finem, pag.384. Tamen ex † epieicia & æquitate talares vestes iudicabuntur, quæ iuxta consuetudinem clericis sunt decentes. Adde Tho. Sanchez de matrim.lib.7.disp.46.nu.6. quamuis non sit nimis longe neque ad pedes descendant, vt ferriolum longum cum galero, modò non adsit lactucula, Hispa-
22 nè Lechuguilla. Pet. Ledesma ibi. Etiam † sine tunicella, seu veste longa interiori, Hispanè Sotana: nec .n. est necessarium portare duas vestes longas, sed vna sufficiet: & ita dicta constitutio videtur recepta, & interpretata, & docet Vualdus in d.explicatione sub nono notab. Et cum prædicta doctrina ferè cõsonat Mosconius de Maiest.milit. Eccles.lib.5.p.2.c. 2.pag.412. qui ait quod iuxta d.constitutionẽ Sixti V. vestes sint talares vsque ad pedes, vel quasi iuxta rationabilem mensuram, consuetudinem loci, & honestatem clericorum, & quod nigro colore magis quàm alio vtantur. De birreto vero, vel pileo, multum consuetudo attenditur, cum in contrarium leges sancitæ non reperiũtur. Ita Mosconius. Accedit quòd illæ censentur clericis vestes honestæ, & quibus induti in habitu clericali incedere dicantur, quę communi vsu & consuetudine fuerunt admissæ in ea prouincia, attendendo consuetudinem similium personarum & clericorum eiusdem conditionis, Couar.pract.c.31.nu.7. Salced.in praxi crimin. Bernard. Diaz c.75. Farin.q.8.num.69. add.summ. Bull. Quar. verb. habitus clericalis, Vgol. de offic. Epis. c.12.nu.3.& c.13.§.2.nu.7. cum alijs, & nouissimè Piasec.in praxi Episc.p.2.c.3.num.14. qui etiam ait, quod dum in itinere vel in villa moratur clericus, vti eum posse veste talari vltra genua tantum procedẽte, respondisse legitur Congreg. Episcoporum Episcopo Tridentino 15.Ian.1591. Et vide d. supra 1. par.c.5. à num.11.

23 Et forsan † non est vsu recepta dicta constitutio saltim quoad hoc, vt non deferentes prædictum habitum clericalem, maximè tonsuram, sint ipso facto priuati beneficijs; & quod collatio illis facta sit irrita & nulla. *ibi, Sub.9.not. Et cum prædicta doctrina fere consonat Mosconius de maiestate militantis Ecclesiæ libro 5.p.2.cap.2.pag.412. qui ait, quod iuxta dictã constitutionem Sixti V. vestes sint talares vsque ad pedes, vel quasi, iuxta rationabilem mensuram, consuetudinem loci, & honestatẽ clericorum, & quod nigro colore magis quam alio vtantur, De birreto vero, vel pileo, multum consuetudo attenditur, cum in contrarium leges sancitæ non reperiuntur. Ita Mosconius. Accedit quod illæ censentur clericis*

*veſtas honeſtæ, & quibus indutti in habitu clericali incedere dicantur, quæ communi vſu & conſuetudine fuerunt admiſſæ in ea prouincia, attendendo conſuetudinem ſimilium perſonarum, & clericorum eiuſdem conditionis, Conarr. practi. cap. 31. num. 7. Salced. in praxi crim. Bernar. Diaz cap. 75. Faria. quæſt. 8. num. 69. add. ſum. Bullar. Quaran. verb habitus clericalis. Vgol. de offi. Epiſc. c. 12. num. 3. & cap. 13. §. 2. num. 7. cum alijs, & nouiſſ. Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. nu. 14 quæritur an quod dum in itinere vel in villa moratur clericus, vti eum poſſe veſte talari vltra genua tantum procedente, reſpondiſſe legitur Congregation. Epiſcoporum Epiſcopo Trident. 15. Ianuarij 1591.*

24 Cum ergo † laicus, qui non habet primam tonſuram, ſit incapax beneficiorum, non poteſt ad beneficium præſentari, alias preſentatio erit nulla, Millis in repertorio. verbo beneficium ſi impetrat, Rebuff. in concordatis, tit. de forma mandati verb. pro expreſſis, verſic. quæro quæ ſint, Lamber. dict. quæſt. ſeptima, art. ſecundo ad finem, & art. ſeptimo, & 29. ad finem Hoieda de incompatibilitate beneficiorum prima part. capitulo fin. numero 72. Ioann. Gutierez. conſ. ſecundo, num. 21. Parladorus differ. 120. num. 18. Card. Thuſcus concl. 56. litera B. num.
26 4. & Flam. Pariſ. dict. lib. 4. quæſt. 2. numer. 5. † qui numer. 6. ait, quod Rota in vna imolen. Iuris patronatus 19. Nouemb. 1584. coram D. Orano limitauit hanc concluſionem non procedere, quoties fuit præſentatus proxime clericandus: nam hoc caſu præſentatus non eſt penitus indignus, cùm ante inſtitutio-
27 nem ſit tonſuratus. Quæ † tamen limitatio videtur eſſe contra doctrinam Lambert. Hoiedæ, & Ioannis Gutierez ſupra, qui docent non ſufficere præſentatum poſt præſentationem in continenti clericari, ſed omnino clericatum tequiri tempore præſentationis: & contra Doctrinam Duaren. ſupra, ac Rophimiaci de benef. c. 1. numer. 39. & 40. qui docent ſi quis poſt obtentum beneficium clericus effectus fuerit, irritam nihilominus eſſe beneficij collationem, nec illud poſſe retinere: *Et eam limitationem reprobat Vgol. cap. 50. §. 6. nu. 2. & cap. 51. §. 2. num. 5.*

28 Vnde iſta † limitatio procederet, quando proxime clericandus expreſſe vel tacite præſentaretur in tempus, quo eſſet clericus, & ſic in tempus habile: quo caſu præſentato facto clerico intra tempus datum ad præſentandum, præſentatio valeret ex tunc ad legem in tempus. ff. de hæredib. inſtituendis, & Lamber. 2. par. 2. lib. quæſt. 3. art. 9.

29 Et tacite † diceretur præſentari in dictum tempus, quando patronus eum præſentaret non abſolute, ſed dicendo, præſento talem de proximo clericandum, vel dicendo præſento talem, & peto eum ordinari prima tonſura, &c. tunc enim videtur eum præſenta-
30 re, vt cum ſit clericus inſtituatur. Et ita † erit accipiẽda declaratio ſanctæ congregationis Concilij ſuper ☞ c. 10. ſeſſ. 7. de refor. quæ ſic ait: Vicarius capituli ſede vacante infra annum poteſt concedere dimiſſorias ad primam tõſuram ei, qui eſt præſentatus à patronis laicis ad beneficium Eccleſiaſticum iuris patronatus ipſorum, vt illud obtinere valeat.

31 In caſu † vero, quod abſolute præſentaretur nondum habens primam tonſuram, credo præſentationem eſſe nullam, & factam de indigno, & incapaci, quantumuis de proximo clericaretur: & ita procedit doctrina Lamber. Hoiedæ, & Ioann. Gutierez ſupra. Clericario enim ſubſequens etiam de proximo non poteſt retrotrahi ad tempus præſentationis, in quo requiritur capacitas, & habilitas præſentati cum ex præſentatione ius ei quæratur ad beneficium, &c. Et facione dicta infra capitulo quarto ad finem.

32 Rota autem † in dict. Imolen. iuris patronatus 19. Nouemb. 1584. coram D. Orano, quam Flaminius citat, non loquitur in iſtis terminis, ſed in longe diuerſo caſu, nempe de præſentatione facta per literas, ſeu inſtrumentum de eo, qui tempore facte ſcri-
33 ptura, & nominationis non erat clericus, quæ † valet ſi tempore factæ præſentationis coram ordinario iam erat clericus, quia tunc vere fit præſentatio cum nominatio, ſeu ſcriptura præſentationis præſentatur ordinario, Francus in capitul. 1. §. verum. numero 1. de iure patronatus in 6. Rochus verbo honorificum, numero 27. & 73. Lambert. prima part. 2. lib. quæſt. 4. artic. 16. & 2. par. 2. lib. quæſt. 4. artic. 1. 2. & 3. Rota dec. 3. de iure patronatus in nouis alias 211. Achilles 325. ſeu 12. de iure patronatus, vbi habetur, quod præſentatio intelligitur tantum quando ſit ſuperiori, alioquin dicitur magis
34 nominatio: & † ſic licet patronus præſentandum nominet, & tradat nominato inſtrumentum præſentationis: tamen antequam ſit præſentatum ſuperiori, non habet ius in re, nec ad rem, nec vllum ius acquirit ex nominatione ante actualem præſentationem, Sarmien. in regula de non tollendo iure quæſito. q. 1. Creſcen. deciſio. 6. num. 9. & 10. de iure patronat. & fuit reſolutum coram D. Penna in quadam Calagurritana de anno 1588. *Et conſequenter etiam ante actualem præſentationem poteris patronus etiam Eccleſiarum variare & revocare litteras præſentationis, vt nota gloſſ. poſt caſum in dict. cap. 1 de iure patron. in 6. ad fin. inde inferens, quòd ſi clericus patronus dedit duobus literas præſentationis; ſi ſecundus fecerit maiorem diligentiam, & ſe præſentauerit conſpectui Epiſcopi, tenetur Epiſcopus illum inſtituere, qui primò enim literas obtulit ordinario, debet inſtitui; quod tamen Vgolinus de officio Epiſcop. cap. 51. §. 3. ad finem, intelligit ſi inſtitutio fiat, ante quàm alter literas offerat; aliàs de oblatis magis idoneus inſtituetur. Sed iſta intelligentia Vgolini non placet, & eſt contra dict. gloſ. nam cùm is qui primò literas obtulit, ſit præſentatus, non poteſt poſtea dari alia præſentatio patroni Eccleſiaſtici, ſolumque poſſet procedere in patrono laico, qui poteſt cumulare.*

35 Et id, nempe † quod valeat præſentatio de eo, qui tempore ipſius præſentationis factæ coram ordinario eſt clericus, licet tempore factæ nominationis ſeu ſcripturæ præſentationis non eſſet clericus, ex dictis, eſt quod fuit reſolutum in dict. Imolen. iuris patronatus, vt fuit dictum in vna Burgen. Abbatiæ ☞ de Sobarco 29. Decemb. 1588. & 10. Martij, & 89. coram D. Penna vbi idem fuit reſolutum, & etiam dictum, quod idem fuit reſolutum in vna Maceraten. capellaniæ, coram dict. Ioann. Aldobran. 15. Maij 1564.

36 Et prædicta † confirmantur ex deciſio. Rotæ in ☞ Vereellen. canonicatus 23. Ian. 1598. coram D. meo Corduba, in qua fuit dictum: Reſignationem fuiſſe nullam, ex quo reſignans tẽpore ſuę prouiſionis erat laicus, ac inde nullum ius habebat, quod potuiſſet reſignare, c. 2. de inſtit. c. ex literis de tranſactio. Capra regula 97. nu. 39. cum alijs. Fuetat enim illi facta colla-

collatio 22. Martij 1594. & tõsuram accepit 1. Apr. subsequentis; qui actus non est reiterabilis, vt possit præsumi antea idem clericatũ recepisse, vt fuit dictũ in Barchinonen. pensionis de anno 1548. corã Peregrino, & in Elnen. beneficij 5. Octobris 1594. coram Pamphilio. Nec obstabat simile, quod non sit necessarium, quod tempore, quo quis nominatur à patrono, sit clericus; nam hoc procedit ex eo, quod per illam nominationem, quam patronus potest reuocare, nullũ ius quæritur nominatus, secus vero in hoc casu, in in quo de tempore prouisionis ius quæritur prouiso, & sic requiritur clericatus, vt fuit dictũ in d. Burgen. Abbatiæ de Sobarco. 19. Decembr. 1538. & 10. Mart. 1589. Nec superueniens suffragatur, quia non retrotrahitur. Peregrin. decis. 50. lib. 1.

37 Et hoc † idem fuit postea confirmatum corã eodem D. Corduba 4. Maij 1598. Et quod electio capituli ad canonicãtum habet vim collationis, cũ nulla indigeat confirmatione, ac ideo erat necessarius clericatus tempore electionis, cum electo ius quæratur in beneficio: nec obstare actum gestum 2. Aprilis, qñ fuit immissus in possessionem post clericatũ, in quo dicitur, quòd contulerunt, ac sibi prouiderunt, quia cùm tunc non fuerit seruatus modus solitus votãdi per vota secreta, apparet capitulum noluisse nouam electionem facere; sed illa verba fuerunt posita ad maiorem, & abundantiorem cautelam. Hæc ibi.

38 Quæ tamen † decisio, quoad istud vltimum non videtur vera & solida: nam bene verum est, quod illa verba fuerunt posita ad maiorem cautelam, sed ea cautela non videtur esse ad alium effectum, nisi ad prouidendum de nouo, si forte prouisio non valuit, suppoſito quod modus solitus votandi secretó
39 non est de essentia, nec pro forma requiritur; sed † quamuis tempore presentationis omninò clericatus requiratur, non tamen requiritur, quod tunc præsentatus incedat in habitu clericali, ex d. constitutione 30. Sixti Quinti quæ solum id requirit tempore collationis, quamuis ex ea teneatur statim dictum habitum assumere, & deferre; ex quo habet ius ad beneficium.

40 His præmissis, notandum † est cum Doctoribus in ca. ei cui de præbendis in 6. & ibi Prob. ad Monachum à num. 1, Paris. consil. 50. à nu. 14. par. 4. & Petro Gregorio de benef. c. 36. & alijs, esse aliqua beneficia Sacerdotalia, quæ requirunt de iure, quod ea obtinentes in presbyteros ordinentur, vt Parochialis Abbatia Decanatus, Præpositura, & Archipresbyteratus, c. 1. de ætate & qualitate, cap. cum in cũctis. §. inferiora de elect. vbi Decius nu. 6. Rebuffus in praxi tit. requisita ad collationem bonam. n. 31. & de Archipresbyteratu, Lamber. 1. p. 2. lib. quæst. 7. art. 29. num. 4. Curtius in institut. maioribus libr. 2. tit. 11. de Archipresbytero, & alia, quæ idem requirunt, ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, vt in d. cap. ei cui, vbi notatur Hoieda dict. ca. final. numer. 20. Alia diaconalia, quæ de iure requirunt, quod ea obtinentes in diaconos ordinentur, vt Archidiaconatus dict. §. inferiora, & dict. cap. 1. seu alia ex consuetudine, &c. Alia subdiaconalia si-
41 militer, &c. Et † tunc dicitur annexus ordo, aptitudine, & attento tempore prosecutionis. Bonifacius in Clement. 2. §. illi vero, num. 17. de ætate & qualitate.

42 Et iuxta hoc in hoc Episcopatu Abulen. est quædam constitutio synodalis synodi antiquæ quam D. Didacus de Alaba Episcopus Abulen. imprimi fecit anno 1557. 2. tit. ca. 4. in qua statuitur, quod omnes Abbates Benedicti, Decani, Archipresbyteri, Vicarij perpetui, & Clerici curati intra annum ordinentur in Presbyteros, & Archidiaconi in Diaconos, modo & forma statutis in sanctis turibus, alioquin dicto termino elapso si non receperint dictos ordines annexos de iure, suis dignitatibus, & beneficijs & curatis, & Archipresbyteratibus, & Vicarijs ipso facto sint eis priuati, &c.

43 Id tamen † quod diximus de Archipresbytero, vt debent in presbyterum ordinari, non videtur hodie procedere in Archipresbyteris ruralibus, suppoſito quod sunt beneficia simplicia, nec personalem residentiam requirunt, vt dictum est supra 5. part. cap. 3. à numero 95. vbi adduxi declarationes Sacræ Congregationis super hoc, & sic in his videtur cessare iam dicta constitutio synodalis antiqua Abulens. maximè cum se referat ad iuris dispositionem: conducit decis. Farin. 112. circa Abbatiam.

44 Sed est † difficultas. an de ordine annexo beneficio, seu præbendæ ex consuetudine statuto, priuilegio, vel fundatione sit necessariò facienda mentio ab impetrante, quod sit in ætate ad talem ordinem requisita.

45 In qua † difficultate breuiter respondetur negatiuè ex d. c. ei cui, glosa in Clementina 1. verbo vel alteri de præbendis, & cum Calder. tenet Abbas in cap. ad aures, num. 4. de rescript. & ibi Decius num. 25. & 26. & Felin. num. 3. (qui licet in cap. in nostra eodem tit. consil. 31. videatur dicere contrarium, tamen remittit se ad dicta per eum in dict. cap. ad aures) Millis in repertorio verbo gratiam beneficij impetrans. Hieron. Paulus in pract. Lancel. in notabilibus super vacantibus non reseruatis in principio, Selua 3. par. q. 11. nu. 42. Rebuffus in repetitione c. nulla 2. de concessio. præbendæ 2. & de qualitate exprimenda, qui iuxta ibi dicta debet intelligi in concordatis in forma mandati, versic. 24. Corras. 4. p. c. 4. num. 56. & Ioan. Nicol. Gimonteus in Enchiridio beneficiorum, tit. 4. c. 5. n. 23. Acor. 2. p. li. 6. c. 33. q. 2.

46 Quamuis † contra teneat Rota decis. 41. de rescr. in antiquis, & Ripa in d. cap. ad aures, num. 22. qui ait impetrantem teneri facere mentionem de ordine annexo beneficio, quod impetratur, vt si est sacerdotale, vel diaconale, quamuis non teneatur exprimere, quod patiatur defectum ordinum, quos requirit beneficium: & d. c. ei cui, procedere in impetratione beneficij in genere.

47 Sed nostra sententia † est communis, quam videtur tenere Rota in vna Abulens. Canonicatus 16. Iunij 1589. coram D. Gipsio, vt in sequenti decisione, Domini resoluerunt, Petrum nõ esse restituendũ quoniã sponte canonicatum, & prębendam, de quibus agitur, renũtiauit, & sic à possessione facto proprio cecidit, ad c. accepta, de restitutione spoliatorũ, Rota decis. 4. de renuntiatione in nouis Cassadorus 4. nu. 3. & 5. de restit. spoliatorum. Alexander consil. 92. nu. 5. lib. 1. de communi. Socinus in le. rem quam nobis, num. 8. de acquiren. possess. Nec dicatur, hoc locum sibi non vẽdicare, quando resignatio est nulla, Verallus decis. 172. nu. 7. p. 3. quoniam nullitates quæ pro Petro afferuntur, non placuerunt dominis; nam per testes quorũ copia datur, cõstat de sufficiẽti

publicatione,& licet ita explicite nō affirment literas Apoſtolicas, quibus fuit facta publicatio fuiſſe authenticas,nihilominus ſat eſt quod dicti teſtes ſuper 7.dicāt Bullas prędictas fuiſſe originales.Nec ad rem pertinet, quod teſtibus non credatur, etiāſi dicāt inſtrumentum publicū, niſi doceatur de miſſione inſtrumenti,Decius conſ.82.n.2.Ripa in l.1.nu. 81.& 84,ſi certū petatur, quoniā hic non agitur de probando inſtrumento publico,vel eius tenore, ſed ſolum de actu ſimplicis publicationis;quo fit,vt depoſitio teſtiū ſuffragetur per ſupra allegata, quibus non refragatur decis.in cauſa Calagurritana prioratus,quia ibi per teſtes non probatur publicatio, vt in caſu propoſito,ſed Notarius tātum aſſeruit ſe publicaſſe reſignationis ſupplicationē per relationē ad librum regiſtri,ad quem ſe retulit; & ſic quodāmodo clare conſtabat, ſcripturas authenticas tunc non fuiſſe publicatas,& populo oſtenſas. Nō obſtat quo obijcitur,mandatū de prouidendo,& non prouiſionem publicatā extitiſſe,quoniam ſi hoc eſſet verum, non propterea vitiaretur:quia d.publicatio poſſeſſionem canonicatus ſubſequitur,datur intelligi, nō mandatū de prouidendo, ſed ipſam prouiſionē publicatam fuiſſe.Tollitur poſtremo ſurreptio allegata quod non fuerit expreſſum canonicatū eſſe ſacerdotalē,quia in ſupplicatione fuit petitū de canonicatu prouideri,et ā ſi ſacerdotalis eſſet,ex quo dignoſcitur Papam potuiſſe cogitare, & ſatis percipere eſſe ſacerdotalē quo circa ceſſat ſurreptio. Crauetta cōſ. 79.nu.8.Verallus dec.49.in fi.p.1.& in ſimili de pēſione conceſſa laico fuit reſolutū coram me in vna Cathanien.penſionis 4. Maij 1583. præſertim quia Didacus erat in tali ætate conſtitutus,vt infra tēpus à iure ſtatutū poterat ad ſacerdotium promoueri: quod ſufficit,iuxta diſpoſitionē Conc.Trid.ſeſ.24.c. 12.Non placuit tamen dominis fundamentum deſumptum ex poſſeſſione pacifica triennali, quoniam licet ex ea præſumendū ſit publicationem rite factā, vt in deciſionibus,quarum copia datur,attamē prędictæ deciſiones non procedunt, quando agitur de ſpolio, vt fuit reſolutum in iſtis terminis in vna Bergomen.parochialis 28. Febru. 1586.coram bo.memoriæ reuerendiſſimo Lauretano. Cætera bene tolluntur per informantes,tam in facto, quām in iure pro Didaco, & reſponſiones placuerunt dominis.

48 Et † ratio noſtræ ſententiæ eſt, nam de qualitatibus non conſiderat s, & expreſſis à iure, ſeu ſtilo, non eſt faciendа mentio.Felin.in c.ſuper literis,n.2. & in c.in noſtra cor.20.de reſcrip Corraſ.4.p.c.5.n. 38. Caputaquen.dec.ſ. 224. par.3.& Flam.Pariſ. de reſignatione beneficiorum l.b.10.p.2.n. 17, de quo Menochius de arbitr.l.b. 2. caſu 201.à num.25.Et
49 † qualitates exprimendas ponunt Felin.in dict. ca. in noſtra.Ripa in d.c. ad aures. Sclua d.quæſt, 11.& 12.Rebuff. in d. repetitione,ca. nulla poſt tertium notabile, & in dicta forma mandati verb.pro expreſſis, Corraſ. d. cap.4. num. 56.& 57.Menoch.& Flamin.Pariſ.ſupra.

50 Vnde non † videtur verum quod Flamin. ibi ait,num.106.& Zecchus d. cap.3. verſic. inhabilis, in reſignatione Archidiaconatus,quia habet vocem in capitulo,faciendam eſſe mentionem de hoc;nam licet de iure non habeat vocem in capitulo, tamen iſta qualitas non eſt à iure nec ſtilo conſiderata, nec iure, aut ſtylo cauetur,vt de ea ſit neceſſario faciенda, mentio, quinimmo de ſtilo, non ſit mentio de hac qualitate in portionibus Hiſpaniæ, quæ ferè omnes ſunt de capitulo, aut habent vocem in capitulo, ex conſuetudine immemoriali, vel aliàs; nec in dignitatibus, quæ idem habent in aliquibus Eccleſijs.

51 Nec obſtat † deciſio Paleoti in Carthagin.Archidiaconatus de anno 1556.quæ eſt 3.pars diuerſor.li. 3.dec.354.355.357.& 360.quia, vt apparet ex iſta vltima deciſione, ideo in illo caſu erat faciенda mētio de hac qualitate,quia reſignatarius erat minor, & non in ætate legitima,vt poſſet dare vocem in capitulo, qua Papa non voluiſſet priuare Eccleſiam, cum inde dicatur damnum pati, Gloſſa in Clem.2. de ætate & qualitate.

52 Hodie † tamen in ſupplicationibus de canonicatibus, ac portionibus Eccleſiarum Cathedralium, dataria, vult exprimi ordinem ſacrum annexum, & ſi in ſupplicatione ponitur clauſula,etiam ſi ſacerdotalis,quæ antea ſolebat concedi,vt in deciſ. Abulen. caſſatur,vnde cum iam iſta qualitas ſit à ſtilo conſiderata, videtur in iſtis gratijs neceſſario faciенda
53 mentio de ordine ſacro annexo Canonicatui, vel portioni, aliàs gratia erit ſurreptitia,& nulla,ſi prouiſus non ſit illum ordinem conſecutus, etiam ſi ſit in ætate legitima, ſaltim vbi habent annexum ordinem presbyteratus, vel diaconatus. Nam † ſi eſſet annexus ordo Subdiaconatus,non videtur gratia vitiari, etiam ſi de eo non eſſet facta mentio, cum Papa poſſit intelligere canonicatum, vel portionem, ad minus habere talem ordinem annexum, iuxta Concilium Tridentinum,ſeſſione 24.de refor. c. 12. verſi.nominibus vero:& nō oportet exprimere qualitates, quæ inſunt beneficio de iure communi, ſed illas tantum,quæ inſunt de facto ratione conſuetudinis,vel alio modo,Felin.in d.c.in noſtra, conſil. 4. Sclua.3.par.qu.126.qualitate,num.12.

54 Nihilominus † tamen exiſtimo, quod in ſupplicatione nō ſit expreſſus ordo ſacer,annexus canonicatui,vel portioni, & ſi ſit presbyteratus,vel diaconatus gratia non ſit ſurreptitia, quia ex eo quod dataria ſoleat petere, quod in ſupplicatione exprimatur ordo, non ſequitur eſſe & ſtilum, quod debeat exprimi, etſi non petatur, maximè quia aliquando ſignantur ſupplicationes, & ſi non ſit expreſſus ordo,quia forte impetrans ignorat ordinem annexū, nec in reſignationibus & coadiutorijs ſolet fieri, aut peti iſta expreſſio ordinis.

55 Et illa, clauſula, etiamſi † ſacerdotalis, caſſatur, quando narratur Diaconatus, vel Subdiaconatus quo caſu non ſtante d. clauſula, gratia eſt ſurreptitia,& nulla, ſi forte prębenda habet annexum ſuperiorem ordinem expreſſe, maximè ſi impetrans illo
56 caret. Alias, † ſi impetrans illum haberet, gratia videtur poſſe ſuſtineri, etſi narrauerit inferiorem ordinem, quoniam non videtur ſurreptio conſiderabilis,quia Papa eadem facilitate gratiam conceſſiſſet expreſſo ordine ſuperiori, cum impetrans illum haberet.

57 Alia † ſunt beneficia, quæ non niſi actu presbyteris,vel alium ordinem habentibus conferri,ſeu ad ea præſentari poſſunt,ex fundatione,conſuetudine, ſtatuto,vel priuilegio. Pet. de Bayſio in directorio electionum,c.9.2.p.n.3.Pet.Greg. cap.36.cum alijs
58 ſupra citatis,vt † quando inſtitutio vel ſtatutū dicit

quod

quod tale beneficium non conferatur nisi presbytero, tunc tempore collationis debet esse presbyter actu. Et capellaniæ, in quarum fundatione dicitur, quod præsentetur sacerdos, vel quod præsentetur capellanus, seu clericus, qui Missam celebrat, Hispane, Clerigo de Misa, vel alia verba respicientia tempus, seu actum præsentationis, quo casu præsentatus tempore ipsius præsentationis debet esse sacerdos actu, quia qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus illius, l. in delictis, §. 1. ff. de noxalibus, ita Abbas in d. c. cum in cunctis, §. inferiora, nu. 10. de electione, & in Clementina, vt ij qui, nu. 7. de ætate & qualitate, & ibi gl. §. illi vero, verb. annexi, & Bonifacius, nu. 16. Decius in d. §. inferiora, nu. 22. & consi. 129. nu. 5. Paris. d. cons. 5. 4. par. à nu. 13. Ripa in lege ex facto. nu. 31. ff. de vulgari. Rebuffus in praxi tit. requisita ad collationem Bonanin 35, & in repet. c. extirpandæ, §. qui vero. 1. notabili de prębendis. Rochus sic intelligendus, verb. honorificum. nu. 21. Lamber. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 29. Ferretus consi. 211. nu. 8. & 9. Pet. Gregor. d. cap. 36. & Spino de testam. gloss. 4. num. 67.

59 Et idem † dicit Zerola in praxi Episcopali, 1. par. verb. beneficium, §. 7. 5. conclus. 8. conclusionis principalis, quãdo fundator, vel statutum diceret, quod prouisus de capellania sit capellanus, vel sacerdos, quod requiratur tunc quod sit actu sacerdos, & dicto vel esset declaratiua: & ita fuisse sententiatum, & quod tunc capellania sit sacerdotalis, non tamen actu, sed aptitudine, tenet Perez de Lara, lib. 2. cap. 2. à num. 11.

60 Et similiter † Zechus de republica Ecclesiastica, c. de beneficiarijs. nu. 4. notabili vltimo, vers. quo vero ad ordinem, inquit, quòd si testator leget, aut statutum, vel consuetudo habeat, quod prouisus de capellania sit sacerdos vel capellanus, oportet vt sit actu sacerdos, vel capellanus autem clericus tantũ, &c. & nouissime D. Card. Tuschus, concl. 57. lit. B.

61 Et ita tenendum † est, quamuis d. Ferretus consi. 305. dicat per verba testamẽti, & fundationis, quod eligatur seu præsentetur sacerdos, non requiri sacerdotium actu tempore electionis, seu præsentationis, sed solum aptitudine, nisi quando ordo sacerdotij fuit annexus per verba negatiua, seu annullatiua, & prohibitiua, verbi gratia, dicendo, quod non conferatur nisi presbytero, vel quod non possit præsentari nisi sacerdos, &c. quod etiam dicit Zaualios infra relatus nu. 78. *& sequitur Spino de testamentis, glo. 4. nu. 66. & seq & nouissimè Gratian. discept. forens. c. 133. à num. 2. & 15.*

62 Et † quamuis Zerola supra verbo ius patronatus, §. 8. 15. dubio, dicat, quod fundata Ecclesia hac conditione, vt ad illam præsententur, & instituantur tot presbyteri, qui quotidie debeant celebrare Missam, &c. præcisè loquendo, poterunt instituí in istis beneficijs actu sacerdotium requirentibus, etiam non sacerdotes, modo infra annum ad sacerdotium promoueantur. Et Flam. Paris. lib. 4. de resignatione, q. 9. à nu. 34. quod in casibus, in quibus requiritur ætas vigintiquinque annorum, & sacerdotium possit resignari, & prouideri beneficium exilenti in dicta ætate, licet nõ sit sacerdos, quod etiam tenet Zechus de beneficijs & pensionibus, c. 3. ver. requiritur etiam, & c. 5. n. 3. vers. 7. requiritur, & in constitutione, aut priuilegio, c. 12. nu. 21. vers. quo vero ad ætatem.

63 Et † quamuis Marcus Antonius Genuen. in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanæ, *cap. 24. nu. 11 & in Man. Past. c. 14.* dicit, quod quando debet eligi sacerdos, debet esse actu sacerdos, & nõ sufficit quod intra annum possit promoueri, idque quando tantum onus impositum est à laicis, ne retrahantur ab ædificatione, secus, si ab Ecclesiastico, vel per statutum Ecclesiæ, Lamber. 1. par. 2. lib. art. 17. quæst. 7. & quod capitulum ei cui de præbendis in 6. procedit, quando non à laicis est impositum onus &c. quẽ in effectu sequitur Açor 2. p. lib. 6. c. 24. q. 4. & quamuis nouissimè Gonçalez glos. 5. à num. 104. doceat, quòd si fundator facit capellaniam sacerdotalem, vel dicat quod sacerdotes præsententur, & non alij, adhuc sufficiat esse in ea ætate, vt saltim intra annũ ad presbyteratus ordinem promoueri valeant, nisi expressent, quod capellanus pręsentandus sit actualiter sacerdos, &c. quem sequitur Prosper de Augustino in appen. ad summam bullarij quarantæ, 2. p. verb. seruitium capellaniæ, *pag 608. & Vgol. de offic. Epis. c. 50. §. 8. nu. 5.* & idem tenet Perez de Lara d. c. 5. à nu. 16. qui ait, quod si fundator requirit presbyteratum per verba affirmatiua, seu mixta, incipiendo affirmatiuis sufficit præsentare idoneum ad presbyteratum: si vero vtatur, seu incipiat verbis negatiuis, seu alias verba sunt clara debet præsentari actu
64 sacerdos. Sed † prædicta doctrina, à qua non est recedendum, est communis, & approbata per Rotam in vna Romana capellaniæ 19. Martij 1586. infra adducta. num. 79. & in Valentina iuris patronatus,
65 10. Martij 1585. infra adducta, nu. 193. † vbi etiam fuit resolutum, aliàs deuolui prouisionem ad superiorem, ad Rochum, verbo honorificum, nu. 16. in fine, & Lamber. d. art. 27. in fi. & d. infra 10. p. c. 3. ad 1. Et in causa Foroliuien. capellaniæ 10. Maij, 1589.
66 coram D. Seraphino vt in sequenti decisione. Fuit † dubitatum an capellania, de qua agitur, sit sacerdotalis, ita vt capellanus debeat esse actu sacerdos, & habitu, & d. Iulius possit de hoc opponere contra d. Octauianum. Et quantum ad primam partem domini censuerunt, capellaniam esse sacerdotalem, cum in instrumento dotationis dicatur, quod debeat prę sentari vnus sacerdos bonæ conditionis & famæ presbyter secularis. Ex quib. verbis geminatis apparet hanc capellaniam requirere sacerdotium tempore præsentationis, cap. nemo deinceps, & ibi Gemin. & glo. de elect. in 6. Barbacia consi. 38. nu. 8. lib. 1. Decius cons. 129. nu. 5. Rochus de iure patron. verbo honorificum, nu. 27. Lamber. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 27. & fuit pluries resolutum, & cum iuris dispositione concurrit obseruantia, cum semper fuerint præsentati sacerdotes, vno excepto. Non obstat, quod Molina nõ potuerit in dotatione reseruare sibi ius patronatus, quia quamuis ipse dotauerit in executionem dispositionis suorum maiorum, nihilominus potuit sibi reseruare ius patronatus, quia testator iubendo, quod capella constituatur & dotetur, si hæres hoc faciat, poterit reseruare ius patronatus, quia repræsentat personam defuncti, Lamber. li. 1. p. 1. q. 2. art. 12. nu. 6. facit decisio Rotæ. 5. de iure patronatus in antiquis. Nec obstat, quod non appareat de consensu Episcopi de tempore dotationis, quia ex diuturnitate temporis & obseruantia, præsumitur consensus Episcopi, per ea quæ deducit idem Barbacia d. consi. 33. in principio, lib. 2. Nec obstat vltimus sta-

tus,

Digitized by Google

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## Tomus Secundus.

### *Quibus debeant beneficia conferri, seu de qualitatibus requisitis ad beneficia.*

## PARS SEPTIMA.

### *De Clericatu & Ordine. Cap. Primum.*

SVMMARIA.

INTER *qualitates quas habere debent ij, quibus beneficia conferuntur, prima, & præcipua est clericatus, num.1.*

*Per primam tonsuram clericalis ordo confertur, secundùm Canonistas contra Theologos, licet non sit sacramentum, à num.2. de quo & quot sunt ordines remissiue, num.5.*

*Quicquid sit de hoc, an prima tonsura sit ordo, certum videtur, quod verbum ordo generaliter prolatum comprehendit etiam primam tonsuram, secundùm communè vsum canonum, num.6. & sic decreta Concilij, sess.7. cap.7. quoad principalem dispositionem, & sess.23. c.8. à verse. vnusquisque autem de refer. comprehendunt etiam primam tonsuram, num.7. & 8.*

*Si non sint clerici saltim prima tonsura, sed laici, incapaces sunt beneficiorum, num.9. adeo vt non sufficiat destinatio concurrente etiam habitu clericali, num.10. neque etiam reputatio, qua quis existimetur clericus, si reuera non erat talis, num.11. quamuis clerico putatiuo, de cuius clericatu non constat, nisi per communem reputationem, potest dari pensio & beneficium, pro quo obtinendo sufficit communis reputatio, num.12.*

*Quod legitur de B. Nicolao, B. Seuero, & B. Ambrosio, sunt diuina miracula, non trahenda in consequentiam, vel fuit cum illis dispensatum, num.13. & 14.*

*Hodie ex constitutione Sixti V. de habitu & tonsura requiritur quod tempore collationis beneficiorum sint actu clerici in habitu clericali, & tonsura incedentes, aliàs collatio est nulla, num.15. Et decretum irritans, quod in fine habetur, refertur ad omnia precedentia, num.16. & cùm sit in iure positum, ligabit etiam ipsum Papam, nisi ex certa scientia contra fecerit. num.17.*

*Clerici etiam prima tonsura habentes beneficium, etiam simplex, aut etiam ius in illo, vel ad illud, seu pensiones percipientes, debent tonsuram & habitum clericalem, vestes scilicet talares, ingiter deferre, aliàs ipso facto sunt priuati omnibus beneficijs, &c. ex dicta constitutione, numero 18.*

*Ista constitutio in his partibus cepit ligare post lapsum octo mensium à die publicationis Romæ factæ, & ex tunc ad huiusmodi priuationem incurrendam non requiritur lapsus alicuius certi temporis sed eo ipso, quod in publico quis non gestat habitum clericalem supra dictum, id est tonsuram, & vestes talares, incurrit huiusmodi priuationem, num.19. & 20.*

*Quamuis vestes talares in rigore dicantur, quæ hominem vsque ad pedes tegunt, tamen ex epicieia & æquitate tales indicabuntur, quæ iuxta consuetudinem clericis sunt decentes, quamuis non sint nimis longæ, num.21. & 22. nec est necessarium portare duas vestes longas, sed vna sufficit, num.23.*

*Forsan non est vsu recepta dicta constitutio, saltim quoad hoc, vt non deferentes prædictum habitum clericalem maxime tonsuram, sunt ipso facto priuati beneficijs, & quod collatio illis facta sit nulla, num.24.*

*Cùm laicus, qui non habet primam tonsuram, sit incapax beneficiorum, non potest ad beneficium præsentari, alias præsentatio erit nulla, num.25. quod limitat Flamin. Paris. ex Rota non procedere, quoties fuit præsentatus proxime clericandus, &c. num.26. quæ tamen limitatio videtur esse contra doctrinam Lamberti, & aliorum docentium non sufficere præsentatum post præsentationem in continenti clericari, &c. num. 27.*

*Ista limitatio procederet, quando proxime clericandus, expresse, vel tacite præsentare in tempus, quo esset clericus, & sic in tempus habile, num.28. & tacite diceretur præsentari in dict. tempus, quando patronus cum præsentaret, non absolute, sed dicendo præsento talem proxime clericandum, vel præsento talem, & peto eum ordinari, &c. num 29. & ita eli accipienda declaratio S. Congregationis adducta, num.30.*

*In casu quo absolute præsentaretur nondum habens primam tonsuram, præsentatio esset nulla, & facta de indigno & incapace, quantumuis de proximo clericaretur, & ita procedit doctrina Lamber. & aliorum, num.31.*

*Rota quam Flamin. citat, non loquitur in istis terminis, sed in longe diuerso casu, nempe de præsentatione facta per literas seu instrumentum de eo, qui tempore factæ scripturæ & nominationis, non erat clericus, quæ valet, si tempore factæ præsentationis coram ordinario iam erat clericus, quia tunc vere fit præsentatio, cum nominatio, seu scriptura præsentatur ordinario, num.32. & 33. & si ex nominatione nullum ius acquiritur ante actualem præsentationem, num.34. & numeris sequentibus adducuntur resolutiones Rotæ ad prædicta.*

*Impugnatur resolutio Rotæ quatenus ait, quod prouisus ante clericatum de canonicatu, remissus tamen in possessionem post clericatum dicendo, quod contulerunt ac sibi prouiderunt, non censeatur de nouo prouisus, num.38.*

*Quamuis tempore præſentationis omnino clericatus requiratur, non tamen requiritur, quod tunc præſentatus incedat in habitu clericali, ex conſtitutione Sixti V. quæ ſolum id requirit tempore collationis, quamuis extra teneatur ſtatim d. habitum aſſumere, nu. 39.*

*Sunt aliqua beneficia ſacerdotalia, quæ requirunt de iure, conſuetudine, ſtatuto, priuilegio, vel fundatione, quodcũ obtinentes in presbyteros ordinentur, alia diaconalia, & alia ſubdiaconalia ſimiliter, num. 40. & tunc dicitur annexus ordo aptitudine, & attento tempore præſentationis, nu. 41. Iuxta hoc in Epiſcopatu Abulen. eſt quædam conſtitutio ſynodalis antiqua relata, nu. 42. Quod dictum eſt de Archipresbytero, vt debeat in presbyterum ordinari, non videtur hodie procedere in Archipresbyteris ruralibus ſuppoſito quod beneficia ſimplicia, nec perſonalem reſidentiam requirunt, & ſic in his videtur ceſſare iam d. conſtit. ſynodalis Abulen. num. 43.*

*An de ordine annexo beneficio, ſeu prebendæ ex conſuetudine, ſtatuto, priuilegio, vel fundatione, ſit neceſſario facienda mentio ab impetrante, eſto ſit in ætate ad talem ordinem requiſita a numero 44. reſoluitur negatiue cum communi contra alios, & additur deciſ. Rotæ, cum contrario eſt, nõ de qualitatibus non conſideratis & expreſſis à iure, ſeu ſtylo, non eſt faciendã mentio, nu. 48. & qualitates exprimẽdas qui ponunt, num. 49. Improbatur, quod ait Flam. Par. & Zecchus in reſignatione Archidiaconatus, qui habet vocem in capitulo faciendam eſſe mentionem de hoc, nu. 50. & 51. reſpondetur cuidam dec. Paleot.*

*Hodie in ſupplicationibus de Canonicatibus & portionibus Eccleſiarum Cathedralium dataria vult exprimi Ordinem ſacrum annexum. Etſi in ſupplicatione ponitur vel an-ſula, etiam ſi ſacerdotalis, quæ antea ſolebat concedi, caſſatur: vnde cum iam iſta qualitas ſit a ſtylo conſiderata, videtur in iſtis gratijs neceſſario faciendæ mentio de ordine ſacro annexo, niſi eſſet ſubdiaconatus, quem ad minus debens habere annexum de iure Concilij, &c. num. 52. & 53. ſed nihilominus exiſtimat author, id non eſſe neceſſarium, a nu. 54.*

*Clauſula etiã ſi ſacerdotalis caſſatur, quando narratur diaconatus, vel ſubdiaconatus, quo caſu gratia eſt ſurrepitia, ſi prebenda habet annexum ſuperiorem ordinem ſi impetrans illo caret, alias ſecus, numero 55. 56. Alia ſunt beneficia, quæ non niſi actu presbyteris, vel alium ordinẽ habentibus prouideri poſſunt ex fundatione conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, nu. 57. vt quando inſtitutio, vel ſtatutum dicit, quod beneficium non conferatur, niſi presbytero, vel quod conferatur presbytero. Et capellaniæ, in quarum fundatione dicitur, quod præſentetur ſacerdos, vel quod præſentetur capellanus, ſeu clericus qui miſſam celebret, vel alia verba reſpicientia tempus, ſeu actum præſentationis, & tunc præſentatus tempore præſentationis debet eſſe ſacerdos actu, &c. nu. 58.*

*Idem eſt, quando fundator, vel ſtatutum diceret, quod prouiſus de capellania ſit capellanus, vel ſacerdos, aut quod ſit ſacerdos, vel capellanus, nu. 59. & 60.*

*Improbatur Ferretus dicens per verba fundationis, quod eligatur, ſeu præſentetur ſacerdos, non requiri ſacerdotium actu tempore electionis, ſeu præſentationis, ſed ſolum aptitudine, niſi quando ordo ſacerdotij ſint annexus per verba negatiua, ſeu annullatiua & prohibitiua, numero 61. improbantur etiam Zerola, Flam. Pariſ. & Zecchus idem ſeu dicentes, numero 62. Improbatur etiam Marcus Anton. Genuen. dicens, quod quando debet eligi ſacerdos debet eſſe actu, quando onus impoſitum eſt a laicis, ſecus ſi ab Eccleſiaſtico, vel per ſtatutum Eccleſiæ, & Gonzalez, & alij, numero 63. Tradicta decisio eſt communis, & approbata per Rotam, num. 64. & alias diuerſas prouiſionem ad ſuperiorem, num. 65. & 66. Ponitur deciſ. Rot. & allegantur alia deciſiones. Impugnatur ſententia quorundam authorum, nu. 67.*

*Allegata per Flamin. Pariſ. & capitulum ei cui de præben. in extra loquuntur de beneficio ſacerdotium requirente, non tamen actu, & deciſion. 1. de præbend. in nouis fundatur in derogatione per clauſulas generales, numero 68. Non placet quædam deciſio Rotæ, beneficium non eſſe ſacerdotale, ex obſeruantia interpretatiue ſubſecuta, licet Bulla Papæ loquatur de presbyteris, &c. nam iſta reuera non eſt obſeruantia interpretatiua, ſed contra dict. bullam, numero 69. & 70.*

*Non placet etiam deciſio, quod ſtante fundatione Capellaniæ, quod eligatur vnus Presbyter, qui pro ipſius anima miſſam celebret, & quod patroni poſſint eligere vnum presbyterum, ſiue capellanum, &c. non ſit ſacerdotalis, quia teſtator alternatiue locutus eſt de presbytero, ſeu capellano, & cætera. ſed dictio, ſiue, ſtat expoſitiue, numer. ſeptuageſimoprimo, & 72.*

*Si in fundatione capellaniæ cauetur, quod præſentetur ſacerdos proximior de parentela, ſi inueniatur alias clericus, ſi tempore præſentationis fuerit aliquis ſacerdos, ille debet præſentari, licet ſit remotior & erit præferendus, etiam ſi poſtea ante inſtitutionem alter proximior eſſet ſacerdos, n. 73. & 74. vbi ponitur Rotæ deciſio.*

## §. I.

## SYMMARIA.

*AN Capellania ſit ſacerdotalis ex eo ſolum quod habeat onus celebrandi annexum, numero 75. & num. 76, ponitur prima ſententia eſſe ſacerdotalem actu, etiamſi fundator dicat, quod præſentetur capellanus, qui per ſe, vel per alium debeat celebrare ſecundum Barba. & alios, numero 77.*

*Ponitur ſecunda ſententia eſſe ſacerdotalem, non tamen actu, ſed aptitudine, nu. 78. quam tenuit Rotam in deciſio. adductis, nu. 79. & 80. & in reſolutione adducta nu. 81.*

*Tertia ſententia, quod prima procedat in fundatione laici. Secunda in fundatione perſonæ Eccleſiaſticæ, nu. 82 ſed quãtum ad hoc non videtur eſſe differentia inter fundationem perſonæ Eccleſiaſticæ & laici nu. 83. & ſeq.*

*Quarta ſententia vera, & tenenda, capellaniam non eſſe ſacerdotalem, nec actu, nec aptitudine ex eo quod in fundatione dicatur capellanum debere celebrare, ſed poſſe prouideri ſimplici clerico 14. annorum, nu. 85. quia niſi expreſſe caueatur, quod per ſe ipſum hoc agat, poteſt per alium celebrare, nec requiritur perſonalis reſidentia, ex quo ſumus in beneficio ſimplici, in quo ex generali conſuetudine non requiritur reſidentia a nu. 86. vbi ponuntur declarationes Sanct. Congregationis, & reſoluitur Rotæ.*

*Verbum interſit, vel aſſiſtat, tantum importat, quantum verbum reſideat, ſecus de verbo cantet, vel ſeruiat, vel ſacris operetur, niſi aliunde colligatur, nu. 89.*

*Appellatione clerici venit ſimplex clericus prima tonſura, & in capellanijs in quibus clerici generaliter vocantur. n. 90.*

*Hanc quartam ſententiam videtur tenere Zerola relatus, numero 91. & Genuen. relatus numero 92. & in terminis, eſt approbata per Sanct. Congregationem in declarationibus poſitis, n. nonageſimotertio, & attenta declaratione Piſtorien. Rota mutauit ſententiam amplectendo hanc,*

*vt in deciſion. poſita, numero 94. & in reſolutionibus adductis, numero 95. & 96. & fuit alias tentum, quod quando teſtator mandat præſentari presbyterum, ſcire-ctorem cauſa celebrandi Miſſas, beneficium non dicitur ſacerdotale, quę tamen reſolutio difficultatem patitur ex ſupradictis, nu. 97.*

*Vbi in fundatione caueretur, quod per ſe ipſum deberet celebrare, ſeu quod deberet perſonaliter deſeruire, aut quod reſideat, tunc procederet ſecunda ſententia. numero 98. & numero 99. Ponitur declaratio S. Congregationis, & ita procederet reſolutio Rotæ in cauſa Lucana ſupra relata: & ita etiam videtur accipienda deciſion. Abulen. capellaniæ de Cebraros, &c. numero centeſimo, & ſequenti, vbi ponitur deciſio.*

*An vbi capellania eſt ſacerdotalis actu, vel habitu ex fundatione, poſſit Epiſcopus cum conſenſu patroni heredis, ſeu ſucceſſoris fundatoris ſaltim pro vna vice diſpenſare, vt prouideatur non habenti dict. qualitatem, numero 102. & quæritur de patrono herede, ſeu ſucceſſore, nam de patrono fundatore clarum videtur poſſe tollere & alterare conditiones, ſeu qualitates cum conſenſu Epiſcopi, ſaltim ex iuſta cauſa, quando eſſent viles Eccleſiæ, num. 103. & ſeq.*

*In dict. difficultate prima ſententia eſt affirmatiua, numer. 105. quam aliqui intelligunt ſubſiſtente aliquali cauſa, & omnibus patronis volentibus, &c. nu. 106.*

*Secunda ſententia eſt negatiua, num. 107. pro qua facit doctrina Gambari relata, nume. 108. & doctrina quam tradit Valdes relata nu. 109. de qua n. ſeq.*

*Hæc ſecunda ſententia de plano procedit ſtante Concilio Trident. ſeſſ. 25 cap 5. nu. 111. & ita Sanct. Congregatio cenſuit in declarationibus adductis, num. 112. & tenuit Rota in deciſione adducta num. 113. & in alia adducta, num. 114. & nume. 115. ponitur decretum Concilij prouincialis Mediolanen. 5.*

*An per clauſulas generales derogatorias in literis Apoſtolicis poſitas non obſtantibus ſtatutis, &c. cenſeatur derogatum fundationi, & ordinationi ſacerdotium actu requirentia, num. 116. reſoluitur per dict. clauſulas cenſeri derogata ſeu dilata ſtatuta Eccleſiarum, etiam confirmata ſacerdotium actu requirentia. Ita quod poſſit quis huiuſmodi beneficium conſequi, licet non ſit ſacerdos, dummodo ſit ętatis legitimæ ad ſacerdotium, non tamen cenſeri derogatum fundationi & ordinationi teſtatoris, nec fundationi etiam clerici contra aliquos.*

*Id habet ſpeciale fundatio laici, vt non cenſeatur ei derogatũ, etiamſi in clauſulis derogatorijs dicatur, etiam non obſtantibus fundationibus, &c. quæ de fundationibus clericorum intelligendæ ſunt, &c. num. 112.*

*In literis Apoſtolicis de beneficijs vacantibus, non ſolet poni derogatio ſtatutorum Eccleſiæ, niſi in beneficijs & prębendis Eccleſiarum Cathedralium, ſeu Collegiatarum vnde in alijs beneficijs non vitiabitur doctrina ſupra dicta, n. 123.*

*Eſto ordinarius nullo modo poſſit alterare conditiones, vel qualitates poſſibiles annexas beneficio ex fundatione, an poſſit eas mutare, quando reditus ipſius beneficij eſſent impotentes, ſeu inſufficientes ad illas, & reducere Miſſas, &c. nu. 124. Reſoluitur ſecundum Doctores, Epiſcopum id poſſe facere cum conſenſu patroni, aut etiam eo inuito, ſi vocatus nolit conſentire, nu. 125.*

*Si aliqua Capellania eſſet fundata cum obligatione reſidentia perſonalis, cuius fructus eſſent adeo diminuti, vt non eſſent ſufficientes tali oneri, poſſet ordinarius tollere eam obligationem, ita quod per ſubſtitutum poſſit illi deſeruiri, &c. num. 126.*

*Obijcitur Concil. Triden. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 4. ex quo videtur Epiſcopum id non poſſe facere niſi in Synodo dioeceſana, nu. 127.*

*Sententia Nauarri, quod illud decretum eſt ius nouum, quoad Abbates & Generales ordinum, ſed non quoad Epiſcopos qui poſſunt hoc facere, etiam ſine Synodo iure antiquo, quod non videtur per hoc ſublatum, cum fuiſſet additum ad augendum, num. 128.*

*Sententia Enriquez, P. Ledeſmæ, & Man. Rodriguez, quod illud decretum procedit in commutatione, ſeu reductione anniuerſariorum, ſeu Miſſarum dotatarum, in qua eget Epiſcopus Synodi conſilio, non vero in reductione Miſſarum beneficij, & capellaniæ collatæ, n. 129. aut tamen Man. Rodriguez cum Nauarro, poſſe Epiſcopum abſque Synodo anniuerſaria commutare, etiam hodie, nu. 130.*

*Primum dictum authoris, quod Concilium ibi non loquitur de Miſſis impoſitis beneficio ſeu capellaniæ, & ſic tanquam caſus omiſſus relinquatur diſpoſitioni iuris communis, ſed de Miſſis & anniuerſarijs relictis in aliqua Eccleſia, num. 131. vbi ponuntur declarationes S. Congreg. & nu. ſeqq. referuntur alię declarationes.*

*Secundum dictum, quod in reductione dictarum Miſſarum, & anniuerſariorum, de quibus Concilium loquitur, ſeruanda videtur forma Concilij. ita quod Epiſcopus non poſſit eam facere ſine Synodo, eſto ante Concilium poſſet, nu. 135. vnde ſtante Concilio non videtur valere conſtitutio Synodalis Salamantina relata, nu. 136.*

*In aliquibus Epiſcopatibus non eſt vſu receptum dict. decretum Concilij, & vbi non eſt receptum, procedet opinio Nauarri & Manu. Rodrigu. num. 136. probabile enim videtur, quod ſtylus ſaltim decennalis valeat contra legem, etiam Canonicam ab initio non receptam, ſicut ſtilus iudicis præſcriptus ſpatio quadraginta annorum, valet contra ius ab initio receptum, n. 137.*

*Quomodo probetur clericatus, qui cum ſit qualitas extrinſeca, non præſumitur, num. 138. reſoluitur probari non ſolum literis teſtimonialibus Epiſcopi, ſeu tit. ordinum, ſed etiam teſtibus, nu. 139. etiam de publica voce & fama, nam ſufficit probatio de communi reputatione & fama, & per argumenta & indicia, ſeu coniecturas, & per ſemiplenas & leues probationes probatur, nu. 140. & ita ſeruat Rota in poſſeſſorio & petitorio, nu. centeſimoquadrageſimoſecundo contra Rebuffum & alios relatos, nu. 141. & ſeq.*

*Limitatur dicta doctrina vt non procedat in noſtra obiectiua, num. 144. aut vbi præſumptio eſt contra aliquem, puta, quia eſt illegitimus, qui debet probare ſuum clericatum per literas; nec ſufficit communis reputatio & fama, nu. 145. niſi probetur diſpenſatio, quæ non probatur per narratiuam literarum ordinarij, nu. 146. & ſeq conſtando enim de diſpenſatione clericatus illegitimi probatur per communem reputationem, ſicut clericatus legitimi, num. 148. & nu. ſequ. adducitur reſolutio Rotæ & ita poterit procedere quędam deciſio Rotæ relata nu. 150. licet contrarium dicatur alia deciſio relata, num. 151.*

*Concurrentibus aliquibus coniecturis cum fama probatur clericatus illegitimi, nu. 152. & in iudicio poſſeſſorio reſtitutionis ſufficeret illegitimo probare clericatum per reputionem, & actor illegitimus non tenetur dare literas ſui clericatus ex Rota, num. 153.*

*Probatur etiam clericatus vnico teſte, num 154. etiam in iudicio, quando lis eſſet ſuper beneficio, nu. 155. contra Rebuffum & alios relatos, num. 156.*

*Solo ſigillo Epiſcopi recognitio probatur clericatus etiam collatus non ſubdito, num. 157.*

*An probetur clericatus per literas, ſeu oſtenſionem ſuperiorum ordinum, puta ſacerdotij, ſeu diaconatus, &c. n. 158.*

*Et non probari tenent Rebuffus & alij, quia per ſaltum poſſet eſſe promotus, quo caſu non valet proviſio ei facta de beneficio, nu. 159. nam per ſaltum promotus eſt irregularis, num. 160. quamuis aliqui dicant cum ſuſpenſum, numero 161. non tamen eſt irregularis reſpectu ordinum inferiorum quos legitimè ſuſceperat, nam ab vſu illorum non eſt ſuſpenſus, nu. 162. Vnde valeret proviſio ei facta de beneficio non requirente alium ordinem, &c. nu. 163.*

*Contrarium tenetur in dict. difficultate, nempe quod ad probationem clericatus, & minorum ordinum ſatis ſit probare & oſtendere maiores, num. 164. & adducuntur ad id reſolutiones Rotæ, a num. 165. & procedit etiam in clericatu illegitimi, nu. 169. & reſpondetur Bartolo in contrarium allegato. nu. 170.*

*Licentia proprij Epiſcopi probatur ſola aſſertione ordinantis, num. 171.*

INter qualitates quas habere debẽt ij, quibus beneficia conferuntur, prima, & præcipua eſt clericatus & ordo: oportet enim eos eſſe clericos ſaltim pri
1 mæ tonſuræ, per † quam clericalis ordo confertur, c. cum contingat de ætate & qualitate, vbi id notant DD. & eſt communis ſententia Canoniſtarum, vt per Fel. in c. ſicut el 3. de ſimonia. nu. 2. Mandoſ. reg. 34. q 1. n. 2. Couar. in c. quia nos, de teſtam. n. 4. Gregor. Lopez. in proœ. ti. 6. p. 1. Hieronymum Gabrielem conſ. 181. li. 2. Calda Pereiram in l. ſi curatorem habens, c. de in integrum reſtitut. verb. læſis. nu. 104. Mendez de Caſtro in l. cum oportet; C. de bonis quę liberis, n. 166. Rota, dec. 731. n. 5. & 6. p. 1. diuerſor.
3 & idem tenet Guido Papa, dec. 449. n. 1. vbi † additio rectè ait id eſſe verum, loquendo de ordine, non vt ſacramentum, ſed vt largo modo pro deputatione ad diuinum officium ſeu cultum. Quamuis †
4 Theologi contrarium teneant, nempe primam tonſuram non eſſe ordinem, ſed diſpoſitionem, & præparationem ad ordines, de † quo & quot ſint ordi-
5 nes, an nouem, vt volunt Canoniſtæ, an ſeptem tantum, vt volunt Theologi, agunt Albertus Trot. de vero & perfecto clerico, li. 1. c. 2. Lamber. de iure patronatus. 1. p. 2. li. q. 7. art. 2. Mandoſ. ſupr. nu. 2. & 5. Couar. lib. 1. variarum, c. 10. à n. 10. Nauar. in Manu. c. 22. num. 18. Velazquez de Auendanno in l. 29. Taur. gl. 3. num. 9. & 10. Gironda de Gabellis. 7. p. in princip. Zaualloſ q. 524. Soto in 4. diſt. 24. q. 1. art. 3. & q. 2. art. 1. Valentia, 4. tom. diſp. 9. q. 1. pun. 2. Ange. Sylueſter, Roſella, Tabiena, Armilla, & alij ſummiſtæ, verb. ordo, Catechiſmus ad parochos de Sacramento ordinis, ver. dicendum igitur erit, Bart. Ledeſma in ſummario de ſacramentis, de ſacramẽto ordinis, difficul. 5. Coſmas Philiarcus de officio Sacerdotis 2. p. lib. 1. c. 13. candelabrum aureũ, ti. de ſacramento ordinis, nu. 6. 10. & 11. Ludouicus Lopez inſtruct. conſcientiæ 2. to. p. 1. c. fi. Enriqu. in ſumma, li. 10. c. 2. & 9. § 4. F. Man. Rodrig. in ſumma 2. 10. c. 13. Pet. Ledeſma in ſua ſumma 1. p. titu. de ſacramento ordinis. c. 1. & Vega in elpeio de Curas. c. 14. à nu. 4. Nunno. 3. p. in addit. qu. 37. & 40. ar. 2. D. Sahag. de ſacram. ordinis, à num. 7. Carrillo in Itinerario ordinandorum, ſect. 3. c. 7. à nu. 17. D. Card. Tuſchus. cõſi. 189. lit. O *Gabr. Vazq. 3 par. to. 3. diſpu. 236. & ſeq. Iſidorus Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. libr. 1. par. 2. ca. 1. Ioan. de Arce Solorçano de Sacramentis, de Sacramento ordinis, circa princ.*

6 Et quidquid † ſit de hoc, an prima tonſura ſit ordo, an non, illud certum videtur, quod verbũ, ordo, generaliter prolatum, comprehẽdit etiam primam tonſuram, ſecundum communem vſum Canonum, argumento d. c. cum contingat, & ſecundum communem vſum loquendi, vt rectè docet Nauarrus cõſil. 11. de tempor. ordinatio. n. 1. & 3. Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. c. 13. nu. 8. & c. 56. num. 5.

7 Vnde decretum Concilij ſeſſ. 7. de refor. cap. 10. † quoad principalem diſpoſitionem comprehendit primam tonſuram, vt dictum eſt ſupra 5. par. cap. 7. nu. 95. & decretum eſt, cap. 8. ſeſſ. 23. de reformatione verſ. vnuſquiſque autem, & ſequenti, comprehẽdit non ſolum minores ordines contra Zerolam in praxi Epiſc. 1. par. verbo dimiſſoriæ. §. 2. vt ſacra cõgregatio Concilij cenſuit ſuper illo, c. ibi: A proprio Epiſc. ordinetur, de omnib. ordinibus, tamen ſacris, quam in minoribus intelligitur, & ſic etiam ordinati in minoribus comprehenduntur in pœna ſuſpenſionis. Sed † etiam primam tonſuram cum de ordi-
8 natione, & ordinibus generaliter, & abſolutè loquatur, & dictum eſt ſupra d. 1. par. c. 5. num. 142. *contra Toletum in ſumm. lib. 1. cap. 49. verſi. quarta, dicentem, decretum Concilij dict. cap. 8. non extendi ad primam tonſuram, ex declaratione Sacri Concilij; nam prima tonſura nomine ordinis in hoc Concilio non comprehenditur. Quæ declaratio videtur eſſe ſequens 16. Sed iſta declaratio non videtur certa, nec eſt iuri conſona, tum quia negari non poteſt, iſtum Epiſcopum non incidiſſe in pœnam ſuſpenſionis per annum à collatione ſaltem tonſuræ, ex cap. fin. de temporibus ordin. in 6. tum etiam quia licet tonſura condiſtinguatur à minoribus ordinibus, & eorum appellatione non veniat, vt in dict. cap. 10. & 11. & 17. ſeſſ. 23. quia nomen minorum ordinum ex communi vſu & modo loquendi attribuitur quatuor gradibus, vt videmus, tamen ſub verbo, ordo ſeu ordines, & ordinare, generaliter & abſolutè prolato, venit tonſura, tam in iure quam in Concilio, vt in cap. 1. ſeſſ. 21. de reformat. & caput. 3. 7. & 9. & d. cap. 10. ſeſſ. 23. & deciſion. dict. cap. 8. verb. vnuſquiſque autem, non haberet locum in prima tonſura, ſequeretur poſſe eam conferri ab alieno Epiſcopo ſine proprij licentia aut teſtimonio: quod dici non poteſt.*

9 Aliàs † vt ad noſtrum propoſitum redeamus, ſi non ſunt clerici ſaltim primæ tonſuræ, ſed laici, incapaces ſunt beneficiorum, cap. ex literis de tranſactionibus cap. 2. de inſtitu. vbi Abbas & alij, & dictum eſt 1. part. cap. 2. num. 28. vbi plures citaui.
10 † quidem, vt non ſufficiat deſtinario concurrente etiam habitu clericali. Abb. ibi, Feli. in c. cùm adeo de reſcrip. ex num. 2. Staphil. de literis gratiæ noua forma expectatiuarum, num. 24. Selua de benef. 3. par. quæſt. 6. Couar. 3. par. cap. 1. num. 1. Lambert. 1. part. 2. lib. q. 7. art. 29. ad fin. Gomezius de gratijs expectatiuis, nu. 89. Duarenus de beneficijs lib. 4. c. 6. P. Pechius in regu. beneficium, in 6. num. 29. ad fin. *Mandoſ. de ſignatura gratiæ, titul. de proviſio. verb. amplia, etiamſi is cui, in vltim. edit. Anton. Gabr. conſil. 12. de præſumpt. num. 4.* Zaualloſ dicens receptiſſimam, q. 523. & zecchus de benef. & penſi. c. 3. ver. inhabilis, & Tho. Sanchez de matrim. li. 7. diſpu. 42. n. 14. Villar del patronado de Calatayud. 4. p. in pr. n. 11. Azor. iuſtit. Moralium. 2. par. li. 6. c. 2. q. 5. & Perez de Lara de anniuer. & capell. lib. 2. c. 5. à n. 2. Neque etiam ſufficit reputatio, qua quis exiſtimetur
11 † clericus ſi reuera non erat talis, Rota dec. 139. lib. 3. p. 3. diuerſorum, Flamin. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 4.

lib.4.q.2.consil.19. & Zecchus & Villar ibi, quamuis
12 clerico † putatiuo de cuius clericatu non cõstat nisi per communem reputationem, potest pensio, & beneficium, & pro obtinendo beneficio sufficit communis reputatio, licèt verè clericum esse non appareat, Rot. ibi iuxta dicta infra à n.140. & ita procedet. dec. Rotæ 13. de probatio, aliàs 312. in antiquis, quæ sequitur Pontanus de spolio li.2.n.179. aliàs est falsa, Gonç. post hæc visus ad reg. de mensibus, gl.2. à nu.64. *Gratian. discept. forens. c.123. nu.17. & Paulus Piasec. in praxi Epis. 1.p.c.1. num.3. & 4.*

13 Neque obstat, quod legitur de B. Nicolao, † qui ex laico electus est in Episcopũ, & de B. Seuero, qui ex lanificio assumptus est in Archiepiscopum, & de B. Ambrosio qui nondum baptizatus in Archiepiscopum delatus, vt in c. statuimus, §. è cõtra 61. dist. quia omissa responsione Gratiani ibi. §. sed sciendũ, & aliorum: quod ob excellentem virtutem, eximiãque, & egregiam sãctitatem laicus eligi possit, quod sequitur Ioa. Quintinus in repet. c. de multa de prẽben. nu.67. dicens, quod si cui laico non deest competens sacerdotio virtus, & perfectio, huic facta collatio beneficij valebit. Respondetur, quod illa sunt miracula diuina, non trahenda in consequentiam, vel fuit cum illis dispensatum. Ita Archidiaconus in d.c. statuimus, §. his omnibus, Fel. in d.c. cùm adeo, sub.n.5. Selua, d.q.6. ad fi. Corras. d.c.1. nu.4. Pech. supra nu.27. & Maiolus de irregularitate. lib.15. ca. 31.nu.4. Oieda de incompat. benef. c. 24. nu.4.

15 Et hodie ex † const. 38. Sixti V. de habitu & tõsura per clericos, seu milites beneficia, vel pensiones obtinentes deferen. &c. quam ponit, & explicat Vivaldus in fine Candelabri aurei, & vidẽdus Zecchus de casib. reseruatis, casu 4. requiritur quod tẽpore collationis beneficiorum sint actu clerici in habitu clericali, & tonsura incedentes, aliàs collatio est nulla, vt in vers. in futurum, vbi sic dicitur: In futurum autem non nisi actu clericis in habitu clericali & tõsura, & militib. infra dicendis in militari incedentib. suę militiæ propriæ, aut alia quęcũq; Ecclesiastica, ẽt simplicia beneficia, respectiue conferãtur, aut commendentur, aut pensiones, fructusve, aut bona Ecclesiastica reseruentur. Et in fine habetur decretũ irritãs, quicquid secus à quoquam quauis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attẽtari. Quod
16 refertur ad omnia præcedentia, ex c. inquisitioni de appellationibus, & decisio Rotæ in causa Toletana professionis in adducta septima p. dubio 11. nu.330. & dictum est aliàs 5.p.cap.4.nu.173.

17 Et cum † sit in iure positum, ligabit etiam ipsum Papam, vt sup. dictum est 5.p.cap.1.nu.28. nisi Papa ex certa scientia contra fecerit, &c. ad leg. quidam consulebant. ff. de re iudicata, cum alijs.

18 Et clerici † etiam claricali tantum tõsura insigniti habentes iam beneficium etiam simplex, aut etiam ius in illo vel ad illud seu pensiones percipientes, debent tonsuram, & habitum clericalem, vestes scilicet talares iugiter deferre; aliàs ipso facto sunt priuati omnibus beneficijs, nec non pensionibus, omnique iure sibi in eis vel ad ea quomodolibet competenti & beneficia sic per huiusmodi priuationem vacantia dispositioni Sedis Apostolicæ reseruantur,
19 ex dicta constitutione. Quæ in † his partibus cœpit ligare post lapsum octo mensium à die publicationis Romæ 18. Ianuarij 1589. factæ, & ex tũc ad huiusmodi priuationem incurrendam non requiritur lapsus alicuius certi temporis, sed incurrit eam eo ipso, quod in publico quis non gestat habitum clericalem supradictum, id est tonsuram, & vestes talares. Ita enim videtur intelligenda dicta constitutio, vt colligitur ex illa dictione, supradictum, quę refert præcedẽtis cum suis qualitatibus Rota dec. 194. nu.7. p.2. diuersorum, & exsequenti constitutione eiusdem Sixti. Et qua habitus clericalis in tõsura & vestibus copulatiuè consistit, Bald. in l. si qua per calumniam. c. de Episcopis & cleric. sub nu.1. & Pacianus de probat. lib.2.c.34.nu.25. cum alijs.

20 Quamuis autem † vestes talares in rigore dicantur, quæ hominem vsque ad pedes tegunt, Hispanè, Hasta los pies, Calepinus verbo talares, seu hasta los touillos, o cerca, dicit Petr. de Ledesma in summa 2. par. tract.7.c.2. circa decimamquartam conclusionẽ
21 circa finem, pag.384. Tamen ex † epieicia & æquitate talares vestes iudicabuntur, quæ iuxta consuetudinem clericis sunt decentes. Adde Tho. Sanchez de matrim. lib.7. disp.46. nu.6. quamuis non sit nimis longe neque ad pedes descendant, vt ferriolum longum cum galero, modò non adsit lactucula, Hispa-
22 nè Luchuguilla. Pet. Ledesma ibi. Etiam † sine tunicella, seu veste longa interiori, Hispanè Sotana: nec .n. est necessarium portare duas vestes longas, sed vna sufficiet: & ita dicta constitutio videtur recepta, & interpretata, & docet Vivaldus in d. explicatione sub nono notab. Et cum prædicta doctrina ferè cõsonat Mosconius de Maiest. milit. Eccles. lib.5.p.2.c. 2.pag.412. qui ait quod iuxta d. constitutionẽ Sixti V. vestes sint talares vsque ad pedes, vel quasi iuxta rationabilem mensuram, consuetudinem loci, & honestatẽ clericorum, & quod nigro colore magis quàm alio vtantur. De birreto vero, vel pileo, multum consuetudo attenditur, cum in contrarium leges sanctæ non reperiũtur. Ita Mosconius. Accedit, quòd illæ censentur clericis vestes honestæ, & quibus indutis in habitu clericali incedere dicantur, quę communi vsu & consuetudine fuerunt admissæ in ea prouincia, attendendo consuetudinem similium personarum & clericorum eiusdem conditionis, Couar. pract. c.31. nu.7. Salced. in praxi crimin. Bernard. Diaz c.75. Farin. q.8. num.69. add. summ. Bull. Quar. verb. habitus clericalis, Vgol. de offic. Epis. c.12. nu.3. & c.13. §.2. nu.7. cum alijs, & nouissimè Piasec. in praxi Epis. p.2.c.3. num.14. qui etiam ait, quod dum in itinere vel in villa moratur clericus, vti eum posse veste talari vltra genua tantum procedẽte, respondisse legitur Congreg. Episcoporum Episcopo Tridentino 15. Ian. 1591. Et vide d. supra 1. par. c.5. à num.11.

23 Et forsan † non est vsu recepta dicta constitutio saltim quoad hoc, vt non deferentes prædictum habitum clericalem, maximè tonsuram, sint ipso facto priuati beneficijs; & quod collatio illis facta sit irrita & nulla. *ibi, Sub.9. not. Et cum prædicta doctrina fere consonat Mosconius de maiestate militantis Ecclesiæ libro 5.p.2.cap.2.pag.412. qui ait, quod iuxta dictã constitutionem Sixti V. vestes sint talares vsque ad pedes, vel quasi, iuxta rationabilem mensuram, consuetudinem loci, & honestatẽ clericorum, & quod nigro colore magis quam alio vtantur, De birreto vero, vel pileo, multum consuetudo attenditur, cum in contrarium leges sanctæ non reperiuntur. Ita Mosconius. Accedit quod illæ censentur clericis,*

*veſtes honeſtæ, & quibus inducti in habitu clericali incedere dicantur, quæ communi vſu & conſuetudine fuerunt admiſſæ in ea prouincia, attendendo conſuetudinem ſimilium perſonarum, & clericorum eiuſdem conditionis, Couarr. pract. cap. 31. num. 7. Salced. in praxi crim. Bernar. Diaz cap. 75. Faria. quæſt. 8. num. 69. add. ſum. Bullar. Quaran. verb habitus clericalis. Vgol. de offi. Epiſc. c. 12. num. 3. & cap. 13. §. 2. num. 7. cum alijs, & nouiſſ. Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. nu. 14 qui etiam ait, quod dum in itinere vel in villa moratur clericus, vt eum poſſe veſte talari vltra genua tantum procedente, reſpondiſſe legitur Congregation. Epiſcoporum Epiſcopo Trident. 15. Ianuarij 1591.*

24 Cum ergo † laicus, qui non habet primam tonſuram, ſit incapax beneficiorum, non poteſt ad beneficium præſentari, alias preſentatio erit nulla, Millis in repertorio. verbo beneficium ſi impetrat, Rebuff. in concordatis, tit. de forma mandati verb. pro expreſſis, verſic. quarto quæ ſint, Lamber. dict. quæſt. ſeptima, art. ſecundo ad finem, & art. ſeptimo, & 29. ad finem Hoieda de incompatibilitate beneficiorum prima part. capitulo fin. numero 72. Ioann. Gutierez. conſ. ſecundo, num. 31. Parladorus differ. 120. num. 18. Card. Thuſcus concl. 56. litera B. num.
26 4. & Flam. Paril. dict. lib. 4. quæſt. 2. numer. 5. † qui numer. 6. ait, quod Rota in vna imolen. Iuris patronatus 19. Nouemb. 1584. coram D. Orano limitauit hanc concluſionem non procedere, quoties fuit præſentatus proxime clericandus: nam hoc caſu præſentatus non eſt penitus indignus, cùm ante inſtitutio-
27 nem ſit tonſuratus. Quæ † tamen limitatio videtur eſſe contra doctrinam Lambert. Hoiedæ, & Ioannis Gutierrez ſuprà, qui docent non ſufficere præſentatum poſt præſentationem in continenti clericari, ſed omnino clericatum requiri tempore præſentationis: & contra Doctrinam Duaren. ſupra, ac Rophuiaci de benef. c. 1. numer. 39. & 40. qui docent ſi quis poſt obtentum beneficium clericus effectus fuerit, irritam nihilominus eſſe beneficij collationem, nec illud poſſe retinere: *Et eam limitationem reprobat Vgol. cap. 50. §. 6. nu. 2. & cap. 51. §. 2. num. 5.*

28 Vnde iſta † limitatio procederet, quando proxime clericandus expreſſe vel tacite præſentaretur in tempus, quo eſſet clericus, & ſic in tempus habile: quo caſu præſentato facto clerico intra tempus datum ad præſentandum, præſentatio valeret ex tunc ad legem in tempus. ff. de hæredib. inſtituendis, & Lamber. 1. par. 2. lib. quæſt. 3. art. 9.

29 Et tacite † diceretur præſentari in dictum tempus, quando patronus eum præſentaret non abſolute, ſed dicendo, præſento talem de proximo clericandum, vel dicendo præſento talem, & peto eum ordinari prima tonſura, &c. tunc enim videtur eum præſenta-
30 re, vt cum ſit clericus inſtituatur. Et ita † erit accipiẽda declaratio ſanctæ congregationis Concilij ſuper
☞ c. 10. ſeſſ. 7. de refor. quæ ſic ait: Vicarius capituli ſede vacante infra annum poteſt concedere dimiſſorias ad primam tõſuram ei, qui eſt præſentatus à patronis laicis ad beneficium Eccleſiaſticum iuris patronatus ipſorum, vt illud obtinere valeat.

31 In caſu † vero, quod abſolute præſentaretur nondum habens primam tonſuram, credo præſentationem eſſe nullam, & factam de indigno, & incapaci, quantumuis de proximo clericaretur: & ita procedit doctrina Lamber. Hoiedæ, & Ioann. Gutierez ſupra. Clericario enim ſubſequens etiam de proximo non poteſt retrotrahi ad tempus præſentationis, in quo requiritur capacitas, & habilitas præſentati cum ex præſentatione ius ei quæratur ad beneficium, &c. Et facione dicta infra capitulo quarto ad finem.

32 Rota autem † in dict. Imolen. Iuris patronatus 19. Nouemb. 1584. coram D. Orano, quam Flaminius citat, non loquitur in iſtis terminis, ſed in longe diuerſo caſu, nempe de præſentatione facta per literas, ſeu inſtrumentum de eo, qui tempore facte ſcri-
33 pturæ, & nominationis non erat clericus, quæ † valet ſi tempore factæ præſentationis coram ordinario iam erat clericus, quia tunc vere fit præſentatio cum nominatio, ſeu ſcriptura præſentationis præſentator ordinario, Francus in capitul. 1. §. verum. numero 1. de iure patronatus in 6. Rochus verbo honorificum, numero 27. & 73. Lambert. prima part. 2. lib. quæſt. 4. artic. 16. & 2. par. 2. lib. quæſt. 4. artic. 1. 2. & 3. Rota dec. 3. de iure patronatus in nouis aliàs 211. Achilles 323. ſeu 12. de iure patronatus, vbi habetur, quod præſentatio intelligitur tantum quando ſit ſuperiori, alioquin dicitur magis
34 nominatio: & † ſic licet patronus præſentandum nominet, & tradat nominato inſtrumentum præſentationis: tamen antequam ſit præſentatum ſuperiori, non habet ius in re, nec ad rem, nec vllum ius acquirit ex nominatione ante actualem præſentationem, Sarmien. in regula de non tollendo iure quæſito. q. 1. Creſcen. deciſio. 6. num. 9. & 10. de iure patronat. & fuit reſolutum coram D. Penna in quadam Calagurritana de anno 1588. *Et conſequenter etiam ante actualem præſentationem potent patronus etiam Eccleſiarum variare & reuocare literas præſentationis, vt nota gloſſ. poſt caſum in dict. cap. 1. de iure patron. in 6. ad fin. inde inferens, quòd ſi clericus patronus dedit duobus literas præſentationis; ſi ſecundus fecerit maiorem diligentiam, & ſe præſentauerit conſpectui Epiſcopi, teneatur Epiſcopus illum inſtituere, qui primò enim literas obtulit ordinario, debet inſtitui; quod tamen Vgolinus de officio Epiſcop. cap. 51. §. 3. ad finem, intelligit ſi inſtitutio fiat, ante quàm alter literas offerat; aliàs de oblatis magis idoneus inſtituetur. Sed iſta intelligentia Vgolini non placet, & eſt contra dict. gloſ. num. cùm ii qui primò literas obtulit, ſit præſentatus, non poteſt poſtea dari alia præſentatio patroni Eccleſiaſtici, ſolumque poſſet procedere in patrono laico, qui poteſt commutare.*

35 Et id, nempe † quod valeat præſentatio de eo, qui tempore ipſius præſentationis factæ coram ordinario eſt clericus, licet tempore factæ nominationis ſeu ſcripturæ præſentationis non eſſet clericus, ex dictis, eſt quod fuit reſolutum in dict. Imolen. iuris patronatus, vt fuit dictum in vna Burgen. Abbatię
☞ de Sobarco 29. Decemb. 1588. & 10. Martij, & 89. coram D. Penna vbi idem fuit reſolutum, & etiam dictum, quod idem fuit reſolutum in vna Maceraten. capellaniæ, coram dict. Ioann. Aldobran. 15. Maij 1564.

36 Et prædicta † confirmantur ex deciſio. Rotæ in
☞ Vercellen. canonicatus 23. Ian. 1598. coram D. meo Corduba, in qua fuit dictum: Reſignationem fuiſſe nullam, ex quo reſignans tẽpore ſuę prouiſionis erat laicus, ac inde nullum ius habebat, quod potuiſſet reſignare, c. 2. de inſtit. c. ex literis de tranſactio. Capra regula 97. nu. 39. cum alijs. Fuerat enim illi facta

colla-

collatio 22. Martij 1594. & tõsuram accepit 1. Apr. subsequentis; qui actus non est reiterabilis, vt possit præsumi antea idem clericatũ recepisse, vt fuit dictũ in Barchinonen. pensionis de anno 1548. corã Peregrino, & in Elnen. beneficij 5. Octobris 1594. coram Pamphilio. Nec obstabat simile, quod non sit necessarium, quod tempore, quo quis nominatur à patrono, sit clericus; nam hoc procedit ex eo, quod per illam nominationem, quam patronus potest reuocare, nullũ ius quæritur nominatus, secus vero in hoc casu, in in quo de tempore prouisionis ius quæritur prouiso, & sic requiritur clericatus, vt fuit dictũ in d. Burgen. Abbatiæ de Sobarco. 19. Decembr. 1588. & 10. Matt. 1589. Nec superueniens suffragatur, quia non retrotrahitur. Peregrin. decis. 50. lib. 1.

37 Et hoc † idem fuit postea confirmatum corã eodem D. Corduba 4. Maij 1598. Et quod electio capituli ad canonicatum habet vim collationis, cũ nulla indigeat confirmatione, ac ideo erat necessarius clericatus tempore electionis, cum electo ius quæratur in beneficio: nec obstare actum gestum 2. Aprilis, qñ fuit immissus in possessionem post clericatũ, in quo dicitur, quòd contulerunt, ac sibi prouiderunt, quia cùm tunc non fuerit seruatus modus solitus votãdi per vota secreta, apparet capitulum noluisse nouam electionem facere; sed illa verba fuerunt posita ad maiorem, & abundantiorem cautelam. Hæc ibi.

38 Qnæ tamen † decisio, quoad istud vltimum non videtur vera & solida: nam bene verum est, quod illa verba fuerunt posita ad maiorem cautelam, sed ea cautela non videtur esse ad alium effectum, nisi ad prouidendum de nouo, si forte prouisio non valuit, suppositio quod modus solitus votandi secretò
39 non est de essentia, nec pro forma requiritur; sed † quamuis tempore presentationis omninò clericatus requiratur, non tamen requiritur, quod tunc presentatus incedat in habitu clericali, ex d. constitutione 30. Sixti Quinti quæ solum id requirit tempore collationis, quamuis ex ea teneatur statim dictum habitum assumere, & deferre; ex quo habet ius ad beneficium.

40 His præmissis, notandum † est cum Doctoribus in ca. ei cui de præbendis in 6. & ibi Prob. ad Monachum à num. 1, Paris. consil. 50. à nu. 14. par. 4. & Petro Gregorio de benef. c. 36. & alijs, esse aliqua beneficia Sacerdotalia, quæ requirunt de iure, quod ea obtinentes in presbyteros ordinentur, vt Parochialis Abbatia Decanatus, Præpositura, & Archipresbyteratus, c. 1. de ætate & qualitate, cap. cum in cũctis. §. inferiora de elect. vbi Decius nu. 6. Rebuffus in praxi tit. requisita ad collationem bonam. n. 31. & de Archipresbyteratu, Lamber. 1. p. 2. lib. quæst. 7. art. 29. num. 4. Curtius in institut. maioribus libr. 2. tit. 11. de Archipresbytero, & alia, quæ idem requirunt, ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, vt in d. cap. ei cui, vbi notatur Hoieda dict. ca. final. numer. 20. Alia diaconalia, quæ de iure requirunt, quod ea obtinentes in diaconos ordinentur, vt Archidiaconatus dict. §. inferiora, & dict. cap. 1. seu alia ex consuetudine, &c. Alia subdiaconalia si-
41 militer, &c. Et † tunc dicitur annexus ordo, aptitudine, & attento tempore prosecutionis. Bonifacius in Clement. 2. §. illi vero, num. 17. de ætate & qualitate.

42 Et iuxta hoc in hoc Episcopatu Abulen. est quædam constitutio synodalis synodi antiquæ quam D. Didacus de Alaba Episcopus Abulen. imprimi fecit anno 1557. 2. tit. ca. 4. in qua statuitur, quod omnes Abbates Benedicti, Decani, Archipresbyteri, Vicarij perpetui, & Clerici curati intra annum ordinentur in Presbyteros, & Archidiaconi in Diaconos, modo & forma statutis in sanctis iuribus, alioquin dicto termino elapso si non receperint dictos ordines annexos de iure, suis dignitatibus, & beneficijs & curatis, & Archipresbyteratibus, & Vicarijs ipso facto sint eis priuati, &c.

43 Id tamen † quod diximus de Archipresbytero, vt debent in presbyterum ordinari, non videtur hodie procedere in Archipresbyteris ruralibus, supposito quod sunt beneficia simplicia, nec personalem residentiam requirunt, vt dictum est supra 5. part. cap. 3. à numero 95. vbi adduxi declarationes Sacræ Congregationis super hoc, & sic in his videtur cessare iam dicta constitutio synodalis antiqua Abulens. maximè cum se referat ad iuris dispositionem: conducit decis. Farin. 112. circa Abbatiam.

44 Sed est † difficultas. an de ordine annexo beneficio, seu præbendæ ex consuetudine statuto, priuilegio, vel fundatione sit necessariò facienda mentio ab impetrante, quod sit in ætate ad talem ordinem requisita.

45 In qua † difficultate breuiter respondetur negatiue ex d. c. ei cui, glossa in Clementina 1. verbo vel alteri de præbendis, & cum Calder. tenet Abbas in cap. ad aures, num. 4. de rescript. & ibi Decius num. 25. & 26. & Felin. num. 3. (qui licet in cap. in nostra eodem tit. consil. 31. videatur dicere contrarium, tamen remittit se ad dicta per eum in dict. cap. ad aures) Millis in repertorio verbo gratiam beneficij impetrans. Hieron. Paulus in pract. Lancel. in notabilibus super vacantibus non reseruatis in principio, Selua 3. par. q. 11. nu. 42. Rebuffus in repetitione c. nulla 2. de concessio. præbendæ 2. & de qualitate exprimenda, qui iuxta ibi dicta debet intelligi in concordatis in forma mandati, versic. 24. Corras. 4. p. c. 4. num. 56. & Ioan. Nicol. Gimonteus in Enchiridio beneficiorum, tit. 4. c. 5. n. 23. Acor. 2. p. li. 6. c. 33. q. 2.

46 Quamuis † contra teneat Rota decis. 41. de rescr. in antiquis, & Ripa in d. cap. ad aures, num. 22. qui ait impetrantem teneri facere mentionem de ordine annexo beneficio, quod impetratur, vt si est sacerdotale, vel diaconale, quamuis non teneatur exprimere, quod patiatur defectum ordinum, quos requirit beneficium: & d. c. ei cui, procedere in impetratione beneficij in genere.

47 Sed nostra sententia † est communis, quam videtur tenere Rota in vna Abulens. Canonicatus 16. Iunij 1589. coram D. Gipsio, vt in sequenti decisione, Domini resoluerunt, Petrum nõ esse restituendũ quoniã sponte canonicatum, & prębendam, de quibus agitur, renũtiauit, & sic à possessione facto proprio cecidit, ad c. accepta, de restitutione spoliatorũ, Rota decis. 4. de renuntiatione in nouis Cassadorus 4. nu. 3. & 5. de restit. spoliatorum. Alexander cons. 92. nu. 5. lib. 1. de communi. Socinus in le. rem quam nobis, num. 8. de acquiren. possess. Nec dicatur, hoc locum sibi non vẽdicare, quando resignatio est nulla, Verallus decis. 172. nu. 7. p. 3. quoniam nullitates quæ pro Petrio afferuntur, non placuerunt dominis; nam per testes quorũ copia datur, cõstat de sufficiẽti

publicatione, & licet ita explicite nõ affirment literas Apoſtolicas, quibus fuit facta publicatio fuiſſe authenticas, nihilominus ſat eſt quod dicti teſtes ſuper 7. dicãt Bullas prædictas fuiſſe originales. Nec ad rem pertinet, quod teſtibus non credatur, etiãſi dicãt inſtrumentum publicũ, niſi doceatur de miſſione inſtrumenti, Decius conſ. 82. n. 2. Ripa in l. 1. nu. 81. & 84. ſi certũ petatur, quoniã hic non agitur de probando inſtrumento publico, vel eius tenore, ſed ſolum de actu ſimplicis publicationis; quo fit, vt depoſitio teſtiũ ſuffragetur per ſupra allegata, quibus non refragatur decis. in cauſa Calagurritana prioratus, quia ibi per teſtes non probatur publicatio, vt in caſu propoſito, ſed Notarius tãtum aſſeruit ſe publicaſſe reſignationis ſupplicationẽ per relationẽ ad librum regiſtri, ad quem ſe retulit; & ſic quodãmodo clare conſtabat, ſcripturas authenticas tunc non fuiſſe publicatas, & populo oſtenſas. Nõ obſtat quo obijcitur, mandatũ de prouidendo, & non prouiſionem publicatã extitiſſe, quoniam ſi hoc eſſet verum, non propterea vitiaretur: quia d. publicatio poſſeſſionem canonicatus ſubſequitur, datur intelligi, nõ mandatũ de prouidendo, ſed ipſam prouiſionẽ publicatam fuiſſe. Tollitur poſtremo ſurreptio allegata quod non fuerit expreſſum canonicatũ eſſe ſacerdotalẽ, quia in ſupplicatione fuit petitũ de canonicatu prouideri, et ã ſi ſacerdotalis eſſet, ex quo dignoſcitur Papam potuiſſe cogitare, & ſatis percipere eſſe ſacerdotalẽ quo circa ceſſat ſurreptio. Crauetta cõſ. 79. nu. 8. Verallus dec. 49. in fi. p. 1. & in ſimili de pẽſione conceſſa laico fuit reſolutũ coram me in vna Cathanien. penſionis 4. Maij 1583. præſertim quia Didacus erat in tali ætate conſtitutus, vt infra tẽpus à iure ſtatutũ poterat ad ſacerdotium promoueri: quod ſufficit, iuxta diſpoſitionẽ Conc. Trid. ſeſ. 24. c. 12. Non placuit tamen dominis fundamentum deſumptum ex poſſeſſione pacifica triennali, quoniam licet ex ea præſumendũ ſit publicationem rite factã, vt in deciſionibus, quarum copia datur, attamẽ prædictæ deciſiones non procedunt, quando agitur de ſpolio, vt fuit reſolutum in iſtis terminis in vna Bergomen. parochialis 28. Febru. 1586. coram bo. memoriæ reuerendiſſimo Lauretano. Cætera bene tolluntur per informantes, tam in facto, quàm in iure pro Didaco, & reſponſiones placuerunt dominis.

48 Et † ratio noſtræ ſententiæ eſt, nam de qualitatibus non conſiderat is, & expreſſis à iure, ſeu ſtilo, non eſt faciendа mentio. Felin. in c. ſuper literis, n. 2. & in c. in noſtra col. 20. de reſcrip Corraſ. 4. p. c. 5. n. 38. Capuaquen. deciſ. 224. par. 3. & Flam. Pariſ. de reſignatione beneficiorum l. b. 10. p. 2. n. 17, de quo Menochius de arbitr. l. b. 2. caſu 201. à num. 25. Et
49 † qualitates exprimendas ponunt Felin. in dict. ca. in noſtra, Ripa in d. c. ad aures. Selua d. quæſt. 11. & 12. Rebuff. in d. repetitione, ca. nulla poſt tertium notabile, & in dicta forma mandati verb. pro expreſſis. Corraſ. d. cap. 4. num. 56. & 57. Menoch. & Flamin. Pariſ. ſupra.

50 Vnde non † videtur verum quod Flamin. ibi ait, num. 106. & Zecchus d. cap. 3. verſic. inhabilis, in reſignatione Archidiaconatus, quia habet vocem in capitulo, faciendam eſſe mentionem de hoc; nam licet de iure non habeat vocem in capitulo, tamen iſta qualitas non eſt à iure nec ſtilo conſiderata, nec iure, aut ſtylo cauetur, vt de ea ſit neceſſario faciенda, mentio, quinimmo de ſtilo, non fit mentio de hac qualitate in portionibus Hiſpaniæ, quæ ferè omnes ſunt de capitulo, aut habent vocem in capitulo, ex conſuetudine immemoriali, vel aliàs; nec in dignitatibus, quæ idem habent in aliquibus Eccleſijs.

51 Nec obſtat † deciſio Paleoti in Carthagin. Archidiaconatus de anno 1556. quæ eſt 3. pars diuerſor. li. 3. dec. 354. 355. 357. & 360. quia, vt apparet ex iſta vltima deciſione, ideo in illo caſu erat facienda mẽtio de hac qualitate, quia reſignatarius erat minor, & non in ætate legitima, vt poſſet dare vocem in capitulo, qua Papa non voluiſſet priuare Eccleſiam, cum inde dicatur damnum pati, Gloſſa in Clem. 2. de ætate & qualitate.

52 Hodie † tamen in ſupplicationibus de canonicatibus, ac portionibus Eccleſiarum Cathedralium, dataria, vult exprimi ordinem ſacrum annexum, & ſi in ſupplicatione ponitur clauſula, etiam ſi ſacerdotalis, quæ antea ſolebat concedi, vt in deciſ. Abulen. caſſatur, vnde cum iam iſta qualitas ſit à ſtilo conſiderata, videtur in iſtis gratijs neceſſario faciенda mentio de ordine ſacro annexo Canonicatui, vel portioni, aliàs gratia erit ſurreptitia, & nulla, ſi prouiſus non ſit illum ordinem conſecutus, etiam ſi ſit in ætate legitima, ſaltim vbi habent annexum ordi-
53 nem presbyteratus, vel diaconatus. Nam † ſi eſſet annexus ordo Subdiaconatus, non videtur gratia vitiari, etiam ſi de eo non eſſet facta mentio, cum Papa poſſit intelligere canonicatum, vel portionem, ad minus habere talem ordinem annexum, iuxta Concilium Tridentinum, ſeſſione 24. de refor. c. 12. verſi. nominibus vero: & nõ oportet exprimere qualitates, quæ inſunt beneficio de iure communi, ſed illas tantum, quæ inſunt de facto ratione conſuetudinis, vel alio modo, Felin. in d. c. in noſtra, conſil. 4. Selua. 3. par. qu. 126. qualitate, num. 12.

54 Nihilominus † tamen exiſtimo, quod in ſupplicatione nõ ſit expreſſus ordo ſacer, annexus canonicatui, vel portioni, & ſi ſit presbyteratus, vel diaconatus gratia non ſit ſurreptitia, quia ex eo quod dataria ſoleat petere, quod in ſupplicatione exprimatur ordo, non ſequitur eſſe & ſtilum, quod debeat exprimi, etſi non petatur, maximè quia aliquando ſignantur ſupplicationes, & ſi non ſit expreſſus ordo, quia forte impetrans ignorat ordinem annexũ, nec in reſignationibus & coadiutorijs ſolet fieri, aut peti iſta expreſſio ordinis.

55 Et illa, clauſula, etiamſi † ſacerdotalis, caſſatur, quando narratur Diaconatus, vel Subdiaconatus quo caſu non ſtante d. clauſula, gratia eſt ſurreptitia, & nulla, ſi fortè prębenda habet annexum ſuperiorem ordinem expreſſe, maximè ſi impetrans illo
56 caret. Alias, † ſi impetrans illum haberet, gratia videtur poſſe ſuſtineri, etſi narrauerit inferiorem ordinem, quoniam non videtur ſurreptio conſiderabilis, quia Papa eadem facilitate gratiam conceſſiſſet expreſſo ordine ſuperiori, cum impetrans illum haberet.

57 Alia † ſunt beneficia, quæ non niſi actu presbyteris, vel alium ordinem habentibus conferri, ſeu ad ea præſentari poſſunt, ex fundatione, conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio. Pet. de Bayſio in directorio electionum, c. 9. 2. p. n. 3. Pet. Greg. cap. 36. cum alijs
58 ſupra citatis, vt † quando inſtitutio vel ſtatutũ dicit

quod

quod tale beneficium non conferatur niſi presbytero, tunc tempore collationis debet eſſe presbyter actu. Et capellaniæ, in quarum fundatione dicitur, quod præſentetur ſacerdos, vel quod præſentetur capellanus, ſeu clericus, qui Miſſam celebrat, Hiſpanè, Clerigo de Miſſa, vel alia verba reſpicientia tempus, ſeu actum præſentationis, quo caſu præſentatus tempore ipſius præſentationis debet eſſe ſacerdos actu, quia qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus illius, l. in delictis, §. 1. ff. de noxalibus, ita Abbas in d. c. cum in cunctis, §. inferiora, nu. 10. de electione, & in Clementina, vt ij qui, nu. 7. de ætate & qualitate, & ibi gl. §. illi vero, verb. annexi, & Bonifacius, nu. 16. Decius in d. §. inferiora, nu. 22. & conſi. 129. nu. 5. Pariſ. d. conſ. 5. 4. par. à nu. 13. Ripa in lege ex facto. nu. 31. ff. de vulgari. Rebuffus in praxi tit. requiſita ad collationem Bonanin 35, & in repet. c. extirpandæ, §. qui vero. 2. notabili de prębendis, Rochus ſic intelligendus, verb. honorificum. nu. 21. Lamber. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 29. Ferretus conſi. 211. nu. 8. & 9. Pet. Gregor. d. cap. 36. & Spino de teſtam. gloſſ. 4. num. 67.

59 Et idem † dicit Zerola in praxi Epiſcopali, 1. par. verb. beneficium, §. 7. 5. concluſ. 8. concluſionis principalis, quãdo fundator, vel ſtatutum diceret, quod prouiſus de capellania ſit capellanus, vel ſacerdos, quod requiratur tunc quod ſit actu ſacerdos, & dictio vel eſſet declaratiua: & ita fuiſſe ſententiatum, & quod tunc capellania ſit ſacerdotalis, non tamen actu, ſed aptitudine, tenet Perez de Lara, lib. 2. cap. 1. à num. 11.

60 Et ſimiliter † Zechus de republica Eccleſiaſtica, c. de beneficiarijs. nu. 4. notabili vltimo, verſ. quo vero ad ordinem, inquit, quòd ſi teſtator ieget, aut ſtatutum, vel conſuetudo habeat, quod prouiſus de capellania ſit ſacerdos vel capellanus, oportet vt ſit actu ſacerdos, vel capellanus autem clericus tantũ, &c. & nouiſſime D. Card. Tuſchus, concl. 57. lit. B.

61 Et ita tenendum † eſt, quamuis d. Ferretus conſi. 305. dicat per verba teſtamẽti, & fundationis, quod eligatur ſeu præſentetur ſacerdos, non requiri ſacerdotium actu tempore electionis, ſeu præſentationis, ſed ſolum aptitudine, niſi quando ordo ſacerdotij fuit annexus per verba negatiua, ſeu annullatiua, & prohibitiua, verbi gratia, dicendo, quod non conferatur niſi presbytero, vel quod non poſſit præſentari niſi ſacerdos, &c. quod etiam dicit Zaualios infra relatus nu. 78. *& ſequitur Spino de teſtamentis, glo. 4. nu. 66. & ſeq & nouiſſimè Gratian. diſcept. forenſ. c. 135. à num. 2. & 15.*

62 Et † quamuis Zerola ſupra verbo ius patronatus, §. 8. 15. dubio, dicat, quod fundata Eccleſia hac conditione, vt ad illam præſententur, & inſtituantur tot presbyteri, qui quotidie debeant celebrare Miſſam, &c. præcisè loquendo, poterunt inſtitui in iſtis beneficijs actu ſacerdotium requirentibus, etiam non ſacerdotes, modo infra annum ad ſacerdotium promoueantur. Et Flam. Pariſ. lib. 4. de reſignatione, q. 9. à nu. 34 quod in caſibus, in quibus requiritur ætas vigintiquinque annorum, & ſacerdotium poſſit reſignari, & prouideri beneficium exiſtenti in dicta ætate, licet nõ ſit ſacerdos, quod etiam tenet Zechus de beneficijs & penſionibus, c. 3. ver. requiritur etiam, & c. 5. n. 3. verſi. 7. requiritur, & in conſtitutione, aut priuilegio, c. 12. nu. 21. verſi. quo vero ad ætatem.

63 Et † quamuis Marcus Antonius Genuen. in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ, *cap. 24. nu. 11 & in Man. Paſt. c. 14.* dicit, quod quando debet eligi ſacerdos, debet eſſe actu ſacerdos, & nõ ſufficit quod intra annum poſſit promoueri, idque quando tantum onus impoſitum eſt à laicis, ne retrahantur ab ædificatione, ſecus, ſi ab Eccleſiaſtico, vel per ſtatutum Eccleſiæ, Lamber. 1. par. 2. lib. art. 17. quæſt. 7. & quod capitulum ei cui de præbendis in 6. procedit, quando non à laicis eſt impoſitum onus &c. quẽ in effectu ſequitur Açor 2. p. lib. 6. c. 24. q. 4. & quamuis nouiſſimè Gonçalez gloſ. 5. à num. 104. doceat, quòd ſi fundator facit capellaniam ſacerdotalem, vel dicat quod ſacerdotes præſententur, & non alij, adhuc ſufficiat eſſe in ea ætate, vt ſaltim intra annũ ad presbyteratus ordinem promoueri valeant, niſi expreſſerit, quod capellanus pręſentandus ſit actualiter ſacerdos, &c. quem ſequitur Proſper de Auguſtino in appen. ad ſummam bullarij quarantæ, 2. p. verb. ſeruitium capellaniæ, *pag 608. & Vgol. de offic. Epiſc. c. 50. §. 8. nu. 5.* & idem tenet Perez de Lara d. c. 5. à nu. 16. qui ait, quod ſi fundator requirit presbyteratum per verba affirmatiua, ſeu mixta, incipiendo affirmatiuis ſufficit præſentare idoneum ad presbyteratum: ſi vero vtatur, ſeu incipiat verbis negatiuis, ſeu alias verba ſunt clara debet præſentari actu

64 ſacerdos. Sed † prædicta doctrina, à qua non eſt recedendum, eſt communis, & approbata per Rotam in vna Romana capellaniæ 19. Martij 1586. infra adducta. num. 79. & in Valentina iuris patronatus,

65 20. Martij 1585. infra adducta. nu. 193. † vbi etiam fuit reſolutum, aliàs deuolui prouiſionem ad ſuperiorem, ad Rochum, verbo honorificum, nu. 16. in fine, & Lamber. d. art. 27. in fi. & d. infra 10. p. c. 3. ad 1. Et in cauſa Foroliuien. capellaniæ 10. Maij, 1589.

66 coram D. Seraphino vt in ſequenti deciſione. Fuit †

67 dubitatum an capellania, de qua agitur, ſit ſacerdotalis, ita vt capellanus debeat eſſe actu ſacerdos, & habitu, & d. Iulius poſſit de hoc opponere contra d. Octauianum. Et quantum ad primam partem domini cenſuerunt, capellaniam eſſe ſacerdotalem, cum in inſtrumento dotationis dicatur, quod debeat præſentari vnus ſacerdos bonæ conditionis & famæ presbyter ſecularis. Ex quib. verbis geminatis apparet hanc capellaniam requirere ſacerdotum tempore præſentationis, cap. nemo deinceps, & ibi Gemin. & glo. de elect. in 6. Barbacia conſi. 38. nu. 8. lib. 1. Decius conſ. 129. nu. 5. Rochus de iure patron. verbo honorificum, nu. 27. Lamber. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 27. & fuit pluries reſolutum, & cum iuris diſpoſitione concurrit obſeruantia, cum ſemper fuerint præſentati ſacerdotes, vno excepto. Non obſtat, quod Molina nõ potuerit in dotatione reſeruare ſibi ius patronatus, quia quamuis ipſe dotauerit in executionem diſpoſitionis ſuorum maiorum, nihilominus potuit ſibi reſeruare ius patronatus, quia teſtator iubendo, quod capella conſtituatur & dotetur, ſi hæres hoc faciat, poterit reſeruare ius patronatus, quia repræſentat perſonam defuncti, Lamber. li. 1. p. 1. q. 2. art. 12. nu. 6, facit deciſio Rotæ. 5. de iure patronatus in antiquis. Nec obſtat, quod non appareat de conſenſu Epiſcopi de tempore dotationis, quia ex diuturnitate temporis & obſeruantia, præſumitur conſenſus Epiſcopi, per ea quæ deducit idem Barbacia d. conſi. 33. in principio, lib. 2. Nec obſtat vltimus ſta-

tus,

tus, ex quo conſtat prouiſum per Abbatem fuiſſe ſimplicem clericum, quia poteſt patronus de conſenſu ordinarij pro vna vice præſentare ad beneficium eum qui non habeat omnes qualitates in fundatione appoſitas, vt per Fel. in c. cum acceſſiſſent, n. 19. verſ. 2. reſtringitur de conſtitutionibus, Beroius, cõſ. 5. nu. 38. lib. 1. Præterea, non obſtat etiam quod demus illam præſentationem fuiſſe nullam, cum non conſtituat ſtatum aliquem legitime præſcriptum, quare ſequitur requiri vt præſentetur, is qui ſit actu & habitu ſacerdos. Quantum ad ſecundam partem, an de hoc defectu poſſit Iulius opponere, fuit reſolutum poſſe, quia cum ſit reus & poſſeſſor, poteſt vincere ob non ius aduerſarij. Nec obſtat, quod in prouiſione Apoſtolica per clauſulas generales cenſeatur derogatum huic qualitati, quia dictæ clauſulæ non operantur derogationem qualitatum in fundatione expreſſatum, niſi de his fiat expreſſa mentio in impetratione. Felin. in c. nonnulli. in principio de reſcriptis, nu. 23. & idem tractatu quando literæ Apoſtolicæ in ſeptima ampliatione, non obſtant deciſiones. Sanct. Congreg. Concilij allegatæ in pluribus cauſis. Et in ſpecie in cauſa Romana Capellaniæ coram D. Pamphilio, quia procedunt iuxta terminos allegationis Lapi 35. nempe, quando ſimpliciter fundans vult, quod præſentatus celebret diuina in altari conſtructo, quia poteſt per alium celebrare non autem quando expreſſe in fundatione cauetur, vt præſentetur ſacerdos, & ita perpetuo fuit in Rota obſeruatum. *& in Cæſarauguſtana capellania de Miraõbel. 22. Martij 1599. coram D. Penna, vbi fuit reſolutum, R. præſentatio 2. & in Burgen. de Velorado 9. Iunij eiuſdem anni 1599. coram D. Lita, vbi fuit tentum. R. præſentatio 3. & in Cantauriſina iuriſp. 27. Iunij 1607. coram D. Marcomontio, vbi quòd cum verba, &c. Et in cauſa Retenaten. beneficij 14. Martij 1608. coram D. Lancelloto, in qua fuit reſolutum, R. penſio 1.* Et in cauſa Lucana capellaniæ, 4. Decemb. 1595. coram D. Gipſio, de qua infra numer. 81. fuit idem tentum, & in alijs pluribus cauſis.

67 Et ſententiæ † authorum de quibus ſupra, nu. 61. 62. & 63. conuincuntur clare, nam qui non eſt actu, ſed aptitudine, ſacerdos non eſt, nec dicitur vere, nec abſolute, & ſimpliciter ſacerdos, vt patet, & ſic in eo non verificantur verba requirentia, & ſic in eo non verificantur verba requirentia ſacerdotium.

68 Et allegata † per Flam. d. q. 9. nu. 36. & dictum capitulum et cui, loquuntur de beneficio ſacerdotium requirente, non tamen actu. de quo ſupra nu. 40. & deciſio. 1. de præbendis in nouis, quam allegat num. 37. fundatur in derogatione per clauſulas generales, vt infra d. 119.

96 Vnde non † placet deciſio Rotæ in cauſa Pampilonen. beneficij 11. Febr. 1591. coram D. Mantica, in qua domini cenſuerunt beneficium eſſe ſacerdotale ex obſeruantia interpretatiua ſubſecuta, licet Bulla Pauli III. loquatur de presbyteris, & proprie dicantur, qui habent ordinem ſacerdotij; tamen quod hoc nomen poteſt etiam clericis conuenire, vt colligitur ex capite veſtra, iuncto principio cum fine de cohabitatione clericorum, &c. Nam illa † reuera non eſt obſeruantia interpretatiua, ſed contra d. Bullam, & ſic non valeret, niſi eſſet legitime præſcripta, vt in d. Foroliuien. ſupra adducta: nec d. cap. veſtra probat, quod nomen presbyterij conueniat clericis ſimplicibus, & repugnat etiam communis vſus loquendi, &c. quamuis iſtam deciſ. referat & ſequatur Gonçalez ſupra nu. 85.

71 Nec etiam mihi placet deciſio in cauſa Lucana capellaniæ 17. Decemb. 1593. coram D. Gipſio, in qua fuit reſolutum ſtante fundatione capellaniæ, quod eligatur vnus presbyter honeſtus, & idoneus, qui pro ipſius anima miſſam celebret ceſſante iuſto impedimento, & quod eius filij & deſcendentes eſſent patroni, & vti tales poſſint eligere vnum presbyterum, ſiue capellanum, &c. præſentationem & prouiſionem Apoſtolicam ſubſecutam, non eſſe inualidam, non obſtante defectu ordinis & ætatis ad ſacerdotium præſentati, qui infra annum non poterat ad ſacerdotium promoueri, non maior 14. annis, licet minor 25. non eſt incapax beneficij, nec debet per ſe ipſum deſeruire, Lapus allegatione 35. & 116. maximè, quia teſtator alternatiue locutus eſt de presbytero, ſeu capellano & fuit allegata declaratio S. Congreg. in cauſa Piſtorien. & maximè ſtante obſeruantia iuxta hoc, cum vltimi præſentati non eſſent ſacerdotes, & ad iudicandam qualitatem beneficij, vltimus ſtatus inſpicitur, Dec. conſil. 126. & de præſenti ſtatu præſumitur in præteritum, maxime vbi adeſt probabilis cauſa ita præſumendi, Alciatus de
72 præſumptionib. reg. 2. præſumpt. 26. &c. Hæc † inquam deciſio mihi non placet, nam in illis verbis, quod poſſent eligere vnum presbyterum, ſiue capellanum, dictio, ſiue, ſtat expoſitiue, & declaratiue, vt per Zerolam & Zechum ſup. relatos, num. 59. & 60. quod in caſu iſtius deciſionis clarius apparet, ex quo in fundatione prius fuerat dictum, quod eligatur vnus presbyter honeſtus & idoneus, &c. Et vna pars ſcripturæ declarat aliam, l. qui filiabus. ff. de legatis. 1. Nec ſuffragatur d. obſeruantia & ſtatus vltimus, niſi eſſet legitime præſcriptus, vt in d. Foroliuien. *Et contra iſtam deciſionem Lucanam eſt alia deciſio Parmen. iuriſpatr. 8. Iun. 1573. coram Blanch. quæ eſt in nouiſſ. Far. 570.*

73 Vnde etiamſi † in fundatione capellaniæ cauetur quod præſentetur ſacerdos proximior de parentela, ſi inueniatur alias clericus, il tempore præſentationis fuerit aliquis ſacerdos, ille debet præſentari, licet ſit remotior, & erit præferendus, etiamſi poſtea ante inſtitutionem alter proximior eſſet ſacerdos. nam debet attendi tempus præſentationis, Perez de Lara libr. 2. cap. 9. num. 59. *Gratian. in addit. ad deciſ. 198. poſt Spino de teſtament. gloſſ. 4. à num. 70. Cenall. quæſt. 693. à num. 24.* vt ex ſuperioribus apparet, & ex deciſio Rotæ in cauſa Tarraconen. beneficij. 9. Decem. 1580. coram Domino Seraphino, quæ ſic ait. Fuit
74 † reſolutum ambas deſcendentias eſſe bene probatas: Nam quantum ad deſcendentiam Iacobi nulla prorſus adeſt dubitatio, quantum ad deſcendentiam Gabrielis, ea quoque eſt bene probata, nam quod controuertitur, an primus Berengarius ſit filius Bernardi ſecundi, facile tollitur; primo enim adeſt teſtamentum Bernardi, qui inter cæteros inſtituit Berengarium in filium ſuum, & licet ſit vnicum inſtrumentum, tamen coadiuuatur, quia Berengarius Ortomeda, & ipſe fecit teſtamentum, & inſtituit Berengarium filium ſuum, & ita habemus duo, quæ faciunt mentionem de Berengario, & licet in ſecundo non dicatur Berengarius filius Bernardi, tamen cum dicatur Berengarius Ortomeda,

& ſic

& ſe conenùrrant duæ demonſtrationes, ſatis dicitur probata identitas, & idem eſt de ſequentibus gradibus. Hoc ſuppoſito ſubintrat alia difficultas, quis nam eorum ſit præferendus, & licet Iacobus prætendat ſe eſſe præferendum, cum deſcendat per lineam maſculinam, Gabriel vero per fœmineam, tamē hoc fundamentum non placuit, ex dictis per Caſtrenſem, leg. 1. n. 4. C. de conditionibus inſertis, & ex notatis per Doctores, in c. nouit, de iudicijs, quia quando non eſt habenda ratio conſeruationis agnationis, ſemper comprehenditur maſculus ex fœmina, Socinus, l. Gallus, §. nunc de legen. 8. de liberis & poſth. & alij ibi, tūc enim habet locum textus, l. 1. C. de cond. inſertis, & l. Lucius de hæredibus inſtituendis, & hoc per ſubſequentem obſeruantiam declaratum fuit, ex quo fuerunt poſtea præſentati, & inſtituti deſcendentes ex fœmina, Aymon. conſ. 118. nu. 2. Præterea cum in fundatione mandetur, vt præferatur & inſtituatur presbyter, ſi inueniri poterit ſin minus clericus, & Gabriel eſſet presbyter tempore præſentationis, Iacobus vero clericus tantum, ceſſat difficultas, quia attenditur tempus præſentationis & inſtitutionis, c. ſi ex eo tempore de reſcript. in 6. Sarnen. de non tollendo, q. 1. nu. 10. & ita fuit alias tentum in vna Parmen. iuris patronatus, coram R. D. Blanchetto de anno 1573. Quæ de mala fama obijciuntur tolluntur ex teſtibus pro eo examinatis, concurrente etiam præſumptione, quæ ex inſtitutione per Ordinarium de eo facta oritur: cætera ex deductis tolluntur.

## *De aliquibus difficultatibus & dubijs.*

### §. 1.

75 SEd eſt difficultas, † an Capellania ſit ſacerdotalis ex eo ſolo, quod habeat onus celebrandi annexum, vt quia fundator diſpoſuit, quod Capellanus celebret, ſeu debeat celebrare tot Miſſas, vt eſt ordinarium.

76 In qua † difficultate eſt prima ſententia eſſe ſacerdotalem actu, ita vt nō poſſit prouideri, nec ad eam præſentari niſi actu ſacerdos, nam eo ipſo, quod fundator vult, quod Capellanus debeat Miſſas celebrare videtur voluiſſe præſentandum eſſe ſacerdotem, vt illas poſſit celebrare. Ita Barbatia conſ. 33. ſcripſit Pſalmiſta lib. 2. quem ſequuntur Lamber. d. quæſt. 7. artic. 27. Didacus Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinamēti, gloſſa. 2. ad finem, verſic. notabile etiam eſt dubium, Ioan. Guttier. conſ. 1. num. 11. & conſ. 2. num. 15. Quintanaduennas, lib. 4. Eccleſiaſt. num. 67. & Emmanuel Rodrig. quæſt. regularium, 2. to. q. 122. artic. 2. ad finem, & videtur tenere Beroius conſil. 5.

77 nu. 14. vol. 1. Et † procedit etiāſi fundator dicat qd præſentetur Capellanus, qui per ſe, vel per alium debeat celebrare, ſecundum Barbaciam ſupra, & Lā-

78 ber. d. q. 7. ar. 28. & Io. Guttierrez ſupra. Secūda † ſententia eſt, Capellaniam, per onus celebrandi iniunctum, eſſe ſacerdotalem, non tamen actu & contemporaneè, ſed ſolum aptitudine, & ideo non oportere, quod præſentādus ſit actu ſacerdos, ſed ſufficere, quod ſit in ætate legitima ad ſacerdotium, licèt non habeat niſi primam tonſuram, iuxta dicenda infra, cap. 3. Ita cum Ferretto d. conſ. 305. tenet D. Spino d. gloſſa 4. n. 68. & hoc idem videtur velle Abbas in cap. dilecto, num. 3. de Præbendis, quem pro prima ſententia citat Io. Guttier. ſupra, dum ait, quod poſſunt dici ſacerdotales illæ Præbendæ, quæ habent onus celebrandi annexum: facit cap. ei cui de Præbend. libro 6. & Clarius in dict. Clemen. vt ij qui, numero 7. ſequitur Zuallos, quæſt. 693. ex numero 6. etiam ſi fundator dicat, quod præſentetur presbyter, niſi aliter expreſſe eſſet diſpoſitum à teſtatore, dicendo, quod præſentetur ſacerdos qui celebret miſſas, & non alius, etiamſi ſit in minoribus, & ætatis legitimæ. Sequitur etiam Parlad. diff. 120. à nu. 14.

79 Et hanc † ſecundam ſententiam tenuit Rota in d. Rom. Capellaniæ. 19. Martij & 14. Nouembr. 1586. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, vt in deciſionibus ſequentibus.

14. Martij 1586.

☞ Domini concorditer reſoluerunt in Capellania ſanctorum Laurentij & Antonij, de qua agitur, non requiri, quod præſentatus ſit actu ſacerdos, dummodo ſit talis, quod infra annum poſſit promoueri, licet enim quando annexus ordo requiritur in ipſo actu præſentationis, vt ſi dicatur, quod præſentetur ſacerdos, vel Capellanus qui miſſam celebret, vel alia verba de neceſſitate reſpicientia ipſum tempus præſentationis, requiratur, quod de eo tempore ſit actu ſacerdos, quia qualitas iuncta verbo intelligitur ſecundum tempus illius. Abbas in c. cum in cunctis. §. inferiora. ſub nu. 10. & Decius, nu. 12. de electione, Vitalin Clem. 1. §. in illa, num. 16. poſt Imolam, vbi. 1. de ætate & qualitate, Pariſ. conſil. 50. nu. 12. cum ſeq. lib. 4. Nihilominus, quando verba fundationis non reſpiciunt actum præſentationis, ſed potius illius proſecutionem, tunc ſufficit, quod præſentatus ſit ſacerdos habitu licet non actu, Abbas d. §. inferiora, nu. 10. & ibi Dec. 22. Imol. & Vital. vbi ſupra. Et alias fuit per Dominos reſolutum die 20. Nouembris 1573. coram bonæ memoriæ Cotta in cauſa Romana Capellaniæ de Capiſucchis, & facit, quia regulare eſt in beneficijs ſacerdotalibus ſufficere ſolam habilitatem ad ſacerdotium. cap. 2. cum ibi notatis de inſtitut. lib. 6. c. ſi pro clericis, vbi Francus, Gemin. & alij de Præbendis eodem lib. Innocentius in d. cap. cum in cunctis §. inferiora, & ibi Abb. & Decius, Rom. conſ. 325. num. 1. Decius conſ. 122. ſub nu. 2. Rolan. conſ. 47. num. 59. lib. 1. vnde cum in præſenti caſu inſpectis verbis fundationis Capellaniæ, non ſit habitus reſpectus ad ipſum tempus præſentationis, ſed potius ad tempus poſt inſtitutionē cum dicatur pro ſuſtentatione vnius clerici, qui eidē Capellaniæ in diuinis deſeruiat. Et inferius, quod beneficium pro tempore obtinēs certas Miſſas qualibet hebdomada celebrare debeat, &c. Quæ omnia reſpiciunt protecutionem ipſius præſentationis, & tempus poſt inſtitutionem, concludendum eſt ſufficere, quod præſentatus ſit ſacerdos habitu, licet nō actu, vt in d. Romana Capellaniæ dictum fuit. Non obſtant in contrarium allegata, quia loquuntur quā do verba fundationis reſpiciunt ipſam præſentationem, & ita loquitur Barbacia conſ. 33. 2. dub. num. 8. lib. 2. vbi teſtator dixerat, quod Capellania cōferretur presbytero, & ita debèt intelligi Lamber. qui Barbaciam ſequitur, de iure patron. part. 1. libro 2. quæſt. 17. ar. 25. & ſequenti, & Rochus verb. honorificum, quæſt. 41. ſub n. 21. qui exemplificat quando

dictum

dictum fuit, quod præſentetur ſacerdos, vel Cappellanus qui Miſſas celebret, & Decius conſ. 129. ſub n. 5. vbi in fundatione cauebatur, quod præſentaretur presbyter, & in illis terminis procedit deciſio facta coram R.P.D. Blanchetto in cauſa Parmen. iuris patronatus, ſub die 8. Iunij de anno 1573. & alia facta coram R.P. D. Orano in cauſa Firmana iuris patronatus, die 26. Nouemb. 1582. & ita Domini vnanimiter reſoluerunt.

80 In eadem † coram eod. 14. Nouemb. 1586.

☞ Fuit reſolutum non conſtare de ſufficienti ætate Domini Pauli, ita quod potuerit præſentari ad Capellaniam, de qua agitur licet enim Domini admittant, ex teſtibus probari clericum de tempore præſentationis attigiſſe 24. annum per quatuor menſes; dixerunt tamen hanc ætatem non ſufficere, quia cũ illa Capellania, vt fuit reſolutum, habeat annexum ordinem ſacerdotalem, ſaltem aptitudine, ſeu habitu, debet præſentatus tempore præſentationis eſſe in ea ætate, quam annexus ordo requirit, & ſic attigiſſe 25. annum, iuxta Clem. vltimam de ætate & qualitate. Ita notat gl. in c. ei cui, in verbo, ætate de Præbendis in 6. quam omnes ſequuntur, Ioan. Andre. num. 1. qui licet dicat hanc opinionem non modicum rigoris habere in eo, qui eſt ita proximus ætati ligitimæ, quod ante aduentum priorum temporum ordinandus inchoaſſet 25. annum adeo quod ob defectum ætatis non impediretur, quominus in illis proximis temporibus poſſet fieri ſacerdos, ſubdit tamen nimis præſumptuoſum eſſe hoc aſſentire dicere, & condicoris eſſe & non gloſſatoris huic æquitati prouidere. Idem notat Butr. ibi. nu. 12. Franc. num. 13. Gemin. nu. 10. & alia gloſ. in cap. fi. eo tempore, & ibi Franc. nu. 10. de reſcript. in 6. Abbas in c. cum in cunctis. §. inferiora. num. 10. vbi quod annus non datur ad complendam ætatem, ſed vt is, qui tempore præſentationis eſt legitimæ ætatis, quanto citius, ſtatutis tamen temporibus ſe promoueri faciat, & ibi Decius gloſ. quarto nota, num. 11. de electione, Roman. conſ. 35. nu. 1. Rochus de iure patronatus, verbo honorificum, num. 23. Lamber. lib. 2. p. 1. quæſt. 7. artic. 29. ſub num. 4. late Roland. conſil. 47. ſub nu. 59. lib. 1. qui alios allegat, & ita Domini concluſerunt.

81 Eandem ſententiam † videtur tenuiſſe Rot. in d. Lucana Capellaniæ 4. Decemb. 1595. coram. D. Gipſio. in qua fuit dictum; Quod quando verba reſpiciunt actũ præſentationis, ſcilicet præſentetur presbyter, tunc præſentandus debet eſſe actu ſacerdos: ſi vero verba presbyterum ſignificantia proſecutionem præſentationis reſpiciunt, vt ſcilicet præſentetur qui celebrare teneatur, tunc ſatis eſt, quod ſit habitu presbyter, quamuis non ſit actu, &c.

82 Tertia ſententia † eſt, quod prima ſententia procedit in fundatione laici, ſecunda vero in fundatione perſonæ Eccleſiaſticæ, ita Ioan. Guttier. d. conſ. 1. nu. 18. in additione vltimæ editionis, ex Lamber. d. quæſt. 7. art. 29. nu. 3. Ferret. d. conſ. 305. cuius opinionem ita ſaluat & intelligit, ſequitur Açor. 2. par. lib. 6. c. 24. quæſt. 3. & 4.

83 Sed re vera † quantum ad hoc nõ videtur eſſe differentia inter fundationem perſonæ Eccleſiaſticæ, & laici: nam ſi in fundatione laici illa verba important, quod ſit ſacerdotalis actu, idem etiam importabunt in fundatione perſonæ Eccleſiaſticæ, & e cõtra, ſi in fundatione perſonæ Eccleſiaſticę nõ important, quod ſit ſacerdotalis actu, ſed aptitudine, idem erit in fundatione laicitnam hic attẽdenda ſunt verba fundationis & eorum vis. Nec † Lamb. d. ar. 29. n. 84 3. facit iſtam differentiã, ſed ſolũ facit differentiam, quantum ad derogationem fundationis per clauſulas generales gratiæ, nõ obſtãtibus iuxta Collectorẽ deciſ. 1. de Præbendis in nouis, de quo infrà à n. 116.

85 Quarta ſententia † vera & tenenda eſt, Capellaniam non eſſe ſacerdotalem, nec actu, nec aptitudine ex eo, quod in fundatione dicatur Capellanũ debere celebrare Miſſas, ſeu diuina officia, ſed poſſe prouideri ſimplici clerico 14. annorum.

86 Et ratio † eſt, quia niſi expreſſe caueatur, quod per ſe ipſum hoc agat, ſatis cenſetur prouiſum voluntati fundatoris, ſi per alium celebrari faciat, nec requiritur perſonalis reſidẽtia, ex quo ſumus in beneficio ſimplici, in quo ex generali cõſuetudine non requiritur reſidentia, vt ſupra dictum eſt 3. p. cap. 2. à num. 3. Lapus allegatione 36. ſeu 35. nu. 2. & 4. & allegatione 116. & 117. num. 2. vbi Mandoſ. Felin. in cap. cum omnes de conſtit. ſub num. 32. & ibi Dec. 2. lectura, num. 55. Millis in repertorio verb. beneficium ſimplex. Ferretus conſ. 112. Hoeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. par. 1. nu. 2. Zerol. in praxi Epiſc. verb. beneficium, §. 7. 1. 2. & 3. concl. 8. conciuſ. principali, Zecch. de republ. Eccleſ. d. cap. de beneficiatis, num. 4. verſ. ad dignoſcendum vero, Emmanuel Sà ex cõgregatione Concilij verb. beneficium, num. 28. & verb. reſidentia, num. 10. Açor. 2. par. lib. 3. cap. 8. quæſt. 5. ad finem, dicens nunc conſuetudine receptum eſſe, vt Capellani ſimplex *tantum* beneficium habentes liberi ſint ab obligatione reſidẽdi, hoc tamen locum habere in his Capellanijs, quibus nullum præceptum reſidendi eſt impoſitum ex peculiari ipſarum inſtitutione, vel priuilegio, vel ſtatuto; vel conſuetudine ſpeciali, &c. Azeued. conſ. 20 à num. 4. qui in fine ponit declarationem Parm. adductam, num. ſequen. Gratian. deciſ. 155. *& diſcept. for. c. 73. nu. 10. & c. 133. a nu. 1. Vgol. de offi. Epiſcopi c. 14. nu. 5. & c. 50. §. 8. nu. 5. & Praſec. in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. nu. 32. & 33.* & nouiſſime Perez de Lara de anniu. & Capel. lib. 2. c. 7. nu. 7. & c. 8. nu. 42.

87 Et ſic † cenſuit S. Congregatio Concilij in vna ☞ Parmen. his verbis. Epiſcopus non poteſt cogere obtinentem Capellaniam, vt ipſemet celebret, *licet in eius fundatione diſponatur quod rectores celebrent*; ☞ nam iſtis oneribus miſſarum rectè per ſubſtitutum ſatisfit. Alia. Habens capellaniam non tenetur promoueri ad ſacerdotium, niſi in fundatione cautum ſit, vt Capellanus per ſe ipſum Miſſas celebret, ſed debet curare, vt per alium Miſſæ in illa celebrentur. Neque erit ſatisfactum oneri, ſi Miſſæ in alia Eccleſia celebratæ erunt, nec perſonalem reſidentiam requirit, niſi aliter in fundatione ☞ cautum eſſet. Et in vna Aquilana ait, Capellani, qui in eorum Capellanijs reſidentiam requirentibus perſonalem interuiunt per ſubſtitutus, non ſunt cogendi ad perſonaliter reſidendum, antequam inſpiciantur verba fundationum dictarum Capellaniarum. *eſt alia declaratio, quæ ſic ait, Conſulta fuit Congreg. Concilij, an capellania inſtituta a teſtatore cum his verbis, vt beneficiatus ipſius capellæ omni die, ſeu ſaltem quinquies in hebdomada, celebrare teneatur: & ſi negligens fuerit, ipſe beneficiatus incurrat pœnam ſolidorum duorum,*

*cenſeatur*

*ni ſeruiret, & niſi habitaret, & ſeruiret, poſſet amoneri, & de alio prouideri. Quæ tamen declaratio difficultatem patitur in eo quod ait fuiſſe dictum in illa Caſalen. nam talis capellania videbatur requirere reſidentiam perſonalem, ad id enim requiri videtur habitatio domus. Sed Congregatio intellexit eam requiri, vt commodius ſeruiat, vel faciat de ſeruiri.*

88 Et fuit † reſolutum per Rotam in vna Brixien. capellaniæ 1. Martij 1598. coram Dom. Litta, Quod capellania non requirit perſonalem reſidentiam, niſi fundator iuſſerit, quod capellanus per ſeipſum inſeruire teneatur. Lap. alleg. 36. quia ex generali conſuetudine beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam non requirunt; & licet id non procedat, vbi liquido conſtat de particulari conſuetudine in contrarium, ad conſil. 170. lib. 2. cum alijs, tamen ad eam probandam non ſufficit probare prædeceſſores reſediſſe, & per ſeipſos inſeruiſſe, cum ſimus in materia facultatiua: ſed quod id fecerint coacte, & non voluntarie. Quod ſatis difficile erit, iuxta notata in capit. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. &c.

89 Vnde apparet † falſum eſſe, quod ait Nauarr. conſ. 6. num. 3. de clericus non reſid. quod verbum, interſit, cantet, vel ſeruiat, in fundatione capellaniæ poſitum, tantum importat, quantum verbum, reſideat; quod intelligitur de reſidentia perſonali: nam licet verum ſit de verb. interſit, vel aſſiſtat, non tamen de verb. cantet, vel ſeruiat, niſi aliunde id colligatur, vt apparet declarationibus adductis num. 87. & 93. & alijs allegatis. Vnde etiam non videtur verum, quod dicit Açor 1. part. lib. 10. cap. 24. quæſt. 7. ad fin. & cum eo Perez de Lara lib. 2. cap. 8. numer. 43. quod ſi fundator capellaniæ dixerit, volo quod presbyter ad hanc capellaniam electus ſacris operetur quotidie, tunc perſona ſacerdotis cenſetur electa, ita vt per ſe ipſum debeat celebrare, quia verba diriguntur ad perſonam. Quod eſt contra dictas declarationes, & alia allegata quę loquuntur etiam vbi verba diriguntur ad perſonam. Placet tamen quod dicit idem Perez de Lara dict. lib. 2. cap. 7. num. 6. quod capellaniæ habent reſidentiam perſonalem, quando vltra miſſarum celebrationem habēt onus adiuuandi curatum in cantando, & alijs ſimilibus: & vbi imponitur intereſſentia, ſeu aſſiſtentia, & reſidentia chori, cenſetur iunctum ſeruitium perſonale, non ſolum chori, ſed etiam miſſarum,

90 Addo quod † appellatione clerici venit ſimplex clericus primæ tonſuræ, cap. 1. 21. diſt. Gloſſ. & DD. in cap. 2. de præbend. l. 1. in fine, & ibi Gregor. tit. 6. par. 1. Abb. in rubr. de vita & honeſtate clericorum, Aufrerius in repetitione Cle. de officio ord. in princ. num. 1. Rebuff. de congrua num. 19. Lambert. dicta quæſt. 7. art. 2. Caldas Pereira in dict. l. 11 curatorem habens, verb. læſis num. 104. Mendez de Caſtro in l. cum oportet, C. de bonis quæ liberis num. 166. & Zanallos quæſt. 524. ad finem, dicens notabile, & ad cauſas capellaniarum, in quibus clerici generaliter vocantur: quod eſt intelligendum de clericis primæ tonſuræ, & Carillo in itinerario ord. ſect. 7. num. 2.

91 Et hanc quartam † ſententiam videtur tenere Zerola dict. §. 7. 4. & 5. concl. 8. conc. princip. vbi ait, in capellania requirente miſſarum celebrationem ſimpliciter poſſe beneficiari clericum, qui non ſit actu ſacerdos, cum poſſit per alterum deſeruire, Et Marc. Anton. Gen. dict. cap. 24. num. 11. dicens notandum quod ſi teſtator mandauit, quod eligatur capellanus ſacerdos, tunc ſacerdos, eligi debet, & ſecus ſi dixerit, quod capellanus celebret, nam tunc poteſt huic oneri miſſarum ſatisfieri per ſubſtitutum, cum non ſit electa induſtria perſonę, & qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, Lap. dict. alleg. 116. & 117. & quod ita cenſuit S. Congreg. ac proinde poteſt conferri non ſacerdoti: & quod ita debet intelligi Lambert. dict. articul. 27. Tenet etiam hanc quartam ſententiam Gratian. dict. dec. 155. *Et diſcept. for. cap. 133. à num. 10.*

93 Et hæc quarta † ſententia eſt in terminis approbata per S. Congregat. Conc. vt apparet ex declarationibus ſequen. ſuper cap. 5. ſeſſ. 25. de refor. Prima, Poteſt conferri ſimplici clerico capella habens onus celebrandi miſſas, niſi in fundatione cautum ſit, vt per ſe ipſum celebret. Secunda, Stante fundatione capellæ cathed. Piſtor. ſub his verbis teſtatoris, quod capellanus debeat celebrare diuina officia, die, noctuque, ſicut cæteri capellani faciunt, Dubitatur, vtrum capellanus iſte debeat eſſe presbyter, Congregat. Concil. cenſuit, ex iſtis verbis poſitis in fundatione huius capellæ, non cenſeri neceſſario quod capellanus debeat eſſe presbyter. Quæ declaratio habetur etiam in declaratione Abulen. infra adducta num. 99. *Et eſt alia declaratio ſupra addutta 3. par. cap. 4. num. 15.*

94 Qua † declaratione Piſtor. attenta, Rota in dict. Ro. capel. 2. Ian. 1589. coram D. Pamphilio mutauit ſententiam & receſſit à reſolutis, amplectendo hanc ſententiam, vt apparet ex ipſa deciſione, quæ ſic ſe habet: Domini attenta reſolutione illuſtriſſimorum Dominorum, S. Conc. interpretum in cauſa Piſtor. quod præſentandus non debeat eſſe presbyter, ex eo quod in fundatione dicatur capellanum debere celebrare diuina officia, quia iuxta allegat. Lapi 36. niſi expreſſe caueatur, quod per ſe ipſum hoc agat, ſatis cenſetur prouiſum voluntati teſtatoris, ſi per aliū diuina celebrari faciat: ad reg. qui per alium, &c. Et tradit Card. in c. de multa in fi. verſ. quanto, &c. de præb. receſſerunt à reſolutis in hac cauſa, & dixerūt capellaniam non eſſe ſacerdotalem, quia ex verbis fundationis non aſtringitur capellanus ad deſeruiēdum capellę in diuinis, & miſſam celebrare per ſe ipſum: & cum ſimus in beneficio ſimplici, in quo ex quadam generali totius orbis conſuetudine non requiritur reſidentia, vt poſt Cardin. tradit Imol. in cap. fin. num. 9. de cler. non reſiden. ſufficit quod deſeruiatur per ſubſtitutum, ad not. in cap. ſuper eo de præb. in 6. Lap. alleg. 36. ſub num. 4. & alleg. 117. ſub num. 2. Cardin. dict. cap. de multa in fi. Dec. cap. cum omnes 2. lect. de conſtitut. cum alijs allegatis. Non obſtat, quod in hoc caſu verba fundationis videantur directa in perſonam ipſius capellani, cum dicant, quod beneficium pro tempore obtinens certas miſſas in qualibet hebdomada, in eadem capella celebrare deberet, quia illa non reſpiciunt actum ipſum celebrationis miſſarum ab ipſomet capellano: ſed potius ſunt poſita ad denotandam obligationē, & onus, quod nō ſit ita impoſitum capellano, quod per alium explere non poſſit, quia alias cum à iure perſonalis reſidentia nō requiratur, poterit per aliū inſeruire, ex præallegatis: vltra quod in caſu reſolutionis Congr. verba erant directa ad capellanum, prout etiam in caſu allegationis Lapi, vbi teſtator

man-

mandauit dimidiam ſuorum bonorum presbytero eligendo dari pro celebrandis miſſis. Quod dicitur in caſu dec. Piſtor. non fuiſſe factam mentionem celebrationis miſſarum, ſed tantum diuinorum, tollitur per rationem deſeruire per alium, quæ militat vtroque caſu: & eo magis venerunt Domini in hanc ſententiam, quia concurrit mens fundatoris, quæ colligitur ex præſentatione ab ipſomet facta de Hieronymo de Longonibus, qui huic capellæ deſeruiuit per ſubſtitutum. Pariſ. conſil. 56. nu. 19. lib. 4. & poſtea fuit fere ſemper poſſeſſa à ſimplicibus clericis, qui miſſas per alios fecerunt celebrari, l. ſi de intentione ff. de legibus Arm. conſil. 101. cum ſimilibus.

95 Eandem † ſententiam tenuit Rot. in d. Forol. ſupra adducta num. 66. & in d. Lucana capellaniæ 17. Decembris 1593. ſupra relata nu. 71. & in vna Cæſarauguſtana beneficij 4. Maij 1594. coram Domino
96 Mantica, 4. in qua fuit † reſolutum, quod in capellania, ad quam teſtator, ſeu fundator vocat conſanguineos, & in pari gradu vult præferri magis idoneum ſcientia, doctrina, & moribus, præferendus eſt ex duobus præſentantis in pari gradu is, cui ordinarius fecit inſtitutionem, qui præſumitur magis idoneus iuxta diſpoſitionem teſtatoris, nam in his multum præſumitur pro ordinario, Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. verſ. peracto. Et fuit reſolutum in pluribus cauſis, & accedebat, quod ille præſentatus fuit ab omnibus patronis, alter vero à duobus iuratis tantum, qui cũ ſint nominati, nomine collectiuo, habent tantum vnam vocem, Felinus in cap. paſtoralis de reſcript. num. 9. Iaſ. in l. iuris gentium, §. fi. ff. de pactis nu. 13. Abb. conſil. 57. 1. p. & Dec. conſ. 122. Selua de benef. 2. p. q. 17. nu. 5. Roch. verb. ipſe velis q. 3. Lamber. 2. p. 1. lib. q. 1. art. 28. Prob. ad Monach. in rub. de iure patr. in 6. à nu. 15. Creſcen. dec. 3. & 4. de iure patr. & Rota dec. 408. 1. p. diuer. Accedebat etiam, quod ille erat conſanguineus per lineam maſculinam, alter vero per femininam, vnde cæteris paribus eſt præferendus. Nec obſtare, quod alter eſſet actu ſacerdos & ſic præſumatur magis idoneus. Lamb. 1. par. 2. lib. q. 7. art. 27. 28. & 29. quia hoc ceſſat ſtante iudicio ordinarij, iuxta dicta. Nec etiam obſtare capellanũ debere eſſe ſacerdotem, cum deberet celebrare, quia cum non requiratur ſacerdotium in actu præſentationis, non eſt ſacerdotale beneficium, vt fuit reſolutum in d. Romana capellaniæ coram D. Pamphilio, *& pluribus aliis cauſis, &c. & nouiſſimè idem fuit tentũ in cauſa Gienen. capellaniæ* 28. *Nouembr.* 1605. *coram D. Lancellotto, nempe quòd etiam in fundatione non ſit expreſsè cautum, quòd per ſe ipſum capellanus celebrare teneatur, non eſt neceſſarium quòd ſit presbyter, ſed poterit per ſubſtitutum deſeruire, & ſufficit quòd ſit clericus, vt in d. Romana capellania* 23. *Ian.* 1589. *coram Pamphilio & Brixien. capellæ* 2. *Martij* 1598. *coram Lita.*

Et dictam quartam ſententiam tenet poſt hæc Gonçalez ad reg. de menſibus gloſſ. 5. ex num. 72. dicens, ita etiam nouiſſime reſolutum in Tiraſonen. capellæ 9. Iunij 1603. coram D. Sacrato. vbi etiam fuit adducta alia ratio, quod prædicta verba, Qui celebret tot miſſas, non reſpiciunt factum ipſum celebrationis ab ipſomet capellano, nec obligationem ſacerdotij, potius ſunt poſita ad denotandum obligationem, & onus, quod ipſe fundator capellaniæ ponebat, & ſufficit quod onus expreſſe non ſit ita impoſitum capellano, quod per alium explere non poſſit, & ideo cum capellania ſit beneficium ſimplex, in quo ex generali totius orbis conſuetudine non requiritur reſidentia, reſultat ſufficere quod ſeruiat, & miſſas dicat per ſubſtitutum, &c. Et nu. 44. ait, quod illa opinio eſt ſine difficultate amplectenda, cũ tam S. Concilium Triden. Congr. quàm Rota multoties illam canonizauerit. Tenet etiam dictam quartam ſententiam Proſ. de Aug. in append. ad ſummam Bullarij 2. par. verb. ſi fructuum capellaniæ pag. 607. citans Gonçalez ſupra, & adducens declarationem Parmen. ſupra poſitam, nu. 87. & Piſtorien. poſitam nu. 91. Et nouiſſime eandem quartam ſententiam tenet Perez de Lara lib. 2. cap. 5. num. 8. *Vgol. de offic. Epiſcop. cap.* 50. §. 8. *num.* 5. *& Piaſec. in praxi Epiſc. d. c.* 3. 2. *part. num.* 33.

97 Et † quod quando teſtator mandauit præſentari presbyterum, ſeu rectorem cauſa celebrandi miſſas, beneficium non dicitur ſacerdotale, fuit tentum in vna Firmana altaris 5. Decembr. 1594. infra relata 10. par. c. 2. nu. 37. Quæ tamen reſolutio difficultatem patitur ex ſupra dictis num. 72.

98 Vbi vero † in fundatione caueretur, quod per ſe ipſum deberet celebrare, ſeu quod deberet perſonaliter deſeruire, aut quod reſideat, quod verbum ſecundum vulgarem modum intelligendi intelligitur de reſidentia perſonali. Nauar. d. conſil. 6. num. 2. de cleric. non reſid. de quo ſupra num. 89. tunc procederet ſecunda ſententia, ex Rebuf. in d. repet. cap. extirpanda, §. qui vero 2. notab. & alijs ſupra citatis, & Gonçalez ſup. à nu. 100.

99 Et † ita cenſuit Sacra Congregatio Concilij anno 1604. ad inſtantiam agentis Epiſcopi Abul. vt in ſequenti declaratione, quam vidi authenticam ad 2. 3. Stante decreto S. Concilij Trid. cap. 5. ſeſſ. 25. infrà ſcriptæ dubitationes oriuntur, quæ ad inſtantiam agentis Reuerendiſſimi Epiſcopi Abulenſ. per S. Cõgregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini petuntur declarari, ſtante fundatione capellæ in Eccleſia cathedrali ſub his verbis teſtatoris, quod capellanus debeat celebrare diuina officia, die, nocteque, dubitatur, vtrum capellanus iſte debeat eſſe presbyter. Secundo, ſi ex fundatione cautũ ſit, vt capellanus per ſe ipſum celebret miſſas capellaniæ, an poſſit iſta capella conferri ſimplici clerico. Tertio, an capellania, cui eſt annexum onus duarum miſſarum in hebdomada per proprium rectorem celebrandarum, dicatur ſacerdotalis, & non poſſit cõferri clerico 14. annorum. Quarta, an ſi de conſenſu patronorum poſſit diſpenſari cum minori 25. annorum ad capellam ſimplicem obtinendam, ad quã ex fundatione eſt præſentandus ſacerdos. Ad primum Congregatio Concilij reſpondit ex his verbis non inferri, vt capellanus debeat eſſe presbyter. Ad ſecundum & tertium, poſſe quidem conferri ſimplici clerico, in ea tamen ætate conſtituto, vt intra annum ad ſacerdotium promoueri queat, niſi aliàs eſſent verba in fundatione poſita, quæ requirerent obtinẽtem tẽpore collationis eſſe actu presbyterũ. Ad quartũ, hanc diſpenſandi facultatẽ Epiſcopis poſt Concilium non cõpetere. P. Acmil. Card. S. Marcelli. *Et conducit alia declaratio eiuſdem Congregationis, quæ ſic ſe habet, Epiſcopus Aquilanus declarari inſtat, an capellania de iure patron. laicorum poſſit conferre ei, qui non eſt ætatis eius, vt intra annum ad ordines promoueri poſſit ſubiturus onera quæ dictæ capellaniæ ſunt annexa, iuxta cap.* 4

*verſ.*

*vers. qui verò sess. 2. Congregatio censuit non posse conferri si ei inuitum sit onus dicendi missas personaliter, vel Euangelium, vel Epistolam cantandi, vel in fundatione dictum fuerit, vt obtinens esset Sacerdos, vel Diaconus, vel Subdiaconus.*

100 Et ita procederet †dict. resolutio in causa Lucana capellaniæ, 4. Decembr. 1595. supra relata nu. 81, Et ita etiam videtur accipiēda decisio in causa Abul. capellaniæ de Crebreros 12. Nouemb. 1599. coram D. Seraphino, in qua aliqui ex dominis existimabāt ius patronatus esse sacerdotale, & ideo debuisse præsentari sacerdotem, vel saltem constitutum in ætate, vt posset fieri sacerdos, vt in sequenti decisione,

101 Fuit †resolutum, Francisco non posse adiudicari ☞ Capellaniam, de qua agitur nam præsentatio de eo facta nullius est momenti, cum emanarit à fratre Didaco de Valdes, quem etsi admittamus à Magdalena descendere, tamen cum esset professus in monasterio S. Domini in Indijs ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum, totum ius præsentandi translatum fuerat in monasterium, & eius superiorem, authen. ingressuri, C. de sacrosan. Eccles. cum ad monasterium de Itato regul. Lamb. de iur. patr. p. 1. lib. 2. art. 11. q. 2. n. 12, Nec iuuari potest licentia prouincialis, ex pluribus. primo, quia eius iurisdictio non poterat excedere fines Regni Castellæ in Hispanijs, super quibus habebat iurisdictionem, non autem super monasterijs Indiarum, c. 2. §. fi. de constit. in 6. Secundo, quia Generalis ordinis aditus pro obtinenda licentia illam noluit concedere, ideo inferior contra eius voluntatem non potuit eam cōcedere, capitulo vt nostrum, capitulo vt debitus de appel. Gamb. de authorit. legati lib. 6, n. 708. & Nauiz. cons. 116. nu. 11. Tertio, quia cum Didacus vsus est dict. facultate, iam expirauerat officium eius, qui licentiam dederat, capitulo præsenti de officio leg. in 6. & in hoc fuerunt concordes omnes domini. Ex alio quoque capite aliqui ex dominis existimabant hanc præsentationem inualidam, nam ex verbis fundationis videtur hoc ius patronatus esse sacerdotale, ac ideo fuisse necessarium præsentare capellanū, vel sacerdotem, vel saltem constitutum in ætate tali, vt posset fieri sacerdos. Glo. in c. ei cui. verb. ætate de præb. in 6. & ibi Io. And. But. n. 12. Franc. nu. 13. Gemin. nu. 10. & alij allegati in causa Romana capellaniæ 14. Nouemb. 1586. coram R. P. D. meo Pāphilio, Quantum ad præsentationem nihil fuit resolutū, sed restricta fuit difficultas cæteris reiectis, an præsentatio Generalis fuerit in tempore, quod ex eo pendet, an hoc ius patronatus, quādo est penes monasteriū, sit iudicandū ad hunc effectum Ecclesiasticum, vel laicale. Sed certe visa fundatione istius capellaniæ, ex eius verbis potius apparet esse sacerdotalem actu.

102 Modo †succedit secunda difficultas, an vbi capellania est sacerdotalis actu, vel habitu ex fundatione possit Episcopus, cū cōsensu patroni hæredis, seu successoris fundatoris, saltim pro vna vice dispēsare, vt prouideatur nō habenti dictā qualitatē requisitā.

103 Et †loquitur de patrono, hærede, seu successore fundatoris, nam de patrono fundatore clarum videtur posse tollere, & alterare conditiones, seu qualitates tempore fundationis appositas etiam ex post facto cum consensu Episc. vt volunt DD. in c. cū accessissent de cōst. vbi Fel. n. 19. & Det. 51. Roch. d. verb. pro eo quod q. 14. n. 30. Lamb. d. q. 7. art. 23. Prob. ad Monac. in c. ei cui de præb. in 9. n. 23. Azeu. in l. 5. tit. 6. lib. 1. Rec. nu. 2. & Ioan. Gut. d. cons. 1. n. 28. saltim

104 †ex iusta causa quando conditiones, vel qualitates essent vtiles Ecclesiæ, Rochus, & Azeuedo &, Ioan. Cut. nu. ibi, 23. ibi,

105 In †qua difficultate prima sententia, posse Episcopum cum cōsensu patroni successoris fundatoris pro vna, vel altera vice alterare qualitates, seu conditiones in fundatione requisitas, & dispensare contra ordinationem fundatoris, & sic beneficium, seu capellania prouideatur non habenti qualitatem requisitam in fundatione. Imola, & Abbas n. 4. & 5. in d. c. cum accessissent, & ibi Corse. in additione ad Abbatem, verbo vnire sine cōsensu patroni, & in singul. verbo patronus, Fel. ibi. n. 19. Probus in d. c. ei cui, n. 22. 23. & 24. Rebuf. in praxi 3. par. signaturæ, verbo, necnon iuris patron. nu. 46. in concordantijs in forma mandati, verbo, pro expressis, vers. 24. Beroius cons. 5, vol. 15. Ferretus 133. nu. 7. & cons. 211. n. 10. Bursatus cons. 185. nu. 18. lib. 2. Benius de priuil. iurisconsultorum priuil. 32. n. 8. Nau. consil. 6. de clericis non resid. n. 4. & de oratione c. 3. n. 73. Zerola d. verbo, beneficium, §. 7. 3. concl. 8. cōclusionis princ. & verbo ius patronatus, §. 8. 15. dub. *Genuen. d. c. 24. n. 7. & 8. & in Man. Past. c. 73. n. 2. Leo in thes. fori Eccl. c. 26. n. 35.* Zech. de Repub. Eccl. d. de beneficiatis, nu. 4. vers. quo vero ad ordinem, Eman. Sa. verbo beneficium, n. 37. & videtur tenere Pet. de Baisio in directorio electionum, capite 9. 2 p. nu. 4. & 5. & fauet Socin. de oblatio. libel. 19. n. 3. & 4. 2. concl. & est decis. Crescen. 7. de iure patron, nu. 2. vbi dicitur, quod id procedere poterat, quando soli voluntati fundatoris præiudicabatur, vt puta, quod debet esse talis ætatis, conditionis, &c. secus vbi fieret præiudicium certæ personæ, quæ debebat præsentari &c. Eandem sententiam tenuit Rota in d. Foroliuien. capellaniæ, adducta supra, n. 66. & ait communem, & in practica

106 obseruari, Lambert. d. q. 7. art. 30. Quam †tamen ipse intelligit subsistēti aliquali causa, (vt etiam Ferretus. Nauarr. Genuen. & Salic. etiam sine causa id. velit Bero. supra) ex Corseto in d. c. cum accessissent in lectura, & omnibus patronis volētibus, & nisi fundator non solum disposuerit beneficium esse sacerdotale, ordinando præsentari sacerdotem, sed etiam vltra processerit, prohibendo ne alius quam sacerdos præsentetur, quia dixerit, nolle præsentari, nisi sacerdotem, vel volo omnino sacerdotē præsentari, &c. & tradit etiam idem Lambert. d. 1. p. 2. lib. q. 10. art. 6. & 7. nu. 4. & sequitur Zechus de benefic. & pensionibus, c. 12. n. 21. vers. quo vero ad ætatem. Et post hæc Perez de Lara lib. 2. c. 5, à nu. 28. & Prosper de Augustino in appendice ad summam Bullarij, 2. p. verbo seruitium capellaniæ, pag. 608. dicit secundū Doctores posse Episcopum ex causa pro vna vice dispensare, sed an huic potestati sit derogatum per Concilium Tridentinum, sess. 25. c. 5. de reform. esse consulendam sanctam congregationem.

107 Secunda †sententia est opposita, nempe nō posse Episcopum cum consensu d. patroni dispensare etiam pro vna vice contra ordinationem fundatoris, ex clem. quia contingit. de relig. domib. ibi: Cum tamen ea quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, salua quidem Sedis Apostolicæ authoritate conuerti. Ita tenet latè probās Roch. d. verbo pro eo, quod q. 15.

nu. 32.

nu.21. Rebuf. in ſua praxi, tit. de requiſitis ad collationem, n.35. Quod vero ſcientiam huiuſmodi vacatione, propter nullitatem præſentationis, & inde ſecutæ inſtitutionis, d. Metropolitanus habuerit, ſine qua alias tempus conferendi illi non currebat, iuxta notata per Inn. in d.c.2. de conceſ.præb.c.quia diuerſitatem.c.licet, de ſupplenda negligen.Prælat. manifeſte patet ex diſpenſatione, quàm ſuper defectu ordinarius per ſuum Vicarium ante factam inſtitutionẽ D. Bertrando conceſſit: quæ quidem diſpenſatio, cũ repugnet decreto Concilij Trid. capite quinta, ſeſſ. 25. nullius fuit momenti, glo.cap.cum dilecti, verbo ætate, de lect. Dec. in c.at ſi clerici, §.ſi.n.65. de iudicijs, cum aliis hic per informantes allegatis. Neque præmiſſis obſtat reſolutio facta corã R.P.D. meo Pãphilio in vna Roman. capellaniæ: quia illa procedit in caſu diuerſo, quãdo ſcilicet verba fundationis nõ reſpiciunt actũ præſentationis, ſed potius illius proſecutionem, vt ſi fundator dixerit, quod preſentetur, qui interſit diuinis vel tot miſſas celebret: nã eo caſu ſufficit, quod præſentatus ſit ſacerdos habitu, licet non actu, Abbas in d.c.cũ in cunctis. §. inferiora Pariſ. conſil. 50. nu. 12. & ſeq. lib. 4. cum ſimilib. Circa alias qualitates in impetratione expreſſas, ceſſauit omnis difficultas, nam vt bene in facto deducitur gratia in omnibus eſt verificata, & quoad valorem beneficij obtenti, cum ſufficiat talis qualis probatio, teſtes deponẽtes de auditu viſi fuerunt dominis ſufficiẽtes.

114 Et † idem videtur antea tenuiſſe Rota in vna Toletana capellaniæ 34. Febr. 1583. coram D. Robuſterio, quæ ſic ait: Fuit reſolutũ, quod ſententia de partibus eſt confirmanda, cum ſit iuſta, nã ex fundatione apparet, quod conſanguineus, qui eſt præſentandus, ſaltim debet eſſe in ætate legitima presbyteratus, & ſic habilis habitu ad ſuſcipiendos infra annũ ſacros ordines presbyteratus, vt clarè colligitur ex fundatione, & bene deducunt informantes. Vnde cũ Rodericus ſit cõſanguineus & presbyter, Petrus vero non ſit in ætate legitima, vt poſſit ſuſcipere presbyteratũ infra annum, præferendus eſt Rodericus, & habendus, ac ſi ipſe, & non Petrus haberet qualitates requiſitas, vt per allegatos Caſſador. & Sarnen. reg. de non tollendo, nu.11. in terminis noſtris. Nõ obſtant teſtes quòd intentio fundatoris erat, vt Petrus haberet hanc capellaniã: quia intelligitur, quando haberet qualitates, cũ perueniſſet ad ætatem requiſitam, vt concordetur fundatio cum iſta volũtate, ne inducatur correctio. Non obſtat quod dicitur de diſpẽſatione Ordinarij, quia poſſet forſan intrare vbi Ordinarius poſſet diſpẽſare, quod nõ intrat hic.

115 Vnde † in conſilio Prouinciali Mediol. 5.p.3.tit. quæ ad beneficij collationem attinent, ſic ſtatuitur: Si capellania etiamſi ſimplex, aliudve benefic ũ, etiam iuris patronatus, ex præſcripto erectionis, fundationisve, aut alterius conſtitutionis certum ordinem, aut alias conditiones requiret in eo, de quo vel collationis, vel inſtitutionis, vel alio nomine prouidendum eſt illud beneficium, ne Epiſcopus deinceps, etiam patronorum conſenſu permittat, concedat, vt quiſquam ſine Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione illud beneficium aſſequatur, qui vere eo ordine non ſit initiatus, quamuis ætate congrua ſit pro illo ordine ſuſcipiendo. Neque qui alijs conditionibus prædictus non ſit, & quas illa, vel erectio, vel fundatio, vel conſtitutio requirit. Quod decretum plane ſumptum eſt ex d.decreto Concilij, & declarationibus ſanctæ congregationis.

116 Tertia † difficultas eſt, an per clauſulas generales derogatorias, in literis Apoſtolicis poſitas, non obſtantibus ſtatutis, &c. cenſeatur derogatũ fundatio-
117 ni, & ordinationi ſacerdotiũ actu requirenti. In † qua dicendum eſt, per dictas clauſulas cenſeri derogata, ſeu dilata ſtatuta Eccleſiarũ etiã confirmata, ſacerdotiũ actu requirẽtia, ita quod per ea poſſit quis huiuſmodi beneficiũ conſequi, licet non ſit ſacerdos dummodo, ſit ætatis legitimæ ad ſacerdotium, Rota dec.41. de cõcel.præb. in antiq. & 1. de præbendis alias 3. in nouis, Abb. in c.cũ in cũctis, §. inferiora, n. 11. de elect. Francus in c.ſi pro clericis. & c.ei cui, n.5. de præb. in 6. Fel. in c.nonnulli, n.23. & 24. de præſcr. & in tractatu, quãdo literæ Apoſtolicæ, ampliatione 7.n.7. Staph. de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clauſularũ, §. de clauſulis non obſtantiarum, Lamb. d.q. 7.art.29.n.3. Caputaq. dec.127.n.2.p.1. & 257.li.1.
118 & in manuſcrip. Azor. 2.p.lib.6.c.8. q.15. Non † tamen per eas cenſetur derogatum fundationi teſtatoris ſacerdotium actu requirenti. Rota, Abb. Francus, Felin, Staphil, & Lamb. & Azor ibi, & Rota in d. Foroliuien. capellaniæ ſupra adducta, nu.66. Quidquid dicat Gonçalez glo.5.nu.106.

119 Quod † Collector d.dec.1. intelligit in fundatione laici, ſecus, ſi clerici, cui Papa vult, & poteſt leuius prejudicare. Et ſequuntur Abb. Francus Staph.
120 & Lamber. & Azor ibi. At † Fel. ſupra idem etiã ait in fundatione clerici, vt per dictas clauſulas nõ cenſeatur illi derogatũ, nec modis cõditionibus, & ordinationibus per clericũ in fundatione appoſitis, cum
121 Ancharano conſ.16. Quod † mihi magis placet, nã fundatio etiã clerici eſt multum fauorabilis, nec ei debet cẽſeri derogatum, niſi de ea fiat expreſſa mẽtio, maxime, quia fundatio, ſeu ordinatio in fundatione poſita, nõ ſolet dici ſtatutũ, & ſic in derogatione ſtatutorum nõ venit. Et facit, quod ſupra dictum
122 eſt 4.p.c.3.d nu.73. Id † autem habet ſpeciale fundatio laici, cum nõ cenſeatur ei derogatum, etiam ſi in clauſulis derogatorijs dicatur etiam, Non obſtantibus fundationibus, & c. Quæ verba de fundationibus clericorum intelligenda erunt, & non laicorum, nam ad derogationem fundationis laici oportet, q̃ expreſſe & in individuo fiat derogatio, & nõ p clauſulas generales, & pregnãtes, Caputaq. dec.122.p.1

123 Aduertendum † vero eſt, quod in literis Apoſtolicis. & gratijs de beneficijs vacantibus non ſolet boni derogatio ſtatutorum Eccleſiæ, niſi in beneficijs & præbendis Eccleſiarum Cathedralium, ſeu collegiatarum, in quibus additur, ac dictæ Eccleſiæ, &c. ſtatutis, & conſuetudinibus. Vnde in alijs beneficijs quibus non ponitur derogatio ſtatutorum, non intrabit doctrina de qua ſupra n.118.

124 Sed † eſt alia quarta difficultas. Eſto ordinarius nullo modo poſſit alterare conditiones, vel qualitates poſſibiles annexas beneficio ex fundatione, an poſſit eas mutare, quãdo redditus ipſius beneficij eſſent impotẽtes, ſeu inſufficientes ad illa, v.g. beneficiũ eſt oneratũ certo numero miſſarum, poſtea reperitur, quod fructus non ſunt ſufficientes, vel quod ſunt diminuti, an poſſit illas moderari, & reducere ad minorem numerum, iuxta quãtitatem redituum
125 beneficij. In † qua difficultate DD. docent Epiſcopum id poſſe facere cum conſenſu patroni, aut

etiam eo inuito, ſi vocatus nolit cõſentire, ad d.c.nos quidem, & ibi DD. de teſtam. & d.l.legatũ ff. de vſufruct. lega. ita Fel. in d.c.cum acceſſ. de cõſtit. nu.19. vbi dicit, quod ceſſantibus redditibus ceſſare debet ordinatio teſtatoris, & Roch. d. verbo, pro eo quod de diœceſani cõſenſu. q.15 & Lamber. lib.3. q.6. art. 4. Perez de Lara lib.1. c.15. à nu.6. & Azor. 2. p. lib. 6. c.24. q 6. *Et Genuen. in man. paſtor. c.39. nu.4. qui ait, quòd ſi redditus eſſent impotentes ad qualitates beneficij, poteſt Epiſcopus eas tollere, &c.*

326 Vnde † videtur, quod ſi aliqua capellania eſſet fundata cũ obligatione reſidentiæ perſonalis, cuius fructus eſſent adeò diminuti, vt non eſſent ſufficientes, & proportionabiles tali oneri, poſſet Ordinarius tollere obligationem reſidentiæ: ita quod per ſubſtitutum poſſet illi deſeruiri, maximè ſi non reperiretur qui eam vellet cum eo onere reſidentiæ perſonalis, ibi melius videretur tollere reſidentiam perſonalem, quam reducere miſſas in caſu quo vnum, aut alterum eſſet faciendum, *Et ita procedit quod tradit Cenallos in add. ad quæſt. 678. num. 3. & 4. quòd ſi capellania requirat perſonalem reſidentiam, poteſt ſeruiri per ſubſtitutum, quando capellanus ex redditibus ipſius non habet congruam ſuſtentationem ex Imola in cap final. num. 9. de cleric. non reſid. quem ſequitur Ant. Ciof. conſ. 145. num. 5. in fin. vol. 1.*

327 Sed † obſtat Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c.4. 3. Ex quo videtur, Epiſcopum id non poſſe facere, niſi in ſynodo diœceſana.

328 Ad † hoc Nauar. in Man. c.25. nu.138. ait, quod illud decretum videtur ius nouum quoad Abbates, & Generales ordinum, ſed nõ quoad Epiſcopos, qui argum. c. cum acceſſiſſent, &c. ex parte, de conſtitution. & eis adnotatorum, poſſunt hoc facere etiam ſine ſynodo iure antiquo, quod non videtur per hoc ſublatum, cum fuiſſet additum ad augendum, argum. cap. fin. de verb. ſign. Hæc Nauarr.

329 Henriquez † verò in Summa lib.9. 22. §. 6. ait, d. decretum procedere in commutatione, ſeu reductione anniuerſariorum, ſeu miſſarum dotatarũ: in qua eget Epiſcopus ſynodi conſilio, iuxta Concil. ibi: Sed vt onera dicẽdi miſſas in beneficio, & capellania collatiua temperet Epiſcopus, non egere ſynodi congregatæ conſenſu, vt tenetit recentiores, Conſulit. & ſequitur P. Ledeſma in ſumma de ſacramento Euch. c. 18. circa 16. concl. ad fin. & Man. Rodrig. q. regul. 1.

330 tomo, q.43. art.13. Qui † tamen cum Nauarr. ſupra ait, poſſe Epiſcopum abſque ſynodo anniuerſaria commutare iure communi, quod non videtur ſublatum per Concilium, vt dictum eſt.

331 In hoc † dico primò, verum eſſe, quod Concilij ibi non loquitur de miſſis impoſitis beneficio, ſeu capellaniæ in fundatione, ſeu alias, & ſic tanquam caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis, l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſthu. ſed de miſſis & anniuerſarijs relictis in aliqua Eccleſia vulgo, dotationes, vt patet ex verbis ipſius Concilij, & cenſuit ſancta Congregatio, vt in ſequentibus declarationibus ſuper d. decreto. Prima hoc decretum locum nõ habet in obligationibus miſſarum, quę impoſitę ſunt capellis erectis in titulum, ſiue ex prima diſpoſitione teſtatoris, ſiue alia quacunque. Secunda, ex hoc decreto non competit Epiſcopo facultas diminuendi onus à teſtatore impoſitum hæredibus, pro certis miſſis, & anniuerſarijs celebrandis, eleemoſynisque erogãdis pauperibus, propter cauſas, de quibus h[ic], neque in oneribus ſimiliter impoſitis beneficiatis [in] fundatione beneficiorum, ſi fructus beneficiorũ non ſufficiant dictis oneribus ſupportãdis. Tertia, neque habere locum cenſuit Congregatio hoc decretum in reducendis eleemoſynis, & quatenus facienda eſſet reductio ab habẽte poteſtatem potius eleemoſynas reduci debere, quam miſſas, vel anniuerſaria, quando à teſtatore fuiſſent relicta, & miſſæ, & anniuerſaria, & eleemoſynæ. Quarta, caput hoc intelligendũ eſt de miſſis tantũ, non de alijs ſuffragijs, nec de miſſis impoſitis in fundatione, ſed de relictis, à teſtatoribus: habet locum etiam in reductione officiorum pro defunctis. Quinta, Archiepiſcopo Neapolitano Cõgregatio Concilij cenſuit decretũ Cõcilij ſeſſ. 25. c.4. in ſacrorum etiam anniuerſorũ reductione locũ

332 habere. Et † refert Mandoſ. Rodrig. ſupra dicens, congregationem reſpondiſſe, hanc taxationem eſſe intelligendam de miſſis tantum, & nõ de alijs ſuffragijs, nec de miſſis in fundatione poſitis, ſed pro alia cauſa à teſtatoribus relictis. Qui etiã ait, eſſe aduertendum, quod huiuſmodi facultas Epiſcopis, Abbatibus, ac Generalibus cõceſſa intelligitur tantũ de onere miſſarum ante Concil. Trident. impoſito, ſicut ita fuiſſe reſponſum ab Illuſtriſſimis Cardinalibus S. Congregationis anno Domini 1573. teſtatur Paraſellus in tract. priuilegiorum. fol.232. (quod mihi nõ videtur certum, nec conforme Concilio, & fortè fuit ſibi priuatum reſponſum) & refert Ledeſma ſupra, &

333 tradit Mar. Anton. Genuen. c.24. nu.9. Vbi † dicit quod circa illum textum Concilij ſancta cõgregatio declarauit, quod ſufficit, ſi in momento fiat commemoratio pro defunctis, pro quibus erãt dicendę miſſæ reductæ. Item, quod loquitur de miſſis relictis à fidelibus, & procedit etiam in reductione officiorum, non tamẽ in alijs ſuffragijs, nec in miſſis impoſitis in fundatione beneficij. *Tradit etiã Leo in theſ. for. Eccleſ. cap.26. à num.3. Vgol. de offic. Epiſc. cap.61. & Piaſec. in praxi Epiſc. par.2. cap.3. num.15. & 31.*

334 Dico † ſecũdo, quod in reductione dictarũ miſſarũ, & anniuerſariorũ, de quibus Concil. loquitur, ſeruãda videtur forma Cõcilij, ita, quod Epiſcopus nõ poſſit eã facere ſine ſynodo: nam eſto ante Cõcil. id poſſet, tamen cum Conciliũ ibi præſcribat iſtam formam, nõ eſt abea recedendũ. Quicquid dicãt Nau.

335 & Man. Rodrig. ſup. † Vnde ſtante Concilio, nõ videtur valere cõſtitutio ſynodalis Salmantina, quam refert Henriq. ſup. qua facultas hæc anniuerſaria cõmutandi committitur Epiſcopo cũ conſ. Capituli, c. quod ſup. his, de maiorat. & obed. Nec ſynodus diœceſana, cuius cõſilium, & induſtriam in hac re requirit Concilium, poteſt id alijs committere, maxime

336 generali, & in communi. Verum † eſt tamen, quod in aliquibus Epiſcopatibus, vt in hoc Abul. non eſt vſu receptum dict. decretum Concilij: ſemper enim fiunt ſine ſynodo reductiones, non ſolum miſſarum capellaniarum, ſed etiam anniuerſariorum, & dotationum Eccleſiarum: & ſic vbi non eſt receptum dictum decretum, procedet opinio Nauarr. & Man. Rodrig. ſupra, iuxta adducta infra. 11. par. cap.5.

337 nu.150. Probabile † enim videtur quòd ſtylus ſaltim decennalis valeat contra legem etiam Canonicam ab initio non receptam ſicut ſtilus iudicis præſcriptus ſpatio 40. annorum valet contrarius, ab initio receptum, Rochus in Rubrica de conſuet. nu.27.

138 Pro † complemento huius capitis reſtat videre, quomodo probetur clericatus, qui cum ſit qualitas extrinſeca, non præſumitur, Innoc. in c. ſuper his, de accuſ. Fel. nu. 2. & alij in c. fi. de præſum. & Corraſ. 3.
139 p. c. 1. nu. 4. Et † dicendum eſt probari, non ſolum literis teſtimonialibus Epiſcopi, ſeu titulo ordinum l. fi qua C. de Epiſc. & cler. ſed etiam teſtibus, c. 1. & 2. de cleric. pereg. Corraſ. ibi, & Prob. ad Monach. in c. 1. de temp. ord. in 6. nu. 12. Farin. in praxi crim. 1, p. q. 8. n. 40. & 41. poſt Guido. Papam, dec. 474. Etiã
140 † de publica voce, & fama: Nam ad probandum clericatum ſufficit probatio de communi reputatione & fama, Rota, dec. 4. & 14. de probat. in antiq. Sarnen. *in regul. de annal. q. 58. Pontanus de ſpolio lib. 2. nu. 179. & Farin. deciſ. 67. a n. fin. lib.* 1. Pontanus de ſpolio lib. 2 nu. 179. Caputaquen. dec. 277. n. 8. p. 1. Mohed. dec. 21. nu. 3. de renun. c. his ſane, dec. 26. in manuſcrip. Rota dec. 1163. n. 5. lib. 3. p. diuerſor. & dec. 139. eo. lib. de qua ſupra, nu. 12. & in Hiſpal. & Corduben. beneficiorum, 2. & 16. Iunij, 1597. corã D. Gipſio ſupra relata, c. præced. c. 4. nu. 19. & in alijs pluribus cauſis. Et facit deciſio Ægidij 113. & 114. quam ſecuta eſt Rota in vna Legionen. Præſtimonio rum, 27. Nouemb. 1591. coram D. Pamphilio ſupra adducta, d. c. 4. ad fi. & alibi ſæpè, & probatur per ar gumenta, & indicia, ſeu coniecturas, Boer. dec. 171. nu. 27. Ant. Gab. concl. 1. de teſtibus nu. 69. Maſcar. de prob. concl. 305. nu. 5. & Pacian. eod. tract. lib. 2. c. 34. nu. 70. Et per ſemiplenas, vel leues probationes
141 probatur, Mandoſ. reg. 18. q. 11. nu. 10. Et † ita ſer uat Rota in poſſeſſorio & petitorio, vt per Guido bon. dec. 132. ſeu 133. in manuſcriptis, Rota dec. 8. de cauſa poſſ. in antiquis. Flam. Pariſ. de reſign. be-
142 nef. lib. 4. q. 2. nu. 74. Quidquid † velit Rebuffus in praxi, tit. de forma literarum tonſuræ nu. 26. & Maſcar. de probat. concl. 304. nu. 18. & 19. & Farin. d. q. 8. nu. 44. & obſeruantia Rotæ per eum adducta, procedit in clericatu illegitimi, vt patet ex allegatis
143 per eum. Et † quamuis idem Rebuff. de nominat. q. 22. nu. 13. Aim. de antiq. 3. p. ſectio. vidimus in genere, nu. 33. & conſil. 134. nu. 40. Boer. dec. 171. nu. 13. & Menoch. de præſump. lib 6. præſump. 76. n. 23 Farin. d. nu. 44. & Perez de Lara lib. 2. c. 5. nu. 6. poſt Bal. in cap. dudum. 1. de elect. dicant, quaſi poſſeſſionem clericatus non prodeſſe in agente, vt ſibi adiudicetur beneficium, & longam quaſi poſſeſſionem, ac bonam famam clerici requirat. Parcia ſupra à numero 46. *contra quos eſt etiam deciſio Rotæ 667. nouiſ. Farin. num. 2.*

144 Limitatur † tamen prædicta doctrina, vt nõ procedat in materia obiectus, Rota dec. 2. de probat. in
145 antiq. & Guidob. vbi ſupra. Aut † vbi præſumptio eſt cõtra aliquem, puta, quia eſt illegitimus, qui debet probare ſuum clericatum per literas, Guidobon. ibi. Et facit deciſio. Caputaq. 227. nu. 10. Tunc enim ſufficit communis reputatio. Sarnen. ſupra Put. dec. 359. nu. 1. lib. 1. Rota dec. 26. lib. 2. p. 3. diuerſorum, Mandoſ. de ſignatura gratiæ. titulo de prouiſ. verſ. clericatus, vbi ait, quod clericatus illegitimi, ex Rotæ obſeruantia non probatur per communem famã, & reputationem, per conſil. Cornei 91. lib. 1. Pontanus ſupra Maſcar. concl. 305. nu. 13. Niſi probetur
146 † diſpenſatio, Rota dec. 129. lib. 3. p. 3. diuerſorum, Papaz in addit. ad Rotam, dec. 2. de filijs presbyte-
147 rorum in nouis, nu. 13. Pontanus. ſupra. Quæ † non probatur per narratiuam literatum ordinarij, Veral Jus dec. 128. lib. 2. in manuſcrip.

148 Vnde † videtur, quòd conſtando de diſpenſatione clericatus illegitimi, probatur per communem reputationem, ſicut clericatus legitimi: Nam eadem videtur ratio in illo data diſpenſatione, & habilitatione, ac in legitimo. Pro quo facit deciſio in
☞ cauſa Calagurritana de Zalduende. 9. Decembr.
149 1588. coram D. Seraphino. Vbi † fuit reſolutum, iniuſtas eſſe ſententias prohibentes concurſum filij naturalis diſpenſati cum alijs legitimis ad beneficium, & cum admittentes in defectum filiorum patrimonialium ex legitimo matrimonio natorum tan tum propter defectum natalium, quia diſpenſatio eum fecerat habilem. Specul. de diſpen. §. poſtremo, poſt princip. Nec inter iſtos fieri debet differentia, Bald. in l. liberos C. de collat. Bero. conſil. 5. nu. 25. lib. 1. Nec concurſus impediri. Lamber. libr. 2. 3. par. quæſt. 5. art. 15.

150 Et † ita conſtando de diſpenſatione ad clericatum poterit procedere, quòd ait dec. Rotæ in cauſa Burgen. penſionis 19. Febr. 1596. coram D. Blanche to, ſupra relata, 1. par. cap. 5. nu. 117. Nempe, In illegitimo clericatum probari ex communi reputatione fuiſſe reſolutum coram Oradino in Taruiſina pẽſionis, 13. Decembr. 1571.

151 Quamuis † dec. 780. lib. 3. p. 3. diuerſorum dicitur quòd illegitimus debet probare, ſecum diſpenſatum fuiſſe, & vlterius clericatum per literas, non re-
152 putationem. Præterea, † concurrentibus aliquibus coniecturis, cum fama probatur clericatus illegitimi, Rota d. dec. 26. lib. 2. p. 3. diuer. Papaz. d. nu. 13. Maſcar. d. concl. 305. nu. 12. *Rota etiam in vna Colimbric. reſeruationis fructuum 1. Iul. 1598. coram D. Seraphino, vbi, quod licet in illegitimo non ſufficiat probatio clericatus per publicam vocem & famam: tamen fallit vbi cum probatione famæ publicæ concurrunt alia adminicula.*
153 Et † in vna Barchinon. præpoſituræ, de anno 1550.
☞ voluerunt Domini, quòd in iudicio poſſeſſorio reſtitutionis ſufficeret illegitimo probare clericatum per reputationem, & quòd actor illegitimus non tenetur dare literas ſui clericatus, vt per Guidobon.
154 vbi ſup. Probatur † etiam clericatus vnico teſte, Bald. & Felin. in cap. licet vnuerſis, de teſtibus ad fin. Iaſon in repe. leg. admonendi, ff. de iureiur. numero 198. Boer. dict. dec. 171. Pet. Gerar. ſing. 49. Rebuff. de nomination. quæſt. 22. num. 11. Corras. d. cap. 7. num. 5. Mandoſ. regul. 18. quæſt. 11. num. 10. Mohed. dict. dec. 21. de renun. num. 3. & Guidobon. dict. dec. 132. Et reddunt rationem, quia iſte actus de ſe, & ſui natura nemini principaliter præiudicat. Et, vt ait Flam. Pariſ. d. lib. 4. quæſt. 2. nu. 69. inſpicitur initium, & tempus ordinis collati, non beneficium, aut penſio, de quo poſtea litiga-
155 tur. Vnde † iſta probatio ſufficeret etiam in iudicio, quando lis eſſet ſuper beneficio. Sicut etiam ſufficit probatio per communem reputationem quæ
156 etiam eſt ſemiplena, vt dictum eſt. Quamuis † contrarium in hoc teneat Rebuff. in praxi d. tit. de forma literarum tonſuræ, num. 24. & de nominat. quæſt. 14. num. 54. alias 32. & Maſcar. concl. 303. à num. 4. Anton. Gabr. concl. 1. de teſtibus num. 70. Pacian. d. lib. 2. cap. 34. num. 64. Quibus conſonat Cou. pract. cap. 33. num. 3. quem ſequitur Iacob. de Graf. in dec. aureis caſuum conſcien. libr. 4. cap. 18, nu. 155.

nu.155.& Farin.d.q.8.nu.48. & in tract. de teſtibus q.63.n.27.& ſeq.quos vide,& Menoc. de præſump.
157 lib.6.præſum.66. Et † ſolo ſigillo Epiſcopi recogni to probatur clericatus etiam collatus non ſubdito, Mohed.d.deciſ.21.de renun,quamuis cõtra Maſcar.
158 concl.305.n.2.Sed † eſt difficultas,an probetur cle ricatus per literas ſeu oſtenſionẽ ſuperiorũ ordinũ,
159 puta,ſacerdotij ſeu diaconatus,&c. Et † non probari,nec ſatis eſſe oſtendere literas ſacerdotij, tenẽt Rebuff.d.tit.de forma literarum tonſuræ,n.28. Coraſ.d.c.1.n.5.Aymon.conſ.134,n.45.Ferretus conſ. 354.n.8.Maſcar.concl.304.à nu.13.& concl. 1145. à nu.6.& Menoch.d.lib.6.præſump.76.num. 3. Parcian.ſup.n.42.poſt Gemin.conſ.91. & allegant Bar. in l.illud.ff.de acq.hær. Et reddunt rationem, quia per ſaltum poſſet eſſe promotus, quo caſu non valet prouiſio ei facta de beneficio. Præpoſ.in c. ſolicitudo
160 52.diſt.Coraſ.d.c.1.ad fi. Nam † per ſaltum promotus eſt irregular 5, c. 1. vbi Doctores de clerico per ſaltum promoto, Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformatione.c.14.in fi.Spec.tit. de diſpenſatione,§.iuxta,ſub nu.13.Villadiego de irregularitate,c.8.de clerico per ſaltum promoto,Bernard. Diaz, & Salzedo in praxi,c.24.Nauar.c.27.nu.242.& Ferretus d.cõſ. 354.n.8.Marolus de irregul.lib.4.c.12. Vgolin. eodem tract.c.38.§.1.nu.1.Zerola in praxi Epiſcopali,2.p.verbo irregularitas,§.3.Lud.Lop. inſtructor. conſcientiæ,2.tom.2.p.c.29.Pet.Ledeſma in ſumm. de ſacram.ordinis,c.60.8.concl.2.difficultate,Vega in Eſpeio de Curas,cap.12.nu.224.& ſic intraret doctrina,de qua infra,cap.11.nu.2.quod collatio irre-
161 gulari facta eſt nulla. Quamuis † Toletus in Summa lib.1.cap.71.& Suarez 5. tom. de cenſuris, diſp. 31.ſect.1.à nu.44.& Auila de cenſuris,7.par.diſp.9. dub.2.cum alijs doceant, iſtam non eſſe irregularitatem,ſed ſuſpenſionem,ſed & Nauar.cap.25.num. 71.& conſil.1.de ſacramentis non iteran.nu.11.& Sayrus de cenſuris lib.4.cap.14.n.26. qui tamen lib. 7.cap.10.nu.39.*cum dicit irregularem,ſeu ſuſpenſum,& nouiſſimè Farin.in addit.ſumm.Tolet.de ord.cap.8.nu.7. cum dicit ſuſpenſum,& etiam irregularem.* Quod tamen ad propoſitum parum refert: nam etiam collatio ſuſpenſo facta,eſt nulla,vt infra dicetur cap.14.

162 Non tamen † eſt irregularis per ſaltum promotus reſpectu ordinum inferiorum, quos legitime ſuſceperat:nam ab vſu eorum non eſt ſuſpenſus, vt apparet ex d.c.1.& d.c.ſolicitudo, 52. diſtinctione, & tenet Enriq.in Summa lib.14.c.6.nu.3.& ſentit Sylueſter ver.irregularitas,§.11.& Abbas d.c.1.vltimo notabili,dicens, quod ordinatus præpoſterè non poteſt ſine diſpenſatione adminiſtrare in ordine ſic ſuſcepto:& nouiſſime docet Suarez d.diſp.31.ſect.1. nu.48.& Auila vbi ſupra.

163 Vnde quod † dictum eſt, non valere prouiſionẽ beneficij ei factam, non procedet in prouiſione beneficij, quod non requirit alium ordinem præter illos inferiores,quod legitime ſuſceperat, vt aliàs in ſimili docet Suarez ſup.diſp.40.ſect.3.nu.38.dicens, quando irregularitas non eſt totalis,ſed reſpectu alicuius actus, aut temporis, tunc non reddere clericũ incapacem cuiuſcunque beneficij,ſed tantum illius, quod habet annexam obligationem tali irregularitati repugnantem. quia cum hæc prohibitio naſcatur ex prohibitione circa exercitium ordinis,non poteſt amplius extendi,quam illa ex qua naſcitur:& id procedere non ſolum in irregularitate ſine peccato contracta, vt ait Nau.d.c.27.nu.252. ſed etiam in alia:nam ratio facta generaliter probat,ſi culpa non obſtante talis irregularitas nõ impedit omnẽ actum ordinis,ſed aliquem,vt in caſu cap.2.de clerico non ordinato miniſtrante.

164 Contrarium † tamen in propoſita difficultate, nempe quod ad probationem clericatus, & minorum ordinum,ſatis ſit probare, & oſtendere maiores,tenet Didac.Per.in l.1.tit.8.lib.5.ord.& Salz.in prax.Bern.Diaz. c.24. lit. A. qui ait non dubitare hanc opinionem eſſe communiter receptam, Put.
165 dec.144.lib.2.n. Vbi † fuit reſolutum in vna Conchen.paroch.quod clericatus ſufficienter probaretur per oſtenſionem quatuor minorum,in quibus Epiſcopus promouens narrabat cum per prius ad clericalem tonſuram promotum, quia probatis maioribus probantur minores,ex Bal. in l.ſi ſolemnibus. C.de fide inſtrum.nu.1.Maxime vbi illa narratiua ſit à perſona fide digna. Innoc.in c.1.circa fi.de cler.
166 Peregrin. &c. Et † in vna Leodien.canonicatus 7. Decemb.1589.coram D.Pamphilio fuit dictum, nõ poſſe dubitari de clericatu ſtante ſuſceptione maiorum ordinum,ad not.per Felin.in c. ſuper his de accuſ.Put.d.deciſ.144.& fuiſſe dictum in cauſa Meten. canonicat.25.Iunij 1584.coram D.Vicecomite, &c.
167 Et † in Bonon.canonicatus de anno 1591, coram ☞ D.Pamphilio,de qua infra 11.p.c.1.nu.70. fuit reſolutum, clericatum probari ex literis oſtiariatus, quia cum non præſumatur ordinatus per ſaltum, ideo,&c.præſertim cum agatur de clericatu inciden ter,& per literas ordinantis dicentis ſe ordinaſſe de licentia ordinarij ſufficienter dici conſtare de tali licentia, præſertim cum ſint ordines celebrati in Eccleſia cathedrali publice, vt fuit conſideratum coram D.Seraphino in cauſa Neapolitana canonicatus, &
168 dec.87.Cæſaris de Graffis,&c. Et † idem fuit reſolutum coram eodem D. Pamphilio in vna Burgen. ☞ beneficij de Portugalete 13. Nouemb.1595.nempe ex literis ſubdiaconatus probari clericatum, cum regulariter non præſumatur quis per ſaltum promotus.Put.d.dec.149.in fi.lib.2. quod ſine difficultate procedit,quando ordinarius eſt diſcretus,& prudẽs, taliter, quod niſi ſibi de præcedentibus ordinibus conſtitiſſet veriſimiliter,ſequentes non contuliſſet, vt fuit reſolutum in d.Bonon.canonicatus 24. Maij 1599 coram D.Pamphilio,& habilitatem ad beneficium ſimplex conſtare:quia idoneus cenſendus eſt, qui alias ad ſacrum ſubdiaconatum fuit approbatus,c.accepimus de ætate & qualitate, vt in cauſa Calagur.portionis de Amarita 27.Ian.1576. coram Lauretano Caputaq.367.p.2.

169 Et procedit etiam † in clericatu illegitimi, vt in vna Aſtoricen,parochialis S.Brixiani, quæ habetur dec.124.lib.2.p.3.diuerſ. vbi fuit reſolutum, Quod clericatus illegitimi probatur per literas diaconatus vbi enim dicitur per literas Decani,debet dicere per literas diaconatus, Etiamſi non fuerit promotus à proprio Epiſcopo,ſed per alium dicentem habere facultatem à proprio Epiſcopo, ſequuntur Pap. ſupra nu.14.& Maſc.d.concl.305.nu.3.

170 Bartolus † autem in dicta lege illud ſolũ dicit, quod ſi probo,quod aliquis ſit ordinatus ſacerdos, non ſequitur de neceſſitate,quod alij ordines præceſſerunt:non tamen negat, quod ita ſit præſumendũ.

Et

173 Et licentia proprij Epiſcopi probatur ſola aſſertione ordinantis, Oldrad. conſ. 215. nu. 9. Felin. in c. Albericus ſub n. 4. de teſtibus. Puteus deciſ. 359. lib. 1. & 407. lib. 2. Mohedanus d. dec. 21. nu. 3. de renuntiat. Rota in d. Bonon. canonicatus. Flam. Pariſ. qui alias deciſiones refert ſupra à nu. 66. & Io. Gutierr. can. q. 2. c. 17. nu. 30.

## De Legitimitate. Cap. II.

### SVMMARIA.

*OPortet etiam promouendos ad beneficia legitimos eſſe, ex legitimo matrimonio, nam illegitimi inhabiles ſunt ad Eccleſiaſtica beneficia, cum nec ad ordines, nec ad clericatum admittantur nu. 1.*

*Verba Concilij Trident. de ordinandorum natalibus & genere, iuxta ius antiquum intelligenda ſunt, & per ea concilium voluit excludere illegitimos filios, aut nepotes hæreticorum, & ſenes, ac neophytos n. 2. Nam Concilium ibi non intendit colligere aut alterare iura antiqua circa qualitates promouendorum. n. 3. et n. 4. adducitur declaratio S. Congreg. De illegitimorum inhabilitate ad ordines & beneficia, ſeu irregularitate, qui ſint videndi. nu. 5.*

*An expoſiti, quorum parentes ignorantur, ſint pro legitimis, an pro illegitimis habendi. n. 6. & 7. ponitur prima ſententia habendos eſſe pro legitimis, & poſſe abſq; diſpenſatione promoueri: & nu. 8. ſecunda ſententia contraria, cuius ratio ponitur, nu. 9. Et magis placet, nu. 10. & admiſſa, non poterit Epiſcopus cum eis diſpenſare. Poſſet prima ſententia poſt factum admitti propter authoritatem amplectentium. nu. 11.*

*Alia ratio pro ſecunda ſentētia adducitur, quod in dubijs tutior pars eſt eligenda. n. 12. Quæ regula vera eſt, intelligitur; & procedit generaliter quoad hoc, vt in dubio debeat, quis à faciendo abſtinere, nō tamen vt debeat ſpoliari, re poſſeſſa, vel facere votū poſitiuum, de cuius obligatione nō conſtat. n. 13. Nam tunc vitiat alia regula, quod in dubio, & pari cauſa, melior eſt conditio poſſidentis, quæ procedit non ſolū in materia iuſtitiæ, ſed etiam aliarum virtutum, n. 14.*

*Pro iſta diſtinctione facit axioma, quod turpius eijcitur, &c. num. 15.*

*Unde in dubio voti & præcepti diſtinguendum eſt inter negatiuum de non faciendo, quod eſt ſeruandum, & affirmatiuū de faciendo, quod non obliget & nu. 16 Et inde etiam procedet diſtinctio c. inquiſitioni, ver. verum de ſententia excomm. de qua late agunt relati. nu. 17.*

*Ideo in dubio non ſolum homicidij, ſed etiam alterius cuiuſcunque facti, ob quod incurritur irregularitas, cenſeri debet quis irregularis ad effectum abſtinendi & ceſſandi ab officio irregularibus prohibito. etiam in foro exteriori, poſt factam diligentiam, vt in c. ad audientiam, & c. ſignificaſti de homicidio, quæ nouum ius non inducunt, non vero vt debeat ſpoliari beneficio, &c. à nu. 18.*

*Et idē videtur in dubio iuris, vbi quis dubitat, an ſuo delicto ſit impoſita pœna irregularitatis, antequam fiat diligentia, & examen in iure & etiā poſt, dū manet dubius, quamuis vbi dubiū eſſet apud omnes, an in aliquo caſu ſit iure impoſita irregularitas, tūc nō eſſet quis cēſendus irregularis, n. 21. et 22*

*In hac materia dubij reprobantur, quędā dicta Reuelli, Thom. Sanchez, & Suarez. nu. 23. & 24. & Salas, nu. 25.*

*Licet prædicta ita ſint, non tamen videntur applicanda in propoſito de filijs expoſitis, in quoſi dubium eſſet æquale, aut fere, ob fauorem prolis melior & benignior pars eſſet ſumenda, & ideo cenſentur Chriſtiani antiqui, & ex puro ſanguine, &c. num. 26. De quadam bulla Gregorij XIV. circa hoc allegata per Enriquez. nu. 27.*

*Prædicta doctrina de inhabilitate illegitimorum fallit primo, vbi per ſequens matrimonium fuerint legitimati, nam filij illegitimi naturales efficiuntur quoad omnia, præter Cardinalatum, vere legitimi per ſubſequens matrimonium, n. 28 etiam ſine inſtrumentis dotalibus de iure canonico, n. 29.*

*Quod intelligitur per matrimonium etiam putatiuum bona fide, ſaltim vnius coniugū contractū, contra Sarmient. n. 30.*

*Secundo intelligitur, modo matrimonium non ſit clandeſtinum vel interdictum, nam tunc non legitimantur per ipſum, nu. 31 Per quod tamen legitimantur, ſi eſt validum, nu 32.*

*Filij ſpurij putatiui naturales non legitimantur per ſequens matrimonium, etiam verum, contra alios nu. 33. cuius ratio ponitur nu. 34.*

*Quod tempus, conceptionis, an natiuitatis ſit conſiderandū, vt filij iudicentur naturales, vel ſpurij, aut etiam legitimi. Et prima opinio eſt, conſiderandum eſſe tempus vtilius proli, nu. 35. Secunda eſt, inſpiciendum eſſe tempus conceptionis, nu. 36. Et prima approbata eſt per legem Tauri, nu. 37. Sed magis placet ſecunda, quamuis prima ſit approbata d. l. Tauri, qua procedet quo ad effectus iuris ciuilis, non tamen quoad hoc, vt tempus natiuitatis ſufficiat, vt alias ſint legitimi aut ſicut naturales legitimentur per ſubſequens matrimonium, &c. Et ſi dicta lex contrarium vellet in propoſito, ex defectu poteſtatis inutilis eſſet. nu. 38.*

*An filij habiti ex inceſtu, quorum parentes poſtea contraxerūt matrimonium, ex diſpenſatione Papæ, cū Eccleſiæ prolem ſuſcepā, ſi qua eſt, & ſuſcipiendā exinde legitimā decernendo, efficiātur legitimi per ſubſequens matrimoniū quoad omnia, etiā ad ſucceſſiones, fideicōmiſſa, et maioratus, an vero legitimatio iſta cēſenda ſit, ſicut ſi eſſet facta à ſummo Pontifice ſeparatim abſq; matrimonio: ita vt ſolum proſit ad ſpiritualia, & Eccleſiaſtica, nu. 39. vbi ponit ſententiam Couarruuiæ, & aliorum cenſendam eſſe eo iure, quo cenſeretur, ſi eſſet facta ſeparatim, &c. Sed contrarium tenetur nu. 40. vbi ponuntur deciſiones Rotæ.*

*Legitimatio facta diſpenſando in radice matrimonij eſt ex matrimonio, & valet ad omnia. nu. 41. & quando ſit diſpenſatio in radice matrimonij, nu. 42.*

*An legitimati per ſubſequens matrimonium admittantur ad fideicommiſſa, ſeu primogenia, ad quæ vocantur ex legitimo matrimonio nati, ſeu legitimi, remiſſiue, & reſoluitur affirmatiue nu. 43.*

*De filijs natis in figura matrimonij ex matrimonio putatiuo, an & quando ſint legitimi, remiſſiue nu. 44.*

*Secundo fallit prædicta doctrina, vbi illegitimi fuerunt per Papam legitimati, nam tunc habebuntur vt legitimi ad ordines & beneficia, nu. 45. de quo qui ſunt videndi, nu. 46.*

*Tertio fallit, vbi cum illegitimis fuerit diſpenſatum per habentem poteſtatem, nu. 47.*

*Epiſcopus diſpenſare poteſt cū illegitimis ex quocumq; etiam dānato coitu ad minores ordines, & beneficiū ſine curatū, cum ſunt honeſtæ vitæ, & virtute prædicti: nam in iſta diſpenſatione facienda per Epiſc. requiritur cauſa, &c. n. 48. & ſeq. Nec poteſt cum eis diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum ſimplicium, vt plura poſſint retinere, nu. 50.*

*Ad maiores ordines, & beneficia curata nequit Epiſcop. diſpenſare, ſed requiritur diſpenſatio Papæ, nu. 51. quantumuis magna ſubſiſtente cauſa vtilitatis ſeu neceſſitatis Eccleſiæ. num. 52.*

*Ad dignitates etiam, vel perſonatus etiam ſine cura ſolus Papa poteſt cum illegitimis diſpenſare cum communi contra Gambarum, à num. 53.*

*An Epiſcopus poſſit cum illegitimis diſpenſare in canonicatu Eccleſiæ cathedralis nu.57, & nu.58. ponitur ſententia affirmatiua communiter recepta quæ fundatur nu. 59. Contraria tamen ſententia ponitur nu. 60. & eius fundamenta cum 3.ſeqq. vbi eis reſpondetur.num.65. ponitur ſententia Maioli, ad canonicatum in cathedrali Epſcop. olim potuiſſe diſpenſare iuxta primam ſententiam, & hodie, quia omnes canonicatus cathedralium annexum habent ordinem ſacrum, diſpenſare non poſſe. Pro qua eſt doctrina gloſſæ, quod Epiſcop. non poteſt diſpenſare in beneficio requirente ſacrũ ordinem, etiamſi non requirat cum actu ſed poſt.nu.66. & ſeqq. Quæ ſententia Maioli videtur tenenda, ita tamen, quod cum illegitimo ad ſacros ordines diſpenſato poſſit Epiſcop. etiam hodie ad canonicatum diſpenſare, n.68. & idem in portionibus Eccl. cathedralis, ſecus tamen in canonicatu collegiatæ, & dimidijs portionibus.nu 69.*

*Circa diſpenſationem illegitimorum quæ ſunt videnda.nu 70.*

*Hodie per Papam diſpenſatur cum illegitimis ad obtinenda quæcunque beneficia præter dignitates, ac canonicatus in cathedralibus ac principalem in collegiata, dummodo plura non ſint, &c. de qua clauſula remiſſiuè nu. 71.*

*An in impetratione ſit facienda mentio de diſpenſatione n. 72. vbi reſoluitur, quod non, quando eſt executio diſpenſationis iam factæ. ſecus in ſecunda diſpenſatione, ſeu vbi additur diſpenſatio diſpenſationi nu. 73. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Stante in ſupplicatione clauſula & quod oratoris diſpenſationes habeantur pro expreſſis, valeret impetratio, etiamſi adderetur diſpenſatio diſpenſationi, nu. 74.*

*Quæ clauſula tempore Sixti V. non dabatur quoad diſpenſationem ſuper defectu natalium, ſed per reuiſores in ſupplicatione addebatur non tamen ſuper defectu natalium, nu. 75*

*Tempore etiam Sixti V. erat ſtylus non conferre beneficia illegitimis, etiamſi alias fuiſſent diſpẽſati: & ſic ratione illius ſtyli tunc videbatur neceſſarium exprimere diſpenſationem* 6 *ſuper defectu natalium in impetratione, etiã quod eſſet executio diſpenſationis. n. 76. vt in deciſ. Rotæ poſita. n. 77.*

*Hodie non viget dictus ſtylus, et ideo ſtandum erit in ſupradicta reſolutione, n. 78. De quo an in ſecunda diſpenſatione ſeu gratia ſit faciẽda mentio de alia priori, &c, remiſſiuè n. 79.*

1 OPortet † etiam, promouendos ad beneficia legitimos eſſe, & ex legitimo matrimonio, nam ſpurij & alij illegitimi inhabiles ſunt ad Eccleſiaſtica beneficia, cum nec ad ordines nec ad clericatũ admittantur, c, innot. de elect, & c. fi. de filiis presb, c. eod. tit. in 6. cum alijs. Facit etiam Conc. Trid, ſeſſ. 22. de refor, c. 20, ibi, De ipſorum ordinandorũ natalibus,
2 & c. 7. ibi, Ordinandorum genus. Quæ † verba iuxta ius antiquum intelligenda ſunt, & perea Concilium voluit excludere illegitimos, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, vt in c. 1. ſeſſ. 7. & c. 1. ſeſſ. 24. de refor. de quibus hic agitur, & filios, aut nepotes hæreticorum iuxta c. 2. §. hæretic, & c. ſtatutum 3. de
3 hæretic. in 6. & ſeruos vt in tit. de ſeruis non ord. ac Neophytos iuxta c. 1, & 2. 48. diſt. & c, cõſtituit, 17. q. 4. Nã† illa decreta Concilij nõ intendũt corrigere aut alterare iura antiqua circa qualitates promouẽdorum, vt apparet in d. c. 2. ibi, Ac alijs, quæ à ſacris canonibus requiruntur, & in d. c. 7. ibi; Antiquorum canonum veſtigijs inhærendo, Salzed. in pract. crim. Bernard. Diaz. c. 22. nu. 24, D. Sahagun. c. eam te, de reſcript. n. 23. Enriq. in ſum. lib. 10. c. 17. §. 2. in gl. litera G. Auila de cenſ. 7. p. diſp. 4. dub. 4. 3, cõcl, Man. Rodriguez in ſumma 1. tom. c. 159, n. 2. & q. regulatium 1. tom. q. 24. art, 74. *Et poſthæc Thomas Sanchez*

*in præcepta Decalogi lib. 2. c. 38. num. 15. Etiã alias S. Congreg. Concilij cenſuit, Quod per illa verba ordinandorum genus, non excluditur filius Neophyti. & in una Patav. 11. Iun. 1591. & nullius 3. Iul. eiuſdem anni eadem S. Gong. Concilij ita cenſuit.*

5 Et de illegitimorum † inhabilitate ad ordines, & beneficia, ſeu irregularitate, & eius materia, videndi ſunt vltra ordinarios in tit. de filijs presbyterorum, præſertim in 6. Hoſt. in ſumma eod. tit. Albert. Trocius de vero & perfecto clerico lib. 2. c. 1. & 2. Lambert. de iur. patron. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 11. Rebuffus in praxi tit. de diſpenſatione ſuper defectu natalium, Corraſ. de benef. 3. p. c. 13. Duar. lib. 4. c. 5. Pet. Greg. eod. tract. c. 5. Villadiego de irregular. c. 10. verſ. dixi vlterius quod illegitimus, & latiſſime Maiolus eod. tract. lib. 1. à c. 4. ad 10. Mandoſ. de ſignat. grat. tit. de diſpenſatione ſuper defectu nataliũ Bernard. Diaz. in pract. crim. c. 14. & ibi late Salz. Paleot. de nothis & ſpurijs, præcipuè c. 57. Menoc. de arbitrar. lib. 2. caſu 201, à nu. 35. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4. q. 4. à num. 8. Vgol. de regular. c. 44. l. 12. tit. 6. p. 1. & ibi Gregor. Lop. Nau. in Manuali c. 27. n. 201. & in conſilijs tit. de filijs presbyterorum, Angelus, Sylueſter, Roſella, Armilla, & alij Summiſtæ verb. illegitimus, Candelabrum aureum tit. de irregular. à n. 107. ad 127. & in appendice c. 2. de illegitimis Lud. Lop. inſtructorio conſcientiæ 2. tom. 2. p. c. 23. Manuel Rodriguez in ſum. 1. tom. c. 16. & q. regul. 1, tom. q. 13. Petr. Ledeſ. in ſum. de matr. c. 34. Tolet. in ſum. lib. 1. c. 58. & in editione Romana, Sayrus de cenſuris lib. 6. c. 10. & Suarez 5. tom. diſput, 50. & Auila de cenſur. 7. p. diſput. 3, dub. 6. & ſeqq.

Et an expoſiti, quorum † parentes ignorantur, ſint pro legitimis, an pro illegitimis habendi, & abſque diſpenſatione poſſint promoueri, grauis difficultas eſt,

7 In qua prima † ſententia eſt, habendos eſſe pro legitimis, & poſſe abſque diſpenſatione promoueri; nam multi etiam legitimi exponuntur, & ſic cum veritas non poſſit conſtare, fit interpretatio in meliorem partem, & in fauorem prolis videtur declinandum, ad d. c, ex tenore, qui filij ſint legitimi, iuxta fauorem prolis potius declinamus. Quam ſententiam tenent Anan, in c. 1, nu. 11, de infant, expoſ. Felin. in c, cum deputati num. 1. de iudic, Germon, de public. concubinar, verb. qui etiam filios nu, 90. Paleotus dicens receptũ d. tract. c. 63, Menoch. caſu 396. Man. Rodrig. d. q. 13. art. 1. & q. 14. art. 3. & D. Ioan. Vela. de pen. delict. c. 9. Salas 1. 2. tract. 8. diſp, vnica ſect. 24 nu. 246. *& ſequitur Mandoſ. de ætate minori c. 1. num. 24. dicens tamen, quòd facilè contrario opinio ſuſtineri poſſet, quia Romæ videmus expoſitos apud hoſpitale S. Spiritus pro ſpurijs haberi, nominari & tractari ab omnibus, &c. & nouiſſimè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 35. à numero 31.*

8 Secunda ſententia † eſt contraria, quam tenent Couar. in Cle. ſi furioſus in prin. 1. p. n. 9. Maiol. ſup. c. 11. Salze. d. c. 14. litera C. verſ. ſed huic loco, Vgol. d. c. 44. § 7. nu. 1. Candelabrum aureum ſupra de irregul. à nu. 120, Enriq. in ſumma lib. 11. c. 20. §. 2. lib. 14, c. 8. §. 10. Lud. Lop. d, c. 23. Man. Rod. c, 161. n. 1. Gab. Vazq. 1. 2. diſp. 66. n. 48. Tol. d. c. 5. & Layrus d. c. 10, n. 39. Auila ſupra dub. 9. Reuellus de obl. iuſt. 2 p. li. 1. q. 2. n. 15. & eã videtur tenere Caſtillo 1. 2. quotidianarum

cidianarum controuerſiarum cap. 19. num. 51. cum Homedeo conſil. 47. lib. 2. nu. 23. *Et ante eos Hoſtienſ. in ſumm. tit. qui filij ſint legitimi, num. 8. & quod hæc ſecunda opinio magis practicatur, viditque ſæpius in ſimilibus diſpenſationes expedire in Rom. Curia, tradit Piaſec. in praxi Epiſc. par. 1. cap. 1. num. 27.*

9 Et ratio eſt, cum hic coniecturis † ſit agendum, nõ ſolent filij legitimi exponi, ſed potius qui naſcuntur ex furtiuis & fornicarijs congreſſibus: & verosimilius eſt eos contra matrimonium naſci, qui ſic à genitoribus contemnuntur, & ait Vgolin. ſe vidiſſe re ipſa per multos annos, quibus animarum curam geſſit, ſolum ex fornicatione, & illegitima copula natos exponi: & quamuis Doctores citati exempla nonnulla afferant. plura afferri poſſe contraria. *Et Rota deciſ. 780. nouiſſ. Farin num. 3. ait: quòd expoſitio infantis repugnat valde legitimæ filiationi.*

10 Et hæc ſententia magis placet, nam re vera ita eſt, vt experientia docet, quod quamuis aliqui legitimi exponantur, tamen hi ſunt pauciſſimi: & fere omnes qui exponuntur, ſunt illegitimi, & ex centum qui exponuntur, certum eſt pluſquam 90. eſſe illegitimos, & ita expoſiti communiter reputantur, & dicuntur ex copula illicita, & ab eo quod fere ſemper fit videtur interpretatio ſumenda, quam ab eo quod aliquando, ſed raro fit, quamuis id ſit melius, & benignius. Et admiſſa hac ſententia non poterit Epiſcopus cum eis diſpenſare ad ſacros ordines & curata, cap. 1. de fil. presb. in 6. contra Couarr. Enriq. Lop. & Auilam. *Piaſecius d. 1. par. cap. 1. ſub num. 60. & alias Sa. verb. diſpenſatio num. 10. & Salas de legib. diſput. 20. ſect. 3. num. 28. dicentes probabile, quod in dubio an res egeat diſpenſatione, poteſt Epiſcopus diſpenſare in lege ſuperioris. Quibus concinnit quod ait Suar. de relig. 2. tom. lib. 6. de voto cap. 26. nu. 6. & Thom. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 10. num. 74. & lib. 4. cap. 40. num. 26. & 80. quòd quando eſt dubium, aut diuerſæ opiniones, de voti reſeruati valore, ſeu an ſit reſeruatum poteſt Epiſcopus in eo diſpenſare: quod non placet.*

11 Poſſet tamen prima ſententia † poſt factum admitti propter authoritatem DD. eam tenentium, ſecundum Couar. Salz. Vgolin. Enriq. Lud. Lop. Man. Rod. dict. num. 2. Auil. vbi ſupra, & vtramque dicit probabilem P. Ledeſma dict. cap. 34. 8. diffic. & Suar.
12 dict. diſp. 50. ſect. 4. Aliam † rationem pro ſecunda ſententia adducit Gabr. Vazq. ſup. quod in dubijs tutior pars eſt eligenda, cap. illud de clerico excommunicato miniſtrante. vt in dubio homicidij cenſeri debet quis irregularis, cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti. 2. de homicid. Eandem rationem adducit Toletus ſupra dicens, quod in dubijs debemus potius reputare eos irregulares. Eſt autem maxime dubium, imò & probabile, ex illegitimo natos eſſe concubitu. hi enim frequentius exponuntur. Eam etiam adducit Ruell. ſupra dicens, quod quando parentes omnino latent, dubium eſt facti vt minimum æquale: ergo vt in caſu homicidij dubij debet ſe quiſquam pro irregulari gerere.

13 Et quidem vera eſt illa † regula quod in dubijs tutior pars eſt eligenda, quæ intelligitur, & procedit generaliter quoad hoc, vt non poſſit quis facere id, de quo eſt dubium an ſit prohibitum, ſed debeat ab illo abſtinere: non tamen procedit quoad hoc, vt in dubio debeat quis ſpoliari, ſeu priuari re poſſeſſa, vel facere actum poſitiuum, de cuius obligatione nõ
14 conſtat. Nam † tunc intrat alia regula, quod in dubio & pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, reg. in pari. lib. 6. quæ procedit non ſolum in materia iuſtitiæ, vt aiunt Gabr. Vazq. ſup. diſp. 65. num. 13. & 14. & Açor. inſtit. moral. 1. par. lib. 2. cap. 19. q. 10. & *lib. 11. cap. 15. queſt. 2. Sair. in claui Regia lib. 1. capit. 13. num. 36. Sanch. & in præc. Decal. lib. 1. cap. 10. ex num. 9.* & M. Fr. Anton. Perez nunc Generalis Ordinis S. Benedicti Hiſpaniæ certamine 10. ſchol. num. 131. & *ſeq. & nouiſſimè Fr. Raph. de la Torre de relig. 1. to. queſt. 88 art. 3. diſp. 3.* ſed etiam aliarum virtutum, vt rectius aiunt Tho. Sanchez de matr. lib. 2. diſput. 41. quæſt. 3. & Suar. 5. tom. diſp. 40. ſect. 5. num. 15. & ſect. 6. & de relig. 2. tom. tract. 15. lib 2. cap. 33. & tract. 6. lib. 4. cap. 5. & ſeq. qui tamen non perceperunt vim *primæ regulæ quam è contra nimis ampliat Lorca 1. 2. diſput. 38. de act. human. reſtringens alteram regulam, vt non habeat locum niſi in rei materialis poſſeſſione, &c.*

15 Pro † qua diſtinctione facit illud axioma, de quo in capit. quemadmodum de iureiuran. quod turpius eijcitur. *Facit etiam declaratio illa communis, de qua infra 11 part. cap. vlt. à num. 9. in leges pœnales imponentes pœnam ipſo iure ſeu ipſo iure ſeu ipſo facto, nempe inter eam quæ conſiſtit in mera priuatione, & non requirit aliquam actionem ſeu executionem poſitiuam, ſeu primam rei acquiſitionem impedit, quòd obligat in conſcientia ad pœnam abſque alia iudicis ſententia, & inter eam quæ requirit aliquã actionem ſeu executionem poſitiuam, ſeu imponitur in re iam quæſita, quod non obligat in conſcientia ad pœnam ante ſententiam, &c. Quæ differentia in eo nimirum eſt, quòd facilius obligatur quis ad non faciendum ſeu non acquirendum, & ad abſtinendum ſe ab actu & acquiſitione, quàm ad faciẽdum actum poſitiuum & ſpoliandum ſe re poſſeſſa.*

16 Vnde in dubio † voti diſtinguendum eſt inter votum negatiuum de non faciendo, quod eſt ſeruandum, & affirmatiuum de faciendo, quod non obligat, & ſimiliter in dubio præcepti inter præceptum negatiuum, & affiurmatium.

17 Vnde etiam procedit † diſtinctio cap. inquiſitioni verſ. verum de ſent. excom. de qua late agunt Nauar. in cap. ſi quis autem de pœn. dict. 7. num. 9. Couar. in 4. 2. par. cap. 7. §. 2. num. 7. Corduba lib. 3. quæſt. 5. & 8. Bart. Med. 1. 2. quæſt. 19. 6. P. Ledeſ. de matr. q. 45. artic. 1. Gab. Vazq. dict. diſp. 66. ex num. 9. Aſor. dict. lib. 2. c. 18. & Thom. Sanchez ſu. & Doctor. per eum relati, & Salas ſup. ſect. 20. 21. & 22. & Suar. d. capit. 5. num. 17. Lorc. ſu. *& fr. Baſil. de Leon. de imped. matrim. cap. 36. num. 2.*

18 Et ideo in dubio † non ſolum homicidij, ſed etiam alterius cuiuſcumque facti, ob, quod incurritur irregularitas, cenſeri debet quis irregularis ad effectum abſtinendi, & ceſſandi ab officio, & opere irregularibus prohibito, etiam in foro exteriori, propter periculum errandi contra ſalutem animæ, & etiam poſt factam diligentiam, quidquid tunc dicant Enriq. l. 1. 4. cap. 3. §. 4. & cap. 14. §. 3. & cap. 15. §. 5. & Auil. de cenſur. 7. p. diſp. 2. dub. 5. vt in dict. cap. ad audientiam & c. ſignificaſti, 2. de homic. quę nouum ius nõ inducunt, Gab. Vazq. *dict. diſp. 65. num. 9. Sanchez ſupra, maxime d. cap. 10. num. 15. & 48. & fr. Baſil. ſuprà.* quicquid velint Thom. Sanchez ſup. & Suar. d. ſect. 6. & dict. cap. 31. num. 2. *dict. cap. 5. num. 16. & fr. Raph. de la Torre dict. diſput. 3. ad finem*, ſed ex d. 1. regu. generali obligationem per exiſtentem declarant, & de iure reſpondent, non vero quoad hoc, vt debeat ſpo-

dictum fuit, quod præſentetur ſacerdos, vel Cappellanus qui Miſſas celebret, & Decius conſ. 129. ſub n. 5. vbi in fundatione cauebatur, quod præſentaretur presbyter, & in iſtis terminis procedit deciſio facta coram R.P.D. Blanchetto in cauſa Parmen. iuris patronatus, ſub die 8. Iunij de anno 1573. & alia facta coram R.P. D. Orano in cauſa Firmana iuris patronatus, die 16. Nouemb. 1582. & ita Domini vnanimiter reſoluerunt.

80 In eadem † coram eod. 14. Nouemb. 1586.

Fuit reſolutum non conſtare de ſufficienti ætate Domini Pauli, ita quod potuerit præſentari ad Capellaniam, de qua agitur licet enim Domini admittant, ex teſtibus probari clericum de tempore præſentationis attigiſſe 24. annum per quatuor menſes; dixerunt tamen hanc ætatem non ſufficere, quia cũ illa Capellania, vt fuit reſolutum, habeat annexum ordinem ſacerdotalem, ſaltem aptitudine, ſeu habitu, debet præſentatus tempore præſentationis eſſe in ea ætate, quam annexus ordo requirit, & ſic attigiſſe 25. annum, iuxta Clem. vltimam de ætate & qualitate. Ita notat gl. in c. ei cui, in verbo, ætate de Præbendis in 6. quam omnes ſequuntur, Ioan. Andre. num. 1. qui licet dicat hanc opinionem non modicum rigoris habere in eo, qui eſt ita proximus ætati legitimæ, quod ante aduentum priorum temporum ordinandus inchoaſſet 25. annum adeo quod ob defectum ætatis non impediretur, quominus in illis proximis temporibus poſſet fieri ſacerdos, ſubdit tamen nimis præſumptuoſum eſſe hoc aſſentire dicere, & conditoris eſſe & non gloſſatoris huic æquitati prouidere. Idem notat Butr. ibi. nu. 12. Franc. num. 13. Gemin. nu. 10. & alia gloſ. in cap. ſi eo tempore, & ibi Franc. nu. 10. de reſcript. in 6. Abbas in c. cum in cunctis. §. inferiora. num. 10. vbi quod annus non datur ad complendam ætatem, ſed vt is, qui tempore præſentationis eſt legitimæ ætatis, quanto citius, ſtatutis tamen temporibus ſe promoueri faciat, & ibi Decius gloſ. quarto nota, num. 11. de electione, Roman. conſ. 35. nu. 1. Rochus de iure patronatus, verbo honorificum, num. 23. Lamber. lib. 2. p. 1. quæſt. 7. artic. 29. ſub num. 4. late Roland. conſil. 47. ſub nu. 59. lib. 1. qui alios allegat, & ita Domini concluſerunt.

81 Eandem ſententiam † videtur tenuiſſe Rot. in d. Lucana Capellaniæ 4. Decemb. 1595. coram. D. Gipſio. in qua fuit dictum; Quod quando verba reſpiciunt actũ præſentationis, ſcilicet præſentetur presbyter, tunc præſentandus debet eſſe actu ſacerdos: ſi vero verba presbyterum ſignificantia proſecutionem præſentationis reſpiciunt, vt ſcilicet præſentetur qui celebrare teneatur, tunc ſatis eſt, quod ſit habitu presbyter, quamuis non ſit actu, &c.

82 Tertia ſententia † eſt, quod prima ſententia procedit in fundatione laici, ſecunda vero in fundatione perſonæ Eccleſiaſticæ, ita Ioan. Guttier. d. conſ. 1. nu. 18. in additione vltimæ editionis, ex Lamber. d. quæſt. 7. art. 29. nu. 3. Ferret. d. conſ. 305. cuius opinionem ita ſaluat & intelligit, ſequitur Aſor. 2. par. lib. 6. c. 24. quæſt. 3. & 4.

83 Sed re vera † quantum ad hoc nõ videtur eſſe differentia inter fundationem perſonæ Eccleſiaſticæ, & laici: nam ſi in fundatione laici illa verba important, quod ſit ſacerdotalis actu, idem etiam importabunt in fundatione perſonæ Eccleſiaſticæ, & e cõtra, ſi in fundatione perſonæ Eccleſiaſticę nõ important, quod ſit ſacerdotalis actu, ſed aptitudine, idem erit in fundatione laici: nam hic attẽdenda ſunt verba fundationis & eorum vis. Nec † Lamb. d. ar. 29. n. 3. facit iſtam differentiã, ſed ſolũ facit differentiam, quantum ad derogationem fundationis per clauſulas generales gratiæ, nõ obſtãtibus iuxta Collectorẽ deciſ. 1. de Præbendis in nouis, de quo infra à n. 116.

84

85 Quarta ſententia † vera & tenenda eſt, Capellaniam non eſſe ſacerdotalem, nec actu, nec aptitudine ex eo, quod in fundatione dicator Capellanũ debere celebrare Miſſas, ſeu diuina officia, ſed poſſe prouideri ſimplici clerico 14. annorum.

86 Et ratio eſt, quia niſi expreſſe caueatur, quod per ſe ipſum hoc agat, ſatis cenſetur prouiſum voluntati fundatoris, ſi per alium celebrari faciat, nec requiritur perſonalis reſidẽtia, ex quo ſumus in beneficio ſimplici, in quo ex generali cõſuetudine non requiritur reſidentia, vt ſupra dictum eſt 3. p. cap. 2. à num. 3. Lapus allegatione 36. ſeu 35. nu. 2. & 4. & allegatione 116. & 117. num. 2. vbi Mandoſ. Felin. in cap. cum omnes de conſtit. ſub num. 32. & ibi Dec. 2. lectura, num. 55. Millis in repertorio verb. beneficium ſimplex. Ferrettus conſ. 112. Hoieda de incompatibilitate beneficiorum. 2. par. 1. nu. 2. Zerol. in praxi Epiſ. verb. beneficium, §. 7. 1. 2. & 3. concl. 8. concluſ. principali, Zecch. de republ. Eccleſ. d. cap. de beneficiatis, num. 4. verſ. ad dignoſcendum vero, Emmanuel Sà ex cõgregatione Concilij verb. beneficium, num. 28. & verb. reſidentia, num. 10. Aſor. 2. par. lib. 3. cap. 8. quæſt. 5. ad finem, dicens *nunc conſuetudine receptum eſſe, vt Capellani ſimplex tantum beneficium habentes liberi ſint ab obligatione reſidẽdi, hoc tamen locum habere in his Capellanijs, quibus nullum præceptum reſidendi eſt impoſitum ex peculiari ipſarum inſtitutione, vel priuilegio, vel ſtatuto; vel conſuetudine ſpeciali*, &c. Azeued. conſ. 20 à num. 4. qui in fine ponit declarationem Parm. adductam, num. ſequen. Gratian. deciſ. 155. *& diſcept. for. c. 73. nu. 10. & c. 133. a nu. 1. Vgol. de offi. Epiſcopi c. 14. nu. 5. & c. 50. §. 8. nu. 5. & Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. nu. 32. & 33.* & nouiſſime Perez de Lara de anniu. & Capel. lib. 2. c. 7. nu. 7. & c. 8. nu. 42.

87 Et ſic † cenſuit S. Congregatio Concilij in vna Parmen. his verbis. *Epiſcopus non poteſt cogere obtinentem Capellaniam, vt ipſemet celebret, licet in eius fundatione diſponatur quod rectores celebrent; nam iſtis oneribus miſſarum recte per ſubſtitutum ſatisfit. Alia. Habens capellaniam non tenetur promoueri ad ſacerdotium, niſi in fundatione cautum ſit, vt Capellanus per ſe ipſum Miſſas celebret, ſed debet curare, vt per alium Miſſæ in illa celebrentur. Neque erit ſatisfactum oneri, ſi Miſſæ in alia Eccleſia celebratæ erunt, nec perſonalem reſidentiam requirit, niſi aliter in fundatione cautum eſſet. Et in vna Aquilana ait, Capellani, qui in eorum Capellanijs reſidentiam requirentibus perſonalem inieruiunt per ſubſtitutus, non ſunt cogendi ad perſonaliter reſidendum, antequam inſpiciantur verba fundationum dictarum Capellaniarum. eſt alia declaratio, quæ ſic ait, Conſulta fuit Congreg. Concilij, an capellania inſtituta a teſtatore cum his verbis, vt beneficiatus ipſius capellæ omni die, ſeu ſaltem quinquies in hebdomada, celebrare teneatur: & ſi negligens fuerit, ipſe beneficiatus incurrat pœnam ſolidorum duorum,*

*cenſeatur*

*ni seruiret, & nisi habitaret, & seruiret, posset amoueri, & de alio prouideri. Quæ tamen declaratio difficultatem patitur in eo quod ait fuisse dictum in illa Casalen. nam talis capellania videbatur requirere residentiam personalem, ad id enim requiri videtur habitatio domus. Sed Congregatio intellexit eam requiri, vt commodiùs seruiat, vel faciat de seruiri.*

88 Et fuit † resolutum per Rotam in vna Brixien. capellaniæ 2. Martij 1598. coram Dom. Litta, Quod capellania non requirit personalem residentiam, nisi fundator iusserit, quod capellanus per seipsum inseruire teneatur. Lap. alleg. 36. quia ex generali consuetudine beneficia simplicia personalem residentiam non requirunt; & licet id non procedat, vbi liquido constat de particulari consuetudine in contrarium, ad consil. 170. lib. 2. cum alijs, tamen ad eam probandam non sufficit probare prædecessores residisse, & per seipsos inseruisse, cum simus in materia facultatiua: sed quod id fecerint coacte, & non voluntarie. Quod satis difficile erit, iuxta notata in capit. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. &c.

89 Vnde apparet † falsum esse, quod ait Nauarr. cons. 6. num. 3. de clericus non resid. quod verbum, interfit, cantet, vel seruiat, in fundatione capellaniæ positum, tantum importat, quantum verbum, resideat; quod intelligitur de residentia personali: nam licet verum sit de verb. interfit, vel assistat, non tamen de verb. cantet, vel seruiat, nisi aliunde id colligatur, vt apparet declarationibus adductis num. 87. & 93. & alijs allegatis. Vnde etiam non videtur verum, quod dicit Açor 1. part. lib. 10. cap. 24. quæst. 7. ad fin. & cum eo Perez de Lara lib. 2. cap. 8. numer. 43. quod si fundator capellaniæ dixerit, volo quod presbyter ad hanc capellaniam electus sacris operetur quotidie, tunc persona sacerdotis censetur electa, ita vt per se ipsum debeat celebrare, quia verba diriguntur ad personam. Quod est contra dictas declarationes, & alia allegata quę loquuntur etiam vbi verba diriguntur ad personam. Placet tamen quod dicit idem Perez de Lara dict. lib. 2. cap. 7. num. 6. quod capellaniæ habent residentiam personalem, quando vltra missarum celebrationem habēt onus adiuuandi curatum in cantando, & alijs similibus: & vbi imponitur interessentia, seu assistentia, & residentia chori, censetur iunctum seruitium personale, non solum chori, sed etiam missarum,

90 Addo quod † appellatione clerici venit simplex clericus primæ tonsuræ, cap. 1. 21. dist. Gloss. & DD. in cap. 2. de præbend. l. 1. in fine, & ibi Gregor. tit. 6. par. 1. Abb. in rubr. de vita & honestate clericorum, Aufrerius in repetitione Cle. de officio ord. in princ. num. 1. Rebuff. de congrua num. 19. Lambert. dicta quæst. 7. art. 2. Caldas Pereira in dict. l. si curatorem habens, verb. læsis num. 104. Mendez de Castro in l. cum oportet, C. de bonis quæ liberis num. 166. & Zauallos quæst. 524. ad finem, dicens notabile, & ad causas capellaniarum, in quibus clerici generaliter vocantur: quod est intelligendum de clericis primæ tonsuræ, & Carillo in itinerario ord. sect. 7. num. 2.

91 Et hanc quartam † sententiam videtur tenere Zerola dict. §. 7. 4. & 5. conci. 8. conc. princip. vbi ait, in capellania requirente missarum celebrationem simpliciter posse beneficiari clericum, qui non sit actu sacerdos, cum possit per alterum deseruire, Et Marc. Anton. Gen. dict. cap. 24. num. 11. dicens notandum quod si testator mandauit, quod eligatur capellanus sacerdos, tunc sacerdos, eligi debet, & secus si dixerit, quod capellanus celebret, nam tunc potest huic oneri missarum satisfieri per substitutum, cum non sit electa industria personę, & qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, Lap. dict. alleg. 116. & 117. & quod ita censuit S. Congreg. ac proinde potest conferri non sacerdoti: & quod ita debet intelligi Lambert. dict. articul. 27. Tenet etiam hanc quartam sententiam Gratian. dict. dec. 155. *Et disceps. for. cap. 133. à num. 10.*

93 Et hæc quarta † sententia est in terminis approbata per S. Congregat. Conc. vt apparet ex declarationibus sequen. super cap. 5. sess. 25. de refor. Prima, Potest conferri simplici clerico capella habens onus celebrandi missas, nisi in fundatione cautum sit, vt per se ipsum celebret. Secunda, Stante fundatione capellæ cathed. Pistor. sub his verbis testatoris, quod capellanus debeat celebrare diuina officia, die, nocteque, sicut cæteri capellani faciunt, Dubitatur, vtrum capellanus iste debeat esse presbyter, Congregat. Concil. censuit, ex istis verbis positis in fundatione huius capellæ, non censeri necessario quod capellanus debeat esse presbyter. Quæ declaratio habetur etiam in declaratione Abulen. infra adducta num. 99. *Et est alia declaratio supra adducta 3. par. cap. 4. num. 15.*

94 Qua † declaratione Pistor. attenta, Rota in dict. Ro. capel. 1. Ian. 1589. coram D. Pamphilio mutauit sententiam & recessit à resolutis, amplectendo hanc sententiam, vt apparet ex ipsa decisione, quæ sic se habet: Domini attenta resolutione illustrissimorum Dominorum, S. Conc. interpretum in causa Pistor. quod præsentandus non debeat esse presbyter, ex eo quod in fundatione dicatur capellanum debere celebrare diuina officia, quia iuxta allegat. Lapi 36. nisi expresse caueatur, quod per se ipsum hoc agat, satis censetur prouisum voluntati testatoris, si per aliū diuina celebrari faciat: ad reg. qui per alium, &c. Et tradit Card. in c. de multa in fi. vers. quanto, &c. de præb. recesserunt à resolutis in hac causa, & dixerūt capellaniam non esse sacerdotalem, quia ex verbis fundationis non astringitur capellanus ad deseruiēdum capellę in diuinis, & missam celebrare per se ipsum: & cum simus in beneficio simplici, in quo ex quadam generali totius orbis consuetudine non requiritur residentia, vt post Cardin. ibi dit Imol. in cap. fin. num. 9. de cler. non residen. sufficit quod deseruiatur per substitutum, ad not. in cap. super eo de præb. in 6. Lap. alleg. 36. sub num. 4. & alleg. 117. sub num. 2. Cardin. dict. cap. de multa in fi. Dec. cap. cum omnes 2. lect. de constitut. cum alijs allegatis. Non obstat, quod in hoc casu verba fundationis videantur directa in personam ipsius capellani, cum dicant, quod beneficium pro tempore obtinens certas missas in qualibet hebdomada, in eadem capella celebrare deberet, quia illa non respiciunt actum ipsum celebrationis missarum ab ipsomet capellano; sed potius sunt posita ad denotandam obligationē, & onus, quod nō sit ita impositum capellano, quod per alium explere non possit, quia alias cum à iure personalis residentia nō requiratur, poterit per aliū inseruire, ex prælegatis: vltra quod in casu resolutionis Congr. verba erant directa ad capellanum, prout etiam in casu allegationis Lapi, vbi testator

man-

mandauit dimidiam ſuorum bonorum presbytero eligendo dari pro celebrandis miſſis. Quod dicitur in caſu dec. Piſtor. non fuiſſe factam mentionem celebrationis miſſarum, ſed tantum diuinorum, tollitur per rationem deſeruire per alium, quæ militat vtroque caſu: & eo magis venerunt Domini in hanc ſententiam, quia concurrit mens fundatoris, quæ colligitur ex præſentatione ab ipſomet facta de Hieronymo de Longonibus, qui huic capellæ deſeruiuit per ſubſtitutum. Pariſ. conſil. 56. nu. 19. lib. 4. & poſtea fuit fere ſemper poſſeſſa à ſimplicibus clericis, qui miſſas per alios fecerunt celebrari, l. ſi de intentione. ff. de legibus Ann. conſil. 101. cum ſimilibus.

95 Eandem † ſententiam tenuit Rot. in d. Forol. ſupra adducta num. 66. & in d. Lucana capellaniæ 17. Decembris 1593. ſupra relata nu. 71. & in vna Cæſarauguſtana beneficij 4. Maij 1594. coram Domino
96 Mantica, 4. in qua fuit † reſolutum, quod in capellania, ad quam teſtator, ſeu fundator vocat conſanguineos, & in pari gradu vult præferri magis idoneum ſcientia, doctrina, & moribus, præferendus eſt ex duobus præſentantis in pari gradu is, cui ordinarius fecit inſtitutionem, qui præſumitur magis idoneus iuxta diſpoſitionem teſtatoris, nam in his multum præſumitur pro ordinario, Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. verſ. peracto. Et fuit reſolutum in pluribus cauſis, & accedebat, quod ille præſentatus fuit ab omnibus patronis, alter vero à duobus iuratis tantum, qui cũ fint nominati, nomine collectiuo, habent tantum vnam vocem, Felinus in cap. paſtoralis de reſcript. num. 9. Iaſ. in l. iuris gentium, §. fi. ff. de pactis nu. 13. Abb. conſil. 57. 1. p. & Dec. conſ. 122. Selua de benef. 2. p. q. 17. nu. 5. Roch. verb. ipſe velis q. 3. Lamber. 2. p. 1. lib. q. 1. art. 28. Prob. ad Monach. in rub. de iure patr. in 6. à nu. 15. Creſcen. dec. 3. & 4. de iure patr. & Rota dec. 408. 1. p. diuer. Accedebat etiam, quod ille erat conſanguineus per lineam maſculinam, alter vero per femininam, vnde ceteris paribus eſt præferendus. Nec obſtare, quod alter eſſet actu ſacerdos & ſic præſumatur magis idoneus. Lamb. 1. par. 2. lib. q. 7. art. 27. 28. & 29. quia hoc ceſſat ſtante iudicio ordinarij, iuxta dicta. Nec etiam obſtare capellanũ debere eſſe ſacerdotem, cum deberet celebrare, quia cum non requiratur ſacerdotium in actu præſentationis, non eſt ſacerdotale beneficium, vt fuit reſolutum in d. Romana capellaniæ coram D. Pamphilio, *& pluribus alijs cauſis, &c. & nouiſſimè idem fuit tentũ in cauſa Gienen. capellaniæ* 28. *Nouembr.* 1605. *coram D. Lancellotto, nempe quòd cùm in fundatione non ſit expreſsè cautum, quòd per ſe ipſum capellanus celebrare teneatur, non eſt neceſſarium quòd ſit presbyter, ſed poterit per ſubſtitutum deſeruire, & ſufficit quòd ſit clericus, vt in d. Romana capellania* 23. *Ian.* 1589. *coram Pamphilio & Brixien. capellæ* 2. *Martij* 1598. *coram Lita.*

Et dictam quartam ſententiam tenet poſt hæc Gonçalez ad reg. de menſibus gloſſ. 5. ex num. 72. dicens, ita etiam nouiſſime reſolutum in Tiraſonen. capellæ 9. Iunij 1603. coram D. Sacrato. vbi etiam fuit adducta alia ratio, quod prædicta verba, Qui celebret tot miſſas, non reſpiciunt factum ipſum celebrationis ab ipſomet capellano, nec obligationem ſacerdotij, potius ſunt poſita ad denotandum obligationem, & onus, quod ipſe fundator capellaniæ ponebat, & ſufficit quod onus expreſſe non ſit ita impoſitum capellano, quod per alium explere non poſſit, & ideo cum capellania ſit beneficium ſimplex, in quo ex generali totius orbis conſuetudine non requiritur reſidentia, reſultat ſufficere quod ſeruiat, & miſſas dicat per ſubſtitutum, &c. Et nu. 44. ait, quod iſta opinio eſt ſine difficultate amplectenda, cũ tam S. Concilium Triden. Congr. quàm Rota multoties illam canonizauerit. Tenet etiam dictam quartam ſententiam Prof. de Aug. in append. ad ſummam Bullarij 2. par. verb. ſcrutinium capellaniæ pag. 607. citans Gonçalez ſupra, & adducens declarationem Parmen. ſupra poſitam, nu. 87. & Piſtorien. poſitam nu. 93. Et nouiſſime eandem quartam ſententiam tenet Perez de Lara lib. 2. cap. 5. num. 8. *Vgol. de offic. Epiſcop. cap.* 50. §. 8. *num.* 5. *& Piaſec. in praxi Epiſc. d. c.* 3. 2. *part. num.* 33.

97 Et † quod quando teſtator mandauit præſentari presbyterum, ſeu rectorem cauſa celebrandi miſſas, beneficium non dicitur ſacerdotale, fuit tentum in vna Firmana altaris 5. Decembr. 1594. infra relata 10. par. c. 2. nu. 37. Quæ tamen reſolutio difficultatem patitur ex ſupra dictis num. 72.

98 Vbi vero † in fundatione cauetur, quod per ſe ipſum deberet celebrare, ſeu quod deberet perſonaliter deſeruire, aut quod reſideat, quod verbum ſecundum vulgarem modum intelligendi intelligitur de reſidentia perſonali. Nauar. d. conſil. 6. num. 2. de cleric. non reſid. de quo ſupra num. 89. tunc procederet ſecunda ſententia, ex Rebuf. in d. repet. cap. extirpanda, §. qui vero 2. notab. & alijs ſupra citatis, & Gonçalez ſup. à nu. 100.

99 Et † ita cenſuit Sacra Congregatio Concilij anno 1604. ad inſtantiam agentis Epiſcopi Abul. vt in ſequenti declaratione, quam vidi authenticam ad 2. 3. Stante decreto S. Concilij Trid. cap. 5. ſeſſ. 25. infrà ſcriptæ dubitationes oriuntur, quæ ad inſtantiam agentis Reuerendiſſimi Epiſcopi Abulenſ. per S. Cõgregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini petuntur declarari, ſtante fundatione capellæ in Eccleſia cathedrali ſub his verbis teſtatoris, quod capellanus debeat celebrare diuina officia, die, noctuque, dubitatur, vtrum capellanus iſte debeat eſſe presbyter. Secundo, ſi ex fundatione cautũ ſit, vt capellanus per ſe ipſum celebret miſſas capellaniæ, an poſſit iſta capella conferri ſimplici clerico. Tertio, an capellania, cui eſt annexum onus duarum miſſarum in hebdomada per proprium rectorem celebrandarum, dicatur ſacerdotalis, & non poſſit cõferri clerico 14. annorum. Quarta, an ſi de conſenſu patronorum poſſit diſpenſari cum minori 25. annorum ad capellam ſimplicem obtinendam, ad quã ex fundatione eſt præſentandus ſacerdos. Ad primum Congregatio Concilij reſpondit ex his verbis non inferri, vt capellanus debeat eſſe presbyter. Ad ſecundum & tertium, poſſe quidem conferri ſimplici clerico, in ea tamen ætate conſtituto, vt intra annum ad ſacerdotium promoueri queat, niſi aliàs eſſent verba in fundatione poſita, quæ requirerent ob tinẽtem tẽpore collationis eſſe actu presbyterũ. Ad quartũ, hanc diſpenſandi facultatẽ Epiſcopis poſt Concilium non cõpetere. P. Aemil. Card. S. Marcelli. *Et conducit alia declaratio eiuſdem Congregationis, quæ ſic ſe habet, Epiſcopus Aquilanus declarari inſtat, an capellania de iure patron. laicorum poſſit conferre ei, qui non eſt ætatis eius, vt intra annum ad ordines promoueri poſſit ſubiturus onera quæ dictæ capellaniæ ſunt annexa, iuxta cap.* 4

verſ.

*vers. qui verò sess. 2, Congregatio censuit non posse conferri sic inuasum sit onus dicendi missas personaliter, vel Euangelium, vel Epistolam cantandi, vel in fundatione dictum fuerit, vt obtinens esset Sacerdos, vel Diaconus, vel Subdiaconus.*

100 Et ita procederet †dict. resolutio in causa Lucana capellaniæ, 4. Decembr. 1595. supra relata nu. 81. Et ita etiam videtur accipiẽda decisio in causa Abul. capellaniæ de Crebreros 12. Nouemb. 1599. coram D. Seraphino, in qua aliqui ex dominis existimabãt ius patronatus esse sacerdotale, & ideo debuisse præsentari sacerdotem, vel saltem constitutum in ea ætate, vt posset fieri sacerdos, vt in sequenti decisione,

101 Fuit †resolutum, Francisco non posse adiudicari ☞ Capellaniam, de qua agitur nam præsentatio de eo facta nullius est momenti, cum emanarit à fratre Didaco de Valdes, quem etsi admittamus à Magdalena descendere, tamen cum esset professus in monasterio S. Domini in Indijs ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum, totum ius præsentandi translatum fuerat in monasterium, & eius superiorem, authen. ingressuri, C. de sacrosan. Eccles. cum ad monasterium de Itato regul. Lamb. de iur. patr. p. 1. lib. 2. art. 11. q. 2. n. 12. Nec iuuari potest licentia prouincialis, ex pluribus. primo, quia eius iurisdictio non poterat excedere fines Regni Castellæ in Hispaniis, super quibus habebat iurisdictionem, non autem super monasterijs Indiarum, c. 2. §. fi. de constit. in 6. Secundo, quia Generalis ordinis aditus pro obtinenda licentia illam noluit concedere, ideo inferior contra eius voluntatem non potuit eam cõcedere, capitulo vt nostrum, capitulo vt debitus de appel. Gamb. de authorit. legati lib. 6. n. 708. & Neuiz. cons. 116. nu. 11. Tertio, quia cum Didacus vsus est dict. facultate, iam expirauerat officium eius, qui licentiam dederat, capitulo præsenti de officio leg. in 6. & in hoc fuerunt concordes omnes domini. Ex alio quoque capite aliqui ex dominis existimabant hanc præsentationem inualidam, nam ex verbis fundationis videtur hoc ius patronatus esse sacerdotale, ac ideo fuisse necessarium præsentare capellanũ, vel sacerdotem, vel saltem constitutum in ætate tali, vt posset fieri sacerdos. Glo. in c. ei cui. verb, ætate de præb. in 6. & ibi Io. And. But. n. 12. Franc, nu. 13. Gemin. nu. 10. & alij allegati in causa Romana capellaniæ 14. Nouemb. 1586. coram R. P. D. meo Pãphilio. Quantum ad præsentationem nihil fuit resolutũ, sed restricta fuit difficultas cæteris reiectis, an præsentatio Generalis fuerit in tempore, quod ex eo pendet, an hoc ius patronatus, quãdo est penes monasteriũ, sit iudicandũ ad hunc effectum Ecclesiasticum, vel laicale. Sed certe visa fundatione istius capellaniæ, ex eius verbis potius apparet esse sacerdotalem actu.

102 Modo †succedit secunda difficultas, an vbi capellania est sacerdotalis actu, vel habitu ex fundatione possit Episcopus, cũ cõsensu patroni hæredis, seu successoris fundatoris, saltim pro vna vice dispẽsare, vt prouideatur nõ habenti dictã qualitatẽ requisitã,

103 Et † loquitur de patrono, hærede, seu successore fundatoris, nam de patrono fundatore clarum videtur posse tollere, & alterare conditiones, seu qualitates tempore fundationis appositas etiam ex post facto cum consensu Episc. vt volunt DD. in c. cũ accessissent de cõst. vbi Fel. n. 19. & Dec. 51. Roch. d. verb. pro eo quod q. 14. n. 30. Lamb. d. q. 7. art. 23. Prob. ad Monac. in c. ei cui de præb. in 9. n. 23. Azen. in l. 5. tit. 6. lib. 1. Rec. nu. 2. & Ioan. Gut. d. cons. 1. n. 28. saltim

104 † ex iusta causa quando conditiones, vel qualitates essent viles Ecclesiæ, Rochus, & Azeuedo & Ioan. Cut. nu. ibi, 23. ibi,

105 In †qua difficultate prima sententia, posse Episcopum cum cõsensu patroni successoris fundatoris pro vna, vel altera vice alterare qualitates, seu conditiones in fundatione requisitas, & dispensare contra ordinationem fundatoris, & sic beneficium, seu capellania prouideatur non habenti qualitatem requisitam in fundatione. Imola, & Abbas n. 4. & 5. in d. c. cum accessissent, & ibi Corse. in additione ad Abbatem, verbo vnire sine cõsensu patroni, & in singul. verbo patronus, Fel. ibi. n. 19. Probus in d. c. ei cui, n. 22. 23. & 24. Rebuf. in praxi 3. par. signaturæ, verbo, necnon iuris patron. nu. 46. in concordantijs in forma mandati, verbo, pro expressis, vers. 24. Beroius cons. 5. vol. 15. Ferretus 133. nu. 7. & cons. 211. n. 10. Bursatus cons. 185. nu. 18. lib. 1. Benius de priuil. iurisconsultorum priuil. 32. n. 8. Nau. consil. 6. de clericis non resid. n. 4. & de oratione c. 3. n. 73. Zerola d. verbo, beneficium, §. 7. 3. concl. 8. cõclusionis princ. & verbo ius patronatus, §. 8. 15. dub. *Genuen. d. c. 24. n. 7. & 8. & in Man. Past. c. 73. n. 2. Leo in thes. for Eccl. c. 26. n. 35.* Zech. de Repub. Eccl. d. de beneficiatis, nu. 4. vers. quo vero ad ordinem, Eman, 82, verbo beneficium, n. 37. & videtur tenere Pet. de Baisio in directorio electionum, capite 9. 2 p. nu. 4. & 5. & fauet Socin. de oblatio. libel. 19. n. 3. & 42. concl. & est decis. Crescen. 7. de iure patron, nu. 2. vbi dicitur, quod id procedere poterat, quando soli voluntati fundatoris præiudicabatur, vt puta, quod debet esse talis ætatis, conditionis, &c. secus vbi fieret præiudicium certæ personæ, quæ debebat præsentari &c. Eandem sententiam tenuit Rota in d. Foroliuien. capellaniæ, adducta supra, n. 66. & ait communem, & in practica

106 † obseruari, Lambert. d. q. 7. art. 30. Quam †tamen ipse intelligit subsistẽti aliquali causa, (vt etiam Ferretus. Nauarr. Genuen. & Salic. etiam sine causa id. velit Bero. supra) ex Corseto in d. c. cum accessissent in lectura, & omnibus patronis volẽtibus, & nisi fundator non solum disposuerit beneficium esse sacerdotale, ordinando præsentari sacerdotem, sed etiam vltra processerit, prohibendo ne alius quam sacerdos præsentetur, quia dixerit, nolle præsentari, nisi sacerdotem, vel volo omnino sacerdotẽ præsentari, &c. & tradit etiam idem Lambert. d. 1. p. 2. lib. q. 10. art. 6. & 7. nu. 4. & sequitur Zechus de benefic. & pensionibus, c. 12. n. 21. vers. quo vero ad ætatem. Et post hæc Perez de Lara lib. 2. c. 5, à nu. 28. & Prosper de Augustino in appendice ad summam Bullarij, 2. p. verbo seruitium capellaniæ, pag. 608. dicit secundũ Doctores posse Episcopum ex causa pro vna vice dispensare, sed an huic potestati sit derogatum per Concilium Tridentinum, sess. 25. c. 5. de reform. esse consulendam sanctam congregationem.

107 Secunda †sententia est opposita, nempe nõ posse Episcopum cum consensu d. patroni dispensare etiam pro vna vice contra ordinationem fundatoris, ex clem. quia contingit. de relig. domib. ibi: Cum tamen ea quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, saltem quidem Sedis Apostolicæ authoritate conuerti. Ita tenet latè probãs Roch. d. verbo pro eo, quod q. 15.

nu. 32.

nu.11. Rebuf. in ſua praxi, tit. de requiſitis ad collationem, n.35. Quod vero ſcientiam huiuſmodi vacatione, propter nullitatem præſentationis, & inde ſecutæ inſtitutionis, d. Metropolitanus habuerit, ſine qua alias tempus conferendi illi non currebat, iuxta notata per Inn. in d.c.2. de conceſ. præb. c. quia diuerſitatem. c. licet, de ſupplenda neglig. Prælat. manifeſte patet ex diſpenſatione, quàm ſuper defectu ordinarius per ſuum Vicarium ante factam inſtitutionẽ D. Bertrando conceſſit: quæ quidem diſpenſatio, cũ repugnet decreto Concilij Trid. capite quinta, ſeſſ. 25. nullius fuit momenti, glo. cap. cum dilecti, verbo ætate, de lect. Dec. in c. at ſi clerici, §. ſi. n.65. de iudicijs, cum aliis hic per informantes allegatis. Neque præmiſſis obſtat reſolutio facta corã R.P.D. meo Pãphilio in vna Roman. capellaniæ: quia illa procedit in caſu diuerſo, quãdo ſcilicet verba fundationis nõ reſpiciunt actũ præſentationis, ſed potius illius proſecutionem, vt ſi fundator dixerit, quod preſentetur, qui interſit diuinis vel tot miſſas celebret: nã eo caſu ſufficit, quod præſentatus ſit ſacerdos habitu, licet non actu, Abbas in d.c. cũ in cunctis. §. inferiora Pariſ. conſil. 50. nu.12. & ſeq. lib.4. cum ſimilib. Circa alias qualitates in impetratione expreſſas, ceſſauit omnis difficultas, nam vt bene in facto deducitur gratia in omnibus eſt verificata, & quoad valorem beneficij obtenti, cum ſufficiat talis qualis probatio, teſtes deponẽtes de auditu viſi fuerunt dominis ſufficiẽtes.

114 Et † idem videtur antea tenuiſſe Rota in vna Toletana capellaniæ 34. Febr. 1583. coram D. Robuſterio, quæ ſic ait: Fuit reſolutũ, quod ſententia de partibus eſt confirmanda, cum ſit iuſta, nã ex fundatione apparet, quod conſanguineus, qui eſt præſentandus, ſaltim debet eſſe in ætate legitima presbyteratus, & ſic habilis habitu ad ſuſcipiendos infra annũ ſacros ordines presbyteratus, vt clarè colligitur ex fundatione, & bene deducunt informantes. Vnde cũ Rodericus ſit cõſanguineus & presbyter, Petrus vero non ſit in ætate legitima, vt poſſit ſuſcipere presbyteratũ infra annum, præferendus eſt Rodericus, & habendus, ac ſi ipſe, & non Petrus haberet qualitates requiſitas, vt per allegatos Caſſador. & Sarnen. reg. de non tollendo, nu.11. in terminis noſtris. Nõ obſtant teſtes quòd intentio fundatoris erat, vt Petrus haberet hanc capellaniã: quia intelligitur, quando haberet qualitates, cũ peruenisſet ad ætatem requiſitam, vt concordetur fundatio cum iſta volũtate, ne inducatur correctio. Non obſtat quod dicitur de diſpẽſatione Ordinarij, quia poſſet forſan intrare vbi Ordinarius poſſet diſpẽſare, quod nõ intrat hic.

115 Vnde † in conſilio Prouinciali Mediol. 5. p. 3. tit. 3. quæ ad beneficij collationem attinent, ſic ſtatuitur: Si capellania etiamſi ſimplex, aliudve benefic ũ, etiam iuris patronatus, ex præſcripto erectionis, fundationisve, aut alterius conſtitutionis certum ordinem, aut alias conditiones requiret in eo, de quo vel collationis, vel inſtitutionis, vel alio nomine prouidendum eſt illud beneficium, ne Epiſcopus deinceps, etiam patronorum conſenſu permittat, concedat, vt quiſquam ſine Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione illud beneficium aſſequatur, qui vere eo ordine non ſit initiatus, quamuis ætate congrua ſit pro illo ordine ſuſcipiendo. Neque qui alijs conditionibus prædictus non ſit, & quas illa, vel erectio, vel fundatio, vel conſtitutio requirit. Quod decretum plane ſumptum eſt ex d. decreto Concilij, & declarationibus ſanctæ congregationis.

116 Tertia † difficultas eſt, an per clauſulas generales derogatorias, in literis Apoſtolicis poſitas, non obſtantibus ſtatutis, &c. cenſeatur derogatũ fundatio-
117 ni, & ordinationi ſacerdotiũ actu requirenti. In † qua dicendum eſt, per dictas clauſulas cenſeri derogata, ſeu dilata ſtatuta Eccleſiarũ etiã confirmata, ſacerdotiũ actu requirẽtia, ita quod per ea poſſit quis huiuſmodi beneficiũ conſequi, licet non ſit ſacerdos dummodo, ſit ætatis legitimæ ad ſacerdotium, Rota dec. 41. de cõcel. præb. in antiq. & 1. de præbendis alias 3. in nouis, Abb. in c. cũ in cũctis, §. inferiora, n. 11. de elect. Francus in c. ſi pro clericis. & c. ei cui, n.5. de præb. in 6. Fel. in c. nonnulli, n.23. & 24. de præſcr. & in tractatu, quãdo literæ Apoſtolicæ, ampliatione 7. n.7. Staph. de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clauſularũ, §. de clauſulis non obſtantiarum, Lamb. d.q. 7. art. 29. n.3. Caputaq. dec. 127. n.2. p.1. & 257. li.1.
118 & in manuſcrip. Azor. 2. p. lib.6. c.8. q.15. Non † tamen per eas cenſetur derogatum fundationi teſtatoris ſacerdotium actu requirenti. Rota, Abb. Francus, Felin, Staphil, & Lamb. & Azor ibi, & Rota in d. Foroliuien. capellaniæ ſupra adducta, nu.66. Quidquid dicat Gonçalez glo.5. nu.106.

119 Quod † Collector d. dec. 1. intelligit in fundatione laici, ſecus, ſi clerici, cui Papa vult, & poteſt leuius præiudicare. Et ſequuntur Abb. Francus Staph.
120 & Lamber. & Azor ibi. At † Fel. ſupra idem etiã ait in fundatione clerici, vt per dictas clauſulas nõ cenſeatur illi derogatũ, nec modis cõditionibus, & ordinationibus per clericũ in fundatione appoſitis, cum
121 Anchatano conſ.16. Quod † mihi magis placet, nã fundatio etiã clerici eſt multum fauorabilis, nec ei debet cẽſeri derogatum, niſi de ea fiat expreſſa mẽtio, maxime, quia fundatio, ſeu ordinatio in fundatione poſita, nõ ſolet dici ſtatutũ, & ſic in derogatione ſtatutorum nõ venit. Et facit, quod ſupra dictum
122 eſt 4.p.c.3.d nu.73. Id † autem habet ſpeciale fundatio laici, cum nõ cenſeatur ei derogatum, etiam ſi in clauſulis derogatorijs dicatur etiam, Non obſtantibus fundationibus, & c. Quæ verba de fundationibus clericorum intelligenda erunt, & non laicorum, nam ad derogationem fundationis laici oportet, q̃ expreſſe & in indiuiduo fiat derogatio, & nõ p clauſulas generales, & pregnãtes, Caputaq. dec. 122. p.1

123 Aduertendum † vero eſt, quod in literis Apoſtolicis. & gratijs de beneficijs vacantibus non ſolet boni derogatio ſtatutorum Eccleſiæ, niſi in beneficijs & præbendis Eccleſiarum Cathedralium, ſeu collegiatarum, in quibus additur, ac dictæ Eccleſiæ, &c. ſtatutis, & conſuetudinibus. Vnde in alijs beneficijs quibus non ponitur derogatio ſtatutorum, non intrabit doctrina de qua ſupra n.118.

124 Sed † eſt alia quarta difficultas. Eſto ordinarius nullo modo poſſit alterare conditiones, vel qualitates poſſibiles annexas beneficio ex fundatione, an poſſit eas mutare, quãdo redditus ipſius beneficij eſſent impotẽtes, ſeu inſufficientes ad illa, v.g. beneficiũ eſt oneratũ certo numero miſſarum, poſtea reperitur, quod fructus non ſunt ſufficientes, vel quod ſunt diminuti, an poſſit illas moderari, & reducere ad minorem numerum, iuxta quãtitatem reditnum
125 beneficij. In † qua difficultate DD. docent Epiſcopum id poſſe facere cum conſenſu patroni, aut

etiam eo inuito, ſi vocatus nolit cõſentire, ad d.c.nos quidem, & ibi DD. de teſtam. & d.l.legatũ ff. de vſufruct.lega. ita Feli. in d.c.cum acceſſ. de cõſtit. nu.19. vbi dicit, quod ceſſantibus redditibus ceſſare debet ordinatio teſtatoris, & Roch.d.verbo, pro eo quod de diœceſani cõſenſu.q.15 & Lamber.lib.3.q.6.art. 4. Perez de Lara lib.1.c.15.à nu.6. & Azor.2.p.lib. 6.c.24.q 6. *Et Genuen.in man. paſtor.c.39.nu.4. qui ait, quòd ſi redditus eſſent impotentes ad qualitates beneficij, poteſt Epiſcopus eas tollere, &c.*

126 Vnde † videtur, quod ſi aliqua capellania eſſet fundata cũ obligatione reſidentiæ perſonalis, cuius fructus eſſent adeò diminuti, vt non eſſent ſufficientes, & proportionabiles tali oneri, poſſet Ordinarius tollere obligationem reſidentiæ: ita quod per ſubſtitutum poſſet illi deſeruiri, maximè ſi non reperiretur qui eam vellet cum eo onere reſidentiæ perſonalis, ibi melius videretur tollere reſidentiam perſonalem, quam reducere miſſas in caſu quo vnum, aut alterum eſſet faciendum, *Et ita procedit quod tradit Cenallos in add.ad quæſt.678.num.3. & 4. quòd ſi capellania requirat perſonalem reſidentiam, poteſt ſeruiri per ſubſtitutum, quando capellanus ex redditibus ipſius non habet congruam ſuſtentationem ex Imola in cap. final.num.9. de cleric.non reſid.quem ſequitur Ant.Ciof.conſ.145.num.5. in fin.vol.1.*

127 Sed † obſtat Concil.Trid.ſeſſ.25.de refor.c.4.3. Ex quo videtur, Epiſcopum id non poſſe facere, niſi in ſynodo diœceſana.

128 Ad † hoc Nauar.in Man.c.25.nu.138.ait, quod illud decretum videtur ius nouum quoad Abbates, & Generales ordinum, ſed nõ quoad Epiſcopos, qui argum.c.cum acceſſiſſent, &c. ex parte, de conſtitution. & eis adnotatorum, poſſunt hoc facere etiam ſine ſynodo iure antiquo, quod non videtur per hoc ſublatum, cum fuiſſet additum ad augendum, argum.cap.fin.de verb.ſign. Hæc Nauarr.

129 Henriquez † verò in Summa lib.9.22.§.6. ait, d. decretum procedere in commutatione, ſeu reductione anniuerſariorum, ſeu miſſarum dotatarũ: in qua eget Epiſcopus ſynodi conſilio, iuxta Concil.ibi: Sed vt onera dicẽdi miſſas in beneficio, & capellania collatiua temperet Epiſcopus, non egere ſynodi congregatæ conſenſu, vt tenent recentiores, Conſulit. & ſequitur P.Ledeſma in ſumma de ſacramento Euch.c. 18.circa 16.concl.ad fin. & Man. Rodrig.q. regul.1.

130 tomo, q.43.art.13. Qui † tamen cum Nauarr.ſupra ait, poſſe Epiſcopum abſque ſynodo anniuerſaria commutare iure communi, quod non videtur ſublatum per Concilium, vt dictum eſt.

131 In hoc † dico primò, verum eſſe, quod Concilium ibi non loquitur de miſſis impoſitis beneficio, ſeu capellaniæ in fundatione, ſeu alias, & ſic tanquam caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis, l.commodiſſimè, ff.de lib. & poſthu. ſed de miſſis & anniuerſarijs relictis in aliqua Eccleſia vulgo, dotationes, vt patet ex verbis ipſius Concilij, & cenſuit ſancta Congregatio, vt in ſequentibus declarationibus ſuper d.decreto. Prima hoc decretum locum nõ habet in obligationibus miſſarum, quę impoſitę ſunt capellis erectis in titulum, ſiue ex prima diſpoſitione teſtatoris, ſiue alia quacunque. Secunda, ex hoc decreto non competit Epiſcopo facultas diminuendi onus à teſtatore impoſitum hæredibus, pro certis miſſis, & anniuerſarijs celebrandis, eleemoſyniſque erogãdis pauperibus, propter cauſas, de quibus hic, neque in oneribus ſimiliter impoſitis beneficiatis in fundatione beneficiorum, ſi fructus beneficiorũ non ſufficiant dictis oneribus ſupportãdis. Tertia, neque habere locum cenſuit Congregatio hoc decretum in reducendis eleemoſynis, & quatenus facienda eſſet reductio ab habẽte poteſtatem potius eleemoſynas reduci debere, quam miſſas, vel anniuerſaria, quando à teſtatore fuiſſent relicta, & miſſæ, & anniuerſaria, & eleemoſynæ. Quarta, caput hoc intelligendũ eſt de miſſis tantũ, non de alijs ſuffragijs, nec de miſſis impoſitis in fundatione, ſed de relictis, à teſtatoribus: habet locum etiam in reductione officiorum pro defunctis. Quinta, Archiepiſcopo Neapolitano Cõgregatio Concilij cenſuit decretũ Cõcilij ſeſſ.25. c.4. in ſacrorum etiam anniuerſorũ reductione locũ

132 habere. Et † refert Mandoſ. Rodrig. ſupra dicens, congregationem reſpondiſſe, hanc taxationem eſſe intelligendam de miſſis tantum, & nõ de alijs ſuffragijs, nec de miſſis in fundatione poſitis, ſed pro alia cauſa à teſtatoribus relictis. Qui etiã ait, eſſe aduertendum, quod huiuſmodi facultas Epiſcopis, Abbatibus, ac Generalibus cõceſſa intelligitur tantũ de onere miſſarum ante Concil.Trident.impoſito, ſicut ita fuiſſe reſponſum ab Illuſtriſſimis Cardinalibus S. Congregationis anno Domini 1573. teſtatur Paraſellus in tract.priuilegiorum.fol.232. (quod mihi nõ videtur certum, nec conforme Concilio, & fortè fuit ſibi priuatum reſponſum) & refert Ledeſma ſupra, &

133 tradit Mar. Anton. Genuen.c.24.nu.9. Vbi † dicit quod circa illum textum Concilij ſancta cõgregatio declarauit, quod ſufficit, ſi in momento fiat commemoratio pro defunctis, pro quibus erãt dicendę miſſæ reductæ. Item, quod loquitur de miſſis relictis à fidelibus, & procedit etiam in reductione officiorum, non tamẽ in alijs ſuffragijs, nec in miſſis impoſitis in fundatione beneficij. *Tradit etiã Leo in theſ.for.Eccleſ. cap.26.à num.3. Vgol.de offic.Epiſc.cap.61. & Piaſec.in praxi Epiſc.par.2.cap.3.num.15. & 31.*

134 Dico † ſecũdo, quod in reductione dictarũ miſſarũ, & anniuerſariorũ, de quibus Concil.loquitur, ſeruãda videtur forma Cõcilij, ita, quod Epiſcopus nõ poſſit eã facere ſine ſynodo: nam eſto ante Cõcil.id poſſet, tamen cum Conciliũ ibi præſcribat iſtam formam, nõ eſt ab ea recedendũ. Quicquid dicãt Nau-

135 & Man.Rodrig.ſup. † Vnde ſtante Concilio, nõ videtur valere cõſtitutio ſynodalis Salmantina, quam refert Henriq.ſup. qua facultas hæc anniuerſaria cõmutandi committitur Epiſcopo cũ conſ.Capituli, c. quod ſup.his, de matorat. & obed. Nec ſynodus diœceſana, cuius cõſilium, & induſtriam in hac re requirit Concilium, poteſt id alijs committere, maxime

136 generali, & in communi. Verum † eſt tamen, quod in aliquibus Epiſcopatibus, vt in hoc Abul. non eſt vſu receptum dict. decretum Concilij: ſemper enim fiunt ſine ſynodo reductiones, non ſolum miſſarum capellaniarum, ſed etiam anniuerſariorum, & dotationum Eccleſiarum: & ſic vbi non eſt receptum dictum decretum, procedet opinio Nauarr. & Man. Rodrig. ſupra, iuxta adducta infra.11.par. cap.5.

137 nu.150. Probabile † enim videtur quòd ſtylus ſaltim decennalis valeat contra legem etiam Canonicam ab initio non receptam ſicut ſtilus iudicis præſcriptus ſpatio 40. annorum valet contrarius, ab initio receptum, Rochus in Rubrica de conſuet.nu.27.

138 Pro † complemento huius capitis reſtat videre, quomodo probetur clericatus, qui cum ſit qualitas extrinſeca, non præſumitur, Innoc. in c. ſuper his, de accuſ. Fel. nu. 2. & alij in c. fi. de præſum. & Corraſ. 3.
139 p. c. 1. nu. 4. Et † dicendum eſt probari, non ſolum literis teſtimonialibus Epiſcopi, ſeu tit. ordinum l. fi qua C. de Epiſc. & cler. ſed etiam teſtibus, c. 1. & 2. de cleric. pereg. Corraſ. ibi, & Prob. ad Monach. in c. 1. de temp. ord. in 6. nu. 12. Fatin. in praxi crim. 1. p. q. 8. n. 40. & 41. poſt Guido Papam, dec. 474. Etiã
140 † de publica voce, & fama: Nam ad probandum clericatum ſufficit probatio de communi reputatione & fama, Rota, dec. 4. & 14. de probat. in antiq. Sarnen. *in regul. de annal. q. 58. Pontanus de ſpolio lib. 2. nu. 179. & Farin. deciſ. 67. a n. fin. lib. 1.* Pontanus de ſpolio lib. 2. nu. 179. Caputaquen. dec. 277. n. 8. p. 1. Mohed. dec. 21. nu. 3. de renun. c. his ſane, dec. 26. in manuſcrip. Rota dec. 1163. n. 5. lib. 3. p. diuerſor. & dec. 139. eo. lib. de qua ſupra, nu. 12. & in Hiſpal. & Corduben. beneficiorum, 2. & 16. Iunij, 1597. corã D. Gipſio ſupra relata, c. præced. c. 4. nu. 19. & in alijs pluribus cauſis. Et facit deciſio Ægidij 113. & 114. quam ſecuta eſt Rota in vna Legionen. Præſtimonio rum, 27. Nouemb. 1591. coram D. Pamphilio ſupra adducta, d. c. 4. ad fi. & alibi ſæpè, & probatur per argumenta, & indicia, ſeu coniecturas, Boer. dec. 171. nu. 27. Ant. Gab. concl. 1. de teſtibus nu. 69. Maſcar. de prob. concl. 305. nu. 5. & Pacian. eod. tract. lib. 2. c. 34. nu. 70. Et per ſemiplenas, vel leues probationes
141 probatur, Mandoſ. reg. 18. q. 11. nu. 10. Et † ita ſeruat Rota in poſſeſſorio & petitorio, vt per Guidobon. dec. 132. ſeu 133. in manuſcriptis, Rota dec. 8. de cauſa poſſ. in antiquis. Flam. Pariſ. de reſign. be-
142 nef. lib. 4. q. 2. nu. 74. Quidquid † velit Rebuffus in praxi, tit. de forma literarum conſuræ nu. 16. & Maſcar. de probat. concl. 304. nu. 18. & 19. & Farin. d. q. 8. nu. 44. & obſeruantia Rotæ per eum adducta, procedit in clericatu illegitimi, vt patet ex allegatis
143 per eum. Et † quamuis idem Rebuff. de nominat. q. 22. nu. 13. Aim. de antiq. 3. p. ſectio. vidimus in genere, nu. 33. & conſil. 134. nu. 40. Boer. dec. 171. nu. 13. & Menoch. de præſump. lib 6. præſump. 76. n. 23 Farin. d. nu. 44. & Perez de Lara lib. 2. c. 5. nu. 6. poſt Bal. in cap. dudum. 1. de ele&. dicant, quaſi poſſeſſionem clericatus non prodeſſe in agente, vt ſibi adiudicetur beneficium, & longam quaſi poſſeſſionem, ac bonam famam clerici requirat. Parcia ſupra à numero 46. *contra quos eſt etiam deciſio Rotæ 667. nouiſ. Farin. num. 2.*

144 Limitatur † tamen prædicta doctrina, vt nõ procedat in materia obiectus, Rota dec. 2. de probat. in
145 antiq. & Guidob. vbi ſupra. Aut † vbi præſumptio eſt cõtra aliquem, puta, quia eſt illegitimus, qui debet probare ſuum clericatum per literas, Guidobon. ibi. Et facit deciſio. Caputaq. 227. nu. 10. Tunc enim ſufficit communis reputatio. Sarnen. ſupra Put. dec. 359. nu. 1. lib. 1. Rota dec. 26. lib. 2. p. 3. diuerſorum, Mandoſ. de ſignatura gratiæ. titulo de prouiſ. verſ. clericatus, vbi ait, quod clericatus illegitimi, ex Rotæ obſeruantia non probatur per communem famã, & reputationem, per conſil. Cornei 91. lib. 1. Pontanus ſupra Maſcar. concl. 305. nu. 13. Niſi probetur
146 † diſpenſatio, Rota dec. 129. lib. 3. p. 3. diuerſorum, Papaz in addit. ad Rotam, dec. 2. de filijs presbyte-
147 rorum in nouis, nu. 13. Pontanus. ſupra. Quæ † non probatur per narratiuam literatum ordinarij, Vetal lus dec. 128. lib. 2. in manuſcrip.

148 Vnde † videtur, quòd conſtando de diſpenſatione clericatus illegitimi, probatur per communem reputationem, ſicut clericatus legitimi: Nam eadem videtur ratio in illo data diſpenſatione, & habilitatione, ac in legitimo. Pro quo facit deciſio in
149 cauſa Calagurritana de Zalduende. 9. Decembr. 1588. coram D. Seraphino. Vbi † fuit reſolutum, iniuſtas eſſe ſententias prohibentes concurſum filij naturalis diſpenſati cum alijs legitimis ad beneficium, & cum admittentes in defectum filiorum patrimonialium ex legitimo matrimonio natorum tantum propter defectum natalium, quia diſpenſatio eum fecerat habilem. Specul. de diſpen. §. poſtremo, poſt princip. Nec inter iſtos fieri debet differentia, Bald. in l. liberos C. de collat. Bero. conſil. 5. nu. 25. lib. 1. Nec concurſus impediri. Lamber. libr. 2. 3. par. quæſt. 5. art. 15.

150 Et † ita conſtando de diſpenſatione ad clericatum poterit procedere, quòd ait dec. Rotæ in cauſa Burgen. penſionis 19. Febr. 1596. coram D. Blanche to, ſupra relata, 1. par. cap. 5. nu. 117. Nempe, In illegitimo clericatum probari ex communi reputatione fuiſſe reſolutum coram Oradino in Taruiſina pẽſionis, 13. Decembr. 1571.

151 Quamuis † dec. 780. lib. 3. p. 3. diuerſorum dicitur quòd illegitimus debet probare, ſecum diſpenſatum fuiſſe, & vlterius clericatum per literas, non re-
152 putationem. Præterea, † concurrentibus aliquibus coniecturis, cum fama probatur clericatus illegitimi, Rota d. dec. 26. lib. 2. p. 3. diuer. Papaz. d. nu. 13. Maſcar. d. concl. 305. nu. 12. *Rota etiam in vna Colimbric. reſeruationis fructuum 1. Iul. 1598. coram D. Seraphino, vbi, quod licet in illegitimo non ſufficiat probatio clericatus per publicam vocem & famam: tamen fallit vbi cum probatione fama publica concurrunt alia adminicula.*
153 Et † in vna Barchinon. præpoſituræ, de anno 1550. ☞ voluerunt Domini, quòd in iudicio poſſeſſorio reſtitutionis ſufficeret illegitimo probare clericatum per reputationem, & quòd actor illegitimus non tenetur dare literas ſui clèricatus, vt per Guidobon.
154 vbi ſup. Probatur † etiam clericatus vnico teſte, Bald. & Felin. in cap. licet vnuerſis, de teſtibus ad fin. Iaſon in repe. leg. admonendi, ff. de iureiur. numero 198. Boer. dict. dec. 171. Pet. Gerar. ſing. 49. Rebuff. de nomination. quæſt. 22. num. 11. Corras. d. cap. 7. num. 5. Mandoſ. regul. 18. quæſt. 11. num. 10. Mohed. dict. dec. 21. de renun. num. 3. & Guidobon. dict. dec. 132. Et reddunt rationem, quia iſte actus de ſe, & ſui natura nemini principaliter præiudicat. Et, vt ait Flam. Pariſ. d. lib. 4. quæſt. 2. nu. 69. inſpicitur initium, & tempus ordinis collati, non beneficium, aut penſio, de quo poſtea litiga-
155 tur. Vnde † iſta probatio ſufficeret etiam in iudicio, quando lis eſſet ſuper beneficio. Sicut etiam ſufficit probatio per communem reputationem quæ
156 etiam eſt ſemiplena, vt dictum eſt. Quamuis † contrarium in hoc teneat Rebuff. in praxi d. tit. de forma literarum tonſuræ, num. 24. & de nominat. quæſt. 14. num. 54. alias 32. & Maſcar. concl. 303. à num. 4. Anton. Gabr. concl. 1. de teſtibus num. 70. Pacian. d. lib. 2. cap. 34. num. 64. Quibus conſonat Cou. pract. cap. 33. num. 3. quem ſequitur Iacob. de Graf, in dec. aureis caſuum conſcien. libr. 4. cap. 18. nu. 155.

nu.155.& Farin.d.q.8.nu.48. & in tract. de teſtibus q.63.n.17.& ſeq.quos vide,& Menoc. de præſump. 157 lib.6.præſum.66. Et † ſolo ſigillo Epiſcopi recogni to probatur clericatus etiam collatus non ſubdito, Mohed.d.deciſ.21.de renun.quamuis cõtra Maſcar. 158 concl.305.n.2.Sed †eſt difficultas,an probetur cle ricatus per literas ſeu oſtenſionẽ ſuperiorũ ordinũ, 159 puta,ſacerdotij ſeu diaconatus,&c. Et † non probari,nec ſatis eſſe oſtendere literas ſacerdotij, tenẽt Rebuff.d.tit.de forma literarum tonſuræ,n.28. Coraſ.d.c.1.n.5.Aymon.conſ.134.n.45.Ferretus conſ. 354.n.8.Maſcar.concl.304.a nu.13.& concl. 1145. à nu.6.& Menoch.d.lib.6.præſump.76.num. 3. Pacian.ſup.n.42.poſt Gemin.conſ.91.& allegant Bar. in l.illud.ff.de acq.hær.Et reddunt rationem, quia per ſaltum poſſet eſſe promotus, quo caſu non valet prouiſio ei facta de beneficio.Præpoſ.in c. ſolicitudo 160 52.diſt.Corraſ.d.c.1.ad fi. Nam † per ſaltum promotus eſt irregular s, c. 1. vbi Doctores de clerico per ſaltum promoto,Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformatione,c.14.in fi.Spec.tit.de diſpenſatione,§.inxta,ſub nu.13.Villadiego de irregularitate,c.8.de clerico per ſaltum promoto,Bernard. Diaz, & Salzedo in praxi,c.24.Nauar.c.27.nu.242.& Ferretus d.cõſ. 354.n.8.Marolus de irregul.lib.4.c. 12. Vgolin. eodem tract.c.38.§.1.nu.1.Zerola in praxi Epiſcopali,2.p.verbo irregularitas,§.3.Lud.Lop. inſtructor. conſcientiæ,1.tom.2.p.c.29.Pet.Ledeſma in ſumm. de ſacram.ordinis,c.60.8.concl.1.difficultate,Vega in Eſpeio de Curas,cap.12.nu.124.& ſic intraret doctrina,de qua infra,cap.11.nu.2.quod collatio irre- 161 gulari facta eſt nulla. Quamuis † Toletus in Summa lib.1.cap.71.& Suarez 5. tom. de cenſuris, diſp. 31.ſect.1.à nu.44.& Auila de cenſuris,7.par.diſp.9. dub.2.cum alijs doceant, iſtam non eſſe irregularitatem,ſed ſuſpenſionem,ſed & Nauar.cap.25.num. 71.& conſil.1.de ſacramentis non iteran.nu.11.& Sayrus de cenſuris lib.4.cap.14.n.26. qui tamen lib. 7.cap.10.nu.39.*cum dicit irregularem,ſeu ſuſpenſum,& nouiſſimè Farin.in addit.ſumm.Tolet.de ord.cap.8.nu. 7. cum dicit ſuſpenſum,& etiam irregularem.* Quod tamen ad propoſitum parum refert: nam etiam collatio ſuſpenſo facta,eſt nulla,vt infra dicetur cap.14.

162 Non tamen †eſt irregularis per ſaltum promotus reſpectu ordinum inferiorum, quos legitime ſuſceperat:nam ab vſu eorum non eſt ſuſpenſus, vt apparet ex d.c.1.& d.c.ſolicitudo, 52. diſtinctione, & tenet Enriq.in Summa lib.14.c.6.nu.3.& tentit Sylueſter ver.irregularitas,§.11.& Abbas d.c.1.vltimo notabili,dicens, quod ordinatus præpoſterè non poteſt ſine diſpenſatione adminiſtrare in ordine ſic ſuſcepto:& nouiſſime docet Suarez d.diſp.31.ſect.1. nu.48.& Auila vbi ſupra.

163 Vnde quod † dictum eſt, non valere prouiſionẽ beneficij ei factam, non procedet in prouiſione beneficij, quod non requirit alium ordinem præter illos inferiores,quod legitime ſuſceperat, vt aliàs in ſimili docet Suarez ſup.diſp.40.ſect.3.nu.38.dicens, quando irregularitas non eſt totalis,ſed reſpectu alicuius actus, aut temporis, tunc non reddere clericũ incapacem cuiuſcunque beneficij,ſed tantum illius, quod habet annexam obligationem tali irregularitati repugnantem. quia cum hæc prohibitio naſcatur ex prohibitione circa exercitium ordinis,non poteſt amplius extendi,quam illa ex qua naſcitur:& id procedere non ſolum in irregularitate ſine peccato contracta,vt ait Nau.d.c.27.nu.252.ſed etiam in alia:nam ratio facta generaliter probat,ſi culpa non obſtante talis irregularitas nõ impedit omnẽ actum ordinis,ſed aliquem,vt in caſu cap.2.de clerico non ordinato miniſtrante.

164 Contrarium † tamen in propoſita difficultate, nempe quod ad probationem clericatus, & minorum ordinum,ſatis ſit probare, & oſtendere maiores,tenet Didac.Per.in l.1.tit.8.lib.5.ord.& Salz.in prax.Bern.Diaz. c.24. lit. A. qui ait non dubitare, hanc opinionem eſſe communiter receptam, Put. 165 dec.144.lib.2.n...Vbi † fuit reſolutum in vna Conchen.paroch.quod clericatus ſufficienter probaretur per oſtenſionem quatuor minorum,in quibus Epiſcopus promouens narrabat eum per prius ad clericalem tonſuram promotum, quia probatis maioribus probantur minores,ex Bal. in l.ſi ſolemnibus. C.de fide inſtrum.nu.1.Maxime vbi illa narratiua ſit à perſona fide digna.Innoc.in c.1.circa fi.de cler. 166 Peregrin. &c. Et † in vna Leodien.canonicatus 7. Decemb.1589.coram D.Pamphilio fuit dictum, nõ poſſe dubitari de clericatu ſtante ſuſceptione maiorum ordinum,ad not.per Felin.in c. ſuper his de accuſ.Put.d.deciſ.144.& fuiſſe dictum in cauſa Meten. canonicat.25.Iunij 1584.coram D.Vicecomite, &c. 167 Et † in Bonon.canonicatus de anno 1591, coram ☞ D.Pamphilio,de qua infra 11.p.c.1.nu.70. fuit reſolutum, clericatum probari ex literis oſtiariatus, quia cum non præſumatur ordinatus per ſaltum, ideo,&c.præſertim cum agatur de clericatu incidenter,& per literas ordinantis dicentis ſe ordinaſſe de licentia ordinarij ſufficienter dici conſtare de tali licentia, præſertim cum ſint ordines celebrati in Eccleſia cathedrali publice, vt fuit conſideratum coram D.Seraphino in cauſa Neapolitana canonicatus, &c. 168 dec.87.Cæſaris de Graffis,&c. Et † idem fuit reſolutum coram eodem D. Pamphilio in vna Burgen. ☞ beneficij de Portugalete 13.Nouemb.1595.nempe ex literis ſubdiaconatus probari clericatum, cum regulariter non præſumatur quis per ſaltum promotus.Put.d.dec.149.in fi.lib.2. quod ſine difficultate procedit,quando ordinarius eſt diſcretus,& prudẽs, taliter, quod niſi ſibi de præcedentibus ordinibus conſtitiſſet veriſimiliter,ſequentes non contuliſſet, vt fuit reſolutum in d.Bonon.canonicatus 24. Maij 1599 coram D.Pamphilio,& habilitatem ad beneficium ſimplex conſtare:quia idoneus cenſendus eſt, qui alias ad ſacrum ſubdiaconatum fuit approbatus,c.accepimus de ætate & qualitate, vt in cauſa Calagur.portionis de Amarita 27.Ian.1576. coram Lauretano Caputaq.367.p.2.

169 Et procedit etiam † in clericatu illegitimi, vt in vna Aſtoricen,parochialis S.Brixiani, quæ habetur dec.124.lib.2.p.3.diuerſ. vbi fuit reſolutum, Quod clericatus illegitimi probatur per literas diaconatus vbi enim dicitur per literas Decani,debet dicere per literas diaconatus, Etiamſi non fuerit promotus à proprio Epiſcopo,ſed per alium dicentem habere facultatem à proprio Epiſcopo, ſequuntur Pap. ſupra nu.14.& Maſc.d.concl.305.nu.3.

170 Bartolus † autem in dicta lege illud ſolũ dicit, quod ſi probo,quod aliquis ſit ordinatus ſacerdos, non ſequitur de neceſſitate,quod alij ordines præceſſerunt:non tamen negat, quod ita ſit præſumendũ.

Et

172 Et licentia proprij Epiſcopi probatur ſola aſſertione ordinantis, Oldrad. conſ. 215. nu. 9. Felin. in c. Albericus ſub n. 4. de teſtibus. Puteus deciſ. 359. lib. 3. & 407. lib. 2. Mohedanus d. dec. 21. nu. 3. de renuntiat. Rota in d. Bonon. canonicatus. Flam. Pariſ. qui alias deciſiones refert ſupra à nu. 66. & Io. Gutierr. can. q. 2. c. 17. nu. 30.

## De Legitimitate. Cap. II.

### SVMMARIA.

*OPortet etiam promouendos ad beneficia legitimos eſſe, ex legitimo matrimonio, nam illegitimi inhabiles ſunt ad Eccleſiaſtica beneficia, cum nec ad ordines, nec ad clericatum admittantur nu. 1.*

*Verba Concilij Trident. de ordinandorum natalibus & genere, iuxta ius antiquum intelligenda ſunt, & per ea concilium voluit excludere illegitimos filios, aut nepotes hæreticorũ, & ſenos, ac neophytos n. 2. Nam Concilium ibi non intendit colligere aut alterare iura antiqua circa qualitates promouendorum. nu. 3. et n. 4. adducitur declaratio S. Congreg. De illegitimorum inhabilitate ad ordines & beneficia, ſeu irregularitate, qui ſunt videndi. nu. 5.*

*An expoſiti, quorum parentes ignorantur, ſint pro legitimis, an pro illegitimis habendi. n. 6. & 7. ponitur prima ſententia habendos eſſe pro legitimis, & poſſe abſq; diſpenſatione promoueri: & nu. 8. ſecunda ſententia contraria, cuius ratio ponitur, nu. 9. Et magis placet, nu. 10. & ea admiſſa, non poterit Epiſcopus cum eis diſpenſare. Poſſet prima ſententia poſt factum admitti propter authoritatem eam tenentium. nu. 11.*

*Alia ratio pro ſecunda ſentẽtia adducitur, quod in dubijs tutior pars eſt eligenda. n. 12. Qua regula vera eſt, intelligitur; & procedit generaliter quoad hoc, vt in dubio debeat quis à faciendo abſtinere, nõ tamen vt debeat ſpoliari re poſſeſſa, vel facere votũ poſitiuum, de cuius obligatione nõ conſtat. n. 13. Nam tunc vitiat alia regula, quod in dubio, & pari cauſa, melior eſt conditio poſſidentis, quæ procedit non ſolũ in materia iuſtitiæ, ſed etiam aliarum virtutum. n. 14.*

*Pro iſta diſtinctione facit axioma, quod turpius eijcitur, &c. nnn. 15.*

*Vnde in dubio voti & præcepti diſtinguendum eſt inter negatiuum de non faciendo, quod eſt ſeruandum, & affirmatiuũ de faciendo, quod non obliget & nu. 16 Et inde etiam procedet diſtinctio c. inquiſitioni, ver. verum de ſententia excomm. de qua late agunt relati. nu. 117.*

*Ideo in dubio non ſolum homicidij, ſed etiam alterius cuiuſcunque facti, ob quod incurritur irregularitas, cenſeri debet quis irregularis ad effectum abſtinendi & ceſſandi ab officio irregularibus prohibito. etiam in foro exteriori, poſt factam diligentiam, vt in c. ad audientiam, & c. ſignificaſti de homicidio, quæ nouum ius non inducunt, non vero vt debeat ſpoliari beneficio, &c. à nu. 18.*

*Et idẽ videtur in dubio iuris, vbi quis dubitat, an ſuo delicto ſit impoſita pœna irregularitatis, antequam fiat diligentia, & examen in iure & etiã poſt, dũ manet dubius, quamuis vbi dubiũ eſſet apud omnes, an in aliquo caſu ſit iure impoſita irregularitas, tunc nõ eſſet quis cẽſendus irregularis, n. 21. et 22*

*In hac materia dubij reprobantur, quædã dicta Reuelli, Thom. Sanchez, & Suarez. nu. 23. & 24. & Salas, nu. 25.*

*Licet prædicta ita ſint, non tamen videntur applicanda in propoſito de filijs expoſitis, in quo ſi dubium eſſet æquale, aut fere, ob fauorem prolis melior & benignior pars eſſet ſumenda, & ideo cenſentur Chriſtiani antiqui, & ex puro ſanguine, &c. nu. 26. De quadam bulla Gregorij XIII. circa hoc allegata per Enriquez. nu. 217.*

*Prædicta doctrina de inhabilitate illegitimorum fallit primo, vbi per ſequens matrimonium fuerint legitimati, nam filij illegitimi naturales efficiuntur quoad omnia, præter Cardinalatum, vere legitimi per ſubſequens matrimonium, n. 28 etiam ſine inſtrumentis dotalibus de iure canonico, n. 29.*

*Quod intelligitur per matrimonium etiam putatiuum bona fide, ſaltem vnius coniugũ contractũ contra Sarmient. n. 30.*

*Secundo intelligitur, modo matrimonium non ſit clandeſtinum vel interdictum, nam tunc non legitimantur per ipſum, nu. 31. Per quod tamen legitimantur, ſi eſt validum, nu 32.*

*Filij ſpurij putatiui naturales non legitimantur per ſequens matrimonium, etiam verum, contra alios nu. 33. cuius ratio ponitur nu. 34.*

*Quod tempus, conceptionis, an natiuitatis ſit conſiderandũ, vt filij iudicentur naturales, vel ſpurij, aut etiam legitimi. Et prima opinio eſt, conſiderandum eſſe tempus vtilius proli, nu. 35. Secunda eſt, inſpiciendum eſſe tempus conceptionis, nu. 36. Et prima approbata eſt per legem Tauri, nu. 37. Sed magis placet ſecunda, quamuis prima ſit approbata d. l. Tauri, quæ procedet quo ad effectus iuris ciuilis, non tamen quoad hoc, vt tempus natiuitatis ſufficiat, vt alias ſint legitimi aut ſicut naturales legitimentur per ſubſequens matrimonium, &c. Et ſi dicta lex contrarium vellet in propoſito, ex defectu poteſtatis inutilis eſſet. nu. 38.*

*An filij habiti ex inceſtu, quorum parentes poſtea contraxerũt matrimonium, ex diſpenſatione Papæ, cũ Eccleſiæ prolem ſuſcepã, ſi qua eſt, & ſuſcipiendã exinde legitimã decernendo, efficiãtur legitimi per ſubſequens matrimoniũ quoad omnia, etiã ad ſucceſſiones, fideicõmiſſa, et maioratus, an vero legitimatio iſta cẽſenda ſit, ſicut ſi eſſet facta à ſummo Pontifice ſeparatim abſq; matrimonio: ita vt ſolum proſit ad ſpiritualia, & Eccleſiaſtica, nu. 39. vbi ponit ſententiam Couarruuiæ, & aliorum cenſendam eſſe eo iure, quo cenſeretur, ſi eſſet facta ſeparatim, &c. Sed contrarium tenetur nu. 40. vbi ponuntur deciſiones Rotæ.*

*Legitimatio facta diſpenſando in radice matrimonij eſt ex matrimonio, & valet ad omnia. nu. 41. & quando ſit diſpenſatio in radice matrimonij, nu. 42.*

*An legitimati per ſubſequens matrimonium admittantur ad fideicommiſſa, ſeu primogenia, ad quæ vocantur ex legitimo matrimonio nati, ſeu legitimi, remiſſiue, & reſoluitur affirmatiue nu. 43.*

*De filijs natis in figura matrimonij ex matrimonio putatiuo, an & quando ſint legitimi, remiſſiue nu. 44.*

*Secundo fallit prædicta doctrina, vbi illegitimi fuerunt per Papam legitimati, nam tunc habebuntur vt legitimi ad ordines & beneficia, nu. 45. de quo qui ſunt videndi, nu. 46.*

*Tertio fallit, vbi cum illegitimis fuerit diſpenſatum per habentem poteſtatem, nu. 47.*

*Epiſcopus diſpenſare poteſt cũ illegitimis ex quocumq; etiam dãnato coitu ad minores ordines, & beneficiũ ſine curatũ, cum ſint honeſta vitæ, & virtute prædicti: nam in iſta diſpenſatione facienda per Epiſc. requiritur cauſa, &c. n. 48. & ſeq. Nec poteſt cum eis diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum ſimplicium, vt plura poſſint retinere, nu. 50.*

*Ad maiores ordines, & beneficia curata nequit Epiſcop. diſpenſare, ſed requiritur diſpenſatio Papæ, nu. 51. quantumuis magna ſubſiſtente cauſa vtilitatis ſeu neceſſitatis Eccleſiæ. num. 52.*

*Ad dignitates etiam, vel perſonatus etiam ſine cura ſolus Papa poteſt cum illegitimis diſpenſare cum communi contra Gambarum, à num. 53.*

ridianarum controuerſiarum cap. 19. num. 51. cum Homedeo conſil. 47. lib. 2. nu. 23. *Et ante eos Hoſtienſ. in ſumm. tit. qui filij ſint legitimi, num. 8. & quod hæc ſecunda opinio magis practicatur, viditque ſæpius in ſimilibus diſpenſationes expedire in Rom. Curia, tradit Piaſec. in praxi Epiſc. par. 1. cap. 1. num. 27.*

9 Et ratio eſt, cum hic coniecturis † ſit agendum, nõ ſolent filij legitimi exponi, ſed potius qui naſcuntur ex furtiuis & fornicarijs congreſſibus: & veroſimilius eſt eos contra matrimonium naſci, qui ſic à genitoribus contemnuntur, & ait Vgolin. ſe viditſe re ipſa per multos annos, quibus animarum curam geſſit, ſolum ex fornicatione, & illegitima copula natos exponi: & quamuis Doctores citati exempla nonnulla afferant. plura afferri poſſe contraria. *Et Rota deciſ. 780. noniſ. Farin num. 3. ait: quòd expoſitio infantis repugnat valde legitimæ filiationi.*

10 Et hæc ſententia magis placet, nam re vera ita eſt, vt experientia docet, quod quamuis aliqui legitimi exponantur, tamen hi ſunt pauciſſimi: & fere omnes qui exponuntur, ſunt illegitimi, & ex centum qui exponuntur, certum eſt pluſquam 90. eſſe illegitimos, & ita expoſiti communiter reputantur, & dicuntur ex copula illicita, & ab eo quod fere ſemper fit videtur interpretatio ſumenda, quam ab eo quod aliquando, ſed raro fit, quamuis id ſit melius, & benignius. Et admiſſa hac ſententia non poterit Epiſcopus cum eis diſpenſare ad ſacros ordines & curata, cap. 1. de fil. presb. in 6. contra Couarr. Enriq. Lop. & Auilam. *Piaſecius d. 1. par. cap. 1. ſub num. 60. & alias 8a. verb. diſpenſatio num. 10. & Salas de legib. diſput. 20. ſect. 3. num. 28. dicentes probabile, quod in dubio an res egeat diſpenſatione, poteſt Epiſcopus diſpenſare in lege ſuperioris. Quibus concinnit quod ait Suar. de relig. 2. tom. lib. 6. de voto cap. 26. nu. 6. & Thom. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 10. num. 74. & lib. 4. cap. 40. num. 26. & 80. quòd quando eſt dubium, aut diuerſæ opiniones, de voti reſeruati valore, ſeu an ſit reſeruatum poteſt Epiſcopus in eo diſpenſare: quod non placet.*

11 Poſſet tamen prima ſententia † poſt factum admitti propter authoritatem DD. eam tenentium, ſecundum Couar. Salz. Vgolin. Enriq. Lud. Lop. Man. Rod. dict. num. 2. Auil. vbi ſupra, & vtramque dicit probabilem P. Ledeſma dict. cap. 34. 8. diffic. & Suar.
12 dict. diſp. 50. ſect. 4. Aliam † rationem pro ſecunda ſententia adducit Gabr. Vazq. ſup. quod in dubijs tutior pars eſt eligenda, cap. illud de clerico excommunicato miniſtrante. vt in dubio homicidij cenſeri debet quis irregularis, cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti. 2. de homicid. Eandem rationem adducit Toletus ſupra dicens, quod in dubijs debemus potius reputare eos irregulares. Eſt autem maxime dubium, imò & probabile, ex illegitimo natos eſſe concubitu. hi enim frequentius exponuntur. Eam etiam adducit Ruell. ſupra dicens, quod quando parentes omnino latent, dubium eſt facti vt minimum æquale: ergo vt in caſu homicidij dubij debet ſe quiſquam pro irregulari gerere.

13 Et quidem vera eſt illa † regula quod in dubijs tutior pars eſt eligenda, quæ intelligitur, & procedit generaliter quoad hoc, vt non poſſit quis facere id, de quo eſt dubium an ſit prohibitum, ſed debeat ab illo abſtinere: non tamen procedit quoad hoc, vt in dubio debeat quis ſpoliari, ſeu priuari re poſſeſſa, vel facere actum poſitiuum, de cuius obligatione nõ
14 conſtat. Nam † tunc intrat alia regula, quod in dubio & pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, reg. in pari. lib. 6. quæ procedit non ſolum in materia iuſtitiæ, vt aiunt Gabr. Vazq. ſup. diſp. 65. num. 13. & 14. & Açor. inſtit. moral. 1. par. lib. 2. cap. 19. q. 10. & lib. 11. cap. 15. quæſt. 2. Sair. in claui Regia lib. 1. caput. 13. num. 36. Sanch. & in præc. Decal. lib. 1. cap. 10. ex num. 9. & M. Fr. Anton. Perez nunc Generalis Ordinis S. Benedicti Hiſpaniæ certamine 10. ſchol. num. 131. & ſeq. & nouiſſimè Fr. Raph. de la Torre de relig. 1. to. quæſt. 88 art. 3. diſp. 3. ſed etiam aliarum virtutum, vt rectius aiunt Tho. Sanchez de matr. lib. 2. diſput. 41. quæſt. 3. & Suar. 5. tom. diſp. 40. ſect. 5. num. 15. & ſect. 6. & de relig. 2. tom. tract. 15. lib 2. cap. 33. & tract. 6. lib. 4. cap. 5. & ſeq. qui tamen non perceperunt vim *primæ regulæ quam è contra nimis ampliat Lorca 1. 2. diſput. 38. de act. human. reſtringens alteram regulam, vt non habeat locum niſi in rei materialis poſſeſſione, &c.*

15 Pro † qua diſtinctione facit illud axioma, de quo in capit. quemadmodum de iureiuran. quod turpius eijcitur. *Facit etiam declaratio illa communis, de qua infra 11 part. cap. vlt. à num. 9. in leges pœnales imponentes pœnam ipſo iure ſeu ipſo iure ſeu ipſo facto, nempe inter eam quæ conſiſtit in mera priuatione, & non requirit aliquam actionem ſeu executionem poſitiuam, ſeu primam rei acquiſitionem impedit, quòd obligat in conſcientia ad pœnam abſque alia iudicis ſententia, & inter eam quæ requirit aliquã actionem ſeu executionem poſitiuam, ſeu imponitur in re iam quæſita, quod non obligat in conſcientia ad pœnam ante ſententiam, &c. Qua differentia in eo nimirum eſt, quòd facilius obligatur quis ad non faciendum ſeu non acquirendum, & ad abſtinendum ſe ab actu & acquiſitione, quàm ad faciẽdum actum poſitiuum & ſpoliandum ſe re poſſeſſa.*

16 Vnde in dubio † voti diſtinguendum eſt inter votum negatiuum de non faciendo, quod eſt ſeruandum, & affirmatiuum de faciendo, quod non obligat, & ſimiliter in dubio præcepti inter præceptum negatiuum, & affirmatium.

17 Vnde etiam procedit † diſtinctio cap. inquiſitioni verſ. verum de ſent. excom. de qua late agunt Nauar. in cap. ſi quis autem de pœn. dict. 7. num. 9. Couar. in 4. 2. par. cap. 7. §. 2. num. 7. Corduba lib. 3. quæſt. 5. & 8. Bart. Med. 1. 2. quęſt. 19. 6. P. Ledeſ. de matr. q. 45. artic. 1. Gab. Vazq. dict. diſp. 66. ex num. 9. Açor. dict. lib. 2. c. 18. & Thom. Sanchez ſu. & Doctor. per eum relati, & Salas ſup. ſect. 20. 21. & 22. & Suar. d. capit. 5. num. 17. Lorc. ſu. *& fr. Baſil. de Leon. de imped. matrim. cap. 36. num. 2.*

18 Et ideo in dubio † non ſolum homicidij, ſed etiam alterius cuiuſcumque facti, ob, quod incurritur irregularitas, cenſeri debet quis irregularis ad effectum abſtinendi, & ceſſandi ab officio, & opere irregularibus prohibito, etiam in foro exteriori, propter periculum errandi contra ſalutem animæ, & etiam poſt factam diligentiam, quidquid tunc dicant Enriq. l. 1. 4. cap. 3. §. 4. & cap. 14. §. 3. & cap. 15. §. 5. & Auil. de cenſur. 7. p. diſp. 2. dub. 5. vt in dict. cap. ad audientiam & c. ſignificaſti, 2. de homic. quę nouum ius nõ inducunt, Gab. Vazq. *dict. diſp. 65. num. 9. Sanchez ſupra, maxime d. cap. 10. num. 15. & 48. & fr. Baſil. ſuprà.* quicquid velint Thom. Sanchez ſup. & Suar. d. ſect. 6. & dict. cap. 31. num. 2. *dict. cap. 5. num. 16. & fr. Raph. de la Torre dict. diſput. 3. ad finem*, ſed ex d. 1. regu. generali obligationem per exiſtentem declarant, & de iure reſpondent, non vero quoad hoc, vt debeat ſpo-

ſiari, ſeu priuari beneficio & alias pœnas quæ in dubio non debent imponi, l. abſentem, ff. de pœnis, & reg. cum ſunt partium iura obſcura in 6. quamuis ſi non abſtineat ab his, à quibus vere irregulares abſtinere tenentur, pro eo vero & certo delicto in non abſtinendo commiſſo punietur condignè, & competenter in foro exteriori.

19 Et id plane † eſt, quod vult & docet Abbas in d. c. ad audientiam nu. 3. & in d. c. ſignificaſti num. 4. quem ſequuntur Anan. & Fel. nu. 1. in d. c. ad audiẽtiam, Marian. Socin. ibid. num. 46. Roſell. verbo dubij, Ang. ver. dubium, 1. & 2. Sylu. eodem verbo q. 4. Armilla verb. dubitatio, nu. 3. Sayrus de cenſuris lib. 6. c. 2. nu. 16. & clarius in Clau. Regia lib. 1. c. 13. n. 33. & 34. Tolet. d. lib. 1. c. 57. circa fin. & communis,

20 quam † non videntur recte intellexiſſe, Nau. in d. c. ſi quis autem à nu. 35. & in Man. c. 27. num. 193. & conſ. 6. & 46. alias 11. & 12. de homic. nu. 2. & Cou. in Cle. ſi furioſus 1. p. initio nu. 3. imponentes ei, & Abbati ſup. quod dicant neminem in dubio cenſendum irregularem in foro exteriori, cum quib. nempe Nau. & Couar. alij tranſeunt, Plac. de delict. c. 12. nu. 11. Maiol. de irregul. lib. 1. c. 2. reg. 7. & lib 5. cap. 51. nu. 10. Vgol. eod. tract. cap. 4. §. 1. nu. 4. Coſm. Philiar. de off. ſacerd. 1. p. lib. 4. cap. 6. Candelabrum aureum de irregul. nu. 20. Zech. de caſib. reſeruatis, caſu 1. de irreg. in prin. n. 31. verſ. 5. Bannes de iuſt. & iur. q. 64. art. 8. Lud. Lop. 2. tom. 2. p. c. 22. Man. Rodrig. in ſum. 1. tom. cap. 156. nu. 3. Valet. 4. tom. diſp. 7. q. 19. pun. 2. Veg. in eſpeio de curas, cap. 12. n. 218 *Pet. Ledeſm. in ſum. de matrim. cap. 34. 2. concl. 3. diffic.* Auil. ſup. Ant. Per. d. nu. 132. Rebel. d. p. 2. lib. 1. q. 2. nu. 13. Salas d. tract. 8. diſp. vni. ſect. 19. num. 171. & Molin. de iuſt. tract. 3. diſp 67. nu. 3. qui tenet prædictam noſtram reſolutionem, & iuxta eam explicat, & intelligit Nauar. vbi ſup. qui ſecum pugnare videbatur, iuxta quam etiam ſunt intelligendi Couar. & reliqui Doctores modo citati.

21 Et idem videtur in dubio iuris, vbi † quis dubitat, an ſuo delicto, ſeu facto ſit impoſita pœna irregularitatis, antequam fiat diligentia & examen in iure, interim enim debet abſtinere, tanquam irregularis, & etiam poſt factum examen & diligentiam, dũ manet dubius. Ant. Per. *ſup nu. 125. & fr. Baſil. ſuprà, dicens diſtum regulam, quod in dubijs tutior pars eſt eligenda, habere locum etiam in dubio iuris.* quamuis vbi dubium eſſet apud omnes, an in aliquo caſu ſit iure impoſita irregularitas, ſeu in caſu dubio apud Doctor. an ſit de illis, in quibus irregularitas incurratur, tũc non eſſet quis cenſendus irregularis, ex quo non eſt in iure expreſſum, vt in c. is qui de ſent. excom. in 6. Innoc. in d. c. ad audientiam in fi. Nau. in d. c. ſi quis autem nu. 39. & ſeq. & alij, & ita recte explicat Gab. Vazq. d. diſp 65. nu. 11. & 12. & facit dec. Rot. in cauſa Vrgell. canonicatus 3. Mart. 1595. coram Illuſtriſ.

22 Blancheto ſup. adducta 2. p. c. 5. nu. 12. ad fi. Et † ita erit accipiendum, quod docet Cou. ſupra. quem ſequuntur Plaça, Vgol. Bann. Lud. Lop. Val. & Sayr. ſup. Tolet. d. c. 57. nu. 4. Açor. d. lib. 2. cap. 19. q. 11. Suar. d. ſect. 5. ex num. 13 Auil. ſup. Rebel. d. nu. 13. & Salas ſup. ſect. 17. nu. 153. & ſect. 18. & 19. nu. 176. quod in dubio iuris, an ſit in aliqua ſpecie inducta irregularitas, non eſt quis cenſendus irregularis, *ex d. cap. is qui, quod etiam tradit Lorca ſup. d. diſp. 38. §. vlt. ex reg. iuris, quod odia ſunt reſtringenda, quæ non bene ap-*

*plicatur in propoſito, & nouiſſime Sanch. d. cap. 10. nu. 43.*

23 Oportet autem † hic animaduertere contra Rebell. d. 1. par. lib. 2. quæſt. 14. à num. 8. & 2. par. lib. 1. q. 2. à num. 10. nihil referre in hac materia dubij, quod dubium ſit æquale vel non nam ſtante vero dubio, licet pro vna parte ſit maior verſimilitudo, ſeu probabilitas non tenetur dubitans ad id, ad quod alias in dubio æquali non teneretur, nec deobligatur ab eo, ad quod alias in dubio æquali teneretur. Gab. Vazq. diſp. 66. cap. 7. numer. 43. quidquid velit Rebell. ibi: nec etiam teneretur ad diuidendum, quidquid dicat cum alijs Thomas Sanch. d. diſp. 41. nu. 16. & 34. contra quos rectius tenent Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 103. Vazq. ſup. num. 36. & 37. Salas ſect. 23. num. 231. & ſect. 25. num. 15. *& nunc probabilius indicat Sanch. d. cap. 10. num. 9.* Non enim eſt conſiderabilis ille exceſſus, nec facit imparem cauſam ſi nihilominus res non extrahitur à dubio, ſed adhuc reuera manet dubia, facit reg. iuris in 6. cum ſunt partium iura obſcura reo (qualis eſt poſſeſſor) fauendum eſt potius, quam actori, nam etiam ſi ſit maior probabilitas pro vna parte, adhuc res manet obſcura, vt ſupponitur, & colligitur ex d. c. inquiſitioni de ſent. excom. & eſt de mente communi DD. qui communiter dicunt, quod in dubio melior eſt conditio poſſidentis, & non quod in æquali dubio quid quid velit *Rebel. ſup. Et ita rectè aut Lorca d. diſput. 38. membr. 3. contra Medinam ſuprà, (qui tamen non dicit contrarium) quòd ſine ſint efficaciores, ſeu vrgentiores rationes pro vna parte, ſiue minus efficaces, dummodò non ſint ſufficientes ad removendum dubium, & generandum aſſenſum ſaltem probabilem, ſeruandæ ſunt regulæ dubij: & malè procedit & loquitur Graffis de caſibus reſeruatis lib. 2. cap. 17. nu. 37. & 38. dicens, quòd quando eſt dubium in iure, an in aliqua ſpecie ſit inducta irregularitas, recurrendum eſt ad illud, & ſi non inuenitur, iudicabis non irregularem: quando verò eſt dubium de facto, ſi dubium eſt probabile magis inclinans affirmatiuè, quam negatiuè, in vtroque foro iudicandus eſt irregularis, ſi ſit ſcrupulus, vel æqua dubitatio, non eſt irregularis: quod etiam conuincitur & apparet falſum*

24 *ex ſupradictis.* Vnde etiam non placet, quod † docet. Suar. 4. tom. de pœn. diſput. 22. ſect. 9. num. 6. & d. tract. 6. de relig. l. 4. cap. 5. numer. 5. quod quando habet quis iudicium probabile vtriuſque partis, quod dubium poſitiuum vocat, poteſt tuta conſcientia ſequi quam partem maluerit, quia homo in reb. practicis poteſt ſequi opinionem probabilem, non obſtante contraria probabili, *vel etiam probabiliori, &c. ſequitur Torre dict. diſput. 3. numero ſecundo, & Sanch. dict. cap. 10. numero 76.* Quæ doctrina non eſt vera, nam licet opinionem probabilem ex parte iuris poſſit quis ſequi relicta contraria probabili aut etiam probabiliori, vt dicitur inf. 11. par. cap. 5. à num. 361. tamen quando ex parte facti ſunt vtrinque rationes, ſeu coniecturæ probabiles, neceſſario reſultat dubium de tali facto, & debet homo ſe gerere, tanquam in re dubia, quantumuis habeat pro vtraque parte iudicium probabile, vt ſatis colligitur ex d. cap. inquiſit. nam vt dicit Sot. in 4. diſt. 17. quæſt. 1. art. 3. verſ. tũc ergo, & cum eo Thom. Sanch. d. diſp. 41. nu. 3. in propoſito potius perpendenda eſt cauſa dubij, vel aſſenſus quam aſſenſus ipſe, & ad iudicandum nõ tam attendendum eſt, an adſit dubium, vel

opinio,

opinio, quamad caſum, vnde oritur, &c. & ita ſentiunt communiter DD. quidquid Suarez dicat: & Sylu. verb. confeſſio 2.q.2. quem allegat Suar. dict.
25 num.6. loquitur in habente † opinionem, & aſſenſum vnius partis tantum, licèt cum formidine. Denique oportet animaduertere d. regulam, in dubio melior eſt conditio poſſidentis, & alteram, in dubijs tutior pars eſt eligenda non pẽdere ex eo, quod ſit vel non ſit magna incommoditas, moleſtia aut difficultas, ſeu periculum, contra Salas d. tract. 8. diſp. vni. à ſect. 17. ad 25. qui tandem omnia ad id reducit, & in ſumma tenet, quod in materia iuſtitiæ generatim, & maximè verum ſit meliorem eſſe in dubio conditionem poſſidentis: ita vt qui legitimè poſſidet rem aliquam externam, vel ius ad illam, non teneatur in dubio re illa, vel iure ſe ſpoliare, & alteri & per quandam accommodationem, & cum quadam exceptione, ita ſcilicet, vt is qui alioqui erat liber, ſeu poſſidebat libertatem ad aliquid agendum, vel omittendum, non teneatur illud facere, vel omittere, ſi moleſtum, vel oneroſum eſt, niſi conſtet cadere ſub promiſſione, voto, iuramento, vel præcepto, ſecùs ſi facilè, & commodè id fieri poteſt, nam ſine cauſa & neceſſitate, nemo ſe exponere debet periculo violandi legem promiſſionem, vel præceptum, & in dubio regulariter, & per ſe loquendo, tutior pars neceſſario eſt amplectenda, ſecus tamen per accidens, ad vitandum aliquod magnum incommodum. Itaque in quocumque dubio, ſiue iuris, ſiue facti, præcepti, promiſſionis, voti, iuramenti, vel alterius rei, quando facilè, & ſine magno incommodo fieri poteſt, tutior pars ſequenda eſt, niſi fortè ius ipſum aliud concedat, vt videtur concedere in dubio iuris de irregularitate in cap. is qui de ſent. excomm. in 6. Quando verò id non poteſt fieri, niſi cum magna difficultate, & incommoditate, id non eſt faciendum de præcepto, ſed de conſilio, niſi aliud iura ipſa exprimant, vt exprimere videntur in irregularitate homicidij, quoad ceſſationem à diuino miniſterio, &c. vt etiam ait ſect. 6. num. 70. ita Salas, cuius doctrina non placet, & conuincitur ex dictis; nec eſt ſimile quod tradit, *Thom. Sanchez lib. 2. de matrimon. diſput. 36. numero 8. & in præcepta Decal. lib. 1. cap. 9. numero 25.* Loquitur enim de opinione ex parte iuris aliqualem habente probabilitatem, &c. Sed licet prædicta ita
26 ſint, non † tamen videntur applicanda in propoſito de filijs expoſitis, in quo ſi dubium eſſet æquale, aut ferè, ob fauorem prolis melior, & benignior pars eſſet ſumenda, iuxta dict. cap. ex tenore, & ideo expoſiti cenſentur Chriſtiani antiqui, & ex puro ſanguine, & poſſunt obtinere præbendas in Eccleſijs, ſeu Collegijs, in quibus eſt ſtatutum, quod non admittantur, niſi Chriſtiani antiqui, & ex puro ſanguine, vt communiter tenetur. Enriqu. dict. lib. 11. capit. 20. §. 2. in gloſſ. litera K. Auila dict. diſp. 3. dub. 9. Salas dict. num. 26. quod non eſſet verum, ſi ratio prædicta hic valeret. Verum eſt, quod contrarium in eo nouiſſimè tenet Perez de Lara de anniuerſ. & capell. lib. 2. cap. 24. à num 27. Aduerten-
27 dum † tamen eſt, quod Enriq. lib. 14. c. 7. §. 10. gloſ. lit. K. L. ait, quod Greg. XIV. anno 1591. data Bulla in gratiam confraternitatis pro expoſitis decernit, vt habeantur pro legitimis, & puri ſanguinis ad omnes præbendas. Sed de hac bulla ego non habeo notitiam, fortè eſt bulla particularis in gratiam & fauorem expoſitorum alicuius cõfraternitatis particularis, vt ſonant verba Enriqu. Prædicta doctri-
28 na de inhabilitate † illegitimorum fallit, primo, vbi per ſequens matrimonium fuerint legitimati; nam filij illegitimi naturales efficiuntur, quoad omnia (præter Cardinalatum ex conſtitut. Sixti V.) verè legitimi per ſubſequens matrimonium, cap. tanta, qui filij ſint legitimi, & ibi gloſſ. Abbas, numero 4. & 7. & alij. ca, innot. de elect. l. 1. tit. 13. p. 4. vbi Greg. Lopez Villadiego de irregularitate, c. 16. ver. item aduertendum, quod per ſubſequens matrim. Anton. Gabr. de legitim. conſi. 1. Couar. in 4. 2. p. ca. 8. §. 2. Duen. reg. 350. Cuch. in inſtit. maior. li. 5. tit. 11. n. 129. 140. & ſeq. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 12. Mantienço & Azeued. in l. 10. tit. 8. lib. 5. recop. Io. Grac. de nobil. gloſſ. 21. Pereg. de fideicõm. art. 24. ex nu. 1. & Zauall. q. 2. n. 60. & q. 606. à nu. 1. Morquecho de bonor. diuiſ. lib. 4. c. 6. à n. 17. Vgol. de irreg. c. 44. §. 3. Enriq. in ſum. li. 11. c. 20. §. 1. & 2. Sayr. d. l. 6. c. 10. à nu. 13. & Suarez ſup. ſect. 1. nu. 2. &
29 ſect. 5. §. n. 1. & 11. etiam † ſine inſtrumentis dotalibus de iur. can. ex d. c. tanta, DD. citati, & Ant. Theſ. deci. Pedemont. 83.

30 Et intellige per matrimonium † etiam putatiuum bona fide, ſaltim vnius coniugum contractum d. c. antea. iuncto cap. ex tenore eodem titul. Anton. de Butr. in d. cap. tanta. & in c. quod nobis. eodem, Caſſador. deciſ. vni. de ſponſa. Ant. Gabr. c. 1. conc. 1. nu. 4. & 6. Duennas dict. reg. 350. ampliat. 9. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 1 numero 11. Matienço dict. l. 10. gloſſ. 1. numero 3. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 81. numero 3. & ſentit Suarez d. ſec. 1. numero 11. contra Sarmiento lib. 1. ſelectarum c. ſexto, quem ſequitur P. Molin. de inſtitu. tract. 2. diſputat. 172.

31 Secundò intellige, † modo matrimonium non ſit clandeſtinum, vel interdictum, nam tunc non legitimantur per ipſum; ſi eſt inualidum, cap. fin. §. primo, de clandeſt. deſponſatione. Zauall. quæſtio.
32 697. Per † quod tamen legitimantur, ſi eſt validum, vt contra alios rectè docet Mantic. dicto titulo duodecimo, numero 13. & Thomas Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 44. *& Fr. Baſil. de Leon. de imped. matrim. c. 26. §. 7.*

33 Filij tamen ſpurij † putatiui naturales non legitimantur per ſequens matrimonium, etiam, verum, vt contra gloſſ. 2. in dicto cap. tanta, Caſſador. ſupra, & plures relatos per Anton. Gabr. ſupra conc. 2. & per Couarr. dicto 5. 2. numero 17. & per Cuchum illis libentius accedentem ſupra num. 139. *& contra Surdum, qui de magis vera & communi teſtatur conſ. 303. num. 20. lib. 2. & Gratianum diſcept. for. ca. 83. num. 22.* tenent Ioann. Andr. Anton. & Abb. numero 8. in dicto cap. tanta, Couarr. ſupra numero 17. & 18. Roder. Suar. in l. 1. titu. 6. l. 3. fori ver. ad prædicta, vbi Valdes in additio. alios citat, Duennas ſupra limitatio 3. Sarmiento dicto cap. 6. & Molin. dicto numero vndecimo, Spino de teſtamentis gloſſ. decimaquinta, numero 119. Velazqu. de Auend. in l. vndecima Taur. gloſſ. 2. ex nume. 3. & Ceruantes ibi ex numero 156. *Ioann. Gut. practic. lib. 2. qua. 105. numer. 9.* Peregrin. d. artic. 24. ex numero 52. & 73. Sylueſt. Aldobran. in §. fin. de nuptijs numero 21. Fachin. controuerſ. libro 3. c. 55. Lud. Lop. inſtruct.

conſcien-

conſcientiæ, 2. tom. cap. 57. P. Molina d. diſput. 172. Suarez d. ſectione 1. numero 5. 7. & 11. & videtur tenere Anton. Gabriel. d. concl. 2. qui alios referunt pro hac ſententia.

34 Et ratio eſt, quia danti † operam rei illicitæ imputatur quidquid inde euenit, etiam præter eius cogitatum & intentionem, capit. continebatur, ca. tuo de homicid. ſaltim vbi non agitur de imputatione culpæ, ſeu malitiæ, & eius pœna, vt hic; & quia illi reuera non ſunt naturales & ſolum de iure legitimantur per ſubſequens matrimonium filij naturales.

35 Sed eſt difficultas, quod tempus, † conceptionis, an Natiuitatis ſit conſiderandum, vt filij iudicentur naturales, vel ſpurij, aut etiam legitimi. In qua prima opinio eſt, conſiderandum eſſe tempus conceptionis, vel natiuitatis, quod vtilius fuerit proli, argumento textus in §. ſufficit. inſtitut. de ingenuis, & in l. nuper. Cod. de naturalib. liberis, & in authen. quibus modis natural. efficiant. ſui, §. tribus, ſeu, §. ſi quis igitur, prope finem, qui idem dicit, quod d. lex nuper. Ita tenent Hoſtien. And. Cardin. Anto. Anchar. & Collectarius in d. c. tanta, Enriqu. in d. cap. ex tenore, Salicet. in d. l. nuper. Anto. Gabr. d. conc. numero 10. & concl. 4. numero 11. Greg. Lopez in l. ſecunda, titul. 15. p. 2. verb. ſino el hijo, verſ. ſed pone, & in l. 1. tit. 13. p. 4. verb. ſe caſa, Couarr. dicens communem d. §. 2. numero ſecundo, Duennas ſup. ampliatione 19. Rojas de ſucceſſionibus ab inteſtato, cap. 10. à num. 38. Cuelues ſupra nu. 130. Aluarado de coniecturata mente defuncti, li. 2. c. 3. numero 66. Spino d. gloſſ. 15. num. 118. Vgol. d. §. 3. Fachineus d. libro 3. controuerſiarum cap. 50. Lud. Lop. ſup. Enriq. d. c. 20. nu. 3. Molin. ſup. d. diſputat. 172. dicens communiorem ſententiam, P. Ledeſ. in ſumm. de matri. c. 34. 3. diffi. 1. conc. & Sayr. d. c. 10. n. 29. Tho. Sanch. de matri. lib. 8. diſp. 7. n. 19. Morq. d. lib. 4. c. 6. nu. 18. & 21.

36 Secunda opinio † eſt, inſpiciendum eſſe in propoſito tempus conceptionis, cum hic agatur de qualitate, & macula, quæ ex vitio, & crimine in coitu, & conceptione commiſſo contrahitur, & probatur ex l. Paulus 11. ff. de ſtatu homin. vt eam expendit Sarmiento infra. Ita tenuerunt Cinus & Paulus in l. cum ex libera, Cod. de ſuis & legitim. hæredibus, Bald. & Alberic. in d. l. Paulus, Salicetus in leg. & ſi contra, C. de nuptijs. & in l. filium, C. de ſuis & legitim. hæredib. Anton. de Roſell. in tract. de legitimatione, colum. 8. & 9. Maiolus de irregularitate, li. 1. c. 4. nu. 14. optimè Sarmiento d. lib. 1. ſelectarum c. 5. à n. 10. cuius rationibus ait Couarru. ſupra in vltimis editionibus, ſed dubium eſſe an ſua opinio vera ſit, atque ideo lectorem admonere, vt & in iudicando, & conſulendo, cautè & cum iudicio quæſtionem iſtam diffinire velit. Et hanc videtur tenere Bartol. in dict. l. Paulus, vbi opponit de d. l. nuper. & ſoluit, quod ibi ille coitus concubinarius erat licitus de iure ciuili; in caſu verò d. l. Paulus, coitus erat omninò illicitus de iure ciuili, &c. Sequuntur Bald. & Ange. & Peregr. d. ar. 24. num. 50. qui eandem opinionem videntur tenere, quam etiam ait probabiliorem Suarez d. ſect. 1. nu. 3.

37 Prima tamen opinio approbata † eſt per d. l. 11. Taur. quæ eſt 9. tit. 8. l. b. 1. recop. vt rectè aiunt Rojas ſup. nu. 40. & Velazq. ibi glo. 1. nu. 5. Enriq. & P. Molin. ſup. & Ioan. Gatc. de nobilitate, gloſſ. 20. nu. 89. dicens in Hiſpania eam ſententiam veram eſſe, aut ſaltim recipiendam ex authoritate d. l. 11. de iure tamen communi fortiſſimum textum eſſe d. leg. Paulus, ſi expendas, vt expendit Domin. Franc. Sarmiento vbi ſupr.

38 Mihi vero magis † placet ſecunda ſententia, quamuis prima ſit approbata d. le. 11. Tauri, quæ procedet quoad effectus iuris ciuilis, non tamen quoad hoc vt tempus natiuitatis ſufficiat, vt alias ſint legitimi, aut ſicut naturales legitimentur per ſubſequens matrimonium, ſi attento tempore conceptionis erant inceſtuoſi, aut adulterini, &c. ex ratione adducta. Et ſi d. lex. Tauri contrarium vellet in propoſito, ex defectu poteſtatis inutilis eſſet, ca. venerabilem. de elect. c. 2. de iudic. cum alijs DD. in c. Eccleſ. S. Mariæ de conſtit. & in ſimil. Couarr. in c. quamuis pactum. 1. p. §. 3. nu. 7.

39 Secunda difficultas eſt, an filij † habiti ex inceſtu, quorum parentes poſtea contraxerunt matrimonium ex diſpenſatione Papæ, cum clauſula in diſpenſationibus cum copula apponi ſolita, prolem ſuſceptam, ſi qua eſt, & ſuſcipiendam exindè legitimam decernendo, efficiantur legitimi per ſubſequens matrimonium, & ex eo verè legitimi cenſeantur, quoad omnia etiam ad ſucceſſiones, fideicommiſſa, & maioratus, ſicut naturales; an vero legitimatio iſta cenſenda ſit, ſicut ſi eſſet facta à Summo Pontifice ſeparatim, abſque matrimonio, ita vt tolum profit ad ſpiritualia, & Eccleſiaſtica, tanquam facta per reſcriptum Papæ. Quæ difficultas grauis eſt, & quæ poteſt in praxi frequenter occurrere, & nunc verſatur circa aliquos maioratus Hiſpaniæ, in qua Couarr. in 4. 2. p. ca. 8. §. 8. nu. 13. tenet legitimationem iſtam cenſendam eſſe eo iure, quo cenſeretur ſi eſſet facta à Summo Pontifice ſeparatim abſque matrimonio, cum ratione matrimonij facta non fuerit, ſequuntur Molina de Hiſpanorum primog. libr. 3. cap. 2. num. 11. Humada ad Greg. Lopez in l. 2. tit. 15. p. 2. gloſſ. 10. num. 7. Peregrin. de fideicomm. art. 24. à nu. 76. præſertim nu. 70. Ludou. Lod. inſtruct. conſc. 2. to. c. vlt. 3. concl. & Tho. Sanchez de matrim. li. 8. diſp. 6. num. 25. & diſput. 7. num. 14.

40 Contrarium tamen † nempe, quod efficiãtur legitimi per ſubſequens matrimonium, & ex eo verè legitimi cenſeantur ad omnia, etiam ad ſucceſſores, fideicommiſſa, & maioratus, ſicut naturales, verius videtur, nam iſta legitimatio non fit per Papam abſque matrimonio, ſed ratione matrimonij, & reſpectu illius, dependenterque ab illo extendendo & ampliando diſpoſitionem, & fauorem dicto cap. tanta, vt intret etiam in iſto caſu: quod patet, nam ſi huiuſmodi diſpenſati poſtea, non contraherent matrimonium inter ſe, proles ſuſcepta non maneret legitima vllo modo, nec poſſet legitimari virtute illius diſpenſationis, vt rectè tradit Tho. Sanch. dicto libro 8. diſput. 6. num. 26. & diſput. 7. numero decimoquinto, quidquid aliàs ſit in terminis dec. Rot. 207. p. 1. d. uerſor. quam ſequuntur Gonſal. in regu. menſum, gloſſ. quinta, §. 9. numero 57. & Proſper. de Auguſtino ad ſummam Bullarij Quartanæ in appen. p. ſecunda, verb. matrimoniales diſpenſationes ad fi. pag. 548. *& Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 138. *num.* 48. Et ita in propoſita difficultate videtur tenere

Abbas

Abbat in dict.cap.tanta,num.14.ibi: Nisi aliud dicatur in dispensatione, Guillel. benedict. in cap. Raynutius,verb.& vxorem el 1.à num.202.ibi: Ann.celebrando.& Enriquez in summa lib.7.cap.13.§.5.in fin. & nouissimè post hæc hanc sententiam amplexa est Rota in causa Pampilonen. illegitimitatis R.P.D.Iusto eiusdem Rotæ Auditore proponente 9.Decembr.1608. vt in decisionibus sequentibus Romæ impressis,& etiam Matriti ad causam maioratus Hispalen. Martini Ceron pendentem in Consilio Regio, in quibus decisionibus inter alia adducitur prædicta ratio à me adducta, quæ meo iudicio est ratio fundamentalis,& in principalis huius sententiæ, Pro illegitimitate Martini Iunioris plura deducebantur pro informantes, Primò, quod Martinus est ex coitu incestuoso, cum parentes essent tertio consanguinitatis gradu coniuncti. c.non debet, de consang. & affin. Vnde non fuit effectus legitimus per subsequẽs matrimonium, Abb.in capit.tanta, num.14. qui fil. sint legitimi. Sit in his terminis Rota coram fœl.rec. Clemente VIII. tunc Auditore in causa Syracusana legitimitatis, 19. Octobris 1573. Nec sufficit dispensatio, quia non potest operare hunc effectum, cum non sit in radice matrimonij, quia tempore conceptionis Martini copula non fuit affectu maritali, Anch. consil.409. sub num.4. vers. sed est discutiendum, Abb.in cap per venerabilem, num.21. qui fil. sint legit. Pul.dec.483.quæ incipit, Matt.Gabel.l.2.

Ad hæc respondsum fuit, quod legitimitas probatur ex subsequenti matrimonio celebrato iuncta dispensatione Papæ.

Non obstat oppositio, quod Martini, & Vrsulæ copula non fuerit affectu maritali, & sic dispensatio non tangit radicem matrimonij. Nam tollitur primo, quia affectio maritalis ad fuisse ab initio præsumitur, nam qui hodie nuptias contraxit, ex qua antea liberos susceperat, regulariter præsumitur eundem ab initio animum habuisse matrimonij contrahendi, Cacher.in decis.Pedemont.154.nu.4. contra quam præsumptionem nihil est probatum in casu nostro, & est negatiua probanda ab hæredibus aduersarijs, vt in decis. R. P. D. mei Cauallerij in hac causa facta.

Nec facit, quod tunc præsumitur consensus & effectus maritalis, quando de facto, & nulliter contractum est matrimonium, & subsequuta, copula, in quibus terminis procedit Rota in dict. decis. Siracusana, & ponit exemplum Ioann. Andr. in d.cap. per venerabilem, num.30. versic. si proles. Nam Doct. dicunt, quod legitimatio non sit in radice matrimonij nisi in prole genita ex coitu matrimoniali, saltem ex affectu, vel consensu. Ita dicit Anchar. allegatus dicto consilio 409. sub numero 4. post Ioannes Andr. in dict. cap. per venerabilem, num.30. & ibi Abb. sub num.23. repetit eadem verba, saltem consensu, & affectione, sine quibus non est matrimonium de facto, & non potest suppleri cõsensus: & ita sunt intelligendi alij Doctor. Vnde cum satis sit coitum fuisse ex affectu, vel consensu maritali, in hoc præsumitur adfuisse & adfuit, licet non sint publice celebrati actus matrimoniales, de qua publicitate non loquuntur Doctores.

Neque ista negatiua probatur ex narratiua dispẽsationis, vbi habetur, quod Martinus & Vrsula scientes se tertio consanguinitatis gradu esse coniunctos, non se cognouisse, vt etimine admisso facilior esset dispensatio, sed sola vesana libidine victi, ergo non secreto affectu maritali. Nam vis huius narratiuę est, reddere Papam faciliorem ad concedendam dispẽsationem, quæ fuisset difficilior, si ea intentione, vt facilius dispensationem impetrarẽt, se cognouissent: sed est præter omnem intentionem velle excludere consensum, & affectum maritalem in copula, de quo nullum verbum, & qui esse poterat coniunctus cum illa vesana, & incestuosa libidine, ante obtentam dispensationem,

Secundo non obstat oppositio, quia dispensatio prolis per subsequens matrimonium sine solemnitatibus iuris ciuilis est indulgentia iuris canonici, in d. cap.tanta Couar.in 4.decre,2.par.cap.8.§.2. nu.18, vbi subdit, Papam reuocare posse, si iusta ratione placeret: sicut igitur Papa constitutione vniuersali decreuit prolem susceptam legitimam esse per subsequens matrimonium, non intelligendo de suscepta ex coitu incestuoso, ita nihil prohibet quominus ex iusta causa possit etiam prolem ex isto coitu susceptam legitimam decernere & ius canonicum extendere, & maiorem vim tribuere matrimonio, quam habeat de iure. Et Papa hoc pacto imprimit qualitatem effectui producto ante esse matrimonij, vt dicit Anton. de Butr. dicto cap.tanta in princip. quod à iure nõ erat indultum: & hoc patet, siquidem Martinus & Vrsula exposuerunt. Papæ coitum incestuosum, prolem ex eo susceptam, & alia, quibus non obstantibus. Papa concessit mandatum de dispẽsando, cum decreto legitimationis prolis susceptæ, & suscipiendæ, quod sufficit, Maresch.in cap.1.num.126.de constitut.in 6. & operatur vbique effectuum suum contra sententiam, Prepos.in d.cap.tanta, colum.68. in fin. & secundum communem, & veriorem opinionem, de qua per Illustrissimum Domin. Cardinalem Manticam de coniecturis lib.11.tit.12. nu.14. post Couarr.in dict.cap.8.§.2.num.8. vbi in specie in cõtrarium allegat, & reprobat Præpos.it, & Angel. & eosdem reprobat Gabr.consil.21.num.14.lib.1.qui multos adducit, alias nimium esset restricta facultas dispensandi secuta copula, & prole suscepta, non celebrato palam matrimonio de facto, quæ tamen vt plurimum est necessaria ad euitanda scandala, quorum timor remaneret in prole non legitimata. Vnde falsum est dicere, quod deficiat potestas, vel intentio Papę in his dispensationibus, quoad legitimationem prolis præterquam quoad spiritualia, vt dicunt modern. Cordubens.de matrimon.lib.8.dispensat.7.nu. 14. Nam quoad potestatem in his, quæ à iure humano, & positiuo prohibentur, qualis est casus propositus, absque alicuius dubitatione Romani Pontifices amplissimam habent potestatem, cap. proposuit, §. licet autem de concess. præben. Ferdinand. de Lopez, in tract.de matrimon. Regis Angliæ, dubit. secunda in respons.ad primum partis negatiuæ fundamentum num.1, vers.in his enim, & in respons. ad sextum argum. post Abb.in cap. per venerabilem, num.21. vers.aut non tenuit impediente legẽ Canonica, qui filij sint legitimi, & ibi omnes. Quibus accedit, quod nullus alius præter Papam potest se ingerere de matrimonio & cõsecutiuis, vt dicunt Doctor, allegati per Gabr.dict.consil.21.num.14.& addit neminem de hoc dubitare, quinimò vt dicit idẽ Lopez vbi supra dub.10.num.26. dispensatio ad accessoria,

ceſſoria, & conſecutiua trahitur, vt voluit gl. notab. quam ibi DD. communiter ſequuntur in ca. quia in tantum. de præb. Anto. de Butr. Abbas. & DD. in cà. cum in cuncta de elect. Soc. conſ. 136. incipit; Quæſtio principalis, lib. 4. Et de intentione dubitari non poteſt vbi iunt verba clara, ille aut ille, ff. de l. 3. Intentio enim principalis eſt diſpenſare ſuper matrimonio, non obſtantibus cõſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis; & conſecutiue prolẽ ſuſcepiã, & ſuſcipiendam legitimam decernere, vt legitur in literis, ſiue mandato de diſpenſando, quia abſtulit impedimentum canonicum, reſpiciendo principiũ, quando adfuiſſe præſumitur effectus maritalis, etſi illicitus tunc, vt dictum eſt ſupra.

Secundò loco apponebatur contra mandatum illius, qui matrimonium celebrauerat cũ Vrſula, tanquam procurator Martini, quia nullibi reperitur, & non præſumitur ex allegatis, ſed fuit reſponſum ſufficere probationem mandati ex teſtibus, l. ne a recẽdis litibus, C. de fide inſtrumen. c. 1. de procur. Boer. deciſ. 281. in princ. vbi plures allegat. Et de mandato deponit frater Thomas, vt in ſummario nu. 4. & dicit illud vidiſſe, & legiſſe, & idem tertius teſtis in ſummario nu. 6. qui concordat cum fratre Thoma, quibus adminiculantur teſtes ibidem deponẽtes de auditu, & multum facit, quia pro hæredibus Mariæ dicitur, dum impugnant mandatum, quod continebat conditionem de eo non vtendo, niſi de tempore quo Vrſula viuere non poſſet, nec oſtenditur, quod in alio caſu fit vſus procuratore, & ſatis eſt, quod Vrſula tunc erat in grani periculo mortis conſtituta.

Tertiò dicebatur, matrimonium non fuiſſe contractum coram parocho, iuxta formam Concilij Tridentini ſeſſion. vigeſimaquarta, c. 1. de reformatio. matrim. Sed placuit reſpõſio, ſatis fuiſſe ſatisfactum Concilio per aſſiſtentiam ſacerdotis, de licẽtiá illuſt. D. Card. Zepatæ, tunc Epiſc. Pampil. & ita decreuit S. Congr. Concilij.

Licentia vero probatur ex depoſitione ipſiuſmet D. Cardinalis, qui licet non recordetur de explicita licentia ad hoc data F. Thomæ: tamen deponit de licentia petita ad illos coniungendũ in matrimonio, non præcedentibus monitionibus propter periculũ quod erat in mora, & quod ei reſponderat, quod dabat licentiam, & dediſſet cuicunque presbytero, vt coram ipſo celebraretur dictum matrimonium, & quod frater Thomas intelligere potuit, quod illam dabat, qui eſt vir doctus, & bene intelligens, & idem frater Thomas teſtatur ſe habuiſſe.

Quartò oppugnabatur matrimonium, vt inde excluderetur legitimitas, quia conſtabat, quod die 26. menſis Iulij, anni 1599. hora 8. de mane fuerat conceſſa diſpenſatio in ciuitate Pampilonen. vt in ſummario hæredum nu. 6. & eadem die fuit data licentia contrahendi, & matrimonium contractũ poſt duas horas in circa, cum tamen locus contracti matrimonij in oppido S. Sebaſtiani diſtet a ciuitate Pamphil. per 40. milliaria, & ſic erat inueriſimilis notitia diſpenſationis. Cui obiectioni reſponſum fuit, quod de matrimonio contracto poſt diſpenſationem conſtabat; probatum tamen non fuit, de iure neceſſariam eſſe notitiam, ſaltem veriſimilem, quinimo cõtrarium videtur probari poſſe exemplis, nam eligentes qui erant excommunicati, ſi eligunt poſt abſolutionem, quam ignorabant, valet electio, Archid. in c. quanto in fi. & ibi Gemin. 2. q. 4. & Rota tenuit coram Illuſtr. D. Cardinali Seraphini in cauſa Calciaten. Canonicatus 6. Martij 1589. Idem dicitur ante notitiam prodeſſe reſtitutionem Principis, parique modo libertatem cõceſſam ei, qui in prouincia, §. h. ff. ſi cert. pet. Bart. in l. fin. §. C. de ſentent. paſſ. & collatio beneficij facta à Collatore vacationem ignorante valet, Rota deciſ. 56. de præb. in antiq. Io. Monach. in cap. ſi tibi abſenti. nu. 5. 6. & ibi, Prob. nu. 5. 6. & 7. Geminian. nu. 9. de præb. in 6. Ita in hoc caſu valet matrimonium, etiamſi coniuges nondum ſcirent intentionem executoris, quia habebant intentionem contrahendi, quatenus eſſet conſequuta gratia diſpẽſationis, vt per Monachum ſupra allegatum in ſimili.

Non obſtat executorem nulliter procedere ante præſentationem literarum ſuæ facultatis, Caſſador. ſuper reg. deciſ. 333. nu. 3. & de reſtitut. ſpol. deciſio. 8. nu. 10. quoniam ibi executor debet eſſe certus pro exercenda iuriſdictione inter partes, cuius qualitates ſcire debet ex reſcripto, in caſu noſtro in hac diſpenſatione gratia dependet à facto executoris, qui vigore mandati de diſpenſando conceſſit licentiam de contrahendo d. matrimonio, poſt cuius conceſſionem, ſtatim factæ fuerunt perſonæ coniugum materia legitima ad contrahendum.

Reliquæ obiectiones ſurreptionis, & non verificationis mandati de diſpenſando, fuerunt viſæ minus releuantes, & bene euacuatæ in dicta deciſ. domini mei Caualerij, & in reſponſionibus datis pro Martino Iunioꝛe.

Vnde fuit reſolutum per dominos ſententiam Rotalem eſſe confirmandam.

R. P. D. Iuſto Pamphil. illegitimitatis, Mercurij 10. Iunij 1609. Iterum propoſui hanc cauſam ſuper prima parte deciſionis iam factæ, & domini diligentiſſime viſis omnibus, & diſcuſſis, remanſerũt in deciſis, tam ex doctrina Io. And. in c. per venerabilẽ, n. 30. qui fil. ſint leg. cũ turba ſequacium, quã ex priori ſententia Hoſtienſ. ibidem & aliorum, de quibus infra. Non enim negari poteſt decretum legitimitatis, de quo tractatur, eſſe occaſione matrimonij, & in eius initio, & radice. Tum quia in querela Vrſulæ de Saraſtumæ, contra Martinum de Vrnieta exponitur ipſum Martinum Vrſulam defloraſſe ſub promiſſione (quia erant in gradu prohibito) impetrandi diſpenſationem a Sede Apoſtolica, & cum ea matrimonium contrahendi. Quapropter petebatur Martinum condemnari, vt formaliter adimpleret promiſſionem, & contraheret cum ipſa, vel cõpetenter dotaret, vt condẽnatus extitit, & in literis ad ſupplicationẽ partiũ expeditis, ſiue mandato de diſpenſando expoſitũ eſt, & petita ab vtroque patente legitimatio prolis ſuſceptæ, & ſuſcipiendæ. Et ſic adeſt promiſſio, vſque à princ. poſtmodum exequutioni demandata. Tum etiam, quia ſufficeret affectio, vel conſenſus in matrimonium illicitus ex præmiſſis, videlicet ex petita diſpenſatione poſt copulam, & prolem, & ex ſubſequuto matrimonio, quæ ſunt tantæ vis, & virtutis, vt dicendum ſit, non ad fuiſſe impedimentum à principio, & tunc vere contractum fuiſſe matrimonium. Alciat. conſilio 52. ſub numero ſexto, verſicul. & loquitur præfatus, libro 9. per text. expreſſum in leg. cum quis, §. cum enim. C. de

natur.

natur. liber. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 154. num. 4. in fin. Riminald. Iun. conſil. matrimon. 37. num. 10. Surd. Late conſil. 213. num. 17. ſeq. lib. 2. & conſequenter non poteſt & conſiderari aliquod impedimentum interueniſſe, vt dicitur in diſpoſitione, cap. tanta, qui fil. ſint legitimi, in quo filij inceſtuoſi non diſpenſantur per ſubſequens matrimonium ex diſpẽſatione Eccleſiæ, ſunt tamen attendẽda verba diſpenſationum, quæ impetrantur ſecundum Ioan. And. ibi num. 5. verſic. credo verba diſpenſationum eſſe attendenda, Abb. num. 14. ibi: Niſi aliud in diſpenſatione dicatur, Præpoſ. num. 11. verſ. ſed putat. Ioan. Andr. Card. in fin. num. 9. ſed diſpenſatio poteſt eſſe talis, quod ſic, Alexan. de Neu. nu. 33. Bald. in cap. 1. §. naturales, num. 12. in fin. verſ. vlt. ſcias, ſi de feud. fuer. cõtrouerſ. Marſil. ſing. 121. nu. 1. Alex. conſ. 70. num. 2. lib. 6. Ita inferendo ad caſum noſtrũ ſi fuiſſet obtenta diſpenſatio abſque explicito decreto legitimationis prolis ſuſceptæ, vtique proles non fuiſſet legitimata, & ita loquuntur omnes Doctor. in l. Paulus, ff. de ſtat. hom. Sed cum adſit decretum, non poteſt dubitari, quia attendenda ſunt verba diſpenſationum ex præmiſſis, quæ tollunt omne dubiũ illegitimitatis, quoniam & illa dicitur legitimatio per ſubſequens matrimonium, vigore diſpẽſationis, quę facit ſic legitimatum omnino capacem, Cephal. conſil. 307. num. 53.

Et in hoc differt iſte caſus ab eo, quando, narratur ſequutam eſſe copulam in figura conſenſus matrimonij, cum defectu matrimonij in eſſentia propter impedimentum, quia tunc ſatis eſt facere mentionẽ prolis abſque aliquo decreto ſuper legitimitate, & Papa diſpenſando cenſetur prolem ex illo matrimonio ſuſceptam legitimare ab initio, & nõ nuper, quia approbat matrimonium, & eius effectum, ac ſi ab initio contractum fuiſſet, nullo exiſtente canonico impedimẽto, & diſponit in radice matrimonij, Anton. de Roſi. in tract. de legitim. lib. 2. in princip. num. 19. Couarr. de ſponſal. 2. par. cap. 8. num. 13. vbi Doctor. allegat. in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. Quinimo in caſu noſtro, non eſt legitimatio, ſed decretum legitimitatis, quia Papa tollendo impedimentum iuris Canonici diſponit ſuper radice matrimonij, tanquam à principio, & proles reintegratur ad idem principium, ac ſi non adfuiſſet Canonicum impedimentum ex præmiſſis, & ex Gozad. conſil. 6. nu. 63. & diſpenſatio in radice matrimonij eſt ad differentiam ſimplicis legitimationis, quando legitimatio impetratur circa ſolam illegitimitatem ſeorſum, & ſeparatim à matrimonio, vt colligitur ex Nauarr. cõſ. 3. num. 12. de ſponſal. & in noſtris terminis, imò in fortioribus quoad hoc decretum in diſpenſatione Papæ, materiam, & verba declarat Cephal. d. conſil. 307. num. 49. cum pluribus ſequent. libro 3. aſſerens quod illa verba, prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo, minus ſunt neceſſaria in filijs ſuſceptis in figura matrimonij, magis autem neceſſaria in non ſuſceptis in figura matrimonij. Et alia dicit, ex quibus patet quantum ſit malè fundatus intellectus modern. Cordub. in tractat. de matrimon. lib. 8. diſput. 7. num. 16. & 24. & prius num. 14. credens verba illa, prolem ſuſceptam, improprie eſſe intelligenda, & eneruare conatur eius vim, non ſolida ratione, quia videlicet, ſunt clauſulæ de ſtylo apponi ſolitæ. Quod eſt falſum in facto, & in iure. In facto enim notum eſt peritis, quod iſta non ſumuntur ex clauſulis ſupplicationis, ſed ex corpore petitionis ad ſupplicationem partium. In iure, quia clauſulæ, quæ ſunt ſolitę apponi de ſtylo, ſunt attendẽdę, ex Ant. Gab. li. 6. tit. de conſuet. concl. 4. & de clauſ. concl. 7. Et iſta fraus, & fallacia contra literas Apoſtolicas etiam in his, quæ conſiſtunt in clauſulis, & decretis, eſt omnino reijcienda.

Nec obſtat diſtinctio Ioann. Andr. in dict. cap. per venerabilem, nu. 30. cum omnibus, qui eum ſequuntur, excepto Ant. de Butr. ibidem, nu. 11. Mil. in repert. in verbo, diſpenſatio nu. 23. verſic. diſpenſatio Papæ, & quibuſdam alijs, ſcilicet, quia loquuntur in matrimonio de facto contracto. Nam in caſu noſtro adeſt promiſſio explicita ducendi ab initio copulæ, & verba Ioannis Andr. ſunt iſta: Die opinionem gloſſæ veram in prole genita ex coitu non matrimonij, ſaltem ex affectu, vel conſenſu. Vnde includit etiã caſum, in quo fuerit affectio maritalis, ſine promiſſione excludendo omnino prolem ſuſceptam ex coitu non matrimoniali, vt ibi per Abb. ſub nu. 22. & tranſeunt omnes ſequaces cum opinione Ioan. Andr. inter quos licet aliqui moderni loquantur multũ ſtrictè, cum exemplo matrimonij de facto contracti, nihilominus nullus huc vſque viſus fuit, qui audeat reprobare Ioann. Andr. & alios, in illis verbis, ſaltem ex affectu, vel conſenſu.

Nec ratio ſtringit, cum dicitur, quod in matrimonio de facto, non eſt ſupplendus conſenſus, ſupplendus tamen eſſet in matrimonio contrahendo, quia vera eſt propoſitio, ſed conſequentia non procedit, vbi ſaltem non conſtet de coitu omnino fornicario, abſque aliqua affectione, vel conſenſu in matrimonium, quod probatur, quia in dict. cap. tanta, Papa non ſupplet conſenſum, quando eſt ſuſcepta proles, nec vllus dixit ibi præcedere debere matrimoniũ de facto, vel concubitum in figura matrimonij, ſed tex. & Doctor. indiſtincte loquuntur, & tenent prolem eſſe legitimam, ex Canonica diſpenſatione, etiã in terris Imperij, vt late per Gabr. poſt allegat. conſ. 21. lib. 1.

Quamuis ſicut Papa ampliare poſſet diſpoſitionem d. cap. tanta, vt coniuncti in tertio conſanguinitatis gradu poſſint ad inuicem matrimonialiter copulari, eo modo, vt procederet diſpoſitio eiuſdem c. tanta, etiam in quocumque loco ſibi non temporaliter ſubiecti, quia hodie nõ eſt diminuta poteſtas, ſed eſt integra, vt tunc erat, idem dicendum eſt poſſe facere de gratia ſpeciali, quia facilius eſt limitare legem in vno, vel pluribus caſibus, quã in totum abrogare, Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 19. de conſt. nec reperitur ratio, cur id facere poſſit Papa, edendo conſtitutionem, qua poteſt vbique hæreditatem deferre, & auferre, cap. quod nobis, c. ex tenore, qui fil. ſint legitimi. Et conſtat ex notat. à Bart. in l. 1. in fin. C. de ſacroſanct. Eccl. Alex. in l. captatoria, ff. de teſtam. milit. Gabr. d. conſ. 21. num. 19. non autem poſſit idem facere reſcripto, vel gratia diſpenſationis, quę procedit à canone animato, & quando legitimationis cauſa, & radix eſt matrimoniũ, Papa decernendo quem legitimum in ipſa diſpenſatione, diſponit ſuper his, quæ ſpectant ad ſuam poteſtatem excluſiuè quoad omnes alios, vt in 1. deciſ. declaratum fuit.

Præmiſſa vero videntur clarè explicati, ex tex. in capi-

capitulo quia circa, de conſan. & affin. vbi probatur cauſas concedendi diſpenſationes matrimoniales, duas eſſe, præcipuas ſcilicet, prolem ſuſceptam, & euitationem ſcandali, & ibi text. loquitur in matrimonio de facto contracto, quia tunc ille caſus, & ante Concilium Tridentinum facilius diſpenſabatur cum his, qui iam contraxerant aliquo modo, & consummauerant matrimonium, & ideo facilè caſus contingebant, & in illis loquebantur DD. quam euenijt poſt Concil. ex ſeſſ. 24. cap. 5. de reform. matrim. & exponit Nauarr. in manual. conſ. ca. 22. nu. 68. & tamen ibi Abb. nu. 2. & Alex. de Neuo etiã nu. 2. dicunt procedere in matrimonio contracto, & in contrahendo, quod eſt fauore filiorum, cum ipſis non legitimatis ſemper remaneret cauſa ſcandali, & Caſtrenſ. conſ. 467. nu. 7. in princ. lib. 2. dicit, quod ſi filij non eſſent nati in figura matrimonij tunc ſi matrimonium adhuc ſubeſſe poteſt, quia viuunt ambo, & matrimonium contrahere volunt, tũc Papa diſpenſando ſuper matrimonio, poteſt filios legitimare, quod in noſtra diſpenſatione non eſt vi meri reſcripti, quia Papa non legitimat prolem, ſed cum matrimonio ritè contracto mandat decerni legitimam, & ſit expreſſe vi matrimonij. Et non procedit dictum Baldi, conſ. 129. nu. 3. lib. 3. & Couarr. ſuper 4 decr. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 15. nam decernendo prolem legitimam, decernit retro, & non ex tunc, quia per diſpenſationem, & matrimonium ſubſequutum, tollitur impedimentum à principio, quando cum copula interuenit contractus, conſenſus, vel affectio in matrimonium. Quam diuerſitatem verborum conſiderat Anchar. conſi. 409. n. 4. quia ſi Papa procedit per remotionem obſtaculi à iure Canonico interpoſiti, nemini facit iniuriam.

Non obſtant deciſiones Rotę, quæ in contrarium allegantur, pro quarum intellectu dicebant Domini eſſe aduertendum, quod vna ſpecialis diſpenſatio aliam non declarat, ſed attendenda ſunt verba diſpenſationum ſingulariter ex doctrina Ioan. Andr. & aliorum ſupra allegatorum. Vnde deciſio. Putei 483. lib. 2. Than. deciſio. 71. Chiſanen. deciſ. 83. & in cauſa Siracuſana coram Clemente VIII. tũc Rotæ Auditore allegata in prima deciſione, loquuntur quando vnus ex coniugibus, qui contraxerant de facto obierat antequam diſpenſatio fuiſſet ſortita effectum, & in eo caſu deciditur, quod ibi in prole ſuſcepta in figura matrimonij, etiam de per ſe abſq; nouo matrimonio, poteſt habere locum legitimatio prolis, tanquam æque principaliter conceſſa, vt ſupra dictum eſt, quod in matrimonio de facto ſufficit narrata proles, vt intelligatur legitimam poſt diſpẽſationem effectum ſortitam, de quo non quæritur in præſenti caſu. In alijs vero deciſionibus Leodien. canonicatus primo coram R. P. D. meo Ludouiſio 23. Febr. 1601. & poſtmodum coram Illuſtriſſ. Do. Cardinale Pamphilio, tunc Rotæ auditore 19. Apr. 1602. fuerat Papæ expoſitum, quod erat contractũ matrimonium de facto, & ſuſcepta proles. Vnde Papa poſt diſpenſationem legitimat prolem exinde ſuſceptam, vt colligitur ex deciſionibus, & ſupplicatione diſpenſationis tunc data, & cum ibi nõ fuerit probatum matrimonium, & prolem exinde ſuſceptam, ideirco concluditur prolem non fuiſſe legitimam, quia fuit conceſſa ſub illa forma, & ideirco ibi dicitur explicitè, quod diſpenſatio comprehendebat ſolum prolem ſuſceptam in figura matrimonij, vt ibi narrabatur, & nemo dicit legitimationem Papæ eſſe extendendam ad alium caſum, ſed cuiuſlibet diſpenſationis verba eſſe attendenda. In noſtra autem narratur copula, & proles ſuſcepta, nec tempore copulæ excluditur matrimonium, vel affectio maritalis, & Papa diſpenſat, & decernit abſque aliqua limitatione, quo decreto dicitur etiam, vti non ſolum in claris, ſed etiam in dubijs capitulo quod nobis, & c. ex tenore, qui fil. ſint legitimi, vt bene declarat Ant. de Butr. in d. c. per venerabilem num. 10. circa, ſi. verſic. videamus ergo, dicendo, quod data certitudine defectus, conſenſus, non eſt in radice matrimonij, licet Papa poſſit fingere cõſenſum ſtante dubio cap. is qui, de ſponſ. & dictum eſt ſupra in princ. deciſionis, ex text. in l. cum quis, §. cum enim, C. de natur. liber. & Alexand. Rimin. Surd. & deciſ. Pedemõtan. cum allegatis. In caſu vero noſtro nulla eſt certitudo defectus cõſenſus, ſed ſumus in claris & poſſet etiam procedere in caſu dubio. Vnde tutum eſt decretum legitimitatis prolis ſuſceptæ.

Nec facit dicere copulam fuiſſe libidinis cauſa, quia ad hunc effectum ſatis eſt non conſtare, quod nõ fuerit ex cauſa matrimonij, libido enim eſt cauſa impellens, & non impedit affectionem, & cõſenſum in matrimonium, c. tua nos, vbi Abbas, nu. 4. de ſpõſalibus quæ procedunt, vt dictum eſt, petita & obtenta diſpenſatione, & ſequuto matrimonio, quia diſpenſatio eſt vis matrimonij, alias non præſumeretur animus, & affectio maritalis, quod euenit, vt plurimum in fornicarius, ex hoc capite, tanquam ſuper radice matrimonij, Papa non decerneret prolem ſuſceptam legitimã, ſed ſi placeret, legitimaret.

Procedunt autem omnia prædicta ſic, quia in manibus Papæ eſt radix & fundamentum, à quo ſurgit hæc legitimitatis, & illegitimitatis differentia. Quapropter Papa poteſt vbilibet, ex quo habet etiam purum laicum ad matrimonium ſubiectum, c. 1. & c. cauſam, qui fil. ſint legit. c. tuam, de ord. cogn.

Verum aliqui ex Dominis occaſione præſentis diſputationis, qui ex præmiſſis eſt ſufficienter determinata, cum informantes vlterius progrederentur, tenuerunt quod Papa principaliter, vel in conſequentiam poteſt legitimare in toto mundo, reſpectu ſpiritualium & temporalium. Nam affirmatiuã opinionem ſequuti ſunt Ioan. Antiquus gloſſ. in d. c. per venerabilem, in 3. compilatione, in verbo poteſtatem, aſſerendo, quod eo ipſo, quo quis eſt legitimatus in ſpiritualibus, intelligitur legitimatus in temporalibus, & ibidem Præpoſit. nu. 77. recenſet eundem Io. inter DD. tenentes affirmatiuam ſententiam, quam ſequitur Gaufredus de Trano (qui fuit Auditor Rotæ) in ſumma tit. qui fil. ſint legitim. vbi concludit, quod is, quem Papa legitimat, intelligitur legitimatus ad temporalia in conſequẽtiam quandam per text. in d. c. per venerabilem. vbi Præpoſ. nu. 77. Hoſtien. vero ibidem indiſtinctè tenet, Papam poſſe legitimare in temporalibus, & in ſumma eod. tit. §. qualiter, & à quo, nu. 11. verſi. ſalua reuerentia aliorum, vbi dicit eſſe tex. in d. ca. per venerabilem, & alias rationes adducit, Io. Andr. in antiquiſſima lectura manuſcripta affirmat opinionẽ Hoſtien. poſſe habere locum, quando pater in vita ſua petiuiſſet legitimationem, ſicut petiuit Rex Frãciæ in d. c. per venerabilem, dum autem in lectura impreſſa

impreſſa nu 18. allegat Gaufred. eſt menoſa, quia Gaufredus loquitur vt ſupra. Hanc eandem opinionem affirmatiuam tenuit Io.Cald.Gaſp. eius filius, qui dicit, quod eſt etiam opinio Naſo. vt refert Ant. de But.in d. c.per venerabilem,nu. 10.col. 3. verſic. Io.Cald.& filius eius,& opinionem Hoſtien.approbauit Rota deciſion.200. aliàs prima,in nou.qui fil. ſint leg. à qua dicti domini cenſuerunt non eſſe recedendum.Quamuis contrariam opinionem tenuerit Bernar.de Botono Parm. Gloſſator decretalium Gregorij Noni in d.c.per venerabilem,in gloſſ.2.ſuper verbo habet poteſtatem, non ex ratione, quia Papa non poſſit, ſed quia non debet interturbare alienam iurisdictionem, iuxta terminos, cap. nouit, de iud. Et negatiuam tenere videtur,ibidem Innoc. nu. 1. ſuper verb. euaderet, vbi loquitur in Epiſcopo,licet num.3. verſi.alij tamen dicunt, videatur tenere, quod per quandam conſequentiam intelligatur diſpenſatum in hæreditate, Marſil. Laudenſ. in tract.de legit.num.34.tenet cum gloſſ.& Guid.Pap. ſingul.331. incipit. legitimatus à Papa, Angel. de Clauaſio in ſumma,in verbo legitimatio,§.1.incipit vtrum Papa,Couarru.ſuper 4.decr. p.2.c.80.§.8.n. 14.& nu.18. vbi generaliter inquit,nullum Principem poſſe natalibus reſtituere, vel legitimum efficere ſibi non ſubditum, quoad bona intra alterius imperij aut Regni limites exiſtentia. Sed nu.16. concl. 5.affirmat, quod Papa ex cauſa poteſt legitimum efficere eum, qui Principi ſeculari ſubiectus ſit, etiã quoad bona, & munera temporalia, quem refert & ſequitur Ludo. Molin. Societatis Ieſuitarum,tom.1. de iuſt.& iur. diſp.173. & alter Ludo.Molin.de Hiſp.primog.lib.3.c.2.nu.11.negatiuam profitetur cũ Guillelm.Benedict.& Couarru.ſed nu. 12. ſequitur diſtinctionem Io.And.& modern. Cordub. aliàs allegatus lib.8.diſp. 7. in princ. efficacioribus verbis vtens dixit,quod hæc eſt veriſſima & receptiſſima ſententia, & quod ita communiter tenetur, quia ſicut Princeps ſecularis nequit legitimare quoad Eccleſiaſtica. eo quia caret iuriſdictione Eccleſiaſtica, cuius id eſt, ſic nec Pontifex extra ea loca poteſt quoad temporalia. Quæ verba antiquorum ſcriptorum modeſtiam non imitantur, & fallitur, cum iſta non ſit vera, nec communis opinio, ſed tantummodo illorum qui negãt temporalem Papæ iuriſdictionem, & ipſemet inferius nu.3.& 4.defendit opinionem Io. Andr. & dicit eſſe frequentiſſimam & veriorem ſententiam, allegando infinitos authores. Et ad tria aduertebant iſti domini in propoſito. Primum, quod tempore Gloſſatorum, & antiquorum Doctorum nondum emanauerant decretales Bonifacij VIII.& Ioan.XXII.ſuper vtroque gladio.Ideo non ipſi,ſed quidam moderniores audaciter loquuti ſunt ſcientes definitionem Eccleſiæ, ſecundum quod Io. Andr. & alij, qui ſequuntur eius opinionẽ allegari non poſſunt pro prædicta parte negatiua, quia non loquuntur in ſimplici legitimatione ſeorſum à diſpenſatione matrimoniali, ſed in diſpenſatione ſecundario ad diſpenſationem matrimonialẽ, ponendo caſum,inquo conſtituunt opinionem Hoſtien. eſſe ſine difficultate, & ſic pro ſecunda præmiſſa opinione admodum pauci ſimpliciter loquũtur. Tertio, quod ſumus in diſpenſatione cum decreto legitimitatis impetrato ab ipſomet patre, quo caſu dixit Io. Andr. procedere opinionem Hoſtien. & eſt communis opinio DD. per tex.in d.c. per venerabilem, quia pater bene poteſt prorogare iuriſdictionem, Dec. conſil.55.nu. 7. cum aliis allegatis per Decian.conſi. 3.nu.188.lib.3.Et ſic.in vtroque capite ſumus extra difficultatem,quod tenet,& valet vbique hæc diſpenſatio cum pronunciatione, vel decreto legitimitatis,& ita deciſum.

41 At quando Papa legitimat prolem ſuſceptam ex matrimonio irrito, ob impedimentum iuris Canonici, legitimando, ſeu ratificando ipſum matrimonium, ſeu diſponendo, aut diſpentando in radice matrimonij, receptiſſima ſententia eſt talem diſpẽſationem eſſe ex matrimonio, & valere ad omnia etiam temporalia, ac fidei commiſſa, & maioratus, argu. Clem. vnicæ,de immunitate Eccleſiarum, ibi; Et quicquid ex eis,&c.& ibi gloſſ.verb.pro infectis, & Doct. ſit hanc ſententiam tenent. Io.Andr. n. 30. Card.nu.9. Abb.22.Anchar.21.Alex. de Neuo. 18. in capitulo per venerabilem qui filij ſint legit. & Præpoſitus ibi §.quod autem,nu.74. Anchar.etiam in c.vnic.nu.3.deſpon.in 6.& in d.Clem.vnic. in fi. & conſi.409.Fel.in c.quæ in Eccleſiarum de conſtit. nu.21.2.ampliat. Guill. Bened. in d.c.Rayn.verbo: & vxorem el.1.à nu. 202.Cellus,conſi. 31.à nu. 7. M.A.Eugenius conſi.53.à nu.52.Ant.Gabr.conc.3. de legitimat. nu.1.& 2. Couarr.in 4.2.p.c.8.§.8.n. 13. Roias de ſucceſ. c. 23.n.113.Molina de primog. li.3.c.2.n.12.Humada ad Greg.in l.2. ti. 15.p.2.gl. 10.nu.8 Nau. conſi. 2. qui filij ſint legit. Peregr.de fideicomm,ar.23.nu.7. Enriq. in ſumm. lib.12.cap. 20. §. 2. Lud. Lop. inſtru.conſi. 2. to. c.vlt.conc.3. Puteus deciſ.483.li.2.Rota deciſ.207. nu.1.p.1. diuerſorum. *Et in vna Leodienſ. canon. 23. Febru. 1601. coram Dom. Ludouiſio, vbi fuit reſolutum, quod licèt diſpenſatio in radice matrimonij illud conualidando ab initio legitimat prolem, Abb. in cap. per venerabilem ſub n. 32. qui filij ſint legitimi Anchar. conſi. 409. num 4. & 4. & 5. Al. de Roſell. de legitimat. libro 2. numero 20. Boer. deciſ. 264. num. 17. hoc procedit in prole ſuſcepta in figura matrimonij, vt dicunt dicti Doctores, & tradit Puteus deciſ. 483. lib. 2. Thanis 21. & fuit dictum coram Clemente VIII. in Siracuſana illegitimitatis 19. Oct. 1573. Vnde ante matrimonium ſuſceptus non intelligitur legitimatus, nec poterit ex matrimonio ſubſequuto effici legitimus, cum eſſet natus & conceptus de tempore, quo non poterat eſſe inter eos matrimonium, Præpoſitus in cap. tanta 7. quæſt. vbi etiam Abbas num. 14. qui filij ſint legitimi, Socin. iun. conſi. 31. num. 42. libro ſecundo*, & alij plures, quos refert & ſequitur Thomas Sanchez d.lib.8.diſp. 7. num. 4. dicens his diebus in Prætorio Granat. ſententia partem hanc definitam eſſe, licet contrarium teneat Anto. de Butr. in d. ca. per venerabilem num. 10. Milis, verb. diſpenſatio, nu. 23. Ceruantes in l.12.Tauri à nn.102.& Molina de iuſt.3.to.diſp. 624. num. 3. & Peregrinus ſibi contrarius,conſi.1.& vlt.Gall.vol.3.

42 Et tunc cenſetur diſpenſatio in radice matrimonij,& legitimatio prolis, quoad omnia, quando Papa diſpenſaret in matrimonio de facto contracto, vt ex tunc, ſeu ab initio, Thom. Sanchez d. diſp. 7. numero 4. & 22. ſeu quando approbat ſeu ratum habet, aut legitimat matrimonium, etiam ſimpliciter, & non facta mentione prolis, quia id ſonat illud ratum habere, & legitimare,ac ſi ab initio eſſet legitimè contractum, niſi aliud exprimat, & legitimatio

prolis

prolis ſit in conſequentiam legitimati matrimonij, vt videtur tenere Peregrinus d. num.77.& 78.quãuis mentionem prolis Papæ fieri tunc requirant Couarr. Ludou. Lopez ſup. & Rota in 2. decil. Pampilonen. ſup. poſita, numer.40. & nec id ſufficere dicat Thom. Sanchez nume. 8. niſi expreſſe quoque dicat Pontifex ſe prolem legitimare, vel addat, vt ex tunc, &c. Eſt etiam diſpenſatio in radice matrimonij, quando diſpenſat Papa, quod in matrimonio contracto remanere, ſeu perſeuerare valeãt, quia licentia perſeuerandi ſuper contracto contractum impl.citè confirmat, ideò retro reſpicit, & in conſequentiam prolem natam legitimat, vt tenent Anto. de Reſollis de legitimat. lib.2. num.6. & 7. quem maximè commendat Molina dict. numero 12. dicens melius quam alium hanc materiam declarare & reſoluere. Boerius dec.264.num. 26. Peregrin. d. ar. 24. num.79. & Rota dict. decil. 207. quam ſequuntur Gonçalez & Proſper. de Auguſtino relati num. 40. maximè, quando vltra illam diſpenſationem prolem legitimat, vt ſolet. Molina n. 12. quamuis contrarium teneant Couar. Enriq. Ludou. Lop. ſup. & Thom. Sanchez numero 24. *Et prædicta comprobantur ex nouiſſima deciſione Rotæ in cauſa Hiſpalen. legitimitatis 4. Februarij 1613. coram Dom. Baldo ſuper maioratu Martini Ceron, de quo memini ſup. num. 40. in quo per Conſilium Regium fuerat iudicatum contra legitimitatem.*

*Sed certè mihi videtur in terminis iſtius deciſionis non eſſe diſpenſationem in radice matrimonij, nec in terminis deciſionum Pamphilonen. illegitimitatis ſupra adductarum numero 40. nam ad eam neceſſariò requiritur præceſſiſſe matrimonium de facto, vt per citatos, & Doctores communiter. Quomodo enim poteſt eſſe diſpenſatio in radice matrimonij, ſi non fuit matrimonium? Diſpenſare etenim, vt dictum eſt, in radice matrimonij, nihil aliud eſt, quam diſpenſare in matrimonio de facto contracto, vt ex tunc, ſeu ab initio illud conualidando, ſeu illud legitimare, ratificare, vel approbare: idque manifeſtat ſignificatio ipſorum verborum, In radice matrimonij. Nec obſtat id (in quo Rota fundatur) quod dicunt Ioann. Andr. numero 30 & Abb. numero 21. in dicto capitulo per venerabilem, & Anchar. conſilio 409. numero quarto, quod legitimatio non fit in radice matrimonij, niſi in prole genita ex coitu matrimoniali, ſaltim ex affectu, vel conſenſu, & ſic contentantur ſolo affectu, vel conſenſu maritali. Quia reſpondeo, quod illa verba, Saltim ex affectu, vel conſenſu, non ſignificant effectum vel conſenſum in matrimonium contrahendum, ſed matrimonium contractum de facto, & quantum eſt ex parte contrahentium, licèt de iure non obtinuerit per aliquod impedimentum Canonicum; & ita patet ex Abbate ibi dicente, quòd ſi inter parentes non fuit matrimonium ſaltim de facto, non poteſt Papa inducere matrimonium ſupplendo conſenſum, & ſic cùm non poſſit ſupplere conſenſum, nec diſponere in matrimonio, non poterit legitimare quoad temporalia, &cet. Vnde quamuis in terminis iſtius deciſionis Hiſpalenſis fuiſſet in diſpenſatione narratum præceſſiſſe matrimonium de facto, & clandeſtine contractum, ſiue ſponſalia de futuro cum copula, & ſit diſpenſatum, quod coniuges in ſic contracto matrimonio poſſent remanere, vel illud de nouo contrahere, tamen cum ipſi ſecundam viam eligendo de nouo contraxerint, non poteſt dici diſpenſatum in radice matrimonij. Vnde etiam legitimatio, quæ ſit ex capitulo tanta, non poteſt ſimiliter dici in radice matrimonij, quicquid dicat Abb. in dicto capitulo per venerabilem numero 25. in fine, & ibi Butr. numero 11. & Mart. Laudenſ. de legitim. ſub numer. 88. relati in dict. deciſion. Hiſpalenſ. circa finem. Sed illa legitimatio eſt ratione matrimonij ſubſequuti, per quod legitimantur filij antea geniti, vt in ipſo cap. tanta. Toteſt tamen dici iſta legitimatio in radice matrimonij, quia matrimonium ſubſequutum eſt radix fundamentalis, & cauſa ipſius legitimationis, vt dicitur in dict. deciſion. Pampilonen. verſic. Quinimo ſicut Papa. Et ita poſſunt intelligi Abbas, Butr. & Lauden. ibi, & in hoc ſenſu poſſunt dici in radice matrimonij diſpenſationes & legitimationes, de quibus in dict. deciſionibus Hiſpalen. & Pampilonen. Vera ergo ratio, quare legitimatio in caſu dict. deciſ. Hiſpalen. & dictarum deciſion. Pampilonen. prodeſt quoad omnia, etiam ad ſucceſſiones & maioratus, eſt, quia illa eſt per ſubſequens matrimonium, iuxta cap. tanta, extenſum ex diſpenſatione Papæ, & decreto in ea poſito, vt dixi num. 42. & ita conſultus reſponderam in d. caſu deciſion. Hiſpalen.*

43 Sed an legitimati per † ſubſequẽs matrimonium admittantur ad fideicommiſſa, ſeu primogenia, ad quæ vocantur ex legitimo matrimonio nati, ſeu legitimi, & de legitimo matrimonio nati, vide Ruinum conſi.92. libro 3. Gregor. Lopez in lib. 2. titu. 15, p.2. ver. ſino el hijo. verſ. quid autem de legitimato, & in l.1. titu.13.p.4. verbo, ſe caſa, Couarr. in 4.2.p. cap.8.§.2. nu. 30. Emanu. Suarez in theſauro receptarum ſententiarum, verb. legitimatus, Craſſum de ſucceſſio. §. fideicommiſſum.quæſt. 38. numero quinto & 7. Molin. de Hiſpan. primog. li. 3.cap.1.num.10. Mieres de maioratibus 2.p.qu. 1. numero primo Manticam de coniecturis libro 11. titu. 12. Sforciam de compendio.p.6.art. vltim. verſ. legitimati, Io. Garci. de nobilit. gloſſa 21. numero 21.& 62. Anton. Theſaurum decil. 196. Meno. de præſumpt. libro 4. præſumpt. 81. Peregrinum de fideicomm.ar. 24. à numero 14. Surd. deciſ. 319. Fachineum libro 7. controuerſ. capitulo 51. Zauallos q. 20. numero 63. Molin. de iuſt. tract. ſecundo diſp. 172. & Pet. Ledeſmam in ſumma de matrim. capitulo 34. prima difficultati primæ concluſionis, & mihi placet ſententia affirmatiua, quæ eſt in Hiſpania recepta, nam & legitimati per ſubſequens matrimonium dicuntur, & cenſentur communiter ex legitimo matrimonio nati, nec illa verb. ponuntur ad eos excludendos, ſed aliàs legitimandos, Craſſus & alij ſupra, & hanc dicunt communem plures relati, & alij quos refert & ſequitur Burſat. conſil. 18. & magis commonem Morquecho, l.b.4.c.6. nu. 19. latiſſimè Lancellottus, Gallia. conſi. 122. Menoc. conſi. 227. vol. 3. & alij complures.

44 Et de filijs natis in figura † matrimonij ex matrimonio putatiuo, an & quando ſint legitimi, vide textum & ibi Doct. in c. ex tenore, & in cap. 2. & in cap. perlatum, & in cap. peruenit, qui filij ſint legitimi, l.2.ti.15.par.4. & ibi Gregor. Lop. Anto. Gabrielem de legitimatione, conclu. 4. Paleotum de nothis & ſpurijs, capitulo 9. Couarr. in 4.2.par.ca. 8.§. 1. Roias de ſucceſſionibus ab inteſtato, cap. 2. à numero 12. & cap. 30. à numero 38. Maiolum de irregular. libro 1. cap. 5. Tellum Fernandez in l. 6. Tauri, numero 7.8.& 9. & ibi Velazqu. gloſſ. 1. Molin. in d. libro 3. capitulo 1. Nauarrum conſi. 3. qui fil. ſint legitimi, Peregrinum d. ar. 24. à numero 65.

Ioan.

Ioann. Gutierrez practicarum lib. 3. quæst. 74. Vgolinum de irregularitate. c. 44. §. 1. numero 6. decis. Aminonen. 70. Ludo. Lop. 2. to. 2. 4. cap. 57. Pet. Ledesmam d. capit. 34. 2. & 10. dist. primæ conclusion. Suarez dict. sectione prima à nu. 6. & Sayrum d. lib. 6. capitulo 10. à num. 31. & nouissimè Castillo, controuers. 2. to. capit. 11.

45 Secundo † fallit prædicta doctrina, vbi illegitimi fuerint per Papam legitimati, nam tunc habebuntur vt legitimi ad ordines, & beneficia, Coras. dict. 3. par. c. 2. numero 1. l. 4. tit. 15. p. 4. & ibi Greg. Auil.
46 7. p. disp. 3. dub. 6. 4. not. De † quo vide Doct. in c. 1. §. de fil js presbyterorum in 6. & in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, Rotam decis. vnic. eodem titulo in nouis. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo susceperit liberos à nu. 64. seu 52. Couar. in 4. 2. capit. 8. §. 8. 9. & 10. Roias de successio. ab intestato c. 23. Tellum & alios in leg. 12. Tauri, Matienço & Azeuedo in leg. 10. ti. 8. li. 5. recopil. Molinam dict. libro 3. capitulo tertio. Ioan. Garciam de nobilitate glos. 21. Nauar. consi. 1. & 2. qui filij sint legitimi, Peregr. de fideicomm. art. 23. Vgol. supra §. 4. Gammam decis. 21. & 279. & ibi Flores in additione, qui plures refert, Achillem & Cæsarem de Grassis in suis decisio. qui filij sint lehitimi, P. Molin. de iustit. tom. 1. trac. 2. disput. 173. & seqq. & 5. to. disput. 624. Suarez supra sect. 5. à numero 7. & Sayrum d. libro 6. cap. 11. à num. 5.

47 Tertiò fallit, vbi cum † illegitimis fuerit dispensatum per habentem ad id potestatem d. cap. 1. de
48 filijs presbyterorum in 6. cum alijs. Et quidem † Episcopus dispensare potest cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu ad minores ordines, & beneficium sine cura tantum dict. cap. 1. de filijs presbyterorum in 6. & ibi glos. & Doctores, Vgol. d. cap. 44. §. 2. num. 3. Suarez supra sectione 5. à nu-
49 mero 2. Sayrus d. ca. 11. numero 8. Cum † sunt honestæ vitæ, & virtute prædicti, Lambert. de iure patr. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 11. num. 12. Nam in ista dispensatione facienda per Episcopum, cum sit inferior Papa, requiritur causa, & quod eorum suffragantibus meritis fiat, Manu. Rodrigu. quæst. regul. 1. tom. qu. 13. ar. 14. & 15.

50 Nec potest † cum eis dispensari super pluralitate beneficiorum simplicium, vt plura possit retinere, ex d. cap. 1. quod loquitur in singulari, & sic cum simus in materia prohibitiua, non extenditur ad plura, cap. gaudemus, de diuortijs. ita Dom. num. 8. & Francus nu. 4. in cap. final. de filijs presbyter. in 6. Syluester verbo, beneficium 3. num. 17. Armilla eodem verbo, numero 32. Valentia 4. to. disput. 7. q. 9. punct. 3. de 2. specie irregularitatis. Toletus d. li. 1. ca. 52. ad finem. Zerola in praxi 1. p. verbo, ordo, circa finem. Ema. Sà. verbo, beneficium, num. 19. Acor 2. p. libr. 6. cap. 3. qu. 14. id tenens etiam, quando vnũ non sufficit ad sustentationem, & Aula de censuris, 7. part. disput. 3. dub. 6. 2. concl. Quamuis contrarium videantur sentire glos. 2. in d. cap. fin. & Selua de benef. 3. p. q. 12. nume. 19. & cum eis Menochius de arbitrarijs, lib. 2. casu 201. nu. 156. vt infra 8. p. c. 3. numero 4. & 5. *Imo plus ait Nauarr. conf. 26. de præben. quod ex dispensatione ordinarij non potest illegitimus obtinere nisi vnum simplex, & primum quod sibi conferretur; quod mihi non placet.*

51 Ad † maiores tamen ordines, & beneficia curata



non quilibet Episcopus dispensare, sed requiritur dispensatio Papæ, dict. cap. 1. versic. ad ordines, & ibi glos. Vgolin. dict. §. 2. & Rota in Abulens. infra adducta num. 77.

52 Quantumuis † magna subsistente causa vtilitatis seu necessitatis Ecclesiæ, Domin. numero 5. & Francus numero 2. ibi: quamuis tunc contrarium teneat Archidiaconus ibi & Gambarus de officio legati li. 7. rubr. 1. qu. 18. à numero 187. & Paleotus de nothis & spurijs, cap. 57. num. 6. & facit quod dicetur infr. 11. p. c. 5. à nu. 337.

53 Similiter etiam ad dignitates † vel personatus etiam sine cura, solus Papa potest cum illegitimis dispensare, glos. in d. ca. 1. verbo beneficium, quam sequuntur ibi Archidiaconus, Anchar. Dom. num. 8, Francus nu. 6. & alij, Albertus Trocius de vero & perfecto clerico, libro 2. cap. 2. numero 1. Mandos. de signatura gratiæ, tit. de dispensatione super defectu natalium, versi. ad dignitates, Rosiniacus de beneficijs c. 13. nu. 28. P. Gregor. eodem tract. c. 35. numer. 7. Maiolus de irregul. libr. 1. cap. 8. nume. 10. Rosella verbo, illegitimus, num. 11. Sylvester d. verbo beneficium; nu. 12. Armilla eodem nu. 25. Pater Molina dict. disput. 173. P. Ledesma dict. cap. 34. de matrimonio, Valentia & Toletus supra, Suarez d. sectione 5. numero 6. Sayrus dict. capitulo 11. numero 8. & 10. Enriq. lib. 14. c. 8. §. 10. Lessius de iust. & iu. lib. 2. cap. 34. numero 86. Acor d. cap. 3. qu. 3. Auil. d. ub. 6. 2. conclu. & Doct. communiter, vt per Sylvestrum
54 & Armillam supra; † quamuis Gambarus supra qu. 12. à numero 172. in contrarium inclinet ex eo, quia textus in d. c. 2. generaliter concedit hanc dispensationem in beneficijs non curatis, & hæc potestas est fauorabilis.

59 Sed nihilominus † tenenda est communis sententia. Primo, nam textus in d. cap. 1. videtur solum intelligendus in beneficijs simplicibus, non autem in personatu, vel dignitate quæ solent curatis æquipa-
56 rari, vt in cap. dudum 2. de electione. Secundo † & præcipuè ex textu in capitulo fin. de filijs presbyter. in decretal. vbi habetur quod illegitimus abiq; dispensatione Papæ ad dignitatem, vel personatum, vel beneficium curatum, promoueri non potest, iuxta quod videtur intelligendus textus in dict. ca. 1. præsertim ex illa restrictiua, dummodo sit tale, & cap. ad leg. præcipimus, C. de appellatio. & cap. cum expediat de elect. in 6.

57 Difficultas † est, an Episcopus possit cum illegitimis dispensare in canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, in qua glos. in d. cap. 1. verb. beneficium, cum
58 † Archidiacono ibidem tenet posse, sequuntur ibi Lapus, Anchar. Domin. num. 7. & Francus numero 6. Calder. conf. 1. de filijs presbyt. Oldrad. conf. 215. num. 6. Ias. conf. 104. 1. vol. Selua de beneficio, 3. p. qu. 63. Villadiego de irregularitate c. 16. vers. circa irregularitatem vero, quæ contrahitur ex defectu natalium, Gigas de pensio. qu. 17. num. 3. Rosiniac. supra à num. 53. P. Gregor. d. cap. 35. nu. 7. Nauarr. consi. 4. de filijs presbyter. nu. 4. dicens communiter receptam, Tabiena verbo, beneficium 2. num. 14. & 15. Sylvester, nu. 11. & Armilla 25. vbi supra, & dicit communiorem, & veriorem Gambarus sup. q. 8. à num. 161. & ait receptam Suarez dict. sectione 5. num. 6. & sequitur Acor d. cap. 3. qu. 11. & in legato libro 5. cap. 30. q. 4.

59 Quæ ſententia fundatur ex † eo præcipuè, nam textus in d.cap.1. permittit diſpenſationem Epiſcopis in beneficijs ſine cura, & Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis eſt beneficium ſine cura, etiam ſi ei eſſet annexa Eccleſia Parochialis acceſſoriè, vt notatur in 6. & præterea huiuſmodi diſpenſandi poteſtas, cuius effectus in alium deriuatur, eſt fauorabilis, vt dictum eſt ſupra 1.part. cap. vltim. numero 73.

60 Contrarium tamen † tenet Ioan. Monachus in d.cap.1.numero 7.& idem videtur tenere Rota dec. 2.de filijs presbyter.in nouis,alias 136.& deciſ.3 de officio ordinarij in antiquis, alias 408. Bellamera deciſ.362.Felin.in c.poſtulaſti ſub nu.4.de reſcriptis Coſmas in pragmatic.ſanctione,tit.de collatione,§. item cenſuit,verbo, Cathedral bus ſequitur Rebuf. in praxi tit.de diſpenſatione ſuper defectu natalium numero 10. & ſeq. & Vgolin.d.§.2.num. 3. *Et de eo ſupra cap.* 57.§.4. *numer.* 2. *& in vna Burgen. canonic.* 19. *Ian.* 1607. *coram D.Ludouiſio fuit dictum, quod nuntij & legati de iure non poſſunt diſpenſare cum illegitimis ad canonicatus cathedralis: quia in materia diſpenſationis pari paſſu ambulant cum curatis, Rot.dict. deciſ.2. de fil. presbyt. in nouiſ. &c.*

61 Et hoc † propter præeminentiam, & maioritatem Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis, ſuper alios clericos, & quia cura ſolet accedere Præbendæ Eccleſiæ Cathedralis per annexionem, non autem è conuerſo. cap. extirpanda, §. qui vero de præbendis, & ſic videtur dignior canonicatus quàm cura. Sed iſta ratio tollitur ex capitulo cum in illis in principio.de præben. in 6.

62 Rebuffus † ſupra adducit pro hac ſententia textum in d.c.1.ibi: Dummodo ſit tale, ſuper quo per ipſum Epiſcopum valeat diſpenſari; ergo Epiſcopus nec in omnibus quidem ſimplicibus valet diſpenſa-
63 re, videlicet,in canonicatibus. Sed † iſta verba nihil faciunt pro iſta ſententia, quia ponuntur ad excludenda beneficia paterna principaliter, vt ait gloſſ. ibi verbo, tale.

64 Et † ſecundum Francum ſupra num. 6.non videtur quod Rota ſupra teneat præcisè & reſolutè opinionem Ioan. Monachi, quantum ad hoc, quod Epiſcopus non poſſit expreſſe diſpenſare cum illegitimo in Canonicatu Eccleſiæ Cathedralis, ſed quod diſpenſatio facta ab Epiſcopo iuxta formam d. capit. 1. non extenditur ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, vt etiam ait Domin.cum Io. Andr. & Nauar. ſup. ex dictis ſup.d.1.p.capit.vltim.à numero 58.

65 Maiolus † ſupra d.cap.8.numer. 11.docet ad Canonicatum in Cathedrali Epiſcopum olim potuiſſe legitimum diſpenſare iuxta primam ſententiam, at hodie quia omnes canonicatus Cathedralium annexum habent ordinem ſacrum ſaltim ſubdiaconatus iuxta decretum Concilij, ſeſſion. 24. de refor. cap. 12. conſequens eſſe, quod Epiſcopus ad canonicatum in Cathedrali diſpenſare non poſſit, cum ad ſacrum ordinem habilitare non poſſit, ſequitur Zerola in praxi, 1. p. verbo, canonici, §. 2.& Sayrus d. cap.11.num.13.Enriqu.lib.14.cap.8.§. 10. ad fi.Leſſius d.lib.2. cap.34.num.86. Auila d.7. p.diſp.3.dub 6.3. not.

66 Pro qua † ſententia eſt doctrina gloſſ. 3.d.verbo, tale, quæ ait quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare in beneficio ſimplici requirente ſacrum Ordinem, ſic etiam intelligens dict. verba; Dummodo ſit tale &c. Quam ſequuntur Doct. ibi Gambarus, nu. 177. Roſin. numero 29. ſupra, & Zecchus, de republica Eccleſ.cap.24.de canonicis,numero 3. verſ.2. & Sayrus d.cap.11. Et procedit, etiamſi non requirat ſacrum ordinem actu tempore collationis, ſed poſt, vt cum Imola & Domin. tenet Francus ibi numero 8. & ſenſit Zerola ſupra, ex eo quod qui promouetur ad beneficium debet eſſe habilis tempore promotionis, ſaltim habito reſpectu ad ea, quæ ſibi incumbunt ratione beneficij, vt in cap. dudum 1. de electione, & cap. ſi pro clericis. de Præbendis in 6. quamuis in hoc contra teneant Lapus & Anchar. in d.cap.1. & cum eis Açor d. libro ſexto, capit.3.quæſt.13.

67 Et huic ſententiæ † Maioli videtur fauere Suarez d.ſect.5. num.6. ait enim primam ſententiam intelligendam eſſe, dummodo aliud non obſtet ratione ſpecialis inſtitutionis, vel obligationis alicuius præbendæ, ſeu canonicatus.

68 Hæc ſententia Maioli mihi † videtur tenenda: ita tamen quod cum illegitimo, etiam ad ſacros ordines diſpenſato per Papam, vel alium ad id facultatem habentem, qui ex eo non cenſetur diſpenſatus ad beneficia, vt ſupradictum eſt. 1. par. capit. vltim.num.71.& ſequ. poſſit Epiſcopus, etiam hodie diſpenſare ad canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, iuxta primam ſententiam, quæ re vera eſt communis, & meliore nititur ratione, nam cum ea diſpenſatione ſit habilis iam ad ſacrum ordinem, quē præbenda requirit, ceſſat ratio de qua ſupra, & ita tenet Leſſius ſupra.

69 Vnde cum hodie, etiam † portiones Eccleſiæ Cathedralis annexum habeant ordinem ſacrum, iuxta decretum Concilij d.cap.12.ſeſſ. 24.idem dicendum erit in eis in propoſito, ad Canonicatum vero Eccleſiæ Collegiatæ, & dimidiam portionem Cathedralis, rectè poterit Epiſcopus cum illegitimo diſpenſare, Gonçalez gloſſ.5.numero 98.& ſequ.cum non habeant annexum ordinem ſacrum, vt dicetur infra capit. quarto numero 38. & ita etiam tenet Enriquez dict.§.10.gloſſ.lit. X. & Auila dict. 3. not. in fin.

70 Et circa diſpenſationem † illegitimorum, videnda ſunt quæ tradit Felin.in d.c.poſtulaſti, à numero 2. & in c.2.numero 6.de reſcript. Rebuffus & Mandoſ.d.tit.de diſpenſatione ſuper defectu natalium, Villadiego vbi proximè,& Menoch.d.caſu 201.à n. 34.& d.ſup.1.p.c.5.ex nu. 145.

71 Et aduerte hodie † per Papam diſpenſari cum illegitimis ad obtinenda quæcumque beneficia, præter dignitates, ac canonicatus in Cathedralibus, ac principalem in Collegiata, dummodo plura non ſint,&c. de qua clauſula, dummodo plura non ſint, vide d.infra 11.p.c.5. num. 333.

72 Et an in impetratione ſit † facienda mentio de diſpenſatione, dic, quod non, quando eſt executio diſpenſationis iam factę, ſecus in ſecunda diſpenſatione ſeu vbi additur diſpenſatio diſpenſationi.c.2. & ibi Doct.de filijs presb.in 6. Rota deciſ.5. eodē ti in antiquis. Puteus deciſ.101.lib.1.& 246. nume.2. & 4.Gigas de penſio.q.20.Rebuf.in praxi tit.de diſpēſatio.à nu.24.& d.tit.de diſpenſatio. ſuper defectu natalium numero 63. Roſin.ſup. c.13. à nume.65.

Mandoſ.

Mandoſ. de ſignatura, tit. de diſpenſatio. ad finem, Nauarr. conſil. 6. de reſcrip. Rota deciſ. 214. num. 4.
73 par. 1. diuerſorum, Et fuit † reſolutum in cauſa Burgen. Abbatiæ de Foncea, 1. Iunij 1584. coram D. Blāchetto, & 24. & 27. Ianuarij 1586. coram D. Cantucio, vt in deciſ. ſeq. Propoſui loco cauſæ 34. Ianuarij 1586. memorialia in cauſa Burgen. Abbatiæ, in quibus pro parte Didaci quatuor deducebantur. Primò, quod Gregorius tenebatur verificare qualitatem beneficiorum per eum obtentorum, videlicet, illa eſſe ſine cura, & perſonalem reſidentiam non requirere. Secundò, quod in ſuis literis prouiſionis Abbatiæ non fecit mentionem ſuæ illegitimatis, & licet eſſet diſpenſatus, tamen debebat facere mentionem diſpenſationis, c. 2. & ibi Francus de filijs preſbyter. lib. ſexto, num. 5. Rota deciſ. 3. eodem titul. in antiquis, Puteus deciſ. 101. incipien. fuit dubitatum in vn. Queten. lib. 1. Tertio, quod non probauit Didacum habuiſſe notitiam decreti appoſitiui in noua prouiſione ad eius inſtantiam impetrata, nec ex ſciētia procuratoris infertur ad ſcientiam principalis, Creſcen. deciſ. 193. Sarnen. in reg. de annali. in fin. Afflict. deciſ. 129. num. 10. Quarto, quod tempus ſex menſium præfixum in decreto ad dimittendum canonicatū nō incipiebat currere à die ſupplicationis dictæ nouæ prouiſionis, & ſic à die 1. Iulij 1582. ſeu à die, quo ſupplicatio miſſa fuit ad regiſtrum, ſic & die 2. Octob. eiuſd. anni. His tamen non obſtantibus, Domini 24. & 27. Ian. contradixerunt. Non obſtat primum, quia gratiam Gregorij fuiſſe iuſtificatam reſolutum fuit 9. Decemb. anni præteriti, nam teſtes tam in curia, quàm in partibus vigore remiſſoriæ examinati, bene probant, beneficia per Gregor. obtenta, perſonalem reſidentiam non requirere, ex teſtibus examinatis in partibus, in ciuitate Palentina, probant 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. ſuper 10. de examinatis in ciuitate Hiſpal. 2. & 3. ſuper 9. Non obſtat ſecundum, quia in gratia Gregorij non erat neceſſario mentio ſuæ diſpenſationis, vt in hac cauſa reſolutum fuit 1. Iun. 1595. corā R. P. D. Blanchetto, per deciſionem 3. de filijs presbyter. in antiquis. Nec obſtāt allegata in contrarium, quia Ioan. Andr. in dict. cap. 2. num. 1. quem ſequuntur ibi Gemin. col. 2. circa finem, verſic. ſed quid ſi diſpenſatum eſt, Francus ſub num 5. Anchar. in 3. notabil. Rota d. deciſ. 3. Puteus 101. lib. 1. diſtinguit, quod aut impetratio continet diſpenſationem, quæ additur primæ diſpenſationi, & tunc non valet impetratio, non facta ratione primæ diſpenſationis, & ita procedit textus in d. cap. 2. aut impetratio continet diſpenſationem addentem priori diſpenſationi, ſed eſt executio diſpenſationis iam factæ, & tunc non eſt opus de ea mentionem facere: ſed impetratio Gregorij de hac Abbatia eſt executio ſuæ gratiæ diſpenſationis, quia cum fuerit diſpenſatus ad quæcumque, quotcumque & qualiacumque beneficia, ſub hac diſpenſatione ſatis includitur Abbatia, de qua agitur, & ideo in impetratione, non erat neceſſaria mentio diſpenſationis, quia ad obtinendum beneficium incluſum ſub prima diſpenſatione non expedit iterum de ea mētionem facere, vt inquit Anchar. dict. cap. 2. in 3. notabili, verſic. ex quo collige. Non obſtat tertium, quia Didacus dedit mandatum ad conſentiendum penſioni, & alia fecit: de quibus hic per informantes pro parte Gregorij. Non obſtat quartum, quia terminus ſex menſium ad dimittendum canonicatum incipit currere à die datæ ſupplicationis, cùm in ea expreſſe dicatur cum decreto, quod ipſe infra ſex menſes à data præſentium computandos canonicatum, & præbendam Eccleſiæ Salamantinæ dimittere omnino teneatur.

74 Stante vero in ſupplicatione † clauſula: Et quod oratoris diſpenſationes habeantur pro expreſſis, valeret impetratio, etiamſi adderetur diſpenſatio diſpenſationi, id enim importat dict. clauſula.

75 Quæ † tamen tempore Sixti Quinti non dabatur quoad diſpenſationem ſuper defectu natalium, ſed per reuiſores in ipſa ſupplicatione addebatur, non tamen ſuper defectu natalium.

76 Et † inſuper tempore D. Sixti erat ſtylus, non cōferre beneficia illegitimis, etiamſi alias fuiſſent diſpenſati, & ſic ratione iſtius ſtyli tunc videbatur neceſſarium exprimere diſpenſationem ſuper defectu natalium, in impetratione etiam, quia eſſet executio diſpenſationis.

77 Vt fuit reſolutum in vna Abulen. Parochialis D. ☞ Thomæ, 1. Februarij 1593. coram Illuſtriſs. Mantica, vt deciſio. ſequenti: Cum hæc cauſa ageretur per audientiam contradictarum, dubitaui, an reſignatio parochialis facta à Gundiſaluo del Varco, ad fauorē Marci Lopez, ſi nulla in caſu de quo agitur: & die 29. menſis præteriti dubium propoſui, nec potui capere reſolutionem, quia Domini qui viderant, inter ſe diſſentiebāt. Rurſus d. die 1. Feb. propoſito dubio quinque ex ſex Dominis, qui viderant, vno diſſentiente, in eandem ſententiam conuenerunt, vt reſignatio propter vitium ſurreptionis ſit nulla, nam Marcus Lopex in ſupplicatione non expreſſit ſe eſſe filium ſacerdotis, quod ſi expreſſiſſet, aut gratiam non obtinuiſſet, aut ſane difficilius. Quo caſu gratia ipſa intelligitur ſurreptitia, c. 2. de filijs presbyterorum, vbi Doct. cap. poſtulaſti de reſcrip. &c. ſuper literis, & ibi Doctores omnes, & maxime Abbas num. 7. in fi. eodem tit. idemque Abbas in cap. ad aures num. 4. & in cap. in noſtra nu. 9. cum ſeq. eod. tit. & Felin. ibidem num. 10. cum multis ſeq. & in d. cap. poſtulaſti, num. 13. & num. 17. cum ſeq. Non obſtat, quod ipſe Marcus à Nuntio Hiſpaniarum, ad obtinenda quæcumque beneficia ſit diſpenſatus, & conſequenter non fuerit neceſſe aliam illegitimitatis, ſeu diſpēſationis facere mentionem, Rota, deciſ. 3. de filijs presbyter. in antiquis, quia primo fuit reſponſum de facultatibus Nuntij non conſtare, & ad curata, nec Legatum cum illegitimo poſſe diſpenſare, niſi hoc ei ſpecialiter à Papa conceſſum fuerit, gloſ. in cap. verbo, ſede Apoſtolica, & ibi Doct. de filijs presbyt. lib. 6. Pariſ. conſ. 536. nu. 26. lib. 4. Rebuff. prac. benef. de diſpēſatione ſuper defectu natalium, nu. 45. ſecūdo, etiamſi de ſpeciali poteſtate ipſius Nuntij conſtaret, fuit reſponſum communem ſtylum Cancellariæ, ſeu ſignaturæ tempore feli. record. Sixti V. fuiſſe & eſſe notorium, videlicet, noluiſſe cum ſpurijs conferre beneficia, etiamſi ad obtinenda quęcumque beneficia fuiſſent diſpenſati, & quoties in ſupplicationibus exprimebatur, quod diſpenſationes oratoris haberentur pro expreſſis, eum fuiſſe ſolitum addere hæc verba, Præterquam ex defectu natalīū, qui quidē ſtylus dū non eſt incognitus, & teſtium depoſitionibus comprobatur. Quare cum de huiuſmodi defectu natalīū nulla mētio facta fuerit, gratia redditur ſurreptitia,

nam cũ quęritur, ſi eſſet expreſſum, id quod fuit tacitum, an Papa eſſet gratiam cõceſſurus, vel difficilius conceſſurus, inſpicitur communis ſtylus Cancellariæ, ſeu ſignaturæ, alias hoc nunquam poſſet intelligi vt ex mente Lapi explicat Socinus Senior conſ. 194. num. 5. lib. 3. Felinus in c. ſuper literis, nu. 18. & in c. in noſtra, nu. 51. de præſcriptio. Ian. de Selua, de benefic. p. 3. q. 72. nu. 51. Caſſadorus, deciſ. 12. n. 14. de præbẽdis Puteus deciſ. 187. num. 8. lib. 1. Quod multo etiam magis in caſu propoſito, domini dicebant eſſe recipiẽdum, ac eſſe indubitatum, quia quod defectus natalium non fuerit expreſſus, non proceſſit ex probabili ignorantia, vel ſimplicitate, ſed ex calliditate. Nam cum idem Marcus intellexiſſet Papam eius ſupplicationem, propter defectum natalium in ea expreſſum reiecciſſe, poſtea dedit operam, vt iſte natalium defectus in alia ſupplicatione ſupprimeretur, vt ex deductis appareat, & ideo liquido conſtat de vitio ſurreptionis, & Papam, ſi natalium defectus fuiſſet expreſſus, huiuſmodi reſignationem, quam ſemel reiecit, nullo modo ad fauorem ipſius Marci fuiſſe conceſſurũ, atque ita concluſum fuit reſignationem nullius eſſe momenti,

78 Hodie † tamen non viget dictus ſtylus, & ideò ſtandum erit in hoc de expreſſione diſpenſationis ſupra dictæ reſolutioni, de qua nu. 72.

79 De quo an in ſecunda † diſpenſatione, ſeu gratia, ſit facienda mentio de alia priori, &c. vide vltra Doct. in d. cap. 2. de filijs presbyt. in 6. & in cap. penul. de præſcr. Thom. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 22. & D. Card. Tuſchum. lit. D. concl. 40. & lit. concl. 56. & lit. D. concl. 729. & 732, & Suar. de legibus lib. 6. cap. 23.

## De filijs Presbyterorum. Cap. III.

### SVMMARIA.

*De filijs presbyterorum, qui à beneficijs paternis, Eccleſiq; que paterna ſpecialiter repelluntur, nu. 1. de quibus cum agitur, an poſſint ſuccedere in beneficio patris, ſeu obtinere beneficia in Eccleſia paterna, cætera habilia ſupponuntur, & ſic illos eſſe alias habiles, ſeu diſpenſatos, ad obtinenda beneficia, num. 2.*

*Sunt diſtinguenda tria tempora, primum eſt decretalium, de quo filij presbyterorum, etiam legitimi, non poterunt immediate ſuccedere in beneficio patris, niſi ex diſpenſatione papæ mediate vero poterant ſuccedere, num. 3. quod procedit non ſolum in filijs presbyterorum, ſed etiam eorum, qui in minoribus ſunt conſtituti, num. 4.*

*Etiam cum legitimo non poſſet Epiſcopus, nec etiam Legatus diſpenſare in beneficio paterno immediate, contra Gambarum, nu. 5.*

*Illegitimus etiam, maxime ſpurius, in Eccleſia patris vinẽtis, non poterat etiam ex diſpenſatione Epiſcopi habere Canonicatum, ſeu aliud beneficium ſecus in legitimo, n. 9. quamuis in hoc aliter loquantur Abb. & alij, nu. 7. & quod dicunt Felin. Decius. & Selua, cum Calderino, accipiendum eſt de legitimo. num. 8.*

*Secundum tempus eſt conſtitutionis Clementis ſeptimi, quod de cætero filij presbyterorum, ex fornicatione nati, nullo tempore quoquomodo obtinere poſſint beneficia, quæcorũ parentes in titulum, vel commendam aut adminiſtrationẽ, ſeu vt alijs perpetuo vnita, aliquando obtinuerunt, & ſic nec immediate, nec mediate, &c. n. 9.*

*Hanc conſtitutionem limitauit Rota. Primo, non procedere in beneficijs, quæ patres dimiſerunt ante illam conſtitutionẽ. Secundo, quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & poſtea fuit factus Canonicatus, & ſic erat aliud beneficium, num. 10. Sed prima limitatio, non placet, numero 11.*

*Dicta conſtitutio habet locum in clerico non presbytero, & in filio nato ante clericatum, ex Rota num. 21.*

*Tertium, & nouiſſimum tempus eſt Concilij Tridentini ſeſſione 25. de reformatio. cap. 15. relati nu. 13. quod in multis differt a iure communi, vt in declaratione S. Congregationis, poſita num. 14.*

*Sicut dicta conſtitutio Clementis, ita etiam iſtud decretum habet locum in filijs naturalibus, procreatis ante clericatum, num. 15.*

*Iſtud decretum facit inhabilem filium clerici ad obtinendum beneficium in Eccleſia paterna, & ſic collatio ei facta non valet, num. 6.*

*An per iſtud decretum Concilij & dictam conſtitutionẽ Clementis Septimi, aliquid innouetur quoad filios presbyterorum, qui ſunt nati ex legitimo matrimonio, a nu. 17. & 2. ſeqq. reſoluitur nihil innouari, nec comprehendere nepotes illegitimos presbyterorum ex filio legitimo, reſpectu beneficij aui, num. 20.*

*An dicta conſtitutio Clementis, & decretum Concilij, & diſpenſatio iuris communis, comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo, reſpectu beneficij aui, à nu. 21. reſoluitur negatiue cum Rota, & S. Congregatione, contra Rebuff. & alios num. 22. & ſeq.*

*Nepos tamen legitimus, ex filio, ſeu filia illegitimis, non poteſt, viuente auo, obtinere penſionem ſuper beneficio, quod auus poſſidet, vt auita incontinentia memoria arceatur, ſecundum Sanctam Congreg. cuius declaratio ponitur. n. 24.*

*Etiam in nepote illegitimo ex filio illegitimo, idem videbatur, nempe non comprehendi in dictis diſpoſitionibus, quia in materia odioſa, & penali appellatione filiorum non veniũt nepotes, & c. nu. 25. & facit quod licet filius clerici nõ poſſit patri ſuccedere, nec ab eo quicquam capere, nec conſanguineis ex parte patris, ex lege Regia, nepos tamen etiam non legitimus poteſt ſuccedere, & capere ex teſtamento aui clerici, n. 26. & ita tandem cenſuit Congregatio, num. 27.*

*An pater prohibeatur ſuccedere in beneficio filii, a nume. 28. reſoluitur non prohiberi, cum communi contra Hoſtien. & alios, nu. 29.*

*An pater poſt Concilium poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius filius illegitimus eſt beneficiatus de præſenti, nu. 30. reſoluitur non poſſe, nu. 31.*

*An pater habens penſionem, cum facultate transferendi poſſit illam transferre in filium, a numero 32. reſoluitur negatiue, contra Gigantem: & ſi penſio eſſet conſtituta ſuper beneficio, quod pater nunquam obtinuit, tam ex conſtitutione Clementis, quam ex decreto concilij. numero 33. & num. 35. ſeqq.*

*Non prohibetur a concilio filius illegitimus obtinere penſiones ſuper beneficijs Eccleſiæ paternæ n. 39.*

*An decretum concilij haberet locum in illegitimis, habentibus beneficia in Eccleſia, in qua fiunt beneficiatus eorum pater, qui tamen tempore concilii iam erat mortuus, vel reſignauerat, ita vt non poſſet ea retinere, à numero 40. reſoluitur negatiue contra Nauarr. & adducuntur declarationes Sanctæ congregationis, quæ ita cenſuit, nume. 41. & tertia ſeq.*

*Similiter dictum decretum non habet locum in habentibus penſionem ante concilium, ſuper beneficio a patre obtento, numer. 45. & ſequen. vbi ponuntur declarationes*

S. Con-

*S. Congregationis, vtr dictum decretum, quo ad pensiones videtur habere locum in pensiones post Concilium impositas super beneficio, quod nec tunc nec fuit patris, licet postea ad eum peruenerit, nu.47.*

*Predicta resolutio procedit in eo, cui ante Concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia, in qua pater, etiamsi possessionem eius obtinuisset post Concilium, dummodo per eũ non steterit, quominus antea illum obtinuerit, num. 48. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Secundo procedit, etiam si ante Concilium habuisset solum titulum reseruatis alteri fructibus, titulo, & denominatione. & post Concilium cessasset huiusmodi reseruatio; nu. 49. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Tertio procedit in habente regressum reseruatum ante Concilium, qui cum habeat causam de praterito, non subijcitur dispositioni Concilij, quamuis post illud fortiatur effectum, nu.50. & seq. vbi ponitur decisio Rotæ nu.51.*

*An in predicto casu, is qui ante Concilium obtinuit beneficiũ in Ecclesia, in qua pater eius olim fuit beneficiatus, possit post Concilium ad aliud beneficium ascendere, seu transire, post optionem, vel aliàs, à nu.52. resoluitur negatiue, & adducuntur declarationes S. Congregationis, n.53.*

*An dicto decreto comprehendantur filius eius, qui habuit titulum, & prouisionem beneficij, non possessionem, à nu. 54. resoluitur negatiue, & adducuntur declarat. S. Congreg. nu.55. & seq.*

*Sufficit quod habuerit possessionem, nec requiritur quod pater ministrauerit in Ecclesia, seu beneficio, nu.57.*

*An filius clerici possit obtinere beneficium olim à patre aliquamdiu possessum sine legitimo titulo, & minus pacifice. à num. 58. resoluitur non posse, nec etiam posse obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater aliud possederit; licèt sine canonico titulo, nu.59. & seq.*

*An filij illegitimi possint obtinere beneficia vnita Ecclesijs, quas obtinuerunt, seu obtinent eorum patres, seu Ecclesias filiales, & ab illis dependentes, nu.61 super quo ponuntur declarationes Congregationis, nu.62. quæ planè procedunt quoad Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia distincta à matricibus, tunc enim rectè potest filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit, seu habeat matricem, vel è contra, nisi habens vnam, habeat ministrare in alia, numero 63. Quoad beneficia vero vnita faciunt difficultatem dictæ declarationes, vt in num. 64. quæ difficultas resolnitur num. 65.*

*An filius illegitimus possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, numero 66. vbi resoluitur negatiue, & ponitur declaratio S. Congregationis, quod procedit, etiam si nunquam actu sedisset in tali sede. num.67.*

*An filius illegitimus possit canere tanquam vnicus simplex, seu alias ministrare in Ecclesia, in qua pater habuit, vel habet beneficium, numero 68. vbi resoluitur non posse, & ponuntur declarationes Sacr. Congregationis, vnde non potest obtinere beneficium ratione cuius habet aliquod ministerium, seu seruitium facere in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus, & c. num.69. nisi posset seruiri per substitutum, num.70.*

*Filius illegitimus non prohibetur in Ecclesia paterna ministrare, quando ministraret, & celebraret ibi ex deuotione, & voluntariè, non ex officio, vel salario, nu. 71.*

*E conuerso filius illegitimus non prohibetur ministrare & habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ministrauit, & inseruiuit, etiam tanquam Capellanus, non tamen habuit titulum beneficij, seu tanquam Vicarius temporalis, num. 72. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Nec prohibentur pater, & filius celebrare Missam in eadem Ecclesia, cum non habent beneficium, nu.73. vbi ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis.*

*Similiter non prohibentur filij illegitimi clericorum cum suis patribus habitare, nu.74.*

*An vbi pater, & filius tempore Concilij obtinebant beneficia in eadem Ecclesia, filius præcisè teneretur beneficium resignare, aut permutare infra tres menses, nec sufficeret patrem infra illud tempus suum beneficium dimittere, n. 75. vbi resoluitur, filium præcisè teneri sine alia monitione, sub pœna priuationis ipso iure, & ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis. Pius tamen Quartus extendit dictum terminum ad sex menses, num.76.*

*Adeo verum est, quod filius teneretur resignare, vt procederet, etiam si non posset permutare, nisi ex gratia cum aliquo dispensaretur, vt in declaratione S. Congregationis, posita num.77.*

*Procedit etiam licet super beneficio filij, aliquis haberet regressum, quo casu oblata illi resignatione, cum honesta pensione, & non acceptata poterat cum eo alteri resignare, suspenso interim regressu, vt in declarationibus S. Congregationis positis. num.78.*

*Quod si. unum tantum esset beneficium, in persona tamen patris, & filij cum alternatiua residentia, numero 79. vbi ponitur declaratio, & decretum Sanctæ Congregationis circa hoc, quod pater in totum cederet filio totum ius quod haberet reseruata sibi pensione, & idem est quando pater esset coadiutor filij, nu.80.*

*An habens ante Concilium coadiutoriam, cum futura successione in Ecclesia paterna, posset succedente vacatione post Concilium succedere in tali beneficio, vigore coadiutoriæ, nu. 81. resoluitur non posse, & num.82. ponitur declaratio Sanctæ Congregationis, nu. 83. decisio Rotæ, & idem esset in accessu, nu.84.*

*Sed contra obijcitur quædam declaratio S. Congregationis, nu. 85. cui satisfit ex alia declaratione posita, nu.86.*

*An facta resignatione alicuius beneficij in fauorem filij clerici, reseruata tamen pensione resignanti super beneficio patris, de consensu eius intret dictum decretum Concilij versi. ad hæc, num.87. vbi resoluitur intrare, & ponitur declaratio S. Congregationis.*

*An regula de triennali iuuet contra d. decretum Concilij, nu. 88. vbi resoluitur negatiue cum S. Congr. & Rota nu.89.*

1 SVccedit nunc de filijs presbyterorum † tractatio qui à beneficijs paternis, Ecclesiaque paternæ specialiter repelluntur.

2 Et in primis aduertendum† est, quod cum agitur de filijs clericorum an possint succedere in beneficio patris, seu obtinere beneficia in Ecclesia paterna, cætera habilia supponuntur, & sic illos esse aliàs habiles, seu dispensatos ad obtinenda beneficia; vt rectè aduertit Mandos. de signatura gratiæ ti. de dispensatio. ad beneficia in Ecclesia, in qua pater, vers. verum neque.

3 Et† pro huius materiæ explicatione oportet distinguere tria tempora. Primum tempus est decretalium, de quo filij presbyterorum, etiam legitimi non poterant immediatè succedere in beneficio patris, nisi ex dispensatione Papæ, mediatè vero poterant succedere, vt in c. ad extirpandas, & cap. dilectus, & c. ex transmissa, de filijs presbyter. cũ alijs, vbi Doctor. Decius in cap. inter cæteras, de præscriptio. numero 6. & 7. Nauarrus in capit. si quando

eodem tit. in auctuario, n. 3. & 4. Quintaduennas, Eccleſiaſticon. lib. 2. à nu. 92.

4 Quod procedit non † ſolum in filijs presbyterorum, ſed etiam eorum, qui in minoribus ſunt conſtituti, Maiolus de irregularitate, lib. 1. c. 6. num. 6. Ad quod optimè facit conſtitutio Clementis Septimi, de qua infra, ibi, Sanè poſtquam felicis recordationis Alex. Papa Tertius prædeceſſor noſter, filios præſertim Sacerdotum in Eccleſ. paterna ſuccedere prohibuerat, Pondero illa verba; Præſertim Sacerdotũ, quæ implicant, idem in aliàs ad d. infra c. ſequ. num. 8. & 11. c. 5. nu. 91.

5 Et quod etiam † cum legitimo põ poſſet Epiſcopus, nec etiam Legatus diſpenſare in beneficio paterno, immediatè eſt gloſſ. in c. 1. verſ. tale, in princ. de filijs presbyterorum in 6. quam poſt Io. Andr. Specul. Monachum, & Domin. ſequuntur Frãchus, ibi nu. 7. Rebuff. in prax. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natalium, num. 32. & Mandoſ. titul. de diſpẽſat. ad beneficia in Eccleſia in qua pater, quamuis contra teneat poſt alios Gambarus, de offic. lega. li. 7. rubr. 1. q. 34. à num. 306.

6 Illegitimus etiam † maximè ſpurius, in Eccleſia patris viuentis non poterat etiam ex diſpenſatione, Epiſcopi habere Canonicatum, ſeu aliud beneficiũ, c. cum decorem, c. ad abolẽdam, de filijs presbyter. ſecus in legitimo c. ad hęc, eodem tit. ita gloſ. 3. in d. c. ad abolendam, ad finem. & gloſſ. & in c. Apoſtolica. 8. q. 1. Rebuff. ſup. à nu. 33. ad 39. Bernar. Diaz. in praxi crimin. c. 48. n. 4. & ibi Salzedo lit. B. Sylueſter in ſumma, verb. beneficium, 3. nu. 17. Armilla eodẽ verbo, nu. 33. Man. Rodrig. in ſumma, 1. to. c. 29. nu. 4. & Vega 1. par. ſum. c. 39. caſ. 18. verſic. 4.

7 Quamuis in hoc † aliter loquantur Abbas in d. c. ad abolendam, & Nauarr. d. nu. 4. Mandoſ. ſup. verſ. rurſus limitanda, Hoieda de incompatibilitate benefic. 1. p. c. vlt. nu. 7. Quintanaduennas d. lib. 2. nu. 94. & Sayrus de cenſuris, lib. 2. c. 10. nu. 45.

8 Vnde † quod dicunt Fel. in c. in noſtra, de reſcrip. cor. 3. Decius d. nu. 9. & Selua de benef. 3. p. q. 12. n. 11. 5. qualitate, cum Cald. conſil. 1. de filijs presbyt. accipiendum eſt de legitimo.

9 Secundum tempus † eſt conſtitutionis Clemẽtis Septimi de anno 1530. quę in Bullario eſt 36. in ordine ſuarum Conſtitutionũ, cuius tenorẽ ponit Nau. in d. c. ſi quando. excep. 21. in princ. & Gigas de pẽſio. q. 86. in qua ſtatuitur, quod de cætero filij preſbyterorum, ex fornicatione nati, nullo vnquã tẽpore quoquomodo obtinere poſſint beneficia, quę eorũ patres in titulũ, vel commendam, aut adminiſtrationem, ſeu vt aliis perpetuo vnita aliquando obtinuerunt, & ſic nec immediatè, nec mediatè, &c.

10 Quam † tamen conſtitutionem limitauit Rota in vna Calciaten. coram d. Fabio, de anno 1549. dupliciter, primo non procedere in beneficijs, quæ patres dimiſerunt ante illam conſtitutionem propter verbum; De cętero, & quia natura legis reſpicit futura, per quæ declararunt Domini illa verba; Quæ aliquando obtinuerunt. Secundò, quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & poſtea fuit factum Canonicatus, & ſic erat aliud beneficium, vt per Achillem deciſio. 47. ſeu 1. de filio presbyteror. & per Mandoſ. ſupra verſ. rurſus ſciendum eſt, qui in iſta cauſa ita cõſuluit, vt in conſil. 52. & Hoiedam n. 8. vbi ſupra & primam limitationem ponit etiam Puteus deciſio. 125. lib. 3. quam malè intellexit Gonçalez ad reg. menſ. ſecunda gloſ. 5. nu. 33. vbi refert etiam ſecundam limitationem.

11 Sed prima † limitatio mihi non placet, & conuincitur ex traditis per Nauarrum d. ſect. 21.

12 Et dictam † conſtitutionem habere locum in clerico non presbytero, per illa verba: Et præſertim ſacerdotũ, & illa alia, quę presbyteri, & clerici, & religioſi eorum patres, &c. habere ét locum in filio nato ante clericatum, quia rationes militãt, de quibus per Turrecremata, in c. Apoſtolica 8. q. 1. fuit, reſolutum per Rotam in vna Arimínenſ. S. Pauli 27. Apr. 1561, vt in deciſionibus Oradini.

13 Tertium, & nouiſſimum † tempus eſt S. Concilij Tridentin. ſeſſ. 25. de reformat. c. 15. in quo decernitur, quod vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo ſacratis longiſſimè arceatur, non liceat filijs clericorum, qui non ex legitimo nati ſint matrimonio in Eccleſijs, vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticũ habent, aut habuerunt, quodcunque etiam diſſimile beneficium obtinere, neque in dictis Eccleſijs quoquomodo miniſtrare, nec pẽſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerũt, habere; quod ſi in præſenti, ſcilicet tempore publicationis Concilij, pater & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra Eccleſiam intra trium menſium ſpatium, aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat, & ſuper his, quæcunque diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur, &c.

14 Vnde † iſtud decretum in multis differt à iure communi, vt in ſequenti declaratione S. Congregatio ſuper eo fuit quæſitum, in quo differat hoc decretum à iure communi? reſponſum eſt, quod in quinque. Primo, quod non ſolum ratione ſucceſſionis, prout de iure communi, ſed etiã ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit hæc prohibitio. Secundo, quod talis memoria longiſſimè arceatur, ſi non ſolũ immediatè, prout de iure communi, ſed ẽt mediatè, contra Abb. c. dilectus, nota 2. eodem titu. Tertiò, quod non ſolum prohibetur ſucceſſio in eodem beneficio, ſed in alio quocumque, etiam in diſſimili, dũmodo ſint in eadem Eccleſia, contra ius commune, de quo per Abb. in c. ad abolẽdam, poſt prin. Quartò, nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Eccleſia, in qua pater obtinet, ſed miniſtrare contra ius cõmune, quo tantum patri miniſtrare prohibetur, Abb. in c. cum decorem eodem. Quintò, quod nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinẽt, habere poterunt filij.

15 Et † ſicut d. conſtitutio Clementis, ita etiam iſtud decretum habet locum in filijs naturalibus procreatis ante clericatum, vt patet ex illis verbis: Qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio: & S. Congr. cenſuit his verbis: Hoc decretum habet locum in filijs naturalibus, procreatis tempore quo parentes eorum nondum erant effecti clerici.

16 Et iſtud † decretum facit inhabilem filium clerici ad obtinendum beneficium in Eccleſia, in qua pater beneficium habuit, & ſic collatio ei facta non valet. Naua. conſ. 1. de conſt. q. 18. Salzed. ſup. in lit. A. in nouiſſima editione. Sed † circa iſtud decretum Concilij, & dictam conſtitutionem Clemen. VII. dubi-

dubitatur. Primò, an per ea aliquid innouetur quoad filios presbyterorum, qui sunt nati ex legitimo matrimonio.

18 Et dicendum † est, nihil innouari, quia solum loquuntur de filijs ex fornicatione natis, & non ex legitimo matrimonio, vt patet ex dict. constitutione Clementis, ibi: Ex fornicatione, & alijs verbis eiusdem constitutionis, & in d. Concilio, ibi: Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, & ita quod legitimos remanet ius antiquum incorrectum, l. præcipimus. Cod. de appellatio. & ita docet Nauarr. in dicto auctuario num. 3. Salzed. sup. Man. Rodriguez. in sum. 1. tom. cap. 29. num. 4. & Vega 1. p. cap. 36. casu 18. verfic. 4.

19 Et † ita etiam debet intelligi d. decretum Concilij, in verfic. quod si in præsenti, dum loquitur de patre & filio obtinentibus simul beneficia, in eadem Ecclesia, debet enim intelligi retentis terminis, de quibus in principio, scilicet, quando filius non est natus ex legitimo matrimonio.

20 Vnde † etiam d. constitutio Clementis & decretū Concilij, nō comprehenduntur nepotes illegitimos presbyterorum ex filio legitimo, respectu beneficij aui.

21 Secundo † dubitatur, an d. constitutio Clementis, & decretum Concilij, & dispositio iuris communis comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo: respectu beneficij aui. Et respondetur negatiue, vt consulit Nau. cons. 9. de filijs presbyt. præcipuè nu. 9. & tenent Spin. de testam. gloss. 3. à nu. 23. & Say. d. lib. 6. c. 10. n. 46. Açor 2. p. lib. 6. c. 4. q. 17. *Cenallos q. 762 seu 764. à nu. 43. & q. 796. à nu. 9. Vgolin. de offic. Epsc. c. 50. §. 7. nu. 2. & §. 8. nu. 2. post Morgas. de irreg. 5. par. titul. de fil. presbyt. num. 5.*

22 Et † censuit Rota 12. Febr. 1574. coram Domino Rubeis, quæ decisio habetur apud Nauar. post dict. consil. 9. & ita etiam declarauit alia S. Congregatio Concilij, *vt in seq. decisio. Bracharen. 17. Octobris 1592. Congreg. Concilij, causa alias discussa, censuit, nepotem legitimum ex filio illegitimo non comprehendi decreto cap.* 23 *15. sess. 25.* Quicquid † contra teneant Rebuf. supra num. 27. & de pacificis possessoribus, nu. 276. & 277. alias 225. & Rojas de successio. ab intestato, cap. 20. à num. 112. Mier. de maiorat. 2. p. quæst. 2. nu. 25. & Salzed. sup. liter. A. & quamuis Syluest. cum Oltiens. verb. beneficium, q. 6. & Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 34. nu. 91. dicant nepotem non posse obtinere beneficium aui patre mortuo, &c.

24 Tenet tamen S. Congregatio † nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimis non posse viuente auo, obtinere pensionem super beneficio, quod auus possidet, vt auitæ incontinentiæ memoria arceatur, vt in sequēti declaratione. Stāte declaratione, quod ☞ Concilium non comprehēdat nepotem legitimum ex filio, seu, filia illegitimis, respectu beneficij, quod auus obtinuit, an procedat etiam viuente ipso auo, adeo, vt nepos ex filia illegitima, siue illa viuat, siue non, possit obtinere pensionem super beneficio parochiali, quod auus possidet, Congregatio censuit negatiue, vt arceatur memoria auitæ incontinentiæ, licet omnes Illustrissimi dixerint cōtrariam opinionem esse de iure veriorem ex sententia Rotæ.

25 Quinimo etiam in nepote † illegitimo, ex filio illegitimo, idem videtur de iure dicendum, nempe non comprehendi in dictis dispositionibus, quia in maleria odiosa & pœnali appellatione filiorum non veniunt nepotes, Bart. in l. liberorum, nu. 6. ff. de verb. sign. communiter receptus, vt per Couarr. lib. 2. variar. c. 8. nu. 2. Anton. Gabr. de verb. signific. concl. 1. à nu. 54. & plures relatos a Surdo de alim. en. tit. 9. q. 36. Gratia. reg. 295. *Pet. de Lar. de annin. lib. 1. c. 6. nu. 5. Cenallos d. q. 762. à nu. 39. Casanate cons. 34. nu. 8. & cons. 58. num. 44.* Neque est tanta ratio in nepote, ac in filio, & ita tenet gl. in d. c. Apostolica, & Gambar. d. lib. 7. sub. 1. q. 37. ex num. 311. & cum magis communi Nauar. d. consil. 9. à nu. 1. vbi indistinctè loquitur. & plures tenentes refert Quintana duennas sup. nu. 95. & Spin. Man. Rodrig. 1. tom. c. 29. num. 4. & Vega 1. p. c. 36. casu 18. & Açor sup.

26 Pro quo facit in simili, quod licet filius † clerici non possit patri succedere, nec ab eo quidquam capere, imò nec à consanguineis ex parte patris, ex l. Regia 22. tit. 3. lib. 1. ordinamenti, hodie lex 6. tit. 8. lib. 5. recop. tamē nepos etiam non legitimus potest succedere & capere, ex testamento aui clerici, l. fin. C. de naturalib. liberis, Roder. Suar. in l. 9. tit. 11. lib. 1. fori, nu. 4. & in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, §. hæc de filiorū, Ant. Gom. in l. 9. Tauri, nu. 17. Didac. Per. in d. l. 22. Duennas reg. 366. limit. 2. Paleotus de notis & spurijs, c. 53. Couar. in 4. 2. p. c. 8. §. 5. num. 11. Rojas de succesſio. c. 20. Iulius clarus §. testamētum, q. 32. Pinel. in l. 3. Cod. de bonis maternis, à nu. 2. Parlad. rerum quotidianarum lib. 1. c. 16. P. Molin. de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 167. 9. conclus. & alij quos refert Valdes ad Roder. Suar. d. nu. 4. *Cenallos d. q. 762. à nu. 47. & q. 796. & alias Casanate plures referens cons. 8. à n. 17.*

27 Sed contrarium † in proposito ex Concilio censuit ☞ S. Congregatio, vt in d. declaratione sequenti. S. Congregatio censuit procedere, non solum in filio respectu patris, sed in nepote respectu aui, propter verbum longissimè, quod excludit omnem personā mediatam, postea tamē intellexi quòd 1. Mar. 1589. Congregatio Concilij censuit, decretum cap. 15. sess. 25. minimè prohibere, vt nepos illegitimus ex filio illegitimo beneficium, quod auus habuit, obtinere non possit, cui declarationi standum est.

28 Tertio dubitatur, † an è conuerso pater prohibeatur succedere in beneficio filij. Et dicendum est, patrem non prohiberi succedere, etiam immediate in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus, quoniam tit. de filijs presbyterorum, & d. constitut. Clementis, & decretum Concilij, tantum loquuntur de filijs: & sumus in pœnalibus & exorbitātibus quę non sunt amplianda, reg. in pœnis, reg. quæ à iure, lib. 6. cum alijs. Nec est eadem ratio in patre, ac in filio, non enim ita videtur dari successio in beneficijs per hoc quod pater succedat in beneficio filij, ac per hoc quod filius succedat in beneficio patris, nec memoria paternæ incontinentiæ ita viget per successionem patris in beneficio filij ac è conuerso: filius enim repræsentat incontinentiam paternam, vt dicitur in prima declaratione adducta infra dub. 11. nu. 75. & vt dicitur in declar. 4. ibi adducta, per personam filij magis repręsentatur incontinētia paterna, quàm per personā patris. Ita tenēt gl. in d. c. Apostolica 8. q. 1. & post antiquos Andr. Card. Butrius in c. quoniā de filijs presbyt. Anchar. & Abbas, nu. 7 in c. ex trāsmissa, eod. tit. Rebuff. d. tit. de dispensatione super defectu natalium. num. 29. Bernardus Diaz Quintana duennas num. 95. Man. Rodrig. Vega & Sayrus num. 44.

capitulo quia circa, de conſan. & affin. vbi probatur cauſas concedendi diſpenſationes matrimoniales, duas eſſe, præcipuas ſcilicet, prolem ſuſceptam, & euitationem ſcandali, & ibi text. loquitur in matrimonio de facto contracto, quia tunc ille caſus, & ante Concilium Tridentinum facilius diſpenſabatur cum his, qui iam contraxerant aliquo modo, & consummauerant matrimonium, & ideo facilè caſus contingebant, & in illis loquebantur DD. quam euenit poſt Concil. ex ſeſſ. 24. cap. 5. de reform. matrim. & exponit Nauarr. in manual. conſ. ca. 22. nu. 68. & tamen ibi Abb. nu. 2. & Alex. de Neuo etiã nu. 2. dicunt procedere in matrimonio contracto, & in contrahendo, quod eſt fauore filiorum, cum ipſis non legitimatis ſemper remaneret cauſa ſcandali, & Caſtrenſ. conſ. 467. nu. 7. in princ. lib. 2. dicit, quod ſi filij non eſſent nati in figura matrimonij tunc ſi matrimonium adhuc ſubeſſe poteſt, quia viuunt ambo, & matrimonium contrahere volunt, tũc Papa diſpenſando ſuper matrimonio, poteſt filios legitimare, quod in noſtra diſpenſatione non eſt vi meri reſcripti, quia Papa non legitimat prolem, ſed cum matrimonio ritè contracto mandat decerni legitimam, & ſit expreſſe vi matrimonij. Et non procedit dictum Baldi, conſ. 129. nu. 3. lib. 3. & Couarr. ſuper 4. decr. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 15. nam decernendo prolem legitimam, decernit retro, & non ex tunc, quia per diſpenſationem, & matrimonium ſubſequutum, tollitur impedimentum à principio, quando cum copula interuenit contractus, conſenſus, vel affectio in matrimonium. Quam diuerſitatem verborum conſiderat Anchar. conſi. 409. n. 4. quia ſi Papa procedit per remotionem obſtaculi à iure Canonico interpoſiti, nemini facit iniuriam.

Non obſtant deciſiones Rotę, quæ in contrarium allegantur, pro quarum intellectu dicebant Domini eſſe aduertendum, quod vna ſpecialis diſpenſatio aliam non declarat, ſed attendenda ſunt verba diſpenſationum ſingulariter ex doctrina Ioan. Andr. & aliorum ſupra allegatorum. Vnde deciſio. Putei 483. lib. 2. Than. deciſio. 71. Chiſanen. deciſ. 83. & in cauſa Siracuſana coram Clemente VIII. tũc Rotæ Auditore allegata in prima deciſione, loquuntur quando vnus ex coniugibus, qui contraxerant de facto obierat antequam diſpenſatio fuiſſet ſortita effectum, & in eo caſu deciditur, quod ibi in prole ſuſcepta in figura matrimonij, etiam de per ſe abſq; nouo matrimonio, poteſt habere locum legitimatio prolis, tanquam æque principaliter conceſſa, vt ſupra dictum eſt, quod in matrimonio de facto ſufficit narrata proles, vt intelligatur legitimam poſt diſpẽſationem effectum ſortitam, de quo non quæritur in præſenti caſu. In alijs vero deciſionibus Leodien. canonicatus primo coram R. P. D. meo Ludouiſio 23. Febr. 1601. & poſtmodum coram Illuſtriſſ. Do. Cardinale Pamphilio, tunc Rotæ auditore 19. Apr. 1603. fuerat Papæ expoſitum, quod erat contractũ matrimonium de facto, & ſuſcepta proles. Vnde Papa poſt diſpenſationem legitimat prolem exinde ſuſceptam, vt colligitur ex deciſionibus, & ſupplicatione diſpenſationis tunc data, & cum ibi nõ fuerit probatum matrimonium, & prolem exinde ſuſceptam, idcirco concluditur prolem non fuiſſe legitimam, quia fuit conceſſa ſub illa forma, & idcirco ibi dicitur explicitè, quod diſpenſatio comprehendebat ſolum prolem ſuſceptam in figura matrimonij, vt ibi narrabatur, & nemo dicit legitimationem Papæ eſſe extendendam ad alium caſum, ſed cuiuſlibet diſpenſationis verba eſſe attendenda. In noſtra autem narratur copula, & proles ſuſcepta, nec tempore copulæ excluditur matrimonium, vel affectio maritalis, & Papa diſpenſat, & decernit abſque aliqua limitatione, quo decreto dicitur etiam, vti non ſolum in claris, ſed etiam in dubijs capitulo quod nobis, & c. ex tenore, qui fil. ſint legitimi, vt bene declarat Ant. de Butr. in d. c. per venerabilem num. 10. circa, fi. verſic. videamus ergo, dicendo, quod data certitudine defectus, conſenſus, non eſt in radice matrimonij, licet Papa poſſit fingere cõſenſum ſtãte dubio cap. is qui, de ſponſ. & dictum eſt ſupra in princ. deciſionis, ex text. in l. cum quis, §. cum enim, C. de natur. liber. & Alexand. Rimin. Surd. & deciſ. Pedemõtan. cum allegatis. In caſu vero noſtro nulla eſt certitudo defectus cõſenſus, ſed ſumus in claris & poſſet etiam procedere in caſu dubio. Vnde tutum eſt decretum legitimitatis prolis ſuſceptæ.

Nec facit dicere copulam fuiſſe libidinis cauſa, quia ad hunc effectum ſatis eſt non conſtare, quod nõ fuerit ex cauſa matrimonij, libido enim eſt cauſa impellens, & non impedit affectionem, & cõſenſum in matrimonium, c. tua nos, vbi Abbas, nu. 4. de ſpõſalibus quæ procedunt, vt dictum eſt, penta & obtenta diſpenſatione, & ſequuto matrimonio, quia diſpenſatio eſt vis matrimonij, alias non præſumeretur animus, & affectio maritalis, quod euenit, vt plurimum in fornicarius, ex hoc capite, tanquam ſuper radice matrimonij, Papa non decerneret prolem ſuſceptam legitimã, ſed ſi placeret, legitimaret.

Procedunt autem omnia prædicta ſic, quia in manibus Papæ eſt radix & fundamentum, à quo ſurgit hæc legitimitatis, & illegitimitatis differentia. Quapropter Papa poteſt vbilibet, ex quo habet etiam purum laicum ad matrimonium ſubiectum, c. 1. & c. cauſam, qui fil. ſint legit. c. tuam, de ord. cogn.

Verum aliqui ex Dominis occaſione præſentis diſputationis, qui ex præmiſſis eſt ſufficienter determinata, cum informantes vlterius progrederentur, tenuerunt quod Papa principaliter, vel in conſequentiam poteſt legitimare in toto mundo, reſpectu ſpiritualium & temporalium. Nam affirmatiuã opinionem ſequuti ſunt Ioan. Antiquus gloſſ. in d. c. per venerabilem, in 3. compilatione, in verbo poteſtatem, aſſerendo, quod eo ipſo, quo quis eſt legitimatus in ſpiritualibus, intelligitur legitimatus in temporalibus, & ibidem Præpoſit. nu. 77. recenſet eundem Io. inter DD. tenentes affirmatiuam ſententiam, quam ſequitur Gaufredus de Trano (qui fuit Auditor Rotæ) in ſumma tit. qui fil. ſint legitim. vbi concludit, quod is, quem Papa legitimat, intelligitur legitimatus ad temporalia in conſequẽtiam quandam per text. in d. c. per venerabilem. vbi Præpoſ. nu. 77. Hoſtien. vero ibidem indiſtinctè tenet, Papam poſſe legitimare in temporalibus, & in ſumma eod. tit. §. qualiter, & à quo, nu. 11. verſi. ſalua reuerentia aliorum, vbi dicit eſſe tex. in d. ca. per venerabilem, & alias rationes adducit, Io. Andr. in antiquiſſima lectura manuſcripta affirmat opinionẽ Hoſtien. poſſe habere locum, quando pater in vita ſua petiuiſſet legitimationem, ſicut petiuit Rex Frãciæ in d. c. per venerabilem, dum autem in lectura

impreſſa

impreſſa nu 18. allegat Gaufred. eſt menoſa, quia Gaufredus loquitur vt ſupra. Hanc eandem opinionem affirmatiuam tenuit Io.Cald.Gaſp. eius filius, qui dicit, quod eſt etiam opinio Naſo. vt refert Ant. de But.in d. c.per venerabilem,nu.10.col. 3. verſic. Io.Cald.& filius eius,& opinionem Hoſtien.approbauit Rota deciſion.200. alias prima,in nou.qui fil. ſint leg. à qua dicti domini cenſuerunt non eſſe recedendum.Quamuis contrariam opinionem tenuerit Bernar.de Botono Parm. Gloſſator decretalium Gregorij Noni in d.c.per venerabilem,in gloſſ.2.ſuper verbo habet poteſtatem, non ex ratione, quia Papa non poſſit, ſed quia non debet interturbare alienam iuriſdictionem, iuxta terminos, cap. nouit. de iud. Et negatiuam tenere videtur,ibidem Innoc. nu.1. ſuper verb. euaderet, vbi loquitur in Epiſcopo,licet num.3. verſi.alij tamen dicunt, videatur tenere, quod per quandam conſequentiam intelligatur diſpenſatum in hæreditate, Marſil. Laudenſ. in tract.de legit.num.34.tenet cum gloſſ.& Guid.Pap. ſingul.331. incipit. legitimatus à Papa, Angel. de Clauſio in ſumma,in verbo legitimatio,§.1.incipit vtrum Papa,Couarru.ſuper 4.decr. p.2.c.80.§.8.n. 14.& nu.18. vbi generaliter inquit,nullum Principem poſſe natalibus reſtituere, vel legitimum efficere ſibi non ſubditum, quoad bona intra alterius imperij aut Regni limites exiſtentia. Sed nu.16. concl. 5.affirmat, quod Papa ex cauſa poteſt legitimum efficere eum, qui Principi ſeculari ſubiectus ſit, etiã quoad bona, & munera temporalia, quem refert & ſequitur Ludo. Molin. Societatis Jeſuitarum,tom.1. de iuſt.& iur. diſp.173. & alter Ludo.Molin.de Hiſp.primog.lib.3.c.2.nu.11.negatiuam profitetur cũ Guillelm.Benedict.& Couarru.ſed nu.12. ſequitur diſtinctionem Io.And.& modern. Cordub. alias allegatus libr.8.diſp. 7. in princ. efficacioribus verbis vtens dixit,quod hæc eſt veriſſima & receptiſſima ſententia, & quod ita communiter tenetur, quia ſicut Princeps ſecularis nequit legitimare quoad Eccleſiaſtica. eo quia caret iuriſdictione Eccleſiaſtica, cuius id eſt, ſic nec Pontifex extra ea loca poteſt quoad temporalia. Quæ verba antiquorum ſcriptorum modeſtiam non imitantur, & fallitur, cum iſta non ſit vera, nec communis opinio, ſed tantummodo illorum qui negãt temporalem Papæ iuriſdictionem, & ipſemet inferius nu.3.& 4.defendit opinionem Io. Andr. & dicit eſſe frequentiſſimam & veriorem ſententiam, allegando infinitos authores. Et ad tria aduertebant iſti domini in propoſito. Primum, quod tempore Gloſſatorum, & antiquorum Doctorum nondum emanauerant decretales Bonifacij VIII. & Ioan. XXII. ſuper vtroque gladio. Ideo non ipſi,ſed quidam moderniores audaciter loquuti ſunt ſcientes definitionem Eccleſiæ, ſecundum quod Io. Andr. & alij, qui ſequuntur eius opinionẽ allegari non poſſunt pro prædicta parte negatiua, quia non loquuntur in ſimplici legitimatione ſeorſum à diſpenſatione matrimoniali, ſed in diſpenſatione ſecundario ad diſpenſationem matrimonialẽ, ponendo caſum,inquo conſtituunt opinionem Hoſtien. eſſe ſine difficultate, & ſic pro ſecunda præmiſſa opinione admodum pauci ſimpliciter loquũtur. Tertio, quod ſumus in diſpenſatione cum decreto legitimitatis impetrato ab ipſomet patre, quo caſu dixit Io. Andr. procedere opinionem Hoſtien. & eſt communis opinio DD. per tex.in d. c. per venerabilem, quia pater bene poteſt prorogare iuriſdictionem, Dec. conſil.55.nu.7. cum alijs allegatis per Decian.conſi. 3.nu.188.lib.3. Et ſic.in vtroque capite ſumus extra difficultatem,quod tenet,& valet vbique hæc diſpenſatio cum pronunciatione, vel decreto legitimitatis,& ita deciſum.

41 At quando Papa legitimat prolem †ſuſceptam ex matrimonio irrito, ob impedimentum luris Canonici, legitimando, ſeu ratificando ipſum matrimonium, ſeu diſponendo, aut diſpenſando in radice matrimonij, receptiſſima ſententia eſt talem diſpẽſationem eſſe ex matrimonio, & valere ad omnia etiam temporalia, ac fidei commiſſa, & maioratus, argu. Clem. vnicæ,de immunitate Eccleſiarum, ibi; Et quicquid ex eis, &c.& ibi gloſſ. verb. pro infectis, & Doct. Et hanc ſententiam tenent. Io.Andr. n. 30. Card.nu.9. Abb.22.Anchar.21.Alex. de Neuo. 18. in capitulo per venerabilem qui filij ſint legit. & Præpoſitus ibi §.quod autem,nu.74.Anchar.etiam in c.vnic.nu.3.deſpon.in 6.& in d.Clem.vnic. in fi. & conſi.409.Fel.in c.quæ in Eccleſiarum de conſtit. nu.21.2. ampliat. Guill. Bened. in d.c.Rayn. verbo: & vxorem el.1.à nu.202.Celſus,conſi. 31.à nu. 7. M.A.Eugenius conſi.53.à nu.52.Ant.Gabr.conc.3. de legitimat. nu.1.& 2. Couarr.in 4.2.p.c.8.§.8.n. 13. Roias de ſucceſſ. c. 23.n.113.Molina de primog. li.3.c.2.n.12.Humada ad Greg.in l.2.ti. 15.p.2.gl. 10.nu.8 Nau. conſi. 2. qui filij ſint legit. Peregr.de fideicomm,ar.23.nu.7. Enriq.in ſumm. lib.12.cap. 20.§. 2. Lud. Lop. inſtru.conſi. 2. to. c.vlt.conc.3. Puteus deciſ.483.li.2.Rota deciſ.207. nu.1.p.1. diuerſorum. *Et in vna Leodienſ. canon. 23. Febru. 1601. coram Dom. Ludouiſio, vbi fuit reſolutum, quod licèt diſpenſatio in radice matrimonij illud conualidando ab initio legitimat prolem, Abb. in cap. per venerabilem ſub n. 32. qui filij ſint legitimi Anchar. conſi. 409. num 4. & 4. & 5. Al. de Roſell. de legitimat. libro 2. numero 20. Bocr. deciſ. 264. num. 27. hoc procedit in prole ſuſcepta in figura matrimonij, vt dicunt dicti Doctores, & tradit Puteus deciſ. 483. lib. 2. Thanis 21. & fuit dictum coram Clemente VIII. in Siracuſana illegitimitatis 19. Oct. 1573. Vnde ante matrimonium ſuſceptus non intelligitur legitimatus, nec poterit ex matrimonio ſubſequuto effici legitimus, cum eſſet natus & conceptus de tempore, quo non poterat eſſe inter eos matrimonium, Præpoſitus in ca. tanta 7. quæſt. vbi etiam Abbas num. 14. qui filij ſint legitimi, Socin. iun. conſi. 31. num. 42. libro ſecundo*, & alij plures, quos refert & ſequitur Thomas Sanchez d.lib.8.diſp. 7. num. 4. dicens his diebus in Prætorio Granat. ſententia partem hanc diffinitam eſſe, licet contrarium teneat Anto. de Butr. in d. ca. per venerabilem num. 10. Milis, verb. diſpenſatio, nu. 23. Ceruantes in l.12.Tauri à nu.102.& Molina de iuſt.3.to.diſp.624. num. 3. & Peregrinus ſibi contrarius,conſi.1.& vlt.Gall.vol.3.

42 Et tunc cenſetur † diſpenſatio in radice matrimonij,& legitimatio prolis, quoad omnia, quando Papa diſpenſaret in matrimonio de facto contracto, vt ex tunc, ſeu ab initio, Thom. Sanchez d. diſp. 7. numero 4. & 22. ſeu quando approbat ſeu ratum habet, aut legitimat matrimonium, etiam ſimpliciter, & non facta mentione prolis, quia id ſonat illud ratum habere, & legitimare,ac ſi ab initio eſſet legitimè contractum, niſi aliud exprimat, & legitimatio

prolis

prolis ſit in conſequentiam legitimati matrimonij, vt videtur tenere Peregrinus d. num.77.& 78.quãuis mentionem prolis Papæ fieri tunc requirant Couarr. Ludou. Lopez ſup. & Rota in 2. deciſ. Pampilonen. ſup. poſita, numer.40. & nec id ſufficere dicat Thom. Sanchez nume. 8. niſi expreſſe quoque dicat Pontifex ſe prolem legitimare, vel addat, vt ex tunc, &c. Eſt etiam diſpenſatio in radice matrimonij, quando diſpenſat Papa, quod in matrimonio contracto remanere, ſeu perſeuerare valeãt, quia licentia perſeuerandi ſuper contracto contractum implicitè confirmat, ideò retro reſpicit,& in conſequentiam prolem natam legitimat,vt tenent Anto. de Reſollis de legitimat. lib.2. num.6. & 7. quem maximè commendat Molina dict. numero 12. dicens melius quam alium hanc materiam declarare & reſoluere. Boerius dec.264.num. 36. Peregrin. d. ar. 24. num.79. & Rota dict. deciſ. 207. quam ſequuntur Gonçalez & Proſper. de Auguſtino relati num. 40. maximè, quando vltra illam diſpenſationem prolem legitimat, vt ſolet.Molina n. 12.quamuis contrarium teneant Couar. Enriq. Ludou.Lop. ſup. & Thom. Sanchez numero 24. *Et predicta comprobantur ex nouiſſima deciſione Rotæ in cauſa Hiſpalen. legitimitatis 4. Februarij 1613. coram* Dom. *Baldo ſuper maioratu Martini Ceron, de quo memini ſup. num.40. in quo per Conſilium Regium fuerat iudicatum contra legitimitatem.*

*Sed certè mihi videtur in terminis iſtius deciſionis non eſſe diſpenſationem in radice matrimonij, nec in terminis deciſionum Pampilonen. illegitimitatis ſupra adductarum numero 40. nam ad eam neceſſariò requiritur præceſſiſſe matrimonium de facto, vt per citatos, & Doctores communiter. Quomodo enim poteſt eſſe diſpenſatio in radice matrimonij, ſi non fuit matrimonium? Diſpenſare etenim, vt dictum eſt, in radice matrimonij, nihil aliud eſt, quam diſpenſare in matrimonio de facto contracto, vt ex tunc, ſeu ab initio illud conualidando, ſeu illud legitimare, ratificare, vel approbare: idque manifeſtat ſignificatio ipſorum verborum, In radice matrimonij. Nec obſtat id (in quo Rota fundatur) quod dicunt Ioann. Andr. numero 30 & Abb. numero 21. in dicto capitulo per venerabilem, & Anchar. conſilio 409. numero quarto, quod legitimatio non ſit in radice matrimonij, niſi in prole genita ex coitu matrimoniali, ſaltim ex affectu, vel conſenſu, & ſic contentantur ſolo affectu, vel conſenſu maritali. Quia reſpondeo, quod illa verba, Saltim ex affectu, vel conſenſu, non ſignificant effectum vel conſenſum in matrimonium contrahendum, ſed matrimonium contractum de facto, & quantum eſt ex parte contrahentium, licèt de iure non obtinuerit per aliquod impedimentum Canonicum; & ita patet ex Abbate ibi dicente, quòd ſi inter parentes non fuit matrimonium ſaltim de facto, non poteſt Papa inducere matrimonium ſupplendo conſenſum, & ſic cùm non poſſit ſupplere conſenſum, nec diſponere in matrimonio, non poterit legitimare quoad temporalia, &cet. Vnde quamuis in terminis iſtius deciſionis Hiſpalenſis fuiſſet in diſpenſatione narratum præceſſiſſe matrimonium de facto, & clandeſtine contractum, ſine ſponſalia de futuro cum copula, & ſit diſpenſatum, quod coniuges in ſic contracto matrimonio poſſent remanere, vel illud de nouo contrahere, tamen cum ipſi ſecundam viam eligendo de nouo contraxerint, non poteſt dici diſpenſatum in radice matrimonij. Vnde etiam legitimatio, quæ ſit ex capitulo tanta, non poteſt ſimiliter dici in radice matrimonij, quicquid dicat Abb. in dicapitulo per venerabilem numero 25. in fine, & ibi Butr. numero 11. & Mart. Laudenſ. de legitim. ſub numer. 88. relati in dict. deciſion. Hiſpalenſ. circa finem. Sed illa legitimatio eſt ratione matrimonij ſubſequuti, per quod legitimantur filij antea geniti, vt in ipſo cap. tanta. Toteſt tamen dici iſta legitimatio in radice matrimonij, quia matrimonium ſubſequutum eſt radix fundamentalis, & cauſa ipſius legitimationis, vt dicitur in dict. deciſion. Pampilonen. verſic. Quinimo ſicut Papa. Et ita poſſunt intelligi Abbas, Butr. & Lauden. ibi, & in hoc ſenſu poſſunt dici in radice matrimonij diſpenſationes & legitimationes, de quibus in dict. deciſionibus Hiſpalen. & Pampilonen. Vera ergo ratio, quare legitimatio in caſu dict. deciſ. Hiſpalen. & dictarum deciſion. Pampilonen. prodeſt quoad omnia, etiam ad ſucceſſiones & maioratus, eſt, quia illa eſt per ſubſequens matrimonium, iuxta cap. tanta, extenſum ex diſpenſatione Papæ, & decreto in ea poſito, vt dixi num. 42. & ita conſultus reſponderam in d. caſu deciſion. Hiſpalen.*

43 Sed an legitimati per † ſubſequẽs matrimonium admittantur ad fideicommiſſa, ſeu primogenia, ad quæ vocantur ex legitimo matrimonio nati, ſeu legitimi, & de legitimo matrimonio nati, vide Ruinum conſi.92. libro 3. Gregor. Lopez in lib. 2. titu. 15, p.2.ver.ſino el hijo. verſ. quid autem de legitimato, & in l.1.titu.13.p. 4. verbo, ſe caſa, Couarr. in 4.2. p. cap.8.§.2. nu. 30. Emanu. Suarez in theſauro receptarum ſententiarum,verb. legitimatus, Craſſum de ſucceſſio. §. fideicommiſſum.quæſt. 38. numero quinto & 7. Molin. de Hiſpan. primog. li. 3.cap.1.num.10.Mieres de maioratibus 2.p.qu. 1. numero primo Manticam de coniecturis libro 11. titu.12.Sforciam de compendio.p.6.art. vltim.verſ. legitimati, lo. Garci. de nobilit. gloſſa 21. numero 21.& 62. Anton. Theſaurum deciſ. 196. Meno. de præſumpt. libro 4. præſumpt. 81. Peregrinum. de fideicomm.ar. 24. à numero 14. Surd. deciſ.319. Fachineum libro 7. controuerſ. capitulo 51. Zauallos q. 20.numero 63.Molin.de iuſt.tract.ſecundo diſp. 172. & Pet. Ledeſmam in ſumma de matrim. capitulo 34.prima difficultati primæ concluſionis, & mihi placet ſententia affirmatiua, quæ eſt in Hiſpania recepta, nam & legitimati per ſubſequens matrimonium dicuntur, & cenſentur communiter ex legitimo matrimonio nati, nec illa verb. ponuntur ad eos excludendos, ſed aliàs legitimandos, Craſſus & alij ſupra, & hanc dicunt communem plures relati, & alij quos refert & ſequitur Burſat. conſil. 18.& magis communem Morquecho,l.b.4.c.6. nu. 19.latiſſimè Lancellottus,Gallia.conſi.122.Menoc. conſi.227.vol. 3. & alij complures.

44 Et de filijs natis in figura † matrimonij ex matrimonio putatiuo, an & quando ſint legitimi, vide textum & ibi Doct. in c.ex tenore, & in cap.2. & in cap.perlatum, & in cap. peruenit, qui filij ſint legitimi,l.2.ti.15.par.4. & ibi Gregor. Lop. Anto.Gabrielem de legitimatione, conclu. 4. Paleotum de nothis & ſpurijs, capitulo 9. Couarr. in 4.2.par.ca. 8.§. 1. Roias de ſucceſſionibus ab inteſtato, cap.2.à numero 12. & cap. 30.à numero 38. Maiolum de irregular. libro 1. cap. 5. Tellum Fernandez in l. 6. Tauri,numero 7.8.& 9. & ibi Velazqu.gloſſ. 1.Molin. in d.libro 3. capitulo 1. Nauarrum conſi.3. qui fil. ſint legitimi, Peregrinum d.ar.24. à numero 65.

Ioan.

Ioann. Gutierrez practicarum lib. 3. quæst. 74. Vgolinum de irregularitate. c. 44. §. 1. numero 6. decis. Amnionen. 70. Ludo. Lop. 2. to. 2. q. cap. 57. Pet. Ledelmam d. capit. 34. 2. & 10. diffic. primæ conclusio-
ni s, Suarez dict. sectione prima à nu. 6. & Sayrum d. lib. 6. capitulo 10. à num. 31. & nouissimè Castillo, controuers. 2. to. capit. 11.

45 Secundo † fallit prædicta doctrina, vbi illegitimi fuerint per Papam legitimati, nam tunc habebuntur vt legitimi ad ordines, & beneficia, Coras. dict. 3. par. c. 2. numero 1. l. 4. tit. 15. p. 4. & ibi Greg. Auil.
46 7. p. disp. 3. dub. 6. 4. not. De † quo vide Doct. in c. 1. §. de filijs presbyterorum in 6. & in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, Rotam decis. vnic. eodem titulo in nouis. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo susceperit liberos à nu. 64. seu 52. Couar. in 4. 2. capit. 8. §. 8. 9. & 10. Roias de successio. ab intestato c. 23. Tellum & alios in leg. 12. Tauri, Matienzo & Azeuedo in leg. 10. ti. 8. li. 5. recopil. Molinam dict. libro 3. capitulo tertio. Ioan. Garciam de nobilitate glos. 21. Nauar. consi. 1. & 2. qui filij sint legitimi, Peregr. de fideicomm. art. 23. Vgol. supra §. 4. Gammam decis. 21. & 279. & ibi Flores in additione, qui plures refert, Achillem & Cæsarem de Grassis in suis decisio. qui filij sint lehitimi, P. Molin. de iustit. tom. 1. trac. 2. disput. 173. & seqq. & 3. to. disput. 634. Suarez supra sect. 5. à numero 7. & Sayrum d. libro 6. cap. 11. à num. 5.

47 Tertiò fallit, vbi cum † illegitimis fuerit dispensatum per habentem ad id potestatem d. cap. 1. de
48 filijs presbyterorum in 6. cum alijs. Et quidem † Episcopus dispensare potest cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu ad minores ordines, & beneficium sine cura tantum dict. cap. 1. de filijs presbyterorum in 6. & ibi glos. & Doctores, Vgol. d. cap. 44. §. 2. num. 3. Suarez supra sectione 5. à nu-
49 mero 2. Sayrus d. ca. 11. numero 8. Cum † sunt honestæ vitæ, & virtute præditi, Lambert. de iure patr. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 11. num. 12. Nam in ista dispensatione facienda per Episcopum, cum sit inferior Papa, requiritur causa, & quod eorum suffragantibus meritis fiat, Manu. Rodrigu. quæst. regul. 1. tom. qu. 13. ar. 14. & 15.

50 Nec potest † cum eis dispensari super pluralitate beneficiorum simplicium, vt plura possit retinere, ex d. cap. 1. quod loquitur in singulari, & sic cum simus in materia prohibitiua, non extenditur ad plura, cap. gaudemus, de diuortijs. ita Dom. num. 8. & Francus nu. 4. in cap. final. de filijs presbyter. in 6. Sylvester verbo, beneficium 3. num. 17. Armilla eodem verbo, numero 32. Valentia 4. to. disput. 7. q. 9. pun. 3. de 2. specie irregularitatis. Toletus d. li. 1. ca. 52. ad finem. Zerola in praxi 1. p. verbo, ordo, circa finem. Ema. Sà. verbo, beneficium, num. 19. Acor 2. p. libr. 6. cap. 3. qu. 14. id tenens etiam, quando vnũ non sufficit ad sustentationem, & Aulla de censuris, 7. part. disput. 3. dub. 6. 2. concl. Quamuis contrarium videantur sentire glos. 2. in d. cap. fin. & Selua de benef. 3. p. q. 12. nume. 19. & cum eis Menochius de arbitrarijs, lib. 2. casu 201. nu. 156. vt infra 8. p. c. 3. numero 4. & 5. *Imo plus ait Nauarr. cons. 26. de preben. quod ex dispensatione ordinarij non potest illegitimus obtinere nisi vnum simplex, & primum quod sibi conferatur; quod mihi non placet.*

51 Ad † maiores tamen ordines, & beneficia curata


non quit Episcopus dispensare, sed requiritur dispensatio Papæ, dict. cap. 1. versic. ad ordines, & ibi glos. Vgolin. dict. §. 2. & Rota in Abulen. infra adducta num. 77.

52 Quantumuis † magna subsistente causa vtilitatis seu necessitatis Ecclesiæ, Domin. numero 5. & Francus numero 2. ibi: quamuis tunc contrarium teneat Archidiaconus ibi & Gambarus de officio legati li. 7. rubr. 1. qu. 18. à numero 187. & Palcotus de nothis & spurijs, cap. 57. num. 6. & facit quod dicetur infr. 11. p. c. 5. à nu. 337.

53 Similiter etiam ad dignitates † vel personatus etiam sine cura, solus Papa potest cum illegitimis dispensare, glos. in d. ca. 1. verbo beneficium, quam sequuntur ibi Archidiaconus, Anchar. Dom. num. 8, Francus nu. 6. & alij, Albertus Trocius de vero & perfecto clerico, libro 2. cap. 2. numero 1. Mandos. de signatura gratiæ, tit. de dispensatione super defectu natalium, versi. ad dignitates, Rosiniacus de beneficijs c. 13. nu. 28. P. Gregor. eodem tract. c. 35. numer. 7. Maiolus de irregul. libr. 1. cap. 8. nume. 10. Rosella verbo, illegitimus, num. 11. Sylvester d. verbo beneficium, nu. 12. Armilla eodem nu. 25. Pater Molina dict. disput. 173. P. Ledesma dict. cap. 34. de matrimonio, Valentia & Toletus supra, Suarez d. sectione 5. numero 6. Sayrus dict. capitulo 11. numero 8. & 10. Enriq. lib. 14. c. 8. §. 10. Lessius de iust. & iu. lib. 2. cap. 34. numero 86. Acor d. cap. 3. qu. 3. Auil. d. ub. 6. 2. conclu. & Doct. communiter, vt per Sylvestrum
54 & Armillam supra; † quamuis Gambarus supra qu. 12. à numero 172. in contrarium inclinet ex eo, quia textus in d. c. 2. generaliter concedit hanc dispensationem in beneficijs non curatis, & hæc potestas est fauorabilis.

59 Sed nihilominus † tenenda est communis sententia. Primo, nam textus in d. cap. 1. videtur solum intelligendus in beneficijs simplicibus, non autem in personatu, vel dignitate quæ solent curatis æquipa-
56 rari, vt in cap. dudum 2. de electione. Secundo † & præcipuè ex textu in capitulo fin. de filijs presbyter. in decretal. vbi habetur quod illegitimus absq; dispensatione Papæ ad dignitatem, vel personatum, vel beneficium curatum, promoueri non potest, iuxta quod videtur intelligendus textus in dict. ca. 1. præsertim ex illa restrictiua, dummodo sit tale, & cap. ad leg. præcipimus, C. de appellatio. & cap. cum expediat de elect. in 6.

57 Difficultas † est, an Episcopus possit cum illegitimis dispensare in canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, in qua glos. in d. cap. 1. verb. beneficium, cum
58 † Archidiacono ibidem tenet posse, sequuntur ibi Lapus, Anchar. Domin. num. 7. & Francus numero 6. Calder. cons. 1. de filijs presbyt. Oldrad. cons. 215. num. 6. Ias. cons. 104. 1. vol. Selua de beneficio, 3. p. qu. 63. Villadiego de irregularitate c. 16. vers. circa irregularitatem vero, quæ contrahitur ex defectu natalium, Gigas de pensio. qu. 17. num. 3. Rosiniac. supra à num. 53. P. Gregor. d. cap. 35. nu. 7. Nauarr. consi. 4. de filijs presbyter. nu. 4. dicens communiter receptam, Tabiena verbo, beneficium 2. num. 14. & 15. Sylvester, nu. 11. & Armilla 25. vbi supra, & dicit communiorem, & veriorem Gambarus sup. q. 8. à num. 161. & ait receptam Suarez dict. sectione 5. num. 6. & sequitur Acor d. cap. 3. qu. 11. & in legato libro 5. cap. 30. q. 4.

59 Quæ ſententia fundatur ex † eo præcipuè, nam textus in d.cap.1. permittit diſpenſationem Epiſcopis in beneficijs ſine cura, & Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis eſt beneficium ſine cura, etiam ſi ei eſſet annexa Eccleſia Parochialis acceſſoriè, vt notatur in 6. & præterea huiuſmodi diſpenſandi poteſtas, cuius effectus in alium deriuatur, eſt fauorabilis, vt dictum eſt ſupra 1.part. cap. vltim. numero 73.

60 Contrarium tamen † tenet Ioan. Monachus in d.cap.1.numero 7.& idem videtur tenere Rota dec. 2.de filijs presbyter.in nouis,aliàs 136.& deciſ.3 de officio ordinarij in antiquis, aliàs 408. Bellamera deciſ.362.Felin.in c.poſtulaſti ſub nu.4.de reſcriptis Coſmas in pragmatic.ſanctione,tit.de collatione,§. item cenſuit,verbo, Cathedral bus ſequitur Rebuf. in praxi tit.de diſpenſatione ſuper defectu natalium numero 10. & ſeq. & Vgolin.d.§.2.num. 3. *Et de eo ſupra cap. 57.§.4. numer. 2. & in vna Burgen. canonic. 19.Ian.1607. coram D.Ludouiſio fuit dictum, quod nuntij & legati de iure non poſſunt diſpenſare cum illegitimis ad canonicatus cathedralis: quia in materia diſpenſationis pari paſſu ambulant cum curatis, Rot.dict. deciſ.2. de fil. presbyt. in nouiſ. &c.*

61 Et hoc † propter præeminentiam, & maioritatem Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis, ſuper alios clericos, & quia cura ſolet accedere Præbendæ Eccleſiæ Cathedralis per annexionem, non autem è conuerſo. cap. extirpanda, §. qui vero de præbendis, & ſic videtur dignior canonicatus quàm entra. Sed iſta ratio tollitur ex capitulo cum in illis in principio.de præben. in 6.

62 Rebuffus † ſupra adducit pro hac ſententia textum in d.c.1.ibi: Dummodo ſit tale, ſuper quo per ipſum Epiſcopum valeat diſpenſar;ergo Epiſcopus nec in omnibus quidem ſimplicibus valet diſpenſa-
63 re,videlicet,in canonicatibus. Sed † iſta verba nihil faciunt pro iſta ſententia, quia ponuntur ad excludenda beneficia paterna principaliter, vt ait gloſſ. ibi verbo, tale.

64 Et † ſecundum Francum ſupra num. 6.non videtur quod Rota ſupra teneat præcisè & reſolutè opinionem Ioan. Monachi, quantum ad hoc, quod Epiſcopus non poſſit expreſſe diſpenſare cum illegitimo in Canonicatu Eccleſiæ Cathedralis, ſed quod diſpenſatio facta ab Epiſcopo iuxta formam d.capit. 1. non extenditur ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis,vt etiam ait Domin.cum Io. Andr. & Nauar. ſup. ex dictis ſup.d.1.p.capit.vltim.à numero 58.

65 Maiolus † ſupra d.cap.8.numer. 11.docet ad Canonicatum in Cathedrali Epiſcopum olim potuiſſe legitimum diſpenſare iuxta primam ſententiam, at hodie quia omnes canonicatus Cathedralium annexum habent ordinem ſacrum ſaltim ſubdiaconatus iuxta decretum Concilij, ſeſſion. 24. de refor. cap. 12. conſequens eſſe, quod Epiſcopus ad canonicatum in Cathedrali diſpenſare non poſſit, cum ad ſacrum ordinem habilitare non poſſit, ſequitur Zerola in praxi, 1. p. verbo, canonici, §.7.& Sayrus d. cap.11.num.13.Enriqu.lib.14.cap.8.§. 10. ad fi.Leſſius d.lib.2.cap.34.num.86. Auila d.7. p.diſp.3.dub 6.3. not.

66 Pro qua † ſententia eſt doctrina gloſſ. 3.d.verbo, tale, quæ ait quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare in beneficio ſimplici requirente ſacrum Ordinem, ſic etiam intelligens dict. verba; Dummodo ſit tale &c. Quam ſequuntur Doct. ibi,Gambarus, nu. 177. Roſin. numero 29. ſupra, & Zecchus, de republica Eccleſ.cap.24.de canonicis,numero 3. verſ.2. & Sayrus d.cap.11. Et procedit, etiamſi non requirat ſacrum ordinem actu tempore collationis, ſed poſt,vt cum Imola & Domin. tenet Francus ibi numero 8. & ſentit Zerola ſupra, ex eo quod qui promouetur ad beneficium debet eſſe habilis tempore promotionis, ſaltim habito reſpectu ad ea, quæ ſibi incumbunt ratione beneficij, vt in cap. dudum 1. de electione, & cap. ſi pro clericis. de Præbendis in 6. quamuis in hoc contra teneant Lapus & Anchar. in d.cap.1. & cum eis Açor d. libro ſexto, capit.3.quæſt.13.

67 Et huic ſententiæ † Maioli videtur fauere Suarez d.ſect.5. num.6. ait enim primam ſententiam intelligendam eſſe, dummodo aliud non obſtet ratione ſpecialis inſtitutionis, vel obligationis alicuius præbendæ, ſeu canonicatus.

68 Hæc ſententia Maioli mihi † videtur tenenda: ita tamen quod cum illegitimo,etiam ad ſacros ordines diſpenſato per Papam, vel alium ad id facultatem habentem, qui ex eo non cenſetur diſpenſatus ad beneficia, vt ſupradictum eſt. 1. par. capit. vltim.num.71.& ſequ. poſſit Epiſcopus, etiam hodie diſpenſare ad canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, iuxta primam ſententiam, quæ re vera eſt communis, & meliore nititur ratione, nam cum ea diſpenſatione ſit habilis iam ad ſacrum ordinem,quē præbenda requirit, ceſſat ratio de qua ſupra, & ita tenet Leſſius ſupra.

69 Vnde cum hodie, etiam † portiones Eccleſiæ Cathedralis annexum habeant ordinem ſacrum, iuxta decretum Concilij d.cap.12.ſeſſ. 24.idem dicendum erit in eis in propoſito, ad Canonicatum vero Eccleſiæ Collegiatæ, & dimidiam portionem Cathedralis, rectè poterit Epiſcopus cum illegitimo diſpenſare, Gonçalez gloſſ.5.numero 98.& ſequ.cum non habeant annexum ordinem ſacrum, vt dicetur infra capit. quarto numero 38. & ita etiam tenet Enriquez dict.§.10.gloſſ.lit. X. & Auila dict. 3. not. in fin.

70 Et circa diſpenſationem † illegitimorum, videnda ſunt quæ tradit Felin.in d.c.poſtulaſti,à numero 2. & in c.2.numero 6.de reſcript. Rebuffus & Mandoſ.d.tit.de diſpenſatione ſuper defectu natalium, Villadiego vbi proximè,& Menoch.d.caſu 201.à n. 34.& d.ſup.1.p.c.5.ex nu. 145.

71 Et aduerte hodie † per Papam diſpenſari cum illegitimis ad obtinenda quæcumque beneficia, præter dignitates, ac canonicatus in Cathedralibus, ac principalem in Collegiata, dummodo plura non ſint,&c.de qua clauſula, dummodo plura non ſint, vide d.infra 11.p.c.5. num. 333.

72 Et an in impetratione ſit † facienda mentio de diſpenſatione, dic,quod non, quando eſt executio diſpenſationis iam factę,ſecus in ſecunda diſpenſatione ſeu vbi additur diſpenſatio diſpenſationi,c.2. & ibi Doct.de filijs presb.in 6. Rota deciſ.5. eodē ti in antiquis.Puteus deciſ.101.lib.1.& 246. nume.2. & 4.Gigas de penſio.q.20.Rebuf.in praxi tit.de diſpēſatio.à nu.24.& d.tit.de diſpenſatio. ſuper defectu natalium numero 63. Roſin.ſup. c.13.à nume.65.

Mandoſ.

Mandos. de signatura, tit. de dispensatio. ad finem, Nauarr. consil. 6. de rescrip. Rota decis. 214. num. 4.

73 par. 1. diuersorum, Et fuit † resolutum in causa Burgen. Abbatiæ de Foncea, 1. Iunij 1584. coram D. Blanchetto, & 24. & 27. Ianuarij 1586. coram D. Cantucio, vt in decis. seq. Proposui loco causæ 34. Ianuarij 1586. memorialia in causa Burgen. Abbatiæ, in quibus pro parte Didaci quatuor deducebantur. Primò, quod Gregorius tenebatur verificare qualitatem beneficiorum per eum obtentorum, videlicet, illa esse sine cura, & personalem residentiam non requirere. Secundò, quod in suis literis prouisionis Abbatiæ non fecit mentionem suæ illegitimatis, & licet esset dispensatus, tamen debebat facere mentionem dispensationis, c. 2. & ibi Francus de filijs presbyter. lib. sexto, num. 5. Rota decis. 3. eodem titul. in antiquis, Puteus decis. 101. incipien. fuit dubitatum in vna Queten. lib. 1. Tertio, quod non probauit Didacum habuisse notitiam decreti appositiui in noua prouisione ad eius instantiam impetrata, nec ex scientia procuratoris infertur ad scientiam principalis, Crescen. decis. 193. Sarnen. in reg. de annali. in fin. Afflict. decis. 129. num. 10. Quarto, quod tempus sex mensium præfixum in decreto ad dimittendum canonicatũ nõ incipiebat currere à die supplicationis dictæ nouæ prouisionis, & sic à die 1. Iulij 1582. seu à die, quo supplicatio missa fuit ad registrum, sic & die 2. Octob. eiusd. anni. His tamen non obstantibus, Domini 24. & 27. Ian. contradixerunt. Non obstat primum, quia gratiam Gregorij fuisse iustificatam resolutum fuit 9. Decemb. anni præteriti, nam testes tam in curia, quàm in partibus vigore remissoriæ examinati, bene probant, beneficia per Gregor. obtenta, personalem residentiam non requirere, ex testibus examinatis in partibus, in ciuitate Palentina, probant 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. super 10. de examinatis in ciuitate Hispal. 2. & 3. super 9. Non obstat secundum, quia in gratia Gregorij non erat necessario mentio suæ dispensationis, vt in hac causa resolutum fuit 1. Iun. 1595. corã R. P. D. Blanchetto, per decisionem 3. de filijs presbyter. in antiquis. Nec obstãt allegata in contrarium, quia Ioan. Andr. in dict. cap. 2. num. 1. quem sequuntur ibi Gemin. col. 2. circa finem, versic. sed quid si dispensatum est, Francus sub num 3. Anchar. in 3. notabil. Rota d. decis. 3. Puteus 101. lib. 1. distinguit, quod aut impetratio continet dispensationem, quæ additur primæ dispensationi, & tunc non valet impetratio, non facta ratione primæ dispensationis, & ita procedit textus in d. cap. 2. aut impetratio continet dispensationem addentem priori dispensationi, sed est executio dispensationis iam factæ, & tunc non est opus de ea mentionem facere: sed impetratio Gregorij de hac Abbatia est executio suæ gratiæ dispensationis, quia cum fuerit dispensatus ad quæcumque, quotcumque & qualiacumque beneficia, sub hac dispensatione satis includitur Abbatia, de qua agitur, & ideo in impetratione, non erat necessaria mentio dispensationis, quia ad obtinendum beneficium inclusum sub prima dispensatione non expedit iterum de ea mẽtionem facere, vt inquit Anchar. dict. cap. 2. in 3. notabili, versic. ex quo collige. Non obstat tertium, quia Didacus dedit mandatum ad consentiendum pensioni, & alia fecit: de quibus hic per informantes pro parte Gregorij. Non obstat quartum, quia terminus sex mensium ad dimittendum canonicatum incipit currere à die datæ supplicationis, cùm in ea expresse dicatur cum decreto, quod ipse infra sex menses à data præsentium computandos canonicatum, & præbendam Ecclesiæ Salamantinæ dimittere omnino teneatur.

74 Stante vero in supplicatione † clausula: Et quod oratoris dispensationes habeantur pro expressis, valeret impetratio, etiamsi adderetur dispensatio dispensationi, id enim importat dict. clausula.

75 Quæ † tamen tempore Sixti Quinti non dabatur quoad dispensationem super defectu natalium, sed per reuisores in ipsa supplicatione addebatur, non tamen super defectu natalium.

76 Et † insuper tempore D. Sixti erat stylus, non cõferre beneficia illegitimis, etiamsi alias fuissent dispensati, & sic ratione istius styli tunc videbatur necessarium exprimere dispensationem super defectu natalium, in impetratione etiam, quia esset executio dispensationis.

77 Vt fuit resolutum in vna Abulen. Parochialis D. ☞ Thomæ, 1. Februarij 1593. coram Illustris. Mantica, vt decisio. sequenti: Cum hæc causa ageretur per audientiam contradictarum, dubitaui, an resignatio parochialis facta à Gundisaluo del Varco, ad fauorẽ Marci Lopez, si nulla in casu de quo agitur: & die 29. mensis præteriti dubium proposui, nec potui capere resolutionem, quia Domini qui viderant, inter se dissentiebãt. Rursus d. die 1. Feb. proposito dubio quinque ex sex Dominis, qui viderant, vno dissentiente, in eandem sententiam conuenerunt, vt resignatio propter vitium surreptionis sit nulla, nam Marcus Lopex in supplicatione non expressit se esse filium sacerdotis, quod si expressisset, aut gratiam non obtinuisset, aut sane difficilius. Quo casu gratia ipsa intelligitur surreptitia, c. 2. de filijs presbyterorum, vbi Doct. cap. postulasti de rescrip. &c. super literis, & ibi Doctores omnes, & maxime Abbas num. 7. in fi. eodem tit. idemque Abbas in cap. ad aures num. 4. & in cap. in nostra nu. 9. cum seq. eod. tit. & Felin. ibidem num. 10. cum multis seq. & in d. cap. postulasti, num. 13. & num. 17. cum seq. Non obstat, quod ipse Marcus à Nuntio Hispaniarum, ad obtinenda quæcumque beneficia sit dispensatus, & consequenter non fuerit necesse aliam illegitimitatis, seu dispẽsationis facere mentionem, Rota, decis. 3. de filijs presbyter. in antiquis, quia primo fuit responsum de facultatibus Nuntij non constare, & ad curata, nec Legatum cum illegitimo posse dispensare, nisi hoc ei specialiter à Papa concessum fuerit, glos. in cap. verbo, sede Apostolica, & ibi Doct. de filijs presbyt. lib. 6. Paris. cons. 536. nu. 26. lib. 4. Rebuff. prac. benef. de dispẽsatione super defectu natalium, nu. 45. secũdo, etiamsi de speciali potestate ipsius Nuntij constaret, fuit responsum communem stylum Cancellariæ, seu signaturæ tempore feli. record. Sixti V. fuisse & esse notorium, videlicet, noluisse cum spurijs conferre beneficia, etiamsi ad obtinenda quçcumque beneficia fuissent dispensati, & quoties in supplicationibus exprimebatur, quod dispensationes oratoris haberentur pro expressis, eum fuisse solitum addere hæc verba, Præterquam ex defectu natalitij, qui quidẽ stylus dũ non est incognitus, & testium depositionibus comprobatur. Quare cum de huiusmodi defectu natalitij nulla mẽtio facta fuerit, gratia redditur surreptitia,

nam cũ quętitur, ſi eſſet expreſſum, id quod fuit tacitum, an Papa eſſet gratiam cõceſſurus, vel difficilius conceſſurus, inſpicitur communis ſtylus Cancellariæ, ſeu ſignaturæ, alias hoc nunquam poſſet intelligi vt ex mente Lapi explicat Socinus Senior conſ. 194. num. 5. lib. 3. Felinus in c. ſuper literis, nu. 18. & in c. in noſtra, nu. 51. de præſcriptio. Ian. de Selua, de benefic. p. 3. q. 72. nu. 51. Caſſadorus, deciſ. 12. n. 14. de præbẽdis Puteus deciſ. 187. num. 8. lib. 1. Quod multo etiam magis in caſu propoſito, domini dicebant eſſe recipiẽdum, ac eſſe indubitatum, quia quod defectus natalium non fuerit expreſſus, non proceſſit ex probabili ignorantia, vel ſimplicitate, ſed ex calliditate. Nam cum idem Marcus intellexiſſet Papam eius ſupplicationem, propter defectum natalium in ea expreſſum reiecisſe, poſtea dedit operam, vt iſte natalium defectus in alia ſupplicatione ſupprimeretur, vt ex deductis appareat, & ideo liquido conſtat de vitio ſurreptionis, & Papam, ſi natalium defectus fuiſſet expreſſus, huiuſmodi reſignationem, quam ſemel reiecit, nullo modo ad fauorem ipſius Marci fuiſſe conceſſurũ, atque ita concluſum fuit reſignationem nullius eſſe momenti.

78 Hodie † tamen non viget dictus ſtylus, & ideò ſtandum erit in hoc de expreſſione diſpenſationis ſupra dictæ reſolutioni, de qua nu. 72.

79 De quo an in ſecunda † diſpenſatione, ſeu gratia, ſit facienda mentio de alia prioti, &c. vide vltra Doct. in d. cap. 2. de filijs presbyt. in 6. & in cap. penul. de præſcr. Thom. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 22. & D. Card. Tuſchum. lit. D. concl. 40. & lit. concl. 56. & lit. D. concl. 729. & 732, & *Suar. de legibus lib. 6, cap. 23.*

## *De filijs Presbyterorum. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*DE filijs presbyterorum, qui à beneficijs paternis, Eccleſiq; que paternę ſpecialiter repelluntur, nu. 1. de quibus cum agitur. an poſſint ſuccedere in beneficio patris, ſeu obtinere beneficia in Eccleſia paterna, cætera habilia ſupponuntur, & ſic illos eſſe alias habiles, ſeu diſpenſatos, ad obtinenda beneficia, num. 2.*

*Sunt diſtinguenda tria tempora, primum eſt decretalium, de quo filij presbyterorum, etiam legitimi, non poterunt immediate ſuccedere in beneficio patris, niſi ex diſpenſatione Papæ mediate vero poterant ſuccedere, num. 3. quod procedit non ſolum in filijs presbyterorum, ſed etiam eorum, qui in minoribus ſunt conſtituti, num. 4.*

*Etiam cum legitimo non poſſet Epiſcopus, nec etiam Legatus diſpenſare in beneficio paterno immediate, contra Gambarum, nu. 5.*

*Illegitimus etiam, maxime ſpurius, in Eccleſia patris viuẽtis, non poterat etiam ex diſpenſatione Epiſcopi habere Canonicatum, ſeu aliud beneficium ſecus in legitimo, n. 9. quamuis in hoc aliter loquantur Abb. & alij, nu. 7. & quod dicunt Felin. Deciut. & Selua, cum Calderino, accipiendum eſt de legitimo. num. 8.*

*Secundum tempus eſt conſtitutionis Clementis ſeptimi, quod de cætero filij presbyterorum, ex fornicatione nati, nullo tempore quoquomodo obtinere poſſint beneficia, quæ eorũ parentes in titulum, vel commendam aut adminiſtrationẽ, ſeu vt alijs perpetuo vnita, aliquando obtinuerunt, & ſic nec immediate, nec mediate, &c. n. 9.*

*Hanc conſtitutionem limitauit Rota. Primo, non procedere in beneficijs, quæ patres dimiſerunt ante illam conſtitutionẽ. Secundo, quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & poſtea fuit factus Canonicatus, & ſic erat aliud beneficium, num. 10. Sed prima limitatio, non placet, numero 11.*

*Dicta conſtitutio habet locum in clerico non presbytero, & in filio nato ante clericatum, ex Rota num. 21.*

*Tertium, & nouiſſimum tempus eſt Concilij Tridentini ſeſſione 25. de reformatio. cap. 15. relati nu. 13. quod in multis differt a iure communi, vt in declaratione S. Congregationis, poſita num. 14.*

*Sicut dicta conſtitutio Clementis, ita etiam iſtud decretum habet locum in filijs naturalibus, procreatis ante clericatum, num. 15.*

*Iſtud decretum facit inhabilem filium clerici ad obtinendum beneficium in Eccleſia paterna, & ſic collatio ei facta non valet num. 6.*

*An per iſtud decretum Concilij & dictam conſtitutionẽ Clementis Septimi, aliquid innouetur quoad filios presbyterorum, qui ſunt nati ex legitimo matrimonio, a nu. 17. & 2. ſeqq. reſolutur nihil innouari, nec comprehendere nepotes illegitimos presbyterorum ex filio legitimo, reſpectu beneficij aui, num. 20.*

*An dicta conſtitutio Clementis, & decretum Concilij, & diſpenſatio iuris communis, comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo, reſpectu beneficij aui, a nu. 21. reſolutur negatiue cum Rota, & S. Congregatione, contra Rebuff. & alios num. 22. & ſeq.*

*Nepos tamen legitimus, ex filio, ſeu filia illegitimis, non poteſt, viuente auo, obtinere penſionem ſuper beneficio, quod auus poſſidet, vt auita incontinentia memoria arceatur, ſecundum Sanctam Congreg. cuius declaratio ponitur. n. 24.*

*Etiam in nepote illegitimo ex filio illegitimo, idem videbatur, nempe non comprehendi in dictis diſpoſitionibus, quia in materia odioſa, & penali appellatione filiorum non veniũt nepotes, &c. nu. 25. & facit quod licet filius clerici nõ poſſit patri ſuccedere, nec ab eo quicquam capere, nec conſanguineis ex parte patris, ex lege Regia, nepos tamen etiam non legitimus poteſt ſuccedere, & capere ex teſtamento aui clerici, n. 26. & ita tandem cenſuit Congregatio, num. 27.*

*An pater prohibeatur ſuccedere in beneficio filii, a nume. 28. reſolutur non prohiberi, cum communi contra Hoſtien. & alios. nu. 29.*

*An pater poſt Concilium poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius filius illegitimus eſt beneficiatus de præſenti, nu. 30. reſolutur non poſſe, nu. 31.*

*An pater habens penſionem, cum facultate transferendi poſſit illam transferre in filium, a numero 32. reſolutur negatiue, contra Gigantem: & ſi penſio eſſet conſtituta ſuper beneficio, quod pater nunquam obtinuit, tam ex conſtitutione Clementis, quam ex decreto concilij. numero 33. & num. 35. ſeqq.*

*Non prohibetur a concilio filius illegitimus obtinere penſiones ſuper beneficijs Eccleſiæ paternæ n. 39.*

*An decretum concilij haberet locum in illegitimis, habentibus beneficia in Eccleſia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui tamen tempore concilii iam erat mortuus, vel reſignauerat, ita vt non poſſet ea retinere, à numero 40. reſolutur negatiue contra Nauarr. & adducuntur declarationes Sanctæ congregationis, quæ ita cenſuit, nume. 41. & tertia ſeq.*

*Similiter dictum decretum non habet locum in habentibus penſionem ante concilium, ſuper beneficio a patre obtento, numer. 45. & ſequen. vbi ponuntur declarationes*

S. Con-

*S. Congregationis, vte dictum decretum, quo ad pensiones videtur habere locum in pensiont post Concilium imposita super beneficio, quod nec erat nec fuit patris, licet postea ad eum peruenerit, nu.47.*

*Praedicta resolutio procedit in eo, qui ante Concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia, in qua pater, etiamsi possessionem eius obtinuisset post Concilium, dummodo per eũ non steterit, quominus extra illam obtineret, num. 48. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Secundo procedit, etiam si ante Concilium habuisset solum titulum reseruatis alteri fructibus, titulo, & denominatione, & post Concilium cessasset huiusmodi reseruatio; nu.49. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Tertio procedit in habente regressum reseruatum ante Concilium, qui cum habeat causam de praeterito, non subijcitur dispositioni Concilij, quamuis post illud sortiatur effectum, nu.50. & seq. vbi ponitur decisio Rotae nu.51.*

*An in praedicto casu, is qui ante Concilium obtinuit beneficiũ in Ecclesia, in qua pater eius olim fuit beneficiatus, possit post Concilium ad aliud beneficium ascendere, seu transire, post optionem, vel aliàs, à nu.52. resoluitur negatiue, & adducuntur declarationes S. Congregationis, n.53.*

*An dicto decreto comprehendantur filius eius, qui habuit titulum, & prouisionem beneficij, non possessionem, à nu. 54. resoluitur negatiue, & adducuntur declarat. S. Congreg. nu.55. & seq.*

*Sufficit quod habuerit possessionem, nec requiritur quod pater ministrauerit in Ecclesia, seu beneficio, nu.57.*

*An filius clerici possit obtinere beneficium eius à patre aliquandiu possessum sine legitimo titulo, & minus pacifice. à num. 58. resoluitur non posse, nec etiam posse obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater aliud possederit; licèt sine canonico titulo. nu.59. & seq.*

*An filij illegitimi possint obtinere beneficia intra Ecclesias, quas obtinuerunt, seu obtinent eorum patres, seu Ecclesias filiales, & ab illis dependentes, nu.61. super quo ponuntur declarationes Congregationis, nu.62. quae planè procedunt quoad Ecclesias filiales, quae sunt beneficia distincta à matricibus, tunc enim rectè potest filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit, seu habeat matricem, vel è contra, nisi habens vnam, habeat ministrare in alia, numero 63. Quoad beneficia vero intra facient difficultatem dictae declarationes, vt in num. 64. quae difficultas resoluitur num. 65.*

*An filius illegitimus possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, numero 66. vbi resoluitur negatiue, & ponitur declaratio S. Congregationis, quod procedit, etiam si nunquam actu sedisset in tali sede. num.67.*

*An filius illegitimus possit canere tanquam musicus simplex, seu alias ministrare in Ecclesia, in qua pater habuit, vel habet beneficium, numero 68. vbi resoluitur non posse, & ponuntur declarationes Sacr. Congregationis, vnde non potest obtinere beneficium ratione cuius habet aliquod ministerium, seu seruitium facere in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus, &c. num.69. nisi posset seruiri per substitutum, num.70.*

*Filius illegitimus non prohibetur in Ecclesia paterna ministrare, quando ministraret, & celebraret ibi ex deuotione, & voluntarè, non ex officio, vel salario, nu. 71.*

*E conuerso filius illegitimus non prohibetur ministrare & habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ministrauit, & inseruiuit, etiam tanquam Capellanus, non tamen habuit titulum beneficij, seu tanquam Vicarius temporalis, num. 72. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Nec prohibentur pater, & filius celebrare Missam in eadem Ecclesia, cum non habent beneficium, nu.73. vbi ponuntur declarationes Sanctae Congregationis.*

*Similiter non prohibentur filij illegitimi clericorum cum suis patribus habitare, nu.74.*

*An vbi pater, & filius tempore Concilij obtinebant beneficia in eadem Ecclesia, filius praecisè teneretur beneficium resignare, aut permutare infra tres menses, nec sufficeret patrem infra illud tempus suum beneficium dimittere, n. 75. vbi resoluitur, filium praecisè teneri sine alia monitione, sub poena priuationis ipso iure, & ponuntur declarationes Sanctae Congregationis. Pius tamen Quartus extendit dictum terminum ad sex menses, num. 76.*

*Adeo verum est, quod filius teneretur resignare, vt procederet, etiam si non posset permutare, nisi ex gratia cum aliquo dispensaretur, vt in declaratione S. Congregationis, posita num.77.*

*Procedit etiam licet super beneficio filij, aliquis haberet regressum, quo casu oblata illi resignatione, cum honesta pensione, & non acceptata poterat cum ea alteri resignare, suspenso interim regressu, vt in declarationibus S. Congregationis positis. num.78.*

*Quod si vnum tantum esset beneficium, in persona tamen patris, & filij cum alternatiua residentia, numero 79. vbi ponitur declaratio, & decretum Sanctae Congregationis circa hoc, quod pater in totum cederet filio totum ius quod haberet reseruata sibi pensione, & idem est quando pater esset coadiutor filij, nu.80.*

*An habens ante Concilium coadiutoriam, cum futura successione in Ecclesia paterna, posset succedente vacatione post Concilium succedere in tali beneficio, vigore coadiutoriae, nu. 81. resoluitur non posse, & num.82. ponitur declaratio Sanctae Congregationis, nu. 83. decisio Rotae, & idem effet in accessu, nu.84.*

*Sed contra obijcitur quaedam declaratio S. Congregationis, nu. 85. cui satisfit ex alia declaratione posita, nu.86.*

*An facta resignatione alicuius beneficij in fauorem filij clerici, reseruata tamen pensione resignanti super beneficio patris, de consensu eius intret dictum decretum Concilij versi. ad hoc, num.87. vbi resoluitur intrare, & ponitur declaratio S. Congregationis.*

*An regula de triennali iuuet contra d. decretum Concilij, nu. 88. vbi resoluitur negatiue cum S. Congr. & Rota nu.89.*

1 SVccedit nunc de filijs presbyterorum † tractatio qui à beneficijs paternis, Ecclesiaque paternae specialiter repelluntur.

2 Et in primis aduertendum† est, quod cum agitur de filijs clericorum an possint succedere in beneficio patris, seu obtinere beneficia in Ecclesia paterna, cætera habilia supponuntur, & sic illos esse aliàs habiles, seu dispensatos ad obtinenda beneficia; vt rectè aduertit Mandos. de signatura gratiæ ti. de dispensatio. ad beneficia in Ecclesia, in qua pater, vers. verum neque.

3 Et† pro huius materiæ explicatione oportet distinguere tria tempora. Primum tempus est decretalium, de quo filij presbyterorum, etiam legitimi non poterant immediatè succedere in beneficio patris, nisi ex dispensatione Papę, mediatè vero poterant succedere, vt in c. ad extirpandas, & cap. dilectus, & c. ex transmissa, de filijs presbyter. cũ alijs. vbi Doctor. Decius in cap. inter cæteras, de præscriptio. numero 6. & 7. Nauarrus in capit. si quando

eodem tit.in auctuario,n. 3. & 4. Quintaduennas, Eccleſiaſticon.lib.2.à nu. 92.

4 Quod procedit non † ſolum in filijs presbyterorum,ſed etiam eorum,qui in minoribus ſunt conſtituti, Maiolus de irregularitate,lib.1.c.6.num.6. Ad quod optimè facit conſtitutio Clementis Septimi, de qua infra,ibi,Sanè poſtquam felicis recordationis Alex. Papa Tertius prædeceſſor noſter,filios preſertim Sacerdotum in Eccleſ. paterna ſuccedere pro hibuerat,Pondero illa verba;Præſertim Sacerdotũ, quæ implicant,idem in aliàs ad d.infra c.ſequ. num. 8.& 11.c.5.nu.91.

5 Et quod etiam † cum legitimo nõ poſſet Epiſcopus, nec etiam Legatus diſpenſare in beneficio paterno,immediatè eſt gloſſ.in c.1.verſ. tale,in princ. de filijs presbyterorum in 6. quam poſt Io. Andr. Specul.Monachum,& Domin. ſequuntur Frãchus, ibi nu.7. Rebuff.in prax. tit.de diſpenſat.ſuper defectu natalium, num.32.& Mandoſ.titul.de diſpẽſat. ad beneficia in Eccleſia in qua pater, quamuis contra teneat poſt alios Gambarus,de offic. lega.li. 7.rubr. 1.q.34.à num.306.

6 Illegitimus etiam † maximè ſpurius, in Eccleſia patris viuentis non poterat etiam ex diſpenſatione, Epiſcopi habere Canonicatum,ſeu aliud beneficiũ, c.cum decorem,c.ad abolẽdam,de filijs presbyter. ſecus in legitimo c.ad hęc,eodem tit. ita gloſ.3.in d. c.ad abolendam,ad finem.& gloſſ.& in c. Apoſtolica.8.q.1.Rebuff.ſup.à nu.33.ad 39. Bernar. Diaz.in praxi crimin.c.48.n.4.& ibi Salzedo lit.B.Syluester in ſumma,verb.beneficium,3.nu. 17. Armilla eodẽ verbo,nu.53.Man.Rodrig.in ſumma,1.to.c.29.nu. 4.& Vega 1.par.ſum.c.39.caſ.18.verſic. 4.

7 Quamuis in hoc † aliter loquantur Abbas in d.c. ad abolendam,& Nauarr.d.nu.4.Mandoſ.ſup.verſ. rurſus limitanda, Hojeda de incompatibilitate benefic.1.p.c.vlt.nu.7.Quintanaduennas d.lib.2. nu. 94.& Sayrus de cenſuris,lib.2.c.10.nu. 45.

8 Vnde † quod dicunt Fel.in c.in noſtra,de reſcript. cor.3.Decius d.nu.9.& Selua de benef.3. p.q. 12.n. 11.5.qualitate,cum Cald.conſil.1.de filijs presbyt. accipiendum eſt de legitimo.

9 Secundum tempus † eſt conſtitutionis Clemẽtis Septimi de anno 1530.quę in Bullario eſt 36.in ordine ſuarum Conſtitutionũ, cuius tenorẽ ponit Nau. in d.c.ſi quando.excep. 21.in princ. & Gigas de pẽſio.q.86.in qua ſtatuitur, quod de cætero filij presbyterorum,ex fornicatione nati,nullo vnquã tẽpore quoquomodo obtinere poſſint beneficia, quę eorũ patres in titulũ,vel commendam,aut adminiſtrationem, ſeu vt aliis perpetuo vnita aliquando obtinuerunt,& ſic nec immediatè,nec mediatè,&c.

10 Quam † tamen conſtitutionem limitauit Rota in vna Calciaten.coram d.Fabio,de anno 1549.duplicitèr,primo non procedere in beneficijs,quæ patres dimiſerunt ante illam conſtitutionem propter verbum;De cętero,& quia natura legis reſpicit futura, per quæ declararunt Domini illa verba; Quæ aliquando obtinuerunt. Secundò,quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & poſtea fuit factum Canonicatus,& ſic erat aliud beneficium,vt per Achillem deciſio. 47. ſeu 1. de filio presbyteror, & per Mandoſ.ſupra verſ.rurſus ſciendum eſt,qui in iſta cauſa ita cõſoluit,vt in conſil.52. & Hoiedam n.8. vbi ſupra & primam limitationem ponit etiam Puteus deciſio.225.lib.3. quam malè intellexit Gonçalez ad reg.menſ.ſecunda gloſ.5.nu. 33.vbi refert etiam ſecundam limitationem.

11 Sed prima † limitatio mihi non placet,& conuincitur ex traditis per Nauarrum d.ſect.21.

12 Et dictam † conſtitutionem habere locum in clerico non presbytero,per illa verba:Et præſertim ſacerdotũ,& illa alia,quę presbyteri,& clerici,& religioſi eorum patres,&c. habere ẽt locum in filio nato ante clericatum,quia rationes militãt, de quibus per Turrecremata,in c.Apoſtolica 8.q.1.,fuit,reſolutum per Rotam in vna Ariminenſ,S. Pauli 27. Apr. 1561,vt in deciſionibus Oradini.

13 Tertium, & nouiſſimum † tempus eſt S. Concilij Tridentin.ſeſſ.25.de reformat.c.15.in quo decernitur, quod vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo ſacratis longiſſimè arceatur, non liceat filijs clericorum, qui non ex legitimo nati ſint matrimonio in Eccleſijs, vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticũ habent,aut habuerunt,quodcunque etiam diſſimile beneficium obtinere, neque in dictis Eccleſijs quoquomodo miniſtrare, nec pẽſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent,vel aliàs obtinuerũt,habere;quod ſi in præſenti, ſcilicet tempore publicationis Concilij,pater & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius ſuum beneficium reſignare,aut cum alio permutare extra Eccleſiam intra trium menſium ſpatium, aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat, & ſuper his, quæcunque diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur, &c.

14 Vnde † iſtud decretum in multis differt à iure communi,vt in ſequenti declaratione S. Congregatio ſuper eo fuit quæſitum, in quo differat hoc decretum à iure communi? reſponſum eſt, quod in quinque. Primo, quod non ſolum ratione ſucceſſionis,prout de iure communi,ſed etiã ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit hæc prohibitio.Secundo, quod talis memoria longiſſimè arceatur, ſi non ſolũ immediatè, prout de iure communi, ſed ẽt mediatè,contra Abb.c. dilectus,nota 2.eodem titu. Tertiò,quod non ſolum prohibetur ſucceſſio in eodem beneficio,ſed in alio quocumque,etiam in diſſimili,dũmodo ſint in eadem Eccleſia,contra ius commune,de quo per Abb. in c.ad abolẽdam,poſt prin. Quartò, nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Eccleſia,in qua pater obtinet, ſed miniſtrare contra ius cõmune, quo tantum patri miniſtrare prohibetur,Abb. in c.cum decorem eodem. Quintò, quod nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt,vel obtinẽt, habere poterunt filij,

15 Et † ſicut d.conſtitutio Clementis,ita etiam iſtud decretum habet locum in filijs naturalibus procreatis ante clericatum, vt patet ex illis verbis: Qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio:& S. Congr. cenſuit his verbis: Hoc decretum habet locum in filijs naturalibus, procreatis tempore quo parentes eorum nondum erant effecti clerici.

16 Et iſtud † decretum facit inhabilem filium clerici ad obtinendum beneficium in Eccleſia, in qua pater beneficium habuit, & ſic collatio ei facta non valet.Naua.conſ.1.de conſt.q.18.Salzed.ſup. in lit. A. in nouiſſima editione. Sed † circa iſtud decretum Concilij, & dictam conſtitutionem Clemen. VII. dubi-

dubitatur. Primò, an per ea aliquid innouetur quoad filios presbyterorum, qui sunt nati ex legitimo matrimonio.

18 Et dicendum † est, nihil innouari, quia solum loquuntur de filijs ex fornicatione natis, & non ex legitimo matrimonio, vt patet ex dict. constitutione Clementis, ibi: Ex fornicatione, & alijs verbis eiusdem constitutionis, & in d. Concilio, ibi: Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, & ita quod legitimos remanet ius antiquum incorrectum, l. præcipimus. Cod. de appellatio. & ita docet Nauarr. in dicto auctuario num. 3. Salzed. sup. Man. Rodriguez. in sum. 1. tom. cap. 29. num. 4. & Vega 1. p. cap. 36. casu 18. verlic. 4.

19 Et † ita etiam debet intelligi d. decretum Concilij, in verlic. quod si in præsenti, dum loquitur de patre & filio obtinentibus simul beneficia, in eadem Ecclesia, debet enim intelligi retentis terminis, de quibus in principio, scilicet, quando filius non est natus ex legitimo matrimonio.

20 Vnde † etiam d. constitutio Clementis & decretũ Concilij, nõ comprehenduntur nepotes illegitimos presbyterorum ex filio legitimo, respectu beneficij aui.

21 Secundo † dubitatur, an d. constitutio Clementis, & decretum Concilij, & dispositio iuris communis comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo: respectu beneficij aui. Et respondetur negatiue, vt consulit Nau. cons. 9. de filijs presbyt. præcipuè nu. 9. & tenent Spin. de testam. gloss. 3. à nu. 23. & Say. d. lib. 6. c. 10. n. 46. Acor 2. p. lib. 6. c. 4. q. 17. *Ceuallos q. 762 seu 764. à nu. 43. & q. 796. à nu. 9. Vgolin. de offic. Epis. c. 50. §. 7. nu. 2. & §. 8. nu. 2. post Morgas. de irreg. 5. par. titul. de fil. presbyt. num. 5.*

22 Et † censuit Rota 12. Febr. 1574. coram Domino Rubeis, quæ decisio habetur apud Nauar. post dict. cons. 9. & ita etiam declarauit alia S. Congregatio Concilij, *vt in seq. decisio. Bracharen. 17. Octobris 1592. Congreg. Concilij, causa alias discussa, censuit, nepotem legitimum ex filio illegitimo non comprehendi decreto cap.* 23 *15. sess. 25.* Quicquid † contra teneant Rebuf. supra num. 27. & de pacificis possessoribus, nu. 276. & 277. alias 225. & Rojas de successio. ab intestato, cap. 20. à num. 112. Mier. de maiorat. 2. p. quæst. 2. nu. 25. & Salzed. sup. liter. A. & quamuis Sylues. cum Oitiens. verb. beneficium, q. 6. & Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 34. nu. 91. dicant nepotem non posse obtinere beneficium aui patre mortuo, &c.

24 Tenet tamen S. Congregatio † nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimis non posse viuente auo, obtinere pensionem super beneficio, quod auus possidet, vt auitæ incontinentiæ memoria arceatur, vt in sequẽti declaratione. Stãte declaratione, quod ☞ Concilium non comprehẽdat nepotem legitimum ex filio, seu, filia illegitimis, respectu beneficij, quod auus obtinuit, an procedat etiam viuente ipso auo, adeo, vt nepos ex filia illegitima, siue illa viuat, siue non, possit obtinere pensionem super beneficio parochiali, quod auus possidet, Congregatio censuit negatiue, vt arceatur memoria auitæ incontinentiæ, licet omnes Illustrissimi dixerint cõtrariam opinionem esse de iure veriorem ex sententia Rotæ.

25 Quinimo etiam in nepote † illegitimo, ex filio illegitimo, idem videtur de iure dicendum, nempe non comprehendi in dictis dispositionibus, quia in maleria odiosa & pœnali appellatione filiorum non veniunt nepotes, Bart. in l. liberorum, nu. 6. ff. de verb. sign. communiter receptus, vt per Couarr. lib. 2. variar. c. 8. nu. 2. Anton. Gabr. de verb. signific. concl. 1. à nu. 54. & plures relatos a Surdo de alimen. tit. 7. q. 36. Gratia. reg. 295. *Pet. de Lar. de annu. lib. 1. c. 6. nu. 5. Ceuallos d. q. 762. à nu. 39. Cosanate cons. 34. nu. 8. & cons. 58. num. 44.* Neque est tanta ratio in nepote, ac in filio, & ita tenet gl. in d. c. Apostolica, & Gambar. d. lib. 7. sub. 1. q. 37. ex num. 311. & cum magis communi Nauar. d. consil. 9. à nu. 1. vbi indistincte loquitur. & plures tenentes refert Quintanaduennas sup. nu. 95. & Spin. Man. Rodrig. 1. tom. c. 29. num. 4. & Vega 1. p. c. 36. casu 18. & Açor sup.

26 Pro quo facit in simili, quod licet filius † clerici non possit patri succedere, nec ab eo quidquam capere, imò nec à consanguineis ex parte patris, ex l. Regia 22. tit. 3. lib. 1. ordinamenti hodie lex 6. tit. 8. lib. 5. recop. tamẽ nepos etiam non legitimus potest succedere & capere, ex testamento aui clerici, l. fin. C. de naturalib. liberis, Roder. Suar. in l. 9. tit. 11. lib. 1. fori, nu. 4. & in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, §. hæc de filiorũ, Ant. Gom. in l. 9. Tauri, nu. 17. Didac. Per. in d. l. 22. Duennas reg. 366. limit. 2. Paleotus de notis & spurijs, c. 53. Couar. in 4. 2. p. c. 8. §. 5. num. 11. Rojas de successio. c. 20. Iulius clarus §. testamẽtum, q. 32. Pinel. in l. 3. Cod. de bonis maternis, à nu. 2. Parlad. rerum quotidianarum lib. 1. c. 16. P. Molin. de inst. tom. 1. tract. 2. disp. 167. 9. conclus. & alij quos refert Valdes ad Roder. Suar. d. nu. 4. *Ceuallos d. q. 762. à nu. 47. & q. 796. & alias Cosanate plures referens cons. 8. à n. 17.*

27 Sed contrarium † in proposito ex Concilio censuit ☞ S. Congregatio, vt in d. declaratione sequenti. S. Congregatio censuit procedere, non solum in filio respectu patris, sed in nepote respectu aui, propter verbum longissimè, quod excludit omnem personã mediatam, postea tamẽ intellexi quòd 1. Mar. 1589. Congregatio Concilij censuit, decretum cap. 15. sess. 25. minime prohibere, vt nepos illegitimus ex filio illegitimo beneficium, quod auus habuit, obtinere non possit, cui declarationi standum est.

28 Tertio dubitatur, † an è conuerso pater prohibeatur succedere in beneficio filij. Et dicendum est, patrem non prohiberi succedere, etiam immediate in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus, quoniam tit. de filijs presbyterorum, & d. constitut. Clementis, & decretum Concilij, tantum loquuntur de filijs: & sumus in pœnalibus & exorbitãtibus quę non sunt amplianda, reg. in pœnis, reg. quæ à iure, lib. 6. cum alijs. Nec est eadem ratio in patre, ac in filio, non enim ita videtur dari successio in beneficijs per hoc quod pater succedat in beneficio filij, ac per hoc quod filius succedat in beneficio patris, nec memoria paternæ incontinentiæ ita viget per successionem patris in beneficio filij ac è conuerso: filius enim repræsentat incontinentiam paternam, vt dicitur in prima declaratione adducta infra dub. 11. nu. 75. & vt dicitur in declar. 4. ibi adducta, per personam filij magis repręsentatur incontinẽtia paterna, quàm per personã patris. Ita tenẽt gl. in d. c. Apostolica 8. q. 1. & post antiquos Andr. Card. Butrius in c. quoniã de filijs presbyt. Anchar. & Abbas, nu. 7 in c. ex trãsmissa, eod. tit. Rebuff. d. tit. de dispensatione super defectu natalium. num. 29. Bernardus Diaz Quintanaduennas num. 95. Man. Rodrig. Vega & Sayrus num. 44.

& 45. Leſſius & Acor quæſtio. 18. vbi ſupra. Quam opinionem contrà Hoſtienſ. ait communem & tenendam Gigas de penſio. quæſtio. 86, numero 10.

39 Quamuis † in puncto iuris inquit fortè ſuſtineri poſſe opinionem Hoſtienſ. & Mandoſ, vbi ſupra ad fin. *quem ſequitur Volm. d. cap. 50. §. 7. ad finem*, quorum tamen rationibus pro opinione Hoſtienſ. ex ſupradictis ſatisfit. *Et in patre legitimo ita cenſuit Sanctæ Congregat. Concilii 22. Decembr. 1594. vt in ſequ. declar. Congregatio Concilii ce: ſuit, vt maturè diſcuſſa, patrem legitimum nulla indigere diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium filii, licet filius quamuis legitimus diſpenſatione egeat ad obtinendum immediatè beneficium patris. In qua declaratione licet ſolum agatur de patre legitimo, non negatur idem de illegitimo,*

30 Sed hic ſeſe offert difficultas, eſto † pater poſſit ſuccedere in beneficio filii, & obtinere beneficium in Eccleſia, in qua filius olim fuit beneficiatus, an poſt Concilium poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius filius illegitimus eſt beneficia-

31 tus de præſenti. Et † videtur dicendum non poſſe ex d. decreto, verſ. quod ſi in præſenti. nam cum Cõcilium ibi præcipiat filium reſignare beneficium vbi tempore Concilij pater & filius reperiebantur obtinere beneficia in eadem Eccleſia, ſatis vult ne vnquam pater & filius habeant ſimul beneficia in eadem Eccleſia, & in caſu propoſito filius, non eſt cogendus reſignare ſuum beneficium prius habitum, cum nulla culpa ei adſcribi poſſit, & agat de retinendo beneficio quæſito, & ſic de damno vitando, ſed potius pater, qui de nouo intrat in Eccleſiam, in qua filius habet beneficium, & ſic agit de acquirendo beneficio, & de lucro captando impediendus eſt ab acquiſitione illius, & facit regula c. quemadmodum de iureiur.

32 Quartò dubitatur, an † pater habens penſionem cum facultate transferendi, poſſit illam transferre in filium.

33 Et † dicendum videtur cum Gigante d. q. 86. à n. 1. per dictam conſtitutionem Clementis id non tolli, ex eo quod penſio non eſt beneficium, vt latè dictum eſt 1. p. c. 5, ad prin. nec in ea militat eadē ratio prohibitionis, & alijs quę deducit Gigas ibi, ſequitur Fla. Pariſ, de reſign. benef. libr. 6. q. 4. ex nu. 18. & poſt hæc Gonç. ad reg. menſium, gloſ. 5. §. à num. 21.

34 Et idem eadem ratione † videtur dicendum de d. decreto Concilij, niſi illa penſio eſſet conſtituta ſuper beneficio, quod pater habuit; tũc enim non poſſet illam transferre in filium ex dicto decreto, ex quo filius illegitimus prohibetur habere penſiones ſuper fructibus benefici, quod pater obtinet, vel alias obtinuit, Flam. Pariſ. ſup. nu. 22. & 23. Gonçalez, nu. 21. ſequitur Acor 2. p. lib. 8. ca. 8. qu. 7. qui tamen adducit in contrarium conſtitutionem Pii Quinti, incipiẽtem; Quæ ordini Eccleſiaſtico in bullario fol. 1159. quæ non facit ad propoſitum, loquitur enim

35 tantum de ſucceſſione bonorum, quamuis † filius legitimus non prohibeatur habere penſionem ſuper beneficio paterno, vt mihi relatum eſt S. Congr. declaraſſe.

36 Sed etſi penſio † huiuſmodi eſſet conſtituta ſuper beneficio, quod pater nunquam obtinuit, adhuc non videtur tuta, nec vera d. &. ſententia Gigãtis, nec in terminis d. Conſtitutionis Clementis, nec in terminis Concilij, ex quo d. penſio ſuccedit loco beneficij ad tradita d. c. 5. 1. p. præſertim 6. illationis ex verbis d. conſtitutionis Clementis ibi; *Et alia* quæcunque beneficia, ſub quibus videtur comprehendi penſio Eccleſiaſtica ex doctrina Felini & Cacialupi, de qua d. cap. 5. num. 95. vbi vide; ex quibus verbis contra Gigan. in propoſito tenet Mandoſi, de ſignatura, tit. de translatio. penſio. ad fi. in no-

37 uis. † Quamuis d. conſtitutio Clementis non obſtaret, nec pater in aliquem reſignare poſſet beneficiũ reſeruata pẽſione ſuper illius fructibus, in fauorem filij, vt tradit Gigas in additione d. quæſt. 86. & conſ. 113. alias reſponſo 4. de penſio. ſequitur Mando. vbi proximè verſ. Quæro. & Flam. Par. d. lib. 6. q. 2. ex n. 110. dicens hodie ſecus in filijs illegitimis, ex dicto decreto Concilij.

38 Et facit etiam † contra ſupradictam ſententiam Gigantis dictum decretum Concilij, ex quo enim prohibet filium habere penſionẽ in beneficio, quod pater obtinet, vel aliàs obtinuit, vt paternæ incontinentiæ memoria longiſſimè arceatur, à fortiori non videtur poſſe habere penſionem, quam pater habuit, & in eum tranſtulit.

39 Certum autem eſt, † quidquid ex illis verbis Cõcilij, quodcunque etiam diſſimile beneficium, velit Quintanaduennas, lib. 2. nn. 86. non prohiberi Concilio, aliàs filium illegitimum obtinere penſiones ſuper beneficijs Eccleſiæ paternæ, nam Concilium cõdiſtinguens expreſsè penſiones à beneficio, ſolum prohibet obtinere eas ſuper beneficio paterno.

40 Quinto dubitatur, an dictum decretum Concilij haberet locum in illegitimis habẽtibus beneficia in Eccleſia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui tamen tempore Concilij iam erat mortuus, vel reſi-

41 gnauerat, ita vt non poſſet ea retinere, † in qua difficultate Nau. ind. c. ſi quando in actuario. n. 11. & 12. tenet de rigore iuris eſſe verius, quod illi nõ poſſent ea retinere, & rationibus per eum adductis ibi. n. 12.

42 Nihilominus tamen † contrarium eſt dicendum, nam d. decretum Concilij non reſpicit præterita, ſed futura, l. leges. 7. C. de legib. c. 2. & fi. de conſtit. vbi DD. & patet ex verſ. quod ſi in præſenti. vbi Concilium ſolum cogit filium reſignare, quando tempore Concilij pater & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinebãt: ergo, ſi tunc pater iã erat mortuus, vel reſignauerat, filius rectè poterat beneficium retinere.

43 Et cenſuit S. congregatio † vt in ſequentibus declarationibus; Prima filij presbyteri decreto hoc Concilij Tridentini non prohibentur retinere beneficium legitimè obtentum in eadem Eccleſia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui ante publicationem eiuſdem Concilij è vita migrauit. Secũda, patre ante Concilium mortuo, non tenetur eius filius illegitimus, qui in eadem Eccleſia aliud beneficiũ obtinet, illud reſignare, quia hoc decreto tantum prohibẽtur in futurum obtinentes. Tertia. c. hoc, cuius vigore filij illegitimi arcentur à beneficijs, quæ in Eccleſia ſunt, in qua fuit beneficiatus eorum pater, locum non habet niſi in filijs, qui mortuo patre beneficia in eadē Eccleſia impetrare volũt, & in illis, qui vna cũ patre in preſenti reperiũtur obtinere in eadem Eccleſia. Quarta, Epiſcopo Illerden. Concil. Trid. in decreto de filijs presbyterorũ, qui non poſſunt habere beneficiũ in Eccleſia, in qua habuit eorũ pater ad præſens mortuus, nõ ligat eos, qui obtinuerunt ante publicationẽ Concil. Trid. beneficium in

Eccle-

Ecclesia, in qua habuerat, vel tunc temporis habebat eorum pater.

44 Sunt etiam aliæ declarationes, † quas omitto, & ita tenent Salzedo supra litera A. & Man. Rodrig. & Vega vbi supra adducentes d. primam declarationẽ.

45 Et similiter dict. decretum † non habet locum in habentibus pensionem ante Concilium super beneficio à patre obtento. Spino d. gl. nu. 32. qui dicit, ita ex congregatione Cardinalium fuisse resolutum.

46 Et respondit S. congregatio † Archiepiscopo cæsaraugustano his verbis: Decretum 15. sess. 25. non obstat quin filius presbyteri, in cuius fauorem fuit imposita pensio ante Concilium Trid. super parochialem, quam tunc temporis pater eius resignauit, possit prædictam pensionem exigere. Et Nunc.o Apostolico apud Venetos sic respondit, c. 15. sess. 25. Quo prohibetur filium illegitimum posse habere pẽsionem super beneficio aliàs à patre obtento, non habet locum in eis, qui pensionem huiusmodi ante confirmationem ipsius Concilij legitime impetrarunt. *Et tenuit Rota in Cæsaraugustana pensionis 18. Iun. 1590. coram D. Gipsio, & quòd ita censuit S. Congregat. Concilij, vt in Aquilegien. fructuum castri S. Viti 14. Iun. 1599. coram Lita supra relata p. 1. c. 5. nu. 117. &c.*

47 Nec dictum decretum † quoad pensiones videtur habere locum in pensione post Concilium imposita in fauorem illegitimi super beneficio, quod nec erat nec fuit patris, licet postea perueniat ad patrem post constitutam pensionem. nam de ista pensione nõ loquitur d. decretũ, nec prohibetur filius eã retinere.

48 Et prædicta resolutio † procedit in eo, cui ante Concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia, in qua pater, etiamsi possessionẽ eius obtinuisset post concilium. dummodo per eum non steterit quo minus ante illam obtineret, vt aliàs censuit Sanct. Con
☞ greg. in vna Burgen. hic verbis: Cui ante Concilũ collatum fuerat beneficium in Ecclesia, in qua pater eius administrauerat, hoc decretum non obest, licet possessionem dict. beneficij non obtinuerit, nisi post Concilium, dummodo per eam non steterit, quo minus prius possessionem illius adipisceretur.

49 Secundo procedit, etiamsi ante † Concilium habuisset solum titulum, reseruatis alteri fructibus, titulo, & denominatione, & post Concilium cessasset huiusmodi reseruatio, vt in sequenti declaratione S. Congregationis. Dicitur etiam obtinere resignatarius, cum reseruatione tituli & denominationis, necnon fructuum pro resignante, perinde ac si non resignasset, vnde resignatarius censetur priuatus titulo, si post publicationem Concilij, intra tempus hic præscriptum non resignauit, si tamen eius pater viueret beneficiatus in eadem Ecclesia, vere enim beneficiatus est, licet reseruatis fructibus, vt suprà; secus vero, si eius pater in eadem Ecclesia beneficiatus ante prędictam publicationem Concilij fuisset mortuus, tũc enim veniente morte resignantis illud beneficium plene possidere potest fructusque inde percipere pleno iure, & tuta conscientia, tanquam ante Concilũ acquisitum.

50 Tertio, † procedit in habente regressum reseruatum ante Cõcilium, qui cùm habeat causam de præterito, non subijcitur dispositioni Concilij, quamuis post illud sortiatur effectum, vt in terminis fuit resolutum in vna Compostellana canonicatus 25. Iulij 1571. coram D. Rubeo. & alias in vna Virdunen. ca-

nonicatus de anno 1589. coram D. Pamphilio, & in alijs causis.

51 Et decisio Compostellana † sic se habet. Difficultas proposita fuit distincta in duas partes. Prima fuit, an gratia Petri Garsiæ esset regressus, vel tamen simplex accessus. Secunda vero an subiaceret dispositioni Concilij Trid. sess. 25. c. 15. vt incontinentiæ paternæ, quoad primum fuit concluſum gratiam Petri Garsiæ, si ipse intẽdit niti, & vti priori titulo, prout potest, & illum verificare possit, esse vere & proprie regressum, non autem accessum, nam cùm ipse haberet bonum ius in canonicatu, quod postea cessit ad fauorem Ioannis Garsiæ, & ex causa illius cessionis fuerit sibi reseruatus regressus, & accessus, huiusmodi gratia, habens causam de præterito, dicitur proprie & vere regressus, Oldradus consil. 275. sub nu. 3. vers. ad istud, & sub nu. 7. vers. ad hoc respondetur, vbi dicit, quod regressus non est acquisitio noui tituli, sed antiqui continuatio, quod etiam sentit Cassadorus dec. 4. sub num. 2. de priuilegijs, dum dicit, Quod regressus habet causam, & pendet à iure de præterito, in quo fundatur. & Achilles dec. 3. de regressu dicit, quod est reliquia iuris cessi, Putcus dec. 3. eodem tit. Fabium dec. 5. accessus autem totaliter pendet à futuro euentu, nec aliquod ius de præterito habet, vt declarat Cassadorus decisio. vnica, nu. 1. & 9. de pactis, & post eum Fabius dec. 33. & Rebuff. in praxi, p. 3. tit. de regressu. Non obstat, quòd in literis expeditis super huiusmodi gratia Petri dicatur tantum accessus & ingressus, & non dicatur regressus, quia in hoc est attendenda substantia rei, non autem verba, vt per Fabium d. decis. 33. ex regula de qua per Bart. in l. cotem. §. qui maximas de publicanis, & in l. li vno locati, prout etiam in istis standum est supplicationi, tanquam matrici, & originali, & non literis, Bald. & alij per Paris. consil. 51. num. 17. vol. 4. Minus etiam obstat quod Petrus super suo iure cesso non expediuerat literas: ob quam rationem Cancellaria non dat regressum, sed tãtum accessum, cùm propterea iudicet ius non esse plene radicatum in promoto ante expeditionem literarum, quia immo plene acquiritur ius in beneficialibus per solam supplicationem absque literarum expeditione, quæ tantum requiritur ad effectum probationis, non substãtiæ ipsius gratiæ, Archidiacon. in proœmio 6. verb. sacrosanctæ, colum. penul. Ioa. Andr. ibid. num. 5. cum seq. Cassadorus decis. 4. nu. 2. de causa possessionis, & decis. 8. nu. 3. de rest. spoliat. Sarnen. reg. de non iudicando, iuxta formam supplicationis q. 1. versic. tamen considerandum, & ideo beneficium vacat per mortem illius, qui habebat tãtum supplicationem, & literas non expediuerat, & Rota decisio. vltima num. 2. de rescript. in antiquis cum aliis per Sarnen. proxime citatum, sicut etiam per prouisionem factã cum sola supplicatione expirat reseruatio, secũdum veriorem & æquiorem, de qua testatur Simoneta de reseruat. q. 55. & ibi respondet ad illam rationem, quod Cancellaria potest restringere & limitare gratiam, quia vt ipse dicit, hoc non tollit perfectionem gratiæ, nam Camera, per quam etiam possunt literæ expediri, non solum omnia contenta in supplicatione, sed etiam vltra supplicationem multa sæpe concedit. Neque etiam obstat, quod Petrus nunquam fuerit adeptus possessionem canonicatus, vigore sui primi iuris, ob quam etiam rationem Cancellaria

tenet,

renet; quod cedenti tale ius non poſſit dari regreſſus. Quia reſpondetur, quod poſſeſſio non eſt aliquo modo de ſubſtantia ipſius gratiæ, ita quod ſine ea prouiſus dicitur habere bonum ius, & titulum canonicum, Rota in antiquis de præbendis deciſ. 24. Gemin. c. licet Eccleſiarum in fi. de præbendis in 6. Franchus in præſenti, §. fin. in fi. eod. tit. & lib. Simoneta, d. tract. de reſeruat. q. 55. Non obſtat, quod Cancellaria ſit organum Papæ, quia hoc intelligitur circa ea, quæ concernunt expeditionem literarum, non autem quoad ea, quæ concernunt ſubſtantiam gratiæ, nam hæc ſunt de his, quæ concernunt plenitudinem poteſtatis, quam tamen non habet Cancellaria, vt per Aegidium dec. 46. in fi. Fel. in rubrica de reſcrip. nu. 9. & in c. ſuper literis ſub nu. 12. verſ. amplia tertio, eod. tit. Rebuf. in praxi 2. par. ſignaturæ nu. 19. Præterea Cancellaria eſt organum Papæ in faciendo, & ſic in addendo, & augendo gratiam cũ clauſulis & alijs, quæ de ſtylo ſolent concedi, ſed nõ in faciendo, vel minuendo & detrahendo ea quæ in ſupplicatione conceduntur, & quæ Cancellaria non expedit, vt quotidie videmus, & teſtatur gloſſator Hiſpanus in regula Cancel. 66. & Simoneta d. tract. de reſeruat. q. 55. Quo vero ad ſecundam difficultatem, an eſſet locus diſpoſitioni Concilij, fuit dictum, quod illius reſolutio reſultabat à reſolutione præcedenti: nam cum gratiæ Petri eſſet regreſſus, & haberet ius de præterito, iuxta tradita per Caſſadorum d. deciſ. vnica de pactis, & dec. 4. ſub nu. 2. de priuil. ſola enim executio, quæ poſt legem nouam effectuatur, non eſt in conſideratione, quando ius eſt de præterito, l. iubemus, & ibi Iaſon ſub nu. 8. C. de teſtam. Ang. in auth. vt cùm de appellatione in princ. verſ. aduerte pro declaratione, Abbas, Felin. & poſt omnes Decius in c. fi. nu. 18. de conſtit. & quando futura habent connexitatem & dependentiam à præterito, non comprehenduntur ſub lege noua, Abb. in cap. Paſtoralis, §. verum, nu. 2. verſic. & ex hoc infertur. de appellat. Fel. d. cap. fi. vltima fallentia ſub nu. 2. verſic. ſecunda declaratio, de conſtitut. Caſſadorus deciſ. 3. ſub nu. 25. de præbend. Io. Paulus dec. 6.

52 Sed † dubitatur, an in prædicto caſu is, qui ante Concilium obtinuit beneficium in Eccleſia in qua pater eius olim fuit beneficiatus poſſit Concilium ad aliud beneficium aſcendere, ſeu tranſire per optionem vel alias, & dicendum eſt non poſſe, quia tũc agit de acquirendo beneficio de nouo, & ſic ſubiacet d. decreto Concilij.

53 Et † ita cenſuit S. Congregatio, vt in ſequentibus ☞ declarationibus. Habens canonicatum in Eccleſia, in qua pater eius ſimiliter Canonicatum obtinuit, non poteſt in eadem Eccleſia de canonicatu ad dignitatem aſcendere. Secunda, filius illegitimus presbyteri, dimidius beneficiatus in vna Eccleſia, in qua pater eius olim beneficium habuit, non poteſt aſcendere ad integram portionem. Tertia, illegitimus beneficiatus in Eccleſia, in qua pater ſimilis, vel diſſimilis beneficij, mortuo patre ante Concilij publicationem, non poteſt ex vigore cuiuſcumq; eius diſpenſationis, ante Concilij publicationem obtentæ, obtinere aliud beneficium dimiſſo eo, quod obtinebat in eadem Eccleſia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec operare ex vi ſtatuti illius Eccleſiæ aliud beneficium, quod ſibi competeret, vel vti antiquiori, vel ex aliqua cauſa: acquiritur enim de nouo, & diſpenſationibus per Concilium ſublatis remanet in diſpenſatus.

54 Sexto dubitatur, an in dicto † decreto comprehendatur filius eius, qui habuit titulum, & prouiſionem beneficij non tamen poſſeſſionem, & videbatur comprehendi, nam per ſolam prouiſionem, ſeu collationem acceptatam, quis rectè dicitur habere beneficium, cùm habeat ius in re, c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6.

55 Nihilominus tamen contrarium † eſt dicendum. nam in propoſito, iuxta ſubiectam materiam non dicitur pater habuiſſe beneficiũ, niſi ſaltem per ſe, vel procuratorem obtinuerit poſſeſſionem, per quam cauſatur vitium in perſona filij, & inducitur ſucceſſio, aut paternæ incõtinentiæ memoria.

56 Et ita cenſuit † S. Congregatio, vt in ſequentibus declarationibus.

☞ Prima, Epiſcopo Miranden. congregatio Concilij cenſuit Canonicum illegitimum, cuius Pater poſſeſſionem alterius Canonicatus in eadem Eccleſia apprehendit, licet in d. Eccleſia non miniſtrauerit, nec iuſtus fuerit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipſius Canonicatus comprehenſum eſſe decreto Cõcilij, ſeſſ. 25. cap. 15. illum vero, cuius pater ſola Romani Pontificis ſignatura ſibi obtinuit, conferri Canonicatum eiuſdem Eccleſiæ, ſed neque literas Apoſtolicas expediuit neque vnquam habuit poſſeſſionem, non comprehendi.

Secunda, nec etiam filius eius, qui tãtum per procuratorem cepit poſſeſſionem, poteſt habere beneficium in eadem Eccleſia; ſecus ſi illius pater nũquam per ſe, aut per procuratorem poſſeſſionem beneficij obtinuiſſet, aut ſuper eo literas Apoſtolicas non expediuiſſet, ſi eius collatio ad Sedem Apoſtolicam ſpectabat.

Tertia, nõ dicitur habuiſſe ad hoc, vt comprehendatur ſub hac c. ille, qui fuit prouiſus, & literis non expeditis, & poſſeſſione non habita ceſſit alteri.

57 Sufficit autem quod habuerit † poſſeſſionem, nec requiritur quod Pater miniſtrauerit in Eccleſia, ſeu beneficio, quia Concilium id nõ requirit, & patet ex dict. 1. declarat. *Vgol. de offic. Epiſc. c. 50. §. 7. nu. 1. ver. 4.* licet contra teneant Man. Rodrig. & Vega ſupra, cum Salzedo d. litera A.

58 Septimo dubitatur, an filius † clerici poſſit obtinere beneficium, olim à patre aliquamdiu poſſeſſum ſine legitimo titulo, & minus pacificè. Et dicendum eſt, non poſſe, nam per poſſeſſionem, ſiue bonam, ſiue malam, ſatis dicitur illud habuiſſe, & militat ratio prohibitionis.

59 Et ita † cenſuit S. Congregatio, his verbis: Filius ☞ Presbyteri illegitimus non poteſt obtinere beneficium, quod olim pater ſuus, abſque legitimo titulo, & minus pacificè aliquamdiu poſſedit, die 4. Sep-
60 temb. 1586. *tradit Vgolin. ſupra verſ.* 8. Vnde † etiam non poterit quis obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater aliud poſſederit, licet ſine canon. tit.

61 Octauo dubitatur, an filij illegitimi † poſſint obtinere beneficia vnita Eccleſijs, quas obtinuerunt, ſeu obtinent eorum patres, ſeu Eccleſias filiales & ab illis dependentes, in quas Congregatio cenſuit, vt in ſequentibus declarationibus.

62 Prima, An illegitimus, † cuius pater fuit Rector Eccleſiæ matricis, poſſit Eccleſiam filialem obtinere dependentem, ſeu alias illi vnitam, in qua eadem

matrix

matrix habet etiam quædam iura Parochialia, saluo hoc decreto Congregatio censuit posse, modò vnio facta sit accessorie, & per viam subiectionis Ecclesiæ matrici, & pater in ea non ministrauerit: vnitam verò æque principaliter, ita vt intitulatus in vna, censeatur in vtraque intitulatus, aut si in vtraque pater ministrauit non posse.

Secunda, fuit dubitatum, an filij illegitimi possent obtinere beneficia vnita Ecclesiis, quas obtinuerũt, vel obtinent patres eorum, & fuit resolutum, quod si beneficia sunt vnita æque principaliter, tunc illegitimi obtinere non possunt, si vero non sint vnita æq; principaliter, sed accessorie, tunc possunt, si tamen obtinentes Ecclesias vnitas non tenentur ministrare in principali.

Tertia, fuit pariter dubitatum, an illegitimi obtinere possint Ecclesias filiales, quando eorum patres obtinerent matrices, & fuit dictum posse, quando obtinentes filiales non tenerentur ministrare in matrice, 1588. *Vgol. ibi versic. postremo.*

63 Quæ declarationes planè † procedunt quoad Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia de per se, & distincta à matricibus, vt in terminis capitulo ad audientiam primo, de Ecclesijs ædificandis, seu alias quando vna Ecclesia est alteri in aliquo subiecta, seu ab illa dependet, tanquam membrum, vtraque tamẽ est beneficium de per se, & separatim, tunc enim cũ sint beneficia distincta. & in diuersis Ecclesijs, rectè potest filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit, seu habeat matricem, vel è contra, nisi habẽs vnam, habeat ministrare in alia.

64 Quoad † beneficia vero vnita faciunt difficultatẽ dictæ declarationes, nam si sunt vnita accessorie, iam non sunt beneficia, sed veluti prædium principalis, nec datur vacatio eorum, vt dicitur infra vlt.p.c.2.à nu.12. Et sic non potest dici, quod illa possint per filium, vel alium obtineri: si vero sunt vnita æquè principaliter, cùm vnus sit amborum Rector, non cadit dubitatio, an pater possit obtinere vnum, & filius aliud eodem, vel diuerso tempore.

65 Dicendum est, quod cum vnio † facta est accessorie, & pater habuit, seu habet Ecclesiam, seu beneficium principale, filius potest obtinere vnitam, tanquam Vicarius perpetuus, vt in terminis c. extirpandæ, §. qui vero, de præbendis, seu tanquam Vicarius temporalis, vel in eadem obtinere aliud beneficium, quia non dicitur pater in illa intitulatus, vt alias dicitur infra 11.p.c.5.n.193. Quamuis beneficiũ, quod pater obtinuit, vt alteri vnitum, etiam accessorie, & perpetuò non possit per filium obtineri vnione dissoluta, ex d.cõstitutione. Clem.7. ibi: Seu vt alijs perpetuo vnita. Quando vero beneficia sunt vnita æquè principaliter, non potest filius aliquod eorum obtinere, etiam tanquam Vicarius temporalis, seu vnione dissoluta, nec aliud in eadẽ Ecclesia, ex quo in vtraque est intitulatus pater, iuxta dicta infra vltima p.cap.2.nu.37. & idem erit, quando est vnio ad vitam iuxta dicta ibid. nu. 38. & ita sunt accipiendæ dictæ declarationes.

66 Nono dubitatur, an filius † illegitimus possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quàm in alia Ecclesia obtinebat, & dicendum est, non posse ex d. decreto Concilij, & eius ratione, & censuit S. Congregatio his verbis: Item fuit quæsitum, an filius illegitimus per Concilium hoc c. excludatur ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quã
67 in alia Ecclesia obtinebat? Cõgregatio respondit † excludi: quod puto procedere, etiam si nunquam actu sedisset in tali sede.

68 Decimo dubitatur, an filius illegitimus † possit canere, tanquam musicus simplex, seu, alias ministrare in Ecclesia, in qua pater habuit, vel habet beneficium, & dicendum est non posse ex dict. decreto Concilij, ibi: Nec in dictis Ecclesijs quoquomodo ministrare. Nauarrus cons. 1. de constitut. quæst. 17, & censuit Sacra Congregatio, vt in sequentibus declarationibus.

Prima, dubitatum est, an filius illegitimus laicus qui in Ecclesia, in qua pater, nec beneficium habet, nec pensionem, sed vt cantor musicæ tantum in ea Ecclesia cantat, prohibeatur per istum tex. Congregatio censuit affirmatiue, quia Concilium dicit, nec in dictis Ecclesijs quoquomodo ministrare, eadem n. est ratio, siue ministret in officio, siue in beneficio

Secunda, non solum filius non potest retinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinuit, sed nec canere in eadem Ecclesia, tanquã musicus simplex.

Tertia, an hoc decretum impediat, etiam quin pater, & filius possint insimul, processionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, alter tanquam capellanus diuersarum Ecclesiarum: Cõgregatio censuit maximè impedire, verum si processionaliter accederent ad Ecclesiam in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo ministrare.

69 Vnde filius illegitimus † non potest obtinere beneficium, ratione cuius habet aliquod ministerium, seu seruitium facere in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus. Quamuis re vera tale beneficium non sit illius Ecclesiæ, seu in illa Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus. Rota decis. 6. de cõcess. præb. in nouis, & decis. 8. à nu. 2. de præb. in antiquis, quam refert & sequitur Gonçalez glo. 10. à nu. 16. ita censuit S. Cõ
70 gregatio in vna Leodien. his verbis; In Ciuitate Leodien. sunt plures Collegiatæ Ecclesiæ, quarum Decani, & Canonici vigore statuti accedunt ad certas processiones, in certis diebus Festis anni ad Cathedralem, & inibi canunt vnum versiculum, aut collectam, hoc stante fuit pluries dubitatum, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum vnius illarum Collegiatarum cùm prædicta præstare teneatur in Cathedrali, in qua pater eius Canonicus fuit? Congregatio ter censuit filium prædictum illegitimum incapacem esse talis Decanatus, quia quoquo modo inseruire dictæ Cathedrali videtur: & quia Sanctissimus mandauit iterum partes audire, tamen Congregatio stetit in decisis 31. Augusti, & 3. Septemb. 1587.

70 Intelligenda autem videtur † prædicta doctrina, vt filius illegitimus non possit in Ecclesia paterna quoquo modo ministrare, quando id faceret inseruiendo seu, ministrando Ecclesiæ, seu quando ministraret ex officio, vel salario, licet non fieret beneficium, secus vero quando ministraret, & celebraret ibi ex deuotione, & voluntariè, hoc enim non videtur prohibitum, vt praxis ostendit, quamuis contradicat Nauarr. d. quæst. 17. & Salzed. supr. dict. lit. A. in nouissima editione, *& Vgolin. d. versic. tertio filij.* quorum opinionem sibi videri rigorosam, & consuetudinem

ſuetudinem eſſe in contrarium, ait Man. Rod. in ſuo 1. tom. cap. 247. num. 1.

71 Rurſus illa † declaratio Leodien. videtur intelligenda quando beneficium, ratione cuius acceditur in certis diebus ad Cathedralem, ſeu aliam Eccleſiam, requirit ſeruitium, & reſidentiam perſonalem, alias enim ſi poſſet ſeruiri per ſubſtitutum, rectè poſſet filius illegitimus illud obtinere, licet eius pater eſſet beneficiatus in Eccleſia Cathedrali, ſeu alia Eccleſia, ad quam accederetur, quia tunc poſſet, & deberet accedere, & miniſtrare ibi per ſubſtitutum.

72 E conuerſo verò filius † illegitimus non prohibetur miniſtrare, & habere beneficium in Eccleſia, in qua pater miniſtrauit, & inſeruiuit, etiam tanquam Capellanus, non tamen habuit titulum beneficij, ſeu tanquam Vicarius temporalis, cap. conſtitutus, & ibi gl. de filius preſbyt. quia reſpectu Patris Concilium requirit beneficium, & ita cenſuit S. Congregatio, his verbis: Filius clerici, ex hoc decreto non prohibetur, quominus tanquam Capellanus amouibilis deſeruire poſſit, atque obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, licet pro Capellano amouibili inſeruierit in eadem Eccleſia. *tradit Vgol. dict. num. 1. ad finem.*

73 Nec † prohibentur pater, & filius celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, cùm non habeant beneficiũ, vt in ſequentibus declarationibus S. Congregationis. Prima Concil. Triden. non prohibet, quin pater & filius poſſint celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, ſed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero cauſa legati, quod relictum ſit Miſſam celebrantibus. Secunda, ad Epiſcopum N. ſcribatur, vt deſinat moleſtiam, exhibere illegitimo presbytero celebrandi Miſſam, ob quoddam legatum in eadem Eccleſia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cùm neuter habeat beneficium, & hic caſus non ſit prohibitus à Concilio.

74 Et † ſimiliter non prohibentur filij illegitimi clericorum, cum ſuis patribus habitare, vt alias reſpondit S. Congreg. Epiſc. Calagurritano, his verbis: Filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Tridentino cum patribus habitare. nec de iure eſt talis prohibitio, quamuis aliqui Epiſcopi, ſeu Ordinarij id prohibeant ſine cauſa. *Nec filij Epiſcoporum, etiam illegitimi, prohibentur habere beneficio in diœceſibus ſuis, Vgolin. dict. cap. 50. §. 8. num. 2. verſic. poſtremo. ſed ſolum in ipſa cathedrali.*

75 Vndecimo † dubitatur, an vbi pater, & filius tempore Concilij obtinebant beneficia in eadem Eccleſia, filius præcisè teneretur beneficium reſignare aut permutare extra Eccleſiam infra tres menſes, nec ſufficeret patrem infra illud tempus ſuum beneficiũ dimittere, & dicendum eſt filium præcisè teneri ſine alia monitione, ſub pœna priuationis ipſo iure, vt conſtat ex dicto decreto Concilij, verſic. quod ſi in præſenti, & ex ſequentibus declarationibus S. Congregationis. Prima, Viſen. filius omnino cogendus eſt reſignare beneficium, quod obtinet in illa Eccleſia, in qua pater obtinuit, quia filius ſemper repræſentat incontinentiam paternã, hoc tamen moderatum quandoque fuit de conſenſu Ordinariorum, ſi pater reſignaſſet ſua ſponte ſuum beneficium. Secunda Compoſtellan. filij intra trium menſium ſpatium reſignare debent ſua beneficia: quod adeò verum eſt, vt ſi poſt dictos tres menſes reſignauerint, nihil eis prodeſt hoc decretum. Tertia, potius filius quam pater, cogendus eſt reſignare, hinc dubitatur, deberet ne moneri prius, & niſi monitus fuiſſet, haberet locum hæc priuatio, ſi intra tres menſes filius non reſignaſſet: Congregatio cenſuit, quod niſi infra hoc trium menſium ſpatium, & ſine alia monitione reſignet filius, ipſo iure vacare cenſeatur, quia lex poſuit tempus, infra quod liberum erat filio reſignare. Quarta, Item in caſu, quo pater & filius erant in eadem Eccleſia beneficiati, cenſuit cogendum omnino filium ad reſignandum ſuum beneficium, & de Eccleſia paterna exeundum, quamuis pater ipſe paratus eſſet ſuum reſignare: tum quia Concilium præcisè diſponit de filio, tum quia per perſonam filij magis repræſentatur incontinentia paterna, quam per præſentiam patris: fuit tamen quandoque adhibitũ temperamentum, vt concederetur filio facultas trãſeundi ad aliam Eccleſiam, quæ iuxta cõſuetudinem Hiſpaniarum diceretur ſoror, in qua quis reſidens, haberetur pro reſidente in altera Eccleſia, & perinde fructus, & diſtributiones perciperet, ac ſi in illa ſtaret cum decreto, quod filius amplius reuerti non poſſet ad Eccleſiam paternam, etiam mortuo patre, & concurrentibus ſupplicationibus Epiſcopi, & Capituli, nec non iuſta cauſa. Ad idem etiam eſt declaratio infra adducta, nu. 82. ad 2. *Et circa quartã iſtam declarationem aduertendum eſt, quòd vbi pater & filius tempore Concilij obtinebant beneficia, ſeu prebendas in eadem Eccleſia ſorore alterius, non poterit filius excuſari à reſignando, licèt vellet reſidere in altera ſorore, ſeu pater in vna, & filius in altera, niſi ex gratia ſpeciali & diſpenſatione Papæ, vt in ea dicitur: & ideſt quod vult altera declaratio ſuper d. c. 15. quæ ſic ait: In Eccleſiis ſororibus aliarum Eccleſiarum, ſicut ſunt reliquæ in Hiſpania, in quarum altera reſidendo ſupponitur reſidere in principali, non poteſt pater reſidere in vna, & filius in altera. Quam declarationem allegat Vgolin. dict. cap. 50. §. 7. num. 1. verſ. tertiò vel Eccleſia, ad hoc quod in Eccleſiis ſororibus aliarum, in quarum altera, vbi quis reſidet, in altera reſidere cenſetur, non poteſt in vna eſſe filius, ſeu beneficium obtinere, & in alia pater, vt idem declarauit (inquit) S. S. modus, dict. cap. 15. & S. Congreg. Sed certe iſta declaratio id non dicit, nec intendit; ſed quod diximus. Nec Concilium ibi vetat, habere filium beneficium in Eccleſia ſorore alterius in qua pater habet vel habuit aliud, non enim Eccleſiæ ſorores ſunt vna & eadem Eccleſia, ſed diuerſæ, vt patet. Et doctrina Vgolini poſſet procedere, quando pater reſedi ſſet in Eccleſia ſorore; tunc enim non poſſet filius in ea poſtea beneficium obtinere, iuxta declarat. S. Congreg. 1. ſupra adductam, num. 62. ad finem; nec poſſet filius obtinens beneficium ſeu prebendam in vna Eccleſia, reſidere in Eccleſia ſorore, in qua pater eſt vel fuit beneficiatus, iuxta dicta ſuprà num. 66. & 68.*

76 Pius tamen IV. per ſuam † Bullam extendit dictum terminum ad ſex menſes, vt in ſequenti declaratione S. Congregationis Concilij Pius IV. per Bullam ſuam aſſignauit terminum ſex menſium omnibus filijs presbyterorum, vt reſignarent beneficia.

Et adeo verum eſt, quod filius teneretur reſigna-
77 re, † procederet etiam ſi non poſſet permutare, niſi ex gratia cum aliquo diſpenſaretur, vt alias fuit diſpenſa-

☞ ſpenſatum cum quodam illegitimo Calagurritano, de quo in ſequenti declaratione; Illegitimo habenti beneficium patrimoniale, quod permutari non poſſit in Eccleſia, in qua pater habet, ſed non ſeruit, iã diu iacens in lecto paralyticus, conceſſum eſt, vt retineat, quia non poteſt permutare.

78 Procedit † etiam, licet ſuper beneficio filij aliquis haberet regreſſum, quo caſu oblata illi reſignatione cum honeſta penſione, & non acceptata, poterat ea alteri reſignare, ſuſpenſo interim regreſſu, vt in ſe-
☞ quent bus declarationibus. Prima, Cum N. portionem habente in Eccleſia, in qua pater viuit, cum regreſſu eius qui reſignauerat, permiſſum eſt vt reſignet, reſeruata ſibi penſione, modo beneficium maneat liberum ei, qui regreſſum habet. Secunda, cogatur filius ſuum beneficium reſignare, etiam ſi fuerit locus regreſſui, & quod regreſſum habens nollet cõſentire, oblata prius reſignatione cum honeſta penſione, & non acceptata admittitur reſignatio, & regreſſus ſuſpenditur vſque ad ceſſum, vel deceſſum reſignatarij. Tertia Burgen. Filius illegitimus, qui vigore huius decreti reſignare tenebatur, non fuit excuſatus à reſignatione, etiam ſi ſuper eo alter haberet regreſſum. Quarta Corduben. Filius illegitimus, cùm haberet portionem ſibi datam in titulum, & ille qui reſignauit ei, reſeruauit ſibi penſionem, & regreſſum, & pro expeditione reſignationis, & liberatione penſionis dict. filius conſumpſerat totum patrimonium, in ea vero Eccleſia pater eius habebat aliam portionẽ, vnde filius nec retinere poterat obſtante Concilio, nec reſignare repugnante alio decreto Concilij, quod non haberent vnde viuerent, nec minus ſuſpendi regreſſus: ideo in hac perplexitate adhibitum fuit moderamen, quod filius reſignaret portionem ſuam, habenti regreſſum, & reſeruata ſibi cõgrua penſione, vel portione fructuũ, quod ſi habens regreſſum recuſaſſet acceptare reſignationem, tunc facta prius ei oblatione, & eo recuſante, poſſet alteri reſignare, reſeruata ſibi penſione, ac ſuſpenſo interim regreſſu, ita vt locum habere non poſſit, niſi per ceſſum, vel deceſſum ipſius.

79 Sed quid ſi vnum † tantum eſſet beneficium, in perſona tamen patris, & filij, cum alternatiua reſi-
☞ dentia, S. Congregatio Epiſcopo Ciuiten. ſic reſpondit, ibi: In eadem Eccleſia beneficia obtinere, idem eſſet ſi vnum tantum, ſed eſſet in perſona patris, & filij, cum alternatiua reſidentia, quo caſu fuit decretum, quod pater in totum cederet filio totum ius, quod haberet, reſeruata ſibi penſione, & perpetuò abſtineret à ſeruitio.

80 Et idem eſt quando pater eſſet † coadiutor filij, vt in declaratione ſequenti; Pater, qui eſt coadiutor filij, in Canonicatu cedere tenetur omne ius filio, poſſet tamen ſibi aliquid reſeruare fructuum, aut penſionem.

81 Duodecimo dubitatur, an habens † ante Concilium coadiutoriam cum futura ſucceſſione in Eccleſia paterna, poſſet ſuccedente vacatione poſt Concilium, ſuccedere in tali beneficio vigore dictæ coadiutoriæ, & dicendum eſt non poſſe, ex Nauarro in cap. ſi quando, de reſcriptis, exceptio. 21. vbi plura fundamenta adducit ad propoſitum, & in auctuario ex num. 5.

82 Et † cenſuit Sanct. Congregatio in vna Calagurritana canonicatuum, vt in declaratione ſequenti; Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi domini Iuſtinus Sãctoro, filius naturalis Ioannis Sanctoro, Canonici, & presbyteri Calagurritani, fuit datus coadiutor Francisco Ximenez, Canonico eiuſdem Eccleſiæ, cũ futura ſucceſſione in Canonicatu & Præbenda, quæ ipſe Franciſcus poſſidebat, cum primum illos per ceſſum, vel deceſſum, aut aliam quamuis dimiſſionẽ vacare contigiſſet die 11. Decemb. 1561. de conſenſu dicti Franciſci, & accepit poſſeſſionem dictorum Canonicatus & Præbendæ, adhuc Franciſco viuente, & poſt obitum eius patris, de anno 1563. dicto Franciſco in reali poſſeſſione manente ad effectum tantum Bullarum, non ſecus, & ſine præiudicio iuris, tituli & poſſeſſionis, quæ dictus Franciſcus, eius vita durante habebat ad dictos Canonicatum, & præbendam, & Franciſcus obijt in poſſeſſione ſui Canonicatus, de 12. Iunij 1565. & Iuſtinus fuit admiſſus ad poſſeſſionem & reſidentiam, vt titularis, & canonicus, die 13. eiuſdem menſis.

Dubitatur, an Iuſtinus poſt Concilij publicationem potuerit ſuccedere in dicto Canonicatu, Didacus Ximenez, filius ſimiliter naturalis Franciſci Ximenez, Canonici, & presbyteri eiuſdem Eccleſiæ fuit datus coadiutor perpetuus, quoad vixerit cum futura ſucceſſione Ioan. Sanctoro, Canonico eiuſdem Eccleſiæ, in regimine, & adminiſtratione Canonicatus, & prębendæ, quos ipſe Ioannes poſſidebat, cùm primum illos per ceſſum, vel deceſſum, aut dimiſſionem dicti Ioannis vacare contigiſſet 11. die Decemb. 1561. deinde accepit poſſeſſionem dictorũ Canonicatus, & præbendæ die 17. Iulij 1563. poſt obitum Ioannis, taliter quod ab eo tempore citra vſque ad ann. 1565. videlicet 12. Iunij pater & filius habebant ſingulos Canonicatus, & præbendas in eadem Eccleſia. Dubitatur, an Didacus Ximenez ſuo Canonicatu priuatus fuerit ipſo iure, ob non dimiſſionem, intra tres menſes, vel an ſtante ſucceſſione Iuſtini in titulo poſt Concilium Trid. dicantur coadiutoriæ huiuſmodi reciprocæ, & in fraudem Concilij factæ ſint nullæ. Ad primum, Congregatio Concilij cenſuit, minime ſuccedere potuiſſe. Ad ſecundum, vtique ob non dimiſſionem intra tres menſes poſt Concilij publicationem, filium ipſo iure Canonicatu priuatum fuiſſe. Ad tertium, decretum Cõcilij, cap. 15. ſeſſ. 25. de reformat. diſponere tantum circa reciprocas reſignationes poſt ipſum Conciliũ, à parentibus in fauorem filiorum faciendas. Hier. Card. Matthæius.

83 Ex qua declaratione † idem fuit reſolutum per Rotam in eadem cauſa Calagurritana Canonicatuũ 1. Iulij 1594. coram Illuſtr. Pamphilio, vt in deciſione ſequenti, Fuit reſolutum intrare vacationem in caſu, de quo agitur, ad fauorem Andreæ, dummodo producat iura per ipſum allegata, quia ſtante quod Ioannes Sanctorus, & Franciſcus Ximenez fuerint Canonici in Eccleſia Calagurritana, & in dictis Canonicatibus, vigore coadiutoriarum Iuſtinus filius Ioannis Sanctori ſucceſſerit Franciſco, & Didacus, filius Franciſci, ſucceſſerit Ioanni, ſubintrant reſolutiones per Illuſtriſſim. dominos Sanct. Concilij interpretes factæ, quod Iuſtinus poſt publicationem, de ann. 1565. quo obijt Franciſcus, non potuerit ei ſuccedere in Canonicatu, exiſtente in eadem Eccleſia, in qua Ioannes eius pater alium obtinuerat, & quod Didacus, qui tempore publicationis Concilij

poſſidebat

poſſidebat Canonicatum, habitum per obitum Ioannis, de anno 1563. in eadem Eccleſia, in qua Franciſcus eius pater tunc temporis habebat alium Canonicatum, eo fuerit ipſo iure priuatus, ob illius nõ dimiſſionem intra tres menſes poſt Concilij publicationem, iuxta decretum. ſeſſ. 25. cap. 15. à cuius diſpoſitione non videntur poſſe excuſari ex præſumpta diſpẽſatione, orta ex diuturnitate temporis quo poſſederunt, quia vt in his terminis reſoluit eadem Sanct. Congregatio, illa non ſuffragatur contra decreta Concil. Trident. præſertim cum illi nitantur hoc ſolo titulo coadiutoriæ, abſque eo quod habuerint alium, vt in iudicio criminali fatetur ille Iuſtinus.

84 Et idem eſſet † in acceſſu, vt in deciſione Compoſtell. ſupra adducta dub. 5. num. 9.

85 Sed contra videbatur † poſſe ſuccedere, & acquirere vigore coadiutoriæ, beneficium, licet cum obligatione illud reſignandi infra ſex menſes, vt alias reſpondit S. Congregatio Epiſcopo Vicen. his verbis: Decanus Eccleſiæ Vicen. habeat etiam Canonicatũ in eadem Eccleſia, in qua fecit ſibi coadiutorem, cum futura ſucceſſione filium ſuum naturalem, & pariter ſibi eundem fecit coadiutorem in Eccleſia parochiali eiuſdem diœceſis, quam idem Decanus obtinebat, decretum fuit, quod pater de preſenti reſignaret filio in totum dictam paroch alem, & poſt mortẽ patris haberet filius ſpatium ſex menſium ad reſignandum Canonicatum, quem ſibi virtute dictæ coadiutoriæ, cum plene acquiſiuiſſet, dum tamen eo viuente, & mortuo patre, abſtineret ab ingreſſu Eccleſiæ in qua dictus Canonicatus exiſtit. Idem placuit decernere in alijs caſibus ſimilibus, in quibus filij illegitimi clericorum reperiuntur dati coadiutores cum futura ſucceſſione in Eccleſia, in qua pater, vt ſcilicet, cum nunc plene non obtineant beneficia, ſed tantũ officium coadiutoriæ fungantur, habeant ſpatium ſex menſium poſt mortem eorum, quibus dati ſunt coadiutores ad reſignandum beneficium, quod per eorum mortem plenè acquiſiuerũt, dum tamen omnino tempore abſtineant ab ingreſſu ipſius.

86 Sed huic † declarationi ſatisfit ex alia declaratione eiuſdem S. Congregationis, quæ ſic ait: Aliquando Congregatio Concilij, in caſu quo filius datus fuerat ante Concilium coadiutor patri, cum futura ſucceſſione, cẽſuerat poſt mortem patris dandũ eſſe terminum filio ex menſium, ad dimittendum, etiam quod Epiſcopus & Capitulum pro filio ſupplicarẽt, ſed poſtea 12. Maij 1568. eadem Congregatio cenſuit, non concedendũ, vt filius poſſit retinere Canonicatum, quia agitur de ſuccedẽdo de nouo, & ſic do acquirendo beneficium, in quo pater contra expreſſum decretum Concilij hic. Vnde apparet illud fuiſſe ex ſpeciali gratia, & conceſſione.

87 Decimotertio † dubitatur, an facta reſignatione alicuius beneficij in fauorem filij clerici, reſeruata penſione reſignanti ſuper beneficio patris, de conſenſu eius intrat dictum decretum Concilij, verſ. ad hæc, & dicendum eſt intrare, vt cenſuit Sanct. Congregatio, his verbis; Antonius Correa legitimus obtinens Canonicatum Eccleſiæ Algabaren. illud reſignauit in fauorem Nicolai Caſlada, reſeruata penſione ſuper parochiali, quam Matthæus pater Nicolai obtinebat, de conſenſu patris, quæſitum eſt, an huic penſioni obſtet decretum Concilij? Congregatio cenſuit caſum propoſitum comprehendi decrẽto Concilij, ſeſſion. 15. ca. 15. in fin. & patrem in fraudem conſentiſſe penſioni.

88 Decimoquarto † dubitatur, an regula de triẽnali iuuet contra dictum decretum Concilij, & reſponderur negatiuè, vt cenſuit S. Congregatio Concilij in declaratione infra adducta. 11. p. c. 5. ad fin. num. 379. Vgolin. d. cap. 50. §. 7. num. 1. verſic. poſtremo. & in cauſa Calagurritana Canonicatuum, de qua ſupra nu. 82. & ſequ. his verbis; Illuſtr. & Reueren. Domini, ſupplicatur, eidem dari reſolutionem ſuper dubio ſequenti. Dubitatur, an ij, qui ante. & atẽpore publicationis Conc. Trid. poſſident beneficia, cõtra diſpoſitionem c. 15. ſeſ. 25. de reform. ex præſumpta diſpenſatione reſultante ex regula de triennali, & poſſeſſione huiuſmodi diuturna, ſe tueri valeant? Congregatio Concilij cenſuit, filio illegitimo, qui ante Concilium habebat beneficium in Eccleſia, in qua pater ſimile, vel diſſimile beneficiũ obtinebat, & ex decreto Concilij, cap. 15. ſeſſ. 25. de reform. tenebatur intra tres menſes illud dimittere, non ſuffragari regulam de triennali.

89 Et idem † Rota reſoluit in eadem cauſa, vt in dict. deciſione, Calagurritana ſupra adducta, num. 82.

## *De ætate beneficiandorum. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*Vltra clericatum, legitimitatemque requiritur etiam ad beneficia legitima ætas, nu. 1. de qua qui ſunt videndi num. 2. & quia multa ſunt annotata per Concilium, examinanda eſt ætas in quolibet beneficio hodie requiſita, nu. 3. & ſeqq.*

*Ad beneficia ſimplicia, licet de iure antiquo tantum requiratur ætas ſeptem annorum, & ſic quod quis ſit maior ſeptennio, num. 5. ex quo ſeptenni poteſt conferri prima tonſura, num 6. & idem in minoribus Ordinibus, num. 7. tamen hodie nullus ante decimum quartum annum beneficium poteſt obtinere ex decreto Concil. Tridentin. numero 8. quod procedit ſecũdum Sanct. Congregationem, niſi in fundatione aliter ſtatuatur, quia non eſt ei derogatum, nu. 9. & 10. vbi refertur quædam Rotæ reſolutio.*

*Sufficit attigiſſe decimum quartum annum ætatis, licet non ſit expletus, nu. 11. & ſeq. & nu. 13. affertur alia declaratio Sanct. Congreg. ſuper dict. decreto, & de ætate ad penſiones remiſſiuè, nu. 14.*

*Licet olim eſſet controuerſia circa ætatem requiſitam ad Canonicatum, præcipuè Eccleſiæ Cathedralis, qui de iure communi non habet annexum ordinem ſacrum, ſed tantum primam tonſuram, an ſufficeret ætas ſeptem annorum, ſicut ad alia beneficia ſimplicia, vt tenent multi, an vero requiratur ætas 14. annorum, vt alij tenẽt, tamen hodie ceſſat iſta controuerſia, & regula Cancell. 18. de ætate, ex decreto Concilij, vbi ſtatuitur, quod nemo ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiatur, niſi qui ordine ſacro requiſito ſit initiatus, aut in ætate, vt infrà annum initiari valeat, & quod in omnibus Eccleſijs Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, &c. à nu. 15. & num. 5. ſeqq.*

*Cum hodie ex eodem Concilio ad ſubdiaconatum requiratur 22. annus, ad diaconatum 23. & ad presbyteratum 25. incepti, ad canonicatũ aut portionem Eccleſiæ Cathedralis ſubdia-*

*ſubdiaconalem requiritur ætas 21. annorum, & ad diaconalem ætas 22. annorum, & ad presbyteralem 24. annorum completorum, ita quod attigerit annum ſequentem, à nu. 21. vbi adducuntur aliæ declarationes S. Congregationis. nu. 22. & nu. 5. ſeqq.*

*In Eccleſijs autem vbi nec ante Concilium, nec poſt facta fuit deſignatio & annexio ſacrorum ordinum, & ſic nullus ſacer Ordo canonicatui annexus eſt, qui canonicatum, vel portionem conſequi velit, debet eſſe ſubdiaconus, vel ſaltim in ætate requiſita ad ſubdiaconatum, nempe, quod attingat 22. ætatis annum, cùm ad minus debeat habere annexum ordinem ſubdiaconatus, à num. 28. vbi adducuntur declarationes S. Congregationis ſic accipiendæ. numer. 29. & 2. ſeqq.*

*In canonico pœnitentiario requiritur vltra gradum Doctoratus vel licentiæ in Theologia, vel iure Canonico, quod ſit 40. annorum ſeu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, num. 31. & ſecundùm S. Congregationem defectus iſtius ætatis non obſtat, vbi alias aptior pro loci qualitate non reperitur, num. 33. ſufficietque, quod non reperiatur in ciuitate, aut etiam in diœceſi perſona apta cum dictis qualitatibus, nec eſt quærenda extra diœceſim, niſi Epiſcopus velit eum eligere extra diœceſim, nn. 34. & debent eſſe dicti 40. anni completi, nu. 35.*

*Circa ætatem promouendorum ad canonicatus Eccleſiæ collegiatæ nihil innouat ſeu diſponit Concilium, n. 36. & ſeq. vbi ponuntur declarationes S. Congreg. nu 38.*

*Ad canonicatus Eccleſiæ collegiatæ, etiam inſignis, requiritur & ſufficit prima tonſura, & quod quis attingat 14. ætatis annum, ſicut ad alia beneficia: interim tamen non habebit vocem in Capitulo. nu. 39. & idem eſt in dimidijs portionibus Eccleſiæ Cathedralis. nu. 40.*

*Ad parochiales Eccleſias, ſeu curata beneficia, & dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, promouendus debet attigiſſe vigeſimum primum ætatis annum, & alias prouiſio eſt nulla, nu. 41. hinc in Abbate ea ætas requiritur, n. 42, & quando dicatur animarum cura ſubeſſe, remiſſiuè num. 43.*

*Quilibet poterit obtinere beneficia curata, & qualibet alia ſacerdotali aptitudine, etiamſi tantum habeat primam tonſuram, dummodo ſit in dicta ætate. Nec requiritur, quod ſit in quatuor minoribus conſtitutus nu. 44. & ſeq. vbi adducuntur declarationes Congreg. nu. 46. & 2. ſeqq.*

*In alijs beneficijs habentibus ordinem ſacrum annexum licet non actu, requiritur ætas requiſita ad ordinem annexum, num. 49. & alias prouiſio eſt nulla, etiam ex cauſa permutationis facta, num. 50. Quod non ſolum procedit in beneficijs habentibus annexum ordinem presbyteratus, ſed etiam diaconatum, vel ſubdiaconatum, contra Ioannem Andream, & alios à numer. 51. Et in his ætas ordinum requiritur tempore datæ impetrationis, niſi ſit ad vacaturam in genere, tunc ſufficit tempore vacationis. num. 52. & ſeq.*

*Ad dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, licet de iure antiquo requiratur eadem ætas, quæ in curatis, in quibus tamen Epiſcopus poterat diſpenſare cum maioribus vinti annis, tamen hodie ex Concilio requiritur, quod ſint viginti duabus annis, non minores, quod non poterit Epiſcopus diſpenſare, à num. quinquageſimoquarto & 3. ſeqq.*

*Iſtud decretum Concilij comprehendit dignitates, & perſonatus etiam in Eccleſijs collegiatis, vt cenſuit ſancta Congregatio: quamuis in contrarium ſit alia declaratio eiuſdem ſanctæ Congregationis. Et improbatur Manuel Rodriguez a num. 58. cum num. 6. ſeqq. Ad dignitatem tamen principalem in collegiata regulariter requiritur ætas vigintiquinque annorum, cum habeat curam animarum. num. 65.*

*An ſatis ſit attingere vigeſimum ſecundum annum, vt quis poſſit ad dictas dignitates, vel perſonatus aſciſci, an vero ſit neceſſarium habere viginti duos annos completos à numer. 66. Reſoluitur neceſſarium eſſe habere viginti duos completos. n. 67. & 2. ſeqq. Et ponuntur declarationes S. Congregationis, nu. 70.*

*Debent eſſe completi quadraginta anni, qui requiruntur in eligenda in Abbatiſſam, nec contra poteſt Epiſcopus, aut Nuntius diſpenſare, nu. 71.*

*Hoc de ætate 22. annorum requiſita ad dignitates, & perſonatus non curatos, intelligit, niſi alias habeant annexum ordinem presbyteratus, tunc enim requiritur ætas 25. annorum ad ſacerdotium requiſita. nu. 72. Vnde ad Decanatum, Præpoſituram, & Archipresbyteratum, etiam ſi eis animarum cura nulla ſubſit, ea ætas requiritur etiam hodie. nu. 73. Et in Abbate. nu. 74. Improbatur Mandoſius, dicens, quod ſtante conſtitutione quod Abbas conſtitutus eſſe debeat in ætate annorum triginta, ſufficiat annum trigeſimum attigiſſe. nu. 75.*

*Ad Epiſcopatum promouendus debet eſſe maior 30. annis, ita quod 30. annum iam exegerit, & in ſacro ordine ſaltim ante ſex menſes conſtitutus, nu. 76. & nu. 77. ponitur conſtitutio Greg. 14. de forma faciendi proceſſus, & inquiſitiones ſuper promouendis ad Eccleſias Cathedrales.*

*Eadem ætas, quæ in Epiſcopo, requiritur in Cardinalibus nu. 78. Hodie tamen diaconus Cardinalis eſſe poteſt, qui in 22. ætatis anno fuerit conſtitutus ex conſtitutione Sixti V. num. 79.*

*De ætate Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ remiſſiuè. n. 80. & de ætate requiſita ad beneficia regularia, etiam remiſſiuè. nu. 81.*

*Prouiſio facta non habenti ætatem in beneficio requiſitam eſt nulla. nu. 82. Etiam in conſcientia. nu. 83. Et etiamſi ad ætatem requiſitam deſit quantumuis parum & modicum tempus, vt vnus dies vel hora, quidquid alias circa ætatem ordinum male teneant aliqui. nu. 84.*

*Id procedit etiam in præſentatione, & in oppoſitione, nam etiam tempore oppoſitionis, & petitionis requiritur habilitas & qualitas requiſita. nu. 85. & 86.*

*Improbantur Man. Rodrig. & Vega, dicentes, quod laicus poteſt ſe opponere ad beneficium presbyterale in Eccleſia vbi eſt ſtatutum, quod obtinens beneficium intra annum ſiat presbyter, dummodo attigerit 25. annum, quod non dicit Nauar. per eos allegatus, numer. 87. Et quod ibi ſubdunt, quod quando patronus præſentat abſentem ſufficit, quod tempore, quo accedit nuncius cum ſchedula, habeat ætatem requiſitam, accipiendum eſt iuxta alias dicta cap. 1. numero 88.*

*Ætas, à natiuitate connumeranda eſt, non à die conceptionis. num. 89.*

*Eadem ætas, & habilitas, quæ requiritur & ſufficit ad titulum beneficij, requiritur & ſufficit ad coadiutoriam à Papa conceſſam, nu. 90.*

1 VLtra † clericatum, legitimitatemque, requiri-
2 tur etiam ad beneficia legitima ætas, de † qua in ſingulis beneficijs requiſita præſertim iure antiquo ante Concilium Tridentinum, vide tex. in cap. cùm in cunctis, in princ. & in §. inferiora, de elect. & in cap. ſuper inordinata, de præb. & ibi Abbat. & DD. & text. in cap. 1. de ætate & qual. libr. 6. & in clem. generalem, cod. & in clem. nec in agro, §. cæterum, de ſtatu regul. & ibi Dd. & gloſſ. & Franc.

num. 4.

num.4.in cap.ſi eo tempore,de reſcrip.lib.6. Alber. Troc.de vero & perfecto cler. libr. 2. cap. 18, & 19. Bertachin.de Epiſcopo,1.par,2.libr, quæſt.30. Selua de benef.3.par.quæſt.5.2.qualitate,à nu. 13, ad 30.Rebuf.de pacificis poſſeſſoribus à num. 208. ad 220.alias à num.174.ad 184.& in praxi tit.de diſpenſatione ratione ætatis,Corraſ.de beneficio,3.p. c. 3. Ioann.Nicol.Gimon.in Enchirid.beneficiorum,tit. 1.cap.7. Roſiniacum de beneficijs, cap. 2. Duaren. lib.4.cap.9.Petr.Greg.eodem tract.c.37.à n.5.Guil. Bened.in repet.cap.Raimutius,de teſtam.verſ.adiecto impuberi,à nu.58 Felin.in c.cùm vigeſimum,de offic.deleg.à nu.8.Mandoſ. de minori ætate, c. 4. & 5.& particulariter de ætate ad canonicatus requiſita,regul.18.Cancellar.æ,q.1.& 2. Hoiedam de incompatibilitate beneficiorum,c.24.à n. 9. Maiolum de irregul.lib.1.c.30.à n.11.Quintanad. Eccleſiaſticon.lib.1.c.60.nu.11.Sylueſt.verb.beneficium,3.q. 1.Armil.eodem verbo a nu.78. Enriquez in ſumma lib.10.de ſacramento Ordinis.c.19.Lælium Cechum de benef.& penſion.c.3.& Azor inſt.moral.2.p.lib. 6.c.5.Leſſium de iuſt.& iur.li.2.c.34.dub.20.

3 Sed quia circa hoc † multa ſunt etiam innouata per Concil. Trid. quæ à Dd. non traduntur, operæ pretium erit breuiter examinare ætatem in quolibet beneficio hodie requiſitam.

4 In quo dico 1.circa beneficia † ſimplicia,quod licet de iure antiquo ad ea tantum requiratur ætas 7. annorum,& ſic, quod quis ſit maior ſeptennio, glo. in d.c.ſi eo tempore,verb.ætatem,& ibi Franchus n. 1.& alij,Albertus Trocius d.c.18.n.3.& 40. Decius in l.2.§.item impuberes.n.7.ff.de reg.iur.Roſiniacus c.2.n.23.& 24.Mandoſ.de ætate minori,c.3.nu.21. & c.4.n.13.& 15.Hoie.d.c.4.n.23.Fuſ.de viſitatione
5 lib.27.c.7.nu.7. & alij.Saltim,quando † non ſonant in nomen rectoriæ, nec conſilij maturitatem requirunt, Abbas,poſt alios in d.c.ſuper inordinata,nu.4. Selua ſup.n.2.Guil.Bened.n.60.Rebuf. de pacificis, n.209.alias 175.Lamb.de iure patron.1.p.2.lib.q.7 art.26.Corr.d.c.3.nu.2.Greg.Lopez in l.3 ti.6.p.1. glo.2.Sylueſt.& Armilla ſupra & Henriq. ſtatim ci-
6 tandus,& Azor.d.c.5.q.7.8. & 9. Ex † quo ſeptennii poteſt conferri prima tonſura, c. nullus. & ibi gloſſ. verbo,infanti, & Doct. de temporib. ordinat. in 6. Alber.Trocius ſup.c.17.n.1.Rebuf.in praxi,tit. requiſita ad collationem bonam,n.36.vbi ait, in tonſura requiri ſeptem annos completos,Corra.d. c. 3. nu.3.Mand.d.c.4.nu.12.Salcedo in pract.crimin. canonic.c.26.additione 2.Ioan.Guttierr. canonicarũ q.lib.1.c.26.n.2.Vgol.de irregularitate,c.45.nu.1. Enriq.d.l.b.10.c.19.§.1.Toletus in ſumma lib. 1.c.
7 55.Sairus de cenſuris,lib.6.c.12.n.2.& 10. Et † idem in minorib ordinib.aiunt Io.Gut.ſuprà cum gl.ſi.in Clem.fin.de ætate & qual.& Soto in 4.diſt. 25.q.1. art.2 & Vgol.ſup.nu.2.dicens,quoad ordines minores ſuſcipiendos ætatem idoneam eſſe eam, quæ ſequitur poſt infantiam,Suarez 5.to.diſp.51.ſect.1.n. 22.Azor.d.q.8.& 9. *Et nouiſſimè Vgol. de offic. Epiſc.c. 26.§.7.n.2.dicens,non ſolùm primam tonſuram ſed & minores ordines poſt ſeptennium, & ante 14. annum ſuſcipi poſſe.vt ſentit inquit Tridentina Synodus ſeſſ.23. de refor. c.6.ibi, Aut etiam in minoribus ordinibus conſtituti; non enim præſcripta ætas eſt: nec circa ætatem primæ tonſuræ & minorum ordinum aliquid eſt innouatum à Concilio,vt cenſuit S. Congregat. his verbis: Congregatio Concilij reſpondit, nullam eſſe à Tridentino Concilio præſtitutam ætatem tonſuræ & quatuor minoribus ordinibus; ſed eam attendendam, quæ à ſacris Canonib.præſcribitur. Tradit & ponit iſtam declarationem Piaſec. in praxi Epiſcopali par. 1.c.1.nu.22.& nouiſſimè docet Gabr. Vazq.3.p. 3. tom. diſp.246.nu.42.* Tamen † hodie nullus prima tonſura initiatus,aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante 14. annum beneficium poteſt obtinere ex decreto ſancti Concilij Trident.ſeſſ.23.de reform.c. 6.contra quod non poſſe Epiſcopum diſpenſare recte inquit Azor.vbi ſupra q.9.verſ. ſi quæras: quod
9 ſacra † Congregatio eiuſdem Cõcilij cenſuit procedere, niſi in fundatione aliter dicatur,quia non eſt ei derogatũ,refert & tenet Eman.Sa.verbo beneficiũ, n.30.& poſt hæc Gonçalez ad reg.menſiũ,gl.5.n.9.
10 Vnde † in vna Gerunden.beneficij 12.Iunij, 1579. coram Illuſtriſs.Lancelloto,in qua fundator mandauit præſentari eos,qui ſunt de ſuo genere,& præſentari presbyterum,ſi adſit,quo non exiſtente,eũ, qui intra annum poſſit promoueri, & ſi nec talis adſit, voluit præſentari clericum,& cum occurrente vacatione fuiſſet præſentatus ſimplex clericus de ſuo genere,qui negabat alios adeſſe, reſeruarũt domini de Rota,an ex quo non probabatur,quòd præſentatus eſſet conſtitutus in 14. anno, prout Concilium requirit,ſed tantum eſſet conſtitutus in 12.anno,ei obſtaret dictum Concilium. In qua difficultate ait de-
☞ cifio,Illuſtriſſimi Cardinales Congregationis ſancti Concilij Tridentini cenſuerunt, non obſtare, die 2. Iunij 1579.vt habetur dec.482.ad fi.1.par.diuerſorum. Sed certè dicta declaratio S. Congregat. non videtur conuenire caſui iſtius deciſio. vbi non dicitur in fundatione, quod poſſet prouideri minori 14.annorum.

11 Cenſuit etiam † ſancta Congregatio, hoc Capitulum non prohibere quin ille, qui iam 14. annum ſuæ ætatis attigit,licet nondum expleuerit, poſſit beneficium ſimplex obtinere, Enriquez ſup.§.2.& Zauallos q.523.nu.4.& 593.nu.18. Gonçalez ſup.n.90 & 95. Leſſius n.109.& Azor q.7.& 9.ſup. *Leo in theſ. for.Eccleſ.c.18.nu.14.*

12 Pro qua diſtinctione facit † glo.verbo in 18.in d. clem.Generalem.de ætate & qual.quam ibi ſequuntur Dd. Et quod Ioan.Gutierr.d.c.26.à n. 8. tradit, quamuis 14.annum completum ad beneficium ſimplex,ex d.c.6.Concilij requirat,Mandoſ. de ætate minori,c.4.nu.15.& c.5.nu.55.& Tuſchus concluſ. 338.lit.E.tom.3.nu.10.& 13. *& tradit Gabr.Vazq.d. diſp.246.nu.43.*

13 Habetur etiam † alia declaratio ſuper d.c. 6. quæ ☞ facit ad propoſitum,& ſic ait: Prouiſo in 13. anno ætatis de canonicatu in Eccleſia collegiata vbi vigore ſtatuti Eccleſiæ prouiſi ante realem poſſeſſionem, & fructuum perceptionem reuentur expectare per biennium,obſtat hoc decretum.Ita cenſuit Congregatio 14. Aug.1586.

14 Et videnda ſunt † dicta ſupra 1.p.c.5.ex n.127.vbi de ætate ad penſionem.

15 Dico ſecundo, quod licet olim eſſet † controuerſia circa ætatem de iure requiſitam ad canonicatum præcipuè Eccleſiæ Cathedralis,qui de iure communi non habet annexum ordinem ſacrum, ſed tantum primam tonſuram. Abbas in c. 2. de inſtitutio vltimo notabili per textum ibi, & in Clem. vt ij, qui de ætate & qual.nu.4.& 5.& ibi Bonif.num. 11. & 20.

Boer,

Boer.decis.171.in princ.& Mandos.consil. 2.num. 1.an sufficeret ætas septem annorum,sicut ad alia
16 beneficia simplicia,vt † videtur probare tex,in cap. ex eo,de elect.in 6.vbi id tenet glossa,verb.in tua,& d.cap.si eo tempore, verb. ætatem, & in cap. statutum.verb.canonici,de rescrip.lib.6.sequuntur Franchus cum communi Doct.ibi in d.c.ex eo,num.2.& in d.c.si eo tempore,num.10.*Alexand. Monet. de distrib.par.2.quæst.19.num.*1.Felin.in cap.ex insinuatione,de simonia, nu.2.dicens communiorem & probabiliorem.Decius in d.§. item impuberes, num.6. & ibi Cagnolus nu.10.dicens communem,Albertus Tacitus d.cap.18.num.4.Mandosius dict.regul. 18. quæst.1.& de ætate minori d.c.4.nu.14. Hoieda suprà nu.12.Flamin. Paris. de resignatione beneficiorum.lib.4.quæst.9.n. 7. & Nauarrus de operatione miscel.97.nu.1.qui ex glossa in d.regul.18.ait portiones & præbendas,quæ non essent canonicales, posse conferri maiori septem annorum,non obstante illa regula,& quod mortuo Papa, quia per obitum eius cessant regulæ Cancellariæ, per proœmium earum posset Ordinarius conferre canonicatus maioribus septem annorum.

17 An † vero requiratur ætas quatuordecim annorum,vt cum Hostiense ibi tenet Abbas in d. cap. super inordinata num.4.& Archidiacon. in dict. cap. si eo tempore,& in dict.cap.ex eo,Felin.in dict.cap. cùm vigesimum.num.9.Guil. Bened. dict. num.60. Corras.dict.cap.3.num. 11. addito Decij in dict. §. item impuberes.verb. pupillus.Syluest. dict. quæst. 1.Armilla numer.81.& Selua suprà numer. 26. Qui
18 † ait,dict. reg. Cancellariæ 18. ita concordare opiniones,quod clericus non potest esse canonicus Ecclesiæ Cathedralis, nisi habeat quartum decimum annum completum:in Ecclesijs vero, collegiatis inferioribus,minor quatuordecim annis, dum tamen habeat decem annos, potest esse canonicus. Quæ
19 † regula habebat locum in Ordinario Puteus decis. 329.lib.1.Tamen hodie,vt aduertunt Mandosius d. cap.4.num.14.& Hoieda supra num.15. Azor quæ-
20 stione 5.Cessat dicta † controuersia, & dicta regula Cancellariæ (quæ iam non extat)ex decreto sancti Concilij Tridentini sess.24.de reformatione, ca.12. vbi statuitur, quod nemo deinceps ad dignitatem, canonicatum,aut portionem recipiatur, nisi qui eo ordine sacro sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & à dicta Synodo statutum: scilicet, infra annum vt in cap.4. sessione 22. de reformatione initiari valeat: Et quod in omnibus Ecclesijs Cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus ab Episcopo cum consilio Capituli designandum ac distribuendum,prout viderit expedire.

21 Vnde cum hodie † ex eodem Concilio sessione 23. de reformatione,cap.12.ad subdiaconatum requiratur vigesimus secundus annus, ad diaconatum vigesimus tertius & ad presbyteratũ vigesimus quintus incepti, vt sancta Congregatio super illo declarauit, & tradit Nauarrus in Manuali cap. 25. num. 116. Ioannes Gutierez d.cap.26.à num. 8. & Enriquez supra §.2.Qui voluerit obtinere canonicatum, aut portionem Ecclesiæ Cathedralis, si non est initiatus illo ordine sacro,quem canonicatus,aut portio habet annexum debet esse in ætate ad talem or-
22 dinem requisita. Et † sic si habet annexum ordinem subdiaconatus,debet habere ætatem vnius & viginti annorum, seu quod idem est, esse maior 21. annis,ita quod attigerit vigesimum secundum, & si habet annexum ordinem diaconatus, debet habere ætatem viginti duorum annorum,seu esse maior viginti duobus annis,ita quod intrauerit in vigesimũ tertium. Et si habet annexum presbyteratum,debet habere ætatem 24. annorum, seu esse maior 24. annis, ita quod attigerit vigesimum quintum. Hoieda sup.d.c.24.nu.16.Maiolus d.c.30.nu.12. Flam. Paris.supra d,q.9.nu.11.Zerola in praxi Episcopali, p. 1.verb.canonica,§.2.& 9.*Leo in thes.for.Eccles.c.* 18. *nu.*17.20.*&* 22.*& Vgol.de offic.Epis.c.*19.*nu.* 2.*vers. Quare.* Enriquez d.§.2.& Zechus de Republica Ecclesiastica,c.de beneficiatis,nu.3.sub versic.Quarto licet d.c.3.de benefic.& pensio.vers.Pari ratione,ad
23 finem,videatur variare. Sic † enim sunt accipienda illa verba Concilij d.c.12.Aut in tali ætate,vt infra tempus à iure,& ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat,id est,aut in ætate legitima ad talem ordinem,vt infra annum initiari valeat,ad textum in cap.2.de institut.lib.6.ibi; Et infra tempus à iure statutum ad ordines, quos ipsius Ecclesiæ cura requirit,valeat promoueri,iuncto cap.licet canon, de elect.li.6.& cap.cum in cunctis,§.inferiora, eodem tit.& Franco in d.cap.2. numero 1. & ad Rebuff. d. tit.requisita ad collationem bonam numero 33.Armillam supra numero 83.& ita videntur interpretari Flamin.Paris.dict.numero 11.& 18. & Zerola supra.

24 Pro qua interpretatione † facit tex. in cap.ei cui, de præbendis in 6.& decisio Rotæ in causa Romana capellaniæ,14.Nouemb.1586.sup.adducta c.1.nu. 80.& decretum eiusdem Concilij sess.22.de refor.c. 4.vers.Nec alijs in posterũ fiat prouisio, nisi iis, qui iam ætatem,& cæteras habilitates integre habere dignoscantur,aliter irrita sit prouisio.

25 Qui versiculus,† vt S.Congregatio censuit,declaratur per d.c.12.sess.24.videlicet,vt non requiratur ordo actu, vt videbatur statui vt in d. vers. sed ætas legitima ad ordinem,vt per Bonifacium in Clem.1. nu.54.& 55.de ætat.& qualit.& in terminis Nauar. consil.8.nu.2.de præbend.

26 Facit etiam quædam † declaratio S.Congreg. super d.c.12. quæ sic ait; Prouisus de Canonicatu habente annexum ordinem sacrum, qui est completæ ætatis,vt possit intra annum ordinem requisitum suscipere,non habet vocem in Capitulo iuxta hoc decretum,& Clem.vt ij qui.de ætate & qualitate, sed non perdit partem aliquam distributionum,quæ dãtur his,qui cæteris horis intersunt pro primo anno, infra quem ad ordines potest se facere promoueri, elapso vero anno, si non fuerit ad ordinem sacrum annexum promotus, subtrahitur illi dimidia pars distributionum,nec habet vocem in Capitulo, licet alias sit in sacris,ex quo non habet ordinem requisitum,iuxta dispositionem d.Clem.iuncta glo.verb. ex tunc Pondero verba illa,Completæ ætatis.

Est etiam alia declaratio super d.c.quæ sic ait;Vacante præbenda presbyterali,poterit Episcopus illã conferre illi,qui diaconalem,seu subdiaconalem habet,& has vni,qui ætatem habet pro his obtinẽdis. Facit etiam quod infra dicitur dict.4.

27 Et ita tenendum eſt, quamuis a Leſſius d.lib. 2. c. 34.nu.110.dicat eum,qui accepit beneficium,quod requirit ſubdiaconatum, vt ſunt omnes canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, debere inchoaſſe annum 21. & ſi diaconatum,annum 22. ſi ſacerdotium, annum 24. vt intra annum, ſeu in principio anni ſequentis poſſit eo ordine initiari, alioquin irritam eſſe collationem, vt colligitur,inquit,ſeſſ.22.cap.4.& ſeſſ.25. cap.12. ſic interpretando *illa decreta. idem ait Alexand. Moneta d. quæſt. 19.numero* 13. Quod etiam videtur tenere Azor d.lib.6.cap.5.q.5.verſic.verum, ibi: Aut certe ea ætas.

28 In Eccleſia autem,vbi nec † ante Concilium, nec poſt facta fuit deſignatio, & diſtributio, & annexio ſacrorum ordinum, & ſic nullus ordo ſacer canonicatui aſſignatus eſt,qui canonicatum, vel portionẽ conſequi velit, debebit eſſe ſubdiaconus, vel ſaltem in ætate requiſita ad ſubdiaconatum, nempe, quod attingat vigeſimum ſecundum ſuæ ætatis annum, cum ad minus habeat annexum ordinem ſubdiaconatus,ex dicto decreto Concilij,quod, vt inquit Leſſius d.cap 34.nu.106. ſua authoritate annectit omnibus ordinẽ ſacrum in genere, & ſi velit ab Epiſcopo cum conſilio Capituli deſignari in particulari
29 quis,cui connecti debeat, Ita † Hoieda ſupra d.n.16. Maiolus d.cap.30,num.11.& 12. & Azor d. quæſt. 5.verſic.verum,dicens,ſaltim tunc, canonicum debere eſſe in ætate, vt ſubdiaconus fieri queat,quia omnes canonicatus Eccleſiæ Cathedralis habeant annexum ordinem ſacrum ſacerdotij, diaconatus, vel ſubdiaconatus, ex Concilio dicto capite 12. *& ita 19.Iun.1597.Congreg.Concilij cenſuit,obtinentem canonicatum in cathedrali Eccleſia, etiam ante factam ordinum diſtributionem, in ea ſaltim ætate oportere eſſe conſtitutum, vt intra annum ad ſubdiaconatum poſſit promoueri.*

☞ Et in vna Algarbien,Cõgregatio cenſuit, quod etiam in Eccleſia, vbi non fuit facta diſtributio ſacrorum ordinum,requiritur,quod prouiſus de canonicatu ad minus attingat 22.annum,& collationem factam habenti viginti tantum,non valuiſſe.

30 Et ita † eſt accipienda alia declaratio ſanctæ Cõgregationis,quæ habetur ſuper dictum caput 12. &
☞ ſic ait:Si neque ante,nec poſt Concil. Tridentinum nullus ordo,ſiue diaconalis,ſiue presbyteralis canonicatui annexus fuit, & parochialis Eccleſiæ legitime & perpetuo eſſe canonicatui vnita tãquam principali acceſſorium,attendenda eſt natura canonicatus,non autem parochialis: & ita ſufficit, vt is, cui collatio facta eſt, ſit in ea ætate vigintiduorum annorum, quæ in canonicatus collatione requiritur, debet enim intelligi de ætate vigintiduorum anno-
31 rum inceptorum, non completorum. Et † ſic etiam poteſt accipi alia declaratio ſuper d. c. 12. quæ ait: Aetas 23. annorum ſufficit ad acquirendum canonicatum,cui vnita eſt parochialis,

32 In canonico † vero pœnitentiario requiritur vltra gradum Doctoratus, vel licentiæ in Theologia, vel iure Canonico,quod ſit quadraginta annorum,ſeu alias,quia aptior pro loci qualitate reperiatur ex decreto S.Concilij,ſeſſ.24.de reformatione, c. 8. Hoieda ſup.nu.18.Ioan.Guttierrez d.c.26.num.40. Et
33 † ſancta Congregatio Concilij declarauit,defectum ætatis quadraginta annorum non obſtare, vbi alias aptior pro loci qualitate non reperitur, *ſequitur D. Salazar de Mendoza in libello de inſtit. can. poenit.* §. 3.

34 Exiſtimoque † ſufficere, quod non reperiatur in ciuitate, aut etiam diœceſi perſona apta cum dictis qualitatibus, nec eſſe quærendam extra diœceſim, argum.c.nullus,61.diſtinct.& c.ſacrorum,63.diſtin, P.Nauar.de reſti.lib.2.cap.2.n.197.vt alius,qui aptior pro loci qualitate reperiatur, poſſit eligi in pœnitentiarium, ſi tamen in d diœceſi non reperitur talis perſona apta, & Epiſcopus velit eum eligere extra diœceſim, non poterit eligere, niſi habentem dictas qualitates, ſi talis ibi reperiri poteſt commode,

35 Et debent † eſſe dicti 40.anni completi,ex quo dicitur in plurali,40.annorum ex glo.in d. Clem. generalem.verbo,in 18.Abbate, Felin. Corneo, & Ioanne Guttierez, & alijs infra citandis d.5.nu.68. *ſequitur in terminis Salaçar d.*§.3.quamuis Azor d. c. 5. q.6.in fine,dicat requiri annum 40. inchoatum, &
36 *Leo in theſ.for.Eccleſ.cap.* 18. *à nu.* 20. Circa † ætatem promouendorum ad canonicatus Eccleſiæ collegiatæ nihil innouat, ſeu diſponit in particulari Concilium, vt patet ex dicto decreto, Mandoſ. conſ. 20, Man.Rodrig.quæſt.regul.tom. 1.quæſt. 11.art. 2,

37 Et † ſancta Congregatio declarauit ſequentibus declarationibus ſuper d.cap. 12. Prima. Aetas 22. annorum non requiritur in canonicatibus collegiatarũ Eccleſiarum magis nunc,quam ante Concilium.Secunda Concilium nihil innouat ſuper ætate promouendorum ad canonicatus collegiatarum Eccleſiarum.Tertia.In hoc c.etiam quoad ætatem illius,qui prouidendus eſt, canonicatus collegiatarum non comprehenduntur.Quarta. Nullo Concilij decreto ſtatutum eſt,quæ in ijs ætas requiratur,qui canonicatus in Eccleſijs collegiatis conſequi volunt, ſed id relictum eſt intra illos terminos,qui ante Concil. Trid.præſcripti ſunt.Quinta. Sanctiſs. dominus noſter Greg.13.decreuit, nihil diſpoſuiſſe Concil. qua ætate debeant eſſe ij,qui canonicatus acquirere volunt in collegiatis Eccleſijs, ſicque reliquiſſe hoc in
38 illis terminis, qui ante Concil. conſtituti ſunt. Et † verſ.in omnibus vero Eccleſijs, cenſuit ſancta Congregatio habere locum ſolum in Cathedralibus, & non extendi ad canonicos in collegiatis, nec etiam habere locum in dignitatibus, & dimidijs portionibus. *Et* quod licet portiones habere debent annexũ ordinem ſacrum,dimidiæ tamen portiones huic ordini non ſunt ſubiectæ, & ſic ad dimidias portiones non requiritur ætas requiſita ad ordinem ſacrum, tradit Gonçalez ſupra à nu.92.

39 Vnde ad canonicatus † Eccleſiæ collegiatæ etiam inſignis requiretur,& ſufficiet prima tõſura,& quod attingat 14.ætatis annum,ſicut ad alia beneficia,ex d.c.6.Mandoſ.d.conſ.20.Zerola d. verb. Canonica, §.9.Enriquez d.c.19.§.2.& Zechus de Repub.Eccleſiaſt.c.24.de canonic.nu.3.verſ.2.nu.6.verſ.5.Azor d.c.5.q.6. Interim tamen non habebit vocem in c.vt
40 in d.cap.4.ſeſſ.22.de refor, Et † idem eſt in dimidijs portionibus Eccleſiæ Cathedralis,& vtrumque tradit nouiſſimè Gonçalez vbi proxime.

41 Dico tertio, quod ad parochiales Eccleſias † ſeu curata beneficia, & dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, promouendus, debet attigiſſe vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum, & alias prouiſio eſt nulla, capit. cum in cunctis, §. inferiora, de election. capit. licet canon. eodem

tit.in

sit in 6. Concilium Tridentinum d. capit. 12. ſeſſione 24. Corraſ. dict. cap. 3. num. 3. Hoeda ſupra nu. 19. Nauarrus cap. 25. num. 116. & conſil. 4. de ætate & qualitate, Flamin. Pariſ. lib. 4. de reſignatione, q. 9. num. 16. & cap. 11. nu. 14. Leſſius d. cap. 34 nu. 107. & 108. Azor in d. cap. 5 quæſt. 2. num. 4. & 9. & alij.

42 Hinc in Abbate † ea ætas 25. annorum requiritur, Corraſ. ibi num. 7. & Hoeda poſt alios num. 11. Quintana duennas dict. lib. 1. capite ſexto, num. 11. & Enriq. ſupra §. 3. Leſſius d. nu. 107. Azor d. q. 2. & dicit communem Selua d. quæſt. 5. num. 16. 3. caſu, quamuis ipſe dubitet, dicens, quod videtur in eo requiri eandem ætatem, quæ in Epiſcopo, & in Abbatiſſa, nempe, triginta annorum. Cui argumento de Abbatiſſa ſatisfacit Guil. Bened. ſup. num. 59.

43 Et quamlo dicatur, animarum † cura ſubeſſe, videtextum in cap. dudum. 2. de elect. & ibi Doct. & in Extrauagan. execrabilis, de prebend. verſ. quantum, & ibi gloſſam. Nauarr. d. conſ. 4. & conſ. 15. de præben. num. 2. & dicta ſup. 1. p. cap. vltimo, à num. 4.

44 Et quilibet erit poterit † obtinere beneficia curata, & quælibet alia ſacerdotalia aptitudine, etiamſi tantum habeat primam tonſuram, dummodo ſit in dicta ætate, Rebuff. in praxi, d. tit. requiſita ad collationem bonam, num. 33. & 34. & de congrua, num. 19. & in repetitione cap. extirpandæ, §. qui vero, de præben. 2. notab. Flam. Pariſ. dict. lib. 4. quæſt. 9. à num. 34. Quintana duen. lib. 4. Eccleſiaſticon, num. 45 66. & Enriquez. in ſum. lib. 13. cap 57. §. 4. Et † ſic non requiritur, quod ſit in quatuor minoribus conſtitutus, vt malè ait Lamb. 1. p. 2. lib. quæſt. 7. art. 29. num. 4. & articulo 30. num. 25. allegans Franchum in d. c. 2 de inſtit. lib. 6. qui num. 11. notat, præſentatum ad Eccleſiam parochialem dici idoneum, licet non ſit in ſacris, debere tamen ad minus eſſe in minoribus, vt in c. 2. eodem tit. in decretal. &c.

46 Sed certe Franchus ibi † per minores intelligit etiam primam tonſuram, & per illa verba ſolum excludere laicum, vt patet ex text. quem allegat in d. c. 2. vbi probatur, quod laici non poſſunt obtinere beneficia, & ita intelligitur Azor. d. lib. 6. cap. 5. q. 9. & cap. 8. quæſt. 13.

47 Et ſic eſt accipienda † declaratio S. Congregationis Cõcilij, quę ſic ait: Licet ex decretis huius Concilij poſt minores ordines expectandus eſſet annus antequam quis ad ſacros ordines promoueatur, vt cap. 11. ſeſſ. 23. poteſt tamen quis parochialem acquirere, etiam ſi non habeat aliquem ordinem ſacrum, & infra annum promoueri ad ſacerdotium 48 debet, Et † alia quæ ſit ait: An obtinentem beneficium curatum oportet eſſe diaconum, vel ſaltem ſubdiaconum, cum intra annum debeat promoueri ad ſacerdotium, Congregatio cenſuit non oportere. Azor d. quæſt. 9. ad finem, poſt Nauarrum dict. cap. 25. num. 116.

49 Dico quarto, quod † in alijs beneficijs habentibus ordinem ſacrum annexum, licet nõ actu, ex fundatione, conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, requiritur ętas ad ordinem requiſita annexum, cap. ei cui, de præben. in ſexta gloſſa in dict. cap. ſi eo tempore, verbo ætatem. & ibi Franc. num. 10. d. præſcrip. in 6. & gloſſ. verbo prouideri, in cap. cum in illis, de præbend. eodem lib. Rota dec. 1. num. 3. de præbendis, in nouis, Rebuff. d. numer. 33. & d. 2. notab. & 50 Hoeda nu. 20. vbi ſup. Et alias † prouiſio eſt nulla, etiam ex cauſa permutationis facta, Puteus d. cap. 331. & 358. lib. 1. Molined. deciſio. 7. de conceſ. præb. Tanis deciſio. 58. & 59. & Flam. Pariſ. d. lib. 4. quæſt. 9. num. 31. & 42. Pro quo videnda ſunt dicta ſupra cap. 1. & deciſio. Rotæ ibi adductæ.

51 Quod non † ſolum procedat in beneficijs habentibus annexum ordinem presbyteratus, ſed etiam in habentibus annexum diaconatum, vel ſubdiaconatum, vt pariter requiratur ętas ad talem ordinem requiſita: quia eadem eſt ratio, & ſi textus in dict. cap. ei, cui, expreſſit de ſacerdotali, id non eſt gratia taxationis, ſed gratia exempli. Et ita poſt Archidiaconum Calder. Ioann. de Lignano, Imolam, & Dominicum tenet Franchus in dicto cap. ei, cui, num. 14. & ibi Probus ad Monachum, num. 1. & Lamber. 1. par. 2. lib. quæſt. 7. artic. 27. num. 8. qui alios citat, & d cit, omnes Doct. in dicto cap. ei cui, hoc tenere, & Puteus Gregorius de beneficijs, cap. 37. num. 2. qui 52 ait, quod † in his ætas ordinum requiritur tempore datæ impetrationis, niſi ſit ad vacatura, intellige in genere, tũc ſufficit, tempore vacationis beneficij, vt in dict. cap. ei cui, & ibi Domi. quem ſequitur Felinus in cap. eam te, num. 18. de reſcript. & ibi Rota num. 25.

53 Quamuis Ioann. † Andreas in d. c. ei, cui, dicat, id ſolum procedere in beneficijs habentibus annexum ordinem presbyteratus, ſic limitando d. c. ei, cui, alia vero poſſe conferri non habenti ætatem in ordine requiſitam, quem ſequitur Roman. conſ. 325. nu. 1. & Decius in d. c. cum in cunctis, §. inferiora, nu. 21.

54 Dico quinto, quod ad dignitates † vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, licet de iure antiquo requiratur eadem ætas, quæ in curatis, & ſic, quod promouendus attigiſſet vigeſimumquintum ætatis annum, vt in d. §. inferiora, vbi Abb. nu. 3. & Decius num. 11. Franc. in d. c. ſi eo tempore, nu. 10. & in c. 1. de ætate, & qualit. & in 6. ſub nu. 3. verſ. in eadem gloſ. Selua ſup. nu. 17. & 24. Albertus Trocius dict. lib. 2. cap. 18. Nauar. in Manuali c. 25. num. 116. & Maiolus dict. cap. 30 nu. 11. & 13. cum alijs: in quibus tamen Epiſcopus poterat diſpenſare cum maioribus viginti annis, vt cap. 1. de ætate & quali-55 tate, lib. 9. Tamen † hodie in ſancto Concilio Tridẽtino, dict. cap. 12. ſtatuitur in hunc modum: Ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, clerici alioquin idonei, & 56 22. annis non minores aſciſcantur. Vnde † in his diſcordat à iure communi Concilium, Flam. Pariſ. d. 57 lib. 4. q. 11. nu. 14. Contra † quod non poterit Epiſcopus diſpenſare, cum ei diſpenſatio non permittatur, ſicut antea, Rebuff. ſup. num. 41. & Nau. d. cap. 25. num. 116. & à. 35. Leſſius d. cap. 34. nu. 108. Azor dict. cap. 5. *quæſtion. 9. & Leo. in theſ. for. Eccleſ. cap. 18. num. 15. & cap. 23. nu. 13. &* 14. Facit quod ait Mandoſius de ſignatura, titul. de diſpenſatione ſuper defectu ætatis, in princip.

58 Quod decretum videtur † comprehendere dignitates & perſonatus, etiam in Eccleſijs collegatis: nã Conſilium in hac parte generaliter & abſolute de dignitatibus & perſonatibus loquitur, ſecus ac circa canonicatus. Et patet ex principio eiuſdem capituli, ibi: Cum dignitates in Eccleſijs præſertim Cathedralibus; nam dictio, præſertim, quæ eſt implicatiua, implicat idem in collegiatis, & includit illas ex citatis infra 11. par. cap. 5. num. 91. Et faciunt illa

verba, Ad dignitates quaſcunque, & ibi: Ad cæteras autem dignitates, quæ ſunt vniuerſalia.

59 Et ita cenſuit † Congregatio, vt in declaratione ſequenti ſuper dictum cap. 12. ibi: Aſciſcantur hoc decreto, dignitates etiam in Eccleſijs collegiatis cõprehenduntur,

60 Sed in contrarium † eſt alia declaratio ſanctæ Cõgregationis quæ ſic ait: tum Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap 12. verſ. nemo igitur deinceps ad dignitates, non habet locum in collegiatis Eccleſiis. Et refert Zerola in praxi Epiſcopali, 1. p. verb. beneficia, §. 1. verſi. ad dignitates.

Sed & Man. Rod. q. Regul. 1. tom. q. 11. art. 2. ait ſe
61 † ſcire ſecundum quandam Cardinalium declarationem, fuiſſe quendam ætatis ſolum decem & ſex annorum admiſſum ad quandam dignitatem in Eccleſia collegiata in diœceſi Burgen. Declarauerunt enim, inquit, Illuſtriſſimi Cardinales, quod Concilium Tridentinum requirens vigeſimum ſecundum ætatis annum ad huiuſmodi admiſſionem loquitur de dignitatibus & canonicatibus Eccleſiarum Cathedralium, non autem collegiatarum, vt patet ex litera eiuſdem Concilij, & probat Quintil. Mandoſ. conſil. 20. quod etiam tradit idem Manuel Rodrig. in additionibus ad Bullam compoſitionis nu. 4. vbi ait, virtute hujus declarationis. Domin. Chriſtophorum Velam Archiepiſcopum Burgen. contuliſſe dignitatem Scholaſtriæ collegiatæ Eccleſiæ de Aguilas de Campo, cuidam ſcholari, qui non habebat maiorem ætatem 17. annorum: & cum litigaretur ſuper hoc, fuiſſe iudicatum, collationem eſſe canonicam, & iuridicam.

62 Nihilominus ſtandum eſt † primæ declarationi quæ ait illo decreto dignitates etiam in Eccleſijs collegiatis comprehendi, quam exiſtimo veriorem, & Cõcilio conformem ex dictis, *& comprobatur alia de-*
63 *claratione infra adducta num. 70. de anno* 1591. Et † id quod dicit Man. Rodr. de declaratione ſanctæ Congregationis eſſet de canonicatibus Eccleſiæ collegiæ, & non de dignitate, & Mand. quem allegat d. conſ. 20. ſolum loquitur de canonicatibus Eccleſiæ
64 collegiatæ, & non de dignitatibus. Et † ſi concilium ibi non loqueretur de dignitatibus Eccleſiæ collegiatæ, relinquendæ eſſent diſpoſitioni iuris communis, l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthum. & ſic dicendum eſſet requiri in eis, etiamſi non eſſent curatæ, ætatem non 14. ſed 25. annorum, quæ de iure communi, in quibuſcunque dignitatibus Eccleſiaſticis, ſeu perſonat bus requiritur, vt in d. c. cum in cunctis, §. inferiora, de electione, & in d. c. 1. de ætate & qualit. in 6. & Dd. ſupra citati, nu. 54. Et ſic requireretur hodie maior ætas in dignitatibus, ſeu perſonatibus non curatis Eccleſiæ collegiatæ, quam in huiuſmodi dignitatibus, ſeu perſonatibus Eccleſiæ Cathedralis, quod eſſet abſurdum. *ex quibus etiam apparet falſum, & ſine fundamento, quod ait Alex. Monet. d. 2. par. de diſtrib. quæſt. 19. nu. 16. ſtatim poſt decimumquartum annum poſſe cuilibet etiam in collegiatis Eccleſijs perſonatum, qui à dignitate & officio diſtinguitur, libere conferri, citans Zerolam, d. verſ. canonica, verſic. ad ſextum, & verſic. ad nonum, qui id non dicit, ſed loquitur de canonicatibus Eccleſiæ collegiatæ, vt cum citato ſuprà numero 39. Conuincitur etiam quòd nouiſſimè ait Piaſec. in pravi Epiſc. part. 2. cap. 5. numero 21. dignitates & canonicatus in Eccleſijs collegiatis remanere quoad ætatem in diſpoſitione iuris communis, ita vt in illis ætas quatuordecim annorum ſufficiat, & allegat Gonçalez dict. gloſſ. 5. numero 92. adducentem declarationem S. Congreg. 2. ſuprà poſitam num. 37. quæ tamen & Gonçalez ſolùm loquuntur de canonicatibus & non de dignitatibus.*

65 Ad dignitatem † tamen principalem in collegiata regulariter requireretur ætas 25. annorum inceptorum cum regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, & de Abbate diximus ſupra num. 42.

66 Sed circa hoc quintum dictum † eſt dubium, an ſatis ſit attingere vigeſimum ſecundum annum, vt quis poſſit ad dictas dignitates, vel perſonatus aſciſci, an vero ſit neceſſarium habere viginti duos annos completos.

67 In quo dubio dicendum eſt † neceſſarium eſſe habere viginti duos annos completos, vt pro conſtanti tenet Mandoſ. d. tract. de ætate minorum, c. 5, num. 10. & hoc de momento ad momentum. Et vi-
68 detur † certum ex l. 3. §. minorem, ff. de minorib. & ex traditis per gl. in d. Clem. generalem, de ætate & qualit. verbo in 18. Abbatem in d. c. cum in cunctis, num. 6. Fel. in cap. cum vigeſimum, num. 1. de offic. delegati, Corneum, conſil. 213. numer. 7. volum. 1. Sylueſtrum, Aldobran. in §. pupillis, inſtit. 7. quibus modis tutela finit. nu. 14. Ioan. Gutierrez d. c. 26. nu. 10. Rotam deciſ. 26. de reſcrip. in nouis, Bellam. dec. 726. Tabien. in ſumma, verbo, ætas, nu. 2. Armillam eodem verbo. num. 3. Vegam in ſumm. 1. p. cap. 96. caſu vnico, & Molinam de iuſtitia, 2. tom. diſp. 573. circa princ. & nouiſſime ita tenet Leſſius d. cap. 34. numero 108. dicens illa formula, vt non ſit minor 22. annis inſinuare annos 22. debere eſſe completos, qui enim nondum complenit, eſt etiam minor ætate. Quamuis † contrarium teneant Zerola d. verbo beneficia, §. 1. verſic. ad dignitates, qui ait, ſufficere illos inchoaſſe, citans Nauarrum, cap. 25. n. 116. (qui id non dicit) Enriq. lib. 14. cap. 8. §. 10. in fi. glo. 10. & Emanuel Sa verbo, beneficium, nu. 31. dicens, quod ad dignitates, & perſonatus ſine cura requiruntur 22. anni incepti, ex Triden. & Azor d. cap. 5.
70 quæſt. 3. Et † ita declarauit S. Congregatio Concilij, vt apparet ex declarationibus ſequentib. Prima in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. §. ad cæteras, ibi: Ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, clerici alioquin idonei, & 22. annis, non minores aſciſcantur, dubitatur, an cõpleſſe vigeſimum ſecundũ ſit neceſſariũ, vel tantum attigiſſe ſufficiat? Congreg. Concilij cenſuit, requiri ætatem 22. annorum completam. A Cardinalis. Carraſa. Secunda. Epiſcopo Abulen. Illuſtris & Reuerẽdiſſime domine, vti frater dubitationi ſuper amplitudinis tuæ nomine propoſitæ ſuper ætate, quæ per Concil. Trid. c. 12. §. ad cæteras autem dignitates, &c. ſeſſion. 24. de reformat. requiritur in ijs, qui dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, obtinere volunt. Congregatio Illuſtriſſimorum Patrum eiuſdem Cõcilij interpretum ita reſpondendum duxit, nempe decretum illud eſſe intelligendum de anno vigeſimoſecũdo completo, quod reliquum eſt Deum amplitudini tuæ propitiũ in omnibus precamur. Romæ die 24. Sept. 1593. Amplitudinis tuæ Illuſtris, & Reuerendiſs. vti frater ſtudioſiſſimus Hierony. Card. Matthæus. Quã declaratio-

nem

nem & epiſtolam directam Epiſcopo Abulen. ego habeo in forma authentica. *Et etiam alia declaratio nullius 4. Septemb. 1591. his verbis: Congregatio Concilij cenſuit, ad obtinendum in cathedrali vel collegiata dignitatem non curatam, requiri ætatem annorum viginti duorum completam. & noniſſimè ita tenet Leo in theſ. d. c. 18. n. 14 dicens, quòd dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, non minoribus viginti duobus annis completis, non tantum inchoatis conferri debet, vt declarauit Congreg. Concilij.*

71 Vnde infertur ad decretum † eiuſdem Concilij ſeſſ. 25. de regul. cap. 7. ibi: Non minor annis 40. quod debent eſſe completi illi 40. anni, qui requiruntur in eligenda in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam. Nec contra illud decretum poteſt Epiſcopus, aut Nuncius diſpenſare, cum inferior non poſſit in lege ſuperioris, maxime Concilij, diſpenſare vt eſt notũ, licet in Compendio Mendicantium fratris Hieronymi à Sorbo, verbo Abbatiſſa. in Margine, dicatur, quod per Concilium Tridentinum ordinatur, vt non eligatur, niſi quadrageſimum annum attigerit.

72 Et hoc de ætate 22. annorum † requiſita ad dignitates, & perſonatus non curatos, intelligitur, niſi alias habeant annexum ordinem presbyteratus, tunc enim requireretur in eis ætas 25. annorum ad ſacerdotium requiſita, iuxta verſ. neminem etiam deinceps, & dicta ſup. 2. & 4.

73 Vnde ad Decanatum † præpoſituram, & Archipresbyteratum, etiam ſi eis animarum cura nulla ſubſit, requiretur etiam hodie promouendus attingat vigeſimum quintum ætatis annum, ex quo de iure annexum habent ſacrum præsbyteratus ordinem, vt etiam Abbatia, cap. 1. de ætate & qualit. & dictum eſt ſup. c. 1. nu. 40.

74 Ex quo etiam in Abbate † eadem ætas requiritur. Maiolus d. cap. 30. num. 30. & Mandoſ. conſil. 1.

75 num. 1. Qui † tamen male ait, quod ſtante conſtitutione, quod conſtitutus debeat eſſe in ætate annorum triginta, ſufficiat annum trigeſimum attigiſſe, quod conuincitur ex dictis ſupra nu. 67. & ſeq. & ibi allegatis.

76 Dico ſexto, quod † ad Epiſcopatum promouendus debet eſſet maior triginta annis: ita quod trigeſimum annum iam exegerit, & in ſacro ordine ſaltim ante ſex menſes conſtitutus, vt in dicto c. cum in cunctis, de electione, Concilium Trident. ſeſſ. 7. capite primo, & ſeſſ. 22. c. 2. & ſeſſ. 24. capite primo, de reformat. & conſtitutio Gregorij XIV. de forma faciendi proceſſus. & inquiſitionis ex præſcripto Concilij Trident. ſuper promouendis ad Eccleſias Cathe-

77 drales. Cuius tenorem † non abs re erit hic ponere, quia communiter *non habetur. Quamuis noniſſimè eam ponat Piaſec. in praxi Epiſcop. in proœmio numero 2.*

---

*GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

57 ONus Apoſtolicæ ſeruitutis, ad quod nuper nos dignatio diuina prouexit, aſſidue admonet, in eam potiſſimum curam nobis eſſe paſtorali ſolicitudine incumbendum, vt quæ à ſacris, œcumeniciſq; Concilijs pro communi totius Chriſtiani populi ſalute pie prudenteſq; ſtatuta ſunt, nulla aut temeritate violẽtur aut negligentia deſerantur: ea præſertim, quæ ad bonos, idoneoſq; Paſtores Cathedralibus, ac ſuperioribus Eccleſijs gubernandis præficiendos pertinent: nam ſi in quibuſuis Eccleſiæ gradibus, & miniſtris curandum eſt tales eligi, qui religione, & ſanctitate fideles ædificent, multo certe magis elaborandũ eſt, ne in eius electione erretur, qui ſupra omnes gradus conſtituitur, cui tanquam ſeruo fideli & prudenti totius familiæ cura traditur, qui ad omnẽ virtutem, & mandatorum Dei obſeruantiam aliorũ forma eſſe debet: cum certum ſit gregis ſalutem magnopere pendere ex boni paſtoris præſtanti vita, & doctrina. Sane venerabiles Patres, qui ex toto terrarum orbe ad ſacrum generale Trident. Concilium à ſummis. Põtificibus prædeceſſoribus noſtris euocati magna frequentia conuenerunt, cum in alijs rebus multis præclarum ſtudium ad corrigendos depravatos mores, & collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituendam oſtenderunt, tum in eo potiſſimum inſigni zelo, magnaque cum laude laborarunt, vt rationem inuenirent, qua viri doctrina, pietate, prudẽtiaque excellentes, & in Eccleſiaſticis functionibus diu, multumque verſati, Eccleſijs Cathedralibus præficerentur. Nos igitur, qui cum in minoribus conſtituti Cremonen. Eccleſiam regeremus, in eadem Cõcilio cum ſanctis, & egregijs illis Patribus interfuimus, & Concilio abſoluto ad Eccleſiam noſtram reuerſi magno ſemper deſiderio flagrauimus, vt tã ſalubria generalis Concilij decreta executioni debitæ mandarentur, atq; vt id fieret pro virili parte curauimus. Multo nunc magis, cũ diſponente Domino omnium Eccleſiarũ cura & ſolicitudo nos premit, ſummo deſiderio tenemur, vt Paſtores ij præficiantur Eccleſijs, qui opus ſuum & miniſterium impleãt, & de ouium ſalute nos in Domino lætificent. Illud autem in hoc ſaluberrimo, & per neceſſario negotio, quod eſt de Epiſcopis eligendis, & præficiendis videtur eſſe præcipuum, vt inſtructio, examen, & inquiſitio de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia promouendorum tam accurate, fideliter, ac ſerio inſtituatur, vt omnis fallaciæ fuco ſemoto, certo cõfidere valeamus, tales à nobis Chriſti gregi paſcẽdo eſſe præpoſitos, quales tantum onus, Angelicis videlicet humeris formidandum exigit, & quales ille expetit, qui pro ijſdem ouibus redimendis propriæ vitæ, ac ſanguini non pepercit. Et quidem in hac parte prouidentia dicti Cõcilij Trident. minime defuit, cum ſtatuerit, ac mandauerit, vt in Prouinciali Synodo per Metropolitanum habẽda preſcriberetur quibuſq; locis & prouincijs, propria examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ forma Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eiſdẽ locis vtilis, atq; opportuna eſſe videretur. Verũ neq; id hactenus niſi à pauciſſimis factũ eſt, neq; ſpes eſt, niſi longiſſimo tẽporis, ſpatio, vt ab omnibus fiat, atque interim dũ certa examinis, ſine inquiſitionis ratio à prouincialibus Concilij expectatur, perit vber ille fructus, qui ex tã vtilibus Concilij generalis decretis ſperari poſſe videbatur. Et experientia ipſa docuit per tot annos à publicatione Concil. j prædicti elapſos, quid in vnaquaq; prouincia opus ſit, quidve poſſit fieri. Habita igitur cũ venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Rom. Eccleſ. Cardinalib. matura de-

liberatione, ac de eorum vnanimi conſilio, & aſſenſu, præſenti noſtra perpetuo valitura conſtitutione decernimus, vt cum extra Romanam Curiã examen inſtructio, ſiue inquiſitio facienda erit, nemo omnino cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionisue fuerit, inquiſitionem prædictam ſibi arrogare præſumat, ſed integrum hoc negotium ijs, qui a prædicto Trid Concilio deſignantur, Apoſtolicæ videlicet ſedis legatis, ſeu Nuncijs prouinciarum, aut eius, de quo inquiſitio fit, Ordinario, eoq; deficiente, Ordinarijs viciniorib⁹ relinquatur, niſi iuſtis de cauſis nobis, aut pro tẽpore exiſtenti Romano Pontifici per ſpeciale mandatũ alicui alteri hoc munus quandoq; cõmittendum eſſe viſum fuerit. Quod ſi forte aliquis prædictorũ conſanguinitate, aut affinitate vſque ad tertium gradum incluſiue promouendum contingeret, vt omnis ſuſpicio carnalis affectus à tam ſancto negotio repellatur, ille quidem eo caſu cenſeatur excluſus, atq; ad eum, qui proxime ſequitur, hoc eſt ſi legatus excludendus, erit, ad Nuncium, ſi Nuncius, ad Ordinarium, ſi Ordinarius, ad viciniorem Ordinarium Inquiſitionis officium deferatur. In Curia vero hæc functio ſpectet ad eos Cardinales, qui à nobis, vel pro tempore exiſtẽte Romano Pontifice deligentur, vel ad Cardinales earum prouinciarũ, ſeu Regnorum apud nos, & ſedẽ Apoſtolicã protectores, in quibus Eccleſiæ ipſæ conſiſtunt: ſi tamẽ ad ipſos huiuſmodi vacantium Eccleſiarum relatio pertinebit, quod ſi de Epiſcopo, vel Metropolitano extra Romanã Curiã degente ab vna Eccleſia ad aliã ex aliqua graui, & iuſta cauſa transferendo agetur, hoc munus deficientibus Legato, vel Nuncio Apoſtolico eius prouinciæ, aut Regni, vbi Eccleſia ipſa à qua transfertur, ſita erit: ad Metropolitanum, ſi Epiſcopus: ad ſuffraganeum vero antiquiorem reſidentẽ, ſi Metropolitanus, transferendus erit, pertinere declaramus. Deinde, quia ſacrum Trident. Concil. non ſine magna ratione eminentes perſonas, & quæ negotij magnitudinem probe intelligerent, ad hoc officium nominauit. Declaramus, & ſtatuimus, tam Legatos, ſiue Nuncios, quam Ordinarios, vel alios ab hac ſancta Sede forte delegandos, non per Auditores, aut Vicarios, alioſve miniſtros, ſed per ſe ipſos inquirendi manus exercere debere, quamuis ab huiuſmodi perſonis, alijſque viris peritis adiuuari poſſint. Et ſi Prælatus inquirens per ſe non poſſet ob locorum diſtantiam teſtes examinare circa articulum aliquẽ, vt legitimos natales, vel ætatem, aut aliquid huiuſmodi, licebit ei articulum illum alteri perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta ſubdelegare, nõ autem vniuerſam inquiſitionem. Quod ſi forte contingat, aliquem ſupradictorum legitime impediri, vt per ſe hoc munus præſtare non poſſit, ad alios ea cura transferetur, qui ſunt ab eodem Concilio Tridentino ad officium deſignati, ſupradictum eſt, de ijs, qui ob conſanguinitatem, vel affinitatem ab hoc munere excluduntur. Adhæc, vt mens eiuſdem ſacri Concilij recte, ac fideliter debitæ executioni mandetur, & tale ſit examen, quale requiritur in negotio tanti ponderis. Declaramus, ac ſtatuimus, non eſſe in vita, ac doctrina promouendi inueſtiganda eam rationem adhibendam, vt ab ipſo promouendo articuli offerantur, ac teſtes producantur, ſed oportere, vt Prælatus, qui munus inquirendi ſuſcepit, articulos conſcribat, atque ipſe ex officio ſuo illos teſtes vocet, atque examinet, quos de rebus inquirendis ſyncerum, ac fidele teſtimonium daturos eſſe exiſtimet. Verum, vt inquiſitio prædicta facilius, ac plenius perfici, atque expediri queat, vtile erit, ſi Prælatus, qui inquiſitionem facturus eſt, vel à promouendo, vel alio aliquo confici curet ſchedulam, in qua ſint ordine deſcripta nomen promouendi, cognomen, patria, parentes, ætas, ordo, gradus, profeſſio, functio ſi quam is forte exercuit, loca in quibus aut Theologiæ, vel iuri Canonico operam dederit, aut longo tempore verſatus fuerit, denique amici, ac familiares, qui tam ipſum, quam parentes eius intime norint. Quod ſi promouendus documentum aliquod exhibere voluerit, vnde ipſius ætas, gradus, dignitas, ſacri Ordines, functio, officia, muneraque, aut aliquid eiuſmodi comprobetur, admittendum, ac proceſſui inſerendum erit, modo documentum publicum, ſeu authenticum fuerit. Illud quoque prohibendum cenſuimus, ac expreſſe prohibemus, ne ad teſtimonium dicendum de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atque aptitudine, ad regendam Eccleſiam quil bet homines admittãtur, ſed viri tantum graues, pij, prudentes, docti, qui de qualitatibus promouendorum rectum iudicium ferre valeant, ac vt ſupra diximus, ſincerum, ac fidele teſtimonium dare velint. Proinde tam cognati, ac ntmium familiares, quam inimici, atque emuli excludendi erunt. Porro teſtes eiuſmodi prælatus, qui examen, ſeu inquiſitionem habiturus erit, ſeorſum, ac ſigillatim examinabit, & ſi quando iudicauerit expedire, eis ad memoriam reducet, tum iuramenti vim, tum periurij grauitatem; eoſdem etiam ſerio, & grauiter admonebit ipſos reos futuros apud Omnipotentem Deum eorum omnium, quorum, vel committendo, vel omittendo rei erũt qui promouebuntur, ſi vel falſa narrando, vel reticendo vera, in cauſa erunt vt homines indigni, vel minus idonei eiuſmodi Eccleſijs præficiantur. Diligenter etiam teſtium qualitates cognoſcere ſtudebit, ac potiſſimum quam ſint ad promouendos affecti, vt inde conijciat, vtrum ex affectu, an ex veritate teſtimonium dicant. Denique cum teſtes de qualitatibus promouendi interrogabit, dabit operam, vt quoad eius fieri poterit omnia & ſingula, quæ ad prædictam inquiſitionem facere videbuntur, per ipſos exprimantur. Quamuis autem qualitates omnes promouendorum, quæ in generalium Synodorum decretis, alijſque Canonicis ſanctionibus continentur, probè cognitæ eſſe debeant, ijs, quibus inquiſitionis officium demandatum eſt, quales ſunt, natum eſſe ex legitimo matrimonio, atque ex parentibus Catholicis, annum trigeſimum iam expleuiſſe, ſacris ordinibus, ſaltem ante ſex menſes initiatum eſſe, gradum Doctoratus, aut licentiæ in Theologia, vel iure canonico, aut certe publicum alicuius Academiæ teſtimonium obtinuiſſe, quoad alios docendos idoneum eſſe declaratur, ad hæc in Eccleſiaſticis functionibus diu eſſe verſatum; item fidei puritate, innocentia vitę, prudentia, vſu rerum, integra fama, doctrina denique præditum eſſe. Tamen, quia circa doctrinam plures committi ſolent, & ſæpe contingit, vt nonnulli ſcientia vacui, de ſolo Doctoris titulo, aut priuilego glorientur; volumus, vt de eorum etiã doctrina diligẽter inquiratur, qui vel Doctoratus, aut licentiæ titulis, & priuile-

gijs

gis gaudent, vel etiam à publicis Academis teſtimonium habuerunt, quod idonei eſſent ad alios docendos, niſi forte aliquorum inſignis doctrina, ex publica ipſorum functione notoria eſſet. Ita vero inquiſitio facienda erit, vt quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ, vel iuri Canonico promouendos operam dederit, cognoſcatur. Et quoniam in quibuſdam prouincijs nulla ſunt Studia generalia, neque vllæ publicæ Scholæ, neque vſus habet, vt qui ſtudijs operam nauarit, vllis Doctoratus, aut licentiæ inſignibus decorentur, declaramus, in eiuſmodi locis ſufficere, ſi teſtimonio virorum grauium, & ſacræ Theologiæ, vel iuris Canonici peritorum conſtet, promouendos ex ſcientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, vt idonei ſint ad ea docenda, quæ populũ Chriſtianum ſcire, oportet, ac muneris ſibi iniungendi neceſſitati valeant ſatisfacere. Teſtes præterea deponant, ſe de ſcientia promouendorũ certos redditos eſſe, ex eo quod prædictos promouendos ſpecimen ſuæ doctrinæ publice vel priuatim dediſſe cognouerint. Quod autem ad regulares pertinet, cũ ad Eccleſias Cathedrales promouendi fuerint, ne fraus vlla ſubrepere poſſit in eo, quod idem Tridentinum Concilium ſtatuit, vt regulares à ſuis ſuperioribus ſufficientis doctrinæ teſtimonium habeant, Declaramus nomine ſuperiorum eos dumtaxat intelligendos eſſe, qui nullum ſui Ordinis ſuperiorẽ agnoſcunt, ſiue ij cuiuſuis Ordinis Abbates, Magiſtri, aut Miniſtri, aut Præpoſiti generales, aut quarumlibet Congregationum Præſidentes, ſiue Definitores, aut Viſitatores Capitulum generale repræſentantes, ſiue alij, quocumque vocabulo nominentur, & in eorum abſentia ipſorum Vicarij, ſeu Commiſſarij generales, vel in Romana Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum generales in hac parte ſuccedant. Et nihilominus præter ſuperiorum teſtimoniũ, qui fidem facient eiuſmodi regulares ad alios docendos idoneos eſſe, volumus ea ſeruari, quæ de ijs diximus, qui publicum ſuæ doctrinæ ab aliqua Academia teſtimonium habent, vt videlicet ſerio inquiratur, an regulares ad Cathedrales Eccleſias promouendi, eos progreſſus in ſtudijs fecerint, qui in futuro antiſtite requiruntur. Poſt inquiſitionem vero de fide, vita, moribus, doctrina & prudentia promouendi, necnon informationem de ſtatu Eccleſiæ, alijſq; neceſſarijs rebus, quæ pariter coram ſuperius expreſſis Prælatis, iuxta eiuſdem Concilij decreta fieri debet, profeſſio fidei Catholicæ à promouendo facienda erit, quam quidem ab eo dumtaxat recipiendam eſſe declaramus, ad quem inquiſitio pertinebit: niſi forte qui profeſſionem emiſſurus eſt, à Prælato inquirente longe diſtet: tunc enim is Prælatus ex ſubdelegatione inquirentis profeſſionem admittere debebit, cui promouendus vicinior erit: quod idem intelligatur de informatione de ſtatu Eccleſiæ accipienda, ſi quando contingeret, vt in alia prouincia, ſiue Regno eſſet Eccleſia, in alia promouendus. Recipiet autem Prælatus profeſſionem promouendi, præſente notario publico, ac teſtibus, atque eam à ſe admiſſam, ac receptam propriæ manus ſubſcriptione teſtabitur. Is quoque, qui profeſſionem eiuſmodi fecerit, in eo loco, vbi proprium nomen profitentis exprimi ſolet, nomen ſuum manu propria adſcribet. Denique his peractis notarius publico inſtrumento fidem faciet de profeſſione prædicta, adhibitis teſtibus, vt præfertur. Vbi vero totum examen, ſeu inquiſitio de perſona promouenda perfecta fuerit, ea in inſtrumentum publicum redacta cum toto teſtimonio, ac profeſſione fidei emiſſa ad hanc ſanctam Sedem, vt Concilium ſtatuit, quamprimum clauſa, & obſignata, in forma authentica tranſmittenda erit. In qua re obſeruari volumus, vt profeſſio fidei ijſdem omnino verbis deſcripta ſit, quæ in ea forma continentur, quam felicis recordationis Pius Papa IV. prædeceſſor noſter ſtatuit obſeruandam, & vt Prælatus, qui inſtructionem, examen, & inquiſitionẽ fecit, vel per literas ſeparatas, ſimul tamen cum proceſſu mittendas, vel perſcriptionem dicti proceſſus ſignificet, quãta fides teſtibus examinatis, eorumq; dictis, & ſcripturis productis ſuo iudicio habẽda ſit: ſimul etiam quid de promouendo ipſe ſentiat. Proceſſus autem ſic formati, & ad Curiam tranſmiſſi, à Cardinali, cui proponendi munus incumbet, & à tribus Prioribus Ordinum Cardinalibus, vt moris eſt, iuxta formã Concilij, prædicti ſubſcribentur, & expedientur. Volumus autẽ, vt Cardinalis relator moneat promouendum, ſi præſens in Curia fuerit, vt iuxta Concilium Lateranen. nouiſſime celebratum omnes Cardinales, ſiue maiorem partem Collegij adeat, antequam Eccleſiam proponat, vt quæ à referente collega ſint audituri, oculata fide quantum ad perſonam promouendi attinet, cognoſcere poſſint. Hæc porro omnia, quæ de promouẽdis ad Eccleſias Cathedrales dicta ſunt, ad eos etiam pertinere, atq; in eorum promotione ſeruanda eſſe declaramus, & decernimus, qui nominati, præſentati, aut electi fuerint ad dignitates Abbatiales, ac Prioratus ſeu Præpoſitatus Monaſteriorum regimina, aut alias Regulariũ cuiuſuis Ordinis, aut etiam ſecularium præfecturas, de quibus conſiſtorialiter prouideri contigerit, atq; eos præſertim, quibus præter curam, & regimen monachorum, aut canonicorum, clericorumq; regularium, vel ſecularium, annexa eſt in populum iuriſdictio ſpiritualis, vel temporalis, excepta tamen ætate, circa quam nihil innouamus. Quo vero ad doctrinam, cum generalia Concilia nõ ſtatuant, vt perſonæ promouendæ ad regulares dignitates Doctoratus, ſiue licentiæ gradum ſuſcipere, vel publicum teſtimonium ab academia aliqua habere teneãtur, & tamen æquum ſit, vt ea doctrina polleant, qua onus ſibi imponendũ ſuſtinere valeant. Declaramus, & ſtatuimus, vt Prælati, qui inquirendi munus ſuſceperi ſunt, ſtudiose, ac diligenter inquirant ſuper doctrina eiuſmodi perſonarum, iuxta modũ & formam ſuperius præſcriptam, vt nos, & pro tempore futuri Rom. Põtifices, habita de illis vera informatione per proceſſum, qui ab inquirẽte tranſmittetur, certo ſtatuere, ac iudicare poſſimus, an perſona promouẽda vere ſit talis, qualẽ dignitas illa, ad quã prouehenda eſt, exigit, & requirit. Hortamur vero in viſceribus D. noſtri Ieſu Chriſti, ac paterna charitate monemus eos omnes, qui ab hac ſancta Sede nominãdi, præſentandi, vel etiã eligẽdi futuros Epiſc. vel Abbates ius habent, vel ſerio apud ſe cogitent, quãti momẽti ſit hoc negotiũ, ex quo ſalus animarum, tranquillitas Reipub. incolumitas religionis, propagatio fidei, abaq; permulta, & maxima bona dependent. Illud etiã ſæpe, & ſæpius ad mentẽ reuocẽt quod ſancta Tridentina Synodus admonet, nihil ſe ad Dei gloriã, & populorum ſaltem vtilius poſſe facere, quã ſi bonos paſtores,

liberatione, ac de eorum vnanimi conſilio, & aſſenſu, præſenti noſtra perpetuo valitura conſtitutione decernimus, vt cum extra Romanam Curiã examen inſtructio, ſiue inquiſitio facienda erit, nemo omnino cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis ſit fuerit, inquiſitionem prædictam ſibi arrogare præſumat, ſed integrum hoc negotium ijs, qui a prædicto Trid Concilio deſignantur, Apoſtolicæ videlicet ſedis legatis, ſeu Nuncijs prouinciarum, aut eius, de quo inquiſitio fit, Ordinario, eoq; deficiente, Ordinarijs viçinioribus relinquatur, niſi iuſtis de cauſis nobis, aut pro tẽpore exiſtenti Romano Pontifici per ſpeciale mandatũ alicui alteri hoc munus quandoq; cõmittendum eſſe viſum fuerit. Quod ſi forte aliquis prædictorũ conſanguinitate, aut affinitate vſque ad tertium gradum incluſiue promouendum contingeret, vt omnis ſuſpiçio carnalis affectus à tam ſancto negotio repellatur, ille quidem eo caſu cenſeatur excluſus, atq; ad eum, qui proxime ſequitur, hoc eſt ſi legatus excludendus, erit, ad Nuncium, ſi Nuncius, ad Ordinarium, ſi Ordinarius, ad viciniorem Ordinarium Inquiſitionis officium deferatur. In Curia vero hæc functio ſpectet ad eos Cardinales, qui à nobis, vel pro tempore exiſtẽte Romano Pontifice deligentur, vel ad Cardinales earum prouinciarũ, ſeu Regnorum apud nos, & ſedẽ Apoſtolicã protectores, in quibus Eccleſiæ ipſæ conſiſtunt: ſi tamẽ ad ipſos huiuſmodi vacantium Eccleſiarum relatio pertinebit, quod ſi de Epiſcopo, vel Metropolitano extra Romanã Curiã degente ab vna Eccleſia ad aliã ex aliqua graui, & iuſta cauſa transferendo agetur, hoc munus deficientibus Legato, vel Nuncio Apoſtolico eius prouinciæ, aut Regni, vbi Eccleſia ipſa à qua transfertur, ſita erit: ad Metropolitanum, ſi Epiſcopus: ad ſuffraganeum vero antiquiorem reſidentẽ, ſi Metropolitanus, transferendus erit, pertinere declaramus. Deinde, quia ſacrum Trident. Concil. non ſine magna ratione eminentes perſonas, & quæ negotij magnitudinem probe intelligerent, ad hoc officium nominauit. Declaramus, & ſtatuimus, tam Legatos, ſiue Nuncios, quam Ordinarios, vel alios ab hac ſancta Sede forte delegandos, non per Auditores, aut Vicarios, alioſve miniſtros, ſed per ſe ipſos inquirendi manus exercere debere, quamuis ab huiuſmodi perſonis, alijſque viris peritis adiuuari poſſint. Et ſi Prælatus inquirens per ſe non poſſet ob locorum diſtantiam teſtes examinare circa articulum aliquẽ, vt legitimos natales, vel ætatem, aut aliquid huiuſmodi, licebit ei articulum illum alteri perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta ſubdelegare, nõ autem vniuerſam inquiſitionem. Quod ſi forte contingat, aliquem ſupradictorum legitime impediri, vt per ſe hoc munus præſtare non poſſit, ad alios ea cura transferetur, qui ſunt ab eodem Concilio Tridentino ad officium deſignati, ſupradictum eſt, de ijs qui ob conſanguinitatem, vel affinitatem ab hoc munere excludantur. Adhæc, vt mens eiuſdem ſacri Concilij recte, ac fideliter debitæ executioni mandetur, & tale ſit examen, quale requiritur in negotio tanti ponderis. Declaramus, ac ſtatuimus, non eſſe in vita, ac doctrina promouendi inueſtiganda eam rationem adhibendam, vt ab ipſo promouendo arti culi offerantur, ac teſtes producantur, ſed oportere, vt Prælatus, qui munus inquirendi ſuſcepit, articulos conſcribat, atque ipſe ex officio ſuo illos teſtes vocet, atque examinet, quos de rebus inquirendis ſyncerum, ac fidele teſtimonium daturos eſſe exiſtimet. Verum, vt inquiſitio prædicta facilius, ac plenius perfici, atque expediri queat, vtile erit, ſi Prælatus, qui inquiſitionem facturus eſt, vel à promouendo, vel alio aliquo confici curet ſchedulam, in qua ſint ordine deſcripta nomen promouendi, cognomen, patria, parentes, ætas, ordo, gradus, profeſſio, functio ſi quam is forte exercuit, loca in quibus aut Theologiæ, vel iuri Canonico operam dederit, aut longo tempore verſatus fuerit, denique amici, ac familiares, qui tam ipſum, quam parentes eius intime norint. Quod ſi promouendus documentum aliquod exhibere voluerit, vnde ipſius ætas, gradus, dignitas, ſacri Ordines, functio, officia, muneraque, aut aliquid eiuſmodi comprobetur, admittendum, ac proceſſui inſerendum erit, modo documentum publicum, ſeu authenticum fuerit. Illud quoque prohibendum cenſuimus, ac expreſſe prohibemus, ne ad teſtimonium dicendum de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atque aptitudine, ad regendam Eccleſiam quil bet homines admittãtur, ſed viri tantum graues, pij, prudentes, docti, qui de qualitatibus promouendorum rectum iudicium ferre valeant, ac vt ſupra diximus, ſincerum, ac fidele teſtimonium dare velint. Proinde tam cognati, ac ntmium familiares, quam inimici, atque æmuli excludendi erunt. Porro teſtes eiuſmodi prælatus, qui examen, ſeu inquiſitionem habiturus erit, ſeorſum, ac ſigillatim examinabit, & ſi quando iudicauerit expedire, eis ad memoriam reducet, tum iuramenti vim, tum periurij grauitatem; eoſdem etiam ſerio, & grauiter admonebit ipſos reos futuros apud Omnipotẽtem Deum eorum omnium, quorum, vel committendo, vel omittendo rei erũt qui promouebuntur, ſi vel falſa narrando, vel reticendo vera, in cauſa erunt vt homines indigni, vel minus idonei eiuſmodi Eccleſijs præficiantur. Diligenter etiam teſtium qualitates cognoſcere ſtudebit, ac potiſſimum quam ſint ad promouendos affecti, vt inde conijciat, vtrum ex affectu, an ex veritate teſtimonium dicant. Denique cum teſtes de qualitatibus promouendi interrogabit, dabit operam, vt quoad eius fieri poterit omnia & ſingula, quæ ad prædictam inquiſitionem facere videbuntur, per ipſos exprimantur. Quamuis autem qualitates omnes promouendorum, quæ in generalium Synodorum decretis, alijſque Canonicis ſanctionibus continentur, prebè cognitæ eſſe debeant, ijs, quibus inquiſitionis officium demandatum eſt, quales ſunt, natum eſſe ex legitimo matrimonio, atque ex parentibus Catholicis, annum trigeſimum iam expleuiſſe, ſacris ordinibus, ſaltem ante ſex menſes initiatum eſſe, gradum Doctoratus, aut licentiæ in Theologia, vel iure canonico, aut certe publicum alicuius Academiæ teſtimonium obtinuiſſe, quoad alios docendos idoneum eſſe declaratur, ad hæc in Eccleſiaſticis functionibus diu eſſe verſatum; item fidei puritate, innocentia vitę, prudentia, vſu rerum, integra fama, doctrina denique præditum eſſe. Tamen, quia circa doctrinam plures committi ſolent, & ſæpe contingit, vt nonnulli ſcientia vacui, de ſolo Doctoris titulo, aut priuilego glorientur; volumus, vt de eorum etiã doctrina diligẽter inquiratur, qui vel Doctoratus, aut licentiæ titulis, & priuile-

gijs

gis gaudent, vel etiam à publicis Academis teſtimonium habuerunt, quod idonei eſſent ad alios docendos, niſi forte aliquorum inſignis doctrina, ex publica ipſorum functione notoria eſſet. Ita vero inquiſitio facienda erit, vt quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ, vel iuri Canonico promouendos operam dederit, cognoſcatur. Et quoniam in quibuſdam prouincijs nulla ſunt Studia generalia, neque vllæ publicæ Scholæ, neque vlus habet, vt qui ſtudijs operam nauant, vllis Doctoratus, aut licentiæ inſignibus decorentur, declaramus, in eiuſmodi locis ſufficere, ſi teſtimonio virorum grauium, & ſacræ Theologiæ, vel iuris Canonici peritorum conſtet, promouendos ea ſcientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, vt idonei ſint ad ea docenda, quæ populũ Chriſtianum ſcire, oportet, ac muneris ſibi iniungendi neceſſitati valeant ſatisfacere. Teſtes præterea deponant, ſe de ſcientia promouendorũ certos reddi tos eſſe, ex eo quod prædictos promouendos ſpecimen ſuæ doctrinæ publice vel priuatim dediſſe cognouerint. Quod autem ad regulares pertinet, cũ ad Eccleſias Cathedrales promouendi fuerint, ne fraus vlla ſubrepere poſſit in eo, quod idem Tridentinum Concilium ſtatuit, vt regulares à ſuis ſuperioribus ſufficientis doctrinæ teſtimonium habeant. Declaramus nomine ſuperiorum eos dumtaxat intelligendos eſſe, qui nullum ſui Ordinis ſuperiorẽ agnoſcunt, ſiue ij cuiuſuis Ordinis Abbates, Magiſtri, aut Miniſtri, aut Præpoſiti generales, aut quarumlibet Congregationum Præſidentes, ſiue Definitores, aut Viſitatores Capitulum generale repræſentantes, ſiue alij, quocumque vocabulo nominentur, & in eorum abſentia ipſorum Vicarij, ſeu Commiſſarij generales, vel in Romana Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum generales in hac parte ſuccedant. Et nihilominus præter ſuperiorum teſtimoniũ, qui fidem facient eiuſmodi regulares ad alios docendos idoneos eſſe, volumus ea ſeruari, quæ de ijs diximus, qui publicum ſuæ doctrinæ ab aliqua Academia teſtimonium habent, vt videlicet ſerio inquiratur, an regulares ad Cathedrales Eccleſias promouendi, eos progreſſus in ſtudijs fecerint, qui in futuro antiſtite requiruntur. Poſt inquiſitionem vero de fide, vita, moribus, doctrina & prudentia promouendi, necnon informationem de ſtatu Eccleſiæ, aliiſq; neceſſarijs rebus, quæ pariter coram ſuperius expreſſis Prælatis, iuxta eiuſdem Concilij decreta fieri debet, profeſſio fidei Catholicæ à promouendo facienda erit, quam quidem ab eo dumtaxat recipiendam eſſe declaramus, ad quem inquiſitio pertinebit: niſi forte qui profeſſionem emiſſurus eſt, à Prælato inquirente longe diſtet: tunc enim is Prælatus ex ſubdelegatione inquirentis profeſſionem admittere debebit, cui promouendus vicinior erit: quod idem intelligatur de informatione de ſtatu Eccleſiæ accipienda, ſi quando contingeret, vt in alia prouincia, ſiue Regno eſſet Eccleſia, in alia promouendus. Recipiet autem Prælatus profeſſionem promouendi, præſente notario publico, ac teſtibus, atque eam à ſe admiſſam, ac receptam propriæ manus ſubſcriptione teſtabitur. Is quoque, qui profeſſionem eiuſmodi fecerit, in eo loco, vbi proprium nomen profitentis exprimi ſolet, nomen ſuum manu propria adſcribet. Denique his peractis notarius publico inſtrumento fidem faciet de profeſſione prædicta, adhibitis teſtibus, vt præfertur. Vbi vero totum examen, ſeu inquiſitio de perſona promouenda perfecta fuerit, ea in inſtrumentum publicum redacta cum toto teſtimonio, ac profeſſione fidei emiſſa ad hanc ſanctam Sedem, vt Concilium ſtatuit, quamprimum clauſa, & obſignata, in forma authentica tranſmittenda erit. In qua re obſeruari, volumus, vt profeſſio Fidei ijſdem omnino verbis deſcripta ſit, quæ in ea forma continentur, quam felicis recordationis Pius Papa IV. prædeceſſor noſter ſtatuit obſeruandam, & vt Prælatus, qui inſtructionem, examen, & inquiſitionẽ fecit, vel per literas ſeparatas, ſimul tamen cum proceſſu mittendas, vel perſcriptionem dicti proceſſus ſignificet, quãta fides teſtibus examinatis, eorumq; dictis, & ſcripturis productis ſuo iudicio habẽda ſit: ſimul etiam quid de promouendo ipſe ſentiat. Proceſſus autem ſic formati, & ad Curiam tranſmiſſi, à Cardinali, cui proponendi munus incumbet, & à tribus Prioribus Ordinum Cardinalibus, vt moris eſt, iuxta formã Concilij, prædicti ſubſcribentur, & expedientur. Volumus autẽ, vt Cardinalis relator moneat promouendum, ſi præſens in Curia fuerit, vt iuxta Concilium Lateranen. nouiſſime celebratum omnes Cardinales, ſiue maiorem partem Collegij adeat, antequam Eccleſiam proponat, vt quæ à referente collega ſint audituri, oculata fide quantum ad perſonam promouendi attinet, cognoſcere poſſint. Hæc porro omnia, quæ de promouẽdis ad Eccleſias Cathedrales dicta ſunt, ad eos etiam pertinere, atq; in eorum promotione ſeruanda eſſe declaramus, & decernimus, qui nominati, præſentati, aut electi fuerint ad dignitates Abbatiales, ac Prioratus ſeu Præpoſitatus Monaſteriorum regimina, aut alias Regulariũ cuiuſuis Ordinis, aut etiam ſecularium præſeQuras, de quibus conſiſtorialiter prouideri contigerit, atq; eos præſertim, quibus præter curam, & regimen monachorum, aut canonicorum, clericorumq; regularium, vel ſecularium, annexa eſt in populum iuriſdictio ſpiritualis, vel temporalis, excepta tamen ætate, circa quam nihil innouamus. Quo vero ad doctrinam, cum generalia Concilia nõ ſtatuant, vt perſonæ promouendæ ad regulares dignitates Doctoratus, ſiue licentiæ gradum ſuſcipere, vel publicum teſtimonium ab academia aliqua habere teneãtur, & tamen æquum, ſit, vt eã doctrina polleant, qua onus ſibi imponendũ ſuſtinere valeant. Declaramus, & ſtatuimus, vt Prælati, qui inquirendi munus ſuſcepturi ſunt, ſtudioſe, ac diligenter inquirant ſuper doctrina eiuſmodi perſonarum, iuxta modũ & formam ſuperius præſcriptam, vt nos, & pro tempore futuri Rom. Põtifices, habita de illis vera informatione p proceſſum, qui ab inquirẽte tranſmittetur, certo ſtatuere, ac iudicare poſſimus, an perſona promouẽda vere ſit talis, qualẽ dignitas illa, ad quã prouehenda eſt, exigit, & requirit. Hortamur vero in viſceribus D. noſtri Ieſu Chriſti, ac paterna charitate monemus eos omnes, qui ab hac ſancta Sede nominãdi, præſentandi, vel etia eligẽdi futuros Epiſc. vel Abbates ius habent, vel ſerio apud ſe cogitent, quãti momẽti ſit hoc negotiũ, ex quo ſalus animarum, tranquillitas Reipub. incolumitas religionis, propagatio fidei, aliaq; permulta, & maxima bona dependent. Illud etiã ſæpe, & ſæpius ad mentẽ reuocẽt quod ſancta Tridentina Synodus admonet, nihil ſe ad Dei gloriã & populorum ſaltem vtilius poſſe facere, quã ſi bonos paſtores,

paſtores, & Eccleſiæ gubernandę idoneos promoueri ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium cupiditatibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint. De nominandis vero, præſentandis, vel eligẽdis ad regulares dignitates præter ea, quę ſuperius obſeruanda declarauimus, illud quoque paternis his noſtris hortationibus & monitionibus adijciendum cenſuimus, vt nominationis, præſentationis, vel electionis ius habentes eos diligere ſtudeant, atque omnino conentur, qui non modo eundem ordinem ſint ante profeſſi: ſed in eodem etiam ſatis diu laudabiliter verſati. Neque enim decet vt Magiſtri aliorum eſſe incipiant, qui non fuerint ante diſcipuli, & ſubditis impetrare præſumant, qui prius non didicerint ſuperioribus obedire. Nos denique, qui vel examinando, & inquirendo, vel teſtimonium ferendo operam ſuam in hac re præſtabũt ſerio admonemus, vt ea fide, ac diligentia in negotio tanti momenti verſentur, vt à Deo, & à nobis laudẽ pro bono opere expectare valeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, voluntatis, declarationis, decreti, ſtatuti, hortationis, & monitionis infringere, vel ei caſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo: Idibus Maij, Pontificatus noſtri anno primo. A. Card. Montaltus ſummator. M. Veſtrius Barbianus. A. de Alexijs.

78 Et eadem ætas, quæ † in Epiſcopo, requiritur in Cardinalibus, ex dict. cap. 1. ſeſſ. 24. verſ. ea vero omnia iuncto dict. cap. ſeſſ. 7. & d. cap. 1. ſeſſ. 22. Maiolus
79 num. 13. & Hoieda 27. vbi ſup. Hodie † tamen diaconus Cardinalis eſſe poteſt, qui in vigeſimo ſecundo ſuæ ætatis anno fuerit inſtitutus, ex conſtitutione Sixti V. de Cardinalium num, ordine, ætate, tempore, qualitate, & officio, & aduertit Cardinalis Paleotus de ſacri Conſiſtorij conſultatione 4. par. quæſt. 1.

80 De ætate † Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ videndum eſt dictum decretum ſacri Concilij ſeſſ. 25. de regul. c. 7.
81 & de † ætate requiſita ad beneficia regularia, vide textum in dict. clem. ne in agro §. cæterum, de ſtatu regularium, & ſupra in initio citatos, ac Albertum Trocium, d. l. b. 2. cap. 19. & Corraſ. 3. p. cap. 3. nu. 8. nam circa eam nihil inuenio innouatum per dict. ſacrum Concilium Tridentinum. Vide tamen circa intellectum dict. §. cæterum, Nauarrum de regularib. commentario 3. num. 43.

82 Tandem † aduertendum eſt, quod prouiſio facta non habenti ætatem in beneficio requiſitam, eſt nulla, vt per Flam. Pariſ. de reſignatione beneficiorum lib. 4. quæſt. 9. ex nu. 20. Manuel. Rodrig. in ſumm. 1. tom. cap. 30. num. 1. Vega in ſumma 1. p. c. 36. caſu 5. & 21. Azor dict cap. 5. quæſt. 12. *& nouiſſimè Vgol. de offic. Epiſ. cap.* 50. §. 8. *num.* 3. *& 6. poſt Nauar. conſ.* 1.
83 2. *& 3. de ætate & qualit.* Etiam † in conſcientia P. Ledeſma in ſum. 2. p. trac. 6 c. 27. concl. 17. difficultate, pag. 361. quidquid velit. Ioan. Quintin. in repetit. c. de multa de præben. num. 66. & ſeq.

84 Quod procedit etiam ſi ad ætatem † requiſitam deſit quantumuis paruum & modicum tempus, vt vnus dies, vel hora, nam in his quæ à iure ſunt determinata & limitata non licet arbitrari. Facit, quod tradit Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 16. num. 4. Quidquid alias circa ætatem ordinum male teneant P. Ledeſm. 1. p. ſummæ de ſacramento Ordinis. c. 7. concl. 1. 1. difficultate, & Vega in lib. Eſpeio de Curas, cap. 14. nu. 42. *contra quos eſt conſilium Nauarri 9. de tempor. ordin. & Vgol. de offic. Epiſc. cap.* 26. §. *9. ad finem.*

85 Secundo procedit † etiam in præſentatione, Na-
86 uarr. conſil. 2. num. 1. de ætate, & qualitate, Et † in oppoſitione: nam etiam tempore oppoſitionis, & petitionis requiritur habilitas requiſita. Ioan. Gutierez conſ. 44. nu. 7. & Zauallos quæſt. 693. ex nu. 7, Perez de Lara de anniuerſa. & capella. lib. 2. cap. 9. num. 55. & 58. *Satis tamen eſt, quòd tempore concurſus, ſeu examinis ad parochialem ætatem legitimam attigerit, Rot. deciſ. 677. nouiſſim. Farin. num. 4. cùm tunc fieri poſſit oppoſitio, vt infrà 9. par. cap. 2. num. 206. quamuis ſciam, D. Epiſcopum Abulenſem 25. Ian. de anno 1614. contulisſe quandam parochialem loci de Munnada cuidam, qui tẽpore oppoſitionis, & concurſus non habebat ætatem legitimam, quam tamen tempore collationis habebat, in quo certè videtur erraſſe, & collationem fuiſſe nullam ex prædictis, & Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. ver. peracto deinde examine, ibi, & ætate, & conſtit. Pij V. ſuper collatione parochialium: at ex ea manere Papę reſeruatum, vt potè facta contra formam Concilij, cùm non tulerit oppoſitori & concurrenti legitimo & habili, de quo loquitur Concilium: facit l. vt grat. dat. ff. de mun. de honor.*

87 Vnde videtur † falſum, quod ait Man. Rodrig. d. cap. 30. num. 1. verſic. Lo tercero, & cum eo Vega d. cap. 36. caſu 16. quod laicus poteſt ſe opponere ad beneficium presbyterale in Eccleſia, vbi eſt ſtatutũ, quod obtinens beneficium intra annum fiat presbyter, dummodo attigerit 25. annum. Nec id dicit Nauarrus, quem ipſi allegant in manuali, cap. 5. nu. 116,
88 nam † non loquitur de laico, ſed de clerico ſaltim primæ tonſuræ intelligitur. Et quod ibi ſubdunt Manuel Rodr. & Vega, quod quando patronus præſentat abſentem ad certum beneficium, ſufficit, quod tempore, quo accedit nuntius cum ſchedula, habeat ætatem requiſitam, vt ſentit, inquiunt, Nauarrus, accipiendum eſt iuxta ſupradicta capitulo 1. à numero 32.

89 Aetas à natiuitate † connumeranda eſt, non à die conceptionis, vt contra gloſſam regulæ Cancellariæ 17. recte tradunt Couarruuias in 4. 2. p. c. 8. §. 2. nu. 3. & Molina ſup. dict. diſp. 573. *Mandoſ. de ætate minori cap. 1. num. 25. & nouiſſimè Tho. Sanchez in præcep. Decal lib. 4. cap. 35. num. 4 qui abſolute docent, ætatem à natiuitate computari, & non à conceptione, etiamſi id vtile ſit ei, de cuius ætate agitur, contra gloſſ. de reg. 17. Caudel. & Sforc. de reſtit. in int. p. 1. quæſt. 2. art. 7. num.* 48.

90 Eademque ætas, & † habilitas, quæ requiritur & ſufficit ad titulum beneficij, requiritur & ſufficit ad coadiutoriam à Papa conceſſam, Caputaq. deciſ. 127. par. 1. & poſt hæc Gonçalez gloſſa 5. §. 9. num. 6. & 90. *Facit quod tradit Gratian. deciſ. 157. num. 16. &* in addit. à num. 9.

De

## *De coniugatis. Cap. V.*

SVMMARIA.

*CConiugati, qui ordinari prohibentur, sunt incapaces beneficiorum, num. 1. Adeo, vt etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, num. 2. Et procedit etiam in administratione Ecclesiastica num. 3.*

*Nec ex dispositione Episcopi possunt habere beneficium etiã simplex, numero 4. Et concordia Capra bene improbatur per Hoiedam.*

*Episcopus enim dispensat contra ius nisi in casibus à iure expressis num. 5.*

*An, & quando clerici coniugati gaudeant priuilegio fori remissiue. num. 6.*

1 SIne vxore † præterea is esse debet cui de beneficio prouidetur, Cõiugati enim qui ordinarij prohibentur, sunt incapaces beneficiorum c. 2. c. diuersis fallacijs, & c. cum decorem, de clericis coniugatis, & facit text. in c. vnico, vers. in cæteris autem eodem tit. in 6, de quo bene Lamber. de iure patronatus. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 3. Capra reg. 97. à nu. 23. & Hoieda de incompatibil. beneficiorum, 1. p. cap. vltimo nu. 76. & 77. & Flam. Paris. de resignatione benefic. lib. 4. q. 2. à nu. 27. & 99. & Tho. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 42. nu. 14. Gonçalez. ad regulam mensiũ 9. l. 2. nu. 68. Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 21.

2 Adeo, vt † etiam beneficia ante matrimonium ob-
3 tenta amittant, vt dicetur infra 11. par. cap. 8. Et † procedit etiam in administratione Ecclesiastica, nempe, quæ personæ Ecclesiasticæ assignatur, cuius etiam sunt incapaces, licet non sit beneficium, Cæsar de Grassis decis. 114. & 91.

4 Nec ex dispensatione † Episcopi possunt habere beneficium etiam simplex, vt contra antiquos tenet bene probans Abbas num. 7. in c. Ioannes, de clericis coniugatis. Selua de benefic. 1. p. q. 7. nu. 18. Lamber. supra nu. 8. Probus ad Monachum in c. nullus, de temporibus ordinationum, in 6. nu. 14. & 15. & cum Hostien. Card. & Abbate, in d. cap. Ioannes Rofiniacus de benefic. cap. 3. à nu. 3. Hoieda nu. 77. & Flam. Paris. sup. nu. 29. & Henriq. in summa lib. 13. c. 14. §. 1. in textu, & gloss. lit. k. & post hæc Gonçalez sup. num. 69. Et hanc dicit magis communem opi-
5 nionem modernorum, Capra supra nu. 43. Cuius † concordiam ibi nu. 48. & 49. bene improbat Hoieda ibi: Episcopus enim non dispensat contra ius, nisi in casibus à iure expressis, vt alias dicetur infra, 11. p. cap. 5. nu. 344. & in proposito Thom. Sanchez sup. num. 18.

6 Et an & quando clerici coniugati † gaudeant priuilegio fori, vide textum in d. cap. vnico, & ibi Dominicum Franchum, & alios, & S. Concilium Tridẽtinum sess. 23. de reform. cap. 6. vers. in clericis vero coniugatis, & l. 1. tit. 4. lib. 1. recopil. & ibi Azeuedum, Couarruuiam practicarum c. 31. à num. 6. & c. 32. & Ioan. Gutierrez. de iuramen. confirmato. 1. p. c. 17. à nu. 11. & Thomas Sanchez, qui late dict. lib. 7. disput. 46.

## *De bigamis. Cap. VI.*

SVMMARIA.

*BEneficiandus non debet esse bigamus. num. 1. Nam bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordines promoueri nequeant. num. 2.*

*Episcopus non potest dispensare cum bigamis, non solum ad sacros ordines, sed nec ad minores, aut primam tonsuram, aut beneficium etiam simplex. à num. 3. & ponitur declaratio S. Congregationis, nu. 4. & 5.*

*Episcopus ordinans bigamum etiam in minoribus ordinibus, seu prima tonsura, grauiter peccat, nempe mortaliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio, num. 6. & secundum Nau. videtur suspensus ipso iure a collatione ordinis, quem contulit bigame, & etiam à missando per vnum annum, num. 7. Sed contrarium refertur tenere Sac. Congregationem; & de pœna suspensionis a collatione ordinis nullus est canon. Et pœna suspensionis à missando non videtur lata ipso iure, sed ferenda per sententiam, à numer. 8. & 2. seqq.*

*Quamuis ex nona constitutione Sixti V. contra clericos male promotos, suspensus esset à collatione ordinum, & executione Pontificalium, &c. illa est iam redacta ad terminos iuris communis, & Concilii Triden. nu. 11.*

*Dictum Toleti, quod S. Congregatio Concilij ex sententia Sixti V. Episcopum cum vero bigamo, qui duas successiue duxerat dispensantem ad primam tonsuram & beneficium simplex iudicauit ipso iure suspensum ab ordinum collatione, procedit iuxta d. constitutionem Sixti V. nu. 12.*

*Improbatur sententia multorum dicentium, Episcopum posse dispensare cum bigamo in minoribus, saltim vbi maxima causa esset dispensandi, aut quoad vsum susceptorum, num. 13. & 14.*

*Bigamia est triplex, vera, interpretatiua, & similitudinaria, & quæ sit illa num. 15.*

*Contrahitur bigamia interpretatiua, quando quis vxorem adulteram cognouit, etiam ignoranter, vt est communis, nu. 16. Quamuis contra eam male teneant aliqui; quia ista bigamia non est voluntaria, quod parum refert, cum ista irregularitas præcipuè sit inducta ob defectum Sacramenti. Et diuersa est ratio in irregularitate ex occisione hominis iusta, à nu. 17. & seq. Reliqua de bigamiæ irregularitate, per quos sunt videnda, nu. 19.*

1 NOn satis est beneficiandum sine † vxore tunc esse, sed vlterius opus est, quod non sit biga-
2 mus: nam † bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordines promoueri nequeant, ca. 1. & 2. 33. distin. c. 1. 2. & 3. de bigamis, & omni priuilegio clericali nudati sint, meritoque laici existimentur, capit. vnico de bigamis in 6. Facit etiam S. Concilium Tridentinum, sess. 23. de reform. c 17. ad fi. ibi; Dũmodo non sint bigami, Lamber. de iure patron. 1. p. 2. li. q. 7. ar. 13. Corras. de benef. 3. par. c. 4. nu. 2. & Sairus de censuris, lib. 6. cap. 5. num. 9. Auila eod. tract. de censuris 7. p. disp. 8. dub. 1.

3 Nec Episcopus † potest dispensare cum bigamis, non solum ad sacros ordines, cap. 2. de bigamis, vbi
4 glos. & Abbas, Corras. ibi. Sed † nec ad minores, aut primam tonsuram, aut beneficium etiam simplex, vt apparet ex d. cap. vnico, & dicto decreto Conci-
5 lij. Et † censuit sancta Congregatio eiusdem Concilij his verb. s: Episcopus authoritate sua ordinaria

cum

cum ſibi ſubdito vero bigamo, qui alias cum duabus virginibus ſucceſſiue legitimum matrimonium contraxit & conſummauit, & modo defunctæ ſunt, diſpenſare non poteſt, vt primam tonſuram, & ſimplicia à ſe, vel ab alijs accipiat. Ita cenſuit Congregatio die 30. Ianuar. 1589. Et Sixtus V. approbauit. *Quæ declaratio licèt loquatur de eo qui cum duabus contraxit, procedit etiam in eo, qui cum vnica viduа ſeu corrupta contraxerit, nam æquiparantur à iure d. cap. 1. & 3. de bigam. & d. cap. vnico iuncta gloſ. verb. bigamos. & Doctores ibi, & allegandi infra. Et ita reſpondi conſultus ex vnitate Trident. anno 1613.*

6 Vnde Epiſcopus † ordinans bigamum etiam minoribus ordinibus, ſeu prima tonſura, grauiter peccat, nempe mortaliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio, Nauarrus conſ. 3. & 4. de
7 bigamis, qui † etiam ait, Epiſcopum ordinantem videri ſuſpenſum ipſo iure à collatione ordinis, quem contulit bigamo per eũdem annum, ex cap. cos, & c. fi. de temporalibus ordinationum, lib. 6. & cap. nullus pœnitentem. 55. diſtinct. per quod, inquit, poteſt dici etiam ſuſpenſus ipſo iure vno anno a miſſando.
8 Additio † tamen ſuper dict. conſ. 3. ait referri Cong. cenſuiſſe Epiſcopum non potuiſſe dictas collationes facere, ſed quod non incurrat ob hoc ipſo iure in ali-
9 quam certam pœnam. Et † quidem de dicta pœna ſuſpenſionis à collatione ordinis, quem contulit bigamo, nullus eſt canon. Nam dictum capitulo cos, & dict. capitul. final. non loquuntur de ordinatione bigami, & pœnæ non ſunt extendendæ ad alium ca-
10 ſum, regul. ordin. libro 6. cum alijs. Nec † dict. capitul. nullum pœnitentem, ponit talem pœnam. Et quoad pœnam ſuſpenſionis à miſſar do, poteſt intelligi, quod non ſit lata ipſo iure, ſed ferenda per ſententiam, vt colligitur ex illis verbis, Ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, quę videtur denotare eam pœnam eſſe imponendam, cum delictum in iu-
11 dicio probabitur. Et † quamuis ex noua conſtitutione Sixti Quinti, contra clericos male promotos à collatione ordinum, & executione Pontificalium, eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſteret, illa eſt iam redacta ad terminos iuris communis, & Concilij Trident. vt dictum eſt ſupra 2. par. cap. vlt. num. 70.
12 Et quod † dicit Toletus in ſumma lib. 1. cap. 68. 4. concl. quod d. S. Congregatio Concilij, ex ſententia Sixti V. Epiſcopum cum vero bigamo, qui duas ſucceſſiuè duxerat, diſpenſatione ad primam tonſuram & beneficium ſimplex quod etiam eidem diſpenſato contulerat, iudicauit ipſo iure ſuſpenſum ab ordinum collatione, diſpenſatum autem ab exercitio ſuſpenſum, & beneficij nullam fuiſſe collationem, nec fructus ſuos feciſſe, procedit iuxta dictam conſtitutionem Sixti Quinti.
13 Vnde etiam † conuincitur ſententia diui Thomæ, in 4. diſtin. 27. q. 3. artic. 3. & aliorum ibi, & Turrecrematæ in cap. lector. 34. diſtinctione, artic 2. per textum ibi Gomezij de Breu. numero 20. & 21. additio. Rotæ deciſ. prima de bigamis in noui. Couaruuias in Clemen. i ſuſioſus. part. 1. §. 2. num. 4. Nauarri in Manual. capit. 27. num. 197. Hoiedæ de incompatibilitate beneficiorum 1. part. capit. 23. num. 107. Salzedi in praxi crimin. Bernardi Diaz cap. 16. litera C. Vgolini de irregular. capit. 56. §. 7. num. 2. & de offic. Epiſc. cap. 57. §. 4. num. 1, Zerolæ in praxi Epiſcopali, 1. par. verb. irregularitas. §. 17. & 2. par. verb. bigami. §. 2. 3. & 4. Sylueſtri in ſumma, verbo bigamus q. 7. num. 7. Soti in 4. diſtinct. 27. q. 3. ar. 3. P. Ledeſma de matrimonio. quæſt. 66. art. 5. Enriq. in ſumma, lib 12, c. 6. §. 11. & lib. 14. cap. 20. §. 2. Cãdelabri Aurei, de irregularitate, prima ſpecie, num. 34. Manue. Rodriguez in ſumma, tomo primo capit. 157. nu. 6. & 9. regularium to. 1. q. 24. art. 2. Veguæ in ſumma, prima p. c. 38. caſu 1. & in ſpeio de curas, c. 12. n. 321. & c. 14. nu. 38. *Valent. 4. tom. diſp. 7. qu. 19. puncto 3. Philiarc. de offic. ſacerdotis 1. par. lib. 4 c. 7. ad fin.* & Sairi de cenſuris, lib. 6. cap. 6. num. 11. qui dicunt, Epiſcopum poſſe diſpenſare cum bigamo in minoribus, ſaltum vbi maxima cauſa eſſet diſpenſandi aut quoad vſum ſuſceptorum. Quam ſententiam propter tantorum virorum authoritatem dicit probabilem eſſe, & in praxi ſeruari poſſe, vbi fuerit vſu recepta, Suarez infra citandus, nu. 5. vti probabiliorem ſequitur, Tho. Sanch. d. lib. 7. diſp. 6. n. 11. tenens, poſſe diſpenſare quoad ordines minores, etiam ſuſcipiendos, idem tenet Auila d. diſp. 7. dub. 4. & Açor inſtit. moral. 1. par. lib. 5. cap. 20. q. 2. lib. 6. cap. 4. q. 8. & 11. qui ait, poſſe Epiſcopum diſpenſare cum bigamo, vt accipiat Ordines minores, & beneficia ſimplicia; ſubdit tamen d. qu. 11. in fin. neutrum eſſe receptum.
14 Sed mihi non probatur † iſta ſententia, præſertim ſtante Concilio vbi ſupra, ex quo, & ex d. cap. vnic. contra quæ non poteſt Epiſcopus, tanquam inferior, diſpẽſare, clarè colligitur abſolutè Epiſcopum non poſſe diſpenſare in bigamia vera, vel interpretatiua, etiam quoad minores, aut vſum ſuſceptorũ, & tenent Dom. nu. 5. Francus, num. 4. & alij in d. c. vnico. Albertus Trocius, de vero & perfecto clerico lib. 2. cap. 11. nu. 6. Villadiego de irregularitate, cap. 6. circa fin. verſ. circa bigamum Lamber. 1. par. 2. li. q. 7. art. 13. num. 4. Greg. Lop. in l. 5. tit. 5. p. 1. verb. dos mugeres, in fin. Maiolus de irregular. lib. 1. c. 33. num. 14. rectè Ludou. Lopez. inſtruct. conſcientię, 2. to. 2. par. cap. 22. Tolet. dict. capit. 63. & Suarez 9. tomo de cenſuris. diſputat. 49. ſect. 6. numero 4. & 5. Zeual. q. 559. & *nouiſſime Genuen. in praxi cap. 113. dicens, nec quo ad exercitium ſuſceptorum poſſe Epiſcopum diſpenſare ſuper bigamia vera, vel interpretatiua, ex Concilio ſupra, & ita fuiſſe reſcriptum à S. Congregat. Concil. Trid. ſibi petenti declarationem anno 1606. & refert & ſequitur Piaſec, in praxi Epiſcop, parte 1. capit. 1. num. 60.*
15 Eſt autem bigamia triplex, † vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria, iuxta glo. receptam in c. 2. de bigamis, quam ſequuntur ibi Doct. Vera eſt, quæ contrahitur ex duobus matrimonijs validis, & conſummatis. Interpretatiua eſt, quæ contrahitur ex conſummato contracto cum vna ſola, ab alio corrupta, aut cum virgine, poſt adulterium ab ea cõmiſſum cognita, aut duobus matrimonijs conſummatis, inualidis, aut vno valido, & altero inualido. Similitudinaria eſt, quæ contrahitur ex matrimonio contracto, & conſummato, etiam cum virgine per aſtrictos ordine ſacro, aut voto ſolemni, capitulo, quotquot 27. quæſt. 1. & cap. fin. de bigamis, vt latiùs deducitur per infra citandos, *& in ſimilitudinaria cum virgine poteſt Epiſcopus diſpenſare, cap. ſanè, 2, de cleric. coniug. & capit. 12. qui clerici. vel vouent. & ibi gloſſ. & Doctores communiter, Couarr. numero ſecundo*, Na-

*do, Nauar. Vgolin. Tab. Thomas Sanchez d. diſp. 86. n. 20. Anila Lud. Lop. Tol. de c. 68. 6. concluſ. Suarez numero 18. & alij ſupra.*

16 Contrahiturque bigamia † interpretatiua, quando quis vxorem adulteram cognouit etiam ignoranter, cap. ſi cuius, cap. ſi laici. 34. diſtinct. quia hic non agitur de irregularitate ob culpam, ſeu delictum inducta, ſed ob defectum Sacramenti. cap. acutius 36. diſt. capit. nuper, capit. debitum. & capit. fin. de bigamis, & ita tenet communis ſententia, quam ſequuntur Albertus Trocius, d. lib. 2. ca. 11. numero 2. Villadiego de irregul. cap. 13. verſic. dixi etiam quod bigamus, addit. Capellæ Toloſ. deciſio. 235. Nauarr. in manua. cap. 16. num. 27. & c. 27. num. 195, Couar. d. §. 2. num. 3. Maiolus d. cap. 33. numero 6. Salzed. d. c. 16. litera F. Ioan. Guttier. canonic. quæſt. lib. 1. cap. 25. numero 15. & 16. Vgolin. d. c. 59. §. 2, nu. 7. Candelabrum Aureum ſupra n. 5. Lud. Lopez 2. tom. 2. p. c. 23. Vega 1 par. ſumm. c. 38. caſ. 2. & in eſpeio de Curas, cap. 12. num. 299, & cap. 14. num. 37. Carbo. de legib. lib. 8. diſput. 13. c. vlt. Tolet. lib. 1. cap. 66. & Suar. d. diſp. 49. ſect. 3. num. 15. & lib. 9 diſp. 32. num. 15. & de legibus lib. 3. c. 19. num. 6. Soto & alij ſtatim citandi, & Thom. Sanch. d. lib. 7. diſput. 84, num. 15. & Zumel. 1, 2. qu. 76. art. 4. diſputat, 3. & 4.

17 Quamuis † contra hanc communem, & receptam ſententiam malè teneant Corraſ. d. cap. 4. nu. 4. Sà verb. irregularibus ex bigamia numero 2. & 3. & P. Ledeſma. q. 66. art. 3. ad finem. & in ſumma de matrimo. capit. 32. 6. conclu. ad fin. vbi docet, quod qui ex ignorantia inuincibili duxit viduam, aut ab alio corruptam, vel acceſſit ad propriam vxorem poſt eiuſdem adulterium, non incidit in bigamiæ irregularitatem, quia iſta bigamia non eſt vllo modo voluntaria.

18 Quod † parum refert, cum irregularitas præcipuè ſit inducta ob defectum Sacramenti, vt dictum eſt, & diuerſa eſt ratio in irregularitate ex occiſione hominis iuſta, nam iſta eſt inducta ob defectum perfectæ lenitatis in ipſo occiſore, & ideo debet eſſe voluntaria, & cætera. Et quod dicit Cuchus in inſtitutionibus maioribus lib. 4. tit. 2. num. 164. quod qui vxoris culpam ignoraſſet, acceptis ordinibus, vti non recentes adipiſci permitteretur, accipiendum eſt ex diſpenſatione.

19 Reliqua de bigamiæ † irregularitate videnda ſunt per Albertum Trocium dict. lib. 2. cap. 11. Villadiego d. ca. 13. Borgaſium de irreg. 5. p. tit. de bigamis. Couarr. in d. clem. ſi furioſus 1. p. §. 2. Nauar. d. c. 27. à nu. 195. & in conſilijs, titul. de bigamis, Ioan. Mõtaginem tract. de bigamia, Bern. Diaz. & Salzed. in praxi, d. c. 16. Cuch. ſup. à numero 153. Maiol. d. libro 1. cap 33. Felicia. de irreg. cap. 6. Greg. Lop. l. 33. tit. 5. p. 1. Flam. Pariſ. de reſigna. benef. libr. 4. q. 4. à numero 17. & lib. 5. q. 3. à nu. 168. Vgol. dict. ca. 56. de irregul. Sylueſt. & alios ſummiſtas, verbo, bigamus, Sot. in 4. diſt. 27. q. 3. art. 1. & ſeqq. P. Ledeſ. de matrim. q. 66. per totam, & in ſumma de matr. d. c. 32. Enriq. lib. 12. cap. 6. à §. 9. & libro 14. capit. 4. Candel. Aureum de irregul. de prima ſpecie, ſcilicet bigamia. Man. Rodr. d. 1. tom. 1. p. c. 57. Ludo. Lop. d. 2. to. 2. p. c. 22. Vegam in ſumma 1. p. cap. 38. & in eſpeio de Curas, c. 12. à num. 299. & c. 14. à nu. 37. Valen. 4. tom. diſp. 7. q. 19. pun. 3. Tolet. libro 1. cap. 65. 66. 67. & 68. & nouiſ. Sayrum libro 6. de cenſur. c. 3. vſque ad 6. & Suarez d. 5. tom. diſp. 49. & Tho. Sanch. de matrimon. libr. 7. diſp. 83. 84. 85. & 86. D. Carrillo in itinerario ordinandorum ſectione 4. capitulo 4. à numero 10.

## *De ſcientia ſeu literatura. Cap. VII.*

### SVMMARIA.

*Scientia, ſeu literatura in beneficiando exigitur, nu. 1. & illiterati ab ordinibus etiam repelluntur, nume. 2. de qua ſcientia, & literatura ad beneficia, & ordines requiſita, qui ſunt videndi, num. 3.*

*Licet ad primam tonſuram ſolum requiratur, quod quis ſciat legere, & ſcribere, tamen ad beneficium, etiam ſimplex, maior ſufficientia requiritur, nempe quod ſciat legere, conſtruere, & cantare, nu. 4. imò videtur ſufficere, quod ſciat legere, & conſtruere, vt eſt præceptum, & quod dicitur de cãtu, procedet in beneficio ſeruitorio, modo requirat ſeruitium perſonale, quamuis nec in his ſoleat multum curari de cantu, nec in eo fieri examen, quia uſu & exercitio addiſci ſolet, num. 5. & 6.*

*Nec requiritur quod illud exacte ſciat, ſed parum ſciens, & parum conſtruens eſt habilis ad beneficium ſimplex, &c. à num. 7. & duobus ſeqq.*

*Ordinatus ordine ſacro, cenſetur idoneus ad beneficium ſimplex, num. 10.*

*In beneficijs quæ aliquẽ ordinem habent annexum, ea ſcientia requiritur, quæ neceſſaria eſt in ordine annexo, nu. 11.*

*An collatio beneficij facta imperito, ſeu illiterato, ſit nulla ipſo iure, à num. 12. & 6. ſeqq. reſoluitur eſſe nullam, intelligendo non de his, qui non habent ſcientiam competentem requiſitam, vt licite conferatur beneficium, ſed de penitus illiteratis, & imperitis ita quod neſciant legere, & nu. 20. adducuntur, & examinantur declarationes Gonçalez circa hoc.*

*Obiectioni, quod illiteratus, ſeu imperitus ſit irregularis, atque adeo collatio illi facta ſit nulla, reſpondetur hanc non eſſe propriè, & ſtrictè irregularitatem, maximè ſi non ſit penitus, & omnino illiteratus, ſicut etiam defectus morum non eſt irregularitas, num. 19.*

*Beneficiatus, qui non habet ſcientiam competentem beneficio, quamuis collatio valuerit, tenetur addiſcere quam primum commode poſſit, alias tenetur illud dimittere, n. 21. & etiã fructus reſtituere, ſecundum Aragon. num. 22. quod tamen non videtur verum, num. 23.*

*Collatores conferentes beneficia habentibus defectum ſcientiæ competentis, ſeu alias indignis, non ſolum peccant mortaliter, ſicut etiam indignus acceptans, ſed etiam tenentur Eccleſiæ de damno, & intereſſe, nu. 24, & 25. tenentur Eccleſiæ reſtituere fructus, & reditus quos indignus quotãnis percipis ex beneficio indigne, n. 26, licet non eſt indiſtinctè verum, quod aliqui dicunt, quod collatio facta indigno eſt nulla in vtroque foro, num. 27.*

*Cum collatio non ſit nulla, & ipſe indignus non teneatur fructus reſtituere, ſed illos faciat ſuos ratione tituli, videtur etiam conferentem non teneri illos reſtituere, ſed ſolum ad damna inde ſequuta, nu 28. & prædicta ſententia procedere poſſet, quando collatio eſſet nulla, & quando non eſſet titulus beneficij, ſed merum ſalarium. &c. in quibus etiam ipſe indignus teneretur reſtituere fructus, ſine emolumenta officij, &c. num. 29. & 30.*

*Licet de iure communi antiquo in nullo beneficio, requiratur aliquis gradus Doctoratus, vel licentiæ, &c. tamen*

*hodie*

*hodie ex Concilio Tridentino in aliquibus requiritur gradus, num. 31.*

*In primis ad Epiſcopatum aſſumendus debet eſſe Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, aut publicatum alicuius Academiæ teſtimonium habere, &c. num. 32.*

*Principalis dignitas in Collegiata exempta, cui ordinaria iuriſdictio, cum omnibus iuribus quaſi Epiſcopalibus, competit, neceſſario conferri non debet Licentiato, vel Doctori, ex ſacra Congregatione num. 33.*

*Scholaſtria, de cuius origine, & officio remiſſiue, conferenda eſt Doctori, vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, aut in iure Canonico, & alias promiſſio eſt nulla, num. 34. ſufficit autem quod ſit Graduatus in qualibet Vniuerſitate approbata, licet non ſit ex illis, quæ eſſent in illa Regione, in qua eſſet ſcholaſtria, ex Sacra Congregatione, numero 35.*

*Archidiaconi, qui oculi dicuntur Epiſcopi, debent eſſe in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poterit, Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure Canonico, ex decreto Concil. num 36 nec ſufficeret gradus iuris Ciuilis, Medicinæ, vel Artium, num. 37. & intelligitur de Archidiaconis, de quibus loquitur titulus de officio Archidiaconi, qui ſunt caput Capituli, & habent iuriſdictionem, & ea munera exercent, quæ de iure communi Archidiaconi exercent, &c. à num. 28. & adducuntur declarationes S. Congregationis, num. 39. & 2 ſeqq.*

*Si iuriſdictio, quæ Archidiacono à iure data eſt; eſſet in Archipreſbiter, ex Eccleſiæ conſuetudine ille Doctor eſſe deberet, &c. ſecundum Menochium num. 42.*

*Ad Decanatum non requiritur gradus, quia id nullo Concilij decreto ſtatutum eſt, ex S. Congregatione, num. 43.*

*Hortatur Concilium, vt in Prouincijs, vbi id commode fieri poteſt, dignitates omnes, & ſaltim dimidia pars Canonicatuum; in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus conferantur tantum Magiſtris, vel Doctoribus, aut Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico, num. 44. & cum Concilium hortetur, non autem præcipiat, id non eſt inducendum ex neceſſitate. nec per Concilium Prouinciale ſtatui poteſt, ſecundum ſacram Congregationem, cuius declarationes ponuntur, numero 45. & ſic decreta Concilij Prouincialis Toletani, & Compoſtellani, quibus id ſtatuitur non habent vim. numero 46. nec iſtud decretum Concilij Compoſtellani eſt confirmatum in confirmatione Pij V. numero 47. nec dicta decreta videntur vſu recepta. num. 48.*

*Canonicus pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis debet eſſe Magiſter, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico ſeu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur. num 49.*

*Ad beneficia, ſeu dignitates requirentia gradum, ſufficit gradus etiam ſineſcientia competens, num. 50. non tamen gradus, contra Academia ſtatuta, vel conſuetudines, vel aliàs nulliter receptus, num. 51.*

1 SCientia deinde, ſeu literatura †beneficiando exigitur. cap. cum in cunctis de electione. c. graue nimis. de præben. Clem. 1. de ætate & qualitate. & Cõcil. Triden. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. quia circa ſpiritualium adminiſtrationem eſt potiſſimum neceſſaria, niſi cum pridem. §. pro defectu. de renuntiat. Et
2 †illiterati ab ordinibus etiam repelluntur, cap. præcipimus, 4. diſtin. cap illiteratos, 36. diſtinct. c. pœnitentes. 55. diſtinct. & c. fin. de temporibus ordinat. in 6.
3 De qua ſcientia ſeu literatura ad beneficia †, & ordines requiſita, videnda ſunt Concil. Triden. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 4. 11. 13. & 14. Concilium Prouinciale Mediolanen. quartum. ſub. Cardinali Carolo Borromeo, Imola Cardin. & Bonifac. in dict. Clemen. 1. Albertus Trocius de vero & perfecto clerico. lib. 2. cap. 33. cum ſeqq. Selua 3. par. de benef. quæſt. 5. ex num. 1. Rebuff. in praxi tit. requiſita ad collationem bonam, à num. 42. & de pacificis poſſeſſoribus. num. 261. alias 213. Lamber. de iure patron. 1. p. 2. ſib. q. 9. art. 24. Corraſ. de benefic. 3. par. cap. 5. Ioan. Nicol. Gimonteus tit. 11. cap. 7. a num. 10. Duaren. lib. 4. cap. 2. P. Gregor. cap. 37. à num. 3. Quintanaduennas lib. 1. Eccleſiaſticon. cap. 65. à nu. 12. vſque ad finem capitis. Bernard. Diaz. in pract. crimina. c. 21. & ibi Salzed. Nauarr. in c. fi quando. de reſcript. except. 12. cum ſeqq. vſque ad 18. & in manua. c. 27. num. 205. Hoieda late de incompat. benefic. 1. par. c. fin. à num. 28. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 425. Villadiego de irregul. c. 15. Maiol. lib. 1. c. 12. Vgoli. eod. tract. c. 3. §. 2. Flam. Pariſ. de reſignat. beneficiorum, lib. 4. q. 4. à num. 2. & lib. 5. quæſt. 3. à num. 67. Zerola in praxi Epiſcopali. 1. p. ver. ordo. Syluest. in ſumm. ver. clericus. 2. §. 1. Soto in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 4. Enriquez in ſumma lib. 10. cap. 16. §. 2. Manu. Rodrig. 1. tom. ſummæ, cap. 162. & 1. tom. quæſt. regul. quæſt. 24. art. 7. Candelabrum aureum 2. par. tit. de ſuſpenſione, à num. 85. Lud. Lop. inſtruct. conſciẽtiæ. 2. tom. 2. par. cap. 24. P. Ledeſma in ſumma de Sacramento ordinis. cap. 7. & Sayrus de cenſuris l. 6. cap. 13. à num. 4. & Gonçalez ad reg. menſium. gl. 4. à num. 60. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 24. & Açor. inſtitut. moralium 2. par. lib. 6. cap. 6. & *Gab. Vaſq. 3. p. 3. tom. diſp. 246. cap. 6.*

4 Et notandum eſt, primo, †quod licet ad primam tonſuram ſolum requiratur, quod quis ſciat legere, & ſcribere, Concilium Triden. *ſeſſ. 23. cap. 4. idque videtur ſufficere & requiri ad obtinendam penſionem, ad quã requiritur tonſura, ita vt poſſit & ſciat recitare officium paruum beatæ Mariæ, ad quod penſionarij tenentur ex Conſtit. Pij V. vt ſuprà dictum eſt 1. par. cap. 5. & ita videtur in praxi receptum: tamen ad beneficium, etiam ſimplex, maior ſufficientia requiritur, nempe quod ſciant legere, conſtruere, & cantare, gloſſ. in Clemen. 1. de conceſſ. præbend. verb. reputamus, quam ibi ſequuntur Imola, Car. & Abbas num. 1. Franchus in cap. ſi pauper. de præben. in 6. ſub num. 2. Gom. de expect. num. 79. Sindon. de offic. Eccleſiaſtico. 6. p. cap. 16. Enriq. lib. 9. cap. 31. ſub §. 8. Puæſec. in praxi Epiſc. par. 2. c. 5. num. 20. Rota deciſ. 625. noniſ. Farin.* Nauarrus de oratione, milcella. 43. num. 3. & in d. cap. ſi quando, except. 13. num. 13.

5 Vbi tamen videtur velle ſufficere, quod ſciat legere, & conſtruere, quod videtur verum, & praxi receptum, non ſolet fieri examen in cantu. & id quod dicit d. gloſſa, & Doct. de cantu procedet in beneficio ſeruitorio. Hoieda ſup. num. *& Alexan. Monet. de diſtrib. par. 2. quæſt. 19. num. 35.*

6 Modo †requirat ſeruitium perſonale, & non poſſit per ſubſtitutum deſeruiri: quamuis nec in his, vt in dignitatibus, Canonicatibus, portionibus & Curatis ſoleat multum curari de cantu, nec in eo fieri examen, quia vſu, & exercitio addiſci ſolet, quod ſufficit ad exercendum officium, facit Domin. in d. cap. ſi pauper, & quod tradit Gom. ſupra.

7 Nec †requiritur, quod illud exactè ſciat, Creſcen. deciſ. 13. de conteſſione præbendæ. Rota in vna Calagurri-

lagurritana portionis de Amarita 27. Ianua. 1576. coram D. Cantuccio, quæ eſt ſecunda pars diuerſorum deciſ. 9. num. 5. vbi dicitur, quod parum ſciens, etiam ſine ſpe plus proficiendi, dicitur habilis ad beneficia non requirentia ſcientiam, vel magnam curam, vt per Imolam num. 7. & Bonifacium 49. in Clem. 1. de ætate. & qualitate, & ſic quod parum conſtruens eſt habilis ad beneficium ſimplex, &c.

8 Et † accedit, quod docet Hoieda ſupra numero 39. nempè quod ad beneficium ſimplex, quod ſeruitium aliquod non requirit, nec ordinem aliquem habet annexum, ſufficit prima tonſura, & ſufficientia quæ ad eam requiratur, nempe quod ſciat fidei rudimenta, ac legere, & ſcribere, & quod aliquantulum linguam Latinam intelligat, vt poſſit eſſe aptus ad officium recitandum. Quod † etiam docet
9 Flam. Pariſ. d. lib. 4. quæſt. vlt. num. 30. dicens, quod obtinentes ſimplicia beneficia, ſufficit vt ſciant, & poſſint recitare horas Canonicas, ad quas tenentur; & poſt hæc Gonçalez d. gloſſ. 4. n. 73. ait, quod ſufficit vt ſciant, & poſſint recitare horas canonicas, ad quas tenentur, necnon conſtruere, & intelligere, & Açor d. cap. 6. q. 2. & 3. quod ſcire debent Latine legere, & intelligere, vt preces horarias recitare poſſint. *Accedit Genuen. in praxi cap. 9. in manu. paſtor. cap. 37. nu. 9.*

10 Et ordinatus ordine † ſacro cenſetur idoneus ad beneficium ſimplex. Rota d. deciſ. 16. part. 2. diuerſorum, nu. 1. & in Burgen. beneficij de anno 1595. ſupra relata cap. 1. num. 168. & in Abulen. beneficij 26. Iunij. 1596. ſupra adducta, 6. par. cap. 2. 4. dub. num. 47. Pacia. de probat. lib. 2. cap. 34. num. 125. & poſt hæc Gonçalez d. gl. 4. nu. 84. qui alios citat, & *Genuen. d. cap. 119. num. 4.*

11 In beneficijs autem † quæ aliquem ordinem habent annexum, ea ſcientia requiritur, quæ neceſſaria eſt in ordine annexo, Hoieda d. num. 38. Azor. d. q. 7. & Alex. Monet. q. 19. nu. 37. & faciunt declarationes S. Congregationis, ſupra adductæ d. 6. par. cap. 2. num. 244.

12 Difficultas eſt, an collatio † beneficij facta impe-
13 rito, ſeu illiterato ſit nulla ipſo iure. Et † eſſe nullam tenet Innoc. & Abb. & cap. cum in noſtris. de conceſſ. præbendæ, Felinus in capit. per tuas, de ſimonia, Rebuffus de pacificis poſſeſſ. à num. 261, aliàs 213. Probus ad Monachum, in c. nullus, de temporib. ordina. in 6. à nu. 25. Corraſ. d. c. 5. nu. 3. Bernar. Diaz d. c. 21. n. 6. & ibi Salzedo, dicens communem litera H. Hoieda ſupra nu. 29. Flam. Pariſ. d quæſt. 4. num. 3. Quintanad. d. lib. 1. cap. 6. nu. 12. & lib. 4. nu. 130. Vgol. d. c. 3. §. 3. nu. 1. & 2. Mand. Rod. in ſum. 1. to. c. 29. nu. 3. & Vega 1. p. ca. 36. caſu 17. & Leſſius d. lib. 2. cap. 34. nu. 129. & Acor d. lib. 6. c. 6. q. 3. 4. & 5. & cap. 26. q. 11.

14 Sed id non debet † intelligi de his, qui non habent ſcientiam competentem, aptam, condignam, & idoneam beneficio, quæ requiritur vt licitè, rectè, & ſine peccato conferatur beneficium, iuxta dicta, & citatos: quamuis etiam in his id velle videantur Reb. Bernard. Salzed. Hoieda Flam. Man. Rodriq.
15 & Vega. ibi. Sed † penitus illiteratis, & imperitis, ita quod neſciant legere, licèt enim defectus ſcientiæ competentis reddat collationem iniuſtam, non tamen nullam, ſi non reddit prorſus illiteratum: facit cap. fin. de ætate & qualitate, & Concil. Trid. ſeſſ. 7. de refor. cap. 3. ibi Irritetur, ita Naua. de oratione miſcell. 40. nu. 8. & idem dixerat miſcell. 33. nu. 7. vbi ait Alex. III. in d. cap. cum in cunctis, etiã requirere tantam literarum ſcientiam ad omnia beneficia, quanta eſt ad illa bene gerenda neceſſaria, ad hoc, vt illorum collatio ſit bene facta, liber non quoad hoc, vt ſit valida, & in d. cap. ſi quando, excep. 13. num. 8. ait, collationem beneficiorum, factam eis, qui nil penitus Latinè callent, modo ſciant legere, eſſe validam, ſaltim de conſuetudine, & praxi antiqua, & noua.

16 Licet † videatur ſibi contradicere in excep. 16. ad primum, ex num. 1. ſed vt patet num. 11. loquitur
17 ibi de omninò illiteratis. Et hoc † videtur tenere Franch. in d. c. fin. de temporibus ordina. in 6. num. 2. qui ait. quod collatio beneficij facta penitus illiterato non tenet, *& idem ait Genuen. d. cap. 37. nume. 7. quod collatio beneficij facta penitus illiterato eſt ipſo iure nulla, ſubdens tamen, ſed malè, id non procedere in eo, qui antequam declararetur priuatus, laborat vt ediſcat literas.*

18 Pro qua ſententia facit, nam etiam in † promouendis requiritur grauitas morum in d. cap. cum in cunctis: & tamen collatio facta criminoſo, ſi crimen non inducit irregularitatem, valet, vt dicetur cap. ſequenti, & num. 47. & ita tenendum eſt omiſſa diſtin. Vgolin.

19 Nec obſtat, quod illiteratus, † ſeu imperitus ſit irregularis, d. cap. illiteratos. 36. diſtin. Nauarr. c. 27. nu. 205. Vgol. d. cap. 3. & Suar. 5. tom. diſp. 51. ſect. 1. à num. 8. Auila de cenſur. 7. p. diſp. 4. dub. 1. Gonç. d. gloſſ. 4. num. 41. atque adeo collatio illi facta ſit nulla, iuxta tradita infra cap. 11. quia quicquid illi dicant. hanc non exiſtimo eſſe propriè, & ſtrictè irregularitatem, maximè ſi non ſit penitus, & omninò illiteratus, ſicut etiam defectus morum non eſt irregularitas. Et ita tenet Enriqu. lib. 10. cap. 16. §. 2. & in gloſſ. ibi litera Q. & lib. 14. cap. 8. §. 11. gl. litera B.

20 Et poſthæc † vidi Hier. Gonçalez glo. 4. vbi à nu. 47. docet, quod collatio beneficij facta illiterato, eſt ipſo iure nulla. Quod tamen num. 48. declarat, primò, vt ſolum procedat in eo, qui nunquam literas didicit, ita vt prorſus illas ignoret, quia ille dicitur prorſus illiteratus, qui non habet aliqua principia, in quo nobiſcum conueniat. Secundo declarat num. 49. cum Salzedo vbi ſupra, quod licèt collatio facta prorſus illiterato, ſit à principio nulla, ſi tamen poſtea addiſcat literas, & is qui contulit non pœniteat, priſtina collatio tacita quadam collatione ſuperueniente reuiuiſcit, quod tamen mihi non placet ex dictis aliàs infra de excommunicato, cap. 13. huius partis, nu. 88. tunc etiam, quia ex non pœnitentia, ſeu ex taciturnitate ſola non poteſt induci collatio. Selu. de benef. 3. p. quæſt. 10. 3. caſu, nu. 15. Sylueſt. verb. beneficium 3. qu. 19. cum alijs. Tertiò declarat num. 50. cum Rota, dec. 13. num. 5. de probat. in antiquis. Staphileo 9. forma expectatiuarum num. 23. & Rota deciſ. 13. numero 4. 2. part. diuerſor. quod procedat in beneficijs curatiuis, ſeu Canonicatibus, vbi acquiritur induſtria & Concilium; ſecus autem in beneficio ſimplici, quod etiam mihi non placet, nam etiam ad beneficium ſimplex videtur inhabilis omninò illiteratus, iuxta ſupra d.

21 Beneficiatus autem, qui † non habet ſcientiam compe-

competentem beneficio, quamuis collatio valuerit, tenetur addiſcere, quam primum commodè poſſit, & aliàs tenetur illud dimittere, Nauarr. in d. cap. ſi quando, excep. 18, numero 4. & 8. conſ. 8. num. 4. de præben. Quintanaduenn. d. cap. 6. nu. 18. & Aſor. 1. p. lib. 10. c. 13. q. 18.

22 Et † etiam fructus reſtituere, tanquam indignus, Aragon. 2. ſecundæ quæſt. 62. art. 3. verſ. tertio, etiam eſt certum.

23 Quod † tamen de reſtitutione fructuum non videtur verum, nam ratione tituli eos facit ſuos, ad tradita ſupra. 3. p. c. 1. illat. 1. à nu. 7.

24 Et collatores † conferentes beneficia habentibus defectum ſcientiæ competentis, ſeu aliàs indignis, non ſolum peccant mortaliter, ſicut etiam indignus acceptans beneficium peccat. Lambert. 3. p. 2. libro quæſt. 10. art. 2. nu. 10. & Coſmas Philiarch. de offic. Sacerdo. 2. p. lib. 4. cap. 22. verſ. ratione Beneficiorũ.

25 Sed † etiam tenentur Eccleſiæ de damno & intereſſe. Anchar. in d. Clem. 1. de ætate & qualit. vltim. notab. Felin. in d. c. ſi quando, de reſcr. ip. num. 7. & ibi Nauarr. excep. 16. nu. 3. & de reddit. Eccleſ. q. 2. monito. 23. Palac. Rub. in repet. cap. per veſtras, notab. 3 §. 26. nu. 11. Couar. in reg. peccatum, 2. p. §. 7. nu. 2. Ioan. Guttier. canonic. q. lib. 2. c. 11. nu. 44. Soto de iuſt. & iure, li. 4. q. 6. art. 3. ad 9. 1. conc. Mercado in ſum. li. 6. c. 17. verſ. pero ſi eligieron, Coſmas Philiarc. d. 2. par. lib. 6. cap. 23. 1 & 3. d. P. Nauarra, de reſtit. lib. 2. c. 2. nu. 172. 173. & 179. Aragon. ſupra, Salon. 2. 2. q. 63. art. 2. Valentia 3. to. diſp. 5. q. 7. pun. 2. 6. quæſt. Man. Rodrig. in ſum. 1. tom. c. 29. n. 3. & c. 108. nu. 3. Vega, 1. p. c. 36. caſu 3. & 8 & 2. ca. 17. caſ. 1. in prin. & P. Ledeſm. in ſum. 2. p. tract. 7. c. 2. circa 15. conc. & Rebell. 1. p. li. 3. q. 4. nu. 14. Leſſius d. lib. 2. c. 34. nu. 74. Aſor d. lib. 6. 2. p. c. 15. q. 15. & poſt hæc Gonçal. d. gl. 4. à nu. 51. & tract. 8. c. 4. 1. conc. 2. difficult. *Grat. in addit. ad deciſ. 69. num. 3. & 97. num. 11. Genuenſ. d. cap. 37. num. 1. & 4.* Et † tenẽ-

26 tur Eccleſiæ reſtituere fructus, & reditus, quos iſte indignus quotannis percipit ex beneficio indigne, Mercado ſupra, quem ſequitur Ioan. Guttierr. vbi ſupra, & idem dicunt P. Nauarra, Aragon. Valen-

27 tia, & Man. ſupra. Non † eſt indiſtinctè verũ, quod ipſe Nauarra ibi ait d. nu. 189. & ſequitur Ioã. Guttier. nu. 45. & Man. Rodr. vbi ſupra & q. regular. 2. to. q. 52. artic. 5. Vega d. cap. 17. caſu 1. in princ. & Iacob Sbrotius, de Vicario Epiſcopi, lib. 1. qu. 100. nu. 2. quod collatio facta indigno eſt nulla in vtroque foro, & contra eſi quod ait Leſſius d. cap. 14. n. 57. quod etſi omnis conditio, quæ reddit hominem indignum beneficio ſufficiat ad irritandam collationem, vel electionem indigni, non tamen omnis reddit ipſo facto collationem irritam, de quo ſupra à n. 14. & ſeq. à numero 38.

28 Et cum collatio † non ſit nulla, ipſe indignus non teneatur fructus reſtituere, ſed illos faciat ſuos ratione tituli, vt dictum eſt, videtur etiam conferentem non teneri illos reſtituere, ſed ſolum ad damna

29 inde ſequuta. Et † illorum ſententia procedere poſſet, quando collatio eſſet nulla, & quando non eſſet titulus beneficij, ſed merum ſalarium, vt in Cathe-

30 dris, & alijs officijs: † in quibus etiam ipſe indignus teneretur reſtituere fructus, ſeu reditus ſiue emolumenta officij, cum non habeat alium titulum, ratione cuius illos percipiat, niſi ipſum officium, ad quod vt ſupponitur eſt indignus & inſufficiens: & ſic illud non adimplet, vt debet, &c. & ita procedet, quod ait Rebellus ſupra. quod Eccleſiæ, ſiue reipublicæ reſtituendum eſt principaliter ab ipſo miniſtro indigno, & in defectum eius a collatoribus ſtipendium, quod ipſe recepit dempta ea parte, quam arbitratu prudentis meretur.

31 Secundò notandum eſt, quod licèt † de iure communi antiquo in nullo beneficio requiratur aliquis gradus Doctoratus, vel licentiæ, nec Eccleſiam Baccalaureatus, tamen hodie ex ſacro Concil. Trident. in aliquibus requiritur gradus Doctoratus, vel licentiæ.

32 In primis † ad Epiſcopatum aſſumendus debet eſſe Magiſter, ſiue Doctor, ſeu licentiatus in Theologia vel iure Canonico, aut publicum alicuius Academiæ teſtimonium habere, quo idoneus ad alios docendos oſtendatur, & ſi regularis fuerit, à ſuperioribus ſuæ Religionis ſimilem fidem habeat, vt in 5. Concil. Triden. ſeſſ. 22. de reform. cap. 2. quod etiam habetur, ac declaratur in d. conſt. Greg. XIV. de forma faciendi proceſſus ſuper promouendis ad Eccleſias Cathedrales quam ſupra poſui c. 4. nu. 77. & in Concilio, Prouinciali Compoſtellano, actio. 2. decreto 2.

33 Circa † quod decretum Conc. Trid. cum quæreretur, an principalis dignitas in Collegiata Eccleſia exempta cui ordinaria iuriſdictio, cum omnibus iuribus quaſi Epiſcopalibus competit, neceſſario conferri debeat Licentiato, vel Doctori, vt principalis dignitas in Cathedrali, Congregatio 12. Decembris 1585. cenſuit negativè, quia hoc nullibi cauetur eſſe neceſſarium. & Concil. quando loquitur de dignitatibus, c. 12. ſeſſion. 24. hortatur, vt conferantur Doctoribus non præcipit.

34 Secundò Scholaſtria † (de qua dignitate, & origine, & officio vide Duarenum de beneficijs, lib. 10. cap. 15. P. Gregor. lib. 5. Syntag. cap. 19. Sandoual de officio Canonico. 5. p. cap. 3. & l. 7. tit. 6. p. 1.) cõferenda eſt Doctori, vel Magiſtro, aut licentiato in Theologia, aut in iure Canonico, & aliàs prouiſio eſt nulla, ex decreto S. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de refor. c. 18. verſ. de cætero, vbi ſic ait: De cætero vero officia, vel dignitates illæ, quæ Scholaſtriæ dicuntur, non niſi Doctoribus, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra Pagina, aut in iure Canonico, & alijs perſonis, idoneis, & qui per ſe ipſos id munus explere poſſint, conferantur, & aliter facta prouiſio nulla ſit & inualida, non obſtantibus quibuſuis priuilegijs, conſuetudinibus immemoriabilibus.

35 Circa † quod ſacra Congregatio declarauit, conferendam eſſe ſcholaſtriam Doctoribus, vel Magiſtris aut Licentiatis in ſacra pagina, aut in iure Canonico in qualibet vniuerſitate approbata, nec obſtare quod non eſſet ex illis quæ eſſent in illa regione, in qua eſſet Scholaſtria, vt habetur in declarationibus ad dictum capitulum 8. & 14. *Aug.* 1597. *eadem S. Congregatio Concilij cenſuit, id decretum cap.* 18. *ſeſſ* 23. *verſ. deinceps, non comprehendere Scholaſtrias exiſtentes in loco, in quo minimè erigendum eſt ſeminarium.*

36 Tertio Archidiaconi, † (qui oculi dicuntur Epiſcopi, cap. ad hæc, *de officio Archidiaconi*, & *ſic ſunt maiores poſt Epiſcopum de iure communi*, *d. cap. ad hæc*, & *cap. mandamus eod. tit. Caſſan. in catal. glor. mund.* 4. *parte* 39. *conſid. Sandoual de offic. Eccleſ.* 5 *p. c.* 3. debẽt

eſſe

esse in omnibus Ecclesijs, vbi fieri poterit, Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure Canonico, ex decreto Concilij Trident. sess. 24. de refor. c. 12. vers. Archidiaconi etiam.

37 Circa quod † decretum Nauarrus in manua. cap. 25. nu. 135. notat, non sufficere, quoad hoc Doctoratum, vel licentiam iuris Ciuilis, medicinæ, vel artium, quod Curia seruat, & patet ex dicto decreto,
38 ibi; in Theologia, & in iure Canonico, Et † quod per Archidiaconum intelligitur solum is, de quo loquitur titulus de officio Archidiaconi, qualem in Hispania neminem ait scire, quia prædicta rubrica, solum videtur loqui de illo, qui est caput Capituli, & primus post Pontificem, & tales Hispania in secularibus Ecclesijs vocat Decanos, & in regularibus priores, & Gallia, vt plurimum Præpositos; & huic alludere c. quamuis, de verb. signif. Quæ sententia Nauarri probatur ex eo, quia aliàs Archidiaconus non dicitur oculus Episcopi.

39 Et † Hoieda supra nu. 40. ait. dict. decretum Concilij, moribus, & stylo Curiæ Romanæ interpretatum esse, vt intelligatur de Archidiaconis principalibus illius Ecclesiæ Cathedralis, non autem de alijs Archidiaconis ciuitatum, seu oppidorum Ecclesiæ Cathedralis, qui vocem, & sedem habent in Cathedrali.

40 Et † cessat difficultas ex sequentibus declarationibus S. Congregat. super dict. capit. 12. quæ approbauit d. sententiam Nauarr. quam etiam tenet Cechus, de repub. Eccles. c. 24. de Canonic. nu. 3. versi. 3. dicens Archidiaconos debere esse doctores, vt S. Congreg. respõdit, scilicet si habent iurisdictionem contentiosam, & tunc debere esse promotos in publico Gymnasio, aliàs gradus eis non suffragari, ex Bulla 63. Pij V.

41 Prima declaratio Episcop. Legionen. Congregatio censuit decretum Concilij, sess. 24. c. 12. verfic. Archidiaconi, intelligi de illis Archidiaconis, qui ea munera exercent, quæ de iure communi Archidiaconi debent exercere, aliàs enim Archidiaconus non est ille Episcopi oculus de quo Concil. statuit 19. Decemb. 1570. Secunda Episcop. Abulen. Congregatio censuit, eos Archidiaconos qui verè carẽt cura animarum, & omni prorsus iurisdictione, & qui præter primum locum in choro, & stallum in Capitulo sunt sicut cæteri Canonici, & portionarij, non comprehendi decreto Conc. sess. 24. c. 12. versi. Archidiaconi. Tertia, Archidiaconi, qui non habẽt curam animarũ & iurisdictionem, non compreduntur hoc decreto, vt sint, Doctores, vel Licentiati. Refert Anast. Germonius, de indultis Card. §. quibusuis, nu. 4. Flam. Paris. lib. 4. de resignat. q. 1. *num. 9. & Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 5. n. 20.* Quarta, hoc etiam debet intelligi de illis Archidiaconis, qui reuera Archidiaconatus officium exercent, secus si nomine tantum essent Archidiaconi.

42 Ait † tamen Menoc. d. cas. 425. num. 42. quod si ipsa ius dicendi potestas & iurisdictio, quæ Archidiacono à iure data est post Episcopum in Clericos suæ Ecclesiæ, esset in Archipresby. ex Ecclesiæ consuetudine, illum Doctorem esse debere ex mente d. constitut. Conciliaris crederet, quasi in Ecclesia Patauina, cuius Archipresbyter eo fungitur munere, quo in cæteris Archidiaconis dicerem, inquit, nõ nisi DD. esse ad eam dignitatem promouendum.

43 Circa Decanatum vero † sic respondit S. Cõgreg. Archiepiscopo Hispalen. Nullo Concil. Triden. decreto statutum est, vt qui Decanatum consequi velit, is necessario sit Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico.

44 Hortatur etiam † S. Concil. d. cap. 12. hortatur vt in Prouincijs, vbi id commodè fieri potest, dignitates omnes, & saltim dimidia pars Canonicatuum, in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis insignibus, conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico.

45 Super quo † S. Congregat. declarauit, & censuit sic. Concilium hic hortatur, non autem præcipit, vt vbi id commodè fieri potest, dignitates in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis insignibus conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus vel etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. Secunda, Synodo Prouinciali non licèt imponere onus dignitatibus, quod quis nisi graduatus non possit eas obtinere sine sedis Apostolicæ authoritate. Tertia, quod dignitates, & Canonicatus in Cathedrali dẽtur tantum graduatis, non est inducendum ex necessitate, nec per Conciliũ Prouinciale id statui potest.

46 Vnde apparet † decret. 29. Concil. Prouincialis Tolet. act. 2. & decr. 33. Conc. Prouincialis Compostel. act. 3. vbi cauetur, quod dignitates, & dimidia pars Canonicatuum, sint graduatorum in S. Pagina, vel iure Canonico, & tantum Doctoribus aut Magistris, vel Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico necessario conferantur, vt latius habetur in dictis decretis, non habere vim, aut robur, nec id in dictis Concilijs statui potuisse.

47 Nec obstabit † confirmatio concordiæ initæ inter Metropolitanum, & Episcopos, ac Capitula dictæ Prouinciæ Compostell. facta Pio V. anno 1569. quę habetur impressa Salmanticæ, anno 1595. post dict. Concil. secunda vice impressum de ordine D. Ioannis de S. Clemente, Archiepiscopi Compostellani, in qua in vltimo cap. sic habetur; Item 33. cap. eiusdem actionis, vbi cauetur, quod dignitates, & dimidia pars Canonicorum sit graduatorum in S. Pagina, vel iure Canonico, iuxta decretum ipsius Concilij Tridentini, cum declaretur, intellige citra prejudicium optionum, & optandi consuetudinis præscriptæ, vel à Sede Apostolica confirmatæ, quod declarationi & voluntati Sanctissimi Dom. Nostri relinquatur. Et postea ait Pius V. in dict. confirmatione concordiam, & declarationes prædictas, & omnia, & singula in eis contenta quæcunque authoritate Apostolica prædicta per præsentes confirmamus, declarantes diffinitionem optionis nobis remissam, tunc dictæ optioni locũ esse debere, eo modo & tempore quo illi ante huiusmodi Concilium locus erat, & non aliàs, quia respondetur, quod in dicta confirmatione non confirmatur d. decretum 33. sed declaratio, quod intelligatur citra præiudicium optionis, declarando ei locum esse debere eo modo, & forma, quo illi ante huiusmodi Concilium locus erat, & non aliàs.

48 Nec dicta decreta † Concilij Toletani, & Compostellani videntur vsu recepta. nam semper dignitates & canonicatus prouidentur indistictè, etiam non graduatis in hac prouincia Compostellana, & etiam in Lauretana.

Quarto

49 Quarto Canonicus † pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis debet eſſe Magiſter, vel Doctor, aut Licẽtiatus in Theologia, vel iure Canonico, ſeu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur ex decreto ſacri Concilij Tridentini, ſeſſ. 24. de reform. cap. 8. vt dictum eſt ſupra. c. 4. nu. 32. vbi dicta vide.

50 Sed dubitatur, † an ad beneficia, ſeu dignitates requirentia gradum, ſufficiat eum habere etiam ſine ſcientia competente, ita vt nihilominus valeat adeptio, & impetratio talis beneficij, ſeu dignitatis. Reſpon. affirmatiuè, quia ille re vera eſt graduatus, licet indigne, & ſic gaudet priuilegijs graduatorum, vt contra Barbatiam tenet Aret. in c. clerici. de iud. & ibi Fel. nu. 2. & 3. in rub. de maior. & obed. num. 4. Ripa in leg. Centurio. ff. de vulg. num. 17. Boer. de authorit. magni Conſilij, num. 94. & Mandoſ. reg. 16. Cancell. q. 13. num. 4. contra gloſſatorem, ibi, & in propoſito Azor 2. p. lib. 6. cap. 6. quæſt. 1.

51 Sed † an ſufficiat gradus contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptus, vt quia quis falſo probauit curſus neceſſarios, vel ſcriptionem in matricula, aut non fuit ſeruata forma præſcripta in examine, ſeu alias, Azor ibi ait ſufficere, & valere in eo adeptionem Epiſcopatus, ſi promotio ad gradum Doctoris, vel licentiati non fuit ipſo iure irrita, quãuis iudicis ſententia reſcindi potuerit, quod ſi ipſo iure irrita eſt (vt mihi videtur eſſe, quando promotus, non habet requiſita ad gradum, ſeu non ſeruatur forma) adeptio quoque Epiſcopatus, ſeu aliorum beneficiorum illum gradum requirentium inanis eſt & irrita. Et idem erit quando ad gradum promotio eſſet nulla ob non factam profeſſionem fidei, iuxta conſtitutionem Pij IV. 112. de qua ſup. 3. p. cap. 3. nu. 3. Et probatur, quia iura requirentia gradum debent intelligi de gradu valido, leg. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. cum alijs, vt alias dictũ eſt, 5. par. cap. 4. num. 228. Et paria ſunt non habere gradum, vel illum habere nullum, & inualidum, vt ibi, quamuis in beneficijs non requirentibus gradum, ſi impetrans narrat ſe graduatum, ſufficiat verificare gradum de facto, vt ſupra dixi 6. parte, cap. 2. à num. 205.

## *De moribus & vita. Cap. VIII.*

### SVMMARIA.

*Vita quoque, ac morum honeſtas in promouendo ad beneficium neceſſaria eſt num. 1. & oportet promouendum, cuius opinio in nullo vacillare debet, nulla nota, vel infamia reſperſum eſſe nam notatis, & infamibus porta dignitatum patere non debent, nu. 2. Accipitur dignitas in propoſito pro qualibet beneficio, num. 3. & ſemper infamia impedit habere beneficium, nu. 4. & omnis infamis tam de iure, quam de facto repellitur à promotione, num. 5.*

*Ideo accuſatus, ſeu denuntiatus de aliquo crimine, interim pendente accuſatione, ſed denuntiatione promoueri non debet, nu. 6. quod procedit, quando perſona eſt infamata apud bonos & graues homines, alias accuſatio non impedit promotionem. num. 7.*

*De hac materia qui ſunt videndi, num. 8. Reg. infamibus, procedit tam in infamia facti, quam iuris. num. 9. Dicitur infamia iuris illa, quæ irrogatur per ſententiam vel ipſo facto in caſibus, in quibus iure cauetur tantum, nu. 10. Et regulariter infames ſecundum leges ſunt infames ſecundum canones, num. 11. Infamia facti eſt cum quis eſt notatus de aliquo crimine apud bonos & graues, ſeu cum opinio alicuius grauata eſt apud bonos & graues ſuper aliquo crimine. num. 12. ſeu cum quis propter aliquod delictum graue apud bonos & graues vires male audit, num. 13. & non eſt aliud quam vita ſordes, & vilitas diuulgata, & ſic non poteſt eſſe occulta num. 14.*

*Quando dicatur eſſe infamiam, ſeu aliquem eſſe infamatum de aliquo peccato, remiſſiue. num. 15. & iſta infamia quomodo probetur, etiam remiſſiue, nu. 16.*

*Infamia iuris de iure bene poteſt eſſe occulta, & incurritur, quamuis delictum ex quo illa oritur, ſeu propter quod ipſo facto irrogatur, ſit occultum, nu. 17. Sed contrarium tenent Alphonſus de Caſtro, Couarruuias, & Enriq. nu. 18.*

*Sed verior eſt in rigore primæ ſententiæ, quamuis de æquitate Canonica poſſit ſecunda procedere, aut ſaltim, quod non habeatur in conſideratione talis infamia ex delicto occulto proueniens.*

*Quamuis in vſurarijs, qui notantur infamia, ſit controuerſia, an id ſolum procedat in vſurarijs publicis, an etiam in occultis, & Couar. cum Saliceto ait, vſurarium publicum etiã ante ſententiam notatum eſſe infamia facti & iuris, ac vſurarium occultum, nec iuris infamia affici, Paulus tamen de Caſtro tenet etiam occultum affici infamia iuris. Pro quo facit lex Regia Partita, & recopilationis. num. 20. & 4. ſeqq. Nec pro prima ſententia vrget lex, improbum fœnus, dum exercentes infamia afficit: quia inde non infertur debere eſſe publicum ſed ad ſummum requiri vſum, qui poteſt eſſe occultus, à nu. 25. & 2 ſeqq.*

*Quidquid eſſet in iſta controuerſia, certum videtur, vſurarios etiamſi non ſint publici, aut manifeſti, non debere ad ordines promoueri, nec eligi, aut promoueri ad dignitates Eccleſiaſticas & officia, repelluntur enim à beneficio obtinẽdo, nec poſſunt eligi, aut præſentari ad beneficium, a num. 28. & tribus ſeqq.*

*De pœnis vſuriarorum, & qui dicantur manifeſti, remiſſiue, num. 32.*

*Infamia non ſolum impedit præfici. ſed etiam remoueri facit a dignitatibus habitis, num. 33. Ipſo iure, num. 34. Sed id procedit ſolum in infamia iuris, nam infamia facti licet repellat quem a dignitatibus habendis, non tamen a dignitatibus quæſitis, niſi dicatur in ſententia, nu. 35. Et licet infamis infamia facti ſit inhabilis ad obtinenda beneficia, obtentis tamen non priuatur. nu. 36.*

*Secundo id procedit in dignitatibus & honoribus citra titulos beneficiales, ſecus vero in beneficialibus, quæ non eſt text. hoc dicens. vnde hæc pœna ſpecialis priuationis ipſo iure imponi non debet, eſto infamis infamia iuris regulariter veniat priuandus, num. 37.*

*An collatio beneficij facta infami, ſeu criminoſo ſit nulla ipſo iure, nu. 38. 39. cum 3 ſeqq. Ponitur ſententia tenentium, eſſe nullam, quæ fundatur, à nu. 43. cum 3 ſeqq. Contraria ponitur nu. 47. quæ fundatur a nu. 48. & 2 ſeqq. eo præcipue, quod non eſt textus, qui conuincat nullitatem talis proniſionis; nam eſto crimen inducat priuationem beneficij, ſiue per ſentẽtiam ſiue ipſo iure, & obid ad alia non debeat admitti, tamen non ideo proniſio eſt nulla, nam in priuatione ipſo iure non veniunt beneficia poſtea acquiſita. Et hæc ſententia tenetur omiſſa diſtinctione Nauarri, & Couarr. quæ iure non probatur, num. 51. & ſequ. & procedit etiam in collatione facta a Papa, etiam ad inſtantiam partis, a num. 53. & 3. ſeqq. Et etiam in proniſione facta virtute literarum ad vacatura, nu. 57. 58. & nume. 59. reſpondetur fundamentis contrariæ ſententiæ. numero 60. & ſeqq.*

Regula

*Regula l. non dubium Cod. de legibus non procedit, quando lex eadem est prohibens, & puniens, num. 62.*

*Non est omnimo vera doctrina Abbatis, quod collatio facta non idonee scientia, moribus, & ætate, seu facta indignis ex quatuor defectibus, qui continentur in cap. cum in cunctis, de electione, est nulla ipso iure num. 63.*

*Infamis, maxime infamia facti non est proprie simpliciter & absolute irregularis, sed large secundum quid num. 64. Et in materia irregularitatis pro regula habendum est impedimentum illud, quod absque dispensatione tollitur, & potest cessare facto, non esse proprie irregularitatem, num. 65.*

*Infamis est irregularis vere, etiam si infamia procedat ex delicto notorio de positione digno num. 66.*

*Improbatur doctrina glossæ magnæ in cap. nisi cum pridem, de renuntiatione, quod omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam, impedit executionem ordinis, etiam post peractam pœnitentiam, num. 67.*

*Nullum crimen occultum quantumlibet graue & enorme inducit irregularitatem, nisi illud, de quo iure specialiter statuitur, num. 68.*

*Si vsurarij pœniteant, & restituant vsuras, amittunt infamiam, de æquitate canonica, num. 69.*

VLtra clericatum, legitimitatem, ætatem, & scientiam vitæ quoque, ac morum honestas in promouendo ad beneficium, necessaria est, c. cum in cunctis, de electione, cap. graue nimis, de præbendis, clem. 1. de ætate & qualitate, & Concilium Tridentinum sess. 24. c. 18. de reform. quamuis de hoc, proh dolor, parum curetur, & quando fit informatio, est propter formam. Cum tamen huius conditionis potissima ratio habenda sit, Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 23.

2 Vnde oportet † promouendum, cuius opinio in nullo vacillare debet, c. laici, 35. distin. nulla nota vel infamia respersum esse, c. fi. de furtis, Abbas in c. super eo, de electione, Coral. de benefic. 3. p. c. 6. nu. 8; nam notatis & infamibus portæ dignitatum patere non debent l. vnica, C. de infamib lib. 10. & l. 2. C. de dignitatibus, lib. 12. cap. inter dilectos, de excess. prælatorum, & reg. infamibus, lib. 6. Molina de Hispan. primog. lib 1. cap. 13. à num. 7.

3 Et accipitur † dignitas in proposito pro quolibet beneficio, vt per Abbatem, & DD. in cap. querelam, de iureiuran. eundem Abbatem in dict. cap. super eo, de elect. num. 2. & 5. Lamber. de iure patron. 1. part. 2. lib. quæst. 9. art. 6. num. 3. & Couarr. lib. 3. variarum, cap. 3. num. 3.

4 Et semper † infamia impedit habere beneficium Duarenus, de benef. lib. 4. cap. 1. & P. Greg. cap. 37. numer. 9.

5 Et omnis † infamis tam de iure, quam de facto repellitur à promotione. Candelabr. aur. in append. tract. seu cap. 10. num. 3.

6 Et ideo accusatus, † seu denuntiatus de aliquo crimine interim pendente accusatione, seu denuntiatione promoueri non debet, l. reus. ff. de muneribus l. reum criminis, C. de procurat. l. vnica, C. de reis postulatis, lib. 10. cap. 318. distin. cap. fin. de test. b. cap. omnipotens de accusationibus & ibi DD. Abb. Ann. Felin. & alij, Roma. singul. 458. Selua de benefic. 3. p. quæst. 5. num. 31. Corral. d. cap. 9. nu. 9. & 10. Duaren. d. cap. 1. P. de Barbo in directorio electionum, cap. 23. 2. p. Nauarr. consil. 6. & 7. de accusatio. Zerola in praxi Episcopali 2. part. verb. concursus, §. 2. & verb. ordo, §. 1. Vgol. de offic. Epis. cap. 1. §. 1. num. 8.

7 Quod tamen † procedit quando persona est infamata apud bonos, & graues homines, alias accusatio non impedit promotionem, vt docent Abbas, Felinus, Romanus, Selua, Barbus, Nauarrus, & Zerola ibi cum Hostiens. & Ioanne Andrea in c. meminimus, de accusat. communiter receptis, & Manuel Rodrigues in sum. 1. tom. cap. 105. nu. 2. Vgolin. d. nu. 8. & Rot. decis. 677. nouis. Farin. num. 3. Et † de 8 hac materia videdi sunt Dynus in d. reg. iu. famibus, & additiones ibi, & Franchus, & alij ibidem, Specul. tit. de dispensatione, §. iuxta, & §. qualiter Alber. Trocius de vero & perfecto clerico, lib. 2 c. 29. Rochus de iure patronatus, verb. honorificum. q. 4. nu. 16. versic. quis autem dicatur indignus, Lambertus d. art. 16. & per totam illam nouam quæstionē. Sel. sup. Corral. d. c. 6. à nu. 9. Petrus de Bayllo d. 2. p. c. 16. & 23. Maiolus de irregularitate lib. 3. c. 1. Hoieda de incompatibilitate beneficiorum, 1. p. c. 24. Vgolinus de irregularitate. c. 60. & de offic. Epis. d. c. 1. §. 1. nu. 7. Piasec. in praxi Epis. p. 1. c. 1. nu. 28. & seq. Nauarr. in Manuali, cap. 27. numer. 204. Angelus, Syluester, Armilla, & alij summistæ, verbo, infamia. Henriquez in summa, lib. 14. cap. 1. Valentia 4. tom. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. 2. specie irregularitatis. Ludouicus Lopez in instructorio conscientiæ, 2. tomo, 2. par. cap 23, Candelabrum aureum latè in appendice d. tract. seu cap. 10. per totum, Manuel Rodriguez in summa. 1. tom. c. 158. num. 13. & q. regularium. 1. tom. q. 24. art. 6. Toletus in summa lib. 1. c. 62. Sairus de censuris, lib. 7. cap. 11. & seq. Suarez 1. tomo, disp. 48. & Azor institutio. moral. 2. p. lib. 6. c. 9 7. Auila de censuris, 7. p. disput. 4. dub. 5. † & d. reg. infamib. procedit tam in infamia facti, quam iuris, vt vbi docent gl. Dynus, Franchus, & alij, Lamber. 10 d. art. 16. nu. 3. & alij citati. Diciturque † infamia iuris illa, quæ irrogatur per sententiam, vel ipso facto in casibus, in quibus iure cauetur dumtaxat, c. 2. §. porro. & ibi gl. 3. q. 7. l. 1. cum seq. ff. de his, qui notan. infam. l. 1. 3. 4. & 5. tit. 6. p. 7. Vgol. d. c. 60. Tole. 11 dict. c. 64. Sair. d. lib. 7. c. 11. à nu. 3. Et regulariter † infames secundum leges, sunt infames secūdum canones, c. omnes vero, 7. q. 1. ita Felin. in c. testimonium, de test. lib. nu. 15. Lamber. d. art. 16 nu. 2. additio capellæ Tolosanæ decisio. 174. nu. 4. & 5. Maiol. sup. nu. 3. Armil. supra, & Suarez d. disput. 48. sectio. 1. Auila d. dub. 5. 1. conclus. Azor. d. cap 7. quæst. 3.

12 Infamia facti est, cum quis † est notatus de aliquo crimine apud bonos, & graues, seu cum opinio alicuius grauata est apud bonos & graues supra aliquo crimine, seu peccato, Dynus supra num 2. Felin. in d. cap. testimonium, num. 14. Vgolinus dict. cap. 60. num. 4. Syluester num. 2. Enriq. 3. & Candelabrum 13 4. vbi sup. seu † vt dicit Tolet. supra cum quis propter aliquod delictum graue apud graues & bonos viros male audit, eiusque mala opinio concepta est, 14 † & non est aliud quam vitæ sordes, & vilitas diuulgata, & sic non potest esse occulta, Felin. d. num. 15. & Auila dict. dub 5.

15 Quando vero † dicatur adesse infamiam, seu aliquem esse infamatum de aliquo peccato, vide Nauarrum in repetit. capit. inter verba, 11. quæst. 3. conclus. 6. corol. 48. in fine, & Suar. supra num. 16 19. 20. & 21. Et illa † infamia quomodo probetur,

vide Maſcard. de probationibus concluſ. 856.

17 At infamia † iuris de iure bene poteſt eſſe occulta, ſecundum Feli. dict. numero decimoquinto cum Baldo ibi, & incurritur, quamuis delictum ex quo illa oritur, ſeu propter quod ipſo facto irrogatur, ſit occultum. Paul. de Caſtro in l. improbum fœnus, C. ex quibus cauſis infamia irroget. num. 1. & Suar. ſupra numero 13.

18 Contrarium † tamen tenet Alphonſus à Caſtro de poteſtate legis pœnalis, cap. vltimo. Couar. lib. 1. variarum, cap. 3. num. 2. & Enriquez d. nu. 3. qui ad infamiam etiam iuris requirunt, quod adſit fama publica & quod delictum ſit publicum, aliàs, ſi ſit occultum, nõ afficere infamia iuris, donec delictum ſit detectum per ſententiam, vel aliàs publicum, ſequitur Auila ſup.

19 Sed verior † eſt in rigore prima ſententia, quamuis de æquitate Canonica poſſit procedere ſecunda ſententia, aut ſaltim, quod non habeatur in conſideratione talis infamia ex delicto occulto prouenies, ex c. ex literæ, & c. fin. de tempor. ordin. & quæ infra dicemus.

20 Et † quamuis in vſurarijs, qui notantur, & afficiuntur infamia, d. l. improbum fœnus, cap. 2. §. porro, 3. q. 7. Lamber. d. 1. part. 2. lib. qu. 9. art. 21. num. 6. Matthæſil, ſingul. 297. Corraſ. d. c. 6. num. 24. P. de Bayſio 2. p. cap. 33. Bernar. Diaz in pract. ca crimin. cap. 88. num. 1. Elpino de teſtam. in gloſſa rubricæ 13. part. numero 22. ſit controuerſia, an id ſolum procedat in vſurarijs publicis, an etiam in occultis,

21 † & Couarr. d. ibi. 1. cap. 3. numero 2. cum Salic. in d. l. improbum fœnus ait, vſurarium publicum, etiam ante ſententiam, notatum eſſe, & affectum infamia facti & iuris, ac vſurarium occultum, nec iuris infamia affici, donec eius crimen detectum fuerit per ſententiam, & ad hoc ſuffragari textum in d. l. improbum fœnus, dum exercentes improbum fœnus infamia afficit, quaſi exercitium eius criminis requirat, quod publice pareat, & facit dictum cap. inter dilectos. de exceſſibus prælatorum, ſequitur Peguera in deciſionibus criminalibus c. 31. num. 3. 3 & videtur Salzedo ad Bernardum Diaz d. c. 88. litera A. & Corraſ. d. nume. vigeſimoquarto, in vſurarijs manifeſtis loquitur, & citat c. quamquam, de vſuris in 6.

22 Paulus † tamen de Caſtro in d. l. improbum fœnus num. 1. tenet etiam, vſurarium occultum affici & notari infamia iuris, & idem videtur velle Baldus ibi nu. 2. & ſequitur Gregorius Lopez in l. 4. tit. 6. partita 7. verb. vſurarios.

23 Et † facit ſecundum eum illa lex quæ ait, vſurarios eſſe infames ipſo facto. Et cum non diſtinguat, an ſint manifeſti, vel occulti, de omnibus videtur intelligenda.

24 Facit † etiam lex 5. tit. 6. lib. 8. recopilatio vbi abſolutè dicitur quod vſurarius maneat inhabilis, & infamis perpetuò, vbi Azeuedo. Et hanc etiam ſententiam videtur tenere de Molina de iuſtitia, 2. tom. tract. 2 diſput. 334.

25 Nec pro prima † ſententia vrget d. lex improbum fœnus, dum exercentes improbum fœnus infamia afficit, quia non inde infertur, debere eſſe publicum, ſed ad ſummum requiri vſum, ad tradita in ſimili de conſtitutione Pij Quinti contra exercentes crimen Sodomiæ, per Nauarrum in manualis, cap. 27. numero 249. quem ſequuntur relati infra 11. part. cap. vltim. dubio 7. Qui tamen vſus poteſt

26 eſſe occultus, & non publicus, & † ita videntur poſſe ex æquitate accipi dictæ leges Regiæ, vt procedant in exercentibus vſuras, quod attinet ad infamiam, licèt dicta lex recopilationis non videtur pati hanc interpretationem, iuxta eius verba, & tenorem.

27 Nec pro † prima ſententia quidquam facit dictum caput quamquam, quia non agit de infamia.

28 Et quidquid † dictum eſſet in iſta controuerſia, certum videtur, vſurarios etiam ſi non ſint publici, aut manifeſti, non debere ad ordines promoueri, iuxta ſupra dicta in principio, cap. maritum, 33. diſtinct. cap. ſeditionarios, 46. diſt. & c. de Petro 49.

29 diſt. Salzedo d. cap. 88. litera A. Nec † eligi aut promoueri ad dignitates Eccleſiaſticas, & officia, Pe-

30 guera d. c. 31. n. 2. Licet loquatur in publicis † vſurarijs: repelluntur enim à beneficio obtinendo, glo. in d. c. præterea, de vſur. Couarr. in dict. cap. 3. nu-

31 mero 3. Nec † vſurarij poſſunt intelligi, aut præſentari ad Eccleſiaſticum beneficium, vt tradit Salzedo vbi proximè, cum Bertachino de Epiſcopo, 1. part. 2. lib. q. 33. & Lambert. d. artic. 21. dicente, clericum vſurarium præſentari non poſſe, & ſi præſentetur, & de hoc crimine opponatur, & probetur, à præſentatione repellendum: nam ad hunc effectum dicetur vſurarius omnis ille, contra quem huiſmodi crimen erit probatum, etiamſi non ſit manifeſtus.

32 Et † de pœnis vſuriariorum, & qui dicantur manifeſti, vide Couar. d. cap. 30. Iulium Clarum, libr. 5. §. vſura, Bernard. Diaz & Salzedo d. cap. 88. Didacum Perez, tit. 2. lib. 8. Ordinamenti, Pegueram d. c. 31. cum ſeqq. Azeuedo in l. 4. & 5. tit. 6. lib. 8. recopil. Ioan. Guttierez Canonicarum quæſtionum, lib. 2. c. 18. & 19. Don. Iuan Vela de pœnis delictorum, c. vltimo, & Molinam d. diſput. 334. Zaualos quæſtio. vndecima & 537.

33 Rurſus, infamia † non ſolum impedit præfici, ſed etiam remoueri facit à dignitatibus habitas, l. infamia, C. de decurio. lib. 10. & l. iudices. C. de dignitatibus lib. 12. Gloſſa, Dynus, Franc. & alij in d. regu-

34 infamib. † ipſo iure, ex d. l. infamia, ibi, adimit, quod verbum eſt præſentis temporis, & l. 1. §. miles, ff. de his, qui notantur infamia, Roman. ſingulari 74. fuit à me quæſitum. Abbas in c. querelam, num. 3. de iureiuran. Additio Dyni in d. reg. infamibus, verb. infamia, Ripa in cap. 2. de reſcript. nu. 18. Couarruu. Practicarum, c. 19. nu. 5. concluſione 5. & Sylueſter d. verb. infamia, nu. 15.

35 Sed id procedit † primo, ſolum in infamia iuris, nam infamia facti licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen repellit à dignitatibus quæſitis, niſi dicatur in ſententia, vt poſt alios, quos refert, tradit nd ditio Dyni, d. verb. infamia, verb. aduerte tamen Paril. conſ. 88. nu. 5. p. 4. Enriq. d. lib. 4. cap. 5. num. 3. & in gloſ. litera O. P. Auila d. dub. 5, verſicul. ſecundo ſequitur.

36 Et licet infamis † infamia facti ſit inhabilis ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, obtentis tamen non priuatur, ſecundum Couarruu. libro 2. variarum, cap. 8. numero quarto, Pariſ. ſupra num. 6. Abbas, & alij in cap. at ſi clerici, de iudic. Duaren. li. 18.

cap.

cap. 6. §. 6. *& Inhabilitas ad obtinenda non priuat obtẽtis, gloss. in Clemen. 1. de pan. verb. obtinenda, quam ibi sequuntur Imola numero decimooctauo, Bonif. 54. & Card. §. ipsius q. 2. Thomas Sanchez in priu. Decal. lib. 2. capite 28. numero 28.*

37 Secundo id procedit † in dignitatibus, & honoribus citra titulos beneficiales, secus vero in beneficialibus, quia non est textus hoc dicens. Vnde hæc pœna specialis priuationis ipso iure imponi nõ debet, ex quo iure Canonico non cauetur expressè ad glossam in capite finali, de iure patronatus, communiter approbatam, vt infra 11. parte, cap. vlti. num. 2. (Esto infamis infamia iuris regulariter veniat priuandus) Ita Abbas in d. cap. querelam, nu. 3. sequitur Felinus ibi nu. 2. & 3. & in cap. 2. de rescript. sub num. 3. & Duaren supra, Syluester n. 15. & Armilla num. 4. d. verb. infamia: quamuis Ripa in d. cap. 2. num. 18. & 19. sit dubius, & est decisio Rotæ apud Farinacium. 134. nu. 2. *& tradit idem Fari. lib. 5. quæst. crim. quæst. 160. num. 157.*

38 Sed est grauis † difficultas, an collatio beneficij facta infami, seu crimino so, sit nulla ipso iure.

39 Et esse † nullam collationem factam infami tenet Abbas in d. cap. querelam, num. 3. & in d. ca. super eo, de elect. numero 5. vbi ait, quod collatio facta notoriè infami infamia etiam facti, non tenet, & in dict. cap. inter dilectos, de excessibus prælat. numero 6. vbi ait quod collatio facta clerico aleatori est nulla, si de hoc constabat, tanquam facta vili & indigno: & si non constabat, quia erat occultus, debet irritari.

40 Sequitur † Rota in vna Pampilonensi Parochialis, coram sanctissimo Clemente Octauo, 21. Maij 1574. quæ habetur prima parte diuersorum, decisio. 426. num. 2. vbi dicitur, quod clericus aleator indignus est, cui beneficium conferri debeat, & si est publicus, est ipso iure nulla collatio, si occultus, irritanda non est ratione consuetudinis excusandus, ex d. cap. inter dilectos, & refert Flam. Pariſ. de relig. benefic. lib. 4. q. 3. ad fin. & nouissime sequitur Vgol. de offic. c. 13. §. 23. nu. 2.

41 Eandem sententiam † tenent Selua 3. p. q. 2. & q. 5. num. 31. Lamber. d. q. 9. art. 16. num. 3. & 10. num. 5. & 15. num. 6. Caputaquen. decis. 219. num. 4. par. 3. Flamin. Pariſ. d. q. 3. à nu. 2. Sylueſt. d. ver. infamia. num. 15. & Armilla nu. 4. & in fine, & Zechus de benefic. & pensio. cap. 3. ver. Secundo, si collatio, & Anila d. disput. 4. dub. 7. qui ait, collationem beneficij factam infami infamia facti, vel iuris esse nullam, & Suarez de relig. secundo tomo, tract. 5. libro 3. cap. vlt. nu. 4. 5. & 17.

42 Et videtur tenere Pariſ. d. conſ. 88. nu. 5. & 6. Coraſ. d. c. 6. num. 11. ibi; Obtinendorum beneficiorum incapaces, & Couarr. d. cap. 8. num. 4. quatenus ait, infamem infamia facti esse inhabilem ad obtinenda beneficia Ecclesiastica, & Rota apud Achillem: decisio. 201. seu 1. de iure patron. vbi dicitur, periurum ob non seruatam fidem esse infamem, & ideo inhabilem ad beneficia, & nouiſ. Farin. loquens de periuro d. q. 160. à num. 139.

43 Quæ † sententia fundatur primo in dicta reg. infamibus 2. ex d. c. cum in cunctis, de electione, dum ait, quod beneficia non sunt conferenda, nisi ei, qui scientia, & moribus commendabilis existat, qualis non est infamis, &c.

44 Tertiò facit, quod infamis † tam facti, quàm iuris infamia, est irregularis. Speculator de dispensatione, §. iuxta, num. 18. Vallad. ego de irregul. cap. 11. num. 31. & ibi Didacus Perez in addit. ione, Nauarr. c. 27. nu. 204. Vgolinus dicens communem d. ca. 60. §. 5. nu. 1. Valentia sup. Ludouicus Lopez d. cap. 13. Manuel Rodrig. d. c. 158. nu. 13. & d. q. 24. nu. 6. Toletus d. c. 62. Hieron. Llamas in sua methodo. c. 12. §. 10. Sairus d. cap. 11. à num. 1. præsertim nu. 6. & 11. & cap. 12. seq. num. 11. & Suarez supra & disput. 48. sect. 2. Auila supra d. dub. 5. & 7. Et infamiam iuris facere irregularem, aiunt Alber. Trocius d. cap. 29. numero quarto, & Enriquez d. lib. 14. c. 5. §. 3. Ergo collatio infami facta est nulla ex doctrina infra tradita cap. 11.

45 Et † facit doctrina glossæ magnæ in cap. nisi cum pridem, de renunc. quæ ait, quod omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam, impedit executionem ordinis, etiam post peractam pœnitentiã, quia licèt culpa per pœnitentiam tollatur, infamia tamen non aboletur. c. Euphemium, §. hinc colligitur, 2. q. 3. Quam glossam ait communiter approbatam Lamber. d. q. 9. art. 18. nu. 5.

46 Et accedit † doctrina Baldi in l. improbatum fœnus, numero secundo, C. ex quibus causis infamia irroget. qui ait, quod in magno periculo sunt vsurarij maximè manifesti, qui sunt infames infamia iuris, ex illa lege; quia etiam post pœnitentiam peractam, & restitutionem vsurarum, remanent infames, cum infamia iam sit inflicta, & sic sunt inhabiles ad testimonia, & dignitates. Sequitur Bernar. Diaz. d. ca. 88. numero primo. Et Gregor. Lopez in l. 4. titulo 6. par. 7. verb. vsurarios.

47 Contrariam † tamen sententiam, nempe, quod collatio, electio, seu prouiſio facta infami, vel criminoſo, crimine non inducẽte irregularitatem, seu inhabilitatem ad beneficia, non sit nulla ipso iure, sed valida, tenent Calder. conſi. 20. de præbend. & 4. de accusatio. Compostel. in cap. capitulum de rescript. & in c. considerauimus, de elect. Card. in d. c. querelam, de iureiuran. & sequitur Fel. ibi nu. 4. & in ca. 2. de rescrip. num. 4. (vbi retractat dicta in cap. fin. de præsump. 3. conclus.) & in c. postulasti. eod. tit. de rescrip. sub n. 1. vers. declara etiam, & in cap. dilectæ de excep. nu. 5. & in d. c. omnipotens, num. 3. & 4. in ca. inquisitionis. num. 8. de accusationibus & in cap. insinuatum, de simonia, ad principium, Staphil. de literis gratiæ nona forma expectat. num. 21. Gomezius de gratijs expect. num. 87. Rota decis. 32. de rescrip. in nouis, & Bella. decisio. 697. seu 698. num. 5. Rochus dict. verb. honorificum, q. 4. num. 16. ver. quis autem dicatur indignus, Nauarrus in manuali, cap. 27. numero 249. verſic. quod aliàs num. 251. & in Extrauaganti de datis, & promiſſis, numer. 48. & conſil. 1. de constitut. numero 51. & conſ. 48. numero 1. de regular. & conſi. 7. numero quarto, & 9. numero 3. de conſanguinitat. & affinitat. & conſil. 10. numero tertio, de simonia, & conſil. 3. numero 8. de raptoribus Ludouicus Lopez in instruct. conscien. 1. tomo, cap. 243. verſic. verum, & videtur tenere Manu. Rodriguez in summa, 1. tomo capit. 182. num. 126.

48 Pro qua † sententia, quæ est æquior & benignior, præsertim iuxta mores huius temporis, bene facit textus in dict. cap. inter dilectos, de excess. prælat.

49 Facit etiam † quod non eſt textus, qui conuincat nullitatem dict. prouiſionis, vt ex ſequentibus apparebit, nam eſto crimen, in quo quis eſt conſtitutus, inducat priuationem beneficij, ſiue per ſententiam, ſiue etiam ipſo iure, & ob id ad alia non debeat admitti, ſeu promoueri, vt etiam illis priuetur. Abbas in d.cap. ſuper eo, de electio, numero 3. Lamber.d.1.par.2.lib.9.art.16.num.3.& 19.nu. 2.& 21,num.4.& 22.num.2. tamen non inde infertur eſſe inhabilem ad obtinendum, ita vt prouiſio ſit nulla,

59 Nam † in priuatione ipſo iure non veniunt beneficia poſtea acquiſita, ad tradita per Fellum Fernandez in l.4.Tauri,numero 48. & 63. Mieres de maioratibus,1.p.q.1,num.105. Salzedo ad Bernar. Diaz,in pract.crimin.c.86.addit.1,verſ.tum quia d. Matienç.in l.3.tit.4.li.5,Recopilat, gloſſ.4,num. 9. Velazq.de Auendanno in d.lege 4.Tauri,glo.7.n.4. & 17.& Azeued,in l.1.titulo 21.lib.8.Recopila.nu. 34.& in l.3.titulo 10.lib.4.à nu.141,Quintanaduẽ. q. 10.Siman.de Catho. inſtitutio. titulo 9.numero 61.Ioann.Guttierez pract.lib.2.q. 39.à numer.6.& Farinac,in praxi crimin,1.p.quæſt. 25.à num. 138. Zauallos quæſt.320. & alios, & nouiſſimè Paz in l. 40. Styli, *à numero 19. & Thom. Sanchez in præcept. Decal.lib.2.cap.14.à num.8.* Facit lex ſi mandauero, §. is cuius.ff.mandati,& eſt glo.in Clem.2.de pœnis verb.obtentis,quam ibi ſequuntur Cardinalis,Imola,Abbas,& Bonifacius,nu.5.Couar.dict.lib.2.var. cap.8,numero 4.& Hoieda de incompatibus benef, capit.23,num.101,

51 Vnde hæc † ſententia videtur tenenda omiſſa diſtinctione Nauarri,de oratione Miſcellan. 34. & in ca.ſi quando,de reſcript.exceptio. 17.num.9. quam ſequitur Açor d. libro 6.2.par.c.7.quæſt.11.quę iure non probatur,& diſtin.Couarr. in c,quamuis pactum,1.parte §.7.numero 3. quam ſequitur Ioann. Guttier.canonic.q.libro ſecundo cap.5.à n.97. quę etiam iure non probatur, de quo etiam Salzedo ad Bernard. Diaz in pract.cap.70,litera D.& capit.92. addit.vltim,& Humada ad Greg.Lop.in l.57.tit. 5, part.1.glo. 3,

52 Et pro hac ſententia † conducit regula,quam ponit Lamber.d,q.nona,artic.23 num.2.quam ſequitur Hoieda,d.cap.24,numero 82. nempè quod collatio beneficij facta criminoſo, tunc demum eſt ipſo iure nulla, cum hoc à iure ſit expreſſum,quamuis fallatur Lamber.ibi.& vbi ſupra,quatenusexiſtimat collationem factam periuro, & infami, de iure eſſe ipſo iure nullam,

53 Quæ ſententia † procedit,etiam in collatione facta à Papa, non facta mentione de crimine, vt tenet Felinus ſupra in dicto cap.poſtulaſti. Rota, Bellam, & Nauar.ſupra,

54 Quamuis Lancellottus † de attentatis.2.part.capit.quinto numero 27.28.& 29.ex Calder.d. conſi. 20. dicat impetrationem beneficij Eccleſiaſtici, factam per inquiſitum. & de aliquo crimine diffamatum, non facta mentione inquiſitionis, non valere, nec illius vigore ſubſequutam prouiſionem, & inquiſitum,& diffamatum beneficium impetrare non poſſe.

55 Et quamuis † Caputaq.deciſ.7.& 135.p.1.id intelligat,quando Papa facit collationem proprio,ſcęus ſi ad inſtantiam partis.

56 At ratio, qua fundatur Felin. † & ſequaces,militat etiam in collatione facta à Papa, ad inſtantiam partis.

57 Nec placet † mihi limitatio Felini in d. c.2. num. 5.& in d.cap.inquiſitionis,num.8.qui ex Calder.ſupra limitat,niſi prouiſio criminoſo, vel infami, fiat virtute literarum ad beneficia, intellige vacatura, quia propter maximam earum odioſitatem,eſt nulla ipſo iure impetratio, & prouiſio, & ſequuntur Staphil. dicta nona forma expectata, numero 21. Gomezius d,numero 87.Rebuffus de pacificis poſſ. num.268.aliàs 221,Couarr. d.numero 3. Lancel.d, cap.92.ad fin.& Io.Guttier.ſupra.nu.10.& ſequitur etiam deciſio Putei 508.& 514.l.2,quando criminoſus erat inquiſitus,& erat graue crimen,niſi mandatum de prouidendo eſſet motu proprio, ſed hæc limitatio iure non probatur,& ideo non videtur mihi tenenda.

58 Vnde quod tradit † Menochius de arbitra. caſu 201.numero 33.& ſeqq. crimen, quod reddit indignum beneficio, narrandum, eſſe, ſi vero indignum non reddit,narrandum non eſſe,Felinus d, c. poſtulaſti verſic. declara etiam, Selua tertia parte quæſt. 11.numero 152.ſeu 48.& alij,intelligendum eſt de crimine,quod reddit indignum, id eſt, inhabilem, juxta citatos,

59 Ad primum † fundamentum contrariæ ſententię ex dicta regula,infamibus, reſpondetur cum Felin, in d.cap. 2.& in d.cap. querelam, quod poſſunt, & debent excludi, ſed non probat, quod ſint ipſo iure incapaces.

60 Nec obſtat † dict. deciſio Rotæ in cauſa Pampilonen.quia in fine deciſionis dicitur,quod quamuis illa,de quibus ibi,fortaſſe priuationem ipſo iure non inducant, cum tamen ibi non agatur de eo priuando, ſed de inſtituendo præſentato, videtur dominis alius quærendus,&c,

61 Ad ſecundum, † ex d,cap.cum in cunctis,reſpondetur,quod ibi non probatur electionem,aut collationem de criminoſo factam non valere,ſed eligentes, & conferentes ipſo iure priuari pro illa vice poteſtate eligendi, & conferendi, vt in §. fin. quod intelligitur caſſata illa electione de criminoſo facta, quamuis iſtam ſolutionem impugnet Nauarrus d, excep. 17.num.1.

62 Et ſic non obſtat † regula legis non dubium, C.de legib.quia non procedit quando eadem lex eſt prohibens,& puniens,Felin.d.cap.2,numero 4. de qua limitatione late Felin. poſt Abbatem in cap.2.de teſtibus numero 1. vbi plures pro ea refert Bar. in d.l. non dubium,nu.12.& in l. Prætor.ff.de noui operis nuntiat. & ibi additio.

63 Vnde † non eſt omninò vera doctrina Abbatis in d.cap.cum in cunctis.§.fin,numero 6.quod collatio facta non idoneo,ſcientia, moribus, & ætate,eſt ipſo iure nulla,& poteſtas prouidendi,illa vice deuoluitur ad alium,&c.& in d.c.graue nimis, de præb. nu.11.quod collatio facta indignis ex quatuor defectibus,qui continentur in d,c.cum in cunctis,non habet vires ipſo facto.

64 Ad tertium de irregularitate † reſpondetur, infamem, maximè infamia facti, non eſſe propriè ſimpliciter, & abſolutè, ſtrictèque irregularem,nec id eſt expreſſum in iure, & ideo non eſt dicendum, cap. is qui,de ſentent.excõmunicat. in 6.ſed largè,

& ſecun-

& ſecundum quid, quatenus prohibetur promoueri ſtante infamia, cap. omnes vero, cap. infames. 6. quæſt. 1. cap. qui in aliquo 51, diſtinct. d. c. de furtis, & d. reg. infamibus, & d. ca. omnipotens, vt videtur innuere Candelabrum Aureum ſupra, nam iſta prohibitio, & impedimentum ceſſat ceſſante ſeu ſublata infamia. Et † in materia irregularitatis pro regula habendum eſt impedimentum illud, quod abiq; diſpenſatione tollitur, & poteſt ceſſare facto, non eſſe propriè irregularitatem, vt defectus ætatis, tituli, literaturæ, morum, &c.

66 Et id exiſtimo † verum, etiamſi infamia procedat ex delicto notorio, depoſitione digno, nam adhuc non eſt irregularis veriè, vt dicemus infra 11. p. c. 3. à num. 111.

67 Nec obſtat doctrina † gloſſæ in d. cap. niſi cum pridem, quia contrarium verus eſt, vt patet ex cap. de his. 2. 50. diſtin. & cap. ex tenore, & cap. fin. de temporibus ordinan. & facit textus in cap. quoniã multi. 14. quæſt. 4. & cap. præterea. de vſuris, iuncta lege improbum fœnus, c. ex quibus cauſis infamia irrogetur, gloſſ. in c. illi qui. 6. q. & gloſ. penu. in cap. presbyter. 15. q. 5. qui etiam textus facit ad hoc, gl. etiam in c. fin. 25. diſtin. & ibi Archidiac. Lambert. d. q. 9. art. 18. nu. 6. & 7.

68 Et facit doctrina † Nauarri, dict. cap. 27. nu. 248. quem ſequuntur Coſmas Philia. 1. p. li. 4. c. 15. Enriquez, lib. 13. c. 36. & li. 14. c. 5. §. 1. & 2. Ludou. Lop. d. 2. tomo 2. par. c. 23. Valentia 4. tomo diſp. 7. q. 19. punct. 3. de quinta ſpecie irregu. Toletus lib. 1. cap. 74. nu. 3. & Vgolin. de irregularitate, capitulo 43. §. 2. num. 3. Anila de cenſuris 7. par. diſpu. 4. dub. 7. & Sayr. lib. 7. capit. 12. num. 14. Quod nullum crimen occultum, quantumlibet graue, & enorme, inducit irregularitatem, niſi illud, de quo à iure ſpecialiter ſtatuitur, vt homicidium.

69 Nec obſtat doctrina Baldi in d. l. improbum fœnus, quia contrarium tenet idem Baldus in l. Caſſius, ff. de Senator. ad fin. vbi docet, quod ſi vſurarij pœniteant, & reſtituant vſuras, amittunt infamiam de æquitate canonica, ſequuntur Matthæſil. ſingula. 197. Felin. in capit. 1. numero 19. in fine, de probatio. Salzedo d. cap. 88. litera B. & don. Juan Vela. de pœnis delictorum, capit. vltim. verſic. puniendus igitur erit.

## *De Naturalitate. Cap. IX.*

### SVMMARIA.

*IN regnis vbi eſt tale priuilegium, ſeu conſuetudo, requiritur in eo, cui de beneficio prouidetur, quod ſit oriundus, ſeu naturalis regni, vbi eſt beneficium, nu. 1. Externs enim beneficium ibi obtinere nequit ſine Regis permiſſu, & literis naturalitatis, vt in Gallia, & regis Caſtellæ, numero 2. & 3.*

*Vbi non eſt tale priuilegium, ſeu conſuetudo, poteſt conferri beneficium clerico alias idoneo vndecunque ſit. nu. 4. Sed qui ex loco, ſeu diœceſi beneficij debet, ſi eſt idoneus, alijs extraneo præferri, nu. 5. Sicut etiam alteri præferendus eſt qui eſt ex gremio Eccleſiæ nu. 6. Sed id intelligitur de honeſtate tantum. n. 7. Niſi ſimus inter duos præſentatos, aut alias habentes ius ad beneficium. tunc enim cæteris paribus præferendus eſſet de iure naturalitatis, & qui eſt de gremio Eccleſiæ extraneo. numero octauo. Et ita conſuetudo interpretata eſt aut recepta, num. 10.*

*In concurſu ad parochiales præferendi ſunt clerici ciuitatis ipſius exteris alijs, dummodo in maxima ſcientia non præcellant extranei, &c. nu. 9.*

*De qualitatibus conſiderandis in præſentatis, & in æquali gradu conſanguinitatis, ſeu alias in paritate vocum debeãt alijs præferri, & in concurrentibus in oppoſitione, qui ſunt videndi, nu. 11. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Concurrentibus ad beneficium, vno habente aliud, & alio non habente, non habens præferendus eſt habenti. ex Rota n. 12. Et nu. 13. ponitur eius deciſio, & alias amplius fuit reſolutum, quod non habens beneficium præferendus eſt habenti in concurſu, quamuis habens ſit magis ſufficiens, & ſtatutum dicat, dandum eſſe magis ſufficienti & habiliori. n. 14. Sed iſta deciſio loquitur in beneficio ſimplici, & non in parochialibus, in quibus aliud dicendum eſt, num. 25.*

*Si forenſis, ſeu alienigena impetrat beneficium, non facta mẽtione de hoc ſuæ originis, ſeu de ſua diœceſi, gratia eſt ſubreptitia. nu. 16.*

*Examinatur deciſio Rotæ 76. de reſcript. aliàs 628. in antiquis, quæ ait, quod ſi aliquis eſt oriundus de aliqua diœceſi, & habet domicilium, vel beneficium in alia, ſi impetrat beneficium. dicendo ſe clericum diœceſis beneficij, & non originis, talis gratia valet, nec eſt ſubreptitia. quæ deciſio videtur dubia, præcipuè, cum dicens ſe clericum diœceſis beneficij, ſeu domicilij, impetrat ibi beneficium eiuſdem diœceſis, num. 17. & 18. Nihilominus videtur vera, nam vt quis verè dicatur eſſe diœceſis alicuius, ſatis eſt ibi habere vel originem, vel domicilium, vel beneficium, num. 19. Et prædicta doctrina procedit quando forenſis impetrãs ſimpliciter impetraret, nu. 20.*

*Quando impetrans ſe dicit clericum Abulen. ſignificatur origo, quoniam verbum debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter, nu. 21. ſicut quando dicitur talis de Peruſio, intelligitur naturaliter, num. 22. & ita cum in ſupplicatione quis ſe dicit clericum Abulen. in literis ſolet dici oriundus, num. 23. & ſimiliter quando in ſupplicatione dicitur, N. clericus Abulen. diœceſis, intelligitur ſecundum ſtylum ex diœceſi Abulen. oriundus; & ita dicitur in literis: & ita iam de ſtylo non videtur procedere dict. deciſio Rotæ 76. nu. 24.*

*Verbum, oriundus, vt apparet ex ſtylo, accipitur pro orto, n. 25. quamuis alias oriundus quis dicatur ab origine, ſeu natiuitate propria, vel paterna. nu. 26.*

*Appellatione Abul. venit ciuitas & diœceſis: & verbum clericus Abul. eſt aptum capere vtrumque, n. 27. & etiam appellatione diœceſis in propoſito venit ciuitas, n. 28.*

*Qui narrat ſe clericum Abulen. ſeu oriundum Abulen. debet id verificare, maxime, quando ibi impetrat beneficium, num. 29. Ad eius verificationem non ſufficit habere ibi beneficium, vel domicilium, etiamſi habuerit domicilium per decem annos, & vltra. num. 30. Et quamuis poſſet dici naturalis ciuiliter, & impropriè, ortus tamen ſeu oriũdus nullo modo dici poteſt. num. 31. Et quando quis diceret, ſe naturalem Abulen. ſeu diœceſis Abulen. intelligendum erat de naturalitate ratione natiuitatis, ſeu originis, nu. 32.*

*In diſpenſationibus matrimonialibus, in quibus, impetrantes narrant eſſe ortos ex tali loco, non ſufficit verificare habitaſſe ibi, & habuiſſe domicilium vltra decem annos, num. 33. Nec refert, ſi dicatur, quod ſi Papa ſciuiſſet: nihilominus conceſſiſſet, quia caſus omiſſus non habetur pro expreſſo, & conceſſio facta in vno caſu, non porrigitur ad alium, num. 34.*

1 PRæterea in regnis † vbi eſt tale priuilegium, ſeu conſuetudo, requiritur in eo, cui de beneficio prouidetur, quod ſit oriundus, ſeu naturalis illius
2 regni, vbi eſt beneficium: †exterus enim beneficium ibi obtinere nequit ſine Regio permiſſu, & literis naturalitatis, vt in Gallia, Coſmas in præmio pragmaticæ ſanctionis, §. nam Eccleſiarum, verbo, exterorum, ad finem, Selua de benefic. 3. p. q. 26. Corraſ. 3. par. c. 5. num. 12. Rebuff. de pacificis poſſeſ. num. 265. alias 217. & in praxi tit. de reſcript. mixtis. num. 7. Guillermus Benedictus in repetit. cap. Rainutius, verb. & vxorem nomine, el 5. à nu. 482. Carolus de
3 Graſſal. lib. 2. Regalium Franciæ, iure 8. Et idem † habetur in his Caſtellæ Regnis, vt in lib. 18. cum ſeqq. titul. 3. lib. 1. ordinamen. vbi Didacus Perez, hodie lib. 14. cum ſeqq. tit. 3. lib. 1. recopil. vbi Azeuedo, Couarruuias pract. cap. 35. num. 5. Hoieda de incompatibilit. beneficiorum, cap. 24. num. 115. & 116. Flam. Pariſ. de reſignatione beneficior. lib. 4. q. 7. Doctor Sahagun in cap. eam te, de reſcriptis, à nu. 24. *Cenallos lib. 4. quæſt. 1. ſeu 897. à num. 309. & 417. De quo late Salcedo in practica, Bernardus Diaz cap. 54. & in Luſitaniæ regno, vt per Cabedum de patronatibus Regiæ coronæ, capit. 29. vt in Segunima admiſſionis ad capitulum 5. Iun. 1589. coram Gipſio, quæ eſt deciſio. 24. nouiſ. Farin. vbi num. 2. quòd ſtatutum prohibens clericos forenſes eſſe de capitulo, eſt contra ius, ideo non valet, ad c. ad decorem. Bert. conſ. 1. num. 2. lib. 3. & c. cui conſonat deciſ. 528. eiusdem nouiſs. Farin. ſub. num. 4.*

4 Vbi † tamen non eſt tale priuilegium, ſeu conſuetudo, poteſt conferri beneficium clerico alias idoneo vndecunque ſit, cap. ad decorem, de inſtitutio. & ibi gloſſa, verb. vndecunque, ibi: Locus non obſtat, & Abbas num. 4. Selua dict. quæſt. 26. Corraſ. dict. capit. 5. num. 9. & Lambertus de iure patronatus, 1. par. 2. lib. quæſt. 7. artic. 24. Sahagun ſupra num. 27. quidquid dicat Cabedo ſup. num. 3. Vnde in cauſa Valliſoletana præeminentiarum, 24. Nouemb. 1603. coram Illuſtriſſimo Pamphilio fuit dictum, quod de iure quilibet poteſt eligi, inſtitui, dummodo ſit idoneus, d. cap. ad decorem, & propterea ſtatuta excludentia à beneficijs certum genus perſonarum dicuntur contra ius, Butrius in cap. cum dilectus, de conſuet. à num. 38. in 2. lect. & ſæpiſſime fuit in Rota reſolutum.

5 Sed † qui eſt ex loco, ſeu diœceſi beneficij, debet, ſi eſt idoneus, alijs extraneis præferri, l. in Eccleſijs, C. de Epiſc. & cler. Coſmas in d. proœm. verb. exterorum. Rochus de iure patr. verb. honorificum, nu. 47. & 48. Rebuff. de nominatio. q. 9. nu. 57. alias 48. Corraſ. d. c. 5. num. 9. Mand. regul. 16. q. 41. & 43. & conſ. 27. à nu. 18. & conſ. 55. à nu. 1. Greg. Lopez in l. 1. tit. 15. verb. præſentare, & l. 13. verb. de aquel. p. 1. Duennas reg. 201. Hoieda de incompatibil. cap. 23. nu. 85. Azeu. in l. 14. nu. 10. tit. 13. li. 1. recopil. Spino de teſtam. gl. 3. à nu. 32. & nu. 71. Surdus de alim. tit. 1. q. 93. à nu. 9. Ioan. Gut. qui alios refert conſ. 2. nu. 23. & 24. & Zauallos in ſuis cõmunibus cõtra cõmunes, q. 693. Villar del patronado de Calatayud. 3. p. in prin. à. n. 7. & 8. p. coſtũbre 4. vbi qui dicãtur filij parochianorũ *latè Guill. Bened. d. verb. & vxorẽ à n. 1048. Caſſan. in catal. glor. mũd. 10. p. 32. cõſ. ver. licèt verò, & 11. p. 22. cõſid. Genu. in man. paſt. c. 38. nu. 4. & in praxi c. 66. in annotat. num. 13. Vgol. de offic. Epiſc. cap. 50. §. 12. num. 5. & in vna Calag. de Lequitio 28. Iunij coram Gipſio fuit dictum, Quod attenta iuris communis diſpoſitione naturalibus, ſeu filijs patrimonialibus potiùs quàm extraneis debent beneficia conferri, cap. nullus 61. diſt. Et licèt loquatur in Epiſcopis, nihilominus ratio textus militat etiam quoad alia beneficia, & eſt valde honeſtum & fructuoſum, vt in terminis dicit Abb. in d. cap. ad decorem num. 4. de inſtit. &c.*

6 Sicut † etiam alteri præferendus eſt, qui ex gremio Eccleſiæ, c. nullus, & c. obitum, 61. diſt. cap. metropolitano 63. diſt. & cap. ne pro defectu, de elect. Cuchus in inſtitut. maior. lib. 4. tit. 1. num. 127. Rota deciſ. 413. num. 1. p. 1. diuerſorum, Soto de iuſt. & iur. lib. 3. q. 6. art. 2. ad 4. Petrus Nauarra de reſtitutione lib. 2. c. 2. num. 196. *Gennen. in man. paſtor. dicto cap. 38. num. 2. & in praxi d. cap. 66. num. 13. & Vgol. d. cap. 50. §. 12. num. 6.*

7 Sed id intelligo de honeſtate, quia valde honeſtũ eſt, & fructuoſum, quiſque in patria ſua beneficietur, vt ſic vnus non occupet beneficia, vel ſtipendia alterius, nec detur materia de pauperandi beneficia, & quia facilius inducuntur ad reſidentiam indigenæ dulcedine patriæ allecti, quam extranei, & ita clare ſentit Abbas in d. cap. ad decorem, num. 4. gl. in capit. cum inter, 3. de elect. verbo, aliam, & ibi Doct. communiter, & Abbas num. 9. dicentes, eam approbare conſuetudinem & gloſ. fin. in dict. capit. ne pro defectu, & ibi Ioannes Andreas, & Compoſtellanus, Abb. num. 7. gloſſ. Bartholomæi Brixien. in cap. in nomine, 23. diſtin. verb. gremio, in fine. & in d. cap. nullus, Felinus in cap. ſicut tuis, de ſimonia, col. 2. verſ. in gloſſ. 1. vbi ait, prædicta limitatio, ſi loquamur de rigore iuris, quia tunc valeret collatio etiam facta forenſi, cap. ad decorem & ibi per Doct. Coſmas ſup. qui ait, quod quamuis indigenæ exteris deberent præferri, valeret collatio ordinaria facta cuicunque idoneo, vt d. c. ad decorem, &c. & Selua dict. quæſt. 26. vbi etiam numero 2. ait, quod quamuis indigenæ extraneis deberent præferri, valeret collatio ordinaria facta cuicunque idoneo, & poſtea numero 4. ait, quod ſi extraneus eligatur, aut beneficium ſibi conferatur, valebit, & tenebit electio, aut collatio per textum in dict. cap. ad decorem, & ibi Doct. Sarnen. de gratijs expectan. num. 91. & in reg. de idiomate, q. 1. Franciſcus Marcus deciſ. 1368. & ſeq. parte 1. Nauarrus conſil. 9. de electione, num. 1. & Cerola in praxi Epiſcopal. 1. parte verb. beneficia, §. 8. vbi ait, quod beneficia debent conferri magis incolis, quam exteris, & Doctor Sahagun ſupra num. 30. qui ait, alienum clericum naturali præferri, fas non eſſe: ſi tamen præferatur, collationem iure valere, & Genuen. dict. numer. 13. Et probatur ex dict. cap. cum inter, & cap. cum nobis,
8 & capit. in cauſis, de electione. Niſi † ſimus inter duos præſentatos, aut alias habentes ius ad beneficium, tunc enim cæteris paribus. præferendus eſſet de iure naturalis, & qui eſt de gremio Eccleſiæ, extraneo, vt per Zauallos ſupra poſt Decium, conſil. 542. num. 13. Eſt enim qualitas de iure conſiderabilis, ex iuribus ſupra citatis, & ita procedere quod tradit Lamb. 3. parte, 2. lib. quæſtion. 5. artic. 4. & 5. Mandoſius Guttierez, Rota, & alij ſupra. Et ita, poſt hæc docet Perez de Lara, alios allegans de anniuer. & capell. lib. 2. cap. 3. num. 19.

9 Vnde Fuſcus † de viſitatione, lib. 2. cap. 5. nu. 14. ait, in concurſu ad parochialem præferendos eſſe

cleri-

clericos ciuitatis ipsius exteris alijs, dummodo in maxima scientia non præcellant extranei ipsis ciuitatensibus; quod etiam ait Zechus de Republica Eccles. cap. 28. de parocho, num. 7. dicens, in paritate eum præponendum, qui sit incola loci, & P. Ledesma in summa, 2. parte tract. 7. c. 1. conclusione 7. 16. difficultate ait, cæteris paribus pertinen. ad dignitatem debere præferri naturalem Episcopatus, & alias non carere graui scrupulo, & sentit Vgol. d. ca. 10 50. §. 12. num. 5. Et † ita consuetudo interpretata est, aut recepit illa iura.

11 Et de qualitatibus † considerandis in præsentatis, vt in æquali gradu consanguinitatis, seu alias in paritate vocum, debeat alijs præferri, & in concurrentibus in oppositione, vide Rochum dict. verbo. honorificum, quæst. 15. 17. 18. & 19. & Lamber. d. 3. p. 2. libro q. 5. per totam, & Zechum d. nu. 7. Ioann. Guttier. cons. 1. & 2. Zauallos dict. qu. 693. ex nu. 28. & q. 265. Perez de Lara d. lib. 2. c. 2. à num. 27. & c. 3. per totum, & c. 4. num. 1. Cæsarem de Grassis decis. 169. ex num. 9. & Genuen. in praxi c. 66. in anno. à nu. 12. & cap. 119. n. 4. & decisionem Rotæ in causa Salamantina capellaniæ del voto, 3. Iunij 1585. 12 quæ conducit ad dicta, & ait sic. Domini fuerunt pro informante, nisi aliud deducatur, quod nempe capellania, de qua agitur, sit adiudicanda Fracisco: nam rationes pro eius parte deductæ placuerunt dominis. Et primo, quia qualitas originis considerata in Fracisco, facit vt præferri debeat extraneo, ad Abbatem in c. ad decorem, in fine, de institutio, Rochus de iure patron. verb. honorificum, quæstio. 18. Lamber. eodem tract. libro secundo, par. 3. q. 5. art. 5. Secundo, idem suadet qualitas nobilitatis iuncta cum paupertate. Hostien. in c. etiam, & ibi Butrius de etate & qualitate. Rochus in dict. verb. honorificum q. 15. Lamber. d. 5. quæst. art. 3. in princip. Quibus accedit, quod Franciscus est actu sacerdos, alter non; vnde cum capellania onus celebrandi missam annexum habeat, procul dubio inspecto illo tempore, magis idoneus & dignior qui præferatur, erit idem Fracisco, per caput primum, & ibi Abbatem. de maiorit. & obed. & ita resolutum fuisse dicitur aliàs coram R. P. D. Cantuccio, de anno 1575. & facit Barbatia con. 33. nu. 8. & seq. col. 2. Lambertus eodem tract. lib. 2. p. 1. q. 7 art. 27. & seq. Fortissimum etiam illud visum est argumentum, quod Francisco erat acquisitum ius ad rem, cum fuerit presentatus à patrono, & præsentatio ab eo acceptata, ac etiam facta Ordinario, quibus concurrentibus, absque dubio Rota sentit acquisitum esse ius ad rem, vt bene tradit post alios, quos allegat Sarnen. ad regulam de iure quæsito, q. 1. vers. 1. non habere locum, & dicit idem D. meus Cantuccius in vna sua Calagurritana portionis de Amarita, sub die 27. Iunij 1575. Sed Andreas aduersarius nullum ius habet, quia præsentatus à patrono, antequam acquireret possessionem iuris patronatus, & sic mulier, quia ius præsentandi nõ potest exerceri, nisi post adeptã possessionem, cum sit de fructibus beneficij, vt fuit dictũ per Rotã decis. 7. de iure patronatus, in nouis, & Felin. c. cũ olim. sub nu. 2. de maioritate. & obed. & Ripa responso 31. n. 1. fin. nisi tamen quod in prouisione Andreæ non fuerũt præmissa edicta, & sic non fuit seruata forma tradita in cap. fin. de elect. in 6. & ideo est nulla, & nullum ius tribuit, & idem dicitur, & aliàs in hac eadem causa dictum fuit, vnde concluditur, sententiam de partibus approbandam, in quãtum dicit, collationem per Episcopum Andreæ factam esse nullam, sed in quantum illam de nouo illi faciendam esse dicit, domini reuocandam, & Capellaniam ipsi Francisco adiudicandam esse censuerunt.

12 Et aliàs in causa † Legion. capellaniæ de Manfilla, 10. Octob. 1578. coram D. Blanchetto, & in Calagurritana beneficij 20. Februarij. 1587. coram Do. Seraphino, & in Burgen. beneficij de Portugalete, 27. Nouembr. 1595. coram Dom. Pamphilio fuit resolutum, quod concurrẽtibus ad beneficium, vno habente aliud, & alio non habente, non habens præferendus est habenti.

13 Et illa decisio Calagurritana sic se habet: Fuit resolutum beneficium de quo agitur esse adiudicandũ Petro Grau. ex ea potissimum ratione, quia cum ipse vsque de anno 1550. probauerit suas habilitates coram beneficiatis loci de Ansejo, & abeis fuerit admissus tanquã filius naturalis loci, & cantauerit epistolam, & immissus fuerit in possessionem talis admissionis, neque hactenus fuerit prouisus de aliquo beneficio, vtique in hoc concursu præferendus est P. Merino aduersario; qui licet habeat qualitates requisitas, & prius fuerit admissus ad decantandam epistolam, tamen obtinet beneficium seruitorũ, ex quo percipit congruam sustẽtationem, vt per testes probatur. Regula enim in hac materia est; quod nõ habẽs beneficium præferendus est ei, qui habet, per capitulum is, cui, de præb. in sexto, Rota decis. 26. numero 2. eodem tit. in nouis, Hostiensis in capitulo tuam, & ibi Butrius de ætate & qualitate, Rochus de iure patronat. verb. honorificum, quæstio. 15. Lambertus libro secundo, parte 3. quæst. 5. artic. 13. in princ. Accedit, quod post Concilium Tridentinum nõ fuerunt admissi in huiusmodi Ecclesia ad plura beneficia, nisi illi, qui obtinuerunt dispensationem, vt probatur per testes vnde fit, vt is habeatur pro magis idoneo, qui dispensatione non eget. Dec. consi. 542. nu. 14. cum alijs. Præterea, vbi requiritur seruitium pecionale, si habilior iudicatur ille, qui vnicũ tantum habet beneficiũ, quãuis, qui plura obtinet, vt fuit resolutum in vna Calagurritana de Illarduina coram Robustello, Rebuffus in concordatis, tit. de elect. in glos. idoneorum, prope finẽ, sed & ex alio videtur Merinus se indignum reddidisse, nempe, ob pactum initum cũ beneficiatis, de tenendo eos indemnes ab omni damno, & interesse ob receptionẽ de eo faciendam, quod est omninò reprobatũ à iure, & simonia, cum vt fuit resolutum coram Dom. Robustello in vna Astoricen. de Villarin. & coram D. Vicecomite, in vna Salmantina portionis, Lambert. p. 1. lib. 2. q. 9. artic. 11. Non obstat, quod per testes Merini probetur consuetudo admittendi etiam eos, qui sunt beneficiati in alia Ecclesia, quia dato, quod hoc fieri possit, tamen in concursu præferendus est ille, qui caret beneficio, cum singulis personis conferenda, sint singula beneficia, maximè, post factum Concilium Tridentinum. Non obstat, quod Merinus fuerit primo prouisus à beneficiatis, quia cum fuerit ille actus attentatus contra prohibitionem alias Episcopi, deeo nulla est habenda ratio. Vltimo non obstat nouæ prouisiones, quæ allegantur, cum neque fuerint productæ, nec fine litem expeditæ, & de eorum possessionibus super ea aliquod fundamentum

maximè ſtãte noua regula ſanctiſſimi Domini Noſtri de non iudicando, iuxta formam ſupplicationis. Reliqua bene in memorialibus euacuantur, & ita concluſum.

14 Et in cauſa † Calagurritana beneficij, 17. Ianuar. 1596. coram Domino Penna amplius fuit reſolutum, quod non habens beneficium præferendus eſt habenti in concurſu, quamuis habens ſit magis ſufficiens. & ſtatutum dicat, dandum eſſe magis ſufficienti & habiliori.

15 Aduerte tamen, quod iſta † decisio loquitur in beneficio ſimplici, & non in parochialibus, in quibus aliud dicendum eſt.

16 Cum ergo † in beneficijs indigenæ, ſeu naturales alijs præferri debeant ſaltim de honeſtate, honeſtũ quæ ſit, ac rationi, & iuri conforme, quemque in patria ſua beneficiari, inde eſt: quod ſi forẽſis, vel alienigena impetrat beneficium, non facta mentione de loco ſuæ originis, ſeu de ſua diœceſi, gratia eſt ſurreptitia; quia in dubio Papa intendit cuique prouidere in patria ſua: ideo taciturnitas nationis reddidit gratiam ſurreptitiam. Si enim expreſſiſſet, Papa ſibi non dediſſet gratiam in partibus alienis, vel non ita de facili, cap. bonæ, 2. de poſtulat. prælator. circa finem, ibi; Nec vellemus ei præficere alienum. Ita gl. in cap. ſi proponente. de reſcriptis, quam ſequuntur Abbas ibi Corſettus in ſingulari, verb. ſurreptio, Fel. in cap. ſicut tuis. de ſimonia, col. 2. qui dicit, dictam gloſſam ſingularem, Coſmas ſupra, Selua de beneficijs. 3. p. q. 26. nu. 2. Corraſius 3. p. c. 5. nu. 11. Sarnẽſis d. qu. 1. de idiomate. Eſpino d. gloſſ. 3. de teſtam. nu. 34. Cabedo d. c. 29. nu. 4. Sahagun. in d. c. eam te nu. 26. dicens communẽ, & alij relati per Rebuffum de nominatio. q. 9. nu. 57. aliàs 48. licèt contra eam teneat ibi Butrius.

17 Vnde deciſio Rotæ 76. de reſcriptis, aliàs 618. in antiquis, quam † ſequitur Rebuf. in repetit. c. nulla, 2. de conceſ. præbendæ. 3. qualitate, quæ ait, quod ſi aliquis eſt oriundus de aliqua diœceſi, & habet domicilium, vel beneficium in alia diœceſi, ſi impetrat beneficium dicendo, ſe clericum diœceſis beneficij, & non originis, talis gratia valet, nec eſt ſurreptitia; ad notata per Doct. in cap. ſtatutum, §. cum vero, de reſcript. li. 6. & cap. cum nullus. de temporibus ordina.

18 eodem lib. & d. c. ad decorem, de inſtitutio. Hæc † inquam deciſio videtur dubia, præcipue, cum dicens ſe clericum diœceſis beneficij, ſeu domicilij, impetrat ibi beneficium eiuſdem diœceſis, ex traditis per Cõpoſtella & Felin. num. 8. in cap. ſignificante, de reſcriptis, & Rebuf. in praxi in forma ſignaturæ, verb. Magalonen. Quod ſi ſtudens Bononiæ impetrat beneficium in diœceſi Bononienſi, dicens ſe ſcholarem Bononienſem, cum non ſit indè oriundus, non valet reſcriptum, quia magis cõgruit negotio de quo agitur, ſcilicet, de iſto beneficiando, quod verbum Bononien. determinet locum originis, potius quam ſtudij; quãuis ſecus eſſet, vbi ille impetraret extra diœceſim Bononienſem. Ex quo tunc ceſſaret illa ratio, vt per Felinum ibi, & extra materiam impetrationis beneficij, vt per Rebuf. ſupra, & de priuilegijs ſcholarium, priuilegio 92.

19 Nihilominus tamen † dicẽdum videtur, illam deciſionem eſſe veram: nam vt quis verè dicatur eſſe diœceſis Abulenſis, ſatis eſt ibi habere vel originẽ, vel domicilium, vel beneficium, d. ca. cum nullus. & quæ notant Dd. in d. §. cum vero & Mandoſius reg. 16. qu. 42. nu. 8.

20 Nec obſtat dicta † doctrina gloſſæ, & Abbatis in d. cap. ſi proponente, quia procedit, quando forenſis impetrans non faceret mentionem ſuæ originis, nec diœceſis, ſed ſimpliciter impetraret; nam in dubio Papa intendit prouidere vnicuique in patria ſua. At cum impetrans diceret, ſe eſſe clericum talis diœceſis, non videtur gratia ſurreptitia, etiam ſi ibi impetret, cum Papa poſſit intelligere, eſſe illius diœceſis, vel ratione originis, vel domicilij, vel beneficij, iuxta ſupra dicta.

21 Quando autem impetrans † dicit, ſe clericum Abulenſem. verbi gratia, prout ſolet dici in ſupplicationibus, ſignificatur origo, quoniam verbum debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter, gloſ. in l. ſed & reprobari. §. amplius. ff. de excuſatio. tutorum, verb. Comancus, quæ explicat, id eſt, de Comaca, Baldus in d. c. ſignificante, ſub nu. 1. & ibi Felin. d. nu. 8. Rebuf. ſupra d. verb. Magalonen. & in

22 l. 2. ff. de verbor. ſignific. Sicut † quando dicitur talis de Perugio, intelligitur naturaliter ſecundum eos. Illi enim propriè dicuntur de aliquo loco, qui ratione originis ſunt de illo, Bald. in l. 1. §. quod autem, ff. de tutorib. datis ab his, & Gregorius Lopez in l. 32.

23 tit. 2. p. 3. verb. natural. in fine. Et † ita cum in ſupplicatione quis ſe dicit clericum Abulenſem, in literis ſolet dici, oriundus, vt quotidie videmus. Et †

24 ſimiliter, quãdo in ſupplicatione dicitur, N. clericus, Abulenſis diœceſis, intelligitur ſecundum ſtylum, ex diœceſi Abulenſi oriundus, & ita dicitur in literis, & ita iam de ſtylo non videtur procedere dicta deciſio Rotæ 76. de reſcript.

25 Quod verbum, oriundus, vt † apparet eſt ſtylo, accipitur pro orto, iuxta l. aſſumptio, iuncta gloſ. ibi verbo oriundus, ff. ad municip. & quæ tradit Mand.

26 d. regula 16. q. 40. nu. 3. Quamuis † aliàs oriundus quis dicatur ab origine, ſeu natiuitate propria, vel paterna, Iaſ. in l. huiuſmodi, §. legatũ. n. 18. ff. de l. 1. Mandoſius d. q. 40. Ioſeph Gonçal. Flores variar. q.

27 c. 36. nu. 3. cum alijs. Et appellatione † Abulenſis venit ciuitas, & diœceſis. Et verbum, clericus Abulenſis, eſt aptum capere vtrumque Ferretus conſil. 222. nu. 5. ex Bartolo in leg. 2. colum, final. de verbor. ſignificat. & fuit reſolutum in Toletana Parochialis, 10. Maij 1596. coram D. Arrigonio infra adducta nona par. capitulo ſecundo, num. 341. quam vide.

28 Et † etiam appellatione diœceſis in propoſito venit ciuitas, iuxta dicta ſupra prima parte, capitulo vlt. à numero 76.

29 Et † qui narrat ſe clericum Abulen. ſeu oriũdum Abulæ, debet id verificare, maximè, quando ibi impetrat beneficium, Flam. Pariſ. de reſignatione beneficiorum, lib. 10. q. 33. num. 38. & fuit reſolutum in vna Gienen. præſtimonij, 19. Nouembris 1593. coram Domino Blanqueto, in qua fuit dictum, debere verificari per d. Queſadam, pro iuſtificatione ſuæ gratiæ narratiuam literarum, quod erat oriundus ex dicta diœceſi Gienen. Et idem fuit dictum in vna Ferdonen. Prioratus, 4. Maij 1594. coram D. Penna.

30 Ad cuius † verificationem non ſufficit habere ibi beneficium, vel domicilium, vt apparet ex dictis, etiam ſi habuerit domicilium per decem annos, & vltra, nam adhuc non poteſt dici ortus, ſeu oriũdus,

ſeu

ſeu Abulen,proprie:illa enim habitatio ſolum facit incolam,ſeu domicialiarium,non tamen ortum, ſeu oriundum,l.1.cum ſeqq.C, de municipalib. & orig. & l.2.C.de incolis,lib.10.Greg.Lopez in l.2.tit.24. partita 4.verb.Maguer verſ.aduerte tamẽ,Menoch. de arbit.lib.2.caſu 86.

31 Et † quamuis poſſet dici naturalis ciuiliter & improprie,ex d.l.2.partitæ,Burgos & Paz in l.3.Tauri, 1.p.n.372.Auendanno de exequendis mandatis, li. 1.c.3.nu.5.& Azeuedo in l.19.tit.3. lib.1. recopilationis,nu,1.ortus tamen,ſeu oriundus, nullo modo dici poteſt,cum non niſi ab origine talis dicatur. Et

32 † quando quis diceret,ſe eſſe naturalem Abulæ, ſeu diœceſis Abulen.intelligendum erat de naturalitate ratione natiuitatis,ſeu originis,ex Greg. Lopez in l.1.tit.20.partita 2.verb,la primera,nam verba ſunt naturaliter & proprie,non ciuiliter intelligenda,l.fi. C.de his, qui veniam ætatis,& ibi Baldus,Cardinalis Mantica de coniecturis,lib.3.tit.4. nu. 15. Gallinius de verb.ſignific.lib.2.cap.21.nu.8.& lib.3.cap. 19.num.2,Salazar de vſu & conſuetudine, cap. 1. num.57.& 62.

33 Et † quibus infertur ad diſpenſationes matrimoniales, in quibus impetrantes narrant eſſe ortos ex tali loco, vt non ſufficiat verificare habitaſſe ibi, & habuiſſe domicilium etiam vltra decẽ annos,quamvis contrarium aliquando ſeruetur in hoc Epiſcopatu.

34 Nec refert,ſi dicatur, quod † ſi Papa ſciuiſſet nihilominus conceſſiſſet:quia vt inquit Baldus in d.c. ſignificante caſus omiſſus non habetur pro expreſſo, & conceſſio facta in vno caſu non porrigitur ad alium. Decius in c.ſuper literis,de reſcriptis,n.18.in fi.quod maxime procedit,quando ambo impetrantes narrant eſſe ortos ex vno & eodem loco.

## *De beneficijs ſæcularibus ſæcularibus, & regularibus regularibus conferendis. Cap. X.*

### SVMMARIA.

*CVm beneficia alia ſint ſæcularia,ſcilicet ſæcularibus addicta,qualia cenſenda ſunt omnia,niſi contrarium probetur,alia regularia,qua ex fundatione, vel conſuetudine,&c,religioſis ſint addicta: & indecorum ſit, rationi nõ congruat,homines diſpares profeſſionis,vel habitus, Eccleſijs præficere,&c.ſæcularia ſæcularibus,regularia regularibus conferri debent,à nu.1 & ſeqq.*

*Beneficia regularia non poſſunt conferri nouitijs, ſed debent dari expreſſe profeſſis.nu.4.*

*Beneficia ſæcularia non poſſunt conferri nouitio, & valebit collatio,ſeu electio de eo facta. nu. 5.qui conſentiendo, & beneficium acceptando,non videtur ipſi religioni renunciare,ſicut è converſo,nu.9.*

*Concilio Tridentino prohibetur, beneficia regularia ſæcularibus viri,nu.7.*

*Eodem Concilio decretum eſt,vt regularia beneficia in titulũ regularibus profeſſis prouideri conſueta, religioſis tantum illius Ordinis, vel ijs, qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, & non alijs conferantur. num.8.*

*Beneficia Commendatariorum Ordinis Diui Iacobi, & ſimilium,alijs alterius profeſſionis,nullatenus conferri poterũt, nec etiam Commendatarij ipſi ad beneficia ſæcularia admitti poterunt.nu.9.*

*Ponitur declaratio S. Congregationis circa dictum decretum Concilij,nu.10 Vbi etiam habetur,quod Abbatiæ non niſi profeſſis per Ordinarios conferri poſſunt, Pro quo facere videtur c.21.ſeſſ.25.de regularibus,verſ.qua vero impoſterum vacabunt,&c.Quæ verba licet non ſint præceptiua, vt ait Rota,ſed conſultiua,ſecundum ſanctam Congregationem,tamen procedit reſpectu Papæ, de quo ibi Concilium nu.11.& 2.ſeqq.*

*Reges Hiſpaniæ, quibus Adrianus Sextus indulſit ius præſentandi Abbates, & alios præfectos, non potuerunt præſentare ante Concilium ad præfecturas regulares perſonas ſæculares, nec regulares alterius Ordinis, & multo minus poſt Concilium poterunt,nu.14.*

*Ponitur alia declaratio ſanctæ Congregationis circa dictum decretum,nu.15.*

*Dicta concluſio,quod ſæcularia beneficia ſæcularibus, regularia regularibus conferenda ſunt,limitatur, niſi vrgeat neceſſitas,quia puta,idonei non reperiantur,nu.16.*

*Secundo limitatur,vt non procedat in Eccleſijs parochialibus, ſeu curatis ſæcularibus,ad quas promoueri poteſt monachus maxime ſi eſt apus concionatur.à num.17.& 2.ſeqq.Sed contraria ſententia tenetur ſcilicet quod monachi ſint inhabiles ad beneficia ſæcularia,etiam curata,nec Epiſcopus poſſit in hoc diſpenſare, Canonici tamen regulares poſſunt obtinere curata.à nu.20.vſque ad nu.27.*

*Beneficiorum ſæcularium ſimplicium ſunt incapaces religioſi, etiam canonici regulares,nu. 28.& 29. vbi ponitur reſolutio Rotæ,*

*Ad dignitatem Epiſcopalem poſſunt monachi, & regulares de iure euebi nu.30.*

*Ponuntur declarationes ſanctæ Congregationi,nu.31.& 32. Ex quibus apparet, Papam nolle, quod regulares etiam canonici admittantur ad parochiales.nu.33.*

*Tertio limitatur dicta concluſio,niſi ſit mutata qualitas, & ſtatus beneficij, ad quod requiritur quadraginta annorum poſſeſſio cum bona fide,ſcilicet quando conſtat de vera qualitate beneficij & anteriori ſtatu, nam alias attendendus videtur vltimus ſtatus,maxime ſeculariratis,num. 34.& ſeq.vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.Nec ſufficit quadragenaria,ſtante priuilegio. vel diſpoſitione Papæ cum decreto irritante,ſeu prohibitione, ſed opus eſſet immemoriali. num.36.*

*An clauſula poſita in commenda,attento,quod clericis. ſecularibus commendari conſueuit, verificetur in vno actu, nu. 37.vbi quod non licet,ſecus ſi dixiſſet,ſolita eſt.*

*An religioſi ſint omnino incapaces beneficiorum ſecularium, maxime in titulum, & Corraſ. ait, quod præter Eccleſias curatas & Cathedrales aliorum quorumcumque beneficiorum ſecularium,vt temporalium rerum,etiam ex diſpenſatione Papæ incapaces ſunt,nu. 39.Certum tamen eſt,ex diſpenſatione Papæ eſſe capaces beneficiorum ſecularium, etiam in titulum, ſicut poſſunt habere titulum ſuorum beneficiorum regularium. nu.39.& 40.Sed inquit Corraſius eſſe incapaces temporalium etiam ex diſpenſatione Papæ. num.41.*

*Verum eſt,religioſos ex diſpenſatione Papæ eſſe capaces temporalium rerum,non ſolum quoad adminiſtrationem,& diſpenſationem ſed etiam quoad dominium, & proprietatẽ. num.42.Nam Papa poteſt ex cauſa diſpenſare in voto ſolemni religionis,n.43.Quamuis contrarium teneant Diuus Thomas,& alij.nu.44.*

*Communis ſententia Canoniſtarum, & Theologorum tenenda eſt.*

*dà eſt, quæ comprobata eſt facto Pontificum, nu. 45. Et ratio eſt, quia ſicut in voto ſimplici & iuramento, quorum obligatio etiam eſt de iure diuino, Papa poteſt dispenſare, ita in voto ſolemni, cuius etiam obligatio procedit ex actu humano, nu. 46.*

*Obiectioni, quod in voto ſolemni non poſſit dispenſari ratione traditionis perſonæ, in qua ſolemnitas voti conſiſtit, ſatisfit, quòd qua ratione poteſt Papa dispenſando ex causa tollere obligationem voti ſimplicis & iuramenti, & ius ex promiſſione Deo quæſitum, eadem poteſt tollere ius ex traditione Deo quæſitum, & traditionem reuocare. nu. 47. & 48. Sicut etiam in matrimonio rato poteſt dispenſare. nu. 49.*

*In voto ſolemni caſtitatis, quod fit in ſuſceptione ſacrorum ordinum, eſt etiam traditio perſonæ, & tamen in eo poteſt Papa dispenſare, nu. 50. Nec refert dicere, quod votum ſeu debitum continentiæ non ſit eſſentialiter annexum ordini ſacro ſed ex ſtatuto Eccleſiæ, ſtatui vero religionis ſit eſſentiale: nam ſuppoſito quod ſi eſſet indiſpenſabile, ſicut votum religionis, ſi traditio eſſet ratio indiſpenſabilitatis, numero 51.*

*Non eſt verum voti ſolemnitatem conſiſtere in traditione, ita quòd votum ſolemne ſit promiſſio & traditio ſeu exhibitio perſonæ per aſſumptionem ſtatus, ſimplex vero ſola promiſſio: nam etiam in votis ſimplicibus poteſt eſſe traditio, ſicut in voto ſolemni quæ nihil aliud eſt, quam dedicare, & mancipare ſe Deo, & eius ſeruitio, num. 52. Vt patet in eo, qui perpetuo vouet ſeruare caſtitatem, & in eo, qui extra religionem approbatam voueret perpetuo caſtitatem, paupertatem, & obedientiam vt in Societate Ieſu, nu. 53.*

*Voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta, vt per iſta verba inquit Bonifacius, & Gregorius XIII. n. 54. Quæ non poſſunt intelligi vt intelligunt Thomiſtæ de cæremonia ſolemnitatis, nu. 55.*

*Votum ſimplex, & ſolemne non differunt eſſentialiter, & ſpecifice: ſed ſolum accidentaliter, & ex inſtitutione Eccleſiæ, ſuntque eiuſdem ſpeciei ex parte obiecti, vnde ſumitur ſpecificatio. nu. 56. Quamuis ſolus Aragon, & alij teneant differre ſpecie. nu. 57.*

*Conſiſtit formaliter ſolemnitas voti in traditione, quam ipſum votum includit, ſed in hoc quod Eccleſiæ authoritate ſtatutum eſt tale votum eſſe ſolemne, ſcilicet, per quod homo inhabilis eſt ad matrimonium, ſeu in hoc quod hat vt Eccleſia decernit. nu. 58.*

*Cùm voti ſolemnitas ſit de iure poſitiuo, apparet poſſe Papam dispenſare in voto ſolemni religionis, ſicut in voto ſimplici, nu. 59. Et quod poſſint dispenſare in voto ſolemni paupertatis, docent relati. nu. 60.*

*Obiectioni Nauarri, quod ad dispenſandum in voto paupertatis, ita vt fiat verus dominus, nulla iuſta causa poteſt occurrere, Reſpondetur, quod voto paupertatis non tam repugnat dominium quam vſus. nu. 61. & 62. Sicut etiam voto caſtitatis ſolemni non tam repugnat vinculum, & dominium matrimonij, quam vſus, nu. 63.*

*Votum ſolemne paupertatis ſola Eccleſiæ conſtitutione facit monachum inhabilem ad dominium, vel retinendum, vel acquirendum, nu. 64. ſicut etiam votum ſolemne caſtitatis etiam monachi ſola Eccleſiæ conſtitutione facit inhabilem ad matrimonium, & illud dirimit. nu. 65. & quando id introductum ſit. nu. 66. & 3. ſeqq. Quamuis contrarium teneant Diuus Thomas & alij, ratione traditionis quam includit votum ſolemne, nu. 69. Cui rationi reſpondetur à nu. 70. & ſeq.*

*Si votum ſolemne religionis faceret inhabilem ad matrimonium ſua natura ratione traditionis, etiam votum ſolemne ordinis ſacri id faceret, numer. 72. & etiam vota ſimplicia Societatis Ieſu. numero 73.*

*Vota Societat. Ieſu licet iam dirimant matrimonium ex conſtitutione Greg. XIII. adhuc dicuntur ſimplicia, quia non ſunt perpetua ex parte Societatis, ſed donec prælatis placuerit. nu. 74. ex qua etiam ratione non diſſoluunt matrimonium præcedens. nu. 75.*

*Cum votum ſolemne religionis ſola Eccleſia conſtitutione dirimat matrimonium ſubſequens, conſequenter dicendum eſt a fortiori ſolo iure Pontificio diſſoluere præcedens ratum. nu. 76. & 77. quamuis alij aliter, & varie teneant, quorum ſententiæ improbantur, à nu. 78. & 4. ſeqq.*

*Cùm votum ſolemne religionis ſolo iure Eccleſiaſtico diſſoluat præcedens matrimonium ratum, ſequitur poſſe Papam ex causa dispenſare in matrimonio rato, vt tenent communiter Canoniſtæ, numer. 83. Quamuis contrarium teneant Theologi communiter. nu. 84.*

*Authoritas Matthæi, & Marci: Quod Deus coniunxit homo non ſeparet, intelligitur de matrimonio conſummato, n. 85. in quo non poteſt Papa dispenſare. nu. 86.*

*Cum voto paupertatis & caſtitatis etiam ſolemni, non tam repugnat dominium, quam vſus, & ſola Eccleſiæ conſtitutione monachus fit incapax dominij, ſicut & ad matrimonium inhabilis recte poterit Papa illum facere habilem, & capacem dominij, etiam manentem monachum. n. 87. quod id non ſolent facere, ſed concedere adminiſtrationem, & dispenſationem rerum, qualem habent beneficiarij regulares fructuum ſuorum beneficiorum, nu. 88.*

*Monachus factus Epiſcopus non habet bonorum ſeu fructuum dominium, & proprietatem, ſed adminiſtrationem & dispenſationem, nu. 89.*

*Cum Papa dispenſat cum monacho, vt matrimonium contrahat, illo contracto, conſequenter etiam manet relaxatum votum paupertatis & obedientiæ, nu. 90.*

*Reſpondetur cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monachorum. in fine, licentiam ibi intelligi voluntariam, & ſine cauſa, nu. 91.*

*Secunda reſponſio, quod in ſenſu compoſito, id eſt, cum monacho manente monacho, non poſſit Papa dispenſare in votis caſtitatis, & paupertatis, &c. nu. 92. & 93. quæ defenditur ab impugnatione Ledeſmæ. à nu. 94. & ſeq.*

*Improbatur dictum Innocentij, quod abdicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis ſunt annexa Ordini à iure poſitiuo n. 96. & 97.*

*Profeſſio facta cum conditione, pacto, ſeu modo de retinendo, ſeu habendo proprio, non valet. nu. 98. contra aliquos citatos, nu. 99. Et reſpondetur capite finali, quod clerici vel vouentes, num. 100.*

CVm beneficia, vt † ſupra dictum eſt, 1. par. c. 6. nu. 11. ſint ſecularia, ſcilicet ſecularibus addicta qualia cenſenda ſunt omnia, niſi contrarium probetur. alia regularia, quæ ex fundatione, ſeu inſtitutione, vel conſuetudine, ſeu præſcriptione religioſis ſunt addicta, c. cùm de beneficio, de præbendis in 6. clem. vnica de ſupplenda negligentia prælatorum, Coſmas in pragmatica ſanctione, tit. de collat. §. itẽ placuit, verb. regularib. Rebuff. in praxi, tit. regularia beneficia multiplicia, nu. 1. & in concordatis, tit. de collat. §. volumus, verb. regularia, & in tract. de nominat. q. 15. nu. 26. alias 23. Corraſ. de beneficijs 1. p. cap. 5. nu. 6. & Petrus Gregor. cap. 10. num. 12. Petrus Pechius in reg. beneficium, in 6. n. 6. Hoieda de incompatibilitate beneficior. in præfat. num. 6. & Zerola in praxi Epiſcopali, 2. par. verb. beneficium, §. 12. & 19. Et † cum indecorum ſit, & rationi non congruat,

congruat, homines diſparis profeſſionis, vel habitus Eccleſijs præficere, aut in eadem Eccleſia ſociari, c.
3 9.16.q.7.& Clem.1.de elect. ſecularia † beneficia ſecularibus, regularia regularibus conferri debent, dicto capite, cum de beneficio, cum alijs, vt per citatos & Coſmam, d tit. de collat. §. illi vero, verb. religioſis, Rebuff. in praxi, tit. de diſpenſat. cum regul. & in tract. de pacificis poſſeſſorib. nu. 311. alias 259. Corraſ. etiam 3. par. cap. 5. nu. 13. Mandoſium de ſignatura gratiæ, tit. de prouiſ. verſ. beneficia regularia, & verſ. Prioratus, & verſ. monacho, & tit. de diſpenſatione monachor. pro obtinendis beneficijs, quem vide Couarruuiam in c. 2. de teſtamentis. nu. 2. & 3. Hoiedam c. fi. nu. 92. Nauarrum conſ. 3. de præbendis, Flam. Pariſ. de reſignat. lib. 4. q. 5. Man. Rodrig. q. regul. tom. 1. q 34. art. 3. & poſthæc Gonç. l. de regul. menſium, gl. 7. à n. 3. & gl. 8. & D. Card. Tuſchus concl. 67. litera B.

4 Nec beneficia regularia poſſunt † conferri nouitijs, ſed debent dari expreſſe profeſſis, c. nullus de elect. in 6. Clem. 1. de ſupplenda negligentia prælatorum, & clem. 1. §. ſane. 2. de ſtatu monach. Paulus Lapus. Domin. num. 6. ver. in eadem gl. ibi, nullus, & Franchus, nu. 1. circa fin. in c. beneficium de regul. in 6. quidquid ſentiat glo. ibi, verbo conferendum Açor lib. 12. c. 3. q. 1.

5 Beneficia vero † ſecularia poſſunt conferri nouitio, & valebit collatio, ſeu electio de eo facta, cum poſſit conſentire, & redire ad ſeculum, & non ſit vere Religioſus, quamuis contra teneat d ćta glo. ver. conferendum, dicens, quod conſtituto in probatione, non poterit conferri beneficium quod per regulares poſſideri non poſſit, &c. quam ſequitur ibi Lapus, Anchar, & Domin. vbi ſupra.

6 Sed contra † eam tenet Franchus, d nu. 1. verſ. in eadem, gloſſ. ibi, poſſideri, dicens, ſatis videri, quod licet id fieri non d. beat, vt dicit glo. ſi tamen eidem conferantur, vel ad id eligatur, tenebit electio vel collatio, & c. qui tamen male ait, quod conſentiēdo, & beneficium acceptando, videtur ipſi Religioni renuntiare ſicut è conuerſo, nam non eſt incompatibile beneficium cum nouitiatu, & probatione, idem tenet Açor ſupra.

7 Vnde in S. Concilio Trident. ſeſſ. 24. cap. 13. & 15. de reformat. prohibetur beneficia regularia ſecularibus vniri.

8 Hodie in eodem † Concilio, ſeſſ 14. c. 10. de ref. decretum eſt, vt regularia beneficia in titulum regularibus profeſſis prouideri cōſueta, cum per obitum aut reſignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Religioſis tantum illius ordinis, vel ijs, qui habitum omnino ſuſcipere, & poſſeſſionem emittere teneantur, & non alijs, ne veſtem lino, lanaque contextam induant, conferantur, tradit poſthæc Gonçalez, gl. 8. à nu. 7.

9 Ex quo infert † Hoieda d. c. fi. nu. 105. quod beneficia Commendatariorum ordinis Domin. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & Dom. Ioannis, & ſimilium quæ eis, & Canonicis regularibus, & ſub regula D. Auguſtini, & Benedicti degentibus, ſunt cōcedi ſolita, alijs alterius profeſſionis nullatenus cōferri poterunt, vt clare videtur probari d. c. 10. neque etiam Commendatarij ipſi ad beneficia ſecularia admitti poterunt, cum ſint religioſi, ac Canonicorum regularium regulam teneant, circa quod tamen vide dicta ſupra 1. part. cap. 4. num. 18. & 19.

10 Circa quod decretum † Concilij Sanct. Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium. 12. Decembr. 1585. fecit talem declarationem: Præter Papam ordinarij Collatores poſſunt conferre regularia in titulum regularibus profeſſis prouideri conſueta, etiam ſecularibus, qui illius ordinis habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, quia hoc c. loquitur generaliter, & intelligit de ordinarijs nam quando vult intelligere de Papa, illum nominat, vt cap. 21. ſeſſ. 25. de regul. & quia loquitur per dictionē, vel, & ſic videtur hic æquiparare hos duos caſus: Abbatiæ vero, & beneficia adminiſtrationem habentia, non niſi profeſſis, iuxta Canones per Ordinarios conferri poſſunt. Quam declarationem adducit Gonzalez, glo. 8. nu. 78. *& Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. cap. 5. nu. 2. his verbis parum differentibus, An præter Papam poſſint ordinatorij collatores regularia beneficia in titulum, regularibus profeſſis prouideri conſueta, cōferre etiam ſecularibus, qui illius ordinis habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur? Sanct. Congreg. die 13. Decembris, ann. 1585. cenſuit iuxta hoc caput poſſe etiam ordinarios collatores portiones monachales, regularibus prouideri conſuetas, conferre, nedum eius ordinis profeſſoribus, ſed etiam ſecularibus, qui habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere omnino teneantur? Abbatias tamen, & beneficia adminiſtrationem habentia, non niſi profeſſis iuxta canones per ordinarios conferri poſſe.*

11 Et pro vltima † part. huius declarationis videtur facere d. c. 21. ſeſſ. 25. de regul. verſ. Quæ vero in poſterum vacabunt, nonniſi regularibus ſpectatæ vir-
12 tutis, & ſanctitatis conferantur. Quæ † tamen verba, licet ſecundùm Rotam ſunt præceptiua, non cōſultiua, iuxta doctrinam Socini Junioris. conſ. 144. num. 19. volum. 3. Sacra vero Congregatio Concilij cenſuit eſſe conſultiua, cùm deſcendant ab illo verbo, Confidit, poſito in verſ. præcedente, vt per Flam. Pariſ. d. quæſt. 5. nu. 3. *& Gratian. diſcept. forenſ. c. 123. num. 12.*

13 Sed iſta † declaratio, quod illa verba ſint conſultiua, procedit reſpectu Papæ, de quo ibi Concilium loquitur, & ſic non eſt contraria præcedenti declarationi, quæ fundatur in c. cum ad noſtram, cap. officij, cap. cum in Magiſtrum, de elect. c. 1. nullus eodem, in 6. & Clem. 1. eodem tit. cap. cum ſingula. §. prohibemus, de præb. in 6. Clem. 1. de ſupplen. negligentia prælatorum & Clem. 1. §. ſane, 2. de ſtatu monachor. Put. deciſ. 261. lib. 2. & poſt hæc Gonçalez gl. 8. ex d. nu. 78.

14 Ex quibus † Nauarrus comment. 3. de regul. cap. nullam, nu. 2. & Man. Rodrig. quæſt. regul. 2. tomo, q. 123. art. 4. dicunt Reges Hiſpaniæ, quibus Adrianus VI. indulſit ius præſentandi in ſuis Regnis Abbates, & alios Præfectos Eccleſiarum collegiatarum ſecularium, & regularium, ſaltim Conſiſtorialium, per Breue, cuius copiam inquit Nauarrus ſe vidiſſe, non potuiſſe præſentare ante Concilium Triden. ad Præfecturas regulares perſonas ſeculares, nec regulares alterius ordinis, & multo minus poſt Concilium poterunt, licet id non videatur recte ſeruari.

15 Declarauit etiam Sancta † Congregatio: In prouiſionibus beneficiorū, quas Ordinarij inferiores faciunt, nō profeſſis, non eſſe apponendū hoc decretū, ex nunc, prout ex tūc, & poſtquā, in ſolis prouiſionibus

bus Apoſtolicis apponi conſuetum, ſed prouiſiones faciendas eſſe purè, & ſimpliciter ad formam Concilij, dict. cap. 10. vt qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur. Quæ profeſſio emittenda eſt poſt annum integrum probationis, & non ante, alias eſſet nulla, vt in cap. 15. fol. 25. de regul. quicquid controuertat Gonç il. ſupra, ex nu. 87. *Collatio tamen beneficij regularis facta ſeculari tanquam de beneficio ſeculari, eſt nulla, vt in ſequenti declaratione S. Congreg. 6. Iunij 1600. Congregatio Concilij cenſuit, ſi beneficium huiuſmodi ſit ſeculare, nihil ſub eſſe difficultatis, vt monachus non teneatur habitum religionis ſuſcipere & profiteri; quòd ſi à principio fuerit regulare, & poſtea mutauerit ſtatum, concurrentibus his, quæ à iure communi requiruntur ad inducendam huiuſmodi mutationem; itidem cogi oratorem non poſſe, vt habitum religionis aſſumat, in eaque profiteatur. Quòd ſi beneficium ſit regulare, taleque nunc permaneat, collationem oratori, qui ſecularis eſt, tanquam ſeculari factam, viribus carere.*

16 Prædicta tamen conſtitutio, quod † ſecularia beneficia ſecularibus, regularia regularibus, conferenda ſunt, limitatur, niſi vrgeat neceſſitas, quia puta idonei non reperiantur, cap. inter quatuor, de religioſis domibus, vbi Abbas, Rebuffus in concord. ti. de collat. §. 1. volumus, verb. & conformitatem, & in praxi, tit. de diſpenſatio. cum regular. num. 40. & Corraſ. 1. par. cap. 5. nu. 7. & 3. par. cap. 3. num. 13. pro quo facit regula quod non eſt licitum 4. de regul. tur. in decretal. & ibi gloſſ. verb. neceſſitas: & poſt hæc tradit Gonçalez gl. 8. num. 43.

17 Secundo † limitatur, vt non procedat in Eccleſijs parochialibus, ſeu curatis ſecularibus, ad quas promoueri poteſt Monachus, ſeu Religioſus, maxime ſi eſt aptus concionator, cap. in parochial. 16. q. 1. vbi gloſſ. cap. quod Dei timorem, de ſtatu monachor. & ibi Abbas dicens communem Domin. in dicto cap. beneficium, de reg. in 6. nu. 6. verſic. in eadē gloſſ. ibi nullus. & Franchus ibidem, num. 1. circa finem, Coſmas in pragmatica ſanctio. tit. de collatio. §. illi vero, verb. Religioſis, Rochus, de iure patronat. verb. honorificum, num. 23. Selua dicens etiam communem, de benefic. 3. quæſtione 70. Corraſ. dicta 1. parte cap. 5. num. 7. & 3. part. capit. 5. num. 14. Quintanaduennas, lib. 1. Eccleſiaſticon, cap. 4. num. 16. Tuſchus concluſio. 66. litera B. num. 4. Sylueſter verb. Religio. 7. quæſt. 3. & 4. & Manu. Rodrig. dicto 1. como, quæſt. reg. q. 34. articul. 4. & nouiſſime Leonar. Lellius. de iuſtitia & iure, lib. 2. capit. 34. num. 6.

18 Qui † tamen præter Abbatem Corrat. Tuſchum, & Sylu. non videntur requirere, quod ſit aptus cõcionator, ſed abſolute tenent, Monachum poſſe de iure promoueri ad Eccleſiam parochialem ſecularem, & eſt gloſſ. in dict. Clemen. 1. de ſupplend. negligen.

19 prælator. verb. ſecularibus, & † Lamber. de iure patronat. 1. par. 2. lib. quæſt. 7. art. 19. ait, expreſſe monachum poſſe abſque diſpenſatione præfici parochiali, etiam ſi non ſit aptus concionator, ſeu prædicator, dummodo non reperiretur clericus ſecularis ita bonus, & idoneus, nam tunc inquit ibi art. 22. ſequenti, num. 2. non debere præfici Religioſum, & eſt l. 25. tit. 7. par. 1. & ibi Gregor.

20 Sed contrariam † ſententiam, ſcilicet, quod Monachi ſint inhabiles ad beneficia ſecularia, etiam curata, tenuit Rota deciſio. 5. de iure patronat. & 28. de prębendis. in nouis, & Bellamera deciſio. 713. & 750. ſequuntur Felin. in cap. in noſtra, de reſcript. cor. 40. Bertach. in repert. verb. patronus. Rebuffus de pactis poſſeſſoribus, dicto num. 311. alias 259. & in praxi, dict. titul. de diſpenſatio. cum regularibus, nu. 513. & 40. Gomez de gratijs expectā. num. 70. Couarruu. in capitul. 2. de teſtamen. num. 3. Nauarrus conſil. 10. de regul. vbi loquitur in clerico Ordinis, ſeu Militię S. Stephani Florentię, ſub regula D. Benedicti, & conſil. 11. de ſtatu monach. num. 6. & Zauallos, quæſt. 28. qui tamen confundit beneficia curata cum ſimplicibus, nec diſtinguit Canonicos regulares, *& nouiſſimè Gratianus diſcep. forens. cap. 123. à num. 10. & 22.*

21 Quæ ſententia fundatur, †primò ex Concilio Lateranenſ. ſub Alexandro III. in capitul. Monachi, de ſtatu Monachor. vbi id quod antea videbatur permiſſum, vt in dict. capit. in Parochia, 16. quæſtio. 1. cum multis alijs capitulis eiuſdem cauſæ, & quæſtionis, de quibus per Quintanaduennas. lib. 3. Ec-
22 cleſiaſtic. num. 49. iam prohibetur. Ex quo † etiam videtur, Epiſcopum non poſſe in hoc diſpenſare, vt videtur ſentire Gomezius ſupra, & Mandoſ. dicto titul. de diſpenſatione Monachor. in princip. cùm non poſſit contra Canones & Concilia diſpenſare, Duennas regul. 248. Hoieda cap. 11. num. 4. & cap. 12. num. 13.

23 Quamuis Rota, Bellamera, † & Felin. vbi proximè, & Caputaquen. deciſion. 85. par. 1. contrarium videātur tenere, & ſequuntur Staphil. de varijs modis vacationis, 6. modo num. 5. & Couarruu. dict. num. 3. & Gonçalez gloſſ. 7. num. 52.

24 Secundo videtur † etiam dicta ſententia probari in d. cap. quod Dei timorem, vbi ſolis Canonicis regularib. permittit Innocentius III. obtinere bene fi-
25 cia ſecularia curata. † De quibus non eſt dubium ea poſſe obtinere. Caputaquen. d. deciſio. 85. Guido Bonus deciſ. 96. in manuſcrip. Mandoſ. dict. tit. de prouiſio. verſ. regularem. & Nauar. conſil. 11. & 12. de ſtatu monach. niſi eſſet translatus de vno ordine ad alium, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. de reformatio. cap. 11. *& nouiſſimè tradit Gratian. d. cap. 123. à num. 22.* Nec eſt neceſſaria diſpenſatio Epiſcopi, Guido Bonus d. deciſ. 96. & fuit reſolutum in vna Papien. iuris patronatus. 6. Mart. 1598. coram Domino Seraphino *Decano. Gratian. ſupra.* Quidquid dicat Flam. Pariſ. dict. lib. 4 quæſt. 5. num. 5. & Caputaquen. ibi, quem citat, loquitur reſpectu Monachi.

26 † Quod intelligitur dummodo non remaneant intra clauſtra, Faſtol. dub. 65. Lamber. dict. quæſt. 7.
27 artic. 21. Quamuis † Rebuff. ſupra dict. titul. de diſpenſar. cum regular. num. 40. dicat, Canonicum regularem non poſſe parochialem obtinere regulariter, ſed ſolum vbi præficiatur cauſa prædicationis, aut ſi fuerit diſpenſatus, aut in ſubſidium alijs deficientibus ſecular. bus.

28 Beneficiorum † autem ſecularium ſimplicium ſunt incapaces Religioſi, etiam Canonici regulares, Abbas, Rochus, Selua, & alij relati ſupra, Bellamera deciſio. 172. & Lambert. dict. art. 29. num. 24. etiā ex Epiſcopi diſpenſatione, Corraſius dict. 3. par. c. 5.
29 num. 13. & Nauarr. dict. conſil. 11. Vnde † in dicta Papien. iuris patronat. 6. Martij coram domino Decano fuit reſolutum, Beneficium ſeculare non poſſe conferri Canonico regulari, ſine Apoſtolica diſpenſatione, niſi ſit parochiale,

Ad

30 Ad dignitatem † tamen Epiſcopalem poſſunt Monachi & regulares de iure cuchi, Abbas, Selua, Couarr. & alij ſupra, & Corraſ. d. 3. p. c. 5. nu. 14. & l. 13. tit. 5. p. 1. & ibi Greg. & in d. l. 25. tit. 7. quem vide, & Gonçalez ſupra nu. 48.

31 Circa dicta † aduertendum eſt, quod inter declarationes Sanct. Congregatio. Concilij, ſuper dicto capite 10. ſeſſ. 14. habetur ſequens declaratio, Regulares ſunt incapaces beneficij ſimplicis, etiam ſi eſſent Canonici regulares, non autem beneficij curati, iuxta diſpoſitionem c. quod Dei timorem, de ſtatu Monachor. licet nō hodie, cùm obſtet Concilium Lateran. ad concordata,

32 Et inter † declarationes ſuper c. 18. ſeſſ. 24. de reformatione, habentur ſequentes declarationes. Prima quæritur, An Eccleſiæ parochiali, ex neceſſitate, nempe ob penuriam Sacerdotum, regularis perpetuo poſſit præfici? Reſpondit Congregatio permitti poſſe, ita tamē, vt deducto victu, quod reliquum fuerit redituum, in vtilitatem Eccleſiæ, & pauperū conuertatur, ob id autem neceſſariam eſſe hodie diſpenſationem, contra opinionem communem antiquorum Doctorum, quod ita de ſtylo obſeruari conſuenit, quod ſi magis placeret Sanctiſſimo Domino noſtro Sixto, poſſe quod petitur ad tempus concedi, quoad ſcilicet Epiſcopus prouideret de clerico ſeculari, nihil tamen concedendum, niſi inſtante Epiſcopo pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, ſupra dictā priorem ſententiam Congregationis probauit Sanctiſſimus. Secuda, Quidam clericus Miles Sancti Stephani petijt, admitti in concurſu cuiuſdam Eccleſiæ parochialis, Congregatio parua cenſuit, ſignificandum datar o, Concilium non prohibuiſſe, quod regulares poſſint habere ſeculares parochiales, ius etiam vetus non obſtare, videat ipſe ſi inſtitutum militiæ ſuæ obſtet, Sanctiſſimus noluit, quia dixit prohibere Concilium Lateranen. in concordatis cum Leone, Rebuffus in concordatis, & ideo ſcribendum Epiſcopo, ne regularem admittat ad cōcurſum, quod non debuit illum ſcilicet admittere. Tertia, Sanctiſſimus Dominus noſter Gregorius XIII, noluit licere Canonicis regularibus Congregationis Lateran. etiam de licentia ſui Generalis, abſque permiſſu Summi Pontificis aſſumere curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum ad tempus, Quam adducit Gonçalez gl. 7. num. 53. & *Piaſc. in praxi Epiſc. p. 2. c. 5. nu. 23.*

33 Ex quibus † declarationibus apparet Papam nolle, quod regulares etiam Canonici admittantur ad parochiales, quia id prohibuit Concilium Lateranen. in concordat. quæ prohibitio videtur eſſe, titu. de collat. §. voluntas, quam Papa extendi vult, etiam ad alias partes. Et poſt hæc tradit Gonçalez ex d. n. 53. dicens, quod ita obſeruatur, & praxis ſemper admittit, quem ſequitur Proſper de Auguſtino in appendice ad ſummam Bullarij, verbo Regularis Canonicus. pag. 577. *quamuis additio d. conſilij Nauarri 11. de ſtat. Monach. ait, aduertendum, referri à tempore Gregor. XIII. & citra, obſeruari, vt canonicis regularibus dentur beneficia curata ſecularia: quæ additio videtur eſſe mendoſa, & deeſſe dictio, Non, & debere dicere, Non dentur, iuxta dictas declarationes.*

34 Tertio limitatur dicta conſtitutio † niſi ſit mutata qualitas, & ſtatus beneficij, ad quod requiritur quadraginta annorum poſſeſſio cum bona fide, d. c. cum de beneficio, & ibi Doctor, ſcilicet, quando cōſtat de vera qualitate beneficij, & anteriori ſtatu nēpe fuiſſe regulare, vel e contra; nam ſi de contraria qualitate, & anteriori ſtatu non conſtaret, attendendus videtur vltimus ſtatus, maximè ſi eſt ſecularis, qui eſt magis iuri conformis. Ita tenet Rota deciſ. 2. de præbendis in nouis, Felinus in d. c. in noſtro, cor. 49. nu. 43. Selua 3. p. q. 11. qualitate 22. num. 40. Rebuffus in concordatis titulus de collationibus, §. volumus. verbo regularia. Hojeda dicto capite fin. nu. 92. & Maſcardus concl. 172. qui tamen ſatis confusè loquuntur, & Petrus Greg. de beneficijs, capite 10. nu. 12. & Pacianus de probationibus lib. 2. capite 31. à nu. 8. & 12. & poſt hæc Gonçalez d. gloſſ. 7. à nu. 8. & 15. & gl. 8. à nu. 32. *& Marc. Anton. Genuen. in praxi cap. 121.*

35 Et quod quando conſtat † de anteriori ſtatu, requiratur poſſeſſio quadraginta annorum, ad mutationem illius, fuit reſolutum in vna Tridentina prioratus 17. Nouembris anno 1594. coram Domino Orano, & in Salamantina Vicariæ anno 1596, adducta ſupra 1. par. capite, 2. num. 94. & in Bracharenſi Monaſterij, 19. Decembris, anno 1597. coram D. Pamphilio, in qua dictum eſt, Quod vt recedatur ab anteriori ſtatu regularitatis beneficij, neceſſarium eſt, quod oſtendatur poſterior ſtatus ſecularitatis, qui ſit legitime præſcriptus per poſſeſſionem quadragenariam, ſublatis prouiſionibus Apoſtolicis, & earum temporibus, quæ non mutāt ſtatum. Achilles deciſ. vlt. de iure patronatus, niſi appareat eſſe factas animo mutandi ſtatum, &c. Et in Oſtunenſi Capellaniæ, 17. Ianuarij anno 1598. coram Domino Seraphino. *& in Ferrarien. prioratus 1. Dec. 1608. & 15. Maij 1509. coram Domino Penna vbi fuit dictum, & in eadem 8. Mart. 1610. coram eodem fuit reſolutum, &c. Et in Capuana rectoriæ 12. Iun. 1609. coram eodem Domino Penna fuit reſolutum, &c. R. beneficij ſtatus. Et quòd quando non conſtat de priori ſtatu, ex quo non agitur de immutatione ſtatus, alteri datur vltimus, & quaſi poſſeſſio, etiam ex prouiſionibus Apoſtolicis, fuit reſolutum in cauſa Terdonen. prioratus 5. Maij 1595. coram Domino Orano, vt in deciſ ſeq 155. ſequitur Genuen. d. c. 121. circa ſi dicens, &c.*

36 Nec ſufficiet quadragenaria † ſtante priuilegio, vel diſpoſitione Papæ, cum decreto irritanti ſeu prohibitione Archidiaconi Ioannis Andreæ. Donatus in nu. 6. Franchus tertio. & alij, in d. c. cùm beneficio, Creſcentius deciſ. 4. de priuilegijs, nu. 6. Dominus Ioſephus Aldredus in allegationibus pro regularium exemptione 2. par. c. 3. num. 8. & alij citati ſupra 5. par. c. 4. nu. 176. ſed tunc opus eſſet immemoriali, vt ibi nu. 180.

37 Et an clauſula † poſita in commendam, Attento quod clericis ſecularibus commendari conſueuit, verificetur in vno actu, vide Creſcentium deciſ. 1. de præbendis, & Mandoſium d. tit. de prouiſionibus, verſ. præceptoria. vbi quod non, quia verbum, conſueuit, requirit plures actus. Licet ſi dixiſſet ſolita eſt vnus tantum actus ſufficeret, vt fuit alias dictum in cauſa Tiraſonenſi iuris præſentandi 16. Octobr. anno 1592. coram Domino Blanqueto, & in Salamantina parochialis 5. Julij anno 1591. coram Domino Arrigonio. Perez de Lara de anniuerſarijs li. 1. c. 12. à nu. 43. Qui alios allegat Rochus in rubrica de conſuetudinibus à nu. 31.

Ex

*Ex dictis infertur ad quæſtionem, de qua fuit conſultus, an capellaniæ ita & fundatæ in Eccleſijs ordinum militarium D. Iacobi, Calatranæ, & Alcantaræ, poſſint teneri per fratres ipſorum ordinum, Hiſpanè, freiles, qui verè & proprio ſunt religioſi, cùm faciant tria vota ſolemnia ſubſtantialia, caſtitatis paupertatis, & obedientiæ, vt admittunt Sot. de inſt. & iur. lib. 7. q. 5. art. 3. & in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 4. Arrag. 22. q. 88. art. 1. Fr. Man. Rodr. q. reg. 1. tom. q 1. art. 6. dicens communem. & alij. Nec in hoc eſt difficultas, aut controuerſia aliqua, & ſunt veluti canonici regulares, vt de militibus dicit Hojeda de incompat. c. ſi. nu. 105. Et dubium conſiſtit in hoc, an dictæ capellaniæ ſint beneficia regularia, an ſecularia. Et videtur eſſe regularia, cùm ſint fundatæ in Eccleſijs ordinum, & ſic præſumuntur regulares, Rebuff. in praxi tit. quotuplex ſit beneficium, nu. 6. quem ſequitur Maſcard. de prob. concluſ. 172. nu. 17. & ex Abb. conſ. 50. 3. p. verſic. 4. c... & Rot. in una Parmen. priuatus 5. Iun. 1595. coram Domino Cordub. ſupra relata. 1. par. cap. 2. nu. 67. Et in terminis, quod dictæ capellaniæ ſint regulares, cùm ſint fitæ in Eccleſia regulari, & ſic ad eas poſſint admitti religioſi profeſſi dictorum ordinum, & ſi ad eas vocantur conſanguinei fundatoris ſunt adiudicanda religioſo. ſi eſt propinquior. tenet fr. Man. Rodrig. d. 1. tom. quæſt. reg. q. 34. art. 3. & ſicut ſi ſunt aliqui iuriſperiti & cathedratici Salmantini ſuper eo conſulti.*

*Sed hoc non obſtante, ego teneo contrarium, & ita reſpondi, nempe, quòd dictæ capellaniæ ſunt ſeculares, & pro clericis ſecularibus, & conſequenter non poſſunt dari dictis fratribus & religioſis, vt apparet ex earum fundatione & uſu, & ſtylo horum regnorum; ſemper enim fundantur & inſtituuntur, licèt fundentur in monaſterijs, & Eccleſijs regularibus, pro clericis ſecularibus, & ſic vocant de ordinario fundatores ad eas ſuos conſanguineos, & à principio fundationis dantur clericis ſecularibus ex præſentatione & vocatione ipſorum fundatorum: vnde declaratur eorum animus, quòd velint eſſe ſeculares, & pro clericis ſecularibus, Lambertin. 1. par. 2. lib. q. 7. art. 23. ſub num. 3. & ita videmus.*

*Et ſi eſſent regulares prædictæ capellaniæ, non poſſent dari niſi regularibus, iuxta ſupra dicta; idque principaliter procedit, vbi capellaniæ ſunt tentæ per ſeculares ſpatio quadraginta annorum, per quod quando eſſent regulares, mutabatur earum qualitas & ſtatus, vt in d. c. de præb. in 6. & ibi Doctores cum alijs ſupra relatis. Et quòd fundator poſſit fundare & inſtituere capellaniam in monaſterijs & Eccleſijs regularibus pro clericis ſecularibus cum authoritate ſuperioris & ordinarij, eſt planum, argument. l. in traditionibus, ff. de pact. & quod latè docet Roch. verb. pro eo quod quæſt. 12. & Lambert. 1. part. 1. libr. quæſt. 9. art. 1. quicquid velit Abb. dict. conſil. 59. verſic. 4. c. & in cap. ſi. de ſtat. monach. nu. 11. dicens ſe putare, quòd clerici ſeculares non poſſunt intitulari in monaſterijs: & ſic non poterit deputari altare in monaſterio, vt inſtituatur in eo clericus ſecularis, ex iſto cap. ſi. verſic. præcipimus. Quod tamen non obſtat, quia loquitur de præbendis monaſterij, ad quas non ſunt admittendi ſeculares, cùm ſint præbendæ monachales, & pro ſolis monachis inſtitutæ: non verò loquitur de beneficijs & capellanijs extraordinarijs fundatis & inſtitutis pro ſecularibus: nec id prohibet ille text. & ita practicari videmus. Requiritur tamen conſenſus ſuperioris & conuentus nec ſufficit ſola authoritas ordinarij, vt in monaſterijs, & Eccleſijs regularibus fundetur capella, ſeu capellania, & vt ad eam poſſit præſentari clericus ſecularis, Rochus verb. honorificum, q. 4. nu. 13. & verſic. in Eccleſ. q. 3. & verſic. conſtruxit. q. 7. nu. 16. & Lamber. 1. par. 1. lib. q 3. & art. 16. & q. 11. art. 7. & d. 1. p. 2. lib. q 7. art. 23. & hoc etiam vult Abb. ſupra d. conſi. 59. ait enim, quòd monachis inuitis non poſſunt aliqui acquirere ius patronatus in eorum Eccleſia, ſeu aliàs ad præſentandum clericum ſeculerem: & ſequitur Greg. Lopez in l. 2. tit. 15. par. 1. glo. 5.*

*Nec etiam obſtat doctrina Rebuff. & Maſcardi ſupra, quia non dicit, niſi quòd capellæ fundatæ in monaſterio præſumuntur regulares, id limitando, niſi per ſeculares teneri ſunt ſolita. ex d. c. cùm de beneficio, & à fortiori debet limitari, vbi ex fundatione aliud apparet, iuxta dicta, hic enim ceſſat dicta præſumptio.*

38 Sed hic eſt quæſtio, † an Religioſi ſint omnino incapaces beneficiorum ſecularium maxime in titulum, in qua Corraſius 3. par. cap. 5. nu. 15. ait, quòd præter Eccleſias curatas, & Cathedrales, aliorum quorumcumque beneficiorum ſecularium, vt temporalium rerum, ex diſpenſatione Papæ, cap. cùm ad Monaſterium. in fine. de ſtatu Monachorum, incapaces eſſe conſtat.

39 Certum † tamen eſt, nec id negat Corraſius ibi, Monachos & Religioſos ex diſpenſatione Papæ eſſe capaces beneficiorum ſecularium, & illa poſſe obtinere, etiam titulum, vt patet ex Mandoſio dicto titulo de diſpenſatione Monachorum, pro obtinendis beneficijs, & Nauarro commentario 4. de regularibus, num. 69.

40 Sicut enim † poſſunt habere titulum ſuorum beneficiorum regularium, vt Abbatiarum & aliorum, Rota deciſ. 172 par. 1. diuerſorum: & etiam Epiſcopatuum, ita etiam & aliorum beneficiorum ſecularium Papa diſpenſante, in iure Canonico diſponente, quod ſecularia ſecularibus conferantur. Circa quod vide Nauarrum de redditibus Eccleſiaſticis q. 1. monitione 9. ſeu 11. nu. 4.

41 Inquit autem † Corraſius, Monachos, & Religioſos eſſe incapaces temporalium rerum, etiam ex diſpenſatione Papæ, ex d. c. cùm ad Monaſterium, in fine, vbi dicitur: Quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa regulæ Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex poſſet licentiam indulgere.

42 Sed verius eſt † ex diſpenſatione Papæ eſſe capaces temporalium rerum, non ſolum quoad adminiſtrationem, & diſpenſationem, in quo non eſt difficultas, ſed etiam quoad dominium, & proprietatem.

43 Nam Papa † poteſt ex cauſa diſpenſare in voto ſolemni Religionis. Innocen. in dict. cap. cùm ad Monaſterium. & ibi Abbas num. 11. dicens fere omnes Canoniſtas ſequi, & Felin. qui plures citat, & dicit communiorem in cap. ſi quando. nu. 15. de reſcrip. Tiraq. plures citans de pœnis, in præfatione, nu. 46. & Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 10. nu. 33. Greg. Lopez. in l. 2. tit. 7. par. 1. glo. 3. vbi Humada, Gratian. reg. 320. nu. 3. Ant. Gom. in leg. 40. Tauri. num 66. Ioann. Ramirez de confirmatione Ordinis D. Iacobi, cap. 5. num. 25. Couar. in c. 2. de teſta. à n. 19. Nauarrus in manuali, cap. 12. nu. 75. & conſil. 3. nu. 6. de his quæ vi. & conſ. 37. & 38. de voto. D. Didacus de Zunniga, de voto, quæſt. 6. à nu. 104. & ex Theologis, Durandus, Richardus, Paludanus, Maior, & alij, in 4. diſtinct. 38. Enricus quodlibet. 5. q. 28. D. Ant. in ſum. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. & 3. p. tit. 22. c. 7. 12. caſu, Angelus in ſumma, verb. votum, 4. q. 5.

Roſel.

Roſel. verb. Papa, nu. 4, Caietanus 2. ſecundæ, q. 88. artic. 11. & in opuſculis, tom. 1. tract. 17. Corduba lib. 1. quæſtion. quæſt. 24. Mich. de Medina, de ſacrorum hominum continentia, lib. 5. ex cap. 7. & præcipue ex c. 21. dicens communem Theologorum & Iuriſperitorum ſententiam, Angles in floribus Theologicarum quæſtionum, in materia de voto art. 8. 2. difficultate, *Candelabrum Aureum de matrimonio, nu. 143. aliàs 3. impedimento, nu. 20. Zechus de ſacrament. cap. 16. de matrimon. 9. propoſit. et anus Pet. de Soto ieff. 5. Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 23. n. 52. & c. 26. à nu. 55.* Graſſijs in decif. aureis caſuum conſcientiæ, lib. 2. cap. 31. num. 22. & 23. Enriquez in ſumma, lib. 11. cap. 8. §. 11. & lib. 12. cap. 5. §. 3. Valentia. 3. tom. diſp. 6. q. 6. punct. 7. Mota de confirmat. Ordinis. D. Iacobi, lib. 2. c. 1. §. 12 à nu. 7, & c. 2. §. 7. ex nu. 7. Açor. inſtit. moralium, lib. 12. c. 7. q. 1. 2. & 3. & Manuel Rodriguez quæſt. regul. tom. 3. q. 1. art. 8. & Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 8. diſp. 8. qui plures citat, & nouiſſime Ribadeneira in tract. de ratione inſtituti Societatis Ieſu. c. 15. 17. & 18. Gabr. Vazquez 12. tom. 1. diſp. 165. n. 104. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. c. 40. dub. 14. & Rebell. de obligat. iuſt. 2. p. lib. 3. q. 4. nu. 8. *& fr. Baſil. Leonen. 1. de imped. matrim. 1. 2. §. 3.*

44 Quamuis contrarium † teneat reuera D. Tho. d. art. 11. & Syluester verb. votum. 4. quæſt. 5. Tabiena verb. dispentat. quæſt. 7. Armilla eodem verbo, n. 12. Soto de iuſtitia & iure, lib. 7. quæſt. 4. artic. 2. & in 4. diſtinct. 38. quæſt. 2. art. 2. Ludouic. Lopez inſtruct. conſcien. 2. tomo 2. par. cap. 48. P. Ledeſma in ſumm. 2. par. tract. 10. capit. 8. pag. 2. & Thomiſtæ moderni communiter, quam dicit probabiliorem. Aragon dicto articul. 11. & tutiorem, & à Paulo Quarto, vt audit comprobari Mandoſ. de ſignatura gratiæ. titulo de voti commutatione. verſic. Papa an poſſit.

45 Sed communis ſententia † Canoniſtarum, & Theologorum tenenda eſt, quæ comprobata eſt facto aliquorum Summorum Pontificum qui iuxta eã diſpenſarunt, vt authores citati referunt, & Cenedo collect. 124. ad decretales, num. 5. *Et nouiſſimè Cantarell. in decem prax. Decal. lib. 1. c. 31.*

46 Et ratio eſt, nam ſicut † in voto ſimplici, & iuramento promiſſorio, quorum obligatio, eſt de iure diuino, Papa poteſt diſpentari, ita, & in voto ſolemni, cuius etiam obligatio, quamuis ſit de iure diuino, procedit, & pendet ex actu humano.

47 Quod ſi dicas, † in voto ſolemni non poſſe diſpenſari ratione traditionis perſonæ, in qua ſolemnitas voti conſiſtit, vt inquiunt Socus ſupra, & q. 2. art. 5. eiuſdem libri 7. Aragon. dicto articul. 11. & 7. Lud. Lopez, & Ledeſma ſupra, & Thomiſtæ moderni cõmuniter ſic explicantes Diuum Thomam, d. art. 11.

48 & 7. Replicatur, quod † qua ratione poteſt Papa diſpenſando ex cauſa tollere obligationem voti ſimplicis, & iuramenti, & ius ex promiſſione Deo quæſitum, eadem ratione, poteſt tollere ius ex traditione Deo quæſitum, & traditionem reuocare, ſicut & rem, quæ alteri tradita, & requiſita eſt, poteſt Princeps ex cauſa tollere, vt notatur in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtitution. vt recte aiunt Corduba, Michael. de Medina, cap. 51. Valentia, & Manuel Rodriguez, & alij, ſupr. poſt Durandum, Ricardum, & Paluda. maxime cum illud ius, & obligatio, ex voto ſolemni, ſit Religionis, & non iuſtitiæ, vt infra dicetur num. 70. ac proinde ex eo non transfertur particulare dominium proprie, ſed improprie, & meta-

49 phorice. Et confirmatur, † nam in matrimonio rato, in quo eſt traditio ad iuſtitiam pertinens, & ſic fortior, ex quo per eum transfertur dominium, & poteſtas corporum proprie poteſt Papa diſpenſare, vt infra etiam dicetur, nu. 83.

50 Rurſus in voto † ſolęmni caſtitatis, quod ſit in ſuſceptione ſacrorum ordinum, vt in c. vnico de voto, libro 6. & Concilium Tridentinum ſeſſione 24. de matrimonio, canone 9. Caietanus d. tract. 27. Medina d. libr. 5. à cap. 1. ad 6. eſt etiam traditio perſonæ ad caſtitatem perpetuo ſeruandam, vltra conſecrationem, ſeu deputationem perſonæ, quæ fit per ipſam ordinationem ad actus ordinis, & perpetuum Dei cultum, quicquid dicat Caietanus dicto tract. 27. & Aragon. dicto articulo 11. 3. notabili, & tamen in eo poteſt Papa diſpenſare, vt omnes concedunt.

51 Nec refert dicere, † quod votum ſeu debitum continentiæ non ſit eſſentialiter annexum ordini ſacro, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ: ſtatui vero religionis ſit eſſentiale, vt dicit Sanctus Thomas d. ar. 11. Soto d. art. 2. & Thomiſtæ, quia id ſolum arguit ex natura rei ſecluſo ſtatuto Eccleſiæ poſſe ſtare ſacrum ordinem, ſine voto, & debito continentiæ, ſuppoſito tamen, quod votum ſit vt Eccleſia ſtatuit, eſſet indiſpenſabile, ſicut votum ſolemne Religionis, ſi traditio eſſet ratio indiſpenſabilitatis, vt recte Medina ſupra c. 8. & Leſſius d. dubitatione 14. ſub nu. 111.

52 Præterea non eſt verum † voti ſolemnitatem conſiſtere in traditione, ita quod votum ſolemne ſit promiſſio, & traditio, ſeu exhibitio perſonæ per aſſumptionem ſtatus, ſimplex vero ſola promiſſio, & ſic differant, vt matrimonium & ſponſalia, vt dicunt Thomiſtæ, & Couarr. in 4. 2. p. c. 7. §. 4 n. 7. Matien. in rubr. tit. 1. lib. 5. Recop. gl. 1. nu. 70. Ioann. Guttierez Canonic. quæſt. lib. 1. q. 17. n. 28. Zunniga d. q. 6. à num. 99. Vega in ſumma 2. p. c. 129. caſu 86. & P. Ledeſma d. tract. 10. c. 6. nam etiam in votis ſimplicibus poteſt eſſe traditio, ſicut in voto ſolemni, quæ nihil aliud eſt, quàm dedicare, & mancipare ſe Deo, & eius ſeruitio, & obſequio. Caietanus d. artic. 7. & Michael de Medina ſupra lib. 4. controuerſ. 7. c. 22. 25 37. & 39. Enriquez libr. 12. cap. 5. §. 4. & 5. Man. Rodriguez quæſt. regul. tomo 1 quæſt. 1. art. 4. Mota dict. §. 12. num. 9. & Azor dicto lib. 12. capit. 6. q. 1. & dicto capitulo 7. quæſt. 1. Leſſius ſupra, & nu. 115. & Ribadeneyra dicto capitulo 15 & 17. Gab. Vazq.

53 dict. diſput. 165. à numero 71. vt patet in eo, † qui perpetuo vouet ſeruare caſtitatem, & in eo, qui extra Religionem approbatam voueret perpetuo caſtitatem, paupertatem & obedientiam, nec refert ad hoc, quod non ſit, qui acceptet ex parte Eccleſiæ: nam ipſemet Deus acceptat huiuſmodi votum, & mancipationem, quamuis per illud, ex quo non ſit in Religione approbata, & in manibus Prælati, non conſtituatur in ſtatu Religionis vere & ſimpliciter, & in eo qui voueret in manibus Epiſcopi, eſſet traditio, & acceptatio, tum à Deo, tum à Prælato: & clarius patet in Societate Ieſu, in qua eſt vera traditio Religionis per vota ſimplicia, vt in conſtitutione Gregorij XIII. ſuper inſtituto Societatis Ieſu, de anno 1584. quæ eſt in lib. literarum Societatis. & affertur ab Azore libr. 13. cap. 7. ad finem, & eſt confirmata per aliam conſtitutionem

Gregorij

Gregorij XIV. quæ eſt in d. lib. in qua quidem conſtitutione Gregorius XIII. dicit, emittentes in Societate biennio probationis peracto tria vota, tametſi ſimplicia, in ſtatu Religionis vere conſtitui, quippe qui per ea ſe Societati dedicant, atque actu tradunt, ſeque diuino ſeruitio in ea mancipant. Man. Rodriguez d. art. 4. Mota d. c. 1. §. 12. nu. 1. c. 2. §. 19. n. 16. Valentia 3. tom. diſp. 10. q. 4. pun. 2. & 4. tom. diſp. 10. q. 5. punct. 3. & nouiſſime Tho. Sanchez de matrimonio. lib. 7. diſp. 25. & Ribadeneyra ſupra, & Gab. Vazquez d. diſp. 165. à nu. 19. & 74. & 93. Leſſius d. nu. 111. & c. 41. nu. 8. Rebellus d. q. 4. nu. 5. & 29.

54 Sed voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione † Eccleſiæ eſt inuenta, vt per illa verba inquit Bonifacius Octanus in d. c. vnico, & Gregorius XIII. in dicta conſtitutione, docent Franchus, nu. 1. & alij in d. c. vnico. Caietanus dict. art. 7. Michael de Medina, d. controuerſia 7. c. 38. Palacios in 4. d. diſtinct. 38. Man. Rodrig. d. art. 4. Mota d. §. 12. num. 1. 5. & 9. & Azor d. c. 6. q. 1. & 2. & Thom. Sanchez, & Ribadeneyra ſupra, & Gabr. Vazquez, ex n. 8. & Leſſius d. nu. 111. Rebellus d. n. 5. *Et nouiſſ. fr. Baſil. Legion. 1. p. var. diſp. 9. 4. Sanchez c. 4 & de imped. matr. c. 2. §. 1.*

55 Quæ verba Bonifacij † & Gregorij, non poſſunt intelligi, vt ea intelligunt Sotus d. art. 5. Victoria in relectione de Poteſtate Papæ, & Concil. n. 13. Arag. d. art. 7. Couar. d. §. 4. n. 8. Matienço d. n. 7. Enriquez d. c. 5. §. 6. & 7. Vega ſupra caſu 85. & P. Ledeſma d. c. 6. & Thomiſtæ communiter de cæremonia ſolemnitatis voti, & modo illud emittendi & recipiendi. Nam illud verbum, voti ſolemnitas, clare ſignificat ſubſtantiam ſolemnitatis voti, & id in quo formaliter conſiſtit votum eſſe ſolemne, & conſtat ex ipſo contextu d. c. vnici. & ex dicta conſtitut. Gregorij, vt per Thom. Sanchez ſupra nu. 24. & Gabr. Vazquez, nu. 15. & 16. & Rebellum nu. 5.

56 Vnde votum ſimplex † & ſolemne non differunt eſſentialiter, & ſpecifice, ſed ſolum accidentaliter, & ex inſtitutione Eccleſiæ, ſuntque eiuſdem ſpeciei ex parte obiecti, vnde ſumitur ſpecificatio, vt recte tenet Caietanus d. art. 7. Michael de Medina d. c. 38. Mota d. c. 1. §. 12. n. 9. & d. c. 2. §. 19. nu. 17. Azor d. c. 6. & 7. q. 1. Thom. Sanchez ſupra n. 6. & diſp. 27. n. 18. & 27. *& nouiſſime Salas 1. 2. tom. 1. tract. 13. diſput. 3. ſect. 2. num. 2.*

57 Quamuis † Sotus d. art. 5. Aragon. d. art. 7. & alij teneant differre ſpecie, & ex natura ſua, quia votum ſimplex eſt tantum promiſſio, ſolemne vero traditio, in quo etiam ſtando adhuc eſſe eiuſdem ſpeciei, tenet Valentia d. 3. tom. diſp. 6. q. 6. pun. 5. ad finem, & P. Ledeſma de matrim. q. 53. art. 2. ad 4. & in ſumma 2. p. d. tract. 10. c. 6. maxime ad finem dicens, votum ſolemne non eſſe traditionem formaliter, ſed promiſſionem, quæ ſequitur ad traditionem.

58 Conſiſtit ergo formaliter † ſolemnitas voti, non in traditione, quam ipſum votũ includit, ſed in hoc, quod Eccleſiæ authoritate ſtatutum eſt, tale votum eſſe ſolemne, ſcilicet per quod homo inhabilis eſt ad matrimonium, vt docet Caietanus d. art. 7. & Hieronym. Platus infra referẽdus, nu. 66. ſeu in hoc, quod fiat vt Eccleſia decernit, & ſub forma, & conditionibus ab Eccleſia præſcriptis ſubſtans tali Eccleſiæ ſtatuto, nempe in Religione approbata, & in manibus ſuperioris, vel in ſuſceptione ſacri ordinis, Soto. in 4. diſt. 38. Michael de Medina d. c. 38. & Azor, qui alios citat, d. c. 6. q. 1. & 2. & Thom. Sanch. & Ribadeneira ſupra, & Gabr. Vazq. nu. 73. & 92. & Leſſius d. c. 40. nu. 111. Seu voti ſolemnitas conſiſtit in acceptatione irreuocabili, facta, atque conſtituta ab Eccleſia traditionis, & voti, quo quis ſe ſtatui Religionis, vel clericali addicit, ex quo conſequenter inhabilis redditur ab ipſa Eccleſia ad matrimoniũ. Rebellus d. q. 7. n. 4. Et ita reuera colligitur ex d. c. vnico, vbi Franchus d. n. 1. *Non autem conſiſtit in illa inhabilitatione, ſeu illegitimatione ex inſtitutione Eccleſiaſtica, & in perpetuitate extrinſeca ex parte acceptantis ſcilicet quod prælato ſublata facultas ſit liberum dimittendi, & Summo Pontifici reſeruata, vt male inquit fr. Baſil. Legion. d. q. 3. ſchol. 15. & d. c. 2. de imped. §. 2. & 3. num quicquid ipſe ibi, & d. q. 3. c. vlt. contra Gabr. Vazquez dicat, prælati nunquam habuerunt iſtam facultatem liberos dimittẽdi religioſos, qui abſolutè nouerunt, nec Papa eam habet ſic, ſi obligatio noti ſit de iure naturali & diuino, ſed ſolum diſpenſandi ex cauſa, & de diſpenſatione loquuntur authores per eum citati, & cæteri, & ſi Præpoſitus Generalis Societatis Ieſu eam facultatem habet circa nota ſimplicia, eſt, quia illa emittuntur iuxta conſtitutiones ipſius Societatis, quandiu ei placuerit.*

59 Cùm ergo † voti ſolemnitas ſit de iure poſitiuo canonico, clarum apparet, poſſe Papam diſpenſare in voto ſolemni religionis: ſicut in voto ſimplici. Et
60 in † ſpecie, de qua agimus, quod poſſit diſpenſare in voto ſolemni paupertatis, docet Innocentius in d. c. cùm ad monaſterium. & ibi Abbas. Couar. in d. c. 2. de teſtam. Rofella d. nu. 4. Medina d. lib. 5. cap. 26. Leſſius d. c. 40. nu. 112. & Ribadeneira 3. c. 18. Mota d. §. 12. nu. 8. & Azor d. c. 7. q. 2. immo & Soto d. art. 8. ad fi. & lib. 10. q. 5. art. 7. & alij ſuprà citati.

61 Nec obſtat, † quod dicit Nauarrus dict. quæſt. 1. de reddit. b. mon. 9. nu. 3. & commentario 2. de regularibus, nu. 17. quem ſequitur Manuel Rodriguez d. tom. 3. quæſtion. regularium, q. 29. art. 6. quod licet ad diſpẽſandum in voto ſolemni caſtitatis iuſta cauſa poſſit occurrere, ad diſpenſandum vero in voto paupertatis, ita vt fiat verus dominus, nulla talis poteſt occurrere, cum cuiuis neceſſitati, & vtilitati poſſit prouideri per conceſſionem adminiſtrationis, manente voto, & ſic ex defectu cauſæ non poteſt Papa
62 diſpenſare in voto paupertatis. Quia † reſpondetur, quod voto paupertatis non tam repugnat dominium quàm vſus, vt patet in religioſis Societatis Ieſu, qui ad gradus profeſſorum, & coadiutorum formatorũ nondum peruenerunt, qui ſunt veri religioſi, & tamen bonorum ſuorum ius & dominium retinent, vt in dicta conſtitutione Gregorij XIII. Henriquez d. c. 5. §. 5. Manuel Rodriguez d. 1. tomo, q. 1. art. 4. & Mota dict. §. 12. numer. 5. & 8. Gab. Vaſquez ſupra, à num. 50. & 102. Thomas Sanchez num. 24. & Ribadeneira dict. c. 18. & Soto de cenſibus, 2. tomo, lib. 1. cap. 10. nu. 22. Leſſius dict. lib. 2. cap. 4. nu. 22. & 27. & cap. 41. num. 72. *fr. Baſil. dict. quæſt. 3. & pen. & d. cap. 2. §. 3.*

63 Sicut † etiam voto caſtitatis ſolemni non tam repugnat vinculum & dominium matrimonij, quàm vſus, vt patet in coniugibus poſt matrimonium cõſummatum profitentibus, vt in c. cum ſis c. vxoratus c. ex p. cap. ad Apoſtolicam. c. conſtitutus, de conuerſione coniugatorum. Mota d. §. 12. nu. 6. Azor d. c. 6. q. 3. Ribadeneira cap. 15. Leſſius d. lib. 2. cap. 41. num. 68. & ſeq. & 72.

Et

64 Et præterea, votum † ſolemne paupertatis ſolæ Eccleſiæ conſtitutione facit monachum inhabilem ad dominium, vel retinendum, vel acquirendum. vt recte tradit Azor d.c.6.q.4. Leſſius d.c.4.nu.21. & d.c.41.nu.71.& Ribadeneira d.c.18.& ſolis ſupra, & Gab.Vazq.d.nu.50.

65 Sicut † etiam votum ſolemne caſtitatis, etiam monachi ſolæ Eccleſiæ conſtitutione facit inhabilem ad matrimonium, & illud dirimit, d.cap.vnico, de voto in 6.& ibi Domin.num.10.Franc.num.1.& alij, Gl. Hoſtien.Præpoſit.& Abbas nu.6 dicens, tenere communiter Doctores in cap.rurſus, qui clerici, vel vouentes, Scotus, Paluda. & Palacios dict. diſtinct. 38. Angelus verb.matrimonij impedimentum, 5.in princip.dicens, eſſe communem Canoniſtarum & Theologorum, Roſella verb.impedimentum, 4. §. 2. dicens, communiter Doctores hoc ſequi, Caietanus d. art.7.Veracruz, in Speculo coniugiorum, 1.p.art. 3 n. late Michael de Medina d.lib.4.controuerſia 7.ex d. 22.& præcipue ex c.31.Angles ſupra art.6.difficult. 1.& 2.Bellarmin.diſp.tomo 2.lib.vnico, de matrim. cap.21.Manuel Rodrig.dict.1.tomo q.1.art.4.& 3. tom.q.1.art.2.Mota d.§.12.& d.§.19.nu.16.& 17. Azor d.c.6.q.3.& alij relati per Henriquez d.cap.5. §.7.in glo.lit.N.& Thomas Sánchez plures referens d.lib.7.diſp.25.& 26. & Ribadeneira ſupra nu.15. & 18.& Gab.Vazquez à nu.63.Leſſius d.c.4.nu.22. & d.cap.41.nu.68. *& fr. Greg. Ruiz controu. 101. & ſeq.*& Rebellus d.lib.3.q.4.nu.5. (qui tamen nu.25. 27.& 29.male ait, per profeſſionem includentem tria vota ſubſtantialia religionis dirimi matrimonium etiam ſubſequens ex priuilegio diuino, per votum vero ſolemne caſtitatis, vt hic, ſeu præciſe dirimi iure humano: quæ diſtinctio eſt ſine fundamento, & contra dictas conſtitutiones Bonifacij, & Gregorij, & contra Doctores) & Hieronymus Platus de
66 bono ſtatu religioſi, lib.1.c.21.vbi † ait, vota religionis eam vim ſemper habuiſſe, vt matrimonium illicitum efficerent, illam autem vim, vt etiam irritū, ac nullum efficeret, quæ communiter à Theologis voti ſolemnitas appellari ſolet temporis progreſſu, & quaſi gradatim introductam. Et primum quidem qui hoc generali decreto conſtituit, fuiſſe Innocentium II. in Concilio Romano, anno 1139. & habetur in cap.vt lex.27.quæſt.1.quem ſequitur Manuel Rodriguez d.dict.art.4.& 2.& Mota dict.§ 12. nu.5. *& fr. Baſil.d.q.1.ſchol.c.8. & dict. cap. 3.de imped.§.4.*
67 Licet † Michael de Medina dicta controuerſ.7.c.40. primum, qui hæc matrimonia reſcindit, fuiſſe Innocentium I. dicat, vt in cap.quæ vero 27.q. 1. & Bellarmin.d.c.21.*& Vazquez num. 66.& 3.par.3.tom. diſp.249.cap.* 4. & Leſſius dict.cap.41.num.68. Alias authoritates antiquiores Conciliorum, & ſummorum Pontificum ad id afferunt, quæ huiuſmodi matrimonia dirimi, ſeu ſeparari iubent, quæ tamen de ſeparatione quoad thorum in pœnam intelligi poſſunt, vt per Hieronymum Platum, & Man. Rodrig.
68 ibi. Et iſta † ſeparatio haberet locum, cùm alter coniux ſcienter contraheret matrimonium cum religioſo, vel religioſa, vt in c.hi ergo, 27.quæſt.1. aliàs enim non deberet fieri ſeparatio in præiudicium innocentis, qui probabiliter ignorans alterum religioſum, cum eo bona fide contraxit, Vazquez ſuprà numer. 76. & non facta ſeparatione durante aliàs matrimonio, religioſus non eſſet, pro tunc in ſtatu religionis vere, quia illi repugnat vſus matrimonij, quamuis non liceret ei petere, ſed ſolum reddere debitum, ſoluto autem, ſeu ſeparato matrimonio, rediret ad ſtatum religionis, in eoque permanere
69 deberet, ſicut antea. Et † ita tenendum eſt, quamuis contra tenuant D.Thomas S.Bonaventura, Albertus, Durandus, & Ricardus in 4.diſtinct.38.& ibi Sotus quæſt.2.art.2. Caietanus ſibi contrarius dict. tract.27.Aragon.d.art.7. P. Ledeſma de matrimonio, quæſt.33.art.2.& dict.tract. 10. cap.6. Henriq. d cap.5.§.3.& 7.Valentia dict.puncto 5. & 3. Vega dict.2.parte, cap.129.caſu 85.& 86.& in *Eſpeio de curas*, cap.15.numer. 69.& Thomiſtæ communiter, & Matienço ſupra num.70.& 71.Ioann.Guttierrez dict.num.28.& ſentire Couarruuias dict.numero 7. nempe votum ſolemne religionis ex ſua vi & natura iure naturali & diuino dirimere matrimonium ſubſequens ratione traditionis, quam includit, quæ facit, inquiunt, hominem inhabilem ad ſe tradendū alteri per matrimonium, & ſequitur Barboſa in rubrica, ff.ſolute matrim.2.p.n.98.& ſeq. idem dicens in voto ſacri ordinis.

70 Cui tamen rationi † reſpondetur cum Azore ſup. d.q.1.& 3.& Thomas Sanchez d.diſp.26.nu. 2.& Ribadeneira, d.c.15.& Gabriel Vazquez ſupra à nu. 68. quod id procederet, ſi vtraque traditio ex iuſtitia exiſteret, ſeu ad iuſtitiam pertineret, ac traditio voti ſolemnis non pertinet ad iuſtitiam, ſed ad religionem, vt inquit Ledeſma d.art.2.ad 4.& 6.& ideo non repugnat ex ſe cum traditione ad iuſtitiam pertinente, qualis eſt traditio matrimonij, vt patet in coniugibus poſt matrimonium conſummatum ex conſenſu profitentibus, qui Deo & religioni ſe tradunt, & mancipant, & nihilominus coniuges manent, quia matrimonium conſummatum non diſſolvitur quoad vinculum.

71 Et ratio † videtur eſſe, nam ex traditione ad religiones, & non ad iuſtitiam pertinente non transfertur particulare dominium proprie, vt ſupra dixi. Et accedit, quod ſtatui religionis non repugnat ex ſe vinculum matrimonij, ſed vſus, vt dictum eſt.

72 Et ſi votum † ſolemne religionis faceret inhabilem ad matrimonium ſua natura, ratione traditionis etiam votum ſolemne ordinis ſacri, quod, vt diximus, includit traditionem ad caſtitatem perpetuo ſeruandam, ſua natura dirimeret matrimoniū, quod
73 tamen negant omnes, excepto Barboſa ſupra, † Et etiam vota ſimplicia Societatis Ieſu, in quibus etiam eſt traditio, vt dictum eſt, ſua natura dirimerent matrimonium, quod tamen nō dirimebant ante dictam conſtitutionem Gregorij XIII. quæ iam illud irritat & annullat. Gab. Vazquez ſupra à nu.74.

74 Vnde videbatur † iam poſſe dici, illa vota eſſe ſolemnia, ex quo dirimūt matrimonium, nihilominus tamen adhuc dicuntur ſimplicia, quia non ſunt perpetua ex parte ſocietatis, ſed donec prælatis placuerit iuxta eius conſtitutiones, & ſic ex iſta parte non inhabilitant perpetuo ad matrimonium, quamuis ex parte ipſorum vouentium ſint perpetua, quod ſatis eſt, vt ſine conſtitutione religionis vere & ſimpliciter, vt in dicta conſtitutione Gregorij XIII. Man. Rodriguez d.1.tomo q.1.art.4.& Valentia d. diſp. 10.q.4.puncto 2.& Ribadeneira ſupr.15. 17. & 19. & Gab.Vazq.ſup.à n.84.Leſſius d.c.41.n.8. Suarez de relig.2.tom.tract.6.lib.1.c.19.n.19.& ſeq. ad fin.

75 Ex qua etiam ratione, quod † non ſunt perpetua ex parte Societatis huiuſmodi vota, non diſſoluunt matrimonium præcedens ratum, nec ante, nec poſt dictam conſtitutionem, quæ in hoc nihil innouauit, quamuis, vt dixi, ſint conſtitutiua religionis, & aliàs religioni competat illud diſſoluere, ſiue de iure diuino, ſiue de iure Eccleſiaſtico, vt recte tradit Henriquez dicto lib. 11, cap. 8. § 7. licet Ribadeneira d. cap. 19. dicat, iſta vota illud nõ diſſoluere, quia ſunt ſimplicia, & Gabriel Vazquez *ſupra d. n. 109. & 1. lib. ſchol. de matrim. lib. 2. diſp. 18. nu. 6.* & ſentit Leſſius d. c. 41. num. 69. *licet etiam fr. Baſil. de imped. matrim. cap. 19. §. 3. è contra dicat, illam votam diſſoluere matrimonium ratum.*

76 Cum autem votum † ſolemne religionis ſola Eccleſiæ conſtitutione dirimat matrimonium ſubſequens, conſequenter etiam dicendum eſt à fortiori ſolo iure Pontificio diſſoluere præcedens matrimonium ratum, vt tenent Hoſtienſis, Ioan. And. & Butrius in c. ex publico, de conuerſione coniugatorum Anchar. in rep. c. 1. de conſtit. nu. 28. Fel. conſ. 26. nu. 19. Henriq. quodlib. 5. quæſt. 35. Michael de Medina d. lib. 5. ex c. 53. præcipue c. 87. Summa Cotona 4. p. de matrimonio, num. 13. & Manuel Rodriguez d. 3. tom. q. 1. art. 4. & Ribadeneira d. c. 19. Leſſius d. cap. 41. nu. 69. Nam † minus eſt dirimere matrimonium
77 ſubſequens & impedire, ne fiat, quam diſſoluere factum, vt recte inquit Ledeſma d. artic. 2. 5. probatione & turpius ejicitur quàm non admittitur hoſpes, cap. quemadmodum, de iureiur. Vnde ſi nec iure naturali, nec diuino dirimit matrimonium ſubſequens, nec etiam diſſoluet præcedens: & è conuerſo, ſi iure naturali, aut diuino diſſolueret matrimonium præcedens, quod eſt plus, eodem iure dirimeret ſubſequens, quod eſt minus, vt recte arguit Ledeſma ibi.

78 Et ita tenendum eſt, † quamuis alij velint id competere profeſſioni ex natura rei iure naturali, & diuino, quia profeſſio eſt mors ſpiritualis, ſeu ciuilis, & matrimonium ratum, cum ſolo conſenſu contrahatur, vinculum ſpirituale. Et quia religio eſt perfectior ſtatus, ad quem ab imperfectioni tranſire licet, non illata iniuria tertio, vt videntur tenere Bellarmi nus 1. tomo. lib. 2. de monachis, c. 38. Barboſa in d. rub. ff. ſol. matrim. 2. par. num. 76. & ſeq. & alij relati per Thomam Sanchez de matrim. lib. 2. diſp. 19. n. 1. Quam ſententiam recte conuincit Medina ſupra c. 81. & 83, & Thomas Sanchez, licet dicat probabilem. ibi, num. 3.

79 Et quamuis Couar. † d. §. 4. num. 6. 7. & 8. & Matien. d. num. 70. dicant, id competere voto ſolemni iure diuino, & ex natura rei, quia in eo fit realis traditio perſonæ, quæ in matrimonio ante copulà nondum eſt facta, & ſic diſſoluitur fortiori actu. ad l. quoties, C. de rei vendic. Quod etiam tradit Ioann. Guttierez d. nu. 28. (qui tamen nu. 30. ait, non diſſoluere, quod ſit fortius vinculum ſed quod ſit mors ciuilis.) & videatur etiam Valen. 4. tom. diſput. 10. q. 1. punct. 7. q. 5. punct. 3.

80 Quæ ſententia † conuincitur, nam in matrimonio rato fit vera traditio perſonæ quoad ius & dominiũ, & fortior, quàm in voto ſolemni ex quo pertinet ad iuſtitiam, & per eum transfertur verum & propriũ
81 dominium, vt dictum eſt. Et † quamuis alij teneant, profeſſionem diſſoluere matrimonium ratum præcedens in iure diuino poſitiuo concedente ei illud priuilegium in fauorem religionis, quam ſententiam tenent Scotus in 4. diſtinct. 31. Cano de locis lib. 3. cap. 4. Veracruz, 2. p. art. 28. Angles de matrimonio diſtinct. 27. art. 3. Vict. ſupra. P. Ledeſma de matrim. q. 61. art. 2. (qui tamen in ſumma d. 2. p. tract. 10. c. 6. vers. lo ſegundo ſe prueua, dicit, hanc non eſſe iuris poſitiui, ſed diuini naturalis) Henriquez d. lib. 11. c. 8. §. 6. Cuchus in inſtitutionib. maiorib. lib. 5. tit. 12. nu. 277. & alij, quos refert & ſequitur, dicens probabiliorem Thom. Sanchez d. nu. 3. & nouiſſimè Rebell. d. 2. p. lib. 3. q. 4. ſect. 2. & 3. & fr. Baſil. Legion. de imped. matrim. d. c. 19. § 2. 3. & 4.

82 Quæ ſententia † cõuincitur, quia ad ius diuinum in hoc caſu recurrere eſt abſque ſolido fundamento, & neceſſitate. vt inquit Medina ſupra, nec eam probat c. ſcripſit. 27. q. 2. cum loquatur de matrimonij conſummati ſeparatione, quo ad thorum ex conſenſu vtriuſque coniugis, diuini amoris intuitu, & non de diſſolutione matrimonij rati, quoad vinculum, ob ingreſſum religionis: vt aduertunt Summa Corona ſupra, & Thomas Sanchez d. lib. 2. diſp. 13. nu. 7. Nec loquuntur in hoc conſequenter, qui tenent votum ſolemne religionis ſola conſtitutione Eccleſiæ dirimere matrimonium ſubſequens, vt Scotus, Veracruz, & Angles,

83 Et cum votum † ſolemne religionis ſolo iure Eccleſiaſtico diſſoluat, præcedens matrimonium ratum, ſequitur euidenter, poſſe Papam ex cauſa diſpenſare in matrimonio rato, vt tenet gloſſa, & Dd. communiter in cap. ex publico, de conuerſ. coniugator. Felinus plures referens, & dicens communem d. conſ. 26. & in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. nu. 20. & ibi Decius nu. 48. & Beroius nu. 104. Borgaſ. de irregularitate 6. p. tit. de ſponſ. d. nu. 21. Tiraquel. de pœnis in præfat. nu. 147. & Menoch. de præſumptionibus lib. 2. præſumpt. 10. ex num. 37. Zaualios dicens communem q. 343. Vaſconcellos diuerſorum iuris argum. lib. 3. c. 5. Nauarrus in man. c. 22. n. 21. & conſ. 3. de ſponſal. dicens, ter vel quater ad petitiones ſuo conſilio oblatas, Paulum III. & Pium IV, diſpenſaſſe, Barboſa dict. ſecunda 2. part. rubricæ à nu. 102. & de Theologis Caietanus in opuſculis, tomo 1. tract. 26. de matrimonio. Catha. lib. 6. contra Caietan. c. 3. Angelus verb. matrimonij impedimen. 13 num. 3. Sylueſter verb. diuortium, quæſt. 4. Roſella verb. Papa, nu. 2. Armilla verb. diſpenſatio, nu. 8. & Medina dicto lib. 5. c. 88. & 89. Gritaldus verb. matrimonium, n. 31. Coſmas Philiarcus de officio ſacerdotis, 2. p. 2. lib. c. 16. Candelabrum aureum de matrimon. nu. 33. Summa Corona d. n. 13. Graff. lib. 2. c. 82. nu. 10. Henriquez d. lib. 11. c. 8. §. 11. & lib. 12. c. 5. §. 3. Manuel Rodriguez dicto tomo 3. q. 1. art. 5. & nouiſſime Thomas Sanchez, qui alios plures refert lib. 2. q. 14. Leſſius d. cto lib. 2. cap. 40. nu. 116. & cap. 41. n. 69. Azor 2. p. lib. 5. c. 2. q. 3. Rebell. 2. p. lib. 2. q. 15. ſect. 3. & dicit probabilem Valentia d. tomo 3. diſp. 6. q. 6. pun. 7. & 4. to. diſp. 10. q. 1. pun. & 7. *& nouiſſimè Suar. de legib. lib. 2. c. 14. nu. 3. & 20. & in cauſa Burg. diſſolutionis matrimonij 17. Iun. 1594. coram D. Iuſto Rota dixit, quod poteſtatem Papæ diſſoluendi matrimonij rati non conſummati non eſſe dubitandũ, quia hæc eſt communis opinio canoniſtarum, præſertim de conſen-*
84 *ſu coniugum, & ex iuſta cauſa* Quamuis contrarium † teneant Theologi communiter, Sotus de iuſt. & iur. lib. 7.

lib.7.q.2. artic.5. & in 4. diſtin.27.q.1. art.4. P. de Soto lectione 12. de matrimonio. §. poſt hoc. Veracruz dict. artic.28. Corduba lib.1.q.25. Bartholom. Ledeſ. de ſacramento matrimonij. difficultate 64. Arragon. dict.ar.11. P. Ledeſma de matrimon.q.67. art.2. Vega in ſumma 2.par. c.34. caſu 1.2. & in Eſpeio de Curas c.15.nu.37. Ludouicus Lopez 2.tomo 2.par.c.54. quos ſequuntur ex Iuriſperitis Corraſius in rubrica. ff.ſoluto matrim.2.lectu. num.10. Ioannes Lup. de matrimonio, 1.p.nu.30. Cou.d.§. 4.nu.14. Cuchus d.lib.5.c.12. à nu.171. Matienço d.gl.1.nu.77. & Ioann. Guttierez d.lib.1. Canonic. q.c.17. & alios pro hac ſententia refert Thom. Sanchez ſup. nu.1. *& inclinat Baſil. d.c.19.§.2.*

85 Nec noſtræ † ſententiæ obeſt authoritas Mathæi 19. & Marci 10. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: nam intelligitur de matrimonio conſummato, per quod coniuges fiunt vna caro, vt apparet ex præcedentibus: Et erunt duo in carne vna, itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro: quos ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet, vt explicant Medina d.c.88. Valentia ſupra, Thomas Sanchez d.diſp.13. num.7. & d.diſp.14.nu.3.ad 5. & alij relati.

86 Vnde in matrimonio † conſummato nullo modo poteſt Papa diſpenſare, vt tenent omnes relati, quãuis contra teneant Matia. Socin.conſ.28. volum.1. quem ſequitur Dec. ſupra nu.49. Gratus conſ.1.nu. 31.vol.2. & Sigiſmun. Lofredus conſ.50.nu.41. quos merito reprehendunt Couarr.d.§.4.nu.15. Matienço, Guttier. Barboſa, Med.cap.92. & Veraer. vbi ſup. & Tho. Sanc.d.diſp.13.nu.11. & alij citati, & Gaſp. Rodrig. de redditibus, lib.3.cap.4.nu.70.

87 Cum igitur, vt ad noſtrum † propoſitum redeamus, voto paupertatis & caſtitatis etiam ſolemni, non tam repugnet dominium, quàm vſus, & ſola Eccleſiæ conſtitutione monachus ſit incapax dominij, ſicut & ad matrimonium inhabilis, recte potuit Papa illum facere habilem, & capacem dominij etiam manentem monachum, modo quoad vſum religioſam paupertatem ſeruet, vt in dicta conſtitutio-

88 ne Gregorij XIII. Quamuis † id non ſoleat facere, ſed concedere adminiſtrationem, & diſpenſationem rerum, qualem habent beneficiarij regulares fructuum ſuorum beneficiorum, Nauarrus d. q.1. de

89 redditibus monito 8. ſeu 10. Et † ideo monachus factus Epiſcopus non habet bonorum, ſeu fructuum dominium, & proprietatem, ſed adminiſtrationem, & diſpenſationem, D. Thomas 2.2.q.88.art.11. ad 4. & q.185.art.8. Nauarr.d.q.1. monito 9. & 10. ſeu 11. & 13. Sarmiento de redditibus 1.p.defenſio. monito 11. & 13. Arrag.d.ar.11.ad 3. Mol.de iuſt.tract. 2.diſp.140.ad fi. Valen.d.3.to.diſp.10.q.3.punct.8. P. Ledeſ.in ſum.d.2.p.tract.10.c.8.2.p.ad 4. Leſſius d.lib.2.c.4.num.29. & c.40.num.113. & communis contra Sotum lib.7.de iuſt.quæſt.4.art.2.ad finem, & lib.10.quæſt.5.art.7. (quem in hac parte ſequitur Medina d.lib.5.c.16.) vt per Enriquez lib.12.c.3.§. 5. in textu, & gl.lit.H. quamuis Ribadeneira ſup.c. 18. ait, quod Papa in effectu diſpenſat cum religioſo Epiſcopo, vt ſit dominus, & habeat proprietatem

90 redditiuum, & † contra Nauarrum d.mon.9.nu.3. & d.commen.2.de regul.num.17. exiſtimo, quod cum Papa diſpenſat cum monacho, vt matrimonium cõtrahat, illo contracto conſequenter etiam manet relaxatum votum paupertatis, & obedientiæ, ex quo deſinit eſſe iam religioſus, & illa vota ſunt annexa ſtatui religionis, vt ait Manuel Rodriguez d.tom.3. q.29.art.6. Licet Leſſius d.c.40.nu.112. tenet, non ceſſare tunc votum paupertatis, eſſe tamen iuſtam cauſam, vt ei laxetur.

91 Non obſtat † ſupradictis textus in d.c. cũ ad monaſterium, in fine. quia omiſſa interpretatione Ferd. de Mendoça de confirmando Concilio Illiber. lib.2. c.3. quod ibi ſummus Pontifex intelligitur pro Epiſcopo, quam refert Mota d.lib.2.c.2.§.7.num.10. & impugnat Gabriel Vazquez *dicta diſp.165. num.104. quem etiam vide 3.par.3.tom.diſp.236.cap.9.à nu.102.* Reſpondetur primo cum Innocentio ibi num.4. licentiam intelligi voluntariam, & ſine cauſa, ex Laurentio Valla elegan.lib.4.cap.17. Quæ interpretatio confirmatur ex verbo, indulgere, quod in malam partem ſumi videtur Medina d.lib.5. cap.53. Mota dict.§.7.num.7. quamuis aliàs verbum, licentia, intelligatur de licentia iuſta, & ratione regulata, vt per Bar. in leg.aliud ff.de aliment.legatis. & in Extrauagan.ad reprimen. verb. videbitur. Iaſ. in l.ſi ſic. nu.19. ff.de legatis 2. Menoch. de arbit.lib.148.nu.45.

92 Secundo iuxta ſupradicta † reſpondetur, quod regulæ, id eſt, ſtatui monachali, eſt annexa abdicatio proprietatis, id eſt, votum, quo quis ſe abdicet ab vſu bonorum, non quo ſe abdicet à dominio, ſicut & cuſtodia caſtitatis, id eſt, votum, quo ſe abdicet ab vſu coniugij, non quo ſe abdicet à vinculo & dominio coniugij, vt ait Azor dicto c.6. quæſt.3. verſ. porro. & contra id non poteſt Papa diſpenſare cum monacho manente monacho, cum illa vota ſimul cum voto obedientiæ, ſint de eſſentia religionis iuxta inſtitutionem diuinam, vt per D. Thomam 2.2. q.184. Hieronymum Platum libr.2. de bono ſtatus religioſi. Valen. dict.3.tomo diſp.10. q.4. puncto 2. Azor lib.11.cap.23. Leſſium d.lib.2.cap.41. à nu.4.

93 & alios ſupra. Et † ita quod vult ille textus eſt, quod in ſenſu compoſito, id eſt, cum monacho manente monacho, non poſſit Papa diſpenſare in votis caſtitatis, & paupertatis, quia ſunt de eſſentia religionis, non tamen negat, quin poſſit cum eo diſpenſare in ſenſu diuiſo, id eſt, faciendo de monacho non monachum, & extrahendo eum à religione, vt explicant DD. communiter ſupra citati, nu.43. & Leſſius dict. lib.2.cap.4.num.22. & capit.41. nu.7. *& nouiſſime Fr. Baſil. dicens communem, cap.2.§.2.* Alias etiam explicationes adducit Michael de Medina dict.lib.5.c. 53. & aliam ponit Ioan. Ramirez de Confirmatione Ordinis D. Iacobi, cap.5.num.11.

94 Quamuis P. Ledeſma † ſupra dicto cap.8. dicat, quod eſt res puerorum interpretari illum textum in ſenſu compoſito, vt Caietanus interpretatur: quia in iſto ſenſu non eſt dubium aliquod, nec eſt differentia inter votum ſimplex, & ſolemne, ſi quidem eſt certum, quod Papa non poteſt diſpenſare in voto ſimplici caſtitatis, loquendo in ſenſu compoſito,

95 dum durabit tale votum. Sed † certe Ledeſma non recte percepit dictam interpretationem: nam hic non accipitur ſenſus compoſitus reſpectu ipſius voti, ſed reſpectu monachatus, ſeu Religionis.

96 Vnde falſum apparet, † quod ait Innocentius in d.capit.cum ad monaſterium. num.1. & Hoſtien. ibi quod abdicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis, ſunt annexa ordini à iure poſitiuo, quia monachus nihil aliud eſt, quàm ſolitarius, triſtis, c.placuit.16.

q. 1. Quidquid ergo vltra additum eſt, de iure poſitiuo eſt, & ſic Papam poſſe diſpenſare cũ monacho, quod habeat proprium, vel coniugem, ſequuntur Archidiaconus in c. ſolet. 32. q. 3. & Roſella d. verb. Papa, nu. 4. dicentes, quod monachus habeat proprium non eſſe cõtra ſubſtantiam monachatus, ſed
97 contra conſtitutionem Eccleſiæ. Quæ † doctrina plane conuincitur ex dictis: nec enim eſt curandum de etymologia vocabuli, ſed de ſubſtantia rei, licet quod attinet ad proprium ſit vera in ſenſu explicato ſupra nu. 62. & 87. & 92.

98 Et ita profeſſio facta † cum conditione, pacto, ſeu modo de retinendo, ſeu habendo proprio, non valet, ſed vitiatur ex tali adiectione, vt pote contra ſubſtantiam illius, argumen. c. fin. de conditionibus appoſit. & l. per ſeruum, §. 1. ff. de vſu & habitatione. vbi id tenet gloſſa. Abbas in d. cap. fin. num. 7. & in cap. fi. qui clerici, vel vouentes, num. 6. Decius in authent. ingreſſi. Cod. de Sacroſanct. Eccleſijs num. 22. Couarruuias in quarto 2. par. cap. 3. §. 1. numero 18. Salzedo ad Bernardum Diaz regul. 521. Gratianus regul. 320. num. 2. Menchaca lib. 3. de ſucceſſ. creatio. §. 21. num. 177. Spino de teſtam. glo. 12. nu. 12. Zaualios quæſt. 85. qui alios citant, & dicunt cõmunem, & Ludouicus Lopez inſtructor. conſcien. 2. tomo, 2. par. cap. 41. circa finem, & Letlius de iuſtitia & iure, lib. 2. cap. 41. num. 63. & Ioann. Ramirez de confir. ordin. D. Iacobi, cap. 11. à num. 18. *& noniſſimè Medrano de conſenſ. commun. cap. 16. nu. 9. & facit*
99 *deciſio. 313. noniſ. Farin.* Licet † contra teneant gloſſ. in dict. authen. ingreſſi. & in cap. ſolet. 32. q. 1. quam ſequuntur Imola Felin. num. 75. & Ripa 82. in cap. cum M. Ferrar. de conſtit. & Iaſo. qui quinque opiniones refert in dict. authent. ingreſſi, ex nu. 30. Bernard. Diaz. dict. regul. 521. Greg. Lopez, in l. 2. tit. 7.
100 p. 1. gloſſ. 2. vbi Humada. Nec † obſtat text. in dicto capite finali, qui clerici, vel vouentes, quia intelligitur de retentione, ſeu reſeruatione bonorum ad vſum profitentis in domo propria pro ſuis neceſſitatibus tanquam obedientiarij, & ex voluntate prælati, vt in dubio videtur iuxta naturam actus, & vt potius valeat, quàm pereat, gloſſa ibi, verb. vt in domo propria. & Abbas num. 5. & 6. Nauarrus commentario 2. de regularibus ſuper cap. non dicatis, 12. q. 1. nu. 4. aliàs 46. Couarruuias, Salzedo, Gratian. & Ludouicus Lopez, & Ramirez ſupra, de quo latius non aliàs in quadam repetitione dicti cap. fi. de cond. appolit. vbi interpretamur l. cum precario, ff. de precario, & l. vbi ita donatur. ff. de mortis cauſa donatio. cum alijs.

## *Quod non ſit irregularis. Cap. XI.*

### SVMMARIA.

*CVm beneficium detur propter officium, oportet quod promouendus ad illud non ſit irregularis, nu. 1. Prouiſio que beneficij facta irregulari eſt nulla, nu. 2. & probatur n. 3. Quamuis non eſſe nullam ipſo facto, ſed valere, donec privetur, teneant Innocentius, & alij, numer 4. Et procedit etiam in beneficijs ſimplicibus, contra Zerolam, numero 5.*

*Homicida, qui eſt irregularis, nec ad ordines promoueri poteſt, beneficium obtinere nequit, & collatio illi facta eſt nulla ipſo iure, à nu. 6. vbi adducuntur deciſiones Rotæ, nu. 7. & 2. ſequentibus.*

*Predicta doctrina procedit, etiamſi antea quis haberet ius ad rem, ad beneficium, nam huiuſmodi ius expirat per irregularitatem ſequentem contractam ex homicidio, vel aliàs, nu. 10 Quis poſſit cum homicida diſpenſare remiſſius, numero 11.*

*Hodie ex Concilio Epiſcopi poſſunt omnino diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali occulto, nec deducto ad forum contentioſum, vt in c. 6. ſeſſ. 24. de reform. nu. 12.*

*In iſto decreto Concilij non comprehenduntur inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi epiſcopalem: nec etiam prælati regulares. ſed tantum Epiſcopi priuatiue quoad omnes alios, nu. 3. Etiamſi inferiores ſint nullius diœceſis, à num. 14. & ſeqq. Quorum ſubditi habent prodiſpenſatione ſeu abſolutione, de qua ibi, recurrere ad Papam, numero 19. & idem eſt in exemptis, licet non ſint nullius diœceſis: iam non ſunt ſubditi Epiſcopi, nec ei ſe poſſunt ſubijcere, niſi in caſibus à iure expreſſis, numero 20.*

*Non excluditur Capitulum ſede vacante, nu. 21. quamuis loquendo de abſolutione hereſis contrarium teneat P. Ledeſm. cuius rationibus ſatisfit, nu. 22.*

*Epiſcopi illarum regionum, in quib. Concil. Trid. receptum adhuc non eſt, non poſſunt vti iſta facultate conceſſa in d. decreto, nu. 23.*

*Cum homicida voluntario etiam occulto, ſub quo intelligitur & iam mandans & conſulens, nullo modo poterunt Epiſcopi diſpenſare, nec etiam ad minores, aut beneficium ſimplex contra aliquos, num. 24. & 25. Licet ante Concilium poſſent, num. 26.*

*Nec cum homicida caſuali non occulto, poterunt hodie Epiſcopi diſpenſare etiam ad minores ordines iam ſuſceptos, aut beneficium ſimplex, ad quod antea poterant, numero 27. Quamuis contra teneant Nauar. & alij, dicentes, quod quantum ad homicidam caſualem nihil innouauit Concilium, numero 28. quorum ſententia poterit procedere in mutilatione membri, in qua etiam voluntaria nihil innouauit Concilium, & in ea etiam voluntaria, ſi eſt occulta, poteſt Epiſcopus diſpenſare ex dict. cap. 6. numero 29. Appellatione enim homicidij non venit mutilatio à nu. 30. & 2. ſeqq. Quamuis contrarium ſentiant aliqui, num. 33.*

*Similiter quo ad homicidium voluntarium inſtum nihil videtur innouaſſe Concilium, & ſic in iſto poterit hodie etiam diſpenſare Epiſcopus vt antea, num. 34.*

*Nuntij Hiſpaniarum ſolent habere facultatem diſpenſandi in homicidio caſuali, etiam publico, nu. 35. & ſimiliter Commiſſarius generalis Cruciatæ, nu. 36. ponitur clauſula facultatis, quam explicant relati, nu. 37.*

*An quando in facultate diſpenſandi ſuper irregularitate excipitur irregularitas contracta ratione homicidij voluntarij ſub illa exceptione veniat homicidium voluntarium inſtum, ita vt vigore talis facultatis non poſſit in eo diſpenſari, numero 38. Et certum eſt, Epiſcopum vigore facultatis Concilij dict. cap. 6. non poſſe in homicidio voluntario etiam inſto diſpenſare: nam in illo ſolum datur facultas diſpenſandi in irregularitate prouenient ex delicto, & ſic ex illo decreto non poteſt diſpenſare ſuper vlla irregularitate occulta prouenient aliunde, quàm ex delicto proprio, nu. 39.*

*Quoad facultatem diſpenſandi in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, certum etiam videtur, non poſſe vigore illius diſpenſari in homicidio voluntario inſto, ſed*

com-

*comprehendi etiam ſub illa exceptione. num. 40. quamuis multi contrarium teneant. nu. 41. & 42.*

*Quod dicatur homicidium voluntarium, & quod caſuale in propoſito, remiſſiue. nu. 43. & ponuntur declarationes S. Congregationis. nu. ſeq.*

*Quod dicatur occultum in propoſito, & Nauarrus, & alij aiunt, illud eſſe occultum, quod non eſt publicum, etiamſi ab aliquibus ſciatur, nu. 45. Sed quamuis iſta ſententia probabiliter poſſit admitti quoad breuia penitentiaria, tamen in propoſito verius eſt, occultum dici quod non poteſt probari. nu. 46. & ſeq. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*Improbatur quod ait Cãdelabrum aurum, & alij, quod ſi delictum deductum ſit ad forum contentioſum, non tamen probatum vnde reus abſoluitur, aut in Eccleſijs etiam deprauatis poteſt Epiſcopus diſpenſare, à nu. 48. & 2. ſeq. & illorum ſententia admitti poteſt in ſecundo caſu d. c. 6. Concilij de abſolutione, nu. 51.*

*Si poſt diſpenſationem delicta ſunt deducta ad forum contentioſum, diſpenſatio facta prodeſt in foro interiori, non in exteriori, nu. 52.*

*Ponuntur declarationes S. Congregationis, ſuper caput 7. ſeſſ. 14. de reform. nu. 53.*

*An impetratio beneficij facta à Papa per irregularem, ſeu homicidam, valeat propter clauſulam in literis Apoſtolicis apponi ſolitam, teque à quibuſuis, &c. quæ ſumitur ex clauſula ſupplicationis, & cum abſolutione ad effectum præſentium. à num. 34. & ſeq. Reſoluitur negatiue contra Cordubam, & alios: nam in dicta clauſula non venit irregularis, quæ non eſt cenſura, nec abſoluitur, ſed diſpenſatur, num. 56.*

*Facultas abſoluendi à cenſuris & pœnis, data per bullas, ſeu iubilea, non includit irregularitatem, & ita habet ſtylus curiæ. nu. 57.*

*Quæ ſententia confirmatur ex iubilæis, quæ modo conceduntur nu. 58. & approbatur in Concilio 3. prouinciali Mediolanen. nu. 59. quamuis in irregularitate contracta ratione peccati contrarium teneant aliqui. nu. 60.*

1 CVm beneficium detur † propter officium, vt ſtatutum eſt 1. p. c. 2. oportet etiam, quod promouendus ad illud non ſit irregularis, facit cap. 3. & c. diuerſis fallacijs, de clericis coniugatis. Collatioque
2 ſeu † promiſio beneficij facta irregulari, eſt nulla, Dynus in reg. 1. in 6. n. 23. Fel. in c. inquiſitionis, de accuſat. nu. 7. Nec contrarium repetit num. 8. quidquid dicat Suarez infra, Rebuff. de pacificis poſſeſſ. n. 280 aliàs 226. Achilles dec. 341. nu. 3. Caputaq. 236. nu. 4. par. 2. Couarr. in c. Alma mater. 1. p. §. 7. nu. 1. & in reg. peccatum. 2. p. §. 8. nu. 6. Nauar. in man. c. 27. n. 249. ver. 6. quod omnis irregularitas. aliàs nu. 251. & conſil. 1. nu. 3. de Sacrament. non iteran. & conſ. 7. de temporibus ordinationum. & conſil. 40. nu. 3. & conſil. 61. nu. 2. & 6. & conſil. 97. n. 14. & 15. de ſimonia. & conſ. 41. & 44. de homicidio. Hoieda de incõpatibilitate beneficiorum, 1. p. c. 24. à nu. 83. Flamin. Pariſ. de reſignatione benefic. lib. 4. quæſt. 3. à n. 32. & lib. 5. quæſt. 3. nu. 181. & quæſt. 6. num. 79. Ioan. Gut. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 5. nu. 92. *Vgolinus de irregularitate, cap. 65. in princ. & §. 1. de offic. & poteſtat. Epiſc. c. 1. §. 1. ad fi. & c. 50. §. 6. num. 4.* Zerola in praxi epiſcopali, 1. par. verb. beneficia. §. 5. 5. dubio, & 2. p. verb. irregularitas, §. 4. & 8. Coſmas Philiarcus de officio ſacerdotis. 1. p. lib. 4. c. 6. ad finem, Henriquez in ſum. lib. 13. c. 14. §. 1. & c. 56. §. 1. & lib. 14. c. 2. §. 5. in tex. & glo. Manuel Rodrig. in ſum. 1. to. c. 182. nu. 3. Vega in Epeio de curas, c. 12. n. 313. & Sairus de cenſuris, lib. 6. c. 2. n. 21. Letſius de iuſt. & iure, lib. 2. c. 34. n. 120. & Azor inſtit. mor. 2. p. li. 6 c. 7. q. 2. Auila de cens. 7. p. diſp. 2. dub. 6. Mol. de iuſt. tract. 3. diſ. 78. n. 2. Quæ † doctrina ſatis probatur ex c. 2. in fin. de clerico pugnan. in duello, & ex c. 2. de clerico non ordinato miniſtrante, & ex c. fi. in ſua ratione, ibi: Pro eo quod, &c. de cler. excom. miniſt.

4 Et ita tenendum eſt, quamuis † contrariam ſententiam, nempe, collationem irregulari factam non eſſe nullam ipſo facto, ſed valere, donec priuetur, teneat Innocen. in c. cum noſtris, de conceſſ. præb. n. 1. Anchar. in regul. peccati venia. in 6. 1. oppoſitio. & cum Speculatore Franc. in d. reg. 1. n. 5. ad finem, & cum Rainerio, Sylueſt. verb. excommunicatio. 4. n. 4 & Nicol. Plouius de irreg. reg. 44. quam cenſet eſſe probabilem in rigore iuris, Suar. 5. tom. de cenſuris, diſp. 40. ſect. 2. ex nu. 29. Noſtram tamen, quæ communis eſt eſſe ſecuriorem, & practicè probabiliorẽ.
5 Et † procedit etiam in beneficijs ſimplicibus, licet Zerola 1. p. verb. priuatio. §. 2. 2. par. ver. irregularitas §. 10. ignoranter dicat, quod irregularis, & homicida, ſi non eſt homicida ex induſtria, non eſt ipſo iure inhabilis ad beneficia ſimplicia, & quæ ordinem ſacrum non requirunt, & Caputaquenſ. dict. deciſ. 236. quem non intellexit, loquitur enim de irregularitate ex morbo ſine culpa contracta, de quo infra cap. ſeq. num. 20. Et ipſe Zerola dict. §. 10. in fine. dicit, quod communis eſt in contrarium, maxime quoad homicidam, ſecundum Couarr. dict. §. 7. num. 1.

6 Igitur homicida, † qui eſt irregularis, nec ad ordines promoueri poteſt, c. fi. de temporib. ordin. c. de cætero. de homicid. Concil. Trid. ſeſſ. 14. de refor. c. 7. nec in ſuſceptis miniſtrare, c. ſuſcepimus, de homicid. & d. c. 2. de cler. pug. in duel. beneficium obtinere nequit, d. c. 2. in fi. & Concil. Trid. d. c. 7. collatioq; illi facta non valet. ſed eſt nulla ipſo iure, Fel. in cap. 2. de reſcrip. n. 4. & in d. c. inquiſitionis, de accuſ. n. 7. Aufrer. ad capellam Toloſ. dec. 208. n. 2. Salzedo in pract. crimin. Bern. Diaz c. 94. lit. A. verſ. notatu tamen, Nauar. in man. d. cap. 27. num. 249. aliàs 251. Ioan. Gutier. plures referens canon. q. d. lib. c. 5. nu. 92. Zerola in praxi 2. p. verb. homicida. §. 1. Corduba in ſum. q. 42. Man. Rod. 1. tom. c. 179. nu. 1. Vega 1. p. ſummæ, c. 36. caſu 13. & Tolet. in Summa lib. 1. c. 88. verſ. 9. ſecundum editionem Romanam. Molina ſupr. *& Farin. 4. p. q. 119. nn. 58.*

7 Et facit † declaratio S. Congregationis Concilij ſuper d. c. 7. ſupra adducta 1. p. c. 5. nu. 136. Suarez d. 5. tom. diſp. 44. ſect. 4. nu. 34. & vide ibi dict. Et facit etiam declaratio 1. infra adducta nu. 53.

8 Et fuit reſolutum † in vna Curçolen. canonicatus vigeſimoquinto Maij 1601. & 22. Martij 1602. coram domino meo Corduba, vt in deciſionibus ſeqq. & 25. Maij, 1601.

Contra ſententiam Ordinarij Varen. & Auditoris Cameræ opponebatur de nullitate, & iniuſtitia, nullitas reſpectu Vicarij deducebatur, quia fuit allegatus ſuſpectus, & tamen proceſſit in caſu reſpectu Auditoris Cameræ: quia cõfirmauit ſententiã nullã per illũ latam, ſed hæc nullitas nõ placuit Dominis; quia cum de ea nõ fuerit oppoſitum coram Auditore Cameræ, nõ põt poſt cõfirmationẽ amplius opponi.

Rota deciſ.72.de re iudicata in antiquis.Fel.in c, ex quæ.num.1.verſ,Prodeſt.auth,eod.titulo,Quo vero ad iniuſtitiam illa pendebat à iuſtificatione gratiæ, in qua multa narrabantur,quæ non apparebant verificata. Quibus omiſſis quoad principalem narrationem,quod ſcilicet Raphael homicidijs interuenerit,& ideo ſua prouiſio fuerit nulla, ſatis viſum fuit dominis iuſtificatum,ex teſtibus maxime 5,6.& 10. deponentibus quod ipſe interfuit in occiſione Luſcorum,& quod vnum ex eis vulneraverit, inferens autem vulnus ei qui propemodum erat moriturus, nihilominus ſit irregularis.cap,ſignificaſti,el ſegundo de homicidio,Tabiena in ſumma,verb,irregular, 3,num,6,Maiolus de irreg.lib,5,cap.48.§.4,num.6. & Vgol.tract,de irregul,c.18.Paſtoli.dub.34.Quod procedit,etiamſi homicidium fuerit iuſtum, & meritorium contra latrones publicos,Corneus conſ.57 nu.10.lib 4.Nauarr,conſ,11.nu.12.& conſ,15,nu.1. & 2.de homicid.p.2. Quinimo quamuis non appareat,an ex illa percuſſione fuerit mortuus,an vero ex percuſſione aliorum ſociorum, nihilominus omnes ſunt irregulares,capite finali.23.q. 8. dicit communem Couarruuias in Clc,ſi furioſus,p,2.§.2,n.5.& eadem irregularitas intraret, etiam ſi non vulneraſſet,ſed ex eo ſolum, quod armatus ſponte exiuit ad occidendum Luſcos cum alijs militibus, & fuerint occiſi,etiamſi ipſe nil commiſiſſet,cap.ſicut dignum, §.fi.de homic,Spec.lib.1.tit.de diſpenſ.§.4.num.56, Candel.aur.de irreg.nu.173.Neç obſtat, quod illo tempore Raphael erat laicus,quia nihilominus erat irregularis,& effectus inhabilis ad beneficia,c,ſicut, §.fi.iuncta gl.ver.conſilium de homic,Card. in Clc, 1.eo.tit.Rota diuer.in manuſcrip.dec.188, ex quib. dixerunt Domini gratiam fuiſſe iuſtificatam quoad vacationem;quia irregularis non poteſt impetrare beneficium,quamuis in impetrationibus gratiarum ſit ſolita apponi clauſula, & cum abſolutione ad effectum præſentium duntaxat. De qua Rebuff.ſuper concord,in forma mandati Apoſt.in verbo,harũ ſerie abſoluentes.Irregularis tamen nõ poteſt gaudere hac clauſula,quia irregularitas non eſt cenſura.c, quærenti,de verb.ſignif.Et propterea quando abſoluitur à cenſuris, non cenſetur diſpenſatum cum irregulari,Nau,in man.c.27.num.254. Vgol.de cenſur, c.14.§.1.num.26.

9 In eadem coram †eod.22.Martij,1602. Satis viſa fuit Dominis iuſtificata gratia Frãciſci, qui tantum informabat quoad vacationem in menſe Maij,de anno 1594.qui ſemper eſt reſeruatus Papæ, ſiue Ordinarius gaudeat ſiue non alternatiua,Dicta enim vacatio per obitum Petri de Letis probabatur ex depoſitione trium teſtium,9.11.& 14.ioxta 36,interrogatorium,& 1.art,Idem fuit iudicatum circa narrationem,quod Franciſcus ſit oriũdus ex ciuitate Curçolen,vt probant plures teſtes,in ſummario num.21, Quo vero ad obtenta,nempe,duo beneficia ſimplicia,alterum ſancti Nicolai, alterum ſanctæ Crucis, quorum quodlibet non excedebat valorem qpinq; ducatorum de Camera,etiam probabatur per teſtes, de quibus ſummario.num,3.qui etiam deponebant, perſonalem reſidentiam non requiri,quod erat conforme vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudini, Cæſar de Graſ.deciſ.115.nu.3. Et quod canonicatus, de quo agebatur, non excedebat valorem 24.etiam aſſerebant teſtes eodem ſummario,n. 4. quod erat etiam de iure.Rota dec.8.de præb.in nouis,& ſi,ee,tit, In antiq.Hoied.6.& 16.eo.tit.Poteus 464.lib.2.De clericatu vero conſtabat ex literis,Cæſ.de Graſ.dec.87, De idoneitate autem ex fide examinatorum: quo vero ad irregularitatem incurſam, Domini fuerũt in deciſis,ſed quia in precibus narrabatur, Raphaelem non habuiſſe diſpenſationem d,irregularitatis,ſuper qua, & defectu diſpenſationis gratia principaliter fundabatur, fuit concluſum gratiam Franciſci Ardẽtini eſſe iuſtificatam in omnibus, præter quam quo ad narratiuam non diſpenſationis, de qua particula
10 riter videatur, † Et prædicta doctrina procedit, etiamſi antea quis haberet ius ad rem ad beneficium: nam huiuſmodi ius expirat per irregularitatem, ſeu inhabilitatem ſequentem contractam ex homicidio, vel alias Nauar.in c.quando de reſcrip,excep. 10. à nu.10.Salzedo ſup,verſ.procedit equidem, & Man, Rodrig.ſup.d.c.179.nu.1.

11 Et quis poſſit †cum homicida diſpenſare, vide Villadie.de irregularitate c.16.& vltim,verſ.vlterius quæro,Nauar.cap.27.num.239.& ſeq. Conar. in d, Clem.ſi furioſus,2.par.§.3. Caiolum de irregularit. lib.5.c.48,nu.3.& §.3.nu.18.& c,51.n.1.& 3. Vgolinum eod. tract.c. 33.Sylueſt.verb.homicidium.3. Bar.Medinam in ſumma lib. 1.c.11.§.12.Aragon.2, 2.q.64.art.8.ad fi.& ibi Bannes 4.p.dub.2.vſque ad fi.& ibid.Salon 4.controuerſia.Coſmam Philiarcum de offic.ſacerd.1.p.lib.4.c.11.§.fi.Ludouicum Lopez inſtruct.conſc.1.tom.c.143.& 2.to.2.p.c. 22.& 30. Candelab.aur,de irregularitate,à nu.312. vſque ad fi.& in appen,c.1.à nu.10.Henriq.in ſumma lib. 13. c.57.& lib.14.c.9.§.3.& c.19.Manuel.Rodriguez in ſum.1,tom,c,178.179.& 180.& q.regul.1.to.q.24. F.Hier.Llamas Method, 1.p.c. 12.§.24.Auilam de cenſuris,7.p.diſp.6.ſect.5.

12 Hodieque vide † Concil.Trid.d.c.7.& ſeſſ.24. de refor,cap,6,ex quo hodie poſſunt Epiſcopi omnino diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali occulto, nec deducto ad forum contentioſum proue-
13 niente, vt in d.cap. 6.in quo † non comprehenduntur inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, nec etiam prælati regulares, ſed tantum Epiſcopi priuatiue quoad omnes alios, vt S.Congregatio Concilij his verbis declarauit, & tradit Suar,4.tom.de pœnit,diſput.30.ſect,1,nu. 6, & 7.& d.5,tom,de cenſu.diſput.41.ſect.2,nu. 7,& diſp.45,ſect, 1.nu.2,& docet Cenedo in collectanea 4.ad 6,nu.5. *Toletus d.lib.1.cap.83.numer.5. ad fin. & Arag.2.2.q.88.art.12.conclus.4. Rodrig. in ſum.2,tom, cap.10.nu.6.& Sanch.lib.2 c.11.nu.5, Sair. in clau reg. lib.6.cap.11.nu.83.* Et loquendo de abſolutione hæreſis,de qua ibi P.Ledeſma in ſum.2.p.tit,1.c.61.20, concl.2.diffi.Quicquid dicant Henriq,li,6,c.16,§.1, Man. Rodr.q.reg. 1.to.q.34,art.13.& 16.& q.61.ar. 9,& nouiſſime Flores q,24.n.18. & Thom. Sanchez de matrim.lib.18.diſp.2.n.12.Auila d.7.p,diſp. 10,
14 dub.6.Quod videbatur intelligendum, niſi illi inferiores ſint nullius diœceſis.nam alias ſubditi illorum non haberent Epiſcopum, ad quem recurrerent
15 pro huiuſmodi diſpenſatione,Sicut † ſubditi exemptorum & ipſi Prælati exempti, qui poſſunt recurrere ad Epiſcopum, in cuius diœceſi ſunt, & ipſi ſe ſubijcere ſi velint,quoad hunc actum fauorabilem, vt ait Suarez dict.diſput. 41, ſect. 2. num.7,& 12,& 16 facit,quod † quando locus eſt nullius diœceſis,nec

eſt

eſt in dioeceſi, nec de dioeceſi, quando autem eſt exẽptus licet non ſit de dioeceſi, eſt tamen in dioeceſi. Ro
17 ta deciſ. 107. p. 2. diuerſor. Sed †verius eſt, in illo decreto non comprehendi inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem etiam nullius dioeceſis, vt plane vult S. Congregatio, &
18 citati Doctores. Et eadem ratio † eſt in eis, nempe, quod cum illa facultas ſit iure ſpeciali & exorbitanti a iure communi conceſſa Epiſcopis, intelligi debet de Epiſcopis proprie & vere, & non de alijs, ad reg. quæ à iure communi, in 6. Maxime, quia magis confidunt iura & Concilium de Epiſcopis, quam de
19 alijs inferioribus. Vnde † illorum ſubditi debent pro diſpenſatione ſeu abſolutione, de qua ibi, recurrere ad Papam, ad quem alias ſolam ſpectabat, vt de excommunicationibus ad finem reuelationis ex ſententia eiuſdem S. Congregationis dictum eſt, ſup. 5. par. cap. 8. nu. 95.

20 Et idem eſt † in exemptis licet non ſint nullius dioeceſis, vt tenet P. Ledeſ. ibi, 3. difficul. loquens religioſis exemptis, & Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiepiſc. curiæ Neap. cap. 66. nu. 19. *& nouiſſimè Vgol. de offic. Epiſc. c. 57. §. 2. nu. 6. verſ.* 5. nam non ſunt ſubditi Epiſcopi, nec ei ſe poſſunt ſubijcere, niſi in caſib. à iure expreſſis qualis non eſt iſte. Vgol. alios citans de cenſ. tab. 1. c. 2. §. 17. nu. 5. Solis de cenſib. 2. tom. lib. 2. c. 3. nu. 13. & ſeq. Quidquid dicat Suar. d. n. 7. & 12 & Man. Rod. in ſum. 1. tom. c. 130. n. 2. & quæſt. reg. 1. tom. q. 20. art. 30. ad fi. & Sair. de cenſu. li. 7. c. 7. nu. 23. Henriq. in ſum. li. 6. c. 16. §. 8. & lib. 7. c. 25. §. 2. & lib. 14. c. vltimo §. 5. ad finem. Auila de cenſ. 2. p. c. 7. diſp. 1. dub. 6. Mol. tract. 3. diſp. 61. nu. 4. & 5 & diſp. 70. in fi. & alij. Circa quod vide Breue Pij Quinti, cõceſſum Superiorib. Ordinis Prædicatorum, quod ponit Man. Rodr. d. art. 9. & in explicatione Bullę ad finem, & conſonat cenſura Magiſtri S. Palat. j, in E-
21 man. Sa. pag. 415. nu. 61. Non † tamen excluditur c. ſede vacante. Henriquez d. lib. 6. c. 16. §. 1. & lib. 14. c. 20. §. 1. Cenedo ſupra, Manuel Rodrig. d. quæſt. 61. art. 9. Suar. d. 4. tomo diſputat. 30. ſect. 2. num. 4. Auila dict. diſputat. 10. dub. 6. & dixi ſupra 5. par. c. 7.
22 n. 41. vbi alios citaui. Quamuis † loquendo de dicta abſolutione hæreſis contrarium teneat P. Ledeſma ſupra 5. difficultate. Cuius prima ratio, quod id ſolum conceditur Epiſcopis, & ſic non eſt extendendum ad capitulum, tollitur, ex ibi dictis. Et ſecundæ quoad hæreſim, quod id conceditur Epiſcopis per ſeipſos, & Capitulum non poteſt abſoluere *per ſe ipſum, ex qua ratione idem quoad hæreſim tenet Suar. d. numer. 4. & 9.* reſpondetur, quod cum ſede vacante iuriſdictio debeat exerceri per Vicarium Capituli ex eodem Concilio ſeſſione 24. cap. 16. de reformatione ipſe Vicarius loci Epiſcopi deberet ab hæreſi abſoluere per ſeipſum, & ad eum ſine commiſſione ſpeciali tranſiret talis facultas, iuxta dicta il. cap. 7. à num. 28.

Sed Epiſcopi illarum regionum, in quibus Con-
23 cilium † Tridentinum adhuc receptum non eſt, non poſſunt vti iſta facultate conceſſa in hoc decreto c. 6 *tradit Vgol. de offic. Epiſc. cap. 57. §. 2. ad fin. Suar. 5. tom. de cenſ. diſput. 41. ſect. 2. numer. 6. Sanchez lib. 2. cap. 11. numero* 3. vt his verbis etiam cenſuit S. Congrega-
24 tio Concilij, cum † homicida vero voluntario etiam occulto, (ſub quo intellige etiam mandantem, & conſulentem, Toletus infra verſic. 6.) nullo modo poterunt Epiſcopi diſpenſare, nec etiam ad minores aut beneficium ſimplex, vt in d. cap. 7. & 6. Concilij, & aduertunt Nauarr. ſupra, Ludouicus Lopez, Manuel Rodriguez, & conſil. 13. num. 3. de homicidio, & alij, & Ioannes Gutierrez Canon. quæſt. lib. 1 cap. 13. nu. 61. Graſſijs, in deciſ. aureis caſuum conſcien. libr. 1. cap. 13. num. 36. Zerola in praxi 1. parte, verb. priuatio. §. 2. & optime *Vgolinus d. c. 33. de irregularitate. §. 2. num. 1. & 2. & cap. 62. §. 2. num 4. & de offic. Epiſcop. cap. 57. §. 2. num. 6. Sale. in praxi cap. 94. litera B. & Farin. 4. par. quæſt. 119. num. 62.* Marc. Ant. Genuen. cap. 66. num. 15. Don Iuan Vela de pœnis delictorum cap. 15. pag. 79. Flores de Mena. quæſt. 9. num. 13. & 14. & Saitus lib. 7. cap. 7. nu. 14. & 19. Auila d. diſput. 6. ſect. 5. dub. 3. Tolet. lib. 1. c. 88. verſ. 6. & quoad beneficium Molin. d. tract. 3. di-
25 ſput. 77. num. 11. Quidquid † dicant Bannes ſup. & Henriq. d. libr. 13. cap. 57. §. 1. & lib. 14. cap. 19. §. 1. Zerola 2. par. ver. diſpenſatio. §. 3. *& Piaſec. in praxi*
26 *Epiſc. par. 1. cap. 1. numer.* 56. Licet † ante Concilium poſſent cum eo diſpenſare ad beneficium ſimplex obtinendum, & etiam iuxta communiorem ſententiam ad minores ordines iam ſuſceptos, vt in cap. 2. de cler. pugnan. in duello, quod de homicidio voluntario videtur loqui, Doct. ibi, maxime Hoſtien. Ioã. Andr. Cardin. & But. & Alexand. de Neuo. in addit. ad Abbat. ibi. num. 7. Staphil. de litera gratiæ, titulo de varijs modis vacationis. §. quando quis veniat priuandus beneficio. nu. 11. Petrus de Baiſio in directorio electionum, 2. p. c. 30. nu. 6. Couar. in d. Clem. ſi furioſus, 2. p. §. 3. nu. 5. Plaça de delict. c. 11. nu. 11. Nauarrus conſ. 45. nu. 1. de homicid. *Salzedo in praxi c. 94. lit. B. Far. d. q. 119. num. 61. & ſeq. ibi, Couar. num. 5. adde & 6. & idem num.* 17. Ioann. Guttierez Genuen. & Don Ioan. Vela ſupra, Armill. verb. irregularitas, nu. 92. Man. Rodrig. d. c. 179. n. 2. Toletus d. lib. 1. c. 88. ver. 4. & 5. Auila vbi proxime Molina d.
27 num. 5. & 11. Quinimo † nec cum homicida caſuali non occulto, poterunt hodie Epiſcopi diſpenſare etiam ad minores ordines iam ſuſceptos, aut beneficium ſimplex (ad quod antea poterunt, etiamſi eſſet publicus, vt in d. c. 2. & c. continebantur, & c. ad audientiam. de homic. d. Villadiego Couar. d. nume. 5. Coſmas Philiar. & Toletus ad fin. vbi ſupra & Graſ. lib. 2. c. 62. num. 10.) vt apparet ex d. cap. 7. Concil. vbi Concilium vult, Ordinarios non aliter diſpenſare in homicidio caſuali, niſi ex commiſſione Papæ, & cauſa cognita, & ita tenent Maiolus d. lib. 5. c. 48. §. 3. nu. 18. Vgol. d. cap. 33. §. 3. num. 3. & 4. & Toletus d. cap. 88. ad fin. Et ſentire videtur Doctor Sahag. in cap. at ſi clerici, §. de adulterijs. à numer. 100. de iudicijs, & facit quod in ſimili dicitur inf. 11. par.
28 cap. 5. num. 371. & ſeq. Quamuis † contra teneant Nau. Coſm. Philiar. Graſ. Lud. Lop. Man. Rod. & alij ſup. & Henriq. d. lib. 13. cap. 57. §. 2. & lib. 14. c. 9. §. 3. in glo. lit. C. & c. 19. §. 2. & Sairus ſup. nume. 20. Auila d. ſectione 5. dub. 2. Molina d. num. 11. *& Piaſec. d. capite 1. 1. par. num.* 57. dicentes, quod quantum ad homicidam caſualem nihil innouauit Concilium.

29 Quorum ſententia † poterit procedere in mutilatione membri, in qua, etiamſi ſit voluntaria, nihil innouauit Concilium, & in ea etiam voluntaria, ſi eſt occulta, poteſt Epiſcopus diſpenſare, ex dict. c. 6. quod ſolum excipit homicidam voluntarium:

30 ſub qua† exceptione non intelligitur mutilatio voluntaria, cum vere non ſit homicidium, Manuel Rodr.d.cap.180.nu.1.& d.q.24.art.10. & in additione Bullæ ad §.13. nu,6. Suarez d.5, tom, diſp.44. ſect.2.nu.4.& ſect.3.ſeu 4.num.35. & tenet etiam in propoſito Enriquez d.c.57.§.13 gloſſa,lit.H.& d.c. 19.§.in gloſſa,lit.I. Tolet,d.c.88.verſ.6. & c.89. nu. 3.& Genuen.d.cap.66.nu.9.Auila d.ſect.5.dubio 4. Molina dict.diſput.79.ſub num.8. *Vgol. de offic. Epiſc. cap.57.§.2.num.4.& Piaſec.diſt.num.57.*

31 Et facit Conſtitutio† Pauli Tertij,anno 1549. in fauorem Societatis Ieſu, vbi in facultate diſpenſandi in irregularitate cum perſonis Societatis excipit homicidium voluntarium,bigamiam, & mutilationem membrorum,vt in libro literarum Apoſtolica-

32 rum Societatis Ieſu,pag.40. Et ita† cenſuit S. Congregatio Concilij ſuper dictum cap.6.his verbis,ibi: Homicidio voluntario,appellatione homicidij non venit mutilatio membri. Nec obſtat gloſſa in Clem. de homicid.quia procedit quoad incurrendam irre-

33 gularitatem,non quoad diſpenſationem. Et† referunt Suarez & Genu.ibi, quamuis contrarium ſentiant Nauarr.d.c.72. num.194. verſic.7.colligitur, & Maiolus d.lib.5.cap.50.num.1.& tenent expreſſe Ludouicus Lopez d.2.tomo,1.part.cap.22.& Candelabrum aureum in appendice, cap.1. num.11. & alias Henriquez dict.cap.9.§.3.in text. & in gl. litera Z. *Et nouiſſimè Thomas Sanchez in prac. Decal.lib.1. cap.10.num.49.eo quòd irregularitas ex mutilatione ſicut ex homicidio,non eſt ex ſolo delicto ſed etiam ex ſignificatione, & ibi ſola diſpenſatio irregularitatis ex delicto conſurgentis conceditur Epiſcopis: & ſic etiam ſi non excipereture ibi irregularitas ex homicidio voluntario, cenſeretur excepta,&c.Sed reſpondetur, q eſto ratio imponendi irregularitatem homicidio & mutilationi ſit ſignificatio, tamen abſolutè ſimpliciter ex delicto, & in eius pœnam: & alias nec etiam in irregularitate ex homicidio caſuali poſſet Epiſcopus diſpẽſare ex dicto decreto: & quicquid Sanchez dicat, inepta eſt & impertinens exceptio de homicidio voluntario,cùm ſecundùm ſuam ſententiam nullo modo comprehenderetur ſub regula.*

34 Similiter etiam quoad homicidium † voluntariũ iuſtum videtur nihil innouaſſe Concilium, & ſic in iſto poterit hodie etiam diſpenſare Epiſcopus ad beneficium ſimplex obtinendum & minores ordines iam ſuſceptos,vt antea poterat,argument.dict. capit.2. de clericis pugnan. in duello. Ita Manuel Rodriguez cap.183. concluſione 1.2. & 3. Toletus dict.cap.88. verſicul.3, & Auila dict. ſectione 5.dubio 2. ad finem. qui male ait, quod poteſt diſpenſare etiam ad ſuſcipiendos minores, cum Medina dict.§.12.quem ſequitur Ludouicus Lopez d.2.tomo,2.p.cap. 30. cum tamen etiam in ſuſceptis non poſſe diſpenſare, videatur velle Armilla d. num. 91, & Toletus ibi.

35 Aduertendum eſt † tamen, quod Nuncij Hiſpaniarum ſolent habere facultatem diſpenſandi in homicidio caſuali, etiam publico : ſolet enim eis dari facultas diſpenſandi ſuper quacumque irregularitate,non tamen occaſione homicidij voluntarij, hæreſis, læſæ maieſtatis, vel bigamiæ, vel indebitæ perceptionis fructuum Eccleſiaſticorum quomodolibet contracta, vt in facultatis D. Cæſaris Speciani Nuntij Sixti V.

36 Et ſimiliter † Commiſſarius generalis Cruciatæ poteſt in homicidio caſuali etiam publico diſpenſare,nam inter alia datur ei ſequens facultas.

Item ſimiliter conceditur facultas Commiſſario diſpenſandi, & componendi ſuper irregularitate, cum ijs, qui quibuſuis Eccleſiaſticis cenſuris ligati, miſſas, & alia diuina officia,non tamen in contemptum clauium celebrauerunt, ſeu alijs illis ſe immiſcuerunt, & ſuper alia qualibet irregularitate, præterquam ratione homicidij voluntarij, aut ſimoniæ, aut apoſtaſiæ à Fide, aut hæreſis, vel propter malam ordinum ſuſceptionem contracta cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis perceptorum,& infamiæ,ac inhabilitatis exinde prouenientis,abolitione,& executione ordinum non male ſuſceptorum. Vt in Bulla Latina,& ſummario Latino confecto per Pium V. & Gregorium XIII. explicant

37 Manuel † Rodriguez in explicatione Bullę Cruciatæ,§.13.& in additione ad eundem §.Henriquez lib. 7.cap.13.§.5. & Candelabrum aureum, in appendice,cap.1.

38 Circa quas facultates † eſt dubium,an quando in facultate diſpenſandi, ſuper irregularitate excipitur irregularitas contracta ratione homicidj voluntarij,ſub illa exceptione veniat homicidium voluntarium iuſtum,ita vt vigore talis facultatis non poſſit in eo diſpenſari.

39 In quo in primis † certum, Epiſcopum vigore facultatis Concilij d.cap.6. non poſſe in homicidio voluntario etiam iuſto diſpenſare,nam in illo ſolum datur facultas diſpenſandi in irregularitate proueniente ex delicto, & ſic ex illo decreto non poteſt diſpenſare ſuper vlla irregularitate occulta proueniẽte aliunde quam ex delicto proprio,& conſequẽter,nec ſuper homicidio iuſto, nec ſuper bigamia, nec illegitimitate. Nauarrus in Manuali capit.27. num.194.in fine & num.217.etiam in fine, & conſ. 20. de homicidio (nec in hoc tenet contrarium dict. cap.27. num.240. quidquid dicat Man. Rodriguez ſtatim citandus) Salcedo in praxi capit.14. litera C. *Vgolinus d.cap.33.§.1.num.1. & cap.44. §.2.nu.4. & cap.62.§.2.num.5, & de offic. Epiſcopi cap.57.§.2. nũ. 6.verſ.ſicut,& §.3.nu.2. & Piaſec.in praxi par.1.c.1. num.56.* Zerola 1.par. verſ. irregularitas, §.8. Genuen.dict.cap.66. numer.7, Bannes ſupra dubio 2. Grat.lib.1. cap.13. num.37. & 39. Summa Coronæ 3.part.de irregularitate,num.12.& 4.par.cap.6.de Sacrament. Pœniten.num.26. Vega in ſumma 1.p. cap.56.caſu 6.& c.129.caſu 27. & 1.part.c.15.caſu 40.& in Eſpejo de curas,cap.13. num.287.& c.12. nu.323. P.Ledeſma in ſumma de matrimonio,cap. 34.poſt quintam concluſionem,& infra Suarez d.5. tom.diſputat.49.ſectione 6.num.9. & diſputat.50. ſectio,5.num.5.Medina dict.diſputat.79.numer.8. verſiculo 4. & Manuel Rodriguez in ſumma 1.tomo,cap.178.numer.9 & quæſtio.regul.ſecundo tomo,quæſt.105.articulo 2.quamuis 1.tom. d.quæſt. 24.articulo 8.& 9, contrarium tenuiſſet, Et quamuis Auila 7.par.diſp.3.dubio 7. teneat, Epiſcopum per Concilium dict.cap.6. poſſe diſpenſare in illegitimitate ex delicto occulto proueniente, at diſput. 6.ſectio.5.dubio 1. docet facultatem Concilij ibi nõ poſſe Epiſcopum diſpenſare in irregularitate ex defectu lenitatis,

40 Sed & quoad facultatem † diſpenſandi in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, mihi certum

certum videtur, non poſſe vigore illius diſpenſari in homicidio voluntario iuſto, ſed comprehẽdi etiam ſub illa exceptione, nam nomine homicidij in iure quoad materiam irregularitatis comprehenditur ẽt occiſio hominis iuſta, vt in tit. de homicidio. Vgolinus de irregularitate, cap. 5. 2, §. num. 4. & Toletus d. lib. 1. cap. 79. Et non ſumitur ita ſtricte, metaphyſice & formaliter, vt Caietanus, & ſequaces ſtatim citandi, volunt pro occiſione hominis iniuſta tantũ. Ita tenet Vgolinus d. c. 33. §. 1. num. 1. & 2. Aragon. ſupra. & Bannes d. dubio 3. (quem male pro cõtraria parte citat Manuel Rodrig, d. art. 8. & 2.) & Toletus d. lib. 1. cap, 88, verſicul. 10. Quamuis contra-
41 rium † teneat Caietanus in ſumma verb. irregularitas. ad finem. Armilla eodem verbo, num. 13, Naua. d. c. 27. num, 240. Polanco in directorio confeſſarij, titul. de irregularitate, reg, 3. Candelabrum aureum de irregularitate, à num, 327, dicens, ſic fuiſſe in facti contingentia reſolutum in ſancta Pœnitentiaria Romæ (quod non credo) Summa Corona d. nu. 22. Ludouicus Lopez d. 2, tom. 2. p. c. 30. Henriquez d. lib. 14. c. 9. §. 3. & c. 19, §. 4. maximè in gloſſa lit. K, Manuel Rodriguez in ſumma, 1. tomo, c. 173. nu. 4, & q. regul. 1, tomo, quæſtio. 24. articulo 8. & 9. Qui tamen 2. tomo, q. 105. art. 2. forte variat, Vega in ſumma prima p. 121. caſu 8. & cap. 127. caſu 27. & in Eſpejo d. cap. 12. nu. 325. P. Ledeſma in ſumma 2. p. tract. 3. c. 13. 51. concluſione, Zerola ſupra & Anton. Rochus Veronen. de viſitatione, verb. homicidio voluntario. & Compendium Bernardorum Hiſpaniæ, ſub verb. homicidium. & Auila d. dub. 1. Mo-
42 lina à nu. 8. verſ. 5. Et ſequuntur † Couarruuias dic. §. ad finem Plaza d. c, 11, num. 11. Ioannes Gutierez Canonic. q. lib. 2. c. 6. num. 170. alia ratione, ſcilicet, quod tametſi hoc homicidium voluntarium verè ſit tamen quoad hoc caſuale cenſetur, quippe nullam culpam habeat. Sed hæc ratio non habet in iure fundamentum. & ita eam impugnat Auila d. dub. 1. reprehendens Couarruuiam, & Plaçam † & quod
43 dicatur homicidium voluntarium, & quod caſuale in propoſito, vide Caietanum 22. q. 64. art. vltimo. Nauarrum d. c. 27. nu. 240. Couar. in d. Clement. ſi furioſus 2. parte, initio, & §. 1. nu. 2. Vgolinum d. c. 33. de irregularitate. Anton. Rochum de viſitatio. d. verb. homicidio voluntario. Marcum Anton. Genuen. d. c. 66. num. 7. Ludouicus Lopez 2. tomo, 2. p. c. 28. in principio, & capit. 30. Man. Rodriguez in ſumma 1. tomo, c. 176. 177. & 78. Toletum d. lib. primo. cap. 77. & 79. Gabr. Vazquez 1. 2. diſp. 100. num. 39. Suarez d. 5. tomo, diſp. 44. ſect. 1. & diſput. 45. ſect. 2. & Vegam in Eſpejo, c. 12. nu. 325. Auilam de cenſuris, 7. p. diſput. ſexta, ſect. 2. dubio 1. Moli-
44 nam tract. 3. diſput. 3. 33. & 39. & alios. Et † ſequẽtes declarationes S. Cõgregationis Concilij ſuper dictum c. 7. ſeſſ. decimaquarta, de reformatione. Mandans homicidium in perſona vnius, ſi committatur in perſona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, 1587. Secundo quærebatur, an is, qui mandauit aliquem baculo vulnerari, eo expreſſo, ne occideretur, ſi mandatarius armis percuſſerit, & occiderit, intelligatur incidiſſe in hoc decretum Concilij, vt omni ordinatione, ac beneficio & officio abſque ſpe diſpenſationis perpetuo carere debeat; Congregatio cenſuit negatiue, & hanc opinionem confirmat Nauarr. in man. cap. 27. numero 240. Concilium enim requirit homicidium per induſtriam, per inſidias & ex propoſito.

45 Et quod dicatur † occultum in propoſito, Nau. d. cap. 27. nu. 250. aliàs 255. ait illud eſſe occultum, quod non eſt publicum etiamſi ab aliquibus ſciatur ſequuntur Maiolus d. lib. 5. c. 51. num. 4. Anto. Rochus de viſitatione verb. occultis, Zerola in praxi 2. parte verb, irregularitas, §. 1. Genuen. d. c. 66. num, 2. Candelabrum aureum de irregularitate, nu. 315. *Zechus de caſibus reſeruatis, caſu vltimo, nu. 1. & caſu 1, de irregularitate circa finem, Sair. de cenſur. lib. 4 cap. 17. num. 21. Vgol. de offic. Epiſcop. cap. 57. §. 2. num. 3. & 5. Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 1. num 56.* Ludouicus Lopez 2. tom. 2. p. c. 8. Henriquez d, lib. 14. cap. §. 4, Vega in ſumma 1. p. c. 49. caſu 16. Sorbo in Compẽdio Mendicantium in reſolutionibus materiæ abſolutionum pagin. 48. Toletus d, lib. ca. 89. numero 5, & ibi Victorellus in annotationibus Compendium Bernardorum, verb, abſolutio quoad Monachos, ſub §. 11. Açor 1. p. lib. 8. cap. 10. q. 9. Thomas Sanc. de matrimonio lib. 2. diſput. 37. num. vndecimo, & lib. 8. diſput. 34. num. quinquageſimoquinto, & d. lib. 2. capite vndecimo, num. 19. Auila de cenſuris 2. p. c. 7. diſputat, 1. dubio 11. 2. concluſion, & 7. par, diſput. 10. dub. 6. & Suarez 4. tomo diſput. 30. ſect. 2. num. 2. & 5. tomo diſputat. 41. ſect. 1. numero 6. Molina d. diſp. 79. nu. 8. verſicul. ſecundo, & videtur Manu. Rodrig. d. 1. tomo q. regul. quæſt. 24. art, 11,

46 Sed quamuis iſta † ſententia probabiliter poſſit admitti quoad breuia pœnitentiariæ in foro conſcientiæ, in quibus adeſt clauſula, dummodo impedimentum occultum ſit, de quibus Thom. Sanchez d. num, 55. tamen in propoſito verius eſt, occultum dici, quod non poteſt probari, id enim propriè dicitur occultum, c. veſtra, de cohabitatione clericorũ, facit gloſſa in cap. manifeſta 2. qu. 7. Et ita videtur tenere Graf. d. lib. 1. cap. 13. n. 45. dicens occultum, id, quod proceſſit in actu, prout opponitur probabili, id eſt, cuius non ſunt legitimi teſtes, ſi ab aliquibus ſcitur, non autem vt opponitur publico, vel
47 notorio. Et † ita cenſuit Sancta Congregatio Concilij, vt apparet ex ſeqq. declarationibus ſuper dictum c. 6. ſeſſ. 24. ibi: Occulto, Intelligendum eſt occultũ
48 ſecundum terminos iuris. Alia. Abſolutus, vel diſpenſatus à proprio Epiſcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus teſtibus, quod tamen non fuit notorium, non eſt tutus in conſciẽtia, quia Concilium vtitur termino occulti, quod propriè loquendo dicitur, quod probari non poteſt. c. veſtra. de cohabitatione clericorum, at per duos teſtes probari poteſt, & verba Concilij debent intelligi ſecundum proprietatem. Idem reſpondit de illis qui occaſione delictorum occultorum fuerũt inquiſiti, ſed quia non potuerunt delicta probari, rei ipſi non fuerunt quidem abſoluti, nec diffinitiue, nec alio modo, ſed ſimpliciter dimiſſi, recepta promiſſione de ſe præſentando, non poſſe iſtos vti huius Canonis beneficio, quia deducta ad forum contentioſum, ſicque ſufficit ſola deductio, quidquid in ſe ſequatur.

48 Ex qua declaratione † ad finem cõuincitur, quod ait Candelabrum aureum de excommunicatione n. 43. & ſequitur Graf. d. c. 13. num. Quod ſi delictum deductum ſit ad forum contentioſum, non tamen

proba-

probatum, unde reus abſoluitur, poteſt Epiſcopus diſpenſare, quia adhuc manet occultum, & non fuit deductum cum effectu, ex quo non fuit probatum, & quod ita grauiſſimi Doctores Salmanticæ tenuerunt, licèt alij contra. Quod etiam tenent Vega in ſumma 2.p.c.15.caſu 2. Suarez d.diſp.41. ſect.2. nu. 6. & Sairus lib.7.c.7.nu.12. & Molina diſp.79.nu.8. ver.2. & 3. dicens tamen, ante abſolutionem nō poſ-
49 ſe, licet crimen deductum non ſit probatum. Et † idem ait Henriq.dict.l b.cap.20.§.4. in reo qui in medijs etiam de priuatis vicit cauſam, & abſolutus eſt. Et nouiſſime Marc. Anton. Genuen.d ct. ca.66. num.5. & 6. *& Sairus ibi, Vgol.d.c.57.§.2.num.4. verſ. ſecundo ampliatur. Piaſec.d.num.56.* & Thom. Sanchez dict.diſputatione 37. numero duodecimo, & d. diſputatione trigeſimaquarta, numero 57. Auila ſupr. 3.concluſione, dict.dubio 11. & d. diſputatione 10. dubio 6. ad finem, qui dubio 7. ſequenti idem ait, quando iudicium eſt finitum, & punitum delictum, contra Ioannem Guttierez & Manuel Rodriguez.
50 Sed † re vera Concilium ibi abſolutè excipit deducta ad forum contentioſum, & ſic ſola deductio ſufficit, vt Epiſcopus diſpenſare non poſſit, vigore il-
51 lius decreti. Et illorum † ſententia admitti poteſt in ſecundo caſu dicti decreti Concilij de abſolutione in caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, vbi nihil dicitur, de deductis ad forum contentioſum, maximè, cum illa abſolutio in foro conſcientiæ tantum, licet Auila d. dubitatione vndecima, id non aduertit. Si tamen poſt diſpenſationem ſint deducta, ait Toletus d.c.89.n.5. diſpenſationem factā prodeſſe in foro interiori, non in exteriori.

52 Tandem notandæ ſunt † ſequentes declarationes
53 S. Congregationis Concilij ſuper dictum cap.7. ſeſſ. 14. de reforma. Prima, An is, qui omni diligentia vt præcaueret adhibita, dum operam rei illicitæ daret, ſolo caſu fortuito homicidium commiſit, irregularitatem incurrit, adeò vt ordines ſuſcipere, ac beneficium obtinere abſque diſpenſatione non valeat. Cō gregatio cēſuit incidiſſe. Secunda, † fuit dictū, quod iſtud caput non inducebat nouam irregularitatem, & ideo ille, qui dabat operam rei licitæ, & omnem adhibuit diligentiam, ne ſequeretur homicidium, deinde ſequatur, non incurrit irregularitatem capite ex literis. & capite finali de homicidio, fuit reſolutum, quod Concilium loquatur in eo, qui fuiſſet in aliqua culpa, & indigeret diſpenſatione. Tertia ibi. Repellendo, &cet. Congregatio Concilij cenſuit, hoc etiam habere locum, cum agitur de repellenda vi illata patri.

54 Sed reſtat dubium, † an impetratio beneficij facta à Papa per irregularem, ſeu homicidam valeat propter clauſulam in literis Apoſtolicis apponi ſolitam, teque à quibuſuis, &c. quæ ſumitur ex clauſula ſupplication s, & cum abſolutione ad effectum
55 præſentium, &c. de qua infra cap. 13. à num. 59. in † quo Corduba in ſumm. quæſt. 41. dicit, ordinarium ſtylum Curiæ Romanæ eſſe, quod diſpenſetur ſimul in cenſuris, vt collatio teneat, & ſic homicidam, cui facta eſt collatio manere tutum, ex quo per diſpenſationem ſublata eſt irregularitas, & ipſe manſit habilitatus. Sequuntur Ludouicus Lopez 1. tomo capit. 245. verſ. ſecundum à nobis. Manuel Rodriguez 1. tomo capit. 179. numer. 1. & Vega 1. parte ſummæ, cap. 36. caſu 15. Et quod in literis abſolui ſolet à cenſuris, & irregularitate, ait Leſſius libro 2.
56 cap 34. numer. 203. in fine. Sed † id non eſt verum, nam ſolum de ſtylo datur abſolutio, non diſpenſatio à ſententijs, cenſuris, & pœnis ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, ſub quo non venit irregularitas quæ non eſt cenſura, cap. quærenti. de verbor. ſignificat. nec abſoluitur, ſed diſpēſatur. Et ita quod dicta clauſula non profit irregulari, tenet Nauar. conſ.17.nu.1. de clerico excommunicato & conſ.48. de ſenten. excommunication. ad finem. Fla. Pariſ. de reſignatione benefi. lib.4.q.3.nu.40. & 41. & lib.8.q.7.a nu.112. Ioannes Guttierez canon. q. lib.2.cap.5.num.94. *Vgol. de offic. Epiſcop. cap.1.§. 1. ad fin. & cap.57.§.5.num.4.* & Man. Rodriguez in ſumma 1.tom.cap.29.numero 5. & Vega d. cap.36. caſu 15. qui ſibi non conſtant. Sairus libro 2.capit. 5. num.6. ad finem, & lib. 6. cap.2 numero vigeſimoſecnndo, & Rota in illa Curçolen. Canonicatus
57 ſupra adducta, numero octauo. Vnde † etiam facultas abſoluendi à cenſuris & pœnis, data per Bullas, ſeu iubilea, non includit irregularitatem, & ita habet ſtylus Curiæ, vt poſt Villadiego de irregularitate, in fine docet Nauarr. in manuali capit.27. n. 194. & 250. verſ. 9. quod alias numero 254 & cōſil.7.numer.2. de temporibus ordinationum, & 4. num.3. de filijs presbyter. & conſi. 81, numero tertio, de ſimon. ſequuntur Maiolus de irregular. lib. 5. capit. 51. numero 7. Flamin. Pariſ. de reſignation. benefic. lib.8. quæſt.7.num.213. dicens communem opinionem. Vgolinus de cenſuris, tab.1.c. decimo, §.4.nu. vndecimo, ibi, Nam & in irregularitate, &c. & cap.26.num.2. & de irregularitat. cap.62. in princip. num. 7. Salzedo in practica Bernardi Diaz, ca. 26. lit. C. verſ. 6. Licentiatus Antonius Gomez in explicat. Bullę Cruciatæ ad 10. clauſulam, num.31. Zerola in prazi Epiſcopali 1. part. verb. irregularitas. §.13. & 2. part. eod. verb. §. 7. in praxi pœnitentiali. cap.24. qu. 18. Doctor Sahagun in c. ad ſi clerici. §. de adulter. & indic. numero 122. & 12. Flores de Mena quæſt.9. numero vndecimo, & communiter Canoniſtæ, & ex Theologis Colmas Philarch. de officio ſacerdotis 1.par. lib.4.c.6. & in additione poſita poſt finem 3. partis Candelabrum aureum de irregularitate, ſeu de diſpenſatione, nu. 331. qui citat Ledeſmā 1.p.c.4.q.26.art.2. ad finem. & dicit tenere communem Canoniſtarum, & generalem Curiæ Romanæ ſtylum, Ludouic. Beia. in reſpon. caſuum conſcientiæ, caſu decimoſeptimo. ad fin. Zechus de caſibus reſeruatis, caſu 1. de irregularitate, ſub num. quadrageſimo, Graf. lib.1. cap.32. nu. 14. & lib.4.cap.15. num 27. & de caſibus reſeruat s, lib. 2. cap.17. num. trigeſimoquinto. Ludouicus Lopez inſtruct. conſcien. 1. tom. cap. 242. & præſertim 2. tomo 1. par. c.61. & 2. par. cap.8. dicens contrariam non eſſe tutam, nec vlla firma ratione ſuffultam. Summa Corona 4. part. c.6. de ſacramen. Pœnitētiæ, numero vigeſimoquinto, notabili 3. Henriq. in ſumma lib.7.cap.13.§.6. & lib.14.c.17.§.4. Bernard. in ſum. cap.35. num.5. & 100. Pedraça in ſumma libro 2. cap.4. in princ. Sorbo in compen. Mendoza. verb. confeſſiones, ad finem, pagin. 156. Compendium Bernard. verb. abſolutio, quoad Monachos ſub §. 1. lit. D. Llamas 1.p. methodi. c.12. §. trigeſimoquinto, Toletus in ſum. lib.1.c.31. alias iuxta editionem Romanam c.89. ad finem, Sairus de cēſur. lib.1.c.1.

numē-

numero decimooctauo, & libr. 6. cap. 2. numero 33. & lib. 7. cap. 14. à numero primo, & constanter Manuel Rodriguez in sum. 1. tomo, cap. 164. numero 3. & qu. regul. 1. tom. qu. 20. art. decimoseptimo, & quæstione 62. art. 12. & in additio. Bullæ ad §. decimumtertium, numero 4. quamuis in explicatione ipsius bullæ, §. 9. numero 64. contrariam sententiam dixisset probabilem, & nouissime Suarez dict. 5. tomo, de censuris, disp. 1, sect. 3. numero quinto & 6. & disput. quadragesima, sect. 3. numero 3. d cens contrariam sententiam esse falsam, quamquam nõnulli Theologi illam amplexi sint, & multi confessarij minus docti eorum authoritate nixi, illa facultate vtantur, Aula 1, par, dubio 5, & 7. part. disp. 1. dub. 1. in fine, & præsertim disp. decima, dub. 4. & late Molina tractat, 1, disp. 80. Acosta de Andrada
58 48. in Bulla Cruciatæ. Quæ † sententia mihi est certa, & confirmatur ex Iubileis. quæ modo concedũtur, in quibus declarat summus Pontifex non esse suæ intentionis, quod virtute illorum possit in ali-
59 qua irregularitate dispensari. Et approbatur † in Concilio 3, prouinciali Mediolanen. titu. de his quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinent. vers. ne confessarij, vbi sic dicitur; Ne confessarij sacerdotes cũ sibi facultate, vel ex iubileo, vel ex alijs Apostolicis literis concessa pœnitentium confessiones audire, eosdemque à peccatis etiam grauioribus, quę admiserunt, & à pœnis item, ac censuris, quibus irretiti sũt absoluere licet, cum eo qui in irregularitatem incurrerit, dispenset, nisi eius facultate illis literis nominatim expressa. Quod Concilium licet nos nõ liget, tamen præstat maximum argumentum pro ista sẽtentia, & pro dicto stylo Curiæ. De quo etiam nouissime restatur Magist. S. Palat. in indice librorum expurg. in Eman. Sá, pag. 16. nu. 19. sic corrigens. Non est vllo modo tenenda sententia quorumdam affirmantium: quia in contrarium est praxis Romanæ Curiæ, & omnis Canonistarum doctrina, quæ optima nititur ratione, Potestas enim absoluendi nõ potest extendi ad irregularitatem, quę tollitur dispensatione, non absolutione, & ita tenendum est, quamuis in irregularitate contracta ratione peccati, seu ob delictum contrarium teneant Soto in 4. dist. 22. qu. 3. art. primo Cordoua lib. 5. quęstionum, quæst. 43, dub. quarto, & in summa, q. 28. & 144. circa finem. Barto. Medina 1, 2. q. nonagesima sexta, art. 4. & in summa lib. 1. c. 11. §. 9. & duodecimo, & lib. 2. c. 12.
60 Banncs 2. 2. q. 64. art. 8. 4. p. dub. 1. & ibi Salon 4. cõtrouers. Vega in summa, 2. p. c. decimoquinto, casu 2. 9. & 10. & in Espeio de Curas c. 12. nu. 323. P. Ledesma in summa 1. p. tit. de censur. c. 1. & Io. Guttier. can. q. li. 1, c. 3. & dicit satis probabile Arag. d. art. 8. circa finem, dicens etiam nostram sententiam satis probabilem, & nouissime sequitur Nunno 3. par. in expositionem Bullæ Cruciatæ, §. vlt. & *Salas de leg. disput. 15 sect. 1, num. 16. referendo Sairum libro 3 capit. 9. numero 14.*

## *De corpore vitiatis. Cap. XII.*

### SVMMARIA.

*OPortet etiam promouendos ad beneficia non esse corpore vitiatos, nam & ij sunt irregulares, nu. 1. De qua irregularitate, seu inhabilitate ex vitio, seu defectu corporali, qui sunt videndi, numero secundo.*

*Non solum ad sacros ordines, & beneficia, quæ sacrum ordinem requirunt, sed nec ad minores ordines, & primam tõsuram, & consequenter nec ad vllum beneficium, promoueri possunt, qui corpore insigniter deformati sunt, ita vt sine notabili horrore aut scandalo ministri Ecclesiastici esse non possint, aut sibi abscinderunt membrum, aut partem membri, numero 3. Nam isti simpliciter & absolute sunt irregulares, num. 4.*

*Quod dictum est de abscindente sibi partem membri, quod sit irregularis, procedat etiamsi non sit notoria eius culpa, nu. 5. Quamuis contrarium teneant Hostien. & alij, nu. 6.*

*Non sunt irregulares, qui non sua sponte, sed casu, aut incunabulis, aut per vim, aut propter agritudinem sexti sunt, num. 7. Nisi id sua culpa acciderit, quia dabat operam rei illicitæ, vt in adulterio, cui a marito, vel à iudice sunt abscissa virilia, quem esse irregularem tenet communis, nu. 8. Sed contrarium tenent alij, nu. 9.*

*Ista sententia videtur verior, nam licet maneat irregularis, qui aliàs dans operam rei illicitæ, membrum casu perdidit, sicut dans operam rei illicitæ, ex qua mors alicuius secuta est, tamen id procedit, quando dedit operam rei illicitæ, exponendo se tali periculo, seu ex suo genere periculosæ & inductiuæ homicidij, valui periculosæ, clerico prohibitæ, nu. 10. & 11. & sic ille adulter non videtur manere irregularis, nisi forte temere accessit ad vxorem alterius, & sine sufficienti cautela moraliter exponens se tali periculo, n. 12.*

*Ista resolutio est vera, etiam iuxta sententiam Toleti circa irregularitatem ex homicidio casuali positam, num. 13. & 14. Quæ videtur bona cum additione posita, nu. 15.*

*Istis consonare videtur dictum Manu. Rodr. esse irregularem eum qui cognouit carnaliter mulierem habentem morbum Gallicum, ex cuius contagio amisit membrum, nisi ignoranter etiam cognouisset, quam sanam putabat, num. 16. Quæ tamen sententia videtur nimis dura, nu. 17.*

*Vitium, seu defectus corporis absque culpa proueniens impedimentum præstans executioni alicuius actus, seu officij ordinis propter impotentiam, seu debilitatem vel insignem deformitatem, licet quoad ordines suscipiendos absolute irregularitatem inducat, tamen quantum ad susceptos non reddit quem ex toto irregularem, sed solum quoad illũ actũ, seu officium ordinis, ad quem est inhabilis, nu. 18. Et sic eiqui sine sua culpa incidit in irregularitatem, qua nascitur ex defectu ad vsum vnius ordinis, & nõ alius iã suscepti, potest dari beneficiũ non requirens maiorem vsum, num. 19.*

*Ita laborans morbo caduco, aut sinistri oculi infirmitate aut capitis morbo non est inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia, licet secus in beneficijs requirentibus ordinem sacrũ & ægrotus morbo impediente vsum ordinis est irregularis ad beneficium curatum de nouo suscipiendum, non ad simplex, num. vigesimo.*

*Clerico incidenti in cæcitatem non potest conferri beneficium. num. 21,*

*An qui patitur vitium, seu defectum corporis celebrationem impediens tantum, vel qui caret vsu oculi cauonis, vel pollice, &c. ESto ob id impediatur à sacerdotio suscipiendo, possit nihilominus promoueri ad diaconatum, & alios inferiores ordines, ad quorum actuum executionem non habet impedimentum, a nu. 22. cum seqq. Resolutur negatiue, & nu. 30. ponitur decisio Rotæ.*

*Doctrinæ Nauarri de eo, qui vinum non potest bibere, quin euomat, quod licet sit irregularis ad presbyteratum, possit promoueri ad ordines minores, & etiam ad diaconatum, & subdiaconatum, à num. 24. & 5. seqq. Respondetur, contrarium esse verius, num. 31. & 32. Et quidquid in eo esset,*

*eſſet, tamen in corpore vitiatis aliud dicendum eſſet, ex quo ſunt abſolutè irregulares, num. 33.*

1 SImiliter etiam eadem ratione oportet † promouendos ad beneficia non eſſe corpore vitiatos, nã 2 & ij ſunt irregulares, De † qua irregularitate, ſeu inhabilitate ex vitio, ſeu defectu corporali vltra titulũ de corpore vitiatis, & de clerico ægrotante, & in decreto 55. diſtinct. & ibi Ordinarios, videndi ſunt Hoſtien. in ſumm. tit. de corpore vitiatis. Alber. Trocius de vero & perfecto clerico. lib. 2. c. 16. Villadiego de irregularitat. c. 11. de corpore vitiat. Borgaſ. eod. tr. & tit. Marolus lib. 1. c. 14. cum ſeqq. vſque ad 26. & lib. 2. c. 16. & 18. cum ſeqq. Bertach. de Epiſc. 2. lib. q. 24. & 1. p. eiuſdem 56. & 57. diſtinct. & 3. lib. vltima par. 7. quæſt. P. à Baſilio in director. electionũ, 2. par. c. 18. & 19. Corraſ. de benefic. 3. p. ca. 6. Duaren. libro 4. cap. 3. & 4. Couarru. in Clemen. ſi furioſus, 1. p. initio ☐ num. 5. Plaça de delict. c. 24. & 25. Rebuffus in praxi, tit. de diſpenſatione cum corpore vitiatis, Mandoſ. de ſignatura gratiæ, eodem titulo, Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 26. & in additione, Salzed. in pract. Bernardi Diaz, c. 17. Quintanaduẽnas Eccleſiaſticon, lib. 1. cap. 6. à num. 3. Vgolinus de irregularitate, ex cap. 46. ad 55. Dominus Antonius in ſumma, 3. par. tit. 29. cap. 5. Soto de iuſt. & iur. libro 4. q. 2. artic. 1. & ☐ 4. diſtin. vigeſimaquinta quæſt. 1. art. 3. Aragon. 2. 2. q. 65. art. 1. & ibidem Salon. 4. controuerſia. Valentia 4. tomo diſput. ſeptima quæſt. 19. puncto 3. de ſecunda ſpecie irregularitatis. Suarez 5. tomo diſput. 51. Felicianus de cẽſuris, tit. de irregularit. c. 6. Sairus eodem tract. libro 6. c. 78. & 79. Angelus Sylueſt. Roſellus, Tabiena, & Armilla, verb. corporis vitiatus, Nauarr. in manuali, cap. vigeſimoſeptimo ex numero 198. & nu. 249. verſ. ſexto, quod, ſeu numero 251. Bernat, in ſumma, cap. 35. ex numero 12. Zechus de caſibus reſeruatis & cenſuris, caſu 1. de irregularitate ex nu. 129. Iacobus de Graff. in deciſionibus aureis caſuũ conſcientiæ. libro quarto capite 27. ex numero 36. Summa corona 3. par. capit. de irregularitate, num. quarto, Henriquez in ſumma, libro 14. cap. octauo, Ludouicus Lopez inſtructorio conſcientiæ, 2. to. 2. p. c. 23. Man. Rodriguez in ſumm. 1. tom. ca. 158. & quæſtionum regul. 1. to. q. 24. ar. 5. Llamas 1. p. methodi c. 12. à §. 4. & Toletus in ſumma, lib. 1. cap. 63. Auila de cenſuris 7. part. diſput. 3. Do. Carillo in itinerario ordinandor. ſect. 2. cap. 3. Molina de iuſtitia tractat. 3. diſp. 70.

3 Et reſolutiue dicendum eſt primo, † quod non ſolum ad ſacros ordines, & beneficia, quæ ſacrum ordinem requirunt, vt inquit Corraſ. d. cap. 9. num. 5. Sed nec ad minores, & primam tonſuram, & conſequenter nec ad vllum beneficium promoueri poſſunt, qui corpore inſigniter deformati ſunt, ita vt ſine notabili horrore, aut ſcandalo, miniſtri Eccleſiaſtici eſſe non poſſunt, aut ſibi ſua ſponte ferrum iniecerunt, abſcindendo membrum, aut partem 4 membri. nam † illi ſimpliciter & abſolute ſunt irregulares, cap. 1. cap. pœnitentes, cap. ſi quis. 1. cap. hi qui, capite qui partem. cap. latpr. cum alijs. 55. diſtin. cap. 1. cum ſeqq. de corpore vitiatis, & Doctores citati, & Lamber. de iure patronat. 1. par. 2. libr. q. 7. art. 12. nu. 1. abſolute dicit, corpore vitiatos non poſſe promoueri ad ordines, vt in tit. de corpore vitiatis. per totum, & ſic non poſſe habere beneficia, & num. 4. concludit, corpore vitiatum non valentẽ promoueri ad ordines, non poſſe præſentari, Azor inſtit. moral. 2. par. lib. 6. c. 4. qu. 23. Et † id, quod dictum eſt de abſcindente ſibi partem membri, quod fit irregularis, procedit etiamſi non ſit notoria eius culpa gloſſ. in cap. fin. de corpore vitiatis. Villadiego ſupra & rectè Toletus dicto cap. 93. vltima regula. Molina ſupra numer. 16. & ſequ. & diſputat. 67. num. 8. & videtur tenere Summa Corona ſup. Suarez ſectione 2. numero 6. & 8. & Sairus dict. cap. 7. n. 12. nam tex. in dict. cap. qui partem, & in dict. cap. 1. de corpore vitiatis, non fundantur in notorietate culpæ & delicti, ſed in exceſſu & ſæuitia, quam in ſe 6 exercuit. Quamuis † in hoc contrarium, nempe, requiri notoriam culpam quando totum membrum non eſt abſciſſum, tenent Hoſtien, Cardin. Butr. & Abbas in d. cap. fin. Sylueſt. quæſt. 4. Couarr. Plaça dicto cap. 24. numer. 13. Nauar. dict. numero 198. Vgolin. cap. 51. numero 7. & 52. numero 5. Graf. nu. 41. Henriquez dict. capitulo 8. §. 4. & cap. 19. eiuſdem libri §. 4. Ludouic. Lopez. Auila dub. 1. & alij, ſupra & Valen. qui etiam id dicit in abſcindente ſibi membrum non impediens vſum ordinum, ſed ſine fundamento. Non † tamen ſunt irregulares, qui 7 non ſua ſponte, ſed caſu, aut incunabilis, aut per vim, ſeu inſidias hominum, aut propter ægritudinẽ ſecti ſunt, cap. ex p. 1. & 2. & cap. fin. de corpore vitiatis, capitulo qui partem capitulo eunuchus. capitulo ſi quis à medicis. c. ſi quis pro ægritudine & cap. præcepta. §. 1, 55. dict. & docent authores citati, 8 niſi † id ſua culpa acciderit, quia dabat operam rei illicitæ, arg. c. cõtinebatur, & c. dilectus & c. ex literis. 2. de homicid. vt in adultero, cui à marito mulieris cum qua fuit deprehenſus, vel à iudice in pœnam ſunt abſciſſa virilia, quem eſſe irregularẽ tenet Hoſtien. ſupra, & communis, quam refert & ſequitur Nauar. dict. nu. 198. Villadiego, Couar. Plaça, Salzedo, Vgolinus, c. 51. 3. Syluester, Armilla, Candelabrum, Graf. Lud. Lopez. Manuel Rodr. Suar. ſect. 2. nu. 8. Sairus dict. cap. 7. n. 12. & 13. Auila & alij, ſup. Molina d. diſp. 70. num. 18.

9 Contrarium vero † tenet Henriquez dict. c. 8. §. 4. & c. 3. §. 4. & c. 10. §. 4. dicens recentiores tenere cõtra Nauarrum, contra quem etiam tenuit P. Gabr. Vazq. in materia de irregularitate.

10 Quæ ſententia videtur verior, nam licet † maneat irregularis, qui alias dans operam rei illicitæ membrum caſu perdidit, vt tenent dicti authores, argument. dictorum iurium. ex quibus dans operam rei illicitæ, ex qua mors alicuius ſecuta eſt etiam præter eius intentionem, eſt irregularis, vt ibi tenent Doctores communiter, Syluester, de Homicidio §. 2.

11 Tamen † id intelligitur, quando dabit operam rei illicitæ, exponendo ſe tali periculo, ſeu ex ſuo genere periculoſæ & inductiuæ homicidij, vel vti periculoſæ clerico prohibitæ, vt per Ancharanum in cap. finali. de homicidio. in 6. Socin. in capit. ad audientiam. de homicid. Couar. ſupra 2. p. §. 4. numero 10. Sotum. d. lib. 5. quæſtio. 1. articul. 9. Caſtrum de lege pœnali. lib. 2. c. 14. Gorduh. quæſt. lib. 2. q. 26. Medina 1. 2. quæſt. 73. art. 8. Valentia 3. tomo diſputatio. 6. quæſt. 3. puncto 3. & 4. tomo, diſput. 7. q. 19. puncto 3. de quinta ſpecie irregularitatis. Gabrielem Vazq. 1. 2. diſputat. 124. nu. 4. & 5. D. Ioan. Vela de

pœnis

penis delictorum, cap. 15 pagin. 80. Vgol. sup. c. 18. §. 1. & 2. Zerolam in praxi Episc. 1. p. ver. irregularitas. §. 7. Suar. disp. 45 sect. 6. Sairum lib. 7. c. 5. à nu. 12. Vegam. 1. par. summæ, c. 15. casu 17. & in Especio de curas cap. 12. à num. 239. P. Ledesmam in summ. 2. tract. 8. cap. 18. 4. diffic. 14. conclusionis. & Toletum lib. 1. cap. 29. versicul. 2. in impress. Lugdunens. Zumel. 1. 2. quæst. 76. artic. 4. disput. 4. Aulam 7. p. disp. 6. sect. 1. dub. 1. Mol. de iustit. dict. tract. 1. disp. 71. num. 4. disp. 75. num. 2. & 3. & late disp. 77. *& noviſſime Salas 1. 2. tract. 31. diſput. 5. ſect. 16.*

12 Et sic ille adulter † non videtur manere irregularis, nisi forte temere accesſit ad vxorem alterius, & sine sufficienti cautela moraliter exponens se tali periculo, vt in simili casu de adultero, ob cuius causam vxor à marito perditur, tradit Suarez dict. sectione 6. num 7. Licet etiam tunc non esse irregularem, velit Gabriel Vazquez, vt colligitur ex eo, quod tradit alias dicta 1, 2. disp. 100. nu. 45. *& Salas supra ad num. 180.* Et facit etiam quod docet idem Suarez sup. disp. 46. sect. 1. num. 11. & vide Aulam dict. 7. p. disp. 5. sect. 3. dub. 1. in fin. & dub. 3.

13 Et ista resolutio † est vera, etiam iuxta sententiam Toleti dict. lib. 1. cap. 79. seu 82. in editionibus nouissimis, vbi docet, dictam doctrinam Ancharani, Socini, Soti, Couarr. & aliorum non esse absolute probandam, vt pote contra text. canonicos, & communem sententiam, sed distinctione opus esse, aut enim opera illicita causa est immediata homicidij, nempe, per quam occiditur homo, vt quando quis mittens sagittam aut scindēs arborem, aut projciens lapidem, aut quid simile faciens occidit hominem, aut est causa mediata, nimirum, quando aliquid fecit, vnde mors hominis aliunde euenit, vt qui commisit adulterium, propter quod adultera occisa est à marito, aut protulit verbum iniuriosum, propter quod iniuria affectus se occidit, aut induxit alterum ad rixam, in qua occisus est ab aduersario. In primo casu ait, quomodocunque sit illicita, & prohibita opera, facit hominem irregularem, etiam præmissa omni diligentia, dict. cap. dilectus. & dict. cap. ex literis. à contrario sensu, Hostien. Panor. & Anania ibi, in secundo casu, distinguit aut erat periculosa in se, vel ex circumstantia aliqua, vel consuetudine, aut non: si erat periculosa inducit irregularitatem, si non adhibita sit diligentia: si vero non erat periculosa, non inducit irregularitatem.

14 Et † ita ait de eo, qui commisit adulterium, aut stuprum, propter quod occisa est à marito, vel parentibus fœminā, quod non erit irregularis, nisi quando periculum aliquod imminebat, vt quia erāt fœminæ nobiles, vel maritus, aut parentes tales, de quibus præsumi poterat, eos scire posse, & scientes occisuros. Et ait confirmari ex cap. fin. de homicidio in 6. Quæ

15 † doctrina videtur bona, & menti iurium conformis. Addendum est tamen, quod vbi opera illicita est vti periculosa clericis prohibita, tunc si ex ea sequitur mors, erit indistincte irregularis, quantacunque diligentia sit adhibita, vt in casu cap. tua nos. de homicid. & recte tradit Couarr. & alij supra, licet id limiter Auila dict. disp. 6. sect. 1. dub. 1, & contra dicat Lorca 2. disp. 33. de peccatis iuxta quæ videtur accipienda dicta declaratio S. Congregationis adducta cap. præced. num. 53.

16 Supradictis consonare † videtur, quod ait Manuel. Rodrig. sup. num. 7. nempe, esse irregularem eum, qui cognouit carnaliter mulierem habentem morbum Gallicum, ex cuius contagio amisit membrum genitale, attento, quod ex hoc id solet succedere, nisi ignoranter eam cognouisset, quam sanam putabat. Quod etiam videtur tenere summa Corona supra ibi: Aut à medicis propter infirmitatem causatam, non ex illicito actu aut sua culpa.

17 Quæ tamen sententia † videtur nimis dura, licet enim ista amissio membri processerit ex dicta copula illicita, tamen ea est causa multum remota ipsius amissionis membri, & sic non videtur causare irregularitatem, Couarr. dict. §. 4. num. 9. in fin. & Ludou. Lopez sup. cap. 27. nam copula est causa contagij, & morbus contagio receptus causa cancerationis, seu putrefactionis membri, cāceratio autem, seu putrefactio est causa amissionis, seu abscissionis illius, maxime, cum iste non peccauerit, nisi contra castitatem, & charitatem, exponendo se periculo talis morbi.

18 Secundo principaliter † dicendum est, quod vitium, seu defectus corporis absque culpa prouenies impedimentum præstans executioni alicuius actus, seu officij ordinis propter impotentiam, seu debilitatem, vel insignem deformitatem, licet quoad ordines suscipiendos absolute irregularitatem inducat, tamen quantum ad susceptos non reddit quem ex toto irregularem, sed solum quoad illum actum, seu officium ordinis, ad quem est inhabilis propter dictam impotentiam, vel debilitatem, aut deformitatem insignem, cap. 2. de clerico ægrotan. & Abbas, Villadiego, Couarr. Salzedo, & Nauarr. num. 200. supra & cons. 6. numer. 1. de ætate & qual. Vgolin. dict. cap. 52. §. 1. num. 2. & cap. 64. §. 1. Graf. & Summa Corona, Henriquez, Lud. Lopez & Man. Rodr. supra & Toletus dict. capit. 57. 1. reg. Suar. d. disp. 51. sect. 1. à num. 9. Sairus d. cap. 7. nu. 7. Auila sup. disp. 2. dub. 6. & disp. 3. dubio 1, Molina nu. 14. & alij supra.

19 Et sic † vt ait Nauar. d. nu. 249. seu 252. ei, qui sine sua culpa incidit in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu, ad vsum vnius ordinis, & non alius iam suscepti, potest dari beneficium non requirens maiorem vsum. Et consequenter in casu d. cap. 2. ei qui duos digitos, & dimidium palmæ amisit sine sua culpa, posset conferri beneficium non requirens celebrationem, non autem requirens illam, & sic posset illi conferri beneficium simplex sequitur Vgol. cap. 65. §. 1. num. 4. Cosm. Philiar. 1. par. lib. 4. cap. 6. ad finem. Henriq. lib. 13. cap. 14. §. 1. in gl. lit. F. & cap. 56. §. 1. gl. lit. E. & lib. 14. cap. 2. §. 5. gl. lit. E. Tolet. sup. 4. reg. & Sair. lib. 6. cap. 2. num. 33. & Less. de iust. & iu. lib. 2. cap. 34. nu. 121. Auila d. dub. Et

20 † in vna Tullen. canonicatus, & prebendæ de anno 1551. fuit per Rotam resolutū, quod laborans morbo caduco non fit inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia, quia non est delictum licet secus in beneficijs requirentibus ordinem scil. sacrum. vt per Caputaquen. decis. 236. par. 2, Concordat Azor d. l. 6. 2. par. cap. 2. quæst. 14. vbi ait, eum, qui postquam legitime primam tonsuram suscepit, sinistri oculi infirmitate, aut capitis morbo ita laborat, vt ad sacros ordines promoueri non possit, posse beneficiū simplex obtinere, dummodo deformitatem non afferat talis morbus, & Suar. d. sect. 2. nu. 18. ait, quod

ægrotus

ægrotus morbo impediente vſum ordinis, eſt irregularis ad beneficium curatum de nouo ſuſcipiendum, ad ſimplex non ita ſi iam ſit clericus, vt inde
21 ſuſtentetur. Verum † clerico incidenti in cœcitatẽ, non videtur poſſe cõferri beneficium etiam ſimplex nam cæcus eſt incapax, quia preces Canonicas recitare nequit Leſſius d.c.34.nu.130.

22 Sed eſt difficultas † an qui patitur vitium, ſeu defectum corporis celebrationem impediens tantum, vt in caſu dicti cap. 2. vel qui caret viſu oculi canonis abſque deformatione tamen, vel pollice, &cet. eſto ob id impediatur à ſacerdotio ſuſcipiendo, iuxta dicta, poſſit nihilominus promoueri ad diaconatum, & alios inferiores ordines, ad quorum actuum executionem non habet ob id impedimentum aliquod conſiderabile.

23 Et videtur † poſſe ad illos promoueri, & conſequẽter obtinere beneficium non requirens alium ordinem, præter illos, nam cum ad executionem actuũ illorum ordinum non adſit vllum impedimentum, nec debilitatis, aut deformitatis inſignis, vt ſupponitur, non eſt cur ad illos irregularis cenſendus ſit, quod videtur tenere Valentia ſupra, ait enim defectum alicuius membri, qui efficit irregularem reſpectu inferioris ordinis, conſequenter etiam efficere irregularem reſpectu ſuperioris, cum non poſſit ſuperior ordo ſine inferiori ſuſcipi, ſed non è contrario. Et idem videbatur tenere Sairus d. ca.7.num.8. qui tamen id inuoluit, nec poteſt ſatis percipi eius ſententia.

24 Et facit quod docet † Nauar.d.c.27.num.204.de eo qui vinum non poteſt bibere, quin euomat, quod licet ſit irregularis ad Presbyteratus ordine, non videt tamen, cur is non poſſit promoueri ad ordines minores, ſequuntur Felicia. Valen. & Ludou. Lopez ſup.

25 Et quamuis Nauarr. tantum † exprimat ad Ordines minores, tamen eadem ratio videtur in proposito de ordine Diaconatus, & Subdiaconatus, & ita Henriquez dict.cap.8. §. 7. expreſſe dicit, iſtum non prohiberi initiari etiam diaconatu, cum Maiolo lib. ſecundo cap.25. numero 2. qui id videtur ſentire tantum.

26 Quamuis † Manuel Rodrig. ſup.cap.158.nu.11. & 12. dicat iſtum, qui vinum non poteſt bibere, poſſe ſine diſpenſatione promoueri ad ordines minores quia iſti non ſolent recipi tam proximè reſpectu ordinis ſacerdotalis, ſiut Diaconatus, & Subdiaconatus, & ſic ad illos non poſſe promoueri ſine diſpenſatione Papæ.

27 Quæ tamen ratio † non videtur concludens, nam bene poteſt recipi ordo Diaconatus, & ſubdiaconatus ſine reſpectu ordinis ſacerdotalis recipiendi, qui inter eos non eſt neceſſaria actualis connexio, vt patet in primitiua Eccleſia, in qua diaconatus & ſubdiaconatus recipiebantur ſine reſpectu ordinis ſacerdotalis ad permanendum & miniſtrandum in illis, & hodie in Cardinalis diaconis.

28 Nihilominus tamen † in propoſita difficultate contrarium ſentire videntur Doctores ſupra citati, & particulariter Suarez dict.ſect.2.num.11.& 15.& diſp. 40.ſect.3.num.25. & expreſſe tenent Vgolin. d.cap.52.§.1.nu.4.& d.c.64.in prin.n.4.& Tolet.d. c.57.1. & 4.reg.

29 Quod videtur † verius exc.non confidat.50. diſtin. vbi abſolute prohibet Gelaſius Papa, corpore 30 vitiatos diuinis applicare miniſterijs. Et † ita tenuit Rota in vna Romana penſion 5.3.Iunij.1583.corã Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, vt in ſequenti deciſione, in qua alij plures pro ea citantur. Dubitatum fuit, an D. Petrus eſſet inhabilis ad ſuſcipiẽdum clericatum, propter vitium, ſeu effoſſionem oculi. Et quidem Domini, qui ipſum viderũt, iudicabant erutum eſſe oculum, aut ſaltim eam partẽ, quæ pupilla dicitur, per quam transfunditur ſpiritus viſorius, omnino effoſſam eſſe, ita vt non poſſet dici, habere maculam in oculo, vt loquuntur Summiſtæ, ſed potius dicendum ſit, carere oculo, cum ea parte, in qua ineſt videndi facultas, careat: quo ſuppoſito fuit itum in eam ſententiam non potuiſſe ſine diſpẽſatione ad clericalem tonſuram promoueri, & adeſſe authoritates in ſpecie, non ſolum de presbyteratu, ſed etiam de clericatu loquentes. Propoſitus in capitulo fin.55.diſt.verſ. oppono. quoddmo Geminian.& Turrecrem. ibid. Et licet Bellamera in cap. de gradibus 35. q. 8. dicat quod iura loquentia de hac prohibitione, loquuntur reſpectu presbyteratus & ſacrorum ordinum, non autem reſpectu promotionis ad beneficia, tamen prohibitionem hanc generaliter inductam eſſe negare non poſſumus, nẽpe à Gelaſio in c. non confidat. 50. diſt. vbi vetat corpore vitiatos diuinis applicari miniſterijs, & in confeſſo eſt eum, qui admittitur ad clericalem tõſuram diuinis applicari miniſterijs. Et illum textum generaliter intelligunt Præpoſitus, Geminianus, & Turrecremata, dicentes, ex huiuſmodi corporis vitio contrahi irregularitatem; & hinc ſequitur impedire non ſolum maiores ordines, ſed etiam minores, & clericatum, Summiſtæ in verb. irregularitas. Præterea, caſus propoſitus per Bellameram eſt valde diuerſus à noſtro, agit enim de eo, qui habebat maculam in oculo, quæ viſum imnediebat, ſeu inducebat magnam deformitatem, nec generabat ſcandalum in populo: & tamen etiam hoc caſu requirit diſpenſationem Epiſcopi. Præterea, quamuis DD. cõmuniter in c. Thomas de corpore vitiatis, tradãt, quod vt vitium corporis repellat à promotione, requiritur, vt ſit tale vitium, quod ſcandalum generet in ſolemniter celebrante, vel in actu ſolemniter celebrandi, vt poſt Butrium in c.1. & in d.ca. Thomas, tradit P. Baiſio in directorio elect.c.19.2.p. & B. Ant. in tr. de irregularit.c.5. tamen non videtur tutum in caſu propoſito dicere, quod vitium non ſit tale, quod nõ inducat magnam deformitatem, & non ſit aptum generare ſcandalum, maximè cum Doctores paſſim hanc diſtinctionem adhibeant in quibuſdam vitijs albuginum, & macularũ, non autem effuſionis oculi, vel mutilationis membri, vt videre eſt ex his, quæ tradunt præfati Doctores, & Panormus de viſitat.q.6. 2.p.nu.21.& in hoc caſu verſatur arbitrium iudicis, non autem in mutilatione, vt colligitur ex traditis per Menoch qui alios citat de arbitr.caſu 226. longe enim differunt huiuſmodi vitia à mutilationibus. & quantum, cum ſex, vel 7. legib. ſeqq. de edil. edict. Hinc inferebatur, neceſſarium fuiſſe hoc caſu diſpẽſationem Papæ, vt tradunt ſupradicti Dd. in d. cap. non confidat. & Bellamera in d. c. de gradib. col. 1. Specul. de diſpenſatio. §. iuxta, num. 3. & 61. cum ſimus in mutilatione. Et facit cap. primo de re iudicata in 6. & ibi Archidiac. Mallis in verb. diſpenſare,

Ioan.

Ioan. Andr. in cap. primo de corpore uitiatis. Et secundum istam distinctionem sunt intelligendi moderni, qui tradunt in nõnullis vitijs & deformitatibus non requiri Papæ dispensationem, quia procedit in leuibus vitijs, & debilitatibus, non autem in membrorum principalium mutilationibus: vel quãdo quis dispensatur, vt iam susceptis ordinibus ministret, quod facilius permittitur, & ita procedit textus in cap. 1. & 2. de corpore vitiatis. & cap. quicumque 50. dist. Sed dato etiam, quod in casu isto non requireretur dispensatio Papæ, seu sufficeret dispensatio Ordinarij, vtique clericatus non potest sustineri, quia non reperitur dispensatus cum causæ cognitione, prout requiritur in Episcopo, Speciale enim est in Papa, vt scienter gratiam faciens inhabili, censeatur cum eo dispensare, Speculd. de dispens. §. qualiter, n. 2. 3. & 4. Abbas in c. cum in cunctis, §. inferiora. nu. 8. de elect. & ibi Dec. nu. 8. Et ita conclusum pro inualiditate clericatus.

31 Nec obstat dicta †doctrina Nauarri, de eo, qui vinum non potest bibere, nam cõtra eum tenet Toletus dict. capit. 57. 1. regu. dicens, non esse probandam eius sententiam, nam longè aliud est cum ordinato, siue cum ante promotionem superuenit defectus, & cum post promotionem; si enim ante promotionem defectus est, ad nullos debet promouere: quia omnes homines ordinantur ad sacramentũ altaris, ad quod ille inhabilis est, iã vero ordinatus toleratur in susceptis, ad quos habilis est, & sine deformitate, aut scandalo potest exercere, vt colligitur ex d. capit. 1. de clerico ægrotante, & ibi Panorm. & est communis sententia. Ita Toletus. Et

32 †ad id quod diximus, quod inter sacerdotium, & alios ordines inferiores non sit necessaria actualis connexio, potest dici, requiri nihilominus habilitatem, & capacitatem ad sacerdotium, ad quod reliqui ordinantur.

33 Præterea respondetur, †quod quidquid esset in eo, qui vinum non potest bibere, tamen in corpore vitiatis aliud dicendum esset, ex quo sunt absolute irregulares, vt in d. c. non confidat.

## *Quod non sit excommunicatus. Cap. XIII.*

### SVMMARIA.

*OPortet eum, cui de beneficio prouidetur, non esse aliqua censura ligatum, num. 1. Quæ secundum Canonistas triplex est, excommunicatio, suspensio, & interdictum, num. 2.*

*Imprimis oportet, quod non sit excommunicatus, nam excommunicato beneficia conferri non possunt. nu. 3. Et collatio excommunicato facta de iure est nulla, num. 4. Etiamsi sit facta motu proprio. nu. 5. Et ideo non præstat titulum coloratum, & sic possessio illius non est restituibilis, constando ex actis, quod collatio fuit facta excommunicato, nu. 6. Licet secus ad effectum regulæ de triennali. n. 7.*

*Non conualescit collatio per sequentem absolutionem n. 8.*

*Prædicta doctrina procedit etiam in collatione facta excommunicato occulto, & ignoranti etiam probabiliter, & inuincibiliter se esse excommunicatum, nam adhuc collatio est nulla. nu. 9.*

*Secundo procedit etiam in foro conscientiæ, in qua beneficium excommunicato collatum ab ipso retineri non potest, num. 10.*

*Tertio procedit etiamsi excommunicatio sit iniusta contra Suarez 11. & 12. quamuis secus excommunicatio sit nulla, num. 13.*

*Quarto procedit etiam in electione, & præsentatione, seu nominatione, nu. 14.*

*Quinto procedit etiam in permutatione beneficiorum facta per excommunicatum, quæ non valet num. 15. & 16. Sed quamuis non valeat quoad excommunicatum, tenet tamẽ quoad non excommunicatum compermutantem, num. 17. Et non valet collatio facta excommunicato ex causa permutationis quamuis tempore resignationis, & admissionis, non esset excommunicatus, num. 18. E conuerso, si tempore collationis non erat excommunicatus, valebit collatio, & permutatio, quamuis tempore resignationis, & admissionis ordinarij esset excommunicatus, num. 19. Quamuis si fieret coram Papa seu Legato resignatio etiam ex causa permutationis in fauorem excommunicati, sine absolutione ad effectum, quæ dari solet, non valeret admissio in fauorẽ illius, num. 20.*

*Caput. 1. de rescriptis in sexto, vbi quod non valet gratia, seu rescriptum impetratum ab excommunicato, non habet locum in gratijs concessis ab Ordinario, nu. 27.*

*Sexto procedit non solum in quibusuis beneficijs Ecclesiasticis, sed etiam in quacumque dignitate, & officio Ecclesiastico, etiam temporali, habente vsum iurisdictionis, seu ordines. num. 22. Nam horum est incapax excommunicatus, quia est incapax vsus iurisdictionis, & ordinis, ad quem ordinatur, num. 23. Et idem est eadem ratione in Dignitatibus, seu officijs non Ecclesiasticis habentibus iurisdictionem, nã etiam horum collatio facta excommunicato, seu electio est nulla, contra Suarez numero 24 & 25. Licet secus, vbi obuenient successione, seu ratione honorum, vel maioratus. num. 26.*

*Septimo procedit etiam in excommunicato minori excommunicatione, nam collatio, electio, seu præsentatio illi facta, est nulla. num. 27. Etiamsi electores, vel collatores eum excommunicatum probabiliter ignorarent. num. 28. Quãuis alij aliter teneant, à nu. 29. vbi respondetur c. fi. de cler. excom. ibi, scienter, nu. 30. & 3. seqq.*

*Octauo procedit etiam in pensione, nu. 34.*

*Limitatur dicta doctrina primo, vt non procedat in beneficij iam collati, vel sub sua expectatiua cadentis acceptatione facta ab excommunicato, quæ valida est. num. 35. & ratio est, quod acceptatio ius titulumque non tribuat, sed potius ad factum, quam ad ius pertineat. num. 36. Beneficium tamen acceptatum vigore expectatiuæ non potest ei conferri ante absolutionem, sed collatio suspendetur. num. 37. Et respondetur difficultati, quam mouet Couarruuias, quod acceptatio beneficij iam collati iuris in re acquisitionem inducere videtur, à nu. 38. Et iuxta dicta accipiendus Caietanus. nu. 39. & 3. seqq.*

*Si collatio fiat excommunicato, qui eam acceptauit, ablata excommunicatione, non valebit. nu. 43.*

*Improbatur quod ait P. Ledesma, & alij, excommunicatum acceptantem collationem beneficij, seu electionem, peccare nihilominus mortaliter, & satisfit eorum rationi. num. 44. & 45. & seqq.*

*Quando excommunicatus peccaret acceptando coram alijs, cum quibus communicare non posset, propter communicationem cum illis solum esset peccatum venuale nu. 47.*

*An excommunicatus possit optare, à nu. 48. vbi resoluitur, quod poterit optare, quando non mutatur titulus, sed optio fit tantum quoad prebendam temporalem, etiam si esset notorius excommunicatus, seu denuntiatus & extra Kalendarium, & communionẽ Ecclesiæ, vbi vero mutatur titulus,*

*lus, & debet fieri noua collatio beneficii, poterit optare, id eſt, declarare ſuã voluntatẽ ad optionẽ ſeu illã acceptare, nõ tamẽ ſibi facere prouideri de beneficio optato. ſed tũc differri debet prouiſio, donec ſit abſolutus. num. 49. & 3. ſeqq.*

*Vbi optio ſolum operatur retentionem vnius beneficij, & dimiſſionem alterius, proculdubio valet optio facta ab excommunicato. numer. 53. Et reſpondetur cap. referente. de prebendis. num. 54.*

*Acceſſus, & coadiutoriæ cum futura ſucceſſione. ſi ſunt in forma commiſſaria, nihil refert, quod tempore vacationis beneficij impetrans ſit excommunicatus, modo tempore collationis ſit abſolutus, num. 55. Si vero eſſent in forma gratioſa, ita quod ſuccedente vacatione Papa ex nunc, prout ex tunc confert, & valet collatio, & prouiſio facta per Papam, etiam ſi tempore vacationis impetrans eſſet excommunicatus à num. 56. & ſeq. Et conducit deciſio Gamburi adducta. num. 58.*

*Secundo limitatur prædicta doctrina, vt non procedat in prouiſione facta in fauorem excommunicati à Papa, vel Legato, cum clauſula abſolutionis à cenſuris ad effectum gratiæ conſequendum in literis Apoſtolicis apponi ſolita. num. 59. & 60. vbi referuntur agentes de iſta clauſula quę non prodeſt inſordeſcentibus, nec irregulari. num. 61.*

*Cum abſolutio illa, quæ datur in literis, ſit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, excommunicatus, qui impetrauit beneficium in forma commiſſaria, debet abſolui, antequam fiat collatio à cõmiſſario, alias collatio erit nulla. num. 62. nam iſta abſolutio ad effectum operatur impetrationis validitatem, propter cap. 1. de reſcript. in 6. & ſolum prodeſt ad effectum, vt litera ſint validæ: & ſi ſunt in forma commiſſaria ad effectum ſolum, vt valeat mandatum de prouidendo. ſi vero in forma gratioſa, vt valeat prouiſio. num. 63. Et ſi illa abſolutio prodeſſet, vt valeret prouiſio per Commiſſarium, & executorem facienda, prodeſſet etiam quoad cenſuram futuram, num. 64.*

*Impetrans ſic abſolutus ad excommunicatione non poterit celebrare, nec diuinis intereſſe, nec alia facere, cum illa abſolutio ſit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum. num. 65. nec faciet fructus ſuos beneficij ſic collati nu. 66.*

*Per dictam clauſulam. teque à quibuſuis, &c. poſitam in literis Papæ, abſoluitur etiam impetrans ab excommunicationibus, & cenſuris reſeruatis Papæ etiam in Bulla Cœnæ. num. 67. At per dictam clauſulam poſitam in literis Legatorum, ſolum abſoluitur à cenſuris, à quibus ipſe aliàs poterat abſoluere. nu. 68. Sed quamuis hoc de iure verum ſit, videtur Nuntium Hiſpaniæ poſſe per dictam clauſulam abſoluere ad effectum à quibuſcunque cenſuris etiam Papæ reſeruatis, à quibus alias non poſſet abſoluere ex clauſula ſuarum facultatum poſita. num. 69. & 70.*

*An Ordinarij poſſint vti dicta clauſula in ſuis prouiſionibus, nu. 71. vbi reſoluitur affirmatiue, quamuis non ſoleant eam apponere, & per eam tantum poſſint abſoluere ab iis, à quibus aliàs poterant. Facit, quod index poteſt ſuſpendere interdictum ad aliquem effectum, & etiam ceſſationem. numer. 72.*

*Tertio limitatur, vt poſſit quis poſt abſolutionem retinere beneficium tempore excommunicationis collatum, ſi cum eo fuerit diſpenſatum nu. 73. Quæ diſpenſatio ab Epiſcopo fieri poteſt num. 74. Et diſpenſatione facta non requiritur alia collatio. num. 75.*

*Non poterit Epiſcopus diſpenſare vbi beneficium illud conferre non poteſt. num. 76. Et ideo vbi collatio, electio, ſeu præſentatio ad alium ſpectat, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, niſi illo conſentiente. nu. 77. Et vbi Papa beneficium prouidit, non poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare, quia beneficium manet affectum num. 78.*

*Non poteſt etiam. aſpenſare Epiſcopus, qui ſcienter huic beneficium contulit num. 79. Sed contrarium tenetur cum Suarez, quia non eſt priuatus poteſtate illud iterum conferendi. Nam cap in cunctis § final. de electione, habet locum ſolum in defectibus ibi expreſſis, & non in alio ſaltim de ſe temporali & facile mobili, contra Sayrum & alios, à nu. 80. & 6. nu. ſeqq. Et facit conſilium Nauarri, quod Epiſcopus authoritate Concilij cap. 6. ſeſſion. 24. poteſt diſpenſare in irregularitate deſcendente ex delicto occulto, & ipſo ſciente, etiam de conſenſu & mandato eius facto, num. 87.*

*Non poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare, vbi quis ſcienter intruſus eſt in beneficio ſibi excommunicato collato propter inhabilitatem ex intruſione contractam num. 88.*

*Quarto & vltimo limitatur prædicta, doctrina vt non procedat in poſſeſſione beneficij capta ab excommunicato, quæ valida eſt. num. 89.*

DEnique oportet eum, cui de beneficio prouidetur, † non eſſe aliqua cenſura ligatum, ſeu irretitum, Cechus de Republica Eccleſiaſtica. cap. beneficiatis num. 3. verſ. 6. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 22. & Açor. inſtit. mor. 2. p. lib 6. cap. 7. q. 2. Quæ † ſecundum canoniſtas triplex eſt, ſcil. excom. ſuſpenſio, & interdictum tantum, ex c. quærenti. de verb. ſignificat. Lamber. de iure patron. 1. p. 2. lib. 9. art. 3. num. 3. Vgolin. de cenſuris. tab. 1. cap. 26. Nauar. in man. cap. 27. num. 1. Leo in theſ. fo. Eccleſ. cap. 39. & 40. num. 1. Suarez Theologus de cenſuris 3. tom. de cenſuris. diſp. 1. ſect. 3. recte Auila de cenſuris. 1. p. dub. 5. Acoſta de Andrada ad bullam cruciatæ. 48.

Et in primis oportet, † quod non ſit excommunicatus, nam excommunicato beneficia conferri non poſſunt. cap. poſtulatis. de Clerico excommunicato miniſtrante. Quod † adeo verum eſt, vt collatio excommunicato facta de iure ſit nulla, vt in d. cap. & ibi Doct. Selua de benef. 3. par. quæſt. 4. Caputaquen. deciſ. 305. par. 2. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4. q. 3. a nu. 44. & l. 5. q. 6. à num. 77. Doct. Frechilla de excom. art. 5. 2. par. num. 6. & 10. Cardin. Toletus in ſum. lib. 1. cap. 13. in editione Rom. & Sayrus de cenſuris, lib. 2. c. 5. num. 1. & alij. Etiam ſi facta † ſit non motu proprio Rebuff. in concord. tit. de excommunicatis non vitand. verſ. aduertendũ eſt, Sayrus ibi, nu. 6. & Couar. nu. 2. & Suarez nu. 13. & alij citandi, nu. 9. Et † ideo non præſtat tit. coloratum, & ſic poſſeſſio illius, non eſt reſtituibilis conſtando ex actis, quod collatio fuit facta excommunicato, vt fuit deciſum in vna Conchen. Capellaniæ de anno 1547. vt per Puteum deciſ. 78. lib. 3. Exiſtimo † tamen ſecus eſſe dicendum ad effectum reg. de triennali, cum in ea excipiantur tantum ſimoniacus, & intruſus in beneficio reſeruato in corpore iuris, Rebuff. de pacificis poſſeſſor. nu. 253. alias 205. & in rep. d. c. poſtulaſtis. in gloſſ. verb. retinere. nu. 69. contrarium velit, contra quem ex Sarmen. in d. reg. de triennali quæſt. 27. & 28. tenet in terminis Nauarr. in cap. ſi quando de reſcript. exceptione 10. num. 9.

Nec conualeſcit collatio † per ſequentem abſolutionem, Rebuff. d. verſ. aduertendum eſt. Corraſ. de benef. 4. par. c. 1. nu. 13. Sayrus ſup. nu. 7. Vega in Eſpeio de cenſuras, c. 12. nu. 83. & ſtatim citandi.

Et prædicta doctrina † procedit etiam in collatione facta excommunicato occulto, & ignoranti, etiã pro-

probabiliter, & inuincibiliter ſe eſſe excommunicatum, nam adhuc collatio eſt nulla glo. Panorm. & communis in capitulo penul. de clerico excommunicato. Rebuf. in repet. d. cap. poſtulaſtis. 2. notab. & conſ. 53. Caſſad. deciſ. 1. de præben. Puteus 67. lib. 1. Mandoſ. de ſignatura gratiæ. tit. de proviſion. verſ. clauſula, & cum abſolutione, Couarr. in c. alma mater. 1. p. §. 7. Nauar. in man. c. 27. nu. 21. & 271. verſ. 8. quod aliàs num. 273. & in conſ. 13. nu. 4. de clerico excommunicato. Salzedo in pract. Bernardi Diaz c. 33. addit. 1. Cæſar de Graſſis deciſ. 119. n. 12. Frechilla ſup. Vgol. de Cenſur. tab. 2. c. 13. numero 2. & §. 1. Coſm. Philiar. de officio Sacerd. 1. p. lib. 3. c. 12. Enriq. in ſum. lib. 13. c. 3. §. 3. & c. 13. §. 1. Lud. Lop. inſtr. conſcient. 2. to. 2. p. c. 17. Man. Rod. in ſum. 1. to. c. 29. n. 5. Vega 1. p. ſummæ c. 36. caſu 15. Toletus ſupra & Sairus n. 8. & 9. & Suarez d. 5. to. diſp. 13. ſect. 1. num. 2. 25. & 30. Auila de cenſuris, 2. p. c. 6. diſp. 5. dub. 2. & Azor d. c. 7. q. 8. *qui latè hoc explicat, & Rota in Calagurr. beneficij de Brantiuilla 8. Iun. 1607. coram D. Sacrato infra adducta num. 61.* Quamuis Nauar. in c. fratres de pœnitentia. diſt. 5. num. 46. dicat, quod impetratio beneficij facta per eum, qui ſe probabiliter ignorabat excommunicatum, tenet ex gl. 2. illius cap. Apoſtolicæ penul. putata ſingulari à Felin. in c. ſicut tuis. col. 2. de ſimon, & probata per Card. in conſ. 40. & dicit probabile Leſſ. ſup. n. 117. ſed cõmunis eſt in contrarium, quam putat veriorem Leſſius ibi, & eam potius tenet d. glo. vt ſup. citauimus, vt conſtat circa medium, ibi: Non credo, quod electio de ipſo facta teneat, &c. Et antea ſolum dicit, quod ignorans ſe excommunicatum non peccat, ſi literas obtinuerit pro beneficio, vel alio negotio, nec qui ipſum eligerent hoc ignorantes.

10 Secundo procedit † etiam in foro conſcient. in quo beneficium excommunic. collatum ab ipſo retineri non poteſt d. cap. poſtulaſtis & ibi Rebuff. in d. gloſſ. verb. retinere, n. 62. Vgol. d. c. 13. §. 5. n. 1. & Sairus num. 21.

11 Tertio procedit † etiamſi excommunicatio ſit iniuſta, Rebuf. d. 2. notab. n. 723. ampliat. Couarr. d. §. 7. n. 7. ad fi. Vgol. d. c. 12. §. 1. n. 1. Enriquez d. lib. 13. c. 14. § 1. in glo. lit. A, & c. 15. § 2. & Sairus n. 10. Cæ-
12 ſar de Graſſis d. deciſ. 191. nu. 19. & 20. Quidquid † Suarez d. 5. to. diſp. 4. ſect. 7. à nu. 26. dicat eſſe validam, donec in iudicio irrita declaretur, & alij Theologi malè tenentes excommunicationem iniuſtam ex parte cauſæ eſſe nullam.

13 Quamuis ſecus † ſi excommunicatio ſit nulla, Rebuff. ibi, & nu. 24. & 29. & d. titul. de excomm. nõ vitan. verſ. 1. fallit, & Couarr. ibi, n. 5. Nauarr. in c. cum contingat. de reſcrip. rem. 6. n. 9. & 11. Cæſar de Graſſis d. dec. 119. Vgo. in d. §. 1. n. 2. Enriq. d. c. 14. §. 1. in tex. & gl. litera A. & d. c. 15. §. 2. in gl. 1. lit. K. Ludo. Lop. d. c. 17. Cuchus d. verſ. 6. Sair. d. nu. 10.

14 Quartò procedit etiam in electione, & præſentatione, ſeu nominatione, Lamb. de iure patron. 1. p. 2. lib. 9. 9. ar. 1. Rebuff. d. 2. notab. n. 43. & 55. ſeu n. 85. & 97. & d. tit. de excommunicat. non vitand. verſ. item electio, & ſeqq. Couar. n. 1. Fla. Pariſ. d. li. 4. q. 3. n. 47. & d. lib. 5. q. 6. nu. 80. & 81. Vgolin. d. c. 13. §. 2. Frechilla à nu. 6. Enriq. Ludo. Lop. Toletus, Sairus à n. 16. ad 19. & Suarez n. 10. vbi ſup. Leſſius n. 116. & Azor d. q. 8. & Auila ſupra.

15 Quinto, procedit etiam † in permutatione beneficiorum facta per excommunicatum, quæ non valet nam permutatione nouum beneficium, nouumque ius acquiritur, cuius eſt incapax excommunicatus, Coſmas in pragm. ſanct. titul. de collatio. §. item inſuper verb. diſponere Rebuff. in d. c. poſtulaſtis, d. 2. notab. n. 74. ſeu nu. 15. & d. tit. de excomm. non vitan. verſic. nec valet etiam & verſ. 8. Couar. ſupr. nu. 2. verſ. 5. Fla. d. lib. 4. q. 3. nu. 45. Vgoli. d. c. 13. §. 2. n. 6. Frechilla ſupra n. 8. Lud. Lop. d. c. 17. Sairus n. 14. & Suarez ſupra nu. 11. dicens reſignationem beneficij in fauorem excommunicati, ſiue ſimplex ſit, ſiue per modum permutationis, inualidam eſſe; &c. & Azor d. quæſt. 8. & Auila ſupra.

16 Et facit † gloſſ. in Clem. 1. de pœnis verb. obtinẽda. quam ibi ſequuntur Card. §. ipſius. q. 3. num. 4. Aechar. nu. 10. Bonifacius nu. 54. & 108. de qua memini infra 11. p. c. 3.

17 Aduerte tamen, quod quamuis † non valeat permutatio, quoad excommunicatum, tenet tamen quoad non excommunicatum compermutantem, Coſmas d. verſ. diſponere, circa fi. Rebuff. d. verſ. nec valet & Frechilla d. nu. 8.

18 Aduerte etiam, quod non valet † collatio facta excommunicato ex cauſa permutationis, quamuis tempore reſignationis & admiſſionis non eſſet ex-
19 communicatus. E conuerſo † ſi tempore collationis non erat excommunicatus, valebit collatio, & permutatio, quamuis tempore reſignationis, & admiſſionis, ordinarij eſſet excommunicatus, nam licet ex reſignatione ex cauſa permutationis facta, & admiſſione illius acquiratur ius compermutanti, vt ſibi fiat collatio beneficij, cap. primo, de rer. permutation. in 6. & clement. prima eodem. tamen id ius non impeditur per excommunicationem, cum non proueniat ex diſpoſitione beneficij facta circa excommunicatum, ſed ex facto ipſius reſignantis ex illa cauſa cum admiſſione ordinarij, & quaſi ex conuentione ipſorum permutantium, licet contrarium videatur velle Suarez d. nu. 11.

20 Quamuis ſi fieret † coram Papa, ſeu Legato reſignato, etiam ex cauſa permutationis in fauorem excommunicati, ſine abſolutione ad effectũ, quæ dari ſolet, non valeret admiſſio in fauorem illius, quia nõ
21 valet gratia, ſeu reſcriptum impetratum ab excommunicato, c. 1. de reſcrip. in 6. Quod † non habet locũ in gratijs conceſſis ab ordinario, Nau. conſ 48. de ſentent. excom. Enriq. d. lib. 13. §. 1. in tex. in fi. & gl. 1. & litera M. & Suarez d. 5. to. diſp. 17. ſect. 1. nu. 2.

22 Sextò, procedit † non ſolum in quibuſuis beneficijs Eccleſiaſticis, quæ conferuntur in titulum, ſed etiam in quacumque dignitate, & officio Eccleſiaſtico etiam temporali habente vſum iuriſdictionis, ſeu ordinis, vt eſt munus Vicarij, Adminiſtratoris, ſeu Gubernatoris Epiſcopatus, Legati, Delegati, vt
23 inquiſitoris. Nam † horum omnium, licet non ſint beneficium, eſt incapax excommunicatus: quia eſt incapax vſus iuriſdictionis, & ordinis, ad quem hæc ordinantur, argu. cap. fi. de clerico excommunicato. & d. cap. poſtulaſtis, in ſui ratione. Felin. in cap. cum dilectus. n. 2. de accuſat. Vgolin. d. c. 13. §. 3. n. 3. & 4. Enriquez d. c. 13. §. 1. Sairus ſupra num. 35. & Suarez d. diſput. 13. ſect. 1. num. 6.

24 Et idem eſt eadem † ratione in dignitatibus, ſeu officijs, non Eccleſiaſticis habentibus iuriſdictionem, nam etiam horum collatio facta excommu-

nicato, ſeu electio eſt nulla cap. venerabilem. de elec-
tio. & ibi notat gl. verb. electus & Dd. Vgoli. d §. 3.
& Enriquez ibi. Toletus, & Sairus nu. 36. ſup. & Auil-
la d. c. 6. diſp. 6. dub. 7. ad fin.

25 Licet contra teneat † in his Suarez diſp. 16. ſect. 2.
nempe non eſſe irritam, ſed irritandam conſequeretur
ad ſuam intelligentiam d. c. fi. de qua infra nu. 30.

26 Quod tamen † accipiendum eſt, vbi electione,
ſeu libera collatione conferuntur huiuſmodi digni-
tates, ſeu officia, ſecus vbi obuenjunt ſucceſſione,
ſeu ratione bonorum, vel maioratus, in quibus ex-
communicatus poteſt ſuccedere, & ſolum durante
excommunicatione ſuſpenditur vſus iuriſdictionis,
Vgolin. dict. §. 3. numero ſecundo Sairus numero
37. & Suarez ibi, num. 6. Facit quod tradit Moli-
na de Hiſpanorum primogenijs, lib. 1. c. 13. num. 13.
14. & 67. & lib. 4. c. 11. nu. 54.

27 Septimò procedit etiam in † excommunicato
minori excommunicatione, nam collatio, electio,
ſeu præſentatio illi facta eſt nulla, dict. c. fi. de cle. ex-
comm. intelligendo verbum, irritanda, i. e. irrita de-
nuntianda iuxta ſubiectam materiam & rationem,
de qua ibi ita, gl. ibi, verb. ſcienter, Cardin. & Abb. n.
3. & Decius in c. dilecti n. 5. de exceptio. Lamb. ſup.
Rebuf. in d. c. poſtulaſtis. d. 2. notab. n. 22. & 51. ſeu
64. & 93. Cort. d. 4. p. c. 3. n. 22, Couar. dicens, mag is
cõmuniter receptum, d. c. alma mater. 1. p. §. 8. nu. 3.
Cuchus in inſtit. maioribus. 4 ti. 1. n. 132. Vgol. de cẽ-
ſur. tab. 3. c. 6. §. 3. n. 2. & Frechilla de excommunica-
tione. 5. ar. 2. p. n. 12. & 13. dicẽs communẽ Armilla
verb. excõmunicatio. n. 5. Colmas Philiar. ſupr. & 1.
p. lib. 3. c. 17. Cãdelabrum aureũ, dicẽs communem
de excommun. n. 48. Gonz. gloſ. 58. n. 25. & Azor. d.
28 lib. 6. 2. p. c 7. q. 7. Etiamſi † electores vel collatores
eum excommunicatum probabiliter ignorarent, d.
gl. verb. ſcienter. & ibi Cardin. & Abb. n. 8. P. de Ba-
ſio in directorio electionum. c. 9. 1. p. n. 3. Coua. Cu-
chus, Vgol. Frechi. nu. 14. Armilla & Candelabrũ ra
49. vbi proxime, & eſt communis ſecundum Sylueſ.
excomm 1. nu. 3. Quamuis † ipſe de excom. 4. n. 4. &
29 Corral. d. nu. 22. contrarium teneant ex d. c. fin. ibi,
ſcienter. Cui tamen reſpondetur, quod ratio illius
rex. eſt generalis, & ideo comprehendit etiã casum,
vbi fuit facta ignoranter, vt ait Vgol. ibi.

30 Et ita tenendum eſt, † quamuis Fel. in c. dilectæ.
de exceptio. ſub n. 4. teneat quod excommunicatio
minor non reddit electionem nullam, imo tenet, ſed
eſt irritanda per ſententiam ut d. c. fi. ibi, irritanda.
& ſequuntur Ricar. in 4. diſt. 18. art. 7. quæ. 4. & To-
let. infra Sair. lib. 2. c. 22. & Suarez d. 5. to. diſp. 24.
ſect. 2. à numero 13. & Leſſius dict. lib. 2. c. 34. n. 116
Auila infra. & videtur tenere Reb. ſibi contrarius d.
31 2. notab. nu. 62. ſeu nu. 104 Sed † D. Ant. 3. p. tit. 25.
c. 2. §. 1. & Soto ip 4 diſt. 22. q. 2. ar. 3. & Tol. lib. 1. c.
17. & Auil. d. c. 6. d ſp. 12. dub. 4. dicunt eſſe irritan-
dam, ſi ſcienter fuerit facta, ut eſſe clarum in iure ait
Man. Rodr. in ſum. 1. to. c. 105. nu. 1. allegans c. fi. de
electione. voluit allegare d. c. fin. de clerico excom-
municato. cui reſponſum eſt ſupra.

32 Et quãuis † Lud. Lop. 2. to. 2. p. c. 17. & 18. teneat,
quod talis electio eſt ualida, ſed tamen uenit reſcin-
denda per ſentẽtiam, ſi facta eſt de excommunicato
minor ſcienti, ſeu in quo fuit ignorantia craſſa,
non aliàs, & Ema. Sa. uerb. excommunicatio. nu. 33.
quod ſi ſe ignorabat excommunicatum, non ui-
33 detur inualida. Et † quicquid inuoluant Didac. Pe-
rez ad Villad. de irregularitate. t. 2. à num. 2. Enriq.
lib. 13. c. 5 §. 3. & in gl. litera V. & X. c. 13. §. 1. & Ma-
nu. Rodrig. d. 1. to. c. 39. nu. 5.

34 Octano procedit † etiam in penſione, vt dictum
eſt ſup. 1. p. c. 5. nu. 130. vbi vide.

35 Sed limitatur prædicta doctrina † primò vt non
protedat in beneficij iam collati, vel ſub ſua expe-
ctatiua cadentis acceptatione facta ab excommuni-
cato, quæ valida eſt dec. 5. de conceſſ. præb. in no-
uis. & 8. de ſenten. excom. in antiquis & 4. eod. in
antiquior. Feli. in c. cum dilectus de accuſat. num. 1.
verſ. pro quo vltimo. Staphil. de literis gratiæ. tit. de
vi & effectu clauſularum, §. executor. quomodo be-
neficio vacanti prouideri poſſit, num. 22. Rebuff.
dict. 2. notab. numero octuageſimo ſeu 124. & dict.
tit. de excommunicatis non vitandis, verſ. 3. fallit.
Gomez. de expectatiuis, num. ſexageſimo Nauar. in
d. c. ſi quando excep. 10. nu. 9. Ant. Gab. concl. 8.
de probat. nu. 43. Coua. lib. 3. var. c. 16. n. 4. & in d. c.
alma mater 1. p. §. 7. n. 4. Flam. Pariſ. de reſig. li. 10.
q. 8. nu. 39. Vgoli. d. tab. 2. c. 13. §. 1. nu. 2. & §. 2. n. 7.
Frechilla d. art. 5. 2. par. nu. 10. Zerola in praxi 1. p.
ver. beneficia, §. 5. 3. dub. & verb. excommunicatio.
cauſa formalis 8. dub. Enriquez dict. ca. 13. §. 3. Lu-
do. Lopez dict. c. 17. P. Ledeſma in ſum. tit. de excõ.
c. 6. penul. dubio ſeu difficult. Toletus ſupra cap. 13.
& Sairus nu. 11. & poſt hæc Gonçalez ad reg. men-
ſium glo. 58. num. 26. & Azor 2. part. lib. 6. c. 7. q. 9.
& lib. 7. cap. 13. queſt. 5. *& Alex. Mont. de opt. ca-
nonica c. 4. nn. 25.*

36 Et ratio eſt, quod acceptatio ius † titulumque nõ
tribuat, ſed potius ad factum, quam ad ius pertine-
at, &c. Licet contrarium videatur velle Nauarr.
conſ. 53. n. 34. & 5. de ſent. excom.

37 Beneficium tamen † acceptatum vigore expecta-
tiuæ non poteſt ei conferri ante abſolutionem, ſed
collatio ſuſpenditur, donec fuerit abſolutus, Naua.
Couarr. Flam. nu. 40. Lud. Lopez, ibi. & Sairus dict.
num. 11. & Suarez, nu. 18. Auila d. c. 6. diſp. 5. dub. 6.
aliàs collatio eſſet nulla, iuxta dicta, Creſcen. deciſ.
14. de probatio. ad fin.

38 Nec obſtat difficultas, † quam contra mouet
Couarr. ibi, nempe quod acceptatio beneficij iam
collati, iuris in re acquiſitionem inducere videtur,
nam licèt ex collatione ius in beneficio detur, id
tamen non acquiritur donec acceptatio fiat, cap.
39 ſi tibi abienti. de præbend. in 6. Ex † quo Suarez vbi
ſupra numero decimoquinto, contra communem
air, acceptationem factam ab excommunicato eſſe
inefficacem quoad effectum acquirendi benefi-
cium, & plus iuris quam antea habebat donec ab-
ſoluatur non tribuere, quod etiam tenet Auila dict.
6. dub. & Leſſius dict. libro ſecundo cap. 34. numer.
118. licet fateatur contrarium eſſe probabile, & vi-
40 detur tenere Zerola d. ct. 3. dub. Imo † videtur am-
plius tenere, quod valeat non ſolum acceptatio,
ſed etiam collatio facta excommunicato, ſed quod
41 non acquiratur ius donec abſoluatur. Quia † reſpon-
detur, quod licet ante acceptationem non acquira-
tur ius in beneficio collato, tamen acceptatio ip-
ſa non tribuit ius in ipſo beneficio, ſed collatio præ-
cedens, & acceptatio tantum declarat conſenſum
illius, cui beneficium eſt collatum, & habet ſe
42 tanquam conditio, ſine qua non. Nec † refert,

quod

quod tempore acceptationis acquiſitio iuris ſpiritualis fiat, nam ius ſolum prohibet fieri collationem excommunicato. Vnde è conuerſo ſi collatio fiat
43 excommunicato, † qui eam acceptauit, ablata excõmunicatione non valebit, vt recte tradit Enriq. dict. lib. 13. c. 57. §. 3. & Leſſius d. c. 34. nu. 119. quicquid velit Nauar. d. conſ. 55. de ſenten. excom. nu. 3. & 4. & eidem Enriquez d. lib. 13. cap. 13. §. 3. gl. fi. in fin.
44 Et iuxta dicta eſt accipiendus † Caietanus in ſum. verb. excommunicatio. circa fin. §. excommunicato plura ſunt illicita, &c.
45 Ait tamen † Pet. Ledeſma ſup. & alij excommunicatum acceptantem collationem beneficij, ſeu electionem, peccare nihilominus mortaliter, quia offert ſe tanquam miniſter ad exercendum miniſterium Eccleſiaſticum, quod non poteſt ſine peccato, & eſt indignus.
46 Sed hoc non videtur † verum, & contrarium tenet Enriq. d. cap. 13. §. 3. dicens, non videri peccare excommunicatum, qui ſic acceptat, niſi habeat animum exercendi officium abſque abſolutione excõmunicationis, ſequitur Sairus d. num. 11. ad fin. & Auila ſupra & idem tenet Suarez ſupra num. 22. & 23. dicens, non eſſe conſiderandum ſtatum, in quo acceptat, ſed pro quo acceptat, eſt enim illa indignitas, & inhabilitas temporanea, & facile mutabilis, & collatio fuit legitima. Ex quo ſatisfit rationi contrariæ.
47 Et quando excommunicatus † peccaret acceptãdo coram alijs, cũ quibus communicari non poſſet, propter cõmunicationem cum illis, ſolum eſſe peccatum veniale, iuxta tradita per Caiet. ſupra Sotum in 4. diſtinct. 22. q. 1. art. 4. Nauar. c. 27. nu. 12. Covarru. dicto cap. alma mater. 1. p. §. 3. Bart. Medi. in ſum. lib. 1. capite 11. §. 5. Angles de excomm. art. 3. 7. & 8. difficul. Coſm. Philiar. 1. par. lib. 3. c. 15. Candelab. aur. de excomm. num. 90. Cechum de caſibus reſeruatis caſu 1. de excomm. verſ. an participans cum excommunicato peccet mortaliter. Enriquez dicto lib. 13. capite 8. Ludouicus Lopez dicto cap. 18. Valen. 4. tom. diſputat. 7. quæſtion. 17. punct. 2. Veg. in Eſpeio de curas c. 12. num. 92. Tolet. lib. 1. cap. 11. & 27. Sairum lib. 2. c. 11. à nu. 20. Suar. diſp. 15. ſect. 2. Auil. dicto cap. 6. diſp. 8. dub. 3. Zauallos dicentem communem, quæſt. 505. & alios communiter contra Vgolin. tab. 2. capite 23. §. vltimo.
48 Vnde infertur † ad illam quæſtionem an excommunicatus poſſit optare, in qua dicendum eſt quod poterit optare, quando non mutatur titulus. ſed optio fit tantum quoad præbendam temporalem, & ſolam temporalitatem, Rota deciſio. 5. de conceſſ. præb. in fi. alias 195. in nou. & 8. de ſenten. exc. alias 126. in antiq. Domi. in c. fi. in fi. & Franch. numer. 6. de conſtum. in 6. Rebuff. in d. c. poſtulaſtis, 2. notab. num. 87. Gomez de expectatiuis, numer. 60. Gigas de penſio. q. 63. n. 15. Ant. Gab. d. concl. 8. de prou. nu. 43. Caſſad. deciſ. 17. nu. 5. de præb. Frech. d. art. 5. 2. p. nu. 10. & Tolet. d. c. 13. & Conç. gl. 34. nu. 85. Auil. diſp. 5. dub. 6. & *Alex. Monet. d. c. 4. de optione q. 21. nota. 20. dicens communiorem & veriſſimam, quam ſi quitur. Ripa de nocturno tempore cap. 101. nu. 4. quamuis Moneta non procedat ſatis conſequenter ad ea quæ dicit eodem tract. cap. 7. q. 1.*
49 Quod procedit etiam † ſi canonicus optans aliam præbendam eſſet notorius excommunicatus, ſeu denuntiatus, & extra calendarium, & communionem Eccleſiæ Hiſpanæ, poſito eo diſcuento, quicquid dicat Frechilla ibi, cum doctore Michaele Coſta in lectura cap. referente. de præben. quod is optare non poterit aliam præbendam, nec valebit optio ab eo facta, quia notorius excommunicatus non potitur fructibus cap. paſtoralis, §. verum. de appellatio. & per conſequens, nec optione, ſiquidem eſt fructus canonicatus, ſicut electio, &c. Guil. Bened quæſt. de camerariatu Lugd. Eccleſ. num. 10. 11. & 12. Cui rationi reſpondeo, quod optio non eſt proprie inter fructus beneficij, quibus priuatur excommunicatus, & ſi electio facta ab excommunicato non valet, non eſt, quia ſit fructus, ſed quia excommunicatus ſpecialiter prohibetur eligere & conferre, & ſi illa ratio valeret, idem concluderet in excommunicato occulto, qui etiam priuatur fructibus, vt in dicto §. verum.
50 Vbi vero mutatur titulus † & debet fieri noua collatio beneficij, vt quando portionarius optat canonicatum, & canonicus dignitatem, & dimidius portionarius integram portionem, vel obtinens vnam dignitatem, aliam dignitatem, &c. tunc excommunicatus poterit optare, i. e. declarare ſuam voluntatem ad optionem, ſeu illam acceptare, arg. l. ex fact. §. ſi quis rogatus, 2. ff. ad Treb. Rota dict. deciſio. 5. in fin. Frechil. ibi, Sairus libro ſecundo capitul. 6. numero decimotertio, & Suar. dict. ſect. prima numero 19. Auil. ſupra, non tamen ſibi facere prouideri de beneficio optato, ſed tunc differri debet prouiſio, donec ſit abſolutus, Frechilla, & Auila ibi. Et ita procedet ſententia Cardin. in dict. capit. poſtulaſtis. Alciati in capit. 1. de iudicijs, num. 10. Aeneæ de Falcon. de reſeruatio. 4. quæſt. 5. effectu, num. 3. & add. vlt. in fin. d. deciſ. 5. Rebuff. d. tit. de excomm. non vitan. verſ. idem in alia. verſ. 11. Couar. d. §. 7. num. 4. Vgol. d. cap. 13. §. 2. num. 7. Ludouicus Lopez d. cap. 17. & Suar. d. num. 19. tenentium excommunicatum non poſſe optare, & Hier. Gonç. dict. gl. 34. num. 72.
51 Vbi vero optio † ſolum operatur retentionem vnius beneficij, & dimiſſionem alterius, vt in terminis cap. 1. referente de præben. tunc proculdubio valet optio facta ab excommunicato, quia tunc nullum beneficium acquirit, ſed potius dimittit. Vgol. Frechilla & Suarez ibi, quicquid dicat d. add. vltima, cum Pet. de Peruſio in d. cap. referente.
52 Nec obſtat tex. ille † vbi excommunicatus ante optionem fuit abſolutus, quia illud factum fuit, non quia eſſet neceſſaria abſolutio ad valorẽ optionis, de qua ibi, ſed quia erat excommunicatus propter eandem cauſam, quæ pendebat coram Papa, iuxta cap. prudentiam, §. 6. de offic. del. & cap venerabili. de ſent. excomm. in 6. ita Frech. ſup. cum D. Coſta in d. lect. *& quicquid velit Rota ibi d. declar. 5. dicens, quòd poteſt reſponderi ad illud caput, quòd per illam optionem acquiritur ius in re, & cenſetur collatio, ſine nouus titulus, vt refert Gregor. ſuprà. Et quamuis Alex. Monet. d. c. 4. num. 30. & 23. dicat illum textum loqui de optione inter duo beneficia, quæ requirunt collationem, & ideo excommunicatum optare non poſſe, ſed ante optionem fuiſſe abſolutum.*
53 Vnde infertur † ad acceſſus & coadiutorias cum futura ſucceſſione, quod ſi ſunt in forma commiſſaria, ita quod in euentum vacationis beneficij cõmitta-

mittatur collatio ordinario, prout committi ſolet, quando expediuntur in forma digno, nihil refert, quod tempore vacationis beneficij impetrans ſit excommunicatus, modo tempore collationis ſit ab-
56 ſolutus. Si † vero eſſent in forma gratioſa, ita quod ſuccedente vacatione beneficij Papa ex nunc, prout ex tunc, & è contra illud conferret, tunc ſi tempore vacationis impetrans eſſet excommunicatus, eſt difficultas, quia videtur facta collatio in tempus inhabile, vel conferri in tempus inhabile, ad l. in tempus, ff. de hæred. inſtituen. leg. quid ſponſæ. c. de donat.
57 ante nup. Nihilominus † dicendum eſt valere collationem, & prouiſionem factam per Papam, &c. non obſtante d. excommunicat. ex d. clauſula ex nunc, prout ex tunc, & è contra, quæ facit, quod ſuccedēte vacatione collatio videatur facta tempore datę, Caſ ſad. deciſ. 3. de præb. n. 15. Io. Paul. deciſ. 71. & Mād.
58 conſ. 10. n. 6. Et † conducit ad prædicta deciſ. Gābari 44. quod habēs regreſſum per ceſſum, vel deceſſum, licet ſit excōmunicatus tempore mortis rectoris, eſt locus regreſſui, quia excommunicatus abſolutus recuperat omnia intra priſtina, c. Maximum. 1. q. 7. Fel. in c. cum inter, de excep. Item, quia excommunicatus poteſt ea quæ ſunt executionis gratiæ præcedētis, quia nō requiritur nouus titulus, nec noua prouiſio, ſed ſatis eſt, ipſum intrare poſſeſſionē beneficij ſic vacātis, quę poſſeſſio eſt actus naturalis, excōmunicatus autem in dubio poteſt ea, quæ ſunt facti, vbi non requiritur actus, vel exercitiū iuris, vt acceptare, ſecundum ea, quæ tradit Biſig. deciſ. 4. de ſentent. excomm. Rota in antiquis 720. & in nouis 195. & 307. ita concluſit Rota vigeſimoprimo Ian. 1525.
59 Secundo limitatur, † vt non procedat in prouiſione facta in fauorem excommunicati à Papa, vel Legato, cum clauſula abſolutionis à cēſuris ad effectum gratię dumtaxat cōſequendum in literis Apoſtolicis apponi ſolita per illa verba, teque à quibuſuis, &c. Quæ naſcitur ex ventre ſupplicationis in 2. parte in princ. ibi: Et cum abſolutione à cenſuris ad
60 effectum, &c. De qua clauſula † Felin. in c. Apoſtolicæ, in princ. de excep. & Staphil. de literis gratię tit. de vi & effectu clauſularū, § 1. à num. 7. Bocrius dec. 290. Rebuff. in praxi in forma & declaratione nouæ prouiſionis, verb. teque abſoluentes, & in concord. in forma mandati Apoſtolici, verb. quauis occaſione & ſeqq. & in d. c. poſtulaſtis, 2. notab. à nu. 69. Gigas de penſio. q. 14. in fi. Mand. de ſignatura d. tit. de prouiſio. verſ. clauſula, & cū abſolutione, & tit. de abſolutione ab excom. & bene Nau. in c. ita quorundā, de ludæis notab. 11. à n. 14. & in man. c. 27. n. 23. & nu. 271. verſ. 8. quod alias 273. Fla. Pariſ. de reſignat. li. 4. q. 3. n. 53. & 62. & lib. 8. q. 7. à n. 110. Vgolin. de cenſur. tab. 1. c. 4. §. 5. nu. 27. Io. Gutierrez can. qu. lib. 2. c. 5. nu. 94. Coſmas Philiar. de offic. Sacerd. 1. p. lib. 3. c. 26. Enriquez d. lib. 13. c. 13. §. 3. Man. Rodrig. in ſum. 1. to. c. 29. nu. 5. Vega 1. p. c. 36. caſu 15. Toletus d. c. 13. & Sanus d. libr. 2. c. 5. numero 6. & 12. & Auila d. cap. 6. diſp. 5. dub. 2. qui iſtam limitationem tenent.
61 Quæ tamen clauſula † non prodeſt inſordeſcentibus, reg. hanc, c. 65. de inſordeſcentibus, quam vide, & gloſſ. Soto ibid. Rebuff. ibidem reg. vltim. Nauar. dict. notab. vndecimo, à num. decimoquinto, Enriq. d. §. tertio, & in gloſſ. litera F, & Sanum num. decimotertio, & Auil. ibi, nec irregulari, vt dictum eſt c. 11. præceden. à num. 54. & *ſic ea iſtam clauſulam & regulam de inſordeſcentibus eſt deciſio Rota in cauſa Calagurritana beneficij de Brantiuilla 8. Ian. 1607. diſt.* 108.
62 Aduertendum eſt † tamen, quod cum abſolutio illa quæ datur in literis, ſit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum excommunicatus, qui impetrauit beneficium in forma digna, ſeu aliàs in forma commiſſaria debet abſolui, antequam fiat ei collatio à commiſſario, aliàs collatio erit nulla, Enriq. d. lib. 13. cap. 13. §. 3. in fi. & in ſimili de literis ad vacatura, quod acceptans non poſſit habere beneficium, ſine alia abſolutione, nec valeat collatio illi facta per executorem, ſeu commiſſarium, quamuis mandati impetratio teneat, docet Rebuff. in d. forma mandati. verb. abſoluentes. Nam † iſta
63 abſolutio ad effectum operatur impetrationis validitate propter c. 1. de reſcr. in 6. vt per Dd. citatos, & ſolum prodeſt ad effectum, vt literæ ſint validæ, & ſic ſi ſunt in forma commiſſaria ad effectum ſolum, vt valeat mandatum de prouidendo ſi vero forma gratioſa, ad effectum, vt valeat prouiſio. Et aliàs ſi illa abſolutio prodeſſet ad effectum, vt valeret prouiſio, & collatio, per commiſſarium & executorem faciendi, prodeſſet etiam quoad excommunicationem, & cenſuram futuram poſt ipſas literas commiſſarias in curſam in qua ille erat tempore prouiſionis, & collationis factæ per commiſſarium. Quod tamen dici non poteſt, nam ſolum datur à cenſuris de præſenti, vt patet ex verbis: Si quibus quomodolibet innodatus exiſtis.
65 Vnde etiam impetrans † ſic abſolutus ab excommunicatione non poterit celebrare, nec diuinis intereſſe, nec alia facere, cum illa abſolutio ſit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, Rebuff. in praxi in dict. forma, & declaratione nouę prouiſionis, verb. teque abſoluentes, à num. 15. & in d. ſ. forma mandati, verb. ad effectum, & Zerola in praxi 2. p. verb. ordo. §. 4. ad fin. Coſmas Philiarc. d. 1. p. lib. 3. cap. 26.
66 Nec facit ſuos fructus † beneficij ſic collati, Rebuff. ibi, num. 18. Vgolin. d. tab. 2. cap. 12. in princip. ſub num. 1. verſ. 6. *Alex. Monet. de diſtrib. p. 2. qu. 15. num. 23.*
67 Aduertendum eſt † etiam, quod per d. clauſulam teque à quibuſuis, &c. poſitam in literis Papæ abſoluitur impetrans etiam ab excommunicationibus, & cenſuris reſeruatis Papæ etiam contentis in bulla Cœnæ Domini, vt rectè aduertit Nauarr. in d. capit. ita quorundam. notabili 11. nu. 21. ex dicta regula Cancellariæ, dicto ca. inſordeſcentibus, & ſequitur Auila dicto dubio 2. limitans tamē, vt non procedat in excommunicatione incurſa propter hæreſim, ex Felino ſupra, & Couarruu. in cap. alma mater. 1. p.
68 §. 11. numero decimoquinto. At † per dictam clauſulam poſitam in literis legatorum ſolum abſoluitur à cenſuris, a quibus ipſe alias poterat abſoluere, non autem à cenſuris Papę reſeruatis, à quibus aliàs non poteſt abſoluere, vt aduertit idem Nauarrus ibi, numero 18. & Auila, quidquid dicat Rebuff. in dict. forma mandati. verb. innodatus exiſtit. verſ. & an legatus. cum Felino in ca. ad eminentiam. de ſentent. excommunicat.
69 Sed quamuis hoc † de iure verum ſit, videtur Nuntium Hiſpaniæ ex ſuis facultatibus poſſe per

dictam

dictam clauſulam abſoluere ad effectum à quibuſcunque cenſuris etiam Papæ reſeruatis, à quibus aliàs non poſſet abſoluere, nam in ſuis facultatibus habetur ſequens clauſula: Et conceſſione gratiæ, & literæ prædictæ, vigore præſentium concedendæ, lublatis obſtaculis ſuum ſortiantur effectum, quaſcunque perſonas ad effectum duntaxat omnium, & ſingulorum præmiſſorum conſequendum ab omnibus, & quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati fuerint, dummodo in eis per annum non inforduerint, abſoluēdi, & abſolutos fore cenſendi, &c. authoritate Apoſtolica prædicta, tenore præſentium plenam, & liberam licentiam, facultatem & authoritatem concedimus, & indulgemus. Faciunt

70 † illa verba: Ab omnibus & quibuſcunque, quæ importāt omnimodam generalitatem, & comprehendunt, quæ aliàs non venirent, vt per citatos ſupra 1. part. cap. 5. numero 97. Et ſi non comprehenderent etiam cenſuras Papæ reſeruatas, ſuperflua eſſet iſta clauſula, eſſet iſta clauſula, & conceſſio. Et certe videtur Papa in iſta clauſula dare facultatem nuntio apponendi in ſuis literis clauſulam abſolutionis ad effectum, quam Papa ſolet apponere, & abſoluendi per eam à cenſuris, à quibus Papa ſolet abſoluere.

71 Sed eſt difficultas, an Ordinarij † poſſint vti dicta clauſula *in dictis prouiſionibus*? Et dico, quod quāuis non ſoleant eam apponere, nihil tamen obſtat, quo minus ea vti poſſint, licet per eam tantum poſſent abſoluere ab ijs, à quibus aliàs poterant, Nanarr. dict. notabili 11. num. 18. & 22. Cuchus in inſtitut. maioribus lib. 4. tit. 1. num. 89. & Vgolin. dict.

72 tab. 1. c. 4. §. 5. nu. 18. Facit † doctrina Nau. in manuali, cap. 27. num. 183. vbi ait, iudicem poſſe ſuſpendere interdictum ad aliquem effectum Couarru. in dicto cap. alma mater, 2. par. §. 2. num. 4. Vgolinus d. tab. 1. capit. 9. §. 11. num. 9. & Suarez d. 5. tomo, diſputat. 38. ſect. 3. num. 5. qui idem ait in ceſſatione, diſputat. 39. ſect. 4. num. 4. Et ita ſeruat conſuetudo Eccleſiæ, quamuis contradicat Coſmas Philiarcus, & Auila 5. parte diſputat. 6. dub. 4. & 6. parte diſputat. 3. dub. vlt.

73 Tertio limitatur, vt poſſit † quis poſt abſolutionem retinere beneficium, quod ſibi fuit tempore excommunicationis collatum, ſi cum eo fuerit di-

74 ſpenſatum, vt in dicto capitulo poſtulaſtis, † quæ diſpenſatio ab Epiſcopo fieri poteſt, gloſſa ibi. verbo diſpenſatum, quam ibi ſequuntur Abbas num. 8. & alij, & Rebuffus ibidem in gloſſa numer. 64. dicens communem Couarruuias dicto capitul. alma mater. 1. parte §. 7. Vgolinus dict. tabul. 2. cap. 13. §. 1. numero 3. Henriquez lib. 13. capitulo 14. §. 2. & capit. 56. §. 1. Ludouicus Lopez dicto capite 17. Sa r. d. capite 5. num. 21. & Suar. d. diſputat. 13. ſect. prima, numero 34. & diſput. ſexta, ſection. 4. numero 8. & 9. & Azor 2. parte, lib. 6. cap. 7. quæſt. 2. & Auila ſecunda parte, cap. 6. diſput. 5. dub. 4. licet contra teneat Cardinalis in dicto c. poſtulaſti s.

75 Quo † caſu diſpenſatione facta, non requiritur alia collatio, inquit ibi Abbas, Vgolinus, & Suarez dicto numero 34. quia diſpenſatio eſt quædam virtualis beneficij collatio, licet Rebuffus ibi nume-

ro 70. & Sairus numero 23. tutius eſſe dicant, vt fiat noua collatio.

76 Non poterit tamen Epiſcopus † diſpenſare in ſequentibus caſibus. Primo, vbi beneficium illud conferre non poteſt Rebuffus ibi, num. 68. Nauarrus dicto cap. 27. num. 271. verſicul. 8. quod, aliàs num. 273. Vgolinus ſupra Henriquez d. §. ſecundo, Sairus num. 22. verſiculo ſecundo, & Suarez d. numero 34. & ſeq. Auila d. dub. 4. diſput. 5. licet contra teneat Abbas ibi, numero 9. quem ſequitur Azor vbi proxime, & in caſu particulari, Leſſius lib. 2. cap. 34. numero 122.

77 Et ideo vbi collatio, † electio, ſeu præſentatio ad alium ſpectat, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, niſi illo conſentiente, vt contra Abb. ibi docent Couarru. Ludouicus Lopez, Sairus num. 23. & Suarez num. 37. ibi.

78 Et ideo etiam † vbi Papa beneficium prouidet, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, quia beneficium manet Affectum, Abb. num. 10. & Rebuff. ibi num. 66. Couarruu. Vgol. Ludouicus Lopez ibi, Sairus num. 22. & Suarez d. num. 34. & dixi ſup. 5. par. cap. 1. num. 138. & Simoneta de reſeruat. quæſt. 64. nu. 6. & poſt hæc Gonçalez ad reg. menſium gloſſa. 52. num. 22. Auila num. 3.

79 Secundo, non poteſt † diſpenſare Epiſcopus, qui ſcienter huic beneficium contulit, quia cum peccauerit in conferendo, non eſt dignus habere hāc poteſtatem, &c. Ita Abb. d. cap. poſtulaſtis, num. 9. & ibi Alex. de Neuo. in addit. Rebuff. ſupra num. 65. & Sylueſt. verb. excommun. 3. num. 1. verſ. 9. & Sairus ſup. num. 22. verſic. 3. Auila d. dub. 4.

80 Sed contra † tenet Suarez ſup. num. 36. dicens, quod nulla eſt lex, quæ huiuſmodi pœnam illi imponat ipſo iure incurrendam, neque etiam eſt ipſo iure priuatus poteſtate iterum conferendi illud beneficium: nam in dicto cap. poſtulaſtis, dicitur debere à beneficiorum collatione ſuſpendi, quæ verba non continent pœnam ipſo iure latam, vt conſtat, ergo.

81 Reſpondetur † tamen, non eſſe veri ſimile textum illum concedentem hanc facultatē diſpenſandi eam concedere illi, qui ſcienter beneficium tali contulit.

82 Et quia † contulit indigno, & incapaci, eſſe pro illa vice ipſo iure priuatum poteſtate conferendi illud beneficium, ex cap. cum in cunctis, §. fin. & cap. ſcriptum, verſic. ſi vero de electio. Rebuff. ſup. num. 147. Vgol. d. c. 13. §. 5. num. 3. & Sairus d. cap. 5. num. 33. Manuel Rodrig. d. cap. 105. num. 1.

83 Et facit doctrina glo. in fi. de clerico excom. verb. ſcienter, in fin. quæ ait priuatos eſſe iure eligendi pro ea vice, qui excommunicatum minori excommunicatione ſcienter eligunt, ex dictis iuribus, quā ſequuntur Ricar. in 4. diſt. 18. art. 7. q. 4. & Armilla, verb. electio. num. 21.

84 Contra quam † tamen tenet Abb. ibi in eod. cap. fin. num. 8. dicens, contrarium communiter teneri, ibi, & in d. §. fin. vbi num. 6. cum Ioan. Andr. in reg. odia, docet, quod ille §. habet locum ſolum in defectibus ibi expreſſis: ſcilicet quando eligitur patiens defectum in natalibus, in ætate, & ſcientia, & moribus: ſi autem canonici eligerent patientem alium defectum, tunc non incurrunt pœnam de qua ibi, quia iure non cauetur, & quod idem eſt in collatoribus, ſequuntur Frechilla d. 5. art. 2. par. nu. 15.

ad fin, Toletus d. libro 1. cap. 48. verſic. 6. & Suarez diſp. 24. ſect. 2. nu. 22. & Auila d. p. c. 9. diſp. 12. dub. 4. ad fin. *& conducit conſilium Pauli de Caſtro 365. nu. 2. part. 1. quod per collationem factam incapaci, non tamen indigno, vt quia non erat canonicus, cui erat facienda collatio dignitatis ex concordia & conuentione, non priuatur Epiſcopus poteſtate conferendi, & ſic intra ſemeſtre poteſt alteri conferre, quia non habet defectus dicti capit. cum in cunctis, de elect.*

85 Et hoc mihi videtur † verius ſaltim quando ille alius defectus de ſe eſt temporalis, & facile mobilis, *vt in propoſito, ſeu concernens fauorem aliorum, vt in ſpecie dicti conſ. Pauli de Caſtro:* cum pœnæ non ſint extendendæ vltra caſus expreſſos, vt alias dicitur vndecima part. cap. vlt. 7. dub. numero 206. Et conſe-
86 quenter † tenendum eſt contra ipſum Abb. in d. ca. poſtulaſtis, & citatos, Epiſcopum, qui ſcienter contulit beneficium excommunicato, poſſe cum eo diſpenſare, ex quo non eſt priuatus poteſtate illud iterum conferendi, vt tenet Suarez d. nu. 36.

87 Et facit conſilium † Nauar. 97. de ſimonia ad 8. quæſt. vbi concludit, quod Epiſcopus authoritate Concilij Trid. ſeſſ. 24. c. 6. poteſt diſpenſare in irregularitate deſcendente ex delicto occulto, & ipſo ſciente facto, imo etiam ſi de conſenſu, & mandato eius eſſet perpetratum, ſequuntur Zerola 2. p. verb. Epiſcopi, Manuel Rodriguez in ſumm. 2. to. c. 18. n. 1. & Vega 2. p. c. 101. caſu 34.

88 Tertio, non poteſt Epiſcopus † diſpenſare, vbi quis ſcienter intruſus eſt in beneficio, ſibi excommunicato collato, propter inhabilitatem ex intruſione contractam, iuxta dicta ſup. 11. par. c. vlt. dub. 8. à nu. 224. Licet contra videatur tenere Enriquez in ſum. lib. 7. c. 36. §. 2. in tex. & glo. litera N. & Auila d. c. 6. diſp. 5. dub. 3. & 4.

89 Quarto & vltimo limitatur † prædicta doctrina, vt non procedat in poſſeſſione beneficij capta ab excommunicato, quæ valida eſt, non obſtante excommunicatione: nam non eſt ius eam annullans, &c. Et illa eſt quid facti potius quam iuris. Selua de benef. 3. par. quæſt. 4. verſ. 10. numero 15. deciſ. Gambari ſupra relata, nu. 58. 1. p. verb. excommunicatio, cauſa formalis, 8. dubio, Henriq. d. lib. 13. c. 11. §. 3. & Sairus d. lib. 2. cap. 5. num. 11. & Azor 2. p. lib. 6. c. 7. quæſt. 10.

## *De fructibus beneficiorum excommunicati. §. I.*

### SVMMARIA.

*EXcommunicatus non amittit titulum beneficiorum ante excommunicationem habitorum, etiam inſordeſcens: priuatur tamen ipſo iure fructibus ipſorum, eoſque non facit ſuos, nec lucratur, quamdiu eſt in excommunicatione maiori, etiam occulta, licet id in ſententia non exprimatur. n. 90. Quamuis glo. teneat eis non priuari, niſi in ſententia exprimatur, &c. nu. 91. Quod quamuis verum ſit in ſuſpenſo ab officio, ſecus tamen de excommunicato, nu 92.*

*Excommunicatus priuatur fructibus, etiamſi non maneat in contumacia, ſeu non dormiat in ſententia, nec ſit in mora petendæ abſolutionis, num. 93. Quamuis contra teneant aliqui, num. 94. Imo, & ſi iudex iniuſte abſolutionem differat, non erunt ei fructus reddendi, nec eos lucratur contra Suarez, licet contra iudicem habeat ius ad illos, &c. num. 95. & ſeq. Et quamuis Vgolinus dicat, quod fructus habebit, vbi impeditur quo minus abſolutionem conſequatur, &c. num. 97.*

*Quamuis depoſito, & ſuſpenſio a beneficio ob pœnam propter crimen, & non in contumaciam ſint alimenta exhibenda, ex redditibus ſui beneficij, ſi non habet alias vnde viuat, ſecus tamen in excommunicato, etiam ſi egeat, numer. 98. Quamuis contrarium teneant Sylueſt. & alij, nu. 99.*

*improbatur, quod ait Henriquez, quod beneficiatus, qui manet contumax in maiori excommunicatione, non facit fructus ſuos, ſed ſi horas recitauit, & fecit officium Parochi aut canonici, retinere poteſt fructus ſuo ſeruitio reſpondentes. Nam ſeruitium illius, qui alias nõ habet ius ad fructus beneficij, quia eſt illis priuatus, non eſt ſufficiens titulus ad id, quicquid idem dicat, nu. 100. Et ſimiliter in eo, qui non habet legitimũ titulum beneficij, ſeruitium non eſt ſufficiẽs titulus, vt poſſit partem fructuum pro ſeruitio retinere, maxime ſi erat intruſus mala fide, n. 101. & ſeq. Vbi ponitur deciſio Rotæ. ſolum poſſet percipere diſtributiones quotidianas, & alia emolumenta ſimilia, quæ dantur pro labore, & miniſterio perſonali, incerta tamen, n. 103.*

*Quod dicitur de ſuſtentatione excommunicati, ſolum poteſt procedere pro tempore, quo excommunicatus non poſſet habere abſolutionem, & receſſit à contumacia. nu. 104. vel quando eſſet in extrema neceſſitate, nu. 105.*

*Excommunicatus amiſſos fructus recuperare, aut retinere non poteſt poſt abſolutionem, nu. 106. Et improbatur conſilium Nauarri dicẽtis, excommunicatum ſatis iuſte poſſe retinere fructus alios à diſtributionibus quotidianis receptos tẽpore excommunicationis, poſtquam fuerit abſolutus ab ea. Et reſpondetur eius fundamento, numer. 107. & ſequenti.*

*Excommunicatus, amittit fructus, etiam vbi ante excommunicationem fructus percipiendi ipſius creditori aſſignati eſſent contra Vgolinum, cuius rationi reſpondetur, &c. peruenit. de fideiuſſ. & longe diuerſum eſt in penſione, & ſubſidio, à nu. 109. vſque ad n. 113. ponitur dec. Rotæ.*

*Penſionarius excommunicatus non lucratur redditus penſionis pro tempore excommunicationis, nu. 114.*

*Cum excommunicatus ſit priuatus fructibus beneficij, eſt etiã priuatus adminiſtratione bonorum eius, nu. 115.*

*Excommunicatus non amittit fructus, quando excommunicatio eſt nulla. nu. 116. Onus tamen docendi de nullitate incumbit excommunicato, & non capitulo, quod ei denegauit diſtributionem. &c. ex Rota, nu. 117.*

*Non amittit etiam fructus excommunicatus iniuſte, nec etiã quotidianas diſtributiones, nu. 118. Nec placet quod aiunt Vgolinus & alij, quod quando diſtributiones alijs acquiſitæ, ſeu adiudicatæ vt quia illis accreſcunt, non ſunt ab illis, petendæ, ſed ab eo, qui author fuit. ſeu cauſa iniuſtæ excommunicationis, a num. 119. 120. Quamuis appellatio ab excommunic. tione, tanquam iniuſta, non ſuſpendat executionem priuationis, nec ſit attentata, n. 121. Diſtributiones vero, ſeu fructus remanentes in menſa capitulari, ab ipſo c. reddendi ſunt excommunicato, cum conſtiterit excommunicationem fuiſſe iniuſtam, aut nullam, &c. nu. 122.*

*Non placet etiam quod aliqui dicunt, quod excommunicatus iniuſte qui fuiſſet in mora petendæ abſolutionis, ſeu qui ſe abſoluendum non curaret, fructus eo tempore perceptos, non recuperabit, a nu. 123. Quod procedet in diſtributionibus & fructibus, qui reſidendo, & diuinis intereſſendo lucrifiunt, &c. num. 124. & ſeq.*

*Canonicus ſeu beneficiatus excommunicatus pro cauſa ſuæ Eccleſiæ non amittit fructus maxime ſtante ſtatuto de hoc, et*

*idem*

*Idem in canonico vicario Episcopi, seu capit. vel a Legato Apostolico ratione officij excommunicato, secundum Ioannes Gutierrez, de quo tamen valde dubitat author, numer. 126. & 127.*

*Excommunicatus non amittit fructus, vbi consuetudo est, vt eos non amittat, num. 128. Quæ videtur esse in Hispania, num. 129. Et solum in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis, seu quasi, est in vsu non computare canonicos, & beneficiatos excommunicatos, &c. nu. 130. Et stante illa consuetudine beneficiatus excommunicatus, non videtur teneri restituere fructus temporis, quo fuit excommunicatus sed illos lucrari, nec posse illis priuari, nu. 131.*

*Canonicus etiam excommunicatus, cuius excommunicatio, seu declaratoria, non fuit intimata punctatoribus, & sic non fuit positus extra Calendarium, non videtur tenere restituere fructus, & distributiones illius temporis e dist. consuetudne, quamuis si interfuit diuinis excommunicatus poterit in pœnam priuari fructibus, & distributionibus tunc lucratis, nu. 132. & 133.*

*Fructus amissi per excommunicatum ad quem pertineant Doctores communiter dicunt, quod in vtilitatem Ecclesiæ sint conuertendi, nu. 134. Et sub Ecclesiæ vtilitate comprehenditur subuentio pauperum, licet non sit necessarium vt aliqua pars fructuum in vsus pauperum expendatur cõtra Suarez a nu. 135. & duobus seqq.*

*Distributiones quas excommunicatus amittit, ad eos pertinẽt, ad quos alias pertinere solent, quotiescunque amittuntur à non residente, de quo alias nu. 138.*

*Redditus pensionis amissi ob excommunicationem pensionarij remanent ipsi titulari, & ipsi sunt restituendi, nu. 139.*

90 HActenus actum est de beneficijs † excommunicato prouisis, & in excommunicatione obtentis, de beneficijs autem ante excommunicationem habitis, dicendum est excommunicatum non amittere titulum illorum, etiamsi infordescat, in excommunicatione per annum, & amplius Abb. in c. 3 de iudic. à num. 24. & ibi Decius 2. sect. à num. 83. & Ripa num. 78. Rom. sing. 303. Ang. in sum. verb. excommunicatio, num. 17. quorum sententiam, vti veriorem confirmauit Rota in vna Segorbicen. infordescentiæ, 5. Iun. 1598. coram D. Seraphino contra Menoc. de arbitr. casu 416. à nu. 52. & Salcedum in praxi cap. 16. nu. 13. & 14. *Vt per Gonçalez ad reg. de mensibus, glo. 15. à num. 101. & Grat. discept. for. cap. 119. & dicitur in Oscen. Archid. 10. Iun. 1602. coram D. Lancellotto nouiss. Farin. decis. 612. num. 7.* Priuari tamen ipso iure fructus ipsorum, eosque non facere suos, nec lucrari, quamdiu est in excommunicatione, scilicet maiori etiam occulta, licet id in sententia non exprimatur, cap. pastoralis, §. veram, de appellat. vbi Imola, & Abb. Franchus, & Decius, Marian. Socin. Senior in cap. sacris à nupp. 109. de sentent. excommun. Ripa dicens communem in cap. 1. nu. 27. de iudicis, Borgasius de irregularitate. 6. p. tit. quot sint effectus excommunicationis, Maranta in speculo aduocator. 6. par. t. t. de appellatio. num. 179. Gigas de pension. quæst. 64. Mandos. de resignatura gratiæ, tit. de absolutione ab excommunicatione, in fin. Couarr. lib. 3. variarum, cap. 13. num. 8. Did. Perez in leg. 1. tit. 5. lib. 8. ordin. Iul. us Clarus lib. 5. q. 97. num. 7. Lancellottus de attentatis, 2. par. cap. 12. limitatione 22. D. Ioan. Ocon Senator Regius in repert. cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. ex nu. 72. Flam. Paris. de resignatione beneficij, lib. 4. quæst. 3. num. 52. & lib. 5. q. 6. num. 76. Ioan. Gutierez canonic. q. lib. 1. cap. 1. ex num. 90. vsque in fin. Vgol. de censur. tabula 2. c. 12. & Mart. Rodrig. in sum. 1. to. c. 23. num. 4. Vega 1. part. sum. c. 36. casu 1. P. Ledes. in sum. 1. p. de excommunicat. c. 6. Toletus in summ. lib. 1. c. 13. vltimo effectu in nouissimis editionibus, Sairus de censuris lib. 2 c. 5. nu. 24. & 30. & Suarez 5. to. disp. 13. sect. 2. & ett l. p. 31. tit. 9. partita. 1. vbi Gregor. Lopez, & ett decis. Putei 280. lib. 1. & decis. Thanis 20. in manuscrip. & decis. Farin. 121. *quam etiam refert Gemin. in praxi cap. 21. in annot. nu. 16. & nouissimè docet Scaccia de opt. quæst. 17. lib. 22. à num. 8. & latè tradit Alexand. Monet. de distrib. p. 2. quæ. 15. 1. conclu. a num. 18. qui ibi nu. 19. & q. 20. nu. 12. malè & sine fundamento id extendit ad excommunicatum minori excommunicatione, per ea quæ tradit Vgolinus d. c. 12. num. 1. post Innocentium in cap. 1. de iudic. qui non dicit id habere locum in excommunicato minori excommunicatione, sed in quocunque clerico excommunicato, vel minor, maiorve sit: nam & Episcopus hac pœna constrictus huiusmodi fructibus caret, vt dixit Innoc. in d. cap. 1. in verbo Episcopatum; & sic quod vult Vgol. est id habere locum tam in clericis & beneficiatis maioribus, vt sunt Episcopi, quã in alijs clericis, & beneficiatis minoribus.*

91 Quamuis † glo. in d. §. verum, verb. subtrahũtur, teneat excommunicatum non priuari fructibus, nisi in sententia hoc exprimatur, quod etiam tenet Petr. Nauarra de restitutione li. 2. c. 2. n. 243. & seq. dicens, quod præcise ratione censuræ non est priuatus redditibus, quicunque beneficiatus excommunicatus, vel suspensus ab officio, siue curatis, siue canonicus, siue simplex habens beneficium, modo tamen officia exequatur, licèt cum peccato, & Auila de censur. 2. par. c. 6. disp. 6. dub. 1. dicẽs, quod excommunicatus si præstat officium, lucratur fructus, nec eos tenetur restituere ante sententiam, & condemnationem iudicis, &c. & ait satis probabile Thomas Sanchez de matrimonio lib. 3. disput. 51. numer. 12. & idem tenuit P. Gab. Vazquez dicens, quod in d. §. verum, non dicitur quod excommunicatus ipso facto sit priuatus fructibus, nec alibi id in iure habetur, sed quod merito auferuntur, *Et nouissime Alex. Monet. sibi contrarius de opt. can. c. 4. n. 30. dicens, quod fructus non auferuntur ipso iure excommunicato, sed per sententiam; & quidem id expresse continere debet sententia. vt notat glos. d. §. verum.*

92 Sed quamuis † id verum sit in suspenso ab officio, quia nullibi ipso facto priuatur fructibus, tamen excommunicato communis sententia bene probatur in d. §. verum, vt rectè expendunt Vgolinus d. cap. 12. nu. 1. & Suarez d. sect. 2. nu. 4. & 5. post Abb. ibi, nu. 17. & Franchum nu. 15.

93 Quæ conclusio † ampliatur primo, vt procedat, etiamsi excommunicatus non maneat in contumacia, seu non dormiat in sententia, nec sit in mora petendæ absolutionis, vt tenent relati, maximè Ledesma, Toletus & Suarez, quia id non fundatur in mora, & duratione contumaciæ, sed est effectus ipsius excommunicationis ob culpam, & contumaciam latæ.

94 Quamuis contra † teneant Sylvest. verb. clericus, 4. quæst. vigesimaquinta & verb. excommunicatio, 3. numero 1. versic. 9. Armilla verb. clericus, numẽ. vigesimooctauo, Enriquez lib. 7. capit. 36. §. 1. & li. 13. c. 3. §. 3. ad fi. & ca. 13. §. 4. Zechus de calibus re-

ſeruatis, caſu 1. de excommunicatione, §. de malis excommunicationis, verſ. 7. Vega in ſum. d. c. 36. caſu 2. & in eſpeio de curas. c. 12. nu. 83. Sa'rus d. c. 5. nu. 26. Lud. Lop. ſecundo tom. 2. p. ca. 18. qui ait, quod excommunicatus, & ſuſpenſus in contumaciam, per quos non ſtat quo minus abſoluantur, non amittunt fructus.

95 Imò & ſi judex † iniuſte abſolutionem differat, non erunt ei fructus reddendi, nec eos lucratur: ſufficit enim à principio iuſtè excommunicatum fuiſſe, licèt Suarez ſup. num. 16. & 20. ad fin. dicat, quod ſi judex iniuſtè abſolutionem differat, ex eo tempore, quo talis iniuſta dilatio incipit, omnes fructus ſui beneficij ſunt tali excommunicato reddendi, quia iam illud nocumentum non ex eius culpa, ſed ex alterius iniuria ortum eſt.

96 Sed re vera iniuſta † iudicis dilatio non tollit effectum excommunicationis iuſtæ, ſolum facit, vt contra eum habeat ius, & actionem ad fructus pro illo tempore amiſſos, & ad reſartionem dãni ex eius culpa ſubſecuti, &c. arg. cap. ſacro, verſ. cumque. de ſentent. excommunicat.

97 Et quamuis † Vgolinus ſup. num. 4. verſ. 3. dicat quod fructus habebit, etiamſi iure excommunicatus ſit, vbi impeditur, quominus abſolutionem conſequatur, huic enim ſubueniendum eſſe inquiunt Cardin. & Ioan. de Lignano, quos refert Decius in citato §. verum, nnm. 7. alias 18. Certè fallitur Vgolinus, nam illi ſolum loquuntur de ſuſtentatione, de quo infra.

98 Secundò ampliatur, † vt quamuis depoſito, & ſuſpenſo à beneficio ad pœnam propter crimen, & non in contumaciam, ſint alimenta exhibenda ex redditibus ſui beneficij, ſi non habet alias vnde viuat, ne mendicare cogatur, ſecus tameſi in excommunicato, etiamſi egeat, cum poſſit à contumacia reſipiſcens abſolutionem conſequi, & ſic ab excommunicatione liberari, gloſſ. final. in cap. ſtudeat. 50. diſtinct. & gloſſa recepta in dicto §. verum, verb. ſubtrahuntur, & ibi Abbas numero 16. Franchus 13. & 14. Dec. cap. 3. & alij, Borgaſ. Couarruu. Didacus Perez, Iulius Clarus, Io. Gutierez, à n. 1. Vgol. n. 1. Manu. Rodriguez numero 5. Vega caſu 1. Ledeſma. Tolet us, Suarez à numer. 12. & alij ſupra & Naua. in man. ca. 25 numero 124. Ludouicus Lopez, 1. to. inſtruct. cap. 247. & Surdus de alimentis. tit. 1. q. 82. & tit. 7. quæſt. 36. *Alexan. Monet. de diſtrib. par. 2. d. q. 5. num. 26. 40. & 41. & Scaccia ſup. numero* 10. & Do-

99 ctores communiter. Quamuis † contrarium teneat Sylueſt. d. verb. clericus. 4. quæſt. 25. Sair. ſupra nu. 82. & Enriquez dicto verb. libro 13. cap. 13 §. 4. dicens, excommunicatum fructus ſuæ ſuſtentationi neceſſarios retinere poſſe, etiam qui fuit in mora,

100 quod non eſt verum Nec illud † quod ait, dict. c. 3. §. 3. ad fin. quoad beneficiatus qui manet contumax in maiori excommunicatione, non facit fructus ſuos, ſed ſi horas recitauit, & fecit officium parochi, aut canonici, retinere poteſt fructus ſuo ſeruitio reſpondentes: nam ſeruitium illius, qui alias non habet ius ad fructus beneficij, quia eſt illis priuatus, non eſt ſufficiens titulus, vt ratione eius poſſit partem fructuum recipere, quicquid etiam dicat idem Enriquez dicto libro decimotertio, cap. 31. §. tertio litera X. ſed tunc alius ſumptibus illorum fructuum beneficio inſeruire, & eius munera obire debet, Vgolinus num. tertio, & Suarez numero vigeſimoquarto ſupra.

101 Et ſimiliter in eo, † qui non habet legitimum titulum beneficij ſeruitium non eſt ſufficiens titulus, vt poſſit partem fructuum pro ſeruitio retinere, maximè ſi erat intruſus malè fide, quicquid dicat Nauar. conſil. 1. alias 5. num. 5. de filijs presbyteror. & cum eo ipſe Enriquez d. cap. 3. §. 3. litera C. & cap. 14. §. 3. ad fi. Manu. Rodriguez 1. tomo, cap. 29. numero 5. ad fin. & Suarez diſp. 13. ſect. 1. nu. 3. & Auila dict. c. 6. diſp. 6. dub. 7. verſ. ex dictis in hoc dubio, cum iſtud ſeruitium ſit exhibitum gratis, ſine titulo beneficij, & ex alia parte non ſit conductus ad illud, ſed illud fecerit tanquam titularis, & ratione beneficij, quod non eſt ſuum.

102 Et ita videtur † tenere Rota in vna Placentina, ☞ parochialis de Malpartida 20. Octobr. 1595. corã D. Lita, quæ ſic ait; Domini cenſuerunt poſſe procedi ad declaratoriam contra Michaelem pro illo reſiduo ducatorũ 400. occaſione fructuũ perceptorum à die motæ litis citra, nec non & pro expẽſis, in quibus alias per tres conformes condemnatus fuit, nã ſtãte eius proteruia in ſoluẽdo, quod debet, & quod literæ executoriales eidem intimatæ fuerunt, quodque iam diu lapſus eſt terminus, eidem poſtmodum ex benignitate Rotæ pro dicta ſolutione facienda conceſſus, & nunquã paruit, aliaque omnia de iure ſeruanda ad effectum prædictũ ſeruata fuiſſe ex actis conſtet. Nec obſtare dixerunt Dñi, quod dicti ducati 400. ab Archidiacono de Medellin fuerunt detracti ex fructibus contra dictum Michaelem liquidatis pro ſeruitio, quod præſtitit in dicta Eccleſia, quia vltra quod Archidiaconus prædictus vti merus Rotæ executor, non habuerit circa hoc iuriſdictionem aliquam, Innoc. in c. de cætero, nu. 1. ibi, mora eſt, de re iudicata, cum alijs per Specul. de executione ſent. §. 2. nu. 6. ver. ſed vtrum ſententia, iſta detractio eſt iniuſta, cum iniuſtus beneficij poſſeſſor teneatur reſtituere à die motæ litis, nõ tantũ omnes fructus, ſed etiam diſtributiones quotidianas perceptas, quæ non dantur, niſi intereſſentibus pro ſeruitio, vt fuit dictum in cauſa Sacenſ. beneficij de Anſo. 16. Ianu. 1577. coram Illuſtr. Lancel. quod fortius procedere habet hoc in caſu, ex quo Do. Michael erat intruſus, authẽt. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Neque etiam obſtare dixerunt Dñi commiſſionem admiſſionis, ad c. Odoardus, obtentam pro parte Michaelis, per quam mandatur, quod reſeruata in fine litis ſolutione ducatorũ 400. & expenſarum, procedatur in cauſa ad vlteriora, quia fuit dictum, quod ex quo dicta commiſſio continet clauſulam cõſtito de pauperrate, ei non poteſt ſuffragari, niſi prius dicta conditione purificata, & ſic probata ipſa paupertate, quam non probari fuit reſolutum ſub die 26. Mar. 1593. *Quæ deciſio eſt iam impreſſa in nouiſſimis Farin. 521. & in alia Placentina fructuum 9. Decemb. 1596. & 4. Iul. 1597. coram D. Gipſio amplius fuit reſolutum, ſcilicet, ſalarium ſolutum capellano pro celebratione miſſarum capellaniæ & ſeruitio beneficij non eſſe deducendũ ex fructibus reſtituendis, quia cum poſſeſſor per ſeipſum inſeruire, & eas celebrare potuiſſet, inter onera neceſſaria computari non debet. Caſſad deciſ. 19. de præben. & dixerunt Domini in vna Hiſpal. beneficij 24. Maij 1561. coram D. Decano. Ratio eſt, quia ſi poſſeſſor dimiſiſſet poſſeſſionem, vitãr reſidendo, & inſeruiendo euitaſſet has expenſas, idcirco hoc*

*dam-*

*damnum illi deputandum est, ad l. quod quis, de reg. iur. c. damnum, eod. tit. lib. 6.*

103 Solum posset is † qui non habet legitimum titulum percipere distributiones quotidianas, & alias emolumenta similia, quæ dantur pro labore, & ministerio personali, ex quo sunt merces laboris, incerta tamen, nam distributiones certas, & assignatas perceptas teneretur etiam restituere, iux. d. decisionem Placentinam, & d. præced. parte, c. 3. à nu. 116. quæ sunt videnda.

104 Illud autem de sustentatione † excommunicati solum potest procedere pro tempore, quo excommunicatus non posset habere absolutionem, & recessit à contumacia. Decius numero 18. & Nauarr. sup. idem Nauarr. cons. 37. de sententia excommun. num. 10. & 11. Ioannes Guttierez num. 101. Surdus dicto tit. quæst. 82. num. 10. & d. tit. 7. quæst. 36. n. 7. & tit. 8. priuileg. 83. num. 16. Manuel Rodriguez d. num. 5. Vega d. casu 1. & Suarez num. 16. *Alexand. Monet. d. 2. p. de dist. ib q. 15. num. 27. & alij.* Vel quan-

105 do esset † in extrema necessitate, gloss. dicto verb. subtrahuntur, in fin. quam omnes sequuntur teste Decio ib., num. 19. Abb. d. num. 16. Franchus num. 13. & 14. Ioannes Guttieres nu. 103. & 134. Vgolinus supra num. 41. vers. 4. Surd. d. q. 82. à num. 9. & d. q. 86. num. 6. & 7. & d. priuil. 83. num. 14. Manuel, Rodriguez & Vega ibi, Toletus supra *& Monet. d. quæst. 15. nu. 28.*

106 Tertio ampliatur † vt excommunicatus amissos fructus recuperare, aut retinere non possit post absolutionem, vt per allegatos, maxime Abb. n. 22. Franchum 21. & Baldum 20. in d. §. verum, & Vgolinum d. nu. 1. vers. 7. & Toletum sup. Sairum nu. 24. & Suarez nu. 20. *& Monet. d. q. 15. nu. 24.*

107 Vnde apparet esse falsum † consilium Navar. 54. de sententia excommun. num. 2. vbi ait excommunicatum satis iuste posse retinere fructus alios ex distributionibus quotidianis sui beneficij receptos tempore excommunicationis, postquam fuerit absolutus ab ea, arg. eorum quæ ipse tradit in cap. non

108 liceat Papæ, 12. quæst. 2. §. 12. Quæ tamen † longe diuersa sunt, nam excommunicatus non priuatur fructibus ratione defectus tituli, sed ratione censuræ, nec absolutio dat nouum titulum, sed solum tollit impedimentum censuræ respectu fructuum futurorum, non vero respectu fructuum iam amissorum, & si post absolutionem restituendi essent fructus amissi, excommunicati diutius in contumacia permanerent, &c.

109 Quarto ampliatur, vt procedat † etiam vbi ante excommunicationem fructus percipiendi, creditor ipsius clerici assignati essent, secundum tradita à Doctor. in cap. peruenit. de fideiussor. quicquid dicant Vgolinus sup. num. 4. vers. 7. & Sairus numer. 25. ad fin. *& Monet. d. q. 15. num. 30. & 31. in aliis fructibus præter distributiones id admittens*, quia illa assignatio intelligitur si illos clericus lucratus fuerit, non alias.

110 Nec obstat ratio † Vgolini, quod alteri per alterum iniqua conditio fieri non debet, nam cum isti fructus non sint excommunicati, nulla fit iniuria creditori, & si ille incidit, aut perseuerat in excommunicatione in fraudem creditoris, male facit, non tamen propterea illos debet lucrari, & per consequens non potest illos habere creditor cum eos debeat habere ex persona clerici.

111 Nec obstat † tex. in d. cap. peruenit, & quod dicit Abb. in cap. Apostolica, numero 7. de except. nam ibi non agitur de suspensione à beneficio absolute lata, sed de suspensione lata post assignationem creditori factam, sine præiudicio ipsius, vt ibi ait Ab-

112 bas. Et longe † diuersum est in pensione, & subsidio, de quibus supra 1. p. c. 5. à nu. 226. nam illa sunt onus ipsorum fructuum, & sic cum ipsis transeunt ad quemcunque vadant, vt ibi diximus.

113 Et ita plane † tenuit Rota in vna Mediolanen., fructuum 20. Iunij 1597. coram Domino Pamphilio, in qua fuit resolutum, Dandam esse declaratoriã contra S. stante eius contumacia in non parendo literis executorialibus, Dd. in c. 1. vbi Abb. num. 19. Ripa 29. de iudic. & non obstante præiudicio, quod ex ea infertur anterioribus creditoribus in fructibus beneficij eis assignatis, cap. pastoralis, §. verum, de appellatio. Quia non est impediendus, cap. posterior creditor, quo minus contra personam debitoris, cuius respectu non consideratur prioritas hypothecæ, vtatur hoc remedio in subsidium à iure inuento cõtra inobedientes, vt à communione fidelium exclusi & fructibus beneficiorũ priuati, & ad omnes actus legitimos inhabiles redditi tandem tædio affecti pareant mandatis superiorum, sicut vt potuisset remedio iustæ carcerationis ex qua idem præiudicium anterioribus creditoribus oriretur, iuxta notata in c. vnico, vbi Probus num. 22. de cleric. non resident. in 6. Felin. c. cum omnes, nu. 22. de constitut. & in cap. Apostolicæ, num. 2. de except. cum alijs per Couarr. variar. lib. 3. cap. 13. num. 8. vers. 11. cum seqq. Nec obstat quod S. fuerit admissus ad beneficium, cap. Odoardus, quia ista admissio non afficit C. quem nõ constat fuisse citatum saltim legitime, & potius contrarium suadetur ex appellatione per ipsum interposita à die habitæ notitiæ, quæ non admittitur, nisi in ignorante, vel in ficto contumace, Rota decis. 1. & 16. de dolo, & contumac. in nouis, vltra quod sententia respectu C. esset manifeste iniusta, cum iam resolutũ fuerit S. tanquam improbum, & dolosum litigantem dicto beneficio, cap. Odoardus, iuuari non posse aduersus C.

114 Quinto ampliatur † in pensionario excommunicato, vt non lucretur redditus pensionis pro tempore excommunicationis, Suarez sup. nu. 21. & dictum est 1. par. c. 5. à nu. 131. vbi vide,

115 Sexto ampliatur, † vt cum excommunicatus sit priuatus fructibus beneficij, sit etiam priuatus administratione bonorum eius, Abb, numer. 18. Franchus 17. & Decius 22. in d. §. verum, Nauarr. cap. 27 numer. 22. vers. 10. dicens excommunicationem suspendere ab officio, & beneficio, Vgolinus dict. c. 12. §. 1. plures allegans, Sairus supra numer. 31. & Suarez num. 6. facit cap. veritatis, in fin. de dolo & contumac.

116 Limitatur tamen prædicta conclus. primo, † vt non procedat, quando excommunicatio est nulla, nam quod nullum est, nullum producit effectum, nec dicitur quis excommunicatus, nisi excommunicatio valeat, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, & tenent Dd. citati limitatione sequenti, & Rota in vna Salamantina censurarũ, 1. Iunij 1594.

117 coram Domino meo Corduba. In qua † tamen 11. Decemb. 1595. coram D. Seraphino fuit resolutum,

Onus

Onus docendi de nullitate cenſurarũ incumbere excommunicato, & non cap. quod ei denegauit diſtributiones ratione excommunicationis, & cenſurarum ad deciſionem Veralli 16. lib. 1. &c.

118 Secundo limitatur, vt non † procedat in excommunicato iniuſte, gloſſ. in d. §. verum verb. ſubtrahuntur, & ibi Bal. nu. 20. Abbas, Franchus, Decius, & alij Fel. in c. Apoſtolicæ. de exceptio. nu. 12. Borgaſius, Couarr. Didacus Perez, Iulius Clarus, Lancellotus, D. Ioan. Ocon. ſup. Vgolinus, dicto cap. 12. nu. 4. Ioann. Guttierez à nu. 135. Follerius in pract. criminali cęn. 3. p. cap. 33. nu. 111. Surdus dicto tit. 1. quæſt. 82. à nu. 14. Enriquez lib. 13. cap. 13. §. 4. & cap. 15. §. 2. Manuel Rodriguez ſup. nu. 6. Vega dicto caſu 2. Toletus ſup. Sairus nu. 25. 27. & Suarez d. ſectio. 2. nu. 20. *Alex. Monet. d. q. 15. 4 num. 32. & 42.* & alij ſup. relati. Qui dicunt, quod excommunicatus iniuſte non ſolum fructus, ſed etiam quotidianas diſtributiones, ſicut alij legitime impediti habebit, & eſt deciſ. Thanis 26. & fuit reſolutum in dicta Salamantina cenſurarum, 1. Iunij 1594. *Nec contrarium tenet Scaccia de opt. d. q. 17. lim. 22. num. 8. dicens, quòd excommunicatus priuatur fructibus & diſtributionibus, etiam pendente appellatione, & licet dicatur ſententia iniuſta, &c.*

119 Aiunt tamen † Vgolinus ibi, Sairus num. 27. & Suarez nu. 23. quod quando diſtributiones alijs acquiſitæ, ſeu adiudicatæ ſunt vt quia illis accreſcunt, non ſunt ab illis petendæ, ſed ab eo qui author fuit, ſeu cauſa iuſtæ excomm. arg. d. c. ſacro verſic. cumque, de ſenten. excommunicatio.

120 Quod mihi non placet, † nam excommunicatio iniuſta non habet in rei veritate hunc effectum priuationis fructuum, cum res quę culpa caret, in damnum vocari non debeat. cap. 2. & ibi gloſſa 1. de conſtitut. & ideo excommunicatus iniuſte nunquam amiſit fructus, aut diſtributiones etiam durante excommunic. quicquid dicat idem Suarez num. 20. & conſequenter illi reddendæ ſunt diſtributiones ab eis, quibus adiudicatæ, & etiam traditæ fuerint. *& ita contra Vgolin. tenet Monet. d. q. 15. nu. 33. 44. & 45.*

121 Quamuis † verum ſit, quod appellatio ab excommunicatione, tanquam iniuſta non ſuſpendat executionem priuationis, nec ſit attentata, quia excommunicatio trahit ſe cum executionem, vt in d. §. verum, & ibi Imola num. 21. & alij, Maranta, Lancellotus, & Ioan. Guttierez num. 136. ſup. & Duennas

122 reg. 42. nu. 8. Diſtributiones † vero ſeu fructus remanentes in menſa capitulari, ab ipſo cap. reddenda ſunt excommunicato, cum conſtiterit, excommunicationem fuiſſe iniuſtam, aut nullam, etiamſi fuiſſent iam alijs diuiſi, & diſtributi, quia cap. ſemper eſt idem l. proponebatur, ff. de iudic. Ioan. Guttierez dicto num. 136. in fin. *Vgolin. d. cap. 12. nu. 5. & Monet. d. quæſt. 15. num. 20.*

123 Sublimitatur † tamen hęc limitatio, vt non procedat iniuſte excommunicato, qui fuiſſet in mora petendæ abſolutionis, ſeu qui ſe abſoluendum non curaret, qui fructus eo tempore perceptos non recuperabit, eo quod ſua culpa tunc in excommunicatione iacet, ita Borgaſius ſup. nu. 17. quem refert Ioan. Guttierez nu. 135. in fin. Vgolin. d. nu. 4. Sairus d. num. 25. *& Monet. d. q. 15. num. 35.*

124 Sed hæc ſublimitatio † mihi non placet, nam ſi excommunicatio iniuſta non habet effectum priuationis fructuum ex ſe, non habebit eum etiamſi excommunicatus fuerit in mora petendæ abſolutionis.

125 Procedet tamen † ſublimitatio in diſtributionibus, & fructibus, qui reſidendo, & diuinis intereſſendo lucrifiunt, vt tenet Didacus Perez ſupra, quẽ refert Ioannes Gutterez num. 137. in fin. idem Manuel. Rodrig. d. num. 6. & Vega dict. caſu 2. nam ſi per excommunicatum ſteterit quo minus abſolutus eſſet, & mora ei poſſet imputari in petenda abſolutione, per eum ſtaret quo minus reſideret, & diuinis intereſſet, cum poſſet remouere impedimentum, & non remoueret & per conſequens non lucraretur illos fructus, & diſtributiones, tanquam legitime impeditus, quamuis ſi haberet dies abſentiæ, & recreationis, lucraretur tunc in illis dictos fructus.

126 Tertio limitatur † dicta concluſ. vt non procedat in canonico, ſeu beneficiato excõmunicato pro cauſa ſuæ Eccleſiæ, maxime ſtante ſtatuto de hoc, prout adeſt in hac Eccleſia, & Ciuitaten. ita Ioan. Guttierez ſup. nu. 124. qui idem dicit in canonico, ſeu alio beneficiato exiſtẽte in ſeruitio Epiſcopi, nempe eius Vicario, & à fortiori Vicario cap. ſede vacante, vel delegato Apoſtolico, qui ob eam cauſam ratione of-

127 ficij fuit excommunicatus. Sed ego † valde dubito de tota hac limitatione, videtur enim eſſe contra ius canonicum.

128 Quarto limitatur, † vt non procedat vbi conſuetudo eſt, vt excommunicati fructus non amittant, ita Rebuff. in repetit. dict. cap. poſtulaſtis. de clerico excommunicato, notab. 2. num. 84. qui conſuetudine non obſeruari inquit, vt clerici excommunicati beneficiorum fructibus priuentur, niſi quoad diſtributiones quotidianas, & refert, & ſequitur Vgolinus dict. cap. 12. ad fin. & eodem relato Suarez d. ſection. 2. ad fin. ait, cum hoc ius poſitiuum ſit, non eſſe dubium, quin potuerit per contrariam conſuetudinem derogari, ſibi tamen non conſtare talem conſuetudinem vniuerſalem eſſe, vbi tamen illa conſtiterit, poſſe quem cum ea conformari.

129 Et quidem in Hiſpania † videtur eſſe huiuſmodi conſuetudo, & ita obſeruari, videmus enim frequenter clericos habentes beneficia excommunicatos, tam à iure, quam ab homine & nunquam viſum eſt, nec auditum, nec intellectum, aliquem reſtituere fructus temporis, quo fuit excommunicatus, nec ab eorum perceptione, & adminiſtratione ſe abſtinere,

130 nec ad id cogi per ſuperiores. Et ſolum † in Eccleſijs cathedralibus, vel collegiatis, ſeu quaſi eſt in vſu non computare, ſeu numerare canonicos, & beneficiatos excommunicatos, quoad diſtributiones, & fructus, quos habente in menſa, ſeu maſſa communi, ſed illos ponere extra calendarium Hiſpane en deſcuento, quando excommunicatio, ſeu declaratoria eſt intimata pũcioribus Hiſpane contadores, quod etiam videtur faciendum, quando eſſet excommunicatus notorius, ſeu manifeſtus, maxime ſi eſſet notorius clerici percuſſor.

131 Vnde ſtante illa † conſuetudine beneficiatus excommunicatus non videtur teneri reſtituere fructus temporis, quo fuit excommunicatus, ſed illos lucrari, nec poſſe illis priuari, etiam per ſententiam, etiam aliquo petente, cum ius nil aliud ſtatuat, niſi priuationem ipſo iure, quę tamen per dictam conſuetudinem videtur ſublata.

Imò

131 Imò & Canonicus † seu præbendatus Ecclesiæ Cathedralis excommunicatus, cuius tamen excommunicatio, seu declaratoria non fuit intimata punctatoribus, quia forte erat excommunicatus à iure, vel alias, & sic non fuit positus extra calendarium, non videtur teneri restituere fructus, & distributio-
133 nes illius temporis ex d. consuetudine. Quamuis † ii interfuit diuinis excommunicatus, poterit in pœnam priuari fructibus, & distributionibus tunc lucratis.

134 Sed stante, quod † excõmunicatus fructus amittat, quæritur ad quem illi pertinent, & DD. communiter dicunt, quod in vtilitatem Ecclesiæ sunt conuertendi, arg. cap. penult. in fin. de clericis non residen. & cap. 2. de offic. ordinarij in 6. ibi. Sed ipsi Ecclesiæ cedere, & ita Abb. Franchus num. 22. & Decius 21. in dict. §. verum. Felin. in dict. cap. Apostolicæ, nu. 12. de except. Nauarr. cons. 57. ad fin. de temporibus ordinat. Vgolin. dict. cap. 12. num. 3. Surdus dict. tit. 1. quæst. 82. num. 19. Toletus supra & Sairus num. 28. (qui idem dicunt de suspensio cum gl. verb. suspensius. in cap. 2. de vita & honestate clericor.) &
135 Suarez sup. num. 24. Qui tamen † existimat sub Ecclesiæ vtilitate comprehendi subuentionem pauperum, & egenorum, imò existimat necessarium fore, vt aliqua pars fructuum in huiusmodi vsus expẽdatur, præsertim illa, quam secundum prudentis arbitrium deberet beneficiatus ipse, si conuenienter dictis fructibus vteretur, in huiusmodi eleemosynas expendere, & hanc distributionem, si res sit publica, & præsertim si ad forum contentiosum deducta est, authoritate superioris, aut iudicis fieri debere: si vero sit occulta, ab ipsomet excommunicato, eiusque arbitrio fieri posse, qui si huiusmodi fructus in pios vsus expendat in sua Ecclesia, suæ obligationis
136 satisfaciet. Hæc Suarez. Cuius doctrina † mihi placet, quatenus ait sub Ecclesiæ vtilitate comprehendi subuentionem pauperum, quod etiam videntur tenere Nauarr. cap. 25. nu. 123. & Ludouic. Lopez 1. tomo instruct. cap. 145. dum quoad modum restituendi æquiparantur perditum, seu amissum ob excommunicationem, suspensionem, aut aliam quamcunque causam perdito ob causam non recitãdi, quia de similibus idem est iudicium: at perdito ob causam non recitandi erogandum est in vtilitatẽ, seu fabricas ipsorum beneficiorum vel pauperum eleemosinas, vt in cõstitutione concilij Lateranen. vltimi, & Pij V. 138. supra adducta 3. p. c. 1. nu. 5. & sequitur Auila 2. p. c. 6. disp. 6. dub. 2.

137 Non placet tamen quod † Suarez ait necessariũ fore, vt aliqua pars fructuum in vsus, & eleemosinas pauperum expendatur, satis enim est in vtilitatem Ecclesiæ, seu beneficij, aut alium vsum pium expendi, nõ enim est lex aut ratio, quæ ad aliud cogat.

138 De distributionibus † autem quotidianis, & fructibus habentibus modum distributionum, dicendum est, vt sup. 3. p. c. 2. 24. dubio ex nu. 441. nam vt ait Suarez sup. n. 22. & 23. & *Monet. p. 3. de distrib. q. 5. nu.* 40. distributiones quas excommunicatus amittit ad eos pertinere solent, ad quos alias pertinere solent, quotiescunque amittuntur à non residente, & vide d. 3. p. c. 3. dubio 13. à nu. 36.

139 Redditus etiam pensionis, † amissi ob excommunicationem pensionarij remanent ipsi titulari, & ipsi sunt restituendi, & dictum est d. 1. par. cap. 5. num. 133. cum ab ipso soluantur, & sit onus ei impositum, à quo manet liber pro tempore excommunicationis, &c.

## *Quæ non sit suspensus, seu interdictus. Cap. XIV.*

### SVMMARIA.

*Svspensis ab officio, vel beneficio, non possunt beneficia conferri, sed illorum sunt incapaces. prouisioque eis facta est nulla. num. 1. Quamuis Suarez dicat non esse irritam, sed irritandam, nu. 2. & num. 3. ponitur decisio Rotæ, & nu. 4. allegatur alia, & idem est in interdictis personaliter, num. 5.*

*In prouisionibus Apostolicis fit absolutio, non solum ab excommunicatione, sed etiam à suspensione, & interdicto ad effectum gratiæ consequendum per illam clausulam, teque à quibuslibet &c. nu 6.*

*Videbatur collationem beneficij factam clericis concubinarijs seu fornicarijs notorijs esse nullam, n. 7. nam ij sunt suspensi ab officio, & eorum officia audire est prohibitum, nu 8. Etiam in minoribus constituti contra aliquos, nu. 9. & 10. & num. 11. & seq. ponitur declaratio S. Congregationis atque adeo si celebrant, sunt irregulares, nu. 13. & seq. & sunt etiam suspensi à beneficio à nu. 15 & seqq.*

*Sed contrarium tenent alij, nempe clericos concubinarios notorios non esse suspensos, vera suspensione censura directe inducta in pœnam, sed suspensione ratione cuiusdam honestatis ad ipso canone facta ob decorem potius quàm in pœnam directam criminis, vel principaliter à Deo, & à canone per approbationem, & sic celebrantes non effici irregulares, à nu. 19. & seqq. Et respondetur cap prater, & cap. si qui sunt 32. distinct. & cap. sacerdotes 50. distinct. & cap. fin. de cohabitat. clericorum à num 25. & seqq. Quod magis obstat est d. declaratio S. Congregationis, nu. 31.*

*Dato quod ista suspensio esset vera censura de iure, potest dici eam iam non esse in vsu, à nu. 32. & seqq. & ad d. declarationem S. Congregationis dici potest respondere de iure, & non tollere consuetudinem, nu. 35.*

*Etiam secluſa consuetudine non teneremur hodie vitare clericos concubinarios, seu fornicarios notorios per sententiam aut confessionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, & notorietatem facti, nisi per iudicem fuissent publicati, & denuntiati, ex extrauagante ad euitand. scandala relata per citatos, nu. 36. Quæ etiam hoc casu procedit, & est seruanda, num. 47.*

*Quod procedit etiam in concubinarijs notorijs notorietate facti, nu. 38. Quamuis in hoc contrarium teneant Cosmas, & alij, ex exceptione de notorio excommunicato posita in d. extrauagante iuxta literam Concilij Basilien. num. 39. Quam exceptionem habere etiam locum, & extendi paritate rationis ad suspensos, & interdictos, ita notorios, tenet Cosmas, & alij, nu. 40.*

*Resp. 1. d extrauagantem non esse vsu receptam cum dicta exceptione de notorio excommunicato, sed cum sola exceptione de notorio clerici percussore, iuxta literam Concil. Constan. nu. 41. & 42.*

*Resp. 2. quod etiam retenta litera Concil. Basilien. verius est exceptionem de notorio excommunicato non habere locum in suspensis, & interdictis notorijs, nu. 43. Nec potest dici esse eandem rationem, nu. 44.*

*Hodie solum tenemur euitare excommunicatos in duobus casibus, scilicet, quando est notorius clerici percussor, aut publice*

*blice denuntiatus ſpecialiter, & expreſſe, num. 45. Quod non ſolum procedit in excommunicato generaliter à iure, vel ab homine, ſed etiam in excommunicato ab homine ſpecialiter, & nominatim, nam etiam iſte non eſt euitandus, niſi ſit publicatus, & denuntiatus in Eccleſia, ſeu loco publico, nu. 46. & ſeqq. vbi recte expenditur, & inducitur dicta extrauagans, quamuis contrarium teneant Felinus, & alij, num. 49. & 50. Et quid ſeruetur in Epiſcopatu Abulen. nu. 51.*

*Contra illam ſententiam, quod clerici concubinarij notorij ſint ſuſpenſi a beneficio, tenent alij, & vſus & conſuetudo eſt in contrarium, nu. 52. Et ſuppoſito quod non ſint a iure ſuſpenſi ab officio ſuſpenſione cenſura, nec etiam a beneficio, nu. 53. & ſuppoſito, quod ita eſſent ab officio ſuſpenſi, verius eſt, non eſſe a beneficio ſuſpenſos, nu. 54. & 55. Reſp. d.c. præced. & n. 56. cap. ſi quis amodo, 81. diſt.*

*Ex vera eſſet illa ſententia, quod ſuſpenſi ab officio ſint ſuſpenſi a beneficio, tamen ſuppoſito, quod clerici concubinarij notorij non ſint ab officio ſuſpenſi cenſura, non poteſt dici, quod ſint a beneficio ſuſpenſi, nu. 57. Sed abſolute verius eſt, ſuſpenſum ab officio, ſine à iure, ſiue ab homine, non eſſe ſuſpenſum a beneficio, quoad ea, qua competunt nõ intereſſentibus diuinis, niſi aliud conſtet ex mente diſponẽtis, nu. 58. & ſuſpenſus ab officio, ſi interſit diuinis, quãuis peccet, lucratur diſtributiones, nu. 59.*

*Cum clerici concubinarij notorij non ſint ſuſpenſi a beneficio, nec ab officio ſuſpenſione cenſura, ſaltem ex conſuetudine, valebit collatio beneficij eis facta, n. 60. Quamuis clericis concubinarijs etiam non notorijs non debet beneficia conferri ex defectu morum, nu. 61. Nec debent præſentari ad beneficia; & ſi præſentarentur, & opponeretur de concubinatu, ſeu fornicatione, præſentatio non procederet, niſi eſſent emendati, n. 62.*

*De pœnis concubinariorum, & an ſint priuandi beneficijs, remiſſiue, nu. 63.*

1 SVſpenſis itidem ab officio,† vel beneficio, non poſſunt beneficia conferri, ſed illorum ſunt incapaces, prouiſioque eis facta eſt nulla, capitulo cum dilectus, verſic. quia nobis, de conſuetud. & ibi gloſ. verbo, ceſſauimus, c. per inquiſitionem, de elect. & ibi glo. fi. in fine, & Abb. nu. 8. cap. cum bonæ, de ætate, & qualitat. & ibi glo. verb. ſuſpenſi, & verb. poſtmodum, & Abbas nu 6. Et facit c. fin. de clerico excommunicato, gl. etiam in cap. tanta, de exceſſibus prælator. verb. irritas, & gl. in c. cupiẽtes, §. cæterum, de elect. in 6. verb. beneficijs, in fine, Abbas etiam in capitulo Apoſtolicæ, de exceptio. nu. 8. Bertach. de Epiſcopo, 2. lib. 1. par. quæſt. 5. Lamber. de iure patron. 1. par. 2. lib. quæſtion. art. 2. Corraſ. de benefic. 4. par. capite 3. numero 22. Nauar. in man. c. 25. nu. 233. & conſ. 10. de temporibus ordinat. Maiolus de irregularitate, lib. 3. c. 19. nu. 10. Vgolinus de cenſuris, tab. 4. de ſuſpenſione, c. 6. §. 7. nu. 4. & c. 8. §. 6. nu. 1. Flam. Pariſ. de reſignatione benefic. lib. 5. q. 6. nu. 84. & Candelabrum aureum de ſuſpenſione, n. 139. Leſſius de iuſt. & iure, lib. 22. c. 34. nu. 116. & Azor de inſtit. mor. 2. p. lib. 6. c. 7. q. 2.

2 Quamuis † Suarez 5. tom. diſp. 26. ſect. 3. nu. 8. male & perperam dicat, electionem ſeu collationem factam ſuſpenſo ab officio, non eſſe ipſo iure irritam, ſed irritandam, nec ſuſpenſum ab officio eſſe perſonam inhabilem, ſed prohibitam quod etiam dicit de ſuſpenſo à beneficio diſp. 27. ſect. 1. nu. 26.

3 Et quod ſuſpenſo beneficia † conferri non poſſunt, & præſentatio, & prouiſio ad eius fauorem facta non ſubſiſtat, fuit reſolutum per Rotam in vna Meliten. Abbatiæ, 24. Ian. 1590. coram D. Gipſio, vt refertur in ſeq. deciſione.

Præſentationem, & prouiſionem ad fauorem Dom. Horatij factas, de Abbatia S. Bartholomæi, nõ ſubſiſtere, Domini reſoluerunt, quoniam vt eſt in confeſſo apud partes, citra tamen veri præiudicium, D. Horatius in 22. ſuæ ætatis anno tantum conſtitutus, ad ſacerdotium ſe promoueri fecit, & ſic tempore inhabili, vt habetur Concilio Tridentino, cap. 12. ſeſſ. 13. propterea tanquam ſuſpenſus ab executione ordinis ſuſcepti, non potuit conſequi dictam Abbatiam, quæ, vt præſupponitur, ordinem ſacerdotij requirit, ſi quidem ſuſpenſo beneficia conferri nõ poſſunt, cap. fi. de clerico excommunicato, gloſſ. magna circa medium, in cap. tanta de exceſſibus prælator Specul. de diſpenſat. §. iuxta, nu. 16. declarat Abbas. cap. cum bonæ, nu. 6. de ætate, & qual. Gemin. conſ. 91. nu. 3. & 133. nu. 2. Nec refragatur, quod iure veteri, ſiue communi inſpecto, talis ſuſpenſio ſit temporalis, & durat ſolum, donec promotus ad congruã veniat ætatem, cap. vel non, de tempor. ordina. cap. ex ratione, de ætate, & qualitate, notant DD. per illum tex. in Clem. generalem, eodem tit. B. Ant. tract. de irregularitate, c. 1. nu. 13. Et quod tempore præſentationis Horatius eſſet annorum 25. quia fuit per Dominos reſponſum nos verſari in terminis cõſtitutionis Pij Secundi, cum ex ſacrorum, qua promotus ante legitimam ætatem ipſo iure ſuſpenditur, & ſic perpetuo ad tradita per Tiraq. in leg. ſi vnquã, verb. reuertatur, n. 144. Stephanus de Gaeta cap. ad limina, §. 3. nu. 111. 30. quæſt 1. ſeruus, C. de pœnis, cap. ſi autem, vbi gloſſa in fine de cohabitat. cleric. gloſſ. cap. cupientes, §. cæterum, verb. perpetuo, de elect. in 6. Abb. cap. ex literis, num. 10. de conſtit. Et quod prædicta conſtitutio de ſuſpenſione perpetua loquatur, animaduertit Rebuff. de male promotis, glo. 10. num. 3. Nauar. conſ. 30. in fine, & 33. de tempor. ordin. Et ratione ſuaderi poteſt, ſi quidem conſtitutio promotis extra tempora, & ante legitimam ætatem eandem pœnam imponit: ſed in primo caſu ſuſpenſio eſt perpetua, cap. cum quidam, de temp. ordin. 9. Fuit inſuper dictum omnem prorſus ceſſare dubitationem, ex eo quod D. Horatius ordinem diaconatus ante 23. ætatis annum ſuſcepit, contra diſpoſitionem prædicti Concilij: quocirca remanſit ipſo iure ſuſpenſus, vt ſupra dictum eſt, qua ſuſpenſione ſtante, ſuſcipiendo presbyteratum, ſententiam irregularitatis incurrit. c. 1. de eo qui ordinem furtiue ſuſcepit, Nauar. man. cap. 27. nu. 241. & conſil. 51. de tempor. ordin. quæ irregularitas ipſum non capacẽ ad beneficia reddit, Pariſ. conſil. 136. nu. 40. libro 40. Nec legitima ætas ſuperueniens tollit dictam irregularitatem, iuxta notata in c. Neophytus, 61. diſt. ſed neceſſe eſt abſolutio Pontificis, vt in iſtis terminis voluit Stephanus de Gaeta vbi ſup. num. 60. Aliquibus etiam ex Dominis non diſplicebat illud motiuum deſumptum ex conſ. Nauarri 4. lib. 5. de clerico excommunicato. nempe quod ordinatus ante legitimam ætatem, concelebrans cum Epiſcopo, efficitur irregularis, vt latius ibi per eum.

Quæ de bona fide D. Horatij in medium afferuntur, obſtare non videntur, tum, quia nõ probantur, tum etiam, quia iuris vel craſſa ignorantia non excuſet,

etiſet, cap. Apoſtolicæ, de clerico excommunic. & Nauar. conſil. 50. de temporibus ordi. loquitur de perſona, quæ circa ætatem potuit, & debuit ſuis parentibus credere, quod cõſtitutio Pij Secundi debet intelligi ſecundum ius commune, non placuit Dominis, quia reddit nouam pœnam, vt bene deducunt informantes pro Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domino Cardinali Columna. Nec dicatur, conſtitutionem Pij Secundi, cum ex ſacrorum, non fuiſſe vſu receptam, quia cum fuerit ſolemniter publicata in quinterno Cancellariæ regiſtrata, ac in Bullario impreſſa, præſumitur vſu recepta, & qui contrarium dicit tenetur hoc probare, Gozad. conſil. 16. n. 16. Puteus deciſ. 281. lib. 1. Quidquid dixerit Mohedanus dec. 6. cuius opinio in Rota non ſeruatur, eoque magis dici debet, eſſe in viridi obſeruantia, quia Pontifices in eorum regulis illam ſeruari mandant, vt teſtatur Diaz in pract. crim. cap. 22. verb. extra tempora. Ad alia, quæ obijciuntur, bene reſpõdent informantes. Quæ deciſio fuit cõfirmata coram eodem 17. April. 1592. vt in dec. Farin. 89.

4 Idem fuit † reſolutum in illa Vrgellen. canonicatus 3. Mar. 1595. ſup. adducta 2. p. c. 5. nu. 12.

5 Et idem eſt in interdict. 3 † perſonaliter. glo. in d. cap. tanta. Lamber. ſup. art. 3. Corraſ. d. num. 22. Nauar. d. c. 25. nu. 133. & Vgolinus tab. 5. c. 3. §. 1. nu. 3. Leſſius & Azor ſup.

6 In prouiſionibus † vero Apoſtolicis fit abſolutio non ſolum ab excommunicatione, ſed etiam à ſuſpenſione & interdicto ad effectum gratiæ conſequẽdum per illam clauſulam, teque à quibuſuis, de qua late cap. præced.

7 Vnde videbatur, † collationem beneficij, factam clericis concubinarijs, ſeu fornicarijs notoris, eſſe
8 nullam: nam † ij ſunt ſuſpenſi ab officio, & eorum officia audire eſt prohibitum, cap. nullus, cap. præter, & c. ſi qui ſunt, 32. diſt. c. veſtra, & c. fi. de cohabitat. cleric. l. 43: tit. 6. par. 1. & ibi Greg. Lopez, Abb. in d. c. veſtra, Coſmas in pragmatica ſanct. tit. de excommunicatis, non vitan. verb. ſuſpenſionis. Rebuf. in concord. tit. de publicis concubinarijs, prima, tertia & nona pœna, Guido Papa deciſ. 558. Villadiego de irregularitate, cap. 3, nu. 15. & ibi Didacus Perez, Lambert. de iure patronat. 1. par. 2 lib. quæſt. 9. art. 20. Corraſ. 3. par. cap. vltimo, nu. 82. Bernard. Diaz in practica crim. cap. 79. vbi Salzedo, Nauarrus in manuali, cap. 25. à nu. 77. & cap. 27. nu. 154. & conſ. 17. nu. 2. de clerico excommunicato; Julius Clarus §. fornicario. num. 4 & lib. 5. quæſt. 75. nu. 3. Maiolus de irregularitate, lib. 5. cap. 37. Ioan. Guttierez Canonic. quæſt. lib. 1 c. 1. num. 44 Azeuedo in l. 1. tit. 19 lib. 8. recop. à num. 61. & 109. *Leſius theſi for. Eccleſ. c. 35. num. 27. Alex. Monet. de diſtrib. 2. quæſt. 17. nu. 21. 40. & 41. & nouiſſime Farin. prax. & quæſt. crim. par 4. quæſt. 138. à nu. 55. & 64.* D. Ant. 3. par. ſummæ, tit. 27. cap. 3. Sylueſt. verb. concubinarius, nu. 4. Armilla eodem verbo, numo 5. & verb. clericus, num. 13. Candelabrum aureum dict. tit. de ſuſpenſione, nu. 19. & ſeqq. Zechus de caſibus reſeruatis, caſu primo, de ſuſpenſione, nu. 19. 2. caſu, Vega. in ſumma 2. parte, cap. 108. caſu 5. & in Eſpeio de curas cap. 12. nu. 124. Toletus in ſumma lib. 1. cap. 47. Auila de cenſuris, 3. par. diſp. 5. dub. 2. Azor d. lib. 6. c. 7. quæſt. 5. Ludouicus Lopez inſtruct. conſcien. 2. tomo, 2. p. cap. 23.
9 & 31. qui id ait † procedere quoad ſacerdotes, diaconos & ſubdiaconos, nam in clericis minoribus ait, nõ inuenire ius, in quo id fundetur, quod etiam placet Manuel. Rodrig. in ſumma 1. tomo, cap. 202. nu. 3. Vegæ 1. patte ſummæ, cap. 55. caſu 3. ad finem, & 2. par. dict. cap. 108. caſu 5. & Francisco Suarez 5. tomo, diſp 31. ſect. 4. nu. 8. & 15. & dicit valde probabile. P. Ledeſma in ſumma 2. p. tract. 27. c. 18. 1. cõcluſ. vlt. difficultatis, & videtur tenere Auila d. diſp. 5. in prin. & Azor d. q. 5.

10 Sed tex. † in d. cap. veſtra, & in d. cap. fi. generaliter loquitur de clericis, quidquid dicat Suarez ibi, & etiam de conſtituto in minoribus expreſſe loquuntur Bernard. Diaz, Didacus Perez, Nauar. Maiolus, Guttierez, *Farinac. 71. poſt. Açor, & 3. par. lib. 3. cap. 6.* D. Anton. Syluest. Armilla, Candelabrum Aureum nu. 20. & Toletus ſup. & videtur ſequi Auila d. dub. 20.

11 Et eſt declaratio † S. Congregationis Concilij ſuper c. 14. ſeſſ. 25. de reform. quæ ſic ait: Clerici concubinarij notorij ſunt etiam hodie ipſo iure à diuinis ſuſpenſi, prout in veteri iure ſunt.

12 Quamuis † Oldradus conſil. 288. numero 1. id intelligat quando eſt monitus, & in crimine perſeuerat,

13 Atque adeo ‡ ſi celebrant, ſunt irregulares, c. 1. de re iudicata, & cap. 1. verſ. fin. de ſent. excommunicat. in 6. vt tenent Abbas, Rebuff. Guid. Pap. Villadiego, Didaco Perez, Corraſ. Gregorius Lopez, Nauarr. Maiolus, Azeuedo. *Leo, Farinac.* Anton. Syluest. Armilla, Candelabrum nu. 23. Zechus, Auila, Azor, & Ludouicus Lopez ſupra citati, & Coſmas in dicta pragmatica, tit. de concubinarijs, §. & nihilominus, verb. inhabilis, Bermondus de publicis concubinarijs. p. 270. dicens communem, idem Didacus Perez in lib. 23. tit. 3 lib. 1. Ordinamenti, Matien, in leg. 6. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil. gloſſ. 2. num. 23. Abulen. in tract. de clericis concubinarijs, concl. 3. Coſmas Philiarchus, de officio ſacerd. 1. parte, lib. 4. cap. 15. ad fi. Manuel Rodriguez in ſum. 1. tomo, cap. 182. num. 2.
14 & Toletus cap. 47. ver. aduerte quinto. Qui † ſequenti verſ. aduerte ſexto, ait, eſſe etiam irregulares propter crimen, licet non celebrent, ſed ſine fundamento, prout etiam Valentia 4. tomo, diſp. 7. q. 18. puncto 1. circa fin. qui etiam concubinatum occultum vult eſſe ſuſpenſum ab executione ſacri ordinis, & illum exequentem incurrere irregularitatem.

15 Et dicti clerici concubinarij, ſeu fornicarij notorij non ſolum ſunt ſuſpenſi ab officio, ſed etiam à beneficio, ſecundum Abbatem nu. 8. & Corraſium ſupra, & Bermon. fol. 161. qui dicit communem, Gregor. Lopez verbo. ſuo, Bernard. Diaz num. 12. & ibi Salzedo litera B. Azeuedo d. nu. 61. *Leonem d. cap. 35. nu. 27. Farin. d. q. 138. à nu. 55. ad 64.* Syluest. ſupra, nu. 4. & Toletum d. c. 47. verſ. aduerte quarto, qui citat etiam Archidiaconum, & Turrecremata in d. cap. præter.

16 Quæ ſententia videtur † probari ex d. c. præter, ibi, Neque partem ab Eccleſia ſuſcipiat, & ibi glo. verb. ab Eccleſia, illa enim verba videntur denotare non ſolum imponi ſuſpenſionem ab officio, ſed etiam à beneficio in pœnam delicti. Vgolin. tab. 4. c. 6. §. 3. ab: Nam in eodem c. præter.

17 Secundo videtur † probari ex cap. ſi quis amodo,
18 81. diſt. Tolet. ſup. Tertio † probatur, vt Corraſius ait,

git,ex eo quod ſuſpenſus ab officio propter grat e crimen videtur ſuſpenſus à beneficio,Abb. in c, vestra,nu.8.Couarr.in 4.2.parte,c.6.in princ.num.14 Armilla verb.ſuſpenſo,nu.11.Valentia 4.tom. diſp. 7.q.18.puncto 1.Zechus d.caſu 1,de ſuſpenſione, n. 14.Ludou,Lopez d.2.tomo,2.par.c. 31. & 39.Vega in ſumma 2.par.c.108.caſu 3. & in Eſpeio de curas,c.12.nu.104.& 105.

19 Sed contra prædicta tenent Couar.in Clem,ſi furioſus,1.par,§.1.nu.5.Salzedo ad Bernardum Diaz d.c.89.Ioan.Gutierez d.c.7.nu.85.D.Ioannes Vela de pœnis delictor.c.6.verſ.ſed eorum ſententiam,& Vgolinus de irregularitate,c.43.§.3.cum Innocentio,Ioanne Andrea,Speculat.Card.Imola.Archidiacono,& Nauarro in c.ſi quando,de reſcript. quos citat ibi Couar. nempe, clericos concubinarios, ſeu fornicarios notorios non eſſe ſuſpenſos vera ſuſpenſione cenſura,nec celebrantes effici irregulares,quia id iure non cauetur. Nec obſtare † regulam textus 20 in d.cap.1.quod ſuſpenſus celebrans efficitur irregularis,quia reſpondent,eam proeedere in ſuſpenſione ab homine, vel à iure directe inducta propter delictum in eius pœnam quæ eſt vere cenſura, ſecus in ea quæ ratione cuiuſdam honeſtatis ab ipſo canone fit ob decorem potius,quam in pœnam directam criminis,& ipſius delinquentis, qualis eſt iſta clerici concubinarij,notorij,quæ non eſt vera cenſura,Ita Couarruuias ibi,quem Salzedo,Ioannes Guttierez, D. Ioan.Vela,& Vgolinus ſupr.ſequuntur.

21 Vel poteſt † reſponderi cum Innocentio, in cap. fin.de clerico excommunicato. num. 3. quod notorius fornicator,ſeu concubinarius non eſt ſuſpenſus principaliter à canone, ſed à Deo, & à Canone per approbationem,quod ex eo apparet, quod quamcito pœnitet,licite celebrat,dict.cap.ſi qui ſunt, & d. capitul.de cohabitat.clericor.licet per canonem in odium criminis aliquid adiectum ſit, quod euidenter ab alijs, & idem videtur etiam velle Vgolinus ſup.

22 Et ita † Lamber.dict.1.parte,2.libr.q.9.art.26. num.21. ait, quod omiſſo caſu ſententiæ, per quam ſuſpendatur concubinarius, non dicitur ſuſpenſus 23 ſuſpenſione cenſura, † & nullam eſſe propriam ſuſpenſionem ipſo iure latam, dicit probabile Suarez ſupra à num.11.reſpondens iuribus in contrarium.

24 Quamuis Ludouicus † Lopez ſupra dicat, iſtam ſuſpenſionem propriam eſſe,& non ſolum ratione honeſtatis,ſed in pœnam,vt inſinuare (inquit) videtur d.cap.præter,ibi,Præcipimus,& omnino contradicimus,vt miſſas non cantet, &c. per quæ videtur 25 imponi ſuſpenſio directe.Sed eis poteſt † reſponderi iuxta dicta,omiſſa interpretatione Suarez ſupra num.12.quod præcipitur, & omnino contraditur publico concubinario, vt non celebret ratione honeſtatis,& ad euitandum ſcãdalum, vel, vt dicit Innocentius in approbationem ſuſpenſionis, quia ſuſpenſus à Deo propter peccatum.

26 Et idem † poteſt reſponderi ad d.c. ſi qui ſunt in princ.omiſſa explicatione Suarez ibi num.13. Quod confirmatur,nam etiam de fornicario occulto videtur accipiendus ille textus in principio,cum generaliter & indiſtincte loquatur.

27 Et ad c.ſacerdotes,50.diſtinct,ibi: Non poſſunt ſacerdotis habere honorem,&c. reſpondetur, iſta verba non importare pœnam ipſo facto incurrendã, quia intelligi poſſunt de pœna imponenda per ſententiam,Suarez d.nu.13.

28 Magis † obſtant illa verba dicti c. præter, Neque partem ab Eccleſia ſuſcipiat, quæ videntur denotare, vt dictum eſt, non ſolum imponi ſuſpenſionem ab officio,ſed etiam à beneficio in pœnam delicti,ſed eis infra ſatisfiet,nu.15.

29 Magis etiam † videtur obſtare textus in dict.cap. ſi.de cohabitat.clericorum,ibi,Quia quantum ad alios ſuſpenſus non eſt niſi peccatum huiuſmodi fit notorium per ſententiam, ſeu confeſſionem factam in iure,aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit. Apparet ergo, concubinarium notorium ſuſpenſum eſſe non tantum quoad ſe,ſed etiam quoad alios,& ſic ſuſpenſione cenſura, quæ ſuſpendit quoad alios.

30 Sed poteſt † reſponderi, dici ſuſpenſum quoad alios,non quia ſit ſuſpenſus ſuſpenſione cenſura, ſed quia alij prohibentur ab eo audire diuina.Quod ma 31 gis † obſtat eſt dicta declaratio S. Congregationis Concilij, quæ videtur amplecti, & canonizare communem ſententiam.

32 Sed dato,quod iſta ſuſpenſio eſſet vera † cenſura de iure, poteſt dici eam iam non eſſe in vſu, vt dicunt Sotus in 4.diſt.1.q.5.art.6.circa ſecundum argumentum diui Thomæ,& diſtinct.13.quæſt.1.art. 9.circa finem,B.Medina in ſumma,lib.1.c.11.§.8.& cum eo Manuel Rodriguez in ſumma 2.tomo,c.67. nu.1.Vega 2.par.Summæ,c.108.caſu 5.& in Eſpeio de curas cap.12.num.124.Henriquez libro 9.cap.25 nu.13.in gloſſ.lit.S.& lib.13.cap.5.§.3.in fi.& c.31. §.3.gloſſ.lit.P.& cap.36. & Valentia dict. 4. tomo, diſput. 3. quæſt. 5. puncto 3. & diſput.6. quæſt. 10. puncto 5.qui ait,illam prohibitionem audiendi diuina à concubinarijs notorijs eſſe antiquatam, & euenuatam conſuetudine contraria, Nunno 3. parte,quæſt.64.articol.6.& nouiſſimè Suarez d.ſect.4. 33 nu.10.Qui ait, † id etiam videri aperte ſupponi in Concilio Trident.ſeſſ.25. cap. 14.de reformatione, vbi varias pœnas imponit clericis concubinarijs, & nullam mentionem facit de ſuſpenſione ab ordine ipſo facto incurrenda, vt etiam conſiderauit Henriquez d.cap.36.dicens,conſuetudinem interpretatã ob notorium concubinatum non incurri ſuſpenſionis cenſuram ante nouam iudicis monitionem. Et Concilium Tridentinum dict.cap.14.& ſeſſ.21.c.6. renouans pœnas iuris ſolum iubere, illum puniri per iudicem.Et Auila de cenſuris 2.par.cap.6.diſput.2. dub.5.& 3.par.diſp.5.dub.2.vbi ait, Canones citatos abrogatos eſſe per contrariam conſuetudinem, & ſic modo clericos concubinarios non eſſe ipſo iure ſuſpenſos, & probari efficaciter ex Tridentino d.c. 14.vbi loquens de cleticis concubinarijs, ait, quòd præmiſſa monitione ſunt ſuſpendendi. Sed & Vgolinus d.cap.43.§.3.pro ſententia Innocentij, & Couar.addocit dictum cap.14. Cõcilij, dicens,per eum canonem Innocentij opinionem veriſſimam cenſere,vt ſcilicet ſuſpenſio illa,ſuſpenſio à Deo ſit,& nõ ſpecies cenſuræ Eccleſiaſticæ,quoniam ſancta ſynodus eodem capite 14.recenſens pœnas, quas vult inferri in clericum concubinarium, ſuſpenſionem ab ordine etiam proponit: at ſi antiquo iure concubinarius clericus ſuſpenſus eſſet, fruſtra & inutiliter mandaretur ibi.vt ab ordine ſuſpenderetur, ex quo vbi ſuſpenſus eſt ab omni officio, & ab ordine pro

ſuſpenſo

suspensio haberetur. Sed istæ considerationes elidun tur ex dicta declaratione Sanctæ Congregationis. Et præterea respondetur, Concilium ibi non loqui in specie de clericis concubinarijs notorijs, sed de quibuscunque clericis concubinarijs, proponendo pœnas illis imponendas pro secunda, tertia & quarta vice, & quod pro prima vice puniantur pœnis a sacris canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis, nec tollit pœnas alias ipso iure impositas. Sed quidquid sit de hoc, dicta suspensio non videtur esse in
34 vsu, vt dicunt prædicti authores. Quamuis † Ludouicus Lopez d.c.31. dicat dubium esse, an in omnibus prouincijs sit in vsu hæc suspensio, vel non, & ideo standum esse vsui prouinciæ.

35 Et ad dictam † declarationem S. Congregationis, quæ omnibus supradictis obstare videtur, dici potest respondere de iure, & non tollere consuetudinem, si qua est.

36 Præterea etiam secluſa † consuetudine, non teneremur hodie vitare clericos concubinarios, seu fornicarios notorios per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, & notorietatem facti (sicut antea tenebamur, ex iuribus addnctis, sicut esset vera suspensio censura, siue non) nisi per iudicem fuissent publicati, & denunciati. Et extrauagan. ad euitanda scandala, relatam per Fel in c. Rodulphus, de rescriptis. nu. 39. Nauarr. in c. 1. §. laboret, num. 10. de pœnitentia, distin. 6. & in manuali, cap. 27. num. 35. Couarr. in cap. alma mater, 1. partc, §. 2. num. 7. Paz in praxi, 1. tomo. 5. tempore, numer. 72. Ioannes Guttierez canon car. quæstion. libr. 1. cap. 1. in princip. Vgolin. de censuris, tab. 1. c. 13. §. 7. nu. 1. D. Anton. 3. par. tit. 25 c. 3. Syluester, excommunic. 5. nu. 7. Sotum in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Aragon. 2. 2. quæst. 10. art. 9. Colmam Phisiar. 1. par. lib. 3. c. 11. Toletum libr. 1. c. 12. Sairum de censuris lib. 2. cap. 12. nu. 6. Suarez 5. tom. disp. 9. sect. 2. & alios.

37 Quæ etiam hoc † casu procedit, & est seruanda, Cosmas in pragmatica sanctione, tit. de excommunicatis non vitand. verb. suspensionis, Nauar. d. §. laboret. nu. 10. Couar. d. §. 2. nu. 10. Espino de testamen. gl. 3. n. 43. Humada ad Gregorium Lopez in leg. 43. tit. 6. partit. 1. glo. 2. Ioannes Gutrierez d. cap. 1. n. 45. & lib. 2. cap. 7. nu. 85. Azeuedo in l. 1. tit. 15. lib. 8. recopil. nu. 65. & Cenedo collectanea 19. ad decretum, D. Ade. vbi sup. & 2. par. tit. 9. cap. 10. §. 1. Maior in 4. dist. 9. in fine. Adrian. in eodem 4. de Eucharistia q. penul. M. Ledesma 1. p. 4. quæst. 5. art. 6. dub. 9. Angel. verb. missa, Syluester eod. ver. q. 3. Graf. lib. 4. c. 11. nu. 9. Zechus d. casu 1. de suspensione, nu. 19. 2. casu, Henriq. lib. 13. c. 5. §. 3. Ludouic. Lopez 2. tomo, instruct. conse. c. 78. Manuel Rodrig. in summa, 1. tomo, c. 82. sub nu. 6. P. Ledesma 1. p. sum. de Euchar. c. 27. circa fi. Vega in Espeio de curas, c. 12. nu. 124. Sairus d. c. 12, nu. 20. & Suarez 3. tomo. disp. 18. sect. 1. & disput. 88. sect. vlt. circa fi. & 5. tomo disp. 31. sect. 4. nu. 16. & Nunno sup. & Anila d. dub. 5. Azor d. quæst. 5. Cabrera 3. p. D. Thomæ q. 64. art. 6. disp. 2. num. 7. & 8.

38 Quod procedit † non solum in concubinarijs notorijs, per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, sed etiam in notorijs notorietate facti, ita vt nulla tergiuersatione possit celari.

39 Quamuis in hoc † contrarium teneat Cosmas in Pragmatica supra ex exceptione de notorio excommunicato, posita in d. extrauag. iuxta literam Concilij Basilien sis acceptata in dicta pragmatica sanctione, & renouata in Concilio Lateranens. sub Leone X. sess. 11. & in concordatis inter eum, & Francum I. Galliæ Regem, vt per Nauarr. dicto capit. 27. num. 35. Vgolinum, Philiarcum, & alios supra, quæ ita se habet, Aut si aliquem ita notorie in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris
40 suffragio excusari. Quam exceptionem † de notorio excommunicato habere etiam locum, & extendi paritate rationis ad suspensos, & interdictos ita notorios, vt nulla possit tergiuersatione celari, tenet Cosmas supra d. verb. suspensionis, & verb. excommunicationis, Nauarr. in d. §. laboret, à numero 10. Ioan. Guttierez dict. cap. 1. numero 43. & 45. & Vgolinus supra, num. 9. & in proposito, licet confuse Didacus Perez ad Villadiego de irregularitate, cap. 3. numero 15.

41 Sed respondetur † primo, dictam extrauagantem non esse vsu receptam cum dicta exceptione de notorio excommunicato, iuxta literam Concilij Basilien. sed cum sola exceptione de notorio clerici percussore, iuxta literam Concilij Constantiensis, quæ sic ait: Saluo, si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum sententiam latam à canone adeo notorie constiterit incurrisse, &c. Ita Nauarr. d. c. 7. n. 35. & consil. 1. de constitut. q. 24. & post alios Ioan. Guttierez d. c. 1. nu. 7. & 14. Zerola in praxi Episcopali, 1. par. verb. excomm. causa formalis, 3. dubio, & 2. par. verb. excommunicatio, §. 9. Soto in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Magister Ledesma 2. par. 4. quæst. 15. art. 1. Aragon. supra, Angles de excommunicatione, artic. 2. 3. difficultate, Candelabrum aureum de excõmunic. ex nu. 70. Graff. lib. 4. c. 11. ex nu. 1. ad 5. Valentia 3. tomo disput. 1. quæst. 12. puncto 2. 4. assertione, & 4. tomo, disp. 7. quæst. 17. puncto 2. Henriq. d. lib. 13. cap. 5. §. 3. Ludouicus Lopez 2. tomo, 2. p. cap. 15. & 16. Vega in summa, 1. parte, cap. 85. casu 78. & in Espeio de curas, d. c. 12 nu. 90. P. Ledesma 1. par. summæ de excommun. c. 63. conclusione, Toletus d. cap. 12. Sairus dicto lib. 2. c. 12. nu. 9. & Suarez 5. tomo dicta disp. 9. sect. 2. nu. 5. Anila de censuris, 2. part. cap. 6. dispu. 2. dub. 2. & *Sanch. libr. 2. cap. 9. num. 5.*

42 Quamuis Vgolinus † supra numer. 7. dicat, hunc vsum non probari. Sed re vera ita videtur, nam omisso, quod in terris hæreticorum fideles communicant absque scrupulo cum hæreticis notorijs excommunicatis, quod propter multitudinem illorum & necessitatem communicandi, & negotiandi poterat excusari, vt ait Nauarr. dicto num. 35. & dicta q. 24. Manuel Rodriguez d. 1. tomo, cap. 82. nu. 6. & Valentia dict. 3. tomo. disp. 1. q. 10. puncto 5. nunquam videmus alios excommunicatos quantumuis notorios ante declarationem & publicationem cuitari.

43 Secundo respondeo, quod etiam † retenta litera Concilij Basilien. verus est exceptionem de notorio excommunicato non habere locum in suspensis, & interdictis notorijs, nam si dicta constitutio id voluisset, vtique expressisset, & non faceret mentionem solum de excommunicatis, sed etiam de suspensis, & interd. tis, vt facit in verſic. per hoc tamen,

nit,ex eo quod ſuſpenſus ab officio propter grauem crimen videtur ſuſpenſus à beneficio, Abb. in c. vestra,nu.8.Couarr.in 4.2.parte,c.6.in princ.num.14 Armilla verb.ſuſpenſo,nu.11.Valentia 4.tom. diſp. 7.q.18.puncto 1.Zechus d.casu 1,de ſuſpenſione, n. 14.Ludou. Lopez d.2.tomo,2.par.c.31. & 39. Vega in ſumma 2.par.c.108.casu 3. & in Eſpeio de curas,c.12.nu.104.& 105.

19 Sed contra prædicta tenent Couar.in Clem,ſi furioſus,1.par,§.1.nu.5.Salzedo ad Bernardum Diaz d.c.89.Ioan.Gutierez d.c.7.nu.85,D.Ioannes Vela de pœnis delictor.c.6.verſ.ſed eorum ſententiam,& Vgolinus de irregularitate,c.43.§.3. cum Innocentio,Ioanne Andrea,Speculat.Card.Imola.Archidiacono,& Nauarro in c.ſi quando,de reſcript. quos citat ibi Couar. nempe, clericos concubinarios, ſeu fornicarios notorios non eſſe ſuſpenſos vera ſuſpenſione cenſura,nec celebrantes effici irregulares,quia
20 id iure non cauetur. Nec obſtare † regulam textus in d.cap.1.quod ſuſpenſus celebrans efficitur irregularis,quia reſpondent,eam procedere in ſuſpenſione ab homine, vel à iure directe inducta propter delictum in eius pœnam quæ eſt vere cenſura, ſecus in ea quæ ratione cuiuſdam honeſtatis ab ipſo canone fit ob decorem potius,quam in pœnam directam criminis,& ipſius delinquentis, qualis eſt iſta clerici concubinarij,notorij,quæ non eſt vera cenſura.Ita Couarruuias ibi,quem Salzedo,Ioannes Gutticrez, D.
21 Ioan.Vela,& Vgolinus ſupr.ſequuntur.

21 Vel poteſt † reſponderi cum Innocentio, in cap. fin.de clerico excommunicato. num. 3. quod notorius fornicator,ſeu concubinarius non eſt ſuſpenſus principaliter à canone, ſed à Deo, & à Canone per approbationem,quod ex eo apparet, quod quamcito pœnitet,licite celebrat,dict.cap.ſi qui ſunt, & d. capitul.de cohabitat.clericor.licet per canonem in odium criminis aliquid adiectum ſit, quod euidenter ab alijs, & idem videtur etiam velle Vgolinus ſup.

22 Et ita † Lamber.dict.1.parte,2.libr.q.9.art.26. num.21. ait, quod omiſſo caſu ſententiæ, per quam ſuſpendatur concubinarius, non dicitur ſuſpenſus
23 ſuſpenſione cenſura, † & nullam eſſe propriam ſuſpenſionem ipſo iure latam, dicit probabile Suarez ſupra à num.11.reſpondens iuribus in contrarium.

24 Quamuis Ludouicus † Lopez ſupra dicat, iſtam ſuſpenſionem propriam eſſe,& non ſolum rationem honeſtatis,ſed in pœnam,vt inſinuare (inquit) videtur d.cap.præter,ibi,Præcipimus,& omnino contradicimus,vt miſſamnon cantet, &c. per quæ videtur
25 imponi ſuſpenſio directe.Sed eis poteſt † reſponderi iuxta dicta,omiſſa interpretatione Suarez ſupra num.12.quod præcipitur, & omnino contradicitur publico concubinario, vt non celebret ratione honeſtatis,& ad euitandum ſcãdalum, vel, vt dicit Innocentius in approbationem ſuſpenſionis, quia ſuſpenſus à Deo propter peccatum.

26 Et idem † poteſt reſponderi ad d.c. ſi qui ſunt in prin.omiſſa explicatione Suarez ibi num.13. Quod confirmatur,nam etiam de fornicario occulto videtur accipiendus ille textus in principio,cum generaliter & indiſtincte loquatur.

27 Et ad c.ſacerdotes,50.diſtinct.ibi, Non poſſunt ſacerdotis habere honorem,&c. reſpondetur, iſta verba non importare pœnam ipſo facto incurrendã, quia intelligi poſſunt de pœna imponenda per ſententiam,Suarez d.nu.13.

28 Magis † obſtant illa verba dicti c. præter, Neque partem ab Eccleſia ſuſcipiat, quæ videntur denotare, vt dictum eſt, non ſolum imponi ſuſpenſionem ab officio,ſed etiam à beneficio in pœnam delicti,ſed eis infra ſatisfiet,nu.15.

29 Magis etiam † videtur obſtare textus in dict.cap. ſi.de cohabitat.clericorum,ibi,Quia quantum ad alios ſuſpenſus non eſt niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu confeſſionem factam in iure,aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit. Apparet ergo, concubinarium notorium ſuſpenſum eſſe non tantum quoad ſe,ſed etiam quoad alios,& ſic ſuſpenſione cenſura quæ ſuſpendit quoad alios.

30 Sed poteſt † reſponderi, dici ſuſpenſum quoad alios,non quia ſit ſuſpenſus ſuſpenſione cenſura, ſed quia alij prohibentur ab eo audire diuina.Quod ma
31 gis † obſtat eſt dicta declaratio S.Congregationis Concilij, quæ videtur amplecti, & canonizare communem ſententiam.

31 Sed dato,quod iſta ſuſpenſio eſſet vera † cenſura de iure, poteſt dici eam iam non eſſe in vſu, vt dicunt Sotus in 4.diſt.2.q.5.art.6.circa ſecundum argumentum diui Thomæ,& diſtinct.13.quæſt.1.art. 9.circa finem,B.Medina in ſumma,lib.1.c.11.§.8.& cum eo Manuel Rodriguez in ſumma 2.tomo,c.67. nu.1. Vega 2.par.Summæ,c.108.caſu 5.& in Eſpeio de curas cap.12.num.124.Henriquez libro 9.cap.25 nu.13.in gloſſ.lit.S.& lib.13.cap.5.§.3.in fi.& c.31. §.3.gloſſ.lit.P.& cap.36. & Valentia dict. 4. tomo diſput. 3. quæſt. 5. puncto 3. & diſput.6. quæſt. 10. puncto 5.qui ait,illam prohibitionem audiendi diuina à concubinarijs notorijs eſſe antiquatam,& euetuatam conſuetudine contraria, Nunno 3. parte,quæſt.64.articul.6.& nouiſſimè Suarez d.ſect.4.
33 nu.10.Qui ait, † id etiam videri aperte ſupponi in Concilio Trident.ſeſſ.25. cap.14.de reformatione, vbi varias pœnas imponit clericis concubinarijs, & nullam mentionem facit de ſuſpenſione ab ordine ipſo facto incurrenda, vt etiam conſiderauit Henriquez d.cap.36.dicens,conſuetudinem interpretatiã ob notorium concubinatum non incurri ſuſpenſionis cenſuram ante nouam iudicis monitionem. Et Concilium Tridentinum dict.cap.14.& ſeſſ.21.c.6. renouans pœnas iuris ſolum iubere, iſtum puniri per iudicem.Et Auila de cenſuris 2.par.cap.6.diſput.2. dub.5.& 3.par.diſp.5.dub.2.vbi ait, Canones citatos abrogatos eſſe per contrariam conſuetudinem, & ſic modo clericos concubinarios non eſſe ipſo iure ſuſpenſos, & probari efficaciter ex Trident.mod.c. 14.vbi loquens de clericis concubinarijs, ait, quòd præmiſſa monitione ſunt ſuſpendendi. Sed & Vgolinus d.cap.43.§.3.pro ſententia Innocentij, & Couar.adducit dictum cap.14. Cõcilij, dicens,per eum canonem Innocentij opinionem veriſſimam cenſere, vt ſcilicet ſuſpenſio illa,ſuſpenſio à Deo ſit,& nõ ſpecies cenſuræ Eccleſiaſticæ,quoniam ſancta ſynodus eodem capite 14,recenſens pœnas, quas vult inferri in clericum concubinarium, ſuſpenſionem ab ordine etiam proponit; at ſi antiquo iure concubinarius clericus ſuſpenſus eſſet, fruſtra & inutiliter mandaretur ibi.vt ab ordine ſuſpenderetur, ex quo vbi ſuſpenſus eſt ab omni officio, & ab ordine pro

ſuſpenſo

suspensio haberetur. Sed istæ considerationes elidun tur ex dicta declaratione Sanctæ Congregationis. Et præterea respondetur, Concilium ibi non loqui in specie de clericis concubinarijs notorijs, sed de quibuscunque clericis concubinarijs, proponendo pœnas illis imponendas pro secunda, tertia & quarta vice, & quod pro prima vice puniantur pœnis a sanctis canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis, nec tollit pœnas alias ipso iure impositas. Sed quidquid sit de hoc, dicta suspensio non videtur esse in
34 vsu, vt dicunt prædicti authores. Quamuis † Ludouicus Lopez d.c.31. dicat dubium esse, an in omnibus prouincijs sit in vsu hæc suspensio, vel non, & ideo standum esse vsui prouinciæ.

35 Et ad dictam † declarationem S. Congregationis, quæ omnibus supradictis obstare videtur, dici potest respondere de iure, & non tollere consuetudinem, si qua est.

36 Præterea etiam secluſa † consuetudine, non teneremur hodie vitare clericos concubinarios, seu fornicarios notorios per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, & notorietatem facti (sicut antea tenebamur, ex iuribus adductis, sicut esset vera suspensio censura, siue non) nisi per iudicem fuissent publicati, & denunciati. Et extranagan. ad euitanda scandala, relatam per Fel in c. Rodulphus, de rescriptis. nu. 39. Nauarr. in c. 1. §. laboret, num. 10. de pœnitentia, distin. 6. & in manuali, cap. 27. num. 35. Couarr. in cap. alma mater, 1. parte, §. 2. num. 7. Paz in praxi, 1. tomo. 5. tempore, numer. 72. Ioannes Gutierez canon car. quæstion. libr. 1. c. p. 1. in princip. Vgolin. de censuris, tab. 1. c. 13. §. 7. nu. 1. D. Anton. 3. par. tit. 25 c. 3. Syluest rum, excommunic. 5. nu. 7. Sotum in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Aragon. 2. 2. quæst. 10. art. 9. Colmam Philiar. 1. par. lib. 3. c. 11. Toletum libr. 1. c. 12. Sairum de censuris lib. 2. cap. 12. nu. 6. Suarez 5. tom. disp. 9. sect. 2. & alios.

37 Quæ etiam hoc † casu procedit, & est seruanda Cosmas in pragmatica sanctione, tit. de excommunicatis non vitand. verb. suspensionis, Nauar. d. §. laboret. nu. 10. Couar. d. §. 2. nu. 10. Espino de testamen. gl. 3. n. 43. Humada ad Gregorium Lopez in leg. 43. tit. 6. partita 1. glo. 2. Ioannes Gutierez d. cap. 1. n. 45. & lib. 2. cap. 7. nu. 85. Azeuedo in l. 1. tit. 15. lib. 8. recopil. nu. 65. & Cenedo collectanea 19. ad decretum, D. Ant. vbi sup. & 2. par. tit. 9. cap. 10. §. 1. Maior in 4. dist. 9. in fine. Adrian. in eodem 4. de Eucharistia q. penul. M. Ledesma 1. p. 4. quæst. 5. art. 6. dub. 9. Angel. verb. missa, Syluester eod. ver. q. 3. Graf. lib. 4. c. 11. nu. 9. Zechus d. casu 1. de suspentione, nu. 19. 2. casu, Henriq. lib. 13. c. 5. §. 3. Ludouic. Lopez 2. tomo, instruct. conse. c. 78. Manuel Rodrig. in summa, 1. tomo, c. 82. sub nu. 6. P. Ledesma 1. p. sum. de Euchar. c. 17. circa fi. Vega in Espeio de curas, c. 12. nu. 124. Sairus d. c. 12, nu. 20. & Suarez 3. tomo. disp. 18. sect. 1. & disput. 88. sect. vlt. circa fi. & 5. tomo disp. 31. sect. 4. nu. 16. & Nunno sup. & Auila d. dub. 5. Azor d. quæst. 5. Cabrera 3. p. D. Thomæ q. 64. art. 6. disp. 2. num. 7. & 8.

38 Quod procedit † non solum in concubinarijs notorijs, per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, sed etiam in notorijs notorietate facti, ita vt nulla tergiuersatione possit celari.

39 Quamuis in hoc † contrarium teneat Cosmas in Pragmatica supra ex exceptione de notorio excommunicato, posita in d. extrauag. iuxta literam Concilij Basilien sis acceptata in dicta pragmatica sanctione, & renouata in Concilio Lateranens. sub Leone X. sess. 11. & in concordatis inter eum, & Etā. scum I. Galliæ Regem, vt per Nauarr. dicto capit. 27. num. 35. Vgolinum, Philiarcum, & alios supra, quæ ita se habet, Aut si aliquem ita notorie in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris
40 suffragio excusari. Quam exceptionem † de notorio excommunicato habere etiam locum, & extendi paritate rationis ad suspensos, & interdictos ita notorios, vt nulla possit tergiuersatione celari, tenet Cosmas supra d. verb. suspensionis, & verb. excommunicationis, Nauarr. in d. §. laboret, à numero 10. Ioan. Guttierez dict. cap. 1. numero 43. & 45. & Vgolinus supra, num. 9. & in proposito, licet confuse Didacus Perez ad Villadiego de irregularitate, cap. 3. numero 15.

41 Sed respondetur † primo, dictam extrauagantem non esse vsu receptam cum dicta exceptione de notorio excommunicato, iuxta literam Concilij Basilien. sed cum sola exceptione de notorio clerici percussore, iuxta literam Concilij Constantiensis, quæ sic ait: Saluo, si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum sententiam latam à canone adeo notorie constiterit incurrisse, &c. Ita Nauarr. d. c. 7. n. 35. & consil. 1. de constitut. q. 24. & post alios Ioan. Guttierez d. c. 1. nu. 7. & 14. Zerola in praxi Episcopali, 1. par. verb. excomm. causa formalis, 3. dubio, & 2. par. verb. excommunicatio, §. 9. Soto in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Magister Ledesma 2. par. 4. quæst. 25. art. 1. Aragon. supra, Angles de excommunicatione, artic. 2. 3. difficultate, Candelabrum aureum de excõmunic. ex nu. 70. Graff. lib. 4. c. 11. ex nu. 1. ad 5. Valentia 3. tomo disput. 1. quæst. 12. puncto 2. 4. assertione, & 4. tomo, disp. 7. quæst. 17. puncto 2. Henriq. d. lib. 13. cap. 5. §. 3. Ludouicus Lopez 2. tomo, 2. p. cap. 15. & 16. Vega in summa, 1. parte, cap. 85. casu 78. & in Espeio de curas, d. c. 12 nu. 90. P. Ledesma 1. par. summiæ de excommun. c. 63. conclusione, Toletus d. cap. 12. Sairus dicto lib. 2. c. 12. nu. 9. & Suarez 5. tomo dicta disp. 9. sect. 2. nu. 5. Auila de censuris, 2. part. cap. 6. disput. 2. dub. 2. *& Sanch. libr. 2. cap. 9. num. 5.*

42 Quamuis Vgolinus † supra numer. 7. dicat, hunc vsum non probari. Sed re vera ita videtur, nam omisso, quod in terris hæreticorum fideles communicant absque scrupulo cum hæreticis notorijs excommunicatis, quod propter multitudinem illorum & necessitatem communicandi, & negotiandi poterat excusari, vt ait Nauarr. dicto num. 35. & dicta q. 24. Manuel Rodriguez d. 1. tomo, cap. 82. nu. 6. & Valentia dict. 3. tomo, disp. 1. q. 10. puncto 5. nunquam videmus alios excommunicatos quantumuis notorios ante declarationem & publicationem euitari.

43 Secundo respondeo, quod etiam † retenta litera Concilij Basilien. verius est exceptionem de notorio excommunicato non habere locum in suspensis, & interdictis notorijs, nam si dicta constitutio id voluisset, vtique expressisset, & non faceret mentionem solum de excommunicatis, sed etiam de suspensis, & interdictis, vt facit in verfic. per hoc tamen,

men, & exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, nec à verbis recedendum eſt ſine manifeſta ratione, capite ex literis, 1. de ſponſalibus, l. non aliter, ff. de legat. 3.

44 Et præterea non poteſt † dici, eſſe eandem rationem, nam magis exoſi ſunt excommunicati, quam ſuſpenſi, & interdicti, vt patet, & ſic ſolum excepit notorios excommunicatos tãquam magis odioſos, quia nulla eſt maior pœna in Eccleſia excommunicatione, cap. corripiantur, 24. q. 3. cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, gl. verb. tantam, in c. ſacro, de ſententia excomm. quam ſententiam valde probabilem ait Suarez vbi ſup. num. 14.

45 Vnde hodie ſolum † tenemur euitare excommunicatos in duobus caſibus, ſcilicet, quando eſt notorius clerici percuſſor, aut publice denuntiatus ſpe-
46 cialiter, & expreſſe, Quod non ſolum † procedit in excommunicato generaliter à iure, vel ab homine, ſed etiam in excommunicato ab homine, ſpecialiter & nominatim: nam etiam iſte non eſt euitandus, niſi ſit publicatus, & denunciatus in Eccleſia, ſeu loco
47 publico. Quamuis † enim dicta extrauagans ſolum videatur loqui de excommunicato generaliter à iure, vel ab homine, tamen cum in illo non contineatur, quod ſit à iudice ſpecialiter declaratus, incidiſſe in talem excommunicationem generalem, ſed vlterius requirat publicationem, & denuntiationem, manifeſtum apparet etiam in excommunicato, nominatim requiri denuntiationem, ex d. c. extrauag. nam idem eſt eſſe quem ſpecialiter & nominatim excommunicatum, & eſſe ſpecialiter & nominatim declaratum, incidiſſe in aliquam excommunicatio-
48 nem generalem iuris, vel hominis. Et hanc † ſententiam tenent Coſmas ſupra verb. generaliter. Nauar. in d. §. laboret, à num. 22. & d. c. 27. nu. 35. Conarr. in c. alma mater, 1. p. §. 2. nu. 7. Paz in praxi, 1. tom. 5. tempore, num. 76. Eſpino de teſtam. gl. rubr. 11. par. num. 65. Ioannes Guttiere ad d. cap. 1. nu. 29. Cerola dicta 1. par. verb. excommunic. cauſa formalis. 3. & 4. dub. & 2. par. verb. excommunicatio, §. 9. Frechilla de excommunicatione, 2. par. art 6. nu. 1. & 2. & 3. par. artic. vnic. nu. 7. & Collantes in pragmatica agricolarum, lib. 2. c. 14. nu. 1. Armilla verb. excommunicatio, nu. 6. Caietanus in ſumma, verb. abſolutionis impedimenta, & verb. excommunicatio, ad finem, Palatio in 4. diſtinct. 18. diſputat. 1. B. Medina in ſumma, lib. 11. c. 11. § 6. Catecheſis Neapolitana lib. 5. c. 14. directorium curatorum, cap. 10. § 3. Polãco in directorio confeſſarij, pag. 131. Candelabrum aureum de excommun. nu. 75. Graff. d. lib. 4. c. 11. nu. 1. & 2. Ludouicus Lopez inſtruct. conſcien. 1. tom. 0. cap. 26. 38. & 58. & 2. tom. 2. p. c. 15. & 16. Henriquez dict. lib. 13. c. 5. §. 1. Manuel Rodriguez dict. cap. 82. nu 7. Vega in ſum. 1. par. cap. 6. caſu 46. & cap. 85. caſu 78. & in Eſpeio de cura s cap. 12. nu. 90. P. Ledeſma dict. cap. 6. de excommunicatione, 3. concluſione, Sairus dict. lib. 2. c. 12. num. 16. & Suarez dict. 5. tom. diſputat. ſectione 2. num. 8. Cabrera num. 4. Auila ſupra dub. 3. qui dicunt ita communi vſu, & conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, receptum eſſe, non tamen recte expendunt dictam extrauagantem, nec eam inducunt, vt ſup.

49 Quamuis † Felin. in dicto cap. Rodulphus. num. 39. verſic. primum colligo, contrariam ſententiam teneat, ex illo verbo, generaliter, de quo in dict. extrauag. & Adrianus in 4. de Euchariſtia, c. viſo, de impedimẽtis, verſ. quantum ad 3. & de confeſſione dub. 9. Ioannes Medina de confeſſione. quæſt. 22. P. de Soto de confeſſione, lectione 6. & de excommun. lectione vltima, quam de iure ſcripto, veriorem cenſet Vgolinus ſupra num. 8. & videntur tenere Sotus, & Valentia ſupra, Victoria in ſumma, de excommu. num. 239. alias 10. Philiarc. d. cap. 11. & 13. Summa Corona 3. par. cap. 10. de cenſuris, ſeu excommunic. num. 87 & alij Theologi.

50 † Et quamuis Toletus d. cap. 12. dicat denuntiari dici quando declaratur à iudice, eum contraxiſſe excommunicationem. Quod conuincitur ex illis verbis extrauagantis, Publicata, vel denunciata. Ex quibus apparet, requiri publicam denuntiationem ad iſtum effectum euitandum.

51 In hoc tamen † Epiſcopatu Abulenſi videtur receptum, parochos, quibus intimata eſt excommunicatio, ſeu, declaratoria contra aliquem, eum euitare in diuinis, etiam ante publicationem, & denũciationem, quam multi parochi non faciunt.

52 Rurſus † contra illam ſententiam Abbatis, Corraſ. & aliorum, de qua ſupra numer. 15. quod clerici concubinarij, ſeu fornicarij notorij ſunt ſuſpenſis à beneficio, tenent Hoſtienſis & Butrius in cap. ſicut, de cohab. cler. & etiam vſus, & conſuetudo eſt in contrarium.

53 Et ſuppoſito, quod non † ſint à iure ſuſpenſi ab officio ſuſpenſione cenſura, conſequenter dicendum videtur, nec etiam à beneficio eſſe ſuſpenſos. Nam dicere, quod in dict. cap. præter, ponitur directe in pœnam delicti ſuſpenſio à beneficio, non vero ab officio, non videtur recte dictum, nam eodem modo, & eodem tenore, & ſub eadem clauſula loquitur de vtroque.

54 Imò etiam ſuppoſita † communi ſententia, quod ſunt ab officio ſuſpenſi ſuſpenſione cenſura, verius exiſtimo, non eſſe à beneficio ſuſpenſos, quia non eſt augenda pœna ſine neceſſitate.

55 Nec obſtat † textus in d. c. præter, ibi. Neque partem ab Eccleſia ſuſcipiat, qui fortiter vrget. Nam reſpondetur, quod illa verba intelliguntur de parte quæ datur intereſſentibus diuinis officijs, ſicut ſunt diſtributiones quotidianæ, & præbendæ Eccleſiarum habentium collegium, ſeu conuentum, quæ reſidendo, & diuinis intereſſendo ſolent lucrifieri, cap. olim tibi, de verb. ſignif. nam cum illi concubinarij non poſſint diuinis intereſſe, conſequenter non deberent lucrari dictam partem. Et quod ita intelligenda ſint illa verba, videtur colligi ex verbis præcedentibus, ibi: Neque in presbyterio ad diuina officia cum his, qui præfatæ conſtitutioni obedientes fuerint, maneat. Et ſtatim ſequitur: Neque partem ab Eccleſia ſuſcipiat, quaſi dicat: Et cum non poſſit cum alijs intereſſe diuinis partem ab Eccleſia non ſuſcipiat, &c. Et ex ſequen. verbis in verſic. præcipientes.

56 Nec obſtat ſecundum † fundamentum dictæ ſententiæ, ex cap. ſi quis amodo, 81. diſtin. nam vltra quod poteſt eodem modo intelligi, reſpondetur, quod loquitur ille textus de ſuſpenſione, ſeu priuatione ferenda per ſententiam, nec agit de notorio concubinario.

57 Non obſtat tertium † fundamẽtum: nam eſto verũ eſſet illa ſententia, quod ſuſpenſi ab officio ſunt

ſuſpen-

ſuſpenſi à beneficio, tamen ſuppoſito, quod clerici concubinarij notorij non ſunt ab officio ſuſpenſi vera ſuſpenſione cenſura, non poteſt dici, quod ſint à beneficio ſuſpenſi.

58 Item abſolute verius† exiſtimo, ſuſpenſum ab officio, ſiue à iure, ſiue ab homine non eſſe ſuſpenſum à beneficio, quoad ea, quæ competunt non intereſſentibus diuinis, niſi aliud conſtet ex mente diſponentis, vt docent Bonifacius in Clem. iin. de pœnis, nu.48. Nauarrus in manuali, c. 27. nu. 160. & conſ. 41. nu. 2. de homicid. Didacus Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinamenti, verſ. oppoſitum, & Vgolinus rectè probans, tab. 4. de ſuſpenſione, c. 6. §. 3. *Alex. Monet. de diſtrib. p. 2. q. 15. nu. 9.* Perez de Lara de anniuer. & capel. lib. 2. c. 8. num. 13. Candelabrum aureum de ſuſpenſione, nu. 156. Ludouicus Lopez 1. tomo inſtructorij, c. 247. Henriquez in ſumma lib. 13. c. 32. §. 3. Toletus lib. 1. c. 43. 5. regula, & c. 45. ſub 4. effectu, Sairus lib. 4. c. 5. nu. 16. Suarez dicens communem, & certam ſententiam, d. 5. tomo, diſp. 26. ſect. 3. & late Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 3. diſp.

59 51. qui rectè ait, †ſuſpenſum ab officio ſi intereſſit diuinis, quamuis peccet, lucrari diſtributiones, cum Petro de Nauarra de reſtitutione, lib. 2. c. 2. nu. 243. *licèt eum reprehendat Monet. d q. 15. nu. 39. & q. 17. nu. 41. circa fin. malè æquiparans illum excommunicato,* & dixi cap. præcedenti, nu. 92. & 93. & Aula 3. parte, diſput. 2. dubio 16 concluſione, qui ait, poſſe intereſſe diuinis, & canere in choro ſicut laicum, vt infra 11. cap. vlt. à nu. 50.

60 Cum ergo clerici † concubinarij notorij non ſint ſuſpenſi à beneficio, nec etiam ab officio ſuſpenſione cenſura, ſaltim ex conſuetudine valebit collatio beneficij eis facta, iuxta tradita ſupra c. 8. à nu. 17.

61 Quamuis clericis † concubinarijs etiam non notorijs, non debeant beneficia cõferri ex defectu mo-

62 rum, vt ibi in princ. Nec etiam † debent huiuſmodi clerici præſentari ad beneficia, & ſi præſentarentur, & opponeretur de concubinatu, ſeu fornicatione, præſentatio non procederet, niſi eſſent emendati, vt per Lambert. d. 1. p. 2. lib. q. 9. art. 20. nu. 21. & 22.

63 Et de pœnis † concubinariorum, & an ſint priuandi beneficijs, vide infra 11. p. c. vlt. dub. 6.

## *De beneficijs certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum debitis. Cap. XV.*

### SVMMARIA.

*Cum ſint aliqua beneficia, quæ ex fundatione, vel alias ſunt debita certis perſonis ſeu certo generi perſonarum, illis, & non alijs ſunt conferenda, vnde eorum collatio dicitur neceſſaria. nu. 1. vt cum debent conferri filijs patrimonialibus, vel clericis eiuſdem Eccleſiæ, vel cum ad capellaniam vocantur conſanguinei fundatoris. nu. 2.*

*Iſtam conditionem recte poteſt fundator apponere. nu. 3 & eſt omnino ſeruanda in prouiſione beneficij. nu. 4. & 5. vbi ponitur deciſio Rotæ. Et aliter facta præſentatio, ſeu prouiſio de non habente prædictam qualitatem parentelæ, ſeu conſanguinitatis eſt inualida. num. 6.*

*Id accipiendum eſt contradicente, & opponente ſe aliquo conſanguineo, & ſibi fieri prouiſionem petente, alias enim præſentatio, ſeu prouiſio alteri facta ſuſtineretur niſi aliter dicatur ex defectu poteſtatis, quia poteſtas conferendi erat conceſſa cum limitatione. num. 7. & 8. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Permutatio etiam de tali beneficio facta cum alio non habente prædictam qualitatem parentelæ, ſeu conſanguinitatis, non valeret, ſeu potius annullaretur contradicente, & opponente ſe aliquo conſanguineo. nu. 9.*

*Quod dicitur, valere collationem factam non habenti qualitatem requiſitam, ſi aliquis qualificatus non petit collationem ſibi fieri, non eſt verum in beneficijs, quæ ſunt conferenda perſonis qualificatis non ob reſpectum, & fauorem perſonarum, ſed Eccleſiæ, & beneficij, vt graduatis in communi, vel habentibus talem ætatem, ſeu ordinem melius prouideatur. nu. 10.*

*Quamuis ſuſtineatur prouiſio facta non habenti qualitatem cõſanguinitatis, ſeu aliam ſimilem requiſitam ob reſpectum, & fauorem perſonarum, ſi aliquis conſanguineus, ſeu qualificatus non petit ſibi fieri prouiſionem, & proſequitur: tamen ſi is petit à patrono, quod eum præſentet, & patronus non vult, tenetur illi ad reſtitutionem damni, ſeu intereſſe, quamuis ille non velit litigare, ſeu proſequi litem, &c. Sicut conferens alteri, quam eius beneficium patrimoniale, tenetur ad reſtitutionem. nu. 11.*

*Quando beneficium debet conferri certæ perſonæ, ſeu certo generi perſonarum, intelligitur data habilitate talis perſonæ, & ſi illa idonea ſit, non alias. Et quælibet diſpoſitio quantumuis generalis, recipit interpretationem de habilitate, nu. 12. & ſic inhabilis non poteſt optare, ex Rota nu. 13. & nu. 14. ponitur alia reſolutio Rotæ ad id: ſed id de optione intelligendum eſt quando mutatur titulus beneficij, ſecus vbi non mutatur, ſed optio ſit tantum quoad præbendam temporalem. nu. 15.*

*Quando vocantur conſanguinei fundatoris ad beneficium ſeu capellaniam, an ſatis ſit præſentare quemlibet conſanguineum, an debeat præſentari proximior, à num. 16. & ſeqq. reſoluitur, quod debet præſentari proximior. Et reſpondetur l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia. An attendatur proximitas reſpectu fundatoris, an reſpectu vltimi capellani, à numero 19. reſoluitur reſpectu fundatoris, num. 20.*

*An in æquali gradu ſit præferendus conſanguineus ex linea maſculina ſeu ex parte mariti, à num. 21 reſoluitur, quod non, nu. 22.*

*Quomodo ſit facienda computatio graduum, an ſecundum canones, an ſecundum leges, à nu. 23. reſoluitur ſecundum leges, nu. 24. & ſeqq.*

*Quomodo ſit probanda conſanguinitas ſeu parentela fundatoris in propoſito, à numero 28. Reſoluitur probari per indicia & coniecturas, ſeu communem reputationem, & famam, nec requiri probationem per gradus diſtinctos, niſi agatur de probanda conſanguinitate reſtricta ad certum gradum, ſeu intra certum gradum, aut detur concurſus alterius, & adducuntur reſolutiones & deciſio. Rotæ nu. 29. & ſeqq.*

*Deſcendentia antiqua probatur per enuntiatiuam plurium inſtrumentorum diuerſorum notariorum, quia æquipollet famæ, quæ ſufficit ad probationem huiuſmodi deſcendentiæ, numer. 32. & deſcendentia probatur per fidem libri baptiſmi, addito aliquo adminiculo, ex Rota, num. 33. Non vero ſufficit ad probationem deſcendentiæ etiam antiquæ vna enunciatiua ſed ad minus requiruntur duæ de antiquo emanatæ à diuerſis perſonis non ſuſpectis, num. 34. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Parentela antiqua probatur per teſtes de auditu, & in antiquis teſtes de auditu probant plene, nu. 35.*

*An quando vocantur ad capellaniã conſanguinei fundatoris, ſeu*

*ſeu qui ſunt de eius parentela, genere, ſeu familia, cenſcantur etiam vocati ſpurij, ſeu illegitimi, & deſcendentes ex illis, & videtur, quod non, nam non dicuntur, nec ſunt de familia, agnatione, domo, ſeu caſata, nu. 36. neque etiam de parentela patris, nu. 37. nec cum illis eſt cognatio, conſanguinitas. aut coniunctio ex parte patris, nu. 38. & ideo appellatione coniunctorum non veniunt nu. 39. Sed diſtinguitur, an ſint appoſita verba iuris, ſeu ciuiliter ſignificantia, & tunc illi veniant, & comprehendantur, à nu. 40. & ſeqq. Et cum vocatur conſanguineus proximior, præfertur remotiori legitimo, nu. 47. & idem in legato pio, nu. 48.*

*Naturales attenta conſuetudine, ſeu lege particulari, qua gaudent nobilitate parentum, vt in Hiſpania ſunt de familia, domo, ſeu caſata paterna, genere, & agnatione: & ſic naturales, & deſcendentes ex eis veniunt vocatione eorum, qui ſunt de familia, domo, &c. niſi ſubiecta materia aliud importet, vt ſucceſſio maioratus ſeu iuriſpatronatus, num. 49. 50. & 51.*

*Illegitimi etiam ſpurij ex parte matris ſunt de eius parentela, genere, & cognatione, & ſic cenſentur vocati ad capellaniam, num. 52.*

*Circa materiam huius c. remiſſiue, nu. 53.*

*Refertur quod tradit Gonçalez in prædicta quæſtione, & quædam deciſio Rota, nu. 54.*

1 DEnique cum ſint aliqua beneficia, † quæ ex fundatione, inſtitutione, ſtatuto, cõſuetudine, vel priuilegio ſunt debita certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, illis, & non alijs ſunt conferenda huiuſmodi beneficia, vt notum eſt, vnde eorum collatio dicitur neceſſaria, vt ſupra dictum eſt 5. par. c.
2 7. nu. 73. Vt cum † verbi gratia beneficia debent cõferri filijs patrimonialibus, ſeu naturalibus loci, vel præbendæ alicuius Eccleſiæ, debent conferri portionarijs, ſeu clericis eiuſdem Eccleſiæ, vel cum ad capellaniam vocantur cõſanguinei fundatoris. Quam
3 † conditionem recte poteſt teſtator ſeu fundator apponere, ad l. in traditionibus, ff. de pactis, Fel. in trac. quando literæ Apoſtolicæ, ſub num. 1. ver. corroborari poteſt, Rochus de iure patron. verb. honorificum, quæſt. 18. ad fi. Lamber. 3. p. 2. lib. quæſt. 5. art. 4. nu. 8. & 11. Couarr. in reg. peccatum, in 6. 2. p. §. 7. num. 5. Didacus Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordin. verſ. ex quibus infero, Ioann. Guttierez conſ. 2. nu. 3. & Cano. quæſt. lib. 2. c. 11. num. 37. Hoieda de incompatib. benefic. cap. 23. nu. 132. & cap. 24. num. 107. Azeuedo l. 14. tit. 3. lib. 1. nu. 13. Cenedo collect. 89. ad decretales, & nouiſſimè poſt hæc Perez de Lara, de anniuerſ. & capel. lib. 2. cap. 2. a numer. 1. & Azor inſtit. moralium 2. p. lib 6. c. 4. q. 25. Et ſic huiuſmodi
4 † conditio & forma in fundatione appoſita eſt omnino ſeruanda in prouiſione beneficij ſecundum ipſos. Et fuit reſolutum in vna Cæſarauguſtana capel-
5 laniæ, 16. Mar. 1587. coram Illuſtriſſimo Seraphino vt in deciſ. ſeq. Fuit reſolutum, † ſententias de partibus eſſe reuocandas, cùm adiudicent capellaniã Bartholomæo contra formam contentam in fundatione iuriſpatronatus, in qua fundator voluit, quod præſentaretur vnus ex conſanguineis deſcendentibus ex cognatione ſua. c. decernimus, 16. q. 6. c. illud, in fi. & ibi Abbas, & alij de iure patronat. Mohed. deciſion. 268. Put. 11. & 12. de iure patr. & conditiones in fundatione appoſitæ ſunt ſeruandæ, Soc. conſ. 30. nu. 4. lib. 3. Rochus de iure patr. verb. pro eo q. 12. Lamber. lib. 1. 1. par. q. 9. in fi. nu. 109. & lib. 2. 3. par. q. 5. art. 5. in fi. Non obſtat, quod Bernardus obtineret aliud beneficium, quia iam fuit reſolutum per Illuſtriſſimos Cardinales Congregationis Concilij non facere incompatibilitatem reſpectu adoptionis, ſed reſpectu tantum retentionis, & ita fuit in alijs cauſis in Rota receptum, vltra quod hæc incompatibilitas videtur tolli ex forma fundationum. Non obſtat, quod non beneficiatus præferendus ſit beneficiato, quia hoc procedit in electione, ſeu admiſſione, quæ fit ad beneficia, in quibus nulla adeſt certa forma & conditio in fundatione appoſita, ſecus vero in beneficijs iuriſpatronatus, in quibus forma illa ante omnia eſt attendenda, alioqui is, qui non habet qualitates requiſitas in fundatione, & qui non eſt præſentatus, nec etiam preſentari potuit, præferretur ijs, quos fundator prius admitti voluit, quod eſt abſurdiſſimum, quare apparet manifeſte, ſententias fuiſſe iniuſtas, & ideo reuocandas. *quæ deciſio eſt in nouiſ. Far. 582. & in vna Peruſina, &c. R. beneficia debita certo generi perſonarum.*

6 Et aliter facta † præſentatio, ſeu prouiſio de non habente prædictam qualitatem parentelæ, ſeu conſanguinitatis eſt inualida, vt cum Card. conſ. 48. tradit Didacus Perez ſupra, verſ. quod adeo procedit, & cum eo Ioann. Gut. d. conſ. 2. num. 3. Azeuedo & Cenedo ſupra & Aimon conſ. 63. nu. 5.

7 Quod tamen † procedit, & accipiendum eſt contradicente, & opponente ſe aliquo conſanguineo, & ſibi fieri prouiſionem petente, alias enim præſentatio, ſeu prouiſio alteri facta ſuſtineretur, ſicut prouiſio facta ſpreto patrono, de quo ſupra 5. par. c. vltim. num. 232. vt in vna Tarraconen. ſacriſtiæ, 19. Martij, 1601. coram D. Iuſto, quamuis in ſpecie de qua ibi, aliter dicatur, ex defectu poteſtatis conferendi erat conceſſa cum limitatione, vt in quæſtio. Probi ad Mona. in c. cum illis, de præben. in 6. à numer. 50. &
8 conſil. Pauli 365. par. 1. Quæ † deciſio ſic ait: Præſuppoſita concordia inter Archiepiſcopum Tarracon. & Capitulum eiuſdem Eccleſiæ, & circumſcripta, quaſi poſſeſſione Archiepiſcopi conferendi ſacriſtiam, de qua agitur, alijs quàm canonicis, dubitatum fuit, an collatio facta per Archiepiſcopum Antonio Teres ſit nulla, ex eo quod non ſit facta canonico, & dominis viſum fuit, eſſe nullam. Dicebant enim, ex præſuppoſitis inferri, Archiepiſcopum habuiſſe poteſtatem conferendi à concordia, & vigore illius contuliſſe ſacriſtiam ſine Capitulo, cuius collatio de iure ſpectat cõmuniter ad vtrumque, vel coniunctim, vel ſeparatim, ſecundùm deciſionem Caſſadori 22. de prębend. Achillis 4. eodem titulo, & Puteus deciſio. 52. etiam eodem titulo. Et vlterius, quod huiuſmodi poteſtas ſecundùm concordiam eſt qualificata, vt collatio ſit facienda canonico, quam Archiepiſcopus alterare non poteſt, conferendo non canonico, & ideo collationem factam Antonio remanere ſine fundamento, & non poſſe ſubſiſtere, Federic. conſilio 69. numero 2. verſic. item cum in Eccleſia Sanct. Laurentij, Puteus deciſio. 338. lib. 1. Thomas de Thanis deciſio. 59. & eſt gloſſa communiter recepta in clem. 1. in verb. in huiuſmodi, de iure patron. Abbas diſput. 5. incipit, Augerio, ſub numer. 6. verſ. Secundo probatur, Fel. in c. ex parte, ſub nu. 1. colum. 4. verſ. Secundo limita, de conſtitutio. Henriquez in cap. dilectus, numero 5. de conceſſ. præbend. quæ procedunt etiamſi in concordia partes

vlterius

vlterius non progrediantur ad annullandum actum vt per Puteum, & alios allegatos. Et tanto magis, quia circumſcripta concordia ex alia parte collatio huiuſmodi erat inualida ſtante alternatiua accepta ab Archiepiſcopo, ſecundum deciſionem factam in hac eadem cauſa coram me, nono Iunij, anni præteriti. Quibus ita conſtitutis, his, quæ opponebãtur particulariter reſponſum fuit primo non obſtare, quod quando electio, vel collatio eſt facienda de certo genere perſonarum ſi alteri fiat, qui non ſit ſub illo genere, valeat collatio, glo. ſi. circa med. in cap. ne pro defectu, de electione, quam opinionem contra Hoſtienſem ſequitur ibi Cardinalis, verſ. is vero, in 2. oppoſitione, Anton. nu. 23. cum allegatis per informantes pro Antonio, qui deducunt hanc opinionẽ eſſe communiter approbatam, ſiquidem id verum eſt ea ratione, quia ibi electio ſpectabat ad Capitulũ, quare ſicut Capitulum poterat eligere alium, quàm de gremio, & valuiſſet electio, capite cùm inter canonicos, capite cum nobis, & ibi gloſſa. de elect. non mirum, ſi tunc potuit valere collatio per collatorem facta, ad quem fuerat deuoluta. Quinimo eadem concluſio nullo modo procedit quando à collatione appellatur, Aegid. ibi, nu. 15. Puteus deciſ. 100. nu. 4. lib. 3. & in hoc caſu non eſt dubium, tres canonicos de nullitate collationis diciſſe, vti non canonico factæ vigore concordiæ, & appellaſſe à cenſuris, & pœnis fulminatis contra Capitulum pro traditione poſſeſſionis, qui tres poſſunt proſequi litem etiam cedentibus alijs, vt fuit reſolutum coram Ioanne Cardin. Aldobrandino in vna Calagurritana medietatis fructuum, 14. April. 1567. & coram Cardin. Plato in Virdunen. electionis Epiſcopi 17. Maij, 1589. & coram me in Siracuſana creationis canonicatus, 16. Februarij proxime præteriti, præterquam, quod præſuppoſito defectu poteſtatis conferendi iure primæuo ordinario, ſed tantum vigore concordiæ nihil prohibet, quod non poſſit Capitulum quocunque iuris remedio proſequi grauamen ſibi illatum, capite concertationis, vbi Dd. de appellat. in 6. præſertim ſtante proteſtatione Capituli quæ reſeruat ius, Pariſ. cum allegatis conſilio 87. num. 12. libro 1. Secundo non obſtat, quod quando collatio facienda eſt certe generi perſonarum, vtputa graduatis nominatis canonicis, vel alio modo qualificatis, id intelligatur ipſis volentibus, & aliquo qualificato petente ſibi fieri collationem, & proſequente, cum ordinarius collator non teneatur requirere qualificatos an velint ſibi fieri collationem, Rebuffus ſuper concordatis, tit. de collatio, §. ſi quis vero, verb. ipſo iure nullæ, & in §. vlt. verb. proſequent bus, plenius in tract. nominationum, queſt. 17 numero 34. & ſeq. alias ſecundùm paruam impreſſionem, num. 14. cum ſeqq. vbi multa opponit in contrarium, ſed num. 37. cum ſeqq. aliàs num. 14. verſic. contrarium tenetur, reſoluit pro hac parte, & quæſt. 18. numero 7. & 10. & loquitur in fortioribus terminis, vbi adeſt decretum expreſſum, quod collatio aliter facta ſit nulla. Additur ſimile iuriſpatronatus, de quo per Rebuffum dict. §. fin. nam valet collatio etiam ſpreto patrono, ſi infra ſex menſes patronus non præſentauerit, Fel. qui Abbatem & alios allegat in cap. cum ex officio, ſub num. 36. verſ. ad idem, & ſub num. 37. verſ. nec per hoc recedo, de præſcript. vbi dicitur, quod collatio huiuſmodi à principio eſt valida, & quod irritatur patrono præſentante infra ſex menſes, alias perpetuo remanet valida, in caſu autem noſtro, nullus canonicus ſe oppoſuit, nec hodie ſe opponit pro collatione ſibi facienda, ſi quidem reſpondebatur, iſta procedere in conferente proprio iure, ſibi ſuffragante, non vigore conſtitutionis alicuius, vel concordiæ, vt in caſu noſtro, vbi concordia non limitat ius prius competens Archiepiſcopo, ſed cõcedit, vel dimittit poteſtatem, vt ſolus conferat, cum limitatione tamen, & qualificatione conferendi canonicis quod percutit radicem & fundamentum poteſtatis, & hoc videtur conſideraſſe Rebuff. in d. q. 17. nu. 40. vbi dicit, tenere collationem ſublato impedimento quoad ordinarium. Et procedit doctrina gloſſæ in clemen. 1. ver. inhibentes, poſt medium, de iure patron. vbi Zauarola nu. 5. Imola nu. 7. & 8. Vital. n. 48. & 50. vbi dicitur, quod cum diœceſanus non recipiat poteſtatem confirmandi ab illa conſtitutione, ſed conſtitutio habenti iuriſdictionem de certum modum, valet confirmatio facta contra inhibitionem, ſecus ſi conſtitutio tribueret poteſtatem. Et hæc diſtinctio placuit dominis in caſu noſtro, quæ non tollitur ea conſideratione, quod concordia nihil aliud diſponat, quàm quod eſt ſtatutum de iure, c. cum ſingula, §. prohibemus, de præbend. in 6. nam iure communi poterat fieri collatio canonicis aliunde translatis. Domin. in d. §. prohibemus, nu. 1. quod interdicitur in concordia, quæ diſponit, quod facriſtia conferatur canonicis, poſt annum probationis in dicta Eccleſia profeſſis. Neque prædicta poſſunt hodie dici mutata, poſtquam Eccleſia regularis redacta ad ſecularitatem, cùm iſta ſint compatibilia, Puteus deciſ. 235. lib. 2. notant Dd. in cap. Abbate, de verb. ſignif. vbi Butrius nu. 22. Abbas nu. 16. Oldrad. conſ. 227. num. 3. Rebuff. ſuper concord. in tit. de Regia nominatione ad prælaturas facien. §. ſi. cum alijs allegatis. Ex quibus cum nullitas collationis videatur reſultare ex defectu poteſtatis collatoris, quam habet à concordia, concluſum fuit, vt ſupra collationem non poſſe ſubſiſtere. Refert & ſequitur Gonçalez ad regulam menſium, gloſſa 56. nu. 88. & ſeq.

Vnde etiam permutatio de tali beneficio facta cum alio non habente prædictam qualitatem parentelæ, ſeu conſanguinitatis, non valeret, ſeu potius annullaretur contradicente, & opponente ſe aliquo conſanguineo ante illius effectuationem, & collationem factam, & petente ſibi conferri, ſeu cum primum ſciuit permutationem factam. Faciunt quæ de permutatione facta ſine conſenſu patroni dicuntur infra 11. par. cap. 3. à num. 19. & de permutatione beneficiorum vnitorum eadem parte cap. 4. à num. 27.

10 Animaduertendum tamen † eſt id quod dicitur, quod quando collatio eſt facienda certo generi perſonarum, valet collatio facta non habenti qualitatem requiſitam, ſi aliquis qualificatus non petit collationem ſibi fieri, non eſſe verum in beneficijs, quæ ſunt conferenda perſonis qualitatis, non ob reſpectum, & fauorem perſonarum, ſed Eccleſiæ, & beneficij, vt melius & magis idoneis perſonis prouideatur vt graduatis verbi gratia in communi, non talis Vniuerſitatis, vel Eccleſiæ, aut habentibus talem ætatem, ſeu talem ordinem, vt ſcholaſtria, & pœnitentiaria, quæ ſunt conferendæ Licentiatis, ſeu

Doctoribus, tunc enim non valeret collatio aliter facta, etiam ſi nullus qualificatus peteret ſibi fieri, quilibetque etiam non qualificatus poſſet petere declarari collationem nullam. *Facit Dec. Rot. coram Card. Lancelloto in Burgen. portionis* 20. *Iunij* 1583. *quam refert Gratian. in add. ad deciſio.* 203. *num.* 3. *quod ſi perſtat, &c.*

11 Secundo animaduertendum eſt, † quod quamuis ſuſtineatur prouiſio facta non habenti qualitatem conſanguinitatis, ſeu aliam ſimilem requiſitam ob reſpectum & fauorem perſonarum, ſi aliquis conſanguineus, ſeu qualificatus non petit ſibi fieri prouiſionem, & proſequitur, tamen ſi conſanguineus, vel alias habens ius petit à patrono, quod cum præſentet, & patronus nõ vult, videtur, quod teneatur illi ad reſtitutionem damni, ſeu intereſſe, ex quo eũ prætermittit contra iuſtitiam, quamuis ille non velit litigare, ſeu proſequi litem, quia eſt inimicus litium, ex Magiſtro Ledeſma 2. par. quarti, quæſt. 18. attic. 2. fol. 256. vbi ait, quod conferens alteri, quãciui beneficium patrimoniale tenetur ad reſtitutionem ciuibus, ſeu filijs patrimonialibus talis loci, & vni, ſi ſolus eſſet vnus ciuis, ſeu filius patrimonialis, quem ſequitur Ioann. Guttierez dicto lib. 2. cap. 11. num. 39. & quæ dicemus cap. ſeq. dubio 2.

12 Tertio animaduertendum † eſt, quod quando beneficium debet conferri certæ perſonæ, ſeu certo generi perſonarum, intelligitur data habilitate talis perſonæ, & ſi illa idonea ſit, non aliàs, l. vt gradatim, verſ. & ſi lege, ff. de muneribus & honor. Et quælibet diſpoſitio quantumuis generalis recipit interpretationẽ de habilitate, tex. & ibi Bart. in leg. 2. §. prætor. ff. qui ſatisdare cogant. vbi Iaſo. num. 4. & Oroſcius hanc eſſe communem doctrinam ait, Azeuedo in l. 4. tit. 17. lib. 4. recopil. nu. 8. & ita in propoſito docet Azor d. &. lib. 6. cap. 4. q. 25. verſic. obijcies.

13 Et ſic in vna † Salamantina integræ portionis, 24. Aprilis, 1582. coram D. Clem. VIII. fuit per Rotam reſolutum inhabilem, vt cæcum, non poſſe optare aliud beneficium. Tradunt Granutius ad Simonetam, de reſeruatio. q. 45. addit 1. ad fin. & nouiſſime Gonçalez gloſſ. 34. num. 60. à num. 72.

14 Et in † vna Pacen. iuris conferendi, 4. Maij, 1601. 15 coram D. Penna fuit reſolutũ, Collationem dimidiæ portionis factam Franciſco Mogardo per Capitulum, contradicente Epiſcopo, fuiſſe nullam: licet enim conſtitutio, & Bulla Innocentij generaliter diſponat dimidias portiones, vacantes antiquioribus, capellanis conferendas, intelligendum eſt de antiquiori habili, & idoneo, nã quælibet diſpoſitio quãtumuis generalis, recipit interpretationem de habilitate, Iaſ. d. &. leg. 2. §. Prætor ait, nu. 4. qui ſatisdare cogant. Surdus conſil. 28. à num. 8. lib. 2. Rebuff. de nominat. q. 21. nu. 2. verſic. Tertio fallit, & queſt. vltima, num. 12. Et ſic antiquiori inhabili omiſſo, collatio fieri debet ſecundo ſequenti habili, quia paria ſunt non eſſe, & inhabilem eſſe, Gabriel, conſil. 5. num. 28. lib. 2. Rebuff. d. q. 21. num. 22. & de inhabilitate Franciſci conſtabat ex dictis teſtium, & medicorum relationibus, aſſerentium Franciſcum præterætatem ſeptuaginta annorum multis & alijs impedimentis fuiſſe implicatum, cum nec ambulare, nec ſine magno auxilio ſtare, nec legere, nec aliquod officiũ exercere poſſet, nec niſi miraculosè ſanari poſſet, &c. Notum eſt autem, iſtas inhabilitates reddere inhabilem ad obtinenda beneficia, c. hinc etenim, 49. diſtinct. & ad alia optanda, vt fuit deciſum in dicta Salamantina integræ portionis, 1585. 24. Aprilis coram Sanctiſſimo, &c. *Vnde etiam inhabiles non poterunt ex permiſſione nouum beneficium acquirere, gloſſa in Clem. de pœnis, verb. obtinenda, & ibi Bonifac. nu. 54. & vlt. & Card. §. ipſius quæſt. 3. & Sãch. lib. 2. c. 28. nu. 33. facit quod infra dicitur* 11. *p. c. 3. à nu. 6, quicquid velit Gonçalez gloſſ. 14. num. 55. dicens, quod prohibitus acquirere non prohibetur permutare, ex Domin. num 3. & Franco in capit. 1. de exceſ. Prælat. lib. 6. & Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gloſſa 1. num. 28. dicentibus, quòd prohibitus nouum locum acquirere, non videtur prohibitus antiquum cum alio permutare; ſed id procedit in rebus temporalibus & materialibus, ſeu profanis, in quibus loquuntur iſti Doctores; nec poteſt applicari beneficium, ſeu officium, ad quæ de nouo acquirenda ſemper requiritur habilitas. Et ita conſultus reſpondi non valere permutationem factam inter duos parochos, quorum vnus erat paralliticus, & impeditus celebrare & adminiſtrare ſacramenta, maximè cùm eſſet expedicta in forma dignum, &c.*

15 Id autem de optione intelligendum eſt quando † mutatur titulus beneficij, vt in caſu dictæ Salamantinæ, in quo dimidius portionarius volebat integrã portionem optare, ſecus vbi nõ mutatur titulus, ſed optio ſit tantum quoad præbendam temporalem, iuxta ſupra dicta cap. 13, à num. 48. & Gonçalez ſupra. *& nouiſſime in vna Salamantina dimidiæ portionis 23. Ianuarij 1606. coram Domino Marcomonto fuit reſolutum, &c. R. irreg.*

16 Sed licet ſunt aliqua † dubia breuiter examinanda. Primum eſt, quando vocantur conſanguinei fundatoris ad beneficium, ſeu capellaniam, an ſatis ſit præſentare quemlibet conſanguineum fundatoris, licet non ſit proximior, an debeat præſentari proximior. Et videtur, quod ſi fundator non dicit, quod præſentetur proximior, ſed quod præſentetur conſanguineus, ſeu clericus de ſua parentela, ſatis ſit conſanguineum præſentare, licet non ſit proximior ex l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia. ff. de legat. 2.

17 Contrarium tenet † Lamber. 3. par. 2. lib. quæſt. 5. art. 4. num. 12. vbi ait, quod ſi teſtator voluerit, eſſe præſentandum aliquem de familia, de illa familia debet eſſet præſentandus, ſi autem diceret de progenie, de genere, vel de linea ab eo deſcendente, ſufficiet præſentandum ab eo deſcendiſſe, quocunque modo deſcendat, ſiue agnationis, ſiue cognationis: & ſi duo reperirentur eiuſdem generis, eſſe inſtituendum magis propinquum fundatori, vel patrono, quem ſequitur Corduba in ſumma, quæſt. 72. dicens, quod quando certa quãtitas teſtamento relinquitur danda conſanguineis pauperibus teſtatoris, quæ ſe preſentauerint, ſeu oppoſuerint ad talem præbendam relictam dandam vni ſoli, propinquior debet præferri munus propinquæ etiam pauperiori, quia propinquior cenſetur magis dilecta à teſtatore. Idẽ Ludou. Lopez inſtruct. conſcien. 1. tomo, c. 137. & 2. tom. 1. par, cap. 107. & Man. Rodriguez in ſumma, 1. tom. cap. 197. num. 7. & quæſtion. regular. 1. tomo, q. 34. art. 3. vbi de capellanijs, & Azeuedo conſil. 16. in prin. & à num. 12. ad 19. *Ioan. Gutt. can. quæſt. lib. 2. cap. 11. nn. 38. conſil. 26. nn. 11. &* nouiſſimè ſequitur Perez de Lara d. lib. 2. c. 2. à nu. 7.

in

in terminis capellaniarum, & conſonat quod tradit Peralta in d.§.ſi de falcidia,n.13.quod ſi teſtator ad fundum vocauit in genere vnum pauperem conſanguineum,& ſuperſint duo conſanguinei,quorum alter ſit pauperior,tamen remotior in gradu,alter vero non ita pauper,tamen teſtatori propinquior, hic ſecundus *præferendus eſt,ſequitur Lara in l.ſi quis à lib.§. etſi impubes,nu.40.* Quæ omnia probantur ex l.pero, §.fratre,& l.cum ita,§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2. & l.ſi.C.de verb,ſig,& l.1.C.de ſecundis nuptijs, in ſi.ibi,Gradibus ſeruatis, & DD.ibi, & Anton.Gomez.in leg.40.Tauri,à nu.40.

18 Nec † obſtat d.l.vnũ ex familia,§. ſi de falc. quia illud procedit in ſpecie,de qua ibi, quia fuit data electio hæredi,ſeu commiſſario,dicendo, quod eligat quem velit ex familia, ſeu quod relinquat vni de familia,ſeeus quando teſtator ſimpliciter aliquid reliquit familiæ,generi, ſeu parentelæ, aut conſanguineis,quia tunc intelligitur gradatim, ſeu de proximiori,vt per gloſſam in d.§.ſi de falc,verb.vni, Ant. Gom.nu.41.Peralt.13.Azeued.19. vbi ſup.Tiraq.de retract.lignag.§.11.glo.4.nu.2.& glo.6.nu.7.Mier. de maior.1.p.q.73.Mant.de coniect.lib.8.tit.12.n. 15.Craſ.de ſucceſſ.§.fideicommiſſum,q.16. qui alios referunt,& Cordub.& Lud. Lopez ſupra, Zauallos quæſt.265.à num.1.Vnde ſi fundator diceret, quod præſentetur vnus de familia, ſeu aliquis conſanguineus,non deberet neceſſario præſentari proximior, quia electio data videtur,Man.Rodriguez d.1.tom. cap.106.nu.8.licet contra videatur tenere Lambert. ſupra relatus *& nouiſſimè præfatam reſolutionem tenet Zeuall.q.905.à nu.42.vbi docet,quòd vocatis ad capellaniam ſine gradus prærogatiua,præferendus eſt propinquior abſque aliqua præſentatione patronorum remotiori præſentato; & quod ita ſe defendente iudicatum fuit in conſilio Archiepiſcopi Toletani: quia licèt verum ſit, quod habens electionem à teſtatore eligendi conſanguineum, poteſt eligere remotiorem dict. l. vnum ex fam. idem procedere videtur in propoſito, vbi electio non fuit data patrono, ſed ſimpliciter dictum, quod nominetur, & præſentetur conſanguineus. Quæ verba non denotant electionem abſolutam, ſed ſecundum ius, in quo diſponitur, quòd proximior præferatur remotiori, & intelligenda ſunt ſecundùm veriſimilem mentem diſponentis, & rationem naturalem ſecundùm quam magis propinquus cenſetur magis dilectus.*

19 Secũdum dubium eſt,† an in capellanijs, ad quas vocantur conſanguinei proximiores,attendatur proximitas reſpectu fundatoris, an reſpectu vltimi capellani,de quo alias late agunt Doctores in l. cum ita,§.in fideicommiſſo,vbi Peralta,& Sarmien.ff.de leg.2.& in l.ſi cognatis,ff.de reb. dub. & poſt alios Cou.pract.quæſt.c.38.Hieron.Gab.conſ.86.107.& 121.Iulius Clarus §.teſtamentum,q. 76. Menchaca de ſucceſſ.creatione,lib.3.§.27.Mol.de Hiſp.primog. lib.1.c.6.à num.46. & lib.3.c.9.Mieres de maiorat. 2.parte,c.8.Mantica de coniecturis,lib.8.tit. 12. Simon de Præt.de interpretatione vltimar.voluntat.lib. 3.dub.3.ſolutio,3.Marçarius in epit.de fideicom.2. par.q.35.Ant.de Petra de fideicom.quæſt.11. Peregrin.eodem tract.art.20.Ant.Theſaurus, qui plurimos refert deciſ.Pedemont.65. & ſeq. Craſſus, de ſucceſſ.§.fideicommiſſum,quæſt.18. Angelus Matthæatius de via & ratione iuris,lib.2.c.21.Velazq.in l.40,Tauri,glo.20.à num.17.Azeuedo conſ.2.à numero 5.Ioannes Gut.pract.lib.3.quæſt.66.& plures referens q.398.& Rota dec.72.p.1.diuerſ.

20 Et in propoſito † reſolutiue dicendum eſt, attendendam eſſe proximitatem reſpectu fundatoris,vocatiſque ſimpliciter conſanguineis propinquioribus, etiamſi non dicatur, meis, admittendum eſſe proximiorem fundatoris non vltimi capellani, etiamſi ſit alterius lineæ, vt in terminis tenet Zauallos d.quæſt.398.& Perez de Lara dict.lib.2. cap.2.à num.7.cum Lamberto dict.libr.2.3.par.quæſtion.5. art.4.numer.12.& 15.& ita practicatur,& conſonat communiori ſententiæ Doctorum in ſimilibus terminis,& vocationibus fideicommiſſorum,& ſubſtitutionum. Et idem eſt in dotibus, ſeu legatis pijs, etiam perpetuis relictis conſanguineis, in quibus etiam attenditur proximitas reſpectu fundatoris, quamuis in maioritatibus,& primogenijs attendatur proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris: & ingreſſa vna linea,non fit regreſſus ad aliam quoad vſque omnes de illa deficiant, vt per Tiraquel. de iure primogen.quæſt 40.Coua.Molin.& alios, maxime Hiſpanos, ſupr. Vnde prædicta reſolutio limitatur à Perez de Lara ſupra, vt procedat, niſi vocatione ad capellaniam fuerint ad inſtar maioratuum, & vocentur per verba de futuro poſteri de familia, & nomine fundatoris,ex Lamber.ſupra & Cabedo deciſ.51.num.4.2.par.& traditis à P. Cauallo conſ.60. num.8.& 16.& fauet d.deciſio Rotæ 72.nu.2.4.caſu. *Nec prædictæ reſolutioni obſtat dec. Rot. in vna Toletana capellaniæ de Ietafæ 28.Ian.1605. infra relata, nu. 22.vbi dicitur, in capellanijs attendendam eſſe proximitatem vltimi poſſeſſoris;quia contrarium fuit poſtea in eadem cauſa deciſum 10. Maij 1606. vt in deciſ. ibi relata, quæ in hoc non fuit reuocata per deciſionem vltimam ibidem relatam.*

21 Tertium dubium † eſt, an concurrentibus ad capellaniam duobus conſanguineis eiuſdem gradus, vno per lineam maſculinam,& altero per lineam fœmininam ſit præferendus proueniẽs ex linea maſculina,& breuiter reſpondetur, quod cum in capellanijs non agatur de conſeruanda agnatione, iſta non eſt cauſa prælationis,leg.maximum vitium,C.de liber.præter.cum alijs,atque ita idem erit in hoc caſu ac vbi concurrerent duo conſanguinei eiuſdem gradus,ambo per lineam maſculinam, aut fœmininam, vt qui ſit præſentatus à patrone,ſeu maiori parte patronorum,præferatur & inſtituatur,Zauallos quæſt. 693.n.28.Perez de Lara d.lib.2.c.3.n.22. poſt Corneum conſ. 49.nu. 9.vol. 3. ſi vero nulla facta fuerit præſentatio,aut vnus ſit præſentatus ab vna parte patronorum,& alter ab alia æqualiter,tunc præferatur dignior,ſeu qui maioribus iuuatur meritis,& qualitatibus,dataque paritate,erit locus gratificationi, Perez de Lara d.c.2.nu.33.& dict.cap.3. vbi de cauſis prælationis,& Zauallos dict.quæſt.693.à nu.28.

22 de quo ſupra c.9.à numero 11. *Et ita † tenendum eſt, quamuis contrarium velit deciſ.Rot. in cauſa Cæſarauguſtana beneficij 4.Maij 1594.coram D. Mantica ſupra relata c.1.nu.96.* quamuis Zauallos d.q.265.à nu. 24. prædictam reſolutionem ſolum admittat, quando teſtatoris voluntas repugnat diuiſioni capellaniæ, ex eo quod diſpoſuit, quod capellania perueniat ad vnum conſanguineũ,& quod nõ diuidatur,alias,inquit,capellaniã diuidendam eſſe inter dictos conſanguineos eiuſdem gradus etiamſi alter proueniat ex

linea maſculina,& alter ex linea fœminina, quod eſt falſiſſimam & contra mẽtem fundatoris capellaniæ, & contra ius prohibens diuiſionem beneficiorum in c.maioribus,cap.dilecto,cap.vacante, & c. cum cauſam,de præben.& ita merito eum impugnat Perez de Lara dict.cap.4.à num. 27.Nec etiam placet, quod docet idem Zaualios dict.quæſt.265.à nu. 13, dicens,ita fuiſſe iudicatum in concilio Archiepiſcopi Toletani, circa quandam capellaniam oppidi de Valdepennas,quod cum maritus, & vxor ſimul in eodem teſtamento, prout moris eſt, capellaniam fundarunt de bonis vtriuſque,vocando ad eam conſanguineos propinquiores, concurrentibus ad eam duobus conſanguineis,altero ex parte mariti, & altero ex parte vxoris vtroque in eodem gradu conſanguinitatis,præfertur conſanguineus mariti, eique debet conferri capellania ex leg.cum pater, §. à te peto marite,penul.ff.de leg. 2. & Greg. Lopez in ſimili caſu maioriæ factæ in eodem teſtamento per maritum,& vxorem,in leg.2.tit.1.p. 2. verb.el mas propinquo pariente,col.3.ſed pone retento. Verius enim eſt etiam in iſto caſu procedere dictam reſolutionem,Nec ille textus in dict.§.pen. probat ſententiam Zaualios, quia ibi conſtat de ordine, vocauit enim vxor alternatiue mariti propinquos,ſiue ſuos, & ex ordine ſcripturæ præſumitur voluntas, vt per Dd.ibi,maxime Paulum de Caſtro, Ant.Gom. 1. tomo var.cap.2.nu.4.& 5,limit.verſ.Secundo facit,Peregrinum de fideicom.art.18.numer.24. in propoſito autem non datur talis ordo. Et ſi ille textus intraret in propoſito, etiam conſanguinei mariti minus propinqui viderentur præferendi conſanguineis vxoris proximioribus, quod tamen eſt falſum, & contra ipſum Zaualios ibi. Nec obſtat ſimile de maioratu, de quo Greg. ſupra, nam in maioratu eſt diuerſa ratio,Suppoſito enim, quod vnus eſt maioratus,in quo vnus tantum debet ſuccedere abſque miniſterio,& authoritate alicuius,in pari gradu præfertur conſanguineus mariti tanquam dignioris: & ſicut ipſe vir præfertur,quia caput mulieris,cap. fin. 32. quæſt, ſexta ex quo videtur ordine ſaltim tacito à iure ſubintellecto prælatus, at in capellania ſecus eſt,quia eſt patronus ad præſentandum,cuius erit in paritate gradus præferre, & præſentare quem voluerit,& etiam iudex ad conferendum,qui ceſſante præſentatione, ſeu data etiam paritate in illa debet capellaniam conferre magis digno, ſeu qualificato alias. Et idem videtur,quando ſolus maritus,aut ſola vxor fundaſſet capellaniam, vocando ad eam abſolute,& promiſcue ſuos conſanguineos, & coniugis abſque prælatione, niſi tantum propinquiorum, ex quo illos parificauit: quando vero vocaret diſunctiue ſuos conſanguineos, aut coniugis, ſeu e converſo,conſanguineos coniugis,aut ſuos,tunc primo nominati præferrentur ſecundo nominatis, etiam propinquioribus, iuxta ordinem ſcripturæ, ex dict. §. pen.& l.hæredes mei,§.fi.ff. ad Trebell. & Doctores ibi,& in l.cum quidam,Cod.de verb.ſignif.& Caſtillo,qui plures refert,lib.2.quotid. cõtrouerſ. cap. 26.Nec prædictus obeſt conſilium Ioannis Gut. loquitur enim in duabus capellanijs fundatis in vno teſtamento à marito,vxore,vna à marito & alia ab vxore,&c. Aduerte tamen, quod ex conſanguineis exiſtentibus in eodem gradu,ille præferri debet & præſentari tanquam magis conſanguineus, qui duplici conſanguinitatis nexu eſt coniunctus fundatoribus,etiam vltra filios fratrum, vt per Perez de Lara dict.libr.2.cap.3. à numer. 32. *& Ceuall.quæſt. 398. numero 21, & 23. & latius 2. tom. quæſt. 778. à numero 27.* cum alijs, quamuis vltra filios fratrum contrarium alias in ſimili de eleemoſyna perpetua videatur tenere Azeuedo conſil. 14. *concurrente autem ad capellaniam (ad quam vocantur conſanguinei, ſeu de genere fundatoris propinquiores) coniuncto ex vno latere tantùm, nempe deſcendente à fratre vterino, ſeu conſanguineo, cùm vtrinque coniuncto remotiori, nempe deſcendente a fratre vtrinque coniuncto, præferendus eſt coniunctus ex vno latere, cùm ſit propinquior, & ſic in eo verificetur diſpoſitio fundatoris. Quòd non ſolùm procedere exiſtimo vltra filios fratrum, ſed etiam in aliis; nam ſi concurreret ad huiuſmodi capellaniam frater conſanguineus, ſeu vterinus, cum filio fratris vtrinque coniuncti, præferendus videtur frater conſanguineus, ſeu vterinus, cùm ſit propinquior fundatori; licet ſecus ſit in ſucceſſione hereditaria ab inteſtato, vt in authent. de conſanguinit. & vterinis fratribus, & in authentic. ceſſante, authentic. poſt fratres, Cod. de leg.hæredib. & ibi Doctores. Et quicquid ſit in ſucceſſione maioratuum & fideicommiſſorum in quæſt. patrui & nepotis per Doctores innumeros tractata: in capellanijs enim, ac legatis pijs, non eſt ſuccedendum per repræſentationem, ſed quilibet ex ſua perſona: facit quod tradit Couarr.in pract. cap. 38. numero 4. cum alijs, & conducunt tradita per Manticam de coniect. lib. 6. tit. 6, a num. 20. & lib. 8. tit. 13. & per Angulum in l.11.de las meioras, gloſſ. 5. aliàs 8.ex num.4. Quamuis contradicendum in propoſito videatur Cenallos dicta quæſtione 778. a numero 22. Vnde mihi non placet reſolutio Rotæ in cauſa Toletana capellaniæ de Setaſe coram Domino Iuſto, in qua 28. Iunij 1605. fuit deciſum, quòd cum, &c. R. Capellania. Hæc Rota in dicta Toletana, in qua verior mihi videtur deciſio facta 10. Maij 1606.ex ſupradictis & allegatis in ea, vt in deciſione præcedenti 13. Martij eiuſdem anni, & Molina de Hiſpan. primogenit. libro 3.capitul.4. numero 10.& 11.Velazquez leg. 40.Taur gloſſ.9.numero 20. & 24.qui alios allegant, & Ceſpal.conſil 5.a numero 37. & Decius conſil. 379. & Capitio dec.159. citatus in vltima deciſione, in qua malè ab ea receſſerunt.*

23 Quartum † dubium eſt, quomodo ſit facienda computatio graduum in capellanijs, ad quas vocantur conſanguinei proximiores, an ſecundum canones, an vero ſecundum leges, multum enim refert in hoc, nam ſecundum computationem canonum, ſecundum quam collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent, poterunt aliqui concurrentes eſſe in eodem gradu cum fundatore, qui ſunt in diuerſo ſecundùm computationem legum, ſecundùm quam collateralium in linea inæquali, quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Verbi gratia, vnus eſt in 2. cum 4. gradu conſanguinitatis, alter in 3. cum 4. ſecundum computationem canonicam facta computatione à remotiori, vt in c.fin.de conſanguin. & affin. vterque eſt in 4. gradu conſanguinitatis, at ſecundùm computationem ciuilem, vnus eſt in 6.alter in 7.gradu, vt patet ex regulis conſanguinitatis in eius arboribus poſitis,& communiter tradunt Dd.agentes de materia iſta.

In quo

24 In quo † dubio Zaallos quæſt.398.à num.9. tenet, computationem faciendam eſſe ſecundùm ius canonicum, dicens, ita fuiſſe iudicatum per conſilium Archiepiſcopi Toletani, in quadam capellania oppidi de Valdemoro, ſe & alio aduocato Toletano id patrocinantibus, ea ratione, quia in beneficialibus, & capellanijs collatiuis non datur ſucceſſio nec poteſt dici congrue loquendo, quod illæ deferantur iure hæreditario, vel ſucceſſionis, cap. Apoſtolica, 8. quæſt. 1. & in foro Eccleſiaſtico non ſunt ſeruandæ regulæ, & deciſiones iuris ciuilis, quando adinuicem ſunt contrariæ, & in contractibus, actibuſque indifferentibus quælibet computatio in proprio foro ſeruanda eſt, vt docet Ioannes Andreas in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. §. 1. in fin. quem ſequitur Couar. in 4. 2. parte, cap. 6. § 6. numero 8. Quod quidem à fortiori in beneficialibus locũ obtinet, & ſic in foro Eccleſiaſtico in prouiſione rerum ſpiritualium computatio canonica ſeruanda eſt, & non Cæſarea, maxime, cùm fundator capellaniæ eſt clericus in ſacris vt in illo caſu, qui videtur potius ſecundum iuris canonici regulas, quam ciuilis diſponere, vt in cap. cùm eſſes, vbi Couarr. & Dd. de teſtamen. Ita Zaallos, cuius deciſionem optimã dicit Parladorus ad eum remittens, differen. 120. nu. 1. *& ſequitur Gratia. diſcept. forenſ. cap. 77. num. 10. & ſeqq.* Et facit quod ait Ant. Matth. de via & ratio. iur. lib. 2. c. 21. nu. 14. quod in ſtatutis ſi ſubiecta materia fuerit ſpiritualis, Pontificios, ſi vero ſæcularis Cæſareos amplectemur gradus.

25 Sed iſta ſententia nullo modo mihi placet, certumque exiſtimo ſeruandam eſſe computationem legalem, nam quoad ſucceſſiones, & in earum materia ſeruanda eſt in vtroque foro computatio legalis, non canonica, gl. in §. hactenus. Inſtit. de gradibus, & in leg. Iuriſconſultus, verb. item liberi, vbi Bar. §. fi. ff. eod. Imola in rubr. ff. ſolut. matrim. numero 6. Alex. in l. fin. Cod. vnde legitimi, num. 7. Bar. conſil. 224. lib. 1. Bal. Salic. Alexand. Iaſ. numero 2. & alij in l. fin. Cod. de ſucceſſorio edicto, Felin. in cap. ex literis, nu. 4. de conſtit. Gozad. conſil. 19. Guil. Bened. in c. Rainutius, de teſta. verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 85. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. n. 23. Couarr. d. nume. 8. *Grat. dict. cap. 77. a num. 1.* Mierez de maioritatib. lib. 2. q. 7. nu. 1. Hent. q. in lum. lib. 12. c. 19. §. 2. Lud. Lop. inſtruct. conſc. 2. tom. 2. p. c. 49. p. 1137. & Thom. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 50. num. 8. *Et* quamuis in beneficijs, & capellanijs non ſuccedatur iure hæreditario, & ſucceſſionis meræ, tamen negari non poteſt quin vbi conſanguinei vocantur, ſit materia ſucceſſionis, ſaltim aliquo modo, ſeu ad inſtar.

26 Rurſus in † quacunq; materia, vbi agitur de proximitate, & conſideratione propinquioris, procedit ſine dubio computatio legalis, etiam in foro Eccleſiaſtico, & in terris Eccleſiæ, & ideo in materia retractus, etiam in foro Eccleſiaſtico, & in terris Eccleſiæ proximitas conſideratur ſecundùm computationem legalem, non canonicam, Cifuentes in leg. 73. Tauri, ad fin. & Matien. in l. 7. tit. 11. glo. 5. num. 7. libro 5. Recop. Azcu. in l. 12. dict. tit. 11. num. 6. Et ratio eſt, nã computatio canonica, quæ eſt propter matrimonia, quæ non niſi inter duas perſonas dari poſſunt cap. ad ſedem 35. q. 5. l. 3. tit. 6. p. 4. Io. Andr. in arbore conſanguinitatis, Cuchus in inſtit. maior. lib. 5. tit. 13. num. 23. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 161. Couar. & alij ſupra non eſt inuenta ad cognoſcendum proximitatem in concurſu, ſed gradus ad matrimonia: at computatio legalis, quæ eſt propter hæreditates, & ſucceſſiones, dicto capitulo ad ſedem, dicta 4. par. & citati, inuenta eſt ad cognoſcendum non ſolum gradus, ſed etiam proximitatem in concurſu conſanguineorum. Et ita in ſimili de eleemolyna, & memoria perpetua pro fœminis conſanguineis pauperibus, tenet Azeuedo conſil. 24. numero 57. graduum computationem faciendam eſſe attento iure ciuili, non canonico. Et conducit quoad propoſitum de capellanijs adducit Perez de Lara d. lib. 2. cap. 3. num. 33. & Alex. Rauden. conſil. 1. num. 95. & 99. ponente doctrinam Bart. conſil. 10. libr. 1. communiter receptam ad hoc, quod ſi de iure canonico ſint duo inæquali gradu, eo in caſu, quo ius canonicum eſt attendendum, & alter ſit proximior, inſpecto iure ciuili is ſit præferendus. Quod ex eo nimirum eſt quod diximus, quod proximitas attenditur ſecundum computationem ciuilem, &c. licet contra teneat Gozad. dict. conſil. 19. niſi vbi vnus ſolum debeat admitti, vt in propoſito de capellanijs.

27 Nec obſtat ratio † contrariæ ſententiæ, cui ex dictis ſatisfactum manet, nam quicquid ſit in alijs, in materia ſucceſſionis, & proximitatis, proculdubio procedit computatio legalis, etiam in foro Eccleſiaſtico, & negotijs Eccleſiaſticis, ſeu clericorum, vt ſatis patet ex dictis. Nec etiam obſtat doctrina Angeli Matthæacij, nam in materia ſucceſſionis, & proximitatis, potius tenet abſolute ſeruandam eſſe computationem Cæſaream, ait enim, quod vbi excluſis fœminis vocant ſtatuta mares agnatos, vſque ad tertium gradum de iure canonico, licet quoad excluſionem fœminarum numeremus, & metiamur ſecundum ius Pontificum, tamen quoad ſucceſſionem hæreditatis dubiam inter ipſos agnatos, proximiorem agnatum præferemus ſecundum gradum iuris ciuilis, vt minus quam poſſibile ſit ius commune à ſtatutis lædatur, &c. quod alludit ad d. doctrinam Bart. adductam per Alexand. Rauden. & Perez de Lara. Fateorque, quod vbi ad capellaniam, vel legatum, maxime pium, vocantur abſolute conſanguinei intra certum gradum, verbi gratia, intra quartum gradum, intelligitur ſecundum computationem canonicam, ex communi ſenſu, & modo loquendi, qui debet attendi, Mandoſ. reg. 16. cancell. quæſt. 38. à numero 6 Couar. libr. 3. var. cap. 5. num. 1. *Mantica de coniect. lib. 3. tit. 8. & de tacit. & ambigu. conuent. lib. 2. tit. 8. Maſcard. concluſ. 1129. nu. 15.* Ioan. Gut. can. q. lib. 1. c. 21. à nu. 3. & c. 32. nu. 46. Gonçalez ad reg. menſium, gl. 13. n. 62. & gl. 35. n. 10. & in propoſito, Bar. conſ. 13. l. b. 2. & Fel. in procemio decretalium, nu 6. vbi ex nu. 3. plura adducit, ex quo & alijs, Parlad. differ. 109. §. 3. à nu. 15. contra Cifuen. Matien. & Azçued. ſup. tenet, quod lex Regia Hiſpaniæ de retractu cõſanguineorum vſque ad quartum gradum intelligitur ſecundum cõputationem canonicam, nihilominus tamen in concurſu conſanguineorum proximitas ſemper conſideranda eſt iuxta computationem ciuilem, vt dixi. *Vn de etiam conuincitur diſtinctio, quam nouiſſimè poſthac in propoſito affert Cenallos quæſt. 905. a numero 37. dicens, eam ſemper obſeruaſſe; quia aut vocatur ad capellaniam*

*conſanguineus propinquior in gradu, vel conſanguineus proportionaliter ſimpliciter, non facta de graduum commemoratione. In primo caſu, cùm computatio fiat à remotiori, qui eſt ſecundus in quarto gradu; aliæ ceremoniæ & qualitates conſiderandæ ſunt. In ſecundo verò caſu cùm non vocetur conſanguineus in gradu proximior, ſed ſolum propinquior præferatur, ille profectò dicitur propinquior conſanguineus, qui eſt in ſecundo cum quarto, magis quàm ille qui eſt in tertio cum quarto; cùm illa ſit maior qualitas & coniunctio ſanguinis, &c. quia ille qui eſt proximior ſecundùm computationem iuris ciuilis & canonici ſimul, præfertur illi, qui ſolùm de iure canonico eſt in eodem gradu, vt tradit Alban. conſil. 40. verſic. nullo, & Decian. conſil. 71. lib. 3. num. 7. & Perez de Lara ſuprà. Quæ doctrina & diſtinctio, inquit Ceuall. eſt vera, & menti tenenda: quia ſæpe caſus de facto contingit. Et ita iudicatur, prout in caſu ſimili fuit iudicatum per dominum Doctorem Dominum Ioannem de Hozes iudicem Apoſtolicum 31. Ianuarij 1609. in cuius diſtinctionis ſecundo caſu Ceuallos certè mutat ſententiam, & tenet iam noſtram ſententiam, licèt dicat eam ſemper obſeruaſſe. In primo verò caſu confirmatur eius doctrina, idemque dicendum eſt ac in ſecundo: nam ille propinquior eſt in gradu, qui eſt proximior ſecundum computationem ciuilem, quæ ſemper eſt attendenda, vbi agitur de proximitate & conſideratione propinquioris, vt dixi. Item illa differentia eſt verbalis tantum: & in re idem eſt vocare conſanguineum propinquiorem abſolutè, ac propinquiorem in gradu.*

38 Quinum dubium eſt, † quomodo ſit probanda cõſanguinitas, ſeu parẽtela fundatoris in propoſito.

Et breuiter dicendum eſt probari per indicia, & coniecturas, ſeu communem reputationem & famam, nec requiri probationem per gradus diſtinctos, niſi agatur de probanda conſanguinitate reſtricta ad certum gradum, aut detur concurſus alterius, Maſcard. de probation. concl. 409. cum ſeqq. & Pacian. eod. tract. lib. 2. cap 2. poſt alios, & Rota in vna Placentina capellaniæ (ad quam vocabatur presbyter de proſapia & progenie de Platono) coram Domino Penna 15. Nouemb. 1593. in qua fuit reſolutum, Quod ad probandum quem eſſe de genere, progenie, vel proſapia, ſufficiunt indicia, & præſumptiones, ſeu communis reputatio. gl. in l. 1. verb. quoties, ff. de probat. & ibi Salic. nu. 2. Aretin. conſil. 37. nu. 2. verſic. venio igitur ad ſecundum, & quod verbum proſapia nedum deſcendentes, ſed etiam tranſuerſales comprehendit, l. pronuntiatio, §. communi, ff. de verb. ſignif. cap. progenie 35. q. 3. Caſſad. deciſ. 1. de iure patronat. Pariſ. conſil. 93. numer. 33. lib. 2. Gabr. 132. nu. 58. lib. 1. Menoch. de præſumpt. libro 4. præſumpt. 8. num. 2. Bald. conſil. 334. libr. 3. Et quemcunque de familia aptum eſt comprehendere, Mantic. de coniectur. libr. 8. tit. 8. nu. 12. &c. *Peregr. de fideicommiſ. artic. 43. ex num 60. Ceual. quæſt. 778. ex numero 49.* Et in eadem cauſa coram eodem D. Penna 10. Ian. 1594. fuit reſolutum, Quod cum teſtator diſpoſuiſſet, quod presbyter admittendus ad capellaniam eſſet de proſapia, & progenie illorum de Platono, ideoque perinde eſſet, ac ſi dixiſſet de familia, Franchus in cap. ſi pater, numero 110. de teſtam. in 6. verſi. 5. quid ſi fiat, Pariſ. conſil. 51. num. 11. & 93. num. 33. lib. 2. vigore dictorum verborum continebatur nedum familia, & progenies effectiua, ſed etiam cõtentiua quales ſunt tranſuerſales, Gabr. conſil. 132. num. 58. lib. 1. Mantica de coniectur. lib. 8. tit. 12. num. 12. & ſeq. Beroius conſil. 6. num. 10. lib. 2, quibus non refragatur Corneus conſ. 317. nu. 3. lib. 3. & Socin. Iunior conſil. 97. num. 68. libro 2. quia loquuntur, quando verbum familia, vel progenies, eſt reſtrictum ad certam aliquam perſonam, ita vt fundatoris tantum deſcendentes comprehenſi viderentur, &c. Rurſus, quod quando à lege, ſtatuto, vel homine poſtulatur probatio conſanguinitatis, aut alterius qualitatis intra certos gradus, tunc non ſufficit probatio in genere, ſed in quacunq; materia requiritur probatio ſpecificata per certos gradus, Anchar. conſil. 52. num. 7. & 8, Alex. conſil. 52. libro 1. Natta 388. lib. 2. Alciat. reg. 1. præſumpt. 8. num. 9. Quando verò non habetur ratio certi gradus, vel deſcendentiæ, ſed ſufficit quem eſſe conſanguineum ſine gradus præfinitione, ſatis eſt probare eſſe conſanguineum, quamuis nullius gradus diſtinctè probetur, Anchar. d. conſil. 52, Alex. 82. lib. 1. Fulgoſ. 184. nu. 1. & quod ideo in hoc art. in quo nulla certi gradus probatio requirebatur, teſtes pro Franciſco Platono inducti in genere, ſatis probant per reputationem, & famam, eum eſſe de familia Platonorum, quam probationem ſufficientem cenſuit Rota in materia conſanguinitatis, quæ cum ſit difficilis probationis, ſufficiunt in ea probanda indicia, coniecturæ, & præſumptiones, Alex. conſil. 90. n. 12. lib. 6. Decius 595. n. 1. fol. 114. nu. 20. lib. 1. cum aliis, &c.

39 Et eſt deciſio † eiuſdem Rotæ in vna Burgen. capellaniæ de Poça 13. Mar. 1595. coram Illuſtriſs. Cardin. Blancheto, quæ ſic ait: Licet in probanda conſanguinitate præſentati cum teſtatore non requiratur probatio per diſtinctionem graduum, iux. cap. licet ex quadam, de teſtibus ſed ſufficiat leuior probatio, ſcil. per indicia, & præſumptiones, gloſſ. in l. 1. verb. quoties, ff. de probat. Aretin. conſil. 37. & fuit reſolutum coram Domino Penna in vna Placentina capellaniæ 15. Nouemb. 1593. & hic ſatis videatur probata conſanguinitas, ex eo quod teſtes deponũt P. Hilarium fuiſſe conſanguineum patronis, qui obtinuerunt hanc capellaniam, quia ſi non fuiſſent magis propinqui teſtatoris, obtinere non poſſent, & ipſe ſit in poſſeſſione ſepulturæ teſtatoris: tamen cum detur concurſus, & teſtator velit magis propinquum ſui ſtipitis obtinere hanc capellaniam, debet deſcendentia probari per gradus diſtinctos, niſi Petrus ſit in poſſeſſione, tunc enim ſibi ſatis eſt ad obtinendum, quod non conſtet de iure actoris.

30 Et in vna Valentina † beneficij de Mercato, 6. Mart. 1598. coram Illuſtriſſimo Card. Pamphilio fuit reſolutum, Sententiam eſſe reuocandam, quia ad beneficium ex fundatione eſt præſentandus clericus de parentela fundatricis, vel eius mariti, & ſic admitti non debuit extraneus omiſſo Ioan. qui eſt de parentelæ mariti, nec referte, quod non probetur deſcendentia per gradus diſtinctos, quia hic agitur de probanda parentela in genere, non reſtricta ad certum gradum, quo caſu ſufficit generica probatio parentelæ, abſque alia graduum diſtinctione, Rubeus conſil. 16. num. 16. & late fuit deductum coram D. Penna in d. Placentina capellaniæ 15. Nouẽ. 1593. & 10. Ian. 1594. præſertim cũ agatur de parẽtela antiquiſſima longe vltra centũ annos, in qua ſufficiunt leuiores probationes, etiã per indicia, & cõiecturas, Aret. conſ. 37. n. 3. Alex. 90. n. 12. lib. 6. plures cumulat Ioan. Cephal. conſ. 177. nu. 45. lib. 1. &c.

31 Et aliàs in vna † Alexandrina Decanatus 17. Mar. 1600. coram D. Lancellotto fuit reſolutum, Quod petens inſtitutionem tanquam præſentatus, à proximiori vocato ad ius patronatus debet probare, quod ille ſit proximior, quod facere non poteſt, niſi probata deſcendẽtia ſigillatim, ac per gradus diſtinctos, iux. c. licet ex quadam, de teſtib. vbi DD. & fuit reſolutum in vna Sutrina beneficij 18. Decem. 1587. coram D. Plato, & aliàs ſæpe, neque ſufficit probare eſſe proximum, niſi alius doceat ſe proximiorẽ, quia id non procedit concurrẽte præſentatione alterius, qui etiam eſt de familia, Matienço in l. 7. titu. 11. lib. 5. Recop. gloſſ. 5. n. 4. & debet præterea probari aliquis gradus conſanguinitatis, Matien. ibi. nu. 5. Et qui prætendit maiorem proximitatem, vel ſaltim æqualem cum alio, id probare debet, &c. & iuxta dicta eſt accipiendus Simon de Prætis de interpretatione vltim. volunt. lib. 5. interpretatione 2. dub. vlt. à nu. 222.

32 Deſcendentis tamen † antiqua, vt fuit in vna Mediolanen. iuris patronatus 29. Febr. 1589. coram D. Comitulo reſolutum, probatur per enuntiatiuã plurium inſtrumẽtorum diuerſorum notariorum, quia æquipollet famæ, quæ ſufficit ad probationem huiuſmodi deſcendentiæ, Puteus deciſ. 5. 8. lib. 2. Rota in Sutrina beneficij infra adducta, nu. 34. facit deciſio. Cæſaris de Graſſis 181. nu. 10. & quod dicitur 5. p. cap. vlt. à nu. 87. & infra, vlt. p. c. 2. à num. 248. & tradit Simon de Prætis ſup. à num. 225. & Peregr. de fideicommiſſ. art. 43. à num. 83.

33 Et aliàs in † vna Regien. prioratus 29. Apr. 1592. coram Illuſtriſſimo Millino fuit reſolutum, quod deſcendentia probatur per fidem libri baptiſmi addito aliquo adminiculo, vt fuit dictum in vna Aretina capellaniæ 10. Maij 1591. coram D. Comitulo, &c.

34 Non vero ſufficit † ad probationem deſcendentiæ, etiam antiquæ, vna enuntiatiua. ſed ad minus requirũtur duæ de antiquo emanatæ à diuerſis perſonis non ſuſpectis, vt fuit reſolutum in d. Sutrina beneficij 18. Decemb. 1587. coram D. Plato, vt in ſequenti deciſione.

☞ Dixerunt Domini non conſtare, quod illi, qui D. Mutium præſentarunt, deſcendant à Dom. de Ventiochio. & Ioan. de Montanea fundatoribus, quia reſpectu deſcendentiæ à Domi. non probatur, quod Iacobus Iunior deſcendat à Hieron. nec Hieronymus à Iacobo Seniore, & reſpectu alterius deſcendentiæ à Ioan. de Montanea, non probatur, quod Baptiſta deſcendat à Francis. & Laurentius à Baptiſta, & cum deſcendentia debeat ſigillatim, & per gradus diſtinctos probari, vt dicit tex. in cap. licèt ex quadã, ibi, ſingulos gradus de teſtibus vbi Abb. ſub numero 12. & alij, Anchar. conſil. 52. numero 7. Bald. poſt Innocen. in capitulo ſeries, ſub num. 3. de teſtib. & in l. 1. ſub numer. 14. C. de teſtam. Decius conſil. 321. ſub numer. 4. cum alijs allegatis, cum vtique deficiente vno gradu deſtruatur tota probatio ipſius deſcendentiæ, vt in d. cap. ſeries, tradit Innocen. Cardin. Butrius, Bald. in vltim. notab. & ſub numero 3. & alij. Nec obſtat, quod ſimus in antiquis quo caſu leuiores probationes admittuntur, & ſufficit fama publica, vel teſtes de auditu, d. cap. licet ex quadam, Aretin. conſil. 37. Alexan. conſil. 137. ſub numero 45. libro 1. Quia quod Iacobus Iunior deſcendat à Hieronym. qui & ipſe deſcendat à Iacobo Seniore, probatur ex vnica tantum enuntiatiua inſtrumenti anni 1514. quæ præter id quod eſt poſita in inſtrumento non antiquo, ad notata per Aym. de antiquitate, in pr. Put. dec. 209. libr. 2. eſt vnica, quæ etiam in antiquis non ſufficit, Bald. d. cap. ſeries, num. 3. ſed ad minus duæ requiruntur emanatæ à diuerſis perſonis, & illis quidem non ſuſpectis, Peregr. ſup. num. 84. Aretin. in capitulo cũ cauſam, numero 20. de probatio. Socin. conſil. 194. ſub num. 9. libro 2. Aymon. de antiquitate, part. 1. §. ampliatur, numero 14. cum ſeq. Achilles deciſ. 5. de iure patron. Puteus deciſ. 207. libro ſecundo, & fuit dictum in cauſa Romana Capellaniæ de Capiſuchis, coram bonæ memoriæ D. Cota de ann. 1570.

☞ & in alia Vrbeuetana fideicommiſſi de Corbaria, coram Illuſtriſſimo D. Cardin. Lancellotto, die 30. Ianuarij 1575. & in plurib. alijs cauſis, & ita etiam tollitur probatio, quod Laurentius ſit filius Baptiſtæ, quod tantum deducitur ex vnica enuntiatiua de anno 1509. quæ & ipſa non eſt de antiquo, & tanquam vnica non ſuffragatur ex prædictis, quod Baptiſta deſcendat à Frãciſco, nec etiam bene probatur, quia licèt in inſtrumento anni 1466. enuntietur Baptiſta nepos Franc. non tamen dicitur cuius ſit filius, neque quod ſit de Moſcardis, & ſic non concludit, prout nec etiam ſuffragatur alia enunciatiua in inſtrumento, anni 1590. vbi fit mentio de quodam Baptiſta de Moſcardis, ibi tamen non dicitur, quod ſit nepos, vel aliter deſcendat à Franciſco, ad caput in præſentia, de probatio. l. non hoc. Cod. vnde legitimi, cum concordan. neque quicquam faciunt teſtes, quia loquuntur de ſimplici auditu, nec habent requiſita, Dd. in d. ca. licet ex quadam, & nihil dicunt, quoad deſcendentiam Hieronymi à Iacobo, & Baptiſtæ à Franciſco, & ad deſtructionem deſcendentiæ ſufficit, quod tollatur vnus gradus, Inn. in d. c. ſeries, & alij ſupra citati.

35 Parentela etiam ſeu conſanguinitas † antiquæ memoriam hominum excedens ad iſtum effectum, & vbi non agitur ad dirimendum matrimonium, probatur per teſtes de auditu, etiam ſine fama, & adminiculis & ſine requiſitis cap. licet ex quadam, de teſtibus Aret. conſil. 37. Decius 595. Cephalus conſil. 137. num. 45. libro 1. Gregor. Lopez in leg. 20. tit. 6. par. gloſſ. 1. Simon de Prætis de interpretat. vltimar. uoluñ. lib. 5. interpretat. 2. dubitatio. 4. num. 224. Maſcard. concl. 419. à numero 9. Peregr. de fideicomm. art. 43. à numero 81. Cabedo deciſio. 73. part. 2. Perez de Lara de anniuer. & capell. libr. 2. cap. 4. numer. 11. & 12. & alij. Quicquid velit Farin. de teſtibus quæſt. 69. cap. 2. & 3. à numero 103. In antiquis enim excedentibus memoriam hominum teſtes de auditu probant plene, leg. ſi arbiter. ff. de probatio. leg. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua pluuia arcen. vbi DD. l. 29. titu. 16. part. 3. Felin. in cap. veniens, el primero, numero 16. de teſtibus. Gregorius Lopez dict. glo. 1. Anton. Gabr. dicens communem, & magis communem, conclu. 3. de teſtib. Mieres de maioratib. 4. par. q. 20. à nu. 56. Ioan. Garcia plures referens de nobilit. glo. 18. §. 1. Perez de Lara d. c. 4. à nu. 11. & nu. 151. & plures relati per Farin. d. q. 69. c. 3. à num. 125. & quamuis d. lex par. 9. requirat etiam famam, & multi Doct. relati per Gabr. ſupra num. 2. & per Ojedam de incompatibilit. benef. d 23. num. 14. & Farin. ſup. nu. 134. Tamen

id

id intelligendum videtur in factis, ſeu rebus, in quibus commode datur fama, quia ſunt de ſe publica, ſeu patentia, & expoſita ſenſibus, ac iudicio hominũ, vt in terminis d.l.p. de opere, ſeu fabrica patente, & viſibili. Et ita poſſunt concordari opiniones contrarię omiſſa diſtinctione de magno, ſeu graui, & paruo præiudicio, de qua Aymon. de antiqu. tẽporis, 1.p.§.viſo de fam.nu.3. Maſcar.concluſione 104. & Farin. ſup.num.135. & ſeq. nec d.lex 29. p. excludit alia facta antiqua, ibi: Mas en otro pleito, &c. ſed non antiqua, quicquid Ioan. Garc. dicat ſup.nu.5.

36 Sextum dubium † eſt, an quando vocantur ad capellaniam conſanguinei fundatoris, ſeu qui ſunt de eius parentela, genere, ſeu familia, cenſeantur etiam vocati ſpurij, ſeu illegitimi, (ſuppoſito quod aliàs ſint habilitati, ſeu diſpenſati ad beneficia) & deſcendentes ex illis. Et videtur quod non, nam ſpurij, ſeu illegitimi non dicũtur, nec ſunt de familia, agnatione, domo, ſeu caſata. Bar. in l. pronũciatio. §. familiæ, nu.2. ff. de verb.ſign. & ibi Alciat. & alij, idẽ Bar. in l. tutelas, num.4. ff. de capt.dimin. & in l. fin. num. 1. C. de verb.ſignif. & ibi Bald. num.4. idem Bart. de inſignis, & armis, nu.11. Angel. Imola, Alex. & alij l. ex facto, §. ſi quis rogatus. 1. ff. ad Trebell. laſ. in d.l. fin. num.13. & 14. Fel. in cap. præſentia, de probatio. num.23. Guilelm. Benedictin. in rep. cap. Raynutius de teſtam. verb. Raynutius de Clera. à num. 31. *Caſal. in Catal. glor. mund. 1.p. conſ.24. & 75. verſ. item arma, & 11. par. conſid.15.* Rochus de iure patron. verb. competens, 2. quæſt. in fin. nu.10. Lamber. 2. part. 1. lib. 2. quæſt. artic. 27. Tiraquell. plures referens de nobilitate. cap. 15. à nu.11. & num.12. & nu.24. & de retractu lignag. §. 1. gloſſa 8. num.6. Paleot. de notis & ſpurijs, capit. 59. & 60. Caſtillo in l. 74. Taur. num.24. Gregorius Lopez in l. 11. titul. 11. parte 7. gloſſa 4. Antonius Gomez in l. 70. Tauri, num.4. Roias de ſucceſſio. cap. 20. nu. 104. Molina de Hiſpanorum primogen. lib. 1. cap. 4. num. 46. & ſeq. Mieres de maioratibus 2.p. quæſt. 2. num. 19. & 23. Matiençó in Rub. tit. 1. num. 126. & in l. 7. tit. 11. gloſſ. 2. num. 2. lib. 5. Recopil. Mantica de coniectur. lib. 8. tit. 12. à num. 20. Spin. de teſtam. gl. 16. à num. 26. Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt. 88. num. 5. & 13. Peregrin. de fideicom. art. 22. à nu. 82. D. Ioan. Gutterez pract. quæſt. lib. 2. q. 155. nu. 1. & 3. Velazquez in l. 40. Tauri gloſſa 11. num. 44. Cervantes in l. 10. Tauri, nu. 34. Farin. in praxi crim. 1. p. q. 13. à num. 53. Michael Martinez del Villar del Patronado de Calatayud. 4. par. §. 3. num. 30. Azeuedo conſ. 24. ex num. 14. Tuſchus concl. 414. litera S. tom. 2. & aliqui, quidquid dicant Salyc. num. 5. & Fulgoſ. in d.l. fin. C. de verb. ſign. & Pariſ. conſil. 58. num. 41. 4. par.

37 Neque etiam ſunt † de parentela patris, Butr. in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, quem refert, & ſequitur Alex. ſupra. *& Coſtan. d. conſid. 15.* Rochus & Lambertus ibi, qui inde dicunt, quod quando ius patronatus ex fundatione competeret ſolum illis de parentela, tunc non competeret ba-

38 ſtardis, vel illegitime natis. Nec cum † illis eſt cognatio, conſanguinitas, aut coniunctio ex parte patris, l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. §. vulgo quęſitos, inſtit. de ſucceſſ. cognato. Felin. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij, nu.56. de reſcrip. Gulliel. Bened. ſup. nu. 34. & 36. Tiraq. d.c.15. nu.10. & d. gl. 8. nu. 6. Villalpando in l. 22. tit. 1. par. 7. §. 42. à num. 7. Roias, & Molina, & Matiençó d. num. 2. & Spino ſup. & Ioan. Garcia de nobilitate, gl. 20. num. 17. & 19. Et ideo appellatione coniunctorum non veniunt Bald. in l. id quod pauperibus, num. 35. C. de Epiſcop. & cler. & Felin, d. num. 56. *& Caſtan. d. conſid. 11.*

39 Sed oportet † diſtinguere in propoſito cum Bar. in d.l. pronunciato, laſ. d. num. 13. Felin. d. nu. 123. Molina, Peregrino, Farin. præſertim num. 73. & alijs ſup. an ſint appoſita verba iuris, ſeu ciuiliter ſignificantia, an verba naturæ, ſeu naturaliter ſignificanti-

40 a. Verba iuris † ſunt familia, agnatio, & etiam cognatio, domus, ſeu caſata, genus, proſapia, progenies, ſtirps, ſeu ſtipes, ſanguis, conſanguinitas, & ſimilia, & etiam parentela, licet in hoc contradicant ibi, Bart. & Peregrin. num. 89. & facit, quod cum Simon de Prętis interpretationem dubitat. 1. ſolut. 11. num. 59. tradit Perez de Lara de anniuer. & capell. lib. 2. cap. 2. num. 25. Quod hæc vocabula de mi linage, generation, parentela, caſa, cepa, gente, progenie, conſanguinidad, familia, proſapia, ſynonyma ſunt: vnde videtur omnia eſſe verba iuris, & tunc ſpurij, & illegitimi etiã naturales non veniunt, quia de iure non dicuntur de familia, domo, ſeu caſata, agnatione, nec etiam cognatione ſtirpe, ſeu ſtipite, &c. nec etiam de parentela patris, & conſequenter, nec deſcendentes ex eis, etiam legitimi, vt per cita-

41 tos. Niſi aliud † conſtet ex communi vſu loquendi, vel ex al. qua coniectura, & mente, ſeu ratione diſponentis, Bart. ibi, & in dicta lẽge. vbi Bal. & laſ. Paleotus ſupra Ioann. Guttierez conſil. 3. num. 11. & alij.

41 Quamuis † Azeuedo d. conſil. 24. ex num. 23. & 38. dicat cum Benedicto de Barcis in tract. de filijs non legitime natis, in princ. à num. 11. naturales eſſe de domo, caſata, & agnatione, genere, ſanguine, & parentela, etiam de iure ciuili, arg. auth. licet. C. de natural. liber. ex qua naturalis filius morienti ab inteſtato, ſine filijs legitimis ſuccedit in duabus vncijs, & ſic venire in relicto conſanguineis, & de genere, ſanguine, & parentela, &c. Quod eſt contra communem, & Doctores citatos, nec id conuincit dict. auth. licet.

43 Verba naturæ † ſeu naturaliter ſignificantia ſunt coniunctus, conſanguineus, cognatus, Hiſpane pariente, o deudo, pater, filius, nepos, parentes, liberi, deſcendentes, & ſimilia, & idem videtur de verbo Hiſpano, parenteſco, quod idem eſt ac conſanguinitas, quando diceretur, qua tenga parenteſco, ſeu vocaretur, el que tiene parenteſco, o conſanguinidad, (ſi enim diceretur, de ſu parẽteſco, ſeu Vocaretur, el que des ſu parenteſco, tunc illud videtur accipi pro parentela, licet barbare, & ſic eſſet verbum iuris, ſicut etiam conſanguinitas, quando diceretur de conſanguinitate) & tunc cum apponuntur verba naturæ, ſpurij, & illegitimi, & conſequenter deſcendentes ex eis veniunt, quia ex eodem ſanguine procedunt naturaliter, & vere, maxime in diſpoſitione hominis, in qua verba ſunt proprie & naturaliter intelligenda, niſi aliud appareat, l. non aliter, ff. de legat. 3. l. fin. C. de his qui veniam ętatis. l. 5. tit. 33. partita 7. Salaçar de vſu, & conſuetudine, cap. 1. a num. 57. & dictum eſt ſupra cap. 9. num. 32. Niſi

44 ſimus † in materia iuris, & mere ciuili, vt ſucceſſionis ab inteſtato, vt in dict. l. ſi ſpurius, & d. §. vulgo quæſitos,

quæſitos, & accuſationis, Villalpando dict. num. 7.

45 Aut † niſi ſubiecta materia, quæ hic eſt attendenda, Bart. in dict. leg. pronunciato, aliud ſuadeat, vt materia ſucceſſionis maioratus, ſeu iuris patronatus, vt per Molinam ſupra numero 48. & libro 3. c. 3. ad fin. Mieres d. q. 2. & alios, quidquid velit Io. Gut. d. conſ. 3. à num. 16.

46 Vnde in prædicto † dubio videtur concludendũ, quod ſi in fundatione capellaniæ dicitur, quod præſentetur clericus de familia, domo ſeu caſata, genere, agnatione, cognatione, ſanguine, vel parentela, ſeu conſanguinitate, non comprehenduntur, nec cenſentur vocati ſpurij, & illegitimi, ſeu deſcendentes ex eis, etiam legitimi, niſi aliud conſtet ex communi vſu loquendi, aut mente fundatoris, & ſic etiã deficientibus legitimis non habebunt ius ad capellaniam, vt neceſſario debeant præſentari magis, quàm alij extranei, quo non habent vocationem, cum non veniant ſub illis verbis. Bene tamen comprehenderentur ſi eſſent legitimati, authoritate Apoſtolica, vel Regia, ex traditis per Tiraqu. in l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, à numero 77. ſeu 63. Couar. in 4. 2. p. c. 8. §. 8. numero 4. & §. 10. num. 2. Anto. Gom. in l. 9. Tauri, numero 66. & 69. Roias de ſucceſſ. c. 23. Molin. de primog. libro 1. c. 4. nu. 44. & lib. 2. c. 11. n. 18. Azeue. in l. 6. tit. 8. libro 5. Recop. num. 4. & DD. in l. 12. Tauri, Medin. de iuſtit. tract. 2. diſp. 173. & 589. num. 5. Peregr. de fideicom. ar. 23. à num. 26. Zauallos q. 2. à num. 1. l. 4. titu. 15. p. 4. & ibi Greg. Doct. in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & alios citatos ſupra ca. 2. num. 46. ex quibus apparet, quod legitimati ex reſcripto principis ſunt de familia, & agnatione, &c. & cum Capellania ſit res ſpiritualis, & Eccleſiaſtica ſufficiet etiam legitimatio Papæ. Quamuis ad maioratus, & fideicommiſſa perpetua non ſufficiat ſimplex legitimatio per reſcriptum principis, vt per Moli. de primog. lib. 3. cap. 3. Velazq. in l. 40. Tauri, gloſſ. 11. à num. 6. Ceruan. in d. l. 12. Tauri, à num. 48. Moli. d. diſp. 173. & ſeq. Gama. dec. 279. & ibi Flores de Mena in add. Si vero dicitur, quod præſentetur clericus coniunctus, conſanguineus, ſeu cognatus, Hiſpane, pariente, o deudo, o quæ tenga parenteſco, o conſanguinidad, vel deſcendens, comprehendũtur etiam ſpurij, & illegitimi, & deſcendentes ex eis, vt in terminis tenet Nau. conſ. 4. de iure patr. nec refert, quod in caſu illius conſilij filia clerici erat legitimata per reſcriptum principis, quia in eo nõ fundatur Nau. Et ita

47 † ſi in fundatione capellaniæ dicitur, quod præſentetur conſanguineus proximior, ſpurius, ſeu illegitimus, vel deſcendens ex eo, proximior præferretur remotiori, etiam legitimo, & de legitimo deſcendenti, *Nauar. ſupra, & nouiſſimè Ceual. qu. 762. 4 numer. 24.* nam cum illegitimus comprehendatur ſub vocatione conſanguinei, & ex alia parte ipſe ſit proximior, vocatio conſanguinei proximioris intrat, & verificatur in eo, quicquid teneat Manu. Rodrig. in ſumm. 1. tom. capitulo 106. numero 8. ad fin. vbi ait, quod ſi teſtator mandauerit eligi conſanguineum magis propinquum, legitimus remotus debet præferri illegitimo magis propinquo quod non eſt verum ex dictis. Nec id quod ibi antea ait, quod habens ius præſentandi aliquem de certa familia, qui non tenetur proximiorem eligere deficiẽtibus legitimis illius familiæ poteſt eligere vnum de illegitimis idoneum, quia exiſtentibus legitimis ipſi ſunt præferendi, licet ſint magis remoti, ſi enim illi illegitimi cenſerentur de familia, vt ipſe ſupponit, poſſet ille illegitimum eligere, etiam ſtantibus legitimis, & Ioan. Gut. quem allegat libro 2. pract. quæſt. 67. non 66. num. 3. & 4. loquitur in diuerſis terminis, nempe legis 27. Tauri. Et quicquic dicat Peregr. ſupra num 89. vbi ait, quod naturales, & baſtardi continentur appellatione coniunctorum, & conſanguineorum, nam ex eodem ſanguine procedunt, ac ideo in relicto coniunctis conſanguineis, & parentibus, & per huiuſmodi nomina naturalitatem ſignificantia includerentur, intelligens tamen in defectum legitimorum, & non tamen ſpurij, quę intelligentia non eſt bona, nec procedit conſequenter, ſi enim naturales, & baſtardi, etiam ſpurij appellatione coniunctorum, & conſanguineorum continentur, & ſic in relicto coniunctis, & conſanguineis includuntur, nõ eſt cur defectum legitimorum expectemus, & cur ſpurij excludantur.

48 Vnde etiam legatum † pium, & dos relicta conſanguineis teſtatoris, poteſt & debet dari ipſius cõſanguineis illegitimis, ſeu venientibus per viam baſtardiæ, & ſpurijs, quemadmodum legitimis: quãuis Azeuedo dict. conſ. 24. num. 37. & 50. confundens nomina iuris & naturæ dicat ſpurias nullo modo, admittendas eſſe ad huiuſmodi legata pia, & eleemoſynas. Et quamuis Corduba dict. q. 72. ad fi. quem ſequitur Ludouic. Lopez inſtructorij conſcientiæ 1. tom. capitulo 137. & 2. tom. capit. 107. ſolum dicat, quod poteſt dari niſi aliud dicat teſtator, venientibus per viam baſtardiæ, ſi ipſæ ſunt legitimæ. In quo non bene loquitur, nam non ſolum poteſt eis dari, ſed debet dari, & etiamſi ipſæ non ſint legitimæ iuxta d. ſta. Quamuis etiam Manu. Rodrig. dict. 1. tom. c. 179. ad fi. dicat, quod legitimæ licet ſunt per viam baſtardiæ, ſunt præferendæ illegitimis, &c. quod ſolum procedet, quando ſunt in eodem gradu, iuxta dicta infra num. 53. ad fi. *& tam in legato pio quàm capellania, ad quam fundator vocat per verba naturæ conſanguineum propinquiorem, præferri debet deſcendens a fundatore, etiam per viam baſtardij, conſanguineis tranſuerſalibus eiuſdem fundatoris in gradu propinquiori exiſtentibus: nam deſcendens cenſetur propinquior, & magis conſanguineus, nec tranſuerſales cõcurrunt cum deſcendentibus, in quibus datur repræſentatio ſine gradus limitatione, vt per Ceuallos d. quæſt. 762. a n. 24. qui ait ita fuiſſe iudicatum per Concilium Archiepiſcopi Toletani in quadam capellania de Ietafe in fauorem Ioannis de Benauente deſcendentis ex filio ſpurio Ioannis Martinez de Benauente presbyteri fundatoris. Sed certè in iſta cauſa contra dictum Ioannem de Benauente tenuit Rota 1. Iulij 1605. coram D. Iuſto, quia fundatur vocatio presbyterum de ſuo genere, ſeu progenie de Salmax: & ſic vſus eſt verbis iuris, & cum Ioannes proueniret ex radice infecta, dici non poterat de radice & progenie teſtatoris, vt in dec. ſupra relata numero 22. Quod non conſideranit Ceuallos d. Ioannis de Benauente aduocatus in d. cauſa: & ſimiliter etiam in alia capellania de los Chaues de Bonilla huius diœceſis Abulen. per iudicem Metropolitanum Salmanticæ reſidentem, reuocata ſententia ordinarij fuit iudicatum contra deſcendentem ex filio ſpurio fundatoris in fauorem tranſuerſalis, quia fundator vſus eſt verbis iuris.*

49 Videtur tamen, quod naturales † attenta conſuetudine, ſeu lege particulari, qua gaudent nobilitate paren-

parentum, vt in Hiſpania ex leg.1.titulo 11, par.7. vbi Greg. Lop.& Roias de ſucceſſio.c.15, Ioan.Gar cia de nobilitate,glo.20.nu.36.& gl.21.n.33. Azeuedo in l.10. tit.8.lib.5. Recop.num.31. & Ceruãtes dict.l.10.Tauri,num.164.Zaullos q.2.à nu.47. & q.203.à num.6.qui alios plures referunt,& Molina de iuſtitia, 1.tomo tract. 2. diſp.165. ſint de familia, domo, ſeu caſata, genere, & agnatione, ſtirpe, ſanguine, & parentela patris, ex quo gaudent eius nobilitate, vt legitimi, vt per Guid.Papam deciſ. 580.& ibi addit. Tiraq. dict.c.15.de nobilitate, num.25.Paleotus d.61.num.8. Villalpandum ſupr. num.3.ad fi. Roias d.c. 15. de ſucceſſ, num.22. & clarius Matienzo d.gl. rubr,tit.1.num.126.& ſequ. & d.glo.2.l.7.tit.11,num.5.Menoc.de præſumptio. 88.lib.4.num.14.Ioan.Guttier.lib.2. pract.q.155. nu.2.& lib.3.q.81.nu.7.& Flores de Mena.q.16.§. 1.à num.9.& §.2.à num.9. Et ſic naturales, & deſcendentes ex eis veniant appellatione, & vocatione eorum, qui ſunt de familia,domo, ſeu caſata,genere, agnatione, cognatione, ſtirpe, ſanguine, & parentela, &c. vt tradit etiam Azeuedo d.conſ. 24. ex numero 27.& num. 39. dicens naturales clariſſime eſſe de domo, caſata, & agnatione patris,ex naturali & notoria Hiſpaniæ conſuetudine eos admittente ad inſignia, nomen, & arma, honores, & nobilitatem patris, & ſic in eleemoſynas, ſeu relicto fœminis conſanguineis, ſeu de genere pauperibus comprehendi naturales, & præferri legitimis non-
50 exiſtentibus in eodem gradu, &c. Quod † procedit niſi ſubiecta materia aliud importet, vt ſucceſſio maioratus, in quo non ſuccedunt naturales,ſeu deſcendentes ex eis, etiamſi ſimpliciter vocentur filij deſcendentes, aut conſanguinei, quia eſt res honorifica, & ad decus, & ſplendorem familiæ, quæ non ita per illegitimos decoratur, & illuſtratur, niſi ex ſerie, ſeu circunſtantijs maioratus aliud colligatur, Greg. Lopez in lib.2.tit.15.p.2 glo.10.Molina d.libro 1.cap.4.numero 48.& libro 3.cap.3.ad fin.Mieres d.2.p.qu.2.numero 1. Velazquez d.l.40.Tauri, glo.11. numero 43. Aluarado de conjecturata mente defuncti lib.2.c.1.§.num.13.& ca.3.nu.56. & 57. & Flores de Mena d.q.16. §.1.à num. 13. quidquid velit d. Greg. Lopez in l.32.tit.9.p.6.gl.magna,col. 6. & Azeuedo dict.conſ.24.num.35.etiam ex parte matris, Mieres ibi,num.5.& Velazquez nu. 45. Aluarado 75. Ioan.Gut. pract.lib.3.q.52.nu.8.& Flores de Mena d.§.1.num.33. dicens,hoc in praxi ſeruari, & Greg. Lopez l.vlt. tit. 13.p.6. gloſſ.vltim. licet ibi cogitandum relinquat, & contra teneat d.l. 2.gloſſ.15.& Azeuedo l.11. tit.6.libro 5.Recop.nu.
§ 145. Et idem † eſt in iure patronatus, quod eſt etiam honorificum, maxime in quo ſuccedit ad inſtar maioratus iux. ſupra dict.5.p.capitulo 9. num.146. *Quamuis in vna tamen iurispatron. 12. Febr.1607. coram D.Lancellotto Rota tenuerit, R.illeg.2.*

52 Illegitimi autem, † & ſpurij ex parte matris, bene ſunt de eius parentela, genere, ſanguine, & cognatione,l.hac parte,l.ſi ſpurius', l. Modeſtinus ff. vnde cognati, & d.§.vulgo quæſitos.de ſucc.cognator. Spino d.gloſſ.16.numero 31.60.& ſeqq.Paleotus de nothis & ſpurijs cap.41. num.3. & cap.43.n. 2. Peregr.d.art.22.nu.85. & Azeuedo d. conſil. 24. num.37. Id intelligentes dummodo non ſint ex dãnato, & punibili coitu, qui non ſuccedunt matri, Paleot. ibi,Couar. in 4 2.p. capit.8.§.5. nu.15.Anton.Gom. l.9.Tauri,num.13.Moliua de iuſt.2.trac. diſpu. 167. & alij. Et cum illis eſt coniuncto ex parte matris.Felin.d. cap.nonnulli. §. ſunt, & alij de reſcrip. num.57. quia ſemper eſt certa mater, l. quia ſemper. ff. de in ius vocan.lib.11.& 12.tit.13.partita 6. & ſic cenſentur vocati ad capellaniam, dotationem, ſeu eleemoſynam,ad quam vocantur, qui ſunt de parentela, genere, & cognatione fundatoris, Azeuedo ibi dicens, ſic fuiſſe determinatum, & executoriatum in Cancellaria Pinciana, licet ſecus ſit in maioratu, & iure patronatus, vt ſupra dictum eſt.

53 Poſt hæc ſcripta vidi † Hieronimum Gonçalez ad reg.de menſibus, qui gloſſ.5.à nu. 109.mouet prædictum dubium, quærit enim quid ſi fundator vocauit ad Capellaniam clericum ex ſua familia, aut ſanguine,an clericus filius legitimus natus ex patre, aut matre, auo, vel auia illegitimis dicatur de familia fundatoris, vel ſanguine,vt cenſeatur vocatus ad talem Capellaniam, & pluribus hinc inde adductis, tandem videtur tenere partem affirmatiuam,quam ait tenuiſſe Rotam in vna cauſa Hiſpalen. illegitimitatis 22. Februarij 1574. coram D.Rubeis,& nouiſſime etiam fuiſſe deciſum in vna cauſa Tiraſonẽ. eleemoſyneriæ 14.Nouembris 1603.coram D.Lancellotto, quod illegitimitas patris non obſtabat filio legitimo, vt præſentari non poſſet ad eleemoſyneriam iuriſpatronatus, ad quam teſtator vocauerat clericum deſcendentem à quodam Ioanne,& dictus clericus erat filius legitimus patris ſpurij, qui deſcendebat à dict. Ioanne, quia licet legitimi, ex patre illegitimo ſint incapaces eorum, quæ prouenium ex perſona patris, ſeu contemplatione illius, tamen ſunt capaces omnium ex perſona propria prouenientium, Bart.conſil.118.libro 1.Paleotus de nothis & ſpurijs,capitulo 53. Cephalus conſil. 103. num.7.cum ſeqq.libro 1.qui latè proſequitur,ſicut etiam quamuis fœminæ ſint excluſæ à maioratu,ſeu fideicommiſſo, admittitur maſculus deſcendens ex fœmina, vbi non agitur principaliter de conſeruanda agnatione, ſed præcipue fundatur in maſculinitate, Rubeus conſil.22.à num.10.Molina cum alijs libro 3.cap.5.num.48.Mantica,de conjecturis, libr. 8.tit.18.à num.53.& libro 5.tit.14.nu.6.& 7.& Rota deciſ.15. p.2.diuer. & alij, & conducit,quod ait Anton.Gabr.concluſ.6.de fideicommiſſ. num. 7. & 8. Et quod reſpondetur iſta deciſio ad fundamenta eorum, qui tenent, quod filius legitimus natus ex patre ſpurio, non dicatur de familia, iuxta cõſilium Fulgoſij 159. nu. 1.cum ſimilibus adductis per Gamam deciſ.278. quod procederet, quando teſtator, ſeu fundator loquitur per verba ciuilia, veluti, ſi vocaret Capellaniam ex ſua familia, vel cognatione,ita vt conſtaret excluſiſſe nominationem naturalem: ſecus tamen eſſet quando loqueretur per verba naturalia, veluti ſi vocatet deſcendentes, aut cõſanguineos, iuxta diſtinctionem Bart. in l. tutelas, nu.4.ff. de capt.diminut. & in leg. pronunciatio.§. familiæ.ff.de verbor.ſignif.nam filium non eſſe legitimum, non eſt de iure naturali, de quo omnes filij legitimi, & ſpurij ſunt æquales, ſed eſt de iure poſitiuo,vt in auth. quibus modis natural. efficiant legitimi.§.liceat,collat.6. in authen.quibus mod.natural.efficiant.ſui.§.illud tamen,verſic.ſi quis ergo,

collat.

collat.7. imo Bart. vbi ſupra non loquitur in legitimo proueniente ex patre ſpurio,ſed in ipſo filio ſpurio, & ſic in fortiori caſu. Vnde apparet Rotam in d. Tiraſonen. amplexam eſſe noſtram ſententiam, & diſtinctionem in terminis noſtræ quæſtionis,& ſubdit Gonçalez à num.123. quod in ſumma attendenda eſt in hoc mens, & voluntas teſtatoris, & communis vſus loquendi, & an materia, de qua agitur, ſit proportionabilis, vt in ea includatur, vel excludatur talis ſpurius, aut filius legitimus ex illo deſcẽdens veluti teſtator reliquit legatum,aut perpetuũ anniuerſarium pro alendis pauperibus ſcholaribus in ſtudio, aut clericis, aut maritandis virginibus genere, aut agnatione ſua, quo caſu minimè ſunt excludendi. nec ſpurius, nec multo minus filius legitimus ex eo, vt per Tiraq. in præfatione, tract. de pia cauſa, col.7. verſic.& facit pro 1. par. Mantica libro 8.tit.5. num. 16. cum ſeqqu. Sed cum iſta ſint verba ciuilia, id reuera eſt contra dict. deciſionem Tiraſonen. & diſtinctionem à nobis factam, & ſic non placet. Item conſiderandum erit, ait, quid fuerit obſeruatum,l. ſi de interpretatione, ff. de legib. cap.cum dilectus. de conſuetudine, & quod fuit dictum in dict. deciſi. Tiraſonen. nec non an cæteris paribus concurrat alius de familia, & genere teſtatoris, qui ſit legitimus,ac filius partis legitimi,nam tunc illum præferendum fore indubitatum erit inquit, quod placet, ita vt in pari gradu legitimus ſit præferendus, & præſentandus cum Azeu. d. conſil. 24. num.36. Et quod in dubio, quando non beneconſtat, quod fundator capellaniæ voluerit excludere etiam deſcendentes legitimos ex patribus ſpurijs, erit ad fauorem illorum interpretandum, tumquia de iure cõmuni ſunt habiles, & idonei ad quæcunque beneficia, dignitates, & honores, &c. Tum quia in huiuſmodi filijs, & patribus eorum ſpurijs, bene cadit affectio naturalis, &c. *& quod in ſumma continet illa deciſ. eſt, quod leg. &c. R. illegit.*

54 Tandem circa † materiã huius cap. videnda ſunt d.ſup.4.p.c.3.12. modo.

## *An beneficia ſint conferenda digniori, an ſatis ſit digno conferre. Cap. XVI.*

### SVMMARIA.

*DVo ſunt dubia. Primum,an eligens dignum ad beneficiũ omiſſo digniori,peccet mortaliter. Secundum, an teneatur illi ad reſtitutionem,nu. 1.*

*In primo eſt communis ſententia Theologorum promouentem eligentem,ſeu præſentantem dignum omiſſo notabiliter digniori, peccare mortaliter, licet promiſſio ſit valida,num.2. Et probatur ex iuribus, & autoritatibus adductis,num.3. & Concil. Trident.adducto. nu.4. & confirmatur ex electionibus a Deo factis, nu.5. Secundo probatur,quia violatur iuſtitia diſtributiua, ex quo beneficia ſunt etiam bona communia, & præmia meritorum,& committitur peccatum acceptionis perſonarum, &c.nu. 6. Violatur etiam ſecundum aliquos iuſtitia commutatiua,&c.nu.7.*

*In beneficij ſine cura,licet præteritis dignioribus contra iuſtitiam diſtributiuam delinquatur, non tamen committitur peccatum mortale,&c.ſecundum Sotum, quem alij ſequũtur, nu.8. Sed merito reprehenditur per alios,numero 9. & a fortiori ſententia Pedracæ,num.10.*

*Contraria ſententia,nempe non eſſe peccatum mortale dignioremdimittere, ſed ſufficere dignum, & idoneum eligere, ſeu præſentare, ponitur num. 11. quæ fundatur a num.12. & ſeqqu.*

*Tertia ſententia, quod prima vera ſit in Epiſcopatibus,de beneficijs curatis, ex Conc. Trident. Secunda procedat in beneficijs ſine cura,num.16. Quia placet, & eſt intelligenda,niſi aliqua lege,vel conſtitutione particulari, aut iuramento aliud cautum ſit in beneficijs ſimplicibus,nu.17.& maxime procedit in patronis, non ſolum laicis, ſed etiam Eccleſiaſticis,nu. 18.& in patronis laicis videtur ſufficere dignum præſentare,etiam ad curata,num. 19.*

*Ad iura, & autoritates adducta pro prima ſententia reſpondetur. numer.20. 21.22. & ad confirmationem, nu. 23. & ſeq.*

*Ad ſecundum reſpondetur,beneficia non eſſe bona communia, & præmia meritorum, & ſic non violari iuſtitiam diſtributiuam, num.24. Nec violari iuſtitiam commutatiuam, eligendo miniſtros idoneos prætermiſſis dignioribus, &c. numero 23.*

*In 2. dubio, an eligens dignum prætermiſſo digniori, teneatur illi ad reſtitutionem, prima ſententia eſt non teneri,nu.26. quæ fundatur,a nu. 27.*

*Contraria ſententia, nempe quod teneatur illi ad reſtitutionẽ ponitur num.30. quæ fundatur a nu.31. & ſeqqu. & clarius procedit in beneficijs,quæ per examen & oppoſitionẽ conferuntur,& vbi ex lege,vel ſtatuto ſunt danda digniori, &c.a num.37. & eam aliqui admittunt, quando editum propoſitum fuerit, quo promittatur beneficij collatio digniori,vel ſit oppoſitio ſub huiuſmodi pacto, ſaltim implicito, num.40.& 41.*

*Primum dictum, quod in beneficijs ſine cura,in quibus non eſt peccatum dignioremdimittere, non eſt obligatio reſtituendi ei,num.42.*

*Secundum dictum quod in Epiſcopatibus, & beneficijs curatis, & alijs,quæ ex aliqua lege, vel conſtitutione danda ſunt dignioribus, & magis idoneis, verior videtur prima ſententia, nam cum beneficia ſint inſtituta propter ſeruitiũ Eccleſiæ, conſtitutio illa,quæ eſt iuris humani,quod dentur dignioribus, & magis idoneis, facta videtur in fauorem Eccleſiæ vt ipſa habeat meliores miniſtros,& non in fauorem ipſorum miniſtrorum, &c. num. 43. & confirmatur exemplo domini, qui ſuo operi præciperet eligi operarios magis idoneos, &c.num.44.*

*Idem dicendum eſt in cathedris, & alijs officijs publicis,quæ ex lege,ſeu ordinatione debent dari dignioribus,nu.45.*

*In præbendis collegiorum, quia ſunt inſtitutæ, non vt ſtipendia pro labore, ſed vt præmia meritorum, & in ſuſtentationem pauperum dantium operam literis, & ſic principaliter propter ipſos eligẽdos, eligentes dignum omiſſo digniori contra ſtatuta collegii, non ſolum peccarent mortaliter contra iuſtitiam diſtributiuam.ſed etiam tenerentur ad reſtitutionem digniori,num.46. Et ſi eligerent indignum non habentem qualitates,& conditiones requiſitas,tenerentur etiam collegio reſtituere, quod cum illo expendit ipſo non reſtituto, prout tenetur admittere collegium, n.47.& 48.*

*Conſtitutio, quod dignior eligatur,non eſt facta fauore eligẽdorum, etiam minus principaliter, ſed fauore ſolius Eccleſiæ,ex quo beneficia ſunt inſtituta propter ſeruitium Eccleſiæ in ſtipendium miniſtrorum,nu.49.& 50.*

*Quamuis collatio beneficiorum, quæ dignioribus ſunt conferenda, inſtar fieri debeat diſtributiuæ iuſtitiæ, tamen ibi eſt verè. & propriè diſtributiua iuſtitia,etiam minus principaliter, nec eligens dignum omiſſo digniori peccat peccato acceptionis perſonarum propriè ſumptæ contra iuſtitiam diſtri-*

*diſtributiuam, ſed ſolum peccato iniuſtitiæ contra commutatiuam iuſtitiam, & fidelitatem, ex officio debitam Eccleſiæ, num.51. & 52. Vnde ſi ex omiſſione digniorisſequerentur Eccleſiæ aliqua damna, vel interesſe, teneretur ei ad reſtitutionem illorum, exemplo œconomi, numero 53. & 54.*

*Id non ſolum procedit in beneficijs, quæ ſine edicto, & oppoſitione prouidentur, ſed etiam quæ prouidentur per edictum & oppoſitionem, num.55. Niſi forte in edicto promitteretur collatio digniori, numero 56. Quæ tamen non videtur promitti dicendo, quod ſeruabitur vnicuique ſua iuſtitia, numero 57. Quamuis oppoſitores deſcripti, & concurrentes in tempore præſtituto habeant ius ex iuſtitia commutatiua, vt vni ex illis prouideatur, alias teneretur collator ad reſtitutionem. nu. 38. Et quomodo ſit faciendaiſta reſtitutio, nu. 59. & 60.*

*Hodie ſtante conſtitutione Pij Quinti ſuper collationem Parochialium, videtur dignior habere ius de iuſtitia, vt ad parochialem præligatur, & conſequenter ordinarius eligens minus dignum, tenetur digniori prætermiſſo ad reſtitutionem damni, num.61.*

1 HIc duo † ſunt dubia, 1. an eligens dignum ad beneficium omiſſo digniori peccet mortaliter 2. an teneatur illi ad reſtitutionem.

2 In primo † Theologi communiter docent promouentem, eligentem, ſeu præſentantem dignum omiſſo notabiliter digniori peccare mortaliter, licet prouiſio, electio, vel præſentatio ſit valida. Ita D. Thom. 2.2.q.63.ar.1.& 2.& q.185.art.3.& quod libeto.4.artic.15.& quodlib.6.art.9.& quodlib.8. art.6. D. Anton. 2.p.tit.1.cap.20.§.1. Adria. in 4. de reſtit. quæſt. de collat. beneficior. Caiet. d. quæſt. 63. art. 2.& quæſt. 185. art. 3.& in ſumm. verb. acceptio perſonarum, Sylu. eod. & verbo, electio, 1. quæſtio. 16. Soto de iuſt.& iure, lib. 3. q. 6. art. 2.& lib. 10. q. 2. ar. 3. Marcado in ſumm. de contractib. lib. 6. ca. 17. Arag. 2.2.q.62.art.2.ad 4.1.concl.& q. 63. art. 2.& ibi Salon. 3. controuerſia, Bannes dub. 3. 4.& 5. Coſ. Philiar. de officio Sacerdotis, 2. par. lib. 4. c. 23. Valē. 3. tom. diſp. 5. q. 7. pun. 2. 2. q. Man. Rodrig. in ſum. 1. tom. cap. 106.& 108. Vega in ſum. 1. p. c. 97. & ca. 109. caſu 1.& 2. p. cap. 17. caſu 1. Toletin ſum. lib. 5. cap. 4. verſ. 9.& cap. 78. Zechus de benef.& penſion. cap. 4. nu. 8.& 9.& de munere Epiſcopali, cap. 4. nu. 5. Açor inſtit. moral. 2. p. lib. 6. cap. 15. q. 1. 8.& 9.& ca. 21. q. 5.& c. 26. q. 12. & Cantarel. in decem præc. Decal. lib. 2. cap. 50.& ex canoniſtis Abb. num. 7.& Dec. à num. 13. in c. conſtitutis. 2. de appellatio. Gomez. in c. 2. de conſtitutio. in 6. à num. 22. dicens cōmunem P. de Baiſio in directorio elect. 3. p. cap. 24. Coua. in reg. peccatum 2 p. §. 7. nu. 4.& 5. Nauar. in man. c. 17. nu. 73.& de ora. miſcell. 28. cum ſeqq. vſque ad 42.& conſ. 8. aliàs 2. n. 1. de ſimonia, Cuchus in inſtitutio. maior. lib. 4. titu. 1. nu. 123. Dida. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordin. gl. 1. Padilla in l. cum quidā, ff. de leg. 2. num. 19. Molin. de Hiſpanor. primog. l. 2. c. 5. à nu. 50.& nu. 69. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4 quæſt. vlt. num. 35.& 36.& 39.& 40. Cardin. Paleotus de ſacri Conſiſtorij conſultationibus, quarta parte quæſt. 1. in princ. Zauall. in ſuis communibus contra communes quæſt. 659. numero 1. Mar. Ant. Genu. in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ, cap. 65. nu. 8 aliàs c. 66.& in man. paſt. c. 37. et 38. *pu. 1. Grat. diſc. 97. nu. 2. Vgol. de offic. Epiſc. ca. 50. §. 13. nu. 2.* & Villar, del patronado de Calatayud, 4. p. in princ à nu. 15. vbi docet, quod omnia beneficia debent dari dignioribus ſub peccato mortali, qui tamen §. 3. num. 16. ait ſecundum Nau. in beneficijs ſimplicibus ſufficere eligere dignum licet non eligat digniorem, & idem videtur 8. part. coſtumbre 7. n. 7. Azeu. conſ. 9. num. 30.& conſil. 24. à nu. 40. Parlad. differ. 8. num. 8. & plures relati per Bobadillam in ſua Politica libr. 1. cap. 3. num. 76. & Hieron. Flatus de Card. dignitate, & officio c. 31. qui ait, quod eligendus eſt dignior, nō ſolum ad ſummum Pontificatum, ſed etiam ad quemlibet Epiſcopatum, & deciſ. Rotæ in cauſa Toletana canonicatus 18. Maij 1584. coram Sanctiſſimo Clemente VIII. ſup. adducta 5. p. cap. 4. num. 166. & in cauſa Valliſoletana præeminentiarum 24. Nouemb. 1603. coram Illuſtriſſimo Pamphilio.

3 Quæ ſententia † probatur 1. ex Leone Papa in c. Metropolitano 63. diſt. vbi ait: Metropolitano defuncto cū in loco eius alius fuerit ſubrogandus prouincialis Epiſcopi ad ciuitatem Metropolis conuenire debebūt, vt omnium clericorum, atque ciuium voluntate diſcuſſa ex presbyteris eiuſdem Eccleſiæ, vel diaconis optimus ordinetur, & D. Hiero. in cap. Moiſes, & in c. licet 9. 8. qu. 1. & aliis authoritatibus ſanctorum, & ex c. 2. de off. cuſtodis, ibi; Vt ad hoc opus tales ordinentur, quales ſanctiores & meliores eſſe viderint, & ex ca. vnic. vt Eccleſiaſt. benefic. ſine diminut. conferant. vbi ſic ait Innoc. III. Debuiſti Eccleſiaſticum officium, & beneficium in perſona magis idonea diſpenſare.

4 Et accedit † S. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de re for. cap. 1. vbi ſic ait: Omnes vero, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcunque ius quacunque ratione à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in ijs pro præſenti temporum ratione innouando hortatur, & monet, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriā, & populorum ſalutem vtilius poſſe facere quā ſi bonos paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus vel humano affectu, aut ambiētium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint, &c. Et in cap. 18. eiuſd. ſeſſ. vbi ait ad parochiales ex dignis, & approbatis eligendum eſſe digniorem, & magis idoneum.

5 Et confirmatur † ex electionibus à Deo factis in veteri, & nouo teſtamento, vbi ſemper eligit meliores, &c.

6 Secundo probatur, quia † dimittendo digniorem ſine cauſa debita violatur iuſtitia diſtributiua, ex quo beneficia ſunt, etiam bona communia, & præmia meritorum, & committitur peccatū acceptionis perſonarum, quod illi contrariatur, & eſt morale genere ſuo, & hæc eſt ratio communis Theologorum.

7 Violatur † etiam ſecundum Sotum, Arragon. Salon. & Bannes ſupra, iuſtitia commutatiua (quæ in beneficijs diſtribuendis præcipue ſpectatur, cum primario, & principaliter ſint inſtituta in ſtipendium laborantium, vt Eccleſia habeat bonos miniſtros) nam electo, ſeu prouiſor beneficiorum, cum non ſit dominus, ſed diſpenſator, & adminiſtrator inſtitutus in bonum Eccleſiæ, tenetur ex officio, & fidelitate

stitate debita Ecclesiæ, atque adeo ex iustitia commutatiua, consulere vtilitati Ecclesiæ, atque adeo optimum ei ministrum prouidere, quod etiam inquit Rebel. relatus num. seq.

8 Ait † tamen Soto supra, quod in beneficijs sine cura, licet præteritis dignioribus cõtra iustitiam distributiuam delinquatur, tamen subest tantum periculi, atque ob eam rem, aut nunquam, aut perquã raro peccatum illic mortale committitur, dummodo non concedatur indignis, cuius sententiam veram existimat Arragon. supra quia in ordine ad hæc adeo parum requiritur de dignitate personę, vt omnes qui sunt digni, sint ferè æque digni, nisi in canonicatibus, & alijs beneficijs, quæ per oppositionem, & concursum prouidentur. In quibus non dubitat esse peccatum mortale prętermittere notabiliter digniorem, cum grauis ei fiat iniuria in hoc, quod impeditur à consecutione eius, quod secũdum statuta Ecclesiæ sibi debetur, & illam etiam sententiam Soti videtur sequi Flam. Paris. supra num. 46. & accedit, licet non in totum, Rebellus de obligat. iust. 1. par. lib. 3. quæst. 4. nu. 11. & 12. qui tenet, quod peccatum est lethale regulariter digniorem notabiliter & euidenter cognitum prætermittere, quoad beneficia curata, non solum quando per oppositionem alium ve titulum acquisiuit ius commutatiuum, sed etiamsi nullum tale ius habeat, quia collatores non sunt domini, sed dispensatores beneficiorum, & non solum in proprio euentu contra iustitiam distributiuam, sed etiam contra fidelitatem Christo & Ecclesiæ debitam delinquunt in re graui, & notabili, & fructu per digniores præstando Ecclesias defraudant, & quod peccatum lethale etiam esse videtur eligere minus dignum ad cardinalatus, canonicatus, decanatus, & alia beneficia simplicia magni momẽti, quando notabilis, & euidens est inter promotum & digniorem prætermissum excessus, si vero paruus sit veniale videtur, vel si beneficium simplex non tanti momenti sit, quia violatio iustitiæ distributiuæ per acceptationem personarum ex genere suo mortale est, quare nisi ex paruitate materiæ per respectum ad excessum eligendorum, vel beneficiorum excusetur, lethale erit.

9 Sed hanc Soti sententiam merito reprehendunt Nauar. dict. miscell. 38. & P. Nauar. de restitut. lib. 2. cap. 2. num. 184. nam si vt ipse dicit, etiam in beneficijs simplicibus peccatum est contra iustitiam distributiuam dimittere digniorem, erit mortale, cum materia sit grauis respectu ipsius dignioris cui fit in-
10 iuria. Vnde à fortiori † conuincitur sententia Pedraçæ in sum. 7. præcepto. 7. §. 36. dicentis absolute solum esse peccatum veniale eligere dignum prætento digniori, quamuis peccetur contra iustitiam distributiuam, & citat Caietan. ientaculo 12. ad 4. qui tamen id non tenet sed quod considerato officio, labore, & onere, non sit mortale, quod etiam dicit
11 verb. beneficium, & verb. electio. Contrariam † tamen sententiam, nempe non esse peccatum mortale digniorem dimittere, sed sufficere dignum, & idoneum eligere, seu præsentare, tenet gloss. in dict. cap. licet ergo, 8. quæst. 1. & in cap. monasterium. 16. q. 7. & in cap. 2. de officio custodis, & in cap. 3. de iure patr. & in dict. cap. constitutis. 2. appellatio, ibi Imola & Franchus, nu. 4. Rochus de iure patronat. verb. honorificum, quæst. 15. ad fin.

12 † Quæ sententia probatur 1. nam D. Paulus 1. ad Tim. 3. & ad Titum 1. ponens conditiones eligendi in Episcopum non loquitur comparatiue, sed absolute dicit illum debere esse virum probum, Doctorem, &c. vt etiam dicitur in cap. cum in cunctis de election.

13 Secundo probatur, ex † tex. in cap. si in plebib us 63. dist. in dict. cap. monasterium. & in cap. cum nobis de election. & in cap. graue nimis, ibi: Præcipimus, vt prætermissis indignis idoneos assumant, de præbend. & Conc. Triden. sess. 7. de reform. cap. 3. ibi, Personis dignis, & habilibus.

14 Tertio probatur, quia † eligendo dignum omisso digniori, non fit iniuria Ecclesiæ, ex quo datur ei idoneus minister, nec digniori præmisso, ex quo beneficia non sunt præmia meritorum, sed stipendia laborantium. Confirmatur, nam si Dominus diceret œconomo, quod conduceret operarios ad opus suum, satis esset si idoneos conduceret, &c.

15 Tertia sententia † est Leonardi Lessij de iustit. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 14. dicentis, ad beneficia habentia curam animarum, vel aliam functionem magni momenti, eligere, postulare, aut præsentare dignum vel libere conferre omisso digniori, quia in promptu est esse peccatum mortale, in cæteris vero beneficijs, vt in canonicatibus, capellis. &c. non videri peccatum mortale semel, vel bis prætermittere digniorem, modo conferantur ei, qui verè dignus sit, quia quod semel, vel iterũ dignior prætermittatur in huiusmodi beneficijs, nõ censetur notabile incommodum, aut notabilis injuria in Ecclesiam, paucorum enim mediocritas aliorum virtute facile compensatur, nec fit proprè injuria digniori, &c. videri tamen esse mortiferum, si quis id passim faciat, aut si raro curet, vt digniores præferantur, qui enim sæpe hoc faceret, vel non curaret pręponere digniores censeretur grauiter peccare, contra fidelitatem Ecclesiæ debitam, eiusque magnum bonum negligere, &c. & sic semper esse peccatum, saltim veniale digniorem, & aptiorem prætermittere, si autem id sæpe fiat, esse peccatum mortiferum: quod si ex sua institutione habeat, vt debeat dari digniori, vel per oppositionem, tunc semper esse peccatum mortale.

16 Quarta sententia est, quod prima † sententia vera sit in Episcopatibus & beneficijs curatis ex Concil. Triden, vbi sup. decernente ad illa digniores, & magnis idoneos eligendos esse. Secunda vero procedat in beneficijs sine cura. Nam Concilium de Episcopatibus & curatis loquitur, & de alijs non dicit, quod dentur dignioribus, antiqua vero iura nõ ita plana, quæ si essent, vt est d. cap. 1. vt Ecclesiastica beneficia, vbi sermonem facit Innoc. III. de beneficio non curato, tamen iam oppositum est introductum; & ipse Papa facit, vt abrogata videatur illa constitutio, de iure vero diuino & naturali seclusa ordinatione Ecclesiæ, beneficia non videntur esse bona communia, & præmia meritorum, nec est præceptum, quod dentur dignioribus, &c. ita Nauarr. d. libro 2. cap. 2. num. 172, & à num. 182. quem sequitur Ioan. Gutierez canon. quæst. libro 2. cap. 11. nu. 12. & 28. dicẽs, quod si aliud diceremus, omnes fere prælati essent in statu damnationis prouidentes beneficia simplicia dignis prætermissis dignioribus, quæ acerbissima esset profecto sentẽtia, &c. & Vega

d. 2.

d.2. p.cap.17. caſu 1. qui in fin. ait quod Epiſcopi, qui ſunt diſtributores beneficiorum limpl.cium, nõ tenentur eligere dig iorem,ſed ſufficit, quod eligãt dignum,ſiue ſit præſens dignior petens beneficium, ſiue non, & ita tenere Bãnes d,quæſt.63.art.2.dub. 5.pag.301. (quem tamen male allegat) potius tenet contrarium, idem tenet P, Ledeſm. in ſumm. 2. par. tract. 7.cap.2. 7.conclu. maxime in princ. & 9. & 15. difficul.

17 Quæ ſententia † mihi placet, & eſt intelligenda, niſi aliqua lege, vel conſtitutione particulari, aut iuramento,aliud cauũ ſit in beneficijs ſimplicibus.

18 Et maxime † procedit in patronis, non ſolum laicis, ſed etiam Eccleſiaſticis, licet in Eccleſiaſticis primam ſententiam tenet Lamber.de iure patro.1.

19 p.2.lib.q.10.ar.3.ad fin. Quinimo † in patronis laicis videtur ſufficere dignum præſentare, etiam ad curata, ex d.c.monaſterium, & docet Lambert. ibi, num.17. & dicunt probabile Bannes dub. 4. concl. 3. Man.Rodrig. d.c.106.ſub nu.8.& P.Ledeſm.d.9. difficul. nam Concilium Trid.d. cap. 18.poſtquam dixit in parochialibus iuriſpatr. Eccleſ. eligendum eſſe digniorem ex approbatis ab examinatoribus in concurſu, dicit quod ſi ius patronatus laicorum fuerit, debeat qui a patrono præſentatus erit, examinari, & ſi idoneus repertus fuerit, admitti, vnde patronum laicum non arctat ad præſentandum digniorem, quod non videtur aduertiſſe Ioann.Guttierez ſup.nu.27. & 28.

20 Nec huic † ſententiæ obſtant argu. 1. ſententiæ: nam ad primum, ad d.cap. metropolitano, vltra quod loquitur in Epiſcopatibus,poteſt reſponderi, ibi non inducí neceſſitatem, vt optimus eligatur, & ita etiam poteſt reſponderi ad caput ſecundum de offic.cuſtodis.

21 Ad authoritates † Hieron. & aliorum ſanctorum poteſt reſponderi,quod intelliguntur de honeſtate, & conſilio,&c. & quod non ſunt leges, & conſtitutiones pontificiæ.

22 Ad cap.vnicum,vt Eccleſiaſtica beneficia, poteſt etiam reſponderi, quod † ibi Papa dicit Archiepiſcopo Mediolan. quod debuit Eccleſiaſticum officium, & beneficium in perſona magis idonea diſpẽſare, quia forte prouiſus non erat perſona ſatis idonea, & non quia digniori eſſet neceſſario conferendum, vt colligitur ex verbis verſicul.cum enim, Videlicet vt oſtenderes quod prædictam Cãcellariam perſonæ idoneæ modo canonico, & tempore competenti donaſſes.

23 Ad † confirmationem de electionibus à Deo factis reſpondetur ſolum conuincere, id melius eſſe,& de conſilio.

24 Ad 2.reſp.ſecluſa † ordinatione Eccleſiæ, ſeu inſtitutoris, beneficia non eſſe bona communia, & præmia meritorum,vt dictum eſt, & conſequenter

25 non violari iuſtitiam diſtributiuam. † Et rurſus nõ violatur iuſtitia commutatiua eligendo miniſtros idoneos prætermiſſis dignioribus, niſi Eccleſia expreſſe præcipiat ſuis diſpenſatoribus, quod ei dent optimos miniſtros, & mag s idoneos, ſed ſatis implent ſuum officium, & debitam fidelitatem dando miniſtros idoneos iuxta dicta.

26 In 2. dubio,an eligens † dignum ad beneficium prætermiſſio digniori,teneatur illi ad reſtitutionem prima ſententia eſt non teneri, quam tenent Adrianus in 4.tract de reſtitutione c.quia iam determinatum eſt, Sotus de iuſt.& iure,lib.4.q.9.art.3.ad 6.M. Ledeſ.2.p.q.18,ar.2.Naua.in man.c.17.num.72.& ſeq.& conſ.8.aliàs 2.deſimonia,nu.2. Couarruu. in reg. peccatum,2.p.§.7.num.6.Cuchus in inſtitutio. cano. libro 4 tit.1.nu.123.Didacus Perez in l.2. tit. 6.lib.1.ordin,Padilla in l. cum quidam,ff. de legat. 2.nu.18. Molina de Hiſpanorum primogen.lib.2. cap.5. num.57.Spino de teſtament.gloſſ. 18. num. 9. & 10. Ioan.Guttierez dicto lib.2.c.11.à num. 47. Zauallos,d.quæſt.659.num.12. Mercado lib.6.cap. 17.fol.157. aliàs 208. Angles de reſtitut,quæſt. de clericis reſtitutioni obnoxijs, 4.difficult.Tedraça 7. præcepto,§.36. Coſmas Philiar 2. p.libro 2.cap.25. Summa Corona 2.p. de reſtitutione,num. 10. Vega 1.part.cap.109. caſu 1.& 1.p.c.17.caſu 1. Valen. 3. tom.diſput.5.quæſt.7. pun.2.6.q.Lud. Carb.de reſtitutione,quæſt. 30.concluſ.4. & Toletus libr. 5.c. 4.verſ.4. & cap.78. & nouiſſime Leſſius d. libro 2. c2.34.dub.15. & magis placet Azor. d.lib.6.c2.15. q.12. & ſequitur Rebellus 1.p.libr.3.qu.4.& 5. & *Vgol.de offic.Epiſc.d.c.50. §.13. nu.2. dicens tamen non ſatis conſequenter,quod digniori prætermiſſo, aliquid reſtituendum eſt ratione iniuriæ illatæ, non vero ratione beneficij non collati.*

27 Quæ ſententia † probatur primo,quod beneficia ſunt principaliter inſtituta, propter ipſos miniſtros & in præmium meritorum, ſuntque ſtipendia miniſtrorum,& nõ bona communia, vnde dicitur, quod beneficium datur propter officium, cap. fin. de reſcrip. in 6.

28 Secundò probatur, nam † ſi paterfamilias diceret œconomo, quod conduceret ad opus ſuum operarios idoneos,aut magis idoneos, & ille conduceret non idoneos,aut minus idoneos, profecto nihil teneretur reſtituere idoneis, aut magis idoneis omiſſis,vt patet,ergo ſimiliter in propoſito.

29 Tertiò, quia † ſi dignior haberet ius ad beneficium, tanquam ſibi debitum, ſequeretur, quod non ſolum prælatus teneretur illi reſtituere, ſed etiam dignus,cui fuit collatum,teneretur illi dimittere beneficium, conſequens autem eſt falſum & contra omnes: ergo. Probatur ſequela, nam ſi bonum aliquid commune mihi debitum ex iuſtitia diſtributiua datur alteri, tenetur ille illud mihi reſtituere, vt ſi certa quantitas ex inſtitutione diſtribuenda pauperibus, ſeu magis egenis per diſpenſatorem daretur diuitibus, ſeu minus egenis, tenerentur illi eam reſtituere pauperibus ſeu magis egenis,quibus danda erat,nec enim diſpẽſator bonorum communium poteſt illa conferre, niſi iuxta voluntatem veri domini,& facultatem ſibi commiſſam,nec refert,quod beneficium detur propter miniſterium Eccleſiæ,& non gratis, vt ait Aragon. infra, nam ſi deberetur nihilominus ex iuſtitia diſtributiua digniori, illud ei volenti cum ſuo onere eſſet reſtituendum, iuxta dicta.Hæc ſunt præcipua arg. huius ſententiæ.

30 Contrariam tamen † ſententiam, nempe quod eligens dignum, ſeu digno conferens beneficium prætermiſſo digniori teneatur ad reſtitutionem ipſi digniori prætermiſſo, tenet Palud.in 4.diſt. 15.qu. 2.artic.2 numero 12. & ibidem Ricar. Caiet. 2.2.q. 62.art.2.ad 4.in 3.dub.& in ſumm. verb. acceptio perſonarum,Sylueſt. verb.reſtitutio.3.q.vlt. verſ.2. P.Medina in ſumm.libro 1.cap.14.§.32.Ludouicus

Lopez

Lopez instruct.conscien.1.tom.cap.125. & 127. P. Nau.dict lib.2.cap.2.à num.176. Arragon.d.art.2. Salon. quæstione 63. articulo 4. controuers.3. conclusione 4. & ibi Bannes Manu.Rodriguez 1. tomo cap.108. num.6. Petr.Ledesm.2.par.tract.8.cap.4. 1.concluf.& cap.8. & magis communiter Theologi moderni.

31 Quæ sententia † probatur, nam ille peccat contra iustitiam distributiuam, est enim acceptor personarum, vt omnes dicunt. Et † violatio iustitiæ distributiuæ inducit obligationem restituendi, Domin. Thom.receptus.dict.quæst.62.art.1.ad 3.& ibi Caiet.& d.artic.2.seq. P.Nauar.ad restitut.lib.1.à nu. 10.P.Ledesma.dict.cap.4.Molina de iust.tract.2.disputat.714. quicquid dicat Valen.sup. & Rebellus
33 1.par.lib.1.quæst.3.num.18.& lib.5.quæst.3.Nec † valet dicere, vt dicunt authores contrariæ sententiæ, id procedere, vbi principaliter agitur de distribuendis bonis communibus institutis in bonum, & vtilitatem particularium, & sic quando est mera iustitia distributiua, seu principaliter intenta, secus in bonis principaliter institutis in bonum, & vtilitatem Ecclesiæ, seu Reipublicæ: nam si damus, vt prædicti authores dare videntur, quod in collatione beneficiorum interueniat etiam iustitia distributiua, saltim secundario & minus principaliter intenta, quia beneficia instituta, seu ordinata videntur secundario, propter eligendos in præmium meritorum, profecto violatio illius iustitiæ distributiuæ respectu dignioris inducet obligationem restituendi, vbicunque enim fuerit violatio iniustitiæ, & æqualitatis seruandæ, resultat inæqualitas
34 per restitutionem ad æqualitatem reducenda. Et † facit simile quod violatio immunitatis Ecclesiæ extrahendo ab ea delinquentem obligat ad restitutionem, seu satisfactionem non solum Ecclesiæ, sed etiã ipsi delinquenti faciendam, licet illa immunitas sit principaliter propter respectum, & reuerentiam Ecclesiæ, & minus principaliter propter delinquentes ad ipsam confugientes.

35 Secundo probatur hæc sententia, † nam si Dominus præciperet dispensatori, quod tribueret eleemosynam pauperibus non consanguineis, seu magis egenis, & daret illam pauperibus non consanguineis, seu minus egenis teneretur restituere pauperibus consanguineis seu magis egenis, ergo similiter cum Christus Dominus seu Ecclesia præcipiat dispensatori beneficiorum, quod conferat illa digniori, si confert minus digno tenetur ad restitutionem digniori.

36 Tertio † probatur, ex doctrina D. Thom. dicta quæst.26.articul.2. ad quartum, vbi docet, quod impediens ne detur beneficium digniori tenetur ei ad restitutionem, nec meminit vis aut fraudis, ergo à fortiori tenebitur conferens digno omisso digniori.

37 Hæc sunt arg. præcipua † huius sententiæ ad quæ reducuntur alia, quæ pro ea fieri solent, & huius sententiæ authores (exceptis Nauarr. supra numero 203. & sequent. Manuel Rodriguez supra qui eam intelligunt in beneficijs, quæ per oppositionem, & concursum conferuntur, in quibus eam, etiam tenet L. Illius supra) loquuntur indistincte
38 de quibuscuis beneficijs. Quam † tamen clarius procedere in beneficijs, quæ per examen obtinentur, vbi iubet lex, vel statutum, quod dentur digniori, aiunt B. Medina supra & Ludouic. Lopez dict.capit.127. Arragon. dicit certissimam de cathedris, & beneficijs quæ oppositione obtinentur, & maxime procedere in his, quæ conferuntur per oppositionem, & præcedente rigoroso examine, dicit Salon supra.

39 Et hanc † sententiam admittit Lud. Carb. sup.4. & 12.conclusione.quando ex aliqua lege, vel statuto beneficia danda essent digniori, & Marc. Ant.Genuen.d.cap.65.num.8.dicens, quod quando ex aliquo statuto, vel lege beneficium, vel officium debetur digniori reperto in concursu, Episcopus non solum peccat, sed tenetur ad restitutionem, si minus digno conferat: *quod etiam ait Gratianus decis.97.nu. 21. Sed contra tenet dict. Genuen.in man.pastor. cap.37. artic.5.cum Soto, &c.*

40 Eam etiam † admittunt Molina, & Ioannes Guttierez cum eo, numero 55. *vbi supra. quos sequitur Gratia.in add.ad dict.decisio.97. num.* 11. quando edictum propositum fuerit, quo promittatur beneficij collatio illi, quem digniorem esse constiterit prout in electione canonicatuum magistralium, vel doctoralium, vel etiam cathedrarum seu præbendarum collegij (inquiunt) ethci solet, in eo namque casu existimant limitandam primam sententiã, & eum qui digniorem neglexerit ad damni restitutionem eidem teneri, hic namque non solum iustitia distributiua sed etiam commutatiua violatur ob non adimpletam promissionem, quia ex huiusmodi edicti propositione quidam contractus vltro citroque obligatorius inter digniorem, & electores resultat, quem tenentur electores præcise obseruare, prout in simili in subhastatione, in qua promittitur quod res dabitur plus offerenti, vt tradit Bart. communiter receptus in l. limitatio. in princ. numero quarto, ff.de vectigal. & publican.&
41 alias tradit Ioann. Guttierez consil.44.num.9. Et † nouissime id tenet Rebullus dict. libro 3. quæst.5. quando sit oppositio propria, ac formalis, nempe sub pacto explicito, & in edicto expresso, vt digniori conferatur, vel saltim implicito, quale esse ait stante consuetudine, aut lege præcipiente dari digniori.

42 In hoc dubio † dico quod in beneficijs sine cura, in quibus dubio præced. diximus, non esse peccatum digniorem dimittere, non est obligatio restituendi ei, nam cessante peccato consequenter etiam cessat obligatio restituendi, quæ hic non poterat esse, nisi ratione iniustæ acceptationis, seu iniuriæ fa-
43 ctæ digniori. Dico 2. quod † in Episcopatibus, & beneficijs curatis, & alijs, quæ ex aliqua lege, vel constitutione danda sunt dignioribus & magis idoneis, verior mihi videtur prima sententia, nam cum beneficia sint instituta propter seruitium Ecclesiæ, constitutio illa (quam iuris humani esse diximus dubio præcedenti) quod dentur dignioribus, & magis idoneis, facta videtur in fauorem Ecclesiæ, vt ipsa habeat meliores ministros; & non in fauorem ipsorum ministrorum, quod ex eo apparet, quod vacantibus duobus Episcopatibus vno minus, pingui, sed maioris diœcesis, & indigentioris doctrina, & altero magis pingui, sed minoris diœcesis, & minus indigentis, minus pinguis debet conferri digniori.

44 Et confirmatur † exemplo domini, qui ſuo operi præciperet eligi operarios magis idoneos, quod quidem non in fauorem, & gratiam ipſorum operariorum, ſed in fauorem, & bonum ipſius Domini præceptum eſt, & ideo œconomus digniores dimittens illis non faceret injuriam, ſed domino, vt in 2. arg. d. 1. ſententiæ.

45 Et idem dicendum eſt in cathedris, & † alijs officijs publicis, quæ ex lege, ſeu ordinatione debent
46 dari dignioribus. In † præbendis autem collegiorum quia ſunt inſtitutæ, non vt ſtipendia pro labore, ſed vt præmia meritorum, & in ſuſtentationem pauperum dantium operam literis, & ſic principaliter propter ipſos eligendos, eligentes dignum, omiſſo digniori contra ſtatuta collegij præcipientia dari digniori, non ſolum peccarent mortaliter contra iuſtitiam diſtributiuam, ſed etiam tenerẽtur ad reſtitutionem digniori prætermiſſo, ita Petr. Ledeſma, d. tract. 8. cap. 8. 13. concl. Et † ſi eligerent in-
47 dignum, & non habentem qualitates, & conditiones requiſitas, tenerentur etiam collegio reſtituere, quod cum illo expendit, ipſo non reſtituente, pro-
48 ut † teneretur, ac dimittere collegium, in quo eſt contra ſtatuta, & voluntatem fundatoris, P. Ledeſma ibi, 4. concluſione, & 12.

49 Nec obſtat † dicere, quod eſto ratione Eccleſiæ principaliter ſit dignior eligendus, tamen non eſt negandum, quin etiam fauore eligendorum ſit illa edita conſtitutio licèt minus principaliter, ita vt ceſſante vtilitate Eccleſiæ habenda ſit ratio vtilitatis eligendorum, quia vnde colligitur oppoſitum, cum hæc obligatio prima ſecundam non tollat? vt inquit Nauar. ſup. num. 178. ego enim dico, vnde colligitur, quod etiam fauore eligendorum, licèt
50 minus principaliter ſit facta illa conſtitutio? Et † quod potius ſit facta fauore ſolius Eccleſiæ colligitur ex eo, quod beneficia ſunt inſtituta propter ſeruitium Eccleſiæ in ſtipendium miniſtrorum, & abſque ſufficienti fundamento non eſt addenda illa ſecundaria & accidentaria obligatio reſpectu eligendorum; & quamuis in illa conſtitutione habeatur aliquis reſpectus ad eligendos. vt excitentur, & inducantur ad ſtudium, & virtutem, non tamen ita vt tribuatur eis aliquod ius de iuſtitia ad beneficium.

51 Vnde dicendum eſt, quod quamuis collatio beneficiorum, quæ dignioribus ſunt conferenda, debeat fieri inſtar diſtributiuæ iuſtitiæ, tamen ibi non eſt verè & propriè diſtributiua iuſtitia, etiam minus principaliter, quicquid dicant authores tã primæ, quam ſecundæ ſententiæ, nec eligens dignum omiſſo digniori peccat peccato acceptionis perſonarum propriè ſumptæ contra iuſtitiam diſtributi-
52 uam. Sed ſolum † peccato iniuſtitiæ contra iuſtitiã, & fidelitatem ex officio debitam Eccleſiæ, ex qua ſtante conſtitutione, ſeu ordinatione, quod beneficium daretur digniori, & magis idoneo, debebat ei optimum miniſtrum prouidere, & magis idoneum.

53 Vnde † ſi ex omiſſione dignioris ſequerentur Eccleſiæ aliqua damna, vel intereſſe, teneretur ei ad reſtitutionem illorum, vt inquiunt Salon, & Bannes ad conſummationem 6. vbi ſupr. & dicit probabile
54 Petr. Ledeſma ſupr. 2. difficultate. Sicut † œconomus, cui dominus præciperet, quod conduceret operarios meliores, & magis idoneos, teneretur domino ad reſtitutionem damni, vel intereſſe ei ſecuti ex omiſſione illorum, quicquid velit Rebellus ſup. q. 4. num. 14.

55 Quod † non ſolum procedit in beneficijs, quæ ſine edicto, & oppoſitione prouidentur, vt in Epiſcopatibus, in quibus id facilius procedit, vt per Nau. ſup. num. 202. & 203. Sed etiam in beneficijs, quæ prouidentur per edictum, oppoſitionem, & concurſum, nam dignior ex oppoſitoribus non habet
56 ius de iuſtitia, vt ſibi prouideatur iuxta dicta, Niſi † forte in edicto promitteretur collatio, ſeu electio digniori iuxta limitationem Molin. & Ioan. Gutierr. de qua ſup. num. 40.

57 Quæ † tamen non videtur promitti dicẽdo quod ſeruabitur vnicuique ſua iuſtitia, nam verba iſta ſolum important, quod ſeruabitur iuſtitia, quam habuerit, non amplius.

58 Quamuis † oppoſitores deſcripti & concurrentes in tempore præfixo, habeant ius ex iuſtitia commutatiua, vt vni ex illis prouideatur, & ſic ſi alij non deſcripto prouideretur, teneretur collator ad reſtitutionem, Nau. d. c. 17. num. 74. & Philiar. dict. lib. 6. 2. p. c. 23. ad fi. & Rebellus d. q. 5. num. 5. verſ. 4. qui aiunt quod tenetur reſtituere digniori ex deſcriptis.

59 Sed † cum ille non habeat ius de iuſtitia, vt ſibi prouideretur, & iniuria omnibus oppoſitoribus dignis ſit facta, potius videbatur omnibus illis reſtitutio facienda, vt aliàs ait M. Ledeſma, ſupr. quod conferens alteri beneficium conferendum ciuibus tenetur ad reſtitutionem prædictis ciuibus, & vni, ſi ſolus eſſet vnus ciuis, quem ſequitur Ioann. Gut-
60 tierez, dict. cap. 11. numero 30. Imo cum † nulli in particulari ſit facta iniuria, ſed omnibus in communi, non video quomodo commodè fieri poſſit reſtitutio. Et iuxta prædicta dicendum eſt de cathedris.

61 Hodie † tamen ſtante conſtitutione Pij Quinti ſuper collatione parochialium, ex qua digniori reiecto datur appellatio à mala electione, vt infra 9. p. cap. 2. à numero 239. videtur dignior habere ius de iuſtitia, vt ad parochialem præligatur, & conſequenter ordinarius eligens minus dignum, teneri digniori prætermiſſo ad reſtitutionem damni. *Et ita poſthac videtur tenere Genuen. in Mann. paſt. dict. cap 37. numero quinto, ſic limitando ſententiam Soti.*

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De Requisitis Prouisionis beneficij.*

## PARS OCTAVA.

### *Quod fiat gratis, liberè, & sine pacto, modo, seu conditiones, ac sine diminutione. Cap. Primum,*

SVMMARIA.

NECESSARIVM requisitum est, quod prouisio fiat gratis, id est, non pretio, præmio, seu mercede, num. 1. libereque, & sine pacto, modo, seu conditione. numero 2. Alioquin contraheretur simonia, qua prouisio beneficij vitiatur, & nulla est ipso iure impediente illius acquisitionem, num. 3. Etiamsi simonia sit facta ignorante prouiso, contra Felinum, & alios. à num. 4.

Et verbum, penitus. de quo in capit. nobis, de simonia, significat nullitatem ipso iure, nu. 5. & seqq.

Quod procedit etiam in eo, qui acquisiuit beneficium per simoniam cum consiliario, seu amico commissam, ipso prouiso, & etiam collatore ignorantibus, nisi factum esset in fraudem prouisi. numero octauo. Et etiamsi collator alias esset collaturus, si etiam fuit motus consilio, vel intercessione illius, nu. 9.

Procedit etiam, quamuis illa simonia fuisset commissa cum vno ex multis electoribus, præsentatoribus, aut collatoribus, quorum maior pars alias eum elegisset. num. 10. Sed contra videtur decisio Rotæ Farin. 107. vbi, quod præsentatio simoniaca vnius patroni non vitiat præsentationes aliorum. num. 11. Concordia nu. 12.

Procedit etiam, licet ad beneficium per huiusmodi simoniam quæsitum aliquis haberet contra Nauar. nu. 13.

Et tunc non solũ vitiatur confirmatio, seu institutio, sed etiam amittitur ius ad rem ex electione seu præsentatione, n. 14.

Possidens tamen beneficium habitum per simoniam, se ignorante commissam, habet titulum coloratum, & gaudebit beneficio regulæ de triennali, num. 15.

An quod dictum est, prouisionem beneficij simoniacè factam esse nullam ipso iure, procedat tantum in simonia reali ab vtraque parte completa per datationem rei spiritualis, & tẽporalis, an vero procedat etiam in simonia conuentionali, in qua deuentum est ad datationem beneficij tantum. nu. 16. Et Nauarri sententia est nullitatem collationis, seu tituli, & excommunicationem non incurri per simoniam conuẽtionalem ab vtraque parte completam, ex Cassadoro decision. quinta de constitutionibus, docente Extrauagantẽ, cum detestabile, de simonia, quatenus inducit pœnam priuationis ipso facto, loqui in simonia reali, non in conuentionali, & ita tenere Rotam, numero decimo septimo, & decimo octauo. Quam sententiam Nauarri sequuntur plures relati. nu. 19.

Contraria sententia tenetur, nempe prouisionem beneficij per simoniam conuentionalem factam, esse nullam, numero vigesimo. Quæ probatur, à num. vigesimoprimo & seqq. & eam tenent citati. à num. 28. & seqq. Et tantum abest, quod contraria sententia sit in Rota recepta, vt potius Rota hanc sequatur, vt apparet ex decisionibus allegatis, à n. 32. Et ad d. decisionem Cassadori respondetur, quod procedit quoad pœnam priuationis ipso iure respectu beneficiorũ obtentorum; de qua in dicta extrauagant. cum detestabile. in princip. à nu. 36. & seqq. Itaque stylus, & interpretatio Rotæ de qua Cassador ibi, procedit in diuersis terminis, nẽpe, in priuatione beneficiorum obtentorum ipso iure nouæ in dicta per dictam extrauagantem, nu. 37.

Pœna depositionis contra simoniacos posita solum habet locum in vera, & pura simonia, nam propter pactiones, & conditiones illicitas, modo non contineant veram, & puram simoniam, dato, quod habeant speciem simoniæ, non est quis deponendus, nec beneficio priuandus, & idem erit in alijs pœnis extrinsecis. nu. 38. & seqq.

Improbatur sententia Rebuffi, dicentis, quod simoniacus non priuatur ipso iure beneficijs ante simoniam adeptis, sed est opus priuatione. nn. 41.

Improbatur etiam sententia Suarez dicentis, ex vi illius extrauagantis, nõ incurri ipso facto censuras, quæ in antiquioribus iuribus erant tantum ferendæ, at depositio non incurritur ipso facto, nu. 42.

Esto pœna excommunicationis posita in dicta extrauag. cum detestabile. versic. Statuentes restringatur ad simoniam realem ex illis verbis, qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam comm iserint, tamen id non potest referri ad versiculum, per electiones, vbi agitur de nullitate prouisionis simoniacè factæ, nu. 43. & verius est, per illa verba non restringi excommunicationem ibi positam ad simoniam realem completam, etiam ex parte rei temporalis, nã illa referuntur solum ad spirituale, nempe, ordines, vel beneficia: ita quod tam dantes ordines, vel beneficia per simoniam, quam illa sic recipientes sint excommunicati, nisi obstaret stylus & intellectus Rotæ contrarius. n. 44.

Simonia mentalis non inducit nullitatem, nec simoniacus mẽtalis tenetur ad resignationem vel restitutionem. nu. 45. licet contra teneant aliqui citati. nu. 46.

Non obstat, quod vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem, quando mutuatarius coactè dat vltra sortem ratione mutui, secus quando libere, & sponte dat, licet mutuans iniquam habeat intentionem. nu. 47. & 48. nam plures assignantur differentiæ rationes inter simoniam & vsurã. nu. 49. Et verior videtur ratio Caietani. nu. 50. est etiam optima ratio, quam adduxit Victoria n. 51. Quæ confirmatur, quia vsura est contra iustitiam, simonia vero contra religionem. nu. 52. Est etiam bona ratio Vgolini quæ in idẽ recidit, quam etiam tradit Philiar. nu. 53.

Itaque simonia mentalis non inducit nullitatem, nec obligationem restituendi, quia nec ex natura ret, nec ex iure naturali, aut diuino simonia eam inducit, quia nulli fit iniustitia, cum voluntarie hinc inde detur, nec de iure humano ea introducta est in simonia mentali, sed solum in exteriori. nu. 54. Et reprobatur sententia Lessij, & Suarez ibi num. 55.

Non solum prouisio beneficij simoniace facta est nulla, sed etiam simoniaci inhabiles sunt ad illud nu. 56.

Simoniaci infames sunt infamia iuris. n. 57. non tamen ipso facto, sed cum per sententiam de hoc crimine fuerint damnati, secundum Abbatem, contra aliquos dubitantes, à n. 58. & seqq. Et videtur non sufficere esse sequutam sententiam super crimine simoniæ nisi in ea imponatur pœna d. infamiæ saltem, si ad alias pœnas est processum. nu. 61.

Ad alia quæcunque beneficia simoniaci redduntur inhabiles. nu. 62. etiam in simonia conuentionali secundum Rotam. nu. 63. Pro quo facit, quod simoniacus etiam in beneficio est irregularis secundum aliquos, & committentes considentiam, nu. 64. & 65. Sed id de iure communi difficultatem habet, etiam in simonia reali præcipue, quia ista inhabilitas non videtur in fine expressa. nu. 66.

Quamuis ob simoniam etiam conuentionalem, seu pactum simoniacum quis reddat se indignum ad acquirendum beneficium. n. 67. Et contrarium tenent alij. nu. 68. Nec est verum illud de irregularitate. nu. 69.

Nec simoniacus in beneficio est ipso iure suspensus, vt simoniacus in ordine, sed solum excommunicatus, num. 70. tamen bodie id de inhabilitate ad beneficia, sine difficultate procedit ex constitutione Pij Quinti, etiam in foro conscientiæ contra Nauar. numero 71. & 72. Non tamen ex eo simoniacus potest dici irregularis sicut nec considentiarius. num. 73.

Quis possit dispensare in prædicta inhabilitate, remissiue nu. 74. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis Concil.

Adeo gratuita prouisio beneficij esse debet, & sine præmio, & mercede, vt ex collationibus, sed institutionibus, ac possessionibus, seu mandatis possessionum beneficiorum, & capellaniarum non possint exigi sportulæ, nec aliquid pro pastu, non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali, num. 75. & nu. seq. ponuntur declarationes Sacr. Congregationis.

Episcopus, vel vicarius non potest aliquid recipere pro collationibus beneficiorum, etiam parum, contra Lechum. num. 78. & seq.

An ex possessione beneficij seu mandato, & actis illius, possint notarij, & alij officiales, quibus alias salarium constitutum est aliquid accipere pro suo labore, videtur id non tolli dictis declarationibus, quæ non loquuntur de possessione. num. 80.

Quamuis ex mandatis possessionum beneficiorum, Episcopi seu alij iudices non possint accipere sportulas, alias committant simoniam, non tamen videntur incurrere pœnas impositas contra simoniacos in beneficio, vel ordine. n. 81.

Qui accepit possessionem simoniace, quamuis peccauerit, & fuerit nulla, tamen si alias beneficium est suum, & in eo habet legitimum titulum, potest illam continuare. n. 82.

A nouitio recepto, seu in admissione ad possessionem canonicatus seu præbendæ, aut beneficij, non potest exigi, nec solum aliquod etiam modicum conuertendum tuo commodum, & vtilitatem canonicorum, & beneficiariorum, & personarum Ecclesiæ, sed est simoniacum, non obstante aliquo statuto, vel consuetudine etiam immemoriali, n. 83. & seq. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Approbantur per Concilium huiusmodi statuta, vel consuetudo, quando id in vsus pios conuertitur, vt in vsum fabricæ Ecclesiæ, &c. num. 85. Quamuis de iure communi communis esset opinio valere huiusmodi consuetudinem in vsum pium, quando non præcessit exactio, non tamen statuta imponentia onus recepto, vel recipiendo etiam in vsum pium, numero 86.

De cætero non poterit fieri statutum, vt aliquid soluatur in vsum pium, nisi fuerit per Papam ex certa scientia approbatum, num. 87. & 88. Nec potest post Concilium capi pro rebus pijs, quod consueuit capi pro commodo proprio n. 89.

Illud etiam capitur pro commodo proprio, & tendit in vtilitatem canonicorum, quod soluitur mensæ capitulari, seu conuertitur in reparationem bonorum mensæ capitularis. n. 90. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.

Consuetudo, & constitutio cuiusdam Ecclesiæ, quæ habet, nouiter receptos soluere certam quantitatem mensæ Capitulari, & certam fabricæ, & certum quid capellanis, & pueris chori, est iniqua, & simoniaca, nec potest tolerari quoad id, quod soluitur mensæ, & etiam capellanis, & pueris, num. 91. Quamuis alias quod erogatur in sumptus ministrorum Dei, pium reputetur, num. 92. vbi quid in pios vsus conuerti intelligatur.

Aequum videtur, & praui consentaneum, non esse simoniacos illos, qui coacti dant sportulas pro collationibus, quia non possunt resistere, dummodo voluntarie non dent, nec etiam soluentes Capitulo in admissione ad possessionem, quod solum consuetum est num. 93. maxime, in foro conscientiæ, modo non dent pro pretio, nec pro causa principali & immediata beneficij, seu possessionis, nu. 94. & sequ. Et licet prouisio simoniace facta etiam cum ignorantia & bona fide est nulla, id procedit, quando beneficium est acquisitum per simoniam directe; secus in proposito, vbi non est simonia directe, nu. 97. Et sic nullitas actus est pœna propriè, quæ cessante peccato simoniæ debet cessare. num. 98.

Similiter etiam dispensationes gratis concedi oportet. num. 99. quod procedit in compositionibus, non vero in turibus expeditionis bullarum, na. 100. Quamuis etiam respectu compositionum non seruetur, num. 101.

Adeo gratis dispensationes concedendæ sunt, quod ordinarius quibus committuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ, non possint quidquam accipere pro labore & receptione, & examinatione testium, vel alio quouis titulo a numero 102. & sequ. Vbi ponuntur declarationes Sanct. Congregationis, & decretum, & clausula literarum dispensationum matrimonialium. Nec possunt excusari dicendo, quod per d. decretum non prohibentur accipere stipendium, seu mercedem pro labores, sed donatiuum, quia vtrumque clare prohibetur, num. 109. Nec rursus possunt excusari aliqua consuetudine etiam immemoriali, à n. 110 111. 112. & numer. 113. ponitur decretum Concilij Mediolanen. & nu. 115 sententia Genuen. pro accessu tamen ad examinandos testes commemorantes in alijs locis, absolute posset accipere moderatas expensas, si expediret eum ire, & non committere examen, nu. 66. pro transumpto etiam vltra instrumentum dispensationis posset aliquid accipi. num. 117.

Tonsio beneficij fieri debet non precibus, obsequijs, aliaue humana gratia, num. 118. alias est simoniaca. secundum glossam & alios, num. 119. Sed tenendum est cum Innocentio, & alijs citatis, nu. 120.

Collatio beneficij sine diminutione fieri debet. nu. 121.

An Episcopus possit statuere, quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Ecclesiæ, vel mensæ Episcopali seu capitulari remissiue, nu. 122.

De materia simoniæ, qui sint videndi, nu. 123.

Necessa-

1 NEceſſarium imprimis † requiſitum eſt, quod prouiſio fiat gratis, id eſt non, pretio, præmio, ſeu mercede, c. ordinationes, 1. q. 1. 2. 3. 4. & 5. & c. ſi quis obtecerit, cap. Saluator, cap. ex multis, & cap. fin. 1. q. 3. c. 1. 2. & 31. q. 3. cum alijs tit. de ſimonia, libereque † & ſine pacto, modo, ſeu conditione; c. cum pridem, c. cum clerici. c. fin. de pactis, cũ alijs, & c. quam pio, 1. q. 2. Probus ad monachum in cap. cum nullus, de temporibus ordin. in 6. num. 20. Rebuffus in praxi, tit. requiſita ad collationem, nu. 2. & in concord. tit. de collation. in rubr. verſ. ad primũ. Corraſ. de benefic. 1. par. c. 2. ad finem, & 4. par. cap. 1. num. 2. Ioan. Nicol. Gimon. in Enchirid. benef. tit. 2. cap. 3. ex num. 46. Petrus Pechus in regula, beneficium, in 6. num. 27. Nauar. conſil. 32. de ſimonia, Flam. Par. de reſignatione beneficiorum lib. 8. quæſt. 8. à num. 28. Vgol. de ſimon. tabula 1. de ſimoniæ genere. cap. 8. §. 3. & Cechus de benefic. & penſion. c. 2. num. 3. Rota in Calagurritana beneficij, 1587. ſupra adducta præcedenti par. cap. 9. num. 14. Et facit quod tradit Mandoſ. conſil. 8.

2 3 Alioquin contraheretur ſimonia, † qua prouiſio beneficij vitiatur, & nulla eſt ipſo iure impediente illius acquiſitio. vt in c. ea, quæ cum alijs. 1. quæſt. 3. & d. cap. cum clericis. ibi, Spolietis, de pactis. extrauag. cum deteſtabile, de ſimon. in commun. Abbas in dict. cap. cum clerici, Corraſ. 3. par. c. vlt. num. 13. & 4. par. cap. 1. nu. 2. & alij infra citandi.

4 Quod procedit etiam † in prouiſione ſimoniace facta ignorante prouiſo, quæ etiam eſt nulla ipſo iure, c. ex inſinuatione, de ſimonia, & c. nobis, eodẽ. ibi: Penitus reprobanda, † nam verbũ, penitus ſignificat nullitatem ipſo iure, gl. ſi. in l. ſi qui aduocatorum, C. de poſtulando, quam ſequitur & commẽdat Corſetus in ſing. verſ. penitus Fel. in cap. Rodulphus de reſcrip. num. 34. & plura dictione, penitus, & omnino. Tiraquel. in l. ſi vnquam verb. reuertatur, à nu. 96. & 87. ſeu 76. & 105. *Silueſt. verb excommunicatio 3. num. 22. Ludou. Lop. inſtruct. conſc. 2. tom. 2. par. cap. 18. circa fin.* & in terminis, d. cap. nobis. Felin. in cap. inſinuatum, ſub principio, verſic. & prædicta ſimonia, Coſmas in pragmatica ſanctione, tit. de electiõ. capit. 1. §. deinde eligant. verb. ipſo iure, & Boerius deciſ. 117. ſub nu. 4. & dicetur infra nu. 23. *Et de dictione prorſus. 11. par. cap. vlt. nu.* 58.

6 Et † hanc ſententiam tenent Abbas in c. penult. de electio. num. 2. & ibi Barbatia, Annania in d. cap. nobis, de ſimonia. num. 2. & 3. Coſmas ſupra additio. deciſ. capellæ Toloſ. 419. num. 3. Caſſad. deciſ. 3. num. 3. de ſequeſt. poſſ. & Sarnen in reg. de triennali, quæſt. 12. verſic. & iſta qui ait, ſequutam eſſe Rotam in vna Maſſanen. capel. de anno 1536. coram D. Vortio Creſcen. deciſio. 4. de ſimon. Rota deciſ. 191. numer. 5. par. 1. diuerſorum, quę eſt etiam apud Farin. deciſ. 9. nu. 7. & Vega in ſumma 2. par. cap. 101. caſu. 33. Leſſius de iuſt. & iure lib. 2. capit. 35. num. 142. & Suarez de relig. 1. tomo, tract. 3. lit. C. cap. 38. num 15. *Fr. Raph. de la Torre eodem tract. 2. tom. 9. 100. art. 6. diſput. 5. pag. 798. & etiam Ioan. Gutt.*

7 *can. quæſt. lib. 2. cap. 23. à nu.* 24. Quamuis † contrarium teneant Felin. in dict. cap. inſinuatum. num. 5. Corraſ. 4. p. cap. 1. nu. 3. & Nauar. in Manuali, c. 25. nu. 113. & conſil. 73. nu. 3. & conſ. 95. & 96. ſic intelligẽdo, & 97. nu. 7. de ſimon. & Vgol. Tabula 4. c. 7. ſæpe prouiſionẽ factam per ſimoniam ignorãti valere ipſo iure, ſed cum primum ſcierit ſimoniam cõmiſſam, tenetur beneficium renuntiare, & quidquid involuat Cõuarruu. in regul. peccatum, 2. parte §. 8. numer. 8.

8 Quæ ſententia † ampliatur, vt procedat etiam in eo, qui acquiſiuit beneficium per ſimoniam cum conſiliario, ſeu amico commiſſam, ipſo prouiſio, & etiam collatore ignorantibus, nam is etiam ex dictis tenetur reſignare beneficium tanquam nulliter collatum, dum hoc ſciretur, niſi factum eſſet in fraudem ipſius, Summa corona 3. parte tract. de ſimonia, ſub num. 30. quamuis contrarium in hoc teneat Conradus in reſponſis caſuum conſcientiæ, q. 39. & 45. in additione.

9 Quod procedit, etiam ſi collator † alias eſſet collaturus, ſi etiam motus fuit conſilio, vel interceſſione illius gl. & Felin. in dict. cap. nobis, in fine, quidquid dicat Abbas ibi, & Nauarr. dict. cap. 25. num. 113. ex §. vltimo, 1. quæſt. 6. qui tamen videtur loqui quando illa ſimonia nullo modo concurrit ad electionem.

10 Secundò ampliatur, † vt procedat etiam, quamuis illa ſimonia fuiſſet commiſſa cum vno ex multis electoribus, præſentatoribus aut collatoribus, quorum maior pars alias eum elegiſſet, vt clare probatur in in d. cap. nobis, & ibi notat Abbas 1. notabili, & Nauar. d. nu. 113. licet quoad forum conſcientiæ videatur contradicere.

☞ Ex quo in vna Gaurien. canonicatus, 10. Maij, 1581. coram D. Seraphino fuit reſolutum, electionẽ eſſe ſimoniacam, & ideo reprobandam, etiam quod ſimonia commiſſa fuiſſet cum vno ſolo, d. cap. nobis. vbi Abb. de ſimonia. Vt in deciſ. quam ponit Farin. decisio. 22.

11 Sed contra iſtam † ampliationem videtur deciſio Rotæ in vna Comen. iuriſpatronatus 6. Mart. 1595. ☞ corã Illuſtriſs. Mellino, poſita per *Farin. deciſ. 103. lib. 1. in nouiſ. deciſ.* 550. vbi fuit reſolutum, quod præſentatio ſimoniaca vnius patroni non reddit præſentationes aliorum ſimoniacas in præiudicium præſentati, qui nullam ſcientiam habuit ſimoniæ, ſed ſunt validæ ad effectum, vt ſuſtineatur præſentatio in fauorem præſentati ignorantis.

12 Pro concordia dicendum eſt, † quod ea reſolutio Rotę procedit, & eſt vera in patronis præſentãtibus, vt ſingulis: quilibet enim præſentat de per ſe, & tot ſunt præſentationes, quot patroni. Et ſic vna præſentatio, vitioſa, ſeu ſimoniaca, non influit in alias. Et intrat regula iuris in 6. vtile per inutile non vitiatur: at dicta ampliatio procedit in eligentibus, præſentantibus, aut conferentibus, vt vniuerſis, ſeu iure collegij, vt in dict. cap. nobis: nam tunc omnium vna eſt electio, præſentatio, aut collatio, & ſic ſimonia cum vno commiſſa tangit, & vitiat electionem, præſentationem, aut collationem.

13 Tertiò ampliatur, vt procedat † etiam, licet ad beneficium per huiuſmodi ſimoniam quæſitum antea ius haberet, quamuis contra teneat, Nau. d. nu. 113. ex cap. ſicut, 2. de ſimonia, quod tamen id non probat, nam non fundatur in iure prius habito per electionem, ſed in contradictione ipſius electi.

14 Videtur tamen quod tunc † per ſimoniam iſtam ſolum vitiabitur confirmatio, ſeu inſtitutio, manente valida electione, ſeu præſentatione, in quib. nullum vitium acciderit, ad c. ſi confirmationem, de

Itaque simonia mentalis nam inducit nullitatem, nec obligationem restituendi, quia nec ex naturarei, nec ex iure naturali, aut diuino simonia eam inducit, quia nulli fit iniustitia, cum voluntarie hinc inde detur, nec de iure humano ea introducta est in simonia mentali, sed solum in exteriori. nu. 54. Et reprobatur sententia Lessij, & Suarez num 55.

Non solum prouisio beneficij simoniace facta est nulla, sed etiam simoniaci inhabiles sunt ad illud nu. 56.

Simoniaci infames sunt infamia iuris. n. 57. non tamen ipso facto, sed cum per sententiam de hoc crimine fuerint damnati, secundum Abbatem, contra aliquos dubitantes, à n. 58. & seqq. Et videtur non sufficere esse sequutam sententiam super crimine simoniæ nisi in ea imponatur pœna d. infamiæ saltum, si ad alias pœnas est processum. nu. 61.

Ad alia quæcunque beneficia simoniaci reddunturinhabiles. nu. 62. etiam in simonia conuentionali secundum Rotam. nu. 63. Pro quo facit, quod simoniacus etiam in beneficio est irregularis secundum aliquos, & committentes confidentiam, nu. 64. & 65. Sed id de iure communi difficultatem habet, etiam in simonia reali præcipue, quia ista inhabilitas non videtur in fine expressa. nu. 66.

Quamuis ob simoniam etiam conuentionalem, seu pactum simoniacum quis reddat se indignum ad acquirendum beneficium. n. 67. Et contrarium tenent alij. nu. 68. Nec est verum illud de irregularitate. nu. 69.

Nec simoniacus in beneficio est ipso iure suspensus, vt simoniacus in ordine, sed solum excommunicatus, num. 70. tamen hodie id de inhabilitate ad beneficia, sine difficultate procedit ex constitutione Pij Quinti, etiam in foro conscientiæ contra Nauar. numero 71. & 72. Non tamen ex eo simoniacus potest dici irregularis sicut nec confidentiarius. num. 73.

Quis possit dispensare in prædicta inhabilitate, remissiue nu. 74. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis Concil.

Adeo gratuita prouisio beneficij esse debet, & sine præmio, & mercede, vt ex collationibus, sed institutionibus, ac possessionibus, seu mandatis possessionum beneficiorum, & capellaniarum non possint exigi sportulæ, nec aliquid pro pastu, non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali, num. 75. & nu. seq. ponuntur declarationes Sacr. Congregationis.

Episcopus, vel vicarius non potest aliquid recipere pro collationibus beneficiorum, etiam parum, contra echum. num. 78. & seq.

An ex possessione beneficij seu mandato, & actis illius, possint notarij, & alij officiales quous alias salarium constitutum est aliquid accipere pro suo labore, videtur id non tolli dictis declarationibus, quæ non loquuntur de possessione. num. 80.

Quamuis ex mandatis possessionum beneficiorum, Episcopi seu alij indices non possint accipere sportulas, alias committant simoniam, non tamen videntur incurrere pœnas impositas contra simoniacos in beneficio, vel ordine. n. 81.

Qui accepit possessionem simoniace, quamuis peccauerit, & fuerit nulla, tamen si alias beneficium est suum, & in eo habet legitimum titulum potest illam continuare. n. 82.

Ante nouiter recepto, seu in admissione ad possessionem canonicatus seu prebendæ, aut beneficij, non potest exigi, nec solum aliquod etiam modicum conuertendum in commodum, & vtilitatem canonicorum, & beneficiariorum, & personarum Ecclesiæ, sed est simoniacum, non obstante aliquo statuto, vel consuetudine etiam immemoriali, n. 83. & seq. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Approbantur per Concilium huiusmodi statuta, vel consuetudo, quando id in vsus pios conuertitur, vt in vsum fabricæ Ecclesiæ, &c. num. 85. Quamuis de iure communi communis esset opinio valere huiusmodi consuetudinē in vsum pium, quando non præcessit exactio, non tamen statuta imponentia onus recepto, vel recipiendo etiam in vsum pium, numero 86.

De cætero non poterit fieri statutum, vt aliquid soluatur in vsum pium, nisi fuerit per Papam ex certa scientia approbatum, num. 87. & 88. Nec potest post Concilium capi pro rebus pijs, quod consuevit capi pro commodo proprio n. 89.

Illud etiam capitur pro commodo proprio, & tendit in vtilitatem canonicorum, quod soluitur mensa capitulari, seu cōuertitur in reparationem bonorum mensæ capitularis. n. 90. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.

Consuetudo, & constitutio cuiusdam Ecclesiæ, qua habet, nouiter receptos soluere certam quantitatem mensæ Capitulari, & certam fabricæ, & certum quid capellanis, & pueris chori, est iniqua, & simoniaca, nec potest tolerari quoad id, quod soluitur mensæ, & etiam capellanis, & pueris, num. 91. Quamuis alias quod erogatur in sumptus ministrorum Dei, pium reputetur, num. 92. vbi quid in pios vsus conuerti intelligatur.

Æquum videtur, & praui consentaneum, non esse simoniacos illos, qui coacti dant sportulas pro collationibus, quia non possunt resistere, dummodo voluntarè non dent, nec etiam sonentes Capitulo in admissione ad possessionē, quod solum consuetum est num. 93. maxime, in foro conscientiæ, modo non dent pro pretio, nec pro causa principali & immediata beneficij, seu possessionis, nu. 94. & sequ. Et licet promissio simoniace facta etiam cum ignorantia & bona fide est nulla, id procedit, quando beneficium est acquisitum per simoniam directe; secus in proposito, vbi non est simonia directe, nu. 97. Et sic nullitas actus est pœna proprie, qua cessante peccato simonia debet cessare. num. 98.

Similiter etiam dispensationes gratis concedi oportet. num. 99. quod procedit in compositionibus, non vero in turibus expeditionis bullarum, nu. 100. Quamuis etiam respectu compositionum non seruetur, num. 101.

Adeo gratis dispensationes concedendæ sunt, quod ordinarius quibus committuntur dispensationes matrimoniales, & alia, non possint quidquam accipere pro labore & receptione, & examinatione testium, vel alio quouis titulo a numero 102. & sequ. Vbi ponuntur declarationes Sanct. Congregationis, & decretum, & clausula literarum dispensationum matrimonialium. Nec possunt excusari dicendo, quod per d. decretum non prohibentur accipere stipendium seu mercedem pro laboresi, sed donatiuum, quia vtrumque clare prohibetur, num. 109. Nec rursus possunt excusari aliqua consuetudine etiam immemoriali, à n. 110. 111. 112. & numer. 113. ponitur decretum Concilij Mediolanen. & nu. 115. sententia Genuen. pro accessu tamen ad examinandos testes commemorantes in alijs locis, absolute posset accipere moderatas expensas, si expediret eum ire, & non committere examen, nu. 66. pro transumpto etiam vltra instrumentum dispensationis posset aliquid accipi. num. 117.

Prouisio beneficij fieri debet non precibus, obsequijs, aliaue humana gratia, num. 118. alias est simoniaca. secundum glossam & alios, num. 119. Sed tenendum est cum Innocentio, & alijs citatis, nu. 120.

Collatio beneficij sine diminutione fieri debet. nu. 121.

An Episcopus possit statuere, quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Ecclesiæ, vel mensæ Episcopali seu capitulari remissiue, nu. 122.

De materia simoniæ, qui sunt videndi, nu. 123.

Necessa-

1 NEceſſarium imprimis † requiſitum eſt, quod prouiſio fiat gratis, id eſt non, pretio, præmio, ſeu mercede, c. ordinationes, 1. q. 1. 2. 3. 4. & 5. & c. ſi quis obtecerit, cap. Saluator, cap. ex multis, & cap. fin. 1. q. 3. c. 1. 2. & 31. q. 3. cum alijs tit. de ſimonia libereque † & ſine pacto, modo, ſeu conditione, c. cum pridem, c. cum clerici. c. fin. de pactis, cũ alijs, & c. quam pio, 1. q. 2. Probus ad monachum in cap. cum nullus, de temporibus ordin. in 6. num. 20. Rebuffus in praxi, tit. requiſita ad collationem, nu. 2. & in concord. tit. de collation. in rubr. verſ. ad primũ. Corraſ. de benefic. 1. par. c. 2. ad finem, & 4. par. cap. 1. num. 2. Ioan. Nicol. Gimon. in Enchirid. benef. tit. 2. cap. 3. ex num. 46. Petrus Pechus in regula, beneficium, in 6. num. 27. Nauar. conſil. 32. de ſimonia, Flam. Par. de reſignatione beneficiorum lib. 8. quæſt. 8. a num. 28. Vgol. de ſimon. tabula 1. de ſimoniæ genere. cap. 8. §. 3. & Cechus de benefic. & penſion. c. 1. num. 3. Rota in Calagurritana beneficij, 1587. ſupra adducta præcedenti par. cap. 9. num. 14. Et facit quod tradit Mandoſ. conſil. 8.

3 Alioquin contraheretur ſimonia, † qua prouiſio beneficij vitiatur, & nulla eſt ipſo iure impediente illius acquiſitio. vt in c. ea, quæ cum alijs. 1. quæſt. 3. & d. cap. cum clericis. ibi, Spolietis, de pactis. extrauag. cum deteſtabile, de ſimon. in commun. Abbas in dict. cap. cum clerici, Corraſ. 3. par. c. vlt. num. 13. & 4. par. cap. 1. nu. 2. & alij infra citandi.

4 Quod procedit etiam † in prouiſione ſimoniace facta ignorante prouiſo, quæ etiam eſt nulla ipſo iure, c. ex inſinuatione, de ſimonia, & c. nobis, eodẽ. ibi: Penitus reprobanda, † nam verbũ, penitus ſignificat nullitatem ipſo iure, gl. fi. in l. ſi qui aduocatorum, C. de poſtulando, quam ſequitur & commẽdat Corſetus in ſing. verſ. penitus Fel. in cap. Rodulphus de reſcrip. num. 14. & plura dictione, penitus, & omnino. Tiraquel. in l. ſi vnquam verb. reuertatur, a nu. 96. & 87. ſeu 76. & 105. *Silueſt. verb. excommunicatio 3. num. 22. Ludou. Lop. inſtruct. conſc. 2. tom. 2. par. cap. 38. circa fin.* & in terminis, d. cap. nobis. Felin. in cap. inſinuatum, ſub principio, verſic. & prædicta ſimonia, Coſmas in pragmatica ſanctione, tit. de electiõ. capit. 1. §. deinde eligant. verb. ipſo iure, & Boerius deciſ. 117. ſub nu. 4. & dicetur infra nu. 23. *Et de dilectione prorſus. 11. par. cap. vlt. nu. 58.*

6 Et † hanc ſententiam tenent Abbas in c. penult. de electio. num. 2. & ibi Barbatia, Annania in d. cap. nobis, de ſimonia. num. 2. & 3. Coſmas ſupra additio. deciſ. capellæ Toloſ. 459. num. 3. Caſſad. deciſ. 3. num. 3. de ſequeſt. poſſ. & Sarnen in reg. de triennali, quæſt. 12. verſic. & iſta qui ait, ſequutam eſſe Rotam in vna Maſſanen. capel. de anno 1536. coram D. Vortio Creſcen. deciſio. 4. de ſimon. Rota deciſ. 191. numer. 5. par. 1. diuerſorum, quę eſt etiam apud Farin. deciſ. 9. nu. 7. & Vega in ſumma 2. par. cap. 101. caſu. 33. Leſſius de iuſt. & iure lib. 2. capit. 35. num. 142. & Suarez de relig. 1. tomo, tract. 3. lit. C. cap. 38. num 15. *Fr. Raph. de la Torre eodem tract. 2. tom. q. 100. art. 6. diſput. 5. pag. 798. & etiam Ioan. Gutt. can. quæſt. lib. 2. cap. 23. à nu. 24.* Quamuis † contrarium teneant Felin. in dict. cap. inſinuatum. num. 5. Corraſ. 4. p. cap. 1. nu. 3. & Nauar. in Manuali, c. 25. nu. 113. & conſil. 73. nu. 3. & conſ. 95. & 96. ſic intelligẽdo, & 97. nu. 7. de ſimon. & Vgol. Tabula 4. c. 7. nẽpe prouiſionẽ factam per ſimoniam ignorãti va-

7 lere ipſo iure, ſed cum primum ſcierit ſimoniam cõmiſſam, teneri beneficium renũntiare, & quidquid inuoluat Cõuarruu. in regul. peccatum, 2. parte §. 8. numer. 8.

8 Quæ ſententia † ampliatur, vt procedat etiam in eo, qui acquiſiuit beneficium per ſimoniam cum conſiliario, ſeu amico commiſſam, ipſo prouiſio, & etiam collatore ignorantibus, nam is etiam ex dictis tenetur reſignare beneficium tanquam nulliter collatum, dum hoc ſciretur, niſi factum eſſet in fraudem ipſius, Summa corona 3. parte tract. de ſimonia, ſub num. 30. quamuis contrarium in hoc teneat Conradus in reſponſis caſuum conſcientiæ, q. 39. & 45. in additione.

9 Quod procedit, etiam ſi collator † alias eſſet collaturus, & etiam motus fuit conſilio, vel interceſſione illius gl. & Felin. *in dict. cap. nobis*, in fine, quidquid dicat Abbas ibi, & Nauarr. dict. cap. 25. num. 113. ex §. vltimo, 1. quæſt. 6. qui tamen videtur loqui quando illa ſimonia nullo modo concurrit ad electionem.

10 Secundò ampliatur, † vt procedat etiam, quamuis illa ſimonia fuiſſet commiſſa cum vno ex multis electoribus, præſentatoribus aut collatoribus, quorum maior pars alias eum elegiſſet, vt clare probatur in in d. cap. nobis, & ibi notat Abbas 1. notabili, & Nauar. d. nu. 113. licet quoad forum conſcientiæ videatur contradicere.

☞ Ex quo in vna Cantien. canonicatus, 10. Maij, 1581. coram D. Seraphino fuit reſolutum, electionẽ eſſe ſimoniacam, & ideo reprobandam, etiam quod ſimonia commiſſa fuiſſet cum vno ſolo, d. cap. nobis. vbi Abb. de ſimonia. Vt in deciſ. quam ponit Farin. deciſio. 22.

11 Sed contra iſtam † amplfationem videtur deciſio Rotæ in vna Comen. iurispatronatus 6. Mart. 1595. ☞ coram Illuſtriſs. Mellino, poſita per *Farin. deciſ. 103. lib. 1. in nouiſ. deciſ. 550.* vbi fuit reſolutum, quod præſentatio ſimoniaca vnius patroni non reddit præſentationes aliorum ſimoniacas in præiudicium præſentati, qui nullam ſcientiam habuit ſimoniæ, ſed ſunt validæ ad effectum, vt ſuſtineatur præſentatio in fauorem præſentati ignorantis.

12 Pro concordia dicendum eſt, † quod ea reſolutio Rotę procedit, & eſt vera in patronis præſentãtibus, vt ſingulis: quilibet enim præſentat de per ſe, & tot ſunt præſentationes, quot patroni. Et ſic vna præſentatio, vitioſa, ſeu ſimoniaca, non influit in alias. Et intrat regula iuris in 6. vtile per inutile non vitiatur: at dicta ampliatio procedit in eligentibus, præſentantibus, aut conferentibus, vt vniuerſis, ſeu iure collegij, vt in dict. cap. nobis: nam tunc omnium vna eſt electio, præſentatio, aut collatio, & ſic ſimonia cum vno commiſſa tangit, & vitiat electionem, præſentationem, aut collationem.

13 Tertiò ampliatur, vt procedat † etiam, licet ad beneficium per huiuſmodi ſimoniam quæſitum antea ius haberet, quamuis contra teneat, Nau. d. nu. 113. ex cap. ſicut, 2. de ſimonia, quod tamen id non probat, nam non fundatur in iure prius habito per electionem, ſed in contradictione ipſius electi.

14 Videtur tamen quod tunc † per ſimoniam iſtam ſolum vitiabitur confirmatio, ſeu inſtitutio, manente valida electione, ſeu præſentatione, in quib. nullum vitium ſuperuenit, ad c. ſi conſirmationem, de

electio.in 6. & dicta infra 9. p.c.4. nu.3. & decisionē in cauſa Oſcen. canonicatus 1. Februarij, 1593. ſup. relatam par.5.cap.4.n. 141. & ita tenet Leſſius ſupr, n.138. loquens etiam cum ipſe electus, vel prȩſentatus committit ſimoniam pro confirmatione, vel inſtitutione obtinendȧ, & putans ſufficere, vt tollatur inhabilitas contracta per actum poſteriorem, nec opus eſſe noua electione, aut prælentatione, & Suarez de religioſis, tract.3.lib.4.c,58,n, 7, contra Vgolinum tabula 4,c.6. nu.4. Sed verior eſt ſententia Vgolini, quia per inhabilitatem, quam contrahit cō firmatus, vel inſtitutus ſimoniacè, etiam eo ignorāte ad illud beneficium, vt in dicto c. nobis, de ſimonia, & c.penult, de election, amittit ius ad rem, vt ſupra præcedenti parte, c.11. num.10.

35 Poſſidens † tamen beneficium habitum per ſimoniam ſe ignorante commiſſam, habet titulum coloratum, & gaudebit beneficio regulæ de triennali, Sarnen. ſup. & Rebuff. de pacificis poſſeſſ. n,241, alias 198. Vgolinus d.c.6.§.4.n.2. Leſſius ſupra, nu, 140. & tenet Rota, vt in decil. Calagurritana confidentiæ, infra adducta 11.p.c.3.nu.169. Et in Ciuitaten. confidentiæ 23. Ianuar. 1593. coram Illuſtriſſimo Cardin. Mantica.

36 Sed eſt grauis difficultas, † an id quod dictum eſt, prouiſionem beneficij ſimoniacè factam eſſe nullam ipſo iure, procedat tantum in ſimonia reali ab vtraque parte completa per dationem rei ſpiritualis, & temporalis, ita vt non ſufficiat quoad priuationem beneficij ipſo iure, & nullitatem tituli, ſeu prouiſionis, beneficium fuiſſe ſimoniacè acquiſitum per promiſſionem, ſeu conuentionem, ſi promiſſio, ſeu conuentio non fuit executa, an vero procedat etiam in ſimonia conuentionali, in qua deuentum eſt ad dationem beneficij tantum, ita vt ſit nulla ipſo iure collatio, ſeu prouiſio beneficij ſimoniacè facta, etiamſi promiſſio temporalis, ſeu conuentio nō fit executa.

37 In qua difficultate † Nauarr. in repet, cap. fin. de ſimon. à num. 28. & in cap. ſi quando. de reſcrip. exceptione 4. & in Man. Latino cap. 23. à num. 103. & in variis conſiliis de ſimonia docet, nullitatem collationis, ſeu tituli, & excommunicationem non incurri per ſimoniam conuentionalem, id eſt ab vtraque parte non executam, & completam, ſed collationem, ſeu prouiſionem beneficij per ſimoniam cō uentionalē factam valere, ex Caſſad. dec. 5. de conſt. (quem ſequitur Sarnen. de triennali, q, 12. in fi. & Zerola in praxi Epiſcopali, 1. par. verb. ſimonia, §.9.)

38 Qui docet, dictam extrauagantem, cum deteſtabile, quatenus inducit pœnam priuationis ipſo facto loqui in ſimonia reali, non in conuentionali. Et ponderat verba illa verſic. ſtatuentes, Qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint, vbi datio, vel receptio requiritur, per quę videtur declarari, quod de pœna priuationis, & alijs ſtatuerat ipſo facto: & ait, quod ſicut antiquiores, vt audit, ita & moderni patres Rotæ intelligunt, vnde ita videtur habere ſtylus Curiæ.

39 Et hanc ſententiam † Nauarri ſequuntur Couar, in reg. peccatum, 2.p.§.8.n.7. Salzedo in pract. crim. Bernardi Diaz c.91. litera D. Ioā. Gutierez canon. q.lib.1.c.9, nu. 10. Fla, Pariſ. de reſign. benef. lib.7.q. 2.nu.16. & de confid. q.1. nu.142. & 158. (qui tamen varius eſt, vt infra apparebit) Vgolinus de ſimonia conuentionali, c.2. Zerola 2.p. verb. ſimonia. §.14. Humada ad Greg in l.63.ti, 5.p.1.n.4. D. Ioan. Vela de pęnis delictor. c.32. & ſumma Armill. ver. ſimonia, n.4. Viguerius c.5.§.9, Ludo. Beja in reſpo. caſuum conſc, caſu 37. Lorenęana in compēdio caſuū, ti, de ſimonia, c.9. Colm. Philiar. de officio ſacerdot, 2.p.li.6, c.14.15. & 16, Summa Corona 3.p. tract. de ſimonia, n.9. & 35. Iacob. Graf. in deci, aur. caſuum conſc. li.2, c.96. à nu.20, Candelab. aur. in appendice cap.1. num.24. & 29. Ludou, Carbon. de reſt. q. 60, d.23, Man, Rodrig. in ſum. 2. tomo, cap.55, nume.3. & cap, 56. nu.6. Vega in ſumma, 2.p.c, 101. caſu 13. & Ludou. Lopez dicens æquiorem, & probabiliorē, inſtruct. conſc, 1. tomo, c, 305, & 256. & nouiſſime P. Ledeſma in ſumma 2.p. tract. 12. ad finem, & alij. Et poſt hæc videtur tenere Gonçalez ad regul. de menſib. glo. 15. nu. 69. & 70. & Proſper de Auguſtino ad ſummam bullar. verb. ſimonia, 1. additione, & *Piaſec. in praxi Epiſc. p.2. cap.4, num.48.* ſequuntur etiam Leſſius lib.2. cap, 35. dubitat. 27. Auila de cenſu, 3.p. diſp.5. dub.9.2, ſupp. *Azor 2.p. libro 7.c. 17.1. qua.9. crimine, & c.27.q.10, & 3.p. lib.12.c.21.q.10. & Suarez d. lib.4.c.56. nu.33, & c.57. a nu.51. & fr. Raph. de la Torre d.q.100. art,6. diſp.8.*

30 Contraria † tamen ſententia vera eſt & tenenda, nempe, collationem, prouiſionem, ſeu aliam diſpoſitionem beneficij per ſimoniam conuentionalem factam eſſe nullam, etiamſi promiſſio temporalis, ſeu conuentio, & pacta non ſint executa, Itaque ad effectum nullitatis tituli, ſeu prouiſionis non eſt neceſſarium implementum ex parte promittentis temporale.

31 Quæ ſententia † expreſſe probatur per textum in c.ea, quæ, 1.q.3. vbi Vrbanus II. in Concil. Placen. ſic ait: Ea, quæ à SS. Patribus de ſimoniacis ſtatuta ſunt & nos quoque & iudicio S. Spiritus, & Apoſtolica authoritate firmamus. Quidquid ergo vel in ſacris ordinibus, vel in Eccleſiaſticis rebus, vel data, vel promiſſa pecunia acquiſitum eſt, non irritum eſſe, & nullas vnquam vires habere cenſemus.

32 Probatur † etiam ex d.c, cum clerici, de pactis, pō derando illud verbum, Spolietis, quod executionē importat, & ſic denotat priuationem ipſo iure, ex Butrio in c.fi. de poſtuland. Felin. in c.2. nu.3. & in c. Rodulphus, n.25. de reſcrip. & in d.c. inſinuatum, in pr. de ſimonia.

33 Probatur † etiam ex d.c. nobis de ſimonia, ibi, Penitus reprobanda. Quæ verba denotant nullitatem ipſo iure, vt ponderant Felinus in d. c. inſinuatum, & Coſmas, & Boerius infra citandi nu.28. & dictum eſt ſup. num.5.

34 Probatur etiam † ex conſtitutione Martini V. edita in Concilio Conſtantienſi, ſeſſ.43, incipien, Multæ, & alia extrauag. eiuſdem quæ incipit, damnabile, quas refert Felin. in cap. de ſimoniac, numero ſexto de ſimonia, & Boer. deciſio. 117. ad finem, & Supplementum verb. ſimonia, ad finem, Redoanus de ſimonia 2.part.cap. 10. num.33. & Flam. Pariſ. de reſig. libr.14. quæſt.2. numero 7. vbi ſtatuitur, collationes, & prouiſiones per ſimoniam factas eſſe nullas, &c. & in dicta conſtitutione Concilij Cōſtantien, habentur eadem ferè verba, quæ in dicta extrauag. cum deteſtabile, Pauli II. ex qua etiam probatur iſta ſententia in verſ. per electiones vero, cuius verba ad ſimoniam realem ex vtraque

parte

parte completam absque manifesta violentia restringi non possunt.

25 Probatur† etiam clarè hodie ex constitutio 5. Pij V. incipien. Cum primum, versi. & vt simoniacè, vbi sic dicitur; Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurũ inhabilis ad eas, & quascunque aliàs obtinendas, qui beneficium, aut officium Ecclesiasticũ simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quecunque beneficia Ecclesiastica obtinenda, *& clarius probatur dict. sententia in clausula bullæ 72. Pij Quarti super reformatione pœnitentiariæ, quam adducit additio summ. Bullar Quar. d. verb. simonia, & Piasec. in praxi, part. 2. cap. 4. num. 50. quæ sic ait: Caueat autem pœnitẽtiarius, ne in absolutionibus a simonia reali vel conuentionali etiam occulta vnquam concedat, vt ipsi simoniaci beneficia, super quibus simoniam commiserunt seu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde post commissã simoniam acceptos, in totum, vel in partem retinere possint quinimo in absolutionibus huiusmodi apponatur clausula, quod vterque ad beneficium, super quo fuit commissa simonia, perpetuo inhabilis existat. Ex quibus verbis appareret, beneficium per simoniam etiam conuentionalem quæsitum retineri non posse sine dispensatione Papæ, atque adeo pensionem esse nullam, &c.*

26 Sufficit ergo ex ista constitutione † & alijs relatis ad effectum priuationis ipso iure beneficij, & nullitatem prouisionis beneficium simoniacè fuisse acquisitum, quod satis verificatur, etiamsi prouisio rei temporalis, seu conuentio non sit executa, & cõpleta, vt patet, quia non datur gratis & liberè.

27 Et simonia † inducitur & causatur ex sola promissione, Abbas in d.c. nobis, num. 3. & ibi Felin. n. 9. Lambertus de iure patron. 1. par. 2. lib. q. 9. art. 11. & 2. p. 2. lib. q. 9. art. 3. num. 8. & Flam. Paris. d. lib. 14 q. 7. à nu. 31.

28 Et hanc † sententiam tenent Calderin. & Abbas nu. 2. per text. ibi, in d.c. cum clerici, de pactis qui docent, quod collatio, & renuntiatio simoniacè facta, & cum pacto non valet, sed est mala à principio, & sequitur Fel. in d.c. insinuatum, de simon. ad prin. & n. 4. & 5. vbi etiam citat Cald. Antonium, & Imolam in c. nisi cum pridem de renunt. concludentes, quod collatio facta per simoniam non conferat aliquem titulum, & in c. in nostra, de rescrip. com. 2. Eãdem sententiam tenet Anania in d.c. nobis, n. 2. & 3. Capella Tolosana dec. 439. & ibi Additio. Cosmas in pragmatica sanctione. titul. de elect. c. 1. §. deinde eligant, verb. ipso iure, Boetius d. dec. 117. n. 4. Sarnen. d. q. 12. Corral. 3. p. c. vlt. n. 13. & Clarus 4. p. c. 1. nu. 2. Duaren. de beneficijs, lib. 6. c. 2. & li. 8. c. 6. & videntur tenere Rochus de iure patron. verb. & vtile, q. 3. & Mandos. de signatura gratiæ, tit. de priuat. vers. nullitas prouisionis.

29 Eandem † sententiam tenet Rebuf. in praxi, tit. de simonia, in resignatione, à nu. 7. vsque ad 10. habita iuris noui consideratione ex dicta extrauag. cũ detestabile, & dicta constitutione Concilij Constãtien. quamuis de iure Decretorum (inquit num. 6.) & Decretalium priuatio esset necessaria ex c. presbyter. 1. quæst. 1. & cap. 2. de confessis, & dict. c. insinuatum, sed non considerauit iura per nos allegata. Ex quibus apparet etiam de iure antiquo, collationem per simoniam factam esse nullam, & iura quę citat procedunt in beneficijs aliàs obtentis. Et ita ipse Rebuff. videtur tenere in praxi, tit. requisita ad collationem, n. 2. & tit. de modis amittendi beneficia, n. 33. & 37. & in tract. de pacificis possess. n. 239. aliàs 198. & cons. 64. in fine, & 94. & 187. Fla. Paris. d. lib. 14. q. 7. nu. 35. qui ex dicta constitutione Concilij Constantien. quod ait, loqui de simonia conuẽtionali, tenet eandem sententiam eodem lib. 14. qu. 2. nu. 9. & de confidentia, q. 1. num. 157. qui tamen parum sibi constat. nam num. seq. 158. cum Nauarro supra, inquit, quod per simoniam conuentionalẽ non annullantur acta, cum quo etiam tenuit n. 142. vt dixi supra.

30 Hanc † etiam nostram sententiã tenent ex Theologis Caiet. 2. 2. quæst. 100. art. 6. & clarius opusc. tom. 2. tract. 9. de simonia, q. 2. & in summa, verb. simonia, Victoria in relectione de pœna simon. num. 2. Soto de iustitia, & iure, lib. 9. quæst. 8. art. 1. Horcala nostræ Ecclesiæ Abulen. canonicus magistralis opusculo 1. tract. de simonia, Barthol. Medina in summa lib. 1. c. 14. §. 20. & 21. Aragon. 2. 2. quæst. 32. artic. 7. & d. quæst. 100. art. 6. conclus. 5. Valentia 3. tomo, 2. 2. disput. 6. q. 16. puncto 6. Corradus in responso casuum conscientiæ. qu. 37. & 45. in additione, & Cardinalis Toletus in summa lib. 5. c. 93. qui docent, solum requiri simoniam esse completam, & consummatam ex parte rei spiritualis ad pœnas contra simoniacos latas incurrendas, quia res spiritualis in hoc contractu tenet principalem locum, & est radix totius repugnantiæ ad venditionem, licet dictus Toletus lib. 1. c. 48. n. 17. loquendo de suspensione contra simoniacè ordinatos, posita in d. extrauag. cum detestabile, dicat, intelligi de simonia reali ex vtraque parte perfecta.

31 Quorum sententiam † ait de iure veriorem, P. Nauarra de restitutione, lib. 2. c. 2. num. 402. & seq. licèt de consuetudine veriorem dicat sententiam Nauarri, & aliorum, cum eam dicant in praxi obseruari, *idem Cantarell. in decem præc. Decal. libr. 2. cap. 54. ammi. 254. licet cap. 51. præced. num. 223. absolutè sequatur sententiam Nauarri.* Et facit, quod dicetur infra 11. p. c. 3. n. 145.

32 Et tantum abest † quod contraria sententia sit in Rota recepta, vt potius Rota hanc nostram sequatur, vt apparet ex decis. Crescen. 5. de simonia, vbi in vna Mediolanen. capellæ fuit resolutum, quod præsentatio facta cum pactu, seu conditione, quod præsentatus soluat, vel eroget, etiam in fauorem Ecclesiæ, vt simoniaca non valebit, & ex decis. Mohed. 4. & 5. de simon.

33 Sed præcipuè id apparet † ex deci. Putei 80. lib. 2. & deci. 83. p. 3. diuersorum lib. 1. & 145 & 150. libr. 3. & Achilles 341. seu 2. de simonia, & Crescen. 3. de simon. & Caputaquen. 201. p. 1. & 238. p. tertia vbi in vna S. Andreę canonicatus coram Puteo, de anno 1544. & in vna Tolet. thesaurariæ coram D. Peregrino de anno 1548. post multas informationes, & in vna Regien. canonicatus coram Crescen. & in vna Cæsaraugustana confidentiæ coram D. Guidobono de anno 1551. fuit resolutum, quod simonia conuentionalis facit inhabilem, nedum ad obtinenda beneficia, super quibus facta fuit conuentio, verum etiam ad alia obtinenda.

34 Et in vna † Gadicen. canonicatus 5. Martij 1574. coram

coram ſanctiſſimo D.Clemẽte VIII.quæ habetur 1. par.diuerſorum,deci.405.fuit reſolutum ſimoniam conuentionalem impedire,ne quæratur ius reſignatario,ſed remanere penes reſignantem.Quod etiam fuit reſolutum in Elnen.præceptoriæ, vltimo Ianu. 1582.coram Illuſtriſſimo Lancellotto apud Farin. deciſ.23. & eandem ſententiam videtur tenere Rota in Aquen.canonicatus,1. Iul. 1591.coram Dom. Orano poſita per Farin.deci.83. nu.2. & 3.

35 Facit etiam † deciſio in cauſa Pampilonen. Prioratus de anno 1551.in qua fuit reſolutũ, quod prouiſio facta cum onere legendi, aliàs non annexo illi Prioratui,eſt nulla,vt per Puteum,deci.396.libro 3. & Caputaquen. 241.p.3.

36 Et ad dictam à deci.5.Caſſadori quam Sarnen.ſequitur dicta q.12.in fi.ex qua Nauar.& ſequaces decepti ſunt, reſpondet Rota in dictis deciſionibus, quod procedit quoad pœnam priuationis ipſo iure reſpectu beneficiorum obtentorũ,de qua in d.extrauag.cum deteſtabile,in princ.ibi: Prædeceſſorum noſtrorum Romanorũ Pontificum veſtigijs inhærẽtes, ac etiam omnes & ſingulas excommunicationis,ſuſpenſionis,priuationis, & interdicti ſententias, cenſuras & pœnas dudum à Romanis Pontificibus prædictis, & pro talibus reputatis contra ſimoniacos quomodolibet latas, &c. quas ipſo facto eos incurrere volumus,confirmantes,& innouantes,&c.

37 De † qua pœna priuationis ipſo facto ibi inflicta loquitur expreſſe Caſſadorus in tota illa deciſ. vt ex lectura apparet, dicens, quod illa extrauagans,qua tenus ibi inducit ipſo facto pœnam priuationis,quę de iure communi generaliter contra ſimoniacos imponebantur per ſententiam,vt in d. cap.2. de confeſ.& in d.c.inſinuatum,&c.de hoc, cum alijs, de ſimon.& d.c presbyterum,& c.erga 1.q.1. & cap. ex multis,1.qu.3.vbi contra ſimoniacos ponitur pœna
38 depoſitionis.( Quæ † tamen ſolum habet locum in vera, & pura ſimonia, nam propter pactiones, & conditiones illicitas, modo non contineant veram, & puram ſimoniam, dato, quod habeant ſpeciem ſimoniæ,vt in tranſactione,non eſt quis deponẽdus, nec beneficio priuandus,vt tenent Innoc. & Abbas, nu.3.in c.conſtitutus,de tranſactio.per tex.ibi,Pariſius dicens communem conſ.29.nu.19.lib.4.Iul.Clarus §.ſimonia.nu.10.& Mandoſ.tit.de priuatio.verſic.aduertendum tamen eſt, Vgolinus de ſimonia, tabula 1.c.29.§.2.n...Far.n.conſ.75.nu.11.& 14. & idem erit in alijs penis extrinſecis, vt excommunicationis; )intellecta eſt, & interpretata per Rotam in ſimonia reali tantum,non in cõuentionali, prout etiam intellexit Rota in d.Gadicen.canonicatus,& in d.Elnen.præceptoriæ,& ſe præſente in multis cauſis ſæpe deciſum fuiſſe teſtatur Sarnen.d.qu.12.verſ. ſed quod regula,& ſequitur Mandoſ.ſup.verſ.impetratio beneficij.

39 Quamuis † Duareno d.lib.8.ca.6. videtur generaliter accipienda conſtitutio, etiam quoad priuationem aliorum beneficiorum legitime acquiſitorum, quæ ibi ipſo iure imponitur, ſiue datum aliquid, ſiue promiſſum fuerit, cum hæc paria ſint, nec aliter ſenſiſſe Paulum II. ſi quis commode, & abſque cauillatione verba conſtitutionis interpretetur. Et rationes Caſſadori, & Gomezij dicit leuiſſimas, quæ ſententia Duareni in puncto iuris rectè procedit ſe-
40 cluſo ſtylo. Vnde ſtylus, † & interpretatio Rotæ non obeſt noſtræ ſententiæ, cum in diuerſis terminis procedat illa interpretatio Rotæ, de qua Caſſadorus,& Sarnen. nempe in priuatione beneficiorum obtentorum ipſo iure noue inducta per dictam extrauagantem,nullitas enim prouiſionis, per ſimoniam etiam conuentionalem factæ antea erat inducta de iure antiquo, vt ex iuribus citatis apparet.

41 Ex † dictis obiter conuincitur ſententia Rebuff. d.tit.de ſimo.in reſignatione,n.13. & conſil.64.vbi ait, quod ſimoniacus non priuatur ipſo iure beneficijs ante ſimoniam adeptis,ſed eſt opus priuatione. Quæ ſententia clarè eſt contra d.extrauag.quamuis eam ſequantur Nauar.conſ.92.de ſimonia. Vgolin. tab.4.c.6.§.6.n.3.& Suar.d.lib.4.c.55.nu.8.& cap. 58.à nu.1.ad 6.& Azor 2.p.lib.7.c.17.q.1.9.crimine ad fi. *& fr.Raph.de la Torre de relig.2.to.q.100.ar. 6.diſp.5.circa fin.p.799.*& videatur tenere Rota deci.411 lib3.p.3.diuerſorum,quæ eſt Paleoti.57.& in dec.Farinac.134.num.2.

42 Conuincitur etiam † ſentẽtia dicti Franciſci Suarez dict.cap.55.num.7.& 8. & de cenſuris diſp.22. ſect.5.nu.22. vbi affirmandum eſſe ait, ex vi illius extrauag.non incurri ipſo facto cenſuras,quę in antiquioribus iuribus erant tantum ferendæ.Quę ſententia,quidquid ipſe dicat,eſt expreſſe contra illa verba, Quas ipſo facto eos incurrere volumus, *licet eum uoniſſime ſi quatur fr. Raph.de la Torre dict.qu.100. art.6.diſput.7.circa finem. Nec obſtat quod in præcedentibus verbis loquitur Pontifex de ſententijs latis à ſuis prædeceſſoribus, & non dicatur in ſententia lata ex vi iuris, niſi quando eſt ipſo facto incurrenda. Quia reſpondetur, quod verbum latas, non ſignificat aliud quam promulgatas ſeu impoſitas, vt ex eo contextu patet; & alias ſuperfluæ eſſent illa verba, quas ipſo facto eas incurrere volumus*, depoſitio autem ab ordine non incurritur ipſo facto, per dict. extrauag. quæ ſolum loquitur de excommunicatione ſuſpenſione, priuatione, & interdicto.Et ſic ceſſat obiectio Suarez d.nu.8. nec eſt neceſſaria benigna interpretatio, de qua idem Suarez c.56.nu.22.

43 Nec contra noſtram † ſentẽtiam obſtant illa verba, ver. ſtatuentes. ibi, Qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint. Quia eſto vt volunt Doct. primæ ſententiæ exiſtis verbis pœna excommunicationis ibi poſita, reſtringatur ad ſimoniam realem, nempe, quando aliquid datur,vel recipitur pro ordine, vel beneficio dato, vt explicãt Caſſadorus ſupra, & dicta deciſio Gadicen. quæ ait, quod ea verba in ea parte poſita declarant caſum, in quo tota illa conſtitutio loquitur, tamen id non poteſt referri ad verſiculum per electiones, vbi agitur de nullitate prouiſionis ſimoniacè factæ, quæ vt diximus, etiam antea erat inducta in prouiſione per ſimoniam conuentionalem facta, vt apparet ex iuribus citatis, & ita clarè ſentit Caſſadorus ibi in fine.

44 Rurſus verius exiſtimo † per illa verba, dãdo, vel recipiendo, non reſtringi excommunicationem ibi poſitam ad ſimoniam realem completam, etiam ex parte rei temporalis, nam illa referuntur ſolum ad ſpirituale, nempe, ordines, vel beneficia,de quibus in præcedentibus actum erat. Eorumq. planus ſenſus eſt vt ſequitur, quod qui quomodolibet ſimoniam commiſerint dando, vel recipiendo ordines, vel beneficia per ſimoniam, ſententiam excommunica-

pientionis incurrant: ita, quod tam dantes ordines, vel beneficia per simoniam, quam illa sic recipientes, sint excommunicati, vt docent Caietanus, Soto, Medina, Aragon. & Nauarra supra. Quod ipsum statutum fuerat in dicta constitutione Concilij Constantiensis ad finem. Et ita esset dicendum, nisi obstaret stylus, & intellectus Rotæ contrarius, Et vide Suarez d. sect. 5. disput. 22. de censur. n. 22. & de religiosis, tract. 3. lib. 4. c. 56. nu. 23. vbi nu. 24. sic intelligit illa verba, dando, vel recipiendo, vtique ordines ad beneficia, vel officia, de quibus Pontifex loquutus fuerat.

45 Simonia autem † mentalis non inducit nullitatẽ, nec simoniacus mentalis tenetur ad resignationem, vel restitutionem, cap. fin. de simonia vbi Dd. & cum communi tradunt Nauarra in commentar. d. c. fi. & in manuali c. 23. nu. 102. lib. 5. tit. 17. p. 1. & ibi Gregorius Lopez, & Humada ad eum in lib. 6. tit. 5. p. 1. nu. 3 Ioann. Guttierez can. quæst. lib. 2. c. 23. à nu. 31. Flam. Paris. de confidentia, quæst. 26. nu. 40. late Vgol. de simonia, tab. 2. de simonia mentali, c. 2. Diuus Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. & ibi Caietanus, & in summa verb simonia, Syluester eodem verbo, §. 20. & Armilla nu. 58. Angles in Floribus Theologic. q. de restitut, quæst. quis a restitutione sit liber. 15. difficultate, Petrus Nauarra de restitut. lib. 2. c. 2. à nu. 370. Colmas Philiarcus de offic. sacerdotis, 2. p. libr. 6. c. 16 Graff libro 2. c. 96. num. 18. Summa Corona 3. par. tract. de simonia, nu. 8. & 35. Lorençana in cõpendio caluum, tit. de simonia, cap. 114. Manuel Rodriguez in summa, 2. tomo, c. 66. nu. 1. Vega in summa 2. part. , cap. 101. calu 7. 9. 21. & 23. Ludouicus Carb. de restitutione, quæst. 60. 22. dict. & Valentia 3. tomo, disp. 6. q. 16. puncto 6. Galpar Rodriguez de annuis redditibus lib. 1. q. 3. nu. 25. & seq. Toletus in summa lib. 5. c. 93. Rebel. de oblig. iust. 2. par. libr. 18 quæst. 11. nu. 1. Rota decisio. Farin. 63. num. 5. *& Piasec. in praxi Episc. par. 2. cap. 4. nu. 48. Cantarell. lib. 2. cap. 54. a nu. 249.*

46 Licet contra teneant † Maior in 4. dist. 15. q. 1. articulo 7. Enriq. quodlib. 6. quæst. 26. Adrianus quodlib. 9. Soto de iust. tia & iure, libr. 9. quæst. 8. artic. 1. ad 6. Ioann. Medina c. de rebus per vsuram acquisitis, q. 4. de vsura restituenda in 2. argum. vers. tam ad rationes Bartholom. Medina in summa libro 1. c. 14. §. 20. & 21. Aragon. 2. 2. dicta q. 100. art. 6. Salon eadem 2. 2. q. 78. art. 3. controuer. 10. & nouissime P. Ledesma 2. par. summæ, tract. 12. concl. 43. 1. & 4. difficultate, *fr. Raph. de la Torre d. q. 100. art. 6. disp. 6. & etiam Lud. Lopez in prælat s 1. tom. c. 206.* male interpretantes dictum cap. fin.

47 Nec obstat, quod vsurarius † mentalis teneatur
48 ad restitutionem, cap. consuluit, de vsuris, † quod intelligitur, quando mutuarius coacte dat vltra sortem ratione mutui, secus, quando libere, & sponte, & gratiose dat, licet mutuans iniquam habeat intentionem, & prauum animum, nempe accipiendi ratione, & vi mutui, vt cõtra Innoc. Abbatem, Ananiam, & Dd. in d. cap. consuluit, Palatium libr. 4. de contractibus, cap. 9. p. 333. & 346. Summam Coronam 2. p. cap. 7. de vsura, nu. 14. & alios docent cum alijs Couarr. in reg. peccatum, 2. p. initio, à nu. 4. Capallinus de vsuris, num. 7. & 8. Syluester in summa, verb. vsura 6. q. 3. Armilla eodem verbo, nu. 35. Caietanus opusculo 2. tomo, tract. 8. de vsura, q. 3. & in summa, verb. vsura mentalis, Solis de censib. lib. 1. c. 5. nu. 13. Rodriguez de annuis redditib. d. q. 3. n. 23. Sotus de iustitia & iure, lib. 6. q. 1. art. 4. P. Nauarra de restitutione, lib. 3. cap. 2. à num 172. Aragon 2. 2. q. 78. art. 1. & Bannes ibi, art. 3. & ibidem Salon 10. controuersia, Lud. Lopez instruct. conscien. 1. tom. cap. 205. & Ludouic. Carb. de restitut. q. 57. 11. conclus. & alij.

49 Nam omissa noua † differentiæ ratione Ioannis Guttierez supra, num. 46. & seq. quæ est merè verbalis, & non attingit naturam & substantiam rei, plures assignantur differentiæ rationes inter simoniam, & vsuram, vt per Flam. Par. & Vgol. Rodrig. nu. 26. & alios sup. inter quas Flaminius probat rationem diuersitatis assignatam à Nauarro d. c. 23. n. 102. vers. tum quia etiam.

50 Sed mihi verior † videtur ratio Caietani supra d. art. 6. quam ibi adducit Decius, & sequuntur Lorençana, Manuel Rodriguez, Vega d. casu 7. & Valentia supra allegatus, nempe, quod id, quod datur vsurario, non datur sponte, sed inuoluntarie: quod autem datur simoniaco, datur voluntariè per viam contractus voluntarij, emptionis, & venditionis, seu commutationis, &c.

51 Est etiam optima ratio, † quam adducit Victoria in relectione de pœnis simon. n. 4. quod in vsura afficitur iniuria ille, à quo ea exigitur, & ideo illi restituẽda est, sed in simonia non fit iniuria illi, qui libenter dedit pecuniam, sed iniuria facta est rebus sacris, & spiritualibus, & ideo nulla restitutio est illi facienda
52 de iure diuino, † quam rationem confirmo, quia vsura est contra iustitiam, simonia vero contra religionem, P. Nauarr. d. lib. 2. c. 2. n. 386. & Valentia supra. *& Cantarell. nu. 250. & 251.*

53 Est etiam † bona ratio Vgolini sup. nu. 6. quæ in idem recidit, nempe, quod recipiens vltra sortem ex mutuo, quod gratis fieri debet, facit contra naturam contractus, & iustitiam commutatiuam, ideo restituere tenetur, simoniacus vero mentalis non tenetur restituere, quia id, quod datur, contra iustitiam commutatiuam non est; seruatur enim natura contractus emptionis, & venditionis respectu habito ad ipsos contrahentes, ex quo alter rem tradit, alter pretium, esto super materia inhabili contractus fiat. Quã etiam rationem tradit Philiar. supra dicens vsuram esse contra iustitiam commutatiuam, nam, vel venditur id, quod non est, vel idem bis venditur, & propterea semper obligat ad restitutionem. Per simoniam autem non fit contra iustitiam commutatiuam, quia hinc inde datur, & accipitur, & fit cõmutatio, & quædam emptio, & venditio, licet iniqua, & sacrilega, & propterea ex natura rei simonia non obligat ad restitutionem nisi quatenus in pœnam præcipitur.

54 Itaque simonia † mentalis non inducit nullitatẽ, nec obligationem restituendi, quia nec ex natura rei, nec ex iure naturali, aut diuino simonia eam inducit, quia nulli fit iniustitia, cùm voluntariè, hinc inde detur, nec de iure humano ea introducta est in simonia mentali, vt patet ex d. cap. fi. sed solum in simonia exteriori, vt rectè Syluester d. §. 20. & P. Nauarr. d. lib. 1. cap. 2. nu. 378. 382. & 383. & etiam Caiet. supra.

55 Nec placet † sententia Lessij lib. 2. cap. 35. dubitatione 28. & Suarez de relig. tract. 3. lib. 4 c. 4. & 59.

præsertim

præſertim à num.43. Quod quamuis ratio & malitia ſimoniæ formaliter opponatur religioni, nihilominus habere poteſt frequẽter malitiam iniuſtitiæ adiunctam ex parte vendentis nempe, cum ratione ſolius ſpiritualitatis rei aliquod temporale pretium accipitur, quia ratione ſolius ſpiritualitatis, non eſt pretio æſtimabilis, & vendibilis, & quod ſic quando ſimonia includit iniuſtitiam etiamſi mẽtalis ſit, obligat ad reſtitutionem pretij ex lege naturali ſeu ex natura rei, & dict.cap.fi.de ſimonia, explicat procedere in ſimonia commiſſa in ingreſſa religionis, in qua data fuit reſponſio, quæ non habet neceſſario iniuſtitiam annexam. Retineri enim poteſt pecunia pro alimentis religioſi, quæ ſunt pretio æſtimabilia, & quod idem erit in ſimonia mentali ſimili, ſcilicet, non excludente iniuſtitiam. Verius enim eſt, ſimoniam nõ includere iniuſtitiam, ſeclusa obligatione officij: nam vt ſupra dictum eſt, quod datur in ſimonia, datur voluntarie per viam contractus voluntarij, nec fit iniuria danti pretium, ſed ipſis rebus ſacris, & ſpiritualibus, quæ ratione religionis, & non iuſtitiæ debent dari gratis, & non ſunt pretio æſtimabiles. *Nec etiam placet ſententia & diſtinctio Açoris 3.p. lib.12.cap.20. quæſt.2. poſt Oſtien. in ſum.de ſimonia num.1.& Angel.verb.ſimonia 7 num.1. quod pecunia accepta per ſimoniam mentalem iure diuino prohibitam eſt reſtituenda, quia accipitur contra voluntatem domini, & contra ipſam naturam, & argum. de vſuris.1. Quod verò eſt acceptum per ſimoniam mentalem ſolo canonico iure damnatam non eſt reſtituendum, & de hac intelligit cap.fin. iſta enim diſtinctio eſt ſine fundamento, & dict.cap.fin. loquitur etiam de ſimonia iure diuino prohibita: tum quia generaliter loquitur, tum quia expreſsè loquitur de ſimonia in ſpiritualibus commiſſa, vt patet ibi ad reſignationes ſpiritualium, &c. quæ iure diuino eſt prohibita: tum etiam, quia in principio loquitur de ſimonia commiſſa in ingreſſu religionis, quæ planè eſt iure diuino prohibita, vt reſtè animaduertunt Nauarr. Caiet. Sylueſt. & alij ſupra, & etiam Torre.* Non ſolum au-
56 tem prouiſio † beneficij illius facta per ſimoniam realem, aut conuentionalem, eſt nulla, ſed etiam ſimoniaci inhabiles ſunt ad illud beneficium obtinẽdum, vt patet ex cap.nobis, de ſimon. & cap.pen. de elect.vbi DD. Vgol.tab.4.cap.6.§.6.num.2. Leſſius lib.2.cap.35.num.139. & Suarez dict.lib.4.cap.58. num.9. & alij, *& facit clauſula bullæ 72. Pij IV. ſuper reformatione pœnitentiæ ſuprà poſita num.27.* Ac
57 etiam † ſimoniaci ſunt infames, cap.fin.1.quæſt.3. gloſſ.in cap.1.de teſtib. in 6.verſ.mediatores, 2. infamia iuris, cap.ſane, 15.quæſt.3. Corraſ.de benef.3. par.c.fin.nu.20. cum Abb.in cap.ex diligenti.vbi gl.
58 de ſimon.num.6. qui † tamen putat, quod ſimoniaci non incurrunt hanc infamiam iuris ipſo facto, ſed cum per ſententiam de hoc crimine fuerint damnati (licet antea poſſint incurrere infamiam facti) vt videntur ſonare dicta iura, cum loquantur de futuro, & conſtitutio odioſa debet in dubio intelligi, vt ſit ferendæ ſententiæ potius, quam latæ gloſſ.in reg. in penis, in 6. & quia hoc eſt regulare in criminibus publicis, vt quis efficiatur infamis, ſi quuta ſententia, l.1. ff. de his qui not. Hæc Abb. & inclinat additio, ibi verb. per ſententiam.

59 Licet † de hoc videatur dubitare Annania ibi, nu. 10. & 11. ex dict.cap. ſane, quod eſt originaliter, in l.ſi quemquam, §. ſane, Cod. de Epiſcop. & cler. ibi, Sed & perpetuæ etiã infamiæ damnari decernimus. (quæ tamen verba potius faciunt pro Abbate.) Et quia crimen ſimoniæ æquiparatur hæreſi, cap. quoties, de ſimo in qua ipſo facto incurritur infamia, anth. Gazaros, Cod. de hæreticis, ibi, Perpetua damnamus infamia.

60 Et † licet etiam dubitet Fel. in dict.cap. ex diligenti, num.2. quod imò iſta infamia incurratur ipſo iure, quia illud eſt crimen exceptuatum, ſicut hæreſis, & læſæ Maieſtatis, dict.cap.ſanè. in quibus ſtatim incurritur infamia, ſecundum gloſſ. in dict.l.1. Sed hoc non vrget, cùm in pœnis non debeat fieri extenſio, vt dicetur infra 11.parte, capitul.vlt. dub.7. num.206.

61 Vnde mihi placet † ſententia Abbatis, quam ſequuntur Armilla, verbo. ſimonia, nu.55. Vgolin.tab. 1.cap.18.§.2.num.8. Suarez de relig.tract.3.lib.4.c. 56.num.21. *Torre dict.quæſt.100.art.6.diſp.7. verſ.3. Lud.Lop.1.tom.cap.307.* Quinimo videtur non ſufficere eſſe ſequutam ſententiam ſuper crimine ſimoniæ, niſi in ea imponatur pœna dictæ infamiæ, ſaltim ſi ad alias pœnas eſt proceſſum, iuxta dicta infra 11. par.cap.3.num.106. Ex dictis verbis dict.cap.ſanè. & dict.cap.fin.1.quæſt.3.ibi. Nota infamiæ procellantur, quæ videntur requirere condemnationem ſuper infamia.

62 Et etiam ad alia † quæcunque beneficia ſimoniaci redduntur inhabiles, vt docet Rebuf. conſil.59. & Corraſ. dict.cap.vlt.3.parte num.22. allegans dictum capit. cum clerici, de pactis, qui tamen textus id non probat, & quod ſimoniacus non poſſit eligi, tradit Petrus de Baiſio in directorio electionum, c.28.2.parte. Et in ſimoniaco reali, quod ſit inhabilis ad beneficia, docet Lancellotus de attentatis, 3.parte, capit.24.quæſt.27.num.3. cum Pariſ. conſil.29.num.26.lib.4. & allegat c. conſuluit, de ſim. voluit allegare cap. conſulere, qui textus id etiam non probat.

63 Sed id etiam in † ſimonia conuentionali tenuit Rota in cauſa S. Andreæ canonicatus coram D. Puteo, de anno 1544. vt per Puteum deciſ.80. lib.2. & Rotam deciſ.83.par.3.lib.1.diuerſorum, & in Toletana Theſaurariæ poſt multas informationes coram D. Peregrino, de anno 1548. vt per Rot. deciſ.145. & 150.dict.par.3.lib.3. diuerſorum, & Achil.deciſ. 341.ſeu 12. de ſimonia, & in cauſa Regien. canonicatus coram Creſcen. vt per eum deciſ.3.de ſimonia, & in cauſa Cæſaraugultana confidentiæ coram D. Guidobono, de anno 1551. vt per Caputaqu.deciſ. 201. par.1. & 238.par.3. requiſitis per Ioann. Andream, Butr. Anch. & alios in c.penul. de elect. Abbat. Felin. & alios in cap.de ſimoniaco, de ſimonia, & Millis in rep. ver. ſimoniacus, in beneficio, & ſequitur Flamin. Pariſ. de confidentia, q.1.num.147. & 158. & poſt hæc Gonçalez, dict.gl.15.num.70. & Rota apud Farin. deciſ.34.num.3.

64 Pro quo facit, quod ſimoniacus † etiam in beneficio eſt irregularis, vt cum Lamber. de iure patron. 1.p.2.lib.q.9. art.10. num.4. dicit Achilles d. deciſ. 341.nu.4. Maiol. de irregul.lib.5.cap.45.num.1. Didac. Perez ad Villadiego de irregularitate additione vlt.verſic. ſimoniacus eſt irregularis, & Flam. Pariſ. de confidentia, quæſtion.61.dicens, communiorem ſententiam.

65 Ex quo † etiam dicit, committentes confidentiam

eſſe

esse irregulares, vt videtur firmare Maiolus sup. n. 5. Et mouetur etiam ex constitutione Pij V. de confid. quatenus eos priuat obtentis, & reddit inhabiles ad futura, quod est præcipuus effectus irregularitatis, & sequitur Prosper. de Augustino ad summam bullarij, verb. simonia, ad finem.

66 Sed id de iure † communi difficultatem maximã habet, etiam in simonia reali, ex adductis in dictis Rotæ decisionib. & præcipuè, quia ista inhabilitas non videtur in iure expressa.

67 Quamuis † ob simoniam etiam conuentionalem seu pactum simoniacum quis reddat se indignum ad acquirendum beneficium, vt in Calagurritana beneficij, 20. Feb. 1587. supr. adducta 7. p. c. 9. nu. 14.

68 Vnde contrarium † etiam in simonia reali tenet Nauarr. consil. 10. & 91. & 97. num. 8. de simonia. Et videtur etiam tenere Boer. dec. 117. & standō in iure communi sequitur Suar. lib. 4. c. 58. à num. 9. & cap. 61. num. 11.

69 Nec obstat † illud de irregularitate, nam contrarium recte tenet Nauar. d. cons. 91. & 97. nu. 8. & 11. quia non inuenitur in iure expressa, idem Vgol. tab. 4. cap. 6 §. 5. nu. 2. & Suarez d. lib. 4. cap. 56. num. 10. quod etiam in simoniaco in ordine videtur dicendum, quidquid teneat Nauarrus d. cons. 97. nu. 10. quem sequitur Vgolin. d. tabul. 4. cap. 4. §. 2. contra quos tenent Lessius lib. 2. cap. 35. n. 136. ad fi. & Suarez d. nu. 20. Nec Lambert. supra id dicit, sed solum dicit, simoniam esse maius delictum quàm homicidium.

70 Nec † simoniacus in beneficio est ipso iure suspensus, vt simoniacus in ordine, sed solum excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, vt in d. extra. cum de cetib. de sim. & sic. statuentes, Nau. d. cap. 23, num. 11. vers. ad 15. Cosmas Philiar. 2. p. lib. 6. cap. 15. Valentia 3. tomo, disp. 6. quæst. 16. punct. 6. Vgol. d. §. 5. n. 5. Suarez d. c. 56. nu. 19. Nec contra dicit Lamber. ibi.

71 Tamen hodie † id de inhabilitate ad beneficia sine difficultate procedit ex constitutione 5. Pij V. relata supra nu. 25. & à Nauar. cons. 92. de simon. vbi expresse ponitur ista inhabilitas ad beneficia obtinenda ipso facto contra eum, qui dignitatem, seu beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit. Tradit Vgolin. d. tab. 4. cap. 6. num. 2. ex qua constitutione requiritur quod simonia sit executa, saltim quoad spirituale.

72 Quamuis † Nauar. d dec. 92, dicat, eam constitutionem ita videri intelligendam, vt non censeatur habere locum in foro conscientiæ ante sententiam, quem sequitur Eman. Sa, verb. simonia, num. 9. quod non habet fundamentum. Et conuincitur clarè ex verbis ipsius constitutionis, vt per Vgolin. vbi proximè, & Suarez supra dict. cap. 58, num. 10, & 11. qui tamen ibi, & dict. cap. 61. nu. 11. cum Nauar. ait, dictam pœnam non esse vsu receptam, & ideo posse in praxi seruari opinionem Nauarri. *& nouissimè Torre d. quæst. 100. art. 6. disp. 5. ad 4. argum. pag. 799. sequitur Vgol. dicens, quòd sibi non constat non esse vsu receptum, illi tamen si vigeat, standum erit, de quibus etiam disp. 9.*

73 Non † tamen ex eo simoniacus potest dici irregularis, sicut ex confiden. fit ipso iure priuatus obtentis, & inhabilis ad obtinenda. Et quis possit dispensare in prædicta inhabilitate simoniaci, vide Vgol. d. c. 6. §. 7. & Suarez d. lib. 4. c. 61. nu. 10. & 11.

74 Et conducunt ad † ista sequentes declarationes S. Congregationis Concilij super c. 6. sess. 24. de reform. Prima, Episcopus etsi à simonia occulta dispensare possit, non tamen simoniacum rehabilitare ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda quæ per simoniam occultam obtinuit. Secunda, an Episcopum in vim huius decreti, vel Capituli poterit absoluere sacerdotem suum subditum in simonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & beneficia tam obtenta, quam obtinenda. Congregatio cẽsuit, potuisse absoluere, & ad ordines rehabilitare, & ad beneficia, non tamen rehabilitare ad beneficia, quibus propter simoniam priuatus fuisset, nec ad obtinenda. Quas adducit, licet truncatas, & sequitur Suarez d. cap. 61. num. 11, & cum eis concordat Lessius lib. 2. c. 35. nu. 140.

75 Et adeo † gratuita prouisio beneficij esse debet, & sine præmio & mercede, vt ex collationibus, seu institutionibus, ac possessionibus (quæ sunt etiam quid spirituale, seu spirituali annexum, vt dictum est sup. 1. par. c. 2. nn. 53. & 54. seu mandatis possessionum beneficiorum & capellaniarum non possunt exigi sportulæ, vulgo derechos: nec aliquid pro pastu, non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali, c. fi. 1. quæst. 3. cap. cum satis, c. cum in Ecclesiæ c. Iacobus, de simon. vbi Dd. Cosmas in pragmat. sanctio. tit. de annatis, in princ, præcipuè verbo, consuetudinis, Rebuf. in praxi, tit. quot modis beneficia acquirantur, nu. 13.) quamuis dicat, decreto Senatus Paris. permissum esse collatoribus aureum accipere pro collationibus beneficiorum. Nauar. cons. 1. & 2. cum alijs, de simon. Fusc. de visit. lib. 1. c. 32. nu. 8. Sbrocius de Vicario Epis. lib. 2. q. 103. nu. 1. & Zerola in praxi Epis. 2. p. ver. bullæ, §. 3. & 5. Prosper. de August. ad sum. bul. d. verbo simonia, addit. 2. *Flam. Paris. de confid. q. 28. à nu. 117. Genuen. in man. past. c. 78. n. 6. Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 5. num. 28.* Suar. de relig. tract. 1. lib. 4. c. 47. a nu. 5. & c. 48.

76 Et † ita cautum est in Concil. Prouinciali Compostel. act. 3, decret. 28, & est declaratum per Sanctissimum, & S. Congregationem Concilij, vt patet ex declarationibus seq. Prima, Episcopo Melphi, Sanctis. Dom. noster etiam ex sententia S. Congreg. censuit, declarauit, & sanxit collatoribus beneficiorum, quacunque dignitate præfulgeant, nil pro collatione, seu quauis alia dispositione beneficiorum, quouis quæsito colore, directè, vel indirectè, etiam sub nomine annatæ, aut cuiusuis alterius portionis fructuum, etiam à sponte dantibus, vel offerentibus accipere, aut exigere posse, eorundem quoque collatorum notarios, & alios quosuis officiales, quibus tamen certum salarium aliunde constitutum est, eadem omnino obseruare debere, illis vero, quibus salarium pro officio suo exercendo nullum constitutũ est, licere in quolibet huiusmodi beneficiorum collatione, seu alia dispositione pro suo labore aliquam mercedem accipere, quæ tamen scriptura sigillo & cæteris omnibus computatis vnum aureum non excedat, & inde collatores ipsi nil emolumenti percipere possint alioquin tam dantes, quam accipientes pœnis contra simoniacos editis sacris canonibus teneri, ipsasque ipso facto incurrisse censeri, notarios autem, seu officiales alios à suis officijs suspensos esse. Secunda Sanctis. Dom. noster Gregorius XIII. declarauit decretum c. 1, sess. 21, de reformatione, vendicare

dicare etiam ſibi locum in collatione beneficiorum, præſertim curatorum, nec pro ſigillo aliquid accipere poſſe, non obſtante quacunque immemoriali conſuetudine. Tertia. Rauenaten. Ordinarius in collatione beneficiorum pro ſigillo nihil poteſt accipere, etiamſi ab immemoriali fuerit obſeruatum, vt certum quid recipiat. Cum quibus declarationibus conſonat Concilium Prouinciale Mediolanen. 4. parte a. tit. de beneficiorum collatione, ac prouiſione, verſ. vt autem.

77 Eſt etiam alia † declaratio Gerunden. præcipuè ad primum, & ſecundum, quam totam hic ponere placuit, quia eſt optima, & alias allegata per nos. Gerunden. libellus. Illuſtriſ. & Reuerendiſſimi Domini, Canonici, & Capitulum Eccleſiæ Gerunden. animaduertentes, quòd Reuerendiſſ. Dom. Iacobus Caſſador, modernus Epiſcopus Gerunden. quotidie contra ſtylum antiquum dictæ Eccleſiæ multa indebitè extorquet, & multa grauamina infert, & quod non curat ſe ab illis abſtinere; ſed de die in diem illis continuando cauſam querelandi & murmurãdi alijs præbet cum maximo damno, & ſcandalo populorũ, ideo, vt ex dicta eorum Eccleſia extorſiones, & grauamina huiuſmodi de medio tollantur, & ne abuſus huiuſmodi in prauam conſuetudinem tranſeat, alijque ſucceſſores in dicto Epiſcopatu malum exemplum huiuſmodi imitari poſſint, deliberarunt, nonnulla capitula extorſionum, & grauaminum huiuſmodi veſtris Illuſtriſſimis DD. deferre, ad hoc vt ex ſola benignitate in his, in quibus eis videbitur, prouidere dignentur.

In primis Reuerendiſſimus Dom. Epiſcopus à prouiſis de beneficijs à Sede Apoſtolica in forma dignum extorquet pro collatione in vim mandati Apoſtolici facienda, ſulios duos pro quolibet ſcuto valoris dicti beneficij. Secundò item, pro collationibus beneficiorum, quas ipſe iure ordinario facit extorquet pro qualibet prouiſione aliquando ſcuta ſex, & aliquando ſeptem. Et hoc idem vult extorquere à prouiſis ab inferioribus, ad quos collatio ſpectat. Si verò collationes fiant ab Abbatibus, vel alijs inferioribus à ſua iuriſdictione exemptis, ipſe dominus Epiſcopus vult, quod collationes ab ipſo, vel eius Vicario approbentur, ac ratæ, & gratæ fiant, & tantundè perſoluant, alioquin non vult, quod poſſint gaudere dictis beneficijs. Tertiò, item pro literis dimiſſorijs, ſeu teſtimonialibus, aut commendatitijs, Dom. Epiſcopus exigit vndecim groſſos, & vnum nummum contra formam Concilij Tridentini, cap. 1. ſeſſ. 21. de reformatione. Quarto, item facit ſoluere clericos volentes ſe ordinare ad aliquem ordinem ſacrũ pro literis publicatorijs duos groſſos, & quatuor denarios, & id repetit in quolibet ordine ſuſcipiendo. Quintò item pro licentijs exercendi curam animarum, & confeſſiones audiendi ſiue coadiutorijs, exiguntur tredecim groſſi pro quolibet, quæ quolibet anno, ſine alio examine renouari debent, & iterum perſolui contra formam cap. 15. ſeſſ. 25. vbi expreſſe cauetur, quod gratis concedantur. Sexto item, pro diſpenſationibus matrimonialibus quæ in vim literarum Apoſtolicarum conceduntur, exigit vnũ marcum argenti, quod eſt valoris trium ducatorum, & vltra, contra formam ipſarum literarum Apoſtolicarum, in quibus ſua Sanctitas mandat, quod nihil percipiant à ſponte offerentibus. Septimo item, pro examine in cõcurſu fiendo pro obtinendo parochiales quocunque menſe vacantes, facit ſolui ab examinatis & approbatis, cuilibet examinatori Iulios quatuor, contra formam cap. 18. ſeſſ. 24. Octauo item, quia de conſuetudine dictæ Eccleſiæ, Epiſcopi in eorum ingreſſu ſolent exigere à perſonis Eccleſiaſticis quoddam donatiuum, dictus modernus Epiſcopus ampliando hanc conſuetudinem, vult exigere, & exigit etiam dictum donatiuum ab illis, qui poſtea beneficia obtinuerunt & ſuccreſſuis temporibus obtinent, nec permittit ipſos capere poſſeſſionem beneficiorum, nec bullas, nec literas prouiſionis expedire vult, niſi prius ſoluant dictum donatiuum. Nonò item infligit quotidie pœnas, & cenſuras Eccleſiaſticas in cauſis ciuilibus, & parui momenti, etiam prodebito duorum Iuliorum, non aliter ſeruata forma Concilij, cap. 3. ſeſſ. 25. ſed cõtra illius formam, quo fit, vt cenſuræ huiuſmodi parum pendantur. Decimò item confert ordines generales, vt plurimum in quadam capella ſui palatij, & ſi quando illos in cathedrali conferat, id in capella remota, & obſcura, nulla præcedente intimatione, nec vocatis aliquibus canonicis facit contra formam cap. 18. incip. Ordines, ſeſſ. 23. de reformat. Hæc & multa alia dictus Dom. Epiſcopus extorquet, & in multis alijs grauat ſubditos, ideo ſupplicatur humiliter veſtris Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. vt præſolita benignitate dignentur conſulere benignitati ſubditorum, ac ſimul cupiditati dicti Prælati. Reſponſio. Reuerendiſſime Domine vti frater, Canonici, & Capitulum iſtius Eccleſiæ, libellum, qui erit cum his literis, ſacræ Cõgregationi Cardinalium Concilij Tridentini interpretum obtulerunt, in eo, qui de amplitudine tua conquerantur, ipſa perſpiciet, ſimulque videbit, quid ad vnumquodque ipſius libelli caput S. Cõgregatio reſponderit. Nempe, ad primum, & ſecundum pro collatione, aut inſtitutione Eccleſiarum, & præſertim curatarum Cancellarium poſſe in ſingulis accipere mercedem ſuo labori conuenientem, quod tamen ſcriptura, ſigillo, & cæteris omnibus computatis, vnum aureum non excedat, & dummodo ipſi Cancellario ſalarium nullum pro ſuo officio exercendo conſtitutum ſit, & ex pecunia, quam accipiet prorſus emolumenti collatores, aut inſtitutores vllo modo directè, vel indirectè percipiant. Ad tertium, nihil exigendum pro dimiſſorijs commendatijs, aut teſtimonialibus literis, iuxta caput ſeſſ. 21. Concilij eiuſdem. Ad quartũ, de literis publicatorijs id prohiberi eodem cap. 1. ſeſſ. 21. verſ. nec alia quacunque de cauſa. Ad quintum, gratis oportere concedi huiuſmodi licentias, iuxta cap. 15. ſeſſ. 23. ad 6. pro diſpenſationibus matrimonialibus non licere Epiſcopo, vel eius Vicario quidquam accipere, nec ratione taxæ etiam ex immemoriali conſuetudine, nec ratione ſigilli, vel alicuius alterius rei, qua propter decretum illud, quod ſolet poni in literis diſpenſationum matrimonialium, vt nihil muneris, aut præmij ſponte accipi poſſit pro illarum executione, ita intelligendum eſt, vt neque Ordinarius ipſe, nec Vicarius eius quidquam pro mercede laboris, quem ea in re ſuſciperent, capere poſſent, notarios vero pro examine teſtium quartam aurei, ſeu ducati partem licitè accipere poſſe. Ad ſeptimum, non debere examinatores occaſione examinis ad parochiales Eccleſias quidquam accipere, alioquin puniendos arbitrio Ordinarij.

parij. Ad Octauum, de donatiuo in ingressu respondet, illam consuetudinem esse sublatam per Concilium cap. 14. sess. 24. Ad nonum, non debere censuras infligi, nisi secuta forma c. 3. sess. 25. Ad decimũ, sacrorum ordinum collationes in cathedrali Ecclesia vocatis, præsentibus ad id Ecclesiæ canonicis publicè celebrari debere, iuxta c. 8. sess. 23. Quæ illi sigillatim præscribere voluimus, vt cum videat ea minime licere, ab illis Amplitudo tua abstineat, quod facere debebit, nec cuiquam relinquere offensionis, aut querelæ locum, interea eam bene in domino valere, gratiæque suæ donis cumulari optamus. Romæ die 12. Augusti, 1588. Amplitudinis tuæ Reuerendiss. vt frater Cardinalis Carrara.

78 Vnde apparet, Episcopum, vel Vicarium nõ † posse aliquid recipere pro collationibus beneficiorum etiam parum, quidquid dicat Zechus de repub. Ecclesiastica, c 23. de Vicario Episcopi, versf. 2. sub n. 4. verbadeo Episcopus, pag. 246.

79 Et † huc spectant dicta parte seq. c. 2. dub. vltimo, à numero 368. de mercede examinum, quæ sunt videnda.

80 Sed † an ex possessione beneficij, seu mandato, & actis illius, possint notarij, & alij officiales, quibus alias salarium constitutum est, aliquid accipere pro suo labore, difficultas est. Et videtur id non tolli dictis declarationibus, quæ non loquuntur de possessione, nec est in ea tanta ratio ac in collatione, seu alia dispositione ipsius beneficij, quod tamẽ relinquo declarationi S. Congregationis.

81 Et quamuis ex mandatis † possessionum beneficiorum Episcopi, seu alij iudices non possunt accipere sportulas, alias committant simoniam, vt dictum est, non tamen videntur incurrere pœnas impositas contra simoniacos in beneficio, vel ordine, ad Nau. in man. c. 23. nu. 11.

82 Et qui accepit † possessionem simoniacè, quamuis peccauerit, & fuerit nulla cap. ea, quæ 1. q. 3. tamen si alias beneficium est suum, & in eo habet legitimum titulum, poterit illam continuare, Nauar. cons. 44. nu. 3. de simon.

83 Similiter à nouiter recepto, † seu in admissione ad possessionem canonicatus, seu præbendæ aut beneficij non potest exigi, nec solui aliquid etiam modicum, conuertendum in commodum & vtilitatem canonicorum, & beneficiariorum, & personarum Ecclesiæ, sed est simoniacum non obstante aliquo statuto, vel consuetudine etiam immemoriali, d. c. fi. 1. q. 3. & dict. cap. Iacobus, vbi Abbas, Annania, Felin. & alij, idem Abbas à num. 25. Felin. nu. 20. Dec. à num. 110. Rip. à nu. 175. in cap. cum M. de constit. Colm. in pragmat. sanctione, tit. de annatis, verb. cõsuetudinis, Rebuff. in concord. tit. de reseru. §. fi. versf. 5. Ioan. Guttierez, cano. qq. lib. 1. c. 29. à n. 26. Azeu. in Curia Pisana, lib. 1. c. vlt. lit. B. & Greg. Lopez in l. 15. tit. 17. p. 1. in gloss. 1. & Humada ad eum ibi, D. Card. Tuschus concl. 252. lit. S. a num. 12. Syluest. nu. 13. & Armilla nu. 24. verb. simoniæ, Manuel Rodriguez in summa 2. tomo, c. 58. nu. 12. Vega 2. part. c. 101. casu 50. Palatius de contractib. lib. 2. c. 7. & alij relati per Cenedum in collectanea 16. ad decretales, nu. 2. Conc. Trid. sess. 24. c. 14. de reform. & constitutio Pij V. 106. & nouissimè tradit Lessius lib. 2. c. 35. nu. 211. qui ait, videre tamen passim non seruari, & omnino ignorari, &c.

84 Et est declaratio † S. Congregationis in vna Leodien. quæ sic ait, Canonicis Ecclesiæ S. Foliani Leodien. diœcesis, admodum Reuerendi Domini, nomine Arnoldi Berigelet, vestræ Ecclesiæ canonici, expositum fuit Congregationi Illustrissimorum Patrum Trident. Concilij interpretum illic abusum vigere, vt noui canonici 153. florenos nobis soluere cogantur, neque fructus vllos ex suis canonicatibus per trienniũ percipiant, sed inter vos diuidantur, quod, quia contra ipsius Concilij decreta inductũ est, ideo Cardinales his literis ad vos scribi voluerunt, neque prædictam summam florenorum, neque fructus canonicatus ipsius oratoris exigi, & inter vos diuidi potuisse, refragante ipso Concilio Trident. c. 14. sess. 24. Quinimo si in vsum fabricæ, vel sacristiæ, siue in alium vsum pium vltra semestre tempus sui canonicatus fructus reperirentur concessi, horum dumtaxat dimidia pars ipsi fabricæ, aut pio loco tribuẽda esset, altera vero ipsi oratori, iuxta S. memoriæ Pij V. constitutionem, Romæ 8. Octobris, 1592. Vester in Domino Hier. Card. Matthæus.

Et facit Extrauagans 1. de simon. inter cõmunes,

85 Approbat tamen † Concil. ibi huiusmodi statuta vel consuetudinem, quando id in vsus pios conuertitur, vt in vsum fabricæ Ecclesiæ, aut sacristiæ, vel pauperum.

86 Quamuis † de iure communi communis esset opinio, valere huiusmodi consuetudinem in vsum pium, quando non præcessit exactio, non tamen statuta imponentia onus recepto, vel recipiendo etiam in vsum pium, vt per Abbat. Annan. Felin. Sylueſt. & Armil. vbi supra Nauar. d. c. 23. nu. 101. seu 102. versf. 11. Ioan. Guttier. dict. c. 29. numer. 26. & 31. Man. Rodrig. 1. tom. cap. 33. numer. 1. & 2. tom. d. cap. 58. nu. 12. & Vegam 36. p. c. 3. casu 19. ad fin. & 2. p. d. c. 101. casu 50.

87 At de cætero † non poterit fieri statutum, vt aliquid soluatur in vsum pium, vt censuit S. Congrega-
☞ tio super d. c. 14. his verbis: Non potest de cætero ex quocunque statuto imponi, vt aliquid soluatur in locum pium cedens, veluti pro fabrica, vel sacristia Ecclesiæ, nisi fuerit per Papam ex certa scientia ap-
88 probatum † & confirmatur declaratione Segob. ad 9. sup. adducta 3. p c. 2. nu. 198.

89 Imo † nec potest post Concilium, capi pro rebus pijs, quod consueuit capi pro commodo proprio, Nau. & Ioan. Gut. nu. 28. vbi supra, & censuit S. Cõgregatio. vt in seq. declaratione d. c. 14. ibi; Nec potest Episcopus conuertere id, quod datur pro admissione in vsum pium, cum huiusmodi admissiones cedentes tamen in propria lucra sint sublatæ,

90 Et † aduerte, illud etiam capi pro commodo proprio canonicorum quod soluitur mensæ Capitulari, seu conuertitur in reparatione bonorum mensæ capitularis, ex quo cedit & redundat in vtilitatem singulorũ vt in declarationibus seq. super d. c. 14. ibi: Itẽ censuit Congregatio consuetudinem, quæ imponit onus recepto; quod tendat in vtilitatem canonicorũ non valere, secus in vtilitatem Ecclesiæ, vel augmentum cultus diuini, item quod conuertitur in vtilitatem fabricæ intelligendum Ecclesiæ. Alia ibi: Vt laudabiles, &c. sed non censentur laudabiles, quæ sunt pro instauratione, vel reparatione bonorum mensæ capitularis, cederent tamen in vtilitatem singulorũ, sed si extaret talis consuetudo, vt fructus pura cuiuslibet

iusliber præstimonij dimidij anni postquam vacauerit, cederent in vtilitatem mensæ capitularis, talis vtique consuetudo per hoc decretum non est sublata, est enim onus impositum beneficio, & non beneficiato, & ita censuit Congregatio in vna Palentina consuetudinem, qua id quod à receptoribus canonicũ soluebatur, conuertereturin reparationem, & instaurationem molendinorum mensæ capitularis esse ab hoc decreto reprobatam: in qua causa est consilium Nauar. 84. de simonia.

91 Vnde infertur † consuetudinem, & constitutionẽ cuiusdam Ecclesiæ, quæ habet nouiter receptos soluere certam quantitatem mensæ capitulari, & certã quantitatem fabricæ, ad quod se obligant in admissione ad possessionẽ dando fideiussorem, &c. Quod dicitur introitus in mensa, & fabrica, & insuper certum quid capellanie, & pueris ministris chori esse iniquam & simoniacam, nec posse tolerari, quoad id, quod soluitur mensæ, & etiam capellanis & pueris ministris chori, cum id non conuertatur in vsum pium, iuxta d. Concilium, & d. constitutionem Pij V. & declarationes adductas.

92 Quamuis alias † id quod erogatur, in sumptus ministrorum Dei pium reputetur, c. iudices, vers. hoc ipsum 1. q. 1. & Dei ministri inter pauperes computentur, l. priuilegia, C. de SS. Eccl. At Octauius Frangipanus in directorio Ecclesiasticæ disciplinæ, tit. de beneficijs Ecclesiast. n. 25. ait, quod in pios vsus pro intelligentia d. c. 14. Concilij conuerti intelligatur, quod vel in seminarij subsidium, vel in pauperum eleemosynas, vel in Ecclesiæ fabricam destinatur iuxta dicta, & adducta supra.

93 Aequum tamen † videtur, ac praxi consentaneum quod ait Rebuf. d. tit. quot modis beneficia acquirantur, nu. 13. Non videri simoniacos illos, qui coacti dant sportulas pro collationibus, &c. quia nõ possunt resistere, dummodo voluntarie non dent, quod etiam dici potest de soluentibus etiam capitulo in admissione ad possessionem, quod solui consuetum est, Lessius lib. 2. c. 35. nu. 59. 62. & 133. dicens, quod est quædam redemptio vexationis, & fauet Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. c. 48. nu. 11.

94 Quod maxime procedit in foro conscientiæ, † modo non dent pro pretio, nec pro causa principali, & immediata beneficij, seu possessionis, ex Nau. d. c. 23. nu. 101. vers. 11. & facit quod tradit D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad quartum. & post eum Suarez 5. tom. de censuris, disp. 31. sect. 4. nu. 23. & quod tradit Petrus Ledesma in sum. 2. p. tract. 12. concl. 10.

95 Et † facit etiam, quod tradit Sebast. Sapia in additione vltima verb. vexatione. ad Abb. in c. cum pridẽ de pactis, quod non committit simoniam, qui est necessitatus dare pecuniam pro spiritualibus, vt notatur in c. cum in Ecclesiæ corpore, de simonia, vnde quando datur pecunia ob aliquod statutum, vel cõstitutionem, non est simonia, vt tradit Abbas in c. sicut pro certo, de sim. sed rõ video Abbatem ibi hoc
96 dicere. Et alias † esset condemnare plurimos, alias tumoratos obtinentes, & beneficia & præbendas, maximè in Hispania, in qua est magna barbaries & ignorantia circa hæc, & qui sciunt non possunt id tollere seu excusare.

97 Nec obstat, quod prouisio † simoniace facta, etiã cum ignorantia, & bona fide adquirentis est nulla, vt supradictum est à nu. 4. quia id procedet quando beneficium est acquisitum per simoniam directè, nempe intercedente pretio, seu pacto, seclusa proposita, vbi quamuis id sit prohibitum, tanquam simonia, tamen non est simonia directe, cum non intercedat pretium, seu pactum, D. Tho. & Suarez ibi & facit quod ait Abb. post Inn. in c. cum M. Ferrarnu 24. de constit. & dec. Achillis 344.

98 Et † hæ nullitas actus est pœna propriè, ad l. Senatus, 52. ff. de contrah. emp. c. si religiosus, de elect. in 6. & tradita per Baldum in l. non dubium, nu. 5. C. de legib. Abb. in c. 2. de constit. nu. 5. & ibi Decium 1. lectura, nu. 14. & 16. & 2. lectura, nu. 30. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. casu 276. n. 18. Lancellot. de attentatis c. 31. n. 9. & Thomam Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 4. nu. 9. & disp. 17. nu. 11. quæ cessante peccato simoniæ debet cessare ad d. c. 2. de constitut. *& sic procedit quod ait Suar. de legib. lib. 3. cap. 35. num. 25. quod irritatio in simonia est pœna.*

99 Similiter etiam † dispensationes gratis concedi oportet, Concilium Tridentinum sess. 22. de refor. c. 5. & sess. 24. de reform. matrim. c. 5. & sess. 25. de reform. c. 18. don Ioan. Vela de pœnis delictor. cap. 12 vers. ex quibus deducitur, P. Ledesma d. 2. par. tract. 12. concl. 9 Fuscus de visit. lib. 1. cap. 32. nu. 7. Vgolin. de simon. tab. 1. cap. 52. nu. 4. & 5. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 9. *Suarez de relig. 1. tom. tract. 3. lib. 4. c. 20. ex num. 8. de legib. lib 6. c. 16. nu. 5. sec. Paph de la Torre d. q. 100. art. 2. & 3. d sp. 3. & Passer. in praxi Episc. par. 1. c. 1. nu. 61. in fi. & alij.*

100 Quod † procedit in compositionibus, non vero in iuribus expeditionis Bullarum, vt S. Congregatio Concilij censuit, his verbis: Decretũ Concilij, quod ait dispensationes gratis concedantur, habet locum in compositionibus, non in mercede, quæ propter bullarum expeditionem soluitur ex Congregationis sententia.

101 Quamuis † etiam respectu compositionum non seruetur, propter necessitates, & onera Papæ & Sedis Apostolicæ, cuius authoritas salua est in dictis Decretis, vt in Decreto vltimo sess. 25. de reform. de quibus compositionibus, & titulis, quibus illæ accipiuntur, Vgolin. Lessius, & Suarez supra.

102 Et adeo † gratis dispensationes cõcedendæ sunt quod Ordinarij, seu Vicarij, quibus committuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ non possunt quicquam accipere pro labore, & receptione, & examinatione testium, vel alio quouis titulo, vt in seq. declarationib. S. Congregationis, Gratis adeò dispẽsationes matrimoniales concedendæ sunt, quod etiã ordinarij, quibus illæ dispensationes committuntur, suum officiũ gratis præstent, ita vt nec ipse Vicarius aliquid suscipiat pro mercede: notarius vero pro examinando testes, & sumendo cæteras informationes quartam partẽ aurei, seu ducati accipere possit, pro literis verò absolutionum, & dispensationum in foro conscientiæ tantum nihil à quoquam accipi possit, vt Romæ fit, declarauit S. D. noster Gregorius XIII. Alia. Gratis adeo dispensationes matrimoniales sunt, quod ij quibus committuntur, suum officium gratis præstare debent examinando testes, & sumendo cæteras informationes, & Vicarius Episcopi nihil prorsus potest accipere siue pro laboribus in studendo processu, siue pro decreto super dispensationibus matrimonialibus habitis à S. Sede Apostolica.

Et ita

103 Et ita etiam declaratum fuit à S. Congreg. † cõ ma Vicarios Archiepiſcopi Burg. vt per D. Ioan. Vela ſup. quæ declaratio Burg. ſic ait: Officiales ordinariorum, nec ipſi ordinarij pro diſpenſationibus matrimonialibus ad eos remiſſis, nihil poſſunt accipere, non obſtante, quacunque conſuetudine, etiam immemoriali in contrarium.

104 Eſt etiam † alia Hiſpalen. quæ ſic ait: Statutum ✠ concedens Epiſcopis, vt certum quid poſſint accipere in cauſis commiſſarijs, non habet locum in diſpenſationib. matrimonialibus, etiam ſi factum ſit in Synodo prouinciali, notarius autem quartam partem vnius ducati accipere poteſt.

105 Et ideo in literis † diſpenſationum matrimonialium ponitur decretum, quod pro illarum executione nihil muneris, aut præmij, etiam ſponte oblati, accipi poſſit, vt in clauſula poſita ſupra 6. par. cap. 2. num. 105.

106 Vnde † miror de officialibus, ſeu vicarijs aliquorum Epiſcopatuum huius Regni, & particulariter huius Epiſcopatus Abulen. qui contra dict. Decretum pro diſpenſationibus matrimonialibus, quæ in vim literarum Apoſtolicarum conceduntur certum ſtipendium, ſeu ſportulas exigunt in magnum periculum animarum.

107 Et † neſcio quomodo excuſari poſſint ab excommunicatione contra eos lata in fine ipſarum literarum diſpẽſationum, his verbis: Volumus autẽ quod ſi ipreta monitione noſtra, huiuſmodi aliquid muneris, aut præmij occaſione præmiſſorum exigere, aut oblatum recipere temere præſumpſeris, excommunicationis latæ ſententiæ pœna innodatus tamdiu exiſtas, donec per ſatisfactionem condignam à Sede predicta abſolutionis beneficium meruerris ob-

108 tinere. † Et in literis diſpenſationum pro pauperibus cum copula, quæ propter infamiam concedi ſolent, additur, Et nihilominus abſolutio, & diſpenſatio per te faciendæ prædictæ nullius ſint roboris, vel momenti, quæ clauſula annullatiua inducit formam, vt per DD. in l. 1. de lib. & poſthum. & citatos par. ſeq. cap. 2. num. 230.

109 Nec poſſunt † excuſari dicendo, prout aliqui dicunt, quod per d. decretum non prohibentur accipere ſtipendium, ſeu mercedem pro labore, ſed donatiuum, & quod Hiſpane dicitur, cohecho, quia vtrumque clare prohibetur per d. verba, per verbum enim muneris prohibentur donatiua, ſeu cohecho, & per verbum præmij prohibetur ſtipendium, ſeu merces pro labore,

110 Nec † rurſus poſſunt excuſari aliqua conſuetudine, etiam immemoriali, vt patet ex dict. declaratione Burgen. Tum quia eſt corruptela & abuſus, præſertim ſtante dicto decreto Papæ. Tum quia eſt interrupta per dictum decretum ad Nauarrum conſil. 1. de ferijs, & quæ diximus ſup. 5. par. cap. 1. numero 454.

111 Tum etiam † quia illa non poteſt iuuare contra ſpeciale decretum, & præceptum Papæ, qui omnino vult gratis fieri diſpenſationes, P. Rauenas de conſuet. ſect. 4. num. 18.

112 Et ita † fuit declaratum in illa Gerunden. ſupra adducta nu. 77. ad 6. & iuxta id in Concilio prouin-

✠ ciali Mediolan. 3. p. 3. tit. quę ad matrimonium pertinent, ſic ſtatuitur, Pro diſpenſationum matrimonialium executione, nihil quicquam prorſus muneris præmij vt etiam ſponte oblati, ac ne pro labore quidem, qui in teſtibus ea cauſa examinandis, aliiſve teſtificationibus excipiendis ponitur, Epiſcopus, aut vicarius eius capiat, notarij vero pro examine teſtium quartam dumtaxat partem aurei ad ſummum capiant licet,

113 Vnde plane † commincitur contraria ſententia Thom. Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 35. à num. 9. & aliorum, *Quos ſequitur nouiſſ. Salas de legib. diſp. 20. ſect. 19. num. 99. dicens, quòd commiſſarij diſpenſationum poſſunt accipere ſtipendium non obſtante clauſula.*

114 Et in terminis † ita tenent Nauarr. conſil. vlt. de reſcrip. & Zerola in praxi Epiſcopali, 2. p. verb. delegatus. §. 2. & verb. diſpenſatio. §. 2. vbi affert declarationes S. Congregationis, *Leo in theſ. for. Eccl. c. 17. num. 49. referens dict. declarationem Gerunden. & Sbroz. de vicario Epiſcopi in addit. ad q. 36. lib. 2. referens etiam declarationem Gerunden. & alias.* & nouiſſime Marc. Ant. Genuenſ. in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ, cap. 25. num. 13.

115 Qui † ait, quod delegatus, cui commiſſa eſt diſpenſatio, nil poteſt percipere pro labore impenſo in capienda informatione, & alijs actis diſpenſationis ex claris verbis breuis ibi, cuiuſcunque muneris, aut præmij, etiam ſponte oblati, neque eſculẽta, aut poculenta, Nauar. conſ. de reſc. neque pro ſtudendo proceſſu, vt declarauit S. Congregatio, neq; etiam pro acceſſu ad examinandos teſtes commorantes in alijs locis: ſi tamen eſſet pauper quod crederet, quod ratione intereſſe, quod pateretur in acceſſu pro vecturis equorum, poſſet aliquid accipere, & pariter ſi poſt conceſſam diſpenſationem vellent impetrantes habere tranſumptum diſpenſationis, non videtur cur aliquid à Vicario accipi nõ poſſit, ſicut pro tranſumpto aliarum ſcripturarũ, cum id non concernat diſpenſationem, notarius vero pro actis conficiendis, poteſt aliquid accipere, vt declarauit S. Congregatio, Hæc Genuen,

116 Circa illud autem, † quod ibi ait, quod pro acceſſu ad examinandos teſtes commorantes in alijs locis, non poſſet aliquid accipere, niſi eſſet pauper, videtur quod abſolute poſſet recipere moderatas expenſas, ſi expediret eum extra ſuum domicilium proficiſci ad illos examinandos (& non committere examen, nec cogere teſtes, vt ad ſe veniant) iuxta declarationem S. Congregationis Concilij in vna Caſtri Durantis, quæ ſic ait: Epiſcopus poteſt, ſed non cogitur concedere literas dimiſſorias ordinario inferiori, pro examinandi teſtibus in executione diſpenſationis matrimonialis, poteſt autem cogere teſtes, vt ad ſe veniant, arg. cap. ſtatutum. §. inſuper de reſcrip. in 6.

117 Præterea, † circa illud de tranſumpto videtur, quod ſit intelligendum de tranſumpto vltra inſtrumentum diſpenſationis, pro quo inſtrumento dando cum literis originalibus, ſeu bulla diſpenſationis aut earum tranſumpto, nihil poteſt delegatus accipere, &c.

118 Præterea prouiſio † beneficij fieri debet non precibus obſequijs, aliave humana gratia, cap. ordinationes, 1. quæſt. 1. & cap. Moyſes, & quæſt. 1. Corraſ. 4. par. cap. 1. nu. 2. & 3.

119 Vbi docet † collationem precibus ex carnali affectu procedentibus obſequijs, aliaque humana gratia factam ſimoniacam eſſe ex gl. verb. nullum in

cap.

cap. tuam de ætate & qualitate, cui communis ibi concordat teſte Nauarr, ſtatim citando, & gl. in d.c. ordinationes, verb. vel precibus, Ripa in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit. nu. 30. & ſeq. Rebuff. in praxi. tit. quibus modis beneficia acquirant, nu. 7. & 8. Sarnen. in reg. de triennali. q. 12. verſ. cum igitur reg. Sylueſt. nu. 16. & Armilla nu. 11. verb. ſimonia, & vide Flam. Pariſium de reſignatione benef. lib. 14. q. 7. 5. caſu.

120 Sed in hoc † tenendum eſt cum Innoc. in d. cap. tuam, quem ibi ſequitur Abb. n. 3. & cum Caiet. 2. 2. q. 100. art. 5. & in ſum. verb. ſimonia, 5. notab. Victoria in relectione de ſimonia, à nu. 30. vſque ad 37. Soto de iuſtit. & iure, li. 9. q. 7. art. 3. ad 3. Nau. in man. c. 23. num. 101. verſ. 10. quod, Ludouicus Lopez. inſtruct. conſcien. 1. to. c. 304. Man. Rodriguez in ſum. 2. to. c. 59. à nu. 7. Vega 2. par. ſum. c. 101. caſu 36. & 37. Valentia 3. to. 2. 2. diſp. 6. q. 19. pun. 3. verſ. 4. ſequitur, & P. Ledeſma in ſum. 2. p. tract. 12. circa 40. concluſionem, Toleto lib. 5. c. 84, nu. 3. Leſſio libr. 2. c. 35. dub. 20. & Suarez de relig. tract 3. lib. 4. c. 37. ad 40. *& fr. Raph. de la Torre eo. tract. de relig. 2. tom. q. 1. art. 5. diſp. 1. 2. 3. & 4.*

121 Tandem collatio † beneficij ſine diminutione fieri debet, cap. vnico, vt Eccleſiaſtica beneficia, ſine diminutione conferantur, & ibi Dd. Rebuff. tit. requiſita ad collationem bonam, nu. 6. Corraſ. 1. p. c. 2. in fin. & 4. par. c. 1. num. 4. Ioann. Nicol. Gimon. in Enchiridio beneficiorum, tit. 2. cap. 3. nu. 70. Guillel. Bened. in repet. cap. Rainutius, verb. ſi abſque liberis. 2. de fideicomm. ſubſtitutione, à nu. 32. Maſcard. de probat. concl. 313. à num. 5. Flamin. Pariſ. de reſignatione benef. lib. 8. q. 9. nu. 32. & vide d. cap. ſeq. à num. 30.

122 Et an Epiſcopus † poſſit ſtatuere, ſeu ordinare, quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Eccleſiæ, vel menſæ Epiſcopali, ſeu capitulari, vide d. c. vnicum, & ibi gloſſam vltimam, & Doct. & alios relatos ſup. 2. par. c. 1. num. 93.

123 Et de materia † ſimoniæ late viden. ſunt. 1. quæſt. 1. & 1. quæſt. 3. & tit. de ſimonia, & ibi Dd. Hoſtienſ. in ſum. Redoanus & Ioann. Carraſa. in tract. de ſimon. & nouiſſime Bar. Vgolin. eod. tract. & Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 14. & de confiden. Rebuf. in praxi tit. de ſimonia in reſignatione, Iul. Clarus lib. 5. §. ſimonia, Bernar. Diaz. in pract. crim. c. 91. & ibi Salzedo, Nau. in man. c. 23. ex nu. 99. & in rep. c. fi. de ſimonia, & in conſilijs tit. de ſimonia, Maſcard. de probat. concl. 1310. cum 2. ſeq. Ioan. Guttier. canoniça. quæſt. lib. 1. c. 9. & c. 29. & lib. 2. c. 23. Meno. de præſump. lib. 5. præſump. 8. & D. Ioan. Vela de pœnis delictorum, c. 32. Tuſchus à concl. 249. ad 254. litera S. & ex Theologis D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. & ibi Caiet. & opuſc. tom. 2. tract 9. de ſimonia, & in ſum. verb. ſimonia, Victoria in relectione de ſimonia 1. & 2. Soto de iuſtitia & iure, lib. 9. q. 5. cum ſeqq. R. Nauarra de reſtitutione lib. 2. c. 2. à nu. 365. vſque ad fin. Arag. d. q. 100. per totam, Valent. 3. tom. 2. 2. diſp. 6. q. 16. Roſella Angel. tab. 1. Sylueſt. Arm. & alij ſum. verb. ſimonia, & Summa Corona, 1. p. tract. de ſimonia, Iacob de Graffis in deciſ. aureis caſuum conſcientiæ, libr. 2. cap. 96. 97. & 98. Candelabrum aureum in appendice, cap. 1. Ludouicus Lopez inſtruct. conſcientiæ, 1. tom. cap. 302. Manuel Rodrigues in ſumm. 2. tom. 2 cap. 55. vſque ad 66. Vega 2. par. ſummæ, cap. 101. & P. Ledeſma in ſumm. 2. par. tract. 12. Tolet. libr. 5. ex cap. 84 ad 93. Leſſius lib. 2. cap. 35. Suarez latiſſime, 1. tom. de religion. tract. 3. lib. 4 *fr. Raph. de la Torre eod. tract. 2. tom. quæſt. 100. de ſimonia per totum, Açor 3. part. libr. 12. per totum. Cantarell. in decem præcept. Decal. libr. 2. cap. 52. 53. & 54.*

## *Quod pure fiat collatio, non conditionaliter, nec alternatiue, nec copulatiue. Cap. 11.*

### SVMMARIA.

*Requiritur, quod pure fiat collatio non conditionaliter nec alternatiue, nu. 1. nam c. 2. de elect. in 6. habet locum in collatione ſeu prouiſione, nu. 2.*

*In præſentatione non procedit ille text. ſed præſentatio, non ſolum alternatiua, ſed etiam conditionalis, incerta dubia, & obſcura procedet, dummodo infra tempus datum ad præſentandum purificetur, &c. ſi venit purificanda per habentem inſtituere, ſaltim dicitur purificata, &c. nu. 3.*

*Predicta doctrina non procedit in conditione, quæ ineſt de iure, puta ſi vacat beneficium ſub qua ab ordinario, etiã ignorante mortem, ſeu vacationem collatio fieri poteſt, num. 4. & etiam electio, nu. 5. & 6. Quamuis in electione contrarium teneat gl. & alij, num. 7. Quorum opinio procedet in conditionibus de futuro, quamuis tacite inſint num. 8. & in conditione de præterito, aut de præſenti, quæ tamen non ineſt, quæ vitiabit electionem, quamuis non collationem, quæ ſolum vitiabitur ex conditione ſuſpenſiua, nu. 9.*

*Improbatur ſententia Cuchi dicentis, quod illæ conditiones electionem non vitiabunt, videlicet eligo, ſi iramentum ſolitum præſtiterit, vel ſi prius beneficium amiſerit, vel in Eccleſia reſederit, modo exprimantur, ſicuti inſunt actu, &c. nu. 10.*

*Approbatur reſponſum Ripæ electionem factam ſub illa conditione, ſi placuerit ſummo Pontifici, irritam fieri, quamuis contra eum teneat Cuchus, num. 11.*

*Non valeret collatio parochialis, ſic facta, confero tibi ſi infra annum te feceris ad ſacerdotium promoueri, valeret tamen ſi diceretur dummodo infra annum te facias ad ſacerdotium promoueri, num. 12. & num. 13. adducitur reſolutio Rotæ.*

*Licet expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, non vitiat collationem, nec inducit ſimoniam, & ſic in collatione beneficij poſſunt exprimi onera, ſeu obligationes illi annexæ nu. 14. Et ita pactio facta inter reſignantem, & reſignatarium, vt ipſe reſignans poſſit exigere fructus ante reſignationem decurſos, & inexactos, non eſt confidentaria, nec ſimoniaca, &c. nu. 15. Tamen id procedit ſecundum citatos, vbi exprimuntur eo modo quo inſunt, alias ſecus, nu. 16. Sicut etiam quando fit expreſſio eius, quod non ineſt, vel oneris non annexi, etiam pij, eſt ſimonia, nu. 17.*

*Illud quod de iure ineſt, non poteſt deduci in pactum ad inducendam ſpecialem obligationem, quæ eſt fortior, & excuſandam contradictionem, nec obligatio antidoralis, nu. 18.*

*Non poteſt deduci in pactum ad tollendas differentias ſeu lites illud, in quo verſantur opiniones, ſeu prætenſiones partium diuerſæ, quamuis verior ſit opinio de eo, quod in pactum deducitur, num. 19. Et ſic accipiendum eſt, quod dixit Flam. Pariſius, &c. numero 20, & ita poſſet procedere quæ-*

dam

*dam decisio Rotæ suprarelata, numero 21.*

*Tenet collatio parochialis ab ordinario facta habenti aliam sub conditione, si primam resignauerit, seu dimittat secundum Abb. quia ista conditio tacite inerat de iure, numer. 22. & num. 23. ponitur resolutio Rotæ, & secus esset si conditio tacite non ineſſet, vt quia primum non erat vacaturum ipso iure, num. 24. Quamuis pensio bene posset reseruari per legatum, vel Episcopum sub conditione, vt cum primum habuerit beneficium, censeatur cassa, numero 25.*

*Sed non posset quis dare clerico beneficium cum conditione, quod illud ei dimittatur, seu resignet libere, cum deaerit ei aliud pinguius, imo esset simonia, nu. 26.*

*Ista sententia Abbatis est accipienda quando collatio secundæ parochialis fit, non cum conditione suspensiua dimittendi primam. sed cũ modo, & pacto, quod dimittat, seu resignet primam, nu. 27. & 28.*

*An ordinarius possit in collatione alicuius beneficij exigere iuramentum à collatario de non resignando illud cum pensione, nec in fauorem alicuius, sed libere, &c. nu. 29. & Nau. & alij tenent negatiue, quia beneficia sunt conferenda sine diminutione, & committitur simonia, nam in huiusmodi collatione interuenit conditio, modus, vel pactum, quod iure non ineſt, num. 30. 31.*

*Ista resolutio videtur habere difficultatem, ex eo enim non confertur beneficium cum diminutione, numer. 32. & istud de simonia procederet, cum non exigeretur iuramentum ante collationem, sed collatio fieret cum conditione, modo, vel pacto, quod præstaret postmodum illud, secus vbi ante collationem exigeretur, nu. 33. & 34. sicut si exigeretur ante collationem iuramentum de residendo, seu de dimittendo primum incompatibile, aut quod non accipit illud cum intentione dimittendi, vel de seruandis statutis etiam quando non est consuetudo illud præstandi, &c. à nu. 35.*

*Distinguitur in prædicto dubio, quod aut collatio fit cum conditione, modo, seu pacto præstandi postea dict. iuramentum, & tunc est simoniaca, & nulla nu. 39. Aut ante collationem exigitur dict. iuramentum, & tunc collatio non videtur simoniaca, nec exactio iuramenti illicita, num. 40. Nisi forte ille à quo exigitur, habeat ius ad beneficium, nu. 41. Quod tamen non videtur militare in parochialibus, quæ prouidentur in concursu, &c. numer. 42. nec videtur istud iuramentum inualidum contra Flam. Parisium, numero 43.*

*An iuramentum de non petendo relaxationem sit validum, &c. remissiue, nu. 44.*

*An quando Episcopus vult conferre parochialem alicui oppositori habenti aliam seu eligere, & nominare cum ad illam, possit ei dicere, quod prius resignet parochialem quam habet, num. 45. Resoluitur, licet non videtur adesse simonia, si libere, & sine vllo pacto, & conditione fiat resignatio, tamen non posse, si is est constitutus in sacris, nec habet aliunde, vnde sustentari possit, & maxime si est ordinatus ad titulum primæ, nu. 46. Si tamen faceret resignationem cum conditione, quod Episcopus ei conferret secundam, esset simonia, num. 47. & similiter si resignatio fieret saluo iure, &c. num. 48.*

*Collatio copulatiue fieri non debet, ne duo in eodem beneficio intitulentur, aut beneficij diuisio fiat, nu. 49.*

*A Papa ex suprema plenaque quam habet in beneficijs potestate, collatio fieri potest sub conditione, etiam de futuro, & quæ non insit, alternatiue, copulatiue, & ad tempus, num. 50.*

1 Et etiam aliud † requisitum, quod pure fiat collatio, non conditionaliter, nec alternatiue, c. 2. de elect. in 6. Quod † habet locum etiam in collatione, seu prouisione, gl. ibi, verb. incerta, Domin. nu. 9. Franchus 4. & alij ibidem, Lapus allegatione 6. n. 9. Selua de benef. 3. p. q. 20. nu. 3. & 5. Rebuf. in concord. 5 in forma mandati, verb. innodatus existit, versic. notandum, & in repet. c. 2. de concess. præb. 3. notab. & Corras. de benef. 4. p. 1. nu. 4. & 5. & Açor instit. moral. 2. p. lib. 6. c. 26. q. 2. 3. & 6.

3 In præsentatione † tamen nõ procedit ille tex. sed præsentatio, non solum alternatiua, sed etiam conditionalis incerta, dubia, & obscura procedet, dummodo infra tempus datum ad præsentandum conditio, purificetur, incertitudo, dubietas, & obscuritas certificetur, & si conditio vel incertitudo venit purificanda, vel certificanda per habentem instituere, statim dicitur purificata, & certa præsentatio, vt arg. clem. plures, §. fi. de iure patron. cum Dom. in d. c. 2. sub nu. 4. docet Lamber. de iure patron. 2. p. 2. lib. q. 3. art. 5. nu. 5. & art. 9. contra Rochum. verb. honorificum, q. 8. nu. 29. (dicens contra Domin. ibi, id procedere etiam in patrono Ecclesiastico, dũmodo non præsentet plures, nisi vnum, de quo supr. 5. par. c. vlt. circa fi. nu. 217.) Rebuf. d. verb. innodatus. ad fin.

4 Sed prædicta † doctrina limitatur, vt non procedat in conditione, quæ ineſt de iure, puta si vacat beneficium, sub qua ab ordinario, etiam ignorãte mortem seu vacationem collatio fieri potest, gl. in d. c. 2. & ibi Domin. n. 10. Franchus 4. & alij Monachus in c. si tibi absenti. de præb. in 6. à nu. 5. & ibi Probus à nu. 15. Rota decis. 36. de præb. alias 172. in antiquis, Lapus d. allegat. 6. nu. 2. & ibi Mandos. Fel. in c. cum contingat. de officio deleg. n. 17. Ripa lib. 1. respons. 16. Rebuf. d. verb. innodatus. Corras. 1. p. c. 7. n. 7. & 4. p. c. 1. nu. 5. & c. 3. nu. 24. Gimon. in Enchir. benef. tit. 2. c. 3. nu. 48. Mohed. decis. 30. de præb. Mandos. reg. 30. q. 1. & Couarr. lib. 3. var. c. 16. nu. 2. Açor d. q. 3. Rota in vna Virdunen. canonicatus, 6. Martij, 1595. supra adducta, p. 5. c. 3. nu. 43.

5 Sed & Corras. d. cap. 3. num. 24. verius † existimat non esse in hoc constituendam differentiam inter collationem, & electionem, sed sicuti collationem, ita etiam electionem factam sub conditione, si vacat, aut simili, non vitiari, & idem esse in alijs quibuscunque conditionibus, quæ ad præsens, aut præteritum tempus referuntur, vt eligo si possum, eligo Titium si viuit, aut si legitime natus est, adiectiones enim istæ non suspendunt actum, nec faciunt illum conditionalem, l. 3. ff. de leg. 1. l. aliquando, ff. de cõdit. & demonstrat.

6 Quod etiam † tenet Lamber. 2. p. 2. lib. q. 3. art. 9. n. 2. qui ait, quod si conditio est, quæ insit in electione, tenet electio cum dict. conditione, & idem Cuchus in instit. maior. lib. 4. tit. 1. à nu. 216. & Man. Rodriguez reg. q. 2. tom. q. 51. art. 3.

7 Quamuis in electione † contrarium teneant glo. in d. c. 2. verb. incerta, & Archid. Domin. num. 10. 11. Franchus nu. 5. & alij ibidem. Decius in reg. actus legitimi, ff. de regul. iuris, nu. 14. Rebuf. d. verb. innodatus, vers. intellige, & Couarr. d. lib. 3. variar. c. 16. nu. 2. nempe non valere electionem factam sub conditione, si vacat & simil. & in ea nihil adijci posse, quod sonet in conditionem, etiam de præsenti, vel de præterito.

8 Quorum† opinionem probat Corraſius dict. cap. 3. num. 24. in conditionibus de futuro, quamuis tacite inſint, veluti eligo Titium, ſi maior pars cap. conſentiat, aut ſi electus infra tempus legitimum ſe fecerit conſecrari, & ratio eſt, nam tunc iſtæ conditiones videntur exprimi ſuſpenſiue, & faciunt actum conditionalem, & ſic non exprimuntur eo modo, quo inſunt, non enim inſunt ſuſpenſiue ad l. ſi ita relictum, §. illi ſi volet, ff. de legatis 1. Monachus in d. cap. 2. nu. 7.

9 Et eorum opinio, etiam† vera eſt in conditione de præterito aut de præſenti, quæ tamen non ineſt, nam iſta vitiabit electionem, Monachus ibi, nu. 5. & 6. contra, quamuis non collationem, quæ ſolum vitiabitur ex conditione ſuſpenſiua, qualis non eſt cõditio de præſenti, aut de præterito, l. cum ad præſens, ff. ſi cert. pet. & ſic debet accipi Corraſius d. nu. 24.

10 Vnde conuincitur, quod† ait Cuchus vbi ſupra, nu. 220. quod illæ conditiones electionem non vitiabunt, videlicet eligo ſi iuramentum ſolitum præſtiterit, vel ſi prius beneficium dimiſerit, vel in Eccleſia reſederit, modo exprimantur ſicuti inſunt actui, nam per iſta verba, conditiones iſtæ non exprimuntur, ſicut inſunt, ſed ſuſpenſiue, & tunc exprimerentur ſicuti inſunt, quando diceretur, modo iuramentum ſolitum præſtet, &c.

11 Apparetque† bene reſpondiſſe Ripam libr. 2. reſponſorum cap. 32. electionem factam ſub illa conditione, ſi placuerit ſummo Pontifici, irritam fore, quia licet inquit in omni electione intelligatur volũtas ſummi Pontificis reſeruata, conditio tamen iſta ineſt reſolutiue, & contra eligentium voluntatem, at expreſſa eſt ſuſpenſiue, & iuxta eligentium voluntatem, quamuis contra eum teneat Cuchus vbi ſupra nu. 221. dicens diſtinctionem Ripæ à ſe non percipi, vt probari mereatur, quem ſequitur Manuel Rodriguez d. art. 3. ad fi.

12 Vnde† idem erit in collatione, & ſic non valeret collatio parochialis, ſic facta, confero tibi, ſi infra annum te feceris ad ſacerdotium promoueri, &c. Nam licet de iure inſit, quod promotus ad parochialem teneatur infra annum ad ſacerdotium promoueri, vt in cap. licet canon. de elect. in 6. Tamen id non ineſt ſuſpenſiue, & conditionaliter, vt exprimitur per illam conditionem, valeret tamen ſi diceretur, dummodo infra annum te facias ad ſacerdotiũ promoueri, ſeu cum conditione, quod infra annum te facias ad ſacerdotium promoueri, tunc enim exprimitur eo modo quo ineſt.

13 Iuxta† quæ erit accipienda reſolutio in cauſa Calagurritana beneficij de Nauarrete 30. Ian. 1587. coram D. Blanchetto, vbi fuit reſolutum, Receptionem, & collationem factam domino Licentiato Sancho Gõçalez fuiſſe legitimas, clarum eſt enim, quod in electione vota conditionalia non admittuntur, c. 2. de elect. in 6. Ex quo ius eligendi manſit penes eos, qui purè votarunt, c. cum Vintonien. & c. dudum de electione, vbi Innoc. & Abbat. Pet. de Baſio in directorio electionum, par. 1. c. 11. quare cum ipſe habeat quatuor vota pura, & abſque aliqua conditione, in conſequentiam eius electio ſuſtinetur, nec obſtare, quod de iure quilibet teneatur reſidere in ſuo beneficio, quia de iure non ineſt, vt collatio fiat ſub hac conditione, ſed ſi non reſideat, procedatur contra ipſum, vel ad ſubtractionem fructuum, vel priuationem beneficij, prout longitudo abſentiæ ſuadet. Præterea, & conſuetudinem reſidendi, & aliam iurandi non probari, cum exprobatione D. Sanctij reddatur debitor probatio Capituli, &c.

14 Et licet verum† ſit, & receptum expreſſionem eorum, quæ tacite inſunt, non viciare collationem, nec inducere ſimoniam, & ſic in collatione beneficij poſſe exprimi onera, ſeu obligationes illi annexas, c. ſignificaſti. de elect. vbi gl. verb. conditione, Abb. n. 6. & Dec. 37. Fel. in c. ad audientiam, 2. de reſcript. à n. 8. vbi alias gloſſas refert, Bellam. de permut. benefic. 2. p. q. 3. Coſmas in pragmatica ſanctione, tit. de collat. §. ſequuntur qualificationes, verb. voluerit, & verb. alio, Selua de benefic. 2. p. q. 20. nu. 2. & 3. Caputaq. deciſ. 132. p. 1. Nau. in man. c. 23. ſub n. 100. verſ. 2. quod, & conſ. 1. vt Eccleſiaſtica beneficia, nu. 2. & conſ. 3. nu. 4. & conſ. 37. ad 1. q. de ſimonia, & conſ. 18. n. 5. de pœnitent. & remiſſ. Redoan. de ſimonia, 2. p. c. 21. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 14. q. 6. nu. 1. & q. 7. à nu. 22. Vgol. de ſimon. tab. 1. c. 11. & Coſm. Philiar. de offic. Sacerdotis 2. p. lib. 6. c. 10. Açor 2. par. lib. 7. cap. 27. quæſt. 6. & Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 39. à nu. 9. & 16. Rota in deciſ. Farin. 137. nu. 1.

15 Et ita† pactio facta inter reſignantem & reſignatarium, vt ipſe reſignans poſſit exigere fructus beneficij reſignati ante reſignationem decurſos, & inexactos, non eſt confidentiaria, nec ſimoniaca, quia pactio continens id quod ius commune, non eſt ſimoniaca, nec confidentialis, Flam. Pariſ. de confid. q. 45. dicens, ita fuiſſe reſolutum in Cuſentina confidentiæ, 4. Febr. 1591. coram D. Orano, poſita per Farin. dec. 102. nu. 12. & idem eſſe dicit ſi paciſcerentur, quòd reſignans poſſet exigere fructus, vſque ad diem præſtiti conſenſus, iuxta tradita per eum de reſignat. benef. lib. 1. q. 12. de quo ſup. 2. p. c. 1. à n. 125.

16 Tamen illud† procedit ſecundum citatos, vbi exprimuntur eo modo, quo inſunt, alias ſecus, Achilles dec. 343. ſeu 4. de ſimonia, Puteus 234. lib. 3. & in vna Hiſpal. Caurie. permutationis, 10. Mar. 1597. coram D. Gipſio fuit dictum, quòd quando in beneficialibus apponitur pactũ alio modo expreſſum, quam de iure ineſt, pactum eſt ſimoniacum, &c. *Et conducit quod de expreſſione eius quod tacitè ineſt, alio modo tradit cum aliis Caſanate conſil. 1. à nu. 61. d. conſ. 51.*

17 *nu. 16.* Sicut† etiam quando fit expreſſio eius, quod non ineſt, vel oneris non annexi, etiam pij, eſt ſimonia Coſm. d. verb. alio, Puteus dec. 396. lib. 3. & Caputaq. 241. p. 3. *Vgol. de ſimonia tab. 1. c. 2. §. 4 nu. 5. & c. 8. §. 3. & c. 10. §. 3. num. 4. & de offic. Epiſc. c. 50. §. 9. num. 2. Et conducit deciſ. Rotæ in cauſa Salmant. integræ portionis 19. Octobr. 1579 coram D. Vicecomite, in qua fuit reſolutum, R. ſimonia* de quo tamen vide d. deciſionem Farin. 137.

18 Vnde infertur illud, quod† de iure ineſt, non poſſe deduci in pactum, ad inducendam ſpecialem obligationem, quæ eſt fortior, & excuſandam contradictionem, Feder. de permut. benef. q. 39. Gambarus in c. vnico de rer. permut. in 6. ad fi. n. 150. & ſeqq. & vide Petrum de Perufio eod. tract. de permutatione benef. p. 3. q. vltim. nu. 68. & ſic etiam non licet antidotalem obligationem deducere in pactũ, quod nouam obligationem, ſeu robur adijciat. Cou. lib. 1. variar. c. 20. n. 4. & Suarez d. lib. 4. c. 45. à n. 9 *& fr. Raph. de la Torre 2. tom. de relig. q. 100. art. 6. diſp. 3. dec. 3.*

29 Secundo infertur,non posse † deduci in pactum ad tollendas differentias,seu lites,aut controuersias illud,in quo versantur opiniones, seu prætensiones partium diuersæ, quamuis verior sit opinio de eo, quod in pactum deducitur, vt si inter resignantes, seu permutantes fiat pactum,quod fructus debeant lucrari à tali tempore,&c.Nam esto insit de iure, id quod deducitur in pactum secundum veram opinionem,tamen alio modo exprimitur,quam ineſt,nempe ita vt alter non possit aliud prætendere, seu litem
30 mouere,&c.Et † sic quod ait Flam.Paris.d.q.45.accipiendum est,quando simpliciter in pactum deducitur,tanquam quod ineſt de iure, non quando ad tollendas differentias,lites,& controuersias,& omnem difficultatem,&c.

31 Et ita etiã † posset procedere illa decisio Calagurritana sup.relata.num. 13. iuxta id quod in ea ad finem dicitur, quod consuetudo residendi non erat certa,& plana,&c.

32 Tertio ex prædictis † infert Abb.in d. cap.significasti, nu. 6. cum Collectario ibi tenere collationem parochialis ab ordinario factam habenti aliam sub conditione, si primam resignauerit, seu dimittat, quia ista conditio tacite inerat de iure, ex c. de multa. de præbend. sequitur Cosmas d. verb. voluerit, Pauinus de offic.& potestate Cap.sede vacante, 1 q. 2.p.nu.8.Selua sup.Rebuf.in praxi, tit. requisita ad collationem bonam,nu.3.Redoan.sup. nu. 7. Hier. Gabr.cons.193.lib.1.Mascard.de probat.concl.313. num. 3.

33 Et in vna Taurinen. commendæ 10. Febr. 1595. domini dixerunt: Non obstare quod prouisio,de qua ibi,sit conditionalis, & simoniaca, quia conditio de dimittenda priori commenda,si de nouo prouideatur,illi ineſt de iure ex forma stabilimentorum & ideo non vitiat gratiam,d.c. significasti de elect. Capuraq.243.par.3.&c.

34 Vnde secus † esset si conditio tacite non ineſſet,vt quia primum beneficium non esset vacaturum ipso iure,Cosmas,& Selua ibi.

35 Quamuis pensio † bene posset reseruari per Legatum,vel Episcopum sub conditione, vt cum primum habuerit beneficium,censeatur cassa, hoc est constitui posset pensio,donec beneficium habuerit, quia assignatio huiusmodi pensionis non est conditionalis,sed ad tempus, Gambarus de offic. legati, lib.6.ex nu.175.

36 Sed non posset † quis dare clerico beneficium cũ conditione,quod illud ei dimittat,seu resiguet libere,cum dederit ei aliud pinguius beneficium,imo esset simonia, quia ista conditio tacite non ineſt, licet contra teneat Corduba in summ. casu 30. quem sequuntur Lud. Lop.instruct.conscien.1 tom. c. 307. ad fin.Man. Rodrig.in sum.2.tom.c.60.nu.4.& Vega,2.p.c.101.casu 61.

37 At ista illatio † Abbatis eget explicatione, nam patitur difficultatem ex eo,quod dixi,num. 12. non valere collationem parochialis factam sub conditione,si infra annum se fecerit ad sacerdotium promoueri,quia licet id de iure insit, tamen non ineſt per modum conditionis suspensiue,vt exprimitur per illam conditionem, quod etiam militat in proposito,quamuis enim insit de iure, quod assecutus secũdam parochialem cum effectu teneatur resignare, seu dimittere primam, cum vacet ipso iure per assecutionem secundæ, non tamen ineſt, quod ante collationem,& assecutionem secundæ, debeat dimittere primam, & per illam conditionem cum sit de futuro videtur suspendi collatio in euentum, quo resignet,seu dimittat primam.

38 Quare dicendum est dictam † illationem esse accipiendam, quando dicta collatio secundæ parochialis fit non cum conditione suspensiua dimittendi primam, sed cum modo, & pacto, quod dimittat, seu resignet primam, & ita bene intelligunt Vgolinus d.cap. 11.numer. 4. Nam dicit, quod habenti beneficium curatum, si aliud conferatur hac pactione, vt relinquat prius, hæc pactio licita erit, nec simonia committetur, & Cosmas Philiar.supr. qui ait, quod si Episcopus beneficium conferre debens, quod obligat ad residentiam, conuenit cum petente illud,quod resideat, vel aliud beneficium incompatibile, quod habet,resignet,& eo promittente ei beneficium confert, nulla est simonia, quia est expressio eorum, quæ tacite insunt, & facere tenetur.

39 Quarto,ex prædictis † infertur ad decisionem illius dubij,quod agit Nauar.d.cons.1.vt Ecclesiastica beneficia,an ordinarius possit in collatione alicuius beneficij exigere iuramentum à collatario, de non resignando illud cum pensione,nec in fauorem alicuius, sed libere, &c. prout in Archiepiscopatu Toletano fieri dicitur in prouisione parochialium.

40 In quo Nauarr. ibi respondet † negatiue, tum quia beneficia sine diminutione sunt conferenda, dicto cap.vnico,vt Ecclesiastica beneficia, & conferens beneficium cum huiusmodi oneribus videtur conferre cum diminutione, tum quia Episcopus non potest facere huiusmodi pacta cum eo cui collaturus est beneficium,arg.cap. quam pio, prima quæstio. secundo,cap.fin. de pactis. Secundo ait, quod non audetet excusare conferentem,nec collatarium à simonia,quia negari non potest interuenire in huiusmodi collatione conditionem modum, vel pactum, quod iure non ineſt actui conferendi
41 vel recipiendi beneficium. Sequitur † Flamin. Paris. de confiden.quæstion.52.dicens,quod licet huiusmodi collatio facta ab ordinario recipiendo dictum iuramentum non est confidentialis, quia non comprehenditur in constitutionibus Pij IV.& V. de confiden. huiusmodi tamen conditio apposita in collatione per ordinarium est illicita, quia beneficia sunt conferenda sine diminutione, & redolet simoniam, nam in huiusmodi collatione interuenit conditio, vel modus, qui iure non ineſt. Sequitur etiam Vgolinus dict.tabula 1. de simon.cap. 8.§.3.numer.2.ait etiam Flaminius ibi,cum Nauarro huiusmodi iuramentum non esse validum,& posse eo non obstante resignare,cui voluerit,& cum pẽsione,nam iuramentum non debet esse impedimentum maioris boni.

42 Sed hæc resolutio † Nauarri videtur habere difficultatem, nam quantum ad primum, quod ait illam exactionem iuramenti non esse licitam, quia beneficia sunt conferenda sine diminutione, ex reg. d.cap. vnici, ista regula non videtur hic intrare, ex eo enim non confertur beneficium cum diminutione.

43 Quoad secundum † vero, quod ait committi

ſimoniã iſto caſu, quia negari non poteſt intervenire in huiuſmodi collatione conditionem, modum, vel pactum quod iure non ineſt, iſtud procederet, cum non exigeretur iuramentum ante collationem, ſed collatio fieret cum conditione, modo, vel pacto, quod præſtaret poſtmodum illud iuramentum, vt in principio, & ibi gloſſ. &c. Artaldus, 8. quæſt. 3.

34 At † vbi collator ante collationem diceret, ego volo tibi conferre hoc beneficium, ſed præſta prius iuramentum de nõ reſignando illud cũ penſione, &c. non videtur poſſe dici intervenire in collatione cõditionem, modum, vel pactum, nec ex tali iuramento ante collationem præſtito, quia alias collator nõ vult conferre, dici poteſt induci ſimoniam, cum illud iuramentum non ſit de præſtando, vel faciendo aliquid in vtilitatem, & commodum ipſius collatoris, vel alterius directe, quo caſu eſſet ſimonia, c. talia 8. q. 3. facit quod tradit Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 39. nu. 4.

35 Sicut ſi exigeretur † ante collationem iuramentum de reſidendo, ſeu de dimittendo primum incompatibile, vt in caſu Coſmæ Philiarchi, de quo ſup. nu. 28. aut quod non accipit illud beneficium cum intentione dimittendi, vt exigitur Romę in beneficijs reſidentiæ tempore examinis, vel de ſeruandis ſtatutis, etiam quando non eſt conſuetudo illud præſtandi, non diceretur ex hoc committi ſimoniã.

36 Quamuis † Franchus in capitulo 1. de iureiur. in 6. numero 1. poſt Archidiacon. & Ioann. Andr. ibi dicat ante electionem iurare ſeruare ſtatuta & conſuetudines Eccleſiæ, eſſe ſimoniacum, niſi tale iuramentum exigeretur à ſuperiore, vt per gloſſam in d.

37 principio. Quod † non videtur verum, & d. gloſſa eſt intelligenda de iuramento in vtilitatem eligentium, iuxta text. in quo fundatur in dict. capitulo talia, facit gloſſ. 2. in dicto principio, & quod tradit Abbas cum Innocent. in cap. cum M. de conſtitut.

38 numero 25. Et † quod ordinarij poſſunt exigere dictum iuramentum de non reſignando beneficium in fauorem, &c. ab ijs qui ad beneficium promouentur, tenet Açor in inſtitution. moralibus 1. part. libro 11. cap. 5. ad fin. & 2. pat. libro 6. cap. 9. quæſt. 9. *& ſequitur Thom. Sanch. in prac. Decal. lib. 3. cap. 17. num. 11.*

39 Vnde in prædicto † dubio videtur diſtinguendum, quod aut collatio fit cum conditione, modo, ſeu pacto præſtandi poſtea dictum iuramentum, & tunc eſt ſimoniaca, & nulla ex d. c. quam pio. 1. q. 2. dict. cap. Artaldus 8. q. 3. cap. fin. de pactis, c. tuanos de ſimon. cum alijs, & dictis cap. præcedenti, & facit quod tradit Nau. conſ. 37. de ſimon. nu. 1. Aut

40 † ante collationem exigitur dictum iuramentum, vt dixi, & tunc collatio non videtur ſimoniaca ex dictis, nec exactio iuramenti illicita, quia iuramentum illud non eſt de re illicita, & contra bonos

41 mores. Niſi † forte ille à quo exigitur, habeat ius ad beneficium, vt quia eſſet ad illud præſentatus, vel haberet literas in forma dignum, &c. nam tunc videretur ſibi fieri iniuria exigendo ab eo tale

42 iuramentum, ad quod non tenebatur. Quod † tamen non videtur militare in parochialibus, quæ prouidentur in cõcurſu, iuxta formam Concilij, etiamſi ille à quo exigeretur tale iuramentum, eſſet dignior repertus in concurſu, quia non videtur habere ius ad parochialem ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione, quod ordinarius velit conferre, ſeu eligere, vt dictum eſt ſup. 5. par. cap. 7. à nu. 83.

43 Nec videtur illud iuramentum † inualidum, vt ait Flam. quia vt dixi non eſt de obiecto illicito, ſed potius licito & honeſto, & ob bonum finem, nempe vt Eccleſiæ habeant meliores miniſtros, nec contrarium inquit Nauarrus, quia ſolum ait, quod iuramentum de non petendo relaxationem ab illo iuramento non eſt validum, nec eſt ſeruandum ſaltim quando occurreret caſus, in quo ſeruatum eſſet maiori bono impedimentum, & quod ſi vellet renuntiare in manibus Papæ cum penſione poteſt in ipſa ſupplicatione narrare iuramentum, & cauſam ali-

44 quam honeſtam, & ſic obtinebit petitum. De † quo an iuramentum de non petendo relaxationem ſit validum, &c. vide Felin. in c. conſtitutus. de reſcript. à nu. 9. & 13. & 14. Afflict. decil. 220. nu. 11. Pariſium conſ. 96. nu. 93. lib. 1. Pazin praxi 2. tom. 2. præludio, nu. 38. & Sotum de iuſtitia & iure, lib. 8. q. 1. art. 9. & decil. Farin. 78. nu. 2. & addit. ibi, & Suarez de relig. tract. 6. lib. 2. c. 11. nu. 6.

45 Quinto ex prædictis † infertur ad aliud dubium, an quando Epiſcopus vult conferre parochialem alicui oppoſitori, & concurrenti habenti aliam parochialem ſeu eligere, & nominare eum ad illam quæ vacauit in menſe Apoſtolico, ſeu alias eſt reſeruata, poſſit ei dicere, quod prius reſignet, & dimittat parochialem, quam habet, ne forte eam reſignet cum penſione, vel ne vacet ſub reſeruatione.

46 In quo dicendum eſt, licet † non videatur adeſſe ſimonia, ſi libere, & ſine vllo pacto, & cõditione fiat reſignatio, tamen non poſſe, ſi is eſt conſtitutus in ſacris nec habet aliunde vnde ſuſtentari poſſit, nam tunc non habet ſecundam parochialem, & maxime ſi eſt ordinatus ad titulum primæ, ex decreto Concilij ſeſſ. 21. de reformat. c. 2. & conſtitutione 58. Pij

47 V. de qua ſupra 2. p. c. 5. nu. 198. Si † tamen faceret reſignationem cum conditione, quod Epiſcopus ei conferret ſecundam, ſeu ad illam nominaret, eſſet ſi-

48 monia Et † ſimiliter ſi reſignatio fieret ſaluo iure, prout in hoc Epiſcopatu aliquando fieri intellexi, id eſt, quod ſi non aſſequeretur ſecundam, reuerteretur ad primam reſignatam, nam reſignatio debet eſſe libera, & ſine vllo pacto, modo, vel conditione, alias eſt ſimoniaca, & nulla, vt dicetur infra 11. par. c. 3. à num. 145.

49 Similiter etiam collatio † copulatiue fieri non debet, ne duo in eodem beneficio intitulentur, aut beneficij diuiſio fiat contra Concilium Turonen. c. maioribus. c. vacante, & c. dilecto de præb. Fel. in c. 2. de appellat. ſub nu. 5. Selua 3. par. q. 26. nu. 5. Lamber. 2. p. 2. lib. q. 3. art. 6. nu. 2. & Corraſ. 4. p. c. 1. nu. 4. & Açor. d. lib. 6. c. 26 q. 6.

50 A Papa tamen ex ſuprema † plenaque, quam habet in beneficijs poteſtate, c. 2. de præb. in 6. & clem. 1. vt lite pendente, collatio fieri poteſt ſub conditione, etiam de futuro, & quæ non inſit, alternatiue, copulatiue, & ad tempus, c. paſtoralis, 7. q. 1. c. veniés. de filijs presbyterorum, Franch. d. c. 2. de elect. in 6. nu. 4. Fel. vbi proxime, Selua d. q. 20 num. 2. & 5. Rebuff. in praxi tit. requiſita ad collationem bonam, n. 14. Corraſ. d. c. 1. nu. 5. & Nau. in c. ſi quando de reſcript. præludio 2. & Açor. d. cap. 26. quæſt. 1. & cap. præced. quæſt. 1.

*Quod*

## Quod non ſit ſurreptitia prouiſio. Cap. III.

### SVMMARIA.

REquiritur, quod collatio non ſit ſurreptitia, alias non tenet, nu. 1. nam ſurreptio vitiat gratiam ipſo iure, quamuis reſcripta inſtitia non niſi ope exceptionis, nu. 2.

Id in Papa, & Legato procedit, non in ordinario, in quo non datur ſurreptio, ſed dicitur prouidere motu proprio, & Eccleſius non perſonis, ſicut Papa, & Legatus, & ſic prouiſio ordinarij non poteſt de ſurreptione impugnari. nu. 3. Quod tamen non procedit quando Epiſcopus diſpenſauerit cum illegitimo, vt poſſit habere beneficium, & poſtmodum tacita prima diſpenſatione ab eodem impetratur ſecunda ſuper pluralitate beneficiorum, quæ non valet ſecundum Seluam, num. 4. Sed id eſt quando ex iure ſpeciali, & ex diſpenſatione fit collatio beneficij. Et ſupponunt falſum, quod Epiſcopus poſſet diſpenſare cum illegitimo ſuper pluralitate beneficiorum ſimplicium, num. 5.

Id procedit non ſolum in gratia beneficiali, ſed etiam in qualibet gratia ordinarij, quæ non vitiatur ſurreptione, num. 6.

Qualibet licentia ab ordinario per ſurreptionem, ſeu deceptionem obtenta, erit valida, quamuis obtinens decipiendo pecet, num. 7.

Ille qui cum reuera haberet ſufficiens patrimonium arbitrio prudentum, probauit habere maius ad ſatisfaciendum Epiſcopo, qui plus petebat, non poteſt dici ordinatus ſine licentia Epiſcopi, & propterea ſuſpenſionem incurriſſe, etiamſi cum eius licentia fuerit ab alio Epiſcopo ordinatus contra Ledeſmam. num. 8. Et qui ob fictum patrimonium ſic ordinatur, non incurrit ſuſpenſionem latam contra eos, qui abſque licentia proprij Epiſcopi ordinantur, num. 9.

Abſolutio excommunicationis ab ordinario, vel alio inferiore, extorta ex falſa cauſa ipſius abſolutionis, eſt valida, nu. 10. contra aliquos citatos, nu. 12. quorum ſententia ſolum procedet, in abſolutione facta ex falſa cauſa excommunicationis, quæ non valet. nu. 11. Sicut excommunicatus vnica excommunicatione ob plures cauſas tacita aliqua, non cenſetur abſolutus, & ligatus pluribus excommunicationibus abſolutus ab vna non cenſetur abſolutus ab alijs, nu. 13. Valet tamen quoad excommunicationem expreſſam abſolutio facta etiam ab ignorante alias per ſurreptionem contra Frechillam, num. 14. At abſolutio impetrata per reſcriptum à Papa, vel legato ex falſa cauſa, etiam ipſius abſolutionis, tanquam ſurreptitia non valet, num. 15.

Surreptio in vno capite, ſeu in vna parte non vitiat reſcriptum quoad alia capitula ſeparata regulariter, niſi ſurreptio ſit doloſa, nam tunc vitiat in totum quod non procedit vbi capitula videntur omnino ſeparata. nu. 16. & nu. 17. ponitur deciſio Rotæ: tamen quando ſurreptio in vno fuit cauſa obtinendi quoad omnia reſcriptum vitiatur in totum. num. 18.

Licet falſa expreſſio, quæ mouere potuiſſet principem ad facilius concedendum regulariter facit ſurreptitiam, ſeu obreptitiam, & vitiat gratiam, tamen non omnia tacita, quorum expreſſio mouere potuiſſet Principem, etiam ad negandum, vitiant gratiam, ſed ea ſolum, de quibus reperitur expreſſum, & quæ ex iuris diſpoſitione exprimi debent, vel de quibus in iure eſt cautum, quod eis expreſſis gratiam non conceſſiſſet, numero 20. & idem eſt in his, quæ ex ſtylo curiæ exprimi debent, numer. 21. Quamuis Couarr. & alij contrarium teneant, à numero 22. Sed prædicta reſolutio probatur, nam valet collatio facta crimioſo, &c. numer. 25. Item quia alias non eſſet vlla fere gratia tuta & certa, & eſſet valde durum, & onus graue, numero 26.

Contraria ſententia poſſet procedere in reſcriptis ad lites ex cap. ſuper literis, quod in eis loquitur, & ponitur ratio differentiæ, num. 27.

Infertur ratio ad doctrinam Guill. de Cuneo in l. 3. C. de Epiſcopali audientia, quam plures ſequuntur, nempe remiſſionē ſecundi homicidij, non facta mentione de remiſſione alterius, eſſe ſurreptitiā, & nullā, n. 28. & rō ponitur n ſeq.

An valeat diſpenſatio matrimonialis ſuper impedimento cōſanguinitatis, vel affinitatis non facta mentione de copula inter impetrantes habita, an vero ſit ſurreptitia, & nulla, nu. 30. & nu. 31. ponitur prima ſententia, diſpenſationem valere ex prædicta doctrina: ſecunda ſententia talem diſpēſationem eſſe ſurreptitiam, & nullam, nu. 32. Et ratio eſt quia inceſtuoſi, etiam cum proprijs cōſanguineis iure prohibentur matrimoniū contrahere iuxta communem Canoniſtarum contra Theologos, & alios, à nu. 33. Et ſic ius tacite exprimi iubet inceſtum, qui de iure eſt impedimentum, licet non dirimens, & intrat prædicta doctrina, nu. 40. Et etiam de matrimonio de facto contracto debet fieri mentio, quamuis non ſit conſummatum, num. 41.

Quod de inceſtu debeat fieri mentio in diſpenſatione facit doctrina Couarr. quod in diſpenſatione ſuper impedimento dirimente eſt facienda mentio de cognatione ſpirituali per catechiſmum tantum contracta quæ impedit, & non dirimit matrimonium, nu 42. Quod intelligitur, quando illud impedimentum dirimens non eſſet cognatio ſpiritualis ex eodē baptiſmo, tunc enim ſufficeret exprimere cognationem ſpiritualem ex baptiſmo, cum qua confunditur cognatio ex catechiſmo, nu. 43. Sicut impedimentū publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, aut matrimonio rato, cum affinitate ſuperueniente ex matrimonio conſummato cōfunditur, nu. 44. Licet ſecus quando impedimentum publicæ honeſtatis ex ſpōſalibus concurreret cum affinitate ex copula illicita, aut affinitas ex copula illicita præcedenti, cum publica honeſtate ex matrimonio rato ſubſecuto, &c. nu. 45.

Illa doctrina Couar. procedit in vtroque foro cōtra Enriquez, nu. 46. Et etiam poſt Concil. Trident. per quod non eſt ſublatum hoc impedimentum cognationis ſpiritualis ex catechiſmo, nu. 47. Licet eſſe ſublatum teneant aliqui, nu. 48.

Contra ſupradictam ſententiam obijcitur, quod conſuetudine ſeruatur ob nullum inceſtum diſpenſationem peti, nec à Papa, nec ab Epiſcopo, quæ videtur excuſare, etiamſi non conſtet Epiſcopos ſcienter diſſimulaſſe, maxime ſi eſt immemorialis, à num. 49.

Reſpondetur verum videri id conſuetudine ſeruari, quod non petatur diſpenſatio ob inceſtum, niſi quando petitur diſpēſatio ad contrahendum cum ipſa cognata, vel affini, cum qua eſt commiſſus inceſtus, nu. 52.

Obijcitur etiam valere diſpenſationem ſuper vno impedimento non facta mentione de alio, ſuper quo poſtea de per ſe poterit obtineri diſpenſatio, ſicuti valet impetratio abſolutionis ab vna excōmunicatione, non facta mētione de alia, &c. nu. 53. Sed reſpondetur, id non eſſe verum in diſpenſationibus, quæ ſe contingunt, & impedimentum tacitum auget expreſſum, tunc enim neceſſe eſt de vtroque mentionem facere alias diſpenſatio eſt nulla omnino, vt in exemplis adductis, num. 54. Nam vbi plura obſtant impedimenta, difficilius conceditur diſpenſatio, & vbi plura ſunt obſtacula, eſt neceſſaria mentio ſingulorum, nu. 55. Et idem eſt in impetratione diſpenſationis vnius irregularitatis non facta mentione de alia, nu. 56. Et quod obijcitur ſolum habet locum in diſpenſationibus, quæ non ſe contingunt, nec tacitum auget expreſſum, &c. à numer. 57. nec abſolutio ab

*vna censura contingit aliam, nec vna censura auget aliam, num. 60.*

*Contra responsionem obijcitur, quod ex ea sequeretur dispensationem, quam quis impetraret ad contrahendum cum consanguinea, vel affini habens votum simplex castitatis, seu sponsalitiæ de futuro cum alio contracta, non facta de eo mentione, esse surreptitiam, & nullam, &c. nu. 61. Respondetur diuersam esse rationem in impedimento voti simplicis, aut sponsalium, nu. 62.*

*Remanet recte probata secunda sententia, nempe dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula, esse surreptitiam & nullam omnino, num. 63. Et idem est in impedimento cognationis spiritualis, & etiam in impedimento publicæ honestatis, num. 64.*

*Cessat omnis difficultas in quæstione. nam ista seruatur de stylo curiæ notissimo, qui facit ius, etiam in partibus, nec solum est pro foro exteriori, num. 65. Et quia ita declarauit sacra Congregatio Concilij, vt in declarationibus positis, nu. 66. & aduertit additio Nauarri relata, n. 67. & P. Ledesma relatus, num. 68.*

*Procedit ista secunda sententia, etiamsi copula sit habita post impetratam dispensationem in forma commissaria, antequam ordinarius dispenset, nam etiam tunc dispensatio est nulla ob non factam mentionem de copula, nu. 69. & sequentibus, vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & pœnitentiariæ.*

*Si copula sit habita post dispensationem perfectam, & factam ab ordinario, vel post dispensationem impetratam in forma gratiosa, non commissaria, dispensatio, & matrimonium secuta sunt valida, numero 73. Nec obstat copula superueniens, nam cum impetrantes iam sint dispensati, & habilitati ad matrimonium, non est incestuosa: & esto esset incestus, non dirimeret matrimonium, num. 74. Et facit quod copula cum affine in 3. vel 4. gradu ex actu fornicario, non est hodie incestuosa, ex quo possunt matrimonium contrahere, nu. 75. & nu. 76 ponitur declaratio S. Congregationis, quæ facit etiam.*

*Sufficit narrare Papæ in supplicatione dispensationis copulam, non dicendo, quot vicibus sit habita, licet sæpe habita fuerit, nu. 77. Sicut si quis leuet, seu teneat in baptismo plures filios alicuius, vnica tantum est compaternitas, nu. 78. & si quis ter, vel quater contraxit nuptias, non est necesse id exprimere in dispensatione bigamiæ, nu. 79. Et in dispensatione irregularitatis contractæ, ex eo quod quis excommunicatus celebrauit, nõ videtur necessarium exprimere, quod plures celebrauit, aut pluribus excommunicationibus ligatus, quia vna tantum videtur irregularitas, licet secus in eo, qui celebrat ligatus diuersis censuris, à nu. 80.*

*Non solum ob celebrationem in excommunicatione, seu alia censura iteratam, vna tantum incurritur irregularitas, & non plures, sed etiam ob homicidium, rebaptizationem, seu aliud delictum iteratum, quamuis secus sit in censuris, quæ multiplicantur, multiplicatis transgressionibus, seu peccatis, etiam eiusdem generis, à numero 84. & ratio differentiæ, numero 87.*

*Improbatur quod ait Enriquez, quod si quis cum duabus sororibus eius, cum qua vult contrahere, copulam habuit, non sit necessarium in dispensatione id exprimere, nec in dispensatione patruelium, seu consobrinorum exprimere, quod sunt per viam vtriusque parentis, quod est falsum: nam ibi duplex gradus, num. 88. Vnde etiam in descendentibus ab illis erit duplex gradus exprimendus, n. 89. Quamuis vbi duo consobrini ex dispensatione matrimonium contrahunt, in eorum nepotibus non videtur considerandus aliquis secundus gradus, nam alter confunditur, & cessat per matrimonium, & dispensationem auorum, & secus esset, si sine matrimonio, & dispensatione habuissent filios incestuosos, nu. 90. & 91.*

*Si copula sit habita, antequam supplicatio Papæ porrigatur, & in ipsa fiat mentio de copula, erit dispensatio valida, licet antequam ordinarius dispenset, iterum copula habita sit, &c. n. 92. Sed si impetrantes post factam separationem à Vicario delegato de nouo carnaliter se cognouissent, est opus noua dispensatione, seu perinde valere, &c. nu. 93.*

*Si coniuncti narrent copulam inter eos esse habitam, & copulam ipsam, seu potius notam, & infamiam ex ea ortam tradant pro causa, vt facilius dispensetur, surreptitia erit, & nulla dispensatio, si eo fine habita fuit copula, & non exprimunt, etiam in foro conscientiæ, contra Enriquez, & ita in literis dispensationum dicitur, quod eam habuerunt fragilitate carnis, & non animo facilius obtinendi dispensationem & ponitur clausula, quod accipiatur ab impetrantibus iuramentum de hoc, à nu. 94.*

*Si impetrantes non traderent pro causa dispensationis copulam expressam, seu notam, & infamiam ex ea ortam, sed aliam causam, non esset surreptitia dispensatio, quamuis non exprimant talem intentionem, & finem, nu. 97.*

*Ad effectum contrahendi impedimentum incestus sufficient habere copulam, penetrando vas, etiam sine seminatione intra ipsum vas, num. 98. Sicut ad rationem adulterij & petendi diuortij, sufficeret similis copula, num. 99. Licet ad contrahendam affinitatem requiratur copula consummata, per quam semen sit intra vas, nu. 100. & ad consummationem matrimonij, nu. 101. Quamuis contrarium in proposito teneant aliqui, nu. 102.*

*E conuerso ad contrahendum impedimentum incestus non videtur sufficere seminare inter vas, si vir illud non penetrat, & idem ad rationem adulterij, & diuortij saltim respectu viri, num. 103. Quamuis sufficiat ad contrahendam affinitatem num. 104. & ad consummationem matrimonij, num. 105.*

*Si copula sit habita inter coniunctos ignorantes probabiliter, seu bona fide esse coniunctos, non erit opus in dispensatione narrare copulam, quia tunc non contrahitur impedimentum incestus, nu. 106. Quia tunc non est incestus formaliter, nec fuit commissum peccatum incestus, nu. 107. Et ideo etiam in concessione non esset opus tunc dicere circumstantiam cõsanguinitatis, num. 108. Habens tamen copulam cum coniuncta scienter ignorans pœnam contra incestuosos iure positam, incurrit illam contra Veganı, nu. 109. Quamuis verum sit, quod quoties narratur copula in dispensatione, etiamsi dicatur ignoranter habita, soluitur maior compositio sicut quando scienter, sicut etiam quando dispensatio petitur ob notam, & infamiam mulieris, etiam non secuta copula, num. 110.*

*Respondetur cap. si quis cum duabus, & c. quidam 34. q. 2. vbi ijs, qui commiserunt incestum ignoranter, non permittuntur coniugia absolute, sed post pœnitentiam à nu. 111.*

*De surreptione rescriptorum iustitiæ non datur in curia propter facilem recursum ad signaturam, nu. 114. Et idem dicatur etiam seruari in rescriptis, & commissionibus emanatis à nuntio, ad quem recurritur pro reformatione, nu. 115.*

1 NEcessarium † quoque requisitum collationis est, quod non sit surreptitia, alias non tenet c.
2 cum adeo. de re iudicata, cum alijs. Nam † surreptio vitiat gratiam ipso iure, c. ad aures. cap. cõstitutus, cum alijs de rescrip. c. si motu proprio. de præb. in 6. clem. 1. co. tit. ibi: Gratiam huiusmodi, &c. Quamuis

rescripta

reſcripta non niſi ope exceptionis, glo. fin. in cap. ad audientiam, 2. de reſcript. & ibi Abb. nu. 14. Fel. 22. & communis, Oldrad. conſ. 257. num. 27. Rebuf. in praxi. tit. de differentijs inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ, nu. 1. Nauarr. in c. ſi quando de reſcript. præludio 1. Dida. Perez in l. 1. tit. 12. lib. 3. ordin q. 8. & 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 201. nu. 2. & 3. & à nu. 16. Farin. in praxi crimin. 1. p. q. 6. n. 46. Tuſchus concluſ. 722. lit. S. D. Sahagun in c. cæterum, de reſcript. num. 6. Açor inſtit. moral. 1. p. lib. 5. c. 24. q. 4. Thom. Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 21. in 3. & alij plures: Caputaquen. deciſ. 223. part. tertia, & ſunt aliæ infinitæ deciſiones Rotæ impreſſæ, & manuſcriptæ ad hoc.

3 Id tamen in † Papa, & legato procedit, non in ordinario, in quo non datur ſurreptio, ſed dicitur prouidere motu proprio, & Eccleſijs, non perſonis, ſicut Papa, & Legatus, & ſic prouiſio ordinarij non poteſt de ſurreptione impugnari, clem. 2. de offic. ord. & ibi Card. ad fi. Abb. in c. cum noſtris, num. 19. de conceſſ. præb. Fel. in d. c. ad aures, n. 15. & in c. noſtra cor. 29. de reſcript. Selua de benef. 3. p. q. 12. 13. qualitate, nu. 19. ſeu 58. Sarnen. in reg. de annali, q. 9. ad fi. & q. 10. verſ. & quod iſta reg. Gambarus de offic. legati, lib. 3. nu. 29. & 35. & Caputaq. deciſ. 406. p. 2. Menoch. d. caſu 201. à nu. 155. Nau. conſ. 24. n. 1. de temporibus ordinat. & conſ. 48. n. 3. de ſent. excom. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8. q. 9. num. 75. & poſthæc Conçalez ad reg. 8. de menſibus gl. 4. à nu. 173. vbi iſtud dictum commune declarat, & Açor 2. p. lib. 5. c. 28. q. 23. & dictum eſt ſup. 6. p. c. 2. à nu. 259

4 Quod † tamen limitat Selua ibi non procedere, quando Epiſcopus diſpenſauerit cum illegitimo, vt poſſit habere minores ordines & ſimplex beneficium, & poſtmodum tacita prima diſpenſatione ab eodem impetretur ſecunda diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum ſimplicium, non valet hæc ſecunda diſpenſatio, gloſſ. verb. ſedem. in cap. 2. & ibi DD. de filijs presb. in 6. ſequitur Menoch. vbi ſup. num. 156. dicens, in iure reperiri iſtam qualitatem coram ordinario exprimendam. Sed † melius ait Franchus in d. cap. 2. num. 3. in fin. quod d. clement. 2. de offic. ordin. loquitur de iure communi, hic vero quando ex iure ſpeciali, & ſic quando ex diſpenſatione fit collatio beneficij, &c. Sed iſti authores videntur ſupponere Epiſcopum poſſe diſpenſare cum illegitimo in pluralitate beneficiorum ſimplicium, cuius tamen contrarium dixi ſup. 7. par. cap. 2. num. 30.

5

6 Illudque procedit † non ſolum in gratia beneficiali, ſed etiam in qualibet gratia ordinarij, quæ non vitiatur ſurreptione, vt apparet ex citatis, & Eman. Sa, verb. gratia, num. 22. licet contra teneat Thom. Sanchez d. lib. 8. diſput. 21. num. 4. *& in præc. Decal. lib. 4. cap. 47. à num. 10. & Suar. de relig. tract. 6. de voto lib. 6. cap. vlt. à num. 14.* Vnde † infertur, quod quælibet licentia ab ordinario per ſurreptionem ſeu diſceptionem obtenta, erit valida, quamuis obtinens decipiendo peccet.

7

8 Infertur † etiam contra P. Ledeſ. in ſum. de Sacr. Ordinis, c. 7. ſub 5. concl. illum qui cum reuera haberet ſufficiens patrimonium arbitrio prudentum, probauit habere ius ad ſatisfaciendum Epiſcopo, qui plus petebat, non poſſe dici ordinatum ſine licentia Epiſcopi, & propterea ſuſpenſionem incurriſſe, nã licet fuerit ordinatus cum falſa informatione maioris patrimonij, tamen licentia fuerit ab alio Epiſcopo ordinatus.

9 Nam † & qui ob fictum patrimonium ſic ordinatur non incurrit ſuſpenſionem latam contra eos, qui abſque licentia, & reuerendis proprij Epiſcopi initiantur, Enriq. in ſum. lib. 13. cap. 37. §. 2. Auil. de cẽſur. 3. p. diſput. 5. dub. 5. verſ. ad tertium, & in ſimili Nauarr. cap. conſ. 24. de temporibus ord. n. 1. quicquid ſentiat idem Nauar. in man. cap. 27. num. 158. verſ. 3. & contra teneat Suarez 5. tom. de cenſur. diſput. 31. ſect. 1. nu. 36. & 37. quem ſequitur Proſper de Auguſtino ad ſummam bullarii quarantæ in app. verb. ordo part. 559. *Fornar. tract. de ordine. addito ad ſumm. Toleti c. 8. nu. 9. verſ. 3.*

10 Infertur † etiam quod abſolutio excommunicationis ab ordinario, vel alio inferiori extorta ex falſa cauſa ipſius abſolutionis, & cum mendacio, vt quia falſo dixit, ſe ſatisfeciſſe, eſt valida, Rota deciſ. 7. ſent. excom. alias 399. in nouis. Franch. in c. venerabilibus. §. ſane n. 2. de ſent. excom. in 6. per tex. ibi, Caputaq. dec. 1. p. 1. Nau. in man. c. 27. nu. 38. Cou. in c. alma mater 1. p. §. 11. nu. 14. Vgol. de cenſu. tab. 1. c. 19. §. 4. nu. 3. D. Frechi. de excom. art. 4. 2. p. n. 6. Lud. Lop. inſtruct. cõſc. 2. tom. 2. p. c. 19. & alij. Quã-

11 uis † contra teneant ſumma confeſſorum lib. 3. tit. 33. q. 74. Ang. verb. abſolutio 3. nu. 12. Sylueſt. verb. abſolutio 1. n. 13. 5. q. Arm. eo. verb. dub. 65. Coſm. Philiar. de offic. ſacerd. d. 1. p. lib. 3. c. 24. 2. concl. Tolet. in ſum. lib. 1. c. 14. ſub verſ. 11. Auila de cenſuris 2. p. c. 7. dub. 4. & Zerola in praxi Epiſcopali, 2. part. verbo, abſolutio. §. 13. in fi. quibus accedunt Fel. in c. quod ſuper his, de fide Inſtrum. nu. 13. Palud. in 4. diſtin. 18. q. 5. nu. 21. dicens, quòd ſi homo ſuppreſſa veritate, vel expreſſa falſitate obtinuit abſolutionẽ, videtur eſſe non abſolutus, Enriq. lib. 13. c. 30. §. 3. &

12 4. & alij. Quorum † ſententia ſolum procedet in abſolutione facta ex falſa cauſa excommunicationis, id eſt, cum excommunicatus ob aliquam cauſam, ea nõ expreſſa, ſed alia obtinuet abſolutionem, tunc enim abſolutio non valet, ſed manet ex vera cauſa excommunicatus quia ab excommunicatione ob eam cauſam lata, & ſic à vera excommunicatione nullo modo, nec bene, nec male fuit abſolutus, vt in c. ex parte, de offic. ord. & ibi gloſſ. communiter recepta. Innocen. in princip. Abb. num. 1. & 3. & alij. Imola in d. cap. quod ſupradictus, l. 29. tit. 9. partita 1. & optime Couarr. d. numer. 14. maxime ad fin. quamuis in hoc contra communem male teneat Vgolin. d. n. 3.

13 Sicut † etiam excommunicatus vnica tantum excommunicatione ob plures cauſas non cenſeretur ab ea abſolutus ſi in impetratione abſolutionis tacuerit aliquam cauſam, ſaltim æque principalem, gl. Abb. nu. 3. & alij. in d. c. ex parte, gl. etiam, & Abb. in c. cum pro cauſa de ſentent. excom. D. Thom. & alij Theologi in 4. diſt. 18. q. 2. art. 5. Ang. verb. abſolutio. 3. nu. 10. d. l. 29. partitæ. Couar. d. §. 11. nu. 13. 1. concl. & n. 14. ad fi. Lud. Lop. d. c. 19. Enriq. d. c. 30. §. 2. Frechilla ſup. art. 4. 4. p. n. 2. dicens communem, & ligatus pluribus excommunicationibus abſolutus ab vna, ſeu ab incurſa ob vnam cauſam, non cenſetur abſolutus ab alijs, ſeu quod in idem recidit ligatus pluribus excommunicationibus obtinens abſolutionem expreſſa vna cauſa, ſeu vna excommunicatione, non habetur pro abſoluto quoad aliam,

vt in d.c.cum pro cauſa,& c.officij,de ſent.excomm. vbi gloſſa,& Doctores & in d.cap.ex parte,& d.l.p. 29. Anchar.in clem.2.de ſenten.excom. Rom.conſil. 326.nu.7.D.Tho.& Ang.ſupra,Cou. d. num. 13.2. concl.& Lud,Lop.d.c.19. Armilla d.verb.abſolutio nu.94.Vgol.d.§.4.num.4. & Frechilla d.nu. 2. Qui
34 † contra illos DD. & communem male ait, quod abſolutio facta ab ignorante alias excommunicationes,per ſurreptionem, etiam ſi illa impetretur ab ordinario,nihil valet quoad excommunicationem expreſſam,ex d.c.cum pro cauſa, quod tamen potius probat contrarium,& aptius ex d.cap,officij,ibi: Abſolutio ſubrepta non prodeſt, ſed iſta verba cum gl, & DD.ibi,& in d.c.pro cauſa,& in d.c,ex par. & citatis maxime Vgol.d. num. 4. & intelligenda ſunt, quoad effectum,& admiſſionem communionis, & alias excommunicationis,& etiam tenet Nau.conſ. 16.de cler. exc. num. 1. quod abſolutio à cenſura incurſa ob vnam cauſam valet, ſed non extenditur ad incurſas, quod etiam tenet alias Nauar. & alij infra relati num. 53. quod procedit etiam in abſolutione impetrata à Papa, vt in d. cap. cum pro cauſa, nam quoad excommunicationem expreſſam non eſt ſurreptio ob taciturnitatem aliarum, vt infra num.60. Male etiam intelligit d. iuta Frechil.dict.art.4. 2. p. num. 6.

35 At abſolutio impetrata † per reſcriptum à Papa vel legato ex falſa cauſa, etiam ipſius abſolutionis, tanquam ſurreptitia non valet ex dictis ſup.num. 2, & 3. & ita etiam poſſet procedere text. in d, cap. ex parte,qui loquitur in Papa, & text. in d. cap. officij, qui loquitur cum legato, vt patet ex inſcriptione,&
36 poſſet intelligi de ſubreptâ ab eo.Sed † an ſurreptio in vno capite, ſeu in vna parte vitiat reſcriptum,quo ad alia capitula ſeparata, dicendum eſt non vitiare regulariter, vt in cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6. ibi DD. Domin.Franchus,& alij, Abb. nu. 4. & Felin.2.in cap.ſedes,de reſcript.niſi ſurreptio ſit doloſa,nam tunc vitiat totum, cap. ſedes ex tenore, & cap.ſuper literis de reſcrip.DD,citati,& idem Abb. in d.c.ſuper literis,nu.2.& ibi Sahagum n. 11. quod intelligit ibidem Dec.nu.7.vt non procedat, vbi capitula videntur omnino ſeparata & ſequitur Thom.
37 Sanchez d.lib.8.diſput.21.numer.71.& ſeq. Et † eſt decil.Rotæ in cauſa Legionen. præſtimoniorum 26. Mart.1593.coram D.Pamphilio,quæ ſic ait, Reſoluerunt Domini gratiam Ambroſ.reſpectu valoris eſſe ſufficienter iuſtificatam,nam quod præſtimonia de Valle,& de Poçadurama, de quibus agitur,non excedant ſummam 300.ducatorum, bene probatur ex 1.2.& 3.teſte, qui deponunt de publica voce & fama, quæ ſufficit pro iuſtificatione narratiue, Aegid.675.Mohed.148.Puteus 29.li.1.Caputaq.277. par.1.neque obſtat,quod interrogati quid ſit fama, non videantur reddere bonam rationem, quia imo primus teſtis illam bene deſcribit dicendo eſſe id qđ communiter,& ordinarie dicitur,quando de aliqua re tractatur ad notata per Caſſad.deciſ.3. de probat, & licet poſtea ſubdat famam conſtitui, ex eo quod ab octo,decem,quindecim,viginti, vel pluribus auditur,ipſius tamen dictum iuxta tex.in c.cum tamen de teſtibus eſt benigne interpretãdum habito reſpectu ad locum,cuius qualitate inſpecta talis numerus conſtituat maiorem partem populi,quod ſufficit.ex Bar.in l.de minore,§.plurium,ſub n.13.& ſeq.de teſtibus. Et ita etiam coadiuuandum eſt dictum alterius teſtis,dicentis, famam eſſe illud, quod venit ad notitiam habentis de aliqua re,ſuper qua tractatur: quia intelligendum eſt maiori parte illorum qui habent notitiam beneficiorum,de quibus agitur, non autem de eorum valore,ad excluſionẽ aliorum, qui habẽt notitiã prædictorum beneficiorũ. Vltra quod dictũ illorum coadiuuatur etiã ex tertio teſte,qui bene deponit,& licet ſit familiaris Ambroſij,tamẽ vna cum alijs admittitur,ad notata per gloſſam,l. 3.§.2. verb.numerus,de teſtibus cum vulg. Quantum vero ad valorem aliorũ præſtimoniorum impetratorũ in eadem gratia placebat etiam dominis adeſſe ſufficiẽtem probationẽ,ex teſtibus,qui licet deponãt de auditu,ſufficiunt tamen in hoc caſu, vbi non agitur de canonizatione gratiæ reſpectu illorũ præſtimoniorũ,ad inſtar verificationis valoris obtentorũ,in quibus Rota cõtentatur qualiquali probatione, Aegid. 674.etiam minori,quã ſemiplena,vt de vno teſte de fama,cũ adminiculo, tradit idẽ Aegidius 683. & in omnem euentũ gratiã ſuſtineri reſpectu aliorum beneficiorũ,cum ſubreptio in vna parte reſcripti,quando non eſt doloſa,prout hic non vitiet in parte ſeparata,c.ſi eo tẽpore,vbi Franc.n.4.de reſcrip.Fel.c.ſedes,n.1.& ſeq.eod.& ceſſare difficultatem,quia impetratio quoad iſta præſtimonia non habuit effectũ, & Ambroſius illis ceſſit,quo fit,vt nulla eorum iuſtificatio requiratur, ſicut nec requiritur de valore etiã narrato beneficiorũ,quæ quis offert ſe dimittturum, Rota dec.20.de præb,in nouis cum vulg.

38 Tamen quando † ſurreptio in vno fuit cauſa obtinendi quoad omnia,reſcriptum vitiatur in totum, Dd.ſupra citati, & Rota in cauſa Burgenſ. decimarum de Eſcalante 30.Ian.1589.& 16.Febr.1590.coram D..Bubalo.*& in Oſcen.indulti 10.Decemb. 1599. coram D. Millino fuit dictum, quòd defectus intentionis in vna parte gratiæ non vitiat gratiam in alia parte diſtincta & ſeparata, in qua ceſſat defectus intentionis, &c.*

39 Rurſus † notandum eſt, quod licet falſa expreſſio, quæ mouere potuiſſet Principem veriſimiliter ad facilius concedendum,regulariter facit ſurreptitiam ſeu obreptitiam, & vitiat gratiam, vt dictum eſt ſuprà 6.part.cap. 2. dub. 11. à num.161.& 197. quia literæ habent tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur,c.2.de reſcriptis. Tamen non omnia tacita,quorum expreſſio mouere potuiſſet Principem etiam ad denegandum vitiant gratiam,ſed ea ſolum, de quibus reperitur expreſſum, & quæ ex iuris diſpoſitione exprimi debent, vel de quibus in iure eſt cautum, quod eis expreſſis, gratiam non conceſſiſſet. Calderinus conſil. 10. de reſeruation. & 1.de rerum permut.& 6. de præbend. *& conſil. 1. & 10 de fil.presbyt.* Rota deciſ.32.num.5. de reſcrip. in nouis.Bellamera deciſ.697. ſeu 698.Felin. in cap. poſtulaſti,de reſcript.ſub d.numero verſic.declara etiam, *& in cap ſuper literis numero 2. & in cap. noſtra cor.3.& 20 cod.tit.de reſcript.* notabiliter Selua de beneficijs,3.par.*quæſt.* 11 *num.* 48.*quæſt.* 11.*nu.* 3.4.*qualit.& nu.*48.27.*quæſt.& quæſt.* 12.*nu.* 11.5.*q.* Puteus deciſ.97.num.6.lib.2.vbi,quod non dicitur ſurreptio,niſi in caſibus à iure expreſſis, & Caputaquenſ. deciſ.310.num.3.par.1.Mohedanus deciſ.ſeptima de reſcript.alias 335.& 13.de conceſſ.præbendæ, ad finem,alias 317.Mandoſ.de ſignatura gratiæ,tit.de abſolu-

abſolutione ab hæreſi, verſ. diſpenſatum fuerat. vbi ait, ita reſponditſſe Rotam in vna Hiſpalen. portionis, de anno 1541. Nauarr. in man. cap. 22. n. 86. & de datis, & præmiſſis, num. 48. & conſil. 1. qu. 19. de conſtitutio. & conſ. vltimo de cognatione ſpirituali & conſil. 9. nu. 3. & 4. & conſ. 8. nu. 2. & conſ. 9. nu. 3. de conſanguin. & affinitat. & conſ. 43. nu. 4. de homicid. & conſ. 3. num. 7. de raptoribus Maſcard. de probationibus concluſ. 846. numero 2. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. libr. 6. q. 2. num. 86. Boſſius in praxi tit. de remedijs ex ſola clementia Princ. nu. 34. Farin. in praxi crimin. 1. p. q. 6. n. 48. & conſ. 93. num. 6. *Hortig. in patrocinio pro Ceſarauguſtano Gymnaſio 1. p. a num. 77. Rot. in Caurien penſi. 15. Ianu. 1607. coram Coccino infra adducta 11. part. ca. 5. numero 253. Salas de legibus diſp. 20. ſect. 5. dicens, quod ſola taciturnitas eorum, quæ iure vel ſtylo ſunt exprimenda, vitiat.* Henriqu. in ſumma lib. 12. c. 2. §. 6. & cap. 3. §. 7. Ludouicus Lopez inſtructorio conſcien. 1. tom. 2. par. c. 296. & 2. tom. 2. p. cap. 59. & Manuel Rodriguez q. regul. 2. tom. q. 46. artic. 6. in idem recidit quod tradit Sarmiento lib. 3. Selectarum, c. 9. ſolum eſſe narrandum, quod de iure præſtat impedimentum. Et eſt gloſſa in Clem. 1. de præbend. verb. alteri, quã ſequuntur plures relati per Menoc. de arbit. lib. 2. caſu 201. num. 26.

21 Et idem † eſt in his, quæ ex ſtylo Curiæ exprimi debent, vt per Menoch. ibi, numero 27. & Maſcard. ſupra num. 8. Salas & alios vbi ſupra. Rotam in d. Burgen. decimarum, 16. Februar. 1590. vbi, quod communis ſtylus aliarum expeditionum attendi debet in materia ſurreptionis, Felin. in ca. in noſtra 2. com. de reſcript. Caſſadorus deciſ. 12. num. 14. de præben. & in abulen. Parochialis S. Thomæ ſupra adducta precedenti p. cap. 2. num. 77. vbi alij citantur, & in Salamantina dimidię portionis infra adducta 11. par. cap. vltim. dubio 8. numero 242. & in d. *Caurien. penſ. Vnde in vna Legionen. canonic. 15. Martij 1577. coram Clemen. VIII. fuit reſolutum, &c. R. diſpenſ. illeg.*

22 Quamuis † Couarruuias lib. 1. variarum cap. 20. num. 5. verſ. verum vt his, contrarium teneat, nempe, taciturnitatem earum qualitatum, quarum expreſſionem ius nominatim non exigit, tunc demum obeſſe Principis conceſſioni, cum eis ſibi ſignificatis petitum minime conceſſiſſet; & dixit Rota in vna Calagurritana iurisdictionis 8. Aprilis, 1585. coram
23 D. Rubeis. Sequitur † Menoch. ſupra à num. 27. dicens, quod licet tunc nulla ſurreptio vere dicit poſſit ex parte impetrantis, inſpecta vero perſona concedentis ſurreptio dici poteſt, quia ſi illa cognouiſſet
24 non conceſſiſſet. Et † ſequitur Ioannes Guttierez canon. q. lib. 2. cap. 15. nu. 51. etiam quando veritas occultata, ſi exprimeretur, difficiliorem Principem redderet ad concedendum, dummodo difficultas iſta ſit conformis iuri communi, vel ex cauſa iuſta & debita, & non ex affectu, vel ex alia cauſa exorbitanti odioſa, & minime conſiderabili, vt nu. 29. ait cum Mandoſio in regula 32. Cancel. quæſt. 9. num. 10. & quæſt. 11. ſub nu. 4. *& Thom. Sanchez de matrim. libro 8. diſput. 21. & in præc. Decal. li. 4. c. 47. 2 n. 10. & Suar. de relig. tract. 6. de voto li. 6. cap. vlt. a nu. 11. & de legib. lib. 6. c. 24. nu. 10.* & Rebel. de obligationibus iuſtit. 2. p. lib. 3. q. 5. n. 25. ait, quod ſi aliquid ſubticeretur, quod ſi exprimeretur magnopere & euidenter difficiliorem redderet gratię conceſſionem, inualida cẽſeatur gratia, & iuxta prædictam doctrinam eſt accipiendum quod Rota deciſ. 21. de præbend. in nouis, nu. 7. ait, quod non omnia tacita reddunt gratiã ſurreptitiam, ſed illa ſolum, quæ vel ſunt expreſſa in iure, vel in non expreſſis illa, de quibus eſt veriſimile de iure & in iure, quod ſi Papa illa ſciuiſſet, nunquam gratiam conceſſiſſet.

25 Sed prædicta † reſolutio abſolutè eſt verior, quæ probatur ex eo, nam valet collatio facta criminoſo, niſi ſit crimen inducens inhabilitatem ipſo iure, vt dictum eſt ſupra, patte præcedenti, cap. 8. Et tamen ſi id noſſet Papa veriſimiliter non conceſſiſſet, vt re-
26 & è aduertunt citati. Item † quia ſi eſſent exprimenda omnia quæ retraherent, ſeu retardarent Principem, etiam ſi iure, vel ſtylo non cauetur eſſe exprimenda, nec de iure præſtarent impedimentum, non eſſet vlla ferè gratia, & conceſſio tuta, & certa, & eſſet valdè durum, & onus graue, iuxta quam reſolutionem eſt accipiendum c. poſtulaſti, de reſcrip. & alia iura in hac materia.

27 Et contraria † ſententia poſſet procedere in reſcriptis ad lites, ex c. ſuper literis de reſcript. quod in eis loquitur. Et ratio differentiæ eſt, nam in reſcriptis gratioſis agitur de vitiatione, & nullitate gratiæ ipſo iure, & ſic præiudicio valdè conſiderabili, in reſcriptis vero iuſtitiæ ſolum agitur de reformatione, ſeu mutatione iudicis, aut modi procedẽdi ope exceptionis, & ſic ad illud ſufficit quælibet taciturnitas, qua ceſſante, Princeps rationabiliter reſcriptum non conceſſiſſet, aut non in forma ſpeciali, vt d. c. ſuper literis.

28 Ex dicta reſolutione † infertur ratio ad doctrinã Guiſſem. de Cuneo in l. tertio per text. ibi, Cod. de Epiſcopali audien. quam ibi ſequuntur Bald. num. 4. Paul. 9. & alij communiter, Felinus ſupra & Tiraqu. plures referens de pœnis temporan. cauſa 10. numero 4. & Ioann. Guttierez, qui etiam plures refert. dicto cap. 15. ex num. 86. & Boſſius ſup. numero 35. & 38. Medices dicens communem, de regul. iuris, reg. 3. numero 54. Farin. dict. q. 6. num. 49. & D. Cardin. Tuſch. concl. 730. lit. S. tomo 7. & alij relati per Cẽnedum collectanea 34. ad decretales, numer. 4. gratiam, ſeu remiſſionem ſecundi homicidij, non facta mentione de remiſſione alterius antea facta
29 eſſe ſurreptitiam, & nullam. Cuius † quidem doctrinæ ratio vera eſt, nam cum ex dicta l. ante fin. colligatur, crimina non niſi ſemel eſſe remittenda, tacitè ſignificatur, & videtur exprimi in impetratione remiſſionis ſecundæ, primam exprimendam eſſe, vt rectè tradit Nauar. d. num. 48. & dict. quæſt. 19. Thomas Sanchez ſup. nu. 15.

30 Secundo, ex prædicta † reſolutione decidenda venit frequens illa quæſtio, an valeat diſpenſatio matrimonialis ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, an vero ſit ſubreptitia & nulla.

31 In qua quæſtione † ſunt diuerſæ ſententiæ. Prima eſt, diſpenſationem ualere ex prædicta doctrina, quod illa ſola taciturnitas ueri nocet, quod iura iubent exprimi, & in hac ſpecie non iubent iura exprimi copulam, & quia de crimine non eſt facienda mentio, iuxta dicta. Ita tenent Nauarr. dicto conſ. 1. q. 19. de conſtitutio. & vltim. de cognation. ſpiri-

tuali,

tuali, & dicto conſilio 8.& 9. de conſanguinitat. & affinit. Henriquez dicto lib. duodecimo, c.2. ex §.4. & etiam §.7. Man. Rodrig. in ſumma, 1.tomo, cap. 236, num.5. Vega 2.p.ſummæ, ca.34.caſu 97. & tenuerunt Doctor. Nauarrus Iunior in lectura de matrimonio, & alij Doctores Salmantini: & nouiſſimè Zaullos in ſuis communibus opinionibus, qu.737. tenet etiam Salzedo in praxi Bernardi Diaz ca.126. verſicul. vnde merito, vbi damnat conſuetudinem in aliquibus tribunalibus receptam, quod in matrimonialibus diſpenſationibus, qui contrahere volũt ſolicitè interrogantur, an ſe carnaliter cognouerint de quo infamati minimè ſunt. Et in vltima editione addit, quod nec contrahentes tenentur iudici commiſſario diſpenſationis interroganti reſpondere, cũ factum occultum ſit, & cum interrogatio ad ſubſtãtiam diſpenſationis neceſſaria non eſt, vt poſt quendam Thomam Correctorem S. pœnitentiarię, tenet Nauarr. conſil. 2. deſponſalibus. quod in 2. editione eſt 10. de conſanguinitat. & affinitat. Hæc Salzedo. Et hanc ſententiam dicit probabiliorem, ſtando in jure communi P. Ledeſma de matrimonio, quæ. 56. art. 5. & in ſumma de matrimonio, capit. 27. 3. difficultate 1. conclu. & ſequitur in foro conſcientię, Cechus de rep. Eccl. capit. 28. de parocho, pag. 367. *& abſolutè de Sacramen. cap. de matrim. 4. propoſ. verſ. hodie tamen.*

32 Secunda ſententia † eſt, talem diſpenſationem eſſe ſurreptitiam, & nullam, quam tenet Sarmiento dict. lib. 2. ſelectarum, cap. 9. num. 3. & Melchior Gallego de cognatione ſpirituali; c. 24. à num. 1. Io. Gutierez can. quæſtio. lib. 1. cap. 15. & Nauarr. in manu. d. c. 22. num. 86. *in nouiſſima editione.* Zerola in praxi Epiſcopali 1 parte, verb. diſpenſatio, §. 4. & M. Ant. Genuenſis in praxi Archiepiſcopali Curię Neapolitanæ, c. 25. nu. 4. dicens, non valere diſpenſationem, non facta mentione de inceſtu contra Nauarrum, vt refertur cenſuiſſe S. Congregationem, & ſequuntur Manuel Rodriguez ſibi contrarius del orden judicial. c. 10. num. 4. ad finem, & Thomas Sanchez de matrimonio lib. 3. diſputat. 14. numero 3. & lib. 8. diſput. 25. qui indè dicunt, Salcedum ſupra immerito damnare dictam conſuetudinem interrogandi de copula. Et hanc ſententiam in terminis copulæ, & inceſtus cum affine ſequitur Ludouic. Lopez inſtructorio conſcientiæ 1. tomo, cap. 296. pag. 886. & abſolutè Rebellus dicto lib. 3. quæſt. 5. num. vigeſimoquarto, & nouiſſimè Magiſter ſacri Palatij in iudice librorum expurgan. in Emanu. Sà, pagina 119. initio, ſic corrigens, item non valet diſpenſatio ſuper cognatione, tacito, quod ſe carnaliter cognouerunt. Ita cenſuit S. Congregatio.

33 Et ratio huius † ſententiæ eſt, quia inceſtuoſi etiã cum propijs conſanguineis iure prohibentur matrimonium contrahere, cap. ſi quis viduam, 32. qu. 7. cap. qui propinquam, c. de inceſtis. 35. quæſt. 3. c. ſi duo, 35. quæſt. 6. cap. ſi. 35. quæſt. 8. cum alijs, quã-

34 uis † ob crimen inceſtus cum propria conſanguinea non prohiberi quem matrimonium contrahere, ſed ſolum ob inceſtum cum conſanguinea vxoris viuæ, vel mortuæ; cap. 1. & 2. & cap. tranſmiſſæ, & c. ex literis, de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, teneant D. Thomas in 4. diſtin. 34. quæſt. 1. art. fin. & Ricar. D. Anton. 3. parte, tit. 1. c. 16. §. 4. q. Syluester in ſumma, verb. matrimonium, 7. ſub nu. 8. Armilla eodem verbo num. 57. Caietanus *in ſum.* verb. matrimonium Veracruz in ſpeculo coniugiorum 1. p. art 23. & 3. p. art. 17. ad fin. Couarr. in 4. 2. p. c. 6. in princ. num. 4. Matienço in rubrica, tit. 1. li. 5. recopil. gloſſ. 1. num. 137. & 138. Candelabrum aureum de matrim. nu. 94. & Iacob Graf. in deciſionibus aur. caſuum conſcientiæ. lib. 2. c. 80. num. 13. Henriquez dict. lib. 12. cap. 2. §. 4. Ludou. Lopez inſtruct. conſcien. 1. tomo, d. c. 296. & 2. to. 2. p. c. 46. reſpondens iuribus allegatis, & Cardinalis Toletus in ſumma, lib. 5. c. duodecimo & lib. 7. c. 15. & nouiſſime Zaullos ſupra num. 3. Leſſius de iuſtitia & iure, lib. 4. c. 3. num. 82. & ſequitur Sarmiento lib. 7. ſelect. cap. 10. num. 4. niſi [illegible] pœna à iudice, vel con-

35 feſſario imponatur ſibi contrarius lib. ſup. citato. Et † dicit Ricardus, quem alij ſequuntur, id fuiſſe inductum ob iniuriam illatam matrimonio per coitũ cum conſanguinea vxoris. Quod etiam tenent Tho. Sanchez lib. 7. diſput. 15. num. 16. & d. diſput. 15. dicens fundamentum prædictæ ſententiæ non eſſe, quod inceſtus præbeat impedimentum matrimonio, ſed ſtylum Curiæ.

36 Sed contra † eſt communis ſententia Canoniſtarum, quæ efficaciter probatur prædictis iuribus quã tenet Abb. & Præpoſitus in dict. cap. 1. & 2. & l. Far. 13. tit. 2. par. 4. & ibi Gregor. Lopez ver. conſu parienta, Ang. in ſumma. verb. matrimonium, §. 5. Menoc. de arbitrar. centu. 6. addit. caſu 502. num. 98. & 106. Nauar. in man. c. 22. n. 74. & 75. & d. conſ. 8. nu. 1. & conſ. 10. de conſang. & affi. Et probat ſtylus Curiæ, vt ipſe dicit, & ſequuntur Soto in 4. diſt. 37. q. 1. art. 1. & ſecundo Caſtro de poteſt. legis pœnalis, cap. 7. 3. docum. circa finem. & Cord. lib. 1. quæſt. q. 12. Summa Corona 4. p. de matrim. de impedimẽto criminis, Man. Rodrig. in ſumma 1. tomo, c. 227. n. 3. & 236. num 8. Vega in ſumma 2. p. c. 5. caſu 4. & in Eſpeio de curas cap. 15. num. 62. Valen. 4. to. diſput. 10. q. 5. pun. 4. & Rebell. ſupra, q. 18. num. 7. Açor 3. p. lib. 3. cap. 10. qu. 1. & dicit probabiliorem P. Ledeſma de matrim. quæſt. 58. artic. 4. & in ſum. de matrim. c. 22.

37 Solum eſt differentia † inter hos authores, quod aliqui dicunt, non ſolum inceſtuoſum cum conſanguinea prohiberi matrimonium contrahere, ſed etiam poſt contractum non poſſe debitum exigere, Angelus, & d. l. Part. & ibi Gregor. & Nauar. d. conſ. 10. num. 3. & Vega dict. num. 62. & probatur ex d. c. tranſmiſſæ, quamuis loquatur in inceſtu cum conſanguinea vxoris mortuæ, Soto vero, Caſtro, Corduba, Manuel Rodrig. Vega d. caſu 4. & 1. & d. cap. 34. caſu 97. & Ledeſma & Rebellus num. 13. dicũt, quod licet prohibeatur matrimonium contrahere, non tamen debitum exigere.

38 Nec ratio † Ricardi quidquam valet, cum inceſtus cum affine nullo precedente matrimonio etiam impediat, c. ſi quis cum duabus, 33. q. 2. c. ſi quis cum matre, 35. q. 3.

39 Vnde etiam † conuincitur quod ait Soto d. ar. 1. & ſequitur Candelabrum aureum ſupra num. 95. & Vega d. cap. 5. caſu 2. Inceſtum cum conſanguinea vxoris mortuæ non impedire matrimonium contrahendum, quod eſt contra textum expreſſum d. c. tranſmiſſæ, Thomas Sanchez d. lib. 7. diſp. 15. nu. 12. Rebell. d. q. 18. nu. 10.

40 Cum ego inceſtuoſus † etiam cum propria conſangui-

ſanguinea iure prohibeatur matrimonium contrahere, & omnis inceſtus ſit de iure impedimentum impediens, licèt non dirimens matrimonium, ius tacitè exprimi iubet, & intrat ſupradicta reſolutio,
41 & doctrina. Et † etiam de matrimonio debet fieri mentio in impetratione diſpenſationis, ſi illud de facto contraxerunt coniuncti in gradibus prohibitis, quamuis non ſit copula conſummatum, ex Triden. ſeſſ. 24. de reform. matrim. ca. 5, aliàs etiam diſpenſatio nulla erit. Et tradit Sarmiento d. cap. 9. n. 3. Ledeſm. in ſumma dict. c. 272. difficultate 1. concluſ. & Thomas Sanchez d. libr. 8. diſput. 25. à n. 21.
42 Et † pro hac ſententia, quod de inceſtu debeat fieri mentio in diſpenſatione, facit in ſimili doctrina Didaci Conar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 4. num. vltim. ubi ex Dominico conſil. 33. docet, diſpenſationem ad matrimonium contrahendum conceſſam, ſublato aliquo impedimento quod legitimè illud matrimoniũ contractum dirimeret, nullam eſſe, ſi in eadem diſpenſatione mentio nõ fiat de cognatione ſpirituali, quæ inter impeditos aderat, per Catechiſmum tantum contracta, quæ tantum impedit, & non dirimit matrimonium, c. 2. de cogn. ſpirituali in 6. Sequitur Ludou. Lopez inſtructorio conſcientiæ 2. tomo part. 2. capit. 46. ergo ſimiliter in propoſito. Th. Sanchez de matrim. lib. 7. diſpu. 10. num. 8. cum Palacios in 4. diſt. 42. diſput. vnica, dicens, quoties eſſet idem in catholico & baptizato, vnicam pullula-
43 re cognationem, &c. Quod † tamen videtur intelligendum, quando illud impedimentum, dirimens non eſſet cognatio ſpiritualis ex eodem baptiſmo, tunc enim ſufficeret exprimere, cognationem ſpiritualem ex baptiſmo, cum qua confunditur cogna-
44 tio ex catechiſmo. Sicut † impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, aut matrimonio rato, cũ affinitate ſuperueniente ex matrimonio conſum-
45 mato confunditur. Licet † ſecus, quando impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus concurreret cum affinitate ex copula illicita, aut affinitas ex copula illicita præcedenti cum publica honeſtate ex matrimonio rato ſubſequuto. Et ſic procedet, quod ait Marcus Anto. Genuen. d. cap. 25. num. 10. quando concurrit impedimentum publicæ honeſtatis, & affinitatis, debet vtrunque exprimi in diſpenſatione, ſicut quando concurrit impedimẽtum affinitatis & conſanguinitatis, & ceſſat difficultas de qua Thom. Sanchez d. lib. 8. diſp. 24. à num. 36. & ita tradit Henriq. libr. 12. capit. 10. §. 3. contra Toletum lib. 7. c. 11.
46 Et illa doctrina † Couarr. procedit in vtroque foro, licèt Henriqu. in ſumma, l. 11. c. 12. §. dicat id pro exteriori verum eſſe, & ſic limitandum eſſe Couarr. cum Dom.
47 Et procedit † etiam poſt Concil. Trident. nam hoc impedimentum cognationis ſpiritualis ex catechiſmo non eſt ſublatum per illud c. 2. ſeſſ. 24. de reform. matrim. nec de iſta cognatione loquitur, ſed ſolum de cognatione ex Bapt. ſeu Confirmatione, quamuis cenſeatur reſtrictum, ſicut illa. Ita Nauar. in manuali c. 22. numer. 72. Bart. Ledeſ. in ſummario de Sacramentis, de matrimo. difficult. 45. Coſmas Philiar. 2. parte, lib. 2. cap. 4. Candelabrum aureum de matr. num. 90. Summa Corona 4. parte de matr. num. 21. Ludou. Lop. ſupra, Man. Rodrig. 1. to. cap. 224. ſub numero primo, & Valentia ſupra, & Azeuedo in l. 7. tit. 20. lib. 8. recopil. nu. 44. D. Sahagum de Baptiſ. num. 118. Rebell. 2. parte, lib. 3. q. 18. nu.
48 2. Licet † eſſe ſublatum teneant Veracruz 1. p. art. 22. & 55. ad finem, Henriq. ibi, Vega in ſumma 1. p. cap. 33. caſu 24. & in Eſpeio de curas c. 8. num. 78. & c. 15. num. 59. Petr. Ledeſ. de matr. q. 56. art. 3. & in ſumma c. 17. & de baptiſmo c. 13. concl. 5. dubio 2. Emanuel Sá, verb. matr. impedimenta non dirimentia, numero quarto. Tho. Sanchez lib. 7. diſp. 10. Pro quibus videtur facere declaratio S. Congreg. *ſuper d. c. 2. quam refert Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 24. a nu. 70. eam tamen intelligit ibi a num. 69. procedere, non quia impedimentum ex catechiſmo ſit omnino ſublatum per Concilium, ſed quia baptiſmus ibi præceſſit catechiſmum, & ſolennitates poſtea in Eccleſia adhibitas, & ſolum ex catechiſmo, qui præcedit baptiſmum, contrahitur dictum impedimentum, ex d. cap. 2. de cognat. ſpir. in 6. quod loquitur de catechiſmo, qui præcedit baptiſmum, de quibus etiã loquuntur D. Anto. Caiet. Armil. Sot. & Angles, hanc cognationem explicantes, relati per Tho. Sanch. d. diſp. 10. num. 7. atque ita tenet Cart. a Ledeſm. de matrim. dub. 46 §. de catech. relatus etiam per Thom. Sanch. ibi, qui tamen cum Couar. d. c. 6. §. 4. n. 11. & aliis allegatis veriùs tenet, quod ex catechiſmo poſt baptiſmum facto oriebatur impedimentum, & tex. in d. c. 2. loquitur de catechiſmo præcedente baptiſmum, qui ita regulariter & ordinariè fit, & gratia frequentioris vſus.*
49 Sed † contra iſtam ſententiam videtur obſtare, quod conſuetudo ſeruatur ob nullum inceſtum diſpenſationem peti, nec à Papa, nec ab Epiſcopo, vt cum Paludano in 4. diſt. 34. quæſt. 1. num. 14. dicente, quòd in criminibus impediẽtibus matrimonium hodie de conſuetudine non petitur diſpenſatio, teſtatur Corduba d. qu. 12. verſ. ſed vtrum ſit, & alij.
50 Quæ † conſuetudo videtur excuſare, etiamſi non conſtet, Epiſcopos ſcienter diſſimulaſſe. Angelus ſupra, licèt contra teneant, Paludanus ibi. Sylueſter & Summa Corona, & Rebell. num. 9. vbi ſupr. Maxime, ſi conſuetudo eſt immemorialis, Caietanus ſup. & Ludou. Lopez d. c. 46. & Vega d. c. 5. caſu 1. & d. c. 15. nu. 62. & latè Tho. Sanch. lib. 7. diſp. 17. à nu. 4. & Aſor 3. p. lib. 3. cap. 10. q. 1.
51 Ex † quo aliqui etiam tenent, non eſſe opus facere mentionem de inceſtu in diſpenſatione ſuper cognatione, vel affinitate.
52 Reſpondetur, verum † videri id conſuetudine ſeruari, quod non petatur diſpenſatio ob inceſtum, niſi in noſtra ſpecie, quando petitur diſpenſatio ad contrahendum, cum ipſa cognata, vel affini, cum qua eſt commiſſus inceſtus: quia in hoc caſu in vſu eſt diſpenſationem, ſeu abſolutionem peti ob inceſtum, vt teſtantur Nauar. d. nu. 75. in fine, Graf. ſup. nu. 11, Ludouicus Lopez d. c. 296. Vega ibi, & Valentia d. quæſt. 5. pun. 5. & quotidie videmus in bullis diſpenſationum.
53 Sed dices cum † Nauarro d. conſil. 1. q. 19. de cõſtitutio. & vlt. de cognatione ſpirituali, & d. conſil. 7. 8. 9. & 10. de conſanguin. & affin. & 6. de reſcript. Enriquez d. lib. 12. cap. 2. §. 6. & cap. 3. §. 8. Manuel Rodriguez dict. cap. 236. num. 5. & Vega d. caſu 97. valere diſpenſationem ſuper vno impedimento, nõ facta mẽtione de alio ſuper quo poſtea de per ſe poterit obtineri diſpenſatio, ſicuti valet impetratio abſolutionis ab vna excommunicatione, non facta mentione de alia. (Quod etiam tenet Marcus Ant. Genuen.

Genuen.d.c.25.nu. 10. in habente duplex impedimentum affinitatis, & consanguinitatis, vel publicæ honestatis, & affinitatis.) Atque adeo valere dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de impedimento incestus, super quo postea poterit obtineri dispensatio, seu absolutio, & quando non obtineretur, valebit matrimonium, cum solum sit impedimentum impediens.

54 Respondetur † tamen, id non esse verum, in dispẽsationibus quæ se contingunt, & impedimentum tacitum auget expressum super quo dispensatur, tunc enim necesse est de vtroque mentionem facere, alias dispensatio est nulla omninò, vt videmus, quando concurrit impedimentum consanguinitatis cum impedimento affinitatis, quidquid dicat Genuen. supra, vel quando est coniunctio ex duplici parte, seu linea, Couarr. in 4.2.parte. capit.6.§. 7.nu.1.Mandos. de signatura gratiæ, titul. de dispensationibus matrimonialibus circa finem, & eius filius Horatius, Mandos. ad Roman. consil. 194. numero primo litera A. Enriquez lib.12.cap.10.§.3. & P. Ledesma de matrim. quæst.56. articul. quinto vers. quinto sequitur, & in summa de matrim.c.27.6. conclusione, & in exemplo eiusdem Couar. vbi supra de consanguinit. seu affinit. cum impedimento ex catechismo, & simil. Tum enim istæ dispensationes se contingunt, & vnum impedimentum auget aliud nam

55 † vbi plura obstant impedimenta, difficilius concedetur dispensatio. Menochius de arb. trar. lib. 2. casu 203. numero 13. & vbi plura sunt obstacula, est necessaria mentio singulorum. Felin. in ca. postulasti. numer. 2. de rescrip. & in terminis dispensationis matrimonialis, quod si adsunt pura impedimenta, omnia sint exprimenda, alias dispensatio nulla erit, tradit Mandosi. Senior vbi supra, & Menoch. ibi numero 13. & Melchior. Gallego supra, cap. 23. à nu. 6. & latè Thomas Sanchez lib.8. disp. 23. & *nouissimè Suar. de legib. lib.6.c.42.nu.* 2. 3. & 9. & conducit decisio Rotæ 117. lib.1. & 79. lib.2. par.3. diuersorũ, quod procedit in proposito, nam impedimentum incestus auget impedimentum consanguinitatis, seu affinitatis.

56 Et idem est eadem † ratione in impetratione dispensationis vnius irregularitatis, non facta mẽtione de alia. Nauarr. consil. 17. de rescrip. licèt contra teneat consil. 16. de clerico excommunic. num. 2. & 3. & *Suar. d.c.24. a num.* 10.

57 Et illud, quod dictum est in contrarium solum habet locum in dispensationibus, quæ non se contingunt, nec tacitum auget expressum, vt in terminis dicti consil. Nauarri 6. de rescriptis, quando sacris initiatus impetrat à Papa dispensationem, vt possit vxorem ducere, & deinde nulla huiusmodi dispensationis, facta mentione impetrauit, vt cognatam ducere possit, tunc enim vtraque dispensatio est valida, vt ibi docet Nauarr. quem sequuntur Man. Rodrigu. d.cap. 236. numero quarto, Vega in sum. 2. par. c. 88. casu 3. & Petrus Ledesma d.c. 27. 3. difficult. 7. conclusionis. & Thomas Sanchez lib.8. disput. 22. num. 6. Quia dispensationes istæ non se contingunt, sed sunt res separatæ, & super rebus differentissimis, nec vna auget aliam.

58 Quamuis è conuerso, † si talis prius impetrasset dispensationem, vt posset cognatam ducere vxorem, non facta mentione de impedimento sacri ordinis, esset nulla dispensatio, quia impedimentum sacri ordinis cum faciat illum omnino inhabilem ad contrahendum matrimonium, auget impedimentum consanguinitatis.

59 Et † similiter dispensatio concessa irregulari seu inhabili, vt plura possit habere beneficia, non facta mẽtione de irregularitate, seu inhabilitate esset nulla, quidquid velit Rebuff. in praxi. titul. de dispensatione ratione ætatis, verb, si tibi alias canonicè conferantur, à num. 4.

60 Nec obstat † simile de excommunicatione, nam absolutio ab vna excommunione, seu alia censura, nec contingit aliam, nec vna censura auget aliam. & sic quoad expressam non est surreptio, vt dictum est supra num. 14.

61 † Sed contra istam † responsionem facit difficultatem, quod ex ea sequeretur, dispensationem, quam quis impetraret ad contrahendum cum consanguinea, affini, habens votum simplex castitatis, seu spõsalia de futuro cum alio contracta, non facta mentione de eo, esse surreptitiam, & nullam, & consequenter matrimonium ex ea contractum nullum, quod tamen non videtur dicendum.

62 Respondetur, diuersam esse † rationem in impedimento voti simplicis, aut sponsalium: nam cum ista solum impediant matrimonium propter iniuriã quę fieret Deo, vel parti, nec inhabilitent ad contrahendum, non augent impedimentum consanguinitatis, seu affinitatis, nec sunt dispensationes, quæ se contingant, & ideo valet dispensatio super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de voto, vel sponsalibus, remanentibus illis in suo robore, licet in voto contrariũ teneat Thomas Sanchez dict. disput. 23. num. 4. & *Suar. dict. cap. 24. à num. 4. Dispensatio etiam obtenta super gradu prohibito valet, &c. Mediolanens. matrimon. R. dispensatio.* Quando prius impetratur dispensatio consanguinitatis.

63 Remanet ergo † ex dictis rectè probata, & defensata secunda sententia, nempe dispẽlationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, esse surreptitiam & nullam omnino.

64 Et † idem est in impedimento cognationis spiritualis, & etiam in impedimento publicæ honestatis, ex d. cap. 2. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ, vbi Abbas, & c. duo pueri, de dispensation. impub. glossa, ver. abusus in c. lex illa, 36. quæstio. 1. Matienço in d. rubrica, tit. 1. lib. 5. recopil. gl. 1. nu. 137. Ioan. Guttierez canonic. quæst. lib. 1. c. 23. num. 15. & nouissime Menoch. d. centuria 6. addita, casu 502. à nu. 1. ad 30. *Foller. in praxi crim 6. p. num. 8. P. Cauall. crim. ref. casu vlt. & Açor 3. par. lib. 3. cap. 9.* vbi tradit quod incestus committitur cum consanguineis, affinibus, & cognatis cognatione spirituali, & publica honestate, licet in cognatione spirituali cõtra teneat Thomas Sanchez. lib. 7. disput. 15. num. 8. & lib. 8. disput. 25. num. 9. cum Nauarro d. cons. vltim. de cognatione spirituali. & alijs, contra Gallego supra d. cap. 24.

65 Et cessat omnis † difficultas in hac quæstione, primò, nam ita seruatur de stylo Curiæ nouissimo, qui habet in dispensationibus super impedimento consanguinitatis affinitatis, cognationis spiritualis,

vel

vel publicę honeſtatis faciendam mentionem de copula, & ſoluitur maior compoſitio. Et ſtylus Curię facit ius, c. quamquam graui, de crimine, falſi, cum ei adnotatis, etiam in partibus, vt dictum eſt ſupra 1. par. cap. 5. num. 87. 88. quidquid dicat Zauallos ſupra à num. 20. Nec iſte ſtylus eſt ſolum pro foro exteriori, vt ſine fundamento perperam inquit Enriquez ſupra.

66 Secundo† quia ita declarauit S. Cõgregatio Concilij, vt in ſequentibus declarationibus ſuper cap. 5. ſeſſione 24. de reformatione matrimonij. Prima, Qui ſe cognouerunt carnaliter ſine tractatu & cogitatione matrimonij, poſtea volentes matrimonium contrahere, & petentes ſecum diſpenſari in aliquo impedimento, tacentes ſe carnaliter cognouiſſe, ſi obtinẽt ex aliqua cauſa iam probata diſpẽſationẽ, poſſunt dici obreptitie ac ſurreptitie, & ſic nullã obtinuiſſe diſpenſationem, ex eo ſolo, quia non narrauerunt cognitionem carnalem. Secunda, Congregatio Cardinalium Concilij cenſuit, diſpenſationẽ ſurreptitiam, ſi inter conſanguineos, vel affines, vel ſpirituali cognatione coniunctos carnalis copula præceſſiſſet, cuius mentionem in ſupplicatione non feciſſent, propterea quod tales cõſanguinei, affines, & cognati ſpirituales per hanc carnalẽ copulã redditi ſunt inhabiles ad contrahẽdum matrimonium, ex eo quod dicuntur commiſiſſe inceſtum, qui impedit inceſtuoſos contrahere matrimonium, ideo pro validitate diſpẽſationis ſuper gradu prohibito, neceſſariam eſſe de iure expreſſionẽ copulæ carnalis, prout ſtylus Curiæ obſeruat. Quas declarationes adducit poſt hæc Rebellus 2. par. ad finem, lib. 4.

67 Et apparet etiam † ex declaratione vltima infra adducta, num. 70. & aduertit additio Nauarri dicto conſilio 9. de conſanguin. & affin. dicens: Aduerte, quia refertur Congreg. cenſuiſſe, conſanguineos, vel affines, qui tacita copula obtinuerunt diſpenſationẽ ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, eſſe ſurreptitios, & matrimonium poſtea contractũ eſſe nullum. Cui ſententiæ videtur etiam ipſe D. Nauarr. poſtea adhæſiſſe in 4. editione ſui Manualis confeſſ. vigeſimo ſecundo, numero 86. in fine, & ita obſeruat praxis, *& refert Ceuall. in add. ad diſt. q. 737. dicens tamen, quòd licèt illud procedat de ſtylo curiæ, pro contraria opinione vidit pluries in tribunali Archiepiſcopi Toletani iudicatum.*

68 Et ita certam † rem eſſe, ſtando determinationi Congregationis Cardinalium, vt ſtandum eſſe ait, tenet P. Led. de matrim. d. quæſt. 56. art. 5. in ſumma d. cap. 27. 3 diffic.

69 Procedit que iſta ſecunda † ſententia, etiamſi copula ſit habita poſt impetratam diſpenſationem in forma commiſſaria, antequam tamen Ordinarius, cui diſpenſatio commiſſa eſt iuxta decretum Concilij ſeſſ. 22. de reform. capit. 5. diſpenſet, nam etiam tunc diſpenſatio eſt nulla ob non factam mentionẽ de copula. Et ratio eſt, quia cum antequam Ordinarius diſpẽſet authoritate Apoſtolica ex commiſſione ſibi facta, nondum ſit diſpenſatio perfecta, & in eſſe deducta, ſurreptitia videtur, non facta in ea mentione de dicta copula, cum inceſtus ſit de iure impedimentum, iuxta dicta, atque adeo neceſſarium erit obtinere nouam diſpenſationem, ſeu perinde valere, iuxta ſtylum Curiæ (& ſi copula eſt ſecreta, poteſt expediri gratis in foro conſcientiæ per S. Pœnitentiariam) & ita contra Cordubam in ſumma, quæſt. 45. optione 2. puncto 5. quem ſequuntur Ludouic. Lopez d. 1. to. cap. 296. Man. Rodrigu. 1. tom. d. cap. 236. num. 8. Vega 2. par. d. c. 30. caſu 97. (qui caſu ſeq. verſic. empero. & Man. Rodrig. num. præced. vbi variare videntur, loquuntur, quando ante factam diſpenſationem ab Ordinario contraxerunt de facto, male intelligentes Ioannem Gutierez infra) & Zerola in praxi Epiſcopali, 1. p. verſ. diſpenſatio, §. 6. dicens, valere diſpenſationem, quãdo copula fuit habita poſt datam ſupplicationis, quod etiam conſequenter tenuit Nauarrus conſilio 10. & 11. de conſanguinit. & affinitat. *& cum eo Zechus de Sacram. d. c. 9. de matrim. 4. propoſ. verſ. hodie tamen, dicens, quod valet diſpenſatio ſuper impedimento gradus prohibiti, licet non ſit facta mentio copulę inceſtuoſæ inter eos habitæ, maximè poſt commiſſionem Papæ.* & ſtando in iure communi P. Ledeſma d. art. 5. c. 27. 4. difficultate 1. concluſionis, rectius tenet Io. Gutier. d. lib. cano. quæſt. cap. 15, dicens ita declaratum à S. Congregatione Concilij.

70 Prout † re vera eſt, & apparet ex declarationibus ſequent. ſuper dictum c. 5. ſi poſt impetratas literas diſpenſationis ante illarum præſentationem, & decretum Ordinarij ſe cognouerunt, nullis factis, aut adhibitis ſolemnitatibus committitur Ordinario, quod ſi dictæ literæ diſpenſationis ſibi præſentabũtur & cauſa in eis expreſſa probabitur legitimè corã ſe, & quod oratores poſt impetratas ſe cognouerũt, diſpenſet cum eis, iniuncta tamen ipſis ſalutari pœnitentia propter inceſtum arbitrio ſuo quod ſi tales contraxerunt coram parocho, habita notitia obtẽtæ diſpenſationis, & ſe carnaliter cognouerunt cõmittitur, vt ſupra, & additur, & punito parocho, quod non ſeruata forma Concilij coniunxit oratores in matrimonium, & grauius, ſi tunc ſciuit illos in gradu prohibito ſe attinere, nec literas diſpenſationis vidit. Alia. Qui Romam miſerunt pro diſpẽſatione, & habito nuntio, quod literæ fuerunt expeditæ contraxerunt, vel ſe cognouerunt, & ita verum eſt, fuiſſe expeditas, & habere datas ante contractũ, vel commixtionem dandas diſpenſationes eſſe, Cõgregatio Cardinalium cenſuit, idem viſum eſt, etiã quod literæ eſſent expeditæ, ſed ſupplicatio ſignata, data, & ex toto expedita. Alia. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini cenſuit, diſpenſationem teddi nullam ex copula præcedente diſpenſationem, ſi de ea non fuerit facta mentio in ſupplicatione, copulam verò ſuperuenientem poſt diſpenſationem ab Ordinario factam, non impedire matrimonij validitatem. Quas declarationes adducit ẽt poſt hæc Rebellus d. 2. p. ad fi. lib. 4.

71 Et aduertit † additio Nauarri d. conſil. 10. dicẽs, aduertendum caſum, de quo in præſenti conſilio differre ab illis, de quibus in duobus præcedentibus conſilijs, ſed nihilominus referri S. Congregationẽ inclinaſſe, & in hoc caſu hoc ad ſedem Apoſtolicã pro quibuſdam certis literis obtinendis remittendo à iudicibus, antequam in vim priuatarum literarum diſpenſent.

72 Et idem declaratum † intellexi à S. Pœnitentiaria, ad inſtantiam D. Petri Fernandez Terminij Epiſcopi Abulen. & ſtando in declaratione S. Congregationis prout ſtandum eſſe ait, tenet Petr. Ledeſma ſupra, præſertim d. cap. 27. 4. difficultate 1.

con-

concluſione, & nouiſſime tenet Thomas Sanchez lib.8.diſput.25.n.8.& 11.& ſentit Humada ad Gregorium Lop.2.in l.2.tit.15.p.2.gloſſ.10.à num.5.& ſequitur Proſper de Auguſtino in appendice ad ſũmam bullarij Quarantæ 2.p.verb.matrimoniales diſpenſationes,pagi.585.dicens, quod praxis Romanæ Curiæ partetque S. Concil j Congregatio cenſuit,quod diſpenſationes factæ non expreſſa copula habita inter conſanguineos, vel affines et am poſt commiſſionem Romani Pontifici factam ordinario de diſpenſando, ante tamen quod ab ipſo diſpenſetur, ſurrepticiæ ſunt, *& nullæ. Leo in theſ.for. Eccleſ.c.* 23. *ann.46.dicens requiri renouationem per nouam expeditionem, perinde valere, &c.* Et ita planè tenet Roca in cauſa Cæſarauguſtana ſtatus coram Bubalo de ciſi.Farin.351.& 56.n.1.

73 Si autem † copula ſit, habita poſt diſpenſationẽ perfectam, & factam ab Ordinario, vel poſt diſpenſationem impetratam in forma gratioſa non commiſſaria, non dubium eſt, quia diſpenſatio ſuper impedimento cognationis, ſeu affinitatis,& matrimonium ſequuta ſint valida. cum diſpenſatio ſit rectè facta, & tenet Corduba ſupra in *fine*,& Ioannes Gutierrez & Humada ſupra, & Rebellus d.l.3.qu.5.num.24.verſicul.dixi ante confirmationem, & facit reg.factum legitimè,de regul.iur.in 6.Et patet ex declaratione vltima ſupra adducta num.70.licèt in hoc malè teneat contrarium Melchior Gallego ſupra à num.16.

74 Nec obſtat † copula ſuperueniens,nam cum impetrantes iam ſint diſpenſati, & habilitati ad contrahendum matrimonium, non eſt inceſtuoſa, & conſequenter non induxit impedimentum inceſtus Manuel Rodriguez d.capitulo 236.numero 7.in fi. & Vega d.2.parte, capitulo 34. caſu 98. Thomas Sanchez libro 7.diſput.67.numero 9.& Rebell.vbi proxime. Et eſto eſſet inceſtus, non dirimeret matrimonium, cum ſolum ſit impedimentum impediens, & in eo poſſet Ordinarius diſpenſare, Nauar.capitulo 22.num.75.& 85.Valentia 4.tomo diſput.10. quæſt.5.puncto 5.& Thomas Sanchez plures citans d.lib.7.diſp.17.nu.15.

75 Et facit quod in ſimili † de copulâ cum affine in tertio,vel quarto gradu ex actu fornicario,rectè tradunt Bartholomæus Medina in ſumma lib.1.c.14. in declaratione texti præcepti.§.verſic.1.Ioan.Gutierez d.lib.1.c.23.nu.3.P. Ledeſma de matrim.qu. 55.art.3.5.dubio, & in ſumma,c.153.difficultate, 6.concluſione,& 2.par.tract.27.cap.3.concluſione 5.Manuel Rodriguez 1.tomo,c.207.nu.2. & Vega 2.parte,c.55.caſu 7.notabili 5.& Thomas Sanch.d. diſp.67.nu.8. non eſſe hodie inceſtuoſam, ex quo poſſunt matrimonium contrahere, quamuis contra teneant Candelabrum aureum de matrim.nu.209. & Ludouic.Lopez 2.tomo,2.partis,c.50.Azeuedo in l.7.tit.20.lib.8.recopi.à num.34.qui tamen cogitandum relinquit.

76 Et facit † declaratio S.Congregationis Concilij, quæ ſic ait; Sanctus Dominus noſter Gregorius ex ſententia Congregationis dixit decreto cap.4.ſeſſ. 24.de reformatione matrimonij,ſublatum impedimentum quoque ſuperuenientis affinitatis poſſ cõtractum matrimonium,quia ſi impedimentum dirimens ſublatum eſt, quod maius eſt; ergo & illud, quod ſolum impedit, ne is, per quem contracta eſt affinitas, ſine peccato poſſit exigere debitum, quod minus eſt, Præterea Concilium ſubtulit tertium, & quartum gradum, ergo in omnibus.

77 Aduertendum † autem eſt, ſufficere narrare Papæ in ſupplicatione diſpenſationis copulam non dicendo,quot vicibus ſit habita,licèt ſæpè habita fuerit,non enim eſt vis in hoc, quod ſemel, aut pluries ſit habita,quia non eſt maius, aut plus impedimentum ex copula pluries habita, quam ex ſemel habita, & ita practicatur. Thomas Sanchez lib.8.diſp. 24.num.7. *Acor 3 part.lib.3.cap.10.quæſt.1. & Melchior Galleg. de cognat.ſpir.c.19.a num.7 Tolet. in ſum. lib.7.cap.19.ad fin. & Vgol.de offic. Epiſcop.cap. 60. §.3.& alij, qui docent, in omnibus impedimentis ſaltim impedientibus matrimonium præter votum & ſponſalia poſſe Epiſcopum diſpenſare.*

78 Pro quo facit, quod ſi quis † leuet, ſeu teneat in baptiſmo plures filios alicuius, vnica tantum eſt cõpaternitas,vt audiui declarare D.Clementem VIII. dum eſſet Datarius Sixti V.

79 Et ſi quis ter, † vel quater contraxit nuptias,non eſt neceſſarium id exprimere in diſpenſatione bigamiæ, Nauarrus conſil.2.de bigamis, & Vgol.de irregularitate, capitulo 56.§.7. numero 3. Thomas Sanchez libro ſeptimo,diſput.86.numero 24. Enriquez libro 12.capitulo 6.§.9. Auila de centur.7.p. diſput.8.in fine.

80 Et in diſpenſatione † irregularitatis contractæ, ex eo quod quis excommunicatus celebrauit, non videtur neceſſarium exprimere, quod pluries celebrauit, aut pluribus excommunicationibus ligatus, quia vna tantum videtur irregularitas, Enriquez lib.12.cap.10.§.3.& libro 14.cap.7.§.5.Thom.Sanchez lib.8.diſp.14.num.7.Auila diſp.10.dub. 8. Et in excommunicato, qui pluries celebrauit in excõmunicatione, tenet Nauarr.conſil.3.de raptoribus num.6.& Zerola in praxi,2.parte, verb irregularitas,§.12.ad fin.

81 Licet † in eo,qui celebrauit ligatus pluribus excommunicationibus, contra Nauarr.conſil.16.de clerico excommunic.nempe, quod cõtrahat plures
82 irregularitates. Quod † verum erit in eo, qui celebrat ligatus diuerſis cenſuris, nempè, excommunicatione,& interdicto,ſeu ſuſpenſione,vt inconſi.15. præced.Auila ſup.

83 Et licet † Manuel Rodriguez 1.to.cap.267.nu.1. & Vega 2.p.c.15.caſu 2.in princ.dicant,quod excõmunicatus, ſeu interdictus ex duabus cauſis celebrando incurrit irregularitatem ex duabus cauſis in diſpenſatione exprimendis.Cuius contrarium tenet idem Manu. Rodrig. ſibi non conſtans,inferius ca. 181.num.3.vbi ait, quod ligatus pluribus excommunicationibus, celebrando prima vice non incurrit niſi vnam irregularitatem, quia non committit niſi vnum delictum.

84 Et non ſolum ob † celebrationem in excommunione, ſeu alia cenſura iteratam, vna tantum incurritur irregularitas, & non plures, ſed etiam ob homicidium, rebaptizationem, ſeu aliud delictum iteratum, ex quo incurritur irregularitas,quia eadem eſt ratio, licet contra teneat Manu.Rodrigu.d.cap. 181.num.12.vbi ait, quod irregularis ob homicidium, rebaptizationem,aut celebrationem cum aliqua cenſura, ſi iterum id faciat, incurrit ſecundam irregularitatem,

Nec

85 Nec enim † multiplicantur irregularitates multiplicatis tranſgreſſionibus, ſeu peccatis eiuſdem generis, ſeu ſpeciei, licèt contrarium teneant Suar. 5 tomo, diſpu. 42. ſectio. 1. nu. 2. vbi de irregularitate, ex rebaptizatione, & de leg. lib. 6. ca. 24. ſub numero 12. vbi de irreg. & homicidio. & Molina de iuſtitia, tract. 3. diſputat. 41. numero 3. & 7. Quamuis
86 † ſecus ſit in cenſuris, quæ multiplicantur multiplicatis tranſgreſſionibus, ſeu peccatis etiam eiuſdem generis, vt per Suarez d. 5. tomo, diſputat. 5. ſect. 3. & Vgolinum de cenſura, tabula 1. cap. 16. §. 3. Molinam ibi.

87 Et ratio † differentiæ eſt, quod irregularitas eſt quædam inhabilitas per modum habitus, & permanentis, & ſic non multiplicatur multiplicatis actibus eiuſdem rationis, ſeu generis, cenſura autem eſt quædam pœna per modum tranſeuntis, cum ſit de ſe abſolubilis, ſeu vinculum diſſolubile, Vgolin. dict. tab. 1. capitulo 12. & 13. & cap. 16. §. 4. Suarez diſp. 1. ſect. 1.

88 Non tamen videtur † verum, quod ait Enriquez d. capitulo 10. §. 3. quod ſi quis cum duabus ſororib. eius, cum qua vult contrahere, copulam habuit, non ſit neceſſarium in diſpenſatione id exprimere (quod etiam tenent Manuel Rodriguez dict. 1. tom. capit. 236. num. 1. in fine, & Vega d. 2. part. c. 34. caſu 98. in fine) nec in diſpenſatione patruelium, ſeu conſobrinorum ſit neceſſarium exprimere, quod ſunt per viam vtriuſque parentis, quod ſe vera videtur falſum, nam ibi eſt duplex gradus, & ita tenent Thomas Sanchez lib. 8. d. diſput. 24. à numer. 4. Vnde †
89 etiam in deſcendentibus ab illis erit etiam duplex gradus exprimendus in diſpenſatione. Quamuis vbi duo patrueles, ſeu conſobrini ex diſpenſatione matrimonium contrahunt, in eorum neporibus nõ videtur conſiderandus, niſi ſecundus gradus: nam alter confunditur & ceſſat per matrimonium, & di-
90 ſpenſationem auorum: vnde † ſecus eſſet, ſi ſine matrimonio & diſpenſatione habuiſſet filius inceſtuoſos.

91 Ex † prædictis infertur, quod ſi copula ſit habita, antequam ſupplicatio Papæ porrigatur, & in ipſa fiat mentio de copula, erit diſpenſatio valida, licèt antequam Ordinarius diſpenſet, iterum copula habita ſit inter eos, de qua non eſt facta mentio, quia ea non auget, nec facit nouum impedimentum, Th. Sanchez ſup. nu. 8.

92 Placet tamen, quod ait † Marcus Anto. Genuen. d. cap. 25. num. 5, nempe, fuiſſe etiam reſcriptum ab vrbe anno 1601. quod ſi impetrantes poſt factam ſeparationem à Vicario delegato de nouo carnaliter ſe cognouiſſent, eſt opus noua diſpenſatione, ſeu perinde valere quando tamen inceſtuoſi expreſſerunt inceſtum, & non ſeparauerunt, valet diſpenſatio, vt patet ex verbis diſpenſationis, dum præcipitur fieri ſeparationem.

93 Aduertendum eſt etiam, † quod ſi coniuncti in gradibus prohibitis narrent, copulam inter eos eſſe habitam, & copulam ipſam, ſeu potius notam, & infamiam ex ea ortam, tradant pro cauſa, vt facilius cum eis diſpenſetur, ſurreptitia erit & nulla diſpenſatio, ſi eo fine habita ſit copula, & illum non exprimunt, tunc enim non ſolum videntur tacere verum, ſed etiam æquipollenter exprimere falſum, ſcilicet, quod non eo animo deliquerunt, vt eis fieret illa gratia, id enim ſubindicant, dando illud pro
94 cauſa † gratiæ quam petunt, Nauarrus d. c. 22. nu. 86. & in cap. ſi quando de reſcript. excep. 5. num. 5. & Ioannes Guttierez d. cap. 15. num. 20. Ludou. Lopez inſtructorio conſcientiæ 1. to. cap. 48. prope finem, & d. cap. 296. 2. to. 2. p. cap. 43. Toletus in ſum. lib. 7. cap. 18. & Manuel Rodriguez qu. regularium 2. tom. quæſt. 46. artic. 6. & Rebellus 2. parte, libr. 3. q. 5. num. 24.

95 Quamuis Enriquez † d. libro 12. cap. 3. §. 8. dicat, in foro conſcientiæ non eſſe neceſſarium exprimere
96 iſtam doloſam intentionem talis finis. Et † ita in literis diſpenſationem quando narratur copula, & petitur diſpenſatio ob infamiam, &c. dicitur, quod eam habuerunt fragilitate carnis, & non animo facilius obtinendi diſpenſationem; & ponitur clauſula, quod accipiatur ab impetrantibus iuramentum de hoc.

97 Si tamen impetrantes non traderent pro cauſa diſpenſationis copulam expreſſam, ſeu notam & infamiam ex ea ortam, ſed aliam cauſam, ſeu cauſas traderent, non eſſet ſurreptitia diſpenſatio, quamuis non exprimant talem intentionem, & finem, nam tunc non videntur vllo modo, nec etiam æquipollenter falſum exprimere, cum eam non tradant pro cauſa, ſed eam exprimant ratione impedimenti, atque adeo ceſſat dicta ratio. Et ita tenendũ eſt, quidquid dicat Lod. Lopez d. cap. 296, & Tho. Sanchez lib. 8. diſput. 25. nu. 38.

98 Rurſus aduertendum † eſt, quod ad hunc effectũ contrahendi impedimentum inceſtus ſufficiat habere copulam penetrando vas, etiam ſine ſeminatione intra ipſum vas, quia talis verè eſt copula In-
99 ceſtuoſa. Sicut † ad rationem adulterij, & petendi diuortij, ſufficeret ſimilis copula. Petrus Ledeſma
100 de matrimon. quæſt. 55. art. 3. dubio 2. ad 3. Licet † ad contrahendam affinitatem requiratur copula conſummata, per quam ſeminetur intra vas, capit. extraordinaria, 35. quæſt. 3. Nauarrus in manuali capitulo 22. nu. 42. Soto in 4. diſtinct. 41. quæſt. vnica, art. 2. Candelabrum aureum de matrimon. num. 198. Petrus Ledeſma d. art. 3, dubio 2. & in ſumma de matrimon. cap. 15. 5. concluſ. Enriquez libro 12. c. 10. §. 1. Lodouicus Lopez d. c. 50. Manuel Rodri-
101 guez 1. tom. cap. 226. nu. 1. & alij, † & ad conſummationem matrimonij, vt per Thomam Sanchez de matrimon. lib. 2. diſput. 21. qui plures refert. Et
102 quamuis † contrarium in propoſito teneat Candelabrum aureum de matrimon. numero 69. dicens, quod ad hoc vt impedimentum hoc inceſtus incurratur, oportet vt vir talem conſanguineam cognouerit intra vas, & cum alijs circumſtantijs requiſitis in affinitate, & nouiſſime Thomas Sanchez libro 7. diſputat. 15. nu. 11. & lib. 8. diſput. 25. num. 20.

103 Et è conuerſo † ad hunc effectum contrahendi impedimentum inceſtus non videtur ſufficere ſeminare intra vas, ſeu ſemen intus intrare, ſi vir non penetrat vas, & intrat clauſtra pudoris, quia ibi non eſt copula vera & perfecta, & itidem ad rationem adulterij, & diuortij, ſaltim reſpectu viri. Quamuis
104 id ſufficiat † ad contrahendum affinitatem, ex quo eſt commixtio ſeminis, & fiunt vna caro, vt per citatos, maximè Candelabrum aureum, nu. 198. Petrum Ledeſmam, & Manuel Rodrig. vbi ſupra, & Thomam Sanchez lib. 7. diſp. 64.

Et

105 Et eadem † ratione ad confirmationem matrimonij, vt per Thomam Sanchez d. diſp. 21. num. 2. quia alios citat.

106 Vltimo aduertendum † eſt, quod ſi copula ſit habita inter cognatos, ſeu affines ignorantes probabiliter, ſeu bona fide, ſe eſſe cognatos, vel affines, non erit opus in diſpenſatione narrare copulã, quia tunc non contrahitur impedimentum inceſtus, ca. ſi quis cum duabus, & cap. ſi quis cum matre, & c. quidem 34. quæſt. 2. & d. cap. qui propinquam, & c. ſiquis cum matr. 35. quæſt. 3. & d. cap. ex literis, de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. Et facit cap. diſcretionem, eod. tit. & cap. 2. de cognatione ſpirituali, & c. ſi vero, 2. de ſentent. excom. Soto in dict. 37. queſtion. vnica, art. 2. Corduba libro 1. quæſt. 12. Petrus Ledeſma de matrimon. quæſt. 55. artic. 6. 5. difficultate, & in ſumm. d. cap. 15. de matrim. 13. concluſ. 1. de offic. Victoria in ſum. de matrim. numero 288. & Candelabrum aureum, num. 97. Graff. d. libro 2. cap. 81. num. 4. Manuel Rodrig. d. 1. to. cap. 241. num. 11. & Vega 2. p. cap. 5. caſu 1. & 5. Rebellus 2. p. l. b. 3. q. 18. num. 11. & Tho. Sanchez lib. 7. diſp. 15. nu. 9. & lib. 8. diſp. 25. nu. 10. vbi id tenet etiamſi alter tãtum coiens ignorarit (quod tamen non placet, quia eſt impedimentum ex parte ſcientis.)

107 Et ratio eſt, † quia tunc non eſt inceſtus formaliter, nec fuit commiſſum peccatum inceſtus, ſecundum citatos, & quod tradit D. Thomas 1. 2. quæſt. 76. articul. 3. & ibi Caietanus, & Molina, Sylueſter verb. ignorantia, quæſt. 6. Caſtro de lege pœnali, lib. 2. cap. 14. Couarr. in cap. alma mater. 1. p. §. 10. nu. 13. 15. & 16. Gabriel Vazquez 1. 2. diſput. 124. nu. 3. & 4. Suarez 5. tomo, diſput. 4. ſection. 8. nu. 12. & 13. Graff. libro 4. cap. 9. numero 41. Vgolin. de cenſur. tab. 1. c. 9. §. 8. d nu. 7. & Zumel 1. 2. quæſt. 76. art. 3. & art. 4. diſputat. 3. Auila de cenſur. 2. p. cap. 5. diſpu. 5. dubio 6. Molina de iuſtitia, tract. 3. diſp. 23. Lorca 1. 2. diſp. 33. de peccatis, memb. 1. & Salas 1. 2. tract. diſp. 8. ſect. 11. num. 78.

108 Et ideo † etiam in confeſſione non eſſet opus tunc dicere circumſtantiam conſanguinitatis, ſeu affinitatis, Vega d. caſu 1. & 1. par. capite 55. caſu 7. notab. 2.

109 Qui tamen † male ibi, & d. cap. 5. caſu 1. & 5. ait contra Man. Rodrig. d. c. 241. n. 11. quod habens copulam cum ſua affini, ſeu cognata ſcienter, ignorans tamen inuincibiliter pœnam contra inceſtuoſos iure poſitam non incurrit illam.

110 Quamuis verum † ſit, quod quoties narratur copula in diſpenſatione, etiam ſi dicatur ignoranter habita, ſoluitur maior compoſitio, ſicut quando fuit ſcienter habita, ſicut etiam quando diſpenſatio petitur ob notam, & infamiam mulieris, etiam non ſequuta copula.

111 Nec obſtat † tex. in d. cap. ſi quis cum duabus, & in cap. quidem 34. quæſt. 2. vbi iis, qui commiſerunt inceſtum ignoranter, non permittuntur coniugia abſolutè, ſed poſt pœnitentiam etiam ſeptem annorum.

112 Quia vltra quod Concilium Triburienſe, ex quo ſumpta ſunt, non eſt generale, ſed prouinciale, vt patet in tomis, & ſumma Conciliorum, id videtur intelligendum, quando imponebatur huiuſmodi pœnitentia, & prohibitio, iuxta Canones pœnitentiales antiquos, qui iam non ſunt in vſu, vt alias in caſu c. ſi homo, 35. q. 3. vnde videtur proceſſiſſe dictus ſtylus ſoluendi maiorem compoſitionem in partem pœnitentiæ.

113 Inceſtuoſi † vero ſcienter, abſolutè, & perpetuo prohibentur iure contrahere matrimonium, & ſic non erat canon pœnitentialis.

114 Tandem pro concluſione † huius capituli notãdum eſt, quod de ſurreptione reſcriptorum iuſtitiæ non datur in curia propter facilem recurſum ad ſignaturam, & ita fuit dictum in cauſa Toletana primitiarum, 23. Febr. 1590. coram D. Comitulo, & ita videmus reformationes commiſſionum ſemper proponi in ſignatura.

115 Et idem videtur † etiam ſeruari in hoc Regno in reſcriptis, & commiſſionibus emanatis à Nuntio, nam ſemper pro reformatione recurritur ad ipſum Nuntium, qui ſolet reformare commiſſionem, quando aliquid rationabile, ſeu aliqua iuſta cauſa allegatur.

## *An requiratur quod collatio fiat publicè, ſeu palam, & non clandeſtinè, & de probatione illius. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*AN neceſſario requiratur collationem palam fieri, & nã clandeſtinè, a numero primo, & ſequentibus, reſoluitur, quod licet collatio facta clandeſtinè, & ſecretè ſuſpicione non careat, non tamen eſt nulla, ſed valet nec ideo eſt irritanda, & etiam facta de nocte, licèt ſpeciale ſit in electione. quod facta clandeſtinè, & de nocte non valeat, in ea dumtaxat, in qua ſeruanda eſt forma, c. quia propter, de election. alias enim etiam facta occultè, & clandeſtine valet ſicut collatio.*

*Quamuis collatio clandeſtina, & ſecreta valeat, requiritur tamen ad eius probationem, vt fides de ea quoquo modo fieri poſſit, per inſtrumenta, vel teſtes, quibus probatur collatio, num. 10. Quæ iuxta ſtylum Palatij, & Curiæ Romanæ, non probatur literis ordinarij, ſeu Legati ſuo ſigillo ſigillatis contra impetrantes, ſeu proviſos Apoſtolicos, & in eorum præiudicium ad euitandas fraudes, & c. etiam ſi eſſet nominati teſtes, ſi ſecretarius non eſſet notarius, vel ſi teſtes non eſſent ſubſcripti, a nu. 11. & ſeqq.*

*Circa quod adducuntur variæ reſolutiones, & deciſiones Rotæ, a nu. 14. & ſeqq. quarum ſumma ponitur nu. 27.*

*Quot teſtes requirãtur, vt titulus, ſeu proviſio ordinarij cum ſubſcriptione notarij. & teſtibus recte probet, vti publicũ inſtrumentum, de iure communi certum eſt, duos ſufficere in inſtrumentis. nu. 28.*

*Difficultas eſt in Regnis Caſtellæ, an tres requirantur, attento iure regio, cui in eis ſtandum eſt etiam in cauſis Eccleſiaſticis, cum non ſit ius Canonicum contrarium, & reſoluitur duos ſufficere etiam de iure Regio, quamuis tres communiter apponantur contra aliquos, n. 29. & ſeqq.*

*Vbi non agitur de antidatione, ſeu anterioritate proviſionis, ſtatur literis Ordinarij ſolo ſuo ſigillo roboratis in his, quæ ad eius officium pertinent coram eo, vno & eodem tempore factis, alias ſolum probarent vltimum actum, contra Maſcard. a nu. 34. & ſeqq.*

*Sententia Maſcardi procedet quoad ſolemnitates requiſitas ad actum enuntiatas, ſaltim in genere in literis Epiſcopi, numer. 38. Ex qua ratione præcipuè procedit deciſio Rotæ*

penult.

*penult. ff. de iure patronat. in nouis, alias 413. quæsit, præsentationem probari per solam narrationem Episcopi factã in literis institutionis, quia factum præsumitur solemniter actum, nisi contrarium probetur, quam sequuntur relati, num. 39. & intelligitur in Episcopo narrante de facto coram eo, non autem in Vicario asserente de facto coram Episcopo, nempe de præsentatione facta coram Episcopo, ex Rota num. 40. Quæ tamen intelligentia non videtur, & difficultatem patitur, ex alias dictis nu. 41.*

*Ponuntur aliæ resolutiones Rotæ circa dicta, vbi an credatur literis Episcopi de resignatione, à num. 42. Et placet decisio Crescentij, quod litera Episcopi solo sigillo sigillatæ sine tabellione non probent resignationem, etiamsi esset eodem tempore facta, intelligendo contra eum quem dic resignasse id negantem, & contradicentem, alias secus nu. 47.*

*Vnde dicta decisio penult. de iure patronat. in nouis, non procedit contra ipsum patronum negantem se præsentasse, & reclamantem, saltim infra tempus datum ad præsentandum, num. 48. Nec etiam procedit vbi agitur de præiudicio alterius, seu tertij. nnm. 49. & num. 50. ponitur decisio 2C. Rotæ.*

*Instrumentum præsentationis requirit testes, numer. 51. vbi ponitur resolutio Rotæ.*

*Adducitur doctrina Hieron. Gonçalez de probatione collationum Episcoporum, & ponitur eius regula, quæ tamen in parte reprobatur. num. 52. & seqq. Et septem ampliationes illius adducuntur. num. 54. vbi aliquæ earum examinantur.*

1 QVæstio est, an necessario † requiratur collationem palam fieri, & non clandestinè. Et
2 videtur † requiri, nam electio clandestina non valet, cap. quia propter, §. fin. de elect. & idem in collatione videtur tenere Archidiaconus in capit. si tibi absenti, de præben. in 6.

3 Nihilominus † dicendum est, quod licet collatio facta clandestinè, & secretè suspicione non careat, c. vnico, §. porro, vt Ecclesiast. benefic. sine diminut. conferant & ibi Abbas num. 7. & in cap. de clandest. despons. 2. glos. in c. consulit, verb. odit lucem, de offic. deleg. nam actus clãdestini sunt suspecti, dict. c. consuluit, & dict. gl. & in l. C. de interdict. matr. non tamen est nulla, sed valet, & tenet, nec idoneo est irritanda, vt ex dict. cap. vnico colligitur, gl. ibi verb. occulta, & ibidẽ Imola, & Abbas d. nu. 17. & 18. & in d. cap. 1. nu. 2. Domin. & Franchus num. 1. in dict. c. si tibi absenti, Selua de benefic. 3. p. quæst. 17. nu. 4. Lambert. de iure patronatus, 3. p. 2. lib. q. 11. art. 13. Rebuff. in concor. rub. de collatio. vers. palam ẽt Corras. de benefic. 4. p. c. 1. nu. 7. & 8. & cap. 3. num. 26. Ioan. Nicolaus Gimon. in Enchirid. benefi. tit. 2. cap. 3. ex num. 57. Petrus de Baisio in directorio electionum, 3. p. c. 37. nu. 3. & Mascard. de probationibus concl. 176. nu. 7. & Azor instit. mora. 2. p. lib. 6. cap. 26. quæstion....

4 Et collatio † etiam facta de nocte valet, Felinus in d. cap. consuluit, nu. 20. & ibi Decius nu. 32. Selua supra, & Gimon. num. 60. Crescen. decis. 13. de rescrip. nu. 2. *& Polidorus Ripa de nocturno tempore cap.*
6 100. Nec † obstat textus in d. cap. quia propter, §. fin. nam speciale est in electione, quod facta clandestine non valet, gl. dict. verb. occulta, Abbas in dict. cap. 1. nu. 2. Selua, Gimon. nu. 58. & Petrus de Bais. sup. & Lamber. 2. par. 2. lib. quæst. 9. articul. 7. Cuchus in institutio. maior. lib. 4. tit. 1. num. 238. & seq.

7 Nec etiam electio † facta de nocte valet Felinus, Selua, & Gimon. nu. 61. sup. & Ripa lib. 2. respon. c. 13. & Cuchus sup. numer. 22. qui ait non decere, vt electio noctu fiat, nisi necessitas fortè aliqua vrgeat, quo tamen casu non sine tribus luminaribus celebranda erit, ne clam facta dici possit, sequitur Manuel Rodrig. quæst. regul. 2. tom. quæst. 51. art. 15.

8 Idque non in † omni electione procedit, sed in ea dumtaxat, in qua seruanda est forma dict. cap. quia propter, alia enim etiam facta occulte, & clandestinè valet, sicut collatio, Abb. in d. cap. vnico. nu. 18. & in d. c. quia propter, §. fin. Selua supra, Corrasius d. c. 3. num. 27. Gimo. d. num. 61. & P. de Baisio sup. num. 3. & Cuchus num. 146. *Rip. de noct. tem. c. 98.* Nauarr. consil. 8. de elect. num. 2. & Manuel Rodri-
9 guez supra, qui duo † vltimi dicunt, quod etiam electio, quæ fit per schedulas secretas, iuxta formam Concilij Tridentini, sess. 25. de regular. c. 6. non potest fieri post tenebras sine lumine artificiali, seu cãdela, quia alias commode fieri non potest: *& sequitur Ripa de noct. tem. cap. 99.*

10 Sed quamuis † collatio clandestina, & secreta valeat, requiritur tamen ad eius probationem, vt fides de ea quoquo modo fieri possit, Abb. in dict. capit. 1. numero 2. scilicet per instrumenta, vel testes, quibus probatur collatio. Rota decis. trigesima octaua, de probationibus alias 780. in antiquis: Mascard. conclus. 174. numero primo, & conclus. 313. numero 11. & conclus. 845. numero 8. 11. & 12. qui alios refert, & Perez de Lara de anniuersarijs & capellan. libro secundo, capitulo 10. numero 84. &
11 85. Quæ † tamen iuxta stylum Palatij, & curiæ Romanæ non probatur literis Ordinarij, seu legati suo figillo figillatis contra impetrantes, seu prouisos Apostolicos, & in eorum prçiudicium ad euitandas fraudes. Rota decis. 1. & 10. de probat. alias 22. & 348. in nouis, & decis. 17. de probationibus in antiquis, Aegidius decis. 321. 326. Crescen. decis. decimatertia numero primo, de probatio. Puteus 324. libro 2. & Achilles 171. & 172. 7. & 8. de probationibus Millis in repert. verb. literis Ordinarij, Selua 3. parte, quæstion. 23. Rebuffus dicens communem opinionem in dict. rubrica de collatio. verbic. palam etiam, Lambertus secunda parte, 2. libro quæstion. 10. articul. septimo, & tertia parte, quæst. 11. artic. tertio. Corras. dict. capitulo primo, num. 9. Mandosius consilio decimo sexto, numero decimoseptimo, & consil. 30. num. 7. & consil. 50. & Mascard. concl. 991. à numero decimotertio, cum alijs, & ita est accipiendum quod Azor supra ait vsu Curiæ Romanæ receptum esse, ne collatio sine testibus facta sit rara & firma.

12 Quod in d. decis. Achillis 172. ampliatur † etiam si in literis Ordinarij suo figillo figillatis essent nominati teste, si secretarius non esset notarius, vel si testes non essent subscripti.

13 Limitatur † tamen ibidem, si post primas literas prouisus resignasset, & de consensu resignationis constaile per duos testes, quia ob id cessabat omnis timor antidationis.

Est etiã decisio Chisanen. 81. in manuscrip. in qua
14 habetur † quod literis Ordinarij, & etiã legatorum, nõ creditur, nisi habeant testes in præiudiciũ impetrantiũ Apostolicorũ, intelligẽdo tamẽ quod testes subscripserint, vel notarius fuerit rogatus de ipsorũ

præſentia, & interuentu, nõ autem, quod epiſcopus apponat præſentibus talibus, niſi illi poſtmodum examinati deponant interfuiſſe, & hoc fallere in reſignationibus. Item ſi adeſſet inſtrumentum poſſeſſionis, tunc enim per illud iuſtificatur collatio, ſi tamen poſſeſſio præcedat impetrationẽ Apoſtolicam,

35 Fuit † etiam reſolutum in vna Auximana caſtri Baldi coram Riſanen. de anno 1552. quod prouiſio Ordinarij habentis teſtes, notarium, & ſigillum, præfertur Apoſtolicæ, & deciſiones Rotæ habent locum, quando prouiſio Ordinarij eſt ſine teſtibus, & quod erat etiam ibi iuſtificata prouiſio Ordinarij per inſtrumentum poſſeſſionis à teergo confectũ per notarium, & coram alijs teſtibus, vt per Cotam deciſ. 58. cui conſonat Mandoſ. reg. 8. Cancellariæ, quæſt. 8. nu. 4.

36 Eſt etiam alia † deciſio Thanis 50. in manuſcriptis, in qua habetur, quod non ſtatur literis Ordinarij ſine teſtibus in præiudicium Apoſtolici; & limitatur, niſi prouiſus ab Ordinario ſit in poſſeſſione, quia tunc tolleretur præſumptio fraudis, per addit. ad dict. deciſ. 22. aliàs 1. de probationibus. Quod vltimum in vna Foroliuien. Domini intellexerunt, quando prouiſus ab Ordinario, Nuntio, vel Legato vigore prouiſionis huiuſmodi poſſeſſionem acciperet ante prouiſionem Apoſtolicam, ſecus ſi aliundè poſſeſſionem habuiſſet, & ad excludendum Apoſtolicum, produceret titulum Ordinarij, Nuntij, vel Legati, ſine teſtibus, quo caſu Domini voluerunt, quod non ſtaretur ei propter præſumptam fraudem. Hæc in d. deciſ. Thanis.

37 Fuit etiam † reſolutum per Rotam, quod prouiſio Ordinarij ſine notario, & teſtibus ſub die 3. Martij, cuius vigore fuit capta poſſeſſio beneficij die ſequenti, probat contra impetrantem Apoſtolicum prouiſum ſub die 4. Martij, quia apprehenſio poſſeſſionis concurrens cum prouiſione Apoſtolica opitulatur prouiſioni Ordinarij, cum ſit inſtrumentum publicum, & facit præſumi pro validitate, & veritate prouiſionis antecedentis Ordinarij. Et facit c. ſi à ſede, de præb. in 6. vt per Guidobonum, deciſ. 69. in manuſcrip. & per Caputaq. 408. p. 2.

38 Et † in vna Virdunen. canonicatus ſexto Martij, 1505. coram D. Pamphilio ſupra adducta in 5. par. cap. 3. num. 43. fuit reſolutum quod literæ prouiſionis Legati, quæ non ſolum erant ſigillatæ ſuo ſigillo, ſed etiam ſubſcriptæ à Legato, & ab eius Vicelegato, qui erat protonotarius Apoſtolicus, & a Secretario, qui & ipſe erat notarius Apoſtolicus, probant anterioritatem gratiæ contra prouiſum Apoſtolicum, quia, vt declarat Achilles d. deciſ. 172. d. dec. 1. & 10. de probationibus in nouis, non procedunt, vbi eſt ſubſcripta à ſecretario Legati, qui ſit notarius publicus, prout in illo caſu, &c.

39 Quod † tamen intelligitur iuxta dictam deciſionem Achillis, quando etiam eſſent nominati teſtes, qui ſi non eſſent nominati, non probarent literæ Ordinarij, ſeu Legati, etiam ſubſcriptæ à ſecretario notario.

40 Quamuis in caſu † dictæ deciſionis Virdunen. rectè probarent, etiamſi non eſſent nominati teſtes ex quo erant ſubſcriptæ non ſolum à ſecretario, ſed etiam Vicelegato, & ſic intrabat alia limitatio dictæ deciſionis Achillis, & Chiſanen. quando teſtes ſubſcripſerunt, nam illi ad minus deſeruirent de teſtibus ſubſcriptis, † quorum ſubſcriptiones parte opponente deberent comprobari, & recognoſci in forma ſaltim per alios teſtes, qui aliàs eos viderunt ſcribere, ſicut ſubſcriptio notarij. Rota deciſio. 570. parte 1. diuerſorum, Gonçalez glo. 64. num. ſexto cum alijs.

41 Et iuxta † prædicta in vna Mediolanen. canonicatus, & præbendæ 1. Iunij, 1592. coram D. Blanchetto fuit reſolutum, ſtante reſeruatione facta per Sixtum V. de beneficijs vacantibus, ſed per obitum Gregorij XIII. vacante, non obſtare prouiſo Apoſtolico prouiſionem Archiepiſcopi cum data præcedente reſeruationem, quia cum careat ſubſcriptione notarij, & teſtibus propter timorem antidatæ, non ſuffragatur ex allegatis, nec obſtare inſtrumentum captæ poſſeſſionis, quia tunc poſſeſſio ſuffragatur, quando præcedit reſeruationem Chiſanẽ. Thanis, & Guidobonus ſup. & ibi reſeruatio præceſſit apprehenſionem poſſeſſionis, nec obſtare, quod tunc temporis non adeſſet prouiſus Apoſtolicus, quia ſtante reſeruatione poterat dubitari in futurũ, & habitura potiora iura, &c.

42 At in Placentina † beneficiorum de anno 1603. ſupra adducta 6. parte, c. 3. nu. 28. fuit reſolutum, prouiſionem ordinarij habentem ſubſcriptionem notarij, teſtes, & ſigillum, probare contra prouiſum Apoſtolicum, illam factam ante diem 5. Decembr. 1600. & ſic ante reſeruationem Gregorij XIV. &c. iuxta ſupradictas reſolutiones.

43 Prouiſio tamen † Ordinarij non habens ſubſcriptiorem notarij, probat contra Apoſtolicum, quando non tractatur de antidatione, ſed prouiſus ab Ordinario fatetur prouiſionem Apoſtolicam eſſe anteriorem, ſed dicit inualidam, ex eo quod cum Papa Ordinario indultum conceſſiſſet, ſibimet manus ligauerat, tunc enim cum conferre beneficia ſpectet ad Ordinarium, creditur eius literis cum ſolo ipſius ſigillo, Mill. verb. literis Epiſcopi. Nauar. conſi. 1. de fide inſtrument. Zerola in praxi Epiſcopali, 2. parte, verb. Bullæ, §. 7. vt habetur in dec. Veralli, 341. lib. 1. in manuſcript. & quod ita fuit ſæpe reſolutum.

44 Et in vna † Leodien. canonicatus 18. Ianu. 1557. coram D. Chiſanen. fuit reſolutum, prouiſionem Epiſcopi conferentis vigore indulti, quæ habet teſtes ſigillum, & ſubſcriptionem Epiſcopi, licèt non notarij, eſſe in forma probante, quia ceſſat præſumptio fraudis, de qua in deciſ. 10. 22. & 348. in nouis, ex quo contulit vigore indulti, & eſt præferenda prouiſioni nuntij vigore ſuarum facultatũ, quocumque tempore conferat Epiſcopus, quia nuntius non poterat derogare indulto.

45 Et in cauſa † Theanen. beneficij S. Euſtachi, 20. Aprilis, & 29. Maij 1587. coram Dom. Gipſio fuit reſolutum, quod literis prouiſionis Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo roboratis creditur, licèt careant teſtibus.

46 Apparet ergo in ſumma † ex reſolutionibus adductis, quod iuxta ſtylum Curiæ, ſeu Rotæ literæ, & titulus ordinarius etiam cum ſigillo ipſius non probant contra prouiſum Apoſtolicum, quando agitur de anterioritate propter timorem antidatæ, etiam ſi ſint nominati teſtes, niſi ſubſcripſerint, vel poſtmodum examinati deponant interfuiſſe, vel niſi poſſeſſio capta vigore illius prouiſionis

præce-

præcedat prouiſionem, ſeu reſeruationem Apoſtolicam, antequam prouiſio Ordinarij facta prætenditur, titulus vero, prouiſio Ordinarij cum ſubſcriptione notarij, & teſtibus, rectè probat, vt publicum inſtrumentum.

28 Sed licet eſt † difficultas, quot teſtes requirantur. Et quidem de iure communi certum eſt, duos teſtes ſufficere in inſtrumentis, & ſcripturis publicis, Authen. de Inſtrumen. cautela, & fide, §. ſed etſi inſtrumenta, & ibi gloſſ. verb. adijciatur, quam ſequuntur plures relati per Burgos de Paz in l. 3. Tauri, 1. part. num. 127. & gloſſ. 1. & Dd. in cap. 1. de fide inſtrum. communiter recepta, teſte Couarr. practic. cap. vigeſimo, num. 4.

29 Difficultas eſt in † his Regnis Caſtellæ, an tres requirantur, attento iure Regio, cui in eis ſtandum eſt, etiam in cauſis Eccleſiaſticis, eum non ſit ius Canonicum contrarium, cap. 1. de noui operis nũ-
30 ciat. & tres † requiri, ex l. 54. tit. 18. partita 3. & l. 1. tit. 9. lib. 2. fori, tenet Couarruuias ſupra, & Oroſcius in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium, nu. 54. ff. de edendo, Olanus in concordia & differentia iuris cõmunis, & Regij litera I. num. 29. & 30. *& Villad. li. 1. tit. 15. lib. 2. for. ind. nu. 11.*

31 Sed verius eſt, duos † ſufficere etiam de iure Regio, tametſi tres communiter apponantur, ex l. 111 & 114. d. tit. 18. p. 3. & tenet Gregorius Lopez in d. l. 54. verb. tres, & in d. l. 114. optimè Burgos de Paz ſupra ex nu. 114. ad 133. Doctor Paz in praxi 1. to. vltim. annotatione, num. 26. & Ioann. Guttierez practicarum, lib. 1. q. 140. & Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum, c. 20. à nu. 16. qui maximè Burgos de Paz rectè ſatisfaciunt d. l. 54. & d. l. fori. *& Curia Philip. 1. p. §. 17. num. 30.*

32 Et contra Olanum † aduerte, quod d. l. 114. ibi, Como de ſuſo moſtramos, non refertur ad d. leg. 54. ſed ad d. l. 111. proximiorem.

33 Et quamuis † Azeuedo in le. 13. titulo vigeſimoquinto, libro quarto recopilationis, numero 57. teneat regionis conſuetudinem ſeruandam, non eſt recedendum à dicta ſententia, quia non apparet conſuetudo contraria. *Nam quamuis communiter apponantur tres teſtes, vt dixi, non ſequitur quod ſint neceſſarij, & quod non ſufficiant duo, nec id eſt contra legem, quæ contentatur cum duobus teſtibus: nam ſi poſſunt apponi duo, multò magis tres, & ad maiorem cautelam & abundantiam, & ad excuſandam controuerſiam & difficultatem: nec conſtat fuiſſe annullatum aliquod inſtrumentum ob appoſitionem duorum teſtium tantum: facit conſ. Decij, num. 12. Farin. de inuent. p. 3.*

34 Apparet etiam † ex adductis, illa procedere vbi agitur de antidatione, ſeu anterioritate prouiſionis aliàs enim ſtatur literis Ordinarij ſolo ſuo ſigillo roboratis in his, quæ ad eius officium pertinent. cap. poſt ſeſſionem, de probationibus cap. 2. de offic. ordin. in 6. Abbas, Felin. num. 15. Decius, & alij in d. cap. poſt ceſſionem. Selua 3. par. quæſt. 23. Lamber. 2. part. 2. lib quæſt. 10. art. 7. & Maſcardus plures referens, concluſ. 99. aliàs 998. a num. 1. & concluſ. 492. aliàs 448. num. 1. qui ſunt videndi circa materiam ſigilli (de qua etiam Abbas, Felinus, & Dec. in cap. 2. de fide inſtrumen. Couarrunias practicarum, cap. 22, & Menochius de arbitr. caſu 113. Tuſcul. concluſione 240. litera S. tomo 7. Gonçalez gl. 61. & Paz in l. 66. ſtyli. à numero 36. Corraſ. d. cap.

35 Vbi habetur, † quod creditur literis Epiſcopi ſolo ſigillo ſuo ſigillatis ſine notario, & teſtibus ſuper reſignatione facta in ſuis manibus per eum admiſſa, & collatione ſubſequuta, & faciunt plenam fidem, dummodo omnia in literis ſuis contenta, coram eo, & per eum vno & eodem tempore facta, & completa exiſtant, aliàs non facerent fidem, niſi de vltimo actu, quia omnia & ſingula prædicta ſpectant ad officium ſuum, & inter ſubditos ſuos extra iudicium per eum expediuntur, idem Felinus dict. numero decimoquinto, & Millis, verb. literis Epiſcopi, cuius ſigillo, Puteus, deciſion. 384. libro 1. Caputaquen. 87. part. 3. & deciſ. Achillis 173. ſeu 9. de probatio. vbi habetur quod literis ordinarij narrantis partes præſentes, & reſignationem coram ipſo factam creditur, iuxta dictas deciſiones, & deciſio Chiſanen. 81, de qua ſupra numer. 14. Cæſar de Graſſis deciſ. 132. numero 17. & 18. quam vide Flamin. Pariſ. lib. 8. de reſignatione benefic. quæſt. 11. à numero 35.

36 Quinimo Maſcard. d. concluſ. 991. numero 10. contra dictam † limitationem Rotæ amplius ait literas Epiſcopi ſuo ſigillo ſigillatas in pertinentibus ad eius officium probare omnia in eis narrata, etiam ſi diuerſo tempore geſta ſint, & non ſolum vltimum actum.

37 Sed limitatio Rotæ † verior videtur ex dictis per eundem Maſcard. ibi, numero 21. & ſequ. & Felin. ſupra numero 13. verſ. item, nota 2. & Flam. Pariſ. numero 42.

38 Sententia autem † Maſcardi procedet, quoad ſolemnitates requiſitas ad actum enuntiatas, ſaltim in genere in literis Epiſcopi, ex Decio, in cap. quoniam contra, de probatio. num. 183. & 191. & dictis infra vlt. p. c. 2. nu. 122.

39 Ex qua ratione, † præcipue procedit deciſio Rotæ penult. 11. de iure patron. in nouis, aliàs 423. quę ait præſentationem probari per ſolam narrationem Epiſcopi factam in literis inſtitutionis, quia factum præſumitur ſolemniter actum, niſi contrarium probetur, cap. in præſentia. de renunciat. &c. quam ſequuntur Felin. in cap. poſt ceſſionem, d. numero 13. verſ. quid autem, & in cap. ſicut. de re iudic. nu. 26. Rochus de iure patron. verb. honorificum, quæ. 50. numero 83. Lambert. 2. p. 2. lib. quæſt. 10. art. 4. nu. 7. & ar. 7. & 3. p. 2. lib. q. 11. art. 11. Rebuff. in praxi 3. part. ſignaturæ, verb. nec non iuriſpatronatus, n. 14. & 15. Euerard. in topicis iuris in loco ab extremis, ſub nu. 3. & Rota in illa Oſtunen. capellanię, de quæ infra ad finem, nu. 50. & Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 36. nu. 4.

40 Et iſta deciſio † intelligitur in Epiſcopo narrante de facto coram eo, non autem in vicario aſſerente de facto coram Epiſcopo, nempè de præſentatione facta coram Epiſcopo, vt in vna Vercellen. Capellaniæ de anno 1552. in qua fuit deciſum, quod narratiua inſtitutionis facta per Vicarium Epiſcopi non probat præſentationem, & dictum extitiſſe, & præceſſiſſe coram Epiſcopo, quia ſunt ſolemnitates extrinſecæ, quæ non præſumuntur leg.

quæcunque.§.fin.de Publiciana, vt per Caputaquẽſem decil.238.par.2.

41 Quæ tamen deciſio, † & intelligentia non videtur certa,& difficultatem patitur,ex dictis dict.cap. ſecundo vltimæ partis,à numero 121.quæ etiam in terminis iſtius deciſionis Caputaqu. videntur procedere, maximè cum idem ſit tribunal Epiſcopi, & eius vicarij.

42 Et in vna Fauentina † prætenſæ dotis 5. Iunij 1560.coram D.Verallo fuit tenta d.deciſ.1.de probat.in nouis, & dictum quod Rota non ſeruat deciſionem Guidonis Papæ 175.nec dictum Baldi in Rubr.C.de fide inſtrumen.nu. 40. vt per eundem Verallum deciſ.240.lib.1.in manuſcriptio.

43 In vna tamen † Dolen. coram D. Ioann. Maria cum fuiſſet dubitatum, an literæ Epiſcopi ſolo ſigillo ſuo ſigillatæ ſine tabellione, quod conferebat beneficium vacans per reſignationem hodie in manibus eius factam, & per eum admiſſam probarent reſignationem, maior pars dominorum tenuit negatiue, vt ſicut talibus literis non creditur in præiudicium impetrantis Apoſtolici, & ſic tertij propter fraudes præſumptas ita, nec in iſto caſu, propter maiorem fraudis præſumptionem, aliàs enim eſſet in facultate ordinariorum priuare beneficiatos ſuæ diœceſis aſſerendo eos in manibus ſuis reſignaſſe, & ad ſupradictas deciſiones, quæ contrariæ videntur, reſpondetur, quod intelligi debent ſanè, & ſecundum rationem ex qua mouetur, ſcilicet, quia creditur Epiſcopo, & ordinario in his, quæ pertinẽt ad eius officium, vnde id procederet in admiſſione reſignationis, & collationę, non autem in reſignatione, quæ fit per tertium. Item reſpondetur, quod illa verba per reſignationem hodie in manibus noſtris ſponte factam poſſunt verificari per plures horas ante, & ita non concludenter probant omnia eod.contextus facta eſſe, vt volũt dictæ deciſiones, vt per Creſcen. deciſ.13,de probatio aliàs 157. qui etiam ait ita in alia Burgen. coram eo determinatũ fuiſſe, & idem videtur tenere Felin. in d.c. poſt ceſſionem,nu.17,verſ.5.conſidera.

44 At in vna Barchinonen. coram Achille de anno 1554.dum dubitaretur, † an eſſet credendum literis Ordinarij de reſignatione facta,non aliter conſtito de conſenſu reſignantis, domini fecerunt diſtinctionem, quod aut Epiſcopus atteſtatur reſignationem fuiſſe factam in manibus ſuis eodem tempore, quo refert, & admiſit, & tunc creditur Epiſcopo atteſtanti de his,quæ facta ſunt coram ipſo,& ad eius officium pertinent,iuxta deciſ. primam & ſine conſuetudine, aut Epiſcopus atteſtatur reſignationem factam in manibus ſuis, & non dicit, hodie, vel eodem tempore coram eo, & tunc non creditur atteſtationi ipſius, niſi cum conſuetudine probata per decem annos, quia non eſt contra ius, ſed contra ſtylum Rotæ, & communem opinionem, vt dicit dict. deciſion.1. aut Epiſcopus confert beneficium narrando, quod vacat per reſignationẽ, nec dicit coram quo ſit facta, & quando & tunc nõ creditur ſuæ atteſtationi, quia atteſtatur de facto, quod poteſt eſſe factum coram notario citra præſentiam ipſius, & quia eſt dictum vnius ſine iuramento, quo caſu quia conſuetudo eſt contra ius, ad illius probationem, requirerentur quadraginta anni, & ita fuit declarata, dict.deciſion. Creſcentij 157. & dict. deciſ.1,de probatio. in nouis. vt per Verallũ deciſ.99.lib.2. in manuſcriptis, refert & ſequitur Flam.Pariſ.d.lib.8.quæſt.11.à numero 35.licèt non ita extenſe.

45 Et conſonat † deciſio Rotæ in vna Portugallen. Vicarie,21.Maij 1599. coram Domino Penna,quę ſic ait, Dubitaui an erectio Vicariæ facta per Ordinarium Portugallen. anno 1588.eſſet valida,& Rota vtraque parte in formante inualidam eſſe cenſuit ex hoc potiſſimum fundamento, in quo omnes Domini conſenſerunt, quia non conſtabat, quod hæc parochialis eſſet vnita monaſterio aliundè, quam ex aſſertione ipſius Epiſcopi in erectione,& non creditur ordinario,quoad narratiuam in his, quæ corã eodem ordinario vnico contextu non ſunt facta, Creſc.dec.157.aliàs 13.de probatio.& fuit deciſum coram Achille in vna Barchinonen.de Montę meliorie,die 12.Octob.1554.

46 Vnde apparet † non eſſe verum conſilium Ferreti 302. vbi ait ſtandum eſſe, & adhibendam eſſe fidem ſigillatis literis Ordinarij collatoris narrantis reſignationẽ factam fuiſſe in manibus alterius, maximè ſubſcriptis per notarium, & teſtibus roboratis, ex d. deciſion. penult. de iure patron.in nouis, aliàs 423.de ſupr. nu. 39.quæ tamen loquitur in diuerſis termin s.

47 Mihi vero ſatis † placet dict. deciſio Creſcentij, dum dicit literas Epiſcopi ſolo ſigillo ſigillatas,ſine tabellione non probare reſignationem, etiam eſſet eodem tempore facta, intelligendo ſcilicet contra eum, quem dicit reſignaſſe, id negantem, & contradicentem ex ratione,de qua in dict.deciſio. aliàs vero ſecus, & ſic procedet dict.deciſ.1.cum alijs ſupra adductis.

48 Vnde infertur † dictam deciſio, penultim. 11.de iure patron. in nouis,de qua dict. numer. 39. non procedere contra ipſum patronum negantem ſe præſentaſſe, & reclamantem ſaltem infra tempus datum ad præſentandum, & ita colligitur ex eadem deciſione circa finem, & tenet Euerar. dict.loco ab extremis, num. 3. Menoch. d. libr.6. præſumptione 36.num. 5.

49 Quæ etiam non procedit, vbi agitur † de præiudicio alterius, ſeu tertij, Felin. in d. cap. ſicut de reiudicat.num.26.& Rochus d.verb. honorificum, quæſt.50. Rota in cauſa Oſtunen. capellaniæ 17. 50 Nouemb.1600.coram D.Iuſto in qua † fuit reſolutum, Non conſtare de legitima præſentatione, & ſic non obſtare clauſulam, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, quia præſentatio ad hoc, vt tribuat ius, fieri debet coram habente inſtituere, Lambert. de iure patron.2, part.2. lib.quæſt. 4.art. 1. qui intelligitur eſſe Epiſcopus, & eius vicarius officio vicariatus in genere, qui habet ex generali mandato inſtitutionem, Lambert.dup.num.5. & quod ex reſcriptis committentibus cauſarum deciſionem, & in quibus non committatur ſuper præſentatione, intelligatur commiſſa collatio, & inſtitutio, vel vt poſſit reijci præſentatio, hoc non reperitur iure cautum, niſi in auditore curiæ,clem. auditor de reſcrip. Barbatia in cap.ſuper eo,num.38.de offic.delegati, quicquid ſit in caſu,de quo in d.cap. ſuper eo. & per Lambert. 3, p.2. lib.quæſt.1.art.9.&c. nec obſtare quod aſſertio ordinarij ſatis concludentur probet corã ipſo præſẽtationẽ eſſe legitimè factã. Rota deciſ. de probatio,

in nouis, & 11. de iure patron. quoniam loquuntur probata vacatione & institutione, tunc enim de facili præsumitur medium, quod est præsentatio. Ita intelligit Rochus de iure patron. verb. honorificum, sub numero 83. Rebuff. in praxi. 3. part. signaturæ, verb. necnon iurispatronatus. num. 14. Euerar. loco ab extremis sub num. 3. versic. hinc etiam; præterea non procedunt d. decisiones, vbi agitur de præiudicio tertij, Rochus sup. Fel. c. sicut. sub num. 26. versic. tamen illam decisionem. de te iudicat. vbi dicit, quod ita seruant domini illam decisionem, & ita dixit Rota coram Paleoto in vna Aretina Parochialis 7. Februarij 1562. & ita procederet ad euitandam deuolutionem in præiudicium ordinarij, vel ad probãdam validitatẽ institutionis, Fert. conf. 328. nu. 3.

51 Instrumentum tamen † præsentationis requirit testes, Lambert. de iure patron. 2. lib. quæst. 10. artic. 6. & fuit resolutum in vna Mediolan. iurispatronatus 29. Maij 1596. coram Illustrissimo Cardinali, Blanchetto, in qua fuit resolutum, Scripturam præsentationis non esse in forma probanti, tum ex defectu testium, tum etiam quia non fuit expressus locus loci, vtrumque enim concurrere oportet, vt instrumento fides adhibeatur leg. instrumenta. leg. rationes, C. de probatio. dict. capit. contractus. de fide iustrum. Puteus decis. 386. in fin. lib. 1. Couarr. pract. cap. 20. nu. 3. & 4. & de præsentatione. quot requirantur testes, tradit Lambert. 2. part. 2. lib. quæst. 10. artic. 6. numer. 2 & 6. cum alijs allegatis; non obstat, quod iste actus sit iudicialis, in quo non requiruntur testes, nam non concurrunt ea, quæ requiruntur ad iudicij substantiam, videlicet actor, reus, & persona iudicis, cap. forus de verbor. significat. & totus tit. ff. & Cod. de iudic. Præterea iste propositus nullam habebat penitus iurisdictionem, &c. *Postea tamen in vna Firmiana iurispatr. 16. Iunij 1608. coram D. Caualterio fuit resolutum, quod licèt præsentationes, &c. R. præsentatio 4.*

52 Post hæc vidi Hieronymum † Gonçalez ad reg. de mensibus, qui, §. tertio proœm. ex numero centesimoquadragesimoseptimo, agit de probatione collationum Episcoporum, & ponit regulam cum septem ampliationibus, & quinque limitationibus, & regula est, quod Episcopi faciant suas collationes per instrumentum celebratum coram notario, & testibus se subscribentibus in eodem instrumento, alias non probat in præiudicium prouisi Apostolici, etiamsi sit suo sigillo munitum, ne confingantur fraudes in anticipanda data, vt sæpe accidit, & quod ita de stylo curiæ seruatur, & allegat Rotam, & aliquos supra citatos à me nu. 1. & alios.

53 Sed in primis † errat Gonçalez in constituenda regula, quatenus in instrumento collationis factæ coram notario requirit subscriptionem testium, quæ solum requiritur, quando non est facta coram notario, sed per literas ipsius Episcopi suo sigillo munitas, vt ex supradictis apparet, nam in instrumento publico non requiritur subscriptio testium, sed satis est quod eorum nomina inscribantur à notario, vt cum communi tradit Couar. plures citans pract. capite 20. num. 4. *& decis. Rota in causa Concben. beneficij de Valdeiudios 14 Nouembris 1611. coram D. Sacreto: & ita practicatur:*

54 Prædictam autem † regulam ampliat primò Gõçalez nu. 150. vt procedat non solum in Episcopis, & alijs collatoribus inferioribus, sed etiam in Cardinalibus legatis de latere, nam si suæ prouisiones careant prædicta solemnitate, non probant cõtra prouisos à Papa, Rota, dict. decis. 10. de probat. in nõtiis, Achil. dict. decis. 7. & 8. num. 2. de probat. vt dixi num. 11.

55 Secundo † ampliat numero 151. vt etiam procedat, si ab Episcopo fuerit facta collatio vni, & à nuntio intra limites suæ facultatis alteri, nam dict. prouisio ordinarij, licet anterior, non probabit sine notario, & testibus contra prouisum à nuntio vt per Puteum decisio. 324. libro 2. per me allegatam dict. numero vndecimo, quæ loquitur in prouisione legati non nuntij, sed eadem est ratio in vtroque. Tertiò ampliat numero centesimoquinquagesimosecundo, quod idem procedat eadem, imò fortiori ratione in assertione facta ab ordinario de resignatione, coram eo facta in præiudicium Apostolici prouisi, nam alias esset in facultate ordinariorum eludere omnes prouisiones per obitum asserendo beneficia fuisse in eorum manibus prius resignata, & allegat decisionem Crescentij 13. de probation. sed male, nam non dicit id, sed quod supra numer. quadragesimotertio. Vera tamen videtur ista ampliatio, vbi is quem ordinarius asserit coram se resignasse, est mortuus, & agitur contra prouisum Apostolicum per obitum illius, nam militat eadem ratio euitandæ fraudis, &c. Quartò ampliat numero centesimoqquinquagesimotertio, & centesimoquinquagesimoquarto, vt non sufficiat, quod collatio fuerit facta coram secretario Episcopi, & testibus, si secretarius non esset notarius, vel si testes non essent subscripti, vt per Achillem dict. decis. 8. num. 2. de probatio. quod est accipiendum, iuxta supradicta. Quintò ampliat numer. centesimoquinquagesimoquinto, quod non solum procedat in antidatione, sed etiam in clausula, in qua esset aliqua suspicio, & quę auferret beneficium Apostolico, Achill. dict. decisione 7. numero tertio de probat. Sextò ampliat à numero centesimoquinquagesimosexto, vt neque ipsi ordinarij collationes per ipsos factas, vt per Rom. singul. 725. Aufrer. de reprobatio. testium, num. 19. & Mascard. de probatio. conclus. 315. cum alijs. Septimò ampliat, num. 160. vt testes adhibendi in collationibus Episcoporum sint omni exceptione maiores, ideo familiares, & domestici, quibus imperari potest, non probarent, Rebuf. in Rubric. de collatio. vers. non admittuntur tamen collationes sub versic. palam etiam. Sed id videtur procedere, quando non fierent coram notario, nam si fierent coram notario, probarent etiamsi testes in instrumento descripti essent familiares, & non omni exceptione maiores, propter publici instrumenti authoritatem.

56 Limitat nunc † prædictam regulam, & stylum curiæ numero centesimosexagesimoprimo. Primò, quando constaret de possessione anteriori habita à prouisio ordinario ante datam literarum impetrantis Apostolici, nam tunc fraus excluditur, &c. allegat Mascard. conclusione 991. num. decimooctauo, & decisionem Thanis 50. supra adductam, numero 16. Guidoboni sexagesimamnonam relatam num. 17. Chisanen. octuagesimam primam adductam, numero decimoquarto, & decisionem Veralli 146. lib. primo, & quinquagesimamquintam libro tertij in

manuſcript. & deciſionem Placentinam beneficiorum ſecundo Maij 1603. coram D. Mellino, de qua ſuper num 23 Secundo limitat numer. 162. quando poſt datam literarum ordinarij abſque dict. ſolemnitate ille, cui erat prouiſum reſignaſſet, ante datam literarum Papæ, & de conſenſu reſignationis conſtaret per duos teſtes, quia ob id ceſſabit omnis timor antidationis, per Achillem dict. deciſio. centeſimaſeptuageſimaſecunda, alias 8. de probatio. nu. tertio, & dixi numero decimotertio. Tertio limitat numero centeſimoſexageſimotertio, quando prouiſio ſpectaret ad duos prælatos, & eſſent literæ illorum, quia tunc magis creditur illis, quam literis vnius tantum, ac excluditur fraudis ſuſpicio, Paunus de officio & poteſtate Capituli ſede vacante 1. part. queſt. 3. numero decimo, ante fin. quem ſequitur Achilles dict. deciſio. ſeptima numero 4. de probatio. & Maſcard. diſt. concluſ. 991. n. 19. & idē ait Gonz. à n. 164. in literis prouiſionis præbendarū factæ ab Epiſcopo, & capitulo Eccleſiæ cathedralis vel collegiatæ, cum ſubſcriptionibus & ſigillis illorum, quamuis deficerent notarius & teſtes, quia non eſt veriſimile, quod tot perſonæ capitulares acquieſcant d. fraudi. gloſſ. verb. collegium in fin. in l. metum 2. §. animaduertendum. ff. quod metus cauſa. Quarto limitat à numero 167. quotieſcunque concurreret pro literis Epiſcopi carentibus notario & teſtibus aliqua præſumptio, ſeu veriſimilitudo, quæ excluderet dict. præſumptionem fraudis, & antidationis, nam vna præſumptio potentior, & maior excludit aliam, Puteus dict. deciſio, ſeptima, numero 4. de probat. Menoch. de arbitrar. l. 2. caſu 472. cum alijs, & num. 171. adducit reſolutionem Rotæ in Virdun. canonicatus 6. Martij 1595. coram Domino Pamphilio ſupra relatam numero 18. Quintò limitat, ſeu declarat numero 172. quod collatio facta ab Epiſcopo, ſeu nuntio, legitimè probetur, quando adſunt notarius, & teſtes, ac illorum ſubſcriptiones cum ſigillo Epiſcopi, ſeu nuntij, quamuis talis notarius rogatus non fuerit de prouiſione, de qua agitur, Rota deciſio. 163. libro ſecundo, parte tertia diuerſorum. Sed ibi non dicitur, quod adeſſent ſubſcriptiones teſtium, ſed notarij, licet non atteſtaretur de præmiſſis ſe fuiſſe rogatum, & tamen fides adhibetur literis prouiſionis Nuntij, quæ habebant teſtes ſigillum Nuntij, & ſubſcriptionem dicti Notarij, quia erat notarius publicus legalis, & fide dignus, & quia erat ſecretarius Nuntij ſolitus recipere conſenſus præſtitos in curia eiuſdem Nuntij, & alios actus legales, ſi enim adeſſent ſubſcriptiones teſtium, non eſſet difficultas, etiamſi omninò defuiſſet notarius iuxta ſupradicta.

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De Forma in prouiſione ſeruanda.*

## PARS NONA.

### *De forma in communi, & an ea non ſeruata, prouiſio ſit nulla, etiam in foro conſcientiæ. Cap. 1.*

SVMMARIA.

*OPORTET in prouiſione beneficiorum obſeruare formam a iure, ſtatuto, conſuetudine vel fundatione præſcriptam, alias nulla erit, nam forma non ſeruata actus corruit. num. 1. Quod procedit etiam in foro conſcientiæ, in qua non poterit acceptari, nec retineri beneficium prouiſum, non ſeruata forma requiſita, n. 2. Cōtra Fla. Pariſium relatum, cuius dicta videntur falſiſſima, n. 3.*

*Licet in illa controuerſa quæſtione, an contractus minus ſolēnis, ſeu actus nullus de iure poſitiuo, ſit nullus in foro conſcientiæ, an validus, ſint variæ Dd ſententia, prima, quæ ait eſſe validum ſecunda, quo ait eſſe nullum, & tertia media; verißima eſt ſecunda ſententia, & reliquæ improbabiles, vt bene oſtenditur a num. 4.*

*Licet olim prima ſententia fuerit communis, iam tamen communiter reiicitur, & ſecunda eſt magis communiter recepta, præſertim per Iuriſtas, nu. 13. Quibus in hoc de intentione legum, etiam pro foro conſcientiæ magis deferendum eſt, quam puris Theologis, &c. num. 14.*

*Quicquid eſſet de aliis actibus, ſeu contractibus minus ſolemnibus, in propoſito tamen de electionibus, ſeu prouiſionibus beneficiorum tenenda eſt dicta ſecunda ſententia, numero 15.*

1 RVrſus oportet† in collatione, & prouiſione beneficiorum obſeruare formam à iure, ſtatuto, conſuetudine, vel fundatione præſcriptam, aliàs nulla erit. Puteus deciſ. 338. lib. 1. & Than. deciſ. 99. in manuſcrip. nam forma non ſeruata actus corruit, vt per Felin. in c. cum dilecta de reſcript. laſ. & alios in l. cū hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. latè Brunus in tract. de forma. Euerard. in loco à defectu formæ cū alijs.

2 Quod procedit† etiam in foro cōſcientiæ, in quo non poterit acceptari, nec retineri beneficium prouiſum, non ſeruata forma requiſita, Couar. in regu. peccatum. 2. p. §. 3. nu. 9. Molin. de iuſt. 1. to. tract. 2. diſp. 81. circa fi. verſic. ad dictum Innocentij.

3 Quamuis† Flamin. Pariſius de conſiden. q. 114. à n. 34. dicat. quod forum conſcientiæ ligat, & validat

forma

forma tradita à iure, vel per præſentationem patroni elapſo tempore, aut per collationem non habentis facultatem, vel habentis, & non valentis conferre propter excommunicationem, ſuſpenſionem, aut aliam cauſam. nam iſti omnes videntur tuti in foro conſcientiæ, Abb. in capitulo 1. de in integ. reſtitut. in fin. Anchar. reg. 1. in 6. quæſt. 7. Tiraquel. de legib. connub. gloſſ. 2. numero 20. Boer. deciſ. 1. numero 15. cum alijs relatis per Couarr. in capitulo cum eſſes. num. 5. de teſtam. & in d. reg. peccatum. §. 3. num. 9. Soto lib. 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 5. art. 3. & plura exempla huius notabilis concluſionis affert. Niconitius in cap. quoniam contra. par. 1. num. 682. de probationibus. Hęc Flaminius, quæ mihi videntur falſiſſima.

4 Nam† licet in illa controuerſa quæſtione, an contractus minus ſolemnis, ſeu actis nullus de iure poſitiuo ſit nullus, in foro conſcientiæ, an validus, ſint variæ DD. ſententiæ, vt per relatos à Cenedo collectanea 67. ad decretales, nu. 2.

5 Prima quæ ait† eſſe validum, quam vltra citatos per Flamin. tenet Butrius, & Abb. in c. quia plerique de immun. Eccleſ. idem Abb. in d. c. cum eſſes. Dom. in c. 1. in princip. de ſponſal. in 6. nu. 3. Bart. in tract. Minoricarum, lib. 1. c. 3. 1. & 2. diſtinctione. Iaſ. in l. poſt diuiſionem, num. 11. & in l. cum quis, num. 9. Couar. de iuris & facti ignoran. & in l. 2. à num. 3. C. de fideicomm. & in l. 1. à num. 16. ff. de cond. indebiti & in l. nemo poteſt. 1. lect. à num. 75. ff. de legat. 1. vbi Ripa à nu. 96. Alciat. de quinque pedum præſcrip. à num. 34. Cornel. conſ. 119. & 137. lib. 2. Boer. deciſ. 240. ſub nu. 19. Brun. in tract. de forma. tit. de potentia & effectu formæ, fol. 57. & 60. Didacus Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordina. verb. Si el teſtador. Oroſc. dicens communem in l. omnes populi, num. 65. ff. de iuſtit. & iure, Menchaca de ſucceſſio. creatione. §. 1. nu. 24. & §. 2. num. 9. & 11. Nauarr. in commentario de vſuris, nu. 88. & D. Anton. 3. part. tit. 10. cap. 3. §. 14. in fin. Sylueſt. in ſumm. verb. alienato §. 13. & verb. hæreditas. 3. §. 7. verb. legatum. 4. §. 10. & verb. teſtamentum 1. §. 5. Armil. verb. hæreditas, nu. 14. Adrian. quodlib. 6. artic. 1. Ioan. Medina. C. de reſtitu. quæſt. 23. ad finem, Angles in Floribus Theologic. quæſtion. quæſt. de dominio, artic. vlt. & videtur tenere Coſta in c. ſi pater. de teſta. in 6. verb. in ſuo teſtamento, nu. 14. & 15. & Caldus in leg. ſi curatorem habens verb. læſis, num. 71. & dicit communem Soto ſupra, & magis communem Couarruu. d. nu. 5. & Mantica qui eam ſequitur de coniect. lib. 2. titul. 14. vt etiam Graſſus de ſucceſſ. §. 1. à num. 12. & lib. 2. communium, cap. 4.

6 Secunda, quæ ait† eſſe nullum, etiam in foro cõſcientiæ, quam tenet Innocen. in d. cap. quia plerique, Portu. Garcia de vltimo fin. illat. 15. Couarr. d. cap. cum eſſes à nu. 6. & d. §. 3. nu. 9. Anton. Gom. in leg. 3. Tauri. nu. 123. Padilla in dict. l. cum quis. C. de iuris & facti ignoran. ex nu. 7. Mexia ad legem frum. concluſ. 6. à num. 75. Matienço in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 10. à num. 6. & Azeuedo in lib. 2. titul. 3. numer. 42. eodem lib. Parlad. differ. 12. §. 1. à nu. 2. & 17. Ceruantes in dict. l. Tauri. à numi 89. Zauallos quæſt. 71. & 137. qui alios referunt, & Vltramontani relati per Iaſon. in prædictis locis, dicentes relicta in minus ſolemni teſtamento non deberi naturaliter: & ex Theologis, Mar. Ledeſ. 2. 4. quæſt. 18. art. 1. dub. 12. Bart. Medin. 1. 2. quæſt. 90. artic. 2. poſt ſolutionem 4. & in ſum. lib. 1. cap. 14. §. 26. & in lectu. de cenſib. Nauar. de reſtit. lib. 3. c. 2. num. 350. Salon. 2. quæſtione 5. de dom. art. 4. Gabr. Vazquez 1. 2. tom. 2. diſp. 163. Lorca ead. 1. 2. diſp. 21. de legibus ad fin. & Mag. Cano. & ait probabiliorem. Arrag. 2. 2. quæſt. 62. de do. pag. 160. & Pater Mich. Marcos, nec diſplicet Iulio Clar. §. teſtamentum, quęſtione nonageſima & ſequuntur Molina dict. diſput. octuageſima prima, & Leſſius de iuſtit. & iure libro 2. cap. 9. dub. 2. Licet quoad vltimas voluntates ſint in particulari ſententia, quod non ſit legum intentum eas irritate, ſed quod non faciant fidem in teſtamento non ſit de forma ſubſtantiali teſtamenti, ſed tantum probatoria, vt contra communem voluit tenere Ripa in dict. leg. nemo poteſt, à nu. 27. & ibi Crotus.

7 Tertia ſententia† media, quæ ait eatenus eſſe nullum, vt bona conſcientia poſſit quis contra eum agere, & petere declarari nullum, ante ſententiam vero ex æquitate eſſe validum in conſcientia, & ex eo transferri dominium, licet reuocabile, quam tenent Soto ſupra. Victoria, & Fr. Ioann. de la Penna, Beia in reſpon. caſuum conſcientiæ caſu 53. Philiar. de officio Sacerdotis 2. par. lib. 6. cap. 20. & ſeq. Fr. Lud. Lopez. inſtr. conſcientiæ. 1. tom. cap. 164. Bannes 2. 2. prȝamb. ad quæſt. 62. 3. diſput. Valen. 3. tom. diſp. 5. q. 6. pun. 5. Fr. Man. Rodriguez in ſum. 1. tom. c. 132. nu. 5. Vega 2. par. ſum. c. 114. caſu 2. & 3. Lud. Carbo. de reſtitut. quæſt. 45. & in 2. & 3. concluſ. Bernar. in ſum. cap. 18. num. 111. & 112. & nouiſſime Pet. Ledeſ. 2. par. ſum. tract. 8. cap. à pag. 494. & alij Theologi, & ex Iuriſtis, Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem, nu. 13. verſ. poſſet in prædictis, & in d. l. nemo poteſt. 2. lect. à nu. 96. cum Alex ibi, idem Iaſ. conſ. 67. lib. 3. Tiraquel. de leg. connubialibus. gl. 2. ſeu 4. à num. 20. Burgoz de Paz in l. Tauri, à num. 1406. & particulariter 1460. & 1482. & Ioan. Guttier. in d. l. nemo poteſt, ex nu. 456. & can. quæſt. lib. 2. cap. 25. num. decimo, & vndecimo, & hanc tenet Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 80. licet eum pro ſecunda ſententia citet Ioann. Guttierez dict. numero 11. *& in ſimili ſententia eſt Laçar. de monit. ſect. 3. quæſt. 6. ſatis confuſè loquens & procedens. Sequuntur etiam nouiſſimè hanc ſecundam ſententiam Açor 3. par. lib 6. cap. 9. quæſtione 1. & 2. Salas de legib. diſp. 16. ſect. 2. Suar. eodem tract. lib. 5. cap. 20. num. 14. & cap. 24. a num. 4. & cap. 32. a num. 6. & tandem Fr. Baſilius Legionen. de impedimen. matr. cap. 9. §. 25. licet quoad teſtamenta teneat cum Molina.*

8 Mihi eſt† veriſſima ſecunda ſententia, & reliquæ improbabiles cum Salon ſupra, nam omnis lex iuſta non fundata in falſa præſumptione eſt ſeruanda in foro conſcientiæ, ſed iſtæ leges ſunt iuſtæ, vt ſupponimus, & non fundatæ in falſa præſumptione, ergo ſunt ſeruandæ in foro conſcientiæ. Conſequentia eſt euidens, & maior certa, minor autem, quod non ſint fundatæ in falſa præſumptione, probatur clare, nam lex irritans teſtamentum, ſeu alium actum, in quo non eſt ſeruata forma, & ſolemnitas requiſita, non fundatur in præſumptione falſitatis, & fraudis hic & nunc, & in quolibet, ſed in vniuerſum illum irritat ex defectu ſolemnitatis, & formæ, quantuncunque fraus abſit, ad vitandas fraudes, quæ alias poſſent aliquando

9 quando committi, Quod † etiam patet, nam quamuis certo conſtet de veritate, & voluntate teſtantis, ex confeſſione partium, non valet teſtamentum minus ſolemne, ſed adhuc per iudicem eſt irritum declarandum, gloſſa, & Doct. communiter in l. 2. Co. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul. Couarr. d. cap. cum eſſes, numero 7. Burgos de Paz plures referens ſupra numero 1394. & ſeq. & numero 1456. Matien. num. 16. 18. 25. & 34. & alij ſupra citati, quod ſecus eſſet ſi fundaretur in præſumptione fraudis iuxta notata in cap. is qui fidem de ſponſ. Præterea
10 forum † interius, & exterius non ſunt diuerſa, abſque vlla exceptione, quoties forum exterius præſumptione non fundatur, nam cognita veritate in idem omninò vtrumque forum ſemper conſentit, Gabr. Vazquez 1. 2. diſput. 66. num. 3. & Suarez 5. tom. diſp. 40. ſect. 5. num. 16. & ſect. 6. num. 1. quod forum internum non diſcrepat ab externo, niſi vbi ex præſumptione ſola procedit præter rei veritatem ſecreto cognitam.

11 Quod ſi dicas † cum tertia ſententia huiuſmodi leges nolle irritare actum in foro conſcientiæ ante ſententiam: probatur id eſſe gratis dictum, & ſine fundamento, cum lex abſolute loquatur, nec iſta æquitas eſt contra ius ſcriptum attendenda, cum non ſit in iure ſcripta, capit. fin. de tranſact. & leg. pla-
13 cuit. Cod. de iudicijs, & ibi Doctores. Et † vt inquit Fortu. ſupra numero 236. relatus per Burgos de Paz ſupra numero 1460. Hoc in negotio potius legum authoritati ſtandum eſt, quam interpretum aſſertionibus eas in interiori foro non ligare explicantibus.

14 Et licet olim † prima ſententia fuerit communis, iam tamen commmuniter reijcitur, & ſecunda eſt magis communiter recepta, præſertim per iuriſtas, qui-
15 bus † in hoc de intentione legum, etiam pro foro conſcientiæ magis deferendum eſſe exiſtimo, quicquid Soto ſupra velit, maximè aliquam Theologiæ peritiam habentibus, quam puris Theologis, qui ſuo modo, & ex proprio capite leges interpretari ſolent eas etiam canonicas potius ſuo iudicio metiẽtes, & regulantes, quam cum legibus, vt parerat, contra quos Canon. de locis, libro 8. cap. 6. & 7. *& conducit quod tradit fr. Ioann. Marquez del gouernador Chriſtiano, libro primo cap. 7. pag. 101. de examinantibus & indicantibus legem contra id quod ait in B. Iacob. Epiſtol. capit. ſicut eſt indicans legem, non eſt factor legis, ſed index.*

16 Præterea quicquid eſſet † de alijs actibus, ſeu contractibus minus ſolemnibus, in propoſito tamen de electionibus, ſeu prouiſionibus beneficiorum tenẽda omninò eſt prædicta ſecunda ſententia, vt per Salon. ſupra verſic. excipitur 3. Bannes 4. concluſ. & Petr. Ledeſm. pagin. 497. quicquid è contra teneat Parlad. d. differ. 12. §. 2. num. 24.

## *De forma ſeruanda in prouiſione parochialium, Cap. II.*

### SVMMARIA.

*IN prouiſione parochialium ſeruanda eſt forma præſcripta Concilio Trident. de examine per concurſum, numer. 1. Et Pius V. in ſua conſtitutione ſuper collatione parochialium ſtatuit omnes prouiſiones propter, & contra dictam formam factas, nullas eſſe, &c n. 2. & ponitur d. conſt. n. 3*

*Iſta conſtitutio non habet locum, niſi in his dioceſibus in quibus fuit cacta ſinodus, & in eis iuxta formam Concilij deputati examinatores, ex declaratione Gregor. XIII. & S. Congregationis, nu. 4.*

*Circa decretum Concily & conſtitutionem Pij V. aliqua dubia ſunt explicanda.*

*An ſit de Epiſcopali vacante capitulum, ſeu eius vicarius poſſit facere concurſum ad parochiales vacantes, & ad ipſum ſpectet obire illa munia, quæ Concilium ſtatuit abeunda ab Epiſcopo, ſeu eius vicario cum parochialis Eccleſia vacatio contigerit. nu. 6. reſoluitur affirmatiue, & ponitur declaratio S. Congreg. Toletana. nu. 7. & 8.*

*Iſta declaratio, licet loquitur de examinibus & concurſu faciendis pro collatione parochialium, ſede cathedrali vacãte procedit etiam in examinibus, & concurſu faciendis per Epiſcopum, ſeu eius vicarium ſede plena. nu. 9.*

*Ex iſta declaratione apparet primo, ſtatim habita notitia vacationis parochialis conſtituendum eſſe in ea idoneum vicarium per Epiſcopum, ſeu vicarium ſede vacante, quod procedit etiam in parochialibus ſpectantibus ad collationẽ alterum, nu. 10. & num. 11. ponitur quædam declaratio S. Congreg. qua declaratur. nu. 12.*

*Quorſum tendant illa verba Concilii, ſi opus fuerit, cum ſemper videatur eſſe opus vicario. nu. 13. Vbi reſpondetur cum declaratione S. Congregations poſita.*

*Secundo apparet vicarium eſſe conſtituendum, cum congrua fructuum portionis aſſignatione, nu. 14. circa quod ponuntur declarationes S. Congregationis, nu. 15.*

*Vicario parochiali vacante ſimpliciter dato, non omnes fructus, ſed congrua portio arbitrio ordinarii iuſte determinãda debetur, nec Epiſcopus a principio poſſet omnes aſſignare, niſi omnes eſſent neceſſarij ad congruam portionẽ. n. 16.*

*Non tollit declaratio S. Congregationis, quin ſi pro loco, & tempore videatur plus neceſſarium ad congruam portionem, quam duorum aureorum pro ſingulis menſibus aſſignari poſſit. nu. 17.*

*Tertio apparet, quod vicarius ſic poſitus parochialis onera ſuſtinebit, donec de rectore prouideatur, qui etiam debet habere cuſtodiam omnium bonorum parochialis, nu. 18. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Deputatio vicarij, ſeu œconomi cum congrua, donec de rectore prouideatur per eum ad quem ſpectat, non eſt de forma concurſus, & prouiſionis, ita vt alias non valeat quicquid alias vellet Rota, quæ tamen poſtea hoc admittit, &c. nu. 19. & 20.*

*Quarto apparet parochialem vacantem non poſſe conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, & electus, dum affert bullas Papæ, nec poſſe interim conſtitui vicarium in ea, aut ei quoquo modo præfici, num. 21. & 22. vbi ponitur declaratio S. Congregationis, quamuis contrarium ſeruetur, nu. 23.*

*Id videtur iuri conforme ex c. auaritiæ de elect. in 6. quod procedit in quibuslibet beneficijs, nu. 24. Ex quo etiam non poteſt dignior electus ante collationem fructus percipere, etiam vti adminiſtrator, etiamſi antea eſſet conſtitutus adminiſtrator, &c. num. 25. Nec videtur valere conſuetudo contraria. num. 26. Quamuis videatur excuſare à pœna priuationis beneficij, ſui iuris, de qua ibi, numer. 27. Nam conſuetudo etiam mala, non tamen euidenter, tribuit iuſtã cauſam ignorantiæ, & qui facit quod alij faciunt, excuſatur, &c. num. 28. Et qui haberet in eo malam fidem, & conſcientiam laſam, non excuſaretur à dict. pœna priuationis, num. 29.*

*Dato,*

*Dato, quod magis idoneus iudicatus, & electus ad parochialem, ex quod in ea adminiſtrauit vt vicarius, amitteret ius ſibi competens, an gratia, & prouiſio de illa à Papa ei facta ſit valida, non facta mentione de dicta intruſione, ſeu adminiſtratione, à nu. 30. reſolutum eſſe invalidam.*

*Quinto apparet, per edictum publicum vocandos eſſe, qui voluerint examinari pro obtinenda parochiali vacante num. 35. Quod accipiendum eſt vbi Concilium prouinciale id ſtatuerit, vt Toletanum, & Compoſtellanum nu. 36. & ſeq. Vbi ponitur declaratio S. Congregationis, quamuis aliqui abſolute dicant eſſe neceſſarium nu. 38.*

*Edictum apponendum erit ad ſummum cum termino 20. dierum cum ſucceſſit loco nominationis ab Epiſcopo faciendæ, ad quam ex Concilio præfixum eſt tempus decem dierum, nec vltra alios decem prorogari, poteſt, ex conſtitutione Pij V. num. 39. & ſic erit accipiendum decretum Concilij Compoſtellani, num. 40.*

*Terminus edicti currit, ex quo tam in valuis Eccleſiæ cathedrali, quam Eccleſiæ beneficij præfixum eſt iuxta dict. decretum Concilij Compoſtellani, num. 41. Nec eſt neceſſarium quod ſtet affixum per illud tempus, ſed eſt arbitrarium quanto tempore debeat manere affixum, num. 42. Et ſufficit quod nuntius, vel notarius referat, quod edictum fuit affixum in loco, licet non dicat quanto tempore ſtetit, nu. 43. Debet etiam apponi dies affixionis, & propoſiti edicti, vt ſciatur an intra terminum, vel poſt ſit factum examen, nu. 44. & ſufficit quod affigatur, nec eſt neceſſe, quod prius legatur, num. 45.*

*Si edictum cum maiori termino 20. dierum ponatur, an ideo vitietur prouiſio parochialis. à num. 46. reſoluitur ex æquitate, & mente Papæ edictum poſitum cum maiori termino 20. dierum, etiam à principio, non eſſe nullum in totum, ſed quoad exceſſus, & ſic qui ſe oppoſuerint infra 20. dies, legimus eſſe oppoſitores, non vero qui poſtea, niſi quando infra 20. dies nullus ſe oppoſuit, &c.*

*Cum quo termino debeat poni edictum, vbi Concilium prouinciale illud requirens non deſignat à num. 50. reſolutur eſſe arbitrarium, modo non excedat 20. dies, nu. 51.*

*Sexto apparet examen ad parochiales debere fieri cum examinatoribus ſaltim tribus, num. 52. circa quod ponitur declaratio S. Congregationis, num. 53.*

*Septimo apparet, quod ſi vota examinatorum paria, aut ſingularia fuerint, accedere poteſt Epiſcopus, ſeu vicarius, quibus magis videbitur, num. 54. Nam Epiſcopus tantum, vel vicarius habet votum deciſiuum in hoc caſu, ex S. Congregatione, num. 55, 56. & 57.*

*Iſta acceſſio Epiſcopi, ſeu vicarij, videtur debere fieri in ipſo examine, ſeu coram ipſis examinatoribus ſimul congregatis, & non ſeparatim, num. 58. Quamuis electio ex approbatis facienda ab Epiſcopo poſſit ab eo fieri, ex poſt facto, & ſeparatim, num 59.*

*Quod dicitur de votis ſingularibus, quod Epiſcopus poſſit accedere, quibus videbitur, non procedit quando ſinguli examinatores approbant vnum, quem alij reprobant, nu. 60. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*Quando dicantur vota ſingularia, vt Epiſcopus poſſit accedere, quibus videbitur, ſuppoſito quod examinatores debent eſſe tres ad minus, nu. 61. Reſoluitur, quod cum ex tribus vnus approbat vnum, quem alter reprobat, & alter nec approbat, nec reprobat, nu. 62.*

*Reprobatur, quod ait Ledeſma, quod ſi tres examinatores fuerint diuiſi in ſuis votis, poteſt Epiſcopus accedere cui voluerit, & ſi duo fuerint pro vna parte, & alius pro alia, poteſt etiam accedere parti cui voluerit, num. 63.*

*Octauo apparet debere ſingulis annis in dioceſana ſynodo, quã etiam Capitulum, ſeu vicarius ſede vacante facere poteſt, deputari examinatores ſaltim ſex, qui debent proponi ab Epiſcopo, & à ſynodo approbari, &c. num. 64. Ex quibus Epiſcopus, vel vicarius debeat ſaltim tres eligere, vt ſecum examen perficiant, &c. num. 65.*

*Si pauciores quam ſex examinatores in ſynodo deputantur, non erit legitima deputatio, & examen, & concurſus, cum illis factum erit nullum, nu. 66.*

*Debent deputari in ſynodo vera & formali, quæ eſt Congregatio legitima, quam facit Epiſcopus cum clericis ſibi ſubditis, ad tractãdum de his, quæ curæ paſtorali incũbunt, &c. nu. 67. & non ſufficeret congregari clerum ad effectum ſolum nominandi examinatores, & iudices ſynodales, &c. numero 68.*

*Nono apparet, quod ſi ex ſex examinatoribus aliqui intra annum mortui fuerint, aut alias abfuerint, tota facultas examinandi ad ſuperſtites ſpectabit eo anno durante, etiamſi vnus tantum ſuper eſſet, num. 69.*

*Quid ſi intra annum omnes mortui ſint, vel abfuerint. & videbatur Epiſcopum eo caſu poſſe per ſe ipſum examinatores deputare, nam vbi forma præciſe ſeruari non poteſt, ſufficit actum facere eo modo, quo fieri poteſt, nu. 70. & 71. ſed Clemens VIII. fecit decretum ſuper hoc, vt in declaratione S. Congregationis poſita, num. 72.*

*Decimo apparet examinatores ſemel deputatos, quorum officium non expirat cum morte Epiſcopi, durare etiam poſt annum, donec alij fuerint electi, dummodo ſex ſuperſint: at ſi pauciores ſuper eſſent lapſo anno, alias loco mortuorum eſſe eligendos in ſynodo, alias qui ſupererunt, pro legitimis non eſſe habendos, num 73. & non ſolum alij loco mortuorum ſunt tunc eligendi, ſed etiam qui ſupererant, ſunt de nouo eligendi, vel relinquendi pro examinatoribus, vel alij loco eorum, &c. num. 74.*

*Non requiritur pro forma, quod examinatores ſinguli is annis deputentur in ſynodo, dummodo poſt annum, ſaltim ſex remaneant contra Rotam, nu. 75.*

*An idem ſit in inducibus ſynodalibus in terminis Concilij. cap. 10. ſeſſ. 25. de reform. an ſi quatuor ſaltim non adeſſent, alij eſſent legitimi iudices, nu. 76. Reſoluitur tunc recte poſſe a Nuntio, vel Legato cauſas alijs committi, quamuis ſi committantur inducibus ſynodalibus, recte etiam poſſit reſcriptum illis præſentari, nu. 77.*

*Epiſcopus, ſeu Capitulum ſede vacante in locum examinatorum defunctorum, vel abſentium alios deputare non poteſt, nec intra annum, niſi omnes deficiant, nec poſt annum, etiãſi omnes deficiant nu. 78. Quamuis in inducibus ſynodalib. detur facultas ordinario ad ſubſtituendum, &c. num. 79. Quæ facultas ſubſtituendi videtur intelligenda, quando nondum aduenit tempus faciendæ ſynodi, & tranſibit in Capitul ſede vacante, num. 80. Et ponuntur declarationes S. Congregationis, a num. 81. Quamuis Rota tenuerit deficientibus examinatoribus ſynodalibus poſſe Epiſcopum deputare examinatores abſque celebratione ſynodi, vt in deciſionibus poſitis, a num. 86.*

*Magis conformis Concilio videtur ſententia S. Congregationis, nam lapſo anno defectus examinatorum contingit culpa ipſius Epiſcopi non facientis ſynodum. & ſic non excuſat eum ab obſeruatione formæ, & ceſſat ratio Rotæ, nu. 92. Quod procedit etiamſi Epiſcopus de nouo veniat ad Epiſcopatum, &c. num. 93.*

*Sententia Rotæ poſſet procedere in terminis deciſionum Literen. nempe in beneficijs iuriſpatronatus laicorum, a quibus præſentati, ſi non ſunt examinatores ſynodales, poterunt examinari coram alijs ab ordinario deputatis, a numero 94. & ponitur reſolutio Rotæ num. 95.*

In

*3ª literis reſignationum parochialium in forma dignum dicitur, quod examen fiat adhibitis examinatoribus ſynodalibus, ſi illic ſint, vt eſſe debent, alioquin ab ipſo ordinario nominandis, num. 96.*

*Iſto caſu eſt difficultas, an ſi illic ſint examinatores, qui habentur pro ſynodalibus, tamen non ſunt legitimi, & coram illis tanquam ſynodalibus fiat examen in forma dignum ſit validum, à nu. 97. reſolvitur negative, nu. 98.*

*Vndecimo apparet examen, & approbationem in concurſu requiri ſemper proforma ad ſingulas parochiales, num. 99. & ſeq. vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & reprobatur quædam ſententia Zerolæ, nu. 101.*

*Iſta forma omitti non poteſt, etiamſi Epiſcopus velit parochialem conferre perſonæ quantumcunque, & notorie doctæ, idoneæ, num. 102. & etiam vicario, vel doctori, ſiue licentiato in Theologia, ſeu iure canon. & c. ex S. Congregatione, num. 103.*

*Duodecimo apparet requiri proforma, quod examinatores renuntient, quotquot idonei reperti fuerint, nu. 104.*

*Debent facere relationem, & approbationem de omnib. non ſolum quoad literaturam, ſed etiam clericatum, ætatem, legitimit. atem, mores, & c. nu. 105. alias videntur peccare mortaliter examinatores. num. 106.*

*Circa modum dandi vota ponitur quædam declaratio S. Congregationis, nu. 107.*

*Decimotertio apparet, quod ex approbatis per examinatores ſolus Epiſcopus, vel vicarius, & non ipſi examinatores, debet eligere magis idoneum, num. 108.*

*Ex approbatis Epiſcopus ſuo iudicio, & non ex votorum calculo, numero, & collectione poteſt eligere, & debet eum, qui ſibi magis idoneus videatur, nu. 109. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Poterunt examinatores priuatim, præſertim Epiſcopo petente renuntiare, quis ſit magis idoneus, & niſi Epiſcopo id alias conſtet, poterit & debebit priuatim ſe informare de hoc ab ipſis examinatoribus, & c. nu. 110. & ſic procedit quædam declaratio S. Congregationis poſita. nu. 111.*

*Quamuis aliqui teneant ad examinatores ſpectare renuntiare quis ſit magis idoneus, nu. 112. & reſpondetur conſtit. Pij V. nu. 113. nec contrarium tenet Cechus relatus, nu. 114.*

*Decimoquarto apparet S. Congregationem ſentire, quod capitulum ſede vacante, etiam ſtante Concilio, non poſſet facere collationem parochialium, in quocunque menſe vacarent, etiam ſecluſa reſtruatione beneficiorum vacantium ſe de Epiſcopali vacante, quæ tempore factæ d. declarationis Toletanæ non ſtabat, & c. nu. 115. ad quod facit alia declaratio adducta, nu. 116.*

1 VNde in prouiſione † parochialium obſeruanda eſt forma præſcripta à S. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 18. vbi S. Syno. ſtatuit, vt occurrente vacatione parochialis Eccleſiæ, etiam generaliter, vel ſpecialiter reſeruatæ, ſeu affectæ, debeat Epiſcopus ſtatim habita notitia vacationis, ſi opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur, & deinde præuio concurſu, & examine coram examinatoribus, ſaltim tribus iuxta formam eiuſdem Concilij in Synodo deputatis, ex approbatis Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre, &c. alias prouiſiones omnes præter dictam formam factæ ſurreptitiæ cenſeatur, &c.

2 Et Pius V. in ſua conſtitutione 32. ſuper collatione parochialium Eccleſiarum ſtatuit omnes prouiſiones parochialium præter & contra formam ab eodem Concil. Trid. præſertim in examine per concurſum faciendo præſcriptam factas, & faciendas nullas irritas, ac nullius roboris, vel momenti eſſe, nullumque prouiſi ius, aut titulum etiam coloratum poſſidendi præbere, &c. vt in dicta conſtitutione, quam hic ponere placuit.

## *Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

3 In conferendis † beneficijs Eccleſiaſticis, & præſertim parochialibus Eccleſijs perſonis dignis, & habilibus, quæ in loco reſidere, & per ſeipſos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri III. in Lateranenſi, & Gregorij X. in Lugdunenſi generalibus Concilijs, ac Innocentij ſimiliter Tertij, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum editæ conſtitutiones teſtantur: quod vt diligentius, ac rectius perficiatur, ſtatuit etiam Synodus Tridentina, vt occurrente vacatione parochialis Eccleſiæ, etiam generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti in fauorem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, aut alias quomodolibet reſeruatæ, vel affectæ, debeat Epiſcopus habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur. Et deinde Epiſcopus, & qui eius patronatus habet intra decem dies, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum aliquos clericos ad regendum Eccleſiam idoneos examinatoribus, iuxta formam eiuſdem Synodi deputatis, nominet, & non niſi ab eiſdem examinatoribus per concurſum aliorum examinatorum, etiam tanquam magis idoneo ab Epiſcopo iudicato, & electo de Eccleſia prouideatur, alias prouiſiones, ſeu inſtitutiones omnes præter formam prædictam factæ, ſurreptitiæ cenſeantur. Sed quoniam res humanæ ſemper in deterius prolabuntur, niſi ſit, qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum ſit, ne propter conſtitutionem huiuſmodi tranſgreſſionem maximi abuſus oriantur. Nos ad quorum notitiam non ſine graui noſtra moleſtia peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis occurrente vacatione parochialium Eccleſiarum eas nullo, aut minus rite ſeruato examine, præſertim illo, quod per concurſum fieri debet ex Concilio Tridentino, vel etiam examine rite ſeruato perſonis minus dignis, carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationis iudicium ſequentes contuliſſe, & de eis prouidiſſe, volentes, quantum cum Deo poſſumus, huiuſmodi, ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones præfatas etiam innouando, authoritate Apoſtolica tenore præſentium omnes & ſingulas collationes, prouiſiones, inſtitutiones, & quaſuis diſpoſitiones parochialium Eccleſiarum ab eiſdem Epiſcopis, & Archiepiſcopis, ac quibuſuis alijs collatoribus, tam ordinarijs, quàm delegatis, etiã S. R. E. Cardin. ac Sedis Apoſtolicæ Legatis, vel Nuntijs,

præter

præter & contra formam abeodem Concilio Tridẽtino, præſertim in examine per concurſum faciendo præſcriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, nullumque prouiſi ius, aut titulum etiam coloratum poſſidendi præbere, & parochiales Eccleſias huiuſmodi, vt prius ante collationes huiuſmodi vacabant, ex nunc vacare ſtatuimus, decernimus, & declaramus, eaſque omnes pro tempore ſic vacantes noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ, ſeu eorum, quibus ius conferendi eas, præterquam Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui eam dicti examinis iuxta decretum eiuſdem Concilij habere debent, competere, diſpoſitioue reſeruamus. Inſuper ne parochiales Eccleſiæ diu in ſuſpenſo maneant, in maximum animarum periculum quarumcunque parochialium Eccleſiarum, quarum, dũ pro tempore vacant, ad Epiſcopos, Archiepiſcopos Primates, & Patriarchas, & quoſuis alios ordinarios collatores in menſibus ordinarijs collatoribus, etiã per noſtras regulas aſſignatis prouiſio, & collatio ſpectat, & pertinet, de quibus ipſdem Epiſcopi, & Ordinarij prædicti intra ſex menſium ſpatium, à die vacationis, earundem perfecto examine, iuxta formã Concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, & dictæ Sedis generaliter, vel ſpecialiter, & ex quauis cauſa reſeruatæ, ſeu affectæ exiſtunt, aut alijs ex indulto Sedis Apoſtolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Epiſcopi, & Archiepiſcopi præfati perſonas per examen concurſu mutuo habito, iuxta dicti Concilij Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut ijs, ad quos collatio ſpectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor menſium ſpatium à die illius vacationis non ſignificauerint, necnon parochialium Eccleſiarum ſimilium, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, vel aliorum, ſeu clericorum, & laicorum ſimul fuerint, ſi præſentatus intra tempus eiſdem patronis à iure prehixum præuio examine iuxta formam dicti Concilij approbatus petatur inſtitui, inſtitutioque ipſa per duos menſes à die præſentationis dilata fuerit, collationem, prouiſionem, inſtitutionem, ac commodam diſpoſitionem nobis, & ipſi Sedi, ac perſonis indulta huiuſmodi conferendi, prouidendi ſeu inſtituendi obtinẽtibus reſpectiue reſeruamus, data tamen in parochialibus iuriſpatronatus optione ipſis patronis, vt ſi inſtitutio ad ordinarios ſpectabit, ipſis ordinarijs illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menſes differentibus, poſſint pro huiuſmodi inſtitutione obtinenda habere recurſum ad Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad Sedem Apoſtolicam. Prohibentes etiam eiſdem ordinarijs, ne tempus decem dierum eiſdem ordinarijs, & patronis ab eodẽ Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præſumant. Diſtrictius inhibentes, ne quis præter Romanum Pontificem, aut alios indulta huiuſmodi obtinentes, vt præfertur, quacunque ſit ſuper hoc authoritate munitus, de huiuſmodi beneficijs ſic reſeruatis (vt præfertur) diſponere, vel circa etiam per viam permutationis, vel alias innouare quoquo modo præſumat. Vt autem non ſolum dignis, ſed magis idoneis repertis iuxta eiuſdem Concilij decretũ parochiales Eccleſiæ conferantur, volumus, & eadem authoritate decernimus, quod ſi Epiſcopus minus habilem poſthabitis magis idoneis elegerit, poſſint ij, qui reiecti fuerint, à mala electione huiuſmodi ad Metropolitanum, vel ſi ipſe eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium vti noſtrum, & Sedis huiuſmodi delegatum, aut alias ad ipſam Sedem Apoſtolicam appellare, ac præfectum ad nouum examen coram ipſo appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare, & conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, parochialis magis idoneo per eundẽ iudicem appellationis authoritate noſtra (quatenus collatio ad Epiſcopum, à quo appellatum fuit ſpectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, prouiſio, vel inſtitutio ſpectabit. Hæc tamen appellatio interpoſita interim non impediat, aut ſuſpendat, quominus electio per ordinarium, primo loco facta interim demandetur executioni, & prouiſus ab eadem Eccleſia cauſa appellationis huiuſmodi pendente non amoueatur. Et ſi quis à ſententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipſam Apoſtolicam appellabit. Si ſecus in præmiſſis omnibus & ſingulis actum, aut attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Volumus autem quod præſentium præſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodq; literæ ipſæ Cameræ Cancellariæ Apoſtolicarum, & audientiæ cauſarum Palatij Apoſtolici valuis, & in acie Campi Floræ dimiſſis ibi copijs publicatæ, & affixa omnes, ita afficiant, & arceant, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, decreti, reſeruationis, prohibitionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto. Quintodecimo Kalend. Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Quam conſtitutionem Pij V. ſanctiſſimus D. N. 4 Gregorius XIII. audita† relatione Congregationis reſpondit, non habere locum, niſi in his diœceſibus, in quibus fuit cogta ſynodus diœceſana, & in eis, iuxta formam c. 18. ſeſſ. 24. fuerunt deputati examinatores, & ita Anaſ. Germo. de indultis Cardinalũ, §. quibuſuis, nu. 8. ait Cardinalem Catrafam 9. Mar. 1589. reſpondiſſe Epiſcopo Volaterano.

Circa quod decretum† Concilij, & conſtitutionem Pij V. oportet aliqua dubia ſcitu digna, & in 5 praxi occurrentia breuiter explicare.

Et in primis† dubitatur, an ſede Epiſcopali vacãte Capitulum, ſeu eius vicarius poſſit facere concurſum ad parochiales vacantes, & ad ipſum ſpectet obire illa munia, quæ Concilium vbi ſupra ſtatuit obeunda ab Epiſcopo, ſeu eius vicario, cum parochialis Eccleſiæ vacatio contigerit. 6

In quo probatur† affirmatiue ex regula tradita 7

ſupra

ſupra 5.par.c. 7. quod capitulum ſede vacante fungitur vice Epiſcopi,& ſuccedit in his,quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ,exceptis caſib.in iure expreſſis, & iuriſdictio data à Concilio Epiſcopis circa concurſum parochialium eſt ordinaria ad tradita per gl.verb.ſpecialiter,in l.1.C.ne liceat potentiorib. & Doctores in l.morte,ff.de iuriſd.omnium iudicum, & in c.licet de officio ordin. & Couarr.lib. 3. variar. c.20.num. 1.verſic.& id deducitur nu. 5. 6. 9. & 10. & *Thom.Sanch.de mat.lib.2.diſp.40.nu.* 14.& ita poſt hæc reſoluit Molina de iuſt.tract.5.diſp.11.nu. 11.

8 Et ita in terminis † cenſuit S. Congregatio Concilij,per quandam declarationem factam ad inſtantiam Capituli Toletani, anno 1577. ſede Archiepiſcopali vacante,quæ ſic ſe habet: Obſeruanda in examinibus faciendis per collationes parochialium ſede cathedrali vacante,in primis capitulum nullam ſibi hiſce examinibus authoritatem vindicauit, ſed cõſtituit officialem,& vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi, prout mandat Concil. Trid. ſeſſ. 24.c.16.Secundo is vicarius ſic conſtitutus obibit illa omnia munia,quæ Concilium ſeſſ.24.cap.18.ſtatuit obeunda ab Epiſcopo,ſeu eius vicario.cum parochialis Eccleſiæ vacatio contigerit. Tertio, & in ſpecie ſtatim habita notitia vacationis Eccleſiæ,& antequam vllum fiat examen, conſtituit idoneum in ea vicarium cum congrua fructuum portionis aſſignatione reſeruatis reliquis fructibus ijs,quibus vere debebuntur,hic autem vicarius ſic poſitus eiuſdẽ parochialis onera ſuſtinebit, donec de rectore prouideatur.Quarto,poſtea per edictum publicum vocabit eos omnes, qui voluerint examinari pro obtinenda ea parochiali vacante.Quinto,deinde examinabit eos, qui concurrerint adhibitis etiam alijs examinatoribus,ſaltim tribus, quorũ vota ſi pariã, aut ſingularia fuerint, accedere poſſit ipſe vicarius quibus magis ei videbitur.Sexto,curabit idem vicarius, vt ſingulis annis in diœceſana ſynodo probentur examinatores ſaltim ſex, ex quibus tres ipſe eliget, eoſque congregabit, qui ſecum examen perficiãt ad ſingulas vacantes parochiales, & ſi duo vel vnus tantum ex dictis examinatoribus, etiam cum vicario, vel omnes tres, atque etiam ſex abſque vicario ſeipſo congregauerint,ac examen perfecerint, nullum erit. Et ſi ex dictis ſex examinatoribus,aliqui intra annum ſuæ electionis mortui fuerint,tota facultas examinandi vna cum vicario ad ſuperſtites,etiã vnus tantum ſupereſſet, expectabit eo anno durante. Septimo,ſi contingat ſequentibus annis nullos examinatores eligi in ſynodo diœceſana,illi ſex, qui ſemel præcedente anno ex decreto Concilij fuerint electi,pro legitimis habeantur, etiam poſt lapſum ſuæ electionis,& ſic in officio ſuo perſeuerare poſſint donec alij ſeruata forma Concilij fuerint electi,& ſi ex dictis ſex examinatoribus aliqui mortui fuerint, curabit vicarius,vt lapſo anno alij in locum mortuorum ſufficiantur,ſeu eligantur in ſynodo diœceſana, alioquin qui ſupererint, pro legitimis non habeantur. Octauo,examen, & approbatio pro legitimis non habeantur,ad parochiales vacantes,ſi antea ad alias parochiales,quæ prius vacauerint,fuerit facta, ita vt non ſufficiat,quem iudicatum fuiſſe idoneum præteritis menſibus,aut annis ad aliquas parochiales, ſed ſemper opus ſit nouo examine, & noua approbatione ad ipſam parochialem, de cuius collatione ſingulis vicibus agetur. Nono, examinatores ex pluribus examinatis, non vnum ſolum, ſed plures,quos iudicauerint idoneos,ſignificabunt vicario, & ex iſtis pluribus per examinatores iudicatis,non ipſi examinatores, ſed ſolus vicarius eliget, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, hæc enim facultas nullo modo examinatoribus competit,cum ſoli Epiſcopo à Concilio ſit attributa, cuius loco erit vicarius ſede vacante.Decimo,ipſe etiam vicarius ſolus,abſque examinatoribus ſcribet literas ad S.dominum noſtrum,ad quem collatio parochialis ſpectabit,quibus præcipue teſtabitur vacaſſe parochialem, propoſitum fuiſſe edictum, & ex examinatis fuiſſe tot idoneos à tribus ſaltim examinatoribus iudicatos, ſe vero ex iſtis idoneis talem cæteris magis idoneum iudicaſſe,& elegiſſe.Vndecimo,Capitulũ, aut decanus cathedralis Eccleſiæ, nullum ius ſibi vendicet proponendi edictum, aut deputandi, ſeu eligendi, vel conuocandi coram ſe examinatores, nec iubendi, aut curandi, vt coram ſe,aut examinatoribus deputatis ab eo examen fiat,minus eligẽdi magis idoneum, aut literas teſtimoniales de eo ſcribẽdi,ſed hæc omnia,vt ſupra dictum eſt,exequetur partim ſynodus diœceſana, partim vicarius ſede vacante conſtitutus, quem capitulum omninò, vt ſupra quoque in principio iniunctum eſt, conſtituere debebit, ex dict.capitul.19.Duodecimo,Multo magis idem capitulum abſtineat à conferendo parochialem vacantem in commendam temporalẽ ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, maximeque etiam caueat, ne concedat omnes fructus ipſius parochialis eidem dicta commenda durante,quoniam Concilium hæc omnia prohibuit,dum ſtatuit debere Epiſcopum,ſtatim habita notitia vacationis parochialis idoneum in ea vicarium,cum congrua fructuum portione conſtituere,quod munus, vt ſupra quoque dictum eſt, obibit præcisè vicarius ſede vacante deputatus,cauebitque etiam ipſe à dicta commenda, & conceſſione omnium fructuum, & illud quoque interdictum ſciet, ne eum quem magis idoneum ipſe iudicauerit,conſtituat vicarium in parochiali, aut ei quoquo modo præficiat, donec collatio fiat,ſed debebit omnino à principio vacationis, & antequam vllum examen fiat, conſtituere in ea alium, vicarium, qui curam animarum interea gerat, donec parochialis fuerit à ſede Apoſtolica collatæ magis idoneo.

9 Quæ declaratio † eſt ſumme notanda, & licet loquitur de examinibus, & concurſu faciendis pro collatione parochialium ſede cathedrali vacante, procedit etiam in examinibus,& concurſu faciendis per Epiſcopum,ſeu eius vicarium ſede plena: nam quoad formam examinis & concurſus, non eſt aliquid ſpeciale in capitulo, ſeu eius vicario ſede vacante.

10 Ex † qua declaratione §.3.apparet primo,ſtatim habita notitia vacationis parochialis conſtituendũ eſſe in ea idoneum vicarium per Epiſcopum, ſeu vicarium ſede vacante, quod procedit etiam in parochialibus ſpectantibus ad collationem aliorum, vt infra dicemus.3.dubio,n.127.

11 Circa quod aduertenda † eſt quædam declaratio S. Congreg, ſuper d.c.18.quæ ſic ait: Licet conſtituere Vicarium tempore vacationis ad cuſtodiam Eccleſiæ vacantis,ſpectet ad Epiſcopum, tamen in

caſibus

caſibus repentinis, ſi vicaria eſt ad præſentationem alicuius Collegij, illum poteſt conſtituere quam primum, donec Epiſcopus certior ſit factus, & prouide
12 rit. Non † tamen intelligas, quod collegium illo caſu poſſit dare iuriſdictionem alias non habenti, & approbationem ad Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrandum, &c. ſed ſolum poteſt illum ponere ad cuſtodiam, &c.

13 Sed ſtatim offert † ſe difficultas quorſum tendant illa verba Concilij d. cap. 18 ibi; Si opus fuerit, nam ſemper videtur eſſe opus vicario, ad quod reſponde-
14 tur cum declaratione S. Congregationis ſuper d. c. 18. quæ ſic ait: Quo pacto ſuccurrendum erit parochialis curiæ, quando onus nemo ſubire duxerit. Poſtremo quærendum erit, quorſum huiuſmodi verborum, ſi opus fuerit, tendat intellectus, cum continuo locus, vbi animarum curæ imminet, ſacerdote, ſacrorumque adminiſtratione indigeat, donec loco prædefuncti alius inſtituatur. Congregatio reſpondit, ordinarium omni diligentia vti debere, vt aliquem inueniat, qui velit, & poſſit hoc munus obire, qui ſi reperiri nequiuerit, ſaltim illud curare, vt aliqui mercenarij diurni, vel hebdomadarij, aut vicini parochi curam animarum interea exercent. Ad ſecundum, eo nempe, qui in eadem Eccleſia poſſent adeſſe miniſtri ſacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctum ſpectabat, exercerent, vel ali qui vicini parochi libenter idem præſtarent, aut alij ſimiles caſus euenirent, quibus appareret, non opus eſſe conſtituere alium vicarium,

14 Secundo † apparet ex d. §. 3. vicarium eſſe conſtituendum cum congrua fructuum portionis aſſignatione, vt inquit S. Concilium d. c. 18. ibi, Cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione,
15 circa quæ † verba, alias S. Congregatio ſic cenſuit, ☞ duorum aureorum pro ſingulis menſibus viſa fuit congrua portio. Secunda, hoc ipſum poteſt ſede vacante capitulum, quod ſi in portionis aſſignatione grauamen intulerit, poterit nouus Epiſcopus corrigere. Tertia, fructuum portio conſtituenda parochiarum Eccleſiarum vacantium vicario curam exercenti quouſque ad nouam inſtitutionem deueniatur, an referri debeat ad ſolam ipſius ſuſtentationem, aut ad ipſarum vacantium annuum valorem, vel ad ipſius vicarij qualitatem, & quid ab ordinario ſuper præmiſſis erit agendum, & portio hæc vnde ſumenda ſit quando conſtet fructus eſſe conſumptos, aut ſtantes, ita tenues ſint, vt vicarij ſuſtentationi non ſufficiant. Congregatio reſpondit ad hæc omnia referenda ad congruam portionem, & ſtipendium arbitrio ordinarij, & ſumendam ex fructibus percipiendis, niſi aliquæ perſonæ ſint iure obligatæ ad ſuppliendum aliunde.

16 Vnde recte † reſpondit Nau. conſ. 5. de officio ordinarij, quod vicario parochiali vacanti ſimpliciter dato, non omnes fructus, ſed cõgrua portio arbitrio ordinarij iuſte determinanda debetur, nec Epiſcopus à principio poſſet omnes eidem aſſignare, niſi omnes eſſent neceſſarij ad congruam portionem.

17 Nec tollit dicta † prima declaratio, quin ſi pro loco, & tempore videatur plus neceſſarium ad congruam portionem, quam duorum aureorum pro ſingulis menſibus aſſignari poſſit, non enim in hoc poteſt dari certa regula, omni loco & tempore.

18 Tertio apparet † ex d. §. 3. quod vicarius ſic poſitus parochialis onera ſuſtinebit, donec de rectore prouideatur, vt inquit ipſum Concilium, qui etiam debet habere cuſtodiam, & adminiſtrationem omnium bonorum ipſius parochialis, vt inquit quoque Concilium d. c. 18. verſ. alioquin & cenſuit S. Congregatio, ibi. Idoneum in ea vicarium, qui vicarius debet habere cuſtodiam, & adminiſtrationem omnium bonorum, vt infra, verſ. alioquin vicarius. etiã Eccleſiæ, cuius inſtitutio non ad Epiſcopum, ſed ad inferiorem ſpectaret, non obſtantibus his, quæ traduntur per DD. in c. cum vos. de offic. ordin.

19 Aduertendum eſt † tamen circa prædicta, quod deputatio vicarij, ſeu œconomi cum congrua fructuum portionis aſſignatione, donec de rectore prouideatur per eum, ad quem ſpectat, non eſt de forma concurſus, & prouiſionis, ita vt alias nõ valeat, quid quid vellet Rota in vna Dertuſen. parochialis de Tibiſa 12. Febr. 1593. coram D. Penna ſupra adducta
20 4. p. cap. 3. ad fi. Quæ † tamen in eadem cauſa coram D. meo Corduba 24. Nouemb. 1595. hoc admittit, & reſpondet ad dictam deciſionem D. Pennæ, vt videre eſt in decil. D. Cordubæ adducta d. c. 3. ad fi.

21 Quarto apparet † ex d. §. 3. & 12. parochialem vacantem, non poſſe conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, & electus, interim quod affert bullas Papæ, vt dictum eſt 4. p. c. 4. n. 15. nec poſſe interim cõſtitui vicarium in ea, aut ei quoquo modo præfici. Quod etiam fuit de-
22 claratũ pro parte † Epiſcopi Placentini, Anno 1593. vt in ſequenti declaratione, Illuſtriſſ. & Reuer. Do, ☞ vacante parochiali Eccleſiæ in menſe ad S. Pontificem reſeruato Epiſcopus Placent. habito concurſu ex dignis digniorem elegit, ſupplicatur pro parte eiuſdem Epiſcopi ſequentia declarari. Primo, ſi poteſt in dicta parochiali conſtitui vicarius, qui vti dignior ad parochialem nominatus eſt. Secundo, ſi poteſt magis idoneus in commendam temporalem dictam parochialem habere. Tertio, ſi virtute mandati Epiſcopi, poteſt antequam ſit facta ei à Papa collatio, capere poſſeſſionem parochialis. Quarto, ſi dignior ante confirmationem poteſt fructibus parochialis gaudere ſub prætextu Rectoris, commendatarij, ſeu vicarij. Quinto ſi facit contra formam Concilij agendo aliquid ex ſupradictis, tam Epiſcopus mandans quam dignior obediens. Sexto, ſi faciendo contra Concilium, an amittat aliquod ius, ſi forte ei competeb.t ex nominatione, ex eo quod ante cõfirmationem ſe immiſcuit in adminiſtratione parochialis. Ad primum Congregatio Concilij cenſuit ſtatim habita notitia vacationis parochialis debere Epiſcopum conſtituere vicarium idoneũ, & ſic non eſſe expectandum tempus, quo dignior ad ipſi parochiali præficiendum nominatus ſit. Ad ſecundum, minime poſſe. Ad tertium, pariter non poſſe. Ad quartũ, ante collationem non poſſe fructus percipere, niſi vti adminiſtratorem. Ad quintum, facere contra Concilij decretum. Ad ſextum, prouiſum Apoſtolicum apprehendentem poſſeſſionem beneficij literis non expeditis ex Iulij III. conſtitutione amittere beneficiũ ſiue ius ad illum habentem, ac ad aliud obtinendum de cætero inhabilem effici. Quam declarationem vidi in forma authentica manu Illuſtriſſimi Cardinalis Matthæi, eiuſque ſigillo munitam.

23 Quamuis in his † Regnis Caſtellæ ei particulariter in hoc Epiſcopatu contrarium ſeruetur, & male,

quod

quod tamen in hoc Epiſcopatu videtur iam emendatum.

24 Et quod dictum eſt † videtur conforme, ex cap. auaritiæ, de elect. in 6. quod procedit in quibuslibet beneficijs, vt dicitur infra 11. parte cap. vltim. dub. vlt. num. 216.

25 Ex quo etiam † textu videtur, non poſſe dignioremelectum ante collationem fructus percipere, etiam vti adminiſtratorem, etiam ſi antea eſſet cõſtitutus adminiſtrator, Ioannes Andr. ibi, & Dominicus, num. 4. & Franchus 1. Quamuis contrarium velle videatur dicta declaratio Placentina ad 4. Cui reſponderi poteſt, illud ibi eſſe obiter dictum, & non principaliter reſolutum. Vnde etiam videtur, quod is non poterit eſſe Vicarius, etiam ſi antea eſſet talis conſtitutus.

26 Non videtur valere † conſuetudo contraria, Abbas in cap. tranſmiſſam. nu. 3. de electio. Franchus in d. c. auaritiæ. nu. 2. Dominicus in c. cum qui. §. inſuper. num. 7. de præben. in 6. & ibidem Franchus nu. 5. Silua de beneficijs. 2. par. quæſt. 15. num. 4. Rochus in cap. fin. de conſuet. ſect. 5. num. 41. Gigas de intruſo ſub. num. 25. 6 fallentia, Rebuff. in praxi ſuper reg. de ſubrogan. collitigan. gloſſ. 4. nu. 8. & reg. 29. Cancel. verſic. 2. etiam. Lamber. de iure patron. 2. p. 2. lib. quæſt. §. art. 11. num. 7. & 8. Cuchus in inſtitutionib. maioribus lib. 4. tit. 4. nu. 3.

27 Quamuis conſuetudo † iſta videatur excuſare à pœna priuationis beneficij, ſeu iuris, de qua ibi, Antcharanus conſil. 51. cum alijs. vt per Alexand. conſil. 107. lib. 2. ſeu 8. lib. 6o Rochum in dict. cap. final. de conſuetud. in princip. num. 35. & ſect. 6. num. 19. Rebuff. vbi ſupra. Probum ad Monach. in cap. 1. de clericis non reſiden. in 6. num. 59. & Flam. Pariſ. de confiden. quæſt. 5. num. 24. Ludou. Gom. in cap. 1. de conſtitution. in 7. num. 131. Farin. in praxi crimin. 3. p. quæſt. 95. & Villar del patronado de Caletayud, 4. par. §. 3. num. 1.

28 Nam conſuetudo etiam mala, † non tamen euidenter mala tribuit iuſtam cauſam ignorantiæ, & qui facit illud, quod alij faciunt, excuſatur, & puniri non debet, qui communi iudicio non peccat, vt ibi per eos. Et conſuetudo inualida, & irrationabilis nondum reprobata excuſat à pœna, Felinus in cap. ex tenore. de reſcrip. nu. 12. Nauar. conſ. 29. de ſent. excommunicationis nu. 9.

29 Vnde qui haberet in † eo malam fidem & conſcientiam læſam, vt quia ſibi conſtaret, conſuetudinem non eſſe bonam, vel ſaltim de eo dubitaret, non excuſaretur à pœna priuationis, de qua in dicto capite auaritia, maxime, in foro conſcientiæ, in quo irrationabilis conſuetudo non excuſat, Lodou. Gom. ſupra.

30 Sed eſt difficultas, an † dato, quod magis idoneus iudicatus, & electus ad parochialem in concurſu, ex eo quod in ea adminiſtrauit vt Vicarius contra ſupradicta, amitteret ius ſibi competens, ex dict. cap. auaritiæ, gratia, & prouiſio de illa à Papa ei facta, ſit valida, etiam non facta mentione de dicta intruſione, ſeu adminiſtratione.

31 Et videtur inualida † ex doctrina Abbatis in cap. qualiter. de election. nu. 8. Petri Baſilj in directorio electionum. 2. p. c. 8. & Cuchi lib. 4. tit. 1. nu. 147. & ſeq. Et ex hoc capite fuit Romæ impetrata parochialis oppidi de Ontineros huius diœceſis Abulen-ſis, quamuis non habuit effectum impetratio, ſed tandem fuit concordatum inter partes, concordia confirmata per Papam.

32 Nihilominus † videtur eſſe valida, nam prædicta non videtur vera intruſio, ex quo non adminiſtrat tanquam titularis, & ſic non intrant, nec applicantur dicta 11. par. cap. vltim. dubio vltim. à numero 224. Nec poteſt dici gratia ſurreptitia, nam non narrat parochialem ſibi eſſe debitam, ſed ſolum exhibet ſuam approbationem, & literas teſtimoniales Ordinarij, & ex clauſulis generalibus fit gratia, etiam ſi alias ſpecialiter, vel generaliter reſeruata exiſtat.

33 Nec rurſus † his inſtat conſtitutio 33. Iulij III. de qua ſupra 4. p. cap. 2. à nu. 47. Quia illa loquitur de apprehendente poſſeſſionem beneficij virtute ſupplicationis, literis non expeditis.

34 Sed verius eſt † huiuſmodi poſſeſſionem eſſe inualidam per ſurreptionem, quia exibendo, & ſignificando Papæ, electionem de ſe factam ab Ordinario in concurſu, videtur etiam ſignificare habere aliquod ius ad Eccleſiam parochialem.

35 Quinto apparet ex dicta † declaratione Toletana, §. 4. per edictum publicum vocandos eſſe, qui voluerint examinari pro obtinenda parochiali vacante.

36 Sed hoc † recipiendum eſt, vbi Concilium prouinciale id ſtatuerit, vt fecit concilium prouinciale Toletanum, factum anno 1566. act. 2. decret. 24. & Compoſtellanum, factum anno, action. 2. decret. 3. nam Concilium Tridentinum, dict. cap. 18. verſ. & ſi Epiſcopo. id relinquit arbitrio Epiſcopi, vel ſynodi prouincialis, & ita docet Nauarrus conſil. 4. de præbend. *& nouiſſime Vgol. de offic. & poteſt. Epiſc. cap.* 50. §. 4. *nu.* 3.

37 Reſpondit † S. Congregatio Concilij Epiſcopo facien. his verbis: Congregatio cenſuit, faciendum examen per concurſum, quoties contigerit vacare parochialem eccleſiam: nec ideo à decretis Concilij Tridentini recedendum erit, quo rixæ, & tumultus oriantur, & alias forſan peiora ſequantur: quod vero ad propoſitionem edicti publici attinet, hoc totum poſitũ eſſe arbitrio ipſius Epiſcopi faciat, necne, niſi prouincialis Synodus aliquid circa hoc præciſe ſtatuerit, quod obſeruandum erit. Alia. Congregatio Concilij cenſuit propoſitionem edictorum publicorum relictam eſſe arbitrio Epiſcopi, vel ſynodi prouincialis.

38 Quamuis † Zerola in praxi Epiſcopali 1. parte, verbo. parochia. §. 2. 1. dubio, & Cechus de republ. Eccleſiaſtica, capite 28. de paroch. ſub nu. 6. dicant, edictum eſſe neceſſarium ex dicta Bulla Pij V. & declaratione S. Congregationis, dicentibus, collationem parochialis, factam ſine examine per concurſum eſſe nullam. Sed falluntur, nam edictum non eſt præciſe neceſſarium ad concurſum, qui ſine edicto fieri poteſt, vt in dicto decreto Concilij. *In quo etiam nouiſſimè fallitur Ioann. Franciſ. Leo in theſ. for. Eccl. cap.* 18. *nu.* 28.

39 Edictum autem † apponendum erit ad ſummum cum termino viginti dierum, cum ſuccedat loco nominationis ab Epiſcopo faciẽdę, ad quã ex dicto Cõcilio præfixum eſt tempus decẽ dierum, nec vltra alios decẽ dies prorogari poteſt ex dicta conſtitutione Pij V. verſ. prohibemus etiã, quod ſimiliter in edi-

cto

ſto dicẽdum eſt, vt vltra alios decem dies prorogari non poſſit, Zerola d. §. 2. 3. dubio, & Cechus ſuprà, *& Leo ſuprà nu. 29.*

40 Et † ſic erit accipiendum dictum decretum Concilij prouincialis Compoſtellani, vbi ſtatuitur, quod Epiſcopi intra quindecim dies à tempore notitiæ vacationis per publicum & neceſſarium edictum conuocent omnes quotquot voluerint examinari, quod in vaiuis Eccleſiæ Cathedralis, & Eccleſiæ beneficij, & vbi aliàs Epiſcopo viſum fuerit per viginti dies, vt minimum præfigatur ſub cenſuris & pœnis contra eos, qui tale edictum, vel tollere, vel delere auſi fuerint.

41 Qui terminus † edicti currit, ex quo tam in valuis Eccleſiæ Cathedralis, quàm Eccleſiæ beneficij præfixum eſt, iuxta dictum decretum Concilij Compoſtellani, & ſic expectandum erit, quod labatur termi nus, ex quo vltimo præfixum eſt.

42 Nec eſt neceſſarium, quod edictum † ſtet affixum per illorũm viginti dierum ſpatium, ſed eſt arbitriũ quanto tempore debeat manere affixum, Zerola d. §. 2. dubio, Socin. de citat. art. 23. q. 10. *Rebuf. ad ll. Gall. tract. de citat. in præf. nu. 102. & nouiſſimè Ceuall. q. 898. nu. 36. dicens, quod edictum debet manere affixum per aliquod tempus, &c.*

43 Et † ſufficit, quod Nuntius, vel Notarius referat, quod edictum fuit affixum in loco, licet non dicat quanto tempore ſtetit ad Bar. in extrauag. ad reprimendum, verb. publice. Soc. *& Rebuff. ſupra.* Maran. 6 par. membr. 1. de citation. n. 96. & ita practicatur. Et illa verba decreti Concilij Compoſtellani, Per viginti dies, vt minimum præfigatur, deſignant terminum edicti, non tempus affixionis, quamuis Cechus d. nu. 6. circa fi. dicat, quod edictum debet ſtare affixum per totum tempus illius.

44 Debet † etiam apponi dies affixionis, & propoſiti edicti, vt ſciatur, an intra terminum, vel poſt terminum ſit factum examen, vt in deciſione Toletana parochialis. 3. Iulij 1595. coram D. Seraphino infra adducta, dubio 20. & 26. Decemb. 1597. coram Dom. Corduba infra adducta, dub. 21.

45 Et quamuis † Zerola d. 1. dubio, dicat, quod edictum ipſum prius debet legi publicè & poſtea affigi, ex Bart. & Marant. ſupra, *& Puſchus de viſit. lib. 2. c. 5. nu. 1. ad fin.* tamen id etiam non eſt neceſſarium, nec ſeruatur, ſed ſufficit, quod affigatur. *& Fuſcus ibi ait, quod id non in omnibus ſeruatur.* Et Clem. 1. de iudic. quam allegat Bartolus loquitur in longe diuerſis terminis, & accedit quod tradit Vantius de nullitate ex defectu citationis, nu. 135.

46 Sed eſt difficultas, † ſi edictum cum maiori termino viginti dierum ponatur, an ideo vitietur prouiſio parochialis. Et videtur, quod non, quia licet faciat Epiſcopus contra prohibitionem Concilij, & dictæ conſtitutionis, aſſignando maiorem terminum, tamen id non videtur pertinere ad formam neceſſariam prouiſionis, ſicut nec deputatio Vicarij idonei, &c. Sed quod ſolum erit nullum edictum quoad exceſſum termini vltra viginti dies, ex dicta conſtitutione Pij V. & conſequenter non eſſent oppoſitores legitimi, niſi qui ſe opponerent intra viginti dies, & non poſt.

47 In contrarium † tamen, nempe quod vitietur prouiſio, & ſit nulla, facit, nam edictum poſitum à principio cum maiori termino viginti dierum, videtur in totum nullum ex dicta conſtitutione Pij V. & eius decreto irritante, nam forma eſt indiu dua, Decius conſ. 532. nu. 5. & in ſimili de locatione rerum Eccleſiæ vltra trienniũm, diximus ſupra 2. par. cap. 1. numero 56. & conſequenter prouiſio videtur nulla, tãquam facta ſine edicto valido requiſito, ex Concilio prouinciali.

48 Et tunc † non eſſet edictum nullum in totum, quando à principio poſitum eſſet cum termino competenti, & poſtea prorogaretur vltra viginti dies, tunc enim ſola prorogatio, vt pote de per ſe, & ſeparatim facta, eſſet nulla ad regulam, vtile per inutile non vitiatur, lib. 6.

49 Nihilominus † tamen in propoſito ex æquitate, & mente Papæ, verius videtur edictum poſitum etiam à principio cum maiori termino viginti dierũ, non eſſe nullum in totum, ſed quoad exceſſum, & ſic qui ſe oppoſuerunt infra viginti dies legitimos eſſe oppoſitores, non vero qui poſtea ſe oppoſuerunt, niſi quando infra viginti dies nullus ſe oppoſuit. *Sed hoc vide infra dub. 10. à nu. 100.*

50 Rurſus eſt difficultas † per quod tempus, ſeu cum quo termino debeat poni edictum, vbi Concilium prouinciale illud requirens, non deſignat tempus, vt Concilium prouinciale Toletanum ſupra.

Et videbatur ponendum eſſe, ſaltim cum termino decem dierum, ex dicto decreto Concilij Tridentini, & conſtitutione Pij V.

51 Nihilominus tamen † dicendum eſt, tempus eſſe arbitrarium arbitrio boni viri, modo non excedat viginti dies, ad l. 1. ff. de iure deliberandi, nam dictum decretum Concilij ad nominationem faciendam, non aſſignat præciſe decem dies, ſed eos, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum.

52 Sexto † apparet ex d. declaratione Tolet. §. 5. examen ad parochiales vacantes debere fieri cum examinatoribus ſaltim tribus. quod patet ex ipſo Concilio d. c. 18. ibi; Non paucioribus, quam tribus, & notat Petrus Ledeſma 2. p. ſummæ, tractat. 7. c. 1. 7. concl. circa 13. difficultatem. *& Marc. Ant. Genuenſ. in praxi c. 66. in annot. nu. 17.*

53 Circa quod Sacra Congregatio Concilij declarauit, † quod non ſtatuit præciſe, vt examinatores ſint tres, ſed quod non poſſint adeſſe pauciores tribus, ita quod ſi tres ſunt tantum examinatores, vota nõ poſſint eſſe paria, ſed ſingularia, quando ſinguli ſingulos approbant. Declarauit etiam, quod tres examinatores etiam adhiberi debent in parochialibus modici valoris. Declarauit rurſus, quod ſatisfactum erit huic decreto, ſi tertius examinator examinauerit, & ſit præſens in approbatione, licet votum ſuum non explicauit.

54 Septimo apparet † ex dicta declaratione Toletana, d. §. 5. quod ſi vota examinatorum paria, aut ſingularia fuerint, accedere poteſt Epiſcopus, ſeu Vicarius quibus magis ei videbitur, vt patet ex ipſo Concilio, verſ. tranſacto.

55 Nam † vt cenſuit S. Congregatio, Epiſcopus tantum, vel eius Vicarius habet votum deciſiuum in hoc caſu.

56 Et † ita Flaminius Pariſius de reſignatione beneficior. lib. 8 q. 9. nu. 105. & 106. ait, per S. Congregationem fuiſſe reſolutum. examen eſſe faciendum coram Epiſcopo, vel eius Vicario abſque ipſorum voto deciſiuo, & tantum eos poſſe accedere, vbi vota

ſunt

ſunt paria, vel ſingularia, quod etiam ait Cechus d. nu.6.& 7.& *Gratianus dec.97. nu: 18. Sbroc.de vicar. Epiſc.lib.2.q.211.nu.8.& in addit.ibi, Vgol. de offic. Epſc.c.50.§.3.nu.1.& §.12.nu.3.*

57 Accedit etiam † alia declaratio S.Congregationis quæ ſic ait: An ſi exiſtentibus quatuor examinatoribus ſinguli examinati dimidiam tantum ſuffragiorum reportarunt, ex non approbatis Epiſcopus aliquem poſſit facere approbatum, Congregatio cenſuit poſſe.

58 Quæ acceſſio Epiſcopi † ſeu Vicarij videtur debere fieri in ipſo examine, ſeu coram ipſis examinatoribus ſimul congregatis,& non ſeparatim, nam approbatio,vel reprobatio eorum, qui examinantur non poteſt fieri ſeparatim, ſed examinatoribus ſimul cum Ordinario congregatis,vt in d. verb. tranſact.& in verſ.ſeq.aduenient.

59 Quamuis † electio ex approbatis facienda ab Epiſcopo ex verſiculo,peracto deinde examine, poſſit ab eo fieri ex poſt facto, & ſeparatim, cum ad ipſum ſolum ſpectet, vt diximus infra verſic. 13. apparet.

Illud autem quod dicitur de votis ſingularibus,

60 quod † Epiſcopus,ſeu Vicarius poſſit accedere,quibus magis videbitur,non procedit, quando ſinguli examinatores approbant vnum, quem alij reprobant,nam tunc reuera non ſunt vota ſingularia, vt in ſeq.declarat.S.Congregationis.Prima vtrum ſtantibus verbis Concilij,ibi,Quorum votis,ſi pares,aut ſingulares fuerint, &c. & ſi ex trib. examinatoribus quilibet eorum vnum approbauerit, & alij duo approbatum ab altero reprobauerint, accedente Epiſcopo vni,vincat alios duos reprobãtes,ex quo ſunt numero pares probantium & reprobantium. Congregatio reſpondit, non vincere, & neminem iſtorum videri approbatum.Secunda.Item,an idem dicendum ſit,quando ſunt quinque examinatores, & quilibet eorum approbat vnum ex examinatis, & cæteri quatuor reprobant approbatum ab altero Epiſcopo vni illorum accedente,ex quo vota ſunt ſingularia, an iſte, cui accedit Epiſcopus, ſit præferendus, & ſic vnus ex examinatoribus cum Epiſcopo vincat alios quatuor reprobantes. Idem reſpondit Congregatio.Tertia.Similiter,ſi vnus tantum compararet ad ſe examinandum coram tribus examinatoribus,vno illorum approbante,cæteris reprobantibus,an illi accedere poſſit Epiſcopus. Reſpondit Congregatio,non poſſe,& examinatum dici reprobatum. *Et ita eſt accipiendum quod tradit Genuen.d.cap. 66.nu.4.& in annot.nu.18.*

Sed iuxta hoc ſuccedit difficultas,quando dican-

61 tur † vota ſingularia,vt Epiſcopus poſſit accedere, cui bus magis videbitur,ſuppoſito quod examinatores debent eſſe tres ad minus,vt dictum eſt.

62 Reſpondetur,quod † cum ex tribus examinatoribus vnus approbat vnum,quem alter reprobat, & alter non approbat,nec reprobat,tunc dicentur vota ſingularia, vt Epiſcopus poſſit accedere quibus magis videbitur. *Et ita procedit quod ait Vgol.d.c. 50. §.12.nu.3.quòd ſingulares ſunt,quando quiſque examinator vnum approbauerit;& idcirco ſinguli ſingulos.*

63 Vnde videtur † falſum, quod ait Petrus Ledeſma ſupr.quod ſi tres examinatores fuerint diuiſi in ſuis votis,poteſt Epiſcopus,vel Vicarius accedere cui voluerit,& ſi duo fuerint pro vna parte, & alius pro alia,poteſt etiam Epiſcopus, vel Vicarius accedere parti,cui voluerit,quod eſt omnino falſum, nam ſi duo ſunt pro vna parte,& vnus pro alia,non ſunt pares,nec ſingulares,&c.

64 Octauo apparet † ex dict. declar. Toletana. §.6. debere ſingulis annis in dioceſana ſynodo, quam etiam Capitulum, ſeu Vicarius eius ſede vacante facere poteſt,deputari, & probari examinatores, ſaltim ſex qui debent proponi,ſeu nominari ab Epiſcopo vel Vicario,& à Synodo approbari,&c.

65 Ex quibus Epiſcopus,vel Vicarius debeat † ſaltim tres eligere,vt ſecum examen perficiant ad ſingulas parochiales vacantes,quod eſt ſatis conforme Concilio dicto cap.18.verſic.examinatores,& notat Ledeſma ſupra.

66 Vnde infertur,quod ſi pauciores † quàm ſex, puta quatuor, vel quinque examinatores in ſynodo deputantur, non erit legitima deputatio, & conſequenter examen & concurſus cum illis factum erit nullum tanquam factum contra formam Concilij, vt tenuit Rota in vna foro Sempronien. parochialis 15.Ian.1593.coram Domino Mantica, quam infra adducam nu.133.

67 Et aduertendum eſt, debere † deputari in ſynodo,vera, & formali, quæ eſt congregatio legitima, quam facit Epiſcopus cum clericis ſibi ſubditis in ſua dioceſi ad tractandum de his, quæ curæ paſtorali incumbunt,& de ſpectantibus ad reformationem & bonum regimen Epiſcopatus, vt per *Botteum de Synodo 1.p.nu.5.& 3.in prin.per totum.*

68 Vnde non ſufficere † congregari clericum ad effectum ſolum nominandi examinatores iudices Synodales, prout audiui factum eſſe in hoc Epiſcopatu Abulen.in quadam ſede vacante, tunc enim reuera non deputantur in Synodo,& ſic examen, & concurſus,cum eius factum eſſet nullum.

69 Nono apparet † ex dict.§.6.quod ſi ex ſex examinatoribus aliqui intra annum mortui fuerint,aut alias abfuerint,tota facultas examinandi vna cum Epiſcopo, vel Vicario ad ſuperſtites ſpectabit eo anno durante, etiamſi vnus tantum ſupereſſet, quod etiam eſt conforme Concilio dict.verſicul.examinatores, nam Synodus dioceſana non debet *niſi* ſingulis annis congregari,vt in cap.2.ſeſſ.24.de reformatione.

70 Sed ſtatim offert † ſe difficultas, quid ſi intra annum mortui ſint, vel abfuerint. In qua dicendum videbatur, Epiſcopum eo caſu poſſe per ſeipſum examinatores deputare,& nominare abſque celebratione Synodi,quæ,vt dixi,non debet niſi ſingulis annis celebrari.

71 Nam † vbi forma præciſe ſeruari non poteſt, & impleri,ſufficit actum facere eo modo quo fieri poteſt,Aimon.conſil.12.num.2.& conſil.177. num.5. cum alijs adductis per Tiraquellum de legibus connubialibus.gloſſa 6.num.6.32.& 69.& Flamin. Pariſ.de reſignatione beneficiorum,libr.7.quæſtion.5. numero 19.& in deciſione Placentina parochialis, coram D.Lita.26.Nouemb.1539.infra adducta ſub numer.90.

72 Verum cum † anno 1593. apud S. Congregationem Concil.propoſitum eſſet pro parte Epiſcopi Ciuitaten.ſequens memoriale. In Epiſcopatu Ciuitaten.fuerũt deputati examinatores Synodales, iuxta S. Concilij formam, & intra annum faciendi aliam

ſynodum,

ſynodum, omnes mortui ſunt, antè finem anni, quaſi in medio parochialis vacauit, ſupplicatur declarari, an Epiſcopus ſolus illi prouidere poſſit, præcedente publico edicto cum examinatoribus nominatis ab eo, qui tamen nõ ſint pauciores tribus. Sic reſponſum eſt. Sãctus Dominus noſter Clemens VIII. decreuit, hoc in futurum obſeruari, quando omnes examinatores ſynodales intra annum eorum deputationis mortui fuerint, nempe, vt Epiſcopus ex examinatoribus antiquis ſynodalibus, ſi fuerint, ſubroget alios non pauciores numero ſex, & ſi non fuerint tot examinatores ſynodales antiqui, qui ad hũc numerum aſcendant, tunc Epiſcopus eligat illos, qui fuerint, ac alios ſuppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo vſque ad numeri prædicti complemẽtum: verum ſi nulli antiqui ſynodales examinatores ſuperſtites fuerint, tunc Epiſcopus omnes nouos examinatores probitate, ac ſcientia idoneos, qui à Capitulo probati ſint, non pauciores præfato nu. ſubſtituat, & veniente vacatione cuiuslibet parochialis Eccleſiæ Epiſcopus debebit ex præfatis examinatoribus eligere tres, qui cum eo examẽ iuxta decretum Concilij c. 18. ſeſſ. 24. perficiant, officium autem omnium prædictorum examinatorũ ſynodalium ſubrogatorum expiret, cum primum aduenerit tempus nouam ſynodum iuxta capitul. 2. ſeſſio. 24. celebrandi. Hieronymus Card. Matthæus. *quam declarationem adducit Leo in theſaur. for. Eccleſ. cap. 18. numer. 25.*

73 Apparet ex dicta declaratione † Toletana dict. §. 7. examinatores ſemel deputatos (quorum officium non expirare cum morte Epiſcopi, alias Sanct. Congregatio cenſuit, *& in Turolen. infra adducta, num. 116.* & notat Petrus Ledeſma ſupra) pro legitimis eſſe habendos, & durare etiam poſt annum ſuę electionis, donec alij, ſeruata forma Concilij fuerint electi, dummodo ſex ſuperſint, at ſi pauciores ſupereſſent lapſo anno, alios in loco mortuorum eſſe eligendos in ſynodo diœceſana, aliàs, qui ſupererunt, pro legitimis non eſſe habendos. Quod eſt conforme Concilio dicto verſiculo examinatores. quod vult adeſſe ſex ſaltim examinatores ſynodales, vt occurrente vacatione parochialium, tres ex illis eligat Epiſcopus, vel Vicarius, qui cum eo examen perficiant. Et ita eſt intelligendum quod dicit Ledeſma ſupra.

74 Et † intellige non ſolum alios in loco mortuorum eſſe tunc eligendos, ſed etiam de nouo eligendos in ſynodo illos qui ſuererant, vel alios loco eorum, vel ſaltim illos eſſe relinquendos pro examinatoribus, ſicut antea, vt videntur relinqui, ſi ſolum in loco mortuorum, alij eligantur, ita, vt maneat numerus ſaltim ſex examinatorum.

75 Vnde † etiam apparet contra deciſionem Rotæ foro Sempronien. infra adductam, numer. 133. non requiri pro forma, quod examinatores ſingulis annis deputentur in ſynodo, dummodo poſt annum, ſaltim ſex remanentes. *Et iuxta iſta intelligenda eſt declaratio S. Congregationis quam adducunt Genuen. in praxi capitul. 66. in annot. numero 17. & Leo capit. 18. numer. 25. quòd examinatores licet debeant quotannis deputari in ſynodo, nihilominus ſi ſynodus non celebretur, examinatores ſemel deputati munus ſuum exerceant, donec ſynodus habeatur: intelligenda enim eſt, dummodo ſex remaneant. Et alia declaratio eiuſdem S. Congreg. in vna Ianuen. 1. Februarij 1593. quæ ait; Congreg. Concilij cenſuit, examinatores ſynodales durare, donec alij in ſynodo deputati fuerint: verùm ſi anno elapſo aliquis ex eis mortui fuerint, officium omnino expirare: intelligenda eſt, vbi ſex tantùm deputati fuerant, ſeu anno elapſo aliqui mortui fuerint, ita vt ſex non remaneant.*

76 Sed hic ſe offert † dubium, an idem ſit in iudicibus ſynodalibus in terminis, Cap. 10. ſeſſ. 25. de reformat. vbi Concilium ſtatuit in ſingulis Concilijs prouincialibus, aut diœceſanis aliquot perſonas deſignati, vt præter Ordinarios, ijs cauſæ delegandæ cõmittantur, & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci cum conſilio Capituli, alium in eius locũ vſq; ad futurã prouincialem, aut diœceſanam Synodum, ita vt habeat quæque diœceſis quatuor ſaltim iudices ſynodales, quibus cauſæ à quolibet Nuncio vel Legato, atque etiam à Sede Apoſtolica committantur, &c. an ſi tot non adeſſent, alij eſſent legitimi iudices ſynodales.

77 In quo dicendum videtur, † tunc recte poſſe à Nuntio, vel Legato cauſas alijs committi, cum non adſit numerus à Concilio requiſitus, quamuis committantur iudicibus ſynodalibus, recte etiam poſſit reſcriptum illis præſentari, quia verum eſt, eſſe in ſynodo deputatos, nec eſt prohibitum, cauſas illis committi, cum aliàs habeant etiam qualitates, iuxta c. ſtatutum. de reſcrip. in 6.

78 Ex quibus colligitur, † Epiſcopum, ſeu Capitulum ſede vacante in locum examinatorum defunctorũ, vel abſentium alios deputare non poſſe, nec intra annum, niſi omnes deficiant, vt dictum eſt nu. 70. & ſeq. nec poſt annum etiamſi omnes deficiãt. *Et Sbrocius de vicar. Epiſc. in addit. quæſt. 211. lib. 2. ait, quòd S. Congreg. cenſuit vicarium ſede Epiſcopali vacante in locũ examinatorum abſentium, vel defunctorum, alios autoritate propria ſufficere non poſſe, ſed curare debere, vt elapſo anno alij in locum demortuorum ſufficiantur, ſeu eligantur in ſynodo: alioquin pro legitimis non haberi qui*

79 *ſuper erunt.* Quamuis iudicib. † in ſynodo prouinciali, vel diœceſana deſignatis, iuxta dict. cap. 10. ſeſſ. 25. ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, datur ibi facultas Ordinario ad ſubſtituendum cum conſilio Capituli alium in eius locum, vſque ad futuram prouincialem, aut diœceſanam Sy-

80 nodum. Quæ † tamen facultas ſubſtituendi videtur ſolum intelligenda quando nondum aduenit tẽpus faciendæ Synodi, & tranſibit in Capitulum ſe-

81 de vacante. Et ita inter alia † reſpondit S. Congreg. Concilij Epiſcopo Segobien. 11. Iulij 1590. ad 14. ann. deficientib. examinatorib. ſynodalibus vel ipſis impeditis, Epiſcopus, vel Capitulum ſede vacante alios poſſit creare, donec ſynodus habeatur cenſuit

82 ita non poſſe. Et Epiſcopo Placentino ſic † reſponſum eſt, Illuſtriſs. & Reuerend. Domini poſt Concilij Trid. publicationẽ fuit in Epiſcopatu Placentino prouinciæ Compoſtellanę diœceſana Synodus congregata de anno 1586. per Epiſcopum pro tempore exiſtentẽ, qui in ea ſynodales examinatores elegit, quorum interuẽtu & concurſu ſeruato Parochiales pro tempore vacante, iuxta formã S. Concilij prouiſæ fuerunt fere vſq; ad ann. 1581. vacante autẽ quadã parochiali eodẽ anno 1581. poſt eius vacatione nouus Epiſcopus accepit poſſeſſionẽ Epiſcopatus, qui vnũ ſynodalẽ tãtum in diœceſi viuum inuenit,

reliquis præmortuis,& alio in remotis agente. Et cũ in hac S. Congregatione non ſemel reſponſum ſit, prouiſionem parochialium ſine concurſu,& ſynodalibus non valere,maxime,in ea diœceſi, Vbi Concilium publicatum,& receptum eſt,& ſynodus diœceſana iam congregata,formaq; Concilij in prouiſione parochialium obſeruata, ſi poſt lapſum annum congregandi ſynodum non fuerit congregata, nec examinatores ſynodales electi, & d. modernus Epiſcopus hoc conſiderato ſynodum cõgreuauit, & cũ examinatorib. ibi deputatis prouidit,humiliter ſupplicatur pro parte Epiſcopi Placentini ſequentia declarari. Primum,an ad prouiſionẽ d. parochialis neceſſe fuerit,d. Epiſcopo Synodum cõgregare,& examinatores eligere,& cum illis in concurſu parochialem prouidere, vt fecit. Secundum,an ſi non feciſſet, ſed iudices nominaſſet,vel cũ ſolo illo viuente cõcurſum,& examen faceret,an prouiſio valeret,nam hoc non ſolet S. Congregatio admittere, niſi quando tẽpus cõgregandi ſynodum nondum aduenit, vel vbi poſt S. Concil, nulla fuerat Synodus congregata, quod ceſſat in caſu noſtro. Reſp. Per illuſtriſſ. & Reuerend. D. vti fratri Epiſcopo Placentino. Per Illuſt. & Reuer. D. vti frater ad duas dubitationes. quæ amplitudinis tuæ nomine per libellum his literis adiunctum propoſita fuerunt Congregat. Illuſtriſſ. Card. Trid. Concilij interpretum id reſponſum datũ fuit, videlicet,ad primam vtique neceſſe fuiſſe, ad alteram minime quidem valuiſſe. Hæc fuit de vtroque propoſito ipſorum Cardinalium ſententia, qui Amplitudini tuæ omnia proſpera & ſalutaria à Domino precantur, Romæ, die 28. Aprilis, 1593. amplitudinis tuæ per Illuſtris & Reuerendiſſime vti frater, Hieronymus Card. Matthæus.

83 Et ita etiam in † vna Toletana ſic reſponſum eſt, Illuſtriſſ. & Reuerend. Domini ſupplicatur Illuſtr. & Reuerend. DD. veſtris ad effectum videndi, ſi prouiſiones factæ de parochialib. præuio infraſcripto examine & concurſu teneant, vel poſtius ſint nullæ, & ad ſedem Apoſtolicam deuolutæ, ſtantib. trib. examinatoribus, vel plurib. ſynodalib. in vltima Synodo ab annis 14. vel circiter celebrata deputatis, & ſtante obſeruantia d. Synodi vltimæ in illa diœceſi fuit factum examen, & concurſus cuiuſdam parochialis ab alijs examinatorib. ab Ordinario, vel eius Vicario deputatis, non interueniente in d. examine, niſi vnico dictorum examinatorum ſynodalium in d. Synodo deputatorum. Quæritur, an d. examen & concurſus factus fuerit contra formam Concil. Trid. ac proinde prouiſio d. parochialis taliter ab Ordinario facta fuit nulla, & Sedi Apoſtolicæ reſeruata. Congregat. Concil. cenſuit, eſſe nullam collationem, & ex conſtitutione S. memoriæ Pij V. Sedi Apoſtol. reſeruatam
84 eſſe. Hier. Card. Matthæus. Et in vna † Saſenat. ſic reſponſum eſt. Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini, ex parte Capituli Saſenaten. ſupplicatur Illuſtriſſimis & Reuerend. Dom. veſtris ſequens dubium declarari ſuper c. 18. ſeſſ. 24. Concil. Trid. quęritur, an ex ſex, vel plurib. examinatorib. ſynodalib. in vlt. Synodo deputatis, vno, vel duob. tantum ſtantibus, deficientib. reliquis, concurſus facti pro parochialib. prouidendis, illo vno, vel duob. illis noũ interuenientibus ſed alijs examinatorib. ab Ordinario extra Synodum deputatis, ſint contra formã Concil. Trid. & prouiſiones dictarum parochialium ab Ordinario taliter factæ ſint nullæ, & Sedi Apoſt. reſeruatæ, Congreg. Cõcilij cenſuit, huiuſmodi prouiſiones veluti factas non ſeruata forma Concilij, eſſe nullas, & collationẽ earum parochialium eſſe ex cõſtitutione ſanctæ memoriæ Pij V. Sedi Apoſtolicæ reſeruatam 1596. Hieronym. Card. Matthæus.

85 Nam in illis † duabus declarationibus Toletan. & Saſenaten. non ex eo ſolum, ſic reſponſum eſt, quod non interuenerunt examinatores ſynodales ſtantes, poſt annum enim non ſtantibus ſaltim ſex, illi non erant legitimi, vt ſupra dictum eſt, ſed ex eo præcipue, quod Ordinarius non poteſt examinatores deputare abſque Synodo. *& ita etiam ait Genuenſ. in praxi cap. 66. in annot. num. 17. quòd in vna Patauina S. Congreg. cenſuit, quod Epiſcopus, qui non conſtituit examinatores in Synodo, ſed ex ſe ipſe deputauit; vel qua priores erant mortui, vel quia nulla aderat facultas congregandi ſynodum, nempe propter peſtem, nulliter prouidet de parochialibus, licet quandoque ſummus Pontifex mandauerit iſtos tolerari, inuingendo, vt quam primũ facta ſynodo noui eligantur examinatores: & quòd prouiſi per concurſum cum examinatoribus ab Epiſcopo ſolo deputatis nouas prouiſiones impetrent: vel demũ legitimè examinati & approbati ab Epiſcopo, de iiſdem parochialibus prouideantur, ſi in menſibus ordinarijs vacauerint. Hæc S. Congregat. Quare (inquit Genuenſ.) Epiſcopi ad tollendas difficultates ſolent, impetrare licentiam à ſummo Pontifice deputandi alios examinatores in locum demortuorum, & quòd ita vidit ſeruatum Neapoli.*

86 Quamuis Rota in vna Litteren. Archipresbyteratus, 6. Iunij, 1582. coram Domino Blancheto, & in Placentina parochialis de Malpartida, 20. Decembris, 1585. coram Domino Pamphilio, adducta parte ſeq. c. 2. num. 23. Et in eadem coram Dom. Lita, 29. Nouemb. 1593. Et in vna Pampilonen. de Munnain, 23. Ianuarij 1591. coram Dom. Bubalo, & 29. April. eodem anno coram Dom. Pamphilio tenuerit, deficientibus examinatoribus in Synodo deputatis, poſſe Epiſcopum deputare examinatores abſque celebratione ſynodi, vt in deciſionibus ſequentibus.

87 Litteren. † Archipresbyteratus 6. Iunij, 1582. coram D. Blãcheto. Dubitaui in cauſa Litteren. Archipresbyteratus, an Inſtitutio Ferdinandi ſit ritè & rectè facta, & Domini 6. Iunij, 1582. dixerunt, inſtitutioni Ferdinandi obſtare nonnulla deducta per Decium, quod non fuerit ipſe examinatus ab examinatoribus non deputatis in ſynodo diœceſana, cum ſynodus non fuerit facta, non vitiat inſtitutionem, vbi enim forma ſeruari non poteſt, ſufficit actum facere eomodo, quo fieri poteſt, Aymon conſ. 177. nu. 5. & c. 12. n. 2. Et placuit ſimile deductum ex Dd. in l. turpia. §. 1. ff. de leg. 1. quod ſtatutum mandans mulieres debere contrahere cum conſenſu conſanguineorum, intelligitur, quatenus adſint in loco cõtractus. Secundum obiectum pariter reieçerunt circa citationem perſonalem Decij, cum ipſe comparuerit die 12. Septembris, & aſſerat ad ſuam notitiam deueniſſe edictum Epiſcopi, ex quo cõparuit tollitur omnis defectus. Quo vero ad tertium, videlicet, quod examen fuerit factum extra terminum in edicto prę fixum, domini dixerunt, quod ſi in beneficijs de iure patronatus, quando plures ſunt nominati, non requiritur examen per concurſum, defectus iſte nõ obſtat,

ſtat, quia per examen & approbationem nullum infertur præiudicium, ſi autem requiritur, domini inclinabant pro nullitate: quomodo autem Concilium hoc caſu veniat intelligendum, cum Rota non poſſit illud interpretari ſine commiſſione ſpeciali, conſulant Illuſtriſſ. D. Card. Carrafam, addiderunt tamen, quod in inſtitutione Ferdinandi veniebat citandus Decius, niſi ſibi obſtet proteſtatio, quod nolebat comparere coram ipſo, quod pendet à iuſtitia cauſa recuſationis, de qua erit particulariter diſcutiendum. Quatenus tamen dicta inſtitutio ex prædictis non ſubſiſteret, Domini cenſebant, non eſſe ex hoc extinctum ius ex præſentatione Ferdin. adquiſitum, ſed locum eſſe nouo concurſu. Pampilon. parochialis de Munnain, 23. Iau. 1591.

*Coram* D. *Bubalo*,

88 Vna † tantum parte informante propoſui dubium in hac cauſa, an ſententia de partib. lata in fauorem D. Andreæ de Luquin, ſit confirmanda, vel infirmanda, & Domini dixerunt, ſententiam eſſe confirmandam, quia cum duo concurrant, ad huiuſmodi parochialem, nempe, Andreas, & Mar. de Torres, & Andreas fuerit repertus idoneus, & approbatus ab examinatoribus deputatis ab Epiſcopo & Martinus fuerit declaratus per eoſdem examinatores inhabilis, iuſte protulit ſententiam Ordinarius ad fauorem Andreæ, declarando, illum eſſe inſtituendum. Quæ ſententia eſt conformis diſpoſitioni S. Concilij Trid. cap. 18. ſeſſ. 24. Nec refert, quod Martinus fuerit præſentatus, à maiori parte patronorum, quoniam hoc caſu quando præſentatus à maiori parte eſt habilis & idoneus, præfertur inhabili præſentato à maiori parte cap. dudum, el primero. de election. vbi Abbas vltimo notabili. Rochus de Curte de iure patronatus verb. honorificum. quæſt. 16. num. 47. Lambert. eod. tract. libr. 2. part. 3 quæſt. 4. art. 5. numer. 2. ea ratione, quia præſentatio facta de inhabili eſt nulla. Minus obſtat, quòd examinatores non ſint deputati in Synodo diœceſana, prout requirit Concilium Triden. quia non exiſtentibus examinatoribus deputatis in Synodo ſufficiunt examinatores deputati per Ordinarium, vt fuit reſolutum in pluribus cauſis à ſacra Congregatione S. Concilij Trident. & Domini hoc firmarunt in cauſa Litteren. Archipresbyteratus coram R. P. D. Blancheto, 6. Iunij, 1582. Reſeruarunt Domini videndum, an ſtante appellatione interpoſita per Martinum à dicta ſententia, ipſe ſit admittendus ad nouum examen.

89 *In eadem* † 29. *Aprilis*, 1591. *coram Domino Pamphilio*.

☞ Domini ſteterunt in reſolutis coram bonæ memoriæ Domino Bubalo, non obſtantibus depoſitionibus teſtium de nouo examinatorum, qui licet dicant in Synodo conuocata de anno 1587. per quendam Pettum de la Fuente prædeceſſorem moderni Epiſcopi fuiſſe nominatos ſex examinatores, ſubdunt tamen, quod propter contradictiones & appellationes Capituli, & clericorum Eccleſiæ Pampilonenſis, Synodus non fuit concluſa, nec perfecta, vnde ſequitur quod dicti examinatores non cenſeantur Synodales, ita quod eorum prætermiſſio vitiet examen, cum in condendis conſtitutionibus in Synodo diœceſana neceſſario requiratur conſilium Capituli, cap. quanto. & ibi Hoſtien. ſis de ijs, quæ fiunt à Prælatis, Archidiac. & Gemman. in ſumma, diſtinct. 18. Abbas in cap. cum conſuetudinis, nu. 5. de conſuetud. Decius in c. cum omnes. 2. lect. col. 3. de conſt. cum alijs per Henriq. Botteum, trid. Synodo, p. 3. nu. 137. qui teſtatur de communi, & tenuit Rota ſub die 30. Martij anni præteriti in cauſa Hiſpal. Synodi coram bon. memor. D. Bubalo. quod eo magis videtur admittendum in hoc caſu, quia vt ijdem teſtes aſſerunt, obſeruantia non recepit tales examinatores pro Synodalibus, ſed tam prædictus quondam Petrus de la Fuente, quam etiam modernus Epiſcopus ſemper nominarunt examinatores, l. illud vbi Bald. de excuſation. tutor. Decius conſil. 344. num. 2. Et tales nominati ſemper fuerunt habiti, & tenti pro valide deputatis; ad leg. Barbarius, ff. de offic. Prætor, quod etiam videtur admiſiſſe ipſe Martinus, qui acquieuit huiuſmodi deputationi, & paſſus eſt ſe ab illis examinari, abſque eo quod nunquam allegauerit, illos non eſſe ſynodales, & maxime, quia ex trib. examinatoribus adhibitis in approbatione Andreæ duo fuerunt nominati in Synodo, alius non bene probatur, quod non fuit nominatus: imo primus teſtis dicit, ſe credere fuiſſe Synodalem, & non bene probatur, quod de tempore examinis alij eſſent in rerum natura, vt deducitur per informantes pro Andrea.

90 *Placentina* † *parochialis de Malpartida* 29. *Nouemb.* 1593. *coram D. Luta*.

Præſuppoſito quod in diœceſi Placentina fuit Synodus celebrata de anno 1566. poſt S. Concilij Trid. publicationem, in qua fuerunt nominati tredecim examinatores ſynodales, eo quod de tempore vacationis parochialis de Malpartida, omnes illi obierãt præter vnum, & quod à dicto anno 1566. vſque ad idem tempus anni 1582. nunquam fuerat alia Synodus celebrata, fuit dubitatum, an tunc Epiſcopus ad effectum prouidendi de parochiali, de qua agitur, & alijs potuiſſet deputare nouos examinatores abſque celebratione Synodi, & concluſum fuit, eũ potuiſſe. Primum, quia cum eo tempore, non adeſſent examinatores ſynodales, de quibus loquitur Sacrum Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de refor. potuit Epiſcopus non obſeruata forma Concilij prouidere, nam vbi forma à lege inducta non poteſt præciſe impleri, tunc illa remittitur, & actus aliter factus ſuſtinetur, Rom. cõſ. 431. n. 5. cum alijs adductis per Aymonem cõſ. 177. nu. 2 & Tiraq. de legib. connub. gl. 6. & n. 6. & 32. & 69. Rol. conſ. 81. n. 25. & ſeq. lib. 1. & conſ. 43 nu. 36. lib. 2. & conſ. 30. nu. 3. lib. 3. & Alciat. in l. 1. n. 41. de liber. & poſth. Concilium enim loquitur cũ præſuppoſito, quod examinatores ſynodales exiſtant, ergo ceſſante hoc præſuppoſito, ceſſat eius diſpoſitio, vt notatur in l. mancipia. C. de ſeru. fug. & ibi Fulg. & Salic. n. 3. Dec. conſ. 201. nu. 2. & Ruinus conſ. 55. in fi. lib. 2. & conſ. 83. n. 5. lib. 5. & Soc. iun. conſ. 154. n. 22. l. b. 3. Secundo, quia quando conſtitutio inducit nouam formam, & illa de facto non poteſt obſeruari, veluti quia non adſunt perſonæ, vel qualitates requiſitæ, ſufficit, quod actus fiat eo modo, quo prius

*Tu literis reſignationum parochialium in forma dignum dicitur, quod examen fiat adhibitis examinatorib. ſynodalibus, ſi illic ſint, vt eſſe debent, alioquin ab ipſo ordinario nominandis, num. 96.*

*Iſto caſu eſt difficultas, an ſi illic ſint examinatores, qui habentur pro ſynodalibus, tamen non ſunt legitimi, & coram illis tanquam ſynodalibus fiat examen in forma dignum ſit validum, à nu. 97. reſolvitur negatiue, nu. 98.*

*Vndecimo apparet examen, & approbationem in concurſu requiri ſemper pro forma ad ſingulas parochiales, num. 99. & ſeq. vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & reprobatur quædam ſententia Zerolæ, nu. 101.*

*Iſta forma omitti non poteſt, etiamſi Epiſcopus velit parochialem conferre perſonæ quantumcunque, & notorie doctæ, idoneæ. num. 102. & etiam vicario, vel doctori, ſiue licentiato in Theologia, ſeu iure canon. &c. ex S. Congregatione, num. 103.*

*Duodecimo apparet requiri proforma, quod examinatores renuntient, quotquot idonei reperti fuerint, nu. 104.*

*Debent facere relationem, & approbationem de omnib. non ſolum quoad literaturam, ſed etiam clericatum, ætatem, legitimitatem, mores, &c. nu. 105. alias videntur peccare mortaliter examinatores. num. 106.*

*Circa modum dandi vota ponitur quædam declaratio S. Congregationis, nu. 107.*

*Decimotertio apparet, quod ex approbatis per examinatores ſolus Epiſcopus, vel vicarius, & non ipſi examinatores, debet eligere magis idoneum, num. 108.*

*Ex approbatis Epiſcopus ſuo iudicio, & non ex votorum calculo, numero, & collectione poteſt eligere, & debet eum, qui ſibi magis idoneus videatur, nu. 109. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Poterunt examinatores priuatim, præſertim Epiſcopo petente renuntiare, quis ſit magis idoneus, & niſi Epiſcopo id alias conſtet, poterit & debebit priuatim ſe informare de hoc ab ipſis examinatoribus, &c. nu. 110. & ſic procedit quædam declaratio S. Congregationis poſita. nu. 111.*

*Quamuis aliqui teneant ad examinatores ſpectare renuntiare quis ſit magis idoneus, nu. 112. & reſpondetur conſtit. Pij V. nu. 113. nec contrarium tenet Cechus relatus, nu. 114.*

*Decimoquarto apparet S. Congregationem ſentire, quod capitulum ſede vacante, etiam ſtante Concilio, non poſſet facere collationem parochialium, in quocunque menſe vacarent, etiam ſecluſa reſtruatione beneficiorum vacantium ſede Epiſcopali vacante, quæ tempore factæ d. declarationis Toletanæ non ſtabat, &c. nu. 115. ad quod facit alia declaratio adducta, nu. 116.*

1 VNde in prouiſione † parochialium obſeruanda eſt forma præſcripta à S. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 18. vbi S. Syno. ſtatuit, vt occurrente vacatione parochialis Eccleſiæ, etiam generaliter, vel ſpecialiter reſeruatæ, ſeu affectæ, debeat Epiſcopus ſtatim habita notitia vacationis, ſi opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur, & deinde præuio concurſu, & examine coram examinatoribus, ſaltim tribus iuxta formam eiuſdem Concilij in Synodo deputatis, ex approbatis Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre, &c. alias prouiſiones omnes præter dictam formam factæ ſurreptitiæ cenſeatur, &c.

2 Et Pius V. in ſua conſtitutione 32. ſuper collatione parochialium Eccleſiarum ſtatuit omnes prouiſiones parochialium præter & contra formam ab eodem Concil. Trid. præſertim in examine per concurſum faciendo præſcriptam factas, & faciendas nullas irritas, ac nullius roboris, vel momenti eſſe, nullumque prouiſius, aut titulum etiam coloratum poſſidendi præbere, &c. vt in dicta conſtitutione, quam hic ponere placuit.

## *Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

3 In conferendis † beneficijs Eccleſiaſticis, & præſertim parochialibus Eccleſijs perſonis dignis, & habilibus, quæ in loco reſidere, & per ſeipſos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri III. in Lateranenſi, & Gregorij X. in Lugdunenſi generalibus Concilijs, ac Innocentij ſimiliter Tertij, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum editæ conſtitutiones teſtantur: quod vt diligentius, ac rectius perficiatur, ſtatuit etiam Synodus Tridentina, vt occurrente vacatione parochialis Eccleſiæ, etiam generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti in fauorem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, aut alias quomodolibet reſeruatæ, vel affectæ, debeat Epiſcopus habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur. Et deinde Epiſcopus, & qui eius patronatus habet intra decem dies, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum aliquos clericos ad regendum Eccleſiam idoneos examinatoribus, iuxta formam eiuſdem Synodi deputatis, nominet, & non niſi ab eiſdem examinatoribus ſper concurſum aliorum examinatorum, etiam tanquam magis idoneo ab Epiſcopo iudicato, & electo de Eccleſia prouideatur, alias prouiſiones, ſeu inſtitutiones omnes præter formam prædictam factæ, ſurreptitiæ cenſeantur. Sed quoniam res humanæ ſemper in deterius prolabuntur, niſi ſit, qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum ſit, ne propter conſtitutionem huiuſmodi tranſgreſſionem maximi abuſus oriantur. Nos ad quorum notitiam non ſine graui noſtra moleſtia peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis occurrente vacatione parochialium Eccleſiarum eas nullo, aut minus rite ſeruato examine, præſertim illo, quod per concurſum fieri debet ex Concilio Tridentino, vel etiam examine rite ſeruato perſonis minus dignis, carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationis iudicium ſequentes contuliſſe, & de eis prouidiſſe, volentes, quantum cum Deo poſſumus, huiuſmodi, ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones præfatas etiam innouando, authoritate Apoſtolica tenore præſentium omnes & ſingulas collationes, prouiſiones, inſtitutiones, & quaſuis diſpoſitiones parochialium Eccleſiarum ab eiſdem Epiſcopis, & Archiepiſcopis, ac quibuſuis alijs collatoribus, tam ordinarijs, quam delegatis, etiã S. R. E. Cardin. ac Sedis Apoſtolicæ Legatis, vel Nuntijs,

præter

præter & contra formam ab eodem Concilio Tridē-
tino, præſertim in examine per concurſum faciendo
præſcriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas
ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, nullum-
que prouiſi ius, aut titulum etiam coloratum poſſi-
dendi præbere, & parochiales Eccleſias huiuſmodi,
vt prius ante collationes huiuſmodi vacabant, ex
nunc vacare ſtatuimus, decernimus, & declaramus,
eaſque omnes pro tempore ſic vacantes noſtræ, &
Sedis Apoſtolicæ, ſeu eorum, quibus ius conferendi
eas, præterquam Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui cu
ram dicti examinis iuxta decretum eiuſdem Concili
habere debent, competere, diſpoſitione reſeruamus. Inſuper ne parochiales Eccleſiæ diu in ſuſpenſo maneant, in maximum animarum periculum quarumcunque parochialium Eccleſiarum, quarum, dū pro tempore vacant, ad Epiſcopos, Archiepiſcopos Primates, & Patriarchas, & quoſuis alios ordinarios collatores in menſibus ordinarijs collatoribus, etiā per noſtras regulas aſſignatis prouiſio, & collatio ſpectat, & pertinet, de quibus ipſidem Epiſcopi, & Ordinarij prædicti intra ſex menſium ſpatium, à die vacationis, earundem perfecto examine, iuxta formā Concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam quarum collationes nobis, & dictæ Sedis generaliter, vel ſpecialiter, & ex quauis cauſa reſeruatæ, ſeu affectæ exiſtunt, aut alijs ex indulto Sedis Apoſtolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Epiſcopi, & Archiepiſcopi præfati perſonas per examen concurſu mutuo habito, iuxta dicti Concilij Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut ijs, ad quos collatio ſpectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor menſium ſpatium à die illius vacationis non ſignificauerint, necnon parochialium Eccleſiarum ſimilium, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, vel aliorum, ſeu clericorum, & laicorum ſimul fuerint, ſi præſentatus intra tempus eidem patronis à iure præfixum præuio examine iuxta formam dicti Concilij approbatus petatur inſtitui, inſtitutioque ipſa per duos menſes à die præſentationis dilata fuerit, collationem, prouiſionem, inſtitutionem, ac commodam diſpoſitionem nobis, & ipſi Sedi, ac perſonis indulta huiuſmodi conferendi, prouidendi ſeu inſtituendi obtinētibus reſpectiue reſeruamus, data tamen in parochialibus iuriſpatronatus optione ipſis patronis, vt ſi inſtitutio ad ordinarios ſpectabit, ipſis ordinarijs illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menſes differentibus, poſſint pro huiuſmodi inſtitutione obtinenda habere recurſum ad Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad Sedem Apoſtolicam. Prohibentes etiam eiſdem ordinarijs, ne tempus decem dierum eiſdem ordinarijs, & patronis ab eodē Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præſumant. Diſtrictius inhibentes, ne quis præter Romanum Pontificem, aut alios indulta huiuſmodi obtinentes, vt præfertur, quacunque ſit ſuper hoc authoritate munitus, de huiuſmodi beneficijs ſic reſeruatis (vt præfertur) diſponere, vel circa etiam per viam permutationis, vel alias innouare quoquo modo præſumat. Vt autem non ſolum dignus, ſed magis idoneis repertis iuxta eiuſdem Concilij decretū parochiales Eccleſiæ conferantur, volumus, & eadem authoritate decernimus, quod ſi Epiſcopus minus habilem poſthabitis magis idoneis elegerit, poſſint ij, qui reiecti fuerint, à mala electione huiuſmodi ad Metropolitanum, vel ſi ipſe eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium vel noſtrum, & Sedis huiuſmodi delegatum, aut alias ad ipſam Sedem Apoſtolicam appellare, ac præfectum ad nouum examen coram ipſo appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare, & conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, parochialis magis idoneo per eundē iudicem appellationis authoritate noſtra (quatenus collatio ad Epiſcopum, à quo appellatum fuit ſpectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, prouiſio, vel inſtitutio ſpectabit. Hæc tamen appellatio interpoſita interim non impediat, aut ſuſpendat, quominus electio per ordinarium, primo loco facta interim demandetur executioni, & prouiſus ab eadem Eccleſia cauſa appellationis huiuſmodi pendente non amoueatur. Et ſi quis à ſententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipſam Apoſtolicam appellabit. Si ſecus in præmiſſis omnibus & ſingulis actum, aut attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Volumus autem quod præſentium præſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodq; literæ ipſæ Cameræ Cancellariæ Apoſtolicarum, & audientiæ cauſarum Palatij Apoſtolici valuis, & in acie Campi Floræ dimiſſis ibi copijs publicatæ, & affixa omnes, ita afficiant, & arceant, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, decreti, reſeruationis, prohibitionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto. Quintodecimo Kalend. Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Quam conſtitutionem Pij V. ſanctiſſimus D. N. 4
Gregorius XIII. audita† relatione Congregationis
reſpondit, non habere locum, niſi in his diœceſibus,
in quibus fuit coacta ſynodus diœceſana, & in eis,
iuxta formam c. 18. ſeſſ. 24. fuerunt deputati examinatores, & ita Anaſ. Germo. de indultis Cardinalitū,
§. quibuſuis, nu. 8. ait Cardinalem Carrafam 9. Mar.
1589. reſpondiſſe Epiſcopo Volaterano.

Circa quod decretum† Concilij, & conſtitutio- 5
nem Pij V. oportet aliqua dubia ſcitu digna, & in
praxi occurrentia breuiter explicare.

Et in primis† dubitatur, an ſede Epiſcopali vacā- 6
te Capitulum, ſeu eius vicarius poſſit facere concurſum ad parochiales vacantes, & ad ipſum ſpectet
obire illa munia, quæ Concilium vbi ſupra ſtatuit
obeunda ab Epiſcopo, ſeu eius vicario, cum parochialis Eccleſiæ vacatio contigerit.

In quo probatur† affirmatiue ex regula tradita 7

ſupra

ſupra 5.par.c. 7. quod capitulum ſede vacante fungitur vice Epiſcopi,& ſuccedit in his,quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ,exceptis caſib.in iure expreſſis, & iuriſdictio data à Concilio Epiſcopis circa concurſum parochialium eſt ordinaria ad tradita per gl.verb.ſpecialiter,in l.1.C.ne liceat potentiorib. & Doctores in l.morte,ff.de iuriſd.omnium iudicum, & in c.licet de officio ordin. & Couarr.lib. 3. variar. c.20.num.1.verſic.& id deducitur nu. 5. 6. 9. & 10. & *Thom.Sanch.de mat.lib.2.diſp.40.nu.*14.& ita poſt hæc reſoluit Molina de iuſt.tract.5.diſp.11.nu. 11.

8 Et ita in terminis † cenſuit S. Congregatio Concilij,per quandam declarationem factam ad inſtantiam Capituli Toletani, anno 1577. ſede Archiepiſcopali vacante,quæ ſic ſe habet: Obſeruanda in examinibus faciendis per collationes parochialium ſede cathedrali vacante,in primis capitulum nullam ſibi hiſce examinibus authoritatem vindicauit, ſed cõſtituit officialem,& vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi, prout mandat Concil. Trid. ſeſſ. 24.c.16.Secundo is vicarius ſic conſtitutus obibit illa omnia munia,quæ Concilium ſeſſ.24.cap.18.ſtatuit obeunda ab Epiſcopo,ſeu eius vicario.cum parochialis Eccleſiæ vacatio contigerit. Tertio, & in ſpecie ſtatim habita notitia vacationis Eccleſiæ, & antequam vllum fiat examen, conſtituit idoneum in ea vicarium cum congrua fructuum portionis aſſignatione reſeruatis reliquis fructibus ijs,quibus vere debebuntur,hic autem vicarius ſic poſitus eiuſdẽ parochialis onera ſuſtinebit, donec de rectore prouideatur.Quarto,poſtea per edictum publicum vocabit eos omnes, qui voluerint examinari pro obtinenda ea parochiali vacante.Quinto,deinde examinabit eos, qui concurrerint adhibitis etiam alijs examinatoribus,ſaltim tribus, quorũ vota ſi paria, aut ſingularia fuerint, accedere poſſit ipſe vicarius quibus magis ei videbitur.Sexto,curabit idem vicarius, vt ſingulis annis in diœceſana ſynodo probentur examinatores ſaltim ſex, ex quibus tres ipſe eliget, eoſque congregabit, qui ſecum examen perficiãt ad ſingulas vacantes parochiales, & ſi duo vel vnus tantum ex dictis examinatoribus, etiam cum vicario,vel omnes tres, atque etiam ſex abſque vicario ſeipſo congregauerint,ac examen perfecerint, nullum erit. Et ſi ex dictis ſex examinatoribus,aliqui intra annum ſuæ electionis mortui fuerint,tota facultas examinandi vna cum vicario ad ſuperſtites,etiã vnus tantum ſupereſſet, expectabit eo anno durante. Septimo,ſi contingat ſequentibus annis nullos examinatores eligi in ſynodo diœceſana,illi ſex, qui ſemel præcedente anno vi decreto Concilij fuerint electi,pro legitimis habeantur, etiam poſt lapſum ſuæ electionis,& ſic in officio ſuo perſeuerare poſſint donec alij ſeruata forma Concilij fuerint electi,& ſi ex dictis ſex examinatoribus aliqui mortui fuerint, curabit vicarius,vt lapſo anno alij in locum mortuorum ſufficiantur,ſeu eligantur in ſynodo diœceſana, alioquin qui ſupererint, pro legitimis non habeantur. Octauo,examen, & approbatio pro legitimis non habeantur,ad parochiales vacantes,ſi antea ad alias parochiales,quæ prius vacauerint,fuerit facta, ita vt non ſufficiat,quem iudicatum fuiſſe idoneum præteritis menſibus,aut annis ad aliquas parochiales, ſed ſemper opus ſit nouo examine, & noua approbatione ad ipſam parochialem, de cuius collatione ſingulis vicibus agetur. Nono, examinatores ex pluribus examinatis, non vnum ſolum, ſed plures,quos iudicauerint idoneos,ſignificabunt vicario, & ex iſtis pluribus per examinatores iudicatis,non ipſi examinatores, ſed ſolus vicarius eliget, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, hæc enim facultas nullo modo examinatoribus competit,cum ſoli Epiſcopo à Concilio ſit attributa, cuius loco erit vicarius ſede vacante.Decimo,ipſe etiam vicarius ſolus,abſque examinatoribus ſcribet literas ad S.dominum noſtrum,ad quem collatio parochialis ſpectabit,quibus præcipue teſtabitur vacaſſe parochialem, propoſitum fuiſſe edictum, & ex examinatis fuiſſe tot idoneos à tribus ſaltim examinatoribus iudicatos, ſe vero ex iſtis idoneis talem cæteris magis idoneum iudicaſſe,& elegiſſe.Vndecimo,Capitulũ, aut decanus cathedralis Eccleſiæ, nullum ius ſibi vendicet proponendi edictum, aut deputandi, ſeu eligendi, vel conuocandi coram ſe examinatores, nec iubendi, aut curandi, vt coram ſe,aut examinatoribus deputatis ab eo examen fiat,minus eligẽdi magis idoneum, aut literas teſtimoniales de eo ſcribẽdi,ſed hæc omnia,vt ſupra dictum eſt,exequetur partim ſynodus diœceſana, partim vicarius ſede vacante conſtitutus, quem capitulum omninò, vt ſupra quoque in principio iniunctum eſt, conſtituere debebit, ex dict.capitul.19.Duodecimo,Multo magis idem capitulum abſtineat à conferendo parochialem vacantem in commendam temporalẽ ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, maximeque etiam caueat, ne concedat omnes fructus ipſius parochialis eidem dicta commenda durante,quoniam Concilium hæc omnia prohibuit,dum ſtatuit debere Epiſcopum,ſtatim habita notitia vacationis parochialis idoneum in ea vicarium,cum congrua fructuum portione conſtituere,quod munus, vt ſupra quoque dictum eſt, obibit præcisè vicarius ſede vacante deputatus,cauebitque etiam ipſe à dicta commenda, & conceſſione omnium fructuum, & illud quoque interdictum ſciet, ne eum quem magis idoneum ipſe iudicauerit,conſtituat vicarium in parochiali, aut ei quoquo modo præficiat, donec collatio fiat,ſed debebit omnino à principio vacationis, & antequam vllum examen fiat, conſtituere in ea alium, vicarium, qui curam animarum interea gerat, donec parochialis fuerit à ſede Apoſtolica collatæ magis idoneo.

9 Quæ declaratio † eſt ſumme notanda, & licet loquitur de examinibus, & concurſu faciendis pro collatione parochialium ſede cathedrali vacante, procedit etiam in examinibus,& cõcurſu faciendis per Epiſcopum,ſeu eius vicarium ſede plena: nam quoad formam examinis & concurſus, non eſt aliquid ſpeciale in capitulo, ſeu eius vicario ſede vacante.

10 Ex † qua declaratione §.3.apparet primo,ſtatim habita notitia vacationis parochialis conſtituendũ eſſe in ea idoneum vicarium per Epiſcopum, ſeu vicarium ſede vacante, quod procedit etiam in parochialibus ſpectantibus ad collationem aliorum, vt infra dicemus.3.dubio,n.127.

11 Circa quod aduertenda † eſt quædam declaratio S. Congreg, ſuper d.c.18.quæ ſic ait: Licet conſtituere Vicarium tempore vacationis ad cuſtodiam Eccleſiæ vacantis,ſpectet ad Epiſcopum, tamen in

caſibus

caſibus repentinis, ſi vicaria eſt ad præſentationem alicuius Collegij, illum poteſt conſtituere quam primum, donec Epiſcopus certior ſit factus, & prouide
12 rit. Non † tamen intelligas, quod collegium iſto caſu poſſit dare iuriſdictionem alias non habenti, & approbationem ad Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrandum, &c, ſed ſolum poteſt illum ponere ad cuſtodiam, &c.

13 Sed ſtatim offert † ſe difficultas quorſum tendant illa verba Concilij d. cap. 18 ibi; Si opus fuerit, nam ſemper videtur eſſe opus vicario, ad quod reſpondetur cum declaratione S. Congregationis ſuper d. c. 18. quæ ſic ait: Quo pacto ſuccurrendum erit parochialis curiæ, quando onus nemo ſubire duxerit. Poſtremo quærendum erit, quorſum huiuſmodi verborum, ſi opus fuerit, tendat intellectus, cum continuo locus, vbi animarum curæ imminet, ſacerdote, ſacrorumque adminiſtratione indigeat, donec loco prædefuncti alius inſtituatur. Congregatio reſpondit, ordinarium omni diligentia vti debere, vt aliquem inueniat, qui velit, & poſſit hoc munus obire, qui ſi reperiri nequiuerit, ſaltim illud curare, vt aliqui mercenarij diurni, vel hebdomadarij, aut vicini parochi curam animarum interea exerceant. Ad ſecundum, eo nempe, qui in eadem Eccleſia poſſent adeſſe miniſtri ſacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctum ſpectabat, exercerent, vel alii qui vicini parochi libenter idem præſtarent, aut alij ſimiles caſus euenirent, quibus appareret, non opus eſſe conſtituere alium vicarium,

14 Secundo † apparet ex d. §. 3. vicarium eſſe conſtituendum cum congrua fructuum portionis aſſignatione, vt inquit S. Concilium d. c. 18. ibi, Cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione,
15 circa quæ † verba, alias S. Congregatio ſic cenſuit, duorum aureorum pro ſingulis menſibus viſa fuit congrua portio. Secunda, hoc ipſum poteſt ſede vacante capitulum, quod ſi in portionis aſſignatione grauamen intulerit, poterit nouus Epiſcopus corrigere. Tertia, fructuum portio conſtituenda parochiarum Eccleſiarum vacantium vicario curam exercenti quouſque ad nouam inſtitutionem deueniatur, an referri debeat ad ſolam ipſius ſuſtentationem, aut ad ipſarum vacantium annuum valorem, vel ad ipſius vicarij qualitatem, & quid ab ordinario ſuper præmiſſis erit agendum, & portio hæc vnde ſumenda ſit quando conſtet fructus eſſe conſumptos, aut ſtantes, ita tenues ſint, vt vicarij ſuſtentationi non ſufficiant. Congregatio reſpondit ad hæc omnia referenda ad congruam portionem, & ſtipendium arbitrio ordinarij, & ſumendam ex fructibus percipiendis, niſi aliquæ perſonæ ſint iure obligatæ ad ſuppendum aliunde.

16 Vnde recte † reſpondit Nau. conſ. 5. de officio ordinarij, quod vicario parochiali vacanti ſimpliciter dato, non omnes fructus, ſed cõgrua portio arbitrio ordinarij iuſte determinanda debetur, nec Epiſcopus à principio poſſet omnes eidem aſſignare, niſi omnes eſſent neceſſarij ad congruam portionem.

17 Nec tollit dicta † prima declaratio, quin ſi pro loco, & tempore videatur plus neceſſarium ad congruam portionem, quam duorum aureorum pro ſingulis menſibus aſſignari poſſit, non enim in hoc poteſt dari certa regula, omni loco & tempore.

18 Tertio apparet † ex d. §. 3. quod vicarius ſic poſitus parochialis onera ſuſtinebit, donec de rectore prouideatur, vt inquit ipſum Concilium, qui etiam debet habere cuſtodiam, & adminiſtrationem omnium bonorum ipſius parochialis, vt inquit quoque Concilium d. c. 18. verſ. alioquin & cenſuit S. Congregatio, ibi. Idoneum in ea vicarium, qui vicarius debet habere cuſtodiam, & adminiſtrationem omnium bonorum, vt infra, verſ. alioquin vicarius. etiã Eccleſiæ, cuius inſtitutio non ad Epiſcopum, ſed ad inferiorem ſpectaret, non obſtantibus his, quæ traduntur per DD. in c. cum vos. de offic. ordin.

19 Aduertendum eſt † tamen circa prædicta, quod deputatio vicarij, ſeu œconomi cum congrua fructuum portionis aſſignatione, donec de rectore prouideatur per eum, ad quem ſpectat, non eſt de forma concurſus, & prouiſionis, ita vt alias nõ valeat, quid quid vellet Rota in vna Dertuſen. parochialis de Tibiſa 12. Febr. 1593. coram D. Penna ſupra adducta
20 4. p. cap. 3. ad fi. Quæ † tamen in eadem cauſa coram D. meo Corduba 24. Nouemb. 1595. hoc admittit, & reſpondet ad dictam deciſionem D. Pennæ, vt videre eſt in deciſ. D. Cordubæ adducta d. c. 3. ad fi.

21 Quarto apparet † ex d. §. 3. & 12. parochialem vacantem, non poſſe conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, & electus, interim quod affert bullas Papæ, vt dictum eſt 4. p. c. 4. n. 15. nec poſſe interim cõſtitui vicarium in ea, aut ei quoquo modo præfici. Quod etiam fuit de-
22 claratũ pro parte † Epiſcopi Placentini, Anno 1593. vt in ſequenti declaratione, Illuſtriſſ. & Reuer. Do, vacante parochiali Eccleſiæ in menſe ad S. Pontificem reſeruato Epiſcopus Placent. habito concurſu ex dignis digniorem elegit, ſupplicatur pro parte eiuſdem Epiſcopi ſequentia declarari. Primo, ſi poteſt in dicta parochiali conſtitui vicarius, qui vti dignior ad parochialem nominatus eſt. Secundo, ſi poteſt magis idoneus in commendam temporalem dictam parochialem habere. Tertio, ſi virtute mandati Epiſcopi, poteſt antequam ſit facta ei à Papa collatio, capere poſſeſſionem parochialis. Quarto, ſi dignior ante confirmationem poteſt fructibus parochialis gaudere ſub prætextu Rectoris, commendatarij, ſeu vicarij. Quinto ſi facit contra formam Concilij agendo aliquid ex ſupradictis, tam Epiſcopus mandans quam dignior obediens. Sexto, ſi faciendo contra Concilium, an amittat aliquod ius, ſi forte ei competebat ex nominatione, ex eo quod ante cõfirmationem ſe immiſcuit in adminiſtratione parochialis. Ad primum Congregatio Concilij cenſuit ſtatim habita notitia vacationis parochialis debere Epiſcopum conſtituere vicarium idoneũ, & ſic non eſſe expectandum tempus, quo dignior ad ipſi parochiali præficiendum nominatus ſit. Ad ſecundum, minime poſſe. Ad tertium, pariter non poſſe. Ad quartũ, ante collationem non poſſe fructus percipere, niſi vt adminiſtratorem. Ad quintum, facere contra Concilij decretum. Ad ſextum, prouiſum Apoſtolicum apprehendentem poſſeſſionem beneficij literis non expeditis ex Iulij III. conſtitutione amittere beneficiũ ſiue ius ad illum habentem, ac ad aliud obtinendum de cætero inhabilem effici. Quam declarationem vidi in forma authentica manu Illuſtriſſimi Cardinalis Matthæi, eiuſque ſigillo munitam.

23 Quamuis in his † Regnis Caſtellæ ei particulariter in hoc Epiſcopatu contrarium ſeruetur, & male,

quod

quod tamen in hoc Epiſcopatu videtur iam emendatum.

24 Et quod dictum eſt † videtur conforme, ex cap. auaritiæ, de elect. in 6. quod procedit in quibuslibet beneficijs, vt dicitur infra 11. parte cap. vltim. dub. vlt. num. 216.

25 Ex quo etiam † textu videtur, non poſſe dignioremelectum ante collationem fructus percipere, etiam vti adminiſtratorem, etiam ſi antea eſſet cõſtitutus adminiſtrator, Ioannes Andr. ibi, & Dominicus, num. 4. & Franchus 1. Quamuis contrarium velle videatur dicta declaratio Placentina ad 4. Cui reſponderi poteſt, illud ibi eſſe obiter dictum, & non principaliter reſolutum. Vnde etiam videtur, quod is non poterit eſſe Vicarius, etiam ſi antea eſſet talis conſtitutus.

26 Non videtur valere † conſuetudo contraria, Abbas in cap. tranſmiſſam. nu. 3. de electio. Franchus in d. c. auaritiæ. nu. 1. Dominicus in c. eum qui. §. inſuper. num. 7. de præben. in 6. & ibidem Franchus nu. 5. Selua de beneficijs. 2. par. quæſt. 15. num. 4. Rochus in cap. fin. de conſuet. ſect. 5. num. 41. Gigas de intruſo ſub. num. 25. 6 fallentia, Rebuff. in praxi ſuper reg. de ſubrogan. collitigan. gloſſ. 4. nu. 8. & reg. 29. Cancel. verſic. 2. etiam. Lamber. de iure patron. 2. p. 2. lib. quæſt. 5. art. 11. num. 7. & 8. Cuchus in inſtitutionib. maioribus lib. 4. tit. 4. nu. 3.

27 Quamuis conſuetudo † iſta videatur excuſare à pœna priuationis beneficij, ſeu iuris, de qua ibi, Ancharanus conſil. 51. cum alijs. vt per Alexand. conſil. 107. lib. 2. ſeu 8 lib. 6o Rochum in dict. cap. final. de conſuetud. in princip. num. 35. & ſect. 6. num. 19. Rebuff. vbi ſupra. Probum ad Monach. in cap. 1. de clericis non reſiden. in 6. num. 39. & Flam. Pariſ. de conſiden. quæſt. 5. num. 24. Ludou. Gom. in cap. 1. de conſtitution. in 7. num. 131. Farin. in praxi crimin. 3. p. quæſt 95. & Villar del patronado de Caletayud, 4. par. §. 3. num. 1.

28 Nam conſuetudo etiam mala, † non tamen euidenter mala tribuit iuſtam cauſam ignorantiæ, & qui facit illud, quod alij faciunt, excuſatur, & puniri non debet, qui communi iudicio non peccat, vt ibi per eos. Et conſuetudo inualida, & irrationabilis nondum reprobata excuſat à pœna, Felinus in cap. ex tenore. de reſcrip. nu. 12. Nauar. conſ. 29. de ſent. excommunicationis nu. 9.

29 Vnde qui haberet in † eo malam fidem & conſcientiam læſam, vt quia ſibi conſtaret, conſuetudinem non eſſe bonam, vel ſaltim de eo dubitaret, non excuſaretur à pœna priuationis, de qua in dicto capite auaritia, maxime, in foro conſcientiæ, in quo irrationabilis conſuetudo non excuſat, Lodou. Gom. ſupra.

30 Sed eſt difficultas, an † dato, quod magis idoneus iudicatus, & electus ad parochialem in concurſu, ex eo quod in ea adminiſtrauit vt Vicarius contra ſupradicta, amitteret ius ſibi competens, ex dict. cap. auaritiæ, gratia, & prouiſio de illa à Papa ei facta, ſit valida, etiam non facta mentione de dicta intruſione, ſeu adminiſtratione.

31 Et videtur inualida † ex doctrina Abbatis in cap. qualiter. de election. nu. 8. Petri Baſilj in directorio electionum. 2. p. c. 8. & Cuchi l. b. 4. tit. 1. nu. 147. & ſeq. Et ex hoc capite fuit Romæ impetrata parochialis oppidi de Ontineros huius diœceſis Abulen-

ſis, quamuis non habuit effectum impetratio, ſed eandem fuit concordatum inter partes, concordia confirmata per Papam.

32 Nihilominus † videtur eſſe valida, nam prædicta non videtur vera intruſio, ex quo non adminiſtrat tanquam titularis, & ſic non intrant, nec applicantur dicta 11. par. cap. vltim. dubio vltim. à numero 224. Nec poteſt dici gratia ſurreptitia, nam non narrat parochialem ſibi eſſe debitam, ſed ſolum exhibet ſuam approbationem, & literas teſtimoniales Ordinarij, & ex clauſulis generalibus fit gratia, etiam ſi alias ſpecialiter, vel generaliter reſeruata exiſtat.

33 Nec rurſus † his inſtat conſtitutio 33. Iulij III. de qua ſupra 4. p. cap. 2. à nu. 47. Quia illa loquitur de apprehendente poſſeſſionem beneficij virtute ſupplicationis, literis non expeditis.

34 Sed verius eſt † huiuſmodi poſſeſſionem eſſe inualidam per ſurreptionem, quia exibendo, & ſignificando Papæ, electionem de ſe factam ab Ordinario in concurſu, videtur etiam ſignificare habere aliquod ius ad Eccleſiam parochialem.

35 Quinto apparet ex dicta † declaratione Toletana, §. 4. per edictum publicum vocando eſſe, qui voluerint examinari pro obtinenda parochiali vacante.

36 Sed hoc † recipiendum eſt, vbi Concilium prouinciale id ſtatuerit, vt fecit concilium prouinciale Toletanum, factum anno 1566. act. 2. decret. 24. & Compoſtellanum, factum anno, action. 2. decret. 3. nam Concilium Tridentinum, dict. cap. 18. verſ. & ſi Epiſcopo. id relinquit arbitrio Epiſcopi, vel ſynodi prouincialis, & ita docet Nauarrus conſil. 4. de præbend. *& nouiſſime Vgol. de offic. & poteſt. Epiſc. cap.* 50. §. 4. *nu.* 3.

37 Reſpondit † S. Congregatio Concilij Epiſcopo facien. his verbis: Congregatio cenſuit, faciendum examen per concurſum, quoties contigerit vacare parochialem eccleſiam: nec ideo à decretis Concilij Tridentini recedendum erit, quo rixæ, & tumultus oriantur, & alias forſan peiora ſequantur: quod vero ad propoſitionem edicti publici attinet, hoc totum poſitũ eſſe arbitrio ipſius Epiſcopi faciat, necne, niſi prouincialis Synodus aliquid circa hoc præciſe ſtatuerit, quod obſeruandum erit. Alia. Congregatio Concilij cenſuit propoſitionem edictorum publicorum relictam eſſe arbitrio Epiſcopi, vel ſynodi prouincialis.

38 Quamuis † Zerola in praxi Epiſcopali 1. parte, verbo. parochia. §. 2. 2. dubio, & Cechus de republ. Eccleſiaſtica, capite 28. de paroch. ſub nu. 6. dicant, edictum eſſe neceſſarium ex dicta Bulla Pij V. & declaratione S. Congregationis, dicentibus, collationem parochialis, factam ſine examine per concurſum eſſe nullam. Sed falluntur, nam edictum non eſt præciſe neceſſarium ad concurſum, qui ſine edicto fieri poteſt, vt in dicto decreto Concilij. *In quo etiam nouiſſimè fallitur Ioann. Franciſ. Leo in theſ. for. Eccl. cap.* 18. *nn.* 28.

39 Edictum autem † apponendum erit ad ſummum cum termino viginti dierum, cum ſuccedat loco nominationis ab Epiſcopo faciẽdę, ad quã ex dicto Cõcilio præfixum eſt tempus decẽ dierum, nec vltra alios decẽ dies prorogari poteſt ex dicta conſtitutione Pij V. verſ. prohibemus etiã, quod ſimiliter in edi-

cto

Ao dicẽdum eſt, vt vltra alios decem dies prorogari non poſſit, Zerola d. §. 2. 3. dubio, & Cechus ſuprà, *& Leo ſuprà nu.* 29.

40 Et † ſic erit accipiendum dictum decretum Concilij prouincialis Compoſtellani, vbi ſtatuitur, quod Epiſcopi intra quindecim dies à tempore notitiæ vacationis per publicum & neceſſarium edictum conuocent omnes quotquot voluerint examinari, quod in valuis Eccleſiæ Cathedralis, & Eccleſiæ beneficij, & vbi aliàs Epiſcopo viſum fuerit per viginti dies, vt minimum præfigatur ſub cenſuris & pœnis contra eos, qui tale edictum, vel tollere, vel delere auſi fuerint.

41 Qui terminus † edicti currit, ex quo tam in valuis Eccleſiæ Cathedralis, quàm Eccleſiæ beneficij præfixum eſt, iuxta dictum decretum Concilij Compoſtellani, & ſic expectandum erit, quod labatur terminus, ex quo vltimo præfixum eſt.

42 Nec eſt neceſſarium, quod edictum † ſtet affixum per illorum viginti dierum ſpatium, ſed eſt arbitriũ quanto tempore debeat manere affixum, Zerola d. §. 2. dubio, Socin. de citat. art. 23. q. 10. *Rebuf. ad ll. Gall. tract. de citat. in præf. nu.* 102. *& nouiſſimè Ceuall. q.* 898. *nu.* 36. *dicens, quod edictum debet manere affixum per aliquod tempus, &c.*

43 Et † ſufficit, quod Nuntius, vel Notarius referat, quod edictum fuit affixum in loco, licet non dicat quanto tempore ſtetit ad Bar. in extrauag. ad reprimendum, verb. publice. Soc. *& Rebuff. ſupra.* Maran. 6 par. membr. 1. de citation. n. 96. & ita practicatur. Et illa verba decreti Concilij Compoſtellani, Per viginti dies, vt minimum præfigatur, deſignant terminum edicti, non tempus affixionis, quamuis Cechus d. nu. 6. circa fi. dicat, quod edictum debet ſtare affixum per totum tempus illius.

44 Debet † etiam apponi dies affixionis, & propoſiti edicti, vt ſciatur, an intra terminum, vel poſt terminum ſit factum examen, vt in deciſione Toletana parochialis. 3. Iulij 1595. coram D. Seraphino infra adducta, dubio 20. & 26. Decemb. 1597. coram Dom. Corduba infra adducta, dub. 21.

45 Et quamuis † Zerola d. 1. dubio, dicat, quod edictum ipſum prius debet legi publicè & poſtea affigi, ex Bart. & Marant. ſupra, *& Puſchus de viſit. lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 1. *ad fin.* tamen id etiam non eſt neceſſarium, nec ſeruatur, ſed ſufficit, quod affigatur. *& Fuſcus ibi ait, quod id non in omnibus ſeruatur.* Et Clem. 1. de iudic. quam allegat Bartolus loquitur in longe diuerſis terminis, & accedit quod tradit Vantius de nullitate ex defectu citationis, nu. 135.

46 Sed eſt difficultas, † ſi edictum cum maiori termino viginti dierum ponatur, an ideo vitietur prouiſio parochialis. Et videtur, quod non, quia licet faciat Epiſcopus contra prohibitionem Concilij, & dictæ conſtitutionis, aſſignando maiorem terminum, tamen id non videtur pertinere ad formam neceſſariam prouiſionis, ſicut nec deputatio Vicarij idonei, &c. Sed quod ſolum erit nullum edictum quoad exceſſum termini vltra viginti dies, ex dicta conſtitutione Pij V. & conſequenter non eſſent oppoſitores legitimi, niſi qui ſe opponerent intra viginti dies, & non poſt.

47 In contrarium † tamen, nempe quod vitietur prouiſio, & ſit nulla, facit, nam edictum poſitum à principio cum maiori termino viginti dierum, videtur in totum nullum ex dicta conſtitutione Pij V. & eius decreto irritante, nam forma eſt indiuidua, Decius conſ. 532. nu. 5. & in ſimili de locatione rerum Eccleſiæ vltra triennium, diximus ſupra 2. par. cap. 1. numero 56. & conſequenter prouiſio videtur nulla, tãquam facta ſine edicto valido requiſito, ex Concilio prouinciali.

48 Et tunc † non eſſet edictum nullum in totum, quando à principio poſitum eſſet cum termino competenti, & poſtea prorogaretur vltra viginti dies, tunc enim ſola prorogatio, vt pote de per ſe, & ſeparatim facta, eſſet nulla ad regulam, vtile per inutile non vitiatur, lib. 6.

49 Nihilominus † tamen in propoſito ex æquitate, & mente Papæ, verius videtur edictum poſitum etiam à principio cum maiori termino viginti dierũ, non eſſe nullum in totum, ſed quoad exceſſum, & ſic qui ſe oppoſuerunt infra viginti dies legitimos eſſe oppoſitores, non vero qui poſtea ſe oppoſuerunt, niſi quando infra viginti dies nullus ſe oppoſuit. *Sed hoc vide infra dub.* 10. *à nu.* 200.

50 Rurſus eſt difficultas † per quod tempus, ſeu cum quo termino debeat poni edictum, vbi Concilium prouinciale illud requirens, non deſignat tempus, vt Concilium prouinciale Toletanum ſupra.

Et videbatur ponendum eſſe, ſaltim cum termino decem dierum, ex dicto decreto Concilij Tridentini, & conſtitutione Pij V.

51 Nihilominus tamen † dicendum eſt, tempus eſſe arbitrarium arbitrio boni viri, modo non excedat viginti dies, ad l. 1. ff. de iure deliberandi, nam dictum decretum Concilij ad nominationem faciendam, non aſſignat præciſe decem dies, ſed eos, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum.

52 Sexto † apparet ex d. declaratione Tolet. §. 5. examen ad parochiales vacantes debere fieri cum examinatoribus ſaltim tribus. quod patet ex ipſo Concilio d. c. 18. ibi; Non paucioribus, quam tribus, & notat Petrus Ledeſma 2. p. ſummæ, tractat. 7. c. 1. 7. concl. circa 13. difficultatem. *& Marc. Ant. Genuenſ. in praxi c.* 66. *in annot. nu.* 17.

53 Circa quod Sacra Congregatio Concilij declarauit, † quod non ſtatuit præciſe, vt examinatores ſint tres, ſed quod non poſſint adeſſe pauciores tribus, ita quod ſi tres ſunt tantum examinatores, vota nõ poſſint eſſe paria, ſed ſingularia, quando ſinguli ſingulos approbant. Declarauit etiam, quod tres examinatores etiam adhiberi debent in parochialibus modici valoris. Declarauit rurſus, quod ſatisfactum erit huic decreto, ſi tertius examinator examinauerit, & ſit præſens in approbatione, licet votum ſuum non explicauit,

54 Septimo apparet † ex dicta declaratione Toletana, d. §. 5. quod ſi vota examinatorum paria, aut ſingularia fuerint, accedere poteſt Epiſcopus, ſeu Vicarius quibus magis ei videbitur, vt patet ex ipſo Concilio, verſ. tranſacto.

55 Nam † vt cenſuit S. Congregatio, Epiſcopus tantum, vel eius Vicarius habet votum deciſiuum in hoc caſu.

56 Et † ita Flaminius Pariſius de reſignatione beneficior. lib. 8 q. 9. nu. 105. & 106. ait, per S. Congregationem fuiſſe reſolutum. examen eſſe faciendum coram Epiſcopo, vel eius Vicario abſque ipſorum voto deciſiuo, & tantum eos poſſe accedere, vbi vota

ſunt

ſunt paria, vel ſingularia, quod etiam ait Cechus d. nu.6.& 7.& *Gratianus dec.97. nu: 18. Sbroc.de vicar. Epiſc.lib.2.q.211.nu.8.& in addit.ibi, Vgol. de offic. Epiſc.c.50.§.3.nu.1.& §.12.nu.3.*

57 Accedit etiam † alia declaratio S.Congregationis quæ ſic ait: An ſi exiſtentibus quatuor examinatoribus ſinguli examinati dimidiam tantum ſuffragiorum reportarunt, ex non approbatis Epiſcopus aliquem poſſit facere approbatum, Congregatio cenſuit poſſe.

58 Quæ acceſſio Epiſcopi † ſeu Vicarij videtur debere fieri in ipſo examine, ſeu coram ipſis examinatoribus ſimul congregatis,& non ſeparatim, nam approbatio,vel reprobatio eorum, qui examinantur non poteſt fieri ſeparatim, ſed examinatoribus ſimul cum Ordinario congregatis,vt in d. verb. tranſact.& in verſ.ſeq.adueniente,

59 Quamuis † electio ex approbatis facienda ab Epiſcopo ex verſiculo,peracto deinde examine, poſſit ab eo fieri ex poſt facto, & ſeparatim, cum ad ipſum ſolum ſpectet, vt diximus infra verſic. 13. apparet.

Illud autem quod dicitur de votis ſingularibus,

60 quod † Epiſcopus,ſeu Vicarius poſſit accedere,quibus magis videbitur,non procedit, quando ſinguli examinatores approbant vnum, quem alij reprobant,nam tunc reuera non ſunt vota ſingularia, vt in ſeq.declarat.S.Congregationis.Prima vtrum ſtantibus verbis Concilij,ibi,Quotum votis,ſi pares,aut ſingulares fuerint, &c. & ſi ex trib. examinatoribus quilibet eorum vnum approbauerit, & alij duo approbatum ab altero reprobauerint, accedente Epiſcopo vni,vincat alios duos reprobãtes,ex quo ſunt numero pares probantium & reprobantium. Congregatio reſpondit, non vincere, & neminem iſtorum videri approbatum.Secunda.Item,an idem dicendum ſit,quando ſunt quinque examinatores, & quilibet eorum approbat vnum ex examinatis, & cæteri quatuor reprobant approbatum ab altero Epiſcopo vni illorum accedente,ex quo vota ſunt ſingularia, an iſte, cui accedit Epiſcopus, ſit præferendus, & ſic vnus ex examinatoribus cum Epiſcopo vincat alios quatuor reprobantes. Idem reſpondit Congregatio.Tertia.Similiter,ſi vnus tantum compararet ad ſe examinandum coram tribus examinatoribus,vno illorum approbante,cæteris reprobantibus,an illi accedere poſſit Epiſcopus. Reſpondit Congregatio,non poſſe,& examinatum dici reprobatum. *Et ita eſt accipiendum quod tradit Genuen.d.cap. 66.nu.4.& in annot.nu.* 18.

Sed iuxta hoc ſuccedit difficultas,quando dican-

61 tur † vota ſingularia,vt Epiſcopus poſſit accedere, quibus magis videbitur,ſuppoſito quod examinatores debent eſſe tres ad minus,vt dictum eſt.

62 Reſpondetur,quod † cum ex tribus examinatoribus vnus approbat vnum,quem alter reprobat, & alter non approbat,nec reprobat,tunc dicentur vota ſingularia, vt Epiſcopus poſſit accedere quibus magis videbitur. *Et ita procedit quod ait Vgol.d.c.* 50. §.12.*nu.3.quòd ſingulares ſunt,quando quiſque examinator vnum approbauerit;& idcirco ſinguli ſingulos.*

63 Vnde videtur † falſum, quod ait Petrus Ledeſma ſupr.quod ſi tres examinatores fuerint diuiſi in ſuis votis,poteſt Epiſcopus,vel Vicarius accedere cui voluerit,& ſi duo fuerint pro vna parte, & alius pro alia,poteſt etiam Epiſcopus, vel Vicarius accedere parti,cui voluerit,quod eſt omnino falſum, nam ſi duo ſunt pro vna parte,& vnus pro alia,non ſunt pares,nec ſingulares,&c.

64 Octauo apparet † ex dict. decla. Toletana. §.6. debere ſingulis annis in dioeceſana ſynodo, quam etiam Capitulum, ſeu Vicarius eius ſede vacante facere poteſt,deputari, & probari examinatores, ſaltim ſex qui debent proponi,ſeu nominari ab Epiſcopo vel Vicario,& à Synodo approbari,&c.

65 Ex quibus Epiſcopus,vel Vicarius debeat † ſaltim tres eligere,vt ſecum examen perficiant ad ſingulas parochiales vacantes,quod eſt ſatis conforme Concilio dicto cap.18.verſic.examinatores,& notat Ledeſma ſupra.

66 Vnde infertur,quod ſi pauciores † quàm ſex, puta quatuor, vel quinque examinatores in ſynodo deputantur, non erit legitima deputatio, & conſequenter examen & concurſus cum illis factum erit nullum tanquam factum contra formam Concilij, vt tenuit Rota in vna foro Sempronien. parochialis 15.Ian.1593.coram Domino Mantica, quam infra adducam nu.133.

67 Et aduertendum eſt, debere † deputari in ſynodo,vera, & formali, quæ eſt congregatio legitima, quam facit Epiſcopus cum clericis ſibi ſubditis in ſua dioeceſi ad tractandum de his, quæ curæ paſtorali incumbunt,& de ſpectantibus ad reformationem & bonum regimen Epiſcopatus, vt per Botteum de Synodo 1.p.nu.5.& 3.in prin.per totum.

68 Vnde non ſufficere † congregari clericum ad effectum ſolum nominandi examinatores iudices Synodales, prout audiui factum eſſe in hoc Epiſcopatu Abulen.in quadam ſede vacante, tunc enim reuera non deputantur in Synodo,& ſic examen, & concurſus,cum eius factum eſſet nullum.

69 Nono apparet † ex dict.§.6.quod ſi ex ſex examinatoribus aliqui intra annum mortui fuerint,aut alias abfuerint,tota facultas examinandi vna cum Epiſcopo, vel Vicario ad ſuperſtites ſpectabit eo anno durante, etiamſi vnus tantum ſupereſſet, quod etiam eſt conforme Concilio dict.verſicul.examinatores, nam Synodus dioeceſana non debet niſi ſingulis annis congregari,vt in cap.2.ſeſſ.24.de reformatione.

70 Sed ſtatim offert † ſe difficultas, quid ſi intra annum mortui ſint, vel abfuerint. In qua dicendum videbatur, Epiſcopum eo caſu poſſe per ſeipſum examinatores deputare,& nominare abſque celebratione Synodi,quæ,vt dixi,non debet niſi ſingulis annis celebrari.

71 Nam † vbi forma præciſe ſeruari non poteſt, & impleri,ſufficit actum facere eo modo quo fieri poteſt,Aimon.conſil.12.num.2.& conſil.177. num.5. cum alijs adductis per Tiraquellum de legibus connubialibus.gloſſa 6.num.6.32.& 69. & Flamin. Pariſ.de reſignatione beneficiorum,libr.7.quæſtion. 5. numero 19. & in deciſione Placentina parochialis, coram D.Lita.26.Nouemb.1539.infra adducta ſub numer.90.

72 Verum cum † anno 1593. apud S. Congregationem Concil.propoſitum eſſet pro parte Epiſcopi Ciuitaten.ſequens memoriale. In Epiſcopatu Ciuitaten.fuerũt deputati examinatores Synodales, iuxta S. Concilij formam, & intra annum faciendi aliam

ſynodum,

ſynodum, omnes mortui ſint, antè finem anni, quaſi in medio parochialis vacauit, ſupplicatur declarari, an Epiſcopus ſolus illi prouidere poſſit, præcedente publico edicto cum examinatoribus nominandis ab eo, qui tamen nō ſint pauciores tribus. Sic reſponſum eſt. Sāctus Dominus noſter Clemens VIII. decreuit, hoc in futurum obſeruari, quando omnes examinatores ſynodales intra annum eorum deputationis mortui fuerint, nempe, vt Epiſcopus ex examinatoribus antiquis ſynodalibus, ſi fuerint, ſubroget alios non pauciores numero ſex, & ſi non ſteterint tot examinatores ſynodales antiqui, qui ad hūc numerum aſcendant, tunc Epiſcopus eligat illos, qui fuerint, ac alios ſuppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo vſque ad numeri prædicti complemētum: verum ſi nulli antiqui ſynodales examinatores ſuperſtites fuerint, tunc Epiſcopus omnes nouos examinatores probitate, ac ſcientia idoneos, qui à Capitulo probati ſint, non pauciores præfato nu. ſubſtituat, & veniente vacatione cuiuslibet parochialis Eccleſiæ Epiſcopus debebit ex præfatis examinatoribus eligere tres, qui cum eo examē iuxta decretum Concilij c. 18. ſeſſ. 24. perficiant, officium autem omnium prędictorum examinatorū ſynodalium ſubrogatorum expiret, cum primum aduenerit tempus nouam ſynodum iuxta capitul. 2. ſeſſio. 24. celebrandi. Hieronymus Card. Matthæus. *quam declarationem adducit Leo in theſaur. for. Eccleſ. cap. 18. numer. 25.*

73 Apparet ex dicta declaratione † Toletana dict. §. 7. examinatores ſemel deputatos (quorum officium non expirare cum morte Epiſcopi, alias Sanct. Congregatio cenſuit, *& in Turolen. infra adducta, num. 116.* & notat Petrus Ledeſma ſupra) pro legitimis eſſe habendos, & durare etiam poſt annum ſuę electionis, donec alij, ſeruata forma Concilij fuerint electi, dummodo ſex ſuperſint, at ſi pauciores ſupereſſent lapſo anno, alios in loco mortuorum eſſe eligendos in ſynodo diœceſana, aliàs, qui ſupererunt, pro legitimis non eſſe habendos. Quod eſt conforme Concilio dicto verſiculo examinatores. quod vult adeſſe ſex ſaltim examinatores ſynodales, vt occurrente vacatione parochialium, tres ex illis eligat Epiſcopus, vel Vicarius, qui cum eo examen perficiant. Et ita eſt intelligendum quod dicit Ledeſma ſupra.

74 Et † intellige non ſolum alios in loco mortuorum eſſe tunc eligendos, ſed etiam de nouo eligendos in ſynodo illos qui ſuperetant, vel alios loco eorum, vel ſaltim illos eſſe relinquendos pro examinatoribus, ſicut antea, vt videntur relinqui, ‖ ſolum in loco mortuorum, alij eligantur, ita, vt maneat numerus ſalti m ſex examinatorum.

75 Vnde † etiam apparet contra deciſionem Rotæ foro Sempronien. infra adductam, numer. 133. non requiri pro forma, quod examinatores ſingulis annis deputentur in ſynodo, dummodo poſt annum, ſaltim ſex remanentes. *Et iuxta iſta intelligenda eſt declaratio S. Congregationis quam adducunt Genuen. in praxi capitul. 66. in annot. numero 17. & Leo capit. 18. numer. 25. quòd examinatores licet debeant quotannis deputari in ſynodo, nihilominus ſi ſynodus non celebretur, examinatores ſemel deputati munus ſuum exerceant, donec ſynodus habeatur: intelligenda enim eſt, dummodo ſex remaneant. Et alia declaratio eiuſdem S. Congreg. in vna Soanen. 1. Februarij 1591. quæ ait; Congreg. Concilij cenſuit, examinatores ſynodales durare, donec alij in ſynodo deputati fuerint: verùm ſi anno elapſo aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnino expirare: intelligenda eſt, vbi ſex tantùm deputati fuerant ſeu anno elapſo aliqui mortui fuerint, ita vt ſex non remaneant.*

76 Sed hic ſe offert † dubium, an idem ſit in iudicibus ſynodalibus in terminis, Cap. 10. ſeſſ. 25. de reformat. vbi Concilium ſtatuit in ſingulis Concilijs prouincialibus, aut diœceſanis aliquot perſonas deſignati, vt præter Ordinarios, ijs cauſæ delegandæ cōmittantur, & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci cum conſilio Capituli, alium in eius locū vſq; ad futurā prouincialem, aut diœceſanam Synodum, ita vt habeat quæque diœceſis quatuor ſaltim iudices ſynodales, quibus cauſæ à quolibet Nuncio vel Legato, atque etiam à Sede Apoſtolica committantur, &c. an ſi tot non adeſſent, alij eſſent legitimi iudices ſynodales.

77 In quo dicendum videtur, † tunc recte poſſe à Nuntio, vel Legato cauſas alijs committi, cum non adſit numerus à Concilio requiſitus, quamuis committantur iudicibus ſynodalibus, recte etiam poſſit reſcriptum illis præſentari, quia verum eſt, eſſe in ſynodo deputatos, nec eſt prohibitum, cauſas illis committi, cum aliàs habeant etiam qualitates, iuxta c. ſtatutum. de reſcrip. in 6.

78 Ex quibus colligitur, † Epiſcopum, ſeu Capitulum ſede vacante in locum examinatorum defunctorū, vel abſentium alios deputare non poſſe, nec intra annum, niſi omnes deficiant, vt dictum eſt nu. 70. & ſeq. nec poſt annum etiamſi omnes deficiāt. *Et Sbrocius de vicar. Epiſc. in addit. quæſt. 211. lib. 2. ait, quòd S. Congreg. cenſuit vicarium ſede Epiſcopali vacante in locū examinatorum abſentium, vel defunctorum, alios autoritate propria ſufficere non poſſe, ſed curare debere, vt elapſo anno alij in locum demortuorum ſufficiantur, ſeu eligantur in ſynodo: alioquin pro legitimis non haberi qui*

79 *ſuper erunt*. Quamuis iudicib. † in ſynodo prouinciali, vel diœceſana deſignatis, iuxta dict. cap. 10. ſeſſ. 25. ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, datur ibi facultas Ordinario ad ſubſtituendum cum conſilio Capituli alium in eius locum, vſque ad futuram prouincialem, aut diœceſanam Sy-

80 nodum. Quæ † tamen facultas ſubſtituendi videtur ſolum intelligenda quando nondum aduenit tēpus faciendæ Synodi, & tranſibit in Capitulum ſe-

81 de vacante. Et ita inter alia † reſpondit S. Congreg. Concilij Epiſcopo Segobien. 11. Iulij 1590. ad 14. ann. deficientib. examinatorib. ſynodalibus vel ipſis impeditis, Epiſcopus, vel Capitulum ſede vacante alios poſſit creare, donec ſynodus habeatur cenſuit

82 ita non poſſe. Et Epiſcopo Placentino ſic † reſponſum eſt, Illuſtriſs. & Reuerend. Domini poſt Concilij Trid. publicationē fuit in Epiſcopatu Placentino prouinciæ Compoſtellanę diœceſana Synodus congregata de anno 1586. per Epiſcopum pro tempore exiſtentē, qui in ea ſynodales examinatores elegit, quorum interuētu & concurſu ſeruato Parochiales pro tempore vacante, iuxta formā S. Concilij prouiſæ fuerunt fere vſq; ad ann. 1581. vacante autē quadā parochiali eodē anno 1581. poſt eius vacatione nouus Epiſcopus accepit poſſeſſionē Epiſcopatus, qui vnū ſynodalē tātum in diœceſi viuum inuenit,

reliquis præmortuis,& alio in remotis agente. Et cũ in hac S. Congregatione non ſemel reſponſum ſit, prouiſionem parochialium ſine concurſu,& ſynodalibus non valere,maxime,in ea diœceſi, Vbi Concilium publicatum,& receptum eſt,& ſynodus diœceſana iam congregata,formaq; Concilij in prouiſione parochialium obſeruata, ſi poſt lapſum annum congregandi ſynodum non fuerit congregata, nec examinatores ſynodales electi, & d. modernus Epiſcopus hoc conſiderato ſynodum cõgreuauit, & cũ examinatorib. ibi deputatis prouidit,humiliter ſupplicatur pro parte Epiſcopi Placentini ſequentia declarari. Primum,an ad prouiſionẽ d. parochialis neceſſe fuerit,d. Epiſcopo Synodum cõgregare,& examinatores eligere,& cum illis in concurſu parochialem prouidere, vt fecit. Secundum,an ſi non feciſſet, ſed iudices nominaſſet,vel cũ ſolo illo viuente cõcurſum,& examen faceret,an prouiſio valeret,nam hoc non ſolet S. Congregatio admittere, niſi quando tẽpus cõgregandi ſynodum nondum aduenit, vel vbi poſt S. Concil, nulla fuerat Synodus congregata, quod ceſſat in caſu noſtro. Reſp. Per illuſtriſſ. & Reuerend. D. vtì fratri Epiſcopo Placentino. Per Illuſtr. & Reuer. D. vtì frater ad duas dubitationes. quæ amplitudinis tuæ nomine per libellum his literis adiunctum propoſita fuerunt Congregat. Illuſtriſſ. Card. Trid. Concilij interpretum id reſponſum datũ fuit, videlicet, ad primam vtique neceſſe fuiſſe, ad alterã minime quidem valuiſſe. Hæc fuit de vtroque propoſito ipſorum Cardinalium ſententia, qui Amplitudini tuæ omnia proſpera & ſalutaria à Domino precantur, Romæ, die 28. Aprilis, 1593. amplitudinis tuæ per Illuſtris & Reuerendiſſime vti frater, Hieronymus Card. Matthæus.

83 Et ita etiam in † vna Toletana ſic reſponſum eſt, Illuſtriſſ. & Reuerend. Domini ſupplicatur Illuſtr. & Reuerend. DD. veſtris ad effectum videndi, ſi prouiſiones factæ de parochialib. præuio infraſcripto examine & concurſu teneant, vel potius ſint nullæ, & ad ſedem Apoſtolicam deuolutæ, ſtantib. trib. examinatoribus, vel plurib. ſynodalib. in vltima Synodo ab annis 14. vel circiter celebrata deputatis, & ſtante obſeruantia d. Synodi vltimæ in illa diœceſi fuit factum examen, & concurſus cuiuſdam parochialis ab alijs examinatorib. ab Ordinario, vel eius Vicario deputatis, non interueniente in d. examine, niſi vnico dictorum examinatorum ſynodalium in d. Synodo deputatorum. Quæritur, an d. examen & concurſus factus fuerit contra formam Concil. Trid. ac proinde prouiſio d. parochialis taliter ab Ordinario facta fuit nulla, & Sedi Apoſtolicæ reſeruata. Congregat. Concil. cenſuit, eſſe nullam collationem, & ex conſtitutione S. memoriæ Pij V. Sedi Apoſtol. reſeruatam

84 eſſe. Hier. Card. Matthæus. Et in vna † Saſenat. ſic reſponſum eſt. Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini, ex parte Capituli Saſenaten. ſupplicatur Illuſtriſſimis & Reuerend. Dom. veſtris ſequens dubium declari ſuper c. 18. ſeſſ. 24. Concil. Trid. quęritur, an ex ſex, vel plurib. examinatorib. ſynodalib. in vlt. Synodo deputatis, vno, vel duob. tantum ſtantibus, deficientib. reliquis, concurſus facti pro parochialib. prouidendis, illo vno, vel duob. illis non interuenientibus ſed alijs examinatorib. ab Ordinario extra Synodum deputatis, ſint contra formã Concil. Trid. & prouiſiones dictarum parochialium ab Ordinario taliter factæ ſint nullæ, & Sedi Apoſt. reſeruatæ, Congreg. Cõcilij cenſuit, huiuſmodi prouiſiones veluti factas non ſeruata forma Concilij, eſſe nullas, & collationẽ earum parochialium eſſe ex cõſtitutione ſanctæ memoriæ Pij V. Sedi Apoſtolicæ reſeruatam 1596. Hieronym. Card. Matthæus.

85 Nam in illis † duabus declarationibus Toletan. & Saſenaten. non ex eo ſolum, ſic reſponſum eſt, quod non interuenerunt examinatores ſynodales ſtantes, poſt annum enim non ſtantibus ſaltim ſex, illi non erant legitimi, vt ſupra dictum eſt, ſed ex eo præcipue, quod Ordinarius non poteſt examinatores deputare abſque Synodo. *& ita etiam ait Genuenſ. in praxi cap. 66. in annot. num. 17. quòd in vna Patauina S. Congreg. cenſuit, quod Epiſcopus, qui non conſtituit examinatores in Synodo, ſed ex ſe ipſo deputauit; vel quia priores erant mortui, vel quia nulla aderat facultas congregandi ſynodum, nempe propter peſtem, nulliter prouidet de parochialibus, licet quandoque ſummus Pontifex mandauerit iſtos tolerari, iniungendo, vt quam primũ facta ſynodo noui eligantur examinatores: & quòd promiſſi per concurſum cum examinatoribus ab Epiſcopo ſolo deputatis nouas prouiſiones impetrent: vel denuo legitimè examinati & approbati ab Epiſcopo, de iiſdem parochialibus prouideantur, ſi in menſibus ordinarijs vacauerint. Hæc S. Congregat. Quare (inquit Genuenſ.) Epiſcopi ad tollendas difficultates ſolent, impetrare licentiam à ſummo Pontifice deputandi alios examinatores in locum demortuorum, & quòd ita vidit ſeruatum Neapoli.*

86 Quamuis Rota in vna Litteren. Archipresbyteratus, 6. Iunij, 1582. coram Domino Blancheto, & in Placentina parochialis de Malpartida, 20. Decembris, 1585. coram Domino Pamphilio, adducta parte ſeq. c. 2. num. 23. Et in eadem coram Dom. Lita, 29. Nouemb. 1593. Et in vna Pampilonen. de Munnain, 23. Ianuarij 1591. coram Dom. Bubalo, & 29. April. eodem anno coram Dom. Pamphilio tenuerit, deficientibus examinatoribus in Synodo deputatis, poſſe Epiſcopum deputare examinatores abſque celebratione ſynodi, vt in deciſionibus ſequentibus.

87 Litteren. † Archipresbyteratus 6. Iunij, 1582. coram D. Blãcheto. Dubitaui in cauſa Litteren. Archipresbyteratus, an Inſtitutio Ferdinandi ſit ritè & rectè facta, & Domini 6. Iunij, 1582. dixerunt, inſtitutioni Ferdinandi obſtare nonnulla deducta per Decium, quod non fuerit ipſe examinatus ab examinatoribus non deputatis in ſynodo diœceſana, cum ſynodus non fuerit facta, non vitiat inſtitutionem, vbi enim forma ſeruari non poteſt, ſufficit actum facere eomodo, quo fieri poteſt, Aymon conſ. 177. nu. 5. & c. 112. n. 2. Et placuit ſimile deductum ex Dd. in l. turpia. §. 1. ff. de leg. 1. quod ſtatutum mandans mulieres debere contrahere cum conſenſu conſanguineorum, intelligitur, quatenus adſint in loco cõtractus. Secundum obiectum pariter reiecerunt circa citationem perſonalem Decij, cum ipſe comparuerit die 12. Septembris, & aſſerat ad ſuam notitiam deuenijſſe edictum Epiſcopi, ex quo cõparuit tollitur omnis defectus. Quo vero ad tertium, videlicet, quod examen fuerit factum extra terminum in edicto præfixum, domini dixerunt, quod ſi in beneficijs de iure patronatus, quando plures ſunt nominati, non requiritur examen per concurſum, defectus iſte nõ obſtat,

ſtat, quia per examen & approbationem nullum inferitur præiudicium, ſi autem requiritur, domini inclinabant pro nullitate: quomodo autem Concilium hoc caſu veniat intelligendum, cum Rota non poſſit illud interpretari ſine commiſſione ſpeciali, conſulant Illuſtriſſ. D. Card. Carrafam, addiderunt tamen, quod in inſtitutione Ferdinandi veniebat citãdus Decius, niſi ſibi obſtet proteſtatio, quod nolebat comparere coram ipſo, quod pendet à iuſtitia cauſa recuſationis, de qua erit particulariter diſcutiendum. Quatenus tamen dicta inſtitutio ex prædictis non ſubſiſteret, Domini cenſebant, non eſſe ex hoc extinctum ius ex præſentatione Ferdin. adquiſitum, ſed locum eſſe nouo concurſu. Pampilon. parochialis de Munnain, 23. Ian. 1591.

*Coram* D. *Bubalo*,

88 Vna† tantum parte informante propoſui dubiũ in hac cauſa, an ſententia de partib. lata in fauorem D. Andreæ de Luquin, ſit confirmanda, vel infirmanda, & Domini dixerunt, ſententiam eſſe confirmandam, quia cum duo concurrant, ad huiuſmodi parochialem, nempe, Andreas, & Mar. de Torres, & Andreas fuerit repertus idoneus, & approbatus ab examinatoribus deputatis ab Epiſcopo & Martinus fuerit declaratus per eoſdem examinatores inhabilis, iuſte protulit ſententiam Ordinarius ad fauorem Andreæ, declarando, illum eſſe inſtituendum. Quæ ſententia eſt conformis diſpoſitioni S. Concilij Trid. cap. 18. ſeſſ. 24. Nec refert, quod Martinus fuerit præſentatus, à maiori parte patronorum, quoniam hoc caſu quando præſentatus à maiori parte eſt habilis & idoneus, præfertur inhabili præſentato à maiori parte cap. dudum, el primero. de election. vbi Abbas vltimo notabili. Rochus de Curte de iure patronatus verb. honorificum. quæſt. 16. num. 47. Lambert. eod. tract. libr. 2. part. 3 quæſt. 4. art. 5. numer. 2. ea ratione, quia præſentatio facta de inhabili eſt nulla. Minus obſtat, quòd examinatores non ſint deputati in Synodo diœceſana, prout requirit Concilium Triden. quia non exiſtentibus examinatoribus deputatis in Synodo ſufficiunt examinatores deputati per Ordinarium, vt fuit reſolutum in pluribus cauſis à ſacra Congregatione S. Concilij Trident. & Domini hoc firmarunt in cauſa Litteren. Archipresbyteratus coram R. P. D. Blancheto, 6. Iunij, 1582. Reſeruarunt Domini videndum, an ſtante appellatione interpoſita per Martinum à dicta ſententia, ipſe ſit admittendus ad nouum examen.

89 *In eadem* † *29. Aprilis*, 1591. *coram Domino Pamphilio*.

Domini ſteterunt in reſolutis coram bonæ memoriæ Domino Bubalo, non obſtantibus depoſitionibus teſtium de nouo examinatorum, qui licet dicant in Synodo conuocata de anno 1587. per quendam Petrum de la Fuente prædeceſſorem moderni Epiſcopi fuiſſe nominatos ſex examinatores, ſubdunt tamen, quod propter contradictiones & appellationes Capituli, & clericorum Eccleſiæ Pampilonenſis, Synodus non fuit concluſa, nec perfecta, vnde ſequitur quod dicti examinatores non cenſeantur Synodales, ita quod eorum prætermiſſio vitiet examen, cum in condendis conſtitutionibus in Synodo diœceſana, neceſſario requiratur conſilium Capituli, cap. quanto. & ibi Hoſtien. ſis de iis, quæ fiunt à Prælatis, Archidiac. & Gemin. in ſumma, diſtinct. 18. Abbas in cap. cum conſuetudinis, nu. 5. de conſuetud. Decius in c. cum omnes. 2. lect. col. 3. de conſt., cum alijs per Henriq. Botteum, trid. Synodo, p. 3. nu. 137. qui teſtatur de communi, & tenuit Rota ſub die 30. Martij anni præteriti in cauſa Hiſpal. Synodi coram bon. memor. D. Bubalo. quod eo magis videtur admittendum in hoc caſu, quia vt iidem teſtes aſſerunt, obſeruantia non recepit tales examinatores pro Synodalibus, ſed tam præfatus quondam Petrus de la Fuente, quam etiam modernus Epiſcopus ſemper nominarunt examinatores, l. illud vbi Bald. de excuſation. tutor. Decius conſil. 344. num. 2. Et tales nominati ſemper fuerunt habiti, & tenti pro valide deputatis; ad leg. Barbarius, ff. de offic. Prætor, quod etiam videtur admiſiſſe ipſe Martinus, qui acquieuit huiuſmodi deputationi, & paſſus eſt ſe ab illis examinari, abſque eo quod nunquam allegauerit, illos non eſſe ſynodales, & maxime, quia ex trib. examinatoribus adhibitis in approbatione Andreæ duo fuerunt nominati in Synodo, alius non bene probatur, quod non fuit nominatus: imo primus teſtis dicit, ſe credere fuiſſe Synodalem, & non bene probatur, quod de tempore examinis alij eſſent in rerum natura, vt deducitur per informantes pro Andrea.

90 *Placentina* † *parochialis de Malpartida 29. Nouemb. 1593. coram D. Lita*.

Præſuppoſito quod in diœceſi Placentina fuit Synodus celebrata de anno 1566. poſt S. Concilij Trid. publicationem, in qua fuerunt nominati tredecim examinatores ſynodales, eo quod de tempore vacationis parochialis de Malpartida, omnes illi obierãt præter vnum, & quod a dicto anno 1566. vſque ad idem tempus anni 1582. nunquam fuerat alia Synodus celebrata, fuit dubitatum, an tunc Epiſcopus ad effectum prouidendi de parochiali, de qua agitur, & alijs potuiſſet deputare nouos examinatores abſque celebratione Synodi, & concluſum fuit, eũ potuiſſe. Primum, quia cum eo tempore, non adeſſent examinatores ſynodales, de quibus loquitur Sacrum Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de refor. potuit Epiſcopus non obſeruata forma Concilij prouidere, nam vbi forma à lege inducta non poteſt præciſe impleri, tunc illa remittitur, & actus aliter factus ſuſtinetur, Rom. cõſ. 431. n. 5. cum alijs adductis per Aymonem cõſ. 177. nu. 2 & Tiraq. de legib. connub. gl. 6. & n. 6. & 32. & 69. Rol. conſ. 81. n. 25. & ſeq. lib. 1. & conſ. 43 nu. 36. lib. 2. & conſ. 30. nu. 3. lib. 3. & Alciat. in l. 1. n. 41. de liber. & poſth. Concilium enim loquitur cũ præſuppoſito, quod examinatores ſynodales exiſtant, ergo ceſſante hoc præſuppoſito, ceſſat eius diſpoſitio, vt notatur in l. mancipia. C. de ſeru. fug. & ibi Fulg. & Salic. n. 3. Dec. conſ. 201. nu. 2. & Ruinus conſ. 55. in fi. lib. 2. & conſ. 83. n. 5. lib. 5. & Soc. iun. conſ. 154. n. 22. l. b. 3. Secundo, quia quando conſtitutio inducit nouam formam, & illa de facto non poteſt obſeruari, veluti, quia non adſunt perſonæ, vel qualitates requiſitæ, ſufficit, quod actus fiat eo modo, quo prius fieri

fieri poterat.cap.quia propter,& ibi Abbas n.12.de elect.Idem Abb.poſt Ioannem Andream in cõſ.15. nu.12.lib.2.& in conſ.1. num. 11. de elect. Aymon. conſ.12.nũ.2.cum ſeq.Quare Epiſcopus,qui cum ſynodalibus examinatoribus,qui nondum erant deputati,non potuit de parochialibus, vt Concilium diſponit,prouidere,potuit per ſe ipſum examinatores deputare,ſicut ante Concilũ hoc ei permiſſum fuit, vt in c.accepimus,& ibi gl.verb. examinari de ætate & qualitate.quod eo facilius Dominis placuit eſſe recipiendum,quia in caſu propoſito Epiſcopus,qui intra tempus conſtitutionis non prouidit de parochiali,vult ſe excuſare à deuolutione, vt ius habeat conferendi; vnde non poteſt ad commodum cedere quod debet in pœnam potius retorqueri, c. & ſi neceſſe,de donat.inter virum,atque ita ex ſua negligẽtia non debet Epiſcopus commodum reportare,non enim negligentibus ſubuenitur,ſed neceſſitate rerũ impedit s.l.nõ enim negligentib.ff.ex quib.cau.major.nam cum adhuc ipſe eſſet intra annum ſibi conſtitutum ad Synodum faciendam,potuit vel extra ſynodum examinatores deputare vt dictum eſt, vel ſaltim,ſi eos non deputauit,poteſt ei negligentia imputari, quia erat in eius poteſtate Synodum intra ſex mẽſes celebrare,& ideo impedimentum, quod potuit [illegible] diligentia remouere,eum non excuſat. l.ſed ſi per prætorem.§.hæc clauſula,ſed non ad eos, ff.ex quibus cauſ.maiores,glo.in cap.quia diuerſitatem,verb.ſuſpenſionis ibi, Et hoc, quod tẽpus iſtud non currit,de conceſſ.præbend.Bar.in l. quibus diebus,in princ.& ibid.Soc.nu.3.de cond.& demonſtr. Ruin.conſ.15.nu.5.lib.4. Et hanc opinionem communem dicit Socin.Iun.conſ.76.nu.79.& 80. lib. 2. & ex his ad ea,quæ obijciuntur,colligitur reſponſio. Neque obſtat decretum irritans Concilij, quia fuit à Dominis reſponſum,illud tanquam acceſſorium eſſe intelligendum,ſecundum ea,quę ſunt diſpoſita. Puteus deciſ.309.nu.2.& ſeq.lib.1.Caſſad.deciſ.10. nu.4.ſuper regulis Cancel.Nec etiam obſtat, quod Epiſcopus non potuerit ante celebrationem Synodi prouidere de Eccleſijs parochialibus propter defectum examinatorum ſynodalium,quia ſatis eſt,eum potuiſſe examinatores deputare.Nec iuſtum dicitur eſſe impedimentum, quod ex culpa propria procedit,c.1.de ætate & qualit.Gemin. conſil. 42. nu. 12. & ſeq.& conſ.42.nu.1.verſ. & ex prædictis apparet. Neque ad rem pertinet, quod ad excuſandum Epiſcopum etiam deductum eſt,ſex tantum dies fuiſſe elapſos poſt ſenneſtre præſtitum Ordinarijs ad conferendum Eccleſias parochiales,ex conſtitutione feli. record.Pij V.quæ eſt in ordine 32. Quia Domini dixerunt tempus conſtitutionis ad vnguem obſeruari oportere,l.ſcire oportet,§.quando autem eſt,ibi, nõ alibi audietur,quam ſi conſtitutum tempus, ff. de excuſat.tut.& notat Fel.in cap.cum dilecta.nu.6.de reſcript.& Curt.Iun.conſil.66.n.4.& Ruin. in conſ. 144.nu.6.lib.4.

91 Et idem etiam † tenuit Rota in vna Volater. parochialis,20.Maij, 1591. coram D. Gipſio, vbi fuit reſolutum propter erroneam expreſſionem factam in edicto,quod parochialis erat reſeruata,non eſſe locum reſeruationi,nec conſtitutioni Pij V.quia talis expreſſio tanquam non neceſſaria,non vitiat.l.teſtium, Cod.de teſt. Et qui impugnat prouiſionem Ordinarij,quia non fuit factus concurſus coram examinatoribus ſynodalib. quemadmodum fieri debere in edicto dicebatur debere oſtendere,cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, tunc temporis affuiſſe examinatores deputatos in Synodo,& in locum examinatorum Synodalium defunctorum potuiſſe Epiſcopum examinatores deputare, probari, tum ex Epiſtola Cardinal. Carrafæ, tum ex deciſionibus Rotæ in ſimilibus cauſis factis, præſertim, in Pampilon. parochialis, 28. April. præteriti coram D. Pamphil. *& idem fuit dictum in Toletana parochialis 10. Maij 1596. coram D. Arigonio infra addu&a num. 341.& refert Genuen. in praxi cap.66.in annot.num.17. & nouiſſime idem fuit reſolutum in alia Pampilonenſ. parochialis de Badoztain 5.Iul.1600.coram Dom. Manſanedo,vbi quòd gratia Bernardi non eſt iuſtificata, &c. R. gratia.*

92 Sed magis conformis † Concilio videtur ſententia S.Congregationis,nam lapſo anno,defectus examinatorum contingit culpa ipſius Epiſcopi non facientis ſynodum, in qua illi deputentur vt diſponit S.Concilium in d.c.2.& in d.c.18.ver.examinatores & ſic defectus iſte culpa ſua & negligentia contingens,non excuſat eum ab obſeruatione formæ,*& ſic ceſſat ratio Rotæ. quæ malè in illa dec. parochialis de Muñain ſupra addu&a nu.88.& in Volaterrana parochialis, & Pampilonen. parochialis de Badoztain relatis in præced.allegat pro ſua ſententia S.Congreg.Concil.cùm mòteneat contrarium,vt patet.* facit regula l.in iure ciuili,ff. de reg.iuris, & l.iure ciuili, ff. de condit. & demonſtrationibus,& l.in executione,§.fin.ff.de verb. obligationibus,& quę dicuntur infra 11.par.c.3.nu.36. & ita tenet Azeuedo conſ.9.à nu.31.vbi loquitur in c.ſede vacante.

93 Quod procedit etiam ſi Epiſcopus † de nouo veniat ad Epiſcopatum, vt in caſu dictæ cauſæ Placentinæ, nam ſi annus celebrandæ Synodi eſt elapſus, ſtatim ſibi currit tempus celebrandi,annus enim faciendi ſynodi non currit à tempore captæ poſſeſſionis Epiſcopatus, vt videtur in dicta deciſ. Placentina coram Lita, ſed ab vltima Synodo, vt clare patet ex decreto Concilij d.cap.2.& d. cap. 18. verſic. examinatores.

94 Sententia tamen Rotæ † poſſet procedere in terminis dictarum deciſionum Litteren. quam ſequitur Flamin.Pariſ.dict.lib.7.quæſt.5.num.2.& Pampilonenſ.nempe,an beneficijs iurispatronatus laicorum, à quibus præſentati, ſi non ſunt examinatores ſynodales,poterunt examinari coram alijs ab Ordinario deputatis,ex d.ratione Rotæ,quod vbi forma à lege inducta præciſe ſeruari & impleri non poteſt, ſufficit factum facere eo modo, quo fieri poteſt,& culpa, & negligentia Epiſcopi in non faciendo Synodum, non debet nocere patronis, & præſentatis ab eis.

95 Pro quo facit † alias reſolutio Rotæ in vna Caſalen.parochialis 9.Nouemb.1597.coram D.Seraphino, in qua fuit reſolutum, quod licet inſtitutio parochialis fuit nulla ob non ſeruatam formam Concilij Tridentini,ſeſſ.24.c.18 vt in ſpecie cenſuit Congregatio Concil.tamen præſentatio facta per patronos in tempore fuit valida, & per illam quæſitum præſentato ius ad rem conſiderabile, quod cenſetur præſeruatum per clauſulam,dum modo non ſit alteris ius quæſitum, vt fuit reſolutũ in cauſa Aſtoricen. Archidiaconatus coram Sanctiſſimo, & ideo potuit

Rota

Rota inſtituere illum præſentatum. ſeruatis ſeruandis per Clem. auditor, de reſcript. nec dict. præſentatio annullatur per conſtitutionem Pij V. ſuper collatione parochialium, quia Bulla, quæ venit in executionē Concilij, loquitur retentis ijſdem terminis, & ſic in prouiſionibus Epiſcoporum, & aliorum inferiorum ordinariorum, & non de patronis præſentātibus, nec debet culpa Epiſcopi patronis nocere, vt ſuit alias reſolutum coram D. Robuſterio. Facit c. ſi confirmationes. vbi DD. de elect. in 6. Neque obſtare, quod ille ſe ingeſſerit in adminiſtratione ante validam inſtitutionem, & ſic inciderit in cap. auaritiæ, de elect. in 6. quia cum eſſet in poſſeſſione vigore inſtitutionis Ordinarij, ceſſat pœna illius cap. tum ratione bonæ fidei, tum etiam, quia in materia pœnali quælibet cauſa colorata excuſat, Decius conſ. 452. nu. 12. Aymon. 18. nu. 9. & in terminis noſtris glo. in c. ſi. verſ. manes, de elect. in 6.

96 Facit etiam quod in literis reſignationum †parochialium in forma dignum dici ſolet iuxta Conſtitutionem Pij. V. 162. quod examen fiat adhibitis examinatoribus ſynodalibus, ſi illic ſint, vt eſſe debent, alioquin ab ipſo Ordinario nominandis. *vt in decis. 546. nouiſ. Farin. & 10. April. 1598. coram eodem ſteterunt in deciſis; nec obſtare, quòd examinatores retulerint tā tum eum idoneum reſpectu literaturæ: quia Epiſcopus præſumitur fuiſſe informatus de omnibus requiſitis ad Fel. cap ſi. de præſumpt. numero 2. quod ſufficit ad inſtitutionem Rotæ.*

97 Quo caſu eſt difficultas, †an ſi illic ſint examinatores, qui habentur pro ſynodalibus, tamen non ſunt illegitimi, vt quia ſunt deputati in genere, vel non ſunt ſex, &c. & coram illis tanquam ſynodalibus fiat examen in forma dignum, ſit validum. Et videtur, quod ſic, nam cum Ordinarius tunc poſſet illos eligere, ſeu nominare, valebit examen factum coram illis, ſaltim tanquam electis ab Ordinario. *Et accedit, quòd deficit iuramentum, quod examinatores ab ordinario tunc nominato præſtare debeant de nouo.* Con-
98 trarium † tamen verius videtur, nam examen ſit cum illis tanquam ſynodalibus, & non tanquam electis ad illud ab Ordinario, & ſic intrat reg. c. cum ſuper. de offic. deleg. quod potui, nolui, & quod volui, non potui.

99 II. Apparet †ex d. declar. Tolet. §. 8. examen, & approbationem in concurſu requiri ſemper pro forma ad ſingulas parochiales, quod eſt ſatis conforme d. decr. Concil. cap. 18. & conſtit Pij V. vbi adeſt decretum irritans, quod formam inducit, Bar. & alij in l. non dubium, C. de legib. & infra dub. 15. Facit e-
100 tiam 1. declarat. Congreg. ſup. adducta nu. 37. & † alia quæ ſic ait: An ſatis ſit eum quem Epiſcopus idoneum iudicat. proponere examinandum abſque alio concurſu. Reſp. Congre. non eſſe ſatis, imo decr. Conc. teneri Epiſcopum plures nominare examinatoribus, & alios etiam ab alijs nominatores admittere, ſicque examen per concurſum omnino facere, prout ex Bulla Pij V. ſtatuitur, exceptis illis caſibus, in quibus præſenti decreto, verſ. ſi tamen, adeo permittitur, poſſe omitti examen per concurſum, ſi Epiſcopus pro ſua conſcientia cum conſilio deputatorum ita expedire arbitrabitur. Vnde apparet, parochiales vacantes per aſſecutionem aliarum, & reſultantes ex alio concurſu non poſſe abſque nouo concurſu & examine prouideri approbatis in præcedenti concurſu, quamuis in Archiepiſcopatu Toletano ſecus fiat, vt mihi relatum eſt.

101 Vnde etiam apparet falſa † ſententia Zerolæ in praxi Epiſcopali, 2. par. ver. parochia. §. 1. dicentis, quod approbatus alias ad parochialem non debet examinari quoad literaturam, ſi concurrat ſolus, licet ſecus, ſi alij concurrant, & circa mores.

102 Vnde etiam iſta forma † omitti non poteſt, etiamſi Epiſcopus velit parochialem conferre perſonæ quantumcunque & notoriè doctæ, idoneæ, & benemeritæ, Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 5. nu. 10. Cenedo in collectan. 15. ad decretum, nu. 15. Flam. Pariſ. de reſignatione. lib. 8. q. 9. à nu. 83. & Cechus d. num. 6. *Vgol. de offic. Epiſc. c. 50. §. 6. nu. 6. & §. 10. num. 6.* & dictum eſt ſupra 6. p. c. 2. à nu. 265.

103 Vnde etiam eadem † Congregatio Concilij cen ☞ ſuit, quod Epiſcopus vacante Eccleſia parochiali debet ſeruare formam examinis per concurſum, licet velit eam Vicario cōferre. Et aliàs quod Doctor, ſiue Licentiatus in Theologia, ſiue in iure Canonico etiam in publica Vniuerſitate graduatus, non excuſatur ab examine, quando petit ſibi prouideri de aliqua Eccleſia parochiali. Et Flam. Pariſ. d. lib. 8. q. 9. n. 8. & 91. & Cechus ſupra, Zerola d. 2. p. verb. Doctor. §. 1. & Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ, c. 65. n. 1. ad finem. & poſt hæc Gonçalez gl 4. à nu. 90. & Proſper de Auguſt. in additione ad ſummam bullarij quarantæ. verb. parochialium beneficiorum collation. quæſtion. 1. & Leſſius de iuſtit. & iure. lib. 2. c. 34. nu. 82. *Vgol. d. c. 50. §. 10. nu. 6. & notiſſimè Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5. n.*
104 17. 12. Apparet †ex d. declar. Tolet. §. 9. & Concil. d. 18. verſ. peracto. requiri pro forma, quod examinatores renuncient quotquot idonei reperti fuerint, vt habetur etiam in declaratione Abulen. ſup. adducta 5. par. c. 7. num. 11. ad 3. & in alia Abulen. ſupra adducta d. 5. par. cap. 8. ſub num. 87. ad 7. & in alia Abulen. infra adducenda ſub numer. 295. ad 4. & in alia declaratione ſuper d. cap. 18. quæ ſic ait: Examinatores peracto examine debent eos ex communi ſententia renunciare Epiſcopo, quos idoneos repererint.

105 Et debent facere † relationem, & approbationem de omnibus, non ſolum quoad literaturam, ſeu ſcientiam, ſed etiam quoad clericatum, ſeu ordinem, ætatem, legitimitatem, mores, &c. vt in d. verſ. Peracto deinde examine renuntientur, quotcunque ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis. & notat P. Ledeſma ſupr. quidquid velit Zerola, qui confuſe loquitur, vt ſolet 1. par. verb. parochial. §. 2. dub. 10. de quo dictum eſt ſupr. 6. par. cap. 2. num. 236. vbi ad hoc adduxi declarationes Sanct. Congreg. & alia quæ ſunt videnda.

106 Vnde videtur † peccare mortaliter examinatores facientes relationem, & approbationem ſolum quoad literaturam, etiamſi Epiſcopus ita velit, quia non adimplent, nec faciunt ſuum officium vt debent.

107 Et circa modum † dandi vota eſt quædam declaratio ſacræ Congreg. d. c. 18. quæ ſic ait: Licet Cōcil. non expreſſerit, an vota examinatorum palam aut ſecrete fieri debeant, magis tamen expedit, vt examinatores palam inter ſe ſua vota conferant, deinde

notario iubeant, vt in actis ſuis ſimpliciter ſcribat, Titium approbatum idoneum, Seium vero reprobatum, vt Romæ fit. refert. *Genuenſ. in prax. cap. 66. in annot. cap. 66. numer. 17. Vgol de offic. Epiſc. d. cap. 50. §. 11. & Leo in theſaur. for. Eccleſ. cap. 18. numer. 35. qui tamen ait, quòd Bononiæ vota examinatorum per fauas albas & nigras ſecretè in praxidem injiciuntur, indeque apertis votis pro nuntiatur examinatus vel approbatus, vel reprobatus; & hoc modo ceſſant diſputationes, quæ aliàs quandoque ex affectione oriri poſſent: in vrbe tamen ob maximum concurſum ad examen confluentium hic modus haud facilè obſeruari poteſt: verùm extra vrbem putat per ſecretos calculo licitè vota cribrari poſſe. Quod mihi certum videtur: nam in dict. declaratione Sanct. Congregat. non imponit neceſſitatem, vt vota eo modo ferantur, ſed ſolum ait id magis expedire.*

108 13. Apparet ex d. §. quod ex approbatis,† & renunciatis per examinatores ſolus Epiſcopus, vel Vicarius, & non ipſi examinatores, debet eligere magis idoneum, vt in declarationibus Abulen. ſupra cit. nu. 104. & in alia declar. ſuper d. cap. 18. quæ ſic ☞ ait: Item cenſuit Congregatio, non ſpectare ad examinatores, ſed ad Epiſcopum eligere ex approbatis magis idoneum. Et in alia Peruſ. & Barchin. quæ ſic ait: Sciendũ, quod aliqui examinatores prætendebant, ad eos ſpectare idoneiorem eligere, & ita de facto plures fuerunt prouiſi, quibus ex gratia Sanctiſſimus mandauit, vt expedirent nouas prouiſiones. Et in alia Paduana, quæ ſic ait. Per hoc decretum nulla vnquam facultas data eſt examinatorib. in electione idoneioris, ad ei beneficium conferendum, ſed ea ad ſolum Epiſcopum ſpectat. *& ita etiam cenſuit S. Congreg. 5. April. 1598. & in vna Concben 5. Julij 1599. & tradit Leo dict. capitul. 18. numero 34. referens dictam declarationem Barchinonenſ. & Paduan.*

109 Vnde ex approbatis † Epiſcopus ſuo iudicio, & non ex votum calculo, numero & collectione poteſt eligere, & debet eum, qui ſibi magis idoneus ☞ videatur, vt aliàs cenſuit S. Congregatio ſuper dictum cap. 10. his verbis: Singuli examinatores poſſunt & debent dare vota ſuper qualitate cuiuslibet examinati, ex forma verſic. tranſacto. & Epiſcopus non ex collectione horum votorum debet eligere, ſed ex verſic. peracto. Examinatores debent ſolum renuntiare duos, vel tres, verbi gratia examinatos idoneos, deinde Epiſcopus abſque votorum calculo, ſed ſuo iudicio eligere debet digniorem. Alia. An ſi pluribus examinatis aliqui vltra dimidiam vocũ fuerint conſequuti, & ſic approbati, & vnus omnia ſuffragia proſpera reportauit, Epiſcopus facta per examinatores relatione poſſit, poſtpoſito illo, in quem omnia ſuffragia confluxerunt, alium ex eis eligere, qui vltra dimidiam partem vocum habuerint, cum omnes approbati dicantur. Reſpondit Congregatio poſſe. tradit *Genuen. in praxi cap. 66. in annot. nu. 108 & Leo d. c. 18. nu. 32.*

110 Poterunt tamen † examinatores priuatim, præſertim, Epiſcopo petente, renunciare, quis ſit magis idoneus, & ita ceſſat difficultas, quæ contra dicta ſe offerebat quomodo Epiſcopus intelliget, quem ex approbatis debeat eligere, vti magis idoneum. præſertim, literatura, ſi examinatores non debent renunciare, quis ſit magis idoneus: nam niſi Epiſcopo id alias conſtet poterit & debebit priuatim ſe informare de hoc ab ipſis examinatorib. & aliàs, ſi nolit ſcire, quis ſit dignior, ſed ſolum, qui ſint digni, peccat mortaliter, vt per Medinam, & Fr. Ludouicum Lop, infra citandos. nu. 112.

111 Et ſic procedit ſequens † declaratio S. Congregationis, Approbantibus licet examinatoribus aliquem tanquam magis idoneum in ſciẽtia, cuius tamen mores ignorantur, & habentibus alium non tam doctum, ſed ab eis cognitum, & approbatum in morib. hic vltimus eſt præferendus. Cui conſonat alia, quæ ſic ait: Præferendus eſt minus doctus modo idoneus, quando eius mores ſunt noti, & approbati, doctiori, cuius vita ignoratur. Quam adducit Gonçal. gl. 4. nu. 112. *Genuen. d. c. 66. in annot. num. 11. Vgol. de offi. Epiſc. c. 50. §. 12. num. 4. Piaſec. in praxi Epiſc. par. 2. c. 5 num. 19. & etiam Leo d. c. 18. num. 33. qui etiam nu. 31. ait, quòd Epiſcopus cum eligere debet, quem examinatores magis idoneum indicauerint, &c.*

112 Quamuis † Zerola d. §. 2. in principio, & in dubio velit ad examinatores ſpectare, renunciare, quis ſit magis idoneus, Et quamuis Bartol. Medina, in ſumma libro 1. cap. 14. §. 32. & cum eo Fr. Ludouic. Lopez inſtructo. conſcient. 1. tom. cap. 127. dicunt quod examinatores ab Epiſcopo, vel Vicario, quibus beneficia prouidere incumbit, accerſiti tenentur ſignificare, & ſubſcribere, quis ſit dignus, & quis dignior, aliàs peccant mortaliter, &c. & Petrus Nauarr. de reſtit. libro 2. cap. 2. num. 187. inquit, examinatores ſynodales teneri ex officio, & iuſtitia commutatiua meliorem iudicare, &c. Quam & ſententiam, quod examinatores ex officio teneantur nominare non ſolum dignios, ſed etiam digniores, alia peccent grauiſſime, dicit probabiliorem P. Ledeſma dict. tract. 7. capit. 1. 7. concl. 13. diffic. noſtram dicens probabilem, quæ tamen eſt certa ex Concilio, & dictis declarationibus. *Quamuis etiam in deciſ. Dertuſen. parochialis infra adducta numero 232. quam refert & ſequitur Genuen. à capitul. 66. in annot. numero 14. dicatur, quòd redditur ſuſpectum iudicium Epiſcopi, qui noluit relationes ab examinatoribus iuxta ſolitum fieri de magis idoneo, ſed ſolùm ſibi reſeruari iuſſit, an illi qui concurrebant, eſſent idonei, quod feciſſe præſumendum eſt, vt facilius relinqueretur locus gratificationi, id circo nulla cenſeri debet electio, &c. Quæ reſolutio conuincitur ex dictis, & licet ab examinatoribus ſolerent fieri relationes de magis idoneo, tamen cum non eſſet conforme Concilio, nec ad eorum officium ſpectaret, recte potuit Epiſcopus id vetare.*

113 Nec obſtat † dicta conſtitutio Pij V. in qua principaliter fundatur Ledeſma dicens, quod ſi examinatores iuridice non nominant digniorem, ſed ſolum dignos nunquam poterit eſſe locus appellationi, de qua ibi ab electione digni, quam facit Epiſcopus, omiſſo digniori, quia nunquam poterit conſtare, quod Epiſcopus elegit dignum, omiſſo digniori. Reſpondetur enim, quod id non debet conſtare ex actis primæ inſtantiæ, nec ex examine facto coram Epiſcopo, ſed ex examine faciendo coram iudice appellationis, & eius examinatoribus, vt expreſſe dicit dicta conſtitutio.

114 Nec contrariũ † tenet Cechus de repub. Eccl. d. c. 28. de parocho. in nu. 7. princ. qui ait, quod peracto examine renuncientur, qui magis idonei, ſciẽtia, moribus, & ætate ad Eccleſiam regendam per fabas ſecretas, albas, & nigras, fuerint iudicati, ex quib.

Epiſco-

Epiſcopus eliget, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, &c. Non magis idoneos videtur intelligere, reſpectu eorum, qui non ſunt idonei: quod patet, nam per fabas votatur circa approbationem, vel reprobationem vniuſcuiuſque examinati per fabam albam, approbando, & per nigram reprobando,

115 Apparet ex d. declaratione † Tolet. §. 10. ibi, Ad quem collatio parochialis ſpectabit. & §. 12. in fi. ibi: Donec parochialis fuerit à Sede Apoſtolica collata magis idoneo, congregationem ſentire, quod Capitulum ſede vacante, etiam ſtante Concilio non poſſet facere collationem parochialium in quocunque menſe vacarent, etiam ſecluſa reſeruatione beneficiorum vacantium, ſede Epiſcopali vacante, quæ tempore factæ d. declarationis non ſtabit. Quamuis ad illa verba, Ad quem collatio parochialis ſpectabit, poſſet reſponderi, quod intelligerentur, id eſt, ſi & quatenus ad eum collatio parochialis ſpectabit, ad l. Stichus, qui meus erit, ff. de leg. 1.

116 Ad quod etiam † facit alia declaratio ſuper d. c. 18. quæ ſic ait; Datarius teſtatur Papam prouidere de beneficijs vacantibus in menſibus non reſeruatis, ſede Epiſcopali vacante, licet de his nulla habeatur relatio reſeruationis, vel in corpore iuris vel in extravagantibus, vel in regulis. Quam declarationem videtur allegare Manuel Sa. verb. Capitulum, num. 1, dum ait, quod Capitulum ſede vacante non confert beneficia, id enim Papæ reſeruatum ſecundum declarationem Congregationis Concilij, de quo diximus ſup. 5. par. cap. 7. à num. 79. vbi vide, *& iſta declaratio videtur ſumpta ex quadam declaratione ſuper d. cap. 18. quæ ſic ait, 59. Cui conſonat alia adducta 5. par. c. 4. num. 150. Quæ quidem declarationes, quatenus volunt collationem parochialium, & aliorum beneficiorum vacantium ſede Epiſcopali vacante pertinere ad Papam priuatiue, non erant ſatis iuri conformes, cùm de iure iſta collatio reſeruetur futuro Epiſcopo cap. illa 2. ne Sede vacante, q. 1. 2. par. & alij citati 5. par. c. 7. nu. 51. & in his parochijs Rot. d. nu. 442. par. 1. diuerſ. & accedunt declarationes Placent. Parochialis de Malpartida coram D. Seraphino, Pamphilio, & Bubalo inf. adductæ 10. par. cap. 2. num. 22. 23. & 24. & ideo cùm à tempore Sixti V. per omnes Pontifices regula 2. Cancellariæ reſeruantur iſta beneficia vacantia Sede Apoſtolica vacante, vt ſupra 5. par. cap. 1. à num. 221,*

## *De his dubijs.* §. I.

### SVMMARIA.

*AN Vicarius Epiſcopi ex generali commiſſione abſque ſpeciali mandato poſſit facere concurſum ad parochiales, & ex approbatis digniorem eligere. Reſoluitur affirmatiue, nu. 117. Quod procedit etiam vbi eſſet locus gratificationi inter plures approbatos æquè idoneos. Nec per Concilium id tollitur, etiamſi Epiſcopus non ſit impeditus, n. 119 Non tamen poterit Vicarius abſque ſpeciali mandato facere collationem parochialium magis idoneo electo, nu. 120.*

*An concurſus poſſit fieri ab inferioribus Epiſcopo, habentibus ius conferendi, a nu. 121. reſoluitur negatiue, & adducuntur declarationes S. Congreg. & Decretum Concilij prouincialis Mediol. 5. & num. 125. allegantur deciſiones Rotæ, per quod tamen non tollitur præuentio inferiori competens in collatione, numero 126.*

*Deputatio etiam Vicarij ſpectat ad Epiſcopum, ſeu Vicarium eius in parochialibus ſpectantibus ad collationem aliorum, numero 127. & in locis exemptis Vicarij electio ad eum ſpectat, ad quem ſpectat concurſus ex S. Congregatione, nu. 128.*

*Limitatur prædicta reſolutio, niſi inferior Epiſcopo ſit nullius diœceſis, habens proprium & diſtinctum territorium, & omnimodam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, & ius congregandi ſynodum, à nu. 129. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, & deciſiones, & reſolutio Rotæ id tenentis. Et idem videtur in inferiori exempto, licet nõ ſit nullius diœceſis, habente tamen proprium diſtrictum, & Epiſcopalem iuriſdictionem priuatiue, & ius congregandi Synodum, num. 136. & nu. ſeq. adducitur declaratio S. Congregationis. Et ita eſt intelligendum, quod dicit Ledeſma relatus, num. 138.*

*Eo ipſo quod quis habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, videtur habere ius congregandi Synodum, niſi aliud ſit in contrarium. nu. 139.*

*Quamuis habeat ius congregandi Synodum, ſi nondum illam congregauit, aut examinatores non deputauit, ſpectabit concurſus ad Epiſcopum, intra cuius fines, ſeu diœceſim parochialis exiſtit, ſeu ad viciniorem. nu. 140. Quod tamen videtur ceſſare ſemel congregata Synodo, & in ea deputatis examinatoribus, licet illi extincti fuerint, ſed tunc fieret deuolutio ad Papam, nu. 141.*

*Diſpenſationes ſubditorum inferiorum, qui ſunt nullius diœceſis, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent, illis ſunt committendæ, ex S. Congregatione, a nu. 142. prius tamen coram datario docendum eſt habere dictas qualitates, vel eſſe in quaſi poſſeſſione, vt ei committantur ex eadem S. Congregatione, numer. 143. & idem videtur in inferioribus exemptis, habentibus quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, & proprium diſtrictum, licet non ſint nullius diœceſis, cum ſint ordinarij, à nu. 146. Vnde etiam vicarijs huiuſmodi prælatorum poterunt committi, ſub nu. 147.*

*An Epiſcopus qui facit concurſum ad parochiales ſpectantes ad collationem inferiorum, ſi ex approbatis reperit plures æque idoneos, debeat omnes illos eligere, vt inferior parochialem conferat cui maluerit, an vero poſſit Epiſcopus gratificare, & vnum ſolum eligere, à nu. 148. Reſoluitur, poſſe Epiſcopum vnum ſolum eligere, & reſpondetur cuidam declarationi S. Congreg quæ videtur contra.*

*Intra quatuor menſes a die vacationis notæ debet Ordinarius facere concurſum ad parochiales ſpectantes ad collationem aliorum, & illis ſignificare perſonas electas pro collatione obtinenda, alias omnimoda diſpoſitio illis reſeruatur, num. 152.*

*An Epiſcopus poſſit facere, concurſum ad parochiales vacantes in menſibus reſeruatis, vel alias reſeruatas, ſeu affectas, non obſtantibus regulis reſeruatorijs, reſoluitur affirmatiue, num. 153. & num ſeq. ponitur declaratio ſacræ Congregationis. Et ita intelligitur, quod ait Nauarrus, parochiales eſſe ab omni reſeruatione exemptas, ſcilicet ad effectum concurſus tantum, non collationis, quæ à Papa facienda eſt, num. 155.*

*An in beneficijs vacantibus per reſignationem debeat fieri concurſus, à numero 156. reſoluitur, in reſignatione ſimplici debere fieri, ſecus in reſignatione in fauorem, in qua non requiritur examen per concurſum, ſed ſolum in forma dignum, & ponuntur declarationes S. Congregationis. Et idem in beneficijs reſignatis ex cauſa permutationis, vt non ſit faciendum examen per concurſum, num. 161.*

*An eſto non requiratur examen per concurſum in proniſionibus faciendis de beneficijs reſignatis ex cauſa permutationis, requiratur tamen nouum examen ipſorum compermutantium coram examinatoribus ſynodalibus a numer.162. Reſoluitur, non requiri nouum examen, niſi fiat permutatio cum beneficio ſimplici, aut niſi eſſet magna inaqualitas numeri parochianorum, vel permutantes alias non fuiſſent examinati, ex ſacra Congregatione, cuius declarationes ponuntur, & decretum Concilij prouincialis Mediolan. 5. Expediret tamen tunc fieri examen ante renunciationem, numero 166.*

*In permutationibus tamen quæ fiunt coram Papa, ſemper committitur Ordinario in forma dignum, nu. 167.*

*Circa parochiales obtentas ex regreſſu, ponuntur declarationes ſacræ Congregationis, nu. 168.*

*An in parochialibus litigioſis vacantibus habeat locum concurſus, non obſtante lite, a nu. 169. Reſoluitur affirmatiue ex ſacra congregatione, cuius declaratio ponitur. Electo tamen, & iudicato magis idoneo ab Epiſcopo, non poteſt fieri interim collatio de parochiali litigioſa ab Epiſcopo, ſeu alio inferiori, ad quem aliàs collatio ſpectaret. nu. 172. Sed vel erit recurrendum ad Papam, vel expectandus finis litis. n. 173. Et talis electus ſi petierit, ad defenſionem litis admittetur, nu. 174.*

*An in beneficijs quorum cura per plures adminiſtratur, ſit faciendus concurſus, à nu. 175. Reſoluitur, eſſe faciendum ex Concilio, quamuis alias beneficia iſta non dicantur curata, tamen ex authoritate Papæ, & ſacræ Congregationis non eſſe receptum decretum Concilij de concurſu quoad iſta beneficia, maxime in Eccleſia, vel collegiata.*

*Poterit Epiſcopus Canonicos, ſeu capellanos ad exercendam curam animarum deputatos a Capitulo, vel alijs examinare, neque eis permittere abſque eius approbatione curã exercere, licet ab immemoriali per eos exerceatur, abſque examine, & approbatione Epiſcopi ex ſacra Congregatione, cuius declarationes ponuntur nu. 182. & nu. 183. ponitur alia, quæ declaratur nu. 184. & alia declaratur nu. 185.*

*Quamuis Nauarr. dicat, quod ſi canonici, & capellani eo ipſo, quod fiunt canonici & capellani, habent annexam facultatem exercendi curam, non poteſt Epiſcopus illos examinare, ſecus, ſi requiratur deputatio ad curam exercendam, tamen additio ibi ait, quod Congregatio, vt refertur abſolute cenſuit, Epiſcopum poſſe eos examinare, numer. 186. & ſeq.*

*Quamdiu tamen Epiſcopus eis non inhibuerit, ne alias curam exerceant, poterunt eam exercere abſque examine & approbatione Epiſcopi, quando non requiritur deputatio, aliàs ſecus, num. 188.*

*Si cura animarum pertineret ad vnum canonicum ratione ſui canonicatus, cui eſt annexa, in proniſione talis canonicatus eſſet faciendus concurſus. num. 189. vbi ponitur declaratio ſacræ Congregationis.*

*Si cura animarum toti Capitulo incumbens, transferretur in certam dignitatem, ſeu canonicum Eccleſiæ, prout fieri poteſt per Epiſcopum de conſenſu Capituli, ex ſacra Congregatione, in proniſione talis dignitatis, ſeu canonicatus eſſet faciendus concurſus. nu. 190.*

*Et videtur faciendus concurſus in proniſione beneficij ſimplicis alicuius Eccleſiæ parochialis habentis de per ſe adminiſtrationem curiæ in aliquo loco dicta parochialis, nu. 191.*

*An in proniſione dignitatum habentium vnitam parochialem faciendus ſit concurſus. Reſoluitur negatiue, cum vnio perpetuo & acceſſorie facta eſt. nu. 192. & declarauit S. Congregatio in declarationibus poſitis, nu. 193. Sed ſi eſſet vnita æque principaliter, faciendus eſſet concurſus, nu. 194.*

*An in dignitatibus habentibus curam animarum in Eccleſijs collegiatis faciendus ſit concurſus reſoluitur, quod non, aut, 195. vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & ſeqq.*

*An in beneficijs regularibus curatis faciendus ſit concurſus, reſoluitur negatiue, nu. 197. vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & nu. ſeq. reſolutio Rotæ, quod videtur procedere etiamſi ſint ſolita commendari ſæcularibus, nu. 199.*

*An qui ſe opponit poſt terminum edicti, poſſit & debeat admitti cum deſcriptis, præſertim, nondum facto examine, videtur reſoluendum negatiue, nu. 200. Et idem videtur vbi non apponeretur edictum, ſed examinandi nominati eſſent coram examinatoribus intra decem dies, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, nu. 201. & ſeq. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Id videtur limitandum, niſi in edicto diceretur, quod etiam poſt eius terminum admitteretur, qui vellet examinari, aut ſi decreto Concilij prouincialis iubentis apponi edictum, id caueretur, vt in Concilio prouinciali Toletano, nu. 203. & Concilio Compoſtellano cenſent aliqui cautum eſſe, n. 204. Sed falluntur, nu. 205. vbi illud explicatur.*

*Nihilominus reſoluitur eſſe admittendum re integra n. 206.*

*An ad concurſum poſſit admitti habens aliud curatum, reſoluitur affirmatiue, num. 207. & ſeq vbi ponitur declaratio S. Congregationis, nec eſt in poteſtate Epiſcopi illum non admittere, nec valet conſtitutio contraria, nu. 209.*

*An Epiſcopus poſſit admittere ad concurſum parochialium in ſuis manibus reſignatarum conſanguineos, & affines, aut familiares ſuos, vel reſignantium, ſtante cõſtitutione Pij V. 58. nu. 210 Reſoluitur, non poſſe, vt cenſuit S. Congregatio. nu. 211. Quod non procedit in vacatione per obitum, vel alias, nu. 212. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*An ſi vnus tantum ad concurſum apparuerit, debeat examinari, & ei ſi reperitur idoneus de parochiali prouideri, nu. 214. Reſoluitur, quod ſic, & adducuntur declarationes Sacræ Congregationis, nu. 215.*

*Si ex oppoſitoribus deſcriptis aliqui non compareant ad examen in die pro examine & concurſu deputato, nec ſe excuſent legitime, poterit ſine eis examen & concurſus fieri, nu. 216. & ſeq. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Quid faciendum ſi ſemel edicto propoſito nullus compareat, vel ex oppoſitoribus nullus reperius ſit idoneus. num. 218. Reſoluitur, vt in declarationibus Sacræ Congregationis, poſitis nu. 219. Circa quod etiam conſideranda ſunt aliæ declarationes poſitæ. nu. 220.*

*An ſi facto concurſu deſiſtat magis idoneus, ex reliquis oppoſitoribus ſit eligendus magis idoneus, an vero ſit faciendus alius concurſus de nouo. propoſito nouo edicto, nu. 221. Reſoluitur, quod ſi ante factam per Ordinarium electionem de magis idoneo, ille deſiſtat, non eſt faciendus nouus concurſus, ſed ex reliquis eligendus eſt magis idoneus intra eundem terminum: ſi vero facta per Ordinarium electione de magis idoneo reperto, ille deſiſtat, ſeu cedat, vel decedat nõ poterit eligi alius ex oppoſitoribus eiuſdem concurſus, ſed faciendus erit nouus concurſus, ad quem Ordinarius habebit nouum terminum, à die deſiſtentiæ, ſeu ceſſionis, vel mortis ei notæ, nu. 222. & 223. Id tamen intelligitur quando deſiſtit, cedit, aut decedit ante lapſum quadrimeſtre, datum ad ſignificandum Papæ, aliàs enim infra quadrimeſtre, non facta ſignificatione, ad Papam deuoluitur, nu. 224.*

*An electio minus digni ex approbatis, omiſſo digniori, & proniſio parochialis ſubſequuta ſit nulla ipſo iure ex decreto Cõcilij & conſtitutione Pij V. An vero ſit invalida, a n. 225*

*Et multis hinc inde adductis contra Rotam, cuius deciſiones ponuntur, reſoluitur eſſe validam, non obſtante decreto irritã in Concilij, & conſtitutionis Pij V. quod inducit formam,*

nam

*nam non videtur referendum ad prouiſiones factas de minus dignis.*

*Vnde talis electus & prouiſus videtur facere fructus parochialis ſuos, donec eius prouiſio per iudicem appellationis reuocetur, & ſic non eſt condemnandus in fructibus, niſi ad ſũmum à tempore primæ ſententiæ reuocatoriæ, & non à die motæ litis, vt dicebat Rota, nec à die intruſionis, vt videbatur, ſuppoſito quod prouiſio eſſet nulla propter decretum irritans. nu. 237. & 238.*

*An & quando detur appellatio a mala prouiſione, ſeu diſpoſitione parochialis, a numero 239. reſoluitur, non dari appellationem à relatione examinatorum, nec ab eorum reprobatione, à mala tamen Ordinarij electione, dari appellationem, & adducitur declaratio ſacræ Congregationis, & reſolutio.*

*Quod dictum eſt, non dari appellationem à reprobatione examinatorum, quod etiam de deuolutiua intelligitur, ſolum procedit in beneficijs curatis. num. 242. Secus in ſimplicibus, in quibus licet præſentati à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis non debeant inſtitui, niſi prius fuerint ab Ordinarijs examinati, & idonei reperti, tamen à reprobatione examinatorum datur appellatio ſuſpenſiua, non obſtante, c. 9. ſeſſ. 25. verſ. adhæc. nu. 243. & ſeq. Imo etiam in parochialibus iuriſpatronatus laicorum datur appellatio præſentatis, quando vnus ſolus eſt preſentatus; nec habet locum concurſus à probatione examinatorum, ſicut habenti gratiam in forma dignum, nu. 245.*

*Licet Parochialibus detur appellatio à mala Ordinarij electione, eſt ſolum ad effectum deuolutiuum. nam non impedit, aut ſuſpendit, quominus executioni demandetur, & prouiſus, pendente appellatione à Parochiali non eſt amouendus. num. 46.*

*Etiam ſi contra eum ſit lata ſententiã per iudicem appellationis, à qua ipſe appellauit; nam iſta ſecunda ſententia non eſt executioni demandanda, pendente appellatione, quæ habet vtrumque effectum, ſicut etiam quando conceditur gratia per Papam de Parochiali, & adeſto certus poſſeſſor, datur appellatio ſuſpenſiua à ſententia executoris. numero 247. vbi quod procedit etiam quando examinatores ſunt diſcordes.*

*Lata prima ſententia contra poſſeſſorem apud Curiam, parochialis ſequeſtrabitur, non obſtante conſtitutione Pij V. qui loquitur in prima ſententia ordinarii, nu. 248.*

*Tunc datur appellatio à mala Ordinarij electione, quando aliàs ſeruata eſt forma Concilii, illa enim non ſeruata, prouiſio eſt nulla, & parochialis manet Papæ reſeruata. numero 249.*

*Circa hoc de appellatione à mala ordinarii electione, notanda eſt deciſ. Rotæ poſita, num. 250. de qua late, num. 251. & ſeq. Vbi quando ſit locus huiuſmodi appellationi, & an requiratur dolus Epiſcopi.*

*An auditor Rotæ, cui commiſſa eſt cauſa appellationis, poſſit appellanti obtinenti conferre parochialem reſeruatam, num. 253.*

*An quando electus cedit, vel decedit ante factum examen coram iudice appellationis, expiret ius appellantis. num. 254.*

117 SEcundo principaliter dubitatur, an † Vicarius Epiſcopi ex generali commiſſione abſque ſpeciali mandato poſſit facere concurſum ad parochiales, & ſucceſſiue ex approbatis, digniorem eligere. In quo breuiter reſpondetur affirmatiue, nam regulariter Vicarius ex generali commiſſione poteſt exercere quæ ſunt iuriſdictionis, niſi in caſibus exceptis, ad tradita ſup. 5. par. cap. 8. Et hic caſus non repetitur exceptus. Facit etiam d. declaratio Toletana adducta ſup. in dubio præcedenti, numero 8. & *ita docent Grat. deciſ. 97. num. 18. Leo in theſ. for. Eccl. c. 18. num. 31. & Sbrotius de vicario Epiſcop. in add. ad q. 148. lib. 2.*

118 Quod procedet etiam † vbi eſſet locus gratificationi inter plures approbatos æquè idoneos, ad tradita d. c. 8. num. 88.

119 Nec obſtat † Concilium d. cap. 18. verſ. tranſacto, ibi; Ab Epiſcopo, ſiue eo impedito, ab eius Vicario generali, vbi videtur velle Concilium ita demum Vicarium poſſe facere examen per concurſũ, ſi Epiſcopus ſit impeditus, & videbatur sẽtire Sbro. d. lib. 2. quæſt. 211. num. 7. quia reſpondetur, per illa verba non tolli, quin coram Vicario poſſit fieri examen, etiam Epiſcopo non impedito, ſed poſita eſſe ad denotandum conuenire, quod ab ipſo Epiſcopo, ceſſante impedimento, fiat examen, &c. & ſic cauſa admonitionis. Et ita etiam accipiuntur illa verba, vel eo impedito, &c. in c. 12. verſ. prouiſi etiam ſeſſ. 24. de refor. vt dicemus c. ſeq.

120 Non tamen poterit † vicarius abſque ſpeciali mãdato facere collationem ipſarum parochialium magis idoneo iudicato, & electo, vt dixi d. 5. p. cap. 8. num. 109.

121 Tertiò principaliter † dubitatur, an concurſus poſſit fieri ab inferioribus Epiſcopo habentibus ius conferendi. Et reſpondetur non poſſe, quia Concilium d. c. 18. hoc committit ſolis Epiſcopis, vel vicarijs, & non alijs collatoribus, vt colligitur ex verſic. peracto, ibi: Atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre, & ex dicta conſtitutione Pij V. verſ. ac illarum etiam & docent Anaſt. Germo. de indultis Cardinalium, in §. quibuſuis. ad fin. Zerola d. 1. p. verb. parochia. §. 2. 4. & eo dubio, Cechus d. c. 28. de paroch. nu. 6. M. Ant. Genuen. d. cap. 65. num. 1. Leo d. c. 18. à nu. 49. Vgol. de offic. Epiſc. c. 50. §. 4. num. 2. & 3. & Fla. Pariſ. d. lib. 8. q. 9. nu. 96. dicens, hoc ſæpè fuiſſe in Con-
122 gregatione Concilij reſolutum. Et † vltra declarationes, quas ibi ipſe affert, à nu. 97. apparet ex quadam declaratione data Epiſcopo Palentino, quæ ſic fuit: Reuerendiſſime Domine actum fuit in S. Congregationis Cardinalium Concilij Triden. interpretum de his, quæ in libello his literis adiuncto continentur, & matura conſideratione decretum eſt ex Cõcilio Tridentino non licuiſſe Abbati oppidi Valliſoleti, nec in poſterum licere parochiales ſæculares conferre, niſi his, qui ab examinatoribus in Synodo Palentina conſtitutis idonei fuerint iudicati, & ab amplitudine ſua vti ordinario, tanquam magis idonei electi, collationeſque ab ipſo Abbate poſt cõcilium non ſeruata hac forma factas nullas eſſe, iuſque parochiales ipſas conferendi ex Bulla S. memoriæ Pij V, ad Sedem Apoſtolicam deuolutum eſſe, ideoque amplitudinem tuam debere poſſeſſione deijcere eos, qui Abbate ſic immiſſi fuerint, & editis propoſito, examen per concurſum indicere, & nomina earũ, quos examinatores iudicauerint idoneos, quique abs te tanquam magis idonei electi fuerint, ad ſanctiſſimum dominum noſtrum mittere, vt parochiales eis conferri poſſint, quæ omnia, vt quamprimum efficiantur, amplitudo ſua, quantum in ſe eſt, curabit, cui bonam valetudinem, & perpetuum diuinæ gratiæ præſidium opt. Romę 24. die

die Octob. 1573. amplitudinis tuæ tanquam Frater Philippus Boncompag. Card. S. Sextio.

123 Apparet etiam ex † quadam declaratione Salmantina, Veronen. & Rauennaten. *quam adducunt Leod. c. 18. nu. 53.* quæ ſic ait; Commendatarius Abbatiæ exemptæ exiſtentis intra fines alicuius diœceſis, & habens iura quaſi Epiſcopalia, non poteſt facere concurſum beneficiorum curatorum, ſed hoc ſpectat ad Epiſcopum, in cuius diœceſi eſt Abbatia, qui electo magis idoneo mittet eundē ad commendatarium pro collatione.

124 Et alias S. Congregatio † declarauit, quod in vacatione parochialis Eccleſiæ, cuius collatio etiam ab immemoriali tempore ad inferiorē, vel Patriarcham pertinet, examen, & electio perſonæ idoneæ, ac edictorum oppoſitio, & etiam vicarium conſtituere, & omnia alia facere ad ordinarium ſpectat; de quo etiam ſunt plures declarationes, & decretum Concilij prouincialis Mediolanen. 5. p. 3. titul. quæ ad beneficiorum collationem attinent, verſ. vacante, quod ſic ait; Vacante Eccleſia parochiali, cuius conferendi ius, non ad Epiſcopum diœceſanum, ſed ad alium, etiam ab Epiſcopali iuriſdictione exēptum, & regularem item ſpectat, edictum de concurſu proponat Epiſcopus diœceſanus, & quicunque examen eo nomine ſubire volent, ad ipſum conueniant, qui exploratione per examinatores Synodales facta ex probatis digniorem, & magis idoneum deligat, cui vacans illa Eccleſia ab illo conferatur, cuius ius eſt, ſi ſecus fiat, collatio reſciſſa, nullaq; ſit,

125 Nec per hoc tollitur † præuentio competens inferiori in collatione parochialis, ad quam præſeruādam S. Congregatio ſic faciendum cenſuit, Si inferior haberet præuentionem cum ordinario, debet habita notitia vacationis parochialis coram notario declarare ſe velle d. parochialem conferre, & ideo rogare Epiſcopum, vt proponat edicta, & hac ratione tuebitur ius ſuæ præuentionis. Tradit Gonçalez ad reg. menſium §. 3. proœm. num. 16. & 17. Leo d. c. 18. num. 51.

126 Et illud ipſum † tenuit Rota in vna foro Sempronien. parochialis 15. Ian. & 7. Maij 1593. coram D. Mantica, vt in deciſionibus ſtatim adducendis, n. 133. & ſequ. & in vna Taruiſina iuriſdictionis, de qua infra num. 135.

127 Vnde apparet † etiam deputationē vicarij ſpectare ad Epiſcopum, ſeu vicarium eius in parochialibus ſpectantibus ad collationem aliorum. Vnde

128 † etiam Congregatio cenſuit, In locis exemptis vicarij electionem ad eum ſpectare, ad quem ſpectat concurſus.

129 Limitatur tamen † prædicta reſolutio, niſi inferior Epiſcopo ſit nullius diœceſis habens proprium & diſtinctum territorium, & omnimodam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, & ius congregandi Synodum, Anaſt. Germon. ſupra & Flam. Pariſ. dict. q. num. 98. dicens ita cenſuiſſe S. Congregationem

130 Concilij. *Rectèque etiam poteſt Epiſcopus alicui qui nō* ☞ *ſit vicarius, committere & delegare huiuſmodi examē & concurſum cum electione dignioris, vel ſine ea, cum id cōpetat ipſi Epiſcopo ex iure ordinario, vt ſupra dictum eſt n. 7. facit c. fin. de offic. ord. & Doctores, ibi, & Thom. Sanc. de matrim. lib. 2. q. 211. nu. 7.* & conſtat, ex ſequenti declaratione ſuper dicto cap. 18. ibi: Poterit ordinarius ſi pro ſua conſcientia, &c. ex hoc verbo, ordinarius, colligitur hoc decretum locum habere in inferioribus prælatis, vnde inferior Epiſcopo, qui omnimodam iuriſdictionem habet Epiſcopalem, nec alicui ſubditur, ſed eſt immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicæ, nullius diœceſis proprium territorium habens, ſi habet ius congregandi Synodum, & legitime conſtat illam congregaſſe, & elegiſſe examinatores, poterit concurſum inſtituere, examinare, & approbare, ac œconomos, & vicarios deputare, denique omnia illa, quæ per hoc decretum permittuntur præſtare, Et ſuper capitulo 10. ſeſſion. 23. de re-

131 format. eſt † alia declaratio, quæ ſic ait: Abbati habenti iura quaſi Epiſcopalia, licet dare dimiſſorias ☞ ſubditis, intellige regularibus, vt in d. c. 10. Concurſum facere non licet, niſi probetur habere ius cōgregandi Synodum, & alias legitimè congregaſſe, vt c. 18. ſeſſ. 24. ſequitur Proſper de Auguſtino ad ſummam Bullarij, verb. parochialium, beneficiorum, collatio. q. 2. Leo d. c. 1. num. 54. & Vgolinus d. cap. 50. §. 4. num. 3.

132 Et ita etiam ex ſententia † S. Congregationis, bus tenuit Rota in d. foro Sempronien. vt in deciſ. ſequentibus.

133 *Foro † Sempronien. parochialis 15. Ianuario 1593. coram D. Mantica.*

Placuit Dominis gratiam Baptiſtæ Fortunę in omnibus eſſe iuſtificatam, &c. Item vacatio ex conſtitutione Pij V. ex eo probatur, quod Abbas, à quo Lucas Anton. fuit prouiſus, in diſtrictu Rabignanæ, in quo ſita eſt Eccleſia parochialis, non habet omnimodam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, ſicuti S. Concilium Tridentin. diſponit, & à S. Congregatione Illuſtriſſimorum, ac Reuerendiſſimorum Dominorum Cardinalium ſæpiſſime fuit declaratū & à Rotæ deciſum in Legionen. S. Facūdi, & in Marſicana exemptionis, neque etiam Abb. docet ſe eſſe ſolitum conuocare Synodum, & in ea deputare examinatores: quinimo Epiſcopus foro Sempronien. tanquam vicinior eſt, in quaſi poſſeſſione conuocādi ipſam Synodum, & deputandi examinatores, & à S. Congregatione Illuſtriſſimorum ac Reuerendiſſimorum Dominorum Cardinalium eiuſdem Concilij Tridentin. interpretum ſuper hoc, die 18. Ian. 1585. obtinuit mandatum de manutenendo in ſua quaſi poſſeſſione, donec Abbas legitime probauerit ius cogendi Synodum habere, & alias coegiſſe, & in ea examinatores ad præſcriptum Concilij deputaſſe. Accedit etiam quod, & ſi Abbati eo in loco plena iuriſdictio, & facultas deputandi examinatores in Synodo ab eo congregata competeret, non tamē in collatione huius parochialis forma præcepta à S. Concilio in capitulo 18. ſeſſion. 24. de reform. fuit obſeruata, quia anno 1590. qui tempore parochialis vacauit, non fuerunt deputati examinatores, ſed anno 1588. & in ſingulis annis debent deputari in Synodo diœceſana, quæ etiam ſingulis annis celebranda eſt, vt in d. Concilio capite 20. conuento. d. c. 18. §. examinatores ſeſſione 24. neque etiam dict. examinatores de anno 1588. deputati, iuxta decretum Concilij præſtiterunt iuramentum, & cum ſex requirantur, & non pauciores, vt in d. §. examinatores. quatuor tantum fuerunt deputati, igitur collatio Abbatis non ſeruata forma Concilij facta

nullius

nullius eſt momenti. l. conſtitutionibus. ff. ad municipalem l. 1. non dubium. C. de legibus l. 1. §. ſi quis ita, de verborum obligationibus, & Doct. ibidem, & in l. prima de liberis & poſthumis.

134 *In eadem † coram eodem 7. Maij 1593.*

☞ Placuit dominis, &c. quod vero attinet ad vtiqnem ex conſtitutione Pij V. Domini cenſuerunt à deciſione in cauſa facta die 15. Ianua, proxime preteriti non eſſe recedendum, illa etenim verificatur, quia vacante parochiali Epiſcopus foro Sēpronien. tanquam vicinior illius loci, in quo ſita eſt, fecit cōcurſum, & Abbas Claſſen. ad quem ſpectat ius conferendi noluit conferre d. parochialem ei, qui in d. concurſu fuerat approbatus, ſed ipſemet facto alio concurſu eam Lucæ Antonio Archāgelo, tanquam legitimè approbato, quæ quidem prouiſio non poteſt ſuſtineri, quia vt inferior collator poſſit facere concurſum, iuxta formam S. Concilij Trident. cap. 18. ſeſſione 24. tria neceſſaria requiruntur. Primū, quod locus, in quo parochialis ſita eſt, nullius ſit diœceſis, & immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicę. Secundum, quod collator in ea habeat omnimodam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem. Tertium, quod habeat ius congregandi Synodum, & ſit ſolitus cōgregare, ſicuti fuit in S. Congregatione d. Concilij Trident. ſæpe, & in ſpecie in hac cauſa reſolutum, quæ cum in caſu propoſito non concurrunt, prouiſio facta ab Abbate Lucæ Anton. Archangelo præter formam S. Concilij Triden. d. cap. 18. ſeſſione 24. corruit. l. ſi plures. in princip. de conditionibus inſtitut. cap. quoniam frequenter. §. porro coniuncto. §. ſin autem. & ibi notat Abb. vt litè non conteſtat. Ripa in l. 1. num. 125. ff. ſoluto matrimonio. quod multo magis dicebant Domini eſſe recipiendum, quia extat vltimus ſtatus anni 1581. & 1588. quibus Abbas fecit collationem his, qui facto concurſu coram Epiſcopo foro Sempronien. ab eius examinatoribus fuerunt approbati. Præterea S. Congregatio declarauit, Epiſcopum foro Sempronien. eſſe manutenendum in quaſi poſſeſſione deputandi examinatores, etiam pro collatione parochialis iſtius loci, donec Abbas legitimè docuerit ius competere faciendi concurſus, quod cum ipſe adhuc nō docuerit, quia probatio non excludit probationem. Puteus deciſ. 203. lib. 3. ſanè Epiſcopus debet interim manu teneri, c. 1. & 2. vt litè pendente.

135 Et in d. Taruiſina † iuriſdictionis coram D. Lita 17. Februar. 1592. fuit reſolutum, concurſum facere ad parochiales ſpectare ad Epiſcopum diœceſis, & non ad Abbatem, qui non docet ſe eſſe nullius diœceſis, & Synodum legitime congregaſſe, minus examinatores deputaſſe, iuxta declarationem S. Congregatione Concilij.

136 Et idem videtur † in inferiore exempto, licèt nō ſit nullius diœceſis, habente tamen proprium diſtrictum, & Epiſcopalem iuriſdictionem priuatiue, & ius congregandi Synodum, nam eadem videtur ratio. *Rota in Vrbinaten. iuriſdict. 4. Maij 1594. coram Gipſio nouiſſim. Farin. dec. 619.* & ita videtur tenere Flores quæſt. 24. num. 21. loquens de Abbate S. Facundi Legionen. diœceſis, quem num. 25. 29. 32. & 33. ait Synodum facere, & ait Congregationē Cardinalium Concilij declaraſſe dict. cap. 18. Concilij, quod loquitur de modo prouidendi Eccleſiæ parochiali vacanti, intelligi etiam debere in dict. Abbate Ordinario, & ita in cauſa inter eum, & Epiſcopū Legionen. à Rota deciſum eſſe, de qua deciſione meminit dicta prima deciſ. foro Sempronien. & ſic quotidie dictum Abbatem conferre beneficia, & ponere edicta, & admittere concurſum, & nomina-
137 re examinatores. Et † facit declaratio S. Congregationis in vna Farfen. Legionen. Marſicana, &
☞ Cremonen. quæ ſic ait, Commendatarium Abbatiæ habenti iura Epiſcopalia, poſſe coram ſe, vel ſuo vicario de curatis vacantibus concurſum facere, ſi modo habeat ius congregandi Synodum, & eligendi examinatores.

138 Et ita eſt intelligendum, quod dicit Ledeſma *d.* tractat. 7. cap. 1. 7. concluſion. circa 23. difficultatē, quod priores ordinum militarium habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt prior Emeriten. poſſunt nominare exanimatores Synodales congregādo Synodum, intelligendum eſt enim, ſi aliàs habēt ius congregandi Synodum, &c.

139 Et aduerte, quod eo † ipſo, quod quis habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, videtur habere ius congregandi Synodum, cum ſit ius Epiſcopale, cap. conquerente. de offic. Ordinarij, niſi aliud ſit in contrarium.

140 Quamuis autem habeat ius congregandi Synodum, ſi nondum illam congregauit, aut examinatores non deputauit, ſpectabit concurſus ad Epiſcopum, intra cuius fines, ſeu diœceſim parochialis exiſtit, ſeu ad viciniorem, vt colligitur ex adductis.

141 Quod † tamen videtur ceſſare ſemel congregata Synodo, & in ▭ deputatis examinatoribus, licèt illi extincti fuerint, ſed tunc fieret deuolutio ad Papam, iuxta dictam conſtitutionem Pij V.

142 Ex quibus infertur † ad decretum Concilij ſeſſ. 22. de reformat. capitulo 5. vbi cauetur, quod diſpenſationes quacunque authoritate concedendæ, ſi extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur ordinarijs impetrantium, vt ſi impetrantes ſint ſubditi inferiorum Epiſcopis, qui ſunt nullius diœceſis, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent, illis ſint committendæ, vt S. Congregatio declarauit anno 1593. in vna prioratus de
☞ Vcles ordinis D. Iacobi his verbis: Congregatio Concilij cenſuit diſpenſationes matrimoniales, & alias quaſcunque quæ ſubditis inferiorum Epiſcopis à Sede Apoſtolica conceduntur, ſi eas extra Romam Curiam committi contigerit, & illi inferiores nullius diœceſis exiſtunt, & iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habeant, eiſdem inferioribus, non autem vicinioribus epiſcopis eſſe committendas. Hieronym. Card. Matthæus.

143 In eadem tamen † poſtea eadem S. Congrega-
☞ tio dedit ſequentem declarationem ad inſtantiam Cardinalis Toletani. Congregatio Concilij cenſuit prius coram D. Datario eſſe docendum priorem habere qualitates requiſitas, vt ipſi diſpenſationes matrimoniales committi poſſint, vel eſſe in quaſi poſſeſſione, vt prædictæ diſpenſationes eidem committantur. Hier. Card. Matthæus.

144 Et in vna † Prioratus de Magacela Congregatio ſic ait; Congregatio Cōcilij aliàs cenſuit, ſi prioratus, vt proponitur, nullius ſit diœceſis, & quaſi epiſcopalem iuriſdictionem habeat, literas diſpenſatio-

ſationum matrimonialium, & aliàs eiuſdem generi priori committendas 5. Maij, 1593. & 5. Iulij, 1599. Congr. &c. 160.

145 Et ait declaratio † eiuſdem Congregationis, ſic ait: Præpoſito Piſcien. cui mandata eſt iuriſdictio, viſitatio, correctio, & ſuperioritas, etiam quoad inſtitutionem, præſentationem, & nominationē, prout illam habebat Epiſcopus Lucanus, ſunt committendæ literæ in forma dignum, & diſpenſationes matrimoniales.

146 Id tamen non † videtur procedere in inferioribus, quantumuis exemptis, & habentibus Epiſcopalem iuriſdictionem, ſi non ſunt nullius diœceſis, nam diſpenſationes eorum ſubditis concedendæ, uidentur committendæ Epiſcopis, intra quorum diœceſim ſunt, ex iſtis declarationibus, quæ id velle videntur, & ratio poteſt eſſe quod Curia in rebus ab ea committendis, non confidit de alijs ab Epiſcopis. & ita etiam capitulo ſede vacante, ſeu eius vicario, non vult committere, vt dictum eſt ſupr. 6. part. cap. 2.

147 Nihilominus verius † videtur idem eſſe dicendum in inferioribus exemptis habentibus quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, & proprium diſtrictum licèt non ſint nullius diœceſis, cum ſint ordinarij, & ſic verificentur in eis verba Concilij, nec dictæ declarationes excludunt caſum ſimilem, & habentem eandem rationem, & dicta declaratio adducta numer. 145. non dicit, quod ſit nullius diœceſis, & ita Flores d. qu. 24. nu. 22. dicit diſpenſationes & commutationes vltimarum voluntatum ex d. c. 6. & 5. ſeſſ. 22. debere committi de Abbati S. Facundi, cum ſit ordinarius, &c. Vnde etiam vicarijs huiuſmodi prælatorum habentum iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poterunt dari dictæ commiſſiones. *Thom. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſp. vigeſimaſeptima, nu. 34. Sed Tho. Sanchez ibi loquitur de vicarijs prælatorum nullius diœceſis, in quibus etiam verius exiſtimo non habere locum dictas commiſſiones; nam vicarij inferiorum Epiſcopi nullo modo ſunt in dignitate conſtituti, nec ſunt capaces huiuſmodi commiſſionum, vt tenent gloſſ. verb. Epiſcop. in Clemen. etſi principalis de reſcript. & ibidem Zencel. Guilelm. & Paulus Anchar. nu. 1. Card. q. 14. Imola numer. 19. Boniſac. 30. & Abbas num. 2. per illum text. qui ſolū loquitur de officiali Epiſcopi; & ita plane ſentit S. Congregat. in d. declarationibus, in quibus ſolum dicitur, committendas eſſe ipſis prælatis; & ita, vt exiſtimo, eis dirigantur huiuſmodi commiſſiones, & non eorum vicarijs, nec officiali illius diœceſis, vt perperam inquit Thomas Sanchez ibi: nam pro locis nullius diœceſis non dantur reſcripta nec commiſſiones ſub nomine talis diœceſis, ſeu nullius diœceſis. Vnde etiam male pro ſe allegat praxim ipſe Thomas Sanchez, cum potius ſit contra eum, & patet ex prax. Caucell. Hieronym. Paul. titul. de iudicibus & eorum ordine. verſ. item quando ſcribitur officiali, vbi ait, quod non ſcribitur niſi officiali maiorum prælatorum. Et rurſus verius exiſtimo, prælatis exemptis, qui non ſunt nullius diœceſis, non eſſe prædictas commiſſiones faciendas ſed Epiſcopis, ſeu eorum officialibus, quorum diœceſis ſunt. nam ita reuera vult Sacra Congregat. in dictis declarationibus, quę loquuntur ſub conditione, ſi nullius diœceſis, exiſtant, & ita expreſſe vult Rota in deciſ. Burg. adducta 3. part. capit. 2. num. 209. nec eſt eadem ratio in ſubditis prælatorum exemptorum habentibus proprium Epiſcopum diœceſanum, cui dirigantur dictæ commiſſiones, ac in ſubditis prælatorum nullius diœceſis, qui non habent talem epiſcopum,*

148 Sed hic offert † ſe difficultas, an Epiſcopus qui facit concurſum ad parochiales ſpectantes ad collationem inferiorum, ſi ex approbatis reperit plures æquè idoneos, debeat omnes illos eligere, vt inferior parochialem conferat cui maluerit, an vero poſſit ipſe Epiſcopus gratificare, & vnum ſolum eligere. Et videtur debere eligere omnes æquè idoneos repertos, nam non eſt maior ratio de vno, quam de altero. Et † ita videtur velle ſacra Congregatio in 149 quadam declaratione data Epiſcopo Vicen. quæ ſic ait: Quoties aliqua Eccleſia parochialis vacauerit, ad quam aliquis Abbas habet ius nominandi, quamcunque Abbas nominauerit, eum ordinarius ad examen admittere debet; ſi autem eccleſiæ vacabunt ob mortem Rectorum, in quibus Abbas habet ius conferendi, earum curationem, qui ſuſcipere volunt, eos Ordinarius probare debet illo examinis genere, quod voeatur per concurſum, nec Abbas ob eam cauſam vllum examinis edictum proponete poteſt, nec illius officij partem aliquam. attingere, ſed id pertinet ad ordinarium, qui debet ipſe proponere edicta, & examinatores ex Concilij præſcripto deputatos adhibere, a quibus omnes iſtiuſmodi concurſu examinentur, quo examine confecto ex his, quos vitæ integritas, & doctrina commendabit, ordinarius debet eligere magis idoneos, ac poſtea Abbati relinquere, vt ex electis cui maluerit, curam conferat, quam declarationem affert Fla. Pariſ. ſup. nu. 101. ſed diminute.

150 Nihilominus tamen † verius videtur poſſe epiſcopum vnum ſolum eligere, cui inferior collator debeat conferre, etiamſi ſint plures æquè idonei reperti, nam cum Ordinario detur electio dignioris, videtur etiam ei dari gratificatio in caſu quo ſint plures æquè idonei, & ita videmus ſeruari in parochialibus Papæ reſeruatis, de quibus dicemus dubio ſequ. & conducunt, quæ tradimus infra dub. 18. à num. 265. de patrono eccleſiaſtico,

151 Nec obſtat † dicta declaratio Vicen. in fin. nam procedet ubi epiſcopus eligeret plures æque idoneos, tunc enim inferior collator poterit parochialem conferre, cui maluerit ex illis,

152 Et intra quatuor † menſium ſpatium à die uacationis, intellige notæ, iuxta dicta parte ſequenti, c. ſecundo, debet ordinarius facere concurſum ad parochiales ſpectantes ad collationem aliorum, & illis ſignificare perſonas electas pro collatione obtinenda, alias omnimoda diſpoſitio illis reſeruatis, ita vt libere eam poſſint cōferre, vt diſponit Pius Quintus in d. conſtitutione, verſ. ac illarum.

153 Quarto principaliter † dubitatur, an Epiſcopus poſſit facere concurſum ad parochiales vacantes in menſibus reſeruatis, vel alias reſeruatas, ſeu affectas, non obſtantibus regulis reſeruatorijs, & c. In quo reſpondetur affirmatiue ex dicto capite 18. Concilij, ibi: Etiamſi ipſa parochialis Eccleſia reſeruata, vel affecta fuerit generaliter vel ſpecialiter, &c. Et ex d. conſtitutione Pij Quinti. Zerola d. verb. parochia. §. 2. dub. 4. & 10. Cechus d. cap. 28. de parocho, nu. 6. & Marcus Ant. Genuen. d. c. 65. nu. 1. & poſt hæc gl. 6. à nu. 111. Rota deciſ. 48. p. 1. diuerſ. nu. 1. Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 18. nu. 23. & 59. Vgol. de offic. Epiſc. c. 50. §. 4. nu. 2. & nouiſſime Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 5. nu. 9.

*& 17. qui cum Gonçal.nu.116. ait quod de curatis tantum vacantibus per obitum in curia, siue per resignationē seu dimissionem, in manibus Papæ, solet dataria prouideri sine concursu præmisso solo examine super sufficientia, quod quotidie videmus.*

154 Et ita censuit Sacra Congregatio † his verbis, In beneficio curatis reseruatis Sedi Apostolicæ, & quibusuis alijs, etiam ex antiqua consuetudine ordinarij proponunt edicta concursus, & à Sede Apostolica prouisio fiat approbato ab examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, si habet fidem approbationis suæ ab Ordinario, & de hoc est Bulla Pij V. Et ita ait respondisse sacram Congregationem Anastasi. Germon. de indultis Cardinalium, §. quibusuis, numero 17. & Fla. Paris. supra numer. 103. & libro 10. quæstio. 7. numero duodecimo, & Gonç. supra num. 112.

155 Et ita est intelligendum, † quod ait Nauarrus in capite si quando, de rescript. in quæstuario, num. 15. omnes Ecclesias prochiales esse ab omni reseruatione exemptas, ex dict. capit. 18. intelligendum enim est ad effectum collationis, quæ ab ipso Papa facienda est iuxta dictum decretum, ibi Abeo a quem spectabit, & dictam constitutionem Pij Quinti, &c. & dictum est supra 1. par. cap. 1. n. 508. & minus benè locutum fuisse Nauarrum ibi, ait Gonçalez vbi proximè.

156 Quintò principaliter † dubitatur, an in beneficijs vacantibus per resignationem debeat fieri concursus. In quo videtur dicendum, quod sic, ex dict. capite decimooctauo: ibi, Vel resignationem, etiam in curia. Fuscus de visitatione, lib. 2. cap. 5. numero 3. *Vnde etiam in parochialibus resignatis in manibus legati debet fieri concursus ab ordinario, vt in sequenti declar. 78.*

157 Sed hoc procedit in resignatione † simplici, secus in resignatione in fauorem, in qua non requiritur examen per concursum, sed solum in forma dignum, nisi Romæ sit examinatus, & approbatus, vt pluries S. Congregatio Concilij respondit. Fla. Paris. de resignat. lib. 1. q. 7. num. 8. & latè lib. 10. q. 7. à nu. 13. vbi ponit declarationes S. Congregationis, Io. Gutierez canon. quæst. libro 2. cap. 11. num. 11. Zerola d. §. 2. dub. 5. & 6. Cechus d. num 6. M. Ant. Genuen. d. cap. 65. num. 1. & 2. & post hæc Gonçal. sup. à num. 121. & gloss. 14. num. 14. Prosper de Augustino sup. q. 3. & Lessius lib. 2. c. 34. num. 84. *Leo in thes. Eccles. c. 32. num. 27. & 32. Vgolin. d. c. 50. §. 3. nu. 2. & 3. & §. 18. num. 1. & 5. Piasec. d. p. 2. cap. 5. num. decimooctauo.*

158 Et ratio est, nam beneficia † resignata in fauorem non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferri possint, vt dicetur infra 11. p. c. 3. nu. 4. & 10. & cap. 4. num. 40.

159 Et confirmat † S. Congregatio, vt in declarationibus sequentibus, Cum Parochialis Ecclesiæ resignatio fit in manibus sanctissimi, quia tunc non dicitur vacare ante quam alteri acquiratur, nec in eo potest statim deputari vicarius, non est necessarium examen per concursum, & aptiorem esse eligendum per ordinarium, sed satis est resignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis simul cum ordinario probari idoneū. Alia. In parochialibus per resignationem in fauorem, quam appellant, concursus fieri non debet, cum proprie non dicantur vacare, prouisiones tamen istarum ordinarijs committuntur, qui examinatis, prouisis, siue resignatarijs, & idoneis repertis, in parochialis huiusmodi conferāt. Et † aliàs

160 sic censuit Congr. In cessione iurium in fauorem eius, qui prætendit habere ius, ne examen, nec expressio beneficiorum, aut valoris est necessaria, si vera lis fuerit. Et in vna Genuen. in prouisionibus à Sede Apostolica factis non est necessaria, nec de iure fieri debet examinatio, quæ fit per concursum, quia dum ex Papæ cōmissione, quis examinatus, & approbatus fuerit Romæ, debet haberi tanquam si fuisset examinatus, & approbatus per concursum.

161 Vnde etiam in beneficijs † resignatis ex causa permutationis, non est faciendum examen per concursum. Fla. Paris. lib. 8. q. 9. num. 95. Cechus d. nu. 6. Genuen. d. nu. 2. Prosper de Augustino q. 3. quicquid dicat Lessius sup. nu. 85. quando fit permutatio cum simplici, vel cum alia parochiali, vbi maior requiritur industria.

162 Sed difficultas est, an esto † non requiratur examen per cōcursum in prouisionibus faciendis de beneficijs resignatis ex causa permutationis, requiratur tamen nouum examen ipsorum compermutantium coram examinatoribus Synodalibus. In quo †

163 Cechus d. n. 6. ait, Quod si ambo sunt curata non requiritur nouum examen, at inferius c. de beneficiatis. circ. fi. ait, quod non est faciendum examen in beneficiorum permutatione si ambo sint curata & paria, secus de simplici ad curatum, vel inæquali, ex declaratione Congregatio. nu. 352. & in tract. de beneficijs, c. 10. nu. 2. vers. 14. ait, quod debent permutantes examinari circa scientiam, & inquiri de eorū ordine, moribus & ætate, & si Ecclesiæ sint parochiales ij denuo debent examinari coram Episcopo, vel eius vicario eo impedito, & tribus examinatoribus in Synodo constitutis, vt mos seruat.

164 Sed † Fla. Paris. li. 8. q. 9. n. 95. docet ex declaratione S. Congr. quod in prouisionibus faciēdis de beneficijs, ex causa permutationis, non sit necessarium nouum examen, potestque apponi clausula, ut non obstantiæ beneficiales, &c. & dummodo permutatio non sit fraudulenta, nec de simplici ad curatum, nec in valore sit magna inæqualitas, nec aliud simile, alias debet fieri examen. Quæ declaratio sic ha-

165 betur super dict. ca. 18. Sunt etiam † circa hoc aliæ declarationes S. Congregationis. Prima, si permutatio parochialis cum beneficio simplici coram Ordinario iure fieri potest, requiri nouum examen quoad parochialem, sed absque concursu. Secunda, in vacationibus etiam per permutationem nullum prorsus examen requiritur, cum propriè non dicantur uacare. Clementin. 1. de rerum permutatione, sit etiam esset magna inæqualitas numeri parochianorum, & quod alias isti permutantes non fuerint examinati, iterum examinabuntur ab ordinarijs, sed absque concursu. Tertia, in permutationibus, quæ fiunt de beneficio simplici, & curato, licet non sit necessarius concursus, examen tamen necessariū est. Quarta, in permutationibus ecclesiarum parochialiū non requiritur examen, si tamen adsit magna inæqualitas numeri parochianorum, uel permutantes non fuissent examinati eo tēpore, quo parochiales adepti sunt, tunc eos examinandos esse, sed absque concursu, & si fiat permutatio cum beneficio simplici erit necessarium examen, sed non per concursum.

Quinta,

Quinta, præſuppoſito, quod alicubi à tempore, cuius initij non eſt memoria, parochi Eccleſiarum Eccleſias parochiales pro tempore vacantes optare conſueuerunt, reſpondit Congregatio, non eſſe ſublatam per Concilium huiuſmodi conſuetudinem, & in illis parochialibus, quæ optantur, non eſſe neceſſarium examen per concurſum, vt in decreto de permutationibus, quia omnes ſunt examinati per concurſum cum vltimis, & qui de nouo admittitur per concurſum erit examinandus. Et *iſta clarius habentur in ſequentib. declarationibus* 56. & 57. Et in Concilio prouinciali Mediolanen. 5. par. 3. tit. quæ ad beneficiorum collationem attinent, ſic ſtatuitur: In Eccleſiarum curatarum permutatione coram ordinario faciẽda, ne locum habeat, quod primo prouinciali Concilio decretum eſt proponendo edicto examinis cauſa in vacatione Eccleſiarum parochialium, ſi tamen vel parochialium, hominum multitudo valde inaqualis eſt, vel qui permutant, quo tempore parochiales illas Eccleſias adepti ſunt, examen præſcriptum non ſubierunt, fiat tunc de illis experimentum examinis, ſed abſque concurſu, idem examen ſine concurſu adhibeatur de eo, qui beneficium ſimplex commutat cum alio, quod curam animarum habeat, ſi quando eiuſmodi permutatio coram ordinario fieri iure poteſt. *Et ita cum S. Congregat. tradit Leo d. capitul. 18. num. 62. & Vgolinus dict. cap. 50. §. 3. num. 3. verſic. 7. & §. 20. num. 3. Aduerte autem, quod cum in permutatione parochialium examen requiritur, licèt ſine concurſu faciendum eſt cum tribus ſaltem examinatoribus ſynodalibus, vt inquit Cebus ſupra relatus num. 163. & ſentit S. Congregatio & dict. Concilium Mediolan. & clarius Leo 161. ſicut in parochialibus iuriſpatr. laicorum dicetur infra 255.*

166 Expedire tamen, quando † aliqui vellent facere huiuſmodi permutationes, in quibus requiritur examen ad curatum, quod ante renuntiationem fieret examen ad illud, vt fieri recte poteſt, ne forte poſtea inueniatur non idoneus, &c.

167 In permutationibus tamen, † quæ fiunt coram Papa, ſemper committitur ordinario in forma dignum, niſi mittatur approbatio ordinarij cum examinatorib. Synodalibus ad parochiales, quæ permutantur, aut ad parochiales in communi, aut niſi permutantes ſint Romæ examinati, &c. *Sed & cum approbatione ad quamlibet parochialem expenduntur in forma gratioſa, & ſine commiſſione examinis permutationes, & reſeruationes in fauorem, & aliæ prouiſiones Papæ, vt vidi tempore S. D. N. Pauli V.*

168 Et circa parochiales † obtentas ex regreſſu Congregatio ſic cenſuit, Qui parochialem obtinuit poſt Concilium, ex regreſſu vero ante Concilium acquiſito, non eſt examinandus. Alia. In parochialibus, quas quis acquirit per regreſſum, non eſt neceſſarium examen, quod intelligendum ſi eam poſſederit, ſecus ſi eam nunquam poſſederit.

169 Sexto principaliter † dubitatur, an parochialibus litigioſis vacantibus habeat locum concurſus non obſtante lite. In quo videbatur dicẽdum, quod non ex c. 1. & 2. vt lite pendente in 6. & clem. 1. eodem tit. & Gonçalez d. gl. 6. nu. 142.

170 Nihilominus tamen † contrarium cenſuit Sancta Congregatio, 23. Iunij 1594. his verbis: Congregatio Concilij cenſuit decretum Concilij Trident. c. 18. ſeſſ. 24. de reform. vbi de concurſu faciendo in per parochialib. agitur, habere locum, etiam quod parochiales litigioſæ ſint, quando in illis S. Pontifex voluerit collitigãtem ſubrogare, verum ius demortui in alium transferre, niſi cõſtet ſanctitatem ſuam voluiſſe dict. decreto Concilij derogare. Hieronymus Card. Mattheus. Quæ † declaratio poteſt fundari d. c. 18. ibi, Non obſtantibus huic decreto, &c. Pondero illa verba, Et alijs impedimentis quibuſcunque. *Accedit alia declaratio infrà relata nu. 259.*

172 Exiſtimo tamen, quod electio † & iudicato magis idoneo in concurſo ab Epiſcopo ad parochialem litigioſam non poſſet fieri interim collatio de ea ab Epiſcopo, ſeu alio inferiori ad quẽ aliàs collatio illius ſpectaret, ex dict. cap. 1. & 2. & Clementin.

173 1. vt lite pendente. Sed † vel erit recurrendum ad Papam vel expectandus finis litis, iuxta dicta ſupra, 3. par. c. 1. à nu. 133. nam licet intra quatuor menſes non recurratur *ad Papam pro ſubrogatione, & iure defuncti*, nec fiat illi ſignificatio, ſed expectetur finis litis, vt ab ordinario tunc fiat collatio, non intrabit deuolutio, ſeu reſeruatio ex dict. conſtitutione Pij V. ex quo parochialis non erat Papæ reſeruata propter litem, quæ non inducit reſeruationem, vt dictum eſt ſup. d. cap. 1.

174 Et talis † electus ſi petierit, erit ad defenſionẽ litis in ſtatu in quo eſt admittendus pro ſuo intereſſe, iuxta dict. cap. 2. verſ. ſane. & ibi gloſſa & Doctores.

175 Septimo principaliter † dubitatur, an in beneficijs, quorũ cura per plures adminiſtratur, & exercetur ſit faciendus cõcurſus, ex d. c. 18. In quo reſpondendum videtur, quod quamuis aliàs beneficia iſta non dicantur curata, ex conſilio Oldradi 67. quod ſequuntur Felin. in cap. noſtra. de reſcript. Corollario 10. & Staphil. de literis gratiæ. titul. de qualitate & ſtatu beneficij, §. circa ſecundum. de qualitate beneficiorum quæ ſunt curata. nu. 11. Prob. ad Mona. in cap. ſuper eo. de præbe. in 6. nu. 20. Rebuff. in praxi, tit. de non promotis. à nu. 63. Sarnen. in reg. de idiomate. quæſt. 11. Hoieda de incomp. benef. c. 13. num. 7. Quintana duen. Eccleſiaſticon, lib 4. nu. 69. & Rota deciſ. 52. à num. 17. par. 2. diuerſorum. &

176 Gonçalez gl. 6. à nu. 42. Tamen † ad effectum concurſus cenſentur curata ex decreto Concilij d. cap. 18. ibi (Etiamſi cura Eccleſiæ vel Epiſcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures adminiſtretur, etiam in Eccleſij patrimonialibus, ſeu receptiuis, in quibus conſueuit Epiſcopus vni, vel pluribus curã animarum dare, quos omnes ad infra ſcriptum examen teneri mandat, &c. Quæ verba ſunt expreſſa, & ita in terminis tenuit Rota in vna Gerunden. Sacriſtiæ, 26. Maij, 1567. coram D. Cotta, quæ habetur p. 1. diuerſorum deciſ. 48. in qua obtinentes tale beneficium exercebant curam alterius hebdomadis, &

177 Gonçal. ſup. num. 114. Et † aliàs per S. Congregationem, Collatio manſionariorum curatorum facta ſine examine concurſus nulla eſt iudicata, etiam quod conſuetudo eſſet, quod conferrentur ſimpliciter. Vt in declarationibus ſuper dict. cap. 18. In

178 † quibus tamen ſtatim dicitur, ſciendum tamen eſt, quod poſtea fuit à ſanctiſſimo domino noſtro deciſum in huiuſmodi manſionarijs concurſum non eſſe neceſſarium.

179 Et † Flam. Pariſ. dict. lib. 8. quæſt. 9. num. 93. ait, dictum decretum nõ procedere in cura animarum, quæ in eccleſia collegiata exerçetur per canonicus,

vel

vel hebdomadarios, aut alios clericos, namque in vacatione cuiuslibet canonicatus hebdomadariæ, aut clericatus non requiritur concurſus, & quod ita cenſuit S. Congregatio Concilij in vna Neapolitanâ hebdomadariæ S. Ioannis Maioris 15. Calendas Auguſti 1569. per dictum conſilium Oldradi 67. &c. Quamuis in puncto iuris contrarium dicit alias
180 defendiſſe ex pluribus. Et † eſt alia declaratio ſuper dict. capit. 18. ibi; Vni vel pluribus, &c. quæ ſic ait, Sed non intelligitur de canonicis cathedralis, & collegiatæ Eccleſiæ, quibus cura animarum incũbit, & per quos ipſa cura animarum exercetur. Tradit etiam Marcus Anton. Genuen. d. capit. 65. num. 2. & poſthæc Gonçalez ſupr. num. 158. *Et Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5. nu. 18. quamuis addutio ſumm. Bullar. verb. beneficiorum parochialium collatio. q. 3. & nouiſſimè Vgol. de offic. Epiſc. cap. 50. §. 3. ad finem cum Rot. d. deciſ. 48. p. 1. diuerſ. in d. Gerund. Sacriſtiæ id intelligunt, vbi promiſcuè & indifferentè cura per plures exercetur & adminiſtratur, nec Eccleſiæ vel Epiſcopo incumbit ex conſil. Oldr. ſecus vbi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbit & per plures exercetur propriè & diſtrictè, veluti ſingulis hebdomadis, ex dict. decret. Concil. quod ita intelligi dicunt. Quæ intelligentia & conciliatio nihil valet; nam dictæ declarationes generaliter & indiſtinctè loquuntur; & dicta declar. Neap. loquitur de hebdomadaria, & ſic vbi cura exercetur per plures diſcretè alternis hebdomadis. Rationes conſilij Oldr. procedunt etiam, vbi cura exercetur per plures diſcretè, & ſemper cura vel Eccleſiæ vel Epiſcopo incumbit neceſſario, vbi non adeſt vnus rector, vt in eodem conſilio; nec Concilium facit talem diſtinctionem.*

181 Vnde d. decretum † Concilij de concurſu faciẽdo non videtur receptum, ſeu intellectum, ex authoritate Papę, & S. Congregationis Concilij quoad beneficia, quorum cura per plures adminiſtratur, maximè in Eccleſia cathedrali, vel collegiata. Et eſt alia declaratio ſuper d. c. 18. quæ ait; Quod ſanctiſſimus ſtatuit in dignitatibus & manſionarijs ſeu hebdomadarijs habentibus curam animarum in Eccleſijs cathedralibus, vel collegiatis, non eſſe neceſſarium examen per concurſum, quia Concilium non fecit expreſſam mentionem dignitatum, & ex cap. ſtatutum. de election. in 6. In manſionarijs autem & hebdomadarijs, ex conſ. Oldrad. 67. & Anchar. 56. quamuis Concilium videatur ea tollere, in parochialibus autem, quæ non ſunt in cathedralibus nec collegiatis, in quibus adſunt tres, vel quatuor exercentes curam animarum alternis vicibus, nihil deciſum, licet Congregatio ſenſerit abſque dubio faciendum examen per concurſum, iuxta dictam deciſionem Rotæ Gerunden. Sacriſtiæ *Vnde in hac re concludendum exiſtimo, quod in beneficijs Eccleſiæ cathedralis vel collegiatæ, in quibus cura exercetur per plures, ſiue promiſcuè, ſiue alternatiuè, non requiritur concurſus; quod videtur certum ex dictis declarationibus S. Congreg. maximè vbi ſunt ad nutum amobilia, vt in hac Eccleſia Abulen. in qua cura exercetur per duos capellanos maiores ad prouiſionem Epiſcopi, & capituli capitulantium, & ad eorum nutum amobiles, vt habetur in bulla Apoſtolica, in quibus id multò facilius procedit, vt non requiratur concurſus, nec in eis dici poteſt loqui Concilium, cum non ſint perpetua. In beneficijs verò Eccleſiæ parochialis, non collegiatæ, in quibus cura exercetur per plures, alternatiuè vel promiſcuè, abſque alia particulari deputatione, ſeu commiſſione, requiritur concurſus, ex d. decreto Concilij, quod in his loqui videtur, & non de Eccleſia collegiata. Et ita rectè ait Gonçalez ſupra numero 159 licet ſub verbo, forſan, quod ad Concilium poteſt reſponderi, quod non loquitur de Eccleſia collegiata, ſed de alia Eccleſia, quæ collegiata non ſit. Pro qua interpretatione faciunt verba Concilij, ibi; Vt cum parochialis Eccleſiæ vacatio, &c. Ex quibus apparet, Concilium loqui de parochiali Eccleſia, qualis abſolutè dici non poteſt collegiata; & conſtitutio loquens ſimpliciter de Eccleſia parochiali, non extenditur ad collegiatam, dict. cap. ſtatutũ de elect. in 6. & ibi Doctores. Quamuis quod ibi addit Gonçalez & numero 160. quod etiam idem Concilium dũ loquitur de cura incumbente Epiſcopo, videtur intelligendum in caſu, quo parochialis eſſet diſtincta & diuiſa, ſecus autem ſi limites certos non haberet, quia deficit vnum requiſitum parochialis, & quod ſic in iſto caſu examen non debeat fieri, falſum mihi videtur, licet ea non ſit parochialis in vigore ob defectum parochiæ & territorij diſtincti & limitati: tamen eſt eccleſia curata, ſi habeat populum & ſubditos, vt per Doctores citatos ſupra 1. part. cap. vltim. numero quarto, Quod ſufficit, vt requiratur concurſus, & ad eius effectum poteſt dici parochialis: aliàs enim ad eccleſiam curatam non habentem territorium diſtinctum, etiamſi cura epiſcopo non incumberet, ſed proprio rectori, non eſſet faciendus concurſus: quod tamen dici non poteſt, & ita plane eſt de mente Concilij, & practicatur particulariter in hoc epiſcopatu Abulenſi, in quo in ciuitate & in oppidis de Arevalo, & Olmedo, & Madrigal, & in oppido de Oropeſa, & eius diſtrictu, non ſunt parochiæ diſtinctæ, tamen earum beneficia curata ſemper prouidentur per concurſum, & communiter dicuntur eccleſiæ parochiales, &c. et. In beneficijs autem eccleſiæ parochialis, in quibus cura exercetur per vnum vel plures beneficiatos, quibus epiſcopus eam committit ad annum, vel aliud tempus, vt in diœceſi Calagurrit. & alijs, Goncalez dict. gloſſ. 6. a numero 65. non requiritur concurſus, cum talibus beneficijs non inhæreat per ſe cura animarum, vel exercitium eius. Nec obſtat Concilium dict. cap. 18. ibi, In quibus conſulis epiſcopis vni, vel pluribus curam animarum dare, &c. quia intelliguntur iſta verba de illis, quibus per epiſcopum data eſt cura animarum, perpetuo annectendo eam ipſis beneficijs, ita vt ipſa beneficia vacent, ſeu prouideantur cum iſto onere, & cura annexa, ad quod facit dic. conſ. Oldrad. & dict. deciſ. Rot. 48. & iſta interpretatio confirmatur & comprobatur, nam Concilium ibi agit de examine per concurſum faciendo ad prouiſionem beneficiorum vacantium, & ſic dum ad illud teneri vult illos, cura animarum per epiſcopum data eſt eccleſijs patrimonialibus ſeu receptiuis, neceſſario intelligendum eſt de beneficijs tempore vacationis, ſeu penſionibus, habentibus curam animarum annexam: ſi enim tunc illam non haberent, non verificarentur in eis verba Concilij de cura data ab epiſcopo.*

182 Poterit tamen Epiſcopus Canonicos, ſeu capellanos ad exercendam curam animarum deputatos à capitulo, vel alijs ad id authoritatem habentibus examinare, neque eis permittere abſque eius approbatione curam exercere, licet ab immemoriali tempore per eos exerceatur cura abſque examine, & approbatione Epiſcopi, Gonçalez d. gloſſ. 6. num. 160. vt cenſuit S. Congregatio Concilij in declarationibus ſequentibus, Licet Epiſcopis, capellanos, ſeu adiutores ad exercendum curam animarum deputatos à capitulo, ſiue à quocunque ad id authoritatem habente examinare, nec permittere illis abſq;

eius

eius approbatione curam exercere, nec Sacramenta administrare. Secunda etiam in Eccleſijs cathedralibus vel collegiatis, in quibus exercetur cura animarum per capellanos amobiles ad nutum capitulorũ, aut per ſe ipſosmet canonicos abſque examine ab immemoriali tempore hoc non obſtante, omnes tenẽtur ſubijcere ſe examini Epiſcoporum. Tertia, an iuriſdictione, & quaſi poſſeſſione immemoriali tẽpore præſcripta à capitulo exercendi curam in ciuitate, & deputandi ad id capellanos adiutores, ad nutũ amobiles poſſint ſe tueri poſt Concilium, quod non licèt Epiſcopo eos examinare, & approbare. Congregat. cenſuit ordinario licere.

183 Prot quo etiam facit declaratio S. Congregatio☞nis in vna Calagurritana, his verbis: Congregatio Concilij cenſuit ad beneficia in Eccleſijs patrimonialibus, ſiue receptiuis numeratis, & non numeratis, neminem admittendum eſſe, niſi prævio examine, & approbatione Epiſcopi, & cum illis, quibus in prædictis Eccleſijs per Epiſcopum cura animarum demandata eſt, ſeruandum eſſe decretum Concil.
184 ſeſſione 24. cap. 18. Quæ † in 2. part. intelligenda uidetur de examine & approbatione ad exercẽdam curam, non tamen per concurſum aut cum examinatoribus Synodalibus, vel de illis beneficijs, quib. in perpetuum cura animarum demandata eſt, vt per vnum ſolum adminiſtretur, *aut etiam per plures, cum loquatur de Eccleſijs parochialibus, non collegiatis, iuxta ſupra dicta num.* 181.

185 Et ſic etiam poteſt † intelligi declaratio 3. ſupra adducta. 2. p. c. 2. ſub num. 167. ibi; Eodemque iure examinandi, &c. iuxta aliam declarationem infra adductam, nu. 103.

Quamuis Nauarr. conſ. 8. de priuilegijs, nu. 9. to-
186 uerit, quod † ſi canonici capellani eo ipſo, quod ſiunt canonici, & capellani à Capitulo, vel alio, habent annexam facultatem exercendi curam, non poteſt Epiſcopus illos examinare, ſi vero requiritur alia deputatio ad curam exercendam, poterit Epiſcopus eos examinare, & prohibere, ne antea exerceant illam.

187 Sed † additio ibi ait, quod Congregatio, vt refertur, abſolutè cenſuit Epiſcopum poſſe examinare dictos capellanos, canonicos, & dignitates volẽtes curam exercere, & eiſdem inhibere, ne curam exerceant, vel ſacramenta miniſtrent, abſque ſua probatione.

188 Quando tandem Epiſcopus † eis non inhibuerit, ne aliàs curam exerceant, poterũt eam exercere abſque examine, & approbatione Epiſcopi, quando nõ requiritur deputatio, aliàs ſecus ex Concilio, capit. 15. ſeſſione 23. de refor.

189 Sed ſi cura † animarum pertineret ad vnum canonicum ratione ſui canonicatus, cui eſt annexa, tunc in prouiſione talis canonicatus eſſet faciendus concurſus, ex d. c. 18. vt cenſuit ſacra Congregatio☞in vna Segouien. his verbis; Quando cura animarũ pertinet ad canonicum, & præſentationem Capituli, ad quod collatio huiuſmodi canonicatus ſpectat, Epiſcopus debet ponere examen cõcurſus, & ſi hoc examen ab alio fieret, collatio eſt nulla.

190 Vnde ſi cura animarum † toti Capitulo incumbens transfertur in certam dignitatem, ſeu canonicum Eccleſiæ, prout fieri poſſe per Epiſcopum de conſenſu Capituli cenſuit congregatio, his verbis;

An poſſit Epiſcopus curam animarum toti Capitulo cathedralis Eccleſiæ incumbentem transferre per☞viam vnionis perpetuæ in certam perſonam ſeu dignitatem eiuſdem Eccleſiæ, Congregatio reſpondit poſſe de conſenſu Capituli, ſi in prouiſione talis dignitatis, ſeu canonicatus eſſet faciendus concurſus.

191 Et etiam videtur † faciendus concurſus in prouiſione beneficij ſimplicis, alicuius Eccleſiæ, parochialis habentis de per ſe adminiſtrationem, & exercitium curæ, in aliquo loco dictæ parochialis. *Et ita practicari vidi in hoc Epiſcopatu Abulenſi in aliquibus beneficijs huiuſmodi; ſecus tamen in beneficijs vel capellania habente onus adiuuãdi rectorem in adminiſtratione curæ ipſius eccleſiæ, in quibus non requiritur concurſus, ſed ſolum approbatio epiſcopi, vt in declaratione infra adducta num.* 303.

192 Octauũ principaliter † dubitatur, an in prouiſione dignitatum habentium vnitam parochialem, faciendus ſit concurſus. In quo reſpondetur negatiue cum vnio perpetuo & acceſſoriè facta eſt, ex dictis
193 infra vltima part. c. ſecundo à num. 12. Et † ita de☞clarauit S. Congregatio, his verbis: Exemen concurſus non eſt neceſſarium in dignitate, quæ parochialem perpetuo & acceſſorie vniram habet. Refert Anaſtaſius Germ. de indultis Cardin. §. quibuſuis, nu. 7. & 8. & Epiſcopo Conchenſi, & Nuntio Hiſpaniæ, ſic reſpondit 22. Iunij 1575. S. D. noſter, ex☞ſententia Congregationis Concilij declarauit examen, quod ex decreto Concilij, ſeſſione 24. c. 18. faciendum eſt per concurſum in collatione parochialium, non debere fieri in prouiſione dignitatis Abbatiæ, tametſi vnita ſit ei parochialis Eccleſia, dum modo hæc vnio authoritate Sedis Apoſtolicę, ac perpetuo & acceſſoriè facta ſit, & tradit Gonçalez gl. 5. §. 7. nu. 13. & gl. 6. nu. 162. Proſper de Auguſtino ſupra q. 3. Leſſius d. capitulo 34. nu. 82. Vgolin. de offi. Epiſc. cap. 50. §. 3. num. 3. verſ. 5. & 9. Piaſcc. in praxi Epiſc. p. 2. c. 5. nu. 18.

194 Vnde colligitur, quod † ſi parochialis eſſet vnita dignitati, æquè principaliter faciendus eſſet concurſus ratione parochialis, ex dictis dicto capitulo a. à num. 37.

195 Sed an in † dignitatibus habentibus curam animarum in Eccleſijs collegiatis faciendus ſit concurſus, dicendum eſt, quod non ex cap. ſtatutum. de elect. in 6. & declarauit Sacra Congregationis ver☞bis. Congregatio cenſuit in dignitatibus habẽtibus curam animarum in Eccleſijs collegiatis, non eſſe neceſſarium examen per concurſum, quale requiritur in parochialibus Eccleſijs, per hoc c. decimum
196 octauum. Et † Cechus d. c. 28. de paroch. n. 6. ait, quod ſi eccleſia ſit collegiata, Papa eam conferet ſine concurſu, ex declaratione S. Congregationis, & vide declarationem ſup. adductam nu. 181. *& aliam ſupra adductam n. 156. ad 3. & 26. Ian. 1601. Congregatio Concilij cenſuit beneficia curam animarum habentia, quæ vere ſunt dignitates, non ſubiacere concurſui.*

197 Nonò principaliter dubitatur, an † in beneficijs regularibus curatis, faciendus ſit concurſus. In quo reſpondetur negatiuè, nam de his non loquitur Cõcilium d. c. 18. & ita cenſuit S. Congregatio, his verbis: Hoc decretum de concurſu non habet locum in beneficijs regularibus, quæ regularibus conferri cõſueuerunt, & approbatur, & confirmatur per Breue Sixti V. poſitum per Manuelem Rodr. collect.

priui-

priuileg.reg.bulla, 22. Sixti Quinti pagin.1173. & post hæc tenet Gonçalez adducens prædictam declarationem, glossa 6.num.162. *Vgolin.dict.cap.*50.§.3. *vers.4. Piasec.d.c.*5.2.*par.num.*18. Rota in vna Ferrarien. parochialis, 8. Nouembris 1596. coram Do-
198 mino Corduba, in qua † fuit resolutum, Dandum esse mandatum de manutenendo Abbati Sancti Georgij, & in quasi possessione conferendi clericis sæcularibus, aut regularibus, quia apparet de pluribus deputationibus secularium, & etiam de pluribus deputationibus regularium: tum etiam, quia per sententiam Cardinal. Iordan Latamanno, 1537. constabat de facultate Abbatis deputandi in dicta Ecclesia monachos, siue clericus sæculares, & per vsum facultatis status non mutatur nec inducitur necessitas ita faciendi in futurum. Ripa in capite cum Ecclesia de causis possessionis, numer.4. & collationes Papales non mutant statum, nec possessionem inferioris collatoris, Achilles decisione 13. de iure patronatus. Rota diuersorum decision.545. parte 1. Aegid. decisione 107. & etiam dandam esse manutentionem Michaeli Angelo prouiso ab Abbate, de cuius possessione constat ex præcepto, sibi facto ad instantiam Horatij per iudicem suarum litterarum de dimittendo possessionem liberam, & sic præsupponit, & fatetur illum possessorem, Rota decis.62. & decis.681. & 802. part.1. diuersorum, nec impedire decretum Concilij sessione 24.cap.18. disponens, quod beneficia curata sæcularia non cõferantur sine examine per concursum, quia non habet locum in beneficijs regularibus, quę regularibus conferri consueuerunt, licet secus dicendum sit si secularibus conferantur, ac ideo non impedit manutentionem interim, dum constat beneficium, de quo agitur esse regulare, &c. Et in vna Fauen. beneficij R.concl.1.

199 Quod videtur † procedere, etiamsi sint solita commendari secularibus, vt in sequenti declaratione sacræ Congregationis, die 26. Iulij 1590. Congregatio censuit in prioratibus regularibus habẽtibus curam animarum solitis commendari secularibus, non requiri concursum, *& alias sic ait* 50.

200 Decimo. Principaliter † dubitatur, an qui se opponit post terminum edicti petens admitti ad examen, & concursum præsertim nondum factum, possit, & debeat admitti cum descriptis. In quo breuiter videtur respondendum negatiuè, quia fieret iniuria descriptis, qui ex dicti oppositione cum certo termino ius habẽt, ne alij admittantur, ad tradita per Molinam de Hispanorum primogen. lib.2. cap. 5.num.57. Nauarr. in manu. cap.17. numero 74. & Ioan. Gutierez consil.44.num.9. & canonic.quæst. lib.2. cap.11.num.55. & lib.3.pract.q.42. à nu.45.

201 Et idem videtur † dicendum, vbi non apponeretur edictum, sed examinandi nominati essent coram examinatoribus intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum, iuxta formam Concilij. nam transacto dict. tempore, ij etiam ex eodem Concilio videntur habere ius, ne alij admittantur.

202 Et † ita censuit S. Congregatio super dict. cap. 8. his verbis: Alius non descriptus petens admitti ad examen iam peractum, sed beneficij nondum facta collatione, non est audiendus, nec si nõ est factũ examen, sed terminus tantum lapsus, non est admittendus cum descriptis. refert & sequitur Genuen. *in praxi cap.66. in annot.nu.17. ad fin. & Leo thes.for. Eccles.c.*18. *num.*30. Vnde consuetudo contraria videtur esse contra ius & rationem.

203 Hoc tamen † videtur limitandum, nisi in ipso edicto diceretur, quod etiam post eius terminum admitteretur, qui vellet examinari, tunc enim cessat prædicta ratio, aut si decreto Concilij prouincialis iubentis apponi edictum id caueretur, tunc enim perinde est, ac si edictum cum illa conditione poneretur, vt in dicto Concilio prouinciali Toletano cauetur, actione 2. decreto 24. vbi dicitur, quod qui post diem edicto præfinitum ante renunciationem ab examinatoribus Episcopo faciendam venerint, æquo cum alijs iuer examinari possint vt &c. examinatores, & Episcopi, vel eorum Vicarij generales, seruata Synodi Tridentinæ forma eorum rationem habeant, & parochialium regimini salubrium consulatur.

204 Et dicto Concilio prouinciali † Compostellano censent aliqui cautum esse, vt qui post terminum edicti, antequam examen sit absolutum comparuerint admittantur, vt in actione 2.decreto 3.

205 Sed falluntur, nam ibi solum † dicitur, quod tẽpore edicti, si qui ab Episcopo nominati fuerint, & antequam examen eorum qui prius comparuerint, sit absolutum, venerit ab subeundum examen, admittantur, vnde Concilium ibi non dicit absolutè, quod qui post terminum edicti se opposuerint, seu comparuerint admittantur, sed quod nominati ab Episcopo in termino edicti, si venerint antequã examen oppositorum sit absolutum, admittantur: amplexum est enim dictum Concilium prouinciale & modum edicti, & modum nominationis faciendæ ab Episcopo, de qua Tridentinum dicto capite decimooctauo. *Qui tamen modus nominationis vsitatus multis in locis non videtur, vt monuit Vgolin.de offic. Episc.cap.*50.§.4. *num.*3. *& certè in Hispania eum non videmus in vsu.*

206 Nihilominus † tamen tenendum est absolutè opponentem se post terminum edicti re integra, id est, ante peractum examen posse, & debere admitti, vt verius seu postea censuit S. Congregatio, vt in sequenti declaratione, manu Illustrissimi Cardinalis Matthæi subscripta, eiusque sigillo munita, An occurrente vacatione beneficij in concursu prouidendi, ad quod intra terminum in edicto præfixũ, plures sint oppositi, si dicto termino elapso alter superueniat, re integra debeat admitti. Congregatio Concilij censuit re integra esse vtique admittendũ. Hieronymus Cardinalis Matthæus. Quæ declaratio fuit adducta in vna Calagurritana dimidij, seu portionis, 22. April. 1602. coram D. Ortembergo, & iuxta eam fuit per Rotam resolutum. Nempe quod prouisor potuit admittere ad concursum veniente elapso termino ab eo præfixo, licet contradicat aduersarius, qui compãruit in termino, propter authoritatem Congregationis Concilij, quæ in simili casu respondit, si termino elapso alter superueniat cum re integra esse admittendum. Idque æquitas & fauor Ecclesiæ suadere videtur, cuius interest plures oppositores concurrere, & hanc opinionem domini, tanquam receptiorem, & de iure veriorem laudarunt. argum.l.etsi post tres.ff.si quis cautionibus. cap.consuluit. & ibi verb.gratiam. & Fel.num.1.de

offic. delega. l. 1. C. quomodo & quando iudex. leg. cum dies. §. ſi quis ex arbitratoribus. ff. de arbitris. nec enim in electionibus & prouiſionibus, ſicut in iudicis circumducitur edictum. c. Eccleſia. 2. & ibi gloſſ. 1. & 2. de elect. Innoc. in d. c. conſuluit, num. 3. Hoſtien. 5. Butrius 27. & fuit deciſum in vna Firmana parochialis 6. Mar. 1592. coram Illuſtriſſimo Pamphilio: in qua non ſolum agebatur de poteſtate, verum etiam de neceſſitate admiſſionis. Non obſtat conſ. Oldradi 3. quia ibi agitur de accuſatione, & oppoſitione criminum, & obiectuum, quæ ſtatũ hominis reſpiciunt, ideoque lapſus temporis à iudice præfixi omnibus viam claudit, vt amplius audiri non debeant. Aliud eſt, ſi quis ius ſuum, vel ſibi debitum proſequatur, aliud etiam reſpectu ſuperioris, vt ad deliberationem & expeditionem per propoſita extra tempus viam aperiat. Old. ibi, n. 6. & 12. &c. Et fuit etiam dictum in vna Valen. beneficij de obtinente 27. Iunij 1607. coram D. Penna, & ita tenent Gonçalez gl. 9. §. 1. à n. 115. refert d. declarationem S. Congregationis, & deciſionem Calagurritanam, & in annotationibus ſub num. 183. ait, quod ſi is nõ admitteretur, poſſet à tali denegatione appellare. Et ex dictis tollitur ratio contraria de iure oppoſitorũ, nam cum principaliter agatur de re & vtilitate Eccleſiæ, ea attendenda eſt, & terminus non præfigitur vt poſtea alij nequeant admitti, ſed vt ſciatur non eſſe amplius expectandum, &c.

207 Vndecimo, Principaliter † dubitatur, an ad cõcurſum poſſit admitti habens aliud beneficium curatum, in quo reſpondetur affirmatiue ex traditis per Roch. de iure patron. verb. honorificum. nu. 18. Lambert. 1. p. 2. lib. q. 7. ar. 5. Hier. Gabr. conſ. 193. n. 7. lib. 1. & dictis infra 11. p. c. 5. n. 297.

208 Et ita cenſuit S. Congregatio, his verbis: Epiſcopus poteſt occurrente vacatione beneficij curati vocare, & admittere ad concurſum habentem aliud beneficium curatum, ſed non poteſt ſine concurſu, licet obtinuerit ille beneficium, quod poſſidet per concurſum, & poſtquam vacauerit adepta pacifica poſſeſſione alterius beneficij curati, poterit Epiſcopus ponere edicta per concurſum.

209 Vnde cum habens † beneficium curatum, non habeat de iure vllum impedimentum, quo minus poſſit admitti ad concurſum alterius, non erit in poteſtate Epiſcopi, illum non admittere. Genuen. in praxi cap. 26. in annot. num. 17. nec videtur valere conſtitutio Synodi diœceſanæ, vel prouinciatis, qua ſtatuatur, ne habens beneficium curatum admittatur ad concurſum alterius intra certum tempus, v. g. intra tres vel quatuor annos *conducit ad hoc, quod omnes debent admitti ad concurſum. & peccat Epiſcopus nolens admittere ad examen volentes concurrere, vt cum Bellug. in ſpec. in princip. Rub. 11. §. præſtan. num. 4. docet Genuen. in man. paſt. c. 39. nu. 5. id credens verum, niſi aliqui ſint notoriè inhabiles; nam tales neque deſcribendi ſunt, inquit in concurſu, circa quod eſt declar. S. Congreg. quæ ſic ait 55. &c.*

210 Duodecimo, Principaliter † dubitatur, an Epiſcopus poſſit admittere ad concurſum parochialiũ in ſuis manibus reſignatarum conſanguineos, vel affines, aut familiares ſuos, vel reſignantium ſtante conſtitutione Pij V. 58. de qua infra 11. p. capit. 3. à numero 267.

211 In quo reſpondetur † ſtante dicta conſtitutione non poſſe, & ita S. Congregatio Cõcilij cenſuit, his verbis, Epiſcopus nõ poteſt admittere in parochialibus in ſuis manibus reſignatis conſanguineos, vel familiares, tam ſuos, quam reſignantium, ex Bulla Pij V. anno eius 3. Kalendis Aprij. ita S. Dominus noſter Gregorius XIII. ex ſententia Congregationis declarauit, & ideo admonendum Epiſcopum, ne huiuſmodi conſanguineos vel familiares admittat ad concurſum tradit Leo d. c. 13. nu. 69.

212 Quod tamen † non procedit in vacatione per obitum, vel aliàs, vt fuit reſolutum in vna ciuitatis Caſtelli Parochialis 16. Iunij 1589. coram Domino Orano, & in vna Fanen. parochialis 28. Iunij 1596. coram Domino Corduba, vt in ſequenti deciſione.

213 Contra † electionem factam per Reuerendiſſimũ Epiſcopum Faen. de perſona Petri Pauli Eliſei, qui per tres aut quatuor examinatores Synodales, qui interfuerant examini, fuit iudicatus idoneior ad parochialem, de qua agitur, cauſa coram me pendente multa apponebantur per Aſcan. Faurelium appellantem à dicta electione. Prima, quod examinatores non iuraueranr, iuxta formam Concilij, ſed hæc obiectio Dominis non placuit, cum conſtet de iuramento ex atteſtatione notarij, & per literas teſtimoniales ipſorum examinatorum, qui dicunt ante examen ſe præſtitiſſe illud in manibus notarij. Minus placuit ſecundum obiectum, quod fuerit approbatus familiaris Reuerendiſſimi Epiſcopi, quia licèt in vacatione per reſignationem poſſet hoc procedere, non tamen habet locum in vacatione per obitum, quo caſu familiaris Epiſcopi admittitur ad concurſum, & ita fuit intellecta quædam reſolutio Congregationis Concilij, quæ indiſtinctè loquitur, ne familiares Epiſcopi admittantur ad concurſum, illam enim in quadam cauſa ciuitatis Caſtelli parochialis 16. Iunij 1589. coram R. Padre Domino Orano, Domini intellexerunt in vocatione per reſignationem non per obitum, ex mente bonæ memoriæ Cardin. Carrafæ, qui de hac re alloquutus eſt Pontificem illius temporis, Tertium aliud, quod Aſcan. eſſet doctor, ac magis qualificatus, & non habens beneficium, domini reiecerunt, quia concurrunt etiam plures qualitates in Eliſeo, quæ ſufficiunt ad defectum, vt iudicium Epiſcopi non poſſit dici irrationabile, vt Bulla requirit ad hoc, vt ſit locus appellationi, & ſæpius Rota reſoluit. Quartum oppoſitum de indulto cõferendi beneficia originarijs fuit etiam reiectum, quia vſu non fuerit receptum, & adſunt plures prouiſiones factæ clericis extraneis. Fuit etiam oppoſitum, quod in dicto concurſu interuenerunt examinatores, qui non ſunt Synodales, quo caſu electio & collatio ſunt nulla, vt ex reſolutione Congregationis Concilij fuit deciſum in cauſa Toletana Parochialis coram Illuſtriſſimo Arrigonio, ſed quantum ad perſonam Michaelis de Petra acuta Lectoris Ordinis Minorum, domini cenſuerunt, illum fuiſſe Synodalem, quia conſtabat extitiſſe Lectorem, quo tempore fuit nominatus in Synodo, & de tempore prouiſionis parochialis, de qua agitur. Difficultas verſabatur reſpectu alterius Fratre Ioannis de firmo Ordinis Prædicatorum, quam conſtabat non fuiſſe electorẽ, & ideo nec potuiſſe interuenire, nec obſtabat, quod eius loco ſoleat mitti prædicator,

dicator, vt in fide data. nam esto quod esset prædicator, non poterat interuenire obstante decisione cõgregationis, quæ impedit, ne ista facultas transeat ad subrogatum, vt fuit resolutũ in dicta Toletana parochialis: quare ad tollendam dictam difficultatem placuit dominis quod de nouo fieret examen in cõcursu, nõ obstante alio facto in Curia, cui Eliseus nõ interfuit prætendens fieri non potuisse, & ita Sixtus V. facta ei relatione per Congregationem decreuit, & die 15. Iun. 1589. S. Congregatio declarauit. *tradit Genuen. in praxi cap. 66. in annotat. n. 16.*

214 Decimo tertio. Principaliter † dubitatur, an si vnus tantum ad concursum apparuerit, debeat examinari, & ei si reperitur idoneus, de parochiali prouideri. In quo respondetur quod sic, Prosper de Augustino ad summam Bullarij, verb. parochialium
215 beneficiorum collatio, quæstion. 5. Vt † S. Con- ☞ gregat. Concil. censuit, his verbis; Congregatio censuit, si vnus tantum ad concursum comparuerit intra terminum, posse solum examinari & approbari. Secunda, super illis verbis; Ex hisque Episcopus eum eligat, &cet. non ideo prohibetur quin si vnus tantum comparuerit in concursu, isque repertus fuerit idoneus, ei debeat Ecclesia conferri. Tertia, item, an vno comparente possit prorogari terminus, & proponi aliud edictum: Congregatio cẽsuit edictum aliud non esse proponendum, sed illum qui comparuerit, examini subijciendum, & si idoneus repertus fuerit, eidem beneficium esse conferendum, nisi qui descripti sunt, excusent se legitimo impedimento detineri, quo minus valeant ad concursum accedere, tunc enim poterit Episcopus legitimè terminum prorogare. tradit Leo d. c. 18. n. 55. & 56. Vgol. d. c. 50. §. 10. nu. 4.

216 Ex qua vltima † declaratione apparet, quod si ex oppositoribus descriptis aliqui non compareant ad examen in die pro examine, & concursu deputato, nec se excusent legitimè, poterit sine eis examen
217 & concursus fieri. Vt † etiam aliàs censuit S. Congregatio, his verbis; Episcopus vacante parochiali ☞ proposuit edicta ex hoc cap. & infra sex dies quatuor comparuerunt, qui adscripti fuerunt, iuxta formam Concilij, sed in die pro concursu, & examine deputato ex ipsis quatuor duo tantum comparuerunt, qui examini se subijcerent, idoneique reperri sunt, dubitatum fuit, an examen prædictum subsistat, ex quo duo alij adscripti non fuerunt examinat, cum Concilium præcipiat, quod omnes adscripti examinentur, Congregatio censuit subsistere, quia verba Concilij intelliguntur, quatenus veniant ad examen, aliàs in potestate vnius esset nolle venire, impedireque, ne vlterius procederetur.

218 Decimo quartò Principaliter † dubitatur, quid faciendum si semel edicto proposito nullus compareat, vel ex oppositoribus nullus repertus sit ido-
219 neus. Respondetur † S. Congregationem sic cẽsuisse dict. cap. 18. Item, si Episcopus semel edictũ proposuit per concursum, & ex multis examinatis nullus repertus sit idoneus, licet Concilium non videatur necessario requirere edictum per concursum, fuit tamen iterius iudicatum aliud edictum proponi, vt supra, & si nemo comparuerit idoneus, tunc al cui præuio examine sine concursu beneficium conferatur. Et Episcopo Vicen. sic responsum est, per Illustri, & Reuerendissimo Domino vti Fratri Domino Episcopo Vicen. Reuerendissime Domine vti frater vacante aliqua parochiali Ecclesia, si intra terminum edicti vnus solum comparuerit, & nolit se examini subijcere, nec parochialem curet obtinere, censuerunt Illustrissimi Patres, qui Tridẽtini Concilij decretis interpretandis sanctissimi Domini nostri authoritate præfecti sunt, ab amplitudine tua assignandum esse aliud edictum, rursusque vocandos oppositores, ita igitur obseruauit amplitudo tua, cui optimam valetudinẽ, & cœlestis gratiæ dona à Domino exoptamus. Romæ 4. Martij 1592. amplitudinis tuæ Illustriss. & Reuerendiss. vti frater Hieronymus Cardinalis Matthæus, & ita tradit Prosper de Augustino dicta quæst. 5. *& Vgolin. d. cap. 50. §. num. 4.*

220 Circa quod † etiam considerandæ sunt sequentes declarationes S. Congregationis, dict. cap. 18.
☞ Prima, Episcopo Vercellen. S. Dominus noster Gregorius XIII. audita relatione Congregationis censuit, vt in collatione parochialium, quæ sunt tenues, quarum fructus 24. ducatos auri de Camera non excedunt, si proposito primo edicto examinis per concursum nemo comparuerit, fiat secundum edictum examinis, sed sine concursu, si Episcopus Vercellen. pro sua conscientia cum deputatorum consilio, ita expedire arbitrabitur, seruatis tamen temporibus præscriptis à Pio V. in sua bulla super collatione parochialium. Secunda, Beneficia curata, cuius reditus adeo exigui sunt, vt ea, aut nullus idoneus requirat, uel comparent in concursu presbyteri ita rudes, vt neque uulgarem linguam calleant, an melius sit non idoneis conferre, vel ea diu vacare permitti, sanctissimus Dominus noster, ex sententia Congregationis dixit esse conferenda illis, quos inter omnes maioris literaturæ esse cognouerit Episcopus, eosdemque amplius eruditi curabit, vbi vero ob dominos temporales, vel aliam iustam causam concursus non esset liber, & fructus parochialis essent pingues, dixit ponendos vicarios, donec conferri poterunt magis idoneis seruata forma Concilij. Tertia, nullius diœcesis, quod si nullus sit idoneus, sanctissimus mandauit parochialem conferri vni ex comparentibus minus insufficienti; quem postea instrui curare debeat Episcopus, vt idoneus euadat, *referunt has declarationes 2. & 3. Genuen. d. cap. 66. in annotat. sub num. 17. & Leo d. cap. 18. num. 64.*

221 Decimo quintò, Dubitatur, an si facto † concursu desistat magis idoneus ex reliquis oppositoribus sit eligendus magis idoneus, an uero sit faciendus alius concursus de nouo, proposito nouo edicto, &c.

222 In quo distinguendum † existimo, quod si ante factam per Ordinarium electionem, seu nominationem de magis idoneo ille desistat, non est faciendus nouus concursus, sed ex reliquis oppositoribus eligendus est magis idoneus intra eundem terminum. Si enim nondum sequuta est electio, seu nominatio magis idonei reperti ex approbatis, non
223 dicitur finitus primus concursus. Si † uero facta per ordinarium electione, seu nominatione de magis idoneo reperto, ille desistat, seu cedat, uel decedat, non poterit eligi alius ex oppositoribus eiusdem concursus, qui per electionem semel factam finitus est, & consequenter faciendus erit nouus

concurſus poſito nouo edicto,&c. Ad quem ſecundum concurſum ordinarius habebit nouum terminum, qui incipiet currere à die deſiſtentiæ ſeu ceſſionis, vel mortis ei notæ ad c.ſi electio.de election. in 6.& tradita infra part. ſeq. cap.2. à num.15. vbi de termino ad prouidendum parochialibus agitur, Nauarrus conſilio vndecimo, numero tertio, de reſcriptis. & Zerola in praxi Epiſcopali, 2.part.verb. concurſus. §.25.

224 Id tamen intelligendum † eſt, quando ille electus deſiſtit, cedit, aut decedit, ante lapſum quadrimeſtre datum per conſtitutionem Pij Quinti ad ſignificandum Papæ, aliàs, enim infra quadrimeſtre non facta ſignificatione, omnimoda diſpoſitio ad Papam libere deuoluitur, iuxta dictam conſtitutionem, etiamſi Epiſcopus dediſſet literas electo ad ſignificandum Papæ, quicquid dicant Nauarrus, & Zerola ibi.

225 16. Principaliter † dubitatur, an electio minus digni ex approbatis omiſſo digniori,& prouiſio parochialis ſubſequuta ſit nulla ipſo iure ex dicto decreto Concilij, cap.18. & dicta conſtitutione Pij V.

226 an verò ſit valida. Et videbatur † eſſe valida, ex traditis per D.Thom. 2.2.quæſt.63. artic.2.ad tertium, Imolam, Abbatem, Franchum, Decium & alios in cap.de conſtitutis,2.de appellation.Couar. in reg.peccatum.2.par.§.7.num.3.Molinam de Hiſpanor.primogenijs, lib.2. cap.5.à num.47. Ioann. Gutterez canonicat.quæſt.lib.2.cap.11.à num.15. Pet.Ledeſma in ſumma 2.par.tract.7.c.1.concluſ 6. & alios relatos ſup.7.par.c.16.

227 Ex quibus in cauſa † Toletanæ canonicatus S. Scripturæ inter dominum Gabrielem de Cardenas, & Doctorem Barrio,qui in concurſu habuerunt paria vota,& poſſeſſio fuit data domino Gabrieli,tanquam magis nobili, cum pro parte Doctoris Barrio prætenderetur prouiſionem factam D.Gabrieli fuiſſe nullam, quia ipſe erat magis idoneus, iuxta decretum Cócilij prouincialis Toletani, actione 2. decreto vigeſimooctauo, vbi ſtatuitur, quod iſta præbendas prouideatur in concurſu magis ideoneo,aliter facta prouiſio ſit irrita, & inanis, Rota coram ☞ ſanctiſſimo 22. Junij 1583. reſoluit conſtare Doctorem Barrio eſſe magis idoneũ ex probationibus, poſtea tamen in alia poſitione corã eodem 18.Maij 1584. reſoluit,quod dictum decretum Concilij Toletani erat contra ius, quatenus annullabat prouiſionem factam digno omiſſo digniori, & quod ſic indigebat confirmatione Apoſtolica, vt in deciſionibus ſupra adductis,5.par.cap.4.num.166. Et fuit dictum in cauſa Calagurritana reductionis Motus proprij 29. Martij. 1591. coram Domino Seraphino, & refert poſt hæc Gonçalez gloſ.4.à num.126. dicens, quod fuit etiam confirmatum in vna Valliſoletana præeminentiarum. 24.Nouemb.1603. coram D.Pamphilio. Et ſic dominus Gabriel remanſit cum canonicatu.

128 Et in terminis tenet † Couarruuias ſupra,in nouionibus editionibus dicens,quod Tridẽtina Synodus ſeſſ.24.cap.1.& cap.18. digniorem eſſe eligendum aſſeuerat, vt à peccato electo immunis ſit, nec tamen ſtatuit electionem digni omiſſo digniori reſcindendam fore, & videtur tenere Cechus de Republic. Eccleſiaſtica dicto capitulo 18. de paroco, numero 7. qui ait, quod ſi Epiſcopus digniori omiſſo minus dignum eligat, tanquam perſonarum acceptator mortaliter peccat,&c. Et Petrus Ledeſma ſupra.

229 Nihilominus † tamen in propoſito dicendum videbatur electionem, & prouiſionem digni omiſſo digniori eſſe nullam, vti forma Concilij non ſeruata volentis eligendum eſſe magis idoneum, &c, Et prouiſiones præter ſupra dictam formam factas ſubreptitias cenſeri, quod clarius patet ex dicta conſtitutione Pij Quinti, vbi prouiſiones, & quaſcunq; diſpoſitiones parochialium, præter, & contra formam à dicto Concilio præſcriptam factas nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe decernitur, & declaratur: & in fine adeſt etiam decretum irritans, ſi ſecus in præmiſſis omnibus, &

230 ſingulis actum, aut attentatum fuerit. Et † clauſula annullatiua, ſeu decreti irritantis inducit formam, laſon.in l.omnium, num.8. C.de teſtam. Felyn. in cap.cum acceſſiſſent, num.8. de conſtit. Staphil.de literis gratiæ in prefatione,num.15.Anton. Gab.de clauſul.concluſ.3.nu.70. Matienço in lib.1, tit.4.lib.5.Recopil.gloſ.4.num.19. Ioan.Garcia de nobilitate,gloſ.18.num.9.& Flam.Pariſ.de reſignatione lib.5. quæſt.vltim.numer.226. Mand.reg.27. Cancell. quæſt.24.num.15. Auend.reſp.14.num.1, & 2. Ioan.Guttierez pract.lib.3.quæſt.15.à num.4. *Et nouiſſimè Suarez de legib. lib.5. cap.32.à num.1.* Et declaratio S. Congregationis Concilij ſupra adducta 2.par.cap.5.num.193.& dictum eſt ſup.4.p.c.2.

231 num.42.Et ita † in propoſito tenet Spino de teſtament. gloſ.4.num.86. & tenuit Rota in vna Dertuſen.parochialis de Villafranca 18.Decembris 1581. & 4. & 10. Maij 1582. coram D.Gipſio, vt in deciſionibus ſequentibus.

232 *Dertuſen. parochialis † de Villafranca, 18.Decembris 1581.*

☞ Die 18.Decembris 1581.fuit reſolutum conſtare, D.Capellotum fuiſſe ab examinatoribus Metropolitanis iudicatum magis idoneũ D.Gaudioſo,hocq; ſibi ſufficere ad obtinendam parochialem, de qua agitur, moti fuerunt domini, quia ex huiuſmodi relatione dignoſcitur eſſe locum diſpoſitioni Concilij Triden.ſeſſ.24.cap.18.& conſtitutioni felicis recordationis felicis Pij V. quibus cauetur licere electum ad nouum examen prouocare,& qui magis idoneus repertus fuerit reuocata prima electione, parochialem obtinere debeat, quod in propoſita facti ſpecie haud difficulter procedit,cũ D. Capellotus, etiã ab examinatoribus Epiſcopi Dertuſen.fuerit etate,idoneitate,prudentia vna cũ alijs habilis iudicatus: de bonis eiuſdem moribus non videtur hæſitandum,tũ quia contra ipſum nihil obijcitur, aut probatur, ex iuriſq; præſumptione idoneus cenſetur, ad c.dudũ, de præſumptionibus deciſ.2. de teſtamen.in nouis, tum de illis in teſtimonialibus literis,& licentia prædicandi,audiendiq; confeſſiones à Vicario generali eiuſdẽ Epiſcopi Dertuſen.obtenta ſufficienter conſtat,talia enim,niſi doctrina, vita, & moribus approbatis nõ cõceduntur,d.Cõciliũ,ſeſſ.5.c.12.§.caueãt. Accedunt ẽt teſtes vltimo loco examinati qui ſimul cum alijs præmiſſis bene probãt intentionẽ domini Capelloti. Non placuit dñis,quod Epiſcopus poſſit eum eligere, quẽ cæteris magni idoneũ iudicauerit,

quaſi

quasi hoc eiusdem iudicio, & arbitrio relinquatur, quia dicebant intelligendum esse illud Episcopo cõmissum, tanquam bono viro, vt iudicat verbum Iudicauerit, Abbas c. cum autem nu. 6. de iure patrona. in capit. 1. de corpore vitiatis. l. fideicommissa. §. quanquam. de legat. 3. tenebatur igitur Episcopus iustum, & rationabile iudicium proferre, §. omnes, in authent. de iudicibus gloss. in c. 1. de constit. & sic D. Gaudiosum, eius Secretarium, non magis idoneum cæteris iudicare, & eo magis redditur suspectum eius iudicium, qui noluit relationes ab examinatoribus, iuxta solitum fieri de magis idoneo, sed solum sibi referri iussit, an illi, qui concurrebant, essent idonei, quod facile præsumẽdum est, vt facilius relinqueretur locus gratificationi, idcirco nulla censeri debet d. electio. Facit, quod in simili dicitur de creatione officialis, quæ nisi fuerit facta secundum antiquam consuetudinem, non valet. l. actuarios. C. de numerat. & actua. libro 12. vbi Bar. notat, Corsetus singulari 56. incip. consuetudo. Præterea dicebatur, quod si Episcopus posset pro eius volũtate hoc pacto eligere, sequeretur, quod facillimè Bulla reddatur eluſoria, & nunquam esset locus prouocationi. Insuper visum etiã fuit non obstare, quod ex quinque examinatoribus Metropolitano duo non erant Synodales, quia cũ tres ex dispositione Cõcilij sufficerent, alij qui ad maiorem cautelam fuerunt adhibiti, non possunt vitiare. l. testamentum. C. de testamen. Modernus in l. quæ dubitationis. ff. de reg. iuris, sed potius tenuit ad illius augmentum, nec Concilium vbi supra hoc prohibet, nec vtitur aliqua taxatiua, propterea licuit Metropolitano vltra Synodales duos alios examinatores eligere, & ita conclusum fuit non obstantibus alijs ex aduerso adductis. *quæ decisio est in nouiss. Farin. 672. refert Genuen. in praxi cap. 69 in annotat.*

233 *In eadem coram † eodem 4. & 10. Maij 1582.*

Retentis alijs decisionibus in hac causa factis dubitaui, an & in quibus fructibus Gaudiosus veniret condemnandus: & dubio bis proposito Domini pro maiore parte firmarunt ipsum teneri ad illorum fructuum restitutionem, quos ex decimis & primitij rectori eius Ecclesiæ debitis, à die motæ litis ipse percepit, in hanc enim iuerunt sententiam, eo potissimũ fundamento, quia hæc electio forma Concilij non seruata, vti surreptitia nulla, & nullum ius irrita, aut iustum possidendi titulum ipsi Gaudioso præbere potuit, vt clarè demonstrant Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 18. & constitutio Pij V. super collatione parochialium, quapropter fructus absque dubio restituendi sunt, quod etiam sibi locum vendicasset, vbi Episcopus tantum sine ordine processisset. Afflictis decisin. 218. num. 5. Quamobrem cessare dicebatur obiectum, quod licuerit Gaudioso, dictos fructus veluti bona fide, ac iusto titulo perceptos in proprios vsus conuertere, ad l. qui authore. ff. de regulis iuris, l. bonæ fidei de acquiren. rerum Domin. Doct. in cap. grauis. de restitutio. spoliatorum. cum alijs adductis per informantes, cum enim ius hoc pacto dictæ electioni, ac prouisioni resistat, visum fuit, non esse hæsitandum Gaudiosum prædictam restitutionem minimè euitare posse, idem voluit Abbas in cap. dilecto de præbend. nu. 12. per doctrinam Bartoli in l. sed etsi. §. scire. de petition. hæreditat. quam vti pulchram sequitur Felinus in d. cap. 4. nu. 31. versic. 3. restrictio de præscriptionibus. Nec placuit dominus ex eo Concilij formam satis posse dici iure seruatam, quod in proposita facti specie huiusmodi electio Episcopi iudicio relinquatur, quia vt aliàs resolutum fuit, Concilium de iusto & irrationabili iudicio loquitur, & ita intelligi debet, vt apertè summus Pontifex in dicta constitutione demonstrat, nam is profecto non seruat legem, qui animo in illam committit, qui legis verba amplexus contra legis nititur voluntatem. l. non dubiũ. C. de legibus. c. certum. de regulis iuris in 6. facit illud vulgare sensum magis quàm verba spectari. l. 3. §. cõditio. de adimen. legat. leg. 3. Codic. de liberis præteritis. Non obstat, quod appellatione pendente prouisus ab eadẽ Ecclesia moueri non possit, quasi quod interim fructus suos facere valeat: quia respondetũr domini hoc sibi non suffragari, cum eius electio, vt dixi, contra formam à iure præscriptã inducta fuerit, & eo magis cum sententia Episcopi, siue iudicium ex eisdẽ reuocetur, quo fit, vt à die motę litis in mala fide præsumpta constitutus censeatur, & ideo fructus huiusmodi lucrari non debet. Rota decis. 4. de restit. spoliatorum in nouis. & ita etiam dicere nos cogit ratio, vt fraudibus & malitijs, quantum fieri potest, occurratur, alioquin minus idonei ab ordinarijs sic electi, & in possessionẽ immissi, vt diuturni prędictos fructus consequi possent, lites immortales proculdubio reddere conarentur. Faciunt notata in Clemen. vnica. de sequestration. possession. & fructuũ. & post hæc ita tenet Gonçalez glossa 4. à nu. 136. & Azeuedo consilio 9. à numero 27. & Rebellus 1. parte libr. 3. quæstion. 4. numero 15. & quæstion. 5. nu. 5. vers. 5. *quæ decis. est in nouiss. Farin. 674. refert Genuens. d. c. 69. num. 15.*

234 Sed quod attinet † ad fructus, quamuis in ista vltima dec. dicatur teneri ad fructuum restitutionem à die motæ litis videtur teneri, etiam à die intrusionis, supposito quod prouisio sit nulla propter dict. decretum irritans ex dictis sup. 5. p. cap. 5. à num. 24.

235 Sed adhuc † verior videtur prima sententia, quod dict. electio minus digni, & prouisio subsecuta sit valida, neque obstat dictum decretum irritans Concilij, & Constitutionis Pij Quinti nam non videtur referendus ad prouisiones factas de minus dignis, sed ad factas, non seruata aliàs forma ibi præscripta, nam si referendum esset ad prouisiones, & institutiones factas de electis minus dignis, sequeretur prouisiones factas à collatoribus inferioribus electis ab Episcopis, & institutiones factas de præsentatis per patronos Ecclesiasticos esse nullas, si fortè non sunt electi magis idonei: cum tamen tales collatores, & instituentes, ad quos electio non spectat, nullam habeant culpam. Præterea
236 † in dicta constitutione Pij Quinti versicul. vt autem. specialitèr prouidetur de remedio appellationis, quando Episcopus minus habilem elegerit, vt eius iudicium irrationabile reuocetur, & interim electio & prouisio habeant effectum, vnde uidetur illa esse valida, donec reuocetur per iudicem appellationis, *& nouissimè post hæc ita tenet Vgolin. de offic. Episc. c. 50. §. 23. nu. 4.*

237 Et ſecundum † contrariam ſententiam nulla ferè electio & prouiſio eſſet certa, & ſecura, & daretur locus mille ſcrupulis. Et ſi talis electio & prouiſio eſſet nulla, vti forma non ſeruata, etiam reiecto non appellante poſſet, ac deberet retractari, & nulla declarari. Quod tamen videtur contra dictam conſtitutionem Pij Quinti, quæ ſolum dignioribus reiectis concedit tunc ius appellandi.

Et hæc ſententia videtur magis conformis vſui, & communi ſenſui.

238 Vnde talis electus † & prouiſus videtur facere fructus parochiales ſuos, donec eius electio & prouiſio per iudicem appellationis reuocetur & reſcindatur, & conſequenter non eſſe condemnãdum in fructibus, niſi ad ſummum à tempore primæ ſententiæ reuocatoriæ, vſque ad illud enim tempus iuſte poſſidet, & cum iuſto, ac legitimo titulo, faciunt tradita per Felin. in d.c.4.nu.33.

239 Decimoſeptimo, Principaliter † dubitatur, an & quando detur appellatio à mala prouiſione, ſeu diſpoſitione parochialis, in quo dicendum eſt, non dari appellationem à relatione examinatorum, nec per eam impediri, aut ſuſpendi, quo minus executionem habeat, vt in dict. capitulo 18. verſicul. nec prædictorum examinatorum, & ſic à reprobatione examinatorum non dari appellationem, à mala tamen Ordinarij electione dari appellationem, ex cõſtitutione Pij Quinti verſic. vt autem non ſolum, vt in dict. deciſione Dertuſen. ſupra adducta dubio
240 præcedenti. Et ita † cenſuit S. Congregatio Concilij his verbis: Ex Bulla Pij V. quæ incipit, In conferendis Congregatio reſpondit, non dari appellationem à reprobatione examinatorum, ſed duntaxat à mala Ordinarij electione. Flam. Pariſ. ita accipiendus dict. libro 8.q.9.num. 104. Cechus d.c.28, de parocho, num.6. & 7. Marcus Anton. Genuenſis d.capitulo 65. numero 5. Gratian. deciſ. 97. Leo qui refert d. declarationem d.cap.18. num.36. & Vgolin. d. cap.50.§.5. ad fin. vbi an examinatores recuſari poſſint, & in effectu concludit, ex accidentali cauſa recuſari poſſe, & ſic eſt intelligendus Zerola dict.1.parte, verb.parochia, §.2. dub. 9. circa quod vide dicta ſupra 6.p.capitulo 2.à num.76. eſt & alia declaratio S. Congreg. quæ ſic ait 60.

241 Et in vna Lucana plebis, ſeu † parochialis 8. Iunij, 1571. coram D. Lancellotto, ſeu Binarino, fuit reſolutum, relationem examinatorum non poſſe ſuſpendi per appellationem, quo minus ex ea fiat inſtitutio, ex Concilio Tridentino ſupra, licet ſecus, ſi agatur de inſtitutione facienda vigore iuris patronatus, & non relationis, vt in deciſione adducta c.4, ſeq. num.18.

242 Id autem quod dictum † eſt, non dari appellationem à reprobatione examinatorum, quod etiam ac deuolutiua intelligitur, vt ex adductis apparet, ſolum procedit in beneficijs curatis, in quibus lo-
243 quitur d. capitulo 18. Secus in † beneficijs ſimplicibus, in quibus licèt præſentati, ſeu electi, vel nominati à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis non debeant inſtitui, niſi prius fuerint ab Ordinarijs examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quo minus examen ſubire te-
244 neatur, vt in cap. 13. ſeſſ.7. Tamen † à relatione & reprobatione examinatorum datur appellatio ſuſpenſiua non obſtante cap. 9. ſeſſio.25. de reformat. verſi, ad hæc, quod quatenus ſe refert ſe ad alia ſtatuta, relatio quoad beneficia patronata curata debet fieri, ad dict. caput 18. Quo verò ad beneficia patronata ſimplicia ad d.caput. 13. vt fuit reſolutum in cauſa Calagurritana portionis de Amarita, de anno 1575. coram D. Cantucio, vt in deciſione 6. & 10. p.1. diuerſorum, & tradit Gonçalez glo.9. in annotationibus à num.184. & num.209. *iuxta quod procedit quod Genuenſ. in praxi cap.66.in annot.num.9. refert fuiſſe dictum in Rota in vna Legionen. beneficij 13. Febr. 1588. coram Illuſtriſſimo Pamphilio eſſe admittẽdum ad nouum examen reiectum ab examinatoribus & ab Epiſcopo pro beneficio ſimplici presbyterali, quem Epiſcopus ordinauerat presbyterum contra diſpoſitionem cap. accepimus, de ætate & qualitate, &c.* Quinimo
245 etiã † in parochialibus iuris patronatus laicorum puto dari appellationem præſentatis, quando vnus ſolus eſt præſentatus, nec habet locum concurſus à reprobatione examinatorum, ex quo ex præſentatione habent ius ad parochialem, ſicut de habente gratiam ad parochialem in forma dignum, dixi ſupra 6.p.cap.2.nu.76. *Sed contra id quod diximus in beneficijs curatis non dari appellationem etiam deuolutiuam à reprobatione examinatorum, eſt declaratio Sacræ Congregationis in vna Vrbinaten. 4. Maij 1592. quæ ſic ait: Congregatio Cõcilij, cenſuit à reprobatione examinatorum dari appellationem ad effectum deuolutiuum a die ſcientiæ. Et alia 7. Auguſti 1600. quæ ait: Congreg. Concilij cenſuit, à reprobatione examinatorum, qui aliquem ex cõcurrentibus ad porochialem Eccleſiam vacantem minus idoneum renunciarunt, dari appellationem ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum. Reſpondetur, iſtas declarationes non eſſe contrarias ſupradictis, & declarationi ſupra adductæ n.240. nam dicta declaratio, & quod dictũ eſt, non dari appellationem deuolutiuam à reprobatione examinatorum, intelligitur ad effectum infringendi electionem & prouiſionem Epiſcopi, & vt ſibi parochialis conferatur, ad quem effectum non datur appellatio deuolutiua à reprobatione examinatorum, vt colligitur ex Concilio d. c. 18 & conſtit. Pij V. Iſtæ verò declarationes, quæ dicunt dari appellationem deuolutiuam à reprobatione examinatorum, intelliguntur ad effectum, vt reprobatus declaretur idoneus ad parochialem, & auferatur nota ſeu infamia ex reprobatione illicita. Pro qua intelligentia & concordia facit declaratio relata per Genuen. in praxi c.62. in annotat. n.10. dicentem, quod S. Congr. Concilij cenſuit, reprobato ab examinatoribus non dari appellationem ab electione Epiſcopi, qui elegit approbatum ab examinatoribus, ſed à reprobatione examinatorum, ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum. Et iſta appellatio videtur poſſe interponi ad Epiſcopũ, qui eſt ſuperior examinatoribus, à quibus appellatur, vt cũ alijs examinationibus ſynodalibus eum examinet, &c. niſi quando reprobatio facta eſt ex voto epiſcopi, quia vota examinatorũ erant paria, aut ſingularia, et epiſcopus acceſſit reprobantibus, iuxta Concil. c.18. & ſup. dicta a n.54. tunc enim cum appelletur etiam ab ipſo Epiſcopo, appellandum erit ad ſuperiorem.*

246 Sed aduertendum eſt, quod licet † in parochialibus detur appellatio à mala Ordinarij electione, eſt tamen ſolum ad effectum deuolutiuum, nam ea interpoſita interim non impedit, aut ſuſpendit quo minus executioni demandetur, & prouiſus pendente appellatione à parochiali non eſt amouendus, vt in dicta conſtitutione Pij V. verſic. hæc tamen Zerola, Cechus, & Gennen. vbi proximè, &

dictum

247 dictum eſt dubio præcedenti, à n. 36. Quod † procedit, etiamſi contra eum ſit lata ſententia per iudicem appellationis, à qua ipſe appellauit; nam iſta ſecunda ſententia non eſt executioni demandanda, pendente appellatione, quæ habet vtrumque effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, vt per Ioan. Guttierez dict. libro 2. canonicarum quæſt. capitulo 11. num. 25. & prædict. quæſt. libro primo, quæſt. 146. & Goncalez poſt hæc viſum, gloſſ. 6. à numero 165. qui plura affert. & ſequitur Ceuall. quæſt. 897. à numero 862. Sicut etiam quando conceditur gratia per Papam de parochiali, & adeſt certus poſſeſſor, datur appellatio ſuſpenſiua à ſententia executoris, nec tunc procedit dicta conſtitutio Pij Quinti, vt fuit reſolutum in vna Agrigentina beneficij 12. Nouembris, 1601. ſupra adducta 6. part. capitulo ſecũdo, numero 130. & vide aliam quæſtionem per Gõcalez dict. gloſſ. 6. ex numero 222. vbi multa vtilia tradit. Et procedit etiam, quod dictum eſt, dictam appellationem non ſuſpendere, etiam quando examinatores ſunt diſcordes, quamuis tunc contrariũ teneat Goncalez gloſſ. 9. in annotationibus numero 209. vbi cum dixiſſet, quod collationes, & poſſeſſionum traditiones Eccleſiarum Parochialium per nullam appellationem ſuſpenduntur, vt in Concilio dicto capitulo 18. & in dicta conſtitutione Pij Quinti ſubdit, id non procedere ex ſententia Sacræ Congregationis, quando examinatores ſunt diſcordes, vt per Flamin. Pariſ. de reſignat. beneficiorum libro octauo quæſt. 9. numero 104. & ſequitur Ceuall. dict. quæſt 897. numero 842. Sed Flamin. ibi ſolum ait, quod in vna Vicentina fuit reſolutum in Congregatione Concilij, pridie Kalendas Septembris, 1570. quod datur appellatio à mala electione, quam facit Epiſcopus, quoties examinatores ſunt diſcordes: quod quidem eſt intelligendum de appellatione deuolutiua tantum, ſicut etiam ſi examinatores fuiſſent concordes, vt patet ex dicta conſtitutione Pij Quinti, verſicul. hæc tamen, quæ generaliter & indiſtinctè loquitur. Et ſuppoſito, quod tam electus, quam appellans ſint de approbatis ab examinatoribus, iuxta formam Concilij, nil refert quod illi fuerunt concordes, aut diſcordes, à quorum aprobatione, ſeu reprobatione, ſiue in concordia, ſiue in diſcordia facta non appellatur, ſed ab electione Epiſcopi, in qua non attenditur, an examinatores fuerint concordes, ſeu diſcordes in approbatione, ſed quis ex approbatis ſibi magis idoneus videatur.

243 Nihilominus vero † lata prima ſententia contra poſſeſſorem apud Curiam parochialis ſequeſtrabitur, iuxta Clementinam vnicam, de ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum, & ita in dict. Dertuſen. parochialis 18. Martij, 1582. coram Domino Gipſio fuit reſolutum, parochialem ſequeſtrandam eſſe in illo caſu non obſtante dicta conſtitutione Pij Quinti, quæ prohibet, pendente appellatione prouiſum amoueri, quia loquitur in prima ſententia Ordinarij, vt in deciſion. 673. Far. & tradit referens iſtam deciſionem Genuenſ. in praxi cap. 66. in annotat. nu. 15.

249 Rurſus † aduertendum eſt, tunc dari appellationem a mala Ordinarij electione, quando aliàs ſeruata eſt forma Concilij, illa enim non ſeruata, electio, & prouiſio eſt nulla, & parochialis manet Pa-

pæ diſpoſitioni ſeruata, iuxta dict. conſtitutionem Pij Quinti.

250 Et circa hoc † notanda eſt deciſi. Rotæ in cauſa Rauenaten. parochialis, 2. Decemb. 1592. coram Illuſtriſſimo Arigonio, quæ ſic ſe habet; In concurſu ad parochialem ab examinatoribus, Zauata, & Morigius fuerunt æquè idonei reperti, & approbati, & quia Reuerendiſſimo Archiepiſcopus horum vnum eligere debebat, & elegit Morigium, Zauara dixit, in huiuſmodi electione fuiſſe grauatum, cum ipſe eſſet Sacerdos, Doctor, & pauper, & ſine beneficio, & conſequenter præferendus erat Morigio. Hac controuerſia coram me per appellationem pẽdente, illam in Rota propoſui, & per Dominos fuit reſponſum, non conſtare de grauamine. Et quamuis qualitates Doctoratus, Sacerdotij, & aliæ ſupra dictæ ſint conſideratione dignæ Abbas in cap. primo de maioritat. & obedient. Decius conſil. 502. n. 12. & 15. nihilominus ipſæ ſolæ non faciunt aliquẽ digniorem pro obtinenda & gubernanda parochiali Eccleſia, cum vltra doctrinam, in qua ambo fuerant approbati æquè idonei, erant quoque conſiderandi mores, prudentia, & alia opportuna ad gubernandam Eccleſiam, vt apparet in Concilio Tridentino, ſeſſ. 24. cap. decimooctauo, & in cap. cum in cunctis, in princip. de election. & plures tradit Lambert. de iure patronat. ſecundo libro prima par. 10. quæſt. & præſertim verſiculo trigeſimo requiritur, &c. Imo neque etiam aliquando ille, qui eſt doctor, & ſanctior, eſt iudicandus dignior, ſed is, qui iuxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior eius miniſterio apparet. Et fieri poteſt, quod Doctor, & pauper non ſit ita aptus, vt non Doctor, & non pauper, & merito non Doctor, & non pauper iudicandus ſit dignior, vt poſt alios annotauit Couarr. reg. peccatum, parte 2. §. 7. nu. 4. verſ. dignior vero, & etiam ita fuit dictum in cauſa Beneuentana parochialis, 13. Iunij, 1590. coram Reuerendiſſimo P. D. Orano. Vnde cum Archiepiſcopus vnũ ex æquè idoneis ab examinatoribus approbatis elegerit, dicendum eſt, maiores qualitates agnouiſſe concurrere in Morigio circa mores, prudentiam, & alia, quæ ſunt neceſſaria pro gubernanda parochiali, quam in Zauara, cum pro iudicio Epiſcopi, ſit præſumendum, cap. in præſentia, de renuntiatio. & idem colligitur ex conſtit. fel. recor. Pij Papæ V. cum permittat tantum appellationem, quando appellans docet de dolo & irrationabili iudicio Epiſcopi, vt apparet in illius narratiua, ibi, Carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationis iudicium ſequentes, &c. Et in diſpoſitione, ibi, & conſtito, &c. quod non docetur in caſu de quo agitur, præter illas ſolas qualitates, quando in illo poſſunt concurrere maiores qualitates circa mores, & alia, quæ reddunt illum habiliorem ad gubernandam Parochialem, de quibus omnibus cum Morigius eſſet ciuis, & canonicus eiuſdem ciuitatis, & ſemper ibidem permanſiſſet, Archiepiſcopus habuit plenam notitiam, Caputaquen. deciſ. 406. 2. part. Et licet Zanara eſſet eiuſdem diœceſis, & in diuerſis locis, Archiepiſcopus non poterat ita de facili habere notitiam de eius moribus, vita, & alijs qualitatibus, ſicut de Morigio, & Ordinarius debet præferre illum, de quo alius informatus, vt poſt alios tradit Lambertin. dict. tractat. de iure patronatus, 24.

quis eorum ſit magis idoneus, non autem an Epiſcopus doloſe verſatus fuerit, quod ad eos non attinet. Et magis idoneo ab examinatoribus iudicato, debet ipſe iudex appellationis parochialem adiudicare, reuocata prius Epiſcopi electione, vt in dicta conſtitutione. Quamuis enim examinatores concurſus primæ inſtantiæ non debeant renunciare, quis ſit magis idoneus, ſed ex approbatis ab eis Epiſcopus eligere debeat quem cæteris magis idoneum iud.cauerit, vt in Concilio d.cap.18. ſeſſ.24. & dictum eſt ſupra à numero 108. tamen examinatores ſecundæ inſtantiæ renuntiare debent, quis ex duobus ſit magis idoneus, ad hoc enim fit nouum examen coram eis, ex dicta conſtitutione Pij Quinti. Cum autem ipſorum vota eſſent paria, ſeu ſingularia, quia duo, verbi gratia, renuntiant magis idoneum appellantem, & alij duo renuntiant magis aut æque idoneum appellatum, aut quia vnus ex tribus approbat tãquam magis idoneum appellantem, & appellatum tanquam magis, aut æque idoneum, & alius nec approbat vnum, nec alterum tanquam magis idoneum, nec tanquam æquè idoneos. Vt enim appellans vincat, debet declarari magis idoneus, tunc iudex appellationis accedere poſſet quibus magis videbitur arbitrio boni viri, vt alias dicitur in examinatoribus primæ inſtantiæ d.cap.18. verſ.tranſacto, & dictum eſt ſupra à num.54. & tunc ſolum habebit locum, quod ait Gonçalez num.145. quod ad iudicandum, an ſit magis idoneus electus, vel non, multum valet iudicis ſuperioris arbitrium. Nec obſtant illa verba narratiua d.conſtit. Carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationis iudicium ſequentes, &c. quæ ponderat dicta deciſio Rauenaten. quia illa denotant cauſam impulſiuam conſtitutionis, & non reſtringunt diſpoſitionem, leg.1.§.ſexum, ff. de poſtulando, com alijs. Tertio animaduerto, quod illæ qualitates, de quib. in deciſione Rauenaten. quod reiectus ſit Doctor, ſacerdos, diœceſanus, pauper, & maior ætate, non ſic electus, non ſufficiunt, quamuis de eis conſtet in proceſſu primæ inſtantiæ, & eſſent alias æquè idonei reperti per examinatores, vt abſq; alio examine ſit ei adiudicanda parochialis per iudicem appellationis, quia Epiſcopus ad quem ſpectat eligere magis idoneum, potuit ex alijs iudicare alterum magis idoneum, & ſic procedet deciſio Rauennaten. & concordantes. Quartò & vltimo animaduerto, quòd quamuis à relatione examinatorũ primæ inſtantiæ non detur appellatio etiam deuolutiua, vt in d.cap.18. Concilij, verſ. nec prædictorum examinatorum, & ſupra dictum eſt à nu.239. ſed ſolum à mala electione Ordinarij: tamen à relatione examinatorum ſecundæ inſtantiæ in effectu datur appellatio etiam ſuſpenſiua, ex quo poteſt appellari à ſententia per iudicem appellationis lata, quæ fundatur in relatione examinatorum, iuxta dictam conſtitutionem Pij V. & ſupradicta: *& conducit ad prædicta deciſ. Rot. in cauſ. Pampilon.* R. *conc.*

253 Et circa ſupradicta, † & dictam cauſam Tuden. parochialis addit Gonçalez gloſ.31. à nu.51. quod Auditor Rotæ, cui commiſſa eſt cauſa appellationis à mala electione Ordinarij, non poteſt appellanti in cauſa obtinenti conferre parochialem vacantem in menſe Apoſtolico, ſeu alias reſeruatam, vigore Clementinæ, Auditor, de reſcriptis, niſi ad hoc habeat ſpecialem Papæ commiſſionem, & ita nuper reſponditur in dict. cauſa Tuden. parochialis, nam cum vacaret illa parochialis in menſe reſeruato, affixis edictis ſe oppoſuerunt A. & B. & præuio concurſu Ordinarius elegit A. qui obtinuit collationem Apoſtolicã, iuxta formam Concil. d.cap.18. B. autem appellauit à mala electione Ordinarij, & commiſſa cauſa in Rota obtinuit declarari, conſtare de irrationabili electione A. & illam reuocari debere cum omnibus inde ſecutis. Et dubitatur, an D. Sacratus Rotæ Auditor, & cauſæ iudex poſſet conferre d. B. eandem parochialem vigore d. Clementinæ 3. dixit quod non, quia regula ligat omnes non ſolum Rotæ Auditores, ſed etiam Cardinales legatos de latere, vt dixit gl.24. num.29.39. & 44. Item, quia Rotæ Auditor in caſu dictæ Clementinæ ſuccedit in locum Ordinarij, Cæſar de Graf. deciſ.14. de præben. nu.9. & ideo ſicuti Ordinarius ſolummodo eligere poterat in hoc caſu, ſic & D. Rotæ Auditor. Item quia reſultaret aliter præiudicium tertij, hoc eſt, officialium Cancellariæ, & quando reſultat præiudicium tertij, Auditor delegatus conferre non poteſt, cap. ſuper eo, de offic. deleg. latè Selua de benefic. 2. par. quæſt. 13. & ita inquit fuit ſeruatum, quia dict. B. obtinuit de ordine Rotæ prouiſionem Apoſtolicam de d. parochiali, & de d. Clementina, Auditor, vide dicta ſupra 5. par. c. 8. à nu. 100.

254 Sed offert ſe † dubium, an quando electus, ſeu prouiſus, à cuius electione per reiectum fuit appellatum, cedit, vel decedit, ſeu obtinet aliam parochialem, ſeu beneficium incompatibile, antequam corã iudice appellationis ſit factum examen literaturæ, expiret ius appellantis, an vero poſſit illud proſequi? Et ratio dubitandi eſt, quod tunc non poteſt electus ad examen coram ipſo appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocari, vt ait dicta conſtitutio Pij Quinti, etiam ſi adhuc viuat, ex quo iam ius ſuum expirauit. Nihilominus tamen dicendum videtur, non expirare ius appellantis, ſed poſſe illud proſequi. Licet enim electus non poſſit ad examen vocari, poteſt alias probari maior, vel minor idoneitas, & literatura per examinatores concurſus, vel alios teſtes habentes notitiam literarum, & ſcientiæ vtriuſque. Vbi enim forma præciſe ſeruari, & impleri non poteſt ſufficit actum facere eo modo quo fieri poteſt, Aymon conſ.177. cum alijs, vt in deciſione Litteren. Archipresbyteratus ſupra adducta, nu.87. & Placentina parochialis adducta num.90. Faciunt deciſiones Barchinon. parochialis relatæ 2. par. cap. 1. nu.141. & 145. & ſi dictus electus viuit, & percepit aliquos fructus, ſaltim poſt moram litem, quos appellanti in cauſa obtinenti debet reſtituere, ſecundum Rotam, vt in dec. ſupra adducta, nu.233. poſſet ratione illorum, niſi illis cederet, ad examen prouocari, ſtando in illa ſententia Rotæ, contra quam tamen ego teneo ſupra nu.238.

## *De alijs dubijs.* §. II.

### SVMMARIA.

*AN in parochialibus iuris patronatus requiratur examen per concurſum, reſoluitur primò in parochialibus iuris patronatus Laicorũ non requiri examen per concurſum, ſed ſolum præſentatum examinandum eſſe ab Ordinario cũ*

*tribus*

tribus ſaltim examinatoribus ſynodalibus, & illi idoneo reperto inſtitutionem faciendam.nu.255.vbi ponuntur declarationes S.Congregationis.

Id limitatur quando fuerint plures præſentati à patronis laicis nam tunc inter ipſos requiritur examen per concurſum, nu. 256.vbi ponitur declaratio S.Congregationis.Quod intelligitur,quando ſinguli præſentati habent æqualem vocem, nam ſi aliquis haberet plures voces, is ſolum eſſet examinandus,nu.257.

In propoſito nil videtur referre,quod iuſpatronatus ſit ex fundatione,vel dotatione,aut ex priuilegio ſeu conſuetudine, num.258.

Lite pendente ſuper inrepatronatu ſeu præſentandi, manutenendus eſt Epiſcopus in poſſeſſione conferendi parochiales, ſeu faciendi concurſum nu.259.vbi ponitur reſolutio Rotæ ſicut manutenendus eſt Epiſcopus in iuriſdictione in tota ſua diœceſi contra inferiores prætendentes immemorialem, donec de ea conſtet ex iuris communis aſſiſtentia, non aliter,probata quaſi poſſeſſione Epiſcopi nu.260.

In parochialibus iuris patronatus Eccleſiaſtici requiritur examen per concurſum,ita vt ſi inſtitutio ad Epiſcopum pertineat,quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit,Epiſcopo præſentare teneatur,vt ab eo inſtituatur,cum vero inſtitutio ab alio erit facienda, Epiſcopus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet ad quem inſtitutio ſpectat,nu.261.circa quod ponuntur declarationes S.Congregationis nu.262.& 263.

Debent examinatores approbare quotquot idonei reperti fuerint,vt ex eis patronus eligat,nu.264.vbi ponitur declaratio S.Congregationis.

An ſi reperiantur duo æque idonei,patronus Eccleſiaſticus poſſit gratificare,& præſentare Epiſcopo quem maluerit, an vero debeat ambos præſentare, vt Epiſcopus inſtituat vnum ex eis,quem voluerit,à num.265.Reſoluitur, patronum poſſe gratificare,& ponitur declaratio ſacræ Congregationis.

An ſi patronus digniorem non elegerit, Epiſcopus eum inſtituere teneatur,à nu.268.Reſoluitur teneri,niſi alius ex approbatis in termino edicti pro inſtitutione appoſiti, ſeu ſaltim ante inſtitutionem ſe oppoſuerit.

Quod dictum eſt de parochialibus iuriſpatronatus Eccleſiaſtici procedit,niſi aliud in inſtitutione, & fundatione cautum ſit,quæ erit ſeruanda.nu.270.& ſeq. & ipſi inſtitutio facienda ſit à S.Pontifice, vt quia vacauerunt in menſibus Apoſtolicis,vel alias ſint reſeruatæ,nam tunc Ordinarius nulla habita ratione patronorum,debet facere concurſum, & magis idoneum eligere,ac inſtituendum remittere & ſignificare S.Pontifici nu.272.& ſeq. vbi ponuntur declarationes S.Congregat.

Quid in parochialibus iuriſpatronatus mixti, an ad iſtum effectum concurſus cenſendum ſit Eccleſiaſticum,an potius laicale,a nu.376.Reſoluitur,cenſendum eſſe Eccleſiaſticum, ex ſacra Congregatione, cuius declarationes ponuntur numero 278.

Quod dictum eſt de parochialibus iuriſpatronatus Eccleſiaſtici,idem dicendum videtur de parochialibus, in quibus perſona Eccleſiaſtica habet ius nominandi Rectorem,nam ibi in effectu eſt,num.281. & declaratur quædam declaratio S.Congregationis,nu.282.

Suppoſito quod iuſpatronatus mixtum ad effectum concurſus cenſeudum ſit Eccleſiaſticum, an parochiales talis iuriſpatronatus cadant ſub reſeruationibus, ita vt ſi vacauerint in menſibus reſeruatis, Ordinarius, nulla habita ratione patronorum debeat facere concurſum, & eligere magis idoneum, num. 283. Reſoluitur, non cadere, ſed ad iſtum effectum cenſendum eſſe laicale,nu.284.

An in vicarijs perpetuis parochialium vnitarum debeat fieri concurſus,ſicut in parochialibus iuriſpatronatus Eccleſiaſtici,à nu.285.Reſoluitur, non debere fieri concurſum, ſed ad nominationem illorum quorum dignitati, vel Eccleſiæ parochialis eſt vnita, deputandos Vicarios cum examine, & approbatione Ordinarij, etiam ſine examinatoribus ſynodalibus, nec valere decretum Concilij Toletani contrarium,nec ſuffragari poſſeſſionem contrariam etiam in iudicio poſſeſſorio,& adducuntur declarationes S.Congregationis,& alia.

Id non procedit in beneficijs curatis,quæ dicuntur vicariæ,non tamen ſunt vicariæ parochialium vnitarum, ſed de per ſe, nam in his debebit fieri concurſus,nu.298.& num.ſeqq. ponuntur reſolutiones Rotæ. Et idem eſt in vicarijs erectis in Eccleſijs vnitis, abdicando & ſeparando curam ab ipſis Eccleſijs,& transferendo eam in vicarias:huiuſmodi cum vicariæ ſunt vere beneficia curata de per ſe,nu. 301. & 302, & numero ſeq. adducitur declaratio S. Congregationis.

An quod dictum eſt de vicarijs perpetuis parochialium vnitarum procedat etiam quando vicaria vacat in menſibus reſeruatis,à nu.304.adductis variis deciſionibus Rotæ,reſoluitur, vicarias perpetuas electas ante Concilium comprehendi ſub reſeruationibus, & tunc earum prouiſionem ad Papam ſpectare abſque præuio concurſu, in vicarijs vero perpetuis ex decreto Concilij erectis vacantibus in menſibus Apoſtolicis poſſe fieri nominationem,& deputationē, non obſtante reſeruatione, ita tamen, quod vicarij teneantur expedire nouam prouiſionem, nec alias ad poſſeſſionem admitti poſſint,ex conſtitutione Pij V. 46. quæ ſolum loquitur de vicarijs Eccleſiarum vnitarum, quæ ante Concilium non habebant vicarios perpetuos,ſed amouibiles,ſicuti Concilium,nec habent locum in Eccleſijs, in quibus ante Concilium vicaria perpetua iam erecta erant ex S.Congregatione,contra Rotam.

Alia beneficia,quæ dicuntur vicaria, quæ tamen ſunt beneficia de per ſe,& vicariæ erectæ in Eccleſijs vnitis, abdicando ab illis curam,& transferendo in vicarias,comprehenduntur certè ſub reſeruationibus,nu.319.

De vicarijs parochialium vnitarum, qui ſunt videndi, numero 320.

An examen,& concurſus factum cum tribus examinatoribus ſynodalibus,adhibito etiam alio, vel alijs non ſynodalibus vitietur,à nu.321.Reſoluitur vitiari ex S.Congregatione, & cum ea Rota,licet alias tenuiſſet contra.

An examen factum ante lapſum termini edicti ſubſiſtat,à nu. 326 Reſoluitur negatiue,etiam nullo poſt modum comparente,nam non ſeruatur forma Concilij,quæ eſt præciſa, & non ad effectum,vt apparet ex decreto irritanti, vt alias fuit reſolutum per Rotam in deciſione poſita, nu. 329. & in propoſito in deciſione poſita nu.331 licet antea ſecus tenuiſſet in deciſ.poſita n.327.& ex quadam doctrina Lambertini,cui reſpondetur nu.332.

An examinatores in Synodo deputandi ſint in particulari, & nominatim,an vero poſſint deputari in genere à n.333. Reſoluitur,non poſſe in genere deputari,ita vt ſucceſſores, ſeu ſubrogati in officio, ſeu prabenda comprehendantur,ſed ſolum comprehendi tunc ſtantes,ex S.Congregatione,cuius declaratio ponitur num. 339.& Rota in deciſionibus poſitis à nu 341.& obſeruantiam & conſuetudinem contrariam non uideri rationi multum conformem, nec præſcriptam,nec poſſe introduci propter decretum irritans,nec releuare quod dicatur Concilium quoad id non eſſe à principio receptum,à nu.345.

Cum

*Cum deputatio examinatorum in genere verbi gratia, Lectorum, &c. non comprehendat ſucceſſores, ſeu ſubrogatos, ſed ſolum tunc ſtantes, videtur illos etiam dimiſſo officio manere examinatores, nu. 348.*

*Iudices Synodales ſimiliter debent deputari, & deſignari nominatim, & in particulari, & non poſſunt deſignari in genere nu. 349. & ſequente, & num. 351. ponitur quadam declaratio ſacræ Congregationis.*

*Decretum Concilij de committendis cauſis iudicibus Synodalibus, ſolum videtur eſſe in vſu reſpectu Nuntij ſeu Legati, non vero Papæ, num. 352. Circa quod decretum notanda ſunt declarationes poſita nu. 353.*

*An requiratur pro forma, quod examinatores iurent ſe quacunque humana affectione poſtpoſita fideliter munus exercituros, alioquin examen, & concurſus coram eis facta nulla ſint, nu. 354. Reſoluitur affirmatiue, nu. 355.*

*Quando, & quomodo præſtandum ſit hoc iuramentum, reſoluitur expedire, vt publice in Synodo quo primum tempore delicti ſunt, illud præſtent, quamuis hoc non videatur neceſſarium, nu. 356. & ſeq. vbi ponitur formula iuramenti, Et præſtandum eſt tactis Euangelijs, & alias non ſeruaretur forma Concilij nu. 358. Nec opus eſt illud præſtare in quolibet examine, ſed ſatis eſt iuramentum generale ſemel præſtitum, nu. 359.*

*An vbi concurſus, & examen non fuit factum legitime, iuxta formam Concilij, gratia, & prouiſio Apoſtolica facta in fauorem illius, qui præſentauit approbationem, & literas Ordinarij, quibus teſtatur, concurſum factum legitime, & ex approbatis illum elegiſſe, iuxta formam Concilij, ſit valida, & bona, an vero ſurreptitia & nulla, nu. 360. Et videtur dicendum, non eſſe ſurreptitiam, ſed validam, quia prouiſus non narrat concurſum legitime factum, ſed ſolum præſentat literas Ordinarij id teſtantis, quibus Papa dans fidem id ait ſibi innotuiſſe, & ſic non eget iuſtificatione, à nu. 361. Sed contrarium videtur verius, quia fundatur falſa cauſa, & ex verbis Concilij, à nu. 365.*

*An examinatoribus, qui ex decreto Concilij nihil prorſus occaſione examinis, nec ante, nec poſt, poſſunt accipere, quacunque etiam immemoriali conſuetudine non obſtante, &c. poſſit ſtipendium pro ſuo labore dari, præſertim ex fructibus beneficij, à nu. 368. Reſoluitur negatiue, ex S. Congreg. & alijs, licet contrarium ſit ſtatutum Concilio Compoſtellano, & Toletano, & ita practicetur.*

*Multo minus poſſunt Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij aſſiſtentes examinibus & cum examinatoribus aliquid accipere, ſeu ſportulas ex huiuſmodi examinibus, quia cum non poſſint id accipere ex prouiſionibus beneficiorum, ita nec ex examinibus, nu. 380.*

*Item, quia accipere ſportulas iudices Eccleſiaſticos, eſt contra ius canonicum, num. 381. Et quando detur valere conſuetudinem in contrarium, vt tenet Speculator, & alij relati, nu. 382. In quo tamen non valeat talis conſuetudo, tenent Abbas, & alij dicentes communem, num. 383. tamen in propoſito non eſt conſuetudo præſcripta, num. 384. & quod tempus requiratur ad eam, à nu. 385. Sed ſtando in primo fundamento, nulla conſuetudo etiam immemorialis excuſaret, num. 389.*

*Dicto decreto Concilij videtur plane prohiberi examinatoribus quidquid dicatur occaſione examinis, ſiue ante, ſiue poſt, etiam gratioſe, & liberaliter, & ad captandam benevolentiam, & etiam ſi ſit modicum, id enim recte poſſet prohiberi tanquam ſimoniacum, nu. 390.*

*Ponuntur quæ de examine per concurſum habeantur in Concilio Prouinciali Bononien. Primo, à S. Congregatione approbato, nu. 191.*

255 Decimooctauo principaliter † dubitatur an in parochialibus iuriſpatronatus requiratur examen per concurſum.

In quo dico primo, in parochialibus iuriſpatronatus laicorum non requiri examen per concurſum, ſed ſolum præſentatum examinandum eſſe ab Ordinario cum tribus ſaltim examinatoribus Synodalibus, & illi idoneo reperto inſtitutionem faciendam ex d. cap. 18. Concilij, verſic. quod ſi ius patronatus laicorum, & ita ſæpe S. Congregatio Concilij reſpõdit vt ſequentibus declarationibus ſuper d. cap. 18. Congregatio iamdudum cenſuit hoc c. non requirere examen per concurſum ad parochialem, quæ ſit iuriſpatronatus laicorum validi, ideo admittendum ad eam illum qui intra tempus, quod iure patronatus laicis præfixum fuit Epiſcopis, præſentatus, & à deputatis examinatus, & idoneus repertus fuit Alia. Examen per concurſum fieri non debet in vacatione parochialium, quæ ſunt iuriſpatronatus laicorum, ſed ſufficit, quod deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus in dioceſana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, prout ſtatuit hic Cõcilium Trid, non poſſunt tamen patroni, quacunq; conſuetudine contraria non obſtante, ad nutum amouere ſemel inſtitutos, & Rectorem deputatum, & tradit Flam. Pariſ. lib. 8. q. 9. num. 111. Zerola d. verb. parochia, §. 2. 7. dub. Cechus d. c. 28. de paracho, nu. 2. & poſt hæc Gonçalez d. gl. nu. 134. Leſſius lib. 2. c. 34. num. 58. & 81. *Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 18. nu. 39. & c. 31. nu. 10. & 12. & cap. 32, nu. 32. Genuenſ. cap. 66. in annot. nu. 19. Vgol. de offic. Epiſc. c. 50. §. 3. nu. 3. verſ. 1. Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5. nu. 18.*

256 Hoc tamen primum † dictum limitatur, quando fuerint plures præſentati à patronis laicis, nam tunc inter ipſos præſentatos requiritur examen per concurſum, vt §. Congregatio cenſuit his verbis: Veniẽte vacatione parochialium de iure patronatus laicorum, quando plures ſunt præſentati, requiritur examen per concurſum inter ipſos præſentatos tantũ, ex his, qui facto examine ab examinatoribus renuntiati fuerint, Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alterũ inſtituat, iuxta hoc decretum. de quo fuit dubitatũ in deciſ. Literen. Archipresbyteratus coram D. Blancheto 6. Iunij 1582. adducta ſup. num. 87. & dictum quod conſuleretur Illuſtriſſ. Card. Carrafa præfectus, S. Congregationis Concilij, quæ tenuit vt ſupra & fuit tentum in Rota 30. Iunij 1587. coram eodem D. Blancheto, vt per Flamin. Pariſ. lib. 7. q. 5. nu. 21. & nouiſſimè tradit Gonçalez d. glo. 6. num. 138. vbi adducit d. declarationem Congreg. *Leo d. c. 21. n. 12. Genuen. d. num. 19. dicens, quòd dictam declarationem ſacræ Congreg. retulit, & ſequuta fuit Rota in vna Legionen. parochialis 30. Mart. & 9. April. 1590. coram D. Comitulo, Vgol. ſupra, & Piaſec. ponens dictam declarationem, & nouiſſimè Rot. in cauſa Pampilonen. de Yſal. R. parocho, &c.*

257 Quod tamen † intelligo, quando ſinguli præſentati à patronis laicis habent æqualem vocem, nam ſi aliquis haberet plures voces, is ſolum eſſet examinãdus, vt diximus, & idoneus repertus inſtituendus, ex c. iure patronatus, & ibi gloſſa Couar. reg. Peccatum, 2. p. §. 7. nu. 4. Lambert. 1. p. 2. lib. q. 10. art. 3. nu. 17. & 3. p. 2. lib. q. 4. art. 1. Ioan. Gutierez d. lib. 2. q. 15. nu. 20. & Vega in ſum. 1. p. c. 36. caſu 34.

Secun-

*Secundò limitatur in parochialibus iuriſpatr. laicorum deuolutis, vt in decl. 165. refert & ſequitur Genuenſ. d. c. 66. num. 19.*

158 Et in propoſito † nil videtur refert, quod ius patronatus ſit ex fundatione, vel donatione, aut ex priuilegio, ſeu conſuetudine, ſuppoſito quod non ſit de reuocatis.

159 Aduertendum † eſt autem, quod lite pendente ſuper iure patronatus, ſeu præſentandi manutenendus eſt Epiſcopus in poſſeſſione conferendi parochiales, ſeu faciendi concurſum, vt in vna Portugal. iuris præſentandi 9. Nouemb. 1599. coram Domino Corduba, vbi fuit reſolutum, Reuerend. Epiſcopo Portugalen. concedendum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione conferendi parochiales de quibus agitur in mentibus ordinarijs, & in Apoſtolicis faciendi concurſum, & approbandi, pendente lite ſuper iure præſentandi, quia iſtæ Eccleſiæ exiſtunt intra ſuam diœceſim, quod ſufficit non docto de alterius poſſeſſione; vt ſit manutenẽdus propter iuris aſſiſtentiam. Caputaq. deciſ. 306. p. 1. & 201. p. 2. & fuit reſolutum in cauſa Vlisbonen. iuris conferendi, 27. Nouemb. 1596. coram D. Lita, & alibi ſæpe. *Et facit declar. Sacræ Congreg. Concil. ſuper d. cap. 18. quam refert Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 18. n. 40. nempe, quod vacante Eccleſia parochiali, &c.*

160 Sicut manutenendus † eſt Epiſcopus in iuriſdictione in tota ſua diœceſi contra inferiores prætendentes immemorialem, donec de ea conſtet ex iuris communis aſſiſtentia, non aliter probata quaſi poſſeſſione Epiſcopi, vt cenſuit S. Congregatio Concilij, & Rota in cauſa Veronen. iuriſdictionis 28. Martij, 1596. coram D. Pamph. vt ſup. 3. p. c. 2. num. 194. & ſeq. & in cauſa Valen. iuriſd. 9. April. 1590. coram D. Bubalo, & in cauſa Burg. iuriſdict. 20. Iun. 1594. coram D. Seraphino, &c. *Et in alia Burgen. iuriſdict. de Caſtrojeriz 19. Decembr. eiuſdem anni coram eodem D. Scraphino.*

Dico ſecundo, in parochialibus iuriſpatronatus
161 Eccleſiaſtici requiri † examen per concurſum, ex d. c. 18. verſ. porro Epiſcopus, & qui ius patronatus, & verſ. ſi vero iuriſpatron. Eccleſiaſtici, ita vt ſi inſtitutio ad Epiſcopum, & nõ alium pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, vt ab eo inſtituatur, cum vero inſtitutio ab alio quam Epiſcopo erit facienda. tunc Epiſcopus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat, vt in d. verſ. ſi vero, & ſeq. Conc. prouinc. Mediol. quinta parte tertio titul. quæ ad beneficiorum collationem attinent, verſ. eadem ratio.

162 Quod confirmatur ex † declarationibus ſequen. S. Congreg. ſuper d. c. 18. Prima. Cum nominatis à patrono Eccleſię poteſt Epiſcopus etiam clericos ad concurſum admittere. Secunda. Epiſcopus inſtituere debet in beneficio præſentatum ab Eccleſiaſtico patrono, ſi dignioré elegerit ex approbatis ab examinatoribus. Tertia. Si inſtitutio iſtarum parochialiũ de iure patronatus Eccleſiaſtici ad inferiores pertinent: licet exemptos, & Abbates, nihilominus Epiſcopus Ordinarius debet edicta concurſus proponere, & inferior inſtituet magis idoneum approbatum ab Epiſcopo, quod ſi ſecus actum fuerit, collatio eſt nulla.

Eſt etiam Breue Sixti Quinti, poſitum per Man. Rodriguez in collectione priuilegiorum regularium, Bulla 22. Sixti V. pagina 1173. vbi ſic dicitur. Inſuper etiam volumus, & iuxta eiuſdem Concilii diſpoſitionem, & mentem ſtatuimus, & mandamus, quod in parochialium Eccleſiarum, & beneficiorum curã animarum habentium, quæ de eiuſdem ordinis, & congregationis iure patronatus Eccleſiaſtico, extiterunt, & ſecularibus clericis conferri conſueuerunt earum vacatione quandocunque occurrente, quamuis per dictos Epiſcopos ad concurſum & examen admitti poſſint alij, vltra eos, qui per eoſdem Congregationis Abbates, & alios ſuperiores patronos erunt nominati, nequeant tamen per eoſdem Epiſcopos, ſi ad eos inſtitutio, & non ad alium pertineat inſtitui, & ordinari. niſi illi tantum, qui inter approbatos, & ab examinatoribus idoneos repertos, ab eiuſdem ordinis, & congregationis Prælatis, patronis. digniores & magis idonei iudicati, & pro inſtitutione recipienda eiuſdem Epiſcopis præſentati fuerint: quod ſi inſtitutio non ab ipſis Epiſcopis, ſed ab alijs fuerit facienda, tunc quidem ſoli Epiſcopi ex dignis digniorem eligere debeant, ſed non ante ab eo, ad quem ſpectat, inſtitui poſſint, quam ab eiſdem patronis ei fuerint præſentati. *Et tradit Leo c. 18. à nu. 43. & add. conſilij Nauarr. 5. de iurepatr. ait, ad primum, & c. & in Flor. parocb. & c. R. parochiales.*

163 Vnde, † cum inter alia dubia, quæ petierunt Sereniſſimus Rex Portugaliæ tanquam adminiſtrator perpetuus militiarum Ieſu Chriſti, Sancti Iacobi, & Auis in ſuo Regno conſiſtentiũ, & Ordinarij eiuſdẽ Regni, à Congregatione Concilij Tridentini decidi & determinari, proponeretur ſequens dubium.

Quinta dubitatio eſt ex c. 18. ſeſſ. 24. vbi agitur de modo prouidendi, ſeu diſponendi de parochialibus Eccleſijs iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, quemadmodum Sereniſſimus Rex prætendit, ex his, quæ fuerũt dicta in informatione, nõ debere obſeruari in Eccleſijs pertinentibus ad illius præſentationem ratione magiſtratuum militarum Ordinarijs contrarium aſſerentibus. Congregatio cenſuit, imo debere obſeruari & in iſtis nam iſtud iuſpatronatus eſt Eccleſiaſticum, vt diximus ſup. 5. p. c. 1. nu. 515.

164 Et debent examinatores † approbare quotquot idonei reperti fuerint, vt ex eis patronus eligat, vt in ſeq. declar. S. Congreg. ſuper d. c. 18. Atreuaten. per hæc verba: Inter approbatos fuit reſolutum, examinatores plures approbare debere, vt patronus Eccleſiaſticus vnum eligere poſſit Epiſcopo præſentandum pro inſtitutione, & repugnat hoc decretum examinatoribus, qui vnum tantum probant, vt electio patrono tollatur.

165 Sed eſt difficultas, an † ſi reperiantur duo æquè idonei, patronus Eccleſiaſticus poſſit gratificare, & præſentare Epiſcopo, quem maluerit, an vero debeat ambos præſentare, vt Epiſcopus inſtituat vnum ex eis, quem voluerit, & ſic gratificatio ad
166 eum ſpectat. In † qua breuiter reſp. patronum Eccleſiaſticum poſſe gratificare & præſentare vnum ex illis, quem maluerit, nam cum ad eum ſpectet præſentatio, & electio dignioris, ad eum etiam videtur ſpectare gratificatio, vbi ſunt plures æquè idonei, vt in ſimili dixi ſupra dubio 3. nu. 150. Et ita tenet Nauarr. conſ. 5. de iure patron. Zerola 2. par. ver. iuſpatronatus, §. 10. Genuen. d. cap. 65. n. 5.

Aliæ

Azor 1.p.lib.6.cap.22.q.15. *Gratian.decis.97.nu.* 20.
267 *Leo in thes.for.Eccles.cap.*21.*num.*13. Et † censuit S.
☞ Congreg.super d.cap.18.vers.si verò, ibi: Is quem patronus dignioremꝫ inter approbatos ab examinatoribus iudicabit, &c. Et ad eundem Patronum Ecclesiasticum spectabit, quando duo æquè idonei ab examinatoribus fuerint iudicati, quia electio dignioris spectat ad patronum, institutio ad Episcopum, quando ad Episcopum pertinet.

268 Et etiam difficultas, an † si patronus dignioremꝫ non elegerit, Episcopus eum instituere teneatur? Et videtur quod non ex 2.declarat. sup. adducta num.
269 262. Nihilominus † tamen probabilius videtur, quod cum ad instituentem non spectet electio, debet instituere præsentatum à patrono, nisi alius ex approbatis in termino edicti pro institutione oppositi, seu saltim ante institutionem se opponat, dicens, non esse præsentatum magis idoneum, sed sibi vti magis idoneo, esse parochialem conferendam, tunc enim constando ita id esse ex relatione examinatorum, facta vel facienda, vel alias videbatur parochialis oppositori conferenda arg. dict.const. Pij
270 V. versic.vt autem. & id forte intendit dict.2.declaratio. Hoc † tamen secundum dictum procedit, nisi aliud in institutione, & fundatione cautum sit, quæ erit seruanda, non obstante hoc decreto, vt S.
☞ Congregatio censuit super d.vers. si vero, his verbis: Non habet locum hoc decreto contra institutionem, & fundationem, sed seruanda est lex in ipsa institutione posita, sed tantum præsentatus est examinandus, & approbandus ab Ordinario citra concursum, si repugnaret, institutioni, *sive fundationi*, ut *in* 6. *April.*1598.157. tradit Mar.Auton.Gen. dict. cap.65.nu.3. & Cech.de benef.& pensio.cap.12.nu. 52. *Et nouissimè Vgol. de officio Episcopi capit.*50. §.3. *num.*3.*vers.*3.

271 Et † alias, quod hoc decretum non procedit, vbi in fundatione fuit data diuersa forma, quæ est obseruanda, fuit dictum in vna Vlisbonen. prioratus 4.Iulij, 1601.coram D. Seraphino sup.adducta 4.p.
272 cap.3.num.74. Secundo † procedit, nisi institutio ad parochiales iurispatronatus Ecclesiastici facienda sit à summo Pontifice, vt quia vacauerint in mensibus Apostolicis, vel alias sint reseruatæ, nam tunc Ordinarius nulla habita ratione patronorum debet facere concursum, & magis idoneum eligere, ac instituendum remittere, & significare summo Ponti-
273 fici, vt S. Congreg censuit, vt † in declarationibus
☞ sequen. Prima, si institutio ad parochiales Ecclesias, quæ iurispatronatus Ecclesiastici sint, facienda erit à summo Pontifice, quia fortassis id mensibus reseruatis vacauerit, ius eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinet, qui transmittere debet attestationem examinis facti, & concursus, quot in eo approbati, & quem ex probatis vti digniorem, cui & Sanctitas gratiam faciat, nominarit, ita Congreg. censuit, Sanctissimus voluit, quia Episcopus melius cognoscit personas. Secunda. Barchinon. Electio dignioris ad Episcopum spectat, licet institutio à Papa facienda sit. Tertia, si beneficium curatum iurispatronatus Ecclesiastici in mensibus Sedi Apostolicæ reseruatis vacauerit, Episcopus ipse ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide Ordinarij à Sum. Pontifice instituendum, sicut fit in alijs curatis, quæ non sunt
274 de iure patronatus. Et † Archiepiscopo Bracaren. sic responsum est. Congregatio censuit, si institutio ad parochiales Ecclesias, quæ iurispatronatus Ecclesiastici sint facienda est à Sum. Pontifice, ius eligendi digniorem inter approbatos ab examinatoribus ad solum Episcopum, non ipsum patro-
275 num pertinere. Et † cum pro parte Ordinis S. Benedicti Congregat. Hisp. propositum esset sequens memoriale. Illustriss. Domini, quia Abbates Congreg. S. Benedicti Hispan. in omnibus, super omnia decretis S. Concilij obedire desiderant, & intellectum, & interpretationem eorum, quæ obscura & ambigua videntur, ab hac S. Congregatione petere tenentur, ideo humiliter supplicant Illustriss. & Reuerendiss. DD. vestris dignentur definire, & explicare, an idem S. Concil. sess.24. capit.18. de reform. §. cum vero, quando institutio ab alio, quam ab Episcopo erit faciẽda sub illa generalitate, & dictione, ab alio, comprehendat etiam Sum. Pontificem, an vero solos alios collatores, inferiores, & quod decisum & decretũ fuerit ipsis oratoribus tradi, vt sciãt quid obseruare teneantur. Sic responsum est. Congregatio Concilij censuit, verba illa, ab alio, intelligenda esse de inferiori collatore. Consonat Concil. Mediol. sup. *Leo dict. cap.*18.*num.*42. *Gonçalez gl.* 6.*num.*112. *qui ponunt dictam* 3. *declarationem Piasec. par.*2.*cap.*5.*num.*17.

276 Sed hic se offert † præcipua difficultas, quid in parochialibus iurispatronatus mixti clericorum, & laicorum, an ad istum effectum concursus censen-
277 dum sit Ecclesiasticum, an potius laicale. Et † dicendum videbantur, censendum esse laicale, ad tradita per Felin. in tract. quando literæ Apostolicæ, ampl.6. & lim.3. Roch.de iure patr.verb.ius, nu.15. Lambert.3.par.2.lib.quæst.9. art.9. Couarr. pract. cap.36.nu.5.vers.3. opportune, & alios per nos citatos sup.5.p.cap.1.nnm.558.

278 Nihilominus tamen in proposito † cõtrarium, nempe censendum esse Ecclesiasticum, censuit Sacra congregat. vt apparet ex declarationib. seq. su-
☞ per dict.vers.si vero. Prima idem in collatione, & institutione iurispatronatus mixti, scilicet, partim laici, partim Ecclesiastici. Secunda, si iuspatronatus mixtum sit laicale, scilicet, & Ecclesiasticum, quoad examen per concursum, Ecclesiasticum censendum est. Tertia. In collatione Ecclesiæ parochialis, quæ sit iurispatronatus, partim Ecclesiæ, partim laici, seruanda forma est examinis per concursum hic posita, quam Concil. præstituit in conferenda parochiali, quæ iurispatronatus sit mere Ecclesiastici. Idem dicendum est, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicos, pro vna tantum ad Ecclesiasticum. *Consonat Concilium Mediolanense suprà, & tradit Gennens.d.cap.65. seu 66.num.2. Zechus d.cap.12. num.52. Leo cap.18. à num.46. & nouissimè Vgolinus de offic. Episcop.cap.50.§.3.num.3.vers.3.*

279 Cuius ratio † esse potest fauore Ecclesiarum, vt illis melius prouideatur. Et quod qualitas clericalis attenditur, cum Ecclesiæ, vel personæ Ecclesiasticæ prodest, Felyn. in tract. quando literæ Apostolicæ, concluf.6. Rochus, Lambertus. 1.p.lib.1.quæst. 1.artic.6. & alij. *Quæ clariùs constat in sequentibus declarationibus Sacræ Congreg.*52. *&* 53.

280 Et hæc † omnia in hoc dubio dicta habentur in

Concilio

Concilio prouinciali Bononienſ. de quo infra in fine.

281 Et quod dictum † eſt de parochialibus iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, idem dicendum videtur de parochialibus, in quibus perſona Eccleſiaſtica habet ius nominandi Rectorem, nam idem in effectu eſt habere ius præſentandi, & habere ius nominandi Rectorem.

282 Et ita † declaratio Vicen. ſupra adducta 3. dubio nu. 149. quæ ait, quod vacante parochiali, ad quam Abbas habet ius nominandi, quemcunque Abbas nominauerit, eum Ordinarius ad examen admittere debet, intelligitur de examine concurſus, ſicut patronus poteſt ad concurſum aliquos nominare, vt in d. cap. 18. verſ. porro Epiſcopus, & facto concurſu, quem dignioremex approbatis iudicabit, Epiſcopo nominabit.

283 Sed ſuppoſito, quod † ius patronatus mixtũ ad effectum concurſus cenſendum ſit Eccleſiaſticum, ſuccedit alia difficultas, an parochiales iuriſpatronatus mixti cadant ſub reſeruationibus, ita vt ſi vacauerint in menſibus reſeruatis, Ordinarius nulla habita ratione patronotum, debet facere concurſum, & eligere magis idoneum à Summo Pontifice inſtituendum, vt in parochialibus iuriſpatronatus Eccleſiaſtici dictum eſt.

284 In qua difficultate † dico, quod quamuis ad effectum concurſus iſtud iuſpatronatus cenſeatur Eccleſiaſticum propter fauorem Eccleſiarum, vt melius prouideantur, vt dixi, tamen ad effectum reſeruationis ipſarum parochialium cenſendum eſt laicale, ex traditis d. cap. 1. 5. p. à nu. 558. ne laicus ex ſocietate clerici nimium præjudicium patiatur, quamuis dict. Concilium Mediolanen. ſupra contrarium videatur ſancire.

285 19. Principaliter † dubitatur, an in vicarijs perpetuis parochialium vnitarum debeat fieri concurſus, ſicut in parochialibus ſaltim iuriſpatronatus Ec-
286 cleſiaſtici. In † quo videbatur dicendum, quod ſic, argum. Clem. vnicæ, de offic. vicar. nam vicariæ perpetuæ ſunt beneficia, Rota deciſ. 2. num. 1. de excel. prælat. in nouis, Rebuff. in praxi, tit. de vicarijs perpetuis, & in tract. de nominat. q. 9. num. 8. alias 7. Gimon. in Enchirid. beneficiorum, tit. 3. cap. 1. nu. 37. Gambarus de offic. legati, lib. 5. Rubrica 1. num. 100. & lib. 6. num. 11. Mandoſ. regul. 34. quæſt. 17. & Hoied. de incompatibilitate beneficiorum, cap. 15, num. 11, Ioannes Quintinus in repetit. cap. de multa, de præbend. numer. 27. Leſſius lib. 2. cap. 34. num. 3. & Azor 2. parte, lib. 3. cap. 6. quæſt. 5. & 6. & libro 5. cap. 28. quæſt. 6. & cap. 29. quæſt. 19. non ſimplicia, ſed curata, cap. fin. de offic. vicar. gloſſ. fi. in d. Clementina, & ibi Bonifacius nu. 42. Rebuff. in praxi tit. de diſpenſatione ratione ætatis, verb. vel earum perpetuæ vicariæ, Nauarr. conſil. 11. de ſtatu monachor. nu. 3. & poſthæc late Gonçalez gl. 5. §. 3. à nu. 19. Et diſpoſita in beneficijs habent locum in vicarijs perpetuis, Hoieda d. tractatu 2. par. cap. 10. num. 10. & in eis habent locum iura ſtatuentia de Eccleſiis parochialibus, vt ex d. & Clemen. vnica, dicit Nauarr. d. numer. 3. & quæ dicuntur in beneficio curato, habent locum etiam in vicaria perpetua, Rebuff. dict. quæſt. nona, numero octauo, Gonçalez ſupra num. 21.

287 Et in dicto Concilio † prouinciali Toletano de anno 1565. actione 2. decreto 24. in fine, ſtatuitur, quod in parochialibus Eccleſiis quibuſcunque, quæ dignitatibus, præbendis, capitulis, monaſterijs, collegijs, alijſque locis pijs vnitæ ſunt quocumque modo, vicarij perpetui ſeruata forma, quæ in eligendis, atque inſtituendis presbyteris parochialibus à Tridentina Synodo, & illo decreto præſcripta extat, deputenturita tamen, vt is, ad quem parochialis Eccleſia iure vnionis pertinet, quem digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicauerit, præſentare Ordinario teneatur, vt ab eo perpetuus eiuſdem
288 Eccleſiæ vicarius inſtituatur. Et † ita etiam vidi ſeruari in hoc Epiſcopatu Abulen. in vicaria de Cebreros, & de Niarra, & del Herradon.

289 Nihilominus † tamen dicendum eſt, in huiuſmodi vicarijs non debere fieri concurſum, *Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 50. §. 3. verſic. 8.* ſed ſolum ad nominationem ſeu præſentationem illorum, quorum dignitati, vel Eccleſiæ parochialis eſt vnita, & annexa, deputandos, & inſtituendos eſſe, cap. extirpandæ, §. qui vero, ex cap. de monachis, de præbend. cap. vnico. de capell. monachor. in 6. & Clement. 1. de iure patronat. Abbas in repetit. d. §. qui vero, numero 9. Petrus de Perufio de vnionib. cap. 11. quæſt. 6. Ripa lib. 2. reſponſo 18. nu. 4. Nauarr. d. conſil. 11. de ſtatu monachor. num. 3. & 7. Ioan. Gutier. conſil. 44. Rota in vna Tiraſonen. iuris præſentandi, 18. Iun. 1584. vt in deciſ. 798. num. 5. parte 1. diuerſorum in impreſſis, & alias coram Domino Bubalo 37. Maij. 1588. vt in deciſ. ſeq.

290 *Tiraſonen. iuris † præſentandi 27. Maij 1588.*

Domini concorditer tenuerunt ius præſentandi competens Capitulo Tiraſonen. ad vicarias, de quibus agitur, non eſſe ſublatum per Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. cap. 9. Neque per erectionem Eccleſiæ B. Mariæ de Borgia in collegiatam, nam quod attinet ad diſpoſitionem Concilij, dum abrogat patronatus, ſeu ius præſentandi aliter quam ex fundatione & dotatione, hoc non procedit in caſu de quo agitur, quia Capitulum Tiraſonen. non habet hoc ius præſentandi ex priuilegio, ſed ex diſpoſitione iuris communis. Cum enim Capitulum & Canonici ſint Rectores, vt pluries fuit reſolutum, ad ipſos ex diſpoſitione iuris communis pertinet ius præſentandi vicarios, qui exerceant curam animarum, & vt ſuſtineant vices ſuas, & deſeruiant in locum ſuum, & ius inſtituendi ſpectat ad Epiſcopum, c. de monachis de præbendis. c. 1. vbi gl. verb. præſentantur, & ibi Doctores de capellis monachorum in 6. *& nouiſſimè in vna Vlyſb. fuit reſolutum R. vicariæ.*

191 Et confirmat † conſtitutio Pij V. 46. ſuper declaratione portionum aſſignandarum vicarijs perpetuis parochialium vnitarum, quæ incipit Ad exequẽ
192 dum, ver. volumus, vbi Papa ſic ait, Volumus inſuper, & ita mandamus quod dicti vicarij perpetui nõ ad liberam ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis vnitis ponentur cum ipſorum ordinariorum, ſeu eorum vicariorum præuio examine approbatione deputentur, & ita ſolet indici in ipſis literis vnionum. Et † Concilium Tridentinum d. c. 18. & conſtitutio Pij Quinti ſuper collatione parochialium, loquuntur de parochialibus ipſis, nõ vero de vicarijs ipſarum paro-

chialium

chialium vnitarum, in quibus vicarios nominari per eos, in quorum Ecclesijs vnitis ponuntur, iuri & rationi consonum est, cum suarum parochialium vnitarum vicarij sint, & vices suas sustineant. Nec dict. constitutio 46. Pij Quinti est in hoc correctoria, seu limitatoria Concilij, quidquid dicat Gonçal. d. gl. 5. §. 3. num. 53. & glos. 6. num. 161.

293 Vnde in huiusmodi † vicarijs non solum non requiritur concursus, sed nec examen nominati cum examinatoribus synodalibus, sed sufficiet examen, & approbatio Ordinarij, iuxta dictam constitutionem 46. Pij Quinti, decretum Concil. cap. 13. sess. 7. de reform.

294 Et ita † censuit S. Congregatio, vt in sequentibus declarationibus super cap. 7. sess. 7. de reform.

☞ Prima Congregatio censuit, nominationem vicariorum ad beneficiatos pertinere, hoc est, ad eos, ad quos beneficia expectant. Sic etiam Pius Quintus dicta Bulla addens: Ordinarij, vel eius vicarij preuio examine approbationem necessariam esse. Secunda. Ex dicta Bulla Pij Quinti Kalendas Nouembris anno secundo, nominatio vicariorum perpetuorum spectat ad Ecclesias, seu loca, quibus dictę parochiales sunt vnitæ. Et ad dictam nominationem poterit Episcopus præficere terminum decem dierum. Tertia. Nominationem vicarij perpetui Sanctissimus Dominus noster Gregorius Decimus tertius audita relatione congregationis respondit, spectare non ad Ordinarium, sed ad eum, cuius est beneficium, in quo erigitur vicaria. & 28. *Aprilis* 1594. *Congregat. Concilij censuit, vicarios perpetuos in parochialibus capitulo vnitis non esse præuio concursu instituendos.*

295 Et fuit † responsum Episcopo Abulen. de anno 1593. vt in declaratione sequen. Ad primum. Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini pro parte Reuerendissimi Episcopi Abulen. supplicatur declarari sequentia, circa quæ dubitari contingit. Primum dubiũ, an in assignanda portione vicarijs attendenda sit dispositio S. Concil. sess. 7. de reform. cap. 7. an vero Bulla Pij Quinti & an illa sit reualidata, & nominatio vicarij spectet ad eum, cuius dignitati, vel beneficio parochialis est vnita, vt in dict. Bulla. Secundum, an parochi possint abesse quos menses absque Ordinarij licentia ex causa, quæ sibi videatur iusta, vt tradit Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 121. versic. & quamuis. Tertium dub. an matrimonium contractum coram parocho, qui non sit sacerdos, valeat. Quartum, an examinatores peracto examine ad parochiales, quos iudicauerint idoneos, ita debeant renuntiare, vt explicent, quis inter illos sit magis idoneus, absque eo tamen quod ipsi eligant vt sic Episcopus melius intelligat, quem ex illis debeat eligere vt digniorem, quod menti Concil. consonum videtur, Perill. & R. D. vti frat. D. Episc. Abulens. Perillustris & R. D. vti frater quatuor dubitationibus, quæ Amplitudinis tuæ nomine per libellum his literis adiunctum propositæ fuerunt Illustrissimis Cardinalibus, qui Tridentini Concilij decretis interpretandis præsunt, ita sigillatim responsum fuit, nempe ad primam de assignanda portione vicarijs, vtique seruandam esse Sanct. memoriæ Pij V. constitutionem, & nominationem vicariorum sæcularium ad tempus in beneficijs curatis vnitis, spectare ad amplitudinem tuam, perpetuorum in vim eiusdem constitutionis spectare ad nominationem illorum, in quorum Ecclesijs vnitis ponentur, ipsi tamen prævio examine, & approbatione, erunt ab Amplitudine tua deputandi.

Ad secundum de licentia parochorum, censuit Congregatio, eos minime abesse posse absque Amplitudinis tuæ licentia.

Ad tertium respondit, matrimonium cõtractum coram parocho non sacerdote vtique valere.

Ad quartum, examinatores debere renuntiare quotquot idonei reperti fuerint, non autem quis eorum dignior sit, Amplitudinem verò tuam debere eligere digniorem, de quibus singulis cum teneat Congregationis sententiam, eam sedulo obseruandam curabit, & benequalebit in Domino, qui illi gratiæ suæ munera abundè largiatur. Romæ die 14. Decembris 1593. Amplitudinis tuæ Perillustris. & Reuerendiss. vti frater studiosissimus Hieronymus Cardinalis Matthæus.

Et prędicta resolutio, & declarationes S. Congregationis approbantur, & confirmantur per Breue Sixti V. positum per Manuel Rodriguez in collectione priuilegiorum regularium, Bulla 2. Sixti V. pag. 1173.

296 Vnde dictum † decretum Concilij Toletani videtur contra ius, & egere confirmatione Papæ, & alias non valere.

297 Nec videtur † suffragari possessio contraria, etiã in iudicio possessorio, & manutentionis, quia ius cõmune illis afflixit, quorũ Ecclesiæ, seu beneficio parochiales vnitæ sunt, qui de iure fundatam habent intentionem in libera nominatione vicarij perpetui, & Ordinarius resistit quoad concursum, præsertim, stantibus dict. constitutione 46. Pij V. & dictis declarationibus S. Congregationis, ex cap. ad decimas, de restitut. spoliator. & c. cum personæ, de priuileg. in 6. & Rotam in vna Conchen. exercitij notariatus, 14. Martij, 1594. coram D. Blanchetto, & in causa Veronens. iurisdictionis, 28. Martij 1596. coram D. Pamphilio, & in alijs causis supra relatis num. 260. & declarationibus S. Congregationis supra adductis 3. p. cap. 2. num. 194. & maxime, stante decreto irritan, & clausula sublata dict. constitutionis ad Crescen. decis. 4. de priuileg. ad fi. & quod dixi sup. p. 5. c. 5. num. 102.

298 Hoc tamen † non procedit in beneficijs curatis, quæ dicuntur vicariæ, non tamen sunt vicariæ parochialis alicui beneficio vel loco vnitarum, sed de per se, nam in his debebit fieri concursus sicut in alijs parochialibus, ex dicto decreto Concilij. Et de his vicarijs loquitur in decisione Pampilonen. decimarum, 14. Ianuarij, 1591. coram Domino Bubalo, in
299 qua fuit resolutũ, Vicarios perpetuos habere fundatam intentionem super decimis, quando non adsunt alij Rectores, Rota decis. 5. de officio vicarij, in antiq. Rebuff. de congrua, num. 110, licet alias non habeant, glos. in capit. G. perpetuus. de fide instrumentorum, Cardinalis in Clementina 1. de decimis, quæst. 10. & vacante Ecclesia parochiali, vel tantum stante vicario temporali debuisse deputari legitimum defensorem, vel causam agendam cum Episcopo super decimis, ad notata per Doctores, post glossam, verb. defensore, in cap. 1. de reb. Eccles. in 6.

300 Et in vna † Cæsaraugustana fructuum, 10. Nouembris, 1595. coram Domino Iusto fuit dictum,

quod

quod cum non oſtenduntur iſti duo tituli, Rectoris,& Vicarij ſeparati,ſed videmus ipſum Vicarium ſine Rectore, Vicarius reputatur verus Rector, & talis dici poteſt, Bonifacius in Clem. Dudum,§. cæterum,nu 4.de ſepultur.

301 Et idem † eſt in Vicarijs erectis in Eccleſijs vnitis alicui beneficio,vel loco abdicando,& ſeparando curam animarum ab ipſis Eccleſijs,& transferendo eam in vicarios, vt in vicaria per Gregorium XIII. de anno 1583.erecta in Eccleſia loci de la Ventoſa, Abulenſis diœceſis vnita per eum monaſterio Beatæ Mariæ de la Meiorada ordinis Diui Hieronymi.

302 Huiuſmodi † enim vicariæ appellantur, & ſunt vere beneficia curata de per ſe, & ſic in eis debet fieri concurſus,ſicut in alijs beneficijs curatis.

303 Ad quod eſt † declaratio S. Congregationis ſuper dicto caput 18.quæ ſic ait: Præſuppoſito, quod Eccleſia parochialis,quæ proprium Rectorem habebat,nec vlli pio loco erat vnita,authoritate Apoſtolica poſt Concilium redacta fuerit in ſimplex,& ſine cura beneficium erecta ibidem vicaria perpetua,& capellania etiam perpetua, cum onere coadiutoriæ in cura animarum ipſi vicario perpetuo, dotata ab ipſo Rectore, & ſtante conſtitutione Pij V. de vicarijs perpetuis,an præſentatio vicarij perpetui & capellani pro tempore ſpectet ad prædictum Rectorē, vel horum prouiſio pertineat ad Epiſcopum, in cuius diœceſi eſt Eccleſia.Reſpondit Congregatio, in vicario ſeruandum eſſe hoc decretum,vt vicaria detur per concurſum, & capellanum ſufficere, vt approbatus ab Epiſcopo, ab ipſo detur, iuxta cap. 6. ſeſſ. 21. & ſic vtrunque beneficium ſpectare ad Epiſcopum.

304 Sed offert ſe † difficultas,an id quod diximus de vicarijs perpetuis parochialium vnitarum,procedat etiam,quando vicaria vacat in menſibus reſeruatis?

305 In † qua dicendum videbatur,non procedere; ſed tunc prouiſionem vicariæ ad Papam ſpectare abſque prævio concurſu, ex regula reſeruatoria menſium,quæ capit etiam beneficia iuriſpatronatus Eccleſiaſtici,vt ſupra dictum eſt 5.par.c.1.à num.505. Atque adeo etiam vicarias iſtas, in quibus habent ius præſentandi,ſeu nominandi illi, quorum Eccleſiæ,vel beneficio parochiales ſunt vnitæ.

306 Et hoc † videtur tenuiſſe Rota in vna Tiraſon. iuris præſentandi,& inualiditatis præſentationis 19 Ianuarij,1583.coram Domino Robuſt. in qua agebatur de ſimili vicaria,quæ deciſio ſic ſe habet.

☞ Fuit reſolutum, quod præſentatio Capituli Eccleſiæ Tiraſonen.fuit nulla,quia beneficium vacauit in menſe reſeruato,& regula reſeruatoria octo menſium capit etiam iſta beneficia, etiam quod ſint debita certo generi perſonarum,vt Papa, & non alius conferat illa dictis perſonis, vt per Puteum deciſ.6. de menſe,& latius deciſ.164.libr. 2. refert Ant. Auguſt.in eadem reg.de menſe,nu.5.prout Papa prouidit in caſu iſto perſonæ habenti qualitates Bullæ Alexandrinæ,qualitas enim iſta quod conferantur iſtis perſonis,non contradicit reſeruationi.ſed tuetur ius illarum partium, vt illis dicantur debita iſta beneficia.Sarnen.de iure quæſito,q.1.& ideo iſta cauſa debet aſtringere reſeruationes,iuxta limites illius,quia limitata cauſa, limitatum producit effectum, & ſic quoad ipſas perſonas tantum comprehenſas dicta Bulla,vt Papa ſolus poſſit illis prouidere, & non alius.Nec mouebant Dominos clauſulæ,non obſtantibus reſeruationibus,quia recipiunt interpretationem à principali diſpoſitione 5. ad effectum prouidendi illis perſonis,& ſic,vt illa beneficia non conferantur alijs,non autem vt Papa non poſſit illis quouis modo prouidere,præueniendo, aut reſeruando, præſertim,cum Papa non dicat etiam per Nos. Nec placebat deciſio ex aduerſo adducta quia eſt defectuoſa,& acephala.

Conſiderabant etiam Domini,quod clauſulæ illæ executiuæ de reſeruationibus,ſunt intelligendæ & referendæ reſpectiue ſingulæ ſingulis, vt ſint conferenda per Ordinarios iſtis perſonis, vbi non adſunt reſeruationes,& per Papam,vbi ſunt reſeruationes, quia quælibet diſpoſitio recipit paſſiuam interpretationem à iure communi.Et iſtæ clauſulæ regularum reuocatoriarum iſtarum facultatum conferendi reſeruatæ ſunt prægnantes,& appoſitæ in legibus vniuerſalibus,quæ capiunt omnia.

Nec facit Concilium Tridentinum,quia agimus de præſentatione patroni,& inſtitutione Ordinarij, quæ nullæ ſunt,cum ſint clericorum & comprehenſæ ſub reſeruatione. Et non eſt neceſſe diſputare de prouiſione Papæ,& de illius validitate,quia ſufficit, vt obtineat per non ius actoris,vltra quod Concilium in caſu iſto nō intrat, vt per informantes,ſed hoc eſt ex abundanti.

307 Et idem † tenuit Rota in d.Tiraſonen. inris præſentandi 18.Iunij,1584.quæ habetur d. 1. p. diuerſorum deciſ.798.nu.4.ad 5.

308 Poſtea tamen in alia Tiraſonen.vicariæ † coram Domino *Lita* 13.Octobris, & 4. Decembris, 1595. Rota tenuit etiam,in menſibus Apoſtolicis poſſe nominare,ſeu præſentare ad vicarias eos,quorum Eccleſijs parochiales ſunt vnitæ ex d.conſtit.46.Pij V. quam ait procedere etiam in menſibus reſeruatis, ex eo præcipue,quod in verſ. & quoniam iniquum eſſet,ſtatuitur,quod Eccleſiæ,monaſteria,& loca pia, in quorum parochialibus Eccleſijs vnitis contingeret vicarias perpetuas erigi pro quantitatib. fructuum ipſis vicarijs perpetuis aſſignatorum ad ſolutionem quinquennioru,vlterius non teneantur,ita tamen, quod Vicarij perpetui,qui pro tempore deputabuntur,teneantur expedire nouam prouiſionem ſuæ deputationis, & ſoluere annatam pro portione fructuum ſibi aſſignata, &c. quod procedit in reſeruatis,nam expeditio nouæ prouiſionis, & ſolutio annatæ non ſolet fieri, niſi quando beneficium eſt reſeruatum,vel alias eius prouiſio ſpectat ad Papam, vt latius habetur in dictis deciſionibus, quarum tenor talis eſt.

309 *Tiraſonen. Vicaria † S. Michaelis 13. Octobris* 1595.

☞ Tenuerunt Domini,præſentationem factā à Capitulo Tiraſonen.ad vicariam S.Michaelis eſſe validam in caſu,& ad effectum,de quo agitur,vt ſcilicet noua prouiſio conceſſa Michaeli ſuſtineatur. Motiuum,quia certum ius præſentandi ad iſtam vicariam ſpectaret ad Capitulum Tiraſonenſ.illudque non fuiſſe ſublatum per Concilium Tridentinum, vt alias deciſum fuit coram bonæ memoriæ Bubalo,cuius deciſionis copia exhibita fuit per informantes pro ipſo Capitulo. Tum, quia conſtitutio Pij V. in

ordine

ordine 46. tribuit faculteatẽ nominandi vicarios perpetuos Rectoribus Eccleſiarum vnitarum. Vnde cum apud Capitulum Tiraſonen. ius Rectoriæ, ſeu parochiæ etiam reſpectu huius Eccleſiæ S. Michaelis reſideat, ad tex. in cap. extirpandę, §. qui verò parochialem habet Eccleſiam, vbi ſcribentes hoc paſſim notant. de prębend. & dignitatib. Sequitur propterea, præſentationem ipſam de perſona Michaelis factam, & in cõcurſu per Ordinarium approbatam validam cenſeri debere ad effectum, de quo agitur. Nec obſtare dixerunt Domini, quod vicaria illa vacarit in menſe reſeruato, quod regula reſeruatoria etiam capiat beneficia iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, ad notata per Felyn. in tract. quando literæ Apoſtolicę in 3. limitatione, etiamſi ſint debita certo generi perſonarum, Puteus deciſ. 2. ſuper reg. de menſe, & alias fuit reſolutum in ſimili vicaria coram Reuerẽdiſſimo Oriolen. cuius deciſionis copia data fuit, tum, quia Papa ſatis ipſam præſentationem approbaſſe videtur, dum facta expreſſione per ſupplicantẽ, quod vicaria vacauit in menſe reſeruato, & quod Michael fuit ad eam præſentatus, & ab Ordinario in concurſu approbatus, eidem conceſſit ipſam nouam prouiſionem, ad textum in c. ex ore, de his, quæ fiunt à Prælatis. Tum etiam, quia ſupradicta conſtitutio Pij V. habet locum etiam quando vicariæ vacant in menſe reſeruato, ſeu cadunt ſub alia reſeruatione. Quod patet eo eo, quia alias fuiſſet non ſolum ſuperflua, ex cap. de monachis, de præbendis, cum notatis in c. 1. de capel. monach. in 6. ſed etiam eſſet valde exorbitans, grauando prouiſos ab Ordinarijs in eorum menſibus, ad accipiendum nouam prouiſionem, expediendum literas, & ſoluendum annatam, quod non ſolet fieri, niſi quando beneficiũ eſt reſeruatum, vel alias eius collatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicã, quo caſu ne Cancellaria defraudetur ſuis regalibus, opus eſt noua prouiſione, quæ reualidet præſentationem alias defectiuam. Puteus deciſ. 2. de præbend. & ſoluenda eſt annata, quæ non ſoluitur, niſi de reſeruatis, & ſpectantibus ad collationem Sedis Apoſtolicæ, vt notorium eſt. Et quod dicta conſtitutio procedat in reſeruatis, indicat ratio poſita in §. & quoniam iniquum eſſet, dum pro rata aſſignata Vicarijs adimitur Rectoribus onus ſoluendi quinquennia, & transfertur in Vicarios perpetuos, grauando ad ſolutionem annatæ expeditionem nouæ prouiſionis: at ſi ſolutio quinquennij prius fiebat à Rectoribus pro beneficijs reſeruatis: ergo pariter Vicarij tenentur in reſeruatis ad expeditionem nouæ prouiſionis, & ſolutionem annatæ, cum regulariter translatio fiat cum ſuo onere, ad textum in lege Caio, & ibi gloſ. & DD. ff. de aliment. & cibar. legat.

Nec obſtare dixerunt Domini, quod de hac vicaria non ſoluatur annata: & cõſtitutio videtur loqui de illis, quæ ſoluunt annatam, ex portione ſua, quia fuit dictum, conſtitutionem eſſe generalem, & ita comprehendere etiam caſum vbi vicaria non ſoluat annatam, cum talis ſolutio dependet ab expreſſione valoris, an excedat 24. maxime cum in hoc nulla poſſit conſtitui ratio differentiæ, ex quo vbi ſumus in reſeruatis, ſemper facienda eſt expeditio in Curia, & ſic ſiue ſit ſoluenda de dicto beneficio annata, ſiue non. Vnde ſequitur, quod illa qualitas ſolutionis annatæ, de qua in d. conſtitutione fit mentio, nõ habet reſtringere generalem diſpoſitionem ipſius conſtitutionis, ſed potius intelligi debet in caſu, quando eſſet ſoluenda, vt ſic cenſeatur data lex generalis, quæ capiat vtrumque caſum ad notata per Bart. in l. quæſitum. §. ſi quis fundum, num. 1. & ſeq. de fundo inſtructo, & inſtrument. leg. ad illud, quod conſtitutio loquatur de vicarijs illarum parochialium, quæ ante Concilium non habebant vicarios perpetuos, ſed amouibiles. & quod ideo nõ procedit in iſta vicaria perpetua erẽcta ante Concilium fuit reſponſum, quod licet in proœmio loquatur de vicarijs, qui ante Concilium erant mouibiles, tamen in diſpoſitiua loquitur, tam de vicarijs perpetuis, quam temporarijs, & ratio ipſa eſt etiam generalis, & conuenit, tam perpetuis vicarijs ab initio conſtitutis, quam amouibilibus, & poſt Concilium perpetuis effectis, vt ex lectura ipſius conſtitutionis videre eſt. Quo fit, vt cum in omnem caſum rationi legis magis ſit concedendum, quam cortici verborũ. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſationibus tutorũ. l. nominis. §. verbum ex lege. ff. de verb. ſign. c. propterea, & cap. intelligentia eod. tit. Caſſad. deciſ. 16. nu. 5. ſuper regulis, nec incõgruum ſit, vt conſtitutio vna reſtringatur, vel amplietur ad limites rationis. l. cum pater. §. dulciſſimis, ff. de legatis 2. cum alijs, per Caſſad. vbi ſupra, nu. 6. ideo, &c. Ad illud autem, quod in prouiſione Michaelis dicatur ius præſentãdi ſpectare ad Tiraſonen. ceſſantibus reſeruationib. Apoſtolicis fuit reſponſum, quod vltra quod illa eſt clauſula ordinaria, quæ non alterat, debet intelligi de iure præſentãdi plene, ita vt præſentatus nõ egeat noua prouiſione Apoſtolica. Et dũ dicebatur, quod conſtitutio illa eſt reuocata per ſuperueniẽtiam regularum, fuit dictum contrarium verius eſſe, ſtante quod procedit per viam legis, vt per Sarn. in proœm. q. 5. in fin. Vltimo ad deciſionem in ſimili vicaria, alias facta coram Reuerendiſs. Oriolen. fuit reſponſum, quod tunc non fuit deducta illa conſtitutio Pij V. ſed tantum quædam Bulla Alexandri mandans prouideri filijs patrimonialibus, cui reſpondetur ex regula reſeruatoria, quæ capit etiam beneficia debita filijs patrimonialibus, vt dicitur in d. deciſ. vltra quod in illo caſu vicarius inſtitutus ab Epiſcopo nõ obtinuerat nouam prouiſionem, neque hic in Curia expediuerat literas, iuxta diſpoſitionem dict. conſtitutionis, prout in caſu, de quo agitur obſeruatum fuit. Refert Gonçalez gloſ. 5. §. 3. à num. 59.

310 *In † etiam 4. Decembris 1595.*

☞ Placuit dominis deciſio in hac cauſa facta ſub die 13. Octob. proxime præteriti, & propterea ab ea recedendum non eſſe dixerunt. & ad illud, quod cõſtitutio Pij V. fuit reuocata per regulam reſeruatoriã octo menſium, fuit reſponſum, quod ſicut regulę reſeruatorię non tollunt facultatem conceſſam diſponendi de reſeruatis, Gemin. conſ. 3. Simoneta de reſeruatio. q. 47. ita reg. de qua agitur nõ tollit ius nominandi rectores ad vicarias, quod Capitulo Tiraſonen. competit, etiã in reſeruatis vigore dictę conſtitutionis, & ad illud, quod reg. vlterius procedat tollendo indulta, & priuilegia diſponendi de beneficijs reſeruatis, fuit dictum, quod non per hoc tollit facultatem conceſſam per viam legis, quę eſt ſpecialis nota digna, vt cẽſeatur ſublata, Creſcen. dec. 194.

alias 11.de priuil.& 223. alias 16. eo. tit. Et ad illud quod credatur Papæ atteſtanti beneficium eſſe reſeruatum, fuit dictum non negari reſeruationem, ſed ea non obſtante Capitulum potuiſſe præſentare, & hoc vigore d.conſtitutionis,& ad illud quod Papa in prouiſione facta Michaeli declarat, quod nemo diſponere poſſit,non obſtante ſi Epiſcopo, vel Capitulo,aliquod ius præſentandi ſpectat,ceſſantibus reſeruationibus Apoſtolicis,fuit dictum,ex tali declaratione potius cenſeri præſeruatum,quam ſublatum ius præſentandi,ſeu nominandi rectorem ad dictam vicariam, quod Capitulo Tiraſon. competit vigore d.conſtitutionis Pij V.ſtante quod Papa videtur eo præſuppoſito loqui,quod huiuſmodi facultas Capitulo non competat in reſeruatis, cuius tamen contrarium verius eſſe dignoſcitur ex lectura d.conſtitutionis,ad tex.in l.mancipia. Cod. de ſeruis fug. cum vulgaribus,& illud quod vicaria non eſt beneficium per ſe,ſed vnitum cum portione, & quod principalis denominatio ſit à portione, & ideo non eſt locus d.conſtitutioni,quæ de vicarijs loquitur,fuit reſpõſum,alias fuiſſe reſolutum extare vicariam hanc, & alias duas S.Marie,& S.Bartholomæi in ciuitate Borgiæ,& ius præſentandi ad eas ſpectare ad Capitulum Tiraſonen.in tãtum vt præſentati ad eas, ſimul cum eis portiones eis reſpectiue annexas conſequi debent,& cum circa hoc adſit res iudicata,fruſtra nũc prætenditur ſub falſo prætextu d. principalis denominationis,non intrare conſtitutionem Pij V.de vicarijs generaliter,& indiſtincte loquentem.Et ad illud quod prouiſio Michaelis ſit ſimplex prouiſio,vti de reſeruato facta,& non noua prouiſio,fuit dictum huiuſmodi prouiſionem Michaeli ſuffragari, maxime cum ipſe non ſit cauſa,& agatur de beneficio,cuius prouiſio propter reſeruationem ſpectet ad Papam; ſed per hoc non ſequi, quod præſentatio, ſeu nominatio de eo facta à Capitulo Tiraſonen. ſit inualida,ſtante, quod conſtitutio Pij V. de qua ſupra d.Capitulo huiuſmodi facultatem, tribuit etiam in reſeruatis,vt latius in alia deciſione explicatum fuit, nec fuit in poteſtate Michaelis facto ſuo præiudicare d.Capit.ſicut nec mediante illa aſſertione, quod ſcilicet ius præſentandi perſonam idoneam ad dictã vicariam ſpecter ad Capitulum Tiraſonen. ceſſantibus reſeruationibus, & affectionibus Apoſtolicis, maxime cum huiuſmodi verba non excludant,quin etiam d.Capitulo competere poſſit eadem facultas nominandi,etiam in reſeruatis,prout vere eidem cõpetere dignoſcitur,ex lectura d.conſtitutionis,ideo, &c. *Quæ deciſ.eſt nouiſſim, Farin.* 294.

311 Nihilominus hac re † primo dicendum videtur, dict. conſtitutionem 46 Pij V.ſicut & Concilium Tridentinum ſeſſ.7.de reform.c.7. loqui de vicarijs illarum parochialium vnitarum, quæ ante Concilium non habebant vicarios perpetuos,ſed amouibiles,nec habere locum in Eccleſijs,in quibus ante Concilium Tridentinum vicariæ perpetuæ iam erectæ erant, quamuis contrarium teneat Rota in d.Tiraſonen.vicaria,& cum ea Gonçalez d.gl.5.§.3.n. 75.vt S. Congregatio cenſuit,his verbis: In Eccleſijs, in quibus ante Concilium Trid. vicariæ perpetuæ iam erectæ erant,nec decretum Concilij, nec conſtitutio Pij V. de vicarijs perpetuis habet locum.

312 Illud † tamen,quod dicitur in d.conſtitutione, verſ.volumus,de deputatione vicariorum ad nominationem illorum, in quotum Eccleſijs vnitis ponẽtur,habebit etiam locum in vicarijs perpetuis erectis ante Concilium ex quo eſt iuri antiquo conforme,vt in d.c.extirpandæ,§.qui vero, ex d. c. de monachis,& d.cap.vnico,& d.clem.1. citatis ſupra numero 289.

313 Secundo videtur † dicendum vicarias perpetuas erectas ante Concilium Tridentinum, ex quo ſunt vere beneficia,vt dictum eſt num.286,comprehendi ſub reſeruationibus beneficiorum, vt in dictis deciſionibus Tiraſonen.iuris præſentandi,& apparet ex Bulla prouiſionis d.vicariæ Tiraſon.de qua fit mentio in dictis deciſionibus Tiraſon.vicariæ,in qua declaratur dictam vicariam eſſe reſeruatam, & neminem de ea diſponere potuiſſe, &c. Quod etiam vidi in alia Bulla vicariæ del Herradon, huius diœceſis

314 Abulen.de ann.1551.Quamuis † in Hiſpania id nõ ſeruatur,ſicut nec in beneficijs iuris patronatus Eccleſiaſtici,vt diximus ſupra 5.p.c.1.num. 516.& ibi dicta poſſunt hic accommodari.

315 Vnde prouiſio † huiuſmodi vicariarum vacantium in menſibus reſeruatis,ſeu ſub alijs reſeruationibus ſpectabit ad Papam, abſque prævio concurſu iuxta dicta.

316 Tertio † dicendum videtur in vicarijs perpetuis erectis,ex d.decreto Concilij,c.7.de quibus loquitur dict.conſtitutio Pij V. vt dictum eſt, vacantibus in menſibus Apoſtolicis,ſeu alias reſeruatis,poſſe fieri præſentationem,ſeu nominationem,& deputationem,non obſtante reſeruatione,ita tamẽ quod Vicarij deputati teneantur expedire nouam prouiſionem,nec alias ad poſſeſſionem admitti poſſint, ex dicta conſtitutione Pij Quinti,quatenus ſtatuit, q vicarij perpetui pro tempore deputandi teneantur expedire nouam prouiſionem,& ſoluere annatam pro portione fructuum ſibi aſſignata pro qua debet fieri detractio in ſolutione quinquennij,ex d.conſtitutione,&c.

317 Quod intelligendum videtur de vicarijs vacantibus in menſe Apoſtolico,ſeu alias reſeruatis. vt tenuit Rota in d.Tiraſonen. vicariæ, ex rationibus de quibus ibi.

318 Et ſic vult illa † conſtitutio, non obſtare reſeruationes,ſi enim obſtarent,& vti reſeruatæ à Papa eſſent prouidendæ,non opus eſſet ſtatuere, quod expediretur noua prouiſio, & ſolueretur annata, ne Cancellaria defraudaretur,cum in prouiſione à Papa facienda de illis,quando vacarẽt in mẽſibus reſeruatis,ſeu ſub alijs reſeruationibus,eſſent literæ expediendæ,& ſoluenda eſſet annata, & ſic Cancellaria non defraudaretur. Et ita poſt hæc tenet Gonçalez ſup.ex d.n.59.qui tamen n.63. male ait, quod d. conſtitutio Pij V.grauat vicarios ad obtinẽdam nouam prouiſionem,etiam in menſibus ordinarijs.

319 Certum † vero eſt alia beneficia, quæ dicuntur vicariæ, quæ tamen ſunt beneficia de per ſe, & non vicariæ parochialium vnitarum, & vicarias erectas in Eccleſijs vnitis abdicãdo ab illis curam, & transferendo eam in vicarias, comprehendi ſub reſeruationibus ad dicta ſupra à nu.298.

320 Et de huiuſmodi † vicarijs perpetuis parochialium vnitarum videndi ſunt Dd. maxime Abbas in d.§.qui vero,& in d.c.de Monachis,& Dd.in c.ſuper eo.de præben.in 6.& in d.c.vnico, de capell. monachor.eo.lib.& in d.clem.1.de offic.vicarij & de iure

patro-

patronatus, Rebuf. in praxi tit. de vicarijs perpetuis & in repet. 1. d. §. qui vero, & in tract. de congrua portione, Hoieda de incompatibilitate beneficiorũ, c. 15. Ioan. Guttier. conſ. 8. & Flores de Mena q. 10. Açor 2. par. lib. 3. c. 6. & lib. 6. c. 29. & vide deciſionẽ Rotæ in cauſa Salamantina vicariæ de anno 1596. adductam 1. p. c. 2. nu. 94. vbi de vicarijs amouibilibus, & infra 11. p. c. 2.

321 Vigeſimo principaliter † dubitatur, an examen, & concurſus factum cum tribus examinatoribus Synodalibus adhibito etiam alio, vel alijs non Synodalibus vitietur.

322 In quo Rota † in cauſa Dertuſen. parochialis de Villa franca, 18. Decemb. 1581. ſupra adducta dub. 16. nu. 232. tenuit non vitiari ex regula leg. teſtamẽtum. C. de teſt. quod ſuperabundans, & maior cautela non nocet. *Et dictam deciſionem Dertuſen. refert & ſequitur in propoſito Genuen. in praxi c. 66. annot. nu. 18. ſed id intelligit, dummodò attendatur maior pars vtpotum examinatorum ſynodalium, quòd aliàs poſſet fieri fraus. &*

323 † facit, quod tenet Rota in cauſa Legionen. capellaniæ, 6. Iunij, & 5. Decembr. 1575. coram Domino Cæſare de Graſſis, quod præſentatio nõ dicitur nulla, ſi rector, qui ex forma erectionis, & fundationis adhibere debebat in electione vnum parochianum adhibuit duos, ad cap. cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſ. & quia non ſolent, quæ abundant vitiare, nec in hoc caſu eſſe violatam formam ſicut nõ eſſet violata, ſi in teſtamento adhiberentur nouem teſtes, vt per Cæſarem de Graſſis dec. 169. nu. 4. 5. & 6. & dec. 170. nu. 8. & 9.

324 Nihilominus tamen † contrarium cenſuit Sanct. Congreg. Concilij in vna Toletana infra adducenda dubio 22. nu. 339. ad tertium, & cum ea Rota in Toletana parochialis de Alcaudete, vt in deciſionibus

325 adducendis d. dubio à nu. 341. Nam † cum Concilium velit examen, & concurſum fieri coram examinatorib. Synodalibus, ſaltim tribus faciendo examen cum quinque, verbi gratia, examinatoribus, quorum duo non ſint Synodales, non ſeruatur forma Concilij, quod vult omnes examinatores eſſe Synodales, & ſic illi duo non poſſunt dici adhibiti ad maiorem cautelam, & abundantiam, vt in exemplo de teſtamento, & in caſu d. deciſ. Legionen. & ceſſat ratio d. deciſionis Dertuſen. facit quod formæ nihil addi, vel detrahi poteſt, Fel. in c. cum dilecta de reſcrip. nu. 6. verſ. ampliat. 1. & Mandoſ. reg. 27. Cancell. q. 24. nu. 16. & 18. cum alijs.

326 21. Principaliter † dubitatur, an examen factum

327 ante lapſum termini euicti ſubſiſtat. In quo Rota in vna Carthag. parochialis de Iorquera, 9. Decembr. 1588. coram D. Orano reſoluit examen, & prouiſionem factam ante lapſum termini in edicto expreſſi, nullo poſtmodum comparente ſuſtineri, ex Lambertino de iure patronatus 2. p. 2. li. q. 6. art. 25. qui ait, quòd inſtitutio, ſeu confirmatio facta ante lapſum termini appoſiti in edicto, licet ſit nulla, ex cap. ſi. de elect. in 6. nemine tamen cõparente validatur, prout ex nunc, ad inſtar collationis factæ per ordinarium ſpreto patrono, quæ patrono non comparente infra tempus datum ad præſentandum tenet.

328 Quæ deciſio † Carthaginen. ſic ſe habet: Ioa. de Cetro ſub prætextu inter alia, quod ordinarius in collatione parochialis Eccleſiæ loci de Iorquera, iuxta decretum S. Concil. Trid. & cõſtitutionem Pij Papæ V. ſuper modo & forma prouidendi de parochialib. Eccleſijs editam præmiſſis edictis concurſum facere neglexiſſet, obtinuerat à felic. record. Papæ Gregor. XIII. de illa ſibi prouideri. Pro cuius adiudicatione facta inſtantia, dedi dubium an narratiua ſuæ gratiæ ſit iuſtificata, ita quod intrat, Domini vnanimiter pro negatiua concurrunt, nam quamuis teſtes pro illius iuſtificatione adducti deponant ſe nõ vidiſſe propoſita edicta, & quod vidiſſent ſi fuiſſent valuis Eccleſiæ affixa, tamen ex quo teſtes plures numero de contrario atteſtantur, magis placuere affirmantes vidiſſe edicta, quam negantes, iuxta glo. leg. diem proferre, §. ſi plures, ff. de arbit. & cap. 1. gl. fi. de præſcrip. in 6. Fel. in c. in noſtra, num. 4. de teſtib. cum ſimilib. Hoc autem tanto magis, quia quando actus qui affirmantur, vel negantur, habent tractum temporis, vt in hoc caſu, tunc præferuntur affirmantes negantibus, in tantum quod negantes ſuſpiciones falſi non euitant, vt per Aret. in c. in noſtra, n. 17. de teſtibus. Nec refert, quod teſtes pro affirmatiua deponentes ſunt Epiſcopi familiares, præterquam enim, quod omnes non ſunt tales, nullam propterea exceptionem patiuntur, cum intereſſe Petri hic tractatur, non autem Epiſcopi, & eorum dicta coadiuuantur partim aſſertione Epiſcopi, qui in collatione parochialis dicit præmiſiſſe edicta, Rota dec. 11. de iure patron. in nouis, Caputaq. 238. par. 2. partim ex veriſimilitudine, cum in confeſſo ſit apud partes oppoſitores concurſus faciendi gratia cõparuiſſe. Non obſtat, quod prætenditur Epiſcopum, quo facilius ſuo familiari de parochiali prouideret, noluiſſe ad concurſum admittere oppoſitores, ſub prætextu autem diſmembrationis de illius fructibus faciendæ fraudulenter eos auertiſſe, quia domini reſponderũt non conſtare præſtitum fuiſſe oppoſitorib. aliquod impedimentum, quo ex facto poterant coram notario, & examinatorib. iuxta tenorem edictorum comparere, & de impedimentis, ſi quæ occurriſſent, proteſtari: fraudulenta vero auerſio Epiſc. à concurſu remouetur. Ex quo ſatis notum eſt, non modo ipſam Regiam Maieſtatem pro impetranda à Papa diſmẽbratione in vſum ſeminarij interpellaſſe, ſed etiam hanc animi ſui voluntatem Capitulo communicaſſe, vt bene hic deducit in facto ſcribens. Minus releuat, quod non probetur præciſe dies affixionis edictorum, ex quo etiam infertur, certam notitiam haberi non poſſe collationem ab ordinario factam fuiſſe tranſacto tempore in edictis expreſſo, quia huius defectus probatio incumbit parti alleganti formam traditam ex Concilio & Conſtitutione Pij V. non fuiſſe ſeruatam, & nihilominus quando collatio docetur facta ante temporis lapſum in edictis expreſſi nullo poſtmodum comparẽte collatio ſuſtinetur, Lambertinus de iure patron. in terminis, 2. p. 2. lib. q. 6. art. 25. & ex his fuit concluſum, narratiuam Ioannis non fuiſſe iuſtificatam.

328 Nihilominus † tamen contrarium verius eſt in prædicto dubio, nam tunc reuera non ſeruatur forma Concilij d. c. 18. verſ. tranſacto, & ſic examen & prouiſio ſunt nulla ex decreto inſtanti, de quo ibi in fi. & in d. conſtitutione Pij V.

329 Ex † quo apparet formam iſtam eſſe præciſam, & non ad effectum, vt aliàs fuit reſolutum in vna Toletana profeſſionis, 27. Februar. 1595. coram D.

330 Pamphilio, quam † hic ponere placuit, quia eſt

etiã aliàs per nos allagata, Domini ſteterant in reſolutis 13. huius, quod profeſſio Ioannis fuerit nulla, ex quo iuxta formam conſtitution. felic. recor. Sixti V. nõ fuit approbata in Capitulo generali, vel prouinciali, ſed tantum per diffinitores Ordinis Diſcalciatorum, quos non cõſtat habuiſſe facultatem admittendi aliquod ad Religionem contra formã prędictę conſtitutionis, quæ vult admiſſiones & approbationes fieri debere in Capitulo generali, vel prouinciali præuia plena, & indubitata fide ſuper parẽtibus, patria, vita, & moribus ipſius admittẽdi. Nec contrarium dicit ſecunda conſtitutio eiuſdem Sixti, quatenus in §. neque verõ. vult in receptione religioſorum ſufficere numerum vocalium, ſuffragiorũ, qui legitimus à iure, vel per ordinis ſtatuta fuerit præfinitus, quia loquitur reſpectu receptionis faciẽdæ in Capitulo generali, vel prouinciali, quod non vult ideo minus habere facultatem recipiendi religioſos, licet aliquis vocalis deſit, vel à diffinitorum conſenſu diſcrepet, dummodo adſit ſufficiens vocalium, & ſuffragiorum numerus à iure, & per ſtatuta ordinis requiſitus. Nec obſtat fides ſecretarij in qua dicitur, inquiſitionem, & admiſſionem Ioannis fuiſſe approbatã in Capitulo generali, quia ipſemet ſecretarius poſtea ſe correxit, declarãdo approbationem fuiſſe factam antequam Capitulum celebraretur eo medio tempore, quo Gremiales ſimul ſe congregabant, quod manifeſte conſtat, ex eo, quod approbatio & admiſſio & Ioannis, quæ fuit ſub die 24. Maij præcedit fere per menſem ipſum Capitulũ generale, quod poſtea ſub die 22. Iunij ſequentis fuit inchoatum. Et tãto magis, quod ex atteſtationibus datis conſtat nõ fuiſſe adhibitam in hac admiſſione illam diligentem inquiſitionẽ ſuper parentibus, patria, vita, & moribus admittendi, quam conſtitutio requirit, cum illa fuerit fundata ſuper erronea atteſtatione teſtium deponentium, Ioannem fuiſſe filiũ Laurentij Oliuerij, cum tamen vere eſſet filius Ioãnis Ruiz de Ribera, quo fit, vt licet aliàs potuiſſet hæc inquiſitio fieri extraiudicialiter, iuxta cõſilium Abbatis 41. tamen cum fuerit adhibita ſcriptura, ex qua cõſtat de mala informatione, ceſſat omnis præſumptio alterius bonæ informationis aliunde habitæ, ad conſ. Caſtren. 81. nu. 3. lib. 2. Fel. in c. ſicut. col. 15. verſ. 7. & vltim. de re iud. Caſſad. deciſ. 12. nu. 6. ſuper reg. Pariſ. conſ. 15. nu. 21. lib. 4. Det. conſil. 13. nu. 2. Neque obſtat, quod ideo non reddatur nulla profeſſio cum conſtitutio, ſaltim reſpectu huius inquiſitionis faciendę, non procedat vlterius annullãdo, quia cum ſtatuat non aliter ad Religionem aliquos eſſe admittendos, niſi prius facta diligenti inquiſitione, de qualitatibus profitentis, dicitur inducere formam, ita vt ea nõ ſeruata actus ſit nullus, ad notata in l. ſi non dubium. C. de legib. cum alijs per Brunum de forma, in tit. quando aliquid cenſeatur datum pro forma, col. 5. in 2. conſl. præſertim ſtante decreto irritanti, quod in fine poſitum refertur ad totam diſpoſitionem l. talis ſcriptura. §. fin. ff. de leg. 1. Rebuff. in tit. de firma & irrenocabili cõcordator. ſtabilitat. verſ. vlt. notand. eſt, & ceſſat difficultas ex 2. conſtit. ipſiuſmet Sixti, quæ in §. quod autem expreſſe annullat profeſſiones factas, nõ ſeruata forma in prima cõſtitutione præſcripta. Neq; obſtat, quod iſta forma ſit ad effectum, vt non admittantur inhabiles. & ideo ſatis eſſe, quod hodie conſtet Ioannem habere qualitates requiſitas ad ſuſcipiendum habitum, iuxta formã præfata conſtit. quia hoc non procedit quando adeſt decretum irritans, vel cõſtitutio vlterius procedit annullãdo profeſſionem aliter factam, vt in hoc caſu adtradita præſcribentes in l. 1. vbi Iaſ. nu. 11. ff. de liber. & poſth. Alex. in l. fi. nu. 3. C. de procuratoribus. Pariſ. conſ. 19. num. 187. lib. 2. Sylueſt. Aldobr. conſ. 92. num. 27. cum alijs allegatis. Alia in contrarium deducta bene ſoluuntur per informantes, cõducit etiam deciſio Pedem. Cacher. 165. à num. 7. & Paz. in l. 200. ſtyli à num. 61.

131 Et in propoſito † ita tenuit Rota in d. Toletana parochialis de Alcaudete coram D. Seraphino 3. Iulij 1595. vt in deciſ. ſeq. Fuit de ordine Sanctiſſimi Dñi noſtri dubitatum in Rota preſuppoſito concurſu, & collatione per Sereniſs. Cardinalem ab Auſtria de parochiali, de qua agitur, Michaeli de Ayala de mẽſe Aprilis 1595. an ei concedenda ſit prouiſio ſimplex, vel ſaltim noua prouiſio, & difficultatẽ faciebat prouiſio facta à Papa de menſe Februarij Hieronymo de Leiua, tanquam de vacãte per obitum cuiuſdam Chriſtophori de Buſtamante, vſq; de anno 1593. cum clauſula, ſeu alio quouis modo, & ex alterius cuiuſcunq; perſona, quare in concurſu prouiſorum orta eſt dubitatio ſuper validitate cõcurſus, & collationis factæ Michaeli, & cauſa per me vtraque parte informante propoſita, pro parte Hieronymi duo opponebantur contra huiuſmodi cõcurſum, & prouiſionem Michaelis, & primo fuit oppoſitum de reſeruatione ex ſecunda regula reſeruatoria, in qua reſeruantur beneficia vacãtia ſede Epiſcopali vacante, vſq; ad promotionem ſucceſſoris, & adeptã poſſeſſionem. Verum hæc oppoſitio nõ placuit, quia cũ Cardinales non ligentur diſpoſitione extrauagantis iniunctę, vt fuit aliàs in Rota reſolutum coram Illuſtriſs. Lancellotto, vt poſſint etiam ante adeptã poſſeſſionem conferre, vt poſt Belorci. de charitatiuo ſubſidio, q. 66. qui dicit, ita fuiſſe reſolutũ in Rota, tradit Sarnen. in Proœmio regularium q. 4. num. 9. vtique non applicatur regula, maxime cum requirat vacationem, quæ hic non datur propter gratiam coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, & cum clauſula, ex nunc, prout ex tunc, neque facit, quod dicitur, quod quando in regulis Papa voluit excipere Cardinales, hoc expreſſit, vt etiam habetur in vltima regula, de edendo, à qua excludũtur Cardinales, quia hoc eſt intelligẽdum de his regulis, quæ poſſunt applicari Cardinalibus, nõ autem in illis, quorum rationes non applicantur, vt eſt iſta, in qua neque ratione expeditionis literarum, neque ratione fructuũ debitorum Camerę qui ad prouiſos ſpectant ſtatim poſt præconizationem in Cõſiſtorio, maxime in Regnis Hiſpaniæ, poteſt verificari ratio finalis regulæ. Et hoc quidem ſenſit Rota, nuper in cauſa Toletana canonicatus à me propoſita. Secunda oppoſitio facta fuit contra huiuſmodi concurſum præſentatũ in dataria ſanctiſſimi domini noſtri, & domini cenſuerunt ex pluribus concurſum hunc eſſe defectiuum, nec in eo ſeruatam formam Concilij Triden. Primò, quia non fuit appoſita dies propoſiti edicti, adeo, vt ſciri non poſſit, an intra terminum, vel poſt terminum fuit Michael examinatus. quod tamen videtur neceſſarium ad examinis validitatem, cum terminus ille qui præfigitur, iuxta diſpoſitionem Concilij Trident. ſeſſ. 24. capit. 18. ſit ad conuocandum

eos,

eos, qui concurrere voluerint, & eo transacto, non prius debeant examinari, cum quo concordat Concilium prouinciale Toletanum, & ista non est forma adeffectum sed præcisa, vt fuit dictum coram R. P. D. Gipsio in vna Volaterrana parochialis, 20. Maij 1591. & ratio potest esse, ne per præuentionem vnius alij supplantentur. Secundo, quia ex testibus apparet fuisse examinatum, & approbatum Michaelé intra tempus pendentis termini, qui licet sint examinati ad perpetuam rei memoriam: tamen reddunt negotium suspectum, ex quo in concursu non fuit apposita dies edicti, prout ex stylo solet in alijs, qui præsentantur apponi, & quorum nonnulli fuerunt dominis meis ostensi. Tertio, quia cum adessent plures examinandi, vnicus Michael examinatus, & statim approbatus reliquis non expectatis, eique facta collatio, quæ etiam ex eo redditur suspecta, quia erat familiaris Archiepiscopi, neque fuit expectatum tempus, intra quod potuissent alij concurrentes sese examini subijcere. Et quamuis per vnum ex Reuerendis dominis meis fuit allegata coram Reuerendo Patre Domino Orano in vna Carthaginens. parochialis, 9. Decembr. 1588. in qua dictū fuerat, quod examen poterat fieri pendente termino, & quod partim pugnanti concursum incumbebat onus probandi adfuisse alios, qui concurrere volebant, & non fuerant admissi: tamen hoc casu non fuit habita ratio huius decisionis, quia hic constabat de existentia aliorum concurrentium, quod non apparebat in illa Carthaginens. & ideo concludum, nihil esse concedendum Michaeli, nec concursum eidem suffragari.

332 Et d. doctrina Lamber. † d. art. 25. mihi non videtur vera, ex d. c. fi. de elect. in 6. nec facit simile de collatione facta spreto patrono, vt apparet ex d. sup. 5. par. c. fi. à nu. 241.

333 22. Principaliter dubitatur, an † examinatores in Synodo deputandi sint in particulari, & nominatim N. N. N. an vero possint deputari in genere, verbi gratia, prior, seu lectores talis monasterij, canonicus Doctoralis, Magistralis, Canonicus lecturæ, & Pœnitentiarius, ita vt comprehendantur etiam successores.

334 In quo dubio † dicendum videbatur posse ita deputari in genere, nam cum obtinentes talia officia & præbendas, soleant esse personæ doctæ, & qualificatæ, videntur recte posse Synodo satisfacere, & ab ea probari, & ita factum est in aliquib. Episcopatib. Hispaniæ, & particulariter in hoc Episcopatu Abulens. cum quibus non solum qui tūc erant, sed etiam successoribus fiunt examina ad parochiales vacantes, & ita tenet P. Led. in sum. 2. par. tract. 7. c. 1. 7. conc. circa tertiam difficultatem. dicens, ita tenere communiter homines doctos Hispaniæ, & ita habere vsum communem Ecclesiarum Hispaniæ, quod ordinarie facta est nominatio ita.

335 Nihilominus tamen † tenendum est, non posse examinatores in genere deputari, ita vt successores seu subrogati comprehendantur, sed solum comprehendi tunc stantes, quod videtur esse de mente Concilij, nam cum velit examinatores in Synodo dicœcesana ab ordinario proponi, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur, videtur velle eos in particulari, & nominatim deputari, successores enim cum sint incerti & incogniti, non possunt recte probari.

336 Nec † obstat, quod obtinentes prædicta officia, & præbendas soleant esse personæ doctæ, & qualificatæ, nam licet ita soleat esse, potest tamen id in aliquib. deficere, & quamuis sint docti, possunt esse malæ, seu nimis ampliæ conscientiæ, & malæ vitæ, & morum, & econtra. Et demum satisfactio & approbatio debet esse de personis in particulari, non in communi, & in genere.

337 Et ita in Concilio † prouinciali Mediolan. 5. p. 3. tit. quæ ad Synodum attinent, dicitur, quod in synodo ab Episcopo proponantur examinatores nominatim, & de his probandis suffragia recte ferātur. Et in Archiepiscopali Bonon. Card. Paleoti, seu de Bonon. Ecclesiæ administratione, p. 4. de Synodo diœcesan. nu. 28. pag. 208. ponitur forma deputandi examinatores in Synodo hoc modo, quod lecto decreto Concilij Trid. de eligendis examinatoribus, tunc subiungunt, Nos igitur Gabriel, &c. hoc decretum exequi cupientes proponimus vobis RR. N. N. N. N. qui nominatim (inquit) promulgantur, placentne vobis? Secretarius autē accipit vota à Synodo, & dicit, Si quis est, cui non placeant, assurgat, & ad Illustriss. Archiepiscopum accedat.

338 Et † Prosper de Augustino in append. ad summam Bullarij, par. 2. verb. Synodus diœcesana. pag. 596. ait, quod pro examinatoribus probandis suffragia ferantur, & electi nominatim promulgentur, & quod de hoc S. Congregatio Concilij Patiarchæ Venetiarum sic rescripsit, Illustris & Reuerendissime Dn. vti frat. consultat. amplitudinis tuæ super examinatoribus in Synodo approbandis, sic respondit Cōgregatio S. Trident. Concilij interpres, nempe examinatores, qui ab amplitudine tua propositi fuerūt à Synodo, tam per vota secreta, quàm aperta posse probari: itaque amplitudo tua eum modum in probatione seruari faciat, quem magis expedire iudicauerit, quod reliquum est Deum illi quam beneficentissimum precamur, Romæ die 11. Iul. 1592. amplitudinis tuæ Illustriss. & Reuerend. vti frat. Hieronymus Cardinalis Matthæus. Quæ declaratio est impressa in Synodo Veneta celebrata in mense Septembr. 1592. pag. 46. *& eam ponit Piasec. in praxi Epis. par. 2. c. 2. num. 4.*

339 Et in terminis † ita censuit Sacra Congregatio Concilij in vna Toletana de anno 1594. his verbis: Exponitur in diœcesi Toletana ab annis quatuordecim citra nullam fuisse celebratam Synodum diœcesanam, in vltima vero, quæ fuit celebrata de Anno 1580. fuisse deputatos certos examinatores Synodales, ex quibus aliqui diuersis occupationibus detinentur, alij vero promoti, & aliqui mortui sunt, vltra præfatos, fuerunt deputati in genere auditores consilij ipsius Archiepiscopi absq; certa expressione personarum, quæritur nunc, an ista deputatio auditorum sic generice facta valeat, vel nō, & dato quod valeat, an comprehendantur deputati examinatores Synodales, illi tantum auditores, qui tempore Synodi erant, an vero cæteri, qui fuerunt in locum illorum subrogati: & præsuppositō, quod comprehendat etiam auditores subrogatos, an cōcursus factus cum tribus ex istis auditoribus, vna cum alijs nominatis ab Archiepiscopo Toletano, absque eo quod à Synodo approbati sint, valeat. Et omnia prædicta quæruntur ad effectum videndi, si collationes factæ de parochialibus præuijs talibus concursibus

teneant, vel potius ad Sedem Apoſtolicam ſint deuolutæ. Ad primum Congregatio Concilij cenſuit valere, ſi tamen in Synodo ab Archiepiſcopo auditores propoſiti fuerint, & ab ea probati. Ad ſecundū minime comprehendi ſubrogatos. Ad tertium non valere, & ideo collationes factas nullas eſſe, eaſq; ad Sedem Apoſtolicam eſſe deuolutas. Hieron. Cardin. Matthæus.

340 Et idem tenuit † Rota in d. Toletana parochialis de Alcaudete, 10. Maij 1596. coram D. Arigonio, & 16. Decembr. eodem anno coram D. Corduba, & 2. Maij 1597. coram D. Lita, vt in deciſionibus. ſeqq.

341 *Toletana parochialis † de Alcaudete 10. Maij 1596.*

☞ Cum Hieronymus de Leyua prouiſus fuiſſet de parochiali Eccleſia de Alcaudete, in cuius prouiſione, quæ erat facta ad ſui ſupplicationem, multa fuerunt narrata, & controuerteretur ſuper illorum iuſtificatione, propterea dubitaui, an dict. gratia eſſet iuſtificata, qua dubitatione propoſita fuit reſolutū omnia eſſe iuſtificata, nam vacationem huius parochialis per obitum Petri Zarate de menſe Decembr. 6. de anno 1564. fuit dictum probari per plures teſtes deponentes de publica voce & fama primus ſuper quinto, ſecundus, tertius, & quintus ſuper primo, quæ probatio ſufficit ad hunc effectum, Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemad. teſtam. aperiant. Taniſ in deciſ. 75. ſereniſſimum Cardinalem ab Auſtria tūc temporis non adeptum fuiſſe poſſeſſionem Archiepiſcopi probari per fere omnes teſtes ſuper 2. art. & licet deponant de publica voce, & fama, tamen vt narratiua dicatur iuſtificata, non requiritur plena, ſed ſufficit etiam ſemiplena probatio, ad tradita per Aegidium in dec. 116. cir. fi. qualitates Hieronymi, nempe doctoratum, & presbyteratum, & eſſe oriundum ex dioeceſi Cordub. per tres teſtes ſimiliter deponentes de publica voce & fama. Bald. in l. prouidendum. C. de poſtulan. Alex. in add. ad Bar. in l. de minori, §. plurium. col. fin. in verb. vana vox. ff. de quæſtionibus, Caputaquen. deciſ. 277. p. 1. imo reſpectu presbyteratus exiſtant duo teſtes, qui dicunt, vidiſſe illum celebrare Miſſam. Valorem annuum illius parochialis non excedentem ducatos 266 per teſtes ſuper 5. art. deponentes de publica voce & fama. Aegid. in deciſ. 675. Puteus deciſ. 29. incip. in vna Colon. lib. 1. & perficiunt tempus obtentæ gratiæ. Caſſad. in dec. 19. in fi. ſupra reg. Non obſtat, Hieronymum non eſſe oriundum de ciuitate Cordub. prout continetur in literis expeditis, ſed eſſe ex dioeceſi, quia in ſupplicatione dicitur tantum presbyter Cordub. quæ ſupplicatio debet attendi, tanquam prima matrix, Bar. in leg. Sempronius, ff. de leg. 2. & in l. ſi librarius, nu. 9. ff. de reg. iur. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de eden. & expeditores non poſſunt præiudicare partibus in expeditione literarum. Caputaq. in deciſ. 217. lib. 1. circa aliam difficultatem, quod diſpoſitio huius parochialis ſpectaret Sedi Apoſtolicæ, iuxta conſtitutionem felic. record. Pij Papæ V. prout ipſe Hieron. narrauit, domini dixerunt, hoc quoque eſſe verificatum, quia cum ex examinatoribus Synodalibus adhuc viuerent, & extarent tres, & iuxta formam Concilij Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. ad minus debent interuenire tres, & tamen in examine Michaelis non interfuit, niſi vnus, merito ob non ſeruatam formam fuiſſe factum locum reſeruationi, de qua in d. conſtitutione, & nihil refert, quod notarius in inſtrumento concurſus aſſerat omnes illos examinatores, qui interuenerunt, eſſe Synodales, quia in hoc non eſt ſtandum notario, cum ei non credatur, niſi de his, de quibus fuit rogatus, §. non autem. in auth. de tabellio. Innoc. in c. 1. ſub nu. 5. de fide inſt. vltra quod contrarium apparet de ipſamet deputatione facta in vltima Synodo, in qua ſunt deſcripti omnes examinatores, quorum vnum tantum conſtat interueniſſe. Non obſtat, quod in Synodo fuerunt etiam deputati examinatores cōſiliarij Archiepiſcopi, & quod in hoc examine interuenerint tres Conſiliarij, quia non erant ex illis, qui tunc fuerant deputati, ſed alij, qui ſucceſſerant in officio, quos ſucceſſores & ſubrogatos, deputatio minime comprehendebat, prout fuit reſolutum in Congregatione Concilij in alia Toletana, & quatenus etiam illos comprehendiſſet, fuit dictum, ex quo interuenerunt alij, qui non fuerant approbati in Synodo, ideo concurſum, & examen ex hoc quoque cāpite fuiſſe nullum, & inualidum, & collationem deuolutam fuiſſe ad Sedem Apoſtolicā, vt in ead. deciſ. Toletana. Nec ſupradictis obſtat deciſio facta in cauſa Placentina parochialis de Malpartida, in qua fuit dictum Epiſcopum poſſe deputare alios examinatores, quia loquitur in caſu, quando non extarent amplius examinatores Synodales, quod non erat in caſu, de quo agitur, cum tunc temporis tres alij extarent. Et eo magis quam plures ex dominis veniebant in hanc ſententiam, quia cum infra terminum edicti plures alij ſe oppoſuerint, & ſe deſcribi fecerint, vt apparet quoque ex inſtrumento ipſiuſmet concurſus, ideo examinato Michaele concurſus non debebat ſtatim eadem die, qua fuit inceptus claudi, prout fuit clauſus, ſed erat expectandū per aliquot dies videndi gratia, ſi alij oppoſitores volebant ſe examini ſubijcere, nam ſi a die finiti termini, de quo in edicto vſque ad diem, in quo fuit ceptus, & apertus concurſus, & examinatus Michael, fuerat elapſum tempus vnius menſis, infra quod tēpus illi alij oppoſitores habebant iuſtam cauſam, de non compatendo. Ad primo ſubijciendo examini quanto magis erat expectaduni poſt examen Michaelis, vt alij quoque poſſent venire ad ſe examinandū, & præſertim, ita erat faciendum, quia prout deponunt teſtes, quando exiſtant plures oppoſitores, examen durat per plures dies, & non omnes ſimul examinantur, primus & ſecundus teſtes repetiti, iuxta 29. interrogatorium.

342 *In eadem † 16. Decembr. 1597. coram D. Corduba.*

☞ Domini fuerunt in deciſis non fuiſſe ſeruatam formam Concilij in cōcurſu, de quo agebatur, quia non ſolum in eo non interuenerunt tres examinatores Synodales, prout requirebatur, quinimo fuerunt adhibiti alij non Synodales, quod illud annullant, prout declararunt Illuſtriſſimi Cardinales Concilij Trid. interpretes, ex actis enim per Dom. Michaelē præſentatis conſtat, ex ſexdecim examinatoribus deputatis in Synodo, de anno 1580. ſolū interuenisſe D. Auton.

D. Anton. de Couar. ſcholaſticum, ex quo Hieronymus habet intentionem ſuam fundatã, eo ipſo quod oſtendit in eo concurſu interueniſſe examinatores non Synodales, Alex. conſ. 55. nu. 12. lib. 5. Decius conſ. 483. nu. 5. Sylueſt. Aldobran. conſ. 113. nu. 26. nec tenetur probare, id quod eſt de intentione & replicatione Michaelis dantis de aliorum examinatorum defectu, vel impedimento, iuxta conſilium Oldradi 229. nu. 3. Curtius Senior conſ. 72. num. 1. Ruin. conſ. 120. nu. 5. lib. 4. quod maxime procedere dixerunt domini, quia erant tres examinatores, qui poſſent interuenire cum de menſe April. 1595. quo fuit concurſus factus, reſiderent in ciuitate Toletana R. P. Ribadeneira, & R. P. Mariana, & Licẽtiatus Briuieſca, & Mureion examinatores deputati in vltima Synodo, vt deponunt teſtes in ſummario. nu. 3. qui non ſe reſtringunt ad publicam vocem & famã, ſed exponunt de publica reputatione, & tertius de viſu. Sed quãuis ex aduerſo prætendatur Briuieſcam defuiſſe, eſſe examinatorẽ Synodalem eo ipſo, quod fuit prouiſus de canonicatu, hoc tamen non probatur, & ſunt ſatis adinuicem compatibilia eſſe quem canonicum, & examinatorem, neque etiam apparebat de vlla incompatibilitate circa officium examinatoris, & inquiſitoris, ad quod D. Antonius Moreion fuerat aſſumptus. Verum quidquid in his ſit, difficultatem ceſſare dixerunt domini reſpectu Patrum Marianæ, & Ribadeneiræ, quos non ſolum nõ apparet renuntiaſſe, quinimo primus & ſecundus teſtis Michaelis deponunt contrarium, & quod ſæpius interuenerunt in multis concurſibus, & reſpectu Patris Marianæ concludunt, de dicto menſe Aprilis 1595. fuiſſe præſentem Toleti, ex quibus ſatis probata videbatur iſta reſeruatio. Neque obſtabant teſtes in contrarium adducti, qui vltra quod ſunt nulliter examinati, non probant ſufficienter ad elidendã contrariam probationem Hieronymi, quo caſu non ſufficit ordinaria, ſed requiritur plena, & concludẽs probatio. Nec dominis placuit, quod eodem die, quo fuit inceptum examen, fuerit clauſus cõcurſus, examinatus, & approbatus Michael, & facta illi collatio, non vocatis, nec expectatis reliquis oppoſitoribus, qui intra tempus edicti fecerant oppoſitionẽ, at debebant ſaltim vocari, cum concurſus fuiſſet dilatus per menſem, poſtquam erat tranſactum tẽpus edicti, prout iura poſtulant, & fert conſuetudo, maxime obſeruantia illius diœceſis vocandi oppoſitores, vt deponunt teſtes in ſummario. nu. 2. ad notata per Abb. in cap. quam graui. de crimine falſi. nu. 2. Fely. in c. 2. nu. 16. de reſcript. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 20. nu. 11. Aymon conſ. 28. num. 2. Quę nimis feſtinatio non arguit eam fidem bonam, quæ in ſimilibus actionib. deſideratur, pro quo fundamento nõ parum facit, quod prima ſcriptura data concurſus erat abſq; die affixionis edictorum, vt non poſſit cognoſci, an concurſus fuiſſet factus intra tempus legitimum, necne, & poſtea ſequuta deciſione coram R. P. D. meo Decano fuit data alia noua cum aſſertione notarij, quod tempus edictorũ durabat vſq; ad diem 8. Martij, ſine eo tamẽ, quod notarius dicat quo die fuerunt affixa edicta, quod ad eius ſolius officium ſpectabat, & de quo fidem facere tenebatur. Cum verò ſcriptura concurſus fuerit data parti, & ſuper ea diſputatũ, notarius nihil potuit addere, & ſi addat, ei non creditur, niſi probato coram iudice errore, Caputaquen. deciſ. 247. par. 2. Decius in l. ſi librarius. num. 7. verſ. ſecus ſi fuit data copia parti. de reg. iuris. & multò magis cõſiderato, quod eſt ius in tẽpore, quo caſu minime ſtatur notario circa tẽpus omiſſum. Dec. vbi ſupra, nu. 6. verſ. in quo eſt aduertendum. Alex. conſ. 180. nu. 3. lib. 6. Caputaq. deciſ. 35. lib. 1. in manuſcriptis. quoniam an cœperint, vel non cęperint currere edicta, non eſt factum, ſed ius, cum multa poſſent euenire, quæ etiã ſtante affixione edictorum illorum curſum incipere, aut inceptum currere impedire poſſent.

343 *In † eadem 2. Maij 1597. coram Domino Litta.*

Domini tenuerunt remiſſoriam Michaeli eſſe denegandam moti rationibus infraſcriptis. Primò, quia ex deciſionibus huc vſq; factis ſatis ſuperque conſtat de iuſtitia ſententiarum contra eum latarũ, quo fit, vt petitio huius remiſſoriæ, quæ ex ſui facie ſtudiosè concepta videtur ad enitãdas dictas deciſiones, non caret maxima ſuſpicione calumniæ, propter quã indiſtincte denegari ſolet. Rom. conſ. 273. in fin. quem ſequitur Fel. in cap. de cætero. nu. 12. de re iudicat. contra Milis in ſuo repertorio. in verb. remiſſio. verſic. 4. Idem tenent Angelus, Paulus, Alexander, & alij omnes in l. de die. §. tutor. ff. quis ſatisdare cogatur. Caputaquen. deciſ. 63. lib. 3. Seuerolus de remiſſionibus cap. 6. & fuit tentum in illa Toletana puritatis ſanguinis, 6. Nouembris 1595. coram R. P. D. Millino, calumnioſa enim arbitrari poteſt ex variis circunſtantijs ad deciſionem Caſſador. 3. de dilatio. & fuit dictum in d. Toletana, vnde cum hoc in caſu non vna, ſed plures concurrãt, grauitas. ſ. cauſa, additio illa temporis in inſtrumento concurſus per compulſum producto, quæ nõ aderat in inſtrumento eiuſdem concurſus extraiudicialiter per prius in manibus R. P. D. Decani, in prima poſitione huius cauſæ pro parte Michaelis, dato quod Michael ipſe eſt familiaris Archiepiſcopi potens in illius partibus, contemptor mandatorum Rotæ, vt latius infra dicetur, & adeo officialibus illis de partibus gratus, vt pluribus deſcriptis pro concurſu faciendo meruerit ſpreta omni iuris diſpoſitione ſolus examinari, & eodem tempore alijs oppoſitoribus non expectatis, ſed ſtatim clauſo concurſu approbare, quod vt iam reſolutum fuit, fieri non potuit, ſtante maxime diſpoſitione Concilij Tridentini, ſeſſ. 24. capitul. 18. ideo, &c. Secundò, quia circa illos examinatores, qui interuenerunt, non deputatos in Synodo, & propter quorum interuentum nullus fuit concurſus ipſe, iuxta reſolutionem Illuſtriſſimorum interpretum Sac. Congregationis Concilij, quam Rota ſecuta eſt, non datur fumus, quod fuerint deputati per Archiepiſcopum, & Capitulum loco Synodalium abſentium prout prætenditur ex parte Michaelis, nam licet teſtes deponant de deputatione nonnullorum, & aliquos nominent, qui interfuerunt concurſui, & ſufficit pro victoria Hieronym. vnum interfuiſſe, qui non fuerit deputatus, & ſine fumo clarum eſt in beneficialibus non dari remiſſoriam. Thom. de Thanis deciſione 6. Illuſtriſs. Paleotus deciſ. 93. Rota diuerſorum 183. p. 1. Vltra quod de tali deputatione Archiepiſcopi, & approbatione Capituli conſtare debet per ſcripturã,

& de more Romanæ Curiæ nõ datur remiſſoria pro his, quorum probatio habetur, vel poteſt faciliter fieri per ſcripturas. Aegid.deciſ.9.num.1.Felin.in c. 1. parum ante finem. de appellat. Rota deciſio 46. de teſtibus in antiquis. Milles in ſuo repertorio. in verb.remiſſio.verſic. 6. qui allegat Romanum idem tenentem conſilio 248. Tertio, quia ſtante relaxatione ſequeſtri per Rotam, iuxta clement. vnicam de ſequeſtrat.poſſeſſor.& fructuum,& illius intimatione Michaeli perſonaliter facta, ipſemet auxilio prouiſionis Regiæ obtinuit illius reuocationem,& quod peius eſt,facto proprio,hoc eſt, vlteriori perceptione fructuum,in hoc Rotæ decreta inexcuſabiliter contemnendo illam violauit,quo fit,vt eo ipſo videatur incidiſſe in pœnas. d. clem. hoc eſt amiſſionis iuris,quod aliàs ei competeret, & excommunicationis.quo fit,vt tanquam excommunicatus, etiã vigore Bullæ Cœnæ Domini, non ſit in hac ſua prætenſione audiendus. Ad textum in cap.fin. de exceptionib.in 6.ita gloſſa antepen.in d. clem. vnica. vbi Anchar.nu.8.Imol.n.7.& Vital.ibid.in §.ſi quis autem,nu. 1. & 4.de ſequeſtrat.poſſeſſ.& fructuum.

344 Idem fuit † in propoſito reſolutum in vna Faven.parochialis,28,Iunij 1596. coram D.Corduba ſupra adducta,dub.12.num.213. *Et in Pampilon, ſupra relata nu.91.*

345 Et obſeruantia, † & conſuetudo contraria, ſi quæ eſſet,non videtur rationi multum conformis ex dictis, vltra quod non poteſt eſſe præſcripta, cum tamen ſit contra ius ſtante declaratione S.Congregationis,nec videtur poſſe introduci,propter decretum irritans d.conſtitutionis Pij V.iuxta dub. 5. par.c.4.nu.175.

346 Et ſi prætenderetur † Concilium,quoad id in aliqua parte,ſeu prouincia non eſſe à principio receptum, non videretur releuare,eſto ita eſſet maxime quoad concurſus,in parochialibus reſeruatis,ſeu affectis,nam cum Concilium det facultatem ordinarijs,aliàs non habentibus faciendi in eis concurſum, & eligendi magis idoneum, cui collatio fiat, cum iſto modo & forma, debent eam acceptare cum ſua qualitate,ad l.4.& 5.ff.de leg.2.& aliàs ſupra 5.par. cap.4.nu.178.

347 Et ſuppoſito,quod † in concurſu faciendo in nõ parochialibus reſeruatis ea forma ſit omnino ſeruanda, erit etiam ſeruanda in concurſu faciendo in non reſeruatis,non obſtante prætenſa non receptione,nam non debent diuerſo iure cenſeri huiuſmodi concurſus. *Nec ſupradictis obeſt, quod quidam Theologus Canonicus huius Eccleſiæ, & examinator ad defendendam ſuam deputationem dicebat, aliud eſſe deputari examinatores in genere verborum,dicendo deputamus auditores Concilij, vt in terminis d. declarationis Toletanæ ſupra adductæ num.339. aliud deputari ſubrogatos expreſsè, verbi gratia dicendo, deputamus auditores Concilij præſentes & futuros,ſeu qui nunc ſunt, & eorum ſucceſſores,aut lectores Theologiæ, ſeu Canonicos doctoralem, magiſtralem, lectorem & panitentiarium, qui nunc ſunt, & eorum ſucceſſores. Et in primo caſu non comprehendi ſucceſſores ſeu ſubrogatos, quia per illam deputationem in genere factam non intelliguntur nominati ſucceſſores. ſed tantùm præſentes, & id eſſe quod vult d. declaratio Toletana. In ſecundo verò caſu ſucceſſores eſſe legitimos examinatores, quia ſunt expreſſe deputati, & poſſunt deputari. Nam illa diſtinctio & explicatio comunicitur ex dictis, & non eſt ad mentem d. declarationis Toletanæ, in qua ex eo certè dicitur, quod in illa deputatione examinatorum genericè ſeu in genere facta de auditoribus Conſilij non comprehenduntur ſubrogati: quia illi non potuerunt deputari: ſi enim poſſent deputari, certè in ea comprehenderentur, cùm verba ſint generalia, & ſub nomine officij, & non reſtricta ad auditores præſentes, ſicut aeligatio facta ſub nomine dignitatis ſeu officij tranſit ad ſucceſſores, cap. cum Abb. de offic. deleg. & Doctor. & exiſta cauſa fuerunt Romæ impetratæ parochiales loci de Mangonia & de Miuret huius Abul. diœceſ. quæ vacarunt anno 1612. ſede Epiſcopali vacante, & ad eas vicarius fecerat concurſum.* Et ſtante, quod

348 deputatio † examinatorum in genere, v. g. lectorum,ſeu auditorum, &c. non comprehendit ſucceſſores,ſeu ſubrogatos, ſed ſolum tunc ſtantes, vt dictum eſt, videtur etiam conſequenter dicendum illos tunc ſtantes tempore deputationis, etiam dimiſſo officio lectoris,ſeu auditoris, ſub cuius nomine fuerunt deputati,maneant examinatores. Vnde

349 infertur † ad decretum Concil. Trident.ſeſſ.25. de refor.c.10.vbi ſtatuitur in ſingulis Concilijs prouincialib.aut diœceſanis, aliquot perſonas, quæ qualitates habent iuxta c.ſtatutum,de reſcr.in 6. & alioquin ad id aptas deſignari, quib. præter ordinarios cauſæ delegandæ à Sede Apoſtolica, & Legatis, ac Nuntijs committantur,& c.qui dicuntur iudices Synodales,vt ſimiliter debeant deputari, & deſignari nominatim,& in particulari,vt in d.Archiepiſcopali Bonon.ſup.nu.29.pag.208.vbi ponitur forma eos deputandi,& non poſſint deſignari *in genere*, v. g. canonicus doctoralis,obtinentes dignitates, &c. ita vt ſucceſſores comprehendantur,vel ad eos tranſeat deputatio, ſed ſolum comprehendantur tunc ſtantes,& facit idem decretum, ver.& ſi aliquem interim quamuis hoc male ſeruetur in hoc Epiſcopatu Abulen.& credo etiam in alijs.

350 Et † ita in terminis tenuit D.Michael à Coſta in lectura.c.quoniam Abb.de offi.deleg.an.1580.vbi docuit,ex Concilio ſup.corrigi, vt plurimum deciſionem illius textus,nam ſi habens dignitatem deputetur à Synodo,etiam expreſſo ſolo nomine dignitatis,poſt illius mortem non ſuccedit in iuriſdictione, nec in deputatione ſucceſſor in eadem dignitate,ſed debet ſuccedere is,qui ab Epiſcopo cũ Conſilio Capituli fuerit nominatus,vſq; ad futuram Synodum, vt aperte declarat Concilij in d.verſ. & ſi aliquem. qua ratione ſi poſt mortẽ obtinẽtis dignitatem, qui fuerat deputatus à Synodo,reſcripũ directum iudicib.Synodalib.& eorũ cuilibet præſentetur corã ſucceſſore in eadẽ dignitate,proceſſus nihil valet ex defectu iuriſdictionis,& ita,inquit,in practica fuit declaratum & obtentum in Regia Cancell. Pinciana,

351 in quadam cauſa Salamantina. Et † facit declaratio S. Congreg.ſuper d.cap.10.quæ ſic ait: An is,qui tempore commiſſionis reperiebatur conſtitutus in dignitate,& deſignatus inter iudices Synodales, ſi eam reſignauerit,poſſit de eadem cauſa cognoſcere vel potius is,qui eam dignitatem obtinuit, vel neuter, Congregatio cenſuit,die 21. Maij 1587. etiamſi eam reſignaſſet,de eadem cauſa reſignantem cognoſcere poſſe,quia ſufficit ab initio fuiſſe capacem,non autem reſignatarium. Et refert Flamin. Pariſius de reſignatione beneficior.libr.1. quæſtion. 11.nu. 14.& Zuallos quæſt.666. & conionat Concilium

prouin-

prouinciale Bononien. titul. de iudicibus delegandis, verticul. ac si is, positum in dict. Archiepiscopali Bononien. par. 4.

352 Circa quod decretum † de committendis causis iudicibus Synodalibus, aduerto illud solum videri esse in vsu respectu nuntij, seu legati, non verò Papæ, qui canonicis, & alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, etiam non deputatis in Synodo, solet causas committere, & executionem literarum Apostolicarum faciendo eos executores mixtos, & etiam auditores Rotæ, & auditor Cameræ faciunt eos iudices remissoriarum, & compulsoriarum & liquidationum, &c. quod ex eo prouenisse existimo, quod Episcopi huiusmodi nominationes, & designationes iudicum factas ad Summum Pontificem transmittere non curant, vt præcipit Concilium, d. c. 10. Sed & Nuntij Hispaniæ aliquando causas committunt personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, etiam non deputatis in Synodo, maximè in curia Regia, vbi ipsi Nuntij residen t, vbi etiam solent causas committere iudicibus Synodalibus aliarum diœcesium in dicta curia residentibus. Quod non videtur conforme Concilio, sed potius contra illud quod vult, vt quæque diœcesis habeat suos iudices deputatos, saltim quatuor, vt in vnaquaque diœcesi causæ committantur iudicibus illius diœcesis, non alterius. Facit simile de confessario approbato in vna diœcesi, qui non censetur approbatus in alia, nec potest ibi eligi in confessarium, vt censuit S. Congr. Concilij, vt dictum 5 p. c. 8. nu. 132.

353 Et circa dictum † decretū notandæ sunt sequentes declarationes. Prima, ibi; Ad id aptos designare, quorum nominationem ad Episcopum quidem principaliter, non tamen priuatiuè quoad alios spectare Congregatio respondit; quia & cæteri, qui in Synodo interesse debent alios quoque nominare possunt, vt in d. Concilio prouinciali Bononien. supra versic. horum verò. Secunda, ibi. Aliquem ex designatis mori contigerit, habet etiam in diuturna absentia, quæ æquiparatur morti. Tertia, ibi; Substituat ordinarius loci cum consilio Capituli, Congregatio 26. Ianuarij 1588. censuit consilium requiri pro forma. Felin. in cap. ex parte. de constit. quod consilium ordinarius non poterit prætermittere, sed non tenetur illud sequi. Consonat cum his declarationibus dict. Concil. Bononien. versic. quod si ex designatis.

Vigesimo tertio. Principaliter dubitatur, an re-
354 quiratur pro forma, quod examinatores † iurent se quacunque humana affectione postposita fideliter munus executores, vt dicitur in d. decreto Concilij, c. 18. vers. iurentque. & alioquin examen, & concursus coram eis facta nulla sint.

355 In quo respondetur † affirmatiuè, vt apparet ex dicto decreto, maximè stante decreto irritante prouisiones aliter factas, de quo in fine dicti decreti. & in constitutione Pij V. & tenuit Rota in illa foro Sempronien. supra adducta dub. 3. nu. 133.

356 Sed hic † se offert difficultas, quando, vbi. & quo modo præstandum sit hoc iuramentum, & dico breuiter expedire, vt publice in Synodo, quo primum tempore delecti sunt, hoc iuramentum præstent (quamuis hoc non existimem necessarium) vt dicitur in Concilio prouinciali Mediolanen. 5. p. 3. titul. de examinandi ratione. Ibi: Iurisiurandi quo publicè in Synodo, quo primum tempore delecti sunt, se se obstrinxerint, memores, &c.

357 Et † in d. Archiepiscopali Bononien. d. part. 4. de Synodo diœcesana nu. 28. vbi ponitur forma huius iuramenti, sic dicitur; Tunc illi qui denunciati sunt examinatores, & præsentes adiunt singuli vocati à magistro cæremoniarum, & deducti, in manibus Illustr. Archiepiscopi iuramentum præstant in hunc modum, Ego N. deputatus in præsente Synodo examinator eorum, qui eligentur ad parochiales Ecclesias, iuro me fideliter hoc examinandi munere perfunctum, reiecto omni humano respectu, ita me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

358 Ex qua formula, † & ex d. decreto Concilij d. c. 18. ibi: Ad sancta Dei Euangelia. apparet huiusmodi iuramentum præstandum esse tactis Euangelijs, & faciunt, quæ de professione fidei dixi supra 3. par. cap. 3. dub. 20. à num. 69. & aliàs non seruaretur forma Concilij.

359 Apparet † etiam non esse opus istud iuramentū præstare in quolibet examine, & concursu, sed satis esse iuramentum generale, semel præstitum de fideliter exercendo munere examinatoris, &c.

360 Vigesimo quarto. Principaliter dubitatur, an vbi concursus, & examen non fuit factum legitimè, iuxta formam Concilij, vel quia examinatores non erant legitimi Synodales, vel quia interuenit aliquis non Synodalis, vel quia non approbarunt, & fecerunt relationem, quoad omnes qualitates necessarias, vel quia non fecerant iuramentum à Concilio requisitum, vel aliàs, gratia, & prouisio Apostolica facta in fauorem illius, qui præsentauit approbationem, & literas ordinarij, quibus testatur concursum factum legitimè, & ex approbatis se illum tanquam magis idoneum elegisse, iuxta formam Concilij, sit valida, & bona, an vero surreptitia & nulla.

361 In quo videtur dicendum, non esse surreptitiā, sed validam, præsertim stantibus clausulis generalibus. Etiamsi specialiter, vel aliàs generaliter reseruata existat, quia ipse prouisus, non narrat concursum legitimè factum, sed solum præsentat literas testimoniales Ordinarij, id testantis, quibus Papa dās fidem, sic ait; Nos tibi, quia dilectis filijs examinatoribus in Synodo diœcesana, iuxta formam Concilij Tridentini deputatis, seruata forma Concilij huiusmodi in cōcursu aliorum examinatus, & idoneus repertus, & testimonio ordinarij de vita, & morib. prædictis, ac idoneitate commendatis. Vnde ista non est narratiua partis, sed ipsius Papæ, & sic non
362 eget iustificatione. Nam † licèt narratiua Papæ de facto alieno, in qua fundatur gratia, non probet, nec faciat fidem, nisi scribat motu proprio, Nauarr. dicens communem in cap. si quando de resc. except. 8. n. 5. Ant. Gabr. de probat. conclu. 2. Rota decisio. 154. num. 4. part. 2. diuersorum. Masc. conclusion. 622. num. 3. & 1233. à num. 52. Farinac. de testibus quæst. 63. à num. 98. & 157. Tuschus conclusio. 62. litera P. tom. 6. tamen narratiua ista non est de facto alieno omninò, sed de facto proprio, nempè illud sibi innotuisse testimonio ordinarij, & sic intrat clemen. 1. de probationibus, & facit decisio Bonon. Canonicatus de anno 1591. de qua supra 6. p. cap. 2. num. 181.

363 Et † creditur principi asserenti fuisse informatū

de

de aliqua. Socin. conſi. 87. nu. 18. volum. 3. Alexand. conſ. 15. num. 3. volum. 5. Grammaticus deciſi. 104. num. 228. l. 32. titul. 16. partita 3. & ibi Gregorius Lopez glo ſſ. penultim. Maſcard. d. concluſion. 622. num. 7. & concluſione 1233. num. 68. Farinacius ſupra num. 110.

361 Et facit etiam † reſolutio in cauſa Parmen. iuriſpatronatus 9. Maij 1594. coram Domino Corduba, in qua fuit tentum, Papæ aſſertionem dicentis ſibi innotuiſſe aliquam Eccleſiam eſſe de iure patronatus alicuius, & ſic illud præſeruantis probare, ex d. clementina 1. Creſcen. deciſion. 2. de renuntiatione. Achilles 10. de probationibus Gabriel. d. concluſione 2. maxime ſi motu proprio, & ex certa ſciẽtia, quia tunc enim etiam de facto alieno facit fidem, Gabriel ſupra nu. 53. & cũ non conſtet, an ſit ex fundatione, & dotatione, vel non, credendum eſſe, ex fundatione, quia Papa tale eſſe declarauit, cum præſeruari uoluerit non ignarum diſpoſitionis Concilij, ſeſſione 15. de reformatione, cap. 9. &c. *Et in deciſ. 522. in nouiſ: Farin. in qua etiam cauſa ſunt aliæ deciſiones ſequentes.* 523. *c* 524.

365 Sed in contrarium facit primo, † quod licèt ſtãdum eſt dictæ aſſertioni, & narratiuæ Papæ, nempè ſibi innotuiſſe dictam approbationem teſtimonio Ordinarij, & ſic ille prouiſus non teneatur amplius iuſtificare dictam ſuam approbationem, iuxta dicta, & deciſion. 171. num. 3. & 6. parte 1. diuerſorum. vbi quod ſuper narrata conſuetudine Papa fundat intentionem ſuam, tunc ſtatur eius narratiuę, donec contrarium probetur, tamen conſtando de contrario, nempè dictam approbationem non fuiſſe factã legitimè, & iuxta formam Concilij, prout Epiſcopus perperam teſtabatur, d. gratia & prouiſio non videtur ſubſiſtere, ex quo fundatur falſa cauſa de approbatione legitima, & falſo teſtimonio, ad dicta ſupra 1. p. c. 5. à nu. 502. de expreſſione falſa in gratia motu proprio, & dictam deciſio. 171. nu. 6.

366 Secundo faciunt † verba Concilij d. cap. 18. ad finem, ibi; Alias prouiſiones omnes, ſeu inſtitutiones præter ſupra dictam formam futuræ ſurreptitiæ eſſe cenſeantur, &c. Quæ verba etiam prouiſiones Papæ comprehendunt, Rota deciſione 48. num. 3. parte. 1.

367 Vnde † hæc pars videtur verior, & ideo oportere in ſupplicatione apponere clauſulam, Etiam forma Concilij non ſit recte obſeruata, &c. *ſi dataria eã vellet admittere, quod non puto. Et confirmatur iſta pars, nam cum parochialis loci de Mingaria Abul. diœceſis, quæ vacauerat de menſe Ianu. 1612. ſede Epiſcopali vacante fuiſſet Romæ impetrata cum penſione centum ducatorum habita, vel non habita poſſeſſione, iuxta conſtitutionem Pij V. ob defectum examinatorum ſynodalium legitimorum, vt dixi ſupra num. 347. & impetrans expediuiſſet literas in forma gratioſa, quarum virtute ſtatim cepit poſſeſſionẽ, electo in concurſu qui ſe præſentauerat, in dataria in tempore ante dictam impetrationem cum teſtimonialibus ſuæ electionis & concurſus fuerunt oblatæ & datæ etiam cum penſione & gratia, & bullæ cum data anteriori de tempore præſentationis, & poſſet litigare. ſi vellet, cum dicto impetrante, qui erat in poſſeſſione, & idem etiam contigit ſub eodem tempore in parochiali loci de Muriel eiuſdem diœceſis, quæ etiam fuit Romæ impetrata; quod tamen non fieret, nec deberet, ſi ex illa gratia ſuppleretur defectus ille in præiudicium impetrantis, maximè ſolventis penſionem. Quando verò per reſignatarium, ſeu impetrantem parochialem exhiberetur teſtimonium approbationis ordinarij ad aliam parochialem, vt gratia expediretur in forma gratioſa, & non in forma dignum, tunc quamuis illa approbatio non fuiſſet ritè & rectè facta, non videtur gratia ſurreptitia & nulla, quia ex non fundatur in illa approbatione & teſtimonio; ſed ſolum fuit cauſa, quod in forma gratioſa expediretur, ad quod dataria contentatur illa tali quali approbatione, & teſtimonium ordinarij. nec in huiuſmodi prouiſione procedit decretum Concilij d. c. 18. iuxta d. ſupra 5. dubio: & idem eſſet, quando ad beneficium ſimplex, ſeu præbendam, exhiberetur approbatio ordinarij, quæ non eſſet rectè facta, &c.*

368 Vigeſimoquintò. Principaliter dubitatur, † an examinatoribus qui ex d. decret. Concil. cap. 18. ver. caueant, nihil prorſus occaſione huius examinis, nec ante, nec poſt poſſunt accipere, (quacunque etiam immemoriali conſuetudine non obſtante, vt cenſuit *S. Congregatio & quod non licet eis aliquid ab eo recipere, cui beneficium collatum fuit.*) Alioquin ſimoniæ vitiũ, tam ipſi, quàm alij dantes incurrunt, à qua abſolui nequeunt, niſi dimiſſis beneficijs, quæ quomodocũque, etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles redduntur, quod etiam habetur in d. Concilio prouinciali Mediolan. 5. p. 3. tit. de examinandi ratione. ver. examinis cauſa. poſſit nihilominus aliquod ſtipendium, ſeu merces pro ſuo labore dari, præſertim ex fructibus beneficij.

369 In quo videbatur † dicendum poſſe, cum dignus ſit mercenarius mercede ſua, cap. cum ſecundum. Apoſtolum. de prębend. nec videntur poſſe cogi hoc munus ſubire, ſine ſtipendio, ac præmio. Et ita vti
370 licitum, † & Concilio Tridentino non contrarium ſtatuitur in Concilio prouinciali Compoſtellano, actione 2. decret. 3. vbi ſic dicitur; Quibus (ſcilicet examinatoribus) munus ſuum ex eiuſdem Concilij ſententia fideliter exequẽtibus æquam laboris mercedem prælati ſuæ rectæ conſcientiæ arbitrio inbeãt perſolui, quę omnia expenſis beneficij vacantis fieri debent. Et in d. Concilio prouinciali Tolerano, act. 2. decreto 24. verſic. horum verbo, vbi ſic dicitur:
371 Horum † vero examinatorũ cuilibet pro muneris ſuſcepti labore ordinarius poſt beneficij collationẽ, ex redditibus Eccleſiæ uacantis, qui alioqui rectori debeantur, iuſtam aliquam mercedem eius arbitrio reddi curabit, cum & dignus ſit mercenarius merce-
372 de ſua. Et † ita præticatur in hac prouincia Compoſtellana, & Toletana, & tenet P. Nau. de reſtit. li. 2. c. 2. n. 188. & nouiſſime P. Ledeſma d. 2. p. ſumma, tract. 7. c. 1. 7. concl. circa 13. difficultatẽ, dicens eſſe cõmunẽ ſententiã omniũ Dd. & vſum cõem omniũ Eccleſiarum Hiſpaniæ, &c. *Et ſequitur Fr. Raphael de la Torre de relig. 2. tomo, quæſt. 100. articulo 6. diſput. 3. pagin. 387. dicens, quod per modum ſtipendij aliquid examinatores recipere ex fructibus beneficij receptiſſimum*
373 *eſſe.* Et ad dicta verba † Concilij poteſt reſponderi, quod intelliguntur, quando examinatores aliquid accipiunt extra ſtipendium, vel quãdo aliquid datur examinatoribus pro approbatione obtinenda, quo caſu, licet committatur cõfidentia, quia iſte caſus non comprehenditur, neque in ratione, neque in verbis conſtitutionum Pij IV. & V. de confidẽtia, committitur tamen ſimonia, nam per approbationem factã in concurſu acquiritur approbato ius ad beneficiũ, & pro illo beneficio, & pro illo iure ſpiri-

tuali

ſuali fuit datum, vt ex Nauarro conſ.67.ver.ad 4.de ſimon. tradit Flam.Pariſ.de confidentia, quæſt.48. ſequitur Zerola in praxi Epiſcopali, 2.par. verb. dimiſſoriæ.§.7. *Add.ſumm.Bull.Quaran.verb.ſimonia, pag.463.& Vgolin.de ſimonia,tab.1.cap.48.§.3, & de offic.Epiſc.c.50.§.5.num.2.* & ita interpretatur Ledeſma vbi ſup. *Et Torre ſupra ait, Concilium ibi intelligendum eſſe de acceptatione alicuius rei temporalis per modũ*
374 *pretij, quæ verè ſimonia eſt.* Nihilominus tamen † dicendum eſt contrarium, ex dict. Concilij decreto, verſ.caueant, vbi id etiam prohibetur, & ita cenſuit Sac. Congregatio Concilij in declaratione Gerund. ſup.adducta præced.parte,c,1.nu.77.ad 1. & in illa Abul. ſup. adducta 5.par.c.7.nu.11.ad 2, quæ ſunt omninò videnda, & in vna Salernitana, quæ ſic ait, Non poteſt ordinarius ſtatuere aliquod ſtipẽdium, etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo pro concurſu parochialium, & ſi Synodus Diœceſana ſecus ſtatuerit, decretum eſſet irritum & nullum. *Tradit & refert Genuenſ. in praxi c.66.in annot,*
375 *num.17.* Et hoc idem † videtur velle d. Concilium prouinciale Mediolanenſ.5.d.verſic.examinis cauſa. vbi ſic dicitur: Examinis cauſa occaſione, nihil quicquam, ne minimum quidem, neque verò poſt accipiant, alioquin ſciant, &c.

376 Quod eſt † conforme iuri antiquo, tum quia cũ ex prouiſionibus, & collationibus beneficiorũ, non poſſit aliquid accipi vllo modo, nec ſportulæ, vt ſuprad ximus parte præcedenti, d.cap.1. à num.75. ita nec ex examinibus, quæ ſunt præparatoria ad prouiſionem, facit c.quando 24. diſtinction. Tum,
377 quia † in iudicibus Eccleſiaſticis prohibẽtur ſportulæ, ex capit.cum ab omni, in fin.de vita & hon eſt. cler corum. vt ſtatim dicam, & dicti examinatores ſunt quodammodo iudices, Suarez de relig.tract 3, lib.4.cap.22.num.17.

378 Ex quibus ceſſat † ratio in contrarium adducta, & rectè poſſunt examinatores cogi hoc munus gratis ſubire, cum ſit munus publicum, & à S.Concilio Trident. inductum, facit dict.cap. fin.de vita & honeſtate clericorum, & capit.ſtatutum, de reſcriptis in ſexto.

379 Poterit tamen † Epiſcopus, ſi ſponte velit, aliquod præmium, ſeu ſtipendium eis de ſuo dare, hoc enim nuſpiam videtur prohibitum, *De quo poſt hæc vidi declarationem S. Congregationis, quæ ſic ait,* 51. Et
380 multò minus † poſſunt Epiſcopi, ſeu eorum vicarij aſſiſtentes examinibus, cum examinatoribus aliquid accipere, ſeu ſportulas ex huiuſmodi examinibus, primo ex allegatis d.c.1.præced.par.à d.nu.75. quia cum non poſſint aliquid accipere, ſeu ſportulas, ex prouiſionibus, & collationibus beneficiorũ, ita etiam non poſſunt accipere ex examinibus, quæ ſunt præparatoria ad prouiſionem, vt dixi.

381 Item, quia accipere † ſportulas, ſeu propinas iudices Eccleſiaſticos, eſt contra ius canonicum, vt tenet Io. Andreas. & Abb, num.9.& 10.& alij in d.c. cum ab omni.tit.de vita & honeſt.clericor.per illum textum gloſ.in clem.ſtatutum.verb.ex iuriſdictione. de elect.& ibi Bonifacius nu.45. Neuizanis in Sylua nuptiali.in tit.iudican.pro communi,nu.97.Granatius ad Veſtrium in praxi, lib.7.c.1.nu.31.& communiter Dd. vt inquit ipſe Abb.ibi, Angelus in ſumma, verb.iudex§.15.Sylueſt.eod.verb.index.1.q.8. & 10.Armilla eodem num.9.Roman.ſingulari 186.
& Corſettus in ſuis ſingularibus verb. ſportulæ. maxime in Epiſcop s ſeu ordinarijs, qui habent reditus ſui Epiſcopatus, ſeu Eccleſiæ, vt ſubeant onera omnia, & officium, quod eis incumbit proprijs oportet explere ſtipendijs, Coſmas in pragmatica ſanction. tit.de elect. §.& vt omnia. verb.ſcripſerint. Surdus de alimentis, tit.1.quæſt,64.num.1.& 2. Et Epiſcopi ideo poſſidẽt Epiſcopatuum reditus, vt ſuo ſumptu juſtitiam miniſtrare faciant. Segura de Aualos in directorio iudicum Eccleſiaſt. 1.par.c.14.nu.39, Suarez de religion. 1.tom.tract.3.lib.4.c.20.nu.15, quidquid in ordinarijs aliquid dicant, vt per Cardinalem in d.Clem,ſtatutum,num.4.

382 Et quando demus valere † conſuetudinem in contrarium, nempe exigẽdi ſportulas, ſeu propinas, vt tenet Speculator 1.par.tit.de ſalarijs,nu,9. & 13. Veſtrius ſupra nu.13. & ſequuntur Segura de Aualos d.cap.14.num,36.Flores q.8.§.4.num.8.& Pater Molina de juſtitia. 1.tom.tract.2, diſp.84. & videtur tenere Zerola in praxi Epiſcopali, 1.par, verb. trigeſima. dicens, hodie indifferenter videri obſeruari in curijs ſpiritualib, accipi quotam litis, ſeu ſportulas pro munere iudicandi, & 2.parte, verbo, delegatos, dicens, ſic ſe habere conſuetudinem, & communẽ vſum, omnes delegatos ſumere propinas pro quolibet actu, imò trigeſimam pro decretis, & ſic vidiſſe practicari, &c. & verbo, Epiſcopi, §.16. vbi ait, quod licet Aſſl ctus in conſtitutionibus iudiciarijs, notab.3.num.4. dicat Epiſcopum, ſeu vicarium, non poſſe accipere duos ducatos, vel aliquid pro actuario pro ferenda ſententia, nec valere cõſuetudinem in contrarium, & ita ſe conſuluiſſe Archiepiſcopo Neapolitano, tamen videt ipſe Zerola obſeruari oppoſitum vbique.

383 In † quo tamen contrarium, quod non valeat talis conſuetudo, tenet Abbas vbi ſupra nu.10. per illum textum gloſ. & Bonifacius ſupra. Romanus, & Corſettus Coſmas, verb.conſuetudine. Neuizanis 5.ampliatione.& Sylueſter vbi ſupra,& Felynus in c.ad Apoſtolicam de ſimon.nu,2. ad fin.dicentes communem, *Et Gratianus diſc.for.c.55.num.40.dicens*
384 *eam non validam de iure Canonico.* Tamen † in propoſito non eſt, aut vix eſſe poteſt conſuetudo præſcripta, cum ad ſummum inceperit à tempore Concilij Tridentini, ex quo introducta ſunt huiuſmodi examina & concurſus.

385 Et conſuetudo, in qua ſunt Epiſcopi, † & eorum prouiſores exigendi aliquas ſportulas, ſi eſt proprie conſuetudo, vt quia viget in aliquo Regno, ſeu prouincia, vniformiter debet eſſe ad minus quadraginta annorum, vt ſit præſcripta, prout debet eſſe contra ius canonicum, ex cap.fin.de conſuetudin. vbi notant DD.præcipue Rochus ſection.3.numer.35. & ſequenti.

386 Si verò non eſt † propriè conſuetudo, ſed præſcriptio, vt quia non viget, niſi in vno Epiſcopatu, ad tradita per relatos ſupra 5.par.cap.4.numer.73. vel eſto vigeat in Regno, vel Prouincia, eſt diformis, quia in vno Epiſcopatu exigitur certa quanti-
387 tas, & in alio alia, &c. (Nam † conſuetudo non inducitur ex actibus diformibus, ſeu in his, quæ vario modo obſeruata fuerunt, Bart. in leg.2.num,22.ff. ſolut,matrimon. Ayuon conſil.56.num.5.& 134. num.20.& 313.nu,4. Menoch.conſ.8.nu.17. vol.1. Rota deciſio.338.num.3.par.1.& deciſ.19.num,6.

& de-

& deciſio, 72. num. 28. & 29. part. 2. diuerſorum.)

388 Tum debet † eſſe immemorialis cum reſiſtat ius commune, & non adſit titulus, ex cap. 1. de præſcriptionibus in 6.

389 Vltra quod ſtando in primo † fundamento nulla conſuetudo, etiam immemorialis excuſaret, cum ſit materia, ſeu ſpecies ſimoniæ, ex adductis d. cap. 1. præcedentis, partis, à num. 75. & Suarez de relig. tractat. 3. lib. 4. c. 48. & cap. 29. ſub num. 3. quamuis valere conſuetudinem in his, quæ prohibentur, vt ſimoniaca iure humano, vellit Villar del patronado de Calatayud, 4 part. §. 3. nu. 36. & Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 3. num. 31. 49. 58. 59. & 62.

390 Ex dicto decreto † Concilij videtur planè prohiberi examinatoribus, quicquid datur occaſione examinis, ſiue ante, ſiue poſt, etiam gratioſe, & liberaliter, & ad captandam beneuolentiam, & etiamſi ſit modicum, quicquid dicat Zerola prima p. verb. parochia, §. 2. dubio 11. & 2. p. verb. dimiſſoriæ. §. 7. & Petrus Ledeſma, & Torre, ſupra, id enim rectè poteſt prohiberi à Concilio, tanquam vitium ſimoniæ, propter ordinem ad beneficium, eſtque ſimonia, quia prohibita à iure poſitiuo, iuxta d. ſupra 1. p. cap. 3. à nu. 8. Suarez de religion. 1. to. tract 3. libro 4. c. 7. nu. & c. 49.

391 Pro concluſione † & ſumma huius capitis, & materiæ, operæ pretium duxi hic ponere, quæ de examine per concurſum habentur in Concilio prouinciali Bononien. primo ſupra allegato facto ab Illuſtriſſimo, doctiſſimo, & pientiſſimo Cardinali Paleoto primo Archiepiſcopo Bononien. Anno Domini 1586. & Romæ à S. Congregat. Concilij Illuſtriſſimorum, Cardinalium approbato, vt in eiuſdem præfatione dicitur, & habetur ad finem illius, his verbis: Superiora omnia Synodi huius prouincialis decreto recognita, & approbata fuerunt à Sacra Congregatione Concilij Tridentini. Hieronym. Cardinal. Matthæus. Ibi enim continentur omnia fere, quæ à nobis tradita ſunt (ex quo ſummopere confirmantur) ſumpta, ex ipſo Concilio Tridentino, & eius mente, & ex declarationibus S. Congregationis, & traditur forma in huiuſmodi examinibus, & concurſibus ſeruanda.

☞ Quod Concil. ita habetur in d. & a Archiepiſcopali Bononien. par. 4. de examine per concurſum. Ex omnibus Eccleſiaſticis functionibus, cum illæ, quæ in Sacramentorum adminiſtratione, ac morbis animarum curandis verſantur, cæteri vtilitate, myſterio, ac poteſtatis vi præſtare cenſeantur, merito ſacrum Concilium priuſquam huiuſmodi munera aliquibus committantur, de illorum meritis diligentius, ac maturius deliberandum duxit. Nam ſi in ſecularibus certaminibus, non ijs, qui aut nobilitate, aut diuitijs, aut ornatu ſplendido antecellunt, palma brauiumque decerni ſolet: ſed ijs, qui pugna, aut curſu cæteros ſuperarunt: ſic in ſacra hac, ſpirituaque militia, non eos belli Duces, aut caſtrorum præfectos deſignandos Concilium ſtatuit, qui ſponte currentes pugnent, quaſi incertum, ac veluti aerem verberantes, ſed qui collato cum alijs morum & doctrinæ prælio, ſe illis prudentia, ſcientia, ac bonitate præſtantiores oſtenderint. Hinc igitur quamuis ſapienter admodum eodem fuerit Concilio ſancitum, vt illi ad parochiales Eccleſias tãtum admittitur qui iniuo antea per cõcurſum examine, cæteris digniores fuerint renunciati. Quoniam tamen multa frequenter ad hoc ſaluberrimum Synodi conſiliũ impediendum, aut implicandum, à nonnullis obtrudi ſolent; Synodus noſtra prouincialis, vt difficultates huiuſmodi, ſeu callida multorum inuenta prorſus amoueantur, hæc quæ ſequuntur, ex eiuſdẽ Tridentini Concilij ſententia ſubijcienda eſſe decreuit.

*De edicto proponendo.*

IN primis enim quoties vacare parochialem aliquam Eccleſiam contigerit, tunc mandat, habita notitia vacationis parochialis, edictum per Epiſcopum, vel eius vicarium generalem per valuas Cathedralis, & vacantis Eccleſiæ, alijſque publicis locis, ſi videbitur, proponi, in eoque omnes conuocari, qui ſe poſt decem dies ab affixionis tempore, examini per concurſum ſubijcere voluerint hac forma, videlicet,

*Forma edicti.*

VAcante parochiali Eccleſia, S. N. noſtræ dioeceſis, cupientes eidem de idoneo prouidere Rectore, atque Sacri Concilij Tridentini decreta pro viribus Deo adiuuante exequi, tenore præſentium requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio, & peremptorie omnes, & ſingulos presbyteros, & clericos volentes ad examen per concurſum faciẽdum ſe præſentare, ac omnes volentes clericos ad id apto nominare quatenus infra decem dies proxime futuros à die executionis præſentis edicti computandos, debeant in actis notarij infraſcripti N. noſtræ Curiæ deſcribi facere eorum nomina, cognomina, ætatem & patriam, ad effectum, vt de eorum natalibus vita, moribus, & alijs rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis, iuxta decreta dicti ſacri Concilij inquiri, & tranſacto conſtituto tempore, examinari poſſint. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

*De quibus beneficijs edictum ſit proponendum per concurſum.*

HOc edictum non ad dignitates canonicatus, aut beneficia ſimplicia pertinet, nec ad beneficia regularia quæ regularibus conferri conſueuerunt, neque ad permutationes beneficiorum, neque ad Eccleſias iuriſpatronatus laicorum, niſi aliter in ipſa fundatione cautum exiſteret. At vbi Eccleſia parochialis iuriſpatronatus Eccleſiaſtici fuerit, aut etiam partim Eccleſiaſtici, partim laicorum, etiam ſi pro duabus partibus ad laicos pertineret, & pro vna tantum ad Eccleſiaſticum, erit edictum proponendum, debebitque Epiſcopus cum nominatis à patrono Eccleſiaſtico, alios etiam clericos ad concurſum admittere, niſi in inſtitutione, aut fundatione aliter cautum eſſet, tunc enim tantum debebit præſentatus examinari citra concurſum, & approbari ab Ordinario, etiamſi inſtitutioni, & fundationi repugnaret.

*A quibus proponendum.*

PRæterea edictum hoc ab alijs Epiſcopis inferioribus non eſt proponendum, niſi omnimodam iuriſ-

iurisdictionem Episcopalem haberent, nec alicui subderentur, sed immediate sedi Apostolicæ subiecti essent, ac nullius diœcesis censerentur, proprium-que territorium haberent, cum facultate congregandi Synodum, quam antea etiam coegissent, & in ea examinatores elegissent. Tunc enim in collatione parochialium, tum edictum, tum alia, ab Episcopis seruari debent, erūt & ab ipsis obseruāda.

*Quando edictum prorogandum.*

NOn aliter licebit Episcopo diem examinis ad alium terminum prorogare, nisi qui descripti sunt, legitimo impedimento detenti fuerunt, quo minus præstito tempore ad concursum accesserint: siue etiam, si in tempore quidem se obtulerint, sed legitima aliqua causa, ne ad concursum accederent, impediti fuerint, nam tunc poterit Episcopus vsque ad alios decem dies terminum prorogare.

At si nullus intra priorem terminum se obtulerit, vel ex accedentibus nullus idoneus repertus fuerit; tunc aliud edictum erit proponendum, cuius termino elapso, si nemo se exhibeat, aut ex oblatis nullus idoneus inueniatur, tunc omisso edicto, atque concursu, præcedente tamen examine, alteri beneficium poterit conferri, Non etiam aliud edictum erit necessarium proponere, aut propositum prorogare, si infra terminum vnus tantum se exhibuerit, nam de eo solo periculum erit faciendum.

*De venientibus ad examen.*

POrro, qui ad examen sunt accessuri, ea quæ in edicto constituta sunt, ad vnguem obseruare debebunt, ac saltem per tres dies ante examinis faciēdi terminum per se, vel per alios dare nomina, cognomina, ætatem, & patriam; docereque de natalibus, & moribus, alijsque necessarijs, tum præsentare se in habitu, tonsura, ac totius corporis compositione congruenti, paratosque in primis ad peritiam suam declarandam in legendo, exponendo, respondendo, concionando, atque etiam in cantu firmo, si videbitur.

*De examinatoribus.*

ITem, examinatores, modo plures pro Ecclesiarum conditione, modo pauciores, non tamen in fratres ab Episcopo conuocentur, qui in Synodo diœcesana sint delecti. & qualitatibus à Triden. Cōcil. requisitis præditi, ac præstito iuramento, nihil se prorsus occasione huius examinis ante, vel post accepturos, sub pœnis ab eodem Concilio constitutis. Quos quidem Synodus nostra biduo saltem ante diem examinis, de Ecclesiæ vacantis atque examinandorum qualitatibus ab Ordinario admoneri mandat, vt maturius de tota re deliberare possint: cauentes tamen sub pœnis arbitrio ordinarij infligēdis, ne quemquam ex descriptis, à die, quo edictum propositum fuit edocere de examinibus habendis, vel exercere audeant.

*De ratione examinandi.*

NEc vero informis examinandi ratio illis erit præscribenda, sed pro varia Ecclesiarum conditione, prudentiorum arbitrio relinquenda, cum ad insigniores Ecclesias pro grauiora certamina clericos accendere æquum esse videatur.

Illud tamen nostra Synodus obseruandum esse duxit, vt cum plures se obtulerint examinandos, illi, qui prius nomina dederint primi ad examen admittantur, aut si ita expediat, omnes simul coram examinatoribus cōuocentur, vt de vnoquoque coram examinatoribus periculum fiat, ac si ex re magis videatur, liceat singulis examinatoribus aliquid interrogare, ea semper ratione seruata, vt inter examinandos, quanta fieri poterit æqualitas obseruetur, & super eadem re, & per eadem interrogationes singuli examinentur, & omnis collusio, siue instructio precedens amoueatur sub periurij periculo.

Quod quidem & in patronatu laicorum, vbi plures sunt præsentati, erit retinendum, nam & cōcursum fieri inter ipsos præsentatos tantum, & ex pluribus præsentatis digniorem eligere oportebit: at si vnus tātum fuerit legitimè præsentatus, illum quoque subijci examini necesse erit, sed non per concursum.

*De votis examinandorum.*

PEracto examine licebit examinatoribus aliqua inter se de illorum conditionibus, & peritia, seu imperitia in examine cognita, in morem colloquij tractare: certum tamen illorum iudicium, constansque determinatio non à verbis palam prolatis sed à secreta suffragiorum per albas fabas, & nigras decisione pendebit; ita tamen, vt nec etiam priuatas illas sermocinationes cuiquam sub pena arbitrio Ordinarij infligenda liceat propalare.

Suffragijs detectis, si plures approbati fuerint, in patronatu quidem Ecclesiastico ad patronum spectabit gratificatio, si institutio ad ipsum Episcopū, non autem ad inferiorem spectet. In alijs vero eliget Episcopus digniorem ex renunciatis, nec à reiectione examinatoris licebit appellare, sed bene à mala electione Episcopi, verum appellatio interim non suspendet executionem.

*De collatione beneficiorum, & institutione.*

HIs absolutis collatio Ecclesiæ, & institutio erit facienda ab eo, ad quem spectat; & si fuerit beneficium, iurispatronatus Ecclesiastici, quod vacauerit in mense reseruato, institutio spectabit ad Papam, facta ei attestatione examinis per concursum, & dignioris ab Episcopo electi.

## *De forma seruanda in prouisione beneficiorum simplicium. Cap. III.*

### SVMMARIA.

AGendum de forma seruanda in prouisione beneficiorum simplicium, nu. 1.

*In prouisione beneficiorum simplicium spectantium ad liberā collationem ordinariorum etiam inferiorum Episcopo nulla specialis forma à iure præscripta reperitur, num. 2. nec in collationibus beneficiorum requiritur citatio, aut vocatio etiam*

*etiam per edictum. num.3. Nec de iure requiritur concurſus, ſed ſufficit, vt is, cui prouidetur, ſit idoneus.*

*In beneficijs ſimplicibus præſentati ſeu electi vel nominati à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis, non debent inſtitui, neque confirmari, nec admitti etiam prætextu cuiuſuis priuilegij, vel conſuetudinis, niſi prius fuerint ab Ordinarijs examinati, & idonei reperti, num.5. Et ſi inſtitutio ad inferiores Epiſcopo pertineat, nempe ex fundatione ante Concilium aut immemorialis, quæ non tolluntur per Concilium, præſentati debent prius ab Epiſcopo examinari, & approbari, alias inſtitutio erit nulla. num.6. & in præſentatis patronis laicis. num.7. & 8.*

*Vbi inſtitutio ad Epiſcopum pertinet in præſentatis à patronis laicis, quos Epiſcopus, ſi velit, poteſt examinare, non requiritur examen neceſſario ex Concilio, capit.13. ſeſſ.7. Quod ſolum loquitur in præſentatis à perſonis Eccleſiaſticis, ac videtur etiam procedere in iure patronatus mixto. num.9. In quibus datur forma, ex quo, cum examen præcedere debeat, datur conſequenter ordo, qui inducit formam, quæ non ſeruata, actus eſt nullus. num.10. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ, quamuis alias in terminis ſtatuti Romæ ſtatuētis, quod ante executionem ſententiæ fiat certum monitorium, & ſic dantis ordinem, ſit reſolutum executionem aliter factam, non eſſe nullam. num.12. quod impugnatur. num.14.*

*Improbatur quod ait Flaminius Pariſius decreta Concilij omnia habere decretum irritans, ex conſtitutione Pij IV. ſuper eius confirmatione. num.13.*

*Cum dicta examinatio & approbatio requiratur pro forma, non poterit omitti, quantumuis præſentatus ſit notorie idoneus.*

*Videtur iam ceſſare deciſio Caputaq.367.p.2. Epiſcopum non poſſe examini denuo ſubijcere pro beneficio ſimplici præſentatum à clericis, quem iam examinauerat, quando illum promouit ad ſacros ordines. num.16. & nu.17. adducitur quædam declaratio S. Congregat. quæ tamen deciſio poſſet hodie procedere in præſentatis à patronis laicis, quando inſtitutio ad Epiſcopum pertinet. Et etiam in præſentatis ab Eccleſiaſticis quoad literaturam. num.18.*

*Supradicta doctrina confirmatur, & declaratur ex declarationibus S. Congregationis poſitis. num.19.*

1 ACtum eſt de forma ſeruanda in prouiſione parochialium, & beneficiorum curatorum, nũc agendum erit de forma ſeruanda in prouiſione beneficiorum ſimplicium.

2 De quo dico † primo, quod in prouiſione beneficiorum ſimplicium ſpectãtium ad liberam collationem Ordinariorum etiam inferiorũ Epiſcopo nulla ſpecialis forma à iure præſcripta reperitur.

3 Nec in collationibus † beneficiorum requiritur citatio, aut vocatio etiam per edictum, gloſ. in c. fin. de elect. in 6. verb. obſeruari. Franch. in c. conſtitutis. 2. num. 12. de appellationib. Prob. ad Monach. in c. licet Epiſc. de præben. in 6. num. 2. Sarnen. in reg. de infirmis, quæſt. 18. ad fin. Flores quæſt. 3. à num. 54. & Rota. deciſ. 309. num. 2. par. 1. diuerſ. *Et nouiſſimè Ceuallos quæſt. 809. num. 28.*

4 Nec de iure in † eorum collatione requiritur cõcurſus, ſed ſufficit vt is, cui prouidetur, ſit idoneus iuxta gloſſam in cap. monaſterium. 16. quæſt. vltim. & in cap. 3. de iure patron. verb. qui maioribus. vbi Abbas num. 11. Decius conſil. 129. nu. 2. cum alijs. Ita in Calagurritana reductionis motus proprij, 29. Martij 1591. coram D. Seraphino, vbi quod ita ſæpiſſime Rota reſoluit, vt per Caputaquen. deciſ. 69. lib. 1. in manuſcript. & Creſcen. 12. de conceſs. præben. & poſt hæc tradit Gonçal. ad reg. menſium, gl. 6. à num. 242. *Volin. de offic. Epiſc. cap. 50. §. 3. num. 3. Nec in beneficio ſimplici requiritur, quod prouiſus ſit approbandus ab examinatoribus Synodalibus, iuxta formam Concilij, Marc. Anton. Genuen. in praxi cap. 115. num. 5. dicens fuiſſe dictum in una Burgenſ. portionis 19. Octob. 1579. coram Bubalo, & quod poteſt probari habilitas per teſtes, &c.*

5 Dico ſecundò, † quod in beneficijs ſimplicibus præſentati, ſeu electi, vel nominati à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis etiam Apoſtolicis Sedis Nuntijs non debent inſtitui, neque confirmari, nec admitti, etiam prætextu cuiuſuis priuilegij, vel conſuetudinis etiam immemorialis, niſi prius fuerint ab Ordinarijs examinati, & idonei reperti. Nec appellationis remedio vllus ſe tueri poteſt, quominus examen ſubire teneatur, vt in Sacr. Concilio Trident. ſeſſ. 7. de reformat. capitul. 13. quod tamen
6 malè ſeruatur in hoc Epiſcopatu Abulenſ. Et † ſi inſtitutio ad inferiores Epiſcopo pertineat, (nempe, ex fundatione ante Concilium, aut immemoriali, quæ non tolluntur per Concilium ſeſſione 14. de reformation. capitul. 12. quod ſolum loquitur de iuribuſpatronatus de nouo erigendis, vt cenſuit Sacr. Congregatio, nec per caput ſequens, quod ſolum tollit priuilegium, non autem fundationem, nec immemorialem, vt eadem Sacra Congregatio cenſuit) præſentati debent prius ab Epiſcopo examinari, & approbari, aliàs inſtitutio ab inferioribus facta erit nulla, vt in eodem Concilio ſeſſione 25. de reform. cap. 9. verſic. ad hæc. de quo ſupra cap. præcedent. num. 243.

7 Quod vltimum videtur † procedere etiam in præſentatis à patronis laicis, cum Concilium dicto verſ. ad hæc. generaliter & indiſtinctè loquatur. Niſi dicas, Concilium ibi ex illis verbis, iuxta aliàs ſta-
8 tuta ab hac ſancta Synodo, referre † ſe quoad beneficia patronata ſimplicia ad dictum capitul. 13. & quoad curata ad cap. 18. ſeſſ. 24. vt dictum eſt capit. præceden. numer. 244. ac ideo quoad beneficia ſimplicia, intelligendum eſſe, iuxta terminos dicti cap. 13. Sed poteſt reſponderi, illam relationẽ fieri quo-
9 ad formam & modum examinis. (At † vbi inſtitutio ad Epiſcopum pertinet in præſentatis à patronis laicis, quos Epiſcopus, ſi velit, poteſt examinare, ex dicto verſic. ad hæc. non requiritur examen neceſſario, ex d. cap. 13. quod ſolum loquitur in præſentatis, ſeu electis, vel nominatis à perſonis Eccleſiaſticis. Ac videtur etiam procedere in iure patronatus mixto, ad dicto cap. præced. à nu. 278.)
10 in quibus datur forma, ex † quo, cum examen præcedere debeat, datur conſequenter ordo, qui inducit formam, qua non ſeruata, actus eſt nullus, Felynus, in cap. cum dilecta. de reſcript. nu. 6. verſ. ſextum ſignum, Brun. in trac. de forma. tit. quatenus cenſeatur datum aliquid pro forma. Cacheran. deciſ. Pedemontana 65. num. 14. cum Neuiz. conſ. 87. num. 13. Mandoſ. reg. 24. q. 3. num. 9. *Imola, Alexand. num. 38. & Ioſ. num. 19. in l. à Diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iudic. Angulo in l. 19. meliorationum gloſſ. 4. numer. 2.* Et fuit dictum in Toletana profeſſionis 27. Februarij 1595. coram D. Pamphilio ſupra adducta præcedenti capit. dub. 21. nu. 330. *Et in Trenorin. loci*

capi-

*capitularis* 10. *Mart.* 1606. *coram D. Mançanedo*, *& Abulen. præſtim.* 15. *Febru.* 1610. *coram eodem ſupr. relata* 5. *p.c.*3. *num.*91. & ita tenuit Rota in vna Calagurrit. beneficij de Archua. 7. Maij 1584. coram Sãctiſſimo, vt † in deciſione ſequenti. Tenuerunt Domini, receptionem non ſuffragari Ioanni ex declaratione S. Congregationis. Non obſtat, quod decretũ S. Concilij Tridentini non annullat, quia imo annullat, ex quo cum examen præcedere debeat, c. 13. ſeſ. 7. datur conſequenter, quoniam ordo inducit formam, qua non ſeruata actus eſt nullus ex Bruno, qui reliquos cumulat de forma, tit. quatenus cenſeatur datum aliquid de forma. fol. 4. concl. 15. Non obſtat, quod hæc forma ſit ad effectum, qui hic adeſt, ex quo hodie Vrbina poteſt examinari, quia cũ receptiõ huiuſmodi, præſertim facta à beneficio cõſtituto in extremis, non eſſet bona, interim alteri fuit ius quæſitum per Ordinarij prouiſionem, duobus enim indigebat Ioannes, receptione, & examine, vnum ergo ſine alio ſibi ſuffragari non potuit. l. ſi hæredi plures. de condit. inſtit. Non obſtat, quod per ipſum non ſtetерit, quia imo nunquam ſe obtulit examinandum, ſed prætendebat, non eſſe neceſſarium examen, & quando Vicarius mandauit Petrum, & Martinũ examinari, appellauit ipſe ab hoc decreto, non autem obtulit ſe examinari,

32 Quamuis aliàs in † vna Romana Vincæ, 5. Maij, 1589. coram D. Orano fuerit reſolutum, quod licèt per ſtatutum Romæ ſtatuatur, quod ante executionem ſententiæ fiat certum munitorium, tamen executio aliter facta non eſt nulla, cum non procedat vlterius annullando actum in contrarium factum. Dd. in l. non dubium. C. de legibus non obſtante decreto irritante, poſito in confirmatione ſtatutorum Romæ, nam illud non alterat naturam ſtatutorum, ſed operatur, quod non poſſint per inferiores reuocari, ſeu interpretari. c. p. delicto. de præben. & poſitum in principio, & cõfirmatione, ſiue in fine, ſolũ habet locũ in illis ſtatutis, quæ de iure cõmuni ſunt talia, vel ex quorũ tenore talis expreſſio colligatur, quod inducat nullitatem. Abbas, Felin. & Ripa in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. Brunus de forma ſtatutorum, fol. 36. Ita ibi.

33 Ex quo obiter infertur, † falſum videri, quod tradit Flam. Pariſ. de confidentia. q. 38. num. 26. de reſignatione beneficiorum, lib. 4. q. 9. num. 28. quem poſthæc ſequitur Gonçalez ad regul. menſium, glo. 15. num. 37. decreta Concilij omnia habere decretum irritans, ex conſtitutione Pij IV. ſuper eius cõfirmatione, dicens, ita omnes tenere, & fuiſſe reſolutum in Rota, in vna Seguntina vnionis coram D. Blanchetto, 1. Iulij 1592. maximè, quod decretum irritans in d. confirmatione Concilij poſitum, videtur referri ad interpretationes, & ſtatuta ſuper ipſius decretis facta, quæ ibi inhibentur. *Nec etiã placet quod in vna Calagurrit. iuris vocandi* 28. *Maij* 1586. *coram D. Blanqueto fuit dictum, quod conſtitutio conciliãs habeat decretum irritans, cap. ex parte de cap. min. &c. quia ex illo tex. ſolum poteſt deduci, quod conſtitutio conciliaris habeat clauſulam derogatoriam ad ſequentes diſpoſitiones contrarias, ſeu futura reſcripta, vt dictum eſt* 4. *p. c.* 5. *num.* 50. *&* 51. *non verò decretum irritans omnia in contrarium acta, ſeu quicquid ſecus à quo quam contigerit attentari, &c.*

34 Sed cum in terminis † dicti ſtatuti Romæ detur ordo, ex quo monitorium præcedere debet executionem ſententiæ, qui inducit formam, iuxta dicta, verius videtur executionem aliter factam eſſe nullã, etiamſi ſtatutum non procedat vlterius annullãdo.

35 Vnde cum dict. † examinatio. & approbatio, de qua num. 5. & 6. requiratur pro forma, non poterit omitti, quantumuis præſentatus ſit notorie idoneus iuxta dicta ſupra 6. p.c.2. à nu.275. & c. præced. nu. 102. & facit declaratio 8. inf. adducta nu. 19.

36 Et videtur iam ceſſare deciſio Caputaq. 367. p. 2. vbi fuit reſolutum, Epiſcopum non poſſe examini denuo ſubijcere pro beneficio ſimplici præſentatũ à clericis, quem iam examinauerat, quando illum promouit ad ſacros ordines, ſed teneri illum inſtituere abſque nouo examine, ex cap. accepimus, de ætate & qual. Ex † quo aliàs S. Congregatio de anno 1573. reſpondit Patauino, & Hiſpalen. quod Epiſcopus non poteſt examinare promotos à ſuo prædeceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit, quod ſi ipſemet Epiſcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos ſuſpendere debet. De quo vide Nauarrum conſ. 8. de priuilegijs, Goncalez gl. 4. à nu. 85.

37 Quæ tamen deciſio † Caputaquen. poſſet hodie procedere in præſentatis à patronis laicis, quando inſtitutio ad Epiſcopum pertinet, cum in eis non requiratur tunc examen pro forma, vt dixi, & etiam in præſentatis ab Eccleſiaſticis, quoad literaturam, iuxta declarationes S. Congregationis Concilij adductas 6. p.c.2. num. 234. vbi etiam examen erat pro forma.

38 Et ſupradicta † doctrina confirmatur, & declaratur ex ſeqq. declarationibus S. Congregationis ſuper dictum cap. 13. & dict. cap. 9. Prima, an approbatio facta ab Epiſcopo, etiam ſi inſtitutio pertinet ad inferiores iuxta formam cap. 4. ſeſſ. 25. & ca. 13. ſeſſ. 7. debeat fieri etiam in beneficijs, quorum inſtitutio pertineat ad Epiſcopos, aut monachos. Congregatio cenſuit, etiam in iſtis beneficijs debere fieri. Secunda. Adeo verum eſt, quod in beneficijs iuriſpatronatus examen ab Epiſcopo fieri debet, quod procedit, etiamſi inferiores inſtitutores haberent iuriſdictionem ordinariam in clericos ad dicta beneficia præſentatos, & comprehenduntur Abbates, Commendatarij, & quicunque inferiores qualibet exemptione muniti etiamſi ordinariam iuriſdictionem haberent in locis beneficiorum, & ordinarij inſtitutorum ſint, vt in eos omnem iuriſdictionem habeant, aliàs irritam eſſe inſtitutionem. Tertia. In beneficijs ſimplicibus, quæ non ſunt de iure patronatus, ſed ſunt ad collationem inferiorum, examen Epiſcopi non eſt neceſſarium. Quarta. Congregatio cenſuit, dictam approbationem non requiri in beneficijs ſimplicibus, quorum collatio libere pertinet ad inferiores. Quinta. Super dict. capitulo 13. non comprehenditur in hoc decreto Eccleſia collegiata, cuius canonicatuum collatio libere ſpectat ad Capitulum. Sexta, ibi; Non inſtituantur, nec confirmẽtur, Congregatio cenſuit, hoc non procedere in Eccleſijs electiuis. Septima. Qui admittuntur in Eccleſijs patrimonialibus, ſiue receptiuis, tam numeratis, quàm non numeratis, ad beneficia ſeruitoria non poſſunt admitti, niſi preuio examine, & approbatione Epiſcopi, iuxta hoc decretum. Concordat alia declaratio Calagurritana adducta cap. præced.

numero

numero 183. Octaua. In illis Eccleſijs, in quibus occurrente vacatione canonicatus ad illum præſentare debeat, & ab inferiori inſtitui antiquior portionarius, ad portionem antiquior beneficiatus, ad beneficium antiquior expectans, cenſuit Congregatio non ſufficere aliquem examinatum, & approbatum fuiſſe ab Epiſcopo, quando admiſſus fuit ad expectandum, iuxta diſpoſitionem huius decreti, ſed neceſſarium eſſe in quolibet aſcenſu nouum examen. Ita etiam fuit reſolutum iuxta hanc reſolutionem per Rotam in cauſa Calagurritana beneficij de Hornillos, 12. Oct. 1587. coram D. Pamphilio. Et in alia Calagurritana aſcendendi 28. Iun. 1599. coram Dom. Seraphino, vt per Goncalez gloſſ. 24. nu. 74. Nona. Si inſtitutio legitimè pertinet ad inferiorem, ita vt non dependeat aliquo iurepatronatus, quod per Concilium ſublatum eſt, cap. 9. ſeſſ. 25. præſentatio ſoli Epiſcopo facienda eſt ad effectum examinis dumtaxat, non attenta quacunque conſuetudine immemoriali contraria, prout hic ſancitum eſt. Decima. Compoſtellana. Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Dn. quidam Archidiaconi, & forſan alij dignitates obtinentes prætendunt in eorum diſtrictibus poſſe inſtituere ad præſentationem patronorũ, tam clericorum, quam laicorum, allegantes immemorialem, & quia hoc videtur contra Concil. ſeſſ. 24. cap. 13. vbi diſponitur, vt non liceat patrono cuiuſuis priuilegij prætextu, aliquem ad beneficia iuriſpatronatus, niſi Epiſcopo loci Ordinario præſentare cum decreto irritante, & annullatiuo, ideo quæritur primo, an huiuſmodi inſtitutiones factæ ab Archidiaconis & alijs minoribus ſuſtineantur vigore immemorialis, attento, quod cum Concilio tollat priuilegium, multo magis videtur tollere immemorialem, quæ inducit ſolum priuilegium præſcriptum. Congr. Concilij reſpondit inſtitutiones Archidiaconis, & alijs inferioribus ex immemoriali competentes, non eſſe per Concilium ſublatas. Secundo quæritur, vtrum in caſibus in quibus dicti Archidiaconi poſſunt inſtituere, poſſint id facere, non examinatis prius præſentatis per Ordinarium, nam in hoc videtur prouiſio expreſſa Concilij, ſeſſ. 7. c. 13. vbi diſponitur, vt præſentati ad quæuis beneficia Eccleſiaſtica, à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis, etiam ſedis Apoſtolicis Nuntijs, non inſtituãtur, niſi fuerint à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti cum derogatione cuiuſcunque priuilegij, & immemorialis. Et idem ſtatuitur in Concil. ſeſſ. 25. c. 9. ver. ad hæc liceat. & Congregatio iã reſoluit hoc ſeruandum eſſe in quibuſuis beneficijs, & in Eccleſijs patrimonialibus, ita vt quatenus concernant curam animarum, ſeruetur etiam forma ca. 18. ſeſſ. 24. vt in copia, quæ datur. Congregatio Cõcilij reſpondit, Si de ſimplicibus beneficijs agatur, præſentatos abſque prævio examine Epiſcopi inſtitui non poſſe, iuxta c. 13. ſeſſ. 7. ſi autem de parochialibus, ſeruandam eſſe formam capitis 18. ſeſſ. 24. Tertio, Poſito, quod ſupradicta facere poſſint, an interim quod probant immemorialem. R. Archiep. poſſit, & debeat exercere iuriſdictionem circa præmiſſa. Quod videtur, quia cum Reuerendiſſimus D. Archiepiſcopus habeat fundatam ſuam intentionem de iure, nec inferiores oſtendant priuilegium per ſe ſufficiens, vel quod ſaltim præſtet legitimæ præſcriptionis titulum, ſed allegent ſolum immemorialem donec probetur dicta immemorialis, non impeditur iuriſdictio ordinarij, vt ex tex. in capitulo cum perſonæ §. fin. de priuileg. in 6. Congregatio Concilij reſpondit, non videri Archidiaconos ſpoliãdos ſua quaſi poſſeſſione, donec probent immemorialẽ, quatenus inſtitutiones dependeant à patronatibus validis, qui non ſint de reuocatis per Concilium, poteſt tamen ordinarius compellere patronos, vt titulum patronatus oſtendant, quo valido reperto, ad examen præſentatum admittat, vt poſtea, ſi fuerit approbatus, Archidiaconis pro recipienda ab eis inſtitutione præſentetur. Vndecima. Regien. præpoſituræ S. Chiriui ſub Leone, & Clemente Papis fuit erecta in collegiatam cum duodecim canonicis inſtitutis, tam ex introitibus dictæ præpoſituræ, quàm etiam aliarum Eccleſiarum, ei à Rom. Pontif. vnitarum, quæ ad liberam ordinarij ſpectabant collationem: prædicta vero præpoſitura erat iuriſpatronatus Domicellorum oppidi, in qua erectione fuit per eoſdem Papas conceſſum iuſpatronatus dictorum canonicatuum, maiori numero delictorum Domicellorum, & inſtitutio canonicorum ipſiſmet canonicis nullo requiſito, nec interueniente ordinarij conſenſu. Modo ad quæſtionem de iure patronatus huius Eccleſiæ collegiatæ, an inſtitutio canonicorum, qui præſentantur à patronis, pertineat ad canonicos ipſos, vt prætendunt, ex priuilegio, an ad ordinariũ cum ex c. 9. ſeſſ. 25. huiuſmodi priuilegia ſint abrogata, & ex cap. 13. ſeſſ. 14. ad ordinarium ſpectet, ceſſante omni priuilegio; quoniam ius patronatus hoc eſt de illis, quæ reuocata ſunt, d. cap. 9. & fuit cõceſſum ex lege expreſſa, vt inſtitutio fieret ab ipſis Canonicis. Congregatio cenſuit hoc ius conſtitutionis non eſſe à Concilio ſublatum, ſed ſaltem ad huc manere, ex c. 13. ſeſſ. 6. & d. c. 9. Si tamen de ſimplicibus beneficijs agatur, præſentatos non poſſe inſtitui à canonicis, priuſquam fuerint ab Epiſcopo examinati, & idonei reperti, vt decretum eſt d. c. 13. & d. cap. 9. Si vero de parochialibus Eccleſijs agatur, ſeruandam eſſe formam examinis, quæ præſcribitur ſeſſ. 24. cap. 18. Duodecima. Congregatio Concilij cenſuit, præſentationem Epiſcopo faciendam eſſe quoad effectum examinis dumtaxat, nec opus eſſe vt edicta proponantur ab Epiſcopo de viribus iuriſpatronatus, &c. Deinde, ſi controuerſia fuerit circa illud, dilucidato, & approbato iurepatronatus, Epiſcopus debet remittere ad inferiorem pro inſtitutione, ſed ſi præſentatus fuerit illegitimus, inferior cognoſcet de validitate, & invaliditate diſpenſationis, etiam eſſet præſentatus ad beneficium curatum ex cap. 18. ſeſſ. 24. Decimatertia. Epiſcopus cum examinatoribus non aget, niſi de vita, moribus, & doctrina, & ætate. Decimaquarta. Congregatio cẽſuit, Epiſcopum debere admittere examen eius, qui eſt præſentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram eodem Epiſcopo, facta tamen per Epiſcopum proteſtatione de iuribus ſuis, & ſine eorum præiudicio, vel committere alteri Epiſcopo viciniori. Decimaquinta. Congregatio cenſuit, cognitionem validitatis & invaliditatis iuriſpatronatus controuerſi ad Epiſcopum dumtaxat, non ad inferiores, qui ius habent inſtituendi pertinere, ſecus vero, ſi huiuſmodi inferiores ordinariam, & in loco habuerint iuriſdictionem. Decimaſexta. Congregatio cenſuit pertinere

edicto-

edictorum, siue citationum ad vocandos oppositores relaxationem, quæ fieri debeat in præsentationibus patronorum, edicta ponere ante institutionẽ iurispatronatus, ad eos, ad quos ante Concilium spectabat, cum de his nihil per Concilium fuisset dispositum. Decima septima. Super dictum caput 9. ibi; Irrita sit & inanis; non sufficit, quod præsentatus fuerit aliàs examinatus, & approbatus ab alio ordinario, ad beneficium curatum.

## *De forma edicti, seu vocationis in institutione facta. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*In institutione præsentati seruanda est forma capitulo final. de election. in sexto. Vnde institutio facta non proposito edicto est nulla, nam illud etiam in institutione procedit. numero primo, & procedit etiam in canonicatibus, & prebendis, absque simplicibus beneficijs. numero 2. & num. tertio ponitur decisio Rotæ, & num. 4. allegantur aliæ decisiones, & numero 5. & 6. adducuntur resolutiones Rotæ.*

*In edicto debet assignari terminus competens & peremptorius num. 7.*

*Non sufficit citatio generalis per edictum, quando sunt alij patroni certi, sed debent specialiter & nominatim citari, aliàs institutio est nulla, numer. 8. & 9. vbi ponuntur resolutiones Rotæ.*

*Prædicta resolutio non procedit, vbi esset consuetudo in contrarium. nu. 10. & seq. vbi ponitur resolutio Rotæ. Et cum non sit contrarius, sed contra communem opinionem, sufficeret decennalis. num. 12. & in his partibus non est in vsu specialiter citare alios patronos, licet sint certi, sed solum fit citatio generalis per edictum. nu. 13.*

*Quamuis Doctores dicant, post terminum edicti non esse quẽ admittendum, seu audiendum, etiam re integra, id est, institutione non sequuta, tamen contrarium seruatur, nam ante institutionem semper admittuntur qui præsentantur ab alijs patronis, seu prætendunt habere ius. num. 14. quod non videtur contrarius, ex quo in edictis non dicitur, quod post terminum illius non admittentur, sed procedetur in causa, num. 15.*

*An quando institutio est facta in contradictorio indicio seu sententia lata super re facienda, causa sit appellabilis. Resolvitur institutionem præsentati factam pendente appellatione per alteram interposita a sententia ordinarij, & possessionem subsequutam, & etiam possessionem à præsentato instituto captam, pendente appellatione iudiciali interposita ab institutione facta in sententia, esse attentatam, e num. 16. & adducuntur varia resolutiones & decisiones Rotæ, & num. 20. respondetur doctrinæ Lambertini, quod loquitur quando institutio fuit facta extraiudicialiter & sine contradictore, &c. & nu. 26. improbantur Zanallos, & Azeuedo contrarium tenentes.*

*Non est curandum de stylo contrario, seu consuetudine, qui in aliquibus Episcopatibus seruatur, nam non est tolerabilis sed admissus, sed per superiores reuocantur tanquam attentata. num. 27. sicut etiam non est curandum de stylo tribunalis iudicis metropolitani Salmantica residentis, qui semper dat executoriam suæ sententiæ, quando est confirmatoria primæ ordinarij, num. 28.*

*Si illa consuetudo exequendi sententiam, & mittendi in possessionem capellaniæ, seu beneficij, eum, in cuius fauorem lata est, reuera staret, & de ea constaret, reputarent attentata. num. 29. & idem esset stante statuto seu constitutione Synodali id statuente, seu prohibente appellationem respectu effectus suspensiui. num. 30. vbi ponitur decisio Rotæ, & declaratur num. seq.*

*Prædicta resolutio procedit etiam quando plures sunt præsentati ab vno patrono, vel æquali patronorum suffragio, nam cum tunc Episcopus teneatur dignorem instituere, dignior prætermissus poterit ab eo appellare. numero 32. quamuis contrarium teneant aliqui. num. 33. Et quamuis à gratificatione Episcopi, quando sunt æquè digni, non detur appellatio. num. 34.*

1 PRæterea in institutione † præsentati seruanda est forma cap. fin. de elect. 6. Vnde institutio facta non proposito edicto, iuxta d. c. fi. est nulla, nam illud etiam in institutione procedit, vt post glossam ibi notant Ioan. And. Dominic. Fran. & alij, Lapus allegatione 8. num. 4. & ibi Mandos. litera V. dicens communem, & ita seruari, Rochus de iure patron. verb. honorificum quæst. 2. num. 5. & quæst. 38. numero 69. Lamber. qui dicit communem 2. p. 2. lib. q. 6. articu. 2. 4. 12. & 16. qui per totam illam quæstionem videndus est de hoc, Hieronymus Gabriel cõs. 199. nu. 2. li. 1. & Flores de Mena. q. 3. nu. 55. Aym. cons. 63. nu. 2. & nouissime Perez de Lara de anniu. & capell. lib. 2. c. 10. nn. 32. & 39.

Et procedit etiam † in canonicatibus, & præbendis, alijsque simplicibus beneficijs, vt ibi notant Ioan. Andr. Dominic. & Anchar. & Gabr. supra, & Lara num. 40.

3 Et est † decisio Guidoboni 55. in manuscriptis, vbi habetur, quod institutio præsentati facta non seruata forma d. cap. fi. est nulla, quia semper tentum est, quod dictum cap. fi. habet locum etiam in præsentatione, & non tenetur decisio Bellameræ 620. tamẽ, quod per præsentationem factam ordinario, etiam ante institutionẽ fuit quæsitum ius parti, quod non tollitur per prouisionem Papæ. Et quamuis institutio subsequuta fuerit nulla propter non seruatã formam d. c. fi. præsentatio tamen facta firma manet, Lamb. sup. art. 17. & sic impetratio facta à Papa de dicto beneficio, non facta mentione dictæ præsentationis, & institutionis alterius est nulla. Hæc Guido bonus. Cui † concordat decisio Crescen. vltim. de iure patron. Caputaquen. 37. par. 2. & Cotæ 387. in miscellaneis manuscriptis. Est etiam decisio Putei 484. lib. 2. Lara sup. num. 41. Et facit decisio in causa Oscen. canonicatus 1. Febr. 1593. relata supra 5. p cap. 4. num. 141.

5 Vnde in vna † Lucana capellaniæ 13. Maij 1553. coram D. Augustino fuit resolutum, institutionem factam eadem die, qua fuit facta præsentatio, non tribuere titulum coloratum, quia est contra decretũ d. c. fin. iuncta gl. 1. in fin. & ibi Domin. & Franc. & dictum fuit, quod aliàs fuit idem resolutum coram Achille in Lucana.

6 Et quod institutio † facta non præmissis edictis, & sic non seruata forma tradita in d. c. fi. est nulla, & nullum ius tribuit, fuit dictum in vna Salmantina capellaniæ del Voto 3. Iunij, 1585. supr. adducta 6. p. cap. 9. num. 13. & vide dicta 5. p. c. 5. nu. 9 Et † in edicto debet assignari terminus competens & peremptorius. vt in d. c. fi. & ibi Dd. Lamb. supr. ar. 21. Perez de Lara à nu. 44. Rota in decisionibus relatis

7

num.ſeq.& 9. *Et in vna Parmen.beneficij 28.Nouemb. 1586. coram D.Gipſio, in qua fuit reſolutum, inſtitutionem beneficij, &c. refert & ſequitur M.Anton. Genuenſ. in praxi cap.100.num.15.*

8 Et non † ſufficit citatio generalis per edictum, quando ſunt alij patroni certi, ſed debent ſpecialiter & nominatim citari, alias inſtitutio eſt nulla, d,c, fin.vbi DD. Perez de Lara ſup.num.42. & 43. Vt in 9 vna Foroliuien.iuriſpatronatus,& 8.Februa.1599. coram Domino Lancellotto.in qua fuit reſolutum, Petrum præſentatum fuiſſe in tempore,quia præſentatio fuit facta infra quadrimeſtre, quod competit patronis laicis ad præſentandum. cap.vnico. de iure patron.lib.6.Et quamuis potuerit iudex abbreuiare terminum, iuxta c.fi.de eject.in 6.Rochus.verb,honorificum,num.5.ita vt poſt terminum edicti,& inſtitutionem primi præſentati non ſint amplius audiendi alij patroni, & pro illa vice ius præſentandi amiſerint, Rochus ſupra,Lambertinus 2.par.2.lib. quæſt.1. artic.2. tamen in hoc erat ſeruanda forma dicti capit. fin. quæ habet locum in præſentatione, & inſtitutione,vt ibi notant gloſ.& DD.communiter,Puteus deciſ.306.lib.1.Guidobonus 55.Aymon conſil.63. num.2. alias inſtitutio eſt nulla, cum habeat decretum irritans, Lambert. ſupra quæſtio.6. artic.12. hic autem non fuiſſe ſeruatam tamen dicti cap.fin.apparet ex eo, quia patroni non fuerunt citati, prout requirit textus ibi, vocationem autem huiuſmodi. Et ſecundo, quando ſunt certi, non ſufficit generalis citatio, ſed debent ſpecialiter citari, alias inſtitutio eſt nulla. Lambert. dict.quæſt.6. art.11. & 13. Nec obſtare, quod patroni non erant certi,quia latis erant certi apud vicarium,à quo rogati prius fuerant vt eius fratrem præſentarent,prout colligitur ex atteſtatione,de qua in proceſſu. Addebat vnus ex Dominis, quod ad hoc ſufficiebat, quod potuiſſet haberi certitudo per inquiſitionem, & de facili ſciri potuiſſet. Et mouebatur ex ijs, quæ dixit Ancharanus dict.cap.fin.verſicul. & pondera, quem ſequitur Geminianus ibi. Secundò non fuit ſeruata forma dict.cap.fi. quia non fuit ſeruatus terminus competens. Licet enim non declaretur,quot dierum eſſet talis terminus,tamen trium dierum ferè in continenti poſt vacationem eſt nimis breuis, & non competens,&c. Et † 26. Aprilis eiuſdem anni coram eodem Domino Lancellotto, Domini ſteterunt in deciſis,ex duobus fundamentis conſideratis in deciſione. Primò,quia patroni non fuerunt nominatim citati, prout requirit cap.fin.de elect.in 6. Sufficit enim ad hunc effectum,vt ibi notat Ancha, quod non ſint penitus incerti, nam ſi per inueſtigationem poſſit haberi certitudo,vt inquirere,quis ſit hæres talis,vel quis poſſideat, non valet citatio generalis, ſicut etiam, quod certi dicantur qui veriſimiliter ſciri poſſunt, tradit Lambert.2.p.2.lib.q.6. art.12.Et facit deciſ.387.p.1.diuerſor.& iſta ſcientia ſufficit, ſi adſit in præſentato,vel in præſentante,vel in inſtituente,Lamber.d.art.12.nu.8. Neq; obſtare, quod ſcientia reſpectu Eliſabethæ nõ iuuet alios cõpatronos, vt per Franc.d.c.fi.nu.9.verſ.4. quæritur. quia in ſpecie Franchum reprobat Lamb.ſup.ar.20. & 28.qui dicit Io.Andream tutius fuiſſe loquutum, quia in d.c.fi.irritatur inſtitutio,ideo ſi eſt nulla, ipſo facto non citato vno de certis, nõ poteſt pro parte valere & pro parte nõ, quia eſt actus indiuiſibilis, & ea, quæ affert Franchus, & Bald. dicit procedere in actu diuiſibili,&c. Nec obſtare ſtylum, qui vt aduerſans iuri cõ eſſet alio modo probãdus,& ſaltim, quod fuerit in iudicio contradictorio obtentum, vt in iuribus vulgaribus. Placuit etiam ſecundum fundamentum de nimia temporis breuitate,&c.

10 Prædicta reſolutio † nullo modo procedit, vbi eſſet conſuetudo in contrarium,Lambert.dict.quæſt. 6.articul.14. Aymon.dict.conſil.63.num.2. Puteus deciſ.306,lib.1. vbi quod allegans talem conſuetudinem, ex quo erat contra communem opinion.debebat illam probare, quidquid dicat Aegid.dict.deciſ.620.& Rota in vna Lamaſcen.beneficij,21.Iunij 11 1596. coram Domino meo Corduba, in † qua fuit reſolutum, quod licet inſtitutio præſentati debeat fieri præuijs edictis,cap.fin.de eject.in 6.termini tamen aſſignatio commiſſa eſt arbitrio iudicis,glo.ibi competenti. & ſtante vſu illius regionis poteſt fieri inſtitutio ſine edictorum præfixione, ad tradita per Lambert.lib.2.part.2.quæſt.6.art.14.

12 Et cum iſta † conſuetudo ſeu ſtylus non ſit cõtra ius clarum,quidquid velit Rota in dicto Foroliuien. 26.April.ſed contra cõem opin.vt dicit Puteus dict. deciſ.306. & contra deciſiones Rotæ, ſufficeret decennalis ad tradita in c.fin.de conſuet. & ſup.5.par. cap.4.à num.97. 1.tom. Puteus deciſ.241. lib.3. Et 13 † in hoc Epiſcopatu Abulenſi, non eſt in vſu ſpecialiter citare alios patronos, licet ſint certi, ſed ſolum fit citatio generalis per edictum.

14 Et quamuis Doctores † dicant poſt terminũ edicti non eſſe quem admittẽdum, ſeu audiendum,etiã re integra, id eſt, inſtitutione non ſequuta, Oldrad. conſil.3. Felyn.in cap.cum Bertoldus. nu.13. de re iudicata, Rochus verb.honorificum. nu.5. & verb. competens. num.51. Lambert.d.q.6.art.26. & 28. qui ait,poſt tempus edicti non eſſe quem admittendum etiam re integra,ignorantem tamen,vel impeditum,admittẽdum eſſe ipſo termino edicti, re tamen integra,id eſt,inſtitutione non ſequuta: tamen cõtrarium ſeruatur,nam ante inſtitutionem ſemper admittuntur,qui præſentantur ab alijs patronis,ſeu 15 prætendunt habere ius, † quod non videtur contra ius,ex quo in edictis non dicitur,quod poſt terminũ illius non admittentur,ſed quod procedetur in cauſa, & fient acta in abſentia, ſeu in ſtratis. Et quod tranſacto edicti termino,ante inſtitutionem tamen, poterit patronus comparere, & præſentare, inquit Perez de Lara lib.2.c.9.nu.47.& 50.citans Felinum, Rochum, & Lambertinum ſupra,qui tamen id non dicunt,ſed potius contrarium,vt ſup. *Melius ſauet idẽ Fel.in c.gratum de offic.deleg.nu.3. vbi ait, q effectus citationis per edictum elapſo tempore non facit quin audiatur illa, quorum intereſt etiam poſt tempus, niſi iudex interloquatur, imponendo ſilentium illis, ex Innoc. in c fin. qui matrim.accuſ poſſ. Angel.in l.1. C.vt nemo inuitus, & Bald.in l.diffamari, C.de ingen. & manum.audiuntur enim iſti regulariter elapſo termino, niſi quando res non eſt integra per dict.cap.fin.& Bald.ſuprà, & quando in aſſignatione termini apponitur clauſula iſta,alias ex tunc imponitur ſilentium, Abb.in cap.pen.de iud.poſt Card.& c. Ita Felyn.& nouiſſimè ſequitur Ceuall.q.898.à num.43. dicens eſſe vtile in praxi,& ſic obſeruari in conſtit. Archiepiſcopi Toletani, quòd etiam elapſo termino citationis per edictum, audiendi ſunt illi quorum intereſt, ſi comparent re integra pro ſuo intereſſe, vt tradit Felin. ibi,*

& ſe-

*& sequitur And. Gail. lib. 1. pract. observat. inobserv. 57. num. 8. & 12.*

16 Sed hic offert† se difficultas, an quando institutio est facta in contradictorio iudicio, seu sententia lata super ea facienda, causa sit appellabilis, in qua resolutiue dicendum est, institutionem præsentati factã pendente appellatione per alterum interposita à sẽtentia Ordinarij, & possessionem subsequutam, & etiam possessionem a præsentato instituto captam, pendente appellatione iudiciali, interposita ab institutione facta in sententia, esse attentatam, Ioann. Andreas, Lapus, Dominicus. num. 7. & Francus sup. in capitulo auaritiæ, de elect. on. in sexta, & tenuit

17 Rota in pluribus† causis, & signãter in vna Neapolitana capellaniæ de mense Decem. 1562. coram D. Oradino, & in Calagurritana beneficij 7. Maij 1574 coram Domino Blancheto, & in alia Calagurritana portionis de Amarita, 27. Iunij, 1575. coram Dom. Cantucio, quæ est 2. p. diuersorum decis. 6. & in vna Lucana plebis, seu parochialis, 81. Iunij 1571. corã Domino Lancellotto, seu Binarino, vt in decisione sequenti.

18 Domini dixerunt, possessionem esse attentatam, quia captã appellatione pendente. Nõ obstat, quod ordinarius processerit tanquam executor deputatus in confirmatione donationis, quia hoc nõ procedit, quando assumit partes iudicis. Fel. c. fi. de præsumpt. & pronunciauit parte citata, institutionem faciendam. Non obstat, quod attentata, deserta appellatione non sint reuocanda, quia hoc tollitur ex facto, cũ appellatio non sit deserta, & in appellatione Apostoli sint dati, & terminus præsentationis non sit elapsus, & etiam per Papam prorogatus. Minus facit, quod passus fuerit procedi in negatio principali, qui cum non constet, quod sciuerit possessionem captã, non potest induci aliqua renuntiatio attentatorum Minus facit allegatum capitulum Concilij Trident. quia loquitur in relatione facienda, ab examinatoribus, quæ non potest suspendi per appellationem, quo minus fiat institutio, secus in casu isto, in quo agitur de iure patronatus, & institutione facta vigore illius, & non relationis. Nõ obstat noua prouisio, quia vltra hoc appellans habet anteriorem nouam prouisionem, sed quidquid sit, non potuit vigore nouæ prouisionis capere possessionem, aliàs incidit in pœnas extrauagantis Iulij Tertij contra capientes possessionem literis non expeditis.

19 Et† tradit rectè Lancellotus de attentatis 2. p. tit. cap. 4 num. 614. & 627. & cap. 12. in præsentatione, num. 79. & præsertim limitatione 40. & 49. vbi respondet cap. constitutis 2. de appellationibus quod loquitur in appellatione extraiudiciali, vt etiam intelligunt Ioann. Andreas, Lapus, Dominic. & Francus supra, & Cuchus in institutionibus, maior. lib. 4. titul. 4. nu. 67.

20 Et similiter† cum Rota in dicta Neapolitana respondet idem Lancellottus doctrinę Lambertini de iure patron. 2. p. tit. 2. 2. lib. quæst. 11. artic. 5. num. 2. dum dicit, institutum posse pendente appellatione ab institutione capere possessionem, quia est quid facti & effectus consecutiuus institutionis, quod eius lectura est corrupta, & loquitur quando institutio non habet vim definitiuæ, sed fuit facta extraiudicialiter, & sine contradictore, vt apertè colligetur ex his, quæ ipse dicit numero præcedenti, in fine, quo casu appellatio tanquam interloquutoria non debet facere attentata, vt pro regula firmauit dict. cap. 12. 1. limitation. & est etiam decis. 134. in nouis. Farin.

21 Et idem etiam† tradit Brederodius in tractat. de appellationibus 1. p. à quibus actibus. titul. 20. vers. ab institutione præsentati. pagin 419. & Marcus Antonius Genuentis in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ, c. 61. numero 19. dicens, receptum in dicta Curia Archiepiscopali Neapolitana, & vbi post sententiam est facienda institutio, seu collatio, tenet Azeuedo in Curia Pisana. libro 2. cap. 4. numero 14. & nouissime Perez de Lara libro 2. cap. 11. à num. 1.

22 Et nouissime in vna Aurien.† parochialis, prima Iulij, anno 1596. coram Domino Penna fuit resolutum, quãdo institutio facta est in cõtradictorio iudicio, & per sententiam, tunc causa est appellabilis, ex Lancelloto, dict. numero 79. & dict. limitatione 49. & quod appellatione pendente, capta possessio est sequestranda, maximè, quia fuit capta infra decem dies datos ad appellandum, Cæsar de Grassis dec. 108. n. 5. de appellationibus.

23 Et in alia† Aurien. Parochialis quarta die Decẽbris 1598. coram Domino Lancellotto fuit resolutum, constare de attentatis, & possessionem, sequestrandam, fuit enim facta institutio, & possessio capta post appellationem, &c.

24 Et ita fuit etiam† resolutum in vna Compostellana parochialis de Bayona 9. die Decembris, anno 1592. coram Domino Penna, vt in sequenti decis. videri potest.

☞ Dubitaui, an mãdatum de manutenendo, aliàs Alphonso Lasso concessum esset reuocandum, vel confirmandũ, & licet causa sæpè proposita propter multas obscuritates insertas per informantes, non potuerit capi resolutio. In ista parte fuit conclusum, mandatum fuisse reuocandum, & possessionẽ sequestrandam, nam cum possessio Alphonsi esset capta appellatione pendente, nõ erat manutenibilis, c. nõ solum de appellationibus. lib. 6. cum ibi notatis, quo procedit, quamuis esset capta authoritate ordinarij instituentis, ad latè tradita per Modernum, de attẽtatis, p. 2. c. 4. num. 627.

Nec refragatur decisio nona Antonij Augustini, lib. 1. nam eo casu constabat de consuetudine exequendi sententias, quæ in casu proposito, ex deductis pro parte Alfonsi, non videbatur Dominis probata, qua cessante, licet ordinarius procedat iudicialiter, pendente tamen appellatione absque vitio attentatorũ non potest capi possessio. Antonius Augustinus in epitome, titul. vt litè pendente, numero 22. Quod habet etiam locum, licèt Ordinarius non sit in litè. sed tantum ea controuerteretur inter præsentatos à diuersis patronis, vt apertè constat per eundem modernum Lancellotum supra relatum, de attentatis p. 2. cap. 4 num. 618. & sequenti & quãuis etiam possessio foret vacans, Puteus dec. 35. incip. processus. vit. de iudic.

Satis enim est ad causandum attentata, si possessio capiatur infra terminum ad appellandum, licet nulla adhuc appellatio sit interposita, vt fuit decisum coram me in vna Nolana capellaniæ, die 5. Martij, 1589.

Nec obstat, q̃ in proposita facti specie nõ erat ap-

num.ſeq.& 9. *Et in vna Parmen.beneficij 28.Nouemb. 1586. coram D.Gipſio, in qua fuit reſolutum, inſtitutionem beneficij,&c. refert & ſequitur M.Anton. Genuenſ. in praxi cap.100.num.15.*

8 Et non † ſufficit citatio generalis per edictum, quando ſunt alij patroni certi, ſed debent ſpecialiter & nominatim citari, alias inſtitutio eſt nulla, d.c. fin.vbi DD. Perez de Lara ſup.num.42. & 43. Vt in 9 vna Foroliuien.iuriſpatronatus,& 8.Februa.1599. coram Domino Lancellotto.in qua fuit reſolutum, Petrum præſentatum fuiſſe in tempore,quia præſentatio fuit facta infra quadrimeſtre, quod competit patronis laicis ad præſentandum. cap.vnico, de iure patron.lib.6.Et quamuis potuerit iudex abbreuiare terminum, iuxta c.fi.de elect.in 6.Rochus.verb.honorificum,num.5.ita vt poſt terminum edicti,& inſtitutionem primi præſentati non ſint amplius audiendi alij patroni, & pro illa vice ius præſentandi amiſerint, Rochus ſupra,Lambertinus 2.par.2.lib. quæſt.1.artic.2. tamen in hoc erat ſeruanda forma dicti capit. fin. quæ habet locum in præſentatione, & inſtitutione,vt ibi notant gloſ.& DD.communiter,Puteus deciſ.306.lib.1.Guidobonus 55.Aymon conſil.63.num.2.alias inſtitutio eſt nulla, cum habeat decretum irritans, Lambert. ſupra quæſtio.6. artic.12. hic autem non fuiſſe ſeruatam tamam dicti cap.fin.apparet ex eo, quia patroni non fuerunt citati, prout requirit textus ibi, vocationem autem huiuſmodi. Et ſecundo, quando ſunt certi, non ſufficit generalis citatio, ſed debent ſpecialiter citari, alias inſtitutio eſt nulla. Lambert. dict.quæſt.6. art.11.& 13. Nec obſtare, quod patroni non erant certi,quia latis erant certi apud vicarium,à quo rogati prius fuerant vt eius fratrem preſentarent,prout colligitur ex attellatione,de qua in proceſſu. Addebat vnus ex Dominis, quod ad hoc ſufficiebat, quod potuiſſet haberi certitudo per inquiſitionem, & de facili ſciri potuiſſet. Et mouebatur ex ijs, quæ dixit Ancharanus dict.cap.fin.verſicul. & pondera, quem ſequitur Geminianus ibi. Secundò non fuit ſeruata forma dict.cap.fi. quia non fuit ſeruatus terminus competens. Licet enim non declaretur,quot dierum eſſet talis terminus,tamen trium dierum ferè in continenti poſt vacationem eſt nimis breuis, & non competens,&c. Et † 26.Aprilis eiuſdem anni coram eodem Domino Lancellotto, Dominis fuerunt in deciſis,ex duobus fundamentis conſideratis in deciſione. Primò,quia patroni non fuerunt nominatim citati, prout requirit cap.fin.de elect.in 6. Sufficit enim ad hunc effectum,vt ibi notat Ancha, quod non ſint penitus incerti, nam ſi per inueſtigationem poſſit haberi certitudo,vt in quirente,quis ſit hæres talis,vel quis poſſideat, non valet citatio generalis, ſicut etiam, quod certi dicantur qui verisimiliter ſciri poſſunt, tradit Lambert.2.p.2.lib.q.6. art.12.Et facit deciſ.387.p.1.diuerſor.& iſta ſcientia ſufficit, ſi adſit in præſentato,vel in præſentante,vel in inſtituente,Lamber.d.art.12.nu.8. Neq; obſtare, quod ſcientia reſpectu Eliſabethæ nõ iuuet alios cõpatronos, vt per Franc.d.c.fi.nu.9.verſ.4. quæritur. quia in ſpecie Franchum reprobat Lamb.ſup.ar.20. & 28.qui dicit Io.Andream tutius fuiſſe loquutum, quia in d.c.fi.irritatur inſtitutio,ideo ſi eſt nulla, ipſo facto non citato vno de certis, nõ poteſt pro parte valere & pro parte nõ, quia eſt actus indiuiſibilis, & ea, quæ affert Franchus, & Bald. dicit procedere in actu diuiſibili,&c.Nec obſtare ſtylum,qui vti aduerſans iuri cõ eſſet alio modo probãdus,& ſaltim, quod fuerit in iudicio contradictorio obtentum, vt in iuribus vulgaribus. Placuit etiam ſecundum fundamentum de nimia temporis breuitate,&c.

10 Prędicta reſolutio † nullo modo procedit, vbi eſſet conſuetudo in contrarium,Lambert.dict.quæſt. 6.articul.14. Aymon.dict.conſil.63.num.2. Puteus deciſ.306,lib.1. vbi quod allegans talem conſuetudinem, ex quo erat contra communem opinion.debebat illam probare, quidquid dicat Aegid.dict.deciſ.620.& Rota in vna Lamaſcen.beneficij,21.Iunij 11 1596. coram Domino meo Corduba, in † qua fuit reſolutum, quod licet inſtitutio præſentati debeat fieri præuijs edictis,cap.fin.de elect.in 6.termini tamen aſſignatio commiſſa eſt arbitrio iudicis,glo.ibi competenti. & ſtante vſu illius regionis poteſt fieri inſtitutio ſine edictorum præfixione, ad tradita per Lambert.lib.2.part.2.quæſt.6.art.14.

12 Et cum iſta † conſuetudo ſeu ſtylus non ſit cõtra ius clarum,quidquid velit Rota in dicto Foroliuien. 26.April.ſed contra cõem opin.vt dicit Puteus dict. deciſ.306. & contra deciſiones Rotæ, ſufficeret decennalis ad tradita in c.fin.de conſuet. & ſup.5.par. cap.4.à num.97. 1.tom. Puteus deciſ.241.lib.3. Et 13 † in hoc Epiſcopatu Abulenſi, non eſt in vſu ſpecialiter citare alios patronos, licet ſint certi, ſed ſolum fit citatio generalis per edictum.

14 Et quamuis Doctores † dicant poſt terminũ edicti non eſſe quem admittẽdum, ſeu audiendum,etiã re integra, id eſt, inſtitutione non ſequuta, Oldrad. conſil.3. Felyn.in cap.cum Bertoldus. nu.13. de re iudicata, Rochus verb.honorificum. nu.5. & verb. competens. num.51. Lamberi.d.q.6.art.26. & 28. qui ait,poſt tempus edicti non eſſe quem admittendum etiam re integra,ignorantem tamen,vel impeditum,admittẽdum eſſe lapſo termino edicti, re tamen integra,id eſt,inſtitutione non ſequuta: tamen, cõtrarium ſeruatur,nam ante inſtitutionem ſemper admittuntur,qui præſentantur ab alijs patronis,ſeu 15 prætendunt habere ius. † quod non videtur contra ius,ex quo in edictis non dicitur,quod poſt terminũ illius non admittentur,ſed quod procedetur in cauſa, & fient acta in abſentia, ſeu in ſtratis. Et quod tranſacto edicti termino,ante inſtitutionem tamen, poterit patronus comparere, & præſentare, inquit Perez de Lara lib.2.c.9.nu.47.& 50.citans Felinum, Rochum, & Lambertinum ſupra,qui tamen id non dicunt,ſed potius contrarium,vt ſup. *Melius ſauet idẽ Fel.in c.gratum de offic.deleg.nu.3. vbi ait, q effectus citationis per edictum elapſo tempore non facit quin audiantur illa, quorum intereſt etiam poſt tempus, niſi iudex interloquatur, imponendo ſilentium illis, ex Innoc.in c fin. qui matrim.accuſ poſſ. Angel.in l.1. C.vt nemo inuitus, & Bald.in l.diffamari, C.de ingen. & manum. audiuntur enim iſti regulariter elapſo termino, niſi quando res non eſt integra per dict.cap.fin.& Bald.ſuprà, & quando in aſſignatione termini apponitur clauſula iſta,alias ex tunc imponitur ſilentium, Abb.in cap.pen.de iud.poſt Card.& c. Ita Felyn.& nouiſſimè ſequitur Ceuall.q.898.à num.43. dicens eſſe vtile in praxi,& ſic obſeruari in conſtit. Archiepiſcopi Toletani, quòd etiam elapſo termino citationis per edictum, audiendi ſunt illi quorum intereſt, ſi comparent re integra pro ſuo intereſſe, vt tradit Felin. ibi,*

& ſe-

*& sequitur And. Gail. lib. 1. pract. obseruat. inobserv. 57. num. 8. & 12.*

16 Sed hic offert † se difficultas, an quando institutio est facta in contradictorio iudicio, seu sententia lata super ea facienda, causa sit appellabilis, in qua resolutiue dicendum est, institutionem præsentati factã pendente appellatione per alterum interposita à sẽtentia Ordinarij, & possessionem subsequutam, & etiam possessionem à præsentato instituto captam pendente appellatione iudiciali, interposita ab institutione facta in sententia, esse attentatam, Ioann. Andreas, Lapus, Dominicus. num. 7. & Francus sup. in capitulo auaritiæ, de elect. on. in sexta, & tenuit

17 Rota in pluribus † causis, & signãter in vna Neapolitana capellaniæ de meule Decem. 1562. coram D. Oradino, & in Calagurritana beneficij, 7. Maij 1574 coram Domino Blancheto, & in alia Calagurritanæ portionis de Amarita, 27. Iunij, 1575. coram Dom. Cantucio, quæ est 2. p. diuersorum decis. 6. & in vna Lucana plebis, seu parochialis, 81. Iunij 1571. corã Domino Lancellotto, seu Binarino, vt in decisione sequenti.

18 Domini dixerunt, possessionem esse attentatam, quia captã appellatione pendente. Nõ obstat, quod ordinarius processerit tanquam executor deputatus in confirmatione donationis, quia hoc nõ procedit, quando assumit partes iudicis. Fel. c. fi. de præsump. & pronunciauit parte citata, institutionem faciendam. Non obstat, quod attentata, deserta appellatione non sint reuocanda, quia hoc tollitur ex facto, cũ appellatio non sit deserta, & in appellatione Apostoli sint dati, & terminus præsentationis non sit elapsus, & etiam per Papam prorogatus. Minus facit, quod passus fuerit procedi in negatio principali, qui cum non constet, quod sciuerit possessionem captã, non potest induci aliqua renuntiatio attentatorum Minus facit allegatum capitulum Concilij Trident. quia loquitur in relatione facienda, ab examinatoribus, quæ non potest suspendi per appellationem, quo minus fiat institutio, secus in casu isto, in quo agitur de iure patronatus, & institutione facta vigore illius, & non relationis. Nõ obstat noua prouisio, quia vltra hoc appellans habet anteriorem nouam prouisionem, sed quidquid sit, non potuit vigore nouæ prouisionis capere possessionem, alias incidit in pœnas extrauagantis Iulij Tertij contra capientes possessionem literis non expeditis.

19 Et † tradit rectè Lancellotus de attentatis 2. par. cap. 4 num. 614. & 627. & cap. 12. in præsentatione, num. 79. & præsertim limitatione 40. & 49. vbi respondet cap. constitutis 2. de appellationibus quod loquitur in appellatione extraiudiciali, vt etiam intelligunt Ioann. Andreas, Lapus, Dominic. & Franeus supra, & Cuchus in institutionibus, maior. lib. 4. titul. 4. nu. 67.

20 Et similiter † cum Rota in dicta Neapolitana respondet idem Lancellottus doctrinę Lambertini de iure patron. 2. par. 2. 2. lib. quæst. 11. artic. 5. num. 2. dum dicit, institutum posse pendente appellatione ab institutione capere possessionem, quia est quid facti & effectus consecutiuus institutionis, quod eius lectura est corrupta, & loquitur quando institutio non habet vim diffinitiuæ, sed fuit facta extraiudicialiter, & sine contradictore, vt apertè colligetur ex his, quæ ipse dicit numero præcedenti, in fine, quo casu appellatio tanquam interloquutoria non debet facere attentata, vt pro regula firmauit dict. cap. 12. 1. limitation. & est etiam decis. 134. in noui. Farin.

21 Et idem etiam † tradit Brederodius in tractat. de appellationibus 1. p. à quibus actibus. titul. 20. vers. ab institutione præsentati. pagin 419. & Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ, c. 61. numero 19. dicens, receptum in dicta Curia Archiepiscopali Neapolitana, & vbi post sententiam est facienda institutio, seu collatio, tenet Azeuedo in Curia Pisana. libro 2. cap. 4. numero 14. & nouissime Perez de Lara libro 2. cap. 11. à num. 1.

22 Et nouissime in vna Aurien. † parochialis, prima Iulij, anno 1596. coram Domino Penna fuit resolutum, quãdo institutio facta est in cõtradictorio iudicio, & per sententiam, tunc causa est appellabilis, ex Lancelloto, dict. numero 79. & dict. limitatione 49. & quod appellatione pendente, capta possessio est sequestranda, maximè, quia fuit capta infra decem dies datos ad appellandum, Cæsar de Grassis dec. 108. n. 5. de appellationibus.

23 Et in alia † Aurien. Parochialis quarta die Decẽbris 1598. coram Domino Lancellotto fuit resolutum, constare de attentatis, & possessionem, sequestrandam, fuit enim facta institutio, & possessio capta post appellationem, &c.

24 Et ita fuit etiam † resolutum in vna Compostellana parochialis de Bayona 9. die Decembris, anno 1592. coram Domino Penna, vt in sequenti decis. videri potest.

☞ Dubitaui, an mãdatum de manutenendo, aliàs Alphonso Lasso concessum esset reuocandum, vel confirmandũ, & licet causa sæpè proposita propter multas obscuritates insertas per informantes, non potuerit capi resolutio. In ista parte fuit conclusum, mandatum fuisse reuocandum, & possessionẽ sequestrandam, nam cum possessio Alphonsi esset capta appellatione pendente, nõ erat manutenibilis, c. nõ solum de appellationibus. lib. 6. cum ibi notatis, quo procedit, quamuis esset capta authoritate ordinarij instituentis, ad latè tradita per Modernum, de attẽtatis, p. 2. c. 4. num. 627.

Nec refragatur decisio nona Antonij Augustini, lib. 1. nam eo casu constabat de consuetudine exequendi sententias, quæ in casu proposito, ex deductis pro parte Alfonsi, non videbatur Dominis probata, qua cessante, licet ordinarius procedat iudicialiter, pendente tamen appellatione absque vitio attentatorũ non potest capi possessio. Antonius Augustinus in epitome, titul. vt litè pendente, numero 22. Quod habet etiam locum, licèt Ordinarius non sit in litè, sed tantum ea controuerteretur inter præsentatos à diuersis patronis, vt apertè constat per eundem modernum Lancellotum supra relatum, de attentatis p. 2. cap. 4 num. 618. & sequenti & quãuis etiam possessio foret vacans, Puteus dec. 35. incip. processus. tit. de iudic.

Satis enim est ad causandum attentata, si possessio capiatur infra terminum ad appellandum, licet nulla adhuc appellatio sit interposita, vt fuit decisum coram me in vna Nolana capellaniæ, die 5. Martij, 1589.

Nec obstat, q̃ in proposita facti specie nõ erat appella-

pellatum à mala electione & grauamine. Quo caſu à Concilio Trid. & conſtitutione Pij V. admittitur appellatio, ſed erat appellatum ab inualiditate præſentationis ex defectu poteſtatis Gregorij, vnius ex præſentantibus: vnde appellatio non poterat ſuſpẽdere, nec retardare poſſeſſionem, Decius in c. conſtituris, el 2. nu. 12. de appellationibus Lambertinus. de iure patronatus. li. 2. p. 2. ar. 5. q. 11. nu. 2. quia licet in facto id potuiſſet admitti, adhuc quidam ex dominis referebat, in eiſdem terminis fuiſſe contrarium deciſum in Rota die 10. Iunij. 1575. in vna camoren. beneficij coram Cota, vbi fuerat facta diſtinctio inter appellationem iudicialem, quæ ſuſpendit, & extraiudicialem, quæ non operatur ſuſpenſionem in quibus terminis procedunt ſupradictæ doctrinæ. Vnde cum hic adeſſet iudicialis appellatio proceſſum ſuſpendens, poſſeſſio fuit attentata. Guidobonus deciſio. 104. & fuit reſolutum in vna Calagurritana beneficij, die 7. Maij, 1574. coram D. Blanchetto, & ideo non potuit eſſe manutenibilis, ſed ſequeſtranda, & videndum de bono iure in negotio principali.

25 Idem fuit † reſolutum in vna Pintiana iuriſpatronatus, 9. Maij, 1598. coram Dom. Corduba, vt in ſequenti deciſione.

Dixerunt Domini conſtare de attentatis, nam inſtitutio fuit facta pendente termino ad appellandũ, ac inde vt attenta venit reuocanda. c. non ſolum. de appellationibus. in 6. cum vulgaribus. Mohedanus deciſ. 11. de præbend. quod maximè locum habet, quando fuit iudicialiter proceſſum, Calderinus conſil. 1. vt litè pendent. Sarnen. deciſ. 31. & fuit dictum in Calagurritana de Amarita, 29. Iunij, 1575. coram Reuerendiſſimo Lauretano, & conſequenter fuit etiam attentata poſſeſſio ſubſequuta, Guidobonus dec. 104. tradit Modernus de attentata appellatione limitat. 49. quæ indè venit ſequeſtranda Caſſadorus deciſ. 3. nu. 6. de reſtitutione ſpoliatorum. Cæſar de Graſſ. de appellationibus Anton. Auguſt. in epitome. titul. de ſequeſtratione ex officio. §. 3. & 6. Caputaquen. deciſ. 7. p. 1. & 157. par. 3. Puteus deciſion. 414. libro 2. & ſæpè Rota tenuit. Neque obſtabat, quod opponebatur non conſtare de iure Caualcantium. quia ad hunc effectum requiritur notorietas non iuris; quæ nec colorate impugnari poſſit, vel modo aliquo velari, Aegidius deciſ. 173. qualis eſt quæ reſultat ex re iudicata, vel confeſſione partis, Rota deciſ. 3. de reſtitutione ſpoliator. in nouis, Tanis deciſ. 19. & fuit reſolutum in Eugubina S. Petri de Vignate. 21. Iunij coram D. Orano, & 4. Iulij, 1597. coram me in alio ſanctæ Agathæ Gotorum ad caput fin. de cohabitatione clericorum.

Minus obſtabat, quod dicebatur, dictos dominos de Caualcantibus fuiſſe paſſos cognoſci de meritis cauſę, nam vltra quod ex aduerſo negatur. cũ verſemur in inſtitutione facta pendente termino ad appellandum, quæ ex capite nullitatis reuocatur etiam poſt rem iudicatam, & litem deſertã, vt tenuit Rota coram D. Decano, 7. Maij, 1574. in vna Calagurritana beneficij de burgo, quæ eſt diuerſorum 406. p. 1. relata etiam per Cæſarem de Graf. deciſ. 2. numero 5. de appellationibus, illud impedimentum obſtare non debuit, cum cauſa attentatorum ſtatim fuerit commiſſa.

Et poſt hæc tradit Gonçalez ad reg. de menſibus glo. 9. in annotationibus, à numero 203. dicens, idem fuiſſe reſolutum in Calagurritana beneficij, 18. Aprilis 1603. coram Domino Lancellotto, & in alia Calagurritana de Ollauari, 28. Ianuarij, & 22. Martij 1604.

26 Et prædicta † reſolutio tenenda & practicanda eſt, quamuis contrarium teneat Zaualos in ſuis cõmunibus contra communes. quæſt. 693. num. 31. *& quæſt. 830. à num. 44.* dicens faciendam eſſe prouiſionem capellaniæ appellatione ſpreta, & in caſu confirmationis, ſeu inſtitutionis factæ in ſententia, Azeu. vbi ſupra.

27 Nec curandum videtur † de ſtylo contrario, ſeu conſuetudine, qui in aliquibus Epiſcopatibus, & particulariter in hoc Abulen. ſeruatur; nam iſte ſtylus, ſeu conſuetudo non eſt toleratus, ſed quoties recurritur ad ſuperiores, reuocantur tanquam attẽtata, niſi fortè, quando conſtat, appellantem nullũ ius habere, & Perez de Lara d. capitulo 11, numer. 8. ait, quod cum fertur cauſa ad Regiam Cancellariam, prætextu violentiæ, iubentur reponi omnia in eo ſtatu, quo erant tempore ſententiæ prælationis. Si tamen ex actis apparet de notoria iniuſtitia appellantis, ex eo, quod non eſt deferendum appellationibus friuolis, cap. tuſo cum appellationibus. de appellationibus. libro ſexto, iudices Regij declarant vim non fieri in executione ſententiæ, & collatione capellaniæ. *Et ideo eſt quod ait Ceuall. dict. quæſt. 693. numero 31. quod in regali Cancellaria per modum violentiæ aliquando tales prouiſiones reſcinduntur, aliquando non, prout iudices ſupremi arbitrantur, quòd etiam repetit dict. quæſt. 830. numero 49. dicens, quod in Regali Cancellaria Pinciana varie ſolet iudicari, licet practica communior ſit, vt prouiſio & collatio tanquam attentata reuocetur, &c. & in addit. ad dict. quæſt. 693. à numero 3. vbi videtur remanere cum noſtra ſententia, ait, quod ſic practicatur in curia Regis, licet aliquando determinetur contrarium, ſecundum cauſæ merita, & litigãtium inſtitiam: & nouiſſimè lib. 4. quæſt. 1. ſeu 897. vbi à numero 818. pro quarto tractat iſtam quæſtionem, tandem a num. 838. cum Lara d. num. 8. videtur reſoluere, collationem, ſeu poſſeſſionem datam poſt dictam appellationem, eſſe attentatam, & reuocandam, niſi vbi de iniſtitia inſtituti ad oculum conſtaret.*

28 Sicut etiam non videtur † curandum de ſtylo tribunalis iudicis Metropolitani Salmanticæ reſidentis, qui ſemper dat executorias ſuæ ſententiæ quãdo eſt confirmatoria primæ ordinarij, nam ſimiliter per iudices appellationis ab eo interpoſitæ, reuocatur executio tanquam attentata.

29 Quamuis ſi illa conſuetudo † exequendi ſententiam, & mittendi in poſſeſſionem Capellaniæ ſeu beneficij eum in cuius fauorem lata eſt, reuera ſtaret, & de ea rectè conſtaret, ceſſarent attentata, vt per Antonium Auguſtinum dec. 9. libr. 1. quæ eſt 3. par. lib. primo, diuerſorum. 1155. Lancellotũ de attentatis. 2. p. cap. 12. limitatione 48. & Rotam in d. Compoſtellana ſupra adducta numer. 24. & tradit poſt hæc Gonçalez ſup. numer. 211. & ſequ. & Perez de Lara ſupra numero 13. dicens, eſſe talem conſuetudinem in conſilio Archiepiſcopi Toletani, *& nouiſſime Ceuallos d. q. 897. a numero 843. teſtificans coram Deo & hominibus, iſtam conſuetudinem vigere & ſeruari in tribunali Archiepiſcopi Toletani, cuius origo memoriam excedit, & ſic collationes capellaniarum in eo*

*factas*

*fallas non debere reuocari, cùm cauſæ deferuntur in modum vidimus ad Regalem Cancellariam, licèt ſecus in ſententijs aliorum tribunalium, vbi non viget talis conſuetudo, quam etiam in dicto tribunali Toletano non credo eſſe toleratam, & ſic de ea non erit habenda ratio, vt ſupra num.27.*

30 Et idem eſſet ſtante † ſtatuto, ſeu conſtitutione ſynodali id ſtatuēte, ſeu prohibente appellationem reſpectu effectus ſuſpenſiui, Lancellot.dict.limitat. 48. & Rota in vna Pampilonen. parochialis de Ilſundam, 16.Iunij 1597.coram D. Litta, his verbis: Domini tenuerūt, non eſſe locum ſequeſtro, ea moti ratione, quia licet Ioannes fuerit immiſſus in poſſeſſionem beneficij, de quo agitur poſt appellationem interpoſitam pro parte Saluatoris, non tamen attētata dici poteſt immiſſio ad effectum opponendi ſequeſtrum, ſtante conſtitutione ſynodali, qua prohibetur omnis appellatio reſpectu effectus ſuſpenſiui. Anton.Auguſt.deciſ.1155.lib.3.part.3. diuerſorum. Lancellot.par.2.cap.12.limitat.48.maxime, quia dicta conſtitutio facta fuit, ne interim Eccleſia pateretur detrimentum in ſeruitio. *Qua deciſ.eſt in noui.Farin.*

31 Et poſt hæc tradit † Gonçalez ſupra à num.213. dicens huiuſmodi ſtatutum, ſeu conſtitutionem ſynodalem debere eſſe clarum, non autem dubium & turbidum, vt rectè declarauit Rota in dicta Calagurritana de Ollauari coram Domino Penna, 22. Martij 1604. circa quandam conſtitutionem ſynodalem Calagurritanam 14. tit. de inſtitutionibus, vt latius per eum ibi num.216. & ſeq. & num.218. ait, quod ſufficeret tamen, ſi eſſet ſublata appellatio per verba æquipollentia, vt per Lancell. d.cap.12. limitat.8.num.4.& 5.& limitat.53.num.63. Sed addit ipſe Gonçalez ibi, nu.214. & 215. quod dictum ſtatutum, aut conſtitutio debet eſſe Apoſtolica authoritate cōfirmatum, aut longo tempore obſeruatum, nam alias non teneret, cum nullus alius præter Principem poſſit auferre appellationem.l.1.§.interdum. ff.à quibus appellare non liceat. cap.quod ſuper his, de maioritate & obedient. cap. Paſtoralis. 53.de appellatio. Francus in rub.de appellat.nu.23. lib.13.ad fi.& ibi Gregorius verb.ningun juzgador, tit.23.partita 3.cum alijs adductis per Lancellot.d. cap.12.limitat.8. ex num.118. Quæ ſententia mihi non placet, & reuera eſt contra Lancellot.dict.limitat.48. & Rotam in deciſionibus allegatis. vbi non requiritur talis confirmatio, aut obſeruantia, quamuis enim appellatio non poſſit tolli per diſpoſitionem hominis inferioris principe, ex allegatis per Gonçalez, bene tamen poteſt tolli per ſtatutum in aliquo caſu ex rationabili cauſa, vt in propoſito ad Bottcum, de ſynodo 3.par.artic.1.num.62.& etiam poteſt tolli per fundam. cum beneficij Lancellot. dict.limitat.8.num.7.& Gonçalez ſup.num.219. *Et quòd poſſit tolli per conſtitutionem ſynodalem, etiam ſine confirmatione Apoſtolica, contra gloſ.nouiſ.poſt Azeued. tenet Cenallos d.quæſt.897.à num.853.dicens valere talem conſtitutionem, quæ fit de conſenſu omnium Eccleſiaſticorum authoritate prælati, qui poteſt conſentire, vt ſententia capellaniæ mandetur executioni, & quòd à principio non ſuſpendat executionem; quia aliud eſt tollere appellationem, aliud quòd appellatio non ſuſpendat collationem, maximè interueniente conſenſu quorum intereſt, vt probaui in d.l.13.par. & ibi Gregor.verb. Fiziere poſtura, & verb. Ningun juzgador, & in l.fin. C.de temp.appellat. &c. Sed iſta ratio de conſenſu & renunciatione appellationis nihil valet, nec intrat in propoſito: nam ad tollendam appellationem ratione conſenſus & renuntiationis, requiritur in particulari conſenſus partium litigantium, vt in d.§.fin.& d.l.partita.*

32 Prædictaque reſolutio † procedit etiam, quando plures ſunt præſentati ab vno patrono, vel æquali patronorum ſuffragio, nam cum tunc Epiſcopus teneatur digniorem inſtituere, cap.3. de iure patron. cap.ſi forte.63.diſtinct.Rochus verb.honorificum. quæſt.16. Lambert.2.par.2.lib. quæſt.5.art.1.& 2. Gregorius Lopez lib.5. titul.15.par.1.verb. digno. Perez de Lara d.lib.2.cap.2.à num.34. Azor 2.par. lib.6.cap.22.q.14.& Vega in ſumm.1.p.cap.36.caſu 34. dignior prætermiſſus poterit ab eo appellare. Abbas in cap.cum autem, num.5. de iure patronat. Lambert.d.artic.26. & d.artic.2. qui pro contraria parte male citatur, nam citatur, nam quod ibi in fine cum Decio conſil.129.ait, quod quamuis præferendus ſit idonior ante factum, ſed ſi idoneus fuerit inſtitutus, tenebit inſtitutio, non obſtante quod alter ſit idonior, procedit nō appellante idoniori, &c. Azor ſup. & ita videtur ſeruare Rota, vt in Salmantina capellaniæ adducta ſupra 7.p.c.9.num.11.

33 Quamuis contrarium † teneāt Couar.in reg.peccatum, 2.p.§.7.num.4. Didacus Perez in leg.2.tit.6. l.1. ordinamenti verſ.notum & Ioan.Gutierez canonic.quæſt.lib.2.cap.11.num.23. *Et nouiſſime Gratian.in addit.ad deciſ.79.num.9.& 10.*

34 Et quamuis à gratificatione † Epiſcopi, quando ſunt æque digni, non detur appellatio. Decius dict. conſil.129.num.1.& ita iudicauit Rota coram Domino Brauo in vna Hiſpalen.beneficij, vt per Fuſcū de viſitat. lib.2. cap.20. num.3. *Et conducit reſolutio Rotæ in cauſa Calagur. beneficij de Zurbano 29. Octobris 1608. & 4.Nouemb.1609. coram D.Penia, quòd gratificatio Epiſcopi eſt valida nec vitiatur ex eo, quod alter non fuerit ad eam citatus, quia non eſt indicatum quòd in ea requiratur citatio, cùm pendeat à libera Epiſcopi voluntate.*

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## De Tempore, quo, & intra quod debet prouideri de beneficijs, PARS DECIMA.

### Quando debeat prouideri de beneficijs. Cap. Primum.

SVMMARIA.

POſt vacationẽ oportet beneficium conferri, nõ antea, nam beneficiũ nondũ vacans, non poteſt conferri, vel promitti, n. 1. nec intramẽto confirmabitur, n. 2. præterquã a Papa, qui ex plenitudine poteſtatis inſtribuit ad vacatura. numero 3.

Patronus non poteſt præſentare ad beneficium vacaturũ antequam vacet, nec poteſt fieri premiſſio obligatoria de faciẽda præſentatione ad beneficium vacaturum, nec valet conſuetudo contraria, num. 4. Nec præſentatio facta per patronum ante vacationem beneficij quidquam obſtat præſentationi poſtea factæ. nu. 5.

Legatus non poteſt alicui committere receptionem reſignationis beneficiorum, & collationem ipſorum in genere, aut in ſpecie. n. 6. quod habet locum in aliis collatoribus, n. 7. licèt legatus bene poſſit reſignationes beneficiorum recipere, & illa conferre. nu. 8.

Quamuis Epiſcopus poſſit cõmittere vicario ſuo, aut officiali generali facultatẽ recipiendi reſignationes, & conferendi beneficia, non tamen poterit id cõmittere ſingulari perſonæ, nec etiam ipſi vicario de certo beneficio, n. 9. quamuis contrarium tenuerit Rotæ, & Staphileus, à nu. 10.

In permutatione, quam partes facere deſiderant, poſſet procedere opinio Rotæ, & Staphilei; quando eſſet de beneficijs diuerſarum diœceſium. nu. 12.

Diuiſim bene poteſt concedi facultas admittendi reſignationẽ & poſtea illa admiſſa, facultas conferendi nu. 13.

Non poteſt conſtitui procurator in ſpecie ad præſentandum ad beneficium vacaturum. nu. 14. Non ſolum in beneficijs vacaturis per mortẽ, ſed etiã per renunciationẽ, vel aliàs. n. 15

Id limitatur primo, niſi perſona ſit Illuſtris, vt Epiſcopus, per caput ſignificaſti de iure patronatus, ſecundum vnum intellectum, qui tamen non conuenit illi, nec placet iſta limitatio. num. 16. & 17.

Secundo limitatur, niſi ex iuſta cauſa patronus haberet ſe abſẽtare in lõginquas partes; quia tunc poterit authoritate ordinarij interueniente aliquam ponere, vt præſentet ad vacatura nu. 18.

Tertio limitatur, vt non procedat quando daretur poteſtas præſentandi in genere. nu. 19.

Quarto limitatur, vt non procedat in procuratore, ſeu adminiſtratore generali negotiorum patroni, ex iuſta cauſa abſentiæ conſtituto ante vacationem beneficij, cui præſentationem cõmitteret, nã tunc valet datio procuratoris etiã quod vnicam præſentationem haberet, nnu. 20. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, quod tamen ſecus eſſet, ſi eſſent nominatæ perſonæ præſentandæ. num. 22.

De impetrante, ſeu obtinente beneficium viuentis, qui ſunt videndi. nu. 23.

Beneficium viuentis vniuerſitati conferri poteſt ſecũdum Coraſium nu. 24. ſed ſecundũ Rebuffum non poteſt conferri in titulum, ſecus in proprietate, id eſt per unionẽ abſque præiudicio poſſidentis. nu. 25. & 26. nec poteſt ei conferri beneficium in titulum, etiamſi non ſit viuentis, ſed ſolum in proprietate per vnionem, & ſic eſt intelligendus Coraſ. nu. 27. Et collatio, ſeu reſignatio facta in fauorem capituli, vel collegij, vnioni æquipollet. nu. 28. Et vnio de beneficio viuentis poteſt fieri non ſolum Collegio, vel Capitulo, ſed etiam dignitati, aut beneficio alicuius perſonæ particularis. n. 29. cap. 1. 2. & 3. de conceſſ. præben. loquuntur de collatione tituli, num. 30.

Cum vacat beneficiũ, non ſolum conferri, ſed etiã promitti poteſt, & promiſſum debetur, licet affectũ non ſit, ſed valeat collatio alteri facta, n. 31. & patronus qui promiſit alicui cũ præſentare ad beneficium vacans, licet poſſit variare, tenetur etiã illum præſentare ſecundum Rochum n. 12. contra quem tenet Lamber. cuius tamen rationes non videntur bonæ. nn. 33. & nu. 34. refertur ſententia Gabrielis Vazq. Authori vero ſatis probabile videtur, promiſſionem etiam de beneficio vacante, licet iure non ſit prohibita, nũquam tamen obligare. nu. 35. & 36.

Conferri beneficium poteſt ſimul atque beneficiatus mortuus eſt, vel aliàs vacat ab ordinario etiã ignorante mortẽ, ſeu vacationem, & ſub conditione, ſi vacat, n. 37. Cũ per obitum vacat beneficium cõferri poteſt etiam nondum ſepulto corpore defuncti, quidquid ſit in electione Prælati, quæ aliàs videtur caſſanda. n. 38. An beneficium quod vacat de iure, licet non de facto, quia aliquis eſt in poſſeſſione, conferri poſſit, nu. 41. Et poſſe conferri docent relati, n. 42. quod procedit, quando poſſeſſio eſt euidenter iniuſta, aut eius color caſſatus a iure. nu. 43. ſecus vbi poſſeſſio eſt colorata, & color non eſt caſſatus à iure, vel ab homine, nam tunc collatio eſt nulla, etiam facta ab ordinario ex defectu poteſtatis. n. 44. & ſeq. Sed contrarium tenetur, quia in ordinario non datur ſurreptio quæ ſolũ conſideratur in proposito à nu. 46. licet in prouiſione Papæ, vel Legati, in quibus cadit ſurreptio facienda eſt mentio de colorata alterius poſſeſſione, aliàs eſt ſurreptitia & nulla. nu. 48.

Id non procedit in prouiſione facta motu proprio, qui excludit ſurreptionem, contra aliquos à n. 46. nec in poſſeſſione beneficij generaliter, vel ſpecialiter reſeruati ex prouiſione inferioris a Papa, nam illa poſſeſſio non eſt colorata, nec cõſiderabilis, ſed caret omni effectu. n. 51. etiam ſi fuiſſet acceptata ignoranter, contra Felin. & Seluam. nu. 52.

Impetrans tamen beneficium tunc per annum pacifice poſſeſſum, debet facere mentionem de poſſeſſione illius ex regula

de

*de annali, cui tantum quoad illam primam partem ſolet derogari, quæ habet locum etiam in beneficijs reſeruatis ſolum ſpecialiter, ſed etiam generaliter, quamuis tempore Gregorij vndecimi loqueretur ſolum de ſpecialiter reſeruatis nu. 53. & nu. 55. ponitur reſolutio Rotæ.*

*Tertio id non procedit ſtante clauſula in ſupplicatione, ac d. N. & aliorum quorumcunque conceſſiones, proviſiones, & poſſeſſiones habeant pro expreſſis. numero 56. & idem ſtante clauſula, ac d. N. & aliorum quorumcumque conceſſiones, iura, proviſiones, &c. habeantur pro expreſſis. num. 57.*

*Quarto non procedit, quando in reſcripto eſt clauſula, vocatis vocandis, quæ operatur expreſſionem coloratæ poſſeſſionis. numero 58. & vbi ea apponatur. à numero 59. Quinto non procedit, quando in reſcripto eſt clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum. numero 61. & vbi ea ponatur. numero 62. & ratio limitationis ponitur. numer. 63. quæ clauſula non ſuſpendit gratiam & num. 64. de ea remiſſiue. numero 65. Sexto non procedit, quando in literis eſt clauſula, amoto quolibet detentore, nam ſatis videtur facta mẽtio de poſſeſſione colorata per iſtam clauſulam, quæ habet vim expreſſionis illius. numero 66. quæ limitatio procedit, quando iſta clauſula apponeretur in literis gratioſis, ſecus ſi in literis executorijs, vel in executione gratiæ, prout conſueuit poni, ſecundum Dd. à nu. 67. quamuis contrarium tenetur à n. 70. Et de d. clauſula amoto remiſſiue. num. 73. Ponitur deciſio Rotæ Colonien. canonicatus. nu. 74.*

1 POſt vacationem oportet † beneficium conferri, non antea, nam beneficium nondum vacans, non poteſt conferri, vel promitti, ne deſiderate quis mortem proximi videatur, ſeu ne alienæ mortis votum ingeratur, aut captandæ alienæ mortis occaſio tribuatur. cap. 2. & 3. de conceſſ. præbendæ. & c. 2. eodem titul. in 6. & ibi Dd. & Rebuffus vidēdus in procemio concordat. verb. fati. & in repetit. d. c. 2. de conceſſ. præbendæ. Corraſ. de benef. 1. p. cap. 7. nu. 1. Sylueſter in ſumma, verb. beneficium 2. num. 5. Nec † iuramento confirmabitur, Rebuff. in dict. repetit. c. 2. 1. notab. 4. ampliat. præterquam à Papa, qui vt dicit Corraſius ibi, ex plenitudine poteſtatis ius tribuit ad vacatura, c. propoſuit de conc. præb. & c. 2. de præben. in 6.

4 Hinc etiam patronus † non poteſt præſentare ad beneficium vacaturum antequam vacet, nec poteſt fieri promiſſio obligatoria de præſentatione ad beneficium vacaturum, capit. fin. de conceſſ. præbend. Lambert. de iure patron. 1. par. 2. lib. quæſt. 6. art. 6. art. 1. & 19. Ioan. Nicol. Delphinas eodem tract. nu. 190. & Didacus Perez in l. 1. titul. 6. lib. 1. ordinat. gl. 2. verſ. non minus elegans, & ſeq. Nec videtur valere conſuetudo contraria, etiam immemorialis, vt potè irrationabilis, & iniqua, quicquid dicat Cabedo de patronatibus Regiæ coronæ, cap. 14. vbi ait, id non ſeruari de conſuetudine Regni Luſitaniæ, & paſſim Reges ſuos conſueuiſſe, & ſolere promittere preſentare aliquẽ in Eccleſia ſui patronatus in genere ob merita, & ſeruitia, & de hac promiſſione proui
5 ſionem Regiam fieri. Nec † præſentatio facta per patronum ante vacationem beneficij quicquam obſtat præſentationi poſtea factæ, cum fuerit nulliter facta reg. non præſtat impedimentum lib. 6. cum alijs per Felin. in c. ex tenore, nu. 4. de reſcript. ita reſolutum in cauſa Pampilonen. beneficij de Vgarte, 13. Febr. 1595. coram D. Iuſto.

6 Et ne † apetiatur via ad beneficia vacatura cõcta Lateranen. Concilium, prohibitum eſt, ne legatus poſſit alicui committere receptionem reſignationis beneficiorum, & collationem ipſorum in genere, aut in ſpecie, vt in ca. deliberationes, §. prohibemus. de offic. legati. lib. 6.

7 Quem † textum non habere locum in alijs collatoribus docet Domin. ibi numero quarto; & Flamin. Pariſius de reſignat. benef. lib. 7. quæſtion. vlti.
8 num. primo. Licet † legatus bene poſſit reſignationes beneficiorum recipere, & illa conferre. gloſſ. in dict. §. prohibemus. verb. cuicunque. & in cap. dudum verb. poteſtate. de præben. in 6. Rota in Virdunen. canonicatus, 6. Martij, 1595. adducta ſupr. 5. p. cap. 3. num. 45.

9 Vnde quamuis Epiſcopus † poſſit committere vicario ſuo, aut officiali generali facultatem recipiẽdi reſignationes, & conferendi beneficia, cap. vltimo. vbi Doctores de officio vicarij in 6. de quo ſup. quinta p. cap. 8. ex numero 112. Non tamen poterit id committere ſingulari perſonæ, nec etiam ipſi vicario de certo beneficio, ex dict. §. prohibemus, & ratione ibi expreſſa tenet gloſſa ibi d. ver. cuicunque in fine, & Franc. num. 2. Rota deciſion. 1. & 4. de officio vicarij in antiquis. & deciſion. 5. eodem titul. in nouis. & ibi Papaz. Selua de benefic. 2. par. q. 21. Rebuffus in praxi titul. de vicarijs Epiſcop. num. vigeſimo, & in forma vicariatus, numero 110. & in regula 13. Cancellã. ver. aut vicarios perpetuos, Gãbarus de officio legati. libr. 2. à num. 363. Flamin. Pariſ. dict. quæſt. vltima, num. 30. & Sbrocius de vicario Epiſcopi, lib. 1. quæſt. 52. numer. 4. & 25.

10 Quamuis contrarium † tenuerit Rota deciſion. 5. de conceſſ. præbendæ in antiquior. & Staphil. de literis gratiæ. titul. de modis vacationis. §. reſignationis modus. num. 21. dicentes, quod compilatores libro 6. errauerunt in reddenda ratione d. §. prohi-
11 bemus quæ † reſponſio eſt contra textum, in procemio 6. vt inquiunt Domin. & Franc. ſupr. & Gambarus numero 366. *Vnde etiam conuincitur ratio, quã aſſignat Couarru. libro tertio, variar. capitulo vigeſimo, numero ſexto, quem ſequitur Thom. Sanchez de matrim. libro ſecundo, diſputat. 40. numer. 16. quod ea ratione obtentum eſt. Epiſcopum non poſſe poteſtatem conferendi beneficia committere alteri quam eius vicario generali, quia ea iuriſdictio magni ſit momenti: text. enim in diſt. prohibemus, ex quo communis, id docet, non tradit iſtam rationem, ſed quod per hoc aperiri poſſet via contra Lat. Concil. ad beneficia vacatura.*

12 In permutatione tamen, † quam partes facere deſiderant, ex quo in ea collatio eſt neceſſaria, & debita compermutantibus, poſſet procedere opinio Rotæ dict. deciſio. 5. de conceſſ. præbendæ. & Staph. maximè quando eſſet de beneficijs diuerſarum diœceſium, Puteus deciſ. 76. libro tertio, gloſſ. in c. vnico. de rerum permutat. in 6. verb. collationem. verſi. in 2. communiter approbata, vt infra ſequenti. p. c. quarto, num. 65. & fauet Villadiego de legato, qu. 9. 1. p. num. 98.

13 Diuiſim autem benè poteſt † concedi facultas admittendi reſignationem, & poſtea illa admiſſa facultas conferendi, gloſſa, Francus, & alij ſupra, & Rota d. deciſio. de officio vicarij in nouis in additione. nu. 10. Sbrocius d. q. 52. nu. 28. & q. 53. n. 7. fauet Villadiego ſupra.

14 Similiter etiam † non potest constitui procurator in specie ad præsentandum ad beneficium vacaturum, Rebuff.sup.& Lambert.etiam sup. & 4.q. art.1.3.& 3.& Cassad.decis.5.de iure patr.Mandos. ad Lapum allegat.8. litera N.

15 Quod procedit † non solum in beneficijs vacaturis per mortem, sed etiam per renuntiationem, vel aliàs ex d.§.prohibemus,quamuis contra teneat Lambert.d.art.2.num.6.

16 Sed limitatur primo, nisi persona † sit Illustris, quod procederet tantum in Episcopo,intellexerunt domini in vna Burgi sancti sepulchri, coram Achille 1555. vt apud Verallum lib.1.decis.377. in manuscript. Lamber.d.q.4.art.2.num.7.& 7.q.art.24. num.13. per textum in cap.significasti.de iure patr. secundum vnum intellectum, de quo per DD. ibi.

17 Sed † ille intellectus non conuenit illi textui, vt patet ex verbis, ibi, Pro Ecclesijs sibi commissis adepti fuerint, vt rectè aduertit Lambert. d. num.13. qui plures intellectus affert ad illum textum, vnde mihi non placet ista limitatio.

18 Secundò limitatur, nisi ex iusta † causa patronus haberet se absentare in longinquas partes, quia tunc poterit authoritate ordinarij interueniente aliquem ponere loco sui, vt præsentet ad vacaturā, vt cum Corsetto tradit Lambert.dict.quæst.4.art.3. num.3.

19 Tertio limitatur, vt † non procedat, quando daretur potestas præsentandi in genere, Abbas in dict. cap.fin.num.6. Probus ad Monach.in cap.1.de offic.vicar.in 6.num.9. & Lambert.dicta quæstion.4. artic.3.

20 Quartò limitatur, vt † non procedat in procuratore, seu administratore generali negotiorum patroni, ex iusta causa absentiæ constituto ante vacationem beneficij,cui præsentationem committeret, nam tunc valeret datio procuratoris, etiam quod vnicam præsentationem haberet, Ioann. Andreas in cap.fin.Pauin.de officio & potestate Capituli sede vacante.2.par.quæst.5.Rebuff.in forma vicariatus.num.13.& 71. Probus supra,& Lambert.supra dict.artic.3. & 8.quæst.art.9. num.4. & fuit resolutum in d. Pampilonens. beneficij de Vgarte 13. Fe-

21 bruarij 1595.coram Domino Iusto. Nempè † præ- sentationem factam per procuratorem, seu administratorem generalem patroni datum ante vacationem beneficij sustineri, præsertim ex iusta causa ratione longe absentiæ, vt per Ioann. Andream, numero 3.in fin. Imolam,Anton. & alios in d.cap.fin. de concess.præbendæ. Millis verb.patronus potest. & Lambert.supra,&c.

22 Quod tamen secus esset,si † essent nominatæ personæ præsentandæ, vt fuit resolutum in alia Pampilonen.patochialis de Licaroz,17 Maij 1595.coram D. Orano. *Et postea coram D. Peregr. 19.Ian.1598. vbi quod non habet mandatum datum procuratori ad præsentandum certam personam ad beneficium vacaturū, non solum certum sed etiam incertum, siue ad omnia, siue ad particularia beneficia,ad cap.2. & fin.de concess.præben. seu ad certum beneficium, etiam non expressa certa persona,&c. Et circa dicta est decisio Rotæ in causa Valentina beneficij 15. Iunij 1609. coram D. Ludouisio, quæ sic se habet 176.*

23 Et de impetrante seu obtinente † beneficium viuētis, vide textum, & ibi Doctores in capite primo, de concess.præbendæ. Rebuff.in praxi, titul.de reprobata beneficiorum viuentium impetratione, Coras.dict.cap.7. num.2, & 3. Rosin. de beneficijs, capitulo nono, Bernardus Diax in praxi crimin.Canon. capit.50. & ibi Salcedum vbi latè de hoc, & in regula Cancellariæ, de non impetrando beneficia per obitum viuentis. & ibi glossatorem, Soto, & Rebuffum, ac Sarmens. qui eam per septem quæstiones tractat, & Mandosium, qui per duodecim, & P. Gregorium de beneficijs, capitulo 32. numero secundo.

24 Ait tamen † Coras.d.cap.7. num.4. quod cum improbabile captandæ mortis verisimiliter in collegio cesset,quando soleant negligi,quæ communiter possidentur,l.2. C.quando & quibus.4.pars debeat. lib.10. & nemini datum censeatur, quod vniuersitati conceditur viuentis beneficium ei conferri posse proditum est, cap.cum venisset. vbi glossa, & Panorm.de restit.spoliat.

25 Rebuffus † verò in dict.procemio, verb.fati.aut etiam Collegio, vel Capitulo non posse conferri in titulum beneficium viuentis, secus si in proprietatem, id est, per vnionem, per quam non confertur Ecclesia, vt titulus. sed conceditur, tanquam proprietas, P.de Perusio de vnione, cap.4. numero 32.

26 Et † idem quod possit vniri absque præiudicio possidentis,dicit in praxi,d.tit.de reprobata beneficiorum viuentium impetratione, num.56. & 57. quia licet forte, inquit, omnes de collegio desiderabunt mortem possessoris, tamen quia per vnionem nō fit præiudicium viuenti, ideo vnio valet.

27 Sed ego non video, † quomodo Collegio, vel Capitulo possit conferri beneficium in titulum,etiamsi non sit viuentis, sed solum concedi in proprietate per vnionem, de qua loquitur textus, & gloss. in dict.cap.cum venisset. & Abbas ibi. num.10. Et sic etiam erit intelligendus Coras. iuxta textum, &

28 authores quos citat. Nam † collatio, seu resignatio facta in fauorem Capituli, vel Collegij vnioni æquipollet, cum talis beneficij collati, seu resignati vlterius vacatio contingere non soleat, Mandos.de signatura gratiæ. tit.de vnio. vers.idem fit. & Flam. Paris.de resignat.beneficio lib.4.q.10. *Et Vgolin. de offic.Epis.cap.52. in princ.num.3.*

29 Rursus existimo vnionem † posse fieri de beneficio viuentis, non solum Collegio, vel Capitulo in quo procedit ratio, quam ex glossa, & Panormit. assignat Coras. sed etiam dignitati, aut beneficio alicuius personæ particularis. In qua licet videatur posse cadere votum captandæ mortis, tamen in vnione, in qua concessio non fit ipsi particulari personæ, sed eius dignitati,vel beneficio, non consideratur ista ratio, Et † textus in d.c.1.2.& 3. de con-

30 cess.præbendæ, cum alijs, loquuntur de collatione respectu tituli.

31 Verùm cum † vacat beneficium, non solum conferri, sed etiam promitti rectè potest d.capit.2.ibi, Antequam vacent,& promissum debetur,licet affectum non sit, sed valeat collatio alteri facta,capit.si soli.de concess.præbendæ. in 6. Abbas in d.capit.2. num.2. Rebuff.d.verb.fati, versic.quod verum est, quando promissio valeret. qui erit videndus, Coras.dict.capit.7. num.6. & Rochus de iure patron.

32 verb. honorificum, quæstion.36. Qui † ex hoc ait, quod patronus qui promisit alicui eū præsentare ad bene-

beneficium vacãs, licet possit variare, tenetur etiam illum præsentare, quia talis promissio de præsentando obligat.

33 Contra quem † tamen tenet Lamber. 2. par. 2. lib. q. 7. art. 15. dicens huiusmodi promissionem esse nullam, quia sapit simoniam, & quia videretur acceptasse præsentationem antequam præsentaretur. Sed hæ rationes Lambert. non videntur bonæ, nec veræ.

34 Pater Gabriel Vazquez † Societatis Iesu in materia de beneficijs dicebat, promissionem de beneficio iam vacante obligare, si is cui fit, sit benemeritus, dum tamen alius non sit magis benemeritus, nam tunc esset contra iustitiam.

35 Mihi vero satis † probabile videtur promissionem etiam de beneficio vacante, licet iure non sit prohibita, nunquam tamen obligare, ex eo quod in beneficiorum prouisione debet esse libertas, vt Ecclesijs melius possit prouideri, maxime cum collator non sit dominus, sed administrator, & dispensator bene-
36 ficiorum. † Nec obstat textus in d. c. 2. & in d. c. fi. de concess. præbend. à contrario sensu, quia ex eis solum potest colligi promissionem istam de beneficio vacante, non esse iure inhibitam, non tamen colligitur eam esse obligatoriam.

37 Conferri autem beneficium † potest, simulatque beneficiatus mortuus est, vel alias vacat, ab ordinario etiam ignorante mortem, seu vacationem, & sub conditione si vacat, Corrasius supr. nu. 7. & diximus 8. par. cap. 2. à nu. 4.

38 Et cum per obitum vacat † beneficium, conferri potest, nondum etiam humato, seu sepulto corpore defuncti, glossa in cap. bonæ. 2. de elect. verb. tractatum, & ibi Abbas nu. 11. qui ait, Innocentium Compostell. Ioan. Andream, & communiter Dd. sequentes tenere opinionem glossæ, scilicet non esse necessarium ad electionem expectare sepulturam prælati, licet id sit honestum, ex c. nullus, 2. 79. distin. quod etiam tenet Bertach. de Episcopo. 1. p. 1. lib. 3. quæst. P. de Basilio in directorio electionum, c. 2. 3. p. Matthæus Bois Miscell. in materia electionis. §. quando tempus curat. Ripa lib. 2. respons. 13. nu. 4. Lamber. 2. p. 2. lib. q. 2. art. 1. vbi ait, id multo magis procedere in presentatione, & videtur tenere Cuchus in inst. maior. lib. 4. tit. 1. nu. 20.

39 Et quidquid sit † in electione prælati, de qua loquitur textus in d. c. nullus, & in d. cap. bonæ, ex quibus eam non posse fieri, antequam mortuus sit traditus sepulturæ, tenent Maiolus de irregul. lib. 4. c. 35. num. 6. & Fr. Man. Rodrig. q. regul. tom. 2. q. 53. art. 13. pro qua sententia satis reuera vrgent illa iura maxime d. c. bonæ, non vt electio sit nulla ipso iure,
40 sed cassanda. In † collatione tamen certum videtur, non esse opus expectare sepulturam defuncti, quia est diuersa ratio, quamuis etiam in collatione contra teneat, ex d. iuribus Corras. d. c. 7. num. 7. & Duarenus, de benef. lib. 6. c. 1. ait, fuisse quorumdam opinionem, ne mortuo quidem beneficiario posse beneficium dari antequam de mortui cadauer sepulturæ traditum fuerit, d. cap. bonæ. 2. hoc tamen vsquequaque receptum esse.

41 Difficultas est, an beneficium † quod vacat de iure, licet non de facto, quia aliquis est in possessione,
42 seu intrusus, recte conferri possit. Et † posse conferri docent Rota decis. 9. de iure patron. in antiquis. Lapus allegatione 16. vbi Mandos. ad d. 1. dicens, veram & conuenientem conclusionem, Fel. in c. exterum, de rescript. nu. 24. Rebuff. in praxi, tit. requisita ad collationem, nu. 60. & de prohibita beneficiorum vi uentium impetratione. nu. 47. & 48. Rochus verb. honorificum, nu. 86. Lambert. 1. par. 2. lib. quæst. 6. artic. 9. Corras. d. cap. 7. num 4. Duaren. dict. lib. 6. cap. 1. & Hoieda de incompatib. benef. cap. 4. à nu. 7. & c. 13. n. 60. & post hæc Gonçal. de reg. mensium, gl. 15. §. 1. à nu. 39.

43 Quod procedit, quando possessio est † euidenter iniusta, aut eius color cassatur à iure, vt in terminis c. licet Episcopus, de præbend. in 6. per c. de multa,
44 eod. tit. Secus † vero vbi possessio est colorata, & color non est cassatus à iure, vel ab homine, nam tunc colorata possessio alterius ante cassationem reddit
45 inualidam collationem alteri factam. Et † attenditur ista inualiditas, etiam in collatione ordinarij ex defectu potestatis, ne videatur conferre beneficium vi uentis, & non ratione subreptionis, quæ non cadit in ordinario, ita Abbas nu. 19. post Butrium in c. cum nostris, de concessione præbendæ, & Imol. ibi, Francus in d. c. licet Episcopus, num. 2. & videntur tenere Fel. in c. in nostra, de rescrip. cor. 29. & Selua 3. parte, q. 12. 13. qualitate, nu. 19. seu 58.

46 Contrarium tamen, † scilicet, quod valeat collatio facta ab ordinario de beneficio vacante de iure, non obstante colorata possessione alterius, ex quo in eo non datur surreptio, vt supra dictum est 8. p. c. 3. num. 3. quæ solum consideratur in proposito, tenet Calder. Hostien. & Ioan. And. in dict. cap. cum nostris. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. num. 152. Flamin. Patris. de resignat. lib. 8. quæst. 9. num. 69. Et idem videtur tenere Gambarus de offic. legati. lib. 3. num. 511. iuncto nu. 566. & Gregor. Lopez in l. 10. tit. 16. p. 1. glo. fi. ibi, Alias autem conferri potest. Et
47 † hoc etiam tenet Cosmas in pragmatica sanctione, tit. de pacificis possessoribus ad fi. verb. prouideatur, nisi collatio fiat post triennalem pacificam possessionem, cum titulo colorato declaratione non præcedente, ex illo textu, & regula, quod etiam ait Francis. Marcus decis. 141. p. 2. nu. 1. & 10. & videtur sentire Lapus d. allegatione 16. ibi, Quia ibi literæ fuerant surreptitiæ, &c.

48 In prouisione † autem Papæ, vel legati, in quibus cadit surreptio, vt dictum est d. 8. p. c. 3. nu. 3. facienda est mentio de colorata alterius possessione, alias est surreptitia, & nulla d. c. cũ nostris & ibi DD. Fel. in d. c. in nostra, cor. 36. Selua 3. p. q. 11. 20. qualitate, nu. 34. seu 102. Beroius in c. super literis de rescript. nu. 72. vers. 17. & Menoch. d. casu 201. nu. 139.

49 Quæ conclusio limitatur primo, † vt non procedat in prouisione facta motu proprio, qui excludit surreptionem, vt post Calder. cons. 13. de rescript. & in d. c. cum nostris. docent Fel. d. cor. 36. num. 35. Selua supra num. 37. seu 115. & Menoch. num. 142.
50 Quamuis † contrarium teneant Imola, Butrius, & Abbas, nu. 19. in d. c. cum nostris, ex eo quod in proposito adsit in Papa defectus intentionis, qui non tollitur motu proprio.

51 Secundo limitatur † seu declaratur, vt non procedat in possessione beneficij, generaliter, vel specialiter reseruati, ex prouisione inferioris à Papa, nam illa possessio non est colorata, nec considerabilis, sed caret omni effectu, & iuris adminiculo, vt dictum est supra 5. par. c. 1. à nu. 427. & cap. 5. à nu. 21. Imola in d. cap.

d.cap.cum noſtris.Fel.nu. 33. Selua 35. ſeu 105. & Menoch.147. vbi ſupra. Lapus d.alleg.16.nu.2. & ibi Mandoſ. litera E.

52 Vnde non eſt verum, quod † aiunt Fel. ibi nu.36. & Selua nu.34. quod ſi poſſeſſio fuiſſet accepta ignoranter contra reſeruationem, & decretum Papæ, qui prius reſeruaſſet beneficium, eſſet facienda mentio de eo, cuius cõtrarium videtur tenere Menoch. ſup. num.144.

53 Impetrans † tamen beneficium, tunc per annum pacifice poſſeſſum debet facere mentionem de poſſeſſione illius, &c. ex regula de annali (cui tamen quoad iſtam primam partem ſolet derogari,) quæ

54 habet † locum etiam in beneficijs reſeruatis, non ſolum ſpecialiter, ſed etiam generaliter, quia regula indiſtinctè loquitur, & eſt fauorabilis, & militat eadem ratio in, proposito, vt per Mandoſ. d. reg. de annali quæſt. 15. in 3. opinione. Quamuis tempore Gregorij XI. ſolum loquerentur de beneficio ſpecialiter reſeruato, vt per Rotam deciſ. 78. de reſcrip. in antiquis. & ita tenendum eſt, quidquid teneant Fel. ſupra nu.31. & Selua d.nu.35. Caſſad. deciſ. 14. nu. 9. ſuper regulis. & Sarnen. d.ſt. reg. de annali, quæſt. 13 & ita fuit reſolutum per Rotam in vna Calciaten. ſcholaſtriæ 16. Maij 1588. coram D. Plato, & in vna Carpuien. canonicatus, 24. Ianuarij 1594. coram

55 D. Seraphino. In † qua domini dixerunt, Quod re-

56 gula de annali contentatur ſola detentatione de facto etiam ſine titulo, Caſſadorus d. deciſ. 14. num. 9. & 10. & habet locum in omnimodo vacandi, Caſſad. deciſ. 15. ſuper regulis, etiamſi ex perſona alterius, quam annalis poſſeſſoris vacet. Sarnen. de annali, q. 34. & licet beneficium ſit reſeruatum, tamen intruſus poteſt dare de regula, quicquid teneat Fel. d. num. 35. Caſſad. d. deciſ. 14. num. 9. Sarnen. q. 23. & Rota Colonien. canonicatus, coram Dom. Verallo 9. Maij 1570. quia fuit ab iſta opinione receſſum per Rotam in d. Calciat. Et poſt hæc tradit Gonçalez & gl. 31. num. 26. dicens nouiſſime fuiſſe reſolutum in vna Seguntina canonicatus 28. Maij 1603. coram D. Lita.

57 Tertio limitatur, vt non † procedat ſtante clauſula in ſupplicatione, ac dicti N. & aliorum, quorumcunque conceſſiones, prouiſiones, & poſſeſſiones habeantur pro expreſſis, &c. Rota in Colonien. canonicatus infra adducta. nu. 74. Et † idem videtur ſtante

58 clauſula, Ac d. N. & aliorum) quorumcunque conceſſiones, prouiſiones, aliaque iura habeantur pro expreſſis, ſeu clauſula, Ac d. N. & aliorum quorumcunque jura, prouiſiones, &c. habeantur pro expreſſis, nam ſub verbo, iura, videtur poſſeſſio venire.

59 Quarto limitatur, vt non procedat, † quando in reſcripto eſt clauſula, vocatis vocandis, quæ operatur expreſſionem colorate poſſeſſionis, cum per eam citandus ſit poſſeſſor, ita Fel. d. cor. 36. nu. 32. Selua d. nu. 34. ſeu 101. & Menoch. nu. 140. vbi ſupra poſt Card. conſ. 93. Et † dicit Menoch. ibi, quod ſcribunt relatiomnes clauſulam hanc, vocatis vocandis, ſolum in ſcriptis executorijs apponi conſueuiſſe, quod nunc non declarat.

60 Sed ego non video † quod id relati dicant, & ſi in literis executorijs apponerentur, eſſet difficultas, de qua aliàs infra 6. limitatione, imo d. clauſula vocatis vocandis, non ſolet poni in literis beneficialibus, nec in gratioſis, nec in executorijs ſolum quando exprimitur detentor, ſeu intruſus, in ſupplicatione datur mandatum de prouidendo, committendo collationem cum clauſula, Vocato poſſeſſore, &c. & cum detentor, ſeu intruſus, exprimitur in literis tantum, & non in ſupplicatione, prouiſio fit in forma gratioſa, ſi impetrans habet approbationem, & in executione dicitur, quod citetur poſſeſſori, &c.

61 Quinto limitatur, † vt non procedat, quando in reſcripto eſt clauſula, dummodo non ſit alterius quæſitum, ita citati limitatione præcedenti, & Fel. in cap. ſuper literis, nu 11. de reſcriptis, & Gonçalez d. gl. 15. §. 1. num. 67. & Rotam d. Colonien. canonicatus infra adducta.

62 Quæ † clauſula, vt videmus, ponitur in omnibus literis, de beneficijs non reſeruatis, ac etiam in literis, de beneficijs reſeruatis, quando exprimitur detentor, ſeu intruſus, Hieron. Paulus in pract. Cancel. in notab. ſuper vacantibus non reſeruatis, verſ. clauſula, alterius quæſitum, Sarnen. in reg. de non tol-

63 lend. iure quæſito, quæſt. 1. in princ. Sit † ratio huius limitationis eſt, quia illa clauſula tollit omnem ſurreptionem quæ poſſet allegari à tertio prætendente reſcriptum eſſe ſibi præiudiciale, & non eſt opus alia mentione ſuæ coloratæ poſſeſſionis, ex quo per illam clauſulam præſeruatur ei ius in beneficio quæſito, & conceditur gratia ſub conditione, vt tunc tantum procedat, quando per eam non præiudicatur iuri quæſito, vt per Card. d. cõſ. 93. & Fel. d. n. 11.

64 Quamuis † d. clauſula non ſuſpendat gratiam, & ſic non eſt aliàs iuſtificanda. Achilles deciſ. 18. nu. 2. de probat. & Rota in d. Colonien.

65 Et de d. clauſula † dummodo non ſit alteri ius quæſitum, vide dicta ſupra 4. p. c. 3. à nu. 19.

66 Sexto limitatur, vt non procedat, quando in literis eſt clauſula amoto quolibet detentore, nam ſatis videtur facta mentio de poſſeſſione colorata per iſtam clauſulam, quæ habet vim expreſſionis illius, ita Rota deciſ. 38. & 69. de reſcript. in antiquis, quæ ait, quod hodie propter dictam clauſulam, quæ ponitur in bullis, non eſt neceſſaria mentio coloratæ poſſeſſionis, & Ioan. Andreas, Card. Imola, Butrius, & Abbas num. 21. in d. cap. cum noſtris, idem Card. conſ. 31, Domin. in c. nemo, de elect. in 6. Fel. d. cor. 36. nu. 32. Selua d. nu. 34. ſeu 104. Staphil. tit. de vi & effectu clauſularum, §. de clauſula, amoto quolibet detentore. Rebuffus in praxi in forma & declaratione nouæ prouiſionis, verb. amoto, exinde, & in concord. in forma literarum executor. verb. contradictores, Menoch. ſup. nu. 141. & nouiſſime Rota in d. Colon. canonicatus, Gonçalez ſupra nu. 68.

67 Sed hæc limitatio procedit, quando iſta clauſula poneretur in literis gratioſis, ſecus ſi in literis executorijs, vel in executione gratiæ, id eſt, intra clauſulas executorias, (prout hodie conſueuit poni,) ex clement. 1. in fi. de præb. vbi verba poſita in executione non augent diſpoſitionem, Lapus allegat. nu. 5. & 6. vbi Mandoſ. litera N. & litera B. Calder. conſ. 25. de præb. Card. Imola, Butrius, & Abbas vbi ſupra. Do-

68 nin. conſ. 86. Staphil. Rebuff. & Menoch. ibi. Et † facit quod dicunt Imola in d. clem. 1. quod tales clauſulæ executoriæ apponuntur in Cancellaria, præter intentionem Papæ, qui non exprimit, niſi diſpoſitiua fundantia gratiam, ergo ſolum illa excludunt ſur-

69 reptionem, non alia. Et † eſt notandum, quod iſti authores, excepto Rebuffo, parificant, quod illa

clauſula

clauſula ponatur in executione gratiæ, id eſt, inter clauſulas executiuas, vel in literis executorijs ſeparatis, vt per Felyn.in cap.licet num.7. de offic.ordinarij. Rebuff.vero, d.verbo amoto, facit differentiã inter iſta, nam dicit dictam limitationem procedere, quando iſta clauſula appoſita ſit in literis principalibus gratiæ, licet inter clauſulas executiuas, vt ibi in forma nouæ prouiſionis, quam ponit, & declarat, ſecus ſi tantum in literis executorijs ſeparatis, in quo Rebuffus non loquitur conſequenter, nam in vtroque caſu eadem eſt ratio.

70 Bart.tamen, Zauarella † nepos, Cardinalis, quem refert & ſequitur Fel.d.Cor.36. num.32. & Selua d. num.34.in ſuo conſ.8. tenet contra iſtam limitationem & conſiderationem, dicens, non eſſe veram, quia ſtylus Curiæ non habet, nec vnquam habuit talem clauſulam apponi in literis gratioſis, nec illis conuenire poteſt, cum illæ ſimpliciter dirigantur ad eum, cui fit gratia, ſed talis clauſula ſolum conuenit, & apponitur literis, ſeu clauſulis executorijs, vt in cap.propoſuit de conceſſ.præbend.& cap.cum vniuerſor.de rerum permut.ideo concludit ſimpliciter tenendum, quod d.clauſula poſita in literis executorijs operatur mentionem coloratæ poſſeſſionis, quando literæ gratioſæ,& executoriæ ſunt ſimul factæ, id eſt ſub eadem data, vt ſolet, & quod dicta conſideratio forte procedere poſſet, vbi literæ executoriæ fuiſſent factæ ex interuallo poſt gratioſas. Quæ ſententia mihi placebat, & ita planè videtur tenere, Rota ſupra. & in d.Colonien.infra adducta ad fin.

71 Nec obſtat † d.clemen.1. in fin.quia in propoſito non agitur de augenda diſpoſitione, ſed de excludenda ſurreptione, quæ rectè excluditur per clauſulas in executione, ſeu in literis executorijs poſitas, ex quo per illas conſtat de ſcientia Papæ, & eius intentione, Felyn.in cap.nonnulli.de reſcrip.num.27. Iaſ. in l.ex pupillari. ff.de vulgari.num.2. Surd. de alimen.tit.2.q.1.num.18. & alij.

72 Nec obſtat † dictum Imolæ ibi, quia verius eſt tales clauſulas executiuas, apponi ex intentione, ordine, & commiſſione Papæ, vt placet, maxime quia ſemper in ſupplicationibus dicitur, cum clauſulis opportunis. Sed † nihilominus tenenda videtur d.ſublimitatio,& communis ſententia, quæ planè probatur ex d.clem.1. in prin.de præben. vbi per clauſulam in executione poſitam nõ excluditur ſurreptio Gonçalez gloſ.9. in annotat.num.243. & de d.clauſula amoto, vide dicta ſup.6.par.c.3.à nu.48. & Mandoſ.dict.liter.O.

74 Et dict.deciſio Colonien. † canonicatus 20. Maij 1602. coram D.Pamphilio poſt hæc ſcripta viſa, ſic ſe habet, Fuit reſolutum gratiam nouæ prouiſionis Ioannis eſſe iuſtificatam, vacationem enim canonicatus, de menſe Septemb. extra Romanam Curiam per obitum Chriſtophori fatetur Enriquez, qui & ipſe in ſua prouiſione nititur eadem vacatione, Aegidius deciſ.595. & inſuper in inſtrumento adeptæ poſſeſſionis fatetur obitum Chriſtophori de menſe Septemb. Aegid.deciſ.263. & in commiſſione cauſæ narrat obijſſe extra, Curius. l.cum pretium. C. de lib.cauſ.quod de huiuſmodi canonicatu ſic vacante fuerit ipſe Ioan.prouiſus ab Archiepiſc. Colonien. in vim indulti, iuſtificatur ex literis ipſius Archiepiſcopi cum eius ſubſcriptione & ſigillo, quæ probant prouiſionem, Rota dec.116.de probat.in antiq.Fel. in cap.poſt ceſſion. ſub nu.3. infra. & nu.15.eo.tit. præſertim ad effectũ verificationis prouiſionis narratæ, quam ſufficit iuſtificare de facto Aegid. deciſ. 16.in fin.Creſcen.deciſ.154.alias de prœben.Caputaquen.deciſ.407.par.2. habilitates Ioannis iuſtificantur ex eo, quod Papa in ſua gratia atteſtatur illũ fuiſſe examinatum ab examinatoribus deputatis in vrbe,& idoneum repertum fuiſſe, vltra quod adſunt teſtes, qui deponunt de eius idoneitate, & publica voce & fama, & communi reputatione,& probant habilitates impetrantis. Rota in antiq.deciſ.114. Mohed.128. in fin.cum vulgar. Clericatus Ioannis probatur ex eiſdem teſtibus, qui viderunt ipſum inceſſiſſe in habitu,& cum tonſura,& deponũt de clericatu ex communi reputatione, quæ ſufficit, vt in ſupra allegatis deciſionibus. ceſſat difficultas ex ſuſceptione minorum ordinum, & presbyteratus in vrbe, vt patet ex literis illuſtriſſimi vicarij, quæ probant etiam clericatum, cum non ſoleat vicarius ſequentes ordines conferre, niſi ſibi prius conſtet de præcedentibus, Innocentius in cap.1. in verb.inferioribus, nu.3. & ibi Io. Andreas, & Butrius nu.17. de clericis peregrin. Abbas in cap.niſi in 1.notab.de præbend.Felyn.in c.vnico.ſub nu.2.de litis conteſt. Familiaritas bonæ memoriæ Cardinalis Madritij probatur ex atteſtatione eiuſdem vicarij vrbis in literis promotionis ad ordines.in quibus etiam dicitur illum eſſe clericum Colonien. & coadiuuatur ex eiſdem teſtibus, qui dicunt vidiſſe illũ inſeruire prędicto Cardinali, & hoc ſufficit ad iuſtificandam familiaritatem narratam, cum de ea non agatur ad effectum reſeruationis, vt pluries fuit deciſum. Valor canonicatus, quod non excedat 24. non eget alia iuſtificatione, quia fructus canonicatus Germaniæ, qui conſiſtunt in diſtributionibus & ex eis non ſoluitur annata, ſemper habent exprimi ad hanc ſummam, Sarnen.ſuper reg.de valore.q.8.ſub nu.5. Rebuff. in forma nouæ prouiſionis, verb. cuius & illi forſan.& in 3.par.ſignaturę, verb.nec non verus valor.num.4.& 7.& ſuper reg.vnio.gloſ.5.& 7.& fuit reſolutum coram me in cauſa Leodien. canonicatus 9. Decembr.1589. & ſæpius pluribus alijs, & hanc conſuetudinem ita exprimẽdi valorem in his canonicatibus notoriam eſſe aſſerunt etiam teſtes in cauſa examinati ſuper 8.art. De valore obtentorum ſatis conſtat, quantum enim ad canonicatum, & præbendam Sanctorum Caſſei, & Florentis in oppido Bomien. diœceſis Colonien. quod non excedat 24. ſatis iuſtificatur, ex ſupra dictis. Valor autem Præpoſituræ S. Stephani, Moguntin. probatur ex eiſdẽ teſtibus ſuper 8.qui dicentes articulum verum probant omnia contenta in art.& ſic quod habet exprimi in hac ſumma, quod non excedit 24. Bar.in leg. Labeo.nu.8. ff.de ſuppellectili legata. Bald.in repetit.l.de quibus, nu.40.verſ,ſed quid.ff.de legib. Fel. in cap.auditis, num.24. circa finem.verſic. vnde ſi in capitulo de præſcript.& iſte etiam valor comprobatur ex impetratione prædeceſſoris, & notiſſimum eſt in iuſtificatione valoris obtẽtorum admitti qualemqualem probationem. Aegid.674.Puteus 29. lib.1. Cotta 198. etiamſi ſit minor quam ſemiplena, vt de vnico teſte de fama cum adminiculo tradit Aegid. deciſion.683. cum alijs allegatis. Non obſtant deducta cõtra gratiam Ioannis, quod enim

non

non fiat in ea mentio prouiſionis ordinarij ad fauorem Enrici, & eius poſſeſſionis, & inde ſecutorum, iuxta cap. cum noſtris, de conceſſ. præben. Non obſtat ſtante clauſula, de qua in ſupplicatione dict. defuncti, & aliorum quorumcumque prouiſiones, conceſſiones, inſtitutiones, collationes, & poſſeſſiones, pro expreſſis habendo, quæ operatur indiuiduam omnium expreſſionem, iuxta conſilium Butrij 2. alias 49. ſæpius à Rota approbatum. Tollitur etiam iſte defectus ex alijs clauſulis, nempe, amoto quolibet illicito detentore, quæ poſita in eadem gratia habet vim expreſſionis coloratæ poſſeſſionis. c. propoſuit. de conceſſ. præbend. Ioan. Andreas in d.c. cum noſtris. in gl. penult. Rota deciſ. 38. & 69. de reſcript. in antiquis. Fel. in c. in noſtra, 36. cor. verſ. 2. nota. de reſcrip. Rebuff. in forma nouæ prouiſionis, verb. amoto. nu. 1. & inſuper adeſt alia clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, per quam excuſatur gratia à vitio ſurreptionis, propter ius, vel poſſeſſionem alterius, quod per hanc clauſulam cenſetur præſeruatum. Cardin. conſ. 92. num. 4. Fel. d. c. in noſtra, d. 36. cor. verſ. 1. nota, & in c. ſuper literis, nu. 11. eodem tit. de reſcrip. Selua de benef. par. 3. q. 11. nu. 103. non obſtat, quod dicitur non fuiſſe iuſtificatam hanc clauſulam, dummodo tempore datæ non ſit alteri ius quæſitum, quia non eſt alias iuſtificanda, cum non ſuſpendat gratiam. Achilles dec. 18. n. 2. in fine, de probat. per eam enim præſeruatur tantum ius alteri competens, de quo non docet Enricus, qui ſolum nititur collatione ſibi facta vigore expectatiuæ ab ordinario emanatæ, quæ non ſuffragatur, cum concedi non poſſit ab inferiore à Papa, c. nulla, c. relatum cap. ex tenore. & cap. conſtitutus. de conceſſ. præben. & ſit etiam prohibita, ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 19. & conſequenter videtur quoque excluſa ab indulto, quod remouet tantum obſtacula, & vult, vt collationes fiant ſecundum ſacros Canones, & decreta Concilij Trid. Quod dicitur in hac prouiſione non fuiſſe factam mentionem litis inter Ioan. & Enricum, tollitur ea clauſula, etiam inter alios quos lis, cuius ſtatum, &c. pendeat indeciſa per quã dicitur facta ſufficiens mentio litis, & ſic ita vt Papa intellexerit litem eo modo, quo pendebat, Rota dec. 20. de reſcript. in nouis. Gemin. conſ. 120. nu. 6. & ſeq. Puteus dec. 2. de reſcrip. Achilles dec. 9. eodẽ tit. & fuit dictum coram me in cauſa Mediolanenſ. Capellæ de Valdarno, 3. Iulij, 1595. Non obſtat, quod in ſupplicatione Ioannis dicatur tempus octo menſium ad obtinendam nouam prouiſionem, nõdum fuiſſe elapſum, cuius contrarium dicitur in literis, quia fuit expedita alia ſupplicatio cum expreſſione, quod tempus erat elapſum, & hæc concordat cum literis, quæ ſuper iſta fuerunt expedita.

## *De tempore, intra quod debet de beneficijs prouideri. Cap. II.*

### SVMMARIA.

*DE beneficijs debet prouideri infra ſex menſes, nu. 1.*

*Quod habet locum non ſolum in collatione, ſed etiam in electione. nu. 2. Niſi ſit cathedralis, vel regularis Eccleſia, quæ vltra tres menſes prælato vacare non debet. n. 3. Quod intelligitur reſpectu principalis prælati perpetui. num. 4. In ceteris autem Eccleſiarum ſecularium prælaturis, ac in dignitatibus, & alijs beneficijs, in quibuslibet Eccleſijs conſtitutis, habet locum ſemeſtre, nu. 5.*

*Secundo habet locum in præſentatione, niſi ſint patroni laici tantum, qui ſolum habent quadrimeſtre, nu. 6.*

*Tertio habet locum in prouiſione parochialium, etiam ſtante Concil. quando earum collatio ad Epiſcopos ſpectat, licet quando ad Papam aut alios ſpectat, debeant infra quatuor menſes perſonam magis idoneam præuio concurſu eligere, & electam illis ſignificare. nu. 7.*

*Quarto habet locum, etiam in hoſpitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficij, nu. 8. & quod dicunt Dd. quod non eſt tempus ſtatutum ad conferendum hoſpitalia, accipitur de hoſpitalibus, quæ non conferuntur in titulum beneficij, num. 9.*

*Quinto habet locum in habente à Papa indultum conferendi beneficia reſeruata, licet prouideat virtute indulti, alias prouiſio deuoluetur ad Papam, num. 10. Licet ſecus ſit in executore Papæ, qui Papæ vice fungitur, num. 11. Papæ etenim nullus terminus eſt præfixus, contra Paulum de Citadinis, nu. 12. & 13.*

*An iſtud tempus currat legato, & nuntio remiſſiue, nu. 14.*

*Dicti ſex menſes dati ad conferendum ſunt à tempore ſcientiæ vacationis numerandi, num. 15. Nam dantur in odium negligentis, nu. 16. Et ſic etiam non currunt impedito, ſiue fuerit impedimentum iuris, ſiue facti, nu. 17. Et in tempore impedimenti computatur tempus ſuſpenſionis, & peregrinationis pro abſolutione obtinenda, &c. nu. 18.*

*Durante lite ſuper iure conferendi, ſeu eligendi, non currit tempus, licet ſecus ſit in patronis, nu. 19.*

*Quod neceſſario requiratur notitia vacationis, vt currat tempus ad conferendum, & c. adducitur reſolutio Rotæ, nu. 20.*

*Tempus ſex menſium datum ordinarijs ad conferendum parochiales ad eorum collationem ſpectantes per bullam Pij V. quæ dicit à die vacationis, intelligitur à die vacationis notæ, quamuis Epiſcopus nondum accepiſſet poſſeſſionem Epiſcopatus, cum per ipſum ſtetiſſet, ex Rota in deciſionibus poſitis, à nu. 21. Ex quibus communitur ſententia Flores dicentis ſemeſtre datum in dicta bulla currere à die vacationis, etiam ignorantibus, num. 25. & quædam doctrina Rebuffi, num. 26.*

*Sex menſes numerandi ſunt à tempore ſcientiæ, vel à tempore, quo ſcire potuit & debuit collator, vt Epiſcopus qui tenetur viſitare ſingulis annis, nu. 27. & ſeqq. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ. Oportet enim, quod ignorantia Epiſcopi non ſit ſupina, num. 30.*

*Et debet intelligi de notitia vera, vel præſumpta vacationis, quæ determinari debet per iudicem conſiderata qualitate beneficij, modo vacationis, & longitudine temporis illius, diſtantia locorum, & fama, nu. 31. & nu. 32. & 33. ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Patronus tempus datum ad præſentandum, ſiue à iure, ſiue à fundatore, currit non à die vacationis, vt tenuit Rota antiqua, & alij, ſed à die notitiæ vacationis, à nu. 34. & adducuntur reſolutiones Rotæ, nu. 36. & 37.*

*Sufficit contra patronum ſcientia præſumpta, nec id negant, qui dicunt non ſufficere ſcientiam interpretatiuam, num. 38 & ad deciſiones Putei, & Mobedani in contrarium citatas, reſpondetur quod in propoſito non agitur de omiſſione, vel priuatione iuris conferendi, vel præſentandi abſolute, ſolum pro ea vice, quod non eſt maximi præiudicij, & ideo ſufficit ſcientia præſumpta, etiamſi ſit narrata in gratia, numero 39.*

*Scientia vnius patroni non nocet alteri, ex Rota nu. 40. Et ius præſentandi etiam in vno ex patronis, qui non habuit ſcien-*

*tiam,*

*tim, conſeruari poteſt alijs propter ſcientiam excluſis ex Rota, cuius reſolutio proponitur, nu. 41.*

*Dicti menſes debent computari ſecundum calendarium, & ſecundum quod menſes occurrunt, & quod deficit de primo menſe accipiendum eſt de vltimo, cum aſſignetur tempus à quo debeant incipere, nu. 42. & de momento ad momentũ eſt huiuſmodi computatio facienda, à tempore ſcilicet ſcientiæ, ſeu vacationis nota, &c. nu. 43.*

1 DE beneficijs † vacantibus prouidere, debent ij, ad quos prouiſio ſpectat infra ſex menſes, cap. nulla. 2. de conceſ. præbend. &c. licet, de ſupplenda negligentia prælato. & Clem. 1. eod. tit. l. 8. tit. 16. p. 1. de quo late Rebuff. in praxi, tit. de deuolut. & in repet. d. cap. 2. circa fin.

2 Quod habet † locum non ſolum in collatione, ſed etiam in electione, vt docet Abbas per textum ibi in
3 cap. dilectus, de conceſ. præbendæ, nu. 2. & alij, † niſi ſit cathedralis, vel regularis Eccleſia, quæ ob maius periculum impendens, ſiue imminens, vltra tres menſes prelato vacare non debet, cap. poſtquam 50. dist. cap. obeuntibus. 63. dist. & c. ne pro defectu, de electione.

4 Et † intellige in Eccleſijs cathedralibus reſpectu principalis prælati, nempe Epiſcopi, & in regularibus, in quibuſcunque eorum prælatis principalibus perpetuis, quocumque nomine nuncupentur, ſiue Abbates, ſiue Priores ſiue præpoſiti.

5 In cæteris autem † Eccleſiarum ſecularium prælaturis, ac in dignitatibus, & alijs beneficijs in quibuslibet cathedralibus, & alijs Eccleſijs, tam ſecularibus, quam regularibus conſtitutis, habet locum ſemeſtre, de quo in d. cap. 2. Innoc. Ioan. And. & Abbas in d. cap. ne pro defectu, idem Abbas in d. cap. 2. Rota deciſ. 5. de electione in nouis. Rebuff. d. tit. de deuolutio. num. 4. & in concordatis, tit. de Regia ad prælaturas nominatione. §. 1. verb. intra ſex menſes, Mandagotus in tract. de electione nouorum prælator. 1. p. c. 1. & ibi Boer. Pet. de Baiſio in directorio election. 3. p. c. 42. Matth. Boiſ. in Miſcell. in materia electionis, §. tempora electionum, & Cuchus in inſtit. maioribus lib. 4. tit. 1. nu. 168.

6 Secundo, habet † etiam locum dictum capitulum ſecundum in præſentatione, niſi ſint patroni laici tantum, qui ſolum habent quadrimeſtre ad præſentandum, c. vnico, §. verum. de iure patron. in 6. & ibi gl & Dd. & dictum eſt ſupra 5. par. cap. vltim. 9. notab. 2 n u. 209.

7 Tertio, habet † locum in prouiſione parochialiũ, etiam ſtante Concilio Tridentino, ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. quando earum collatio ad Epiſcopos ſpectat, licet, quando earum collatio ad Papam, aut alios ſpectat, debeant infra quatuor menſes perſonam magis idoneam præuio concurſu eligere, & electam illis ſignificare, &c. vt in conſtitutione Pij V. ſupra adducta præcedenti parte, cap. 3, num. 3. quæ eſt videnda.

8 Quarto, habet locum † etiam in hoſpitalibus,
9 quæ conferuntur in titulum beneficij. Et † quod dicunt Feder. de permutat. quæſt. 29. Paulus in clem. 2. de religioſ. domibus Coſmas in pragmatica ſanctione, tit. de collat. §. item circa verb. reſpectiue, Selua. de benefic. 3. parte, quæſt. 64. numer. 3. Corraſ. 4. parte, cap. 1. numero 6. Gambarus in cap. vnico de rerum permutat. in 6. numero 137. & Zerola in praxi Epiſcopali, 1. parte, verb. beneficium, §. 3. quod non eſt tempus ſtatutum ad conferendum hoſpitalia, accipiendum eſt de hoſpitalibus, quæ non conferuntur in titulum beneficij Eccleſiaſtici, de quibus ſupra 1. parte, cap. 3. & ita in terminis tradit Rebuff. d. verbo, intra ſex menſes, verſ. Item quando, & ante eum Calder. conſ. vnico, de ſupplenda negligentia prælatorum.

10 Quinto, † habet locum in habente à Papa indultum conferendi beneficia reſeruata, licet prouideat virtute indulti, alias prouiſio deuoluetur ad Papam, Caſſadorus deciſ. 8. de præb, Creſcen. 15. eodem tit, Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de prouiſio. verſ. in beneficijs reſeruatis, Anaſt. Germon. de indultis Card. §. volumus. nu. 56. & facit, quod dicitur in deciſione Colonien. canonicatus circa finem adducta,
11 c. præcedenti, ad fi. Licet † ſecus ſit in executore Papæ, qui Papæ vice fungitur, Caſſad. d. deciſ. 8. num. 6. Selua d. q. 64. Coſmas d. verb. reſpectiue, Rebuff. d. verb. intra ſex menſes, & in forma mandati, verb. inducentes, verſ. quæritur, intra quod Corral. d. c. 1. n. 6. Zerola d. §. 3. & Flores, q. 4. nu. 73.

12 Papæ † etenim nullus terminus eſt præfixus, Francus in c. ſtatutum, de præb. in 6. nu. 6. Caſſad. ibi, & Rebuf. d. verb. intra ſex menſes, & d. tit. de deuolutionibus, num. 5. Lambert. de iure patronatus 2. p. 3. lib. q. 2. art. 8. nu. 9. & Mandoſ. reg. 34. de annali, q.
13 90. nu. 5, qui † merito reprehendit Paulum de Citadinis de iure patron. 6. p. art. 3. q. 26. nu. 44. dicentem, quod Papa, etiam habet ſex menſes, ex d. cap. licet, de ſupplenda negligent. prælat, quod id non probat. & dictum eſt ſupra 5. p. c. 1. nu. 97.

14 Et an iſtud † tempus currat legato, dictum eſt d. 5. p. c. 3. ex n. 22. & de Nuntio, nu. vlt.

15 Et dicti ſex menſes † dati ad conferendum ſunt à tempore ſcientiæ vacationis numerandi, c. quia diuerſitatem, in fine, de conceſſione præbendæ, & d. c. licet, & ibi Innocentius, & Abbas, & alij, & d. leg. 8. tit. 16. p. 1. & ibi Gregorius Lopez, Selua 3. p. q. 59. Rebuf. d. tit. de deuolut. à nu. 10. in repet. d. c. 2. circa finem, verſ. 3. quæritur, Mandagotus ſupra 1. p. c. 1. & 3. & ibi Boerius, Petrus de Baiſio 1. p. c. 23. & 3. p. cap. 42. Corraſ. 1. par. cap. 7. num. 8. Ioan. Nicol. Gimon. in Enchiridio benef. tit. 2. cap. 3. ex nu. 26. & tit. 3. num. 30. & 34. Zerola d. 1. par. verb. ius patronatus, §. 8. 1. dubio. & Flores de Mena, q. 3, numer. 6. Ioan. Quintin. in repet. c. multa, de præb. nu. 97. & Azor inſtit. moralium, 2. p. lib. 6. c. 26. q. 10. & de tempore dato ad eligendum, idem dicunt Mandagot. Boerius, Pet. de Baiſio, & Flores ibi, & Tiraq. de retractu lignag. §. 35. gl. 4. nu. 7. & Cuchus d. lib. 4. tit. 1. num. 170.

16 Nam illud † tempus datur in odium negligentis, Francus in d. cap. ſtatutum, & Dd. in dictis iuribus,
17 & ſic etiam † non currit impedito, ſiue fuerit impedimentum iuris, ſiue facti, Abbas in d. cap. quia diuerſitatem, nu. 3. Coſmas d. §. item circa, verb. tempus, Selua, & Rebuf. ſupra, Mandagor. d. c. 1. & 2. & ibi Boerius, & Pet. de Baiſio ſupra, Rochus de iure patronat. verb. honorificum, q. 28. nu, 58. Ioan. Gutierez canon. q. lib. 1. c. 28. Zerola, & Flores, nu. 4. ſupra, & deciſio Placent. vltima ad finem adducta infra, nu. 24 quæ eſt videnda.

18 Et in tempore impedimenti, † computatur tempus, ius penſionis, & peregrinationis pro abſolu-

tione

tione obtinenda, quouſque perueniat in domum ſuam, etiam data notitia vacationis, vt reuera videtur probari in d.cap.quia diuerſitatem, & ibi tenet glotſa penultima, Innocentius nu.5. & Abbas nu.3. idem Innocent. in d.c.1.eodem tit.quamuis contradicant Coſmas, & Selua ſupra.

39 Vnde durante litè ſuper iure † cõferendi, ſeu eligendi, non currit tempus, licet ſecus ſit in patronis, Feder.conſ.132. Rebuff.in concord.d.tit.de Regia ad prelaturas nominatione.§.1.verb.intra ſex menſes, Lamber.2.par.1.2.lib.q.art.2. Beroius in cap. queniam, de iure patron.num.42. & Flores d.q.3. num.33. & 34.

40 Vnde in vna † ciuitatis Caſtellanæ 18. Iun.1557. ☞ coram Illuſtriſs.Quiroga fuit per Rotam reſolutũ, Quod capta poſſeſſione canonicatus vigore ſupplicationis, literis non confectis die 10. Auguſti, & ſic facto loco extrauaganti Iulij 3. ſi quis illum impetraſſet, die 10 Februarij ſequentis certo modo cum narratiua deuolutionis ad Sedem Apoſtolicam, non probatur deuolutio, quia licet lapſi erant ſex mẽſes dati ordinarijs ad conferendum, quibus dies termini computatur in termino ſecundum communem, vt per Franchum, in c.quam ſit §. lectus, num.3. de elect.in 6. Io.Andr.& Abbas in cap.bonæ 2.de elect. Lambert.2.p.2.lib.q.2.art.1.num.3. Tamen ob tam modicum tempus lapſum vnius, vel quatuor dierũ, non conſtabat de notitia vacationis, quæ neceſſario requiritur, vt currat tempus ad conferendum, &c.

41 Et in † vna Placentina parochialis de Malpartida, coram D.Seraphino, 28.Iunij 1585. & coram D.Pamphilio, 20. Decemb.eiuſdem anni, & præſertim coram D. Bubalo, 24.Martij 1586. Rota reſoluit tempus ſex menſium datum ordinarijs ad conferendum parochiales ad eorum collationem ſpectantes per bullam Pij V. quæ dicit à die vacationis, intelligi à die vacationis notæ, quamus Epiſcopus nondum accepiſſet poſſeſſionem Epiſcopatus, cum per ipſum ſteriſſet, vt in ſequentibus deciſionibus.

42 *Coram † D.Seraphino, 28.Iunij 1585.*

☞ Fuit reſolutum gratiam D.Bartholomæi eſſe canonicãdam, cum Papa in collatione huiuſmodi parochialis præuenerit, cum enim vacaſſet 16. menſis Decemb.1581.quo tempore Reuerendiſſimus Epiſcopus habebat literas ſuæ promotionis ad Epiſcopatum in manibus, & habuerat notitiam vacationis huius parochialis 25.eiuſdem menſis, vt ex eiuſdem depoſitione conſtat, vtique ſex menſes dati in bulla fel.recor. Pij V. ad faciendum concurſum, & prouidendum, etiam quod preſupponamus incipere, non à die vacationis, ſed à die ſcientiæ, durabant vſq; ad 25.Iunij 1582. Quare cum approbatio examinatorum fuerit 28. Iunij, & prouiſio Epiſcopi 3. Iulij, vtrumque extra tempus, & poſt ſex menſes datos à Pio V. intra quos vtrumque expedire debebat, intrat prouiſio Bartholomæi, ſed die 1.Iulij cũ Papa, tam poteſtate ordinaria preuenire poſſit, c.dudum, & c.ſi à ſede de præben. in 6. quam vigore bullæ Pij V. reſeruantis beneficia huiuſmodi, de quibus non fuit facta prouiſio intra ſex menſes, & hoc reſpectu ſubſequentis prouiſionis Epiſcopi, poteſt dici præuentio inuecta reſeruationi. Non obſtat diſpoſitio Concilij ſeſſ.24.c.18. de reform. quia eius obſeruatio debet heri, iuxta terminos bullæ Pij V. cuius diſpoſitio eſt clara, & ideo non habet locũ in caſu iſto, in quo lapſum erat tempus dictorum mẽſium, quod Epiſcopus nondum fuiſſet aſſecutus poſſeſſionem Epiſcopatus non releuat, ex his quæ deducta fuerũt coram Illuſtriſs. Lancel.in Burgen. canonicatus 28. Iunij 1583. maxime cum haberet per multos dies ante vacationẽ literas ſuæ prouiſionis in manibus. Vltimo non obſtat, quod deducitur de iure quæſito, ex oppoſitione, & examine, quia id procedit in terminis ſtatutorum quarundam Eccleſiarum patrimonialium, non in caſu iſto, in quo ex diſpoſitione bullæ ſupradictæ intra ſex menſes requiritur, quod quis fuerit examinatus, & prouiſus de beneficio, alias eius diſpoſitio ad ſolum Papam ſpectat. Et ex his ceſſant omnia ex aduerſo deducta.

43 *In eadem † coram Domino Pamphilio 20.Decemb.1585.*

☞ Dixerunt domini, gratiam domini Bartholomæi eſſe canonizandam ex rationibus, alias per R.P.D. meum Seraphinum diligẽter, & accurate more ſuo conſideratis, in eius deciſione ſub die 28.Iunij proxime præteriti, non obſtantibus his, quæ nunc pro parte D.Michaelis deducuntur, nam quod ſpatium ſex menſium datum ordinarijs ad conferendum parochiales, ex conſtitutione felicis record. Pij V. non currat Epiſcopo, niſi à die captæ poſſeſſiõnis Epiſcopatus, repugnat dict.conſtitutioni, quæ loquitur expreſſe à die vacationis, & tamen in caſu, de quo agitur, etiam incipiendo à die notitiæ, quæ fuit 25. Decembr.1581. collatio fuit facta poſt ſex menſes, videlicet ſub die 3.Iulij 1582. & eo magis cum Epiſcopus haberet literas expeditas, iam de menſe Nouemb.1581. & ſic longe ante vacationem, ita quod potuit capere poſſeſſionem Epiſcopatus, & ideo cũ per ipſum ſteterit, perinde eſt, ac ſi illam accepiſſet, & ideo tempus currit, cap.fin.de elect.non enim dicitur impeditos, qui de facili poterat impedimẽtum remouere. l.qui poteſt facere, cum ibi notatis. ff.de reg.iuris, & licet fuerit detentus per Regem, nihilominus quia poterat capere poſſeſſionem per procuratorem, prout poſtea illam accepit de menſe Ianuarij, huiuſmodi impedimentum non ſuffragatur. Bar.in l.ſed & ſi per prætorem, §.1.ff.quibus ex cauſis maiores, Bald.in l.eos. §.apoſtolos, in princ.C.de appell.Boerius conſil.43.num.9. Aymon conſ.179. nu.9. in fine, bene facit deciſio 1. de iure patronatus in antiquis, & alias fuit dictum coram R.P.D. meo Cantucio, in vna Foroliuien.fideicõmiſſi 21. Aprilis 1581. impedimentum infirmitatis non excuſare appellantem, qui non redijt pro apoſtolis, cum potuerit mittere procuratorem. Neque obſtat, quod in Epiſcopatu non adeſſent examinatores Synodales, & ideo eſſet expectandus aduentus Epiſcopi, qui cõgregaret Synodum, quia vt alias fuit reſolutum in vna Literen. Archipreſbyteratus, coram Reueren. P.D. meo Blanchetto, die 6.Iunij 1582. vbi illi non adſunt, poteſt examen fieri ab alijs, etiam quod non ſint in Synodo deputati. Neque etiam obſtat clauſula, dummodo nõ ſit alteri ius quæſitum, quia placuit reſponſio data in deciſione, vltra quod etiamſi fuiſſet Michaeli aliquod ius quæſitũ ex oppoſitione,

ne, illud esset resolutum non secuta collatione intra sex menses à die vacationis, vel notitiæ, iuxta dictã constitutionem Pij V. ius enim dicitur acquisitum cum sua causa, Ias. post alios, in l. qui Romæ, §. Flauius nu. 14. ff. de verb oblig. Decius in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, sub nu. 35. de constit. Neque obstant, quæ dicuntur de surreptione, & obreptione, quia nõ sunt narrata ista præparatoria ad collationem, quia stante, quod vigore bullæ nedum examen, sed etiam collatio erat facienda intra sex menses, & ideo ex non facta beneficium erat affectum, & reseruatum, ista qualitas non est talis, quæ retraxisset Papam à concessione, & sic non vitiat. Innoc. in cap. cum nostris, de concess. præbendæ, Fel. in c. super literis, sub num. 8. de rescript. Aegidius decis. 4. quod vero sit narratum, prouisionem Episcopi non fuisse canonice, iuxta formam Concilij, & constitutionis Pij V, factam, & Michaelem nullo canonico titulo, vel iuris adminiculo intrusum, satis ex præmissis est verificatum, stante dicta reseruatione, quia si collatio fuit facta per ordinarium de beneficio reseruato, nullum fuit ei acquisitum ius, & dicitur intrusus, Rota dec. 2. de restit. spol. in antiquis, Cassadorus decis. 2, eod. tit,

34 *In eadem † coram domino Bubalo, 24. Martij 1586.*

Proposui dubium in hac causa stantibus summarijs testium, & iurium, & alijs hinc inde deductis, à quo tempore sex menses dati in constitutione felic. record. Pij V. inceperint currere Reuerendissimo domino Episcopo Placentino de nouo prouiso ad prouidendum de Ecclesia parochiali de Malpartida in casu, & ad effectum de quo agitur, & domini concorditer concluserunt, quod tempus sex mensium tantum incipiat currere à die, quo dominus Episcopus habuit notitiam vacationis huius parochialis, quæ fuit 25. Decemb. 1581. per textum, in cap. quia diuersitatem, de concessione præbend. c. licet de supplenda negligent. prælator. Rebuffus in praxi tit. de deuolut. num. 19. quamuis domini admitterent, ex testibus examinatis pro parte Episcopi probare cõsuetudinem Hispaniæ, quod Episcopi de nouo prouisi non admittantur à Capitulis ad possessionem suorum Episcopatuum, nisi prius ostensis, & visis literis Apostolicis, iuxta extrauag. iniunctæ de elect. nec non nisi visis literis in consilio Regio, & obtenta schedula manu serenissimi Regis subscripta pro executione literarum Apostolicarum. Nihilominus dixerunt domini ex hoc non probari tale impedimentum, vt Episcopus Placentin. non potuerit accipere possessionem sui Episcopatus ante diem 22. Ianuarij 1582. quo die fuit capta possessio per procuratorem, seu ante diem tertiam eiusdem mensis. In confesso enim est inter partes, quod bullæ Episcopatus expeditæ fuerunt in Curia, & transmissæ ad partes 18. Septemb. 1581. & quod peruenerunt Vlissipon. die 19. Nouemb. sequentis, vbi etiam accessit modernus dominus Episcopus Placentinus, ex ciuitate Portalegren. 30. eiusdem mensis Nouembris, à quo tempore vsque ad diem 27. Decembris, vel saltim ad diẽ tertiam Ianuarij sequentis potuerunt omnia de facili expediri, præsertim cum ex interuallo temporis duorum mensium, quo literæ peruenerunt Vlissipo. multum verisimile fuit, quod iam bullæ essent visæ per consilium Regium in oppido de Madrid, vel quod postea potuerint expediri in dicto consilio ex quo qualibet hebdomada per tabellarios citaris equis transmittuntur literæ ab oppido Madritij ad ciuitatem Vlissiponem, & cum pars domini Michaelis de Ayala se fundet in impedimento Episcopi, debet illud concludenter probare, quia sumus in impedimento, quod scripturis, & testibus probari potest, puta per exhibitionẽ schedulæ Regiæ, ex cuius data apparebit de impedimento, item per productionem expeditionis factæ in consilio Regio, & hoc casu requiritur plena probatio, vt per Iasonem post alios in l. 2. §. quod diximus, nu. 2. ff. si quis cautionib. vel quatenus hæc probatio in iudicis arbitrio resideat, ex allegatis per Menoch. de arbitris, casu 118. nu. 3. videbatur dominis, hoc impedimentum non probari, ex supra deductis, & hoc maxime dicendum est, cum non sufficiat allegare impedimentum, nisi etiã probet fuisse adhibitam omnem diligentiam in illud remouendo, Bartolus in l. quibus diebus, in principio, & ibi Socinus nu. 3. de conditionibus & demõstrationibus, Fel. in cap. ex transmissa, in princip. de rescrip. Ruinus cons. 15. nu. 5. lib. 4. Socinus iunior cons. 76. nu. 79. & seq. lib. 1. Aymon cons. 279. sub n. 3. vers. 3. dico, Felinus in cap. venerabilis, num. 3. in fi. vers. 3. limita de iudicijs, alias quis dicitur impedimentum pati ex propria voluntate, vt per Aymon. vbi supra, & ex his cessant ea, quæ dicuntur pro parte domini Michaelis, quod impedito impedimento juris, vel facti non currit tempus ad conferendum, juxta textum in c. quia diuersitatem ad finem, vbi Abbas num. 3. de concessione præbendæ, & Imola num. 13. qui testatur de communi, Panormit. in d. c. ex transmissa num. 28. de præscript. cum alijs per Tiraq. de retractu lignag. §. 35. glo. 4. np. 5. quia vt supra dictum est, hic non constat sufficienter, de impedimento Episcopi, quinimo potius de negligentia in non adipiscendo possessionem Episcopatus, saltim per procuratorum ante diem 22. Ian. 1582. & consequenter tempus sex mensium incepit currere à die notitiæ vacationis, & ita domini concluserunt. *Quæ decisiones nouissimè sunt confirmatæ per aliam decisionem in eadem causa coram D. Lancell. 29. Maij 1610. quæ sic ait 159.*

35 Ex quibus † conuincitur sententia Flores dicta q. 3. à nu. 36. docentis semestre datum in dicta bulla ad parochiales conferendas currere à die vacationis etiam ignorantibus.

36 Conuincitur, etiam † doctrina Rebuffi, d. tit. de Regia ad prælaturas nomina §. 1. verb. à die vacationis, quam sequitur Flores ibi à nu. 23.

37 Intelligi autem sex menses † numerandos à tempore scientiæ, vel à tempore quo scire potuit, & debuit collator, vt Episcopus qui tenetur visitare singulis annis, Rota dec. 7. de præben. in antiquioribus quæ in antiquis est 13. de iure patronatus, alias 556. & decis. 6. eodem tit. de iure patronat. in nouis, alias 263. Lapus allegatione 80. alias 51. numer. 17. & ibi Mandos. litera Z. Abbas in d. c. licet de supplenda neglig. prælator. nu. 3. Fel. in c. 2. num. 2. de exceptionibus Decius cons. 135. in fin. Bertachin. de Episcopo 1. par. 1. lib. q. 7. Selua d. q. 59. Rebuf. d. tit. de deuolut. num. 10. Rochus, verb. honorificum, q. 27. n. 57. Lambert. 2. p. 2. lib. q. 1. art. 8. & 3. p. 2. lib. q. 2. art. 8.

Gimon.

Gimon.tit.3.cap.3.sub num.34. Gregorius Lopez supra, Hieronym.Gabriel cons.175.lib.2. Mascard. concl.879.n.10. Anastas.Germon.de indultis Card. §.volumus,nu.63.Zerola in praxi,2.parte,verb.devolutio.§.2.Flores supra à nu.8.Cechus de benef.& pensio.cap.5,nu.5.

28 Et † ita fuit dictum in Burgens. canonicatus 27. Martij 1583.coram D. Bubalo supra adducta 5.p. cap.4.num.34. Tempus sex mensium non currere à die vacationis,sed à die illius notitiæ,vel ab eo tempore quo scire potuit, vel debuit, iuxta opinionem, quam tenet Rota,&c.

29 Et in vna † Maceraten.beneficij 1.Iunij 1594.coram domino Lita fuit dictum, Quod licet tempus conferendi non currat à die vacationis,sed à die scientiæ,tamen iuxta opinionem, quam amplectitur Rota,currit ab eo tempore,quo Episcopus facultatem conferendi iure potuit,vel debuit habere, Rota d. decis.13.Bisignetus d.decis.7.de præbend.Rebuf.d. num.10.&c.

30 Oportet † enim,quod ignorantia Episcopi non sit supina,Abbas in cap.fi.nu.7.de iure patron.Bertachi.in repert.verb.patrono non præsentante,num. 28.Gomez in cap.2.de constitut.in 6.n.54. Mascar. concl.626.nu.9.& Zerol.d.verb.ius patronatus,§.8. a.dub.& vide dicta supra 5.par.cap.1.circa finem, num.790.

31 Et † debet intelligi de notitia vera,vel præsumpta vacationis,quæ determinari debet per iudicem considerata qualitate beneficij,& modo vacationis, & longitudine temporis illius,distantia locorum,& fama ista,Hostien.& Ioan.Andreas in c.ex parte,de concess.præb.& ibi Abbas nu.13.& in d.c.quia diuersitatem,num.17.Rota d.decis.6.Roman.cons.481. num.4.5.& 6.Cosmas d. tit. de collat.§. item circa, verb.præsentandum ad finem,Selua sup. Lambert.d. 2.par.2.lib.quæst.2.art.18.nu.2.Mascard.dict.conclus.626.à num.9.& Zerola d.§.8. 1.& 2. dubio, & alij, & fuit dictum in d.Burgen.& in d.Maceraten.

32 Vnde in vna † Toletana beneficij 18.Nouembris 1578.coram D.Seraphino,quæ est 1.par.diuersorũ, decis.481.fuit resolutum,Tempus quatuor mensiũ per d.bullam Pij V.datum ordinarijs ad significandam Papæ personam præuiso concursu electam ad parochiales reseruatas non currere,nisi à die notitiæ habitæ vacationis, quamuis bulla dicat à die vacationis,ex d.c.quia diuersitatem.& d.c. licet, tamen ignorantiam debere esse probabilem,& verisimilem, qualis non erat in illo casu, attenta qualitate beneficij,& longitudine temporis vacationis,& ideo bullam obstare,&c.Flam.Paris.de resignat.benef.lib.& q.9.nu.107.& Mar. Ant. Genuen.in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ,cap.65.nu.5. & post hæc Gonçalez,gl.6.nu.132. & Prosper de Augustino ad summmam bullarij,verb.parochialium beneficiorum collatio.q.4.

33 In vna tamen † Eugubina præposituræ de anno 1548.tenuerunt domini,Famam quæ constituit Episcopũ in negligentia de morte beneficiati,ad hoc, vt potestas conferendi deuoluatur,iuxta dictam dec. 6. seu 265. Bellameram decis. 659.& quæ tradit Roman.supra procedere, quando fama esset omnino clara,secus si esset dubia,& dubiam esse famam, si habuerit ortum à duobus,vel tribus, qui dicebãt se audiuisse,vel quia affines,aut cõiuncti,dato quod adesset fama de morte,tamen non fecerunt luctum, ad notata per Bart.l.2.§.quod si dubitetur,ff.quemadmod. testam. aperiant. vt per Achillem decis.46. seu vnica de suppleud. legitim. prælator. sequitur Mascard.d.concl.626.nu.11.

34 Similiter etiam † patronis tempus datum ad præsentandum,siue a iure, siue a fundatore currit, non a die vacationis,vt tenuit Rota decis.1.de iure patron.in antiquis,& Lambert.d.2.par.2.lib.quæst.1. art.8.& videtur sequi Mancet.reg.34.quæst.53.nu. 14.& nouissimè ex professo,sequitur Flores d.q.3.à num.20.qui tamen male pro se citat Reboff.de devolut.numero 15.Sed à die notitiæ vacationis, Rota dict.decis.7.de præbend.in antiquior.& 13.de iure patron.in antiquis, Caputaquen.decis.248. parte 3.& Rota in vna Legionens. parochialis de anno 1577.quæ est 1.par.diuersorum,decis.421.*& in Spoletana iuspatr.seu beneficij 3. Iulij, 1589. coram Bub. quæst decc.520.nouiss.& ibi in dicens pluries in Rota resolutum,& cùm non probetur patronos habuisse notitiam vacationis, ignorantiam præsumi, &c.* Lapus allegatione 78.ad 4.quæstionem, numero 12.(vbi Mandos. littera T.) qui ait,quod intelligitur hoc de scientia certa,& non interpretatiua, Bertachin. supra, Cosmas dict.tit.de collat.§.item circa,verb.præsentandum, Selua dict.quæst.59.qui postquam dixit, quod tempora conferendi, ac præsentandi non currunt, nisi à tempore notitiæ,ait illud debere intelligi de notitia vera, vel præsumpta vacationis,quæ,vt diximus, debet determinari per iudicem, considerata beneficij qualitate, & quantitate, locorum distantia, & fama &c. Quod etiam ait Reb. in concordatis dict. tit.de regia ad prælaturas nomina.§.1.verb.intra sex menses, Rochus dict. quæst. 27. qui cum Abbate in capitulo nos quidem,de testam. recte ait, hoc esse verum, etiam si testator mandasset præsentationem esse faciendam infra quatuor menses à die mortis, vel vacationis,quia debet intelligi, & suppleri, & à die notitiæ, & cum Lapo supra, quod requiritur scientia vera, non interpretatiua, & Paulus de Citadinis,6. parte, artic.3.numero 42. Petrus de Baisio 1.parte, cap. 23. Beroius in cap. quoniam, de iure patronat.num.52.Gimon.tit.1.cap.3. numero 28.& tit.3.cap.3.numero 32. Ioan. Nicol. Delphinas de iure patron.lib.2. num. 178. Tiraquel. de retractu lignag.§.35.gl.4.nu.7.qui etiam dicit, quod requiritur vera, & certa scientia, nec sufficit interpretatiua,quod etiam cum Lapo,& alijs ait Caldas de reuocatione emphyteusis,quæst.6.à numero 23. Hieronym.Gabriel.d.consil.186.lib.2.qui ait, quod non currit nisi à die scientiæ certæ, aut saltim requiritur adeo fuisse notam vacationem, vt inde appareat negligentia patroni,qui scire debuerit, ex Rocho supra (dicente, quod tempus currit patronis à tempore scientiæ, vel à die, quo scire debuit.) Et quod quamuis ordinario, qui visitare debet, & perquirere,imputetur negligentia, si nesciat beneficium vacasse, cum de facto vacat, iuxta supra dicta: tamen patronus non debet censeri negligens, si ignorat vacationem, tametsi notam in loco, vel Ecclesia beneficij eius iurisdictioni non subiectis, quia id inuestigare non tenebatur. Et quod præsentatio debet præsumi facta tempore debito, nisi ex aduerso scientia patroni probetur, cuius scientiæ tempus probandum est plenè, cum sit de substantia,

ſtantia. Hieronym. Gabriel. Spino de teſtamen. gloſ. 4. num. 21. Anaſtaſ. Germon. ſupra num. 69. & Zerola dict. § 8. 1. dubio, qui ait, quod tempus ad præſentandum currit à die veriſimilis notitiæ. Idem Perez de Lara de anniuerſ. & capellan. lib. 2. capit. 9. nu. 35. Leſſius de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 34. nu. 27. & Azor d. lib. 6. cap. 21. quæſt. 11. & Cabedo de patronatibus Regiæ Coronæ. cap. 28. à num. 5. qui ait Regi ignoranti non currere tempus ad præſentandum, ſicut nec cuilibet alij patrono. Et quamuis officiales Regis id ſciant, negligentiam eorum Regi non nocere, & etiam ſi Rex ſciat non currere ei tempus quatuor menſium ex legitima præſcriptione, qua omnes Reges Hiſpaniæ tuti ſunt, eo quod impediti multis occupationibus, tam in bello, quam in pace, non poſſunt intra illud tempus præſentare, & ita obtinuiſſe, &c. Et ita ſemper practicari videmus, cum Rege enim non curatur de tempore, & termino ad præſentandum, tam in Epiſcopatibus, quam in alijs præſentationibus.

35 Et fundamentis † contrariæ ſententiæ ſatisfacit
36 Beroius, & alij ſupra. Et † ſic in vna Parmen. bene-
☞ ficij, coram D. Pamphilio 1590. fuit reſolutum, Patrono non currere tempus ad præſentandum ad beneficium vacans per priuationem, niſi à die notitiæ ſententiæ, & priuationis, Lapus allegatione 78. & cum agatur de excludendo patrono à iure præſentãdi, debere probari veram ſcientiam, ex Puteo deciſ. 247. lib. 1. Mohed. 160. quæſt. 4. de probatio. præſertim, cum eſt narratum in gratia impetrationis patronum habuiſſe ſcientiam illius, & ſic iſtam narratiuam debere verificari, & ſcientiam vnius patroni non nocere alteri, &c.

37 Et in vna Firmana † altaris. coram D. Blãchetto,
38 5. Decembris 1594. fuit reſolutum, Quod habens gratiam fundatam in deuolutione ob negligentiam patronorum in præſentando intra tẽpus à iure præfixum, debet probare ſufficiẽter ſcientiam ipſorum, Rebuff. de deuolut. nu. 12. Deinde quod Epiſcopus neglexerit poſt lapſum dictũ tempus conferre, iuxta c. 2. de conceſſione præbendæ. Præterea, cum vna pars patronorum prius præſentaſſet, & præſentatus acceptaſſet præſentationem, non curit tempus, niſi à die, quo ipſum pœnituit proſequi ius ſuum, & patroni ſciuerunt, & quando teſtator mandat præſentari presbyterum, ſeu rectorem cauſa celebrãdi Miſſas, beneficium non dicitur Sacerdotale, &c. ita in d. Firmana, in qua vide alias deciſiones cap. ſequenti. *Et in vna Signina iuriſpatron. 12. Iunij 1596. coram D. Orano fuit dictum, quod ſi impetratur beneficium de iure patronatus laicorum per deuolutionem ad Sedem Apoſtolicam ob non factam præſentationem intra tempus à iure ſtatutum, non valet impetratio, niſi probetur ſcientia certa & indubitata patroni vacationis beneficij, quia tempus limitatum patronis non currit à die vacationis, ſed ſcientiæ, Abb. in cap. fin. num. 6. de iurepatr. Roch. in verb. honorificum, quæſt. 27. num. 57. & ſcientia eſt probanda certa & indubitata, Lap. alleg. 78. num. 12. Bero. cõſ. 68. num. 86. lib. 1. Puteus deciſ. 6. de præben. & ignorantia veriſimilis præſumitur propter abſentiam beneficiati à loco beneficij quando deceſſit, Abb. Felyn. & alij cap. cognoſcentes de conſtit. & impoſſibile eſt patronos neglexiſſe ius ſuum ſi ſciuiſſent obitum beneficiati, Angel. l. cum de indebito de probat. facit quod cõmuniter receptum eſt, ignorantiam tempore præſumi, niſi ſcientia probetur, l. verius,*



*ff. de probat. cap. præſumitur, de regul. iur. in 6. quam deciſ. refert & ſequitur Marc. Anton. Genuenſ. in praxi cap. 100. num. 7.*

38 Aduertendum † eſt tamen quod licet Rota in dict. Parmen. videatur velle non ſufficere contra patronum ſcientiam præſumptam, tamen contrarium dicendum eſt, vt patet ex citatis, & ex ſupradictis, nec id negant, qui dicunt, non ſufficere ſcientiam interpretatiuam, aliud enim eſt ſcientia interpretatiua à præſumpta.

39 Nec obſtant † deciſiones Putei, & Mohedani citatæ in d. Parmen. quia in propoſito non agitur de amiſſione, vel priuatione iuris conferendi, vel præſentandi abſolutè, ſed ſolum pro ea vice, quod non eſt maximi præiudicij, & ideo ſufficit ſcientia præſumpta, iuxta ſupradict*n* 5. p. c. 5. à nu. 134. etiamſi ſit narrata in gratia, nam illa eſt probatio plena, iuxta ſubiectam materiam. *Et ita in Pampilonen. de Cicur maior 30. Octobris 1602. coram Lancellotto dicitur, quòd ius præſentandi, non incipit currere à die vacationis, ſed a die veriſimilis ſcientiæ illius &c. vt in deciſ. 532 nouiſs. Farin.*

40 Et vt dicitur † in d. Parmen. & in d. Firmana, 12. Maij 1598. adducta c. ſequenti, nu. 13. ſcientia vnius patroni non nocet alteri.

41 Et ius † præſentandi, etiam in vno ex patronis, qui non habent ſcientiam, conſeruari poteſt, alijs propter ſcientiam excluſis, vt fuit reſolutum in cau-
☞ ſa Spoletana beneficij, 28. Maij 1590. coram Domino Blanchetto, in qua fuit dictum. Quod cum tẽpus ad præſentandum non currat patron s, niſi à die ſcientiæ, vt in hac cauſa fuit reſolutum coram Domino Bubalo, ſententia eiuſdem domini Bubali eſt confirmanda: nec obſtare, quod dicitur conſtare de ſcientia patronorum, ex præſentatione per ipſos facta, die 7. Maij 1588. de perſona Ioannis Ant. Bar. & ſic preſentatio poſtea facta de perſona Vincentij 17. Septemb. eiuſdem anni ſit poſt tẽpus quatuor menſium, & ſic Vincentio minime ſuffragetur, quia fuit reſponſum, quod in illa præſentatione facta 7. Maij non interuenerũt omnes patroni, & ſic ex ea probatur tantum ſcientia illorum, qui dictæ preſentationi, 7. Maij nomina ſua dederunt, nón autem eorum, qui in illa non interuenerunt, & ex perſona illorum, qui non interuenerunt ſuſtinetur præſentatio Vincentij, cum ius præſentandi, etiam in vno ex patronis conſeruetur, Feder. conſil. 102. Abbas 54. nu. 3. par. 1. & quod ſcientia vnius nõ noceat alteri compatrono, fuit ſuperioribus menſibus reſolutum in vna Parmen. beneficij coram Bubalo. quare qui vult oſtendere nullitatẽ illius præſentationis, debet probare ſcientiam illorum omnium patronorum, qui Vincentium præſentarunt, cum illa poſſit etiam ex perſona vnius, qui ignorauit, ſuſtineri, &c.

42 Rurſus d. menſes † debent computari, ſecundum Calendarium, & ſecundum quod menſes occurrunt, & quod deficit de 1. menſe accipiendum eſt de vltimo, cum aſſignetur tempus, à quo debeant incipere, verbi gratia, ſi beneficium vacat 8. Februarij 7. die Iulij finietur ſemeſtre, etiam ſi ſit biſſextus, ita gloſ. in cap. quam ſit, verb. menſem, de elect. in 6. & ibi Archidiacon. Ancharan. Dominic. & Franch. Ioan. Andreas, & Bald. in cap. ne pro defectu. de elect. Butrius nu. 12. & Abbas 6. in c. licet. de ſuppiend. negligent. Prælat. Bart. & DD. in l. cum

biſſextus,ff.de verbor,ſignificat. Mandoſ.d.tract.de electron.nouor.prælator.1.p.cap.3.& ibi Boerius in additio.qui plures refert,Rochus,verb.honorificũ, q.52. Lambert. 2.par. 2.lib.q.1.artic.14. Menoch. de arbitr.lib.2. caſu 50. à nu.21. nouiſſimè Thomas Sanchez de matrimon.lib.2.diſputat.24. numer.15, *Et Gutierez de gabell.quæſt.*143. & Staphileus tit.de vi, & effectu clauſulat. §.mentis in data. Quamuis Ioannes Quintinus in repetitione capitul.de multa, num.97. cum Hoſtienſ. in d.cap.licet, dicat hoc ſemeſtre tempus ita computandum eſſe, non vt medium conficiat annum, ſed vt in ſingulis menſibus vnus & triginta dies numereptur, argum.l.2. & fin. C.de tempor.appellat.

43 Et de momento † ad momentum eſt huiuſmodi computatio facienda, à tempore ſcilicet, ſcientiæ, ſeu vacationis notę, ita quod ſi beneficium vacauit, & fuit nota vacatio 1.Martij,hora 11.vſque ad primam Septemb.hora 10.per totam,& non poſt,prouidere poſſunt. Mandoſ.dict.cap,3. & ibi Boer.Pet. de Barſio.3.part.cap.2. num.4. Math.Boiſius in dictis Miſcellan.in materia electionis, §.quando tempus currat,Lambertus & Thomas Sanchez vbi proximè, & Rota in illa ciuitatis Caſtellanæ ſupra relata, num.20.

## *De deuolutione. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*SI non prouidetur de beneficijs intra tempus præfixum ad ſuperiores, gradatim fit deuolutio, num.1. & idem eſt vbi prouidens indignis, ſeu inhabilibus, & incapacibus. num.2. & 3. vbi ponitur reſolutio Rotæ, quod etiam locum habet in patronis etiam laicis, num.4. quamuis in patronis laicis contra teneat gloſſa, & alij, num.5.*

*Patronus non excuſatur à lapſu temporis ad præſentandum, ex eo quod præſentauit Ordinario electum, vt examinaretur, quando collatio facienda eſt per inferiorem, niſi actualiter intra tempus præſentet coram illo, qui eſt facturus collationem, ex Rota, num.6.*

*Excuſatur patronus à deuolutione per præſentationem factã ei, quem habuit iuſtam cauſam credendi habere ius inſtituendi, licet in veritate non haberet, num.7. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Cuilibet ſuperiori, ad quem gradatim fit deuolutio, non currit ſemeſtre, quod ſibi datur ad conferendum, etiam ſi deuolutio fiat à patrono laico, niſi à die notitiæ, num.9. & ſeqq. vbi ponuntur reſolutiones, & deciſiones Rotæ.*

*Qui impetrat eo modo tanquam deuolutum, debet probare deuolutionem, nec clauſulæ generales ſupplicationis, ſiue alio quouis modo, &c. alias locum habent, præſertim quia ponitur in calce ſupplicationis clauſula, & de deuolutione detur diſpoſitiuè in literis, num.16. maximè ſtante in literis clauſula, dummodo collatio ſit deuoluta, vt præfertur, num.17. Vnde, ſi beneficium erat reſeruatum, gratia locum non habebit, nam deuolutio non cadit in beneficijs reſeruatis, num.18. & vacationis tempus, non deuolutionis debet conſiderari, vt dicatur beneficium liberum, vel reſeruatum, num.19. & clauſula generalis appoſi ſolita, etiam ſi reſeruatum, &c. operatur, quando Ordinarius vigore indulti reſeruatum conferre poſſit, num.20.*

*Quando beneficium exiſtens in dioeceſi ſuffraganei impetratur, vt deuolutum ad Sedem Apoſtolicam, iuxta Concilium Lateranenſe, quomodo ſit probanda deuolutio gradatim, vtrum præſumatur ſcientia Archiepiſcopi de vacatione beneficij in dioeceſi ſuffraganei, & ei currat tempus, à num.21. Et ei currere, tenent Rota & alij, quia debet celebrare Concilium prouinciale, & in eo ſtatuere perſonas, qua ſolicite inueſtigent qua correctione ſunt digna, & referant in Concilio ſeq. & quia habet viſitare prouinciam. Sed reſoluitur id de perſonis ſtatuendis, nihil referre ad propoſitum, vltra quod non videtur vniuerſaliter eſſe in vſu, & ſimiliter non eſſe in vſu, Archiepiſcopos viſitare prouinciam, nec ex Concilio poſſe, niſi cauſa cognita, & probata in Concilio prouinciali, & ſic non præſumi ſcientiam dictæ vacationis, nec currere tempus, niſi probata alias ſcientia, num.22. & ſeq.*

*Duobus modis poteſt quis à Papa impetrare beneficia deuoluta, vel tanquam ad Sedem Apoſtolicam deuoluta, iuxta Concilium Lateranenſ. & tunc debet probari deuolutio gradatim, vel tanquam deuoluta ad inferiores ob negligentiã primi collatoris, vel patroni, quia Papa cum illis concurrit, & tunc ſufficit probare negligentiam primi. numero 30.*

*Collatio facta à ſecundo collatore ante factam deuolutionem non valet, nec conualeſcit, etiamſi primus non conferat intra tempus, num.31. Etiam ſi collatio ſit facta ſimpliciter, non dicendo iure deuoluto, quamuis ſecus ſit in collatione facta ab Ordinario de beneficio iuſpatronatus ſpreto patrono. num.32.*

*Sicut de Capitulo ad Epiſcopum, ita de Epiſcopo ad Capitulum fit deuolutio. num.33. quoad beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi proprio iure, ſecus ſi iure ſpeciali, vel deuoluto, num.34.*

*Cum ius conferendi ſpectat ſimul ad Epiſcopum, & Capitulum, qui inter ſe prouiſionem diuiſerunt per turnos, ſi Capitulum in ſuo turno non confert infra tempus, aut confert indigno, non fit deuolutio ad Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem. num.35. Et idem eſt quando per canonicum, cui in turno capituli ex commiſſione ipſius prouiſio competit, non prouideretur infra tempus, num.16. quando vero iſte Canonicus prouideret indigno prouiſio infra ſemeſtre reuerteretur ad Capitulum, niſi ſcienter eam ratam habuerit, num.37. Nec iſto caſu Capitulum haberet nouum ſemeſtre, vbi prouiſio ipſo iure eſt nulla. nu.38. & ponitur reſolutio Rotæ.num.39. & alia num.40.*

*Ad quos fiat deuolutio remiſſiue. num.41.*

*Deuolutio fit cum onere, & qualitatibus requiſitis in prima prouiſione. num.42.*

*An in beneficijs manualibus, & ad nutum amouibilibus, habeat locum deuolutio, à num.42. Reſolutur, dari in eis deuolutionem contra Aeneid.de Falcon.ad effectum, vt ſuperior ſuppleat negligentiam inferioris, qui tamen re integra poterit moram purgare, & prouidere, quamuis in alijs non eſt locus purgationi moræ, nec valet collatio facta poſt deuolutionem ab inferiori, etiam re integra. num. 44. & ſeq.*

1 SI ij, ad † quos ſpectat non prouident de beneficijs vacantibus infra tempus præfixum, ad ſuperiores gradatim fit deuolutio. c.licet de ſupplenda negligent. Prælatorum,& c.2.de cõceſſione præbendæ vbi Doctores, Corraſius de beneficijs, 1.par. cap.7.num.8.& 4.par.cap.1.num.11.Caldas Pereira reſponſo 3.num.2. Azor inſtitutio.moralium, 2. par.lib.6.cap.27. & alij.

2 Et idem † eſt vbi prouident indignis, ſeu inhabilibus,& incapacibus,cap.cum in cunctis, §.final.de election.

electionem. vbi Doct. & c. ſcriptum, verſ. ſi vero, eodem tit. & capit. ſi compromiſſarius, eodem in 6. Corraſ. dict. nu. 11. Cechus de beneficijs, & penſion. cap. 5. nu. 5. & fuit reſolutum in vna Toletana portionis. 9. Decembris. 1559. coram Illuſtriſſimo Mantica, in
3 † qua fuit dictum, collationem iſtius portionis, ex iure deuoluto ad Papam pertinere, cum Archiepiſcopus ſoli Papæ ſubiectus ſit, & eam Dionyſio incapaci propter impuritatem ſanguinis contulit, cap. licet. de ſuppleud. negligent. prælatorum, & conſtitutio Gregorij XIII. 68. Et quamuis non poſſit argui negligentia ordinarij, niſi à die ſcientiæ, d. cap. licet, tamen Archiepiſcopus debuit ſcire conditionē eius, cui confert beneficium, & ita præſumitur, quia ante quam ei conferat, de vita & moribus illius, tenetur inquirere, & plenam eius notitiam habere debet, c. innotuit, de elect. cap. bonæ, 2. in fine, & ibi notat Abbas num. 15. de poſtulatione Prælatorum, Reb. de pœnis contra collatores indignis conferen. num. 3. Et hic ceſſat omnis dubitatio, quia idem Archiepiſcopus huic Dionyſio aliam prius contulit portionem, ſed ille propter inquiſitionem factam à Capitulo, fuit excluſus, vnde nulla eum ignorantia in prouiſione huius portionis excuſat, & ideo pro hac vice poteſtate conferendi intelligitur eſſe priuatus, cap. cum in cunctis, §. fin. de elect. Rebuff. ſup. num. 1.

4 Quod etiam † locum habet in patronis etiam laicis. Rota deciſ. 5. de iure patronatus, in nouis, Abbas nu. 5. & 6. & ibi Additio, & alij in cap. cum vos, de officio Ordinarij, Rochus de iure patron. verbo, honorificum, num. 36. Lamber. 1. par. 2. lib. q. 10. artic. 4. & 3. par. 2. lib. quæſt. 2. art. 2. num. 27. Probus ad Monachum, in cap. ſi tibi abſenti, de præbend. in ſexto nu. 53. Creſcen. deciſ. 11. de iure patron. Padilla in l. cum quidam, nu. 17. ff. de leg. 2. Quintana dauenas Eccleſiaſticon. lib. 1. c. 7. n. 10. & deciſio Rotæ in cauſa Valentina iuriſpatron. 20. Martij, 1589. ſupra adducta, 7. p. c. 1. num. 112. ex qua & eo quod ibi dicitur num. 65. conuincitur conſilium Aimonis 63. num. 10.

5 Quamuis in patronis † laicis contra teneat gloſſa in dict. cap. cum vos, quam ſequuntur l. 5. tit. 15. partita 1. vbi Gregorius Lopez verb. otro, & Corraſ. dicta 4. par. cap. vltim. nu. 10. & 31. Fuſcus de viſitatione libr. 2. cap. 10. num. 10. & Spino de teſtam. gloſſ. 4. numer. 87. & ex dicta 4. par. Zauallos quæſt. 659. (de qua tamen leg. partitæ non eſt curandum ex defectu poteſtatis, ad tradita in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & in c. 2. & 3. de iudic.) & Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. c. 34. nu. 24. Azor d. lib. 6. cap. 21. q. 13. & cap. 22. q. 6.

6 Nec patronus † excuſatur à lapſu temporis ad præſentandum, ex eo, quod præſentauit ordinario electum, vt examinaretur, quando collatio facienda eſt per inferiorem, iuxta Concilium Tridentinum, de quo ſupra par. præced. capit. tertio, niſi actualiter inter tempus præſentet coram illo, qui eſt facturus collationem, vt fuit reſolutum in vna Mediolan. iuriſpatronatus 22. Maij. 1595. coram Illuſtriſſimo Blancheto.

7 Excuſatur tamen † patronus à deuolutione per præſentationem factam ei, quem habuit iuſtam cauſam credendi habere ius inſtituendi, licet in veritate non haberet, Lapus allegatione 95. ad finem Rochus verb. honorificum, quæſt. 37. & alij, quos
8 citat Mandoſius, ibi, & † tenuit Rota in d. cauſa Mediolanenſi. iuriſpatronatus, 29. Ianuarij, 1596. cotā Domino Blancheto, his verbis: Fuit reſolutum, Fuluium eſſe inſtituendum, cum enim fuerit reſolutum coram Reuerendiſſ. Peruſino de iurepatronatus coram me 10. Nouembr. 1595. præſentationem factā Præpoſito de Aliate impedire ius deuolutionis, & ad hunc effectum eſſe validam, quia ad hunc effectum ſufficit, patronos iuſtam cauſam credendi illum, cui præſentarunt, habere ius inſtituendi, licet in veritate non haberet, Reb. de deuolutio. nu. 56. Lapus allegatione 95. in fine, vbi Additio. Reliquum eſt, vt à me inſtituatur, Clemen. Auditor de reſcript. Rotæ de iurepatronatus in nouis, deciſ. 4. Creſcen. de iure patron. deciſ. 12. in fine. alias fruſtratoria fuiſſet excuſatio, ſi nunc nō liceret præſentare, nec poſſet præſentatus inſtitui. Non obſtat pendentia litis, quia patronus, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, litis pendentia non obſtante poteſt præſentare, Abbas in c. ex literis, de iurepatronatus, nu. 6. Aegidius deciſ. 700. Lapus allegatione 136. numer. 7. Modernus de attentat. 2. par. capit. 4. num. 546. & ſequen. Præterea, pendentia litis impedit præſentationem tertij, non autem illius, qui eſt in lite, Rochus verb. honorificum, quæſtion. 23. Tertio. Litiſpendentia operatur, ne mortuo altero ex collitigantibus fiat noua præſentatio, non autem vt præſentatus inſtitui non poſſit, vt hoc caſu, & ex his ita deciſum.

9 Cuilibet autem † ſuperiori, ad quem gradatim fit deuolutio, non currit ſemeſtre, quod ſibi datur ad conferendum etiam ſi deuolutio fiat à patrono laico, qui tantum habet quadrimeſtre, niſi à die notitiæ iuxta dicta cap. præcedenti, Innoc. in dict. cap. licet, Abbas in cap. quia diuerſitatem, num. 18. & in 10. parte, numero 13. de conceſſione præbend. & in cap. fi. num. 7. de iurepatronat. Rota deciſ. 6. de iure patronat. in nouis. Lambert. 3. par. 2. libr. quæſt. 2. art. 8. & Zerola in praxi Epiſcopali, 1. parte, verb. beneficium, §. 3. ibi, à die deuolutionis, vel veriſimilis notitiæ.

10 Et † ſic in vna Calciaten. coram D. Oraño, de anno 1584. fuit reſolutum, Deuolutionem ad Papam non probari, niſi conſtet de lapſu temporis ſuperioribus etiam præfixi, de quo non conſtat, niſi probetur ſcientia illorum, &c. Et eſt deciſio in d. Valentin. iuriſpatronatus, de qua ſupra n. 4.

11 Et † in vna Spoletana beneficiorum coram Domino Mantica 31. Ianu. 1594. fuit reſolutum, Deuolutionem debere probari gradatim de inferiori ad proximum ſuperiorē, & quēlibet eorum habere ſex mēſes ad cōferendū à tēpore ſcientiæ. Et ſic in caſu, de quo ibi, debere probari de Abbate, ad cuius collationem ſpectabat ad Epiſcopū, & de Epiſcopo ad proximos ſuperiores, nec conſtare de ſcientia vacationis Abbatis licèt ſcinerit, fuiſſe reſignationem admiſſam à vicario Epiſcopi, nam ad admittendam reſignationem, requiritur ſpeciale mandatum, aliàs non inducitur vacatio, vt in vna Nolana Abbatia coram Domino Blanchetto de menſe Iunij, 1588. contra Rotam deciſ. 7. de præbend. in antiquioribus numer. 85. cui conſonat. deciſio. num. 2. de renunciat. in antiquis, & 1. de electio. in antiquior. *quæ deciſio Spolet. eſt in nouiſſimis Farinac. 529. & 631. & fuit cō-*

*firmata 28. Martij eiuſdem anni, vt in decis. ſeq 632. vbi tamen malè fuit reſolutum quod in caſu reſignationis gradatim debeat fieri deuolutio ad Sedem Apoſtolicam, etiã ſtante conſtitutione Greg. XIII. de public. reſign. & quòd tempus vnius menſis ibi præfixum ordinarijs ad prouidendum vnicuique ſuperiorum gradatim conceſſum, intelligatur, vt ius commune minus corrigatur quam fieri poſſit, quòd certè eſt contra dictam conſtitutionem, quæ immediatè inducit deuolutionem ad Sedem Apoſtolicam in caſu reſignationis.*

12 Et † in cauſa Firmana altaris, 27. Ianuar. 1595, coram D. Blanchetto fuit reſolutum, Narratiuam factam in gratia, quod aduerſarius non eſt conſtitutus in ordine preſbyteratus debere probari per narrantem, & qui impetrat vti deuolutum debere probare ſcientiam collatoris, à quo tempore currit tempus conferendi. d.c. quia diuerſitatem. Narratiuam quoque, quod ſit præſentatus à maiori parte, eſſe iuſtificandam, etiam ſi dicatur obiter dictum, quia ea, quæ potuerunt Papam ad concedendũ gratiam facilius mouere, ſunt verificanda, cap. 2. de reſcript. Caputaquen. deciſ. 128. par. 1.

13 Et idem deciſum † eſt in eadem Firmana beneficij coram eodem, 12. Maij, 1595. vt in ſequenti deciſione. Domini ſteterunt in deciſis, gratiam Ricardi non eſſe iuſtificatam. Primo, dum narrat ſe præſentatum à maiori parte patronorũ, hoc eſt falſum. Cum enim habuerit Coriolanus viginti quinq; ſuffragia, & ipſe Ricardus decem & octo, tantum apparet de falſitate narratiuæ. Nec obſtat, quod narratiua prædicta inſpecto numero eorum, qui ipſum non præſentarunt, ſatis ſit verificata, quia Papa intellexit de præſentatione facta à maiori numero, reſpectu eorum, qui præſentarunt Coriolanum, cum dicatur in literis, ipſum ad præſentationem aliquorum hominum fuiſſe præſentatum. Nec obſtat minuta in forma perinde valere, in qua iſta declaratur narratiua, perinde ac ſi fuiſſet expoſitum, quod à medietate vniuerſitatis fuiſſet præſentatus, quia in hoc caſu medietas ſuffragiorum nullum ius tribuit Ricardo, cum vniuerſitas præſentetur per cõſenſum ſaltim duarum partiũ, ex tribus, qui conſenſus operatur vt à tota vniuerſitate dicatur præſentatio Coriolani facta, non obſtante aliorum contradictione. Lapus allegatione 78. cum alijs allegatis per Dominum Nicolaum, & ideo præſentatio ipſius habetur perinde ac ſi facta non fuiſſet. Nec etiam iuuari poteſt derogatione pro medietate, quia talis derogatio non poteſt applicari iuripatronatus vniuerſitatis quæ vnum tantum corpus conſtituit, licet ſecus eſſet dicendum ſi ad ſingulos pertineret. Non etiam eſt iuſtificata quoad deuolutionem, quia cũ ex præcepto teſtatoris deuolutio fieri debeat Plebanum Sancti Saluatoris, & Rectorem Sanctorum Iacobi, & Philippi, coniunctim vtriuſque ſcientia euenit concludenter probanda cum de illorum præiudicio agatur, vt fuit deciſum coram Rubeis die 20. Octobris, anno Domini 1582. in vna Bononien. terrarum, ideo non probata ſcientia Rectoris, non intrat deuolutio. Nec quidquam facit allegata ſcientia Plebani, quia cum beneficium vacaret de iure & non de facto, collator non dicitur in mora, niſi data ſcientia vacationis de iure, Rota de rerum permutatione, deciſione 5. in antiquis. Quæ deciſio non fundatur ſuper colorata poſſeſſione, ſed ſuper poſſeſſione de facto. Minus probatur ſcientia ordinarij, tum, quia licentia Vicarij, quod traderetur poſſeſſio Coriolano, non infertur ad ſcientiam Archiepiſcopi. Et talis enunciatiua nec etiam probat ſcientiam Vicarij, quia notario non creditur in hoc caſu, authentic. Si quis in aliquo, Cod. de edendo. Præterea, cum Coriolanus fuiſſet præſentatus ab vniuerſitate & inſtitutus, ac poſſideret, & obtinuiſſet gratiam Apoſtolicam cum derogatione fundationis requirebatur ſcientia, quod de iure vacaret, vt ſupra dictum fuit ex dicta deciſione de rerum permutatione: Aliquibus etiam ex Dominis placebat, gratiam Ricardi non ſuſtineri, quia non fecit mentionem de gratia Apoſtolica obtenta à Coriolano, & de his ita deciſum. In eadem coram Domino Seraphino, 4. die Martij, 1596. Domini dixerunt, ſtandum eſſe in deciſis non conſtare de deuolutione.

14 Idem fuit reſolutum † in vna Caſertana beneficij, 5. Maij, 1595. coram Domino Blanchetto: vt in ſequenti deciſione. Domini dixerunt, non eſſe locum executioni ſententiæ in hac cauſa latæ, Primo, quia eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, cum Auditor Cameræ iuxta ſuas facultates ordinarias non habeat iuriſdictionem in beneficialibus. Aegidius deciſ. 210. & fuit reſolutum coram Bubalo in Mantuana capellæ, neque poteſt in vim prorogationis ſuſtineri, quia vbi nulla eſt iuriſdictio, prorogationi locus non eſt, leg. priuatorum, Cod. de iuriſdict. omnium iudic. Non fuit etiam iuſtificata gratia circa caput deuolutionis, nam cum in gratia adſit limitatio, dummodò collatio deuoluta exiſtat, debet probare gradatim lapſum temporis præfixi inferioribus collatoribus, iuncta eorundem ſcientia, vſque ad ſedem Apoſtolicam, cap. 2. & capitul. licet, de ſupplenda negligentia prælatorum, cap. 2. de conceſſion. præbend. Rebuff. in praxi, tit. de deuolutione, numero 30. & tenuit Rota coram Rubeis in cauſa Salamantina portionis, & coram Mantica in cauſa Spoletana benefic. 31. Ianuar. 1594. quia Papa non intelligitur aliter voluiſſe prouidere, quam ſi eſſet deuolutum, Mohed. deciſ. 210.

15 Idem etiam † in vna Barchinon. beneficij 23. Iunij, 1595. coram Domino meo Corduba, & quod cum beneficium eſt iuriſpatronatus, maxime, mixti, maius tempus requiritur, vt detur deuolutio ad Papam, &c.

16 Et qui impetrat certo † modo tanquam deuolutum, debet probare deuolutionem, nec quamuis aliud velit Abbas in dict. cap. ex parte, de conceſſione præbendæ, numero 13. clauſulæ generales ſupplicationis, Siue alio quouis modo, &c. alias locum habent, præſertim, quia ponitur in calce ſupplicationis clauſula, & de deuolutione detur diſpoſitiue in literis, quæ ſignificat, in expeditione literarum exprimendam eſſe deuolutionem pure & ſimpliciter, & non conditionaliter, & ſic eſſe verificandam, Caſſadorus deciſ. 5. de præbendis, Creſcen. 15. eodem titul. Caputaquen. 253. parte 1. Mohedanus 17. de præbendis, alias 210. Mandoſius de ſignatura gratiæ, titulo de certo modo, & fuit reſolutum in dict. Spoletana beneficiorum, de qua ſupra, num. 11. & in Maceraten. beneficij 1594. de qua cap. præceden. num. 29. & in dicta Caſertana adducta

num.14. & facit decisio Bellameræ 734. & dicta infra par.seq.cap.1.à num.36.& post hæc tradit Gonçalez ad reg.de mensibus, §.4.procem.à num.75. & glos.32.num.9.

17 Quod † maxime procedit stante in literis clausula, Dummodo collatio sit deuoluta, vt præfertur, Cassad. d.decis.5.num.3.

18 Vnde si beneficium † erat reseruatum, dicta impetratio, & gratia locum non habebit Crescen. & Caputaquen. vbi proxime, & Mandosius versic.amplia etiam, nam deuolutio non cadit in beneficijs reseruatis, cum in eis non detur negligentia ordinarij, Cassadorus decisione 8. de præbendis, Crescen. & Caputaquen. supra num.2. Mandos.de prouisionibus, versic.in beneficijs reseruatis, & fuit resolutum in vna Placentina de Valuerde, 1554. coram D. Antonio Augustino, vt apud Guidobonum, decis.120. in manuscriptis, & fuit dictum in causa Salamantina parochialis delos Villares, de anno 1593. coram D. Arigonio. Et post hæc tradit Gonçalez glos.11. num.61. *Et additio consil. Nauarr. 11. de rescript. quamuis in caus. Mediolanen. beneficij 5. Iunij 1569. coram Domino Pamphilio, de qua supra 11.par.cap.1.num.45. & vltim.part.cap.2.num.192. sit dictum, ad iustificationem gratia sufficere verificationem deuolutionis de facto, vt impetrans possit vigore clausularum generalium capere vacationem antiquam, etiam ex parte reseruationis regul. reseruatorium beneficiorum vacantium Sede Apostolica vacante, vel omni alio modo, Rot.decis.17.de præbend. in antiqu. Sarnens.ad regul.de infirm. quæst.34. num.2.cum alijs, &c. Quod non videtur verum ex dictis, nec in deuolutione potest dari verificatio de facto tantum; & in vna Aquen. ab vsu presbyter. 11. Martij 1602. coram Domino Lancellotto fuit resolutum, gratiam Petri, &c. Regnio.*

19 Et vacationis † tempus, non deuolutionis, debet considerari, vt dicatur beneficium liberum, vel reseruatum, vt in pulchro casu resoluit Rota d.c.774. lib.3.par.3.diuersorum, Gonçal. ibi, nu.66. & gl.15. §.2.num.21. & glos.51.num.10.

20 Et † clausula generalis apponi solita, etiamsi reseruatum, &c. operatur ne frustratorie videatur apposita, quando ordinarius vigore indulti reseruata conferre possit, nam tũc post negligentiam temporis, iuris communis, amplius conferre nequit, & ad Sedem Apostolicam collatio deuoluitur, Cassador. dict.decis.8.de præbendis, & dictum est cap.præcedenti, num.10. Ita Crescen.dicta decis.15.num.3.

21 Sed difficultas † est, quando beneficium existens in diœcesi suffraganei, impetratur vt deuolutum ad Sedem Apostolicam, iuxta Concilium Lateran. de quo dict. cap.2. quomodo sit probanda deuolutio gradatim. Et difficultas versatur circa scientiam Archiepiscopi, ad quem de Episcopo fit deuolutio, & de eo ad Papam, Vtrum præsumatur scire vacationem beneficij in diœcesi sui suffraganei.

22 Nam † quamuis Doct. dicant, quod iudex arbitrabitur, an præsumatur scire ex qualitate beneficij, & modo vacationis, de quantitate temporis, distãtia locorum, & fama. Hostiensis, & Ioan. Andr. in d.c.ex parte, & ibi Abbas nu.13. Annania in c.sicut, de actusat.num.4. & alij citati cap.præceden.nu.1. Tamen re vera ex his ferè nunquam, aut rarò potest præsumi scientia Archiepiscopi circa vacationem beneficij in diœcesi suffraganti, maxime, cum Archiepiscopatus, & prouincia sunt magni, & Episcopatus suffraganei longè distantes ab Ecclesia Metropolitana, vt patet experientia.

23 Et † regula est in contrarium, quod præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur, vt est regula iuris in 6. & in proposito Rebuff. d.tit.de deuolutio.nu.12. Lamber. d.art.8.num.1. de qua regula latè Mascard. de probationibus conclus.879.

24 In hac difficultate † primo Rota d.decis.6.de iure patronatus in nouis, alias 263. ait, quod cum Archiepiscopus debeat celebrare Concilium prouinciale cum suis suffraganeis, & in ea statuere personas idoneas, quæ solicite inuestigent quę correctione, vel reformatione sunt digna, & referant in Concilio subsequenti, c.sicut de accusationibus ei currit tempus, ex quo scire potuit, & debuit, sequitur Abbas in dict.cap.sicut, num.2. dicens, quod inducitur ille textus per Doctores in argumentum contra Archiepiscopos prætendentes ignorantiam circa vacationes beneficiorum prouinciæ, nam præsumuntur scire, cum debeant ibi habere personas idoneas, vt in illo textu, & si non statuunt tales personas sunt in affectata ignorantia, &c. Et Anan.ibi. num.4. dicens, Nota, secundum Ioan. Andr. quod Archiepiscopus non potest probabiliter ignorare facta suæ prouinciæ, & sic facit contra Metropolitanos, qui conferunt beneficia, quæ longo tẽpore vacauerunt, quasi liceat eis ignorasse vacationes, & sic sibi non cucurrisse tempus. Sequuntur etiam Lamber. dict. artic.8.num.2. & Maschard. conclus.879.num.10.

25 Secundò † Rota decis.7.de præben.in antiquior. quæ in antiquis est 13. de iure patronat. alias 556. nu.4. ait, quod Archiepiscopo, qui scire debet, cum suam prouinciam habeat etiam visitare, cap.sopitę, cap.cum nuper. de censib. & cap.1. eod.in 6.currit tempus, ex quo scire potuit, & debuit, sicut Episcopo in sua diœcesi, ex quo habet illam visitare.

26 Sed quoad primum † de personis statuendis, &c. nihil videtur referre ad propositum, cum illæ non essent statuendæ ad inuestigandam beneficiorũ vacationem, quarum in Concilio prouinciali non est danda ratio, sed solum ea, quæ sunt correctione, & reformatione digna referenda in Concil.subsequenti, vt in d.c.sicut, & ita ex culpa non statuẽdi dictas personas, non infertur culpa circa ignorantiam vacationum beneficiorum in diœcesi suffraganeorum.

27 Vltra † quod non videntur vniuersaliter esse in vsu statuere dictas personas, & ita in hac prouincia Compostellana in Concilio prouinciali vltimo, facto anno 1566. non sunt statutæ, quamuis in Concilio prouinciali Toletano facto eodem anno, sint statutæ decreto vltimo.

28 Rursus quoad † secundum de visitatione quod magis faciebat ad propositum, similiter non est in vsu, maxime in Hispania, Archiepiscopus visitare prouinciam, nec est memoria in contrarium, & sic cum ratione consuetudinis Archiepiscopi sint excusati ab huiusmodi visitatione prouinciæ, consequenter etiam sunt excusati ab ignorantia vacationis beneficiorum in diœcesi suffraganei.

29 Præterea, iam ex Concilio † Tridentino sess.24. de reformatione, c.3. Metropolitani non possunt visitare diœceses comprouincialium, nisi causa cognita, & probata in Cõcilio prouinciali, & aduertit Fuscus de visitat.lib.1.c.2.nu.11. Nec refert, si contra

hoc dicas,quod ſunt in culpa in non celebrando Cõcilio prouinciali,vbi de hoc agatur, prout tenentur quolibet ſaltim triennio,Concilium Trid.c.2.ſeſſ.24 de reformat.nam ex eo,quoad propoſitum non poteſt inferri culpa,aut negligentia,& ſi aliqua eſt,val de remota,quæ non habetur in conſideratione.

30 Sed eſt† aduertendum cum Mandoſ.regul.34.de annal.quæſt.59.num.6.quod duobus modis poteſt quis à Papa impetrare beneficia deuoluta, vel tanquam ad ſedem Apoſtolicam deuoluta,iuxta Lateranen.ſtatuta Concilij,& tunc debet probari deuolutio gradatim,iuxta ſupradicta,vel tanquam deuoluta ad inferiores ob negligentiam primi collatoris, vel ob non præſentationem patroni in tempore,iuxta regulam Cancell. 41. de derogatione iuriſpatronatus,quia Papa poteſt concurrere cum Epiſcopo, ſeu Archiepiſcopo,aut Capitulo, ad quos facta eſt deuolutio, Abbas in d.c.quia diuerſitatem,nu.5. & dictum eſt ſupra 5.par.c.1.à n.8.& tunc ſufficit probare negligentiam Cap.& tradit poſthæc Gonçal.§. 3.procem.a nu.3.& §.4.à nu.88.

31 Secundo† aduertendum eſt, quod collatio facta à ſecundo collatore,verbi gratia Archiepiſcopo, ante factam deuolutionem,non valet, cum antea is nõ habeat facultatem conferendi, Nec conualeſcit,etiamſi primus non conferat infra tempus, Fel. in c. cum ex officij,de præſcriptionibus nu.37.Rebuff. d. tit.de deuolut.nu.32, Additio magna Rotæ dec.10. de iurepatron.in antiquis.

32 Quod† procedit etiam ſi collatio ſit facta ſimpliciter,non dicendo iure deuoluto,quamuis collatio facta ab Ordinario iure ordinario de beneficio iuriſpatronatus,ſpreto patrono valeat non præſentante, nec contradicente infra tempus datum ad præſentandum,vt dictum eſt 5.part.cap.vlt. num. 242. Ex quo Ordinarius tunc confert ex iure & poteſtate originali,& collatio ab eo facta,ſpreto patrono, ſolum eſt nulla in fauorem patroni, atque adeo eo volente,& reclamante,non alias,vt ibi. *Similiter etiam collatio facta ab ordinario iure deuolutionis,ex ſententia reiciente præſentatos, à qua fuit appellatum,ſeu intra tempus datum ad appellandum, eſt attentata; quia cùm contulerit ex prætenſo iure deuolutionis poſt appellationem, proculdubio attentauit, Oldrad. conſil. 299. numero 5. Paul.de Caſtro conſil. 403. libr. 1. Mohedan. deciſ. 11. de præbend.numero 1. in fin. Ita in Aretina capellaniæ 19. Martij 1601. coram Domino Penna. Sed mihi non placet iſta reſolutio; nam hic deuolutio non oritur ex ſententia, ſed ex præſentatione extra tempus facta, ſeu de indigno, ſeu incapaci.*

33 Tertio† aduertendum eſt,quod ſicut de Capitulo ad Epiſcopum,ita de Epiſcopo ad Capitulum fit deuolutio,d.c.2.de conceſſione præbendæ,c. cum in cunctis,§.fi.de elect.ob magnam, quæ eſt inter eos communionem,c.requiſiſti,de teſtam. Corraſ. 4. p. cap.1.nu.12.

34 Quod† tamen intelligitur quo ad beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi proprio iure, ſecus ſi iure ſpeciali,vel deuoluto,Abbas in d.c.2.nu.6.& 8.& in d.§.fi.nu.5.& in d.c.quia diuerſitatem,num. 10.Francus in cap.vnico,§.cum vero,num.3.& 4.ne ſede vacante,in 6.Fel.in cap. irrefragabili,de officio ordinarij,nu.3.Rebuff.d.tit.de deuolutione,à num. 21.Caſſador.d.deciſ. 8. de præbend. Mandoſ. d.q. 90.nu.5 Gregorius Lopez in leg.9.tit.16.p.1.Anaſt. Germon.de indultis Cardinalium,§.voluimus,n.56. Açor c.27.q.2.

35 Quarto aduertendum† eſt,quod cum ius conferendi ſpectat ſimul ad Epiſcopum & capitulum,qui inter ſe prouiſionem diuiſerunt, per turnos ſi Capitulum in ſuo turno non confert infra tempus à iure ſtatutum,aut confert indigno, non fit deuolutio ad Epiſcopum,qui eſt par collator cum Capitulo, ſed ad ſuperiorem, quia diuiſio, non tollit, aut mutat ius deuolutionis,quæ eſt ad proximum ſuperiorem, & non ad eundem inferiorem,qualis eſt in hoc caſu Epiſcopus.

36 Et† idem eſt,quando per canonicum, cui in turno Capituli ex commiſſione,ſeu ordine ipſius, prouiſio competit,non prouideretur infra tempus.

37 Quãdo† verò iſte canonicus prouideret indigno, prouiſio infra ſemeſtre reuerteretur ad ipſum Capitulum,niſi ſcienter talem prouiſionem ratam habuerit,c. ſi compromiſſarius,de elect.in 6.

38 Neque† iſto caſu Capitulum haberet nouum ſemeſtre,vbi prouiſio ipſo iure eſt nulla,quidquid velit gloſſa ibi,verb.libere,nam committens, & commiſſarius non debet habere niſi vnum terminum,ſeu ſemeſtre.

39 Et† ita in vna Romana beneficiatus S. Petri, in qua cũ ius conferendi iſta beneficia priuilegio Apoſtolico ſpectaret ſimul ad Archipresbyterum,& Capitulum,& inter eos collatio eſſet diuiſa per turnũ, & in turno Capituli prouideret canonicus hebdomadarius, & in illo caſu hebdomadarius de beneficio vacante in turno Capituli prouidiſſet indigno & incapaci,nempe,non clerico, Fuit reſolutum 28. Aprilis 1595.coram D.Gipſio,& 20.Nouemb.1596. coram D.Corduba,& 8.Martij,1602.coram Domino Penna,Deuolutionem fieri ad Papam,cui Eccleſia eſt immediate ſubiecta Capitulo,ad quod prouiſio reperitur,d.c.ſi compromiſſarius,non conferente infra tempus digno,c.ex parte, de conceſſ. præb. vbi Abbas,& non ad Archipresbyterum,qui eſt par collator cum Capitulo, & deuolutio fit ad ſuperiorem.Nec obſtare dictam diuiſionem,quia ea nõ tollit,aut mutat ius deuolutionis, quod datur ad proximum ſuperiorem, & non ad eundem inferiorem, qualis in hoc caſu erat Archipresbyter: quamuis ſtante dicta diuiſione quilibet eorum in ſuo turno iure proprio conferat, nec collatio ſit communis, Ioan.And.in c.cum in illis,§.ſi vero,vbi Gemin.n.3. & Francus nu.1.de præb.in 6.& fuit dictum in Salamantina, alternatiuæ coram Domino Robuſterio.

40 Præterea† dicta die 8.Martij fuit reſolutum,quod ex quo lis per ſententias,& rem iudicatam,erat extincta, non erat locus reſtitutioni in integrum contra triennalem pacificum poſſeſſorem,non obſtante commiſſione,quæ erat cum clauſula,prout de iure, & de iure poſt lapſum triennium, à die vltimæ ſententiæ, non poteſt competere reſtitutio, Caſſador. deciſ. 2. de reſtitut.in integrum.& 11.ſuper regulis, Achilles deciſion.ſecunda & ſeptima ſuper regul.de triennali.

41 Et ad quos† fiat deuolutio, vide Abbatem in d. §.fi.num. 5.& text.& Doctores in cap. quamquam, de election.in 6.Rebuff.dict.tit.deuolutio,num.17. & in repetit. dict. capitul. 2. de conceſſion. præbend.circa finem,vel ſic. Quartò quæritur, *in concordan. titul. de collation. §. ſi quis vero, verb.*

imme-

immediatum. Paulum de Citadin.6.par.articul.3. quæſt.26.num.4. Mandoſ.dict.quæſt.90. num,5. P. Gregor.de benefic.capitul.39. num.1. Zerolam 1. parte verb. beneficia. §.2. 2. fallen. & Zechum de benefic. capitul,5. numero 5. & Azorem dict.lib.6. cap.27.

42 Vltimò eſt † aduertendum, deuolutionem fieri cum onere, & qualitatibus requiſitis in prima prouiſione, Felyn.in cap.cum acceſſiſſent, de conſtitutionibus num.18.Rochus verb.honorificum,quęſt. 3.Lambert.3.par.2.lib.quæſt.7. Selua 3.par.quæſt. 49. Rebuff.d.tit.de deuolut.à num.40. & in dict. repetit,cap.2.in fine.Corraſ.4.part.cap.4.num.16. Ferret.conſil.211. num.12. Azeuedo in leg.5. tit.6. lib.1.recopil.nu.2. Ioann.Gutierez conſil.1.numero 31. & Cauedo deciſio.52.num.4. & deciſio.97. numero 9.parte 2. & de patronatibus Regiæ Coronæ, capitul.28. numero 3. & 4. Azor.dict.cap.1.27. quæſt.8. Perez de Lara de anniuerſar. & capell. lib. 2.cap. 10.num.27.

43 Sed reſtat † difficultas, an in beneficijs manualibus, & ad nutum amobilibus habeat locum deuolutio.

44 Et † Aeneas de falcon.de reſeruatione, 3.quæſt. princip. num.24. ait, in beneficijs manualibus non habere locum deuolutionem ſecundum Franciſcum de Aretio conſil.63. in præſenti conſultatione, verſ. ſed ad iſtud.

45 Et † Puteus deciſio.180. num.1.lib.3.ait, dixiſſe Dominos,quod beneficia regularia non cadunt ſub reſeruatione capit.2. de præbendis in 6. cùm ſecundum Archidiaconum ibi, illa beneficia veniant in reſeruatione illius capitul. quæ adducuntur ad ſuperiorem ex cap.2. de conceſſione præbendæ, & regularia non deuoluuntur: quod non alia ratione videtur eſſe, niſi quia ſunt manualia, vt dictum eſt ſupra 1.par.cap.2.num.66.

46 Sed † contrarium, ſcilicet, quod in eis habeat locum deuolutio ad ſuperiorem, & ſit locus ſupplectioni negligentiæ, probat Clemen. vnica de ſupplen. negligentia prælat. & ibi gloſſa, §. præmiſſa. verb. reuocari, & Cardinalis ibidem, num.4. & Bonifacius numero 8. & Aretinus ſuprà potius tenet hoc, quod in beneficijs manualibus detur deuolutio ob lapſum ſ.meſtris, iuxta dict.cap.2. Quamuis cuſtodia, & deputatio œconomi interim ad collationem ſpectet. Et idem tenet poſt hæc Gonçalez gloſſ.5. §.6.num.55.

47 Vnde † exiſtimo in beneficijs manualibus dari deuolutionem ad effectum, vt ſuperior ſuppleat negligentiam inferioris, qui tamen re integra poterit moram purgare, & prouidere in iſtis beneficijs manualibus, ex quo ad eius nutum ſunt amouibilia.

48 quamuis † in alijs non eſt locus purgationi moræ. Nec valet collatio facta poſt deuolutionem ab inferiori etiam re integra,cap.licet,& cap.ſeq.de ſupplenda negligentia prælator. & ibi Abbas,& Doct. & in dict.cap.2. Roch.verb.honorificum, num.62. Rebuff.d.tit. de deuolutionibus à num.27. & in repetit.d.cap.2.circa fin.verſic.8.quæritur, Azor dict. cap.27.quæſt.16.

## *De tempore intra quod debet fieri inſtitutio, & confirmatio, & collatio neceſſaria. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*SVpradicta ſolum procedunt in prouiſione voluntaria, & libera, ad inſtitutionem verò præſentati, & confirmationem non eſt præfinitum tempus à iure, num.1. Et idem eſt in beneficijs reſignatis ex cauſa permutationis, ad quorum collationem tempus præſtitutum non eſt.nu.2. Quamuis contra teneat Ioannes Nicolaus Delphinus.nu.3 Quod eſt falſum, quia in collatione neceſſaria non habet locum cap.2.de conceſſione præbendæ, ſed in habente liberam poteſtatem conferendi. num.4.*

*Si habens inſtituere, vel confirmare, aut conferre beneficia permutata ſit negligens, & differat, ſeu recuſet id facere, recurrendum eſt ad ſuperiorem, qui tempus præfigat, quo elapſo, ipſe ſupplebit, vel compellendo, vel inſtituendo. num.5. Quidquid dicant Bellamera, & Gimon. relati. num.6.*

*Data negligentia habentis inſtituere ex præfixione termini illi facta à ſuperiore, & ſic ad eum facta deuolutione non intelligitur ei præfixum ſemeſtre ad inſtitutionem faciendam contra Lambertinum. num.7. & 8.*

*Præſentatus, etiamſi Epiſcopus differat eum inſtituere ſine cauſa, poteſt appellare à grauamine ſibi illato, num.9.*

1 QVæ duobus præcedẽtibus capitulis dicta ſunt, ſolum † procedunt in collatione, ſeu prouiſione voluntaria, & libera: ad inſtitutionem verò præſentati, & cõfirmationem non eſt præfinitũ tempus à iure, *Vnde in Dertonen.iuriſpatr. 8.Febr. coram Domino Penna, de quibus 5.part.cap 6.numer.30. fuit dictum, quòd beneficium non eſt deuolutum ex eo,quòd ordinarius diſtulit inſtituere, cum non ſit tempus præfixum, &c. quamuis anteà in vna Caſalen.parochialis 2. Mar.1584. quia ſufficit,quòd ſaltim ſit infra ſex menſes datos ad conferendum.* Rota deciſ.4.de iurepatron.in nouis, Abbas in capitul.2. de concef.præbendæ, numero 12. & 13. Coſmas in pragmatica ſanctione,titul.de collatio.§.item circa.verb.reſpectiue.Selua de benefic. 3.parte,quæſtion.64.num.1. Rochus de iurepatronat.verb.honorificum,numero 55. Paulus de Citadinis 6.parte, articulo 3.num.103. Lambert. 3.par. 2.lib.quæſt. 2.articulo 6.& 7. Gloſſa regul.40.Cancell. Rebuff. in praxi, titul.de deuolutio.num.6. & in concordatis, tit.de regia ad prælaturas nominatione, §.1.verb.intra ſex menſes, Io.Nicol.Gimon. in Enchir.benefic.tit.5. cap.7.num.24. Anaſtaſius Germon.de indultis Cardin. §.volumus,à num.76. & Zerola in praxi Epiſcopali. 1.p.verb.beneficium, §.2. & verb.ius patronat. §.8. 3.dub.& 2.par.verb. inſtitutio.

2 Et † idem eſt in beneficijs reſignatis ex cauſa permutationis,ad quorum collationem tempus præſtitutum non eſt Federic.de Senis, de permut.benefic. quæſt.29. P.de Vbal. ſeu Peruſ.eod.tract.2.p.quæſt. vltim.numero 31. alias à numero 52.Franc.in cap. vnico,de rerum permut.in 6.numer.10. & ibi Gambar.numero 137. Coſm.& Selua numero 2.& 3. vbi ſupra, Rebuff.dicto titulo de deuolutio.numero 6. & tit.de permutat.num.39. Corraſ.de benefic. 4.p.

cap.1.num.6. Gimon. dicto tit.5. cap.8. num.1. & Zerola dict.§.3. Azor lib.7.cap.30.quæſt.1.

9 Quamuis † Ioann. Nicol. Delphinus de iure patronat.lib.2.q.11. teneat etiam in beneficijs renuntiatis ex cauſa permutationis, habere locum text.in dict.cap.2.de conceſſ.præbend,& ſic Epiſcopum intra ſeneſtre teneri conferre beneficium in ſuis manibus reſignatum ex cauſa permutationis, quod † 4 eſt falſum, quia in collatione neceſſaria non habet locum ille text. ſed in habente liberam poteſtatem conferendi, Selua d.nu.2.& alij. Sed circa permutationem vide hodie conſtitutionem Gregorij XIII. de publicãdis reſignationibus, & quæ diximus par. 5.q.c.3. à num.273.& 282.

5 Si tamen habens † inſtituere, vel confirmare, aut conferre beneficia reſignata ex cauſa permutationis, ſit negligens,& differat,ſeu recuſet id facere,recurrendum erit ad ſuperiorem, nempe, metropolitanum,ſeu Legatum,aut Nuntium,qui tempus prefigat,infra quod id faciat,quo elapſo ipſe ſupplebit, vel compellendo, vel inſtituendo,&c. vt per Doct. citatos num.1. & 2.

6 Quamuis † Bellamera de permutat.beneficiorũ, 5.parte,q.1. & cum eo Gimon.d.tit.5.c.7.nu.24, & c.8. nu.1. teneant, poſt lapſum tempus à ſuperiore præfixum ad inſtituendum, vel conferendum beneficia reſignata ex cauſa permutationis,non deuolui ad eum poteſtatem conferendi, quia hoc iure cautum non reperitur, ſed permutantes ad ſua beneficia redire poſſe,& † 7 data negligentia habentis inſtituere ex præfixione termini illi facta à ſuperiore, & ſic ad eum facta deuolutione,non intelligitur ei præfixum tempus ſeneſtris ad hanc inſtitutionem faciendam.

8 Quamuis † contrarium teneat Lambertus d.q.2. artic.8.num.3. & 6. ex d.c,2. de conceſſion.præben. tamen, vt diximus, in collatione neceſſaria nũquam habet locum.

9 Abbas † etiam in cap. Paſtoralis, de iure patron. num.6. dat aliud remedium præſentato, ſi Epiſcopus differat eum inſtituere, ſine cauſa legitima, vt appellet à grauamine ſibi illato.Sequitur Rota dict. deciſ.4.in fin, Rochus d.num.55. Paulus de Citadinis 6.par.art.2.num.1. Ioan.Gutterez de iuramento confirmatorio, 3.par.cap.13.num.8. & Zerola d. §.8. dubio 3. *Circa quod tamen Rota in Feltrina canonicatus, 5. Decemb. 1603. coram D. Ortembergo reſoluit, q vt poſſit appellari à retardata, ſeu denegata inſtitutione & negligentia, requiritur trina interpretatio,& aliàs non deuoluitur negotium ad ſuperiorem, Ioan. Andr. in cap. dilecto, colum.2, de appell. Abb. in cap. ex parte, el 2. nu.3. vbi Dec. num.11. eod. Felin. in cap. propoſuiſti propè fin. de for. compet. Alexand. in l. hoc amplius, §. Celſus, num.13. de damno infecto, deciſio. Pedemon.12.à num 2.& quod fuit dictum in Calagurritan. ingrediendi 28. Aprilis 1580. coram Domino Seraphino, &c. Sed quòd non requiratur trina interpellatio, ſed vna tantùm ſufficiat ad conſtituendum iudicem in mora ſeu negligentia, à qua poſſit appellari, rectius tenet Roman. ſing. 424. ego dixi, & conſil. 427. Felin. in cap. ex literis de conſtit. num.8. Felin. in cap. cùm cauſam in fin. de offic. deleg. & Franch. in dict. cap. ex parte, num.6. qui ait, quòd requiratur tertia monitio, procedere ex abundanti, & de cautela, cùm de iure ſufficiat ſemel requirere iudicem, l. Titia Seio. §. vſuras, ff. deleg.2. & l. mora, ff. de vſuris, & ibi Bartol. & ad cap.1. de ſupplend. neglig. prælat. in quo comm. unus fundatur. Reſpondetur, quòd loquitur in caſu ſpeciali, vt reuera eſt, & longè diuerſus, prout etiam cap. ſi quis erga 2. quæſt.7. aubent ſtatuimus in fine, C. de Epiſc. & cleric. loquuntur in alijs caſibus ſpecialibus, vt ex ipſis patet.*

---

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De modis vacandi, & amittendi beneficia.*

## PARS VNDECIMA.

### *De Vacationis modis in communi. Cap. I.*

SVMMARIA.

*VACATIO beneficij varijs modis contingit, quos ponunt relati. num.1. & vacant aliquando de iure & de facto, aliquando de iure & non de facto, aliquando de facto & non de iure. num.2. Omnes vacationis modi verbo vacationis veniunt, præſertim, vbi eadem eſſet ratio, num.3. & verbum, vacatio, ſimpliciter prolatum, comprehendit omnem modum vacationis, etiam in materia pœnali. num.4. Et ita quando in ſupplicatione fit mentio de vacatione ſimpliciter, comprehenditur omnis modus vacandi. num.5. & idem in expectatiua. num.6. in gratia tamen de beneficio vacante requiritur de ſtylo, quod exprimatur modus vacandi, & ex qua perſona, niſi quando impetratur certo modo. num.7.*

*Vno expreſſo vacationis modo, alij non veniunt, num.8. cuius quinque limitationes ponunt Felin. & Selua num.9.*

*Prima eſt, quod capitulum, ſuſceptum, non procedat, vbi communis opinio eſt, quod vacet beneficium uno modo, nam quamuis re uera uacet alio modo, tamen illa communis opinio excuſat impetrantẽ, quando eſt unicus impetrãs. nu.10.*

Qua

*Quæ limitatio intelligitur, quando exprimitur vacatio ex persona eius, qui communiter reputabatur verus beneficiatus aliàs secus. num. 11.*

*Si prædecessor triennio pacifice possedit, & communiter reputabatur beneficiatus, & in possessione cessit, seu decessit, non tenetur amplius successor iustificare illius titulum, & præferetur cuilibet alij impetranti ex persona alterius, ex allegatione Lapi, quam palatium seruat, & reducit ad triennium, numero 12. & qui sint videndi de ea. numero 13.*

*Probatur vacatio beneficij ex persona alicuius probata possessione, & obitu eius, nisi detur titulus alterius nu. 14.*

*Secunda limitatio, nisi aliud appareat de intentione impetrãtis, vt dicitur in d. c. susceptum. nu. 15. seu potius de intentione mandantis, videlicet Papæ, n. 16. & quando dicatur de ea constare, à nu. 17. & seqq.*

*Tertia limitatio est in acceptatione, nu. 20.*

*Quarta limitatio, quando exprimitur certus vacationis modus, cum clausula, vel alio quouis modo vacet, tunc enim venit omnis modus vacandi ex persona expressa, licet non ex alia, nisi addatur, aut ex alterius cuiuscunque persona, quæ clausulæ communiter apponuntur. numero 21. & 22. & tamen satis probabile, quod si diceretur, vel alio quouis modo vacet, tunc propter verbum vacet, non comprehendatur modus vacandi, etiam ex alterius persona, numero vigesimotertio, & ita potest accipi decisio Rotæ, numero 24.*

*Per d. clausulas solum venit modus vacandi de præsenti, non autem de futuro. nu. 25.*

*An per eas veniant vacationes, etiam beneficiorum reseruatorum, resolutur negatiue, si non est facta mentio reseruationes. nu. 26.*

*Facta autem mentione reseruationis per dictam clausulam venit omnis reseruatio. num. 27. præterquam per vacationem apud sedem, seu in Curia, nam hæc requirit specialem mentionem, num. 28. Et ad quandam decisionem Rotæ in una Spoletana, quam Mando. allegat in contrarium, respondetur quod ibi aderat etiam clauſ. verumque, & vltimus vacationis modus. etiamsi ex illo quouis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, habeatur pro expresso. num. 29.*

*Quod dictum est, quod facta mentione reseruationis per dict. clauſ. siue alio quouis modo veniat omnis reseruatio, procedit maxime stante clauſ. ac dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reseruatum existat. num. 30. & quando illa apponatur, & quando solum dicatur, ac dispositioni Apostolicæ specialiter reseruatum existat, quo casu non venit generalis reseruatio. nu. 31. Dicta clausula, siue alio quouis modo, capit etiam vacationem per priuationem, num. 32.*

*Resignatarius, seu cessionarius virtute clausulæ, siue alio quouis modo, potest capere beneficium tunc vacans per obitum alterius, quamuis resignans, seu cedens nullum ius in eo haberet. numero 33. & præferetur alteri, qui postea impetrasset per obitum, etiam ab eodem contra Rebuf. n. 34. Si quis velit capere beneficium per d. clausulas generales, obstabit regu. de mense, si vacauit in mense reseruato, nec est alias alia ratione reseruatum, quia erat necessaria expressio mensis. n. 35.*

*Ita demum per dictas clausulas generales potest impetrans cõsequi beneficium ex alia vacatione, si vacationis modus dispositiue, seu essentiue expressus, saltim de facto iustificetur, prout fieri debet, vt possit recurri ad clausulas generales, & stant ista simul. numero 36. & ita procedunt decisiones citatæ. numero 37. Et fuit resolutum in decisionibus relatis, à nu. 38. ad 46. Et facit resolutio adducta n. 47. iuxta quod sunt accipiendæ decisiones, & Dd. citati. num. 48.*

*Vera videtur sententia Ægidij, quod quando plures modi narrandi copulatiue narrantur, omnes debent saltim de facto verificari contra alios. num. 49.*

*Non videtur vera decis. 2045. lib. 3. p. 3. diuersorum. nu. 50. nec decisio Supponegien. canonicatus relata. n. 51.*

*Infertur ad decisionem Ceneten. parochialis relatam. n. 52. quæ declaratur ibi, & num. seqq.*

*Gratia de beneficio vti vacante tali mense, non valet, si vacauit in alio, nec potest capi beneficium ex clausulis generalibus, nisi saltim de facto verificetur vacatio in mense narrato. num. 55. & sequ. vbi adducitur resolutio Rotæ. Quod procedit sine dubio, quando beneficium vacasset in mense reseruato, nec esset alias reseruatum alia ratione, propter regulam de expressione mensis. nu. 57. vbi ponitur resolutio Rotæ. Procedit etiam, quamuis mensis narratus esset reseruatus, & vacasset in mense ordinario, aut aliàs esset reseruatum beneficium nu. 58. & nu. seq. ponitur resolutio Rotæ, quamuis alias Rota teneat, non debere verificari mensem vacationis reseruatum narratum, non dato concursu prouisionem, vt in resolutionibus adductis. a n. 60 Sed verius est etiam tunc debere verificari saltim semiplene. nu. 63.*

*Non videtur vera doctrina Seluæ, tenentis, quod si Papa in conferendo beneficium, cuius collatio ad eum spectat iure deuoluto, aut alias fundat se super reseruatione, tenet prouisio, non obstante narratione reseruationis, numero sexagesimoquarto.*

*Non potest capi beneficium per obitum, ex clausula, siue alio quouis modo posita in resignatione, cum ante factam resignationem per procuratorem principalis est mortuus, & sic resignatio non potest verificari, nec de iure, nec de facto. numero 65. Quidquid sit de alio capite, ex reg. de verisimili, quæ non videtur intrare, cum non principaliter impetratur per obitum, num. 66. & sequ. vbi ponitur decisio Rotæ.*

*Vacatio narrata non est necessario verificanda, quando gratia non est ad illam restricta, sed narrat etiam aliam vacationẽ saltim in genere dicendo, aut alias certo modo, & ideo sufficit illam verificare. nu. 68. cum seq. vbi adducuntur resolutiones & decisiones Rotæ.*

*An ordinarij possint in prouisionibus vti dict. clauſ. vel aliàs quouis modo, à nu. 73. resoluitur affirmatiue contra Rebuf. & posse conferre vacationis modo non expresso, & habere modum vacationis pro expresso.*

*In Ordinario non procedit dict. c. susceptũ, sed etiam vno modo expresso continetur alius secundum Dom. quod probabilissimum videtur, à n. 77. & quidquid esset de hoc, certũ est in ordinario apponente clausulam, siue alio quouis modo non esse necessarium vllo modo verificare modum expressum, nec etiam de facto. nu. 80.*

*In executore seu commissario Papæ rectè procedit decisio d. c. susceptum. n. 81. sicut etiam in legato. nu. 82.*

*Quinta, & vltima limitatio est in materia non odiosa, in qua veniunt omnes vacationes, licet exprimatur vacatio per mortem. n. 83.*

*In literis ad beneficia, quæ ambitiosa reputantur, expresso vno modo vacationis non venit alius. n. 84. alias vero in dispositione hominis expresso vno modo vacationis non includitur alter, etiam in materia fauorabili, numer. 85. nisi fieret mentio de morte, & in casu de quo agitur, eundem effectum operaretur mors ciuilis, quem naturalis, tunc enim mors ciuilis, & naturalis æquiparantur, etiamsi materia non sit*

*fauora-*

*fauorabilis. nu. 86. In diſpoſitione iuris facta mentione de vacatione certo modo, puta, per mortem, etiamſi materia ſit odioſa, includetur alius, quando in eo eſt eadem ratio, ac in expreſſo, alias ſecus, n. 87. Ex quo reprobatur quoddam dictum Franchi. nu 88.*

*Alia ſexta limitatio ponitur, quando beneficium iamdiu vacauit, ita quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur, quod tunc falſa expreſſio reſcriptum non vitiat, nu. 89. ſed hæc limitatio reprobatur, nu 90.*

1 VAcatio † beneficij varijs multiſque modis cõtingit, quos ponunt Staph. de lit. gratiæ, tit. de varijs modis vacationis, per totum, Pauin. de offic. & poteſtat. Capituli ſede vacante, vlt. prælud. Reb. in praxi, tit. requiſita ad collationem bonam, à nu. 49. & in concord. tit. de Regia ad prælaturas nonin. §. monaſterijs, verb. vacantibus, & in repet. c. nulla, 2. de conceſ. præb. 6. præmiſſo, & Corraſ. de benef. 1. p. cap. 8.

2 Et vacant † beneficia aliquando de iure, & de facto, aliquando de iure, & non de facto, aliquando de facto, & non de iure, vt per Mand. conſ. 4. à nu. 20. & Gonçalez ad reg. menſium, gl. 15. §. 1. à nu. 2.

3 Omnes † autem vacationis modi verbo vacationis veniunt, præſertim, vbi eadem eſſet ratio, gl. in c. ſi propter, de reſcrip. verb. vacabunt, & in c. quia ſæpe, de præb. in 6. verb. vacat, & in cap. cupientes, in princ. de elect. eod. lib. ver. vacationibus, & ibi Ioan. Monach. Archid. & Fran. nu. 2. & in cap. ſuſceptum,
4 de reſcrip. in 6. nu. 3. qui notat † quod verbum, vacatio, ſimpliciter prolatum comprehendit omnem modum vacationis, etiam in materia pœnali: ſequũtur Staph. d. tit. de varijs mod. vacat. nu. 6. Fel. in c. in noſtra, de reſcrip. cor. 37. Selua de benef. 3. p. q. 12. nu. 21. Pauin. ſup. & Corraſ. dict. cap. 8. nu... Mando. reg. 19. q. 17. nu. 2. & reg. 30. q. 7. nu. 21. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 201. nu. 100. Flam. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 11. q. 14. nu. 24. Conducit quod ait Gonçalez gl. 15. nu. 2.

5 Ita † Rebuf. in d. cap. nulla, 6. præmiſſo ait, quod quando in ſupplicatione fit mentio de vacatione ſimpliciter, comprehenditur omnis modus vacandi quod etiam ait Mandoſ. ad Lapum, allegat. 6. nu. 5. litera K.

6 Et † Mohed. deciſ. 10. de præb. alias 134. ait, quod cum expectatiua dat beneficium vacans, per vacationem ſimpliciter comprehenditur omnis modus vacandi.

7 In † gratia tamen de beneficio vacante requiritur de ſtylo quòd exprimatur modus vacandi, & ex qua perſona, niſi quando impetratur certo modo, vt per deuolutionem.

8 Sed † vno expreſſo vacationis modo, alij non veniunt, cap. ſuſceptum, de reſcrip. in 6. Rota deciſ. 53. de reſcrip. alias 743. & 17. de præb. alias 726. in antiq. & deciſ. 22. de præb. alias 338. & 1. de cler. coniug. in fi. alias 26. in nouis, Faſtol. dub. 46. Fr. nu. 3. & alij in d. c. ſuſceptum, Fel. d. cor. 37. & in c. ſuper literis, n. 3. de reſcr. Selua vbi ſupra, Rebuf. in concord. tit. de forma mandati, verſ. aliam quamcumque, & in tract. de nominat. q. 17. nu. 25. alias 62. Sarnen. in reg. de impetrand. benef. per obitum familiarium, Card. q. 7. verſ. vlt. ne aliquid, Gigas. conſ. 131. Corraſ. d. nu. 2. Petrus deciſ. 25. lib. 1. Rota deciſ. 80. lib. 3. p. 3. diuer. Mandoſ. d. reg. 30. q. 7. nu. 22. & d. reg. 19. q. 17. n. 3. qui cum Franco ſupr. id ampliat, eſto, quod in alijs ſit fortior ratio, & Menoch. d. caſu 201. nu. 103.

9 Cuius doctrinæ † quinque limitationes ponit Felin. dict. cor. 37. & Selua, qui eius dicta refert vbi ſupr.

10 Prima † eſt, quod deciſio d. c. ſuſceptum, non procedat, vbi communis opinio eſt, quod vacet beneficium vno modo, nam quamuis re vera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excuſat impetrantem, quando eſt vnicus impetrans, ex illo capite putatiuo, & non habet competitorem, qui impetrauerit etiam poſterior, ex alio vero capite, qui concurrat, & ſe opponat ante completum negotium, id eſt ante adeptam poſſeſſionem ab illo.

11 Quæ † limitatio intelligitur quando exprimitur vacatio ex perſona eius, qui communiter reputabatur verus beneficiatus, & ſic loquuntur Lap. alleg. 89. nu. 14. & 15. & Dominic. in d. c. ſuſceptum, & Socin. in repet. c. poſtulaſti, de reſer. quos Felin. & Selua citant. & ſequitur Fran. d. c. ſuſceptum, nu. 5. & 11. *& alij citati per Mand. ad Lap. ibi, lit. P. & Q.* alias enim communis opin. non excuſaret, ſi re vera beneficium non vacabat modo expreſſo, ex d. c. ſuſceptum. Et iſtam limitationem ponunt etiam Rebuff. d. verb. aliam quamcunque, ad fi. & Menoch. ſup. num. 104. Thom. Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 24. nu. 20.

12 Aduerte tamen, quod † ſi prædeceſſor triennio pacifice poſſedit, & reputabatur beneficiatus, & in poſſeſſione ceſſit, ſeu deceſſit, non tenetur amplius ſucceſſor iuſtificare illius titulum, & præfertur cuilibet alij impetranti ex perſona alterius, ex d. alleg. Lapi, quam Palatius ſeruat, & reducit ad triennium. Caſſad. dec. 2. 3. & 4. de cauſ. poſſ. Achill. deciſ. 178. Creſcen. 21. de prob. Guidob. dec. 1. & 2. in manuſcrip. Sarnen. in reg. de triennal. q. 16. & 3. Maſcard. de prob. concl. 175. & 1379.

13 Et † de d. allegat. Lapi, videndus eſt Mandoſ. ibi, qui latiſſime agit de ea, Hieron. Gabr. conſ. 190. libr. 1. Maſcar. ſupr. & Flam. Pariſ. lib. 10. de reſig. q. 4. & lib. 11. q. 6. à nu. 95. & deciſ. 779. lib. 3. p. 3. diuerſ. & 189. par. 2.

14 Aduerte etiam † probari vacationem beneficij ex perſona alicuius probata poſſeſſione & obitu eius, niſi detur titulus alterius, Puteus deciſ. 87. libr. 3. & fuit reſolutum in cauſa Gienen. præſtimonij, 19. Nouemb. 1593. coram Dom. Blancheto, & in Placentina beneficiorum, 23. Martij 1609. coram Domino Pamphilio.

15 Secunda limit. quam † ponit Felin. & cum eo Selua eſt, niſi aliud appareat de intentione impetrantis, vt dicitur in d. cap. ſuſceptum, & notat Lap. ſup. & eam ponunt Mand. d. reg. 30. q. 7. num. 22. & Menoch. ſup. nu. 105.

16 Circa † quam eſt aduertendum cum Papaz. in add. deciſ. 1. de reſcrip. in nou. num. 4. quod littera Felin. & ſequacium, eſt corrupta dum dicit de intentione impetrantis, intentio enim impetrantis nihil poteſt operari in propoſito, & text. quem allegat in d. c. ſuſceptum, non loquitur de intentione impetrantis, ſed mandantis, ſcilicet Papæ.

17 Et † de intentione conſtare dicitur (inquiunt Mand. & Menoch.) ex verisimili coniectura, ſi talis ſit impetrans, cui Pontifex conceſſiſſet, quod tamen apud ſe ait, non carere dubitatione Mandoſ. Nec
18 mihi † placet, nam ſecundum hoc d. c. ſuſceptum,

nunquam ferè haberet locum, quoniam cui Papa concedit gratiam per vnum modum vacandi, maximè, difficiliorem, ferè semper concederet per alium, si exprimeretur, cum non sit maior ratio in vno, quã in alio. Facit quod tradit Fel. in d.c. super literis, nu. 3. limit. 4.

19 Vnde † tunc dicerem, constare de intentione mãdantis, quando id ex aliquibus verbis literarum constaret, seu colligeretur, vt si scriberet, motu proprio vel adesset clausula, siue alio quouis modo, de quo infra Franchum in d.c. susceptum, n. 9.

20 Tertia † limit. quam ponit Felin. & Selua, est in acceptatione, quam etiam vltra citatos ab eis tenet Fran. in dict. c. susceptum, num. 12. Rebuff. dict. q. 17. de nominat. à dict. num. 25. & dict. verb. aliam quancunque, vers. fallit in acceptatione, & Menoc. sup. nu. 106.

21 Quarta limit. est, quando † exprimitur certus vacationis modus, cum clausula, vel alio quouis modo, qua vti commodissimum esse ait, Coras. d. nu. 2. cum Colma in pragmat. sanct. tit. de causis, §. item
22 quod monasteria, verb. aliàs quouis modo, Tunc † enim venit omnis modus vacãdi ex persona expressa, licet non ex alia, nisi addatur, Aut ex alterius cuiuscunque persona, (quæ clausula communiter apponitur. Mando s. de signa. gra. tit. de resig. vers. clausulæ, siue præmisso) ita Felin. & Selua supr. Franc. d.c. susceptum, nu. 8. & 9. Staph. de lit. grat. tit. de expectatiuis ad diuer. benef. §. quo verò ad alias, Sarnẽ. reg. de infirm. q. 34. & de public. q. 16. Hieron. Paul. in pract. Cancell. in notab. super vacantibus non reserua. verific. clausula, aut ex alterius, Rebuf. d. verb. aliam quamcunque, & d. q. 17. nu. 26. aliàs 63. Mãdo. d. reg. 19. q. 17. à nu. 4. & d. reg. 80. q. 7. num. 22. & cons. 4. num. 17. Nauar. in c. si quando de rescrip. excep. 2. num. 3. Menoc. sup. num. 107. & 122. Flam. Paris. lib. 8. de resig. benef. q. 7. num. 65. & à nu. 119. & Rom. d. dec. 1. de rescrip. in nouis. & ibi Additio. maximè Papiæ, qui refert plures Rotæ decisiones circa hoc. Marc. Anto. Genuens. in praxi c. 120. vbi latè de hac clausula.

23 Est tamen satis probabile, quod cum Cardi. tradit Felin. & Selua sup. quod si diceretur. vel alio quouis modo vacet, tunc propter verbum, vacet, comprehendatur modus vacandi, etiam ex alterius persona, & sequuntur Mohe. 2. de offic. deleg. aliàs 265. num. 2. & Flam. Paris. supra nu. 126. & Genuen. sup. declar. 6. vers. item sublimita.

24 Et † ita potest accipi decisio. 52. de concess. præben. aliàs 613. in antiq. & quod tradit Masc. concl. 181. ad fin.

25 Et † est aduertendum quod per dictas clausulas solum venit modus vacandi de præsenti, non autem de futuro, vt contra Sarnen. d. q. 34. de infirm. rectè docet & explicat Mando s. d. q. 17. num. 13. Caput. dec. 256. p. 2. Flam. Paris. sup. nu. 133. *Genuen. sup. declar. 2. & conducit dec. 36. libr. 2. & 10. libro 2. part. 3. diuersor. & fuit resolutum in Virdunen. canonicatus sexto Martij, 1595. supra adducta 5. parte capitulo tertio, numero 43.*

26 Et † an per dictas clausulas, veniant vacationes etiam beneficiorum reseruatorum, dicendum est, quod clausula prædicta nulla facta mentione alicuius reseruationis, non se extendit ad reseruata, Rebuff. in praxi in forma signaturę, verb. affectum, ver. imo si Papa, Mand. d. q. 17. n. 7. & 8. Simon. de reser. q. 14. Aeneas de Falc. eod. tract. 4. q. 4. effect. Quamuis contrarium teneant Sarn. d. q. 34. in pr. & Flam. Paris. sup. n. 131. & 132.

27 Facta † autem mentione reseruationis per d. clausulam venit omnis reseruatio, Mando s. ibi. Præter-
28 quam † per vacationem apud sedem, seu in Curia, nam hæc requirit specialem mentionem. Domin. & Fran. in c. 2. de præb. in 6. Simon. q. 4. nu. 15. & q. 73. nu. 1. & Gonc. gloss. 13. à nu. 35. Quamuis Mand. ibi velit venire etiam tunc vacationes apud sedem, dicens, Rotam in vna Spoletana beneficiorum, 4. Iulij 1550. coram D. Verrano resoluisse, stante clausula, quouis modo, & clausula quamcunque generalem reseruationem importante, venire etiam vacationẽ per obitum in curia Roman. de quo modo vacandi nulla fuit facta mentio.

29 Sed † respondetur, quod in illa dec. quæ est Fabij, & habetur 3. p. diuer. lib. 2. dec. 266. & lib. 3. dec. 341. vbi pro Spoletana dicitur Toletana, fuit ita decisum, quia vltra clausulam, quouis modo, & claus. quamcunque generalem reseruationem importante aderat etiam claus. Verusque, & vltimus vacationis modus, etiamsi ex illo quæuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultet, habeatur pro expresso, seu in toto, vel in parte exprimi possit. Et sic erat perinde ac si obitus in Curia fuisset expressus, & in literis potuisset exprimi. Aeneas dict. effectu 36. Vnde illa decisio potius est pro nostra sẽtentia. Pro qua etiam est decisio Calagurritana de Arcaya, 28. Iunij, 1591. supra adducta 5. parte cap. 1. num. 527.

30 Et id † quod diximus, quod facta mentione reser nationis per d. clausulam, siue alio quouis modo veniat omnis reseruatio, &c. procedit maximè stante claus. Ac dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alia
31 generaliter reseruatum existat, quæ † in literis Apostolicis apponitur, quando fuit facta mentio dispositiue, id est, assertiue, pure, & determinate alicuius reseruationis, & non exprimitur detentor, seu intrusus, aliàs solum dicitur, Ac dispositioni Apostolicæ specialiter existat, iuxta reg. Cancell. 55. de clausulis in beneficijs vacan. ponen. vbi glossator regu. 62. & Hieron. Paul. in pract. Cancell. in notab. super vacantibus non reseruatis, vers. quando non præponitur reseruatio. Et si tunc non venit generalis reser nation & quæ sit illa, & quæ specialis videndum est, sup. 5. p. cap. 1. à num. 56. *& nouissime tradit Genuen. d. cap. 120. ampliat. 6. allegans etiam decisionem Virdunen. canonicatus 15. Martij. & 13. Maij 1596. coram D. Pamphilio infr. adducta c. 3. nu. 332. vbi de priuatione ob homicidium.*

32 Vnde dicta † clausula siue alio quouis modo, capit etiam vacationẽ per priuationem Mohed. dec. 2. de sequestr. poss. aliàs 333. Flam. Paris. sup. nu. 146. & fuit resolutum in vna Burgen. canonicatus 27. Iunij, 1586. coram Domino Gipsio, in qua fuit tentum, prouisionem Aloisij sustineri vi dict. claus. generalis, quamuis constaret simoniam realem inter Antonium & Georgium commissam fuisse, vt per Flam. ibi.

33 Vnde † etiam resignatarius, seu cessionarius virtute claus. seu alio quouis modo potest capere beneficium tunc vacans per obitum alterius, quamuis resignans, seu cedens nullũ ius in eo haberet, Puteus

dec.

dec. 25. lib. 3. Mohed. dec. 5. de præbend. aliàs 107. Rota dec. 266. libro 3. & 305. & 341. libro 3. par. dicue, Mando. de signatu, titul. de resignatio. versic. nō addita autem illa, & Flamin. Paris. supra nu. 64. & à nu. 120. Genuen. supra ampliatione 3. allegans etiā dictam decisionem Virdunen. canonicatus. Et fuit resolutum in vna Placen. canonicatus, 27. Febr. 1559 coram Do. Chisanen.

34 Et præfertur † alteri, qui postea impetrasset per obitum etiam ab eodem, quidquid dicat Rebuff. d. verb. aliam quācunque, ver. nam hoc intelligerem, nec Lap. quem citat loquitur in his terminis.

35 Aduerte † tamen primo, quod si quis velit capere beneficium p dictas clausulas generales, siue alio quouis modo, &c. obstabit reg. dict. mente, si vacauit in mense reseruato. Neque est aliàs alia ratione reseruatum, quia erat necessaria expresso mensis, ex dict. reg. vt diximus supra 5. part. capitulo 1. à num. 654.

36 Secundo † aduerte, quod ita demum per clausulas generales, siue alio quouis modo, potest impetrans consequi beneficium ex alia vacatione, si vacationis modus dispositiue, seu assertiue expressus saltim de facto iustificetur, prout fieri debet, vt possit recurri ad clausulas generales, & stant ista simul, quod beneficium vacet alio modo, quàm narrato, & tamen vacatio narrata possit iustificari saltim de facto, quia ille ex cuius persona vacatio narratur, habebat possessionem, seu aliquod ius in illo beneficio Add. Rotæ dec. 1. de rescrip. in nou. à nu. 8. & facit d. deci. 305. & 475. nu. 2. lib. 3. p. 3. diuer. & dec. Putei. 400. lib. 3. & 266. n. 5. lib. 3. Flam. Paris. lib. 10. de resig. qu. 3. n. 11. & 12.

37 Et † sic procedit d. decisio 266. libro 2. & 341. li. 3. part. 3. diuers. quæ sunt eiusdem causæ cum dict. decis. 305.

38 Et † ita fuit resolutum in causa Salamantina Archidiaconatus de Alba, de anno 1582. in qua fuit consideratum, clausulis generalibus non fuisse locū, quia narratiua resignationis neque de iure, neque de facto iustificabatur.

39 Et † in vna Calagurit. thesaurariæ 11. Ianuarij, 1578. coram Dom. Cæsare de Grassis, in qua fuit dictum, quod viderentur bene literæ an modus vacandi per contractum matrimonij sit datus dispositiue, quia si id esset, non posset impetrans ex clausula, siue præmisso, aliàs vacationes capere, quam per contractum matrimonij, vt in decisio. eiusdem Gras. 125. nu. 6. 7. & 8.

40 Idem † fuit resolutum in causa Mediol. præposituræ, 17. April. 1589. coram Domino Plato, in qua fuit dictum, impetrantem teneri concludenter verificare vacationem narratam ob non publicationem nec posse se iuuare ex eo quod aliàs vacet per promotionem; quia nihilominus tenetur probare vacationem narratam. *& 28 Iun. & 10. Decemb. eiusdem anni coram eodem, vt in dec. 752. nouis. Farin.*

41 Et in † vna Bononien. canonicatus, 1. Decembr. 1589. & 19. Mart. 1590. coram D. Pamphil. in qua fuit dictum idem fuisse tentum in d. causa Salamantina Archidiaconatus de Alba, 22. Maij, 1582. corā D. Decano, & in pluribus alijs causis. Idem fuit tentum in Spoletana beneficiorum de anno 1595. supr. adducta 5. p. c. 1. n. 92. & in † Oxomen. capellaniæ, 13. Ian. 1595. coram D. Lita fuit dictum, vacationem narratam debere verificari saltim de facto, vt intret clausula generalis vacationis alterius, &cet. In qua coram eodem 25. Iunij eiusdem anni fuit

43 resolutum, A impetrantem, cui facta † fuerat gratia per obitum Hieronymi cum clausula, siue præmisso, siue alio quouis modo, &c. non teneri probare obitum Hieronymi in possessione, dūmodo probetur, eum aliquando obtinuisse beneficium de facto, vel de iure, quia eum non nitatur subrogatione gratiosa contenta in sua prouisione, sed intendat iustificare gratiam suam ad effectum consequendi possessionem beneficij, sufficit, vt iustificet, Hieronymum aliquando habuisse ius in dicto beneficio, & quod illud de tempore collationis vacabat.

44 Quæ † tamen decisio erit intelligenda dummodo illud ius, quod Hieronymus aliquando haberat in beneficio, siue bonum, siue malum, staret adhuc tempore obitus ipsius, & non cessasset iam per cessionem, siue rem iudicatam contra eum latam, aliàs enim non stante tunc tali iure, nec possessione, non verificaretur vllo modo vacatio narrata ex eius persona, neque de iure, neque de facto, vt requiritur.

45 Et † in vna Mediol. beneficij, 11. Decemb. 1595. & 5. Iunij, 1596. fuit resolutum, quod ad effectum iustificationis narratiuæ, satis est, quod probata sit vacatio ex resignatione narrata saltim de facto, vt intrent postea clausulæ generales, atque ita vacatio per assecutionem, aut aliàs, &c.

46 Idem † fuit resolutum in Virdunen. canonicatus 15. Martij, & 13. Maij, 1596. coram D. Pamphilio, vt in decisione infra adducta c. 3. n. 332. & in illa Taruisina paroch. 11. Ianua. 1602. coram D. Ludouico supra adducta 6. p. c. 2. n. 239. vbi dicitur quod cum probetur vacatio narrata de facto saltim, intrat clausula, vel alio quouis modo, vel fuit dictum in Placentina capellaniæ, 27. Iunij, 1597. coram Dom. Penna, *& in causa Meten. Monasterij 17. Mart. 1600. coram Domino Lita, vbi fuit resolutum, Barbaram non obstantibus illis verbis in dispositiua suæ gratiæ appositis, siue vt præmittitur seu alio quouis modo vacet, & illis, de quibus in narratiua, aliàs certo modo Abbatissæ regimine desistutum existat, non posse aliam vacationem capere nisi iustificata saltem de facto vacatione illa per eam dispositiuè narrata, & expressa, & quod decisiones in contrarium allegatæ procedunt, quando duo modi fuerint alternatiuè expressi, vt in Bononien. canonicatus 19. Febr. 1590. coram D. Pamphilio, tunc enim sufficit alterum verificari, &c. Idem in Tuasonen. canonicatus 24. Maij 1612. coram Pamphil. & in Pampilon. de Ianzi 28. Iun. 1612. coram D. Seraphino, & in Romana clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602. nouis. Farin. 616. &, 21. Maij 1603. coram Pamphilio, & nouissimè tradit Genuen. alias etiam decisionem allegans d. c. 120. declar. 1. & 7.* Conducit decis. Farin. 134. nu. 4. & est videnda illa decis.

47 Et prædictis facit † decisio in causa Cremonen. parochialis 18. Decemb. 1556. & 15. Ian. & 8. & 16. Mart. 1557. coram D. Quiroga, in qua fuit resolutū, quod impetrans beneficium per obitum cum narratiua, quod defunctus erat familiaris Cardinalis, tenetur pro canonicatione gratiæ verificare familiaritatem, quia Papa facilius concedit, vbi narratur familiaritas, quia scit consensum etiam Cardinalis requiri, ideo Papa libere concedit, quia scit ad se plene non pertinere. Et per notata per Aegid. decis. 76.

Rotam

Rotam de præb.10.in nouis,Gem.conſ.15, Nec obſtat, quod in eadem gratia ſit derogatum indulto Cardinalis Epiſcopi dioceſ. vbi eſt beneficium in clauſulis generalibus,quia illæ habent contradictionem tacitam in euentum,in quem haberet indultū, ideo non ita expreſſe oſtendunt mentem Papæ. Vnde ſequitur,quod ſi Cardinalis ille non habebat indultum,Papa nil ei derogauit, & tunc remanet obiectio,ſcilicet Papam fuiſſe inductum ad facilius concedendum ob expreſſam familiaritatem alterius Cardinalis. Et clauſula,ſiue alio quouis modo, non tollit qualitatem familiaritatis expreſſam, Rota deciſ.1.de ſequeſtratione poſſeſ.& 1.de reſcript. in nouis.Gem.d.conſ.15.

48 Et iuxta prædicta eſt †accipienda Rota dec.17. de præbend.in antiquis, & Fel. in c. in noſtra de reſcrip.col.6.& deciſ.Caputaq.256.par.2.& quod dicit Ripa in cap.2.de reſcrip.nu.60.& Ioann.Guttierez canon.quæſt.lib.2.cap.15.nu.60.& deciſ.Legionen.pr.litimoniorum ad fi.ſupra adducta 5.par.c.1. num.136.

49 Ex quibus †infertur primo veram videri ſententiam Aegidij dec.734.ſeu 735.in fi.verſ.& ideo cum forſan, quod quando plures modi vacandi copulatiue narrantur,omnes debent ſaltim de facto verificari contra deciſionem 14. de reſcrip. in nouis, & d. deciſionem Aegidij nu.5.& 6.quam ſequuntur Fel. in c.2.de reſcrip.nu.23.& in c.licet cauſam de prob. nu.40.Rebuff.in concord.tit.de collat.§.præfatique ordinarij, verb.collationem,Maſcard.de probation. concl.181.& 886.ex nu.13.& 1128.nu.26. & Ioan. Guttierez ſupr.num.58. contra quos facit deciſio Fabij Acoramboni,& deciſ.674.nu.6.par.1.diuerſorum,de quibus ſupra 6.par.cap.2. num.192.& ſequenti.

50 Secundo †infertur, non videri veram dec.1045. lib.3.par.3.diuerſorum.

51 Tertio †infertur, non videri etiam veram deciſionem Rotæ in vna Hipporigien. canonicatus 22. Octob.1584.coram D.Orano,in qua domini confirmarunt literas gratiæ Petri non eſſe ſubreptitias cum enim haberent clauſulam, quouis alio modo, capiunt quemlibet modum vacationis, adeo, quod ſi non ſit verificetur ex correſpectiuitate admiſſionis, & promiſſionis in continenti coram eiſdem notario & teſtibus modus vacationis expreſſus,nihilominus intrat vacatio, in quo vicarius Hipporigien. per reſignationem de canonicatu & præbenda,contra formam conſtitutionis Pij V. conſanguineo reſignantis prouidit,ex Rota dec.1.de reſcript.in nouis, & 32.de conceſſion.præb.in antiquis,quæ reſolutio conuincitur ex dictis.*quamuis eam ſequatur Genuen. d. c.120.ampliat.1.*

52 Quarto †infertur, ad deciſionem Rotæ in cauſa Ceneten.parochialis,11.Iunij 1557. coram D. Iunio,in qua fuit reſolutum. Impetrantem beneficiū vti reſeruatum per obitum prothonotarij,non teneri verificare reſeruationem,ſed poſſe capere ex clauſulis generalibus,quia ſi Papa conceſſit beneficium vti reſeruatum,facilius conceſſit,ſi non fuiſſet reſeruatum,quia ſi eſt reſeruatum,eſt proprium Papæ,& difficilius concedit,ſi autem non eſt reſeruatum, eſt alienum,& facilius concedit, Rota deciſ. 73. de reſcript.in antiquis. Quæ deciſio intelligenda erit, quod in illo caſu neceſſarium eſſet verificare vacationem narratam per obitum illius ſaltim de facto, 53 vt eſſet locus clauſulis generalibus.Quamuis †non eſſet neceſſarium verificare prothonotariatum, & ſic reſeruationem, niſi daretur concurſus cum prouiſione ordinarij anteriori ex ratione, de qua ibi.

54 Qui †tamen hodie videtur neceſſario verificandus,etiam non dato concurſu cum prouiſione anteriori ordinarij, quia hodie non ſolum Papa non cōcedit facilius beneficia ſpectantia ad collationem ordinariorum,quinimo regulariter non vult illa prouidere, ne illis præiudicet. Aegidius deciſ. 654. ſeu 655.verſ.tamen contrarium puto, & Achilles deciſ. 264.ſtatim referenda.

55 Quinto †infertur, quod gratia de beneficio vti vacante tali menſe non valet,ſi vacauit in alio,ex d. c.ſuſceptum,& ibi Franc,nu.7.addit.3.d.deciſ.1.de reſcrip.*in nouis.Genuen.d. cap.* 120.*ſub declar.* 6. Nec poteſt capi beneficium ex clauſulis generalibus ſiue alio quouis modo, &c. niſi ſaltim de facto verificetur vacatio in menſe narrato ex dictis, & eſt optima deciſio Achillis de Graſſis 264.ſeu 1.de præben.Vbi 56 †in vna Palentina coram D. Reomano, de anno 1548. fuit tentum, Quod prouiſio beneficij per Nuntium Apoſtolicum facta de beneficio,tanquam vacante de menſe Pontificis, non capit beneficium, quod vacaſſet alio menſe ordinarij, etiamſi adeſſet clauſula,quouis modo, Tum, quia illa clauſula reſtringitur, ne cōtradicat expreſſis, & nō capit vacationem per aliam perſonam, &c. item quia tempus eſt adiectum cauſa taxationis, vt per Oldrad. conſ. 330.conſideratum etiam fuit, quod facilius Pontifex,& Nuntius prouident de beneficijs in ſuis menſibus,quam quod velint grauare ordinarios collatores. Et deciſio Virdun. canonicatus, 19.Iunij 1595. coram D.Pamphilio ſupra adducta 5.par.c.3.n.44. & poſt hæc tradit Gonçalez regulam de menſibus, §.4.proœm.nu.80.vbi allegat aliam deciſionem nouiſſimam,& glo.32.nu.9.& 59.

57 Quod procedit †ſine dubio, quando beneficium vacaſſet in menſe reſeruato, nec eſſet alias reſeruatum alia ratione, propter regulam de expreſſione menſis, vt in vna Toletana canonicatus de Talauera, 24. Februar. 1552. coram domino Caputaq. in qua fuit reſolutum, Quod impetranti per obitum in menſe ordinarij, non ſufficit verificare obitum præceſſiſſe impetrationem, ſed debet verificare menſem narratum,quia ſi non vacaſſet in menſe ordinarij,tenebatur facere mentionem de menſe, propter regulam reſeruatoriam, quia ſi Papa intellexiſſet vacationem in menſe reſeruato,difficilius conceſſiſſet, quam ſi intellexiſſet vacationem in menſe ordinario,& licet de iure non teneatur exprimere menſem vacationis,tamen quia expreſſit,tenetur verificare, ſicut dicitur de valore, Rota deciſ.524. in antiquis, Fel.in c. in noſtra de reſcrip. idem dicitur de ætate, quando eſt expreſſa,tenetur impetrans illam verificare,vt per Coram deciſ. 61. in Miſcellaneis manuſcriptis,quidquid dicat Gonçalez gl.32.nu.61.

58 Procedit †etiam ex dictis, quamuis menſis narratus eſſet reſeruatus,& vacaſſet in menſe *ordinario, aut alio reſeruato*, aut alias eſſet reſeruatum beneficium,vt in dict.deciſion. Achillis 264. & dicta Virdunenſ. canonicatus,*& vide ſupra 5.part. cap. 1. numer. 656.*

59 Et in †vna Sutrina parochialis 8.Iunij 1588.corā D.Plato

59 D. Ilato fuit reſolutum, Quod obitus licèt probetur perteſtes dicentes vidiſſe ſepeliri, tamen non probatur obitus in menſe Ianuar. per teſtes dicentes vidiſſe ſepelire 2. Ianuarij, cum ex aliqua cauſa potuerit funus differri per duos dies, & ideo magis fuit data fides eſtibus qui in iſto caſu depoſuerunt vidiſſe mortuum, die S. Syluestri 2. hora noctis, & licèt velit capere beneficium vigore clauſulæ generalis, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c. nec ſit neceſſaria expreſſio menſis, quando reſeruatio aliundè ſumitur, quam ratione menſis, tamen quia fuit expreſſus obitus in menſe Ianuar. debet iuſtificari ille menſis, vt fuit reſolutum in vna Toletana canonicatus coram Cantuccio.

60 Quamuis † in vna Corduben. beneficij 21. April. 1559. coram D. Quiroga fuit reſolutum, Quod prouiſus à Papa de beneficio per obitum N. in menſe Auguſti, cum clauſula, ſiue alio quouis modo, etiãſi reſeruatum, &c. non tenetur verificare vacationem per obitum in menſe Auguſt. cum non datur concurſus cum prouiſione ordinarij, vel alia prouiſione alicuius qui ſe opponeret, ſed agitur contra intruſum, & ſi Papa dedit beneficium tanquam reſeruatum, multo magis dediſſet, ſi ſciuiſſet non reſeruatum, Rota deciſ. 73. de reſcrip. in antiquis, præſertim quia aderant clauſulę generales, ſiue alio quouis modo, &c. ex quibus poteſt capi hoc beneficiũ, & ſæpius fuit firmatum, Caſſad. deciſ. 5. de præben. Simoneta de reſeruatio. quæſt. 61. Felinus in cap. in noſtra 6. cor. de reſcrip. & quæ adducebantur ex adverſo, quod procedunt, quando datur concurſus ordinarij, tunc enim quia reſeruatio affertur ad eum excludendum, ideo plenè eſt probanda, Sarnen. de impetran. beneficia per obitum familiaris, Cardin. quæſt. 13. Aegid. deciſ. 342. & 612. Caſſadorus deciſ. 2. de conſtitut. Puteus deciſ. 10. de præben. & fuit reſolutum in vna Cremonen. præpoſituræ coram D. Oradino, Simoneta de reſeruatio. quæſt. 29. & illud fuit dictum procedere, etiam ſi in prouiſione Papæ adeſſet clauſula, dummodo hac vice collatio ad nos pertineat, quia ſatis dicitur pertinere, ſi non apparet de contrario, licèt aliqui tenerent contrarium in hoc per deciſionem 5. Caſſador. de præbend. & Gemin. conſil. 92. Hæc in d. Corduben.

61 Quod † etiam videtur tenuiſſe Rota in Burgen. præſtimonij de Pancoruo 28. Nouemb. 1588. ſupra adducta, 6. par. c. 4. nu. 12. & Clarius in Placentina canonicatus, 1. Mart. 1599. coram D. Orano, in

62 qua † fuit reſolutum, Gratiam Baecæ eſſe iuſtificatam, quo ad vacationem narratam de menſe Febru. vti de reſeruato per teſtes de publica voce & fama, quod ſufficit, quando de ſimplici probatione vacationis agitur, Puteus deciſ. 266. lib. 3. licèt. n. aliud ſit receptum, quando prouiſio in reſeruatione fundatur, vt hic, cum eo caſu plena probatio obitus requiratur, ex quo agitur de præiudicio ordinarij, vel alterius prætendentis collationem beneficij ad ſe ſpectare, vt fuit reſolutum in Elnen. Sacriſtiæ coram Lancellotto, & Pampilonen. beneficij de Allo coram Lauretano, hoc tamen intelligẽdum venit dato concurſu alterius, ita quod impetrans pro victoria egeat probatione reſeruationis, nam aliàs non dato concurſu ſufficit ſola iuſtificatio ad ſuſtinendam prouiſionem Apoſtolicam, vel tanquam ad ſe ſpectantem, vel per viam præuentionis, vt fuit dictum coram Quirogain Corduben. benef. de Caſtro del Rio, 21. Aprilis 1559. & in Burgen. de Pancoruo coram Gipſio 28. Nouemb. 1588. &c.

63 Sed † nihilominus ex ſupradictis veriùs videtur, etiam non dato concurſu prouiſionum debere verificari menſem vacationis reſeruatum narratum, quamuis non dato concurſu alterius, qui exhibeat prouiſionem ordinarij, vel alterius prætendentis ad ſe ſpectare, ſufficiat illum ſemiplenè probare, cum non agatur de præiudicio alterius, iuxta aliàs deducta. 6. p. cap. 4. & poſt hæc tradit Gonçalez gloſſ. 11. ex nu. 100. & 104. & dictum eſt 6. par. cap. 2. n. 229. vbi vide.

64 Sexto † infertur, non videri veram doctrinam Seluæ de benef. 3. p. q. 41. tenentis, quod ſi Papa in cõferendo beneficium, cuius collatio ad eum ſpectabat iure deuoluto, aut aliàs, fundat ſe ſuper reſeruatione generali, vel particulari tenet prouiſio, non obſtante narratione reſeruationis.

65 Septimo † infertur, in terminis quæſtionis quam ponit Sarnen. in reg. de verisimili quæſt. 3. non poſſe capi beneficium per obitum ex clauſula, ſiue alio quouis modo, &c. poſita in reſignatione. Nam cum ante factam reſignationem per procuratorem principalis ſit mortuus, reſignatio non poteſt verificari, nec de iure, nec de facto, cum mortuus non poſſit verè dici reſignare vllo modo, Flamin. Pariſ. de reſignatione lib. 4. quæſt. 2. numer. 72. & 73. & conducunt quæ ipſe tradit libro 9. quæſt. 24. & deciſio in cauſa Burgen. decimarum de Eſcalante, 30. Ianu. 1589. coram Domino Bubalo, vbi quod mortuus non poteſt dici verè ſupplicaſſe: & ſic non poteſt recurri ad dictam clauſulam generalem, & intrat deciſio Rotæ in illa Salamantina, Archidiaconatus de Alua ſup. relata, n. 38.

66 Quicquid † ſit de alio capite, ex regula de verisimili, de quo ibi agit Sarnen. & Mandoſ. ibidem reg. 30. quæſt. 2. tenens contra Sarnen., contra quem etiam tenet cum alijs Corraſ. 2. part. c. 3. nu. 9. & eorum ſententia mihi verior videtur, quod attinet ad d. regulam.

67 Pro † qua eſt deci. Chiſanen. 168. in manuſcript. vbi habetur, Quod gratia, ſi neutri, ſi obtineatur, etiamſi per obitum, non ſubijcitur regulæ de verisimili, etiamſi capiat per obitum, quia non principaliter impetratur per obitum, & regula loquitur in impetratione principali, ita deciſum in Conchen. de la Molilla coram Dom. Thoma 1546. licèt cum Sarnen. teneat Nauarr. in cap. ſi quando de reſcrip. except. 2. nu. 3.

68 At † vacatio narrata non eſt neceſſario verificanda, quando gratia non eſt ad illam reſtricta, ſed narrat, etiam aliam vacationem, ſaltim in genere dicendo, Aut alias certo modo. Et ideo ſufficit illam verificare, nam in alternatiuis ſufficit vnum verificare, reg. in alternatiuis lib. 6. c. inter cæteras. de reſcrip. Maſcard. concluſ. 1128. nu. 31. ita fuit reſolutum in vna Lunen. Sarcanen. prioratus, 9. Februar. 1590. coram Domino Seraphino, & in cauſa Bononien. canonicatus, 19. Februarij 1590. coram D. Pamphi-

69 lio, in qua † fuit deciſum, Quod vacatio narrata nõ eſt neceſſario verificanda, quando gratia non eſt reſtricta ad illam, ſed narrat etiam aliam vacationem ſaltim in genere, & ideo ſufficit illam verificare, cum adeſſet clauſula, ſeu alio certo modo, nam in alter-

natiuis

natiuis ſufficit vnum verificare, reg. *in alternatiuis* li.6. vt fuit reſolutum in dict. Lunen. Sarcanen. prioratus. Nec obſtat, quod clauſula, ſeu alias certo modo, non ſit in literis, quia ſtante expedito perinde, & etiam valere, nihil refert, & in omnem euentum poteſt recurri ad ſupplicationem tanquam matricem, quando literæ ſunt ſemel expeditæ, &c.

70 A qua deciſione † quamuis receſſerunt domini, coram eodem 19. Martij 1590. ex eo, quod clauſula, ſeu alias certo modo, non ſint *in* literis, &c. tamen idem poſtea fuit deciſum coram eodem 24. Maij 1591. nam tenuerunt domini, Quod vacatio ex conſtitutione Pij V. de non conferendis beneficijs reſignatis conſanguineis reſignantium verificatur ex confeſſione aduerſarij, qui in ſua gratia confeſſus eſt vacaſſe per reſignationem ſui patrui, &c. nec eſt neceſſarium in caſu de quo agitur, verificare alium modum vacandi ob non factam publicationem, vt fuit in hac eadem cauſa reſolutum coram eodem, &c. *& fuit confirmatum in illa Meten. monaſterij ſupra relata nu. 46. & idem fuit tentum in Placentina capellania 23. Maij 1598. coram D. Penna, & in Tiraſon. canonicatus 24. Maij 1602. coram Pamphilio. & nouiſſimè tradit Genuen. d. c. 120. ſub declar. 1.*

71 Idem fuit reſolutum † in vna Calagurritana beneficij de Ariola 16. Nouem. 1592. coram D. Gipſio vt in deciſione ſequenti. Dubitaui an gratia Petri Ruiz eſſet iuſtificata, & eſſe iuſtificatam domini cõcluſerunt, quoniam ſiue beneficium vacet per obitũ Io. ſiue Dominici, ſatis verificãtur narrata. maximè ſtante clauſula aut alias certo modo, quo fit vt ſufficiat Petro ex pluribus modis narratis verum verificare per regulam in alternatiuis in 6. Et fuit reſolutum in vna Bononien. canonicatus de anno 1599. coram D. Pamphilio, & ſat eſt, quod gratia de facto verificetur. Rota decil. 8. de elect. in antiq. Aegid. de ciſ. 116. in fi. eoque magis hoc dicendũ videtur, cum in ſupplicatione legatur clauſula, ſiue præmiſſis, ſiue alio quouis modo, Dd. in c. ſuſceptum de reſcrip. in 6. obitum Ioannis de menſe Octobr. 1588. probant teſtes, primus ſuper quarto, & tertius ſuper octauo, & coadiuuantur ex fide notarij. Non obſtat, quod in ſupplicatione fuerit expreſſus 1589. quia huiuſmodi error fuit in literis correctus, & corrigi potuit propter clauſulam, quod præmiſſorum verior expreſſio in literis fieri poſſit, quamuis ad alias habilitates Petri, & quod ſit filius patrimonialis prædicti loci, bene probant dicti teſtes, qui dicunt ipſum eſſe filium patrimonialem, & habilem, & intelligi debet de habilitate, iuxta formam per conſtitutiones requiſitam, maximè quia in hac materia leuiores probationes admittuntur. Nec refragatur, quod teſtes videantur nulliter examinati ex defectu iuriſdictionis, ex eo quod literis non expeditis cauſa commiſſa fuerit, quod fieri non poterat propter regulam Cãcellariæ 29. de qua per Caputaquen. dec. 37. & 38. par. 3. quoniam cum lis ageretur inter D. Ruiz, & D. Garciam, qui literas expediuerat, & Petrus obtinuit poſtea commiſſionem cum clauſula, quam, & quas, vigore cuius fuit ad cauſam admiſſus, non poteſt dubitari de iuriſdictione, quia dict. reg. non habet locum in commiſſione non dependenti, vt per Anton. Auguſt. ſuper d. reg. nu. 10. quæ obijciuntur de regula de annali, & triennali, erunt particulariter diſcutienda.

72 Et in dicta † Calagurritana Theſaurariæ 13. Ianuarij 1578. fuit reſolutum, quod narrata vacatione, ſiue per reſignationem, ſiue per matrimonium, poteſt capi vacatio per reſignationem, & eius caſus intrare, vt in dicta deciſione Cæſaris de Graſſis. 125. numero 10.

73 Sed dubitatur, an ordinarij poſſint † in prouiſionibus vti dicta clauſula, vel alias quouis modo, In quo Rebuffus in praxi, titul. requiſita in literis collationum, numer. 16. tenet Epiſcopum non poſſe in literis collationum apponere clauſulam, quouis modo vacet, quia non poteſt in omnibus vacandi modis prouidere, & ſi apponat dictam clauſulam, nihilominus beneficium nõ deberi, niſi per modum expreſſum, ſequitur P. Gregor. de benefic. capitul. 25. nume. 11. dicens ordinarium non poſſe vti clauſula, vel alias quouis modo, quæ ſolum poteſt adijci à S. Pontifice.

74 Et num. 15. † ait ibi Rebuf. ordinarios non poſſe habere modum vacandi pro expreſſo, quia hoc ad Papam ſolum pertinet, & ſequitur Flam. Pariſ. libro 8. quæſt. 9. numero 50. idem docet Rebuff. conſ. 35. vbi ait, opus eſſe exprimere, ex cuius perſona vacauerit, vt ſciatur, an collatio ad ordinarium ſpectet, necne,

75 Verius tamen eſt Epiſcopos, † & alios collatores poſſe in ſuis prouiſionibus vti dicta clauſula, quouis modo, vt omnis modus, ex quo poſſint conferre, contineatur, cum non inueniatur prohibitũ, vt tenent Francus in dict. cap. ſuſceptum, num. 10. & in cap. 2. num. 4. de electio in 6. Coſmas in pragmat. ſanct. tit. de cauſis, verb. aliàs quouis modo, Puteus deciſ. 181. lib. 3. Papaz in additione dictæ deciſ. 1. de reſcrip. in nouis, numero 14. & bene Hieronym. Gabr. conſil. 188. lib. 1. quod tenet iam idem Rebuffus in nouioribus editionibus, in additione d. numero 16. & in patronis idem tradit Lapus allegat. 78. numero 14. aliàs 9. & in add. 3. deciſ. 10. de iure patron. in antiquis. & in electoribus, idem Lapus allegat 6. Rebuf. in concordatis, tit. de forma mandati, verb. innodatus, *& quod praedicta clauſula operetur etiam in gratia ordinarij nomine tradit Genuenſ. allegans aliquas deciſiones Rotæ modernas dict.*

76 *capitulo* 120. *ampliat.* 5. Et † præterea verius eſt poſſe conferre vacationis modo non expreſſo & habere modum vacationis pro expreſſo, Franc. & Hieronym. Gabriel, vbi proximè, & Rebuff. d. verb. innodatus, & conſ. 73.

77 Quinimo Dominicus † conſil. 52. & 119. col. fin. notat in Ordinario non procedere dict. capit. ſuſceptum, ſed etiam vno modo expreſſo contineri alium, Staphileus de liter. gratiæ, titul. de varijs modis vacationis, §. reſignationis modus, numero vigeſimo ſecundo, ait aliter pro nunc non diſcutere, & Hieron. Gabr. ſup. num. 1. ait, ſe nunc non affirmare,

78 Et † contrarium tenet Francus in dict. capit. ſuſceptum, num. 10. & Rota loquendo in electione in d. deciſ. Putei 181. numero 1. libro tertio, & videtur tenere Lapus dict. allegat. 6. numero 5. & ibi Mandoſ. litera *I.*

79 At mihi probabiliſſimum videtur, † quod notat Dominicus ibi, & ſequitur Ferretus conſil. 304. nam in Ordinario, in quo non datur ſurreptio, Clem. 2. de offic. ordinarij, & dictum eſt ſupra 8. p. cap. 3.

cap.3.num.3.modus vacationis expreſſus non videtur cauſa taxationis ſicut nec in Papa, quando prouidet motu proprio, vt cum Franc.ibi, num.9. diximus ſupra nu.19.

80 Et quicquid eſſet † de hoc, certum tamen exiſtimo in ordinario apponente clauſulam, ſiue alio quouis modo, non eſſe neceſſarium vllo modo verificare modum expreſſum, nec etiam de facto.

81 In executore † tamen, ſeu commiſſario Papæ, rectè procedet deciſio d.cap.ſuſceptum, Puteus deciſ. 25.lib.1. Rota deciſ.830.lib.3.par.3.diuerſorum. Si-
82 cut † etiam in legato, in quo cadit ſurreptio dict. Clem.2.& cap.fi.de offic.legati in 6.ad dictam dec. Achillis 264.& *Virdunen. canonicatus 13. Maij 1596. infra adductam c.3.nu.332.*

83 Quinta, & vltima † limitatio, ſeu fallentia, quam adducit Felin. & cum eo Selua, eſt in materia non odioſa, quia veniunt in ea omnes vacationes, licet exprimatur vacatio per mortem, ex glo. in Clem. ne Romani de elect.verb.moriente, Domin.in d.c. ſuſceptum, in fi. Abbas, q.1.ad fi.cum alijs, & tenent Boerius deciſ.2.nu.4. Corraſ.d.c.8.nu.2, verſ.in alijs tamen, & hanc limitationem ponit etiam Menoch. ſupra nu.108.

84 Ego autem † omnia comprehendens ſic reſoluendum puto, quod in literis ad beneficia, quæ ambitioſæ reputantur, expreſſo vno modo vacationis non venit alius dict.cap. ſuſceptum, & ibi gloſſ. A-
85 lias † vero in diſpoſitione hominis, ſi verbum vacatio profertur ab hoc homine, tunc etiamſi materia non ſit ambitioſa, ſeu odioſa ſed fauorabilis, expreſſo vno modo vacationis, non includitur alter, vt eſt textus iuncta gloſſa.verb.cedentium in c. quamuis 2.de præben.in 6. & in c.fi.de verb.ſignificat.eodem lib.Franc.in dict cap.ſuſceptum num.6. & 17. & in cap.ſi propter eod.tit.de reſcript.ſub nu.7. Gigas d.conſ.131.à nu.4.

86 Quod † tamen ego limito, vt non procedat vbi fieret mentio de morte, & in caſu, de quo agitur eundem effectum operaretur mors ciuilis quem naturalis, tunc enim mors ciuilis & naturalis æquiparantur, etiam ſi materia non ſit fauorabilis, ex l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff. de liber. & poſthum. & ibi Dd. Fel.in cap.quia licet, de offic.delegati, nu.2. Rodericus Suar. allegatione 20. Gigas d.numer.4. Mandoſ.reg.30.quæſt.7.numero 16.& conſ.9.à nu-
87 mero 6.cum alijs. In diſpoſitione † iuris ſi ſit mentio de vacatione certo modo, puta per mortem, etiamſi materia ſit odioſa, includetur alius modus, quando in eo eſt eadem ratio, ac in expreſſo, alias ſecus: gloſſ.in cap.penult.verb.ſed capitulum, de ſupplen.negligent.prælator.lib.6.& gloſſ.2.in cap. vni. ne ſede vacante, & in cap.ſi cui, verb.moriatur, de præben.& in cap.fin.verb.deceſſum, de conceſſ.præbend.eodem lib.& in d.Clem.ne Romani, verb.moriente, & in Clem.1.verb.mori, vt lite pendent. (quæ gloſſæ ſunt communiter approbatæ.) Ita Franc. d. num.17.

88 *Ex* quo non videtur verum, † quod idem Franc. ibid.nu.4.in fi.dicit cum Ioan.Andr. & Domin. de ſtatuto facto, & iurato, quod mortuo plebano non eligatur aliquis, qui non ſit in Sacerdotio conſtitutus, quod ſi non vacat per mortem, ſed alio modo, & eligunt non presbyterum, non erunt periuri, ex dictis enim conuinci videtur,

89 Aliam ſextam †, limitationem ponit Menoch. ſupra numero 109. ex Rebuff.in praxi, tertia par.ſignaturæ, verb.alia clauſula, num.4. quem id ſentire ait, ſcilicet quod quando beneficium iam diu vacauit, ita quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur, tunc falſa expreſſio reſcriptum non vitiat.

90 Sed † hæc limitatio vera non videtur, nam tunc non debebat impetrans certum modum exprimere determinate, & ſi expreſſit, ſibi imputet, ſi poſtea falſus apparet. Nec Rebuffus contradicit.

## *De vacatione per obitum. Cap. II.*

### SVMMARIA.

*PEr mortem beneficiati vacat beneficium, nam mors omnia ſoluit, num.1.*

*Fallit vbi beneficium ſuppreſſum eſſet ab habente poteſtatem, vel vnitum, nu.2.*

*Secundo fallit vbi beneficium eſſet de menſa prælati, dignitatis, ſeu Cap. quod non vacat per mortem clericorum illi ſeruientium, quibus illius fructus quandoque conceduntur, & huiuſmodi beneficijs, etiam curatis poteſt ſeruiri per vicarium temporalem, & ad nutum amouibilem, &c.nu.3.*

*Hodie in huiuſmodi beneficijs curatis vnitis menſæ, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia, ordinarius poteſt facere deſeruiri per vicarium perpetuum, ex decreto Concilij, vbi derogatur priuilegio ponendi vicarium temporalem, ſeu amouibilem, &c.habet etiam locum in vnitis menſæ, &c. nu. 4. quinto & ſexto, & derogatur etiam immemoriali deſeruiendi per vicarios temporales, ſeu amouibiles, numero ſeptimo.*

*Non poteſt ordinarius libere, & ſine cauſa id facere, quia eius arbitrio videtur relictum nempe arbitrio boni viri, & ſic ratione regulato, numero 8. & ſeq. vbi ponuntur declarationes S.Congreg. nec niſi citatis & auditis partibus, nu. 10. Nec appellatione remota, niſi in viſitatione, & tunc tollitur quoad effectum ſuſpenſiuum tantum, nu. 11. Nec poteſt fieri niſi in viſitatione, quando beneficia ſunt vnita monaſterijs, &c.num.12. In quibus hodie ex conſtitutione Pij V. debet deputari vnus ex ipſis regularibus ad nutum amouibilibus, &c.num.13. In parochialibus tamen, quæ non ſunt vnita monaſterijs, ſed eorum membra, nec decretum Concilij, nec conſtitutio Pij Quinti locum habent, numero 14.*

*In executionem d. decreti debet prius erigi vicaria perpetua, numero 15. Et ſi non conſtat de erectione, non eſt attendendus vltimus ſtatus, quod ſit collata, vt perpetua, &c. numero 16.*

*Tertio illud fallit, vbi canonicatuum, & prebendarum non eſt certus numerus, vbi vacatio etiam per mortem dari nequit, num.17.*

1 PEr mortem † beneficiati vacare beneficium euidens eſt, c.ſuſceptum, de reſcrip. in 6. cum alijs. nam mors omnia ſoluit, auth.de nuptijs, §.de inceps, de quo aſſumpto tractatum edidit Sebaſt. Medices, qui dicitur mors omnia ſoluit; & tradit poſt hæc Gonçalez ad reg.menſium, gl.13.à nu.3.

2 Id tamen fallit, vbi beneficium † ſuppreſſum eſſet ab habente poteſtatem, c. cum acceſſiſſent de conſtit. vbi Doctores, vel vnitum acceſſorie, vt infra vlt. par. c.2. ex nu.12. Gonçalez ibi, nu.7.

Secundo

3 Secundò fallit, vbi beneficium † esset de mensa prælati, dignitatis, seu Capituli, nempè quod est vnitum eorum mensæ, seu quoad spiritualia, & temporalia. Nam huiusmodi beneficia non vacant per mortem clericorum illis seruientium, quibus illorum fructus quandoque conceduntur, quia illi non sunt proprij rectores, seu beneficiati, sed veluti vsufructuarij, & sic eis mortuis ad instar vsusfructus mensæ consolidantur. Et huiusmodi beneficijs, etiam curatis potest seruiri per vicarium temporalem, & ad nutum amouibilem, quamuis vbi vnita sunt quoad temporalia, debeat curatis deseruiri per vicarium perpetuum, cap. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. Ita gloss. in Clem. 1. de rescript. verb. haberent. & in Clem. 1. §. eadem verb. de mensa, de supplend. negligent. prælator. & in Clem. 1. §. quidam etiam, verb. ad mensam, de excessibus prælat. per textum ibi, & Dd. ibid. Rota dec. 2. de excessibus prælator. aliàs 273. in nouis. Felin. in cap. cum accessissent, numero 2. de constitutio. Corras. de benef. 1. par. c. 8. numero 4. Hoieda de incompatibil. beneficiorum, 1. par. cap. 15. numero 4. & octauo, & nouissime Flores de Mena, qui aliàs plures refert. qu. 10. numero 13.

4 Hodie tamen † in huiusmodi beneficijs curatis vnitis mensæ, seu quoad spiritualia, & temporalia, ordinarius potest facere deseruiri per vicarium perpetuum, ex decreto Concilij Trident. sess. 7. de refor. c. 7. vbi datur facultas ordinarijs deputandi vicarios perpetuos in beneficijs curatis vnitis, nisi aliter expedire videbitur, non obstantibus appellatione, priuilegijs, & exemptionibus, &c.

5 Et sic † derogatur priuilegio ponendi vicarium temporalem, seu ad nutum amouibilem, & literis vnionis contrarijs, Nauar. cons. 11. de statu monac. aliàs 9. de præben. nu. 7. Flores d. quæst. 10. num. 38. nisi sint concessa post Concilium, etiam siue eius derogatione, ex dictis 4. p. c. 5. à nu. 130. licèt difficulter Flores, num. 50.

6 Et habet etiam † locum in beneficijs vnitis mensæ, seu quoad spiritualia, & temporalia, ex mente & verbis Concilij, quod generaliter loquitur de beneficijs vnitis. Flores nu. 39. & est declaratio S. Congr. infra adducta, nu. 9.

7 Et ex mente eiusdem Concilij derogatur etiam immemoriali deseruiendi per vicarios temporales, seu amouibiles, vt censuit S. Congregatio super d. decreto, his verbis: Per hoc decretum tollitur consuetudo immemorialis, vt in illis beneficijs vnitis deseruiatur per capellanos amouibiles, si aliter Episcopo videbitur: Quamuis contrarium teneat Flores num. 44. facit quod in simili dicitur supra 3. par. c. 2. num. 197.

8 Sed † non potest Ordinarius liberè, & sine causa id facere, quia eius arbitrio, & iudicio videtur relictum, vt colligitur ex illis verbis, solicitè prouidere procurent, & ex illis, nisi aliter expedire videbitur, quæ denotant arbitrium boni viri, & sic ratione regulatum, & in hac mutatione inspiciendam esse expedientiam & vtilitatem Ecclesiarum, vt in termi-
9 nis Nauarr. supra, & Flores num. 47. Et † ita tenet S. Congregatio, vt in declaratione supra adducta, numero septimo, & in declarationibus sequentibus, Congregatio censuit relinqui arbitrio Episcopi ponendi perpetuum vicarium in parochialibus vnitis Archidiaconatui, seu alijs dignitatibus, sex canonicatibus secundum facultatem, & prout colligitur ex hoc decreto. nec constitutio Pij V. obstat, quod & de vnitis ante Concilium intelligatur. Alia de parochialibus unitis Capitulis cathedralium, seu collegiatarum Ecclesiarum, sic censendum est, si cura animarum incumbit certæ personæ per illã exercenda est, si immineat toti Cap. vt per singulos per vices exerceatur, ipsi cogendi sunt ad illam exercẽdam, vt per notata, cap. statutum, de elect. in 6. si spectat ad illorum mensam, ita vt institutio illarum personarum, quæ illam curam exercent, à nullo superiore facienda esset, canonici non possunt compelli, vt nec per se ipsos, nec per vicarios perpetuos illam exerceant, glo. in Clem. 1. de excessib. prælator. verb. mensam, & ibi Card. Imola, Anchar. in c. extirpandæ. §. quarto, de præbend. idem dicendum si per Sedem Apostolicam eis esset indultum, vt per temporarios cura exerceatur; sed in istis duobus casib. postremis, ex Congregatione cogi possunt ad constituen. vicarios perpetuos, iuxta tamen decretum Congregationis supra non præcise. Vt in declarationibus super d. decreto habetur.

10 Et non † potest Episcopus procedere ad executionem d. decreti, & positionem vicarij perpetui, nisi citatis, & auditis partibus, Flores nu. 80.

11 Nec † potest procedere appellatione remota, sed videtur esse locus appellationi, etiam suspensiue, Nauar. supra, nisi id faciat in visitatione. nam quatenus d. decretum tollit appellationem, loquitur de ordinario visitante, Flores num. 75. & tunc tollitur quoad effectum suspensiuum tantum, vt in sequenti declaratione Sacræ Congregationis super d. decreto, Hæc appellatio deuoluit, sed non suspendit. Et circa alia decreta Concilij, vbi tollitur appellatio, censuit aliàs ead. Sacra Congregatio, vt supr. 4. par. cap. 5. numero 10.

12 Nec † videtur id posse fieri, nisi in visitatione, quando beneficia sunt vnita monasterijs, & locis regularibus, & exemptis; contra quæ non videtur dari iurisdictio à Concilio, nisi in visitatione, vt videtur velle quædam declaratio S. Congregationis super d. decreto, quæ sic ait, ni fallor, Hoc decretum videtur habere locum in actu visitationis, non cum causæ cognitione, & via ordinaria procedendo, sed si essent monasteria, & loca regularia. Et facit alia declaratio, quo sic ait, Si Ecclesiæ curatæ sint vnitę monasterijs, possunt ordinarij locorum eas uisitare, & ponere in eis uicarios perpetuos, siue temporaneos, iuxta dispositionem huius decreti, prout eis expedire uidebitur.

13 Sed hodie ex † constitutione 46. Pij V. de uicarijs perpetuis in parochialibus unitis monasterijs regularium mendicantium, ad nominationem superiorum debet ab Episcopo deputari unus ex ipsis præuio examine approbatus ad nutum superiorum amouibilis, & idem in regularibus monachis, dummodo cum monacho sic deputato habitent saltim quatuor alij monachi, licèt ex decreto Gregor. XIII. sufficiat, quod unus tantum habitet, ut in sequenti declaratione S. Congregationis, S. Dom. N. Gregor. XIII. non habet pro reuocata Bullam Pij Quinti de uicarijs perpetuis in parochialibus unitis monasterijs regularium, ubi Episcopus ad nominationem monachorum deputat unũ ex ipsis

prævio examine approbatum ad nutum ipſorum amouibilem,& cum vicario ſic deputato debet habitare vnus dumtaxat alius monachus, ne plures extra clauſuram maneant.

14 In parochialibus † tamen, quæ non ſunt vnitæ monaſterijs ſed eorum membra, aut quoquo modo dependentes ſunt,nec d.decretum Concilij, nec cõſtitutio Pij Quinti locum habent, vt S. Congregatio declarauit.

15 Et vbi Ordinarius † voluerit in executionem d. decreti Concilij vicarios temporales in perpetuos mutare, debet prius erigi vicaria perpetua, nam ea eſt beneficium, vt ſupradictum eſt 9. par.cap.3.numero 286. quod antea non erat, quia vicaria temporalis non eſt beneficium, vt ſupradictum eſt, 1. par. cap.ſecundo numer. 93.cum Rota in Salaman. vicariæ 15. Martij 1596. ibi adducta, num.94. quæ eſt videnda, & ſic modo debet de nouo erigi. Et ita

16 ait quædam declaratio S. Congregat. vicarij perpetui non poſſunt inſtitui, abſque erectione tituli vicariæ. Et facit d.conſtitutio Pij V. ibi; In quorum parochialibus Eccleſijs vnitis cõtinget vicarias prædictas erigi. Et ſi † non conſtat de erectione,quæ eſt quid facti, & non præſumitur,non eſt attendendus vltimus ſtatus, nempe quod ſit collata, vt vicaria perpetua, niſi probetur ſpatio 40. annorum, vt in ita decis.Salamãtina.Imo ſtante Bulla vnionis cum facultate ponendi vicarium amouibilem, & decreto irritand. videtur requiri immemorialis, vt ſupra 7. par. cap. 10. numero 36. licèt aliàs ad inſpiciendum, an ſit vicaria perpetua, vel temporalis, ſit attendendus vltimus ſtatus,Gonçalez gloſſ.5. §.3. nu. 18.dicens ita reſolutum in vna Pampilonen. decimarum 1.April.1591.

17 Tertio fallit, † vbi canonicatuum, & præbendarum, non eſt certus numerus,ibi enim canonicatus, aut præbendæ vacatio, etiam per mortem dari nequit, nam illud ius naſcitur cum electo, & deſinit cum defuncto, cap. dilecto. de præbend. & cap. ex parte, de conceſſ. præbend. & ibi Dd. Gonçalez gl. 9. §.tertio.

## *De renuntiatione. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*VAcat renunciatione beneficium, per quam amittitur omne ius in beneficio competens,proprietas,titulus, & poſſeſſio nu.1.de qua materia reſignationis beneficiorũ videndus copioſus tractatus Flam.Pariſ.nu.2.*

*Id verum eſt, etiam ſi ex cauſa permutationis facta ſit renuntiatio, quæ eſt vera reſignatio, licet ad effectum reſervationis, ſuppreſſionis, & vnionis habeantur pro non vacantibus,præſertim, quando non ſunt de primo vacaturo,à num.3.& ſeq.*

*Qualitas requiſita in beneficijs aliàs vacantibus, requiritur etiam in vacantibus ex cauſa permutationis, nu. 6. Et ſic beneficia,quæ debentur filijs patrimonialibus, non poſſunt permutari ad fauorem aliorum,num.7.*

*Priuilegium de fructibus primi anni beneficiorum vacantium comprehendit etiam vacantia cauſa permutationis nu. 8. Et reprobatur conſilium 2.Mandoſ. nu.9.& ſeq.*

*Doctrina Maſcardi, quod licet beneficia reſignata ex cauſa permutationis vacent, tamen de æquitate quadam, non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferri poſſint, & vt comprehendantur in iuribus, & priuilegijs loquentibus de beneficijs vacantibus, & in expectatiuis intelligitur de iuribus, & priuilegijs, per quæ permutatio poſſet impediri conferendo beneficia alteri. nu. 11.*

*An ſi beneficium eſt patronatus,requiratur in reſignatione ad eius validitatem patroni conſenſus, à num. 12. & ſeqq. Reſoluitur negatiue contra Abb. & alios, quorum ſententia procedit in reſignatione facta coram Papa in fauorem alicuius, ſine conſenſu patroni laici, & abſque derogatione iurispatronatus, quæ patrono reclamante intra tempus datum ad præſentandum eſt irrita.nu.16.& num.ſeqq.adducitur reſolutio Rotæ.*

*Permutatio facta abſque conſenſu patroni non eſt nulla ipſo iure, ſed venit annullanda patrono intra tempus datum ad præſentandum contradicente, niſi facta ſit in magnam Eccleſiæ vtilitatem,nu. 19. Vbi ponitur deciſio Rotæ,quamuis eſſe nullam teneant Bellamera, & alij, nu.20.& alia dicta Cabedi reprobantur,num. 21. Et idem erit in permutatione facta ſine conſenſu electorum vel inferiorum collatorum,nu.22.*

*Quando permutatio fieret coram ordinario, illis quorum intereſt,ſcilicet patronis, collatoribus, ſiu electoribus inuitis, & contradicentibus, eſſet nulla, ita quod abſque alia caſſatione poterit prouiſio fieri, niſi fiat propter neceſſitatem,vel vtilitatem ipſarum Eccleſiarum num. 23. Sed ſi fieret per Papam, aut niſi eſſent patroni laici per legatum, abſolutè valeret,num.24.*

*Reprobatur Staphileus dicens in permutatione, quæ fit inter beneficiatos de authoritate Epiſcopi, non requiri conſenſum patroni,nu.25.*

*Refertur dictum Rebuffi hodie ſum communem obtinuiſſe, quod poſt requiſitionem patroni maxime etiam eo non conſentiente, permutatio approbatur ab Epiſcopo, & valet, num. 26. Quod videtur approbare S. Congregatio in declaratione poſita, num. vigeſimoſeptimo; Sed accipienda erit quando permutatio fieret in magnam Eccleſiæ vtilitatem.num.28.*

*Reſciſſa permutatione ob contradictionem patroni,abſque cuius conſenſu fuit facta, poſſunt permutantes, etiam inuito patrono redire ad ſua beneficia mediante noua collatione, quando non fuerunt in culpa.num. vigeſimonono. Alias ſi eſſent in culpa, redire non poſſunt,num.30.& ſeq. Et numero ſequenti adducitur reſolutio Rotæ,nec excuſat in propoſito ignorantia iuris, cum requiratur ignorantia probabilis num 32. Quod contra teneat Bellamera,cuius ſententia ſolum procedit in ignorantia iuris dubij, num. 33. Et ſic quando eſſent in culpa. patronus poſſet præſentare, & collator conferre talia beneficia tanquam vacantia per reſignationem,num. 34. Et idem videtur in reſignatione in fauorem coram Papa facta ſcienter, ſine conſenſu patroni laici,num. 35.*

*Quoties reſignans in fauorem.ſeu conditionaliter & ſcienter, nulliter reſignat, per talem reſignationem ius abdicatur ab illo,numero 36. Ex quo procedit,quod tradit Zauallo citatus, num.37.*

*Si quis reſignauit beneficium in fauorem alterius in forma digna, qui non fuit repertus idoneus,non poteſt redire ad beneficium, ſed remanebit vacans libere per reſignationẽ, quia ſcire, vel ſcire debuit illum non eſſe idoneum,niſi probaret diligentiam adhibitam,aut iuſtam ignorãtiam,&c. & ſi reſignauit reſeruata ſibi penſione, non valebit etiam reſeruatio, num. 38.*

*Si quis reſignat beneficium in fauorem alterius reſeruata ſibi valida certa penſione, non alias, & reſeruatio fuit nulla ob expreſſionẽ maioris valoris beneficij factã ab ipſo reſignante*

*quanto scienter, & sit culpa sua non potuisse redire ad suum beneficium, sed ius ab eo abdicatur, ute tenebitur successor in beneficio ad solutionem pensionis, quamuis resignatarius, qui consensit, non possit excusari ab eius solutione, nisi fuerit in errore iusto, num. 39.*

*Expressio valoris maioris vero beneficij resignati facta à resignante, & resignatario, vt Papa signet supplicationem cum maiori pensione pro resignante, non efficit eos simoniacos, vel confidentiarios, licet peccent mortaliter, & quoties non fuerit expressus verus valor aliorum beneficiorum obtentorum per resignatarium, super quibus imposita est pensio pro resignante, num. 40.*

*Ponitur resolutio Rotæ, quæ conducit ad præcta, num. 41. Iuxta quam est accipienda alia citata. nu. 42. Et quod resignans cum reseruatione pensionis, si pensio non est valida, possit agere spolio, fuit alias resolutum, quod intelligitur iuxta dicta, nisi culpa ipsius resignantis pensio non sit valida, num. 43.*

1 VAcat item † renuntiatione beneficium, toto titulo de renuntiatione, per quam amittitur omne ius in beneficio competens, proprietas, titulus, & possessio, Cassad. decis. 4. de restituit. spoliator. Ferret. consil. 6. num. 9. & cons. 207. numero 17. Hieronym. Gabr. consil. 192. lib. 1. Rota decis. 197. nu. 1. par. 1. diuers. Cechus de benef. & pensio. capit. 13. nu. 8. & latè Flamin. Paris. de resignatione benef.
2 lib. 1. q. 5. à num. 15. qui † de hac materia resignationis beneficiorum edidit copiosum tractatum duobus tomis contentum, ad quem in materia ista recurrendum est, de qua etiam multa Azor instit. moralium 2. par. lib. 7. à cap. 19. ad 28.

3 Idq; verum est, † etiamsi ex causa permutationis facta sit renunciatio, cap. 1. de rerum permutat. in 9. & Clem. 1. eodem, Rota decis. 7. de rerum permutat. alias 399. & 16. cod. tit. alias 863. in antiquis. & decis. 10. alias 398. de renuntiat. etiam in antiquis, & decis. 1. de rerum permut. alias 23. num. 4. in nouis. Domin. in cap. vnico de rerum permutatio. in 6. nu. 11. & ibi Francus, num. 4. & Probus ad Monach. ex nu. 10. & Gambarus num. 53. & 54. Bellam. de permut. beneficiorum 9. par. quæst. 1. Petr. de Perusino eodem tract. 2. par. num. 21. 23. & 42. Staphil. de literis gratiæ tit. de variis modis vacationis à nu. 10. Selua de benef. 3. p. quæst. 24. Boerius decis. 2. nu. 2. Sarnen. in reg. de publican. q. 3. Corras. de benef. 1. p. cap. 8. nu. 4. Lamber. de iure patron. 1. par. 2. lib. q. 6. art. 3. & 6. nu. 2. & 16. Ioan. Nicol. Delphinas eodē tract. lib. 2. à nu. 136. Mandos. de resignatura gratiæ, tit. de permutat. versic. 2. & de noua prouisione, vers. in noua prouisione, Mascard. de probat. concl. 1401. Petr. Gregor. de ben. cap. 31. nu. 2 *Vgol. de offic. & potest. Episc. cap.* 50. §. 20. *num.* 4. & Flam. Paris. lib. 11. quæst. 5. nu. 20. Hier. Gabr. cons. 199. lib. 2.

4 Vbi dicit, † quod beneficia resignata ex causa permutationis, licet vacare dicantur, tamen ad effectum reseruationis, suppressionis, & vnionis habentur pro non vacantibus, præsertim, quando sunt de primo vacaturo.

5 Nam † renunciatio ex causa permutationis vera resignatio est, d. c. 1. de rerum permut. ibi, resignantur, & Clem. 1. eodem ibi, resignata, Rota dict. decis. 16. de rerum permutat. in antiquis, & prima eod. in nouis. Domin. dict. cap. 1. num. 2. & 11. & Probus nu. 10. Sarnen. d. quæst. 3. vers. 1. quia, Mandos. reg. 19. quæst. 12. ad fin. Ioan. Nicol. d. nu. 136. Flam. Paris. d. lib. 11. q. 5. nu. 19. & lib. 11. q. 5. num. 19. & de cōsiden. q. 25. Azor d. lib. 7. c. 29. q. 20. & c. 30. q. 19.

6 Vnde qualitas † requisita in beneficijs, alias vacantibus requiritur etiam in vacantibus ex causa permutationis, Puteus decis. 331. & 338. lib. 1. Mohed. decis. 7. de concess. præbendæ & Rota decision. 1135. lib. 3. p. 3. diuersorum Flam. Paris. de resignatione. lib. 4. quæst. 9. num. 25. & 42.

7 Et sic in vna † Iacen. rectoriæ de Anso. 19. Octob. 1598. coram D. Decano fuit resolutum, Quod beneficia, quæ debentur ex indulto Apostolico filijs patrimonialibus, non possunt permutari ad fauorem filiorum non patrimonialium.

8 Vnde etiam priuilegium de fructib. † primi anni beneficiorum vacantium, vt in terminis Capit. si propter. de rescr. in 6. comprehendit etiam beneficia vacantia in causa permutationis, gloss. ibi, verb. vacabunt, & DD. Feder. consil. 156. Ioan. Nicol. supra num. 46.

9 Vnde etiam non † videtur verum cons. 2. Mandosij.

10 Nec obstat † doctrina Mascar. dict. concl. 1401. vbi dicit quod licet beneficia resignata ex causa permutationis vacent, & tanquam vacantia indigeant collatione, tamen de æquitate quadam non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferri possint, & vt comprehendantur in iuribus, & priuilegijs loquentibus de beneficijs vacantibus, & in expectatiuis. & sequitur Flam. Paris. lib. 1. quæst. 4. à num. 24. & dicetur cap. seq. à nu. 38.

11 Quia † responderur illam intelligi de iuribus, & priuilegijs, per quę permutatio posset impediri conferendo beneficia resignata causa permutationis al-
12 teri. Sed est difficultas, an si beneficium † est patronatum, requiratur in resignatione ad eius validitatem patroni consensus. Et requiri tenet Abb. in cap. quod in dubijs. de renunt. num. 6. & in cap. significatum. de præben. Rochus de iure patro. verb. honorificum. quæst. 3. num. 8. & quæst. 51. Lambert. lib. 3. quæst. 5. art. 5. Gigas de pensio. quæst. 23. nu. 4. Duar. de benef. lib. 8. cap. 2. Corras. d. cap. 8. num. 4. & 13. Mandos. cons. 7. à num. 1. Zauallos quæst. 282. num. 13. & alij, quos refert & sequitur Flam. Paris. lib. 2. quæst. 4. à num. 4. & lib. 8. quæst. 10. à num. 2. & Prosper de Augustino in additio. ad summā bullarij quarantæ, verb. beneficiorum permutatio, vers. quos terminos intellige. Contrarium tamen nem-
13 pe † quod resignatio beneficij iuris patron. sine consensu patroni valeat, tenuit Calder. cons. 6. de renūtiat. quem secuta est Rota in vna Hispalen. de anno 1538. vt per Mohed. decis. 6. de iure patro. alias 268. idem tenet Pauinus de offic. & potestat. Capituli sede vacante, q. 2. 2. par. num. 16. & sequitur Tuschus concl. 257. num. 9. & concl. 262. nu. 1. litera R. to. 6.
14 Quæ † sententia mihi placet in resignatione simplici, in qua ipsi loquuntur, vnusquisque enim libere potest resignare suum beneficium in manibus superioris, nec potest in hoc considerari considerabile præiudicium patroni, cui manet sua præsentatio salua, & ita videtur in praxi seruari.

15 Ex quo † idem existimo quando beneficium spectat ad collationem inferioris, vt non requiratur illius consensus, & similiter nec eligentium, contra Abb. in d. cap. quod in dubijs. d. num. 6.

16 Prima verò ſententia † procedet in reſignatione facta, coram Papa in fauorem alicuius, ſine conſenſu patroni laici, & abſque legitima derogatione iuriſpatronatus (nam de iure patronatus Eccleſiaſtico non eſt neceſſaria mentio, nec derogatio in literis Apoſtolicis, vt dictum eſt ſupra 5. par. cap. 1. n. 506. & cap. 3. numero decimooctauo,) quæ patrono reclamante intra tempus datum ad præſentandum eſt irrita, Rota decis. 203. numero 5. lib. 3. p. 3. diuerſor. quia in hac reſignatione in fauorem non poteſt patronus præſentare quem vult, Mohed. deciſ. 8. de iure patro. aliàs 326. & deciſ. vlt. de renuntiat. aliàs 341. Puteus 412. lib. 1. Thanis dec. 81. & 82. in manuſcriptis. Et fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. iuriſpatronatus, de anno 1588. coram D.

17 Blancheto. In † qua fuit deciſum, Quod reſignatio facta in fauorem de beneficio iuriſpatronatus laicorum, ſine ipſorum conſenſu, & meptione eſt nulla, & ideo ius non abdicatur à reſignante, & per conſequens præſentatio facta per patronum, tunc de illo beneficio, tanquam vacante non valet, tamen ſi poſtea beneficium vacat ex perſona reſignantis, vt quia contraxit matrimonium, & patronus cõtinuat litem cum reſignatario, vt conſtituatur ille præſentatus, hæc proſecutio litis æquipollet nouæ præſentationi factæ in tempore, & ſic non poteſt dici diſpoſitionem fuiſſe deuolutam ob non factam præſentationem infra quatuor menſes, & licèt lis penderet, nihil obſtat, quominus illa tacita præſentatio valeat, ſicut etiam expreſſa, cum ſit facta de col litigante, iuxta doctrinam Rochi de iure patronatus verb. honorificum, quæſt. 23. *quæ deciſio fuit aliàs allegata & confirmata in vna Vercellen. capellania 7. Maij 1601. coram Domin. Millino, vt in deciſ. 545. nouiſ. Farinac. num. 3. & in vna Bononien. iuriſpatron de Marſilijs 19. Febr. 1608. coram D. Sacrato fuit reſolutum, &c. R. reſign. ben. iuriſpat.*

18 Nec ab hac diſtinctione † diſtat Couar. pract. cap. 36. nu. 9. verſ. 9. ab eadem, vbi ſolum conſiderat præiudicium patroni in eo, quod per reſignationem fiat collatio ſine eius conſenſu. Et Zauallos ſupra, quod etiam conſiderat præiudicium patronorum, quia aliàs raro, aut nunquam eſſet locus ſuis præſentationibus. Et Sarnen. in reg. de infirmis. q. 17. 2. & 3. caſu, Cabedo de patronatibus Regiæ Coronæ, cap. 10. qui loquitur de renuntiatione in fauorem, vt in tit. quæſtionis, & n. 7. & Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 193. & 207. & tenet Cechus de benef. & penſio. c. 13. num. 3. veriſimili modo, & Azor d. lib. 7. c. 25. q. 4.

19 Permutatio vero facta † abſque conſenſu patroni non ſolum laici (ſed etiam Eccleſiaſtici, ſi facta eſt coram Ordinario) non eſt nulla ipſo iure, ſed venit annullanda: patrono intra tempus datum ad præſentandum contradicente. (Niſi facta ſit in magnam Eccleſiæ vtilitatem, Couarr. infra, & Vgolin. ex Lambert. 1. par. 2. lib. qu. 6. art. 6. quo pacto ſunt accipiendi ſtatim referendi, nec ſufficit eſſe vtilem Eccleſijs, P. de Peruſio de permutatione benef. 3. p. num. 34.) Ita Feder. de permutat. benef. q. 30. Rota deciſ. 5. de rerum permut. in nouiſ. deciſ. Aegidij 87. & 179. Felin. in cap. cum Bertholdus, num. 15. de re iudic. & in tract. quando literæ Apoſtolicæ, ampliat. 9. additio. Ant. Fran. & Sapiæ ad Abb. in c. quæſitum de rerum permut. Probus ad Monach. in Rubrica de rerum permutat. in 6. num. 5. & in cap. vnic. nu. 11. & 13. Rochus. verb. honorificum. quæſt. 3. Rebuff. in praxi 3. p. ſignaturæ, verb. necnon iuriſpatronat. num. 40. & 41. Aym. conſil. 83. nu. 2. Corraſ. de benefic. 4. p. cap. vltim. num. 29. Ioan. Nicol. Gimop. tit. 5. c. 7. ex num. 2. & Ioan. Nicol. Delphinas de iure patron. libr. 2. numero 153. 6. fallentia, & nu. 135. Ferret. conſil. 211. numero 15. Couarr. dicens frequentiorem, & communiorem, d. cap. 36. num. 9. Dida. Perez in l. 1. tit. 6. libro 1. ordin. Emanuel Suar. in theſauro receptar. ſententiar. verb. beneficiorum permutatio, Maſcard. concluſ. 178. num. 12. & 3. Spino. de teſtam. gloſſ. 4. num. 101. & Fla. Pariſ. qui ait pluries in Rota deciſum, lib. 2. quæſt. 4. nu. 18. Thanis d. deciſ. 81. Azor d. lib. 7. cap. 29. quæſt. 6. & 32. & dicit magis communem ſententiam, Proſper de Auguſtino d. additione, *verb. beneficio permutatio. & nouiſſimè Vgoli. de offic. Epiſcopi c. 50. §. 19. nu. 4.* Et tenuit Rota in vna Getunden. permutationis 5. Iulij 1593. coram D. Lita, vt in deciſ. ſequenti.

Dubitaui an ſit locus reſciſſioni permutationis, de qua agitur, ita vt vnicuique permutantium competat ius redeundi ad prima ſua beneficia, & Domini dixerunt eſſe locum reſciſſioni permutationis, & requiri nouam collationẽ, vt permutantes conſequantur prima beneficia, quam patronus prætenſus impedire non poteſt, & moti fuerunt eo fundamento, quia cũ fuerit facta permutatio, de qua agitur, abſque conſenſu Archidiaconi prætenſi patroni, nõ eſt nulla ipſo iure, ſed venit annullanda ipſo prætenſo patrono contradicente infra tempus datum ad præſentandum, Aym. conſ. 82. num. 2. Rota deciſ. 5. de rerum permutat. in nouis de frequentiori, & communiori teſtatur Couar. præct. cap. 36. num. 9. verſ. tametſi, & ea reſciſſa non poſſunt permutantes redire ad priora beneficia ſine noua collatione, Dd. in c. vnic. de rerum permut. in 6. ea ratione, quia beneficium vacans per liberam reſignationem, ſine noua collatione recuperari non poteſt, c. ex frequentibus. de inſtit. Rota deciſio. 1. num. 5. verſ. nam beneficiũ. de rerum permutat. in nouis, & hanc opinionem tutiorem, & ſecuriorem dicit Rota eodem tit. in antiq. deciſio vltim. Io. Selua tract. de benef. p. 3. q. 24. num. 3. & Rebuff. in praxi, titul. de permutatione, num. 11. & 16. Quod autem huiuſmodi collatio fieri debeat non obſtante oppoſitione prætenſi patroni, ex eo cenſuerunt domini, quia non conſtat permutantes habuiſſe notitiam prætẽſi iuriſpatronatus ante ipſam permutationem, ad l. verius. ff. de probatio. vnde cum ipſis aliqua culpa aſcribi non poſſit, merito etiã inuitis patronis ad priora beneficia, mediante tamen noua collatione reintegrari debẽt, ad notata per Dd. in c. nemo deinceps, vbi Gemin. nu. 11. verſ. poterit etiam, Butrius num. 10. verſicul. ſin autem ignorabat, Anchar. numero 3. verſicul. ſi autem ignorabant de elect. in 6. quod tanto magis eſt dicendum, cum concludenter non iuſtificetur prætenſum iuriſpatronatus, ſatis ſuperque ſit cõfeſſiones permutantium poſt permutationem emanatas permutãtibus ipſis nocere reſpectu ipſius permutationis, ſecus quoad alia, ad l. ſi quis intentione, de iudic. Mohed. deciſ. 37. nec fama iuriſpatronatus probatur, vltra quod ſi probaretur, ex ea non induceretur ſufficiens probatio iuriſpatron. cum ſit de recenti, Caſſad. deciſ. 2. de probationibus.

Quam-

20 Quamuis contrarium, † nempè esse nullam ipso iure, teneant Bellamera in dict. decis. 87. & 179. de permutat. benef. 4. part. quæst. 1. & 3. Petr. de Perusio d. 3. par. numero 35. & 36. Gambarus d. c. vnico, ex num. 119. Paulus de Citadinis de iure patronatus 6. par. artic. 3. quæst. 52. & relati per Couar. supra, & Zaullos supra nu. 14. confundens permutationem cum resignatione.

21 Et quamuis Cabedo † de patronatibus cap. 11. n. 3. dicat, quod permutatio facta irrequisitis patronis firma est, quamuis possit postea infirmari probata legitima causa secundum communem, verius enim est secundum communem, ex parte patroni reclamantis non requiri probationem legitimæ causæ, sed solum quod contradicat cum causa, quod ita est nisi ex aduerso probetur, seu constet factam esse in magnam Ecclesiæ vtilitatem, vt colligitur ex Couarr. dict. numer. 9. quem allegat. & quod dicit idem Cabedo ibi num. 4. quod permutatio facta in Curia Romana, non facta mentione iurispatronatus laicorum, nulla est propter surreptionem, vt sentit, inquit, Collectarius in cap. cum olim, num. 5. de iure patronat. Lapus allegat. 96. Gigas de pēsio. quæst. 24. nu. 5. Couar. vbi sup. & Rebuff. supra num. 21. non est absolutè verum, nam illa non est nulla propter surreptionem, sed annullanda patrono intra tempus præsentandi contradicente, propter præiudicium illius, cui Papa non intendit præiudicare, & ita planè tenet Couarr. supra, dicens, quod permutatio beneficij iurispatronatus laicorum facta in Curia Romana Summi Pontificis authoritate, non præmissa mentione iurispatronatus laicorum, est nulla ipso iure in casibus, quibus apud Episcopum, & Ordinarium esset nulla, & deinde per sententiam erit rescindenda, quotics foret iudicis sententia restringenda, si facta fuisset apud Ordinarium inferiorem, quemadmodum inquit, iure probatur, & explicat optimè Lamber. 2. lib. 3. par. q. 9. art. 12. & Pauinus de potestate, cap. sede vacan. 2. qu. 2. par. vers. adde etiam quod non valet. & ita est accipiendus Lapus d. allegatione 96. nu. 4. quem allegat etiam Couar. ibi, dum ait, quod permutationes, quæ fiunt in curia talium Ecclesiarum nō facta mentione, quod in illis spectat præsentatio ad laicos non valet, sed sunt surreptitiæ, &c. hoc reuera est, quod vult Fel. d. tract. quando literæ Apostolicę am pl. 9. explicando Lapum ibi, licèt eum carpat Coua. ibidem, quasi velit eā absolutè valere, & facit quod dictum est supra 5. p. c. vltim. ad fin. Nec etiam verum est, quod ait Cabedo d. ca. 11. numero 5. quod in patronatibus Regijs indistinctè dicendum est, nō valere permutationem Ecclesiæ, absque Regis consensu, & illo inscio, &c. idem enim est quoad hoc in patronatibus Regijs, ac in alijs patronatibus priuatarum personarum, &c.

22 Et idem erit in permutatione † facta sine consensu electorum, vel inferiorem collatorum vt non sit nulla, sed annullanda, si volunt agere de cot. tempru infra tempus datum ad prouidendum. Feder. Gimon. & alij supra, & Franc. in dict. cap. vnic. de rerum permutat. in 6. numero 7. quamuis esse nullam teneant P. de Perusio, Gambarus, & alij relati, nu. 20. præcedenti.

23 At vero † quando permutatio fieret coram Ordinario, illis quorum interest scilicet patronis collatoribus, seu electoribus inuitis, & contradicentibus, tunc esset nulla, ita quod absque alia cassatione, vel declaratione poterit præsentatio, collatio, seu electio fieri, nisi talis permutatio fiat propter necessitatem, vel vtilitatem ipsarum Ecclesiarum, Lapus, & Francus, num. 7. in d. cap. vnico, Rota d. decis. 5. de rerum permutat. in nouis ad fin. (quæ sic debet intelligi) Acor d. q. 6. quicquid contra teneat Io. Nicol. Delphinas supra num. 134. & vtilitatem intellige magnam, ex Couar. supra, cum Lambert. & sic procedet consilium Caldet. 2. de rerum permut. & consil. Aym. 82. & 153.

24 Dixi coram Ordinario, nam si talis † permutatio fieret per Papam, cùm ipse possit eis inuitis conferre, & disponere, aut si fieret per legatum de latere (nisi essent patroni laici, quibus legatus præiudicare non potest, vt dictum est 5. par. cap. 3.) absolutè valeret d. permutatio facta illis inuitis, Frāchus vbi proxime.

25 Et ita † tenendum videtur, quamuis Staphil. de liter. gratiæ, tit. de modo & forma impetran. §. de iurispatro. permutatione, nu. 3. dicat in permutatione quæ fit inter beneficiatos de authoritate Episcopi, non requiri consensum patroni, quem sequitur Zerola in praxi Episcopali. 1. p. verb. ius patronatus. §. 6. dicens, se ita obtinuisse in facto in Curia Archiepiscopali Beneuenti.

26 Sed † Rebuff. de permutatione. num. 22. ait hodie vsum communem obtinuisse, quod post requisitionem patroni, maximè etiam eo non consentiente, permutatio approbatur ab Episcopo, & valet, &c. sequitur Lessius lib. 2. c. 34. nu. 198.

27 Quod videtur † approbare S. Congreg. Concilij, vt in declaratione sequenti super c. 9. sess. 25. de refor. ibi, In permutatione beneficij iurispatro. non requiritur consensus patroni, sed satis est illum tantum requirere, Rebuff. de permutatione.

28 Sed ista † declaratio accipienda erit quando permutatio fieret in magnam Ecclesiæ vtilitatem, iuxta dicta, & sic etiam procedet quod ait Cabedo d. cap. 11. numero primo, quod quando patroni absq; causa legitima contradicerent, tunc permutatio valida erit.

29 Rescissa autem permutatione † ob contradictionem patroni, absque cuius consensu fuit facta, possunt permutantes, etiam inuito patrono redire ad sua beneficia, mediante tamen noua collatione de quo seq. cap. à num. 5. quando non fuerunt in culpa, ex quo non constat illos habuisse notitiam iurispatronatus ante ipsam permutationem, vt fuit resolutum in illa Gerunden. permutationis supra adducta, num. 19. ex ibi citatis, quibus addo Federicum de permutat. benef. q. 8. & 9. Bellam. decis. vlt. & eod. tract. 9. p. q. 2. 3. & 5. & 11. p. qu. 1. 2. 4. & 5. P. de Perusio eod. tract. 6. par. à num. 15. alias 84. 86. & 87. Francum post alios in d. ca. vnic. de rerum permutat. in 6. nu. 11. & ibi Gambarum, nu. 62. Bonif. in Clem. 1. eod. tit. ex nu. 92. præcipuè 95. 96. & 98. Lamber. d. ar. 6. num. 52. & 74. Gimon. d. tit. 5. c. 14. nu. 1. 5. & 14. qui communiter requirunt ignorantiam probabilem.

30 Alias si essent † in culpa, redire non possent, Feder. quæst. 6. & 7. Bellam. & Petr. de Perusio supra, Domin. numero 20. & Francus 11. in d. cap. vnico, & ibi Gamb. num. 114. & 115. & Probus ad Monach.

ibi ſub numer.14. circa fin. Bonif.ex d.num.92. Coſmas in pragmat. ſanction, tit.de collatio. §.ſequitur qualitates, verbo, alio, Selua de benef.3.par.quæſt. 34. Rebuf.in praxi, tit.de permutat.nu.17. Aufrer. ad Capell. Toloſanam, deciſ.261.nu.3. Lamber. vbi proximè, Gigas de penſio,quæſtion.23.num.5. Gimon.dict.cap.14.numer.5. Roſſin.de benef.cap.36. num.19.additio.vlt.ad deciſ.1.de rerum permutat. in nouis,Caſſad.deciſ.1.num.2.eod,tit.Achill.deciſ. 493.ſeu 3.ſuper reg.de valore,num.4. *Proſper de Auguſtino & Vgolin. ſupra*,

31 Et ita † in Salamantina penſionis, 13.Iunij 1586. coram D. Bubalo fuit reſolucum, Quod quãdo permutatio,ſeu reſignatio cõditionalis culpa reſignantis non habet effectum, non poteſt redire ad ſuum beneficium, & quod ſic in permutatione conſtitutio de publican. ſolum annullat illam reſignationem, in qua non fuit reſeruata forma, non vero aliam, in qua forma ſeruata eſt, cum ſint ſeparatæ, non obſtante correſpectiuitate,&c. Flam. Pariſ.de reſignatione,lib.11.quæſt.5.nu.27.& poſthæc Gonçalez gl. 35.num.50. *& Tho. Sanch. in præcep. Decal.lib.2.cap. 28. num.34. dicens, quòd quoties culpa permutantis non tenuit permutatio,nec fortita eſt ſuum effectum,valet permutatio in ipſius præiudicium, ita vt nequeat ad beneficium proprium regredi*,

32 Nec † excuſat in propoſito ignorantia iuris, cum requiratur ignorantia probabilis, vt dictum eſt tenet in expreſſo Gambarus vbi proxime, & faciunt in ſimili deciſiones Rotæ in cauſa Toletana capellaniæ de Baraias infra adductæ, capitulo 5. à num.223.

33 Quamuis † Bellamera ſupra,etiam iuris ignorantiam excuſare dicat,quia agitur de damno vitando. Cuius ſententia ſolum procedet in ignorantia iuris dubij, & difficultatem habentis, vt in deciſ.214.nu. 5.par.1.diuerſorum,de qua infra, num.36.iuxta dicta ſupra 5.p.cap.5.nu.88.

34 Et ſic † quando eſſent in culpa, patronus poſſet præſentare, & collator conferre talia beneficia, tanquam vacantia per reſignationem,Feder.d.quæſt.6. & 7.& ibi additio Lapi, Bellam.ſupra.& Pet. de Perufio c.6.par.num.45.alias 87. Domin. Aufrer.& Roſſin. ſupra, & d.additio vlt. ad fin. & poſt alios, Franc. dict. num.11. qui tamen male ait vacare per iuris priuationem,quando permutantes ſunt in culpa, & ſcienter permutauerunt, nam etiam tunc vacant per reſignationem,Bonif.ſupra,

35 Vnde idem videtur dicendum † in reſignatione in fauorem coram Papa facta ſcienter, ſine conſenſu patroni laici, vtro contradicente reſignans non poſſit ad beneficium redire,ſed potius patronus poſſit ad illud præſentare,tanquam vacans per dict.reſignationem, d.additio vlt.ad fi. Sarnen. quæſt.17. de infirmis, 1.caſu,quem ſequitur Cabedo,cap.10. num.1.quamuis contrarium videantur tenere Mohed. Puteus, Achilles & Thanis citati ſupra nu.16. & 30.& Rota in illa Mediolanen.iuriſpatro. de qua ſupra,nu.17. & Flam. Pariſ.de reſignat.lib,1 quæſt, 3,num.96.& lib.2.quæſt.4. num.23. qui iuxta dicta accipienda erunt.

36 Nam quoties reſignans † fauorem, ſeu conditionaliter, ſcienter nulliter reſignat, per talem reſignationem ius abdicatur abillo, vt reſoluit Rota in vna Romana canon.catus 17. Nouembris 1567. coram D. Seraphino, Flam. Pariſ. dict. lib.1.q.3.nu.71.& 118.& lib.2.q.9.num.21.& lib.4.quæſt.2.num.26. & lib.9.q.21.num.8.& Rebuf.conſt.191.num.5.inquit, quod clauſula non alias, nec alio modo, non operatur, quando adeſt culpa reſignantis,& per eũ ſtat. Et in vna Claramonten.monaſterij,20.Octob. 1574.coram Sanctiſſimo Clemente VIII. quæ habetur par.1.diuerſorum. deciſ.214. num.5. fuit dictum, Quod clauſula non alias &c. non operatur in fauorem illius,qui ſciens defectũ tacuit,niſi habuerit probabile dubium, ex ignorantia iuris dubij, & difficultatem habentis.Facit.reg.l.in iure ciuili.ff.de reg.iuris,& l.iure ciuili.ff.de condit.& demõſt.& l.in executione.§.fi.ff.de verb.oblig.& Pet.Greg.de benef.cap.28.num.11. ait,quod quando reſignatio in fauorem, vel ex cauſa permutationis, non poteſt ſortiri effectum propter dolum, vel culpam reſignantium,tunc reſignatio,& ex ea vacatio firma remanent & poteſt beneficium libere prouideri, & vide dicenda infra,num.217.& cap.ſeq.nu.34.

37 Ex quo procedit, † quod tradit Zaualloſ, quæſt. 147.numero octauo de permutatione Rectoris de Batres in facti contingentia, de quo infra numero 71.

38 Ex quo etiam videtur, † quod ſi quis reſignauit beneficium in fauorem alterius in forma dignum, qui non fuit repertus idoneus, non poteſt reſignans redire ad beneficium, ſed remanebit vacans libere per reſignationem, quia culpa ſua non habuit effectum, ex quo prius tenebatur inquirere, & reinformare de idoneitate reſignatarij, & ſic ſciuit, vel ſcire debuit illum non eſſe idoneum, niſi probaret diligentiam adhibitam, aut iuſtam ignorantiam, quia communiter reputabatur idoneus, vel alias erat approbatus, &c. capitul. innotuit. de elect. vbi gloſſa verb. ignorantiam Abb.numero 9. & 21.& alij gl,in reg. præſumitur libro 6. Decius in cap.cum in cunctis. §. fi. de elect. num.2.& 14. Rochus, verb. honorificum,nu.17. Lamber.1.p.2.lib. q.10.art.4. Ant. Gabr. de regul.iuris, concluſ.5.nu. 12.& 13.& concl.6.numero 43. Rota in deciſ. Piſtorien. alternatiuæ de anno 1558. ſupra adducta 5.p. c.1.nu.739. Maſcard.concl.879.nu.7. Io,Garcia de nobilit. gloſ.4.nu.28. & 29. & Flores de Mena q.3. nu.9. & ſi is reſignauit reſeruata ſibi penſione, non valebit etiam reſeruatio illius, ex quo fuit reſeruata de aſſenſu reſignatarij, qui non ſucceſſit in beneficio,nec habuit ius in illo. Facit Rota deciſion.191. p.1.diuerſorum, num.5. quæ etiam eſt apud Farin. deciſ.9.num.7.

39 Ex quo etiam infertur ad † caſum in praxi frequentem, quod ſi quis reſignat beneficium in fauorem alterius reſeruata ſibi valide certa penſione, non alias, & reſeruatio penſionis fuit nulla ob expreſſionem maioris valoris beneficij factam ab ipſo reſignante ſcienter, & ſic culpa ſua, non poterit redire ad ſuum beneficium, ſed ius ab eo abdicatur per talem reſignationem, nec tenebitur ſucceſſor in beneficio ad ſolutionem penſionis. ex quo fuit nulliter reſeruata, quamuis reſignatarius ipſe, qui conſenſit penſioni cum dicta expreſſione valoris, non poſſit excuſari ab eius ſolutione, iuxta dicta ſupra 1.parte capitulo 5. à numero 442. niſi fuerit in errore iuſto, nam probando iuſtum errorem valoris, poſſet etiam ipſe dare de nullitate penſionis

fionis ad dicta infra, à numero 132. & dict. cap. 5. 1. p. num. 514.

40 Circa quod obiter nota † cum Flamin. Paris. de confidentia, quæst. 41. quod expressio valoris, majoris verò beneficij resignati facta à resignante, & resignatario ad effectum, vt Papa signet supplicationem cum maiori pensione pro ipso resignante, &cet. non efficit eos simoniacos, vel confidentiarios, Nauar. cons. 28. & 29. de simonia, licèt peccent mortaliter, & idem erit quoties non fuerit expressus verus valor aliorum beneficiorum obtentorum per resignatarium, super quibus imposita est pensio pro resignante, vt resignationi consentiret, vt latius per Flamin. ibi, & vide dicta infra, numero 149. & seq.

41 Conducit ad prædicta decisio † in causa Placentina portionis, 10. April. 1559. coram D. Chisanen. in qua fuit resolutum, Quod si quis resignat reseruata sibi pensione valida, & non aliàs qui per 20. annos percepit dictam pensionem, & postmodum resignatarius cessit in fauorem alterius, qui dicit de nullitate dictæ pensionis, quia tempore resignationis beneficium erat grauatum alia pensione, de qua non erat facta mentio, potest resignans agere spolio stante dicta nullitate, quia licèt vbi agitur de amittenda possessione, non requiritur authoritas Papæ, sed sufficit solus animus, Cassad. decis. 2. de renuntiat. Aegid. in cap. quod in dubijs, de renuntiat. numero 10. tamen in proposito non apparet animus amittendi possessionem, quia ab initio fuit conditionalis, tam quoad titulum, quam quoad possessionem, scilicet reseruata valide pensione, & non aliàs, gloss. in cap. olim de restitut. spoliat. Rota dec. 2. de renuntiation. in antiqu. vnde videtur hic animus eodem modo cõditionalis semper durasse; & quamuis ipse exegerit pensionem, tamen intelligitur cum eadem conditione exegisse, quia mutatio animi non præsumitur, & potuit semper quando exegit, credere pensionem validam esse, aliàs non exegisset: cum autem resignatio est cõditionalis, non impleta conditione posse agere spolio, satis notum est. Mohed. decis. 83. & 91. Puteus 145. lib. 1. & fuit sæpe resolutum, & contra spolium non datur præscripti. Cassad. dec. 5. de restitut. spoliat. Nec obstat, quod ipsemet resignans tacuerit primam pensionem, quia satis constabat fuisse per errorem, & nullam fraudem fuisse, vt rei euentus, dum litigatum est, docuit, vnde sibi non præiudicat, nisi probetur vera scientia.

42 Et iuxta hanc † decisionem erit accipienda resolutio in vna Tarraconen. de qua Mandos. regu. 33. Cancel. q. 6. nu. 9.

43 Et quod resignans beneficium cum † reseruatione pensionis, si pensio non est valida, possit agere spolio fuit etiam resolutum coram eod. Chisanen. in causa Bisignaten. Archidiaconatus 7. Maij 1559. vt per Cotam decis. 401. & coram Dom. Orano in causa Illerden. canonicatus 27. Nouem. 1595. quod est intelligendum iuxta dicta, nisi culpa ipsius resignantis pensio non sit valida, &c. & vide dicta, d. c. 5. 1. part. à num. 534.

## *Qui possint renuntiare beneficio. §. I.*

### SVMMARIA.

*REgulariter cuique liberum est proprio renuntiare beneficio, numero 44. Hodie tamen in Curia non admittuntur absolutè resignationes parochialium, & aliorum beneficiorum residentiæ, nam dataria vult, quod exprimatur per quantum tempus beneficium possedit resignans, seu à quo tempore illud obtinet, & si tempus est breue, resignatio reijcitur, numero 45. & idem est in permutationibus huiusmodi beneficiorum cum alijs non residentiæ, numero 46. Qui stylo incepit à tempore Gregor. XIV. & hodie regulariter requiritur, quod possederit per quinque annos, vel circa &c. nu. 47.*

*Quantum tempus importet dictio, vel circa, quando narratur, quod resignans possedit beneficium per quinque aut sex annos, vel circa, & quando dicitur esse in tali ætate, &cet. à numero 48. resoluitur importare ad summum sex menses, seu per illam tolli sex menses. Alias si diceretur sine dictione, vel circa, deberet illud tempus integrè verificari, nu. 49.*

*An sit differentia inter expressionem, quod possedit beneficium per tantum tempus, vel quod illud obtinet à tanto tempore, à numero 51. Resoluitur expressionem, quod possedit per tantum tempus, importare, quod illud possedit, saltim de facto, & sic cum titulo, vel sine, expressionem vero quod a tanto tempore obtinet importare, quod a tanto tempore in illo habet ius in re, vel illud de facto possidet, nam is dicitur obtinere, qui habet ius in re, vel qui possidet de facto.*

*Hodie sacris ordinatus præsertim ad titulum illius, non potest libere renuntiare beneficio, nam non potest illud resignare, nisi alibi unde habeat, vnde commode viuere possit, numero 56.*

*Licet de iure communi infirmus posset beneficio renuntiare, tamen hodie non valet renuntiatio infirmi infra 20. dies decedentis ex reg. Cancellariæ de infirmis, num. 57. & qui scribunt super ea nu. 58.*

*An minor possit beneficio renuntiare, remissiue, numero 59. Et an minori in beneficialibus competat restitutio, etiam remissiue, nu. 60. & num. 61. ponitur resolutio Rotæ in ista quæstione.*

*An accusatus de crimine, ex quo veniret priuandus beneficio, possit illud renuntiare, n. 62. resoluitur posse, nu. 63.*

*Ampliatur primo, vt procedat etiam in renuntiatione in fauorem alterius, num. 64. contra aliquos citatos, nu. 65. Cautela tamen Ferratij in proposito, quam Feli. & alij sequuntur, non est tuta, maxime attenta constitutione Pij V. de confidentijs, num. 66.*

*Secundo ampliatur, vt talis accusatus pendente lite possit permutare. num. 67. Quamuis contrarium teneant aliqui relati. 68. Sed prima sententia est verior, nisi fortè obstet ei infamia orta ex accusatione, apud bonos, & graues viros, ne possit ad aliud beneficium promoueri, & sic permutare, &c. nu. 69. Aut nisi ob delictum esset de iure inhabilis ad beneficia obtinenda, nu. 70. Et num. seq. ponitur casus præsticatus Rectoris de Batres.*

*Tertio ampliatur, vt procedat etiam si quis prius impetrasset beneficium in euentum priuationis, adhuc enim poterit accusatus valide renuntiare, nec impedietur renuntiatio, & eius effectus, ex dicta impetratione, nec post renuntiationem poterit procedi ad priuationem, numero 72. Hoc tamen fallit secundum Gambarum, & Villad. quando*

quis impetraſſet per priuationem, & quouis alio modo vacaret, quia tunc comprehenderetur, etiam vacatio per renuntiationem, niſi fieret in Curia, num. 73. ſed probatur, num. 74.

Contra hanc ampliationem obijcitur doctrina gloſſæ verbo, finita, in cap. 2. vt lite pendente in 6. in fin. & deciſiones relatæ, à num. 75. Ex quibus videtur, quod cum agitur contra aliquem, vt à beneficio amoueatur, & ſibi adiudicetur, tanquam debitum, beneficium ſit litigioſum, & cet. Reſpondetur ea procedere, quando agitur de priuatione incurſa ipſo iure, & remotione à poſſeſſione, quo caſu non eſt materia priuationis, ſed magis cauſa beneficialis, & declaratoria iuris, & pœnæ incurſæ, & quando principaliter agitur ad canonizationem gratiæ, & incidenter deducitur delictum, cauſa eſt beneficialis, numero 80. & 81. at vbi agitur de priuatione per ſententiam infligenda, vt hic, beneficium non fieri litigioſum, nec eſſe cauſam beneficialem, niſi ſuperueniat ſententia quæ priuet beneficio, & illud alij adiudicet, cui facta erat gratia in euentum priuationis, nu. 82.

Etiam vbi ageretur de priuatione ipſo iure incurſa, etiam ad inſtantiam habentium intereſſe, & ius prætendendi beneficium, ſi tamen non petebant adiudicationem, ſeu collationẽ illius, in illo iudicio beneficium non eſſet litigioſum, vt in reſolutione Rotæ poſita. nu. 83.

Quarto ampliatur, vt poſſit renuntiare, ſiue ſimpliciter, ſiue in fauorem alterius, etiam poſt ſcientiam impetrationis factæ à tertio de beneficio in euentum priuationis, vel poſt impetrationis præſentationem, num. 84. Et decretum irritans poſitum in impetratione ſolum operatur in euentum priuationis, num. 85. & ſi illud obſtaret, obſtaret etiam, ſi renuntiatio fieret ab ignorante impetrationem, vt tenet Flores. num. 86. & 87. Nec deciſio Rotæ 5. de re iudic. in antiq. facit contra, num. 88.

Quinto ampliatur, vt procedat etiam poſt concurſum in cauſa. numero 89. etiam in renuntiatione in fauorem, nu. 90.

Sexto ampliatur, vt accuſatus poſſit renuntiare etiam lata priuationis ſententia, ſi ab ea fuerit legitimè appellatum, quoniam per appellationem integrum manet ius eius num. 91. cum per eam extinguatur, aut ſaltim ſuſpendatur ſententia, num. 92. Quam ampliationem tenent relati, num. 93. Nec eſt neceſſe facere mentionem priuationis, & proceſſus, num. 94. Et procedit etiamſi appellatio poſtea pronuntietur mala, & iniuſta, num. 95. non tamen procedit, quando priuationis ſententia contineret in ſe adiudicationẽ beneficij, nu. 96.

Septimo ampliatur, vt procedat, etiamſi pro homicidio quis ſit condemnatus pœna perpetui carceris, vel aliàs ſi nõ eſt priuatus beneficijs, nihilominus enim poterit renuntiare, et collatio ſequuta erit valida, num. 97. Et ratio eſt, quia condemnatus per ſententiam latam ſuper homicidio, vel alio crimine priuatione digno, non eſt priuatus beneficijs, niſi exprimatur in ſententia, ſecundum Innocentium, & alios. nu. 98. & ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ.

Obijcitur l. 1. ff. ad Turpil. ibi; Si autem pronunciauerit, &c. ex qua apparet damnatum de crimine, quod de iure meretur priuationem, eo priuatum eſſe, licet in ſententia non exprimatur, & ita videtur aliàs tenere Innocen. quamuis aliàs etiam videatur velle quod requiratur noua ſententia in executione pœnæ, à num. 100. vbi ponuntur ſententia Dd. in hoc.

Concordantur opiniones, vt ſecunda ſententia Innocentij procedat quando iudex pronuntiauit tantum ſuper crimine, nullam imponendo pœnam expreſſe, tunc enim videtur intrare d. l. 1. Prima vero ſententia Innocentij, & aliorum procedat, quando iudex in ſententia condemnatoria aliquã pœnam impoſuit, non faciendo mentionem de priuatione, nu. 105. & 106.

An in hoc vltimo caſu poſſit & debeat iſte condemnatus priuari beneficijs, à nu. 107. Reſoluitur affirmatiue in condẽnato pro delicto, inducente irregularitatem, licet ſecus in condemnato pro delicto, quod licet ſit dignum priuatione, non tamen inducit irregularitatem.

Obijcitur crimina depoſitione digna, ſi ſunt notoria, irregularitatem inducere, & crimen notorium dici, de quo lata eſt ſententia, quæ tranſijt in iudicatum, & ſic omnem criminoſum condemnatum de crimine priuatione digno, poſſe ẽe poſtea priuari beneficijs, tanquam irregularem ex crimine notorio per ſententiam, a nu. 110.

Reſpondetur, verius eſſe indiſtinctè non eſſe irregularem notorium peccatorem, & explicatur capitulum finale de tempor. ordinat. quo fundatur communis, à n. 113. Nec etiam crimen notorium, etiam enorme, inducere irregularitatem ratione infamiæ. n. 118. Et iſtam ſententiam videri magis conformem praxi, & conſuetudini, & ideo tenendam contra communem, nu. 119.

Octauo ampliatur, vt poſſit renuntiare etiam in fauorem & renuntiatio valeat etiam, non facta mentione de crimine, nec de accuſatione, ſeu inquiſitione, aut proceſſu, nec de priuatione. nu. 120. quia id iure non cauetur, nu. 121. Sed limitatur, primo, vt non procedat, quando in impetratione facta à tertio in euentum priuationis fuerit adiecta clauſula, & cum decreto, quod reſignatio illius cedat in fauorem impetrante, numero 122. ex eo tamen non tollitur Epiſcopo diſpenſandi poteſtas in caſibus, in quibus alias poteſt, ipſaque diſpenſatio impediet priuationis ſententiam, num. 123.

Secundo limitatur, vt non procedat in criminoſo priuato ipſo iure beneficijs, qui renuntiare non poteſt, maxime in fauorem, nu. 124. & idem erit in priuato beneficijs per ſententiam, quæ tranſijt in iudicatum, per quam beneficium vacat, num. 125. quamuis Rebuffus dicat, quod ante executionem poteſt reſignare quia ſola ſententia non priuat iure, nec poſſeſſione, quod ſolum verum eſt reſpectu poſſeſſionis, qua non eſt priuatus ante executionem, & ſic procedit dictum Felini, quod canonicus priuatus per ſententiam non perdit ipſo iure ſtallum in choro, & locum in Capitulo, ſed oportet, quod diſtalletur per ſuperiorem, non tamen eſt verum quoad ius, & titulum beneficij, quo ſtatim priuatus eſt & poteſt conferri, nu. 126. & 127.

Renuntiatio facta in fauorem a priuato beneficio ipſo iure, vel per ſententiam ante executionem, vel ab obtinente beneficium, aliàs ſine titulo erit bona nihilominus & valida ex clauſulis generalibus, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c. dummodo alteri non ſit antea ius quæſitum, nu. 128. vbi ponitur reſolutio Rotæ: in permutatione vero ſecus erit propter clauſulam quæ in permutationibus apponitur iuxta reg. Cancell. nu. 129.

An valeat penſio reſeruata tali reſignanti, qui reſignauit reſeruata penſione, non facta mentione de defectu tituli, à num. 130.

Reſoluitur contra Nauarrum, non valere, & adducuntur aliquæ reſolutiones Rotæ ad propoſitum, & fundamentis Nauarri reſpondetur, nu. 138. & ſeq.

Penſionarius agens ad penſionem ſibi reſeruatam ex cauſa reſignationis non tenetur probare reſignationem fuiſſe validam, etiam aduerſario opponente ſed ei incumbit onus probandi contrarium, num. 136. vbi adducitur reſolutio Rotæ. Et is cui eſt reſeruata penſio ex cauſa ceſſionis iuris, non tenetur iuſtificare ius ceſſum, quamuis contra ſucceſſorem in

beneficio

*beneficio debeat docere de aliquo iure, licet non illud iustificare, nu. 137. Obijcitur, quod si non valet reseruatio pensionis facta resignanti qui non habebat ius in beneficio, nõ valebit prouisio beneficij, etiam ex clausulis generalibus, cum reseruatio sit conditionalis reseruata valide prouisione, & non alias, num. 140. Respondetur, quod cum pensio alias sit valide reseruata, defectusque illius conditionis solum proueniat ex defectu iuris ipsius resignantis, perinde est, ac si impleta fuisset, nu. 141.*

*Potest quis beneficio renuntiare non solum per se, sed etiam per procuratorem, numer. 142. vbi de procuratore ad resignan. remissiue.*

44 NOtandum autem est primo, quod † regulariter cuique liberum est proprio renuntiare be-
45 neficio, Corras. 2. par. cap. 8. num. 5. Hodie † tamen in Curia non admittuntur absolutè, & indistinctè resignationes parochialium, & aliorum beneficiorũ personalem residentiam requirentium, præsertim cum pensione, nam quoties resignatur parochialis, vel aliud beneficium residentiam requirens, dataria vult, quod exprimatur per quantum tempus illud possedit resignans, seu à quo tempore illud obtinet, & si tempus est breue resignatio reijcitur, vt per Fla. Paris. de resignat. lib. 3. q. 2. nu. 21.

46 Et † idem est in permutationibus huiusmodi beneficiorum cum alijs non requirentibus similem re-
47 sidentiam. Qui † stylus datariæ incepit à tempore Gregorij XIV. in quo fuit datus iste ordo, & hodie, vt videmus, regulariter requiritur, quod illud possederit per quinque annos, vel circa, aut saltim tres, quamuis antea requirerentur septem, vel sex anni.

48 Sed est dubium, quantum † tempus importet dictio, Vel circa, quando narratur, vt solet, quod resignans possedit beneficium per quinque, aut sex annos, vel circa, & quando in dispensationibus, vel alijs concessionibus, dicitur esse in tali ætate, vel circa, &c.

49 In quo † omissa doctrina Redoani de reb. Ecclesiæ non alienand. rubr. quid, & quando dicatur modicum, num. 15. 16. & 17. breuiter dicendum videtur, importare ad summum sex menses, ita quod narrato quod possedit per quinque annos, vel circa, sufficiat verificare, quod possedit per quatuor annos & dimidium, & similiter in ætate, arg. l. non tantum, ff. de excusat. tut. Alex. consil. 88. lib. 6. Rebuf. in l. cæterorum, ff. de verb. signific. in fine, & in praxi, tit. de dispensatione ratione ætatis, versic. seu circa, & in concord. in forma mandati Apostolici, verb. pro expressis, versic. 29. & consil. 73. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 46. num. 5. & Rota in vna Meliten. parochialis 2. Iunij, 1552. coram D. Caputaquen. in qua fuit dictum, quod cum testes dicunt, à tot annis vel circa, Rota per illam dictionem, vel circa, tollit sex menses, vt per Cotam decis. 86. in miscellaneis in manuscriptis, & Rota decis. 297. lib. 2. part. 3. diuersorum, num. 1. vbi de ætate narrata in coadiutoria 60. annorum, vel circa, solum tollitur dimidius annus.

50 Et alias si diceretur † quod illud possedit per quinque annos, vel quod illud obtinet à quinque annis, sine dictione, vel circa, deberet illud tempus integrè verificari, iuxta dicta supra 6. p. c. 2. nu. 174.

51 Est etiam dubium, an sit † differentia inter expressionem, quod possedit beneficium per tantum tempus, vel quod illud obtinet à tanto tempore.

52 In quo dicendum † videtur, expressionem, quod possedit per tantum tempus, importare, quod illud possedit saltim de facto, & sic cum titulo, vel sine; vnde quoad illam sufficeret verificare possessionem de facto, iuxta tradita d. c. 2. 6. p. nu. 206. expressionem vero, quod à tanto tempore obtinet, importare, quod à tanto tempore in illo habet ius in re, vel illud de facto possidet.

53 Nam † is dicitur obtinere, qui habet ius in re, c. si gratiosè, c. si pro te, de rescript. Paris. consil. 74. num. 21. vers. ipse enim Ioannes obtinebat præposituram, dato, quod non haberet possessionem, lib. 4. Millis in rep. verb. obtinere, Rebuf. in concord. tit. de collat. §. volumus, verb. obtineat, & in forma mandati Apostolici, verb. obtineat, Mand. reg. 3. quæst. 13. & reg. 16. quæst. 39. & reg. 27. quæst. 22. sub num. 3. & Rota in Salamantina capellaniæ del Voto, 20. Nouemb. 1592. coram D. Pamphilio, supra adducta, 6. par. c. 4. num. 39.

54 Vel † qui possidet de facto, Millis sup. Mandosius d. q. 13. & 39. & d. quæst. 22. sub num. 2. & vide dicta supra 5. par. cap. 1. à nu. 197. Quod est etiam notandum circa coadiutorias, in quib. similes expressiones
55 fieri solent. Licet † Cosmas in pragmat. sanct. tit. de collat. §. item insuper, ver. obtinebunt. dicat quod qui habeat solum titulum beneficij sine possessione, non dicitur obtinere beneficium, c. si tibi concesso, de præbend. in 6. & sic verbum, obtinebunt, de quo ibi explicat, cum apprehensione possessionis. Quod etiam tenet Ioannes Quintinus in repetit. c. de multa, de præbend. à nu. 10. & 74. & nu. 146. Sed id non probat dictum c. si tibi concesso.

56 Rursus, hodie sacris ordinatus, † præsertim ad titulum illius, non potest libere renuntiare beneficio, nam non potest illud resignare, nisi aliunde habeat vnde commode viuere possit, vt dictum est supra 2. par. c. 5. à num. 192.

57 Præterea, licet de iure communi † infirmus posset beneficio renuntiare, cap. penult. vbi Abbas de renunciat. tamen hodie non valet renuntiatio infirmi infra viginti dies decedentis, ex reg. Cancellariæ
58 de infirmis resignantibus Super † qua vltra gl. antiquum, Soto, & Rebuff. ibi, & in praxi 3. parte, late scribunt Sarnen. & Mandosius, & Roffin. de benefic. capitulo 29. & Petr. Gregorius cap. 31. à nu. 12. ad 17. & Flam. Paris. de resignat. lib. 12. per totum, per 14. quæstiones, ad quos lectorem remitto, de qua etiam Azor 2. p. lib. 7. c. 18.

59 Et an minor † possit beneficia renuntiare, vide Rebuf. in praxi, tit. ratione personæ, & rei vitiatur resignatio, Corras. d. cap. 8. nu. 5. Petr. Gregorium c. 31. num. 7. & Flamin. Paris. lib. 3. quæst. 7. vbi late agit de hoc, & an minori in beneficialibus competat re-
60 stitutio. De † quo vltra eum vide Probum ad Monach. in rubrica de renunt. in 6. ex num. 4. Sarnen. in reg. de triennali, quæst. 15. Boerium decis. 350. Rosiniacum de benef. cap. 17. Couar. lib. 1. variarum c. 1. à nu. 5. Coltam in §. & quid si tantum, n. 62. Cald. Pereiram, in l. si curatorem habens, C. de in integr. restitut. verb. læsis, à num. 38. Menech. de recuperand. remed. 10. numer. 104. & nouissime Doctorem Sahagun. in c. at si clerici, §. de adult. de iudic. ex nu. 17. & 43. & Frechillam in cap. admonet. de renuntiat. num. 40.

In qua

61 In qua quidem quæſtione † Rota in vna Pampilonen. beneficij de Andron. 10. Martij 1593. coram D. Orano reſoluitur, Reſtitutionem in integrũ non competere minori aduerſus reſignationem beneficij poſt collationem alteri factam licet in hoc ſint variæ ſententiæ, quas adducit Caldas ſupra, tamen in ſacro Rotæ Auditorio hęc ſententia prævaluit, ad notata per gloſſam, & ibi Abb. & DD. in cap. ex parte, de reſtitut. ſpoliat. Puteum deciſ. 9. lib. 3. & vlt. nu. 8. & 9. lib. 1. Thanis deciſ. 54. Achillem deciſ. 88. ſeu vlt. de in integr. reſtitutio. & hoc niſi probetur, reſignantem facto reſignatarij, vel alterius tertij fuiſſe læſum, vel etiam ad reſignandum dolo circũductũ, tunc enim metus, & doli incuſſi, potius quàm ætatis ratio habetur: & non obſtare deciſiones Putei 437. lib. 1. & Than. 47. quia procedunt re integra, quando beneficium non eſt collatum, &c. & hanc reſolutionem tenet poſt alios Doctor Sahahun. ſupra.

62 Sed eſt alia † grauis & difficilis quæſtio, an accuſatus de crimine, ex quo veniret priuãdus beneficio,
63 poſſit illud renuntiare, Et † concludendum eſt, poſſe, ex gloſſa, quam ibi ſequuntur DD. in cap. 2. vt litè pendente, lib. 6. verb. fitita, quæ ait, quod ſi accuſatus litè pendente cedit, non impedietur tunc prouiſio per illum text. propter litem, cum non ſit ſuper beneficio, ſed ſuper crimine, ſequuntur Rebuff. in praxi tit. de modis amittendi beneficia, num. 51. & in regul. in infirmis reſignan. gloſ. 12. num. 19. & de pacificis poſſeſſor. num. 315. alias 262. gloſſa reg. de annali circa principium, & Sarnenſ. ibi quæſt. 42. & in reg. de ſubrogan. collitigan. quæſt. 7. Corraſ. d. c. 8. num. 6. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de priuatio. ad finem. Couar. in Clem. ſi furioſas, de homicid. 2. par. 3. num. 7. Plaça de delictis, cap. 11. nu. 3. & 9. Lancellot. de attentatis, 2. par. cap. 5. nu. 6. Hieron. Gabr. conſil. 196. lib. 1. Salcedo ad Bernardum Diaz in practica crimin. canon. cap. 94. Petrus Gregor. de benefic. cap. 26. num. 35. & cap. 33. num. 3. Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 16. à num. 8. Ioannes Guttierez dicens communem. canon. quæſt. libro 2. cap. 5. num. 29. D. Ioan. Vela de pœnis delicto, c. 15. pag. 74. Zauallos quæſt. 147. numero 7. & Flores de Mena, quæſt. 13. num. 8. & 9. qui plures alios idem tenentes referunt. Et tenuit Rota in vna Parmen. parochialis coram D. Rubeis de anno 1562. vt refert Lancellot. ſupra nu. 7. & alias ſæpe, vt per Gambarum de offic. legati. lib. 10. num. 137. & nouiſſime in vna Virdunen. canonicatus 6. Martij, 1595. coram D. Pamphilio ſupra adducta 5. par. cap. 3. num. 43. Et poſt hæc tradit Gonçalez ad reg. menſium, gloſſa 15. num. 147. dicens, idem reſolutum in Legionen. canonicatus, 15. Februarij, 1593. coram Illuſtriſſimo Arigonio, Proſper. de Auguſtino in additione ad ſummam bullarij quarãtæ, verb. beneficiorum reſignatio 5. cauſa, & Azor. 2. par. lib. 7. cap. 17. quæſt. 2. verſic. 3. & cap. 20. q. 8. Molina de iuſtitia, tract. 3. diſput. 78. num. 2. Tuſc. concluſ. 166. & 260. lit. R. tom. 6. *Leo in theſ. for. Eccl. cap. 35. num. 39. Farin. par. 4. quæſt. 119. à num. 70. Rota etiam in vna Conchen. Archiprebyteratus de Buendia 23. Martij, 1607. & 10. Nouembr. 1608. coram D. Penna, vbi quòd propter homicidium, &c. R. homicidium.* Et facit declaratio S. Congregationis Concilij, quam ſupra retuli 1. par. cap. 5. num. 299.

64 Quæ † concluſio ampliatur primo, vt procedat etiam in renuntiatione in fauorem alterius, Felyn. in cap. inquiſitionis, de accuſationibus nu. 4. Ferratius cautela 44. num. 2. Rebuf. d. tit. de mod. amittendi beneficia, nu. 53. & de pacificis poſſeſ. nu. 316. alias 263. Roſiniacus de beneficijs, c. 20. nu. 4. Couarr. Salcedo, Flam. Pariſ. num. 45. Ioan. Guttierez num. 30. D. Ioannes Vela, & alij ſupra, & Flores qui ait poſſe reſignare in fauorem alterius, etiam cum reſeruatione penſionis, & Henriquez in ſum. lib. 13. cap. 56. §. 4. & cap. 57. §. 1. in fine, & Thomas Sanchez de matrimo. lib. 7. diſp. 42. num. 2. *Et in præcepta Decal. lib. 2. cap. 26. num. vlt. & Farin. num. 72. & 75.* Gonçalez & Molina ſupra.

65 Quamuis modernus † Pariſ. in reg. Cancellariæ 18. num. 55. contrarium in hoc tenuerit, cuius ſententiam fortaſſis iure, & æquitate prævalere ob fraudem, quæ in hac ſpecie manifeſta videtur, inquit Couar. ſupra, qui tandem relinquit cogitandum. Et quidquid dicat Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ, cap. 64. num. 9. quando teſtes ſunt recepti, & nihil reſtat, niſi ſentẽtia ferenda. *Sed in 2. editione. Romana in annot. d. cap. 1. quod cùm eſt 65. circa d. numerum 9. infra relata nu. 193. videtur mutaſſe ſententiam.*

66 Obiter tamen † aduerto, cautelam Ferratij ſupra, quam Felin. & Rebuff. vbi proxime ſequuntur, & Petrus de Baiſio in directorio elect. 2. part. cap. 30. num. 3. & Didacus Perez ad Villadiego de irregularitate, cap. 1. num. 21. non eſſe tutam, maxime, attenta cõſtitutione Pij V. 87. de confidentijs, vt benè aduertit Ioan. Guttierez ſupra, & antea Maiolus de irregularitate lib. 5. c. 45. in fin. qui dicit, erroneam eſſe hodie dictam cautelam, nam tali caſu committeret crimen confidentiæ.

67 Secundò ampliatur, † vt talis accuſatus pendente lite poſſit permutare, vt docet gloſſator dicta reg. annali, & cum eo Sarnen. d. quæſt. 7. & 42. Aeneas de Falcon. de reſeruation. quæſtione perſonali effectu 47. num. 12. Petrus Gregorius d. cap. 26. num. 15. & d. cap. 33. num. 3. Flam. Pariſ. dicens communem ſupra num. 10. cum Nauar. conſil. 2. de accuſationibus apud quem id non inuenio, & ſequitur Salcedo ſupra in vltima editione anni 1594.

68 Quamuis † contrarium in hoc teneãt Staphileus de literis gratiæ, tit. de variis modis vacationis, nu. 15. Rebuff. dict. gloſ. 12. in reg. de infirmis, num. 19. Boer. deciſ. 205. num. 6. Mandoſ. ſupra, & Lancellot. num. 14. cum Dominico conſ. 105. verſic. ad ſecundum, quem refert etiam Sarnen. in reg. de non tollẽdo iure quæſito, quæſt. 1. verſic. 9. modus ſaltim quãdo alius impetrauerat in euentum priuationis, quo caſu id etiam tenet eos ſequutus Flamin. Pariſ. ſup. num. 49. *Et Farin. num. 90.*

69 Sed primam ſententiam † veriorem exiſtimo, niſi fortè obſtet ei infamia orta ex accuſatione apud bonos & graues viros ne poſſit ad aliud beneficium promoueri, & ſic permutare. ex cap. omnipotens, de accuſationibus vbi Abbas, Felin. & alij ſupra relati 7. par. cap. 8. numero 6. & 7. qui docent, quod ſi accuſatus non eſt infamatus apud bonos, & graues homines, accuſatio non impedit pro-
70 motionem, † aut niſi ob delictum eſſet de iure inhabilis ad beneficia obtinenda, gl. in Clem. 1. de pœnis. verb. obtinenda, & ibi Cardin. §. ipſius, num. 4.

Anchа-

Anchar.num.10. & Bonifac.nu. 54. & 108. Cosmas in pragmat. sanctione, tit. de collat. §. item insuper, verb. disponere, & Vgolinus de censuris, tab. 2. c. 3. §. 2. nu. 6. aut saltim indignus.

71 Et ita tenet † Zaullos supra nu. 8. qui ait, vidisse practicari in negotio Rectoris de Batres, qui renuntiauit suum beneficium curatum lite pendente, imo permutauit illud cum beneficio curato de Almorox & admissa fuit permutatio, & literis Apostolicis expeditis miraculosa Dei prouidentia vtroque beneficio priuatus fuit, primo de Batres per renuntiationem & permutationem, secundo de Almorox, qua idoneus non fuit repertus ab ordinario, cum plurima scelera perpetrasset, & sic illud beneficium de Almorox, quod vacauit per dictam permutationem in Curia Romana impetratum fuit a Licentiato Ludouico de Molina, qui nunc est in quieta & pacifica possessione illius beneficij curati, quod procedit iuxta supra dicta nu. 36. & Bonifacius in Clem. vnica, de rerum permut. nu. 97.

72 Tertio ampliatur, vt procedat † etiamsi quis prius impetrasset beneficium in euentum priuationis, ad hunc enim poterit accusatus valide renunciare, nec impedietur renunciatio, & eius effectus ex dicta impetratione. Nec post renunciationem poterit procedi ad priuationem, Sarnen. d. quæst. 42. Probus ad Monach. in cap. alma mater, de sententia excomm. in 6. nu. 6. Gambarus supra, a num. 321. ad 351. Couar. dict. num. 7. dicens magis communem, Plaça supr. num. 10 qui tamen varius est, Salcedo, & Ioannes Guttierez num. 19. & D. Ioan Vela, *& Molina supra. & Farin. d. q. 119. a nu. 86. & Piasec. in praxi Episc. par. 2. cap. 4. num. 96. & Thom. Sanch. in præcepta Decal. d. lib. 2. cap. 26. nu. vlt.* Facit decisio Rotæ 14. vt lite pendente, in nouis, quam sequuntur Villadiego in tract. de legato, 1. par. quæst. 14. & Robin. cap. 21. nu. 7. & Capel. Tolos. decis. 437. & ibi Aufrer. quidquid teneant Domin. d. cons. 105. Boer. d. decis. 205. nu. 7. & Flam. Paris. nu. 41.

73 Ait tamen Gambarus d. nu. 351. hoc fallere, quando quis impetrasset per priuationem, & quouis alio modo vacaret, quia tunc comprehenderetur etiam vacatio per renuntiationem, nisi fieret in curia, c. 2. de præbend. in 6, quod etiam tradit Villadiego de leg. q. 14. 1. par. nu. 54.

74 Sed † hoc non videtur verum, nam clausula, siue alio quouis modo, solum intrabit, quando tempore gratiæ, aut etiam priuationis, alias vacabat, sequuta tamen priuatione de facto, iuxta dicta sup. cap. 1. numero 25. & 36.

75 Verum contra † hanc ampliationem videtur facere doctrina glossæ, verb. finita, in d. cap. 2. vt lite pendente, in 6. in fine, vbi docet, quod si quis agit contra clericum, petens illum ab Ecclesia remoueri, & illam sibi assignari, quia dicit, ad se spectare, tunc locum habet ille textus, sic illo cedente, lite pendente impeditur prouisio, donec lis pendet, & sequuntur ibi Francus numer. 6. versic. sed si petitor. & alij, ibidem, & d. decis. Capellæ Tolosanæ, 437. nu. 1. & ibi Aufrer. nu. 6.

76 Et † Putei decis. 496. libr. 2. vbi habetur, quod quando petitur, quod quis amoueatur, vt beneficium sibi adiudicetur tanquam debitum, tunc dicitur beneficium litigiosum ex dicta glossa, & quod licet lis super priuatione non facit beneficium litigiosum, hoc tamen non procedit, quando lata esset vna sententia priuationis continens in se adiudicationē beneficij, nam tunc licet penderet causa appellationis, beneficium effectum esset litigiosum, vt docet Staphileus de literis iustitiæ, §. subrogatus an teneatur iustificare, num. 16. qui ait, quod licet vbi de crimine agitur ad priuationem, non datur subrogatio, nec gratia, si neutri, vel si nulli, quia beneficium non est litigiosum, sed persona propter crimen, & ideo antequam priuetur, potest cedere in fauorem alterius, tamen post d. sententiam priuationis sententiam gratiæ prædictæ, & subrogatio dari possunt, quia per sententiam prouidetur de beneficio. Et tacito authore, sequitur Sarnensis dict. quæstion. 7. de subrogand. collitigan. & Mandos. de signatur. gratiæ, tit. de si neutri, & tit. de priuatio. versic. in priuationibus.

77 Et † Rota apud Chisanen. decis. 171. in manuscriptis, vbi fuit tentum, quod licet iudicium super priuatione beneficij ob non solutionem pensionis, & c. sit personale, tamen quando superuenit sententia, quæ priuat ipsum beneficio, & alij adiudicatur, tunc afficitur ius beneficij & dici non potest, quia adsit aliqua molestia, quæ sufficit, vt per Geminian. cons. 76. Sarnensem de triennali, quæst. 53. & quando præcedit iudicium priuatorium beneficij alteri assignando, dicitur introducta lis super beneficio, dicta glossa verb. finita, in fine, & ideo super dicto beneficio obtinens sententiam, potest habere sequestrum.

78 Et † Rota in causa Placentina canonicatus, die 26. Nouemb. 1593. coram Dom. Orano, in qua fuit resolutum, quod lis narrata per Petrum in gratia subrogationis, nempe, inter fiscum, & Petrum pro suo interesse illi, & liti adhærentem ex vna, & Christophorum, canonicatus Placentini possessorem coram iudice confidentiarum, ex altera super canonicatu, & quod lite huiusmodi indecisa pendēte, obijt Christophorus, hæc inquam lis narrata dispositiue & assertiue debet iustificari, & pro eius iustificatione requiritur, quod fisco Petrus adhæserit ante obitum Christophori, & sola lis cum fisco super priuatione non facit beneficium litigiosum, glossa d. verb. finita. Puteus decis. 66. lib. 3. Sarnensis de subrogandis, q. 7. nisi adsit etiam lis super eo, vt sequuta priuatione alteri omnino adiudicetur, cui incumbere debebat Petrus, vt beneficium redderetur litigiosum, Puteus dict. decis. 496. Alias potuit prouideri per Ordinarium, si vacat suo mense, & clausulam statum litis, & merita causæ, &c. operari veram expressionem status litis, non autem expressionem eius, quod non erat, & sic litis, per quam conferetur affectio inducta, possessionem autem defuncti satis verificari ex instrumento, cuius continuatio vsque ad obitum præsumitur, non obstante prætenso sequestro, quod possessione non priuat.

79 Ergo † cum quis impetrauit beneficium alicuius in euentum priuationis, & agit contra eum petens beneficio priuari, & sibi adiudicari, ex impetratione, & gratia, sibi facta, non videtur accusatus posse lite pendente renunciare cum effectu, ita vt ex illa renunciatione possit fieri prouisio.

80 Sed † respondetur, doctrinam glossæ in d. verb. finita, in fine, ac Frachi & aliorum, ibi, & Rotæ in d. Placentina canonicatus, in qua agebatur de confidentia,

dentia,quæ priuat ipſo iure,procedere,quando agitur de priuatione incurſa ipſo iure,& de remotione à poſſeſſione, ſeu detentatione, quo caſu non eſt materia priuationis,ſed magis cauſa beneficialis,& declaratoria,non iuris,& pœnæ incurſę, Achilles deciſ. 416.& 417. ſeu 4. & 5. de penſionibus in impreſſis, quæ multum placuerunt Rotæ in cauſa Placentina decanatus,26.Octobr. 1594. coram D. Penna. Et ideo vbi agitur de priuatione incurſa ipſo iure, vt quis declaretur priuatus, & beneficium alteri adiudicetur, beneficium ſtatim effectum eſt litigioſum, gloſſa d.reg.de annali,& Probus ad Monach.in cap. præſenti,num.16.de offic.leg.in 6.cum Capella Toloſ.& Auſt.ſup.

81 Nam quando† principaliter agitur ad canonizationem gratiæ,& incidenter deducitur delictũ, tunc cauſa eſt beneficialis,vt fuit dictum in vna Caſalen. præpoſituræ,9.Iunii 1597.coram D. Gipſio, ex dicta glo.verb.finita,Puteo d.deciſ.496. Achille d.deciſ.5.nu.6.de penſion,Tolomeo deciſ.2.& ideo cauſam eſſe beneficialem,quando quis non petit aliquẽ ob homicidium priuari, ſed tantum declarari vti ab initio inhabil:,non potuiſſe eidem conferri, & ideo beneficium vt prius vacare,& ſibi concedi, glo. in Clem.diſpendiolam,verb.beneficialis,in fi.de iudic. quam ſequitur ibi Imola nu.30.verſ. vltimo quæro, Vital.num.28.

82 At vbi agitur† de priuatione per ſententiam infligenda,vt hic,beneficium non efficitur litigioſum, nec eſt cauſa beneficialis,gloſſ.ſupra, Probus in d.c. præſenti,num.16.& 23.niſi ſuperueniat ſententia, quæ priuet beneficio.& illud alij adiudicet,cui facta erat gratia in euentum priuationis, tunc enim ex quo beneficium tanquam vacans per priuationem eſt alij adiudicatum,effectum eſt litigioſum, ex Staphileo,Sarnen.Mandoſ.Puteo,& Chiſanen.ſupra & tunc non habebit locum hæc tertia ampliatio.

83 Cæterum† etiam vbi ageretur de priuatione ipſo iure incurſa, etiam ad inſtantiam habentium intereſſe,& ius prætendendi beneficium,ſi tamen non petebant adiudicationem, ſeu collationem illius in illo iudicio,beneficium nõ eſſet litigioſum, vt in vna
84 Calagurritana beneficij coram D. Lancelloto, 29. Octobris, 1601.in qua fuit reſolutum,prouiſionem Ordinarij non fuiſſe attentatam, nec eſſe locum ſequeſtro, nam lis moderna commiſſa in Rota ſuper ſimonia ad inſtantiam filiorum patrimonialium non facit beneficium litigioſum,cum non eſſet ſuper titulo beneficij,Puteus deciſ.496.libro 2.cum alijs: filij enim patrimoniales non habebant titulum, nec petebant adiudicationem beneficij, Lancellot. de attentatis,cap.3.nu.119. & fuit dictum in Terdonen. præpoſituræ in Rota præcedenti, coram D. Coccino,& in ſimilibus in Calagurritan.de Iocano 8.Nouembr.1599.coram Dom.Seraph. Et licet filij patrimoniales haberent intereſſe, ex quo ſequuta priuatione,poterant petere collationem, & vigore conſuetudinis,ac conſtitutionis haberent ius,de quo etiam fuit oppoſitum,tamen interim beneficium non fit litigioſum,vt dictum eſt,nec lis generalis inter Epiſcopum & clerum facit prouiſionem attentatam, cum ea non obſtante Epiſcopum potuiſſe facere collationem,fuerit iam deciſum coram D.Lita.

85 Quarto† ampliatur, vt poſſit renunciare, ſiue ſimpliciter,ſiue in fauorem alterius,etiam poſt ſciẽtiam impetrationis factæ à tertio de eius beneficio in euentum priuationis,vel poſt impetrationis præſentationem,quia qui renunciat,ſuo iure vtitur,& ideo nullam fraudem committit,quippe,qui ſibi ipſi conſulturus,vel conſanguineo, aut amico renunciet,non vt noceat impetranti,niſi ex aliquibus coniecturis,alias fraus appareat, vt in cap. 2. de renuntiat.in 6.Ita Couar.ſupra,quem ſequitur Plaça d.nu. 10.& Salcedo ſupra,& Lud. Lopez inſtructor.conſc. 2.tom.cap. 30. & Manuel Rodriguez in ſumma, 1. tomo,179.nu.3.& Molina ſupra,& videtur tenere Gambarus ſupra contra Antonium de Butrio,conſ. 43. quem ſequuntur Sarnen. dicta q. 42. de annali, Boerius d.deciſ.205.nu.8. Aufrer. d. deciſ. Capellæ Toloſanæ 437.nu.5. & Felin. in cap. cui noſtra, de reſcrip.nu.38.& Lancellot.ſupra nu.10.Flam.Pariſ. nu.34.& 35.& 48.Ioan.Guttierez.num.41.& Marc. Ant.Genuen. Proſper *de Auguſt.ſupra, Leo & Farin.n.* 88.& 89.& Henriquez d.lib.13.c. 56. §.4. & refert Roſiniacus cap.21.*ſed Genuen.in annot. circa d. locum infra relata nu.193.videtur mutaſſe ſententiam.*

86 Nec obſtabit decretum† irritans poſitum in impetratione, quia iſtud ſolum operatur in euentum priuationis ex traditis per Rotam d.deciſ.14.n. 1. vt lite pendente in nouis,Oldrad.conſ.229.nu.4. Caſſad.deciſ.1.& 2.de decretis,& 3.de præbend.Caputaq.251.par.1.& Mohed.21.de præb.Puteum deciſ. 281.nu.3.lib.1.Probum ad Monach.in cap.tibi,qui de reſcript.in 6.nu.16.Simon.de reſeruatio.c.60.ad finem.Mandoſ.de ſignatura gratiæ,titul. de priuat. ver.2.& Flamin. Pariſ. de reſignation.lib.8.quæſt.7. nũm.175.

87 Et ſi illud† decretum obſtaret, obſtaret etiamſi renunciatio fieret ab ignorante impetrationem, dũ decretum irritans etiam ignorantes afficiat,cap.dudum,de præb.in 6.c.1.de conceſſ.præb. eodem *libr.* Anton.Gabriel.de clauſulis,concl.3.& Lancellot.de attentatis,2.p.c.10.a nu. 27. vt contra Butrium, & ſequaces rectè aduertunt Couar. & Plaça ſup. Et† ita magis conſequenter procedebat. Flores d.q. 13. nu.18.tenens, in caſu huius ampliationis non valere reſignationem etiam ab ignorante factam in præiudicium gratiæ impetrantis.

88 Nec† deciſ. Rotæ 5. de re iudic. in antiquioribus probat vllo modo ſententiam Butrij, quamuis Sarnen.ſupra pro ea illam alleget.

89 Quinto† ampliatur,vt procedat etiam poſt concluſum in cauſa,argum.cap.dudum,2.de elect.& ibi Butr.Rebuf.d.tit.de modis amittendi beneficia,51. & de pacificis poſſeſſor.dict.nu.315.alias 263.Boerius deciſ.206.nu.3.Plaça ſup.nu.9.Petrus Greg. c. 33.nu.4.& Flores ſupra à nu.12.maxime,nu.16.& eſt de mente Couar. & Salcedi ſupra: & alios refert Flam.Pariſ.ſupra nu.11.*& nouiſſimè Farin. à num.* 78. quamuis contrarium teneat Lancell.ſup.nu. 13. qui male citat pro ſe Boerium d.deciſ.206.Nec Felin.in c.per tuas,nu.5.de ſim.probat ſententiam Lancelloti,quamuis pro ea etiam citetur,ſolum enim ibi agit an inquiſitus renuncians iuri,& liti poſt concluſum in cauſa euitet infamiam.

90 Et iſta† ampliatio procedit non ſolum in renunciatione ſimplici,ſed etiam in renunciatione *in fauorem*,licet in ea contrarium teneat,Flam. Pariſ.ſupra num.16.& 46.ſic intelligens Fel.d.nu.5. & Roſiniacum de beneficijs,c.20.nu.8.& ſeq. & Io. Gut,

ſupra

supra numero 33. & Prosp. de August. *Et Farin. supra num. 81.*

91 Sexto † ampliatur, vt accusatus possit renunciare etiam lata priuationis sententia, si ab ea fuerit appellatum, quoniam per appellationem integrum manet ius l. qui à latronibus, §. fin. ff. de test. l. si quis filio, §. hi autem, ff. de iniusto rupto, l. 2. vers. si quis, de pœnit. l. 1. ff. nil nouari appellatione pendente, l. furti, ff. de his qui not. infamia.

92 Cum † per appellationem extinguatur, aut saltim suspendatur sententia, l. 1. §. fin. ff. ad Turpilian. cap. venientes, de iure iuran. vbi id explicãt Abbas, & alij, & in Rubr. eodem tit. & Couar. practicarum cap. 23. num. 1. Duennas regul. 42. Paz in praxi, 6. par. 1. com. in procemio, numer. 11. & 12. Scaccia de appell. quæst. 3. à num. 82. Facit decisio Rotæ 834. lib. 3. p. 3. diuersorum, & Putei, 30. lib. 1. Mohed. 12. de præbend. & Chisanen. 1. in manuscript. *Et in causa Pampilonen. beneficiorum 4. Iulij, 1607. coram D. Canalterio, vbi fuit resolutum, collationem factam per priuationem, antequam sententia priuationis transeat in iudicatũ, seu intra tempus datum ad appellandum, esse nullam, & licèt non appelletur, postea non conualidari, ex Mohed. d. decis. 11. de præben. Et quòd appellatio à sententia priuationis, vel pendente termino ad appellandum, non possit dici priuatus, & possessio virtute illius capta sit attentata, & non impedit manutentionem condemnati, qui non habuit se pro spoliato, fuit resolutum in Brixien. canonicatus 22. Iunij 1609. coram Domino Manzanedo.*

93 Et † hanc ampliationem tenent in terminis Rebuff. dict. tit. de modis amittendi beneficia, nu. 52. & de pacificis possessor. dict. nu. 315. alias 262. & in consil. 82. Corras. d. 1. par. cap. 8. nu. 6. & 3. par. cap. vlt. num. 15. Rosiniacus d. cap. 20. nu. 6. Petrus Gregor. cap. 33. num. 3. Flamin. Paris. à nu. 17. & Ioan. Guttierez. num. 38. sup. & Gonçalez sup. qui ait, posse resignare ante priuationem per tres sententias conformes subsequutam. *Farin. d. quæst. 119. à num. 81. Piasec. d. 2. par. cap. 4. num. 99. & Genuens. in praxi dict. cap. 65. in 2. editione num. 18. in annot. circa num. 9. dicens in Rota Romana haberi pro indubitato, quòd beneficia possunt resignari appellatione pendente à condemnato ad priuationem beneficij, & possunt resignari ad fauorem, etiamsi habeatur notitia collationis factæ per Papam in casu priuationis. Quare in vna canonicatus Legionens. 15. Februarij 1593. coram Illustrissimo Arigonio fuit dictum, resignationem canonicatus factam post appellationem à condemnato ex diuersis criminibus in pœnam perpetui carceris, & depositionis, & priuationis canonicatus, & omnium beneficiorum, & admissam appellatione pendente fuisse validam, & impetrantem à Sede Apostolica esse excludendum, Anton. de Butr. in consil. 41. numero 3. Crescent. decisione 6. numero 3. de renunc. Nec potest dici, huiusmodi resignationes esse in fraudem collationis factæ tanquam de canonicatu vacante per priuationem, & meritò non esse admittendas, ad tradita per Butr. dict. consil. 43. quia Butrius loquitur in resignatione facta in manibus ordinarij, etiam post habitam notitiam de collatione facta à Papa: secus vbi tractatur de resignatione facienda in manibus eiusdem Pontificis, & pendente iudicio nullitatis & iniustitiæ, non potest dici vacare canonicatum per priuationem, Anton. Augustin. decisione 3. libro 1. Puteus decis. 30. libro 1. ita Genuens.*

94 Nec est necesse † facere mentionem priuationis & processus, vt dicemus 8. ampliatione.

95 Et procedit † hæc ampliatio, etiamsi appellatio postea pronuncietur mala & iniusta, arg. d. l. furti, & est de mente allegatorum.

96 Limitanda † tamẽ est hæc ampliatio, vt non procedat quando priuationis sententia contineret in se adiudicationem beneficij, ex dictis supra 3. ampliatione à num. 76.

97 Septimò † ampliatur vt procedat etiamsi pro homicidio quis sit condemnatus pœna perpetui carceris, vel alias, si per sententiam latam super crimine non est priuatus beneficijs. Nihilominus enim poterit renunciare, & collatio inde sequuta erit valida, Rota decis. 5. de re iud. Visig. in antiq. sequuntur Sarnen. quæst. 42. de annali, Rebuff. d. tit. de modis amittendi beneficia numero 64. Flamin. Paris. num. 28. *Et Ioannes Guttierez 36. vbi supra. Farinac. 85. & Piasec.* Et aduerte, quod in ista ampliatione supponitur, sententiam illam transijsse in rem iudicatam.

98 Et ratio † istius ampliationis, & decisionis est, quia condemnatus per sententiam latam super homicidio, vel alio crimine priuatione digno, non est priuatus beneficijs, nisi exprimatur in sententia, Innocentius in cap. qualiter, 2. de accusatio. num. 10. Felyn. in dict. cap. inquisitionis, eodem tit. numer. 7. & in cap. cæterum, num. 24. & cap. sciscitatus, num. 2. de rescript. Hippol. singulari 200. Rebuff. qui plures refert, de pacificis possess. dict. numero 315. alias 262. & dict. titul. de modis amittendi beneficia, num. 64. Simonet. de reseruatio. quæstion. 29. & ibi Granut. liter. B. Lambert. de iurepatronatus, 1. par. 2. lib. quæst. 6. articul. 9. numer. 1. Bernard. Diaz in practica crimin. cap. 131. num. 3. Mandos. de signatura, dict. tit. de priuatio. vers. condemnatus, de homicid. Petr. Gregor. cap. 26. nu. 9. & cap. 33. num. 3. Flamin. Paris. num. 29. & seq. Ioann. Guttierez numero 7. vbi supra, & Zerola in praxi Episcopal. 1. p. verb. priuatio, §. 1. Prosper. de August. supra, vers. si quid in sententia.

99 Vnde in † vna Fauentina de anno 1545. Rota resoluit, quod condemnatus de homicidio, ex quo in sententia non erat posita priuatio beneficiorum antea obtentorum, non erat priuatus iure sibi in beneficio ante homicidij condemnationem competenti, vt per Puteum decis. 233, libro 2. & nouissime Rota in vna Foroliuien. canonicatus corã Illustris. Mellino sequitur d. decis. 5. de re indic. dicens, quod Rota solita est eam sequi, in decis. Farin. 134. num. 3.

100 Sed ista sententia magnam difficultatem patitur, ex l. 1. ff. ad Turpil. ibi: Si autem pronunciauerit calumniatus, & cõdemnauit eum, & quamuis nihil de pœna subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur, & ibi glos. verb. facti. & Bart.

101 Ex † quo tex. qui reuera loquitur etiam in pœna infligenda per sententiam, apparet damnatum de crimine, quod de iure meretur priuationem, eo ipso priuatum esse beneficio, licet id in sententia non exprimatur, & quod ex hoc text. apparet defendi non posse opinionem Innocen. in dict. cap. qualiter, tradit Sarnen. lib. 1. select. cap. 13. numer. 3. sed quod falsa est, vbi pœna est certa, ita vt non cadat arbitrium, &c. & ita sentit idem Innoc. in c. inter dilectos, de excess. præl. num. 1. ibi: Vel de crimine condemnatus.

Quamuis

102 Quamuis † Abbas ibi nu. 11. & Bernard. Diaz ſup. & eos ſequutus Rebuf. d. tit. de modis amit. beneficia nu. 65. videntur eum intelligere, quando crimen erat tale, quod ipſo facto inducebat priuationem, prout loquitur etiam Felin. c. Rodulph. de reſcrip. nu. 35. vbi ait, quod licet in pœnis ipſo iure incurſis non requiratur, quod iudex per ſententiam puniat, ſed ſatis eſt, quod pronuntiet, ſeu declaret delictum commiſſum, pœna autem ſequitur à iure, tamen vbi lex non priuat ipſo iure, ſed mandat priuari, tunc iudex non declarat ſolum delictum eſſe commiſſum, ſed priuat, & nu. 37. quod vbi lex imponit pœnam per ſententiam, etiamſi factum eſſet notorium ſemper opus eſt ſententia priuationis, & Zerola ſup. *Accedunt Suar. de leg. lib 5. c. 10. n. 7. & Tho. Sanch. in præc. Decal lib. 2. c. 22. nu. 27. dicentes, quòd quando continet pœnam ferendam, requiritur ſententia condemnans ad illam, ſecus quando imponitur ipſo iure, vel facto, & allegat l. præſes, C. de ſent. & interloquut.*

103 Sed re † vera Innoc. in d. c. inter dilectos, num. 1, ibi. Verbi gratia, quod ſit hæreticus, loquitur de crimine, quod ipſo facto inducit priuationem, & ibi, Vel de crimine condemnatus, loquitur de condemnato de crimine digno priuatione, quamuis eam non inducat ipſo facto, & ita eum intelligit Alex. de Neuo in additio. magna ad Abb. ibi. Idem clare videtur tenere Abb. in c. poſtulaſti, de foro comp. nu. 7. vbi dicit, quod lata ſententia tantum ſuper crimine priuatione digno, immediate, & in continenti ſequitur iuris pœna, & iuris effectus priuationis, vt in d. l. 1. ff. ad Turpill. & in c. ſi quem, §. notandum, 2. q 3. Nec requiritur noua ſententia priuationis, ſed de facto priuabitur, imponendo pœnam iuris, vbi etiã ſic intelligit Innoc. in d. c. inter dilectos, nu. 1.

104 Quamuis † idem Innoc. in d. cap. poſtulaſti, in princ. dicat, quod lata ſententia ſuper crimine, quæ erit talis, Condemno te de tali crimine, poſtmodum executio pœnæ fiet, ſecundum Canones, qui præcipiunt, criminoſos & damnatos deponendos, cap. 1. 25. diſtinct. &c. & ſic videtur velle Innoc. cum gloſſa ibi, quod requiratur noua ſententia priuationis, quaſi in executionem ſententiæ generaliter latæ, ſuper crimine, vt etiam voluit in d. c. qualiter, & Alexandri de Neuo in dict. additione magna ad Abbat. in d. c. inter dilectos, ait, Nota bene verba Innocentij in d. c. poſtulaſti, nam vult, quod condemnatus de crimine non intelligitur in continenti priuatus beneficio, licet pœna criminis ſit priuatio beneficij, ſed debebit ab eo deponi in executionem ſententiæ latæ, &c. Et pro hoc allegat textum in c. ex literis, eodem titulo de exceſſibus prælatorum. Sed ille textus parum facit, nam ibi ipſa ſententia Papæ exprimitur, quod ille Epiſcopus moueatur, vt Epiſcopatui cedat, alias ab eo amoueatur, & ſic Papa noluit eum ſtatim priuare.

105 In hac difficultate, omiſſa † concordia, quam adducit Alex. de Neuo vbi ſupr, ſic videntur poſſe concordari opiniones, vt ſententia Innocentij in d. cap. inter dilectos, & Abbatis in d. cap. poſtulaſti, procedat, quando iudex pronunciauit tantum ſuper crimine, dicendo, vt dicit Innoc. Condemno te de tali crimine, vel dicendo, Declaro, te commiſiſſe tale crimen, nullam imponendo pœnam expreſſe. Tũc enim videtur intrare deciſio d. l. 1. ff. ad Turpil. quæ re vera loquitur in his terminis, gloſſ. ibi, verb. facti. *Fanet. Simanc. tit. 9. nu. 164. & ſeq. dicens, quòd ſententia declaratoria criminis vim condemnationis habet, & nihil diſtat ab ea, quæ reum nominatim condemnet ad ſubeundas omnes pœnas iure ſtatutas, d. l. 1. Vnde non obeſt d. l. præſes.*

106 Alia † vero opinio Innocentij in d. c. qualiter, & in d. c. poſtulaſti, & Rotæ d. deciſ. 5. & aliorum, quos ſupra citauimus nu. 98. procedat quando iudex in ſententia condemnatoria de crimine digno priuatione, non tamen eam ipſo facto inducente, aliquam pœnam, prout communiter fit, impoſuit, non faciendo mentionem de priuatione beneficiorum, vt in terminis dictæ deciſ. 5. vbi fuit impoſita pœna perpetui carceris, tunc enim cum iudex proceſſerit ad impoſitionem pœnæ, non videtur ſuccedere pœna legis non impoſita ipſo iure Bar. in d. l. 1. ad Turpil. nu. 9. & in l. quid ergo, §. pœna grauior, num. 4. ff. de his, qui notant. infamia.

107 Sed reſtat modo dubium, an in hoc † vltimo caſu poſſit, & debeat iſte condemnatus priuari beneficijs, nam videtur, quod non, ex quo pro delicto exſtitit ſemel condemnatus, & iudex functus eſt officio ſuo quo ad punitionem iſtius, & ſic non videtur poſſe ferre aliam ſententiam priuationis ſuper eodem crimine, vt dicitur in d. dec. 5. nu. 3. facit l. de crimine, C. de accuſat. & c at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic. ibi: Cum ſuo ſit functus officio, nec duplici debeat ipſum contritione conterere.

108 Ex alia † vero parte videtur, quod ſic, nam ſi eſt irregularis, vt homicida, non debet cum beneficijs remanere, niſi ſecum diſpenſetur, cum ſit inhabilis ad illa, maxime, ſi beneficia requirunt reſidentiam, & ſeruitium perſonale, c. fraternitati, de clerico excommunicato miniſtrante, Nauarrus in c. cum contingat, de reſcript. 2. remed. num. 5. Molin. d. tract. 3. diſput. 78. nu. 2.

109 Vnde dico, iſtam partem † eſſe veram in condemnato pro delicto inducente irregularitatem ex ratione tacta, & tunc priuatio non fit tam in pœnam, quam ratione inhabilitatis, & ſic ſatisfit rationi in oppoſitum adductæ, quæ militabit in condemnato pro delicto, quod licet ſit dignum priuatione, non tamen inducit irregularitatem, vt adulterium, periurium, &c.

110 Sed dices, crimina † depoſitione digna vt adulterium, &c. ſi ſunt notoria, ſeu manifeſta, irregularitatem inducere, capite finali, de temporibus ordin. & ibi Abbas, Sylueſter, verb. irregularitas, quæſt. 14. Nauarrus in manuali c. 25. num. 73. & cap. 27. num. 248. Maiolus de irregularitate lib. 5. cap. 1. num. 6. & cap. 12. num. 1. Flam. Pariſ. lib. 5. de reſignatione, quæſt. 3. num. 184. & ſeq. Coſmas Philiarchus de officio ſacerdotis, 1. parte, lib. 4. cap. 15. Ludonic. Lopez inſtructorio conſcientiæ, 2. tomo, p. 2. c. 23. Manuel Rodrig. in ſumma 1. tomo, cap. 182. Valentia, 4. tomo, diſput. 7. quæſt. 19. punct. 3. de 5. ſpecie irregularitatis, Sairus de cenſuris, lib. 7. cap. 12. nu. 11. & 13. & Toletus in ſumma, lib. 1. cap. 93. ad finem, & cap. 74. vbi ait, in hoc non eſſe controuerſiam Doctorum, & Auila de cenſuris, 7. parte, diſputat. 4. dubio 7. Et † crimen notorium dicitur, de quo lata eſt ſententia, quæ tranſijt in iudicatum, cap. finali de cohabitatione clericorum, in d. c. fi. de temporibus ordinat. ver. notoria, Nauar. Philiarcus, Lud. Lopez, Manuel Rodrig. & Sairus numer. 6. vbi ſupra, &

111

112 Toletus d. cap. 74. Ergo † omnis criminoſus condemnatus

de natus de crimine priuatione digno, etiamsi sit imposita aliqua pœna poterit etiam postea priuari beneficijs tanquam irregularis ex crimine notorio per sententiam.

113 Sed respondeo veriorem † mihi videri sententiam Couar. in d. Clem. si furiosus, 1. p. §. 1. nu. 5. qui indistincte ait, non esse irregularem notorium, seu manifestum peccatorem, & sic intelligendum esse text. in d. c. fi. de tempor. ord.

114 Qui re † vera non probat dictam communem sententiam. Solum enim dicit, quod qui per adulterium, periurium, &c. bonum conscientiæ rectæ perdiderunt, si eorum crimina ordine iudiciario comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debent propter eos homicidij post pœnitentiam in iam susceptis, vel suscipiendis ordinibus impediri, ex quo non infertur, quod si dicta crimina fuerint notoria, illis notati sint irregulares, etiam post actam pœnitentiam. Sed dicit, si non fuerint notoria, quia si talia sunt, vel ordine iudiciario comprobata, debent deponi, vt in cap. at si clerici, vers. si vero, & §. de adulterijs. de iudicijs, text. optimus in cap. presbyter, 11. q. 5.

115 Pro qua † sententia & interpretatione facit, nã tex. in d. cap. fin. non solum dicit si notoria non fuerint, sed etiam, vel ordine iudiciario comprobata, & tamen per probationem factam iudicio non sunt notoria, vt patet ex d. cap. fi. de cohabit. cleric. & gloss. d. verb. notoria, Nau. Lud. Lopez, & Man. Rodriguez, sup. quidquid dicat Tolet. d. c. 74. Nec obest text. in cap. 2. de apostatis, quem ita interpretatur Toletus, c. 70. vers. 4. quia ille textus loquitur in casu speciali, nec est trahendus in consequentiam, cum sit pœnalis.

116 Accedit, quod † irregularitas non est inducenda, nisi vbi est expressum in iure, cap. is, qui, de sent. excomm. in 6.

117 Et † hanc sententiam nouissime tenent Cechus de casibus reseruatis, casu 1. de irreg nu. 38. & Vega in Espejo de curas, cap. 12. num. 303. & Suar. 5. tom. disp. 43. sect. 5. nu. 4. & 5. dicens in d. cap. fi. excepto homicidio propter alia crimina non imponi irregularitatem, neque incurri supponi, neque aliquod impedimentum canonicum, vt probauit disput. 1. sect. 4. sed solum, supponi propter huiusmodi crimen publicum, posse clericum, qui tale crimen publice commisit, impediri ab vsu ordinum, in quo ius prælatorum Ecclesiæ, & prouidentia ab eis adhibenda declaratur, non vero speciale impedimentum ipso iure incurrendum imponitur. Et ibi etiam explicat alia iura, quæ pro contraria sententia adducuntur.

118 Rursus etiam † existimo, crimen notorium etiã enorme, non inducere irregularitatem ratione infamiæ, etiam pro tempore, quo durat talis status personæ, vt dictum est sup. 7. p. c. 8. à nu. 64. quamuis in hoc contra teneat Suar. d. nu. 5. in fi. & disp. 49. sect. 2. nu. 8. cum alijs.

119 Et ista † sententia videtur magis conformis praxi, & consuetudini, & ideo tenenda contra communem, ad Hoiedam plures citantem de incompatibilitate benefic. 1. p. cap. 19. nu. 46. & Simoncel. de decretis, lib. 1. tit. 1. nu. 68. Nau. in man. c. 27. nu. 285. & Lud. Lop. instr. consc. 1. tomo, cap. 287. & seq.

120 Octauo † ampliatur, vt possit renunciare etiam in fauorem, & renunciatio valeat, etiam non facta mentione de crimine, nec de accusatione, seu inquisitione, aut processu, nec de priuatione, vt est de mente Ferrarij, Pelin. Sarnen. Couar. Lancel. Salcedi, & aliorum sup. citatorum, & probat dict. decis. 5. de re iudic. in antiq. & Rebuf. consil. 82. quamuis idem Rebuf. d. titul. de modis amittendi benef. nu. 42. & Flam. Paris. numero 23. & 24. & Ioan. Gut. numero trigesimosecundo & 38. & Prosp. *de Aug. vbi supra & Farin. numero 76. & 77. & 84. contrarium tenent*.

121 Et ratio † est, nam iure non cauetur, talem mentionem fieri debere, vel quod eis expressis Papa gratiam nullatenus concessisset, & non omnia tacita, quorum expressio mouere potuisset, ad denegandam gratiam, vitiant, sed ea solum, quæ de iure, vel stylo sunt exprimenda, seu de quibus reperitur expressum, vel est in iure cautum, quod eis expressis Papa gratiam non concessisset, Rota decis. 32. de rescript. in nouis. Aegid. decis. 697. num. 4. Fel. in capit. postulasti, de reser. sub num. 1. & alij citati 8. p. c. 3. num. 20. & seq.

122 Sed dicta † conclusio limitatur primo, vt non procedat, quando in impetratione facta à tertio in euentum priuationis fuerit adiecta clausula, Et cum decreto, quod resignatio illius cedat in fauorẽ impetrantis, de qua per Probum ad Monach. in d. cap. Alma mater, de sentent. excommunicat. in 6. num. 7. & Mandos. d. tit. de priuat. vers. penult. quæ solet concedi post primam sententiam priuationis, vt per Mandosium ibi. Ita Probus ibi, Staphileus tit. de variis modis vacationis, num. 19. Rebuf. in d. reg. de infirmis. gloss. 12. num. 19. Couar. Plaça numero decimo. Lancellotus 14. Flam. Parisius 63. *Ioan. Guttierez* 40. *Farin.* 91. *Domin. cons.* 105. *col. fin. Bernard. Diaz d. cap.* 94. *numero secundo, ad fin. vbi Salced. lit. C.* & Manuel Rodrig. vbi supra & Molina dict. disp. 78. numer. 2.

123 Ex eo tamen † non tollitur Episcopo dispensandi potestas in casibus, in quibus alias potest, ipsaque dispensatio impediet priuationis sententiam, Couar. Plaça, Ioann. Guttierez & Manuel Rodrig. supra & Henriq. d. lib. 13. cap. 57. §. 1. & Thom. Sanch. d. lib. 7. disputat. 42. numero secundo, & Molina supra. Quamuis contrarium teneat Gambarus dict. lib. 10. num. 227. & 317. & Villadiego d. q. 14. n. 53. *Flam. Paris. num.* 52. *dicens communem & Farin. numer.* 60. *cum alijs, ex eo quod non valet talis dispensatio in præiudicium impetrantis, cùm iam est quæsitum ius ad beneficium, quorum sententia procedet, vbi non simpliciter fuit impetratum beneficium in casu seu euentu permutationis. Sed quando mandatur priuari, & beneficium conferri impetranti, vt per Abb. in c. at si clerici §. de adult. de ind. num.* 18. *cum Ioan. de Lign. & facit cap. quamuis de rescr. in* 6.

124 Secundo † limitatur, vt non procedat in criminoso priuato ipso iure beneficijs, quoniam is renunciare non potest, maxime in fauorem. Felin. in cap. in nostra, de rescript. numero 38. Aufrer. ad d. decisionem capellæ Tholos. 437. num. 5. Boer. dec. 205. numero 8. Rebuff. cons. 59. dub. 3. vers. imo non solum. ad finem, Gamb. dict. libro 10. numero 340. Roi. de benef. cap. 7. & Pet. Greg. cap. 26. nu. 15. & cap. 33. nu. 4. Hoieda de incompatib. 1. p. cap. 4. nu. 21. & cap. 13. num. 62. & Lancel. sup. num. 12. & 34.

& Lamb.

& Flam. Pariſ. num. 33. vbi ſupra & lib. 3. q. 1. à num. 20. & 21. dicens eſſe communem omnium ſententiam, vbi ponit, quod priuetur ipſo iure, & quæſt. 2. nu. 22. Ioan. Gutierez ſupra nu. 44. Azor. 2. p. lib. 7. cap. 17. q. 2. verſ. 3, & cap. 20. q. 8, Gonçalez gloſ. 15. nu. 146, & Flor. quæſt. 13. num. 7. faciunt quæ tradit Tiraq. in l. ſi vnquam verb. reuertatur, num. 267. & Flam. Pariſ. d. q. 1, num. 23. *Nec obſtat, quod cum Açore 1. tom. lib. 8. q. 5. nouiſſimè aut Sanchez. lib. 2. in præc. Decal. cap. 26, num. 6. quod donec crimen hæretici, vel alterius priuati ipſo iure declaretur, valet eius reſignatio, & acquirit ius ille, in quem beneficium reſignatur, ſiue ſimpliciter, ſiue via permutationis, &c. eſt enim contra prædictam doctrinam, & præterea conuincitur ex dictis infrà cap. vlt. à num.* 18. Et caſus, in quibus quis ipſo iure priuatur beneficio, vide infra cap. vlt. & per ibi citatos num. 6.

125 Vnde † idem erit in priuato beneficijs per ſententiam, quæ tranſijt in iudicatum, vt fuit reſolutum in vna Romana beneficiatus S. Petri coram D. Oradino de anno 1561. vt per Flam. Pariſ. dict. q. 1, nu. 151. nam per ſententiam priuationis, quæ tranſijt in rem iudicatam, beneficium vacat, Puteus deciſ. 30. lib. 1. Mohed. 12 de præb. Rota deciſ. 434. lib. 3. par. 3. diuerſorum.

126 Quamuis Rebuff. conſil. 82. dicat quod priuatus per ſententiam beneficio ante executionem poteſt reſignare, quia ſola ſententia priuationis ſine executione non priuat iure, nec poſſeſſione beneficij, & citat caput graues, de exceſſibus prælator. nam id ſolum eſt verum reſpectu poſſeſſionis, qua non eſt priuatus per ſententiam priuationis ante executionem, Nauar. in c. accepta, de reſtit. ſpoliat. oppoſit. 10. ſolut. à num. 35.

127 Et † ſic procedit quod ait Felyn. in cap. inquiſitionis. nu. 7, de accuſ. quod canonicus priuatus per ſententiam non perdit ipſo iure ius ſallum in choro, & locum in Capitulo, ſed oportet, quod diſtabletur per ſuperiorem, non tamen eſt verum quoad ius, & titulum beneficij, quo ſtatim priuatur per ſententiam priuationis, quæ tranſijt in rem iudicatam, Felyn. in cap. cum venerabilis, num. 39. de except. & ſtatim ante executionem poteſt conferri, Archid. num. 3. & Domin. § 1. num. 7. & Franch. ſub num. 5. in cap. ordinarij, de offic. ordinarij, in 6. nec contrarium probat d. cap. grauem.

128 Adducto † tamen, quod renunciatio facta in fauorem à priuato beneficio ipſo iure, vel per ſententiam, quæ tranſijt in iudicatum ante executionem, ſeu ab obtinente beneficium alias ſine canonico titulo erit bona nihilominus & valida, ex clauſulis generalibus apponi ſolitis, Siue præmiſſo ſiue alio quouis modo, &c. dummodo alteri non ſit antea ius quæſitum in tali beneficio. nam ſtante iſta reſignatione de facto facta à poſſeſſore, licet priuato, veniet vigore d. clauſ. vacatio ex priuatione, ſeu alias, iuxta ſupradicta cap. 1. à num. 21. Rota in vna Salamantina dimidiæ portionis 11. Decemb. 1585. coram D. Orano, in qua fuit tentum, quod quamuis dimidia portio vacaret ipſo iure per aſſecutionem canonicatus ex decreto S. Congregat. Concilij: hoc tamen non obſtante fuit locus reſignationi in iſta cauſa cum capiatur portio ex aliis clauſulis generalibus vt etiam alias in eadem cauſa fuit reſolutum, non obſtante deciſione in cauſa Archidiaconatus de Alba, quia ibi fuit conſideratum, quod clauſulis generalibus non fuit locus, quia narratiua reſignationis, neque de iure, neq; de facto iuſtificabatur, quod ſecus in præſenti, in qua ceſſio ſatis verificatur, cum obtinens portionem, ius ſuum ceſſerit ſaltim de facto, &c. & in terminis etiam tenet Nauar. conſil. 12. de reſcript. num. 7. & 10.

129 In † permutatione verò ſecus erit propter clauſ. quæ in permutationibus apponitur, iuxta reg. Cancellar. 39. quod neuter permutantium ius acquirat, niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.

130 Sed hic eſt difficultas, an valeat penſio reſeruata tali reſignanti, qui reſignauit reſeruata penſione, non facta mentione de defectu tituli.

131 In qua † Nauar. d. conſil. 12. ex num. 4. tenet valere, ex eo quod ex tenore ordinario ſupplicationis colligitur ſufficienter eſſe factam mentionem Papæ de defectu tituli generaliter, vel ſpecialiter. *Primo* ex illis verbis, Ex certis cauſis animum ſuum mouentibus reſignare proponat, & reſignet, &c. Secũdo per illa verba, reſeruatis valide infra ſcriptis, & non alias, &c. Tertio, per illa verba, ſine præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c. Et per illa verba, Quomodolibet ſe intromittẽte moleſtan. perturban. &c. & per illa, illaque ex quauis cauſa nulla, & inualida, &c. vel ſimilia in reſeruatione penſionis apponi ſolita. Per quæ omnia, inquit, colligitur, Papam velle penſionem reſignanti reſeruare, *etiamſi nullum ius in beneficio reſignato haberet*, & quia paſſim de ſtylo Curiæ fiunt cauſa concordiæ reſignationes, ſeu ceſſiones litigantium reſeruatis pẽſionibus, de quibus nunquam dubitatum eſt, an deſinerent valere, eo quod reſignantes, ſeu cedentes non haberent ius in illis beneficijs.

132 Nihilominus † tamen verius exiſtimo, non valere reſeruationem dictæ penſionis, ex eo præcipue, quod penſio reſeruatur reſignanti cum clauſula, ne ex reſignatione nimium diſpendium patiatur, Mandoſ. de ſignat. grat. tit. de penſion. verſic. aut datur, & ſic ex cauſa oneroſa, Flam. Pariſ. lib. 6. de reſignat. quæſt. 2. num. 10. Quæ non verificatur in reſignante beneficium, in quo ius non habet, nam cum illud dimittere habeat, nullum ex reſignatione diſpẽdium reuera patitur. Et hanc ſententiam tenet Gambar. de offic. Legati, lib. 6. num. 150. & 151. Gigas conſil. 128. nu. 3. & 4. alias reſponſ. 19. de penſion. & Flam. Pariſ. d. lib. 3. q. 2. ex num. 24. & additio Nauarr. dict. conſil. 12. de reſcript. Et videtur etiam tenere Mandoſ. ſup. verſic. clauſula in ſupplicatione penſionis, vbi ait, quod in ſupplicatione pẽſionis ex cauſa ceſſionis nonnunquam conceditur clauſula, Et quod penſio debeatur, etiamſi nullum ius cedenti competeret, ad tollendas lites, quæ inter penſionarium, & ceſſionarium oriri poſſent, illo aſſerente ius ceſſiſſe, hoc negante, &c. aliquando denegatur, ergo ſine illa clauſula non deberetur penſio, ſi nullum ius cedenti competeret, Flam. Pariſ. lib. 6. q. 2. num. 105.

133 Et † facit deciſio Caputaquen. 300. part. 2. vbi habetur, quod penſio reſeruata in fauorem Rectoris ex cauſa reſignationis in manibus Papæ, cuius Rectoris ius ſuper dict. beneficio per ſententias & rem iudicatam in Rota fuerat canonizatum, non poterit per ſucceſſorem in beneficio tanquam nulla impugnari, ex eo, quia ille primus Rector non habebat

habebat ius:& ita fuit tentum in vna Calagurritana pensionis coram D.Chisanen.die 1.April.1552.Innuit ergo quod si ius illius Rectoris non esset per rem iudicatam canonizatum, posset d. pensio tanquam nulla impugnari, ex eo quod non habebat ius.

134 Facit † etiam decis. Mohed.25.de præbend.ad fi.libr.alijs 166.quam refert Mandos.sup.vers. quæro subsequenter.quatenus innuit, quod si cessionarius,de quo ibi, qui consensit pensioni ex causa cessionis iuris cum quo se contentauit, & remansit satisfactus,expertus esset in iudicio cum illo iure, & ex illo succumberet, non teneretur ad pensionem.

135 Et tandem † id videtur tenuisse Rota in vna Cremonens.4.Nouembr.1583.coram D.Cantucio, & in vna Valentina 4.Iun.1585.coram D. Robusterio,in quibus fuit resolutum, resignatarium posse annullare pensionem,aut reseruationem fructuũ, quia resignans habebat ius, & beneficium ex resignatione mortui,qui non publicauerat,ex quo omne ius amiserat,& sic iste secundus resignatarius potest dicere de nullitate pensionis, aut reseruationis fructuum,quamuis consenserit,iuxta decis.9.Achil. de pension.alias 421.refert,& sequitur,dicens, valde notandum,& mente tenendum, Flam. Paris. de
136 resig.lib.11.q.8.numer.61.Pensionarius † tamen agens ad pensionem sibi reseruatam ex causa resignationis,non tenetur probare resignationem fuisse validam,etiam aduersario opponente, sed aduersario incumbit onus probandi contrarium,vt in vna Salamantina pensionis 26.Iubij,1582.corã D. Bubalo,in qua fuit resolutum,quod pensionarius agẽs ad pensionem sibi reseruatam ex causa cessionis, resignationis, aduersario opponente, resignationem non fuisse publicatam, iuxta constitutionem Pij V. non tenetur probare fuisse publicatam,sed aduersario incumbit onus probandi contrarium. Nam licet in resignatione se fundans dato cõcursu alterius tituli,ad exclusionem tituli aduersarij, tenetur concludenter probare titulum validum,& sic procedũt decisiones,in cau. Calagurritana Thesaurariæ corã sanctissimo Clemente VIII.& Hispal. Archidiaconatus,de Rayna,coram D.Blancheto,quod dans de resignatione debebat illam ostendere publicam, secus vero vbi non agitur de exclusione alterius tituli,tũc sufficit verificare narrata de facto,&c.

137 Vnde is cui † est reseruata pensio ex causa cessionis iuris, ne ex ea nimium dispendium patiatur non tenetur iustificare ius cessum, quamuis contra successorem in beneficio debeat docere de aliquo iure, licet non illud iustificare,ne de facili grauentur beneficia pensionibus contra successores sub prætextu cessionis iuris, Puteus decis.342. & seq. lib.1. Flam. Paris.lib.6.q 2.nu.106.

138 Nec obstant † fundamenta Nauarri. Negamus enim ex tenore supplicationis colligi, factam esse mentionem Papæ de defectu tituli generaliter, vel specialiter,nam ex illis verbis,ex certis causis animũ suum mouentibus,&c.aut ex illis, Reseruatis valide infrascriptis,&c. id nullo modo colligi potest, maxime cum postea petatur reseruari pensionem, ne ex resignatione, nimium dispendium patiatur. Et clausulæ generales, Siue præmisso, siue quouis modo, &c, solum referuntur ad prouisionem beneficij resignati, & non ad reseruationem pensionis. Et illa verba, quod resignatario illam impugnante,seu annullante, aut etiam illa, nulla & inualida existente, liceat resignanti ad beneficium liberum habere regressum, potius denotant, ipsum habere ius in beneficio.

139 De pensionibus † autem reseruatis litiganti, resignanti, seu cedendi causa concordiæ, diuersa est ratio, nam quamuis pensiones istæ reseruentur etiã ne ex cessione nimium dispendium patiatur, tamen reseruantur respectu cessionis iuris, talis qualis, ac litis,& causæ, Mohed. decis. 14. de renunciat. alias 110.quam refert Mandos.de signatura,tit. de regress lib.vers.regressus concessus fuerat.

140 Sed dices, si † non valet reseruatio pensionis facta resignanti, qui non habet ius in beneficio: ergo nec valebit prouisio ipsius beneficij resignanti, etiam ex clausulis generalibus,Siue præmisso, siue alio quouis modo, &c. cum resignatio sit conditionalis reseruata valide pensione,& non aliàs,qua conditione non impleta,non datur resignatio, etiam de facto,vt sit locus dictis clausulis,iuxta supradicta d.
141 cap.1.à nu.39.Respondetur, † quod cum d. pensio aliàs sit valide reseruata,& quantum est ex parte Papæ,& resignatarij,defectusque illius conditionis solum proueniat ex defectu iuris ipsius resignantis, perinde est ac si impleta fuisset.

142 Secundo notandum est, † quod potest quis beneficio renunciare non solum per se, sed etiam per procuratorem, vt per Corras. d. cap. 8. numero 7. Roffin.cap.22.& 24.Flam.Paris.lib.9.de resignatione.vbi per 32.quæstiones late agit, hanc materiam de procuratore ad resignandum, & ideo ad eum lectorem remitto, de qua etiam Azor 2. part. libr.7. cap.22.

## *Quod renunciatio debeat esse libera & pura.* §. II.

### SVMMARIA.

*VT renunciatio consistat,debet esse libera & spontanea, non metu facta,aut per dolum, vel fraudem,licet donec rescindatur,mero iure teneat,nu.143.& de renunciatione sic facta,aut post spolium; & de prouisione metu facta remissiue,nu.144.*

*Resignatio etiam pura esse debet non solum à pecunia, sed etiam ab omni pactione,debet enim esse libera, & sine vllo pacto,modo,vel conditione,aliàs simoniaca est, & nulla, nu.145. Quamuis non est confidentialis resignatio beneficij facta cum pacto,quod resignatarius suffragetur resignãti,vel alteri in aliqua electione committitur.*

*Resignatio facta cum pacto, quod resignatarius faciat omnem impensam in admissione & expeditione literarum pensionis pro resignante,& simoniaca,etiam si postea retineat in primo termino solutionis pensionis,contra Flam.Parisium, nisi fiat cum beneplacito Papæ,nu.147.& seq.*

*Gratia & beneplacitum Papæ,vt expensæ fierent per resignatarium obtenta ex falsa causa expressa in supplicatione,puta,quia fuit dictum,attenta paupertate,resignantis,præcedente tractatu est confidentialis,nisi illa clausula fuisset posita in supplicatione à reuisoribus,inscijs resignante, & resignatario,nu.149.*

*Sed obijcitur,quod supradictum est 40.de expressione valoris maioris vero beneficij resignantis,nu.150.*

*Quæ doctrinæ concordantur & explicantur, nu. 151.*

*Renunciatio facta in fauorem certæ perſonæ, ſeu vt beneficium alicuius conferatur, ſimoniaca eſt, & nulla, num. 52. Quidquid dicant alij relati, numer. 153. quorum opinionibus omiſſis, communis tenetur, & probatur, numero 154. Nec poterit inferior à Papa conditionem reijcere, & reſignationem ſimpliciter admittere, contra aliquos, nu. 155. Vnde reſignatio facta in manibus Legati ſimpliciter, cum mandatum ad cedendum eſſet in fauorem certæ perſonæ, licet enim prouiderit, fuit nulla, ex Rota contra Rebuffum, & alios, nu. 156.*

*Obtinens beneficium non poteſt illud renunciare ſeu cedere in manibus Epiſcopi, ad effectum, vt vniatur alicui loco, ſeu Eccleſiæ, & non aliàs, quamuis contrarium videatur ſuppo nere Rota in vna Segob. relata, nu. 157.*

*An eſto, quod non poſſit fieri coram Ordinario renunciatio in fauorem alterius, poſſit tam quis conſentire, quod ſuum beneficium conferatur certæ perſonæ, ſeu vniatur certo loco in ſui præiudicium, ſicut poteſt abſolute conſentire, quod prouideatur, à nu. 158. reſoluitur affirmatiue. An coram Ordinario fieri poſſit ceſſio iuris, litis, & cauſæ in fauorem collitigantis nu. 160.*

*Renunciatio facta, & ab aliàs non renunciaturo etiam in manibus inferioris, ea intentione, & ſpe, vt alicui certæ perſonæ conferatur, ſine pacto tamen, aut conditione valet, nec committitur vlla ſimonia, etiam mentalis, nu. 161. & ſic non eſt ſimonia, cum mandatum ad reſignandum certa beneficia in manibus inferioris à Papa, pure, libere, & ſimpliciter, nec non petendum, & obtinendum de eis prouideri certæ perſonæ, ex Rota apud Caſſadorum, nu. 163. & ſimile ait Rebuff. relatus nu. ſeq.*

*Objcitur conſtitutio Pij V. de confidentia, ibi, etiam ſola dimittentis intentione, & ibi licet ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum, nu. 194.*

*Pro reſponſione dicitur quod abſque pacto, modo, ſeu conditione, confidentia beneficialis non eſt ſimoniaca, prohibita, & punibilis per dictam conſtitutionem Pij V. & Pij IV. contra aliquos, abſque pacto enim, modo, ſeu conditione, nõ inducitur ſimonia, nu. 165. 166. 167. & ſeq. adducuntur reſolutiones Rotæ, & nu. deciſio Rotæ.*

*Vnde ex mutuo inducitur ſimonia, & confidentia, quando adeſt pactum tacitum, ſine expreſſum, ceſſante vero pacto non, nu. 170. quamuis aliqui tenuerint ex mutuo non committi confidentiam, etiam ſtante pacto: quæ opinio certa videtur, quando mutuum fuit factum ante reſignationem, vel in ipſa reſignatione, nu. 171. Vnde etiam renunciantes beneficia reſeruata penſione, caſpe & intentione, vt illa ſtatim redimatur, non committit confidentiam, nec ſimoniam, niſi pactum interuenerit, nu. 172.*

*Et conuincitur opinio Ioannis Guttierez dicentis in dictis conſtitutionibus comprehendi confidentias illicitas, licet non ſimoniacas quoad vtrunque forum. & etiam licitas quoad forum exterius, nu. 173.*

*Eo ſuppoſito, ad dicta verba conſtitutionis Pij V. etiam ſola dimittentis intentione, ponitur prima reſponſio Flam. Pariſ. nu. 147. Quæ non ſatisfacit, nu. 175. Secunda reſponſio eiuſdem cum Hier. Gabr. quam ſequitur Suarez ponitur à nu 176. qui reprobat interpretationem Nauarri nu. 177. Sed iſta reſponſio, & interpretatio Fla. reprobatur à n. 181.*

*Author dicit, quod intentio renuntiantis, vt beneficium alteri detur, & e. duplici modo poteſt ſe habere. Primo quod non intendat ad id arctare, & obligare, ſed vt libere & ſponte fiat, & tunc nulla committitur ſimonia etiam mentalis. Secundo modo, quod intendat, ad id arctare, non tamen declarat prauam ſuam intentionem, & tunc committitur ſimonia mentalis, num. 184. & 185. Sicut in ſimili dicitur de vſura mentali, quæ non eſt perpendenda ex intentione principali, vel minus principali, ſed ex eo, quod mutuans intendat aliquid ſibi dari gratis, vel non gratis. num. 186. & d. ſecundo modo intelligit dicta verba conſtitutionis Pij Quinti, qui voluit prohibere, & punire, ſaltim in quatuor caſibus crimen confidentiæ ſimoniacę mentalis, etiam vnius tantum partis intentione, & conſcientia commiſſum num. 187. & 188.*

*In iſtis caſibus ſimonia mentalis confidentialis ſubiecta erit obligationi reſtitutionis, & cenſuris, & pœnis ex dicta conſtitutione, licet aliàs ſimonia mentalis nullo modo obliget ad reſtitutionem, nec ſubiaceat cenſuris, ex cap. fi. de ſimonia. ex quo tantum colligitur, quod de facto non punitur, non tamen, quod Eccleſia non poſſit illam punire, nu. 189. Sicut etiam conſtitutio Gregorij XIII. de datis & promiſſis pro gratia, vel iuſtitia obtinenda, & eius pœnæ locum habent etiam in ſimonia mentali. numero 190. & eſt in ſimili conſtitutio 33. Pauli IV. quæ declaratur, numero 191.*

*An in verſiculo, quare nos, dictæ conſtitutionis Pij V. ibi, Aut illius fructus legendum ſit illi, vel alijs, aut alij, vel alijs, à num. 192.*

*Reſoluitur legendum eſſe illi vel alijs, contra aliquos.*

*Reliqua de confidentia apud quos videnda ſunt.*

*Hallucinatur Nauarrus confundens quatuor caſus confidentiæ, qui ponuntur in d. conſtitutione Pij V. à verſ. quare nos cum coniecturis, quæ etiam ſunt quatuor, & ponuntur in verſ. ad probandum, & illi quatuor caſus vocantur præſumptiones iuris, & de iure, & non ſunt arbitrariæ, ſed iure definitæ, nu. 196.*

*Licet perceptio fructuum per reſignantem poſt reſignationem inducat præſumptionem confidentiæ, purgatur tamen conſtito de cauſa, ex qua fuerunt percepti, nam contra quatuor coniecturas poſitas à Pio V. admittitur probatio in contrarium, nu. 197.*

*Ex donatione omnium fructuum, aut partis facta à reſignatario reſignanti intrat præſumptio confidentiæ, quoties fuit facta illico poſt reſignationem, ſecus, ſi poſtea aliquo tempore interiecto, vel ex aliqua cauſa, nu. 198. Et ex iſta prima coniectura non inducitur, nec concluditur vera confidentia, ſed colligitur præſumptio, ex qua alijs concurrentibus vult Papa probationem reſultare, & idem in 2. 3. & 4. cõiectura, contra aliquos, à nu. 198.*

*Objcitur etiam contra iſtam reſolutionem alia conſtitutio Pij Quinti 58. verſ. caueant, ex quo apparet, non poſſe coram Ordinarijs renuntiari beneficia, deſignando quouis modo ſucceſſorem, aut ea intentione, vt alteri conferantur etiam libere, num. 202. nec poteſt procedere d. deciſio Caſſadori, num. 203.*

*Et conuincitur interpretatio Flaminij Pariſij, quod intelligatur de intentione tacite, vel expreſſe in conuentionem deducta, nu. 104.*

*Et interpretatio Ioannis Guttierrez, quod procedat in foro exteriori, ſecus in interiori, nu. 205.*

*Exiſtimat author ex iſta conſtitutione nouæ prohiberi reſignationem coram Ordinarijs factam cum mutua intentione, vt certæ perſonæ beneficium conferatur, etiam ſponte, aut deſignando etiam nutu, vel ſigno futuros ſucceſſores, aliàs reſignatio erit nulla propter decretum irritans, nu. 206. & tamen beneficium tanquam vacans manebit reſeruatum Sedi Apoſtolicæ, aut ſuperioribus Ordinarij, num. 207. ac admittens talem reſignationem incurrunt ſuſpenſionis pœnam nu. 208. ſi vere reſignatio fieret cum intentione, & ſpe reſignantis tantum, vt beneficium conferatur alteri, pro quo poſtea*

*poſtea rogare intendit, non tamen vllo modo illũ deſignando, non videtur eſſe contra dictam conſtitutionem, quæ tamen videtur prohibere mutuam intentionem. nu. 209.*

*An non obſtante dict. conſtitutione 58. dict. verſ. caueant, poſſit reſignari beneficium coram Ordinario cum intentione mutua, vt libere vniatur alicui certo loco ſeu beneficio, vel deſignando locum, cui vniri deſideratur, abſque vllo tamen pacto, modo, vel conditione, a num. 210. reſoluitur negatiue.*

*An per renuntiationem ſimoniacã, quamuis ſit nulla, abdicetur ius a reſignãte, & valeat in eius præiudicium, à n. 213, reſoluitur negatiue contra aliquos, quamuis ſic renuncians non poterit repetere beneficium a reſignatario, ſeu alio poſſeſſore illius, allegando propriam turpitudinem. n. 218.*

143 TErtio notandum eſt, quod † vt renunciatio cõſiſtat, & firma ſit, oportet eam liberam eſſe, & ſpontaneam, non metu factam, aut per dolum, vel fraudem extortam, licèt donec reſcindatur, mero iure teneat c. ſuper hoc. c. penult. de renunc. c. Abb. c. ad aures, & cap. ad audientiam, de ijs quæ vi. vt per

144 Corraſ. d. c. 8. nu. 10. & 11. Et † de renun. metu facta, vide Rebuff. in praxi, tit. de reſig. metu extor. & tit. de vi in reſignationibus adhibita. Roſin. c. 19. de benef. & Nau. in c. accepta. de reſtit. ſpol. oppoſit. 4. 5. & 6. ſolut. & Fla. Pariſ. li. 13. q. 1. & 2. Azor 2. p. li. 7. q. 1. & 2. & de prouiſione metu facta, Seluã de benef. 3. p. q. 32. & de renuntiatione per dolum, vel fraudẽ facta, vide Rebuf. tit. de cauſis reſignationem irritã. & primo de dolo, & Fla. Pariſ. d. lib. 13. q. 13. & 4. & q. 5. agit de renuntiatione poſt ſpolium, & Azor d. capit. 26. 1. q. 3.

145 Deinde reſignationẽ † puram eſſe oportet, non ſolum à pecunia, d. c. ſuper hoc. de renunc. ſed etiam ab omni pactione, debet enim eſſe libera, & ſine vllo pacto, modo, vel conditione aliàs ſimoniaca eſt, & nulla, c. cum pridem, c. fi. de pactis. c. ex parte. 1. de offic. deleg. & c. tua nos. de ſimo. Fel. in c. ad audientiam 2. de reſcrip. n. 3. Staphil. de literis gratiæ titu. reſign. modus nu. 5. Rebuff. in praxi, ti. de pura reſign. Corraſ. d. c. 8. nu. 12. Io. Nicol. Gimon. tit. 5. c. 5. nu. 6. Fla. Pariſ. lib. 14. q. 3. nu. 1. Armil. verb. renunciatio. nu. 2. & Cechus de benef. & penſio. c. 13. nu. 7. verſ. 2. loco. Tuſchus concl. 253. litera S.

146 Vnde rectè docet † Fla. Pariſ. de confid. q. 48. in fi. quod quamuis non eſt confidentialis reſignatio beneficij facta cum pacto, quod reſignatarius ſuffragetur reſignãti, vel alteri in aliqua electione, in qua ipſe habet vocem, vel multum poteſt, quia hic caſus non comprehenditur in conſtitutionibus Pij IV. & V. de confiden. verum ex hoc committitur ſimonia, Nauar. c. 25. nu. 100. verſ. nam cum quis.

147 Vnde etiam † reſignatio facta cum pacto, quod reſignatarius faciat omnem impenſam in admiſſione & expeditione literarum penſionis pro reſignãte, eſt ſimoniaca. Nauar. conſ. 25. & 30. de ſimonia, & Flamin. Pariſ. d. libro 14. de reſignat. q. 7. num. 9. & 10. Qui tamen ait, id procedere, quando poſtea illam nõ retinuit, nam ſtylus ſatis vulgaris eſt, quod reſignatarius expendat in expeditione pro reſignãte, retinet autem id quod impedit in primo termino ſolutionis penſionis, & quod ita practicatur abſque ſcrupulo, ſequitur Azor 2. p. libro 7. c. 27 q. 7.

148 Quod tamen † ego non exiſtimo verum, quando præcedente pacto reſignatarius facit impenſam pro reſignante, etiamſi poſtea illam ſit retenturus in primo termino ſolutionis penſionis, nam etiam tunc committitur ſimonia ex dictis. Nec practica eſt in contrarium, quidquid dicat Flam. ſed vt id licitè fiat, ſolet requiri, & peti beneplacitum Papæ ad Rebuff. titul. de noua prouiſione numero 35. & Cotam deciſ. 338. in miſcell. manuſcriptis. Et quod pacta, quod vnus permutans ſoluat omnes expenſas, vel expediat ſuis ſumptibus bullas ad vtrumque permutantium pertinentes, & ſimilia, ſimoniaca ſunt, niſi Pontifici declarentur, & ipſe conſentiat, docet Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 34. num. 19.

149 Et gratia & beneplacitum † Papæ, vt expenſæ, verbi gratia faciendæ in expeditione fierent per reſignatarium obtenta ex falſa cauſa expreſſa in ſupplicatione, puta quia fuit dictum, Attenta paupertate reſignantis, præcedente tractatu eſt confidentialis, nam cum dicta gratia ſit ſurreptitia, & nulla, negotium remanet in ſtatu, quo erat ante dictam conceſſionem, quo conſiderato conſtat de pacto illicito prohibito, & confidentiali, quod fuit cõſummatum. nam fuerunt factæ expenſæ, ex quo ſequitur eſſe commiſſam confidentiam, ſicuti eſſet commiſſa non obtenta dicta conceſſione faciendi dictas expenſas ſecuto effectu, iuxta dict. conſtitu. de confid. quæſt. 46. qui in fine limitat non procedere, quoties illa clauſula, attenta paupertate, fuiſſet poſita in ſupplicatione à reuiſoribus inſcijs reſignãte & reſignatario, nam hoc caſu excuſarentur à cõfidentia, ex veriſimili ignorantia, clauſulæ appoſitæ, vt in terminis fuit reſolutum in cauſa Aretina confidentiæ 23. Iaquar. 1565. coram Dom. Litta, poſita per Farinac. cenſione 75. à num. 65. & deciſ. 101. licet ante contrarium iudicaſſet iudex confidentiarum.

150 Sed obſtat, quod † cum eodem Fla. Pariſ. quæſt. 41. ſupra diximus num. 40. quod expreſſio valoris maioris vero beneficij reſignati facta à reſignante, & reſignatario, vt Papa reſeruet maiorem penſionem reſignanti, non inducit ſimoniam, vel confidentiam, &c. & tamen illa reſeruatio eſt etiam ſurreptitia & nulla.

151 Concordari † poſſunt iſtæ doctrinæ, quod id quod d. nu. 40. dictum eſt, procedat cum reſignans, & reſignatarius ſimpliciter tractant, quod maior valor exprimatur, vt reſeruetur penſio inter eos cõuenta, non tamen tractant, quod penſio ſit ſoluẽda à reſignatario, non obſtante, quod obſeruatio ſit ſurreptitia, & nulla, & ſic non eſt conuentio de ſoluenda penſione nulla, & inualidè reſeruata, id vero quod ſupradictum eſt num. 149. procedat cum reſignans. & reſignatarius tractant, quod d. expenſæ fiant per reſignatarium, & ad colorandum, illũ tractarum & pactum, petunt beneplacitum Papæ, cum clauſula attenta paupertate reſignantis, quia fortè aliàs non concedet, cum tamen ea cauſa ſit falſa, & ſic in effectu expenſæ fiunt per reſignatarium ex pacto, quia non tractant ſimpliciter de petendo a Papa, quod ſolutio expenſarum fiat per reſignatarium attenta paupertate reſignantis, ſed de expenſis faciendis per reſignatarium, obtento beneplacito Papæ, cum dicta cauſa falſa.

152 Vnde etiam renuntiatio † facta in fauorem certæ perſonæ, ſeu vt beneficium alicui conferatur, ſi-

moniaca eſt,& nulla,gloſſa in d.c.ex parte 1. de eff. deleg.& Abb.ibi,& in c. dilecto. de præb. & in cap. cum vniuerſorum,num. 5. de rerum permutat. Fel. in cap.ad audientiam,2.de reſcript.num. 3. Ripa in c.cum M.de conſtit.num. 174. Mill. in rep. verb.renunciatio beneficij ſimoniace facta,additio deciſionis Capellæ Tholoſ.439.n.4.Rebuff.in praxi,tit. de reſignatione pura,& tit.de reſignatione condition. nu.1.& de pacificis poſſeſſ.nu.178.aliàs 154.& conſ. 94.Sarnen.in reg.de triennali,q.16.verſ. poſtremo. Aymon.conſ.122.Corraſ.d.c.8.n.12.Petr.de Baiſio in directorio elect.3.p.c.1.nu.4.Ferretus conſ.95.n. 13.& 14.Nau.in c.ſi quando de reſcrip.except.4.n. 2.& in man.c.23.num.107.verſ.ad 10.Mandoſ.reg. 19.de infirmis,q.16.nu. 11.& reg. 34. de annali, q. 46.nu.2.Redoa.de ſimonia.p.2.c. 22. Roſin. de benef.c.14.2 nu.4.& Petr.Greg.c.28.nu.8.Flam.Pariſ. de reſignat,lib.1.q.3.num.3.& lib.5.quæſt.6. nu. 1, & 189.& lib.8.quæſt.7.num.11.& 12.& libr. 9. q.9. & lib.14.quæſt.3.num.12.qui plures refert, & dicit communem,& in praxi obſeruatam,*Vgol.de ſimonia. tab.1.c.28.§.2.num.1.& 5.& cap.3.§.4.num.5.& de offic.Epiſc.c.50.§.18.num.1.& 5.& 19.num.3.* Ioan. Guttierez conſ.42.nu.7.& 8.& D.Spino in c.admonet de renuntiatione num.11.& D. Frechilla in Rubrica eod.tit.num.29.& Caſſad.deciſ.3 num.1.de renuntiat. & deciſ. 2.de ſimonia. Puteus deciſ. 455. nu.3.lib.2.quæ loquitur in nuntio.Caputaquen.deciſ.192.p.2,& deciſ.93.par.3.& Rota dec.146.lib.3. & 921.lib.3.p.3.diuerſ.& deciſ.265.nu.2 p.2.& deciſ.656.nouiſ. *Farin.ad ſi.ſum.Bullar.Quar.verb. beneficiorum reſignationes*, & add. & ex Theologis D. Antonin.ſum.2.p.tit.1.c.5.§. 11. Sylueſt. verb. renuntiatio.q.6.Coſmas Philiarcus de off.Sacer.2.p.lib.6. c.3. Lud.Lopez inſtruct.cõſcien.1.tom.c.303. Man. Rodriguez in ſum.2.tom.c.60.nu.1.& Cechus de benef.& penſ.c.13.nu.2.verſ. quæ quidem reſignat. & nu.7.verſ.dicitur autem.& poſthæc Gonçalez gl. 14.nu.21.& 57.*Aſor 2.p.lib.7.c.21.q.1.& 2 & c.27 q.1.& 4.& 3.par lib.12.c.8.q 3.& 4.*& attento ſtylo Curiæ,Leſſius l. b.2.c.35.numer.87.& ſtante conſtitutione Pij V. Suarez dict.lib.4.cap.35.*& fr. Raph. de la Torre de relig. 2. tom. quæſt.100.artic. 5. diſp. 11. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 155. numero 5.* & videnda ſunt dicta ſupra 8. parte capitulo 1.ex numero 2.

153 Quamuis Soto † iuſtit.& iure lib.9.quæſt.7. art. 2. doceat licite poſſe fieri coram ordinario renunciationem in fauorem deſignatæ perſonæ, & non aliàs, quoniam, inquit, nullo iure prohibetur in prælati arbitrio ponere, ſi voluerit conferre Petro, quod ſi noluerit aliter ille,qui iure poſſidet, non renunciat:ſequuntur Aragon.2.2.quæſt.100.artic. 4. verſ.eſt aliud dubium,de permutationibus 2. concl. Valentia 2.tom.diſput.6.quæſt.16.num.3.verſic. 2. circumſtantia,& Vega in ſum.2.p.cap. 10. caſu 54. Quod etiam tenet Duaren.de benef.l b.8.cap. 2. §. quomodo beneficium eximendum ſit.& in parte, ſequitur Couar.lib.1.variar.c.5.num.5.dicens in ea renuntiatione nullum adeſſe vitium, ſaltim ſimoniæ, cum ea conditionalis reſignatio in hunc ſenſum,tantum iure prohibeatur, vt ex ea prælatus minime teneatur præciſe beneficium conferre ei, cuius fauore adiecta fuerit conditio. Quod ipſum videtur tenere Staphileus, de litteris gratiæ, titulo de varijs modis vacationis,§.reſignationis modus num. 8.9. 10. 11.& 12.& ſequitur Zerola in praxi Epiſcopali 1.p. verb.renuntiat.§.2.& 3.verſ. 10. Quintanaduennas libr. 2. Eccleſiaſticon,ex numero 19.ad 28.addens, quod quamuis huiuſmodi renuntiatio, apud ordinarium conſtitutione Pij V.poſtea prohibita ſit, & collatio irritetur,non tamen eſt ſimoniaca. Et Duarenus vbi ſupra in fi.inquit,Hoc tamen iure vtimur, vt Pontifices, ſeu antiſtites conditionem reſignationi adiectam velut turpem,ac bonis moribus contrariam reijciant, & beneficium quaſi pure, ac ſimpliciter cuiratum arbitrio ſuo alij concedant, non ſine magna cuirantium captione, præterquam ſi ex cauſa permutationis cuiratio facta fuerit. Probus vero ad Monach. in capitulo ſecundo de offic. legati in 6. numero 5. vult quod reſignatio in fauorem alicuius intelligitur,ſi ille ſit benemeritus, & idoneus, aliàs poteſt alteri conferri, nec inducitur ſimonia, & in cap. nullus, de temporibus ordinat. numero 20. videtur velle talem renunciationem valere,niſi appareat Epiſcopum, in cuius manibus fiebat renunciatio conſenſiſſe proteſtationi, quod tali conferatur.

154 Sed omiſſis omnibus iſtis opinionibus,communis tenenda eſt,quæ recte probatur ex d. c. cum pridem,& c.ſi.de pactis,& c.ex parte 1 de offi.deleg. & d.c.tua nos,de ſimon.cum alijs,& eſt approbata per Pium IV.in ſua conſtitut. 144.de beneficiorum fraudulentis permutationibus & per cõſtitutionẽ Pij V. 58.verſ.caueant.vbi abſolute prohibetur reſignatio in fauorem coram ordinario, etiam in caſibus, in quibus in dicta conſtitutione permittitur fieri reſignatio in manibus ordinarij, qui de reſignatione ſimplici,& pura loquuntur,quicquid dicat Io.Guttierez d.conſ.42.num.9.

155 Nec poterit inferior à Papa † conditionem reijcere, & reſignationem ſimpliciter admittere, vt recte tradunt Rebuff.d.tit.de reſignat. conditional.n. 7.Roſiniacus d.c.14.à nu.18.& Ioa.Guttier.d.conſ. 42.num.8.quamuis contrarium teneant Boerius in tract.de dignitate legati,q.2. num. 115. Staphileus d.§.reſignationis modus,nu.9.& 10.& videtur Probus in d.c.nullus nu.20.& inclinat Fuſcus de viſitatione lib.2.c.28.nu.20.

156 Vnde in vna Sarſinaten. beneficij coram D. Nouato † de anno 1549.Rota reſoluit reſignationem factam in manibus legati ſimpliciter, cum mandatum ad cedendum eſſet in fauorem certæ perſonæ, licet eidem prouiderit fuiſſe nullam,vt per Mandoſ. dict.reg.19.quæſt.16.numero 11. quamuis contrarium teneat Rebuff.d.tit.de reſignat.conditionali, numer.23.& 18.cum Paulo Pariſ.conſ. 15. volum. 4. idem Rebuff. conſ. 85. & 87. & Ferretus conſ. 208. quod conſ.Pariſij ſequitur poſthæc Gonçalez gloſſ. 12.nu.91.& Azor 2.p.lib.7.cap.21.q 6.

157 Ex dictis infertur † obtinentem beneficium,non poſſe illud renunciare, ſeu cedere in manibus Epiſcopi ad effectum,vt vniatur alicui loco, ſeu Eccleſiæ, & non aliàs, vt videtur tenere Rota in Elnen. præceptoriæ vltim.Ianuar.1582. apud Farinac. deciſio. vigeſimatertia,quamuis contrarium videatur ſupponere Rota in vna Segouien. præſtimonij 24. Octob. 1580. coram D. Cantucio, quæ habetur ſecunda parte,diuerſorum deciſ.133.in qua fuit reſolutum vnionem factam per Epiſcopum Segobien.

fabricæ

fabricæ Eccleſiæ cathedralis, propter eius paupertatem, de quodam præſtimonio reſignato in eius manibus per illius poſſeſſorem, ad effectum, vt vniretur dictæ fabricæ fuiſſe validam: in qua cauſa quãuis multa opponerentur contra dictam vnionem, non tamen fuit facta vlla difficultas in hoc, quod fuiſſet facta ab ordinario per viam ceſſionis factæ ad effectum, *vt vniretur, & nouiſſimè ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 155. à num. 5. dicens, quòd dicta conſtitutio Pij 5. non habet locum in reſignatione beneficij facta ad effectum illud vniendi fabricæ Eccleſiæ, quia bulla loquitur de beneficijs reſignatis ad effectum transferendi illorum titulos in alienam perſonam per viam prouiſionis faciendæ per ipſum ordinarium, & ſic de illis beneficijs reſignatis, quibus dantur ſucceſſores, vt patet ex lectura eiuſdem conſtitutionis. Sed quando vnitur beneficium, non ſolum transfertur titulus, ſed penitus extinguitur, ita vt procedat nomen beneficij, vnde cùm deficiat perſona ceſſionarij, non intrat conſtitutio, prout in ſpecie fuit deciſum per* Rotam *in dicta Segonien. & coram Cardinali Lancelloto ad cauſam 28. Iun. 1581. cùm præſertim dicta conſtitutio concedat ordinarijs, vt admittant permutationes permiſſas à ſacris ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus. Id etiam extenditur ad iſtas vniones beneficiorum, quæ admittuntur pro fabrica Eccleſiæ, Imola in cap. cùm acceſſiſſent num. 14. de conſtitut. ita vt etiam Epiſcopus cogatur vnire cauſa ſubſiſtente, Mandoſ. reg. 12. quæſt. 6. num. 3. & 4. Hæc Gratianus. Sed certè cum talis reſignatio non fiat liberè & ſimpliciter, ſed in fauorem illius, cui vnitur, & cum pacto ſeu modo vt illi vniatur, videtur eſſe ſimoniaca, & comprehendi in d. conſtitutione: nam & fabrica cui vnitur beneficium, eſt ſucceſſor ſuo modo, ſeu largè, vt infra num. 212.* & ſimonia etiam vitiat vnionem. Rebuff. in praxi, tit. de vnionis reuocatione, nu. 8.

157 Sed offert ſe dubium,† an eſto, quod non poſſit fieri coram ordinario renunciatio in fauorem alterius, poſſit tamen quis conſentire, quod ſuum beneficium conferatur certæ perſonæ, ſeu vniatur certo loco in ſui præiudicium, ſicut poteſt abſolute conſentire, quod prouideatur, c. beneficium. de regular. in 6. & c. commiſſa. de elect. eod. lib. & ibi Francus n. 2. & in d. c. beneficium, nu. 5.

158 Et videtur quod non, nam conſentiendo, beneficio renunciat, vt dicit gloſſa verb. aſſenſus, in dicto capite beneficium, & ſic ſicut non poteſt renuntiare in fauorem certæ perſonæ, ſeu loci, ita nec conſentire.

159 Nihilominus † tamen videtur poſſe, quia conſentiens, vt ſuum beneficium prouideatur, non renunciat vere, & proprie, ſed tantum fictè, & improprie, & ita eſt intelligenda dicta gloſſa, & colligitur ex Franco, ſupra. & Mohed. deciſ. 10. de priuileg. & Flamin. Pariſ. libro primo, de reſignatione quæſt. 1. numero 23. qui loquitur per verbum, videtur, quod denotat improprietatem, & fictionem. Quod patet, quia antequam prouideatur conſentiens, manet beneficiatus, & poteſt reuocare conſenſum, & ſic conſentiens, quod huiuſmodi beneficium conferatur certæ perſonæ, ſeu vniatur certo loco, non renuntiat in fauorem, &c. nec ibi interuenit pactum, conditio, ſeu modus, ſed nudus conſenſus, qui non inducit ſimoniam. Et idem videtur in renunciatione in fauorem ſub conditione propria, & ſuſpenſiua, nempe ſi beneficium conferatur tali, nam in effectu eſt quidam conſenſus, quod conferatur illi, nec etiam hic interuenit pactum, ſeu modus, licet Suarez d. cap. 35. à numer. 5. contradicat.

160 Rurſus ſe offert † dubium, an ſaltim eorum ordinario fieri poſſit ceſſio iuris litis, & cauſæ in fauorem collitigantis, in quo quidem Rota in vna Gienen. Archidiaconatus, 1. Iulij 1580. coram Illuſtriſſimo Lancelloto, poſita per Farin. deciſ. 20. tenuit talem ceſſionem factam in manibus prouiſoris validam eſſe. Sed quamuis id ſit verum in ceſſione litis, & cauſæ, quæ etiam ſine authoritate ſuperioris fieri poteſt, & etiam in ceſſione iuris ſimpliciter factæ, quæ in manibus ordinarij, ſine difficultate fieri poteſt. Rota deciſ. 3. de renunciatione, alias 306. in nouis, Iaſ. in l. poſtquam liti, num. 1. & ibi alij. C. de pactis, de quo tamen vide infra nu. 249. at in ceſſione iuris facta in fauorem alterius ad effectum, vt ordinarius, ſeu alius à Papa illi conferat ius ceſſum, non videtur ſecurum, nec certum, cum fiat ceſſio iuris ſpiritualis cum modo, ſeu conditione, iuxta dicta. Vnde ea reſolutio videtur intelligenda de ceſſione iuris facta in fauorem collitigantis, non vt illi ordinarius conferat ius ceſſum, ſed vt careat omnino aduerſario, & tollatur penitus cedenti recurſus ad beneficium, & cauſam, & ita in d. deciſione ſolũ dicitur, quod prouiſor dictam ceſſionem admiſit, & non quod contulerit ius ceſſum, vt dicit de ceſſione facta in manibus Papæ, de qua num. 3. inquit, quod fuit prouiſus is, in cuius fauorem facta eſt, & ad illũ tantum effectum videntur fieri huiuſmodi ceſſiones extra Curiam.

161 Renunciatio vero † facta etiam ab alijs non renunciatur, etiam in manibus inferioris ea intentione, & ſpe, vt alicui certæ perſonæ conferatur, ſine pacto tamen, aut conditione valet, nec committitur vlla ſimonia, etiam mentalis cum nulla emptio, vel venditio, nec contractus, non gratuitus ſit, nec ſpes facit ſimoniam. Ita tenent gl. & Dd. in d. cap. ex p. 1. de offic. deleg. gl. etiam communiter recepta in cap. ordinationes, 1 q. ... verb. pretio. Fel. ſupra in d. cap. ad audientiam, 2. de reſcript. nu. 3. Auſterius d. deciſ. 439. nu. 4 Rebuff. tit. de pura reſignatione. Coraſ. d. cap. 8. nu. 12. Roſiniacus d. c. 14. nu. 6. Nauar. in d. cap. ſi quando, de reſcript. exceptione 4. nu. 2. & in man. cap. 25. num. 107. verſ. ad 10. & num. 109. & conſ. 18. 19. 20. 35. & 38. num. 3. de ſimon. Petr. Greg. c. 28. nu. 7. Flam. Pariſ. d. lib. 14. q. 6. *& Vgol. d. tab. 1. de ſimon. cap. 22. §. 1. à nu. 4. & cap. 28. §. 2. nu. 5. & de offic. Epiſc. cap. 50. §. 18. num. 5. & addit ſum. Bull. Quar. d. verb. beneficiorum reſignationes circa finem*, Io. Gut. can. q. lib. 2. q. 23. n. 75. D. Frechilla in d. rub. de renunc. nu. 38. & D. Ant. d. 2. p. tit. 1. c. 5. §. 11. Sylu. verb. renunciatio. q. 6. Armilla eo. verb. nu. 3. Coſm. Philiar. d. c. 3. Man. Rodrig. d. 2. tom. cap. 56. nu. 8. & cap. 60. nu. 3. ad fi. & Vega. dict. 2. p. cap. 101. caſu 56. & 62. cir. fi. *Azor lib. 7. c. 21. q. 3. & c. 27 q. 6 & 3. p. lib. 12. c. 8. q. 5. in fi. & Torre d. q. 100. art. 5. diſp. 11.* Suarez d. lib. 4. c. 35. nu. 16. & 18. & c. 44. ad fi.

162 Et ſic Rota † reſoluit, non eſſe ſimoniacum mandatum ad reſignandum certa beneficia in manibus inferioris à Papa pure, libere, & ſimpliciter, nec non petendum, & obtinendum de beneficijs reſignatis prouideri certæ perſonæ, vt per Caſſad. dict. deciſ. 2. de ſimon. & clarum eſt ex illo mandato col-

lgij intentionem reſignantis, vt conferrentur nominato per eum, ſed quia nō fuit id poſitum ſub pacto, modo, vel conditione ceſſabat ſimonia, vt Nau. Fla. Par. & Philiar. vbi ſupra, & Vgolin. d.c. 28. §. 2. n. 5. & Azor d.c. 27. q. 6. inquiunt, facit d. cap. tua nos. verſ. ſi vero. de ſimonia.

163 Et ſimiliter † dicit Rebuf. d. tit. de reſign. condit. nu. 12. quod in mandato ad reſignandum coram legato poteſt adijci clauſula, quod roget conſtituens legato, vt tali N. conferat, & tunc legatus ſi velit, conferet illi, quia non arctatur dict. capit. tua nos. de ſimonia.

164 Sed huic † reſolutioni videtur obſtare Conſtitutio Pij V. de confidētijs 87. in ordine, ibi; Etiam ſola dimittentis intentione, & ibi, Licet ipsū confidētiæ crimen alterius tantū partis conſcientia ſit admiſsū. Ex quibus videtur, dictam renunciationem factam cum intentione, vt beneficium certæ perſonę conferatur, eſſe ſimoniacam, & confidentialem.

165 Pro reſpōſione dico, quod † abſque pacto, modo, ſeu conditione confidentia beneficialis non eſt ſimoniaca, prohibita & punibilis per dictam conſtitutionem Pij IV. & Pij V. 169. vt contra Maſcardum de probatio. concluſ. 1312. aliàs 1307. & Cordubā in ſum. quæſt. 32. ad fin. quem videntur ſequi Manuel Rodriguez d. 2. to. cap. 60. numero ſeptimo, & Vega in ſum. 1. par. capitulo 39. ad fi. & contra Petrum Ledeſmam in ſum. 2. p. tract. 12. concl. 40. vlt. difficul. dicentem eſſe valdè veriſimile, quod in dicta cōſtitutione prohibetur, & tollitur quilibet modus confidentiæ, non ſolum ex iuſtitia, ſed etiam ex gratitudine, licet confidentia ſit ſolius partis dimittentis beneficium, propter periculum magnum, quod erat committendi ſimoniam, &c. tenent Nauar. d. cap. 23. numero 107. & 109. & in multis conſilijs de ſimonia Giero. Gabr. conſ. 172. numero 4. libro 2. Boccacius in com. conſt. Piceni, num. 60. & 68. Menoch. præſumpt. libro 5. præſumpt. 9. Vgolin. dict. c. 22. §. 1. nu. 1. & 3. Zaualios q. 280. à num. 20. Ludou. Lopez inſtruct. conſcien. 1. tom. c. 240. & 207. Ioā. Bap. Corrad. in reſp. caſuum conſcien. q. 42. in addition. quamuis q. 218. contra teneat, & Manu. Rodriguez d. 2. tom. capit. 56. num 8. & capit. 60 num. 5. & Vega d. 2. par. capitulo 101. caſu 56. & Magiſter Fr. Ioan. Vincentius cathedraticus S. Thologiæ Salamanticæ, & poſtea procurator generalis, ſeu Vicarius Ordinis Prædicatorum Romæ, in materia, quam legit Salamanticæ de ſimopia, & Enriquez in eadem materia, qui dicit, ita etiam tenere vitos doctos Romæ, & Salamanticæ conſultos. Et inde infert, quod ſi beneficiatus aliquis eſſet valdè amicus collegio pauperi religionis, & in gratiam illius reſignat beneficium confidens ex gratitudine, ſe recepturum magna, & tamen exprimit, ſe non intendere pactum, aut obligationem induci, præſumi quidem poteſt, ſed non eſt ſimonia, quamuis habito beneficio ſuperior ex gratitudine obliget ſe etiam inſtrumento ſoluere aliquid quotannis. Infert ſecundo, quod ſi quis reſignauit in me beneficium, certo confidens abſque pacto, me reſignaturum in illum alterum, non eſt ſimoniaca confidentia, nec peccatum, idque licere quando difficile eſt permutare vnum beneficium cum altero alterius diœceſis, & in ſum. lib. 13. c. 56. §. 1. in tex. & gloſſ. litera C. ait, non prohiberi confidentiam, niſi in qua intervenit pactum ſimoniacū Leſſius lib. 2. c. 35. num. 95. & 96. *Azor d. lib. 7. cap. 27. quæſt. 6. ad fin. & 3. p. lib. 12. c. 10. q. 2.* Suarez d. lib. 4. cap. 43. nu. 9. & 12. *& nouiſſime Fr. Raph. de la Torre d. q. 100 art. 6. diſput. 4.*

166 Et iſtam ſentētiam ſequitur Flam, Pariſ. † dicens, ita in praxi receptum, de confidentia, quæſt. 26. & 27. à num. 76. & quæſt. 31. 49. 51. & 53. abſque pacto enim, modo, ſeu cōditione, non inducitur ſimonia, capitulo Arthaldus. 8. q. 3. & gloſſ. verb. poſtmodum. in c. quam pio. 1. q. 2. gloſ. & communiter Dd. in d. c. tua nos. de ſimon. & in cap. veniēs, 1. vbi Feli. & Decius nu. 9. de reſtibus. idem Decius conſ. 118. n. 4. Pariſ. 30. n. 21. lib. 4. Natta conſ. 299. n. 11. Samen, de triennali, q. 12. verſ. Principaliter. Puteus deciſ. 171. à num. 9. libro 2. Mohed. 167. aliàs 1. de ſimon. Farin. conſil. 75. num. 3. & 24. & hoc ſæpe in Rota fuit reſolutum, vt in vna Firmana Capellaniæ, 7. Maij 1582. coram Sanctiſſimo Clemente VIII. poſita per Farin. dict. conſil. 75. à num. 40. & in Britorien. commendæ 12. Decem. 1588. coram D. Gipſio poſita per Farin. deciſione 63. & in vno Tollen. parochialis 28. Maij 1593. corā D. Seraphino, poſita per Farin. d. conſ. 75. à numero 45. & in Aquen. ſimoniæ 1594. coram D. Blancheto poſita per Farin. ibi, à n. 61. & in Romana ſeu Hiſpalen. ſimoniæ 7. Februa. 1596. coram eodem D. Blancheto poſita per Farin. ibidem à num. 76. & in Taruiſina prætenſæ ſimoniæ 13. Maij 1596. coram D. Corduba, poſita per Far. deciſ. 111. & in Tullen. prætenſæ ſimoniæ, vltimo Ian. & 21. April. 1597. coram D. Orano, poſitis per Far. d. conſ. 75. num. 105. & 106. & idem Flamin. eodem tract. q. 10. cum Nauarr. d. capitulo 23. numer. 109. docet, prædictas conſtitutiones Pij IV. & Pij V. ſolum emanaſſe contra confidentiam beneficialem, & ſimoniacam, nec inducere aliquam nouam prohibitionem confidentię beneficialis. Quod docet Suarez d. cap. 43. numero 5. & 9. & addit rectè d. num. 5. per eas non omnes ſimoniacas confidentias eſſe prohibitas, ſed illas quæ circa talem materiam, & ſub tali quaſi precio, ſeu in eo genere confidentiæ,

167 & quaſi pretij fierent. Et ita in terminis † fuit tentum per Rot. in vna Coſentina confidentiæ 4. Feb. 1591. coram Dom. Orano, poſita per Farin. dec. 102. & in Buxien. confidentiæ 5. Iunij 1591. coram D. Penna ſupra adducta 1. par. cap. 5. num. 52. & in cauſa Imolen. confidentiæ 24. Febr. 1592. coram D. Pamphilio, poſita per Farin. d. conſil. 75. à nu. 108. & in Lunen. Sarganen. confidentiæ 9. Iun. 1600. coram D. Pamphilio, poſita per Farin. deciſ. 135. in quibus fuit dictum, ſolam fructuum perceptionem non inducere confidentiam, ſed animum, & conuentionem hoc faciendi ab initio. Et in vna Carthaginen. confidentiæ 21. Iunij 1591. coram D. Gipſio,

168 † in qua fuit dictum, Confidentiam licèt ſit cum ☞ ſimonia, & ſic occulte fiat, & per conſequens difficilis probationis, poſſit probari per coniecturas & præſumptiones. Iulius Clarus lib. 5. recept. ſent. §. ſimonia. n. 12. tamen debere eſſe euidentes, & claras, ac ita confidentiam, & ſimoniam includere, vt nihil aliud importare valeant, Fel. in c. ſuper his. nu. 17. de accuſat. Natta conſ. 299. nu. 13. Iulius clarus ibi, Caputaquen. deciſ. 202. p. 1. (de quo Flam. Pariſ. q. 64. & de reſignatione lib. 4. q. 8. & deciſ. citatæ,) & confidentiā non probari ex ſola perceptione fructuū facta

facta post resignationem, per resignantem de mandato resignatarij, nisi ante resignationem præcesserit contemio, vel ex alijs coniecturis, secus vero si post resignationem libere & sponte aliquid detur resignanti: Natta d.cons.299.nu.10. Mohed.dec.167. cum alijs adductis in d.Cosentina confidentiæ, non obstante d.constitut. Pij V. &c.

169 Idem fuit tentum in vna Calagurritana confi-
67 dentiæ 14. Decemb. 1592. coram D. Penna, vt in sequenti decisione, Franciscus Ximenez quondam canonicus Calagurritan. die 1. Nouembr. anno 1561. Did. Vazq. in Romana Curia residétem procuratorem constitui ad consentiendam coadiutoriæ sui canonicatus cum futura successione ad fauorem Iustini Sanctorij, filij Io. Sanct. etiam canonici Calagurritani, & die 3. eiusdem mensis idem Ioannes eundem Didacum procuratorem fecit ad consentiendum coadiutoriæ sui canonicatus cum futura successione ad fauorem Didaci Ximenez filij Fran. Ximenez, quarum coadiutoriarum supplicationes, 3. Idus Decemb. eiusdem anni, fel. recor. Pius Papa IV, signauit, & procurator literas Apostolicas expediuit, quarum vigore Didacus die 17. Iulij, quo tempore Ioannes obierat, & Iustinus die 23. eiusdem mensis, & anni 1563. possessionem dictorum canonicatuum apprehendentes in eadem pacifice per 25. annos, & amplius vsque ad annum 1589. permanserunt, quo anno, cum quidam Andreas Martinez coram iudice confidentiarum in Romana Curia Iustinum, & Didacum accusasset, & sententiam fauorabilem à prædicto iudice reportasset, & cum voto Rotæ deinde procedere iussus esset, dubitaui, an constaret de tali confidentia, quæ præiudicaret Iustino & Didaco. Et domini re mature discussa pronuntiauerunt non constare de tali confidentia, siue simoniaca pactione, quæ prædictis Iustino, & Didaco præiudicaret, rationes viuas, & spirantes, quibus hæc sententia roboraretur has esse censuerunt. Primum quia nusquam apparebat Franciscum primum resignātem dedisse mandatum sub confidentia, vel præcedente pactione, vt Ioannes postea simile mandatum daret ad resignandum suum canonicatum filio d. Fran. vnde cū fieri potuerit, vt Franciscum primo loco sponte, & nulla præcedente pactione confidentiaria mandatū ad resignandam dederit, & postea Ioannes idem quoque sponte præstiterit, in dubio eam interpretationem accipere oportuit, quæ delictum excluderet, l. merito. ff. pro socio. c. estote, de reg. iuris S. Thom. 2.2.q.6.art.4. Bar. l. non solum §. sed vt probari, n.2. vers. dico quod in delictis, ff. de noui oper. nunciat. Primus enim actus resignationis secluſa pactione, non erat illicitus, neque secundus gratuito, & spōte factus fuerat simoniacus, Fel. in prin. & ibi communiter canonistæ, in c. tua nos de simonia. Et cum à gratitudinis fonte manare potuerit, & qui accipit beneficium, lege naturali obligatus sit ad antidora, & ad habendam, agendam, & opportuno tempore gratiam referendam, l. si non sortem, §. libertus, vbi gl. verb. naturaliter, ff. de cond. indeb. l. sed etsi, §. consuluit, ff. de petit. hæred. c. cum in officijs, de testa. S. Tho. 2.2.q.106.ar.3. Nau. de datis & promissis. not. 11. pactione, modo, & conditione deficiente, nō poterat ob prædictos resignationis actus simonia iudicari. Altera ratio fuit, quia cum in proposita facti specie ageretur de prætensa confidentia commissa inter Franciscum, & Ioannem, & sic inter certios iam defunctos, non autem de perpetrata inter Iustinum & Didacum longo tempore bonæ fidei possessores, licet inter primos resignantes simonia confidentiaria probaretur, adhuc istis non præiudicasset, cum beneficio regulæ de triennali tuti adderentur. Sarnens. d. reg. de triennal. q. 12. & fuit decisum in vna Hisp. beneficij de Ecija, die 16. Nou. 1579. coram S. D. N. Clem. VIII. tunc Rotæ auditore, p. 2. diuers. 319. Nec prædictis refragabantur mandata infra modicum trium dierum interuallum ad resignandum data, quasi ex eorum vicinitate correspectiuitas præsumēda foret. Anch. cons. 434. nu. 3. Aym. cons. 153. nu. 8. & 9. quoniam cum non essent eodem die rogata, non poterunt omnino correspectiua censeri. Verall. dec. 197. 2. p. incip. mandata nu. 1. Peregrinus decis. 289. incip. in causa, lib. 3. quando enim inter duos actus cōtrahentes digressi fuerūt ad alios extraneos actus, tunc illi duo actus non censentur correspectiui. Verall. d. dec. 197. n. 3. decis. in illa Oscen. prioratus, coram Reuerendissimo Oriolen. die 20. Iunij 1582. 2. p. diuersorum, 234. non oppugnabat præcedentem resolutionem, quia præterquam quod loquebatur ad alium effectum in fine, etiā addebatur, quod prædicta fortalis non sufficerent ad inducendam simoniam. Similiter non intrabant decisiones nuper editæ in illa Gerunden. præceptoriæ, coram R. R. P. P. dominis Gipsio, & Decano, neque enim ibi decisum extitit actus fuisse correspectiuos, propter mandata facta infra paucos dies, sed ideo ita pronunciatum fuit, quoniam locus erat constitutionibus Pij IV. & Pij V. quibus expresse, tanquam simoniacæ, & cōfidentiariæ annullabantur resignationes, & retrocessiones, cum reseruatione regressus, circumscriptis. n. prefatis constitutionibus nunquam Rota voluit declarare præfatas resignationes confidentiarias, aut simoniacas, licet modicum tempus inter data mandata ad resignandum intercessisset. Ad decisionē in causa Reatina pensionis coram R. P. D. Pamphilio respōdebatur multa in ea affuisse iudicia, & præsumptiones confidentiam probantia, quæ in casu proposito desiderabantur. Quod à Francisco & Ioanne resignantibus idem Did. Vazq. fuerit constitutus procurator, non concludebat simoniam, aut confidentiam, neq; releuabant allegatæ dec. Paleott 150 & Peregrini 81. lib. 1. cum expresse loquerentur, quando mandata erant facta eodem die, & coram eodem notario, & testibus, secus vero dicendum, si diuersis dieb. cōcessa reperirētur. Veral. d. dec. 197. p. 2. neq; quod eodē die & hora, & coram eodem notario per eundem procuratoré in Curia, fuerit præstitutus cōsensus, inducebat simoniacam correspectiuitatem, nam si principales eū constituerūt, omni simoniæ & cōfidentiæ vitio cessante, nō poterat procurator per aliquē actum vel delictū dominis præiudicare, ita vt ex facto procuratoris in aliquam pœnam inciderēt. l. 1. §. si procurator, ff. si quis ius dicendi, Bart. in l. si procurator, n. 8. vbi Ias. n. 5. ff. de cond. indeb. Alex. cons. 17. n. 3. lib. 6. dec. Aciullis 4. de renunt. & illa in causa Bonon. translationis pēsionis, coram S. D. N. Clem. VIII. die 23. Ian. A. 1579. non applicabantur ad propositam facti speciem, cum nō loquerētur de præstatione consensus procuratoris à diuersis, & in diuersis dieb. cōstituti: imo in illa Bonon. consensus fuerat præstitus ab ipsis principalibus in Curia

præſentib. ex conceſſione Iuſtini ad interrogationē iudicis quærentis, an permutationes canonicatuum inter Franciſc. & Ioannem fuerint factæ ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, reſpondentis ſub d. beneplacito fuiſſe factas, nulla certa aſſertio ſuper permutatione colligi poterat, cum reſponſio principaliter interuentum beneplaciti Sedis, Apoſtolicæ, enuntiatiuè autem dictam permutationem reſpicere videretur: vnde cum non dubitaretur de eo, ſuper quo cōfeſſio principaliter emanauerat, enunciatum minus principaliter non probat, Alex. conſ. 136. nu. 11. lib. 1. Decius in auth. ſi quis in aliquo, nu. 37. C. de edend. quod ipſum in depoſitionibus teſtium, vt enunciata in eorum depoſitionibus non probent, voluit Bar. conſ. 113. incip. proceſſum eſt, n. 5. quam interpretationem aperte ſuadebat altera Iuſtini depoſitio, cum interrogatus, an ſciret cauſam ob quā Franciſc. ſibi reſignauerit canonicatum, ſe nihil ſcire reſponderit, itaque in altera diſpoſitione noluit aliquid dicere de ipſis permutationibus: minus etiam obſtare videbatur alia confeſſio Didaci ex literis eius collecta, nam præter quam quod ſolum referebat prætenſionem contra ipſum motam, ex qua nulla certa confeſſio poterat deprehendi, non loquebatur affirmatiue cum dixerit, vt aſſerit Caſſad. deciſ. 4. num. 8. de prob. & licet præfatæ Didaci literæ legitime recognitæ ipſi ſcribenti præiudicare potuiſſent, non tamen poterunt nocere Iuſtino. Quantum attinet ad famam ſuper probatione prætenſi tractatus, ſeu præcedentis conuentionis inter Franciſcum, & Ioannem reſignantes, fuit dictum in cauſis maximi præiudicij, non eſſe multum famæ tribuendum, cum ſit indicium inconſtans, vagum, & à delicto longe remotum, & cum totum probationis pondus à fama proueniens in eo conſiſtat, vt à fide dignis, probis, honeſtiſque perſonis ortum habeat, non autem à maleuolis, & malignis, c. qualiter. 2. de accuſat. cap. licet Heli. §. fi. in fi. de ſimonia. Gandinus tract. de malefic. tit. quomodo cognoſcatur de maleficio per inquiſitionem, num. 6. verſic. 5. quod non proueneritá maleuolis. Achill. deciſ. 321. incip. alia tamen vice, aliàs eſt 8. tit. de iure patronat. in impreſſis. Neque hic docetur de legitimo famæ initio, non videbatur huic generi leuis probationis ad priuandum, & condemnandum aliquid deferendū, præſertim cum non concurterint alia indicia, quæ ſimul cum fama aliquem legitimæ probationis gradū conſtituerent, Gratus conſ. 57. numer. 8. lib. 2. Iulius Clarus pract. crimin. quæſt. 21. verſ. fama ſola. Neque Verallı 199. incip. ad probandam famam. lib. 1. in manuſcrip. firmat contrarium, dum indicat non eſſe neceſſarium, vt teſtes dicant à quibus fama ortum habuerit, quia ex fine deciſionis apparet, nihil fuiſſe ſtabilitum, cum fuerit dictum, quod diligenter iterum videretur, ex eo quod reſignatarij forent filij reſignantium, non concludebatur ſimonia, vel confidentia, præſertim cum mandata non fuiſſent correſpectiua. Poſtremo in bullis Pij IV. & Pij V. nō poterat fieri aliquod fundamentum, nam confidentia, quam in caſu propoſito Fiſcalis aſſuiſſe contendebat, non erat talis qualis damnatur in præfatis conſtitutionibus; cum enim duplex ſit confidentia beneficialis, vna ſimoniaca, qua quis confidit quem collaturum beneficium, mediante pretio, pacto, vel cōditione expreſſa, vel tacita, digno, vel indigno, altera qua quis confidit aliquem collaturum aliquod beneficium ob cognationem, vel amicitiam, digno, vel indigno, ſine tamen pacto, modi, vel conditionis interuentu, prout contigit in hoc caſu, in quo non apparebat inter reſignantes præceſſiſſe pactum aliquod, conditionem, vel modum, talis confidentia non damnatur per illas conſtitutiones, cum non fuerint editæ contra omnem confidentiam beneficialē, nec contra quamlibet confidentiam illicitam, ſed tā tum contra illicitam ſimoniacam. Nauarr. in man. c. 23. nu. 109. ver. ad 12. ex prædictis autem patebat talem confidentiam illicitam ſimoniatam præcedente videl. pactione, conditione, vel modo irritam pro parte Fiſci, & Andreæ ei adhærentis: non fuiſſe probatam, & propterea Iuſtinum & Didacum fore abſoluendos, & in ſtatum priſtinum plenarie reſtituendos. Quæ deciſio fuit confirmata coram D. Pamphilio, 25. Iun. 1593. vt in deciſ. poſita per Farin. conſil. 75. à nu. 53. circa eam tamen obiter aduerto, quod ſi in eius ſpecie mandata fuiſſent correſpectiua interueniente pactione, eſſet ſimonia, non tamen confidentialis, Suarez d. c. 43. nu. 5. iuxta dicta ſup. n. 166. Et ita in eadem cauſa tenuit Rota coram D. Penna de menſe Iun. 1592. vbi domini conformiter cenſuerunt ſententiam per iudicem confidentiarum latam contra dictos Iuſtinum Sanctorium, & Didacum Ximenes canonicos Calagurritanos, fuiſſe nullam, & reuocandam ex manifeſto defectu iuriſdictionis prædicti iudicis, qui licet habeat facultatem cognoſcendi de confidentijs beneficialib. ſimoniacis, non tamen de ſimonia, quæ latius patet quam iſta confidentia, quamuis enim omnis beneficialis confidentia illicita ſimoniaca, ſit ſimonia, non tamen reciprocatur, vt omnis ſimonia ſit cōfidentia: in hoc autem caſu dicebant domini, quod tametſi aliqua poſſet eſſe ſimonia, de qua erat videndum, nulla tamen erat confidentia beneficialis illicita ſimoniaca, qualem prohibēt Apoſtolicæ conſt. Pij IV. & Pij V. ſuper quibus iſte auditor confidentiarum vigore particularis indulti fuit conſtitutus iudex, ad tradita per Nau. c. 23. nu. 109. verſ. ad 12. vt in deciſ. Farin. 80. nu. 3. *& poniſſime in vna Lucana confidentia 27. Febr. 1606. corā D. Ludouiſio fuit reſolutum, non conſtare de confidentia, in qua, & quando ciuiliter agatur, requiritur plena & concludens probatio, vt in plurib. cauſis fuit reſolutum: & licet teſtes dicāt, Coſmum dixiſſe ſe impetraſſe canonicatum, vt rem gratam decano, & alijs: hoc tamen nullo iure eſt prohibitum, & confidentia non conſiſtit in hoc, vt gratificetur tertius in impetratione, ſed vt gratificetur in dimiſſione & diſpoſitione beneficij impetrati, & exſequutis abſque præcedenti pactione & tractatu ante impetrationem*, non *probatur confidentia, nec ſimonia, &c.*

Vnde Flam. Pariſ. d. tract. de confidentia, q. 36. vbi
171 agit, quando † ex mutuo præſumatur ſimonia, & confidentia, docet, quod ex mutuo inducitur ſimonia, & cōfidentia, quando adeſt pactum tacitum, ſiue expreſſum, & hoc ſiue fiat ante, vel poſt, vel in ipſa reſignatione ipſum mutuum, ceſſante vero pacto non adeſt ſimonia, nec confidentia. Nau. conſ. 22. & 23. de ſimonia. & idem Flam. Pariſ. de reſignat. li. 4.
172 q. 7. à nu. 2, qui † d. q. 36. nu. 40. ait negatiuam opinionem, ſcil. ex mutuo non committi confidentiam, etiam ſtante pacto vidiſſe conſultā per viros peritiſſimos in facti contingentia, qui mouebātur, quia verba cōſtitutionis huic caſui nō adaptantur, nec applicantur,

gantur, &c. quæ opinio mihi placet, & est certa, quando mutuum fuit factum ante resignationē, vel in ipsa resignatione, quia tūc non videtur committi confidentia, sed simonia. Et quod ex mutuo committitur simonia stante pacto, seu conditione, aliàs non, tradunt Vgolin.tab.1.cap.9.§.5.num.2. Azor 2.par.lib.7.quæst.2.& Suarez dicto lib.4.capit.38.à num.6.

172 Vnde etiam infertur † ad casum frequentem, quod renunciantes beneficia reseruata pensione, ea spe & intentione, vt illa statim redimatur, non committunt confidentiam, nec simoniam, etiamsi resignatarius id intelligat, & præstet intentionem illam redimendi, nisi pactum interuenerit, prout loquitur gigas de pension.q.87.ad fin. vt patet ex illis verbis: Et ita paciscentes, imò & pacto interueniente erit simonia, non tamen confidentia prohibita per dict. constitutiones, quæ non loquuntur in hoc casu.

173 Vnde etiam † conuincitur opinio Ioan. Guttierez dict.lib.2.quæst.23.nu.85, ad fin. qui ait in dict. constitutionibus comprehendi confidentias illicitas, licet non simoniacas, quoad vtrumque forum, & etiam licitas, quoad forum exterius, quæ est sine fundamento, & contra id quod est supra dictum, num.166.

174 Hoc supposito † ad dict.verba constitutionis Pij V. ibi, Etiam sola dimittentis intentione, &c. Flam. Paris.d.quæst.16.primo respondet, ea verba declarari per alia posita in §.seq.ibi: Ea conditione tacita, vel expressa, sequentia enim declarant præcedentia, l.si seruus. §.fi.ff. de legat.1. *cui videtur accedere Azor d.3.par.lib.12. cap.10. quæst.2. dicens quod in dicta constitutione per illa verba, sola dimittentis intentione, comprehenditur non solum confidētia in pactum expressum deducta, sed etiam ea, in qua pactum tacitè continetur, & ea quæ in iudicio aliqua possit coniectura probari.*

175 Sed ista † interpretatio non satisfacit, nam dicta verba, Etiam sola dimittentis intentione, &c. non recipiunt commodam declarationem per illa, Ea conditione tacita, vel expressa, vt patet ad sensum.

176 Secundo, & melius, † vt ipse ait, respondet cum Hieron.Gabr.dict.consil.172.lib.2.num.3. illa verba esse intelligenda de intentione nota ei, qui beneficium recepit, qui sciens mentem renunciantis, vel concedentis, videtur assentiri, non autem de eo cui intentio nota fuit, Et ita etiam respondet in dict. quæst.27. & 53. & sequitur Rota in vna prioratus 17. Maij 1600. coram D. Seraph. posita per Farin. decis.133.nu.4.& 5.

177 Et † Flam.Paris.d.q.26.nu.27.reprobauit interpretationem Nauar.d.q.23.nu.210.6.notab.dicentis, quod Pius V. non intendit asserere, per d. verba, quod sola intentio renunciandi beneficium, vt detur alicui absque pacto, constituat in foro interiori simoniam, sed probatio eius faciat in exteriori præsumi illam: quam interpretationem Nau. sequitur Vgolin.d.q.22.§.3.nu.1. & Ioan. Guttier.d.q.23.nu.80.& Zzuallos d.q.280.nu.20. & Rota sup.d.nu.5. *Et Torre d.art.6.disp.4.sub 1.dubio.* reprobat, inquam, eam Fla. quia si non probetur, etiam illam intentionem fuisse notā alteri, non cōmittitur, nec præsumitur confidentia, vt etiā videtur intelligere Rota ibi.

178 Et † istam interpretationem Flamin. nouissime tenet, Fran.Suarez 5.tom.de censuris disp.22.sect.6. num.15.& 16. vbi ait, in d. constitutione Pij V. non puniri actum mere internum, sed exteriorem à praua intentione interiori procedentem, nempe receptionem beneficij ab eo, qui tali intentione confidentiali confert, non posse autem hanc excommunicationem incurri, si intentio dantis ita sit interna, & occulta, vt à recipiente nullatenus cognosci queat, nam tunc non posset ipse recipere, quasi consentiendo illi intentioni confidentiali, quia cōfidentia necessario debet incipere ex voluntate, & parte dantis, alioqui confidentia non est, & sic etiam necesse est, vt hæc intentio dantis sit etiā nota recipienti, &c. & quod ait Pontifex, Sola dimittentis intentione, subintelligere cognita quacunque ratione à recipiēte id probabiliter credente, etiāsi inter eos nō intercedat pactum, vel expressus sermo de hac re, sed coniecturis & quasi nutib. se intelligant, &c. sed nu.20, intelligit illa verba, Licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum, pertinere ad præsumptionem fori exterioris cum Nauarr.supra.

179 Concludit † igitur Flam.Paris.ibi, d.q.26.solam voluntatem resignantis, aut collatoris, vel alterius, non inducere confidentiam illicitam, & punibilem per d.constitutiones, sed esse necessarium pactum, aut conuentionem, modum, seu conditionem, expressam, vel tacitam.

180 Ait tamen † numer.39. quod inficiari minime potest, quin collator, aut resignans ex cogitatione mentis, & praua animi intentione, sine aliquo exteriori actu incidat in eam speciem simoniæ, quam mentalem vocant, opere tamen subsecuto, id est adepta re, quæ speratur. & secuto effectu cum Abb.in cap.nemo. num.6. de simonia, & in cap.tua nos. & in c.consulere.nu.5, eod.tit. Decio in dict. c.ex parte, 1.de off.delegati.num.17.& Angel.in sum.verb, simonia 1. versic.penult. cum alijs, vt per Rodoar. de simonia 1.p.c.3.num.6.

181 Sed circa ista, † quæ Flam.docet, in primis animaduerto mihi non placere etiam dictam interpretationem, quam cum Hieron.Gabr.assignat ad dict. verba constitutionis Pij V. Etiam sola dimittentis intentione, &c. Conuincitur enim ex dict.decisione Cassadori 2. de simonia, quam ipse Flam. adducit, & sequitur d.lib.14.de resignat.q.6.nn.6.in qua ex verbis mandati, satis nota erat collatori intentio resignantis, vt beneficia resignata conferrentur certæ personæ nominatę in mandato, & tamen decisum est, non esse simoniam.

182 Præterea, ex eo † quod intentio resignantis, seu dantis beneficium, sit nota collatori, seu beneficium recipienti, non sequitur adesse pactum, vt constat, quod est duorum, pluriumve in idem placitum, & consensus, id est, placidus consensus.l.1.ff.de pactis. iuncta glos.ibi, verb.placitum & consensus, intellige, obligatorium. & animo se obligandi, &c.

183 Secundò † animaduerto, Flam.Paris.in eo quod dicit d.num.39. quod inficiari non potest, quin collator, aut resignans ex cogitatione mentis, & praua animi intentione incidat in simoniā mentalem, &c. videri contrariari sibiipsi.dict.libro 14. de resignat. quæst.6.num.7. & 8. vbi ait, cum communi opinione ex Nauarr. cap.23. num.107. versic.ad 10. contra Abb.Decium, & alios, non committi simoniam, nec etiam mentalem à renuntiante hac intentione,

vt

vt beneficium conferatur certæ perſonæ, etiam aliàs non renuntiaturo, ſi hoc non expreſſit.

184 In qua contrarietate † & cõtrouerſia dico, quod intentio renuntiantis, vt beneficium alteri detur, & cet. duplici modo poteſt ſe habere. Primo, quod ita renuntians non intendat ad id arctare, & obligare, ſed vt liberè, & ex voluntate, ac ſpontè fiat. Et tunc nulla committitur ſimonia, etiam mentalis, etiamſi eſſemus in ſimoniacis de iure diuino, quamuis talis intentio nota eſſet conferenti, & etiamſi alias non eſſet renunciaturus, iuxta ſupradicta, quia habere ſpem non eſt ſimonia, Sylueſt. d. verb. renunciatio. q. 6. verſ. ad ſi. rectè Vgol. d. cap. 22. §. 1. nu. 4. ad 6. & Leſſius dict. lib. 2 c. 35. num. 95. & ſic procedit quod Fla. Pariſ. tradit d. lib. 14. q. 6. nu. 7. & 8. & conducũt, quæ tradit Caiet. in ſumm. verb. ſimonia. verſ. circa primum cap.

185 Secundo † modo poteſt ſe habere, quod renuncians tali intentione intendat ad id arctare, & collatorem obligare, non tamen declarat prauam ſuam intentionem, & tunc reuera committitur ſimonia mentalis, Leſſius ibi num. 96. & ſic eſt accipiendum, quod tradunt Abb. & Decius ſupra, & alij citati, & cum eis Flam. Pariſ. d. quæſt. 26. num. 39. & ſi aliud volunt, non bene dicunt, & conducunt tradita per Sotum de iuſt. & iure. lib. 6. q. 8. ar. 1. verſ. poſthæc, Rebellum de obligat. iuſt. 2. p. lib. 8. q. 3. n. 4. & Suarez dict. libr. 4. cap. 44. & ſequent. tract. 3. de religio. *& Fr. Raph. de la Torre eod. tract. 2. tom. quæſt. 100. ar. 6. diſput. 2. 3. & 4.*

186 Et pro hac † diſtinct. facit tex. in d. cap. tua nos. de ſimonia. qui ſic debet intelligi. Et quæ in ſimili de vſura mentali tradunt Caietan. 2. 2. q. 78. artic. 1. & in opuſc. 2. to. tract. 8. de vſura, quæſt. 2. & 3. & in ſumm. verb. vſura. §. de vſura mentali. & Soto de iuſtitia & iure, lib. 6. q. 1. art. 2. Salon. 22. d. quæſt. 78. art. 2. controuer. 1. & art. 3. controuer. 10. Valen. 3. to. diſp. 5. q. 21. pun. 1. & diſp. 6. quæſtion. 16. pun. 3. Molina de iuſtitia. 2. to. diſp. 305. Ludouic. Carbo. de reſtitutione, quæſt. 57. 11. concluſ. & Ludo. Lopez inſtruct. conſcien. 1. tom. cap. 204. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 20. dub. 5. Rebellus dict. q. 3. & Acor 3. p. lib. 5. cap. 17. qu. 3. qui benè aduertunt contra Sylueſt. in ſumm. verb. vſura. 1. in princ. Nau. in cõm. de vſuris à nu. 19. & in man. c. 17. num. 209. & alios, vſuram mentalem (& idem eſt de ſimonia) non eſſe perpendendam ex intentione principali, vel ſecundaria ſeu minus principali, ſed ex eo mutuans intẽdat aliquid ſibi dari gratis, vel non gratis, ita quod ſibi intendat aliquid ſibi dari immediatè pro mutuo & ratione, & vi mutui præcisè, licèt minus principaliter intendatur, ſed principaliter intendatur ſubuentio proximi, ſit vſura ſi vero intendat ſibi dari gratis, & liberaliter, aèt ratione beneuolentiæ, ſeu gratitudinis, ex mutuo prouenientis, non eſt vſura. A quo non multum diſtat Nauar. ſup. & c. 23. n. 100 verſ. 3. & ſumma Corona 2. p. c. 7. de vſura. n. 13. & Morla in emporio iuris. tit. 2. q. 10. nu. 13. ait, quod tunc cenſetur aliquis liberaliter dare, quando non dat in pretium, nec cum pacto explicito vel implicito rei faciendæ, quia cum nihil eorum interuenerit, non ponitur, nec intenditur obligatio iuſtitiæ, ergo totum negotiũ eſt gratia, & liberalitas, quod oportet, inquit, notare contra Nau. in extrauag. de datis & promiſſis, tenentem quando principalis, vel totalis intentio eſt iudicem corrumpere, vel beneficium obtinere, non eſſe dationem gratuitam, & liberalẽ. Quod etiam eſt notandum contra Couar. li. 1. variarũ. c. 20. n. 3. 4. & 5. & in reg. peccatum. 2. p. initio. ad ſi. quem ſequuntur Io. Gutier. canonica. q. lib. 2. c. 15. ex nu. 4. & Vega in ſumma 2. p. c. 101. caſu 30. *Flam. Pariſ. de conſiden. q. 36. a nu. 10. Sauden. de offic. Eccleſ. 6. p. c. 17.* ſed contra eſt Leſſius d. li. 2. q. 35. n. 10. Rebellus d. nu. 2. & Suarez d. c. 44. & Torre d. diſp. 2.

187 Et dicto ſecundo † modo intelligo illa verba d. Conſtitutionis Pij V. ibi; Etiam ſola dimittentis intentione, & ibi, Licèt ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum. Nẽpè quando renunciatio beneficij fit cum confidentia, & praua intentione, vt illud eidem dimittendi, vel alteri poſtea conferatur, aut fructus, vel eorum pars alijs concedantur, aut quando cõfertur beneficium cum confidentia & praua intentione, vt poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius diſponatur, &c. intendendo ad id arctare, & obligare. Et vt in ſumma dicam, quando dans, vel recipiens beneficium animo interius ideo dat, vel recipit, vt poſtea debeat dari beneficium, penſio, ſeu fructus, &c. etiãſi alteri parti nihil de eo ſit notum.

188 Itaque voluit † ibi Pius V. prohibere, & punire, ſaltim in illis quatuor caſibus, de quibus à verb. Quare nos uſque ad uerſicul. poſtremo ſi quis crimen confidentiæ ſimoniacæ mentalis, etiam unius tantum partis intẽtione, & conſcientia commiſſum. Et hæc interpretatio uidetur eſſe Menochij d. lib. 5. præſump. 9. n. 12.

189 Vnde in his † caſibus ſimonia mentalis confidentialis ſubiecta erit obligationi reſtitutionis, & cenſuris & pœnis, ex d. conſtitutione Pij V. (quamuis ignorans alterius partis prauam intentionem, à cenſuris & pœnis excuſetur durante ignorantia) quicquid contra uideatur tenere Flaminus Pariſ. d. quæſt. 26. dicto numero 39. & 40. quando intentio alteri parti nota non eſt, & expreſſe Suarez. ſup. dict. diſputatio. 22. de cenſuris. ſect. 6. num. 15. & 16. qui dict. tractat. 3. de relig. libro 4. cap. 43. nu. 12. requirit etiam pactum exterius expreſſum, uel tacitum, ut etiam Leſſius d. cap. 35. numer. 95. & 96. & Azor dict. c. 27. q. 6. & *Fr. Rap. de la Torre d. qu. 100. artic. 6. diſput. 4. verſic. Sed vt diſcernas.* Licèt aliàs ſimonia mentalis nõ obliget ad reſtitutionem, nec ſubiaceat cenſuris, ut diximus 8. p. c. 1. à nu. 45. ex c. ſi. de ſim. ex quo tantum colligitur, quod de facto ſimonia mentalis non punitur cenſuris Eccleſiaſticis, & obligatione reſtituendi, non tamen quod Eccleſia non poſſit illam punire, ut contra Nauar. in com. d. cap. ſi. de ſimonia. quem ſequitur Vgol. de ſimonia. tab. 2. de ſimonia mentali. cap. 2. num. 3. P. Nauar. licèt ſub uerb. fortaſſe. de reſtitutione, lib. 2. c. 2. nu. 378. & Suar. d. 5. to. diſp. 4. ſect. 2. nu. 18. & 20. & 21. tutiè cum communi Dd. tradit P. Ledeſ. in ſumm. de cenſuris. c. 30. dub. 3. & dicit ualdè probabile d. Suarez de relig. tr. 3. lib. 2. c. 55. nu. 10. *& ſentit Torre d. artic. 6. diſp. 8. in princ.* & dicetur inf. c. ult. dub. 1. à n. 101. & ſic benè potuit Pius V. punire d. crimen ſimoniæ cõfidentialis mentalis.

190 Sicut etiam † conſtitutio Gregor. XIII. 28. de datis & promiſſis pro gratia, uel iuſtitia obtinen. & eius pœnæ locum habent etiam in ſimonia mentali, ſc. ubi aliquid datum, acceptumue eſt pro gratia, uel iuſti-

iustitia obtinenda, nullo pacto, conuentioneque, ac nulla promissione præcedente, vt tradit Nauarr. de datis, & promissis, num. 32. vers. ex quo sequitur. & cum eo latius Vgolin. tab. 1. de simonia, capit. 21. in princ. sub nu. 4. qui sibi certe non constant, nec procedunt consequenter.

191 Et etiam constitutio 33. Pauli IV. † quam adducit Gonçalez glossa 15. num. 90. punit pœna excommunicationis, priuationis beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, ac pullitatis prouisionum ipso facto, inter alios, eos qui beneficia pro alijs, cum spe pensionem aut aliud temporale commodum ab eis consequendi, vel pro seipsis principaliter animo & intẽtione ea postmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurauerint, &c. quæ constitutio plane loquitur, & procedit etiam nullo pacto, seu conuentione precedente. Vt euidẽter constat ex verbis procemij eiusdem constitutionis, ibi, Et interdum pacto expresse firmato. Videtur tamẽ intelligẽda de habentibus animum, & intentionẽ ea postmodũ resignandi statim, seu infra paruũ tempus, non de habentibus animum, & intentionem ea resignãdi post aliquot annos, seu longum tempus, in hoc enim nulla apparet ordinatio, nec tenetur quis habere animum tenendi semper beneficium, maxime, cui incumbit onus curæ animarum, aut residentiæ personalis, & ita videtur vsu receptum. Et ita etiam videtur accipiendum iuramentum, quod Romæ exigitur in beneficijs residentiæ tẽpore examinis, quod non accipit beneficium cum intentione dimittendi, vt referunt Flam. Paris. de resignatione lib. 9. quæst. 10. ad fin. additio consilij Nauar. 16. de clericis non resident. & Gonçalez dict. nu. 90. & dixi supra 8. p. cap. 2. num. 35. & expertus sum. Vnde non videtur satis tutum, & firmẽm dictum consilium Nauarr. 16. quod non peccaret quis accipiendo beneficium curatum animo permutandi cum alio simplici vel renuntiandi reseruata pensione, si proponat seruire illi, vt debet tempore magno, vel paruo quo ipsum tenuerit, &c. Et aduertit dict. additio eiusdem Nauarri ibi, & Gonçalez vbi supra dict. nu. 90. quamuis rectè procedat illud consilium in habente animum illud renuntiandi post magnum tempus, vt dixi, & etiam in habente animum permutãdi etiam statim, quod attinet ad dictam cõstitutionem Pauli IV. quæ non videtur loqui de habentibus animum permutandi: sed dict. iuramentum, quod Romæ exigitur, videtur etiam comprehendere, in sui generalitate permutationem, saltim cum beneficio non requirente similem residentiam. Sicut etiam dicta cõstitutio non procedit in habentibus animum renũciandi simpliciter, & libere, & non in fauorem, quia solum loquitur de habentibus animum resignandi in fauorem aliorum. Dictum vero iuramẽtum comprehendit etiam simplicem dimissionem, quamuis Gonçalez dict. nu. 90. videatur velle dictam constitutionem Pauli IV. etiam in habentibus animum simpliciter dimittendi procedere, ait enim ex ea non procedere, quæ dicit Nauarr. in Man. de oratione, cap. 21. num. 52. & miscell. 49. aliàs 44. numer. 2. vbi Nauarr. loquitur de capientibus beneficium animo relinquendi illud simpliciter. Præterea ea dicta constitutio, & etiam d. iuramentum non videntur procedere in obtinentibus beneficia cum animo dubio, aut conditionali illa resignandi, etiam in fauorem aliorum, iuxta aliàs dictum 3. par. cap. 2. dub. num. 48. & quamuis dicta constitutio loquatur de obtinere procurantibus, accipienda est de obtinere procurantibus cum effectu, id est, de facto obtinentibus vt colligitur ex eius verbis, ibi, Et nihilominus sicut præfertur, obtentæ prouisiones, &c. & ibi, Tam si impetrata, &c. maxime cum sit pœnalis, & sic restringenda regula odia lib. 6. cum alijs. Rursus ista constitutio procedit in sic obtinentibus, seu impetrantibus beneficia in Curia Romana, seu à Papa, non ab ordinarijs, seu extra Curiam, vt ex dictis verbis, & toto tenore ipsius apparet, & conducunt aliàs tradita per Mandos. reg. 29. de subrogan. collitigan. quæst. 3.

192 An autem † in vers. quare nos, dict. constitutionis Pij V. ibi: Aut illius fructus, &c. legendum sit, illi, vel alijs, aut, alij, vel alijs, Flam. Paris. quæst. 27. de confidentia. nu. 99. ait, legendum esse illi, vel alijs, cum Mascardo sup. adducta concl. 1312. aliàs 1307. & committi simoniam cõfidentiariam, siue fructus dentur resignanti, siue alij, quod etiam tenuit Nauarr. cons. 75. num. 1. & cons. 78. de simon. & videtur tenere Menoch. de præsum. 9. nu. 8.

193 Contrarium † nempe legendum esse alij, vel alijs & sic non esse confidentiam à Pio V. damnatam, licet sit simonia resignare cum pacto, vt dentur aliqui fructus resignanti, tenet Nauar. consil. 33. num. 4. & cons. 76 nu. 6. de simon. quem sequitur Vgol. d. tab. 1. de simon. cap. 22. §. 11. num. 8. & Menoch. de arbitrar. centur. 6. addito casu 566. nu. 8. & additio Nauarr. dict. cons. 78. quæ ait, hanc lecturam esse modo vsu receptam, & hanc opinionem modo teneri, & ita legitur in bullario impresso Romę, & in motibus proprijs impressis Lugduni, anno 1582. & in Manu, Nauar. cap. 23. nu. 110. vbi ponitur dict. constitutio Pij V. & in summa Bullarij quarantæ, verb. simonia. & sic legit Lessius lib. 2. cap. 35. num. 94.

194 Nihilominus tamen † mihi verior videtur prima sentẽtia, ex vers. ad probandum. ibi, Aut fructus perceperit, &c. vbi inter præsumptiones, & coniecturas confidentiæ ponitur perceptio fructuum per resignantem post resignationem, quæ præsumptio, & coniectura cessaret, si non esset confidentia resignare cum pacto, vt dentur aliqui fructus resignanti. Præterea pro hac sententia, versic. vt idem. ibi, siue vt de eo prouisus, &c. maiorque ratio erat ad damnandam hanc confidentiam, quæ est frequentior, quam aliam de dandis fructibus alijs, & hoc videtur sentire Rota in decisionibus supra allegatis, & DD. communiter, & dicit valde probabile Lessius supra, licet credat non esse receptum, & nouissime sequitur Suarez d. tract. 3. de relig. lib. 4. c. 43. à num. 6. qui rectè aduertit, quod illa verba, Alij, vel alijs, non debent intelligi respectu resignantis, sed respectu recipientis beneficium, à quo est alius resignans, & sic comprehenditur sub illo relatiuo, pro quo singulare videtur positum, & plurale pro alijs, &c. & subdit sibi non constare, aliud consuetudine receptum esse: *Sequitur etiam nouissimè Fr. Raph. de la Torre d. q. 100. art. 6. disp. 4. versic. sed exceptis.*

195 Reliqua de confidentia † videnda sunt apud Nauarr. & Mascard. supra, Menoch. dict. lib. 5. præsumpt. 9. & dict. centuria 6. casu 566. Vgol. d. tab. 1. cap. 22.

retur, & ſic ad eius præiudicium habetur pro impetra, ex reg. 1. in iure ciuili, ff. de reg. iuris, l. iure ciuili, ff. de cond. & demonſtr. & l. in executione, §. fi. ff. de verb. oblig. at renuntiatio ſimoniaca eſt de ſe ratione ſimoniæ, non propter defectum conditionis, nam etiam renuntiatio ſimplex ſimoniace facta nulla eſt.

118 Verum eſt tamen quod † ſimoniace renuntians, quamuis nulliter, non poterit repetere beneficium à reſignatario, ſeu alio poſſeſſore illius, dicendo renuntiationem fuiſſe ſimoniacam, & ſic ab eo ius nõ fuiſſe abdicatum, nam etiam ſecluſa priuatione allegans propriam turpitudinem non auditur, Rebuff. d. tit. de ſimonia in reſignatione, num. 2. Bern. Diaz reg. 24. Gratian. reg. 477. & Laſſarte de decima venditionis c. 14. num. 64.

## *Quod renuntiatio cum authoritate ſuperioris fieri debet.* §. I.

### SVMMARIA.

*RE*nuntiatio cum licentia ſeu authoritate ſuperioris fieri debet, *numer. 219. Alias non tenebit in præiudicium Eccleſiæ, aut ſuperioris, tenebit tamen in damnum, as præiudicium renuntiantis, quia ex hoc videtur feciſſe tacitum pactum de non petendo beneficium, &c. ſecundum gloſſas, & DD. relatos, num. 220. Pro quo faciunt deciſiones Rotæ relatæ, num. 221. & ſeq. ſed verius eſt non tenere etiam in præiudicium renuntiantis, nec quoad ipſum beneficium valere, ſed adhuc verum habere titulum, & ius in eo, donec ea renuntiatio per ſuperiorem admittatur, ſeu ratificetur, num. 223. Et ſic de beneficio taliter renuntiato debet fieri mentio in impetratione. num. 224. & adducitur reſolutio Rotæ, num. 225.*

*Quod dicitur, renuntiationem factam ſine authoritate ſuperioris tenere in præiudicium renuntiantis, eſt quoad hoc, vt ſuperior poſſit eam approbare, & ratam habere, num. 226. Niſi ſi ante admiſſionem, & ratificationem reuocauerit renuntiationem, nam re integra poterit pœnitere, nu. 227. Et ideo in ſupplicationibus, & in literis ponitur illa clauſula ſine præmiſſo, &c. quæ operatur, vt Papa per cã approbare videatur renunciationem factam coram non ſuperiori de beneficio illo, & de illo ſit vacante prouidere, num. 228. & ſeq.*

*Poſſe etiam renuntiationem tenere in præiudicium renuntiantis, quoad hoc, vt ſuperior poſſit eum priuare ob delictũ ſuum, quia reſignauit ſine conſenſu ſuperioris, ex cap. quod in dubijs de renuntiatione. num. 230. Sed ille tex. id non probat, ſed tantum renuntiantem in manibus laici, & ab eo demum ſuſcipientem, quod maius delictum eſt, eodem beneficio eſſe priuandum. num. 231.*

*Deciſionibus Rotæ pro contraria ſententia adductis, nu. 221. & ſeq. reſpondetur num. 232. 233. & ſeq.*

*Licet renuncians ſine ſuperioris authoritate non amittat ius, & proprietatem beneficij, amittit tamen poſſeſſionem quæ facilius amittitur, nu. 235. circa quod remiſſiue, num. 236. & ita videtur procedere deciſio Rotæ relata, num. 237.*

*Etiam in renuntiatione tacita, vt quæ fit per adoptionem ſecundi, requiritur licentia, ſeu approbatio ſuperioris, alias non vacat primum, ſecundum communem, nu. 238. Contrarium tamen tenet gl. & alij relati, num. 239.*

*Author dicit, quod duplex eſt renunciatio tacita quædam, quæ ſine verbis fit facto hominis, & in hac requiritur conſenſus ſuperioris, ſicut in expreſſa, & ita procedit communis, num. 240. Sufficit tamen conſenſus tacitus ipſius ſuperioris in acceptando, numero 241. Alia renuntiatio tacita eſt, quæ à iure inducitur, & ipſo iure fieri intelligitur, etiam parte contrarium proteſtante, vt quæ fit per adoptionem ſecundi incompatibilis, & in alijs caſibus quæ non eſt vera renunciatio. num. 242. Et in hac contra communem non requiritur licentia, ſeu approbatio ſuperioris, & procedit ſententia gloſſæ num. 243. pro quo faciunt iura adducta à num. 244.*

*Supradicta non procedunt in renuntiatione literarum ad beneficia ſeu iuris ad rem, nam abſque ſuperioris authoritate illis poteſt renuntiari, num. 247. Reprobatur tamen dictum Flaminij Pariſij, quod poteſt quis abſque authoritate ſuperioris tacite renuntiare literis beneficiorum vacãtium, in quibus per collationem, & acceptationem habet ius in re, non capiendo poſſeſſionem illorum, num. 248.*

*Non procedunt etiam in renuntiatione beneficij litigioſi, in qua, ſi ius anceps ſit, ſuperioris authoritas non deſideratur, num. 249.*

*Intruſus etiam poteſt renuntiare beneficio detento propria authoritate, quando eſt intruſus exiſtenter, & apparenter carens titulo, num. 250.*

*Superior hic intelligitur non collator, ſed is, qui poteſtatem habet inſtituendi, & deſtituendi. num. 251. vt Papa, num. 252. & Epiſcopus, num. 253. & inferior habens epiſcopalem iuriſdictionem, nu. 254.*

*Vicarius Epiſcopi non poteſt reſignationem admittere, niſi habeat ſpeciali mandatum, num. 255.*

*Bene poteſt eas admittere Capitulum ſede vacante contra Rebuffum, nu. 256. & ſeq.*

*Quod procedit non ſolum in reſignatione, quæ fit in reſignantis pœnam ſed etiam in qualibet reſignatione, contra Flamin. Pariſ. nu. 258. Cuius rationi reſpondetur nu. ſeq. procedit etiam in beneficijs ſpectantibus ad collationem ſolius Epiſcopi, num. 260.*

*Qui ſolum haberet poteſtatem conferendi, vt executor datus ad prouidendum de beneficijs vacantibus, non poſſet recipere reſignationem alicuius volentis in eius manibus beneficium ſuum reſignare, vt de eo prouideat, niſi hoc ei nominatim eſſet iniunctum, num. 261.*

*Generaliter qui iure ſpeciali beneficium confert, quoniam deſtituere non poteſt, reſignationi authoritatem non interponit, num. 262.*

*Non videtur verum dictum Flaminij Pariſij, quod ſi priuilegium conferendi conceſſum fuerit abeo, cuius iuriſdictioni tantum detrahitur, venit facultas deſtituendi, & per conſequens, recipiendi reſignationem, niſi addatur dictio, taxatiua, nam & vicarius Epiſcopi habens facultatem conferendi, non poteſt recipere reſignationes, ſecundum eundem Flamin. Pariſium, nu. 263.*

*Beneficium reſignatum poteſt ab Ordinario libere conferri, & à clerico impetrari, nu. 264. intelligendo de beneficijs ſimpliciter reſignatis, quæ quibuslibet alias idoneis poſſunt libere conferri, & impetrari. Nam reſignata in fauorem non niſi his in quorum fauorem reſignãtur, poſſunt conferri, nu. 265. Et cum coram ordinarijs non renuntientur beneficia, niſi ſimpliciter, poſſunt per eos conferri libere quibuslibet, excipiendo caſus exceptos per conſtitutionem 58. Pij V. videlicet, quod beneficia communia ordinarijs reſignata non poſſunt conferri conſanguineis, affinibus, aut familiaribus ipſorum collatorum, vel reſignantium, nu. 266. quod etiam procedit in parochialibus prouidendis per concurſum, nu. 267. non tamen in beneficijs iurispatronatus, num. 268.*

*Videndo eſt d. conſtitutio, quæ præſcribit caſus, in quibus ordinarij*

*pariũ possunt admittere resignationes, num.269. vbi de ea remissiue.*

*Ista constitutio non videtur bene seruari in Hispania, in qua præenditur eam non esse receptam, sed ab ea supplicatum, num.270.*

*Circa quod ponitur resolutio Rotæ, nu.271.*

*An supplicatio interposita à lege, & constitutione generali suspendat interim eius executionem, donec secunda iussio superueniat, resp. quod non cum Man. Rodriguez contra alios, num.272.*

1 QVarto notandum est,† quod renunciatio, cum licentia, seu authoritate superioris fieri debet, cap.admonet, quod in dubijs, cap. nisi cum pridem, & cap.fin.de renuntia.cap.denique, 6.quæst.3.

2 & cap.1. 17.quæst. cum alijs, alias † non tenebit in præiudicium Ecclesiæ, aut superioris: tenebit tamen in prejudicium renuntiantis, quia ex hoc videtur fecisse tacitum pactum de non petendo beneficium, vt tradit glossa in dict.cap. quod in dubijs, & idem tenet glossa 2.in cap.quod Dei timorem, de statu monachor. quæ tenet, renuntiantem sine authoritate superioris, cum quantum in se fuit, renuntiauerit, non posse in beneficio ministrare sine licentia ipsius superioris, & glossa in cap.si qui vero, 7.quæst.1.quę dicit, quod taliter renuntians non potest Ecclesiam repetere, Corras.1.par.capit.8.num.13.& 14. idem etiam tenet Felin. in cap.lator, num.13. de re iudic. qui dicit, quod renunciatio facta coram non superiore valet ex parte renuntiantis, & ad inducendam vacationem, Rebuff. in praxi in forma signaturæ, verbo, etiam coram notario, & Mand. in reg.30. Cancellariæ, quæst.7.num.4.qui aiunt, quod per renunciationem factam non accedente authoritate superioris, sed coram laico in præiudicium renuntiantis, vacat beneficium, & potest impetrari, sed Mandosius ibi falso allegat plures Doctores. Eandem sententiam, quod renuntiatio facta coram non superiori, licet sit nulla quoad prejudicium ipsius superioris, teneat tamen, & sit valida in præiudicium renuntiantis tenet Flam. Paris.lib.7.de resignatione beneficio.quæst.1. dicens communem, qui tamen non bene citat Doctores, sed eorum sententias confundit, & sibi contradicit. Nam à nu.27.ad 42. tenet, taliter renuntiantem non priuari ex hoc proprietate beneficij ipso iure, sed requiri sententiam declaratoriam priuationis ob delictum commissum, renuntiando in manibus non superioris, & num.28. & seq.cum Abbate in dict.cap.quod in dubijs, nu.8. ait beneficium ex hoc non vacare, sed interim esse in pendenti ad iudicium superioris, & ideo posse interim taliter renuntiantes beneficia possidere, & in eis ministrare sine nouo consensu superioris, & glossam, quæ contrarium vult in d.cap. quod Dei timorem, communiter damnari, Postea vero nu.51.ait, veram tamen esse conclusionẽ, vel taliter renunciantes absque superiori non possint absque superioris consensu redire ad beneficia ita resignata, cum d.gl.in d.c. quod Dei timorem, & lib.10.q.2.nu.83.& 86. tenet cum Felin. Selua, & Cassad.infra, idem Zechus de beneficijs & pension.cap.13.nu.1.& 2.

221 Et pro ista sententia † facit decisio 4. de renuntia. in nou s alias 352. quæsit, quod per renuntiationem factam in manibus superioris, licet non admissam, amittit renuntians ius, & possessionem, quamuis illa in nullo præiudicet superiori, quo minus possit ipsum retinere, si velit, sequuntur Sarnen. in regul.de infirmis, quæst.29. & Mandosius in eadem reg.19.quæst.15.nu.10.

222 Facit etiam † decis.1.de electione in antiquioribus & 8.de renuntia.in antiq.nu.2.quæ dicũt, quod tempus conferendi currit Episcopo à tempore renuntiationis factæ in manibus priuati, & non à tempore ratihabitionis.

223 Sed his non obstãtibus, † dicendum est, renuntiationem fieri non posse sine superioris authoritate, neque factã valere, etiam in præiudicium renuntiantis, d.c.admonet, cap.quod in dubijs, capit, nisi cum pridem, & cap.fin.de renuntia.c.1.17.q.2.cum alijs, ac ipsum beneficium nondum vacare, etiam quoad ipsum renuntiantem, sed adhuc post ipsam renuntiationem verum habere titulum, & ius in eo, donec ea renuntiatio per superiorem admittatur, seu ratificetur, Innocent.in dicto c.quod in dubijs, num.1.& ibi Hostiens.Cardinalius, Henriquez, Butrius, & Imola, Abbas in cap.ad aures, nu.7. de his, quæ vi, & in dicto cap. quod Dei timorem, nu.4.vbi dicit cõtra glossam ibi tenere omnes fere Doctores, Rota decis.3. & 4. de renuntia. in antiquioribus & 14. eodem, in antiq. alias 573. Felin. in cap. in nostra, de rescrip.corol.34. Staphil. de literis gratiæ, tit.de varijs modis vacationis. §. resignationis modus, nu.13. Selua de beneficij, 3.par.quæst.11. num. 32. Rebuf.in praxi, tit. de resignatione expressa, nu. 11.& 13. Beroius in cap.2.à nu.16.de restitut. spolia. Rosin.de benefic.cap.14.nu.1.& 2.& à nu.14.& 27. Cassador.decis.2.& 3. de renunt. Puteus decis.420. lib.3. Caputaquen.decis.45.p.1. & Mohedanus dec. 22.de renuntia.alias 135. Nauar.in cap.accepta. de restitutione spoliator.oppos.7.solutione, nu.23.26. 27.32.& 35.vbi reprobat, & bene conuincit nouam interpretationem, & intellectum, quem ad dictum cap.quod in dubijs, assignat Rebuf.de pacificis possessor.nu.171.alias 149.optime Couar.lib.1.variar. cap.5.nu.6. Menoch.de arbitr.lib.2.casu 201.num. 47. Quintanaduennas lib.2.Ecclesiasticon, num.10. Ioan.Gutierez cons.42.nu.4. Cabedo decis.23.nu. 4.& 5.2.par. Spino in d.cap.admonet, nu.2.& Frechilla in d.Rubrica de renuntiat.nu.5.& 6. Tuschus conclusio.165.256.& 257.lit.R.

224 Ex † quo inferunt Felinus, Selua, Rosin. & Menoch.sup. de beneficio, taliter renuntiato, debere fieri mentionem in impetratione secundi.

225 Et † in vna Spoletana beneficiorum coram D. Mantica 31. Ianuarij, 1594. de qua supra præced.p. cap.3.num.11.fuit tentum, non constare de scientia vacationis Abbatis ad quem collatio spectabat, licet sciuerit, fuisse resignationem admissam à Vicario, nam ad admittendam resignationem requiritur speciale mandatum, alias non inducitur vacatio, vt in vna Nolana Abbatiæ coram D. Blancheto, de mense Iunij, 1588.

226 Et quod dicitur, † renunciationem factam sine authoritate superioris tenere in prejudicium renuntiantis, est quoad hoc, vt superior possit eam approbare, & ratam habere, Abbas in d.cap. quod Dei timorem, Rota sup.& decis.1.de renuntia.in antiq. Felin. Selua, Rosin. num.34. & 36. Cassador. Puteus, Caputaq.& Mohedanus sup. idem Puteus decis.16. nu.3.lib.2.& Mandosius, qui sic debet intelligi iux-

moniaca eſt,& nulla,gloſſa in d.c.ex parte 1.de eſſ. deleg.& Abb.ibi,& in c. dilecto. de præb. & in cap. cum vniuerſorum,num. 5. de rerum permutat. Fel. in cap.ad audientiam,2.de reſcript.num. 3. Ripa in c.cum M.de conſtit.num. 174. Mill. in rep. verb.renunciatio beneficij ſimoniace facta,additio deciſionis Capellæ Tholoſ.439.n.4.Rebuff.in praxi,tit. de reſignatione pura,& tit.de reſignatione condition. nu.1.& de pacticis poſſeſſ.nu.178.aliàs 154.& conſ. 94.Sarnen,in reg.de triennali,q.16.verſ. poſtremo. Aymon.conſ.122.Corraſ.d.c.8.n.12.Petr.de Baſilio in directorio elect.3.p.c.1.nu.4.Ferretus conſ.95.n. 13.& 14.Nau,in c.ſi quando de reſcrip.except.4.n. 2.& in man.c.23.num.107.verſ.ad 10.Mandoſ.reg. 19.de infirmis,q.16.nu. 11.& reg. 34. de annali, q. 46.nu.2.Redoa.de ſimonia.p.2.c. 22. Roſin. de benef.c.14.2 nu.4.& Petr.Greg.c.28.nu.8.Flam.Pariſ. de reſignat,lib.1.q.3.num.3.& lib.5.quæſt.6. nu. 1, & 189.& lib.8.quæſt.7.num.11.& 12.& libr. 9. q.9. & lib.14.quæſt.3.num.12.qui plures refert, & dicit communem,& in praxi obſeruatam,*Vgol.de ſimonia. tab.1.c.28.§.2.num.1.& 5.& cap.3.§.4.num.5.& de offic.Epiſc.c.50.§.18.num.1.& 5.& 19.num.3.* Ioan. Guttierez conſ.42.nu.7.& 8.& D.Spino in c.admonet de renuntiatione num.11.& D. Frechilla in Rubrica eod.tit.num.29.& Caſlad.deciſ.3 num.1.de renuntiat. & deciſ. 2.de ſimonia. Puteus deciſ, 455. nu.3.lib.2.quæ loquitur in nuntio.Caputaquen.deciſ.192.p.2.& deciſ.93.par.3.& Rota dec.146.lib.2. & 921.lib.3.p.3.diuerſ.& deciſ.265.nu.2 p.2.& deciſ.666.nouiſſ.*Farin.ad ſi.ſum.Bullar.Quar.verb. beneficiorum reſignationes*, & add. & ex Theologis D. Antonin.ſum.2.p.tit.1.c.5.§. 11. Sylueſt. verb. renuntiatio.q.6.Coſmas Philiarcus de off.Sacer.2.p.lib.6. c.3.Lud.Lopez inſtruct.cõſcien.1.tom.c.303. Man. Rodriguez in ſum.2.tom.c.60.nu.1.& Cechus de benef.& penſ.c.13.nu.2.verſ. quæ quidem reſignat. & nu.7.verſ.dicitur autem.& poſt hæc Gonçalez gl. 14.nu.21.& 57.*Açor 2.p.lib.7.c.21.q.1.& 2 & c.27 q.1.& 4.& 3.par l.b.12.c.8.q 3.& 4.*& attento ſtylo Curiæ,Leſſius l. b.2.c.35.numer.87.& ſtante conſtitutione Pij V. Suarez dict.lib.4.cap.35. *& fr. Raph. de la Torre de relig. 2. tom. quæſt. 100.artic. 5. diſp. 11. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 155. numero 5.* & videnda ſunt dicta ſupra 8. parte capitulo 1.ex numero 2.

353 Quamuis Soto † iuſtit.& iure lib.9.quæſt.7. art. 2. doceat licite poſſe fieri coram ordinario renunciationem in fauorem deſignatæ perſonæ, & non aliàs, quoniam, inquit, nullo iure prohibetur in prælati arbitrio ponere, ſi voluerit conferre Petro, quod ſi noluerit aliter ille,qui iure poſſidet, non renunciat:ſequuntur Aragon.2.2.quæſt.100.artic.4, verſ.eſt aliud dubium,de permutationibus 2.concl. Valentia 2,tom.diſput.6.quæſt.16.num.3,verſic.3. circumſtantia,& Vega in ſum.2.p.cap. 10. caſu 54. Quod etiam tenet Duaren.de benef.l b.8.cap. 2. §. quomodo beneficium euirandum ſit. & in parte, ſequitur Couar.lib.1.variar.c.5.num.5.dicens in ea renuntiatione nullum adeſſe vitium, ſaltim ſimoniæ, cum ea conditionalis reſignatio in hunc ſenſum,tantum iure prohibeatur, vt ex ea prælatus minime teneatur præciſe beneficium conferre ei, cuius fauore adiecta fuerit conditio. Quod ipſum videtur tenere Staphileus, de litteris gratiæ, titulo de varijs modis vacationis,§.reſignationis modus num. 8.9. 10. 11.& 12.& ſequitur Zerola in prari Epiſcopali 1.p. verb.renuntiat.§.2.& 3.verſ. 10. Quintanaduennas libr. 2. Eccleſiaſticon,ex numero 19.ad 28.addens, quod quamuis huiuſmodi renuntiatio, apud ordinarium conſtitutione Pij V.poſtea prohibita ſit, & collatio irritetur,non tamen eſt ſimoniaca. Et Duarenus vbi ſupra in fi.inquit,Hoc tamen iure vtimur, vt Pontifices, ſeu antiſtites conditionem reſignationi adiectam velut turpem,ac bonis moribus contrariam reijciant, & beneficium quaſi pure, ac ſimpliciter euiratum arbitrio ſuo alij concedant, non ſine magna euirantium captione, præterquam ſi ex cauſa permutationis euiratio facta fuerit. Probus vero ad Monach. in capitulo ſecundo de offic. legati in 6. numero 5. vult quod reſignatio in fauorem alicuius intelligitur,ſi ille ſit benemeritus, & idoneus, aliàs poteſt alteri conferri, nec inducitur ſimonia, & in cap. nullus, de temporibus ordinat. numero 20.videtur velle talem renunciationem valere,niſi appareat Epiſcopum, in cuius manibus fiebat renunciatio conſenſiſſe proteſtationi, quod tali conferatur.

354 Sed omiſſis omnibus iſtis opinionibus,communis tenenda eſt,quæ recte probatur ex d. c. cum pridem,& c.fi.de pactis,& c.ex parte 1 de offi.deleg. & d.c.tua nos,de ſimon.cum alijs,& eſt approbata per Pium IV.in ſua conſtitut. 144.de beneficiorum fraudulentis permutationibus & per cõſtitutionẽ Pij V. 58.verſ.caueant.vbi abſolute prohibetur reſignatio in fauorem coram ordinario, etiam in caſibus, in quibus in dicta conſtitutione permittitur fieri reſignatio in manibus ordinarij, qui de reſignatione ſimplici,& pura loquuntur,quicquid dicat Io.Guttierez d.conſ.42.num.9.

355 Nec poterit inferior à Papa † conditionem reijcere, & reſignationem ſimpliciter admittere, vt recte tradunt Rebuff.d.tit.de reſignat. conditional.n. 7.Roſiniacus d.c.14.anu.18.& Ioa.Guttier.d.conſ. 42.num.8.quamuis contrarium teneant Boerius in tract.de dignitate legati,q.2. num. 115. Staphileus d.§.reſignationis modus,nu.9.& 10.& videtur Probus in d.c.nullus nu.20.& inclinat Fuſcus de viſitatione lib.2.c.28.nu.20.

356 Vnde in vna Sarſinaten. beneficij coram D. Nouato † de anno 1549. Rota reſoluit reſignationem factam in manibus legati ſimpliciter, cum mandatum ad cedendum eſſet in fauorem certæ perſonæ, licet eidem prouiderit fuiſſe nullam,vt per Mandoſ. dict.reg.19.quæſt.16.numero 11.quamuis contrarium teneat Rebuff.d.tit.de reſignat.conditionali, numer.23.& 18.cum Paulo Pariſ.conſ.15, volum.4. idem Rebuff. conſ. 85. & 87. & Ferretus conſ. 208. quod conſ.Pariſij ſequitur poſt hæc Gonçalez gloſſ. 12.nu.91.& Azor 2.p.lib.7.cap.21.q 6.

357 Ex dictis infertur † obtinentem beneficium,non poſſe illud renunciare, ſeu cedere in manibus Epiſcopi ad effectum, vt vniatur alicui loco, ſeu Eccleſiæ, & non aliàs, vt videtur tenere Rota in Elnen. præceptoriæ vltim.Ianuar.1582. apud Farinac. deciſio. vigeſimatertia,quamuis contrarium videatur ſupponere Rota in vna Segobien. præſtimonij 24. Octob. 1580. coram D. Cantucio, quæ habetur ſecunda parte,diuerſorum deciſ.133.in qua fuit reſolutum vnionem factam per Epiſcopum Segobien.

fabricæ

fabricæ Eccleſiæ cathedralis, propter eius paupertatem, de quodam præſtimonio reſignato in eius manibus per illius poſſeſſorem, ad effectum, vt vniretur dictæ fabricæ fuiſſe validam: in qua cauſa quãuis multa opponerentur contra dictam vnionem, non tamen fuit facta vlla difficultas in hoc, quod fuiſſet facta ab ordinario per viam ceſſionis factæ ad effectum, *vt vniretur, & nouiſſimè ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 155. à num. 5. dicens, quòd dicta conſtitutio Pij 5. non habet locum in reſignatione beneficij facta ad effectum illud vniendi fabricæ Eccleſiæ, quia bulla loquitur de beneficijs reſignatis ad effectum transferendi illorum titulos in alienam perſonam per viam prouiſionis faciendæ per ipſum ordinarium, & ſic de illis beneficijs reſignatis, quibus dantur ſucceſſores, vt patet ex lectura eiuſdem conſtitutionis. Sed quando vnitur beneficium, non ſolum transfertur titulus, ſed penitus extinguitur, ita vt procedat nomen beneficij, vnde cùm deficiat perſona ceſſionarij, non intrat conſtitutio, prout in ſpecie fuit deciſum per Rotam in dicta Segouien. & coram Cardinali Lancelloto ad cauſam 28. Iun. 1511. cùm præſertim dicta conſtitutio concedat ordinarijs, vt admittant permutationes permiſſas à ſacris ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus. Id etiam extenditur ad iſtas vniones beneficiorum, quæ admittuntur pro fabrica Eccleſiæ, Imola in cap. cùm acceſſiſſent num. 14. de conſtitut. ita vt etiam Epiſcopus cogatur vnire cauſa ſubſiſtente, Mandoſ. reg. 12. quæſt. 6. num. 3. & 4. Hæc Gratianus. Sed certè cum talis reſignatio non fiat libere & ſimpliciter, ſed in fauorem illius, cui vnitur, & cum pacto ſeu modo vt illi vniatur, videtur eſſe ſimoniaca, & comprehendi in d. conſtitutione: nam & fabrica cui vnitur beneficium, eſt ſucceſſor ſuo modo, ſeu large, vt infra num. 212.* & ſimonia etiam vitiat vnionem. Rebuff. in praxi, tit. de vnionis reuocatione, nu. 8.

157 Sed offert ſe dubium, † an eſto, quod non poſſit fieri coram ordinario renunciatio in fauorem alterius, poſſit tamen quis conſentire, quod ſuum beneficium conferatur certæ perſonæ, ſeu vniatur certo loco in ſui præiudicium, ſicut poteſt abſolute conſentire, quod prouideatur, c. beneficium. de regular. in 6. & c. commiſſa. de elect. eod. lib. & ibi Francus n. 2. & in d. c. beneficium, nu. 5.

158 Et videtur quod non, nam conſentiendo, beneficio renunciat, vt dicit gloſſa verb. aſſenſus, in dicto capite beneficium, & ſic ſicut non poteſt renuntiare in fauorem certæ perſonæ, ſeu loci, ita nec conſentire.

159 Nihilominus † tamen videtur poſſe, quia conſentiens, vt ſuum beneficium prouideatur, non renunciat vere, & proprie, ſed tantum ficte, & improprie, & ita eſt intelligenda dicta gloſſa, & colligitur ex Franco, ſupra. & Mohed. deciſ. 10. de priuileg. & Flamin. Pariſ. libro primo, de reſignatione quæſt. 1. numero 23. qui loquitur per verbum, videtur, quod denotat improprietatem, & fictionem. Quod patet, quia antequam prouideatur conſentiens, manet beneficiatus, & poteſt reuocare conſenſum, & ſic conſentiens, quod huiuſmodi beneficium conferatur certæ perſonæ, ſeu vniatur certo loco, non renuntiat in fauorem, &c. nec ibi interuenit pactum, conditio, ſeu modus, ſed nudus conſenſus, qui non inducit ſimoniam. Et idem videtur in renunciatione in fauorem ſub conditione propria, & ſuſpenſiua, nempe ſi beneficium conferatur tali, nam in effectu eſt quidam conſenſus, quod conferatur illi, nec etiam hic interuenit pactum, ſeu modus, licet Suarez d. cap. 35. à numer. 5. contradicat.

160 Rurſus ſe offert † dubium, an ſaltim eorum ordinario fieri poſſit ceſſio iuris litis, & cauſæ in fauorem collitigantis, in quo quidem Rota in vna Genen. Archidiaconatus, 1. Iulij 1580. coram Illuſtriſſimo Lancelloto, poſita per Farin. deciſ. 20. tenuit talem ceſſionem factam in manibus prouiſoris validam eſſe. Sed quamuis id ſit verum in ceſſione litis, & cauſæ, quæ etiam ſine authoritate ſuperioris fieri poteſt, & etiam in ceſſione iuris ſimpliciter facta, quæ in manibus ordinarij, ſine difficultate fieri poteſt. Rota deciſ. 3. de renunciatione, alias 306. in nouis, Iaſ. in l. poſtquam liti, num. 1. & ibi alij. C. de pactis, de quo tamen vide infra nu. 249. at in ceſſione iuris facta in fauorem alterius ad effectum, vt ordinarius, ſeu alius à Papa illi conferat ius ceſſum, non videtur ſecurum, nec certum, cum fiat ceſſio iuris ſpiritualis cum modo, ſeu conditione, iuxta dicta. Vnde ea reſolutio videtur intelligenda de ceſſione iuris facta in fauorem collitigantis, non vt illi ordinarius conferat ius ceſſum, ſed vt careat omnino aduerſario, & tollatur penitus cedenti recurſus ad beneficium, & cauſam, & ita in d. deciſione ſolũ dicitur, quod prouiſor dictam ceſſionem admiſit, & non quod contulerit ius ceſſum, vt dicit de ceſſione facta in manibus Papæ, de qua num. 3. inquit, quod fuit prouiſus is, in cuius fauorem facta eſt, & adittũ tantum effectum videntur fieri huiuſmodi ceſſiones extra Curiam.

161 Renunciatio vero † facta etiam ab alijs non renunciatur, etiam in manibus inferioris ea intentione, & ſpe, vt alicui certæ perſonæ conferatur, ſine pacto tamen, aut conditione valet, nec committitur vlla ſimonia, etiam mentalis cum nulla emptio, vel venditio, nec contractus, non gratuitus ſit, nec ſpes facit ſimoniam. Ita tenent gl. & Dd. in d. cap. ex p. 1. de offic. deleg. gl. etiam communiter recepta in cap. ordinationes, 1 q. ... verb. pretio. Fel. ſupra in d. cap. ad audientiam, 2. de reſcript. nu. 3. Auſterius d. deciſ. 439. nu. 4 Rebuff. tit. de pura reſignatione. Coraſ. d. cap. 8. nu. 12. Roſiniacus d. c. 14. nu. 6. Nauar. in d. cap. ſi quando, de reſcript. exceptione 4. nu. 2. & in man. cap. 25. num. 107. verſ. ad 10. & num. 109. & conſ. 18. 19. 20. 35. & 38. num. 3. de ſimon. Petr. Greg. c. 28. nu. 7. Flam. Pariſ. d. lib. 14. q. 6. *& Vgol. d. tab. 1. de ſimon. cap. 22. §. 1. à nu. 4. & cap. 28. §. 2. nu. 5. & de offic. Epiſc. cap. 50. §. 18. num. 5. & addit ſum. Bull. Quar. d. verb. beneficiorum reſignationes circa finem*, Io. Gut. can. q. lib. 2. q. 23. n. 75. D. Frechilla in d. rub. de renunc. nu. 38. & D. Ant. d. 2. p. tit. 1. c. 5. §. 11. Sylu. verb. renunciatio. q. 6. Armilla eo. verb. nu. 3. Coſm. Philiar. d. c. 3. Man. Rodrig. d. 2. tom. cap. 56. nu. 8. & cap. 60. nu. 3. ad fi. & Vega. dict. 2. p. cap. 101. caſu 56. & 62. circ. fi. *Azor lib. 7. c. 21. q. 3. & c. 27 q. 6 & 3. p. lib. 12. c. 8. q. 5. in fi. & Torre d. q. 100. art. 5. diſp. 11.* Suarez d. lib. 4. c. 35. nu. 16. & 18. & c. 44. ad fi.

162 Et ſic Rota † reſoluit, non eſſe ſimoniacum mandatum ad reſignandum certa beneficia in manibus inferioris à Papa pure, libere, & ſimpliciter, nec non petendum, & obtinendum de beneficijs reſignatis prouideri certæ perſonæ, vt per Caſſad. dict. deciſ. 2. de ſimon. & clarum eſt ex illo mandato colligi

lgi intentionem reſignantis, vt conferrentur nominato per eum, ſed quia nō fuit id poſitum ſub pacto, modo, vel conditione ceſſabat ſimonia, vt Nau. Fla. Par. & Philiar. vbi ſupra, & Vgolin. d.c. 28. §. 2. n. 5. & Azor d.c. 27. q. 6. inquiunt, facit d. cap. tua nos. verſ. ſi vero. de ſimonia.

163 Et ſimiliter † dicit Rebuf. d. tit. de reſign. condit. nu. 12. quod in mandato ad reſignandum coram legato poteſt adijci clauſula, quod roget conſtituens legato, vt tali N. conferat, & tunc legatus ſi velit, conferet illi, quia non arctatur dict. capit. tua nos. de ſimonia.

164 Sed huic † reſolutioni videtur obſtare Conſtitutio Pij V. de confidēt. js 87. in ordine, ibi; Etiam ſola dimittentis intentione, & ibi, Licet ipsū confidētiæ crimen alterius tantū partis conſcientia ſit admiſsū. Ex quibus videtur, dictam renunciationem factam cum intentione, vt beneficium certæ perſonę conferatur, eſſe ſimoniacam, & confidentialem.

165 Pro reſpōſione dico, quod † abſque pacto, modo, ſeu conditione confidentia beneficialis non eſt ſimoniaca, prohibita & punibilis per dictam conſtitutionem Pij IV. & Pij V. 169. vt contra Maſcardum de probatio. concluſ. 1312. aliàs 1307. & Cordubā in ſum. quæſt. 32. ad fin. quem videntur ſequi Manuel Rodriguez d. 2. to. cap. 60. numero ſeptimo, & Vega in ſum. 1. par. capitulo 39. ad fi. & contra Petrum Ledeſmam in ſum. 2. p. tract. 12. concl. 40. vlt. difficul. dicentem eſſe valdè veriſimile, quod in dicta cōſtitutione prohibetur, & tollitur quilibet modus confidentiæ, non ſolum ex iuſtitia, ſed etiam ex gratitudine, licet confidentia ſit ſolius partis dimittentis beneficium, propter periculum magnum, quod erat committendi ſimoniam, &c. tenent Nauar. d. cap. 23. numero 107. & 109. & in multis conſilijs de ſimonia Giero. Gabr. conſ. 172. numero 4. libro 2. Boccacius in com. conſt. Piceni, num. 60. & 68. Menoch. præſumpt. libro 5. præſumpt. 9. Vgolin. dict. c. 22. §. 1. nu. 1. & 3. Zauallos q. 280. à num. 20. Ludou. Lopez inſtruct. conſcien. 1. tom. c 240. & 207. Ioā. Bap. Corrad. in reſp. caſuum conſcien. q. 42. in addition. quamuis q. 218. contra teneat, & Manu. Rodriguez d. 2. tom. capit. 56. num 8. & capit. 60 num. 5. & Vega d. 2. par. capitulo 101. caſu 56. & Magiſter Fr. Ioan. Vincentius cathedraticus S. Thologiæ Salamanticæ, & poſtea procurator generalis, ſeu Vicarius Ordinis Prædicatorum Romæ, in materia, quam legit Salamanticæ de ſimonia, & Enriquez in eadem materia, qui dicit, ita etiam tenere viros doctos Romæ, & Salamanticæ conſultos. Et inde infert, quod ſi beneficiatus aliquis eſſet valdè amicus collegio pauperi religionis, & in gratiam illius reſignat beneficium confidens ex gratitudine, ſe recepturum magna, & tamen exprimit, ſe non intendere pactum, aut obligationem induci, præſumi quidem poteſt, ſed non eſt ſimonia, quamuis habito beneficio ſuperior ex gratitudine obliget ſe etiam inſtrumento ſoluere aliquid quotannis. Infert ſecundo, quod ſi quis reſignauit in me beneficium, certo confidens abſque pacto, me reſignaturum in illum alterum, non eſt ſimoniaca confidentia, nec peccatum, idque licere quando difficile eſt permutare vnum beneficium cum altero alterius diœceſis, & in ſum. lib. 13. c. 56. §. 1. in tex. & gloſſ. litera C. ait, non prohiberi confidentiam, niſi in qua interuenit pactum ſimoniacū Leſſius lib. 2. c. 35. num. 95. & 96. *Azor d. lib. 7. cap. 27. quæſt. 6. ad fin. & 3. p. lib. 12. c. 10. q. 2.* Suarez d. lib. 4. cap. 43. nu. 9. & 12. *& nouiſſime Fr. Raph. de la Torre d. q. 100 art. 6. diſput. 4.*

166 Et iſtam ſententiam ſequitur Flam. Pariſ. † dicens, ita in praxi receptum, de confidentia, quæſt. 26. & 27. à num. 76. & quæſt. 31. 49. 51. & 53. abſque pacto enim, modo, ſeu cōditione, non inducitur ſimonia, capitulo Arthaldus. 8. q. 3. & gloſſ. verb. poſtmodum. in c. quam pio. 1. q. 2. gloſ. & communiter Dd. in d. c. tua nos. de ſimon. & in cap. veniēs, 1. vbi Feli. & Decius nu. 9. de reſtibus. idem Decius conſ. 118. n. 4. Pariſ. 30. n. 21. lib. 4. Natta conſ. 299. n. 11. Sarnen. de triennali, q. 12. verſ. Principaliter. Puteus deciſ. 171. à num. 9. libro 2. Mohed. 167. aliàs 1. de ſimon. Farin. conſil. 75. num. 3. & 24. & hoc ſæpe in Rota fuit reſolutum, vt in vna Firmana Capellaniæ, 7. Maij 1582. coram Sanctiſſimo Clemente VIII. poſita per Farin. dict. conſil. 75. à num. 40. & in Britorien. commendæ 12. Decem. 1588. coram D. Gipſio poſita per Farin. deciſione 63. & in vno Tollen. parochialis 28. Maij 1593. corā D. Seraphino, poſita per Farin. d. conſ. 75. à numero 45. & in Aquen. ſimoniæ 1594. coram D. Blancheto poſita per Farin. ibi, à n. 61. & in Romana ſeu Hiſpalen. ſimoniæ 7. Februa. 1596. coram eodem D. Blancheto poſita per Farin. ibidem à num. 76. & in Taruiſina prætenſæ ſimoniæ 13. Maij 1596. coram D. Corduba, poſita per Far. de ciſ. 111. & in Tullen. prætenſæ ſimoniæ, vltimo Ian. & 21. April. 1597. coram D. Orano, poſitis per Far. d. conſ. 75. num. 105. & 106. & idem Flamin. eodem tract. q. 10. cum Nauarr. d. capitulo 23. numer. 109. docet, prædictas conſtitutiones Pij IV. & Pij V. ſolum emanaſſe contra confidentiam beneficialem, & ſimoniacam, nec inducere aliquam nouam prohibitionem confidentię beneficialis. Quod docet Suarez d. cap. 43. numero 5. & 9. & addit rectè d. num. 5. per eas non omnes ſimoniacas confidentias eſſe prohibitas, ſed illas quæ circa talem materiam, & ſub tali quaſi precio, ſeu in eo genere confidentiæ, 167 & quaſi pretij fierent. Et ita in terminis † fuit tentum per Rot. in vna Coſentina confidentiæ 4. Feb. 1591. coram Dom. Orano, poſita per Farin. dec. 102. & in Buxien. confidentiæ 5. Iunij 1591. coram D. Penna ſupra adducta 1. par. cap. 5. num. 52. & in cauſa Imolen. confidentiæ 24. Febr. 1592. coram D. Pamphilio, poſita per Farin. d. conſil. 75. à nu. 108. & in Lunen. Sarzanen. confidentiæ 9. Iun. 1600. coram D. Pamphilio, poſita per Farin. deciſ. 135. in quibus fuit dictum, ſolam fructuum perceptionem non inducere confidentiam, ſed animum, & conuentionem hoc faciendi ab initio. Et in vna Carthaginen. confidentiæ 21. Iunij 1591. coram D. Gipſio, 168 † in qua fuit dictum, Confidentiam licèt ſit cum ☞ ſimonia, & ſic occulte fiat, & per conſequens difficilis probationis, poſſit probari per coniecturas & præſumptiones. Iulius Clarus lib. 5. recept. ſent. §. ſimonia. n. 12. tamen debere eſſe euidentes, & claras, ac ita confidentiam, & ſimoniam includere, vt nihil aliud importare valeant, Fel. in c. ſuper his. nu. 17. de accuſat. Natta conſ. 299. nu. 13. Iulius clarus ibi, Caputaquen. deciſ. 202. p. 1. (de quo Flam. Pariſ. q. 64. & de reſignatione lib. 4. q. 8. & deciſ. citatæ,) & confidentiā non probari ex ſola perceptione fructuū facta

facta poſt reſignationem, præreſignantem de mandato reſignatarij, niſi ante reſignationem præceſſerit condemnio, vel ex alijs tollitur, ſecus vero ſi poſt reſignationem libere & ſponte aliquid detur reſignanti. Natta d. conſ. 299. nu. 10. Mohed. dec. 167. cum alijs adductis in d. Coſentina confidentiæ, non obſtante d. conſtitut. Pij V. &c.

169 Idem fuit tentum in vna Calagurritana confidentiæ 14. Decemb. 1592. coram D. Penna, vt in ſequenti deciſione, Franciſcus Ximenez quondam canonicus Calagurritan. die 1. Nouembr. anno 1561. Did. Varq. in Romana Curia reſidẽtem procuratorem conſtituit ad conſentiendam coadiutoriæ ſui canonicatus cum futura ſucceſſione ad fauorem Iuſtini Sanctorij, filij Io. Sanct. etiam canonici Calagurritani, & die 3. eiuſdem menſis idem Ioannes eundem Didacum procuratorem fecit ad conſentiendum coadiutoriæ ſui canonicatus cum futura ſucceſſione ad fauorem Didaci Ximenez filij Fran. Ximenez, quarum coadiutoriarum ſupplicationes, 3. Idus Decemb. eiuſdem anni, fel. recor. Pius Papa IV, ſignauit, & procurator literas Apoſtolicas expediuit, quarum vigore Didacus die 17. Iulij, quo tempore Ioannes obierat, & Iuſtinus die 23. eiuſdem menſis, & anni 1563. poſſeſſionem dictorum canonicatuum apprehendentes in eadem pacifice per 25. annos, & amplius vſque ad annum 1589. permanſerunt, quo anno, cum quidam Andreas Martinez coram iudice confidentiarum in Romana Curia Iuſtinum, & Didacum accuſaſſet, & ſententiam fauorabilem à prædicto iudice reportaſſet, & cum voto Rotæ deinde procedere iuſſus eſſet, dubitaui, an conſtaret de tali confidentia, quæ præiudicaret Iuſtino & Didaco. Et domini re mature diſcuſſa pronuntiauerunt non conſtare de tali confidentia, ſiue ſimoniaca pactione, quæ prædictis Iuſtino, & Didaco præiudicaret, rationes viuas, & ſpirantes, quibus hæc ſententia roboraretur has eſſe cenſuerunt. Primum quia nuſquam apparebat Franciſcum primum reſignãtem dediſſe mandatum ſub confidentia, vel præcedente pactione, vt Ioannes poſtea ſimile mandatum daret ad reſignandum ſuum canonicatum filio d. Fran. vnde cũ fieri potuerit, vt Franciſcum primo loco ſponte, & nulla præcedente pactione confidentiaria mandatũ ad reſignandam dederit, & poſtea Ioannes idem quoque ſponte præſtiterit, in dubio eam interpretationem accipere oportuit, quæ delictum excluderet, l. merito. ff, pro ſocio. c. eſtote, de reg. iuris S. Thom. 2. 2. q. 6. art. 4. Bar. l. non ſolum §. ſed vt probari, n. 2. verſ. dico quod in delictis, ff. de noui oper. nunciat. Primus enim actus reſignationis ſecluſa pactione, non erat illicitus, neque ſecundus gratuito, & ſpõte factus fuerat ſimoniacus, Fel. in prin. & ibi communiter canoniſtæ, in c. tua nos de ſimonia. Et cum à gratitudinis fonte manare potuerit, & qui accipit beneficium, lege naturali obligatus ſit ad antidora, & ad habendam, agendam, & opportuno tempore gratiam referendam, l. ſi non ſortem, §. libertus, vbi gl. verb. naturaliter, ff. de cond. indeb. l. ſed etſi, §. conſuluit, ff. de petit. hæred. c. cum in officijs, de teſta. S. Tho. 2. 2. q. 106. ar. 3. Nau. de datis & promiſſis. not. 11. pactione, modo, & conditione deficiente, nõ poterat ob prædictos reſignationis actus ſimonia iudicari. Altera ratio fuit, quia cum in propoſita facti ſpecie ageretur de prætenſa confidentia commiſſa inter Franciſcum, & Ioannem, & ſic inter tertios iam defunctos, non autem de perpetrata inter Iuſtinum & Didacum longo tempore bonæ fidei poſſeſſores, licet inter primos reſignantes ſimonia confidentiaria probaretur, adhuc iſtis non præiudicaſſet, cum beneficio regulæ de triennali tuti adderentur. Sarnenſ. d. reg. de triennal. q. 12. & fuit deciſum in vna Hiſp. beneficij de Ecija, die 16. Nou. 1579. coram S. D. N. Clem. VIII. tunc Rotæ auditore, p. 2. diuerſ. 319. Nec prædictis refragabantur mandata infra modicum trium dierum interuallum ad reſignandum data, quaſi ex eorum vicinitate correſpectiuitas præſumẽda foret. Anch. conſ. 434. nu. 3. Aym. conſ. 153. nu. 8. & 9. quoniam cum non eſſent eodem die rogata, non poterunt omnino correſpectiua cenſeri. Verall. dec. 197. 2. p. incip. mandata nu. 1. Peregrinus deciſ. 289. incip. in cauſa, lib. 3. quando enim inter duos actus cõtrahentes digreſſi fuerũt ad alios extraneos actus, tunc illi duo actus non cenſentur correſpectiui. Verall. d. dec. 197. n. 3. deciſ. in illa Oſcen. prioratus, coram Reuerendiſſimo Oriolen. die 20. Iunij 1582. 2. p. diuerſorum, 234. non oppugnabat præcedentem reſolutionem, quia præterquam quod loquebatur ad alium effectum in fine, etiã addebatur, quod prædicta fortaſſis non ſufficerent ad inducendam ſimoniam. Similiter non intrabant deciſiones nuper editæ in illa Gerunden. præceptoriæ, coram R. R. P. P. dominis Gipſio, & Decano, neque enim ibi deciſum extitit actus fuiſſe correſpectiuos, propter mandata facta infra paucos dies, ſed ideo ita pronunciatum fuit, quoniam locus erat conſtitutionibus Pij IV. & Pij V. quibus expreſſe, tanquam ſimoniacæ, & cõfidentiariæ annullabantur reſignationes, & retroceſſiones, cum reſeruatione regreſſus, circumſcriptis. n. prefatis conſtitutionibus nunquam Rota voluit declarare præfatas reſignationes confidentiarias, aut ſimoniacas, licet modicum tempus inter data mandata ad reſignandum interceſſiſſet. Ad deciſionẽ in cauſa Reatina penſionis coram R. P. D. Pamphilio reſpõdebatur multa in ea affuiſſe iudicia, & præſumptiones confidentiam probantia, quæ in caſu propoſito deſiderabantur. Quod à Francisco & Ioanne reſignantibus idem Did. Vazq. fuerit conſtitutus procurator, non concludebat ſimoniam, aut confidentiam, neq; releuabant allegatæ dec. Paleott 150 & Peregrini 81. lib. 1. cum expreſſe loquerentur, quando mandata erant facta eodem die, & coram eodem notario, & teſtibus, ſecus vero dicendum, ſi diuerſis dieb. cõceſſa reperirẽtur. Veral. d. dec. 197. p. 2. neq; quod eodẽ die & hora, & coram eodem notario per eundem procuratorẽ in Curia, fuerit præſtitutus cõſenſus, inducebat ſimoniacam correſpectiuitatem, nam ſi principales eũ conſtituerũt, omni ſimoniæ & cõfidentiæ vitio ceſſante, nõ poterat procurator per aliquẽ actum vel delictũ dominis præiudicare, ita vt ex facto procuratoris in aliquam pœnam inciderẽt. l. 1. §. ſi procurator, ff. ſi quis ius dicendi, Bart. in l. ſi procurator, n. 8. vbi Iaſ. n. 5. ff. de cond. indeb. Alex. conſ. 17. n. 3. lib. 6. dec. Achillis 4. de renunt. & illa in cauſa Bonon. translationis pẽſionis, coram S. D. N. Clem. VIII. die 23. Ian. A. 1579. non applicabantur ad propoſitam facti ſpeciem, cum nõ loquerẽtur de præſtatione conſenſus procuratoris à diuerſis, & in diuerſis dieb. cõſtituti: imo in illa Bonon. conſenſus fuerat præſtitus ab ipſis principalibus in Curia, præ-

præſentib. ex conceſſione Iuſtini ad interrogationẽ iudicis quærentis, an permutationes canonicatuum inter Franciſc. & Ioannem fuerint factæ ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, reſpondentis ſub d. beneplacito fuiſſe factas, nulla certa aſſertio ſuper permutatione colligi poterat, cum reſponſio principaliter interuentum beneplaciti Sedis, Apoſtolicæ, enuntiatiuè autem dictam permutationem reſpicere videretur: vnde cum non dubitaretur de eo, ſuper quo cõfeſſio principaliter emanauerat, enunciatum minus principaliter non probat, Alex. conſ. 136. nu. 11. lib. 1. Decius in auth. ſi quis in aliquo, nu. 37. C. de edend. quod ipſum in depoſitionibus teſtium, vt enunciata in eorum depoſitionibus non probent, voluit Bar. conſ. 113. incip. proceſſum eſt, n. 5. quam interpretationem aperte ſuadebat altera Iuſtini depoſitio, cum interrogatus, an ſciret cauſam ob quã Franciſc. ſibi reſignauerit canonicatum, ſe nihil ſcire reſponderit, itaque in altera diſpoſitione noluit aliquid dicere de ipſis permutationibus: minus etiam obſtare videbatur alia confeſſio Didaci ex literis eius collecta, nam præter quam quod ſolum referebat prætenſionem contra ipſum motam, ex qua nulla certa confeſſio poterat deprehendi, non loquebatur affirmatiue cum dixerit, vt aſſerit Caſſad. deciſ. 4. num. 8. de prob. & licet præfatæ Didaci literæ legitime recognitæ ipſi ſcribenti præiudicare potuiſſent, non tamen poterunt nocere Iuſtino. Quantum attinet ad famam ſuper probatione prætenſi tractatus, ſeu præcedentis conuentionis inter Franciſcum, & Ioannem reſignantes, fuit dictum in cauſis maximi præiudicij, non eſſe multum famæ tribuendum, cum ſit indicium inconſtans, vagum, & à delicto longe remotum, & cum totum probationis pondus à fama proueniens in eo conſiſtat, vt à fide dignis, probis, honeſtiſque perſonis ortum habeat, non autem à maleuolis, & malignis, c. qualiter. 2. de accuſat. cap. licet Heli. §. fi. in fi. de ſimonia. Gandinus tract. de malefic. tit. quomodo cognoſcatur de maleficio per inquiſitionem, num. 6. verſic. 5. quod non proueneritá maleuolis. Achill. deciſ. 321. incip. alia tamen vice, aliàs eſt 8. tit. de iure patronat. in impreſſis. Neque hic docetur de legitimo famæ initio, non videbatur huic generi leuis probationis adpriuandum, & condemnandum aliquid deferendũ, præſertim cum non concurrerint alia indicia, quæ ſimul cum fama aliquem legitimæ probationis gradũ conſtituerent, Gratus conſ. 57. numer. 8. lib. 2. Iulius Clarus pract. crimin. quæſt. 21. verſ. fama ſola. Neque Veralli 299. incip. ad probandam famam. lib. 1. in manuſcrip. firmat contrarium, dum indicat non eſſe neceſſarium, vt teſtes dicant à quibus fama ortum habuerit, quia ex fine deciſionis apparet, nihil fuiſſe ſtabilitum, cum fuerit dictum, quod diligenter iterum videretur, ex eo quod reſignatarij forent filij reſignantium, non concludebatur ſimonia, vel confidentia, præſertim cum mandata non fuiſſent correſpectiua. Poſtremo in bullis Pij IV. & Pij V. nõ poterat fieri aliquod fundamentum, nam confidentia, quam in caſu propoſito Fiſcalis affuiſſe contendebat, non erat talis qualis damnatur in præfatis conſtitutionibus; cum enim duplex ſit confidentia beneficialis, vna ſimoniaca, qua quis confidit quem collaturum beneficium, mediante pretio, pacto, vel cõditione expreſſa, vel tacita, digno, vel indigno, altera qua quis confidit aliquem collaturum aliquod beneficium ob cognationem, vel amicitiam, digno, vel indigno, ſine tamen pacti, modi, vel conditionis interuentu, prout contigit in hoc caſu, in quo non apparebat inter reſignantes præceſſiſſe pactum aliquod, conditionem, vel modum, talis confidentia non damnatur per illas conſtitutiones, cum non fuerint editæ contra omnem confidentiam beneficialẽ, nec contra quamlibet confidentiam illicitam, ſed tãtum contra illicitam ſimoniacam. Nauarr. in man. c. 23. nu. 109. ver. ad 12. ex prædictis autem patebat talem confidentiam illicitam ſimoniacam præcedente videl. pactione, conditione, vel modo irritam pro parte Fiſci, & Andreæ ei adhærentis: non fuiſſe probatam, & propterea Iuſtinum & Didacum fore abſoluendos, & in ſtatum priſtinum plenarie reſtituendos. Quæ deciſio fuit confirmata coram D. Pamphilio, 25. Iun. 1593. vt in deciſ. poſita per Farin. conſil. 75. ſ nu. 53. circa eam tamen obiter aduerto, quod ſi in eius ſpecie mandata fuiſſent correſpectiua interueniente pactione, eſſet ſimonia, non tamen confidentialis, Suarez d. c. 43. nu. 5. iuxta dicta ſup. n. 166. Et ita in eadem cauſa tenuit Rota coram D. Penna de menſe Iun. 1591. vbi domini conformiter cenſuerunt ſententiam per iudicem confidentiarum latam contra dictos Iuſtinum Sanctorium, & Didacum Ximenes canonicos Calagurritanos, fuiſſe nullam, & reuocandam ex manifeſto defectu iuriſdictionis prædicti iudicis, qui licet habeat facultatem cognoſcendi de confidentijs beneficialib. ſimoniacis, non tamen de ſimonia, quæ latius patet quam iſta confidentia, quamuis enim omnis beneficialis confidentia illicita ſimoniaca, ſit ſimonia, non tamen reciprocatur, vt omnis ſimonia ſit cõfidentia: in hoc autem caſu dicebant domini, quod tametſi aliqua poſſet eſſe ſimonia, de qua erat videndum, nulla tamen erat confidentia beneficialis illicita ſimoniaca, qualem prohibẽt Apoſtolicæ conſt. Pij IV. & Pij V. ſuper quibus iſte auditor confidentiarum vigore particularis indulti fuit conſtitutus iudex, ad tradita per Nau. c. 23. nu. 109. verſ. ad 12. vt in deciſ. Farin. 80. nu. 3. *& nouiſſime in vna Lucana confidentia 27. Febr. 1606. coram D. Ludouiſio fuit reſolutum, non conſtare de confidentia, in qua, & quando ſimiliter agatur, requiritur plena & concludens probatio, vt in plurib. cauſis fuit reſolutum: & licet teſtes dicãt, Coſmum dixiſſe ſe impetraſſe canonicatum, vt rem gratam decano, & alijs: hoc tamen nullo iure eſt prohibitum, & confidentia non conſiſtit in hoc, vt gratificetur tertius in impetratione, ſed vt gratificetur in dimiſſione & diſpoſitione beneficij impetrati, & exſequutis abſque præcedenti pactione & tractatu ante impetrationem, non probatur confidentia, nec ſimonia, &c.*

Vnde Flam. Pariſ. d. tract. de confidentia, q. 36. vbi
171 agit, quando † ex mutuo præſumatur ſimonia, & confidentia, docet, quod ex mutuo inducitur ſimonia, & cõfidentia, quando adeſt pactum tacitum, ſiue expreſſum, & hoc ſiue fiat ante, vel poſt, vel in ipſa reſignatione ipſum mutuum, ceſſante vero pacto non adeſt ſimonia, nec confidentia. Nau. conſ. 22. & 13. de ſimonia. & idem Flam. Pariſ. de reſignat. li. 14.
172 q. 7. à nu. 2, qui † d. q. 36. nu. 40. ait negatiuam opinionem, ſcil. ex mutuo non committi confidentiam, etiam ſtante pacto vidiſſe conſultã per viros peritiſſimos in facti contingentia, qui mouebãtur, quia verba cõſtitutionis huic caſui nõ adaptantur, nec applicantur,

rantur, &c. quæ opinio mihi placet, & est certa, quando mutuum fuit factum ante resignationē, vel in ipsa resignatione, quia tūc non videtur committi confidentia, sed simonia. Et quod ex mutuo committitur simonia stante pacto, seu conditione, aliàs non, tradunt Vgolin.tab.1.cap.9.§.5,num.2. Azor 2.par,lib.7.quæst.2.& Suarez dicto lib.4.capit.38.à num.6.

172 Vnde etiam infertur † ad casum frequentem, quod renunciantes beneficia reseruata pensione, ea spe & intentione,vt illa statim redimatur,non committunt confidentiam, nec simoniam, etiamsi resignatarius id intelligat, & præstet intentionem illam redimendi, nisi pactum interuenerit, prout loquitur gigas de pension.q.87.ad fin.vt patet ex illis verbis: Et ita paciscentes, imò & pacto interueniente erit simonia, non tamen confidentia prohibita per dict. constitutiones, quæ non loquuntur in hoc casu.

173 Vnde etiam † conuincitur opinio Ioan. Guttierez dict.lib.2.quæst.23.nu.85, ad fin. qui ait in dict. constitutionibus comprehendi confidentias illicitas, licet non simoniacas, quoad vtrumque forum, & etiam licitas, quoad forum exterius, quæ est sine fundamento, & contra id quod est supra dictum, num.166.

174 Hoc supposito † ad dict.verba constitutionis Pij V. ibi, Etiam sola dimittentis intentione,&c. Flam. Paris.d.quæst.16.primo respondet, ea verba declarari per alia posita in §.seq.ibi: Ea conditione tacita, vel expressa, sequentia enim declarant præcedentia, l.si seruus. §.fi.ff. de legat,1. *cui videtur accedere Azor d.3.par.lib.12. cap.10. quæst.2. dicens quod in dicta constitutione per illa verba, sola dimittentis intentione, comprehenditur non solum confidētia in pactum expressum deducta, sed etiam ea, in qua pactum tacitè continetur, & ea quæ in iudicio aliqua possit coniectura probari.*

175 Sed ista † interpretatio non satisfacit, nam dicta verba, Etiam sola dimittentis intentione, &c. non recipiunt commodam declarationem per illa, Ea conditione tacita, vel expressa, vt patet ad sensum.

176 Secundo, & melius, † vt ipse ait, respondet cum Hieron,Gabr.dict.consil.173.lib,2.num.3. illa verba esse intelligenda de intentione nota ei, qui beneficium recepit, qui sciens mentem renunciantis, vel concedentis, videtur assentiri, non autem de eo cui intentio nota fuit, Et ita etiam respondet in dict. quæst,27. & 53. & sequitur Rota in vna prioratus 27, Maij 1600. coram D. Seraph. posita per Farin, decis.133.nu.4.& 5.

177 Et † Flam.Paris.d.q.26.nu,27.reprobauit interpretationem Nauar.d.q.23.nu.210.6.notab.dicentis,quod Pius V. non intendit asserere, per d. verba, quod sola intentio renunciandi beneficium,vt detur alicui absque pacto, constituat in foro interiori simoniam,sed probatio eius faciat in exteriori præsumi illam: quam interpretationem Nau.sequitur Vgolin.d.q.22.§.3.nu.1. & Ioan. Guttier.d.q.23.nu, 80.& Zzuallos d.q.280. nu.20. & Rota sup.d.nu.5. *Et Torre d.art.6.disp.4.sub 1.dubio.*reprobat,inquam, eam Fla. quia si non probetur, etiam illam intentionem fuisse notā alteri,non cōmittitur, nec presumitur confidentia, vt etiā videtur intelligere Rota ibi.

178 Et † istam interpretationem Flamin. nouissime tenet,Fran.Suarez 5.tom.de censuris disp.22.sect.6. num.15.& 16.vbi ait, in d. constitutione Pij V. non puniri actum mere internum, sed exteriorem à praua intentione interiori procedentem, nempe receptionem beneficij ab eo, qui tali intentione confidentiali confert, non posse autem hanc excommunicationem incurri,si intentio dantis ita sit interna, & occulta, vt à recipiente nullatenus cognosci queat, nam tunc non posset ipse recipere, quasi consentiendo illi intentioni confidentiali, quia cōfidentia necessario debet incipere ex voluntate,& parte dantis, alioqui confidentia non est, & sic etiam necesse est,vt hæc intentio dantis sit etiā nota recipienti,&c, & quod ait Pontifex, Sola dimittentis intentione, subintelligere cognita quacunque ratione à recipiēte id probabiliter credente, etiāsi inter eos nō intercedat pactum,vel expressus sermo de hac re,sed coniecturis & quasi nutib. se intelligant, &c. sed nu.20, intelligit illa verba, Licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum, pertinere ad præsumptionem fori exterioris cum Nauarr,supra.

179 Concludit † igitur Flam.Paris.ibi, d.q.26.solam voluntatem resignantis, aut collatoris, vel alterius, non inducere confidentiam illicitam, & punibilem per d.constitutiones, sed esse necessarium pactum, aut conuentionem, modum, seu conditionem, expressam, vel tacitam.

180 Ait tamen † numer.39. quod inficiari minime potest, quin collator, aut resignans ex cogitatione mentis,& praua animi intentione, sine aliquo exteriori actu incidat in eam speciem simoniæ, quam mentalem vocant, opere tamen subsecuto, id est adepta re,quæ speratur,& secuto effectu cum Abb.in cap.nemo. num.6. de simonia, & in cap.tua nos. & in c.consulere.nu.5. eod.tit. Decio in dict. c.ex parte,1.de off.delegati.num.17.& Angel.in sum.verb, simonia 1. versic.penult. cum alijs, vt per Rodoar, de simonia 1.p.c.3.num.6.

181 Sed circa ista, † quæ Flam,docet, in primis animaduerto mihi non placere etiam dictam interpretationem,quam cum Hieron,Gabr.assignat ad dict, verba constitutionis Pij V. Etiam sola dimittentis intentione,&c. Conuincitur enim ex dict.decisione Cassadori 2. de simonia, quam ipse Flam. adducit,& sequitur d,lib.14,de resignat.q.6.nu.6.in qua ex verbis mandati, satis nota erat collatori intentio resignantis,vt beneficia resignata conferrentur certæ personæ nominatę in mandato,& tamen decisum est, non esse simoniam.

182 Præterea,ex eo † quod intentio resignantis, seu dantis beneficium,sit nota collatori,seu beneficium recipienti, non sequitur adesse pactum, vt constat, quod est duorum, pluriumve in idem placitum, & consensus,id est,placidus consensus.l.1.ff.de pactis. iuncta glos.ibi, verb.placitum & consensus, intellige, obligatorium. & animo se obligandi,&c.

183 Secundò † animaduerto,Flam.Paris.in eo quod dicit d,num.39. quod inficiari non potest,quin collator, aut resignans ex cogitatione mentis,& praua animi intentione incidat in simoniā mentalem, &c. videri contrariari sibiipsi.dict.libro 14. de resignat. quæst.6.num.7. & 8. vbi ait, cum communi opinione ex Nauarr. cap.23. num.107. versic.ad 10. contra Abb.Decium, & alios, non committi simoniam, nec etiam mentalem à renuntiante hac intentione,

vt

vt beneficium conferatur certæ perſonæ, etiam alias non renuntiaturo, ſi hoc non expreſſit.

184 In qua contrarietate† & cõtrouerſia dico, quod intentio renuntiantis, vt beneficium alteri detur, & cet. duplici modo poteſt ſe habere. Primo, quod ita renuntians non intendat ad id arctare, & obligare, ſed vt liberè, & ex voluntate, ac ſponte fiat. Et tunc nulla committitur ſimonia, etiam mentalis, etiamſi eſſemus in ſimoniacis de iure diuino, quamuis talis intentio nota eſſet conferenti, & etiamſi alias non eſſet renunciaturus, iuxta ſupradicta, quia habere ſpem non eſt ſimonia, Sylueſt. d. verb. renunciatio, q. 6. verſ. ad ſi. rectè Vgol. d. cap. 12. §. 1. nu. 4. ad 6. & Leſſius dict. lib. 2. c. 35. num. 95. & ſic procedit quod Fla. Pariſ. tradit d. lib. 14. q. 6. nu. 7. & 8. & conducũt, quæ tradit Caiet. in ſumm. verb. ſimonia. verſ. circa primum cap.

185 Secundo † modo poteſt ſe habere, quod renuncians tali intentione intendat ad id arctare, & collatorem obligare, non tamen declarat prauam ſuam intentionem, & tunc reuera committitur ſimonia mentalis, Leſſius ibi num. 96. & ſic eſt accipiendum, quod tradunt Abb. & Decius ſupra, & alij citati, & cum eis Flam. Pariſ. d. quæſt. 26. num. 39. & ſi aliud volunt, non bene dicunt, & conducunt tradita per Sotum de iuſt. & iure. lib. 6. q. 8. ar. 1. verſ. poſthæc, Rebellum de obligat. iuſt. 2. p. lib. 8. q. 3. n. 2. & Suarez dict. libr. 4. cap. 44. & ſequent. tract. 3. de religio. *& Fr. Raph. de la Torre eod. tract. 2. tom. quæſt. 100. ar. 6. diſput. 2. 3. & 4.*

186 Et pro hac † diſtinct. facit tex. in d. cap. tua nos. de ſimonia. qui ſic debet intelligi. Et quæ in ſimili de vſura mentali tradunt Caietan. 2. 2. q. 78. artic. 1. & in opuſc. 2. to. tract. 8. de vſura, quæſt. 2. & 3. & in ſumm. verb. vſura. §. de vſura mentali. & Soto de iuſtitia & iure, lib. 6. q. 1. art. 2. Salon. 22. d. quæſt. 78. art. 2. controuer. 1. & art. 3. controuer. 10. Valen. 3. to. diſp. 5. q. 21. pun. 1. & diſp. 6. quæſtion. 16. pun. 3. Molina de iuſtitia. 2. to. diſp. 305. Ludouic. Carbo. de reſtitutione, quæſt. 57. 11. concluſ. & Ludo. Lopez inſtruct. conſcien. 1. tom. cap. 204. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 20. dub. 5. Rebellus dict. q. 3. & Acor 3. p. lib. 5. cap. 17. qu. 3. qui benè aduertunt contra Sylueſt. in ſumm. verb. vſura. 1. in princ. Nau. in cõm. de vſuris à nu. 19. & in man. c. 17. num. 209. & alios, vſuram mentalem (& idem eſt de ſimonia) non eſſe perpendendam ex intentione principali, vel ſecundaria ſeu minus principali, ſed ex eo mutuans intẽdat aliquid ſibi dari gratis, vel non gratis, ita quod ſibi intendat aliquid ſibi dari immediatè pro mutuo & ratione, & vi mutui præcisè, licèt minus principaliter intendatur, ſed principaliter intendatur ſubuentio proximi, ſit vſura ſi vero intendat ſibi dari gratis, & liberaliter, aũ ratione beneuolentiæ, ſeu gratitudinis, ex mutuo prouenientis, non eſt vſura. A quo non multum diſtat Nauar. ſup. & c. 23. n. 100 verſ. 3. & ſumma Corona 2. p. c. 7. de vſura. n. 13. & Morla in emporio iuris. tit. 2. q. 10. nu. 13. ait, quod tunc cenſetur aliquis liberaliter dare, quando non dat in pretium, nec cum pacto explicito vel implicito rei faciendæ, quia cum nihil eorum interuenerit, non ponitur, nec intenditur obligatio iuſtitiæ, ergo totum negotiũ eſt gratia, & liberalitas, quod oportet, inquit, notare contra Nau. in extrauag. de datis & promiſſis, tenentem quando principalis, vel totalis intentio eſt indicem corrumpere, vel beneficium obtinere, non eſſe dationem gratuitam, & liberalẽ, Quod etiam eſt notandum contra Cou. li. 1. variarũ. c. 20. n. 3. 4. & 5. & in reg. peccatum. 2. p. initio. ad ſi. quem ſequuntur Io. Guttier. canonica. q. lib. 2. c. 15. ex nu. 4. & Vega in ſumma 2. p. c. 101. caſu 30. *Flam. Pariſ. de confiden. q. 36. a nu. 10. Saudon. de offic. Eccleſ. 6. p. c. 17.* ſed contra eſt Leſſius d. li. 2. q. 35. n. 10. Rebellus d. nu. 2. & Suarez d. c. 44. & Torre d. diſp. 2.

187 Et dicto ſecundo † modo intelligo illa verba d. Conſtitutionis Pij V. ibi; Etiam ſola dimittentis intentione, & ibi, Licèt ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum. Nẽpè quando renunciatio beneficij fit cum confidentia, & praua intentione, vt illud eidem dimittendi, vel alteri poſtea conferatur, aut fructus, vel eorum pars alijs concedantur, aut quando cõfertur beneficium cum confidentia & praua intentione, vt poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius diſponatur, &c. intendendo ad id arctare, & obligare. Et vt in ſumma dicam, quando dans, vel recipiens beneficium animo interius ideo dat, vel recipit, vt poſtea debeat dari beneficium, penſio, ſeu fructus, &c. etiãſi alteri parti nihil de eo ſit notum.

188 Itaque voluit † ibi Pius V. prohibere, & punire, ſaltim in illis quatuor caſibus, de quibus à uerb. Quare nos uſque ad uerficul. poſtremo ſi quis crimen confidentiæ ſimoniacæ mentalis, etiam unius tantum partis intẽtione, & conſcientia commiſſum Et hæc interpretatio uidetur eſſe Menochij d. lib. 5. præſump. 9. n. 12.

189 Vnde in his † caſibus ſimonia mentalis confidentialis ſubiecta erit obligationi reſtitutionis, & cenſuris & pœnis, ex d. conſtitutione Pij V. (quamuis ignorans alterius partis prauam intentionem, à cenſuris & pœnis excuſetur durante ignorantia) quicquid contra uideatur tenere Flaminus Pariſ. d. quæſt. 26. dicto numero 39. & 40. quando intentio alteri parti nota non eſt, & expreſſe Suarez. ſup. dict. diſputatio. 22. de cenſuris. ſect. 6. num. 15. & 16. qui dict. tractat. 3. de relig. libro 4. cap. 43. nu. 12. requirit etiam pactum exterius expreſſum, uel tacitum, ut etiam Leſſius d. cap. 35. numer. 95. & 96. & Azor dict. c. 27. q. 6. & *Fr. Rap. de la Torre d. qu. 100. artic. 6. diſput. 4. verſic. Sed vt diſcernas.* Licèt aliàs ſimonia mentalis nõ obliget ad reſtitutionem, nec ſubiaceat cenſuris, ut diximus 8. p. c. 1. à nu. 45. ex c. ſi. de ſim. ex quo tantum colligitur, quod de facto ſimonia mentalis non punitur cenſuris Eccleſiaſticis, & obligatione reſtituendi, non tamen quod Eccleſia non poſſit illam punire, ut contra Nauar. in com. d. cap. ſi. de ſimonia. quem ſequitur Vgol. de ſimonia. tab. 2. de ſimonia mentali. cap. 2. num. 3. P. Nauar. licèt ſub uerb. fortaſſe. de reſtitutione, lib. 2. c. 2. nu. 378. & Suar. d. 5. to. diſp. 4. ſect. 2. nu. 18. & 20. & 21. rectè cum communi Dd. tradit P. Ledeſ. in ſumm. de cenſuris. c. 30. dub. 3. & dicit ualdè probabile d. Suarez de relig. tr. 3. lib. 2. c. 55. nu. 10. *& ſentit Torre d. artic. 6. diſp. 8. in princ.* & dicetur inf. c. ult. dub. 1. à n. 101. & ſic benè potuit Pius V. punire d. crimen ſimoniæ cõfidentialis mentalis.

190 Sicut etiam † conſtitutio Gregor. XIII. 28. de datis & promiſſis pro gratia, uel iuſtitia obtinen. & eius pœnæ locum habent etiam in ſimonia mentali, ſc. ubi aliquid datum, acceptumue eſt pro gratia, uel iuſti-

justitia obtinenda, nullo pacto, conuentioneque, ac nulla promissione præcedente, vt tradit Nauarr. de datis, & promissis, num. 32. vers. ex quo sequitur, & cum eo latius Vgolin. tab. 1. de simonia. capit. 21. in princ. sub nu. 4. qui sibi certe non constant, nec procedunt consequenter.

191 Et etiam constitutio 33. Pauli IV. † quam adducit Gonçalez glossa 15. num. 90. punit pœna excommunicationis, priuationis beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, ac pullitatis prouisionum ipso facto, inter alios, eos qui beneficia pro alijs, cum spe pensionem aut aliud temporale commodum ab eis consequendi, vel pro seipsis principaliter animo & intētione ea postmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurauerint, &c. quæ constitutio plane loquitur, & procedit etiam nullo pacto, seu conuentione precedente. Vt euidēter constat ex verbis proœmij eiusdem constitutionis, ibi, Et interdum pacto expresse firmato. Videtur tamē intelligēda de habentibus animum, & intentionē ea postmodū resignandi statim, seu infra paruū tempus, non de habentibus animum, & intentionem ea resignādi post aliquot annos, seu longum tempus, in hoc enim nulla apparet ordinatio, nec tenetur quis habere animum tenendi semper beneficium, maxime, cui incumbit onus curæ animarum, aut residentiæ personalis, & ita videtur vsu receptum. Et ita etiam videtur accipiendum iuramentum, quod Romæ exigitur in beneficijs residentiæ tēpore examinis, quod non accipit beneficium cum intentione dimittendi, vt referunt Flam. Paris. de resignatione lib. 9. quæst. 10. ad fin. additio consilij Nauar. 16. de clericis non resident. & Gonçalez dict. nu. 90. & dixi supra 8. p. cap. 2. num. 35. & expertus sum. Vnde non videtur satis tutum, & firmēm dictum consilium Nauarr. 16. quod non peccaret quis accipiendo beneficium curatum animo permutandi cum alio simplici vel renuntiandi reseruata pensione, si proponat seruire illi, vt debet tempore magno, vel paruo quo ipsum tenuerit, &c. Et aduertit dict. additio eiusdem Nauarri ibi, & Gonçalez vbi supra dict. nu. 90. quamuis rectè procedat illud consilium in habente animum illud renuntiandi post magnum tempus, vt dixi, & etiam in habente animum permutādi etiam statim, quod attinet ad dictam cōstitutionem Pauli IV. quæ non videtur loqui de habentibus animum permutandi: sed dict. iuramentum, quod Romæ exigitur, videtur etiam comprehendere, in sui generalitate permutationem, saltim cum beneficio non requirente similem residentiam. Sicut etiam dicta cōstitutio non procedit in habentibus animum renūciandi simpliciter, & libere, & non in fauorem, quia solum loquitur de habentibus animum resignandi in fauorem aliorum. Dictum vero iuramētum comprehendit etiam simplicem dimissionem, quamuis Gonçalez dict. nu. 90. videatur velle dictam constitutionem Pauli IV. etiam in habentibus animum simpliciter dimittendi procedere, ait enim ex ea non procedere, quæ dicit Nauarr. in Man. de oratione, cap. 21. num. 52. & miscell. 49. aliàs 44. numer. 2. vbi Nauarr. loquitur de capientibus beneficium animo relinquendi illud simpliciter. Præterea ea dicta constitutio, & etiam d. iuramentum non videntur procedere in obtinentibus beneficia cum animo dubio, aut conditionali illa resignandi, etiam in fauorem aliorum, iuxta aliàs dictum 3. par. cap. 2. dub. num. 48. & quamuis dicta constitutio loquatur de obtinere procurantibus, accipienda est de obtinere procurantibus cum effectu, id est, de facto obtinentibus vt colligitur ex eius verbis, ibi, Et nihilominus sicut præfertur, obtentæ prouisiones, &c. & ibi, Tam si impetrata, &c. maxime cum sit pœnalis, & sic restringenda regula odia lib. 6. cum alijs. Rursus ista constitutio procedit in sic obtinentibus, seu impetrantibus beneficia in Curia Romana, seu à Papa, non ab ordinarijs, seu extra Curiam, vt ex dictis verbis, & toto tenore ipsius apparet, & conducunt aliàs tradita per Mandos. reg. 29. de subrogan. collitigan. quæst. 3.

192 An autem † in vers. quare nos, dict. constitutionis Pij V. ibi: Aut illius fructus, &c. legendum sit, illi, vel alijs, aut, alij, vel alijs, Flam. Paris. quæst. 27. de confidentia. nu. 99. ait, legendum esse illi, vel alijs, cum Mascardo sup. adducta concl. 1312. aliàs 1307. & committi simoniam cōfidentiariam, siue fructus dentur resignanti, siue alij, quod etiam tenuit Nauarr. cons. 75. num. 1. & cons. 78. de simon. & videtur tenere Menoch. de præsum. 9. nu. 8.

193 Contrarium † nempe legendum esse alij, vel alijs & sic non esse confidentiam à Pio V. damnatam, licet sit simonia resignare cum pacto, vt dentur aliqui fructus resignanti, tenet Nauar. consil. 33. num. 4. & cons. 76. nu. 6. de simon. quem sequitur Vgol. d. tab. 1. de simon. cap. 22. §. 11. num. 8. & Menoch. de arbitrar. centur. 6. addito casu 566. nu. 8. & additio Nauarr. dict. cons. 78. quæ ait, hanc lecturam esse modo vsu receptam, & hanc opinionem modo teneri, & ita legitur in bullario impresso Romę, & in motibus proprijs impressis Lugduni, anno 1582. & in Manu. Nauar. cap. 23. nu. 110. vbi ponitur dict. constitutio Pij V. & in summa Bullarij quarantæ, verb. simonia. & sic legit Lessius lib. 2. cap. 35. num. 94.

194 Nihilominus tamen † mihi verior videtur prima sentētia, ex vers. ad probandum. ibi, Aut fructus perceperit, &c. vbi inter præsumptiones, & coniecturas confidentiæ ponitur perceptio fructuum per resignantem post resignationem, quæ præsumptio, & coniectura cessaret, si non esset confidentia resignare cum pacto, vt dentur aliqui fructus resignanti. Præterea pro hac sententia, verfic. vt idem. ibi, siue vt de eo prouisus, &c. maiorque ratio erat ad damnandam hanc confidentiam, quæ est frequentior, quam aliam de dandis fructibus alijs, & hoc videtur sentire Rota in decisionibus supra allegatis, & DD. communiter, & dicit valde probabile Lessius supra, licet credat non esse receptum, & nouissime sequitur Suarez d. tract. 3. de relig. lib. 4. c. 43. à num. 6. qui rectè aduertit, quod illa verba, Alij, vel alijs, non debent intelligi respectu resignantis, sed respectu recipientis beneficium, à quo est alius resignans, & sic comprehenditur sub illo relatiuo, pro quo singulare videtur positum, & plurale pro alijs, &c. & subdit sibi non constare, aliud consuetudine receptum esse: *Sequitur etiam nouissimè Fr. Raph. de la Torre d. q. 100. art. 6. disp. 4. verfic. sed exceptis.*

195 Reliqua de confidentia † videnda sunt apud Nauarr. & Mascard. supra, Menoch. dict. lib. 5. præsumpt. 9. & dict. centuria 6. casu 566. Vgol. d. tab. 1. cap. 22.

cap.21.& præcipue apud Flam.Pariſ.d.trac,de confidentia.Proſperum de Auguſtino ad ſummam bullarij, d.verb.ſimonia. & Suarez d,c.33. *Et Fr.Reph. de la Torre d.art.6.diſp.4,*

196 Solum aduerto † primo cum Flaminio Pariſ.ibi, q.7.num.21. hallucinari Nauarr, in d.c.23.nu.110. verſ.not.7. nam confundit quatuor caſus confidentiæ, qui ponitur in dict.conſtitutione Pij V. à verſic. quare nos.cum coniecturis,quę etiam ſunt quatuor, & ponuntur à verſic.ad probandum.& ita ait Flam. aduertiſſe Rotam in d.Coſentina confidentię coram Orano,& illos quatuor caſus vocat præſumptiones iuris,& de iure, Menoch.de præſumpt.9.num.12.& non eſſe arbitrarias,ſed iure definitas ait dict.centuria 6.caſu 566.num.1.

197 Secundò aduerto, quod licet perceptio † fructuum per reſignantem poſt reſignationem inducat præſumptionem confidentiæ,vt fuit reſolutum in d. Coſentina confidentiæ, purgatur tamen conſtito de cauſa,ex qua fuerunt percepti,Hieron.Gab.d.conſ. 172.lib.2.num.8.ita Flam.Pariſ.q.27.num.124.nam contra quatuor coniecturas poſitas à Pio V. d.verſ. ad probandum.admittitur probatio,in contrarium, & ita communiter practicatur, & fuit dictum in d.
198 Coſentina,& Brixien.ita idem Flamin.q.77. † qui quæſt.31.nu.27. & quæſt.49.ait, ex donatione omnium fructuum, aut partis facta à reſignatario reſignanti,intrare præſumptionem confidentiæ,intelligit tamen hoc quoties remiſſio, ſeu donatio fuit facta illico poſt reſignationem, ſecus ſi poſtea aliquo tempore interiecto,vel ex aliqua cauſa, nam hoc caſu nulla committitur confidentia, vt fuit reſolutum in d.Coſentina,& in alia Oriolen.confidentię,1.Februarij 1591. coram D.Bubalo.

199 Et † idem Flaminius dict.quæſt.31.num.29.& dict.quæſt.49. ait, ex iſta prima præſumptione, ſeu coniectura non induci veram confidentiam, ſed ex ea colligi coniecturam, & præſumptionem, ex qua alijs concurrentibus vult Papa delicti commiſſi probationem reſultare. Et idem ait in 2.coniect.q.32. nu.69.& in 3.quæſt.33.num.43.& in 4.quæſt.34.in
200 fin.& ita fuiſſe reſolutum in dicta Coſentina,in qua domini concluſerunt coniecturas poſitas in dicta conſtitutione, non concludere neceſſario, vt ex illis conſtet commiſſum fuiſſe delictum confidentiæ,& ſimoniæ,ſed ex vna illarum elici præſumptionem,ex qua & pluribus alijs coniecturis concurrẽtibus vult Pius V. delicti commiſſi reſultare probationem, vt ait etiam Flam.d.q.77. & in d.Brixien.& in Imolen. confidentiæ 24.Febru.1594. coram D. Pamphilio. Et idem fuit reſolutum in dict. Carthaginen.confidentię ſupra relata,num.168.& id probatur ex dict. conſtitutione Pij V. verſic.teſtes.ibi, Pluresque huiuſmodi præſumptiones,&c. Et tenet Nauarr.dict. c.23.num.110.not.8. & Maſcard.d.concluſ.1312. alias 1307.num.17.

200 Quicquid † velit Maiolus de irregularitate, lib. 5.cap.45.numer.5.verſicul. ſed etſi nulla. & ſeq. Et licet Menoch.de præſump.præſumpt.9. circa fin.teneat vnam illarum coniecturarum,ſeu præſumptionum plenam probationem facere, non rectè intelligens d.verba,pluresque,&c.quæ potius contra eum faciunt.

201 Et † licet idem Flamin.Pariſ. quæſt.73.num.15. concludat vnam illarum præſumptionum, de quibus in dict.conſtitutione probatam per duos teſtes conteſtes ſufficere, & probare confidentiam, vel duas probatas per teſtes ſingulares, in margine tamen habetur, ſed à contraria opinione non eſt recedendum,

202 Sed adhuc † ſupradictæ reſolutioni, de qua numero 161.162.163.& obſtat alia Conſtitutio Pij V. 58.in verſic.caueant.vbi ſic dicitur: Caueant autem
203 Epiſcopi,& alij prædicti,itemque omnes electores, præſentatores, & patroni, tam Eccleſiaſtici, quàm laici,quicunque ſint,ne verbo quidem,aut nutu,vel ſigno futuri in huiuſmodi beneficijs, & officijs ſucceſſores ab ipſis reſignantibus,aut alijs eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio inter eos,aut etiam intentio qualiſcunque intercedat. Ex quibus planè colligitur, non poſſe coram ordinarijs renunciari beneficia deſignando quouis modo ſucceſſorem, aut ea intẽtione,vt alteri cõferantur, etiam liberè, & ſpontè,nam etiam iſta intentio videtur excludi per dictum verbum, qualiſcunque, quod omnimodam generalitatem importat.

203 Per quam † conſtitutionem ait Vgolinus d.tab. 1.de ſimonia. c.18.§.2. ad fi.prohibitum eſſe hodie deſignari ſucceſſores quacunque ratione à reſignãte,nec poſſe procedere dictam deciſionem Caſſadori 2. de ſimonia.

204 Ex quo conuincitur † interpretatio, quam ad dict.conſtitutionem videtur aſſignare Flam.in. Pariſ. dict.lib.14.de reſignatione benefic.quæſt.6.num.7. vt intelligatur de intentione tacite, vel expreſſe in conuentionem deducta, vt etiam videtur intelligere Proſper de Auguſtino in additione ad ſummam bullarij. verb.beneficium reſignatio. ad fin. quæ interpretatio ex eo etiam conuincitur quod per verbum promiſſio conuentio excluditur, & ſic per verba illa, Aut etiam intentio qualiſcunque amplius prohibetur.

205 Ioan.Guttierez † conſil.42.num.9. circa finem, ait, dictam conſtitutionem in illis verbis procedere, intelligi in foro exteriori, ſecus in interiori, quemadmodum interpretatur Nauarr. & ipſe cum eo ſimilia verba conſtitutionis Pij V. de confident. de quo ſup.nu.177. ſed hoc caret fundamento,nam illa verba non denotant præſumptionẽ,maxime ſtante decreto irritanti.

206 Quare exiſtimo † ex iſta conſtitutione noue prohiberi reſignationem coram ordinarijs factam cum mutua intentione, vt certæ perſonæ beneficium conferatur,etiam ſpontè,aut deſignando etiam nutu,vel ſigno futuros ſucceſſores,aliàs reſignatio erit nulla propter decretum irritans ibi poſitum.

207 Et tamen † beneficium ſic reſignatum, tãquam vacans manebit reſeruatum Sedi Apoſtolicę,aut ſuperioribus ordinarijs, qui talem reſignationem admiſit, iuxta aliam conſtitutionem eiuſdem Pij V.42. de ſuſpenſione facultatum Epiſcoporum,& aliorum admittendi reſignationes, vel permutationes beneficiorum,quam aliàs Pius V.in dict.conſtitut.58.in ſuo robore reliquit perpetuo valituram.

208 Ac † puto,quod admittentes talem reſignationẽ incurrunt ſuſpenſionis pœnã,de qua in d.conſtit.58. verſ.qui vero. qui ad omnia ſupra contenta refertur ad c.inquiſitioni.de appell.cũ alijs.quicquid dicant Elam.Pariſ.lib.5. de reſignat.q.6.à nu.123. Proſper

de

de Augustino supra circa fi. & Azor d.li.7.c.19.q.5. *& Vgolin.de offic.Episc.c.*50.§.18.*nu.*fi.

209 Si vero resignatio fieret † cum intentione & spe resignantis tantum, vt beneficium sponte conferatur alteri, pro quo postea rogare intendit, non tamẽ vllo modo illum designando, non videtur esse contra dictam constitutionem, quæ tantum prohibere videtur mutuam intentionem resignantis, & collatoris, seu patroni, vt colligitur ex illis verbis, inter eos, quæ tam ad verba, qualiscunque intẽtio quam ad verbum promissio referuntur, vt constat ex illa dictione, etiam, quæ illa repetit, ad tradita per Fast. dub.46.nu.8.& Bart.in leg.Seiæ.§.Caio.ff.de fundo instructo, & ita videtur tenere Cech. de benefic. & pens.c.13.nu.2.ver.quæ quidem resignatio.& nouiss. simè post hæc ita explicat Suar.de relig.tr.3.lib.4. c. 35.n.18.dicens, Pontificem ibi loqui de intentione, quæ aliquo modo exterius proditur,& tacitam petitionem affert,& hanc solam voluisse prohibere, pro quo rectè considerat, Pontificem ibi non dirigere sermonem indirectè ad resignantes, sed ad prælatos, sic enim habes, caueant Episcopi, &c. qui nõ possunt cauere ab intentione resignantis meré interna, & sic non loquitur de illa, &c.

210 Sed dubitatur, an non obstante † d. constit. 58. d.verb. caueant. possit resignari beneficium coram Ordinario cum intentione mutua, vt iberè, & spõtè vniatur alicui certo loco, seu beneficio, vel designãdo locum, cui vniri desideratur, absque vllo tamen pacto, modo, vel conditione,

211 Et † videtur, quod sic, nam per vnionem extinguitur, & supprimitur titulus, & nomen beneficij ita vt amplius beneficium dici non possit, sed prædium beneficij, cui facta est vnio, vt dicetur infra vltima parte, cap.2. num. 12. & sic non est dare successorem in beneficio, & consequenter, non videtur hoc casu procedere d.constitutio, quæ cum sit correctoria, seu exorbitans, quantum ad hoc non videtur extendenda.

212 Verius tamen videtur † oppositum, quia omnes rationes, quę in dicta constitutione considerari possunt, militant in proposito, & locus, cui fit vnio beneficij, dici potest successor saltim large.

213 Sed restat difficultas, † an per renunciationem simoniacam, quamuis sit nulla, abdicetur ius à resignante, & valeat in eius præiudicium, & abdicari ius à resignante, valereque in eius præiudicium: & sic posse beneficium, vt vacans impetrari, tenet Corras.d.c.8.1.p.n.2.citans Panormitanum in c.penul. de rer.permutat.nu. 5.qui tamen id non dicit clare. Idem tenet Rebuff.in praxi, tit. de simonia in resignatione.numer. 10. vbi ait, resignationem simoniacam tenere in præiudicium resignantis, etiamsi clausula fuerit in ea non aliter, nec aliàs, &c. & P. de Baisio in directorio electionum, 2.p.c. 1, num. 4. dicens, renunciationem factam in fauorem certæ personæ esse simoniacam quam inferior Rom.Pontifice non potest admittere, & beneficium sic renũtiatum posse impetrari tanquam vacans. Idem etiam tenẽt Tiraquel.de retract.lignag.§. 36.gloss.2.num.10. & Flam.Paris.de resignat.benef.libr.7.quæst.1.nu.15. qui dicunt, quod licèt renũciatio beneficij simoniacę facta nulla sit, valet tamen in præiudicium renũtiantis, & citant glo.in c.super hoc.verb.pecuniæ.d. renũciatione, quæ solum dicit, quod quamuis renũtiatio simoniaca non teneat, non tamen potest resignans beneficium repetere, quia priuari debet iste, qui simoniam commisit pecuniam recipiendo, quod etiam inquit Flam. Paris.d.lib.14.de resignat.q.2.n. 16. *Idem etiam nouissimè tenet Leo in thes.for. Eccles. ca.* 17.*à num.*40

214 Contrarium tamen, nempe, † quod resignatio simoniaca non teneat etiam in præiudicium resignãtis, nec per eam abdicetur ius ab illo, videtur tenere Innocentius in d.c.pen.de rerum permutatio. ad fi. sequuntur Rota decis.7.de renunt. in antiqu. aliàs 236.Staphil.de lit.gratiæ tit. de varijs modis vacationis.§.resignat.modus, nu.10.additio Capellę Tolos. decis.439.num.3.Cosmas in pragm.sanct. titul. de elect.c.1.§. & cum humana vers. deinde eligant, verb.ipso iure.Lamber.de iure patr.1.p.2.lib.quæst. 6.ar.3.nu.4.& Rebuf.in praxi tit. de modis amittẽdi beneficia, nu.35.Cassad.decis.3.num.1.de renunciat.Cresc.dec.4.de simon.aliàs 231.Caputaq.83.n. 1.p.3.& Moh.dec.4.de simon.aliàs 245. Rosin. de benef.c.18.à nu.8.Nauar.in man.c.23.nu.105.in fi. & consil 36.num.2.& 43.nu.7.de simo.Flam. Paris. lib.9.de resignat.q.9.nu.4.Cenedo collect. 174. ad decretales.nu.2.Vgol.de simo.tab.1.c.28.§.2. nu.5. Petr.Gregor.de benef.c.31.nu.11.ad fin. (qui ait cũ Rota dict.decisio. 236.dicens notabile, quod resignatio facta simoniace, non tenet etiam in præiudicium resignantis, nihilominus tamen, quod verum erit priuandum beneficio, qui commisit simoniam, ex d.gl.verb.pecuniæ.vt etiam aiũt Cos.& Rosi. vbi sup.) & Cechus de benef.& pensio. c.13.nu. 7. vers. 2.loco, Tusc.concl.251.litera S.n.4.Rota decis.191 n.4.(quæ est etiam apud Farin. dec.9. & decis. 305, p.1.diuersorum. & dec.319.par.2.& dec.146.lib.2. par.3.nu. 3.& in Elnen.præceptoriæ.vlt. Ian.1582. coram Lancellotto, apud Far.decis. 23.nu.2.& nouissimè in vna Tarusina canonicatus 16. Nouemb. 1601.coram D.meo Corduba, in † qua fuit resolu-

215 tum. Quod quamuis fuerit resolutũ in ea 13. Maij 1596. probari simoniam respectu resignatarij, qui illam confessus est, nõ vero respectu resignantis, cui resignatarij confessio præiudicare non potuit, non tamen potest prætendere resignans sibi adiudicari beneficium, ex eo quod non fuerit ab eo ius abdicatum propter dictam simoniam confessatam per resignatarium, & sibi restitui, quia non potest in proposito diuidi confessio, & ita per maiorem partem fuit conclusum.

216 Et hæc secunda opinio mihi † videtur verior pro qua facit regula non præstat de reg.iuris in 6. & l.4. §.condemnatum. ff. de re judic. & approbatur per magistrum S. Palatij in indice librorum expurgand. in Eman.Sa.pag.444.nu.7.corrigens sic, Renuntiãs simoniacè puniri potest, & priuari beneficio, non tamẽ perdit ipso iure illud, quia renuntiatio est nulla, Nauar.cap.23. num. 105. nec obstat constitutio Pij V.quæ de acquirentibus simoniacè, non de resignantibus loquitur.

217 Nec obstabit, † quod supra diximus n.36, renũciantẽ nulliter scienter abdicare ius, nam illud procedit in eo, qui renuntiat in fauorem, seu conditionaliter nulliter tamen, quia non adimpletur conditio, nec acquiritur ius resignatario, talis enim sic renuntians scienter abdicat sibi ius, quia culpa sua, & per eum, videtur stetisse, quominus conditio impleretur,

retur,& ſic ad eius præiudicium habetur pro impleta,ex reg.1.in iure ciuili, ff.de reg.iuris, l.iure ciuili, ff.de cond. & demonſtr. & l.in executione, §.fi.ff.de verb. oblig.at renuntiatio ſimoniaca eſt de ſe ratione ſimoniæ,non propter defectum conditionis,nam etiam renuntiatio ſimplex ſimoniace facta nulla eſt.

118 Verum eſt tamen quod † ſimoniace renuntians, quamuis nulliter, non poterit repetere beneficium à reſignatario, ſeu alio poſſeſſore illius, dicendo renuntiationem fuiſſe ſimoniacam, & ſic ab eo ius nõ fuiſſe abdicatum,nam etiam ſecluſa priuatione allegans propriam turpitudinem non audicur, Rebuff. d.tit.de ſimonia in reſignatione,num.2. Bern.Diaz reg.24.Gutian.reg.477. & Laſſarte de decima venditionis c.14.num.64.

## *Quod renuntiatio cum authoritate ſuperioris fieri debet.* §. I.

### SVMMARIA.

*RE*nuntiatio cum licentia,ſeu authoritate ſuperioris fieri debet, numer.219. *Alias non tenebit in præiudicium Eccleſiæ,aut ſuperioris, tenebit tamen in damnum,as præiudicium renuntiantis, quia ex hoc videtur feciſſe tacitum pactum de non petendo beneficium,&c.ſecundum gloſſas, & DD.relatos,num.220. Pro quo faciunt deciſiones Rotæ relatæ,num.221.& ſeq. ſed verius eſt non tenere etiam in præiudicium renuntiantis, nec quoad ipſum beneficium valere, ſed adhuc verum habere titulum, & ius in eo, donec ea renuntiatio per ſuperiorem admittatur, ſeu ratificetur, num.223. Et ſic de beneficio taliter renuntiato debet fieri mentio in impetratione. num.224. & adducitur reſolutio Rotæ,num.225.*

*Quod dicitur, renuntiationem factam ſine authoritate ſuperioris tenere in præiudicium renuntiantis, eſt quoad hoc, vt ſuperior poſſit eam approbare, & ratam habere, num. 226. Niſi ſi ante admiſſionem,& ratificationem revocaverit renuntiationem, nam re integra poterit pœnitere,nu. 227. Et ideo in ſupplicationibus,& in literis ponitur illa clauſula ſine præmiſſo,&c. quæ operatur, vt Papa per eã approbare videatur renunciationem factam coram non ſuperiori de beneficio illo,& de illo ſic vacante prouidere, num.228. & ſeq.*

*Pariter etiam renuntiationem tenere in præiudicium renuntiantis,quoad hoc,vt ſuperior poſſit cum priuare ob delictũ ſuum, quia reſignauit ſine conſenſu ſuperioris,ex cap.quod ſu dubitũ de renuntiatione. num.230. Sed illic tex. id non probat, ſed tantum renuntiantem in manibus laici, & ab eo demum ſuſcipientem, quod maius delictum eſt,eodem beneficio eſſe priuandum. num.231.*

*Deciſionibus Rotæ pro contraria ſententia adductis,nu.231. & ſeq.reſpondetur num.232.233.& ſeq.*

*Licet renuncians ſine ſuperioris authoritate non amittat ius; & proprietatem beneficij,amittit tamen poſſeſſionem quæ facilius amittitur,nu.235.circa quod remiſſiue,num.236. & ita videtur procedere deciſio Rotæ relata,num.237.*

*Etiam in renuntiatione tacita, vt quæ fit per adoptionem ſecundi, requiritur licentia, ſeu approbatio ſuperioris, alias non vacat primum, ſecundum communem, nu.238. Contrarium tamen tenet gl.& alij relati,num.239.*

*Author dicit,quod duplex eſt renunciatio tacita quædam,quæ ſine verbis fit facto hominis, & in hac requiritur conſenſus ſuperioris,ſicut in expreſſa, & ita procedet communis, numero 240. Sufficit tamen conſenſus tacitus ipſius ſuperioris in acceptando, numero 241. Alia renuntiatio tacita eſt, quæ à iure inducitur, & ipſo iure fieri intelligitur, etiam parte contrarium proteſtante, vt quæ fit per adoptionem ſecundi incompatibilis, & in alijs caſibus quæ non eſt vera renunciatio. num.242. Et in hac contra communem non requiritur licentia, ſeu approbatio ſuperioris, & procedit ſententia gloſſæ num.243.pro quo faciunt iura adducta à num.244.*

*Supradicta non procedunt in renuntiatione literarum ad beneficia ſeu iuris ad rem, nam abſque ſuperioris authoritate illis poteſt renuntiari. num 247. Reprobatur tamen dictum Flaminij Pariſij, quod poteſt quis abſque authoritate ſuperioris tacite renuntiare literis beneficiorum vacãtium, in quibus per collationem, & acceptationem habet ius in re,non capiendo poſſeſſionem illorum,num.248.*

*Non procedunt etiam in renuntiatione beneficij litigioſi, in qua, ſi ius anceps ſit, ſuperioris authoritas non deſideratur, num.249.*

*Intruſus etiam poteſt renuntiare beneficio detento propria authoritate, quando eſt intruſus exiſtenter, & apparenter carens titulo,num.250.*

*Superior hic intelligitur non collator,ſed is,qui poteſtatem habet inſtituendi,& deſtituendi.num.251. vt Papa, num. 252. & Epiſcopus,num.253.& inferior habens epiſcopalem iuriſdictionem,nu.254.*

*Vicarius Epiſcopi non poteſt reſignationem admittere,niſi habeat ſpeciali mandatum,num.255.*

*Bene poteſt eas admittere Capitulum ſede vacante contra Rebuffum,nu.256.& ſeq.*

*Quod procedit non ſolum in reſignatione, quæ fit in reſignantis pœnam ſed etiam in qualibet reſignatione, contra Flamin.Pariſ.nu.258. Cuius rationi reſpondetur nu.ſeq. procedit etiam in beneficijs ſpectantibus ad collationem ſolius Epiſcopi,num.260.*

*Qui ſolum haberet poteſtatem conferendi, vt executor datus ad prouidendum de beneficijs vacantibus, non poſſet recipere reſignationem alicuius volentis in eius manibus beneficium ſuum reſignare, vt de eo prouideat,niſi hoc ei nominatim eſſet inuunctum,num.261.*

*Generaliter qui iure ſpeciali beneficium confert, quoniam deſtituere non poteſt,reſignationi authoritatem non interponit, num.262.*

*Non videtur verum dictum Flaminij Pariſij,quod ſi priuilegium conferendi conceſſum fuerit alteri, cuius iuriſdictioni tantum detrahitur, venit facultas deſtituendi, & per conſequens, recipiendi reſignationem, niſi addatur dictio, taxatiua, nam & vicarius Epiſcopi habens facultatem conferendi, non poteſt recipere reſignationes, ſecundum eundem Flamin. Pariſium,nu.263.*

*Beneficium reſignatum poteſt ab Ordinario libere conferri, & à clerico impetrari,nu.264. intelligendo de beneficijs ſimpliciter reſignatis, quæ quibuslibet alias idoneis poſſint libere conferri, & impetrari. Nam reſignata in fauorem non niſi his in quorum fauorem reſignãtur,poſſunt conferri,nu.265. Et cum coram ordinarijs non renuntientur beneficia, niſi ſimpliciter,poſſunt per eos conferri libere quibuslibet, excipiendo caſus exceptos per conſtitutionem 58. Pij V. videlicet,quod beneficia communia ordinarijs reſignata non poſſunt conferri conſanguineis, affinibus,aut familiaribus ipſorum collatorum, vel reſignantium,nu.266. quod etiam procedit in parochialibus prouidendis per concurſum, nu.267.non tamen in beneficijs iurispatronatus, num.268.*

*Videndo eſt d.conſtitutio,quæ præſcribit caſus,in quibus ordi-*

*nari possunt admittere resignationes, num.269. vbi de ea remissiue.*

*Ista constitutio non videtur bene seruari in Hispania, in qua prætenditur eam non esse receptam, sed ab ea supplicatum, num.270.*

*Circa quod ponitur resolutio Rotæ, nu.271.*

*An supplicatio interposita à lege, & constitutione generali suspendat interim eius executionem, donec secunda iussio superueniat, resp. quod non cum Man. Rodriguez contra alios, num.272.*

1 QVarto notandum est,† quod renunciatio, cum licentia, seu authoritate superioris fieri debet, cap.admonet, quod in dubijs, cap. nisi cum pridem, & cap.fin.de renuntia.cap.denique, 6.quæst.3.

2 & cap.1. 17.quæst. cum alijs, alias † non tenebit in præiudicium Ecclesiæ, aut superioris: tenebit tamen in præiudicium renuntiantis, quia ex hoc videtur fecisse tacitum pactum de non petendo beneficium, vt tradit glossa in dict.cap. quod in dubijs, & idem tenet glossa 2. in cap.quod Dei timorem, de statu monachor. quæ tenet, renuntiantem sine authoritate superioris, cum quantum in se fuit, renuntiauerit, non posse in beneficio ministrare sine licentia ipsius superioris, & glossa in cap.si qui vero, 7.quæst.1. quę dicit, quod taliter renuntians non poterit Ecclesiam repetere, Corras.1.par.capit.8.num.13.& 14. idem etiam tenet Felin. in cap.lator, num.13. de iudic. qui dicit, quod renunciatio facta coram non superiore valet ex parte renuntiantis, & ad inducendam vacationem, Rebuff. in praxi in forma signaturæ, verbo, etiam coram notario, & Mand. in reg.30. Cancellariæ, quæst.7.num.4. qui aiunt, quod per renuntiationem factam non accedente authoritate superioris, sed coram laico in præiudicium renuntiantis, vacat beneficium, & potest impetrari, sed Mandosius ibi falso allegat plures Doctores. Eandem sententiam, quod renuntiatio facta coram non superiori, licet sit nulla quoad prejudicium ipsius superioris, teneat tamen, & sit valida in præiudicium renuntiantis tenet Flam. Paris.lib.7.de resignatione beneficio.quæst.1. dicens communem, qui tamen non bene citat Doctores, sed eorum sententias confundit, & sibi contradicit. Nam à nu.27.ad 42. tenet, taliter renuntiantem non priuari ex hoc proprietate beneficij ipso iure, sed requiri sententiam declaratoriam priuationis ob delictum commissum, renuntiando in manibus non superioris, & num.28. & seq.cum Abbate in dict.cap.quod in dubijs, nu.8. ait beneficium ex hoc non vacare, sed interim esse in pendenti ad iudicium superioris, & ideo posse interim taliter renuntiantes beneficia possidere, & in eis ministrare sine nouo consensu superioris, & glossam, quæ contrarium vult in d.cap. quod Dei timorem, communiter damnari, Postea vero nu.51. ait, veram tamen esse conclusionē, vel taliter renunciantes absque superiori non possint absque superioris consensu redire ad beneficia ita resignata, cum d.gl.in d.c. quod Dei timorem, & lib.10.q.2.nu.83.& 86. tenet cum Felin. Selua, & Cassad.infra, idem Zechus de beneficijs & pension.cap.13.nu.1.& 2.

221 Et pro ista sententia † facit decisio 4. de renuntia. in nou s alias 352. quæ ait, quod per renuntiationem factam in manibus superioris, licet non admissam, amittit renuntians ius, & possessionem, quamuis illa in nullo præiudicet superiori, quo minus possit ipsum retinere, si velit, sequuntur Sarnen. in regul.de infirmis, quæst.29. & Mandosius in eadem reg.19.quæst.15.nu.10.

222 Facit etiam † decis.1.de electione in antiquioribus & 8.de renuntia, in antiq.nu,2.quæ dicit, quod tempus conferendi currit Episcopo à tempore renuntiationis factæ in manibus priuati, & non à tempore ratihabitionis.

223 Sed his non obstātibus, † dicendum est, renuntiationem fieri non posse sine superioris authoritate, neque factā valere, etiam in præiudicium renuntiantis, d.c.admonet, cap.quod in dubijs, capit.nisi cum pridem, & cap.fin.de renuntia.c.1.17.q.2.cum alijs, ac ipsum beneficium nondum vacare, etiam quoad ipsum renuntiantem, sed adhuc post ipsam renuntiationem verum habere titulum, & ius in eo, donec ea renuntiatio per superiorem admittatur, seu ratificetur, Innocent.in dicto c.quod in dubijs, num.1.& ibi Hostiens.Cardinalius, Henriquez, Butrius, & Imola, Abbas in cap.ad aures, nu.7. de his, quæ vi, & in dicto cap. quod Dei timorem, nu.4. vbi dicit cōtra glossam ibi tenere omnes fere Doctores, Rota decis.3. & 4. de renuntia. in antiquioribus & 14. eodem, in antiq. alias 573. Felin. in cap. in nostra, de rescrip.corol.34. Staphil. de literis gratiæ, tit.de varijs modis vacationis. §. resignationis modus, nu.13. Selua de beneficij, 3.par.quæst.11. num. 32. Rebuf.in praxi, tit. de resignatione expressa, nu. 11.& 13. Beroius in cap.2.à nu.16.de restitut. spolia. Rosin.de benefic.cap.14.nu.1.& 2.& à nu.14.& 27. Cassador.decis.2.& 3. de renunt. Puteus decis.420. lib.3. Caputaquen.decis.45.p.1. & Mohedanus dec. 22.de renuntia.alias 135. Nauar.in cap.accepta. de restitutione spoliator.oppos.7.solutione, nu.23.26. 27.32.& 35. vbi reprobat, & bene conuincit nouam interpretationem, & intellectum, quem ad dictum cap.quod in dubijs, assignat Rebuf.de pacificis possessor.nu.171.alias 149. optime Couar.lib.1.variar. cap.5.nu.6. Menoch.de arbitr.lib.2.casu 201.num. 47. Quintanaduennas lib.2.Ecclesiasticon, num.10. Ioan.Guttierez cons.42.nu.4. Cabedo decis.23.nu. 4.& 5.2.par. Spino in d.cap.admonet, nu.2.& Frechilla in d.Rubrica de renuntiat.nu.5.& 6. Tuschus conclusio.165.256.& 257.lit.R.

224 Ex † quo inferunt Felinus, Selua, Rosin. & Menoch.sup. de beneficio, taliter renuntiato, debere fieri mentionem in impetratione secundi.

225 Et † in vna Spoletana beneficiorum coram D. Mantica 31. Ianuarij, 1594. de qua supra præced.p. cap.3.num.11. fuit tentum, non constare de scientia vacationis Abbatis ad quem collatio spectabat, licet scierit, fuisse resignationem admissam à Vicario, nam ad admittendam resignationem requiritur speciale mandatum, alias non inducitur vacatio, vt in vna Nolana Abbatiæ coram D. Blancheto, de mense Iunij, 1588.

226 Et quod dicitur, † renunciationem factam sine authoritate superioris tenere in prejudicium renuntiantis, est quoad hoc, vt superior possit eam approbare, & ratam habere, Abbas in d.cap. quod Dei timorem, Rota sup.& decis.1.de renuntia.in antiq. Felin. Selua, Rosin. num.34. & 36. Cassador. Puteus, Caputaq.& Mohedanus sup. idem Puteus decis.16. nu.3. lib.1.& Mandosius, qui sic debet intelligi in-

ta allegata per eum de ſignatura gratiæ, ti. de reſig, verſ.concedi paſſim conſueuit.

227 Hoc tamen intelligo, niſi ante admiſſionem, † & ratificationem reuocauerit renuntiationem, & mutauerit voluntatem: nam re integra poterit pœnitere, Rota d.dec.1.in fi.& d.dec.3.nu.2. verſ.dicũt tamen quidam, de renunt.in antiquiorib.Sarnen. de inſir.q.29.circa fi. & Petrus Gregorius de benefic.c. cap. 31.num. 11. quamuis contrarium dicant d.deciſio.4.de renuntia.num.2.in antiquiorib. & Felin. & Selua ſupra.

228 Et ideo in ſupplicationibus, † vt dicit Mandoſ. vbi proxime, & in literis ponitur illa clauſula ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuſcunque perſona, ſeu per liberam reſignationem d.N. vel cuiuſuis alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam etiam coram notario publico, & teſtibus ſponte factam,

229 Quæ operatur, † vt Papa per eam approbare videatur renuntiationem factam coram non ſuperiori de beneficio illo, & de illo ſic vacante prouidere. Rota d.dec.1.de renuntia.in antiquiorib. Caſſadorus dict.dec.3.poſt principium, Puteus d.dec. 420.& Caputaq. d.dec.45. quamuis aliàs Rota fuerit diuiſa apud Mohedanum d. dec. 22. Granutius ad Simonetam de reſeruatio.q.46.nu.6. Flam.Pariſ. lib.7. de reſignatio.q.25.nu.5.& lib.8.q.7.nu.66.& à num.147.

230 Dicitur etiam, renuntiationem † tenere in præiudicium renuntiantis, quoad hoc vt ſuperior poſſit eum priuare ob delictum ſuum, quia reſignauit ſine conſenſu ſuperioris, ſecundum Innocent.in dict.ca. quod in dubijs, num.1. per textum, ibi, cuius literam ait, hoc ſonare. & Abb.in d.cap quod Dei timorẽ, nu.4. Rota d. deciſ.3.& 4. & Petrus Gregorius d. c. 31.num.11.

231 Sed re vera † ille tex. non dicit, renuntiantem in manibus laici, ſeu alterius non ſuperioris ob hoc ſolum priuandum, ſeu ſpoliandum eſſe beneficio, ſed tantum probat renuntiantem in manibus laici, & ab eo denuo ſuſcipientem, quod maius delictum eſt, in pœnam ſuæ temeritatis, eodem beneficio eſſe priuandum & ſpolian. vnde cum pœnæ non ſint extendendæ renuntians ſolum in manibus non ſuperioris etiam laici, non videtur ob hoc debere priuari beneficio ratione delicti, quamuis renuntiatione per ſuperiorem admiſſa, & ratificata ſaltim antequam renuntians illam reuocauerit, poſſet amoueri ab illo tanquam vacante per renuntiationem, iuxta dicta.

232 Nec obſtat † dict.deciſio 4.de renuntiat. in nouis.quam Sarnen.& Mandoſ.ſequuntur, nam de veritate illius deciſionis multum dubitat Papaz.in additione, num.5. & contra eam tenent Caſſadorus d. dec.2. & 3.de renuntiat. Nauar.ſup.à nu.26.& Couar.& Frechilla d.nu.5.& P.Gregorius d.c.31, nu.3. & Flam.Pariſ.lib.1.de reſignat.benef. q. à nu.41. & q.5.nu.9.24.& 25.

233 Nec rurſus obſtat † d. deciſio 1.de elect.in antiquiorib.cui conſonat dicta deciſio 8.de renuntiat.in antiq. nam de eius veritate videbitur dubitare Caſſadorus dicta dec.2.nu.6.& Nauar. ſupra, nu.31.ait dubium eſſe, & facilè negari poſſe, & mihi quidem falſa videtur, ſicut & deciſio 7.præbend. in antiqu. cuius contrarium tenuit Rota in dicta Spoletana beneficiorum, de qua ſupra nu.225. & dixi d.c.3.p. præcedenti, nu.11.

234 Præterea, quando illa deciſio † eſſet vera, nõ obſtaret ſupradictæ reſolutioni, vt oſtendunt Caſſado-
235 rus, & Nau.vbi proxime. Aduertendũ † eſt tamen, quod licèt renuntians ſine ſuperioris authoritate non amittat ius & proprietatem beneficij, vt remanet dictum, amittit tamen poſſeſſionem, quæ facilius amittitur, Innocent.in d.c.quod in dubijs, nu.1. & ibi Abbas, num.8. Rota d.deciſ.3.num.2.de renũtiat.in antiquior. Felin.d.corol. 34. Selua d. quæſt. 11.nu.32. Probus ad Monach.in cap. 2. de renunt. in 6.nu.30. Rebuff. in praxi d.tit.de reſignatione ex preſſa nu.13. Roſin. ſupra nu. 35. & 36. Caſſadorus deciſ.2, num.3. Menoch.d.caſu 201.num.47. Rota deciſio.519.nu.2.par.1.diuerſorum. Cechus dict.c. 13. num.2.in princ.

236 Circa † quod vide Nauarrum in d.cap.accepta, dict. appoſitionis, 7. ſolutione, num.33.& 37.& per totam. Mohed.deciſio.1.de renuntiat. & Flam.dict. lib. 1. capit. 5.

237 Et ita videtur † procedere deciſio in cauſa Conchen. monaſterij, 14. Decemb. 1551. coram D. Verallo, quam adducit Cota in ſuis Miſcellaneis manu ſcriptis, dec.250. in qua fuit reſolutum, communem opinionẽ eſſe, qđ quando quis renunciat licèt nulliter, tamen quoad renuntiantem, renuntiatio valet, & ei præiudicat, & amittit poſſeſſionem, ita quod non poteſt agere ſpolio, niſi incubuerit poſſeſſioni de facto, & hoc, quod incubuerit poſſeſſioni de facto eſt probandum per renuntiantem, cum ex volũtate ſua & animo iam conſtet, quod voluerit poſſeſſeſſionem dimittere.

238 Ampliantur autem † ſupradicta, vt etiam in renuntiatione tacita, vt quæ fit per adeptionem ſecũdi incompatibilis, requiratur licentia, ſeu approbatio ſuperioris, aliàs non vacat primum. Ita Innocen. in d.cap. admonet, & ibi Abbas, & in d.cap. quod in dubijs, nu.9. & in c.de multa, nu. 5. de præbend. & in c.ex ore, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, num.10.& ibi Imola, gloſ.in d.c. ſi qui vero, in fine, 7.quæſt.1. Corraſ.d.cap.8.num.14. Roſin. d.ca. 14. à nu. 36. Ioannes Quintinus in repetit. cap. de multa, de præbend.nu.89. Rota deciſ.6. de conſuetud.in nouis, nu.4. dicens tamen contrarium ſeruari conſuetudine, Puteus, qui dicit communem deciſio. 94.lib.1. Hoieda de incompatibilitate beneficiorũ, 1. parte cap.13.num.36. Petrus Gregor.cap.25.numer.3. Flamin. Pariſius, qui etiam dicit communem, lib.7.de reſignatione, quæſt.3. Spino in d.ca.admonet, num. 34.& ibi etiam Frechilla num. 21. Et inde eſt quod concludit Bonifac. in Clem. ſi Romanus, de præbend. num. 31.

239 Contrariam tamen ſententiam † tenet gloſſa in d.cap.ex ore, verb.renuntiaſſe, per textum ibi, & ibi Hoſtien.nu.9.qui, vt inquit Abbas in d.c. admonet, dicit, quod ita quotidie ſeruatur, eandem tenet Stephanus relatus per Card. in Clement.gratiæ, de reſcrip.num.1.

240 Pro huius † difficultatis explicatione dico, quod duplex eſt renunciatio tacita, quædam, quæ ſine verbis fit facto hominis, vt in terminis dict.cap.ex ore, per reuerentiæ exhibitionem tanquam ſuperiori, & in hac, cum ex conſenſu immediato renuntiantis fiat, requiritur cõſenſus ſuperioris, ſicut in expreſſa,

&

& ita procedit dicta communis sententia.

241 Sufficiet † tamen consensus tacitus ipsius superioris in acceptando istam renuntiationem tacitam, quemadmodum sufficit consensus tacitus renuntiantis, vt dicit Abbas in dicto capitulo ex ore, numero 10. qui ita intelligit illum textum: nam ex quo superior non contradixit, videtur tacite acceptasse.

242 Alia renuntiatio † tacita est, quæ à iure inducitur, & ipso iure fieri intelligitur, etiam parte contrarium protestante, vt ea, quæ fit per adeptionem secundi incompatibilis, & in alijs casibus relatis per Corrasium d.1.p.cap.10.nu.1. d.Clemen.gratiæ, de rescrip.ibi: Renuntiare videris, iuncta gl.ibi, & Imola nu.16. Rebuff.in praxi, tit. de tacita renuntiatione, Rosiniacus d.cap.14.nu.3. Petrus Gregor.de benefic.cap.28.nu.4. & Flam. Paris.d.lib.1.quæst.1.à nu.9. Lessius lib.2.capit.34.nu.189. Azor 2.par.lib. 7.cap.19. quæst.2. quæ non est vera renuntiatio expressa, neque tacita, sed perditio iuris, & ficta, & impropria renuntiatio, Nauar.in d.cap.accepta, oppositt.8. solutione, nu.6. Frechilla in rubrica de renuntiatione, nu.24.

243 Et in hac † existimo contra communem non requiri licentiam, seu approbationem superioris, cum ab ipso iure inducatur. Et procedit sententia gl. & Hostien.in dict.cap. ex ore, ac Stephani citati, quæ re vera in praxi videtur recepta, vt tradit idem Hostien.in d.cap.admonet, num.15.ad finem, cum quo sacra Congregatio Concilij visa est inclinare, cum in ea ista quæstio proponeretur, cuius solutionem ad se non pertinere dixit sed petendam esse ex dispositione iuris communis, & ita recte tenet Quintanaduennas post hæc scripta visus lib.4. Ecclesiast.num. 89. & Gonçal.glos.14.nu.71. vbi ait, quod huiusmodi tacita resignatio non requirit authoritatem superioris sicut expressa, & allegat Capram in Clem.gratiæ, nu.5. de rescrip.

244 Pro qua sententia facit in simili † textus in cap. fin. de foro competenti, & in cap.1.§.contrahentes. eod.tit.in 6. & in cap.1.& 2.de mutuis petitionib.& in cap.dispendia, §.reus quoque, de rescrip.in 6. vbi etiamsi clericus non possit consentire in alium iudicem, nec illius iurisdictionem prorogare, sine consensu, & licentia proprij Episcopi, cap.1. & c.significatti, de foro competēti, tamen ratione delicti, aut contractus, & etiam in causa reconuentionis, manet prorogata iurisdictio aliena sine licētia proprij Episcopi, quoniam prorogatio fit legis authoritate.

245 Facit etiam pro ista sententia † tex. in d.cap. de multa, de præbend. & in Extrauag. execrabilis, de præben.vers.qui vero, vbi dicitur, quod per assecutionem secundi incompatibilis, eo ipso vacat ipso iure primum beneficium, & quod is, ad quem prioris spectat collatio, illud post receptionem alterius libere conferre potest: videtur ergo, non esse necessaria licentia superioris.

246 Et illa † dimissio, quæ iubetur fieri in d. vers. qui vero, non est ad effectum, vt per eam vacet beneficium, quod iam vacauerat ipso iure, vt ibi dicitur, vt optime dicit glossa Cencelini, ibi, verb.dimittere in extrauag. Ioannis XXII. quæ ait, quod illa dimissio ad factum refertur solum, cum iure in illo competenti sint priuati, sed vt vere, & cum effectu dimittatur, & materiæ fraudum non sit locus. Aegidius Bellamera decis.754.sub nu.3. vel vt dicit Aegidius, ibi, vt Ordinarius citius sciens dimissionem, citius de reseruatis Papæ referat, vtque ipse citius conferat.

247 Limitantur † vero supradicta, vt non procedant in renuntiatione literarum ad beneficia, seu iuris ad rem, nam absque superioris authoritate renuntiari potest literis ad beneficia, ac iuri ad rem, ad beneficium competenti per electionem præsentationem, &c. vt in cap.ad audientiam,2. de rescrip. & cap.fane, de renuntia.& docet gl.& Doctores in cap.si electio, de elect.in 6.Innocen.in d.cap.quod in dubijs, & ibi DD. Lambert.de iure patronat.lib.3.quæst.5. art.5.Corras.d.cap.8.nu.15. Rosiniacus supra à nu. 41.Nauar.in cap.si quando, de rescrip.excep.6.nu. 3. Flamin. Parisius, qui plures DD. & decisiones Rotæ refert, & dicit communem dict.lib.7. quæst. 1.à numer.74.ad 99. & lib.2.quæstion.23.num.18. & Zechus dict.cap.13. numer.25.limitat.Frechilla in cap.admonet, de renuntia.num.20.& in rubr.numer.25.& 26.

248 Aduertendum † tamen est, falsum videri quod Flamin.Paris.ibi dict.quæst.1.num.100. dicit, quod potest quis absque authoritate superioris tacite renuntiare literis beneficiorum vacantium, in quibus per collationem in ipsis literis factam & acceptationem habet ius in re, non capiendo possessionem illorum, nam cum illis non possit renuntiare expresse absq; authoritate superioris, quia iuri in re non potest renuntiare absque superiore, vt ipse Flamin.ait, num.99.& Rota decis.14.de renuntia.in antiq. ante num.2.non poterit etiam illis renuntiare tacite, non capiendo possessionem absque authoritate superioris, saltim tacita, iuxta supradicta à nu.238. & Abbas quem ipse allegat in d.cap.ad audientiam,2. de rescrip.nu.3.loquitur expresse in literis ad beneficia obtinenda, & non obtenta.

249 Secundo limitantur, † vt non procedant in renuntiatione beneficij litigiosi, in qua, si tamen ius anceps sit, & ambiguum, superioris authoritas non desideratur, cap.2.de in integr.restitut. ita post Abbatem in d.cap.quod in dubijs, nu.4. Corras.d.cap. 8.nu.16. & Rosiniacum supra nu.43.& 44. & alios plures, quos refert, tradit Flam. Paris.d.lib.7. quæst. 1.num.104.& 105.dicens communem, & Zechus d. cap.13.num.2.6.limit.

250 Præterea intrusus † potest renuntiare beneficio, detento propria authoritate, quando est intrusus existenter, & apparenter carens titulo, gl.in cap.nisi cum pridem, de renuntiat.verb.sed dumtaxat, Felin.in d.cap.in nostra, de rescrip.corol.2.num.13.de quo Flam. Paris.d.lib.2. quæst.2. Zech.d.num.2. 7. fallen.

251 Superiorem † autem hic intellige non collatorem, sed eum, qui potestatem habet instituendi, & destituendi, gl.in Clem.vnica.de renunciat.Staphil., d.§.resignationis modus, nu.13.Corras.d.c.8.nu.13. Flam.Paris.d.lib.7.q.10.per totā, & q.15. & 16. qui plures refert, & Zechus d.nu.2. Azor.2.p.lib.7.cap.
252 19.q.7.† vt Papam c.denique,5.q.3. Corras.ibi, Flam.Paris.d.lib.7.q.11.legatum à latere, cap.si Abbatem, §.fin.de elect.in 6.Corras.ibidem, & Flamin.
253 Paris. d.lib.7. quæst.13. †& Episcopum cap. cum ex iniuncto, §.si.de hæret.c.nullus, 16.quæst.7. cum alijs, Corras.ibidem, & Flam.Paris.d.lib.7.quæst.14.

254 Et idem † erit in inferiori habente Epiſcopalem iuriſdictionem, Flores q.24.nu.21.vt de permutatione dicetur cap.ſeq.num.70.

255 Vicarius autem ipſius † Epiſcopi non poteſt reſignationes admittere, niſi habeat ſpeciale mandatum, vt in illa Spoletana beneficiorum ſupra relata num.225. Staphileus dict. §. reſignationis modus, num.19. Pauinus de offic.& poteſtate Capituli ſede vacante,2.parte,quæſt.10,Rebuff.in forma vicariatus, num.106. Cuchus in inſtitutionibus maioribus lib.2.titul.8. numero 82. Flamin. Pariſ.dict. libro 7. quæſt.24. Strocius de vicario Epiſcopi, lib.2. quæſtione 130. Zerola in praxi Epiſcopali 1.parte,verb. renuntiatio, §.4. & Zechus dict.cap.13. num.2. vicarius, verſic.quoque, & eſt conſilium Calder.3. de renuntiat,

256 Sed bene poteſt eas admittere † Capitulum ſede vacante, cum fungatur vice Epiſcopi, & ſuccedat in eius iuriſdictione, Abbas in cap.cum olim,de maiorit.& obedientia. & ibi Felynus numero 4. Rota deciſio.6.de rerum permutat.in nouis, Pauinus dict.2. parte,quæſt.2. à num.11.Corraſ.dict.cap.8.num.17. Cuchus dict.lib.2. titul.9. à num.40. qui receptum dicit, Flaminius Pariſius dict.lib.7. quæſt.23. num. 20.& Sbrocius d.lib.2.quæſt.71.num.12.qui plures referunt, Azor 2.parte, lib.3.cap.38.quæſt.3. & lib. 7.cap.19.quæſt.7.

257 Quamuis † contrarium teneat Rebuff. in praxi, titul.de deuolutio. numer.94. & 95. niſi in reſignatione, quæ fit ex cauſa permutationis, quam ait ſolum poſſe recipere, quia eſt neceſſaria, & cum cauſa, cum quo videtur tenere Roſiniacus, capitul.33. num.2.

258 Et procedit † non ſolum in reſignatione quæ fit in reſignantis pœnam,ſed etiam in qualibet reſignatione, Pauin.ſup.nu.13. & Sbrocius d.nu.12. quãuis contrarium cum Lapo dicat Flamin.Pariſ.vbi proxime, num.35. & 36. & Zech. d.c.13.nu.2. ſub verſic. quinto loco, & Proſper de Auguſt. in additione ad ſummam Bullarij,verb.Capitulum ſede vacante,ſub num.1.quæſt.9.limitatione 5.

259 Nec obſtat † ratio Flaminij, quod Capitulum ſolum ſuccedat in his quæ ſunt iuſtitiæ, non autem in his, quæ ſunt gratiæ, Ioannes And. in c.vnico de maiorit.& obedient.in 6. Quia reſpondetur,imò regulam eſſe, quod Capitulum ſede vacante fungitur vice Epiſcopi,& ſuccedunt in omnibus,quę ſunt iuriſdict.onis ordinariæ,exceptis caſibus à iure expreſſis, vt dictum eſt ſupra 5.par. cap.7. & hic caſus non reperitur in iure exceptus.

260 Procedit etiam † non ſolum in beneficijs ſpectantibus ad collationem Epiſcopi, & Capituli, ſed etiam in ſpectantibus ad collationem ſolius Epiſcopi, vt tradit Pauin. ſupra num.13. & Doctores citati, generaliter & indiſtinctè loquuntur, quamuis Flaminius Pariſius dict. quæſtione 23.nu.37. & 38. & Proſper de Auguſt, ſupra contrarium dicat. Et Rota dict.deciſ.9. de rerum permutat.num.2. in fine, & Puteus deciſio.329.lib.2. quos pro ſe allegat, loquuntur in reſignatione ex cauſa permutationis, in qua eſt diuerſa ratio, vt videbimus cap.ſequent.à num.75.

261 Itaque qui † ſolum haberet poteſtatem conferendi, vt executor datus ad prouidendum de beneficijs vacantibus, vel vacaturis, non poſſet recipere reſignationem alicuius volentis in eius manibus beneficium ſuũ reſignare, vt de eo prouideat, niſi hoc ei nominatim eſſet iniunctum,cap.dudum, in princ. de præbend,in 6.Rota deciſ.5.& 13.de renunt.alias 318. & 531. in antiq. Corraſ. dict.capit.8. num.17. & Flaminius Pariſ.dict.lib.7. quæſtion.10.num.36. & 37.

262 Et generaliter, qui iure † ſpeciali beneficiũ confert, quoniam deſtituere nõ poteſt, reſignationi authoritatem non interponit,gloſſa & Abbas in d.c.cũ ex iniuncto.§.fi.de hæretic. Felin.in c,auditis,nu.13. de præſcript. Staphileus d.§.reſignationis modus,à num.13. Rebuff.in d.forma vicariatus, numer.108. Corraſ. dict,cap.8. num.18. Roſiniacus de benefic. cap.1.num.13.14. & 15.cap.14.à nu.52. Flaminius Pariſius dict.lib.7,quæſt.10.à nu.21. Zerola d.verb. renuntiatio.§.4. & Azor dict.lib.7.cap.19. quæſt.7. quidquid velit Leſſius lib.2,cap.34.num.191.

263 Aduerte tamen,† quod illud quod ibi dicit Flamin, num.26. quod ſi priuilegium conferendi conceſſum fuerit ab eo, cuius iuriſdictioni tãtum detrahitur, venit facultas deſtituendi, & per conſequens recipiendi reſignationem, vt tradit Abbas in d.c.cũ ex iniuncto, nu.5. vbi id ſequitur Alexander de Neuo in additione ad eundem,niſi addatur dictio taxatiua,in priuilegio, mihi non videtur verum, nam cõferre,& deſtituere ſunt longe diuerſa,Hieron.Gabr. conſil.187.lib.1. Vnde quamuis ſimus in priuilegio latiſſime interpretando contra concedentem, non poteſt venire facultas deſtituendi,argum.l. Papinianus exuli, ff.de minoribus, Francus, in c.ſuſceptum, de reſcript. in 6. num.6. Cæſar de Graſſis deciſ.118. num.11. & deciſ.120.nu.8. Et conuincitur etiam ex eo quod ipſe Flam.Pariſ.ibi.nu.38. & q.24. eiuſdem libri, num.15. poſt alios docet, quod vicarius Epiſcopi habens facultatem conferendi beneficia, non poteſt recipere eorum reſignationes, & tamen hic agitur de præiudicio Epiſcopi tantum.

264 Quintò notandum eſt, quod † beneficium reſignatum poteſt ab ordinario libere conferri, & à clerico impetrari, cap.2. de reſcript. cum vacet per reſignationem, vt in principio capituli diximus, Corraſ.dict.cap.8. numer.9. & Flamin. Pariſ.dicens communem, & plures referens lib.1. quæſt.4. num. 57. & ſeq.

265 Quod tamen intellige de beneficijs † ſimpliciter reſignatis,quæ quibuslibet alias idoneis poſſunt libere conferri, & impetrari,nam reſignata in fauorem,& ſic conditionaliter,non niſi ijs,in quorum fauorem reſignanter, poſſunt conferri, Puteus deciſ. 177.libro 3. numer.3. Roſinjacus dict.capitul.14.à numero 14. Granutius ad Simonetam, de reſeruationibus, quæſt.89.numero 9. & Flaminius Pariſius
266 dict.quæſt.4.à num.59. † qui nu.62. inquit, quod cum coram ordinarijs non renuntientur beneficia, niſi ſimpliciter, poſſunt per eos conferri libere quibuslibet, excipiendo tamen caſus exceptos per conſtitutionem 58. Pij V. de qua ſupra 2.par,cap.vlt.à num.198. videlicet, quod beneficia coram ordinarijs reſignata non poſſunt conferri conſanguineis, affinibus, aut familiaribus ipſorum collatorum, vel reſignantium, iuxta dictam conſtitutionem, verſic. cæterum præcip.mus.

267 Quod etiam procedit † in parochialibus Eccleſijs prouidendis per concurſum, vt ſacra Cõgregatio

Concil.

Concil. censuit, & dictum est supra 9. par. c. 12. dubio 12. à nu. 210.

368 Non tamen procedit † in beneficijs iurispatronatus, vt declarauit Gregorius XIII. vt in fine & declaratione seq. Nos Hieronymus tituli S. Pancratij S. R. E. presbyter Cardinalis Matthæus fidem facimus, & attestamur in libris S. Congregationis Concilij, qui apud nos asseruãtur, adnotatum esse, quod fel. record. Greg. XIII. declarauit, beneficia iurispatronatus non comprehendi in §. cæterum contento, in constit. S. memoriæ Pij V. relaxante prohibitionẽ de non admittendis resignationibus: quo §. prohibentur Episcopi beneficia in eorum manibus resignata, eorum, aut resignantium affinibus consanguineis, vel familiaribus conferre. Hier. Card. Matthæus. Quam declarationem ponit Prosper de August. in appen. ad summam bullarij Quarantæ, p. 2. verb. resignatio beneficiorum, pag. 608. eamque ex authentico habuisse ait, & factam fuisse fidem istam ad requisitionem Reuerendis. Archiepiscopi *Salernitani: & eam refert (licet locus sit diminutus & mendosus) Vgolin. de offic. Episc. cap.* 50. §. 18. *num.* 5. Et ratio istius declarationis est, quia beneficia iurispatronatus debent conferri præsentatis à patronis, quibus d. §. cæterum, non interdicitur præsentatio consanguineorum, affinium, vel familiarium, nec de eis loquitur ille §. qui tamen procedit, & loquitur in collatoribus etiam inferioribus Episcopo.

369 Et videnda † est d. constitutio Pij V. quæ præscribit casus, in quibus ordinarij possunt admittere resignationes, & eam ponit, & late declarat Flaminius Parisius lib. 5. de resignat. q. vlt. Prosper. de August. in add. ad sum. Bullar. verb. beneficiorum resignatio. Azor 2. par. lib. 7. cap. 19. quæst. 5. post Fusc. de visit. lib. 2. cap. 28. ex nu. 14. videque circa eam decis. Rotę Virdunen. canonicatus, 13. Maij, 1596. inf. adductam nu. 342. & Greg. Brand. ad concordata Germaniæ, quæst. 12. quam refert Gonçal. ad reg. mensium gl. 14. nu. 25. & 31.

370 Quæ tamen † constitutio non videtur bene seruari in Hispania, vbi prætenditur, eam non esse receptam, sed esse ab ea supplicatum, saltim quoad illud de non conferendis beneficijs resignatis consanguineis, affinibus, aut familiaribus collatorum, vel resignantium, & audiui ita fuisse per Consilium Regium scriptum Episcopis.

371 Et cum in vna † Hipporegien. canonicatus, 24. Maij, 1584. coram D. Orano prætenderetur, d. constit. non habere locum in ciuitate & diœcesi Hipporegien. nec ibi fuisse vsu receptam, Domini firmarunt, habere locum in d. ciuitate, & diœcesi, quia publicata Romæ, & Papa voluit omnes, & singulos perinde afficere, & obligare, ac si illis fuisset singulariter intimata, & præsumi esse in vsu, quamdiu non fuit probatum contrarium, Crescen. dec. 79. Rolan. cons. 90. nu. 54. lib. 1.

372 Et an supplicatio † interposita à lege, & constit. generali suspendat interim eius executionem, donec à iussio superueniat vide Man. Rod. qq. regul. 1. to. q. 6. art. 7. Gab. Vaz. 1. 2. tom. 2. disp. 156. nu. 43. Lorcam ead. 1. 2. disp. 20. de legib. & *Suar de leg. lib.* 4. *c.* 16. *nu.* 8. *& lib.* 5. *c.* 33. *nu.* 9. qui recte ostendunt, non suspendere, licet contrarium teneat F. Franc. de Sosa Generalis sui Ordinis S. Francisci Episcopusque Canarien. & nunc Consilij Inquisitionis super constit. Clementis VIII. de largitione munerum Regularibus interdicta §. 12. nu. 109. & 112. & alij circa constit. Pij V. de censib. *& Salas de legib. disp.* 13. *sect.* 1. *nu.* 6. *& sect.* 4 *qui tamen inferius disp.* 16. *sect.* 11. *num.* 48. *tenet non suspendere.*

## *De publicandis resignationibus. §. IV.*

### SVMMARIA.

*Resignatio etiam causa permutationis publicari debet iuxta constit. Gregorij XIII. & eius formam, per quam constitutio Pij V. fuit in totum abrogata, nu.* 273. *& summa dict. constit. Greg. ponitur, nu.* 274.

*Ea constitutio solum loquitur de resignationibus etiam causa permutationis, & cessionibus, & sic non procedit in coadiutoria etiam de consensu cum futura successione, nam licet videatur habere naturam resignationis, non est vere resignatio, nu.* 275.

*Dicta constitutio habet etiam locum in resignationibus nullis, seu invalidis, nu.* 276 *sed non intrat vacatio, ex d. constitutione, ob non publicationem, quando resignatio alias est nulla ex defectu consensus: nam tunc vere non est resignatio. Et sic quamuis tempus publicandi currat à data gratiæ, intelligitur, modo sit præstitus, & extensus consensus, nu.* 277. *Et adducitur resolutio Rotæ, nu.* 278. *Et ita accipitur Flam. Paris. nu.* 280.

*Similiter non videtur intrare vacatio, ex d. constitutione, ob non publicationem, quando resignatio est nulla: quia resignans in sacris constitutus non habet aliunde, vnde viuere possit, vt Papa vult; aut quia non fuit facta mentio, quod ad illius titulum est ordinatus, nu.* 279.

*Nec intrat vacatio ex dicta constitutione, ob non publicationem, quando resignatarius decessit intra tempus datum ad publicandum, nu.* 281.

*Dicta constitutio capit resignationem factam in manibus ordinarij. num.* 287. *etiam quod ordinarius de beneficio resignato non disposuit, numero* 283. *vbi ponitur resolutio Rotæ in vna Mediolanensi, in qua habetur, quod licet in vnione non sit necessaria publicatio, id procedit data validitate vnionis, secus vbi beneficium resignatum vnitur nulliter, quamuis in eadem, & antea in alia Mediolanensi relata fuisset contrarium decisum, numero* 284. *Sed verius necessariam esse publicationem, quando vnio est inualida, & intrare d. constitut. Greg. XIII. nu.* 285.

*Etiam in vnione valida beneficij resignati requiritur publicatio, & habet locum const. Greg. XIII. quamuis constit. Pij V. non procederet in vnionibus, nu.* 286.

*Cum impetratur beneficium coram ordinario resignatum ob non factam prouisionem per ordinarium, seu publicationem infra tempus d. constitutioni præfixum, impetrans debet publicare infrà sex, aut nouem menses: & non infra tres, contra notata numero* 287. *& restitutio ad publicandum impetrata ante lapsum tempus non suffragatur, nisi Papa id intellexerit, contra eandem, numero* 288.

*Quoad resignationes & permutationes coram ordinario factas, ista constitutio non videtur vsu recepta in his partibus, nu.* 289.

*Publicatio facienda est cum literis, seu earum transumpto authentico in manibus, nu.* 290. *vbi ponitur formula publicationis: nec opus est ipsas literas legere, nec earum datam, nu.* 191. *& oportet eam facere in lingua vulgari, quamuis non sit necessarium, num.* 292.

Non valet publicatio facta ſummiſſa voce, & in tali loco, quod plerique eam non intelligunt, ſed ſolum illi, qui ſunt in teſtes adhibiti: & ſi qui forte prope ſint. num. 293. nam & publicatio facta in choro coram canonicis & presbyteris dumtaxat eſt nulla, ex Rota nu. 294.

Debet affigi in valuis Eccleſiæ exemplum continens ea, quæ dicta ſunt, & debet affigi quædam charta, quæ ſufficit quod ſit ſimplex, in qua dicatur, vt in formula poſita, nu. 295. Et ſufficit affigi in vna porta, quamuis Eccleſia plures habeat. nu. 296. praxis tamen habet, vt affigatur copia integra ipſarum literarũ quo facto pinguius adimpletur forma dicta conſtitutionis, n. 297. ſicut etiam pinguius adimpletur affigendo ipſumet originale, nu. 289. vbi adducitur deciſio Rotæ.

Publicatio, & apprehenſio, ſeu petitio poſſeſſionis in tempore, eſt pars reſignationis, & ſic qui nititur reſignatione, id probare debet. numer. 299. vbi ponitur decſio Rotæ, & num. 30.

Quod etiam procedit in gratia, & impetratione ob non publicationem. num. 301. vbi adducitur reſolutio Rotæ.

Publicatio probari poteſt, non ſolum inſtrumento authentico, nempe à notario cum teſtibus nominatim expreſſis confecto. nu. 302. ſed etiam teſtibus, nu. 303.

Publicatio facta extra tempus conſtitutionis non ſuffragatur, nec reſtitutio obtenta ad publicandum, ſi fuit impetrata lite pendente, nec de ea fuit facta mentio: nu. 304. vbi ponitur reſolutio Rotæ.

Quod debeat doceri de publicatione, hodie ſtante dicta conſtitutione Gregorij XIII. tantum procedit quando reſignatarius agit ad canonizationem ſuæ gratiæ, ſecus quando non vult ſuam gratiam canonizare, ſed tantum nititur excludere vacationem per obitum, de qua in gratia aduerſarij. numero 305. vbi ponitur deciſio Rotæ, & numero ſeq. vbi ponitur reſolutio eiuſdem. Idem fuit reſolutum in cauſa Abul. beneficij, fuit tamen dictum, quod ad excludendam vacationem per obitum contra actorem, qui probauit intentionem ſuam, debet in cæteris iuſtificari reſignatio, etiam per eum, & poſſeſſorem, vt deciſ. poſita, nu. 307.

Impetrans ob non publicationem tenetur iſtam negatiuam plene probare, nu. 308. nam negatiua debet plene probari per eum, qui in ea ſe fundat, ſine agendo, ſine excipiendo. num. 309. & adducitur reſolutio Rotæ. nu. 310. & deciſio eiuſdem. nu. 311.

Id in tantum eſt verum, vt etiam poſt probatam non publicationem, donec declaretur id per iudicem, detur manutentio reſignatario, nu. 312.

Illud maxime procedit, quando reſignatarius eſt triennalis pacificus poſſeſſor, quia ex triennali poſſeſſione præſumitur publicatio. nu. 313. quæ tamen præſumptio non habebat locum in ſpolio, quando reſignans in terminis conſtitutionis Pij V. agebat ſpolio contra reſignatarium, qui non docebat de publicatione. nu. 314. nam nec triennalis, nec allegatio Lapi, habent locum in ſpolio, nu. 315.

Quibus modis poſſit probari huiuſmodi negatiua non publicationis, remiſſiue nu. 116. & adducitur reſolutio Rotæ, quod non probetur niſi per confeſſionem partis, vel probato quod literæ non fuerunt expeditæ intra tempus ad publicandum. Et idem eſt, quando fuerunt expeditæ intra tempus, ad finem tamen termini, ita vt non potuerit deferri in tempore ad locum nu. 317. Et negatiua non expeditionis literarum probatur ex diligentijs factis in Cancellaria, Camera, & regiſtro ſecreto, parte citata num. 318.

Probatur non publicationis negatiua ex non petitione poſſeſſionis infra tempus, & ex eo quod infra tempus datum ad publicandum nõ habuit reſignatarius collationem, ſine qua poſſeſſio adipiſci non poteſt; nam conſtitutio intelligitur de valida poſſeſſione. nu. 319. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ, & intrat vacatio ex dicta conſtitutione, ſi non eſt petita poſſeſſio infra tempus, etiam quod reſignatio alias fuerit nulla; nec eſt ſatisfactum per præſentationem commiſſionis ſuper executione literarum, & petitionem executionis earum, niſi copulatiue etiam concurrat, quod poſſeſſio inſtanter petatur, ex Rota nu. 321. nec ſatisfit per mandatum de immittendo datum in ipſa collatione, ſeu purificatione gratiæ in forma dignum, ex eadem, nu. 322.

Contra prædictam reſolutionem, quod non publicationis negatiua probetur ex eo, quod infra tempus datum ad publicandum non habuit reſignatarius collationem, obijcitur primo, quod cum literæ reſignationis nulla publicantur, & capitur poſſeſſio, obtento poſtea perinde valere, non eſt opus alia publicatione; & quod dicta conſtitutio vult reſignationes etiam nullas, & inualidas publicari, & ex eis apprehendi, ſeu peti poſſeſſionem, &c. num. 323. Secundo quod ex actu nullo amittitur, & acquiritur poſſeſſio nu. 324. & poſſeſſio capta ſine titulo eſt mala, & iniuſta, non tamen nulla num. 325.

Author dicit, prædictam reſolutionem Rotæ procedere in caſu, in quo loquitur, nempe quando reſignatarius non habuit collationem, nec bene, nec male, aut eam non habuit ab executore deputato, tunc enim & ſi infra tempus apprehenderet poſſeſſionem, non ſatisfacere dict. conſtitutioni nu. 326. Quamuis ad publicationem non ſit neceſſarium factam eſſe collationem ab executore, nu. 327. At vbi virtute reſignationis & literarum facta eſſet collatio reſignatario per executorem, ſine bene, ſine male, ſine valide, ſine inualide, & ſucceſſiue apprehenſa poſſeſſio infra tempus datum in dicta conſtitutione, non videtur illa intrare, numero 328.

Si probatur publicatio facta non debito tempore, præſumitur non fuiſſe facta alias debito tempore, num. 329. Quod procedit, dummodo conſtet illam publicationem eſſe factã per reſignatarium, ſeu de eius ordine, non alias, nu. 330. vbi ponitur deciſio Rotæ ſic accipienda.

An dicta conſtitutio obſtet reſignatario, quod non vult capere beneficium ex reſignatione, ſed ex alia vacatione propter clauſulas generales, num. 331. & non obſtare fuit per Rotam reſolutum in deciſione adducta num. 332. Sed iſta deciſio non placet, ex verſ. quod ſi quicquam dict. conſtit. num. 333.

Dicta conſtitutio non habet locum in beneficijs vacantibus per adoptionem aliorum, iuxta decretum apponi ſolitum de dimittendo libere in manibus Sanctiſſimi intra duos menſes, ex Rota, numero 334. Et alia deciſio, quæ contrarium videbatur decidere, loquitur in reſignatione facta ad fauorem, licet de vacante per adoptionem ſecundi, iuxta decretum, numero 335. Et ratio eſt, quia reſpectu reſignationum in manibus Papæ dicta Conſtitutio ſolum videtur loqui de reſignatione in fauorem arctando reſignatarium ad publicationem intra tempus, de quo ibi, & non de reſignationibus ſimplicibus, maxime ex decreto, in quibus Papa poteſt libere, & quandocunque prouidere, num. 336. Quamuis reſpectu reſignationum coram ordinario loquatur de reſignationibus libere, & ſimpliciter factis, etiam coram ordinario, qui non prouidit intra menſem, ita vt collatio ſit deuoluta ad ſedem Apoſtolicam, &c. numero 337.

Alia circa dict. Conſtitutionem videnda per Flamin. Pariſ. num. 338.

Vltimo

273 VLtimo notandum † est, quod resignatio etiam causa permutationis, publicari debet iuxta perpetuam constitutionem Greg. XIII. & eius formam, quæ hodie viget & est in bullar. 87. in ordine, & apud Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 1. in præfat. num. 5. & Quarantam, in summa bullarij verb. beneficiorum resignatorum publicationem, Prosper de August. in addit. per quam constitutionem alia constitutio perpetua Pij V. 182. posita per eundem Flam. ibi, nu. 3. fuit in totum abrogata, vt per eundem Flam. ibi à num. 6. & in quæst. 11.

274 Et quod † in summa continet d. constitut. Gregor. XIII. est primo, quod omnes resignationes, etiam causa permutationis, de quibuscunque beneficijs, nec non cessionelitis, & iurium beneficij per cessionarium, tempore cessionis non possessi factæ in manibus Papæ, & super eis prouisiones, seu mandata de prouidendo, publicari debeant cum literis Apostolicis desuper confectis intra sex menses, si beneficium intra menses fuerit, siue vero, vt Hispania, intra nouem à data prima concessionis gratiæ, non autem à die præstiti consensus numerandos. Secundo, quod ipsa publicatio fiat in cathedrali, & in beneficij Ecclesia, vel Ecclesijs, si illud in pluribus sit: & Ecclesia est ruralis in parochiali, intra cuius limites consistit: & si locus bello, pesti, alijsve manifestis periculis subiacet, in proxima parochiali, dum frequens populus ad Missarum solemnia conuenerit, palam omnibus prædictas literas Apostolicas, earumve transumptum authenticum exhibendo, claraque, & intelligibili voce pronunciando resignationem, seu cessionem, ac beneficij qualitatem, & inuocationem, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius, in cuius fauorem gratia facta est, ita vt hæc omnia possint ad notitiam ibi existentium verisimiliter peruenire, & de quibus omnibus scripto exemplo collato valuis aliarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Tertio, quod intra dictum tempus gratiam habens possessionem beneficij, etiam litigiosi, & à cedente non possessi, vigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehendere debeat, & si propter litem, vel aliud legitimum impedimentum, nequiuerit saltim literas Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta erit iudici, seu executori illarum, vel ijs, ad quos pertinet, intra idem tempus præsentare & apud illum, vel illos, pro ipsarum literarum executione instare, & possessionem huiusmodi instanter petere teneatur: alias gratia sit irrita, & inanis, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio, seu iure cesso, ijs quibus concessa fuerit suffragetur, sed ipsi inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia quandocumque obtinenda, ipsaque, siue iura, ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione etiam si illæ alias nullæ, & inualidæ essent, vacauisse, & tunc vacare censeantur eo ipso, &c. Quarto, quod resignationes beneficiorum etiam ex causa permutationis in manibus ordinariorum, & aliorum inferiorum à Papa factæ infra mensem debeant admitti, vel reijci, & prouisio, si pro eos faciendaerit, fieri, & prouisus infra tres menses à die factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat modo & forma prædictis, alioquin nulla fiat prouisio, & beneficium vacare censeatur eo ipso eiusque dispositio ad sedem Apostolicam deuoluta existat, &c.

275 Ex qua constit. apparet † primo eam solum loqui de resignationibus etiam causa permutationis, & cessionis, & sic non procedere in coadiutorias, etiamsi de consensu cum futura successione. nam licet videatur habere naturam resignationis, Mand. de sign. grat. de coadiutor. verb. si in Papa ea non est vere resignatio, Mohed. decis. 1. de priu. alias 338. Putei 108. lib. 2. Rot. decis. 10. nu. 3. p. 3. diuers. & sic ei non conueniunt verba constitutionis, nec etiam eius rationes. Nec eius dispositio potest illi adaptari cum in coadiutoria non possit capi possessio beneficij infra sex aut nouem menses à tempore datæ, & ita sine dubio tenendum est, quamuis aliqui de hoc dubitauerint, & aliqui coadiutoriæ sint publicatæ, & ita post hæc vidi tenere Gonçal. gl 5. §. 6. à nu. 69. & particulariter nu. 72. *Et Leonem in Thes. for. Eccles. cap. 19. à nu. 48.*

276 Secundo † apparet, dictam constitutionem habere etiam locum in resignationib. nullis, seu inualidis, vt in ipsa dicitur, & fuit dictum in vna Lugdun. canonicatus, 8. Iunij, 1598. coram D. Lita.

277 Aduertendum † vero est, non intrare vacationem ex dict. constitutione ob non publicationem, quando resignatio alias nulla est ex defectu consensus, vt fuit dictum in vna Hispalen. & Cordub. præstimoniorum, 14. Iunij 1600. coram D. Lancelloto, vbi dicitur, ita in illa, & alijs causis fuisse resolutum. Et est ratio, nam tunc vere non est resignatio. Vnde, quamuis tempus publicandi currat à data gratiæ, intelligitur, modo sit præstitus & extensus consensus talis resignationis. nam alias non dicitur esse resignatio. *Flam. Paris. de resign. lib. 1. quæst. 12. à num. 16. & lib. 8. quæst. 8. & ipsa constitutio præsupponit præstitum consensum.*

278 Vnde † in vna Vercellen. canonicatus. 23. Ianua. 1598. coram D. meo Corduba fuit resolutum, quod stante resignatione non sortita effectum, nec abdicato iure à resignante propter non adimplementum conditionum, & pactorum, quæ fuerant apposita in resignatione, non potest esse locus cõstitutioni Gregorianæ de publicandis, quæ licet annullet resignationes nullas, hoc tamen non procedit in nullitate proueniente ex defectu consensus, vt fuit resolutum in causa Brixien. parochialis sub die, 10. Maij, 1589. coram D. Plato, quãuis non publicatio, quæ est probanda ab eo, qui fundat suam intẽtionem super illa negatiua, vt fuit alias resolutũ, satis videbatur probata ex diligentijs factis in Cancellaria Camera, & regiſtro secreto, parte citata, quæ bene probãt negatiuam non expeditionis literarũ, iuxta decis. Casiad. 5. num. 4. super reg. Et fuit dictum in Calagur. de Arriola, 26. Iun. 1595. coram D. Gipsio, in Oxom. scholastr. 9. Septemb. 1590. coram D. Bubalo, & consequenter non factam publicationem, quæ præcedentem literarum expeditionẽ requirit, iuxta d. constit. Greg. quamuis secundum illam Pij V. potuisset fieri ante expeditionem. Et idem fuit resolutum in illa Aretina plebis 4. Decemb. 1600. coram D. Mellino sup. addicta 1. p. cap. 5. num. 438. *Ad quam remittit decis. Mutinen. can. 10. Nouemb. 1612. coram Lita, quæ est 614. nouis. Farin.*

279 Et † similiter non videtur intrare vacatio ex d. constit. ob non publicationem, quando resignatio

eſt nulla, quia reſignans in ſacris conſtitutus non habet aliunde, vnde commode viuere poſſit, vt Papa vult; nam tunc reſignatio eſt nulla, quaſi ex defectu conſenſus Papæ, qui non vult aliter eam admittere, ne reſignans cum ordinis dedecore mẽdicare cogatur, iuxta ſupradicta 2. par. cap. vltimi, à numero 198. & quia tunc in reſignante non eſt potentia ad reſignandum, iuxta conſtitutionem Pij V. de qua ibi.

280 Et ita eſt † accipiendus Flamin. Pariſ. dict. li. 11. q. 7. num. 36. vbi ait, ex d. conſtit. induci vacationẽ beneficij reſignati, vbi reſignatio eſt nulla ex defectu publicationis, non autem de alio, vt fuit reſolutum in Rota in cauſa Brixien. parochialis de menſe Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Card. Plato. Accipiendus inquam eſt, quando reſignatio aliàs eſt nulla ex defectu conſenſus, iuxta dictam deciſionem Brixien. quam allegat.

281 Nec † etiam intrat vacatio ex dict. conſtitutione ob non publicationem, quando reſignatarius deceſſit intra tempus datum ad publicandum. nam cum ipſe reſignatarius arctetur ad publicandum, & ante lapſum tempus deceſſerit, non intrat dicta conſtitutio, ex quo iam non eſt, qui debeat publicare, & ita poſt hæc tenet Gonçalez glo. 15. §. 2. numero 53. & 54.

282 Tertio † apparet, d. conſtit. capere reſignationẽ factam in manibus ordinarij, vt in verſ. de beneficijs auth. Flam. Pariſ. d. lib. 11. q. 5. à n. 1. & fuit reſolutũ ☞ in vna Aretina commendæ 27. Febru. 1595. coram D. Pamphilio, in qua fuit dictum, quod ſi intra publicationis tempus non præſentantur literæ prouiſionis cum publicatione, ſi eſt facta coram executore, ſeu iudice alias competente, & poſſeſſio petitur, obſtat conſtit. Grego. XIII. etiamſi ſit reſignatio facta coram ordinario, & ſic prouiſio eſt nulla, & quod illa conſtitutio habet locum etiam in commendis ordinis Hieroſolymitani, & in Spoletana beneficiorũ 28. Iunij 1595. coram D. Mantica ſupra adducta 5.

283 p cap. 1. num. 92. Et † procedit et am quod ordinarius de beneficio reſignato non diſpoſuit, Flam. Par. d. q. 5. n. 10. 49. & 50. & fuit reſolutum in vna Sabinen. beneficiorum 5. Martij 1586. coram D. Gipſio, *vt in deciſ 662. nouiſ. Farin. quæ tamen loquitur de conſtitutione Pij V.* & in vna Mediol. Parochialis 26. Martij 1599. coram D. Seraphino, in qua Domini recedentes à reſolutis coram eod. 27. Octo. 1598. ☞ reſoluerunt impetrantem parochialem vacantem ex cauſa reſignationis coram Ordinario, iuxta conſtitutionem Pij V. teneri docere de publicatione, quæ eſt pars gratiæ, & cum non oſtendatur alia vacatio, non intrare clauſulas generales, & ratione vnionis annullatæ non dari nouã vacationem, ſed remanere antiquam, licèt ſecus eſſet, ſi fuiſſet valida & diſſolueretur, Caſſad. deciſ. 2. de vnio. & ſic non facere deciſionem allegatam in cauſa Virdun. Nec etiam ratione deuolutionis, quia deuolutio nõ mutat modum vacandi, ſed præſupponit, beneficium vacare, illudque deuolui cum qualitatibus requiſitis, Rota dec. 774. nu. 2. p. 3. in nouiſ. & vacationẽ ex d. cõſtitutione de publicandis debere diſpoſitiue narrari, nec intrare ſub clauſulis generalibus, & eſſe publicandam, vt cauetur in d. conſtitutione. Neque in terminis illius conſtitutionis eſſe differentiam inter reſignationem factam manibus Papæ ad fauorem, & quæ fit in manibus Ordinarij, nam vtraq; eſt publicanda. Et quamuis in vnione non ſit neceſſaria publicatio, id procederet data validitate vnionis, hic vero contrarium ſupponi, cum fuerit beneficium vti adhuc vacans impetratum, Caputaquen. deciſ. 345. par. 3.

284 Quamuis in iſta cauſa † d. die 26. Octobr. 1598. fuiſſet dictum, non requiri publicationem, quando beneficium reſignatum vnitur etiam nulliter, & inualide, & fuit antea deciſum in cauſa Mediolan. be- ☞ neficij 13. Ian. 1597. coram D. meo Corduba, in qua fuit reſolutum, Confirmandam ſententiam Rotalem, canonizantem literas prouiſionis Fabij, nam cum fuerit reſolutum coram D. Orano, vnionem ad fauorem ſemirarij nulliter factam, recte Fabius impetrauit beneficium tanquam vacans ex reſignatione, & deuolutum ad Sedem Apoſtolicam, & ſolum tenebatur exprimere reſignationem, nomen, & cognomen reſignantis, & publicare, prout fecit infra tempus à conſtitutione præfixum. Nec obſtabat, quod Fabius non oſtenderit reſignationem Antonij reſignantis factam in manibus Ordinarij fuiſſe publicatam, & inde beneficium non poſſe dici vacare per reſignationem, ſed potius ob non publicationẽ, vt reſolutum eſt in cauſa Spolet. 28. Iun. 1595. corã D. Mantica, quia fuit reſponſum, diſtinguendos duos caſus, vnus, quando reſignatio in manibus ordinarij, qui prouidit, ſed prouiſus non publicauit, & tunc intrat conſtitutio, quod beneficium ad Papam deuoluitur, & impetrandum eſt ab eo cum expreſſione, quod non ſit ſeruata forma conſtitutionis, & cum expreſſione nominis, & cognominis reſignantis ac prouiſ. Alter eſt, quando Ordinarius non prouidit, ſed illud vniuit, quo caſu non intrat conſtitutio de publicandis, quæ non habet locum in vnionibus, Rota diuerſorũ 133. p. 2. Minus obſtabat, quod publicatio Fabij non apparebat facta in tempore, ex eo quod fuit facta poſt ſex menſes, nam gratia fuerat expedita ſub 8. Idus Decemb. 1593. & publicatio facta 3. Iul. 1594. prorogatio vero ad duos alios menſes fuit obtenta per viam reſtitutionis in integrum, durante termino ad publicandum, quæ non datur, vbi durat remedium ordinarium, in l. cauſæ, de minor. & ibi gloſſ. & Doct. nam placuit reſpõſio, quod cum reſignatio fuiſſet facta in manibus ordinarij, & Papa de beneficio vti deuoluto prouidiſſet, deuolutio facta intelligitur cum qualitatibus requiſitis in collatione, & ſic cum onere publicandi infra tres menſes, vt in d. conſtitut. §. de beneficijs, ibi quod collatio, &c. & §. illotum, Dicebant etiam Domini, quod licet prorogatio, & reſtitutio, ad publicandum ſint obtentæ, ſub prætextu lapſus trium menſium, hoc tamen æquiuocum non nocet, Et ſuffragaretur etiam, quod haberet ſex menſes, quod Papa intellexit, cum in dictis gratijs fiat mentio de collatione habita, & ſic intellexit, quod prouiſus haberet ſemeſtre, Fel. c. ſuper literis, de reſcript. num. 8. 2. reg. Vltra quod iſtæ prorogationes ſoleant de facili concedi, & non omnis ſurreptio vitiat gratiam, ſed illa, quæ difficiliorem Papam reddidiſſet ad eam cõcedendam, Aegidius deciſ. 4. Caſſ. 6. 10. & 17. de prę bend. Creſcen. 1. de ferijs, nec in publicatione ſunt exprimendæ prorogatio, & reſtitutio obtentæ, quia non legitur in conſtitutione. Et fuit reſolutum de reſtit. in cauſa Oxomen. beneficij. Decembr. 1585.

coram

coram D.Oriol.de prorog.in Iacen.vicariæ.31.Ian. 1590.coram D.Plato, Et ad obiectum, quod Fabius non probabat,literas fuisse exhibitas,vt ab omnibus tãgi,& legi possint,fuit dictum,quod satis est, quod notarius illas publice haberet præ manibus, vt ipse testatur, qui dicit, se alta & intelligibili voce publicasse literas Apostolicas, & illas ad omnium notitiam deduxisse, & transumptum earum in valuis dimisisse.Nec obstabat,quod in valuis Ecclesiæ dimiserit tãtum transumptum literarum,non autem instrumentorum ipsius publicationis, quoniam visum est Dominis hoc sufficere, & verba constitutionis,scriptoque de ijs omnibus exemplo, &c. referri ad omnia contenta in literis Apostolicis,non autem ad instrumentum publicationis, quod affigendum non est, vt fuit resolutum in causa Salamantina dimidiæ portionis,8.Aprilis,1585.coram D. Orano, & Leodien.canonicatus,7.Iun.1596. coram D. Pen.

285 Sed verior est d. decisio † Mediolan. parochialis,26.Martij 1599.necessariam esse publicationem, quando vnio est inualida, & intrare d. const. Greg. XIII. Nam tunc verum est dicere: Ordinarium de beneficio resignato non prouidisse infra mẽsem,&c.

286 vt constitutio requirit. Imò † etiam in vnione valida beneficij resignati existimo, requiri publicationem, & habere locum dict.const. Greg. XIII. vt patet ex verbis illius in prin.ibi,Et quæcunque aliæ dispositiones,siue temporales,siue perpetuæ,quæ verba,dispositiones perpetuę,plane de vnionibus intelliguntur, & ibi:ac pijs locis quocunque priuilegio suffultis facta. nam pijs locis non possunt fieri nisi vniones, quamuis constitutio Pij V. in cuius terminis loquitur dict.decis.133.par.2.diuers.non procederet in vnionibus, quia de eis non loquebatur. Et

287 † cum impetratur beneficium coram Ordinario resignatum ob non factam prouisionem per Ordinarium, seu publicationem infra tempus dicta constitutione præfixum, impetrans debet publicare infrà sex aut nouem menses, & non infra tres. Id enim important verba dict. versic.de beneficijs, modo & forma prædictis, quidquid dicat Rota in dict.

288 Mediol. beneficij. Contra † quam etiam existimo quod restitutio ad public. impetrata ante lapsum tempus non suffragatur,nisi Papa id intellexerit, ex

289 reg.cap.cum super.de off.del.Cęterum † quoad resignationes & permutationes coram Ordinario, factas, ista constitutio non videtur vsu recepta in his partibus saltim in hoc Episcopatu Abul.in quo nũquam fit publicatio earum, vt est notorium, quamuis Flam.Paris.d.lib.11.quæst.9. dicat istam constitutionem esse vbique receptam.

290 Quarto † apparet,publicationem faciendam esse cum literis, seu earum transumpto authentico in manibus, vt per Flam.Paris.d.l.11.q.6. ex nu.28. dicendo verbi gratia: Notum fit omnibus, quatenus A. Gonçalez resignauit in manibus suæ Sanctitatis beneficium simplex Ecclesiæ D. Petri huius ciuitatis, seu beneficium curatum Ecclesiæ de Cardennosa,huius diœcesis, & de eo facta est gratia N. Martinez, vt apparet ex his bullis seu literis Apostolicis, aut transumpto authẽtico,quas in manibus habeo.

291 Nec † opus est, ipsas literas legere, nec earum da-

292 tam,Flam.d.quęst.6.à nu.41.Quam † publicationem oportet facere in lingua vulgari,quamuis in rigore id non videatur necessarium.

293 Quintò † apparet non valere publicationem factam summissa voce & in tali loco, quod plerique eam non intelligunt, sed solum illi,qui sunt in testes adhibiti, & si qui forte propè sunt, vt ab aliquibus annis sit ordinarie in hac Ecclesia Abulens.culpa notariorum, qui re vera non videntur posse excusari à mala publicatione, & à falsitate, dando prout dant

294 fidem, publicasse alta & intelligibili voce. Nam † & publicatio facta in choro coram canonicis, & presbyteris dumtaxat, est nulla, vt fuit resolutum in vna Tarentina canonicatus 12.Maij 1589. coram Domino Orano.Flam.Paris.dict.lib.11.quæstion.6. num.18.

295 Sextò † apparet debere affigi in valuis Ecclesiæ exemplum continens ea, quæ dicta sint, nempe resignationem, ac beneficij qualitatem, & inuocationem, nominaque & cognomina resignantis, ac illius in cuius fauorem gratia facta est, eo modo quo dictum est in publicatione, & sic debet affigi quædam charta, quæ sufficit, quod sit simplex,in qua dicant verbi gratia, A.Gonçalez resignauit in manibus suæ Sanctitatis beneficium simplex Ecclesię D. Petri huius ciuitatis,&c. de quo facta est gratia N. Martinez. Nec existimo amplius esse necessarium. Et hoc sibi volunt illa verba constitutionis, Scriptoque de his omnibus exemplo collato valuis dictarũ Ecclesiarum affixum relinquatur. Et ita sentit Flam.Paris. dict.quæst.9. num.56. & 59. & sic est accipienda di-

296 cta decis.Mediolan.supra relata num.284.Et † sufficiet affigi in vna porta, quamuis Ecclesia plures habeat vt videmus in praxi.

297 Praxis tamen, vt † etiam ibi ait Flamin.habet vt affigatur copia integra ipsarum literarum, vt fuit factum in dicta Mediolanens. beneficij, quo pacto pinguius adimpletur forma dictæ constitutionis.

298 Sicut † etiam pinguius adimpleretur, affigendo ipsummet originale, vt fuit resolutum in causa Legionens. præstimoniorum, vndecimo Martij, 1594. coram Domino Pamphilio, vt in sequenti decisione. Dixerunt Domini, gratiam. Si neutri obtentam de anno 1587. per Ferdinandum de Palacios non esse iustificatam quantum ad vacationem ex persona Guterrij ob contractum matrimonium, quia constat ipsum antea, valide resignasse præstimonia, de quibus agitur ad fauorem Gabrielis de Couarruuias, quæ resignatio cum habuerit effectum, sequuta etiam possessione resignatarij, & fuerit firmiter publicata, etiam cum affixione ipsiusmet originalis, & sic pinguius & perfectius adimplendo formam constitutionis Gregorianæ, quæ contentatur affixione simplicis transumpti, ad notata per Ias. in l.si quis mihi bona §. coram, in 2. notab. ff. de acquirend. hæredit. abdicauit à resignante omnem ius, & possessionem, ita vt penes ipsum nihil remanserit, quod tempore contracti matrimonij ex eius persona potuerit vacare, iuxta notata per Ioannem Andream, & alios in capitul.solicite, de restitut. spoliat. Casiadorum decis.4. eodem titul.& decision.2.de renuntiat.& tanto magis non aliter iustificato iure ipsius Guterrij, quod cum non fuerit triennali pacificus possessor, debuit iustificari per Ferdinandum, qui illud alias impugnauit, & modo ex eo agit ad canonizationem gratiæ contra tertium possessorem non habentem ius à Guterrio, quo casu non sufficit iustificatio vaca-

tionis de facto, ſed probandum eſt ius actoris, vt tradit Aegidius deciſ. 112. & Caſſador. 3. de cauſa poſſeſſor. & propriet. alia deducta contra iſtam gratiam. Domini reſoluerunt particulariter diſcutienda, ſi opus erit.

299 Septimò † apparet, publicationem, & apprehẽſionem, ſeu petitionem poſſeſſionis in tempore eſſe partem reſignationis, & ſic qui nititur reſignatione, id probare debet, vt ſæpè fuit reſolutum in Rota & particulariter in dict. Spolet. beneficiorum, 28. Iunij 1595. coram D. Mantica ſupra adducta 5. par. cap. 1. nu. 92. & in vna Abulen. beneficij de Monueltran. 30. Octobris 1595. coram D. Blanchetto vt in deciſ. ſeq.

☞ Fuit per Dominos reſolutum, gratiam vltimo loco per Ferdinandum obtentam illi ſuffragari, & eſſe iuſtificatam, nam quoad vacationem per obitum Caroli de menſe Iunij, cum non agatur ad effectum reſeruationis, ſatis probari per teſtes de publica voce & fama, Put. deciſ. 266. lib. 3. deciſ. 75. Guidob. deciſ. 145. habilitates etiã Ferdinandi Domini habuerunt ſatis pro probatis, non publicationem reſignationis probare, non tenetur, cum non ex hoc cap. ſed per obitum Caroli imperauerit id, Aluarus ſi reſignatione nititur, illam tenetur oſtendere cum ſuis qualitatibus requiſitis, vt fuit reſolutum coram ſanctiſſimo Domino noſtro in cauſa Calagurrit. Theſaurariæ, & poſtea in pluribus cauſis in Rota, valor beneficij, de quo agitur, ſatis eſt iuſtificatus per teſtes, de quibus in ſum. Ferd. num. 5. qui bene deponunt de publica voce & fama, quæ ſufficit. Aegid. deciſ. 675. Put. 29. lib. 1. Caputaq. deciſ. 277. p. 1. quo verò ad valorem obtentorum, ille ſatis videtur probatus, nam quoad duo beneficia exiſtentia dioceſi Hiſpal. teſtes nu. 6. bene probant, quia ſæpius Rota tenuit, iuxta deciſ. Aegid. 624. ſufficere qualemqualem probationem, etiam ſemiplena minorem, in caſu autem iſto vltra vnum teſtem de fama adeſt adminiculum alterius teſtis deponentis de aſcenſu ad valoré 130. vel 140. ducatorum in circa. Id etiam putauerunt Domini circa alia beneficia Corduben. Burgen. Gien. dioceſis ex eiſdem rationibus, & authoritatibus. Quod autem beneficium de quo agitur, pariter non requirat reſidentiam, ſatis ex eo probatũ videtur, quod teſtes dicũt eſſe beneficium ſimplex, quia omnia beneficia præſumuntur ſimplicia. Aegid. deciſ. 766. Staphil. de ſtatu & qualit. benef. in prin. & fuit reſolutum 1571. in vna Calagur. congruarum, coram bon. mem. Oradino, & per conſequens de conſuetudine perſonalem reſidentiam non requirit, Doct. in cap. fi. de cler. non reſid. quo ad penſionem illam non eſt juſtificandæ, quia regula de valore non loquitur de penſionibus, & placuit Dominis, quod etiamſi non iuſtificetur, per hanc gratia non redditur, nulla quia ſi illam Ferdinandus non obtinet, facilius Papa gratiam cõceſſiſſet, de valore beneficiorum, ad quę ius ſibi competit, eſſe alias agendum. Non obſtat, quod noua proviſio ſupplea tantum defectum litis narratæ in prima gratia, non autem alias ſurreptiones, quia procederent allegata ſi Papa conceſſiſſet reualidando primam gratiã in forma perinde valere, ſecus quando concedit nouam gratiam, tunc enim ſufficit illam verificare de facto, Paleot. 338. & in omnibus, & per omnia iudicatur, ac ſi eſſet prima, &c.

300 Idem † in cauſa Zamoren. beneficij de Morales ☞ 28. Iunij 1576. coram Domino meo Corduba, in qua fuit reſolutum, P. qui vtitur ceſſione ſibi facta per Hieronymum, tenet docere de illius publicatione intra tempus conſtitutionis, nempe 9. menſes à die datæ, quod non probauit, quia publicatio facta fuit 20. Iulij 1593. & ſic longe poſt tempus legitimũ 9. menſium à die datæ quæ eſt 10. Calend. Octobr. 1591. Nec obſtabat impedimentum ſedis vacantis, quo tempore literæ non potuerunt expediri, imputet enim ſibi, ſi illas ſaltim in intermedio Pontificatu Innocent. non expediuit. Minus obſtabat, quod non tenebatur, ex quo non aderat ſufficiens tempus, iuxta deciſ. Aegidij 83. quia hanc rationem potius in ipſum domini retorquebant, ex quo poſt aſſumptionem ſanctiſſimi domini noſtri aderant 4. menſes quibus poterat, & literas expedire, & illas in partibus publicare, & diuerſum eſt in fatalibus, ex quib. ſubducitur totum tempus ſedis vacantis, quia illo tempore litigari non poteſt, cum ius non reddatur: in propoſito verò in principio Pontificatus potuerunt literæ expediri, & tempore ſedis vacantis publicari, quare impedimentum ſuperueniens non excuſat illum, qui ſe arctauit, & intrat etiam aliud motiuum de petitione poſſeſſionis, quæ peti debet infra dict. tẽpus nec refragabatur cõmiſſio admiſſionis ad cauſam pro intereſſe ſub die 4. Maij 1592. coram D. Gipſio, & quod procederetur ad executionem literarũ, prout iuris eſſet, & deinde facta citatio ad vidẽdum procedit, iuxta formam commiſſionis, quia illa non poteſt deſeruire pro petitione poſſeſſionis, iuxta cõſtitutionem, ſecundum quam petenda eſt inſtanter, & copulatiue cum petitione executionis literarum, vt fuit reſolutum in cauſa Aretina commendæ 16. Febr. 1596. coram D. Lita. *Et in vna Bracaren. parochialis de Moreira 11. Januarij 1602. coram D. Iuſto fuit reſolutum, gratiam, ſi neutri, Petri eſſe iuſtificatam quoad non ius Amari, quoniam ex reuolutione actorum de eo non conſtat, &c. neq; obſtare reſignationem in fauorem Amari, ex qua prætendit oriri ius ipſius, quia oportet oſtendere eam validam, qua non eſt talis, niſi oſtendatur publicata, &c.*

301 Quod † etiam procedit in gratia, & impetratione ob non publicationem, vt patet ex d. conſtit. verſ. illorum vero, Flam. Pariſ. d. lib. 11. quæſt. 4. num. 25. & fuit reſolutum in vna Teleſina beneficij, vltim. ☞ Ianuarij 1594. coram D. Scraphino, in qua fuit dictũ, Gratiam, quæ pendet à reſignatione prius obtenta, & non publicata, eſſe quoque publicandam, vt cauetur in conſtitutione Gregor. XIII. & qui nititur hac gratia, debere docere eam eſſe validam, quod ſine publicatione fieri nequit, ex dict. conſtitutione, idem enim eſt iudicandum de eo, qui impetrat ob non publicationem, quod de primo impetrante ex cauſa reſignationis, quod pluries fuit in Rota reſolutum, &c.

302 Et † publicatio probari poteſt, nõ ſolum inſtrumento authentico nempe à notario teſtibus nominatim expreſſis confecto, Flam. d. lib. 11. quæſt. 6. à
303 num. 65. & quæſt. 14. à num. 40. Sed † etiam teſtibus. l. in exercendis, C. de fide inſtrum. vt in illa Abulenſ. canonicatus 16. Iunij 1589. coram D. Gipſio ſupra adducta 7. par. cap. 1. num. 47. de qua Flam. d. quæſt. 6. num. 69. & q. 14. num. 48.

304 Publicatio † verò facta extra tempus conſtitutionis non ſuffragatur, vt in dict. Zamoren. beneficij, nec reſtitutio obtenta ad publicandum, ſi fuit impe-

trata

trata litè pendente, & de ea non facta mentione, vt
☞ in vna Pacen. capell. 16. Febr. 1598. coram Do. Pamphilio, in qua viſum fuit dominis, Gratiam Angeli non eſſe iuſtificatam quoad publicationem, cum ſit facta extra tempus conſtitutionis, & reſtitutio poſtea obtenta ad publicandum nõ ſuffragatur vti impetrata litè pendente coram Ordinario, de qua nõ fuit facta mentio cap. primo vt litè pendente cap. cauſam, quæſtion. 2. de teſtib. Feli. cap. cæterum, ſub num. 2. de reſcrip. & aliàs fuit deciſum in hac cauſa coram Dom. Penna. Dependentia autem litis non dubitabant, quia purificata per ordinarium, vti executorem gratiæ Auguſt. in forma dignum, potuit idem ordinarius ex propria iuriſdictione ad inſtantiam præſentati cognoſcere de inualiditate, ſeu ſurreptione prouiſionis Apoſtolicæ. iuxta not. in ca. cum veniſſent de iudic. cum allegatis per Gabr. conſilio 182. numero 15. libro 2. & ex obſeruantia Rotæ non dicitur conſtare de non iure collitigãtis, vt intret limitatio Aegidij, deciſ. 249. Gabr. concluſ. 4. de iud. nu. 39. donec de eo doceri poteſt, &c. quod maximè procedit, vbi tempore impetrationis erat in actis oppoſitum de nullitate ob non publicationem, Oldr. conſ. 229. nu. 5. &c.

305 Id † tamen quod debebat doceri de publicatione, &c. hodie ſtante dicta conſtitutione Gregorij Decimitertij tantum procedit quando reſignatarius agit ad canonizationem ſuæ gratiæ, ſecus quando non vult ſuam gratiam canonizare, ſed tantum nititur excludere vacationem per obitum, de qua in. gratia aduerſarij, vt fuit reſolutum in vna
☞ Mediolanen. præpoſituræ, 28. Iunij, 1589. coram D. Plato, vt in ſequen. deciſione fuit reſolutum, gratiam Si neutri, productam per D. Carpanum non intrare. Cum enim gratia Si neutri recipiat duplicem conditionem, alteram ſcilicet, vt beneficium vacet, alteram vt neutri collitigantium ius competat, Rota dec. 24. de reſcrip. in nouis, Puteus 48. num. 4. lib. 1. incumbit Carpano agenti, & gratiam producenti, vtramque conditionem verificare, Caputaq. dec. 30. lib. 2. at ipſe Carpanus neutram harum conditionum verificat, nam quod attinet ad vacationẽ, ſi vult capere vacationem ob non publicationem reſignationis, iam fuit reſolutum, eum non eſſe in probatis, ſi vero vult capere vacationem ob promotionem Lelij Morolij reſignantis ad Epiſcopatum, conſtat, huiuſmodi vacationem intrare non poſſe. Ex quo etiam ex confeſſione Carpani conſtat, Leliũ Morellum reſignaſſe præpoſituram ante promotionem. Non obſtat, quod dicitur, Garimbertum reſignatarium ex quo opponit de reſignatione ante promotionem facta, debere docere de reſignatione valida, & ſic publicata, iuxta reſolutionem factam coram Illuſtriſſ. Aldobrandino in Calagurritana Theſaurariæ, 4. Febr. 1579. quia dicebant Domini, illam deciſionem procedere, ſecundum illa tempora quibus vigente conſtitutione Pij V. de publicandis reſignationibus, non facta publicatione, remanebat ius apud reſignantem, vnde ſi poſtea reſignans matrimonium contraxiſſet, vel fuiſſet ad Epiſcopatum promotus, tunc temporis beneficium non per reſignationem, ſed per contractum matrimonij, aut per promotionem vacabat: quapropter iure merito qui volebat inhærere vacationi per reſignationem, tenebatur docere de reſignatione valida ac tali, vt per eam fuiſſet ius abdicatum à reſignante, at poſtquam per Greg. conſtitutionem fuit diſpoſitũ, quod non facta publicatione, nihilominus beneficium ſtatim ab ipſa prima reſignatione vacet, ad probandum vacationem per reſignationem, non eſt amplius neceſſe docere de publicatione. Quia ſiue fuerit publicata reſignatio, ſiue non, ſatis eſt quod beneficium vacauit per reſignationem, ita vt nõ poſſit amplius, ſiue per promotionem, ſiue aliàs vacare. Nec ad rẽ facit, quod potuerit reſignatio eſſe nulla ex alia cauſa, quam ob non publicationem, & propterea tam facta, quam non facta publicatione poſſe vacare beneficium per promotionem, niſi doceatur, quod reſignatio ex alijs cauſis fuerit valida. Nam reſpõſum fuit, quod conſtitutio Greg. inducit vacationem, beneficiorum reſignatorum, non facta publicatione etiamſi aliàs reſignationes nullæ atque inualidæ forent, quare, ſi præſupponimus, non fuiſſe factam publicationem, non eſt tractandum de validitate, & inualiditate reſignationis, quia ſiue aliàs valida, ſiue inualida fuerit, vacat beneficium per ipſam reſignationem, nec ius aliquod remanere poteſt penes reſignantem, vt oſtendunt aperta verba conſtitutionis, ſi vero præſupponimus, factam fuiſſe publicationem tempore debito, tunc Garimbertus reus & poſſeſſor non eſt grauandus onere probationis, ſed Carpanus agens, & obijciens nullitatem, tenebitur illam verificare, ad tradita per Mobe. dec. 130. ſæpe, ac ſæpius.

306 Idem † in cauſa Placentina Capellan. Angelorum 21. Octobris 1594. coram Domino Penna, in
☞ qua fuit deciſum, quod impugnanti reſignationẽ, ex eo quod conditio appoſita, dummodo patronorum ad id accedat aſſenſus, non fuerit verificata, & ſic in negatiua iſta ☞ fundanti incumbit onus eam concludenter probandi contra reum, & poſſeſſorẽ, quinimo non probata negatiua, non præſtiti cõſenſus, effectuatio reſignationis vſque ad obitũ reſignãtis ſine reclamatione, aut contradictione patronorũ faciebat illum preſumi, & opponens anteriorem reſignationem ad excludẽdum vacationem per obitũ
☞ in terminis conſtitutionis Gregorianæ, non tenetur docere de publicatione, cum reſignatio etiã non publicata & nulla, inducat vacationem, quidquid alias dicendũ foret in terminis conſtitutionis Pij V. vt ſæpe Rota decreuit, & præſertim in Mediolan. propoſituræ 28. Iun. 1589. coram Illuſtriſſ. Plato, quod procedit etiamſi reſignatio non publicata, alias nulla eſſet, vt in §. quod ſi quidquam, ſufficitq; reo excludere prætenſam vacationem per obitum, ex quo aduerſarius non capit alium vocandi modum, præſertim cum reus, & poſſeſſor non teneretur aliquid iuſtificare.

307 Idem † etiam fuit reſolutum in Abulen. beneficij de Mombeltran. coram D. Blancheto 24. Ian. 1596. fuit tamen dictum, quod ad excluden. vacationem per obitum contra actorem qui probauit intentionem ſuam, debet in cæteris iuſtificari reſignatio, etiam per reum & poſſeſſorem, quia poſſunt dari plures caſus, quod per reſignationem, etiam publicatam, non ſit abdicatum ius à reſignante, &c. vt
☞ ſequenti deciſione, Fuit per dominos reſolutum, reſignationem Caroli obſtare Ferdinando, etiamſi de publicatione non doceatur, dummodo in cæteris iuſtificetur, non enim tenetur reſignatarius, qui non

agit

ag t ad canonizationem ſuæ gratiæ, ſed tantum nitatur excludere vacationem per obitum poſt conſtitutionem Gregor. de publican. docere de publicatione reſignationis, quia ſiue fuerit publicata, ſiue non publicata, ſemper excluditur vacatio per obitum, cum ius omne fuerit abdicatum à reſignante, prout fuit deciſum in cauſa Mediolanen. præpoſituræ coram illuſtriſſimo Plato, & alia Placentina coram Domino Penna, quibus non obſtans deciſiones in cauſa Calagurritana theſaurariæ coram ſanctiſſimo domino noſtro, & Salamantina coram D. Bubalo, quia proceduntiuxta terminos conſtitutionis Pij V. per quam annullabatur reſignatio, non facta publicatione, & ius remanebat penes reſignantem, ideo probato obitu reſignantis, quia allegabat reſignationem, tenebatur docere de illius publicatione: ſecus in hoc caſu, in quo ad eliden. probationem actoris impetrantis beneficium per obitum deducitur reſignatio. Sed quia poſſunt dari plures caſus, quod reſignatio, etiam publicata patiatur tales defectus, per quos ius reſignantis, non fuerit ab eo abdicatum, iuxta deciſionem Putei 158. lib. 2. ad hunc effectum tenetur Aluarus iuſtificare, taliter eſſe ſatisfactum menti reſignantis, vt excluſa remaneat vacatio per obitum præcipue cum gratia ſit in forma dignum, vnde de illius executione doceat oportet: nec hoc caſu ſibi ſuffragatur poſſeſſio ad excluſionem iuris actoris, quia cum actor probauerit intentionem ſuam, reus debet etiam ipſe probare ſuam exceptioem, leg. 1. ff. de except. leg. 50. ff. de probat. Aymon. conſ. 226. quæ in eo conſiſtit, vt dictum eſt, quod ius fuerit omnino abdicatum à reſignante, ita vt per eius obitum vacare non potuerit.

308 Rurſus impetrans † ob non publicationem, tenetur iſtam negatiuam plenè, & concludenter probare, tanquam fundamentum ſuæ gratiæ, vt fuit reſolutum per Rotam in plurib⁹ cauſis relatis per Flam. Pariſ. d. lib. 11. q. 6. num. 71. & q. 10. num. 3. & ſeq. 14. num. 5.

309 Et ratio eſt, nam negatiua debet plene probari per eum qui in ea ſe fundat, ſiue agendo, ſiue excipiendo, l. in illa, vbi Bart. & Iaſ. ff. de verb. oblig. Herculanus latè in tract. de negatiua proban. Puteus deciſ. 39. lib. 2. Bernar. Diaz reg. 488. Anton. Gabr. de probation. concluſ. 6. & Maſcard. de probatio. concluſ. 1092. & Pacianus lib. 1. cap. 51. à num. 28. Zauallos quæſt. 145. Rota in vna Cremonen. monaſterij 19. Decemb. 1583. coram Sanctiſſimo Clemente VIII. & in vna Virdunen. canonicatus 19. Iunij 1589. coram Domino Gipſio. Et ita in terminis late tradit Flam. Pariſ. dict. q. 14. ſequitur Proſper de Auguſtino ſupra.

310 Et fuit reſolutum † in d. Mediolanen. præpoſituræ coram Domino Plato 17. Aprilis 1589. nempe, Quod impetrãs tenetur verificare vacationem narratam ob non publicationem, & requiritur concludens probatio, nec poteſt ſe iuuare, ex eo quod alias vacet per promotionem, quia nihilominus tenetur probare vacationem narratam, *vt in deciſ. 752. nouiſſ. Farin.*

311 Et in vna Aretina parochialis 25. Iun. 1559. coram Domino Orano, quę ſic ait, Domini tenuerunt gratiam Pyrrhi non eſſe iuſtificatam, quia non probauit, quod Sebaſtianus fuit de iſta parochiali prouiſus, non facto concurſu, ita quod prouiſio ſit nulla, & parochialis adhuc vacet per obitum Laurentij Boſci, quod tamen cõcludenter probare debet, cum ſit fundamentum ſuæ impetrationis, ad tradita per Bart. & alios, in leg. in illa. ff. de verb. oblig. Crauetta conſil. 112. num. 6. & fuit in terminis reſolutum coram me in vna Salamantina prętenſæ parochialis 21. Iunius, à pari enim procedit cum eo, qui impetrat ob non promotionem, nam debet non promotio probari, vt nouiſſime tenuit Rota coram D. Seraphino in 5. Marci Abbatiæ, & cum eo qui impetrat propter non publicationem, vt fuit dictum in vna Bononien. canonicatus coram D. Pamphilio. *Et in vna Leodien. beneficij 17. Ian. 1601. coram Dom. Ludouiſio, vbi fuit dictum, quòd narratiua, quod aduerſarius retinebat duo beneficia incompatibilia abſque diſpenſatione videtur iuſtificanda, tanquam pars gratiæ, & quòd contineat negatiuam, vt fuit dictum in Salamantina penſionis 25. Iun. 1582. coram Bubalo de impetrante ob non publicationem, tantò magis quia non ſumus in negatiua improbabili cùm probari poſſit per diligentiam regiſtri, vbi omnes gratiæ regiſtrantur. Corn. conſ. 191. lib. 1. Mohed. d. cap. 9. de conſ. poſſeſſ. Caputaq. 45. & 193. par. 3. & in terminis eſt conſ. Pariſ. 138. nu. 1. & 7. lib. 4. Quamuis in hoc Domini non fuerunt concordes, & fuit allegatus Rebuf. in forma diſpenſationis ratione ætatis num. 14. qui tenet contra Pariſ. fuit allegata etiam deciſ. Auximana Molendini 13. Iun. 1572. de agente ex titulo prohibente alienationem in forenſem ſine licentia, quòd non tenetur probare licentiam non interueniſſe, ſed ſufficit probare alienationem in forenſem, &c. Sed cum Pariſio contra Rebuf. tenuit Rota in Burgenſ. canonic. 6. Martij 1606. coram eodem D. Ludouiſio, & in Bonon. prioratus 9. Iun. eiuſdem anni coram D. Mançanedo, & illa Burgen. fuit confirmata coram D. Ortembergo 4. Iul. 1608. & 19. Feb. 1609. quia narratiua gratiæ ſiue affirmatiua ſiue negatiua eſt iuſtificanda, Gabr. concluſ. 6. de probat. &c.* Et conducunt tradita ſupra 9. p. cap. 2. à numero 275.

312 Et id † ait Flam. Pariſ. d. q. 15. nu. 50. in tantum eſſe verum, vt etiam poſt probatam non publicationem, donec declaretur id per iudicem, detur manutentio reſignatario, non obſtante conſtitutione, vt fuit reſolutum in Rota in vna Aſculana coram D. Blancheto 28. Iun. 1589.

313 Et illud maxime procedit, † quando reſignatarius eſt triennalis pacificus poſſeſſor, quia ex triennali poſſeſſione præſumitur publicatio, vt fuit reſolutum in vna Placentina applicationis fructuum 24 Feb. 1584. coram D. Bubalo, & 3. Iun. eiuſdem anni coram D. Orano, & nouiſſime in vna Ripana beneficij 15. Decemb. 1599. coram D. Sacrato, in qua fuit dictum Triennalem, poſſeſſorem præſumi publicaſſe, & feciſſe omnia neceſſaria requiſita in d. conſtitutione, &c. Flam. Pariſ. d. lib. 14. à num. 26. *quia licèt regul. de trien. non proſit reſignatario, quinon publicauit, quia nullus ei remanet titulus, nec etiam coloratus, ſed titulus redit ad non titulum, & ipſe manet inhabilis, & incapax ad illud beneficium, vt dicitur in d. conſtitutione, §. quòd ſi quicquam, Pariſ. quæſt. 6. numero 7. & quæſt. 7. num. 19. allegans dict. §. verſ. nec qui, ſolum loquitur de reſignantibus remanentibus in poſſeſſione, tamen Ex triennali, &c. in fine, & eſt deciſ. 671. nouiſſ. Farin.*

314 Quæ tamen præſumptio † non habebat locum in ſpolio, quando reſignans in terminis conſtitutionis Pij V. agebat ſpolio contra reſignatarium,

qui

qui non docebat de publicatione, vt tenuit Rota in vna Auximana parochialis 14. Ian. 1585. coram D. Brauo, & in Cæſaraugustana parochialis 13. Nouemb. eiuſdem anni coram *D. Robuſterio, vt in decis. 663. nouiſ. Farin.* & in Vergomen. parochialis 28. Februarij coram Domino Cantuccio, & in Abulen. præſtimoniorum 10. Octobr. 1587. coram Domino Comitulo, & in dict. Abulen. canonicatus 16. Iun. 1589. coram D. Gipſio adducta 7. p. cap. 1. nu. 47. Flamin. Pariſ. d. q. 14. num. 31. & Proſper de Auguſtino ſupra.

315 Nam nec triennalis, † nec allegatio Lapi habent locum in ſpolio, Samen. de triennali. q. 11. Caſſad. deciſ. 5. de reſtitutione ſpoliat. Simonet. deciſio, 37. Puteus deciſ. 10. de allegatione Lapi, & fuit reſolutum in cauſa Lucana. S. Annæ 7. Febr. & 4. Mart. 1558. coram D. Chiſanen. & in d. Cæſaraugustana, & Bergomen. Flam. dict. q. 14. num. 32. & quæſt. 6. num. 108.

316 Et quibus modis poſſit probari † huiuſmodi negatiua non publicationis, tradit Flam. Pariſ. d. quæſt. 14. à nu. 56. & Proſper de Auguſtino ſupra ad fin. & in d. Ripana beneficij 17. April. 1600. coram D. Sacrato fuit reſolutum, Quod negatiua non publicationis, non probatur, niſi per confeſſionem partis, vel probato quod literæ non fuerunt expeditæ intra tempus ad publicandum, &c.

317 Et † idem eſt, quando fuerunt expeditæ intra tempus datum ad publicandum, ad finem tamen termini, ita vt non potuerunt deferri in tempore ad locum, vbi erat faciẽda publicatio, vt fuit reſolutum in vna Salamantina penſionis 27. Iun. 1584. & in vna Oxomen. ſcholaſtriæ 9. Feb. 1590. coram D. Bubalo Flam. ibi, d. nu. 56. & 57.

318 Et negatiua † non expeditionis literarum probatur ex diligentijs factis in Cancellaria, Camera, & regiſtro ſecreto parte citata, vt in illa Vercellen. ſupra relata, num. 269. *& in illa Leodien. ſupra relata num. 311. & in vna Compoſtellana canon. 5. Iul. 1599. coram D. Lancelloto, vbi fuit reſolutum, quod vt factus ſit locus decreto vacationis poſito in coadiutoria canon. ob nõ dimiſſionem parochialis in manibus Papæ, poſtquam cœperit exercere officium coadiutoris, vel per eum ſteteris, duo erant probanda. Primum, quod cœperit exercere coadiutoriam, de quo aderat plena probatio ex vno teſte de viſu, & alijs de fama, Bart. in l. admonendi de iureiur. nu. 48. & ibi Iaſ. num. 257. &c. Secundum, quod non demiſerit, quod etiam eſt ſufficienter probatum ex diligentijs factis in regiſtris, tam ſecreti, quàm publicis, & Camera, in quibus locis adnotantur huiuſmodi dimiſſiones, cum iſta perquiſitiones ſint facta parte citata, ſufficiunt pro probatione negatiuæ, Caſſad. deciſ. 8. ſuper reg. Achil. 387. Caputaquen. 339. lib 1. in manuſcriptis, & ſæpè tenuit Rot. & in vna nullius cantoris 13. Ianuarij 1603. coram D. Litta, quod negatiua diſpenſationis probatur ex diligentijs factis in regiſtris expeditionum Camera, & Cancellariæ. Caſtan. deciſ. 5. num. 4. ſuper reg. Caputaquen. 192. num. 3. par. 3. qui modus probandi negatiuam fuit pluries approbatus per Rotam ſignanter in vna Senogalien. Scilica. 24. Maij 1577. coram Cota, &c.* conducunt tradita per Pacianum ſupra c. 44. & ſeq.

319 Addo, non publicationis † negatiuam probari ex non petitione poſſeſſionis infra tempus, & ex eo, quod infra tempus datum ad publicandum non habuit reſignatarius collationem, ſine qua poſſeſſio adipiſci non poteſt, nam conſtitutio intelligitur de valida poſſeſſione, & apprehenſio poſſeſſionis ſine collatione nulla eſt, cap. 2. ne ſede vacante, c. paſtoralis de priuileg. Abb. in cap. cum iam dudum. de præben. Rebuff. in praxi, tit. de miſſione in poſſeſſionem, num. 7. & 8. Ita reſolutum † in cauſa Iacen. 320 portionis 14. Maij ſeu Iun. 1593. coram D. Orano his verbis. Conſtitutum eſt bulla felic. record. Greg. XIII. de publican. reſignationibus, quod beneficiorum reſignatorum vltra montes exiſtẽtium ne dum intra nouem menſes à data conceſſionis publicatio, ſed etiam poſſeſſionis eorum apprehenſio fiat; cum igitur Petrus Maſſe impetraſſet portionem, de qua agitur, tanquam vacantem, ex cauſa intra tempus ordinatum non publicatę per Ioannem Romero reſignationis, neque acceptæ illius poſſeſſionis, dubitatum fuit, an impetratio eſſet iuſtificata. Et domini habuerunt eam in omnibus pro iuſtificata, nam quo ad defectum publicationis, cum appareat literas reſignationis fuiſſe in forma dignum expeditas, vigore illarum reſignationis collationem poſt duos mẽſes extra dictos 9. menſes, factam, impoſſibile eſt, quod fuerit in tempore facta publicatio, & apprehenſa eius poſſeſſio, maximè, quo conſtitutio de publicandis. intelligitur de validis reſignationibus, vt fuit reſolutum in vna Calagurritana prioratus coram Domin. Blanchetto, reſignatio autem non poteſt iudicari valida ante collationem, quia poteſt eſſe, quod ex aliqua cauſa gratiam habens non ſit capax collationis, & apprehenſio poſſeſſionis ſine collatione eſt nulla cap. 2. ne ſede vacante, cap. paſtoralis de priuil. Abb. in cap. cum iam dudum de præb. Reb. in praxi, tit. de miſſione in poſſeſſ. num. 7. & 8. &c. Fuit etiam reſolutum in cauſa Leod. canonicatus coram D. Pamphilio 23. Maij 1597. & fuit confirmata 26. Ian. 1598. coram eodem, & vide d. ſupra 6. p. cap. 2. num. 59.

321 In qua Leodien. fuit † etiam reſolutum intrare vacationem, ex dict. conſtitutione, ſi non eſt petita poſſeſſio infra tempus d. conſtitutionis, etiam quod reſignatio aliàs fuerit nulla, & idem fuit reſolutum in d. Aretina commendæ 16. Febr. 1596. & Gerund. beneficiorum 23. Febr. 1598. coram eodem D. Pamphilio, nec eſſe ſatisfactum d. conſtitutioni per præſentationem commiſſionis ſuper executione literarum, & petitionem executionis earum, niſi copulatiue etiam concurrat, quod poſſeſſio inſtanter petatur, vt fuit etiam reſolutum in d. Zamoren. beneficij de Morales ſupra relata, nu. 300.

322 Et in † d. Leodien. 15. Nouembr. 1596. coram D. Penna fuit reſolutum, Non ſatisfieri dict. conſtitutioni per mandatum de immittendo, datum in ipſa collatione, ſeu purificatione gratiæ in forma dignum, maximè quia huiuſmodi mandatum eſt pars ipſius prouiſionis, &c.

323 Sed prædicta reſolutio, † quatenus ait non publicationis negatiuam probari, ex eo quod infra tẽpus datum ad publicandum, non habuit reſignatarius collationem, nam conſtitutio intelligitur de valida poſſeſſione, &c. difficultatem patitur. Primò, ex eo quod docet Flam. Pariſ. d. lib. 12. qu. 7. nu. 89. quod ſi literæ reſignationis ſunt nullæ ob ſurreptionem, quas reſignatarius publicauit, & poſt publicationem habuiſſet gratiam perinde valere, ſufficiet illa publicatio, & non eſt opus alia, & in praxi cõſtat

multas

multas reſignationes inualidas publicari, & ex eis capi poſſeſſionem, & poſtea obtineri perinde valere, nec fieri aliam publicationem, &c. Quod confirmatur ex d.conſtitutione Greg. XIII. quæ vult reſignationes,etiam nullas & inualidas, publicari,& ex eis apprehendi, ſeu peti poſſeſſionem, aliàs beneficia ipſa,ab ipſa ſtatim prima reſignatione vacare cẽſeri ob non ſeruatam formam d.conſtitutionis, &c. vt in verſ.illaque.

324 Secundo, † quia ex actu nullo amittitur, & acquiritur poſſeſſio.l.1.§.ſi vir vxori.ff.de acquir.poſſeſſ. & ibi Dd.Tiraquel.de iure conſtitut.3.p.7.limitatione,Rota deciſ.519.num.2.& 612.num.2.par. 1. diuerſorum.

325 Et tex. † in d.ca.2.& in d.cap.paſtoralis,& Abbas & Rebuff. allegati ſolum probant, quod capiẽs poſſeſſionem ſine titulo & collatione eſt intruſus,& ſic quod poſſeſſio ſit mala, & illicita, & iniuſta,non tamen nulla.

326 Ego dicerem † prædictam reſolutionem Rotę procedere in caſu, in quo loquitur, nempe quando reſignatarius non habuit collationem nec benè,nec malè, aut eam non habuit ab executore, & commiſſario deputato,tunc enim, etſi infra tempus apprehenderet poſſeſſionem, non ſatisfaceret d.conſtitutioni, quæ vult capi poſſeſſionem vigore literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum, nec aliàs, quod debet intelligi ſeruatis ſeruandis, atque adeo prævia collatione executoris, quando literæ ſunt in forma dignum, ſeu aliàs in forma commiſſaria,cum ſine collatione vigore talium literarum capi poſſeſſio non poſſit.

327 Quamuis † ad publicationem non ſit neceſſarium factam eſſe collationem ab executore, vt in vna Burgen.canonicatus 19.Ianu. 1598. coram D. Pamphilio,in qua fuit reſolutum, Quod prouiſus in forma dignum per reſignationẽ publicans literas reſignationis, ante collationem ſibi factam per executorem, ſatisfacit conſtitutioni de publicandis reſignationibus,&c.& facit deciſ.indict. Abulen. canonicatus adducta 7.p.c.1.num. 47.

328 At vbi virtute dictæ † reſignationis,& literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum facta eſſet prouiſio,& collatio reſignatario per executorem,& cõmiſſarium in eis deputatum,ſiue bene,ſiue male,ſiue validè,ſiue inualidè, & ſucceſſiuè apprehenſa eſſet poſſeſſio infra tempus datum in d.conſtitutione,nõ videtur illa intrare ex dictis.

329 Præterea,ſi probatur † publicatio facta non debito tempore, præſumitur non fuiſſe facta aliàs debito tempore,ad deciſionem Rotæ in cauſa Toletana poſſeſſionis ſupra adductam 9.p.c.2.num.330.& tradita infra vlt.p.c.2.à num.188.

330 Quod tamen procedit, † dummodo conſtet illam publicationem eſſe factam per reſignatarium, ſeu de eius ordine, non aliàs ſecundum Rotam, vt in vna Palentina, & Oxomen. præſtimoniorum 11. Martij 1594.coram D. Penna, quæ ſic eſt accipienda, & ait ſic, Dubitaui de iuſtificatione gratiæ Didaci de Monterroſo, & domini reſponderunt eam non fuiſſe iuſtificatam reſpectu vacationis narratæ ob non publicationem.cum .n. eſſet fundata in publicatione non facta,aut non facta debito tempore, id concludenter probare tenebatur, vt fuit deciſum in cauſa Tullen. Abbatiſſatus coram ſanctiſſimo. Didacus autem, licèt produceret publicationem factã per D.Ludouicum Ronquillo, extra terminum nouem menſium, non habebat concludentem probationem, nam cum Ludouicus haberet prorogationem, & publicatio ſit actus reiterabilis, poſſibilis erat alia, atque alia publicatio: & huic ceſſabat obiectio,quod productio tituli infecti probaret non adeſſe alium titulum, nam cum productio non adeſſet facta à Ludouico, ſed à Didaco, propterea non tollebatur præſumptio alterius publicationis, Caſſad. deciſ. vlt. num. 7. de procurator. Creſcen. deciſ. 21. de probat. & in hanc ſententiam eo potiſſimum nomine itum eſt,quia materia erat obiectiua, & Didacus agebat ad priuan.Ludouicum iſtius prę-ſtimonijs impetratis. ideo me caderet à iure ſuo,præſumenda fuit pluralitas, licèt aliàs non ſoleat præſumi, Cardin. in cap.cum Ioannes de fide inſtrum. numero 1.Felin. cap. auditis, num.27. verſ.limita ex dicto. de præſcript. Neque eliciebatur probata inualiditas publicationis ex atteſtatione notarij aſſerentis ſe ad inſtantiam Ludouici eam feciſſe, quia non creditur notario,non actuario atteſtanti de geſtis coram ſe de tempore præterito,Craueta conſ.88 num.21.Puteus deciſ.17.de fide inſtrum.maximè cũ atteſtatio illius notarij eſſet ſine teſtibus, Creſcen. deciſ.4. num. 1. de fide inſtrumen. Puteus deciſ. 5. num.1. lib.3.

331 Sed eſt grauis † difficultas,an d. conſtitutio obſtet reſignatario,qui non vult capere beneficium ex reſignatione, ſed ex alia vacatione, propter clauſulas generales, Siue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c.iuxta ſupradicta c.1.à nu.21.

332 Et non † obſtare fuit per Rotam reſolutum in cauſa Virdunen.canonicatus 13.Maij 1596.coram Illuſtriſſimo Pamphilio, vt in ſequenti deciſione, Domini non obſtantibus deductis fteterunt in reſolutis quod gratia Arturi impediat canonizationem gratiæ Petri,quia quicquid dicẽdum ſit, ſi eſſet reſtricta ad vacationem ex reſignatione ;& Arturus vellet capere canonicatum ex reſignatione, quo caſu dicendum eſſet de iure reſignantis, & de reſignatione valida, & publicata, vt loquũtur deciſiones allegatæ pro Petro, tamen quia gratia non eſt reſtricta ad vacationem ex reſignatione. Sed propter clauſulas generales, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c. capit etiam vacationem per homicidium concanonici, quam iuxta tex. in c. in quibuſdam de pœnis, Arturus prętendit,ſufficit ei,quod reſignatio narrata verificetur ſolum de facto, vt in deciſ. 1. de reſcrip.in nouis,& 14.eod.in antiquis,Caſſad.deciſ. 5.in princ.de præben.& in his terminis, Puteus deciſ.25. in lib.3.& fuit reſolutum in cauſa Placentina canonicatus,de anno 1559. coram Chilanen. & in deciſione ſub die 15. Martij, in hac cauſa facta, & ideo cum in hoc caſu reſignatio Iacobi ſatis dicatur de facto iuſtificata per illius exhibitionem, Aegid. deciſ. 116. in fin. maximè cum reſignans adhuc eſſet in poſſeſſione, & nondum conſtaret homicidium ab eo fuiſſe commiſſum, niſi præſumptiue ob defectum in purgatione ſibi in dict. c. inter ſolicitudines de purgatione canon. non eſt quærendum,an cõſtet de iure reſignantis, & de publicatione reſignationis, & an conſtitutio Gregorianæ de publican.annullet reſignationes ab initio,ita vt medio tempore potuerit acquiri ius Petro, iuxta deciſ. Caſſadori 24. num.7.

quim,7. ſuper regulis, vel potius annullet non ſecuta publicatione, vt pendente tempore ad publicam non dicatur quæſitum ius Petro, iuxta notata per Barnen,in reg.de publican.quæſt.17. num. 6. cum alijs in deciſione allegatis, quia iſta reſpiciunt validitatem ipſius reſignationis,quando quis vult capere beneficium ex reſignatione, in quibus terminis loquitur & procedit conſtitutio de publicandis,nō autem quando quis nititur alia vacatione,vt fuit reſolutum in cauſa Tudertina cōmendæ 8.Iunij 1590. coram me,& tanto magis, quod dominis viſum fuit conſtitutionem prædictam non annullare reſignationes vſque ab initio, quia licet ad differentiam regularum antiquarum,& conſtitutionis Pij V. inducat vacationem facta reſignatione, abſque eo quod jus redeat ad reſignantem,prout redibat ſecundum conſtitutiones antiquas, tamen ſtatuit nouum modum vacandi ob non ſeruatam formam conſtitutionis,qui nouus modus vacandi repugnat annullationi ab initio, quæ induceret vacationem ex reſignatione. Neque obſtat,quod in §.quod ſi quicquam, &c.conſtitutio annullet gratiam ab ipſa ſtatim prima reſignatione, quia non loquitur de ipſa prima reſignatione,quam in principio, d. §. annullat.ſi in omnibus non ſit ſeruata forma conſtitut. ſed loquitur de alijs reſignationibus, ceſſionibus, & gratijs ſubſecutis poſt primam reſignationem,quas vult ſtatim ab ipſa prima reſignatione eſſe irritas, & inanes, vt clare colligitur ex eo, quod annullata prima reſignatione ſubdit,nullaque alia gratia ſuper huiuſmodi beneficio,ſeu iure ceſſo ijs,quibus conceſſa fuerit ſuffragetur, vltra quod in omneu euentum, vt dicitur in vltima deciſione,conſtitutio in dict.§. quod ſi quicquam annullat reſignationes, vbi conſtat, non fuiſſe ſeruatam formam ibi præſcriptam,quod in caſu non apparet,nec Petrus oſtenderet,prout tenetur cum excipiat de incurſu conſtitutionis contra Arturum reum,& poſſeſſorem,qui nititur ſua poſſeſſione ad excludendum. Petrum actorem per non ius, vt fuit reſolutum in cauſa Salamantina penſionis 15. Iunij 1582.coram D.Bubalo, & alias ſæpius, quicquid alias dicendum ſit,ſi Arturus fundaret ſe in ſua reſignatione,& illam allegaret ad excluden. titulum Petri,prout loquuntur deciſiones factæ in cauſa Calagurritana theſaurariæ coram ſanctiſſimo,& in cau Hiſpalen. Archidiaconatus de Reina coram D. Blancheto,& aliæ in contrarium allegatæ, vt bene declarat,bonæ memoriæ Bubalus in dict.Salamantina.Quantum vero ad aliam conſtitutionem Pij V. de non admittendis reſignationibus allegatam contra prouiſionem Arturi, placuit reſponſio data in dict. deciſione,quod loquatur de ijs quibus de iure, vel conſuetudine competit ius admittendi reſignationes,& conferunt authoritate ordinaria,non autem comprehendat legatum,qui non iure ordinario ſuæ legationis ſed vigore indulti, & facultatis ſibi expreſſe,& ſpecialiter conceſſæ prouidendi de vacantibus per reſignationem, etiam cauſa permutationis authoritate Apoſtolica contulit, iuxta notata per gloſſam in capitulo ſi Apoſtolicæ,verb.legatus, de præbend. in 6. Butr. in cap. penult. in fi. de filijs presbyt.Gamb.de offic.legati,lib.1.num.40. verſic. fallit.& num. 42. Quod dicitur ex prouiſione legati non fuiſſe quæſitum ius Arturo obtinenti duo incompatibilia,cap.ordinarij,§.in conferendis, de officio ordinarij,in 6.tollitur ex facto, quia non conſtat de poſſeſſione pacifica Arturi,& adeſt decretum dimittendi habita pacificata poſſeſſione,&c.

333 Sed iſta deciſio ſalua pace † mihi non ſatisfacit, nec placet,ex verſ.quod ſi quicquam d. conſtitutionis,vbi dicitur, quod non ſeruata forma ibi præſcripta omnes diſpoſitiones,& gratiæ reſignatorum,& ceſſorum beneficiorum,ac iurium ſint irritæ, & inanes, nullaque alia gratia ſuper eis reſignatarijs ſuffragetur,ſed ipſi inhabiles,& incapaces ſint ad huiuſmodi beneficia,quandocunque obtinenda,illaq; ſiue iura ab ipſa ſtatim prima reſignatione, ſeu ceſſione,etiamſi illæ alias nullæ,& inualidæ eſſent, vacauiſſe, & vacare cenſeantur ex ipſo, &c, cum ergo non facta publicatione reſignationis,etiam alias nullæ,& inualidæ,gratia ſit irrita,& inanis,&c. clare apparet reſignatarium, non poſſe ſe iuuare clauſulis generalibus illius. Et vide quæ circa dictam deciſionem alias diximus ſupra quinta parte,cap.primo, à numer.90.

334 Tandem aduertendum eſt,† quando dicta conſtitut.Greg.de publican,non habet locum in beneficijs vacantibus per adeptionem aliorum,iuxta decretum opponi ſolitum de dimittendo libere in manibus Sanctiſſimi intra duos menſes, vt fuit reſolutum in cauſa Feltren.parochialis 10.Nouemb.1600
335 coram D.Lancelloto. Vbi † reſpondetur ad deciſionem factam coram ſanctiſſimo Clemente VIII.in cauſa Cæſarauguſtana canonicatus 30.Martij 1579 quæ contrarium videbatur decidere,videlicet,quod loquatur in reſignatione facta ad fauorem, licet de vacante per adeptionem ſecundi iuxta decretum: *& quod continet illa deciſ.Feltren. eſt quod conſtitutio Gregor. &c. R. conſtitutio, de publicand. vt in deciſ.* 599. *nouiſ. Farin,*

*Sed rationes iſtius deciſionis mihi non placent; nam prima,quòd tale beneficium non vacat per reſignationem,ſed per aſſequutionem,eſt reuera contra ſtylum cancellariæ & datariæ, vbi prouiſiones de huiuſmodi beneficijs dantur tanquam de vacantibus per dimiſſionem,& reſignationem Nec refert.quod apponatur etiam clauſula, ſeu alio quouis modo,&c. nam in omnibus prouiſionibus illa apponitur, vt videmus; vt ſi forte beneficium vacat alio modo non expreſſo,ille veniat,vt dictum eſt ſuprà cap.1. huius partis, & ſtante illo decreto de dimittendo in manibus Papæ non vacat ſtatim primum per aſſecutionem ſecundi: quia per illud tacitè diſpenſatur, vt interim retineri poſſit, vt dicitur infrà cap. 5. numero 56. & ſeq. Nec etiam eſt bona ſecunda ratio, quia iſta dimiſſio etiamſi eſſet reſignatio, non eſſet vera & propria reſignatio,cùm non ſit libera & ſpontanea, ſed coacta: nam cùm iſta reſignatio habuerit principium voluntarium,& quo in ſua voluntate acceptauit penſionem ſecundi cum illo decreto, neceſſitas illa non habetur in conſideratione,iuxta alibi dictum 2.par.c. vlt. numero 41.& ibi allegatos: vltra quod de eſſentia reſignationis non eſt, quòd ſit libera & ſpontanea, nam reſignatio coacta,ſeu metu facta,non eſt nulla ipſo iure, ſed mero iure valet,donec reſcindatur,ſecundum communem,vt per Nauar.in cap.accepta de reſtit.ſpol. 5.oppoſ. & Flam. Pariſ. de reſig.lib.13.q.2.& voluntas coacta voluntas eſt, cap. maiores,§.item quæritur,de bapt.cum alijs.*

336 Et ratio prædictæ † reſolutionis eſt,quod reſpectu reſignationum in manibus Papæ d. conſtitutio ſolum videtur loqui de reſignationibus in fauorem arctando reſignatarium ad publicationem intra

tempus,

tempus, de quo ibi à tempore datæ ſuæ gratiæ numeran. & non de reſignationibus, ſeu dimiſſionibus ſimplicibus, maximè ex decreto, in quibus Papa poteſt liberè, & quandocumque prouidere, quicquid velit Flam. Pariſ d. lib. 11. q. 5. dub. 7. n. 48.

337 Quamuis † reſpectu reſignationum coram Ordinario loquatur de reſignationibus liberè & ſimpliciter factis etiam coram Ordinario, qui non prouidit infra mẽſem, ita vt collatio fuerit deuoluta ad ſedem Apoſtolicam, à qua prouiſus tenebitur publicare, vt in verſ. de beneficijs autem, & fuit ſolutum in d. Sabinen. parochialis, de quibus ſupr. num. 283. Flam. d. q. 5. 7. dub. num. 49. & 50.

338 Alia circa dict. conſtitutionem † videnda ſunt per Flam. Pariſ. d. lib. 11. per totum. vbi latè tractat iſtam materiam, adducendo reſolutiones Rotæ, vſque ad ſuum tempus in ea factas.

## *De Reſignatione beneficiorum. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*VAcant beneficia renunciatione facta ex cauſa permutationis, quæ poteſt fieri etiam exprimendo Epiſcopo, quod renunciant ex iſta cauſa, nu. 1. & 2. & num. 3. referuntur agentes de materia permutationis beneficiorum, quamuis non debeant, niſi permutantibus conferri, nu. 3. Adeo vt non ſolum expectatiua, ſed nec optio permutationis effectum impediat, num. 4.*

*Cum beneficium vacet renuntiatione facta, ex cauſa permutationis non poterit ad illud redire renuntians, ſine noua collatione, etiamſi permutatio non ſequatur, ſeu non teneat nec habeat effectum, num. 5. Quamuis contra teneant alij relati. num. 6. Nempe, quod ſi permutatio non habuit effectum, permutantes poſſint redire ad ſua beneficia, abſq; noua collatione, quorum opinio tantum procedet in permutione facta in manibus Papæ, niſi quando culpa eorum nõ habet effectum num. 7. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ. Et ratio eſt, quia in permutatione facta coram Papa, ſi non habet effectum, ius non abdicatur à reſignante, ſicuti in reſignatione in fauorem, & conditionali, num. 9. Non tamen poteſt, quis redire ad beneficium à ſe dimiſſum, ex eo, quod compermutans deceſſerit ante factam ei collationem, quamuis ſuperſtes, cui fuit collatum beneficium compermutantis, poſſit vtrumque retinere illo decedente ante ipſius reſignationem. num. 10.*

*Poſſunt omnia beneficia libere permutari, num. 11. non ſolum habita in titulum, ſed etiam commendam, nu. 12. Sed cum beneficia commendata ſint affecta, non poteſt eorum permutatio fieri, niſi coram Papa. nu. 13.*

*Et procedit etiamſi pro duobus vnum commutetur, ſi nihil aliud obſtat, num. 14. & etiamſi nondum adepta ſit poſſeſſio, nam habens ius in re, non tamen poſſeſſionem poteſt cũ alio permutare, num. 15.*

*Permutatio ſolum fieri poteſt de beneficijs proprijs. num. 16. Et ſic non poteſt fieri de iure ad rem, nu. 17 nec de penſionibus, num. 18.*

*Si vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio, non valet permutatio contra Gambarum, & à fortiori non valet permutatio facta cum beneficio ficto, nu. 19.*

*Si duo litigarent ſuper aliquo beneficio, etiam ab vno ex illo poſſeſſo, non poſſet corã Ordinario, ex cauſa concordiæ fieri permutatio illius cum alio beneficio, num. 20.*

*Non valet permutatio pro tertio num. 21. & debet eſſe inter duos, non triangularis, vel quadrangularis, num. 22.*

*Ita demum beneficia poſſunt permutari, ſi cui vnita non ſint, nam beneficia vnita permutari non poſſunt, nu. 23. Quod poteſt intelligi primo de beneficijs vnitis poſtquam vnio ſortita eſt effectum, num. 24. Sed beneficium vnitum capitulo poteſt permutari cum alio Petri, vt hoc vniatur capitulo, & illud conferatur Petro, &c. nu. 25. Et beneficia vnita videntur poſſe permutari inter ſe, nu. 26.*

*Secundo poteſt intelligi de beneficijs vnitis, antequam vnio ſortiatur effectum, quæ etiam permutari non poſſunt. n. 27 non ſolum coram ordinario, ſed etiam coram Papa; nam effectus vnionis non tollitur per prouiſionem Papæ ſubſequentem, niſi ſit facta motu proprio nu. 28. & niſi permutatio, ſeu reſignatio in fauorem fiat coram Papa cum narratiua vnionis: nam tunc videtur ſuſpendi pro illa vice, etſi non ſit derogatum regulæ de iure quæſito, numer. 29. Et in reſignationibus, ſeu permutationibus ſolet dari ſuſpenſio vnionum, ſuppreſſionum, & aliarum gratiarum, numero 30. Et ſic procedunt declarationes S. Congregat. adducta, num. 31.*

*An facta reſignatione ex cauſa permutationis, ſeu in fauorẽ, non facta mentione, ſeu ſuſpenſione vnionis, ſtatim ſubintret vnio, à nu. 33. reſolnitur negatiue, niſi ſit facta ſciẽter, quamuis in reſignatione ſtatim ſubintret; iuxta quæ accipitur declarat. S. Congreg. adducta, &c.*

*Iſta procedunt in vnione de beneficio certo, ſeu beneficijs certis, per quam acquiritur ius ad tale beneficium, ſaltim ad rem, num. 37. Vnio vero de beneficio primo vacaturo non capit beneficium reſignatum ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, num. 38.*

*Et prædicta de plano procedunt in vnione de beneficio, ſeu beneficijs certis ſimpliciter facta; vnio vero de beneficijs etiã certis per ceſſum vel deceſſum facta non videtur habere locum in beneficijs reſignatis in fauorem, ſed intelligi de ceſſu ſimplici, niſi diceretur per ceſſum etiam in fauorem. nu. 39. nam beneficia reſignata ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri cõferri poſſint, &c. nu. 40. Sed verius eſt, non valere talium beneficiorum reſignationem in fauorem, ſeu ex cauſa permutationis, niſi facta mentione, & ſuſpenſione vnionis, nu. 41. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ & ſi facta eſſet ſcienter, intraret ſtatim vnio. num. 43.*

*Permutatio debet fieri ex cauſa, nam ad eam iuſta cauſa requiritur, quam Epiſc. diſquirere, & cognoſcere debet, nu. 44. An debeat fieri ex cauſa neceſſitatis, ſeu vtilitatis Eccleſiæ, an vero poſſit fieri ex ſola expedientia, & vtilitate perſonarum, à nu. 45. Reſolnitur poſſe fieri ex expedientia & vtilitate perſonarum, quæ redundat in vtilitatem Eccleſiæ, quamuis ad hoc vt ſuperior teneatur admittere permutationem, requiratur cauſa neceſſitatis, vel magnæ, & euidentis vtilitatis Eccleſiæ.*

*Permutatio facta abſque vlla cauſa iuſta, quæ ſaltim redundet in vtilitatem Eccleſiæ, & ad eam ſaltim reductiue pertineat, nulla eſt, ſi coram inferiore à Papa fiat; ſufficeret tamen cauſa ex parte vnius permutantium modo ex parte alterius non ſit in damnum Eccleſiæ conſiderabile, num. 49. Quod maxime procedit ſtante conſtit. 58. Pij V. verſ. ad hoc, num. 50. ex qua, iuncta conſtit. 42. eiuſdem, beneficia ſic permutata coram ordinarijs, abſque iuſta cauſa, manebunt tanquam vacantia reſeruata, & admittens ſuſpenſus, num. 51.*

*Non præſumitur in dubio permutatio facta ex iuſta cauſa, nec credetur ordinario dicenti ſe facere illam iuſta de cauſa, niſi probetur illa ſi non eſt facta cum cauſæ cognitione, num. 52. Quamuis contrarium teneant Bellamera, & Ancharan. cuius ſententia procedet, quando ordinarius in ipſa permutatio-*

*mutatione enuntiaret adhibuisse causa cognitionem.nu.53. Et pro praedicta doctrina fuit, quod cum regula sit, permutationes beneficiorum de iure fieri non posse, qui dicit fuisse factum ex causa, quo limitatur regula, debet probare causam, &c. num. 54. Facit etiam, quod assertioni iudicis non statur super causa, sine qua actum facere non potest, num.55.*

*Permutatio debet fieri authoritate superioris, & licet clerici inter se tractare de permutando valeant, per se tamen permutare beneficia nullo modo possunt, numero 56. aliàs permutatio propria authoritate facta erit simoniaca, & sic nulla, num. 57. Et sua beneficia perdunt, qui ea sic permutant, quia illis priuantur per sententiam, num.58. Imo ex Extrauag. cum detestabile, de simonia, videntur illis priuari ipso iure, & incurrere excommunicationem, contra aliquos, num.59.*

*Superior hic intelligitur non solum Papa, sed etiam Episcopus nu.60. Et etiam coram Legato à latere possunt fieri permutationes, licet secus si non sit de latere, nu.61.*

*Improbatur Flaminius Parisius dubitans, an hodie Episcopi possint admittere permutationes beneficiorum, quia dicta constitutione 58. Pij V. vers. adhac expresse id conceditur ordinarijs, &c. à nu. 62. Et cessat iam dictum Mandosij, quod permutationes in manibus Papa tantum fieri poterāt ex alia bulla Pij V. nu.64.*

*Quid sit faciendum, quando beneficia, quae permutantur, sunt in diuersis dioecesibus, remittitur ad glossam in capit. 1. de rerum permutatione in 6. verb collationem, & ibi Doctores, num.65. & sententia gloss. est communiter approbata, quam sequuntur relati, nu.66.*

*An in permutatione beneficiorum inaequalium in valore corā ordinario possis authoritate ipsius reseruari pensio, seu refundi pecunia ad coaquandos fructus, remissiue, nu. 67.*

*Episcopo inferior non potest permutationi authoritatem praestare contra Syluest. num. 68. & sequ. nisi iurisdictionem haberet Episcopalem, aut id praescripsisset, num.70. Nec Episcopus habens ius conferendi beneficium in aliena dioecesi, potest admittere resignationem illius, etiam ex causa permutationis; nu.71.*

*Requiritur in permutatione consensus illorum, ad quos collatio electio seu praesentatio pertinent, quamuis Episcopus totum debeat expedire, &c. nu. 72.*

*An requiratur consensus omnium habentium eligere, praesentare, vel conferre, an vero sufficiat consensus maioris partis, remissiue, num. 73.*

*Nec etiam vicarius Episcopi potest permutationes expedire, nisi mandatum habeat speciale num. 74.*

*An Capitulum sede vacante possit permutationi authoritatem praestare, à nu. 75. Resolutur posse, nisi beneficium spectaret ad prouisionem Episcopi solius, sine capitulo, quamuis alij aliter teneant. Sed si Episcopus admisisset resignationem ex causa permutationis de beneficijs ad eius collationem spectantibus, & antequam conferret decederet, posset Capitulum illa compermutantibus conferre, numero 81.*

*Nec etiam Episcopus potest permutationem expedire, si beneficia sunt reseruata, quorum permutationi solus Papa authoritatem interponit, num. 82. pro quo allegatur extrauagans execrabilis de prabend. vers. inhibentes, sed non multum facit. numero 83. Verum tamen est, quia de beneficijs reseruatis inferior non potest se intromittere, &c. num.84.*

*Post resignationem, quae in permutatione debet intervenire, à superiori admissam, requiritur collatio beneficiorum sic vacantium, nu.85.*

*An sufficeret, si praesentibus permutare volentibus, & petentibus renuntiationem admitti, & collationem fieri Episcopus dicat placet nobis & permittimus, a nu.86. Resolutur non sufficere, sed opus esse, quod fiat expressa renuntiatio, & collatio contra Bellam. &c.*

*Cum coram Papa fit permutatio debent permutantes de alijs beneficijs obtentis, & de qualitatibus beneficij, alias exprimendis mentionem facere, numer. 89. & 90. & idem erit in permutatione facta coram Legato, num.92. Quamuis aliqui teneant contrarium, quia hic non est impetratio, nec collatio simpliciter facta, sed ob causam permutationis, num. 93. cui rationi respondetur, num. 94. Nec obstat alia ratio, quod in permutatione collatio non est gratiosa, & libera, sed necessaria, nam admissio non est necessaria, num.95.*

*Ex ista ratione videbatur, non esse necessariam mentionem obtentorum in prouisione de parochiali, quae à Papa fit electo in concursu ab ordinario, nam est illi debita collatio, n. 96. Sicut etiam in institutione praesentati facta à Papa, nō est necessaria mentio obtentorum, nu. 97. Nihilominus in prouisione parochialium praxis, consuetudo, & stylus videtur habere contrarium, nu.98.*

*In permutatione facta coram Ordinario, non est opus facere mentionem de obtentis, sicut nec in illa prouisione ab eo facta, num.99.*

*Quia superioris authoritas fraudis suspicionem tollit, nec delictum praesumendum est, permutationem non in fraudem, sed ex honesta affectione processisse credendum est, numer. 100. nisi in contrarium urgeant coniecturae, nu.101. Sed coniecturae istae, quas adducunt Doctores citati, militant respectu expectantium, quando erant expectativae, nunc autem cum non adsint expectantes, quia sunt sublati per Concilium, ista coniectura fraudis permutationum videntur cessare, num.102.*

1 VAcant † etiam vt c. praeced. in princ. diximus, beneficia renuntiatione facta ex causa permutationis, de qua materia permutationis beneficiorum vltra ordinarios, in titul. de rerum permutatione in Decretal. Sexto, & Clem. sunt tract. Feder. de Senis, & P. de Vbaldis, de Perusio, & Aegidij Bellamerae, latè etiam scripsit Gambarus super tit. de rerum permutatione in 6. qui omnes habentur in 15. tom. tract. nouorum, parte prima, & Rebuff. in praxi titul. de permutatione, & Ioan. Nicol. Gimon. in Enchirid. benef. titulo quinto de permutatione benef. & Io. Nicol. Delphinas de iure patronat. lib. 2. ex numero 136. Corras. de benef. 1. parte c. 9. Rosin. benef. ex cap. 11. cum seq. Mandos. de signatura gratiae tit. de permutatione, Barth. Vgolinus de simonia tab. 1. cap. 27. per totum, D. Anton. in summ. Theolog. p. 3. tit. 15. c. 3. Syluest. verb. permutatio 2. & alij Summistae eodem verb. Lessius de iust. tit. & iure, libr. 2. c. 34 dub. 36. & cap. 35. dub. 17. & Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. c. 31, 32. 33. & 34. Azor instit. moraliū. p. 2. libr. 7. cap. 29. & 30. & Tuschus à conclus. 303. litera P, *& fr. Raph. de la Torre de relig. tom. 2. q. 100. ar. 5. disput. 7. 8. 9. & 10.*

2 Vacant ergo beneficia † renuntiatione ex causa permutationis, quae potest fieri etiam exprimendo Episcopo, quod renuntiant ex causa permutationis, vt constat ex ca. 1. de rerum permutat. in 6. & Clem. 1. eodem tit. & ibi Imola, Bonif. nume. 22. & à num. 87. & DD. & Petr. de Perusio d. tract. de permut. benef. vlt. p. num. 56. aliàs 90. Gamb. d. c. 1. de

rerum

rerum permut.in 6.nu.4 Zerola in praxi Epiſcopali 2.p.verb.renunciat.§.3.Cechus de benef.& penſio. Eccleſ.c.2.nu.2.verſ,11. & formularium inſtrumentorum,pag.mihi 334.& vbi ponitur collatio ex cauſa permutationis.

3 Quamuis non debeant † niſi permutantibus beneficia,ex illa cauſa reſignata conferri,d.cap. 1. &
4 dict.Clem.1.Adeo † quidem,vt non ſolum expectatiua,ſed nec optio permutationis effectum impediat d.cap.1.Feder.q.28.Card.in Clem.1.q.16.& Bonif. num.60.Bellam.d.tract.7.p.q.2.& 12. p. q. vlt. de Peruſio late vlt.p.q.vlt.à num.57.alias 92.Gamb.d. cap.1.nu.43.Corraſ.d.cap.9.nu. 9.Gim. dicens receptam communiter,d.tit.5.c.10.num.3. Ioan. Nicol.Delphinas d.lib.2.q.16.à nu.156.Rota deciſ.1, de rerum permut.in nouis in addit.nu.7.Feder.conſ. 211.nu.14.Burſat.conſ.351.nu.6. lib. 4. Pet. Greg. de benef.cap.39.nu.4. Flam. Pariſ. de reſignat. benef.lib.2.q.20.nu.2.Azor c.30.q.7. & vide Gigan. de penſio.q.63.nu.4.

5 Vnde cum beneficium † vacet renuntiatione facta ex cauſa permutationis, non poterit ad illud redire renuntians ſine noua collatione,etiamſi permutatio non ſequatur,ſeu non teneat, nec habeat effectum,ita gl.in cap.penul.de rerum permut.Domin. in d.cap.1.num.21.& ibi Prob.ad Monach.à nu.14. Fel.in cap.cum venerabilis,nu.11. de excep. & in c. cum ex officij,in fi. de præſcript. Aufrer. ad Capellã Toloſ.deciſ.261.Selua de benef.3.p.q.24.Bellam.d. tract.11.p.q.3.Petr.de Peruſio 6.p.ex num.51. alias 84.Gamb.in d.cap.ex num.62.Rebuf.d. tit. de permut.nu.11.& 16.& de pacificis poſſeſſ. nu.166.alias 145.Corraſ.d.1.p cap.8.nu.9. Ioan. Nicol. Gimon. d.tit.5.cap.14.ex num.5.Ioa.Nicol.Delphin.d. lib. 2.q.6.num.146.Maſcard.de probat.concluſ. 1401. nu.5.& Rota deciſ.3.in antiquior.& 9.& vlt. in antiq.de rerum permut.& 1.& 4.in nouis eod.tit. & 1. de filijs presbyt. etiam in nouis in fine, quæ dicit, quod noua collatio debet fieri per ſuperiorem habentem ad hoc poteſtatem,& ſic per Papam, ſi beneficia ſunt reſeruata,alias per Ordinarium collatorem,vt inquit Francus ſtatim citandus, caſu quo ſit neceſſaria noua collatio: & idem fuit reſolutũ in illa Gerund.permutationis,coram domino Lita 5. Iulij 1593.ſupra adducta c.præced.nu.20.& eſt videnda in propoſito.

6 Quamuis † contrarium teneant Ioan. Andr. & Francus cum alijs,quos refert in d.cap. 1. de rerum permut.in 6.num.11.Feder.quæſt.8.dicens opinionem Ioan.Andr.æquiorem,quia per eam vitiatur circuitus,& incommoda beneficiorum, & Bonif. in d. Clem.1.num.96.& Papaz. in additione ad deciſ. 4. de renunt.in nouis,num.10.& additio vlt.d.deciſ.1. de rerum permut.in nouis,Roſin.de benef. cap.38. & Duar.lib.8.cap.3.Mandoſ.d.tit.de permut. verſ. clauſula vt alteri,Flam.Pariſ.lib.1.quæſt.14.numer. 12.Zauallos q.561.à num.6.& D.Frechilla in rubrica de renuntiat.num.51. & de excommunic.5. art. 2.p.numero 9. qui alios referunt, & dicunt quod ſi permutatio non habuit effectum permutantes poſſunt redire ad ſua beneficia, abſque noua collatione & Azor d.cap.29.quæſt.21.& Leſſius dict. cap. 34. num.195.& *Thom.Sanch.lib 2 cap.16 nu.9.*

7 Quorum opinio tantum † procedit in permutatione facta in manibus Papæ,tunc enim ſi permutatio non habet effectum, poteſt permutans ſine noua collatione redire ad ſuum beneficium, vt in d.cap.4. de rerum permut.alias 193.& 2. de renuntiat. alias 67.in antiq.& fuit reſolutum in cauſa Salamantina penſionis 8.Iunij 1585.coram D. Bubalo, niſi quando culpa eius non habet effectum, vt in eadem cauſa 13.Iunij 1586.& diximus cap.præceden.à num.30. quamuis eadem cauſa 24. Maij 1585. domini fuiſſent varij, an correſpectiuitas in permutatione induca. conditionem ſuſpenſiuam taliter, quod poſſint redire ſine noua collatione, ſi fiat in manibus Papæ.

8 Et eſt † deciſio in vna Barchinon. parochialis 10. Decemb.1601.coram D.Sacrato,quæ ſic ait, Dixerunt domini Ioannem Caluum,non cecidiſſe à poſſeſſione beneficij,de quo agitur per reſignationem ad fauorem Iacobi,quia reſignatio non fuit ſimplex ſed conditionalis, nempe ex cauſa permutationis, vnde cum alterum ex beneficijs permutatis non fuit acquiſitum Iacobo,reſignatio ex cap. non impletæ conditionis ceſſauit, Rota dec. 4. de rerum permut. in antiq.Guidob.dec.58.Puteus 158.lib.3.Chiſan. 155.Achilles 10.nu.4.de reſtit.ſpol.

9 Et ratio eſt, quia † in permutatione facta coram Papa, ſi non habet effectum, ius non abdicatur à reſignante, vt in d.deciſ.4. de rerum permut.& 2. de renuntiat.in antiq.Probus ad Monach.in cap. 2. de præbend.in 6.num.29.& Flam.Pariſ.d.lib. 1.quæſt. 3.num. 49. & 95. ſicuti in reſignatione in fauorem, & conditionali,Flam.Pariſ.d.quæſt.3.num. 95. & per totam,vbi id late probat, multas deciſiones & authoritates afferens de reſignatione conditionali, & in fauorem,quod tamen magis videtur de ſtylo, & æquitate,quam de rigore iuris,quia in huiuſmodi reſignationibus conditio magis videtur reſolutiua, quam ſuſpenſiua in rigore. Vnde ſicut in renuntiatione conditionali, & in fauorem, non ſeruatis conditionibus reſignans poteſt redire ſine noua collatione, quia non abdicatur ius ab eo, & reſignaſſe non cenſetur,Flam.Pariſ.d.lib.1.quæſt.14.à num.6. ita in reſignatione ex cauſa permutationis facta coram Papa.

10 Aduerte † tamen quod ſi duo reſignant ſua beneficia,cauſa permutationis,& facta collatione vni alter decedat ante factam ſibi collationem, ſuperſtes non habet ingreſſum ad beneficium à ſe dimiſſum,quia quoad eum permutatio habuit effectum, vt per Gonçal.ad reg.menſium,glo.15.§.2.à nu.40. quem vide,quamuis ſuperſtes, cui fuit collatum beneficium à compermutante reſignatum poſſit vtrũque retinere illo decedente,antequam ipſe ſuum reſignaret, cum per eum non ſtet, quin permutatio adimpleatur, *& conſequenter, licèt Gonçalez à numero 55. dubites de hoc, an beneficium maneat vacans ex illa reſignatione, ſiue fuerit facta coram Papa, ſiue coram ordinario, & non per obitum. Et ratio dubitandi Gonçalez tollitur infrà num.*88.Rebuf.d. tit. de permut.num.28.Leſſius d.c.34.num.97.& Azor d.cap. 29.q.29.niſi ambo eſſent incompatibilia, nam tunc mortuo compermutante vacaret beneficium ſuperſtitis, tanquam prius ab eo obtentum, aut certe ei dabitur optio, vt dimittat,quod voluerit, arg. eius, quod tradit Hoieda de incompatib.benef.1.p.c.13. nu.56.& 57.& quod dicitur infra c.5. num. 312. & 319. Si vero compermutans, qui reſignauit, deceſ-

deret

deret ante factam collationem ſuperſtiti, qui nondum ſuum reſignauerat, cum permutatio iam non poſſit habere effectum, non debebitur illud beneficium ſuperſtiti, ſed liberè prouidebitur, tanquam vacans per d. reſignationem.

11 Poſſunt autem † omnia beneficia liberè permutari, vt in titulo de rerum permut. Corraſ. dict. capitulo 9. numero 1. & Suarez dict. libro 4. capitulo 34. numero 1.

12 Quod procedit † non ſolum in beneficijs habitis in titulum, ſed etiam in commendam, Corraſ. ibi, & c. 6. eiuſdem 1. p. nu. 7. & vide Feder. qu. 15. Bellam. 3. p. q. 4. P. de Peruſio 1. p. q. 3. nu. 6. aliàs 9. Gãb. in d. c. 1. nu. 87. & 88. & de offic. legati lib. 4. rubrica de poteſtate legati in commendando beneficia, nu. 113. & ſeq. Seluam 3. p. q. 33. nu. 2. Probum ad Monachum in c. nemo de elect. in 6. nu. 33. Gimon. d. ti. 5. c. 6. ex nu. 1. Cuchum in inſtit. maior. lib. 3. tit. 6. n. 20. & Flam. Pariſ. lib. 2. q. 17. Azor c. 29. qu. 11. & D. Card. Manticam de tacitis & ambiguis conuentionibus lib. 25. tit. 9. à nu. 26.

13 Et quidem † cum beneficia commendata ſint reſeruata, ſeu affecta vt dictum eſt ſupra 4. p. cap. 4. à num. 64. non poteſt eorum permutatio fieri, niſi coram Papa iuxta dicta infra à numer. 82. & docet Mantica ibi.

14 Secundo procedit † etiam ſi pro duobus, ſeu pluribus vnum commutetur, ſi nihil aliud obſtat, Feder. q. 12. Domin. in d. c. 1. nu. 8. Bonif. in d. Clem. 1. à num. 76. Bellam. 3. p. q. 9. P. de Peruſio 1. p. q. 1. nu. 4. aliàs 5. Gamb. in d. c. 1. ex num. 73. Rebuff. tit. de permutatione, num. 40. Corraſ. d. c. 9. num. 1. Gimon. d. cap. 6. numero 17. & 18. Io. Nicol. Delphinas d. li. 3. q. 20. numero 164. Nauar. conſ. 43. num. 3. de fim. & Zechus d. c. 2. nu. 2. Azor d. cap. 29. q. 12. & Mantica ſupra num. 65.

15 Tertio † procedit etiam ſi nondum adepta ſit poſſeſſio, nam habens ius in re, non tamen poſſeſſionem, poteſt cum alio permutare, Franc. in d. cap. 1. num. 16. & ibi Gamb. num. 86. P. de Peruſio 1. p. nu. 1. Probus ad Monach. in cap. licèt Epiſcopus de præbend. in 6. nu. 6. Corraſ. d. ca. 9. nu. 1. & Mantica ſupra nu. 2. & 9.

16 Intellige tamen † permutationem ſolũ fieri poſſe de beneficijs proprijs dict. cap. 1. & ibi, Domin. ex nu. 5. Franc. nu. 1. & 15. & alij, Bonif. in d. Clem. 1. ex nu. 70. Feder. q. 13. Bellam. 2. p. q. 1. P. de Peruſio 1. p. n. 1. & 2. Feli. in c. ad audientiam 2. de reſcript. nu. 11. Corraſ. d. c. 9. nu. 2. Gimon. d. tit. 5. c. 2. nu. 5. & c. 5. nu. 1. Roſi. de benef. c. 35. Naua. in man. c. 23. nu. 100. verſ. 3. quod, & conſ. 43. de ſimon. n. 2. & Vgol. qui alios refert d. c. 27. §. 1. nu. 5. & Zechus d. nu. 2. & nouiſſime D. Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuent. lib 25. tit. 9. à nu. 2.

17 Ex quo † infertur non poſſe fieri permutationem de iure ad rem, quod etiam tenet Ioan. Nicol. Delphinas ſupra q. 21. n. 156. Flam. Pariſ. libr. 2. q. 21. & 23. Zerola d. 2. p. verb. renunciatio. §. 1. & Cechus d. nu. 2. verſ. 9. Azor c. 19. q. 22. *Torre diſp.* 7. quamuis contrarium poſſe ſuſtineri doceat Gamb. in rubrica de rerum permutat. in 6. nu. 8. & in d. c. 1. nu. 42. cuius opinio communiter reprobatur, ſecundum Fla. Pariſ. dict. q. 23. nu. 15. & quamuis has permutationes non eſſe irritas, ſi ordinarius illas admittat, putet Leſſius de iuſt. & iure, lib. 2. c. 34. num. 199. & in manibus prælati fieri poſſe, ſi alàs habentes talia iura haberent facultatem transferendi in alios, concludat Suarez d. lib. 4. c. 31. nu. 19.

18 Nec etiam fieri poteſt † permutatio benef. cum penſione, nec penſionum inter ſe, quamuis ſint cum facultate transferendi, quia penſio non eſt beneficium, vt dictum eſt 1. par. cap. 5. & Epiſcopis ſolum conceſſum eſt permutationes beneficiorum authorizare, iſta Suarez d. lib. 4. c. 33. *& Torre diſput. 9. Azor 2. part. lib. 8. cap. 12. q. 8. & Vgolin. de offic. Epiſcop. c. 50. §. 10. nu. 4.*

19 Secundo † infertur, quod ſi vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio, non valet permutatio, vt per Domin. nu. 6. & Franc. 17. in d. cap. 1. Feder. q. 10. Bellam. 2. p. q. 9. & 10. p. q. 2. P. de Peruſio 1. p. numero 3. Coſm. in pragm. ſanctione, tit. de collatio. §. item inſuper, verb. diſponere, circa fi. Gimõ. d. tit. 5. cap. 5. nu. 2. & Cechus ſupra verſ. 6. & 8. Leſſius d. c. 34. nu. 195. Azor d. c. 29. q. 19. & alij, quamuis Gamb. d. cap. 1. ex num. 58. teneat valere collationem, ex parte eius, qui ſuum beneficium benè obtentum reſignauit, niſi antea ius fuerit quæſitum alteri in hoc per permutationem adepto. Vnde à fortiori infertur contra Rebuff. d. tit. de permut. numero 14. & 15. non valere permutationem factam cum beneficio ficto, quod non habet compermutãs, ſed falſo illud nominat. Leſſius ſupra num. 200. & Azor cap. 30. q. vlt. & c. præced. q. 16. & Suar. d. lib. 4. c. 35. nu. 19. & 20.

20 Tertio † infertur, quod ſi duo litigarent ſuper aliquo beneficio, etiam ab vno ex illis poſſeſſo, non poſſet coram Ordinario ex cauſa concordiæ fieri permutatio illius cum alio beneficio, beneficia enim debent eſſe permutantium pacificè, nec coram Ordinario poteſt in his fieri concordia, ad tradita ſupra 1. par. cap. 5. à numero 350. *quicquid dicat Torre diſp. 12. 3. dicto.*

21 Quarto † infertur, non valere permutationem pro tertio, Domin. num. 5. & Gamb. num. 56. quem vide in d. cap. 1. Feder. q 40. ad fin. Bonif. in d. Clem. 1. nu. 43. P. de Peruſio vlt. p. nu. 56. Ioan. Nicol. Delphinas ſup. q. 19. nu. 162. Naua. d. conſ. 43. de fim. num. 3. & Cechus d. num. 2. verſ. 11. Leſſius lib. 2. c. 35. num. 87. Azor d. cap. 30. q. 6. & Suarez d. libro 4. c. 35. num. 18.

22 Et † permutatio debet eſſe inter duos, non triangularis, vel quadrangularis, Achill. deciſ. 298. & Caputa q. 325. p. 2. Goncal. gl. 14. nu. 58. Leſſius ibi, nu. 88. & Suar. & Boetius Epon. de Saturnino permutationis beneficialis, etiam triangularis iure commentarium fecit.

23 Secundo † intellige, ita demum beneficia poſſe permutari, ſi cui vnita non ſint, nam beneficia vnita permutari non poſſunt, vt docet Corraſ. d. ca. 9. num. 1.

24 Quod poteſt † intelligi dupliciter, primo de beneficijs vnitis, poſtquam vnio fortita eſt effectum, nam cum per vnionem extinguatur titulus, & nomen beneficij, & non dicatur amplius beneficium, nec cenſeatur beneficium ſeparatum, ſed ſub titulo beneficij, cui facta eſt vnio, ſit confuſum, vt dicit infra vlt. par. cap. 2. à num. 12. & ideo non poſſit renuntiari, Ferret. conſ. 255. num. 9. nec poſſit per ſe impetrari, etiam à Romano Pontifice, niſi narrata vnione, & c. Hoieda de incõpatibili-

tate benef. 2.par.cap.3.numero 13. non valet de tali permutatio, Sarnen.in reg.de infirmis quæſt. 15, & Bellamera 3.p.quæſt.7.ad fin. dicens, quod de ſuppreſſo eſt indubitatum permutari nõ poſſe, quia illud, quod non eſt permutari non poteſt, niſi ſuppreſſio veniſſet poſt renunciationes, & tradit Gonçalez gl.5.§.7.n.11.14.& 31, Azor d.c.29.quæſt.7. Mantica ſupra nu. 11.

25 Sed an beneficium † vnitum, verbi gratia, Capitulo, poſſit permutari cum alio Petri, vt hoc vniatur Capitulo, & illud conferatur Petro, Bonifacius in d.clem.1.ad fin.tenet,quod ſic,ſed nõ fit diſſoluta prima vnione ex cauſa vtilitatis, ſeu neceſſitatis Eccleſiæ,

26 Et etiam beneficia † vnita videntur poſſe permutare inter ſe,ad cap.cum venerabilis de exceptio, & Corr.d,c.9.nu.1.ibi: Siue proprietatis iure,

27 Secundo† poteſt intelligi de beneficijs vnitis,antequam vnio ſortiatur effectum, & de his loquitur Corraſ. ibi,vt patet ex deciſione Rotæ, quam allegat.160. in antiquis, quæ aliàs eſt 3. de rerum permutat. & dicit, quod beneficium vnitum non poteſt permutari per eum, qui illud tenet, antequam vnio ſortiatur effectum, idem ait deciſ. 1. eod.tit.in antiquior. & Franc, in d. cap. 1,numero 4. Oldrad, conſ. 357. à numero 20. Pauinus de offic. & poteſtat. Capitul, ſede vacante 3.q.2.p.num. 18. Staph. de literis gratiæ,tit, de vi,& effectu clauſula.de clauſula motu proprio,§. ſexto,num,6. Bellam,d,tract, de permutatione benef,3.q.quæſt.7, dicens, in hoc omnes concordare, & ipſum cum eis, dummodo vnio ſit iuridice facta, ita quod de iure teneat, quia ſi de iure non valeret, propter aliquem defectum, tunc non impediret permutationem,reg, non præſtat. libr.6.& dummodo vnio ipſa tota permutationem, & renunciationes, ſeu renunciationem factam ex cauſa permutationis præcedat, Et Petr,de Peruſio cod,tract. 1.p.q.6.à numero 10. aliàs 15.Cacciaſup. de vnio.art.8.q.13,& Gambar. in d,cap. 1.numero 81. Rebuff. in praxi reg. de vnio.gloſſ.11. nu, 8. & de vnionis reuocatione, num, 32. & 33. & tit, de vicarijs perpetuis, num.18. Gimon.d.tit.5,ca.6. numero 9,Hoieda d,cap, 3.num.9, verſ.ſed vtrum, practicabilia.Rota c,de vnione,n.14. Zerola in praxi Epiſcopali 1.p.verb.vnio.§,7.1.& 3, dub, & 2.p, eo,verbo,§.14.Azor d,q.7.& eſt communis opinio, vt per Flam.Pariſ,lib,2,de reſign.q,9.nu,2. qui alios refert,& idem in reſignatione in fauorẽ, vt per Flamin.ibi,cum communi,& Azor d.lib.7.c.25.q. 8. & facit decretum Concil,Tridentin,ſeſſ.25.c.5. ad fin. & ſeſſ.23,c.18,verſ,nec per reſignationem,& ſeſ,24, c.15.ad fin,de reformat,

28 Quod non ſolum, † procedit coram Ordinario, ſed etiam coram Papa, nam effectus vnionis non tollitur per prouiſionem Papæ ſubſequentem, quia aliàs ſequeretur, quod vnio poſſet eſſe inutilis per frequentes, & plures permutationes, ſeu prouiſiones, quod non eſt de mente Papæ, Rota d,deciſ. 3. de rerum permutat, in antiqu, Staphil. d. numero 6. Bellam. ſupra, & 3, p,quæſt, 9. numero 11. Caccialup,art.9.q,5 Rebuff.d,titul,de vnionis reuocatione, num.32.practic.Rota,num,15,verſ. vnio per prouiſionem, & Zerola ſupra,& Azor d.q.8.& Rota in Agrigentina beneficij S.Anto. 12. Nouembris 1601.coram D.meo Corduba adducta 6.par,cap.2, num.130,niſi ſint factæ motu proprio, Zerola dict. §.7.1.dub. iuxta dicta vltim.p,cap.2.num.94.contra Staphil.d.num.6,& Selua de benef.3.part.q.11, num.26.14,qualit.

29 Hoc † tamen non procedit, quoties permutatio ſeu reſignatio in fauorem facta eſſet coram Papa cum narratiua vnionis, nam tunc videtur ſuſpendi vnio pro illa vice,etiamſi non ſit derogatum regulæ de iure quæſito, Puteus deciſ. 337.lib.1.Flam.Pariſ. ſuprà à nu.8.Cechus d.cap. 2.nu.3. verſ. ſi vero beneficium,& poſt hæc Gonc.glo.5.§.7.à num.137.& videtur tenere Azor d. q.8.

30 Et in † reſignationibus, ſeu permutationibus, ſolet dari ſuſpenſio vnionum,ſuppreſſionum,& aliarum gratiarum,Mand.de reſigna. gratiæ tit.de reſignatio, verſic.datur ſuſpenſio. Flamin.Pariſ.libr. 8. q.7, num. 172,

31 Et † ſic procedunt ſequentes declarationes S.Cõgregationis Concil. d.cap. 15.Prima,Vniri poſſunt beneficia viuentium, ſine tamen præiudicio obtinentium ſeruata forma huius decreti: ſed ſi beneficium viuentis vnitum contingat reſignari, & reſignationem per Sedem Apoſtolicam admitti, vnio pro illa vice ſuſpenditur. Secunda, Quando beneficium à Sanctiſſimo confertur, etiam ex cauſa reſignationis etiam ſi per ordinarium cap. ſit vnitum, & in literis Apoſtolicis non adſit ſpecialis derogatio,tunc valet collatio,dummodo habeat ſuſpenſionem generalem, vel ſpecialem.

32 Sed † an facta reſignatione ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, non facta mentione, ſeu ſuſpenſione vnionis, ſtatim ſubintret vnio,Franch. vbi ſupra, cum Feder. & Imola docet, quod ſtatim facta reſignatione ex cauſa permutationis vacant beneficia, & habet locum vnio, quia ille tex.in dict. cap.1. de rerum permutat.in 6. non habet locum in beneficijs vnitis, & facit deciſ. Putei 292. numer.2. & 3. lib.2.

33 Cæterum † Fla.Pariſ.d.lib.2,q.9,nu,20.ait cõmunem opinionem eſſe per reſignationem in fauorem ſic factam de beneficio, vnito non abdicari ius à reſignante & per conſequens reſignantem poſſe continuare, ſeu redire ad ſuum beneficium, cum Paulo Pariſio conſ,214.à n.7. vol 4.& ſic fuiſſe iudicatum per S,Congregat, Concilij,

34 Quod † tamen limitat. num.21.non habere locũ quoties reſignans ſciens vnionem non fecit de ea mentionem, nam cum tunc ſcienter nulliter reſignare videatur,amittit ius per reſignationem,iux.deciſionem Rotæ in cauſa Romana canonicatus coram Domino Seraphino, de anno 1567. de qua ſupra c. præced, num. 36. & quæ ibi diximus, quamuis in reſignatione ſimpliçi ſtatim ſubintret vnio, vt per Flam.d.q. 9.à nu. 22.

35 Iuxta † quæ accipienda eſt declaratio S. Congregationis Concilij ſuper dict.cap.18.ſeſ.23.quæ ſic ait, Vniones legitimè factæ ſortiri debent effectum, non tantum cum vnita beneficia vacare contigerit per obitum,ſed etiam cum per reſignationem, eaque de re poterit Epiſcopus datariũ docere,& quod ait Azor d.q.8.

36 Ex quibus† dicendum erit in permutatione contra Francum, quod ſi permutatio facta fuerit ignoranter coram ordinario, vel coram Papa, non facta mentione, & ſuſpenſione vnionis, permutantes poſſunt

poſſunt redire ad ſua beneficia. & vnio pro tunc non habet locum, ſed erit expectanda vacatio libera, ſi verò ſcienter facta ſit talis permutatio, ſubintrabit vnio, & ſic procedit ſententia Franchi, Rebuff. d. tit. de vicarijs perpetuis, num. 19. & 20. pro diſtinctione eſt deciſ. Caſſadori vnica de rerum permutat. num. 2. & ſic eſt accipiendum, quod tradit Francus ſupra num. 6. verſ. imò ſtatim.

37 Sed aduertendum † eſt, iſta procedere in vnione de beneficio certo, ſeu beneficijs certis, & ita loquuntur citati, per quam acquiritur ius ad tale beneficium, ſaltim ad rem; Puteus d. deciſ. 357. nu. 10. lib. 1. Flam. Pariſ. d. quæſt. 9. nu. 6. ſicut per reſeruationem de certo beneficio pro aliquo factam, Sarn. in reg. de non tollendo iure quæſito, quæſt. 1. verſ. 6. modo, & Simoneta de reſeruat. q. 20. vt dicitur ſup. 4. par. c. 36. modo num. 41.

38 Vnio † verò de beneficio primo vacaturo, nõ capit beneficium reſignatum ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, Hieronym. Gabr. conſil. 199. lib. 2. vbi loquitur de indulto conceſſo S. Inquiſitioni Hiſpaniæ, de primo canonicatu, & præbenda vacante, in vnaquaque Eccleſia, ſequitur Flamin. Pariſ. lib. 10. quæſt. 7. num. 18.

39 Item † prædicta de plano procedunt in vnione de beneficio, ſeu beneficijs certis ſimpliciter, & abſolutè facta, vnio vero de beneficijs, etiam certis per ceſſum, vel deceſſum facta, & ſic reſtricte ad iſtos modos vacandi, non videtur habere locum in beneficijs reſignatis in fauorem, ſed intelligi deceſſu ſimplici, niſi diceretur per ceſſum etiam in fauorem certæ perſonæ, Puteus dict. dec. 357. Flam. Pariſ. lib. 1. quæſt. 4. num. 38. & lib. 2. quæſt. 9. num. 12. & q. 17. & facit deciſ. Caſſadori 3. de renunt. & Putei 523. lib. 2. & 177. lib. 3. & Mohed. vlt. de renuntiat. alias 341. & Palcoti 402. lib. 3. p. 3. diuerſ. Mandoſ. de reſignatura gratiæ, tit. de regreſſibus. verſ. notãdum eſt, & Flam. Pariſ. d. lib. 2. q. 18. & 19. num. 9. & in terminis deciſ. Putei 262. lib. 2. ſententia ipſius Putei. & Aquenſ. de qua ibi à num. 4.

40 Nam † beneficia reſignata ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, non dicũtur vacare ad effectum vt alteri conferri poſſint, Probus ad Monach. in d. cap. 1. de rerum permutat. in 6. num. 11. ad fin. & vt comprehendantur in iuribus, & priuilegijs loquentibus de beneficijs vacantibus, Miſcard. de probat. concluſ. 1401. alias 1395. Flamin. dict. lib. 1. quæſt. 4. num. 14. & lib. 10. q. 7. à num. 18. & dictum eſt cap. præced. num. 4. & 10 & 9. par. cap. 2. à num. 157. & conducit 2. declaratio S. Congregationis ibi adducta nu. 159. vnde vnio per ceſſum vel deceſſum, non intraret facta reſignatione in fauorem, ſeu ex cauſa permutationis, Puteus dict. deciſ. 357.

41 Nihilominus † tamen dicendum eſt, non valere talium beneficiorum reſignationem in fauorem ſeu ex cauſa permutationis, niſi facta mentione, & ſuſpenſione d. vnionis ex ſupradictis, Rebuff. d. tit. de vnionis reuocatione, numer. 32. Puteus d. deciſ. 357. Rota in vna Eugubina beneficij S. Stephani 10. Decembris 1590. coram D. Pamphilio, quæ † ſic ait:

42 Fuit reſolutum vnionem factã per Leonem, & Clementem Congregationi Montis Oliueti fuiſſe purificatam per obitum Aurelij, per cuius ceſſum, vel deceſſum, facta fuit, non obſtante reſignatione de anno 1554. per Aurelium in manibus Rom. Pontificis ad fauorem Lactantij, quæ tanquam iſtius propter non factam mentionem vnionis non abdicauit ius à reſignante, quæ reſignatio non expreſſa vnione fuit nulla, & ſurreptitia, tradit Rota deciſ. 3. de rerũ permutat. in antiq. vbi poſt Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de præb. in princip. dicit, quod proviſio Papæ non tollit effectum vnionis, niſi fiat mentio de vnione, quæ alias d. facili poſſet reddi inutilis, propter frequentes renuntiationes, Oldrad. cõſ. 257. Felin. in cap. in noſtra cor. 27. de reſcript. Boer. deciſ. 346. in fin. Selua. de benefic. par. 3. quæſt. 11. nu. 75. præſertim ſtantibus clauſulis ampliſſimis, de quibus in literis vnionis cum decreto irritan. ad futuras diſpenſationes, & licet hoc non procedat, vbi in gratia eſt appoſita clauſula ſuſpenſionis vnionis, Puteus deciſ. 357. lib. 1. Fabrus deciſ. 20. lib. 1. in quibus terminis loquitur Caſſad. deciſ. 3. de renunt. vbi erat clauſula cum ſuſpẽſione omnium gratiarũ, quæ habet vim ſuſpenſionis vnionis, vt habetur in d. dec. paulo ante nu. 1. & tradit Rebuf. tit. de reuocatione vnionis. nu. 32. Hæc tamen ſuſpenſio non legitur in iſta reſignatione, in qua adeſt tãtum clauſula generalis derogatoria omnium obſtantiarum, per quas effectus gratiæ differri, vel impediri valeret, quę non operatur ſuſpenſionem vnionis, de qua non eſt facta mentio, cum non tollat vitium ſurreptionis, nec referatur ad non expreſſa, Bal. conſ. 400. ſub nu. 2. Corneus conſ. 245. lib. 1. Aym. conſ. 296. ſub nu. 3. quod autem per reſignationem nullam non fuerit abdicatum ius à reſignãte, & conſequenter beneficium vacauerit per obitũ, & ex perſona Aurelij, ſatis conſtat ex eo quod eſt facta in fauorem certæ perſonæ, quæ dicitur cõditionalis, quatenus reſignatario ius quæratur, & alias conditione non ſecuta euaneſcit, & nõ abdicat ius à reſignante, Abb. in c. cum pridem circa fi. de pact. Put. deciſ. 158. lib. 3. Guidob. 59. Achill. 10. de reſtit. ſpoliat. Mohed. deciſ. 83. Caputaq. deciſ. 2. lib. 1. in manuſcript. & in impreſſis 215. par. 1. & 84. p. 3. & ita ceſſant, quæ dicuntur quod vnio non purificatur exceſſione facta ad fauorem certæ perſonę, ex Caſſad. d. deciſ. 3. de renun. Puteus 357. lib. 1. cum alijs allegatis, quia Congregatio non prætendit effectuationem vnionis exceſſionis Aurelij, ſed per eius obitum de ann. 1564. non obſtante prefata reſignatione nulla, per quam non fuit abdicatum ius à reſignante, vt ſupradictum fuit, & ita domini concluſerunt, reſeruata tamen facultate D. Lactantio Mariano uidendi, an poſſit iuuari ex longiſſima poſſeſſione, incta taciturnitate monaſterij, quod erit particulariter uidendum, &c. *Et ita iuxta hanc deciſionem procedet reſolutio eiuſdem Rotæ in cauſa Monaſterien. capellania 10. Martij 1604. coram D. Lodouiſio, qui allegat dict. Eugub. S. Stephani 17. Martij 1599. nempe quod vnio, &c. R. vnio 2.*

43 Et ſi talis † reſignatio in fauorem, ſeu ex cauſa permutationis de beneficio unito per ceſſum, uel deceſſum, eſſet facta ſcienter, intraret ſtatim unio, iuxta dicta, & in terminis Rebuff. dict. tit. de uicarijs perpetuis, num. 20.

44 Tertiò intellige permutationem debere fieri ex cauſa, nam ad permutationem iuſta cauſa requiritur, quam Epiſcopus diſquirere, & cognoſcere debet (licet mixte ſeruetur) cap. quæſitum de rerum permut. in & ibi doct. l. 63. in fi. tit. 5. partita 1. Cardin. in d. clem. 1. nu. 15. Anchar. conſ. 279. Rota deciſ. 8. de pro-

procurator,in antiq,nu,4.Bellamera deciſ.94.& de permutat,benef.6.p,in prin.& q.1,Staph,de literis gratiæ,tit,de modo & forma impetran,§.de iurepatron,permutatione,num,3.Decius conſi,141,num,4.Aym,conſil,82.nu,8.& conſ.155,Probus ad Monach,in capit.2,de renunciat,in 6,numer.24.& 25. Rebuff,in praxi tit,de permutat,num.19.Gimon,d, tit.5,c.2.num,12.& cap,5.num.10.& cap,7.num. 6.Duaren,de benef,lib,8.c.3,& Zechus cap. 10. nu, 2.verſ.2.conducit conſ.Cald.2,de rerum permutat, nu.2.vbi ait,quod permutationes ſunt odioſæ,& reſtringendæ,quia contra Concilium, cap. maioribus de præben,ideo requiritur cauſa, vt contra illud Epiſcopus diſpenſet,Tuſchus concluſ,303.n.1.& 365, nu.1,& 5.litera P,

45 Sed dubitatur, an † permutatio debeat fieri, ex cauſa neceſſitatis, ſeu vtilitatis Eccleſiæ, an vero poſſit fieri ex ſola expedientia, & vtilitate perſonarum. Et quidem videtur requiri cauſa neceſſitatis ſeu vtilitatis Eccleſiæ,ex d,cap.quæſitum verſ.ſi autem Epiſcopus, & tradunt Anchar. Bellam. Staph. Aym.Probus, & Gimon. ſupra,& Boerius deciſion, 205.num.7.Flam,Pariſ,lib.11.quæſt.5,num,24.Zerola in praxi Epiſcopali 1.par.verb. renunciatio,ſeu permutatio,§.3.5.dub.& D.Thom.in 4.diſt.25.qu, 3.art. 3. ait, quod permutatio debet fieri pro cauſa ſpirituali, puta, vt melius Deo ſeruiatur, ſeu vt tali loco poſſit quis Deo melius ſeruire, aliàs ſi pro aliquo terreno commodo vtriuſque, vel alterius fiat permutatio, eſt ſimoniaca, ſequitur Syluest. verb. permutatio 2. num. 3. & Ioann. Baptiſt. Corraſ. in reſpon. caſuum conſcientiæ,quæſt.42. & Vgolin.de tab. 1.de ſimon.cap.27.§.1.numer.6.qui ait, quod ſimonia committitur, vel certè peccatur vbi non ob neceſſitatem vtilitatemve Eccleſiæ, & idcirco, vt melius Deo inſeruiat permutatio fit,vt debet, ſed ob terrenum commodo nullo habito reſpectu ad diuinum cultum, &c, quare qui beneficium permutat cum alio ob id, quod vbi aliud beneficium eſt, venationibus,& piſcationibus operam dare poteſt, planè hic peccabit, ex quo ob has cauſas permutatio prætermiſſa non eſt, ſecus autem ſi permutatio fiat, vt Dei cultus magis augeatur, & liberius ac rectius Deo inſeruiat. Et §.3.num.6.verſ,6.ait ſimoniam ceſſare,vbi ob vtilitatem neceſſitatemque Eccleſiæ permutatio fit & ſecũdum formam traditam à Pio V,in conſtitutione 58.& Zechus ſupr.& Azor d.lib.7,c.30.q.4. & eſt declaratio S.Congreg.Concil,ſupra adducta q.p,c.2.

46 Sed † quod ſufficiat expedientia, ſeu vtilitas perſonarum tenet gloſſ. 2. per tex. ibi in cap. cum vniuerſorum de rerum permutatione, & ibi Abb.nu. 7, & in dict.cap, quæſitum, numero ſexto, Cardin. in dict.clement,1.numero 12.Franchus in d,cap.1.nu. 6. Fet.de Peruſio dict,tract.de permutat.benef, 3.p, q. 2,& 7.& vltim,parte,num.54. aliàs 88,Lambert, de iure patronat.8.part.2,lib.q.6.art.6. numero 39. (qui etiam numer. ſeq. malè ait permutationem poſſe fieri per Ordinarium ex ſui libito) nam expedientia, ac vtilitas perſonarum redundat in augmentum cultus diuini, & vt melius, ac promptius ſeruiatur Deo,

47 Vnde † Syluest.ſup.num.12.ait requiri,quod permutatio fiat ex cauſa ſpirituali, & talem cauſam eſſe ſecundum S. Thom. vt melius ſeruiatur Deo,quod etiam innuitur in d.cap. quæſitum, & timorem inimicorum ſecundum Ioann. Andr, & generaliter credere, ita eſſe de omni cauſa, quæ non reſoluitur in pecuniam, vel aliquid menſurabile pecunia,cum quo Vgolinus d.§. 1. num.6, in fin, ait, quod ſimoniam non committit, qui ob inimicitias ob peſtilentem aerem, & huiuſmodi cauſas beneficium permutat, & Gambarus in dict,cap, primo, de rerum, permutat. in ſexto,num. 9, ait,poſſe etiam fieri permutationem attenta vtilitate perſonarum, modo non reſultet Eccleſiæ damnum, ſed vtilitas ſecundum Anchar. in dict.clemen,1. Anton. in dict. cap, quæſitum, & Calder,in conſil. 1. hoc tit, vbi dixit, quod licèt permutatio poſſit fieri vtilitate permutãtium, tamen ſemper debet adeſſe Eccleſiæ vtilitas ſaltim conſecutiua, vt iuſtitiæ innitatur: idem ait Azor d.queſt.4.& ita eſt accipiendum,quod tradit Bellamera 6. part.quæſt, 2.& Gimen.d.titulo 5, cap.9. num.4.

48 Quamuis † ad hoc, vt ſuperior teneatur admittere permutationem,requiratur cauſa neceſſitatis,vel magnæ & euidentis vtilitatis Eccleſiæ, iuxta dicta, vlt.p.c.2.num. 110.

49 Apparet † ergo ex dictis permutationem factam, abſque vlla cauſa iuſta, quæ ſaltim redundet in vtilitatem Eccleſiæ, & ad eam ſaltim reductiuè pertineat, nullam eſſe, ſi coram inferiore à Papa fiat, ſufficeret tamen cauſa ex parte vnius permutantium, modo ex parte alterius non ſit in damnum Eccleſiæ conſiderabile (quamuis vtilitatem vtriuſque Eccleſiæ requirat Tuſchus dict. concluſ. 305, numero quinto, ex Gemin. conſil. 105. num. quinto.) Nam ita demum datur ordinarijs facultas faciendi permutationes, quæ ſunt de iure prohibitæ, Bellamera dict. ſexta part. in princip. & dicetur infra num.54. ſi ex cauſa fiant, vt in d.cap. quæſitum, quamuis idem Bellamera d.6.p.quæſt. 2,nu.12. teneat permutationem ſine vlla cauſa ab Epiſcopo factam,quamuis malè faciat,& poſſit irritari, non eſſe ipſo iure nullam.

50 Quod † maximè procedit ſtante dict.conſtit. 58. Pij Quinti verſ.adhæc, vbi ſolum conceditur ordinarijs admittere beneficiorum & officiorum permutationes, quæ canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur cum decreto irritanti ſi ſecus,&c.

51 Ex qua † etiam conſtitutione iuncta conſtitu.41. eiuſdem Pij V. de ſuſpenſione facultatis Epiſcoporum,& aliorum admittendi reſignationes, vel permutationes beneficiorum, &c.quam aliàs Pius V.in d. conſtitut. 58. in ſuo robore relinquit, beneficia ſic permutata coram Ordinarijs, abſque iuſta cauſa, manebunt tanquam vacantia reſeruata Sedi Apoſtolicæ,aut ſuperior.bus ordinarij qui talem permutationem admiſit, & admittens talem permutationem incurret ſuſpenſionis pœnam, de qua in d.conſt. 58.verſ. qui vero, vt etiam aliàs diximus, c.præced.nu.207. & ſeq.

52 Nec præſumetur † in dubio permutatio facta, ex iuſta cauſa, nec credetur Ordinario dicenti ſe facere illam de iuſta cauſa, niſi probetur illa ſi non eſt facta cum cauſæ cognitione, ad tradita de diſpenſatione inferioris per Abb.in cap.diuerſis falſitatis de clericis conjug.numero 3.Rebuff.in praxi titul.de diſpenſatione ſuper defectu natalium, n.9.&

in repetit.cap. extirpandæ, §. qui vero de præbend. circa quintam concluſionem Abbatis de pluralitate beneficiotum, Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. diſpenſatio.verſ. aduertendum tamen eſt, Nauarr. in man.præludio 9.nu.15.aliàs 13.& c.25.num.74. & conſil.1.num.4. qui filij ſint legitimi, Vgolin.de irregularitate,cap.44.§.2.nu.5.& cap.62.§.1.num.9. vbi benè Sylu. verb.diſpenſatio num.4.Ludou. Lopez.inſtruct. conſcien.1.tom.cap.4. & Man.Rodriguez in ſum.1.tom.c.235.num.1.& q. regul.1. to. quæſt.22.art.4.& ad tradita per Sarmiento lib.1.ſelectarum,cap.8.num.19.

53 Quamuis contrarium † teneat Bellamera dict.6. par.quæſt.2.num.12.dicens,quod in dubio permutatio facta ab Epiſcopo præſumitur benè facta, & ex iuſta cauſa,ex cap.in præſentia. de renuntiat. & quamuis contrarium etiam in propoſito videatur velle Anchar. conſ. 279. cuius ſententia procedet, quando ordinarius in ipſa permutatione enuntiaret adhibuiſſe cauſæ cognitionem,tunc enim pro eo præſumeretur,iuxta dicta aliàs de vnione vltima p. cap.2. à num.121.

54 Et pro † prædicta doctrina facit,quod cum regula ſit, permutationes beneficiorum de iure fieri non poſſe, c.minoribus de præb.& d.c.quæſitum, qui dicit fuiſſe factam ex cauſa vtilitatis, ſeu neceſſitatis Eccleſiæ, quo caſu limitatur d. regula, & dicitur diſpenſatio in d.l.63.ti.5.p.1.in fi.debet probare cauſam limitationis,& ſpecialitatis per Pinel.in l.1. C. de bonis matern.3.par.n.23.

55 Facit † etiam doctrina Decij in c.quæ in Eccleſiarum,n.130.de conſtit.& in c.cum ſit Romana,nu.7. de appel. quod aſſertioni iudicis non ſtatur ſuper cauſa,ſine qua actum facere non poteſt, Aym.de antiquit.tempor.2.p.§.1.nu.13.& 21. Alciat. de præſump.reg.3.præſump.6.nu.27.& in ſimili de penſione tradit Corraſ.1.p.c.4.nu. 14.& diximus 1.p.c. 5. à nu.325.& de vnione d. c.2.nu.120.

56 Quarto † intellige permutationē debere fieri authoritate ſuperioris,& licèt clerici inter ſe tractare de permutando liberè, & licitè valeant, per ſe tamē permutare beneficia nullo modo poſſe, cap. quæſitum,& c.penul. de rerum permutatione, vbi Abb. glo.& DD.in dict.cap.1.& dict.clement.1. P.de Perufio 2. par. num.30. aliàs 51. Decius conſ.210. numero 3. Probus ad Monach.in ca.2. de renuntiat. in 6. num.22. Corraſ.d.cap.9.num. 2. & 3. Gimon. d. tit.5. cap.2.numero 13.Nauarr.conſ.42. num.1. de ſimon. & Vgolin. d.cap.27.§.2. Leſſius lib.2. ca.34. num.196. & cap.35.num.10. *Azor d.libro 7.cap.29. quæſt.3. & 4.& 18. & 3.part. libr.12.cap.12. Suarez late d.libro 4.cap.32. Torre diſput.8.* & alij qui dicunt id procedere non ſolum in beneficijs diuerſarum Eccleſiarum,ſed etiam in præbendis eiuſdem Eccleſię, Mantica ſupra nu. 55.

57 Et † aliàs permutatio propria authoritate facta, & ſine authoritate ſuperioris,erit ſimoniaca,d.cap. quæſitum,& ibi Abb.num.3. Decius conſ.141.n.1. Nauar.in man.cap.23.verſ.3.quod Mand.de ſignatura gratiæ,tit.de permutat.ad ſi. qui ait,quod quælibet permutatio facta præter formam iuris ſimoniaca eſt, & Card. Toletus in ſum.lib.5.c.91. & Zechus cap.10.num.1.&2. Leſſius d. num. 100. Azor d.q.3.& Suarez dict.c.32.& præced. *Torre ſupr. diſp.* 7.& ſic nulla, P.de Perufio d.n.30. aliàs 51. ex dictis c.præced.n.145.& 8.par.c.1.à nn. 3.& 20.

58 Et † ſua beneficia perdunt, qui ea propria permutant authoritate,quia illis priuantur per ſententiam, vt in cap. cum olim de rerum permutat. vbi Doct. Petr. de Perufio dict. num.30. & Zechus, & Leſſius ſupra.

59 Imo † hodie ex extrauag. cū deteſtabile, de ſim. in princip. videntur illis priuari ipſo iure, & incurrere excommunicationem, de qua ibi §. ſtatuentes. atque hæc videtur communis ſententia,vt fatetur, P.Nauarr.de reſtitutione lib.2.cap.2.à n.410. quāuis ipſe contrarium teneat( citans Couart. lib. 1. variat.cap.5.num.3. in fin.& num. 5. verſ. item quod vidimus,& Nauarrum cap.23. num.105. in fin.qui tamen id non dicunt) quem ſequuntur Aragon. 2. 2.q. 200. art.6.circa fi. Manu. Rodrig. in ſum.2.to. cap. 56. num.6. verſ.lo quarto,& cap.64.nu.6.Vega in ſumm.2.par.cap. 101.caſ. 12. & Corrad. in reſpon. caſuum conſcientiæ quæſt.42. in additione,licèt non citet Nauarr. & Leſſius d.cap. 35. numero 100.& 141. vbi iſtam ſententiam eſſe probabilem, licèt fateatur noſtram eſſe communiorem, quam nouiſſimè ſequitur Suarez dict. libro 4. capit. 55. à numero decimooctauo,citans pro ea Nauar. in cap. ſi quando de reſcr.exceptione quarta, & Torre d. q. 100.art.6.diſputat.7. verſ.ſed dubitat. & videnda ſunt dicta d.c.1.8.part.

60 Et ſuperior † hic intelligitur, non ſolum Papa, ſed etiam Epiſcopus dict. capit. quæſitum. vbi Abb. & alij, & dict.capit. 1.eodem titul.in 6. Petr. de Perufio 2.part. quæſtion. vltim. numero vigeſimoſeptimo,aliàs 46.& 4.par.in princip.numero 42.alias 69.Corraſ.dict.cap.9. numero 3. Goncalez infra, Azor dict.quæſtion.4.& Suarez dict.cap.32.numer. 9. Tuſchus concluſion. 304.litera P. *Torre d.q.100. art.5.diſputat.8.*

61 Et etiam † coram Legato à latere poſſunt fieri permutationes,licèt ſecus ſi non ſit de latere, Bellamera 1.p.q.6. Gambarus de off.legati lib.5. tit.de permutatione,& Flam. Pariſ.de reſign. benef.lib. 7. q.13.nu.16.Azor d.c.29.q.4.

62 Sed an hodie † Epiſcopi poſſint admittere permutationes beneficiorum,dubitauit Flam. Pariſ. & vidiſſe dubitari ait lib.5.q.6.nu.231.quia Pius V.in d.conſtit.42.ſuſpendit facultates ordinariorum recipiendi reſignationes,& permutationes beneficiorum donec detur modus, & in d.conſtitutione 58. dat modum reſignationibus: ergo ſuſpenſio durat in permutationibus.

63 Sed minor † de Flaminio Pariſio, cum in d. conſtitut. 58. cuius tenoremipſe ponit in principio illius quæſtionis, verſ. ad hæc expreſſe concedatur Ordinarijs admittere beneficiorum permutationes, quæ canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur, vt dictum eſt ſupra numero 50. & ita rectè aduertit Fulchius de viſitatione lib.2.cap.28.num.22. dicens,quod permutationes beneficiorum fieri poſſunt coram Ordinarijs ex d. verſ.adhæc,licèt per primas literas fuiſſent abrogatæ, ſed tamen ſeruata forma canonicatum ſanctionum, &cet. & rectè etiam Zerola in praxi 1. par.verb.renunciatio,ſeu permutation. §. 3.1. dub. dicens,quod d.bulla admittit beneficiorum permutationes,iuxta canonicas ſanctiones,c.quęſitum.de rerum permutat.& cap. 1.eodem tit. libro 6.&c. &

Flores de Mena.quæſt.24.num.21.dicens, quod in dict.verſ.adhæc conceſſum eſt ordinarijs admittere permutationes ſimpliciter, ſecundum ius commune, & clare ſentit. *Vgolin.dict cap.27.§.3.num.1. & clariùs de offic. Epiſc.cap.50.§.19.num.1.vbi carpit Pariſium*, Et Zechus de Republic.Eccleſiaſtica, cap.de beneficiatis, num.8.

64 Et ceſſat iam, quod dicit † Mand.dict.tit. de permutat. ad fi.quod permutationes in manibus Papæ tantum hodie fieri poſſunt, prout in d. bulla Pij V. & contra Flam.Pariſ.nouiſſime poſthæc tenet Gonçalez gl.14.à num.33. Quaranta in ſumma bullarij, verb.beneficiorum permutatio,& Azor d.lib.7.cap. 19.quæſt.5.circa fin.& cap.29.quæſt.16.

65 Et quid † ſit faciendum quando beneficia, quæ permutantur, ſunt in diuerſis diœceſibus, vide optimam gloſſam in d.cap.1.de rerum permutat.in 6. verb.collationem, & ibi Domin.numer.19. & Francum, & alios, & formularium inſtrumentorum fol. mih. 334. vbi ponitur collatio ex cauſa permutationis.

66 Et † quidem ſententia gloſſ. eſt communiter approbata, quam ſequuntur Bellameta d.tract. 1.par. quæſt.5.& 5.par.quæſt.3. Pet.de Peruſio 2.part. ſub vlt.quæſt.num.27.alias 50.& 4.par.quæſt.1.numer. 43.alias 70. Gambarus in d.cap.1.num.133. & ſeq. Rebuff.in praxi,tit.de permutat. num.36.& de noua prouiſione numero 34. Gimon. d.tit.5. capit.2. num.21.& capit.8.à num.2.& Roſiniac.de benefic. cap.34.ad fin.Azor ſupra cap.29.quæſt.8.& cap.30. q.1.& vide quod dictum eſt ſupra præced.par.cap.1. num.12.

67 Et † an in permutatione beneficiorum inæqualium in valore coram Ordinario poſſit authoritate ipſius reſeruari penſio, ſeu refundi pecunia ad coæquandos fructus,vide dicta ſupra 1.par.cap.5.à num.344.

68 Epiſcopo † verò inferior non poteſt permutationi authoritatem præſtare, gloſſ. in dict.clement.1. quæ dicit cum Hoſtienſ.in ſumm.eodem titul. quod Epiſcoporum eſt permutare, ſeu permutantibus authoritatem præſtare, & non inferiorum, ſequuntur ibi Cardin. num.15. & Bonifac.32. Abbat. in dict. cap.quæſitum, numero 4. dicens communiter receptum, & Francus in dict.capit.1. numer.8.9. & 11. Feder. quæſtione 22. & 32. Bellamera 1.par. quæſt. 1. & 7. & 2.par.quæſt.6. numero 5. Petr.de Peruſio 2.parte quæſtione 7.numero 25.alias 42.Gambar. in dict.cap.1.numero 122. Corraſ.dict.cap.9.numero 4.Gimon.dict.titul.5. cap.2.numer.14. & cap.4. & capit.5. num.11. Rebuffus in praxi dict.titul. de permutat.num.20. & in 3.par.ſignaturæ, verb.necnon iuriſpatronatus, numero 42. Ioannes Nicolaus Delphinas de iurepatron.lib.2.quæſt.4. à num.139. Roſiniac.de benefic. cap.10.num.18. & capitul.31. numero 5. & Nauarrus conſilio 97.numero 2.de ſimon.& Zerola dict.verb.renuntiatio,§.4. Leſſius de iuſtit.& iure lib.2.cap.34.num.106. Azor capit.29. quæſt.4. verſic.ſi quæras.

69 Quamuis † Sylueſt.verb.permutatio 2.num.2.& Angel. eodem verb.num.5. dicant ſuperiorem, cuius authoritate fit permutatio non eſſe Epiſcopum, quando ad eum non ſpectat collatio, ſeu inſtitutio, ſed eum ad quem pertinet collatio, ſeu inſtitutio, quod non eſt verum.

70 Niſi ille † inferior iuriſdictionem haberet Epiſcopalem, ſeu quaſi, Abb.in d.cap.quæſitum, nu.4. Franc.in d.c.1.num.8.& 9.& ibi Gambar,num.112. & 148. Corraſ.d.c.9.num.4. Gimon.d.c.5. num.12. Greg.Lopez in l.b.2.tit.6.partita 5.gloſ.6. & Flores quæſt.24.nu.21.& Azor d.q.4.quicquid dicat Bellamera 1.part.q.2.aut id præſcripſiſſet,Rebuf.d.tit.de permutatione 20.& Zechus dict.cap.10.de benef.& penſio,nu.2. Leſſius d.nu.196.Azor.d.q.4.in fin.& Suarez d.cap.32.nu.14.admonens,vt alias receptiſſima in praxi ſeruetur, licet ſententia Angeli & Syluestri,ſibi videatur valde veriſimilis, & dicitur alias infra vlt.par.cap.2.à num.71.

71 Vnde † etiam Epiſcopus habens collationem, ſeu ius conferendi beneficium in aliena diœceſi ex conſuetudine, vel alio iure ſpeciali non poteſt admittere reſignationem illius, etiam ex cauſa permutationis, Rota deciſ.6.de rerum permutat.alias 398.in nouis,& ibi Papaz, Abb.in c.cum ex iniuncto.in fin.de hæret.& Corraſ.d.c.9.num.3.

72 Requiritur † tamen in permutatione conſenſus illorum, ad quos collatio, electio, ſeu præſentatio pertinet, quia ipſorum intereſt, quamuis Epiſcopus totum debeat expedire,gl.in d.cap.1.verb. collationem, & ibi Franc.num.6.7.& ſequent.gl.etiam in d. clem.1.& ibi Cardin.nu.12.& 16. & Bonif.num.33. 47.& 48.Abb.in d.c.quæſitum,num.9.Feder.quæſt. 19.22.& 32.Bellam.1.p.quæſt.7.& 2.p.q.4.nu.5.& 4.p.q.1.2.3.& 4.P.de Peruſio 2.p.q.9. & vlt. & 3.p. à quæſt.1.vſque ad 6.ex num.33. alias 55.& 4.par.in princ.num.42.alias 69. Probus in rubrica de rerum permutat.in 6.nu.6.& 7.Gamb.in d.c.1.nu.110.112. 118.& 121. Gimon.ſupra cap.3. & cap.5.nu.9.& c. 7.num.18.Rebuff,dict.tit.de permut.num.20.& 21. Ioan.Nicol.Delphinas d.q.4.nu.142.& ſeq.& q.14. num.154. Roſin.c.32. & Zechus ſupra, Leſſius d.c. 34.nu.198. Azor d.c.29.q.6.& 32.& Suarez d.c.32. num.12. qui tamen num.14. male ait executionem, & collationem remittendam eſſe ad inferiorem collatorem contra communem, & ſi permutatio fieret ſine illorum conſenſu an ſit nulla, vel annullanda,vide dicta cap.præced.à num.19.

73 Et an † requiratur cõſenſus omnium habentium eligere, præſentare, vel conferre, an verò ſufficiat conſenſus maioris partis, vide Cardin. in dict. clemen.1.num.12. & ibi Bonif. num.47. & 48. Franc. in dict.cap.1.num.6. Feder.quæſt.20.& 21. Bellam. 2.p.quæſt.8.& 4.p.q.5. Pet.de Peruſio d.3.par.q.2. & 3. Gambar. ſupra num.117. Gimon. dict.cap.5.à num.10. & quæ tradunt Felin, Decius,& alij,in cap. cum omnes de conſtit.

74 Nec † etiam vicarius Epiſcopi poteſt permutationes expedire,niſi mandatum habeat ſpeciale Bellam.1.p.q.3.Gamb.in d.cap,1,nu.116.Gimon.d.tit. 5.c.2.nu.17. & ſeq. & Roſin.d.c.10. nu.18.& c.31. num.5.& Zechus d.c.10.nu.2.Azor d.c.29.q.4.cum communi: nec videtur ſufficere, quod habeat poteſtatem conferendi, contra Calder.conſil.7.de rerum permutat. vt prædicti authores ſentiunt.

75 Sed an † capitulum ſede vacante poſſit permutationi authoritatem præſtare, gloſ. in dict.clem.1. verb.conferantur,verſ.quid de cap.putat, quod ſic, cum hoc ſit iuriſdictionis Epiſcopalis, in qua tunc ſuccedit, niſi beneficia illa, aut alterum illorum ſpectaret ad collationem, electionem, vel præſen-

tationem

ſationem Epiſcopi ſolius ſine Capitulo, quia cum in talium beneficiorum collatione, electione, vel præſentatione, non ſuccedat, neque etiam in conſenſu, quem neceſſe habet præſtare collator, &c. ne vna via concedatur, quod alia prohibetur, regul. eum quid lib. 6. ſi vero vna cum Capitulo haberet facere prædicta, cum Capitulum tunc poſſit conferre, eligere, vel præſentare, cap. vnic. ne ſede vacante libr. 6. poterit, vt Capitulum conſentire, & vt Epiſcopus authorizare. Quam doctrinam gloſſæ ſequuntur ibi Card. numero 17. & Bonif. licèt cogitãdum relinquat ex numero 34. & alij, Rota deciſ. 6. de rerum permut. in nouis, numero 2. Felin. in cap. cum olim de maioritate, & obed. numero 3. verſ. ad 3. Prob. in d. rubrica de rerum permut. in 6. numer. 4. Gamb. in d. c. 1. nu. 114. Corraſ. d. c. 9. à num. 6. Put. dec. 329. libr. 2. Cuchus in inſtit. maior. lib. 2. titul. 9. num. 39. & Zechus de benef. & penſio cap. 12. num. 2. ſub verſ. quinto loco, Proſper de Auguſt. in addit. ad ſummam bullarij Quarantæ verb. Capitul. ſede vacante ſub numero 109 quæſt. 4. limit. dicens, poſſe interponere authoritatem in beneficiorum permutatione, quando eorum collatio ſpectabat communiter ad Epiſcopum, & Capitulum, & quando beneficia pertinent ad collationem tertij, & Azor idem dicens d. c. 29. ſub 4. quæſt. Et conducit quod aic Probus ad Monach. in cap. cum in illis de præ-

76 bend. in 6. numero 62. verſ. tu tamen. Et † tenenda eſt, quamuis Bellam. dict. tract. de permut. benef. 1. p. quæſt. 4. & cum eo Gimon. d. tit. 5. cap. 2. num. 18. & ſequen. dicant Capitulum ſede vacante, non poſſe permutationes facere, etiamſi ad ſuam collationem

77 ſpectent beneficia. Et † quamuis Pauinus de offic. & poteſt. Capituli ſede vacante 2. quæſt. 2. p. num. 19. & cum eo Rebuff. in praxi, tit. de deuolut. num. 95. & Zerola in praxi 2. p. verb. Capitul. §. 7. abſolutè videantur velle Capitulum Sede vacante poſſe admittere permutationes, etiam beneficiorum ad ſolius Epiſcopi collationem ſpectantia. Quamuis †

78 etiam Imola in capit. de rerum permutatione, & cum eo Greg. Lop. in d. l. 2. tit. 6. p. 5. glo. 6. P. de Peruſio 2. p. quæſt. 6. numero vigeſimotertio & vigeſimoquarto alàs 41. & 42. quem ſequitur Zechus d. cap. 10. numero 2. & capit. 2. verſ. vicarius etiam, poſt Feder. quæſt. 36. quem ſequitur Azor d. 2. p. lib. 3. cap. 38. quæſt. 4. dicant Capitulum ſede vacante poſſe recipere reſignationes beneficiorum ad collationem ſolius Epiſcopi pertinentium ex cauſa permutationis, licèt permutationem authorizare, & perficere non poſſit, ſed ſit expectandus, qui perficiat permutationem beneficiorum renunciatorum in manibus Capituli: & ſi perficere illam nolit, per ſuperiorem cogetur, vel redibunt renunciantes ad eorum beneficia, arg. c. ſi beneficia de præben. lib. 6.

79 Quod impugnat † Gambarus ſupra dicens, quod ſi Epiſcopus nolit permutationem explicare, illi non habebunt regreſſum ad primum beneficium, quod culpa ſua amiſerunt, renunciando ex cauſa permutationis coram Capitulo, quod non poterat permutationem expedire, quamuis poſſet talem renunciationem admittere, ſicut dicitur de beneficijs reſeruatis reſignatis ex cauſa permutationis coram Ordinario, quorum renuntiatio valet, quamuis ipſe non poſſit permutationem expedire, Feder. quæſt. 3. Bellam. 1. par. quæſt. 8. Petr. de Peruſio 5. p. num. 50. aliàs 83. Bonif. in d. clem. à num. 94. circa quod vide dicta c. præced. à nu. 30.

80 Et Capitulum ſede vacante non poſſe conferre beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, vacantia per reſignationem ex cauſa permutationis, fuit dictum in cauſa Abulen. parochialis de la Calcada 22. Iunij, & 24. Octobr. 1584. coram Domino Blancheto, vt in deciſionibus ſupra adductis 5. p. c. 5. num. 92. & 93.

81 Exiſtimo, † tamen quod ſi Epiſcopus admiſiſſet reſignationem, ex cauſa permutationis de beneficijs ad eius collationem ſpectantibus, & antequam conferret decedere poſſet Capitulum ſede vacante, ſeu eius vicarius illa compermutantibus conferre, ex Millis in rep. verb. Capitulum vacante ſede, quia poteſt, nam in iſto caſu præceſſit iam conſenſus Epiſcopi, ad cuius collationem beneficia ſpectant, & ex alia parte collatio eſt debita compermutantibus ex dict. capite 1. de rerum permutat. in 6. & Clemen. 1. eodem tit. & ſic neceſſaria, in qua ſuccedit Capitulum ſede vacante, vt dictum eſt capit. 7. 5. p. à num. 54.

82 Nec etiam † Epiſcopus poteſt permutationem expedire, ſi beneficia ſunt reſeruata, quorum permutationi ſolius Papæ authoritatem interponit, Rota deciſ. 1. de rerum permutat. aliàs 23. in nouis Feder. 1. quæſt. à numero 1. Bellam. 1. par. quæſt. 6. vbi loquitur in Legato de latere, & quæſt. 8. & 3. p. quæſt. 1. & 7. par. quæſt. 4. Petr. de Peruſio 2. p. quæſt. 1. & 2. ex numero decimonono, aliàs 32. & 5. parte numero 50. aliàs 83. Bonif. in dict. Clemen. 1. à nu. 66. & nonageſimoquarto, Felin. in cap. in noſtra de reſcript. numero duodecimo, Corraſ. dict. capit. 9. numero quarto, Gimon. d. tit. 5. cap. 2. numero 6. & cap. 3. Aeneas de Falcon. de reſeruatio. 4. quæſt. 3. effectu, Caſſad. deciſ. 1. de rerum permutat. Mandoſ. dicens eſſe communem opinionem reg. 1. Cancell. quæſt. 13. & Granutius dicens illud pro conſtanti tradi, ad Simon. de reſeruatio. q. 42. numero 2. & quæſt. 46. nume. quarto, qui dicunt permutationem reſeruati beneficij, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, coram Ordinario fieri non poſſe, & fuit reſolutum in vna Ilerden. coram Domino Ioan. Paulo de anno 1545. in qua omnes Domini conuenerunt, quod beneficium reſeruatum non poterit permutari in manibus Ordinarij, vt per Puteum deciſio. 262. libro 2. & eſt Conſilium Cald. 3. de rerum permutat. & ſequitur Azor lib. 7. capit. 29. quæſt. 10. & Tuſchus concluſ. 307. P. & nouiſſimè Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus lib. 25. tit. 9. à num. 12.

83 Pro quo † allegatur text. in extrauag. execrabilis, verſ. inhibentes, ibi, Vel circa illa per medium permutationis, &c. de præbend. Sed meo videri, iſte text. non multum facit, nam beneficia, de quibus ibi antequam vacent, vt ibi, non cadunt ſub reſeruatione, cum ſint incerta, quamuis gloſſ. Cencelini ibi, verb. permutationis in extrauag. Ioan. 22. velit beneficia, de quibus ibi etiam vacatura eſſe per reſeruationem affecta, & tamen Papa ibi ſpecialiter voluit, vt non poſſent permutari: nos autem agimus de beneficijs reſeruatis plenis, de quorum permutatione agunt ea obtinẽtes, & vide Coſmam in pragmatica ſanctione, titul. de collatio. §. item inſuper, verb. diſponere.

84 Vera † tamen eſt d. doctrina ea ratione, quia de beneficijs reſeruatis Papæ inferior non poteſt ſe intromittere, nec illa conferre, cap. 3. de præb. in 6. cū alijs, vt in d. dec. 1. quamuis in beneficijs reſeruatis in ſpecie vigore huius reſeruationis non impediri permutationem, poſſe probabiliter defendi, cum Azone de Ramengis, contra omnes teneat Gambarus in d. c. 1. ex nu. 33.

85 Poſt reſignationem † autem, quæ in permutatione debet interuenire à ſuperiori admiſſam, requiritur collatio ipſorum beneficiorum ſic vacantium; Bonif. in d. Clemen. 1. num. 17. P. de Perusio 4 p. numero 42. alias 65, Leſſius dict. lib. cap. tul. num. 197.

86 Sed † an ſufficeret, ſi præſentibus permutare volentibus: & petentibus renunciationem admitti, & collationem hinc indè fieri, Epiſcopus dicat placet nobis, & permittimus Feder. quæſt. 27. ait, quod licèt de ſubtilitate iuris poſſit ſuſtineri iſta breui locutione verborum videri illos renuntiaſſe, & Epiſcopum acceptaſſe & contuliſſe ad l. iam hoc de iure; ff. de vulgari, tamen tutius, & ſecurius eſt, vt etiam conſulit Hoſtien. in cap. ex ore de his quæ fiunt à prælat. quod fiat expreſſa renunciatio, & collatio, ex d. Clem. 1. & quod ſic ſeruat conſuetudo, ſequuntur Petr. de Perusio 4 p. 2. q. num. 45. alias 71. & 72. Gim. d. tit. 5. c. 5. nu. 17. & Ioan. Nic. Delphinas d. li. 2. de iure patr. nu. 155.

87 Et † hoc eſſe verum etiam de ſubtilitate iuris tenet Alex. de Sintilla relatus per Bellam. 3. part. q. 2. Namillo modo non datur vacatio, quæ in permutatione interuenire debet, quia licèt illi peterēt admitti renunciationem, nondum ſupponitur admiſſa per Epiſcopum (ſeu potius nondum ſupponitur facta) & ſic non vacabant ad cap. quidam de renūtiat. vbi quod petitio licentiæ cedendi non eſt ceſ-

88 ſio, &c. Quod mihi † placet, licèt Bellamera ibi cēſeat de veritate iuris per talium verborum breue compendium fieri permutationem, quoad renuntiationes, & collationes, argum. cap. beneficium de regul. in 6. & quæ notat Innoc. in d. cap. ex ore 1. gloſſ. qui tamen fatetur cum Hoſtien. & Fed. quod ad tollendas difficultates, quæ contrarietate opinionum occurrere poſſunt, conſultius eſt ante factum, quod omnia expreſſe fiant. Nec placet, quod poſt hæc dicit Gonçalez gloſſ. 14 à num. 43. ex Rota deciſ. 16. ſub num. 6. de rerum permutat. in antiqu. & alijs, quod admiſſio reſignationis ex cauſa permutationis cōtinet in ſe tacitam collationem &c. quod etiam ait gl. 15. §. 2 à nu 57.

89 Aduertendumque † eſt, quod cum coram Papa fit permutatio, debent permutantes de alijs beneficijs obtentis mentionem facere, Rota dec. 5. de reſcrip. & 12. de præbend. in antiq. aliàs 593. quæ ait ita obſeruare ſacrum Palatium, & ad idem eſt deciſ. Rotæ 15. de rerum permut. in antiq. aliàs 721. quæ

90 ait ita tenere Rotam, ſequuntur † Bell 3. p. quæſt. 2. ex numero 10. dicens curiam id ſeruare, Felin. in d. c. in noſtra cor 13. num. decimoſexto, Reboff. d. tit. de permutatione, num. 34. & 35. & Corraſ. d. c. 9. nu. 8. Azor d. lib. 7. c. 25. q. 27.

91 Et ſimiliter erit facienda mentio de qualitatibus beneficij, aliàs de iure, vel ſtylo exprimendus, Lapus in d. c. 1. de rerum permut. in 6. & ibi Gamb. nu. 13 §. & ſeq. & Azor,

92 Et idem † erit in permutatione facta coram Legato, ex c. fi. de offic. Legati in 6. & Cl. 2. de offi. ord. vt ſentit Rota d. dec. 15. ibi, Si fiat in manibus alicuius non ordinarij, & tenent Bell. & Azor ſupra.

93 Quamuis † Fed. quæſt. 18. & conſ. 70. indiſtinctè teneat in permutatione non eſſe neceſſarium facere mentionem de obtentis, nec de qualitatibus beneficij, etiam coram Papa, & Legato, ſaluo ſtylo Curiæ, quia hic non eſt impetratio, nec collatio ſimpliciter facta, ſed ob cauſam permutationis, & non additur beneficium beneficio, ſed vnum in locum alterius ſubrogatur, ſequuntur Francus in dict. cap. 1. num. 13. Gimon. dict. tit. 5. capit. 13. ad fi. & Ioan. Nicol. Delphinas d. lib 2. quæſt. 17. n. 159. & quod permutatio fit propter vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiarum, Pet. de Perusio 4 p. quæſt. 4. ex nu. 48. aliàs 79.

94 Cui rationi reſpondetur, † eſſe impetrationem, & collationem noui tituli, licet ex cauſa permutationis, quod ſatis eſt.

95 Nec obſtat † alia ratio, ex qua Federicum ſequūtur Domin. in dict. cap. 1. numero 25. & Villadiego de legato quæſt. 9. 1. p. nu. 31. & Gambarus de offic. legati lib. 3. num. 39. quod in permutatione collatio non eſt gratioſa, libera, & voluntaria, ſed neceſſaria &c. Nam reſpondetur, quod licet admiſſa renunciatione, ex cauſa permetationis collatio ſit neceſſaria, & debita compermutantibus, tamen admiſſio non eſt neceſſaria.

96 Ex † qua tamen ratione Dom. obiter videbatur inferri, non eſſe neceſſariam mentionem obtentorū in prouiſione de parochiali, quæ à Papa fit ei, qui in concurſu eſt electus ab ordinario, & ſignificauit in tempore iux. conſtitutionem Pij V. nam ex Concilio ſeſ. 24. c. 18. de reformat. ibi: Atque illi, & non alteri, eſt illi debita collatio.

97 Sicut † etiam in inſtitutione præſentati facta à Papa, non eſt neceſſaria mentio obtentorum, non ſolum ex eo, quod præſentatus nil petit, ſed patronus cum præſentat, vt tenuit Rota deciſ. 350. p. 1. diuerſorum, ſed etiam quia inſtitutio eſt, debita præſentato, &c.

98 Nihilominus † tamen in prouiſione parochialium praxis, conſuetudo & ſtylus videtur habere contrarium.

99 In permutatione † vero facta coram Ordinario, non eſt opus facere mentionem de obtentis, ſicut nec in alia prouiſione ab eo facta, dict. Clem. 2. ita Rota dict. deciſio. 15. Lapus. & Felinus ſup. Corraſ. dict. cap. 9. num. 8. & Menoch. de arbitr. li. 2. caſu 201. num. 150.

100 Tandem, quia † ſuperioris authoritas, & præſentia fraudis ſuſpicionem tollit, nec delictum præſumendum eſt, permutationem non in fraudem, ſed ex honeſta affectione proceſſiſſe credendum eſt, Franc. in d. capit. 1. numero 12. Rota deciſ. 8. nu. 4. de procurator. in antiq. P. de Perusio 1. p. q. vlt. num. 18. aliàs 31. Decius conſ. 210. num. 5. Corraſ. d. cap. 9. num. 10. & Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſum. 78. num. 4.

101 Niſi † in contrarium vrgeant coniecturæ, vt per Abb. in cap. quia veriſimile de præſump. & ibi Felin. numero 1. & reper. ipſius Felini, verb. permutans beneficium tenue, Franchus in d. cap. primo, num. 12. & DD. in cap. 2. de renunciat. in 6. & ibi Probus

aq

ad Monach. Bellamera d. tractatu de permutatione benef. 2. par. q. 2. Gambar. in d. cap. 1. 4, notab. ex nu. 18. Decius d. conſ. 210. nu. 5. Selua de benefic. 3. p. q. 18. numer. 2. Rebuff. in praxi, tit. de permutatione à num. 42. Corraſ. d. num. 10. Ioan. Nicol. Delphinas, d. lib. 2, num. 138. Iul. Clar. libr. 5. receptar. ſententiar. §. fi. q. 73. nu. 7. Maſcard. de prob. concl. 178. & 1175. Menoch. d. præſumpt. 78. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 12. q 5, nu. 20. & lib. 13. q. 4 à nu. 5. ad 15. Azor d. c. 29. q. 15. & 30. & Manticam de tacitis & ambiguis conuentionibus lib. 25. tit. 10.

102 Circa quod ego aduerto coniecturas iſtas, quas adducunt Dd. citati militare reſpectu expectantium quãdo erant expectatiuæ, vt rectè aduertit Menoch. ſupra nu. 2. vbi ait, quod quando facta eſt renunciatio, vel permutatio beneficij authoritate ſuperioris, & de nullius præiudicio agitur, quippe nullus adeſt expectans primum vacaturum, renunciatio, vel permutatio non præſumitur fraudè facta. Nunc autem cum non adſint expectantes, expectatiuæ enim ſunt ſublatæ à S. Concilio Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 19. iſtæ coniecturæ fraudis permutationum videntur ceſſare.

## *De vacatione per aſſecutionem alterius, Cap. V.*

### SVMMARIA.

*PRo intelligẽtia materiæ de incompatibilitate beneficiorum & vacatione vnius per aſſecutionem alterius, de qua eſt copioſus tractatus Hoiedæ, ſunt conſideranda, & diſtinguenda quatuor tempora, ante Concilium Trid. cum Doct. relatis, nu. 1.*

*Primum tempus eſt ante Concilium Lateranen. ſub Alex. III. & tunc obtinenti duo curata, vel dignitates, vel alias incompatibilia, dabatur optio, & non vacabat primum ipſo iure per aſſecutionem alterius, nec priuabatur ſecundo, numero 2.*

*Secundum tempus eſt d. Concilij Lateran. ſub Alex. III. in quo fuit prohibitum, vt nullus diuerſas dignitates, & pluves Eccleſias reciperet, alioquin priuaretur ſecundo, &c. num. 3.*

*Improbatur Quintanaduennas dicens c. referente, & c. præterea, de præb. non eſſe ante, ſed poſt d. Concilium Lateranen. nu. 4. & 5. & c. eam te de ætate & qualitate, in quo fundatur, explicatur, nu. 6.*

*Tertium tempus Concilij Lateran. ſub Innoc. III: in quo ſtatuit, quod ſi habens beneficium curatum, aut perſonatum, vel dignitatem, reciperet ſecundum, ipſo iure vacet primũ, & ſi illud retinere contenderit, etiam ſecundo ſpolietur per ſententiam, nu. 7. Et idem in officijs, & in beneficijs regularibus curam animarum habentibus, & in dignitatibus regularibus, etiam manualibus, ac in vicarijs perpetuis, nu. 8.*

*Improbatur Quintanaduennas dicens, quod ſi in varijs Eccleſijs plures aliquis dignitates conſecutus ſit, non amittet priorem ipſo iure, ex c. de multa &c. nu. 9.*

*Quartum tempus extrauagantis execrabilis, de præb. in qua ſtatuitur, quod recipientes ſecundum beneficium curatum, aut dignitatem, perſonatum, ſeu officium primum, quod ipſo iure vacat, abſque mora coram Ordinarijs dimittere debeant, verbo, & facto, &c. alioquin ex tunc ſint ipſo iure ſecundo priuati, & ad ſacros Ordines, & beneficia inhabiles, num. 10.*

*Ante iſta quatuor tempora poſſunt notari alia tria cum Quintanaduennas, num. 11. Primum ex Concilio Calcedonen. de quo in cap. clericum 21. quæſt. 1. num. 12. Secundum, ex Nicena ſynodo 2. ſeu 7. generali, de qua in cap. 1. 21. quæſt. 1. numer. 23. Tertium, ex Concilio Vrbani II. Placentiæ, de quo in cap. ſanctorum 70. diſt. vbi titulorum pluralitas generaliter prohibita eſt, num. 14. Antiquitus enim nemo poterat ordinari, ſine titulo certæ Eccleſiæ, ſeu beneficij, in qua Eccleſiaſtica munia perſonaliter obiret, numero 15.*

*Cum poſtea ex generali conſuetudine in beneficijs ſimplicibus requireretur miniſterium, ſeu reſidentia perſonalis, conſequenter variatum eſt circa pluralitatem beneficiorum, & ſecutæ ſunt prædictæ conſtitutiones, & prædicta quatuor tempora nu. 16.*

*Redeundo ad vltimum tempus d. extrauag. execrabilis, notatur, quod inhabilitas ibi poſita cum inducatur in obtinendis, non extenditur ad obtenta. num. 17. Nec habet locum in legitime diſpenſato ad plura, qui illa recepit non canonice, nu. 18. quando diſpenſatio eſt conceſſa circa obtinenda, ſecus ſi circa obtenta, numero 19. Secus etiamſi ſit conceſſa conditionaliter, ſi alias canonice conferantur eidem, ſecundum Butrium, & alios, num. 20. Sed contrarium tenetur, nam illa clauſula non inducit formam, & conditionem ſed eſt expreſſio eius, quod tacitè ineſt, & ſic nihil operatur, numero 21.*

*Nec etiam habet locum pœna d. extrauag. in habentè diſpenſationem, quamuis ſurreptitiam, & inſufficientem, niſi ſurreptio, & inſufficientia eſſet clara, num. 22. Nec in retinente plures parochiales obtentas cum diſpenſatione Papæ, quas ipſo iure perdidit ob non promotionem, vel alias, num. 23.*

*Dicta extrauagans, & eius pœna, habet locum, etiamſi dignitas, perſonatus, aut officium ſit ſine cura, nu. 24. Quamuis contrarium teneant Staphil. & Hoieda, nu. 25. nec d. extrauagans id requirit in verſ. qui vero, nu. 26. nec contradicit in verſ. quantum autem, nu. 27. & 28. nec obſtat ratio Hoiedæ, quod pœna ipſo iure ibi impoſita non debet extendi, quia hic non agitur de extenſione, ſed de comprehenſo in verbis d. verſ. qui vero, nu. 29.*

*Ex iſta ratione infertur, quod pœna d. extrauagantis non habebit locum in retinente, alias duo beneficia vniformia ſub eodem tecto, nu. 30. Quamuis ea retinens, vel alia incompatibilia, ſine diſpenſatione legitima ſit indignus, & ineligibilis, nu. 31. non tamen vere dici poteſt irregularis, n. 32. nec inhabilis ita vt prouiſio ſit nulla, niſi iuxta Capitulum Ordinarij, § in conferendis, nu. 33.*

*An dimiſſio primi beneficij, quæ in d. verſ. qui vero iubetur fieri coram ordinario, ſit facienda intra menſem, ſicut in verſiculis præceden. an vero ſtatim, & quam primum ſecundi poſſeſſionem prouiſus habuerit, &c. à nu. 34. Reſoluitur faciendam eſſe ſtatim, & in continenti cum gl. Cencelini, & alijs, contra gl. Guilielmi, & alios: & quando dicatur fieri ſtatim, & in continenti, &c. intelligitur cum aliquo temperamento ſecundum ſubiectam materiam arbitrio boni viri, nu. 38. Et quomodo ſumantur dictiones iſtæ, in continenti, mox, ſtatim, illico, quam primum, & circa, remiſſiue, nu. 39.*

*Ad euitandas pœnas d. extrauagantis ſufficit, quod quis dimittat primum realiter, & cum effectu, ac ſine fraude, licet coram Ordinario ſub publico teſtimonio, illud verbo tenus nũc dimittat. nu. 40. Quod licet in rigore non ſit verum, quia repugnant verba d. extrauagantis, quæ ſunt clara, videtur conſuetudine receptum, & approbatum. nu. 41.*

*Ad probandam execrabilitatem requiritur, quod probetur*

*cum*

*cum poſſediſſe, num.42. Et debet liquido conſtare de poſſeſſione incompatibilium ex Rota, nu.43. Ex qua etiam non ſufficit producere inſtrumenta poſſeſſionum parochialium, niſi probetur perceptio fructuum, vel tantum tempus efluxiſſe, quod ei poſſet pro notabili negligentia imputari, quæ deciſio ſi requirit actualem perceptionem fructuum, non videtur vera, maxime ſi ingeſſit ſe adminiſtrationi, num.44.*

*Per extrauagan. verſic. qui vero, & ſeq. non reſeruantur beneficia priora, quæ per adeptionem poſteriorum vacant virtute cap. de multa, ſed ſolum poſteriora quæ propter indebitam retentionem priorum vacant virtute d. extrauagantis, num.45. quicquid dicant alij relati à numero 46. Juxta quæ eſt accipienda reſeruatio regulæ 1. Cancellariæ, in qua reſeruantur beneficia, quæ per conſtitutionem execrabilis vacant, vel vacare contigerit, num.49. Beneficia tamen priora, quæ tempora illius conſtitutionis quis retinebat de facto ſine diſpenſatione, comprehenduntur in d. reſeruatione, num.50.*

*Beneficia vacantia per aſſecutionem alterius autoritate Apoſtolica facta ſunt reſeruata Papæ per extrauag. ad regimen, quæ renouatur per omnes Sum. Pontifices in reg. 1. Cancellariæ, num.51. & 52. Quæ reſeruatio procedit in beneficijs vacaturis per aſſecutionem alterius non ſolum ex diſpoſitione iuris, ſed etiam ex decreto Papæ, num.53.*

*Similis erat reſeruatio, quam pro ſuo tempore fecerunt Clemens VI. & Vrbanus VI. de omnibus beneficijs vacantibus per aſſecutionem alterius incompatibilis virtute expectatiuarum, num.54.*

*Hodie in gratia facta de aliquo beneficio habenti aliud incompatibile, ſeu ius ad illud, apponitur decretum, quod infra duos menſes primum dimittere, ſeu iuri cedere in manibus Roman. Pontificis omnino teneatur alioquin ambo vacent eo ipſo, &c. num.55. Per quam clauſulam tacite diſpenſatur, vt per illos duos menſes poſſit retineri primum cum ſecundo, & ideo ratione illius bulla pluris taxatur, quæ maior taxa excuſatur expediendo bullam cum clauſula, quod ſi habita poſſeſſione, quam primum dimittere teneatur. num.56. Quamuis etiam iſta clauſula importare videatur, quod non vacat primum per aſſecutionem, & poſſeſſionem ſecundi, interim dum fit dimiſſio in manibus Papæ, num.57.*

*Iſtud decretum de dimittendo obtentum intelligitur de dimiſſione pura & ſimplici, & non ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, non obſtante ſtylo prætenſo, quia non conſtat, Papam ſciuiſſe fuiſſe factam ex decreto, & quia ſi aliquas admiſit, id fuit in eius voluntate, &c. ex uet. numer.58. Quamuis Flam. Parſ. videatur velle, ſtante illa clauſula poſſe reſignare in fauorem, & cum penſione, quia ait, quod hodie apponitur, vt libere dimittant; vnde non poſſunt reſignare in fauorem, vt antea fiebat. num.59.*

*Hodie ad magis euitandas ſimiles renunciationes, dicitur quod libere, cum ſpecifica mentione præſentis decreti dimittere omnino teneatur, &c. num.60.*

*Is cui poſitum eſt huiuſmodi decretum, ſiue poſt habitam poſſeſſionem ſecundi, ſiue ante, non poterit reſignare primum coram Papa conditionaliter, ſeu ex cauſa permutationis, non facta mentione dicti decreti, alias reſignatio eſſet ſurreptitia & nulla à principio, & non facta alias dimiſſione iuxta formam decreti lapſo bimeſtri, vtrumque vacaret ex dicto decreto, num.61. Nec etiam poterit coram ordinario reſignare ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis; alias lapſo dicto termino vacabit vtrumque ad diſpoſitionem ſolius Papæ; & quamuis interim valuiſſet, tamen habita poſſeſſione ſecundi, & adueniente tempore admittendi, irrita cen ſebitur, num.62. moriente tamen illo, & c. ante aduentum dicti temporis, non intrabit decretum in beneficijs ſic vacatibus, nec erunt reſeruata, & c. nu.63. vbi forma dictæ dimiſſionis, & c. Prædicta reſeruatio eſt extenſa per Paulum V. ad vacatura ante aſſecutionem reſignata, ſeu dimiſſa, & per conſtitutionem poſitam, num.64.*

*Cum capit. quia nonnulli, & cap. de multa, & extrauagant, execrabilis, ſolum loquantur in beneficijs curatis, & dignitatibus, ac perſonatibus, ſeu officijs, ſequitur deciſionem cap. referente, & cap. præterea, de prabend. dantium optionem, non eſſe correctam per d. iura in alijs beneficijs incompatibilibus, &c. nec in eis per aſſecutionem ſecundi vacare primum, num.65. contra Innocentium, & alios relator. num.66.*

*Conſideratur incompatibilitas duplici modo, quædam eſt illorum beneficiorum, quæ ſimul teneri non poſſunt; & primum vacat ipſo iure per aſſecutionem ſecundi. Alia eſt quoad retentionem tantum, ſcilicet beneficiorum, quæ ſimul licite retineri non poſſunt, licet non vacat primum ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, num.67. Et ad iſta reducitur triplex incompatibilitas, quam conſiderat Card. num.68.*

*Prædicta doctrina declaratur primo, vt non procedat in iure ad rem ad aliquod beneficium, cui cenſetur quis renunciare per aſſecutionem alterius beneficij, quod ſimul retineri non poſſet cum illo, etiamſi non ſit curatum, dignitas, perſonatus, num.69.*

*De materia Clem. gratia, de reſcript. videndi ſunt relati num. 79. & deciſ Rotæ ibi poſita.*

*Secundo declaratur, vt non procedat, quando beneficiatus in vna diœceſi accepit aliud beneficium requirens ſin iliter reſidentiam in alia, & ibi commoratur: nam tunc facte inducitur renuntiatio primi, niſi aliud appareat. num.71. ſed contra tenetur, num.72. & ſeq.*

*Tertio declaratur, vt non procedat, quando beneficia ſimplicia requirerent reſidentiam, ita quod non poſſet in eis deſeruire per alium; nam tunc per adeptionem ſecundi videtur renuntiari primo, num.74. ſed non placet, num.75.*

*Succeſſit poſtea ſecundum tempus Concilij Trident. ſeſs.7. de reformat. cap.4. num.76. cui decreto non aduerſatur alius eiuſdem Concilij ſeſs.24. de reform. c.17. quod obtinentes plures parochiales, vna retenta, alias infra ſpatium ſex menſium dimittere teneantur; nam loquitur de obtinentibus tunc plures parochiales, &c. non autem de pluribus parochialibus, aut alias incompatibilibus beneficijs poſt Concilium obtentis, de quibus loquitur d. cap.4. num.77. Et ita accipitur quod tradunt Salzedo, & alij relati. num.78.*

*An in beneficijs reſidentiam requirentibus, etiam ſimplicibus, vel alias quomodolibet incompatibilibus per d. decretum Concilij cap.4. inducatur vacatio primi ipſo iure per adeptionem ſecundi. num.79. Ponitur ſententia Navarri, & aliorum negatiua, num.20. quam tenuit Rota in deciſionibus relatis num.81. & eſt in praxi ſeruata in Hiſpania, num.82. Contraria ſententia, & ſic affirmatiua tenetur, quæ eſt approbata per S. Congreg. Concilij, vt in declarationibus adductis, & recepta, & practicata in dataria, & Cancellaria, & tenetur iam à Rota, vt in reſolutionibus, & deciſione adductis, & eſt re vera ſatis conformis Concilio. quod extendit cap. de multa ad quacunque beneficia incompatibilia, à num.83.*

*Addit etiam Concilium cap. de multa, quod quamuis in terminis d. cap. de multa contendens retinere primum, quod ipſo iure vacauerat, etiam ſecundo eſſet priuandus per ſententiam, tamen ex decreto Concilij ipſo iure eſt priuatus etiam ſecundo, num.94.*

*Addit etiam, quod licet in d. cap. de multa, vt primo retento ſecundo*

*cundo requiratur monitio, vel quod retineret vsque ad litis contestationem: tamen cum Concilium dicat, retinere præsumpserit, non videtur necessaria iudicialis contentio, nec monitio, nu. 95. nam illa verba solum denotant, dolosam, seu malitiosam retentionem saltim ex lata culpa, num. 96. qua recta datur sine monitione, aut litis contestatione, &c. nu. 97. & adducuntur declarat, S. Conc. nu. 98. sufficeret q; ad pœnam Concilij retinere primum de facto cum secundo, licet fructus non reciperet, nu. 99.*

1 PRo pleniori intelligentia huius † grauissimæ, frequentissimæ, & vtilissimæ materiæ de incompat. benef. & vacatione vnius per assecutionem alterius, de qua copiosum tractatum edidit Alph. de Hoieda, oportet considerare & distinguere quatuor tempora ante Concilium Tridentinum, cum Card. & Imola in cap. referente de præben. & Abbate in cap. quia nonnulli, nu. 4. de cler. non resid. & in d. c. referente nu. 3. & ponunt Cassad. d. c. 1. de const. Gamb. de offic. legati lib. 5. rubr. an legatus possit plura beneficia vni conferre, à nu. 67. Rosin. de benef. c. 5. à nu. 18. & Hoieda d. tract. de incompatib. benefic. 1. p. c. 7. nu. 7. & post hæc Gonçalez ad reg. de mensib. gl. 15. à nu. 10. Azor 2. p. lib. 6. cap. 13. q. 1.

2 Primum † tempus est ante Conc. Later. sub Alexandro III. de quo fit mentio in d. cap. quia nonnulli, & tunc obtinenti duo beneficia curata, vel dignitates, seu alias incompatibilia, dabatur optio, vt vnum retineret, & alterum dimitteret, & non vacabat primum ipso iure per assecutionem alterius, nec privabatur secundo, vt in d. cap. referente, & c. præterea de præb.

3 Secundum tempus † est dicti Concil. Later. sub Alex. III. in quo fuit prohibitum, vt nullus diuersas dignitates, & plures ecclesias reciperet, alioquin privaretur secundo, & conferens potestate conferendi pro illa vice. vt in d. cap. quia nonnulli, & refertur in c. de multa in princ. de præbend. & si tunc obtinenti duo curata, vel dignitates, non dabatur optio, sed debebat amittere secundum, non ipso iure, sed per sententiam.

4 Quamuis † Quintanaduennas Ecclesiast. libr. 4. sub nu. 46. dicat d. cap. referente, & cap. præterea, nõ esse ante, sed post dictum Concilium Lateranense, ex cap. eam te 4. de ætat. & qualitat. quod cum illis concordat, & Concilij Lateranensis decreta nõ quidem antecessit: quod falso (inquit) Panormitan. in dicto cap. quia nonnulli, num. 4. & alij in temporum descriptione decepti crediderunt, sed secutum est, vt indicant illa archetypæ constitutionis verba, Ne vllus in eis contra decreta quæ in Lateranensi Concilio edidimus, vel contra antiquas sacrorum canonum sanctiones clericus ordinetur: & patet ex verbis capituli, ibi, Quæ scientia, moribus, & ætate Concilij non congruant institutis, vbi in margine dicitur, Concilij Lateranensis, &c.

5 Sed † nihilominus verius est, dictum Concilium Lateranense posterius d. c. referente, & c. præterea, vt colligitur ex d. cap. de multa, de quo sequenti tempore, vbi in principio refertur constitutio dicti Concilij Lateranensis, de qua in d. c. quia nonnulli, tanquam tunc vigens.

6 Nec † obstat tex. in d. cap. eam te, quod re vera est post dictum Conc. Lateranense, quia potest intelligi de Ecclesijs collatis ante Concilium Lateranense, vt ibi dicit Ioannes Andreas, & Panormitanus nu. 8. & est additio glossæ, verb. dimittendam, qui etiam dicunt, quod vel ibi fuit gratia, quod sequitur Ioannes Quintinus in repet. c. de multa, sub nu. 69. nec Panormitanus in d. c. quia nonnulli, n. 4. dicit d. c. eam te, esse d. Concilium Lateranense.

7 Tertium † tempus fuit Concilij Later. sub Innocentio III. in quo statuit, quod si habens beneficium curatum, aut personatum, vel dignitatem, reciperet secundum, seu secundam, ipso iure vacet primum, & si illud retinere contenderit, etiam secundo spolietur per sententiam, vt in d. cap. de multa, & in c. dudum, 2. de elect.

8 Et idem † in officijs, ex cap. 1. de consuet. in 6. & in beneficijs regularibus curam animarum habentibus, etiamsi cura per alium habeat exerceri, & in dignitatibus regularibus etiam manualibus, ex c. cum singula, de præbend. in 6. & Clemen. 1. de supplenda neglig. prælator. ac in vicarijs perpetuis, ex Clem. 1. de off. vicar. Corras. de benef. 1. parte, cap. 10. & vlt. nu. 6. & Quintanaduenna, d. lib. 4. nu. 97. qui † num. 118. male ait, quod si in varijs ecclesijs plures aliquis dignitates consequutus sit, non amittet priorē ipso iure, ex d. c. de multa, sed habebit locum dictum cap. quia nonnulli: nam cum hæc species, inquit, ab Innocentio prætermissa sit, non videt cur eiusdem constitutionis pœnis contineatur, sed reuera de his etiam loquitur Innoc. ibi, vt patet ex principio, & vers. hoc idem.

9

10 Quartum † tempus est extrauag. execrabilis Ioã. XXII. de præb. in qua in vers. qui vero, statuitur, quod recipientes secundum beneficium curatum, aut dignitatem, personatum, seu officium primum, quod ipso iure vacat, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos steterit quominus habeant, absque moræ dispendio coram ordinarijs dimittere debeant verbo & facto, ac sine fraude, sub testimonio publico, alioquin ex tunc sint ipso iure secundo priuati, & ad sacros ordines suscipiendos, & ad habendum quodcunque beneficium inhabiles. Hæc in dicta extrauagante.

11 Sed † ante ista quatuor tempora, quæ Dd. communiter considerant, possunt notari alia tria, cum Quintanaduennas d. lib. 4 ex principio, præcipue dict. nu. 46.

12 Primum † ex Concilio Calcedonen. canon. 10. de quo in c. clericum, 21. q. 1. quamuis Gratianus ibi addidit illa verba, eodem tempore, vt per Quintanaduen. ibi nu. 6.

13 Secundum † ex Nicena Synodo 2. seu 7. Synodo generali, de qua in c. 1. 21. q. 1. vbi pluralitas beneficiorum nominatim prohibita est in vrbe Constantinopolitana.

14 Tertium, ex † Concilio Vrbani II. habito Placentiæ, de quo in c. sanctorum 70. distinct. vbi titulorum pluralitas generaliter prohibita est.

15 Antiquitus † enim nemo poterat ordinari sine titulo certæ Ecclesiæ, seu beneficij, in qua ecclesiastica munia personaliter obiret, vt in c. neminē, & d. c. sanctorum, 70. dist. Quintanaduennas d. l. 4. numer. 60. & 61.

16 Cum † vero postea ex generali consuetudine in beneficijs simplicibus non requireretur ministeriū, seu residentia personalis; consequenter etiam variatum est circa pluralitatem beneficiorum, & subsecutæ

tutæ ſunt prædictæ conſtitutiones,& prædicta quatuor tempora.

17 Redeundo † autem ad vltimum tempus dictæ extrauag.execrabilis,notandum eſt, quod in hab.litas ibi poſita cum inducatur in obtinendis, non extenditur ad alia,puta ad obtenta,Caſſad.d. deciſ. 1. de conſtit.glo.in Clem.1.§ ipſius de pœnis,verſ.obtinendis,quam ſequuntur ibi Card.Imola, & Bonifacius nu.54.& Abb.in Clem.2.cod.tit,Hoieda de incompatibilitate,c.23.nu.101.

18 Nec habet †locum in legitime diſpenſato ad plura,qui illa recipit non canonice,nam licet peccet, & contra eum procedi poſſit, quia male tenet, & ſine titulo canonico,non tamen quia plura tenet,ex quo habet diſpenſationem,Specul.in tit. de diſpenſatione,§.dicendum,nu.23. Ioan.Andr.in c. non poteſt, de præbend.in 6.& ibi Dominic.§.1.num.5.& conſ. 126.& Franc.d.§.1.nu.4.Millis in repertorio ver.diſpenſatus,vt poſſit plures,& Caſſad. deciſ. 36. ſuper reg.num.3.Hoieda de incomp.benef.1.par.cap.17. nu.19 & 2.p.c.vlt.nu.80.Tuſchus concl.69.lit.B. à nu.37.& Ant.de Butr.in c.dudum 2.de elect.qui ta-

19 men † id primo limitat,vt procedat in diſpenſatione conceſſa circa obtinenda,ſecus ſi circa iam obtenta:nam tunc cum diſpenſatio ſit ſurreptitia,non exprimendo vitium ipſorum beneficiorum, in nullo prodeſt,&c.ſequuntur Dominic.ibi d. numer. 5. & Franc.dict.num.4.

20 Secundo † limitat,vt procedat in diſpenſatione circa obtinenda ſimpliciter conceſſa, ſecus ſi conditionaliter,ſi alias canonice conferantur eidem,quia tunc diſpenſatio non prodeſt,nec habet locum, ex quo non adeſt conditio & forma in ea expreſſa, ſequitur Dominic.& Franc.ibidem,& Rebuf.in praxi tit.de diſpenſatione ratione ætatis, verſ. ſi tibi alias canonice conferantur.

21 Sed † contra iſtam limitationem expreſſe tenent Specul. Millis, & Caſſad. & Hoieda, & Tuſchus ſupra,meritoque,nam illa clauſula, ſi alias canonice conferatur eidem,non inducit formam & conditionem,ſed eſt expreſſio eius,quod tacite ineſt,vt in dicto c.dudum ad fi. & c.ſi gratiole, de reſcript. in 6. & in d.cap.non poteſt,§.1.& ibi gl.verb. canonice, & ſic nihil operatur l.tertia,ff.de legat.1.l.conditiones extrinſecus,ff.de condit.& demonſtrat.Thomas Sanchez de matrimon.libro 2.diſputat.11.num.18. & libro 3.diſputat.33.num.3.& dicetur alias infra num.335.

22 Nec † etiam habet locum pœna dictæ extrauagantis in habente diſpenſationem, quamuis ſurreptitiam, & inſufficientem, quæ nihilominus excuſat aſſequentem ſecundum curatum à pœna illius,ſecundum Gomez.in reg. de annali q. 14. dicentem ſæpe approbaſſe Rotam hoc dictum: quod mihi videtur intelligendum,niſi ſurreptio,& inſufficientia diſpenſationis eſſet clara,&c.

23 Nec etiam † habet locum in retinente plures parochiales obtentas cum diſpenſatione Papæ, quas ipſo iure perdidit ob non promotionem infra annum,vel alias,vt per Nauar.conſilio 12.de reſcript. à numero 12.& conducit deciſ. Guidob. 57. de qua infra numero 190.

24 Secundo notandum † eſt, quod dicta extrauagãs & eius pœna habet locum, etiamſi dignitas, perſonatus,aut officium ſit ſine cura, ita quod ad incurrendam eius pœnam non eſt neceſſarium retinere duo curata,aut beneficium curatum cum dignitate, perſonatu,vel officio habentibus curam animarum, ſaltim fori contentioſi, ſed ſufficit retinere beneficium curatum,ſine ſtricte ſiue large,cum dignitate, perſonatu, vel officio ſine vlla cura, vel duas dignitates,perſonatus, aut officia ſine cura, aut dignitatem cum perſonatu,vel officio ſine cura,&c. vt recte inquit gloſſa Zenzelini ibi,verb. ſimile, in extrauagantibus Ioannis XXII.& videtur tenere Abbas in d.cap.quia nonnulli num.4.verſic.quartum fuit tempus,& ſequuntur Staphileus de literis gratiæ,tit. de variis modis vacationis §.3.vacationis modus, nu. 1.& tit.de qualitate,& ſtatu benefic.§. huiuſmodi, nu.7.alias 41.Caſſad.d.dec.1.de conſtitutionibus, nu.2.ibi:Sed curatis,& alijs,de quib.&c.Nauar.in cap.ſi quando,de reſcript.excep.6.num.5. & ſentit idem Nauar.in cap.accepta,de reſtit.ſpoliat. oppoſit.10.ſolu.nu.30.& Mandoſ.in reg.1.Cancel.q.14. Azor d.lib.6.c.13.q.1.

25 Quamuis contrarium † teneat d.Staph. d.§. huiuſmodi,nu.9.& 10.vbi dicit,quod ad hoc, vt ſit locus dictæ conſt.execrabilis, & pœnis in ea contentis circa dignitates,& beneficia incompatibilia, requiritur quod ſint curata ſtricte,vel ſaltim large,& ideo quòd obtinentes perſonatum, ſeu dignitatem ſine cura ſi retinerent illum abſque diſpenſatione cum beneficio curato, non incurrit pœnas dictæ conſtitutionis,quod ſequitur Hoieda c.16.nu.4. 5. & 6. & c. 13.nu.8.verſ.4.declaratur.

26 Sed reuera † dicta extrauagans in d.verſic. quæro non requirit,quod ambo ſint curata, vt ex eius verbis apparet, nam illa verba, Animarum curam habens annexam, ſolum referuntur ad verbum immediate præcedens, Aut aliud beneficium, & non ad dignitatem,perſonatum, ſeu officium, vt patet ex contextu,alias enim diceret in plurali, Animarum curam habentia.

27 Nec contrarium inquit, aut minuit dicta extrauagans in finalibus verbis, nempe in verſic. quantum autem,in quibus fundatur Staphileus d.nu. 9. & Hojeda d.verſ.quarto declaratur, quia vt ibi dicitur,ſolum ibi declaratur, quæ dicantur beneficia curata circa modificationem ante factam, nempe in verſic. nos itaque, vt ibi notat gloſſa Zenzelini verb.ante factam, vnde nihil poteſt inferri contra noſtram ſententiam.

28 Et quando † declaratio,de qua in d.verſ.quantum autem,referat ad omnia præcedentia, & ad dictum verſ.quæro,vt videtur ſentire gloſſa Gulielmi,ibi,in extrauagantibus communibus non faceret etiam contra noſtram ſententiam, nam ſolum ibi declaratur, quæ beneficia cenſeantur curata in terminis d. conſtit.non vero dicitur,quod ambo beneficia,quæ quis retineat,debeant eſſe curata, vt habeat locum illa conſtitutio,& eius pœna.

29 Nec obſtat † ratio Hojedæ dict.cap.16.numer.5. & 6. quod pœna ipſo iure ibi impoſita non debet extendi, &c. quia hic non agimus de extenſione, ſed de comprehenſo in verbis dict. verſicul. quæro, ibi, Dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium: & ibi, Simile.

30 Ex iſta tamen † ratione bene infertur, quod pœna dictæ extrauagantis, non habebit locum in retinente alias duo beneficia vniformia ſub eodem

tecto,

tecto, quamuis sint incompatibilia, ita quod per assecutionem secundi vacet primum ipso iure cap. literas, de concess. præbend. & Clemen. fin. de præben. neque in retinente alia beneficia incompatibilia. Faciunt quæ tradit Cassadorus dict. decis. 1. & Bellamera decis. penult. 754. num. 3. versic. nam certum est, Mandos. dict. reg. 1. quæst. 14 & Navarr. consil. 13.

31 num. 3. de prebend. quamuis † retinens duo vniformia sub eodem tecto, vel alia incompatibilia sine dispensatione legitima, sit indignus, & ineligibilis, ad dictum cap. dudum 2. de elect. cuius ratio est generalis, non † tamen verè dici potest irregularis, vt malè

32 aiunt Mandos. de irregularitate lib. 3, cap. 4. & Enriquez in summa lib. 14, c. 9. §. 1. cum Speculatore, de dispensatione, §. iuxta, nu. 37. & §. dicendum, nu. 11. nam id non est iure expressum, cap. is qui, de sententia excommunic. in 6. imò † nec inhabilis, ita vt collatio, seu prouisio sit nulla, iuxta dicta sup. 7. par. c. 8.

33 à num. 47. nisi iuxta cap. ordinarij. §. in conferendis, de offic. ordin. in 6. de quo infra à num. 170. & num. 109. & 299.

34 Sed circa † dictum vers. qui vero dubitatur, an dimissio primi beneficij, quæ ibi iubetur fieri coram ordinario, sit facienda intra mensem, sicut in versic. præceden. an vero sit facienda statim, & quamprimum secundi possessionem prouisus habuerit, vel per eum steterit.

35 In quo glossa † Gulielmi ibi, verb. pari modo, dicit faciendam esse intra mensem, ita intelligens verbum illud, pari modo, scilicet intra mensem, sub testimonio publico, verbaliter, realiter, & cum effectu. Idem tenent Rebuffus in praxi, in forma signaturæ, verb. aut per constitutionem. execrabilis, & titul. de dispensatione ratione ætatis, verb. quoad vixeris, nu. 12. Ferretus consil. 255. nu. 2. & Zerola in praxi Episcopali 1. par. verb. beneficium, §. 3. circa fin. & idem videtur tenere Aegidius Bellamera dict. decis. 754. in princip. ibi: Et infra mensem à tempore huiusmodi assecutionis computan, & Hieronym. Paulus in pract. Cancellariæ §. nota plura notabilia, tam circa beneficia reseruata, quam non reseruata, versic. habens beneficium curatum, Staphil. dicto §. tertius vacationis modus, ad finem. & Hoieda cap. 9. nu. 6. ad finem.

36 Contrarium † tamen, videlicet quod dicta dimissio debeat fieri statim, & in continenti, videtur tenere glos. Zenzelini ibi, verb. absque moræ dispendio, & verb. pari modo, & Abb. in dict. cap. quia nonnulli, num. 4. versic. quartum fuit tempus, ibi, Nisi de facto in continenti post habitam secundi pacificam possessionem, &c. & in dict. cap. de multa, num. 10. ibi, Tenetur illico, & Gambarus supra num. 71. ibi, Nisi statim, & Hoieda dict. cap. 7, num. 8. ad finem, & cap. 13. num. 79. qui idem dicit, & Bernard. Diaz in pract. crim. can. cap. 48. ad fin. & ita habet summarium dict. extrauagantis, in extrauag. Ioann. XXII. & nouissime ita tenet Flores de Mena, quæstion. 13. num. 2. & 4.

37 Quæ sententia mihi videtur † verior, & probatur ex illis verbis, Absque moræ dispendio: & illa verba, Pari modo, solum significant, quod fiat dimissio verbo & facto, & sic sine fraude, cum effectu, ac sub testimonio publico, vt dicitur in versiculis præcedentibus, vt rectè explicat gl. 3. Zenzelini, ibi: nec enim possunt referri ad tempus, cum circa illud hic particulariter disponatur per illa verba, Absque moræ dispendio, ad reg. generi per speciem derogatur, in 6. l. sanctio legum, ff. de pœnis, & l. doli clauſ. ff. de verb. obligat. & ibi glos.

38 Et quando † dicatur fieri statim in continenti, & absque moræ dispendio intelligendum est cum aliquo temperamento secundum subiectam materiam arbitrio boni viri, l. ratum, l. quod dicimus, ff. de solutionibus. Abbas in cap. potuit, de locato, Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 9. cum 5. sequen. Puteus decis. 366. num. 4. lib. 1. Anton. Thesaur. decis. Pedemontan. 77. num. 3. & Gonçalez glos. 9. in annotationibus, num. 217.

39 Et quomodo † sumantur decisiones istæ, incontinenti, mox, statim, illico, quamprimum, & circa, vide per Romanum in l. 1. ff. de verb. oblig.

40 Tertio notandum est, † quod ad euitandas pœnas dict. extrauag. versicul. qui vero, sufficit, quod quis dimittat primum beneficium curatum, seu dignitatem, &c. realiter, & cum effectu, ac sine fraude, & eius possessionem, licet coram ordinario sub publico testimonio illud verbo tenus non dimittat, vt docent Staphileus d. §. tertius vacationis modus, nu. 6, 7. & 8. Hoieda c. 9. nu. 6. & c. 13. nu. 80. versic. 6. declaratur, & Zerola d. §. 3. circa fin, ex Bellamera dict.

41 decisio. 754. quæ † sententia quamuis in rigore non sit vera, quia repugnant verba dict. extrauagan. quæ sunt clara, vt inquit Zerola, vbi proxime: tamen, vt inquit Bellamera ibi, num. 6. versic. tamen de facto videtur consuetudine recepta, & approbata, quia nunquam, aut rarò fiat talis verbalis dimissio coram ordinario.

42 Quartò notandum est, † quod ad probandã execrabilitatem requiritur, quod probetur eum possedisse ex dicta extrauagãte, execrabilis, vt fuit dictum in vna ciuitatis Callellanæ 6. Decembris 1556. coram D. Oradino.

43 Et † in alia Cracouien. canonicatus 13. Octobris 1562. coram Domino Rubeis fuit decisum, Ad execrabilitatem, & incapacitatem iudicandam debere liquido constare de possessione incompatibilium, Fabius decis. 25. & fuit resolutum in vna Oscens. pa-

44 rochialis 9. Iunij 1559. † ait tamen Thañis decis. 93. quod non sufficit ad probãdum quem execrabilem, producere instrumẽta possessionum parochialium, nisi probetur perceptio fructuum ad caput de multa, de præbend. & caput si tibi concesso, iuncta glossa de præbend. in 6. vel nisi probetur tantum tempus effluxisse, quod ei posset pro notabili negligentia imputari; quę decisio si requirit actualem perceptionem fructuum, non videtur vera, maxime si ingessit se administrationi,

45 Quintò notandum est † quod per dictum versic. qui verò, & sequentem versic. quæ omnia, non seruantur beneficia priora, quæ per adeptionem posteriorum vacant virtute dicti cap. de multa, sed solum posteriora, quæ propter indebitam retentionẽ prioris vacant, virtute dictæ extrauagantis, vt rectè tenet glossa Zenzelini ibi, verb. vt præmittitur, & verb. vel dimissu, Oldrad. consil. 152. numero 2. Felyn. in cap. causam quæ, de rescript. numero 4. limitat. 5. sequuntur Navarr. in d. cap. accepta oppositionis 10. solutione, num. 31. & consil. 12. de rescript. nu. 12. & 14. versic. quarto principaliter, & consil. 18. nu. 3. de præbend. Quintanaduennas dict. lib. 4. num. 94. &

Zerola

tutæ ſunt prædictæ conſtitutiones,& prædicta quatuor tempora.

17 Redeundo † autem ad vltimum tempus dictæ extrauag.execrabilis,notandum eſt, quod in hab.litas ibi poſita cum inducatur in obtinendis, non extenditur ad alia,puta ad obtenta,Caſſad.d. deciſ. 1. de conſtit.glo.in Clem.1.§ ipſius de pœnis,verſ.obtinendis,quam ſequuntur ibi Card.Imola, & Bonifacius nu.54.& Abb.in Clem.2.eod.tit.Hoieda de incompatibilitate,c.23.nu.101.

18 Nec habet †locum in legitime diſpenſato ad plura,qui illa recipit non canonice,nam licet peccet, & contra eum procedi poſſit, quia male tenet, & ſine titulo canonico,non tamen quia plura tenet,ex quo habet diſpenſationem,Specul.in tit. de diſpenſatione,§.dicendum,nu.23. Ioan.Andr.in c. non poteſt, de præbend.in 6.& ibi Dominic.§.1.num.5.& conſ. 126.& Franc.d.§.1.nu.4.Millis in repertorio ver.diſpenſatus,vt poſſit plures,& Caſſad. deciſ. 36. ſuper reg.num.3.Hoieda de incomp.benef.1.par.cap.17. nu.29.& 2.p.c.vlt.nu.80.Tuſchus concl.69.lit.B. 2 nu.37.& Ant.de Butr.in c.dudum 2.de elect.qui tamen † id primo limitat,vt procedat in diſpenſatione conceſſa circa obtinenda,ſecus ſi circa iam obtenta:nam tunc cum diſpenſatio ſit ſurreptitia,non exprimendo vitium ipſorum beneficiorum, in nullo prodeſt,&c.ſequuntur Dominic,ibi d. numer. 5. & Franc.dict.num.4.

19

20 Secundo † limitat,vt procedat in diſpenſatione circa obtinenda ſimpliciter conceſſa, ſecus ſi conditionaliter,ſi alias canonice conferantur eidem,quia tunc diſpenſatio non prodeſt,nec habet locum, ex quo non adeſt conditio & forma in ea expreſſa, ſequitur Dominic.& Franc.ibidem,& Rebuf.in praxi tit.de diſpenſatione ratione ætatis, verſ. ſi tibi alias canonice conferantur.

21 Sed † contra iſtam limitationem expreſſe tenent Specul. Millis, & Caſſad. & Hoieda, & Tuſchus ſupra,meritoque,nam illa clauſula, ſi alias canonice conferatur eidem,non inducit formam & conditionem,ſed eſt expreſſio eius,quod tacite ineſt,vt in dicto c.dudum ad fi. & c.ſi gratiole, de reſcript. in 6. & in d.cap.non poteſt,§.1.& ibi gl.verb. canonice, & ſic nihil operatur l.tertia,ff.de legat.1.l.conditiones extrinſecus,ff.de condit.& demonſtrat.Thomas Sanchez de matrimon.libro 2.diſputat.11.num.18. & libro 3.diſputat.33.num.3.& dicetur alias infra num.335.

22 Nec † etiam habet locum pœna dictæ extrauagantis in habente diſpenſationem, quamuis ſurreptitiam, & inſufficientem, quæ nihilominus excuſat aſſequentem ſecundum curatum à pœna illius,ſecundum Gomez.in reg. de annali q. 14. dicentem ſæpe approbaſſe Rotam hoc dictum: quod mihi videtur intelligendum,niſi ſurreptio,& inſufficientia diſpenſationis eſſet clara,&c.

23 Nec etiam † habet locum in retinente plures parochiales obtentas cum diſpenſatione Papæ, quas ipſo iure perdidit ob non promotionem infra annum,vel alias,vt per Nauar.conſilio 12.de reſcript. à numero 12.& conducit deciſ. Guidob. 57. de qua infra numero 190.

24 Secundo notandum † eſt, quod dicta extrauagãs & eius pœna habet locum, etiamſi dignitas, perſonatus,aut officium ſit ſine cura, ita quod ad incurrendam eius pœnam non eſt neceſſarium retinere duo curata,aut beneficium curatum cum dignitate, perſonatu,vel officio habentibus curam animarum, ſaltim fori contentioſi, ſed ſufficit retinere beneficium curatum,ſine ſtricte ſiue large,cum dignitate, perſonatu, vel officio ſine vlla cura, vel duas dignitates,perſonatus, aut officia ſine cura, aut dignitatem cum perſonatu,vel officio ſine cura,&c. vt recte inquit gloſſa Zenzelini ibi,verb. ſimile, in extrauagantibus Ioannis XXII.& videtur tenere Abbas in d.cap.quia nonnulli num.4.verſic.quartum fuit tempus,& ſequuntur Staphileus de literis gratiæ,tit. de varijs modis vacationis §.3.vacationis modus, nu. 1.& tit.de qualitate,& ſtatu benefic.§. huiuſmodi, nu.7.alias 41.Caſſad.d.dec.1.de conſtitutionibus, nu.2.ibi:Sed curatis,& alijs,de quib.&c.Nauar.in cap.ſi quando,de reſcript.excep.6.num.5. & ſentit idem Nauar.in cap.accepta,de reſtit.ſpoliat. oppoſit.10.ſolu.nu.30.& Mandoſ.in reg.1.Cancel.q.14, Azor d.lib.6.c.13.q.1.

25 Quamuis contrarium † teneat d.Staph. d. §. huiuſmodi,nu.9.& 10.vbi dicit,quod ad hoc, vt ſit locus dictæ conſt.execrabilis, & pœnis in ea contentis circa dignitates,& beneficia incompatibilia, requiritur quod ſint curata ſtricte,vel ſaltim large,& ideo quòd obtinentes perſonatum, ſeu dignitatem ſine cura ſi retinerent illum abſque diſpenſatione cum beneficio curato, non incurrit pœnas dictæ conſtitutionis,quod ſequitur Hoieda c.16.nu.4. 5. & 6. & c. 13.nu.8.verſ.4.declaratur.

26 Sed reuera † dicta extrauagans in d.verſic. quæro non requirit,quod ambo ſint curata, vt ex eius verbis apparet, nam illa verba, Animarum curam habens annexam, ſolum referuntur ad verbum immediate præcedens, Aut aliud beneficium, & non ad dignitatem,perſonatum, ſeu officium, vt patet ex contextu,alias enim diceret in plurali, Animarum curam habentia.

27 Nec contrarium inquit, aut minuit dicta extrauagans in finalibus verbis, nempe in verſic. quantum autem,in quibus fundatur Staphileus d. nu. 9. & Hojeda d. verſ.quarto declaratur, quia vt ibi dicitur,ſolum ibi declaratur, quæ dicantur beneficia curata circa modificationem ante factam, nempe in verſic. nos itaque, vt ibi notat gloſſa Zenzelini verb.ante factam, vnde nihil poteſt inferri contra noſtram ſententiam.

28 Et quando † declaratio,de qua in d.verſ.quantum autem,referat ad omnia præcedentia, & ad dictum verſ.quæro,vt videtur ſentire gloſſa Gulielmi,ibi,in extrauagantibus communibus non faceret etiam contra noſtram ſententiam, nam ſolum ibi declaratur, quæ beneficia cenſeantur curata in terminis d. conſtit.non vero dicitur,quod ambo beneficia,quæ quis retineat,debeant eſſe curata, vt habeat locum illa conſtitutio,& eius pœna.

29 Nec obſtat † ratio Hojedæ dict.cap.16.numer. 5. & 6. quod pœna ipſo iure ibi impoſita non debet extendi, &c. quia hic non agimus de extenſione, ſed de comprehenſione in verbis dict. verſicul. quæro, ibi, Dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium: & ibi, Simile.

30 Ex iſta tamen † ratione bene infertur, quod pœna dictæ extrauagantis, non habebit locum in retinente alias duo beneficia vniformia ſub eodem

tecto,

tecto, quamuis ſint incompatibilia, ita quod per aſſecutionem ſecundi vacet primum ipſo iure cap. literas, de conceſſ. præbend. & Clemen. fin. de præben. neque in retinente alia beneficia incompatibilia. Faciunt quæ tradit Caſtadorus dict. deciſ. 1. & Bellamera deciſ. penult. 754. num. 3. verſic. nam certum eſt. Mandoſ. dict. reg. 1. quæſt. 14 & Nauarr. conſil. 13.

31 num. 3. de prębend, quamuis † retinens duo vniformia ſub eodem tecto, vel alia incompatibilia ſine diſpenſatione legitima, ſit indignus, & ineligibilis, ad dictum cap. dudum 2. de elect. cuius ratio eſt genera-

32 lis, non † tamen verè dici poteſt irregularis, vt malè aiunt Mandoſ. de irregularitate lib. 3, cap. 4. & Enriquez in ſumma lib. 14, c. 9. §. 1. cum Speculatore, de diſpenſatione, §. iuxta, nu. 37. & §. dicendum, nu. 11, nam id non eſt iure expreſſum, cap. is qui, de ſenten-

33 tia excommunic. in 6. imò † nec inhabilis. ita vt collatio, ſeu prouiſio ſit nulla, iuxta dicta ſup. 7, par. c. 8. à num. 47. niſi iuxta cap. ordinarij. §. in conferendis, de offic. ordin. in 6. de quo infra à num. 170. & num. 209. & 299.

34 Sed circa † dictum verſ. qui vero dubitatur, an dimiſſio primi beneficij, quæ ibi iubetur fieri coram ordinario, ſit facienda intra menſem, ſicut in verſic. præceden. an vero ſit facienda ſtatim, & quamprimum ſecundi poſſeſſionem prouiſus habuerit, vel per eum ſteterit.

35 In quo gloſſa † Gulielmi ibi, verb. pari modo, dicit faciendam eſſe intra menſem, ita intelligens verbum illud, pari modo, ſcilicet intra menſem, ſub teſtimonio publico, verbaliter, realiter, & cum effectu. Idem tenent Rebuffus in praxi, in forma ſignaturæ, verb. aut per conſtitutionem, execrabilis, & titul. de diſpenſatione ratione ætatis, verb. quoad vixeris, nu. 12. Ferretus conſil. 255. nu. 2. & Zerola in praxi Epiſcopali 1. par. verb. beneficium, §. 3. circa fin. & idem videtur tenere Aegidius Bellamera dict. deciſ. 754. in princip. ibi: Et infra menſem à tempore huiuſmodi aſſecutionis computan. & Hieronym. Paulus in pract. Cancellariæ §. nota plura notabilia, tam circa beneficia reſeruata, quam non reſeruata, verſic. habens beneficium curatum, Staphil. dicto §. tertius vacationis modus, ad finem. & Hoieda cap. 9. nu. 6. ad finem.

36 Contrarium † tamen, videlicet quod dicta dimiſſio debeat fieri ſtatim, & in continenti, videtur tenere gloſſ. Zenzelini ibi, verb. abſque moræ diſpendio, & verb. pari modo, & Abb. in dict. cap. quia nonnulli, num. 4. verſic. quartum fuit tempus, ibi, Niſi de facto in continenti poſt habitam ſecundi pacificam poſſeſſionem, &c. & in dict. cap. de multa, num. 10. ibi, Tenetur illico, & Gambarus ſupra num. 71. ibi, Niſi ſtatim, & Hoieda dict. cap. 7. num. 8. ad finem, & cap. 13. num. 79. qui idem dicit, & Bernard. Diaz in pract. crim. can. cap. 48, ad fin. & ita habet ſummarium dict. extrauagantis, in extrauag. Ioann. XXII. & nouiſſime ita tenet Flores de Mena, quæſtion. 13. num. 2. & 4.

37 Quæ ſententia mihi videtur † verior, & probatur ex illis verbis, Abſque moræ diſpendio: & illa verba, Pari modo, ſolum ſignificant, quod fiat dimiſſio verbo & facto, & ſic ſine fraude, cum effectu, ac ſub teſtimonio publico, vt dicitur in verſiculis præcedentibus, vt rectè explicat gl. 3. Zenzelini, ibi: nec enim poſſunt referri ad tempus, cum circa illud hic particulariter diſponatur per illa verba, Abſque moræ diſpendio, ad reg. generi per ſpeciem derogatur, in 6. l. ſanctio legum, ff. de pęnis, & l. doli clauſ. ff. de verb. obligat. & ibi gloſ.

38 Et quando † dicatur fieri ſtatim in continenti, & abſque moræ diſpendio intelligendum eſt cum aliquo temperamento ſecundum ſubiectam materiam arbitrio boni viri, l. ratum, l. quod dicimus, ff. de ſolutionibus. Abbas in cap. potuit, de locato, Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 9. cum 5. ſequen. Puteus deciſ. 366. num. 4. lib. 1. Anton. Theſaur. deciſ. Pedemontan, 77. num. 3, & Gonçalez gloſ. 9. in annotationibus, num. 217.

39 Et quomodo † ſumantur deciſiones iſtæ, incontinenti, mox, ſtatim, illico, quamprimum, & circa, vide per Romanum in l. 1. ff. de verb. oblig.

40 Tertio notandum eſt, † quod ad euitandas pęnas dict. extrauag. verſicul. qui vero, ſufficit, quod quis dimittat primum beneficium curatum, ſeu dignitatem, &c. realiter, & cum effectu, ac ſine fraude, & eius poſſeſſionem, licet coram ordinario ſub publico teſtimonio illud verbo tenus non dimittat, vt docent Staphileus d. §. tertius vacationis modus, nu. 6, 7. & 8. Hoieda c. 9. nu. 6. & c. 13. nu. 80. verſic. 6. declaratur, & Zerola d. §. 3. circa fin, ex Bellamera dict.

41 deciſio. 754. quæ † ſententia quamuis in rigore non ſit vera, quia repugnant verba dict. extrauagan. quæ ſunt clara, vt inquit Zerola, vbi proxime; tamen, vt inquit Bellamera ibi, num. 6. verſic. tamen de facto videtur conſuetudine recepta, & approbata, quia nunquam, aut rarò fiat talis verbalis dimiſſio coram ordinario.

42 Quartò notandum eſt, † quod ad probandă execrabilitatem requiritur, quod probetur eum poſſediſſe ex dicta extrauagăte, execrabilis, vt fuit dictum in vna ciuitatis Caſtellanæ 6. Decembris 1556. coram D. Oradino.

43 Et † in alia Cracouien. canonicatus 13. Octobris
44 1562. coram Domino Rubeis fuit deciſum, Ad execrabilitatem, & incapacitatem iudicandam debere liquido conſtare de poſſeſſione incompatibilium, Fabius deciſ. 25. & fuit reſolutum in vna Oſcenſ. parochialis 9. Iunij 1559. † ait tamen Thańs deciſ. 93. quod non ſufficit ad probădum quem execrabilem, producere inſtrumẽta poſſeſſionum parochialium, niſi probetur perceptio fructuum ad caput de multa. de præbend. & caput ſi tibi conceſſo, iuncta gloſſa de præbend. in 6. vel niſi probetur tantum tempus effluxiſſe, quod ei poſſet pro notabili negligentia imputari; quę deciſio ſi requirit actualem perceptionem fructuum, non videtur vera, maxime ſi ingeſſit ſe adminiſtrationi.

45 Quintò notandum eſt † quod per dictum verſic. qui verò, & ſequentem verſic. quæ omnia, non reſeruantur beneficia priora, quæ per adeptionem poſteriorum vacant virtute dicti cap. de multa, ſed ſolum poſteriora, quæ propter indebitam retentionẽ prioris vacant, virtute dictæ extrauagantis, vt rectę tenet gloſſa Zenzelini ibi. verb. vt pręmittitur. & verb. vel dimiſſo, Oldrad. conſil. 152. numero 2. Felyn. in cap. cauſam quæ, de reſcript. numero 4. limitat. 5. ſequuntur Nauarr. in d. cap. accepta oppoſitionis 10. ſolutione, num. 31. & conſil. 12. de reſcript. nu. 12. & 14. verſic. quarto principaliter, & conſil. 18. nu. 3. de præbend. Quintana duennas dict. lib. 4. num. 94. &

Zerola

Zerola d. verb. beneficium, §. 3. circa finem, dicens ſic vidiſſe ſeruari in praxi, & in facto non vidiſſe adiri ſedem Apoſtolicam pro collatione parochialis, quæ vacabat per aſſecutionem alterius, & 2. p. eod. verb. §. 22. neque contrarium tenet gl. Gulielmi ibi, verb. vacatura, & poſt hæc tenet Gonçalez gl. 15. nu. 42. & gl. 51. nu. 38. *& eſt declaratio Sacr. Congreg. Concil. quæ ſic ait, Congregatio cenſuit*, 43.

46 Quamuis † Aeneas de Falcon. de reſeru. 3. quæſt. princ. nu. 12. & 4. quæſt. effectu 18. & 41. dicat, quòd beneficia incompatibilia poſt tempus præfixum indicta extrauag. ſunt reſeruata ex d. §. quæ omnia, licet non antea.

47 Et † quamuis Coſmas in prag. ſanctione, tit. de reſeruat. verb. execrabilis, dicat per dictam extrauag. inter cætera, reſeruari omnia beneficia vacantia per aſſecutionem aliorum incompatibilium, & Flam. Pariſ. de reſig. benef. libro 2. q. 16. nu. 22. quod primum curatum, quod vacat per receptionem alterius, eſt reſeruatũ ex d. extrauag. quæ omnia, quod ſentit Rebuff. in praxi in forma ſignaturæ, ver. aut per conſtitutionem execrabilis, & Flor. d. q. 13. n. 7.

48 † qui tamen q. 23. nu. 58. ait, iſtam reſeruationem eſſe iam antiquatam, & qui adipiſcitur beneficium incompatibile, ipſo iure priuatum eſſe primo, & ordinarium conferre primum, ſiue illico dimittat, ſiue non, juxta tex. in cap. licet Epiſcopus, de præb. in 6. & ita ſemper vidiſſe practicari, & nunquam de tali reſeruatione vidiſſe mentionem, aut exiſtimationem fieri, & in regno Galliæ eſſe antiquatam, ſecundum Rebuf. ibi.

49 Et iuxta dicta eſt † accipienda reſeruatio regul. 1. Cancellariæ, in qua reſeruantur beneficia, quæ per conſtitutionem execrabilis vacant, vel vacare contigerit.

50 Verum eſt † tamen, quod beneficia priora, quæ tempore illius conſtitutionis quis retinebat de facto ſine diſpenſatione, de quibus in verſicul. porro, comprehenduntur in reſeruatione d. ver. quæ omnia, quod tenet dict. glo. Guliel. quamuis contra teneat glo. Zenzelini d. verb. dimiſſa, & Quintanaduennas ſupra.

51 Beneficia vero vacantia † per aſſecutionem alterius authoritate Apoſtolica facta ſunt reſeruata Papæ, Rebuf. in d. forma ſignaturæ verb. ſeu per aſ-

52 ſecutionem, nam † beneficia quæcunque vacantia per aſſecutionem quarumcunque dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, & aliorum beneficiorum per Papam collatorum, ſeu authoritate literarum ipſius, reſeruantur in extrauag. ad regimen de præbend. quæ ſemper renouatur per omnes ſummos Pontifices in reg. 1. Cancel. Gonçal. glo. 15. §. 2. nu. 13. & gl. 51. nu. 36.

53 Quæ reſeruatio † procedit in beneficijs vacaturis per aſſecutionem alterius, non ſolum ex diſpoſitione juris, ſed etiam ex decreto Papæ, Simoneta de reſeruat. q. 26. Rota in Segouienſ. canonicatus 24. Nouembr. 1588. coram D. Plato, de qua ſupra 5. p. cap. 1. nu. 685.

54 Et ſimilis † erat reſormatio, quam pro ſuo tempore fecerunt Clemens VI. & Vrbanus VI. de omnibus beneficijs vacantibus per aſſecutionem alterius incompatibilis virtute expectatiuarum, quæ iam non extant, de qua Burſat. conſil. 126. numero 96. libro 2.

55 Et hodie † in gratia facta de aliquo beneficio habenti aliud incompatibile, ſeu ius ad illud, apponitur decretum, quod ipſe orator infra duos menſes à die habitæ poſſeſſionis ſecundi, ſeu qua per eum ſteterit, quominus illam aſſequatur, primum dimittere, ſeu iuri competenti cedere in manibus Romani Pontificis omnino teneatur, alioquin ambo vacent eo ipſo, ita vt de illis per ſedem Apoſtolicam dumtaxat, diſponi poſſit, ac irritum, &c.

56 Per † quam clauſulam tacite diſpenſatur, vt per illos duos menſes poſſit retineri primum cum ſecundo, & ideo ratione illius bulla pluris taxatur, quæ maior taxa excuſatur, expediendo bullam cum clauſula, quod habita poſſeſſione quamprimum dimittere teneatur, & non infra duos menſes, vt dicebatur in ſupplicatione: † quamuis etiam iſta clauſu-

57 la importare videatur, quod non vacet primum per aſſecutionem & poſſeſſionem ſecundi, interim dum fit dimiſſio in manibus Romani Pontificis, & vide infra ſub nu. 106.

58 Et illud decretum † de dimittendo obtentum, intelligitur de dimiſſione pura, & ſimplici, & non ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem non obſtante ſtylo prætenſo, quia non conſtat, Papam ſciuiſſe fuiſſe factam talem dimiſſionem ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem ex decreto, & quia ſi aliquis admiſit, id fuit in eius voluntate, & ideo dans mandatum ad permutandum, ſeu reſignandum conditionaliter, non ſatisfacit decreto Rotæ deciſ. 13. & 14. de rerum permut. in antiq. & 65. de reſcrip. Simoneta d. quæſt. 26. & Rebuff. in praxi, tit. de diſpenſatione ratione ætatis, verſ. quoad vixeris, num. 8. & 9. & ita fuit reſolutum in vna Illerden. portionis de anno 1593. coram Illuſtriſſimo domino Pamphilio, & poſt hæc tradit Gonçalez ad regul. de menſibus glo. 15. num. 125. & ſeq. vbi ex numero 109. agit de iſto decreto.

59 Quamuis † Flamin. Pariſ. lib. 3. de reſignat. q. 1. num. 64. & 95. videatur velle ſtante illa clauſula poſſe reſignare in fauorem, & cum reſeruatione penſionis, quærit, quod hodie in dicta clauſula apponitur, vt libere dimittat, vnde non poſſunt reſignare in fauorem, neque etiam cum aliqua reſeruatione penſionis, aut fructuum, vt antea fiebat tempore felicis recordationis Gregorij XIII. & quod ita quotidie practicatur.

60 Et hodie à tempore † ſanctiſſimi domini noſtri Clementis VIII. ad magis euitandas ſimiles renuntiationis, dicitur in dicto decreto, quod in manibus Romani Pontificis tantum libere, cum ſpecifica mentione præſentis decreti, dimittere omnino teneatur, &c.

61 Vnde is, cui poſitum † eſt huiuſmodi decretum, ſiue poſt habitam poſſeſſionem ſecundi, ſiue ante, non poterit reſignare primum coram Papa conditionaliter, ſeu ex cauſa permutationis, non facta mẽtione dicti decreti, alias reſignatio eſſet furreptitia, & nulla à principio, vt in deciſ. 13. ad fi. licet non ſimoniaca, Farin. conſ. 75. à nu. 1. & 19. & non facta alias dimiſſione, iuxta formam decreti lapſo bimeſtri vtrumque vacaret, ex dicto decreto, &c.

62 Nec † etiam poterit coram ordinario reſignare ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, alias lapſo dicto termino vacabit vtrumque ad diſpoſitionem ſolius Papæ, ex dicto decreto, cui non paruit. Et

quamuis

quamuis interim valuiſſet reſignatio, ſeu permutatio facta coram ordinario, tamen habita poſſeſſione ſecundi, & adueniente tempore dimittendi, irrita cenſebitur ex dicto decreto maxime irritante: mo-
63 riente † tamen illo, ſeu matrimonium contrahente, &c. ante aduentum dicti temporis, non intrabit decretum in beneficijs ſic vacantibus, nec erunt reſeruata, &c. ex quo vacarunt alias ante aduentum temporis & conditionis. Nec irrita cenſebitur dicta reſignatio, ſeu permutatio, facit quod dictum eſt ſupra 5. p. cap. 1. num. 152. & iuxta hoc videtur accipiendum quod ait Gonçalez gloſſ. 52. nu. 14. Et formam dimiſſionis, ſeu reſignationis, iuxta decretum ponit Flam. Pariſ. lib. 8. q. 7. ſub nu. 103. quem etiam vide q. 8. nu. 74. *Et dicto decreto ſatisfit per æquipollens, vt fuit reſolutum in vna Compoſtellana Canon. 10. Maij 1600. coram Domino Lancelloto, vbi quòd ſaltem per æquipollens fuit adimpletum, ita vt veniat excuſandus dimittens, & abſoluendus ab impetratione vltimi beneficij per alium facta, Gonçalez gl. 15. nu. 119. in quæſtiam coram eodem 29. Ianuarij 1601 fuit reſolutum quod quamuis tempus ad dimittendum ex decreto currat à die, in qua per prouiſum ſtetit quominus poſſeſſionem adipiſceretur, & in ſolo lapſu temporis ſit fundata intentio aduerſarij, ex Conſil. Calderini 5. de præb. tamen ſtantibus impedimentis non currit ad cap. commiſſa, & ibi gl. verb. iuſto impedimento, de elect. in 6. qualia ſunt ante expeditionem literarum prouiſio pecuniæ in notabili ſumma, & poſt expeditionem difficultas & dilatio, vt litera perueniant ad manus, &c. Quod in eadem 20. Iunij 1601. coram Domino Cordubæ fuit confirmatum, & quòd ſatisfit decreto per dimiſſionem in manibus notarij in partibus factam cum mentione decreti, tranſmiſſam ad Curiam. vt Papa præſentaretur, cuius inſtrumentum fuit productum in dataria, licet dataria noluerit approbare ratione ſtyli, quia forma data per decretum eſt ad effectum, qui potuit adimpleri per æquipollens, Caſſad. deciſ. 3. nu. 2. de iudicijs, Ægidius 754. Put. 100. nu. 6. lib. 2.*

64 Et prædicta † reſeruatio beneficiorum vacantium per aſſecutionem aliorum eſt extenſa per S. D. N. Paulum V. etiam ad vacatura ante aſſecutionem reſignata, ſeu dimiſſa, vt in ſequenti conſtitutione.

## *S. D. N. Pauli diuina prouidentia Papæ V.*

*Declaratio reſeruationis beneficiorum per aſſecutionem pacificam vacaturorum.*

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Paulus diuina prouidentia Papa V. qui in craſtinum eius aſſumptionis ad ſummi Apoſtolatus apicem veſtigijs felicis recordationis Benedicti XII. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum inhærendo, omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica per pacificam aſſecutionem quorumcunque aliorum, & per ſanctitatem ſuam, ſeu eius authoritate conferendorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, ex tunc vacatura, ordinationi, & diſpoſitioni ſuæ, cum decreto irritanti deſuper appoſito inter alia reſeruanda, & cui ex fide dignorum relatione innotuit, quod plerique de beneficijs Eccleſiaſticis, præſertim curam animarum habentibus, ſeu alias perſonalem reſidentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apoſtolica authoritate prouiſi, ſeu prouidendi, ante illorum aſſecutionem alia cum eiſdem incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica per eos tunc obtenta, in fraudem reſeruationis, & decreti prædictorum reſignabant, ſeu dimittebant. Cupiens opportunum ſuper his remedium adhibere, Voluit, decreuit, & declarauit, quod ſi in poſterum quibuſuis perſonis de aliquibus beneficijs Eccleſiaſticis tunc vacantibus, ſeu vacaturis per ſanctitatem ſuam, aut eius authoritate prouideri, ipſoſque prouiſos, ſeu prouidendos intra vacationis & prouiſionis, ſeu aſſecutionis eorundem beneficiorum tempora quæcumque alia cum illis incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica ſecularia, vel quorumuis ordinum, ac etiam Hoſpitalium regularia, per eos tunc obtenta, nulla ſpeciali, & expreſſa de eiſdē in prouiſionibus prædictis facta mentione, ſimpliciter, vel cauſa permutationis, ac alias quomodolibet ſiue in ſanctitatis ſuæ, vel alterius Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, aut Legatorum, vel Nuntiorum dictæ Sedis, ſiue ordinariorum, vel aliorum collatorum quorumcunque manibus reſignare, ſeu dimittere aut iuribus ſibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit omnes, & ſingulæ conceſſiones, collationes, prouiſiones, & quæuis aliæ diſpoſitiones de beneficijs, ſeu iuribus ſic reſignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciendæ, eū inde ſecutis quibuſcumque caſſæ, & irritæ, nullius roboris, vel momenti exiſtant, nec cuiquam ſuffragentur, ſed beneficia, & iura, vt præfertur, reſignata, dimiſſa, & ceſſa, ipſo iure vacent, & vacare, ac ſub reſeruatione, & priori decreto præfatis, quæ Sanctitas ſua, etiam quoad hoc extendit, & ampliauit, comprehenſæ cenſeantur. Ita quod de illis per alium quā eandem ſanctitatem ſuam, vel pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem nullatenus diſponi poſſit in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi per pacificam aſſecutionem aliorum beneficiorum huiuſmodi vere, & realiter vacauiſſent. Decernens ſic per quoſcunque iudices, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, dictæque Sedis Legatos, & Nuntios. Sublata, &c. iudicari, & diffiniri debere, irritumque, &c. attentari. Placet publicetur, & deſcribatur C. Lecta, & publicata fuit ſupradicta regula Rom. in Cancellaria Apoſtolica, anno Incarnationis Dominicæ 1609. die vero Iouis 25. menſis Februarij, Pontificatus prædicti ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ anno 5. M. Perettus Cuſtos.

65 Cum autem ex dictis † appareat, d. cap. quia nonnulli, & d. c. de multa, & dict. Extrauag. execrabilis, ſolum loqui in beneficijs curatis, & dignitatibus, ac perſonatibus, ſeu officijs, ſequitur deciſionem dict. cap. referente, & d. c. præterea, non eſſe correctam per dicta iura in alijs beneficijs incompatibilibus, vt in curato cum canonicatu, & in duobus ſimplicibus reſidentiam requirentibus, &c. arg. l. præcipimus, C. de appellat. & ſic in eis per aſſecutionem ſecundi non vacare primum ipſo iure, ſed obtinenti dari opinionem dimittendi quod voluerit, vt poſt Ioan. Andream tenet Lapus allegatione 116. & ſeq. Oldrad. conſ. 165. Abbas in c. cum in cunctis, §. 1. nu. 9. de elect. & in cap. fi. nu. 6. de clericis non reſidentibus, & in d. cap. referente, nu. 3. & in d. cap. multa, nu. 2. & repet. cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. à nu. 47. ad 52. & ibi Rebuf. circa materiam pluralitatis,

verſ.

verſ.ſucceſſione circa 4. Abbatis, Imola in d.cap.fin, & in d.cap.de multa, qui ait,quod curia eam ſeruat, & ſibi placet,Franc.in c.1.de conſuetud.in 6.num.7. Staphil. de literis gratiæ tit, de qualitate, & in ſtatu benefic. §.huiuſmodi, num.8. & tit.de varijs modis vacationis,§.tertius vacationis modus,num.5.& in tertia forma expectatiuarum nu.5. Coſmas in pragmat. ſanctione, tit. de collat. §.ſequuntur qualificationes, verb.reſidentiæ, Millis in repertorio, verſic. beneficium curatum, Roſin.de benef.cap.5.à nu.28. Ioann. Quintinus in dict.cap. de multa, num.80. & ſeq.Greg. Lop. in l.3.tit.16.par.1, verb.de ſeruir le, vbi Humada, Nauar.qui dicit communem in cap.ſi quando, de reſcript.excep.6.numer.4, & conſil.13. nu.4.& conſil.17.24. & 25.de præben. Capr.qui ait veriorem,& communem ſententiam,reg.90.nu.110. Hoieda de incompatibilitate cap.9.nu.5.& cap.11. à num.5.& cap.12.num.12.& cap.13.num.79.verſ. quæ concluſio,& cap.17.à num.37.& cap.18.nu.30. Quintanaduennas d.lib.4.num.96, & 120. Flamin. Pariſ.de reſignat.lib.3.quæſt.1,num.132.& 138.& 147. & Zechus de republ. Eccleſ.tit.de beneficiatis, num.4.verſ.in 2.capite,& verſ.ad dignoſcendum, in fine, Azor 2.par.cap.13. quæſt.2.5.7. & 8.& lib.7. cap.16.quęſt.9. D.Card.Tuſch.concluſ.69.litera B. à num.25. & Rota deciſ.37. de præbend. in antiqu. alias 184. Puteus deciſio,441, num.2, lib.1. Achill. 269. num.3.& 4.& Mohed.deciſio.15.de præbend, alias 176.& tenuit Rota in cauſa Macerat.parochialis coram Illuſtriſs. Lancellotto de anno 1575 quæ eſt par.diuerſ. deciſio.484. & in cauſa foro Sempronienſ. canonicatus coram Domino Rubeis. de anno 1582. *Et in Gerunden.beneficij 27. Martij 1596. coram Domino Iuſto, vbi fuit dictum, quòd incompatibile non impedit aſſecutionem ſecundi: ſed retentionem, cap. non poteſt §.vltim.de præben.in 6. & ſi eſt incompatibilitas primi gradus, vacat primum per aſſecutionem ſecundi cap.de multa de præben.ſi verò eſt incompatibilitas ſecundi gradus, datur electio dimittendi, cap.referente, eod.tit, & ibi Doctores, &c.* Et in alia Virdunenſ. canonicatus, de anno 1589. in qua fuit dictum, quod de iure communi canonicatus non dicatur incompatibilis,

66 nec vacat per aſſecutionem parochialis, cõtra † Innocent,in cap.ex tuæ. num.4. & in cap.fin.in fine,de clericis non reſidẽtibus, & ibi Calderinum Enricum dict.cap.de multa, num.6. & alios, quorum opinionem curiam ſeruare inquit Butrius in dicto capitul. præterea, num.9. de præbend. & ſequitur Burſat.dicens communem conſil.446.num.3 lib.4.Et probauit Rota in Toletana capellaniæ de Baraias 3. Martij 1589. coram Illuſtriſſimo Mantica infra adducta ſub num.222.

67 Vnde DD.conſiderant † incompatibilitatem duplici modo, & diſtinguuntur duo genera incompatibilium beneficiorum: quædam incompatibilitas eſt illorum beneficiorum, quæ ſimul teneri non poſſunt, & quorum primum vacat ipſo iure per aſſecutionem ſecundi qualia ſunt illa, de quibus in dicto capitulo de multa, & in dict. extrauag. execrabilis, & in capitul. literas, de conceſ.præb. & in dict. Clement.fin.de præb. Alia incompatibilitas eſt quoad retentionem tantum, ſcilicet beneficiorum, quæ ſimul licite retineri non poſſunt, licet non vacet primum ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, vt in parochiali cum canonicatu, & duobus ſimplicibus reſidentiam requirentibus, &c. Ita Staphileus dicto titul. de ſtatu & qualit.benefic. §.vt ſciri poſſit,numero 9. Rebuffus in praxi,titul.de diſpenſatione ratione ætatis,verbo,incompatibilia, & Nauarr.dicto conſil.24.

68 Et ad iſta reducitur † triplex incompatibilitas, quam conſiderat Cardinalis cum gl.ibi, verb.beneficium,in Clem.gratiæ,nu.5.de reſcript.& conſ.3.de qua in d.deciſ.483.p.1.diuerſorum.

69 Prædicta tamen † doctrina declaratur primò, vt non procedat in iure ad rem ad aliquod beneficium cui cenſetur quis renuntiare per aſſecutionem alterius beneficij, quod ſimul de iure retineri non poſſet cum beneficio, ad quod habebat ius, etiamſi non ſit curatum, dignitas, perſonatus, vt in d.Clem.gratiæ, de reſcript.tenet gl.ibi verb.beneficium, & DD.Abbas in d.cap.fin.de cleric, non reſid. & in d.repet.§. qui vero, num.52. Capra ſupra à num.115. optime Nauar.in d.6.excep.& conſil.13. de præb.numer.7. qui receptum dicit Hoieda dict. cap.17. num.41. & Burſat. ſupra num.5. quamuis Rebuff.ſupra eam intelligat iuxta terminos c.de multa,cum Anch.Card. Imola, ibi.

70 Et de † materia d.Clem.gratiæ,vltra DD.ibi vide Staphileum tit. quibus mod. expirent literæ ad beneficia §.quarto modo, & Puteum deciſ.346. lib.2. & d.c.Rotæ in cauſa Toletana parochialis de Huerta 3. Ianuarij 1589. coram *Illuſtriſſimo* Pamphilio, quæ ſic ait. Fuit reſolutum,gratiam, ſi neutri, Gundiſalui non ſuffragari,quia cum hęc gratia ſit conditionalis pendens à futuro litis euentu, & antequam vigore illius ſit facta collatio,Gundiſaluus aſſecutus fuerit dignitatem ſcholaſtriæ, quæ cum hac parochiali ſimul retineri non poteſt,cenſetur dictæ gratię renũtiatum, ita vt in illius executionem beneficium amplius conſequi non poſſit, iuxta tex.in Clem.gratiæ de reſcript. vbi Imola in 4. notabili dicit, hanc præſumptionem eſſe iuris, & de iure,& quod proteſtatio contraria non iuuat, vt ibidem ſubdit nu.16. cum alijs allegatis. Neque obſtare, quod Aegidius deciſ.563. dicat dictam Clementinam non procedere data ignorantia,qui loquitur in eo,qui ignorabat beneficium ſecundo loco acquiſitum non poſſe cum primo retineri: & procedit facta proteſtatione in aſſecutione ſecundi, vel alias, vt declarat Staphileus in tit.quibus modus expirent literæ, ad beneficia in quarto modo, verſic.limita tamen,quem ſecuta fuit Rota, vt per Puteum deciſ.346. incipit deciſio Aegidij libro 2. & ideo non applicatur huic caſui, vbi nulla adeſt proteſtatio, ſed potius concurrit mala fides, & ſcientia ipſius Gundiſalui,quia tempore aſſecutionis ſcholaſtriæ iam non erat talis ſuper qualitate huius parochialis, quod eſſet curata actu, & habitu, vulgar.l.ſed etſi lege, §.ante litem. ff.de petitio. hæredit. & ceſſat omnis difficultas, quia nunc non agitur de prima gratia Gundiſalui, facta tanquam de ſimplici: quo caſu, ob ignorantiam, quod eſſet curatum, poſſet forſan ſe tueri, quominus per aſſecutionem incompatibilis non debeat illa priuari, ſed agitur de gratia, ſi neutri, quæ facta eſt, vti de beneficio curato: & ideo non poteſt Gundiſaluus prætextu ignorantiæ ſe excuſare, quominus acceptando aliud incompatibile non dicatur *ei* renuntiaſſe: quia cum ſciret vigore illius non poſſe ſibi beneficium conferri, niſi vti curatum, debuit cogi-

tare,

tarè, quod acceptando aliud incompatibile, reddebat ſe inhabilem ad obtinendum vigore d. ſuæ gratiæ, ſi neutri, hoc beneficium, quotieſcumque declaratetur curatum, vt in d. Clem. Neque obſtat, quod Gundiſaluo ſaltim ſit aliquod tempus indulgendũ ad dimittendum alterum exiſtis beneficijs incompatibilibus: quia quidquid dicendum ſit in terminis, c. de multa, de præbend. prout loquuntur ex aduerſo allegata in caſu Clem. gratæ, non eſt præfigendum aliquod tempus, quia per aſſecutionem incompatibilis inducitur tacita renunciatio prioris gratiæ, ita vt illius vigore non poſſit quis amplius aſſequi beneficium, etiam quod impetrans reſignet incompatibile, poſtea adeptum, vel, illud reſignare, paratus ſit, vt expreſſe dicitur in d. Clement. & tradit ibi Imola colum. penul. & Bonifacius num. 36. quod ad excludendum ius Didaci, dicitur gratiam illius non capere hanc futuram vacationem ortam poſt ſuam gratiam vigore tacitæ renuntiationis ob aſſecutionem ſcholaſtriæ, quæ fuit acceptata poſt impetrationem Didaci, ad notata per Fel. in cap. conſtitutus, colum. penult. de reſcrip. Modern. ſuper reg. Cancellariæ de impetrand. beneficia vacantia per obitũ familiarium, Cardin. quæſt. 3. num. 7. Non obſtat, quia vltra quod hoc eſt extra dubium, in quo tãtum quæritur, an integret gratia Gundiſalui, fuit dictum, quod per tacitam renuntiationem gratiæ, ſi neutri, ob aſſecutionem ſcholaſtriæ, ceſſat tantum illud ius conditionale pendens à futuro litis euentu, & reddi tur Gundiſaluus inhabilis ad obtinend. illius executionem non tamen inducitur noua vacatio, ſed remanet antiqua, quia Gundiſaluo non fuit quæſitum aliquod ius in re Sarnen. in reg. de infirmis reſignan. quæſt. 17. nu. 6. verſ. quia vt dicatur, &c. Prima enim prouiſio, vti de ſimplici facta non valuit, quia reſoluitum fuit beneficium eſſe curatum, ad notata in deciſione 73. Papæ ſupplicatur, de reſcriptis in antiquis, alia gratia, ſi neutri, non fuit executa, & cum expectet poſt ſe collationem faciendam per auditorem, ſi ei per euentum litis conſtiterit, neutri ius cõpetere, in ea non attenditur tempus datæ, ſeu purificatæ conditionis, quando per euentum litis conſtat neutri ius competere, Rota deciſ. 1. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. in nouis, Geminianus conſil. 79. nu. 9. & 10. Sarnen. de publican. quæſt. 16. in fine, Ripa in cap. eam te, nu. 27. de reſcriptis, Caputaq. deciſione 42 lib. 2. in impreſſis, & tanto magis, quia iſta gratia, ſi neutri fuit præſentata, poſtquam iam fuerat facta inutilis, & ei fuerat renuntiatum, per aſſecutionem ſcholaſtriæ: & ſic in tempore, quod in illius executione non poterat amplius Gundiſaluo huiuſmodi beneficium conferri: quo caſu tempus præſentationis attenditur per ea, quæ de menſe Decembr. 1587. dicta fuerunt in cauſa Calciaten. ſcholaſtriæ coram R. P. Domeo Gipſio, & alias ſæpius. Et ex his reſoluerunt Domini gratiam, ſi neutri, non ſuffragari Gundiſaluo, reiectis alijs oppoſitionibus, quæ pro parte Didaci contra illam deducebantur, quæ dominis non placuerunt, & bene tolluntur per informantes pro Gundiſaluo. Vide etiam reſolutionem in cauſa Fiorentina canonicatus ſupra adductam, nu. 106. ad finem.

71 Secundo declaratur † prædicta doctrina, vt non procedat quando beneficiatus in vna diœceſi acceptat aliud beneficium requirens ſimiliter reſidentiã in alia, & ibi commoratur, nam tunc tacite inducitur renuntiatio primi, niſi aliud appareat. Ita Abb. in d. c. fi. nu. 6. de cleric. non reſid. ita intelligens glo. in c. ex parte. eod. tit. de cler. non reſid. & Innoc. vbi ſupra, ſequuntur Coſm. ſupra, & Capra nu. 125. Hojeda d. c. 17. nu. 47. & Burſat. nu 7.

72 Sed contra hanc † declarationem tenet Roſin. ſupra, & merito, etenim ſi primum beneficium reſidentiam requirens, non vacat ipſo iure per adeptionem ſecundi, ſimilis acceptatio ſecundi extra diœceſim, & commoratio ibi, niſi alia concurrant, non eſt ſufficiens ratio ad inducendam tacitam renuntiationem primi, arg. d. c. ex parte.

73 Nec † eſt ſufficiens differentiæ ratio inter acceptationem ſecundi in alia diœceſi, & commorationem ibi, ac inter acceptationem ſecundi in eadem diœceſi in diuerſo tamen loco, & commorationem ibi.

74 Tertio declaratur, vt non † procedat, quando beneficia ſimplicia requirerent reſidentiam, ita quod non poſſet in eis deſeruire per alium, nam tunc per adeptionem huiuſmodi ſecundi beneficij, videtur renũtiari primo ex eo, quod impoſſibile eſt, vt in vtroque beneficio per ſe quis deſeruiat. Ita Capra n. 120. Hojeda d. c. 17. nu. 44. & Burſat. nu. 6. ſupra cum Floriano in d. c. fi. de cleric. non reſident.

75 Sed † iſta declaratio & limitatio non eſt bona alias enim deſtrueret totaliter prædictam communẽ doctrinam, quæ procedit in beneficijs requirentibus reſidentiam perſonalem, nam ſi poſſet deſeruiri per alium, non poſſent dici beneficia incompatibilia ratione reſidentiæ.

76 Succeſſit poſtea † quintum tempus S. Concil. Tridentini, in quo ſeſſ. 7. de reform. c. 4. decretum eſt, quod quicunque de cætero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſiue per viam vnionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine & titulo contra formam ſacrorum canonum, & præſertim conſtitutionis cap. de multa, recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit beneficijs ipſis iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem ipſo iure, etiam præſentis canonis vigore, priuatus exiſtat.

77 Cui decreto † non aduerſatur aliud decretum eiuſdem Concilij ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. vbi decernitur, quod obtinentes plures parochiales, vna retẽta, alias infra ſpatium ſex menſium dimittere teneãtur, ex quo aliqui vulgo exiſtimant, obtinentem incompatibilia habere ſex menſes ad dimittendum quod voluerit, nam illud decretum ſolum loquitur de obtinentibus tunc plures parochiales, aut vnam cathedralem, & aliam parochialem ex diſpenſatione, ſeu vnione ad vitam, quibus iniunxit Cõcilium, quod vna retenta, alias infra ſex menſes dimitterent alias tam parochiales, quam alia beneficia, quæ obtinebant, ipſo iure vacare cenſerent, &c. non autem loquitur Concilium ibi de pluribus parochialibus, aut alias incompatibilibus de beneficijs poſt Concilium obtentis, de quibus loquitur dictum c. 4.

78 Et ita eſt accipiendum † quod tradunt Salzed. in practic. Bernard. Diaz cap. 48. litera C. Manuel Rodriguez in ſumma, capitul. 31. numero 4. Vega 1. parte cap. 36. caſ. 24. & Petr. Ledeſma, 2. par. ſumm. tract. 7. cap. 2. 12. concluſ. 6. diffic. qui ſatis confuſe loquuntur.

79 Sed circa dictum † decretum Concilij ſeſſ. 7. c. 4. eſt

eſt grauis difficultas, an in beneficijs reſidentiam requirentibus, etiam ſimplicibus, vel alias quomodolibet incompatibilibus per iſtud decretum inducatur vacatio primi ipſo iure per adeptionem ſecundi.

89 In qua difficultate † Nauarrus conſ.17. de præb. ait, quod niſi authoritas S. Congregationis Concilij eum in contrariam ſententiam traheret, putaret de iure reſpondendum eſſe negatiue, arg. l. præcipimus Cod. de appell. & l. ſi vero, §. de viro, ff. ſoluto matr. & quod ibi notat Bart. communiter receptus, & gl. penult. in c. fi. de iure patron. quam dicit memorabilem, nam dictum decretum Concilij non dicit contrarium expreſſe, & per tacitos intellectus nō debet fieri iuris correctio, iuxta gloſſam, quam dicit ſolemnem, & receptam in c. cupientes, §. quod ſi, de elect. in 6. & ſolum loquitur expreſſe de curatis, & de incompatibilibus generaliter, & ſine correctione iurium antiquorum poteſt intelligi de dignitate, & perſonatu, non de curatis, de quibus loquitur dictū c. de multa, quod ibi allegatur, & de ſimplicibus vniformibus ſub eodem tecto, de quibus in d. cap. literas, de conceſ. præben. & in Clem. fi. de præbend. & quod verbum, etiam, in eo poſitum, clare ſignificat noluiſſe Cōcilium includere ibi vacationem nouam ipſo iure, ſed veterem cōfirmare, & diſponere, quod beneficia incompatibilia, quæ per vetus ius vacabant, etiam per illud nouum vacent ipſo iure. Hæc Nau. Et hoc videtur tenere Quintanaduennas, Flamin. Pariſius, & Zechus ſupra citati nu. 65. cum ſcripſerint, Concilium Tridentinum, & Flor. de Mena q. 13. nu. 5. & ſeqq. & q. 23. nu. 59. dicens, quod hæc opinio ſemper in praxi recipitur, & nouiſſime tenet Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ c. 64. nu. 4. & 5. Proſper de Auguſtino ad ſummam bullarii Quar. verbo. beneficiorum reſignatio. 6. cauſ. *& Piaſecius in praxi Epiſc. p. 2. c. 5. nu. 26. verſ. 2.*

91 Et ita † tenuit Rota in dicta Maceraten. parochialis de anno 1575. coram Illuſtriſſimo Lancelloto, vt in deciſ. 484. p. 1. diuerſorum, & in d. Foro Sempronien. canonicatus de anno 1582. coram Domino Rubeis, & in vna Calagurritana beneficij de Subiçana 30. Octobris 1577. coram D. Brauo, in qua fuit reſolutum, beneficia omnia de iure eſſe compatibilia, Card. conſ. 3. Capra reg. 90. nu. 109. & ſic beneficium nunquam vacare regulariter per aſſecutionem ſecundi, niſi in caſibus à iure expreſſis, &c. Et in alia Calagurritana de Triuinno 1. Iunij 1582. coram D. Orano, & in alijs cauſis.

92 Et hanc ſententiam † vidi in praxi ſæpe ſeruari in Hiſpania, & particulariter in hoc Epiſcopatu Abulenſi.

93 Contrariam † tamen ſententiam, & ſic partem affirmatiuam in prædicta difficultate tenet Hojeda capit. 9. numero 5. dicens, quod tex. in dict. capit. de multa, qui loquitur in curatis, & dignitatibus, & perſonatibus extenditur ex dict. decreto Concilij ad quæcunque beneficia incompatibilia, & idem vult cap. 11. in fine. & idem videtur tenere Ioan. Guttier. conſ. 10. nu. 3. & 4. ex decreto eiuſdem Concilij ſeſſ. 24. de reform. c. 17. Sed hoc decretum id non probat, ſolum enim ex eo deducitur, duo beneficia ſufficientia ad congruam ſuſtentationem, aut reſidentiā requirentia, eſſe incompatibilia: non tamen probat induci vacationem ipſo iure. Et Zechus in tract. de benef. & penſionibus eccleſiaſt. c. 5. ſub nu. 4. ait verius eſſe, quod ſi obtinet canonicatum, vel aliud beneficium requirens reſidentiam, ſi poſtea conſequitur curatum, vel è contra primum vacat ipſo iure, ex declaratione S. Congregationis.

94 Etenim hæc ſententia, † vt etiam fatetur Nau. ſupra, approbata eſt per S. Congregationem Concilij, quæ ita declarauit per multas declarationes, quas 95 hic pono. Prima ſuper d. c. 4. Quod de incompatibilibus beneficijs dicitur, id intelligendum eſt de omnibus beneficijs reſidentiam requirentibus, quæ aliquis poſt publicationem Concilij receperit, veluti duos canonicatus, vel canonicatum cum parochiali Secunda in vna Leodienſ. Hoc incompatibilitatis decretum procedit etiam in illis, qui poſt Concilium Trident. recipiunt duos canonicatus, & retinent ſine diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ. Tertia Card. Borrom. Epiſcopus poteſt habenti canonicatum, aut beneficium ſimplex, quod ad vitam eius ſufficit, parochialem eccleſiam conferre, & adepta poſſeſſione pacifica parochialis, vacabit canonicatus. Quarta, eidem, Habens beneficium ſimplex ſufficiens ad eius victū, ſi adipiſcatur pacificam poſſeſſionē parochialis Eccleſiæ, ſibi legitime collatæ vacat beneficium ſimplex. Quinta ſuper d. cap. 17. dum hoc decretum loquitur de beneficiorum pluralitate tollenda, ſcire oportet, quod ante Concilium non erat neceſſaria diſpenſatio pro retentione parochiæ cum canonicatu, quod ſi iam habenti parochialem canonicatus conferatur, adepta poſſeſſione canonicatus vacat parochialis, nec ad obtinendos duos canonicatus ante Concilium opus erat diſpenſatione. Sexta, in vna Salamantina dimidiæ portionis Congregatio cenſuit, in reſidentiam requirentibus, aut alias quomodocunque incompatibilibus, etiamſi canonicatus ſint, vel portiones, induci vacationem primi ipſo iure per adeptionem ſecundi pacifice poſſeſſi, per decretum Concilij Tridentini ſeſſion. 7. capitul. 4. iuxta diſpoſitionem capitul. de multa, de præbend. In qua S. Congregatio ſolum remiſit ad Rotam, vt videretur an hoc procederet, quando primum eſſet litigioſum, vt fuit dictum in vna Tarraconen. Archidiaconatus coram Domino Lita, de qua infra numero 88.

96 Sunt aliæ plures † declarationes de hoc, quarum aliquæ adducentur infra, numero 8. & primam & ſextam declarationem ſupra adductam adducit poſt hæc Gonçalez dict. gloſſ. 15. numero 16. ex quibus indubitanter tenendum eſſe ait, quod in beneficijs etiam ſimplicibus reſidentiam requirentibus, primum vacat ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, quando reſidentia eſt præciſa & obligatoria, ſecus ſi cauſatiua, reſpectu amiſſionis fructuum, aut non continua, ſed ad certum tempus, quia tunc beneficium non dicitur incompatibile. Sed id de reſidentia ad certum tempus accipiendum eſt, quando in eodem tempore non concurrit reſidentia, ſeu ſeruitium alterius beneficij, *vt infr. num. 261. & facit 2. & 3. declaratio infra ad num. 98. Eſt etiam alia declaratio, quam nouiſſime adducit V V anneſius conſilio 233. in additione ſupra poſita num. vltimo, & Farin. nouiſſ. deciſ. 608.* & ſtante declaratione, ſequitur etiam *nouiſſime* Leonar. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. nu. 145. quamuis aliàs teneret cum Nauarr. Eandem ſententiam

tiam tenet Azor 2.p.libr.6.c.13.quæſt.2.4.5.7. & 8. *Gratian. diſcept. forenſ. capitul. 133.num. 28. & etiam Genuen.in 2.capitul. & Rom. dict. capitul. 64.quod ibi eſt 65.in annot.nu.6.*

87 Et hæc ſententia recepta eſt, † & practicatur in Dataria, & Cancellaria Apoſtolica, & tenetur iam à Rota, quæ per dictam declarationem ſacræ Congregationis in illa Salamantina receſſit à prima opinione, vt in dicta Salamantina dimidiæ portionis 11. Decembris 1583. coram D. Orano, in qua Rota reſoluit vacare dimidiam portionem per aſſecutionem canonicatus, ex d. declaratione S. Congregationis, idque multo magis procedere, quando dimidia portio eſt, litigioſa, &c.

88 Idem fuit tentum † in cauſa Viedun. canonic. 4. Iunij 1589. coram Domino Pamphilio & in Toletana Capellaniæ de Baraias coram eodem 15. Februar. 1591. ſupra adducta, nu. 124. & in dicta Tarraconen. Archidiaconatus 22. Martij 1593. coram Domino Lita, quibus fuit dictum, Hodie per diſpoſitionem Concilij dict. cap. 4. ex declar. Illuſtriſſimorum dominorum Cardinalium S. Concilij interpretum indiſtinctè per adeptionem ſecundi induci vacationem primi ipſo iure in omnibus beneficijs reſidentiam requirentibus, etiam ſi ſint canonicatus, vel portiones, aut aliter quomodocunque incompatibilibus, &c.

89 Idem fuit † reſolutum in cauſa Conchin. Archipresbyteratus de Huete 17. Maij 1593. coram Domino Penna, in qua concluſum fuit, Per aſſecutionē dimidiæ portionis D. Hieron. Badillo collatæ, de cuius pacifica poſſeſſione conſtabat per inſtrumentum adeptæ poſſeſſionis vacaſſe ipſo iure dictum Archipresbyteratum, quem idem obtinebat, ſuppoſito, quod archipresbyteratus haberet curam iuriſdictionalem, quę faceret incompatibilitatem, iuxta diſpoſitionem dict. capitul. de multa, & Concilium Tridentinum dict. capitul. 4. & dictam declarationem S. Congregationis in Salamantina dimidiæ portionis: nec obſtare quod archipresbyteratus eſſet litigioſus, quia ad inducendam vacationem primi ſatis eſt ſecundum incompatibile non eſſe litigioſum, gl. in Clem. gratiæ de reſcript. in verb. renuntiare, vbi Bonifacius, & alij, & fuit ſæpè dictum in Toletana capellaniæ de Baraias, &c. *Idem in vna Leodicen. 26. Febr. 1597. coram Do. Gipſio, vbi ſic dicitur, & quod per aſſecutionem ſecundi, &c. vt in deciſ. 607. nouiſ. Farin.*

90 Hæc † in d. Conchen. in qua vide aliam deciſionem adductam. Idem fuit reſolutum in vna Zamoren. canonicatus de Toro 12. Ian. 1598. coram Seraphino, vt in deciſ. 659. nouiſ. Farin. Cenſuerũt Domini, ſtandum eſſe in deciſis coram Dom. Decano, quia non eccleſia de Toro habeat omnia requiſita, ad hoc, vt dici poſſit collegiata, nempe Abbatem & canonicos, vt apparet ex ſtatuto antiquiſſimo de anno 1493. & ex alijs nouioribus, rurſus archam communem, ſigillum, & tractatus capitulares, ad Alexã. conſ. 75. n. 2. lib. 4. Decian. conſ. 6. nu. 2. lib. 2. & fuit deciſum in hac cauſa coram D. Decano, & in illa Oritan. parochialis coram D. Orano 26. Maij 1598. vbi latè, non dubium, quin canonicatus, de quo agebatur, ſit incompatibilis cum parochiali, quia vtrumq; beneficium requirit perſonalem reſidentiam, vt de canonicatu, ſeu rex. in capitul. inter quatuor, de cleric. non reſident. & Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. capitul. 12. verſic. propterea, de paroch. vero text. in capit. exturpandæ, §. qui vero de præben. capit. quia nonnulli. de cleric. non reſiden. cum ſimilibus inde per aſſecutionem ſecũdi vacare primum ipſo iure, vt ſæpè fuit in Rota deciſum. Non obſtabat differentia incompatibilitatis ex aduerſo conſiderata narratione tituli, quæ in præſenti non adeſt, ſed ratione fructuum, & hæc per acceptationē ſecundi non inducit priuationem primi ipſo iure. Abb. in c. de multa, nu. 2. de præb. & in c. fi. nu. 4. de cler. non reſiden. Staph. de qualitat. & ſtatu benef. num. 42. Put. dec. 441. lib. 1. Achill. deciſ. 6. Mohedanus 15. vterque de præb. Nam dixerunt Domini, quod in præſenti incompatibilitas non cauſabatur ratione fructuum tantum, ſed ratione reſidentiæ requiſitæ, & ſeruitij perſonalis per ſe, & non per ſubſtitutum præſtandi: quo caſu incompatibilitas comparatur illi, quæ prouenit ratione tituli, & inducit vacationem ipſo iure, Cardin. conſ. 3. num. 5. quod vtrumque cenſuit S. Congregatio Concilij in canonicatu, & parochiali, & quod requiratur perſonalis reſidentia per ſe, & non per ſubſtitutum, ad ſeſſ. 24. cap. 12. & quod aſſecutione ſecundi ipſo iure vacet primum, ad cap. 4. ſeſſ. 27. & fuit reſolutum coram Illuſtriſſimo Lancellotō 14. Martij 1575. in vna Maceraten. parochialis, quę eſt diuerſorum 483. part. 1. ita vt hæc inſpectio iam in controuerſiam deduci non poſſit, quicquid ſit ex diſpoſitione iuris communis ante Concilium Tridentinum, vt per Anch. conſil. 26. Minus obſtabat, quod iſti canonicatus non requirant continuam reſidentiam ex ſtatutis Eccleſiæ, quia ad effectum, de quo agitur, ſufficit eos habere aliquam, quæ ſatis eſt ad inducendam incompatibilitatem cum parochiali habenti continuum onus reſidentiæ annexum reſpectu adminiſtrationis ſacramentorum. Nec placuit Dominis, quod canonicatus poſſint ſeruiri per ſubſtitutum ex conſuetudine, tum quia teſtes non concludunt conſuetudinem cum requiſitis neceſſarijs iuxta deciſ. Aegidij 64. Alexand. conſ. 196. numero 14. lib. 2. Tum etiam, quia cum fructus canonicatus conſiſtant in diſtributionibus quotidianis, quæ non dãtur niſi intereſſentibus, canonici per ſeipſos, & non per ſubſtitutos debent ſeruire, Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 12. §. omnes, in quo omnis in contrarium inducta conſuetudo tollitur, vltra quod erat neceſſaria quadragenaria, quæ non interuenit, cum tempora ante & poſt Concilium iũgi non valeant ſtante maximè, quod de anno 1590. fuit per viſitatorem prohibitum ſub pœna excõmunicationis quibuſdam canonicis, ne retinerent parochiales cum canonicatibus, ſed perſonaliter reſiderent: cum ergo nulla adſit conſuetudo, illa non potuit excuſare Petrum.

91 Quæ ſententia † & interpretatio eſt re vera ſatis conformis S. Concil. dict. capitul. quatto, nam vt dicitur in deciſio. 483. part. 3. diuerſorum, & per Genuen. dict. cap. 65. numero 16. Concilium ibi loquitur de quibuſcunque incompatibilibus vigore quorumcun que canonum, nec ſe reſtringit ad dictum caput, de multa, quia dicit, præſertim, quæ dictio eſt ampliatiua, & implicat idem in alijs, & includit alia, l. qui ſe patris, Cod. vnde liberi, & ibi Dd. & Iaſ. num. 34. Abbas in c. ſicut, de reiudic. num. 14. & 15. & ibi Felin. num. 21. Euerardus loco à natura dictionum implicatorum, numero primo,

Mandoſ.regula 29.Cancell.q.6.nu.2.& Io.Guttier, canonic,q.lib.1.c.30. nu. 3. & 6. & quoad vacationem primi inducit vacationem ſecundùm terminos c.de multa,illud extendendo ad quæcunque beneficia incompatibilia.

92 Et hoc eſt, quod denotant † illa verba. Iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem,etiam in præſentis canonis vigore, quaſi dicat beneficia quæcumq; incompatibilia vacent ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, iuxta diſpoſitionem conſtitutionis cap.de multa, & quia illa conſtitutio non loquitur in quibuſcumque incompatibilibus,etiam vigore præſentis canonis illam extendentis ad quæcumque incompatibilia vacent.

93 Ex quibus ſatisfit rationibus Nauarri † in contrarium. Et iſta ſententia videtur iam recepta in practica,

94 Alia duo † addit S.Concil.ibi conſt.dict.cap.de multa, primum quod quamuis in terminis conſt. d. cap.de multa, contendens retinere primum, quod ipſo iure vacauerat, etiam ſecundo eſſet ſpoliandus & priuandus per ſententiam, vt dictum eſt ſupra numer.7.quidquid dicat Maioſ.de irreg.libr.3.cap. 4. & cum eo Enriquez in ſumma lib.14.cap.9. §. 1. & ſentiat Ioan.Quint.in cap.de multa,num.90.tamen ex decreto Concilij ipſo iure eſt priuatus etiam ſecundo.

95 Secundum quod addit eſt, † quod licet in d. cap. de multa, vt priuaretur ſecundo, requiratur monitio, vel quod retineret vſque ad litis conteſtationem,ex gloſſ.ibi,verb.contenderit,& dict.l. part. 3. tit.16.par.1.Rota d.deciſ.584.nu.3.p.1.diuerſorum tamen cum Concilium dicat,retinere præſumpſerit, non videtur neceſſaria iudicialis contentio,nec monitio, quamuis contrarium videatur velle Rota in
96 deciſ,484. numero 4. nam † illa verba, Retinere præſumpſerit, ſolum denotant doloſam, ſeu malitioſam retentionem (ſaltim ex lata culpa) l. quod Nerua,ff.depoſitu,ad tradita per Cardinalem in Clement.1.de priuileg.quæſt.39.Nauarr.in capit.accepta,de reſtitut.ſpoliator.oppoſit.8.ſolutione,à numero 32.& in Manuali capitul.27.num.74. 107. & 155.& Ludouic. Lopez inſtruct. conſcientiæ 2.tom. 2.parte capitul.13.& in propoſito Flor.de Mena q. 13.num.4.

97 Quæ doloſa, † ſeu malitioſa retentio, recte datur ſine monitione, aut litis conteſtatione, ſufficit etenim ad id retinere ſine legitima diſpenſatione primum beneficium incompatibile, quod ſcit, vel ſcire debet ipſo iure vacaſſe per aſſecutionem ſecundi.

98 Et conſtat ex quadam † declaratione S. Congregationis Concilij, ad inſtantiam Capituli Eccleſiæ Caurien.quæ ſic ſe habet,Illuſtriſſimi,& Reuerendiſſimi Domini dubitatur pro parte Cap. Cautien. ſi tres capellanos ſub eodem tecto vniformes quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit,an incidat in priuationem omnium ipſo iure,non obſtante Epiſcopi diſpenſatione, Congregatio cenſuit incidere.Hieronym. Card. Matthæus. Conſtat etiam ex declaratione Hiſpalenſi 7.de qua infra num.300. ad 2.& ex declaratione illata numer. 301. *& ex alia poſita numero vltim. & alia quæ ſic ait,7.& ex alia Hiſpan.49.*

99 Sufficeretque ad pœnam † Concilij retinere opinum de facto cum ſecundo,licet fructus non reciperet,quia Concilium ibi de ſola retentione loquitur, quamuis Flores,d.num.4.etiam fructuum receptionem requirat, pro quo faciebat deciſio Thanus 93. ſupra adducta nu.44.

## *De declaratione prædictorum, & requiſitis ad huiuſmodi vacationem.* §. I.

### SVMMARIA.

*AD inducendam vacationem primi beneficij incompatibilis per aſſecutionem ſecundi,non ſufficit collatio ſola, & acceptatio eius,ſed requiritur adeptio poſſeſſionis ſecundi pacifica,vel quod per prouiſum ſtet,quominus eam adipiſcatur,nu.100.Collatio vero non acceptata, vel ius ad rem,non ſufficit ad inducendam vacationem primi,quamuis per eum ſtet, quominus habeat ius in re, & poſſeſſionem,num.101.*

*Si aliquis eſſet prouiſus de beneficio incompatibili,in quo alius eſſet intruſus, non vacabit primum, licet contra intruſum nullam faciat diligentiam pro capienda poſſeſſione ſecundi, nu.102.etiamſi eſſet monitus, & præfixus terminus per ſuperiorem ad faciendam diligentiam,nu.103.*

*Prouiſus à Papa de ſecundo incompatibili non poteſt excuſare vacationem primi,ex eo quod non expedierit bullas, ſine quibus non poteſt capere poſſeſſionem, ſi per eum ſtat, num.104.*

*Ita demum per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis vacat primum,ſi aſſecutio & poſſeſſio ſecundi ſit pacifica, non ſolum de facto, ſed etiam de iure, id eſt, non litigioſa, ſed abſque controuerſia iuris & facti iudiciali,& extraiudiciali,contra Innocentium & alios,num.105.& ſeq.vbi ponitur deciſio Rotæ: nec altas inuat decretanda de admittendo,quod non currit,niſi à die capta poſſeſſionis pacifica, & nota, ſufficit tamen, quod poſſeſſio ſecundi ſit pacifica quoad obtinentem,&c.nu.106.*

*Vt per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis vacet primum, non requiritur, quod vtriuſque habeatur pacifica poſſeſſio, nam quamuis primum ſit litigioſum, multo magis vacabit per aſſecutionem ſecundi pacifice poſſeſſi, & ſic intelligitur declaratio S. Congregat. allata, nec per poſſeſſionem pacificam, id eſt, acceptam poſt obtentionem ſecundi litigioſi, iſtud vacat, numero 107. & 108. In terminis vero cap. ordinarij, §. in conferendis,vt collatio tertij facta habenti duo ſimilia incompatibilia non valeat, nil refert, quod tertium ſit litigioſum, quamuis valeret, ſi fieret collatio tertij retinenti duo incompatibilia, quia ſecundum erat litigioſum, quæ tamen vacarent per aſſecutionem tertij pacificam, numero 109.*

*Non videtur quis adeptus pacificam poſſeſſionem, quando ſtatim, & in continenti, ſeu in limine legitimæ poſſeſſionis, fuit in ea turbatus, ſeu lis mota,num.110. & quando dicatur incontinenti turbari, d.num. 111. ponuntur ſententiæ Doctorum,& reſolvitur tunc dici,quando infra duos menſes lis ſuperuenit,ſeu turbatio,non ſi poſtea. Et ſi intra duos menſes lis non fuerit mota,primum cenſetur vacare à principio captæ poſſeſſionis,&c.*

*Similiter ſi prouiſus de parochiali poſſeſſionem illius adeptus ſit, id eſt, ſaltim per duos menſes obtinuit ſine litigio, arctatur conſtitutione cap. commiſſa, de elect. in 6. & tenetur infra annum ad ſacerdotium promoueri, & ſufficit*

quod

*quod semel cœpit pacifice possidere, quamuis postea lis moueatur secundum glossam, & alios, nu. 117. Sed in terminis d.c. commissa verius videtur, quod etiamsi post duos menses lis superueniat, prouisus de parochiali nec tenetur se promoueri facere, nec arctatur illa constitutione, saltim si adhuc restabat tempus sufficiens ad se promouendum, nu. 118. Sed contrarium tenet S. Congregatio, etiamsi à principio parochialis sit litigiosa, vt in declarationibus positis nu. 121. cui erit standum, nu. 122.*

*Impedimentum in fine anni superueniens non excusat à promouendo, si intra illud tempus non poterat promoueri, cum Bellamera contra Rebuffum, nu. 119. Et parochus in fine anni impeditus restituitur, non ad alterum annum sed ad tempus, in quo fuit impeditus, nu. 120.*

*Vt inducatur vacatio primi beneficu incompatibilis per assecutionem secundi, requiritur quod habeat pacificam possessionem, nedum beneficij & tituli, seu exercitij, cura, vel officij, sed etiam honorum, & fructuum, seu maioris partis eorum, nam si fructus, secundi non potest habere, quia ex priuilegio, vel alias ad alium pertinet ad tempus, non vacat primum, ex capitulo, si tibi concesso, de præbendis, in 6. numero 123. Et idem est in beneficijs promoti ad Episcopatum, numero 124. & decisio dict. cap. si tibi concesso, non est correcta per extrauag. execrabilis, numero 125.*

*In terminis d. cap. commissa, & cap. licet canon. de elect. in 6. sufficit habere pacificam possessionem beneficij, seu tituli, & liberum cura exercitium vt prouisus teneatur ad sacerdotium promoueri, & currat tempus, de quo ibi, num. 126. & sequen. vbi ponitur declaratio S. Congregat. & reprobatur, seu declaratur quædam doctrina Rebuffi, numero 128.*

*Durante tempore perceptionis fructuum per priuilegiatum obtinens secundum beneficium, etiam post adeptam eius possessionem potest ipsum dimittere, & primum retinere, sicut posset ante adeptam possessionem, quia interim non vacat, contra Ioan. And. & alios, à num. 129. Et quando illorum opinio vera esset, non procederet, vbi ante assecutionem fructuum moueretur lis super beneficio, numero 132.*

*Decisio dicti capituli si tibi concesso, non videtur procedere, quando maior pars fructuum secundi beneficij, aut etiam omnes sunt alteri reseruati, si non est etiam reseruata tota administratio, numero 133. & sequent. Vbi adducitur declaratio S. Congreg. & d. cap. si tibi concesso, accipitur, quando ad certum tempus alter fructus percepit, aut quando beneficium est de vento, quod nondum habet fructus, licet succedente vacatione alterius eos sit habiturus, numero 135. & adducitur decisio Rotæ numero sequent.*

*Decisio dicti cap. si tibi concesso, non procedit, vbi solutio fructuum differtur post mortem, quia quod differtur, non aufertur, numero 137. Ex qua ratione huiusmodi Statuta, seu consuetudines Ecclesiarum, non comprehenduntur Decreto Concilij session. 24. de reformat. cap. 14. nec bulla Pij V. ex S. Congregatione, numero 138. vbi ponuntur declarationes, & numero 139. vbi refertur, ita fuisse declaratum in causa Ciuitatens. & ita fuit per Rotam resolutum in decisione posita numero 140. Quamuis contrarium tenuerit Palatios, & alias Rota in decis. posita, num. 141. & in resolutione adducta, numero 142. & procedit etiamsi illi fructus non detur renuntianti, aut permutanti, aut qui non sepelitur in ipsa Ecclesia, numero 143.*

*Quid dicendum sit in Ecclesiis in quibus ex earum statutis, & consuetudinibus nouiter ficiati, non percipiunt fructus primi anni, nec reseruantur eis post mortem à num. 144. Resolnitur, quod si illis fructus applicantur fabricæ, aut alijs piis vsibus, habebit locum decisio dict. cap. si tibi concesso, nam illa non reuocantur per Concilium, & constitutionem Pij V., nisi pro dimidia, quando vltra semestre reperiuntur concessi: si vero fructus cedunt antiquis, non habebit locum dict. caput. si tibi concesso, cum cessent iam dicta statuta, & consuetudines etiam immemoriales stante Concilio & constitutione Pij V. quibus reuocantur, etiam si iuramento, & confirmatione Apostolica, etiam ex certa scientia munita sint, &c. Quamuis ante Concilium videbatur habere locum, quia nunc tolerabantur talia statuta, & consuetudines, saltim ab immemoriali tempore obseruata.*

*An in Ecclesiis, in quibus non est receptum dictum Decretum Concily, & constitutio Pij V. sed adhuc seruantur prædicta statuta, & consuetudines, procedat hodie dict. cap. si tibi concesso, numer. 149. Pro parte affirmatiua adducitur reg. quod lex etiam canonica nõ recepta non obligat, quamuis primi non recipientes peccauerint, nu. 150. & ratio ponitur, num. 151. Et procedit etiamsi lex habeat Decretum irritans, nu. 152. & etiam si deroget consuetudini, n. 153. & etiam si non sit recepta per ignorantiam, num. 154. & quando dicatur lex non recepta, & an requiratur decennium, nu. 155. & 156. Nec obest, quod Concilium est in Hispania receptum, nam receptio ista est in genere, & verbalis, cui non receptio in specie, & re derogat, nu. 158. Nec refert, quod sit non receptio vnius Ecclesiæ, seu Capituli, nã Capitulum in proposito, non consideratur vti persona particularis, sed vti vniuersitas, &c. d nu. 159.*

*Contra istam rationem obijcitur, quod cum Concilium ibi reijciat, & aboleat huiusmodi constitutiones, & consuetudines, vt prauas, ac scandalosas, non videtur excusare non receptio, numero 161. Nam & maiorem vim habere videtur consuetudo immemorialis, quam non receptio, & tamen illa tunc nõ valet, nec excusat, num. 162. & quod non excuset non receptio id proposito, videtur sentire Nauarr. & S. Congregat. in declaratione posita, numer. 163. & 164.*

*Quidquid sit de hoc, an non receptio dicti Decreti Concilij, & constitutionis Pij V. excuset, vel non, tamen in Ecclesiis in quibus prædicta statuta, & consuetudines adhuc seruantur, siue de iure, siue de facto, videtur habere locum decisio dicti cap. si tibi concesso, &c. numero 165. Nisi dicatur, quod in terminis prædictorum Statutorum, & consuetudinum, ex quibus noui residentes non lucrantur fructus sed remanent in mensa diuidendi inter antiquos, siue seruentur de iure siue de facto, non habeat locum decisio dicti capituli si tibi concesso, nam Capitulum non percipit illos fructus, tanquam fructus prabendæ noui residentis, sed iure proprio, &c. quod videtur probabile, supposito quod nouus residens lucretur aliquos fructus, seu distributiones, &c. numero 166.*

*Similiter dicendum videtur in Ecclesiis, vbi est statutum seu consuetudo, quod beneficiati, qui nondum sunt promoti ad presbyteratus, vel diaconatus, aut subdiaconatus ordinem, non lucrentur fructus, quod non est contra d. Decretum Concilij, & constitutionem Pij V. nu. 167. & seq. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.*

*Si habenti duo, vel plura beneficia incompatibilia conferatur aliud, eius possessione adepta pacifice vacant etiam omnia prima, Clem. si plures de prabend. numero 169. Cuius Clemen. decisio difficultatem patitur ex cap. ordinarij, §. in conferendis, de offic. ordinarijs in 6. ex quo enim*

*collatio tertij non tenet, non poteſt inducere vacationem priorum, num. 170.*

*Reſpondetur, quod licet collatio tertij non valeat, tamen eius poſſeſſione pacifica adepta vacant prior, ex c. eum qui, 1. p. de præben. in 6. nu. 171. Et idem erit ſi per prouiſum ſteterit, quominus eam adipiſcatur, quamuis collatio non valeat, niſi antea ei renuntiauerit, num. 173. Sed verior eſt contraria ſententia glo. nu. 173.*

*Circa d. c. eum qui, 1. p. qui ſint videndi, nu. 174. & ponitur reſolutio Rotæ nu. 175.*

*Poteſt etiam d. Clem. ſi plures, intelligi in obtinente plura incompatibilia ex diſpenſatione, qui acceptat tertium ex prouiſione papæ, in qua fuit mētio priorum, ſeu ſunt habita pro expreſſis, quo caſu tenet prouiſio tertij, quia d. §. in conferendis non habet locum in papa, n. 176. & ſeq. vbi adducitur deciſ. Rotæ, quæ impugnatur, quatenus dicit regreſſum ad incompatibilia cauſare impedimentum collationi tertij, ſicut ipſa beneficia, num. 178.*

*Ex d. Clem. ſi plures, credit Gambarus diſpenſatum, vt poſſit tenere quartum beneficium ad annum, ſi completo anno illud non dimittit, vacare alia tria, nu. 179. ſed contrarium tenuit Rota in deciſione poſita, nu. 180.*

*Ad inducēdam incompatibilitatem debent eſſe beneficia perpetua, ſaltim aptitudine, vt ſunt beneficia manualia, ſeu ad nutum amouibilia, quæ etiam cum dentur in titulum, & poſſint eſſe perpetua, inducunt incompatibilitatem: officia vero, ſeu dignitates, quæ conferuntur ad certum tempus, non inducunt talem incompatibilitatem, numero 181. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

100 DEclarātur autē prædicta † primo, quod ad inducendā vacationem primi beneficij incompatibilis per aſſecutionē ſecundi, nō ſufficit collatio ſola, & acceptatio eius, ſed requiritur adeptio poſſeſſionis ſecundi pacificæ, vel quod per prouiſum ſtet, quominus eam adipiſcatur d. cap. de multa, ibi, Receperit, cap. licèt Epiſcopus de præbend. in 6. d. extrauag. execrabilis. de præben. verſ. qui vero, & Clem. ſi plures & ibi glo. de præben. & facit cap. commiſſa. de elect. in 6. & patet ex declarationibus 3. 4. 5. & 6. ſup. adductis n. 84. (quæ iuxta hoc intelligi debent) gloſſ. verb. pacifice, in Clem. gratiæ, de reſcript. Abb. in c. de multa, nu. 16. Franc. in dict. cap. licèt Epiſcopus num. 1. Coral. 1. p. c. 10. num. 4. & 5. Burſat. conſil. 353. lib. 4. Mant. conſ. 14. & 18. de præben. Maſcar. de prob. concl. 183. Flamin. Pariſ. lib. 3. de reſign. quæſt. 1. num. 129. Caputaq. dec. 294. p. n. & facit dec. Mohed. de concēſ. præb. iuxta quod eſt accipiendum quod tradit Zerola in praxi Epiſcopali, 2. p. verb. alternatiua. §. 1.

101 Collatio vero non acceptata, † vel ius ad rem non ſufficit ad inducendam vacationem primi incompatibilis, quamuis per eum ſtet quo minus habeat ius in re, & ſucceſſiue poſſeſſionem, quia id non reperitur iure cautum.

102 Si tamen aliquis † eſſet prouiſus de beneficio incompatibili, in quo alius eſſet intruſus, non vacabit primum, licèt contra intruſum nullam faciat diligentiam pro capienda poſſeſſione ſecundi, quia tūc non videtur ſtare per eum, ſed per intruſum ad dec. 148. p. 1, diuerſ. præſertim, ſi non ſit monitus, aut ei præfixus terminus per ſuperiorem ad faciendam diligentiam, ad dec. Mohed. 32. de præben. aliàs 348. & dec. 827. lib. 3. p. 3. diuerſ. Achil. deciſ. 358. & poſthæc Gonçal. gl. 15. nu. 116. & ſeq.

103 Quod † etiam videtur procedere, licèt eſſet monitus, aut præfixus terminus per ſuperiorem ad faciendam diligentiam, quia non poteſt cogi agere titul. capit, vt nemo inuitus agere, vel accuſare cogatur, & in terminis dict. deciſionis eſt longè diuerſa ratio.

104 At prouiſus à Papa † de ſecundo incompatibili, non poteſt excuſare vacationem primi, ex eo quod non expedierit bullas, ſine quibus non poteſt capere poſſeſſionem, ſi per eum ſtat quominus expediat, iuxta deciſionem Rotæ in cauſa Leodien. canonicatus 9. Decembris, 1589, coram Domino Pamphilio, in qua fuit reſolutum, Quod ſi alicui apponitur in gratia ſecundi decretum de dimittendo primum in manibus Sanctiſſimi infra duos menſes à die poſſeſſionis, aliàs vacet vtrumque, ſi non expedit bullas ad capiendam poſſeſſionem, & ſic ſtat per eum, vacat vtrumque iuxta Decretum, &c.

105 Secundo declarantur, † vt ita demum per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis vacet primum ſi aſſecutio & poſſeſſio ſecundi ſit pacifica, non ſolum de facto, ſed etiam de iure, id eſt, non litigioſa, ſed abſque controuerſia iuris, & facti iudiciali, & extraiudiciali, Archiep. & Ioan. Andr. in dicto cap. commiſſa. Card. in dict. Clemen. gratiæ, numero 8. Abb. in dict. cap. de multa, num. 16. Fel. in capit. cum Ioannes, numero 33. de fide inſtrum. Ripa in rubrica de cauſa poſſeſſ. numero 39. Staph. tit. de qualitate, & ſtatu benefic. §. huiuſmodi, numer. 12, & tit. de varijs modis vacationis, tertio vacationis modo à numero 3. Villadiego de legato q. 14. 1. part. numer. 96. Rebuff. de pacificis poſſ. numero 197. aliàs 164. Coſmas in pragm. ſanct. tit. de collatio. §. item quod vniuerſitates, verb. poſſederint, Bellam. deciſio. 596. Caſſad. deciſio. 9. numero 1. de cauſa poſſeſſ. Sarnen. in reg. de triennali, queſt. 53. Mandoſ. reg. 34 q. 26, Hojeda c. 13. num 80. Maſcard. d. concluſio. 183. num. 40. Quintana duennas d. lib. 4. n. 77. & Fla. Pariſ. lib. 3. q. 1. n. 130. Azor 2. p. lib. 7. c. 16. q. 9. & reſoluit Rota in cauſa Toletana Archidiaconatus de Talauerade menſe Iunij 1592 coram D. Seraphino reiecta opinione Innocentij in c. conſtitutus 2. de appell. Rot. dec. 3. de cauſa poſſ. in antiq. aliàs 36. & addit. dec. 3. de præben. aliàs 61, in nouis, dicentium, quod vbi aliquis eſt in poſſeſſione beneficij, licèt ſibi moueatur lis ſuper beneficio, tamen videtur pacificam poſſeſſionem habere, quia ad hoc, vt aliquis videatur pacificam poſſeſſionem habere, ſufficit, quod de facto poſſideat, licèt ſuper iure ſibi controuerſia moueatur. Et ſequitur Ioan. Quintinus in c. de multa, nu. 73. addens etiā per ſolā acceptationem beneficij litigioſi ſcienter factam, ſine corporali receptione vacare primum per l. fin. C. de litigioſis, vbi id non probatur, & Tuſchus concl. 769. lit. B. u. 3. Quæ deciſio Toletana ſic ſe habet, Fuit dubitatum, an Archidiaconatus vacaret de tempore factæ prouiſionis D. Didaco, ita vt prouiſio cenſeatur valida, & dīi cenſuerunt non fuiſſe tunc temporis vacantem, ideoque gratiam fuiſſe nullā. Moti fuerunt, quia cum bonæ memoriæ Cardinalis de Mendoça teneretur dimittere Archidiaconatū infra ſpatiū anni, iſque obtinuiſſet plures prorogationes, quæ durabant vſque ad diem 23. Iulij 1588. & interim fuiſſet ei mota controuerſia ſuper Decanatu, quem Papa prætendebat vacare per promotionem

ad

ad Cardinalatum, non currebat ei tempus, sed interim cessabat, donec molestiæ cessarent, nam impedito non currit tempus l. quibus diebus, de condit. & demonstr. l. non possunt. C. de dolo malo, capite imputari, de regul. iuris in 6. & in proprijs terminis materiæ, de qua agitur, probatur in cap. commissa, & ibi glossa de elect. in 6. capite licet Episcopus, & ibi Doctores de præb. lib. 6. Clem. 1. §. cæterum, de statu Monach. Vital. in Clem. gratiæ, nu. 43. in fi. de rescript. & in Clement. si plures, num. 27. de præben. Aegidius decis. 43. & 153. & 593. Tiraquell. de retractu lignag. glo. 10. num. 32. Rebuff. in praxi benefic. tit. de non promotis intra annum, numero 47. quod etiam obseruatur in eo, qui vigore Decreti tenetur expedire literas intra sex menses, Mohed. decis. 161. Neque obstat, quod hæc controuersia non fuerit iudicialis, quia hoc procedit indifferenter in omni molestia, siue iudiciali, siue extraiudiciali, vt post glos. l. tradit Card. n. in dict. Clem. gratiæ, nu. 8. & ibi Andr. Barbatia, num. 22. Probus addit. ad Monach. in cap. commissa, num. 2. de elect. in 6. Felin. in cap. cum Ioannes. num. 33. de fide instrum. Cassad. decis. 9. de causa possess. & propriet. Rebuff. in tract. de pacificis possess. numer. 165. & siue molestiæ sint de iure, siue de facto, & post glossam tradunt Ancharanus, & Gemin. in d. cap. commissa, & Cassad. d. decis. 9. molestiæ illatæ Cardinali visæ fuerunt maxime considerabiles, cum prouenirent facto Principis, qui poterat ad libitum voluntatis suæ disponere de beneficio, etiam priuando sine causa, vt tradit Mohed. decis. 86. & cum introducta esset cognitio in Principis Consistorio, non currebat dilationis tempus, quemadmodum etiam dicitur non currere fatalia, & resolutum fuit coram me in Imolen. Castri 16. Ian. 1573. Neque releuat, quod à principio possessio fuerit pacifica, tam respectu tituli, quam perceptionis fructuum, quia sufficit, quod quandocunque præstetur impedimentum circa culpam impediti, vt per Archid. in c. cum ex eo. num. 2. de elect. libr. 6. quem sequitur Ioan. And. in d. cap. imputari, col. 1. de reg. iur. lib. 6. ideoque tantum temporis ei restituendum est, quantum per impedimentum ablatum fuit. Aegid. d. &. decis. 83. & fuit resolutum in Salamantina parochialis coram R. P. D. Orano 1589. quod intelligendum est respectu temporis, quod dilationi concessæ propter molestias subtractum est: non obstat, quod quicquid sit de lapsu temporis respectu Decreti, quo inducebatur priuatio vtriusque beneficij, tamen respectu iuris communis non posse dici Archidiaconatum non vacasse statim expiratis dilationibus, maxime cum postquam cessarunt molestiæ, adhuc supererat tempus, quo poterat fieri dimissio Archidiaconatus, quia loco duorum mensiũ, qui ex benigna interpretatione dantur ad dimittenda incompatibilia, vt tradit gl. & Dd. in c. commissa, & Cassad. d. dec. 9. de causa poss. & propr. Papa subrogauit tempus illud anni, quod postea fuit pluries prorogatum, & ideo quemadmodum de iure communi non vacasset Archidiaconatus per lapsum illorum duorum mensiũ, si interim superuenisset molestia, ita neq; per lapsum termini à Papa constituti potest intrare vacatio stantibus molestijs prædictis. Et hoc maxima ratione cõstitutum est, videlicet, ne clericus dimittendo prius obtentum careat vtroq; beneficio, & mendicare cogatur, prout tradunt Dd. in d. c. commissa, Gem. cõs. 82. Cassad. dec. 9. Rebuf. in praxi tit. de non promotis, n. 41. & 45. Postremo non obstat, quod nõ sufficeret molestia super tit. nisi etiam esset super fructib. Rota dec. 3. de præb. in nouis, vbi addit. quia fundata est in doctrina Innoc. in c. constitutus, de appell. quam Rota reprobat, vt per Aegid. dec. 596. & Cassad. 9. de causa possess. & propriet. Sarnen. q. 53. in 1. col. de triennali, vltra quod illud tendit ad diuersum effectum, nempe quando quis dicatur possessor pacificus. Et ex his concluditur Archidiaconatum non vacasse, ideoque collationem non valere, & in causa Tirason. can. 8. Nouemb. 1596. coram D. Orano fuit resolutum decretum, &c. R. decr. dedi, ibi vna die ista.

106 Est etiam ad id † alia Rotæ decisio coram eodem domino Seraphino, in vna Tirason. canonicatus 9. Ian. 1598. quæ sic ait, Domini steterunt in decisis, etiam circumscripto fundamento sententiæ, ex solo capite molestiarum, cum enim prouisus debeat esse in pacifica possessione secũdi, antequam teneatur ex Decreto dimittere primum, ita vt sit certus de assecutione secundi, ne detur casus, quod careat vtroq; c. licet Episcopus, cũ ibi not. de præb. in 6. vbi Francus nu. 4. ad hunc effectum sufficiunt molestiæ, etiã extraiudiciales, & de facto Paul. de Eleaz. in Clem. gratiæ, & ibi Card. q. 13. & Vital. nu. 50. de rescript. Gemin. consil. 78. num. 3. Abb. in cap. de multa, numero 8. de præb. Cassad. decis. 9. de causa possess. & propr. cum alijs allegatis in causa Toletana Archidiaconatus, quicquid sit ad effectum interrumpendæ possessionis, quo casu molestiæ debent esse circa possessionem, & fructuum perceptionem, & ad hunc effectum tendunt omnia in contrarium allegata, secus in casu isto, in quo adest timor, ne quis careat vtroque beneficio, ad notata in c. si tibi concesso, de præben. in 6. maxime cum molestiæ præcesserint facto ipsius aduersarij, qui in datatia se opposuit obtinendo, nihil transeat, & allegando collationem spectare ad Episcopum, & se ab eo prouisum, & sibi esse faciendam nouam prouisionem, vt bene probant testes: Nec obstat, quod postea fuerit relaxata prouisio: nam non ideo cessauit molestia aduersarij volentis prosequi ius suum, & iactando se habere prouisionem ab Episcopo, quam etiam aliquibus ostendit, vnde fuit necesse committere causam super iactationibus, & molestijs contra aduersarium, qui citatus dixit generalis contra, & citatus ad sententiam appellauit, & vltimo expiscatus est istam gratiam, & prosecutus est hanc litem, quæ adhuc durat. Non obstat notorietas non iuris Bernardi ob mensis reseruationem, quia multa in facto poterant turbare hanc reseruationem, vel ratione alternatiuæ, vel ratione simultaneæ collationis cum Capitulo, ideo cõclusum non intrare Decretum, & stãdum esse in decisis. Ex quibus decisionibus apparet, per assecutionem secundi beneficij incompatibilis nõ vacare primum, nisi possessio secundi sit pacifica, & sine controuersia, & molestia, etiam extraiudiciali, & de facto, nec alias intrare Decretum in prouisione secũdi positum de dimittendo primum habita possessione secundi, & tradit posthæc vilus Gonçalez ad reg. mẽ sium gl. 15. n. 117. vbi allegat d. decisionem Tirason. canonicatus sub 8. Septemb. 1598. coram D. Orano, & n. 111. ait, quod tẽpus dimittẽdi ex Decreto nõ incipit currere, nisi à die captæ pacificæ possessionis,

non autem à die promiſionis ſine poſſeſſione pacifica, ita vt verba Decreti ciuiliter intelligantur, id eſt, ſecuta pacifica poſſeſſione, &c. & nu. 112. ait, quod non ſolum non incipit currere, niſi à die captæ pacificæ poſſeſſionis, ſed etiam eſt neceſſaria notitia d. poſſeſſionis pacificæ, vt incipiant termini curſus, vt late fuit reſolutum in d. *Tiraſonen. canonicatus coram D. Orano 8. Nouemb. 1596.* vbi propterea fuit excuſatus vnus à pœna dicti Decreti de dimittendo infra quatuor menſes primum beneficium, quia allegabat ignorantiam adeptæ poſſeſſionis de ſecundo, *& in contrarium nihil releuans probabatur, idem etiam nouiſſime fuit reſolutum in cauſa Cordubenſi capellaniæ 27. Ian. 1606. coram D. Pamphilio, ibi, quod vt fuit, &c. Rot. decr. de dim.* videtur tamen ſufficere ad vacationem primi beneficij incompatibilis, quod poſſeſſio ſecundi ſit pacifica quoad obtinentem, licet beneficium ſit litigioſum quoad alios, niſi ignorantia excuſetur, ex Sarnen. in reg. de triennali, quæſt. 41. & Aegid. Bellamer. deciſ. 562. ſeu 561. & Rota in vna Florentina canonicatus 14. Iun. 1557. coram Dom. Chiſanen. in qua fuit reſolutum, Quod per acceptationē canonicatus inter alios litigioſi poſſeſſione ſubſecuta vacat ius ingrediendi ad alium canonicatum in eadem Eccleſia, ſi acceptatio fuit ſimplex ſine proteſtatione, cap. eum qui, de præbend. in 6. clem. gratiæ, de reſcript. præſertim ſi ille qui acceptauit, permanſit in poſſeſſione vltra triennium, & ſemper quoad eum pacifica fuit poſſeſſio, quamuis quoad alios beneficium poſſet dici litigioſum, quia iſta ſunt diuerſa, Sarnen. de triennali, q. 41. & facit Aegid. dec. 562. alias 563. & quia Clem. gratiæ, loquitur de pacifica poſſeſſione, quæ poteſt ſuoſiſtere, licet res ſit litigioſa quoad alios.

107 Aduertendum eſt autem, † quod ad hoc, vt per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis vacet primum, non requiritur, quod vtriuſque habeatur pacifica poſſeſſio, vt perperam dicunt Staphil. d. §. huiuſmodi, nu. 12. & Hojeda d. cap. 13. nu. 79. nam quamuis primum ſit litigioſum, multo magis vacabit per aſſecutionem ſecundi incompatibilis pacifice poſſeſſi, quæ eſt determinatio Innocent. in cap. in noſtra. de reſcript. quam ſequitur, & dicit ab omnibus receptam Nauar. conſil. 14. num. 1. de præb. Rebuf. in praxi tit. de tacita renuntiatione, verſ. 3. qui litigat, & reſoluit Rota in vna Barchinon. Archidiaconatus 9. Decemb. 1560. coram D. Groperio, & in d. Salamantina dimidiæ portionis, & in dict. Conchen. Archipresbyteratus de Huete, vt ſupra nu. 87. & 89. Et ſic declaratio S. Congregationis ſuper d. c. 17. ſeſſ. 24. quæ ſic ait, Reiecta eſt à S. Congregatione: petito N. de duabus parochijs, quarum altera eſt litigioſa, vt poſſit vtramque retinere, dum alterius lis terminatur, intelligenda erit, quando prima eſt litigioſa, & non ſecunda.

108 Et nouiſſime idem † tenet Leſſius de iuſt. & iure, lib. 2. capitul. 34. numer. 141. dicens, quod ſi beneficium ſecundum ſit litigioſum, non vacabit prius donec pacificus ſecundi poſſeſſor fueris: ſi autem ſecundum pacifice poſſederis, vacabit prius, etiamſi ſit litigioſum. Et addit, quod ſi obtento titulo vnius talis beneficij, abſque poſſeſſione accipias ſecundum litigioſum, & poſtea, antequam incipias eſſe pacificus poſſeſſor ſecundi, accipias pacificam poſſeſſionem primi, non ideo amittis ſecundum litigioſum, vt quidam putauerunt, quia id iure ſtatutum non eſt, vt docet Nauarr. dict. conſil. 14. alias 31. de præbend. quod mihi placet, & videtur certum,

109 E contra † vero in terminis cap. ordinarij, §. in conferendis, de offic. Ordin. in 6. ad hoc, vt collatio tertij beneficij facta habenti duo ſimilia incompatibilia non valeat, nihil videtur referre, quod tertiū ſit litigioſum, & non pacificum, quicquid velit Rota in illa Virdunen. canonicatus 13. Maij 1596. ſupra adducta cap. 3. num. 332. *Rot. in dict. Barchin. Archid. 21. Dec. 1560. coram Dom. Groperio, vbi fuit deciſum, quod ſi quis efficitur triplex, procul dubio promiſio non valet, non obſtante qualibet lite & cauſa, arg. l. diximus in princ. ff. de excuſ. tut. Quod etiam fuit deciſum in Oxomen. capellania de anno 1582. coram Robuſterio:* quamuis valeret, ſi fieret collatio tertij retinenti duo incompatibilia, quia ſecundum erat litigioſum, quæ tamen vacarent per aſſecutionem tertij pacificam,

110 Aduertendum eſt etiam, † quod non videtur quis adeptus pacificam poſſeſſionem, quando ſtatim, & in continenti, ſeu in limine legitimæ poſſeſſionis fuit in ea turbatus, ſeu lis mota, gl. verb. pacificam, in d. c. commiſſa, de elect. in 6. Abbas & Staphileus locis citatis ſupra nu. 105. Bellamera d. deciſ. 596. Caſſadorus d. deciſ. 9. de cauſa poſſeſſ. nu. 2. Tiraq. in leg. ſi vnquam, verb. ſuſceperis liberos, nu. 149. Hojeda dicto cap. 13. num. 49. & 80. Maſcard. d. concluſ. 183. num. 42. & Flam. Pariſ. dict. libr. 3. q. 1. num. 130.

111 Et † quando dicatur in continenti turbari, dicunt Probus ad Monach. in dict. cap. commiſſa. nu. 2. Villadiego de legato 1. p. q. 14. num. 105. Roſin. de benef. cap. 2. num. 57. & Hojeda, & Flamin. Pariſ. ſupra, cum Tiraq. Menochio, & alijs, id relinqui iudicis arbitrio.

112 Bonifacius † in Clement. ſi plures, de præbend. num. 63. dicit, quod quamdiu durat annus, cenſetur adeptio poſſeſſionis in ſuo limine, & ſic quod vbi quæſtio, vel controuerſia mota eſt infra annum, non cenſetur poſſeſſio pacifica, & ſic non vacant priora beneficia, &c. cum quo Maſcard. ſupra num. 6. & 48. tenet requiri annalem poſſeſſionem, vt pacifice dicatur poſſediſſe, per ea, quæ tradit Felin. in c. in noſtra, num. 33. de reſcript. ſed illa ſunt ad effectum regul. de annali.

113 Lapus † tamen in dict. capitul. commiſſa, interpretatur, ſi infra duos menſes lis ſuperueniat, ſeu turbatio, non ſi poſtea: cuius opinionem ait bis viciſſe ſeruari in Rota dict. additio. 1. deciſionis 3. de præb. in nouis, & ſequuntur Caſſador. d. deciſ. 9. numero 2. Staphil. d. §. huiuſmodi, numero 13, Rebuff. in repet. c. 1. poſtulaſtis, de clerico excommunicato miniſtrante in gl. nu. 72. Quintanaduennas d. libr. 4. nu. 80. & Hieron. Gabriel. conſ. 191. num. 7. libr. 1. vbi dicit per extrauagantem execrabilis, non poſſe dari vacationem primæ parochialis, cum non ſunt elapſi duo menſes, qui dantur ad dimittendum primum, iuxta notata in d. cap. commiſſa, & Caſſad. ſupra, & cum intra eos lis ſuperuenerit, retineri illam adhuc poſſe, quouſque poſſeſſionem ſecundæ pacificam haberet. Et Rota in dict. Toletana Archidiaconatus ſupra, numer. 106. in qua fuit dictum, *iſtos duos menſes ex benigna interpretatione dari ad*

dimit-

dimittendum incompatibilia, & per lapſum eorum non vacare primum incompatibile, ſi interim ſuperueniſſet moleſtia ſuper ſecundo. *Rota etiam in Calagurrit. dimidij beneficij de Oton. 17. Mart. 1603. coram Domino Ortembergo, in qua fuit reſolutum, quòd dimidia portio, &c. R. vac. in comp.*

114 At ſi infra † duos menſes lis non fuerit mota, nec moleſtia ſuperuenerit, primum incompatibile cenſetur vacare à principio captæ poſſeſſionis, vt apparet ex deciſ. Rotæ in dict. Salamantina dimidiæ portionis coram Domino Orano, de anno 1585. in qua fuit reſolutum, vt ſupra diximus, Per aſſecutionem canonicatus vacare dimidiam portionem, ex ☞ declaratione S. Congregationis Concilij, & rurſus non obſtare, quod deberet expectari per duos menſes, iuxta dicta, quia hoc procedit, ſi conſtaret, quod lis fuiſſet ſuper canonicatu infra duos menſes, &c. Et ita ſunt accipiendi Doctores citati.

115 Quamuis † Rebuff. & Hier. Gabr. ſupra videãtur ſentire, non dari vacationem ante lapſum duorum menſium, etiamſi in eis non ſit mota lis, & Nauarr. conſ. 18. de præben. in fin. ait, quod poſſeſſio accepta in continenti non dicitur pacifica.

116 Apparet † ergo ex his, quod ſi prouiſus de ſecundo incompatibili ſteterit in pacifica poſſeſſione ſecundi, ſaltim per duos menſes, cenſetur à principio primum vacare, & ſic collatio, & prouiſio de eo à principio facta erit bona, quamuis poſt duos menſes lis, ſeu controuerſia ſuper ſecundo ei moueatur, ſaluo tamen remedio, & beneficio, cap. ſi beneficia de præbend. in 6. *Falſum tamen videtur, quod in Calagurrit. ſupra relata numer. 113. dicit Rot. cum Paulo conſil. 265. in fin. par. 2. quod vbi agitur de iure impetranti primum beneficium, tanquam vacans per aſſecutionem ſecundi, ſatis eſt quod alius aſſecutus ſit ſecundum incompatibile litigioſum, deinde pendet ex futuro litis euentu, an bene impetrauerit, &c. nam quamdiù ſecundum eſt litigioſum, primum non vacat, quicquid poſtea eueniat in lite, ex ſupra dictis & allegatis, & ſic impetrans illud tanquam vacans per aſſecutionem ſecundi ante finitam eius litem, non bene impetrauit, impetrauit enim beneficium tanquam vacans.*

117 Et ſimiliter † dicit gl. in d. c. commiſſa, verb. pacifica. ver. ſi autem poſſeſſionem, quam ibi DD. ſequuntur, & Staphil. d. §. huiuſmodi, num. 12. quod ſi prouiſus de parochiali poſſeſſionem illius aliquandiu, id eſt, ſaltim per duos menſes, vt Lapus exponit, obtinuit ſine litigio, illa conſtitutione arctatur, & tenetur infra annum ad ſacerdotium promoueri, & ſufficit, quod ſemel cœpit pacifice poſſidere, quãuis poſtea lis moueatur, ſequuntur etiam Sarnen. in reg. de triennali, quæſt. 53. verſ. & ideo, & P. Gregor. de benef. cap. 25. num. 10.

118 Ego autem † in terminis d. c. commiſſa. verius exiſtimo, quod etiamſi poſt duos menſes lis ſuperueniat, prouiſus de parochiali nec tenetur ſe promoueri facere, nec arctatur illa conſtitutione, ſaltim ſi adhuc dum ſuperuenit lis, reſtabat tempus ſufficiens ad faciendum ſe promoueri ad ſacerdotium, vt tenet expreſſe Aegidius Bellamera deciſ. 83. Sufficit adeſſe impedimentum litis, dummodo fraus ceſſet antequam labatur tempus, quo poterat ſe promoueri facere, durum enim videtur cogi quem promoueri ratione beneficij litigioſi, in quo poſſet ſuccumbere, Monachus in d. cap. commiſſa num. 1. pro quo benefacit deciſ. Mohed. 8. de conceſſ. præbend. alias 161.

119 Circa † quod vide Rebuff. in praxi titul. de non promotis, num. 48. vbi contra Bellam. inquit, quod impedimentum in fine anni ſuperueniens excuſat à promouendo, etiamſi intra illud tempus non poterat promoueri, quẽ ſequitur Salcedo in pract. Bern. Diaz cap. 53. litera C, in quo verior videtur ſententia Bellameræ.

120 Vide † etiam Nauarr. conſ. 1. de in integrum reſtitut. vbi docet parochum in fine anni promoueri impeditum reſtitui, non ad alterum annum, ſed ad tempus, in quo fuit impeditus.

121 Verum S. Congregatio † Concilij, ſic reſpondit ☞ Epiſcopo Veronen. Obtinens parochialem Eccleſiã per prouiſionem Sedis Apoſtolicæ habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouentuum ad dict. Eccleſiam parochialem pertinentium poſſeſſionem, *licet in limine* adeptæ poſſeſſionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in petitorio, tamen tenetur ſe promoueri facere intra annum lite pendente, & ad reſidendum in dict. Eccleſia, etiam præſuppoſito, quod non tenetur reſidere, Epiſcopus eo caſu debet deputare vicarium, partemque fructuum ei pro ſufficienti victu aſſignare, iuxta Concilij Trident. formam. Vt habetur inter declarationes cap. 4. ſeſſ. 22. de reform. & alias num. 258. Et inter declarationes ſuper cap. 2. ſeſſ. 21. de refor. habetur alia, quæ ſic ait, Quod ſi beneficium eſſet litigioſum, & curam animarum haberet, tenebitur obtinens ſacros ordines ſuſcipere, ſi modo liberum habeat curæ exercitium.

122 Quæ † declaratio licet non videatur iuri conformis iuxta ſupradicta, tamen ei erit ſtandum, dum aliud non decernatur, & forte ita declaratum eſt, quia ſic placuit Papæ propter ſeruitium parochialium.

123 Tertio † declaratur prædicta, quod ad hoc, vt inducatur vacatio primi beneficij incompatibilis per aſſecutionem ſecundi, requiritur, quod habeat pacificam poſſeſſionem, nedum beneficij, & tituli, ſeu exercitij, curæ, vel officij annexi beneficio, ſed etiam bonorum & fructuum beneficij, ſeu maioris partis eorum, nam ſi fructus, ſeu maiorem partem eorum ſecundi non poteſt habere, quia ex priuilegio, vel alias ad alium pertinent ad tempus non vacat primum, text. in cap. ſi tibi conceſſo de præbend. in 6. & ibi gloſ. fin. Abb. num. 16. & DD. communiter in dict. cap. de multa, & in dict. cap. cum in cunctis. §. 1. de electione, Francus in d. cap. commiſſa, nu. 3. & ibi Probus ad Monach. num. 2. Staphil. dict. §. huiuſmodi, num. 14. & 15. Villadiego ſupra num. 95, addit. 1. Rotæ deciſ. 3. de præbend. in nouis, Caſad. dict. deciſ. 9. de cauſa poſſ. num. 2. Sarnen. in reg. de annali quæſt. 47. verſ. hinc videmus, & de triennali quæſt. 53. verſ. & ideo, Corraſ. d. 1. p. cap. 10. num. 8. & Hoieda dict. cap. 13. num. 48. & num. 80. verſic. 3. declaratur, Azor 2. p. lib. 7. c. 16. q. 9.

124 Et ita intelligunt † text. in d. cap. cum in cunctis, §. 1. quod in beneficia promoti ad Epiſcopatum non vacent, etiam poſt conſecrationem, & adeptam poſſeſſionem, ſi fructus Epiſcopatus non percipit, ſed ex cauſa aliquo tempore alteri debentur, vt etiam docet Roman. conſilio 335. numero 4. & 355. num. 17. vbi tamen Horatius Mandoſ. in addi-

ne d.conſi.335.litera B,ait,Sed aduerte,quod iſta opinio non ſeruatur.

125 Et † deciſ, d. cap, ſi tibi conceſſo,non eſt correcta per extrauag, execrabilis, de prabend. vt docet Oldrad. conſ,153.nu.1.

126 Quãuis † in terminis d.c,commiſſa,& c.licèt canon.de elect.in 6. ſufficiat habere pacificum poſſeſſionem beneficij, ſeu tituli, & liberum curæ exercitium, vt prouiſus teneatur ad ſacerdotium promoueri,& currat tempus,de quo ibi gloſſ. d. verb. pacificam in d.cap.commiſſa, & ibi Franc.num. 3. & Prob.2.& alij,& d.gl.fi.in d.ca.ſi tibi conceſſo,Staphil.d.additio Rotæ, Caſſad. & Sarnen. vbi proximè,& Rebuff.d.titul.de non promotis intra annum à num.11.& Graſſis in deciſio. aureis caluum conſcien.lib.2.c.97.nu.49.

127 Vnde † S. Congreg.Concilij ſic cenſuit, Licet reſeruati ſint fructus in fauorem alterius, tamen non reſeruata adminiſtratione, nec domo abbatiali, reſeruatio non tollit curam,& adminiſtrationem, vnde tenetur promoueri,& curam exercere,gl.in cap.ſi tibi conceſſo de præben,in 6.vt habetur inter declarationes c.2.ſeſſ.6.de reform.

128 Vnde etiam † non videtur vera doctrina Rebuf, d.tit. de non promotis, nu. 13. niſi intelligatur de reſignatario, cum reſeruatione fructuum, & totius adminiſtrationis in fauorem reſignantis,iuxta dict. ſupra 3.p.c.2.à nu. 55.

129 Et adeo procedit iſta declaratio, quod durante tempore perceptionis fructuum per priuilegiatũ obtinens ſecũdum beneficium, etiam poſt adeptam eius poſſeſſionem poſſit ipſum dimittere,& primum retinere,ſicut poſſet ante adeptam poſſeſſionem, cũ non videatur adhuc adeptus plenè ſecundum beneficium,vt ait gl,fi.in d.c.ſi tibi conceſſo.

130 Quamuis † contra teneant ibi Ioan, Andr. Domin.& Francus,num. 2. & Bonifacius in Clemen. ſi plures de præben.nu.60.& Coſmas tit. de collatio, §.item inſuper verb.diſponere,ad medium dicentes, quod iſte tex. non tollit vacationem inductam per d. cap.de multa, quia in veritate vacat ſtatim, ſed tantum ſuſpendit eius effectum: & quod ideo non dicit tex.quod non vacet,ſed quod non debet reputari vacare.

131 Mihi † vero non videtur eam fuiſſe mentem iſtius tex. ſed potius limitare deciſionem d.capit.de multa,& prorogare tempus vacationis in illo caſu, vt primum beneficium nullo modo interim vacet, ex d.ratione gloſſæ, ſicut non vacat ante adeptam poſſeſſionem, & ita videtur eſſe de mente Abbatis, & aliorum ſupra,& d.gl.& Card.in d.clem. ſi plures,de præben, q.1, qui dicit quod tunc non dicitur adepta poſſeſſio,& Rebuff. ſupra,nu.12.& 13.

132 Et † quando opinio Ioan. And. Domin.Franci, & aliorum vera eſſet, non procederet vbi ante aſſecutionem fructuum moueretur lis ſuper beneficio, iuxta d.declaratione præced. & fuit dictum in Placentina portionis infra adducta,nu.136.

133 Deciſio † tamen d.cap.ſi tibi conceſſo,non videtur procedere, quando maior pars fructuum ſecundi beneficij, aut etiam omnes fructus ſunt alteri reſeruati,ſi nõ eſt etiam reſeruata tota adminiſtratio, iuxta dicta ſupra,& d.c.2.3. p.à n.46.

134 Et facit † declaratio S.Congregationis ſuper d. c.17.ſeſſ.24.de refor. quæ ſic ait, Habens vnam parochialem. & titulum alterius, cuius fructus omnes ſunt alteri reſeruati, nihilominus alteram dimittere tenetur.

135 Aliàs † enim eſſet maximum incõueniens,quod pro tota vita reſeruatarij,ſeu pẽſionarij poſſet vtũque retinere,& tex.in d.c.ſi tibi conceſſo. loquitur, & accipiendus eſt, quando ad certum tempus alter fructus percipit, aut quando beneficium eſt de vento, quod nondum habet fructus, licèt ſuccedente vacatione alterius eos ſit habiturum, quandiu enim beneficium eſt de vento,& ſine fructibus æquum eſt quod non inducat aliquam incompatibilitatem, ſeu vacationem alterius.

136 Et † fuit reſolutum in cauſa Placentina portionis vltima Maij 1591. coram D. Seraphino, vt in ſequen, deciſione, Domini ſine difficultate cenſuerunt eſſe procedendum ad vlteriorem executionem ſententiæ latæ in Rota, nam de eius iuſtitia conſtat. Et enim ad effectum, vt per aſſecutionem vnius incompatibilis vacet primum, requiritur pereceptio fructuum ex æquitate,c. ſi tibi conceſſo, de præben. in 6. & ibi per DD. ne interim beneficiatus cogatur mendicare, vt bene declarat additio ad deciſionem Rotæ 3,de præben,in nouis, quæ requirit, vt cõcurrat adminiſtratio bonorũ Eccleſiæ, vel maioris partis ipſorum, & faciunt notata per Vitali. in d. Clem. gratiæ, num.53.de reſcript. maximè attenta qualitate huius canonicatus de vento, qui nullos habet fructus, niſi ſecuta diſmembratione facta vigore bullæ Adriani, & ſic verſamur in proprijs terminis capitis ſi tibi,quod loquitur, quando fructus erant alteri reſeruati ad certum tempus,nec ſtallum in choro, & vox in Capitulo habetur pro fructu ad hunc effectum, cum ex his nemo ſe ſuſtentare valeat.Nec obſtat,quod aſſecuta poſſeſſione vacet primum,ne poſſit dimitti ſecundum, ex notat. per Gemin. & Francum in d. cap,ſi tibi, quia hoc non ſuffragatur Franciſco, ex quo ante aſſecutionem fructuum fuerit mota lis, quæ impedit vacationem primi, Clem. ſi plures de præben. vltra quod ex fide data apparet ſtatim in ipſamet prouiſione, & illius poſſeſſione fuiſſe motam litem,quę excludit vacationem ob aſſecutionem, iuxta gl, in c. commiſſa cum ibi not. de electione in 6.refert & ſequitur *Genuenſ.d.c.65.num.* 17.Idem fuit reſolutum in alia Placentina canonicatus 26.Febr,1596. coram D. Orano, ſupra adducta 5.p.c.4.num.4. *quod tamen ſolum videtur procedere in beneficio de vento, quod nondum habet fructus, eos tamen expectat, & habiturum eſt ex vacatione alterius, ſeu alias, vt in iſtis canonicatibus Placentinis, nam illud quidem eſt vnus titulus, & honorarium tantùm, vt dignitas ſeu perſonatus ſine fructibus incompatibilitatem inducit ſaltim ſub eodem tecto, vt in ſeq declar. Sacr. Congreg. Concil.44. & facit quod penitentiario infra dicitur nu.251.*

137 Præterea † deciſio d.cap.ſi tibi conceſſo,nõ procedit, vbi ſolutio fructuum differtur poſt mortem, prout in aliquibus Cathedralibus Hiſpaniæ,ex eorũ ſtatutis,priuilegijs,aut conſuetudinibus, vt tenuit Rota in d. Salamantina dimidiæ portionis 11. Decembris 1585.coram Dom. Orano, in qua fuit reſolutum, Per aſſecutionem canonicatus vacare dimidiam portionem, & iſtud procedere, etiamſi fructuum ſolutio differatur poſt mortem,non obſtante dict. capit. ſi tibi conceſſo,&c. Et ratio eſt, quia quod differtur, non aufertur.

Ex

138 Ex † qua ratione alias S. Congregatio Concilij cenſuit, Quod nec decreto Concilij ſeſſ. 24. de reform. cap. 14. nec bulla Pij V, ſuper hac eadem re edita comprehenduntur ſtatuta Eccleſiarum deſeruiendo per annum, uel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de maſſa groſſa, niſi peracto integro dicto ſeruitio, vel quod poſt obitum hæredibus debeatur, cum ſit potius differre, quam auferre. Et in vna Mediolanen, ſic cenſuit. Si in aliqua Eccleſia ſit conſuetudo, vt duobus primis annis, quibus quis fuerit canonicus, fructus canonicatus ſint heredum anteceſſoris, iſte caſus non comprehenditur Decreto capit. 14. ſeſſ. 24. nec bulla Pij V. *Quod refert Leo cap. 32. num. 6.*

139 Et ita † etiam D. Ioan. Guttierez. canon. quæſt. lib. 1. cap. 29. num. 30. refert fuiſſe declaratum per dict. S. Congregationem, prædictum Decretum Concilij, & bullam Pij V, quæ in bullario eſt 106. in ordine, minime eſſe contraria conſtitutionibus Eccleſiæ Ciuitaten. ex quibus fructus primi anni auferuntur primis reſidentibus, & inter aliquos diſtribuuntur, reſeruantur tamen totidem eis poſt mortem eorum pro ſolutione debitorum, & funeralium, Sequuntur Man. Rodriguez in ſumm. 1. to. cap. 33. num. 1. & Vega in ſumm. 1. par. capit. 36. caſu 19. & nouiſſime Suarez de relig. 2. tom. tract. 4. lib. 4. cap. 20. num. 9.

140 Et ita † fuit per Rotam reſolutum in vna Orioſ- len. fructuum 26. Nouembr. 1593. coram D. Seraphino, vt in deciſ. ſeq. Domini cenſuerunt quantum ad fructus primi anni poſt obitum beneficiati eos deberi eius hæredibus, præſuppoſita conſuetudine, quod beneficiati primo anno non percipiant fructus beneficiorum, ſed eorum ſolutio differatur poſt eorum obitum, quam conſuetudinem informantes pro hæredibus dicunt eſſe notoriam, & ſi opus fuerit ſe eam probaturos, quæ ideo videtur introducta, vt prouideri poſſit de his, quæ ad ſepulturam ſunt neceſſaria, quæ plerumque ob inopiam defuncti negliguntur cum magno ordinis Eccleſiaſtici dedecore. Ioan. Andr. in reg. nemo plus iuris 1. de reg. iuris in mercurial. Abb. in cap. cum in officij, num. 5. in fin. & ibi Couar. num. 9. de teſtamen. Feder. de Senis conſil. 246 num. 1. Lamber. de iure patron. lib. 3. art. 8. q. 2. num. 1. Pariſ. conſ. 33. num. 4. And. ab Exea in c. cum omnes, num. 13. de conſtitut. & fuit deciſum in cauſa Burgen. fructuum 13. Iunij 1590. coram R. P. D. meo Pamphilio, Nec obſtat conſtitutio Pij V. ſuper qua eſt fundata deciſio in cauſa Zamoren. neq; Cõcilium Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 14. quia loquuntur de ea conſuetudine, in qua fructus applicantur menſæ Epiſcopali, vel Capitulari, vt in communes vſus cedant, ſeu inter canonicos diuidantur, quibus caſibus adeſt præſumptio ſimoniæ, vt per Lamber. vbi ſupra num. 5. Secus vero vbi fructus reſeruantur hæredibus, ex cauſa non ſolutionis fructuum primi anni, quæ conſuetudo nullam habet iuris reſiſtentiam, imò potius aſſiſtentiam ex ſupra deductis, cum ſit potius dilatio ſolutionis, quam diſpoſitio fructuum ad alium ſpectantium. Et ita declaratum fuit per S. Congregationem dict. cap. 14. de reform. & conſtitutionem Pij V. non habere locum, quando fructus primi anni reſeruantur hæredibus poſt obitum beneficiati. Neque hic locum habet conſtitutio Iulij III. quia non verſamur in fructibus non exactis, ſed vt dictum eſt, in fructibus, quorum reſolutio dilata eſt poſt obitum beneficiati. Non obſtat conſtitutio ſynodalis, quia per eam eſt derogatum huic conſuetudini, quę nullam habet iuris reſiſtentiam. Quantum ad fructus decurſos in vita beneficiati, domini non fuerunt concordes, ideo de illis erit particulariter agendũ, & difficultas verſatur in ea Doctorum controuerſia, quæ eſt circa articulum, qui beneficiati dicantur habere adminiſtrationem, de qua per gloſſam in capit. ſi propter, vbi Gemin. num. 9. de reſcript. in 6. gloſ. in cap. præſenti, de officio ordin. libro 6. verb. reſeruati videantur ij, quos cumulat Maſcard. de redditibus Eccleſ. par. 2. cap. 24. & par. 3. cap. 34. num. 18. & cap. 35. Guttierez in canonic. quæſt. cap. 33. *Quæ deciſio eſt in nouiſſimè Farin. 660.*

141 Quamuis † contrarium tenuerit Palacio de contractibus lib. 2. capit. 5. & Villar del patronado de Calatayud, 4. par. §. 3. num. 13. ad fin. & alias Rota in cauſa Zamorenſ. dimidiæ annatæ 5. Martij 1586. coram D. Gipſio, vt in deciſ. ſeq. Præſentis dubij reſolutio modicam difficultatem penes dominos habuit, tum quia teſtes conſuetudinem, de qua agitur, non bene probant, cum per dictionem citra ſine copula, & loquantur, ad Bar. in l. Celſus, num. 23. & 28. de vſucapio. & ibi Bald. tract. de præſcript. 4. p. principali, num. 10. 14. & 17. Tum etiam, quia publica voce & fama ferè omnes per verbum eſt, ſolum teſtantur, vnde ipſorum depoſitio non concludit, & animaduertit Bart. in loco ſupra citato: nec de frequentia actuum ſatis deponunt, prout ad conſuetudinem proban. requiritur, Decius conſ. 215. num. 2. circa medium, Curtius Iunior 184. nu. 10. Aymon. 134. num. 6. Sed eſto millies quod dicti teſtes huiuſmodi conſuetudinem probauerint, attamen, hęredibus decani defuncti ſuffragari non poteſt, quandoquidem ex Pij V. felic. recor. conſtitutione ſuper reuocatione priuilegiorum, & ſtatutorum, quod fructus primi anni, &c. omnis conſuetudo, etiam immemorialis ſublata exiſtit, ſiue pro ſoluendis oneribus Eccleſiarum, vel prælatorũ debitis, ſiue pro ſupportandis illorum oneribus, ſiue alijs, etiam maioribus, maximis, & vrgentiſſimis cauſis inducta, atque approbata fuerit, ex dict. præfatæ conſtitutionis verbis clarè patet in hac ſpecie locum ſibi eam vindicare, ac etiam omnia, quæ in contrarium pro hæredibus afferuntur, non obſtare.

142 Et idem † tenuit Rota in illa Leodien. canoni- catus 9. Decembr. 1589. coram D. Pamphilio, de qua ſupra, num. 104. in qua fuit reſolutum, Quod d. cap. ſi tibi conceſſo, non habet locum, quando quis percipit, aut poteſt percipere maiorem partem fructuum beneficij, cùm fundetur in æquitate, &c. & ita tollitur impedimentum perceptionis fructuum, ex aſſerta conſuetudine Eccleſiæ Leodien. aſſignante, vt prætenditur pro primo anno fructus hæredibus canonici defuncti, & pro alijs tribus annis ſequentibus fabricæ ipſius Eccleſiæ, quia non ſufficit allegare impedimentum, niſi quis probet feciſſe diligentiã pro illius amotione, l. quibus diebus, in princ. & ibi notant Bald. Socin. & alij. ff. de condit. & demonſtr. Felyn. in cap. ex tranſmiſſa, in princip. de præſcript. Aymon. conſil. 270. ſub num. 3. præſertim cum de facili potuiſſet illud remoueri ſtante conſtitutione felic. recor. Pij V. quæ præſumitur vſu recepta, quamdiũ

diù contrarium non probetur, Mohed. deciſ.89. & reuocat huiuſmodi priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemoriales, quoad fructus applicatos hæredibus abſolutè, quo vero ad applicatos fabricæ, vel ſacriſtiæ, vel alterius pij loci vſibus, vltra tempus ſex menſium pro dimidia, quod ita beneficiatus ſemper habeat vnam dimidiam l. qui poteſt, cum ibi not. ff de reg. iuris, &c.

143 Sed † vt vides, iam Rota mutauit ſententiam, ex ſententia S. Congregationis, & nouiſſime id tenet Vuameſius conſil. 213. quòd videtur procedere, etiamſi fructus, qui poſt mortem reſeruantur, non dentur renuntianti, aut permutanti, vt fit in d. Eccleſia Ciuitaten. & alijs, vbi ſunt huiuſmodi conſtitutiones, ſeu conſuetudines, vel etiam decedenti cum præbenda, qui non ſepelitur in ipſa Eccleſia, vt audiui fieri, eſſe tamen iam alteratum in Eccleſia Salamantina, nam adhuc non poſſunt dici auferri illi fructus, ſed differri, & reſeruari poſt mortem, licet cum illis conditionibus, quæ videntur rationabiles, & iuſtæ. Et ita eſt de mente S. Congregationis, & Rotæ iam, Ioannis Guttierez, & aliorum allegatorum,

144 Ex quibus † reſultat dubium, quid dicendum ſit in Eccleſijs, in quibus ex earum ſtatutis, & conſuetudinibus noui beneficiati non percipiunt fructus primi anni, nec reſeruantur eis poſt mortem. In quo dicendum eſt, quod ſi illi fructus applicantur fabricæ, aut alijs pijs vſibus, habebit locum deciſio dict. capitul. ſi tibi conceſſo, & ſic per aſſecutionem canonicatus, ſeu portionis, aut dignitatis in illis Eccleſijs, non vacabit primum beneficium incompatibile, quod quis obtinet, quouſque lucretur fructus canonicatus, ſeu portionis dignitatis integre, ſeu maiorem partem, nam dicta ſtatuta, & conſuetudines applicantia fructus fabricæ, aut alijs pijs vſibus, non reuocantur per dictum Decretum Concilij, & conſtitutionem Pij V. niſi pro dimidia, quando vltra ſemeſtre reperiuntur conceſſi, ex dict. conſtitutio

145 ne Pij V. Quod maxime † procederet vbi iſta conſtitutio Pij V. non fuiſſet vſu recepta, quoad dictam reuocationem pro dimidia, vt alicubi poſſe contingere ait Suarez d. cap. 20. num. 10.

146 Si verò † fructus quos amittit nouiter receptus, cedunt antiquis, aut menſæ Epiſcopali, ſeu menſæ Capitulari remanent inter antiquos diuidendi, maior eſt difficultas, an in talibus Eccleſijs habet locum dict. cap. ſi tibi conceſſo, ita vt per aſſecutionem canonicatus, portionis, aut dignitatis in tali Eccleſia non vacet primum incompatibile, quouſq; incipiat lucrari ſeu per eum ſtet.

147 Et quidem † ante Concilium Trident. & d. conſtitutionem Pij V. videbatur habere locum, quia tunc tolerabantur & tolerari poſſe videbantur talia ſtatuta, & conſuetudines ſaltim ab immemoriali tempore obſeruata, ad Rochum in cap. fi. de conſuetud. ſectio. 6. num. 15. maxime ſi eſſent à Papa confirmata in ſpecie, quamuis Concilium prouinciale Senonen. quod eſt 5. tom. Conciliorum cap. 21. damnabilem iudicet huiuſmodi conſuetudinem, & veram corruptelam & notorium abuſum.

148 Stante † vero dicto Decreto Concilij, & conſtitutione Pij V. quæ venit in executionem, & declarationem dicti Decreti, quibus reuocantur prædicta ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemoriales Ioann. Guttierez d. cap. 29. num. 29. Cenedo collect. 16. ad Decretales num. 2. Man. Rodriguez dict. cap. 33. nu. 1. & in addit. ad bullam compoſitionis nu. 8. & Vega d. cap. 36. caſu 19. Suarez d. cap. 20. à nu. 6. & declaratio Leodien. ſupra adducta 8. part. cap. 1. num. 84. etiamſi iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut alio quouis præſidio munita ſint, per quæ verba tollitur confirmatio Apoſtolica, etiam ex certa ſcientia: gl. in extrau. ſuſcepti, de elect. Ioan. XXII. verb. confirmatione, non habebit locum in illis Eccleſijs dict. cap. ſi tibi conceſſo, cum ceſſent iam dicta ſtatuta, & conſuetudines.

149 Sed cum in aliquibus Eccleſijs non ſit receptum dictum Decretum Concilij & conſtitutio Pij V. ſed adhuc ſeruentur prædicta ſtatuta, & conſuetudines, difficultas eſt, an in illis procedat hodie dict. capit. ſi tibi conceſſo.

150 Et pro † parte affirmatiua facit regula, quod lex etiam canonica non recepta, non obligat, quamuis primi non recipientes peccauerint. l. de quibus. ff. de legib. cap. in iſtis. §. leges. 4. diſt. vbi Domin. gloſ. 2. ad fin. in capitul. 1. de treuga & pace, & ibi Calder. Card. Imola, & Felyn. Bott. de ſynodo 3. par. art. 2. à num. 60. ad 63. Capra regul. 5. Iaſ. in l. rem non nouam, à nu. 4. C. de iudic. Rolan. de lucro dotis q. 99. Puteus deciſ. 1. lib. 1. Nauar. in Man. cap. 23. nu. 41. & 62. & conſ. 1. de conſtit. quæſt. 5. & 6. à num. 23. & conſil. 18. de ſtatu monach. & conſil. 44. à num. 4. de ſentent. excommunicat. Couar. lib. 2. variar. cap. 16. num. 6. Duenn. reg. 79. ampliatione 5. Mandoſ. reg. 23. Cancell. quæſt. 1. à num. 4. Granucius ad Simonetam de reſeruatio. quæſt. 99. nu. 12. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 2. num. 1. Ioan. Guttierez de iurament. confirm. 1. par. cap. 38. num. 9. & canon. q. lib. 1. cap. 8. à nu. 2. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 11. quæſt. 9. num. 26. & de confident. quæſt. 11. num. 21. & Solis de cenſibus lib. 1. cap. 9. ex num. 8. & Sylueſt. verb. lex, q. 6. Armilla eodem verb. nu. 11. B. Medina 1. 2. quæſt. 90. art. 3. ad ſecundum, Valen. 2. tom. 1. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 4. quæſt. Man. Rodrig. in ſum. 1. tom. cap. 193. à num. 9. & quæſt. regul. 1. tom. q. 6. art. 10. 11. & 12. *Salas de legib. diſp. 13. ſect. 1. Suarez eod. tract. lib. 3. c. 19. à num. 1. & lib. 4. c. 16. à num. 9.* Vega in ſum. 2. part. cap. 23. caſu 11. Azor lib. 5. cap. 4. & Thom. Sanchez de matrimonio lib. 3. diſputat. 18. numer. 1. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus, lib. 5. titul. 13. à num. 35. & Rota in vna Valliſoletana præeminentiarum 23. Maij 1608. coram D. Lancellotto. *Flam. lib. 8. quæſt. 8. num. 154. Gratian. in addit. deciſ. 186. à num. 1.*

151 Et ratio † eſt, nam vt inquit Domin. ſupra, quem reliqui ſequuntur, lex cenſetur lata ſub conditione, ſi recipiatur, nam & præſumendum eſt eam legem, quæ à Republica non recipitur, ei non conuenire, Couarr. & alij ſupra.

152 Et ita † reg. procedit etiamſi lex habeat Decretum irritans. Puteus dict. deciſ. 1. & Anton. Gabr. de clauſulis concluſ. num. 43. *Flam. Pariſius ſup. d. nu. 154.* & Rota in d. Valliſoletana poſt Alex. conſ. 132. vol. 1. Et Ruinum dicentem communem cõſ. 13. nu. 27. vol. 2. & Rochum infra. Quicquid dicat *Grat. ſup. num. 5. cum Caputaquen. deciſion. 204. part. 3. & Doctores poſt eos allegatos in cap. cum benefic. de præbend. in 6. loquuntur in conſuetudine, vt ſupra 5. parte capitulo 4. num. 175.*

Et

153 Et † etiamsi deroget consuetudini, Rochus in d.c. fin. de consuetud. sect. 7. num. 15. Bott. dict. art. 2. num. 64. Duennas reg. 144. 2. limitat, & Manu. Rodrig. d. ar. 11. *Salas d. disp. 13, sect. 5.*

154 Et etiamsi † nō sit recepta per ignorātiam, Nau. d. conf. 2. q. 6. 2 num. 25, Manu. Rodriguez d. c. 195. num. 10. & Vega supra.

155 Et tunc † dicitur lex non recepta, quando aliqui contractus contra eam fiunt, seu à principio per maiorem partem, communiter non seruatur principe sciente, & tolerante, & quando eo ignorante per decennium negligitur & nō admittitur, Calder. Card. Imola, Felin. Iaſ. Putcus, Nauarr. Couarr. Ioan. Gutt. Flam. Pariſ. Manu. Rodriguez, Azor, Rota, *Alexand. Monet. de distrib. art. 2. q. 12. num. 5. & Salas dict. disp. 13. sect. 2. 3. & 6. & alij supra.*

156 Et † probabile etiam est non requiri tempus decennij, sed sufficere actus contrarios etiam principe ignorante, vt per Felin. supra, & tenet Bott. num. 63. Nauarr. d. consil. 44. num. 7, & in effectu, Manu. Rodrig. d. art. 10. & 12. licèt plures velit *Suarez d. tract. 4. de relig. libr. 4. cap. 22. numer. 5. & leg. libro 4. c. 16. n. 12.* & ita videtur in praxi seruari, nam solùm videtur attendi non vsus per actus contrarios, &c.

157 Vbi ergo dictum † Decretum Concilij, & constitutio P. j V. non iunt recepta, poterit seruari prædictum statutum, & consuetudo, quod nouiter recepti non lucrentur primo anno, sicut ante Concilium, & consequenter habebit locum dict. cap. 11 non concesso.

158 Nec huic † rationi obest dicere, quod S. Concilium Trid. est in Hispania receptum, & particulariter in Concilio prouinciali Compostellano facto anno 1565. per Episcopos, & procuratores Ecclesiarum, vt in actione prima. Respondetur enim receptionem istam esse in genere, & verbalem, cui non receptio in specie, & re derogat, ex reg. generi per speciem derogatum in 6. & quia voluntas magis factis, quam verbis declaratur, Tiraqu. de retractu cōuent. in fi. tituli, numero 75. Rota dec. 811. nu. 21. p. 1. diuersorum, & in proposito receptio, vel non receptio maioris partis populi, seu communitatis facto ipso, & praxi videtur attendenda, quicquid dicat Valentia supra; facit quod dicit Azor libr. 10. c. 11. q. 6. de quo supra 3. p. c. 2. nu. 522.

159 Nec rursus † obest dicere, quod ista ratio procederet, si generaliter, & à maiori parte Ecclesiarum, saltim vnius prouinciæ, non esset receptum dictum Decretum Concilij, & constitutio P j Quinti, & quod non receptio vnius Ecclesiæ, seu Capituli, nihil refert, tanquam non receptio vnius particularis.

160 Respondetur † enim, Capitulum in proposito non considerari vti personam particularem, sed vti vniuersitatem, cum non agatur de acquirendo ipsi Capitulo, vt Capitulo, & vti priuatæ, & singulari personæ, sed omnibus, & contra omnes de Capitulo in communi, ac in publico, & in vniuersum promiscue: nam omnibus nocere, & prodesse potest, & agitur de fauore, & præiudicio incertarum personarum, & sic versamur in materia consuetudinis Capituli, & non præscriptionis, Rota decis. 6. de consuetud. in nouis, Butrius num. 49. & Abb. 20. in c. fi. de consuet. & ibi Rochus sect. 5. num. 3. Rebuf. ad leges Gallicas 3. tom. tit. de consuet. in præfat. nu. 23. Aym. de antiquitate temporis 4. par. 7. differentia, & fuit aliàs retolutum in vna Hispal. voti 26. Nouembris 1594. coram D. Gipsio.

161 Sed contra istam rationem facit, quod cum Cōcilium ibi reijciat, & aboleat huiusmodi constitutiones, & consuetudines, vt prauas, & scandalosas, nō videtur excusare non receptio, illa enim reg. quod lex non recepta non obligat, non videtur procedere quando lex, quæ semper loquitur, l. Arriani. C. de hæret. aliqui prohibet tanquam aliàs malum, seu scandalosum, & quando derogat consuetudini non simpliciter, sed illam damnando, & reprobando, vt iniquam, & irrationabilem, nam tunc cessat ratio illius regulæ; & ita videtur docere Suar. de leg. libr. 7. c. 7. nu. 7. 8. & 9.

162 Et confirmatur, nam † maiorem vim habere videtur consuetudo immemorialis, quæ habet vim priuilegij quam non receptio, & tamen illa tunc non valet, nec excusat, Couar. lib. 3. variarum c. 13. nu. 5. Duennas reg. 144. ampliatio. 3. *Zeuallos quæst. 897. num. 474.*

163 Et quod † non excuset non receptio in proposito, videtur sentire Nauar. de orat. c. 7. nu. 30. relatus supra 3. p. c. 1. nu. 79.

164 Et ita † videtur sentire S. Congregatio Concilij ☞ in sequenti declaratione, cuidam Episcopo directa, Per illustris, ac Reuerendissime Domine vti frater, ista in Cathedrali ante Concilium à tempore cuius initij memoria non existit conditum esse, & adhuc post Cōcilium obseruari statutum nuper delatum est, ad S. Congregationem Cardinalium Cōcilij Triden. interpretum, vt videl. canonici, alijsq; beneficiati, qui in dies recipiuntur, prioribus decē mensibus exiguam distributionum partem percipiant, residuumque canonicos, & beneficiatos antiquiores inter se partiri, ac in suos vsus, & vtilitatē conuertere, itaque Illustrissimi patres amplitudini tuæ serio injungunt, vt huiusmodi constitutionem, tanquam prauam, & scandalosam reijcias, atque aboleas, neque vlla ratione seruari permittas, & contrafacientes pœnis contra simoniacos sacris canonibus, & varijs summorum Pontificum constitutionibus propositis coerceas, quemadmodum prouide cauetur Decreto Trid. Concilij cap. 14. sess. 24. Romæ die 18. Iulij, anno 1601. Hier. Card. Matheus Quam declarationem suo breui, vt intellexi, confirmauit Clemens VIII.

165 Sed quicquid † sit de hoc, an non receptio dicti Decreti Concilij, & constitutionis Pij V. excuset, non tamen in Ecclesijs in quibus prædicta statuta, & consuetudines adhuc seruantur, sive de iure sive de facto, videtur habere locum decisio dicti capit. si tibi concesso, Ita quod per assecutionem canonicatus portionis, aut dignitatis in huiusmodi Ecclesijs non censeatur vacare primum beneficium incompatibile, quamdiu is non lucratur fructus canonicatus portionis, aut dignitatis in totum aut saltim maiorem partem, nec stat per eum alias, ex eo quod de obligatione recitandi in terminis huiusmodi statutorum dicit Nauar. d. c. 7. de oratione nu. 30. & diximus supra d. cap. 1. 3. p. nu. 76.

166 Nisi † dicas, quod in terminis prædictorum statutorum, & consuetudinum, ex quibus noui residētes non lucrantur fructus, sed remanent in mensa Capitulari diuidendi inter antiquos, siue seruentur

de

de iure, siue de facto, non habet locum decisio d. cap. si tibi concesso, nam in terminis talium statutorum capitulum non percipit illos fructus tanquam fructus canonicatus, aut præbendæ noui residentis, sed potius iure proprio: quia præbenda noui residentis, non videtur habere tunc fructus, nec d. nouus residens eos lucratur, ex forma dicti statuti, seu consuetudinis, & sic tunc non potest dici auferri ei fructus, sed potius non dari, & periode est quoad illos fructus, ac si non resideret: faciunt quæ dicit Ioannes Gutierrez canon. quæst. lib. 1. cap. 1. num. 108. & diximus supra 1. part. cap. 5. num. 208. decisio autem d. cap. sicubi concessio, videtur procedere, quãdo alius percipit fructus secundi beneficij, tanquam fructus illius, quod videtur probabile, supposito tamẽ, quod dict. nouus residens lucraretur aliquos fructus, seu distributiones, licet non maiorem partem, & sic non esset pro tunc beneficiorum de vento, quod nullus haberet fructus, ex supra dictis.

167 Et similiter † dicendum videtur in Ecclesijs, vbi est statutum, seu consuetudo, quod canonici, & beneficiati, qui nondum sunt promoti ad presbyteratus, vel diaconatus, aut subdiaconatus ordinem, nõ lucrentur fructus: quod non est contra dictum Decretum Concilij, & constitutionem Pij V. sed est rationabile quicquid contradicat Man. Rodriguez in add. ad bullam compositionis à num. 6.

168 Et † patet ex declaratione S. Cõgregationis Cõcilij in fortioribus terminis, quæ sic ait, Congregatio censuit cõsuetudinem Ecclesiæ Malfitan. authoritate Apostolica Leonis X. confirmatam, vt presbyteri, & canonici ad participationẽ massæ communis ipsius Ecclesiæ non admittãtur, nisi prius decem annos acolithatu, subdiaconatu, & diaconatu, videlicet in quolibet ex dictis ordinibus per triennium, & in sacerdotio per annum dictæ Ecclesiæ seruierint, sublatum non esse per Concilium cap. 14. sess. de reform. & per bullam Pij V. quia dictæ constitutiones loquuntur in diuersis terminis: imò quod dicta consuetudo est rationabilis, tendensque ad cultus diuini argumentum. Ita censuit Congregatio, id tamen temporis, quo quis in seminario degit, computandum in decennio.

169 Quartò † declarantur prædicta, quod sicut si habenti beneficium conferatur aliud incompatibile, habita eius possessione pacifica vacat primum, ita si habenti duo, vel plura beneficia incompatibilia conferatur aliud, eius possessione adepta pacifice, vacãt omnia prima, Clemen. si plures de præb.

170 Sed istius † Clem. decisio difficultatem patitur, ex cap. Ordinarij. §. in conferendis. de officio Ordinarij, in 6. vbi dicitur, quod habenti plura incompatibilia, etiam cum dispensatione sufficienti, non potest aliud tale conferri, nisi dispensatio etiam ad illud extendatur, vel nisi prius habita resignet, & alias collatio nullius est momenti, contra Azor 2. par. lib. 6. cap. 13. quæst. 10. ergo si collatio tertij non tenet, non potest inducere vacationem priorum, ex regul. non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum lib. 6.

171 Sed respondetur, quod † licet collatio tertij non valeat, tamen eius possessione pacifica adepta vacãt priora, ex cap. eum qui prima parte de præben. in 6. vbi per adeptionem beneficij incompatibilis de facto obtenti, ita vacat primum, sicut per adeptionem iustam. Et ita intelligunt dict. Clem. gloss. ibi, verb. vacare, & Cardin. 4. oppos. & 5. quæst. & alij, Domin. in §. in conferendis, num. 5. & 7. & Franc. num. 2. Gambarus de offic. legati lib. 5. tit. an legatus possit vni plura beneficia conferre num. 150. & Roffin. de benefic. cap. 5. num. 37.

172 Et idem † erit si per prouisum fuerit, quominus adipisceretur pacificam possessionem tertij, quamuis eius collatio non valeat, nisi antea renunciauerit collationi minus legitime factæ de tertio, arg. cap. licet Episcopus, de præben. in 6. & extrauag. execrabilis, §. qui vero, de præbend. ne sit melioris conditionis is, qui acceptat collationem tertij illicitam, quam qui licitam, argum. dict. cap. eum qui. vt cum Laurentio tenet Cardin. sup. 5. oppos. it. contra glossam ibidem, verb adepta, & Paulum ibidem.

173 Sed nihilominus † verior est sententia glossæ, quam ibi sequitur Bonifacius numer. 10. & 24. & à num. 33. reddens rationem differentiæ, & Mascard. de probatio. conclus. 183. in fin. qui ait, quod in habente titulum reprobatum inducitur vacatio per solam assecutionem possessionis de facto, nec consideratur potuisse assequi, & videtur tenere Domin. dict. num. 7. & sequitur Villadiego de legato, quæst. 14. 1. par. num. 97. & sequenti. *Text. autem in d. cap. ordin. §. in conferendis, non procedit in obtinente in eadem Ecclesia dignitatem & canonicatum, seu portionem ex consuetudine, ex qua sine dispensatione possunt simul obtineri, iuxta infrà dicta à num 230. nam tali benè poterit conferri alias dignitas, aut canonicatus, absque eo quòd prius dimittat dicta obtenta, cùm stante dicta consuetudine non sint incompatibilia, quamuis contrarium videatur velle Rota in Burg. canonicatus 21. Iunij 1596. coram D. Seraphino supra adducta 5. par. cap. 4. num. 173. per assecutionem tamen vltimæ dignitatis, aut præbendæ, prima vacabit, arg. Clem. fin. de præbend.*

174 Et circa † tex. in d. cap. eum qui. 1. par. & eius interpretationem vide vltra ordinarios ibi, Mascardum dict. conclus. 183. à num. 8. & decisiones Rotæ in causa Toletana Capellaniæ de Baraias infra adductas à num. 12.

175 Circa † quem etiam tex. alias in vna Cæsaraugustana pensionis 13. Nouembris 1591. fuit resolutũ. Quod pensio non extinguitur per assecutionem beneficij super quo fuit imposita, quando assecutio nõ fuit valida, vt quia pensionarius accepit possessionẽ beneficij vigore regressus, qui tamen non habebat locum, quia non fuit declaratus, prout declarari debet in vita titularis, Cassad. decis. 4. de locat. Puteus decis. 341. lib. 1. & requiritur sententia declaratoria ad canonizandum regressum, etiam adsit clausula capiendi possessionem propria authoritate, Cassad. dicta decis. 4. Gigas quæst. 78. & requiritur nimia contumacia in non soluendo pensionem, Sarnen. de subrogan. quæst. 7. Anton. August. in epitome, tit. de priuatione ob non solutionem. Nec obstat, quod sciat, vel scire debeat, non habere locum regressum, quia requiritur dolus, vt extinguatur pensio adepta possessione beneficij tõne regressus, qui cessat quando accipit protestando, non velle eam accipere, nisi quantum de iure, &c. vt in casu de quo agitur, nec etiam capit. eum qui de præben. lib. 6. habet locum, vbi cessat dolus, Aegid. decis. 563. nec cum sit pœnale, debet extendi ad pensionem.

176 Potest † etiam dicta Clem. si plures, intelligi in

obti-

obtinente plura incompatibilia ex diſpenſatione, qui acceptat tertium ex gratia, ſeu prouiſione Papę, in qua fuit facta mentio priorum, ſeu ſunt habita pro expreſſis beneficia, quæ impetrans obtinebat, quo caſu tenet prouiſio tertij, quia textus in d §. in conferendis non habet locum in Papa, Rota deciſ. 1095. libro 3. par. 3. diuerſ. quamuis non facta mentione priorum gratia eſſet ſurreptitia, & nulla, ex cap. ſi motu proprio de præbend. in 6. & Clem. 2. de offic. ordin. &c. Et ita tenuit Rota in vna Hiſpalen. canonicatus 1554.

177 In qua † dixerunt domini, Quod ſi obtinēti duo incompatibilia ex diſpenſatione confertur tertium, collatio eſt nulla d. cap. ordinarij, §. in conferendis, vbi DD. gl. in d. Clem. ſi plures, vbi omnes, & eodem modo regreſſus ad incōpatib. lia cauſat impedimentum, ſicut ipſa beneficia, Clem. gratiæ, de reſcript. tamen iſta eſſent vera, vbi huiuſmodi collatio fieret ſine mēctione priorum: at cum Papa in prouiſione habuit pro expreſſis omnia beneficia quæ impetrans obtinebat, & ad quę ius ſibi cōpetebat, tenet collatio facta habenti duo incompatibilia, ſeu regreſſum ad illa ex diſpenſatione, quamuis non cenſeatur diſpenſare ſuper retentione priorum, per c. non poteſt, de præben. in 6. & ſic per aſſecutionē tertij vacant priora: & ita præmiſſa intelligunt Card. & Boniſ. in dict. Clem. ſi plures, Gemin. in d. cap. non poteſt. §. fin. addit. Mohed. in d. cap. ordinarij, in fine, & ſentit in ratione Pariſ. conſ. 74. lib. 4. vt per Guidobon. deciſ. 58.

178 quamuis † id, quod ibi dicitur, eodē modo regreſſum ad incompatibilia cauſare impedimentum collationi tertij, ſicut ipſa beneficia, mihi non videtur verum: nam d. §. conferendis ſolum loquitur in obtinente plura incompatibilia: nec d. Clem. gratiæ. obſtat, nam ſolum probat gratiæ ad beneficium cenſeri renunciatum per aſſecutionem alterius, quod cum illo retineri non poteſt.

179 Et † ex dicta Clem. ſi plures, in odium pluralitatis credit Gambarus ſupra num. 156. diſpenſatum, vt poſſit tenere quartum beneficium ad annum, ſi completo anno illud non dimittit, vacare alia tria, paria enim ſunt non habere titulum, vel ex poſt deueniſſe ad non titulum, l. quia in eum, ff. ad l. Aquil. nam poſt annum remanet merus detentor, & ſine titulo, ideo non debet eſſe melioris conditionis, eo qui haberet perpetuum titulum, cap. eum, qui de præb. in 6. Hæc Gambar.

180 Contrarium † tamen tenuit Rota, ſcilicet, quod cum diſpenſatus ad tria, quæ fuerat aſſecutus, poſtea obtinuit diſpenſationem ad quotcūque, & qualiacunque beneficia incompatibilia, ad annum, & ſimiliter fuit aſſecutus quartum, quod retinuit vltra annum, propter huiuſmodi retētionem quarti vltra tempus diſpenſationis vacat tātummodo quartum, & non priora, quia c. de multa, de præben. & Clem. gratiæ de reſcript. procedunt in eo, qui à principio aſſequitur ſine diſpēſatione incompatibile, & habet malum initium, quod à canone conſideratur, & eo caſu ſit execrabilis, & vacant priora: at hic habet bonum initium, quia licet per lapſum temporis iniuſtè retineatur, nō eſt caſus à iure conſideratus, ita quod incidat in pœnam priuationis obtentorum, & vbi à iure nō reperitur impoſita pęna priuationis expreſſa, illa non venit imponenda, not. in cap. ſi. vbi Abb. & alij de iurepatronat. Alex. in Letiam. §. licet, nu. 7. ff. ſolut. matrimon. Pro qua deciſione facit quod ait Cardin. conſil. 132. quem ſequitur Felyn. in cap. quoniam frequenter. §. porro, col. 7. vt litè non cont. Ita Guidob. deciſ. 57. in manuſcriptis.

181 Vltimo declarantur prędicta, quod ad inducendam incompatibilitatem debent eſſe beneficia perpetua, ſaltim aptitudine, vt ſunt beneficia manualia ſeu ad nutum amouibilia, quæ etiam cum dentur in titulum, & poſſint eſſe perpetua, inducunt incompatibilitatem, ſicut perpetua: officia vero, ſeu dignitates, quæ conferuntur, & dantur ad certum tempus, non inducunt talem incompatibilitatem, vt fuit latè reſolutum in vna Seguntina theſaurariæ 29. Aprilis 1596. coram Domino Orano, vt in deciſione ſequenti, Ioannes Morales impetrauerat theſaurariam Eccleſiæ Seguntinæ ſub eo prætextu vacant. quod Roderiçus de Lorençana miles ordinis San. Iacobi de Spata, illam poſſidens, prioratum militiæ S. Iacobi monaſterij regularis S. Marci Legionenſ. ad triennium in gubernium, ſiue adminiſtrationem concedi ſolitum, fuiſſet aſſecutus: introducto autem coram me in gradu appellationis iudicio, dubitaui, an per aſſecutionē d. prioratus vacaſſet theſauraria Segunt. in caſu, & ad effectū, de quo agitur: Domini vnanimi ſuffragio concluſerunt, nullum inductum fuiſſe vacationis modum; nam cum huiuſmodi prioratus nō detur in titulum, ſed in adminiſtrationem ad trienniū, cum facultate ſemel tantum illud prorogandi, non poteſt dici vllam cauſatā ex eius aſſecutione incōpatibilitatem, cum receptiſſima ſit concluſio, quod officia & dignitates, quæ nō ſunt perpetuæ, nec in titulum perpetui beneficij cōferuntur, nō faciunt incompatibilitatem, vt eſt tex. in cap. de multa, de præbend. ibi: nunquam autem reputamus, aliquem ad hanc conſtitutionem teneri, niſi perpetuam habeat dignitatem; notant ibi Innoc. num. 6. Anchar. num. 15. Imola num. 136. Abbas num. 22. & 23. & in capit. 1. de conſuetud. lib. 6. Capra, reg. 90. num. 67. Gambar. de offic. legati lib. 5. titul. an poſſit legatus vni plura beneficia conferre num. 23. Hoieda de incompatibilitate benefic. p. 2. cap. 10. num. 13. & 14. in fi. & 1. par. cap. 12. nu. 52. cui non repugnat. cap. cum ſingula, de præbend. lib. 6. vbi poſt gloſ. in verb. intelligibilis Domin. num. 9. & poſt eum Franc. nu. 5. voluerunt beneficia regularia, etiam quod ſint perpetua, cauſare incompatibilitatem, quia ipſi loquūtur de beneficijs regularibus manual. b. ad differentiam aliorum beneficiorū regulariū, quæ non ſunt manualia, ſed perpetua, prout equidem omnia beneficia regularia electiua, & curata ſunt de ſui natura perpetua, & ſimpliciter tanquā talia in titulum perpetui beneficij conferuntur, non adijciendo prouiſioni certum, nec determinatum tēpus, ideoque ad electi vel prouiſi non poſſunt ad nutum ſuperiorum remoueri, c. nullam 18. q. 2. cap. monaſterij. §. priores, de ſtatu Monach. Caſſad. dec. 4. nu. 2. & 3. & deciſ. 52. nu. 9. de præb. quod ſecus eſt in beneficijs regularibus, quæ ſunt ad nutū ſuperiorum amouibilia, & quæ hoc reſpectu per Domin. & Francum dicuntur non perpetua, licet de ſui natura ſint perpetua, Card. in Clem. 2. q. 15. de reſcript. Vitali. Clem. vni. num. 9. de ſupplen. negligen. prælator. Aegid. deciſ. 203. quilibet prioratus. Nam etiamſi ſint ad nutum amouibilia, tamen quia poſſunt aptitudine eſſe perpetua, non mirum ſi inducunt incom-

incompatibilitatem; verum quando regularia beneficia, vt inter illa eſt prioratus, de quo agitur, non conferuntur in titulũ beneficij perpetui, ſed ad certum tempus, non poſſunt cauſare incompatibilitatẽ Imola in Clem. & ſi principalis, n. 22. & ibidẽ Barb. eod. n. de reſcrip. ex quo non ſunt beneficia, ſed potius temporales adminiſtrationes, Vital. in d. Clem. vni. nu. 4. allegans Hoſtienſem in d. c. de multa n. 10 vbi quærens qualis debeat eſſe dignitas ſiue beneficium in caſu, d. c. reſpondit debere eſſe perpetuum. Propterea, quod temporales adminiſtrationes non ſunt beneficia, neque inducunt incompatibilitatẽ, Gamb. de officio legati. tit. de poteſtate legati in reſeruan. numero 12. in fi. & ſeq. vt etiam cadunt ſub reg. reſeruatoria, Cald. conſil. 26. de præbend. Aeneas de Falcon. tract. de reſeruat. 3. quæſtion. principali num. 25. Achilles deciſ. 2. de reſeruat. Itaque adeſſe beneficij Eccleſiaſtici requiritur, vt eius titulus ſit ſaltim aptitudine perpetuus, Oldrad. conſil. 81. Anchar. in Clem. per literas 3. not. de præbend. & in cap. beneficium 2. col. de reg. iuris lib. 6. Felinus in cap. in noſtra column. 6. verſ. reſtant. multa, de reſcript. Ex quo tollitur dictum Calder. conſ. 9. de reſcript. & ibi Gemin. in annotatio. ad Calder. dum dicunt dari titulum beneficialem, licèt nõ perpetuum, ſed ad tempus, quamuis non loquuntur de beneficio manuali, quod confertur ad certum tempus, cuius non eſt facienda mentio, Felinus dicto c. in noſtra num. 18. Nam in conſequentiam, ſi eius non eſt facienda mentio, non inducit incompatibilitatem, vel etiam non dicitur beneficium, quod inducat incompatibilitatem, cum de beneficio ſimpliciter ad effectum euitandæ ſurreptionis ſit facienda mentio, quod tamen non cauſat incompatibilitatẽ, Dlon obſtat. quod prioratus iſte neduni eſt dignitas ſimpliciter, ſed curata, habens curam iuriſdictionalem fori exterioris ſuſpendendi, excommunicandi, abſoluendi, inquirendi, viſitandi, c. dudum el 2. §. ſed cum iure, vbi Abb. nu. 7. de elect. quia cum inſit illi cura temporalis temporalitate determinata, non cauſat incompatibilitatem, Io. And. in c. de offic. deleg. lib. 6. Anch. in d. c. de multa nu. 10. Capra d. reg. 90. num. 67. 12. fallit, Hoieda d. c. 13. n. 61. & hoc citra omnem contentionem, quia prior non habet iuriſdictionem, iure proprio, ſed vice magiſtri magni, vt probant teſtes ad 17. interrogatorium, Puteus deciſ. 117. lib. 2. vbi firmat procuratores, & officia, quæ alterius vice geruntur, & exercentur, non inducere incompatibilitatem, nec etiam habet fructus aliquos, nec menſam diſtinctam à conuentu, ſed ſolum alimenta, prout prior clauſtralis, c. 2. c. ad monaſterium, de regular. & tenetur de illis reddere rationem, gloſ. d. Clem. vnica, §. præmiſſa, verb. de mẽſa. Vltra quod quando probatum eſſet ipſum eſſe curatum, in conſequentiam veniret, quod eſſet perpetuus, Caſſad. deciſ. 4. de præbend. cum temporalitas repugnet curæ, Oldrad. conſ. 277. num. 8. curatus enim dicitur pater qui non datur ad tempus, ſed eſt perpetuus, ex quo naturã ars imitatur, quod eo ipſo, quod quis eſt curatus, ſit perpetuus, vt bene hic per informantes, &c.

## *De incompatibilitate duorum beneficiorum ſub eodem tecto. §. 11.*

### SVMMARIA.

*NOn ſolum duæ dignitates, perſonatus, ſeu officia, ſed etiam duo canonicatus, ſeu præbendæ, aut portiones, vel duo ſimplicia beneficia vniformia, ſiue ſimilia, ſub eodem tecto, ſunt incompatibilia adeo, vt per aſſecutionem ſecundi, vacet primum ipſo iure, etiam de iure antiquo, nu. 182. Nec valet Statutum Epiſcopi in contrarium, n. 183. Nec etiam conſuetudo contraria, etiam immemorialis, nu. 184. Nec Epiſcopus poteſt diſpenſare, nu. 185. & improbatur dictum Zerolæ, num. 186.*

*Quamuis poſſit quis tenere duo curata, quando vnum venit per annexionem, tamen in eadem Eccleſia, non poteſt quis habere duas præbendas, etiamſi altera ſit annexa dignitati nu. 187. Vnde diſpenſatus ad duo ſub eodem tecto, non poterit illa obtinere, ſi alteri ſit annexa capellania, vel aliud beneficium in eadem Eccleſia, niſi hoc quoque diſpenſatione fuerit expreſſum, ſecundum Rebuffum, num. 188. Nec poteſt quis ſine diſpenſatione retinere beneficium ſimplex ſeu præbendam cuiuſdam Eccleſiæ, cum rectoria alterius, cui annexum erat aliud beneficium ſimplex Eccleſiæ primæ, ſecundum Nauar. nu. 189. & dicunt Doctores, quod iura magis abhorrent pluralitatem duarum præbendarum, ſeu duorum beneficiorum ſimilium ſub eodem tecto, quam duorum curatorum, nu. 190. Et duæ præbendæ ſunt magis incompatibiles ſub eodem tecto, etiamſi altera ſit annexa, quam dignitas cum parochiali annexa præbendæ in Eccleſia Cathedrali, ſecundum Gomezium, nu. 191.*

*Secundum authorem, non eſt differentia in hoc inter curata, & duas præbendas in eadem Eccleſia, ſed ſolum eſt differentia in modo annexionis; nam per annexionem, & vnionem Eccleſiæ parochialis factam præbendæ ſupprimitur & extinguitur titulus parochialis, &c. num. 192. Et ſi tunc non intitulatur quis in parochiali annexa, ſed in præbenda, num. 193. Et non cenſetur habere curam, nu. 194. & conſequenter parochialis poſſeſſa vti vnita, & membrum alterius, non inducit incompatibilitatem. num. 195. Et qui habet duo curata, quando vnum venit per annexionem, non dicitur habere duo curata, ſed vnum curatum, & aliud ſimplex, nam curatum annexum ſimplici aſſumit naturam ſimplicis. numero 196. & ſequ. Vbi adducuntur declarationes S. Congregationis, & idem eſſet in annexione portionis factæ dignitati acceſſorie, & ſic obtinens talẽ dignitatem, cui eſt vnita portio, ſi ſimul obtineret aliam portionem, ſeu præbendam eiuſdem Eccleſiæ non eſſet triplex, aut in eadem ſpecie duplex. num. 198. At per annexionem præbenda, nempe canonicalis, quæ propriæ dicitur præbenda, factam dignitatem eiuſdem Eccleſiæ, etſi videatur fieri acceſſorie, non ſolet extingui titulus, & nomen præbendæ, & canonicatus, ſed vti duo beneficia obtinentur, et ideo non poſſunt duæ præbendæ, ſimul teneri in eadem Eccleſia, etiamſi vna ſit annexa dignitati, vt in Clem. ſi. de præben. num. 199.*

*Iſta Clementina intelligitur de præbendis canonicalibus, ſeu quaſi, nu. 200. Et præbenda quaſi canonicalis eſt quando eam habens reputatur pro canonico, & habet vocem in capitulo, vt canonicus, licet non ſit canonicus, n. 201. Et intelligitur de præbendis ſpiritualibus & titulis beneficialibus, ſecus vero de præbendis, ſeu portionibus temporalibus, quæ non inducunt incompatibilitatem, nu. 202.*

Quando

*Quando aliqua dignitas habet duas prebendas, seu portiones, neutra illarum est propriè prebenda canonicalis, nec censetur duplex titulus beneficialis, sed tantum unus, nempe ipsius dignitatis cum duplici reditu, prebenda, seu portione temporali, numero 203. Nisi aliunde constet aliquam illarum esse vere canonicalem, seu quasi, &c. num. 204. Quod tamen constare non dicetur ex eo solo, quod obtinens talem dignitatem habeat vocem in Capitulo, seu sit de Capitulo, numero 205. Nam licet de iure communi id competat solis canonicis, & rationi canonicæ, numero 206. Tamen de iure speciali potest alijs competere, & ratione dignitatis, à numero 207. vbi adducuntur resolutiones Rotæ.*

*Quamuis ex eo solo, quod habeant vocem in Capitulo, etiam in omnibus, non sequitur eos esse de Capitulo, numer. 210. Et dignitas habens de consuetudine, vel priuilegio vocem in Capitulo, si assequatur canonicatum, debet habere duplicem vocem, sicut etiam duplices distributiones, nisi aliud habet consuetudo, numero 211. Quod quoad vocem non seruatur, in Ecclesia Abulens. num. 212. Et ita in Ecclesia Palentina decanus, & in Segustina decanus, & thesaurarius, qui habent duas prebendas, & vocem in Capitulo solent simul obtinere aliam prebendam canonicalem, seu portionem, non obstante impetratione, & contradictione facta, &c. à num. 213.*

*Tenetur contra Rebuffum supra, quod dispensatus ad duo sub eodem tecto, poterit illa obtinere, etiamsi alteri sit annexa capellania, vel aliud beneficium in eadem Ecclesia, num. 216. Et contra Nauar. supra quod non impeditur retentio beneficij simplicis cuiusdam Ecclesiæ cum Rectoria alterius, propter annexionem factam Rectoriæ de alio beneficio simplici Ecclesiæ primæ, num 217.*

*Sententia eorum solum procederet, quando vnio facta esset æque principaliter, vel ad tempus, seu vitam obtinentis tantum num. 218. Nam vnio ad vitam inducit incompatibilitatem, saltim hodie ex Concilio Trident. Quamuis antea secus esset, sicut in commenda ad vitam num. 219. Et sic habens in aliqua Ecclesia dignitatem ad sui vitam erectam, cui pro eius dote portio dict. Ecclesiæ est vnita, non potest iam obtinere aliam portionem, seu prebendam eiusdem Ecclesiæ, nec in ea coadiutor deputari, sine speciali dispensatione Apostolica, qua tamen vix concederetur numero 220.*

*Duæ capellaniæ sub eodem tecto sunt incompatibiles, tanquam beneficia vniformia, & non possunt simul teneri absque dispensatione Papæ, sed per assecutionem secundæ, prima vacat, num. 221. Et tenuit Rota in decisionibus positis, à num. 222.*

*Secundum Nauarr. & alios duæ capellaniæ, seu altaria sub eodem tecto, non sunt beneficia vniformia ad effectum incompatibilitatis, nisi sint instituta ad vnum finem, & ad eadem munera, & vnam Congregationem, secus si ad diuersa, & separata munera, num. 225. Quod videtur seruari in aliquibus partibus Hispaniæ, num. 226. Sed contrarium tenent relati supra, & Rota in decisionibus adductis, num. 227. Et stante, quod sint beneficia vniformia, consuetudo in contrarium non erit habenda in consideratione, nec dispensatio Nuntij, sicut nec Episcopi, numero 228. Sed cum non sit ius clarum esse beneficia vniformia, sed in eo sint opiniones, consuetudo tenendi in eadem Ecclesia duas capellanias huiusmodi, sine dispensatione, aut cum dispensatione Ordinarij, seu Nuntij, videtur tolerabilis, etiam post Concilium, vbi illud quoad hoc non sit receptum, num. 229.*

*An duo beneficia difformia, & dissimilia sub eodem tecto sint incompatibilia, vt dignitas, & canonicatus, curatum & simplex, canonicatus, & capellania, &c. num. 230. Prima sententia, esse incompatibilia, ita tamen, vt non vacet ipso iure vnum per assecutionem alterius, & ex consuetudine, seu statuto, aut dispensatione Episcopi possint retineri, à num. 231. & num. 232. adducuntur resolutiones Rotæ, & obiectioni, quod si de iure sunt incompatibilia, non potest statui contrarium per statutum, responderi potest stando in ista sententia, quod non est ius clarum, & c. à numero 233. Contraria sententia, quod sint incompatibilia de iure, nisi alias sint sibi repugnantia ratione residentiæ, seu seruitij, num 235. Pro qua allegantur iura, num. 236. Et videtur verior de iure. num. 237.*

*Quicquid sit de hoc in eadem Ecclesia, nullo modo potest quis esse triplex absque Papæ dispensatione, nec valet consuetudo, vel Statutum in contrarium contra Bottum, a nu. 238. Et reprobatur consilium Nauar. docentis posse teneri duas capellanias cum dignitate in eadem Ecclesia ex consuetudine, si dignitas non est sufficiens, num. 240. Et alia doctrina Zerola, numero 241. Nec poterit Nuntius, seu Legatus in hoc dispensare, nisi haberet specialem facultatem, num. 242.*

*S. Congregatio Concilij approbauit primam sententiam, quod duo beneficia difformia sub eodem tecto sint incompatibilia, vt in declarationibus positis, nu. 243. Et sic consequenter dicendum est primum ipso iure vacare per assecutionem alterius ex Concilio, num. 244. Potest tamen ex consuetudine teneri dignitas cum canonicatu in eadem ecclesia, cui non est per Concilium derogatum, ex eadem S. Congreg. vt in declarationibus positis, à numer. 245. Nec huiusmodi consuetudo est periculosa, sed rationabilis contra Hoiedam, num. 248.*

*Ista consuetudo non procedet in canonico panitentiario, vt in declaratione S. Congregationis posita, numer. 249. Habet enim officium panitentiarij, & insuper canonicatum tali officio annexum, num. 150. Nec refert, quod officium panitentiarij de per se non habet fructus, quia sufficit, quod eas habeat ratione adiuncti canonicatus, num. 251. Aliquando tamen ex gratia, & dispensatione Apostolica obtinet simul dignitatem, num. 252. Et ista ratio considerata in panitentiario, non militat in canonico lectura, nec in canonico doctorali, aut magistrali, in quibus solum consideratur canonicatus, & prebenda cum tali onere, &c. num. 253.*

*Supradictis videtur conformis stylus Curiæ, qui facit ius, adductus, num. 254.*

*An si consuetudini tenendi dignitatem cum canonicatu, vel portione in eadem ecclesia non est derogatum per Concilium, ita etiam non sit derogatum consuetudini tenendi duo alia beneficia difformia, & videbatur similiter dicendum non esse illi derogatum, numer. 255. Sed contrarium censuit S. Congregatio, & ponitur ratio differentiæ, num. 256. Sed vbi Concilium non sit quoad hoc receptum videtur posse adhuc seruari dicta consuetudo, quæ tamen non videtur certo stare in Episcopatu Abulensi num. 257.*

*Quando beneficia dicantur sub eodem tecto, seu in eadem Ecclesia, an si vnum sit in Ecclesia, & aliud in capella, claustro, aut cœmeterio, vel ambitu eiusdem Ecclesiæ, censeantur esse sub eodem tecto, & in eadem ecclesia, numer. 258. Resolvitur, quod beneficium situm in capella, claustro, cœmeterio, seu ambitu contiguis ecclesiæ, censetur esse in eadem ecclesia, si vero non essent ecclesiæ contiguæ, sed extra septa, illius, beneficium ibi situm non censeretur esse in ecclesia principali, num. 259.*

182 NVnc operæ pretium erit aliqua † tractare circa incompatibilitatem duorum beneficiorũ ſub eodem tecto. In quo certum eſt, non ſolum duas dignitates, perſonatus, ſeu officia, ſed etiam duos canonicatus, & præbendas, aut portiones, vel duo ſimplicia beneficia vniformia, ſiue ſimilia ſub eodem tecto, id eſt, in eadem Eccleſia eſſe incompatibilia, adeo vt per aſſecutionem ſecundi vacet primum ipſo iure antiquo, tex. in dict. cap. de multa, de præben. ibi: Addentes vt in eadem eccleſia, & c. literas, de conceſſ. præben. c. 1. de conſuet. in 6. vbi DD. Clem. ſi. de præb. & ibi gl. & DD. Card. in Clem. gratiæ, nu. 5. de reſcrip. Imola in d. c. de multa, ſub nu. 5. Staphil. de literis grat. c. 2. forma expectatiuarum, nu. 44. Rebuff. in concord. tit. de mand. Apoſtolicis. §. 1. verb. ita tamen, Probus ad Monach. in d. cap. 1. de conſuetud. in 6. ſub num. 6. Lamber. de iure patron. 1. par. 2. lib. quæſt. 7. artic. 15. Gregor. Lopez in lib. 3. tit. 16. par. 1. verb. otro en otra Igleſia, dicens procedere, etiamſi ſint talia, quæ non requirant reſidentiam in conformibus titulis, Duennas reg. 71. num. 5. Ferret. conſil. 255. num. 4. Nauarr. conſil. 16. 18. & 32. num. 1. & conſ. 24. nu. 2. de præben. Hoieda qui plures refert de incompatibilitate, c. 20. Quintanaduennas lib. 4. Eccleſiaſticon. nu. 120. & Flam. Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 3. quæſt. 1. a nu. 121. Et nouiſſime Vuameſius conſil. 235. Proſper de Auguſtino ad ſummam bullarij, verb beneficiorum reſignatio 9. cauſa Azor 2. par. lib. 6. cap. 11. quæſt. 1. & 3. & cap. 13. quæſt. 6. & lib. 7. c. 16. quæſt. 10. Tuſc. concluſ. 64. & 66. litera B.

183 Quod adeo † verum eſt, vt non valeat ſtatutum Epiſcopi in contrarium, Bott. de ſynodo 3. part. art. 1. num. 88.

184 Nec † etiam conſuetudo contraria etiam immemorialis dict. cap. literas. & ibi gloſ. Abb. num. 2. & DD. idem Abb. in rep. cap. extirpandæ. §. qui vero de præben. num. 41. Domin. in d. cap. 1. num. 12. & ibi Probus ſub d. num. 6. Gomezius, Rebuff. Lambert. & Duennas vbi proxime, Caputaquen. deciſ. 356. nu. 4. & 5. p. 2. Hoieda d. cap. 20. num. 3. & Flam. Pariſ. d. q. 1. num. 124. qui dicunt communem, & Azor d. q. 1. *Et Gratian. deciſ. 155. à num. 17. & diſcept forenſ. cap. 133. à num. 18. quamuis dicat, quòd in exiguis ſaluari poteſt dicta conſuetudo*,

185 Nec Epiſcopus † poteſt diſpenſare gloſ. vlt. in d. Clemen. fin. Abb. in dict. cap. literas num. 3. & 6. & in d. repet. §. qui verò, nu. 41. & in c. cum iam dudum. de præb. nu. 9. Dom. num. 12. & Franç. 7. in d. cap 1. Probus ſub d. num. 6. Sylua de benef. 4. par. q. 7. caſu 171. & vltim. Gomez. Rebuff. & Lamber. ſup. Hoieda qui alios citat d. c. 20. num. 2. & cap. 12. num. 13. Quintanaduennas d. lib. 4. nu. 131. Flam. Pariſ. d. q. 1. num. 123. Azor d. 2. p. lib. 3. cap. 50. q. 6. & lib. 6. cap. 11. q. 4. & cap. 12. q. 6. *Moſconius de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. par. 3. c. 2. pag 453.*

186 Et † cauendum eſt à Zerola in praxi Epiſcopali 1. par. verb. beneficia. §. 7. 6. concl. qui ait, quod hodie per Decretum Concilij ſeſſ. 24. cap. 17. de refor. poteſt quis habere duo beneficia conformia ſub eodem tecto, modo ſint ſimplicia, & non requirentia perſonalem reſidentiam, & non ſufficientia, quæ doctrina eſt falſa, & abſque fundamento, nam Concilium ibi nihil innouat, ſeu diſponit circa hoc. Quamuis nouiſſime referat, & videatur ſequi Perez de Lara de anniuerſ. & capel. lib. 1. capitul. 7. numero 13.

187 Et quãuis † poſſit quis tenere duo curata, quando vnum venit per annexionem, vt in cap. ſuper eo, de præbend. in 6. tamen in eadem Eccleſia non poteſt quis habere duas præbendas, etiamſi altera ſit annexa dignitati, vt in d. cap. literas, vbi Abb. nu. 2. & alij, & tex. in d. Clem. fin. & ibi glo. vlt. & Cardin. 4. oppoſitione, & alij DD. & Domin. in dict. cap. 1. num. 12. dicens, quod quis non poteſt eſſe triplex in eadem Eccleſia, nec iure annexionis, & ibi Francus num. 7. & Hoieda d. cap. 20. nu. 1. & Proſper de Auguſtino ſupra,

188 Vnde † Rebuff. in praxi tit. de diſpenſatione ratione ætatis, verb. etiamſi ſub eodem tecto, verb. quinimo, ſi fuerit, docet, quod diſpenſatus ad duo ſub eodem tecto, non poterit illa obtinere, ſi alteri ſit annexa capellania, vel aliud beneficium in eadem Eccleſia, niſi hoc quoque in diſpenſatione fuerit ex-
189 preſſum dict. Clemen. fin. & † Nauar. conſil. 23. de præben. conſuluit non poſſe quem ſine diſpenſatione retinere beneficium ſimplex, ſeu præbendam cuiuſdam Eccleſiæ cum rectoria alterius, cui annexum erat aliud beneficium ſimplex Eccleſiæ primo dictæ.

190 Vnde † dicunt Doctores, quod iura magis abhorrent pluralitatem duarum præbendarum, ſeu duorum beneficiorum ſimilium ſub eodem tecto, quam duorum curatorum, Abbat. in d. c. literas, ſub num. 2. Francus ſub num. 7. circa fin. & alij in d. c. 1. & ibi Probus ſub num. 6. & dicitur in Toletana capellaniæ de Baraias 15. Februarij 1591. coram D. Pamphilio infra adducta.

191 Et † Gomezius de expectat. numero 45. dicit, quod duæ præbendæ ſunt magis incompatibiles ſub eodem tecto, etiamſi altera earum ſit annexa, quàm ſit dignitas cum Eccleſia parochiali, quæ eſt annexa præbendæ in Eccleſia cathedrali, vt probatur in capitulo ſuper eod. de præben. libro 6. licet aliquando diſputando publicè ſuſtinuit contrarium, tam Romæ, quam Patauij, &c.

192 Ego † autem contra DD. animaduerto, non eſſe in hoc differentiam inter curata, & duas præbendas in eadem Eccleſia, ſed ſolum eſſe differentiam in modo annexionis, nam per annexionem, & vnionem Eccleſiæ parochialis factam præbendæ, cum fiat acceſſorie, ſupprimitur, & extinguitur titulus parochialis, & perdit nomen beneficij, ita vt amplius beneficium dici non poſſit, ſed prædium præbendæ, vt dicitur infra ſequenti parte, capitulo 2. à num. 12.

193 Et ſic † tunc non intitulatur quis in parochiali annexa, ſed in præbenda, ſeu beneficio principali, Abb. in d. §. qui vero in lectura in fin. Franc. in cap. 1. num. 7. de filijs presbyter. in 6.

194 Et non † cenſetur habere curam, Felyn. in cap. in noſtra de reſcrip. col. 10. Decius in cap. ad aures, eodem tit. num. 13. Sarnen. in regul. de idiomate, q. 11. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. caſu 201. num. 67. Nauar. conſil. 14. num. 4. de rebus Eccleſiæ, & Quintanaduennas dict. lib. 4. num. 70.

195 Et † conſequenter parochialis Eccleſia poſſeſſa vti vnita, & membrum alterius, non inducit incompatibilitatem, Rota deciſ. 786. num. 3. part. 1. diuerſorum, & Quintanaduennas ſupra, & Mandoſius

ad

ad Lapum alleg. 35. addit. vltim. dicens, quod annexum non facit incompatibile, Gonçalez gloſſ. 5. §. 7. num. 21.

196 Et qui † habet duo curata, quando vnum venit per annexionem, non dicitur habere duo beneficia curata, ſeu duas Eccleſias curatas, Abb. vbi proxime, ſed vnum curatum, & aliud ſimplex, nam beneficium curatum annexum beneficio ſimplici aſſumit naturam ſimplicis, cui eſt vnitum, Probus ad Monach. in dict. cap. ſuper eo, à numer. 2. Rebuff. in praxi tit. de non promotis, numero 51. Capra regul. 90. numero 65. Hoieda cap. 13. num. 50. & Aluarus Valaſcus conſultatione 14. num. 1. Leſſius de iuſt. & iure lib. 2. c. 34. num. 148. & Azor 2. par. lib. 6. cap. 28 q. 20. in fin.

197 Et † cenſuit S. Congregatio Concilij, vt apparet ex declarationibus ſequentibus, Prima, beneficia, etiam curata aliis beneficijs annexa tranſeunt in ſimplicium naturam, dummodo acceſſorie ſint vnita, & illorum per vicarium ab ordinario poſitum exerceatur cura. Secunda, Congregatio Concilij cenſuit parochialem perpetuo vnitam beneficio ſimplici deſinere eſſe parochialem, & aſſumere naturam ſimplicis, dummodo vnio ſit facta acceſſorie, & cura per vicarium temporalem non exerceatur, & vide dicta ſupra 5. par. cap. 3. à nu. 122.

198 Et idem † eſſe in annexione portionis factæ dignitati acceſſorie, vt in terminis deciſionis Burgen. ſeruitij, ſupra adductæ 3. par. cap. 1. num. 510. nam per eam extinguitur, & ſupprimitur nomen, & titulus portionis, & ſic obtinens talem dignitatem, cui eſt vnita portio, ſi ſimul obtineret aliam portionem, ſeu præbendam eiuſdem Eccleſiæ non eſſet triplex, aut in eadem ſpecie, ſeu genere beneficij duplex, &c.

199 At vero per † annexionem præbendæ, nempe canonicalis, quæ proprie dicitur præbenda, factam dignitati eiuſdem Eccleſiæ, etſi videatur fieri acceſſorie, non ſolet extingui, & ſupprimi titulus, & nomen præbendæ, & canonicatus, ſed vti duo beneficia obtinentur. Quamuis contrarium velit Nau. d. conſil. 14. num. 4. de rebus Eccleſiæ, vt dicetur infra par. ſequen. cap. 2. à numero 57. vbi vide, & ideo non poſſunt duæ præbendæ ſimul teneri in eadem Eccleſia, etiamſi vna ſit annexa dignitati, ſeu officio, vt in dict. Clem. fin. de præben. & in declaratione S. Congregationis ſuper pœnitentiaria infra adducta, num. 249.

200 Quæ † Clementina intelligitur de prebendis canonicalibus, ſeu quaſi canonicalibus, vt per Bonifacium ibi, numer. 42. 43. & 46. & Rotam in vna Lucana beneficiorum 22. Februar. 1580. coram D. Seraphino, quæ habetur 1. par. diuerſorum deciſ. 684.

201 Et † præbenda quaſi canonicalis eſt, quando eam habens reputatur pro canonico, & habet vocé in Capitulo, vt canonicus, licet non ſit canonicus vt in ſpecie c. cum in Eccleſia, de præb. in 6. Boniſ. vbi proxime, præſertim nu. 46.

202 Et rurſus † intelligitur de præbendis ſpiritualibus, & titulis beneficialibus, de quibus in dec. Rotæ 6. de conſuetud. in nouis: ſecus vero de præbendis, ſeu portionibus temporalibus, quæ cum non ſint tituli beneficiales, non inducunt incompatibilitatem, vt per Rom. conſ. 328. præſertim, ex nu. 8. Caputaq. d. deciſ. 356. par. 2. & Bonifacium d. num. 43. qui ait, quod in pluribus locis dignitatem principalem obtinens habet duas præbendas, vel duplicem portionem canonicalem, nam vna illarum proprie non eſt canonicalis, & habetur ſolum pro quodam iure, & beneficio temporali, ex quo differt à præbenda, quæ eſt ius ſpirituale.

203 Imo amplius † dico, quod quando aliqua dignitas habet duas præbendas, ſeu portiones, neutra illarum eſt proprie præbenda canonicalis, nec cenſetur duplex titulus beneficialis, ſed tantum vnus nempe ipſius dignitatis, cum duplici reditu, præbenda, ſeu portione temporali.

204 Niſi aliunde † conſtet aliquam illarum eſſe vere canonicalem, ſeu quaſi, vt quia habens talem dignitatem habeatur pro canonico, & inter eos numeretur, vel ex canonicatuum, & præbendarum numero, aut ex diſtributione miſſarum, tanquam canonico, &c. vt in d. deciſ. 684.

205 Quod † tamen conſtare, non dicetur ex eo ſolo (quamuis aliquod adminiculum faciat, vt in dicta deciſion. 684. num. 2.) quod obtinens talem dignitatem habeat vocem in Capitulo, & etiamſi ſit de Capitulo.

206 Nam † licet de iure communi id competat ſolis canonicis, & ratione canonicæ, Compoſtellanus in cap. 1. de elect. Abb. in cap. auditis, numer. 3. & in c. reſcriptum, num. 4. eodem tit. & in cap. cum olim, num. 8. de re iudicata, & Felin. ibi num. 4. & in cap. cum M. numero 18. & ibi Ripa nu. 186. de conſtitutionibus Decius in c. eam te, 2. not. n. 24. de reſcript. & in c. relatum. de præb. nu. 5. Pauinus de offic. & poteſtat. Capit. ſede vacante præludio 5. num. 4. Pet. de Baſio in directorio elect. 1. p. c. 2. nu. 2. & 3. Cechus de republica Eccleſiaſtica c. 24. de canonicis, &c. nu. 4. verſ. 7. Azor 2. par. lib. 3. c. 10. q. 1. & c. 11. q. 18. *Genuenſ. in praxi c. 85. in annot. nu. 20. & 21. & c. 116. ad fin.* Rota in d. deciſ. 684. nu. 2. & 411. nu. 5. & 6. ead. 1. par. diuerſor. & deciſ. nu. 5. par. 2. Cæſar de Graſſis dec. 131. num. 6. Rota in Calagurritana fructuum 1. Iun. 1583. coram D. Bubalo, de qua 3. p. c. 2. nu. 377. & in Abulen. iuriſdictionis contrarios portionarios 6. Febr. & 17. April 1589. coram D. Pamphilio, & in Corduben. iuriſdictionis 17. Iun. 1596. coram D. Orano, & declaratio S. Congregationis Concilij ſupra adducta 5. parte, capite ſeptimo, numero vigeſimo tertio.

207 Tamen † de iure ſpeciali, *vt de conſuetudine, ſtatuto*, vel priuilegio poteſt alijs competere, & ratione dignitatis, Abb. Felin. Ripa, Decius, & Baiſius, *& alij ſupra, Domin. in cap. fin. de præbend. in 6. numer. 5. circa fin. & ibi Franc. numero 6.* Ferretus conſil. 204. numero 15. & Rota deciſ. 713. numer. 5. p. 1. diuerſor. & in dict. Cordub. iuriſdictionis 7. Februar. & 17. Martij 1597. coram eodem Domin. Orano.

208 Vbi tandem fuit † reſolutum, Portionarios Eccleſiæ Cordubenſ. eſſe de capitulo ex ſtatuto, conſuetudine, & concordia confirmata faciente eos de Capitulo, & perſonas capitulares conſtituentes capitulum, licet in aliquibus non habeant vocem, vt in electione, ſiue admiſſione prælati, & alijs, & ſic corrigendos eſſe cum adiunctis, iuxta formam Concilij ſeſſion. 25. de reformat. cap. 6. &c.

209 Et in cauſa † Calagurritana iuriſdictionis 10. Decembr. 1599. coram D. Iuſto. in qua fuit reſolutum, Dignitates, & portionarios eſſe de Capitulo, quod & alias Rota reſoluit in alia Calagurritana iuris votandi 27. Febr. 1595. coram D. Orano, & in hac eadem cauſa coram D. Corduba 25. Maij 1598. nam etſi de iure communi perſonæ exiſtentes in Eccleſia extra numerum canonicorum, non dicuntur eſſe de Capitulo, Roma.conſ.332.nu.10. Abb.cap. auditis num.3. de elect. cum alijs allegatis, quia ſoli canonici faciunt Capitulum, & vnum corpus cum Epiſcopo, cap.quanto, cap.nouit, de his, quæ fiunt à prælatis, tamen dicit Abb. & alij DD. quod ſtatuto, & conſuetudine induci poteſt dignitates, & alios in Eccleſia eſſe poſſe de Capitulo, & omiſſo ſtatuto, ſeu ſententia arbitrali de anno 1235. domini fundarunt ſe in obſeruãtia, cuius pro dignitatibus, & portionarijs dantur actus multiplices, & antiquiſſimi, qui non poſſunt conuenire perſonis non exiſtentibus de Capitulo, & ex quibus inducta eſt conſuetudo, vt ſint de Capitulo, & inter alios actus præcipue conſideratum fuit, quod interuenerunt in ſtatutis condẽdis cum alijs canonicis, qui eſt actus proprius Capituli Eccleſiæ, Abb. in cap. cum omnes, num. 4. de conſtit. & Rota coram D. Corduba in Illerden. ſtatuti 3. Decemb. 1593. & 19. Martij 1597. Secundo interuenerunt in Capitulo congregato ſuper expediẽdis negotijs, & adminiſtratione iuriſdictionis Eccleſiæ ſede vacante. Tertio interuenerunt capitulariter cõgregati in traditione poſſeſſionis Eccleſiæ Epiſcopo, & alijs præbẽdatis, qui actus ſpectant ad capitulares, Callad. dec. 8. de cauſa poſſ. Puteus 20. lib. 2. & licet omnes actus non probarentur ſucceſſiue, & continuati, & in aliquibus non conſtaret dignitates, & portionarios interueniſſe, nihilominus non conſequeretur, nõ eſſe de Capitulo, quia ad iſtũ effectum eſſet neceſſaria quaſi poſſeſſio negatiua cũ contradictione, & acquieſcentia, quam D. Epiſcopus non probauit, &c. Et dicta 25. Maij 1598. coram D. Corduba fuit reſolutum, Pendente lite, an illi ſint de Capitulo, vel non, non debere interim ab Epiſcopo turbari in poſſeſſione, *In qua ſunt. Rot. etiam in cauſa Caluaten. com. iudic. 24. April 160. coram D. Ortembergo, ibi tamen reſolutum, &c. R. eo. iudices ibi, 1595. coram D. Orano, quæ eſt deciſ. 658. in nouiſ.* Et tradit poſt Gonçalez gl. 45. à num. 43.

210 Quamuis † ex eo ſolo, quod habeant vocem in Capitulo etiam in omnibus, non ſequitur eos eſſe de Capitulo. vt Congreg. Concilij cenſuit *circa diſt. cap. 6. & principaliter 22. Ianuarij 1593. his verbis, Congregatio Concilij cenſuit, ex eo quòd portionarij & dimidij habent vocem in capitulo, illos eſſe capitulares, ſed tunc inter capitulares cenſendum, cùm ex Apoſtolico priuilegio, vel ex conſuetudine, aut Eccleſiæ Statuto inter capitulares connumerentur, imò ſi ipſi talibus facultatibus non potiãtur, Epiſcopus poterit contra illos, non cum ad unum ſolum procedere. Et nouiſſimè tradit Genuenſ. ſupra cum Domin. & Franc. in cap. fin. de præben. in 9. & Felin. in cap. cum olim de rr iudic.* & reſoluit Rota in Abulenſ. iuriſdictionis, & in d. Corduben. 17. Iunij 1596.

211 Et ita † dignitas habens de conſuetudine, vel priuilegio vocem in cap. ſi aſſequatur canonicatum, debet habere duplicem vocem, ſicut etiam duplices diſtributiones, niſi aliud habeat conſuetudo, vt poſt Ioann. Andr. tradit Card. num. 4. Abb. ex num. 2. & Felyn. num. 1. & 2. in dict. capitul. cum olim, de rei. iudic. Franeus in dict. capit. cum Eccleſia, de præben. in 6. ſub num. 4. Couarr. lib. 3, variar. cap. 13. num. 6. & Hoieda de incompatibilitate. cap. 12. num. 15. & 19. dicentes communem, Azor 2. p. lib. 3. c. 11. q. 19. *Quicquid cum alijs contra teneat Alexand. Monet. de diſtribut. par. 2. quæſt. 4. qui tamen noſtram ſententiam fatetur communiorem.*

212 Quod † tamen quoad vocem non ſeruatur in hac Eccleſia Abulenſ. in qua dignitates ex conſuetudine ſunt de Cap. & tamen ſi ſimul obtinent canonicatum prout conſueuerunt, non habent, niſi vnam vocem, quamuis habeant duas diſtributones.

213 Et ita redeundo † ad noſtrum propoſitum, in Eccleſia Palentina decanus, & in Seguntina decanus, & theſaurarius, qui habent duas præbendas, & vocem in Capitulo, ſolent ſimul obtinere aliam præbendam canonicalem, ſeu portionem.

214 Et tunc † modernus decanus Palentinus obtinuit ſimul canonicatum, non obſtante, quod quidam curialis in eo tempore impetrauerat illius decanatum tanquam vacantem per aſſecutionem canonicatus, iuxta d. Clem. fin. de præben. nam dicta impetratio, antequam ad regiſtrum perueniret, fuit contradicta, & impedita pro parte decani allegando dictum decanatum, quamuis habeat duas præbendas, non tamen habere annexam præbendam canonicalem iuxta dicta.

215 Et ſimiliter † modernus decanus Seguntinus obtinuit ſimul cum decanatu portionem, quamuis tempore prouiſionis portionis pro parte Capituli fuit facta contradictio in dataria allegando, quod dict. decanatus habet duas præbendas annexas &c. in qua cauſa D. Iuſtus Rotæ auditor: cui fuit commiſſa, extra Rotam dedit votum D. datario in fauorem decani ex dictis.

216 Vnde † in caſu Rebuff. vbi ſupra, dict. tit. de diſpenſatione ratione ætatis, ver. etiamſi ſub eodem tecto, verſic. quinimo ſi fuerit, tenendum eſt contra ipſum, quod diſpenſatus ad duo ſub eodem tecto poterit illa obtineret, etiam ſi alteri ſit annexa cappellania vel aliud beneficium in eadem Eccleſia, quamuis hoc in diſpenſatione non fuerit expreſſum, nam beneficium illud vnitum non habetur in conſideratione, cum per vnionem de illo factam acceſſorie ſit ſuppreſſum, & extinctum, & ſic ille non dicitur obtinere, niſi duo beneficia, ad quæ erat diſpenſatus iuxta dicta,

217 Vnde etiam † in terminis dict. conſil. Nauar. 23. de præbend. tenendum eſt contra ipſum non impediri retentionem beneficij ſimplicis cuiuſdam Eccleſiæ cum rectoria alterius propter annexionem factam dictæ rectoriæ de alio beneficio ſimplici Eccleſiæ primo dictæ, cum per illam factam acceſſorie extinctum ſit, & ſuppreſſum nomen, & titulus talis beneficij ſimplicis annexi, & confuſum ſub dicta rectoria, cuius ſit quaſi prædium, & ſic ſola rectoria eſt in conſideratione iuxta dicta.

218 Et ſententia † Rebuffi, & Nauarri ſolum procederet, quando vnio facta eſſet æquè principaliter, vel ad tempus, ſeu viram obtinentis tantum, iuxta dicta d. cap. 2. ſeq. à num. 37.

Nam

319 Nam vnio ad † vitam inducit incompatibilitatem saltim hodie, ex Concilio Triden. d. cap. 4. sess. 7. ibi, Siue per viam vnionis ad vitam, & sess. 24. cap. 17. de reform. §. illi verò, ibi, Ac vnionibus ad vitam, & ita sentit Mand. de signatura gratiæ, tit. de vnion. vers. contra vniones. dicens cõtra vniones ad vitam habes nouissime Concilium Tridentinum session. 7. de reform. cap. 4. & sess. 24. de reform. cap. 17. versic. illi vero, & tenet Quintanaduen. lib. 1. Ecclesiastic. cap. 4. num. 12. & cap. 7. num. 6. & præcipue libro 4. num. 46. & tempore. Quamuis antea secus esset (sicut in commenda ad vitam, de qua supra 4. par. cap. 4. à num. 35.) ad decisionem Mohedani 2. de præben. & Putei 246. lib. 1. Domin. consil. 38. num. 11. glos. reg. 11. Cancell. vers. vnum tamen, Cassad. decis. 33. num. 5. super regulis & 2. de vnion. num. 8. & 3. de iudic. num. 3. Mandos. regul. 19. q. 10. num. 5. & Flamin. Paris. de resignat. benefic. libro 12. quæst. 3. num. 49. Gonçalez gl. 5. §. 7. num. 145.

320 Vnde infertur † habentem in aliqua Ecclesia dignitatem ad sui vitam erectam, & institutam, cui pro eius dote portio d. Ecclesiæ est vnita, annexa, & incorporata, vt in hac Ecclesia Abulens. Archidiaconus de Oropesa, non posse iam obtinere aliam portionem, seu præbendam eiusdem Ecclesiæ, nec in ea coadiutorem deputari, sine speciali dispensatione Apostolica, quæ tamen vix conceditur, & fuit denegata tempore *Clementis Octaui, & Pauli V.* quamuis contrarium in facti cõtingentia tenuerint aliqui aduocati, & iuristæ Hispani, qui non sciunt, neque callent materias beneficiales, & res Curiæ Romanę, sed omnia ferè semper male, perperam, & præposterè intelligunt.

321 Ex supradicta † autẽ resolutione infertur, duas capellanias sub eodem tecto esse incompatibiles, tãquam beneficia vniformia, & non posse simul teneri absque dispensatione Papæ, sed per assecutionem secundæ primam vacare, Domin. numero 14. & Francus numero 8. in dicto capitulo 1. de consuetudin. *in 6.* vbi tradunt duo altaria in eadem Ecclesia, quæ dantur in titulum, non posse teneri sine dispensatione Papæ, ex illo text. quem habere locum & procedere etiam in beneficijs simplicibus, tenuit Rota in vna Barchinon. Archidiaconatus 21. Octobris 1560. coram D. Groperio, idem tenent Rebuf. in concord. titul. de mandat. Apostolic. §. 1. verb. ita tamen, Syluest. in summ. verb. beneficium 4. nu. 11. & Armilla eodem verb. num. 46. & sequitur Fuscus de visitatione lib. 2. cap. 11. num. 9. qui ait non posse quem habere duas capellanias, in eadem Ecclesia, nec duo altaria in titulum, nec etiam Episcopum dispensare posse, ex d. cap. 1. & in eis procedere Concilium Trident. dict. sess. 7. de reformat. capitul. 4. *Et nouissime Genuens. in praxi capite 65. in annot. num. 12. & 13.*

322 Et fuit † resolutum in causa Toletana capellaniæ de Baraias 3. Martij 1589. & 4. Iunij 1590. coram D. Mantica, & 15. Febr. 1591. coram D. Pamphilio, vt in decisionibus seqq.

*3. Martij 1589. coram Domino Mantica.*

☞ Apud me fuit qbæsitum, an gratia si neutri Dom. Hippolyti sit iustificata, decisum fuit illam fuisse iustificatam, & nunc vtroque informante, idem con-



clusum fuit, hoc tamen reseruato, vt particulariter videatur an hæc capellania à Frãcisco de Henao fuerit primo, vel secundo loco obtenta, quia si secundo loco est obtenta, non vacat, sed prima, cap. de multa, de præben. cum concordan. Alia vero, quæ obijciuntur, fuerunt resoluta. Et primo non obstat, quod obijcitur non constare de lite, sine qua gratia, si neutri, non potest consistere, in reg. de annali, quæst. 28. nu. 3. vers. præterea, nullamq; litem fuisse probetur, quia tempore datæ non erant literæ expeditæ ex regula, quod commissiones causarum, cui sane fuit derogatum cum illa clausula, dummodo literæ expediantur intra terminum ad articulandum, & interim non est vera lis, Staphil. de literis gratiæ super signatura par. 2. tit. de clausula, si neutri, in literis supposita nu. 2. Rebuff. in praxi de rescript. si neutri, nu. 12. cum seq. quia à Dominis fuit responsum, non probari, quod tempore quo gratia si neutri fuit concessa, literæ non fuerint expeditæ, imò cum illæ sint in actis expeditæ, legitimo tempore præsumuntur expeditæ, Cassad. decis. 4. nu. 2. in fi. cum seq. super regula. Mohed. decis. 141. ex hoc tollitur etiam quod dicitur ius patronatus fuisse derogatum cum clausula quatenus sit vera lis, quia cum literæ intelligantur expeditæ, apparet fuisse veram litem, quæ etiam calumniosa dici non potest, ex eo quod diuersus valor fuerit expressus, quia hoc facile potuit contingere per errorem, qui in dubio magis præsumitur, quam dolus, l. quoties, §. 2. ff. de probatio. cum concordan. & ob id secunda gratia si neutri fuit impetrata. Nec etiam obstat, quod lis dicatur extincta per regulam, de annali, quæ quandocunque potest opponi, & habet oculos retro, Cassadorus decisione 12. numer. 4. & 5. super regul. Sarnens. de annali, quæstio. 5. quia regulæ fuit, quoad omnes eius partes derogatum, & cum prima gratia fuerit nulla ob non expressionem veri valoris, & sic aliter, quam ex regula, illa non habet locum in hac gratia si neutri, Sarnens. regul. de annali, quæstione 28. numero 4. versicul. vt tamen ista conclusio, & fuit decisum in causa Brixiens. parochialis coram R. P. D. Bubalo 22. Iunij 1587. Neque etiam refragatur, quod secundo loco obijcitur, non constare de vacatione, quia agitur de capellanijs simplicibus, quarum vna per assecutionem alterius non vacat ipso iure, sed per optionem, quæ datur, Ioan. Andr. in cap. 1. glossa penultim. de consuetud. lib. 6. Abb. in cap. referente, num. 3. de præbend. quia diuersa sententia magis probatur, Innocent. & Hostiens. in cap. ex tuæ, de clericis non resident. & sequitur Henric. Boie. in capit. de multa sub num. 6. item non credo verum de præbend. & Antonius de Butrio in capitul. præterea, numero 9. in fin. de præbend. dicit, quod hæc opinio seruatur in Curia, quam etiam communem fatetur Abbas in c. referente, num. 3. eod. tit. quæ multo etiam facilius est recipienda in beneficijs conformibus in eadẽ Ecclesia, vt in casu proposito, quia sine dispensatione Sedis Apostolicæ non possunt obtineri, Imol. in c. de multa, sub nu. 3. vers. sed super duabus, de præbend. & fuit decisum in causa Barchinonen. Archidiaconatus coram R. P. D. Groperio 21. Octobris 1560. Lõge minus officit, quod tertio loco obijcitur à fundatore fuisse dispositum, vt præsentatus possit vtrãque capellaniam retinere iuxta Feder. de Senis consil. 110. quia hoc in fundatione non fuit expressum,

ſed poſtea longe ex interuallo, & ideo patronus cõtra iuris diſpoſitionem nouam legem beneficio non potuit imponere, Imola poſt gloſſam in c.cum dilectus, num.21.Abb.num.5.de conſuetud.Felin. in c. ſignificauit num.3.de teſtibus. Neque obſtat, quod Franciſcus de Henao eſſet triennalis, & ideo prima capellania non poſſit vacare per aſſecutionem alterius, cum poſſit allegare diſpenſationem, & quemlibet meliorem titulum de mundo, vt vulgo dici conſueuit, quia fuit reſponſum eum non poſſe triennalem pacificum poſſeſſorem, quoniam litem habuit cum Ferdin. Solier. vt ex actis conſtat & deducitur per informantes: atque his reſolutis, reſtat ſolum videre, an capellania, de qua eſt controuerſia, fuerit primo, vel ſecundo loco obtenta.

123 *In eadem † coram eodem 4. Iunij 1590.*

Dubitaui, an per aſſecutionem capellanię de Pennaloſa facta à D.Franciſco de Henao anno 1583.cẽſeatur vacare capellania de Baraias, quam ipſe prius obtinuit 1579.& cauſa ſæpius propoſita diuerſæ fuerunt ſententiæ dominorum. Sed tandem concluſum fuit eam vacaſſe, quia idem D. Franciſcus poſtea de facto aſſecutus fuit d.capellaniam de Pennaloſa, & qui ſe ſcienter in aliquo beneficio intrudit, ipſo iure priuatur eo, quod prius obtinebat, cap.eum qui de præbend.lib.6. nam vitioſa poſſeſſio poſterioris beneficij facit vacare priora, glo.in Clem.ſi plures in verb.vacare in fi.de præbend. Rota deciſ.3.eodem tit.in nouis. Quod domini dicebant eſſe intelligendum, non ſolum de beneficijs cum cura, ſed etiam ſine cura, dummodo ſint incompatibilia, vt ſentit Archid.in d.c.eum qui, nu.2. Gemin.nu.7.verſ.an autem, & Franeus nu. 1. & alij, & ideo habet etiam locum in duabus capellanijs exiſtentibus in eadem Eccleſia, quæ cum ſint beneficia vniformia, non poſſunt abſque diſpenſatione ſub eodem tecto retineri, c.1.de conſuet.lib.6.c.literas, de conceſ. præb. Abbas in cap.extirpandæ §.qui vero in 2.lectura n. 41, de præb. imo maior videtur incompatibilitas duarum præbendarum in eadem Eccleſia, quam duorum curatorum, vt tradit Card. Zau. in Clement. ſi iuxta 4.oppoſit.de præbend. Neque dictum c. eum qui, debet intelligi de eo tantum, qui occupat beneficium, vt videtur ſentire Caſſador.deciſ.6. nu.6.de cauſa poſſeſ.quia ille textus loquitur alternatiue de eo, qui beneficium vi occupat, ſeu ſe ſcienter iniuſte in eo intruſerit: & ideo ſufficit alteram partem eſſe veram, l.ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtit. l. ſi quis ita ſt pulatus, de verb.obligat. reg. in alternatiuis in 6.& ita videntur ſentire Dd.in d.c. eum qui, & Bonif.de Vital.in Clem.gratiæ nu.12.de reſcript. itaq; ſufficit, dictum Franciſcum ſe ſcienter iniuſte in dicta capellania intruſiſſe, etiamſi per vim eam non occupauerit, vt ſit locus vacationi alterius. Neque dici poteſt, dictum Franciſcum ignoranter poſſeſſionem dictæ capellaniæ de Pennaloſa accepiſſe, & conſequenter ceſſare pœnam dicti c.eum qui, vt explicat gl.ibidem verb.ſcienter, per c.ſi beneficia, eodem tit.quia gl.aperte loquitur de ignorantia facti, & aliud dicit de ignorantia iuris, quæ non excuſat, cap. ignorantia de reg. iur. in 6. & ita intelligit etiam Gemin.conſ.78.col.1.in fine, verſ.nec obſtat ſi dicatur, & Prob.in addit.ad Monach.in d.c. eum qui. nu. 3. verſ.ex præmiſſis, & Vital.in d.Clem.gratiæ, nu. 17. in propoſito autem Franciſcus ſcire potuit, aut ignorare non debuit, vacare capellaniam de Pennaloſa, quia hoc à iure ſtatutum eſt, d.c.eum qui, paria enim ſunt ſcire, & ſcire debere, l.ſi Titius, ff.de hdeiuſſor. l. quod te mihi, ff.ſi cert.petat. l.ſi duo, de acquir. hæred. Angel.conſ.160.circa finem, Tiraq. de retract. lign. §.12.gloſſ. 11. num. 9. nam ſtultus non debet eſſe melioris conditionis quam peritus, l.Seruius, ff. quod vi aut clam. Et hæc ratio expreſſa eſt in dict. cap.eum qui. Porro dictus Franciſcus in 6.poſitione aperte confitetur, quod quando aſſecutus fuit capellaniam de Pennaloſa, habebat capellaniam de Baraias, igitur ſcire debuit tandem Capellaniam de Baraias ipſo iure vacare. Idem quoque, quod ſciens ſe habere aliam capellaniam aſſecutus fuit d.capellaniam de Pennaloſa, colligitur ex petitione ipſius facta coram Illuſtriſſimo Toletano in proceſſu paruo fol.4.dum dicit non obſtare, quod dicta capellania de Pennaloſa ſit incompatibilis cum altera quã obtinet in eadem Eccleſia, & quod non poſſit obtineri, cum ambæ ſint ſub eodem tecto, quia quãtum ad primum fuit, inquit, ſatisfactum, & reſponſum, cum ipſamet inſtitutrice, quæ dicit, quod prædictus Franciſcus obtineat dict.capellaniam in dicta Eccleſia, quamuis habeat aliam, ſeu alias, & ſic, inquit, cũ iſta libertate, & diſpoſitione ſufficit, & poteſt illam obtinere. Ex quibus verbis colligitur eum ſciuiſſe incompatibilitatem, ſed ſe ipſum tuetur ex diſpoſitione teſtatricis, qua defenſione idem etiam vtitur in 5.articulo in eodem proceſſu paruo fol. 8. igitur factum non ignorauit, ſed ius, & ignorantia iuris non poteſt ei ſuffragari, vt dictum eſt. Neque obſtat, quod dictum cap.eum qui, habeat locum in eo, qui ſe ſine vllo titulo ſcienter intrudit in alio beneficio, vt ſentit Vital.in Clem.ſi plures, nu. 4. de præbend. & Gigas de intruſ. nu.2. & 4. & quod d. Franciſcus habeat titulum in capellania de Pennaloſa, licet non ſit canonicus, quia primo reſponſum fuit dictum c. eum qui, loqui de eo, qui ſe ſcienter iniuſte in beneficio intrudit, intruſus autem dicitur non ſolum is, qui nullum habet titulum, ſed is etiam, qui habet titulum ab eo, ad quem non ſpectat ius conferendi, vt notat Abb. per illum text. in cap. quia diuerſitatem num.2, de conceſ. præbend. Calder. conſ.13. de verbor. ſignificat. & Decius conſ.121.numer.4. Caſſad. deciſ.7.num. 3. ſuper regulis. Secundo reſponſum fuit, quod Franciſcus nullum habet titulum, quia per aſſecutionem capellaniæ de Baraias ille titulus, quem obtinuerat in capellania de Pennaloſa, fuit extinctus vt in hac eadem cauſa deciſum fuit, die 7. Octobris 1589. igitur perinde habetur, ac ſi nunquã illum titulum habuiſſet. Sarnen. in reg. de triennali, quæſtione 18.num.1. in fi. Nec obſtat, quod expectatiua, quamuis fuerit reuocata, tribuat titulum coloratum, Mohed.deciſ.184. Sarnen. de triennali. q. 24.num.4. Caputaquen.deciſ.312.libro 3. quia hoc intelligitur ad effectum ſpolij, & in odium ſpoliatoris, quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, cap. in literis, de reſtitut. ſpoliat. cap. licet Epiſcopus, de præbend. libro 6. Præterea hoc intelligitur, quando quis probabiliter ignorauit expectatiuam eſſe reuocatam, & conceditur pœnam d. c. eum qui, cum ſimil. locum nõ habere in eo, qui recipit beneficium incompatibile credens ſe habere ius in eo, & non habet,

habet, Aegid. decis. 563. & Staphil. de literis gratiæ fol. 110. verficul. limita tamen, & Puteus decisione 346. libro 3. diuersum est autem in eo, qui scivit, aut ignorare nó debuit titulum esse reuocatum, & ideo cum in casu proposito Franciscus scierit illum titulum, quem habuerat in capellania de Pénalosa, fuisse extinctũ, aut saltim hoc ignorare non debuit, quia hoc à iure statutum est, Clemen. gratiæ, de rescript. à pœna dicti cap. eum qui, excusari non potest. Vnde non obstat decisio Virdunen. canonicatus coram R. P. D. Pamphilio die 28. Iunij 1589. quia illa ex eo potissimum nititur, quod Guido factum ignorauit, & facti ignorantia excusat d. c. ignorantia de regulis iuris lib. 6. cum concordan. at in casu proposito Franciscus errauit in iure, cuius ignorantia neminem excusat, vt superius dictum est. Ex his etiam tollitur, quod dicitur titulum etiam nullum, inualidum, surreptitiũ, & putatiuum excusare à pœna priuationis propter incompatibilitatem, quia domini dicebant, hoc non habere locum, quando quis scivit, aut ignorare non debuit vitium ipsius tituli, vt ex prædictis apparet. Neque enim placuit Franciscum posse excusari, ex eo quod Maria testatrix voluit eum dictam capellaniam de Pennalosa simul cum alia sub eodem tecto posse retinere, quia hæc est crassa iuris ignorantia, cum potius hoc non possit disponere, Abb. in d. cap. extirpandæ, §. qui verò, in 2. lectura numero 41. de præbend. & in cap. præterea numero 7. de iure patronat. itaque sub dictis contrarijs rationibus, domini censuerunt, propter assecutionem capellaniæ de Pennalosa vacasse capellaniam de Barrais. Hanc decisionem, sed non integram, ponit Farin. decis. 66.

224 *In eadem † 15. Februarij 1591. coram D. Pamphilio.*

☞ Fuit resolutum sententias ad fauorem D. Hippolyti latas esse confirmandas, quia pro parte Francisci nihil deducitur quod alias coram R. P. D. Mantica discussum, & resolutum non fuerit. Nam quod cap. eum qui, in princip. de præbend. in 6. loquatur tantum in beneficijs curatis, & ideo non debeat extendi ad alia beneficia simplicia, quamuis incompatibilia, fuit sublatum in decisione facta 4. Iunij anni præteriti, vbi ex Archid. in dict. cap. eum qui, num. 2. Gemin. num. 7. vers. an autem, & Franco num. 1. Fuit resolutum illud habere locum in quibusuis beneficijs incompatibilibus, propter rationem text. ne melioris conditionis existat stultus, quam peritus, & inuasor eo, qui iustè ingreditur. Quæ ratio cum sit expressa in textu, & militet in omnibus beneficijs incompatibilibus, facit, vt constitutio etiam pœnalis illa comprehendat, glossa in Clem. 1. in verb. eligatur, & ibi Imola de election. Alexand. consil. 171. num. 4. libro 7. & Francus in dict. cap. eum qui, numero 1. in fin. maxime cum versemur in duabus capellanijs in eadem Ecclesia, quæ cum sint beneficia vniformia, æquiparantur duobus curatis, & non possunt absque dispensatione sub eodem tecto retineri, cap. literas, de concess. præben. cap. 1. de consuetud. in 6. Clement. fin. de præben. Abb. in cap. extirpandæ, §. qui vero, num. 41 eodem tit. Cardin. in Clem. gratiæ sub num. 5. de rescript. Rebuff. in tit. de dispensatione ratione ætatis, in verb. incompatibilia, num. 4. & in verb. etiamsi sint sub eodem tecto, in princip. Nauar. de præbend. consil. 26. num. 6 & consil. 29. num. 5. vbi quod sunt incõpatibilia primi generis lib. 3. imò maior est incompatibilitas duorum vniformium sub eodem tecto, quam duorum curatorum, vt tradit glossa in d. Clem. fin. & ibi Card. in 4. oppositione, & Abb. in d. c. literas. in 1. not. sub nu. 2. in fin. ura enim magis abhorrent pluralitatem in eadem Ecclesia, quam in diuersis. Probus in addit. ad Monachum in dict. cap. 1. sub num. 6. & Francus sub numer. 7. circa fin. & alij de consuetudine in 6. vnde sequitur, quod constitutio dict. capit. eum qui, loquens in vno ex æquiparatis, vendicet sibi locum in alio, etiam respectu pœnæ, vni adiecta, censetur etiam in altero repetita, glossa in capitul. si postquam, verb. prouisione, de elect. in 6. Cassad. decis. 5. de constit. numer. 4. Non obstat, quod capite eum qui, emanauerit ad declarationem capit. de multa, de præbend. quod non habet locum in beneficijs simplicibus, quia cum hodie ex declaratione illustrissimorum dominorum Cardinalium S. Concilij interpretum indistincte per adeptionem secundi inducatur vacatio primi ipso iure in omnibus beneficijs residentiam requirentibus, etiam sint canonicatus, vel portiones, satis potest dici capite de multa procedere de omnibus beneficijs, quæ residentiam requirũt, & per consequens, quod capitulum eum qui illa cõprehendat, quia constitutio declarans, etiamsi sit pœnalis, extenditur ad omnes casus, in quibus habet locum constitutio declarata gloss. in capit. is qui de elect. in 6. Archidiac. in dict. cap. eum qui, in 1. not. Francus in princip. & Gemin. num. 7. Neque obstat, quod quicquid dicendum sit in duabus præbendis, dignitatibus, & personatibus, tamẽ in pluribus simplicibus, etiamsi residẽtiam requirant, per adeptionem secundi non inducitur ipso iure vacatio primi, sed datur obtinenti optio dimittendi quod voluerit, vt post Ioan. And. & alios in cap. 1. de consuetudine in 6. tradit Oldra. consil. 165. Lapus allegat. 116. cum alijs allegatis, quia vt fuit consideratum in decisione sub die 3. Martij 1589. hæc opinio non caret difficultate, ex notatis per Innocent. in cap. ex tuæ, & ibi Hostien. de clericis non residen. Butrium, qui dicit curiam contrarium obseruare in cap. præterea, nu. 9. in fin. de præbend. cum alijs in decis. allegatis præsertim in beneficijs vniformibus existẽtibus sub eodem tecto, quæ, vt dixi, non possunt, absque dispensatione retineri, & æquiparantur curatis dict. capit. de consuetudine in 6. quod loquitur etiam in beneficijs simplicibus: vt tenuit Rota in vna Barchinonen. Archidiaconatus 21. Octobr. 1560. coram D. Groperio, & cessat hodie difficultas stante supradicta Illustrissimorũ Cardinaliũ declaratione, quę tollit omnẽ scrupulum, vt in fortioribus terminis beneficiorũ existentium in diuersis Ecclesijs, fuit resolutum coram me in causa Virdunen. canonicatus sub die 2. Iunij 1589. & sic cessant omnia, quæ deducebantur pro excusatione Francisci, quia versamur in ignorantia iuris satis clari, quæ nõ excusat, vt in istis terminis post Gemin. consil. 78. colum. 1. in fin. vers. nec obstat si dicatur, tradit Probus in addit. ac Monach. in dict. cap. eum qui sub nu. 3. vers. ex præmissis, pœna enim sunt scire, vel scire debere, l. quod te, ff. si cert. petat. cum simil. & eo magis, quia vt alias deductum fuit coram D. Mantica, die 4. Iunij, Fran-

ciſcus nõ ſe fundabat in iſta dubietate iuris communis, ſed nitebatur alia ratione, videlicet ex facultate ſibi data à Maria fundatrice retinendi capellaniam à ſe fundatam vna cum alia, etiam ſub eodem tecto, quæ ratio nullam ei præbet cauſam excuſationis, cum in ipſa fundatione hoc non fuerit expreſſum, nec poſſit patronus, ſaltim ex interuallo imponere nouam legem beneficio contra iuris diſpoſitionem, gloſſa in capite cum dilectus, & ibi Abb. num. 5. & Imola num. 21. de conſuetudine, Abb. in cap. præterea, ſub num. 1. de iure patronat. Felyn. in cap. ſignificauit ſub num. 2. de teſtibus. Non obſtat, quod capitulum eum qui, loquatur in eo, qui ſcienter abſque titulo ſe intrudit in beneficio, quia fuit reſponſum in deciſione ſub die 4. Iunij, quod Franciſcus ſcienter, & abſque titulo ſe intruſerat, quia titulus habitus à Maria per aſſecutionem capellaniæ, de qua agitur, euanuerat, Clem. gratiæ, de reſcript. Nec tanquam titulus reuocatus poterat ei deſeruire, cum ſciret, aut ſcire debuerit reuocationem, vltra quod illud, quod dicit de titulo reuocato, procedit tantum ad effectũ ſpolij in odium ſpoliatoris. Non obſtat triẽnalis poſſeſſio Franciſci, quia ſub die 3. Martij 1589. fuit reſolutum, illam non fuiſſe pacificam propter litem motam per Ferdinandum de Solier, quæ lis non impediuit vacationẽ iſtius capellaniæ de Baraias, quia per rem iudicatam ad fauorẽ poſſeſſoris poſtea fuit extincta, Sarnen. de annali, quæſt. 44. in fin. Mohed. deciſ. 206. vt bene deducunt informantes pro D. Hyppolyto, qui benè euacuant cætera in contrarium deducta, *Et has duas deciſiones refert & ſequitur Genuenſ. d. c. 65. num. 12. & 13.*

225 Nauarrus † tamen in conſil. 16. & 22. de præb. ſecundum vltimam impreſſionem, & ſecundum primam 35. & 36. tenet duas capellanias, ſeu altaria ſub eodem tecto, non eſſe beneficia vniformia ad effectum incompatibilitatis, quamuis vno, & ſimili nomine capellaniæ nominentur, niſi ſint inſtitutæ ad vnum, & eundem finem, & ad eadem munera, & vnam Congregationem, vt ſunt in multis capellis Hiſpaniæ, ſecus ſi ſint inſtitutæ ad diuerſa & ſeparata munera. Quod etiam videtur tenere, Mandoſius de ſignatura gratiæ, titul. de diſpenſatione ad beneficia ſub eodem tecto, verſ. ad duo, & ſequuntur Zerola in praxi Epiſcopali 2. part. verb. beneficium, §. 13. & verb. conformitas. §. 1. & Zechus de republ. Eccleſiaſtica, cap. de beneficiatis ſub nu. 4. verſic. in 1. cap. & benef. & penſion. cap. 5. num. 4. & poſt hæc Gonçalez gloſ. 10. à num. 34. & Proſper de Auguſtino ſupra d. verb. beneficiorum reſignatio 9. cauſa *& Gratian. diſcept. forenſ. cap. 133. à num. 20. & Praſect. in praxi Epiſc. par. 2. c. 5. num. 26.*

226 Quæ ſententia † Nauarri videtur ſeruari in aliquibus partibus Hiſpaniæ, præſertim in hoc Epiſcopatu Abulenſi, nam ſæpè obtinentur ab vno duæ capellaniæ in eadem Eccleſia abſque Papæ diſpenſatione, imò nec Epiſcopi, & aliquando cum diſpenſatione Nuntij, qui eam ſolet concedere, & ſæpe in praxi ſeruatam percepiſſe, ait ibi Gonçalez.

227 Sed contrarium, vt dictum eſt, † tenent relati, & Rota in dicta Toletana capellaniæ de Baraias, in qua capellaniæ erant diſtinctæ, & diuerſæ, & à diuerſis fundatoribus fundatæ.

228 Et ſtante, quod ſint † beneficia vniformia, conſuetudo in contrarium non erit habenda in conſideratione, ex dictis num. 184. nec diſpenſatio Nuntij, ſicut nec Epiſcopi, ex dictis ibidem numero 185. & 221. & Rota in dict. Toletana capellaniæ de Baraias, qui non poteſt contra Concilia, & canones diſpenſare, Hoieda cap. 11. num. 4. & cap. 12. num. 13. cum alijs.

229 Verum cum † non ſit ius clarum eſſe beneficia vniformia, ſed potius in eo ſint opiniones, conſuetudo tenendi in eadem Eccleſia duas capellanias huiuſmodi, ſine diſpenſatione, aut cum diſpenſatione Ordinarij, ſeu Nuntij videtur tolerabilis, etiam poſt Concilium, ſine diſpenſatione, vbi illud quoad hoc non ſit receptum, vt infra, num. 257.

230 Sed difficultas eſt, † an duo beneficia difformia, & diſſimilia ſub eodem tecto ſint incompatibilia, verbi gratia, dignitas & canonicatus, beneficium curatum, & ſimplex, canonicatus, & capellania, beneficium curatum, ſeu ſimplex cum capellania.

231 Et eſſe incompatibilia, † ita tamen, vt non vacet ipſo iure vnum per aſſecutionem alterius, & ex conſuetudine, ſeu ſtatuto, aut diſpenſatione Epiſcopi poſſint retineri, tenet gloſſ. verb. niſi vnicum, in d. cap. 1. de conſuetudine in 6. & gloſ. fi. in cap. ſuper eod. de præbend. gloſſ. etiam fi. in d. Clem. fi. eodem tit. Ioan. Andr. & Abb. numero 6. in d. cap. literas, idem Abb. in cap. cum iam dudum num. 9. & in rep. cap. extirpandæ, §. qui vero, num. 41. de præben. Dom. in d. cap. 1. nu. 13. & in cap. gratia, de reſcript. in 6. ſub num. 8. Francus in d. cap. 1. nu. 7. & ibi Probus ſub num. 6. Ripa in cap. eam te, de reſcrip. nu. 28 Selua de benef. 3. par. quæſt. 39. num. 1. & 4. par. q. 7. caſu vltimo, Staphil. de literis gratiæ ſecunda forma expect. num. 5. Gomezius de expectat. num. 44. Gregor. Lopez in d. l. 3. tit. 16. par. 1. verb. otro en otra Igleſia, Duennas reg. 71. num. 5. Ferretus conſ. 255. num. 4. Mandoſ. de ſignatura gratiæ. tit. de diſpenſatione ad beneficia ſub eodem tecto, verſ. ad duo, & verſ. canonicatus. & dignitas, Hoieda cap. 11. nu. 4. & 5. & cap. 20. nu. 25. Quintana duennas dict. lib. 4. numero 131. Cechus de republica Eccleſiaſtica, cap. de beneficiatis ſub nu. 4. verſ. in 1. cap. & de benef. & penſ. cap. 5. ſub numer. 4. & Achilles dicens communem deciſ. 269. Puteus 466. lib. 2. num. 3. & dec. 189. lib. 3.

232 Et fuit † dictum in cauſa Lucana beneficiorum & coram D. Seraphino 4. Nouemb. 1579. Archipresbyteratum cum ſit dignitas, etiam ſine præbenda, eſſe incompatibilem ſub eodem tecto cum canonicatu, &c. Et in vna Teleſina beneficij coram eodem vltima Ianuar. 1594. fuit dictum, Diſpenſationem narratam ad retinendum plura ſub eodem tecto debere iuſtificari, etiam quod poſſint retineri ex diſpẽſatione ordinarij, ſi ſunt difformia, iuxta notata per gloſſ. in d. cap. 1. de conſuetud. in 6. & ita fuiſſe reſolutum ex voto habito à dominis de Parco in cauſa Iuuenacen. Archipresbyteratus 26. Iunij 1561. coram Domin. Pamphilio, &c. *In qua quidem Iuuenacen. fuit reſolutum, habita etiam ſententia d. abbreu. de Parco maiori, quòd ſi habens beneficia deformia ſub eodem tecto, impetrat aliud, debet in narratiua dicere, quòd duo beneficia ſub eodem tecto obtinet ex diſpenſatione Apoſtolica, vel ex conſuetudine, & narratur confirmatio hoc pacto, videlicet, qua inſimul*

*obtineri*

*obtineri consueuerunt absque dispensatione Apostolica; & talis narratiua est necessaria, quod si in supplicatione nihil fuisset expressum, supplendum esset ex officio alterum illorum ad iustificationem partis, & aliter literæ non expedirentur: & dicta narratiua est iustificanda. Et fuit conclusum, narrantem in sua gratia se obtinere canonicatum cum capellania sub eodem tecto ex dispensatione Apostolica, teneri iustificare dispensationem Apostolicam non obstãte quod dicta beneficia obtineri possint absque dispensatione Apostolica, sed ex dispensatione ordinarij vel consuetudine, propter stylum Cancellariæ, & ex vulgari regula, quod omnia narrata tanquam pars gratiæ sunt verificanda, Fel. in c. constitutus in princ. de reseru. &c. vt per Genuens. ita referentem istam decisionem Iuuenacen. in praxi 2. edit. c. 65. in annotat. numero 14. & in Campanien. canonicat. 26. Octobr. 1598. coram Seraphino, quæ est decisio 164. nouissim. Farinac. fuit dictum, vacare canonicatum per assecutionem canonicatus in eadem Ecclesia, id esse indubitatum, & extare decisionem coram Gypsio in causa Leodien. canonicatus 26. Febr. 1567.* Et ista sententia est communis, vt per Nau. cons. 18. n. 1. de præb. & eam tenet Azor 2. o. lib. 3. c. 50. q. 6. & li. 6. c. 11. q. 2. & 4. & c. 12. q. 6. & c. 13. q. 6. licet non posse Episcopũ dispensare dicat d. li. 3. c. 7. q. 4. c. 8. q. 6. c. 9. q. 3. & 6. c. 10. q. 4. & c. 11. q. 18. & 23. *& nouissimè Genuens. d. n. 11. & 14. & in Man past. c. 72. nu. 15. dicens non posse retineri beneficia difformia, sub eodem tecto, posse tamen ab ordinario obtineri, si ita habeat consuetudo, quod obtineantur in eadem Ecclesia, vel statutum Ecclesiæ, aut dispensationes Episcopi, & Moscon. de maiest. milit. Eccles. lib. 1. p. 3. c. 2. pag. 453. dicens quod plura simplicia sub eodem tecto difformia quis retinere poterit cum dispensatione episcopi ex causa.*

233 Quæ tamen † non videtur procedere consequẽter in eo, quod dicit posse ex statuto retineri, nam si de iure sunt incompatibilia, non potest statui contrarium per statutum, ex traditis per Felinum in c. quod super his, de maiorit. & obedient. Rochum in cap. fin. de consuet. sect. 3. à nu. 7. Bott. de synodo 3. p. art. 1. à num. 36. *& Alexand. Monet. de distrib. p. 2. quæst. 13. ex num. 2.*

234 Sed responderi † potest stando in ista sententia, quod licèt sint incompatibilia de iure, non tamen est ius clarum, sed dubium, in quo versantur opiniones, & ideo rectè valet statutum, ex traditis per Felinum supra numero 9. Rochum 23. & Bott 96. & seq. & Monetam num. 21.

235 Verum contrariam sententiam, nempè quod sint compatibilia de iure, nisi aliàs sint sibi repugnantia ratione residentiæ seu seruitij, tenent Abb. cons. 96. dub. 2. p. 2. D. in c. cum in Ecclesia de præbend. in 6. nu. 7. & ibi Francus nu. 4. Lapus allegat. 116. & 127. vbi Mandos. Millis in repet. verb. beneficia plura in fi. Felin. in c. ex p. 2. nu. 3. & ibi Decius nu. 4. de rescr. Staph. tit. de qualitate, & statu benef. §. circa istam nu. 1. Lamb. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 15. nu. 5. & 14. & Rebuff. in concordat. tit. de mandatis Apostolicis. §. 1. verb. ita tamen prope fi. vers. nota tamen, quod sine dispensatione, & in praxi tit. de non promotis, num. 76. & tit. de dispensatione ratione ætatis, verb. incõpatibilia, nu. 4. qui tamen sibi contrariatur ibi, verb. in cathedralibus, vers. & quamuis Episcopus, Flam. Paris. d. li. 3. q. 1. nu. 128. dicens cõmunem. Et sequitur Nauar. cons. 21. de præb. vbi docet, quod dignitas, & canonicatus iure communi in eadem Ecclesia ab vno possunt obtineri, & cons. 24. eodem tit. nu. 4. & 6. vbi ait, quod de iure communi duo beneficia difformia eiusdem Ecclesiæ sibi alioqui non repugnãtia propter onera vtrique eodem tempore incũbentia, nunquam sunt incompatibilia, etiam quoad retentionem, quia non facit ea incompatibilia necessitas residendi, nam cum consistant in eadem Ecclesia, potest quis in vtroque residere regulariter, vt in dignitate, & canonicatu, &c. Prosper de Augustino supra, Lessius de iust. & iure, lib. 2. cap. 34. numero 144. Perez de Lara de anniuer. & capell. lib. 2. cap. 7. à n. 17. & hanc sentẽtiam videtur tenere Frãcus in d. cap. 1. nu. 8. vers. soluit tamen Lapus. Et nouissimè tenet Marcus Anton. Genuens. in praxi Archiepiscopali curiæ Neapolitanę, c. 64. nu. 5. & post hæc Gonçalez glos. 10. à nu. 41. dicens veriorem, & communiorem, quamuis dicat, quod cum hodie ex dispensatione S. Concilij Trident. omnes dignitates & canonicatus, & portiones requirant præcisam residentiam, ac sint incompatibilia, minimè possit quis habere cessante consuetudine, aut dispensatione Papæ, vel saltim Episcopi dignitatem cum canonicatu, vel portione, nec canonicatum cum portione, quamuis sint beneficia difformia, cum neque in diuersis Ecclesijs in simul retineri possint, sed certè si ratione residentiæ esset incompatibilis dignitas cũ canonicatu, seu portione in eadem Ecclesia, non possent teneri cum dispensatione Episcopi, iuxta dicta infra à numero 370. sicut teneri non possunt in diuersis Ecclesijs, nec canonicatus & portio possũt teneri in eadem Ecclesia cum dispensatione Episcopi, *Genuens. (qui tamen iam mutauit sententiam, vt supra numer. 232. in fin.) tenet etiam istam sententiam cũ Gonçalez Gratian. discept. forens. cap. 133. à num. 21. & Rota in Cesanaten. canonicatus 19. Februarij 1590. coram Gipsio 119. nouissimè Farinac. vbi quod de iure capellania & canonicatus in eadem Ecclesia non sunt beneficia incompatibilia, ex Lapo & alijs.*

236 Et pro † prædicta sententia facit tex. in c. super eo de præben. in 6. vbi absolutè dicitur, non esse necessariam dispensationem, quod non ita absolutè diceretur, si dispensatio Episcopi esset necessaria. Allegatur etiam pro ista sententia tex. in c. eam te, de rescript. & in c. cum olim. de re iudicat.

237 Et hæc sententia † mihi videtur verior de iure, nam non video aliquem tex. ex quo contraria sententia probetur.

238 At quicquid sit † de hoc, in eadem Ecclesia nullo modo potest quis esse triplex absque Papæ dispensatione, nec valet consuetudo, vel statutum in contrarium, ex d. cit. cap. 1. de consuetudine in 6. & ibi Dom. nu. 5. & 12. Francus 7. & Probus sub num. 6. & glos. fi. in d. Clemen. fi. de præbend. Alexan. de Neuo in addit. 1. ad Abb. in c. Iacobus, de sumo. Puteus d. decis. 446. lib. 2. num. 3. Ferret. de cons. 355. num. 4. & Marc. Anto. Genuen. supra dicens seruari in vrbe *& Gratian. decis. 155. nu. 19. & discep. forens. c. 135. num.* 18. Et facit declaratio S. Congregationis infra adducta, nu. 249.

239 Quamuis † Botteus de synodo 3. p. ar. 1. n. 88. dicat valere statutum Episcopi, quod quis possit in eadem Ecclesia esse duplex, vel triplex in beneficijs difformibus, citans Dominicum & Francum in dict. capi. 1. qui id non dicunt de triplici, sed potius contrarium.

Ex

240 Ex quo videtur falſum † conſilium Nauarr. 22. de præbend. vbi docet poſſe teneri duas capellanias, cum dignitate in eadem Eccleſia ex conſuetudine, ſi dignitas non eſt ſufficiens ad ſuſtentationem, ſequitur Zerola in praxi 1.p. verb. conformitas.

241 Cuius † etiam doctrina falſa videtur 1. par. verb. beneficia. §. 7. 3. & 4. concluſ. vbi ait, quem in eadem Eccleſia poſſe habere canonicatum cum præbenda, & dignitate, & ſimplex beneficium, quando ſimplex beneficium, vel ille canonicatus non eſſet per ſe ſufficiens, ex Card. conſ. 3. & Staphil. 4. forma expectat. num. 5. qui tamen id non dicunt. Nec obſtat ratio, quod canonicatus cum præbenda, & dignitate habentur loco vnius Staphil. ibi, nu. 2. nam in triplicitate ea non procedit, facit d. declaratio S. Congregationis adducta, nu. 249.

242 Nec poterit Nuntius, † ſeu Legatus in hoc diſpenſare, niſi haberet ad id ſpecialem facultatem, quam tamen non ſolent habere maxime Nuntij, quamuis sciam aliquando Nuntium Hiſpaniæ diſpenſaſſe ad tria ſub eodem tecto, *& ita quando in ſupplicatione & gratia beneficij impetrans narrat obtinere tria ſub eodem tecto, additur ex diſpenſatione Apoſtolica.*

243 S. tamen † Congregatio Concilij approbauit primam ſententiam, quod duo beneficia diſformia ſub eodem tecto ſint incompatibilia, vt apparet ex declarationibus ſequentibus. Prima Epiſcopo Ferrarien. Reuerendiſſime domine S. Congregatio cenſuit, ſi re ipſa vera ſunt, quæ in hoc libello commemorantur, ſanctorum Coſmæ, & Damiani capellaniam ipſo iure non vacaſſe, nec item ex Conc. Decretis incompatibilem cum manſionaria, de qua agitur habita ratione annorum fructuum vtriuſque beneficij, qui per quam tenues ſunt, opus tamen eſſe diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, vt Ferrinus ille vtrumque beneficium retinere poſſit ea ratione, quia vtrumque eſt ſub eodem tecto, die 9. Decembr. 1570. Secunda eidem 17. Decembr. 1570. Capellania, & monaſterium, quorum fructus ſunt tenues, ſunt incompatibilia beneficia, nec poſſunt retineri ſub eodem tecto, ſine diſpenſatione Apoſtolica. Sed iſta declaratio cum loquatur in monaſterio, poteſt procedere, iuxta dicenda infra cap. 7. Tertia, ſuper cap. 7. ſeſſ. 24. Capellania, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poteſt cum canonicatu per hoc Decretum, non autem ſi haberet ſimpliciter onus celebrandi Miſſam, niſi eſſent ſub eodem tecto, & tunc poteſt cum diſpenſatione Apoſtolica. *Et ex declaratione Abulen. ſupra adducta 25. par. c. 8. nu. 87. ad 6. de quaſi anum. 156. & ex declaratione ſupra adducta num. 136.*

244 Vnde cum † ex ſententia S. Congregationis talia beneficia ſint incompatibilia, conſequenter dicendum eſt primum ipſo iure vacare per aſſecutionem alterius, ex d. cap. 4. ſeſſ. 7. iuxta declarationes ſupra adductas, nu. 84. nec hoc negatur in d. declaratione Ferrar. 9. Decembr. quia ſolum ibi dicitur non vacaſſe, nec eſſe incompatibilem capellaniam cum manſionaria habita ratione fructuum, id eſt, ratione ſufficientiæ. Et ita apparet ex alia declaratione eiuſdē S. Congregationis, quæ ſic ait, Canonicus obtinens dignitatem perdit canonicatum. Quam refert Cehus d. c. de beneficiatis, ad finem.

245 Alias † tamen Congregatio cenſuit, Poſſe aliquem in vna Eccleſia ex priuilegio, vel conſuetudine fungi duplicio officio, vt ſit theſaurarius, & canonicus, & propterea duplices lucrari diſtributiones, quia obtineat eas diuerſo iure, cum inter dignitates ſuppleat numerum dignitatum, & inter canonicos ſuppleat numerum canonicorum, nec eget ſubſtituto, Abb. in c. cum olim, nu. 6. de re iudicata.

246 Et quod dignitas † poſſit retineri cum canonicatu in eadem Eccleſia, vbi eſt conſuetudo abſque alia diſpenſatione, eſt declaratio ſupra adducta 3. p. c. 2. num. 483. *& alia ſupra adducta nu.* 136. & in vna ☞ Valentina 1593. Congregat o cenſuit, Conſuetudini permittenti, quod in eadem Eccleſia dignitates cum præbendis canonicalibus teneantur, non eſſe derogatum a S. Concilio Trid. ſeſſ. 24. c. 17.

247 Et poſtea dato † huiuſmodi memoriali, Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi domini in Metropolitana Eccleſia Valentina ex antiquiſſima, & immemoriali conſuetudine abſque diſpenſatione Apoſtolica cōſueuerunt illius dignitates canonicis eiuſdem Eccleſiæ, tam Apoſtolica, quam ordinaria authoritate conferri, & per eoſdem canonicos obtineri, idque licite fieri poſſe per S. Congregationem declaratum fuit, quærit tamen D. Archiepiſcopus, an quando canonicus ex illius præbendæ honeſte ſuſtentari poteſt pro ſui gradus qualitate, liceat ſibi eidem canonico aliquam ex huiuſmodi dignitatibus conferre. Sic reſponſum fuit, Congregatio Concilij cenſuit conſuetudini permittenti, vt in eadem Eccleſia dignitas cum canonicatu per eundem obtineri, & retineri poſſit, non cenſeri derogatum, ex Decreto Concilij 17. ſeſſ. 24. de refor. vbi diſponitur *habenti* beneficium Trid. cap. competens, non poſſe conferri alterum, Hieron. Card. Matthæus.

248 Ex quibus † declarationibus apparet huiuſmodi conſuetudinem non eſſe periculoſam, quicquid dicat Hoieda cap. 19. numero 12. Videtur enim rationabilis, & introducta, vt decentius obtinentes dignitates ſuſtentarentur, &c. Et eam approbat Azor 2. part. lib. 3. cap. 11. q. 18. & lib. 6. cap. 11. q. 1. & cap. 13. q. 6.

249 Quæ tamen conſuetudo non procedet, nec habebit locum in canonico pœnitentiario, vt in ſequenti declaratione S. Congregation. Iuxta declarationem Congregationis, alias editam poſſe canonicum ex conſuetudine Eccleſiæ in eadem Eccleſia obtinere dignitatem, an obtinens canonicatum, cui poſt Concilium iniunctum eſt onus pœnitentiarij, poſſit vigore d. conſuetudinis obtinere, etiam dignitatem in eadem Eccleſia. Congregatio cenſuit non poſſe, quia conſuetudo ſtricte eſt interpretāda, & quia nemo poteſt eſſe triplex in eadem Eccleſia 8. Ianuar. & 29. *Martij* 1594. *Congr. Concilij cenſuit obtinentem canonicatum, cui poſt Concilium munus ſit iniunctum pœnitentiarij, non poſſe in eadem Eccleſia vna cum dicto canonicatu obtinere dignitatem in vim conſuetudinis Eccleſiæ permittentis canonicum poſſe retinere canonicatum cum dignitate, & tradit Salaçar de Mend. §. 3 c. 5. ponens iſtas declarationes.*

250 Pœnitentiarius † enim habet officium pœnitentiarij, & inſuper canonicatum tali officio annexum, vt clare colligitur ex Concilio ſeſſ. 24. de reformat. cap. 14. & Nauarr. d. conſil. 14. de rebus Eccleſiæ num. 4. Licet ipſe male velit præbendam per illam annexionem eſſe extinctam, vt ſupra dixi, num. 199.

& dictum

& dictum est alias 5.p.c.1.nu.756. *quamuis etiam cõtra Nauar.teneat Alex. Minet.de optio.c.4.num.12.& 13.officium potius ipsum, & onus pœnitentiarię habere se ut accessorium quoddam mortuum & extinctum respectu præbendæ, quàm contra. Sed quicquid ipse dicat, pœnitẽtiarius principaliter habet officium: præbendam autem per annexionem, licet non extinctam, vt patet ex decreto cõcilij, cui non bene respondet Moneta d.nu.13. dicens illud solum intendere Concilium, præbendam aliquam cum tali munere connectere, ita vt si non vacaret alia præbenda, statim institueretur officium, quod si iam vacaret, & præbenda potuisset Episcopus iuxta mentem Concilij præbendę vacanti officium ipsum vnire & annectere; nam mo mens Concilij est, vt pœnitentiarius & eius officium instituatur cum vnione præbendæ vacaturæ, seu vacantis, si tempore institutionis vacaret: & sic ex dispensatione Concilij officium ipsum est principalius, & præbenda accessoria, & illi vnita.*

251 Nec refert quod officium † pœnitentiarij de per se non habet fructus, & beneficium sine fructibus, & de vento, non inducit incompatibilitatem, vt supra dictum est, num. 135. Quia sufficit, quod habeat fructus ratione adiuncti, seu annexi canonicatus, refert *& sequitur Salaçar vbi supra, item id procedit, vt dixi, num.136.*

252 Aliquando tamen † ex gratia & dispensatione Apostolica, canonicus pœnitentiarius obtinet simul dignitatem in eadem Ecclesia, vt vidimus in Ecclesia Salamantina.

253 Et ista ratio † considerata in pœnitentiario, non militat in canonico lecturæ, nec in canonico doctorali, aut magistrali, nam in eis solum consideratur canonicatus, & præbenda, cum tali onere, & non tale officium, cui sit annexus canonicatus, vt alias dixi d.c.1.5. p.num.762. & sic illi canonici, iuxta dictam consuetudinem poterunt simul obtinere dignitatem eiusdem Ecclesiæ, & ita practicatur. *Sequitur Salacar. 6.§.3, in fin. quamuis in vna Lucana optionis domus 24. Iun.1607. coram Mancanedo idem dicatur de canonico lecturæ quod de pœnitentiario, nempe quod pœnitentiarius & Theologus canonicus principaliter habent officium pœnitentiariæ, aut lectionis: præbendam autem habent per annexionem, & quod sic in istis præbendis non datur optio actiuè nec passiuè. Vnde obiter conuinci videtur eiusdem Rotæ decisio in causa Caurien. pensionis 15. Ian. 1607. coram D. Coccino, quæ sic ait 173. contra quam decisionem verius existimo, reseruationem dictæ pensionis fuisse inualidam, tum quia licèt per annexionem officij pœnitentiarij præbenda dicti canonicatus non extinguatur, tamen officium ipsum est principalius, vt dixi supra nu. 250. & d.c.1.5.p.nu. 730. & sic oportebat illud exprimere in gratia pensionis, iuxta dicta d.num.730. Tum quia quando ipsi canonicatui esset annexum onus pœnitentiariæ, vt dicitur in ista decis. Caurien. & sic consideraretur canonicatus cum isto onere, sicut canonicatus lecturæ, & Doctoralis, & Magistralis cum suo onere, non valeret reseruatio pensionis super eo reseruata, non facta mentione de tali onere, quia est canonicatus qualificatus, & speciali nota dignus, & sicut non valeret impetratio & gratia talis canonicatus, ea qualitate tacita, vt dicitur in dicta decisione, eadem ratione non debet valere reseruatio pensionis, quemadmodum etiam in beneficio curato, sicut non valet eius gratia & impetratio, non facta mentione de cura, cap. cum in illis. de præbend. in 6. & Clement. 1. eodem titul. & ibi Doctores, ita etiam non valeret pensio super eo reseruata sine expressione curæ.*

254 Supradictis etiam † videtur esse conformis stylus Curiæ, qui, vt dictum est 1.p.cap.5.à num.87. facit ius, nam non solet dari dignitas canonico, seu portionario, vel è contra, nisi cum narratiua, quod dignitas per vnum ex ipsius Ecclesiæ canonicis, seu portionarijs, etiam cum illius canonicatu, & præbenda, seu portione, absque dispensatione Apostolica obtineri consueuit. Vnde videtur stylus habere dignitatem cum canonicatu, seu portione in eadem Ecclesia esse incompatibilem de iure, nec posse obtineri absque dispensatione secluſa consuetudine, & insuper isti consuetudini nõ esse derogatum per Cõcilium. Et quando in gratia, seu impetratione narratur aliquod obtentum, etiam dissimile sub eodem tecto, solet apponi Decretum de illo dimittendo, tãquam incompatibili, nisi petatur, & detur dispensatio ad retinen.

255 Sed hic se offert † difficultas, an sicut consuetudini tenendi dignitatem cum canonicatu, vel portione in eadem Ecclesia non est derogatum per Cõcilium, ita etiam non sit derogatum consuetudini tenendi duo alia beneficia disformia, vt beneficium curatum, vel simplex cum Capellania, in eadem Ecclesia. Et videbatur similiter dicendum non esse illi derogatum,

256 Nihilominus † contrarium censuit S. Congregatio, vt in illa declaratione Abulen. adducta. 5. p.c.8. num.87. ad sextum, & potest esse ratio differentiæ, quod præbenda, & dignitas in eadem Ecclesia habentur loco vnius, Staphil. 4. forma expecta. nu.2. & 5. ad illum effectum, & in præbenda, & dignitate videtur inducta consuetudo, ex ratione particulari, de qua supra, num. 248.

257 Sed vbi Concilium non sit quoad † hoc receptũ, videtur posse adhuc seruari dicta consuetudo, iuxta supradicta, num. 150. Quæ tamen consuetudo non videtur stare in hoc Episcopatu, aut saltem non est certa, & firma, quamuis in quæsito dictæ declarationis Abulen, supponatur, & aliquando ita prætendatur, nam licet per aliquos habeantur talia beneficia sine dispensatione, tamen per alios habentur cum dispensatione Nuntij, iuxta dicta numero 231, & infra à num. 374.

258 Sed antequam hinc discedamus, † oportet scire, quando beneficia dicantur sub eodem tecto, seu in eadem Ecclesia, quod idem est, Hoieda dict. cap. 20. num. 17. an si vnum sit in Ecclesia, & aliud in capella, claustro, aut cœmeterio, vel ambitu eiusdem Ecclesiæ, censeantur esse sub eodem tecto & in eadem Ecclesia.

259 Et omissa distinctione † Rotæ decis. 9. de præb, aliàs 549. in antiq. & Dominici in d.cap. 1. de consuetud. in 6, num. 10. ver. vltimo quæro, ad quem se refert Franc. ibi, numero 7. ad fi. dicendum est cũ Rota decis. 6. de conces. præbend. aliàs 197. in nouis, quam sequitur Pacianus de probatio. lib. 1. cap. 26. num. 31. & seq. & posthæc Gonçalez gloss. 10. à num. 24. quod beneficium situm in capella, claustro cœmeterio, seu ambitu contiguis Ecclesiæ censetur esse in eadem Ecclesia, & pars illius Ecclesiæ sunt, & ideo polluta, seu interdicta Ecclesia, etiam capella, claustrum, & cœmeterium, prædicta polluta seu interdicta censentur cap. 1. de consecrat. Ecclesiæ in 6. cap. si ciuitas. de sentent. excommunicat. eodem

lib.

lib. facit deciſ. 15. & 16. de iure patronat. in antiq. & ita videtur communiter intelligi; ſi vero capella, ſeu cœmeterium, non eſſent Eccleſiæ contigua, ſed extra ſepta illius, tunc beneficium ibi ſitum, non cenſeretur eſſe in Eccleſia maiori, ſeu principali, argum. d.c. ſi ciuitas in fine, licèt capellanus, ſeu beneficiatus illius haberet facere aliquod miniſterium in Eccleſia maiori, puta, intereſſe diuinis, vel celebrare in feſtiuitatibus, vel alia ſimilia; attendendus enim eſt locus, vbi beneficium eſt ſitum, erectum, & fundatum, quamuis ſecus ſit ad effectum decreti Concilij Tridentini. ſeſſ. 25. de reform. cap. 5. de filijs clericorum, quia in Eccleſia paterna prohibentur, quoquo modo miniſtrare, vt ſupra, cap. 3. numero 69.

## *De incompatibilitate, ſeu compatibilitate beneficiorum ſimplicium. §. III.*

### SVMMARIA.

*SVpereſt agendum de incompatibilitate, ſeu compatibilitate beneficiorum ſimplicium, nu. 260. Et primo certum eſt, duo beneficia etiam ſimplicia non poſſe ſimul teneri, ſi ambo requirunt perſonalem reſidentiam incompoſſibilem, num. 261. Secundo certum eſt, poſſe quem licitè obtinere duo beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam non requirentia, quando alterum eorum non eſt ſufficiens ad congruã ſuſtentationem, nu. 262.*

*Difficultas eſt, an plura beneficia ſimplicia reſidentiam non requirentia ſint incompatibilia, & non poſſint retineri, quando alterum eorum eſt ſufficiens, num. 263. Et prima ſententia Innocentij, & aliorum eſt, poſſe teneri, quam ſeruat conſuetudo, quam Papa ſcit, & tolerat, &c. à n. 264. Contraria ſententia eſt gloſſæ, Abbatis, & aliorum, & cõmunem obſeruantiam, & conſuetudinem contrariam non valere, à num. 268.*

*Secundum authorem, loquendo ante Concilium Tridentinum, ſecunda ſententia eſt verior de iure, ex cap. conquerente, de cler. non reſident. nu. 272. Prima tamen ſententia Innocentij poſſet procedere ex conſuetudine, modo non eſſet magna coaceruatio, & nimia pluralitas beneficiorum arbitrio boni viri, etiamſi congruam excederent ſuſtentationẽ: nam & duo beneficia incompatibilia poſſunt teneri ex conſuetudine; & beneficiorum non curatorum multitudo prohibita diuina lege non eſt. à nu. 273.*

*Predicta ſententia Innocentij, & conſuetudo ſublata eſt per Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17. cuius verba ponuntur num. 279. quod decretum comprehendit beneficia iuris patronatus non obſtante quadam declaratione S. Congregationis, cui reſpondetur, num. 280.*

*An habenti beneficium ſufficiens nequeat conferri aliud, niſi prius illo dimiſſo, & alias collatio ſit nulla ex d. decreto, vt videtur ex eius verbis & facit c. is cui, de præbend. in 6. n. 281. & ſeq. Sed contrarium reſoluitur, nam verba dicti decreti intelliguntur ad effectum retentionis tantum, ex S. Congregatione, & Rota, nu. 283.*

*Dictum cap. is cui, procedit in habente poteſtatem delegatam prouidendi de beneficio perſonæ idoneæ, qui non poteſt prouidere beneficiato ſufficienter, quia ad iſtum effectum non dicitur perſona idonea de iure, num. 284. Secus vero eſt in collatore ordinario, & conferente authoritate ordinaria, num. 285. & in patrono, numero 286. Et quamuis in delegatione non apponatur verbum, perſonæ idoneæ intelligitur, niſi exprimatur, quod alias beneficiato poſſit prouidere, nu. 287. & ſeq.*

*Prouiſio legati, qui prouidit authoritate Apoſtolica, & ſicut delegati habenti aliud eſt nulla, ſecundum Rotam ex d. cap. is cui; quod tamen non habet locum in habente beneficium inſufficiens, & tenue, n. 289. & ſeq. & ſic Nũtius Hiſpaniarum, cui datur facultas beneficia 24. ducatorum perſonis idoneis prouidendi, non poteſt prouidere alicui aliud beneficium ſufficiens obtinenti, & alias prouiſum erit nulla, nu. 291.*

*Vicarius Epiſcopi habens ſpecialem facultatem conferendi, poterit conferre omnibus, quibus poteſt Epiſcopus, & ſic etiam habentibus beneficium, etſi dictum ſit, quod conferat idoneis, non obſtante d.c. is, cui, quod non procedit in delegato ordinarij, ſed ſolum in habente poteſtatem delegatam conferendi authoritate Apoſtolica, nu. 292.*

*Improbatur Sbrocius id verum non putans, vbi fieret collatio beneficiatis aliorum beneficiorum collatorum, vel aliàs incompatibilium; nec iura per eum adducta id probant, ſed ſolum quod per aſſecutionem ſecundi vacat primum, &c. ſolum procedet in terminis capit. ordinarij §. in conferendis de offic. ordinar. quod non ſolum videtur procedere in habentibus plures perſonatus, dignitates, vel beneficia curata, ſed etiam alia beneficia incompatibilia, à numero 295.*

*An ſi habenti beneficium ſufficiens conferatur aliud non ſufficiens, per aſſecutionem iſtius vacet ipſo iure primum nu. 300. Reſoluitur affirmatiue, num. 301. Et idem ſi habẽti vnum non ſufficiens, conferatur aliud ſufficiens de per ſe, à numero 302. Nec tollit Concilium, quin habenti beneficium ſimplex non ſufficiens, liceat conferre aliud non curatum, &c. nu. 304.*

*An habenti duo, vel tria beneficia, quæ non ſufficiunt ad congruam, poſſit aliud, vel alia beneficia uſque ad congruam conferri ad effectum retentionis, n. 305. Et certum eſt, ante Concilium licuiſſe plura beneficia alias non incompatibilia etiam vltra duo tenere uſque ad congruam. n. 306.*

*Sed ſtante Concilio id non licet, vt contra Nauarrũ, & alios, & Rotam, tenet Sacra Congregatio in declarationibus adductis, à nu. 307.*

*Ex quibus apparet, Epiſcopum habenti duo ſimplicia, etiam inſufficientia, non poſſe conferre aliud ad effectum retentionis, & ſi contulerit tertium quod ſit ſufficiens, per aſſecutionem illius duo priora ipſo iure vacare; ſi vero tertium non ſit ſufficiens vacabit vnum ex prioribus, quod maluerit dimittere, & ſic tunc habet locum optio, ſicut quando duo curata ſimul conferuntur, &c. numero 311. & ſequ. & num. 313. ponitur decretum Concilij prouincialis Mediolanenſis V.*

*Dictum decretum Concilij non habet locum in penſionibus, ex Sacra Congregatione, licet enim penſiones hodierna ſuccedant loco beneficij, tamen non ſunt tituli beneficiales, n. 314. vnde penſio non facit incompatibilitatem ſub eodem tecto, nu. 15. Sed contrarium tenet Rebuf. & habere videtur ſtylus curiæ, nu. 316. & ſeq.*

*Ponitur quædam declaratio Sacræ Congregationis, quæ eſt notanda in propoſito, nu. 318.*

*Si quis habeat duo beneficia, quorum quodlibet de per ſe non eſt ſufficiens, & poſtea aliquod eorum contingit fieri ſufficiens, an poſſit adhuc illa ſimul retinere, ſtante dicto decreto Concilij, reſoluitur non poſſe, ſed debere vnum ex eis dimittere, nu. 319.*

*Quod dicatur beneficium ſufficiens remiſſiue num. 203. & ad iſtum effectum computandæ ſunt diſtributiones quotidianæ certæ in beneficijs requirentibus reſidentiã, & de groſſa*

canoni-

*canonicatuum certum videtur licet residendo lucrifiat, & ideo etiam non computetur in fructibus ad effectum regulæ de valore, nu. 321. & seq.*

*Licet dicta recte procedant, stante & attento decreto Concilij, illud non videtur usu receptum, saltim in Hispania, nam post illud, sicut antea, ordinarij conferunt plura beneficia, etiam ultra duo vni, etiam quod unum sit sufficiens, & omnia simul retinens, dummodo alias non sint incompatibilia, nu. 323. & etiam in curia idem fit: nam summi Pontifices narranti plura obtenta, solent alia concedere, nec apponitur decretum de dimittendo obtenta, nisi sint incompatibilia, nu. 324. Nec potest dici, Papam super illis tacite dispensare contra Ledesmam à nu. 326.*

*Et id solum posset procedere, ubi Papa illa simul conferret, nu. 327. Ubi ponitur declaratio sacræ Congregationis. Nec etiam dici potest id in Papa procedere ex facultate sibi tradita ab ipso Concilio per decretum ultimum sess. 25. de reform. quia id intraret, si Concilium prohiberet collationem, sed non prohibet nisi retentionem, nu. 328.*

*Et non solum retinentur plura ex prouisione manu sanctissimi signata, sed etiam ex prouisione signata per concessum manu Cardinalis, vel alterius, qui non possunt dici dispensare contra Concilium, num. 329. Et refertur quod circa hoc ait Zechus, nu. 330. Et quod successit Romæ de impetrationibus, quæ fieri prætendebantur iuxta decretum Concilij, & declarationes S. Congreg. nu. 331. Vnde videtur probabile, opinionem Innoc. de qua supra, quam consuetudo antiquissima approbauit, etiam hodie posse procedere, &c. nu. 332.*

*An illegitimus seu irregularis dispensatus, vt quæcunque, & qualiacunque beneficia recipere & retinere valeat, dummodo plura simul non sint, quam quæ a Concilio Trid. permittuntur seu dummodo plura non sint, quod idem est, iuxta stylum vigore talis dispensationis possit retinere plura beneficia alias non incompatibilia, etiamsi vnum sit sufficiēs, stante quod Concilium in eo non ligat, vt pote non receptum, & c. à nu. 333. & resolutur affirmatiue.*

260 SVpereſt agendum de † incompatibilitate ſeu compatibilitate beneficiorum ſimplicium.

261 In quo primo certum eſt, † duo beneficia etiam ſimplicia, non poſſe ſimul teneri, ſi ambo requirunt perſonalem reſidentiam incompaſſibilem, vt appareat ex ſupradictis, Abbas in repetit. d. cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. nu. 30. Cortal. 1. p. cap. 5. num. 2. Greg. Lop. ſupra l. 3. tit. 16. par. 1. & Hoieda cap. 17. nu. 30. & conſtat ex decreto Concilij d. c. 17. ſeſſ. 24. de reform. ibi: Dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, ex quo id notat Zerola 1. par. verb. beneficium, §. 7. & 2. part. verb. incompatibilitas, §. 2. *Quod intellige, quando reſidentia eſt præciſa, & ſimpliciter requiſita ratione tituli, & ſub eius priuatione, ſecus quando non præciſa, & ſimpliciter requiſita, ſed cauſatiue, quia non reſidendo priuaretur fructibus, ſeu non lucraretur, quia tunc beneficium non eſt incompatibile, vt cum Imola, Abbate, & alijs in cap. fi. de cler. non reſid. Capra reg. 99. nu. 11. & Nau. conſ. 4. nu. 1. de clerit. non reſid. docet Gonzalez gloſſ. 5. à nu. 20. & Villar del patronado de Calatayud, 9. par. coſtumbre 9. nu. 1. & nouiſſime Gratian diſcept. forenſ. c. 133. à nu. 25. circa quod vide dicta ſuprà 3. par. cap. 2. num. 187. quamuis ex eo, quòd de licentia alicuius poſſit ſeruiri per ſubſtitutum, non deſinunt eſſe reſidentia præciſa, & beneficium incompatibile, cùm beneficium ex ſe, & abſolutè illam requirat, & obtinens ad eam cogi poſſit ceſſante licentia. Et ita cenſuit S. Congregat. Concilij in ſeq. declar. Dubitatur, an ca-*

*pellania, quibus incumbit onus celebrandi Miſſas, & in choro inſeruiendi, ſint incompatibiles cum canonicatibus & parochialibus, cùm per earum conſtitutiones liceat eis inſeruire per ſubſtitutum cum licentia ordinarij & capituli, Congregatio Concilij cenſuit non eſſe compatibiles. Intellige etiam, quando reſidentia eſt continua, & perpetua, ſecus ſi ad certum tempus: nam tunc beneficia non ſunt incompatibilia, quamuis & gratia ibi, quando ſolicet in eodem tempore non occurrerit reſidentia, ſeu ſeruitium vtriuſque beneficij, vt ſuprà dixi nu. 86. & eſt deciſ. Rot. in vna Bononien. prioratus 9. Iun. 1606. coram Domin. Mançanedo, vbi fuit reſolutum, quòd reſidentia non continua, ſed temporalis, & certis diebus dumtaxat non inducit incompatibilitatem cum alio reſidentiam requirente, ex quo poteſt vtriuſque onus adimplere, Imol. in cap. fi. nu. 4. de cler. non reſid. Capra regul. 99. nu. 102. Hoied. de incompat. benef. par. 1. cap. 17. num. 35. Rot. deciſ. 483. nu. 3. p. 1. diuerſ.*

262 Secundo certum eſt, poſſe † quem licite obtinere duo beneficia ſimplicia, reſidentiam non requirentia, ſeu vnum reſidentiam requirens cum alio eā non requirente, quando alterum eorum non eſt ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, Nau. in Man. c. 25. nu. 127. Greg. Lop. ſupra, Hoieda 2. p. c. 1. & 2. & Man. Rodriguez in ſumma 1. tom. c. 31. nu. 2. & conſtat ex dicto decreto Concilij c. 17.

263 Difficultas eſt, an plura beneficia ſimplicia reſidentiam non requirentia, ſint incompatibilia, & nō poſſint retineri, quando alterum eorum eſt ſufficiēs ad congruam ſuſtentationem.

264 In qua † difficultate Innocentius in c. fi. de cleric. non reſid. num. 1. & in cap. cum iam dudum, nu. 2. & 4. de præbend. ait indiſtincte, licere tenere plura beneficia non requirentia reſidentiam pura mente, non propter auaritiam, vel ambitionem: ſequitur glo. in cap. gratiam, de reſcript. in 6. Lapus allegat. 36. ſeu 35. num. 1. vbi Mandoſ. additione 1. & 2. Cardinalis in dict. cap. cum iam dudum, & in Clem. gratiæ, de reſcript. nu. 12. Rebuf. in praxi, tit. de diſpenſatione ratione ætatis, verb. in cathedralibus, verſ. quod eſt verum, & in repetit. d. cap. extirpandæ, §. qui vero, circa materiam pluralitatis beneficiorum, vbi ait communem, & ab ea non eſſe recedendum in conſulendo, & iudicando, licet non procedat de rigore iuris, Ferret. conſ. 255. nu. 3. & ante Concilium Trid. Nauar. in Man. cap. 25. num. 129. & de Horat. miſcel. 60. num. 11. & 13. & de redditibus Eccleſiaſticis, q. 1. mon. 76. num. 2. & in tract. de incompatibil. benef. nu. 25. & conſ. 11. nu. 1. & conſ. 19. nu. 1. de

265 præb. & vt † inquit Glo. & Card. ibi, opinionem Innocentij ſeruat conſuetudo, quam Papa ſcit & tolerat, & aliter dicendo totus modus damnatur: & ita etiam communiter ſeruari teſtatur Capra reg. 90. n. 96. & Rebuf. ſupra ait, quod iſta opinio de conſuetudine inualuit, & cum Spec. tit. de diſpenſatione §. dicendum nu. 6. inquit, quod cum iſtam conſuetudinem Papa ſciat & toleret, videtur excuſare, quod etiam ait Ferretus ſupra.

266 Eandem ſententiam † videtur tenere Soto de iuſtit. & iure lib. 3. quæſt. 6. art. 3. concl. 4. vbi ait, in beneficijs ſimplicibus reſidentiam non exigentibus nullam eſſe neceſſariam diſpenſationem, vt plura eadem perſona obtineat, & quod non ſolum iam receptus vſus, verum & ratio id docet, & eum ſequuntur Od. tract. de benef. ſimplic. Aragon. 2. 2. q. 63. artic. 2. concluſ. 3. & Valentia 3. tom. ſuper 2. 2.

diſp. 5.

diſp.5.quæſt.7.punct.2.verſ.quarto quæritur,dicēs, plura beneficia ſimplicia eatenus poſſe quem licitè habere, quatenus id fuerit vſu, & probata conſuetudine receptum,& P.Ledeſma in ſumma 2.p.tract. 7.cap.1.11.concl.& nouiſſime D.Card.Tuſch.concl.61.lit.B.

367 Id tamen intelligunt,dummodo † non fiat magna beneficiorum coaceruatio, quæ non poteſt cauere culpa, & quandoque mortali, ac grauiſſimo ſcandalo.

368 Contrarium tamen ſententiam † tenet gloſſ. in c.dudum 2.de elect. verb. intitulatam,& verb. retinere, quam ibi ſequitur Abbas nu. 36.& in d.c.cum iam dudum.num.8.& in repet.d.§.qui vero, numer. 34.de præbend.& in c. conquerente nu.2,de clericis non reſiden. Bertach.in rep.verſ, beneficia plura, Gregor.Lop. ſupra, Bernard. Diaz in pract. crimin. can.c.47.ſeu 48. nu.5. vbi Salzedo litera C. Hoieda 1.p.c.19.nu.1.Flam.Pariſ. de reſignatione benefic. lib.3.q. 1.num.138.& lib.5.q.6.nu.115. Zerola 2. p.verb. incompatibilia §.2. *Leo in theſ for. Eccleſ.cap. 18.d nu.10.& c.23.nu.25.& 26.Vgol.de offic. Epiſc.c. 14.§.2.nu.1.& 2.* Dionyſ. Carthuſian. in tract. de pluralit.beneficior. Syluest.in ſumma verb. beneficiorum 4.n.2. Armil.eodem verb.nu. 41.Salon. 2.2. q.63.art. 2.conciuſ.3. Ludouic. Lopez. inſtructo, conſcientiæ.1.to.c.251. Manuel Rodriguez in ſum. 1.tomo cap.31.num.2.& 3. Vega 1.par. cap.36.caſu 25.26.& 27.Zech.de benefic.& penſ.c.5. num.4. verſ. circa tertium,& P.Ledeſma in ſumm.d.tract.7. c.1.12. concluſ.5.diffic.& Acor 1.p.lib.5.c.19.verſ. conſuetudo,qua quis in eadem Eccleſia, &2.p. lib. 3.c.7.q.4.c.8.q. 6.c.9.q.3.& 6.c.10.q.4.c.11.q.23. & c.50.q.6.& lib.6.c.3.q. 4. & eſt communis ſecundum Hoiedam,& Fla.Pariſ.ibi,& ſecundum Naua. d.c.25.nu. 125.& aliis locis citatis,& miſcel.62.nu. 1.& conſ. 13.nu.1.de præbend.

369 Quæ ſententia de iure antiquo † videtur probari ex d. cap. conquerente, de cleric. non reſident. & hodie probatur per S. Concilium Trident.d.ca.17. ſeſſ.24. de reformat.

370 Et communis† obſeruantia & conſuetudo contraria non valet,nec excuſat retinentem plura beneficia, quorum vnum eſt ſufficiens, à mortali ſecundum Abb.in d.repet.§. qui vero num. 36. Bertach. in dict. rep. verſic. beneficiorum ſufficientia, Greg. Lopez ſupra, Hoiedam dict.c.19.num.8.& Flamin. Pariſ.dict.q.6.n.119.& Dd. communiter ſecundum eum,Acor,d.lib.5.ca.19.& 2.p.lib.6.c.11.q.5.& 6.

371 In quo † tamen Florianus in d. ca.cum iam dudum,quem refert & ſequitur Capra d.reg.90.num. 190.contrarium tenet.

372 In hac re mihi videtur † quod loquendo ante Concilium, Tridentinum, ſecunda ſententia gloſſ. in d.cap.dudum, & ſequacium, ſit verior de iure, ex

373 d.cap. conquerente. Prima tamen ſententia † Innocentij poſſet procedere ex conſuetudine, vt tenēt Florian. & Capra vbi proxime, & Rebuf.in praxi, tit.de diſpen.ad plura, nu.29.& in d. rep. qui vero ſupra, circa 4. art. Abbat. & Ferret. vbi ſup. modo non eſſet magna coaceruatio. & nimia pluralitas beneficiorum, etiamſi congruam excederent ſuſtentationem: nam conſuetudo iſta non videtur omnino ſine ratione, ſed tolerabilis, ex traditis per Sot. & Arag. ſupr. & Cord. lib. quæſt. q. 20. propoſ. 3. cum limit. dicta, ex cap. quia in tantum.de præben. 374 & quæ tradit Hoied.d.1. p.cap. 21. † nam & duo beneficia incompatibilia poſſunt teneri ex conſuetudine, Feder. conſil. 206. & fuit dictum in cauſa Tiralon. iuris præſentandi 20. Martij 1588. coram 375 D. Bubalo. Et † beneficiorum animarum curam non habentium multitudo prohibita diuina lege non eſt, Quintanaduen. Eccleſiaſt.libro 4.c.4.num. 59.& 119.

376 Et hoc idem † videtur tenere Abbas in d. c. dudum,nu.36. dicens valere conſuetudinem, quando diſponit ſolum circa potentiam retinendi plura beneficia ſimplicia, ſecus ſi diſponeret, vt pro libito voluntatis poſſet beneficiatus de fructibus illorum diſponere, & ſic intelligit glo. ibi,ſi quuntur Coſm. in pragm.ſanct.tit.de collat.§.1.verb. pluralitate & Selua 3.p.q. 39.num.2.qui ait,quod iura, quæ videtur innuere valere in hoc conſuetudinem, debent intelligi ſecundum Dd. quando conſuetudo diſponi ſolum circa potentiam retinendi plura ſimplicia ſine nimia multitudine,&c.& Sylu.d. verb. beneficiū. 4. num.4. & accedit Io. Quintinus in c. de multa, à num.145.& 197.

377 Et quando ſi magna † coaceruatio,& nimia pluralitas beneficiorum, relinquendum eſſet arbitrio boni viri, qui conſideratis numero & valore beneficiorum, ac qualitate, dignitate, & idoneitate, ſeu ſufficientia perſonarum, & aliis circumſtantijs, id arbitrabitur,ex traditis per Hoied.d.c.21.à n.14.& Flam.Pariſ.d.lib.3.q.1.à nu.142.

378 Stāteque magna coaceruatione, † & nimia pluralitate beneficiorum, non videbantur poſſe à peccato mortali excuſari, nec acceptantem, nec retinentem, nec etiam conferentem, propter deformitatem,deordinationem, & ſcandalum, quæ inde in Eccleſia ſequuntur,& ex ſupradictis & allegatis.

379 At prędicta † ſententia Innocentij,& conſuetudo,ſublata eſt per S. Concilium Tridentinum d. ca. 17.ſeſſ.24. de reform. cuius verba ſunt: cum Eccleſiaſticus ordo peruertatur, &c.

380 Quod decretum comprehendit † etiam beneficia iuris patronatus, nam eadem eſt ratio in omnibus non obſtante quadam declaratione Sacræ Congregationis ſuper eo, quę fit ait: Hoc decretum non comprehendit beneficia iuris patronatus; nam vel eſt mendoſa, vel eſt intelligenda de beneficijs iuris patronatus, quæ ex fundatione poſſunt cum alijs ſimul retineri. *& ita planè tenet Rota in vna Ceſarauguſtana capellania 16. Martij 1587. coram Cardinali Seraphino ſupra adducta 7.p.c.15.num.5.& cum ea Genuen. in praxi c.65. in annot.nu.15.*

381 Et circa iſtud decretum † dubitatur primo, an habenti beneficium ſufficiens nequeat conferri aliud, niſi prius illo dimiſſo, & aliàs collatio ſit nulla.

382 Quod † ita videtur ex eius verbis, ibi: Vnū tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, & facit tex. in capit. is cui. 19. de præbend. in 6. & videtur ſentire D. Io. Guttier. conſ. 1. num. 42.& 43. conſ.2.nu.12.& conſ.10.nu.1.

383 Sed contrarium eſt dicendum, † nempe, quod habenti beneficium ſufficiens rectè poteſt conferri aliud illo prius non dimiſſo; quamuis per aſſecutionem ſecundi vacabit primum ipſo iure, ex d.cap.17. iuncto cap.4. ſeſſ. 7. de refor. iuxta ſupra d. à nu.83.

quid-

quidquid dicat Gonçalez d. gloss. 15. num. 26. qui certè non loquitur consequenter. nam illa verba citata d. capit. 17. intelliguntur ad effectum retentionis tantum, vt Sacra Congregatio Concilij declarauit super illis verbis, Singulis conferatur, in hunc modum, Id intelliguntur cum effectu, vt vnum possit retinere, quia ordinarius potest instituere præsentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel ratione residentiæ, vel ratione sufficientiæ, dummodo habita possessione pacifica secundi beneficij dimittatur primum.

282 Alia etiam declaratio eiusdem Sacræ Congregationis sic ait; Habenti beneficium sufficiens potest conferri aliud, sed habita possessione secundi beneficij sufficientis vacat primum sufficiens. Et idem constat ex declarationibus tertia & quarta supra adductis num. 84. & tenuit Rota in causa Calagurritana de Subiçaua coram Dom. Brauo, & in alia de Truinno coram D. Orano, de quibus supra nu. 81. & in Alsilien. beneficij 9. Martij 1587. coram Dom. Orano supra relata 5. p. c. 3. nu. 42. & in Cæsaraugustana capellaniæ 16. Martij 1587. coram Domino Seraphino supra adducta 7. part. cap. 15. nu. 5. & in aliis causis, *Et docet Genuen. d. cap. 65. in annotatio num.* 15.

283 Non obstat † tex. in d. c. is cui, quia procedit in habente potestatem delegatam prouidendi de beneficio personæ idoneæ, qui non potest prouidere de beneficiato sufficienter, qui ad istum effectum non dicitur persona idonea de iure ex c. super inordinata de præbend.

285 Secus vero est † in collatore ordinario, & conferente authoritate ordinaria, nam is rectè potest prouidere, etiam aliàs beneficiato competenter, vt notant Lap. Dominic. & Franc. numero 1, in d. cap. is cui, Paul. Paris. cons. 40. nu. 10. 4. p. & Caputaquen. dec. 411. par. 2. num. 5. & colligitur ex Clem. 2. de offic. ordin.

286 Et similiter † patronus, tam clericus, quam laicus potent præsentare aliud beneficium habentes, quicquid dicat Paninus de offic. & potestate cap. sede vacant, quinta qu. secunda parte, num. tertio ibi; Prætermissa intelige, dummodo præsententur idonei, id est, aliud beneficium non habentes, c. is cui, de præbend. lib 6.

287 Et quamuis in † delegatione & commissione nõ apponatur verbum, Personæ idoneæ, intelligitur tamen, vt docet glos. in dict. cap. is cui, verb. idonea, & Probus ad Monach. ibidem num. 5. Paris. d. consil. 40. numero 14. & Paninus vbi proximè, & sentit Caputaquen. dict. decis. 411. num. 4. ibi, Præsertim, quæ dictio implicat casum magis dubitabilem, vt est vulgatum.

288 Quamuis † Francus dict. numero 1. ibi, Secus tamen est, si authoritate delegata ad personam idoneam restricta, videatur velle contrarium; sed explicari potest quod id dicat ad excludendum casum, quando exprimitur in commissione, quod aliàs beneficiato possit prouidere. Et ita Villad. de legato quæst. 9. num. 34. ait, quod quando legatus confert beneficia in vim specialis commissionis, debet tenere formam circa personam cui prouidet, de qua in d. cap. is cui.

289 Et quod ideo † ipsi obtinent à Papa apponi in simili facultate, quod possit conferre beneficia idoneis personis quotcunque, & quæcumque & qualiacunque beneficia obtinentibus, vt iam ipse vidit, & cum hoc se eximunt ab obseruatione illius cap. & per textum in d. cap. is cui, Rota in vna Maioricen. beneficij 1552. tetoluit, quod prouisio legati, qui prouidet authoritate Apostolica, & sic vt delegatus, de duobus sub eodem tecto, cum dispensatione ad illa obtinenda, illi, qui iam in eadem Ecclesia aliud obtinebat, est nulla vt habetur apud Guidobonum dec. 83. in manuscriptis, & latius apud Caputaquen. d. decis. 411.

290 Et in eadem † fuit dictum d. cap. is cui, non habere locum in eo, qui habet beneficium insufficiens & tenue, Caputaquen. decis. 62. p. 1, Franc. ibi num. 3. & Paris. supra nu. 17.

291 Ex quibus infertur, † quod Nuntius Hispaniarum, cui inter alia datur facultas beneficia 24. ducatorum personis idoneis prouidendi, vt in clausula supra posita 5. parte cap. 3. numero 84. non potest prouidere de aliquo beneficio alicui aliud beneficium sufficiens obtinenti, & aliàs prouisio erit nulla, ex dict. cap. is cui. Cuchus in institutionibus lib. 2. tit. 5. num. 155. quamuis Nuntij de hoc curare non soleant. Faciunt dicta supra 1. part. cap. 5. num. 289.

292 At vicarius Episcopi † habens specialem facultatem conferendi, poterit conferre omnibus, quibus potest Episcopus & sic etiam habentibus beneficium, Paris. supra num. 11. Rebuff. in praxi in forma vicariatus nu. 84.

293 Et si in vicariatu † seu facultate dictum sit, quod conferat idoneis, non ex hoc prohibetur vicarius conferre beneficiatis, sed intelligitur de idoneis moribus scientia, & ætate, &c. Paris. d. cons. 40. à nu. 10. Rebuffus supra nu. 87. & Iacob. Sbrocius de vicario Episcopi lib. 2. q. 100. & 101. nu. 1.

294 Nec obstat † textus in d. c. is cui nam etiamsi vicarius habens specialem facultatem conferendi cõferat vt delegatus, vt quando datur talis facultas separatim ab ipso vicariatu, iuxta supra dicta 5. par. cap. 8. à num. 40. Tamen sicut ordinarius non prohibetur conferre aliàs beneficiato, vt dictum est, ita nec delegatus ordinarij, vt est glos. verb. habentibus, iuncto text. in d. Clem. 2. de offic. ordin. & docet Paritius supra num. 10 & d. cap. is cui, loquitur tantum in delegato à Papa, vt tenent Lap. & Dominic. ibi, & Paritius d. cons. 40. nu. 14. Itaque solum procedit in habente potestatem delegatam conferendi authoritate Apostolica.

295 Quod tamen † verum non putat Sbroc. ibi d. q. 101. n. 2. vbi fieret collatio beneficiatis aliorum beneficiorum curatorum, vel aliàs incompatibilium, per tex. in d. c. de multa, de præb. & Concil. Triden. sess. 7. de refor. c. 4. & seq.

296 Sed ista iura † non probant, quod non possit fieri collatio beneficiatis aliorum beneficiorum cura-
297 torum, vel aliàs incompatibilium, † sed solũ quod per assecutionem secundi vacat primum, & collatio ab ordinario facta de parochiali habenti aliam non est inualida, sed tenetur is, adepta possessione secũdæ, primam dimittere, vt patet ex noratis in cap. ordinarij, de offic. ordinarij, in 6. & in Clem. si plures, de præb. & docent Rochus de iure patron. verb. honorificum n. 18. Lamber. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 15. Hier. Gabr. cons. 193. nu. 7. lib. 1.

Vnde

298 Vnde quod ait Sbrocius, † ſolum procedet in terminis d.c.ordinarij,§.in conferendis.

299 Quod non ſolum † videtur procedere in habentibus plures perſonatus, dignitates, vel beneficia curata in quibus loquitur, ſed etiam in habente ſub eodem tecto plura beneficia incompatibilia, vt duas præbendas, vt non poſſit ei conferri alia in eadem Eccleſia,& hodie ſtante Concilio, in habente plura beneficia incompatibilia ratione ſufficientiæ aut numeri,aut ratione reſidentiæ, vt non poſſit ei conferri aliud ſimile,cum militet eadem ratio.

300 Secundo circa dictum † decretum Concilij c.17. dubitatur,an ſi habenti beneficium ſufficiens conferatur aliud non ſufficiens,per aſſecutionem illius vacet ipſo iure primum.

301 Et quidem videtur † vacare, nam cum ex dicto decreto habenti beneficium ſufficiens non poſſit aliud conferri ad effectum retentionis, apparet ſecundum, etiam non ſufficiens, eſſe incompatibile cum primo ſufficienti,& conſequenter primum vacabit ipſo iure per aſſecutionem ſecundi,ex d.c.4.& declarationibus ſupra adductis, & ſibi imputet qui accipit ſecundum beneficium minus ſufficiens, & hoc poteſt colligi ex declarationibus 3. & 4. adductis nu.84.quæ indiſtincte dicunt,per aſſecutionem ſecundi vacare primum ſufficiens, & ex alia declaratione eiuſdem S.Congregat.quæ ſic ait: Epiſcopus habenti congruam non poteſt aliud beneficium dare,& ſi dederit, vacat primum illud, quod habebat,dummodo beneficium titulare ſit,quamuis diſforme à ſecundo recepto, & ſi vtrumque retinere tentauerit,accepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vacabit vtrumque, licet contrarium videatur colligi ex 2.declaratione adducta n.283. ſed in illa non negatur,nec agitur de ſecundo non ſufficienti.

302 Econuerſo vero, ſi habenti † vnum beneficium non ſufficiens conferatur aliud ſufficiens de per ſe, non videbatur vacare primum, ſed poſſe retinere vtrumque,dummodo alias non ſint incompatibilia ratione reſidentiæ,vel alia ratione, nam Concilium ibi permittit, vt habenti beneficium minus ſufficiẽs liceat aliud ſufficiens conferre.

303 Nihilominus† tamen idem erit dicendum,nempe vacare primum,nam intentum Concilij eſt, ne quis habeat duo beneficia,quorum alterum eſt ſufficiens de per ſe,ſiue illud ſit primo collatum,ſiue ſecundo, & ita colligitur ex declaratione factæ Congregationis ſupra adducta nu.377. & idem eſt de mente Doctorum,& illa verba Concilij Aliud ſufficiens, intelliguntur de ſufficienti ſimul cum primo: quamuis ſuper hoc fuerit magna controuerſia in S. Congregatione Concilij, & diuerſæ ſententiæ Illuſtriſſimorum Cardinalium.

304 Et quamuis † Concilium dicat, Aliud ſimplex ſufficiens, non tollit quin habenti beneficium ſimplex inſufficiens, quod reſidentiam non requirat liceat conferre aliud curatum, &c.ſolum enim eſt vis in eo,quod vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat,vt recte conſiderat Hoieda 2. part. cap. 2. nu.1.ad finem.

305 Tertio circa d.decretum † dubitatur, vtrum habenti duo,vel alia tria beneficia, quæ non ſufficiunt ad congruam ſuſtentationem, poſſit aliud, vel alia beneficia vſque ad congruam ſuſtentationem conferri, vel vtrum habenti vnum beneficium inſufficiens, poſſint alia duo plurave vſque ad competentem ſuſtentationem conferri, etiam ad effectum retentionis.

306 In quo in primis † certum eſt, ante Concilium Tridentinum licuiſſe plura beneficia, alias non incompatibilia,etiam vltra duo, tenere vſque ad congruam ſuſtentationem,Abb.in d.c. cum iam dudũ, nu.8.& in d.repet.§.qui vero, nu.34. Francus in d. c.is cui,nu.3.Greg.Lopez ſupra,Hoieda 2.p. c.1.& 2.Nau.conſ.10.& 29.nu.2.de præb. & Flam. Pariſ. d.lib.3.q.1.num.141. ſaltim vbi non eſſet magna,& nimia multitudo beneficiorum,iuxta tradita per Hoiedam dict.cap.21.

307 Difficultas eſt,an † ſtante Concilio d. cap. 17.id liceat,videtur enim non licere, vltra duo beneficia vni conferre,ex illis verbis;Quod quidem, ſi ad vitã eius,cui confertur,honeſte ſuſtentan. non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens,&c. cum ſolum dicat,Aliud,in ſingulari,tenet Marc.Ant.Genuen.c.63.ſeu 64.nu.3.dicens ita obſeruari in vrbe, *Leo in theſ.for.Eccleſ.c.18.nu.11.& c.23.nu.7.& c.32. nu.25.Vgol.de offic.Epiſcop.c.145. §.2.nu.2.* & ſentit Gonçalez gl.15.nu.39.

308 Nihilominus etiam ſtante † Concilio id licere, tenet Nau.d.conſ.10.& in Man.cap. 25.num.129. & miſcel.60.de orat.num.13.late Hoieda d.2.p.c.1. à nu.24.qui à nu.32.id probat pluribus rationibus, & fundamentis,& nu.36.dicit hanc opinionem receptam eſſe, & approbatam ſtylo curiæ: nam poſt Concilium Tridentinum Romani Pontifices ſæpe conceſſerunt vni plura beneficia ſimplicia reſidentium non requirentia,ad quam ſe refert Zenedo collectan.150.ad Decretales num. 2. & ſequitur Flam. Pariſ.d.nu.141.Azeued.conſ.20.num.1.& Perez de Lara de anniuerſ.& capel.lib.2.cap.7.nu.12. & ſentiunt Quintanaduennas d.lib.4.num.119.Zerola 1.p. verb. beneficium §. 7. 2. & 6. concluſ. & ſub 8. concluſ.principali,& 2.p.verb.conformitas,Salon. d.q.63.artic.2.concluſ.3.controuerſia 5.& 3.& Zechus de republica Eccleſiaſt.c.de beneficiatis, verſ. ad dignoſcendum vero,& *Piaſec.in praxi Epiſc. p.2.* 309 *c.5.nu.26.* † & tenuit Rota in vna Theanen.S. Euſtachij 20.April.1587.coram D.Gipſio,in qua agebatur de prouiſione ordinaria facta vni de rectoria, ac alijs ſine cura beneficijs, & fuit dictum, non obſtare Concilium Tridentinum d. c. 17. quia Concilium non loquitur de pluribus beneficijs ſimplicibus ad vitæ ſuſtentationem non ſufficientibus,& ſequitur ſaltim ex conſuetudine Açor 2. part. libr.6. cap.11.quæſt.8.

310 At S. Congregatio † Concilij primam partem approbauit, *Leo,et Vgol. vbi ſupra.* vt appatet ex declarationibus ſequentibus. Prima Epiſcopo Segobien.Epiſcopus habenti vnum ſimplex beneficium, quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poteſt aliud ſimile conferre abſque diſpenſatione Apoſtolica,ſed non poteſt plura ſimplicia vſque ad ſufficiẽtem eius ſuſtentationem conferre citra diſpenſationem Apoſtolicam. Refert *Zechus* d. cap. de beneficiatis,ad finem.Secunda,Epiſcopus poteſt conferre ſecundum beneficium, ſi primum non ſufficit ad ſuſtentationem,ſed ſi duo non ſufficerent, non poſſet conferre tertium abſque diſpenſatione *Apoſtolica*. Tertia. Vltra duo beneficia ſimplicia Epiſcopus vni conferre non poteſt. Quarta.Nuntio *Hiſpaniarum*,

Plura

Plura beneficia non poſſunt obtineri, licet ſint ſimplicia, ſine diſpenſatione Papæ. Quam refert Salzedo in praxi cap. 47. litera C. Mandoſ. Rodrigu. in ſum. 1. tom. c. 31. num. 2. & Zerola d. §. 7. 6. concluſ. eam intelligens, quando vnum eſſet ſufficiens. Quinta pro Epiſcopo Zamoren. Illuſtriſſimi, & Reuerēdiſſimi, Domini, ſupplicatur Illuſtriſſ. & Reuerēdiſſ. Dd. veſtris pro declaratione infraſcripti dubij, vtrū Epiſcopus poſſit obtinenti duo præſtimonia, vel beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam non requirentia, quæ ad congruam ſuſtentationem non ſufficiant, conferre ei authoritate ordinaria aliud, ſiue alia præſtimonia, vel beneficia ſimplicia, vel curatum, aut dignitatem, quæ vna cum obtentis ad cōgruam ſuſtentationem ſufficiant, & quatenus non poſſit, an vacent priora obtenta, vel vltimum quod confertur, ſtante decreto Concilij Tridentini ſeſſ. 24. capit. 17. cum Eccleſiaſticus ordo, Reuerendiſſ. Dom. Epiſcopo Zamoren. Reuerendiſſ. D. vti frater mittimus, ad amplitudinem tuam libellum, in quo duæ continentur declarationes, quæ Sacræ Congregationi Cardinalium Concilij Tridentini interpretū eius nomine propoſitæ fuerunt, ad quorum primam de conferendo tertio beneficio Eccleſiaſtico, ei qui duo obtinet, Congregatio cenſuit, Epiſcopum nō poſſe. Ad ſecundam, ſi contulerat adepta pacifica poſſeſſione tertij, vnum ex prioribus vacare, quod ſupereſt Deum rogamus, vt illam incolumem tueatur, gratiæque ſuæ donis ſanctiorem faciat, Romæ die 5. Octob. 1587. Sexta, Placent. Illuſtriſ. & Reuerend. Domine, quidam Lupus Ochoa de Mançanas, canonicus Calagurritanus, dictum canonicatū obtinens, fuit prouiſus per Epiſcopum Placentinum eius patruum de vno in Deleitoſa, & altero capellania del Hoyo nūcupato perpetuis ſimplicibus beneficijs Eccleſiaſticis, quorum duorum vltimorum beneficiorum inſimul fructus 240. ducatos auri de camera aſcendunt: & quoniam de dictis beneficijs ſimplicibus fuit authoritate Apoſtolica prouiſus Ioannes de Monte mayor clericus Pacent. Illuſtriſſ. Card. de Terra noua familiaris, vtpotè Sedi Apoſtolicæ reſeruatis cum penſione 80. ducatorum, ſupplicatur Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Dd. veſtris declarari, an prouiſio dictorum beneficiorum per Epiſcopum d. Lupo facta fuerit contra formam Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 17. Congreg. Concilij ſæpius reſpondit, Epiſcopum habēti vnum ſimplex beneficium, quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poſſe aliud ſimile conferre, ſed non poſſe plura ſimplicia vſq; ad ſufficientem ſuſtentationem eidem conferre citra diſpenſationem Apoſtolicam Hier. Card. Matthęus. Septima pro Archiep. Hiſpal. Illuſtriſ. & Reuerend. Domini, cum in S. Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. 17. deciſum ſit Epiſcopum non poſſe habenti beneficiū ſufficiens aliud dare, ideo ſequuntur ſequentes dubitationes. Primo, an ſi ordinarius conferat tertium beneficium habenti iam duo beneficia ſimplicia, & dicta duo non ſufficiant ad ſuſtentationem, talis prouiſio tertij beneficij ſit valida, vel potius nulla, vel per aſſecutionem tertij vacent omnia dicta priora, iam aliàs obtenta, aut quodnā ipſorum. Secundo, an in caſu, quo ex decreto Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. 17. per aſſecutionem ſecundi beneficij vacet primū, & nihilominus illud habens continuat poſſeſſionem amborum, recipiendo ex eis fructus, poſſit à ſede Apoſtolica fieri impetratio, tā de primo, quā de ſecundo beneficio. Tertio, an decretum Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 17. habeat locum, quando beneficium primo obtentum eſt ſufficiens, iuxta ſuum verum valorem & honeſtam poſſidentis ſuſtentationem, quamuis tempore, quo ſecundum beneficium confertur, non ſufficiat propter onus penſionis ſuper tali beneficio impoſitum. Quarto, an quod dicitur in beneficijs, habeat locum in penſionibus, ſcilicet quod ordinarius non poſſit conferre beneficium habēti iam in penſionibus Eccleſiaſticis ſufficientem ſuſtentationem. Ad primum S. Congr. Concil. cenſuit, collationem tertij beneficij eſſe validam: ſed ſi tertium ſit ſufficiens, vacare illa duo priora beneficia: ſin minus tenere prouiſum dimittere alterum ex illis. Ad ſecūdum, vtrumque beneficium vacare, An autem collatio ſpectet ad Sedem Apoſtolicam, Congregat. id remiſit ad S. D. N. Ad tertium valere, dummodo prouiſus poſt collationem ſibi factam non conſenſerit penſioni. Ad quartum, minimè habere locum in penſionibus.

311 Ex quibus declarationibus † apparet, Epiſcopū habenti duo beneficia ſimplicia etiam non ſufficientia, non poſſe conferre aliud ad effectum retentionis, iuxta ſupradicta: quamuis Caualc. 3. p. deciſ. 33. n. 6. dicat, quod qui habet duo inſufficientia, non poteſt habere aliud ſine diſpenſatione Epiſcopi, & ſi contulerit tertium, quod ſit ſufficiens, per aſſecutionem illius illa duo priora ipſo iure vacare, ex d. c. 17. iuncto d. c. 4. ſeſſ. 7. de reform. ſi vero tertium nō ſit ſufficiens, vacabit vnum ex prioribus, quod maluerit dimittere.

312 Et † ac in hoc caſu, cum non ſit maior ratio de vno quam de alio, habebit locum optio, ſicut quando duo curata ſimul conferuntur vni, Abb. in dict. capitul. de multa, de præbend. numero 11. Bernar. Diaz in pract. c. 48. num. 7. & Hojeda 1. p. cap. 13. nu. 56. cum alijs: & idem quando ordinarius vni ſimul conferret duo beneficia ſufficientia, ſeu plura beneficia.

313 Iuxta quod † in Concil. prou. Mediol. 5. part. 3. tit. quæ ad beneficiorum collationem attinent, verſ. ☞ quod ſynodi, ita ſtatuitur, quod ſynodi Trident. authoritate 4. Concil. prou. noſtro permiſſum eſt ſimplex beneficium habenti alterum, etiam eiuſdem generis, quod perſonalis reſidentiæ munus nō requirat, ob honeſtam illius ſuſtentationem conferri, id ita locum habeat, vt ne tamen eo prætextu, cauſave vitæ honeſtæ ſuſtentandæ, plura quam duo beneficia ſimplicia vni, eidemque conferri liceat ſine conſenſu, permiſſuve Sedis Apoſtolicæ.

314 Apparet etiam † ex dicta declaratione Hiſpalēſi ad 4. dictū decretum Concilij c. 17. non habere locum in penſionibus: & ratio quæ potuit mouere ſacram Congregationem, eſt, quod licet penſiones hodiernæ ſuccedant loco beneficij, &c. vt dictum eſt 1. par. c. 5. tamen non ſunt tituli beneficiales, vt ibi dictum eſt, & Concilium videtur habuiſſe reſpectum ad pluralitatem titulorum beneficialium, vt colligitur ex illius verbis ibi, Quando vnus plurium officia occupat clericorū, & ibi: neminē oportere in duabus eccleſijs conſcribi, &c. Et quod penſiones etiam plures non faciunt incompatibilitatē cum beneficijs, tradunt Duennas reg. 71. limit. 5. Hojeda 2.

298 Vnde quod ait Sbrocius, † ſolum procedet in terminis d.c.ordinarij,§.in conferendis.

299 Quod non ſolum † videtur procedere in habentibus plures perſonatus, dignitates, vel beneficia curata in quibus loquitur, ſed etiam in habente ſub eodem tecto plura beneficia incompatibilia, vt duas præbendas, vt non poſſit ei conferri alia in eadem Eccleſia,& hodie ſtante Concilio, in habente plura beneficia incompatibilia ratione ſufficientiæ aut numeri,aut ratione reſidentiæ, vt non poſſit ei conferri aliud ſimile,cum militet eadem ratio.

300 Secundo circa dictum † decretum Concilij c.17. dubitatur,an ſi habenti beneficium ſufficiens conferatur aliud non ſufficiens,per aſſecutionem illius vacet ipſo iure primum.

301 Et quidem videtur † vacare, nam cum ex dicto decreto habenti beneficium ſufficiens non poſſit aliud conferri ad effectum retentionis, apparet ſecundum, etiam non ſufficiens, eſſe incompatibile cum primo ſufficienti,& conſequenter primum vacabit ipſo iure per aſſecutionem ſecundi,ex d.c.4.& declarationibus ſupra adductis, & ſibi imputet qui accipit ſecundum beneficium minus ſufficiens, & hoc poteſt colligi ex declarationibus 3. & 4. adductis nu.84.quæ indiſtincte dicunt,per aſſecutionem ſecundi vacare primum ſufficiens, & ex alia declaration eiuſdem S.Congregat.quæ ſic ait: Epiſcopus habenti congruam non poteſt aliud beneficium dare,& ſi dederit, vacat primum illud, quod habebat,dummodo beneficium titulare ſit,quamuis diforme à ſecundo recepto, & ſi vtrumque retinere tentauerit,accepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vacabit vtrumque, licet contrarium videatur colligi ex 2.declaratione adducta n.283. ſed in illa non negatur,nec agitur de ſecundo non ſufficienti.

302 Econuerſo vero, ſi habenti † vnum beneficium non ſufficiens conferatur aliud ſufficiens de per ſe, non videbatur vacare primum, ſed poſſe retinere vtrumque,dummodo alias non ſint incompatibilia ratione reſidentiæ,vel alia ratione, nam Concilium ibi permittit, vt habenti beneficium minus ſufficiés liceat aliud ſufficiens conferre.

303 Nihilominus† tamen idem erit dicendum,nempe vacare primum,nam intentum Concilij eſt, ne quis habeat duo beneficia,quorum alterum eſt ſufficiens de per ſe,ſiue illud ſit primo collatum,ſiue ſecundo, & ita colligitur ex declaratione ſacræ Congregationis ſupra adducta nu.377. & idem eſt de mente Doctorum,& illa verba Concilij Aliud ſufficiens, intelliguntur de ſufficienti ſimul cum primo: quamuis ſuper hoc fuerit magna controuerſia in S. Congregatione Concilij, & diuerſæ ſententiæ Illuſtriſſimorum Cardinalium.

304 Et quamuis † Concilium dicat, Aliud ſimplex ſufficiens, non tollit quin habenti beneficium ſimplex inſufficiens, quod reſidentiam non requirat liceat conferre aliud curatum, &c.ſolum enim eſt vis in eo,quod vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat,vt recte conſiderat Hoieda 2. part. cap. 2. nu.1.ad finem.

305 Tertio circa d.decretum † dubitatur, vtrum habenti duo,vel alia tria beneficia, quæ non ſufficiunt ad congruam ſuſtentationem, poſſit aliud, vel alia beneficia vſque ad congruam ſuſtentationem conferri, vel vtrum habenti vnum beneficium inſufficiens, poſſint alia duo plurave vſque ad competentem ſuſtentationem conferri, etiam ad effectum retentionis.

306 In quo in primis † certum eſt, ante Concilium Tridentinum licuiſſe plura beneficia, alias non incompatibilia,etiam vltra duo, tenere vſque ad congruam ſuſtentationem, Abb.in d.c. cum iam dudũ, nu.8.& in d.repet.§.qui vero, nu.34. Francus in d.c.is cui,nu.3.Greg.Lopez ſupra,Hoieda 2.p.c.1.& 2.Nau.conſ.10.& 29.nu.2.de præb. & Flam. Pariſ. d.lib.3.q.1.num.141. ſaltim vbi non eſſet magna,& nimia multitudo beneficiorum,iuxta tradita per Hoiedam dict.cap.21.

307 Difficultas eſt,an † ſtante Concilio d. cap. 17.id liceat,videtur enim non licere, vltra duo beneficia vni conferre,ex illis verbis;Quod quidem, ſi ad vitã eius,cui confertur,honeſte ſuſtentan. non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens,&c. cum ſolum dicat,Aliud,in ſingulari,tenet Marc.Ant.Genuen.c.63.ſeu 64.nu.3.dicens ita obſeruari in vrbe, *Leo in theſ.for.Eccleſ.c.18.nu.11.& c.23.nu.7.& c.32. nu.25.Vgol.de offic.Epiſcop.c.145. §.2.nu.2.* & ſentit Gonçalez gl.15.nu.39.

308 Nihilominus etiam ſtante † Concilio id licere, tenet Nau.d.conſ.10.& in Man.cap. 25.num.129. & miſcel.60.de orat.num.13.late Hoieda d.2.p.c.1. à nu.24.qui à nu.32.id probat pluribus rationibus, & fundamentis,& nu.36.dicit hanc opinionem receptam eſſe, & approbatam ſtylo curiæ: nam poſt Concilium Tridentinum Romani Pontifices ſæpe conceſſerunt vni plura beneficia ſimplicia reſidentiam non requirentia,ad quam ſe refert Zenedo collectan.150.ad Decretales num. 2. & ſequitur Flam. Pariſ.d.nu.141.Azoued.conſ.20.num.1.& Perez de Lara de anniuerſ.& capel.lib.2.cap.7.nu.12. & ſentiunt Quintanaduennas d.lib.4.num.119.Zerola 1.p. verb. beneficium §. 7. 2. & 6. concluſ. & ſub 8. concluſ.principali,& 2.p.verb.conformitas,Salon. d.q.63.artic.2.concluſ.3.controuerſia 5.& 3.& Zechus de republica Eccleſiaſt.c.de beneficiatis, verſ. ad dignoſcendum vero,*& Piaſec.in praxi Epiſc. p.2.* 309 *c.5.nu.26.*† & tenuit Rota in vna Theanen.S. Euſtachij 20.April.1587.coram D.Gipſio,in qua agebatur de prouiſione ordinaria facta vni de rectoria, ac alijs ſine cura beneficijs, & fuit dictum, non obſtare Concilium Tridentinum d. c. 17. quia Concilium non loquitur de pluribus beneficijs ſimplicibus ad vitæ ſuſtentationem non ſufficientibus,& ſequitur ſaltim ex conſuetudine Açor 2. part. lib.6. cap.11.quæſt.8.

310 At S. Congregatio † Concilij primam partem approbauit, *Leo,et Vgol. vbi ſupra.* vt apparet ex declarationibus ſequentibus. Prima Epiſcopo Segouien.Epiſcopus habenti vnum ſimplex beneficium, quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poteſt aliud ſimile conferre abſque diſpenſatione Apoſtolica;ſed non poteſt plura ſimplicia vſque ad ſufficiẽtem eius ſuſtentationem conferre citra diſpenſationem Apoſtolicam.,Refert Zechus d. cap. de beneficiatis,ad finem.Secunda,Epiſcopus poteſt conferre ſecundum beneficium, ſi primum non ſufficit ad ſuſtentationem,ſed ſi duo non ſufficerent, non poſſet conferre tertium abſque diſpenſatione Apoſtolica. Tertia. Vltra duo beneficia ſimplicia Epiſcopus vni conferre non poteſt.Quarta.Nuntio Hiſpaniarum,

Plura

Plura beneficia non possunt obtineri, licet sint simplicia, sine dispensatione Papæ. Quam refert Salzedo in praxi cap. 47. litera C. Mandos. Rodrigu. in sum. 1. tom. c. 31. num. 2. & Zerola d. §. 7. 6. concluſ. eam intelligens, quando vnum esset sufficiens. Quinta pro Episcopo Zamoren. Illustrissimi, & Reuerēdissimi, Domini, supplicatur Illustriſſ. & Reuerēdiſſ. Dd. vestris pro declaratione infrascripti dubij, vtrū Episcopus possit obtinenti duo præstimonia, vel beneficia simplicia personalem residentiam non requirentia, quæ ad congruam sustentationem non sufficiant, conferre ei authoritate ordinaria aliud, siue alia præstimonia, vel beneficia simplicia, vel curatum, aut dignitatem, quæ vna cum obtentis ad cōgruam sustentationem sufficiant, & quatenus non possit, an vacent priora obtenta, vel vltimum, quod confertur, stante decreto Concilij Tridentini sess. 24. capit. 17. cum Ecclesiasticus ordo, Reuerendiſſ. Dom. Episcopo Zamoren. Reuerendiſſ. D. vti frater mittimus, ad amplitudinem tuam libellum, in quo duæ continentur declarationes, quæ Sacræ Congregationi Cardinalium Concilij Tridentini interpretū eius nomine propositæ fuerunt, ad quorum primam de conferendo tertio beneficio Ecclesiastico, ei qui duo obtinet, Congregatio censuit, Episcopum nō posse. Ad secundam, si contulerat adepta pacifica possessione tertij, vnum ex prioribus vacare, quod superest Deum rogamus, vt illam incolumem tueatur, gratiæque suæ donis sanctiorem faciat, Romæ die 5. Octob. 1587. Sexta, Placent. Illustriſ. & Reuerend. Domine, quidam Lupus Ochoa de Mançanas, canonicus Calagurritanus, dictum canonicatū obtinens, fuit prouisus per Episcopum Placentinum eius patruum de vno in Deleitosa, & altero capellania del Hoyo nūcupato perpetuis simplicibus beneficijs Ecclesiasticis, quorum duorum vltimorum beneficiorum insimul fructus 240. ducatos auri de camera ascendunt: & quoniam de dictis beneficijs simplicibus fuit authoritate Apostolica prouisus Ioannes de Monte mayor clericus Pacent. Illustriſſ. Card. de Terra noua familiaris, vtpotè Sedi Apostolicæ reseruatis cum pensione 80. ducatorum, supplicatur Illustriſ. & Reuerendiſ. Dd. vestris declarari, an prouisio dictorum beneficiorum per Episcopum d. Lupo facta fuerit contra formam Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. Congreg. Concilij sæpius respondit, Episcopum habēti vnum simplex beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem, posse aliud simile conferre, sed non posse plura simplicia vsq; ad sufficientem sustentationem eidem conferre citra dispensationem Apostolicam Hier. Card. Matthęus. Septima pro Archiep. Hispal. Illustriſ. & Reuerend. Domini, cum in S. Concil. Triden. sess. 24. c. 17. decisum sit Episcopum non posse habenti beneficiū sufficiens aliud dare, ideo sequuntur sequentes dubitationes. Primo, an si ordinarius conferat tertium beneficium habenti iam duo beneficia simplicia, & dicta duo non sufficiant ad sustentationem, talis prouisio tertij beneficij sit valida, vel potius nulla, vel per assecutionem tertij vacent omnia dicta priora, iam aliàs obtenta, aut quodnā ipsorum. Secundo, an in casu, quo ex decreto Concil. Triden. sess. 24. c. 17. per assecutionem secundi beneficij vacet primū, & nihilominus illud habens continuat possessionem amborum, recipiendo ex eis fructus, possit à sede Apostolica fieri impetratio, tā de primo, quā de secundo beneficio. Tertio, an decretum Concil. Trid. sess. 24. c. 17. habeat locum, quando beneficium primo obtentum est sufficiens, iuxta suum verum valorem & honestam possidentis sustentationem, quamuis tempore, quo secundum beneficium confertur, non sufficiat propter onus pensionis super tali beneficio impositum. Quarto, an quod dicitur in beneficijs, habeat locum in pensionibus, scilicet quod ordinarius non possit conferre beneficium habēti iam in pensionibus Ecclesiasticis sufficientem sustentationem. Ad primum S. Congr. Concil. censuit, collationem tertij beneficij esse validam: sed si tertium sit sufficiens, vacare illa duo priora beneficia: sin minus tenere prouisum dimittere alterum ex illis. Ad secūdum, vtrumque beneficium vacare, An autem collatio spectet ad Sedem Apostolicam, Congregat. id remisit ad S. D. N. Ad tertium valere, dummodo prouisus post collationem sibi factam non consenserit pensioni. Ad quartum, minimè habere locum in pensionibus.

311 Ex quibus declarationibus † apparet, Episcopū habenti duo beneficia simplicia etiam non sufficientia, non posse conferre aliud ad effectum retentionis, iuxta supradicta: quamuis Caualc. 3. p. decis. 33. n. 6. dicat, quod qui habet duo insufficientia, non potest habere aliud sine dispensatione Episcopi, & si contulerit tertium, quod sit sufficiens, per assecutionem illius illa duo priora ipso iure vacare, ex d. c. 17. iuncto d. c. 4. sess. 7. de reform. si vero tertium nō sit sufficiens, vacabit vnum ex prioribus, quod maluerit dimittere.

312 Et † ac in hoc casu, cum non sit maior ratio de vno quam de alio, habebit locum optio, sicut quando duo curata simul conferuntur vni, Abb. in dict. capitul. de multa, de præbend. numero 11. Bernar. Diaz in pract. c. 48. num. 7. & Hojeda 1. p. cap. 13. nu. 56. cum alijs: & idem quando ordinarius vni simul conferret duo beneficia sufficientia, seu plura beneficia.

313 Iuxta quod † in Concil. prou. Mediol. 5. part. 3. tit. quæ ad beneficiorum collationem attinent, vers. ☞ quod synodi, ita statuitur, quod synodi Trident. authoritate 4. Concil. prou. nostro permissum est simplex beneficium habenti alterum, etiam eiusdem generis, quod personalis residentiæ munus nō requirat, ob honestam illius sustentationem conferri, id ita locum habeat, vt ne tamen eo prætextu, causa vitæ honestæ sustentandæ, plura quam duo beneficia simplicia vni, eidemque conferri liceat sine consensu, permissuve Sedis Apostolicæ.

314 Apparet etiam † ex dicta declaratione Hispalēsi ad 4. dictū decretum Concilij c. 17. non habere locum in pensionibus: & ratio quæ potuit mouere sacram Congregationem, est, quod licet pensiones hodiernæ succedant loco beneficij, &c. vt dictum est 1. par. c. 5. tamen non sunt tituli beneficiales, vt ibi dictum est, & Concilium videtur habuisse respectum ad pluralitatem titulorum beneficialium, vt colligitur ex illius verbis ibi, Quando vnus plurium officia occupat clericorū, & ibi: neminē oportere in duabus ecclesijs conscribi, &c. Et quod pensiones etiam plures non faciunt incompatibilitatē cum beneficijs, tradunt Duennas reg. 71. limit. 5. Hojeda 2.

part.c.7.& noniſſime Gonçalez gl.5.§.5.nu.14.cum alijs; & Acor 2.part.lib.8.c.10.q.8.& c.12. quæſt.6. Conducit quod ait Mandoſ.reg.16.Cancell, qu. 38, circa finem, quod maius odium eſt habere plura beneficia,quam plures penſiones,poteſt enim vnus habere beneficium de iure,licet reditus eſſent ad mille ducatos,& tamen non habere centũ beneficia,quorum quodlibet valeat decem ducatos,argum.c, ſinguła,89.diſtinct. at in penſione, quid refert habeat vnam penſionem mille,an centum penſiones decem ducatorum?

315 Vide etiam penſio † non facit incompatibilitatem ſub eodem tecto, vt cum Hieronymo Paulo in practica Cancellariæ,ſeu prouinciali, verſic.& inter cætera eſt neceſſaria,tradit Gigas de penſionibus,q. 32.Mandoſ. de ſignatura gratiæ, titul. de diſpenſat. ad benefic.ſub eodem tecto,verſicul. an autem penſio.& Hojeda 1.parte,cap. 20. num. 18. & 22. facit decretum Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.25.de reformat.capit.15,

316 Sed contrarium † tenet Rebuff. in praxi, tit. de diſpenſatione ratione ætatis,verſic.etiamſi ſunt ſub eodem tecto, nempe penſionem eſſe incompatibilem cum non poſſit ſimul obtineri ſine diſpenſatione,niſi alia, ſeu cum alio beneficio in eadem Eccleſia, & conſuetudo illud ſuadeat, quia penſionem Papa concedit loco beneficij,cap.ad audientiam,2, de reſcript, & ideo conſuluiſſe,quod acceptans prebendam in eadem Eccleſia, in qua habet penſionẽ, eidem penſioni renuntiare videtur per Clem.gratię, de reſcript. niſi fuerit diſpenſatum, ad obtinend. vtrumque.

317 Quam ſententiam † habere videtur ſtylus curię, vt apparet ex clauſula in penſionibus pro palatinis apponi ſolita,ſupra adducta d.c.5.1.p.num. 89. ibi, Etiam ſub eodem tecto, &c. Et quia quando impetrans beneficium narrat habere pẽſionem ſuper fructibus certi beneficij,additur, Non tamen in eadem Eccleſia conſiſtentis,

318 Notanda tamen eſt † in propoſito quædam declaratio S.Congregat.ſuper d.c.17. quæ ſic ait, Cõgregatio Concilij cenſuit,hoc decreto non comprehendi tertulas beneficiales, ſeu pia legata cum onere miſſas,aliave diuina officia celebrandi, quæ neq; Eccleſiæ habent aliquam denominationem,conferri tamen conſueuerunt in titulum ſimplicis beneficij vni, vel pluribus presbyteris ad præſentationem hæredum, ſiue patronorum, & ſingula duorum,aut trium aureorum valorem non excedunt: quod decretum Congregationis ſanctiſſimus Dominus Noſter probauit, & placuit ſeruari ſtylum Cancellarię, vt vnica collatione plura vni conferri poſſint in titulum ſimplicis beneficij, *& alias S.Congr. reſpondit, beneficia,ſeu legata pia,quæ non habent altare, ſine capellan, non inducere incompatibilitatem,de qua in dicto cap. 17.ſeſſion.24.*

319 Quarto,circa dictum † decretum dubitatur, ſi quis habeat duo beneficia, quorum quodlibet de per ſe non eſt ſufficiens, & poſtea aliquod eorum contingat fieri ſufficiens, an poſſit adhuc illa ſimul retinere,ſtante dicto decreto Concilij,& videtur dicendum non poſſe illa retinere, ſed debere vnum ex eis dimittere, ad tradita in ſimili per Hojedam 1. p. cap.13.nu.57.

320 Et quod dicatur † beneficium ſufficiẽs,vide Caputaquen.deciſion.63.part.1.Nauar. miſcel.62. de orat.Menochium de arbitrar.lib.2.caſu 216.Gomezium de expectat.nu.107.Hojedam 1.p.ca.19.a nu. 22.Burſat,conſil.186, lib.2.num. 12. Flamin. Pariſ. de reſignatione benefic.lib.5,q.6.à num.131.Zerolam verb.beneficium §. 7.8. concluſ. principali, & Marcum Anto.Genuen.d.c.64.nu.3.& Gonçalez d. gloſſ.15. numero 39. Proſperum de Auguſtino in addition, ad ſummam bullarij Quarantæ, verb. beneficiorum reſignationes 8.cauſa, Acor 2.p, libro 6. cap.10.q,8.& 9.

321 Exiſtimo vero,ad iſtum † effectum computãdas eſſe diſtributiones quotidianas certis in beneficijs requirentibus reſidentiam,vt in canonicatibus,&c. Coſm,in pragmat. ſanct.titul.de collatio. §. quod ſi quis ex dictis,verb,reſidendo,& verb.intereſſendo, licet contrarium videatur tenere Caputaquen. dict. dec,65.nu,3.& Flam.Pariſ.d.num.131.quamuis ad effectum regulæ de valore ſecus ſit,ad dicta ſupra 5. p,c.3.num.197.

322 Et de † gloſſa canonicatuum id certum exiſtimo, licet reſidendo lucrifiat, & ideo non computetur in fructibus, ad effectum dictæ regulæ, de valore,

323 Sed licet † dicta procedant ſtante & attento decreto Concilij dict. cap. decimoſeptimo, tamen illud non videtur vſu receptum ſaltim in Hiſpania; nam poſt illud, ſicut antea, ordinarij communiter contulerunt, & conferunt plura beneficia,etiam vltra duo vni, etiam quod vnum ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem,& omnia ſimul retinent,dũmodo aliàs non ſint incompatibilia: & etiam in curia idem fit, etiam poſt Concilium Tridentinum

324 ſummi Pontifices narranti plura obtenta beneficia ſimplicia, niſi fortè narretur magna multitudo titulorum,ſolent alia concedere: nec apponitur decretum de dimittendo obtenta intra duos menſes, quod ſolet apponi, quando narratur aliquod obtẽtum incompatibile,

325 Nec poteſt † dici,Papam ſuper illis tacitè diſpẽſare,quia hoc tollitur ex c.non poteſt,verſ. cum vero,de prębend.in 6.& tradit in propoſito Nauar.de orat.miſcell.61. num.2. aliàs c.22.miſcellan.16.nu. 64, Et Salzedo,in pract.Bernardi Diaz,dict.cap.47. ſeu 48.litera C. Manuel Rodriguez in ſumma 1.to. c.31. num.2.& Vega 1. p. c.36. caſu 25. & poſthęc

326 Gonçalez dict.gloſ.15.numero 27. licèt † contrarium dicat valdè probabile, non ſtante ſtylo curiæ Romanæ contrario, Petrus Ledeſma in ſumma 2.p. tract. 7. capitul.1.13, concluſione, 4. d.ſiccult. non reſpondens d. capitul, non poteſt. Et ſentire videatur Mandoſius ad Lapum allegatione 117. litera B. ante finem,& quicquid aliàs dicat Menoch. de præſumptionibus lib.2. præſumptione 20. num. 15. ex Imola numero 8.& Bonifacio numero 10. & 30. in clauſula, ſi Romanus, de præbend.qui non dicunt, quod ipſe dicit.

327 Et id † ſolum poſſet procedere, vbi Papa illa ſimul conferret, vt in ſequenti declaratione S. Congregat,ſuper d.c.17. ibi, Quidam obtinuit duo beneficia incompatibilia à ſummo Pontifice: & illa in literis expreſſit,ſed non fuit diſpenſatum: reſpondit Congregatio teneri poſſe, niſi eſſent duæ parochiales ante Concilium obtentæ.

328 Nec rurſus † dici poteſt, id in Papa procedere,

ex facultate ſibi tradita ab ipſo Concilio per decretum vltimum, ſeſſ.25. de reformat. iuxta dicta ſupra 4.par.cap.5. à nu.30. quia id intratet, ſi Concilium dict.cap.17. prohiberet collationem: ſed, vt diximus, non prohibet niſi retentionem,

329 Et præterea † non ſolum retinentur plura ex prouiſione manu Sanctiſſimi ſignata per fiat, ſed etiam ex prouiſione ſignata per conceſſum manu Cardinalis, vel alterius prælati, qui habent ſignaturam per conceſſum, qui non poſſunt dici cenſeri, & poſſe tacite diſpenſare contra Concilium, vt appareat ex declaration. Abulenſ. adducta dict. capitul. 5. num. 34.

330 Vnde † Zechus de republic. Eccleſiaſt. c. de beneficiatis nu. 4. verſ. notandum tertio, ait pro pluribus beneficijs ſimplicibus ſimul obtinen, & retinendis, quantum ex vſu & conſuetudine colligi poteſt, non eſſe neceſſariam diſpẽſationem, paſſim enim ſine diſpenſatione acquiruntur, & retinentur, rarò tamen forte tuta conſcientia, &c. Et eodem num. 4. verſ. notandum ſecundo, ad finem, & verſ. circa tertium caput ait, quod Papæ tolerantia, qui id ſcit & tolerat, in foro exteriori videtur excuſare, argument. c. 1. de conſtit. in 6. & regulariter in hoc diſpenſatio non petitur, & videtur id relinqui conſcientiæ cuiuſque, cum non poſſit tradi certa regula, quantum cuique ob perſonarum diuerſitatem ſufficiat ad honeſte degendum. Hæc Zechus. *Et Moſcou. de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. par. 3. cap. 2. pag. 452. in fin. ait, quòd hodie de conſuetudine non datur diſpenſatio ad plura beneficia ſimplicia, ſed prælati inferiores videntur quòd conferre poſſunt, & de facto conferunt quibus placuerit, nulla habita ratione, an ſint pinguia, vel tenuia, qua ſecundùm ea qua habentur in dicto Concil. ſeſſ. 24. c. 17. non ſatis laudabilia ſunt,*

331 Et cum † eo tempore Romæ per aliquos Hiſpanos prætenderentur fieri aliquæ impetrationes, iuxta dictum caput 17. Concilij, & dictas declarationes Sacræ Congregationis de beneficijs per ordinarios prouiſis, & aliquæ eſſent ſignatæ, tandem ad inſtantiam Regis noſtri Philippi Secundi, cuius anima requieſcat in pace, & eius ambaſciatoris, ceſſauerũt, & non fuerunt ad effectum productæ,

332 Vnde videtur, poſſe † probabiliter dici, opinionem Innocentij. de qua ſupra, à nu. 264. quam conſuetudo antiquiſſima approbauit, etiam hodie poſſe procedere, etiam in foro conſcientiæ. iuxta ibi dicta, non obſtante dicto decreto Concilij capit. 17. quia non eſt vſu receptum, ad notata in capit. erit autem lex, 4. diſtinct. & per Felynum, Nauarrum, & alios citatos ſupra, num. 150. & alia ibi dicta.

333 Quo † ſtante, offert ſe dubium, cum in diſpenſationibus cum illegitimis, vel alias irregularibus, ſeu inhabilibus diſpenſetur, vt quæcunque & qualiacũque beneficia Eccleſiaſtica, recipere, & retinere, dũmodo plura ſimul non ſint, quam quæ à Concilio Tridentino permittuntur, iuxta ſtylum curiæ, libere, & licite valeant, an vigore talis diſpenſationis poſſit quis retinere plura beneficia, alias non incompatibilia, etiamſi vnum ſit ſufficiens ad ſuſtentationem.

334 Et videtur † quod non, propter illa verba, Dummodo plura ſimul non ſint, quam quæ à Concilio Tridentino permittuntur; quæ reſtringunt diſpenſationem, & ſic quoad illa retinenda non videtur diſpenſatus.

335 Nihilominus tamen † contrarium videtur dicẽdum, ſtante quod Concilium in hoc non liget, vtpotè non receptum, ſed adhuc poſſit procedere opinio Innocentij: nam illa verba, dummodo plura non ſint, &c. non reſtringunt, & modificant diſpenſationem, ſed exprimunt id quod ineſt de iure Concilij, quod receptum præſumitur, & ponuntur ad denotandum, quod Papa ibi per illa verba, Quæcumque, & qualiacumque beneficia, &c. non intendit diſpenſare ſuper retentione incompatibilium, & ſic non ſonant in conditionem, ſeu modificationem, ſed in monitionem, & inſtructionem, ad lib. 3. ff. de legat. 1. & tradita per Innocentium, Abbatem, & alios, in c. fin. de præſump. vbi Felyn. num. 29. Nauar. in cap. ſi quando, de reſcript. excepc. 9. num. 9. & in Manuali cap. 27. nu. 37. Couarr. in c. alma mater 1. par. §. 9. ad finem, & Thomas Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 33. num. 3. & dicta ſupra num. 21. & ſic illegitimus taliter diſpenſatus, retinendo plura incompatibilia, non faceret contra ius eum inhabilitans, & prohibens tenere beneficia, ſed contra ius prohibens tenere beneficia incompatibilia, vt alias in ſimili dictum eſt ſupra. num. 18.

*Diſpenſatus tamen cum clauſula, dummodo, plura ſimul non ſint, non poteſt virtute talis diſpenſationis obtinere, plura quàm vnum, etiamſi non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem; quia iſta clauſula magis reſtringit diſpenſationem, ſolum diſpenſando ad vnum retinendum abſolutè & ſimpliciter: & ita declarauit S. Congreg. Concilij 1. Iulij 1595. his verbis: Congregatio Concilij cenſuit, qui diſpenſatus eſt ad beneficia, dummodo plura ſimul non ſint, non poſſe obtinere plura quàm vnum, quamuis illud ad vitam obtinentis honorifice ſuſtentandam non ſufficeret. Et facit Concil. Nauarr. 26. de præbend. vbi ait, Datarium ei reſpondiſſe, mentem Papæ eſſe, vt virtute diſpenſationis cum dicta clauſula, dummodo non ſint plura, nullus duo beneficia ſimul retinere poſſit. Sed quòd in hoc tantum proſit, quod abſque illa non poterat obtinere niſi vnum ſimplex ex diſpenſatione ordinarij: & primum quod ſibi conferretur, virtute huius poterit obtinere, & retinere aliud quodcunque maluerit, modo non retineat duo ſimul,*

## *De diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorum. §. IV.*

### SVMMARIA.

*An Epiſcopus, ſeu Legatus poſſit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium, num. 336. In dignitatibus, perſonatibus, ſeu officijs, & curatis, indiſtincte diſpenſare non poteſt, ſed ſolus Papa diſpenſat, num. 337. Etiamſi diſpenſatio fieret principaliter, propter neceſſitatem, ſeu vtilitatem Eccleſiæ, contra Hoſtien. & alios. num. 338.*

*Quod Epiſcopi poſſunt diſpenſare contra ius canonicum, etiam Concilij, ex magna cauſa neceſſitatis, ſeu vtilitatis, procedit, quando ſuperior conſuli non poteſt: & in propoſito non videtur poſſe conſiderari periculum in dilatione ad conſulendum ſuperiorem, nu. 339. & 340.*

*Infertur ad illam quæſtionem, an Epiſcopus poſſit diſpenſare in impedimentis matrimonium dirimentibus, quando impedimentum eſt occultum, & ad Papam non poteſt haberi recurſus propter paupertatem, vel alia impedi-*

*menta, & in ſeparatione eſſet magnum ſcandalum, nume.* 341. *Et communiter tenetur pars affirmatiua, ex dicta doctrina, quod Epiſcopi poſſunt diſpenſare contra ius etiam concilij, ex cauſa neceſſitatis, quæ hic concurrit, numero* 342. *Contrariam ſententiam tenent Sot. Corduba, & alij relati, numero* 343. *Quæ probatur. quia Epiſcopus non poteſt diſpenſare in lege Papæ, vel Concilij qualis eſt iſta, niſi ei ſpecialiter concedatur. quod tamen nullibi ei conceditur in hoc caſu, numero* 344. *Et idem eſt in Legato, ſeu Nuncio, niſi vbi habeat ſpecialem facultatem, num.* 345. *Et procedit iſta ſententia, non ſolum quando mala fide cõtractum eſt matrimonium, ſed etiam quãdo bona fide, &c. num.* 346.

*Rationi primæ ſententiæ reſpondetur, quod illa doctrina intelligitur ex magna cauſa neceſſitatis, non particularis, ſeu priuatæ, ſed publicæ, & communis, ſeu Eccleſiæ ſicut ex cauſa vtilitatis publicæ, & non priuatæ, à num.* 347. *& aliàs poſſet aliquando Epiſcopus diſpenſare in prædictis impedimentis, etiam ante contractum matrimonium, licèt impedimentum eſſet publicum, & tamen id non conceditur, nu.* 349. *&* 350.

*Non obſtat alia ratio primæ ſententiæ, quod tunc propter epicheiam videatur Papa dare facultatem diſpenſandi Epiſcopis, aut eam ſibi non reſeruare: quia quod Epiſcopus non poſſit diſpenſare in lege Papæ, vel Concilij, prouenit ex natura rei, quia eſt inferior, qui non habet poteſtatem in ſuperiorem, nec in eius legem, & non ex eo, quod Papa ſibi reſeruet poteſtatem diſpenſandi, & eam tollat Epiſcopis: & epicheia eſt moderatio legis, non vero dat poteſtatem aut iuriſdictionem aliàs non habenti, quamuis poſſet moderari legem Papæ ſibi reſeruantis id, quod aliàs poterat Epiſcopus, vt in voto, num.* 351. *&* 352. *quod confirmatur exemplis adductis, numero* 353.

*Ad replicam, ius naturale, quod inferior diſpenſare nequeat in lege ſuperioris, interpretari ex epicheia. vt non intelligatur in caſu magnæ neceſſitatis, reſpondetur procedere, quando neceſſitas eſt publica, non priuata, numero* 354.

*Nec in impedimento affinitatis ſuperueniente matrimonio poteſt Epiſcopus diſpenſare ad petendum debitum, niſi forte ex conſuetudine, nu.* 355.

*Quando prima ſententia admittenda eſſet, quæ tamen abſolutè placet, eſſet accipienda, quando bona fide contractum eſſet matrimonium ex parte vtriuſque. ex decreto Concil. ſeſſio.* 24. *de reform. matrim. c.* 5 *contra Thomam Sanchez, et alios. à num.* 356.

*Non admittit Author ſententiam Gabriel Vazquez docentis, poſſe nos operari contra noſtram opinionem, & ſequi opinionem contrariam, quam viri docti ſequuntur, & cõmuniter exiſtimatur non continere errorem, ſed adhuc probabilitatem habere, quamuis ex propriis, & extrinſecis principijs, & rationibus non probetur, &c. numero* 360. *nam quamuis poſſit ſequi opinio probabilis relicta probabiliori, numero* 391. *quod etiam procedit in iudice, qui poteſt iudicare ſecundum opinionem probabilem, relicta probabiliori, non ex parte facti, ſed iuris, numero* 362. *tamen ea opinio probabilis eſt, quam aſſerunt viri ſapientes, & confirmant optima argumenta, quæ ſi qui nihil improbabile eſt: & ſic. debet eſſe conformis, non ſolum exiſtimationi ſapientum. ſed etiam rectæ rationi, numero* 363. *Et vt poſſit quis ſequi opinionem probabilem. debet eam iudicare veram probabiliter, etſi non veriorem, nec id repugnat etiam ex propriis principijs, & rationibus. nu.* 364. *& ſeq. Et ſententia Gabriel Vazquez ſolum videtur vera in ſubdito obedienti ſuperiori, &c. num.* 366.

*Nuncio Hiſpaniæ ſolet dari facultas diſpenſandi ſuper quocũque impedimento publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, &c. vt in clauſula poſita, nu.* 367. *Et Commiſſario Cruciatæ cõceditur facultas in foro conſcientiæ diſpenſandi cum his, qui primo & ſecundo affinitatis ex fornicatione contractæ gradibus coniuncti matrimonium contraxerunt, necnon in ſuperueniente ſimili affinitatis impedimento, &c. vt in clauſula poſita, nu.* 368.

*Circa alia beneficia Epiſcopus, ſeu Legatus poteſt diſpenſare, vt quis habeat plura beneficia, etiam reſidentiam requirentia, quæ non ſunt curata, aut dignitates, perſonatus, vel officia, vel duo vniformia ſub eodem tecto, vel duæ præbendæ diuerſarum Eccleſiarum, quarum quælibet per ſe ſufficiat, ſecundum Abbatem, & alios, ita explicantes cap. ſanctorum.* 70. *diſtinct. nu.* 369.

*Sed in requirentibus reſidentiam verius eſt, non niſi Papam poſſe diſpenſare, ex d. c. ſanctorum, n.* 370. *Et hodie certum eſt, ex Concilio Tridentino, contra quod Epiſcopus ſeu legatus diſpenſare non poteſt, nu.* 371.

*Ex quo etiam non poteſt diſpenſare, vt quis habeat duo ſimplicia ſufficientia, num.* 372. *&* 373. *adducitur declaratio Sacræ Congregationis.*

*An hodie ſtante Concilio poſſit Epiſcopus, Nuncius, ſeu Legatus, diſpenſare ad duo beneficia diffirmia ſub eodem tecto, ſicut antea poterat, ex communi, à nu.* 374 *Reſolvitur poſſe: nam iſta facultas non apparet ſublata per Concilium non obſtante c.* 4 *ſeſſ.* 7. *& clare cenſuit S. Congregatio in declaratione poſita nu.* 377.

*An obtinens plura beneficia ex diſpenſatione Papæ, ſine cauſa tamen rationabili, ſit tutus in foro conſcientiæ, remiſſiue, num.* 378.

*Regula de triennali non ſuffragatur contra decreta Concilij. d. c.* 4. *ſeſſ.* 24. *& c.* 17. *ſeſſ.* 24. *ex S. Congregatione, nu.* 379. *de quo remiſſiue num.* 380. *Et nu.* 381. *adducitur alia declaratio S. Congregationis.*

336 PRo complemento † huius materiæ videndum eſt, an Epiſcopus, ſeu Legatus poſſit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium.

337 In quo† breuiter dico, quod in dignitatibus, perſonatibus ſeu officijs, & curatis diſtinctè diſpenſare non poteſt ſed ſolus Papa diſpenſat, vt tenet gloſſ. in c. dudum 2. de elect. & in d. c. de multa, de præb. vt ibi gloſſ. verb. per ſedem. & in c. 1. de conſuetud. in 6. verb. abſque diſpenſatione, & in c. ordinarij, de offi. ordinarij in 6. verb. ſui beneficij, & in ca. non poteſt, de præb. eod. lib. verb. Apoſtolicæ ſedis, & gloſſ. Guliel. in extrauag. execrabilis, de præb. inter communes, verb. quæ aliàs, Dom. in d. c. 1. num. 13. & Franc. ibi num. 7. & in cap. ſuper eo, de præbend. eodem li. num. 4. Felin. in c. at ſi clerici, §. de adulter. de iudic. num. 5. Millis in repert. verſic. diſpenſare non poteſt legatus de latere ſuper pluralitate, Rota deciſ. 4. de offic. legati in nouis, aliàs 286. Mandoſ. de ſignatur. gratiæ, tit. de diſp. ad plura, verſi. aut loquimur, Granu. ad Simonet. de refor. q. 50. nu. 22. P. Ledeſma in ſumma 2 p. tract. 7. c. 1. 9. & 12. concl. & Dd. cõmuniter, vt teſtatur Abb. in repet. d. c. extirpandę, §. qui vero, nu. 38. & faciunt quæ tradit Staph. tit. de qual. & ſtat. benef. §. 1. quod ſit, n. 5. & 6. & vt dicit Hoſtiẽ. in d. c. de multa, & refert Abb. n. 19. & in d. repet. §. qui vero. n. 38. & ibi Rebuf. opinionẽ hãc ſeruat curia Romana, & eius ſtylus, & ſequitur Villad. de leg. q. 14. 1. p. n. 81. dicẽs, quod ita ſtylus curiæ recipit, &

Quin-

Quintin. in capite de multa, num. 111. dicens, quod pars Dd. melior hoc tenet, ſorique Romani ſeruat vſus, &c.

338 Quamuis † ipſe Hoſtienſis ibi, & Abbas locis citatis, Selua 4. p. q. 7. nu. 29. Rebuff. in praxi, tit. de diſpenſatione ad plura. à nu. 30. & in repetit. dict. §. qui vero, circa 5. art. Abbas, de pluralitate benefic. Gambarus de offic. legati, lib. 5. tit. an legatus poſſit plura beneficia vni conferre, à n. 98. Duaren. de benefic. libro 8. cap. 4. Gregorius Lopez in l. 3. titul. 16 part. 1. gloſſ. vlt. & Hojeda 2. par. cap. vlt. à num. 16. & alij teneant, Epiſcopum & Legatum de iure poſſe diſpenſare, quando diſpenſatio fieret principaliter propter neceſſitatem, ſeu vtilitatem Eccleſiæ, & non ob vtilitatem perſonæ, propter prærogatiuam meritorum.

339 Nec obſtat, quod † Epiſcopi poſſunt diſpenſare; contra ius canonicum, etiam Concilij, ex magna cauſa neceſſitatis, ſeu vtilitatis, Rot. deciſ. de iure patron. in nouis, Abbas in d. c. at ſi clerici, §. de adult. nu. 9. poſt Ioan. de Lignano, ibi, Roman. conſ. 325. n. 7. & 8. vbi Horat. Mandoſ. litera C. & ſingul. 486. Felin. in cap. de conſtitut. n. 49. & in c. 1. de ſponſal. ſub nu. 5. Millis verſ. diſpenſare poteſt Epiſcopus cõtra Concilium. Gambarus de officio legati lib. 10. à nu. 400. Tiraqu. de pœnis in præfat. nu. 31. Duennas reg. 248. nu. 2. Hojeda, qui plures refert d. c. vltim. nu. 22. Ioan. Guttierez canonic. quęſt. lib. 1. cap. 23. num. 18. Sylueſt. verb. diſpenſatio, nu. 15. & Thom. Sanchez, qui plures etiam refert, de matrimon. libr. 2. diſputat. 40. num. 3. & lib. 7. diſput. 7. numer. 6. &
340 lib. 8. diſput. 5. num. 1. nam † id procedit, quando ſuperior conſuli non poteſt, Felin. in d. c. 1. de conſtitut. num. 50. Decius in dict. §. de adulter. num. 81. Rochus in cap. fin. de conſuetud. ſect. 3. nu. 13. Bott. de Synodo 3. p. art. 1. nu. 50. Duennas ibi, & Hoieda num. 23. & Io. Guttierrez Sylueſt. & Thom. Sanch. & Armilla verb. diſpenſatio, num. 19. At in propoſito non videtur poſſe conſiderari periculum in dilatione ad conſulendum ſuperiorem; & conducit quod tradit in propoſito, Leſſ. de iuſt. & iur. libro 2. c. 34. num. 150.

341 Vnde obiter † infertur ad illam quæſtionem, an Epiſcopus poſſit diſpenſare in impedimentis matrimonium dirimentibus, quando impedimentum eſt occultum, & ad Papam, vel alium habentem facultatem diſpenſandi non poteſt haberi recurſus propter paupertatem, vel alia impedimenta, & in ſeparatione eſſet magnum ſcandalum.

342 In † qua DD. communiter tenent partem affirmatiuam ex prædicta doctrina, quod Epiſcopi poſſint diſpenſare contra ius etiam Concilij ex cauſa neceſſitatis, quæ hic concurrit. Ita Angelus verb. diſpenſatio, num. 5. Sylueſter dict. num. 15. Tabiena quæſt. 14. Margarita confeſſ. eodem verb. & Armilla num. 19. Nauar. in Man. cap. 22. nu. 85. & conſil. 14. de conſanguinit. & affin. Cuchus in inſtitutionibus maiorib. lib. 2. tit. 6. num. 310. Spino de teſtam. glo. 15. nu. 86. Anto. Gomez. in explicatione Bullæ Cruciata, ad 10. clauſulam nu. 58. Zerola in praxi Epiſcopali 1. par. verb. diſpenſatio. §. 3. Bartholom. Ledeſma in ſumma Sacramentorum, de matrimonio dub. 50. Man. Rodrig. in explicatione Bullæ Cruciatæ. §. 13. nu. 6. & in addition. num. 14. & in ſumm. 1. tom. 6. 234. num. 2. Candelabrum aureum de matrimon. num. 248. Graffijs lib. 2. capitulo 81. num. 14. Vega in ſumma 1. part. capit. 88. caſu 1. Ludouic. Lopez inſtructor. conſcient. 2. tom. part. 2. capit. 59. Enriquez in ſumma libro 12. cap. 3. §. 2. & libro 13. c. 14. §. 3. Valentia 4. tom. ſuper 3. p. diſp. 10. quæſt. 5. puncto 5. Toletus in ſumma lib. 7. c. 18. Azor 2. p. lib. 3. c. 51. quæſt. 1. Rebellus de obligat. iuſt. 2. par. lib. 3. quæſt. 5. nu. 20. & nouiſſime Thomas Sanchez dict. lib. 2. diſput. 40. & dicto lib. 8. diſp. 5. num. 1. & diſp. 6. n. 20. & 24. & Theologi moderni Hiſpaniæ cõmuniter: & ita practicari aiunt Manuel Rodriguez ſupra, & Enriquez d. §. 2. in gloſſa, lit. K. *Tolet. cap. 18. ſeu 22. d. c. 3. Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 23. nu. 43. Vgol. de offic. Epiſc. c. 60. §. 1. Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 1. ſub n. 14. pag. 104. Salas de leg. diſp. 20. ſect. 3. à n. 24. D. Sabagun in d. §. de adult. nu. 79.*

343 Contrariam † tamen ſententiam tenent Soti de iuſt. & iur. lib. 1. quæſt. 7. artic. 3. & in 4. diſt. 37. q. 1. artic. 2. Corduba libr. 1. quæſt. qu. 11. & in ſumma quæſt. 45. 2. puncto primæ opinionis, Veracr. in ſpec. coniug. 3. part. articul. 18. ad fin. Bart. Medina 1. 2. quæſtio. 97. articul. 4. & Petrus Ledeſma de matrim. quæſtio. 56. articul. 5. dub. 1. & in ſumma de matrimon. capit. 27. 1. difficult. quam etiam communem, & practicari in Eccleſia dicit Corduba dicta quæſt. 11.

344 Quæ † ſententia probatur, quia Epiſcopus non poteſt diſpenſare in lege Papæ, vel Concilij, qualis eſt iſta, niſi id ei ſpecialiter *concedatur, cap. dilectus, de tempor. ordin. ibi, cum illi huiuſmodi diſpenſatio minime ſit permiſſa, & ibi gloſſ. verb. com. Pap. ibi. nume. 3. et de leg. libro 6. c. 14. à num. 4. Salas eod. tract. dict. diſp. 20. ſect. 3. à num. 19. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 57. §. 2. in princip.* vt notant Dd. in d. §. de adulter. Suarez. 5. tom. de cenſuris, diſput. 6. ſect. 4. num. 7. & diſp. 7. ſect. 4. à num. 1. ad 6. & diſput. 29. ſect. 1. num. 21. & diſp. 41. ſect. 2. num. 3. & in propoſito Couarr. in 4. 2. par. c. 6. §. 10. num. 11. quod tamen nullibi ei conceditur in hoc caſu: & eſt declaratio S. Congregat. Concilij ſuper cap. 5. ſeſſ. 24. de reform. matrimon. quæ ſic ait: Epiſcopus authoritate ordinario non habet facultatem in gradibus affinitatis, ſeu conſãguinitatis à iure prohibitis, contrahentes matrimonia diſpenſandi.

345 Et idem † eſt in legato, ſeu nuncio, niſi vbi habeat ſpecialem facultatem, Sanch. de matrim. d. lib. 8. diſput. 6. nu. 15.

346 Et procedit † iſta ſententia non ſolum quando mala fide contractum eſt matrimonium, quo caſu ipſi contrahentes ſe ſua culpa in illam neceſſitatem & periculum iniecerunt, & ideo ſibi imputent, ſed etiam quando bona fide, & in facie Eccleſiæ, ignorando impedimentum, ex dicta ratione: quamuis tunc primam ſententiam dicant eſſe piam & probabilem, Sotus d. art. 2. Corduba, Veracruz, & P. Ledeſma ſupra, & eam admittat Gabr. Vazquez 1. 2. tom. 2. diſput. 178. numer. 16. niſi Pontifex conſuli poſſit per Epiſcopum, &c. qui malè allegat Sotum dict. art. 3.

347 Nec obſtat † ratio primæ ſententiæ: nam illa doctrina, quod Epiſcopi poſſint diſpenſare etiam contra ius Concilij ex magna cauſa neceſſitatis, quando ſuperior conſuli non poteſt, intelligitur ex magna cauſa neceſſitatis, non particularis, ſeu priuatæ, ſed publicæ, & communis, ſed Eccleſiæ, vt patet ex cita-

tis numero 338, & ſequentib. tunc enim ratio boni communis id expoſcit: nec de neceſſitate particulari & priuata eſt habenda ratio, cum lex in communi feratur, &c.

348 Et quod † intelligenda ſit de neceſſitate publica, conſtat: nam DD. eodem modo loquuntur de magna cauſa vtilitatis, quæ neceſſario in propoſito intelligenda eſt de vtilitate publica, & non priuata, imò expreſſe DD. citati d. nu. 338. id negant de vtilitate perſonæ.

349 Et ſi † intelligeretur de neceſſitate particulari poſſet aliquando Epiſcopus diſpenſare in prædictis impedimentis, etiam ante contractum matrimonium: nam etiam tunc poſſet aliquando occurrere tali neceſſitati: & tamen tunc nullus ſcriptor id admittit præter Thomam Sanchez ſupra num. 7. & *Salas, & aliquos Epiſcopos diſpenſaſſe audiui, quamuis sciam Nuncium Hiſpaniæ ſemel diſpenſaſſe ante contractum matrimonium in impedimento primi gradus affinitatis ex copula fornicaria, de conſilio aliquorum Theologorum. Et de menſe Auguſti 1610. diſpenſaſſe in ſimili impedimento primi & ſecundi gradus affinitatis ex copula illicita* D. *Laura, Ottanus Epiſcop. Abulen. de conſilio lectorum S. Thomæ, & aliorum Theologorum huius ciuitatis, quod & alij poſtea probarunt, vt Maria, quę habuit copulam cũ Petro, ex qua mãſit grauida, ſubtraxit nepoti ex ſorore d. Petri, & copula & grauiditas attribueretur nepoti, & non ipſi Petro, de quo erat rumor in populo, & ſic conſuleretur honori puellæ & auunculi, ſcandaliſque ac periculis quæ inde oriri poterant: quod tamen ſucceſſit malè, ſicut factum eſt: nam poſtea ipſa rem detexit & receſſit à marito. Nec iſta erat iuſta cauſa ad talem diſpenſationem, quamuis alias poſſet Epiſcopus diſpenſare etiam ante contractum matrimonium: nam non erat ſumendum matrimonium vt medium ad id, nec erat abſolutè neceſſitas illud contrahendi, cum antea inter illos tractatum non eſſet niſi ad prædictum finem, qui non eſt procurandus medio matrimonij, ad quod propter affinitatem erant inhabiles, &c.*

350 Et ſimiliter † poſſet etiam aliquando diſpenſare, licet impedimentum eſſet publicum, nam etiam tunc poſſet occurrere talis neceſſitas, & tamen tunc nullus author id concedit, ſed omnes loquuntur quando impedimentum eſt occultum, &c. quamuis etiam tunc poſſe Epiſcopum diſpenſare in facti contingentia, quando etiam matrimonium erat iam ſeparatum, conſtituerint aliqui Theologi huius ciuitatis, & de facto diſpenſaſſe audiuerim: iam enim moris eſt Theologis Hiſpanis huius temporis, omne facere probabile, nouas inuentando opiniones, adeo vt nihil fere ſit, quod ab eis non probetur: vnde veritas, & doctrina ſolida & antiqua, magnam iacturam fecerunt.

351 Nec obſtat † alia ratio primæ ſententiæ, nempe, quod tunc propter epicheiam videatur Papa dare facultatem diſpenſandi Epiſcopis, aut eam tollat ſibi reſeruando, non enim vult mittere laqueos peccatorum, & animas in huiuſmodi laqueis manere: quia pro reſponſione aduertendum eſt, hoc quod Epiſcopus non poſſet diſpenſare in lege Papæ, vel Concilij, prouenire ex natura rei, quia Epiſcopus eſt inferior, & inferior non habet poteſtatem in ſuperiorem, nec in eius legem, c. inferior, 21. diſt. n. c. cum inferior, de maiorit. & obedient. Clemen. ne Romani. in prin. de elect. & non ex eo, quod Papa ſibi reſeruet poteſtatem diſpenſandi, & eam Epiſcopis, Suarez d. 5. tom. diſp. 7. ſect. 4. nu. 4. & diſp. 41. ſect. 6. num. 3. ſequitur Thom. Sanchez lib. 7. diſp. 7. num. 6, & lib. 8. diſp. 2. num. 12. & diſp. 6. num. 14. quamuis contrarium videretur dicere in d. lib. 2. diſp. 40. nu. 3. in 2. ratione, dicens iſtam reſeruationem in caſu tantæ neceſſitatis intelligendam non eſſe, epicheia autem eſt moderatio legis deficientis propter vniuerſale, & temperat illius rigorem in caſibus ſpecialibus, & extraordinarijs, non vero dat poteſtatem, aut iuriſdictionem alias non habẽti, quamuis poſſet moderari legem Papæ, ſibi reſeruantis id, quod *alias* poterat Epiſcopus, auferendo illi poteſtatem, alias competentem.

352 Vnde cum † Epiſcopus poſſit diſpenſare in omni, voto, niſi Papa ſibi ſpecialiter reſeruaſſet, poſſet Epiſcopus in caſu magnæ neceſſitatis, cum ad Papam non poſſet haberi recurſus, diſpenſare in voto reſeruato, puta caſtitatis, vt dicunt Sylueſt. Armill. Cuchus, & alij ſupra, & Pet. Ledeſm. in ſumma 2. p. tract. 10. capitul. 8. 3. par. dicto 4. & Thom. Sanchez plures citans lib. 8. diſput. 9. numero 22. Açor ſupra, & 1. par. libro 11. capitul. 19. quæſt. 8. Suarez de relig. 2. tom. tract. 6. libro 6. capitulo 26. à numero 9. quia quod Epiſcopus in illo nequeat diſpenſare, prouenit ex reſeruatione Papæ, & non ex natura rei: vnde epicheia poteſt moderari legem, per quam fit illa reſeruatio, vt non intelligatur in caſu tantæ neceſſitatis.

353 Et quod † epicheia non det poteſtatem & iuriſdictionem alias non habenti ex natura rei, etiam in caſu magnæ neceſſitatis priuatæ, patet exemplo excommunicationis, à qua non poteſt quis abſolui etiam in caſu extremæ neceſſitatis, vt in articulo mortis, ab eo qui non eſt ſacerdos: neque à ſimplici ſacerdote poſſet, niſi ius id ſpecialiter conceſſiſſet: & exemplo matrimonij, quod non poteſt contrahi coram non parocho, etiam in caſu magnæ neceſſitatis, & mortis periculi. Accedit quod, vt inquit Gabr. Vaſquez 1. 2. tom. 2. diſp. 176. num. 3. epicheia non habet locum in iure naturali, quale eſt iſtud, quod inferior non diſpenſet in lege ſuperioris, quin in eo non cadit emendatio, ſicut in lege humana.

354 Quod ſi replices, ius † illud naturale, quod inferior diſpenſare nequeat in lege ſuperiori, interpretari vt non intelligatur in caſu magnæ neceſſitatis. Reſpondeo id procedere, quando neceſſitas eſt publica, non priuata, iuxta ſupradicta.

355 Vnde † etiam verior videtur opinio Cordubæ lib. 1. q. 9. c. 12. 4. dicto. & Couar. in 4. 2. par. c. 7. §. 1. numer. 6. quod in impedimento affinitatis, ſuperueniente matrimonio, non poſſet Episcopus diſpenſare ad petendum debitum, niſi forte ex conſuetudine, quamuis DD. communiter contra tenẽant, & etiam Sot. & Medin. ſup. & Io. Gutierez à nu. n. 15, Man. Rodrig. num. 7. & Lud. Lop. ſup. & 1. to. c. 80. & 296. & Valen. etiam vbi ſup. de qua latè Tho. Sanchez d. lib. 3. 8. diſp. 12.

356 Et quando † prima ſententia admittenda eſſet (quæ tamen mihi abſolutè non placet) eſſet omnino accipienda, quando bona fide contractum eſſet matrimonium, vt voluit Barthol. Ledeſm. Man. Rodriguez & *Vega, & Piaſec. ſupra, & etiam Zerola, & Leo.* qui volunt quod matrimonium ſit contractum ignoranter quoad impedimentum, & ſit conſummatum; & regulariter Reuel. quamuis Angel. Sylu. Tabiena,

Tabiena, Margarita, Armilla, Nauar. Cuch. Spino, Anto. Gom. Candel. aur. Graf. & Valent. *& Tolet. Ygol. & Salas* supra, bonæ fidei non meminerint, & Enriquez d. §. 2. in gl. lit. K. & lit. O, videatur eam nō requirere.

357 Et † requireretur bona fides, non solum ex parte vnius, sed utriusque, ita quod ambo contrahentes probabiliter impedimentum ignorassent, & in contrahendo solemnitates requisitas seruassent, vt rectè inquit Lud. Lop. d. c. 59. ex decreto Concilij. sess. 24. de reform. matrim. cap. 5. dicente, quod si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contraxerit, aut solemnitatibus requisitis neglectis separetur, & spe dispensationis consequendæ carerat: 358 quamuis † Tho. Sanch. supra nu. 4. teneat sufficere bonam fidem vnius, licèt alter mala fide contraxerit, non obstante Concilio, quia Tridentinum, inquit, vocat hanc pœnam, ibi, Eisdem subijciatur pœnis, non autem æquum est puniri innocentem ob alterius delictum, vt tenet P. Ioseph. de Acosta libr. 6. de conuersione Indorum cap. 22. & quidam viri docti neoterici.

359 Sed respondeo, dicta † verba Concilij in vno sic contrahente verificari, cum dicat, Si quis, &c. & ob delictum & pœnam vnius alterum non pœnam, sed damnum in consequētiam sustinere, quod iniquum non est.

360 Nec admitto, † vt obiter dicam, sententiam P. Gabr. Vazq. 1. 2. disp. 62. cap. 4. præcipuè docentis, posse nos operari contra nostram opinionem, & sequi opinionem contrariam, quam viri docti sequūtur, & communiter existimatur non continere errorem, sed adhuc probabilitatem habere, atq; adeo non esse antiquatam, quamuis ex proprijs, & intrinsecis principijs, fundamentis & rationibus illa nobis non probetur, sed nostram opinionem veram existimemus, & contrariam falsam, quia per extrinseca principia, nempè authoritatem Dd. qui contrariam sequuntur, possumus iudicare illam esse probabilem, & sic secundum eam operari, tenta adhuc propria opinione, & assensu illius per propria, & intrinseca principia, fundamenta, & rationes: quā sententiam tenet etiam Azor part. lib. 2. cap. 17. 7. quæst. & Sairus in claui regia, lib. 1. capitul. 6. *& videtur sequi Thom. Sanchez in præcept. Decalog. libro 1. capitulo 9. num. 6. & 16.* hanc inquam sententiam non admitto.

361 Nam quamuis † possit sequi opinio probabilis relicta probabiliori, vt contra Sylues. verb. opinio, §. 2. ad fin. Caiet. eod. verb. Corradum, tract. 7. de contractibus, q. vlt. Adrianum quodlibet 2. 3. part. Sotum lib. 3. de iustit. & iur. quæst. 6. art. 5. ad 4. Nauar. cap. 27. num. 286. & Cordubam libr. 2. quæst. qu. 3. Ant. Perez certamine 10. Scholast. numero 55. tenēt Armilla verb. opinio, Barthol. Medina 1. 2. quæst. 19. articul. 6. Aragon. 2. 2. quæst. 63. art. 4. & ibi Salon. 2. controuersia, Bannes eod. 2. 2. quæst. 10. artic. 1. Valentia 3. to. disp. 5. quæst. 7. pun. 4. & Ludou. Lop. instruct. conscien. 1. to. capit. 120. & 287. Sairus de cēsur. lib. 155. num. 4. & 8. & P. Nauarr. de restitutio. lib. 3. c. 1. numero 237. Sairus 1. 2. tract. 8. disp. vnica sect. 6. (qui tamen tenet tutiorem partem sequendam, si fieri potest absque notabili detrimento) Suarez tom. 5. de pœnit. disp. 22. sect. 9. numero 6. & 5. tom. de cens. disp. 40. sect. 5. numero 6. Tho. Sanchez de matrimon. lib. 2. disp. 41. numero 30. libr. 3. disp. 20. numero 4. & lib. 8. disp. 6. num. 18. *et in præcept. Decal. d. lib. 1. ca. 9. à nu.* 14. & nouissime Lorca 1. 2. disp. 39. de actibus humanis (qui etiam tenet prędictam sententiam,) Gab. Vazqu. disp. 41. & recentiores communiter.

362 Quod † etiam procedit in iudice, qui potest iudicare secūdum opinionem probabilem rel &a probabiliori, non ex parte facti, sed iuris secundum prędictos, excepto Bannez, d. q. 63. art. 4. & Gab. Vazquez disp. 64. cap. 2. *Et Sanch. d. cap. 9 num. 47 dicente probationibus.* & Valent. supra, qui non solum in iudice, sed in qualibet materia iustitiæ, quando agitur de præiudicio tertij tenet contrarium.

363 Tamen † ea opinio probabilis, quam asserunt viri sapientes confirmant optima argumenta, quæ sequi nihil improbabile est, vt diffinit Arist. 1. topicor. cap. 1. & 1. ethicorum cap. 4. & tradunt Medina, Aragon, & Salon supra, & Ant. Perez supra nu. 48. ait non omnem opinionem posse dici probabilem, sed illam dumtaxat quæ fulcitur, atque firmatur rationibus bonis, & authoribus authoritate dignis, &c. Itaque vt opinio probabilis sit, non satis est quod eam asserant viri sapientes, sed etiam opus est, quod eam confirment optima argumenta, &c. Et vt etiam dicunt Medina, & Aragon. ibidem, opinio probabilis, non solum debet esse conformis existimationi virorum prudentum, & sapientum, sed etiam rectæ rationi.

364 Et vt † possit quis sequi opinionem probabilē, debent eam iudicare veram, etsi non veriorem, vt dicit Salon, & Valentia supra, & Ludou. Lopez dict. capit. 287. & alij. Quod apertius tenet idem Salon supra. quæst. 5. articul. 4. dicens, quod quando variæ sunt Dd. opiniones in his, quæ pertinent ad mores, & conscientiam, & vtraque opinio habet authores grauissimos, vtraque est probabilis illi, qui non valet quæ verior sit, & vim argumentorum expendere: qui vero valet attingere, quæ illarum verior sit, ita vt vnam iudicet veram, & aliàs falsas, debet agere iuxta illam, quam iudicat veram, quia aliter ageret contra conscientiam, & ita tenet etiam Valencia supra, & communiter Thomistæ.

365 Nec verum † est, quod dicunt Gabr. Vazquez, & Acor supra repugnare ex proprijs principijs, & rationibus haberi assensum vtriusque partis, & opinionis contrariæ, duo enim assensus contrarij de eadem re in eodem esse non possunt, nam quamuis verum sit quod duo assensus contrarij certi, & euidentes de eadem re esse non possint, & quod ex proprijs principijs, & rationibus veris in se, & à parte rei, non possit haberi assensus circa oppositа, tamen ex proprijs principijs, & rationibus probabiliter veris benè potest haberi assensus circa opposita vti probabiliter vera, quia benè potest quis probabiliter assentiri vni opinioni ex aliquibus rationibus & principijs, quæ videntur probabilia, & alteri contrariæ etiam probabiliter, aut probabilius ex alijs rationibus, fundamentis, & principijs quæ videntur etiam probabilia, aut etiam probabiliora, & benè potest quis vtramque opinionem iudicare probabiliter veram, qui tamen benè scit à parte rei vnam tantum, cum sibi contradicant, esse veram, & aliam falsam, & sic non potest habere iudicium de veritate, & falsitate rei, scilicet, quod res ipsa sit, &

non ſit vera vel falſa, vt rectè Salon ſupra d.2. controuerſia 4.concluſ. verſic.obſeruandum quoque, Anton. Perez ſupra num. 39.& 41.& tenet etiam Salas d.ſect.6.in princ.& Lorca d.diſput.39.num.1.& *Sanch.d.c.9.nu.12.*

366 Sententia † autem Gabriel Vazquez & Acor, ſolum videtur vera in ſubdito, qui ſuperiori præcipienti iuxta opinionem aliorum, quam ipſe ſubditus putat falſam, poteſt & debet contra propriam opinionem obedire formando conſcientiam, quod id ſibi licet ratione obediẽtiæ debitæ, vt tenet Cord. lib.3.quæſt.9. quem ſequuntur Gab.Vazquez d.diſpu.62.cap 6.& Azor ſupra quæſt.9 & licèt diuerſa ratione, nempe ſumpta à ſua opinione, de qua ſupra & Salas ſect 8. à num. 75. *Et ita procedit quod ait Mag. fr. Ioann.Marq.en ſu gouernador Chriſtiano, libr. 1.c.10. pag.52.ad fi. & ſeq.*

367 Et aduerte † quod nuntio Hiſpaniæ ſolet dari facultas ſuper quocumque impedimento publicæ honeſtatis & iuſtitiæ, vbi ſolum ſpõſalia interceſſerint, vt matrimonium inter ſe contrahere, & in facie Eccleſiæ ſolemnizare, ac poſt quam contractum fuerit in eo remanere, ac pariter cum illis, qui huiuſmodi impedimentis non obſtantibus illud aliàs tamẽ ritè iamiam contraxerint, etiamſi carnali copula conſũmauerint, & prolem exindè ſuſceperint, ipſos ab inceſtus reatu, ac etiam à ſynodalibus cenſuris abſoluendi, vt matrimonium denuo inter ſe, dummodo propter hoc mulieres raptæ non ſint, contrahere & vt præfertur ſolemnizare, ac pariter in eo remanere liberè, & licitè valeant diſpenſandi, prolemq; exindè ſuſceptam, & ſuſcipiendam legitimam decernendi, atque nuntiandi, vt his verbis habetur in facultatibus D.Cæſaris Speciani Nuntij Sixti V.

368 Ac commiſſario † Cruciatæ conceditur facultas nullis datis literis ſeu per confeſſores laceratis cum his, qui primo & ſecundo affinitatis ex fornicatione contractæ gradibus conuncti matrimonium cõtraxerunt, dummodo ſi poſt Concilium Tridentinum illius formam ſeruauerint, ac impedimenta huiuſmodi penitus occulta ſint, & alter contrahentium tempore contracti matrimonij impedimenti ignarus extiterit, vt alterò ita, vt prædicitur, impedimẽtum ignorante de nullitate prioris conſenſus prius certificato, tacitoque, ſi videbitur ad euitanda ſcandala cauſa nullitatis matrimonium inter ſe, etiam ſecrete de nouo contrahere poſſint in foro conſciẽtiæ duntaxat, ſi ad euitanda grauia ſcandala diſpenſandum iudicauerit, diſpenſare, prolemque ſuſceptã & ſuſcipiendam exindè legitimam decernere, nec non etiam in ſuperueniente ſimili affinitatis impedimento, ſimiliter diſpẽſare, vt debitum petere poſſint, vt his verbis habetur in ſummario Latino, explicat Manuel Rodriguez in d.explicatione bullę.§.13 à nu.6.in addition.à nu.13. Thomas Sanchez d.lib. 8.diſp.6.à num.23.

369 Circa † alia vero beneficia Epiſcopus ſeu legatus poteſt diſpenſare, vt quis habeat plura beneficia etiam reſidentiam requirentia, quæ non ſint curata, aut dignitates, perſonatus, vel officia, vel duo vniformia ſub eodem tecto, vel duæ præbendæ diuerſarum Eccleſiarum, quarum quælibet per ſe ſufficiat, ſecundum Abbatem, in d.c.cum iam dudum, nu. 9.& in repetit.d.§.qui vero, nu.41.& 42. Staph. 2.forma expectat.num.4.& 5.& Seluam d. 4.par. q. 7. caſu vltim.& Gambarum, d.lib.5, titul.an legatus poſſit plura beneficia vni conferre à nu.231.& 238. qui ita explicant c.ſanctorum 70.diſt. Rebuff.d. tit. de diſpenſatione ad plura.nu.29. & in repetit.d.§. qui vero, vbi ſupra. Io.Quintinum, ſupra nu.112.& ſeq.Hojedam d,2.p.c.vltim,num.13.& 14.& Granuttium ad Simonetam d. q.50.de reſeruat. verb. incompatibilia. *Poſt hos Piaſec, in praxi Epiſc.part.2.cap. 35, num. 26.*

370 Qui tamẽn † in requirentibus reſidentiam ait non niſi Papam poſſe diſpẽſare, quod etiam ait Rebuff tit.de diſpenſatione ratione ætatis, verb. in cathedralibus, ver. inſuper, quod eſt verius ex d. cap. ſanctorum 70, diſtinc. quod ad omnia beneficia pertinet, & non ſolum ad præbendas Eccleſiarum Cathedralium ſeu collegiatarum, vt contra Dd. rectè explicat Quintanaduennas, d,lib.4.ex n. 23. ad 44. qui eſt videndus.

371 Et eſt hodie † certum ex S.Concilio Trident. d. cap.17, ſeſſ.24.de reform. ibi; Dummodo vtrumq; perſonalem reſidentiam non requirat, contra quod Epiſcopus ſeu legatus diſpenſare non poteſt, ex glo. per tex. ibi in ç.dilectus 1.verb.cum ſe facultas, de præb.communiter approbata, vt per Nauar.de oration.c.11.num.24.Felin.in d,c.1.de conſtitut.num. 49.& in d.c.1.de ſponſal. nu.5.& in d,c.at ſi clerici, §.de adulterijs.nu.5. & ibi Decius num.37. Probus ad Monach.in cap.fi.de conſuetud. in 6. numer.21. & 22. Duennas regul. 249. Leo in theſ. for. Eccleſ. c.23.nu.44.& in terminis Zerola in praxi Epiſcopali, verb.benef.§.7,concl.7. & 8. principali ad fin. & Zechus de republica eccleſiaſt.c.de beneficiatis, nu. 4.verſ. notandũ.3, & Azor 1.p.libr.3 c.8, quæſt.6.c. 9. q.3,& 6.c.10 q.4.c.11.q.23.& c.50.q.6.& nouiſſime Vgolin.de offic.Epiſc.c.14.§.2.num.1.& 2.qui

372 ex † eo etiam dicunt non poſſe diſpenſare, vt quis habeat duo beneficia ſimplicia ſufficientia contra d. decretum, & Quintanaduennas d.lib.4. num. 131. Villar del patronado de Calatayud.4. p. in princip. num. 9. & Leſſius d.lib.2.c.34. nu.146. Acor etiam d.lib.2.cap.7.q.4.& lib.6.cap.2.q.6.& patet ex declarationibus ſupra adductis num.310. & ex adducta infra nu.377.

373 Et † eſt alia declaratio ſupra dict. c. 17. in vna Hieracen. quæ ſic ait: Diſpenſatus legitime ſine dubio canon.catum,& parochialem retinere poteſt ſciendum tamen eſt ordinarium ſuper hoc diſpensãdi facultatem habere.c.4. Et vide declarationem 5. ſupra adductam,n.84.

374 Sed offert † ſe difficultas an hodie ſtante Concilio poſſit Epiſcopus,& conſequenter nuntius ſeu legatus diſpenſare ad duo beneficia diformia ſub eodem tecto, ſicut antea poterat ex communi, de qua ſupra nu. 231.

375 Et videbatur † dicendum, quod non. ex ſeſſion. 7.de reform. vbi Concilium videtur abſolutè prohibere retẽtionem beneficiorum quomodolibet incompatibilium, & in terminis ita videtur colligi ex declarationibus ſupra adductis nu.243.

376 Nihilominus † tamen contrarium eſt verius, nã iſta facultas non apparet ſublata per Concilium, nec obeſt decretum dict. cap. 4. nam ibi Concilium ſolum inducit vacationem beneficiorum quomodolibet incompatibilium, quæ contra formam ſacrorum canonum quis recipere, ac ſimul retinere

præſumpſerit, vnde non prohibet retentionem beneficiorum, alias incompatibilium in caſu à iure permiſſo, & ſic vbi Epiſcopus poſſet de iure diſpenſare, &c, & nuntius quotidie dat ſimiles diſpenſationes.

377 Et ita † alias clare cenſuit S. Congreg. vt in ſeq. ☞ declaratione 11. Ian. 1594. ſuper d. cap. 17. Congregatio Concilij cenſuit Epiſcopum ex cauſa poſſe diſpenſare, vt quis poſſit obtinere duo beneficia diſformia ſub eodem tecto, dummodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem prouiſi, & tenuit Rota in illa Teleſina beneficij 1594. ſupra relata nu. 232. *& docet Leo in theſ. for Eccleſ. c. 18. num. 21. & c. 23. nu. 55. dicens fuiſſe de menſe Auguſt. 1590. à S. Congregat. deciſum.*

378 Et an † obtinens plura beneficia ex diſpenſatione Papæ, ſine cauſa tamen rationabili, ſit tutus in foro conſcientiæ, vltra Abb. in repetit. dict. cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. nu. 43. & ibi Rebuff. circa 6. & vltim. argum. Abbatis, Gambarum, libr. 5. tit. an legatus poſſit plura beneficia vni conferre, à num. 84. Hojedam d. cap. vltim. 2. p. nu. 38. Nau. ſupra & conſil. 1. de conſtitut. à num. 37. Sotum, Aragon. & Salon. ſupra, vide Caietanum in ſumm. verb. beneficium, Armillam eod. verb. nu. 43. Cordubam, lib. 1. quæſt. q. 20. Angles de reſtitut. quæſt. de reſtitut. facienda propter negligent. Eccleſiaſticor. art. 1. 2. difficult. dub. 3. Lud. Lopez inſtruct. conſcientiæ 1. tom. cap. 252. & ſeq. Manuel Rodrig. in ſumm. 1. tom. c. 31. nu. 7. & 8. Vegam 1. par. cap. 36. caſu 30 Toletum libr. 5. c. 81. Corradum in reſponſ. caſuum conſciētiæ, q. 35. in additione Pet. Ledeſm. in ſumm. 2. p. tract. 7. c. 1. circa 9. concluſionem, & 11. Didac. Perez ad Villad. de irregul. cap. 1. nu. 13. Leſſium d. lib. 2. c. 34. nu. 151. & ſeq. Açorem 2. par. lib. 6. c. 12. q. 7. 8. & 11. & lib. 5. c. 3. q. 2.

379 Tandem † aduertendum eſt regulam de triennali poſſeſſore non ſuffragari contra decreta Concilij, d. cap. 4. ſeſſion. 7. & d. cap. 17. ſeſſ. 24. de reformatione, vt cenſuit S. Congr. Concil. his verbis: An ☞ præſumpta diſpenſatio, in qua fundatur regula de triennali, habeat locum contra decreta Concilij, c. 4. ſeſſ. 7. cap. 17. ſeſſ. 24. & cap. 15. ſeſſ. 25. de reformatione: ita vt poſſidentes beneficia contra diſpoſitionem dictorum decretorum, ex tali præſumpta diſpēſatione ſuam poſſeſſionem tueri valeant, ſanctiſſimus dominus noſter, ex ſententia Congregationis reſpondit non habere locum contra citata Concilij Trid. decreta à Card. Carraſa. Et eſt alia declaratio S. Congregationis, & deciſ. Rotæ in cauſa Calagurritana canonicatuum ſupra adducta 7. par. capit. 3. num. 83. & 88. *Eſt etiam ad id deciſ. Rot. in cauſ. Leod. can. 26. Februarij, 1597. coram Gipſio nouiſſim. Farin. 607. in fin.*

380 De quo † vide tradita per Sarnen. reg. de triennali, quæſtio. 10. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 133. à num. 72. & Flores quæſt. 23. ex nu. 51.

381 Et nouiſſime † poſthæc vidi aliam declarationē S. Congregationis Concilij adductam per Ioann. Vuameſium conſil. 233. in addition. his verbis: An ☞ duo canonicatus de iure in vim S. Concilij Tridentini Decretorum ſint incompatibiles, Congregatio reſpondit eſſe incompatibiles. An per aſſecutionem ſecundi canonicatus ipſo iure vacet primus, Congregatio cenſuit poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi primum ipſo iure vacare. An is qui duos canonicatus ſimul abſque diſpenſatione Apoſtolica per triennium, & vltra detinet, vtroque ipſo iure excidat in vim dict. Decretorum Concilij Trid. Congregatio iudicauit, ſi duos huiuſmodi canonicatus ſimul retinere pertexerit, vtroque eſſe ipſo iure priuatum ex Decreto Cōcilij Trid. An vtriuſque canonicatus poſſeſſionem tueri, & defendere valeat poſſeſſor, ex reg. de triennali, Congregatio reſpondit non poſſe. *Quæ declaratio quoad 1. 2. & 4. habetur eiſdemſerè verbis in deciſ. 608. nouiſſim. Farin.*

## *De Vacatione ob promotionem ad Epiſcopatum. Cap. VI.*

### SVMMARIA.

*Beneficia promoti in Epiſcopum vacant ſine controuerſia, nu. 1. vacantque omnia beneficia, nu. 2. etiam ſimplicia, nu. 3. Ac etiam penſiones, nu. 4.*

*Quando illa vacare cenſeantur, controuerſia eſt, & reſoluitur de iure non vacare, niſi poſt adeptam poſſeſſionem pacificam, & conſecrationem, ſeu huius loco lapſum trimeſtris ad conſecrationem dati, nu. 5. In curia tamen beneficia electi in Epiſcopum & in curia conſecrati ſtatim conferuntur etiam ante adeptam poſſeſſionem ſecundum gloſſam, & alios, nu. 6. Alij vero dicunt, quod de ſtylo & conſuetudine curiæ beneficia promoti ſtatim vacant per promotionem: ſtatimque vt vacantia per Papam conferuntur num. 7. Declarando tamen, quod licet ſtatim conſecrantur, tamen collatio non debeat habere effectum, & beneficia vere, & effectualiter vacare non cenſeantur, niſi ſaltim adepta poſſeſſione, vel per eum ſtante ſecundum Abb. & alios, num. 8.*

*Rota tamen, & alij interpretantur iſtud de ſtylo curiæ procedere, quando in promotione Papa decreuit beneficia vacare, alias ſtari iuris communis diſpoſitioni, & ab eo regulari ſtylum curiæ, num. 9. Et tunc non intrabit dicta declaratio Abbatis, ſed decernente Papa beneficia ſtatim vacare vacabunt vere, & effectualiter ſtatim, & promiſſus de eis poterit poſſeſſionem capere, etiam ante adeptam à promoto poſſeſſionem Epiſcopatus, quamuis ſi non poſſet, poſtea eam capere poſſet, & redire ad ſua beneficia, etiam ſine noua collatione, num. 10.*

*An promotus intra trium menſium ſpatium datum à iure ad faciendum ſe conſecrari, debeat etiam poſſeſſionem Epiſcopatus adipiſci, & alias non docto de impedimento dicantur vacare beneficia, à num. 11. Reſoluitur ad capiendam poſſeſſionem, non eſſe aſſignatum d. tempus, & ſolum ſpectabitur, an eam ſit adeptus, vel per eum ſteterit, & nu. 13. ponitur deciſ. Rotæ.*

*An ſi cum promoto eſſet diſpenſatum, quod non teneretur conſecrari intra annum durante tempore talis diſpenſationis, beneficia vacent, reſoluitur non vacare, etiam ſi diſpenſatio eſſet ad inſtantiam partis contra aliquos num. 14. & 15. Et idem in prorogatione temporis dati ad ſe conſecrandum, quia in effectu idem eſt, & eadem ratio, nu. 16.*

*An ſi electus adminiſtraſſet de facto, ante confirmationem vacent beneficia priora à nu. 17. Refertur ſententia Abb. & Decij, & reſoluitur vacare, quando ille eſt etiam conſecratus, licet illicite & iniuſte, modo conſecratio ſit alias valida, et in forma Eccleſiæ.*

*Beneficia promotorum ad Epiſcopatus in terris infidelium exiſtentes, ſi tu titulares, non vacant, nu. 24.*

Licet

*Licet per promotionem ad Epiſcopatum vacent penſiones non tamen vacabunt, niſi adepta poſſeſſione, & conſecratione ſecuta, num.25. Nec vacabunt penſiones promotorum ad Epiſcopatus in terris infidelium, ſeu Epiſcoporum titularium Eccleſiarum, quæ ſunt in partibus infidelium, nu.26. Et quamuis in promotione decernerentur beneficia vacare, non facta expreſſa mentione de pēſionibus, Decretum iſtud ad eas non extenderetur, numer.27. Et quando penſiones etiam expreſſe decernerentur vacare, non cenſerentur effectualiter vacare ante adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, nu.28. Sed verius eſt tunc ſtatim vere vacare, & ex tunc non deberi. num.29.*

*Beneficia, quæ promoti obtinent tempore promotionis ſunt Papæ reſervata, per extrauagan. ad regimen. ſive tunc, ſive poſtea, quomodocunque vacent, num.30. Et quamuis dict. extrauagans ſit temporalis, tamen omnes Summi Pontifices eam renouant in prima regula Cancellariæ, num.31. Et ponitur deciſio Rotæ, num.32. Et quod in ea dicitur beneficia promoti vacare in curia, & vt ſic eſſe etiam reſervata, intelligitur quando in promotione Papa decreuit ea vacare, num.33.*

*Proviſiones, & quæcunque diſpoſitiones facta de beneficijs reſignatis ſimpliciter vel ex cauſa permutationis per promouendos ad eccleſias cathedrales, & quaſcunque prælaturas inter earum vacationis, & promotionis tempora ſunt caſſæ, & irritæ, vt regula 25. Cancellariæ, num.34. Et qui eam explicant, num.35. Quæ regula habet locum, non ſolum in reſignationibus factis in manibus ordinariorum, ſed etiam in manibus Papæ, etiam in fauorem, & cum reſeruatione alicuius, &c. num.36. Beneficia tamen, quæ habent nominati ad Epiſcopatus, per Regem Hiſpaniæ reſignari ſolent cum derogatione iſtius regulæ in fauorem illorum, quos rex vult, num.27.*

*Supradicta procedunt in minoribus beneficijs, quæ promotus antea obtinebat, de quibus loquuntur iura citata, num.38. & ſi quis iam translatus 21. quæſt. 2. de minoribus, tam primo, quam ſecundo, num.38. Secus eſt in Epiſcopo tranſlato ad alium Epiſcopatum, nam primus ſtatim vacat per tranſlationem ad ſecundum, & abſolutionem à primo per prius factam à Papa decedente ipſius tranſlati conſenſu, etiam non adepta poſſeſſione ſecundi contra Roman. & Felyn. num.39. & ſeq.*

*Videtur conſuetudine receptum in Hiſpania, quod Epiſcopi tranſlati ad alium Epiſcopatum adminiſtrent in primo, & in eius poſſeſſione permaneant, donec poſſeſſionem ſecundi adipiſcantur, vel promotus ad primum poſſeſſionem eius capiat, quamuis non lucrabuntur fructus à die tranſlationis facta cum conſenſu illorum, & ita ſeruatur, maxime cum lucrentur fructus ſecundi Epiſcopatus, num.41. Non tamen valebit proviſio ab eis facta de beneficijs vacantibus poſt tranſlationem, ex regul. 2. Cancell. num.42.*

*Licet per Epiſcopatum priora beneficia vacent, per adeptionem tamen dignitatum, vel beneficiorum, non vacat Epiſcopatus, nec Abbatia, num.43.*

*An collatio dignitatum, vel beneficiorum facta Epiſcopo valeat. Reſolvitur, quod non, niſi fiat ex diſpenſatione Papæ, aut ex iuſta & neceſſaria cauſa, num.44. Epiſcopo tamen titulari, vel qui renuntiauit Epiſcopatum, facta collatio, præſertim de beneficijs ſimplicibus, valebit contra Cardin. & Burſatum, num.45, Et reſeruatio penſionis maxime facta mentione de Epiſcopatu, num.46.*

*Valebit collatio beneficij facta electo Epiſcopum ante confirmationem, & vacabit poſt confirmationem, ſicut alia obtenta, nec per illius aſſecutionem ius per electionem quæſitum peritur, num.47.*

1 BEneficia † promoti in Epiſcopum vacare plānum eſt, & ſine controuerſia, c. cum in cunctis. §. 1. de elect.

2 Vacantq; † omnia beneficia. Caputaquen. deciſ. 400. & 401. par. 2.

3 Etiam † ſimplicia, Lamber. de iure patron. 1. p. 2. lib. q. 6. art. 15. à nu. 9. Hoieda de incompatibilitate benef. 1. p. c. 4. num. 3. & Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. q. 1. num. 76. & alij.

4 Ac † etiam penſiones, vt tradidi ſupra 1. par. c. 5. num. 110.

5 Quando autem † illa vacare cenſeantur, controuerſia eſt, in qua dicendum eſt de iure non vacare, niſi poſt adeptam poſſeſſionem pacificam, & conſecrationem, ſeu huius loco lapſum trimeſtris ad conſecrationem dati, & ita probat tex. in d. c. cum in cūctis, §. 1. & ibi gl. c. ſi qui Epiſcopi 92. diſt. Innoc. nu. 4. Io. And. Butr. Imol. nu. 4. Abb. à nu. 1. & 6. Bellam. Decius à num. 1. & 11. & alij in d. §. 1. qui reprobant opinionem Hoſtienſis volentis, quod vltra poſſeſſionem, & conſecrationem haberetur etiam tempus trium menſium, idem Oldrad. conſil. 14. à nu. 4. Roman. conſil. 335. & 345. nu. 17. Pauin. de offic. & poteſta. Cap. ſede vacante 2. p. q. 9. Fel. in tract. quando literæ Apoſtolicæ limitat. 5. verſ. & bene cōſiderata, Hier. Paul. in pract. Cancell. §. notabilia de vacantibus ſpeciali reſeruatione, Probus ad Monachum in c. 2. de præb. in 6. num 49. Coſm. in pragmatica ſanctione, c. licet. § cenſuit, verb. promotus, Staphil. de literis gratię, tit. de varijs modis vacationis. §. ſecundus principalis modus, Lamb. de iure patr. d. 1. p. 2. lib. q. 6. art. 15. Gigas penſio. q. 56. nu. 3. & 4. Rebuf. in concord. titul. de mandat. Apoſtolic. §. ſtatuimus. verb. Eccleſias. Corraſ. de benef. 1. p. c 10. à num. 6. Roſiniacus cap. 5. à num. 1. Petrus de Baiſio in Directorio electionum 3. part. cap. 48. num. 2. & 3. Simoneta de reſeruat. quæſt. 27. num. 2. & ibi Paulus Granutius, num. 6. Mandoſ. reg. 1. Cancell. quæſt. 15. num. 2. & reg. 26. quæſt. 4. num. 2. Ferretus conſil. 53. num. 3. & 4. Burſat. conſil. 351. lib. 4. Nauar. conſil. 14. de elect. Hoieda de incompatibilitate dict. cap. 4. num. 13. Petr. Gregor. de benef. cap. 24. num. 10. Anaſt. Germonius de indultis Cardin. §. ſi verò à num. 20. Flamin. Pariſ. dict. lib. 3. quæſt. 1. num. 76. Quintanaduennas 1 b. 4. Eccleſiaſticon. num. 114. & 115. Zerola in praxi Epiſcopali 1. par. verb. vacatio. Et Achilles deciſ. 37. alias 1. de promotis. Caputaquen. deciſ. 401. par. 2. Cuius literam num. 3. dum dicit, iuxta ſtylum, & conſuetudinem Romanæ curiæ, exiſtimo eſſe mendoſam, & debere dicere, Licet non iuxta ſtylum, &c. vt patet ex ſequentibus, & allegationibus Abbatis, Felini & Gigantis, & maxime, quia dicit, quod non ſufficit, ſola allegatio conſuetudinis; ſed debet per teſtes probari. Et Rota in Toletana ſcholaſtriæ de Alcala 22. Iunij 1592. coram D. Orano infra adducta, nu. 13. & in Barchinonen. canonicatus 9. Martii 1598. coram D. Millino ſupra adducta 6. par. c. 4. nu. 23. Et poſt hæc Gonçalez ad reg. de menſibus glo. 15. nu. 73. Azor 2. p. lib. 7. c. 16. q. 12. Card. Tuſchus concl. 71. litera B. Vgol. §. 2. nu. 3. Piaſec. in praxi Epiſc. in proœm. num. 8.

6 Gloſſa tamen † in Clem. 1. vt litè pendente, verb. collato, ait, quod in curia beneficia electi in Epiſcopum in curia conſecrati ſtatim conferuntur, etiā ante adeptā poſſeſſionem. Et idem dicit Romanus ſup.

&

& Staphil.num 2.& 3.Corraſ. num. 7. & Horatius, Mandoſ. in addit. ad Roman. d. conſ. 335. litera A. qui ait,quod ante conſecrationem beneficia de ſtylo curiæ non conferuntur,licet poſt conſecrationem illico conferuntur, etiam ante adeptam poſſeſſionẽ & Tuſchus ſupra num.4.

7 Alij vero † dicunt,quod de ſtylo, & conſuetudine curiæ beneficia promoti ſtatim vacant per promotionem, ſtatimque vt vacantia per Summum Pontificem conferuntur, Abb.nu.3. Decius 7. & alij in d.§.1. Card. & Imolain Clem.1.Lamb. num. 12. Gigas, Rebuff. Mandoſ.d.q.15.num.3.& 4.& d.q.4. nu.4. Ferretus nu.5.& Burlatus nu.4.& 15.& Hojeda nu.14.& Azor vbi ſupra. & Vgol.

8 Quem † ſtylum,qui durus aliquibus videtur, ita temperat,& declarat Abb.d.nu.3.quod licet beneficia promoti ſtatim conferantur, tamen illa collatio non debeat habere effectum,& dicta beneficia vere, & effectualiter vacare non cenſeantur, niſi ſaltem adepta poſſeſſione,vel promoto in mora exiſtente in illam capiendo,quia quis non debet perdere primũ beneficium,niſi ſecundum ſit plene conſecutus,vt in cap.ſi quis iam translatus,& ibi gloſſ. verb. translatus 21.q.2.d,c.ſi qui Epiſcopi 92.diſtinct.ſequuntur Lamber.d.nu.12.Mandoſ.d.reg.26.q.4.nu.5. Burſ. nu.4.Hojeda nu.15.& Flam.Pariſ.num.78. & Vgolin. vbi ſupra. Et iſtam declarationem Abbatis ad dictum ſtylum curiæ ſecuta eſt Rota in vna Panormitana beneficij,ſeu penſionis coram D. Fabio de anno 1548.vt per Achill.d.deciſ.37.n.1.& teſtatur Mandoſ.d.q.4.nu.5.

9 Verum in dict. Toletana † ſcholaſtriæ inter Doctorem Neroni,& Doctorem Herrera dixerunt domini Rotam interpretari iſtud, quod Doct. dicunt de ſtylo curiæ procedere, quando in promotione Papa decreuit beneficia vacare, iuxta deciſ. Caſſad, 2.de conſtitut.nu.3. & quod quando non adeſt expreſſum Decretum vacationis, ſtatur iuris communis diſpoſitioni, & ab eo regulatur ſtylus curiæ, vt fuit deciſum in vna Vergelẽ.coram D.Seraphino,& idem fuit dictum in vna Pharen. penſionis coram Sanctiſſimo Clemente VIII.quæ eſt 1. par. diuerſor. deciſ.233.vbi num.1. dicitur, quod quamuis in curia ſit introductum, quod vacent beneficia promoti per promotionem: hoc tamen eſt,quia eo ipſo,quod Papa aliquem promouet ad Epiſcopatum, decernit beneficia vacare illa illico conferendo. Et ita circa dictum ſtylum Anaſ.Germon.ſupra num.27.ait ſibi placere,quod ei dixit D.Ioſephus Ferrerius,referendarius, & abbreuiator, vt de ſtylo tantum per promotionem beneficia non dicantur vacare, ſed de ſtylo decernantur vacare,vt dicit Simoneta ſupra n. 3. & Nau.in c.accepta, de reſtit. ſpol. oppoſ. 10. ſolutione,nu.34.& D.Sahagun in cap.eam te de reſcrip. num.20.ait,quod praxi receptum eſt eodem Conſiſtorio Epiſcopum à Pontifice confirmari, omniaq; eius beneficia,& penſiones vacare pronuntiatum.

10 Sed an † intrabit tunc dicta declaratio Abbatis, credo, quod non, ſed quod decernente Papa beneficia ſtatim vacare, vacabunt vere,& effectualiter ſtatim, & prouiſus de eis poterit poſſeſſionem capere, etiam ante adeptam à promoto poſſeſſionem Epiſcopatus.quia ita videtur velle Papa, ita decernendo,quamuis ſi forte promotus non poſſet poſtea capere poſſeſſionem Epiſcopatus, poſſet redire ad ſua beneficia,etiam ſine noua collatione, quia illud Decretum Papæ intelligitur ſub tacita conditione, niſi forte prouiſus non poſſit conſequi Epiſcopatum: facit c.ſi beneficia de præb.in 6.

11 Sed dubitatur, an † promotus intra trium menſium ſpatium datum à iure ad faciendum ſe conſecrari,vt dicunt Dd.citati,& probat rex.in cap.quoniam 75.diſtinct.& in c.quoniam 100. diſt. & Concilium Tridentinum ſeſſ.7.c.9.& ſeſſ. 23. c.2. de reformat, debeat etiam poſſeſſionem Epiſcopatus adipiſci, & alias non docto de impedimento, quare intra illud tempus, poſſeſſionem etiam non ſit adeptus, dicantur vacare beneficia, quod ſentit Anaſ, Germonius ſupra nu.24.& clarius nu.48. cum Caputaq,dec.401.nu.5.

12 Sed † verius eſt ad capiendam poſſeſſionem, non eſſe aſſignatum dictum tempus trium mẽſium, quia non eſt tex.qui ita dicat,nec ex quo id colligi poſſit, Vnde ad vacationem beneficiorum, quod attinet ad poſſeſſionem,ſolum ſpectabitur, an poſſeſſionem Epiſcopatus ſit adeptus, vel per eum ſteterit, quin eam acceperit, Roman.Staphil.Roſin, num. 1. & 6. Pet.de Baſio,Mandoſ.Hojeda,& alij ſupra, ad cap. licet Epiſcopatus,de præbend.in 6.& extrauag.execrabilis,verſic.qui vero,de præb.& cap.commiſſa, de elect.in 6.& hoc eſt,quod dicit Caputaq.d. deciſ. 401.nu.5.& 6.

13 Et ita † plane tenet Rota in dicta Toletana ſcholaſtriæ,quæ deciſio ſic ſe habet, Toletana ſcholaſtriæ

☞ 22.Iun. 1592. Ioannes Garcia ſcholaſticus Eccleſiæ Compluten.fuit ad Eccleſiam Almerien.16.Calend.Septemb.anni 1587.promotus,conceſſa ſibi retentione ſcholaſtriæ ad ſex menſes, & demum data prorogatione ad ſex alios,à die quo Eccleſiæ poſſeſſionem foret aſſecutus,& conſecratus,ſuſcepto conſecrationis munere, 15. Nouembr. 1587. poſſeſſionem Eccleſiæ penult. Decemb.ſequentis apprehendit,ſed quia priuileg,felic.memor. Leonis X. & cõcordia ſcholaſtriæ collatio Archiepiſcopo Toletano occurrente eius vacatione in menſibus Ianuarij, Martij,Maij,Iulij,Septemb. & Nouemb. fuerat reſeruata: in reliquis menſibus Vniuerſitati Compluten.permiſſa ad eam nominatio, & Regi Catholico præſentatio, ideo inter Franciſcum de Herrera iuri vniuerſitatis innitentem, & Ioannem Baptiſt. Neroni prouiſum ab Archiepiſcopo orta differentia dubitaui,an Franciſci intẽtio reſpectu vacationis ſcholaſtriæ in menſe Decembris eſſet iuſtificata, & domini tenuerunt pro affirmatiua, quia ſiue ius commune, ſiue ſtylum curiæ inſpiciamus, ad inducendã vacationem beneficiorum promoti,duo ſunt requiſita,adeptio,ſcilicet poſſeſſionis,& conſecratio, ſeu huius loco lapſus trimeſtris ad conſecrandum, Innoc.in c.cum in cunctis,nu.4.Abb.nu. 6. Ioan. And. Bellamera, & alij, qui reprobant opinionem Hoſtienſis volentis vltra conſecrationem, & poſſeſſionem,quod etiam laberetur tempus trium menſium, idem Anton.de Butrio in gloſſ.3.verſ.nono.1.& ibi Imola nu.4.de elect.Oldrad.conſ.14.num.4.& ſeq, Calder.conſ.1.nu.2.de translatione prælati, Achill. deciſ.271. alias 1. de promotis. Vnde cum Ioannes 15.Nouemb.fuerit conſecratus,& ſucceſſiue penul. Decemb.poſſeſſionem Eccleſiæ adeptus,non poteſt dici inducta ſcholaſtriæ vacatio,niſi poſt prædictam diem penul Decemb.qua poſſeſſionem Epiſcopatus accepit.

accepit. Neque enim curandum eſt, quod multi Doctores teneant non expectari apprehenſionem poſſeſſionis poſt conſecrationem, vel lapſum tempus ad conſecrandum, & de ſtylo curiæ omnia beneficia promoti vacare, gl.in d.c.cum in cunctis,§.cum vero,verb.ad quem ſpectant,& ibi Abb.num.6.& Enric.Bott,nu.6.Ioan.Andr.in Clem.1.& ibi Imola,& Card.verb.collatio,vt lite pendente, Roman. conſ.335.Gigas de penſion.q.56.num.3.Staph.l.de literis gratiæ,fol.69.verſ.ſecundus principalis modus,quia Rota eorum dictum interpretatur procedere,quando in promotione,vel translatione Papa decreuit beneficia vacare,iuxta dec.Caſſad.2.de cõſtitut.verum quando non adeſt expreſſum Decretũ vacationis,ſtatur iutis communis diſpoſitioni,& ab eo regulatur ſtylus Curiæ, vt fuit deciſum in vna Veglen.coram R.P.D.meo Decano. Neque dicatur culpa Ioannis acciditſſe quominus prius poſſeſſionem Epiſcopatus non fuerit aſſecutus,nam ſatis verificatur, haud in ſua poteſtate fuiſſe tempeſtiuius poſſeſſionem aſſequi ex infirmitate, quæ ſi ſuperuenit,glo.in c.quam ſit,verb.iuſto impedimento, de elect.in 6.Clem.1.§.cæterum,de ſtatu monach.cum allegatis,quando enim adeſt impedimentum,quod cauſam præſtat quominus intra tempus debitum accipiatur poſſeſſio,non vacant beneficia promoti,Innocent.in d.c.cum in cunctis nu.4. & ibi Bellamera quæſt.7.num.24.de elect.Caputaquenſ. deciſ.401. num.5.lib.2.Nec obſtat,quod potuit procuratorem mittere ad capiendam poſſeſſionem, quia cum in adeptione poſſeſſionis, teneretur emittere profeſſionem Fidei neceſſum fuit, quod corporaliter id faceret iuxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concilij, non autem per procuratorem, vt notant Dd.in cap.ego N.vbi poſt alios, Abb. nu. 6. de iure iurando, ea enim, quæ requirunt perſonalem reſidentiam, non poſſunt per procuratorem ſuppleri, Hoſtien.in c.cum deſideres,de ſentent. excommun. Gemin.in c.eos qui,in princ.nu.6. eod.in 6.& ita alias fuit concluſum in vna Carthaginen. fructuum coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Plato.

14 Secundo dub.an ſi cum † promoto eſſet diſpenſatum,quod non teneretur conſecrari intra annum, durante tempore talis diſpenſationis beneficia vacent.in quo dicendum eſt non vacare, etiamſi diſpenſatio conceſſa eſſet ad inſtantiam partis,ex quo tunc non eſt in mora,nec negligentia poteſt ſibi imputari,Butrius,& Abb.à nu.m.7. & Decius,nu. 12. in d.c.cum in cunctis,§.1.Fel.in c.poſtulatis,nu. 13. limitat.6.de reſcrip. Staphil. ſupra num. 5. Coſmas tit.de collat.§.item inſuper,verb.conſecrari, Roſin. dict.cap. 5. à numero 13.ad 16. & Pet. de Barſio ſupra à num.4.& Thom.Sanchez de matrimon.lib. 8. diſp.1.nu.24.

15 Quamuis † contrarium videatur tenere Caputaquen.d.deciſ.401. nu. 8. & quamuis in diſpenſatione ad inſtantiam partis contrarium teneat Probus ad Monach.in d.c.2.de præb.in 6.nu.50.cum Ioan. Andr.in d.§.1,

16 Et idem † videtur dicendum in prorogatione temporis dati ad ſe conſecrandum, quia in effectu idem eſt,& eadem ratio, quamuis contrarium in ea niſi concederetur motu proprio,tenet Gomezius de breuibus,nu.12.

17 Tertio † dubitatur, an ſi electus adminiſtraſſet de facto, ante confirmationem vacent beneficia priora,in quo Abbas in d.§.1.nu.10. cum Collectario ibi ait quod ſic, lapſo tamen tempore trimeſtris ad conſecrationem præfinitargum.cap.cum qui, de præb.in 6. Et facit text. in c. quanto de translat. Epiſcopi,qui loquitur in Epiſcopo,qui tranſtulit ſe de facto ad alium Epiſcopatum,nam quia de facto plene translatus eſt,perdit primum,& non debet habere ſecundum,vt ſic careat,& habito,& ambito,vt refert ait Abb.d.§.1.nu.11.

18 At Decius † d.§.1.num.14.docet,quod per adminiſtrationem, & poſſeſſionem de facto, non vacant priora beneficia,niſi alia requiſita concurrant, ſcilicet,quod ſit confirmatus,& conſecratus.

19 In quo † Decius videtur quæſtionem hanc confundere,nam ſi confirmatus eſt,& conſecratus,non poteſt dici adminiſtrare de facto, niſi forte intelligat de eo, qui propria authoritate immiſcuit ſe adminiſtrationi alio exiſtente in poſſeſſione Epiſcopatus,eum ſpoliando, iuxta notata in capitulo tranſmiſſam,de elect.& ſupra 5.par.capitulo 4.2 nu.243.

20 Rurſus ſententia † Abbatis non videtur poſſe ſtare,nam cum ad vacationem beneficiorum, non ſolũ requiratur adeptio poſſeſſionis, ſed etiam conſecratio, iuxta dicta, per ſolam adminiſtrationem de facto non poteſt induci vacatio.

21 Nec † obſtat, quod loco conſecrationis ſufficiat lapſus temporis ad eam præfixi, vt ſupradictum eſt, nam id verum eſt, & procedit in eo, qui eſt negligens, & in mora eam petendi, & faciendi ſe conſecrari: at ille qui non eſt confirmatus, licet de facto adminiſtret,non poteſt dici eſſe in mora petendi cõſecrationem, etiam lapſo tempore alias præfixo ad eam petendam,nam quamuis eam peteret, non daretur nec poſſet dari illi,ex quo non eſt confirmatus, nec tempus illud currit,niſi confirmato.

22 Vnde † ſententia Abbatis ſolum procedet, quando quis adminiſtrat de facto ante confirmationem, qui eſt etiam conſecratus, licet illicite, & iniuſte, nam ſi aliquis ſe faciat iniuſte in Epiſcopum conſecrari, eodem modo vacant beneficia, ac ſi canonice conſecratus eſſet,glo.per tex.ibi in d.cap.eum qui, de præbend.in 6.verb.obtinebat, quam ibi ſequuntur Monachus, Archidiacon. Ioan. Andr. Francus num.7.& alij.

23 Quod tamen † ego intelligo,modo conſecratio ſit alias valida,& in forma Eccleſiæ,alias enim perinde eſſet,ac ſi facta non eſſet.

24 Ex dictis † infertur primo, beneficia promotorum ad Epiſcopatus in terris infidelium exiſtentes, ſeu titulares, non vacare cum non poſſint, nec per eos ſtet aſſequi poſſeſſionem illorum, Staphileus tit. de qualitate, & ſtatu benef. §. huiuſmodi autem, numero 15.Mandoſ.dict.reg.26.quæſt.4.nu. 5.Burſat.d.conſil.351.Nauarr.d.conſil.14. de elect. nu.3. Hojeda d. cap. 4. numero 16. Paulus Granutius ad Simon.de reſeruat.dict.quæſt.27. numero 7. Anaſt. Germon.dict.§.ſi vero,numero 26.Quintanaduenas dicto lib.4.numero 115.& Flamin.Pariſ.dicens communem dict.libr.3.quæſt.1.num.9.& 89.& q.6. num.49.& Achilles dict.deciſ.37.Azor dict.libr.7. cap.16.quæſt.12.*& Vgol.de offic.Epiſc.dict.cap.1.§.2. num.3.verſic.excipitur*, nec contrarium dicit Leſſius de iuſt.& iure lib.2.cap.34.num.139. quia deeſt dicto non.

Secun-

25 Secundò † infertur, quod licet per promotionem ad Episcopatum vacent pensiones sicut beneficia, vt in principio diximus, non tamen vacabunt, nisi adepta possessione, & consecratione secuta, iuxta supradicta, & sentit Anast. Germon. supra à num. 39. & Rota quamuis dubitenter d. decis. 233. nu. 1. par. 1. diuersor.

26 Nec † vacabunt pensiones promotorum ad Episcopatus existentes in terris fidelium. seu Episcoporum titularium Ecclesiarum, quæ sunt in partibus infidelium, Puteus decis. 16. de pension. Flam. Paris. dict. num. 9.

27 Imò † quamuis in promotione decernerétur beneficia vacare iuxta suprad. stum stylum, non facta expressa mentione de pensionibus, Decretum illud ad eas non extenderetur, cum sit exorbitans, & pensio non sit beneficium, vt dictum est 1. p. c. 5. maxime cum sit diuersa ratio, quoad hoc in pensionibus, ac beneficijs. Nam in beneficijs sit istud Decretum, vt statim possint à Papa prouideri, quæ ratio cessat in pensionibus.

28 Et quando † pensiones, etiam expresse decernerentur vacare de stylo, non censerentur tamen effectualiter vacare ante adeptam possessionem Episcopatus, iuxta supra dictam styli interpretationem Abbatis, & aliorum de qua supra num. 8.

29 Sed † nihilominus verius puto, tunc statim vere vacare, & ex tunc non deberi, quia Papa ita vult iuxta dicta num. 10.

30 Aduertendum † est tamen, quod beneficia quæ promoti obtinent tempore promotionis sunt Papæ reseruata per extrauagan. ad regimen de prębendis, siue tunc, siue postea, quomodocunque vacent, Cassad. decis. 2. & 3. de constitut. Simoneta d. quæst. 27. Mandos. reg. 1. q. 15. & Nauarr. in d. c. accepta oppos. 10. solutione, num. 34.

31 Et † quamuis d. extrauagans, de régimen. sit temporalis, & ad vitam conditoris, non perpetua, tamen omnes summi Pontifices eam renouant in 1. reg. Cãcellariæ, vt ait Cassad. dict. decis. 3. ad fin. & ita videmus semper.

32 Vnde † alias Rota resoluit, promoto ad Episcopatum spoliato beneficijs, quæ ante promotionem obtinebat, si non ostendit, quod in promotione habuit retentionem, non esse dandam restitutionem, quia per promotionem huiusmodi beneficia vacant in curia, & sunt reseruata, tam propter vacationem in curia, quam propter extrauagantem ad regimen, ac propterea stante Decreto irritante, quod discolorat titulum, & possessionem inficit, non venire restituendam, & ita tenuerunt omnes domini vno excepto 2. Martij 1554. vt per Guidobonum decis. 106. in manuscript.

33 Id autem, quod † in ista decisione dicitur, beneficia promoti vacare in curia, & vti in curia vacantia, esse etiam reseruata intelligendum est, iuxta supradicta, quando in promotione Papa decernit ea vacare per promotionem ipsam, quæ fit in curia, iuxta dicta 5. part. cap. 1. à num. 73. & circa illam decisionem, vnde dicta dict. cap. 1. à num. 413.

34 Rursus aduertendum † est, quod prouisiones, & quæcunque dispositiones factæ de beneficijs resignatis simpliciter, vel ex causa permutationis per promouendos ad Ecclesias cathedrales, & quascunque prælaturas inter earum vacationis, & promotionis tempora sunt cassæ, & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti, vt regula 25. Cancellariæ, de beneficijs vacaturis per promotionem.

35 Quam † vltra glossatorem, Soto, & Rebuff. ibi, & in concord. titul. de mandatis Apostolicis, §. statuimus, verb. monasteria, versic. quæro, an electus, explicant Mandos. super eadem regul. quæ apud eum est 26. & Flam. Paris. d. lib. 3. quæst. 1. à num. 83. & ex professo quæst. 6. per totam.

36 Quæ † regula habet locum, non solum in resignationibus factis in manibus ordinariorum, sed etiam factis in manibus Papæ, etiam in fauorem, & cum reseruatione aliqua, vt tenuit Rota in vna Cremon. pensionis, coram Do. Cantucio de anno 1584. vt per Flam. Paris. d. q. 6. nu. 19. & 35. quæ decisio habetur 1. par. diuersor. 791. & in eadem causa est alia 794. quæ mihi non videtur vera.

37 Beneficia † tamen quæ habent nominati ad Episcopatus per Regem Hispaniæ, resignari solent cum derogatione istius regulæ in fauorem illorum, quos Rex vult & nominat,

38 Supradicta † autem procedunt in minoribus beneficijs, quæ promotus antea obtinebat, de quibus loquitur tex. in d. c. cum in cunctis. §. 1. de elect. & in d. c. si qui Episcopi 92. dist. text. vero in d. cap. si quis iam translatus, & ibi gl. 21. q. 2. loquitur de minoribus beneficijs tam primo, quam secundo.

39 Secus autem † est in Episcopo translato ad alium Episcopatum, nam primus Episcopatus statim vacat per translationem ad secundum, & absolutionem à primo, per prius factam à Papa, accedente ipsius translati consensu, etiam non adepta possessione secundi, Abb. post alios in cap. fin. num. 13. de postulat. prælator. & optime consil. 101. par. 2. Pauinus de offic. & potestate c. præludio vltimo, nu. 7. & 2. par. 8. quæst. num. 39. Greg. Lopez. in lib. 3. tit. 16. par. 1. glos. penult. Mand. de signatura gratiæ, tit. de translationib. vers. 2. 3. & 5. & cum cõmuni, Mascard. conclus. 183. à num. 15. & particulariter num. 33. qui plures Doct. refert, Franc. Marcus decis. 1089. & Prosper de Augustino in appen. ad summam bullarij quarantæ, verb. Capitulum sede vacante, in princ. pag. 520. qui ait, quod terminum octo dierum post mortem Episcopi præscriptum cap. ad cõstituen. vicarium, ex Decreto Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. refertur S. eiusdem Concilij Congregationem declarasse currere Capitulo, etiam à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à summo Pontifice fuerit Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesiæ, quia tunc dicitur proprie vacare sedes per trãslationem, etiam ante adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, & tunc cessare administrationem, & fructuum perceptionem, censuit Sacra Congregatio super causis Episcoporum, &c.

40 Quamuis † contra teneat Romanus d. conf. 345. num. 16. nempe, quod ad hoc, vt ipsius translati vacet Ecclesia, necesse est, quod translatus ipse possessionem Ecclesiæ, ad quam translatus extitit, quæsierit, aut per eum steterit, quem sequitur Felyn. in c. eam te, de rescript. nu. 8. vers. & dicitur translatus, & Hoieda 1. p. c. 3. nu. 12. & Azor d. lib. 7. c. 16. q. 12. & Parlad. differ. 120. num. 12. Nec multum discrepat Gonçalez dict. glos. 15. num. 49.

41 Videtur † tamen consuetudine receptum in Hispania,

Hiſpania,ſaltim frequentius,quod Epiſcopi transla ti ad alium Epiſcopatum adminiſtrant in primo,& in eius poſſeſſione permaneant,donec poſſeſſionem ſecundi adipiſcuntur,vel promotus ad primum poſſeſſionem eius capiat, quamuis non facient fructus ſuos, nec eos lucrabuntur à die translationis factæ, cum conſenſu illorum,arg.notatorum ſupra 2. par. cap. 1.à num.125.& ita ſeruatur,maxime cum lucrẽtur fructus ſecundi Epiſcopatus. Et ita fuit ſeruatũ in Eccleſia Pampilonen.in promotione Illuſtriſſimi D.Bernardi de Rojas Sandoual ad Eccleſiam Gienen.&in promotione D.Ant.Zapata Card.Illuſtriſſimi ad Burgen.nam non fuit publicata ſedes vacãs, donec acciperetur poſſeſſio ſecundæ Eccleſiæ, & cũ in promotione D. Bernardi de Rojas Capitulum prætenderet publicare ſedem vacantem, conſtando de promotione, & translatione ante adeptam poſſeſſionem ſecundæ, conſilium Cameræ dedit prouiſionem,vt non publicaretur, donec eſſet accepta poſſeſſio Eccleſiæ Gienen. & ita etiam fuit ſeruatum in Eccleſia Lucen. & Segobien. & in alijs Eccleſijs.

42 Non tamen † valebit prouiſio ab eis facta de beneficijs vacantibus poſt translationem, ex reg. 2. Cancell.vbi reſeruantur beneficia vacantia poſt Eccleſiarum dimiſſionem, ſeu amiſſionem, vſque ad promotionem,& poſſeſſionem ſucceſſorum, de quo ſupra 5.par.cap.1.à nu.245.

43 Verum licet † per Epiſcopatum priora beneficia vacent,per adeptionem tamen dignitatum, vel beneficiorum,non vacat Epiſcopatus, c. cum noſtris, de conceſſ.præbend.vbi Abb.num.4.Rebuf.in concord. tit. de mandat. Apoſtolic. §. ſtatuimus, verb. monaſteria, verſic.nota tamen,& in reg.56.Cancellariæ circa fi.vbi idem dicit in Abbatia, quod non vacat per adeptionem beneficij Corraſ.d.c.10.1.p. nu.8.& Coſmas d.tit.de collat.§.item inſuper, verb. diſponere, qui dicit, quod capitulum de multa loquitur in curatis, & dignitatibus, nec habet locum in Epiſcopatu,Nauarr.d.conſ.14.de elect.nu.3. & Hojeda d.c.4.nu.12.

44 Sed an collatio † dignitatum, vel beneficiorum facta Epiſcopo valeat, dicendum eſt quod non, niſi fiat ex diſpenſatione Papæ,aut ex iuſta,& neceſſaria cauſa, vt verbi gratia, quia Epiſcopus non erat in poſſeſſione Epiſcopatus,ſed exulabat, vel quia non habet fructus ſufficientes ad ſe ſuſtentandum,&c.vt in d.c.cum noſtris,& ibi Abb.nu.4.7.& 15. & communis ibi,idem Abb. in c. Eccleſia veſtra 2. de elect. nu.3.& d.conſ.101.par.2.num.6. Staphil. 7. forma expectat.nu.3.Coſmas d.verb.diſponere, Lamb. 1. par.2.lib.q.7.art.16.& Man. Rodrig.in ſum.2.tom. c.10.nu.7.Letius de iuſt.& iur.lib.2.c.34.nu.139.

45 Epiſcopo tamen † titulari, vel qui renuntiauit Epiſcopatui,facta collatio,præſertim de beneficijs ſimplicibus valebit,Nauar.d.conſ.14.& 15.de elect.fauet Perez de Lara de anniuerſ.& capell.lib.2. cap.7. nu.16.pro quo facit text.in c.ad ſupplicationem, de renuntiat.quamuis Card.ibi num. 1. dicat, quod ei qui renuntiauit Epiſcopatui, non poſſit ſine cauſa, & diſpenſatione conferri beneficium. Et quamuis Burſatus d.conſil.351.lib.4.præcipue nu.13.teneat, quod perſona promoti ad Epiſcopatum titularem reddi-tur inhabilis ad alia beneficia in futurum obtinenda, ita vt ſine Pontificis indulto alia beneficia minime obtineat, dicens ita in ſpecie tenere Cardinalem in Clem.in pleriſque, §. fi. de elect.queſt.3. qui tamen id non dicit.

46 Et ita † conſultus reſpondi penſionem reſeruatam Epiſcopo titulari,abſque diſpenſatione eſſe validam,maxime facta mentione Papæ, quod erat Epiſcopus, ex quo inducebatur diſpenſatio in caſu, quo eſſet neceſſaria ad l. quidam conſulebant, in fi. ff.de re iudic, & tradita per D. Card. Tuſchum litera D. verb.diſpenſatio,& Thom.Sanchez qui plures refert de matrimonio lib.8.diſput.4.à num.2. *Aror 1.par.lib 5.cap.15.q.10.& Salas de legib.diſp. 20.ſect. 2.nu.8.*& Rotam in vna Ferentina penſionis 23. Ianuarij 1602.coram D.Ortembergo dicentem, quod eo ipſo,quod Papa ſciens & volens grauauit Eccleſiam penſione, licet fructus eſſent tenues, Decretum Concilij Tridentini,ſeſſ.24.c.13.de reform.ſatis derogauit ex d.l.quidam conſulebant. &c. Nec obſtat text.in d.c.ad ſupplicationem, quod in contrarium allegabatur, ibi: Ad ſuſtentationem conſeruesipſius, quaſi diſpenſatiue id fit: quia reſpondetur ex illis verbis non colligi diſpenſationem, ſed id eſſe ſecundum ius. Secundo, quando ibi fit diſpenſatio, ex eo eſſe,quod Archiepiſcopo,de quo ibi beneficũ fuit collatum ante licentiam cedendi Archiepiſcopatui,& abſolutionem ab eo datam à Papa,vt videtur colligi ex ipſo textu.

47 Præterea valebit † collatio beneficij facta electo in Epiſcopum ante confirmationem:nam ante confirmationem eſt capax alterius beneficij, ſi ſibi conferatur, & vacabit poſt confirmationem, ſicut alias obtenta, nec per illius aſſecutionem ius per electionem quæſitum perditur ipſo iure, cum non inueniatur iure cautum,&c. Coſmas d.verb.diſponere.

## *De vacatione ob promotionem ad Abbatiam. Cap. VII.*

### SVMMARIA.

*Omnia etiam beneficia promoti ad Abbatiam vacant adepta poſſeſſione pacifica ipſius, vel ſi per eum ſteterit,etiamſi non fuerit benedictus,nu.1.Pro quo allegatur, c.presbyteros 16.q.1.& facit reg.Cancel.25.nu.2.*

*Id procedit tam in Abbatijs regularibus, quam ſecularibus, nu.3 intelligendo de Abbatijs ſecularibus, quando Abbas in Eccleſia collegiata habet generalẽ,& omnimodam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem,ita vt dici poſſit ſponſus, & paſtor,ſecus in alijs Abbatijs ſecularibus,nu.4.*

*Procedit etiam in Priori, ſeu prioratu: qui habet locum Abbatis,& eſt principalis prælatura in Eccleſia regulari, ſeu collegiata,& in effectu eſt eadem dignitas,ac Abbatia,& idem ſi vocaretur alio nomine,nu.5.*

1 Similiter † etiam omnia beneficia promoti ad Abbatiam vacant adepta poſſeſſione pacifica ipſius,vel ſi per eum ſteterit quominus eam adipiſcatur,etiamſi non fuerit benedictus,Oldrad.conſ.14. Fel.in cap.eam te,de reſcript.nu.7.Decius in c.cum in cunctis.§.1.de elect.nu.4. Probus ad Monachum in cap.2.de præbend.in 6.num.31. Coſmas in pragmatica ſanctione, tit. de elect. cap. licet, §. cenſuit, verb.benedictionis,Selua de benefic.1.par.quæſt.2. nu.49.Rebuf.in concordatis, tit. de mandat. Apoſtolicis,§.ſtatuimus,verb.monaſteria,& conſil.14.

& cum

& cum Pauino Gigas de pensiõn.q.65. Rotin.de benef.cap.5.à num.33. Pet.de Baisio in Directorio electionum 3.par.cap.48.num.7.& 8. Hoieda qui alios refert de incompatibilitate benef. 1.par.cap.6.à nu. 1. Flamin.Paris.de resignat. benefic. lib.3.quæst.1.à num.95.& Zechus de benefic.& pensiõn. Ecclesiast. c.5.num.4.& nouissime D.Card.Tuschus concl.71. litera B.nu.11.& 12.

2 Pro quo allegatur † text. in cap. presbyteros 16. quæst.1.& facit reg.25. Cancell.de beneficijs vacaturis per promotionem ad Ecclesias,& monasteria, tam in titulo,quam in tex.ibi, Vacaturis per promotionem quorumcunque ad Ecclesiarum, & monasteriorum regimina,&c.

3 Quod procedit tam in Abbatijs † regularibus, quam secularibus,Hoieda ibi num.2.& Flam. Paris. num.99.& facit quod idem Hoieda dicit cap.5.præced.num.2.

4 Hoc tamen † de Abbatijs secularibus intelligo, quando Abbas in Ecclesia collegiata habet generalem,& omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem, ita vt dici possit sponsus,& pastor, argum.eorum,quæ notantur per glossa, verb. Ecclesijs.Abb.à num.7.& alios in c.quia propter,de elect, & per nos supra 1.par.cap.vlt.num.19.secus in alijs Abbatibus secularibus, quorum beneficia non vacabunt per adeptionem Abbatiæ, magis quam per adeptionem aliarum dignitatum, & ita videtur vsu & praxi receptum.

5 Procedit etiam in priore,† seu prioratu,qui habet locum Abbatis,& est principalis prælatura in Ecclesia regulari,seu collegiata,& in effectu est eadem dignitas,ac Abbatia, vt Prioratus Ronceuallis,&c. Selua d.quæst.2.num.53. Hoieda d.cap.6.nu.2.& Flamin.Paris.supra à num. 100.& idem esset si vocaretur alio nomine, vt Præpositus,&c, non enim est ius in nomine.

## *De vacatione ob contractum matrimonij. Cap. VIII.*

### SVMMARIA.

*MAtrimonio etiam non secuta copula clericus ipso facto beneficium perdit,nu 1. Et sic etiam accessus, regressus,& alia iura ad beneficium competentia,licet non extinguatur dispensatio,& habilitas ad beneficia,nu.2.*

*Admittuntur beneficia per matrimonium,etiamsi eo non consummato vxor religionem ingrederetur, & sic matrimonium dissolueretur,nu.3.*

*Etiam per matrimonium cum consanguinea,aut alias de facto contractum à beneficiato minorum ordinum, secundum communem contra Cardinalem, Butrium, Imolam, & alios dicentes, priuandum esse per sententiam, quibus accedunt Decius, & alij quando scienter contrahit in gradu prohibito,dicentes communem habere, quando ignoranter contraxit. Quam Decij sententiam reprehendunt Gregorius Lopez, Couarruuias, & alij, non enim ex eo quod scienter contraxit,videtur in eo deficere consensus contrahendi, & quia magis peccans non debet esse melioris conditionis, numero 4.*

*Author è diuerso existimat,quod talis beneficiatus contrahẽs matrimonium in gradu prohibito ignoranter,& cum debita solemnitate,non amittit beneficium ipso iure,nec per sententiam debet priuari, quamuis scienter contrahens illud amittat ipso iure,nu.8.& ratio differentiæ ponitur, nu. 9.*

*Si matrimonium esset nullum ex defectu consensus clerici,non perdet beneficium,nec ipso iure,nec per sententiam,nu.10. Et idem quando matrimonium est nullum ex defectu consensus mulieris, procedentis ab eius furore, seu amentia, num.11.*

*At si esset nullum ex defectu consensus legitimi mulieris, vt quia fuit vi,vel metu compulsa,clerico libere consentiente, ipso iure perdet beneficium,quando ipse libere, & scienter contraheret cum muliere coacta,nu.12.*

*An si hodie stante Concilio Trident. beneficiatus contraheret sine parocho,aut testibus perdet ipso facto beneficium, & partem affirmatiuam tenuit Rota in decisione posita, numero 13.*

*Sed contrarium verius videtur, num. 14. nam matrimonium istud nullum est ex defectu formæ contractus, & ex actu nullo,propter defectum formæ,seu solemnitatis, non incurritur pœna,nu.14.& ita tenent citati,nu.15.*

*Beneficiatus in sacris constitutus matrimonium contrahens de facto,indistincte non perdit ipso facto beneficium,sed est priuandus per sententiam,num.17.quamuis alij teneant, ipso facto priuatum esse num.18.*

*Per sponsalia de futuro certum est non vacare beneficium, nu. 19.& sic reprobatur decisio Rotæ antiquæ dicens,quod clericus contrahens matrimonium cum impubere nouem annorum per verba de præsenti,etiam non secuta copula,perdit beneficium nam hic contractus cum impubere iuris interpretatione solum est ad sponsalia de futuro, & contra illam tenet communis,nu.20. Nec placet concordia, quod communis procedat, quando clericus sciebat eam esse impuberem,& opinio Rotæ, quando ignorabat, numer. 21. & 22.*

*Quod contractus matrimonij cum impubere iuris interpretatione sit ad sponsalia de futuro, procedit etiam hodie stante Concil. in matrimonio clandestino contracto sine paroche & testibus quamuis alias est omnino nullum, ex S. Congr. nu.23. vbi ponitur declaratio S. Congregat.*

1 MAtrimonio quoque, † etiam non sequuta copula,clericus ipso facto beneficium perdit, c. 1.cap.diuersis fallacijs,de cleric.coniug.& ibi glo.& Dd,Rota decis.1.eod.tit.in nouis.& 21. de prob. in antiq.capel.Tholos.decis.240.Palac.Rub.in repetit. rubricæ de donat.inter virum §.55.nu.5. Rosin. de benef.cap.3.P.Pechius in reg.beneficium lib. 6. nu. 26,Mandos.de resignat,gratiæ tit,de priuat.ver. impetratur beneficium ob contractum matrimonij,Mascard.de prob.concl.182. Zaualios q.147. Rota in Lucana infra adducta num.13.& Sairus de censuris lib.6.c.5.nu.10.& seq.& citandi infra n.4.& Thom. Sanch.qui plures refert de matrimonio libr.7.disp. 42.à nu.4.& post hæc Gonç.ad reg.de mens.glo.15. n.43. Lessius de iust.& iur,lib.2.c.34.dub.21. Azor inst.mor.p.1.lib.7.c.16.à quæst.4. *Decian.tract. crim. lib.6.c.22. Rot.decis.125. Ces.de Gras,& Genuen.in praxi,cap.37.num.24. Rot.in vna Siracus.capellaniarum 28. Febr.1609. coram D. Penna, vbi quòd beneficium vacat ipso iure per contractum matrimonij, &c. Vgol. de offic. Epsc.cap.50.§.1.vers.3.Grat.discept.for.c,5.nu.39.& Farin.p.4.q.138.à nu.101.*

2 Vnde per matrimonium † amittit clericus accessus, regressus & alia iura ad beneficium competentia,Prob.ad Monach.in cap.1,de cleric. coniugat.in 6.ex num.5. Couar.in 4.2.par.cap.6.§.3.numer.5.

Iul.

Iul.Clar. lib. 5.recept.ſentent. §.1.quæſt.73. num.5. Salz.ad Bernard.Diaz in pract.crim,can.c.80. litera E.Flam.Pariſ.de reſignat.benef.lib.1.quæſt.1.num. 14.& Zauallos ſupra num.2. *Farinac. ſupra num.* 102. Thom. Sanchez ſupra numero 7. qui tamen contra Probum ibi rectè ait numero 9. per matrimonium non extingui diſpenſationem & habilitatem ad beneficia, quia per eam ſolum amouetur impedimentum.

3 Quod ampliatur primo † vt procedat, etiam ſi vxor non conſummato matrimonio religionem ingrederetur, & ſic matrimonium diſſolueretur iuxta capit.ex publico,de controuerſ.coniugator.nam adhuc ipſe beneficia amittit, nec ea recuperat. DD.in dict.cap.1. Gigas de penſio.quæſt.54.num.8.Roſin. num.20. Couarr.num.6. Sayrus 14. & alij ſupra citati, & citandi ſeq.ampliat. & Sanchez plures citans ſupra num.6.

4 Secundò †ampliatur,vt etiam per matrimonium cum conſanguinea, aut alias de facto contractum à beneficiato minorum amittatur beneficium ipſo iure, Abb.in d.cap.1.Rebuf.de pacific.poſſeſſor.num. 223.alias 187. qui ait,ita ſeruari de ſtylo, Corraſ.de benefic. 1.part.cap.10. Gigas d.quæſt.54.num.11. Tiraq.de retractu lignagier. §.26.gloſ.2.nu19. Mandoſ.ſupra Gregor.Lopez in lib.1.tit.6.part.1.verſic. el beneficio,Couarru.53.num.4.Menchac.de teſtament.§.22,num.64.Nauarr.in Man.cap.25.nu.119. Bernard.Diaz in addit.ad Palac.Rub.ſupra liter.B. & Salzedo ad eund.in pract.dict.cap.80.litera F. Didac.Perez in lib.1.tit.1.lib.5.ordinamenti,verſ.item quia, Cuchus in inſtitut.maior.lib.5.tit.12.numer. 216. Petrus Gregor.de benefic.capit.25.numero 4. Flamin.Pariſ.dict.libro 1.quæſt.1.num.12.Zauallos ſupra num.5. Caldas Pereira 3.part. de poteſtat.eligend.ad emphyteuſim cap.5.nu.14. Sylueſt.in ſum. verb.beneficium 3.num.22. & verb.clericus 2.nu.2. verſ.1.ſi contrahat,Armilla verb.beneficium nu.20. Ludou.Lopez inſtruct. conſcientiæ 1.tom.cap.256. & 1.tom.2.par.cap.49. Man.Rodrig.in ſum.1.tom. cap.30. num.9. Vega 1.par.cap.36. caſu 20. Ioann. Baptiſt. Contadus in reſponſio. caſuum conſcientiæ q.34.in addit.ad fin.& Sayrus ſupra nu.13. qui plures alios referunt, & communem dicunt, & Rota in dict. Lucana, & Açor 1.par.lib.13.cap.13.q.8. & 2. par.dict.lib.7.cap.16.quæſt.5.& poſt hęc Gonçalez d.gloſ.15.num.44. & gloſ.57.num.44. *Vgolin.Gratian.& Farin.à num.*109. *vbi ſupra.*

5 Quamuis † Cardin. in Clemen.gratiæ, de reſcript. num.10.Butrius,& Imola in d.cap.1.& Bermondus de publicis concubinarijs,fol.404. quē ſequitur Iul. Clarus d.quæſt.73.numer.5. *Et Decian.dict.lib.6.cap.* 22. *num.* 5. dicant per tale matrimonium non amitti beneficia ipſo iure,ſed priuandum eſſe per ſententiam, ſequitur Leſſius ſupra numero 113. & ait probabilius, Thom.Sanchez dict.lib.7. diſput.43. quomodocunque, & ex quacunq; cauſa matrimonium ſit irritum.

6 Cui opinioni accedunt,† Decius conſil.166. Probus d.c.1.num.15.& 16.& Bernard.Diaz.d.cap.80. quando beneficiatus ſciēter contrahit in gradu prohibito, dicentes communem habere locum quando ignoranter contraxit.

7 Quam Decij ſententiam † reprehendunt Greg. Lopez Couarr. Salzedo, & Zauallos *& Farin.* ſupra, non enim ex eo, quod ſcienter contraxit videtur in eo defuiſſe conſenſus contrahendi, ex traditis per ipſum Couarr.d.2.par.cap.3.§.7.num.2. Pet.Ledeſ. de matrim.quæſt.55.artic.9. circa fin.& in ſumm.de matrim.c.15.15.concluſ.vlt.diffic. & Thom.Sanch. de matrim.lib.2.diſput.37.qui alios refert,& Suarez 5.to.diſput.23.ſect.5.nu.19. contra Nauar.in Man. cap.22.nu.43. Armilla verb.matrimonium num.44. Vega 2.par.cap.34.caſu 58.59.& 84.& alios relatos per Thom.Sanch.ibi,& quia magis peccans non debet eſſe melioris conditionis.

8 At ego † è diuerſo exiſtimo quòd talis beneficiatus contrahens matrimonium in gradu prohibito ignoranter bona fide,& cum debita ſolemnitate non amittit beneficium ipſo iure, nec per ſententiam debet priuari, quamuis ſcienter ſeu mala fide contrahens illud amittat ipſo iure.

9 Et ratio differentiæ eſt, †nam is qui bona fide ignoranter contrahit, non facit actum beneficio ſeu clericatui contrarium, cum matrimonium ſit nullum,& ſic non poteſt dici facto ſuo beneficio renuntiaſſe, & rurſus in eo ceſſat delictum, & argum.cap. eum qui, de præbend. in 6. quod militat in contrahente ſcienter, cum loquamur de conſtituto in minoribus.

10 Si verò matrimonium † eſſet nullum ex defectu conſenſus ipſius clerici, vt quia non erat ſanæ mentis, vel fuit vi vel metu coactus, tunc non perderet beneficium, nec ipſo iure, nec per ſententiam, Probus num.15. Gigas 9.& 10. Bernard.Diaz num.5.& Roſiniac.ad fin.vbi ſupra. & ſentiunt relati, Rota in d. Lucana, & Sayrus dict.num.13. & Açor dict.q.8. & d.q.5.& Leſſius d.num.113. *Gratian.d.cap.*5.*num.*39. *& Farin.num.*114.

11 Et idem videtur quando † matrimonium eſt nullum ex defectu conſenſus mulieris procedentis ab eius furore, ſeu amentis, quia perinde eſt ac ſi contraheret cum imagine, aut cum dormiente, vt dicit æquius Ioann.And.quem ſequitur Gigas d.num.10. Roſiniacus ibi, & videtur tenere Probus d.num.15. & facit,quod dixi num.8.& 9.de contrahente ignoranter. Quamuis contra teneant Staphil.tit.de variis modis vacationis §. quintus vacationis modus, num.9. & Bernard. Diaz.d.num.5. & Sayrus ibi, & Açor dict.cap.16.quæſt.6. *Et Farin.d.num.*114.

12 At ſi matrimonium † eſſet nullum ex defectu conſenſus legitimi ipſius mulieris, vt quia fuit vi vel metu compulſa clerico ipſo libere conſentiente, tunc ipſo iure perdet beneficium, ſicut quando contraheret cum conſanguinea, Probus dict.numer.15.& poſt Andr. Gigas d.numer.10. Bernard. Diaz dict. num.5. & Sayrus dict.num.13. *Vgol.ſupra, & Farin. d.num.*114. quod ego intelligo iuxta dicta, quando ipſe clericus libere, & ſcienter contraheret cum muliere coacta.

13 Sed hic eſt difficultas grauis, † an ſi hodie ſtante Concilio Tridentino ſeſſ.24. c.de reformatione matrimo.beneficiatus contraheret ſine parocho,aut teſtibus, perderet ipſo facto beneficium, in qua parte affirmatiuam tenuit Rota in d.Lucana de inſula ſancta, coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, in qua 6. Iunij 1575. fuit concluſum, Conſtare quod Michael contraxit matrimonium cum Virginea de anno 1565.de menſe Sept.vt bene probāt 1.& 5.teſtes, qui coadiuuantur 2.4. & 6. & licet quintus in

inter-

interrogatorio præciſæ non recordetur de anno, tamen poſtea fatendo dictum artic. verum, in quo conſtituitur dict. menſis, & annos, cenſetur expreſſe déponere de eodem menſe, & anno. Nec obſtat, quod verba, de quibus deponunt quintus, & ſextus teſtis, important ſponſalia de futuro, non autem matrimonium de præſenti, ad quæ reſpondetur, quod cũ ſint prolatæ ad interrogationem alterius, an velit ad invicem matrimonium, de præſenti contrahere videntur, vt per Couarr. in 4.2.p.c.4.§.1.nu.4. præſertim cum incontinenti fuerit, vt ſubſecuta annuli immiſſio, vt deponunt 4.5.& 6. teſtes, nam per hunc actũ denotantem conſenſum coniugalem probatur etiã matrimonium de præſenti, vt late Couarr. d.c.4. in princ.num.3.maxime, quia idem Michael confeſſus fuit, dum examinaretur, ſe ſuſcepiſſe filium ex Virginea ſub 29. vel 30. Octobr. 1566. & poſtea de anno 1576. 16. Ianuarij fuit concluſum, quod matrimonium fuit contractum per verba de præſenti, vnde inducebatur vacatio beneficij ipſo iure c.1. de clericis coniugatis, & ibi notat glo. verb. delinquendo in princ. quæ eſt communiter approbata, Couar. ſupra 2.p.c.6.§.3.nu.4. & hanc opinionem tenet Cancellaria, vt dicit Collectarius in cap. Ioannes nu.1. in fi. de cleric. coniugat. quæ concluſio procedit, etiam ſi non fuerit ſubſecuta copula iuxta d.c. Rotæ eod.tit. in nouis, & 1. de ſponſalib. in antiq. & procedit, etiã vbi matrimonium ſit nullum ex alia ratione, quam defectu conſenſus, quia quantum in eo fuit, contraxit, & habuit beneficium pro derelicto, & quia non debet eſſe melioris conditionis qui contraxit nulliter, & illicite, quam qui licite, vt tradit Ioan. And. in d.cap. Ioannes, col. pen. quem ibi cæteri ſequuntur, Roman. conſil. 283. col. 3. num. 5. verſic. videamus, Abb. in d. cap. 1. nu. 2. & in fi. Brixien. quæſt. dominica, Marſil. ſingul. 386. Aufrer. in addit. ad deciſ. Toloſ. 236. in fi. Staphil. de literis gratiæ fol. 75. verſic. poſſet tamen, Rebuff. ſuper reg. de publican. in fi. Iaſ. in l. vbi pactum, nu. 24. C. de tranſact. Gigas de penſion. quæſt. 54. num. 11. Couarr. d. §. 3. & eſt communis opinio, vt ait Barbat. conſil. 16. col. 2. in fi. verſic. præterea accedit, Imola in d. cap. Ioannes num. 24. verſic. 4. caſu, bene Capra regul. 93. numer. 93. Non placuit dominis fundamentum factum exemplo ad probandum hic adeſſe defectum conſenſus, quia videlicet non fuit probatum in hoc matrimonio interueniſſe parochum, prout diſponit Concilium Trid. ſeſſ. 24. de reformatione c. 1. quod habet decretum irritans inducens reſiſtentiam iuris in actu in contrarium geſto, quia dixerũt, quod etiam lex cum decreto irritan. reſiſtit matrimonio contracto cum conſanguinea, c. non debet, de conſanguin. & affinit. & tamen communiter concludunt ſupradicti Dd. vacationem, quia in hac materia inſpicitur factum ipſum, non autem facti validitas. Præterea tunc dicitur deficere conſenſum, quando nullo modo fuit præſtitus, vt exemplificant Dd. in contrahente per metum, vel non habente intellectum, non autem quando eſt præſtitus, & illum lex annullat, imo dicunt, quod Concilium in eius proœmio non negat adeſſe conſenſum in matrimonio clandeſtino. Nec obſtat, quod tunc non inducatur talis vacatio beneficij quando adeſt talis nullitas matrimonij, quæ inducit impedimentum publicæ honeſtatis, quia reſpondetur hoc nullibi probari, ſed potius contrariũ eſſe verum per cap. 1. de ſponſal. in 6. vbi hoc impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex conſanguinitate, & tamen vt dictum eſt, tenẽt beneficium per contractum matrimonij cum conſanguinea vacare: vnde eſt verificata narratiua Iuliani narrãtis, quod beneficium vacauit per matrimonium, per verba de præſenti legitime contractum, quia cum fuit contractum interueniente conſenſu per verba de præſenti, verum eſt, quod fuerit legitime contractum ſecundum ſubiectam materiam. Præterea ea cum talis ſurreptio veriſimiliter non mouiſſet Papam ad concedendum, non vitiat, Aegid. deciſ. 4. cum vulgar. *Quã deciſionem refert & ſequitur Gratian. d.c. 5. nu. 39. dicens factam 13. Iun. 1576.*

14 Mihi tamen † contrarium verius videtur in prædicta difficultate, nempe, quod contrahens matrimonium ſine parocho, aut teſtibus non perdat ipſo *facto* beneficium (licet poſſet priuari ſic contrahens) argum. *l. ſi quis legatum 6. ff. ad l. Cornel. de falſis.*

15 Nam matrimonium iſtud † nullum eſt ex defectu formæ contractus, & ex actu nullo propter defectũ formæ ſeu ſolemnitatis non incurritur pœna, vt fuit dictum in vna Hipporegien. canonicatus 22. Octob. 1584. coram domino Orano d. l. ſi quis legatum, Iaſ. in l. fin. C. de iure emphyt. numero 139. Tiraquel. de retractu lignagier. §. 1. glo. 2. numero 6. & §. 26. gl. 2. numero 11. & in leg. connubia. gloſſ. 8. numer. 207. Simoncellus de decretis lib. 2. tit. 6. num. 30. Azenedo in l. 1. tit. 1. lib. 5. recopilat. numer. 48. & Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 2. num. 8. ad 3. & non adhibita forma requiſita, perinde eſt, ac ſi actus non fieret, quia forma dat eſſe rei, &c. conducunt tradita per Felin. cap. ex tenore, de reſcript. à num. 6. & Molinam de Hiſp. primog. libro 2. cap. 16. numero 17. & 18. *& per Suar. de leg. lib. 5. cap. 34. à num. 10.* nec hic inducitur vacatio propter factum matrimonium clandeſtin.

16 Et ita in propoſito † tenet Man. Rodrig. in ſum. d. cap. 30. nu. 9. & Vega d. c. 36. caſu 20. ad quartum, & facit, quod in ſimili tradit Pet. Ledeſ. de matrim. d. q. 55. art. 9. 4. dub. & in ſum. d. c. 15. 15. concluſ. 4. diffic. & Thom. Sanch. d. lib. 7. diſp. 48. nu. 8.

17 In beneficiato † autem in ſacris conſtituto matrimonium contrahente de facto dicendum eſt indiſtincte non perdere ipſo facto beneficium, cum ſit omnino inhabilis ad matrimonium, ſed illis eſt priuandus per ſententiam iudicis, ita gloſſ. fi. in dict. cap. 1. de cleric. coniugatis, & ibi Butrius, & Imola, Bernard. Diaz d. c. 80. & ibi Salzedo liter. C. dicens communem, & Maſcard. concluſ. 182. nu. 5. & 6. dicens communiorem, Greg. Lopez, Nauar. Pet. Gregor. nu. 5. *Decian. d. lib. 6. cap. 22. à nu. 4. Farin. nu. 104.* Sylueſt. Armilla, Lud. Lopez, Man. Rodrig. Vega, Corradus, & Saitus nu. 16. & Leſſius nu. 115. vbi ſupra, & Enriquez in ſum. lib. 7. c. 36 §. 1. liter. G. & videtur inclinare Gigas ſup. nu. 6.

18 Quamuis † Staphil. vbi ſupra à numero 8. & Aufrerius ad d. dec. Capellæ Toloſ. 240. numero 4. & Roſiniacus à numero 10. & Couarru. ſupra cum Ioann. Andr. Anchar. Cardin. Rom. & alijs teneant ipſo facto priuatum eſſe, & Cuchus d. lib. 5. tit. 12. numer. 215. & Açor d. libro 13. cap. 13. quæſt. 6. & d. lib. 7. 2. par. cap. 16. quæſt. 5. *& Vgol. d. cap. 50. de offic. Epiſc. c. 1. verſ. 3.*

19 Per ſponſalia vero de futuro † certum eſt non vacare beneficium, Rota d.decis.1.de cleric.coniug. in nouis: & 21.de probat.in antiq. Abb. conſil. 62. nu. 18.par.2. Corraſ.d.capit.10.num.11. Roſiniacus d. capit.3.à numer. 17. Mand.ſupra, Fuſcus de viſitat. libro 2.capit.28.numer.18. Maſcard.d.concluſ.182. Pet. Pechius in dict.reg.beneficium num.16. *Decian. & Vgolin.ſupra, Farin.num.*108. Man. Rodrig. dicens communem. Vega, & Sairus num.15. vbi ſupra, & alij citati, & Thom. Sanch. plures referens d. lib. 7. diſput. 42. numero 1. & Gonçal. d. gloſſ. 15. num. 43. & Leſſius ſupra num. 114. qui tamen ait quod contrahens ſponſalia meretur priuari beneficio. ſed non placet mihi.

20 Ex quo † reprobatur dec. Rotæ 1. de ſponſal. in antiq. alias 102. cum qua tandem tenent Staphil. ſupra nu. 9. & Mandoſ. de ætate minori q. 24. & *Vgol. ſuprà, ibi, verſic. quid ſi, d. tit. de priuat. Decian. d. cap. 22. num.* 7. quæ ait, quod clericus contrahens matrimonium cum impubere 11. annorum per verba de præſenti, etiam non ſecuta copula, perdit beneficium. Nam hic contractus cum impubere iuris interpretatione ſolum eſt ad ſponſalia de futuro, cap. fin. de deſpon. impub. cap. 1. §. 1, eod. in 6. & ita contra illam tenent Roſin. numer, 16. & Iul. Clar. ſupra, & Mandoſ, verſic. quid ſi, Açor d. quæſt. 5. Cou. dicens communem d. nu. 4. & Bernard. Diaz d. cap.
21 80. nu. 6. & ibi Salzed. litera G. † qui cum Menchica d. c. 22. nu. 47. intelligit communem, quando clericus ſciebat eam eſſe impuberem: & opinionem Rotæ procedere poſſe, quando ignorabat eam eſſe impuberem.

22 Sed hæc concordia † nimis reſtringit communem, & præterea conuincitur ex dictis ſupra, num. 8. & 9. de contrahente ignoranter in gradu prohibito, maxime quia etiamſi ignoraret eam eſſe impuberem, adhuc iuris interpretatione ille contractus eſſet ad ſponſalia de futuro, ex d. cap. 1. §. 1. ibi: Et matrimonium contrahere intenderent contrahentes. Et ita eam diſtinctionem reprobat Thom. Sanch. ſupra d. ſp. 43. nu. 6.

23 Et adeo verum eſt, † quod contractus matrimonij cum impubere iuris interpretatione ſit ad ſponſalia de futuro, vt procedat etiam hodie ſtante Concilio in matrimonio clandeſtino contracto ſine parocho & teſtibus, vt in vna Valentina cenſuit S. Congregatio Concilij his verbis. Matrimonium contractum clandeſtine inter puberem in ſponſalia de futuro reſoluitur per cap. vnicum, §. 1. de deſponſatione impub. in 6. Quamuis alias matrimonium contractum ſine parocho aut teſtibus, eſt omnino nullum, nec habet vim ſponſalium, vt eadem S. Congregat. cenſuit. Thom. Sanch. de matrimon. lib. 1. diſput. 20. & 21. qui alios cumulat.

## *De vacatione per ingreſſum religionis.*
## *Cap. IX.*

### SVMMARIA.

*QVemadmodum matrimonio, ita etiam per ingreſſum religionis vacat beneficium ſecuta poſſeſſione expreſſa, vel tacita, non ante, num. 1. Et de poſſeſſione tacita intelliguntur verba cap. beneficium, de regular. in 6. ibi: Aut conſtet, &c. & ibi, ſeu ſcienter, &c. nu. 2. & 3.*

*Quamuis olim poſſet fieri profeſſio expreſſa, vel tacita infra annum, probationis: tamen hodie ex decreto Concilij Tridentini non poteſt fieri nec tacita, nec expreſſa, nec quæ obligat religioni, etiam in gentre, non ſolum in Mendicantibus, ſed nec in alia religione, nu. 4. & 5. circa quæ refertur declaratio S. Congregationis, nu. 6.*

*Annus probationis debet eſſe continuus intra cloſtra, non interpolatus, nec privilegium aliquod ſuffragatur, quia eſt ſublatum, nec anno probationis renuntiari poteſt, & habet locum etiam in eo, qui ex voto religionem ingreditur, & in profeſſo in vna tranſeunte ad aliam etiam laxiorem, nec poteſt abbreuiari etiam in ingreſſo poſt matrimonium ratum, &c. ex S. Congreg. nu. 7.*

*Seruato tempore præfixo, & concurrentibus aliis requiſitis, profeſſio tacita non eſt excluſa à Concilio, ſed remouet in diſpoſitione iuris communis ex S. Congreg. nu. 8.*

*An ingreſſus religionem poſſit in anno probationis beneficium reſignare, & ante Concilium clarum eſt quod poterat, nu. 9. Difficultas eſt, ſtante Concilio cap. 16. ſeſſ. 25. de regular. an illud decretum procedat etiam in renuntiatione beneficij, & procedere tenet Maiolus nu. 10. & Flam. Pariſ. relatus n. 11. Sed contrarium tenetur n. 12. Nec Flam. loquitur conſequenter, nu. 13. Nec creditur ſacram Congregationem cenſuiſſe, quod decretum habeat locum in renuntiatione beneficij, num. 14.*

*Non eſt verum, illud decretum ex Congregationis ſententia habere locum, quando renuntiat ante ingreſſum, ſed intuitu ingreſſus religionis, vt ait Flaminius. ſed contrarium ſæpe cenſuit Congregatio, nempe non habere locum in donationibus & renuntiationibus factis ante ingreſſum ſed per ingreſſum ſeu in ipſo ingreſſu, & ita tenens aliqui Dd. licet alij etiam contra teneant, nu. 15. & 16.*

*Non habet locum d. decretum in teſtamentis, & vltima voluntate, vel eleemoſynis, ex eadem S. Congreg. nu. 17. licet contra fuit dictum per Rotam, nu. 18.*

*Non placet dictum Molinæ, valere renuntiationem, ſeu donationem factam a nouitio ſub conditione profeſſionis: nam non ſeruatur forma d. decreti, num. 19. Et videtur etiam facta in tempus inhabile, nam facta poſſeſſione non poterat donare. Niſi eſſemus in religione bonorum incapace: nam tunc poſſet dici incipere ab hærede, niſi obſtaret dictum decretum Concilij, vt quia eſſet facta à nouitio, licet renuntiatio hæreditatis futuræ, ſeu pactum de non ſuccedendo ſub dicta conditione profeſſionis, valeret cum iuramento, &c. numero 20. ſicut etiam donatio facta à nouitio, cum pacto & modo, vt eo profitente ſit nulla, non valet, nu 21.*

*Non placet etiam doctrina Manuelis Rodriguez, dictum decretum non habere locum in donationibus cauſa mortis, nam licet ſint reuocabiles, & quo ad effectum legatis æquiparentur, tamen in fieri ſunt inſtar contractus, & reſpectu formæ ſolemnitatis & ordinationis æquiparantur contractibus, num. 22.*

*Stante conſtitutione 58. Pij V. non poteſt Ordinarius admittere reſignationem beneficij religionem ingreſſuri, niſi ſtatim re ipſa profiteatur, ita enim intelliguntur verba illius religionem ingreſſuri, & non de habitus ſuſceptione, vt volunt Fuſcus, & Flam. Pariſ. qui reprobantur, nu. 23. & ſeq. Et ita iuxta d. conſtitutionem, & non iuxta mentem Concilij procedet dictum Man. Rodriguez relati, nu. 25. In caſibus tamen alias permiſſis poterit ordinarius admittere reſignationem nouitij, ſeu religionem ingreſſuri, etiamſi ſtatim non profiteatur, ſeu religionem ingrediatur, non obſtante dicta conſtitutione, nu. 26.*

Cum

*Cum per ingreſſum religionis ante profeſſionem non vacent beneficia nouitij non reſignata, an interim lucretur fructus. numero 27. Reſoluitur, quod in beneficijs habentibus fructus in abſentia nouitius interim eos lucrabitur, nec debet eis priuari, ſiue poſtea exeat, ſiue profiteatur, numero 28. interim tamen debet per alium deſeruiri beneficio, ſi ſeruitium requirit, aſſignata ſibi congrua de ipſius prouentibus, numero 29. Et ſi eſt curatum, debet obtinere licentiam ordinarij in ſcriptis, & ſi nollet eam dare, eſſet recurrendum ad ſuperiorem, num. 30. In beneficijs vero non habentibus fructus in abſentia, vt canonicatibus & prebendis, quorum fructus reſidendo lucrifiunt, non lucrabitur, cū non reſideat. num. 31.*

1 RVrſus, quemadmodum matrimonio, † ita etiã per ingreſſum religionis vacat beneficium, ſecuta tamen profeſſione expreſſa, vel tacita, non ante, cap. Gontaldus, 17. quæſt. 2. cap. beneficium, de regular. libro 6. vbi Dd. Staphil. de l ter. gratiæ, tit. de var. mod. vacationis, 6. modo. Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. libro 3. quæſt. 3. Fuſcus de viſitatione libro 2. cap. 15. num. 84. & Manu. Rodrig. quæſt. regul. 1. tom. quæſt. 37. & poſt hæc Gonçalez ad regu. de menſibus gloſſ. 15. num. 45. & D. Card. Tuſch. concluſ. 72. lit. B. *Vgol. de offic. Epiſcop. c. 50. §. 1. verſ. 4. Rot. in vna Toletana beneficij 6. Iun. 1605. coram D. Litta, in qua fuit reſolutum gratiam Gaſparis eſſe iuſtificatam cum præſuppoſito, quod inſtrumentum profeſſionis ſit in forma probanti, dum enim narrauit beneficium vacare per ingreſſum Auguſtini in monaſterium, & emiſſionem profeſſionis, probatur ex inſtrumento profeſſionis extracto ex libro monaſterij, in quo regiſtrantur huiuſmodi profeſſiones, & iſta annotata reperitur, talem autem librum probare, vt de libro baptiſmi & morientium ſæpè fuit reſolutum, & profeſſio præſumitur valida, donec contrarium probetur (vt aliàs fuit reſolutum in Abulenſ. cap. 17. Maij 1600. coram Domin. Seraphino) beneficium autem vacare ipſo iure per emiſſionem profeſſionis, probat text. in capit. beneficium de regu. in 6. Rebuff. in praxi part. 3. de mod. amitt. benefic. numero 44. &c. Et in eadem coram eodem 7. Nouemb. 1605. fuit reſolutum, inſtrumentum profeſſionis eſſe in forma probanti, quia mediantibus compulſorialibus à Rota emanatis liber originalis monaſterij fuit coram iudice compulſore parte citata & ſeruatis de iure ſeruandis productus & recognitus, & inde extracta particula profeſſionis Aug. & alia in ſimilibus fieri ſolita impleta, &cet.* & alij, licet Menoch. de præſumpt. libro 6. præſump. 82. dicat, quod ingreſſus religionem præſumitur beneficijs renuntiaſſe, etiam intra probationis annum, &c.

2 Et de profeſſione † tacita intelliguntur illa verba dict. cap. beneficium. ibi: Aut conſtet quod vitam voluerit abſolute mutare, iuxta tex. in cap. conſulti. &c. ſtatuimus. eod. tit. & c. non ſolum, eod. titu. in 6. Dom. nu. 6. & Franc. nu. 1. 3. notab. ibi, in d. c. beneficium, † ſicut etiam illa verba, Seu ſcienter habitum receperit profeſſorum, iuxta text. in ca. conſtitutionem, eodem tit. in 6.

3

4 In quo tamen † animaduertendum eſt, quod quamuis olim poſſet fieri profeſſio expreſſa, vel tacita infra annum probationis, iuxta text. in d. cap. ad Apoſtolicam, & d. c. ſtatuimus, de regul. & d. cap. non ſolum, & d. c. conſtitutionem, & d. cap. beneficium, eod. in 6. cum alijs.

5 Tamen † hodie ex decreto S. Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de reg. capit. 15. non poteſt fieri profeſſio infra annum probationis, nec tacita, nec expreſſa, nec quæ obliget religioni, etiam in genere, non ſolum in Mendicantibus, ſed nec in alia Religione.

6 Ex quo † S. Cong. Conc. cenſuit quod qui profeſſionem emiſit infra annum probationis, non eſt obligatus neque ad religionem in genere, neque in ſpecie contra d. cap. non ſolum, & cap. conſtitutionem, de reg. in 6. nec etiam in foro conſcientiæ vlla inducta eſt obligatio.

7 Et vt eadem † S. Congregat. cenſuit, annus probationis debet eſſe continuus intra clauſtra, non autem interpolatus, nec priuilegium aliquid ſuffratur, cum cenſeatur ſublatum cap. 22. eiuſdem ſeſſionis, & huic anno probationis renuntiari non poteſt, & habet locum etiam in eo, qui ex voto Religionem ingreditur, & etiam in eo, qui profeſſus in vna tranſit ad aliam etiam laxiorem, authoritate Apoſtolica, nec poteſt abbreuiari etiam in eo, qui poſt matrimonium ratum, vt poteſt, eſt regionem ingreſſus, etiamſi de vna religione tranſeat ad aliã, & ita tempus profeſſionis differatur. *Licèt quando profeſſio emittitur extra religionem in manibus executoris à S. Patre ad id deputati, non requiritur probatio, ſeu nouitiatus, tunc enim cum Papa de Abbatia regulari alicui prouideat, & mandat executori extra religionem, vt illum in canonicum recipiat, regularem habitum exhibeat, & ad profeſſionem admittat, non eſt expectandum al. quod tempus, cum ſit à Papa probatus, maximè quia prouiſio eſt facta conſiſtorialiter, quod eſt conforme regulæ 58. Ita in Legionen. profeſſionis 18. Decembr. 1609. coram D. Lancellotto.*

8 Seruato tamen tempore † ibi præfixo, & concurrentibus alijs ad tacitam profeſſionem requiſitis, profeſſio tacita non eſt excluſa à Concilio dict. cap. 15. & 16. ſed remanet in diſpoſitione iuris communis ſicut ante, vt eadem Congregatio cenſuit, de quo Menoch. d. libr. 6. præſumpt. 83. & nouiſſimè docet fr. Baſil. Legionen. de imped. matrim. cap. 5. circa finem.

9 Sed eſt difficultas, an ingreſſus religionem poſſit in anno probationis beneficium reſignare, & ante Concilium clarum eſt quod poterat, iuxta cap. extranſmiſſa, de renunt. & d. cap. beneficium, ibi: Niſi ad id ipſius accedat aſſenſus, & ibi gl. verb. aſſenſus, & Dd.

10 Difficultas eſt, † ſtante Concilio Tridentino dic. cap. 16. ſeſſ. 25. de regul. an illud decretum procedat etiam in renuntiatione beneficij, & procedere tenet Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 6. ſub numero 2. dicens quod ſtatuit Concilium ibi, ne quis intra annum probationis poſſit beneficio renũtiare, quinimo fa-

11 cta renuntiatio non teneat, vt, † & ſequitur Flam. Pariſ. d. lib. 3. quæſt. 13. à num. 4. dicens ſæpius cenſuiſſe S. Cong. Concil. illud decretum habere locum in renuntiatione beneficij, & ſic eſſe faciendam de conſenſu ſuperiorum ante duos menſes profeſſionis ne temere quis renuntiet, dum eſt nouitius, & poſtea cõtingat carere beneficio & monachatu, ſi forte non admittatur ad profeſſionem, vel ipſe nolit poſtea profeſſionem emittere, & Epiſcopum non debere conferre illa beneficia niſi facta profeſſione, vt reſpondit pluries Sacra Congregat. Et rurſus illud

decretum ex Congregationis ſententia habere locũ, etiam quando quis renuntiat ante ingreſſum, ſed in-
! cuitu ingreſſus religionis, nam videtur renuntiatio facta in fraudẽ, & hoc quando ille non habet aliunde ex quo viuere poteſt, vel eſt ordinatus ad titulum illius beneficij, nam his caſibus reſignatio non debet admitti, niſi habeatur certitudo de profeſſione, & eo modo, vt dictum eſt, de ſtylo exprimitur in ſupplicatione, &c. Hæc Flam. Pariſ. Et quod decretum habeat locum in renuntiatione beneficij, tenet etiam Açor 2. parte, lib. 7. cap. 20. quæſt. 6. & *Vgol. de offic. Epiſc. cap. 26. §. 6. num. 4. & cap. 50. §. 1. perſ. 4. cum Pariſio.*

32 Sed iſta ſententia mihi † non placet, & verius exiſtimo, d. decretum Concilij non habere locum in renuntiatione beneficij, nam re vera Concilium ibi ſolum loquitur de renuntiatione, & obligatione bonorum, & renuntiatio beneficij, & collatio illius, non debet eſſe in pendenti, vt non ſequuta poſſeſſione non intelligeretur effectum ſuum ſortiri, ſed debet eſſe perpetua, & ſtabilis, & nõ temporalis, &c. vt per Manuel. Rodriguez in ſumma 2. tom. cap. 7. nu. 2. & d. q. 37. art. 2.

33 Nec Flaminius Pariſius † ſupra loquitur conſequenter, nam ſi illud decretum haberet locum in renuntiatione beneficij, dicendum erat eam non valere, niſi iuxta formam, de qua ibi, etiamſi renuntians haberet aliunde, vnde viuere poſſet: nam in renuntiatione bonorum, non dubium eſt, quin habeat locum, etiamſi aliunde habeat, vnde viuere poſſit.

34 Nec credo † ſacram Congregationem cenſuiſſe, quod dict. decretum habeat locum in renuntiatione beneficij, nec vidi, nec inueni talem declarationem.

35 Nec rurſus verum † eſt illud decretum ex Congregationis ſententia habere locum, quando quis renunciat ante ingreſſum, ſeu intuitu ingreſſus religionis, quinimo contrarium ſæpe cenſuit Congregatio, nempe illud decretum non habere locum in donationibus, & renuntiationibus factis ante ingreſſum, ſeu ante ſuſceptionem habitus, ſed in factis per ingreſſum, ſeu in ipſo ingreſſu, vt habetur in declarationibus ſuper d. c. 36. & 18. *Mart. 1598. eadem Congregat. Concilij cenſuit, decretum Concilij cap. 16. ſeſſ. 25. de reg. non vindicare ſibi locum in donationibus, vel renuntiationibus ante habitus ſuſceptionem, etiam animo & propoſito religionem ingrediendi factis,* & ita tenet Mandol. conſil. 22. & Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 436. maxime in noua additione, vbi adducit declarationem S. Congregationis de anno 1595. in vna Mediolanen. & Proſper de Auguſtino in appendice ad ſummam Bullarij Quarantæ par. 2. verb. Monaſteria, & conuentus regularium virorum. pag. 590. ponens etiam declarationem, & *Ioan. Baptiſt. Confre in ſuum prud. mend. tit. 13. cap. 13. pag. 125. dicens ipſe reſponſum fuiſſe per Illuſtr. Card. S. Congreg. Concilij Trid. interpretes R. P. fr. Gaſpari Paſſalio ordinis Minorum tunc Generali conſulendi die 22. Octob. 1575. vt ipſe in ſuis not. num. 17 teſtatur. Gratian. deciſ. 37. & in addit. ad eam. & Nouiſſimè Vgol. de offic. Epiſcopi cap. 10. §. 7. num. 3 qui etiam adducunt declar. S. Congreg.* & Manuel. Rodriguez quæſt. regularium 3. tomo, quæſt. 47. artic. 8. qui ait ita iudicatum eſſe in prætorio, & conſultos Doctorem Moya, Solis, & Pinet, Valdes, & alios hanc tenuiſſe opinionem, vt accepit à quodam viro docto, & ita declaraſſe Dominos Cardinales 22. die Octobris anno 1563. vt refert Paſſalrelus in ſuo compendio priuileg. licet ad finem ipſe Manuel Rodr. ibi vacillare videatur, & contrarium tenet in ſum. 1. tom. c. 90. nu. 3. & 2. tom. cap. 7. nu. 8. dicens d. declarationis non vidiſſe literas authenticas.

36 Et licet contra † tenant Nauar. conſ. 81. & 82. de regular. alias conſil. 7. & 8. de donation. (vbi tamen poſtilla ait aduertendum, referri ſacram Congregationem cenſuiſſe, dictum decretum non habere locum in donationibus factis ante ſuſceptum habitum) & Ioan. Guttier. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. ver. dum nuptui, nu. 5. & Couar. in poſtillis ad dictum decretum Concilij, & Pater Molina de iuſtitia 1. tomo tract. 2. diſput. 146. & videtur tenere Roias de ſucceſſ. cap. 7. n. 31. & Zauallos q. 121. num. 4 & 5.

37 Nec etiam habet locum † dictum decretum in teſtamentis, & vltima voluntate, vel eleemoſynis, vt eadem S. Congregatio declarauit; & quod non habeat locum in vltima voluntate, tenent Nap. conſil. 83. de regularibus & comment. 2. de regular. nu. 51. Ioannes Guttierez d. verb. Dum nuptui tradebatur nu. 4. & canonic. quæſt. lib. 2. c. 1. à num. 29. Gratian. reg. 456. nu. 7. Caualcanus deciſ. 10. num. 113. 3. par. Humada ad Gregorium Lopez in l. 7. tit. 7. par. 1. gl. 3. Cenedo collect. 50. ad decretum, Zauallos quæſt. 63. nu. 7. & quæſt. 121. à nu. 4. *Men. in d. addit. ad Gom. num. 16. & Gra. in add. dec. 37. numero 3. & 4.* Manuel Rodriguez dict. cap. 90. numero 5. & d. cap. 7. nu. 8. & 9. & d. quæſt. 47. artic. 10. Molina ſupra, & Azor inſtit. moralium lib. 12. c. 2. q. 14. licet contrarium teneat Spino. de teſtam. gl. 12. nu. 50. & videtur tenere Caſtillo de vſuf. c. 63. nu. 7.

38 Et licet † in cauſa Toletana nullitatis profeſſionis coram D. Orano 12. Ian. 1598. fuit dictum, Quod teſtamentum à moniali factum ſit nullum, ſi non fuit factum intra duos menſes ante profeſſionem vt requirebatur iuxta ordinationem Tridentini ſeſſ. 25. de regular. capit. 16. habentis decretum irritans, &c.

39 Non tamen placet † quod docet Molina, ibi valere renuntiationem, ſeu donationem factam à nouitio ſub conditione profeſſionis, id eſt, ſi profeſſionem fecerit, nam non ſeruatur forma dicti decreti.

40 Et videtur † etiam facta in tempus inhabile, nam facta profeſſione non poterat donare, cum non ſit iuris, & omnia acquirantur monaſterio, auth. ingreſſi, Cod. de ſacroſanct. eccleſ. & parum ſunt aliquid fieri tempore inhabili, ſeu conferri in tempus inhabile, l. quod ſponſæ, C. de donation. ante nupt. niſi eſſemus in religione bonorum incapace, nam tunc poſſet dici incipere ab hærede, iuxta l. vnicam, C. vt ab hæredibus & contra hæredes, niſi obſtaret dictum decretum Concilij, vt quia eſſet facta à nouitio, licet renuntiatio hæreditatis futuræ, ſeu pactum de non ſuccedendo, factum ſub dicta conditione profeſſionis valeret cum iuramento, (niſi obſtet Concilium, vt quia ſit factum à nouitio) Couar. in d. cap. quamuis pactum 3. par. 12. nu. 3. & 4. & ibi Ioannes Guttierez verb. Dum nuptui, num. 1.

Sicut

21 Sicut etiam † donatio facta nouitio, cum pacto & modo, vt eo non professo fit nulla, non valet, ob non seruatam formam dicti decreti, Nauar. d.cons. 82. & 83. de regul. & videtur tenere Manuel Rodriguez d.c. 90. nu. 3. & d. art. 8.

22 Nec placet quod docet idem † Manuel d. cap. 90. numero 6. & d. art. 10. dictum decretum non habere locum in donationibus causa mortis: nam licet illæ donationes absolutæ, & ex natura sua sint irrenocabiles, & quoad effectum legatis, & vltimis voluntatibus æquiparentur, & connumerentur, leg. fi. Cod. de donat. causa mortis, & princip. institut. de donat. vbi Dd. tamen in fieri sunt instar contractus & actus inter viuos, & respectu formæ, solemnitatis, & ordinationis, æquiparantur contractibus, Anton. Gomez 2. tom. variar. cap. 4. num. 16. Couar. in rubr. de testam. 3. par. d numero 1. Crassus de success. §. donatio causa mortis quæst. 2. qui alios plures refert, & communem dicunt: & Zanallos quæst. 695. nu. 2. Mol. de iustitia, 2. tom. disp. 288. & Rota decis. 245. p. 1. diuers. num. 4. vbi dicunt, Doctores omnes conuenire, quod donatio causa mortis quoad ipsum inesse deducendum, sit contractus, &c.

23 Verum vt redeamus ad nostrum † propositum, stante constitutione 58. Pij V. de qua supra cap. 3. à numero 267. ex qua non possunt ordinarij admittere resignationes beneficiorum, nisi in certis casibus ibi expressis, inter quos vnus est religionem ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequatur, dicendum est, non posse ordinarium admittere retentionem beneficij religionem ingressuri: nisi statim re ipsa profiteatur. Ita enim sunt intelligenda illa verba, religionem ingressuri, scilicet per professionem, non per habitus susceptionem iuxta subiectam materiam de qua agitur, alias enim si posset admittere resignationem illius qui vult habitum suscipere, si postea exiret intra annum, remaneret sine beneficio, & sustentatione.

24 Nec † potest dici, vt dicunt Fuscus, d. libr. 2. c. 28. numero 18. & Flamin. Paris. lib. 5. quæst. vlt. numer. 166. & seq. quod ordinarius potest amittere renuntiationem illius, qui vult ingredi religionem, si statim ingrediatur, sed eo ingresso statim non potest conferre illud beneficium, sed debet expectare per annum intra quem potest exire, & quod prius non dicitur vacare beneficium, &c. Nam si daremus, vt isti volunt, quod illa verba, religionem ingressuri, intelligerentur de habitus susceptione: & quod sic ordinarius posset admittere renuntiationem illius, qui vult habitum religionis suscipere, si statim id exequatur, dicendum etiam esset posse statim illud beneficium conferre, nam per renuntiationem legitime admissam statim vacat beneficium, & potest conferri, vt supra dictum est d. capit. 3.

25 Et ita † iuxta d. constitut. Pij V. & non iuxta mentem Concilij d. cap. 16. procedet quod ait Manuel Rodrig. d. q. 37. art. 2. 1. tom. q. regul. quod renuntiatio beneficij non possit fieri per nouitium, nisi paulo ante professionem, quãdo scilicet d. nouitius iam ad ipsam professionem accingitur, & est receptus ad professionem à fratribus, & omnia sunt parata, ita vt moraliter loquendo, professio indubitanter fieri debeat, &c.

26 Videtur tamen, † quod in casibus alias permissis poterit ordinarius admittere resignationem nouitij, seu religionem ingressuri, etiam si statim non profiteatur, seu religionem ingrediatur, non obstante d. constitutione Pij V. quia id quod dicit quod statim id exequatur, &c. est quando resignat ex causa ingressus religionis, &c.

27 Sed cum per ingressum † religionis ante professionem non vacent beneficia nouitij non resignata, restat dubium an nouitius interim lucretur fructus.

28 In quo † breuiter dicendum est, quod in beneficijs habentibus fructus in absentia nouitius interim eos lucrabitur, nec debet eis priuari, siue postea exeat, siue profiteatur, cum sit absens ex iusta causa, c. relatum, de cleric. non residen. & lege permittente, & sic non mereatur pœnam, l. Gracchus, C. ad leg. Iuliam de adulter. ita Archid. & Francus, numer. 2. & 6. in d. cap. beneficium, de regular. in 6. Syluest. verb. religio. 2. q. 8. Manuel Rodriguez d. q. 37. art. 1. & sentit Azor. lib. 12. c. 3. q. 1. quicquid teneant glo. vlt. & Domin. in d. c. beneficium, & Fuscus d. lib.
29 2 cap. 15. num. 84. † interim tamen debet per alium deseruiri beneficio, si seruitium requirit, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione, vt in d. c. beneficium.

30 Et si est curatum, debet obtinere licentiam ordinarij in scriptis, iuxta decretum Concilij Trident. sess. 23. de reform. cap. 1. & si ordinarius nollet eam dare, esset appellandum & recurrendum ad superiorem, vt alias dictum est supra 3. par. cap. 2. nume-
31 ro 86. in † beneficijs vero non habentibus fructus in absentia, vt in canonicatibus & præbendis, quorum fructus residendo lucrifiunt, non lucrabitur nouitius interim fructus, cum non resideat: licet enim absit ex iusta causa, non tamen ad effectum, vt habeatur pro præsenti, quia iste non est de casibus in iure expressis, maxime cum propter priuatam vtilitatem absit, vt ait Franc. d. nu. 6. & facit declaratio S. Congreg. adducta, d. c. 2. nu. 332. an durante: vbi dicta vide.

## *De vacatione per priuationem. Cap. X.*

### SVMMARIA.

*BEneficium vacat, & amittitur priuatione seu depositione, qua propter graue delictum imponitur, nu. 1. nec est locus pœnæ priuationis beneficiorum, nisi in casibus à iure expressis, nu. 2. sed quia non omnia crimina comprehenduntur certa diffinitione, debebit iudex in his quæ similia sunt expressis, in quibus imponitur depositionis pœna, eandem regulam sequi, nu. 3. non tamen debet iudex attendere multum ad canones antiquos, quia illi de facili imponebant pœnam depositionis, nec nisi pro graui crimine depositioni, seu priuationi locus est, nu. 4.*

*Nullum crimen, etiam depositione dignum, inducit priuationẽ beneficij ipso iure, nisi sit iure cautum sed est priuandus per sententiam, & ita in dubio præsumitur num. 5. & casus in quibus quis ipso iure priuatur beneficijs, & in quibus venit priuandus remissiue, nu. 6.*

*An qui commisit crimen, propter quod incurrit pœnam priuationis beneficij, ipso iure amittat statim titulum, ita vt teneatur in conscientia illud dimittere, etiam ante sententiam*

declaratoriam, num. 7. & partem negatiuam tenent relati numero octauo, pro qua facit quod de lege penali imponente penam ipſo iure ſeu ipſo facto, vltra eos tradunt Doctores communiter contra Abb. Felin. Caſtr. & alios, quod non obligat in conſcientia ad penam ante ſententiam, quando requirit aliquam actionem ſeu executionem poſitiuam, ſeu imponitur iure iam quæſito, &c. num. 9. adeo vt committens delictum, propter quod ipſo iure priuatur bonis non amittat dominium eorum ante ſententiam ſecundum aliquos, nu. 10. quamuis contrarium alij teneant, num. 11. quæ ſententia concordantur, nu. 12.

Id in beneficijs intelligendum eſt, quando non ſubiungitur aliud verbum, vnde conſtet mentem Papæ eſſe, vt amittantur nulla expectata ſententia, ſecundum Molin. & alios, numer. 13. Sed etiam tunc non teneri delinquentem in conſcientia dimittere beneficium ante ſententiam, tenet Couarr. & alij num. 14. imo ait Couarr. poſſe retinere beneficium priuatum per ſententiam, vel ipſo iure etiam ſequuta ſententia declaratoria donec ſententiæ executio fiat, cui conſonant Enriquez & Acor n. 15. pro quo facit quod priuatus bonis ipſo iure, etiam poſt latam ſententiam, non tenetur penam exequi, & bona offerre fiſco, niſi illi præcipiatur, nu. 16. & ſeq.

Verius videtur quod committens delictum, ob quod priuatur ipſo iure beneficijs ſeu officijs publicis, teneatur in conſcientia illa dimittere non ſolum poſt ſententiam, quod certum videtur contra Couarruu, Enriquez, & Acor, ſed etiam ante ſententiam, numero 18. nam licet in pœna amiſſionis proprioru̇m bonorum non debeat lex, imo nec ſecundum aliquos poſſit obligare delinquentem, vt exeruntur illius cõtra ſe ante ſententiam, & ſic per illa verba ipſo iure ſeu ipſo facto non cenſeatur ad id obligari, tamen in bonis communibus, qua iam ſunt beneficia, & officia publica, recte poteſt obligare delinquentem ad illa dimittenda ante ſententiam numero decimonono, & ſequent. quod confirmatur, nam lex poteſt in pœnam impedire acquiſitionem fructuum beneficiorum, & aliorum publicorum, ita vt in conſcientia debeant reſtitui, &cet. numero 21. & quod per illa verba ipſo iure ſeu ipſo facto cenſeatur velle obligare in conſcientia ad illa dimittenda ante ſententiam, patet ex ipſa ſignificatione, & vi verborum, & ſubiecta materia, & etiam quia in pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, inhabilitatis, & ſimilibus ex illis ſolis verbis cenſetur lex obligare ad pœnam in conſcientia ante ſententiam, &c. num. 23.

Confirmatur predicta ſententia, nam ſecundum Dd. communiter cum quis eſt priuatus beneficio, ipſo iure etiam in pœnam, ſtatim poteſt prouideri, contra Lapum, & Lancellottum, num. 23. & 24. & ſic tempus datum ad prouidendum curret à die ſententiæ commiſſi criminis, ob quod quis priuatur beneficio ipſo iure, num. 25. vnde ſequitur quod ille non habet in eo titulum, nec poteſt illud retinere, ſed tenetur relinquere ei cui prouiſum eſt, nu. 26.

Confirmatur etiam nam ſecundum Doct. communiter geſta ab eo, qui eſt priuatus beneficio ſeu officio ipſo iure, non valent ſi priuatio eſt notoria, quæ tamen alias deberent valere, num. 27.

Confirmatur etiam, nam in caſu cap. licèt canon. de elect. lib. 6. obtinens parochialem, ſi non ſit infra annum ad ſacerdotium promotus, ob quod ipſo iure illa priuatur, non poteſt illam retinere, ſed debet relinquere n. 28. nec ſatis, quod dicunt Navar. & alij, quod in illo caſu conſtat de mente Legiſlatoris id volentis, & quod priuatio, de qua ibi, non imponitur propriè vt pœna, ſed vt quædam conditio, vel modus rei traditæ, &c. nu. 29. & 30.

Improbatur Zerola dicens in caſu d. cap. li. et canon. non teneri parochum dimittere parochialem, niſi poſt latam ſententiam, num 21. & D. Sebagum dicens, iudicis pronuntiatione opus eſſe in ſpecie d. c. licet canon. n. 32. qui improbatur etiam dum ait iudicis pronuntiatione opus eſſe in ſpecie, ca. licet Ep ſcopus 3. p. de prebend. in 6. vbi non agitur de pœna, & requiritur ibi vocatio poſſeſſoris, nam & inuſtus poſſeſſor non debet amoueri à poſſeſſione inuaduus, & ſine cauſæ cognitione, n. 33, & 34 Ex dictis plane communiter illa communis ſententia, de qua nu. 8. qua non poteſt admitti niſi forte ex vſu, & conſuetudine, ſi illam recepit, nec tũc eſſet admittenda, vbi beneficium eſſet alteri collatum, nec vbi priuatio eſſet notoria, nu. 35.

Infertur leges collegiorum imponentes pœnam priuationis collegij ipſo iure, ſeu ipſo facto, tale quid facientibus obligare in conſcientia ad pœnam, etiam ante ſententiam contra aliquos, num. 36.

Qui effectus reſultent ex illis verbis, ipſo iure, vel ipſo facto, remiſſiue, nu. 37.

Videndum eſt quæ crimina priuationem inducant, & primo, de homicidio an priuationem inducant, & quomodo numero 38. Reſolnitur homicidam non eſſe priuatum beneficijs ipſo iure, ſed priuandum per ſententiam. num. 39. quod procedit non ſolum in ſimplici homicidio, in quo id receptiſſimũ eſt, ſed etiam in qualificato nu. 40. & ſeq. quamuis in qualificato contra teneat Fel, & in paricidio Rebuff & Corraſ. num. 42. & ita intelligitur cap. minor. 50. diſtinct. de priuatione per ſententiam, numer. 43. poteſt etiam intelligi de priuatione executionis, & exercitij ordinis ſacerdotij, num. 44.

Predicta concluſ. procedit etiam ſtante Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap 7, cuius verba accipienda ſunt ſecũdum ius antiquum contra Maiolum, & præcipue ibi agit Concilium de incapacitate homicidæ ad acquirenda beneficia de nouo, nu. 45 & 46.

Regulariter irregularis non eſt priuatus ipſo iure beneficio iã quæſito, ſed illud retinere poteſt antequã priuetur per ſententiam, per quam illo priuatur, quando irregularitas ſequuta eſt ob eius culpam ſeu delictum, nu. 47.

Cum homicida non perdat ipſo iure beneficium antea acquiſitum, faciet ſuos fructus illius irreuocabiliter, donec per ſententiam priuetur n 48. quicquid dicãt relati, n. 49. Et ſi eſſet canonicus, poſſet canonicatui deſeruire ſtando, & cancudo in choro, n. 50. nã irregularis eas functiones obire poteſt, quas laici licitè obeunt. vt canere n. 51. & ſic ſacerdos excõmunicatus in choro cantans cũ aliis, licet peccet, non incurrit irregularitatem. n. 52. & ſimiliter etiam ſuſpẽſus ab ordine ſeu officio poteſt canere in choro ſicus laici nu. 53.

Predicta concluſio non procedit in aſſaſſino, qui eſt priuatus beneficijs ipſo iure, numer. 54. nec in occidentibus Cardinalem, qui beneficijs ſunt ipſo iure priuati, numero 55. nec in occidentibus Epiſcopum qui etiam ſunt priuati beneficijs, quæ Eccleſia, cui talis Epiſcopus præeſt, obtinet, numero 56. nec in occidente prælatum, vel conbeneficiatum, qui eſt priuatus ipſo iure beneficio, quod obtinet in ea Eccleſia, num. 57. & ſequ. vbi quod dictio prorſus importat ipſo iure.

1 DEnique beneficium † vacat, & amittitur priuatione ſeu depoſitione, quæ propter graue delictum imponitur, vt homicidium, ſimoniam, periurij, &c. Selua de benef. 3. p. q. 2. & 3. Rebuf. in praxi tit. de modis amittendi beneficia. n. 61. & 62. Corraſ. de benef. 1. p. cap. 10. num. 1. Roſiniacus, cap. 20. num. 1, & 2. Bernard. Diaz de Lugo in pract. crimin.

cano-

canon ic.cap.131. & Mandoſ. de ſignatura grat. tit. de priuat. in princ.

8 Quin etiam docent non eſſe locum pœnæ priuationis beneficiorum, niſi in caſibus à iure expreſſis & Aymon de antiquitate temporis, 4. part. ſect. 1. num.148.& Achilles deciſ.201.ſeu 1. de iureiurand. nu.5.ex gl.in cap.fi.de iure patron.communiter approbata, vt per Tiraq.in l.ſi vnquã,C.de reuoc.don. verb.reuertatur,nu.249.ſeu 206.Didac. Per. ad Seguram,in tract.de bonis lucratis conſtante matrim. nu.166.& ad Villad.de irreg.cap. 1. nu. 17. & ſeqq. Hoiedam de incompatib.benef.cap.à nu. 5. Azeuedum in l.2.tit.1.libr. 2. recop. regul. 10.& *Piaſec. in praxi Epiſcop.par.2 cap.4 nu.* 69. & Enriquez in ſum. lib.13.c.56.§.4.& poſt hæc tradit Gonçalez ad reg. de menſib.gl.15.à nu.136.

3 Sed quia non omnia † crimina comprehenduntur certa diffinitione, debebit iudex in his, quæ ſimilia ſunt expreſſis in quibus imponitur depoſitionis pœna, eandem regulam ſequi, quia de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt, ita Abb. in cap. at ſi clerici de iudic. num. 34.Selua d.quæſt.3.nu.2.
4 & Duaren.de benef.libr. 8. cap.6. §. 6. qui † admonent non debere iudicem attendere multum ad canones antiquos, quia illi de facili imponebant pœnam depoſitionis ad text.in cap. fraternitatis, 34. diſtinct, nec niſi pro graui crimine depoſitioni, ſeu priuationi locus eſt, cap. inuentum 16. quæſt. 7. & *Bernard. Diaz cap.*235.*Iul.Clar. §.fin.quæſt.*74.*num.*2. *Menoch,de arbitr.caſu* 266.*Sabag.d.cap.at ſi clerici, verſic.ſi vero numero* 4. *& à numero* 7. & Od. ſupra citati numero 1.

5 At nullum crimen, † etiam priuatione dignum, inducit priuationem beneficij ipſo iure, niſi ſit iure cautum,ſed eſt priuandus per ſententiam, & ita indubio præſumitur.Fel.in cap.2.de reſcript. num. 3. Selua d.quæſt.2.nu.6.& 9. Rebuff. de pacificis poſſeſſ.num.318.ſeu 264.Coraſ.ſupra,& 3. par. cap. 6. num. 12. Tiraquel.d. verb.reuertatur num.248.ſeu 205.Bernard. Diaz ſupra,Mandoſ. d. tit. de priuat. in princip.& veſic.ſciendum eſt, quod pœna. Plaça de delictis cap.11.num.2.Hoieda cap.24. num. 82. Azeuedo ſupra,& Hieron.Gabr.conſ.196.lib.1.& 187.lib.2. Enriquez d.lib.13.cap.56.§.4. & Gonçalez ſupra numero 153.Ioan.Quint.in repet. cap. de multa,de præbend.num. 80. & Farin. in praxi crim. 1.par.q.19.nu.46.Rota deciſ.eiuſdem Farin.134.& *Achill.*366.*ſeu vnica de pœnis diuerſ.*1. *par. deciſ.*769. *nu.*2. Suarez de relig.tract.3.lib.4.c.58.nu.4.& tract. 5.lib.3.c, vlt.nu.4.& 6.

6 Et caſus in quibus † quis ipſo iure priuatur beneficijs,& in quibus venit priuandus, vide per Fel, in d.cap.2.& in c.querelam,de iureiurand.Staphil. de literis grat.tit.de varijs modis vacationis,§.quando quis veniat priuandus beneficio,Rebuff.in praxi tit. de modis amittendi beneficia,& pacificis poſſeſ. nu. 319.alias 295.& in concord.rubrica de regia ad prælaturas nominatione,§.monaſterijs, verb. vacantibus,Iulium Clarum,lib.5.q.73. Mandoſ.d. tit. de priuat.vbi ponit caſus, in quibus poteſt impetrari beneficium ob priuationem,Corraſ.d.c.6.1. partis, Hier.Gabr.d.conſ.196.& 197. p. Greg. de benef. c. 25.& 20.Quintanaduennas Eccleſiaſt.lib.1.cap. 10. num.1.Flam.Pariſ.de reſignat.benef.lib.3.q. 1. Zechum de benef.& penſ.c.5.nu.4.& Lud.Carb.de re-



ſtit.q.61.6.dicto, Leſſium de *iuſt.& iur.*libr.2. c.34. Açor inſtit.moral.2.p.lib.7.c.17.& 18. Molconium de maieſtate militantis Eccleſiæ,lib.1.p.3 c. expag. 437.& poſthæc late Gonçal.d.glo.15.ponit caſus & modos vacationum ipſo iure.

7 Sed hic eſt † grauis difficultas,an qui commiſit crimen ſeu delictum, propter quod incurrit pœnam priuationis beneficij ipſo iure, amittat ſtatim titulum:ita vt teneatur in conſcientia illud dimittere,etiam ante ſententia declaratoriam.

8 Et partem † negatiuam tenet Couarr.in 4.2.par. cap.6.§.8.nu.8.verſic.quod ipſe intelligerem, Nau. in comment.de datis & promiſſis num. 61. Didacus Perez in l.2.tit.8.lib.2.ordinam.Simancas de Catholicis inſtit.c.46.nu. 71. ibi: tum quia ſemper D. Sahagun de Villaſante in cap.fi.de ſequeſtratione poſſeſſ.nu.79.80.& 81. Ioan.Guttier.canon.q.lib.2. c. 5.nu.28.Vgolinus de ſimonia tabula 1.cap.21.§.3. verſic.quo ad priuationem,& cap.22.§.4.nu. 4. Zerol.in praxi epiſcopali verb.priuatio. Morla in emporio iuris 1.par.tit.1. quæſt.9 num.42. *et Piaſec.in praxi Epiſc.par.2.cap.4.num.96.Suar.de legib.lib.5.c.8. et Salas diſp.15.ſect. 2.et 3.præcipue à numer.* 45. *Thom. Sanch.in præcep.Decal.lib.2.cap.22.q.2.et cap.26.nu.7. et cap.39.num.*32.& ex Theologis Soto de iuſtitia & iure,lib.1.quæſt. 6. art. 6. præſertim ad vltim.Enriquez in ſum.lib.7.cap.36.§.1.litera F.& lib.13.cap. 56.§.2.Manuel Rodrig.in ſum.1.tom.cap.129. numero 3.capit.149.numero 3.& cap. 208. numero 2. & 2.tom.cap.56.ſub numer.6.verſic.9.Vega 2.part. cap.101.caſu 68.Molin.de iuſtitia,1.tom.tract.2.diſput.96.Açor inſtit.moral,1.p.lib.5.c.8.q. 3. Zechus d.nu.4.circa fi.Suarez 3.tom.de cenſuris diſput. 27. ſect.1.num.8.ad fi.& diſp.40.ſect.2.nu.17.& 22.de relig.tract.3.lib.4.cap.43.nu.13.& cap.58.nu. 2. & nouiſſime P.Ledeſma in ſum.2.par.tract.1. c. 6. 14. concluſ.& tract.9.cap.4.21.concl.vlt.difficultate, pag.1090.& tract.27.c.15.4.concl.vlt.diff.& Gabr. Vazquez 1.2.tom.2.diſp.168.ex nu.25.Quaranta in ſumma bullarij verbo,alienatio nu.49.& Proſper de Auguſt.in addit.ad eum,verb.beneficiorum reſignationes,& verb.ſimonia,& verb. ſodomia, Leſſius d. lib.2.c.29.à nu.63.& d,cap.34.nu.14.& 188,& cap. 53.num.47.& 148.

9 Pro quo facit quod de lege † pœnali imponente pœnam ipſo iure, ſeu ipſo facto, vltra iſtos tradunt Couarr.ibi nu.10.& in reg.peccatum 2.par.c.8.§.6. Nauarr.in manual.cap.2.nu.69. Simancas latiſſime dict.tract.de Cathol,inſtitur.cap.9.à num.157.Lud. Mexia in pragmatica frumen. concluſ. 6. à numero 64.Penna in directorio inquiſitorum.3.parte,comment.158.Anton. Gomez variarum 3. tom. capit. 3. numero 5. præſertim in nouis editionibus, & capit. vlt.numero 3, Botteus de ſynodo 3. part. articul. 2. numero 106.& 107.Padilla in l.ſi quis maior.nu. 58. C.de tranſactio.Azeuedo in initio tit.1.libro 2.recopil.à num.23.Ioan.Guttier.can.q.lib.1.cap.1.n. 23. & lib.2.d.cap.5.num.28.Vgolin. de ſimonia tab. 2. cap.6.§.1.nu.2.Zerola d.verb. priuatio, §. 5. Morla d.quæſt. 9. & Domin. Ioan. Vela. de pœnis delictorum cap.14.verſic.3.hæretici,& cap.31.verſ. contra eos vero,Zaual.q.113.& 87.Parlad.differ.1. nu. 17. & ex Theologis,Caiet 2.2.quæſt.62.art.3.& in ſum. verb.pœna,Sylueſt.verſ.aſſaſſinus nu.4. & verb. hæreſis 1.§.& verb.pœna num. 25. Victoria in relect.1.

de inſulanis 1.par.nu.14.Cord.lib.1.quæſt.36. Bar. Med.1.2.quæſt.96.art.4.Bannez 2.2.quæſt.12.art. 3.& q.62.art.3, Aragon.quæſt.12.art.2.& q 62. ar. 3.& ibidem Salon controuerſ.1.Valen. 2.tom. diſp. 7.quæſt.5.punct.6.& 3.tom.diſp.1.quæſt.11.punc. 3.Molina d.diſp.96.& præced.& 715.nu. 10. Lud. Lopez inſtruct.negotiantium lib.2.c.30.& inſtruct. conſcient.1.tom.cap.296.Coſmas Philiarc.de offic. ſacerdotis 2.par.lib.6.cap.22, Graſſijs in dec.aureis lib.2.cap.11.Ludou.Carb.de legib.lib.8.diſput.9. Vega in ſum.2.par.cap.23.caſu 6.& 7. Manuel Rodriguez quæſt.regul.1.tom.quæſt.6.art. 16, & Açor lib. 5, cap. 7. & alij plures quos refert Cenedo collect.2.ad decretum num. 3, qui contra Abb. & Felinum in cap.de conſtit, Corſetum in ſingular. verſic. pœna vbicunque, Ludouicum Gomezium in cap. 1. de reſcrip, in 6,numero 9.Tiraquel.d.verb.reuertatur,num.446.ſeu 436.Guill.Benedict.in repetit.c.1. Raynutius verb.& vxorem 5. num. 276. Alphonſ. à Caſtro de iuſta hæreticor.punit.lib.2.c.6, & latiſſime de lege pœnali lib.2.per totum, *fr.Franc.à Chriſt. in 3.d.23.24.& 25.de hæreſi q.6.*& alios quos ipſi referunt, docent quod etſi lex pœnalis imponens ipſo iure ſeu ipſo facto pœnam,quæ conſiſtit in mera priuatione, & non requirit aliquam actionem ſeu executionem poſitiuam, ſed quod in idem rec dit, primam rei acquiſitionem impedit, obligat in conſcientia ad pœnam abſque alia iudicis declaratione, vt in excommunicatione,ſuſpenſione, irregularitate,inhabilitate, incapacitate, & ſimilibus: tamen quando pœna requirit aliquam actionem ſeu execu tionem poſitiuam,ſeu imponitur in re iam quæſita, non obligat in conſcientia ad pœnam ante ſententiam ſaltim declaratoriam, ſeu condemnationem de crimine cap.cum ſecundum leges. de hæret. in 6, facit l.eius qui delatorem ff.de iure fiſci.

10 Quod adeo verum † eſt ſecundum aliquos ex citatis, vt committens delictum, propter quod ipſo iure priuatur bonis,non amittat dominium eorum ante ſententiam,ſed illud retineat, & non ſolum legitimam poſſeſſionem, Archidiac.in d. cap. cum ſecundum leges, Simancas ſupra à numero 228. & Ioan.Gutierez dict.numero 38.Victoria, Soto, Medina, Bannez, Enriquez, Molina, & Man, Rodrig. ſupra, & Ludouic, Lopez inſtruct.conſcient.1.tom. cap.112.Petrus Ledeſm.d.tractat.1.cap.6. 15.concluſ. & tractat. 8. cap. 9. 7, concluſ, & dicit probabile Corduba ſupra & nouiſſime tenet Gabriel Vazquez 5.diſputat.170. à numero 4. *Salas d. diſputat 15.ſect.4,à numer. 54 & Thomas Sanch.d.cap. 22.numero 3.& 30.qui tamen capit. 26. numero 7, 10. & 12,de titulo beneficij aliter dicit, non procedens conſequenter.*

11 Quamuis contrarium, † nempe quod ſtatim amittas dominium,& acquiratur fiſco,ſentiunt Ancharan. Domin. Francus,& alij,in d.cap,cum ſecundum leges,& tenet Caiet,d.art.3,Ioan.Medina C,de rebus reſtituend.quæſt. 1.4 poſt rerum dominium, Cord,Aragon. Salon. & Carb. ſupra Valen,d.d. 3. tom.diſputat.7.quæſt,5, punct.6. & 3.tom. diſp. 1. quæſt.13.punct.2.ad fin.Graff.d.cap.11.numer. 25. Veg.d.cap,23. caſu 6. & dicit probabile 1. part. cap. 125.caſu 6.licet ibi probabilius cenſeat Dom. Ioan. Vela ſupra *d*, cap. 54. & Azor dicens communem d.cap.7.quæſt.2.& cap.8,quæſt.2.& 3.Leſſius dict. cap.29,num.64,& videtur probari in d.cap.cum ſe-
12 cundum leges. Quæ † tamen ſententiæ concordari poſſunt,vt prima intelligatur de dominio naturali, ſeu de iure naturali,ſecunda vero de dominio ciuili, ſeu de iure ciuili, & canonico: ſeu prima de dominio imperfecto quod retinet, ſecunda de dominio imperfecto,quod admittit *fr. Franc. à Chriſt. ſupra* 1.
13 Siman,ibi numero 230. 233. & 241. Sed aut † Molina dict.diſput. 96. illud in beneficijs præſertim Eccleſiaſticis intelligendum eſſe, quando non ſubiungitur aliud verbum, vnde conſtet mentem ſummi Pontificis eſſe, vt amittantur nulla ſpectata ſententia, quale ait videtur eſſe illud Pauli Secundi in extrauagant. ambitioſæ, clericus qui bona Eccleſiæ alienauerit, ipſo facto priuatus exiſtat beneficijs Eccleſiaſticis,illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeatur. Idem tenet Syluеſt. verb. atſaſſinus in fin. & videtur tenere Sot.dict. artic.6.ad fin. & ſequuntur Ioan.Gutier. dict.numero 28, Salon. dict.controuerſ.1. ad fin.Coſmas Philiar.ſup.in fin. Ludouic.Carb.circa fin.Açor dict.cap.7.quæſt. 6. & cap.8.quæſt.3.& Zech.ſupra Auila de cenſur.1.par. dub.7. *& nouiſſimè Suar.de leg.diſt.libr.5.cap.*8.3. *reg. & cap. 5.num.* 8. & idem tenet Vtuald. author Candelabri aurei in explanat.conſtit.Sixti V.de habitu, & tonſura 11, notab. in terminis illius conſtitutionis, vbi clerici obtinentes beneficia non deferentes habitum clericalem,& tonſuram,elapſo tempo-
14 re eis præfixo priuantur beneficijs, ac ſine vlla alia monitione,citatione iudicis,decreto, aut miniſterio ipſo facto priuari declarantur, &c. licet Ledeſma contradicat,d.2.p.ſum,tract.7.cap. 2, circa 14. concluſ,ad fin,pag.384.& 385.

14 Sed etiam tunc non † teneri delinquentem in conſcientia dimittere beneficium ante ſententiam tenet Couar,in 4.2.par.cap.6.§.8,numer.10.verſ.3. ibi Morla ſupra num.43.Zerola dict,verb. priuatio. §.6.Graſſijs dict.cap.11. numero 41. Man, Rodrig. dict,1.tom.cap.194.num.3,Vega d. 2. par, cap. 23. caſu 7.& Enriq.dict.libr,13.capit.56 §.3. & addita ſola particula abſque declaratione, Vazq. dict. diſput.168.à numero 23.Quatan,dict. verb, alienatio numero 49,& Proſp.de Aug.in append.ibi pag.105. Leſſius dict,cap.29.numero 63. *& Salas dict. ſect. 3, à numero* 45.*& Sanch.d.cap.22.numero* 20. Imo am-
15 plius † aut Couarr, ibi numer. 8. non eſſe intruſum, imo poſſe retinere beneficium priuatum per ſententiam, vel priuatum ipſo iure etiam ſecuta ſententia declaratoria, donec ſententiæ executio fiat, ſequitur Leſſius d.nu,63.*& Sanch.d. cap.* 26.*num.* 8. ad quod etiam alludit, quod dicit Enriq. d. §. 3. in fine,poſt datam ſententiam, opottere vt reus ſpolietur antiqua poſſeſſione, alias in vtroque foro videri gaudere fructibus ſuæ præb. ſequitur Proſp. de Aug.d.append. pag. 506.& in add, ad verb. ſodomia in fin.etiam quod priuatus ipſo iure, etiam poſt ſententiam non teneatur in conſcientia beneficium dimittere, donec ſibi adimatur, tenet etiam Azor d.cap.8.q.4.qui tamen 2.par.lib.7.cap. 17.q. 4. ait priuatum ipſo iure beneficio non facere fructus ſuos, quia caret titulo, ſed eos debere reſtituere,quod etiam dixit d.cap.8.quæſt.3.& ſic non procedit ſatis conſequenter,*& eum reprobat Sanch.d.cap.*
16 26.*numero* 10. Pro † quo facit, quod priuatus bonis ipſo iure,etiam poſt latam ſententiam non tene-

iur

tur pœnam exequi, & bona offerre fiſco, niſi illi præcipiatur, Couarr. §. 8. num. 3. verſicul. 2. infertur. Simancas d. cap. 9. nu. 184. 209. & 233. Ludouic. Mexia num. 134. Padilla, & Azeuedo num. 24. ſupra, Bannez d. q. 62. art. 3. dub. 2. qui tamen contrarium tenet dict. quæſt. 12. artic. 2. 2. concluſ. Molina dict. diſp. 95. ad 2. principale arg. & in fi, Ludouic. Lopez d. c. 2. nu. 96. Ludou. Carbo. d. diſp. 9. ad fi. Vega 2. p. c. 63. caſu 2. ad fin. Enriq. d. c. 56. §. 2. in gloſ. liter. L.

17 & Açor d. cap. 8. q. 4. *Et Sanch. d. cap. 22, à num. 8.* † quamuis enim lata ſententia ſaltim declaratoria ſtatim reus amittit omnino dominium bonorum & transfertur in fiſcum, quidquid ſit ante ſententiam d. cap. cum ſecundum leges, Bannez dict. dub. 2. concluſ. 7. tamen ea conditione cenſetur transferri in fiſcum, vt ipſe fiſcus ſit executor ſententiæ illius, non verò reus, niſi illi in ſententia iubeatur, Bannez dict. concluſ. 7. alias enim durum eſſet obligare reum ad ſe ſpoliandum bonis, & exequendum ſententiam contra ſe &c. *De quo Suarez d. lib. 5. de legib. c. 8. nu. 23. & cap. 10. à num. 5.*

18 His tamen non obſtantibus † verius mihi videtur, quod committens delictum, ob quod priuatur ipſo iure ſeu ipſo facto beneficijs ſeu officijs publicis, teneatur in conſcientia illa dimittere non ſolum poſt ſententiam, quod certum exiſtimo, quicquid dicant Couar. Enriquez. & Açor, ſed etiam ante ſententiam, vt in ſpecie tenent Abb. in repetit. cap. extirpandæ, §. qui vero num. 34. de præben. Felinus in cap. in noſtra de reſcript. corol. 2. num. 13. & 13. & in cap. inquiſitionis, de accuſatio. num. 7. Nauarr. in Man. cap. 23. num. 67. & Flamin. Pariſ. dict. lib. 3. quæſt. 1. nu. 22. & 81, & poſt hæc Lorca 1. 2. diſp. 24. de legibus mem. 2. §. vltim.

19 Nam licet in pœna † amiſſionis propriorum bonorum non debeat lex, imo nec ſecundum aliquos ex citatis poſſit obligare in conſcientia delinquentem, vt ſit executor illius contra ſe ante ſententiam, talis enim non eſſet tolerabilis, & moraliter poſſibilis, vt requiritur cap. erit autem lex. 4. dict. quamuis ad aliquas paruas pœnas rectè poſſit lex obligare in conſcientia ante condemnationem, Nauarr. d. cap. 23. num. 67. Molina d. diſput. 95. circa fin. & alij iuxta tradita per Suarez d. 5. tom. diſput. 3. ſect. 1. nu. 10. & 11. Vaſquez d. diſput. 168. & Lorca d. diſput. 24. *Suarez de legib. d. lib. 5. cap. 5. num. 15, & 16. & cap. 7. num. 5. & cap. 8. num. 9. & Salas diſp. 15. ſect. 2.* Et ſic p. illa verba ipſo iure ſeu ipſo facto non cenſeatur ad id obligare.

20 Tamen in bonis communibus † qualia ſunt beneficialia, & officia publica, rectè poteſt obligare delinquentem ad illa dimittenda ante ſententiam, cum illa particulariter dependeant à lege Eccleſiæ, ſeu republica, vel principe, à quibus conferuntur, & ſic poſſint ab eis dari, vel auferri, vt placuerit maxime ex cauſa, & tenent Sylueſt. Soto, Ioannes Guttierez, Salon, Molina, Vinaldus, & Açor ſupra relati, nu. 13. & Enriq. d. cap. 56, §. 2. in princip. cum aliis citatis in gloſ. lit. T. ait ius ob crimen poſſe clericum titulo de beneficij habiti, quod tanquam bonum commune pertinet ad diſpenſationem Eccleſiæ, priuare ipſo facto abſque alia declaratione.

21 Et confirmatur, † nam vt eſt in confeſſo apud omnes, lex poteſt in pœnam impedire acquiſitionē fructuum, & prouentuum beneficiorum, & aliorum officiorum publicorum, ita vt in conſcientia debeant reſtitui abſque aliqua ſententia, ita ſæpe de facto facit, vt in non recitantibus horas & non facientibus profeſſionem fidei, &c. Ergo poteſt etiam obligare ad illa dimittenda, alias enim non poſſet impedire dictam acquiſitionem fructuum, cum eſſet indirectè obligare ad illa dimittenda, ſicut in bonis priuatis propriis, quemadmodum non poteſt, aut non debet lex obligare aliquem in pœnam ad illa dimittenda in conſcientia. & ſe illis ſpoliandum, ita non poteſt aut non debet obligare ad reſtitutionem fructuum illorum, &c.

22 Quod autem † per illa verba ipſo iure ſeu ipſo facto cenſeatur vel obligare in conſcientia ad illa dimittenda ante ſententiam, patet ex ipſa ſignificatione, & vi verborum, & ſubiecta materia, tum etiam, quia in pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, inhabilitatis, & ſimilibus, ex illis ſolis verbis cenſetur lex obligare ad pœnam in conſcientia ante vllam ſententiam; ergo ſimiliter in propoſito dicendum eſt, per illa verba velle obligare in conſcientia ad pœnam amiſſionis beneficiorum ſeu officiorum publicorū, ſtante, quod ad illam rectè poteſt obligare, vt dictum eſt, & ſi aliquando addantur alia verba, eſt ad maiorem declarationem, & abundantiā: facit quod tradit *Suarez d. 5. tom. diſput. 3. ſect. 3. num. 8. & de leg. dict. lib. 5. cap. 8. num. 1. & Salas diſputat. 15. ſectione 3.* Et ita tenet Lorca, dict. diſput. 24. mem. 1. reg. 1. & mem. 2. §. vlt.

23 Et confirmatur † prædicta ſententia, nam ſecundum DD. communiter, cum quis eſt priuatus beneficio ipſo iure, etiam in pœnam, ſtatim nulla exſpectata ſententia, nec citato poſſeſſore poteſt conferri, & impetrari præſentatio, vel electio fieri, vt in cap. licet Epiſcopus de præbend. in 6, & gloſ. verb. te non vocato. & Franc. in fin. & in cap. 1. de homicidio eodem lib. & ibi gloſ. vlt. Domin. & alij, & in cap. felicis, de pœnis eodem lib. & ibi DD. & in d. extrauag. ambitioſæ, in d. conſtit. Sixti V. de habitu & tonſura, ibi: Ac tam beneficia ipſa per priuationem huiuſmodi vacare, & libere alijs conferri poſſe. Et in bulla Sixti IV. de qua in motu proprio, & bulla Leonis de canonicatu Doctorali, & magiſtrali, ſupra adductis, 5. p. cap. 4. num. 169. vbi diximus num. 125. Cardin. in Clem. 1. num. 15. de pœnis, Felyn. in cap. cæterum, num. 24. de reſcript. Lapus allegation. 127. num. 7. & ibi Mandoſ. liter. P. & allegation. 16. addit. 1. Rochus de iure patron. verb. honorificum, nu. 87. Lambert. 1. par. 2. lib. q. 6. art. 10. Probus ad Monachum in c. alma mater. de ſententia excommun. in 6. num. 8. Rebuff. in praxi titul. de modis amittendi beneficia num. 5. *Tiraquel. dict. verb. reuertatur, num. 275, ſeu 335. & ſeq in fin. Farin. 4. par. quæſt. 119. num. 67. Sanchez dict. cap. 26. num. 12. Achill. deciſ. 366. numero 2.* Bernardus Diaz in pract. cap. 131. num. 3. Roſiniacus de benefic. cap. 20. num. 7. Petrus Gregorius dicto, cap. 16. num. 13. Hoieda cap. 4. num. 6. Caualſinus mill. loquio 69. num. 1. Flamin. Pariſ. dict. lib. 3. quæſt. 1. num. 31. & lib. 11. quæſt. 10. num. 10. Achilles deciſ. 345. in fin. & Rota deciſ. 707. & 728. lib. 3. parr. 3. diuerſ.

24 Quamuis † Lapus allegat. 78. ad 4. quæſt. verſic. imò etiam ſi ſciuiſſent, teneat requiri ſententiam declaratoriam priuationis. Et quamuis Lancellot. de attentatis, capitul. 5. numer. 36. dicat id non videri

omnino

omnino tutum cum etiam in hereticorum bonis, quamuis ſint ipſo iure confiſcata requiratur declaratoria, vt per Miſinger. ſingular. obſeruation. centur. 2. deciſ. 43. & Burſat. conſil. 14. nu. 18. & 19. lib. 1. ſed indè ſolum conuincitur requiri ſententiam declaratoriam ante executionem, & ablationem poſſeſſionis, vt in c. cum ſecundum leges, de hæretic. & c. licèt Epiſcopus, de præbend. in 6.

35 Vnde tempus † datum ad conferendum, ſeu præſentandum, currit collatori ſeu patrono à die ſcientiæ commiſſi criminis, ob quod quis priuatur beneficio ipſo iure ſeu ipſo facto, ſed probabiliter & iuſtè ignoranti, non currit. Lapus d. allegat. 78. ad 4. quæſt. Lambert. 2. par. 2. lib. art. 20. & dixi aliàs 5. p. c. 4. num. 22.

36 Si ergo † beneficium, quo quis eſt ipſo iure priuatus, poteſt tanquam vacans alteri conferri ante ſententiam, ſequitur quod ille non habet in eo titulum, nec poteſt illud retinere, ſed tenetur relinquere ei, cui prouiſum eſt, &c.

37 Confirmatur etiam † prædicta ſententia, nam ſecundum Dd. communiter geſta ab eo qui eſt priuatus beneficio, ſeu officio, ipſo iure non valent, ſi priuatio eſt notoria, vt per Doct. citatos d. part. c. 4. num. 329. vbi de hoc, quæ tamen deberent valere, ſi ille ante ſententiam non teneretur dimittere beneficium, ſeu officium, aliàs enim daretur quædam implicatio.

38 Rurſus confirmatur, † nam in caſu. c. licèt cano. de elect. lib. 6. omnes ferè conueniunt obtinentem parochialem, ſi nó ſit infra annum ad ſacerdotium promotus, ob quod ipſo iure illa priuatur, nõ poſſe illam retinere, ſed debere relinquere.

39 Nec ſatisfacit, † quod dicit Nauar. in man. c. 25. num. 117. & de orat. c. 21. num. 54. Salzedo in praxi c. 53. addit. 1. Io. Guttier. d. c. 5. num. 15. Lud. Lop. 1. to. c. 256. Coſmas Philiarcus d. 2. p. lib. 6. c. 22. circa fi. Man. Rodrig. 1. to. c. 30. nu. 3. & Vega 1. p. cap. 36. caſ. 20. Leſſius lib. c. 34. nu. 101. quod in illo caſu conſtat de mente legislatoris id volentis, & quod priuatio, de qua ibi, non imponitur propriè vt pœna, ſed vt quædam conditio, vel modus rei traditæ, ſub qua beneficia conferuntur quodammodo, &c. Ad quod etiam alludit, quod aiunt Soto lib. 10. qu. 5. art. 6. & Bartol. Medin. 12. dict. quæſt. 96. articu. 4. ad 9. quod iſta lex non eſt pœnalis, ſed conuentionalis, &c.

40 Nam magis † conſtat de iſta mente in illo caſu, quam in alijs, in quibus imponitur pœna priuationis beneficiorũ ipſo iure, & ſi in illo caſu eſt vt quædam conditio, vel modus rei traditæ, idem etiam erit in alijs, & ita Nauar. ibi non ſolum loquitur in illo caſu, ſed etiam in alijs, vt patet ibi vt illo, vel illo caſu, &c. conſequenter ad id, quod dicit d. c. 23. nu. 67 Negari tamen nõ poteſt illam eſſe propriè penã, & legem pœnalem. *Suar. d. lib 5. de leg. c. 5. nume. 8. et c. 8 à num. 10. qui tamen malè ait, illam obligationem in conſcientia apertiſſimè declarari d. c. licet canon. ibi, Nulla etiam præmiſſa monitione, ibi enim non agitur de monitione circa dimiſſionis beneficij, ſed circa promotionem.*

41 Nec audiendus † eſt Zerola 1. p. verb. benef. §. 4. d. 4. dicens in caſu d. cap. licèt canon, non teneri parochum dimittere parochialem, niſi poſt latam ſententiam.

42 Nec † etiam audiendus eſt Doctor Sahagun. in d. c. fin. de ſequeſtrat. poſſeſſio. num. 81. diceus iudicis pronuntiatione opus eſſe in ſpecie dict. cap. licèt canon. quem videtur ſequi Morla d. 1. p. tit. 1. q. 9. n. 45. in quo malè loquitur, & contra communem.

43 Et peius † ibi loquitur idem Sahagun, dum ait, iudicis pronuntiatione opus eſſe in ſpecie d. c. licèt Epiſcopus, 2. p. de præben. in 6. quem etiam videtur ſequi Morla ibi n. 46. nam in ſpecie illius textus abſque controuerſia debet dimitti, etiam ante ſententiam iudicis primum beneficium, quod vacauit per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, quia ibi non agitur de pœna, Enriquez d. lib. 13. c. 56. §. 2. verſ. ſic ſine crimine, & in gl. lit. C. & alij.

44 Requiritur autem ibi vocatio poſſeſſoris, † cui forſan ius poſſet competere retinendi, nam & iniuſtus poſſeſſor non debet remoueri à poſſeſſione inauditus & ſine cauſæ cognitione, argum. c. in literis, de reſtitut. ſpoliator. Fel. in cap. fin. de præſumptio. nu. 24. Nauar. in c. accepta, de reſtitut. ſpoliat. oppoſit. 8. ſolut. nu. 18. Ferret. conſ. 1. nu. 4. & 9. & conſil. 10. nu. 10. & conſ. 339. num. 7. Mandoſ. reg. 16. q. 23. nu. 5. & ad Lapum d. allegat. 16. lit. H. Grauatius ad Veſtrium in pract. lib. 5. c. vltim. nu. 22.

45 Ex quibus tandem planè † conuincitur meo iudicio illa communis ſententia, de qua ſupra nu. 8. quæ non poteſt admitti, niſi fortè ex vſu, & cõſuetudine, ſi illa recipitur, nec tunc eſſet admittenda, vbi beneficium vti vacans per priuationem ipſo iure eſſet alteri collatum iuxta ſupradicta, nec vbi priuatio eſſet notoria, vt ſupra nu. 27.

46 Et ex ſupradictis infertur † leges collegiorum imponentes pœnam priuationis collegij ipſo iure, ſeu ipſo facto tale quid facientibus, obligare in conſequentia ad pœnam etiam ante ſententiam, Soto d. lib. 1. q. 6. art. 6. Medin. d. q. 96. art. 4. ad 4. & alij, maximè cum iſtę leges in effectu impediant acquiſitionem eorum quæ accepturi ſunt à collegio, Aragon. d. q. 11. art. 3. verſ. ad aliud de legibus collegiorum, licèt contra teneant Nauar. d. c. 23. nu. 61. Io. Guttier. d. c. 5. nu. 17. Molin. d. diſput. 96. circa fi. & Coſmas Philiar. ſupra.

47 Et qui effectus reſultent † ex illis verbis ipſo iure, vel ipſo facto, vide Dd. citatos. & maximè Tiraquel. d. verb. reuertatur à num. 266. ſeu 249. Ludou. Gomezium in d. c. de reſcrip. in 6. à num. 4. & Pet. Gregorium d. cap. 26. de benefic. à nu. 13. Graſſijs d. lib. 2. c. 11. à nu. 25. Vega d. p. ſummæ cap. 23. caſu 6. & Enriquez d. lib. 13. c. 56. §. 2. verſ. ea tamen verba legis in tex. & in gloſ. & Gonçalez d. gloſſ. 15. ex num. 141. qui num. 158. ponit conſtit. 20. Pij IV. circa beneficia per priuationem vacantia ipſo iure, vel per ſententiam non conferenda iudicibus ipſarum cauſarum &c. & Acorem d. lib. 7. 2. p. c. 17. q. 2. *Et Tho. Sanchez d. lib. 2. c. 22. à nu. 16.*

48 His præmiſſis † operæ pretium erit diſcurrere & videre, quæ crimina priuationem inducant: & in primis dubitatur de homicidio, an priuationem inducat, & quo modo.

49 Et concludendum eſt, † homicidam non eſſe priuatum beneficijs ipſo iure, ſed priuandum per ſententiam, cap. cum non ab homine, de iudic. c. clericis, ne clerici vel monachi, & c. ex literis, de exceſſ. prælat. vbi Dd.

50 Quod procedit † non ſolum in ſimplici homicidio, in quo id receptiſſimum eſt, vt tenent capella-

Tolo-

Toloſana deciſ.208. Bernard. Diaz in praxi crim.canon.cap.94. & ibi Salzed.addit.1. Plaça de delict. c. 11.num.3. Couarr.in Clemen.ſi furioſus,2.par.§.3. num.6. Iulius Clarus, §.homicidium nu.21. Didac. Perez additio. ad Villad. de irregul.cap. 1, num.21. Ioann.Guttierez can. quæſt.lib.2.cap 5. num.6. D. Ioan. Vela de pœnis delictor.cap.15.pag.74. Zerola in praxi Epiſc.1.par.verb.priuatio,§.2, & 2.p.verb, clericus §.6.& verb.homicida,§.11.Zaualloſ in ſuis communibus contra communes quæſt.147. num.9. & quæſt.569.& Cardin. Toletus in ſumma in editio. nouiſſim.lib.1. cap.88. verſ 7. qui alios plures referunt: *Leo in theſ for. Eccleſ.cap.35.num.38.Parja 4.par. quæſt.119. à num.63. & Piaſec. in praxi Epiſcopali par. 2.capit.4. num 96. & Rota in Poſnanen. parochialis 16, Ianuarij 1598.coram D.Penia,vbi quòd homicidium non inducit priuationem,ſeu vacationem beneficii ipſo iure; & in Conchenſ. Archipreſbyt. de Buendia coram eodem 23. Mart.1607. & 10. Nouemb.1608. ſupra relata cap.3,*

41 *num.63.* ſed † etiam in homicidio qualificato, vt tenent Io.in.Ign.in l.neceſſarios,§.non alias, ff.ad Sillanian.dicens quod omnes pene canoniſtæ & legiſtę ita tenent Corraſ.1.par.cap.10.num.3. & 3.par.c.6, num.12.& 14.Roſin.de benefic.1.num.59.Iul.Clar, dict.num.21.Salzed.ſupra. & optimè Hieron.Gabr. conſ.196.lib.1.& 187.lib.2.vbi reſoluit,beneficium aut penſionem non amitti ipſo iure propter homicidium etiam qualificatum, & parricidium, ſed eſſe priuandum per ſententiam,quia,vt dictum eſt,pœna non incurritur ipſo iure, niſi vbi ius exprimitur. &c. & Petr.Greg.de benef.cap.6.à num.7. Tolet.d.cap, 88. verſ.7. & 8. & Pet.Franc. Suar 5.tom.de cenſur, diſput.44. ſect.4. & poſt hæc Gonçal,gloſ.15. nu.79. & 80. & Açor 2.par. lib.7.cap.17. quæſt.1. *Et Farin. ſupra num.64 & 65.*

42 Quamuis † in homicidio qualificato cõtra teneat Felyn. in d.cap,acquiſitionis num.5. de accuſatio.& Farin.conſil.14.num.5. & in parricidio Rebuffus in praxi tit, de modis amittendi beneficia num.47, & Corraſ.d.cap 6. num,15. cum Felyno ſupra de quo parricidij crimine curioſum librum nouiſſime edidit D.Ioannes Solorzanus. *Et de eius pœna & actione agit Farin d.q.4,par q.120.ſect.1.*

43 Et ita debet † intelligi text.in c.minor. 50.diſt. ibi Sacerdotio priuatus, intelligendus eſt enim per ſententiam, vt licite Fel.in d.cap,inquiſitionis,num.4.& in c.2.de reſcript.num.1.

44 Poteſt etiam iſte † text.intelligi de priuatione executionis, & exercitij ordinis ſacerdotij qua homicida priuatus eſt ipſo iure propter irregularitatem, quam ex homicidio incurrit: qui videtur genuinus intellectus illius text, & ita intelligit Suar. ſupra di-

45 ſput.40.ſect 8.num.15, Et † prædicta concluſio procedit etiam ſtante Concilio Triden.ſeſſ.14.de refor, c.7.Nauar.conſil.13.de homicid o,Man.Rodrig,q. regularium 1.tom. q 24.art.16. & in ſumm. 1.tom. cap.179. num.1. Auila de cenſuris. 7.part.diſput.9. ſect.5.dub.3. in fin.Molina de iuſtit.tract.3.diſp.78. nu.3. quamuis Maiolus de irregularitate lib.5. cap. 47. num.1. docet, quod illa communis opinio DD. quam recenſet Turzanus in ſuis communibus opinionibus concluſ.102.quæ habet,quod homicidium ſine aſſaſſino non inducit vacationem ipſo iure, non procedit hodie, neque in foro interno,neque in foro externo, ob verba dict.cap.7. neque poteſt defendi opinio Felyn, in capitul.de quarta, colum.10. de præſcript.quę habet,quod homicida irregularis poteſt retinere ſuas dignitates & beneficia, &c. Hæc Maiolus.

46 Sed certè † verba Concilij ibi accipienda ſunt ſecundum ius antiquum, cum non exprimat contrarium, & præcipuè ibi agit Concilium de incapacitate homicidæ ad acquirenda beneficia de nouo, de qua ſupra 7.par.cap.11.& ita contra Maiolum rectè tenet Suarez d.ſect.7.

47 Et regulariter † irregularis non eſt priuatus ipſo iure beneficio iam quæſito,ſed beneficium ante irregularitatem quæſitũ retinere poteſt antequam priuetur per ſententiam, per quam tamen illo priuatur quando irregularitas ſequuta eſt ob eius culpam, ſeu delictum, vt per Rebuff.de pacific. poſſeſſ. num. 280. alias 216. Nauarr. in Manuali cap.27.nu.251. alias 349.verſ.5.& in cap.cum contingat de reſcrip. 2.rem.num.5.& conſ.13,41.& 43,de homicid.& 44. & conſ.10. de tempor,ord.num.2. & conſ.69.& 91. num.2. & conſ.97.num.14. de ſimon.Flamin,Pariſ, lib.5. de reſignat. quæſt.3.à num.182. Vgol.de irregul. cap.65. §.2. Zerolam 2.par. verb, irregularitas §.4. Valen.4.tom. ſuper 3.par.diſputat.7.quæſt.19. puncto 3.Suarez dict.diſput.40,ſect.2.ex numer.14. Toletum dict.verſic.7. Sayrum de cenſur, lib.6. cap. 2.num.24.& Vegam in libro Eſpeio d,curas cap.12, num.313. Auilam d.7.par.diſput.3.dubio 6. 4.concluſ.Molinam ſupra.

48 Vnde cum homicida † nõ perdat iure beneficium antea acquiſitum, faciet ſuos fructus irreuocabiliter, donec per ſententiam eo priuetur, vt poſt alios tradunt Felyn. in d,cap. de quarta. de præſcript. ex num.33. Boerius deciſ.98.num.4. Petr.de Baiſio in director,elect. 2.par.cap.30. num,3. Ludou,Gomezius in cap.1.de reſcript.in 6.num.9,Plaça dict.cap. 11.à num.3.& num.8.& 12. Salzedo ſupra verſic.ex quibus omnibus, Nauarr.dict,conſ.41.de homic. & dict.conſil.69. & dict.conſil,97. num.1. de ſimon.& conſ.14.de cler.excomm,Flam.Pariſ.lib,3,de reſign. quæſt.16. nu,7. D.Ioannes Vela ſupra, Zaualloſ d, quæſt.569.& Cord.in ſumm.quæſt,41.Ludou,Lop. inſtruct.conſc en,1.tom.cap.193,Graffijs lib 3.cap. 62.num,11. Man. Rodriguez in ſumma 1.to.c,179, num.1. & 2.tom.cap.21.num.10.Vega in ſumm. 1. par.cap.36. caſu 13. & 2.par,cap.23. caſu 6. & cap. 65,caſu 8 Enriquez lib.13 capitul.56. §.4.& Suarez dict.diſput.40.ſect.2.num.20.& ſeq. Gonçalez gloſ, 15.num.150. & Azor 2.par. lib.7. cap.17. quæſt.2, 2.effectu, Molina ſupra.

49 Quamuis † contradicat poſt alios Antonius de Burgos in c,ad noſtrum, de empt.& vendit.num.34. & quidquid teneant Bernardus Diaz in dict. tract. cap.131. alias 123. Iulius Clarus lib.5.quæſtion.73. num.9. Zerola dict.§.4. Graffijs dict.lib.2. capit,11, num.30. & Couarr.in 4.2,par.cap.6. §.8.nu.7.cum quo ſemper aſſentiendum exiſtimat in propoſito, Did.Perez ſupra num.22. & Ioan.Guttierez d.c.5.à num.8. *Et Farin.d.q.119.num.70.*

50 Et ſi eſſet † canonicus, poſſet canonicatui deſeruire, ſtando & canendo in choro, vt per Nauarrum conſ.14.de reſcript.quod eſt 43.de homicidio: nam irregularis eas functiones obire poteſt,quas laici li-

51 cite obeunt, & † laici licite poſſunt cantare,& ſpallere in choro officia diuina, vt videmus. Ita Nauarr. ibi,

ibi, & Vgolin.d.cap.65. de irregularitate. §.4.nu.2. Aulad.dub.6. 5.concluſ.

52 Vnde etiam † Canonicus, vel alius ſacerdos excommunicatus, quia in choro cantat cum alijs licet peccet, nõ incurrit irregularitatem, vt docet Nauar. conſil.37.num.9.& conſil.48.num.9.de materia excommunicationis, Man.Rodriguez d.1.tom.c.167. nu.8. Vega in Eſpeio de curas d.c.12.nu.226. Tolet. d.lib.1.c 72.verſ.4. & cum communi Suarez d.5.to. diſp.12.ſect.2.num.12.

53 Et ſimiliter † etiam ſuſpenſus ab ordine ſeu ab officio, poteſt canere in choro ſicut laici, Nauarr.in Man.cap.27.num.163.Ludou.Lop.d.1.to.inſtruct. conſcien.cap.247.& 2.tom.2.par.cap.21.& Valentia dict.4.tom.diſput.7.quæſt.18.puncto 1.Aulade cenſuris 3.par.diſput.2.dub.1.6.concluſ.& 7.part. diſput.9.ſect.2.dub.2.& 3.

54 Limitatur † tamen prædicta concl.primo, vt non procedat in aſſaſſino, qui eſt priuatus beneficijs ipſo iure, ex cap.1.de homic.in 6. vbi DD. Hier.Gabr. & Petr.Gregor.ſupra, & Tolet.dict.capitul.88. verſ. 7.& 8.& Suarez dict. diſput.44. ſect.4. dicens nullum eſſe ius, quod priuationem ipſo facto adiungat irregularitati homicidij voluntarij, etiam alias qualificati, niſi in aſſaſſino, in d.c.1. & alij ſupra citati, & Gonçalez dict.gloſſ.15.numero 76. *Et Farin.dict. quæſt.119.num.66.*

55 Secundo † limitatur, vt non procedat in occidentibus Cardinalem, qui beneficijs ſunt ipſo iure priuati,ex capitul.felices, de pœn.s.in 6. Toletus vbi proxime.

56 Tertiò † limitatur, vt non procedat in occidentibus Epiſcopum, qui etiam ſunt ipſo iure priuati beneficijs, quæ in Eccleſia, cui talis Epiſcopus præeſt, obtinet, ex clemen.1.de pœnis, & notat etiam Toletus vbi ſupra,& Gonçalez num.75. Molina de iuſtit. tract.3.diſput.65.num.7.

57 Quartò † limitatur, vt non procedat in beneficiato occidente prælatum, vel cõbeneficiatum, is enim eſt priuatus ipſo iure beneficio quod obtinet in ea Eccleſia, ex cap.in quibuſdam,de pœnis, vbi Doctor. quamuis in hoc contrarium teneat Felyn. in d. cap. inquiſitionis,de accuſat.num.3.& in d.cap.2. de reſcript.num.3.dicens quod tex.in dict.cap.in quibuſdam,non loquitur de beneficio Eccleſiaſtico,ſed de beneficio temporali,ſeu profano,id eſt feudo,vel ſimilibus: & placet Abbati ibi num.6. Sed reuera de vtroque videtur expreſſe loqui, & tenent Rebuff. d. tit.de modis amittendi beneficia nu.45. Hier.Gabr. Pet.Greg.& Toletus ſupra, *Et Farin.num.*68. & dicit communem Abb. d.num.6. & communem & veriorem Alex,de Neuo in addit.ad eum ibi.

58 Et tenuit † Rota in vna Virdunenſi, canonicatus Martij & 19.Iunij 1595. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, vt in deciſionibus ſupra adductis 5. par.c.3.nu.43. & ſeq.& in eadem coram eodem 15. Maij 1596. vt in deciſ.ſupra adducta c.3. num.332. & poſt hæc Gonçalez gloſ.15.à num.77.& ita tenendum eſt,quamuis etiam Acor.dict.lib.4.capitul.18. quæſt.1.verſ.deinde quæres, dicat,quod in dict.cap. in quibuſdam, non dicitur, ipſo iure, vel ipſo facto amittat,ſed ſimpliciter tantum amittat:quod verbũ, vt omnes teſtantur,non continet ſententiam ipſo iure latam, ſed iudicis ſententia ferendam: & ſic ex eo capit. non conſtare talem priuationem ipſo iure, vt etiam quoſdam dicere,ait Abbas ibidem numero † Reſpondetur enim, in dict.cap.in quibuſdam, non dici ſimpliciter amittant, ſed prorſus amittant, quæ dictio, prorſus, importat ipſo iure, vel ipſo facto,vt ibi tenent communiter DD. Abbas num.7. & additio eius. glot.verb. ipſo iure in c.fin.de præſcript. in 6.vbi DD. Matthefilan. ſingulari 112. Corſet.verb. penitus. Felyn.in cap.Roduſphus,nu.34.de reſcript. *Et Ludou. Lopez inſtruct.conſcien.2.tom.par.2.c.18. circa finem*, & alij: & de ſimili dictione penitus dictum eſt ſupra 8.par.cap.1.num.5.

## *De Hæreticis, Apoſtatis & ſchiſmaticis.* §. *I.*

### SVMMARIA.

*AN hæreticus ſit priuatus beneficijs ipſo iure, an ſit priuandus per ſententiam,nu.59. & communis ſententia eſt, eſſe priuatum ipſo iure, num.60. pro quo citatur c.cum ſecundum leges, de hæretic.in 6. Quod tamen non loquitur de beneficijs, ſed de bonorum temporalium confiſcatione, num.61. Citatur etiam cap.quo iure, 8.diſtinct.quod parum probat, vltra quod non eſt iuris deciſio: ſed D.Auguſt.ſicut etiam alia tria iura allegata nu.62. Allegatur etiam c.ad abolendam,§.1.de hæretic.ibi,& ſic omnes ſtatic,& c.nam verbum ſpoliatus, executionem importat, ideo denotatur priuatio ipſo iure.num.63. Sed hæc inductio ceſſat, & tollitur ex verbis præcedent.num.64.*

*Contrariam ſententiam, quod hæreticus non ſit ipſo iure priuatus beneficijs, ſed per ſententiam priuandus, tenent Caſtro & alij,quia in iuribus in quibus hæc pœna non ſtatuitur,non inueniuntur verba ſignificantia ipſo iure,num.65.*

*Nihilominus tenetur communis, quæ recte probatur per dictũ c.cum ſecundum leges: nam verb.bonorum, beneficia etiam Eccleſiaſtica continentur,& c. nu.66. Probatur etiam per cap.vt commiſſi §.priuandi,ibi,vel priuatos nuntiandi quæ expoſitiue accipiuntur,& non ſolum ad hæreticos ſed etiam ad receptatores, fautores, & defenſores referuntur, contra Couarr.& c. num.67.& 68. & reprobatur interpretatio, quam an dictum §.priuandi aliqui tradunt, quod verbum, priuandi, ſtet proprie. & referatur ad beneficia obtenta ante hæreſim, & verba, vel priuatos nuntiandi,referantur ad obtenta poſt hæreſim, &c. num.69.*

*Clarius probatur communis ex conſtitutione 2. Nicolai III. num.70, & facit conſtitutio 29. Pij V. vbi diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſeruantur beneficia vacantia propter hæreſim,& c. num.71.*

*Non ſolum hæretici credentes, receptatores, & defenſores ipſorum, ſed & ipſorum filij & nepotes, priuantur ipſo iure beneficijs obtentis tempore commiſſi criminis, ita quod non ſolum ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia, ſed etiam ipſo iure priuantur obtentis, num.72.quæ ſententia omiſſo fundamento ex cap.ſolicis, §.quod ſi quis de pœnis lib.6. quod parum urget, probatur ex d.§.priuandi, & ex conſtitut.8. Innocen.IV. & clarius ex dict.conſtitutione Nicolai III. num.73. & tenent relati.num.74.licet contra teneant alij relati.num.75.& 76.*

*Primam ſententiam tanquam magis de iure veram, & communiter receptam, amplexa eſt Rota dicens procedere etiã in penſionibus,num 77.& præmittens communem concluſionem, filios natos ante hæreſim pœnis canonicis affici, & comprehendi, contra alios,numer.78. quæ deciſio ponitur num.79.*

Au

*An hæreticus ſit irregularis, & inhabilis ad acquirenda beneficia, & affirmative tenent Speculator & alij, num. 80. qui teneat, quod qui eſt, vel fuit hæreticus, irregularis eſt, etiã ſi conuerſus fuerit ad catholicam fidem, & pœnitentiam peregerit: alunt tamen quod poſt abiurationem, & peractam pœnitentiam, diſpenſari poteſt, vt in ſuſceptis ordinibus ad miniſtret tantum, num. 81. Et quis poſſit cum eo diſpenſari, videndus Vgolinus & Suarez, qui tamen Vgolin. male ait, poteſtatem, quam de iure antiquo Epiſcopus habebat ad diſpenſandum cũ eo, quoad ordines ſuſceptos ante hæreſim, ipſis ſublatam eſſe iure nouiſſimo Concilij, ſeſſ. 24. de refor. c. 6. vbi hæreſis non eſt occulta, & vbi ad forum contentioſum deducta eſt, &c. nu. 82.*

*Iura allegata videntur loqui & procedere in hæretico publico, & c. 2. §. hæretici, de hæretic. in 6. loquitur de his, qui ſunt hæretici, & nondum conuerſi, &c. num. 83. & ſecundum Sairum, cum Philiarcho & alios, ab crimen hæreſis ſecundum ſe, & ſimpliciter ſumptum, non incurritur irregularitas: & ſi ſit hæreticus occultus, non eſt irregularis poſt pœnitentiam, & abſolutionem ab excommunicatione, quia in iure non eſt expreſſum, nu. 84. Et ſic hæreticus occultus, ſi à ſecreta hæreſi, vel apoſtaſia, ſit in foro conſcientiæ legitimè abſolutus, non videtur manere irregularis, quicquid alij dicant, nu. 85.*

*Iuxta id ceſſat illa quæſtio, quam tractat Vgol. an irregularitate orta ex hæreſi occulta diſpenſare Epiſcopus poſſit ex decreto Concilij d. ca. 6. in quo partem affirmatiuam tenet contra Maiolum: quia hic non agitur de abſolutione ab hæreſi, qua eſt ablata Epiſcopis, ſed de diſpenſatione irregularitatis eis permiſſa à Concilio, & ſic ceſſabat ratio c. cum illorum de ſententia excom. & c. nu. 86.*

*Suſpectus de hæreſi abiurans de vehementi, & publice priuatus, non eſt inhabilis ad beneficia. nu. 87.*

*Hæretici ſunt excommunicati de iure antiquo, ſed illa excommunicatio non eſt reſeruata, num. 88. Excommunicantur etiam excommunicatione reſeruata in Bulla Cœnæ Domini, primo caſu, quem explicant relati, n. 89. Et an ſit vna vel plures excommunicationes, remiſſiue, nu. 90.*

*Iſta excommunicatio non incurritur per hæreſim mentalẽ, ſed requiritur quod ſit verbo aut facto exterius prolata: nam lex humana non ligat actus mere internos, nec in eos Eccleſia poteſtatem habet, etiam ad præcipiendum, num. 91. Quæ ſententia eſt hoc tempore communiſſima, & ſumitur ex D. Tho. docente, quod de his poteſt homo legem facere, de quibus poteſt iudicare, &c. & habet fundamentum in ſcriptura, n. 92. & tenenda eſt, quamuis contrarium teneãt gl. & alij citati n. 93. & ratio ponitur nu. 94. quæ confirmatur & explicatur, nu. 95.*

*Reſpondetur iuribus, quib. excommunicantur aliquid credentes, ſeu ſentientes, quod intelligunt de credentibus & ſentientibus in foro Eccleſiæ: &c. n. 96.*

*Propter opus factum cum ignorantia comitanti non incurritur excommunicatio, irregularitas, & obligatio reſtituẽdi, quæ ceſſante ignorantia incurreretur, nu. 97.*

*Quanta expreſſio hæreſis requiratur, vt excommunicatio incurratur, & aliqui dicunt requiri expreſſionem verbo, ſigno, vel opere exteriori, quod de ſe, vel ex circumſtantijs illam ſignificet, ſeu manifeſtet, alioquin non incurri excommunicationem, nu. 98. & idem tenet in effectu Nauar. relatus, & alij, nu. 99. & ſequitur etiam Suarez relatus, num. 100.*

*Secundum alios, actus exterior, qui eſt effectus interioris, nõ tamen repræſentans in ſe malitiam interioris, poteſt puniri ab Eccleſia per cenſuras, quia ille actus eſt peccatum extremum, &c. num. 101. ſed quod de facto Eccleſia non punit tales actus, & ſic quando in actu exteriori nulla eſt ſignificatio expreſſa, vel interpretatiua malitiæ interioris, non incurritur cenſura lata ſimpliciter contra committentes tale peccatum, num. 102. Vnde ſecundum iſtam ſententiam, quamuis poſſet, tamen de facto non punitur hæreticus, cum in actu exterieri nullo modo apparet malitia hæreſis, num. 103.*

*Author dicit, actum exteriorem, qui eſt effectus interioris, etiam non repræſentantem in ſe malitiam interioris, poſſe puniri ab Eccleſia per cenſuras, & generaliter poſſe ab Eccleſia præcipi, prohiberi, & puniri actus exteriores, vt procedentes a talibus interioribus, ſeu quod idem eſt, actus interiores, vt informantes, vel afficientes exteriores, n. 104.*

*Dicit etiam, hæreticum in caſu quo hæreſis in mente concepta oculis, vel digitis, aut capite, aliaſve annuit, vel dicit, ita eſt, incurrere excommunicationem latam contra hæreticos, quamuis in illo actu exteriori non manifeſtetur vllo modo malitia hæreſis, num. 105. & reſpondetur cap. fin. de ſimonia procedere in pœnis ſimpliciter latis contra aliquod vitium, ſeu peccatum; ſecus vero in propoſito, &cet. numero 106.*

*Placet quod docet Acor, quod qui ex interna hæreſi aliquod opus externum indifferens facit, verbi gratia, coram ſanctiſſimo ſacramento caput non nudat, ſeu non flectit genu, non eſt hæreticus exterior, ita vt excommunicationem incurrat, &c. nu. 107. licet ſecus quando omiſſio exterioris, quod debet quis facere, ſit ad exprimendam hæreſim, & ſic intelligitur Toletus, &c. nu. 108.*

*Ab excommunicatione incurſu propter hæreſim Papæ reſeruata in dicta bulla cœnæ non poteſt quis abſolui virtute bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij, ſeu indulci, in quibus nõ datur ſpecialis facultas abſoluendi ab hæreſi, quia in facultate generali non cenſetur conceſſa abſolutio ab hæreſi, niſi exprimatur, num. 109. quamuis contra teneant Soto & alij num. 110. & patet ex breui Gregorij XIII. ex quo hodie in bulla Cruciatæ Hiſpana expreſſe excipitur hæreſis, ſed contraria ſententia approbatur per magiſtrum ſacri Palatij, & ſacram Congregationem, quæ non procedet in bulla Cruciatæ ex dicto breui, &c. nu. 111.*

*Epiſcopi ex decreto Concilij ſeſſ. capit. 6. poſſunt ab hæreſi occulta in foro conſcientiæ abſoluere per ſe ipſos, non per eorũ vicarios vllo modo, quamuis in alijs caſibus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, poſſint abſoluere per ſe ipſos, aut vicarium ad id ſpecialiter deputandum, nu. 112. & 113. vnde commincitur ſententia Cordubæ, quam alij ſequuntur, & tenet Nauar. &c. nu. 114.*

*An dicta facultas conceſſa Epiſcopis ex dict. decreto ſit hodie ſublata, dicitur primo eam abſque dubio fuiſſe ſublatam per bullas cœnæ Domini, Pij V, & Gregor. XIII. verſic. cæterum, & alias ſimiles, numero 115. quamuis contrarium teneant Bannes, & alij relati, num. 116. qui non recte reſpondent verbis bullæ, num. 117. nec fuit opus ſpecialiter & expreſſe derogare Concilio num. 118. & ita fuiſſe ſublatam cenſuit ſacra Congregat. in declaratio. poſitis nu. 119. & an ſit derogatum facultati Inquiſitorum numero 120. & ſeq.*

*Accedunt ad prædicta Gregor. XIII. declaraſſe dict. decretum Concilij non habere locum in caſibus poſt Concilium ex noua lege reſeruatis, quaſi illa abſolute reſeruando cenſeat derogare Concilio, vt in declaratio. poſitis, num. 121. & teneant relati, num. 123. licet contrarium teneant Nauarr. & alij, & Suarez, reſpondens primæ declarationi, quam adducit: ſed eius interpretatio non ſatisfacit, &c. n. 124. & 125.*

*Secundo dicitur, quod videbatur ſublata dicta facultas per bullas*

*bullas cœnæ Domini, Sixti V. ſaltim anni 1586. & 1587. quia in d.cl. verſic. cæterum in fine, ponuntur illa verba, niſi in eis etiam caſus præſentibus literis expreſſi comprehendantur: quæ etiam ponuntur à Clemen. VIII. in bulla anni 1593. & 1598. num. 126. per quæ verba videtur reſtituta, & correcta manere facultas Epiſcopi conceſſa in dicto decreto Concilij circa abſolutionem ab hæreſi, & cæteris caſibus bullæ cœnæ, qui etiam in dicto decreto comprehenduntur. num. 127. ſicut etiam facultas bullarum, & priuilegiorum, & etiam Cruciatæ, in quibus datur facultas abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam in bulla cœnæ; nam ſi horum non ſit expreſſa mentio, non veniunt in generali facultate abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. num. 128. licet quoad facultatem bullæ Cruciatæ, etiam ſi non ponerentur dict. verba, non cenſeri revocatam per bullam cœnæ ex alia ratione doceant aliqui, numero 129.*

*In bulla cœnæ Clement. VIII. anni 1599. non ponuntur illa verba, & fuiſſe derogatam facultatem Cruciatæ quoad caſus dict. bullæ cœnæ, & dict. facultatem à Concilio Epiſcopis conceſſam dixiſſe Clemen VIII. refertur num. 130. & ſic videtur conſiderandus tenor bullarum quæ ſingulis annis publicantur, num. 131. quamuis Man. Rodriquez dicat, quod etiãſi non exprimantur d. verba, niſi in eis, &c. non cenſetur Papa in bulla cœnæ revocare facultates, & priuilegia, quæ concedunt expreſſe caſus bullæ cœnæ, cuius interpretatio improbatur num. 231. & eius ratio num. ſeq.*

*Etiam ſtantibus d. cl. verbis, niſi in eis, etiam caſus præſentibus literis expreſſi comprehendantur, verius videtur eſſe ſublatam d. facultatem Epiſcopis conceſſam. num. 134. nam illa verba non referuntur ad facultates, & indulta conceſſa, & innouata ad concedenda, innouanda poſt bullam, & ad verba immediatè præcedentia num. 135. & regula cap. inquiſitionis de appellat. quod clauſ in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, non procedit vbi eſt diuerſa ratio, nec vbi adeſt maior ratio, quod referatur ad proximiora, quam ad præcedentia, nec vbi conſtat de mente contraria, vt hic num. 136.*

*Suppoſito, quod illa facultas abſoluendi in foro conſcientiæ data à Concilio Epiſcopis, adhuc duraret, quæ ſaltim durat quo ad alios caſus ante Concilium Sedi Apoſtolicæ reſeruatos, quomodo intelligantur illa verba in foro conſcientiæ, Doctores communiter ea intelligunt, quod abſolutio data profit, tantum quo ad forum conſcientiæ: tamen quod ab excommunicatione poterit Epiſcopus abſoluere, etiam extra confeſſionem Sacramentalem vigore illius decreti, nu 137. & ſequen ſed aliud videtur dicere, quod abſoluant in foro conſcientiæ, aliud, quod abſoluant quo ad forum conſcientiæ, licet vbi agitur de diſpenſatione in foro conſcientiæ, non requiratur ſacramentalis confeſſio, & ſic Sacra Congregatio videtur intelligere illa verba in foro conſcientiæ, id eſt in foro ſacramenti pœnitentiæ, & in confeſſione ſacramentali, vt in declaration adductis num. 136. & ita tenet Candelabrum aureum, qui tamen male ait, quatenus idem dicit in diſpenſatione in qua non dicit Concilium, quod fiat in foro conſcientiæ, num. 140.*

*Infertur ad iubilea in quibus datur facultas abſoluendi in foro conſcientiæ, quod virtute eorum non poſſit dari abſolutio, etiam à cenſuris extra confeſſionem ſacramentalem, num. 141.*

*Man. Rodriquez docet quod facultas data Epiſcopis à Concilio circa abſolutionem ab hæreſi, intelligitur ſolum quando ipſe hæreticus ſolus abſque eo quod ab alio audierit, commiſit occulte crimen nemine audiente, & non extenditur ad hæreſim occultam, quando adeſt complex, atque Concilium non dat facultatem abſoluendi ab obligatione denunciandi complicem, &c. nu. 143. Sed iſta reſtrictio non placet, nam ex vno etiam non complice non deſinit eſſe occulta; neq; etiam ſi ſint plures complices, niſi ſint plures quam duo quia per duos ſolos non probatur, nec ex eo deſtruitur machina ſancti officij, nec tollitur obligatio denunciandi complicem, &c. à num. 143.*

*De materia hæreſis, ac de hæreticis, qui ſunt videndi nu. 146.*

*De apoſtatis à fide idem dicendum, quod de hæreticis, cum & ipſi hæretici, & pluſquam hæretici ſint: & ſic ipſo iure amittunt beneficia, num. 147. licet alij apoſtatæ non ſine ipſo iure priuati beneficijs, num. 148. & de apoſtatis qui ſint videndi, num. 149.*

*Similiter dicendum de ſchiſmaticis, quod vbi ſchiſma eſt cum hæreſi, ſunt ipſo iure priuati beneficijs, vt hæretici, & vt tales etiam ſunt excommunicati iure antiquo num. 150.*

*Si ſchiſma eſt ſine hæreſi, non videtur ius expreſſum, vbi ipſo facto priuentur beneficijs, num. 151. & reſpondetur cap. nos conſuetudinem 12. diſtinct. & cap. quia diligentia, de elect. allegatis num. 152.*

*Huiuſmodi ſchiſmatici non videntur abſolute, & in vniuerſum excommunicati iure antiquo, quicquid aliqui dicant, nam cap. licet de electione loquitur in caſu particulari num. 153. nec capitulum firmiſſime de hæret. probat contrarium num. 154. nec etiam excommunicantur in cap. de ligueribus 23. quæſt. 4. nec in cap. 2. de ſchiſmatic. nu. 155. nec etiam in c. nulli 19. diſtinct. num. 156. nec in cap. 1. de ſchiſmat. nu. 157. ſed quicquid ſit iam in bulla cœnæ caſu 1. excommunicantur abſolute ſchiſmatici. num. 158.*

*Non poſſunt etiam de iure antiquo ſchiſmatici conferre beneficia, num. 159. quamuis videatur valere collatio ratione publici officij facta à ſchiſmatico occulto, & tolerato, numero 160.*

*Non poſſunt ſine diſpenſatione obtinere beneficia, etiamſi ad eccleſiæ vnitatem redierint, ſed ſchiſmaticus etiam ad vnitatem eccleſiæ reuerſus de iure communi contra, ineligibilis, inhabilis & irregularis remanet, num. 161. quod videtur poſſe intelligi de ſchiſmatico publico, ſecus de occulto maxime emendato & conuerſo, qui non videtur inhabilis ſeu irregularis, num. 162.*

*An requiratur diſpenſatio Papæ, an vero ſufficiat diſpenſatio Epiſcopi à num. 163. reſoluitur requiri diſpenſationem Papæ cum Abb. licet alias aliter dicat.*

*De ſchiſmaticis qui ſunt videndi num. 165.*

59 SEcundo † dubitatur de crimine hæreſis, an hæreticus ſit priuatus beneficijs ipſo iure, an ſit priuandus per ſententiam.

60 Et quidem † communis ſententia eſt eſſe priuatum ipſo iure, quam tenent Ioan. Andr. Dom. Franc. nu. 2. & DD. communiter in cap. vt commiſſi. §. priuandi de hæretic in 6. dum exponunt illa verb. Vel priuatos nuntiandi, vt dictio, vel, ſtet expoſitiue pro, id eſt, & Abbas in cap. inter dilectos, de exceſſibus prælator. num. 11. Millis in repert. verb. hæretic. Probus ad Monach. in cap. alma mater. de ſentent. excommun. in 6. num. 8. Caſador. deciſ. 14. ſuper regulis num. 1. Rebuff. dict. tit. de modis amittendi beneficia num. 4. Corraſ. de benefic. 2. par. cap. 4. num. 13. & 3. par. cap. 6. nu. 13. & 17. Roſiniacus cap. 20. num. 3. Duaren. lib. 8 capit. 6. §. 5. Bernard. Diaz in pract. crimin. cap. 114. num. 2. & ibi Salcedo 1. addit. Couarr. lib. 2. variar. cap. 8. num. 4. Roias in ſingularibus in fidei fauorem ſingul. 73. D. Penia in directorio Inquiſitorum 3. par. commun. 162. Lancellot. de

attentatis

attentatis cap.5.à num.34. Flam.Pariſ.lib.3.de reſignat.quæſt.1.numer.31. & ſeq.dicens communem. Quintanaduennas eccleſ.lib.1.cap.10.num.1. Açor lib.8. cap.13. quæſt.3. & 8. Man.Rodriguez in ſum. 1.tom.cap.129.num.3. & Pet.Ledeſm.2.par.ſumm. tractat.1.cap.4.dub.6.14.concluſ.& Rota in Mutinen. Capellæ de anno 1562.quæ eſt 3.pars diuerſor. lib.3.deciſion.707.& 728.de qua ſupra 5.par.capitulo 1.numero 80. & poſt hæc Gonçalez gloſſ.15. numero 65. *Leo in theſ.for.Eccleſ.cap.37.à numero 51. Thomas Sanchez lib.2. cap.26, ex num 6.* Açor 2.part. libro 7.capitulo 17. in princ. & plures alij relati per citatos.

61 Pro † qua ſententia Corraſius, Roſiniacus, Duarenus, Rota, Azor, & alij citant text. in cap.cum ſecundum leges, de hæret.in 6. qui tamen non loquitur de beneficijs,ſed de bonorum temporalium confiſcatione.

62 Citat etiam † Corraſius text. in c.quo iure 8.diſt. qui tex.parum probat, vltra quod non eſt iuris deciſio, ſed D.Auguſtini, ſicut etiam text.in cap.ſi vos. 23.quæſt.5.& cap.1.& 2.23.q.7. qui pro hoc etiam allegantur,& ſimiliter parum probant.

63 Rebuf. † vero, Roſiniacus, Duarenus, Flam. Pariſ.& Quintanaduennas, & Gonçalez,& Açor ſupra allegant text. in cap.ad abolendum §.1. de hæretic. ibi: Et ſic omni officio,& beneficio ſpoliatus eccleſ. ſeculatis relinquatur arbitrio poteſtatis. Nam verbum ſpoliatus executionem importat, ideo notatur priuatio ipſo iure,ex Butrio in c.fin.de poſtul. Fel.in cap.2. num.3. & in cap.Rodulphus, num.25.de reſcript. & in c.inſinuatum, de ſimon.in princ. & dixi ſup.8.p.c.1.num.22 quod placet Salced.vbi ſup.

64 Sed hæc inductio † ceſſat,& tollitur ex verbis præceden.ibi: Totius eccleſ.ordinis prærogatiua nudetur. Quæ verba important priuationem per ſententiam, vt patet ex adductis per Felynum in dict.cap. Rodulphus: vnde dicta verba ſtatim ſequentia, Et ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus,&c. importãt executionem dictæ priuationis per ſententiam faciendæ, non priuationis ipſo iure, & non intrat doctrina Butrij & Felyn. vbi ſupra,

65 Vnde † contrariam ſententiam,nempe quod clericus hæreticus non ſit ipſo iure beneficijs priuatus, ſed per ſententiam priuandus, tenet Alphonſ.a Caſtro lib.2.de iuſta hæreticor.punitione cap.9.quia in iuribus quibus hæc pena ſtatuitur, non inueniuntur verba ſignificantia priuationem,& ſententiam ipſo iure latam, vt in d.cap.ad abolendam, & in cap.excommunicamus §. credentes eod. Sequitur Simãcas de Cathol.inſtitut.c.46.nu.72.quamuis in Enchirid. iudicum violatæ religionis tit.58. de pœniten.nu.3. videatur cum communi tenere, ibi: Et hæretici beneficijs eccleſiaſticis priuati ſunt. Sequuntur etiam Arrag.2.2.q.11.art.3. verſ.pœna, qui tamen contrarium tenet q.1.art.10.pag.66. Candelabrum aureũ in appendice cap.1.num.15. & Zerola in praxi Epiſcopali 1.p.verb.priuatio, in princip.

66 Nihilominus † tamen tenenda eſt communis ſententia,quę rectè probatur per d.c.cum ſecundum leges, ex quo bona hæreticorum ipſo iure confiſcantur, & eis priuantur,nam verbo, bonorum,beneficia etiam eccleſ.continentur c.1.de præb.& l.bonorum. ff.de verb.ſignific.vbi Rebuf.& in praxi tit.de ſimonia in reſignatione nu.31. Quintanaduennas lib.2. eccl.nu.3. & 93. & 94. & quamuis in beneficijs non habeat locum confiſcatio, quia non ſunt tranſitoria ad fiſcum, habet tamen locum priuatio, de qua ibi Achilles deciſ.345. ſeu 1.de hæret.num.5.

67 Probatur † etiam communis ſententia per text. in d.c.vt commiſſi §.priuandi,ibi:Vel priuatos nuntiandi, quæ verba expoſitiue accipienda ſunt, id eſt priuatos nuntiandi, vt ibi volunt Ioann. Andr. & alij Doct. vt diximus,

68 Et † non ſolum ad hæreticos, ſed etiam ad receptatores, fautores, & defenſores hæreticorum referuntur, quicquid dicat Couarr. ſupra. *& Farin. d.c. 20.n.15.* Tenens hæreticorum fautores, & receptatores non eſſe ipſo iure priuatos beneficijs obtentis, ſed per ſententiam priuandos, iuxta c.excommunicamus, §.credentes verſic. ſi verò clericus, de hæret. quod idem tenet Penna ſupra: ſed licet verum ſit de iure decretalium iuxta d.§.credentes: tamen de iure nouo non eſt verum iuxta d.§.priuandi. & conſtitutionem Nicolai infra allegan.

69 Nec valet † ſolutio, & interpretatio, quam ad d. §. priuandi, aliqui tradunt, nempe quod verbum, priuandi, ſtet proprie, & referatur ad beneficia obtenta ante hæreſim, quibus per ſentẽtiam eſt priuandus hæreticus, & verba, Vel priuatus nuntiandi, referantur ad beneficia obtenta poſt hæreſim; & ſic nulliter collata ex c.2. §.hæretici, eod.tit. in 6. conuincitur enim iſta interpretatio ex ſeq. verſ. ſunt autẽ diœceſani in priuando tales, vel nuntiando priuatos, &c. vbi apparet omnia iſta verba priuandi, vel priuatos nuntiandi, referri etiam ad beneficia obtenta poſt hæreſim, & ſic non poteſt ſtare iſta ſolutio.

70 Et † clarius probatur communis ex conſtitutione 2. Nicolai III. quæ eſt in bullario tom.1. fol.30. vbi ſic dicitur: Hæretici autem,defenſores,& fautores eorum, ipſorumque filij vſq; ad ſecundam generationem ad nullum eccleſiaſticum beneficiũ ſeu officium admittãtur,quod ſi ſecus actum fuerit,decernimus irritum & inane, nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficijs acquiſitis, volentes vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia ſimilia nequaquam in poſterum admittantur. Quæ conſtitutio,licet nõ ſit inſerta in lib.6. tamen non eſt per proœmiũ illius abrogata: nam conſtitutiones editæ ſuper negotio hæreticæ prauitatis non contrariæ cõſtitutionibus eiuſdem 6. reſeruantur c.fin.in fin.de hæretic. eod.lib.& notat glo.in d.proœmio verb.reſeruantur.

71 Facit † etiam pro hac ſententia conſtitutio 29. Pij V.incipiens,cum ex Apoſtolatus.vbi diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ perpetuo reſeruantur beneficia vacãtia propter hæreſim, & ſic denotatur hæreticos ipſo facto priuari beneficijs,vt per Penia ſup.& Az.d.q.8.

72 Non † ſolum autem hæretici credentes, receptatores, & defenſores ipſorum, ſed & ipſorum filij, & nepotes priuantur ipſo iure beneficijs obtentis tempore commiſſi criminis, ita quod non ſunt ſolum inhabiles ad obtinenda beneficia, vt in dict.cap.2. §. hæretici, & capit.ſtatutum 2.de hæret.in 6. Palacios Rubios,& alij infra citandi,quicquid dicat Manuel Rodriguez d.cap.126.num.4. & Petr. Ledeſma dict. tractat.1.cap.6.17.concl.2.difficul. citantes Simancas,& Iulium Clarum.vbi infra nu.75.& 76. qui tamen loquuntur de beneficijs antea obtentis; ſed etiam ipſo iure priuantur obtentis.

Quæ

73 Quæ ſententia † omiſſo fundamento deſumpto ex c.fœlicis.§.qui,ſi quis. de pœnis,libr.6. quod parum vrget, cum in pœnalibus non ſit facienda extẽſio,vt rectè aduertunt Villad,Couarru, & Penna infra citandi,probatur ex d.c.vt commiſſi.§. priuãdi, qui ſimpliciter, & indiſtinctè loquitur & ex conſtitutione 8.Innocẽtij IV.quæ eſt in bullario to. 1.fol. 5.& verſ.cæterum, ad quam ſe refert Bonifacius in d.c.vt commiſſi,& clarius ex d.conſtit.Nicolai III. ſupra adducta, & latius deducitur in deciſ. Cõchen. quam infra addueam.

74 Quam † ſententiam tenent Ioan.Andr.in cap. vt commiſſi,& ibi Domin.d.§.priuand.nu.4. & Franc. num.3.& alij, Entic.& Anania in c.vergentis,de hæretic. Palatios Rubios in tractat. de iuſtitia retẽtionis,& obtentionis Regni Nauarræ 5.p. §.8. dicens, quod cum hoc tranſeunt Doctores communiter in d.c.vt commiſſi, Gigas in tract. de crimine læſæ Maieſtatis libro 7.tit. de pœnis,quas filij incurrunt qu. 21.num.3. & alij,quos referunt Couarruu.& Penna ſtatim citandi, & Rota in d. Conchen. & Lambert. de iure patro.1.p.2.lib.q.9.art.6.ſub nu.7. ait quod hæretici,& eorum filij,& nepotes, ſunt priuãdi iam habitis beneficijs, vt in d. §. priuandi , & quod vacent ipſo iure beneficia,& penſiones etiam prius obtenta à filijs hæreticorum, cum communi, & Rota in dict.Conchen. tenet poſthæc Gonçalez gloſſ. 15. num.67.

75 Licet † contrariam ſententiam , nempe, quod filij , aut nepotes hæreticorum non ſint priuati , nec priuandi benefic js antea obtentis, teneant Abbas, & Felin.nu.3.in d.c.vergentis, Villad. de hæretic. q. 23.repertorium inquiſitorum verb. filij , Aufrerius ad Capellam Toloſ.deciſ.120.ad fin. Rebuff.in praxi tit.de modis amittendi beneficia nu.25.Couar.d. lib.2. variar. c.8.nu.4.Simancas de Cathol.inſtitu. tit.29.num.20.& in Enchir. iudicum violatæ Religionis tit 63.nu.9.Penna d.p. directorij inquiſitorũ comment.163. Otorala de nobilitate 4.p.c.9. nu.9. *Decian.in pract.lib.5.c.45.num.6.lim.7.Azeued.lib.1. tit.3 à num.204.Menoch.conſ.805.nu.33. & conſ.808. num.36.vol.8.Villad.in for. ind.in prol.lib.11.num.73. Montal.in l.b.4.tit.26.p.7.Paramo lib.3.q.9.num.203.* Card. Toletus in ſum.in edit. nouiſ.li.1.c. 67.verſ.9. *Azor.1.par.d.libr.8.c.13.8.pœna,Pet.Ledeſ.d.tract.1.* & Suarez d.5.to.diſp.43.ſect.3.nu. 2. & videtur tenere Flam.Pariſ,d.lib.3.q. 1.nu.34.& 35.

76 Quam † ſententiam dicit mitiorem , atque benigniorem Iulius Clarus lib.5.§.hæreſis nu. 6.& cum eo Salzedo ad Bernard.Diaz d.c.114.addit.1.in fin. & conſuetudine Hiſpaniæ receptam,& obſeruatam, & ita tenendam contra communem dicit Hoieda de incompatib.benef.c.23.n.100. & cũ eo Io.Guttier. cano.q.lib.2.c.30.num. 18. *Et huic tanquam probabiliori adhæret Sanch.lib.2.c.88.nu.* 28.

77 Sed primam † ſententiam tanquam magis de iure veram,& communiter receptam amplexa eſt Rota in d.Conchen. penſionis 6. Martij 1568.coram D.Peregrino , dicens procedere etiam *in penſionibus iuxta tradita per Sanch.d.c.29.num.* 36. præmittendo prius,prout neceſſario ſupponi debet , communem
78 concluſionem, filios † natos ante hæreſim pœnis canonicis affici, & comprehendi , quam contra alios , quos ſequuntur Simancas d.tit.29.de Cathol.inſtitut.ex nu.22.Molina de Hiſpanorum primogenijs, lib.4. c.11.n.55.& ſeqq. Vgol.de irregul. cap.36.§. 1.num.6.Man.Rodriguez in ſumm.1.tom.d.c.129. num. 5. & Petr.Ledeſma d.tractat.1.cap.6. 17.concluſ.1.difficult.& P.Molina de iuſtit.tom. 3. diſput. 658. nu. 21.& Zaualos dicens magis communem quæſt. 653. latè tenent poſt alios plures quos referunt Couarru.d.cap.8. numero 5.Gregor.Lopez in l.2.tit.2.part.7.verb.ſus hijos, Anton.Gomez to.3. variar. cap.2. numero 16. Otalora dict. 4. p. cap.6. numero 8.Royas de hæretic.2.part.nu.354.& ſing. 68.Penna d.comment.163.Hoieda d.c.23.num.99. Velazquez in l.4.Tauri n.10.Menoch. de præſump. lib.5.præſumpt.33.à num.16. Io. Guttierez dict.ca. 30.à num.37.Parlad. differ. 108.numero 25.Caſtro de iuſta hæreticor.punition.lib.2. c. vlt.& lege pœnali lib. 1.c.7.& magis communẽ dicit Rota deciſ. 104.num.4. lib. 2. part. 3. diuerſor. & fortiter probatur ex d.c.ſtatutum.2.verſ. hoc ſane, de hæret. in 6. nec contrarium fuit iudicatum in cauſa comitatus de Bailem.

79 Quam † deciſ.Conchen.quia optima eſt,& hanc ſententiam exactè probat,hic ponere placuit.

*Conchen. penſionis Veneris 7. Martij M.D.XCVIII.deciſio. Coram R. P. D. Peregrino.*

FVerunt reſeruata duę penſiones à Felic.rec.Gregorio XIII.Gundiſaluo,tunc in tertio, vel circa ſuæ ætatis anno conſtituto , vt ſuccedentibus annis commodius ſe ſuſtentare poſſet; Vna trium mille ducatorum ſuper Archidiaconatu de Alarcon.eccleſiæ Conchen. altera medietatis fructuum ſuper vno ex Canonicatibus , & præbendis eiuſdem eccleſiæ ſoluendæ Antonio Patri , tunc Catholici Hiſpaniarum Regis à ſecretis, & vbi ipſe voluerit, durante minori ætate filij, cum primum fuiſſet clericali charactere inſignitus.Verum, quia Antonius fuerat per ſentẽtiam diffinitiuam declaratus hæreticus,ac hæreticorum fautor, eiuſque imago publicè combuſta, poſtquam in ipſius perſonã, qui è manibus Curiæ ſe eximens, & vt dicitur, ad hæreticos & hoſtes fidei , & Rubricæ Chriſtianæ ſe contulerat ſententia exequi non potuiſſet,fuit dubitatum,an dictæ pẽſiones ipſi Gundiſaluo amplius deberentur.

Et re mature diſcuſſa de expreſſo ordine ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ,præcipuè, quia vna tantum pars informabat DD. vnanimiter negatiuam fuerunt amplexi.

Dixerunt namque communem illam eſſe concluſionem,ac magis de iure veram,quod pœnę in poſitæ à ſacris Canonibus filijs hæreticorum,comprehẽdunt natos ante,& poſt patris delictum.

Hanc enim probare dicebant textum in cap. ſtatutum, de hæret. in 6. ibi,qui tales eſſe, vel tales deceſſiſſe probentur, ponderando verbum , eſſe , per quod denotatur, quod ad hoc, vt filij hæreticorum puniantur, ſatis ſit probare,quod tunc parentes ipſorum eſſent hæretici.

Ad hoc etiam adducebant tex.in c.filij eod. tit.& lib. vbi filios hæreticorum, qui articulos mortis hæreſim commiſerunt,puniri ſancitum fuit, quod non poteſt intelligi,niſi de iam natis, nec non & text. in cap. vt inquiſitionis. eodem, tit. & lib. vbi à pœnis

eximun-

eximuntur tantum filij, qui reuelarunt delictum occultum patris, ita vt præſupponatur iam natos, qui non reuelauerint pœnas hæreticis ſtatutas non effugere.

Et quidem cum pœna filijs imponatur, non ex eo quod ipſi prouenerint ex radice infecta, & ſanguine improbato, quandoquidē crimen ſit merè ſpirituale non trahens originem vel commercium à carne, non intrat diſtinctio, an ſint nati ante, vel poſt delictum patris, vt tollens obiectum conſiderat Claudius, qui latè ad partes hanc quæſtionem diſputat in l. ſi quis id quod, num. 19. ff. de iuriſdict. omn. iud. & alij multi authores practici per informantes allegati.

Hæreticorum enim filij puniuntur, vt filij, quod æque conuenit natis, & naſcituris, Zabar. in c. ex quibuſdam, extra, de pœn. verſ. quæro an filij, & hoc, vt parentes ipſi in filiorum perſonam acrius puniātur, & affligantur juxta l. iſti quidem, in fi. ff. quod met. cauſ. c. afferte, de præſumpt. cum patet magis terreatur poſſe affligi filios, quam ſe ipſum, vt conſiderat Hoſtienſ. in cap. vergentis, in final. verbis, de hæret. & ibi Ioann. Andr. in verſ. primogeniem, & ſingulariter gl. in extrauag. Ioan. XXII. §. filij eius in verſic. quomodolibet, de pœn. quæ quidem ratio magis militat in natis, quam in naſcituris, quia fortaſſe hæretici poſt delictum filios non ſuſcipient, & maior eſt pœna, & dolor videre infamatum filium iam adultū, & forte in dignitate conſtitutum, quam minorem, & fortaſſe infantem, qui nihil adhuc cognoſcit, vltra quod iam nati facilius, quam naſcituri poſſunt imitari patris actiones, quas vident, quæ fuit ratio præcipua, propter quam filios in hoc puniri ob parentum delicta fuerit ſancitum.

Quod etiam indiſtincte fuiſſe ſtatutum per leges ciuiles in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, ex l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſtatis, vbi communiter ſcribentes voluerunt, vt animaduertit Claudius loco ſupra citato. & Gigan. tract. de crimin. læſæ Maieſtatis quæſt. 5. Vnde multo magis id ſeruandum erit in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vt in terminis argumentatur Innocentius III. in capitul. vergentis, de hæret.

Cui firmæ concluſioni nō obſtare viſum fuit text. in cap. iam itaque 1. quæſt. 4. deſumptum ex dicto S. Auguſtini, tum quia S. Auguſtini dictum debet intelligi reſpectu pœnæ ſpiritualis, cum adducit illud Domini per Ezechielem, anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, vt bene ex eiuſdem S. Auguſtinis dictis declaratur in capit. ſi habes 24. quæſt. 3. tum etiam, quia creſcente hæreticorum corruptela ad illorum audaciam reprimendam, qui vix vllis pœnis reſipiſcunt, augendæ erant pœnæ, vt innuit Summus Pontifex in dict. capitul. vergentis in princ. de hæret. vbi atque alibi ad hæreticorum filios pœnæ extenduntur.

Et ad Concil. Toletan. cap. 1. dum mandat reſtitui ex benignitate ad priſtinos honores filios hæreticorum natos poſt paternum delictum, ſi eorum parentes reſipuerint vltra quod illud Concilium eſt generale, fuit dictum neceſſario non inferri natos ante delictum dicta benignitate non egere, cum per Concilium fuerit prouiſum in eo caſu tantum, vti magis dubitabili argum. l. fin. C. qui ætat. ſe excuſat. lib. 10.

Prout ceſſare quōque fuit conſideratum illud alterum, quod ab impugnantibus hanc opinionem deducebatur, nempe hoc nō reperiri iure cautum, cum imò contrarium verius ſit, cum ex iuribus ſupra adductis hoc neceſſario inferatur, vt tenuit Ioan. And. in cap. vt commiſſi. num. 7. de hæret. in 6. Geminia. ibidem ſub nu. 4. verſ. & per eundem modum, Hent. Boich. in c. vergentis, num. 3. de hæret. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 8. num. 5. & illi omnes, quos ipſe cumulat.

Non tamen DD. approbarunt illius, ac aliorum, qui hanc ſequuti ſunt ſententiam, dum voluerunt, vt hæreticorum filij, licet inhabiles, reddantur ex delicto patris ad obtinenda beneficia, non priuētur tamen obtentis ante delictum, nam imò contrarium magis de iure verum & communiter receptum exiſtimarunt, idque præcipue probari ex tex. in cap. vt commiſſi, de hæret. in 6. dum enumerando Pontifex facultates Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis conceſſas, illa vti præcipua ab ipſo dinumeratur, videlicet priuandi, ac priuatos nuntiandi hæreticos, hæreticorum fautores, ac illorum filios, & nepotes, & hoc in executionem conſtitutionum Innocentij, Alexandri, & Clementis illius prędeceſſorum, ſi enim huiuſmodi pœnæ hæreticorum filijs poſſunt ab Inquiſitoribus imponi, vtique aut id iam fuiſſe cautum, aut poſtquam à poteſtate habente tales pœnas conſtituendi id exprimitur, de nouo ſtatui neceſſario eſt præſupponendum.

Sed vere dicebant hoc fuiſſe antea ſtatutum, ab Innoc. IV. in ipſius conſtitutione, quæ eſt octaua in ordine inter ſuas cōſtitutiones in verſ. cæterum, quæ habetur in Bullario to. 1. fol. 9. ad quem ſe refert Bonifacius in d. c. vt commiſſi, dum canonizat Federici conſtitutionem latam contra hæreticos, & hæreticorum fautores, ipſorumq; filios, & nepotes, priuando eos omnibus beneficijs, honoribus, & dignitatibus, quæ quidem cōſtitutio licet ex defectu poteſtatis ad beneficia eccleſiaſtica non extenderetur, ad illa tamen extendi eſt dicendum, poſtquam Pontificis cōſtitutio dicitur effecta per ipſius approbationem l. 1. §. ſed nec. C. de veter. iur. enucl. c. ad Apoſtolicæ, de præbend. in 6.

Et certe ſatis foret abſurdum, vt hęreticorum filij priuarētur beneficijs, honoribus, ac dignitatibus ex benignitate aclargitate Imperatoris proueniētibus, nō quidem, quia particulariter eorū parentes in ipſorum Principem machinauerint, ſed quia in Deum peccauerint illius Catholicā Eccleſiam ſcindēdo, ex permiſſu vero Pontificū, ad quos ex iniuncto officio præcipue ſpectat in huiuſmodi ſceleſtos homines, ac illorū progeniē animaduertere, bonis eccleſiaſticis, quę dicuntur patrimoniū Chriſti, potirentur. ac forſan luxuriarentur, nimirū igitur ſi pro abſoluto, prę-ſupponitur in conſtit. Alex. IV. quæ eſt decima in ordine, inter ſuas conſtitutiones in fine verſ. frequētet in d. Bullario 1. to. fol. 19. relata in d. c. vt commiſſi, quod etiam beneficijs eccleſiaſticis ſint priuandi hęreticorum filij, dum explicando, quomodo ſe gerere debeant hæreticæ prauitatis Inquiſitores, ſi quando eis ab Apoſtolica Sede committitur, vt in hęreticos, & hæreticorum filios animaduertant, illos priuando beneficijs eccleſiaſticis, honoribus, ac dignitatibus, quod frequenter accidere dixit Pontifex, quod quidem non eſſet, ſi tales pœnæ contra eos à iure non fuiſſent ſtatutæ vt ſcilicet id exequantur, dummodo

do tunc tales reperti fuerint, non etiam in ijs, quos emendatos conſtiterit.

Prout ęt hoc pro abſoluto præſupponitur à Pontifice. in c.1. de ſchiſ.in 6. vbi cum ſchiſmatici,& eorum filij, vti hæretici veniant puniendi,eos indiſtincte beneficijs omnibus eccleſiaſticis obtentis, & obtinendis indignos reddit, & propterea ex hoc ceſſat obiectio,quod ille ſit caſus ſpecialis,nam licet fuerit particularis prouiſio, pœnæ tamen in dicto caſu iniũctæ præſupponuntur omnibus hęreticis communes, ũ ſchiſmaticis vti hæreticis infligũtur, ita vt ſi qua excenſio ibi fiat, ea eſt, vt hæreticorũ pœnæ ad ſchiſmaticos etiam extendantur,quod animaduertit etiã Bero.in c.item cum quis, ſub nu.44.in fi.de reſt.ſpol.

Sed hoc clarius diſponitur in conſtitutione Nicolai III.in fine,quę eſt ſecunda in ordine inter ſuas relata in Bullario dict.to.1. fol.30.ibi, Nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficijs acquiſitis, volentes, vt tales,& habitis perpetuo careant,& ad alia ſimilia nequaquam in poſterũ admittantur,quæ conſtitutio non poteſt dici antiquata, & contrarium de conſuetudine ſeruari, tum quia per conſtitutionem Pauli IV, quæ eſt in ordine quadrageſima ſecunda inter ſuas conſtitutiones in Bullario d,1.to.fol.620. renouantur omnes antiquę Summorum Pontificum conſtitutiones latæ contra hæreticos, & hæreticorũ fautores, eorumq; filios, tum etiam quia non multo ante à Paulo III. in eius extrauaganti 20. in ordine inter ſuas eodem Bullario tom.1,fol.185. & nouiſſimis temporibus ab alijs Summis Pontificibus cõtra hæreticorum & criminis læſæ Maieſtatis reorum filios id ſeruatum videmus:tum denique quia ſacrorũ Canonum inſignes interpretes, hoc iuri conſonum ſemper fuiſſe iudicatum atteſtatur,Ioan.Andr.in d. c.vt commiſſi nu.2. Ioan.Monac.ibi,ante nu.1.verſ. 6.Gemin.num.4, Fran.in c.felicis nu.5. de pœn.in 6. hoc etiam videtur ſenſiſſe Annan.in c.vergentis ſub nu.12.de hæret.& ibi Hentic. Boich.ſub nu.3.verſ.6 de beneficijs Eccleſiaſticis, Præpoſit.c.ſatis peruerſum,num.4.56.diſt. Bero.in c.cum quis num.43. de reſt.ſpol. Imol.in l.inſulam,nu.2.verſ.& adde. ff ſolut.matr. Alex.ad Bar.in l.quiſquis in fi. L.C.ad leg. Iul.Maieſt. Rom.ſing.693. Reſtaur.de Imp. q.118. nu.13. & idem videtur voluiſſe Dire&.inquiſ.q.114. Lupus & Palat.Rub.retent.Reg.Nau.p.5. § 8.verſ. quarta obiectio. & alij multi relati per informantes, & qui contrarium ſenſerunt, hanc tamen eſſe communem opinionem affirmarunt, & propterea ab ea in iudicando non eſſe recedendum fuit dictum.

Nec contrarium ſenſit gloſ.in d.cap.ſatis peruerſum 56.diſtin.dum voluit,quod ſi pater commiſerit crimen læſæ Maieſtatis humanæ in Principem ſecularem filius beneficijs Eccleſiaſticis non priuetur, ea ratione,quia ſecularis Princeps non poteſt ſuis legibus clericos ligare, & ſic in Principe Eccleſiaſticos, cuius Maieſtas eſſet læſa, aliter videtur ſenſiſſe, vt bene deducit Præpoſit.ibi ſub num.4.verſic,& notationem. Franc.Mart.Dec,Delph.1,390.in fin,& multo magis in crimine læſ.Maieſt.diuinæ,prout ita illam gl.ad hoc ponderat Imo. loco proxime citato, Annan.in d cap.vergentis nu.12.de hæret. Couar. variat.reſolut.cap.8.num.4. verſic.hoc vero gloſ.licet ipſe ab hac opinione, quam communem dicit, diſſentiat, & male.

Ex prædictis tollitur fundamentum illud præcipuum contrarias partes tenentium,nempe non fuiſſe iure cautum, quod hæreticorum filij obtentis priuentur,cum imò expreſſe id diſpoſitum fuiſſe, ex ſupra deductis ſatis apparet.

Nec ex eo, quod in cap.quicunque, ſolum filij ad obtinẽda inhabiles declarantur, ſequitur,quod etiã obtentis non priuentur, quia quod ibi ſtatutum nõ fuit,alibi cautum fuiſſe videmus,& hac ratione attẽta,cum ibi hæretici,& hæreticorum fautores ſolummodo ad beneficia obtinenda inhabilitentur, vtique obtentis priuandi non eſſent,quod tamen nemo vnquam dubitauit, licet diſputetur, an fiat priuati ipſo iure, an vero veniant per ſententiam priuandi.

Imo cum ſemper reſpectu pœnarum temporaliũ, & earum,quæ non ſunt corporis afflictiuæ,parificẽtur hæretici, hæreticorum fautores, & illorum filij, vtiq; quod de vno diſponitur, & de alio diſpoſitum cenſeri debet,& ſic etiam ceſſat illa alia obiectio,nẽpe quod inhabilitatus ad obtinenda non priuetur obtentis, gl.in Clem.1. §.ipſius de pœn. vbi Zanarel, num.3.Imol.ſub nu.33, quia hoc procedit, quando ſimpliciter eſſent hæreticorum filij ad obtinenda inhabilitati, ſed vt fuit demonſtratum, fuerunt etiam obtentis indigni,indicati non ſolum in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vt in iuribus ſupra deductis, ſed etiam in crimine læſæ Maieſtatis humanæ. Et in cap. felicis. §.quod ſi quis de pœn.in 6. crimen enim de quo in d.cap.felicis.puniti ratione læſæ Maieſtatis ex illis verbis deprehenditur (ſicut reus criminis læſæ Maieſtatis) vt in indiuiduo conſiderat Prepoſ.in d.c. ſatis peruerſum in fin,§ 6.diſt.& prius animaduertit. Gemin.in dict.cap.vt commiſſi.§.priuandi ſub nu.4. verſ.nec obſtat de hæret.in 6.

Quæ pœna non per extenſionem,ſed per comprehenſionem capere dicitur etiam hæreticorum filios, poſtquam facti canones non ſolũ parificent hæc crimina, ſed ſtatuant, tanto grauius puniẽdos fore hæreticorum filios,bonis omnibus illos ſpoliando,(quę verba poſſunt comprehendere, etiam beneficia eccleſiaſtica)quando grauior eſt offenſa, quæ in æternam quam quæ in temporalem Maieſtatem cõmittitur, ſic Innoc.III. in d.cap.vergentis.

Nec aliter quidem dici poteſt, nam cum iſti hæreticorum filij ſunt perpetuo infames infamia iuris c.ſi quis 6.quæſt.1.iunct.cap.vergentis de hæretic. Couart. variar.reſol.lib.2.cap.8. ſub num.1.verſ.tertio ab hac ead.reſolutione,Alphonſus à Caſtro de iuſt. hæret. punit. lib.2. cap.11. paulo poſt princip.verſ. propter hanc cauſam filij hæreticorum, ſequitur neceſſario,quod ſint ipſo iure priuati, vel ſaltẽ veniant priuandi etiam beneficijs obtentis l.2. §.mulcs. ff.de his qui not,infam.l.infam.C,de decurio lib.10. glo. in reg.infam,de reg.iur.lib.9.Ioan,de Imol,in l.inſulam in fi.prin.ff,ſolut,matr. Præpoſ.poſt gloſ,in c.ſatis peruerſum 50.diſt. Rom.ſing.693.Barb.ad Pan. in cap.querelam ſub.nu.3. de iure iur,cum alijs per informantes adductis.

Vnde iure Inquiſitores in ſententia per eos lata contra Anton. declararunt, eius filios inhabiles ad habendum, tenendum, & poſſidendum dignitates, beneficia, officia, tam eccleſiaſtica, quam ſecularia, quæ ſententiæ verba apte quidem comprehendunt, & obtenta,& obtinenda, vt bene per informantes.

Et licet,Rota nõ ſoleat attẽdere aliorũ tribunaliũ ſiãs niſi viſis actis, & conſtituto de bono iure, hoc tamen

tamen non ſeruat in ſententijs latis ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis,quorum tribunalis acta pau di non ſolent,Veral.d.c.134.par.3.

Quod ſi priuantur hæreticorum filij quibuſcumque Eccleſiaſticis beneficijs,quinetiam penſionibus priuati cenſeantur,non dubitarunt Domini,tũ quia in hac materia verbum,beneficium late ſumitur, vt dicit gl.in c.quicumque §.hæretici in verb.beneficiũ lib.6.ex qua not.Gemin. ibi ſub numero 2. verſicul. nota bene,quod conſtitutio pœnalis extenditur, de ſtricta ſignificatione ad latam,& in terminis, quod ob id comprehendat etiam penſionem voluit Abb. in cap.ad audientiam,el 2.ſub nu.2.ver.dicerem tamen,de reſcript. cum quo tranſit ibi Felin. in princ. tum iam quia canones non ſimpliciter eos priuant beneficijs,ſed quibuſcunque beneficijs, vt in d. c.vt commiſſi,verbum enim (quodcumq;) importat omnimodam generalitatem,c.ſolitæ benignitatis,circa fi. de maioritat. & obed. in qua comprehenduntur etiam penſiones,vt voluit Caccialupus, tract. de penſ.q.39.etiam in literis ad beneficia, quæ vti ambitioſæ ſtrictiſſime interpretantur,& de hoc eſt glo. in Clemen.2.in verb.quodcumque de vit.& honeſt. cleric.quam ſequitur Fel.in c.poſtulaſti,nu.39. de reſcript.& late proſequitur Gig.de penſ.q.28.multa ad propoſitum deducens, qui in proprijs terminis penſionem comprehendi tradit in quæſt.94.numero 10.& 7.

Tum denique,quia omnibus bonis priuatos hæreticorum filios canones volunt,d.c.vergentis,& propterea ſi appellatione beneficij non veniret penſio, ſaltim ſub nomine bonorum,cõprehenderetur,maxime vigente identitate rationis,prout in propoſito caſu vigere non fuit dubitatum,nempe vt hæreticorum filij in ſumma, ac perpetua egeſtate viuant, ac continuo mœrore tabeſcant, ita vt eis ſit mors ſolatium,& vita ſupplicium, cap. ſi quis cum miſ tibus, 6.q.1.& vt illorum parentes grauius, acriuſque puniantur,omnibus bonis ſpoliatos filios videntes, vt in d.c.vergẽtis,& hoc pro abſoluto alias habuit Rota in vna Hiſpal.portionis,de qua per Put.dec.350. lib.1.Peregr.Fabium,n.109.lib.2. Acorambon. 17. lib.1.Mohed.6.de reſcript.Ant.Auguſt.1266.lib. 3. p.diuerſ.& in epito.tit.de penſ.c.2.

Nec obſtare dicebant quod Ant.fuiſſet in contumaciam condemnatus,quaſi ex hoc in præiudicium filiorum non haberetur pro hæretico,ad doctr. Bar. in l.cum filijsfam.ff.de verb.oblig.

Non in crimine hæreſis poſt annalem contumaciã iuxta terminos, c. excommunicamus el 1.de hæret. & cap.cum contumacia, eodem titulo in 6. cum vehemens præſumptio tranſeat in violentiam,talis cõtumax æquiparatur pertinaci, & ob id habetur pro hæretico,ſic Hoſtien.Ioan.Andr. & cæteri & in d. c. excommunicamus,& idem Ioan. Andr. Gemin.& Fran.in dict.cap. cum contumacia, & iſte dicitur vnus modus probandi,quem eſſe hæreticum, vt animaduertit Socin.in d.c.excommunicamus,num.15. & propterea omnes hæreticorum pœnas patitur, inter quas illa eſt præcipua,quæ in perſonam illius filiorum exequitur.

Quod indubitanter procedit ſequuta ſententia condemnatoria contra contumacem, non propter contumaciam, ſed quia plene fuit probatum delictum,vt fuiſſe probatum enuntiatur in ipſa ſentẽtia lata contra Antonium, priuando etiam illius filios omnibus dignitatibus, ac beneficijs, vt ſupra, ſic Bal.in l.2.num.4.C. quibus res iudic.noc.Alex.in l. cœpi,nu.79.ff.de iudic.Fel.in c.cum Bertoldus, nu. 24.de re iud. & alij de quibus per informantes, cui ſententiæ in cauſa hæreſis,vt dixi,ſtãdum eſt etiamſi non viſis actis, maxime cum ab ea reclamatum non fuiſſet,& duraret adhuc poſt quinquennium pertinacia d.Antonij,cum non redierit ad Eccleſiam.

Et propterea ex his omnibus cenſuerunt vnanimiter DD.beneficiatos amplius ad dictarum penſionum ſolutionem non eſſe attrictos.

Quam quidem ſententiam eo libentius ſunt amplexi,tum quia animaduerterunt,hunc rigorẽ,quod filij puniantur ob delictum patris,poſſe dici in æquitate canonica fundatum,cum etiam in alijs minoribus introduxerint canones,quos citat gl.in d.c.vergentis,in verſ.canones,& in cap.cum multa 15.q.8. dicti Pontifices ex multis exemplis, de quibus in teſtamento veteri,Geneſ.29.Reg.21.cap.12.& 13.& Joſue c.6.Exod.24.& Iudicum lib.2.c.11.14. quæ & alia in propoſito deducit Alphonſ. de Caſtr. de juſt.hæret.punit.lib.2.cap.2.Cou.variar. reſol. libr 2.capit.8.Simanc.de Cathol. inſtitut. titul. 29. numero 5.

Tum quia,ſi quando ab hoc rigore ex benignitate eſſet recedendum,quod tamen nequaquam DD. admiſerunt fauore fidei,propter quam nedum à iure ſcripto non recedit ur,ſed imo pœnales eiuſdem iuris conſtitutiones extenduntur, Io. Andr. in c. ex tenore,el 1.ver.dic ergo qui fil.ſint legit.& ibidem Hoſt.in fi.verſ.dicas ergo, occurrentis tamen facti circumſtantiæ totum contrarium ſuaderent.

Hæc enim penſio fuerat contemplatione reſeruata quod patet ex literis reſeruationis,ibi; Dilecto filio Gundiſaluo Perez dilecti filij Antonij etiam Perez,laici multis virtutibus præditi,&c. & quia dedit electionem patri durante minori ætate filij,quæ hodie durat,eligendi locum,vbi vellet penſionem ſolui,intra vel extra Hiſpaniam, vt in facto conſideratur,& colligi etiam ex eo facile poteſt, quia tunc in Gundiſaluo,in tertio vel circa ſuæ ætatis anno conſtituto nulla merita conſiderari poterant, vltra quod de hoc cum iuramento fuit atteſtatus excellentiſſimus Dux Soræ,qui illius tunc fuit interceſſor apud Pontificem,& hoc,vt eſt credendum,in gratiam Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis, cuius tunc D. Antonius pater erat à Secretis, & cuius Maieſtatem ipſe poſtea læſit,vt fidem faciunt ipſius Regis verba, de quibus in quodam mandato procuræ dato in perſonam fiſcalis Regni Aragonum ab eadem Maieſtate Catholica, & cum penſiones fuerint ferequatuor mille ducatorum,non quidem pro alimentis ſimpliciter,ſed ad dignitatem illam tuendam,quam vti intimus Regis acquiſiuerat,conceſſæ quoque dicebantur,vnde & æquitas ſuadebat,& benignitas patiebatur,vt Gundiſaluus amitteret, id quod contemplatione patris delinquentis acquiſiuerat,in gratiam illius,cuius grauiſſime Maieſtatem pater læſerat, & ad dignitatem illam tuendam,qua ob tam graue delictum,imo delicta vna cum patre priuatus, ac perpetua notatus infamia reperiebatur.

80 Sed hic ſe offert difficultas, an † hæreticus ſit irregularis, & inhabilis ad acquirenda beneficia; in qua affirmatiue tenet Specul.tit.de diſpenſ.§.iuxta num.

num.16. verſic.6. dicens, quod eſt irregularis hæreticus.capit.inter ſolicitudines, de purgatione canonica,& qui fuit hæreticus cap.conuenientibus, & §. fin.1.q.7. & cap.omnis, 1.q.1. ſequuntur Felyn. in cap.eam te, de reſcript. num.12. limitat.1. Lamber. de iure patron.1.par.1.lib.q.7.cap.nos conſuetudinem 12. diſtin.ad idem cap.ſi qui presbyteri.1. cap. ſaluberrimum.1.q.7.art.4.nu.26.Mandoſ.de ſignatura gratiæ,tit.de abſolutione ab hæreſi in princ. & verſ. vltra abſolutionem, Maiolus de irregularitate lib.5,cap.46.nu.1.& 2.Nauar.in Man.c.27.nu.105. & conſ.19.de hæretic.qui allegat cap.ſi quis omnem 1.q.7. & caput 2. §.hæretici, de hæretic.lib.6.Penia d.3.p.directorij inquiſitorum,cõmen.162.verſ.num autem,& commen.175. Vgolinus de irregularitate, c.36.in princip.nu.1.2. & 3. Sylueſter,verb.irregularitas, 5.Felicianus de cenſuris,capite 7. de irregularitate, Candelabrum aureum de irregularitate, num.71.& 72. Ludou.Lop.2.to.inſtruct.conſcient. 3.part.cap.24. Toletus in ſum.lib.1.c.69. in editionibus nouiſſimis,qui citat cap.qui in aliquo 51.diſt. & d.cap.2. de hæret. in 6. & nouiſſime Suarez 5.to. diſp.43.ſect.1. Auila de cenſuris,7.part.diſp.4.dub. 2. *Et Thom.Sanc lib.2.cap.45. à num.2. Açor 1.par.lib. 8.cap.11.q.13. & cap.21.quæſt.8.*

81 Hi omnes † tenent, quod qui eſt vel fuit hæreticus, irregularis eſt, etiamſi conuerſus fuerit ad catholicam fidem, & pœnitentiam peregerit: quamuis Pariſius conſil.2.nu.185. & 188. lib.4. & Rolan. conſ.63. num.28.lib.1. dicant communem eſſe opinionem, quod hæreticus formaliter abiurans primavice, non efficitur inhabilis ad beneficia, ſed illa retinere, & recuperare poteſt virtute reconciliationis Eccleſiæ, etiam pro miſericordia factæ; de qua opinione meminit Rota in Gadicenſ. canonicatus, de qua infra numero 87. aiunt, tamen prædicti DD. quod poſt abiurationem & peractam pœnitentiam diſpenſari poteſt, vt in ſuſceptis ordinibus adminiſtret, ſed non vt ad alios aſcendat, vel de nouo ordinetur dict.capit.conuenientibus. d.cap.ſaluberrimum, & d.cap.nos conſuetudinem, Maiol.nu.2. Penia, Vgolin.num.1.Sylueſt.& Suarez,nu.2.vbi proxime,& Sanch.ibi.

82 Et † quis poſſit cum eo diſpenſare, vide eundem Vgolinum d.cap.36.§.5.& Suarez ibi à nu.5.& Sanchez à num.13.qui tamen Vgolinus ibi num.2.male ait poteſtatem quam de iure antiquo Epiſcopus habebat ad diſpenſandum cum eo quoad ordines ſuſceptos ante hæreſim ex d.cap.omnis, & d.cap.ſaluberrimum, vbi Archid. & cap.præsbyteros,50.d ſt. vbi gl.ipſis ſublatam eſſe de iure nouiſſimo Concilij Trident.ſeſſ.24.de reform.cap.6. vbi hæreſis non eſt occulta, & vbi ad forum contentioſum deducta eſt,&c.non aduertens quod illud decretum non tollit facultatem diſpenſandi, quam alias Epiſcopi habebant,quia non venit in diminutionem,ſed augmẽtum poteſtatis eorum.

83 Verum prædicta iura † videntur loqui, & procedere in hæretico publico, & text. in d.§.hæretici, loquitur de his,qui ſunt hæretici,& ſic nondũ emendati, & conuerſi, ſicut reſpectu filiorum intelligitur de filijs hæreticorum, qui tales eſſe, vel tales deceſſiſſe probantur, non autem emendatorum, vt explicat. in cap.ſtatutum 2.eo.tit. de quo Leſſius de iuſt. & iur.lib.2.cap.34.num.123.& 124. Açor 2.par.lib. 6.capitul.4.quæſtion.1.2.& 3, & Auila ſupra dub.3.

84 Et † Sayrus de cenſuris lib.7.cap.12.num.16. cum Coſma Philiarco, lib.4.cap.15. & alijs ait, quod ob crimen hæreſis ſecũdum ſe & ſimpliciter ſumptum, non incurritur irregularitas, & quod ſi ſit hæreticus occultus,non eſt irregularis poſt pœnitentiam,& abſolutionem ab excommunicatione, quia in iure non eſt expreſſum, & d.cap.in aliquo.nõ probat eſſe irregularem, ſed quod non debet ordinari, ſicut etiam alij, qui in aliquo crimine detecti ſunt, aut qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui tamen non ſunt irregulares,&c. *Contra quem tamen & Sanchez d. c.25.num.1.aduertendum eſt, hæreticum publicum eſſe irregularem irregularitate huius criminis peculiari in poſita in d.iur. & non irregularitate generali orta ex del.&notorio depoſitione digno, quę ceſſat per pœnitentiam, de qua capite tertio, à num.110.*

85 Vnde hæreticus † occultus ſi à ſecreta hæreſi, vel apoſtaſia ſit in foro conſcientiæ legitime abſolutus, non videtur manere irregularis, Enriquez in ſum. lib.14.c.4.§.6. & candelabrum aureum in append. cap.1.num.13. vbi ait hæreticum fieri irregularem, ſi hæreſis ſit publica,ſecus ſi ſit ſecreta,etiam verbo, ſigno, vel aliter expreſſa exterius; quia tunc non inducit irregularitatem, & Auila ſupra d.dub.2. & Sà *verb.irregularitas*,quamuis præcitati authores generaliter loquantur,& contrarium clarè teneat Vgolinus d.cap.36.in princip.num.6. & §.5.nu.3. & Manuel Rodriquez in addit.bullæ ad §.13. num.12. & Suarez ſupra num.4. *& Sanch.dict.num.2.* & quamuis Didacus Perez in lib.3.titul.4.lib.8.ordinam, in tract.de hæretic.1.par.prope fin.pag.99.dicat hæreticos occultos ex Concilio,d.cap.6.fieri irregulares, diſpenſationem tamen pertinere ad Epiſcopos, & eorum Vicarios, quod eſt ſine fundamento, nam Concilium non inducit irregularitatem, nec loquitur de diſpenſatione,ſed de abſolutione in foro conſcientiæ ab excommunicatione, & peccato hæreſis, & itq; meritò eum reprehendit Auila ſupra, *Et Sanch d.num.1.*

86 Et iuxta † id ceſſat illa quæſtio, quam tractat Vgolinus d.§.num.3. an in irregularitate orta ex hæreſi occulta,& non deducta ad forum cõtentioſum, diſpenſare Epiſcopus poſſit ex decreto Concilij dict. capitul.6. in quo partem affirmatiuam tenet contra Maiolum ſupra nu.5. quia hic non agitur de abſolutione à peccato hæreſis ſeu ab excommunicatione ob eam incurſa, quæ eſt iam ablata Epiſcopis. Nec obſtat quod ex quo non permittitur eis abſolutio, nec diſpenſatio, quod maius eſt, capit. cum illorum de ſentẽtia excõmunic.ex qua ratione probabiliſſimum exiſtimat Suarez ſupra nu.7.etiam diſpenſationem huius irregularitatis nunc eſſe reſeruatam Summo Pontifici, non ſolum quoad promotionem, ſed etiam quoad exercitium ordinum. Quia recte reſpondebat Vgolinus, quod ex quo à Concilio id eis vtrumque permiſſum eſt, & in abſolutione tantum prohibitum,in reliquo à Concilio non eſt diſcedendum; & ratio d. cap. cum illorum, procederet, vbi mains non eſt expreſſe permiſſum; & idem tenet Toletus d.cap.69.in fin. *& Sanch. dicto cap.25.numero 18.aliter reſpondens d.cap.cum illorum, nempe quod intelligitur regularitar, & maior cenſetur diſpenſandi quam abſoluendi poteſtas; attamen valde diuerſa eſt ratio ob ſtrictiſſimam ab hæreſi reſeruationem*

*tionem, qualis circa diſpenſationem minime inuenitur*, Licet idem quod Suarez, videantur tenere compendium Bernardorum Hiſpaniæ, verb. diſpenſatio 1. ſub §.8.

87 Suſpectus autem † de hæreſi, qui adiurauit de vehementi, & fuit publice pœnitentiatus, non eſt inhabilis ad beneficia, vt reſoluit Rota in Gadicen. canonicatus 20. Iul. 1587. coram D. Comitulo poſita per Farin. deciſion. 51. lib. 1. *Et relata per Genuenſ. in praxi capite 35. in annot. numero 6. Sa verb. hæreſis numero 5. Nauarr. conſil. 18. & 19. alias 5 & 6. de hæret. tit. de reſc. lib. 4. q. 3. num. 17. Enriq. lib. 13. capit. 56. §. 1. Sanch. d. cap. 25. num. 12. contra Aſor 1. par, diſt. lib. 8. cap. 21. queſt. 8. ad fin.*

88 Nunc non abs re erit † agere de excommunicatione, quam hæretici incurrunt, & de eius abſolutione: ſunt igitur hæretici excommunicati per capit. ad abolendam, & cap. excommunicamus, 1. & 2. de hæret. directorium inquiſitorum, 2. par. ſummæ, tract. 1. cap. 6. 8. concluſion, ſed illa excommunicatio non eſt reſeruata,

89 Excommunicantur etiam † hæretici excommunicatione reſeruata in Bulla Cœnæ Domini 1. caſu, Valentia 3. tom. diſp. 1. queſt. 11. pun. 3. 3. pœna, explicant Caietan. verb. excommunication. cap. 1. Nauarr. in Man. cap. 27. nu. 55. candelabrum aureum in explanat Bullæ Cœnæ 1. caſu à num. 1. Graſſijs lib. 4. cap. 18. à num. 10. Vega in ſumma 1. par. cap. 85. caſu 133. Vgolinus in Bulla Cœnæ, ſeu de cenſuris Rom. Pontif. reſeruatis. 2. par. cap. 1. Card. Tolet. in ſum. in explicat. caſuum Bullæ Cœnæ Domini, 1. excommunicatione, alias in editione Roma. lib. 1. cap. 19. Sairus de cenſuris lib. 3. c. 4. & 5. & Suarez 5. tom. diſp. 21. ſect. 2. Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ, quæſt. 61. 62. & 63. *Et Thom. Sanch. lib. 2. cap. 9. & 10.*

90 Et an ſit † vna vel plures excommunicationes, vide Nauarr. in cap. ita quorumdam. de Iudæis notab. 11. ad fin. Vgolinum de cenſuris tab. 1. cap. 16. §. 3. Sairum, lib. 1. cap. 10. numer. 11. & Suarez dict. diſp. 21. ſect. 1. num. 3. & 4.

91 Quę tamen † excommunicatio non incurritur per hæreſim mentalem, ſed requiritur quod ſit verbo aut facto exterius prolata: nam lex humana non ligat actus mere internos, nec in eos Eccleſia poteſtatem habet etiam ad præcipiendum, Caietan. 2. 2. quæſt. 11. art. 3. & q. & in ſumm. verb. hæreſis, in fi. Sylueſt. excommunicatio 7. num. 3. & 4. Armilla verb. hæreſis, num. 1. & 19. Soto in 4. diſtinct. 2. 2. q. 2. artic. 3. concluſ. 5. Caſtro de iuſta hęreticor. punitione lib. 2. c. 18. & de lege pœnali lib. 2. cap. fin. Bannes d. q. 11. art. 3. & 4. dub. 2. & ibi Arragon. Valentia 2. tom. diſput. 7. q. 5. pun. 7. & d. 3. tom. vbi ſupra Enriquez in ſumm. lib. 4. cap. 4. §. 1. in glo. litera D. Graffijs, lib. 1. cap. 9. num. 3. Lud. Carbo. de legibus lib. 8. diſputat. 14. Vega dict. 1. part. cap. 54. caſu 1. & cap. 85. caſu 26. & 133. & cap. 125. caſu 10. Pet. Ledeſma in ſum. 1. part. de cenſuris, cap. 3. & 1. par. dict. tract. 1. c. 69. & 10. concluſ. Toletus ſupra 1. concluſ. dicens communiſſimam & tenendam, & ibi Victorellus in annotat. & cap. 8. Gabr. Vazq. 1. 2. tom. 2. diſput. 160. & Lorc. diſputat. 16. de leg. Azor. lib. 5. cap. 10. & lib. 8. cap. 10. q. 3. & c. 19. q. 4. Sayrus lib. 1. cap. 9. nu. 14. & 15. & lib. 3. cap. 4. à num. 20. *Et Suar. d. ſect. 2. nu. 2. & diſput. 4. ſect. 2. & diſput. 4. ſect. 3. à num. 5. & de legibus lib. 3. cap. 13. & lib. 4. cap. 12. Salas eod. tract. diſp. 9. ſect. 1. Fr. Franc. à Chriſt. in 23. d. c. 3. 4. & 25. de hæreſi queſt. 7. Thom. Sanchez lib. 2. cap. 8. à num. 1.* Auila de cenſuris, 1. par. dub. 10. & 7. par. diſput. 2. dub. 1. & ex canoniſtis, Couar. in regul. peccatum 2. par. in princip. num. 7. Nauar. in Man. cap. 11. num. 17. & cap. 27. num. 56. & in cap. cognationis, de pœniten. diſt. 1. & in princ. de pœniten. diſt. 5. num. 19. & 20. & in rubr. de iudic. num. 67. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 42. Io. Guttierez canon. quæſt. lib. 1. c. 13. numer. 4. 5. & 28. Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 9. §. 12. & de irregularit. cap. 36. in princip. num. 6. & in Bulla Cœnæ part. 2. cap. 1. §. 1. num. 16. & ſeq. & §. 4. num. 12. & alij plures, Villaguta de extenſio. tit. de extenſione pœnarum inflictarum hæreticis à num. 94.

92 Et hanc † ſententiam dicit hoc tempore communiſſimam Cordub. infra, prout reuera eſt maxime Theologorum, & ſumitur ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 91. articulo 4. vbi docet, quod de his poteſt legem facere, de quibus poteſt iudicare, iudicium autem hominis non poteſt eſſe de interioribus motibus qui latent, ſed ſolum de exterioribus actibus qui apparent; & habet fundamentum in Scriptura 1. Corint. 4. Nolite ante tempus iudicare, &c. 1. Regum, 16. Homo videt quæ apparent, Deus autem intuetur cor.

93 Et † ita tenendum eſt, quamuis contrariam ſententiam teneat gloſ. in Clemen. 1. §. verum, verb. eo ipſo, de hæret. quam ibi DD. ſequuntur, D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 4. & 7. Adrianus quolib 8. & 4. quæſt. 2. de confeſ. Roias de hæretic. 1. p. nu. 246. Cantera q. crim. 2. p. cap. 1. D. Ioan. Vela de pœnis delictor. c. 14. verſ. iure vero can. Zauall. q. 698. & Cordub. lib. 4. quæſt. 1. q. 13. qui ait Eccleſiam habere poteſtatem in actus purè interiores, & illos poſſe punire pœna Eccleſiaſtica, vel ſpirituali, & dicit probabilem Ioann. Med. de orat. q. 15.

94 Et ratiò † noſtræ ſententiæ eſt, Nam Eccleſia tantum poteſt leges condere circa actus, de quibus poteſt cognoſcere, & habere per ſe notitiam, licet per accidens ſint occulti, ſed actuum cordis, & pure internorum, nullam poteſt habere notitiam, ſed ſunt ei incognoſcibiles per ſe, & ex natura ſua; ergo circa illos non poteſt legem condere.

95 Confirmatur & explicatur † ratio, cum Suarez d. diſp. 4. ſect. 2. nu. 6. nam Eccleſia eſt viſibilis ac ſenſibilis, & ideo ſicut directè non habet poteſtatem, niſi in homines ſenſibiles, & in animas non niſi vt in corporibus vnitas; ita non habet directè poteſtatem in actus pure internos, ſed in eos qui ex internis, & externis componuntur, & in internos non niſi vt informant externos. Aliam rationem adducit Gabr. Vazq. diſp. 160. num. 8.

96 Et ad † iura & decreta, quibus excommunicantur aliquid credentes, ſeu ſentientes, dicendum eſt intelligi de credentibus & ſentientibus in foro Eccleſiæ, ſeu verbo aut opere, &c.

97 Vnde † Gabriel Vazquez, 1. 2. diſput. 123. num. 9. & 10. docet propter opus factum cum ignorantia comitanti non incurri excommunicationem, irregularitatem, & obligationem reſtituendi, quæ ceſſante ignorantia incurreretur; nam Eccleſia non ligat, nec ligare poteſt propter actus omnino internos, neque propter externos, qui non ſunt peccata; cum autem aliquis peccat ignorantia comitante, ſolo

ſolo affectu peccare poteſt, & opus exterius non eſt peccatum: quod etiam docet Suarez 5. tom. diſp. 4. ſect. 8. nu. 8. & 9. & Thom. Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 32. nu. 26. & lib. 1. cap. 16. num. 13. & Zumel. 11. quæſt. 76. art. 4. diſp. 3. & Aula de cenſur. 2. p. cap. 5. diſp. 5. dub. 6. Molina de iuſt. tract. 3. diſp. 53. nu. 2. & 3. Lorca. 1. 2. diſp. 32. de peccatis memb. 2. & diſp. 33. memb. 1. & Salas tract. 13. diſp. 8. ſect. 5. licet contra tenent Cou. in c. alma mater. 1. p. §. 10. num. 15. Vgol. de cenſur. tabul. 1. c. 9. §. 8. nu. 8. Graff. libr. 4. cap. 9. num. 41. & Lud. Lopez 2. tom. 2. part. cap. 13. & alij.

98 Sed eſt † difficultas quanta expreſſio hæreſis requiratur vt excommunicatio incurratur: in qua aliqui dicunt requiri expreſſionem verbo, ſigno, vel opere exteriori, quod de ſe, vel ex circumſtantijs illam ſignificet, ſeu manifeſtet, & alioqui non incurri excommunicationem, vt ſi quis præconcepta in mente hæreſi oculis, vel digitis, aut capite illi annuat, vel externis proferat, ita eſt, inquiunt, non incurrere excommunicationem, quia iſta non ſunt ſufficientia ſigna, per quæ poſſit deueniri in cognitionẽ hæreſis. Ita Bannes ſupra, & candelabrum aureum tit. de abſolut. nu. 10. & de excommunicatione 1. caſu, bullæ cœnæ nu. 2. Vega d. c. 125. caſu 13. P. Ledeſma d. tract. 1. cap. 6. 10. concl. 2. dubio & alij, & dicit ſatis probabile Azor lib. 8. cap. 9. q. 12. & tenet Gabr. Vazq. d. diſp. 160. nu. 20. & ſequitur allegans Caſtrum, d. c. 18. qui tamen id non tenet, ſed potius contrarium, nec inſinuat Simancas, *& cum Vazq. nouiſſime tenet Salas de leg. diſp. 9 ſect. 1. nu. 26.*

99 Et idem † tenet in effectu Nauarr. in cap. fin. de ſimon. num. 20. dicit enim citans Almainum, quod ſicut Eccleſia propter malum opus omnino interius, ſeu mentale, punire non poteſt, ſic nec propter exterius, quod ſolum malum eſt ratione, & relatione ad inordinatam voluntatem interiorem, ſicut inſinuat inquit, Bonifacius VIII. in c. venerabilibus, §. pen. cum ei annotatis de ſentent. excommunicat. libr. 6. & quod huiuſmodi eſt ſimonia mentalis, ſcilicet datio & acceptio exterior, nulla conuentione præcedente, de qua in illo capitul. fi. quod dicit eſſe textum ſingularem pro prædicta concluſione ſequitur Vgol. n. de ſimon. tab. 2. cap. 2. numer. 3. & P. Nauar. licet ſub verbo fortaſſe de reſtitutione lib. 2. cap. 2. nu. 378.

100 Et ſequitur † etiam Suarez dict. diſput. 4. ſect. 2. à numero 18. vbi docet, quod quamuis Eccleſia poſſit prohibere, & per cenſuram ipſo iure punire actionem externam alioqui in ſe malam, vt procedentem ex tali intentione, vel affectu, aut diſpoſitione interiori, & non alias, vt in Clem. 1. §. verum, de hæret. nam illa limitatio non eſt ratio per ſe talis cenſuræ, ſed potius adhibetur ad coarctandam & reſtringendam prohibitionem, & cenſuram: & quamuis quando actus interior eſt veluti de ſubſtantia exterioris actus, vt moralis eſt, tunc recte poſſit ab Eccleſia præcipi, vel prohiberi, illo eodem præcepto quo præcipitur, vel prohibetur actus externus, vt talis actus moralis eſt, vt in præcepto de recitando attente, de quo in cap. dolentes de celebratione Miſſarum, & in præcepto confeſſionis exterioris fidei, &c. quia tunc exterior & interior non ſunt duo, ſed vnus actus, veluti compoſitus ex ſpirituali forma, & materia ſenſibili, & ideo totus ſenſibilis eſt, & ſub obiecto Eccleſiaſticæ poteſtatis contentus, &c. tamen quando actus exterior ſecundum ſe non eſt malus, nec abſolute prohibitus, non poteſt Eccleſia prohibere, nec ex praua intentione extrinſeca fiat, & conſequenter, nec cenſuram ferre in eum qui praua intentione talem actum effecerit: nam eſſet directe punire, vel prohibere intentionem, &c. hoc ait recte probari ex d. cap. fi. & cap. tua nos. de ſimo. *idem nouiſſime docet Suar. diſt. libr. 4. de leg. cap. 13. & Thom. Sanch. d. Libr. 2. cap. 8. à num. 7.* cum ergo in illo caſu, quo quis hæreſi in mente concepta oculis aut digitis, vel capite annuit, aut dicit ita eſt, actio exterior non ſit mala, ſed indifferens, & ſolum ex praua intentione interna habeat malitiam, non poteſt ab Eccleſia puniri, & conſequenter non incurritur excommunicatio lata contra hæreticos.

101 Alij dicunt, quod † actus exterior, qui eſt effectus interioris, non tamen repræſentans in ſe malitiam interioris, poteſt puniri ab Eccleſia per cenſuras, quia ille actus eſt peccatum externum, non internum, & Eccleſia habet poteſtatem ſuper peccata externa, & probatur in Clem. 1. §. quia vero, verſic. quod ſi de ſtatu mon. vbi excommunicantur monachi, qui curiam adeunt animo nocendi prælatis, aut monaſterijs, etiam ſi cum licentia vadant, vt recte inquit gl. ibi verb. ipſo facto, & conſtat ex ipſo text. & tamen animus ille non apparet, nec manifeſtatur in illo itinere, ſeu acceſſu: probatur etiam in Clem. 1. §. verum, de hæret.

102 Addunt † tamen quod Eccleſia de facto non punit tales actus, & ſic quod quando in actu exteriori nulla eſt ſignificatio expreſſa, vel interpretatiua malitiæ interioris, non incurritur cenſura lata ſimpliciter contra committentes tale peccatum, & probant ex d. cap. fi. de ſimon. & quia ſecundum regulas iuris odia ſunt reſtringenda, fauores vero ampliandi, ergo cenſuræ ſimpliciter latæ contra aliquod vitium intelligendæ ſunt, quando exterius apparet tale vitium. Ita P. Ledeſma d. cap. 3. dubio 3. & 4. & ante eum Bannes in lectura de cenſuris, in communi quæſt. 4. & 5.

103 Vnde ſecundum † iſtam ſententiam, quamuis in caſu propoſito poſſet hæreticus puniri ab Eccleſia per cenſuras, dicendum videtur de facto non puniri, cum in actu exteriori nullo modo appareat malitia hæreſis, & ſic videtur intelligendus Bannes in impreſſo loco ſupra citato, ne ſibi contradicat, & P. Ledeſma ſupra.

104 In hac difficultate † dico cum Bannes, & P. Ledeſma ibi, actum exteriorem, qui eſt effectus interioris, etiam non repræſentantem in ſe malitiam interioris, poſſe puniri ab Eccleſia per cenſuras & generaliter poſſe ab Eccleſia præcipi, prohiberi, & puniri actus exteriores, vt procedentes à talibus interioribus, ſeu quod idem eſt, actus interiores vt informantes, vel afficientes exteriores, vt videtur etiam tenere Vgolinus dicto §. 12. numero 7. & alij ſupra citati, & recte probat dict. Clem. 1. §. quia vero, & §. verum & ratio facta, ſufficit enim actum eſſe exteriorem, vt legi humanæ ſubdatur, nam licet in individuo & particulari malitia actus non poſſit ab alio cognoſci, ſatis eſt eſſe cognoſcibilem de ſe, & ex genere ſuo tanquam exteriorem: nec Gabr. Vazquez ſupra numero 11. bene reſpondet dict.

Clem.

Clem. ſed eius ſoluto eſt violenta & diuinatoria, & eam confutat Lorca dict. diſput. 16. de legib. membr. 2. tenens hoc dictum, & dicens quod opinio Vaſq. eſt ſingularis, & verbis canonum repugnat, & communi omnium ſententiæ, &c.

105 Rurſus dico, hæreticum † in illo caſu, quo hæreſi in mente conceptæ oculis vel digitis, aut capite, aliaſve annuit; vel dicit, ita eſt incurrere excommunicationem latam contra hæreticos, quamuis in illo actu exteriori non manifeſtetur vllo modo malitia hæreſis, quia ille actus eſt malus, malitia hæreſis, & peccatum hæreſis: & ita videtur tenere Caiet. dict. quæſt. 11. artic. 3. & 4. verſic. patet ſecundo, ibi: Etiam ſi nullus audiat, videar, aut quomodolibet percipiat, niſi ipſemet: & Syluest. d. verb. excommunicatio. 7. num. 4. vbi dicit, quod ſi hæreticus procedat in opus etiam occultiſſime ſcribēdo, vel aliud faciendo quantumcunque occulte, ſtatim incidit, & Nauarr. dict. cap. 11. num. 17. vbi ait hæreticum eſſe excommunicatum, dūmodo errorem verbo vel ſcripto, vel opere etiam ſibi ſoli exprimat, alioquin vere non eſſe excommunicatum, quoniam ob ſolū actum interiorem non incurritur excommunicatio, & Toletus ſupra 3. concl. vbi inquit, quod hæreticus, qui interius habet errorem, & exterius exprimit aliquo ſigno, vel verbo, vel omiſſione alicuius exterioris, quod debeat facere, & ex errore omittit, quantumcūque ſit occultiſſimus, incidit in excommunicationem iſtam: nam ille talis eſt hæreticus, ſuper quem Eccleſia facultatem habet, & ligat, hæreticos quoſcumque ligare poteſt, &c.

106 Nec obſtat † tex. in dict. cap. fin. de ſimonia, vbi probatur, quod ſimonia mentalis non ponitur, nec comprehenditur pœnis Eccleſiaſticis contra ſimoniacos propoſitis: & reſpondet ibi Papa in facti conſultatione, quia reſpondetur id procedere in pœnis ſimpliciter latis contra aliquod vitium ſeu peccatum, ſecus verò in propoſito, nam vt dicit Toletus ibi, canon ligare intendit hæreticos quoſcumque ligare poteſt, quod patet tum ex prauitate & magno odio criminis, tum etiam ex verbis valde generalibus, enixis, & prægnantibus, quæ videntur comprehenhere hæreſim quomodocumque exteriorem, vt in d. c. ad abolendam, ibi: Aliter ſentire, &c. & in dicto cap. excommunicamus, 1. ibi, omnem hæreſim, & ibi. Condemnantes hæreticos vniuerſos, & in dict. c. excommunicamus 2. ibi; Vniuerſos hæreticos, &c. & in Bulla Cœnæ, ibi, Quoſcunque, &c. ac omnes, & ſingulos.

107 Placet tamen † quod docet Açor d. lib. 8. cap. 9. quæſt. 12. quod qui ex interna hæreſi aliquod opus externum indifferens facit, verbi gratia, coram Sanctiſſimo Sacramento caput non nudat, ſeu non flectit genu, quia interius credit non eſſe ibi corpus Chriſti, non eſt hæreticus exterior, ita vt excommunicationem contra hæreticos latam incurrat, quia cum illud factum ſit ſua natura indifferens, hæreſim externam non exprimit, nec ſit ad proferendam, ſeu manifeſtandam hæreſim, ſicut fit actus illius, qui hæreſi mente concepta ore dicit, ita eſt, &c. itaque ille actus non eſt actus hæreſis exterior, ſed omiſſionis reuerentiæ, &c.

108 Et quod dicit Toletus † ſupra relatus, num. 109. qui videtur tenere contrarium, intelligitur quando omiſſio exterioris, quod debet quis facere, & ex errore omittit, ſi ad id exprimendum hæreſim. loquitur enim de exprimente hæreſim omiſſione, &c. & iuxta hoc erit accipiendum quod tradit Sayrus dict. libro 3. capitulo 4. num. 10 30. *Et Sanchez dict. capit. 8. num. 16.*

109 Et ab iſta † excōmunicatione incurſa propter hæreſim, quæ eſt Papæ reſeruata in d. Bulla Cœnæ, non poteſt quis abſolui virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij, ſeu iubilei, in quibus non datur ſpecialis facultas abſoluendi ab hæreſi, quia in facultate generali non cenſetur conceſſa abſolutio ab hæreſi, niſi id exprimatur, Nauar. in Man. c. 27. nu. 275. Couarr. in cap. alma mater, 1. part. §. 11. num. 15. Simancas de Catholic. inſtitutionib. tit. 3. num. 1. & 2. & in enchiridio cap. 15. num. 4. Rojas de hæretic. aſſert. 39. num. 321. & de priuileg. inquiſitor. nu. 416. vbi ait, id hodie plenius declaratum per motū proprium Pij V. datum 1572. Ioann. Guttier. canon. q. lib. 1. c. 13. nu. 26. Vgolin. de cenſur. tab. 1. c. 10. §. 4. num. 13. Angles in Florib. Theologicar. q. de confeſ. artic. de caſib. reſeruatis difficult. 6. Arrag. 2. 2. q. 11. art. 3. Coſmas Philiar. de offic. Sacerdotis, 1. p. lib. 3. c. 27. & 2. p. lib. 2. c. 25. & in addit. poſita in fin. 2. to. candelabrum aureum, tit. de abſolutione num. 16. & in explanat. Bullæ Cœnæ, nu. 134. Graffius lib. 1. c. 13. nu. 33. & lib. 4. c. 15. num. 25. Manuel Rodrig. in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. nu. 70. Enriquez in ſum. lib. 3. cap. 16. §. 2. lib. 7. cap. 13. §. 1. & lib. 13. c. 27. §. 5. Vega in ſumm. 1. p. c. 125. caſu 12. Lud. Lop. inſtruct. conſcien. 2. to. 2. p. cap. 8. & 19. Sorbo in compendio mendican. verb. abſolutio ordinaria quoad fratres pag. 20. Rutilius Bēzonius Epiſcopus Lauretanus, dicens tutiorem, & practicatam de fuga lib. 1. diſp. 1. qu. 6. Açor 1. p lib. 8. c. 10. q. 12. & c. 19. q. 2. dicēs ita habere ſtylum, & vſum Curiæ Romanæ, Suar. 5. tom. diſp. 7. ſect. 5. num. 12. & P. Ledeſma dict. 2. p. tract. 1. cap. 6. concluſ. 19. & 20. vltim. difficult. Auila de cenſuris ſecunda parte capit. 7. diſputat. 1. dub. 7. Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ, quæſt. 59. & ſeq. *Et Thomas Sanchez lib. 2. cap. 11. num. 7. & cap. 12. nu. 10.*

110 Quamuis contrarium † tenuerint Soto, & alij relati a candelabro ſupra, & Penna in directorio inquiſitorum commentar. 25. Dd. Frechilla de excommunicatione 1. art. 4. p. n. 7. 1. dub. & Zerola in praxi Epiſcopali, 1. p. verb. abſolutio. §. 5. & 2. p. eod. verb. §. 8. & quamuis Graſſijs d. nu. 25. in fi. dicat aliter haberi in praxi de hæretico occulto incidente in excōmunicationis cenſuram, de qua praxi non conſtat maximè in Hiſpania.

111 Et patet prædicta † communis ſententia ex Breui Greg. XIII. quod ponit Manuel Rodriguez in addit. ad explicationem Bullæ, ad §. 9. num. 66. ex quo hodie in Bulla Cruciatæ Hiſpana, expreſſe excipitur hæreſis, quamuis nō ſit excepta in Latino ſummario, & refert Arag. & Auila ſupra. Sed contraria ſententia approbatur per magiſtrum S. Palatij in indice librorum expurg. in Emman. Sá. 184. nu. 20. corrigentem ſic, Conceſſis omnibus caſibus huius Bullæ intelligitur, etiam conceſſus caſus hæreſis ita declarauit S. Congregat. ſed aduertendum, conceſſionem eiuſmodi ſingulis annis reuocari, cum amplißimis derogatorijs, dum hæc Bulla in die Cœnæ Domini promulgatur. Quæ ſententia, & declaratio Sacræ Congregationis non procedet in cōcluſione

Bullæ Cruciatæ ſaltim Hiſpaniæ, ex dict. Breui Gregor. XIII.

113 Epiſcopi tamen † ex decreto S. Concilij Triden, ſeſſ. 24. de reformat. cap. 6, poſſunt ab hæreſi occulta in foro conſcientiæ abſoluere per ſeipſos, tamen non eorum vicarios, vt patet ex illis verbis, Eis tantum, non eorum vicarijs.

113 Per quæ † vult S. Concilium, quod quamuis in alijs caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, poſſint Epiſcopi abſoluere per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, vt ibi: in hæreſis tamen crimine non poſſint vllo modo per Vicarium abſoluere, Suarez 4. tom, de pœnitentia diſputat. 30. ſect. 2. num. 9.

114 Vnde conuincitur † ſententia Cordubæ in ſum. quæſt. 8. punct. 1. quam ſequitur Man. Rodriguez in d. explicat. Bullæ §. 9. num. 79. & in addit. eiuſdem §. 9. num. 65. & in ſumm. 1. tom, cap. 130. num. 5. & qq. regul. 1. tom. quæſt. 20. art. 11. Enriquez lib. 3. c. 14. §. 7. Ludo. Lopez d. cap. 8. Emanuel Sá. verb. Epiſcopus, nu. 37. nec improbat Iacobus Seuertius in ſumma excommun cat. & caſuum reſeruat, part. 2. excõmunicatione 5. & tenet Nauar. conſil. 1. de conſtit. à num. 88. & conſ. 11. de priuileg. nu. 4. quem ſequuntur Vega 1. par. cap. 125. caſu 12. Açor lib. 8. cap. 10. quæſt. 15. & Zerola. 1. par. verb. Vicarius, 1. dub. & 2. part. verb abſolutio, §. 9. & verb. hæretici, §. 4. *Et Sbroc de vicar. Epiſcop. in add. ad quæſt. 20. lib. 2. Sanchez lib. 2. c. 11. num. 23. & ſequen.* Et in parte Lauretanus, dict. quæſt. 6. Sed etiam merito improbat Ioan. Gutierez, dicto cap. 13. num. 29. & cum eo P. Ledeſma, dict. tract. 1. cap. 6. 20. concluſ. 6. difficult. & nouiſſime Acoſta de Andrada, q. 57. Molina de iuſtit. tract. 5. diſput. 18. num. 2.

115 Difficultas eſt, † an dicta facultas conceſſa Epiſcopis ex dicto decreto ſit hodie ſublata, In qua difficultate breuiter dicendum eſt primo, eam abſque dubio fuiſſe ſublatam per Bullas Cœnæ Domini, Pij V. & Gregorij XIII. verſ. cæterum relato à Nauar. d. §. 27. num. 72. alias 73, & à Ioan. Gutierez ſupra, & in Bullario cõſtit. 92. Greg. & alias ſimiles. Et ita tenet Nauar. d. c. 27. num. 160. verſic. 7. dico & 275, in nouiſs. editio. alias 27. Simanc, d. tit, 3. num, 6. Penia in d. directorio inquiſitorum, 3. p. commen. 141. qui ait in ſupremo Inquiſitionis Prætorio ſanctæ & Romanæ generalis inquiſitionis ſæpè pronuntiatum eſſe, nec poſſe, nec debere Epiſcopos amplius virtute Concilij abſoluere occultos hæreticos in foro conſcientiæ, ſiue quòd per proceſſum Bullæ in Cœna Domini, ſit Concilio Tridentin, derogatum, ſiue quod ita Pius V. ac Gregor. XIII. alias expreſſe declarauerunt, vt etiam præcitato loco Nauar, teſtatur, Maiolus idem referens de irregularitate lib. 5. cap. 46. nu. 6. Ioann. Gutierez ſupra num. 28. & 29. Zerola 1. p. verb. abſolutio. §. 4. Vgolin. de irregular. cap. 36. §. 5. num. 3. Coſmas Philiareus, 2. par, libro 2. capitul. 25. dicens, quod priuilegium, de quo in dict. decreto. & alia priuilegia quoad caſus Bullæ Cœnæ Domini, ſunt ſublata vigore dictę Bullę propter clauſulas derogatorias in illa contentas, *Et lib. 4. c. 22. & in Bull. Cœn. cap. 2. verſic. etiam, per text. quarumuis facultatum num. 3. Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 31. num. 5.* Quod etiam ait Graffijs lib. 1. cap. 13. num. 30. 31. & 34. poſt catecheſim, Neapol lib. 1. cap. 25. & lib. 3. cap. 2. & lib. 4. c. 1. & Lauretanus d. quæſt. 6. qui ait, quod tempore Greg. XIII. eſt ablata ſine dubio Epiſcopis facultas abſoluendi ab hæreſi, & cæteris caſibus Bullæ Cœnæ, Toletus ſupra in explicatione caſuum Bullæ Cœnæ Domini, 14. excommunicatione ad fin. & in Rom. edit. lib. 1, c. 30. nu. 2, & c. 41. num. 5. verſic. hic autem aduertẽdum eſt, qui exponit Bullam Sixti V. anni 1586. vt patet cap. 18. Sorbo in d. compendio, verb. abſolutio ordinaria quoad fratres pag. 10. & in reſolutionibus materiæ abſolut. pag. 46. Açor lib. 8. c. 10, q. 10. & cap. 19. q. 3. Suarez 4. to. de pœnitentia diſp. 30. ſect. 2. num. 10. & 11. & 5. tom, diſput. 21, ſect. 3. num, 3. & M. Anton. Genuen. in pract. Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ, cap. 66. num. 10. dicens ita declaraſſe Gregorij XIII. Clementem VIII. & S. Congregationem, *Leo in theſ. for. Eccleſ. cap. 37. num. 16. & Piaſec. in praxi Epiſc. par. 2. cap. 1. num. 14, pag. 100. Paramo de orig. inquiſ. lib. 3. quæſt. 9. num, 191. Felician. de excomm. cap.* 18. Et nouiſſimè Victorellus in annotationibus ad Toletum lib. 1. cap. 63. Acoſta de Andrada quæſt, 58. Molina de iuſtit. tract. 3. diſp, 64. num. 8. & tract. 5. diſp. 18. num. 2. & magiſter S. Palatij in indice librorum expurgandorum in candelabrum aureum de abſolut. fol. 122. num. 13. & in Eman. Sá. pag, 156. num. 27, corrigens ſic, & abſolvere ab excommunicatione reſeruata Papę occulta, dummodo non ſit lata in Bulla Cœnæ Domini aut modo ſin illi reſeruata, Toletus lib. 1. cap. 41. & ita declarauit S. Congregatio, & ſeruat conſuetudo, eſtque declarum, ſi legatur tenor ipſe Bullæ, qualis iam ab aliquot annis edi conſueuit, idem tradit frater Iacobus Bleda in defenſione Fidei in cauſa Moriſcorum, par. 1. cap. 13, ex pag. 91. & videtur tenere compendium Bernard, verſicul. diſpenſatio ſub §. 8, *Et tandem tenet Thom. Sanchez in præcept. Decal. lib. 2. c. 11. num. 26. & 27.*

116 Quamuis † contrarium tenuerit; Bannes 2. 2, quæſt. 11. art. 3. & 4. dub. 2. quem ſequuntur Angles ſupra dict, difficult. candelabrum aureum d. tit. de abſolutione num. 13. & in explanatione Bullæ Cœnæ numer. 141. qui tamen in poſtrema edit. mutauit ſententiam ex dicta cenſura, Enriquez dicto libro 3. cap. 14. §. 7. lit. M, & cap. 16. §. 1. & lib. 13. cap. 27. §. 5. lit. Q. Man. Rodriguez in ſum. 1. tom. cap. 130. numero 3. quæſt. regul. 1. tom. quæſt. 20. articul. 10. Ludouic. Lopez d. 2. tom. 1. par. cap. 8. Veg. d. c. 125. caſu 11. Emanuel Sá d, nu. 37. Zerola d. 2. q. verb. abſolutio, §. 8. & 18. & verb, hæretici, §. 4. Iacob. Seuert. ſupra, & Pet. Ledeſma d. cap. 6. 20. concluſ. 7. diffi. & quidquid in Concilio prouinciali Toletano de anno 1583. dictum ſit,

117 Nec Bannes † & ſequaces rectè reſpondent verbis Bullæ Cœnæ, & eius ſolutionem ait metaphyſicam, & non correſpondere formæ Bullæ, Lauretanus dict, quæſtione 6. nam ſtante reſeruatione non poterat Epiſcopus abſoluere, niſi ex facultate conceſſa per Concilium, quod non tollit reſeruationem, ſed dat facultatem abſoluendi ea non obſtante, ſicut quando Papa dat priuilegium, & facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, non tollit reſeruationem, &c. & illa facultas eſt reuocata per Bullam Cœnæ dicto verſiculo cæterum, vt clariſſime patet ex illis verbis, Ac cuiuſuis Concilij decreta.

118 Nec fuit opus ſpecialiter, † & expreſſe derogare decreto Concilij, vt perperam dicunt candelabrum aureum,

gureum, Manu, Rodriguez d. art. 10. Zerola d. §. 8. & P. Ledeſma ſupra, quorum ſententia, & reſponſio conuincitur ex dictis ſupra 4. par. cap. 5. ex num. 50. maximè cum ſimus in diſpoſitione legis iuxta ibi d. num. 47. & merito Lauretanus ibi reprehendit candelabrum.

119 Et ita fuiſſe ſublatam † cenſuit S. Congregatio Concilij, vt per Nauar. conſ. 11. de priuileg. num. 1. Açor, Suarez, & Genuen. ſupra, & apparet ex declarationibus ſequ. ſuper dict. cap. 6. Congregatio cenſuit huic decreto Concilij derogatum eſſe, non tantum in crimine hæreſis, ſed in omnibus caſibus comprehenſis in Bulla Cœnæ Domini Pij V. Alia, Epiſcopus, aut Inquiſitor abſoluere non poteſt hominem hæreticum in foro conſcientiæ, licèt hæc facultas à Concilio ſit tradita Epiſcopis, refert Zerola d. 1. p. verb. abſolutio §. 4. & 2. par. d. §. 8. ei non ſatisfaciens.

120 Quamuis Graffijs † d. nu. 31. dicat fuiſſe deciſũ in quibuſdam Illuſtriſſimorum Cardinalium deciſionibus, quod per prædictam Bullam abrogata ſit dic. poteſtas Epiſcopis, non autem Inquiſitoribus, & quod etiam videtur ſentire Penna, & tenet Victorellus ſupra; & quod non ſit abrogata Inquiſitoribus, Bannes, & Lud. Lop. ſupr. & nouiſſimè Fr. Iacobus Bleda ſupra dicens, Dominos Inquiſitores habere facultatem abſoluendi à crimine hæreſis, & apoſtaſiæ: *& Sanch. lib. 2 c. 12. à num. 1. dicens non dubitari de facultate inquiſitorum abſoluendi ab hæreſi in vtroque foro cauſa cognita, quoniam manifeſtum eſt, eos illam habere: licèt de facultate abſoluendi in ſolo foro conſcientiæ ſit difficultas, quam ibi tractat.* Sed reuera d. Bulla Cœnæ etiam facultati Inquiſitorum ad abſoluendum ab
121 hæreſi derogare videtur: † quamuis quo ad facultatem Inquiſitorum Hiſpaniæ, adhuc videtur tenẽdum non eſſe illi derogatum, quia ita habet obſeruantia cum certa ſcientia Papę, maximè quia Inquiſitor generalis habet frequenter confirmationes, & reuocationes ſuarum facultatum: expediret tamen quod ſingulis annis poſt publicationem Bullę Cœnæ ſtatim peteretur reualidatio facultatum.

122 Accedit ad prædicta † Gregorium XIII. declaraſſe dict. decretum Concilij non habere locum in caſibus poſt Concilium Trident. ex noua lege ſeu cõſtitutione reſeruatis, quaſi illa abſolutè reſeruando cenſeatur derogare Concilio, cuius non eſt neceſſaria expreſſa derogatio, maximè in lege contraria, vt dictum eſt, dict. cap. 5. 4. partis, vt in ſequentibus declarationibus S. Congregatio. Concilij ſuper d. cap, 6. Item quærentibus an hoc decretum locum habeat in caſibus poſt Concilium Trident. ex noua lege Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, S. D. N. Greg. XIII. audita relatione Congregationis non habere locum reſpondit. Alia, item in delictis occultis in materia clauſuræ, idem reſpondit audita relatione eiuſdem Congreg. per conſtitutionem Pij V, cenſeri huic decreto derogatum.

123 Et † tenet Lælius Zechus de caſibus reſeruatis caſu 1. de excommunicat. §. de abſolutione ab excõmunicatione, verſ. 2. ſciendum eſt, & caſu 10. de violatione *monialium, & de ſacram. tit. de pœnit. c. 19. circa pr.* dicens, Epiſcopum abſoluere non poſſe virtute d. decreti à caſibus licet occultis, quos ſibi Papa reſeruauit poſt publicationem Concilij: & ita Congregationem Concilij cenſuiſſe, & reſpondiſſe Epiſcopo Cremon, & refert, & ſequitur Vega in ſpejo de Curas c. 12, n. 60. & nouiſſime Mar. Anto. Gen. d. c. 66. nu. 11. & Lacar. de monitor, ſect. 4. q. 14. n. 19. Io. Capeauil. de caſib. reſeru. c. fi. q. fin.

124 Licet contrarium teneant † Nauar. conſ. 10. de priuil, Man, Rodrig. in ſum. 1. to. c. 81. nu. 4. Vega in ſum. 2. p. c. 15. caſu 2, & Lauretanus, d. libr. 1. diſpu. 1. quæſt. 6. ( qui non viderunt dictas declarationes) & Toletus d. li. 1. c. 41. circa fi. id intelligens quando excommunicatio eſt tãtum reſeruata, & non eſt apoſita clauſula non obſtantibus: ſi enim inquit, ita reſeruatur Papæ, vt nemo alius poſſit abſoluere non obſtantibus, &c, & ſeq. *Et Sanch. d. c. 11. n. 27. & cap. 39. n. 27.* Epiſcopus vigore Concilij non poteſt, nam vt dicit Rota, per hanc clauſulam tollitur facultas conceſſa per Concilium, & Bleda ſupra, ſequens Toletum, & Suarez d. 4. tom. diſp. 30. ſect. 2. à n. 12. qui adducit d. primam declarationem, quã ad ſuas manus fide digna authoritate perueniſſe ait,

125 Reſpondens † quod quamdiu de mente Apoſtolicæ Sedis certius non conſtiterit, & ſub illius cenſura videtur probabile illam intelligendam eſſe de caſibus poſtea reſeruatis cum aliqua clauſula, aut verbis ſufficientibus, per quæ dicto decreto derogari videatur, qualia eſſent, ſi in ipſa reſeruatione expreſſe adderetur, Etiam in caſibus occultis, aut ſi adderetur clauſula non obſtante quocumque decreto etiam Concilij generalis, &c. Sed iſta interpretatio non ſatisfacit, & conuincitur, ex dict. 2. declaratione &c. & poſtea idem Suarez de relig. tract. 3. lib. 4. ca. 61. n. 11. ad fi. abſolutè ait, quod illa facultas Concilij non extenditur ad caſus noua lege Pontificia reſeruatos poſt Concilium, iuxta quandam declarationem Gregor. XIII, audita prædicta Congr. quæ inter reſponſa eius refertur.

126 Secundo dico. † quod non videbatur ſublata d. facultas per Bullas Cœnæ Domini Sixti V. ſaltim anni 1586. & 1587. quia in d. verſi. cæterum, in fin. ponuntur illa verba; Niſi in eis etiam caſus præſentib. literis expreſſi comprehendantur, vt apparet ex d. verſic. cæterum Bullæ Sixti V. d. anni 1586. 1587. relato à candelabro aureo in d. explanat. Bullæ ante num. 132. & à Manuel Rodrig. d. addit. §. 9. num. 64 & quæſt. regul. 1. tom. quæſt. 20. art. 6. vbi ait eadem verba poni etiam à Clemen. VIII. in ſua Bulla publicata anno 1593. & eadem poni à Clement. VIII. in ſua Bulla anni 1595. ait Suarez dict. 5. tom. diſp. 21. ſect. 3. num. 4 iuncta ſect. 1. nu. 2. ſed in indice dicitur anni 1593. & eadem ponuntur à Clem. VIII. in Bulla anni 1598. vt per Sairum lib. 3. c. 25. nu. 3. & 13. & c. 3. num. 2. & Vgolinum in bulla cœnæ, qui eam ponunt.

127 Per quæ quidem verba † videtur reſtituta & incorrecta manere facultas Epiſcopis conceſſa in dicto decreto Concilij, cap. 6. circa abſolutionem ab hæreſi, & cæteris caſibus bullæ cœnæ (qui etiam in dicto decreto comprehenduntur, vt clarè colligitur ex limitatione illa quoad hæreſim, Nauar. dict. conſil. 10. de priuileg, numero 3. Manuel Rodriguez in ſum. 1. tom. cap. 81. numero 4. Lauretanus d. quæſt. 6. & Suarez dict. diſput. 21. ſect. 3. numero 5.) & ſic intrat exceptio illa, Niſi in eis, &c. ita Manuel Rodriguez in d. explicatione Bullæ §. 9. n. 70. & d. art. 9. & 10. Io. Gutierez d. c. 13. in fin. in noua editione Lauretanus d. q. 6.

Sicut

128 Sicut etiam † facultas Bullarum & priuilegiorum, & etiam Cruciatæ, in quibus datur facultas abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis (nam ſi horum nõ ſit expreſſa mentio, non veniunt in generali facultate abſoluendi à caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, vt cum Staphileo, & Gomezio recte docet Manuel Rodriguez dict. addit. §. 9. num. 64. & d. art. 9. Graſſijs lib. 4. cap. 15. num. 76. & cap. 18. num. 2. ſumma Corona 4. par. cap. 6. de Sacramento pœnitentiæ nu. 25. 7. dubio, Vgolinus de cenſuris, tab. 1. cap. 10. §. 4. num. 7. Frechilla de excommunicatione art. 14. par. num. 7. ad finem primi dubij, & Suarez dicto 5. tomo diſp. 7. ſect. 5. num. 11. Et Sanch. libr. 2. c. 12. nu. 13, ibi, num. 4. & 5. *& Sanchez dict. num. 27. cap. 11.* propter dicta verba, & exceptionem, non eſt reuocata, vt per Man. Rodriguez in d. explicat. Bullæ, §. 9. numer. 69. in fi. candelabrum aureum in dict. explanat. Bullæ, nu. 134. & Suarez dict. 5. tom. diſp. 21. ſect. 3. num. 4. & 5. quamuis ſit contra Vgolinum d. cap. 2. verſ. niſi in eis etiam num. 2. qui illam exceptionem intelligit quando caſus Bullæ in individuo expreſſi ſunt, & non generaliter dicendo à caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ.

129 Licet quod attinet † ad facultatem Bullæ Cruciatæ, etiam ſi non ponerentur d. verba, & exceptio, non cenſeri reuocatam per Bullam Cœnæ, ex alia ratione doceat Man. Rodriguez d. nu. 69. & in addit. eiuſdem §. 9. num. 65. verſ. delo dicho, & Sorbo in d. Compendio mendicantium verb. Cruciata pag. 181. & Acoſta de Andrada q. 55.

130 Sed in Bulla † Cœnæ Clementis VIII. publicata anno 1599. 8. non ponuntur illa verba, & exceptio, niſi in eis, &c. Et fuiſſe derogatam facultatem Cruciatæ quoad caſus dict. Bullæ Cœnæ, donec petatur reualidatio, audiui dixiſſe Clementem VIII. in quodam examine ad Epiſcopatum Caietanum, & refert Iacobus Bleda ſupra, pag. 93. quod duo viri Hiſpani cum examinarentur ad Epiſcopatum coram Pontifice Clemente VIII. repulſam tulerunt, quia reſponderunt à caſibus Bullæ Cœnæ Domini poſſe abſolui in Hiſpanis virtute cuiuſdam priuilegij in his partibus valde vſu recepti, nempe Bullæ Cruciatæ, quod certe contigit in examine ad dictum Epiſcopatum Caietanum, & in propoſito Açor, d. q. 10. ait audiuiſſe à viro religioſo, & docto, & fide digno idẽ reſpondiſſe Clementem VIII. nempe dictam facultatem à Concilio Epiſcopis conceſſam fuiſſe derogatam per clauſulam Bullæ Cœnæ, vt etiam dicit Genuen. vbi ſupra, & Bleda ſupra dicens, idem etiam declaraſſe Paulum V.

131 Vnde videbatur † conſiderandus tenor Bullarum, quæ ſingulis annis publicantur, & ſtante d. verſ. cæterum ſine dictis verbis & exceptione, niſi in eis, &c. ſtandum eſſe dictis in primo dicto, poſitis vero illis verbis & exceptione non eſſe ſublatam dictam facultatem, vt in ſecundo.

132 Quamuis nouiſſime Manuel Rodriguez d. addit. §. 9. à nu. 63. & d. q. 20. art. 9. dicat, quod etiam ſi non exprimantur dict. verba, niſi in eis, &c. non cenſetur Papa in Bulla Cœnæ reuocare facultates & priuilegia, quæ concedunt expreſſe caſus Bullæ Cœnæ, & quod ſolum vult quod ſub prætextu priuilegiorum, & Bullarum, quæ dant facultatem abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, nullus audeat abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ reſeruatis. Sed hæc interpretatio eſt reuera contra mentem & verba d. verſ. cæterum, & propterea conuincitur ex declarat. ſupra adducta.

133 Et minus valet ratio, † quam idem tradit d. q. 20. art. 9. quod ſicut in conceſſione generali caſuum Papalium non includitur poteſtas ad abſoluendum à caſibus Bullæ Cœnæ Domini, niſi expreſſe in ea comprehendantur, ita etiam in reuocatione priuilegiorum & facultatum abſoluendi, de qua in Bulla Cœnæ, non cenſentur reuocata priuilegia & facultates concedentia authoritatem ad abſoluendum à caſibus Bullæ Cœnæ, ex quo in ea non fit expreſſa mentio de huiuſmodi priuilegijs dicendo, etiam ſi in ipſis priuilegijs authoritas ad eorum abſolutionem concederetur: eſt enim longe diuerſa ratio in reuocatione, ac in conceſſione in propoſito, difficultas enim conſiſtit in conceſſione, non in reuocatione, & cum Bulla deroget priuilegijs & facultatibus cõtrarijs reſeruationi, clare derogat priuilegijs & facultatibus quibuſcumque, per quæ daretur facultas abſoluendi ab illis.

134 Sed & ſtantibus dict. verbis: † Niſi in eis etiam caſus præſentibus literis expreſſi comprehendantur verius exiſtimo eſſe ſublatam d. facultatem *Epiſcopis* conceſſam, vt tenent Toletus d. lib. 1. cap. 30. & 41. cum exponat bullam Sixti V. anni 1566. vt patet cap. 18. vt dixi, Sorbo in d. Compendio in reſolutionib. materiæ abſolutionum, pag. 46. & Suarez dict. diſp. 21. ſect. 3. nu. 5. quia licet fortaſſe, inquit, verba bullæ prout ponderata ſunt non cogerent: hanc tamen nihilominus intelligo eſſe voluntatem Pontificum, & praxim Romanam, &c. *& Sanch. ſupra*, & videtur ſentire Molina & alij ſupra, & Magiſter ſacri Palatij, ſupra relatus.

135 Nec obſtant † quidem illa verba, nam non referuntur ad facultates & indulta conceſſa & innouata, ſed ad concedenda & innouanda poſt bullam, & ad verba immediate præcedentia: Ad concedendorum, & innouandorum, ad ſignificandum quod in futurum non manent ligatæ manus ipſius Papæ, vel eius ſucceſſoris, ſi velit dare facultatem, ſeu indultũ abſoluendi à caſibus ibi expreſſis qui tamen ſub facultate generali abſoluendi à caſibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis non veniunt, nec comprehenduntur, vt ſupradictum eſt ſub nu. 128. vnde reſpectu facultatum, & indultorum conceſſorum & innouatorum non erat opus facere derogationem, ſi nollet derogare eis, in quib. caſus ibi expreſſi com-
136 prehenderentur, nec † obſtat regula c. inquiſitioni de appellat. quod clauſula in fine poſita referatur ad omnia præcedentia, quia non procedit vbi eſt diuerſa ratio, Ant. Gabr. de clauſulis concl. 9. nu. 3. Rota deciſ. 55. nu. 18. par. 2. diuerſ. Pereg. de fideicom. art. 16. nu. 106. *Menoch. de præſumpt. libr. 4. præſumpt. 181. num. 2. Sanch. lib. 4. cap. 54. num. 16.* nec vbi adeſt maior ratio, quod referatur ad proximiora quam ad præcedentia. Rota deciſ. 666. num. 2. par. 1. nec ibi conſtat de mente contraria, vt conſtat hic ex praxi Roma. & declarationibus ipſius Papæ, & Congregationis, &c.

137 Sed ſuppoſito quod illa facultas † abſoluendi in foro conſcientiæ data à Concilio Epiſcopis adhuc duraret, quæ ſaltim durat quoad alios caſus ante Concilium Sedi Apoſtolicæ reſeruatos, eſt difficul-

gas quomodo intelligantur illa verba in foro conſcientiæ.

338 Et quidem † Doctores communiter intelligunt illa verba, quod abſolutio data proſit tantum quoad forum conſcientiæ, tamen quod ab excommunicatione poterit Epiſcopus abſoluere, etiam extra confeſſionem ſacramentalem vigore illius decreti. Ita Nauarr. d. conſil. 11. de priuil. num. 2. Graſſis li. 1. c. 13. nu. 32. Enriquez lib. 7. c. p. 13. § 3. Manu. Rodrig. qq. regul. 1. to. q. 20. art. 7. & q. 61. art. 10. Suar. 5. to. diſput. 41. ſect. 2. num. 11. P. Ledeſma d. c. 6. 20. concluſ. 8. difficul. & Marc. Anto. Genuen. d. cap. 66. nu. 18. & Tho. Sanch. de matrim. 8. diſp. 34. num. 29. Auila de cenſuris 1. par. cap. 7. diſputat. 3. dub. 13. *Suarez de relig. 2. tomo tractat. 6. lib. 6. cap. 16. numero 4. Et de leg. lib. 8. cap. 6. à num. 13. & Lacarius de monitor. ſ. ct. 4. q. 15. nu. 9.*

339 Sed aliud videtur dicere, † quod abſoluant in foro conſcientiæ, aliud quod abſoluant quoad forũ conſcientiæ (licèt vbi agitur de diſpenſatione in foro conſcientiæ, non requiratur ſacramentalis confeſſio, ſed idem ſit dicere, quod diſpenſent in foro conſcientiæ, vel quo ad forum conſcientiæ,) vnde S. Congreg. Concilij videtur intelligere illa verba in foro conſcientiæ, id eſt, in foro ſacramenti pœnitentiæ, & in confeſſione ſacramentali, vt apparet ex declarationibus ſequentibus ſuper d. ca. 6. Quæſitum fuit à Cardinalibus Congregationis, an Epiſcopo in aliquod delictorum, de quibus hoc capite, prolapſo liceat ad ſe abſoluendum proprium confeſſarium deputare cum eadem authoritate, quam ipſe poteſt ex eodem hoc capite in ſibi ſubditos exercere, Congregatio cenſuit id Epiſcopo licere, etiamſi Epiſcopus Romæ eſſet, & ſi extra ſuam diœceſim. Alia, Archiepiſcopo Compoſtellano, Ordinarius poteſt, ex decreto Concilij Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. in illis verbis, Sibi ſubditos, abſoluere in Sacramento pœnitentiæ forenſem, qui gerit officium Prætoris, medici, vel officialis, qui habet domum, & commoratur in ciuitate vel diœceſi, & in eis Eccleſiaſtica ſacramẽta percipit, non tamen poterit cum eiſdem diſpenſare. Alia, Qui non eſt ſubditus Epiſcopi, puta medicus, Prætor, & ſimiles cæteri qui tantum habitant in ciuitate, hoc decreto comprehenduntur, etiam ſi commiſerint crimina in alijs ciuitatibus, habita tamen hac diſtinctione, quod ſcilicet poſſint abſolui in ſacramento pœnitentiæ à ſuis criminibus, nõ tamen diſpenſari, & ita S. D. N. Gregor. XIII. audita relatione Congregationis declarauit. Alia: Quærebatur an Epiſcopus in caſu huius cap. 6. habeat facultatem diſpenſandi cum ſuo diœceſano abſente, in aliena diœceſi legitimè impedito commorante. Congreg. cenſuit, quod forenſis in caſu huius cap. 6. poteſt abſolui in Sacramento pœnitentiæ ab illo Epiſcopo, in cuius diœceſi, vel ciuitate commoratur, non autem diſpenſari facit ad hæc, quia Nũtij, qui poſſunt abſoluere excommunicatos ob iniectionem manus in clericos, non poſſunt abſoluere ſubditos extra prouinciam excommunicatos ob injectionem manus in clericos. Accedit etiam, quia Concilium loquitur de abſolutione ſacramentali in foro conſcientiæ, quę requirit preſentiam, exemplo confeſſionis, quæ non poteſt fieri per nuntium vel per literas: quam refert Suarez dict. ſectio. 2. num. 10.

340 Et ita Candelabrum † aureum in appendice, c. 1. nu. 2. qui tamen malè ait, quatenus idem dicit in diſpenſatione, nam quoad diſpenſationem in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus non dicit Concilium, quod fiat in foro conſcientiæ, vt aliàs aduertit Vgolinus de irregular. cap. 36. §. 5. nu. 3. & Enriquez lib. 14. c. 20. §. 1. in gloſ. litera E. & ita conſtat ex dictis declarationibus.

341 Ex quo infertur † ad iubilea, in quibus datur facultas abſoluendi in foro conſcientiæ, quod virtute eorum non poſſit dari abſolutio etiam à cenſuris extra confeſſionem ſacramentalem, imo ex eis maximè confirmatur dicta ſentẽtia, nam cum data ſit facultas abſoluendi in foro conſcientiæ tantum, poſtea declaratur quoad abſolutionem in foro cõſcientię, non autem in foro fori ſuffragari: *Idque non ſolum probabile, ſed etiam tutius ſibi videri ait Lacarius ſupra num. 10.*

342 Tandem † aduertendum eſt, quod Man. Rodriguez d. addit §. 9. nu. 69. docet, quod facultas data Epiſcopis à Concilio d. ca. 6. circa abſolutionem ab hæreſi, intelligitur ſolum quando ipſe hęreticus ſolus, abſque eo quod ab alio audiuerit, committit occultè crimen hęreſis, manifeſtãdo illam aliquo actu exteriori, quamuis nemo eum audiat, & quod illa facultas non extenditur ad hæreſim occultam quãdo adeſt complex, nam aliàs, inquit, eſſet deſtruere machinam S. Officij, &c. & quod Concilium nõ dat facultatem abſoluendi ab obligatione denunciandi complicem, quem habet, aliàs eſt excommunicatus per edictum S. Officij, cuius excommunicatio ſtat ſemper.

343 Sed iſta reſtrictio † non videtur omnino vera, & potius dicendum dict. facultatem (modo non eſſet reuocata) habere locum, etiam ſi ab alio audiuerit, & habeat complicem, maximè ſi non eſt niſi vnus complex, nam ex vno etiam non complice, non deſinit eſſe occulta, iuxta declarat. aliàs adductas 7. p. c. 11. n. 47.

344 Imo etiam ſi ſint † plures complices, non ideo delictum deſinit eſſe occultum, niſi ſint plures quam duo, quia per duos ſolos non probatur illud cap. in fidei fauorem de hęret. lib. 6. Simancas de cathol. inſtitut. tit. 51. n. 10.

345 Nec ex eo quod † dicta facultas extendatur ad hæreſim occultam, quando eſt complex, deſtruitur machina S. Officij, quia illa abſolutio data virtute Concilij ſolum datur, & prodeſt in foro conſcientię, vt dictum eſt: nec rurſus ex eo tollitur obligatio denuntiandi complicem, benè enim ſtat quod ille poſſit abſolui ab hæreſi occulta in foro conſcientiæ, & quod teneatur denuntiare complicem.

346 Et de materia hæreſis † ac de hæreticis, videndi ſunt tit. de hæreticis in Decretal. Sexto, & Clement. & ibi Doct. Villad. Ambroſ. à Vignate, Ioan. Lupus decanus Segobien. Nicolaus Arelatatus, Zanchinus cum addit. Campegij, Grillandus, Conradus, Brunus, & Rojas in tract. de hæreticis. & idem Rojas in ſingul. in fidei fauorem, Simancas de Cathol. inſtitutio. & in enchiridio iudicum violatæ religionis, repertorium inquiſitorium, & directorium inquiſitorum cum comm. pœnę, & lucerna inquiſitorum, ac iudiciale inquiſitorum, Albertinus ad tit. de hęretic. in 6. & in tract. de agnoſcen. aſſertion. Cantera in q. criminal. Caſtro de iuſta hęreticorum punit. & ad-

uerſus

uerſus hæreſes, Boſſius & Carrerius in ſuis pract. tit. de hæreticis, Bernard. Diaz c. 114. & ſeq. & ibi Salzedo, Iulius Clarus libr. 5. §. hæreſis, Palacios Rubios in allegatione in cauſa hæreſis, Corraſ. libro 3. Miſcell. c. 8. Anton. Gom. 3. tom. ca. 2. Didacus Perez in tract. de hæretic. ſuper tit. 4. libr. 8. ordi. Maſcar. de probatio. à concluſ. 855. ad 863. Menoch. de præſumpt. libro 5. præſumpt. 6. & 7. Doct. Io. Vela de pœnis delictorum, c. 14. D. Thom. 2. 2. q. 11. per totam, & ibi Caiet. Bannes & Aragon, Valentia, 3. 10. diſput. 1. q. 11. Açor libro 8. ex cap. 9. ad 19. Angelus, Sylueſt. Armil. & alij ſummiſtæ verb. hæreſis, & Tabiena verb. inquiſitor, Graſſijs libro 2. cap. 8. & 9. Manu. Rodrig. in explication. Bullæ Cruciatæ, §. 9. numero 70. & ibidem Licentiatus Anton. Gomez ad 10. clauſulam à num. 39. P. Ledeſma in ſum. 2. p. tract. 1. cap. 6. *Leo in theſ for. Eccleſ. cap. 37. Paramo, de orig. inquiſ. præſertim lib. 3. Thom. Sanchez in præc. Decal. lib. 2.*

147 De apoſtatis † autem à fide idem dicendum quod de hæreticis, cum & ipſi hæretici, & plus quã hæretici ſint, Abb. in c. 1. de apoſtat. nu. 3. & ſic ipſo iure amittunt beneficia, Rebuff. in praxi, tit. de modis amittendi beneficia, nu. 47. & Goncalez gloſ. 15. nu. 66. *Accedunt Simanc. tit. 6. num. 6. Summiſtæ verb. apoſtaſia, Azor 1. p. lib. 8. c. 21. q. 7. & Tho. Sanch. libr. 2. c. 7. à num. 16. cum alijs dicentes, quod omnes pœnæ impoſitæ hæreticis procedunt in huiuſmodi apoſtatis veluti verè*

148 *hæreticis*; licèt † alij apoſtatæ non ſint priuati ipſo iure beneficijs, vt per eundem Rebuff. ibi, quia non eſt in iure expreſſum.

149 Et de apoſtatis † vide titulum, & ibi Dd. de apoſtatis in Decretal. & Cod. Hoſtien. in ſum. cod. directorium inquiſitorum, 2. p. quæſt. 49. & ibi Penna comment. 74. Lucernam Inquiſitorum. verb. apoſtata, Simancas de Cathol. inſtitutionib. ti. 7. & in enchiridio, tit. 4. Rojas de hæret. 1. p. ex nu. 484. Alber. Trotium de vero & perfecto clerico, libro 2. cap. 30. Bertach. de Epiſcopo, 1. p. 2. libro quæſt. 35. Lambertin. de iure patron. 1. par. 1. libro quæſt. 7. artic. 7. & 1. p. 2. lib. quæſt. 9. art. 9. Achilles dec. 346. ſeu vnica de apoſtatis, Bernard. Diaz. in pract. crim. ca. 111. & ibi Salzed. Iulium Clarum, lib 5. §. fi. qu. 78. Maiol. de irregularitate lib. 5. c. 34. Nauarr. conſil. de apoſtatis, D. Io. Vela de pœnis delict. c. 2. Vgol. de irregularitate c. 39. §. 4. & in Bulla Cœnæ 2. p. ca. 1. verſic. & à Chriſtiana fide apoſtatas, D. Tho. 2. 2. q. 12. & ibi Caietan. Bannes, & Aragon. D. Anton. in ſum. 2. p. tit. 12. c. 6. Canum. de locis lib. 12. c. 9. Caſtro de iuſta hæreticor. punit. lib. 1. ca. 7. & 23. Valentiam 3. to. diſput. 1. q. 12. Azor libro 8. cap. 21. Suar. 5. tom. diſp. 43. ſect. 2. n. 1. & 2. Angel. Sylueſt. Tabienam, Armillam, & alios Summiſtas, verb. apoſtaſia, & P. Ledeſm. d. tract. 1. c. 7.

150 Similiter etiam dicendum † eſt de ſchiſmaticis, quod vbi ſchiſma eſt cum hęreſi ſunt ipſo iure priuati beneficijs, vt hęretici, vt per Rebuf. d. ti. de modis amittendi beneficia, nu. 29. & Fla. Pariſ. lib. 3. de reſignatione, q. 1. nu. 36. Et vt tales etiam ſunt excommunicati iure antiquo.

151 Si vero ſchiſma † eſt ſint hæreſi, nõ video ius expreſſum vbi ipſo facto priuentur beneficijs.

152 Nec obſtat † tex. in c. nos conſuetudinem, 12. diſtin. & in c. quia diligentia, de electio. quos allegant Rebuf. & Fla. ibi, nam non agunt de priuatione antea obtentorum, vltra quod d. c. conſuetudinem, loquitur de hæreticis.

153 Nec huiuſmodi ſchiſmatici † videntur abſolutè, & in vniuerſum excommunicati iure antiquo, quicquid aliqui dicant, nam textus in cap. licèt de elect. in quo fundatur Abb. in rubr. de ſchiſmat. Corraſ. 3. p. c. vltim. num. 18. id dicentes, loquitur in caſu particulari, nempe de electo in Papã à tertia parte Cardinalium alio electo à duabus partibus, & illi adhærentibus, vt contigerat in electione Alexand. III. cuius eſt ille text, vt per Platinam, & Chacon. in eius vita, vt rectè aduertunt Acor lib. 8. c. 20 q. 6. & Suar. d. 5. to. diſp. 23. ſect. 3. n. 2.

150 Nec capitulum † firmiſſime de hæreticis allegatum, etiam per Corraſium ibi probat contrarium, vt in eo patet.

155 Nec etiam † excommunicantur in c. de ligurib. 23. q. 4. nec in cap. 2. de ſchiſmatic. quos duos text. ad id adducit Turrecremata lib. 4. ſumma p. 1. ca. 8. nam in c. de liguribus. Pelagius non excommunicat ſchiſmaticos, ſed dicit quod excommunicentur, & in d. c. 2. nihil dicitur de excommunicatione, vt inquit Valentia d. 3. to. diſp. 3. quæſt. 15. punct. 3. verſic. 3. certum eſt.

156 Nec etiam † excommunicantur in c. nulli, 19. diſtinct. quod ad id citat Sylueſt. verb. ſchiſmaticus, n. 5. & Valent. ibi, & ſequitur Toletus in ſum. in edit. Rom. lib. 1. c. 19. circa princ. nam quando loqueretur de ſchiſmaticis, non eſt canon latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt patet ex illis verbis: Sed extorris à ſancto miniſterio fiat, & ibi: Quia maioris excommunicationis deiectione eſt abijciendus. Nec obſtat verbũ, Iam damnatus, quia intelligitur poſt latam ſententiam, ut patet ex eo textu, & quod ille tex. non agat de cenſura ipſo iure lata, ſed ferenda, non propter ſchiſma, ſeu hæreſim, ſed propter inobedientiam Eccleſiæ, tradit Suarez d. 5. tom. diſp. 22. ſect. 1. nu. 1. & 2. & diſp. 23. ſect. 2. nu. 5.

157 Nec etiam † excommunicantur ſchiſmatici in c. 1. eod. tit. de quo Suarez d. diſput. 23. ſect. 3. nume. 1. & à num. 4.

158 Sed quicquid ſit, iam † in Bullæ Cœnæ Domini caſu 1. excommunicantur abſolute ſchiſmatici, notat Açor d. c. 20. q. 5. & explicantes Bullam ibi, & Suarez ſupra diſput. 21. ſect. 2. à num. 12. & Petr. Ledeſma 2. par. tract. 3. cap. 12. 10. concluſ. Acoſta de Andrada ad Bullam Cruciatæ, quæſt. 64. Sanch. dict. c. 36. num. 11.

159 Non poſſunt tamen † etiã de iure antiquo ſchiſmatici conferre beneficia, c. 1. & fin. de ſchiſmat. Corraſ. ſupra num. 19.

160 Quamuis † videatur valere collatio ratione publici officij facta à ſchiſmatico occulto, & tolerato, ad tradita ſupra, 5. p. c. 4. à num. 276. Abb. in d. c. 1. circa fin. Nauar. conſ. 8. de clandeſtin. deſponſat. & Açor d. c. 20. q. vlt.

161 Nec poſſunt ſine diſpenſatione † obtinere beneficia, etiam ſi ad Eccleſię vnitatem redirent d. cap. quia diligentia, de elect. & ibi Abb. & Decius, idem Decius in cap. at ſi clerici, §. de adulter. nu. 251. de iudic. Rebuff. d. nu. 29. Corraſ. dict. nu. 19. P. de Baſio in directorio elect. cap. 2. 2. par. Lambert. 1. par. 2. lib. quæſt. 9. art. 8. Maiolus libr. 5. cap. 46. numer. 4. Penna in dict. directorio inquiſitor. 2. par. comment. 73. qui cum Butrio, Imola, & alijs in dict. cap. quia

dili-

diligentia,& Maiolo ibi ait, talem etiam ad vnitatẽ Eccleſiæ reuerſum, de iure communi ineligibilem, inhabilem,& irregularem remanere, & idem Açor d.cap.20.q.8. & ſequitur Vgolinus de irregularitate,cap.36.§.3.nu.7.

262 Quod tamen videtur † poſſe intelligi de ſchiſmatico publico,ſecus de occulto maxime emendato & conuerſo, qui non videtur inhabilis ſeu irregularis iuxta ſupradicta de hæretico à num.83.& in hoc caſu poſſet procedere ſententia, Aymon. Crauettæ conſil.293.numero 10.dicentis,quod ſublato ſchiſmate per abiurationem eligi quis poteſt ac ſi nunquam ſchiſmaticus fuiſſet,ex d. cap. quia diligentia licet contradicat Açor ibi. *Sed verior eſt ſententia Suar. diſt.5.tom.diſput.43.ſect.2.numero 7.abſolute tenentis, huiuſmodi ſchiſmaticos etiam poſt pœnitentiam,& abiurationem ſchiſmatis eſſe inhabiles ad beneficia acquirenda, ex d.cap.quia diligentia,& ibi Doctores:nam ib. diſpenſatiuè tantùm electio permittitur,& confirmari ſine d Electione,an eſſet publicus vel occultus,non tamen eſſe irregulares:nam dict.cap.quia diligentia, & Doctor.s ibi nil dicunt de irregularitate,ſed ſolùm de inhabilitate ad beneficia, nec etiam imponitur irregularitas in cap. 1. de ſchiſm. nec in cap.qui contra 24.quæſt. 1.nec in cap.in nomine 23. diſt.nec in cap.licet de elect. vt ex ipſis texi.conſtat,& latius oſtendit Suar.ibi, cuius ſententiam nouiſſimè ſequitur Thomas Sanchez d.cap.36.nu.18.& 20.addens ex Sair. de cenſur.lib.7 cap.12.num.16. exiſtente ſchiſmate notorio hos fore irregulares irregularitate generali,quæ ex quouis crimine notorio digno depoſitione oritur, quæ ceſſat ablata infamia per contrariam pœnitentiam,de quo vide quod dixi ſuprà c.3.à num.113.*

263 Sed an requiratur diſpenſatio † Papæ, an vero ſufficiat diſpenſatio Epiſcopi,Abbas in d. cap. quia diligentia, tenet requiri diſpenſationem Papæ ex illo tex.ibi: Diſpenſatiue permittimus, & ſequuntur P.de Baſilio & Penna ſupra,& in d.c.at ſi clerici,§.de adulterijs,tenet indiſtincte ſufficere diſpenſat. Epiſcopi,& ſequitur Decius in d.c.quia diligentiæ, nu. 17.& Lambert.ſupra.

264 Verum † idem Abbas in c.2.de ſchiſmaticis,nu. 7.poſt Hoſtien.diſtinguit,quod in Epiſcopatu ſolus Papa diſpenſat,vt in d.cap.quia diligentia, & idem in dignitate exempta;in alijs vero diſpenſat Epiſcopus,niſi receperint ordinem à ſchiſmaticis ſcienter, vel cum craſſa ignorantia,& ſequitur ibi Anania nu. 11.& Decius in d.§.de adulterijs nu.124.primum tamen mihi magis placet:*& ſequitur Sanch d.nu.18. dicens tamen,quòd ſi ſchiſmatis delictum eſſet occultum,poſſet Epiſcopus in dicta inhabilitate diſpenſare virtute Concil.Trid.ſeſſ.24.cap. 6. de reformat. vt de quacumque inhabilitate ad beneficia ex delicto occulto conſurgenti,docet Enriq.lib.13.c.56.§.1 lit.F.*

265 Et de ſchiſmaticis † vide late per Baldum in tract.de ſchiſmate Doct.in tit. de ſchiſm. directorij inquiſitorum,2.par.queſt.48.& ibi Penna commen. 73.repertorium & iudiciale,& Lucernam inquiſitorum verb. ſchiſma. Palacios Rubios de iuſta retentione,& obtentione regni Nauarræ 5.par. Brunum de hæreticis.libro 1.c.16.& libr.2.per totum,Simancas de Catholinſt.tit.58.& in enchiridio,tit.5.Rojas de hæreticis,1.p.à n.498.Lambert. de iure patr. 1.p 1.lib.q.7.art.6.& 1.p.2.lib.q.9.art.8.Rebuff.de pacific.poſſ.nu.238. alias 197. Bern. Diaz. in pract. crim.c.112.& ibi Salzedo,Vgol. de irregular. c. 36. §.3. D.Thom.2.2.q.39.& ibi Caiet.Bannes,& Aragon,& eund.Caiet. in ſum. verb. excommunicatio. c.7. D.Ant.in ſum.2.p.tit.3.c.11.Angelũ, Sylueſtr. Tabienam,Armillam,& alios ſummiſtas verb.ſchiſma,Valentiam 3.tom.diſp.3.q.15.Açor lib.8.c.20. & P.Ledeſma d.tract.3.cap.12.

## *De periuris, falſarijs, ſacrilegis, concubinarijs & ſodomitis.* §. II.

### SVMMARIA.

*AN periurus ſit priuatus ipſo iure, an ſit priuandus beneficijs à nu.166.reſolvitur cum communi non eſſe priuatum ipſo iure, ſed priuandum, contra Rebuffum, & de ſtylo non dari pro periurio priuationem beneficiorum, niſi ſit iudiciale,& nu.169.adducitur reſolutio Rotæ.*

*Falſarij literarum Apoſtolicarum an ſint priuati beneficijs, reſolvitur affirmatiue ex capitul.ad falſariorum de crimine falſi,ex quo etiam excommunicati ſunt, & in Bulla Cœnæ caſu 5.ſeu 6.explicato per relatos numero 171.& generaliter de falſarijs huiuſmodi: qui ſunt videndi, numero 172.*

*Sacrilegi an ſint priuati,ſeu priuandi beneficijs, reſolvitur eſſe priuandos per ſententiam: nam eſt graue delictum, & depoſitione dignum,nu.193 ſacrilegique ſunt infames, & impediuntur promoueri,nu.174.ſacrilegi autem inſequentes,percutientes,aut capientes cardinalem, ſunt ipſo iure priuati beneficijs,nu.175.& percutientes, aut capientes, ſeu bannientes Epiſcopum, nu. 176. & etiam procurantes capi Eccleſiaſticos,vt ſuis renuntient beneficijs,aut ne citati vadant ad Curiam Romanam,num. 177. quamuis alias percutientes clericum non ſunt priuati, nec regulariter priuandi beneficijs,ſed incurrunt excommunicationem canon. ſi quis ſuadente diabolo,nu.178.de cuius can. excommunicatione qui ſunt videndi,nu.179.& qui de ſacrilegijs generaliter,num.180.*

*Concubinarij an ſint priuati,ſeu priuandi beneficijs,reſolvitur non eſſe priuatos,nec priuandos ſeu deponendos,ſed ſuſpenſionis pœna puniendos,numero 181.niſi fuerint moniti,& ad ſecundam vel tertiam monitionem non deſtiterint,nam tunc ſunt priuandi beneficijs, numero 182.& hodie debet præcedere tertia monitio, ex Concilio ſeſſ.25.cap. 14. vbi præfigitur ordo, & modus procedendi, & puniendi concubinarios,numero 183.& adducitur reſolutio Rotæ, num.184.*

*De pœnis concubinariorum,qui ſunt videndi nu. 185.& viden.Concilium & declarationes S.Congr.poſita nu.186.*

*Pius V.monet ordinarios,& præcipit,vt ſtatuta Concilij contra concubinarios diſtricte faciant obſeruari,&c.nu. 187. nihilominus ea non obſeruant, nec puniunt concubinarios iuxta formam & diſpoſitionem Concilij,ſed ſemper contra eos vtuntur pecuniarijs pœnis, quæ non cauſant emendationem & correctionem delinquentium,ſed potius ſcandalum,& notam,&c.à nu.188.*

*Pœna priuationis fructuum ipſo facto impoſita à Concilio d. cap.14.non videtur recepta in conſcientia ante condemnationem,& ſic non videtur in ea obligare,quamuis deberent iudices eam exequi,num.190.*

*Sodomitæ an ſint priuati beneficijs ipſo iure,an priuandi, Rebuff.tenet quod ipſo iure, numero 191. Sed id non eſt expreſſum,nec probatur in iure,ſed quod ſunt priuandi & deponendi,numero 192.& qui videndi ſunt de hoc crimine, nu.193.nec etiam eſt expreſſum in iure,quod ſint ipſo iure ſuſpenſi,*

*ſuſpenſi, aut irregulares, contra Doctores, numero 194. & ſequent.*

*Hodie ex conſtit. Pij V. omnes clerici tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico ipſo iure priuantur, &c. & ſic ſunt ipſo iure depoſiti. & in effectu irregulares, num. 196. quod procedit etiam in foro interiori, ſaltim quoad priuationem executionis officij, & inhabilitatem ſeu irregularitatem, nu. 197.*

*Cum de exercentibus ſodomiæ crimen iſta conſtitutio loquatur, non habebit locum in eo, qui ſemel aut iterum illud perpetrauerit, ſed ſolum in eis, qui quaſi ex vſu continuato id exercent, & dici poſſunt exercitores eius, num. 198. licet contra teneant Salzedo & alij, ex alia conſtit. anteriori eiuſdem Pij V. num. 199. cui reſpondetur, quod licèt pœna iſtius primæ conſtitutionis comprehendat perpetrantes, pœnæ tamen ſecundæ, quæ ſunt grauiores, comprehendunt tãtum exercentes, ſicut etiam ſecunda non habet locum in laicis, vt prima, quæ reſponſio eſt melior alia adducta per Man. Rodriguez, & Ledeſmam, quod ſecunda declarat primam, à nu. 200. nec comprehendit exercentes pollutionem extraordinariam ſeu extra vas, ſed ſolum exercentes copulam ſodomiticam, nu. 203. nec comprehendat exercentes beſtialitatem, à nu 204. reſoluitur negatiue contra Manu. Rodrig. & Ledeſm. ſaltim quoad pœnas ipſo iure impoſitas; nam licet beſtialitas ſit crimen grauiſſimum, & contra naturam, & grauius ſodomia, non tamen eſt ſodomia, ſed diſtincta ſpecies, & in pœnalibus non fit extenſio, etiam ex identitate, & maioritate rationis, &c. procedit tamen in cognoſcente feminam præpoſtere, n. 207.*

166 TErtio principaliter † dubitatur de periurio, an periurus ſit priuatus ipſo iure, an ſit priuãdus beneficijs; & eſſe priuatum ipſo iure, defendit Rebuff. de pacificis poſſeſ. à nu. 269. aliàs 223. & in repet. rubricæ de reſcrip. n. 1.

167 Communis tamen † opinio eſt non eſſe priuatum ipſo iure, ſed priuandum, quam tenent Innoc. in c. inter dilectos, de exceſſibus prælator. Abb. & Felin. in c. querelam, de iureiuran. & in c. 2. de reſcr. & ibi Decius & Ripa, idem Decius in c. cum non ab homine, de iudic. & ibi Alciat. Selua de benef. 3. p. q. 2. à numero 7. & de iuramen. q. vlt. Lambert. 1. p. 2. lib. q. 9. art. 15. Rebuff. ſibi contrarius d. titul. de modis amittendi beneficia. nu. 58. Corraſ. 3. p. c. vlt. num. 11. & 12. Duaren. libr. 8. cap. 6. §. 1. Bern. Diaz in pract. comm. cap. 92. & ibi Salzedo, Iulius Clarus lib. 5. §. periurium, Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de priuatio. verſ. impetratur etiam. Rot. in Tullen. monaſt. S. Manſueti 16. Maij 1597. coram D. Penna, quæ habetur apud Farin. conſil. 80. nu. 69. Couar. in cap. quamuis pactum, 1. p. §. 7. Maiolus libr. 5. c. 33. D. Io. Vela c. 28. & Ioan. Guttierez c. q. lib. 2. cap. 5. à nu. 95. & Suarez de relig. 2. to. tract. 5. libro 3. c. vlt. n. 6. & 17. 21. & 22. qui ſunt videndi de hac materia, & Staphileus de literis gratiæ tit. de varijs modis §. quando quis veniat priuandus beneficio à nu. 6. Qui

168 num. 8. ait, † quod ſignatura non dat pro periurio priuationem beneficiorum, niſi ſit periurium iudiciale, quod etiam ait Rebuff. ſupra de pacificis num. 268 aliàs 221. & refert Bernard. Diaz d. c. 92. in fin. & Mandoſ. ſupra, & ſequitur Maiolus nu. 7. *Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 4. nu. 96. & Farin. lib. 5. q. 160. a n. 191. dicens, quod clericus periurus in iur. in l. priuatur beneficijs, non ipſo iure, ſed per ſententiam.*

169 Et † in vna Gerunden. priuationis regreſſus de anno 1550. coram D. Achille fuit reſolutum: Periurum ob non ſeruatam fidem, qui ſecundum omnes eſt infamis, Felin. in c. teſtimonium, de teſtib. & ideo inhabilem ad beneficia, tamen non priuari beneficij obtentis, nec amittere regreſſum, ex quo habet cauſam de præterito, &c. Vt per Achillem deciſ. 201. ſeu 1. de iureiuran.

170 Quarto principaliter † dubitatur de falſarijs literarum Apoſtolicarum, an ſint priuati beneficijs: & reſpondendum eſt affirmatiue ex c. ad falſariorũ de crimine falſi, ex quo tex. falſarij literarum Papæ, qui per ſe, vel per alios eas falſant, excommunicati ſunt, cum ſuis fautoribus, & defenſoribus, & beneficijs priuati ipſo iure, &c. Abb. Anania, & alij ibi, Lamb. 1. par. 2. lib. q. 9. art. 22. Rebuf. d. tit. de modis amittendi beneficia num. 43. P. de Baiſio cap. 21. 2. p. & alij.

171 Et in bulla Cœnæ Domini † excommunicantur falſarij literarum Apoſtolicarum, & ſupplicationũ, vt in caſu 5. ſeu 6. explicant Rebuf. in bulla Cœnæ Domini poſita poſt pract. benef. ibi Caieta. in ſum. verb. excommunicatio c. 26. Nauar. in manu. c. 27. à n. 62. Salzedo ad Bernard. Diaz in pract. c. 117. Candelabrum aureum in explanat. bullæ cœnæ à nu. 46. Vgol. in bulla Cœnæ 2. p. c. 6. Toletus in ſum. lib. 1. c. 22. Sairus de cenſuris lib. 3. c. 10. & Suarez 5. to. diſput. 21. à nu. 44.

172 Et generaliter de † falſarijs huiuſmodi vide Bernard. Diaz & Salzedo d. c. 17. Boſſium in pract. tit. de falſis, Iulium Clarum lib. 5. §. falſum, & Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 306. Didacum Perez ad Villad. de irregularitate addit. vlt. verſ. quæritur, an falſificans literas, & D. Io. Vela de pœnis delictor. cap. 10. Farin. lib. 5. q. 15.

173 Quinto dubitatur de ſacrilegis, † an ſint priuati ſeu priuandi beneficijs: & dicendum eſt cum Rebuff. dict. tit. de modis amittendi beneficia num. 56. eſſe priuandos beneficijs per ſententiam, nam eſt graue delictum, & depoſitione dignũ c. ſi quis preſbyt. 50. diſt. idem de pacificis num. 248. aliàs 203. Bernard. Diaz in pract. capit. 87. num. 2. Sacrilegi-

174 que † ſunt infames cap. infames 6. quæſt. 1. & impediuntur promoueri c. venerabilem, verſ. nunquid enim, & ibi gloſſ. verb. ſacrilegum. de elect. Rebuff. ibi, & Corraſ. d. c. vlt. nu. 25. Salz. ad Bernard. Diaz d. c. 87. addit. 1.

175 Sacrilegi autem † inſequentes, percutientes, aut capientes Cardinalem, ſunt ipſo iure priuati beneficijs, vt in c. fœlicis, de pœnis in 6. vbi aliæ etiam pœnæ in eos ponuntur, Rebuf. ſupra nu. 39. & Corraſ. d. c. vlt. n. 14.

176 Et ſimiliter † etiam percutientes, aut capientes, ſeu bannientes Epiſcopum, ſunt ipſo iure beneficijs priuati, vt in Clem. 1. de pœnis, & notat Rebuff. ibi num. 40.

177 Et † etiam procurantes capi viros Eccleſiaſticos, vt ſuis renuntient beneficijs, aut ne citati vadant ad Curiam Romanam, Clem. 2. de pœnis, Corraſ. d. nu. 14.

178 Quamuis aliàs † percutientes clericum, & ſic ſacrilegium committentes, non ſunt priuati, imo nec regulariter priuandi beneficijs, ſed incurrunt excommunicationem can. ſi quis iuadente diabolo 17. quæſt. 4.

De

179 De cuius† canonis excommunicatione vide Rebuf.in repetit.eiuſdem,Nauar.in man.cap.27.à nu. 67. Didac.Perez in l.1.tit.3.lib.1.ordin. Iulij Clarum lib.5.q.77.à num. 22. Follerium in pract. crim. can.2.p.c.17.Salzed.d.c.87. 2.addit.Caiet. verb.excommunicatio c.10.Syluest, excommunicatio.6. & abſolutio.4. & 5. & Armillam verb.excommunicat. excomm.1.Angles in floribus Theolog.q.de excommunicatione art.5.Coſmam Philiarcum de offic. ſacerd.1.p.lib.3.c.22.23. & 33. Graſſijs in deciſ. aureis caſuum conſcientiæ lib.2.c.49. per totum,ſummam Coronam 3.p.tract.de excommunicatione n. 15. Ludou. Lop.inſtruct.conſcientiæ 2.to.2,p.c.20. (qui ſequitur Nauarrum ſupra) Man.Rodriguez in ſumm.1.to.c,80.Vegam in ſum.1.p.c. 85.caſu 147. ad 150.Toletum in ſum,in editione Rom.lib.1.c.31, cum ſeq.ad 34.Sairus de cenſuris lib.3.c.26.27. & 28.Suarez 5.to.diſp.22.ſect.1.à nu.4.Auilam de cēſuris 2.p.c.5.diſput.3. Molina de iuſtit. tractat,3.à diſp.50.vſque ad 66. qui latè agunt de materia dicti canonis.

180 Et de ſacrilegis † generaliter vltra Panorm. & alios in c.conqueſtus. de foro compet. vide Bernardum Diaz d.c.87.& ibi Salzedum, Iulium Clarum lib.5.§.ſacrilegium Follerium d.2.p.c.17.Maiolum de irregularitate,lib.3.c.30.Menoch.de arbitrar.lib. 1.caſu 289.Grillandum de pœnis omnifariam coitus q.1.D.Io.Vela de pœnis delict.c.30.Syluest.& alios ſummiſtas verb.ſacrilegium,& vide Suarez d.diſpu. ſect.2.à nu.4.& diſp.47.ſect.4.a nu.5, & de relig.t. tom.tract.3. lib.3. *& fr. Raph de la Torre eodem tract. 2.to.q.6.diſp.9.ibi c.30. Decian.tract.crim.lib.6. ex cap. 24.Farin.4.p.q.146.*

181 Sexto dubitatur † de concubinarijs,an ſint priuati, ſeu priuandi beneficijs, & dicendum eſt non eſſe priuatos, nec priuandos, ſeu deponendos, ſed ſuſpenſionis pœna puniendos,gloſſ. in c. Maximianus 81.diſtin.verb remoueantur, Imola,nu.11.Fel. 14.Decius 225.aliàs 56.Beroius à num.165.in cap. at ſi clerici,in princ. de iudic.Corſetus in ſing. verb. fornicatio,Selua de benef.3.p.q.3.nu.7. aliàs à nu. 13.Lamber.de iure patron.1.p.2.lib.q.9.articu.10. Iulius Clarus lib,5.§.fornicatio,num.3,Follerius in pract.crim.can,fol.221.nu. 6. Duennas reg. 101. in princ.& Io.Guttierez can.q.lib.3.c.7.nu.54.qui dicunt communem,& plures alios referunt. Quamuis Farin.4.p.q.138 à n.37.cum alijs dicat, clericū pro concubitu regulariter deponi debere.

182 Limitatur † tamē prædicta reſolutio,niſi fuerint moniti,& ad ſecundam,vel tertiam monitionem nō deſtiterint, nam tunc ſunt priuandi beneficijs c.ſicut,& c.ſi autem de cohabitatione clericorum, vbi Dd.Staphil.d.tit.de varijs modis vacationis.§.quādo quis veniat priuandus beneficio nu,4.d. num.7. aliàs 16. Corraſ.3.p.c.vlt,nu.28.& Mandoſ.titul. de
183 priuatio. verb. concubinarius: Et † hodie debet præcedere tertia monitio ex ſacro Concilio Trident, ſeſſ.25.de reform.c.14.vbi præfigitur ordo, & modus procedendi,& puniendi concubinarios, Farin, conſ.80 nu,13.& 47.& d.q.138.nu.81.

184 Vnde in vna † Tullen. monaſterij ſancti Manſueti 17.Ianu.1597.coram D.Penna fuit per Rotā reſolutum,Quod clericus concubinarius,etiam publicus, non eſt ipſo iure beneficijs priuatus, nec venit priuandus, niſi quando poſt legitimas monitiones indurato animo in conbubinatu perſiſtit,cap. ſicut c.ſi autem de cohabitatione clericor. Conc. Trident.ſeſſ.25.c. de ref. Probus ad pragm.ſanctionem, tit de concubinarijs §.nec non,verb.priuet,& ad effectum priuationis neceſſaria eſt plena, & concludens probatio illius, etiamſi ſimiliter ageretur, nec ſufficit probatio de publica voce & fama, &c. *vt in deciſ.poſita per Farin.d.conſ.80.à n.51. & relata per Genuen.in praxi c.37.in annot.a nu.6. ad 9.*

185 Et de pœnis concubinariorum † videndi ſunt Abbas,Felin, Decius,& alij in d.ca. at ſi clerici, Bermon.de concubinarijs, Lamber.d.art.10. Rebuf. in concord,titul.de publicis concubinarijs,Bern.Diaz in pract.c.76.aliàs 72. & ibi Salzedo, Iulius Clarus d.§.fornicatio.Maiol.de irregular.li.5.c.37. Antom. Gomez.in l.80.Tauri à nu.18.l.43.tit.6.p.1. & ibi Greg.Lopez, Azened.de exequen.mandatis 2.part. c.26.Auiles in c.prætorum.c.47.Didac.Perez in leg. 21.cum ſeq.tit.3.lib.1.ordin.l.1.cum ſeq.tit.19.li. 8.recop.& ibi Azenedo,Matienço in l.6,tit.8.lib.5. recop.gloſſ.2.Menoch.de arbitrarijs lib.2.caſu 418. D.Io.Vela de pœnis delict.c.6.latè Io.Gutier.d.c.7. Decian.tractatu crim.lib.6.c.21.Farin.dict.4.p. qu. 137.& 138. Abulen. tract.de clericis concubinarijs, Angel.Syluest. Armilla, & alij ſummiſtæ verb.concubinarius,Man,Rodriguez in ſum.1.to.cap.102.Vega 1.p. cap. 56. caſu 3.& Petr.Ledeſma 2.p.ſummæ tract.27.c.18.

186 Et vide ſacrum Concilium Tridentinum † ſeſſ. 24.c.8 & ſeſſ.25, d.c.14.de reform.ſuper quo Sacra
187 Congregatio ſic cenſuit, Hoc decretum de concubinatu, & impudicitiæ ſordibus clericorum, non procedit in ſimplici incontinentia abſque qualitate concubinatus. Secunda habet locum, etiam ſi quis clericus modo cum vna, modo cum alia comprehēdatur. Tertia patroni poſſunt, ſi ad eos ſpectat præſentatio alicuius beneficij per concubinarium deretī, vel alij laici parochiani pro ſuo intereſſe, quia abijs percipiunt ſacramenta,eos accuſare,quinimo poteſt ordinarius procedere contra ipſos prout de iure non expectata forma huius tex. & huius literæ, Ex congregationis ſententia. Quarta ibi, Quod ſi à ſuperioribus moniti, ſpecialiter, non autem generaliter, puta per edictum.Quinta, Monitiones,ex eod. decreto faciendę non tantum in viſitatione,ſed alijs quoque temporibus, Fieri poſſunt. Sexta, Tempus quod inter vnam & aliam monitionem intercedere debet,arbitrio Epiſcopi, Relinquitur. Septima, Poterit Epiſcopus contra eos procedere etiam incarcerando, quādo timetur de fuga iuxta formam traditam in c,6. abſque monitione. Octana, Epiſcopo Salamantino,Ordinarius poteſt ipſe ſolus,ex decreto Concilij ſeſſ.25.c.in crimine concubinatus ad informationem ſummariè, & incarcerationem procedere, vbi de fuga timetur, idque abſque forma & monitione illa, quæ præſcripta eſt decreto Concilij Tridentini ſeſſ.25.cap.14.2.Iun.1575.Nona, Pœna de qua in verſic. quod ſi à ſuperioribus moniti, non habet locum in clericis, qui primo delinquerint,etiā ſi edicta generalia ordinaria præceſſerunt,ſed incurritur vbi clericus ſecundo deliquit: in primo enim puniri debet alijs pœnis à ſacris canonibus vel ſtatutis eccleſiarum impoſitis, & demum ſi monitus fuerit, & quidem ſpeciali monitione, & ſecundo delinquat,priuatus eſt tertia parte fructuum,non tamen

diſtribu-

diſtributionibus quotidianis, quas ratione canonicatus, vel dignitatis diuinis intereſſendo, percipit præter fructus præbendæ diſtinctæ. Decima, eadem pœna cenſetur repetita in verſic. ſin vero in delicto eodem, ſi ſecundæ monitioni non parauerit, qui ſuſpendendus eſt ab adminiſtratione beneficiorum, & cum non poſſit intereſſe choro, amittit etiam diſtributiones quetidianas. Vndecima, Epiſcopus poteſt procedere per denuntiationem, inquiſitionem ex officio, vel quo alio ſibi videbitur modo. Duodecima, Prædictam executionem, exemptio, aut appellatio ante, vel poſt diffinitiuam ſententiam ſuſpendere nõ poteſt. Decimatertia. In hoc c. qui ſunt ſubcollectores, vel commiſſarij ſpoliorum, non comprehenduntur ſub diſpoſitione ordinariorum, ſed Nuntij Apoſtolici iuxta eorum priuilegia, quemadmodum reſpondit S.D.N. Greg. XIII. Decimaquarta ibi: Non ad Archidiaconos, Congreg. cenſuit hoc non intelligi in immemoriali. Et vide declarationes adductas 1.p.c.5.nu.299.& 304. *& Leonem in theſ. for. Eccl. cap. 35. à num. 23. & Genuen. in praxi cap. 37.*

187 Et aduertendum eſt Pium V. in ſua conſtitutione 5. in ordine bullarij monere omnes locorum ordinarios, & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipere vt ſtatuta Trident. Concil. contra concubinarios tam clericos, quam laicos edita diſtincte faciant obſeruari, reddituri Deo, ac ſibi, ſi id omiſerint, rationem, & aduertit Ioan. Guttier. dict. cap. 7. numer. 68. & ſeq.

188 Nihilominus † tamen ordinarij ea non obſeruant, nec obſeruari curant, nec puniunt Concubinarios iuxta formam, & diſpenſationem Concilij, ſed ſemper contra eos vruntur pœnis pecuniarijs etiam ſi bis, ter, quater, aut pluries deliquerint, ita vt cenſum annum à concubinarijs extorquere elaborent, quo ſoluto adhuc indurato animo peccatis ſordeſcant, quia nullam reus pertimeſcit culpam, maxime concubinarius, & carnalis, quam redimere nummis exiſtimat, vt recte inquit Segura de Aualos in directorio iudicum eccleſiaſtici fori 2. par. cap. 10. num. 1. vbi merito inuehit contra huiuſmodi pœnas pecuniarias, maxime in delictis perſeuerantiam, & actum ſucceſſiuum habentibus, vt concubinatu, & ſimilibus.

189 Et † certe huiuſmodi pœnæ pecuniariæ non ſolum non cauſant emendationem, & correctionem delinquentium, maxime concubinariorum, ſed potius ſcandalum, & notam contra ipſos iudices, & Epiſcopos, maxime quia eos conducunt à rege, ſeu Commiſſario Bullæ Cruciatæ eas Regi applicantis in expeditionem belli; quod non eſſet faciendum, ſed quod colligerentur Regi, aut locarentur alijs. *Et contra iſtas pœnas pecuniarias vide quod dicit Ribadeneira in Flore Sanct. 1. part. in vita S. Hugonis Epiſcopi 17. Nouemb. pag. 553.*

190 Aduertendum etiam eſt, quod illa † pœna priuationis fructuum, quæ ipſo facto imponitur à Concilio d.c. 14. non videtur recepta in conſcientia ante condemnationem, nunquam enim vidimus, audiuimus, aut intelleximus aliquem clericum concubinarium, cum ſint multi, ſemel, & bis, & pluries moniti, eos reſtituere, & ideo tanquam non recepta non videtur obligare in conſcientia, iuxta ſupradicta c. 5. à num. 150. quamuis deberent iudices nihilominus eam exequi, &c.

191 Septimo dubitatur † de ſodomitis, an ſint priuati beneficijs ipſo iure, an priuandi? in quo Rebuff. in praxi tit. de modis amittendi beneficia nu. 38. tenet quod ipſo iure perdit beneficium is, qui crimen ſodomiticum commiſit, grauiſſimum enim eſt crimen, &c.

192 Sed id non eſt † expreſſum, nec probatur in iure, ſed quod ſunt priuandi, & deponendi cap. clerici, de exceſſ. lib. prælator. & notant Staphil. tit. de variis modis vacationis, §. quando quis veniat priuandus beneficio nu. 4. Mandoſ. de ſignatura gratiæ tit. de priuat. verſ. fortius procedere, Bernard. Diaz in pract. c. 86. alias 80. vbi Salzedo, Bermon. de publicis concubin. c. de peccato Sodomiæ Duennas regul. 101. in fi. Menoch. de arbitrar. caſu 286. Grillandus queſt. 2. & 8. *Farin. 4. par. q. 148. nu. 25. & Aſor 2. p. lib. 7. c. 18. q. vltima, & 3. par. lib. 3. cap. 19.* & D. Ioan. Vela c. 33.

193 Qui † & Iulius Clarus §. ſodomia, Ant. Gom. in l. 80. Tauri à num. 32. Azeuedo in l. 1. tit. 21. lib. 8. recopil. & alij per eos relati videndi ſunt de hoc crimine, & eius pœnis.

194 Nec etiam eſt † expreſſum in iure, quod ſint ipſo iure ſuſpenſi, aut irregulares, quamuis eos eſſe irregulares dicant Specul. de diſpenſat. §. iuxta nu. 19. & Maiolus libr. 5. cap. 43. & eſſe ſuſpenſos, & celebrando irregulares *Dd.* communiter, quos ſequuntur Lambert. 1. par. 2. lib. q. 9. art. 18. Couar. in Clem. ſi furioſus 1. par. §. 1. num. 6. Iulius Clarus nu. 5. Salzedo, Azeuedo num. 20. D. Ioan Vela, *Farin. num. 27. & alij ibi.*

195 Contra quos † tenent Aret. in c. cum non ab homine, de iudic. nu. 90. Neu. in man. cap. 27. num. 249. Vgol. de irregular. c. 43. §. 2. num. 4. Candelabrum aureum de ſuſpenſ. num. 171. Graſſijs lib. 2. c. 90. nu. 2. Enriquez in ſumm. lib. 13. cap. 36. & lib. 14. c. 5. §. 1. in tex. & glo. Lud. Lopez 2. tom. c. 23. Man. Rodrig. in ſum. 1. tom. c. 208. n. 1. Valentia 4. tom. diſp. 7. q. 19. punct. 3. de quinta ſpecie irregularitatis, Toletus lib. 1. c. 74. nu. 3. Pet. Ledeſma 2. p. ſummæ tract. 27. cap. 15. circa 3. concluſ. Auila de cenſuris 3. par. diſput. 5. dub. 3. & 7. p. diſp. 4. dub. 7. & Proſper de Auguſtino in addit. ad ſummam bullarij Quarantæ verb. ſodomia, 1. limitat. *& Farin. dict. capitulo 19. queſt. vltima.*

196 Hodie vero † ex conſtitut. 70. Pij V. in bullario omnes clerici tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio eccleſiaſtico præſentis canonis authoritate priuantur, ita quod per iudicem eccleſiaſticum degradati poteſtati ſtatim ſeculari tradantur, &c. & ſic ipſo iure priuantur beneficijs, officijque executione, & ſunt ipſo iure depoſiti, & in effectu irregulares, Nauarr. dict. cap. 27. numero 249. & alij infra relati.

197 Quod habet locum, † & procedit etiam in foro interiore & in occulto, ſaltim quoad priuationem executionis officij, & inhabilitatem, ſeu in effectu irregularitatem, Nauar. ibi iuxta dictum ſupra num. 9. quicquid dicant Graſſijs à numero 4. Enriquez, Man. Rodriguez numero 2. Vgol. Toletus, Pet. Ledeſma circa 4. concl. vltim. difficul. Auila d. dub. 7. Proſper de Auguſtino 5. limit. vbi ſupra, & Suarez 5. tom. diſp. 31. ſect. 4. num. 22. Quorum ſententia ſolum poſſet procedere in priuatione beneficiorum obtentorum iuxta ſupradicta à numero 7. an autem

ea conſtitutio in foro conſcientiæ vſu recepta ſit, an non, vt ait Vgol. & inclinant Enriquez, Auila, Proſper de Auguſtino ſupra & Açor 2.p.libr.7.cap.18. in fin. res facti eſt, ſeu quæſtio de facto, ad quam reſpondere non eſt iuriſconſulti, vt inquit Nauarr. ſupra.

198 Sed cum de exercentibus † Sodomiæ crimẽ iſta conſtitutio loquatur, non habebit locum in eo, qui ſemel aut iterum illud perpetrauerit, ſed ſolum in eis qui quaſi ex vſu continuato id exercent, & qui ſic labuntur in tale crimen, vt arbitrio boni viri dici poſſint exercitores eius, argum. l. ſciendum. §. illud ff. de ædilitio edict. & quæ tradunt Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ rubr. 4. §. 1. fol. 131. B. Stracchа de mercatura p. 1. à nu. 6. & Salzedo in praxi ca. 55. verſ. & vt huius, ita Nauarr. ſupra dicens, ita ſibi reſpondiſſe Gregor. XIII. Matthæum Contarellum eius datarium, ſequuntur Coſmas Philiarcus de offi. ſacerdotis. 1. p. lib. 4. cap. 15. Candelabrum aureum ſupra, & Graſſijs à num. 3. Enriquez dict. cap. 36. in gloſſ. lit. N. & d. c. 5. gloſſ. lit. F. Ludoui. Lopez dict. cap. 23. Manu. Rodriguez ſupra num. 2. & quæſt. regul. 1. tom. quæſt. 30. art. 19. Vgol. ſupra, Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ cap. 80. num. 1. Sairus de cenſuris lib. 7. ca. 12. nu. 23. Auila dict. dub. 7. Suarez dict. ſect. 4. à nu. 20. Proſper de Auguſtino ſupra 4. limit. & Acor d. cap. 18. quæſt. vlt. circa fin. & dict. 3. part. libr. 3. cap. 19. quæſt. 2. Leo in theſ. fo. Eccleſ. c. 35. numero 29. & 30. Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. cap. 4. num. 94. & videtur Mar. del Rio de magia lib. 5. ſect. 16. verſ. 2. loco pag. 408.

198 Licet contrarium, † nempe dictam conſtitutionem habere locum in clerico, qui vnicum crimen tantum Sodomiæ commiſit, teneant Salzedo d. cap. 86. addit. 2. (quem ſequuntur D. Ioan. Vela, & Azeuedo num. 22. & 23. vbi ſupra, & Zauallos qu. 228. numero 4.) ex alia conſtitutione anteriori, cuius illa meminit eiuſdem Pij V. quinta in ordine, vbi ſtatuit, quod ſi clericus crimen nefandum contra naturam perpetrauerit, degradatus curiæ ſeculari puniendus tradatur, & non verb. Exercuerit, ſed perpetrauerit vtitur, quod non expoſcit criminis reiterationem, &c.

200 Sed † bene reſpondet Manuel Rodriguez dict. artic. 19. quod licèt pœna illius primæ conſtitutionis (de qua loquuntur D. Ioann. Vela, & Azeuedo) comprehendat perpetrantes, pœnæ tamen ſecundæ, quæ ſunt grauiores, comprehendunt tantum exercentes. *Et huc tendit quod Farin. ſuprà numer. 30. loquens de clerici Sodomite traditione curiæ ſeculari ait, quod à ſententia in foro contentioſo non crederet in iudicando recedendum, ex §. item Lex Iulia, inſtitut. de public. iudic. vbi gladio puniuntur illi qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent: & tamen pœnam hanc à iudicibus imponi etiam pro vnica vice, & omnes Doctores communiter tenent, & etiam praxis paſſim recipit, etc. quamuis in foro conſcientiæ contrarium defendere conetur add. Quar ſup. d. 4. limit.*

201 Et iſta reſponſio eſt melior † illa, quam ponit idem Man. Rodriguez in ſum. d. c. 208. num. 2. & cũ eo P. Ledeſ. dicens ambas ſententias probabiles ſup. 4. concl. 1. difficult. quod ſecunda conſtitutio ponẽs dictum verbum Exercentes, declarat primam ſolum ponentem verbum perpetrauerit,

202 Sicut etiam iſta ſecunda † conſtitutio non habet locum in laicis, vt habet prima, ſed ſolum in clericis. de quibus tantum agit Nauarr. Graſſius numero 11. Vgolin. Toletus, Açor dict. cap. 19. quæſt. 1. & alij ſupra.

203 Nec comprehendit iſta † conſtitutio exercentes pollutionem extraordinariam, ſeu extra vas, ſed ſolum exercentes copulam ſodomiticam, vt per Nau. ſupra, quem cæteri relati ſequuntur.

204 Sed eſt difficultas, † an comprehendat exercentes vitium beſtialitatis, & comprehendere tenent Man. Rodriguez dict. cap. 208. numero 2. Petr. Ledeſma ſupra circa 4. concluſ. 2. diffic. & Proſper de Auguſtino 2. amplia. & nouiſſime Farinacc. ſupra num. 47. quia beſtialitas, etiam eſt peccatum contra naturam, & grauius Sodomia, & lex pœnalis extenditur de vno caſu ad alium grauiorem, in quo eſt eadem ratio, gloſſ. in cap. 1. de temporibus ordin. in 6. verb. Italiæ.

205 Contrarium tamen † mihi videtur verius, nempe, quod iſta conſtitutio non comprehendat exercentes beſtialitatem, ſaltim quoad pœnas ipſo iure impoſitas: nam licèt ſit crimen grauiſſimum & contra naturam, & grauius Sodomia, non tamen eſt ſodomia, ſed ſpecies diſtincta à Sodomia, D. Thom. 2. quæſt. 154. art. 11. & ibi Caiet. D. Ant. 2. par. tit. 5. q. 4. Sylueſt. verb. luxuria, §. 1. Lud. Lopez 1. tom. c. 73. Pet. Ledeſma ſupra 2. concluſ. 1. diffic. Acor 3. p. lib. 3. c. 17. & alij.

206 Et in † pœnalibus non fit extenſio, etiam ex idẽtitate, ſeu maioritate rationis, ex reg. odia in 6. & c. pœnæ, de pœnitentia diſtin. 1. vbi Nauar. à num. 1. reprobans illam gloſ. verb. Italiæ, Domin. nume. 9. & Franc. 5. in d. cap. 1. de temporib. ord. in 6. Iaſon in l. cum quidam, ff. de liberis & poſthum. à numero 9. Decius in l. ſi quis, id quod num. 47. ff. de iuriſdic. omnium iudic. & in l. factum cuique §. in pœnalib. de regul. iuris, Aymon de antiquitate temporis 4. p. ſect. videamus modo num. 24. Euerardus loco à ratione legis larga à num. 63. Duennas regul. 287. Caſtro de poteſtate legis pœnalis lib. 1. cap. 7. docu. 3. Auila de cenſuris 7. par. diſp. 7. dub. 5. cum alijs, præſertim cum pœna ipſo iure imponitur, Tiraqu. in l. ſi vnquam. verb. reuertatur à nu. 248. ſeu 303. & Villaguta de extenſio. titul. de extenſione legum pœnalium reſpectu meræ pœnæ, *Salas de legibus, diſpu. 21. ſect. 5. num. 11. dicens cum Rebello de oblig. iuſt. & rel. lib. 1. qu. 7. ſect. 4. quod lex pœnalis non extenditur de caſu ad caſum ex identitate vel maioritate rationis, maximè ſi pœna executionem ſecum afferat, & Suarez eod. tract. lib. 6. c. 3. à nu. 5. & c. 4. num. 2. Sanch. lib. 2. c. 24. num. 5 & 37.* maxime, quia in beſtialitate ceſſat illa frequentia (raro enim illud crimẽ committitur) qua videtur motus Pius V. ad ſodomiæ crimen comprimendum, vt ex ipſa conſtitutione colligitur, & ita planè tenet Bannes de iuſtitia & iure 2. 2. q. 64. art. 8. circa princ. qui ait, quod ſi ſit impoſita irregularitas contra ſodomitas, non ſequitur, quod committentes peccatum beſtialitatis incurrant illam.

207 Rectè tamen † ait Proſper de Auguſtino ſupra in princip. dictam conſtitutionem procedere non ſolum in clerico Sodomita maſculorum concubitore, ſed & in eo qui fœminam præpoſtera venere cognouerit: cum in hoc caſu ſodomia propriè committatur, vt per citatos ſupra n. 162. & 193. & alios,

*& præcipuè per Iul.Clar.d.8.nu.3.qui de communi teſtatur, hieroch.dicto caſu 286. num.5, & in addit. ad eundem caſum nu.40 & Couarr.in 4.2.p.cap.7.§.7.num.7. num.7. & Sair.de cenſur.lib.7.cap.12.nu.21.licet contra teneat Acord 3.p. lib.3.cap.19.q.3. dicens, in dicta cõſtitutione non comprehendi clericum committentem copulam contra naturam cum fœmina extra vas debitum, & ordinarium, quia licèt extra vas ſit contra naturam, non eſt tamen peccatum Sodomiticum, quia Sodomia eſt concubitus, in quo non ſeruatur debitus ſexus, vt dixi in ca. 18. in principio ex S.Thom.dict.2 2.quæſt. 154.art.11. & ibi Card.ad 4.dubium, & Sylueſt. verb.luxuria, quæſtione 1.circa finem. Sed verius videtur, etiam concubitum cum fœmina extra vas debitum eſſe & dici peccatum ſodomiticum. licet ſpecie differat à concubitu in quo non ſeruatur debitus ſexus: & ſic ſodomia erit ſpecies ſubalterna, vterque enim concubitus videtur fuiſſe illorum de Sodoma, & filiorum diffidentiæ, vnde crimen nomen accepit. de quo loquitur dicta conſtitutio. Et nouiſſimè ſequitur Farinac. ſupra num.35.& 36.*

## *De violento beneficij poſſeſſore, & intruſo. §. III.*

### SVMMARIA.

ANob violentam beneficij apprehenſionem ſeu occupationem, quis priuetur beneficio, Corraſius dicit, quod ſic ex cap. cum qui, de præben. in 6. numero 208. quem ſex.explicant relati, num. 209. & quando dicatur violentus poſſeſſor remiſſiuè, numer. 210. ſed id intelligitur reſpectu iuris, quod in beneficio violenter occupato, vel ad illud taliter occupanti competebat, num. 211. & non eſſet priuatus ipſo iure qui poſſeſſionem apprehenderet, niſi violentiam adhiberet illi qui iam eſt in poſſeſſione, quamuis capiens propria authoritate poſſeſſionem beneficij ab alio occupatam, debeat puniri, etiamſi violentiam non adhibeat, nec lucraretur fructus, nec eſſet manutenendus ſecundum Rebuff. num.212.

Id de manutentione intelligitur, niſi poſſeſſor habeat ſe pro ſpoliato: nam etiam ſpoliatori, & detẽtori conceditur mandatum de manuten. etiam contra ſpoliatum, &c. nu. 213.

Quod non eſſet priuatus iure, qui apprehenderet poſſeſſionem, niſi violentiam adhiberet poſſeſſori, intelligitur de habente ius in re. ſecus in habente ius ad rem, nu. 214. nam is priuatur eo iure intruendo, & ingerendo ſe adminiſtrationi beneficij, etiam ſi vacet, & nemo illud detineat, ex cap. auaritiæ, de elect. in 9. quod procedit in quibuslibet beneficijs, & in præſentatis, ſeu nominatis, numero 215. & ſequ. nec excuſatur ab illa pœna etiam ſi ſit inſtitutus, ſi inſtitutio ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, vel aliàs, vt quia ſint facta non propoſitis edictis, numero 217. & ſequ. niſi excuſaret error facti, aut inſita credulitas, vel ſententia ſuperioris declarantis non eſſe neceſſaria edicta, numero 219. & 220. & adducitur reſolutio Rotæ, num. 221 Non habet locum pœna d. cap. auaritiæ, in capiente poſſeſſionem niſi ſe ingerat adminiſtrationi, aut fructus percipiat, nu.222.

Videtur quod capiens poſſeſſionem, etiam ſi non ſe ingerat adminiſtrationi, nec fructus percipiat. ac etiam ſi violentiam non habeat, ſit priuatus iure ad rem; quia eam capiens ante collationem, & ius in re, eſt intruſus, cum eam capiat ſine titulo numero 223. & intruſus non ſolum cadit à iure, ſi quod habet ad beneficium, ſed etiam ſit inhabilis ad illud, nu. 224. intruſuſque tenetur in gratia illius facere mentionem de ſua intruſione, aliàs gratia eſt ſurrepitia, & nulla, nu 225. & ſeq. vbi adducitur reſolutio Rotæ. Et etiam de fructibus ſi quos percipit, tenetur mentionem facere, nam fructus indebite percipiens inhabilis fit, & rehabilitatione indiget. num. 227. quod tamen non habet locum in diſtributionibus, quando aliàs habet fructus præbẽda, alioquin idem eſſet in eis ſaltim ingreſſa, n. 228. & gratia non facta mentione de fructibus male perceptis non ſuffragatur, nu. 229. iuxta quod erit accipiendum quod tradit Nau. & Enriquez citati, nu. 230.

Ad iſta dicitur verum eſſe de intruſione faciendam eſſe mentionem, etiamſi intruſus non adminiſtrauerit, nec fructus perceperit, & ſi fructus perceperit, etiam de illis faciendam eſſe mentionem, num. 231. niſi fructus debeantur tertio, numero 232. vel niſi quando adeſt lis, ex qua timere poteſt reſtitutionem fructuum, numero 233, vbi adducitur reſolutio Rotæ, nullibi tamen recte probari, quod intruſus, aut percipiens fructus indebitè, ſit inhabilis ad beneficium illud, niſi in caſu capit. quiſquis de electione, numero 234. & quamuis de ſtylo Curiæ videtur intruſum, quamdiu eſt intruſus, & qui percipit fructus indebitè, quamdiu illos habet, eſſe inhabiles ad illud beneficium. nam de ſtylo datur illis rehabilitatio, tanquam inhabilib. cum compoſitione tertiæ partis fructuum perceptorum, tamen id non procedere in eo, qui habens ius ad rem intruſit ſe in beneficio per ſolam poſſeſſionem abſque eo quod ſe ingeſſerit adminiſtrationi, vel fructus perceperit, &c. num. 235. & 236.

Secundum Alandoſ. ſtante in ſupplicatione clauſula, necnon cauſæ annullatiuæ & infectiuæ, etiam proprij tituli, ac poſſeſſionis exprimi poſſint, &c. non obſtitiſſe præcedens occupatio, & intruſio, nec etiam mala fructuum perceptio, etiã ſi de illis non eſſet aliàs facta mentio, &c. nu. 237. quia benè ait non obſtare tunc intruſionem, male tamen non obſtare malam fructuum perceptionem, nu. 238. & 239.

Dictus ſtylus non videtur procedere in impetrante non habẽte alias bonum titulum, ad cuius vtilitatem, & inſtantiam fuit capta poſſeſſio nomine Camerę antequam ceſſaſſet, n. 240 nec etiam in eo qui ſe intruſit in aliquo beneficio tanquam vnito acceſſorie alteri, & ſic non vi tituli, ſi poſtea impetraret in titulum, quamuis procederet ſi de nouo impetraret vnionem, num. 241.

Non procedit etiam in bonæ fidei poſſeſſore, vt in deciſ. Rotæ poſita, n. 242. & licet aliàs contra eam tenetur eſt poſſidẽtem beneficiũ reſeruatum ex proniſione ordinarij, etiam cũ bona fide, non facere fructus ſuos, etiam ſi reſeruatio non ſit clauſa in corpore iuris, nec de certo beneficio, adhuc tamen poteſt in eo procedere ad effectum, vt in impetratione nouæ gratiæ non teneatur facere mentionẽ de fructibus perceptis, nec ſe ſuper illi componere &c. nu. 243.

Hoc quod dicitur de bonæ fidei poſſeſſore videtur poſſe procedere, etiam ſi tempore impetrationis nouæ gratiæ dubitet, ſeu habeat iam notitiam de ſuo malo titulo ſi ſtatim confugit ad remedium & ad Papam pro noua gratia, nec fuit in mora, etiam ſi interim permaneat in poſſeſſione, &c.

208 OCtauo,& vltimo † dubitatur, an ob violẽtam beneficij apprehenſionem, ſeu occupationem, quis priuetur beneficio: & quidem Corraſ. de benef.3.p.c.vlt.numero 14. inter alia dicit, quod etiam violenta beneficij apprehenſio ipſo facto priuat beneficijs, ex cap. eum qui. de præbend. in 6.

209 Quem † text. præter ordinarios ibi, & alios explicant Ripa in cap. ſæpe de reſtitut. ſpol. num. 68. add. capellæ Toloſanę deciſ. 441. Rebuff. de pacificis poſſeſſor.

ſeſſor. ex num. 186. alias 131. & Pontanus de ſpolio
210 lib. 1. cap. 9. à nu. 91. Et quando † dicatur violentus poſſeſſor, vide Lapum alleg. 127. & ibi Mandoſ. Francum in d. c. eum qui, §. inſuper nu. 1. & ibi Probum ad Monach. Rebuff. ſupra, Couar. lib. 3. variar. c. 16. nu. 7. quem ſequitur Molina de iuſt. to. 1. tract.
211 2. diſp. 16. Sed iſtud intellige † reſpectu iuris, quod in beneficio violenter occupato, vel ad illud taliter occupāti competebat, vt patet in d. c. eum qui, verſ. inſuper, vbi DD. & notat Lapus ſupra nu. 4. Coſmas in pragmatica ſanct. titul. de pacificis poſſeſſor. verb. violentus, & Rebuff. ſupra & in praxi, tit. de modis amittendi benef. num. 28. & tit. de miſſione in poſſeſ-
212 ſionem, nu. 3. & 4. † vbi ait, quod non eſſet priuatus iure qui poſſeſſionem apprehenderet, niſi violentiam adhiberet illi, qui iam eſt in poſſeſſione, quamuis capiens propria authoritate poſſeſſionem beneficij ab alio occupatam, debeat puniri, etiam ſi non adhibeat violentiam, nec lucraretur fructus, nec eſſet in illa poſſeſſione manutenendus, quia eſt viciosa, &c. vt etiam inquit num. 37. & ſequitur Rota deciſ. 21. num. 3. & 6. par. 2. diuerſ.

213 Quod † tamen de manutentione intellige, niſi poſſeſſor habeat ſe pro ſpoliato, nam etiam ſpoliatori, & detentori conceditur mandatum de manutenendo, etiam contra ſpoliatum, donec conſtiterit eum iniuſtum eſſe poſſeſſorem, quia ſine cauſæ cognitione poſſeſſione priuari non debet, c. in literis. de reſtitut. ſpoliat. c. licet Epiſcopus, de præb. in 6. & notat Bar. in l. 2. nu. 2. C. ſi propter publicas penſitationes cum alijs adductis à Rom conſil. 158. num. 1. Decius 199 num. 9. & Cephalus 26. à num. 9. Palcot. deciſ. 87. in manuſcript. quæ eſt 3. pars diuerſ. lib. 3. 482. & Rota deciſ. 50. num. 29. par. 2. & fuit reſolutum coram Dom. Oriolen. in Romana vineæ 23. Iunij 1581. quæ eſt 1. pars deciſ. 641. nu. 8. & in Abulen. Capellaniæ 27. Aprilis 1594. coram Illuſtriſſimo Mantica.

214 Præterea id † quod ait Rebuff. quod non eſſet priuatus iure, qui apprehenderet poſſeſſionem, niſi violentiam adhiberet poſſeſſori, intellige de habente ius in re beneficij contra Pontanum, ſupra nu. 93. & ſeq. ſecus in habente ius ad rem.

215 Namis † priuatur eo iure intrudendo, & ingerendo ſe adminiſtrationi beneficij, etiamſi vacet, & nemo illud detineat, ex cap. auaritiæ. de elect. in 6.

216 Quod † procedit in quibuslibet beneficijs, & in præſentatis ſeu nominatis, Lapus allegat. 8. ſub nu. 4. & ibi Mandoſ. ſup. lit. Y. Francus ibi ſup. nu. 2. Rochus de iure patron. verb. honorificum, quæſt. 39. nu. 7. Rebuff. in praxi 3. par. ſignaturæ, verb. nec non iuris patronatus à nu. 54. & reg. 29. Cancell. verſ. 2. etiam, ad fin. & tenet Rota, Creſcen. deciſ. 6. de iure patr. Cota deciſ. 127. in vna Eugubina canonicatus de ann. 1561. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de priuat. verſ. dubitabatur, & Hier. Gabr. conſ. 199. lib. 1. Proſper de Auguſtino in addit. ad ſummam bullarij Quarantæ verſ. beneficiorum poſſeſſio liter. D. & in append. ad eum locum pag. 516. licet contra teneat Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 15. ex Rebuff. ſupra d. reg. 29. & Rocho ſupra, qui id non dicunt, ſed potius contrarium, ad quod eos citaui, & fuit reſolutum in vna Iuuenacen. beneficij 15. Decemb. 1593. coram D. Mantica.

217 In † qua etiam fuit reſolutum, Non excuſari ab illa pœna, etiam ſi ſit inſtitutus, ſi tamen inſtitutio ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, & ſic intelligit Millis in reper. verb. pœna decretalis auaritiæ, Hier. Gabr. ſupra; nec iuris ignorantia, niſi probabilis, & iuris dubij; nam alias iuris ignorantia nō excuſat in com-
218 pendijs, &c. ita in d. deciſ. Et idem † dicit Hieron. Gabr. ibi, etiamſi non ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, ſed alias, vt quia inſtitutio fuit facta non propoſitis edictis, contra Millis ſupra cum gloſ. in cap. fin. de elect. in 6. verb. inanes, & ibi Ioan. And. Domin. num. 18. & Franc. num. 8. *Rota in vna Viterbien. capellaniæ 12. Iun. 1606. coram D. Mançanedo, vbi quod præſentatus, qui ab ordinario fuit inſtitutus ſine cauſæ cognitione, nec ſeruato ordine c. fin. de elect. in 6. ex poſſeſſione nomine illius inſtitutionis capta, & fructuum perceptione, dicitur incurriſſe in pœnas d. c. auaritiæ de elect. in 6. ad tradita per Lamb. de iure patr. lib. 2. p. 2. q. 6. art. 12. nu. 6.*

219 Quod intellige niſi excuſaret † error facti, quia credidit edicta propoſita, gloſ. ibi & DD. aut alias iuſte credere potuit ſeruatam eſſe debitam formam, vt in illa Caſalen. parochialis 9. Nouembris 1597. ſupra relata 9. part. capitul. 2. num. 95. *Quæ eſt deciſ. 546. nouiſs. Farin. & in eadem 30. Maij 1586. coram Robuſterio, vt in deciſ. 652. & in Bracaren. parochialis infra relata num. 252.*

220 Et niſi excuſaret ſententia † ſuperiori declarantis non eſſe neceſſaria edicta, vt per Puteum deciſ.
221 484. lib. 2. Et † facit deciſ. facta in cauſa Calagurritana abbatiſſatus coram D. Peregrino, vbi tentum fuit, Quod electus adminiſtrans in vim confirmationis nullæ defectu iuriſdictionis, vel nouæ prouiſionis non gratioſæ, aut ſurreptitiæ, efficitur inhabilis non obſtāte d. Millis in verb. pœna decretalis, vt per Pap. in addit. ad Rotam deciſ. 6. de elect. in nouis. num. 5.

222 Non tamen habet † locum pœna d. cap. auaritiæ, in capiente poſſeſſionem, niſi ſe ingerat adminiſtrationi, aut fructus percipiat: loquitur enim de ingerente ſe adminiſtrationi: ita Puteus deciſ. 45. lib. 3. & Cota deciſ. 129. in d. Eugubina canonicatus, & fuit reſolutum in d. Iuuenacen. beneficij. *Nec etiam habet locum in prouiſionibus Apoſtolicis in quibus non proceditur per viam confirmationis, nec eſt ſeruanda forma c. fin. de elect. in 6. Lamber. lib. 2. p. 2. q. 6. art. 3. licet prouiſus ſe ingeſſerit adminiſtrationi pendente appellatione ab eius prouiſione facta per executorem. Ita in Bracaren. parochialis de Moreira 13. Iun. 1605. coram D. Ortenbergo, vbi etiã q cap. auaritiæ, requirit dolum, vt patet ex illis verbis, temeritate & fraudibus: & ideo inſtitutio etiam nulla ex errore facti excuſat ab illius pœna, gloſſ. in d. cap. fin. verb. inanes in fine, & ibi Franc. num. 8. Millis verb. pœn. decret. auaritiæ, &c.*

223 Sed videtur quod capiens † poſſeſſionem, etiamſi non ſe ingerat adminiſtrationi, nec fructus percipiat, ac etiamſi violentiam non adhibeat, ſit priuatus iure ad rem ſibi ad beneficium competenti, ex eo quod accipiens poſſeſſionem beneficij ante collationem, & ius in re, eſt intruſus, cum eam capiat ſine titulo, c. cum iam dudum. de præben. vbi DD. Rebuff. in praxi in declaratione nouæ prouiſionis verb. officiali Epiſcopi, num. 7. & tit. de miſſione in poſſeſſionem num. 8. Ioan. Guttierez conſil. 10. num. 12.

224 Et intruſus non ſolum † cadit à iure, ſi quod habet ad beneficium, ſed etiam efficitur inhabilis ad illud, vt ex dict. cap. cum iam dudum, & capit. per inquiſitionem. de elect. docet Coſmas d. tit. de paci-

ficis poſſeſſ. ad fin. verb. violentus, & ait quod ſolus Papa poteſt cum eo diſpenſare, quod idem tenet Nauarr. in cap. ſi quando, de reſcript. except. 18. numero 6. & in man. cap. 27. num. 194. verſ. ad quæſitum, & conſil. 12. de reſcript. num. 13. & 14. qui tamen iſto num. 14. ait non fieri inhabilem qui poſſeſſionem beneficij cum titulo quæſitum continuat poſt titulum ipſo iure perditum, Ludou. Lopez inſtruct. conſcient. 2. tom. 1. part. cap. 22. Acor 2. part. libr. 6. cap. 4. quæſt. 27. & Rebuff. d. tit. de remiſſione in poſſeſſionem, num. 8. vbi ait quod ſi quis acciperet poſſeſſionem ante collationem, eſſet intruſus, & poſtea collatio illi facta non valeret, ſequitur Ioan. Gutter, ſupra.

225 Intruſuſque in beneficio † tenetur in impetratione, & gratia illius facere mentionem de ſua intruſione, aliàs gratia eſt ſurreptitia & nulla, Abbas in d. c. cum iam dudum, num. 3. & in cap. præterea, de iure patron. numero 2. Millis verb. gratiam beneficij impetrans. Hier. Paul. in pract. Cancell. §. notabilia ſuper vacantibus non reſeruatis verſ. gratiam beneficij impetrans. Felin. in c. poſtulaſti de reſcrip. ad fin. Ripa inter cæteras nu. 21. & in c. ad aures, num. 41. de reſcript. Selua de benefic. 3. p. q. 11. 5. qualit. Villad. de legato q. 14. 1. p. num. 118. Rebuf. d. verb. officiali Epiſcopali n. 7. & in concord. in forma mãdati Apoſtolici verb. pro expreſſis, verſic. 4. intruſio, & ſeq. & in repet. c. nulla 3. de conceſſ. præbend. 31. qualitate, deciſio. Capel. Toloſ. 484. & ibi Aufrer. Aegid. deciſ. 497. ſeu 498. Caſſ. 6. de præben. Aeneas de Falcon. de reſeruatio. 4. q. effectu 35. Mandoſ. de ſignatura tit. de prouiſio. ad fi. & conſ. 4. n. 19. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. caſu 201. nu. 129. Nauarr. ſupra d. nu. 194. & conſ. 2. de ætate & qual. nu. 2. Fla. Pariſ. de ſignat. benef. lib. 10 q. 2. nu. 98. Lud. Lop. & Acor ſupra. Man. Rodrig. in ſum. 1. to. c. 29. nu. 6. & Vega in ſumm. 1. p. c. 36. caſu 4. & alij, licèt Leſſius, lib. 2. c. 34. num. 16. dicat intruſum non effici inhabilem ad idem beneficium iterum impetrandum, quia iure non exprimitur, niſi quod amittat ius prioris electionis, citans Felin. in d. cap. poſtulaſti. in fi. qui id non dicit.

226 Et ideo † in vna Tiraſon. capellaniæ 18. Decẽbr. 1559. coram Domin. Oradino fuit reſolutum per maiorem partem, Subrogationem in ius defuncti non ſuffragari propter intruſionem, quia cum ceperit poſſeſſionem inſtrumentalem pendente lite, & hinc ad paucos dies fuerit ſubrogatus, præſumitur continuatio, &c.

227 Et † etiam de fructibus, ſi quos percepit, tenetur mentionem facere, nam fructus indebitè percipiens inhabilis efficitur, & rehabilitatione indiget, Mill. & Hier. Paulus, ſupra Felin. in c. in noſtra. de reſcript. corol. 2. Selua ſupra, & Villad. Rebuff. ſupra, & 3. p. ſignaturæ, verb ueçnon iuris patronatus, n. 56. & 57. & tit. de diſpenſat. cum regul. num. 66. & 67. Caſſad. d. dec. 6. de prẽbend. Put. dec. 26. lib. 1. Rotæ deciſ. 1922. lib. 3. p. 3. diuerſ. Mandoſ. de ſignatura ti. de abſolutione à mala fructuum perceptione, vbi late de hoc, & d. conſ. 4. n. 19. & Nau. d. conſ. 2. n. 2. *& Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 332. d nu. 35. (qui tamẽ male ait, fructus indebitè percipientem incurrere panam inhabilitatis ad quacunque beneficia obtinenda & irregularitatem, cum Abb. in d. c. iam dudum nu. 3. qui id non dicit, & Rebuf. d. tit. de diſpenſ. cum reg. nu. 66. qui de beneficijs, quorum fructus indebitè percepit, loquitur, vt apparet d. n. 67.)* & poſt hæc Goncalez §. 7. procem. à n. 171.

228 Quod † tamen non habere locum in diſtributionibus, quæ inter fructus non computantur & aiunt Caſſad. & Gonzal. ibi Gambarus de offi. legati l. b. 6. num. 36. intellige, quando aliàs habet fructus præbenda, alioquin idem eſſet in diſtributionibus, ſaltim in groſſa.

229 Et gratia † non facta mẽtione de fructibus malè perceptis non ſuffragatur, Peregri. dec. 41. in manuſcr. quæ eſt 3. pars diuerſor. lib. 1. dec. 41. & fuit reſolutum in vna Maceraten. parochialis 29. Aprilis 1580. coram D. Seraphino.

230 Iuxta † quod erit accipiendum, quod tradit Nauarr. de ſpolijs, §. 12. nu. 4. verſ. ſubinfertur etiam, & conſ. 13. nu. 11. & 16. nu. 4. de reſcript. & 70. num. 5. & 72. num. 4. & 79. num. 10. de ſimon. & Enriquez in ſumm. 7. cap. 36. §. 2. & lib. 13. cap. 3. §. verſ. at quia fructus, & cap. 14. §. 3. verſ. circa fructus, de quo vide infra nu. 244.

231 Sed ad † illa dicimus verum eſſe de intruſione faciendam eſſe mentionem, vt docent citati, numer. 225. ex d. c. cum iam dudum, & d. cap. per inquiſitionem, etiamſi intruſus non adminiſtrauerit, nec fructus perceperit, & ſi fructus perceperit, etiam de illis faciendam eſſe mentionem, vt docent citati num. 227.

232 Niſi fructus † debeantur tertio, vt per Caſſador. dec. 7. de prẽb. Mandoſ. d. tit. de abſolutione à mala fructuum perceptione, verſ. limitat Caſſadorus.

233 Vel † niſi quando adeſt lis, ex qua timere poteſt reſtitutionem fructuum, nam tunc de fructibus perceptis non eſt neceſſario facienda mentio, nec propterea gratia vitiatur, vt fuit reſolutum in vna Partmen. prioratus 29. Iunij 1589. coram Domin. Mantica, in qua fuit reſolutum, Gratiam non poſſe dici ſurreptitiam, ex eo quod non fuerit facta mentio fructuum male perceptorum, quia in caſu, quo Iulius Cæſar ſuccumberet, fructus non deberentur Cameræ Apoſtolicæ, ſed Angelo præſentato & ideo ceſſat vitium ſurreptionis, Caſſad. deciſio. 6. de præbend. & fuit dictum coram D. Camphilio hoc anno in Toletana parochialis, &c. in Salamantina dimidiæ portionis 1591. infra adducta numer. 242. & in dict. Iuuenacen. beneficij 16. Maij 1594. coram D. Mantica.

234 Nullibi † tamen rectè probatur, quod intruſus, aut percipiens fructus indebitè, ſit inhabilis ad beneficium illud, niſi in caſu c. quiſquis de elect. nam d. c. cum iam dudum, & d. c. per inquiſitionem, ad ſummum probant, quod eſt indignus, ita quod electio deberet caſſari, non tamen inhabilis.

235 Et quamuis † de ſtylo Curiæ videtur intruſum, quandiu eſt intruſus, & qui percepit fructus indebitè, quandiu illos habet, eſſe inhabiles ad illud beneficium, nam de ſtylo datur illis rehabilitatio, tanquã inhabilibus cum compoſitione tertiæ partis fructuum perceptorum.

236 Tamen † id non procedit in eo qui habens ius ad rem ad beneficium intruſit ſe in illo per ſolam poſſeſſionem, abſque eo quod ſe ingeſſerit adminiſtrationi, vel fructus perceperit: nam iſte talis non fit inhabilis ad beneficiũ cum non amittat ius, quod ad illud habet, vt in d. c. anaritiæ, & in deciſionibus relatis ſupra nn. 222.

Aduerte

237 Aduerte † tamen, quod Mandoſius d. titul. de prouiſio. ad fin. ait, quod ſtante in ſupplicatione clauſula, Nec non cauſæ annullatiuæ, & infectiuæ, etiam proprij tituli, ac poſſeſſionis, exprimi poſſint, &c. quæ concedi ſolet, non obſtitiſſet præcedens occupatio, & intruſio, nec etiam mala fructuum perceptio, etiam ſi de illis non eſſet aliàs facta mentio, & ita ſi illa verba, Ac poſſeſſionis, fuiſſent in caſu poſito per Caſſad. dict. deciſ. 6. contrarium decidendũ erat, ſed in terminis Caſſadori, vel dicta verba, Ac poſſeſſionis, non fuerunt poſita in ſupplicatione, vel per ſignaturam deleta fuerant, vt aliquando deleri ſolent. Hæc Mandoſi. qui idem ait. dict. conſil. 4. num. 18.

238 Qui † bene ait, quatenus docet ſtante dicta clauſula cum illis verbis, Ac poſſeſſionis, (quæ tamen hodie non conceduntur) non obſtare intruſionem impetrantis, de qua aliàs non fuit facta mentio, nam per illa purgatur vitium intruſionis, iuxta dictam deciſionem Caſſadori, & Achillis 270. ſeu 7. de præbend. & Paleoti 633. num. 8. libro 3. part. 3 diuerſor. in impreſſis.

239 In eo † tamen, quod ait, ſtante dicta clauſa, etiam non obſtare malam fructuum perceptionem, non bene loquitur: nam cum de fructibus verbum nullũ, non purgatur per eam vitium malæ fructuum perceptionis, vt in dict. deciſio. Caſſadori, maximè cum non ſoleat purgari, niſi cum compoſitione partis illorum.

240 Aduerte † etiam, quod dictus ſtylus non videtur procedere in impetrante non habente aliàs bonum titulum, ad cuius vtilitatem, & etiam inſtantiam fuit capta poſſeſſio nomine Cameræ antequam ei ceſſaſit: quia donec ei ceſſa ſit, ſeu translata poſſeſſio, non poteſt ipſe vere dici intruſus.

241 Nec etiam † videtur procedere in eo, qui ſe intruſit in aliquo beneficio, tanquam vnito acceſſoriè alteri, & ſic nõ vt titulo, ſed vt prædio ſeu proprietate, ſi poſtea impetraret in titulum, quia vt ſic non eſt intruſus, quamuis procederet, ſi de nouo peteret, & impetraret vnionem, vt vidi in litetis Gregorij XIII. vnionis abbatiæ de Parrazes in fauorem Regij monaſterij S. Laurentij del Eſcurial, quia tunc eſt eadem ratio.

242 Rurſus, non † procedit in bonæ fidei poſſeſſore, vt fuit reſolutum in dicta Salamantina dimidię portionis 1. Aprilis 1591. coram D. Pamphilio his verbis: Fuit reſolutum gratiam ſi neutri, impetratã per Petrum non eſſe nullam, ob non factam mentionem fructuum, & diſtributionum perceptarum, quia tẽpore impetrationis non conſtabat fructus iſtos pertinere ad Cameram, ita vt de illis eſſet facienda mẽtio, iuxta deciſ. Caſſadori 6. nu. 6. de præben. nõdum enim fuerat reſolutum in Rota gratiam Ferdinandi fuiſſe ſurreptitiam, vnde cum potius adhuc eſſet dubius, an fructus deberentur Cameræ, vel collitigãti, ratione incertitudinis, etiam quod fuiſſet poſſeſſor malæ fidei, non tenebatur illos exprimere, ne aliàs contingeret ipſum poſſe affici duplici diſpendio, ſcilicet ſoluendo Cameræ, & collitiganti, ſi condemnaretur, Caſſad. deciſ. 7. de præbend. præſertim cum Petrus percipiendo iſtos fructus bona fide, & cum iuſto titulo optionis vigore conſuetudinis immemorialis à ſede Apoſtolica confirmatæ, ad notata in ca. fin. de conſuetudine in 6. illos ſuos fecerit, Rota deciſ. 4. de reſtitutione ſpoliator. in nouis, vnde illiorum expreſſio non fuit neceſſaria, quia tantum requiritur in malæ fidei poſſeſſore, qui ſine titulo ſe intruſit in beneficio, Caſſad. dict. deciſion. 6. de præbend. Rebuff. ſuper concord. in forma mandati Apoſtolici, verb. pro expreſſis, verſicul. 5. etiam; neque obſtare, quod Petrus impetrando gratiam, ſi neutri, videatur, ſaltim implicitè, confiteri, nec ſibi, nec collitiganti ius competere, & propterea ipſum indebitè percepiſſe iſtos fructus ex defectu non iuris ſui, vel collitigantis, pendente conditione, & ſic durante lite, ad notata per Rebuff. in titul. de non promotis infra annum num. 77. cum ſequent. neque etiam obſtare, quod ſtatim in ipſo limine aſſecutionis dimidiæ portionis fuerit Petrus conſtitutus in mala fide per contradictionem Gaſparis de Buſtos prouiſi ab ordinario, qui contra ipſum litem induxit; quia neque hoc verificatur in facto, cum Gaſpar fuerit prouiſus de menſe Sept. 1581. & ſic per annum poſt poſſeſſionem apprehenſam per Petrũ vigore ſuæ optionis, neque lis mota impedit, quominus poſſeſſor bonæ fidei lite pendente faciat fructus ſuos, licet ſi condemnetur, debeat illos reſtituere, Bart. in l. 2. nu. 5. C. de fruct b. & litium expẽſ. neque etiam obſtare, quod ſtante vacatione in mẽſe Aprilis Petrus dicatur intruſus, ex quo aut dimidia portio erat in turno Epiſcopi, & Petrus fuit in mala fide intrudendo ſe cum prouiſione capituli, aut erat in turno capituli, & tanto magis, quia menſis April. erat reſeruatus, Caſſad. deciſ. 1. de reſtitution. ſpoliator. nec ſuffragabatur alternatiua, quia capit tantum beneficia, quæ ad liberã ipſius Epiſcopi diſpoſitionem pertineant, vt in alia Salamantina dimidiæ portionis coram R. P. D. Comitulo fuit reſolutum, quoniam iſta vacatio de menſe Aprilis per obitum Didaci Valdes controuertitur nam vacante canonicatu, & præbenda in Eccleſia Salamantina per obitum Io. de Mendoça de menſe Sept. 1580. & ſubſecutis optionibus antiquioris canonici, & antiquioris integri portionarij, Didacus antiquior dimidius optauit integram, & Petrus antiquior capellanus optauit dimidiam, de qua agitur, dimiſſam per dictum D. dacum, & illius poſſeſſionẽ, in qua vſque ad præſens exiſtit, adeptus fuit, & ſic vacatio potius contigit in menſe Sept. quia vt pluries fuit reſolutum, omnes iſtę optiones ſucceſſiuæ habentur pro vnica vacatione: & licet coram Illuſtr. D. Card. Aldobrandino fuerit reſolutum, optionem Didaci propter eius cęcitatem non ſubſiſtere: tamen quicquid dicendum ſit, ſi ageretur pro canonizatione ipſius optionis, ad effectum de quo agitur, vt Petrus tãquã habens titulum coloratum dicatur in boua fide, & fecerit fructus ſuos, ſufficit hæc vacatio de facto per dimiſſionem Didaci, quia hoc caſu non requiritur bona fides poſitiua, ſed ſufficit malam abeſſe, Rota d. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. in nouis, Aegid. in c. grauis num. 40. eodem titul. Caſſad. deciſ. 6. ſub num. 9. de præbend. quod procedit etiam in beneficijs reſeruatis non data certa ſcientia reſeruationis, niſi reſeruatio ſit clauſa in corpore iuris, vel ſub certo corpore beneficij, aut aliàs indubitata, & notoria, Puteus deciſ. 180. lib. 3. & fuit reſolutum in cauſa Salamantina fructuum pro hæredibus Fr̃ãciſci de Burgea de anno 1587. coram Dom. Gipſio, & ita etiam tollitur, quod dicebatur, dimidiam portionẽ fuiſſe,

in turno Epiſcopi, non autem capituli, quia ſiãte declaratione, ſeu concordia, per quatuor annos antea facta inter Epiſcopum, & capitulum, quod cẽſeretur conſumptus turnus Epiſcopi, & ſequens eſſet capituli, Petrus dicitur in bona fide, quia hęc declaratio, licet erronea, præbet ſibi iuſtam cauſam, & bonum titulum ad effectum acquiſitionis fructuum, vt in ſimilibus terminis fuit pluries dictum in præfata cauſa Salamantina fructuum. Vltimo non obſtat, quod ex ſtylo datariæ, qui in dignoſcenda ſurreptione eſt attendendus, Caſlad. deciſ. 12. nu. 4. de præb. Peregr. deciſ. 4. lib. 1. hæc gratia cum mẽtione fructuum perceptorum non fuiſſet expedita abſq; compoſitione, quia iſte ſtylus, vt ſit conformis iuri communi, prout eſſe debet ex Sarnen. in reg. de impetrãtibus per obitum familiarium Cardinalium q. 6. debet intelligi in caſibus, in quibus de iure requiritur expreſſio fructuum perceptorum, vt puta ſi ſpectarent ad Cameram, vel verſaremur in malæ fidei poſſeſſore intrudente ſe in beneficio abſque titulo, non autem quando iſta expreſſio non eſt neceſſaria, vt in poſſeſſore bonæ fidei: & quando fructus non pertinent ad Cameram, vt per Caſſador. d. deciſ. 6. & ſequen. de præbend.

143 De qua † deciſione meminimus ſupra 5 par. c. 5. num. 28. & licet ibi contra eam tenuimus poſſidentem beneficium reſeruatum ex prouiſione ordinarij, etiam cum bona fide, nõ facere fructus ſuos, etiamſi reſeruatio non ſit clauſula in corpore iuris, nec de certo beneficio: adhuc tamen hæc deciſio poteſt in eo procedere ad effectum, vt in impetratione nouæ gratiæ non teneatur facere mentionem de fructibus perceptis, nec ſe ſuper illis componere, ſufficit enim ad iſtum effectum, quod illos bona fide, & non mala perceperit, licet illos non fecerit ſuos, ex quo ceſſat vitium intruſionis, & malæ perceptionis fructuum, Caſſad. dict. deciſ. 6. num. 9. de præbend.

144 Vnde etiam hoc, quod dicitur † de bonæ fidei poſſeſſore, videtur mihi poſſe procedere, etiamſi tẽpore impetrationis nouæ gratiæ dubitet, ſeu habeat iam notitiam de ſuo malo titulo, ſi ſtatim confugit ad remedium, & ad Papam pro noua gratia, nec fuit in mora, ex quo ceſſat in eo mala fides, etiamſi interim permaneat in poſſeſſione, & fructus occurrentes percipiat, iuxta tradita per Enriquez dict. li. 13. c. 14. §. 2. & ſic non videtur habere neceſſitatem narrandi fructus perceptos, nec ſe componẽdi ſuper illis, cum illos ſine mala fide perceperit, nec egere rehabilitatione, & tunc rectè intrabit doctrina Nauarri, & Enriquez, de qua ſupra nu. 230. quod ad eum tanquam ſucceſſorem ſpectabunt.

145 De intruſo † autem, & modis intruſionis, vide Felynum in c. in noſtra, de reſcript. corol. 2. & in cap. veniens. de accuſat. nu. 2. 3. Decium conſ. 121. nu. 4. Seluam de benefic. 3. part. quæſt. 11. num. 5. Sarnen. in regul. de trienuali, quæſt. 27 & 47. Rebuf. in praxi ſuper reg. de ſubrogand. s collitigan. gloſ. 4. late Gigan. tract. de intruſo, Mandoſ. dict. reg. de ſubrogan. quæſt. 4. & de monitorijs quæſt. 60. num. 40. Bernar. Diaz in pract. crim. can. cap. 49. Maſcard, de probation. concluſ. 937. Flamin. Pariſium de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 1. à numer. 39. & lib. 7. quæſt. 1. à numero 107. & Zerolam in praxi Epiſcopali, verb. intruſus, & Moſconium de maieſtate militantis eccleſiæ lib. 1. part. 3. cap. 2. pag. 427. & ſequen. *Et Tuſchum litera I. concluſ. 342. Aſor part. 2. lib. 7. capit. 35. queſt. 10. & Vgolinus de offic. Epiſcopi capitul. 15. §. 1. num. 2.*

---

# DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS TRACTATVS.

## *De modis quibus extinguitur, vel alteratur beneficium.*

## PARS VLTIMA.

### *De ſuppreſſione, & extinctione.*
### *Cap. I.*

SVMMARIA.

*SVppreſſione extinguitur beneficium, & deſinit eſſe, vt cum ſupprimitur dignitas, vel prabenda, ſeu numerus illarum diminuitur, num. 1.*

*Suppreſſio, & diminutio, licet ſine cauſa fieri non poſſit, tamen ex cauſa, puta propter diminutionem reddituum bene poteſt fieri ab Epiſcopo cum conſenſu capituli, ſicut vnio, num. 2.*

*Licet vbi à Papa, vel eius authoritate numerus ſit præfixus, vel confirmatus, vel dignitas creata, non poſſint etiam ex cauſa diminuere, vel ſupprimere, tamen id intelligitur, niſi cauſa diminuendi, nempe diminutio reddituum, ex poſt facto ſuperueniſſet, nu. 3. & 4. Vt enim poteſt fieri augmentum excreſcentibus facultatibus, non obſtante confirmatione Papæ, ita & diminutio diminutis facultatibus. num. 5. & idem videtur etiamſi in confirmatione ſit clauſula decreti irritantis, ſicut ea non obſtante ſit augmentum auctis facultatibus ſecundum Felyn. contra Abb. de diminutione ſtante dicta clauſula aliter dicentem, qui tamen poteſt intelligi vbi non euenit dicta diminutio ſecundum eund. Felyn. num. 6. & 7.*

*Author aduertit, quod vbi non euenit diminutio, non poteſt fieri*

*fieri d. diminutio, ſeu ſuppreſſio, ſi authoritate Papæ numerus eſt præfixus, vel confirmatus, vel dignitas creata, etiã ſi non adſit clauſula decreti irritantis, quamuis ſecus ſit in augmento, quod poteſt fieri, etiam non auctis facultatibus, non obſtante confirmatione, ſi non eſt clauſula decreti irritantis, per quam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in contrarium, & animaduertiſſe ad fauorem eccleſiæ, et obuiare facilitati canonicorum, &c. à nu. 8.*

*Statuentes non poſſunt reuocare ſtatutum confirmatum à papa, quando concernit fauorem alterius, & quando eſt confirmatũ cum præcepto, quo omnino ſeruetur ex Rota. n. 12.*

*De ſuppreſſione, & extinctione beneficij remiſſiue, nu. 13.*

*Extinguuntur etiam beneficia quando authoritate Papæ vel Epiſcopi, vel alio modo Eccleſiæ deſtruuntur vna cum reditibus, nu. 14.*

1 SVppreſſione quidem extinguitur † beneficium & deſinit eſſe, veluti cum in aliqua eccleſia ſupprimitur dignitas, vel aliquæ præbendæ, ſeu numerus illarum diminuitur vt in l. cum acceſſiſſent, de conſtitutio. vbi Doct. Pet. Gregor. de benefic. ca. 19. cum alijs.

2 Quæ ſuppreſſio, & † diminutio, licèt ſine cauſa fieri non poſſit c. ex parte, de conſtitu. tamen ex cauſa, puta propter diminutionem reditũ bene poteſt fieri ab Epiſcopo, cum conſenſu capituli, ſicut vnio, de qua ſequenti c. ita Imol. Abb. nu. 4. & 9. Felin. 17. Decius à nu. 43. in d. cap. cum acceſſiſſent, & Acor inſtitut. moralium 2. p. lib. 6. ca. 30. q. 11. & 12. & ita in vna Calagur. de Iocano 9. April. 1601. corã D. Seraphino fuit reſolutum, quod non fuit locus ſuppreſſioni, &c. R. ſuppreſſio.

3 Et licèt † vbi à Papa, vel eius authoritate numerus ſit præfixus, vel confirmatus, vel dignitas creata nõ poſſit etiam ex cauſa diminuere, vel ſupprimere, arg. c. cum veniſſent, de iudic. & c. 1. & 2. de confirm. vtili, vt tenent DD. communiter ſecundum Abbatem d. nu. 4. & Decius à nu. 4.

4 Tamen † intelligendum eſt, niſi cauſa diminuendi, nempe diminutio reditnum ex poteſt facto ſuperueniſſet.

5 Quemadmodum † enim poteſt fieri augmentum excreſcentibus facultatibus, non obſtante confirmatione Papæ, cap. cum M. Ferrarien. de conſtit. Ita & diminutio diminutis facultatibus, &c. Abb. d. n. 4. & Fel. n, d. n. 17.

6 Qui † ait quod per iſtam rationem idem videtur dicendum, etiamſi in confirmationem ſit clauſula decreti irritantis, ſicut ea non obſtante, à conuerſo fit augmentum auctis facultatibus, vt ibi ſuperius dixit nu. 8. & 13. cum Abb. d. n. 4. (& ſequitur Acor d. ca. 30. q. 10.) & quod ita ſentit Imol. ibi, licèt Abbas dict. nu. 6. de diminutione ſeu ſuppreſſione ſtante dicta clauſula dicat, ſine lege loquutus, vt inquit Felin.

7 Qui tamen ſubdit, quod poſſit intelligi, vbi non euenit dicta diminutio.

8 Sed ego † aduerto. quod vbi non euenisſet diminutio, non poteſt fieri dicta diminutio, ſeu ſuppreſſio, ſi authoritate Papæ numerus eſt præfixus: vel confirmatus, vel dignitas creata, etiamſi non adſit clauſula decreti irritantis.

9 Quamuis † ſecus ſit in augmento, poteſt enim numerus augeri, etiamſi non ſint auctæ facultates, non obſtante confirmatione Papæ, ſi in ea non eſt clauſula decreti irritantis, vt in c. dilecto. de præben. Acor d. quæſt. 10. quia augendo cultus diuinus ampliatur, & confirmatio videtur facta fauore ſtatuẽtium, & canonicorum quoad hoc, ne numerus ſit maior, & ſic illi renuntiare poſſunt, niſi in confirmatione ſit dicta clauſula, vt in d. c. dilecto, & ibi gl. verb. huiuſmodi clauſula.

10 Quia † per dictam clauſulam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in cõtrarium, & animaduertiſſe ad fauorem Eccleſiæ, & obuiare facilitati canonicorum, Abb. in d. cap. dilecto, num. 10. & 14. & in d. c. cum acceſſiſſent, num. 4. & Felin. 7. & 13. Anton. Gabriel plura adducens de clauſulis, concl. 3. 2. effectu, & alij citati ſupra 3. p. c. 2. nu. 242. vbi vide, & nu. ſeq.

11 Diminuendo † vero cultus diuinus extenuatur, & confirmatio videtur facta non fauore ſtatuentium, ſeu canonicorum, ſed fauore eccleſiæ, & cultus diuini quoad hoc, ne numerus ſit minor, & ſic nullo modo poſſunt illi renuntiare, Abbas in d. c. cum acceſſiſſent, n. 2. Felin. 4. & Dec. à nu. 11.

12 Et † quod ſtatuẽtes non poſſint reuocare ſtatutũ confirmatum à Papa, quando concernit fauorem alterius, & quando eſt confirmatum cum præcepto, quod omninò ſeruetur, fuit tentum per Rotam in vna Gerunden. Anniuerſariorum 3. Iulij 1581. coram D. Seraphino.

13 Et de ſuppreſſione, & extinctione beneficij vidẽda ſunt d. c. ſeq. à nu. 172.

14 Extinguuntur † etiam beneficia quando authoritate Papæ, vel Epiſcopi, vel alio modo eccleſiæ deſtruuntur vna cum redditibus, P. Greg. de beneficijs c. 21. & nouiſſime Goncalez ad reg. de menſib. gloſſ. 5. §. 7. à nu. 147. vbi ex quibus cauſis poſſit de iure dari deſtructio eccleſiæ.

## *De vnione. Cap. II.*

### SVMMARIA.

*PEr vnionem etiam beneficium extinguitur, ſeu ſaltim alteratur aliquo modo, nu. 1. vbi ponitur ſumma totius materiæ vnionum, de qua qui ſunt videndi, nu. 2.*

*Diffinitio vnionis, nu. 3.*

*Vniri ſeu incorporari poſſunt fructus beneficij remanente beneficio penes ſuum rectorem ex Rota, ſed iſta potius eſt diſmembratio, nu. 4.*

*Quinque modis fit vnio, quos ponunt relati, num. 5. primo quo ad ſpiritualium communicationem tantum, ſed iſta non eſt vnio proprie; ſecundo, cum vna eccleſia ſubijcitur alteri: tertio, vt neutra alteri ſubijciatur, ſed æquè principaliter: quarto, cum ex duabus fit vna: quinto, cum vna eccleſia erigitur in Cathedralem vniendo illam alteri, vt idem ſit Epiſcopus vtriuſque, quæ reducitur ad tertium modum, nu. 6.*

*Vnio tribus modis potiſſimum fit: primo vt ex duobus beneficijs, ſeu eccleſijs vnum fiat: ſecundo vt vna eccleſia alteri ſubijciatur, ſeu vnius beneficij alteri acceſſorie; tertio, duorum beneficiorum, ſeu eccleſiarum inuicem æque principaliter, nu. 7. & quando duæ eccleſiæ Cathedrales vniuntur, vtraque æque principaliter cenſetur vnita, &c. & idem quando duæ parochiales vniuntur, nu. 8.*

*Vnio alia eſt perpetua, alia temporalis, ſeu ad vitam illius cui conceditur, nu. 9.*

*Vnio primo modo operatur, vt conſuetudo, & priuilegia data*

*alteri competant alteri, & ſi ſint contraria, meliora, & fauorabiliora conſernabuntur, num. 10. Operatur etiam, quod canonici qui ſunt in vna eccleſia, ſint in alia, & faciant vnum corpus, num. 11.*

*Vnio vnius beneficij facta alteri acceſſorie operatur extinctionem, & ſuppreſſionem nominis, & tituli beneficij vniti, ita vt amplius beneficium dici non poſſit, ſed indicatur, vt prædium eius, cui fit vnio, nu. 12, & ſeq. vbi adducitur reſolutio Rotæ, & ſic vnum tantum eſt beneficium, nam vnum omnino trãsfertur in aliud beneficium, & cum tit. illius cui facta eſt vnio confunditur & efficitur vna maſſa, ſeu vnũ corpus. nu. 14. & non datur vacatio beneficij vniti, n. 15. & nõ ſolum nomen, ſed etiam titulus beneficij extinguitur, contra Pet. Greg. nu. 16. & attenditur tantum qualitas, et natura beneficij principalis, non autem annexi, n. 17. nam vnitum aſſumit naturam, conſuetudines, & priuilegia principalis, nu. 18.*

*Infertur primo non videri verum conſ. Nauarr. de rebus Eccleſiæ, nu. 19. ſecundo, quod in impetratione debet exprimi principale, nec eſt opus exprimere vnitum acceſſorie, num. 20. & per collationem principalis habetur vtrunque, nec eſt neceſſaria alterius collatio, nu. 21. & capta poſſeſſione eccleſiæ ſeu beneficij principalis, etiam alterius illi vnita intelligitur capta, nu. 22.*

*Tertio infertur, quod habens canonicatum ſeu dignitatem, cui ſit vnita parochialis acceſſorie, & perpetuo debet reſidere in canonicatu, ſeu dignitate, & non in parochiali, n. 23. & adducitur declaratio S. Congreg. n. 24. & declaratur alia, quæ videtur contraria, nu. 25.*

*Quarto infertur quod ad canonicatum, ſeu dignitatem, cui eſt vnita parochialis acceſſorie, & perpetuo, nõ requiritur ætas 25. annorum quæ in parochiali requiritur, ſed ſufficit ætas aliàs in canonicatu, ſeu dignitate requiſita, num. 26.*

*Quinto infertur, quod in reſignatione ſufficit facere publicationem in Eccleſia beneficij principalis, vbi fieri debet, num. 29.*

*Sexto infertur, quod in beneficio vnito non habet locum regu. de trieunali, num. 28. & ſimiliter, nec allegatio Lapi, n. 29. quamuis diuerſum ſit in regu. de annali, in qua non requiritur titulus, & ſic obtinens beneficium, vt vnitum, poteſt excipere de regul. annali contra actorem qui illud impetrauit tanquam beneficium, quia ex perſona actoris iuſmetimur, numero trigeſimo & ſi qu. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Septimo infertur, quod lis introducta ſuper beneficio, vt vnito non eſt ſuper beneficio, num. 32. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Vltimo infertur, quod litera vnionis non dicuntur literæ de beneficio, ſed de proprietate, & re profana, num. 33.*

*Per iſtam vnionem omnia emolumenta beneficij vniti tranſeunt in Eccleſiam cui facta eſt vnio, & ad eam pertinent, num. 34.*

*Per vnionem vnius Eccleſiæ ad aliam non alteratur ſtatus Eccleſiæ vnitæ, ſed debet in ea more ſolito deſeruiri, nempe per vicarium perpetuum, ſi eſt curata, & ſi ſunt beneficia ſimplicia, per vicarium temporalem, niſi in Eccleſijs collegiatis vnitis, nu. 35. de vnitis vero menſæ prælati, vel cap. ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia remiſſiue, nu. 36.*

*Vnio facta æquè principaliter nihil aliud operatur, niſi vt rector vnius ſit rector alterius, vtrumque tamen beneficium manet beneficium ſicut erat, & qualibet eccleſia in ſuo ſtatu, & honore remanet, & proprios reditus agnoſcit, & gaudet ſuis priuilegijs, nu. 37.*

*Id procedit, etiam quando vnio acceſſorie facta eſt ad tempus, ſeu vitam: nam non eſt extincliua tituli, nec vera, & propria vnio, ſed magis quædam palliata diſpenſatio, &c. nu. 38. & ſic hodie vnio ad vitam inducit incompatibilitatẽ, num. 39. & obtinens canonicatum cui ſit vnita prochialis ad vitam, debet in parochiali reſidere, & non in canonicatu, num. 40.*

*Quando beneficia ſunt annexa inuicem æque principaliter, cuiuslibet qualitas, & natura eſt attendenda, & ſic ſi alterum illorum extratum, vel incompatibile impediret aſſecutionem alterius ſimilis ſine diſpenſatione, aliàs per aſſecutionem alterius incompatibilis vacaret, vtrum. pro annexum, n. 41. quamuis ipſa beneficia aliàs incompatibilia inuicem vnita non ſint incompatibilia inter ſe ratione vnionis, nu. 42. vbi adducitur declaratio S. Congreg.*

*In impetratione oportet facere mentionem de vtroque beneficio ſic annexo, nu. 43. quamuis ſi ſolum facta ſit mentio de vno per clauſulam cum annexis in literis apponi ſolitam cõ fertur vtrumque, & per clauſ. ſupplicationis, quorum & illi forſan annexorum, &c. nu. 44.*

*Habens duo beneficia vnita æquè principaliter requirentia aliàs reſidentiam perſonalem, debet in digniori reſidere, & aliàs vbi commodius, & vtilius eſſe videbitur, ac in æqualitate, in quo maluerit, num. 45.*

*In reſignatione, ſeu permutatione beneficiorum ſic annexorum facienda eſt publicatio in Eccleſia vtriuſque, num. 46.*

*Si duo beneficia diuerſorum diœceſum, vel alias ad diuerſos collatores ſpectantia eſſent vnita æquè principaliter, in promiſione illorum requiritur conſenſus vtriuſque, nu. 47. ſicut in Eccleſijs Cathedralibus, ſeu Collegiatis ſic vnitis, quãuis canonici vnius non ſint canonici alterius, electio deberet fieri ab omnibus communiter, & ab vtroque collegio ſimul, &c. num. 48. quamuis in prouiſione beneficij, cui alterum alterius diœceſis eſt vnitum acceſſorie, ſufficiat conſenſus Epiſcopi beneficij principalis, num. 49. & ſic ſi vnum monaſterium vniatur alteri, Epiſcopus principalis habebit confirmare Abbatem ſecundum Ioannem de Lignano contra Pet. de Peruſio, cuius opinio ſolum procedet quando vnio eſt æquè principaliter, contra Caccialupum, a num. 50.*

*An vnio ſit acceſſorie, vel æquè principaliter colligendum eſt ex verbis ipſius vnionis, &c. nu. 55. & alias quomodo id cognoſcatur remiſſiue, num. 56.*

*Annexis prębendæ, ſcilicet canonicalis facta dignitati perſonatus, ſeu officio eiuſdem Eccleſiæ, etſi videatur facta acceſſorie, tamẽ non fit per viam incorporationis, & ſuppreſſionis, ſed vti duo beneficia obtinentur, &c. n. 57. & ideo collatio prębendę pœnitentiarij ſpectat ad collationem illorum, ad quos ante ſpectabat, quamuis prouiſio officij pœnitentiarij, cui illa eſt annexa, ad ſolum Epiſcopum ſpectet, num. 58. & ideo etiam nõ poſſunt duæ prębendæ ſimul teneri in eadem Eccleſia, etiamſi vna ſit annexa dignitati, numer. 59.*

1 PEr vnionem † etiam beneficium extinguitur, ſeu ſaltim alteratur aliquo modo, quod vt melius percipiatur, & materia vnionum explicetur, breuiter videndum eſt primo, quid ſit vnio, ſecundo quotuplex ſit, tertio, quid operetur, quarto quis poſſit eam facere, & ex qua cauſa: quinto quæ forma & ſolemnitas requiratur, ſexto quomodo probetur, ſeptimo quando dicatur ſortita effectum, vltimo de eius reuocatione, quibus comprehenditur tota materia vnionum.

2 De qua † videndi ſunt Oſtienſis in ſum. ti. ne ſede vacante, Io. Baptiſta Caccialupus in tract. de vnionibus.

nibus. Pet. de VValdis, seu de Perusio in tract. de vnione Ecclesiarum, Gamb. de offic. legati lib. 5. tub. 1. de potestate legati in vniendo, Rebuff. in praxi tit. de vnio. beneficiorum, & regu. 12. Cancell. Mandos. de signatura gratiæ, tit. de vnio. & in regu. 12. & 22. Cancellariæ, Rosin. de benef. cap. 7. Duaren. de benef. lib. 5. c. 6. Hoieda de incompatibilitate benefic. 2. p. c. 3. Lancell. inst. libro 2. tit. de vnio. Fuscus de visitatione libr. 2. cap. 26. Zorola in practica Episcopali, verb. vnio. & practicabilia Rotæ impressa in fine 2. partis decisionum Rotæ diuersorum cap. de vnione, & Açor institut. moralium 2. part. libro 6. c. 28. & seq.

3 Ad primum † omissa diffinitione, qua tradit Caccialupus articul. 1. vnio est beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio superiore facta annexio, quam definitionem ponit, & explicat Rebuff. d. tit. de vnio. ex numero 1. & Lancell. supra §. 1. licèt breuius.

4 Aduerte † tamẽ, quod vniti, seu incorporari possunt fructus beneficij remanente beneficio penes suum rectorem, qui aliud est habere beneficium, aliud fructus beneficij. Bonifacius in Clem. 1. num. 40. de præb. Mandos. reg. 12. quæst. 2. & reg. 22. qu. 4. ita fuit resolutum per Rotam in causa Portalegren. vnionis coram D. Iusto 16. Decemb. 1594. & 17. Febr. 1595. Sed illa potius est dismembratio, de qua cap. seq.

5 Ad † secundum Ostiens. sup. vers. quot modis fit vnio. & in c. 1. ne sede vacante, ponit quinque modos, quibus fit vnio, quos refert, & sequitur Abbas in d. c. 1. num. 6. & Caccialup. art. 2. Pet. de Perusio cap. 1. vers. hæc vnio quinque modis Pauinus de officio, & potestate c. sede vacante 3. q. 2. p. nu. 20. & Fuscus d. c. 26. nu. 4.

6 Primo † modo quoad spiritualium communicationem tantum, sed vt dicit Ioan. de Lignano relatos per Pet. de Perusio, ista non est vnio proprie, quia non vnitur vna ecclesia alteri, sed spiritualium communicatio, & quædam confraternitas: secunda cum vna ecclesia subijcitur alteri: tertio, vt neutra alteri subijciatur, sed æque principaliter, & vnus sit vtriusque, prælatus: quarto cum ex duabus fit vna, quinto cum vna Ecclesia erigitur in Cathedralem vniendo illam alteri, vt idem sit Episcopus vtriusq;, vt in terminis d. cap. 1. sed ista partim est status Ecclesiæ commutatio, vt dicit Ioa. de Lignan. relatus per P. de Perusio ibi, partim vnio æque principaliter. & sic reducitur ad tertium modum.

7 Vnde vnio † tribus modis potissimum fit, vt tradit glos. in cap. & temporis 16. q. 1. verb. vnire, & in d. cap. 1. verb. vniendo, & ibi Innoc. & alij P. de Perusio, d. c. 1. & 2. in princ. Gambarus sup. à numer. 7. Rebuff. à numero 11. & in repetit. cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. 4. præmisso. Duaren. d. c. 9. Hoieda sup. nu. 2. P. Greg. de benef. cap. 20. num. 2. Açor d. cap. 28. q. 2. Primo modo fit vnio, vt ex duobus beneficijs, seu Ecclesijs vnum fiat, cap. decimas, §. sicut enim 16. quæst. 1. qui modus videtur parum frequens, de quo tamen videtur loqui decis. Putei 442. libro 1. & Cæsaris de Grassis 128. numero 30. Secundo modo fit vnio, vt vna Ecclesia alteri subijciatur, seu vnum beneficium alteri accessorie. Tertio fit vnio duorum beneficiorum seu Ecclesiarum inuicem æque principaliter, & tradit post hæc Gonzalez ad reg. de mensibus glos. 5. §. 7. artic. 26. & *Mosconius de maiest. milit. Eccles. libr. 1. part. 3. cap. 12. pag. 461.*

8 Et quando † duæ Ecclesiæ Cathedrales vniuntur, vtraque æque principaliter censetur vnita, ita vt nulla amittat statum suum, ita fuit resolutum in causa Maceraten. iurisdictionis coram D. Gipsio 29. Aprilis 1596. & ita videtur procedere textus in d. c. ex temporis, vt intelligit glos. ibi verb. & vtrarumque, in primo intellectu, idemque videtur quando duæ parochiales vniuntur.

9 Rursus † vnio alia est perpetua, alia temporalis, seu ad vitam illius cui conceditur, Rebuff. d. tit. de vnion. à nu. 6. vbi etiam tradit, quomodo cognoscatur, Mandos. sup. Fuscus d. c. 29. nu. 1. Hoieda d. c. 3. nu. 1. & Lancel. supra §. 2.

10 Ad † tertium vnio primo modo operatur, vt consuetudo, & priuilegia data vni competant alteri, & si sunt contraria, meliora, & fauorabilia conseruabuntur, d. glos. Hostien. Abb. Caccialup. & Rebuff. sup. & Pet. de Perusio cap. 2. numer. 3. P. Greg. numero 5. Gonzalez numero 28. & 55. & vt inquit ipse ibi, fit retentione facta in vno priuilegiorum vtriusque.

11 Operatur † etiam quod Canonici qui sunt in vna Ecclesia, sint in alia & faciant vnum corpus, &c. d. glo. Hostien. Abb. Caccialup. ibidem, & P. de Perus. d. c. 1. num. 6. & dict. c. 2. num. 3. & d. decis. Cæsaris de Graffis 128. nu. 3.

12 Loquendo † vero de vnione 2. & 3. modo qui sunt in vsu, dicendum est, quod vnio vnius beneficij facta alteri accessorie operatur extinctionem, & suppressionem nominis & tituli beneficij vniti, ita vt amplius beneficium dici non possit, sed iudicatur vt prædium eius cui fit vnio, Oldr. 257. numero 15. Felinus, in cap. in nostra, de tescriptis corol. 33. Caccialup. artic. 8. q. 11. & sequen. Selua de benefic. 3. par. quæst. 12, 14. qualitate nu. 20. Sarnen. in reg. de triennali, quæst. 8. & de infirmis quæst. 15. Rebuf. in praxi in forma nouæ prouisionis verb. cum annexis. Gambarus supra num. 139. Mandos. in reg. 19. q. 10. nu. 2. & 3. & regul. 22. q. 13. à num. 18. Ferret. conf. 125. num. 1. & 236. numero 1. & 242. numero 5. 6. & 7. & 255. numero 7. Hoieda supra numero 11. practicabilia Rotæ, d. cap. de vnione numero 13. Rota decis. 11. de rebus Ecclesiæ in antiquis, Cassador. decis. 2. numero 2. de vnio. & 13. nu. 1. super reg. Put. decis. 6. de vnio. Caputaq. decis. 349. par. 3. Rota decis. 758. num. 6. par. 1. & decis. 133. num. 16. p. 2. diuersor. vbi ex hoc fuit resolutum, constitutionem de publicandis resignationibus non procedere in beneficijs vnitis per resignationem, &c. & fuit resolutum in vna Virdunen. decanatus de anno 1580. sup. relata 5. p. cap. 1. num. 270. & in causa Burgen. seruitij decani 13. Iunij 1594. quam supra adduxi 3. part. cap. 2. numero 510. & in causa Illerden. pensionis 6. Martij 1593. & in causa Compostellana prioratus 17. Mart.

13 1596. coram D. Lita. in qua † fuit dictum: Quod ☞ quando vna dignitas minus principalis vnitur alteri principaliori, vel quando vnio fit per incorporationem, dignitas minus principalis, vel illa quæ alteri incorporatur, remanet suppressa, extinctus titulus, ac facta prædium illius magis principalis, vel cui incorporatur etiam.

14 Et sic † vnum tantum est beneficium, Mandos. d. regul.

d.regul.9.quæſt.10.num.5.ad finem, Ferret.d.conſil.236,num.1.& 242.num.7. & 255.num.7. & dictum eſt d.cap.2.à num.508. vbi adduxi quandam declarationem S.Congregationis Concilij,nam per huiuſmodi vnionem vnum omnino transfertur in aliud beneficium, Caccialup.art.8.q.11. & cum tit. illius cui facta eſt vnio, confunditur, & efficitur vna maſſa, ſeu vnum corpus, Sarnenſ.d.quæſt.15. Mandoſ.d.quæſt.1. num.3. Flamin. Pariſius de reſignatione beneficior. lib.12. quæſt.3. num.50. & Zerola in praxi 1.par.verb.beneficium §.4.dict.4.2.dubio.

35 Et † non datur vacatio beneficij vniti, Oldrad. d. conſil.257.num.10. Rebuff.in praxi d.tit.de vnion. num.12.& tit.de Vicarijs perpetuis nu.18.& conſil. 106. Sarnen.d.q.8. Ferretus ſupra, & d.conſil.242. nu.8.& 14. Nauar.conſil.6.num.2.de verb.ſignific. Hoieda ſup.nu.2.deciſio.Pedemon. Cacherani 116. num.3. Rota deciſ.114.num.5.part.2.diuerſ.& Pet. de Peruſio cap.9.num.1. licet num.2.3.& 4.videtur variare.

36 Et † licet Pet.Gregor.ſup.num.1. dicat,quod vnitum perdit nomen beneficij, & non debet dici beneficium, ſicut ante, ſed per iſtam vnionem extinguitur, vel ſupprimitur nomen beneficij, & ſic per ſe non dicuntur talia beneficia vacare, & num.2. dicat quod quando Eccleſia vna alteri ſubijcitur, quæ iungitur, non extinguitur, ſed amittit nomen ſuum, & accipit eius cui ſubijcitur, &c. quod non eſt verum, nam non ſolum nomen, ſed etiam titulus beneficijs extinguitur: *Et ideo priuilegium de percip. annat. benefic. vacan. non habet amplius locum in beneficijs vnitis effectuata vnione, quando extinguitur vltimum beneficium, & non datur vacatio, licet in prima vacatione, quando euenit vnio, debeatur annata, Rot.deciſ.690. & 753.nouiſſ.Farin.vbi etiam,quod ex eis non debentur quindennia loco annatæ, niſi adſit particulare priuilegium & indultum, vt in alijs deciſ.787.*

37 Et † attenditur tantum qualitas & natura beneficij principalis,non autem annexi,glo.in Clem.per literas, verb.Eccleſias, de præbend. & ibi Cardin.q. 17. Imol.à numero 15. Abb.5. Bonif.à numero 20. Rebuff.in dict.repert.§.qui vero 3.notab.4.concluſ. Corraſ. de benefic. 1.par. cap.3.num.1. Rota deciſ. 114.à num.4.

38 Nam † vnitum aſſumit naturam, conſuetudines & priuilegia principalis, cui eſt annexum, gloſ.in d. cap. & temporis. & in dict.cap.1. P.de Peruſio cap. 2.numero 10. & 19. Nauarr.dict.conſil.6.numer.2. & per propriam prærogatiuam, Nauarr.conſil.10. de maiorat. & obedient,numer.2. & 3. & dictum eſt ſup.11.par.capit.5.à num.192. quidquid dicat Pacian.de probat.lib.1.cap.27.à num.14. & tradit ſupradicta nouiſſime Gonçalez dict.gloſſ.5.§.7.ex numero 2. *Et Rota in Seguntina dimidiæ annatæ 7. Maij 1607. coram D.Mançanedo, vbi fuit reſolutum, & c.R. annatæ indict.*

39 Vnde ſit † primo non videri verum cõſilium eiuſdem Nauarr.13. de rebus Eccleſiæ, quod primitiatus, prima dignitas cuiuſdam Eccleſiæ poſt Pontificalem, authoritate Apoſtolica vnitus menſæ capituli, non ſit ſuppreſſus, nec extinctus, nec propter huiuſmodi vnionẽ deſierit eſſe prima dignitas, &c. Nam cum iſta vnio ſit acceſſorie facta menſæ capituli, operatur ſuppreſſionem, & extinctionem iuxta ſupra dicta.

20 Secundò † ſit, quod in impetratione debet exprimi principale nec eſt opus exprimere vnitum acceſſorie,Felyn.& Selua ſup.Caccialupus d.art.8.queſt. 11. Petr.de Peruſio d.cap.9. num.1. gloſ. regul.11. Cancel.ad finem.Rebuff.in praxi,in dicta forma nouæ prouiſionis, verb,cum annexis, & d.tit.de vnio. nu.14.& in 3.part.ſignaturæ,verb.annexorum, Ferret.dict.conſ.236.& 255.Menoch.de arbitrarijs lib. 2.caſu 206.num.67. Corraſ.4.par.cap.4.numer.56. Hoieda dict.num.2 & 11. Flam.Pariſ.lib.10. quæſt. 2.num.36. Pacian.d.c.27. num.7. & 54. Açor dict. cap.28 quæſt.20 & Rota deciſ.786. ſub nu.3.par.1. diuerſor.quicquid dicant Rom.conſ.362.num.3.& Aymon conſ.104.num.12.

21 Et † per collationem principalis habetur vtrumque,neque eſt neceſſaria alterius collatio,gloſ.verb. de iure in capit. gratiæ de reſcript. in 6. quam ibi ſequuntur Domi.& Franc.num.6. Nauar.ſup.& Rota
22 in dict. Virdun. & † capta poſſeſſione Eccleſiæ ſeu beneficij principalis. etiam alteri illi vnitæ intelligitur capta, Ferretus, dict.conſ.236.num.8.Gonçalez ſupra num.6.

23 Tertio † fit, quod habens canonicatum ſeu dignitatem, cui ſit vnita parochialis acceſſorie, & perpetuo, debet reſidere in canonicatu ſeu dignitate, & non in parochiali, capitul.extirpandę, §.qui vero, de præbend. & ibi Abb. & Rebuf. ibidem in 4. notab.Pet. de Peruſio cap.8. ad fin. & S. Congregatio Concil.in declaratione 12.ſupra adducta dicta 3. par.cap.2.ſub num.179.

24 Vnde † etiam alias cenſuit S. Congregatio ſuper
ff c.17.ſeſſ.24.de refor. quod Habens duas parochiales,quarum altera eſt beneficio ſimplici,vel dignitati in perpetuum vnita,alteram dimittere non tenetur.

25 Et alia † declaratio quæ ſic ait, Licet alias fuerit
ff reſolutum,quod habens ante Concilium duos Canonicatus,quibus ſingulis eſſet vnita parochialis, per hoc decretum non tenetur ad eius dimiſſionem, nihilominus in contrarium eſt veritas, quod alterũ dimittere teneatur, videtur intelligenda de vnione æque principali.

26 Quartò † fit, quod ad Canonicatum ſeu dignitatem,cui eſt vnita parochialis acceſſorie,& perpetuò non requiritur ætas 25.annorum,quæ in parochiali requiritur, ſed ſufficit ætas alias in canonicatu ſeu dignitate requiſita, vt in declarationibus ſupra adductis 7.par.cap.4.à num.30. Hoieda ſup.num.5. Gonçalez num.13.licet Pet.de Peruſio d.tract. cap. 7.quæſt.3. dicat quod ſi Eccleſia parochialis ſit annexa beneficio ſine cura, requiritur ætas 22. annorum,quod non videtur poſſe ſuſtineri,neque habere fundamentum, cum beneficium ſine cura non requirat eam ætatem,&c.

27 Quintò † fit, quod in reſignatione ſufficiat facere publicationem iuxta conſtitutionem de publicãdis in Eccleſia beneficij principalis, vbi fieri debet, neque erit opus eam facere, etiam in Eccleſia beneficij vniti.

28 Sextò † fit, quod in beneficio vnito non habet locum regula de triennali, quia regula loquitur in poſſeſſore titulo beneficij, & qui poſſidet beneficium vt vnitum, non poſſidet vt titulum beneficij, ſed vt membrum, & prædium tituli iuxta dicta, & ſic regula iuuari non poteſt. Et ſi aliter diceretur, daretur perpetua ſuppreſſio beneficij per

præ-

præſcriptionem triennalem,quod eſſe non debet,vt ex Sarnen.de triennali quæſt.8.Pariſ. conſ. 121. numero 58.volum.4.Rebuf.de pac ficis num. 62. & 293. reſoluit Rota in vna Romana S. Priſcæ coram D.Chiſanen.vt per eum deciſ.202.in manuſcriptis, & in vna Benenentana Sancti Feſti de anno 1552. coram eodem,& per Caputaq.dict. deciſ.349.p.3. & idem fuit reſolutum in vna Terdonen. prioratus 13.Iunij 1594. coram D.Penna, nempe in vnione inualida non intrare regulam de triennali, & in vna Mediolanen.beneficij 5. Iunij 1596. inf. relata numero 192.& poſthæc tradit Gonzal.ſupra numer.9. id intelligens numero 10. quando opponitur de triennalitate ex parte eius, qui fundatur in vnione, ſecus vero,ſi opponatur ex parte poſſeſſoris titularis contra actorem prætendentem beneficium eſſe vnitum.

29 Et † ſimiliter in vna Peruſina eremitorij 10.Martij 1517.coram D.Chiſanen.fuit reſolutum, In beneficijs vnitis non habere locum allegationem Lapi,quemadmodum etiam non habet locum dicta regula de triennali,Sarnen.ibid.quæſt. 8, quæ eſt prope ſimilis regulæ,Caſſador.deciſ.2.num.6. de cauſa poſſeſſ. Et ideo dandam eſſe remiſſoriam ad probandam vnionem.

30 Quamuis † diuerſum ſit in regula de annali, in qua non requiritur titulus: vt dictum eſt in d. deciſ. Chiſanen.202.& ſic obtinens beneficium, vt vnitũ, poteſt excipere de regul. de annali contra actorem qui illud impetrauit tanquam beneficium, & titulum,quia ex perſona actoris ius metimur, Caſſador. d. deciſ.13.ſup.regulis,Mandoſ.regul.de annali.q.14. & fuit reſolutum in cauſa Segobricen. Archipresby-
31 teratus 28. Maij coram D. Bubalo in † qua fuit dictum regulæ de annali eſſe locum, cum capitulum per plures annos poſſediſſet Archypresbyteratum, quem alius impetrauit, & debuit iuxta illam intra ſex menſes ad iudicium euocare facere, non obſtante, quod in beneficijs per viam ſuppreſſionis vnitis regula non habet locum,Sarnen. quæſt. 25. quia eſt perſona actoris, qui illud impetrauit tanquam beneficium,venit ius metiendum l.1.§.1.ff.ſi pars hæreditat.petat.Aegid.deciſ.916.Caſſador.dict. deciſ. 13.&c.& idem tenet Gonçalez d.nu.10.

32 Septimo† ſit,quod lis introducta ſuper beneficio, vt vnito,non eſt lis ſuper beneficio, vt fuit reſolutũ in vna Legionen. præſtimoniorum de Palacios 16. Ian.1595.coram D. Pamphilio, in qua fuit reſolutum:Gratiam ſi neutri Palatij non eſſe iuſtificatam, quoad litem: nam lis introducta inter Franciſcum de S Petra actorem,cuius loco fuit ſubrogatus Palacios, & Antonium, erat ſuper iſtis præſtimonijs vti vnitis Archidiaconatui Calciaten.& ſic cum ius metiatur ab actore,l.1.ff.ſi pars hæredit.petat.lis non erat ſuper beneficio, Card. Clem. diſpendioſam, q. 36.de iudic.Caſſador.deciſ.2.de iudic.non obſtante commiſſione obtenta per Guterrium, qui commiſit cauſam reſtitutionis,& appellationis, &c. quia ſecunda inſtantia reputatur eadem cum prima,& non mutat qualitatem primæ: rurſus non obſtante clauſula,quam & quas,nec non clauſula,rebuſque alijs, &c.quæ erant in commiſſionibus dictæ cauſæ obtentis per Franciſcum de S. Petro,& Palacios,quia cum ſolum fuiſſet deductum ius annexionis, non fuit in alijs inducta lis, ad L. 3. C. de tranſact. nec dictam gratiam,ſi neutri, eſſe iuſtificatam quoad vacationẽ ex perſona Antonij, quia non prodeſt decennalis ſucceſſori in beneficio,ſi anteceſſor mortuus eſt in lite,ad hoc,vt non teneatur iuſtificare gratiam illius, etiamſi aduerſarius fuerit mediatus ſucceſſor illiuſmet.& tenet Gonçalez 3.num.17.

33 Vltimo † fit,quod literæ vnionis non dicuntur literæ de beneficio,ſed de proprietate, & re profana, Rota dec.2.nu.5.de reb.Eccleſiæ in antiq. & practicabilia Rotæ d.nu.13.

34 Per iſtam † tamen vnionem omnia emolumenta beneficij vniti tranſeunt in Eccleſiam, cui facta eſt vnio,& ad eam pertinent: Petr.de Peruſio cap.2.nu. 1.& 22.Rota dec.758.& 799.p.1.diuerſ.

35 Sed aduerte,quod † per vnionem vnius Eccleſiæ ad aliam non alteratur ſtatus Eccleſiæ vnitæ,ſed debet in tali Eccleſia more ſolito deſeruiri, Abb. per text.ibi in cap. propoſuiſti,num.7.de præbend,Rota deciſ.133.num.15.part.2.diuerſor. & in dicta Virdunen.decanatus de anno 1580.nempe per Vicariũ perpetuum,ſi eſt curata, vt in d. extirpandæ, §. qui vero.de præbend.& in Clem.vnica de offic.Vicarij, & ſi ſunt beneficia ſimplicia per Vicarium temporalem, niſi in Eccleſijs collegiatis vnitis, in quibus debent deputari clerici perpetui,ita Rota dec.758. numero 2.& 3.part.1.diuerſorum Hoieda 1.p.c.15. num. 8.

36 De † vnitis vero menſæ prælati vel capituli, ſeu quoad ſpiritualia,& temporalia vide dicta ſup.par. præcedenti cap.2.à nu.3.

37 Vnio † vero facta æque principaliter nihil aliud operatur,niſi vt rector vnius ſit rector alterius,vtrũque tamen beneficium manet beneficium ſicut erat, & quælibet Eccleſia in ſuo ſtatu, & honore remanet,& proprios ſeditus agnoſcit, & gaudet ſuis priuilegijs glo.in cap.& temporis, 16. q. 1. & in d. cap.1.ne Sede vacante,& gloſ.in d.Clem. per literas de præbend,& ibi Card.Imol,Abb.& Bonif.ſupra citati nu.2.Caccialupus art.2.nu.2.& art.8. quæſt. 3. Pet.de Peruſio cap.1.nu.6.& cap.2. ſub nu. 3. Rebd.tit.de vnio.num.15.& d. tit. 3. de Vicar. perpetuis num.3.& in repet.d.§.qui vero 3.notabili ad fi.& 4. præmiſſo.Corraſ.4.par.cap.4.num.57.Mandoſ. regul.12.quæſt.1.num.4.& conſ.27.numer.12. 3.& 9. Hoieda dict.1.par.cap.3.num...P.Greg.ſupra num. 15.& Rota dicta deciſ.114.& 73.par.2.diuerſor. Et ita fuit reſolutum in dicta Illerd.penſionis,de qua ſupra num.12.& in cauſa Tiraſon.iuris præſentandi 16.Octob.1592.coram D. Blancheto & 21. Octob. 1594.coram D.Lita inf.adductis nu.241.& ſeq.Gonçalez ſupra à nu.112.

38 Quod † procedit etiam quando vnio acceſſorie facta eſt ad tempus ſeu vitam, vt fuit dictum in dicta Illerden.ex Caſſador.deciſ.2.de vnio.& 3.de iud. nam non extinctiua tituli,nec vera,& propria vnio, ſed magis quædam palliata diſpenſatio, licet non dicatur prælatus, aut rector beneficij vniti, ſed adminiſtrator,Caſſador.ibi Mandoſ.reg.22.quæſt,12. & de ſignatura gratiæ titul. de vnio. verſic. vnio altera,Fuſcus d.lib.2.cap.26.num.1. cum alijs adductis ſupra 4 par.c. 4. nu. 75. Et probatur ex declaratione S.Congregationis Concilij ſup.âdducta 3. p. cap.2.num.509.

39 Et † ſic hodie vnio ad vitam inducit incompatibilitatem,vt dictum eſt præced.p.c.5.num.219.

Et

40 Et † ſi obtinens canonicatum, cui ſit vnita parochialis ad vitam, debet in parochiali reſidere, & non in canonicatu, vt S. Congregatio Concilij cenſuit in declaratione 13. adducta d. cap. 2. ſub numero 179.

41 Vide quando † beneficia ſunt annexa inuicem æque principaliter, cuiuslibet qualitas, & natura eſt attendenda. Et ſic ſi alterum illorum eſſet curatum, vel incompatibile, impediret aſſecutionem alterius ſimilis ſine diſpenſatione, Rebuff. in repet. d. §. qui vero 3. not. in fine. Alias per aſſecutionem alterius incompatibilis vacaret vtrumque annexum.

42 Quamuis † ipſa beneficia, alias incompatibilia, inuicem vnita, non ſunt incompatibilia inter ſe ratione vnionis, vt tenent Doct. communiter, & eſt declaratio S. Congregationis Concilij ſup. cap. 17. ſeſſ. 24. de refor. quæ ſic ait: Si duæ vel plures parochiales ſunt inuicem vnitæ, non ſunt comprehenſæ ſub hoc decreto, ſed poſſunt legitime retineri tanquam non incompatibilia.

43 Secundo † in impetratione oportet facere mentionem de vtroque beneficio ſic annexo, Fel. Selua, Caccialupus, Petr. de Peruſ. gloſſ. Rebuf. Hoieda, & Flamin. Pariſ. citati ſupra num. 20. & Cimon. in enchiridio beneficior. tit. 4. cap. 5. numer. 22. & Coraſ. vbi ſupra & Pacianus d. capit. 27. numero 55. Açor d. quæſt. 20.

44 Quamuis † ſi ſolum facta ſit mentio de vno, per clauſulam, Cum annexis, in literis apponi ſolitam, confertur vtrumque, Rebuf. d. verb. cum annexis, Hoieda d. c. 3. nu. 12. & per clauſulam per ſuppl catione m poni ſolitam. Quorum & illi fortan annexo fructus, &c.

45 Tertio † habens duo beneficia vnita, æque principaliter requirentia alias reſidentiam perſonalem, debet in digniori reſidere, & alias vbi commodius, & vtilius eſſe videbitur, ac in æqualitate, in quo maluerit, dict. cap. & temporis 16. quæſt. 1. Pet. de Peruſio d. tract. cap. 8. & declaratio S. Congregationis, 14. & 16. adducta, d. cap. 2. 3. par. numero 179. & 3. adducæ ibi ſub num. 185. quę ſunt videndæ in propoſito.

46 Quarto † in reſignatione, ſeu permutatione huiuſmodi beneficiorum, ſic annexorum facienda erit publicatio in Eccleſia vtriuſque, iuxta conſtitutionem de publicandis.

47 Vltimo, † ſi duo beneficia diuerſarum diœceſium, vel alias ad diuerſos collatores ſpectantia, eſſent vnita æque principaliter, in prouiſione illorum requiritur conſenſus vtriuſque Epiſcopi ſeu collatoris, ſi-
48 cut in † Eccleſijs Cathedralibus, ſeu Collegiatis ſic vnitis, quamuis canonici vnius non ſint canonici alterius, electio facienda deberet fieri ab omnibus cõmuniter, & ab vtroq; collegio ſimul in loco, de quo in vnione conuentum eſt, vel in digniori, nempe in Cathedrali, quando vna eſt Cathedralis, alias conuentualis, vel alias vbi conuenient. Abbas d. cap. 1. num. 6. Caccialup. artic. 2. num. 2. & art. 8. quæſt. 3.
49 Pet. de Peruſio cap. 1. numer. 6. Quamuis † alias in prouiſione beneficij, cui alterum alterius diœceſis eſt vnitum acceſſorie, ſufficiat conſenſus Epiſcopi beneficij principalis, iuxta ſupra dicta, Petr. de Peruſio de reuocatione vnionis c. 6. 6. q. nu. 4. Puteus deciſ. 433. lib. 2. & deciſ. 40. lib. 1. & 15. lib. 2. p. 3. diuerſor. Gonçalez ſupra num. 24.

50 Vide † verum eſt, quod ait Ioan. de Lignano in cap. 2. de religioſ. domibus quod ſi vnum monaſterium vniatur alteri, Epiſcopus maioris monaſterij, nempe cui facta eſt vnio, habebit confirmare Abbatem, quia fit denominatio à cap. 1. cum diuerſis, ff. de religioſ.

51 Quamuis † iſtud non videri verum dicat Petr. de Peruſio d. tract. de unio. cap. 10. nu. 4. quia cum Epiſcopo reſeruetur iuriſdictio Epiſcopalis in monaſterio ſuæ diœceſis, unito d. c. 2. de religioſ. domibus & dicemus infr. num. 222. uidetur, quod uterque diœceſanus debeat illum Abbatem confirmare, alias derogaretur iuriſdictioni monaſterij uniti, quod fieri non debet, ut d. c. 2.

52 Nihilominus † doctrina Ioannis de Lignano eſt uera, ex dictis, nam quamuis alia iura, & iuriſdictio ſalua maneant Epiſcopo Eccleſiæ unitæ, tamen cõfirmatio ſeu inſtitutio, aut collatio ceſſat in Eccleſia unita ex natura unionis acceſſorie, ex quo Eccleſia ſic unita non uacat, ut dictum eſt ſup. nu. 15. & ita tenet Caccialupus art. 8. q. 15. & 16.

53 Et ipſe † P. de Peruſio d. cap. 10. numer. 1. ſibi non conſtans aduertit, quod dicit Innoc. in cap. paſtoralis. de donationib. quòd diœceſanus in Eccleſia unita habet ius inſtituendi, non procedere, quia unita non uacat, Clem. frequens, de exceſſibus præla or. Ergo non fit inſtitutio rectoris in ea, ſed ſolum in ea, cui fit unio.

54 Et † opinio Pet. de Peruſio d. num. 4. ſolum procedet, quando unio eſt, æque principaliter, iuxta dicta: quamuis Caccialupus, d. art. 8. q. 5. dicat, quod Abbatem confirmabit Epiſcopus maioris monaſterij, etiam quando æque principaliter fieret unio, neque Innoc. ibi loquitur de Eccleſia unita abſolute, & ſuppreſſa.

55 Et an † unio ſit acceſſorie, uel æque principaliter, colligendum eſt ex uerbis ipſius unionis, ut ſi dicat, quod unit unum alteri, &c. unio ſit acceſſorie, maxime ſi dicat, &c. & incorporamus, ſi uero dicat, quod unit tale, & tale beneficium, unio ſit æque principaliter.

56 Et alias † quomodo id cognoſcatur, tradunt Anchar. conſil. 114. ad fi. Fel. in d. cap. in noſtra, de reſcript. conſil. 33. & in c. translata, numero 6. & 7. de conſtit. Selua d. 3. part. 12. num. 20. gloſſ. uerb. Eccleſias in d. Clem. per literas, & ibi Card. Imola, Bonifacius, & Abb. Rebuff. d. tit. de unio. numero 19. & 20. & in d. rep. § qui uero, d. 3. notab. in fi. Hoieda d. c. 3. num. 5. Maſcar. de probat. concl. 1418. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 80. nu. 6. & Rota d. deciſ. 114. par. 2. diuerſor. & poſt Gonçal. ſupra à num. 120.

57 Aduertendum † eſt tamen, quod annexio præbendæ, ſcilicet canonicalis facta dignitati, perſonatui, ſeu officio eiuſdem Eccleſiæ, etſi uideatur facta acceſſorie, tamen non fit per uiam incorporationis, & ſuppreſſionis, ſed uti duo beneficia obtinentur, quãuis contrarium uelit Nauar. conſil. 14. num. 4. de rebus Eccleſiæ. Nam ad hunc effectum fit iſta unio, ut praxis, & experientia docet, ut obtinens dignitatem ſit dignitas inter dignitates, & canonicus præbendatus inter canonicos, conſeruato numero canonicorum, & præbendarum, & tanquam canonicus habet uocem in capitulo, &c.

Et ideo

58 Et ideo † est quod collatio præbendæ pœnitentiarij spectat ad collationem illorum, ad quos antea spectabat, quamuis prouisio officij pœnitentiarij, cui illa est annexa, vt in decreto S. Concilij sess. 24. de reform. cap. 8. ad solum Episcopum spectet, vt dictum est, sup. 5. par. c. 4. à nu. 137.

59 Et ideo † etiam est, quod non possunt duæ præbendæ simul teneri in eadem ecclesia, etiam si vna sit annexa dignitati, seu officio, vt dictum est præced. par. à num. 192.

## *Quis possit vnionem facere, & ex qua causa.* §. I.

### SVMMARIA.

*SOlus Papa potest vnire Episcopatus, num. 90. qui etiam potest vnire omnia alia beneficia, num. 61.*

*Episcopus etiam ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ diœcesis non exempta, num. 62. non tamen poterit vnire omnia beneficia suæ diœcesis, num. 63. vbi adducitur declaratio S. Congregationis quòd possunt plures Ecclesiæ seu beneficia vni vniri, num. 64.*

*Legatus à Latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest in sua prouincia, quæ Episcopus in sua diœcesi, potest ex causa rationabili, & legitima vnire beneficia suæ prouinciæ, quæ conferre potest nu. 65. quamuis legatus non alteret, ex quo non potest conferre beneficia, non possit etiam illa vnire, nam qui non potest conferre, non potest vnire, num. 66.*

*In hac potestate vniendi succedit capitulum Sede vacante nu. 67. non tamen poterit sibi vnire, sicut Sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi capitulo directè, & principaliter, &c. num. 68.*

*Vicarius generalis Episcopi vnire non potest sine speciali mandato, etiam si sibi sit data facultas conferendi cum clausula generali, & ad omnia alia, &c. quæ non extenditur ad maiora, num. 69. quamuis contra teneant Mobed. & Hieron. Gabr. & Gambarus relati num. 70.*

*Inferior Episcopo, etiamsi habeat facultatem conferendi, non potest vniones facere, nisi hoc ei competat ex priuilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo, aut nisi haberet iurisdictionem Episcopalem. nu. 71. & 72. possunt etiam inferiores Episcopo facere vnionem, stante consuetudine proprie sumpta præscripta, licet non immemoriali, num. 73. & pro prædictis facit declaratio S. Congreg. adducta num. 74. nec obstant aliæ declarationes adductæ, num. 75. quibus respondetur, num. 76.*

*Potest Episcopus facere vniones etiam monasterijs, & locis religiosorum, num. 77. etiamsi religiosi, & monasteria sint exempta, num. 78. ac fabricæ Ecclesiæ etiam Cathedralis, num. 79, nec obstat declaratio adducta num. 80. cui respondetur num. 81. & comprobatur ex alia declaratione adducta num 81.*

*Potest Episcopus facere vnionem cum onere legendi, num. 82. non tamen potest facere vniones ad tempus seu ad vitam, sed solus Papa num. 83. & sic cap. 15. sess. 24. de reformat. non habet locum in suppressionibus ad tempus, sed perpetuis ex S. Congregatione, num. 84.*

*Hæc facultas vniendi restringitur à Concilio in aliquibus casibus, primo, in terminis cap. 9. sess. 14. de reform. vt beneficia vnius diœcesis non vniantur beneficijs, seu locis alterius, num. 85. secundo in terminis cap. 13. sess. 24. vt beneficia curata non vniantur monasterijs, dignitatibus, præbendis, seu alijs beneficijs simplicibus, &c. num. 86. quo decreto non solum vnio parochialis est prohibita, sed etiam partis fructuum, ex S. Congregatione, sicut in terminis cap. 16. sess. 25. de reform. beneficia curata in simplex conuerti non possunt, etiam pro parte fructuum, vt in declarationibus positis num. 87. & notatur error Gonçalez num. 88. Tertio restringitur in terminis, cap. 18. sess. 23. & cap. 15. sess. 24. de reform. ad beneficia simplicia, & sic d. cap. 15. non comprehendit dignitates, ex S. Congregatione num. 89. Quarto in terminis cap. 9. sess. 25. vt beneficia libera non possint vniri beneficijs, vel hospitalibus iuris patronatus, num. 90.*

*An Episcopus possit vnire beneficia reseruata, seu deuoluta à nu 91, resolutur quod sic, nam reseruatio non impedit fieri vnionem per ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo à Papa, præterquam si reseruatio esset perpetua, vt in prima dignitate, quicquid aliqui dicant.*

*Similiter reseruatio superueniens impedit effectum vnionis, & illum suspendit. donec reseruatio cesset, ex quo fit motu proprio, quamuis aliud fit in prouisione Papæ subsequente ad instantiam partis, non facta mentione seu suspensione vnionis, num. 84. quamuis contra teneat Felynus dicens vnionis effectum non suspendi per reseruationem superuenientē &c. num. 95. & quamuis Rebuffus dicat reseruationem generalem non impedire vnionem, quia beneficium per vnionem dicit suppressum, ob id non dicitur amplius vacare, nu. 96. vnio enim de beneficio non vacante impedit eius vacationem pro prima vice, imò vt vnio intret, & habeat effectum, requiritur vacatio illius, numero 97. vnio enim ista non sit, vt ex nunc, sed in futurum, cum vacauerit, numero 98. & sequent. vbi adducitur declaratio S. Congregationis.*

*In terminis Concilij, sess. 21. c. 5. & sess. 23. c. 18. & sess. 24. cap. 13. de reformat. reseruatio non impediet, nec suspendet effectum vnionis, ex illis decretis, num. 100. & seq. vbi adducitur resolutio Rotæ.*

*Id solum habet locum in vnionibus factis ante vacationem, alias non valent vniones de beneficijs reseruatis facta virtute illorum decretorum, capit. 18. & 15. ex S. Congregatione, vt in declarationibus positis, numero 102. Consonat Concilium Bononiens. adductum numero 103. nec obstant aliæ declarationes adductæ numero 104. quia intelliguntur, vt possit Episcopus vnire beneficia reseruata, etiam post vacationem quando vacantia in suo mense, & ad eius collationem spectantia ipse prius vninit, alias secus, vt in prioribus declarationibus, & idem quando vniret ante ipsorum vacationem, si tempore vnionis erant affecta, eadem enim ratio fraudis tunc militat, num. 105. & seq. ob quam fraudem fuit etiam alias decretum, quod si Episcopus beneficia vacantia seminario non applicauit detrahat tantum taxa seminarij, quantum illa redderent, & de sua mensa assignet, &c. vt in declaratione S. Congregationis posita, num. 107.*

*Causæ, ex quibus ab ordinarijs debet fieri vnio, ad duas reducuntur, scilicet ad euidentem necessitatem, vel vtilitatem, num. 108. & plures adducuntur causæ, à citatis num. 109.*

*Vnio magis concernit iustitiam quam gratiam, & cum causa præsertim necessitatis, tenetur Episcopus eam facere, & si recusaret, posset adiri superior, num. 110. & similiter si capitulum nollet consentire, recurrendum est ad superiorem, & posset compelli. si iusta causa subesset, num. 111. in terminis autem Concilij dict. cap. 15. sess. 24. potest Episcopus, sed non tenetur, nec Metropolitanus potest supplere ex S. Congregatione, num. 112.*

*Vnio facta per ordinarium sine causa, vel ex causa falsa, etiã seruata iuris forma, est nulla ipso iure, num. 113. quicquid*

*in facto ex falſa cauſa dicant citati, numero 114.*

*Etiam vnio Apoſtolica facta ex cauſa falſa eſt nulla, nu. 115 etiamſi facta ſit Motu proprio, nu. 116. & etiam ſurreptio vitiat ipſo iure vnionem Apoſtolicam, num. 117. & ſeqq. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Non præſumuntur cauſæ vnionis veræ etiamſi ordinarius, vel legatus eas inſerat in vnione, & aſſerat eſſe veras, ſed iuuans ſe vnione, tenetur illas probare, nu. 120.*

*Si ordinarius, vel legatus in ipſa vnione enuncíet adhibuiſſe cauſæ cognitionem & ſolemnitates requiſitas, & reperiſſe cauſas eſſe veras, videtur ſtandum eius aſſertioni, & præſumendum eſſe pro vnione, donec contrarium probetur, etiamſi proceſſerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat, qui deberet vocari, nu. 121. quamuis contradicat practicabilia Rotæ, nu. 122.*

*Ratio eſt, quod licet alias regulariter non præſumatur ſolemnitas extrinſeca, etiam enunciata in inſtrumento quæ tempore actus veriſimiliter interuenire non potuit parte opponente, tamen pro decreto, vel actu iudicis in quo enunciantur ſolemnitates, præſumitur, quod omnia ſint ſolemniter acta, niſi contra probetur, à nu. 123.*

*Id intelligitur quando cauſa, & ſolemnitates requiſitæ nominatim, & in ſpecie exprimuntur, ſecus in genere, num. 126. Sed quod præſumatur etiam pro decreto, ſi in genere exprimantur ſolemnitates, dicendo in communi cauſa cognita, vel iuris ſolemnitate ſeruata, tenent alij nu. 127. & abſoluta Surdus relatus nu. 128.*

*Omiſſa concordia Alciati, quod prima procedat in decreto requirente diligentem, & magnam cauſæ cognitionem, ſecunda in requirente leuem, quæ eſt probabilis, concordantur, vt prima procedat quando ſolemnitates enuntiantur à tabellione, ſeu notario, in inſtrumento decreti, ſecunda quando enuntiatio ſolemnitatem in genere fit ab ipſo iudice, numero 129. & 130. & declaratur quod ait Menoch. relatus num 1.*

*Tenetur dicta doctrina, quamuis contra eam, quod non ſtetur aſſertioni, etiam iudicis, qui non poteſt facere actum ſine cognitione cauſæ, & ſolemnitate, ſi dicat eam adhibuiſſe etiam in ſpecie, ſed debere aliter de eo apparere ex ſeparata ſcriptura, tenent Rom. & alij, nu. 142. & regul. l. ſi forte, ff. de caſtrenſi pec. non procedit in iudice, pro quo iura præſumunt ſtante enuntiatione ſolemnitatum, nu. 133.*

*An ſi index delegatus, ſeu executor, cui iuxta regulam Cancellariæ committitur, vt ſi vocatis vocandis reperent cauſas eſſe veras, vnionem faciat, &c. referendo adhibuiſſe cauſſa cognitionem, & cauſas reperiſſe veras, procedat ad vnionem, præſumatur pro illo, & ei fides in iudicio contradictorio adhibeatur ſuper veritate cauſarum à nu. 134. reſolvitur negatiue non obſtante ſupradicta doctrina, quæ non procedit in executore, & iudice delegato, pro cuius decreto non ita præſumitur, nu. 135.*

*Obijcitur, quod delegatus, cui Papa committit, vt ſe diligenter informet de vtilitate cauſæ, & ſi repererit in euidentem vtilitatem Eccleſiæ cedere alienationem, confirmet, ſeu licentiam alienandi concedat, ſatis eſt, ſi adhibeat cognitionem extraindicialem abſque citatione, & pro eo & eius ſententia præſumitur abſque proceſſu, &c. nu. 136. & ſeq. vbi adducitur reſolutio Rotæ.*

*Reſpondetur hoc procedere, quando Papa ſimpliciter committit alicui, vt ſe informat, &c. tunc enim circa informationem ſtatur eius aſſertioni, & pro eius decreto præſumitur abſque proceſſu, nu. 138.*

*Quod non ſolum videtur procedere, vbi non eſt clauſula vocatis vocandis, & nullus eſt contradictor, ſed etiam vbi eſt d. clauſula, nullus tamen eſt contradictor, nec qui debeat vocari, ex quo etiam tunc proceditur extraindicialiter, nu. 139. at ſupradicta reſolutio procedit, vbi committitur cum clauſula vocatis vocandis, quæ facit executorem in actum, & eſt intereſſe habens, qui debet vocari, ſeu alias eſt, contradictor, tunc enim debet fieri proceſſus, &c. nu. 140.*

*Si apparet de proceſſu, ſeu actis ſuper vnione, & receptione teſtium, ſine parte vocata, ſine non, quia non erat qui deberet vocari, ſtabitur illis, donec contra probetur, ſi poſtea res deducitur in litigium, nu. 141. Facit quod vbi in alienatione rerum Eccleſiæ ſeruata fuit forma, & iuris ſolemnitas, in dubio præſumitur facta ex cauſa iuſta, nu. 142. quamuis quando fuit proceſſum parte non vocata, etiam ſi ſit in poſſeſſione, qui obtinuit vnionem, contra teneant Aegidius, & practicabilia Rotæ, nu. 143.*

*Iuxta prædicta accipitur dictum Card. quod ſufficit, quod de vnione conſtet: debet enim præſumi omnia fuiſſe ſolemniter acta, &c. nu. 144.*

60 AD Quartum † dicendum eſt, ſolum Papam poſſe vnire Epiſcopatus capitulo, ſicut vnire, de exceſſibus prælatorum, Rebuf. d. tit. de vnio. nu. 21. 23. & 25. Duaren. lib. 5. c. 9. Pet. Greg. c. 20. nu. 6. Hoieda d. c. 3. nu. 7. Lancell. d. tit. de vnio. §. non tamen, & Cenedo plures referens colle. 87. ad Decre-
61 tales, num. 1. qui † etiam poteſt vnire omnia talia beneficia, cum in eis habet plenam poteſtatem, c. 2. de præb. in 6 & Clem. 1. vt lite pendente, Caccialupus art. 1. nu. 1. & ar. 4. num. 1. ad 2. P. de Peruſio c. 4. nu. 2. Rebuf. d. nu. 23. & Hoieda ibi, & Azor 2. p. lib. 6. cap. 28. quæſt. 6.

62 Epiſcopus etiam † ex legitimis cauſis poteſt vnire beneficia ſuæ diœceſis non exempta d. cap. ſicut vnire, vbi ſic dicitur, Sicut vnire Epiſcopos, atque poteſtati ſubijcere alienæ, ad S. Pontificem pertinere dignoſcitur, ita ad Epiſcopum Eccleſiarum ſuæ diœceſis vnio, & ſubiectio earumdem, cap. expoſuiſti de præbend. vbi Panor. & alij c. conſultationibus, c. paſtoralis, de donat. clem. ſi vna, de rebus Eccleſiæ, & clem. 1. §. ad hæc, de ſtatu monachor. Rota dec. 1. & 2. de offic. legati in nouis, Caccialupus art. 2. quæſt. 5. num. 18. Pet. de Peruſio, cap. 4. ex num. 21. Rebuff. d. tit. de vnio. num. 22. & in rep. d. §. qui vero, 4. præmiſſo, & notab. 3. verſic. de iure autem, Gambar. d. lib. 5. rubr. 1. num. 35. Mandoſ. d. tit. de vnio. Duar. & P. Gregor. ſup. Hoieda d. nu. 7. Lancel. d. §. non tamen, Fuſcus de viſitatione lib. 2. cap. 2. num. 19. Nauar. conſil. 9. num. 1. de offic. ordinarij, & 20. de præbend. & 15. num. 1. de rebus Eccleſiæ, practicabilia Rotæ d. cap. de vnione, à numero 10. Rota dec. 133. num. 5. par. 2. diuerſorum, & Azor d. q. 6. *Et nouiſſimè Vgol. de offic. Epiſc. cap. 52. in princ. & §. 1. nu. 1.*

63 Non tamen † poterit Epiſcopus vnire omnia beneficia ſuæ diœceſis, Oldrad. conſil. 262. numero 2.

☞ & S. Congregatio Concilij ſuper c. 18. ſeſſ. 23. de refor. ſic cenſuit, Concilium non decernit, vt omnia beneficia ſimplicia vniantur Seminario, ſed aliquot, ideo vnio facta omnium beneficiorum non valet, vt alias decreuit Congregatio.

64 Quamuis † poſſint plures Eccleſiæ, ſeu beneficia vni vniri, Caccialupus art. 4. q. 12.

65 Similiter † etiam legatus à Latere, qui eſt maior Epiſcopo, & omnia poteſt in ſua prouincia quæ Epiſcopus in ſua diœceſi, vt ſup. dictum eſt 1. par. cap. 5. num. 183. poteſt ex cauſa rationabili, & legitima vnire beneficia ſuæ prouinciæ, quæ conferre poteſt,

Rota

Rota decis.459.in antiq. alias 3. de offic. legati, & decis.1,& 2.eodem tit.in nouis,Aegidius decis, 512. Abb.in cap.fi.de confirmatio. vtili & ibi Dec. à nu. 19.idem Abb.in cap.ſicut vnire,nu,5.& 6.Rebuf.in praxi,d,tit,de vnio.num.24,& in regul.de vnio.glo. 11.num.13.& in repet.d.§.qui vero,d.notab.3. verſ. de iure autem.Gambarus ſupr.à num.41.Petr.Gregor.ſup.Hoieda d.num.7,Cuchus in inſtitut. maioris.lib.1.tit.5.à num.87.practicabilia Rotæ ſup,nu, 12.P.de Peruſ,c.4.num,3,& Caccialup,art.3.2.q.ex num.2.qui tamen videtur remanere dubius, Villad, de legato.quæſt,9.à nu.83.& Azor 2.par.lib,5.c.29, quæſt.14.& ſeq.& lib.6.cap,28.quæſt.8,*& Vgol.d.c.* 52.§.1.*ſub nu.* 1.

66 Quamuis † legatus non à latere, ex quo non poteſt conferre beneficia c,1.de off.legat.in 6.non poſſit etiam illa vnire, nam qui non poteſt conferre, non poteſt vnire,Caccialupus artic,3.numero 12,& 14.Pet.Greg.& practicabilia Rotæ num,9.vbi ſup. & alij conducunt dicta in ſimili de penſione ſupr. d. 1.part.cap.5.nu,286. licet contra teneat Villadieg. ſupra num.87.

67 Et in hac poteſtate vniendi ſuccedit capitulum ſede vacante,Caccialu.part.3.quæſt.6.numero 19. Pet.de Peruſ,cap.4.numer.29.Rebuff.d.tit.de vnio. num.36.tit.de deuolutio,num.100.P.Gregor. ſupr. nu.8.Zerol.in praxi Epiſcopal:,1.p.verb.vnio.§.11, & 2.par,verb.capitulum §.4 & verb, vnio.§. 7. & Marc. Ant. Genuenſ.in praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ cap.85.nu.25.Azor d.lib.6.c 28.q. 9. *Vgolin d.cap.* 52.§.1.*ſub num.* 1.quicquid dicant Panormus de offic. & poteſtat. capit.Sede vacante 3. q. 2.part.à num,17.Hoieda d.num,7.& Cuchus d,lib. 2.tit.9.nu.87.& Azor ſibi contrarius d.2.p, lib. 38.

68 q. 9. Non † tamen poterit capitulum Sede vacante ſibi vnire, vt cenſuit S.Congregatio Concilij ſuper cap.15.ſeſſ,de reform,his verbis, Capitulum Sede vacante non poteſt ſupprimere quodcumque beneficium & ſibi vnire.*& in vna Hieracen.reſpondit non licere capitulo,etiam ſede vacante ſupprimere portiones vigore huius decreti, vt per Alexand. Monet.de diſtrib.p. 1. q.5.num.* 29. Sicut Sede plena non poteſt conſentire vnioni faciendæ ipſi capitulo directe, & principaliter, & ideo requiritur authoritas Papæ, d. clem. ſi vna §.fi. vt inf.à nu.168.

69 Vicarius autem etiam generalis † Epiſcopali vnire non poteſt ſine ſpeciali mandato, etiam ſi ſibi ſit data facultas conferendi cum clauſula generali,& ad omnia alia, etiam requirentia ſpeciale mandatū, quæ non extenditur ad maiora expreſſis,cap.qui ad agendum,de procurat.in 6.clem. 2. eodem tit. ita Caccialopus art. 3.q.8.num,25.Pet.de Peruſ,c.4.n. 32.Par.1.conſ.40.lib.4.Rebuf.in praxi in forma vicariatus nu.102.& d.tit.de vnio.num,37. Mandoſ. d. tit.de vnio.verſic.vicarius tamen,Hoieda d.num.7. Cuchus d.lib.2.tit.8.num.106. Sbrocius de vicario Epiſcopi lib.2.q.115.Açor d.lib.3.c.44,q,11.& l b.6. cap.28, q.10. *Vgol. ſuprà,Ros,in Caputaq.benefi.infrà adducta nu.*103.

70 Quamuis Mohedanus † deciſ,3.de offic,vicarij,& Hieronym.Gabr.conſ,200.nu.3,lib. 1. teneant contrarium, nempe vicarium poſſe vnire, & quamuis Gambarus ſup.ex numer.115,teneat vicarium habentem mandatum ad conferendum beneficia, poſſe
71 vnire. Inferior etiam † Epiſcopo, etiam ſi habeat facultatem conferendi, non poteſt vniones facere, niſi hoc ei competat ex priuilegio, vel præſcriptione immemoriali,aut quadragenaria cum titulo d. cap. ſicut vnire, & d. Clemen. 1.§.adhæc,& ibi gloſ.verb. ordinarios. Abb.in d.cap. ſicut vnire,numer.3. & ibi Alex.de Neuo in addit.Fel.in cap.auditis,num.9.de præſcript.Caccialupus art.3.quæſt.7.& 9.& Pet,de Peruſio cap.4.num.29.& 30.& idem de permut. beneficior,2.par,q.8.num.42.Gambar.in cap,vnic.de rerum permut.in 6.num.113.Gimon. in enchiridio benefic.tit.5.cap.2,nu,16.& 17.& 30.Nicol.Delphinas de iurepatron.lib.2.q.12.num,153. (qui aiunt poſſe præſcribi ius vniendi,& authorizandi permutationem) & Rebuff.tit.de vnio.num.32.& 33.& in forma vicariatus num.102.& in rep, d, §. qui vero, 4.præmiſſo,& 3. notab. verb. de iure autem, Pariſ, ſup,Hoieda d.nu.7.Pet,Greg.nu.7.ſup.Fuſcus d, c, 26.nu.7.Lancellot.d.§.non tamen,in text.& in glo, verb.inferiores,Sbrocius nu.12.& practicabilia Rotæ nu.10.vbi ſup. Açor d.cap.28.quæſt.11. *Vgol.d.c.* 52.§.1.*num.*1.

72 Aut † niſi haberent iuriſdictionem Epiſcopalem quia poſſet vnire.Cardin.conſil,47.Abb.& Alex.de Neuo ſup.Caccialupus d.q.7.Gambarus d.lib.5.rubrica 1.nu.16.Pet Gregor.ſup.Lancellot.d. verb.inferiores,practicabilia Rotæ,ſup.nu.11. Flores q. 24. num.15.Manuel Rodriguez q.reg.tom.3.q.80. art. 1.*& Vgol.ſupra.*

73 Poſſent † etiam inferiores Epiſcopo facere vnionem ſtante conſuetudine proprie ſumpta præſcripta,licet non immemoriali, ex Bellamera de permut, benef. 1.p.q.3.num.9.

74 Et pro prædictis † facit declaratio S.Congregationis ſup.cap.5.ſeſſ.21.de reform.quæ ſic ait: Cenſuit Congregatio dignitati curatæ poſſe vniri aliam dignitatem ex cauſa paupertatis iuxta hoc decretum, & ſeſſ.24.cap.13.eamque vnionem facere poſſe Abbatem,ſi ſibi hanc facultatem vniendi legitime præſcripſit, aut ex priuilegio in Eccleſia ſibi pleno iure ſubiecta iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet in omnibus, & per omnia, alioquin vnionem faciendam eſſe per Epiſcopum cum conſenſu ipſius Abbatis & capituli.

75 Neque obſtant † ſequentes declarationes ſup. c. 15,ſeſſ.24.de reform.ex quibus videtur inferiorem etiam habentem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem non poſſe facere vniones. Prima,an Abbati exempto collegiatæ ſecularis iuriſdictionem ordinariam & quaſi Epiſcopalem,licet in ſua Eccleſia, vbi præbendę ſimul cum diſtributionibus quotidianis adeo tenues ſunt, vt pro ſuſtinendo decenti canonicorum gradu,loci,& perſonarum qualitate, non ſufficiant, cum conſenſu capituli aliquibus ex ijs ſuppreſſis, & earum fructibus,& prouentibus reliquarum præbendarum diſtributionibus applicatis eas ad pauciorem numerum reducere. Congregatio cenſuit non licere id Abbati, ſed Epiſcopo, tamen cum conſenſu capituli, ſi modo ipſa collegiata Eccleſia inſignis ſit,& alias ſeruentur,quæ præcepta ſunt à Concil.in hoc cap.Secunda,quæſitum fuit,an hoc idem liceret Abbatibus, & ſecularibus exemptis habentibus iuriſdictionem ordinariam,& quaſi Epiſcopalem? Reſpon. Abbati qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet,etiam ſi eſſet exemptus, & ordinarius illius Eccleſiæ, & ſi in dicta Eccleſia omnia, quæ in hoc

decreto

decreto continentur, concurrant, non licet, ſed tantam Epiſcopo prout hic. Tertia, prælatus collegiatæ Eccleſiæ hanc tenuium prębendarum ſuppreſſionem facere non poteſt, licet ſit exemptus, & Eccleſia ſit inſignis, cum hanc ſolis Epiſcopis Concilium conceſſerit cum conſenſu ſuorum capitulorum. *Quam refert Alexand. Monet. de diſtribut. par. 1. quæſt. 5. num. 50.*

76 Quia iſtæ † declarationes ſolum id negant in ſpecie illius decreti quod ſolis Epiſcopis id concedit cum conſenſu capituli, quod Cenſuit congregatio intelligendum eſſe tantum de conſenſu illius capituli, cui ſit vnio.

77 Et poteſt Epiſcopus † facere vniones etiam monaſterijs, & locis religioſorum, vt in d. cap. conſultationibus, & d. cap. paſtoralis & d. Clemen. ſi vna, Rota deciſ. 2. de offic. ordinarij in antiq. Fely. in cap.

78 in noſtra nu. 42. de reſcript. † etiamſi religioſi, & monaſteria ſint exempta, Cald. conſ. 5. de rebus Eccleſiæ, Card. in 7. Clement. ſi vna, num. 11. Caccialup. art. 4. 4. quæſt. & practicabilia Rotæ ſup. nu. 1. quamuis contra teneat Pet. de Peruſ. cap. 4. num. 10.

79 ac † fabricæ Eccleſiæ etiam cathedralis, Imol. in d. Clem. ſi vna nu. 14. & in cap. cum acceſſiſſent, nu. 4. de conſtit. & ibidem Felyn. num. 22. Rota d. deciſ. 133. num. 6. p. 2. diuerſ.

80 Neque obſtat † ſequens declaratio ſup. d. cap. 15. ſeſſ. 24. data Epiſcopo Tudertino, Epiſcopus, ſeu ordinarius non poteſt ſimplicia beneficia vnire diſtributionibus capellanorum Eccleſiæ cathedralis pro diuini cultus augmento, & ſimiliter non poteſt eas vniones facere fabricæ, ſeu ſacriſtiæ ob eius paupertatem ad ornatum, & alia Eccleſiæ neceſſaria: etiam attento quod ſufferat omnia onera dictæ Eccleſiæ,

81 & parum poſſideat, † quia intelligenda eſt non poſſe Epiſcopum per illud decretum, d. cap. 15. & ex vi eius facere iſtas vniones, cum loquatur ſolũ de prębendis. Non tamen negat id poſſe facere alias ex iure communi, &c.

82 Quæ † intelligentia comprobatur ex alia declaratione ſuper d. cap. 15. quæ videtur eadem cum illa, & ſic ait: Per hoc decretum non licet Epiſcopo vnire beneficia capellanijs, etiam Cathedralibus, quæ habeant reddituſ tenues, cum loquatur ſolum de pręben. item neque ſacriſtiæ, neque fabr. cæ. *Sed hoc erit intelligendum, quando talis vnio fuit alicui Eccleſiæ, ſeu loco erigiefe, vt in vna Eugẽſ. præſtim. 27. Iul. 1603. coram D. Lita, vbi fuit reſolutum, quòd vnio facta per ordinarium, &c. R. vnio. 1.*

83 Poteſtque Epiſcopus † facere vnionem cum onere legendi, Caputaquen. deciſ. 348. par. 3. & Zerola 2. part. verb. vnio. §. 2.

84 Non tamen † poteſt facere vniones ad tempus, ſeu ad vitam, ſed ſolus Papa, Staph. de literis gratię. tit. de modis prouiſionis, num. 19. Gambarus d. lib. 5. rubr. 1. à nu. 17. & 127. dicens, quod hæc vnio, neq; Epiſcopo, vel legato conceditur, niſi habeant ſpecialem facultatem, &c. Mandoſ. in reg. 12. q. 6. nu. 5. & reg. 19. q. 10. num. 5. & q. 16. nu. 4. & reg. 22. q. 11. num. 2. & in praxi ſignaturæ tit. de vnio. verſ. vnio. altera, Moheda. deciſ. 1. de officio vicarij, alias 94. & deciſ. 3. de locato, locato 95. Zerola 1. p. verb. vnio. §. 7. & Cõcilium Prouinciale Bononien. tit. de vnio. §. quæ obſtant vnionibus beneficiorum, vbi in fine ſic ait: Quocumque autem caſu beneficia quæcunq; ad vitam vnire omnino & interdictum. & nouiſſime Açor d. lib. 6. cap. 28. quæſt. 17.

85 Vnde S. Congregatio † cenſuit, quod decretum Concilij cap. 15. ſeſſ. 24. de reformat. non habet locum in ſuppreſſionibus ad tempus, ſed perpetuis, non tamen vniones ad vitam fieri prohibentur per Concilium, ſeſſ. 7. cap. 4. vt perperam ait Gonçalez gl. 5. §. 7. nu. 146. ſed ibi ſolũ decernitur, quod inducant incompatibilitatem, vt ſup. 11. p. c. 5. nu. 219.

86 Hæc autem facultas vniendi † reſtringitur à S. Concil. Trident. in aliquibus caſibus, videlicet in terminis cap. 9. ſeſſ. 14. de reform. vt beneficia vnius diœceſis non vniantur beneficijs ſeu locis alterius, notant Fuſcus d. lib. 2. cap. 26. nu. 24. Hoieda d. c. 3. num. 6. Zerola 1. part. verb. vnio. §. 8. Açor d. q. 17. quamuis antea poſſent vniri, vt per Caccialupum cap. 4. q. 13. & artic. 6. num. 8.

87 Secundò † in terminis cap. 13. ſeſſ. 24. de reform. vt beneficia curata non vniantur monaſterijs, dignitatibus, præbendis, ſeu alijs beneficijs ſimplicibus, &c. Hoieda ibi, & Zerol. ibi, & §. 2. Açor d. q. 17.

88 Quo † decreto cenſuit S. Congregatio, Non ſolũ vnio parochialis eſt prohibita, ſed etiã aliqua pars fructuum earum vniri non poteſt, ſicut in terminis cap. 16. ſeſſ. 25. de reformat. beneficia curata in ſimplex conuerti non poſſunt, etiam pro parte fructuum, &c. vt in ſequentibus declarationibus ſuper d. cap. 16. Prima, Parochiales Eccleſię in ſimplex beneficium conuerti non poſſunt, quod intelligendum eſt etiam in aliqua parte fructuum ipſius parochialis. Secunda, Nec ordinarius diſmembrare poteſt beneficia curata, ac vnire beneficijs ſimplicibus. Tertia, ibi: Non conuertantur, etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum parochialis conſtituere beneficium ſimplex. Quarta, Non poterit ordinarius ſeparare ab Eccleſijs parochialibus beneficia ſimplicia, ſiue oratoria, ſi illis vnita eſſent; etiamſi illis ſeparatis parochiales non egeant.

89 Ait autem poſt hæc † Gonçalez gloſſ. 6. num. 96. quod decretum Concilij d. cap. 13. vbi diſponitur, quod Eccleſiæ parochiales non vniantur, locum habet, quando verè ſit Eccleſia parochialis, & habet certos fines, alias non, vt cenſuit S. Congregatio Concilij per hæc verba: Parochiæ, quæ certos fines non habent, ſed certum tãtum populum, & per certas familias diſtinguuntur, vſque adeo vt ſacramenta promiſcue non adminiſtrentur, hoc Concilij decreto vtiquã non comprehẽduntur, in quo certe fallitur Gonçalez, nam iſta declaratio non refertur ad dictum decretum in verſ. in vnionibus, ſed in verſic. in iis quoque. ſicut alia declaratio, quæ ait; Congregatio Concilij cenſuit ſufficere ad hoc, vt non ſit locus cap. 13. ſeſſ. 24. de reform. curam eſſe diſtinctam.

90 Tertiò reſtringitur † in terminis cap. 18. ſeſſ. 23. & cap. 15. ſeſſ. 24. de reform. ad beneficia ſimplicia. Vnde in vna Elnen. Congregatio cenſuit dictum decretum cap. 15. non comprehendere dignitates.

91 Quartò in † terminis c. 9. ſeſſ. 25. de refor. verſ. inſuper, vt beneficia libera nõ poſſint vniri beneficijs, vel Hoſpitalibus iuris patronatus. *Circa quod vide Leoncm in theſ. for. Eccleſ. cap. 31. num. 14.*

92 Sed an Epiſcopus poſſit † unire beneficia reſeruata, ſeu deuoluta, dic quod ſic; nam reſeruatio non impedit fieri unionem per ordinarium, ſed ſuſpenditur eius effectus pro tẽpore prouiſi de illo à Papa,

Rota

Rota decis.4.& 6.de rebus Ecclesiæ,in antiq. Card. in d.Clem.si vna in princ.quæst.6. Franc. in c. si sibi absenti,num.11.de præbend.in 6. Fel.in cap. in nostra de rescrip.consil.27.Staphil.de literis gratiæ, 2. forma mandati,nu.7.Selua 3.par.quæst.11.nu.26. 14.qualitate, Aeneas de Falcon. de reseruatio. q. 4. principal. effectu 23. Mandos.reg.12.q.5.nu.3.Granutius ad Simonetã de reseruat q.3.Zerola d. verb. vnio.§.7.1.dub.sic intelligendus 2.dub.seq. & 2. p. eodem verb.§.8.10. & 16. practicabilia Rotæ, d. c. de vnione nu.12.& Hoieda d.c.3.nu.7. & 22. qui id recte intelligit nu.7.

93 Præter† quam si reseruatio beneficij esset perpetua,vt in 1.dignitate post Pontificalem.quæ semper reseruata est,seu affecta per regulam Cancellariæ, & ideo non potest vniti per Episcopum.

94 Et ita absolute† tenendum est, quamuis Abb. in d.cap.sicut vnire,ad fi.& ibi Alexand. de Neuo in addit.Caccialupus art.4. q.6. & P. de Perusio c. 4. nu.6.& 24.& Açor d.l.b.5.c.29 q.17.& lib.6.c. 28. q.16.dicant quando Papa suæ dispositioni,seu ordinationi reseruat,seu reseruauit sibi ordinationem,& dispositionem,non posse vnire: & quamuis Nauar. consil.2.de rebus Ecclesiæ videatur velle non suspendi effectum vnionis per deuolutionem, vel reseruationem:& ita post hæc & tenet Gonçalez supra d.gl. 5.§.num.136.

95 Et similiter etiam reseruatio† superueniens impedit effectum vnionis,& illum suspendit, donec reseruatio cesset,ex quo fit motu proprio. (Quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad instantiã partis,non facta mentione,seu suspensione vnionis,) Rota decis.3.de rerum permut. in antiq. Bellamera de permutat.benefi.3.par.q.9.nu.11.practicabilia Rotæ sup.nu.15.vers.vnio per prouisionem, Zerol. 1.p.verb.vnio.§.7.1.dub.& dicitur sup.11.p.c.4.nu. 28.)Rota d.dec.4.& 6.Caccialup.art.9.q.5.Aeneas d.q.4.effectu 42.practicabilia Rotæ nu.12.vers.vnio facta ab ordinario de beneficio.

Quamuis contrarium in hoc teneat Fel.d. consil. 27.dicens vnionis effectus non suspendi per reseruationem superuenientem, etiam motu proprio. non facta mentione de vnione, quem sequitur Selua vbi supra.

96 Et quamuis† Rebuf.d.tit.de vnio.nu.31.absolute,& indistincte dicat,generalem reseruationem nõ impedire vnionem,quia beneficium per vnionem dicitur suppressum,ob id non dicitur amplius vacare, c.cum accessissent. de constit. & sequitur Menoch. cons.294.nu.4.10.& 17.lib.3.

97 Sed falsum est,vnionem† factam de beneficio nõ vacante impedire eius vacationem pro prima vice, imo vt vnio intret & habeat effectum,requiritur vacatio illius,Mandos.reg.12.q 5.nu.2.

98 Vnio† enim beneficij ante vacationem facta non fit, vt ex nunc, sed in futurum, cum vacauerit, gloss.in d.Clem.1.vna verbo vocatus,& ibi Doctores.

99 Et est† declaratio S.Congregationis sup.cap.18. sess.23.ibi; Ante vacationem, &c. vt unio facta sit, non prout ex nunc,sed in futurum, ut per decessum obtinentis censeatur beneficium incorporatum, & unitum Seminario.

100 In terminis autem† Concilij sess.21.c.5.& sess. 23.c.18.& sess.24.c.15.de refor.reseruatio non impe diet,non suspendet effectum vnionis ex illis decretis quod non aduertit Menoch.d.cons.294.vbi agit de vnione facta Seminario de beneficio, quod prætendebatur reseruatum,&c.

101 Et sic Rota in vna† Tudertina beneficij 25. ☞ Maij 1594.coram D. Seraphino reloluit, vnionem factam de beneficijs reseruatis Ecclesiæ parochiali pauperi valere, neque esse necessariam mentionem de reseruatione,nec per eam suspendi,ex d.c.5. sess. 21.de reform.& in terminis d.c.18.est decisio Cæsaris de Gratiis 132.

102 Si tamen Congregatio† Concilij declarauit, id solum habere locum in vnionibus factis ante vacationem beneficiorum,& alias non valere vniones de beneficijs reseruatis factas virtute illorum decretorum,c. 18. & 15. vt apparet ex declarationibus seq.

☞ Prima super d.cap.18.Gienen. Congregatio Concilij censuit,vniones beneficiorum reseruatorum validas esse,modo factæ fuerint ante ipsorum vacationem, seruata forma à Concilio Trident.præscripta anno 1589.Secunda sup.d.cap.15.Idem seruandum est hic, quod S. memoriæ Pius V. & sanctiss. D. N. Gregor. XIII. decreuerunt in vnionibus factis, seu faciendis seminarijs, quod vniones de beneficijs reseruatis validæ sunt,si modo fuerint factæ ante ipsorum vacationem,quod si post vacationem factæ reperiantur,nullæ sunt, & prouisi à Sede Apostolica mitti debent in possessionem dictorum beneficiorũ. *Tertia 18. Decembr. 1597. Congreg. Concilij censuit,si Episcopus beneficia simplicia seruata forma Concilij seminario vniuerit ante eius vacationem,etiam in mense reseruato,vnionem debere effectum sortiri.*

103 Consonat† Concilium Bononien tit.de Semina ☞ rio,§.quæ beneficia Seminario vniri nequeunt, vbi sic dicitur, Sicuti nec beneficia reseruata, quando post eorum vacationem vnio fieret, nam si ante vacationem vnita fuissent,vnio obtineret,*& tradit Leo in thes.for.Eccles.c.31.numer.23. & fuit dictum in causa Assisien.beneficij 11. Maij 1607. coram D. Marcomontio,quòd S.Congreg.Concilij censuit,vnionem, de qua ibi, factam seminario,tanquam de reseruato,fuisse invalidam, &c.Et est decis.in causa Caputaq.benef.coram eodem 12. Decembr.1608.quæ sic ait* 133.

104 Neque obstat alia† declaratio Episcopo Aqui- ☞ lano 20. April 1572.quæ sic ait: Beneficia simplicia,quæ per mortem vacant, possunt vniri per Episcopum Seminario,licet essent reseruata, vel affecta, nisi tamen alia beneficia,quæ iam vacassent in mense suo,scilicet Episcopi prædicti, & quorum collatio ad ipsum spectabat,non Seminario vniuisset,sed alijs contulisset,vel eandem vnionem factam non continuo enuntiasset,refert Zerola 1.p.verb.Seminarium §.5.Et alia quæ sic ait: Si Episcopus beneficia in suis mensibus vacantia non vniuerit,videlicet & vacantia in mensibus reseruatis vnire nõ potest,cum fraus in hoc censeatur.

105 Quia† istæ duæ vltimæ declarationes intelliguntur, vt possit Episcopus vnire beneficia reseruata, etiam post uacationem, quando uacantia in suo mense, & ad eius collationem spectantia, ipse prius uniuit, tunc enim cessat omnino fraus, & ratio priorum declarationum,quæ procedunt, quando Episcopus prius non uniuisset beneficia uacantia ad suam collationem spectantia, tunc enim ad euitandam fraudem negatur illi facultas uniendi

beneficia reſeruata poſt ipſorum vacationem.

106 Et idem erit quando † vniret ante ipſorum vacationem, ſi tempore vnionis erant affecta, vt quia erant ſubcollectorum familiarium, militum, vel officialium curiæ, &c. eadem enim ratio fraudis tunc militat. *Et ita 22. Febr. 1601. Congreg. cenſuit de cætero ad obuiandum fraudibus oportere decerni, vt non poſſint etiam ante vacationem vnire ſeminario beneficia, quæ obtinent perſonæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales ſint, vt quocunque menſe decedant, certum ſit ea fore affecta ſuæ Apoſtolicæ. Ob quam*

107 † fraudem fuit etiam alias decretum, quod ſi Epiſcopus poſt erectionem Seminarij beneficia ſimplicia vacantia ei non applicauit, ſed ſuis conſanguineis, vel familiaribus contulit, detrahat tantum taxæ Seminarij, quantum illa redderent, & id de ſua menſa Epiſcopali aſſignet Seminario quoad vixerit, vel alia beneficia vacantia, ſaltem eiuſdem valoris, & ad eius collationem ſpectantia, eiuſdem Seminario vniuerit, Zerola d. verb. Seminarium §. 5. vt in ſequen. declaratio. S. Congregationis data Vicario Aquilegien. Epiſcopus, qui ante diem 11. Iulij 1567. re ipſa Seminarium non erexit, quandocumque illud erigere conſtituerit, ab ipſa reali erectione, nihil eius nomine, niſi dimidiam decimam redactam ad antiquam taxam exigat: & ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eam rationem exigendum erit, niſi tamen clare appareat totum illud, quod amplius exactum erit, iam vere fuiſſe conuerſum in præparamenta neceſſaria, aut aliam ſimilem operam Seminarij. Antiqua autem taxa in hoc domino Veneto eſt intelligenda, quæ antea in vſu fuit, antequam alia nouiſſima in vſu fuerit, ibi, Qu. cumq; vero Epiſcopus ante diem illum 11. Iunij re ipſa Seminarium erexerit, & ſeruata forma Concilij Trident. certam taxam ſtabiliuit, eamque à maiori parte taxatorum rationem ſummæ exigere incepit, ſeu illi ſponte, aut ex conuentione, aut metu executionis factæ, vel faciendæ ſoluerint, dummodo ſit Epiſcopus in hac quaſi poſſeſſione ſic exigendi, eaque taxa in vſum Seminarij verſa ſit, & quotidie vertatur, in exactione huiuſmodi perſeueret, & omnes, qui detrectauerint ſoluere dictam ſummam, & taxam ſtabilitam, poſſit rigore, & iuris remedijs compellere. Si aliqua tamen beneficia ſimplicia poſt erectionem Seminarij vacaſſent in ſua diœceſi, quæ non applicaſſet Seminario, ſed familiaribus ſuis, vel conſanguineis contuliſſet detrahat taxæ Seminarij tantam ſummam, quantam reditus illorum beneficiorum capit, & tantundem de ſua menſa Epiſcopali aſſignet Seminario quoad vixerit, vel donec alia beneficia vacantia, ſaltim eiuſdem valoris, & ad eius collationem ſpectantia eidem Seminario vniuerit, & eorum fructus cum effectu applicauerit. Si vero beneficia aliqua Seminario vniuiſſet, & nihil propterea taxæ iam ſtabilitæ detraxiſſet, cogatur omnino tantum inde detrahere, quantum eſt reditus illorum beneficiorum vnitorum Seminario præſcripto Sanctiſſimus tamen D. N. Clemens VIII. die 7. Octobris 1562. facultatem fecit, vt Epiſcopus in taxa facienda pro Seminarijs poſſit, ſeruata tamen forma tradita in d. cap. 19. onerare beneficia nedum in dimidia decima, habito reſpectu ad antiquam taxam, iuxta Pij V. decretum

verum & in maiori ſumma, prout beneficiorum, & locorum habito reſpectu, iuſtum & æquum viſum fuerit.

108 Cauſæ autem, ex quibus † ab ordinarijs debet fieri vnio, ad duas reducuntur, ſcilicet ad euidentem neceſſitatem, vel vtilitatem, d. cap. expoſuiſti, de præbend. vbi Dd. Oldrad. conſ. 261. & ſeq. Rebuf. d. tit. de vnio. nu. 38 & in d. re pet. §. qui vero, 3. notab. verſ. 2. poſſetis quærere, Duaren. ſup. Mandoſ. d. tit. d. vnio. & in regul. 22. q. 4. nu. 4 Lancellot. in inſtit. Cano. de vnio. §. 3. Hoieda d. 2. p. c. 3. nu. 8. Açor 2. par. lib. 6. c. 28. q. 4. & 13.

109 Et † plures adducuntur cauſæ à Caccialupo art. 5. & à Petr. de Peruſ. de vnio. c. 3. & de reuocatione vnio. c. 1. & aliquas ponit Fuſcus d. lib. 2. cap. 26. & P. Greg. de benef. c. 20. nu. 14.

110 Vnde vnio magis † concernit iuſtitiam, quam gratiam, Abb. d. cap. ſicut vnire n. 6. & practicabilia Rotæ ſup. nu. 3. & cum cauſa, præſertim neceſſitatis, tenetur Epiſcopus vnionem facere, & ſi recuſaret, poſſet adiri ſuperior, vt per Rebuf. d. tit. de vnio. nu. 42. cum Caccialupo art. 5. & Pet. de Peruſio cap. 3. & 10. In quo tamen c. 10. nihil dicit, voluit allegare c. 11. 3. quæſt. (vbi tamẽ potius dicit contrarium: nam ait, quod dictum c. expoſuiſti, dicit, quod Epiſcopus poteſt id, diſcretione præuia: & ſic videtur relinqui arbitrio Epiſcopi, verbum enim, poteſt, importat voluntatem, & non neceſſitatem, &c.) & per Mandoſ. regul. 12. q. 6. nu. 4.

111 Et ſimiliter ſi capitulum † nollet conſentire, recurrendum eſt ad ſuperiorem, Bonifac. in d. Clem. ſi vna. numero 20. & poſſet compelli, ſi iuſta cauſa

112 ſubeſſet, Caccialup. art. nu. 2. in termin's † autem Concilij d. cap. 15. ſeſſ. 24. de reform. ſuper illis verbis: liceat Epiſcopis, ſic cet. fuit S. Congregatio. Ergo poteſt, ſed non tenetur: vnde metropolitanus non poteſt ſupplere in hoc.

113 Et vnio facta † per ordinarium ſine cauſa vel ex falſa cauſa, etiam ſeruata iuris forma, eſt nulla ipſo iure, ex d. c. expoſuiſti, vbi Abb. & Imola, Oldrad. d. conſil. 261. & ſeq. Caccialup. art. 5. Mandoſ. d. regul. 12. quæſt. 6. num. 1. & de ſignatura gratiæ, d. tit. de vnio. verſ. ſine cauſa vero, Duare. d. c. 6. Hoieda d. c. 3. à nu. 16. Burſat conſ. 185. n. 13 lib. 2. qui ait, quod vnio beneficiorum, vt valeat, manifeſta Eccleſiæ vtilitas, neceſſitaſque requiritur, cauſæ cognitio, ac omnium, quorum intereſt, citatio: & Rota dec. 133. nu. 3. p. 2. diuerſor.

114 Quicquid in vnione † facta ex falſa cauſa dicat Rota dec. 1. de exceſſib. prælator. in nouis, & 2. 8. & 12. de rebus Eccleſiæ, in antiq. & 2. eodem in antiquior. Aegid. deciſ. 617. ſeu 618. ad fi. Caſſador. deciſ. 1. de vnio. Boerius dec. 345. nu. 1. Millis, in repet. verb. vnio facta ex falſa cauſa, Rebuff. in praxi in d. regul. de vnio. gloſſ. 5. & 9. & in d. rep. §. qui vero d. verſ. 2. poſſeſſ. Ferret. conſ. 236. n. 4. Maſcard. de prob. concl. 1419. Petr. Greg. d. c. 20. nu. 13. & practicabilia Rotæ, ſupra nu. 2. & Açor d. c. 28. q. 14.

115 Et etiam vnio † Apoſtolica facta ex falſa cauſa, eſt nulla Aegidius, Caſſador. & Millis, vbi proxime, Felin. in c. poſtulaſti, numer. 3. de reſcript. Rebuff. d. gloſſ. 5. & 9. Maſcard. & practicabilia Rotæ *numero* 6. ſupr.

116 Etiamſi † facta ſit motu proprio, iuxta dicta ſup. 1. par. cap. 5. nu. 502. & ſequenti, Cardin. conſil. 96.

Socin.

Socin.Senior conſ.1 nu.7.vol.3.Felin.in cap. ad aures,de reſcript.nu.9.verſic. & pulchrè, & in ca. cauſam.de teſtib.num.3.Staphil.de literis gratiæ tit. de vi & effectu clauſular. De clauſula motu proprio, verſic 7.& vlt.nu.5.Selua 3.p.q. 12. num. 3. Mandoſ.regul.22.q.2.num.3.practicabilia Rotę d.num. 6.& Gambarus d.lib.5.rubric.1.de poteſtate legati in vniendo à num.94. idem dicens in vnione facta à legato, quia in eius literis ſurreptio vitiat, ſicut in literis Papæ. Quamuis contrarium in vnione Apoſtolica facta motu proprio teneant Mollis, & Maſcard. ſupra & abſolutè Rota, Boerius, & Ferretus ſupra tati num.114.

117 Et etiam ſurreptio † vitiat ipſo iure vnionem Apoſtolicam, Abb.conſil.101.part.1.Felin.in d.ca. poſtulaſti,nu.3.Ripa lib.2.Reſpon.c.10. Rebuf. d. gloſſ.5.& conſ.195.verſ.10.ſurreptitia,& Mandoſ. d.tit,de vnio.verſ.penultim.& fi. Concilium Tridẽtin.ſeſſ.7.c.6. & ſeſſ.25.cap.9.verſic. inſuper,de reform. Rota in vna Volaterana vnionis 3. Ianuarij

118 1594. coram D. Blanchetto, † in qua fuit reſolutum,quod vnio eſt ſurreptitia facta monaſterio ad ſupplicationem prioris in conuentu,ſi tamen cõſtat quod ibi quandoque vnus monachus, quandoque vnus presbyter pro ſeruitio Eccleſiæ degebat. Eſt ẽt ſurreptitia non facta mentione qualitatum beneficiorum annexorum,vt quia ſunt curata. Rota in antiquis deciſ.37.& 75.de reſcript. & etiam non narrata diſtantia loci, qua vel retraxiſſet Papam a concedẽdo, vel ſaltim difficiliorem reddidiſſet,& etiam non narrato,quod Eccleſia monaſterij,cui fit vnio, ſit vnita alteri monaſterio, &c.

119 Rota etiam † in vna Auellina vnionis 13. Ianuarij 1594. coram D.Penna,in qua fuit reſolutum,vnionem monaſterij factam à Leone X. ſurreptionis vitio laborare,primo ex omiſſa ſpecificatione 50. & amplius monaſteriorum,quæ veniebant in vnione, de quibus non fuit facta mentio. Secũdo,ex eo quod aliquot monaſteria dicerentur eſſe de iure patronatus laicorum ad Couarr.pract.c.36.nu.1.Rebuff. in praxi tit. de vnio.nu.28. Tertio ex tacita qualitate Abbatis monaſterij vniti, quem ſi Papa intellexiſſet habere mitræ, & baculi paſtoralis vſum,& ſolemniter populo benedicere, & iuriſdictionis cognoſcendi inter vaſallos cauſas matrimoniales, participem fuiſſe, non eſt dubium,quin vel negaſſet, vel difficilius vnionem conceſſiſſet,cap.ſuper literis, & cap. poſtulaſti, de reſcript.&c.

120 Nec præſumuntur † cauſæ vnionis veræ, etiam ſi ordinarius, vel legatus eos inſerat in vnione,& aſſerat eſſe veras, ſed iurans eſſe veras, tenetur illas probare,Oldrad.d.conſ.261.Caputaquen.dec.350 num.30 part.3.& practicabilia Rotæ ſupra num.6. Quamus Rebuff.in praxi tit. de vnionis reuocatione,numero 10. videatur velle credendum eſſe Epiſcopo, vel alteri facienti mentionem de cauſa vnionis,ſi exprimatur; & facit doctrina Decij in ca. quæ Eccleſiarum,numero 130.de conſtitut. & in c. cum ſit Romanũ,numero 7. de appellat. quod aſſertioni iudicis non ſtatur ſuper cauſa,ſine qua actum facere non poteſt,Aymon. de antiquit. temporis,2.p. §.1. numero 13 & 31. Alciat. d. præſumpt. reg.3.præſumpt. 9.nu.27.

121 Si vero ordinarius, † vel legatus in pſa vnione enuntiet adhibitaſſe cauſæ cognitionem, & ſolemnitates requiſitas.& reperiſſe cauſas eſſe veras,videtur ſtandum eius aſſertioni, & præſumendum eſſe pro vnione,donec contrarium probetur, etiamſi proceſſerit parte non vocata,quia forte nullus tunc aderat qui deberet vocari, Cæſar de Graſſijs dec. 132. num 16. vbi inter alia dicitur in caſu illius deciſionis conſtare de conſilio quatuor Deputatorum requiſito ex forma Concilij Trident.ſeſſ.23.c.28. in vnione per Epiſcopum facienda ſeminario ex ipſa enuntiatione, de qua in vnione, &c.

122 Quamuis practicabilia Rotæ ſup. numero ſexto verſ.adde,quod ſi inſtrumenta,cum Calderino conſil.4.de rebus Eccl. fix,dicat quod ſi in inſtrumento vnionis dicatur per ordinarium habito prius ſpeciali tractatu & conſilio cum multis canonicis,& cum authoritate & conſenſu canonicorum, & præpoſiti, &cet. illa verba non probant tractatum præcedentem. *Quod etiam dicit Rot. deciſion.716.part. 2.diuerſ. circa finem, non ex aſſertione prælati, ſed aliter probari debet.*

123 At noſtræ ſententiæ † ratio eſt, quod licèt aliàs regulariter non præſumatur ſolemnitas extrinſeca etiam enuntiata in inſtrumento,quæ tempore actus ueriſimiliter interuenire non potuit, le. quæcumque §.fin.ff.de publican. Felin. in cap.ſicut, de reiudicat.num 26.& 27. Anton.Gomez.2.tom. uariarum.cap.11.numero 17.Maſcard. de probat. concl. 1321. ex num.101. Menoch. de præſumpt. l bro 3. præſumpt.132. à numer.28.& 33. deciſ. Pedemontani Cacherani 172. Cæſar de Graffijs d.deciſ. 132.

124 nu.15.& 17. Parte † tamen opponente, Fel.d.c. ſicut,nu.28. Aymon.de antiquitate temporis, 1.p.ſectione quæritur nu.30. Anto Gomez.& Menoch.n. 35. bi Maſcardus d.concl.1321.nu.19.& 946.num. 5.& 1412. nu.8.

125 Tamen † pro decreto, uel actu iudicis, in quo enuntiantur ſolemnitates, præſumitur quod omnia ſint ſolemniter acta niſi contra probetur, l. ab ea parte, 2.reſpon.ff. de probat. cap.in præſentia, de renuntiat l.1. in fine principij, ff. de rebus eorum, l. etſi præſes, Cod.de prædijs minorum, & l.1. Co. de fid. inſtru.& iur.haſt. fiſc. lib. 10. & ibi gloſſ. 1. in fin. & nouiſſimè Gratian. diſcept. forenſ.cap.153.à numero 16. Speculator tit.de empt. & venditio. §. nunc denum reſtat numero 5. Alexand. Iaſon, & alij in l. ſciendum, ff.de uerb. obligat. Baldus, & Paulus, numero 2.in l.cum hi,§.ſi prætor.ff.de tranſactio. Faber in §.fin.numero 3.de fideiuſſor.Feli.in cap.quoniam contra,num. 37.concluſ.7. & Decius à num.187.de probat. idem Felin. in cap.Albericus, de teſtibus ſub num.4.Alciat.d.reg.3.præſumpt.10. Aymon ſupra 2.part.§.1.à num. 14. Angel.Gabriel de ſententijs concluſ. 5. in principio & numero 37. & 38.Maſcard. conclu.487.& 489. & d.concluſ.1321. num.21. & Menoch. de præſumptio.libro ſecundo, preſumpt.75.à numero 12.dicens magis receptum, & plures per eum relatos, & per Simoncell. de decretis l b. 3.titul.7.numero 41.Achilles deciſ.199.aliàs 2.de decretis, Puteus deciſ. 410.lib.2. & Rota deciſ. 589. ex num.3.part.1. & deciſio.72.num.34. & 36. & deciſ. 179.numero 4.& deciſ.193.& 316. num.7. part.2.diuerſ.

126 Quod tamen intelligitur † quando cauſæ,& ſolemnitates requiſitæ nominatim, & in ſpecie exprimuntur, ſecus in genere, Faber. & Felin. ſupr. Pa-

riſius conſ. 12 num. 58. lib. 2. & conſil. 85. numer. 39. lib. 3. Ant. Gabr. d. numero 38. & Achilles ſupra Rota d. deciſ. 72. & Menoch. vbi proxime numero 22. dicens communem, & veram opinionem, & alij, vt per Alciat. ſupra numer. 2. & in terminis vnionis, Oldrad. d. conſ. 263. nu. 4. & practicabilia Rotæ, ſupra num. 6. in fi.

127 Sed † quod præſumatur etiam pro decreto, etiã ſi in genere exprimantur ſolemnitates, dicendo in communi, cauſa cognita, vel iuris ſolemnitate ſeruata, tenent Baldus, & Paulus ſupra, & Aymon. nu. 9. & 14. dicens communem, & alij per eum relati, & per Simoncellum ſupra nu. 42. *& Gratian. etiam ſu-*

128 *pra* & quod † ex decreto præſumatur cauſæ cognitio, & ſolemnitates requiſitæ, abſolute ait Surdus de alimen. tit. 8. priuileg. 56. nu. 113. & ſeqq.

129 Et omiſſa † concordia Alciati de præſumpt. 10. nu. 5. quod prima procedit in decreto requirente diligentem, & magnam cauſæ cognitionem, ſecunda vero in requirente leuem cauſæ cognitionem, quam ſequitur Ang. Gabriel ſupra num. 42. & 43. & Maſcard. d. concluſ. 487. à numer. 6. qui eandem diſtinctionem videtur facere in aſſertione notarij ibi n. 23. & eſt probabilis.

130 Poſſunt concordari, † vt prima procedat, quando ſolemnitates enuntiantur à Tabellione, ſeu notario in inſtrumento decreti, & ita loquuntur Faber, Felin, & alij: eo quod alias notarius videretur ſcripſiſſe, vt index, & non vt teſtis. Secunda vero proceda', quando enuntiatio ſolemnitatum in genere fit ab ipſo iudice, tunc enim ceſſat dicta ratio, Faber ſup. Et ita diſtinguit Decius ſupra num. 183. dicens, quòd diſtingui poteſt quod inſtrumentum nomine iudicis concipitur, & ſatis eſt, quod generaliter dicat, ſecus eſt, ſi nomine notarij, vt colligitur ex deciſ. Ioan. Fabri. in d. §. fin. & ſequitur Aymon. ſup. num. 19. in actu, in quo præiudicatur tertio, vel in quo partes ſibi præiudicare non poſſunt, quia tunc magis præſumeretur pro actu iudicis quam notarij.

131 Et quod † ait Menoch. ſupra numer. 46. citans alios, quod quando decretum fuit interpoſitum à iudice, ſed ſolus notarius iudice ipſo non mandante aſſeruit adhibitas eſſe ſolemnitates, antequam decretum interponeretur, non præſumitur pro ipſo decreto, ſiue de leuibus, ſiue de grauioribus cauſis agatur, procedit quando notarius ſeparatim id aſſereret, & non in ipſo inſtrumento decreti concepto nomine notarij, & in eius perſona, maxime ſi eſt ſubſcriptum, aut ſigillatum à iudice; nam tunc, etiamſi enuntiatio ſolemnitatem fieret in genere, ſufficeret propter approbationem iudicis.

132 Et ita tenendum eſt, quamuis contra dictam doctrinam, quod non ſtetur aſſertioni etiam iudicis ſeu prælati, qui non poteſt facere actus ſine cognitione cauſæ, & ſolemnitate, ſi dicat ſe adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & debitas ſolemnitates, etiam in ſpecie, ſed debere alias de eo apparere ex ſeparata ſcriptura, teneant Romanus in d. l. ſciendum numero 36. & Paulus conſil. 38. quem ſequuntur Rebuff. in concordatis, rubr. de Conc. Lateran. Concilij 23. & 4. illatione, & alij relati per Simoncellum d. tract. de decretis lib. 1. tit. nu. 101. & per Menoch. ſupra num. 16. & Rota deciſ. 716. & 752. num. 3. p. 1. & deciſ. 160. par. 2. diuerſ. quam opinionem in puncto iuris dicit veriorem Alciatus dict. præſumpt. 10. num. 3. & 4. Sed iura per eum allegata eam non probant, vt recte oſtendit Menoch. ſupra num. 16. & 17. Et de iure etiam dicit certiſſimam Simoncellus d. lib. 3. tit. 7. num. 42. quamuis ex conſuetudine dicat præſumi pro decreto, in quo enuntiantur ſolemnitates, etiam in genere.

133 Nec obſtat † regula l. ſi forte, ff. de caſtren. pecul. quia non procedit in iudice, pro quo ipſa præſumunt ſtante enuntiatione ſolemnitatis, iuxta dicta, & Dd. citatos. *Nec etiam obſtat text. in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienand. ex quo notant ibi Doctores, Ariſtid. 3. not. Domin. nu. 5. Franc. & alij, quòd licèt in inſtrumento alienationis rei Eccleſiaſticæ dicatur, vtilitatem, vel neceſſitatem alienandi ſubeſſe niſi aliter probetur, non adhiberetur fides, ſequitur Genuenſ. in praxi c. 61. in annot. nu. 21. & ex eo tenere videtur contra prædictam doctrinam. Nã reſpondetur, quòd ille text. & Doctores ibi non loquuntur de decreto iudicis, ſeu prælati, & aſſertione in eo contenta, de quo nos agimus, ſed inſtrumento alienationis, & aſſertione ipſorum contrahentium & alienantis (ibi enim ipſe Epiſcopus vt patet, fuit author alienationis & conceſſionis decimarum) pro quo non debet præſumi, quòd non ſtatur aſſertioni alienantium, Rot. deciſ. 722. nouiſſi. Farin. nu. 2. cum alienans & contrahens ſit pars formalis in illo actu: & ita etiam procedit deciſ. Rotæ in cauſa Toletana parochialis de Madrid. 19. Nouembr. 1601. coram D. Corduba infra addu&ta cap. 3 ſeq. numero 7. nam ibi etiam ordinarius eſt author diſmembrationis, & ideo non ſtatur eius aſſertioni de cauſa, ſed erit per proceſſum iuſtificanda.*

134 Sed eſt difficultas † an ſi iudex delegatus, ſeu executor cui iuxta regul. Cancellariæ 21. ſeu 22. de vnio. committitur, vt ſi vocatis vocandis reperiret cauſas eſſe veras, vnionem faciat &c. referendo adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & cauſas reperiſſe veras, proceda ad vnionem, præſumatur pro illo, & ei fides in iudicio contradictorio adhibeatur ſuper veritate cauſarum.

135 In qua difficultate † reſpondet negatiue Aegidius, deciſ. 377. & 617. & practicabilia Rotæ ſup. numero 6. non obſtante ſup. dicta doctrina præſumi pro decreto iudicis, in quo enuntiantur ſolemnitates, quia id non procedit in executore, & iudice delegato, pro cuius decreto non ita præſumitur, Aegid. ibi, Angel. Gabriel d. conclu. 5. de ſenten. 44. vbi regulam, quod præſumatur pro decreto iudicis, limitat, vt procedat in iudice ordinario generali, ſecus in iudice ſpeciali ad certum actum deputato, Puteus dec. 144. numero 4. lib. 2. Rota d. deciſ. 193. num. 4.

136 Difficultatem † tamen facit, quod delegatus cui Papa committit, vt ſe diligenter informet de vtilitate Eccleſiæ, & ſi reperiret in euidentem vtilitatem Eccleſiæ cedere alienationem, confirmet, ſeu licentiam alienandi concedat, ſatis eſt adhibeat cognitionem extraiudicialem abſque citatione, & pro eo, & eius ſententia præſumitur abſque proceſſu, maxime ſi aſſereretur adhibuiſſe cognitionem, ſeu ſe informaſſe, &c. Abb. conſil. 41. par. 1. quod conſilium ſequitur, & commendat Decius conſil. 341. numero 12. Capic. deciſion. 16. numero 4. Puteus deciſ. 432. lib. 2. & Rota in vna Ragufina emphyteuſis vigeſimo Iunij 1578. coram D. Lancelloto,

celloto, quæ habetur, par. diuerſ. dec. 479. & in vna Anconitana terrarum de anno 1577. coram D. Seraphino, & in vna Romana deuolutionis 20. Maij 1580. coram D. Lancelloto, quæ habetur d. 1. p. diuerſor. deciſ. 656. numer. 1. & 4. & in vna Auerſana tenimenti 15. Februar. & 5. Martij 1582. quæ habetur d. 1. p. dec. 716. num. 4. & in vna Auximana bonorum 13. Maij 1585. coram Dom. Seraphino, & 15. Nouemb. eiuſdem anni coram D. Robuſterio, & in vna Gadicen. cenſus 23. Ianuarij 1595. coram D. Seraphino, *& illa coram Seraphino, quæ deciſ. 754. nouiſſim. Farin.*

137 In qua fuit reſolutum, Cenſum conſtitutum à c. Gadicen. pro extinguendis prioribus cenſibus ad maiorem rationem creatis, & ſumptis à perſonis particularibus, quorum reditus per plures annos capitulum recognoſcendo bonam fidem, quod pro ipſius c. neceſſitatibus dicti particulares ſe obligauerint, ſoluit, fuiſſe vtilem, & validum non obſtante, quod non conſtet de verificatione cauſæ, nempe quod fuerint creati pro neceſſitatibus capituli, quia cum hoc faſſi fuerint capitulares, & negotium fuerit confectum cum authoritate ordinarij Gadicen. habentis ad hoc authoritatem à ſede Apoſtolica, vtique præſumitur pro ipſius decreto, & hoc facto recognitio bonæ fidei facta per capitulum fuit approbata per ordinarium in conſtitutione huius noui cenſus, &c. Et fuit dictum ſup. 6. par. numer. 248. *Rot. etiam in alia Romana cenſus 2. Decembr. 1609. coram D. Marcomontio, vbi fuit reſolutum, &c. Rub. alien. ver. Eccleſ. & tradit Gratian. in addit. ad deciſ. 99. nu. 3. allegans deciſ. Rotæ in Papien. bonorum 28. April. 1595. coram D. Seraphino, Rota etiam in Hiſpalen. legitim. 11. Maij 1612. coram D. Vualdo.*

138 Reſpondetur hoc procedere† quando Papa ſimpliciter committit alicui, vt ſe informet, &c. tunc enim citra informationem ſtatur eius aſſertioni: & pro eius decreto præſumitur abſque proceſſu, Rota d. deciſ. 716. nu. 4. & dec. 160. nu. 8. par. 2. & Proſper de Auguſtino in append. ad ſummam bullarij verb. alienatio ſub. nu. 12. pag. 498.

139 Quod non ſolum † videtur procedere vbi non eſt clauſula, vocatis vocandis, & nullus eſt contradictor, Puteus d. deciſ. 144. numer. 1. & 2. ſed etiam vbi eſt clauſula vocatis vocandis, nullus tamen eſt contradictor, nec qui debeat vocari, ex quo etiam tunc proceditur extraiudicialiter, Rota d. dec. 616. & in d. Anconitana terrarum vbi, vt in deciſ. dicitur, cõmiſſio cantabat vocatis vocandis, quamuis contradicat Aegidius d. deciſ. 617.

140 At ſupradicta reſolutio† procedit vbi committitur cum clauſula vocatis vocandis, quæ facit executorem mixtum, Felin. in cap. exh bita numer. 4. de iudic. & in c. de cætero. num. 10. de re iudicat. cum alijs, & eſt intereſſe habens qui debet vocari, ſeu alias eſt contradictor, tunc enim debet fieri proceſſus, & requiritur receptio teſtium, & probationum ſuper veritate narratorum, de quo proceſſu debet doceri, Aegidius d. deciſ. 617. & Puteus d. dec. 144. num. 4. *Et quando in reſcriptis Papa committit executori, vt ſe informet per receptionem teſtium & probationum, ſeu quod procedat iuxta formam Paulinæ requirentis teſtes, & probationes pro veritate narratorum recipi, vt d. deciſ. 716. & 760. Quamuis iſtam diſtinctionem reiciat Gennen. in praxi d. c. 65. in annot. num. 21. tenens indiſtinctè ſemper debere conſtare euidenter de cauſa & vtilitate Eccleſiæ per teſtes, & alias legitimas probationes, & non eſſe ſtandum aſſertioni commiſſarij, etiamſi ei Papa ſimpliciter committat quòd ſe informet, per text. & Doctores in d. c. 1. de reb. Eccl. in 6. qui id non probat, vt ſuprà nu. 133. & per Aegid. Bellam. in rep. Clem. ſi vna, de reb. Eccleſ. non alien. nu. 256. concludentem non eſſe adhibendam fidem executori cui Papa commiſit, quòd diligenter ſe, informet de cauſa vnionis faciendæ.*

141 Si tamen apparet† de proceſſu, ſeu actis ſuper vnione, & receptione teſtium & probationum, ſiue parte vocata ſiue etiam non vocata, quia nullus erat qui deberet vocari, ſtabitur illis, donec contra probetur, ſi poſtea res deducitur in litigium, quia forte rector, vel ſucceſſor dicit cauſam non fuiſſe veram, & ita colligitur ex dict. deciſ. Rotæ 716. ad fin. Et alias eſſet durum cogere habentem vnionem ad iterum probandum cauſas, cum rite, & recte eas probauerit tempore vnionis.

142 Facit † doctrina Alex. conſil. 79. nu. 18 lib. 1. Iaſon. conſ. 54. nu. 3. lib. 1. Cornei 181. col. 12. lib. 2. Couarr. lib. 2. variarum c. 17. nu. 2. quod vbi in alienatione rerum Eccleſiæ ſeruata fuit forma, & iuris ſolemnitas, in dubio præſumitur facta ex cauſa iuſta, & dicit in propoſito Hoieda d. cap. 3. nu. 19. verſic. vel aliter, & ſecundo.

143 Quamuis† contrarium in hoc, quando fuit proceſſum parte non vocata, etiamſi ſit in poſſeſſione qui obtinuit vnionem, teneant Aegid. d. deciſ. 617. & practicabilia Rotæ ſupra nu. 6.

144 Et iuxta prædicta eſt † accipiendum, quod ait Cardin. in Clem. 1. de cleric. q. 9. num. 10. quod poſſit dici, quod ſufficit, quod de vnione conſtet, debet enim præſumi omnia fuiſſe ſolemniter agitata, ſecundum ea, quæ notantur in d. cap. ſicut, de re iudic. & in d. l. ſciendum.

## *Quæ forma & ſolemnitas requiratur in vnione. §. II.*

### SVMMARIA.

*VLtra cauſæ cognitionem in vnione faciendæ per Epiſcopum requiritur conſenſus cap. nu. 145. quamuis non requiratur tractatus, nu. 146. qui conſenſus poteſt inuenire, etiam poſt vnionem, nu. 147. de quo relati, nu. 148. quamuis contrarium teneat Burſatus cum relatis, nu. 149.*

*In vnione faciendæ per legatum non requiritur conſenſus capituli num. 150. nec in facienda per Papam, ſeu ex eius commiſſione, nec clauſula vocatis quorum intereſt, id importat, nu. 151.*

*Vbi extat conſuetudo in contrarium, videtur vnio poſſe fieri per Epiſcopum abſque cap. numer. 152. licet glo. in Clem. ſi vna, & alij citati teneant, non valere conſuetudinem contrariam, nu. 153. & reſpondetur verbis dictæ Clem. num. 154. debebit tamen eſſe conſuetudo immemorialis, aut quadragenaria cum tit. nu. 155. niſi ſimus in conſuetudine generali, quæ eſſet conſuetudo propria, & non præſcriptio, tunc enim ſufficeret ſolum tempus 40. annorum, quæ conſuetudo in his regnis eſſe videtur, nu. 156.*

*An hodie poſſit Epiſcopus vnire beneficia ſine conſenſu c. ex Concilio ſeſſ. 21. c. 5. vbi datur Epiſcopis facultas vniendi, etiã tanquã ſedis Apoſtolicæ delegatis, à n. 157. reſoluitur*

negatiue,

negatiue, ex illis verbis, iuxta formam iuris contra Nau. & Zerolam ex S. Congregatione, cuius declaratio adducitur, & n. 160. adducitur reſolutio Rotæ, vltra quod illud decretum procedi ſolum in vnionibus beneficiorum cum curatis, & c. n. 161. at vbi extat conſuetudo in contrarium, non videtur conſenſus cap. neceſſarius, etiam in terminis d. decreti, nu. 162.

Ita demum vnio eſt nulla ex defectu conſenſus cap. ſi hoc dicat capitulum in cuius fauore fuit introducta iſta ſolemnitas, aliàs non, exemplo alienationis rei eccleſiæ, quæ eſt nulla, ſi placet eccleſiæ, &c. ſecundum Rotam in vna Segonien. nu. 163. ſed non placet, nam conſenſus cap. in vnione non tam fuit introductus in eius fauorem, quam proforma, & ſolemnitate, &c. n. 164. & adducitur reſolutio Rotæ, nu. 165. & ſic vnio facta ſine conſenſu c. erit nulla, etiam ca. non dicẽte, nec allegante, & iſta nullitas poterit opponi à quocunque, cuius intereſt, n. 166. & de alienatione rei eccleſiæ eſt diuerſa ratio, quia eius nullitas eſt in fauorem ipſius eccleſiæ, &c. nu. 167.

Cum quis non poſſit authorizare in facto proprio, non valet vnio facta ab Epiſcopo ipſi cap. d. Clem. ſi vnc. §. ſi. quæ eſt iuris antiqui declaratiua. contra Oldrad. & ideo requiritur authoritas Papæ, nu. 168.

Dicta Clem. procedit quando vnio fit c. principaliter, & directè: ſecus vero quando in conſequentiam, & indirectè eſt in vtilitatem cap. nu. 160. ſecus etiam vbi vnio fieret alicui dignitati, vel præbendæ cap. imo etiam omnibus præbendis diſtinctis, non ſimul, ſed ſeparatim, & diſtinctè vnicuique alicuius beneficij: & ſic intelligitur decretum Concilij ca. 15. ſeſſ. 24. 1. part. tit. ſingulis præbendis ſingula beneficia vniantur. non omnibus ſimul indiſtinctè, vnum aut plura, ſecundum Hier. Gabriel. num. 170. quæ videtur nimia reſtrictio ad d. decretum, in cuius terminis verius videtur poſſe ex eo fieri vnionem omnibus præbendis, ſeu diſtributionibus ſimul vt videtur ſentire S. Congreg. cuius declaratio adducitur, quamuis non poſſit fieri cap. ſeu menſa capitulari, num. 171.

Dicta Clementina non procedit in ſuppreſſione, & extinctione alicuius dignitatis, vel præbendæ, quam ex cauſa poteſt facere Epiſcopus cum conſenſu cap. niſi bona Epiſcopi & c. ſint communia, n. 172. ſed contrarium tenent alij. ſi id caderet in vtilitatem c. quia fructus ei applicantur, ſeu eius menſæ etiam diuiſæ, n. 173. tamen ſi vellent applicare vni præbendæ, vel etiam ſingulis poſſent, ſecundum Imolam, quem ſequitur Decius contra Felinum, cuius rationi reſpõdet, nu. 174. ſequitur etiam Hier. Gabr. ita intelligens ſecũdam partem d. decreti Concilij, n. 175. ſed in terminis iſtius decreti verius videtur poſſe ex eo applicari fructus præbẽdarum ſuppreſſarum reliquarum diſtributionibus ſimul, & in communi, & indiſtinctè, n. 176.

Conſenſus cap. non præſumitur niſi expreſſe probetur, & aſſerenti incumbit onus eum probandi, vel niſi alias de eo appareat nu. 177.

An ex diuturnitate temporis præſumatur interueniſſe conſenſus cap. etiam in vnione, non enuntiatus, videbatur præſumi, ſi lapſum eſſet tempus longiſſimum 30. annorum, ex traditis per Felinum, & alios citatos, aut etiam concurrente poſſeſſione, & obſeruantia vnionis cum ſcientia, & patientia aduerſarij, ſi lapſum eſſet longum tempus 10. annorum, ex traditis per Aymon. & alios citatos, &c. nu. 179. ſed reſolutur, ita demum ex diuturnitate temporis præſumi conſenſum cap. in vnione non enuntiatum, ſeu ſolemnitatem aliàs in actu requiſitam, ſi lapſum ſit tempus 30. annorum. cum poſſeſſione, & obſeruantia vnionis, ſeu actus per aliud tempus, aliàs non, num. 179. & ſeqq. vbi adducũtur reſolutiones Rotæ, & reprobatur doctrina Flores circa hoc, nu. 186.

An in exemplatione inſtrumenti præſumatur ſolemnitas extrinſeca ex antiquitate temporis, remiſſiue, nu. 187.

Huiuſmodi præſumptioni non eſt locus, vbi ex ipſo inſtrumẽto apparet de contrario, nempe non interuenſſe d. cõſenſum, ſeu ſolemnitatem, aliàs in actu requiſitam, n. 188. & ſeq. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.

In vnione facienda ſeminario non videtur requiri conſenſus c. ſed eius loco requiritur, quod fiat cum conſilio quatuor deputatorum ex decreto Concilij, aliàs vnio non valet, num. 190. vbi ponitur declaratio S. Congregationis: ſed Epiſcopus non tenetur ſequi eorum conſilium, ex eadem S. Congr. n. 191. & adducitur reſolutio Rotæ, nu. 192.

Requirit etiam, vt valeat vnio facta ſeminario, quod ſit actu erectum, & habeat actu ſcholares, & magiſtros, ex S. Congregatione, cuius declarationes ponuntur, nu. 193. & ſeq. & adducuntur reſolutiones Rotæ, nu. 195. & ſeq.

An ſi ſemel benefacta vnione ſeminario actu erecto, & habẽti ſcholares, poſtea illi deſinant ibi eſſe ad tempus, vt reditus inſumantur in fabricam, ſeu reparationem domus vel alia de cauſa, expiret vnio beneficiorum, à num. 197. reſolutur non expirare, in odium tamen Epiſcopi tollentis ſcholares è ſeminario, licet ad tempus forte impetrarentur, & concederentur beneficia illi vnita à Papa diſſoluente vnionem, nu. 200. & ſi eſſet penſio reſeruata ſeminario, licet tunc non expiraret, poſſet exigi pro illis annis, nu. 201.

Requiritur etiam in vnione vocatio, & conſenſus patroni, ac inferioris collatoris, & electorum. nu. 202. nam debet fieri vocatis quorum intereſt, aliàs non valet, tam ex iure communi, quam ex Concilio Triden. nu. 203. & qui ſint iſti quorum intereſt qui vocandi ſunt, remiſſiue, nu. 204. circa quod adducuntur reſolutiones Rotæ, à nu. 205. & declarationes S. Congreg. num. 210.

Improbatur, quod ait Acor, quod legatus poteſt vnire ſine cõſenſu patronorum clericorum, vel laicorum, ex præſcriptione, conſuetudine, aut priuilegio, nu. 211.

Improbatur, quod ait Man. Rodriguez, quod per priuilegium, & facultatem datam priori S. Benedicti vniendi monaſteria, conſentientibus abbatibus, & monachis monaſteriorum vniendorum, nõ obſtante fundatione, dotatione, & c. poteſt fieri vnio monaſteriorum iuris patronatus ſine conſenſu, et vocatione patronorum & c. nu. 212.

Contra patronum, aut inferiorem collatorem non præſumetur eorum conſenſus, etiamſi in vnione enuntietur ab Epiſcopo, num. 213.

Certum eſt non requiri vocationem rectoris beneficij, nec eius conſenſum, cum ei ad ſuam vitam non prouideatur, nec defenſoris, ſi vacat, num. 214. quod procedit etiam in vnione facienda per legatum. num. 215. nec etiam rector eccleſiæ eſt vocandus in vnione facienda de aliquo beneficio ſeu præſtimonio ſuæ eccleſiæ, nu. 216. quod procedit etiam in caſib. poſitis per Concilium Triden. vt vocatis his, quorum interẽſt, vniones fiant, quamuis in illis citandum eſſe rectorem, & poſſeſſorem beneficij videatur velle Fuſcus, n. 217. procedit etiam in vnione facienda ex commiſſione Papæ vocatis quorum intereſt, n. 218.

Nec etiam plebs debet vocari, audiretur tamen ſi cauſam rationabilem allegaret, ne fieret vnio, nu. 219. nam parochianorum intereſt bonum habere paſtorem, ideo ſunt legitimæ perſonæ cauſa hoc reſpiciente, ex Rota, nu. 220.

Non etiam oportet in vnione facienda per legatum, ſeu ex cõmiſſione Papæ, vocare Epiſcopum contra aliquos, n. 221. nã quamuis ex vnione ei auferatur collatio, id prouenit ex natura vnionis, & legatus habet in hoc eandẽ poteſtatem,

quam

*quam Epiſcopus, & concurrit cum eo, & alias ſententia, iura, & iuriſdictio inuiolata remanent Epiſcopo, numero 222. Et dictum Pet. de Peruſio, quod ſicut Epiſcopus non poteſt vnire ſine conſenſu ordinarij collatoris, ita nec legatus, intelligitur de ordinario collatore inferiori, numero 223.*

145 AD quintum † vltra cauſæ cognitionem, de qua in ſuperiori in vnione facienda per Epiſcopum, requiritur conſenſus capituli, d. c. paſtoralis, de donat. & d. Clem. ſi vna de reb. eccleſiæ cum alijs, Abb. in d.c. ſicut vnite, de exceſſibus prælator. nu. 1. Caccialupus art. 6. Pet. de Peruſio c. 5. 7. q. Rebuf. in praxi d. reg. de vnio. gl. 11, nu. 2. & in reg. d. §. qui vero, tertio nota. verſ. 3. poſſet quæri, Gambarus d. lib. 5. rub. 1. de poteſtat. legati in vniendo n. 58. & 108. Faſtoli cauſa 8. dub. 26. Lancell. in inſtit. canon. lib. 2. tit. de vnio. §. vſque adeo, & §. nec ſolum. Hoieda d.c. 3. nu. 9. Fuſcus d. lib. 2. c. 36. n. 5. Açor 2. p. lib. 6. c. 28. q. 12. & Rota in Segouien. præſtimonij de anno 1580. quæ habetur d. deciſ. 133. p. 2. diuerſ. nu. 2. quicquid dicat Manuel Rodriguez q. regular. tomo 3. q. 80. art. 1. & vide dicta ſupra nu. 111.

146 Quamuis non † requiratur tractatus, Rota deciſ. 1. de rebus eccleſiæ, in antiq. Paulnus de offic. & poteſtat. c. ſede vacante 3. q. 2. p. nu. 21. Boerius dec. 345. nu. 2. Rebuf. vbi proxime, & in compendio alienationum, nu. 24. Hoieda d. c. 3 n. 9. verſ. ſed vtrum, Pet. Greg. d. c. 20. nu. 10. & practicabilia Rotæ d. c. de vnione, nu. 8. & Açor d. q. 12.

147 Et hic † conſenſus c. poteſt interuenire, etiam poſt vnionem, Alex. conſ. 219. nu. 16. 17. & 22. lib. 6. Boerius ſupra lib. 3. & 4. Rebuf. d. gl. 11. n. 20. Hoieda d. n. 9. verſ. ſed vtrum, Rota d. dec. 133. n. 9. Açor d. q. 12. in fi. quod probatur ex c. cum vos, de his quæ
148 fiunt à prælatis, & c. cura, de iure patron. De † quo Mar. Socin. conſ. 15. lib. 1. Rochus de iure patr. verb. pro eo quod q. 4. Lamber. 1. p. 1. lib. q. 2. art. 12. Selua 1. p. q. 6. à n. 11. Mandoſ. conſ. 30. n. 3. & conſ. 32. nu. 2. Simoncellus de decretis in præfatione, ex nu. 42. & Flam. Pariſ. de reſignatione benef. lib. 8. q. 10.
149 à nu. 6. Quamuis † contrarium in terminis teneat Burſatus conſ. 185. lib. 2. nu. 14. dicens, quod cum conſenſus c. requiratur à lege per modum ſolemnitatis, in ipſo actu, & expreſſe adhiberi debet, ex Imola, Ant. & cæteris in d.c. cum vos, & Rebuf. in compendio alienatio. nu. 15.

150 In vnione tamen † facienda per legatum non requiritur conſenſus cap. Rota deciſ. 1. & 2. de offic. legati. in nouis additio. Aegidius deciſ. 513. Caccialupus art. 6. 14. concl. Pet. de Peruſio cap. 5. numer. 18. Paulnus d. q. 3. num. 19. Gambarus ſupra nu. 58. & 110. Hoieda vbi ſupra. Nau. conſ. 10. num. 1. de offic. delegati, & practicabilia Rotæ ſupra nu. 2. verſ. vnio poteſt, quamuis contrarium videatur velle Boerius ſupra num. 4.

151 Et eadem ratione † non requiritur conſenſus capituli in vnione facienda per Papam, ſeu ex eius cõmiſſione, Nauar. d. nu. 1. Quamuis in vnione facienda per Epiſcopum ex conceſſione, ſeu commiſſione Papæ contrarium dicant Faſtol. dub. 5. & Boer. ſup. nu. 4. practicabilia Rotæ d. nu. 12. verſ. in vnione facienda, quod etiam videtur velle Rebuf. d. gl. 11. nu. 2. nec clauſula vocatis, quorum intereſt, id importat, quicquid dicant Boerius, & Rebuf.

152 Et vbi extat conſuetudo † in contrarium, videtur vnio poſſe fieri per Epiſcopum abſque capitulo, vt cum Dd. in d. Clem. ſi vna tradit Fuſcus d. lib. 2. c. 26. numer. 5. quod tenuit Laurentius relatus à Cardin. ibi num. 12. & Caccialupus art. 6. num. 10. præſertim nu. 14. Pet. Greg. ſupra nu. 6. & ponitur in cõcilio prouinciali Bononien. tit. de vnio. §. quæ ſeruanda in vnionibus, ibi: Deinde cum conſilio, & conſenſu capituli, niſi aliter ex loci, ſiue eccleſiæ conſuetudine receptum eſſet.

153 Licet † gloſſa in d. Clem. ſi vna, verb. conſentiente, & ibi Imola, & Bonifacius à num. 16. Abb. nu. 2. & idem Abb. conſ. 106. nu. 4. p. 2. Faſtol. d. dub. 26. n. 2. Fel. in c. cum cauſam de re iudic. nu. 10. & 20. Pet. de Peruſio c. 5. 8. q. Lancell. d. §. vſque adeo in gloſſ. verb. conſentiente cap. & practicabilia Rotæ d. n. 12. verſ. in vnione facienda, tenent non valere conſuetudinem contrariam.

154 Neque obſtant † illa verba in fi. d. Clem. poſita, Contraria quauis conſuetudine non obſtante, nã referuntur ad verſ. quod ſi Epiſcopi, vt patet ex textu.

155 Debebit tamen eſſe † conſuetudo immemorialis: vt ait Card. ſupra quem ſequitur Gambarus ſupra, nu. 109. & Rochus in cap. fi. de conſuetud. ſect. 6. nu. 15. in fi. aut quadragenaria cum titulo, ex c. 1. de præſcript. in 6.

156 Niſi † ſimus in conſuetudine generali, quæ eſſet conſuetudo propria, & non præſcriptio, tunc enim ſufficeret ſolum tempus quadraginta annorum, adnotata in d. cap. fi. de conſuetud. Duennas regul. 140. quam conſuetudinem in his regnis eſſe exiſtimo.

157 Sed eſt difficultas, an hodie † poſſit Epiſcopus vnire beneficia ſine conſenſu capituli, ex Concil. Trident. ſeſſ. 21. c. 5. de reform. vbi datur Epiſcopis facultas vniendi, etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatis, & partem affirmatiuam, tenet Nau. d. conſ. 10. de offic. deleg. ex dictis ſupra nu. 150. & ſeq. & ſequitur Zerola 2. p. verb. vnio. §. 9.

158 Nihilominus tamen contrarium eſt dicendum, nam dictum decretum Concilij requirit in vnione conſenſum capituli, etiam ſi fiat ab Epiſcopis tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatis, ex illis verbis Iuxta formam iuris, & ita S. Congregatio Concilij declarauit, vt aduertit additio dicti Concilij Nauarri, dicens aduertendum referri S. Congregationem cenſuiſſe contrarium *& ſequitur Vgolin. de offic. Epiſc. cap. 52. §. 1. ſub num. 1.*

159 Et † patet ex ſequenti declaratione ſupra dict. cap. 5. ibi. Iuxta formam iuris, qua præterita nulla erit vnio, hoc eſt, de conſenſu capituli, iuxta Clem. ſi vna de rebus eccleſiæ non alienand. Epiſcopus has vniones facere poteſt. Vnde conuincitur diſtinctio Zerolæ ſupra.

160 Et Rota in vna † Leodien. beneficij 23. Ianuar. 1593. coram D. Gipſio reſoluit, Vnionem redituum capellæ, ſeu altaris, factam parochiali ob paupertatẽ illius ſine conſenſu capituli, eſſe nullam, d. Clem. ſi vna, & ibi Abb. Imola, & Bonifacius. Cald. conſ. 65. Abb. 106. nu. 4. lib. 2. Faſtol. dub. 5. &c.

161 Et præterea illius † decretum procedit ſolum in vnionibus parochialium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel curatorum cum curatis, & illa verba, Et in cæteris caſibus à iure permiſſis, non ampliant, vt vigore illius decreti poſſit fieri

vnio aliorum beneficiorum ſeu alijs beneficijs, ſed ampliant cauſam vnionis, vt in ſpecie illius decreti poſſit fieri vnio, non ſolum ex cauſa paupertatis, ſed etiam ex alijs cauſis legitimis, vt patet ex contextu.

162 At vbi extat † conſuetudo in contrarium, non videtur conſenſus capituli neceſſarius, etiam in terminis dicti decreti, cum conſuetudo iuri deroget, &c.

163 Hoc tamen de conſenſu † capituli in vnione requiſito intelligit Rota in dicta 1. deciſ. Segouienſ. 233.à nu.10.quod ita demum unio eſt nulla ex defectu conſenſus capituli, ſi hoc dicat capitulum, in cuius fauorem fuit introducta ſolemnitas conſenſus ipſius, alias non, Oldrad. conſ.282. in fi. exemplo alienationis rei eccleſiæ, quæ ita demum eſt nulla, ſi placet eccleſiæ. Itaq; nullitas vnionis ex defectu cõſenſus capituli non poteſt allegari ab alio, quam ab ipſo capitulo, cuius fauore vnio eſſet nulla ad inſtar nullitatis alienationis rei eccleſiæ ob defectum ſolemnitatum, quæ non poteſt allegari ab alio, quam ab eccleſia, vt ibi latius.

164 Sed hæc intelligentia † mihi non probatur, nam conſenſus capituli in vnione, non tam fuit introductus in eius fauorem, cum de eius præiudicio non agatur, quam pro forma & ſolemnitate, ne paſſim, & temere fiat, ad tradita per Simoncel. de decretis in præfat. nu.54. & in terminis quod conſenſus capituli in vnione requiratur à lege per modum ſolemnitatis, docet Burſat. d. conſ. 185. nu. 14. lib. 2.

165 Et alias in vna † Anconitana terrarum de anno 1577. coram D. Seraphino fuit reſolutum, Quod in alienatione conſenſus capituli nõ requiritur vti perſonæ intereſſe habentis, ſed ſolum tanquam ſolemnitas, vt colligitur ex traditis per Francum in c. 1. nu. 16. & 20. de rebus eccleſiæ in 6. declarat. Rebuf. in compendio alienationum in 2. & 3. requiſito: & ſic ſtante commiſſione, ſi in euidentem, cum clauſula vocatis vocandis ad alien. terras menſæ Epiſcopi ſeparatæ mẽſa capituli: quo caſu ſufficit, vt Epiſcopus vendat, vt per Francum d. nu. 20. capitulum nõ fuit vocandum: nam clauſula, vocatis vocandis, videtur intelligenda de his, qui habent intereſſe, non autem de his, qui pro ſolemnitate adhiberentur, quia authoritas Papæ adhibetur, vt ſuppleat omnes ſolemnitates, Abb. conſ. 41. nu. 3. lib. 1. nec curatur propterea in his de ſolemnitatibus, ſed tantum de vtilitatibus Eccleſiæ: Socinus conſil. 15. num. 5. verſic. inſuper. libr. 1.

166 Vnde vnio facta † ſine conſenſu capituli erit nulla, vt pote forma non ſeruata, etiam capitulo non dicente, nec allegante, & iſta nullitas poterit opponi à quocunque cuius intereſt, Rota deciſ. 247. num. 5. par. 1. diuerſorum.

167 Nec obſtat ſimile de alienatione rei eccleſiæ ſine debita ſolemnitate, quia eius nullitas eſt in fauorem ipſius eccleſiæ, & ſic ab alio, quam ab ea allegari non poteſt. At in propoſito nullitas vnionis factæ ſine conſenſu capituli non eſt in fauorem ipſius capituli, at diximus, & ſic eſt diuerſa ratio.

168 Vnde cum quis † non poſſit authorizare in facto proprio, non valet vnio facta ab Epiſcopo ipſi capitulo d. Clem. ſi vna, §. fi. quæ eſt iuris antiqui declaratiue, gl. pen. & Anchar. ibi Hier. Gabriel. conſ. 186. lib. 2. quamuis contrarium velit Oldr. conſ. 182. n. 1. contra quem tenet Caccialupus art. 4. 10. quæſt. & ideo requiratur authoritas Papæ, gloſſ. ibi verb. menſæ, ad fi. quam ſequuntur ibi Card. in fi. n. 3. & Abb. num. 6. Oldrad. conſil. 262. nu. 3. & practicabilia Rotæ d. cap. de . nio. nu. 12. verſ. vnio facta ab ordinario: *& Rota in Peruſina beneficij 4. Iul. 1608. coram D. Penna vbi quòd in vnione, quæ fit ad fauorem capituli, quam ipſum non poteſt authorizare, requiritur authoritas Papæ etiamſi fiat vigore Concil. ſeſſ. 21. c. 5. de refor. &c.* quamuis Bonif. ibi nu. 12. teneant poſſe recurri ad Archiepiſcopum.

169 Sed d. Clem. ſi vna, §. fin. † procedit, quando vnio fit capitulo principaliter, & directe, ſecus vero quando in conſequentiam, & indirecte eſt in vtilitatem capituli, Rota deciſ. 1. de eccleſijs ædificandis in antiq. & d. deciſ. 133. num. 7. & 8. 2. par. diuerſor. & practicabilia Rotæ d. nu. 12. verſ. vnio facta per ordinarium & num. 15. in fi. quamuis in contrarium potius ſit dec. 3. de rebus eccleſiæ, in antiq.

170 Secus etiam vbi vnio fieret † alicui dignitati, vel præbendæ capituli, Rota deciſ. 788. num. 4. part. 1. diuerſorum, imo etiam omnibus præbendis diſtinctis non ſimul, ſed ſeparatim & diſtincte, vnicuique alicuius beneficij, tunc enim non dicitur fieri vnio capitulo, & ſic poteſt fieri per Epiſcopum cum conſenſu capituli, d. §. fi. nu. 13. 14. & 15. & Hieron. Gabriel. ſup. qui ita intelligit decretum Concilij d. c. 15. ſeſſ. 24. de reform. 1. par. vt ſingulis præbendis ſingula beneficia vniantur, non omnibus ſimul indiſtincte vnum aut plura.

171 Quæ tamen videtur † *nimia reſtrictio ad dictum decretum*, & verius exiſtimo in terminis dict. decreti poſſe ex eo fieri vnionem omnibus præbendis ſeu diſtributionibus ſimul, & ita videtur ſentire S. Congregatio Concilij, vt in ſequenti declaratione ſup. eo. Hæ vniones fieri poſſunt in diſtributionibus quotidianis, vbi illæ tenues ſunt, & etiam præbendæ tenues, ſecus ſi præbendæ nõ eſſent tenues, quia hoc caſu tenuitati diſtributionum ſuccurri poteſt per remedium c. 3. ſeſſ. 21. idem licere cẽſuit Congr. quando nullæ ſunt diſtributiones, & præbendæ tenues, vel è contra. Et in declaratione 2. ſup. adducta præcedenti p. c. 4. n. 31. quamuis non poſſit fieri dicta vnio capitulo, ſeu menſæ capitulari, vt per Gonçalez glo. 37. n. 25. vbi ait conſuluiſſe & obtinuiſſe in S. Congregatione Concilij Trid. de menſe Septemb. anni 1601. quod vnio facta ab Epiſcopo Cauen. menſæ capitulari de quibuſdam beneficijs ſimplicibus vigore Concilij d. cap. 15. eſſet nulla, quia dictum Concilium non dat facultatem vniendi menſæ capitulari, ſed tenuibus præbendis ſingulorum capitularium, & aliud eſt capitulum, aliud ſinguli de capitulo: & allegaſſe Felinum in cap. cum acceſſiſſent de conſt. numero 22. quod tamen iuxta iſta accipiendum videtur, vt etiam omnibus præbendis ſimul fieri poſſit dicta vnio, quia non ideo fit capitulo, ſeu menſæ capitulari, fauet Açor d. c. 18. quæſt. 17. in fi.

172 Præterea † d. Clem. ſi vna, §. fi. non procedit in ſuppreſſione, & extinctione alicuius dignitatis vel præbendæ, quam ex cauſa poteſt facere Epiſcopus cum conſenſu capituli, niſi bona Epiſcopi, & capituli ſint communia, vt notant Hoſtienſ. & Abb. num. 5. in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitution. & glo. in d. §. fin. ver. menſæ, verſ. item facit, quam ibi

ſequitur

ſequitur Card. ad fin. d. nu. 1. Oldrad. d. conſil. 182. nu. 5. & Gambarus de offic. legati lib. 5. rubr. de dilmembratione num. 22.

373 Sed contrarium † tenent Butrius, & Imola in d. cap. cum acceſſiſſent, & cum eis Felyn. nu. 22. & Decius 57. ibi, & Bonifac. d. §. fin. nu. 11. & Hier. Gabr. ſupra, nempe, quod etiam ſi bona Epiſcopi, & capituli ſint diuiſa, non poteſt Epiſcopus cum conſenſu capituli ſupprimere dignitatem, vel præbendas diminuere, ſi id caderet in vtilitatem capituli, quia fructus applicantur ipſi capitulo, ſeu menſæ capituli, etiam diuiſæ, nam tunc capitulum authorizaret in facto proprio contra dicta §. fin. & allegant Gloſſam ibi verb. menſæ, quæ re vera non affirmat opinionem Hoſtienſ.

374 Ait tamen † Imola ibi, quod licet menſæ capituli applicare non poſſint, quia hic agitur de intereſſe capituli, & tangitur commodum totius capituli, tamen ſi vellent applicare vni præbendæ, vel etiam ſingulis, poſſent, quia non authorizarent in facto proprio, cum aliud ſit applicare capitulo, aliud ſingulis canonicis; ſeu ſingulis de capitulo, & ſequitur Decius ibidem num. 54. & reſpondet ad rationem Felyni vbi ſup. reprobantus in hoc ad Imolam, quod licet propter commodum ſingulorum canonici videantur in hoc eſſe ſuſpecti, tamen iſta ſuſpicio non facit, quod dicatur cauſa propria capituli, & ideo licet ſingulis vtilitas acquiratur, verum tamen eſt dicere, capitulum non præſtare authoritatem in facto proprio, prout videtur conſiderare Imola, &c.

375 Sequitur † etiam Hieron. Gabriel ſupra dicens, quod poteſt item Epiſcopus cum conſenſu capituli ſupprimere præbendam, dignitatem, aut officium eius fructus, applicando, non capitulo, ſed diſtribuendo inter ſingulos canonicos, aſſignando ſcilicet cuique canonico, vel præbendæ certam portionem, & quod ita proceſſit dictum capitulum acceſſiſſent cum notatis de conſtitutio. & ſecunda pars dicti decreti Concilij.

376 In terminis † tamen iſtius decreti verius exiſtimo poſſe ex eo applicari fructus, & prouentus præbendarum ſuppreſſarum, reliquarum diſtributionibus ſimul, & in communi, & indiſtincte iuxta ſupra-
377 dicta. Conſenſus † autem capituli non præſumitur, niſi expreſſe probetur, vt docet Burſatus ſupra ex Felyn. in cap. ſicut, de reiudicata, num. 29. & Millis in reper. verſic. Epiſcopus poteſt cum conſenſu, & aſſerenti incumbit onus probandi conſenſum interueniſſe, Boerius d. deciſ. 345, num. 5. vel niſi alias de eo appareat, iuxta dicta ſupra à num. 121. quidquid dicat Gemin. conſ. 87. quam refert practicab lia Rotæ ſupra num. 12. *verſic. contra prædicta, vel circa prædicta, & late Prob. ad Monach. in cap. 1. de reb. Eccl. in 6. num. 6. cum aliis.* Et licet Açor d. 2. par. lib. 6. 28. q. 12. dicat quod iſte conſenſus capituli interueniſſe creditur, niſi contrarium appareat ex Alex. conſil. 219. lib. 6. qui num. 17. ait quod ex poſſeſſione præſumitur, quod titulus vnionis fuerit legitimus, & ſic cum conſenſu capituli, niſi oſtendatur contrarium per partem aduerſam per text. in c. cum veniſſent, de inſtitutio, qui id non rectè probat, vt per gloſ. ibi verb. probatum & Abb. num. 8.

378 Sed an ex diuturnitate † temporis præſumatur interueniſſe conſenſus capituli, etiam in vnione non enuntiatus, videbatur dicendum præſumi ſi lapſum eſſet tempus longiſſimum 30. annorum ex traditis per Felyn. in cap. Alberic. nu. 4. de teſtib. & in cap. illud num. 6. de præſumpt. & cap. ſicut, num. 29. & ſeq. de reiudicata, Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 10. num. 7. Bellam. de præſcript. 1. p. 3. partis q. 10. num. 10. Aym. de antiq. temporis, 3. p. ſect. 1. à num. 6. Hier. de Monte de finibus regun. capit. 105. Anton. Gabrielem concluſ. 1. de præſumpt. Burſatum conſil. 424. lib. Simoncellum de decretis lib. 3. tit. 7. num. 34. Menoch. de præſumpt. lib. 2. preſump. 75. num. 24. & lib. 3. præſump. 132. à num. 55. Gratian. reg. 144. numer. 17. & 19. & Velazq. in lib. 42. Tauri gloſ. 2. num. 7. (qui docent, quod quando agitur de graui præiudicio alterius, præſumitur ſolemnitas non enuntiata ex lapſu non minoris temporis 30. annorum. Aut etiam concurrente poſſeſſione, & obſeruantia vnionis cum ſcientia, & patientia aduerſarij, ſi lapſum eſſet longum tempus 10. annorũ, ex Alex. d. conſil. 219. num. 13. & 22. cum ſeq. & ex traditis per Aym. ſup. num. 1. & 9. & Anton. Gom. 2. tom. variat. cap. 11. num. 17. Simoncel. d. num. 34. Menoch. de præſumpt. 131. à num. 45. & 62. & Roder. Suar. in lib. 3. tit. de las deudas lib. 3. fori limit. 9. verſic. ſed pone num. 24. vbi additio Baldi alios adducit, & in terminis quod eccleſiæ vnio de conſenſu Epiſcopi, & capituli ex diuturnitate temporis facta præſumatur cum Alex. Decio. Tiraq. & Ant. Gabr. tradit Maſcar. de probat. concluſ. 587. num. 4. 1322. & nu. 9. & quod in dubio conſenſus capituli in vnione, & eius ſolemnitas ex temporis diuturnitate præſumitur, tradit Hoieda d. 2. par. cap. 3. num. 9. verſic. ſed vtrum.

379 Nihilominus tamen dicendum † videtur ita demum ex diuturnitate temporis præſumi conſenſum capituli in vnione non enuntiatum, ſeu ſolemnitatem, alias in actu requiſitam, ſi lapſum ſit tempus 30. annorum cum poſſeſſione, & obſeruantia vnionis, ſeu actus per illud tempus, alias non; & ita accipienda ſunt Felyn, Alciat. Balb. Anton. Gabr. Velazq. & alij citati Tiraquel. de præſcript. §. 1. gloſ. 4. verſ. 11. & 30. & Alexan. Stiaticus, qui plura cumulat in reper. extrauag. ambitioſe, de reb. Eccleſiæ, nu. 30. Caſſad. deciſ. 3. de procurat. Eman. Suar. verb. ſolemnitas antiquo actui, Menoch. de ſucceſſion. reſolut. §. 5, num. 38. & Nauar. conſ. 38, num. 7. de ſentent. excomm. nec multum diſcrepat Maſcar. d. concluſ. 1322. nu. 49. cum Hieron. Gabr. conſ. 36. nu. 52. lib. 1. idem conſ. 60, nu. 18. lib. 2. & facit cap. prouenit, de empt. & vend. quamuis etiam ſine poſſeſſione id velint Aym. Simoncel. & Menoch. ex deciſ. Putei 136. & 365. num. 4. lib. 2. & 1. de rebus Eccleſiæ, Afflict. deciſ. 368. Cota deciſ. 335. & ſeq. in ſuis miſcellaneis manuſcriptis, Rota deciſ. 143, num. 8. 9. & 10. par. 2. diuerſor. & in vna Neapolitana funda. 1. ☞ Iunij 1579. coram D. Robuſtiero, quæ eſt d. par. 2. diuerſorum deciſ. 179. in qua fuit reſolutum, Ex lapſu 30. annorum cum poſſeſſione præſumi beneplacitum Sedis Apoſtolicæ in alienatione bonorum Eccleſiæ, ex Puteo, & Auguſt. de rebus eccleſiæ nõ alienan. & alijs pluribus in Romana S. Laurentij in Damaſo coram D. Rubeis iſto anno allegatis, Rota etiã in vna Sarcanen. terrarum de anno 1575. coram D. Cota, in qua fuit reſolutum. Confirmationem, & ſolemnitatem præſumi ex lapſu 30. annorum data obſeruantia per illud tempus, Hieron. Gabr. conſil. 80. & 82.

& 82.lib.2.additio Alex.conſ.219.n. 22. lib.6.licet ad effectum præſcript.requirantur 40.& licet deducatur ibi tempus epiſcopi alienantis, ſecus tamẽ ad hunc effectum,&c.& in vna Elnen.miniſteriorũ 16. Decemb.1588. *coram D.Orano, & in vna Placentina decimarum coram D. Robuſterio, vt in deciſ.* 813. *nouiſſ. Farin.* & poſthæc tradit Gonçalez gloſſ. 12.4 num. 76. & Proſper de Auguſtino ad ſummam Bullarij quarantæ,verb.alienatio numero 46.& latius in append.ad eum locum pag.506.& ſeq.Grat.deciſion. 150. nu.4. *& in add.ad eam nu.3.& 4. Gemen. in praxi c.106.num.1.*

180 Et in vna Romana † caſalis 21.Maij, 1593.corã D.Seraphino,in quo agebatur de alienatione cuiuſdam caſalis monaſterij S.Pauli Romæ facta à Leon. X.fuit reſolutum,Nulla alia ſolemnitate opus eſſe, quando cum Papa contrahitur,præſentia enim eius ſupplet omnem defectum ſolemnitatis, Baldus in l. reſcripta,C.de precib. Imperat. offeren. & in l. ſancimus C.de donat.Imola in c. 1.de litis conteſtatio. Alexand.conſil.157.lib.2.cum alijs, etiamſi fiat cõtractus cum Papa tanquam cum perſona priuata: adhuc enim conſentit ipſi alienationi,& contractui, ſicut Papa, & quod reſeruatio cõſenſus capituli generalis cum non requireretur,niſi ad authorizandũ, non autẽ ratione præiudicij, recipit conditionẽ quatenus opus ſit,vt de beneplacito Apoſtolico paſſim obſeruatur,Puteus deciſ.41.li.2.Rota deciſ. 519. n. 3.p.1.diuerſ.interueniẽte vero authoritate Papæ nõ erat neceſſarius, & quatenus ille conſenſus neceſſarius eſſet,vtique præſumeretur interueniſſe ex lapſu 30.annorum,Fel.in c.illud,nu. 6. de præſumpt. Puteus d.deciſ.365.& d.dec. 1,de reb.eccleſiæ,& quod conſenſus rectoris ſpatio 30.annorũ præſumatur talis,qualis requiritur, fuit reſolutũ in cauſa Cõchen. fructuum coram D.Gipſio 10.Febr. 1586.& licèt ad effectum præſcriptionis deducatur tempus prælati alienantis: ſecus tamen ad hunc effectum.Hęc in dicta Romana caſalis.

181 Et 28.Iunij eiuſdem anni † coram eodem cauſa iterum propoſita,Domini non fuerunt concordes ſuper primo fundamento de conſenſu Papę, vti perſonæ priuatæ,quod ſufficiat,ideo eo omiſſo,itum eſt in eam ſententiam vt iſta ſolẽnitas authoritatis Papæ præſumatur ex curſu temporis,nec ad hanc præſumptionem eſt neceſſarium, quod enuntietur ſolẽnitas, vt eſt communis,& fuit reſolutum in Caballin. coram Rubeis 10.Ian.1575.

182 Idem etiam fuit † reſolutum in cauſa Romana relocationis domus 20. Iunij 1594. & 13. Martij 1595. coram D.Gipſio.

183 Quamuis in vna † Anconitana terrarum,27.Ianuarij & 18.Aprilis 1581.coram D. Blancheto fuerit dictum,Beneplacitum ſedis Apoſtolicæ,etiã ſpatio 40.annorum non præſumi,quia cum fuerit poſitum in conditione,& non ſit ſolemnitas iuris cõmunis,requiritur tempus antiquum, Mohedanus dec. 52.Socinus Iunior.conſ.56.n.29.li.2.Aymon de antiquit.temporis,p.3,nu.18.Sequitur Proſper de Auguſtino d.append.pag.507.citans Caualcan.dec.8. ſub nu.23,p.2.& alios.

184 Et in † dict.Romana caſalis 25.Martij 1594.coram eodem D.Seraphino, fuit facta difficultas circa præſumptionem licentiæ capituli, quod reſeruatio illius fuit facta ſub conditione. Sed aliqui ex Dominis reſpondebant hoc non impedire præſumptionẽ ex Beroio in rub.de probatio.numero 46. & 49. & Menoch.de præſumptio.lib.1.præſumpt.37. nume. 20.& ſeq.

185 Et in cauſa † Mediolan. reſciſſionis permutationis 10.Ianuarij 1597. coram Domino Pamphilio fuit reſolutum, quod licèt tranſactio ſuper bonis Eccleſiaſticis requirat eaſdem ſolemnitates, quas requirit alienatio, Caputaquen. deciſ. 106. part. 1. & ſic ſolemnitatem, & iuſtam cauſam, pro ſolemnitate tamen ſufficit beneplacitum, Apoſtolicum, quod ſupplet omnes alias ſolemnitates;& licèt huiuſmodi beneplacitum non oſtendatur, quia tamen fuit reſeruatum in ipſo inſtrumento, in quo Abbas & monachi ſuſceperunt in ſe onus illud obtinendi, ſatis præſumitur obtentum ſtante obſeruantia ipſius tranſactionis ſpatio 30. annorum & vltra, quo tempore ſæpius deciſum eſt præſumi beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ, Felinus in c.Albericus de teſtibus num.4.vbi dicit hoc procedere, etiamſi beneplacitum non ſit enuntiatum, quod ſeruat Rota,vt per Puteum deciſ.365.libro 2.& fuit reſolutum in cauſa Romana caſalis 28 Iunij 1593. coram Decano,& ſæpiſſime in alijs cauſis, &c. & eo ipſo quod præſumitur etiam vtilis Eccleſiæ, & monaſterio,quamdiu contrarium nõ probetur, Abbas conſil.41. ſub numer. 2. part.1. Alex. 29.num.6.lib.1.Iaſon 54.nume. 3.libr.1. Dec.192. numer. 1.Pariſ. 24.num.5. lib.4. Bald. in cap.1. de his qui feudum dare poſſunt: *& in Carpen. feudalius, &c. R.fol. Circa quod etiam eſt deciſ. Rot. in cauſa Faxent. iuris inſtit. & conſer.4.Febr.1585.coram D.Vicecomite in nouiſſ.Farin.* 638. *& in Tarracon. Sacriſtiæ 9.Iun.1600.coram D.Iuſto,quæ eſt* 359. *nouiſſ. Farin. num.2.& in cauſa Valentina baroniæ de Cortes,* 15. *Decembr* 1603.*coram D.Lita,in qua fuit reſolutum, &c.et. Rub.conſ.eſt etiam deciſ.Rotæ in cauſa Hiſpal.legitim.* 11 *Maij* 1612.*coram D.Vbaldo.*

186 Et ita tenendum † eſt,quamuis nouiſſime Flores de Mena q.23.n.94.& 95. doceat ſolemnitatem neceſſariam etiam enuntiatam in ſcriptura, de qua nõ conſtat in ſcriptura ſeparata,vel libello fidem non facit, in rebus minorum Eccleſiarum,& aliorum, quæ ſine ſolemnitate alienari non poſſunt,non præſumi, etiamſi poſſeſſio triennalis, & quadragenalis ſit, niſi poſſeſſio reorum ſit admodum antiqua, vel immemorialis, vel centenaria, aut magis,& minus, & dummodo ſi non ſit vltra centum annos, fama, tituli,aut alia indicia concurrant, quæ arbitrio iudicis relinquit,neque eſſe conſtituendam differẽtiam (vt communiter conſtituunt Doctores,& particulariter Maſcard.Menoch.& alij relati) inter titulum, & ſolemnitatem neceſſariam, & eſſentialem præſumendam,ſed ad illam præſumendam non minorem probationem, aut minores coniecturas, quam ad præſumptionem tituli requiri, ex d. ca. peruenit,& alijs quæ id non probant.

187 Et an in † exemplatione inſtrumenti præſumatur ſolemnitas extrinſeca, ex antiquitate temporis, vide Aymonem d.3.p.ſect.2.à n.12. Cou. practicarum c.21.Nau.conſil.2. de fide inſtr. & Rotam dec. 193.p.2.diuerſorum.

188 Huiuſmodi autem † præſumptioni nõ eſt *locus*, vbi ex ipſo inſtrumento apparet de contrario, nempè non interueniſſe dictum conſenſum, ſeu ſolẽnitatem

aliàs

alias in actu requiſitam, Paulus conſ.81.lib.2. Alex. conſil.1.lib.4. num.21. vbi add. Natæ & alios allegat, & Gratian.in addit.ad deciſ.91.num.1.& 2. Aymon.d.3.p.ſect.1.7.limitat.num.27.deciſ.Pedemontana Cacherani 273. à num.7. Mieres de maioritat. 4.par.quæſt.20. num.28. Velazquez alios citans in lib.41.Tauri,gloſ.3.num.5. Surdus de aliment.tit.8. priuileg.22.nu.10. Proſper de Auguſtino,d.append. pag.505.& Rota deciſ.84.num.7.par.2.diuerſ. & in vna Aſtorien.beneficij de Villarin.11.Decēb.1585. coram D. Pamphilio, in qua fuit reſolutum, Tranſumptum factum coram vicario Archipresbyteri de Villafafila,ad cuius inſtantiam fiebat tranſumptum, non eſſe in forma probanti, quia eius vicarius non dicitur iudex ad id, etiam quod haberet iuriſdictionem ordinariam,& non eſſet vicarius foraneus, Abbas num.2. Felyn 4.in cap.fin.de fide inſtrum, Cum ageretur de intereſſe Archipresbyteri,cap.inſinuante. vbi Abbas, Felyn. & alij de offic.delegati, & quia ex facie inſtrumenti apparebat, non ſolum nullam adhibitam cauſæ cognitionem ex temporis breuitate, Anchar.conſil.83. Gabriel.concluſ.5. de ſentent. num.34. Achilles deciſ.48.ſed etiam ex defectu citationis requiſitæ, d.c.fin. vbi Doctores, quia notarius ait,quod facta comparitione coram domino Vicario ſtatim iuſſit tranſumptari, & notarius in continenti dedit tranſumptum, quæ citatio cum requirat aliquod temporis ſpatium,excluditur ex illis dictionibus, ſtatim, & incontinenti, Tiraq. in l.ſi vnquam, verb.reuertatur,num.114.& 116.Vnde tollitur omnis præſumptio, quæ ex temporis antiquitate oriri alias potuiſſet, Decius conſil.445.num.68. quando enim ex facie inſtrumenti conſtat ſolemnitates non eſſe ſeruatas, ceſſat præſumptio ex lapſu temporis, *Paulus conſil.81.lib.2. Alex.conſil.1.lib.4.Gabriel.concluſ.1.de præſumpt.num.57.*

189 Et in cauſa † Auximana terrarum 23. Ian.1595. coram Domino Orano fuit reſolutum, Citationem factam canonicis in Eccleſia, ſeu in choro non ſufficere etiam ſtante lapſu 30.annorum, Gambarus deciſ.10. Aegidius deciſ.10.in fin.Felyn.cap.cum omnes num.24. de conſtitutio. & cap.eam te, num.13. de reſcrip.cum alijs, quia non ſunt congregati capitulariter, & cum ex facie actus appareat citationem factam eſſe nulliter, ceſſat præſumptio ex lapſu 30. annorum ad Paulum, Alexand. & Gabriel, ſupra, & fuit alias reſolutum,&c. Et conducit deciſio in cauſa Toletana nullitatis profeſſionis coram Domino Pamphilio 17.Februarij 1595.adducta ſupra 9.par. cap.2.num.330. *Item quia iſta præſumptio ex lapſu temporis fundata eſt in taciturnitate partium not. per Felyn. in conſil.56.num.18.lib.1. non eſt ei locus, ſi partes per triginta annos non tacuerunt, ſed lis mota eſt. Ita Rota deciſ.160.par.2 diuerſ.& Farin.722.*

190 In vnione verò † facienda ſeminario non videtur requiri conſenſus capituli, ſed eius loco requiritur, quod fiat cum conſilio quatuor deputatorum, duorum de capitulo, & duorum de clero, ex decreto Concilij cap.18. ſeſſ.23. de reform. Alias vnio non valet, Rota dict.deciſ.132.Cæſaris de Graſſis,& cenſuit ſacra Congregatio Concilij his verbis, Congregatio cenſuit, vniones factas ſeminario abſque conſilio eorum quatuor, quos iubet Concilium adhiberi, minime valere. Alia. Non valent vniones ſimplicium beneficiorum factæ irrequiſito deputatorum conſilio. *Alia 3.Mart.1594 Congregatio Concilij cenſuit,in vnionibus benefic.faciendis ſeminario ſatis eſſe ſeruare formam traditam Concilio cap.18.ſeſſ.23. de reform. nec requiri conſenſum capituli.*

191 Verum Epiſcopus † non tenetur ſequi eorum concilium, vt eadem Congreg. cenſuit his verbis, Epiſcopi quatuor deputatos ſeminarij debet adhibere in conſilium pro tota temporali adminiſtratione prædicti ſeminarij excepta exactione, quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat, non tamen tenetur eorum ſequi conſilium. *Quamuis Leo in theſ.for.Eccleſ.c.11, num.24.præſentiam & conſenſum eorumdem quatuor deputatorum dicat requiri,*

192 Et ita in vna † Mediolanē.beneficij 5.Iun.1596. fuit reſolutum, Quod deuolutio eſt iuſtificata lapſu temporis à die vacationis,iuxta capitulum ſecūdum de conceſſione præbendæ cum alijs: neque obſtat vnio facta ſeminario, quæ ſine conſenſu capituli eſt nulla ſecundum ius commune, Clem.2. de rebus Eccleſiæ,& attento Concil.Trid.ad eius validitatem requiritur interuentus adiunctorum, vt fuit ſæpe à Congregatione declaratum,& cōſequenter non impedit deuolutionem, nam ignorantia iuris non præſtat iuſtam cauſam,ex deductis in cauſa Gienen.preſtimonij, &c, nec regula de triennali ſuffragatur ſeminario,quia illa defendit titulo poſſidente,non autem vti vnitum, Chiſan.deciſ.vltima.

193 Requiritur etiam ad hoc, † valeat vnio facta ſeminario,quod ſit actu rectum,& habeat actu ſcholares,& magiſtros,vt cenſuit Sacra Congregatio anno 1588, in vna Gienen.his verbis, Congregatio Cōcilij cenſuit vnionem nullam eſſe,& inualidam, cùm ſeminarium non fuerit erectum,iuxta formam Concilij, vtpotè,nec magiſtris,nec ſcholaribus vere, & actu in eo exiſtentibus, quæ declaratio fuit confirmata per breue Sixti V. in eius executionem datum 26.Octobris 1588.

194 Et Epiſcopo † Caurien, ſic fuit reſcriptum, Perillustris, & Reuerendiſſime domine vti frater, cum nomine capituli iſtius Eccleſiæ expoſitum fuerit Cōgregationi illuſtriſſimorum Patrum qui Trident. Concil. decretis interpretandis præfecti ſunt decem ab hinc annis illic vix extitiſſe cœptam ſeminarij fabricam illam, tamen nunquam perfectam, ac ſuper beneficijs non fuiſſe certam taxam conſtitutam minuſque in ipſo ſeminario magiſtros, & ſcholares habitos, cenſuit ipſa Congregatio beneficia eidem ſeminario vnita, atque in menſibus Apoſtolicis vacata, ſpectare ad liberam Sanctiſſimi domini noſtri diſpoſitionem:quam Congregationis ſententiam amplitudini tuæ notam eſſe voluimus, &c. Romæ 26. Ianuarij 1596. Hieronymus Cardinalis Matthæus.

195 Vnde in cauſa † Gienen. præſtimonij de menſe Ionij 1593.coram Domino Blanchetto fuit reſolutum, Collationem beneficij factā ab Epiſcopo poſt lapſum multi temporis à vacatione nō ſuſtineri,c.2, cum alijs,de conceſſio præbendæ, nec obſtare unionem factam de dicto beneficio ſeminario faciendo uerbaliter tantum erecto, quaſi ignorantia iuris dubij fuerit excuſatus à deuolutione,quia reſpondetur ius eſſe clarum,quod Eccleſiæ nondum exiſtenti donati non poteſt, cap.ad audientiam 2. & ibi Abbas de Eccleſ.ædificand. Nec obſtare cap.nemo,de conſecration. diſtinct.1. quia ſolum probat antequam Eccleſia fiat,debere eſſe obligationem dotandi, nec

obſtare

obſtare Concilium dict.capit.16. quia reſpondetur, quod vt poſſet fieri vnio, debebat ſeminarium actu eſſe erectum ſaltim in domo conductitia, & Concilium præcipit debere fieri contributionem de fructibus menſæ, &c. *Et eſt deciſio 836, nouiſſimè Farinac.*

196 Et in vna † Cordubenſ.præſtimonij 6. Nouembris 1596. coram Domino Litta fuit reſolutum, Poſſeſſio ſeminarij fuit de facto capta, & propria authoritate vigore vnionis factę eidem ſeminario ante erectionem illius, quam vnionem certo certius eſt non ſubſiſtere, ad notata per Anchar. in Clemen. ſi vna, 3. oppoſit. de rebus Eccleſiæ non alien. & prout fuit dictum in illa Gienen. præſtimonij 20. Februarij 1594. coram illuſtriſſimo Blanchetto. Et idem fuit reſolutum in alia Corduben. præſtimoniorum 7. Februarij 1601. coram eod. D. Litta, vt per Gonçalez poſthæc vſum glo. 5. §. 7. à num. 68. qui id ſolum admittit, quando colligeretur aliquis fundus, vel ſuſpicio fraudis in tali vnione, vel quando redditus beneficiorum vnitorum ſeminario nondum erecto fortan non conuerterētur in eius vtilitatem, & proſecutionem, ſed in alios extraneos vſus, ac etiam quando omiſſa detractione fructuum menſæ Epiſcopalis, & capitularis, & cunctorum beneficiorum diœceſis, prout dictum Concilium pro forma requirit, vt vel alias forma non ſeruata fieret vnio, alias inquit validam eſſe talem vnionem futuro ſeminario, quamuis nec domus ſit empta, nec fabrica conſtructa, nec ſcholares actualiter admiſſi. Sed iſta ſententia eſt reuera contra dictas declarationes S. Congregationis. & deciſ. Rotæ. *Quamuis cum gl. nouiſſimè teneat Gratianus diſcept. forenſ. cap. 145. num. 91. & eſt notoria illa Rotæ deciſ. Cordub. præſtimoniorum 7. Febr. 1601. quæ eſt noniſſ. Farin. dicto 835. vbi fuit reſolutum, quòd ſeminarium non dicitur erectum exemptione domus pro eo, & creatione deputatorum, ſed duntaxat ex introductione puerorum, ex qua in eſſe deducitur ſicut collegium ex perſonis, l. Neratius, de verb. ſignific gl. c. 1. de elect. & ſic ante non poteſt ei fieri vnio nec poteſt dici poſſidere: nec futuro collegio ſeu ſeminario poteſt fieri vnio, vt in dict. Gienen. præſtimonij 17. Aprilis 1594. coram D. Blanchetto, &c. quòd nulla poſſeſſio poſſit conſiderari reſpectu ſeminarij ante dictum decretum & introductionem: nec reſpectu prætenſorum adminiſtratorum, qui eam apprehenderunt, cum ea intentione & animo non fuerit per eos apprehenſa, ſed nomine ſeminarij, quod non erat in rerum natura, l. vnica. C. vti poſſidetis, fuit dictum in eadem Corduben. coram eodem D. Litta 7. Nouembris 1601. idem in Telesina beneficiorum 29. Nouembris 1603. coram D. Lancellotto.*

197 Vbi ſe † offert difficultas, an ſi ſemel bene facta vnione ſeminario actu erecto, & habenti ſcholares, poſtea deſinant ibi eſſe ſcholares ad tempus, vt redditus inſumantur in fabricam, ſeu reparationem domus, vel alia de cauſa, expiret vnio beneficiorum.

198 Et † videtur, quod ſic, nam omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, c. 1. de regul. iuris, & leg. nihil tam naturale ff. eodem, & deficientibus ſcholaribus non videtur collegium, & ſubiectum in quo vnio permaneat.

199 Nihilominus † tamen contrarium videtur verius ex doct. Abb. in cap. gratum de poſtulat. prælator. num. 12. Cuch. in inſtitutio. maior. lib. 4. titul. 1. numer. 17. & Horatij Mandoſ. de priuileg. ad inſtar glo. 7. num. 44. Acor lib. 5. num. 22. 11. q. *Suarez de legib. lib. 8. c. 5. & aliorum, & accedit reg. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, &c. factum legitime, de reg. iur. in 6. & l. in ambiguit. §. 1. ff. eodem, vbi Doctores.* Et turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes, cap. quemadmodum, de iureiurand.

200 In odium † tamen Epiſcopi tollentis ſcholares è ſeminario, licet ad tempus forte impetrarentur, & concederentur beneficia illi vnita a Papa diſſoluente vnionem,

201 Et ſi † eſſet penſio reſeruata ſeminario, licet tunc non expiraret, & extingueretur, iuxta dicta tamen videtur, quod non poſſet exigi pro annis quibus non ſunt ſcholares. *Quod tamen dixi, vnionem factam ſeminario actu erecto, & habenti ſcholares, non expirare, licèt poſtea deſinant ibi eſſe ſcholares ad tempus, intelligo de vnione perfecta & conſummata, & ſortita effectum per vacationem beneficij: nam vnio de beneficio non vacante videtur expirare, ſi ante vacationem primi beneficij deſinant eſſe ſcholares, quia actus non perfectus & conſummatus vitiatur, ſi deueniat ad caſum, à quo non potuit inchoari, l. pro parte, ff. de ſern. l. ſi ſub vna, § ſi quis vian, l. pluribus, § & ſi placeat, l. inter ſtipulantem, § ſacram, de verb. oblig. l. ſi in metallum ad fin. 8. de his quæ pro non ſcriptis, l. poſt finitam de ſuſpect. tut. cum aliis, & ibi Bart. & in. in dict. regul. factum legitimè à num. 7. & Decius in d. reg. in ambiguis, §. 1. num. 2. Caſtillo lib. 2. c. 13. à nu. 51. & alij, idque videtur procedere, etiamſi tempore vacationis beneficij reuiſſent ſcholares, quia ceſſante cauſa extinctionis, ſeu annullationis, nō ceſſat effectus, d. §. ſacram, & ibi Iaſ. nu 8. & 9. & l. qui res, §. areas, de ſolut. cum aliis.*

202 Kurſus † requirit in vnione vocatio, & conſenſus patroni, ſiue eccleſiaſtici, ſiue laici, ac inferioris collatoris, & electorum, Clem. vnica. §. de ſtatu monachor. Concil. Trident. cap. 15. ſeſſ. 24. de reform. ibi, Cum patronorum conſenſu, &c. Bonifacius in dict. Clem. ſi vna, à num. 21. & Card. num. 6. & 17. Faſtol. dub. 6. Caccialupus artic. 6. Pet. de Peruſio cap. 5. 6. quæſt. principali. Rebuff. in praxi, tit. de vnio. nu. 28. & in reg. de vnio. gl. 11. nu. 61. & in dict. repet. §. qui vero, 3. notab. verſ. 3. poſſet quæri, & in conſ. 20. verſ. 5. reſpondetur, vbi ait, quod ſi per inferiorem à Papa facta eſt vnio, oportet probare non ſolum vnionem, ſed & conſenſum collatoris, ſeu patroni, & Lamber. de iure patron. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. Mandoſ. reg. 22. quæſt. 8. num. 3. Couarru. practicar. cap. 36. num. 10. Hoieda dict. cap. 3. num. 9. verſic. ſed vtrum, Fulcut d. & lib. 2. cap. 26. nu. 26 Lancellot. in inſtitut. dict. lib. 2. tit. de vnio. §. nec ſolum, Flam. Patil. de reſignatione benef. lib. 2. quæſt. 4. num. 11. & Zerola in praxi 1. par. verb. vnio. §. 7. dub. 4. & alij.

203 Nam † vnio debet fieri vocatis his quorum intereſt, alias non valet tam ex iure communi, vt per Petr. de Peruſio dict. cap. 5. num. 1. Rebuff. d. tit. de vnio. num. 43. Duaren. d. lib. 5. cap. 6. Hoicdam dict. num. 9. verſic. ſecundum quod, & Lancellottum ibi, & Azor dict. lib. 6. cap. 28. quæſt. 14. *Et Leo in theſ. for. Eccleſ. cap. 31. num. 13.* quam ex Concil. Triden. ſeſſ. 7. de reform. cap. 6. Rota in dict. Segouien. præſtimonij 133. nu. 4. par. 2. diuerſorum, & in vna Theanen. beneficij S. Euſtachij 20. Maij 1587. coram D. Gipſio, & Concilium Bononien. dict. tit. de vnio. §. quæ ſeruanda in vnio. ibi, Et vocatis quorum intereſt, tota erit res pertractanda.

204 Et qui † ſint illi quorum intereſt, qui vocandi ſunt,

ſunt, tradunt Caccialupus dicto articulo 6. & Petrus de Perusio dicto capit. 5. & Rebuffus d. glo. 11.

205 Vnde in † vna Spolatana capellaniæ 29. Maij 1551. coram Domino Capiſuco, Rota tenuit, Vnionem factam per legatum de latere de beneficio iuriſpatronatus ſine conſenſu patronorum eſſe inualidã, vt per Caputaquen. deciſ. 350. p. 3. Et in eadem 17. Iunij eiuſdem anni tenuit, Vnionem factam de beneficio iuriſpatronatus eorum, non accedente conſenſu omnium patronorum eſſe nullam, vt per eundem Caputaquen. deciſio. 346. part. 3. *Et in Salernitana capellania 2. Decembr. 1587. coram Seraphino in nouiſſim. Farinac. deciſion. 567. ad finem, dicitur non obſtare vnionem factam ſeminario, cum non potuerit fieri niſi accedente conſenſu patronorum, ex Lamberto ſupra.*

206 Et in † vna Taruiſina plebis de Medulo ſub die 28. Iunij 1593. coram Illuſtriſſimo D. Millino habita opinione Romanorum dominorum abbreuiatorum de parco maiori, fuit reſolutum, In vnione faciendа de beneficio ſolere, & debere exprimi poſſeſſionem iuris conferendi, ſi qua penes aliquẽ adeſt maximè iure ſpeciali competens.

207 Quod † etiam, ad huiuſmodi poſſeſſionem iuris conferendi facere intrare regulam de iure quæſito, vt ſit neceſſaria derogatio, fuit reſolutum in vna Peruſina beneficiorum, ſeu vnionis 8. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Domino Blanchetto, in qua antea 24. Nouembris 1595. coram eodem fuerat reſolutũ vnionis exceptionem obſtare iuri conferendi quando vnio eſt bona.

208 Et † in d. ꝯa Tarniſina 20. Ianuarij 1594. coram D. Orano fuit reſolutum, De collationis pertinentia cum non agitur contra ordinarium, ſed contra inferiorem qui prætendit vnionem beneficij, & cui ius commune reſiſtit, ſufficere probationẽ leuiorem etiam per famam, Rota deciſ. de probation. in nouis, Caſſador. 5. eodem titulo Chiſanen. 3, quãuis in eadem Taruiſina 16. Decembris 1588. coram D. Bubalo fuit reſolutum, Ad effectum infringendi vnionem ob nõ expreſſionem iuris preſentandi, Rota deciſ. penultim. & fi. de exceptio. in nouis, de quo ſupra 3. p. c. 5.

209 Et in † vna Aquen. iuris patronatus 7. Nouembris 1601. coram D. Lancellotto eſt reſolutum, Cõſtare de iure patronatus ex ipſa fundatione & dotatione cum reſeruatione iuriſpatronatus de cõſenſu Epiſcopi pro Anto. fundatore, & eius ſucceſſoribus, Caputaquen. deciſ. 133. p. 2. & hoc ius patronatus fuiſſe in communitatem translatum conſtat ex publico inſtrumento donationis ei factæ, cuius validitas controuerti non poteſt, cum interuenerit authoritas viſitatoris Apoſtolici, & fuerit ratificata ab ordinarijs pro tempore exiſtentibus, qui præſentationes admiſerunt, conſenſus namque ordinarij ſufficit tacitus, & ſatis eſt, quod interuenerit ante vel poſt, Thanis deciſio. 20. conſtat etiam de effectuatione iſtius donationis ex pluribus præſentationibus cõtinuatis ſpatio centum annorum, & vltra, quæ ſortitæ ſuerunt effectum, & ab Epiſcopis cõfirmatæ, neque poteſt dici ante donationem beneficiũ fuiſſe effectum liberæ collationis, cum non probetur nec præſumatur mutatio ſtatus, neque concurrant requiſita pro illius mutatione, & preſcriptione libertatis, iuxta textum cum ibi notatis in c. cum de beneficio de præbend. in 6. Hinc ſequitur inualiditas vnionis de iure patronatus laicorum, facta ſine conſenſu patroni, non facta de hoc mentione, eſt nulla, Abb. c. cum dilectæ, in fi. de iure patronatus. Faſtol. dub. 6. Caputaquen. deciſ. 246. p. 3. & fuit tentum in cauſa Aprutina iuriſpatronatus 20. Aprilis 1584. coram Domino Bubalo, & in alia Taruiſina plebis coram eodem, & in vna Romana iuriſpatronatus coram D. Mellino.

210 Vnde etiam † Sacra Congregatio Concilij ſupr. c. 5. ſeſſ. 21. de reform. ſic cenſuit, Hoc c. quo diſponitur poſſe Epiſcopũ facere vniones perpetuas quarumcunque Eccleſiarum parochialium, & aliorum beneficiorum cum curatos propter eorum paupertatem, non comprehendit beneficia iuriſpatronatus: Et ſupra d. c. 18. ſeſſ. 23. ſic, vniri non poſſunt beneficia iuriſpatronatus etiam eccleſiaſtici, nec pertinentia ad prouiſionem inferiorum, neque beneficia quæ reſidentiam requirunt, neque regularia, nec ęt quæ commendata ſunt, nec quæ monaſterijs ſunt vnita, vel annexa. Conſonat d. Bononien. d. titu. de vnio. §. quæ obſtant vnionibus beneficiorum, & tit. de ſeminario. §. quæ beneficia vniri nequeunt. *Et tradit Leo in theſ. for. Eccleſ. c. 31. nu. 23.*

211 Ex quibus † apparet falſum, quod ait Acord. 2. part. libro 5. cap. 29. quæſt. 16. & libro 6. capitulo 28. quæſt. 12. quod legatus poteſt vnire beneficia iuriſpatronatus clericorum, vel laicorum ex preſcriptione, conſuetudine, aut priuilegio, ſine ipſorum conſenſu, tunc enim iuri (inquit) poteſt legatus derogare. Sed iſta ratio ſolum procedit in prouiſione de quo ſupra 5. par. capitul. 3. numero 71. & 72. non vero in vnione, quæ aufert in perpetuum prouiſionem.

212 Nec etiam † verum exiſtimo, quod ait Manuel Rodriguez quæſtionum regularium to. 3, q. 80. art. 1. quod per priuilegium, & facultatem datam priori ſancti Benedicti vniendi monaſteria conſentientibus abbatibus, & monachis monaſteriorum vniendorum, non obſtante fundatione, dotatione, &cet. poteſt fieri vnio monaſteriorum iuriſpatronatus ſine conſenſu, & vocatione patronorum, cum in priuilegio nulla fiat mentio de vocatione, & conſenſu ipſorum, conuincitur enim ex regula l. ſi quando C. de inoffic. teſtament.

213 Nec contra † patronum, aut inferiorum collatorem, præſumetur eorum conſenſus, etiam ſi in vnione enuncietur ab ipſo Epiſcopo, nam aliàs eſſet in facultate Epiſcopi illis præiudicare, ad deciſion. 13. Creſcen. de probat. de qua ſupra 8. part. cap. 4. num. 43.

214 Hoc autem † certum eſt, non requiri vocationẽ rectoris beneficij nec eius conſenſum, cum ei ad ſuã vitam nõ præiudicetur, ſed poſt mortem ipſius vnio ſortiatur effectum, nec defenſoris, ſi vacat d. c. cõſultationibus, de donatio. & d. Clem. ſi vna, & ibi gloſſ. & DD. Rebuff. d. gl. 11. nu. 8. Hojeda d. c. 3. num. 9. verſic. ſed vtrum. Lanulo. d. tit. de vnio. vſque adeo, & Rota in d. deciſio. Segouien. 133. num. 13. & 14. p. 2. diuerſorum.

215 Quod † procedit etiam in vnione faciendа per legatum. Gambarus d. lib. 5. rubr. 1. de poteſt. legati in vniendo, n. 114. nec cõtrarium dicit Aegidius deciſ. 403. vt ei imponit Gambarus ib., & n. 112. Nã illud de vocando rectore immediato, &c. ſolum dicit quoad diſmembrationem, & alienationem,

Nec

216 Nec etiam † rector eccleſiæ eſt vocandus in vnione facienda de aliquo beneficio, ſeu prælatronio ſuæ eccleſia, Rota in dict. Segouien. num. 14. & 15.

217 Quod † procedit etiam in caſibus poſitis per Concilium Tridentinum, vt vocatis his quorum interest vniones fiant, quamuis contrarium, nempe in illis caſibus citandum eſſe rectorem, & poſſeſſorem beneficij, videatur velle Fuſcus dict. lib. 2. capitul. 26. num. 11. nam illa verba vocatis quorum interest, accipienda ſunt, iuxta ius antiquum, cum aliud non caueatur expreſſe ad l. præcipimus, Cod. de appellat. cum alijs.

218 Et † etiam procedit eadem ratione in vnione facienda ex commiſſione Papæ, vocatis quorum interest, quamuis tunc vocandum eſſe rectorem beneficij videtur velle gloſ. reg. Cancellariæ 24. verſic. item ſecundo.

219 Nec † etiam plebs debet vocari, Boerius dicta deciſ. 345. num. 4. Rebuff. d. gl. 11. num. 11. Hoieda d. num. 9. verſ. ſecundum quod, qui nempe Rebuffus num. 12. & Hoieda ibi recte aiunt, quod audiretur, tamen ſi cauſam rationabilem allegaret, ne fieret vnio.

220 Nam † vt fuit reſolutum in vna Gerunden. vnionis 20. Martij 1600. coram D. Sacrato parochianorum interest bonum habere paſtorem, ideo ſunt legitimæ perſonæ in cauſa hoc reſpiciente, Alexand. de Neuo conſil. 48. num. 7. Pet. de Peruſio de vnione cap. 2.

221 Nec † etiam oportet in vnione facienda per legatum, ſeu ex commiſſione Papæ vocare Epiſcopũ, & ita ſentiunt citati ſup. num. 65. & tenet Ripa lib. 2. reſpon. 18. num. 7. Gambarus ſupra nu. 114. quamuis in legato contrarium videantur velle Aegidius deciſ. 512. ſeu 513. & Rebuff. d. gloſ. 11. num. 7. & tenet Caputaquen. deciſ. 350. num. 1. p. 3. & practicabilia Rotæ dict. cap. de union. num. 12. uerſ. circa prędicta, Zerola in praxi 2. part. uerb. unio, §. 3.

222 Sed quicquid † ipſi uelint, non uidetur uerum Epiſcopum debere uocari, nam quamuis ex unione ei auferatur collatio in beneficio unito, tamẽ id prouenit ex natura unionis, & legatus habet in hoc eandem poteſtatem, quam Epiſcopus, & concurrit cum eo, Gambarus ſupra num. 46. 47. & 54. & alias ſua iura, & iuriſdictio inuiolata remanent Epiſcopo, c. 2. de religioſ. domibus, & ibi DD. cap. paſtoralis. ubi Innocent. & alij de priuileg. Caccialup. art. 2. q. 16. Petr. de Petuſio cap. 10.

223 Et quod † dicit ipſe Petr. de Peruſio cap. 5. 6. q. principali, quod ſicut Epiſcopus non poteſt unire ſine conſenſu ordinarij collatoris, ita nec legatus intelligitur de ordinario collatore inferiore, ut patet ex ipſa quæſtione, & ex comparatione Epiſcopi.

## *Quomodo probetur vnio, & quando dicatur ſortita effectum, & de eius reuocatione.* §. I.

### SVMMARIA.

*VNio non præſumitur, ſed probari debet ab eo, qui factam aſſerit, cum vnire ſit quid facti, & odioſum, num. 224. & reprobatur Menoch. id declarans, vt non procedat, quãdo afferitur facta vnio duarum Eccleſiarum, de quarum paupertate, & inopia apparet: nam tunc facta præſumitur, quod eſt ſine fundamento: nec Felinus, quem citat, id docet, ſed ſolum, quod eſt coniectura, & c. num. 225.*

*Probanda ſit vnio per inſtrumentum, ſeu literas ipſius vnionis num. 226. & ſequen. vbi quod requiratur ſcriptura, nec ſufficiunt teſtes, ex Rota contra Caccialupum, & Zerolam relatos, num. 228.*

*Probatur etiam vnio ex diuturnitate temporis, num. 229. ſed quod tempus requiratur, reſolvitur contra aliquos relatos requiri tempus immemoriale, vel quadragenarium cum titulo putatiuo dante cauſam præſcribendi, nu. 230. & ſeq. & in probanda dicta immemoriali debet probari, quod beneficium ſemper eſt tanquam vnitum poſſeſſum, & debet eſſe probatio 40. annorum de uſu, num. 232. quod probatur ex cap. 1. de præſcript. in 6. & quia vnio eſt contra ius commune, & odioſa, num. 233. & ita tenet Rota, vt in reſolutionibus adductis, num. 234. & in deciſionibus poſitis, à num. 235. & in reſolutione adducta, num. 238.*

*Id ſolum videtur procedere in vnione acceſſoria, & extinctiua tituli, ſecus in vnione aque principaliter, in qua quodlibet beneficium remanet in ſuo ſtatu, & retinet nomen, & iura ſua, & ſolum agitur, vt vnus ſit rector vtriuſque, & ſic non ita reſiſtit ius commune: vnde in ea non erit neceſſaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, ſed ſufficiet quadragenaria ſine titulo cum bona fide, vt videtur velle Rota in deciſ. poſitis, à num. 239. pro quibus facit declaratio Sacræ Congregationis adducta, num. 243.*

*Secundum Felynum, & Rebuffum allegantes vnionem eſſe factam ſufficit ad eam probandam probare poſſeſſionem 40. annorum cum fama tituli ex doctrina Bartoli in leg. Celſus, de uſucapion. volentis, quod ſufficiat probare titulum ad uſucapionem publica forma, num. 244. ſed id videtur falſum, nec doctrina Bartoli videtur vera, & c. num. 245. & quamuis Rota ſecuta ſit dictam doctrinam Felyni in vna Alexandrina, vt in reſolutionibus adductis, num. 246. tamen videntur poſtea reuocatæ, vt in reſolutione adducta, num. 247.*

*Probatur etiam vnio ex verbis enuntiatiuis plurium inſtrumentorum antiquorum, in quibus beneficia tanquam vnita enuntientur, numer. 248. nam verba enuntiatiua plurium inſtrumentorũ antiquorum habent vim famæ, num. 249. & fama in antiquis bene probat, etiam quod agatur de graui præiudicio, dummodo ſit vniformis, & ſolida, ac cõſtans, & illæſa, & c num. 250. & 251. & quod verba enuntiatiua inſtrumentorum antiquorum probent, tradunt citati, num. 252. adducitur reſolutio Rotæ, num. 253.*

*Id procedit quando iſta inſtrumenta antiqua haberent originem à diuerſis perſonis, non ab eiſdem, num. 254. & quando verba enunciatiua ſunt clara, num. 255. ſufficiet tamen virtualiter enuntiare vnionem, vt in reſolutione poſita, nu. 256. & debent habere originem à diuerſis perſonis non ſuſpectis, num. 257. nam enunciatiua plurium inſtrumentorum antiquorum non habent vim publicæ vocis, & fama ſi videntur emanaſſe à perſonis ſuſpectis, num. 258. & ſufficiunt, & requiruntur ad minus duo inſtrumenta, nu. 259. & adducitur reſolutio Rotæ, num. 260.*

*Quod dicatur antiquum in propoſito, aliqui docent debere eſſe centum annorum, num. 261. & facit, nam quamuis variæ ſunt opiniones, quod dicatur antiquum in materia probationis, tamen communis, & magis recepta eſt, vt requiratur tempus 100. annorum, à numer. 262. quod Rota intelligit quoad inſtrumenta, & ſcripturas; in teſtibus vero illud dicit antiquum, quod excedit 60. annos, num. 264. & ſeq. vbi adducitur reſolutio Rotæ, Rota tamen alias in inſtrumentis*

tenuis

*tenuit tempus 99. annorum pro antiquo, & ſequitur Maſcard. & ſubſtineri poteſt, cum in tanto tempore vnus annus parum importet, num.266.*

*Tam in teſtibus, quam in inſtrumentis cum ambigitur, an ſint de antiquo, detrahendum eſt tempus litis, num.267. & ſeq. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Quod dictum eſt vnionem probari ex enuntiatiuis inſtrumentorum antiquorum, accipitur concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione ipſius vnionis, non alias, num.269. & facit doctrina Aymon. & aliorum quod licet alias in antiquis probationes leuiores, ſeu præſumptiuæ, & coniecturales admittantur; hoc tamen non habet locum contra poſſeſſorem, contra quem actor debet pleniſſime probare, non obſtante temporis antiquitate, num.270. quamuis idem Aymon alias teneat ſufficere probationes leuiores per iudicium, & coniecturas in antiquis etiam contra poſſeſſorem, qui nondum præſcripſit, numer.271. quæ ſententia non placet, & ſolum poſſet procedere quando præſens ſtatus, & poſſeſſio illius contra quem agitur, non repugnaret illis indicijs, & coniecturis, ſeu intentioni agentis, aut quando ageretur de recuperanda re amiſſa de qua amiſſione alias conſtaret, num.272.*

*Probatur etiam vnio per confeſſionem partis aduerſæ, num. 273. ſed obijcitur, quod titulus beneficij non probatur per confeſſionem aduerſarij, licet ex ea poſſit iuſtificari, & coadiuuari, num.274. & quod ius patronatus non probatur ex ſola confeſſione aduerſarij, vt Sacra Congregatio cenſuit in declaratione adducta, num.275. & ſic prædicta ſententia non videtur vera, niſi concurrentibus adminiculis, & coniecturis, vt in ſimili de iure patronatus tenuit Rota in deciſ. poſita, num.276. & in deciſ. poſita, nu.278. & alijs ibi allegatis, & num.279. iuxta quas deciſio. ita demum ex confeſſione partis aduerſæ, concurrentibus etiam adminiculis probabitur vnio, ſi non agatur ad illius canonizationem: alias id non ſufficeret, vt dicitur de iure patronatus. quamuis confeſſio etiam ſola non reuocata actoris prætendentis beneficium tanquam non vnitum ſufficeret imponendum ei ſilentium, num.280.*

*Quando vnio dicatur ſortita effectum, quod eſt vtile ad regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionum, & ad decretum Concilij ſeſſ.7. cap.6. & ſeſſ.25. cap.9. reſoluitur dici ſortitam effectum ſi ſecuta ſit poſſeſſio, non alias, num.281. & ſic non ſubſecuta poſſeſſione ante dictam regulam reuocatoriam ſuperueniente, vnio per eam reuocatur, & ſuccedente vacatione poteſt de beneficio tanquam vere vacante legitime prouideri, niſi vnio ſit facta pro dote neceſſaria. &c. num.282. & ſeq. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ, & num.286. ponitur deciſio eiuſdem, & refertur quod tradit Gonçalez.*

*Regula Cancellariæ, quæ ſuperuenit de vnionibus non ſortitis effectum, non obſtat quando aliqua bonorum portio a beneficio eſt diſmembrata, & vnita monaſterio, ex Rota num. 287 ſed non videtur verum, quia regula etiam de diſmembrationibus expreſſe loquitur, num.288.*

*Quamuis Mandoſ. & Rota cum Calder. videantur velle, vt vnio dicatur ſortita effectum, fructus etiam eſſe perceptos, id non videatur neceſſarium, ſed ſtatim ac poſſeſſio capta eſt dici ſortitum effectum. num.290. & adducitur reſolutio Rotæ, numero 291. nec eſt neceſſarium ad iſtum effectum, quod poſſeſſio ſit pacifica, num.292. requiritur tamen præcisè poſſeſſio, nec ſufficit voluiſſe eam capere, & feciſſe quantum in ſe fuit, & non potuiſſe habere, numero 293.*

*Regula iſta reuocatoria vnionum non videtur intrare, ſi ſaltim in parte vnio ſortita ſuit effectum, num.294. licet ſecus in decretis Concilij dicto cap.6. & 9. ex Sacr. Congregat. & Rota à num.295.*

*Vnio facta ex cauſa oneroſa, & in recompenſa, non reuocatur per dictam regulam Cancellariæ, num.297. & facit quod videtur tenere Mandoſ. regul. illam locum non habere in vnione facta ex cauſa remuneratoria ob ſeruitia, ſeu merita extraordinaria, num.298. quamuis in vnione facta cum clauſula in vim contractus habere locum alias Rota reſoluerit, num.299.*

*Quando vnus dat de regula reuocatoria, & alter replicat vnionem fuiſſe ſortitam effectum, cui incumbat onus probandi, remiſſiue, num.300.*

*De reuocatione vnionis qui ſunt videndi, numero 301. & in ſumma dicitur primo, quod ille poteſt vnionem diſſoluere, qui potuit illam facere, nu.302. & poteſt Epiſcopus unionem non ſolum à ſe factam, ſed etiam à Papa, vel Legato reuocare cauſa ſubſiſtente, niſi facta ſit à Papa ex plenitudine poteſtatis, ſecundùm Petrum de Peruſio, numer.303. & 304.*

*Secundo unio reuocari poteſt ceſſante cauſa, propter quam facta eſt, uel alias ex cauſa neceſſitatis, & utilitatis Eccleſiæ, uel quia redundat in eius damnum, n.305. ſed unio facta de Eccleſia paupere non diſſoluitur, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, tribuit tamen talis reſtauratio iuſtam cauſam diſſolutionis, num.306.*

*Tertio, in reuocanda unione requiritur cauſæ cognitio, & conſenſus capituli, ſicut in facienda, num.307. & ulterius requiritur uocatio defenſoris, & citatio eorum, quorum intereſt, num.308.*

*Quarto, reuocatio unionis operatur, quod Eccleſia unita remaneat in ſtatu antiquo, & ſicut erat ante unionem, numero 309.*

224 AD ſextum, quomodo † probetur unio, dicendum eſt in primis unionem non præſumi, ſed probari debere ab eo qui factam aſſerit, cum unire ſit quid facti, & odioſum, & Ripa reſponſ. 1. de legibus, num.8. Rebuff. conſil.8. uerſ. quinto reſpondetur, Mandoſ. reg.12. q.7. lib.5. Rota deciſ. 557. nu.5. lib.3. p.3. diuerſorum, Maſcar. concl. 1418. nu.1. & 2. Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.80. num.1.

225 Qui nu.2. id † declarat, ut non procedat, quando aſſeritur facta unio duarum Eccleſiarum, de quarum paupertate, & inopia apparet, nã tunc facta præſumitur, & citat Felynum conſ.2. nu.23. Sed hoc eſt ſine fundamento, & Fel. ibi ſolum dicit, quod eſt cõiectura, non tamen quod ex ea ſola preſumatur unio, & ita tenet Rota in Tiraſonen. infra adducta nu.241.

226 Probanda autem † eſt unio per inſtrumentum, ſeu litteras ipſius unionis, Aymon. conſ.258. nu.10. & 11. Maſcard. concluſ.587. num.1. Bota deciſ.127. Cæſaris de Graſſis num.8. Zerola in praxi 1. p. uerb. unio. §.8. dicens, quod alioquin uacare cenſerentur beneficia unita, ſi ſolo uerbo, & facto uniẽtur & hoc accidiſſe in facto Beneuenti, ubi quædam beneficia erant unita ſeminario ſolo uerbo, & facto, ſicq; per multos annos unita ſtetere: ſed Reuerendiſſimus Nuntius Apoſtolicus hoc præſentiens tulit ſententiam, qua dictas uniones iuritauit, & condemnauit ſeminarium Beneuentanum ad multam pecuniarũ quantitatem pro fructibus interim male perceptis.

227 Et quod † ad probationem unionis requiratur ſcriptura ex Aymone ſupra fuit reſolutum in cauſa Theanen. beneficij Sancti Euſtachij 20. Maij 1587. coram Domino Gipſio, & quod non ſufficiant teſtes,

teſtes, Rota deciſio. 557. numero 4. libr. 3. par. 3. diuerſorum.

228 Quamuis † Caccialupus artic. 7. dicat vnionem poſſe probari per priuilegia Apoſtolica, per inſtrumenta authẽtica, vel publica per teſtes, & alias ſpecies probationum, & Zerola 2. p. verb. vnio, quod probatur etiam per teſtes, & per inſtrumenta, & ex præſcriptione immemoriali.

229 Secundo † probatur etiam vnio ex diuturnitate temporis, Anchar. conſil. 162. Felin. in c. ex parte, num. 2. de teſtibus, & in c. cauſam quæ, num. 3. de præſcriptio. Iaſon in l. ſciendum, ff. de verborum obligat. num. 17. verſicul. quinto fallit, Balbus de præſcrip. 1. part. 5. partis quæſt. 19. num. 2. Tiraquell. de præſcrip. §. 1. gloſſ. 4. verſic. 20. Anto. Gabr. conclu. 1. de præſumption. à num. 12. Menoch. de præſump. 80. num. 3. & 4.

230 Sed † dubium eſt, quod tempus requiratur, in quo quamuis Hoſtiẽſis in c. quoniam, de vita, & honeſt. clericor. & in ſumm. ti. de ſupplendo negligen. prælato. dicat, quod quanticunque temporis diuturnitas non inducit vnionem, & quamuis Boerius d. dec. 345. nu. 6. & Chaſſanæus conſ. 10. dicant ſufficere ſolum tempus 40. annorum ad præſumptiue probandam vnionem, quod ſequitur Rebuff. conſil. 20. verſ. non obeſt, dicẽs, quod vt probetur vnio per præſcriptionem, neceſſe eſt, quod quis probet poſſediſſe illam ſine collatione tanquam vnitam per 30. vel 40. annos, & quamuis Flores qu. 23. nu. 50. dicat ſufficere, & requiri maius tempus 40. annorum cum alijs iudicijs.

231 Dicendum † eſt ad probandam vnionem requiri tempus immemoriale, Io. Andr. in reg. qui contr. lib. 6. Oldrad. conſil. 296. nu. 3. Millis in repet. verb. vnio Felin. conſil. 2. & in c. ſi diligenti, num. 21. de præſcrip. Balbus ſup. num. 1. Rebuff. in praxi d. reg. de vnio gloſſ. 9. ad fi. & conſ. 187. Probus ad Monach. in c. 1. de præſcript. in 6. num. 25. Aymon. dict. conſil. 255. numer. 1. Maſcard. concluſ. 179. 587. & 1418. Petrus Gregor. dict. capitulo 20. numero. 13. Menoch. dict. præſumpt. 80. numer. 5. practicabilia Rotæ d. & capitul. de vnio. numer. 12. verſicul. vnio debet probari, Flores q. 10. num. 19. deciſi. Pedemon. Cacheranı 116. num. 11. & Rota deciſio. 9. & 10. de rebus Eccleſiæ, in antiq. Puteus deciſi. 238. lib. 1. & 209. lib. 2. Caputaquen. 344. & 347. p. 3. & Cæſar de Graſſis d. deciſ. 124. num. 12. & 127. num. 5. & 8. vel quadragenariam cum titulo putatiuo dãte cauſam præſcribendi, (nam vnio poteſt præſcribi, P. de Perußio c. 4. n. 31. & 32.) Cardin. in Clem. 1. de ſupplenda neglig. prælator. q. 20. Fel. d. conſil. 2. deciſ. Pedemontana ſup. n. 12. Maſcard. d. concl. 179. & 1418. & Flores ſup.

232 Et † in probanda dicta immemoriali debet probari, quod beneficium ſemper eſt tanquam vnitum poſſeſſum. Ioan. Andr. ſup. num. 2. & Rota in cauſa Toletana iuris nominandi de qua ſup. 1. par. c. 2. nu. 41. & debet eſſe probatio 40. annorum de viſu, Puteus d. dec. 209. nu. 3. vbi enim ait 15. annorum, debet dicere 40.

233 Quod † probatur ex c. 1. de præſcript. in 6. iũcta reg. quod quælibet Eccleſia debet habere ſuum rectorem c. cum non ignores, de præben. c. ſingul. 89. d. c. quia nonnulli. de cleric. non reſiden. c. 1. 2. 4. & 21. q. 1. c. cum ſingula, de præbend. in 6. Vnde vnio duarum Eccleſiarum, ſeu duorum beneficiorum eſt ius commune, Oldra. conſil. 260. num. 1. gloſſ. regu. Cancell. 11. in princip. Mandoſ. reg. 22. quæſt. 1. nu. 3. Rota deciſ. 557. num. 3. lib. 3. p. 3. diuerſorum, & vniones ſunt odioſæ de iure, gloſſ. ibi, & reg. 21. & Mandoſ. & Rota d. num. 3. & quod unio eſt odioſa, & iuri communi repugnans, ait Calder. conſi. ult. de rebus Eccleſiæ, nu. 1. Anchar. conſ. 114. & Aymon d. conſ. 258. nu. 10.

234 Et ita † fuit reſolutum in cauſa Caputaquenſ. unionis coram D. Bubalo de anno 1587. ut infra n. 260. & coram D. Penna de menſe Nouemb. 1593. ubi fuit tentum, Vnionem non probari per lapſum 40. annorum, ſed Rotam requirere immemorialem, uel ſaltim 40. annos cum titulo, &c. *Et in Papienſ. iuriſpatro. 18. Iunij coram Domino Blanchetto, vbi quoad probandam vnionem vel requiritur immemorialis, vel quadragenaria cum titulo, vt in deciſio. 525. nouiſſ. Farin. ad fin.*

235 Idem fuit † reſolutum in cauſa Tiraſonen. iuris præſentandi coram D. Bubalo 14. Octobris 1588. & 17. Martij, & 9. Iunij 1589. ut apparet ex deciſionib. ſequentibus 14. Octobris 1588.

☞ Quo ad annexionem portionum cum Vicarijs S. Michaelis, & S. Bartholomæi Domini tenuerunt non probari dictam annexionem, teſtes enim non probant immemorialem, nam ſecundus, & tertius, ſuper quibus præcipuè fundatur hæc probatio, non concludunt de 40. annis ante motam litem propter defectum ætatis, nec præſentationes antiquæ ſuffragantur, quia non dicunt cum portionibus annexis, & modernæ præſentationes non poſſunt conſtituere aliquem ſtatum annexionis, quia ad probandam annexionem non ſufficit ſtatus 40. annorum, ut per Puteum deciſ. 238. Dubitaui lib. 1. neque erectio Eccleſię de Borgia in collegiatam poteſt recipere interpretationem, ex obſeruantia ſubſecuta, quia de obſeruantia antiqua non conſtat, & obſeruantia moderna non poteſt interpretari erectionem antiquam factam de anno 1449. ut fuit reſolutum in illa Placentina uoti coram Reuerendiſſimo Oriolen. cõfeſſiones in duabus uiſitationibus non ſuffragantur, tũ quia cõfitentur ſtatum de præſenti, tum etiam, quia ex illis non elicitur expreſſa confeſſio, quod iſta beneficia ſunt annexa, non enim ſequitur, cura animarum conſueuit exerceri per unum ex portionarijs, ergo portionis ſunt annexæ, ita ut capitulo Tiraſonen. competat ius præſentandi ad portiones, & uicarias, quia potuit induci conſuetudo præſentandi ad uicariam unũ ex portionarijs: prouiſiones Apoſtolicæ de anno 1543. in quibus prouidetur de portione, cui cura imminet animarum, non inducunt ſtatum annexionis, quia non ſunt enunciatiuæ antiquæ, quæ habent uim famæ, & conſequenter ex eis non probatur annexio.

236 *In eadem † 17. Mart. 1589.*

☞ DOmini pro maiori parte tenuerunt nõ cõſtare de aliquo titulo annexionis portionum ad uicarias S. Michaelis, & S. Bartholomæi, nec de aliquo ſtatu qui ſuffragatur cap. Tiraſonen. nam ut aliàs dictum fuit, ad probãdam unionem requiritur immemorialis, uel quadragenaria cum titulo habili ad prſcribendum, ita Felin. conſil. 2. ubi dicit, quod nõ ſufficit

sufficit probare, quod Ecclesia fuit possessa per quadraginta annos tanquam vnita, seu annexa, sed vel probetur titulus saltim putatiuus, vel immemorialis, hic autem non probatur immemorialis, nec ex testibus qui non habent ætatem, vt alias dictum fuit, nec etiam ex scripturis præsentationum, quia præsentationes ad vicarias cum portione annexa incipiunt ab anno 1535. Nec videbatur istis Dominis, quod bulla erectionis Ecclesiæ Borgiæ in collegiatam præstaret aliquem titulum istius annexionis, quia quamuis in prima bulla dicatur vicarias gaudere debere distributionibus, tamen cum bulla fuerit postea reuocata, non potest fieri in ea fundamentum, nec potest dici constare, de aliquo statu, qui suffragetur capitulo Tirasonen. quia si volumus considerare hunc statum ad effectum inducendi vnionē, & tunc non est sufficiens status 40 annorum, vt supradictum est, nec intrat dispositio, cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. quia in materia vnionis nō agitur de qualitate beneficij, sed de substantia, Puteus decis. 238. lib. 1. Si autem volumus considerare hunc statum ad effectum, vt Tirasonen. acquisierit quasi possessionem præsentandi portiones, etiam si sint separatæ, & hoc prætendere non possunt, quia ipsi non præsentarunt vti ad portiones separatas, & sic cum hoc iure vsi non fuerint, non possunt dicere hoc ius sibi acquisiuisse per ea, quæ dicta fuerunt in vna Sipontina iurisdictionis coram R. P. D. Decano 18. Aprilis 1586.

337 *In eadem 9. Iunij 1589.*

VIt iterum causa proposita, & Domini steterunt in decisis, quod nec ex verbis bullæ erectionis, neque ex obseruantia potest colligi prætensa annexio.

338 Et quod in præscribenda vnione requiratur, vel quadragenaria cum titulo, vel immemorialis cum requisitis à glos. in capitulo 1. de præscription. in 6. fuit resolutum in causa Aquinaten. beneficij 29. Aprilis 1602. coram Domino Ludouisio. *Vbi etiam, quòd per scripturas non probetur immemorialis, & in eadem 29. Nouembris 1604. quòd probetur vnio per immemorialem, & in Feltren. præbend. 6. Iun. 1605. coram Domino Coccino fuit resolutum, & in causa Val. parochialis de Palma 6. Iunij 1606. coram eodem Domino Coccino, quòd vnio etsi legitimè probata, quia adest quadragenaria possessio cum titulo & bona fide, quæ cessante immemoriali sufficit, cap. 1. de præscript. in 6. & quòd sufficit titulus habitus à Papa Clement. VII. scbis. propter iustum errorem, cum mistura facti, & iuris valde dubij, Felyn. conf. 2. num. 14. & in cap. de quarta de præscript. num. 24.*

339 Quod tamen solum videtur procedere in vnione accessoria & extinctiua tituli, secus in vnione quæ principaliter, in qua quodlibet beneficium remanet in suo statu, & retinet nomen, & iura sua, & solum agitur, vt vnus sit rector vtriusque, vt supradictum est ad tertium à nu. 37. & sic non ita refitit ius commune, vnde ab ea non erit necessaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, sed sufficiet quadragenaria sine titulo, cum bona fide tamen, vt videtur velle Rota in dict. Tirasonen. iuris præsentandi 16. Martij, & 16. Octobris 1592. coram Illustrissimo Blancheto. & vltim. 21. Octobris 1594. coram D. Lita, vt in decisionibus sequent. bus.

240 *16. Martij 1591. coram Domino Blancheto.*

DOmini in propositione huius dubij fuerunt concordes, multa concurrere pro cap. Tirasonen. quę probant statum vicariarum S. Michaelis, & S. Bartholomæi esse talem, quod præsentatio facta ad ipsas habuerit etiam locum quoad duas portiones in Ecclesia collegiata existentes, de quibus agitur: primo enim ponderatur erectio in collegiatam, in qua tribus beneficiatis iniungitur cura animarum collegiatæ Ecclesiæ, & S. Bartholomæi, & S. Michaelis cum reseruatione distributionum quotidianarū in Ecclesia collegiata, quæ distributiones non consueuerunt consignari, nisi beneficiatis in Ecclesia c. 1. de clericis non resident. in 6. quæ erectio cum habuerit effectum suum quoad vicariam in Ecclesia S. Mariæ idem videtur sentiendum de portionibus, tū quia ratio propter quam contrarium decidi debeat, non assignatur, tum etiam, quia videtur sufficere obseruantia in vno capite, vt in alio non dissimile idem ius statui debeat, vt fuit resolutum in causa Toletana annatarum coram R. P. D. Orano coadiuuatur ex alijs, quæ præcedunt, & subsequuntur laudum. Et primo ex collatione facta 1494. Alphonso de Cordoua, per cuius obitum anno 1530. vacante vicaria, datur possessio eius successori primæ portionis in Ecclesia collegiata cum assignatione stalli in choro, vbi eius antecessores sedere consueuerunt, vt in summario iurium capituli num. 2. Secundo ex possessione tradita anno 1523. procuratori Petri Marquez, de qua in summario, num. 10. quibus accedunt verba laudi, vbi; Pront hactenus cōsueuerunt, & ad eos pertinent, quæ secundum aliquos ex dominis causatiue prolata, non autem limitatiue stare videntur. Hæc omnia tertio loco coadiuuantur ex collationibus subsequentibus laudum, & dictis testium, Tirasonensis visitationibus articulis vniuersitatis Borgiæ in causa congrui seruitij, & testibus capituli Borgię, ex quibus probatur effectum præsentationum ad vicarias porrectum fuisse ad portiones, non solum spatio 40. annorū, sed de audita à maioribus, ita vt magis verificetur narratiua laudi, ex omnibus his simul iunctis præsumi posse dicebant hunc statum præcessisse laudum, cum de præsenti in præteritum facile præsumatur, cum adsit aliqua iusta causa ita præsumendi, Alex. consil. 16. num. 3. lib. 1. Salicet. in Lex qua persona, C. de probat. Alciat. reg. 2. præs. 20. nu. 2. præcipue cum de statu contrario nihil doceatur. Non obstat, quod agatur de substantia beneficij, nō de statu, quia cum non prætendatur vnio beneficij extinctiua, sed vt præsentari à capitulo ad istas vicarias censeantur etiam præsentari ad portiones, quod consuetudine, & præscriptione fieri potest, Gemin. in cap. cum de beneficio, num. 3. de præbend. in 6. non obstat vulgaris regula, quod prouisiones Apostolicę non immutent statum beneficij, Aegidius decis. 107. Achilles de statu beneficior. decisione vnica, quia declarant statum, in quo beneficium reperitur, præcipue stante traditione possessionis subsecuta per cap. Borgiæ, quæ si aliter res se habuisset, non sic de facili tradita fuisses. An autem prædicta omnia suffragentur in casu de quo agitur, poterit particulariter videri, &c.

341 In † eadem *Tiraſonenſ. annexionis* 16. *Octobris* 1592.

FVit reſolutum probari talem ſtatum qui ſuffragatur cap. Tiraſonen. ad dictum effectum, cum enim agatur de interpretatione laudi in cap. 17. vbi reſeruatur ius preſentandi capitulo ad iſtas vicarias, prout hactenus conſueuerunt, multa concurrunt, quæ probant quale eſſet conſuetum, ante laudum enim indubitatum eſt, quod anno 1594. vacante vicaria S. Michaelis fuit ad illam preſentatus Alphonſus de Cordoua qui habuit poſſeſſionem portionis, quod probatur ex poſſeſſione tradita anno 1530. eius ſucceſſori, cui aſſignatur ſtallium in choro in collegiata cum aſſertione, quod erat illud, in quo ſui anteceſſores ſedere conſueuerunt, & poſtea datur obolus pro diſtributionibus quotidianis. Demum deducitur, ad Eccleſiam parochialem anno 1523. etiam data fuit poſſeſſio portionis vicariæ nuncupatæ in Eccleſia S. Bartholomæi, Michaeli Marquez procuratori Petri Marquez, ex his duobus actibus precedentibus laudum conſuetum, ſatis eſt probatum, Bartolus in leg. mella, §. 1. ff. de aliment. & cibar. legat. Cretcen. deciſione 10. Nec obſtat, quod illa anno 1530. ſubſequatur laudum, quia reſpondetur primo, ex illa declarari ius Alphonſi de Cordoua, cuius prouiſio præceſſerat laudum. Secundo, quod cum laudum egeret confirmatione, nec dum eſſet confirmatum, imò non eſſent data mandata ad petendam confirmationem, iſti actus debent potius adſcribi tempori precedenti laudum, quam ſubſequenti, quia confirmatio actus nullius recepit robur à confirmante. Felynus in capitul. inter dilectos, numero 14. & ſequent. de fide inſtrument. Pariſius conſil. 19. num. 16. in princip. Nec refragatur, quod prouiſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficii, quia vltra dicta in deciſione facta 16. Martij proxime preteriti non attenditur tantum prouiſio Apoſtolica, ſed factum capituli Borgię in tradendo poſſeſſionem vicariæ: ſi enim fuiſſet ſeparata portio, & vicaria, gratia Apoſtolica ſupra vno beneficio fuiſſet ſine narratiua partis, & præcepto Papæ demandata executione ſuper duobus: ſed cùm in gratia nulla ſit facienda mentio de annexis capit. ſupra eo, vbi DD. de præbend. in 6. Rota de reſcript. in antiquit. deciſion. 46. Felyn. in cap. in noſtra, num. 3. de reſcript. neceſſe eſt fateri titulum ad vicariam tribuere iuscetiam ad portionem, His accedit ipſa erectio facta anno 1452. ſub Nicolao Papa V. in qua ſupprimuntur nouem portiones cũ narratiua, quod ex 17. portionibus tres exercebant curam animarũ, & ex hac cauſa erant exempti ab intereſſentia in choro temporibus deſtinatis ad diuinorum celebrationem. Quæ narratiua, cum ſimus in antiquis, plenè probat ſtatum annexionis, Alexand. & Iaſon nume. 4. in l. cum aliquis, Cod. de iure deliberandi, Fely. in cap. cum cauſam, colum. 2. verſic. eſt verum, de probat. Pariſ. conſil. 104. num. 48. volum. 1. præcipuè cum concurrat narratiua ipſorum Borgienſ. anno 1433. Neque eſt faciendum fundamentum ſupra non ſortito effectu erectionis, quia licet prima non fuerit effectum ſortita, ſub prętextu, quòd multa fuiſſent narrata à vero aliena, nihilominus iſta tãmen anno 1452. habuit effectum, & fuit per Epiſcopum Tiraſonen., executioni demandata, in qua idem quod in prima narratum legitur. Præterea vt fuit dictum in deciſ. facta 16. Martij præteriti, cum non detur ratio diuerſitatis, quare magis preſentatio ad vicariam in Eccleſia B. Virginis debeat habere locum, etiam quod canonicatum in eadem Eccleſia, quam præſentationes ad duas vicarias quoad iſtas portiones, poteſt argui ab obſeruantia erectionis in illa ad iſtas, de quibus agitur, & ex illa ſtatui ius eſſe quæſitum etiam quo ad reliquas eiuſdem ſpeciei, ex deciſion. coram R. P. D. meo Orano in illa Toletana annatarum, quia in iſtis inſpicitur cauſa priuilegij, non exercitium, Baldus in l. 1. num. 24. Cod. de mancipationibus liberorum. Coadiuuatur hæc probatio ex unione facta 1425. cuius copiam dederunt ſcribentes per Borgien., in qua propter paupertatem vicariæ in Eccleſia B. Mariæ nouitur portio primo vacatura, quæ præſumptio paupertatis intrat etiam in iſtis duabus, & licet non inducat præſumptionem tituli, prout vult Felinus conſilio 2. numero 25. tamen negari non poteſt quin faciat maximum gradum probationis, præcipuè cum non conſtet de alia dote harum vicariarum. Hoc etiam probatur ex articulis Borgien. & teſtibus deſuper examinatis, & alijs articulis vniuerſitatis in cauſa congrui ſeruitij, ex quibus colligitur ſemper exercitium curæ animarum fuiſſe penes vnum canonicum in Eccleſia collegiata, & penes duos portionarios in alijs Eccleſijs, confeſſione autem propria nulla maior probatio. Doctor. in l. eunte, Cod. de tranſactio. & in cap. 1. de confeſſis in 6. alias hoc ſequeretur inconueniens, quod cum Borgien. quinque partes decimarum recipiant, ſi duæ portiones non eſſent applicatæ pro dote vicariarum, de quibus agitur vicariæ remanerent ſine dote, & ius præſentandi eſſet inutile, quia nemo hoc onus acceptaret, & ad hoc euitandum intrat regula, quod conceſſo vno ea cenſentur conceſſa, ſine quibus illud ſtare non poteſt, l. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. oratio. ff. de ſponſalib. præmiſſis ex abundanti Domini dixerunt, coniungendas eſſe præſentationes, quæ laudum fuerunt ſubſecutæ, ex quibus, quod fuerit prius obſeruatum, argui poteſt ex allegatis in præterita deciſione, & Ruino conſilio 243, numero 21. & 23. libro 5. nulla enim ratio aſſignatur cur capitulum Borgienſ. à tempore lati laudi, vſque ad annum 1584. quando ſuper hoc incidenti actum fuit, tacuit, imo non ſolum tacuit, ſed inſtitutis ad vicarias per capitulum Tiraſonenſ. præſentatis portionum poſſeſſionem aſſignauit, & hinc oritur alia præſumptio, quod ſi præſentatio ad vicarias non traxiſſet effectum ſuum ad portiones, non eſt verosimile, quod ordinarius nunquam contuliſſet ipſas portiones, & illas ſemper pro derelicto habuiſſet, vel nullus tanquam deuolutas à ſede Apoſtolica impetraſſet, cum prouiſi nullum alium titulum habuerint, quam præſentationes & inſtitutiones ad vicarias. Non obſtant deducta in contrarium, & primo quod illa verba prout conſueuerunt, ſtent conditionaliter, non autem cauſatiue, & ideo veniat verificanda conditio, quia quando tales dictiones apponuntur in diſpoſitione, de cuius natura eſt aliquid de nouo dare, & in ea conceditur aliquid certum, tunc talia verba ſtant cauſatiue, non conditionaliter, Felin. in capit. ex parte el primero numero 10. de reſcript. & Tiberius Deçian. late in conſilio 58. numero 61. libro 2. & fuit

dictum

dictum in causa Caurien.iurisdictionis coram bonæ memoriæ Lauretano 8.Nouembr.1576.in laudo autem non reseruatur ius præsentandi, sed arbitri pronuntiant illud ius pertinere capitulo Tirasonen.in illis verbis,prout hactenus continuerunt, & ad eos pertinent. Præterea in dubio illa facienda est interpretatio,vt verba stent potius cautiue quam conditionaliter, vt per Decianum vbi supra & alios allegatos.Non obstat etiam,quod confirmatio retrotrahatur ad datam confirmationem, quia quando actus est omnino nullus,vt dictum fuit, & eget ad sui validitatem confirmatione, attenditur tempus confirmationis,non autem actus gesti,nec retrotractioni est locus,Baldus in l.ex placito,num.8.versic. 2.casu,Cod.de rerum permutatione, & fuit resolutum coram bonæ memoriæ D. de Rubeis in vna Auersina tenimenti 27.Iunij 1583.nec obstat,quod hoc casu requiratur immemoriabilis,vel quadragenaria cum titulo:primo, quia vbi concurrit voluntas partium,& confirmatio Papæ, non est necessaria probatio immemorialis possessionis: Secũdo dicitur quod hic non agitur de vnione tituli extinctiua, vel accessoria,per quam vnum beneficium fit prædium alterius,& nomen admittit beneficij,Calder.consil. vltim.de rebus Ecclesiæ non alienand:Rota 11.eodem tit.in antiq,sed agitur de vnione æque principali,in qua quodlibet beneficium retinet nomen,& iura sua,vnio solum datur facta quoad titularem, vt vnus & idem sit prælatus vtriusque.Hostien.cap.1. colum.1.versic.3.sic.Butrius colum.2.ad fin. versic. tertia species,Abb.nu.6.ne sede vacante,Caccialup. de vnio.quæst.2.nu.2. quare potius controuertitur pertinentia collationis,seu de iure præsentandi,quã de vnione,cum capitulum Tirason.tantum prætendat, quod præsentatus ab ipso ad vicarias debeat consequi portionem, quare cum ordinarius non sit in causa,nec reclamet,sufficit sola fama,Cassad.dec. 1.de prob.& vt fuit resolutum in Rota in pluribus causis,quod decretum Concilij Trident.c.9.sess.25. non habet locum,quando causa agitur inter præsentatos à patronis tantum, non existente in iudicio prouiso Apostolico seu ab ordinario. Præterea, cap. cum de beneficio,de præbendis in 6.procedit,quando probatur aliquis status præcedens, sed Borgien. nedum non probant statum diuersum, quod imo eorum probationes incalescunt in hanc partẽ, quod præsentati ad vicarias obtinuerint etiam portiones;vt fuit supra deductum, & ex hoc respondetur summario institutionum factarum ad præsentationem capituli Tirason. dato per scribentes pro Borgien. eum illum præsentati simpliciter ad vicarias obtinuerint portiones absque alia præsentatione,sequitur præsentationem capituli Tirasonen. cum institutione subsecuta ius sibi ad portiones tribuere. Ex abundanti etiam dictum fuit quod dato quod requireretur immemorialis,seu quadragenaria cum titulo hic attento tempore litis mota supra hoc incidenter quadragenaria per testes optime probatur,& cum sufficiat titulus putatiuus,alias enim si esset verus,cessaret disputatio,Fel.in d.cons.2.pro titulo putatiuo deseruit erectio, in qua enunciatur vt ex 17. portionarijs tres in tribus parochialibus exerceant curam animarum.Et ex his ita fuit decisum,&c.

242 *In eadem Tirasonen.iuris præsentandi 21.Octobr. 1594. coram D. Lita.*

☞ PLuries proposita hac causa non potui certam capere resolutionem ex eo,quod pro vna parte informabatur supra statu pro alia verò supra vniones:vnde Domini die 13.Iunij mandarũt super omnibus æque informari,quo tandem facto resoluerũt constare de vnione,ad effectum, de quo agitur, qui est,vt præsentatus ad vicariam regimini vicariæ non tantum præesse debeat,sed etiam portionis,quæ per obitum ipsius vicarij contingeret vacare, considerantes hic non agi de vnione extinctiuæ tituli, vel accessoriæ,cui resistat ius commune, ad quam probandam cum agatur de notabili præiudicio Ecclesiæ,nil mirum si immemorialis ipsa, vel saltim quadragenaria cum titulo putatiuo requiratur, iuxta consil.Fel.secundum plures per Rotam canonicatum,cum sic Ecclesia,quæ sic alteri vnitur, efficiatur prædium,& amittat omnem spiritualitatem, Cald. cons.vltimo de rebus Ecclesiæ, sed potius agitur de vnione,per quam status Ecclesiæ seu essentia beneficiorum non alteratur,sed in suo statu,& honore remanent,& eo tantum respectu fit, vt ab vno & eodẽ prælato regantur,cap.& temporis 16.q. Caccialupus de vnio.artic.2.num.2.Petr.de Perusio de vnio. Ecclesiarum cap.1.num.4.& 6.quo fit vt cum non agatur de præiudicio Ecclesiæ,ita considerabili, nil mirum si ad talem vnionem iustificandam tam exacta probatio necessaria non est: cautius enim est agendum,vbi maius periculum imminet,capitulo periculum,de elect. in 6. cap. quiescamus 42. distinct. l.manifestissimi,Cod.de furtis,Nec leuis vila est dominis probatio ad hunc effectum adducta per cap. Tirasonen.primo,quia ex lectura literarum erectionis Ecclesiæ S.Mariæ de Borgia in collegiatam, quæ facta est de anno 1452.apparet qualiter vnus ex portionarijs dict. Ecclesiæ præerat curæ animarum parochianorum ipsius Ecclesiæ B.Mariæ, alius Ecclesiæ S.Michaelis,alius vero Ecclesiæ S.Bartholomæi, quo fit, vt cum prædicti tres eodem tempore essent portionarij in ipsa Ecclesia B.Mariæ, & vti tales distributiones vt alij perciperent, & simul præessent curæ animarum respectiue in dictis Ecclesijs, & vicarij nuncuparentur, sicque in futurum fieri deberet, merito ex dictis literis videtur constare de tali vnione,cum citra eam iure permissum non sit, vt vna eademque persona præsit regimini duarum Ecclesiarum. capitulo de multa de præbend.cum vulgar. & cum prædictæ literæ erectionis non tantum respectu ipsius erectionis habuerint effectum, sed etiam vicariæ existentis in eadem Ecclesia, ad quam præsentatus per capitulum Tirasonens. eam non tantum consequitur, sed simul canonicatum, qui ex simili portione creatus fuit: idem idcirco videtur posse iudicari respectu vicariæ Sanct. Michaelis, & Sanct. Bartholomæi, vt scilicet præsentati ad eas non tantum eas consequi habeant, sed simul,& portiones,quæ cum eis vacare contigerit, cũ & ipsæ ab eodem forte procedant,& ratio diuersitatis assignari non possit inter vicarias S. Mariæ, & illas, ad gloss. in capitulo si postquam, de election. & notata per DD. in l. illud, per illum textum ad legem Aquiliam, quod maxime placuit do-

minis, ſtante quod etiam reſpectu vicariæ S. Michaelis, & S. Bartholomæi minime conſtat de ſtatu contrario, imò ex multis prouiſionibus factis pro tempore de dictis vicarijs ad præſentationem capituli Tiraſonen. quæ in alijs poſitionibus huius cauſæ coram Domino Blanchetto ex parte capituli Borgiæ datæ fuerunt, quarum duo ſunt de anno 1468. vna de anno 1497. altera de anno 1506. altera de anno 1523. & altera de anno 1524. videtur apparere de effectuatione dictarum litterarum, & ſimul de iuſtificatione huius vnionis, ex eo ſignanter, quod etiam præſentati ad dictas vicarias licet non eſſent tunc temporis portionarij in Eccleſia S. Mariæ, prout verè non erant, nihilominus eo ipſo, quod admiſſi fuerunt ad vicarias, effecti ſimul fuerunt portionarij in dicta Eccleſia B. Mariæ, & nulla maior ſcripturæ, aut actus præcedentis interpretatio allegari poteſt, quã quæ ex obſeruantia ſubſequta deducitur, l. ſi de interpretatione, ff. de legibus, Aymon conſilio 39. numero 9. & 192. numero 19. vltra quod obſeruantia dictarum litterarum, quæ non conuertitur reſpectu erectionis, & reſpectu vicariæ exiſtentis in dicta Eccleſia poteſt dici quæſita quaſi poſſeſſio ad fauorem capituli Tiraſonen. reſpectu omnium diſpoſitorum in dictis litteris ad eiuſdem capituli fauorem, & ſic etiam reſpectu vicariæ S. Michaelis, & S. Bartholomæi, vt in ſimili alias dictum eſt in Toletana annatarum coram Domino Orano, Secundo, quia in confeſſo eſt, apud partes ad capitulum Tiraſonen. ſpectare ius præſentandi ad vicarias, onus autem eas exercendi iniunctum eſſe portionarijs Borgiæ, hacque de cauſa eis aſſignatas fuiſſe quinque partes ex duodecim decimarum, quæ ſpectant ad capitulum Tiraſonen. vt lectura laudi per ſedem Apoſtolicam confirmati, quod emanauit de anno 1529. quo fit, vt neceſsario cõcludendum videatur pro ipſa vnione, & ſic, vt præſentati ad vicarias ad eas non tantum admitti debeant, ſed etiam ad portiones, quæ ſimul cum eis vacarunt, cum aliter prædicta duo concurrere non poſſent, vt ſcilicet ſuccedente vacatione capitulum Tiraſonenſ. poſſit præſentare ad vicariam vacantem, quem vult, & quod vicaria exerceri debeat per portionarium, iuxta tenorem dict. laudi ad leg. Oratio de ſponſal. l. 2. de iuriſdict. omnium iudic. Nec obſtare dixerunt Domini ſi dicatur, idem verificari poſſe, vbi per capitulum Tiraſonen. præſentetur ad vicariam vacantem vnus ex ipſis portionarijs cõſiderantis, quod ſic ius liberum præſentandi ad vicarias non cõpeteret ipſi capitulo, ſed potius reſtrictũ ad certas perſonas, quod in dubio ita minime ſeruatum fuiſſe credendum eſt ad §. ſed ius quidem ciuile, de iure naturali, & l. 1. §. qui in perpetuum, ſi ager vectigalis, vltra quod ex ſupra narratis prouiſionibus clare apparet dictum ius præſentandi ad vicarias non fuiſſe reſtrictum ad portionarios, ſed omnino liberum. Tertio, quia vbi eſſemus etiam in caſu, in quo neceſsaria eſſet quadragenaria cum titulo putatiuo, ex quo verus titulus non eget aliqua præſcriptione, Rota 9. de rebus Eccleſiæ, Felynus capitulo cum contingat, numero 4. de foro compet. & dicto conſilio 2. numero 2. Rebuffus in praxi de vnio. numero 31. Puteus deciſione 240. libro 1. dixerunt Domini de ea ſatis conſtare, tum quia pro titulo putatiuo ſeruire poſſunt litteræ erectionis, nec non & laudum vti confirmatum à Sede Apoſtolica, & ſic ab habente poteſtatem vniendi, ad capitulum, ſicut vniri, de exceſſibus prælatorum, Mandoſius 3. quæſtione 16. numero 2. præſertim cum ex prouiſione facta de vicaria S. Michaelis ad fauorem Alphonſi de Cordoua de anno 1494. iuncta prouiſione facta de eadem vicaria ad præſentationem eiuſdem capituli de anno 1530. ad fauorem ſucceſſoris Alphonſi apparet, qualiter Alphonſus ipſe vigore dictæ præſentationis, & prouiſionis conſecutus fuit non tantum poſſeſſionem vicariæ, ſed etiam portionis, ſicuti etiam ex poſt illius ſucceſſori tradita eſt per ipſummet capitulum Borgiæ, quæ prouiſiones iunctis alijs de eiſdem vicarijs factis cum portionibus iuti annexis ſaltim operari debent, vt litteræ dictæ erectionis, & laudum ad effectum de quo agitur, deſeruire poſſent pro titulo putatiuo, Puteus deciſione 15. in fin. libro 3. poſt Socin. conſilio 260. numero 14. libro 2. maxime cum vigore dictæ erectionis, tum & laudi emanarint dictæ prouiſiones, & ſic per conſequens per prouiſos capta præſumatur poſſeſſio dictarum vicariarum, & portionum reſpectiue ad legem ſecundam, Cod. de acquirenda poſſeſſione leg. quædam mulier, de rei vendication. tum etiam, quia de ipſa quadragenaria ſatis conſtare dixerunt Domini ex depoſitione teſtium, de qua in ſummario Tiraſonen. cum illi ſint ætatis ſexageſimo annorum, & aliqui maioris ætatis, & deponãt de recordatu 50. annorum quodque ſemper viderunt fieri prouiſiones de vicarijs cum portionibus annexis, & licet reſpectu eorum depoſitionis non vtantur dictione, & citra, vtuntur tamen dictione ſemper, quæ idem operatur reſpectu probationis quadragenariæ, Socin. conſilio 54. libro 4. Felinus capitulo licet, num. 8. de probat. Quæ probatio eo fortior redditur, quod etiam ſemper depoſitione teſtium partis aduerſæ fundatur, Roma. conſ. 104. Socin. Iunior. 69. lib. 1. Rimin. Iunior 60. lib. 1. & eo veriſimilior redditur, quod confeſſione partis aduerſæ munitur reſultante ex articulis, & teſtibus de ſuper examinatis in cauſa congrui ſeruitij, ad notata per Dd. capitulo 1. de confeſſis in 6. & tanto magis videtur ſuſtinenda hæc probatio, ex quo non agitur principaliter de ipſa vnione, ſed incidenter ad effectum, vt prouiſi de vicarijs ſimul, & portiones conſequi habeant, & ordinarius, ſeu eius fiſcus non eſt in cauſa: quo fit, vt etiam leuiores probationes ſufficiant, gloſſ. leg. ſi certi, §. ſed ſi ſeruit, vendicet, Calder. conſil. 23. de præbend. Cæſar deciſion. eodem, nec de præiudicio capituli Borgiæ, quod eſt in cauſa, tractatur, cum teneatur omninò per portionarios ſuſtinere onus dictarum vicariarum, propter quod etiam eiſdem aſſignatæ ſunt quinque partes, ex duodecim decimarum ſpectantium ad Capitulum Tiraſonen. minuſque ei competat aliquod ius conferendi dictas portiones, quoties eas vacare contigerit, ideo, &c. Nec poteſt dici, quod prædicti teſtes non deponant de quadraginta annis ante litem motam, ſiquidem, quia fuerunt examinati de 1586. & lis iuxta aſſertionem Borgien. fuit cœpta de 1580. Vnde cum deponant de recordatis à quinquaginta annis, vtique deponunt de tempore quadraginta quatuor annorum ante litem. Nec refert, quod primus & tertius dicant à 40. annis habuiſſe Communicationem in vtroque populo,

quia

quia non per hoc ſequitur quin antequam habuerint communicationem, potuerint ſcire id, ſuper quo depoſuerunt à ſuo recordatu, qui eſt annorum quinquaginta, cùm iſta duo adinuicem non contrarientur, maxime cùm teſtes dum deponunt habere communicationem in vtroq; populo à quadraginta annis, ſubdant, & vltra, quæ dictio poteſt etiam verificari reſpectu reſtantis temporis eorum recordatus, vt notum eſt, & regulariter dicta teſtium ſunt inuanda, non cauillanda, cap. cum tu, de teſtib. l. quoties de reb. dub. Caſſad. deciſ. 3. de probationib. nec poteſt dici, quod dum teſtes dicunt vid. ſe, & ſcire eſſe annexas, &c. non probent, quaſi quod deponant per verbum iuris, quia conſiderarunt domini, quod teſtes etiam dicunt, quod quandocunque vacarunt aliquæ vicarię viderunt prouideri ſimul cum portionibus annexis: quo fit, vt cum eorum depoſitio ſunderet in ſenſu corporis, merito ſuſtineri debeat, cap. teſtes. 3. part. 3. Innocent. cap. cum cauſam, de teſtibus, Gemin. conſ. 42. num. 10. Nec eneruari huiuſmodi probationem concluſum fuit ex eo, quod medio tempore vicariæ ſimul cum portionibus fuerint poſſeſſæ per prouiſos Apoſtolicos, quaſi quod ſubducendum ſit tempus dictarum prouiſionum, ad deciſionem Guidoboni 133. de præſcription. quæ deciſio aliquibus ex Dominis faciebat difficultatẽ, quia per alios fuit reſponſum, quod cum prouiſi de vicarijs, ſiue à Papa, ſiue ab ordinario poſſederint per quadraginta annos, & vltra vicarias ſimul cum portionibus, negari nõ poteſt quin bene probetur quadragenaria præſcriptio, quę in poſſeſſione radicatur, & non in eo, quod qui poſſederint, fuerint ib eodem prouiſi, ad cap. cum in tua, de decimis, & capitulo fin. de offic. Archidiacon. imò ex dictis prouiſionibus magis iuſtificari prætenſionem Tiraſonen. dixerunt Domini, cum illæ neceſſario præ ſe ferant vnionem de qua agatur, ſiquidem quia prouiſiones illæ loquuntur de vicarijs ſimpliciter, & tamen prouiſi per capitulum Borgiæ ſemper fuerũt immiſſi in poſſeſſionem vicariarum, & portionum reſpectiue, cum expreſſa aſſertione, quod eſſent vnitæ vicarijs, quod citra veritatem dictæ vnionis, aut manifeſtum capituli Borgiæ delictum fieri non potuit, ad quod euitandum admittitur omnis interpretatio, l. merito. ff. pro ſocio. Vlterius circumſcripta ipſa vnione deliquiſſent ordinarij qui pro tempore extiterunt, patiendo portiones, quæ vacarunt morte vicariorum, tanto tempore vacare, & abſque aliqua collatione à prouiſis de vicarijs tantum indebite detineri, quod ſimiliter in ſenſum ſenſati hominis cadere nõ debet, tum quia vnuſquiſque diligens præſumitur in his, quæ ſpectant ad officium ſuum, cap. ad audientiam, de præſcription. & cap. deputati. de appellat. tum etiam, quia veriſimile non eſt, quod ita ſupine paſſi fuiſſent ordinarij ſe priuari iure conferendi ſeparatim dictas portiones, vbi de veritate ipſius vnionis informati non fuiſſent, argumen. l. cum de indẽbito, ff. de probationibus, & denique deliquiſſent, etiam prouiſi de vicarijs tamdiu poſſidend. abſque titulo portiones ipſas, & in peccato tali moriendo, contra id, quod habetur in capitulo ſancimus, 1. quæſt. 7. quod ſcilicet nemo præſumatur immemor ſuæ ſalutis. Et denique conſiderabant Domini, quod deciſio Guidoboni poſſet applicari, vbi capitulum Tiraſonenſ. prætenderet acquiſiuiſſe ius præſentandi ad vicarias, & portiones mediante ipſa quadragenaria, nam hoc caſu bene deducendum eſſet tempus prouiſionum Apoſtolicarum, vbi illæ factæ non fuiſſent ad præſentationem capituli, & ratio eſt manifeſta, quia poſſeſſio capituli tunc non eſſet vniformis, ſtante quod prouiſi Apoſtolici non poſſederunt vigore præſentationis ſuæ, vnde ſicut ſtatui primæuo beneficij aliquid non detrahunt prouiſiones Apoſtolicæ aliter factæ, vt omnibus notum eſt, ita etiam ei robur attribuere non debent, vt pari paſſu res ipſa mediatur, & propterea nil mirum, ſi illud tempus deducitur. Verum hoc in caſu capitulum Tiraſonen. non prætendit principaliter acquiſiuiſſe aliquod ius præſentandi ad vicarias, minus ad ipſas portiones mediante hac quadragenaria, ſed ex quo non dubitatur quin ſibi competat ius liberum præſentandi ad ipſas vicarias, vt ex deductis conſtat, quod huiuſmodi vicariæ debent exerceri per portionarios, Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Borgia, ideo iure merito prætendit capitulum, quod præſentati ad vicarias debeant non tantum de eis prouideri, ſed ſimul de portionibus, quæ cum eis vacarunt, & hoc tum per neceſſariam conſequentiam ipſius iuris præſentandi vicarias, iuncta tamen obligatione capituli Borgiæ, de qua in literis dictæ erectionis, & laudis: tum etiam quia ad fauorem dictarum vicariarum poteſt dici tale ius legitime præſcriptum fuiſſe mediante ipſa quadragenaria poſſeſſione, & ita reſpectu capituli Tiraſonen. non videtur intrare poſſe regulam, leg. 1. ff. de authoritat. tutor. & leg. Ariſtor. in fine, quæ res pignori obligari poſſ. de qua per gloſſ. verb. diuturni, in §. ex non ſcripto, de iure natural. quod ſcilicet in conſequentiam ei permittitur, quod alias principaliter denegaretur: reſpectu autem commodi ipſarum vicariarum poteſt dici principaliter intrare quadragenariam ipſarum præſcriptionem, cum ſemper dict. durante tempore prouiſi de vicarijs, vniformiter poſſederint ipſas portiones, vt vicarijs annexas.

341 Pro quibus † facit ſequens declaratio S. Cõgregationis Concil. ſuper cap. 13. ſeſſ. 24. de reform. Si duæ parochiæ per conſuetudinem, quæ per quadraginta annos vigerint tanquam vnitę vni ſemper collatæ, ſine diſpenſatione fuerunt, eorum poſſeſſor nõ eſt moleſtandus.

344 Aduertendum † eſt autem circa ſupradicta, Felyn. dict. conſil. 2. à num. 16. & Rebuff. in praxi, tit. de vnio. num. 35. quem ſequitur Hoieda dict. cap. 3. 2. partis, num. 14. docere, quod alleganti vnionem eſſe factam ſufficit ad eam probandam probare poſſeſſionem quadraginta annorum, cum fama tituli, & citant Bartolus in leg. Celſus, num. 5. ff. de vſucapio. vbi vult, quod ſufficiat probare titulum ad vſucapionem publica fama, & ſequuntur alij relati in additione ibi litera F. & G. & Balbus in repet. d. l. Celſus. 1. par. num. 41.

345 Sed hæc † doctrina mihi videtur falſa, & contra textum in dicto capitulo 1. de præſcription. in ſexto, nec obſtat doctrina Bartoli, & ſequacium, quia non videtur vera, & eorum rationes ſolum concludunt ex fama cauſari iuſtum errorem, non vero probari titulum, & quando illa eſſet vera, non procederet, vbi ius commune præſcribenti reſiſteret, vt in propoſito.

346 Et quamuis Rota † ſecuta ſit dictam doctrinam

Felini in cauſa Alexandrina S. Stephani 2. Maij, & ☞ 20. Iunij 1597. coram Domino Lita, vbi fuit reſolutum, Vnionem probari ex poſſeſſione quadragenaria cum titulo ad conſilium Felini ſecundum plures per Rotam canonicatum, Rebuff. de vnio nu. 35. & de tit. conſtare, ex teſtibus deponentibus de ipſa vnione, de publica voce & fama, ad Fel. ibi, nu. 16. & 17. Item ex ſententia lata ad fauorem Abbatiæ S. Iuſtinæ de anno 1526. quæ dum dicit Eccleſiam hanc S. Stephani eſſe membrum d. Abbatiæ, virtualiter præſuppoſuit ipſam vnionem.

247 Tamen † illæ reſolutiones videntur poſtea reuocatæ, nam in eadem 15. Februar. 1599. coram D. Penna, Rota cenſuit, Reuocandum eſſe mandatum de manutenendo datum oblatis habentibus dictam Abbatiam, & concedendum ſeminario Alexandrino, pro cuius parte oſtenſum fuit de anteriori poſſeſſione, & conſequenter poſterior poſſeſſio inſtrumentalis ablatorum, non poterat manuteneri, nec obſtare prætentam vnionem, & ſic ſeminarium non potuiſſe acquirere validam poſſeſſionem: quia reſpondebatur adhuc de vnione non conſtare, & conſequenter non poſſe in ea fieri fundamentum.

248 Tertio † vnio probatur ex verbis enunciatiuis plurium inſtrumentorum antiquorum, in quibus talia beneficia tanquam vnita enuntientur, Puteus deciſ. 209. lib. 2. Caputaq. deciſ. 344. num. 2. & 347. à num. 2. part. 3. Maſcardus dicta concluſ. 1418. numero 12.

249 Et reddunt † rationem: nam verba enuntiatiua plurium inſtrumentorum antiquorum habent vim famæ, Baldus, Salicetus, & Paulus in l. cum aliquis. C. de iure deliberandi. Aymon de antiquitat. temporis 1. par. ſect. ampliatur nunc, numero 14. Hieronym. de Monte. de ſinib. regun. capitulo 66. num. 2. Valaſcus de iure emphyteutico, q. 9. num. 25. Menochius conſil. 191. nu. 79. lib. 2. Caputaq. deciſ. 337. parte 3. & Rota deciſ. 130. num. 1. parte 2. diuerſor. & alibi ſæpe.

250 Et fama † in antiquis bene probat etiam quod agatur de graui præiudicio, Innoc. in capitulo, veniens 1. de teſtibus, & ibi Felinus numero 16. Decius numero 20. & 21. & alij, idem Decius in capitulo 1. de appell. à numero 43. Alexand. conſil. 89. numero 4. libro 5. Aymon dict. 1. par. ſect. vilo in hac 3. part. Alciat. de præſumption. regul. 2. præſumpt. 3. & ibi addit. Boerius deciſ. 42. numero 32. Lanb. de iure patron. 2. part. 1. libro quæſt. 10. articulo 4. numero 13. Hieronym. de Monte ſupra cap. 55. Gregorius Lopez in leg. 29. titulo 16. par. 3. gl. 2. Duennas regul. 299. numero ſeptimo. Maſcardus concluſione 105. à numer. 1. & concluſione 753. numero ſeptimo, & concluſione 1129. numero decimo. Farinac. in praxi crim. 1. par. quæſt. 47. numero 106. & ſequent. plures referens, & dicens magis communiter receptum, & in Rota Romana canonicatuum, & Ioan. Garçia de nobilitate gloſſ. 18. §. 1. numero ſexto, & ſeptimo. plures etiam referens Zauallos, quæſt. 302. numero 8. Rota deciſio. 171. numero 7. & 176. numero 6. par. 1. diuerſor. & dict. deciſ. 130. part. 2.

251 Dummodo ſit † vniformis, & ſolida, Menoch. d. conſ. 191. nu. 86. ac conſtans, & illæſa, ſine varietate, & contrarietate. Ioan. Garçia ibi, nu. 13.

252 Et quod † verba enunciatiua inſtrumentorum antiquorum probent, tradunt Hieronym. de Monte ſupra capitul. 60. Valaſc. ſupra numero 22. & 23. Maſcardus concluſione 106. & 622. à numero 15. Chiſanenſ. deciſione 68. & Rota deciſio. 684. numero 1. parte 1. diuerſor. & *deciſ. 591. nouiſſ. Farinac. & 767. numero 2.*

253 Et ita in vna † Parmen. prioratus Sancti Iacobi ☞ 28. Iunij 1594. coram Domino Lita fuit reſolutum, Ex pluribus enuntiatiuis priuilegiorum antiquorum probari prioratum eſſe membrum monaſterij, & ſic Abbatem dicti monaſterij videri habere fundatam ſuam intentionem reſpectu collationis illius prioratus, & non Epiſcopum, & enunciatiuas duas antiquas habere vim famæ, &c. *& in Ferrarien. prioratus 4. Decembris 1609. coram Domino Penna fuit reſolutum, de regularitate conſtare ex pluribus inſtrumentis antiquis excedentibus metam centum annorum, quæ cùm habent vim famæ, probant in antiquis iſtam qualitatem beneficij, cum quibus concurrebant multa adminicula, &c.*

254 Quod † procedit, quando iſta inſtrumenta antiqua haberent originem à diuerſis perſonis, non ab eiſdem, Aretin. & Felin. numero quarto, in capitulo cum cauſam, de probation. Aymon dicta ſection. ampliatur nunc, numero decimoſeptimo. Hieronymus de Monte dicto capitulo ſexageſimo, numero ſeptimo, & decimo, & capitulo ſexageſimoſexto, numero ſeptimo. Caputaquenſis dicta deciſione 337. Achilles deciſion. 8. de iure patronat. Maſcardus dict. concluſ. 622. numero 18. Rota deciſione 388. par. 1. diuerſor. & dicta deciſion. 130. & 289. numero primo, parte ſecunda diuerſorum, & in Mediolanenſ. iuriſpatronatus coram Domino Comitulo de anno 1589. de qua ſupra 5. part. capit. vltim. num. 88.

255 Et quando verba † enunciatiua ſunt *clara*, Aymon ibi, numero vigeſimo ſexto, Rota deciſ. 168. num. 9. par. 2.

256 Sufficiat † tamen virtualiter enunciari vnionem, vt in vna Alben. plebis, 8. Aprilis 1598. co- ☞ ram Illuſtriſſimo Seraphino, in qua fuit reſolutum, Conſtare de vnione, ſeu annexione plebis de Dugliano, præpoſituræ Ferraniæ ex enuntiatiuis antiquiſſimis, de quibus in literis Innocen. III. & IV. in quibus enunciatur plebs tanquam de pertinentijs d. præpoſituræ, quæ confirmatæ ſunt per bullam Sixti IV. Puteus deciſ. 209. libro ſecundo, & fuit dictum in pluribus cauſis, vt in Tiraſonen. annexionis canonicatus coram Bubalo, & in Burgen. iuriſdictionis coram Orano, & Tudertina prioratus coram Lita, & alijs nec obſtare, quod clarè in dictis literis non fiat mentio de vnione, ſeu annexione, quia ſufficit, quod id virtualiter in eis contineatur, Socin. in leg. in ambiguo, numero ſeptimo, de rebus dubijs, Pariſius conſil. 44. numero quinto, libro primo, Aymon. 149. numero undecimo, & fuit dictum in cauſa Alexandrina Sancti Stephan. 20. Iunij 1597. coram Litta, vbi enunciabatur quædam Eccleſia membrum, iſta plebs, eſſe de poſſeſſionibus, & pertiuentijs præpoſituræ, quod idem importat, cum vna Eccleſia alteram non poſſit poſſidere, niſi ſit ei annexa; nec obſtare, quod iſtæ literæ non exhibeantur, ſed eis tantum conſtet per inſertum in literis Sixti, quia cum inſerantur de verbo ad verbum

bum, faciunt fidem, & operantur diuerſas enunciationes, Mohedan. deciſion. 3. de fide inſtrumentor. &c.

257 Et intellige, debere † habere originem à diuerſis perſonis non ſuſpectis, Hieronym. de Monte ſupra d. cap. 60. num. 11. & fuit reſolutum in Sutrina beneficij 18. Decembris 1587. ſupr. poſita. 7. par. cap. 15. num. 34.

258 Nam † enunciatiuæ plurium inſtrumentorum antiquorum non habent vim publicæ vocis, & famæ, ſi videntur emanaſſe à perſonis ſuſpectis, Hieronym. de Monte ibi, & Caputaquen. ſ. d. deciſ. 337. Achilles d. deciſ. 8. de iure patronat. Rota d. deciſ. 130. numer. 2. par. 2. & fuit reſolutum in vna Nouarien. coram Domino Pamphilio 5. Nouembris 1586. & in cauſa Tarraſina plebis de Medulo 16. Decembris 1588. coram Domino Bubalo. & in Albanen. prioratus 26. Nouembris 1588. coram Domino Otano adducta 6. parte, capit. vlt. num. 99. *& deciſion.* 590. *numero tertio &* 593. *num.* 5. *nouiſ. Farin.*

259 Et † ſufficiunt, & requirunt ad minus duo inſtrumenta, Aretinus, Felin. Aymon num. 19. & Maſcard. vbi proxime, Hieronym. de Monte d. capite 60. num. 9. & cap. 66. à num. 3. Valaſc. numero vigeſimoquarto, ſupr. Puteus in terminis dict. deciſion. 209. libro ſecundo, Chiſanen. dict. deciſ. 68. Rota deciſ. 185. 388. & 462. numero tertio, parte prima, & deciſion. 130. numero primo & 168. numero octauo & 288. & ſeq. numero primo, par. 2. diuerſor. & in illa Parmen. prioratus, de qua ſupra numero 253. & fuit alias reſolutum in d. Sutrina beneficij 18. Decembris 1587. *& eſt deciſion. 723. nouiſ. Farinacij.*

260 Et ita in † cauſa Caputaquenſ. vnionis, 27. Nouembris 1587. coram Domino Bubalo fuit reſolutum, Quod vnio non probatur per enunciatiuam inſtrumenti locationis de anno 1509. Tum quia eſt vnica, tum quia non eſt de antiquo, & enunciatiua inſtrumentorum, bene probant, quando ſunt plures, & de antiquo, quia habent vim famæ, & in probatione vnionis requiritur immemorialis. Et cauſa iterum propoſita, 12. Februarij & 16. Martij 1588. dominj ſteterunt in reſolutis; *& concordat deciſ. 153. nouiſſ. Farin. num. 7. &* 8.

261 Sed † difficultas eſt, quod dicatur antiquum in propoſitore in quo Maſcard. d. concluſ. 622. numer. decimoſexto, cum Socino Iuniore, Bertrando, Decio, & Gail. docet, hanc antiquitatem in hoc caſu debere eſſe centum annorum: idem docet Hieron. de Monte d. capite ſexageſimo, numero decimoſeptimo, Valaſcus ſupra numero decimoſexto, & Menochius d. conſil. 191. numero ſeptuageſimonono. lib. 2.

262 Et † facit, nam quamuis variæ ſunt opiniones, quod dicatur antiquum in materia probationis, vt per Aymon de antiquitate prima parte, ſectione 1. Duennas dicta regula 299. numero ſeptimo, Menochius de arb. tract. lib. 2. caſu 1. Maſcardus conel. 103. à num. 1. Simon de Præt. de interpret. vltim. voluntat. libro quinto, interpretatione 2. dubitatione vltima à num. 231. & Morlam. in Emporio iuris 1. par. quæſt. 11. tit. 11. num. 7. *Peregr. de fideicom. art. 44. num.* 18.

263 Tamen † communis, & magis recepta opinio eſt, vt requiratur tempus centum annorum, vt per Alexandrum d. conſil. 89. num. 5. & in alijs conſiliis Iaſonen. in repet. l. admonendi, num. 246. ff. de iure iurand. & in l. cum aliquis, num. 7. C. de iure deliberandi, Decium in capite primo, de appellat. num. 47. Aymonem numer. 4. Duennas, Valaſcum, Mascardum, numero ſeptimo, & Morlam. ibi, & Ioannem Gutierez conſil. 1. numero 5. & Farinacium prima parte, quæſtion. 47. num. 112. & 117. & de teſtibus quæſt. 69. à num. 142. Zauallos dict. quæſtion. 302. num. 9.

264 Quod † Rota intelligit quoad inſtrumenta & ſcripturas, Puteus deciſ. 212. lib. 1. Caputaquen. deciſ. 28. num. 4. par. 1. Quæ ſic debet intelligi, & Rota in deciſ. 185. par. 1. *Et in deciſ. 288. in princ. par. 2. & in deciſ. 723. nouiſ. Farin. & in Sutrina:* in teſtibus vero illud dicit antiquum quod excedit ſexaginta annos, Caputaquenſis deciſ. 5. num. 3. & deciſ. 298. part. 3. Granutius Theoremate 22. num. 5. Burſatus conſil. 151. à num. 29. lib. 2. & Farinacius dict. quæſt. 47. num. 116. & 122. & d. q. 69. num. 145. & Rota deciſ. 155. num. 13. par. 2. diuerſorum.

265 Et ita † in vna Fauentina prætenſæ dotis 5. Iunij 1560. fuit dictum, Rotam tenere quod reſpectu teſtium illud dicitur de antiquo, quod excedit metam 60. annorum iuxta conſilium Alexandri 4. libro 2. licet reſpectu inſtrumentorum requiratur tempus centum annorum: vt per Verallum. deciſ. 240. lib. 1. in manuſcript. & vide declarationem Sacræ Congregationis Concilij ſupra adductam 5. par. cap. vltim. num. 92.

266 Rota † tamen in d. deciſ. Putei 209. lib. 3. in fine in terminis illius deciſionis in inſtrumento tenuit tempus nonaginta nouem annorum pro antiquo, & ſequitur Maſcardus dict. concluſ. 1418. num. 12. dicens cum dict. deciſ. quod ex verbis enuntiatiuis inſtrumentorum antiquorum, puta 99. vel 100. annorum probatur vnio. Quod ſuſtineri poteſt cum in tanto tempore vnus annus, plus vel minus, importet parum.

267 Et tam † in teſtibus, quam in inſtrumentis cum ambigitur, an ſint de antiquo, detrahēdum eſt tempus litis, Puteus deciſ. 449. num. 2. in fin. lib. 2. Rota deciſion. 185. in princip. & 188. num. 1. par. 1. & dict. deciſion. 288. in prin. parte ſecunda. Et in vna Tudertina bonorum 23. Maij 1569. coram D. Seraphino in qua fuit reſolutum, Commiſſionem, quemadmodum interrumpit præſcriptionem, ita interrumpere eam præſumptionem, quæ oritur ex antiquitate temporis, & paſſim tam in teſtibus, quam in inſtrumentis cum ambigitur, an ſint de antiquo, Rotam ſolere detrahere tempus litis, &c. Granutius ſupra & Farinacius dict. num. 116. & dec. 822. nouiſ. eiuſdem Farin.

268 Ad quod etiam eſt † deciſio in cauſa Melitenſi præcedentiæ 5. Decembris 1578. coram eodem Domino Seraphino, in qua fuit reſolutum, Quod quamuis regula ſit, quod ſit præſumendum pro ſententia, Gabriel de ſententiis concluſione 5. tamen ſtylus Rotæ non admittit talem præſumptiuam iuſtificationem in ſententijs extra Rotam, niſi in ſententijs valde antiquis, puta centum annorum, & in quibus clara eſt obſeruantia, & quod ceſſat etiam præſumptio ex reclamationibus, non obſtante ſententiæ antiquitate, quia ſententia

an ſit de antiquo, eſt arbitrarium, Abbas conſil.4. num.14.1.par. Præſumptio autem, quæ ex antiquitate oritur facile eliditur per contradictionem, vt fuit reſolutum in dicta Tudertina bonorum: nec in Rota attenditur tranſitus in rem iudicatam, niſi conſtet de iuſtitia, & ſi ſententia eſt iniuſta, non tranſibit in iudicatum, de quo quando ſententia dicatur antiqua, vide deciſiones in cauſa Burgenſi iuriſdictionis de Virbieſca ſupra adductas 3.parte, capitul.2. à numero 205. maximè tertiam & quartam.

269 Quod autem dictum eſt, vnionem probari ex enuntiatiuis inſtrumentorum antiquorum, accipiendum eſt concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione ipſius vnionis, non alias, iuxta illud, quod alias in ſimili de iurepatronatus tradit Achilles deciſ.6. de iure patronatus ſeu 319. Puteus 60. & 140. in fin.libri 1. & dictum eſt ſupra 5.parte capitul. vlt. à num.87.

270 Et facit † quod dicit Aymon conſil.276. num. 32. quod licet alias in antiquis probationes leuiores, ſeu præſumptiuæ, & coniecturales admittantur, hoc tamen non habet locum contra poſſeſſorem, contra quem actor debet pleniſſime probare, non obſtante temporis antiquitate: & idem concludit Ripa in l.rem quæ nobis, de acquirenda poſſeſſione numero quinquageſimonono. Corneus conſil.35. colum.penult.lib.1. & conſilio 10.colum.2. libro 2. & conſilio 24. & 130. libro 4. Socinus conſilio 194. colum.final. libro ſecundo. Tobias Nonius conſil. 6. numero decimo, poſt Abbatem in capitul. veniens 1. numero octauo, vbi Decius numero vigeſimo ſecundo, de teſtibus & in capitul.inter dilectos, de fide inſtrument.numero ſexto, Afflictis deciſion. 277. Ioannes Nicolaus Aretalanus in addit. vltim. ad Alciatum regul.2. præſumpt.20. & Maſcardus concluſion.547.numero 6.& 7.coneluſ.551.num.9. & 10.

271 Quamuis † idem Aymon d.tract.de antiquitate, 1.par.ſect.viſo in hac 1.num.4. & 5. & ſect.vltim. numero 33. teneat ſufficere probationes leuiores per indicia, & coniecturas, vel famam in antiquis etiam contra poſſeſſorem, qui nondum præſcripſit, & ſequitur Menochius de arbitrarijs libro ſecundo, caſu 115. numero quarto. Maſcardus dict.concluſion.103. numero 17. Farinacius dict. quæſtion.47. numero 118. & Ioannes Garcia de nobilitate, gloſſ. 18. §.1. à numero nono, poſt Aretinum & Felynum numero 16. in dicto capitul. veniens, & Decium conſil.428. & in capite primo, de appellat. à numero 44.

272 Quæ † ſententia mihi non placet, & non ſolum poſſet procedere, quando prætens ſtatus, & poſſeſſio illius contra quem agitur, non repugnaret illis indicijs, & coniecturis ſeu intentioni agentis, aut quando ageretur de recuperanda re amiſſa, de qua amiſſione alias conſtaret.

273 Vltimò † probatur vnio per confeſſionem partis aduerſæ, Oldradus conſil.296.num.4. Caputaquenſis deciſ.344. num.3. & 4.p.3. & ſequitur Maſcardus dict.concluſ.1418.num.15.

274 Sed hæc † ſententia patitur difficultatem, primo ex eo, quod titulus beneficij non probatur per confeſſionem aduerſarij, licet ex ea poſſit iuſtificari, & coadiuuari, gloſſ. in capitul.duobus. vers. ſi non appareat, & ibi Doctores de reſcript.in 6. Rebuffus de pacificis poſſeſſoris numero 194. alias 162. Aymon conſilio 93. numero 5. Azeuedus conſilio 12. à numero 16. Rota deciſion.9. de reſtitut. ſpoliat. in nouis, & ibi additio, & in deciſion.8. de cauſa poſſeſſ.in antiquit. & deciſion.44. de teſtibus in antiquis. quæ ait, quod confeſſio partis non ſufficit ad effectum adiudicandi beneficium alteri, licet ſufficiat ad imponendum ſilentium parti confitenti, & Rota deciſion.534.num.3.par.1. diuerſorum; ergo nec vnio.

275 Secundò, quia † ius patronatus non probatur ex ſola confeſſione aduerſarij, vt Sacra Congregatio Concilij cenſuit ſupra. capite nono, ſeſſ.25. de reformatione his verbis: An per confeſſionem ſupplicantis, & narrationem, quod beneficium eſt iuriſpatronatus alicuius ex fundatione, vel dotatione, probetur titulus iuriſpatronat. ad formam huius Capituli Concilij in principio, ita vt non ſit neceſſe eundem titulum oſtendere, etiam ex authentico documento, ſiue ex multiplicatis præſentationibus per tempus quod hominum memoriam non excedat, Congregatio reſpondit non ſufficienter probari per ſolam confeſſionem.

276 Vnde † prædicta ſententia non videtur vera, niſi concurrentibus adminiculis & coniecturis, vt in ſimili de iure patronatus, alias tenuit Rota in vna Regienſi iuriſpatronatus 9.Maij 1586. coram Domino Pamphilio, vt in deciſione ſequenti. Domini pro maiori parte tenuerunt, ſatis conſtare de iure patronatus, &c. Accedit etiam pro confirmatione iuriſpatronatus confeſſio ipſius domini Camilli in eius prouiſione, quæ ſaltim in ſui præiudicium ſufficit ad probandum ius patronatus, etiam ex fundatione, vel dotatione. Caſſadorus deciſion.7.de iure patronatus, Puteus deciſ.6.lib.3. Peregrinus deciſion.62. libro ſecundo. Præſertim vbi eſt adminiculata ex pluribus adminiculis & coniecturis, Achilles deciſ. vnica de confeſſis. Sic non obſtat reſolutio Sacræ Congregationis Concilij quæ loquitur, vbi quis ſola confeſſione nititur: *refert Genuenſ.in praxi capite 66. num.26.in annot.*

277 Idem in vna Gerundenſi † permutationis 17. Maij 1593. coram Domino Litta, vt in deciſione ſequenti. Dubitaui, an conſtet, quod hebdomadari curata Eccleſiæ parochialis loci de Aqua viua ſit de iure patronatus Archidiaconatus Empuritanenſis in caſu, & ad effectum, de quo agitur: & domini tenuerunt ſufficienter conſtare de iure patronatus in caſu, & ad effectum, de quo agitur, hoc eſt ad effectum, vt ipſa permutatio non valeat tanquam facta ſine conſenſu dicti Archidiaconi, & non ad effectum canonicandi ipſum ius patronatus, nam hoc caſu maior probatio requireretur: moti igitur fuerunt domini ex eo, quod permutantes pluries confeſſi fuerunt etiam medio iuramento, quod dicta hebdomadaria eſt de iure patronatus dicti Archidiaconi, quas confeſſiones Archidiaconus acceptauit denegando conſenſum præſtare dictæ permutationi iam factæ, quæ confeſſio in præiudicium ipſorum confitentium plebe probat ad textum in leg.cum te, Cod. de tranſaction. in leg. generaliter Cod. de non numerata pecunia Baldus conſil.191. numero octauo, libro ſecundo. Oldradus conſilio 296.numero quarto. Caputaquenſis deciſione 344. num.3.

num. 3. lib. 3. & in terminis iuris patronatus tenuit Rota, concurrentibus tamen alijs adminiculis in illa Pampilonensi iurispatronatus, 26. Iunij 1586. coram Reuerendo P.D. Orano, & in vna Regiensi iurispatronatus, coram R. P.D. Pamphilio, & in illa Mediolanensi Capellaniæ coram R.D. Dom.meo Decano. Verum hoc in casu non desunt adminicula, datur enim instrumentum visitationis de anno 1578, in quo dicitur hanc hebdomadariam esse de iure patronatus d. Archidiaconatus, & in alijs pluribus instrumentis visitationum dicitur eam spectare ad collationem dicti Archidiaconi, & clarum est verbum collatio comprehendere præsentationem, vt per Rebuffum in praxi de deuolutione num. 70. Dantur etiam literæ prouisionum factarum de dicto beneficio ab ordinario, cum consensu dicti Archidiaconi eo expresso, quod ad illius collationem seu præsentationem spectet, & dantur testes deponẽtes de auditu, quod dict. hebdomadaria sit de iure patron. dict. Archidiac. quæ omnia visa fuerunt Dominis sufficientia pro adminiculis hoc in casu, cum non agatur, vt dixi, ad canonicationem dict. iurispatronatus.

278 Idem etiam in causa † Pampilonensi beneficij de Tansi 10. Aprilis, & 20. Nouembr. 1595. coram D. Mantica, & 9. Maij 1597. coram Lita, vt in dec. 526. 533. & 536. est. & in causa Placentina Capellaniæ, 24. Nouemb. eiusdem anni coram D. Penna, vt in decis. seq. Circumscriptis testium exceptionibus gratia D. Iulij de Becoria vltimo loco producta videbatur iustificata quoad narratiuam iurispatronatus ex fundatione vel dotatione, ex confessione Augustini, qui in sua gratia confessus fuerat Capellaniam ad altare Sanctæ Mariæ Angelorum in Ecclesia S. Petri oppidi de Castigio esse de iure patronatus laicorum de Becoria, Puteus decis. 326. num. 3. lib. 2. & decis. 36. lib. 3. Peregrinus 64. lib. 2. Præsertim cum esset adminiculata, ex duabus præsentationib. de annis 1495. & 1507. nec ageretur ad canonicationem iurispatronatos, cum ordinarius non esset in causa, nec pro libertate beneficij certaret: item dicebatur iustificata, quoad præsentationem narratam factam à patronis de persona Iulij infra quatuor menses cum institutione subsecuta ex sola exhibitione instrumentorum, qualiscumque præsentatio fuisset, sufficere factã fuisse de facto. Aegidius decis. 115. incipien. falsa expressio, Verallus 407. p. 2. Quod vero idem Iulius nullos fructus percepisset ex prædicta Capellania ex eiusdem Iulij assertione censebatur probatum ex eo, quod actus negatiuus in facto proprio negantis consistens per eius assertionem cum iuramento probari possit, Ripa in leg. si constante ff. soluto matrim. num. 20. & 21. Alciatus de præsumptionibus regul. 3. præsumptio. 20. num. 2.

279 Tandem idem † tenuit Rota in vna Lucana parochialis 25. Iunij 1601. coram Domino Pamphilio.

280 Iuxta quas decisiones, † ita demum ex confessione partis aduersæ concurrentibus etiam adminiculis & coniecturis probabitur vnio, si non agatur ad illius canonicationem, si enim ageretur ad canonicationem vnionis, seu ad declarandum beneficiũ vnitum, id non sufficeret, vt dicitur de iure patronatus, sed probanda erit per instrumentum seu literas ipsius vnionis, aut per immemorialem, seu quadragenariam cum titulo, vel ex verbis enuntiatiuis instrumentorum antiquorum, iuxta dicta. Quamuis confessio etiam non sola reuocata actoris prætendẽtis beneficium, tanquam non vnitum, sufficeret ad imponendum ei silẽtium iuxta dictam decisionem 44. de testibus in antiquis, &c. & Aymon. d. consil. 93. num. 5.

281 At septimum, quando vnio † dicatur sortita effectum, quod est vtile ad reg. 12. Cancellariæ ab omnibus Papis fieri solitam, in qua reuocantur vniones, quæ suum non sunt sortitæ effectum, & ad Decretum Concilij, sess. 7. cap. 6. de reform. & sess. 25. capit. 9. versicul. insuper accessiones dicendum est vnionem dici sortitam effectum, si secuta sit possessio, non alias. Glossator dicta regula quæ apud eũ est 11. qui ait, quod super hoc emanauit quædam extrauagans Martini V. quę declarat istam regulam in quantum dicit, nisi sortitæ sint effectum, scilicet, quando non est secuta possessio. & ibi Mandos. q. 5. Hoieda d. c. de vnio. in fi.

282 Et sic subsecuta possessione ante dict. regulam reuocatoriam supernenientem, vnio per eam reuocatur, & succedente vacatione potest de beneficio, tanquam vere vacante legitimè prouideri, nisi vnio sit facta pro dote necessaria, &c. Mandosius ibi, & quæst. 3. Mohed. dec. 6. de priuil. alias 138. & Rota dec. 1136. lib. 3. part. 3. diuersorum in vna Abulensi anno 1540. Thanis decis. 43. in manuscriptis. *quæ videtur esse in causa Cõchensi medietatis fructuum parochialis de Villanueua de la Iara, vbi resolutum est per Rotam, collegium scholarium esse locum pium, & applicationem dictæ medietatis per bullam Adriani Sexti factam collegio Conchen. vniuersitatis Salamantinæ fuisse in dotem necessariam illi assignatam in erectione collegij, & pro sustentatione pauperum, quamuis postea dicta applicatio fuit nulla iudicata, quia non fuit facta mentio de alia prima pẽsione, vt dictum est 1 ip. c. 5. nu. 563. & totum id refertur in libro statutorum dicti collegij.*

283 In qua dicitur quod † regula reuocatoria vniorum quæ non sunt sortitæ effectum intelligitur, quod vnio sit sortita effectum, quando ipsius vigore fuit capta possessio, ita commentator ipsius regu. ibi. quem domini, alias secuti sunt, & licet d. regul. habeat verba amplissima etiã de vnionibus factis in fauorẽ Ecclesiarũ & piorũ locorum, tamen intelligitur reuocata vnio facta pro constitutione dotis, vel augmento cultus diuini, quia si de eis Papa cogitasset vel interrogatus esset, verisimiliter respondisset. argum. tale pactum §. fi. ff. de pactis, & referebant antiquiores ita iudicatum in vna Calagurritana, & ita tenuere 13. Octob. 1542. in vna Conchen. coram Ioanne Paulo: fuit tamen dictum, quod alias tentũ est solum in dote necessaria, & non augmentatiua. Ita dixit Cardinalis Crescentinus tunc Auditor. Ita in d. decis. Thanis.

284 Et in vna Toletana † beneficij de Vallecas, 20. Nouembris 1592. coram D. Gipsio fuit resolutum, Quod vnio beneficii, quę non fuit sortita effectum ante regulas reuocatorias Gregorij XIII. & Sixti V. est per illas reuocata, per ea quæ scribit glossator super regula reuocatoria vnionum in fi. Thanis decis. 43. Acorambonus 20. li. 1. & non fuit sortita effectũ si Papa voluit effectum sortiri post obitũ possessoris, qui obijt de anno 1590. & etiamsi ante regulam

reuoca-

reuocatoriam poſſeſſio capta non fuit per monaſterium, cui unio facta eſt, minuſque fructus percepti, prout requiritur, Calderinus conſil. ultimo num. 2. de rebus Eccleſiæ, tradit Modernus in regula 12. q. 5. num. 1. Thanis ſupra. Nec refert, quod medietas fructuum loco penſionis reſeruata fuerit monaſterio, Calderinus ſupra, & licet unio pro augmento cultus diuini facta ſub dicta regula reuocatoria comprehendi non uideatur, Crescentius deciſ. 14. lib. 1. alias 141. quæ in impreſſis eſt prima, de parochijs, Mohedanus 145. Tholomeus 49. quæ eſt 3. p. diuerſorum lib. 3. deciſ. 1143. Achilles 1. ſuper regul. id intelligendum eſt de augmento pro dote neceſſaria illius Eccleſiæ, cui fit unio, (de quo debet conſtare) Oldradus conſ. 261. Puteus deciſ. 337. lib. 1. Achilles ſup. & in una Conchenſi erectionis 13. Aprilis præterea coram Domino Seraphino, & in una Virdunenſi canonicatus, 28. Maij 1582. coram eodem Domino Gipſio, alias regulæ reuocatoriæ fruſtratoriæ eſſent, cum ſemper uniones pro augmento cultus diuini fiant. Nec refert, quod fratres monaſterij uiuant eleemoſinis, quæ nõ computantur in dotem Eccleſiæ, Rochus de iure patronat. uerb. dotauit, Lamb. lib. 1. 1. par. quæſt. 55. cum dictum monaſterium ſit fratrum mendicantium Sancti Dominici, qui ex eleemoſynis uiuere debent, & ſatis eſt, quod ante eſſ. &uationem monaſterio opulenta hæreditas relicta ſit, nam quando unio deuenit ad caſum, &c.

285 Et in † una Mediolan. diſmembrationis 16. Nouembris 1594. coram Domino Otano fuit reſolutum, Quod unio facta, qua non eſt ſortita effectum, ante regulam Sixti Quinti, reuocatur, quando non fuit facta ex cauſa neceſſitatis, ſed uoluptatis, uel utilitatis, &c.

286 Et in una † Cæſarauguſtana fructuum 10. Nouembris 1595. coram Domino Iuſto fuit reſolutum dictas regulas ceſſare, quando diſmembratio fit pro dote monaſterij in augmentum cultus diuini, Puteus deciſ. 331. & 337. libro 1. Achilles deciſion. 1. de regula, &c. Fu t enim d. diſmembratio pro dote cuiuſdam monaſterij monialium erigendi in oppido de Alcania.

287 In qua † etiam fuit dictum d. reg. Cancellariæ, quæ ſuperuenit de vnionib. non ſortitis effectum nõ obſtare in caſu illo, in quo aliqua bonorum portio à beneficio eſt diſmembrata, & vnita monaſterio, *& nouiſſ. in una Tolet. capitulo de Paſtrana. 23. Ian. 1608. coram D. Pamphil fuit reſolutum quòd unio non fuit valida, &c. R. vnio.*

288 Quod † tamen non videtur verum, quia regula etiam de diſmembrationibus expreſſe loquitur ibi, & diſmembrationes etiam perpetuas. Mandoſius ibi, quæſt. 2.

289 Eſt etiam circa prædicta deciſio † in cauſa Conthenſi erectionis, 13. Aprilis 1592. coram Domino Seraphino, quæ ſic ait: Domini vnanimiter cenſuerunt vnionem, de qua agitur, non cadere ſub regula reuocatoria vnionum, ex quo applicatio iſta bonorum fabricæ locorum depopulatorum fit pro dote neceſſaria beneficij erigendi, & pro augmento cultus diuini, Mohedanus deciſ. 145. Crescentius 116. & 141. alias 1. & 3. de paroch. Fabius 5. lib. 1. Puteus 341. libr. 1. Achilles 397. Verallus 389. lib. 1. in manuſcriptis, Thanis 43. Antonius Auguſtinus in regula reuocatoria, vnionum, num. 1. & 2. nec procedit ſolum in vnione pro beneficio erecto, ſed etiam in ea quæ fit in ipſa beneficij erectione, prout expreſſe loquitur dicta deciſio 116. & 141. Crescentius, vt patet ex earum lectura, & ex deciſione 138. in qua narratur factum illius cauſæ. Cõfirmabitur ex eo, quod cum gratia erectionis non expirauerit, vt fuit reſolutum, conſequens eſt, vt non expirauerit vnio, quæ venit in neceſſariam conſequentiam, cum ſit eius omnino neceſſaria. Præterea rationes conſideratæ dicta deciſ. 141. hic militant, cum hic non extinguatur aliquod corpus beneficij, & alteri applicetur, nec etiã bona alicuius beneficij, ita quod in nullo lædatur facultas conferendi, quæ fuit præcipua cauſa regulæ reuocatoriæ, ſed tantum applicantur bona vacantia fabricæ locorum depopulatorum in quibus Eccleſiæ delierunt eſſe in rerum natura, quæ eſſent conuertenda in vſum fabricæ earundem Eccleſiarum, ſi extarent, & non eſſent dirutæ. Et quod d. regula nõ habeat locum quando vnio fit ex cauſa dotis, & neceſſaria alicuius loci, vel rei piæ, tradit etiam poſt hæc Gonçalez d. 41. gloſſ. 5. §. 7. num. 48. dicens fuiſſe etiam dictum in dicta Cæſarauguſtana diſmembrationis fructuum, 13. Maij 1596. coram eod. Domino Iuſto, & num. 51. ait, quod etiam non habet locum dicta regula quando vnus ordo ſupprimeretur in totum, & eius beneficia alteri applicarentur, vt fuit reſolutum in vna Tiraſonenſi Prioratus 17. Februar. 1595. coram D. Blancheto.

290 Aduertendum eſt autem, † quod quamuis Mãdoſ. dicta quæſt. 5. num. 3. & Rota in dicta Toletana cum Calderino videantur velle, vt vnio dicatur ſortita effectum, fructus etiam eſſe percepti, *id* non exiſtimo neceſſarium, ſed ſtatim, ac poſſeſſio capta eſt dici ſortitam effectum, & ita videntur tenere Gloſſator in dicta regula deciſ. Thanis & practicabilia Rotæ ſupra.

291 Et † conducit deciſio in cauſa Peruſina beneficij 1. Aprilis 1596. coram Domino Blancheto, in qua fuit reſolutum, Quod vnio facta de Eccleſia, ſeu beneficio de licentia beneficiati cum fructuum ſibi reſeruatione ſtatim ſortitur effectum capta poſſeſſione ante fructuum perceptionem, ita vt non reuocetur, per regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionis ſuperuenientẽ, durante adhuc reſeruatione fructuum, ſecus eſſet, ſi vnio eſſet ſuſpenſa poſt ceſſum, vel deceſſum beneficiati, Pariſius conſil. 3. num. 18. lib. 4. Oldradus. conſ. 223.

292 Neque etiam eſt neceſſarium † ad iſtum effectũ vt unio dicatur ſortita effectum, quod poſſeſſio ſit pacifica, quicquid gloſſa ſupra.

293 Requiritur † tamen præciſe poſſeſſio, nec ſufficit uoluiſſe capere poſſeſſionem, & feciſſe quantum in ſe fuit, & non potuiſſe habere, &c. quicquid uelit Gloſſator ibi.

294 Rurſus aduertendum eſt, † quod reg. iſta reuocatoria non uidetur intrare, ſi ſaltem in parte unio ſortita fuit effectum, nam tunc dici non poteſt unionem ſuum non eſſe ſortitam effectum, cum in parte eum ſortita fuerit, & negatiua totum excludat, in dubio potius eſt pronuntiandum pro non reuocatione, Rom. conſ. 327. in princ. & Rota deciſ. 468. nu. 1. par. 1. diuerſorum.

295 Et cum in una † Burgenſi unionis de Helinis dubitaretur. An dictum capite ſexto, §. illæ uero ſeſſ. 7. habeat locũ in unione, quæ tempore publicationis

Concilij

Concilij Tridentini erat effectuata in parte. ſic reſpõſum eſt; Congreg. Concilij Trident. reſponderat non habere locum, Poſtea dubio iterum propoſito ſtetit in deciſis à Cardinali Carrafa 12. Iunij 1580.

296 Et in † hac cauſa Rota coram Domino Orano 28. Iunij 1589. reſoluit, Intrare decretum Conçilij ſeſſ. 25. capite nono, verſicul. inſuper receſſiones, quia vnio in ea plenarium non fuit ſortita effectum, licèt beneficia vnita ſupprimantur, quæ differentia prouenit ex diuerſitate verborum illorum decretorum.

297 Vltimo vnio facta † ex cauſa oneroſa, & in recompenſam, non reuocatur per d. regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionum, vt fuit reſolutum in vna Eugubina beneficij 4. Iunij 1584. coram Dom. Rubeis: & in alia Eugubina S. Stephani 29. Martij 1596. coram D. Arigonio, de qua ſupra p. præced. c. 4. nu. 42. ad Moheda. dec. 145. Creſcen. 141. Puteũ 337. lib. 1, Gonçalez ſup. nu. 50.

298 Et facit, † quod videtur tenere Mand. ibi q. 8. regulã illam locum ſibi non vendicare in vnione facta ex cauſa remuneratoria ob ſeruitia, ſeu merita extraordinaria, vt per eum regula 13. part. 8. num. 11. & ſeq.

299 Quamuis † in vnione facta cum clauſula in vim contractus habere locum aliàs Rota reſoluerit in vna Abulenſi de anno 1540. vt per Mohedanum deciſion. 6. de priuileg. Puteum 52. libro primo, & deciſ. 1136. lib. 3. p. 3. diuerſorum, & tradit Mandoſ. ibi q. vlt.

300 Et quando vnus dat † de regula reuocatoria, & alter explicat vnionem fuiſſe ſortitam effectum, cui incumbat onus probandi, vide Mandoſium ibi quæſt. 7.

301 Ad vltimum de † reuocationis vnionis, vide Petrum de Perufio in tractat. de reuocatione vnionis, Caccialupum d. tractatu de vnio. art. 9. & 10. Rebu. in praxi titul. de vnionis reuocatione, Gambarum de offic. legati libr. 5. rubr. 1. de poteſtate legati in vniendo ex numero 153. & Rotam deciſ. 542. 578. 596. & 642. lib. 3. part. 3. diuerſorum, & Açor d. 2. p. lib. 6. c. 29.

302 Et in ſumma † dicendum eſt primo, quod ille poteſt vnionem diſſoluere, qui potuit illam facere, quam regulam ponit Caccialupus art. 9. & Rebuf. num. 15.

303 Qui † num. ſeq. cum P. de Perufio d. tract. c. 4. ait quod poteſt Epiſcopus vnionem non ſolũ à ſe factã, ſed etiam à Papa, vel legato reuocare cauſa ſubſiſtente, nam Papa vniendo noluit tollere poteſtatem ordinarij, c. 2. de religioſ. domibus. Feder. conſ. 263. & ſequitur Azor d. c. 29. q. 5.

304 Hoc † tamen de reuocanda vnione facta à Papa intelligit Petrus de Perufio d. c. 4. quando illa vnio facta ſit à Papa ex ordinaria poteſtate, ſecus ſi ex plenitudine poteſtatis, quam etiam legatum non poſſe reuocare ait.

305 Secundo dicendum † eſt, quod vnio reuocari poteſt ceſſante cauſa propter quam facta eſt, Caccialupus d. art. 9. Rebuffus n. 1. & 2. vel aliàs ex cauſa neceſſitatis, & vtilitatis Eccleſiæ, vel quia redundat in eius damnum, Rebuf. à nu. 3. & Acor d. ca. 29. q. 4. & c. præced. q. 21.

306 Aduertendum eſt tamen † cum Petr. de Perufio cap. 3. quæſt. 3. quod vnio facta de eccleſia debili, ſeu paupere, non diſſoluitur, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, Cenzellinus Clement. fin. verb. defenſor. de rebus Eccleſiæ: tribuit tamen talis reſtauratio iuſtam cauſam diſſolutionis, Acor dict. quæſt. 4.

307 Tertio dicendum eſt, quod in † reuocanda vnione requiritur cauſæ cognitio, & conſenſus capituli, ſicut in facienda, Petrus de Perufio cap. 3. 4. 5. & 6. & Rebuffus à numero 24. Acor dict. capit. 29. qu. 5. & 6.

308 Et vlterius requiritur † vocatio defenſoris, gloſſator in d. Clemen. fi. verb. vacabat, Petrus de Perufio dict. cap. 3. & Rebuffus num. 13. & citatio eorum quorum intereſt vnionem non reuocari, Petrus de Perufio d. cap. 6. Rebuffus ſupr. à num. 26. & Açor d. q. 6.

309 Quarto dicendum eſt, quod † reuocatio vnionis operatur, quod Eccleſia vnita remaneat in ſtatu antiquo, & ſicut erat ante vnionem, Caccialupus artic. 10. Petrus de Perufio ſupra cap. 7. & vlt. & Rebuf. à num. 38.

## *De diſmembratione. Cap. III.*

### SVMMARIA.

*PEr diſmembrationem licet non extinguatur beneficiũ, ſeu eccleſia, alteratur tamen & diminuitur in bonis & fructibus, ſed redditibus; eſt enim diſmembratio cum aliqua bona ſeu fructus beneficij ab eo ſeparantur, & alteri applicantur, nu. 1. & ita quando fructus beneficij alteri vniuntur, & remanente beneficio penes ſuum rectorem, potius eſt diſmembratio quam vnio, nu. 2.*

*In diſmembratione, ſeu diminutione beneficij eadem cauſæ & ſolemnitates requiruntur, quæ in vnione, & ſic conſenſus capituli requiritur, etiam vocatio rectoris, vel defenſoris, & aliæ ſolemnitates in alienatione rei eccleſiæ requiſitæ. n. 3. & ſeq. vbi ponuntur deciſ. Rotæ.*

*Circa illud, quod in dec. Marſican. poſitis dicitur ad augendum ſeruitium requiri, quod probetur, aliquos parochianos ſine ſacramentis deceſſiſſe ob multitudinem incolarum, & miniſtrorum paucitatem, obiter aduertitur Sacram Congregationem contrarium cenſuiſſe, vt in declaratione poſita, num. 9. cui ſtandum eſt, quamuis Rota eam intelligat, Epiſcopum ita poſſe ex officio, ſi ſibi extraiudicialiter videbitur, ita eſſe opus, & arbitretur, &c. vt in reſolutione poſita, num. 10.*

*Quod dictum eſt in diſmembratione, ſeu diminutione beneficii, requiri conſenſum capituli ſicut in vnione, ita demum procedit in diſmembratione beneficiorum eccleſiæ inferioris, ſi Epiſcopus ſit author ipſius num. 11. ſecus ſi Epiſcopus non ſit author, ſed rector, nam in alienatione, qualis eſt diſmembratio rei Eccleſiæ inferioris, quando Epiſcopus non eſt author, ſed rector ipſius Eccleſiæ non habentis collegium, ſufficit, quod rector alienet cum authoritate ſolius Epiſcopi, & ſi habet collegium, requiritur etiam conſus collegij, nu. 12.*

1 PEr diſmembrationem † licèt non extinguatur beneficium, ſeu Eccleſia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis, fructibus, ſeu redditibus, eſt enim diſmembratio cum aliqua bona fructus, ſeu redditus beneficij ab eo ſeparantur, & alteri applicantur.

2 Et ita † quando fructus alicuius beneficij alteri vniuntur,

vniuntur, remanente beneficio penes ſuum rectorẽ, potius eſt diſmembratio, quam vnio, vt diximus c. præced. in princip. nu. 4.

3 In diſmembratione † autem, ſeu diminutione beneficij eædem cauſæ, & ſolemnitates requiruntur, quæ in vnione, & ſic conſenſus, capituli, Abbas cõſil. 106. num. 4. parte 2. Pauinus de poteſtate capituli ſede vacante 3. q. 2. p. num. 19. Mandoſius reg. 82. q. 13. num. 8. & 9. & practicabilia Rotæ de vnio. num. 12. verſi. item ſcias. Requiritur etiam vocatio rectoris, vel defenſoris, & aliæ ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiæ requiſitæ cap. 1. de reb. eccleſiæ non alienan. in 6. & cap. ne ſede vacante, & ibi Doct. gloſſ. in Clement. ſi vna, de rebus Eccleſiæ, verb. defenſor. & ibi etiam Doctores Rota deciſ. vnica de his, quæ à prælatis in nouis, Gambarus de officio legati lib. 5. rub. de diſmembratione num. 14. & 15. Mandoſ. d. quæſt. 13. num. 12. & practicabilia Rotæ ſupra num. 15. & 16. verſic. penultim. *Et nouiſſimè Genuenſis in praxi cap. 75. num. 17. & 18. vbi refert deciſionem Marſicanam infra adductam.* Rota decis. 574. par. 1. diuerſorum. & in vna Marſicana diſmembrationis fructuum 14. Februarij & 28. Martij 1564. coram Domino Paniphilio & in vna Toletana parochialis de Madrid. 27. Iunij, & 19. Nouemb. 1601. & 1. Februarij 1602. coram D. meo Corduba, vt in deciſionibus ſequentibus.

## *Marſicana diſmembrationis fructuum 21. Februar. 1594.*

4 PRo informante, † videlicet diſmembrationem fructuum parochialis eccleſiæ S. Nicolai non ſuſtineri, quia dicitur alienatio. Achilles deciſ. vnica de rebus Eccleſiæ non alienandis, & requirit omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum Eccleſiæ, Rotæ deciſ. 1. de rebus Eccleſiæ non alienandis in nouis Franc. capite 1. col. 1. eodem tit. lib. 6. Rebuffus, in compendio alienationum rerum eccleſiæ num. 68. & conſequenter duo copulatiue nẽpe ſolemnitatem, & iuſtam cauſam nec vnum ſine alio ſufficiat, c. 1. de rebus Eccleſiæ non alienandis in 6. Clem. 1. cod. tit. Doctores in cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. vbi latiſſimè Lauren. de Rodulphis in 3. q. Bertrandus conſil. 364. num. 2. in 2. primi Decius conſil. 142. num. 4. Couarruuias qui alios citat variarum reſolution. lib. 2. cap. 17. num. 2. vbi teſtatur de communi, & ſæpius fuit deciſum; hic autem vtrumque deficit, nam de ſolemnitate aliqua non conſtat, imo potius de contrario, cum diſmembratio ſit facta Eccleſia vacante, & non conſtituto ei defenſore, prout requiritur c. 1. vbi gloſſ. in verb. defenſor, Francus & alij de rebus Eccleſiæ non alienã. in 6. & tradunt Doctores Cardin. Vitallinus nume. 35. & alij in Clem. fin. eod. titul. de cauſa quæ debet eſſe vel neceſſitatis, vel euidentis utilitatis. Minus conſtat, quod aliqua vigeat, ut potuerit fieri diſmẽbratio pro erigendis iſtis nouis canonicatibus, cum numerus parochianorum non ſit talis quod rector cum uno clerico in adminiſtratione Sacramẽtorum non poſſit ſupplere capitulo, ut quiſque, ubi Cardi. Imola, & alij de uita & honeſtate clericorum Caſſadorus deciſ. 19. de præbendis. Rebuffus de congrua num. 65. præſertim cum non probetur defectus ſeruitij, ita quod propter paucitatem miniſtrorum, & multitudinem incolarum, ſeu parochianorũ aliqui deceſſerint ſine ſacramentis, vt requiritur ad augẽdum ſeruitium, per ea quæ aliàs deducta fuerunt in pluribus cauſis, & ultimo loco in cauſa Tiraſonen. congrui ſeruitij de menſe Maij præteriti coram me. Et tanto magis, quod iſtis canonicis, ſeu coadiutoribus nouiter erectis non fuit impoſitum aliquod onus adiuuandi rectorem in adminiſtratione ſacramentorum, & aliàs non ſunt neceſſarij, cum miniſtri pro cantantis miſſis & horis canonicis in Eccleſia parochiali, ſint tantum ad bene eſſe ut aliàs fuit reſolutum in cauſa Legionen. cõgruæ, ſub die 11. Octobris 1577. coram bonæ memoriæ Lauretano: neciſta diſmembratio poteſt ſuſtineri uigore Concilij Tridentini, quia per Illuſtriſſimos Dominos Cardinales d. Cõcilij interpretes fuit reſolutum, Epiſcopum non potuiſſe ex fructibus huius parochialis erigere canonicatus.

5 *In eadem † 28. Martij 1594.*

DOmini ſteterunt in deciſis, non obſtantibus teſtibus nuper examinatis, quia præter quam quod nihil dicunt de deputatione defenſionis Eccleſia uacante, & alijs ſolemnitatibus ad validitatẽ diſmembrationis una cum iuſta cauſa copulatiue, ut in deciſione dicitur, requiſitis, nullam etiam probant neceſſitatem augendi numerum miniſtrorum in illa Eccleſia, intra cuius fines non conſtat ſine ſacramentis deceſſiſſe aliquos parochiales, ob incolarum multitudinem, & miniſtrorum paucitatem, ut requiritur ad augendum ſeruitium per ea quæ aliàs dedicta fuerunt in Legionen. congruæ ſub die 11. Octobris 1577. coram Domino Lauretano, maximè cum non probetur in hoc oppido, populum eſſe ita numeroſum, ut rector cum uno clerico coadiutore non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis ſacramentis adminiſtrandis, & cultui diuino peragendo, ut loquitur Concilium Trid. ſeſſ. 21. capite 4. & facit ca. ut quiſque, vbi Cardinalis, Imola, & alij, de vita & honeſtate clericorum Caſſadorus deciſio. 19. de præb. Rebuffus de congrua num. 65. & ceſſat difficultas, quia non apparet, illis canonicis, ſeu coadiutoribus in eorum erectione fuiſſe impoſitum aliquod onus adminiſtrationis ſacramentorum, & licet aliquando de facto ſe illi ingeſſerint, hoc tamen fecerunt, hactenus de conſenſu rectoris, & abſque eo quod ad hoc cogi poſſint, quod eſt potiſſimum requiſitum, ad effectum vt dicatur ei iniunctum onus curæ iuxta gl. in Clem. dudum, verb. impendant, de ſepultura Abbas in c. de multa præb. ſub nu. 24.

6 *Toletana † parochialis de Madrid, Iunij 1601.*

IOannes Franciſcus prouiſus per ſedem Apoſtolicam de parochiali Eccleſia Sancti Sebaſtiani oppidi de Madrid agit ſpolio contra Franciſcum Ortiz exiſtentem in poſſeſſione cuiuſdam membri Sancti Laurentij nuncupati, vigore diſmembrationis factæ per Ordinarium Toletanum, vnde contingit dubitari, an ad dictum effectum dictus Ioannes Franciſcus fundet ſuam intentionem, & fuit reſolutum affirmatiue, nam de titulo colorato, & ſecundo extremo

tremo per partes non controuertebatur, de primo vero, ſcilicet poſſeſſionis Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani ſatis apparebat ex inſtrumento poſſeſſionis captæ per eius procuratorem, de cuius ſpeciali mandato conſtabat in actis, leg. prædia, vbi Bartolus, ff. de acquir. poſſeſſ. l. non idcirco, vbi Baldus Cod. de fideiuſſor. Puteus deciſio. 360. num. 8. libr. 1. Cæſar de Graſſis deciſio. 5. de cauſa poſſeſſ. iuncta aſſertione dictæ poſſeſſionis in intimatione ei facta ab ordinario pro reſidentia in beneficio. Quod autem Eccleſia Sancti Laurentij ſit membrum, ac parochiani illi aſſignati ſint Sancti Sebaſtiani vltra diſmembrationẽ factam, ſatis videbantur probare teſtes qui dabantur, aſſignantes certos limites nulla interiecta parochia, & quod adminiſtrabantur ſacramenta, & decimæ ſoluebantur. Ex quibus ſequitur, quod d. Ioannes habeat intentionem fundatam ſuper omnibus parochianis, & iuribus parochialibus exiſtentibus intra limites ſuæ parochiæ, cap. fin. de paroch. capite ad decimas, de inſtitut. ſpoliat. in 6. & conſequenter dixerunt Domini, poſſe agere pro illis, & abſque alia ſui tituli exhibitione, Rota deciſio. 1. de reſtit. ſpoliat. in nouis, Caputaquenſis deciſ. 6. par. 3. Compoſtell. in c. nil de elect. vbi Abbas num. 24. non obſtante prætenſa diſmembratione, quæ eſt de intentione Francilci, ac tenetur de ea, & illius validitate docere, l. g. 1. ff. de except. l. in exceptionibus, ff. de probat. Paribus conſ. 45. num. 1. volum. 1. Maxime quia ex aduerſo prætendebatur non fuiſſe effectuatam, ex quo Eccleſia Sancti Laurentij nunquam fuit conſtructa. Nec obſtabat conſenſus rectoris prædefuncti præſtitus pro diſmembratione, quoniam Eccleſiæ competit actio ſpolij, quando cecidit à poſſeſſione facto iniuſto, vel nullo rectoris, Verallus deciſ. 170. part. 3. & fuit nouiſſime reſolutum in cauſa Neapolitana ſpolij 13. Iunij huius coram D. Lancelloto, & alibi ſæpe.

7 *In eadem † 19. Nouemb. 1601.*

FVit reſolutum vna parte informante diſmembrationem, de qua agebatur, fuiſſe inualidam: nam cum ſic quædam ſpecies alienationis, indubitatum eſt requiri, ſolemnitatem, & iuſtam cauſam pro ſui validitate, ac inde citandus erat rector, & eius conſenſus adhibendus, & vacante Eccleſia conſtituendus illi defenſor, capite primo, vbi glolſator ver. defenſor. de rebus Eccleſiæ, Lapus allegat. 66. num. 3. Rota deciſione vnica de rebus Eccleſiæ in nouis, Achilles deciſ. vnica eod. tit. & fuit late deductum coram D. Decano in vna Toletana beneficij 13. Octobr. 1579. diuerſorum 524. part. 1. & coram Dom. Pamphilio in alia Vlisbonenſi fructuum 21. Iunij 1596. & in cauſa Marſicana diſmembrationis fructuum, 14. Februarij & 28. Martij 1594. quod neutrum in præſenti videbatur fuiſſe factum. De cauſa autem vtili, vel neceſſaria, minus conſtabat, illa enim numeroſitas populi iam diu per Sanctam Congregat. Concilij fuerat reprobata, & dictum tali caſu adhibendum eſſe remedium, de quo in cap. ad audientiam de Eccleſ. ædificãd. renouatum huic incommodo per augmentum ſeruitij ſubueniẽdum, máxime cum alias nõ oſtenderetur impedimentum, nec adeſſet talis diſtantia, vt parochiani impediantur accedere ad parochiam. Quod impedimentum, ſi quod tunc adeſſet, iam hodie videbatur ceſſare per receſſum Regiæ Curiæ ab oppido de Madrid, nec de illa apparebat, niſi per aſſertionem ordinarij in diſmembratione facta, cui non ſtatur, Bartolus in l. ſi ſorte, ff. de caſtrenſi peculio, num. 6. Legitima autem cauſa erat alias per proceſſum iuſtificanda, nec adhuc noua Eccleſia fuerat ædificata, ſed ambo rectores in vna eademque ſacramenta miniſtrabant. Vnde ſemper ſtabat inconueniens, quod propter latitudinem parochiæ, vel populi multitudinem, non poſſent parochiani adire illam, nec parochus ad eos accedere,

8 *In eadem † 1. Februarij 1602.*

DOmini ſteterunt in deciſis 19. Nouembris proxime præteriti, tam ex defectu ſolemnitatis, quam cauſæ: nec defectus defenſoris deputandi ſupplieri poteſt ex tribus œconomis pro adminiſtratione ſacramentorum, cum illi abſque citatione inſtarent pro diſmembratione facienda, tantum abeſt, quod tuerentur, & defenderent iura Eccleſiæ, prout faceret defenſor ad iſtum effectum deputatus, vt iura requirunt, c. 1. de rebus Eccleſiæ non alienan. in 6. cum alijs in dictis deciſionibus allegatis. Et defenſio ſatis videbatur facilis, cum de nulla cauſa legitima appareret, prout fuit deciſum. Cui ex aduerſo non dabatur congrua reſponſio: nam illa numeroſitas populi, vltra quod ante declaratione S. Congregationis Concilij, non poteſt dici ſufficiens, non fuit ſublata ex d. diſmembratione facta per diuiſionem parochianorum à dextris & à ſiniſtris, cum idem inconueniens diſtantiæ, & latitudinis parochiæ remaneret ſacramenta adminiſtrando in eadem Eccleſia, Nec obſtabat, quod poſtea ſuperuenerit conſenſus rectoris, quia illius vocatio non requirebatur ſolum pro eius intereſſe, ſed pro forma inducta ad rigorem iuris obſeruandum in fauorem publicum, ne eccleſiæ depauperentur, vt fuit late deductum in cauſa Senogal. ſpolij 10. Decembris 1568. coram Fineto, ac inde conſenſus ſubſequens non conualidat alienationem nullam, ſed operatur, quod ipſe rector nõ poſſit contradicere Ioannes Andreas in c. 1. num. 3. de rebus Eccl. Tiraq. poſt leges connubiales gloſſ. 6. num. 3. Soc. conſ. 87. num. 4. lib. 1. *& fuit dictum in Elborenſi diſmembrationis 17. Nouembr. 1600. coram D. Iuſto, & fuit reſolutum, quòd diſmembratio, &c. R. diſmembr.*

9 Circa illud † autem, quod in illis deciſionibus Marſic. dicitur ad augendum ſeruitium requiri, quod probetur aliquos parochianos ſine ſacramentis deceſſiſſe ob multitudinem incolarum, & miniſtrorum paucitatem, obiter aduerto, Sanctam Congregationem Concilij in cauſa Tiraſonenſi contrarium cenſuiſſe, his verbis: Congregatio Concilij cenſuit non debere expectari, quod parochiani decedant ſine ſacramentis, vt Epiſcopi cogant rectores ſibi adiungere alios ſacerdotes in Eccleſijs parochialibus, in quibus populus ita numeroſus eſt, vt vnus rector non ſufficiat, iuxta cap. 4. ſeſſione 22. de reformat. Hieronymus Cardinalis Matthæus.

10 Cui ſtandum eſt, quamuis † Rota in dicta Tiraſonenſi congrui ſeruitij 6. Iunij 1594. coram Domino Gipſio reſoluerit, Quod licet Epiſcopus poſſit

cogere

cogere rectores adiungere alios clericos ad adminiſtrationem ſacramentorum, & diuina officia, ſi vnus rector non ſufficiat, iuxta c.4.ſeſ.21.de refor. tamen Rota nõ ſolet ad id cõpellere, niſi probatũ ſit aliquẽ deceſſiſſe, ſine ſacramentis defectu congrui ſeruitij. Quę deciſiones non repugnant cum declaratione S. Congregationis, quæ declarauit poſſe Epiſcopum cogere ad id, ſi viderit eſſe neceſſarium, nec eſſe expectandum, quod aliqui moriantur ſine ſacramẽtis. Intelligendum enim eſt Epiſcopum, ita poſſe ex officio, ſi ſibi extraiudicialiter videbitur ita eſſe opus, & arbitretur. Rota tamen ad inſtantiam partis, niſi ſibi iudicialiter appareat de neceſſitate ex prædicta probatione, non compellit, aliàs enim ipſa non poteſt arbitrari neceſſitatem. Maxime, quod alij clerici participantes de decimis tenentur adiuuare rectorẽ in adminiſtratione ſacramentorum, prout fuit dictũ in Toletana primitiarum, &c. *& fuit confirmatum in eodem 19. Decembr. eiuſdem anni 1594. vt in deciſ.603. nouiſ. Farin.*

11 Illud vero quod ſupra † dictum eſt in diſmembratione, ſeu diminutione beneficij requiri conſenſum capituli, ſicut in vnione, ita demum procedit in diſmembratione, ſeu diminutione beneficiorum Eccleſiæ inferioris, ſi Epiſcopus ſit author ipſius diſmembrationis, ſeu diminutionis, vt dict. cap. 1. de rebus Eccleſiæ in 6.

12 Secus † ſi Epiſcopus non ſit author, ſed rector, nã in alienatione, (qualis eſt diſmembratio, vt in dictis deciſionibus) rei Eccleſiæ inferioris, quando Epiſcopus non eſt author, ſed rector ipſius Eccleſiæ non habentis collegium, ſufficit, quod rector alienet cum authoritate ſolius Epiſcopi, & ſi habet collegium, requiritur etiam conſenſus collegij, Abbas in capite 1. nu.5. de his quæ fiunt à prælatis, Auſtrerius in additione 1. Capellæ Toloſanæ deciſ.98. Couarr. lib.2.var.c.17.n.1. Ceuallos, in milleloquio 135. 1. p. Cauale. deciſ.45. nu.28. Redoan, de rebus Eccleſię num.25. & 26. Menochius in add. ad lib.2. de arbitrarijs. caſu 172. nu.155. Solis de cenſibus lib.2.c.3. nu.7. Caſtillo de vſufructu, c.64. nu.22. & P. Molina de iuſtit.2.to.diſp.498 5. concl.

## *De diuiſione beneficij. Cap. IV.*

### SVMMARIA.

*DIſmembrationi proxima eſt diuiſio beneficij, per quam diuiditur, & ſecatur ex vno faciendo duo, &c. num.1.*

*Quæ eſt prohibita Concilio Turonenſi nu.2. Niſi ex iuſta & rationabili cauſa fiat, & facultates ſufficiant, nu.3. & ſeqq. vbi ponuntur deciſiones Rotæ.*

*Circa hanc materiam diuiſionis beneficiorum videndi ſunt citati, num.6. Qui vltra dicta requiſita in ea requirunt conſenſum capituli, ſicut in alienatione, &c. nu.7.*

1 DIſmembrationi † proxima eſt diuiſio beneficij per quam diuiditur & ſecatur beneficiũ ex vno faciendo duo, vel plura beneficia.

2 Eſt autem diuiſio, ſeu ſectio † beneficiorum prohibita Concilio Turonenſi vt in c. maioribus, & c. dilecto. de præbend. vbi Abbas & alij.

3 Niſi ex † iuſta & rationabili cauſa fiat, & facultates ſufficiant, c. vacante, & c. cum cauſam, de præb. gloſſ. in d.c. maioribus verb. diuiſionem, Abbas & alij in d.c. vacante. Et ita fuit reſolutum in vna Calagurritana beneficij de Ondategui 28. Mart. 1583. coram Illuſtriſſimo Do. Lancellotto, & in alia Calagurritana beneficij de Arriola 18. Iunij 1593. corã Dom. Gipſio, vt in ſequentibus deciſionibus, quæ ſunt notandæ.

4 *Calagurritana † beneficij de Ondategui.*

REſolutum, quod diuiſio portionis integrę non potuit fieri per ordinarium, quia licet plures patroni præſentauerint plures, ita vt præſentati fuerint pares, optio eſt Epiſcopi in gratificando, cui voluerit, vt poſt Io. And. notat, Abb. c. autem nu. 8. de iure patro. Decius conſ. 127. in princ. & 129. colum. 2. verſic. licèt alius, Lamb. de iure patr. lib. 2. p. 3. q. 5. art. 1. non autem poſſunt dicti patroni inſtituere plures ſecundum Card. Clem. plures, §. fi. qu. 2. & notat Abb. in c. 2. num. 2. de iure patron. Lamber. d. q. 5. art. 21. quia beneficia non poſſunt diuidi, c. maioribus de præb. & licet id fieri poſſit ex cauſa rationabili, c. vacante, de præben. tamen cauſas allegatas in dicta diuiſione domini dixerunt eſſe vanas, quia litibus & ſcandalis, quæ narrantur, potuit occurri per dictam gratificationem. Cõcordia etiam de iure admittitur, dummodo non ſequatur ſectio beneficij, cap. niſi eſſent, de præbend.

5 *Calagurritana † beneficij de Ariola 18. Iunij 1593.*

VNa tantum parte informante Domini conclu ſerunt, diuiſionem integræ portionis, de qua agitur, in vnam dimidiam portionem, & duo quarta de iure non ſubſiſtere, quoniam ſectio beneficiorum eſt prohibita, cap. maioribus, cap. dilecto, vbi poſt alios, Abb. de præben. vt dixerunt Domini in alia Calagurritana beneficij de Ondategui coram Illuſtriſſimo Lancellotto 18. Martij 1583. niſi ex iuſta cauſa fiat, cap. vacante, cap. cum cauſam, ibi tit. gloſſ. in d. cap. maioribus, iuſta enim cauſa in propoſito caſu non apparet, non quidem reſpectu indigentiæ beneficiatorum, quia in dicta Eccleſiæ adſunt duo integri beneficiati, qui regulariter ſufficiunt, pro cura & gubernio vnius Eccleſiæ, capite primo, vt quiſque, vbi Abb. num. 1. de vita & honeſt. cleric. c. propoſuit, de filijs presbyter. Caſſad. deciſ. 19. numer. 1. verſic. ſed pro affirmatiua, de præbend. non ex augmẽto diuini cultus, quia huiuſmodi augmentum non habetur in conſideratione, ex numero beneficiorum, niſi vbi Eccleſia propter defectum beneficiatorum, ſuis debitis ſeruitijs defraudaretur. In hoc, conſiſtit cultus diuinus, vt diuina officia celebrentur, cap. ex par. de conſtit. cap. fin. de reſcript. in 6. Pet. de Vbal. tract. de canonica Epiſcopi. capite 7. num. 6. Nec dicatur, quod imò ex augmento numeri beneficiatorum diuinus cultus augeatur, vt colligitur ex d. cap. ex parte. Quia reſpondetur, quod ex ſola cauſa non eſt ſufficiens ad inducendam diuiſionem beneficiorum, & præbendarum, Abb. & Imola d. cap. vacante, Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæſt. 19. artic. 7. & inter alia requiritur, quod fructus ſufficiant pro omnibus beneficiatis, ſed non eſt probatum in caſu propoſito, quod fructus d. integrę portio-

portionis ſufficiant pro tribus beneficiatis, iuxta diuiſionem prædictam. Et ſi aliter diceretur, ſequeretur, quod ſemper ex iſta cauſa augmẽti diuini cultus eſſet locus diuiſioni beneficiorum contra iura prædicta. Non obſtat, quod ad lites dirimendas diuiſio beneficiorum aliquãdo permittatur, quia alio modo dirimi potuiſſet dicta lis, vt per reſeruationem penſionis, ſub beneplacito Apoſtolico, & concordiæ ſemper fieri debent, dummodo non ſequatur ſectio beneficii, cap. niſi eſſent, de præbend. vt bene deducitur in dicta Calagurritana beneficij, cuius copia data fuit,

6 Et † circa hanc materiam diuiſionis beneficiorum vltra DD. in d.cap, maioribus & cap. vacante, & cap. dilecto, de præbend. & Lambert. 1.p, 2.lib. queſt, 7.artic. 17. vide etiam Rebuff. in repet, c, exturpãdæ, §. qui vero, de præbend. 6. notab. in 3. modo percipiendi fructus, & Butſatum conſil. 185. lib. 2.

7 Qui vltra † dicta requiſita in diuiſione beneficiorum acquirunt conſenſum capituli, ſicut in alienatione, &c. Ad quod facit quod dictum eſt de diſmẽbratione beneficij cap. præced,

## *De erectione beneficij, ſeu Eccleſiæ, in alium ſtatum. Cap. V.*

### SVMMARIA.

*ALteratur beneficium in melius per erectionem in alium ſtatum ſuperiorem, vt cum collegiata erigitur in Cathedralem, & Epiſcopalis in Metropolitanam, quod tamẽ ſolus Papa facere poteſt, nu. 1.*

*Aliquando Eccleſia ſimplex erigitur in curatam, & parochialem, quod ex cauſa facere poteſt Epiſcopus, nnm. 2. Cui obeſt declaratio S. Congregationis adducta, num. 3. cui reſpondetur ibi.*

*Aliquando Eccleſia erigitur in collegiatam, quod videtur poſſe fieri per Epiſcopum, licèat ſoleat fieri authoritate Papæ, num. 4.*

1 TAndem alteratur † beneficium in melius per erectionem in alium ſtatum ſuperiorem, vt cum Eccleſia collegiata erigitur in Cathedralem, & Epiſcopalis in Metropolitanam. Quod tamen ſolus Papa facere poteſt, cap. 1. ne ſede vacante. Et facit cap. quod translationem, & gloſſ. ibi de offic, legati, & docet Rebuff. in praxi tit. de erectione Eccleſiæ in Cathedralem, qui de materia iſtius erectionis videndus eſt, & Acor 2.p. lib. 5. c. 29. q. 25. & lib. 6. ca. 30. quæſt. 2. & 4.

2 Aliquando etiam † Eccleſia ſimplex erigitur in curatam, & parochialem, quod ex cauſa facere poteſt Epiſcopus, vt per Rebuff. tit. de erectione in curatam, & parochialem, qui eſt videndus de hoc, & Acor d.c. 29. q. 25. & d.c. 30. q. 3. & 4. Cui tamen †

3 obeſt declaratio S. Congreg. Concilij ſup. ca. 16. ſeſſ, 25. de refor. quæ ſic ait: Nec beneficia ſimplicia incurata conuerti ab ordinario poſſunt. Sed poteſt intelligi, ceſſante cauſa, & neceſſitate,

4 Aliquando etiam Eccleſia † erigitur in collegiatam, quod uidetur poſſe fieri per Epiſcopum, licèt ſoleat fieri authoritate Papæ, Rebuf. tit. de erectione in collegiatam, licèt contra teneat Acor d.c. 30. q. 2, nempe non poſſe fieri per Epiſcopum, ſed per ſolum Papam. Quod tutius uidetur Fuſco de uiſitatione lib. 2. c. 1. nu. 6. & allegat Rebuf. ibi, & Mandoſ. de ſignatura gratiæ, tit. de erectionibus,

*Finis Secundi Tomi, Tractatus de Beneficijs, Nicolai Garziæ.*

---

Angelus Cantinius I. V. D. Corrector.

Digitized by Google

# INDEX LOCVPLETISSIMVS VERBORVM RERVM, ET SENTENTIARVM.

Decisionum, ac Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Declarationum insignium, in primam & secundam partem Tractatus de Beneficijs.

*AVCTORE LICENTIATO NICOLAO GARCIA ABVLENSI, Iuris vtriusque Professore, & alma Ecclesiæ Abulensis Canonico.*

*A*

*ABBATIS doctrina quod collatio facta non idoneo scientia, moribus & ætate, seu facta indignis ex quatuor defectibus, qui continẽtur in c. cum in cunctis. de electione, est nulla ipso iure, non est omnino vera, c. 8. n. 63. p. 7. Abbatis illatio, & sententia in c. significasti, nu. 6 de electione, accipienda est, quando collatio secundæ parochialis fit, non cum conditione suspensiua amittendi primam, sed cum modo, & pacto, quod dimittat seu resignet primam, c. 2. n. 27. & 28 p. 8.*

*Abesse an possint licite Canonici, vltra tempus a Concil. permissum, amittendo distributiones & fructus, qui residendo lucrifiunt, c. 2. nu. 319. p. 3. cum seq. & resoluitur negatiue. Et an sit satis lucrari grossam resistendo ad honorem seu tempus illius, nu. 324. cum seqq.*

*Abesse vltra tempus à concilio permissum, & lucrari fructus ex causa peregrinationis, maxime ex voto an liceat, c. 2. n. 392. cum seqq. p. 3. resoluitur negatiue.*

*Abesse beneficiatus a choro, etiã stante consuetudine, quod possint a choro exire, dũ Missa, Prima, Sexta, & nona dicũtur modo, ad finem redeant, c. 2. n. 569. circa medium, p. 3.*

*Absens bona fide sine licentia, videtur esse liber a culpa, & pœna, amissionis fructuum, in foro conscientiæ, licet secus in foro exteriori, c. 2. n. 36. p. 3.*

*Absens licet ratione studij percipiat fructus præbendę, non tamen distributiones quotidianas, c. 2. n. 112. p. 3. limita, n. 113. cũ seqq. vbi ponuntur declarationes S congregationis.*

*Absentes animensibus qui dãtur recreationis gratia non solum lucrentur fructus. sed etiam distributiones quotidianas, maxime stante consuetudine, c. 2. n. 247. cum seqq. p. 3.*

*Absens pro seruitio & vtilitate Ecclesiæ de iure percipiat fructus, & etiam distributiones si est præsens in loco, c. 2. n. 359. & seq. p 3 limita, & declara, vt nu. 361. & 362.*

*Absentiæ iusta causa, vltra bimestre regulariter dicitur his, aut prosecutio eius super parochiali, c. 2. nu. 47. p. 3. & limita, vt n. 48.*

*Absentia trium mensium a concilio permissa locum habet etiã si constitutio, aut consuetudo Ecclesiæ requirat seruitium totius anni, c. 2. n. 311. & 312. p. 3.*

*Ad absentiam trium mensium an requiratur causa & licentia, c. 2. n. 313. cum seq p. 3.*

*Absentiæ licentia non est sumendæ in diebus maximæ solẽnitatis, c. 2. n. 317 p. 3. quod in Hispania non seruatur, n. 318.*

*Absolui ab excommunicatione incursa propter hæresim Papę reseruata in Bulla Cœnæ non potest quis virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij seu Iubilæi, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, quia in facultate generali non censetur concessa absolutio ab hæresi, nisi id exprimatur, c. 10. §. 1. n. 109. p. 11.*

*Absolui quis an possit virtute Cruciatæ per confessarium à suspensione incursa, propter ordines male susceptos, vt ante ætatem, c. 5. n. 48. cum seqq. p. 2. vbi resolutio traditur.*

*Absolutio à cẽsuris virtute Bullæ, aut Iubilæi, nisi in eo dicatur, in foro conscientiæ, suffragatur tantum in foro exteriori quando facta est satisfacta parte contra aliquos, c. 5. nu 55.*

*Absolutio a suspensione, seu alia censura sine literarum expeditione valet in foro conscientiæ, c. 2. n. 32. p. 4.*

*Absolutio a censuris & pœnis latis rigore breuis, non datur, nisi dimissa possessione, refectis expensis & fructib. restituendis. vel cautione de restituendis præstita, c. 2. n. 131. p. 6.*

*Absolutio excommunicationis ab ordinario, vel alio inferiore extorta ex falsa causa ipsius absolutionis, est valida, c. 3. nu. 10. p. 8. contra aliquos citatos n. 12. quorum sententia saltim procedet in absolutione facta ex falsa causa excommunicationis, quę non valet, n. 11. sicut excommunicatus vnica excõmunicatione ob plures causas, tacita aliqua, non cẽsetur ligatus pluribus excommunicationibus; absolutus ab vna, non censetur absolutus ab alus, nu. 13. Valet tamen quoad excommunicationẽ expressam absolutio facta ẽt ab ignorante aliàs per surreptionem, contra Frechillam, n. 14*

*At absolutio impetrata per rescriptum a Papa, vel Legato, ex falsa causa etiam ipsius absolutionis, tanquam surreptitia, non valet, n. 15.*

*Absolutio fit in prouisionibus Apostolicis, non solum ab excommunicatione, sed etiam a suspensione, & interdicto ad effectum gratiæ consequendum per illam clausulam, teque quibusvis, & c. cap. 14 nu. 6 p. 7.*

*Absolutio illa quæ datur in literis, cum sit ad effectũ præsentium dumtaxat consequendum excommunicatus qui impetrauit beneficium in forma commissaria, debet absolui ante quam fiat collatio a cõmissario, aliàs collatio erit nulla, c. 13. n. 62. p. 7. nam ista absolutio ad effectum operatur impetrationis validitatem propter c. 1. de rescriptis in 6. & solum prodest ad effectum vt litera sint valida; & si sunt in forma commissaria ad effectum solum, vt valeat mandatum de prouidendo; si vero in forma gratiosa, vt valeat prouisio, num. 63. & si illa absolutio prodesset, vt valeret prouisio per commissarium, & executorem facienda, prodesset etiam quoad censuram futuram, n 64.*

*Accedere quod possit episcopus votis singularib. quibus videbitur, non procedit quando singuli examinatores approbant vnum quem alij reprobant, c. 2. n. 60. p. 9. vbi ponuntur declarationes S. Congregat.*

*Accessio Episcopi seu Vicarij ad vota paria seu singularia examinatorum, videtur debere fieri in ipso examine, seu coram ipsis examinatoribus simul congregatis,*

# INDEX.


& non ſeparatim, c. 2. n. 58. p. 9. quamuis electio ex approbatis facienda ab Epiſcopo poſſit ab eo fieri ex poſt facto et ſeparatim, n. 50.

Acceſſus, & coadiutoria cum futura ſucceſſione, ſi ſunt in forma commiſſaria, nihil refert quod tempore vacationis beneficij impetrans ſit excommunicatus, modo tẽpore collationis ſit abſolutus, c. 13. n. 55. p. 7. Si vero eſſet in forma gratioſa, ita quod ſuccedente vacatione, Papa ex nũc prout ex tunc confert, & valeat collatio, & proviſio facta per Papã, etiamſi tempore vacationis impetrans eſſet excõmunicatus, n. 56. & conducit deciſio Gambari adducta, n. 58.

Accuſatus de crimine, ex quo veniret privandus beneficio, an poſſit illud renuntiare, cap. 3. §. 1. nu. 62. p. 11. reſolvitur poſſe, n. 63.

Accuſatus de crimine, ex quo veniret privandus beneficio, poterit illud renuntiare in favorem alterius, c. 3. §. 1. n. 64. p. 11. contra aliquos citatos, n. 65. cautela tamen Ferrarij in propoſito, quam Fel. & alij ſequuntur, non eſt tuta, maxime attenta conſtitutione Pij V. de confidentijs, n. 66.

Accuſatus pendente lite poterit permutare, cap. 3. §. 1. num. 67. p. 11. quamuis contrarium teneant aliqui relati, nu. 68. Sed prima ſententia eſt verior, niſi forte obſtet ei infamia orta ex accuſatione apud bonos, & graves viros, ne poſſit ad aliud beneficium promoveri, & ſic permutare, & cet. num. 69. aut niſi ob delictum eſſet de iure inhabilis ad beneficia obtinenda, nu. 70. & nu. ſeq. ponitur caſus practicatus Rectoris de Patres.

Accuſatus poterit renuntiare lite pendente, etiam poſt concluſum in cauſa, c. 3. §. 1. nu. 89. p. 11. etiam ſi renuntiatio ſit in favorem, n. 90.

Accuſatus poterit valide renuntiare, etiamſi quit prius impetraſſet beneficium in eventum privationis, nec impedietur renunciatio, & eius effectus ex dicta impetratione, nec poſt renuntiationem poterit procedi ad privationem, c. 3. §. 1. n. 72. p. 11. Hoc tamen fallit ſecundum Gambarum, & Villad. quando quis impetraſſet per privationem, & quoniis alio modo vacaret, quia tunc comprehenderetur etiam vacatio per renuntiationem, niſi fieret in curia, nu. 73. ſed reprobatur, n. 74. Obiectio ponitur, & deciſiones relatæ à n. 75. Reſpondetur n. 80 81. & 82.

Accuſatus poterit renuntiare, etiamſi pro homicidio quis ſit condemnatus pœna perpetui carceris, vel alias, ſi nõ eſt privatus beneficijs; nihilominus enim poterit renunciare, & collatio ſecuta erit valida, c 3. §. 1. n. 97. p. 1. Et ratio eſt, quia condemnatus per ſententiam latam ſuper homicidio vel alio crimine privatione digno, nõ eſt privatus beneficijs, niſi exprimatur in ſententia ſecundum Innoc. & alios n 98. & ſeq. ponitur reſolutio Rotæ.

Accuſatus poteſt renuntiare, ſive ſimpliciter ſive in favorem alterius, etiam poſt ſcientiam impetrationis factæ à tertio de beneficio in eventum privationis, vel poſt impetrationis præſentationem, c. 3. §. 1. n. 84. p. 11. & decretum irritans poſitum in impetratione ſolum operatur in eventum privationis, num. 85. & ſi illud obſtaret, obſtaret etiam ſi renũtiatio fieret ab ignorante impetrationem, vt tenet Flores n. 86. 87. Nec deciſ. Rotæ 5. de re iudicata in antiquioribus facit contra, nu. 88.

Accuſatus poteſt renuntiare etiam lata privationis ſententia, ſi ab ea fuerit legitime appellatum, quoniam per appellationem integrum manet ius cap. 3. §. 1. n. 91. p. 11. cũ per eam extinguatur, aut ſaltim ſuſpendatur ſententia, nu. 92. quam tenent relati, nu. 93. nec eſt neceſſe facere mentionem privationis, & proceſſus n. 94. & procedit etiamſi appellatio poſtea pronuntietur mala, & iniuſta n 95. non tamen procedit quando privationis ſententia continetur in ſe adiudicationem beneficij, num. 96.

Accuſatus ſeu denuntiatus de aliquo crimine interim pendente accuſatione ſeu denuntiatione promoveri non debet, c. 8. n. 67. quod procedit quando perſona eſt infamata apud bonos & graves homines, alias accuſatio non impedit promotionẽ, nu. 7. & de hac materia qui ſunt videndi, n. 8.

Adeptus non videtur quis pacificam poſſeſſionem, quãdo ſtatim, & incontinenti, ſeu in limine legitimæ poſſeſſionis fuit in ea turbatus, ſeu lis mota. c. 1. §. 1. n. 110. p. 11. Et quando dicatur incontinenti turbari a nu. 111. ponuntur ſententiæ Doctorum & reſolvitur, tunc dici, quando infra duos menſes lis ſupervenit, ſeu turbatio non ſi poſtea; & ſi intra duos menſes lis non fuerit mota, primum cenſetur vacare a principio captæ poſſeſſionis, &c.

Admitti an poſſit ad concurſum habens aliud curatum reſolvitur affirmative, c. 2. §. 1. n. 207. & ſeq. p. 9. vbi ponitur declaratio S. Congregationis; nec eſt in poteſtate Epiſcopi illam non admittere, nec valet conſtitutio contraria, num. 209.

Ædificare an poſſint regulares ſine licentia Ordinarij, remiſſive, c. 9. n. 8. p. 5.

Ætas eadem, quæ requiritur ad beneficium requiritur ad pẽſionem, & ſic ſeptẽnium de iure antiquo, & hodie dicimus quartus annus, c. 5. nu. 127. cum ſeq. p. 1.

Ætatem probare cui incumbat, quando de illa non eſt facta mentio in gratia, c. 2. a n. 175. cum ſeq. p. 6.

Ætas quomodo probetur remiſſive, c. 2. n. 286. cum ſeq. p. 6.

Ætas ad Epiſcopatum eſt, quod promovendus debet eſſe maior annis triginta, ita quod trigeſimum annũ iam exceſſerit, & in ſacro ordine ſaltim ante ſex menſes conſtitutus, ca. 4. nu. 76. & nu. 77. p. 7. ponitur conſtitutio Gregorij XIV. de forma faciendi proceſſus, & inquiſitiones ſuper promovendis ad Eccleſias Cathedrales.

Ætas a natiuitate connumeranda eſt, non à die conceptionis, c. 4. & n. 89. p. 7.

Ætas cum hodie ex Concilio Tridentino ad ſubdiaconatum requiratur viginti annorum, ad diaconatum vigeſimi tertij ad presbyteratum vigeſimi quinti cœpti, ad canonicatum, aut portionem Eccleſiæ Cathedralis ſubdiaconalem requiritur ætas vigeſimi primi, & ad presbyteralem viginti quatuor annorum completorum, ita quod attigerit annum ſequentem c. 4. à nu. 21. p. 7 vbi adducuntur aliquæ declarationes S. Congregationis.

Ætas eadem & habilitas, quæ requiritur, & ſufficit ad titulum beneficij, requiritur, & ſufficit ad coadiutoriam a Papa conceſſam, c. 4. n. 90. p. 7.

Ætas eadem quæ in Epiſcopo, requiritur in Cardinalibus. c. 4. nu 78. p. 7. hodie tamen diaconus Cardinalis eſſe poteſt, qui in vigeſimoſecundo ætatis anno fuerit conſtitutus, ex conſtitutione Sixti V. nu. 79.

Ætas in quolibet beneficio hodie requiſita examinanda eſt, quia multa ſunt innovata per Concilium, c. 4. n. 3. p. 7.

Ætas legitima etiam vltra clericatum legitimitatemque requiritur, c. 4. n. 1. p. 7. de qua qui ſunt videndi, num. 2.

Ætas licet de iure antiquo eadem requiratur ad dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, quæ in curatis, in quibus tamen Epiſcopus poterat diſpenſare cum maioribus 20. annis; tamen hodie ex Concilio requiritur, quod ſint viginti & duobus annis, non minores, quod non poterit Epiſcopus diſpenſare, c. 4 a n. 54. p. 7.

Ætas promovendorum ad canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ nõ eſt innovata, nihilque circa eam innovat, ſeu diſponit Concil. Trid. c. 4. num. 36. & ſeq. p. 7. vbi ponuntur declarationes S. congreg.

Ætas quænam requireretur ad canonicatum, licet olim de hoc

# INDEX.


hoc eſſet controuerſia, præcipue Eccleſiæ Cathedralis, qui de iure communi non habet annexum ordinem ſacrum, ſed tantum primam tonſuram, an ſufficeret ætas ſeptem annorum, ſicut ad alia beneficia ſimplicia, vt tenent multi: an vero requiratur ætas quatuordecim annorum, vt alij tenent. Tamen hodie ceſſet iſta controuerſia ex regula Cancellariæ 18. de ætate ex decreto Concilij, vbi ſtatuitur, quod nemo ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiatur, niſi qui ordine ſacro requiſito ſit initiatus, aut in ætate, vt infra annum initiari valeat, & quod in omnibus Eccleſijs Cathedralibus, omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel ſubdiac. c. 4. à num. 15. par. 7.

Ætas quæ requiritur in Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, remiſſiue, cap. 4. num. 80. part. 7. & de ætate requiſita ad beneficia regularia etiam remiſſiue, num. 81.

Ætas requiſita ad ordinem annexum, requiritur in alijs beneficijs habentibus ordinem ſacrum annexũ, licet non actu, cap. 4. num. 49. par. 7. & alias prouiſio eſt nulla, etiam ex cauſa permutationis factis, num. 50. quod non ſolum procedit in beneficijs habentibus annexum ordinem presbyteratus, ſed etiam diaconatum, vel ſubdiaconatum, contra Io. Andream, & alios à num. 51. & in his ætas ordinum requiritur tempore datæ impetrationis, niſi ſit ad vacatura in genere, tunc ſufficit tempore vacationis, num. 52.

Ætas requiſita in Canonico Pœnitentiario eſt quadraginta annorum vltra gradum doctoratus, vel licentiæ in Theologia, vel iure canonico, ſeu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur, c. 4. num. 43. p. 7. & ſecundum S. Congregat. defectus illius ætatis non obſtat, vbi alias aptior pro loci qualitate non reperitur, num. 33. ſufficietque, quod non reperiatur in ciuitate, aut etiam diœceſi perſona apta cum dictis qualitatibus, nec eſt quærenda extra diœceſim, nu. 34. & debent eſſe dicti quadraginta anni completi, num. 35.

Ætas requiſita in eligenda in Abbatiſſam eſt quadraginta annorum completorum, nec contra poteſt Epiſcopus, aut Nuntius diſpenſare, c. 4. num. 71. p. 7.

Ætas ſeptem annorum licet de iure antiquo tantum requiratur ad beneficia ſimplicia, & ſic quod quis ſit maior ſeptennio, c. 4. num. 5. par. 7. ex quo ſeptenni poteſt conferri prima tonſura, nu. 6. & idem in minoribus ordinibus, nu. 7. tamen hodie nullus ante decimum quartum annum beneficium poteſt obtinere ex decreto Concil. Trid. num. 8. quod procedit ſecundum S. Congreg. niſi in fundatione aliter ſtatuatur, quia non eſt ei derogatum, num. 9. & 10. vbi refertur quædam Rotæ reſolutio.

Ætas vigintiquinque annorum regulariter requiritur ad dignitatem principalem in Collegiata, cum habeat curam animarum, cap. 4. num. 65. par. 7.

Ætas vigintiduorum annorum requiſita ad dignitates, & perſonatus non curatos, intelligitur, niſi alias habeãt annexum ordinem presbyteratus, tunc enim requiritur ætas vigintiquinque annorum ad ſacerdotium requiſita, cap. 4. nu. 72. par. 7. Vnde ad Decanatum, Præpoſituram, & Archipresbyteratum, etiamſi eis animarum cura nulla ſubſit, ea ætas requiritur etiam hodie, nu. 73. & in Abbate, nu. 74. Improbatur Mandoſius dicens, quod ſtante conſuetudine, quod Abbas conſtitutus eſſe debeat in ætate annorum triginta ſufficiat annum trigeſimum attigiſſe, num. 75.

Ætate in dicta 25 annorum ſi quiſquam ſit, poterit obtinere beneficia curata, & quælibet alia ſacerdotalia, aptitudine, etiamſi tantum habeat primam tonſuram: nec requiritur, quod ſit in quatuor minoribus conſtitutus, c. 4 n. 44. & ſeq. par. 7. vbi adduntur declarationes S. Congregationis.

Ætatem in beneficio requiſitam non habenti prouiſio facta eſt nulla, cap. 4. nu. 82. part. 7. Etiam in conſcientia, nu. 83. & etiamſi ad ætatem requiſitam deſit quantumuis paruum & modicum tempus, vt vnus dies, vel hora, quidquid alias circa ætatem ordinum male teneant aliqui, num. 84.

Ætatis decimumquartum annum vt quis attingat, & primũ tonſuram habeat, ſufficiet ad canonicatus Eccleſiæ collegiatæ, etiam inſignis, ſicut ad alia beneficia, interim tamen nõ habebit vocem in Cap. c. 4. nu. 39. p. 7. Et idem eſt in dimidus portionibus Eccleſiæ Cathedralis, num. 40.

Ætatis ſufficit attigiſſe decimum quartum annum, licet non ſit expletus, cap. 4. nu. 11. & ſeq. p. 7. & num. 13. affertur alia declaratio S. Congregationis ſuper decreto Concilij, & de ætate ad penſiones remiſſiue, num. 14.

Ætatis vigeſimumquintum annum attigiſſe debet promouendus ad parochiales Eccleſias, ſeu curata beneficia, & dignitates quaſcunque, quibus animarum cura ſubeſt, & alias prouiſio eſt nulla, cap. 4. num. 41. par. 7. hinc in Abbate ea ætas requiritur, num. 42. Et quando dicatur animarum cura ſubeſſe remiſſiue, num. 43.

Ætatis vigeſimum ſecundum annum ſatis an ſit attingere, vt quis poſſit ad dignitates vel perſonatus adſciſci: an vero ſit neceſſarium habere viginti duos annos completos, capit. 4. num. 66. par. 7. Reſoluitur neceſſarium eſſe habere viginti duos completos, & nu. 70. ponuntur declarationes S. Congregationis.

Affectio Beneficij, vide verbo reſeruatio, & verbo reſignatio, & reſignans.

Affectio, per dationem coadiutoris factam à Papa etiam inualidam non inducitur, cap. 1. num. 174. p. 5. nec per vnionem nullam, nu. 175. Licet ſecus in vnione ad vitam de beneficio vacante num. 176.

Agens de ſpolio, aut nullitate geſtorum vigore breuis ſeu appellans, ſi allegaret paupertatem: ſignatura etiam iuſtitiæ daret commiſſionem reſeruatis fructibus, & expenſis in finem litis, cum clauſula dimiſſa poſſeſſione, & conſtito de paupertate, c. 3. nu. 106. p. 6. ſicut & dantur alijs, vt num. 107. cum ſeq.

Alienatio patrimonij, ad cuius titulum eſt quis ordinatus, eſt nulla poſt Concil. c. 5. nu. 176. vſque ad num. 181. p. 2.

Alienatio patrimonij, ad cuius titulum eſt quis ordinatus, an valeat ſine licentia Epiſcopi. ſi tunc habet beneficium vnde viuere poſſit c. 5. n. 184. cum ſeq. p. 2. & reſoluitur valere. Et talis cauſa poteſt occurrere, & neceſsitas, quod ea mediante Epiſcopus teneatur dare licentiam, etiamſi aliunde ordinatus non habeat vnde viuere poſsit. ibid. nu. 187. & 188.

Alimenta quamuis ſint exhibenda depoſito, & ſuſpenſo à beneficio ob pœnam propter crimen, & non in contumaciam ex reditibus ſui beneficij, ſi nõ habet alias vnde viuat. ſecus tamen in excommunicato, etiam ſi egeat, c. 13. §. 1. nu. 98. p. 7. quamuis contrarium teneant Sylueſter, & alij, nu. 99.

Alternatiua ſola remouet obſtaculum reſeruationis, cap. 1. à num. 22. par. 5.

Alternatiua ſecunda Pij V. non erat reſtricta ad reſidentes dumtaxat, ſed ad reſidentes iuxta formam Concil. & ſic in tribus menſibus abſentiæ permiſsis à Concil. illa gauderent, cap. 1. nu. 461. cum ſeq. p. 5. vbi Rotæ deciſiones contrariæ referuntur & explicantur alternatiuæ verba, num. 464. cum ſeqq. & reprobatur ſententia Gonçalez num. 466.

Alternatiua in Canonicatibus, & Præbendis, locum habet, quando Epiſcopus eſſet in quaſi poſſeſsione conferendi, ſine interuentu Capit. cap. 1. num. 477. par. 5. ad quod vltimus ſtatus beneficij conſideratur. nu. 478. cum ſemiplena probatione, num. 479.

Alternatiua non habet locum, ſi duo beneficia, quorum vnum ſpectat ad prouiſionem Epiſcopi, & alterum ad prouiſionẽ alterius,

*alterius, ſunt inuicem vnita, ſecus ſi ſpectarent ad prouiſionem duorum Epiſcoporum, c.1.n.480. p.5.*

*Alternatiua non poteſt ſe iuuare Epiſcopis in beneficijs ad aliorum collationem ſpectantibus, c.1.n.481.p.5.*

*Alternatiua quomodo accipiatur eſt varietas in regulis, cap. 1.n.482.*

*Alternatiuæ acceptatio eſt voluntaria, c.1, n.483.p.5. ſemel vero acceptata non eſt locus pœnitentiæ, niſi Papa acceptauerit renunciationem, n.484.cum ſeq.*

*Alternatiuæ acceptatio, eſt mentis, & voluntatis declaratio, & ſic facta ab excommunicato tenet, c. 1.nu.487.p.5. & debet fieri per literas patentes, n. 488. ſubſignatas manu propria ipſius Epiſcopi. n.489. & ſuo ſigillo, n.490. & de aliis requiſitis neceſſariis, à n 491. vſque ad 496.*

*Alternatiuæ acceptatio inducta eſt ad euitãdas fraudes circa vſum ipſius, c.1, n.497.p.5. cuius formula & fides quæ datur per datarium traditur remiſſiue, nu. 498, & quomodo acceptatio probanda ſit, n.499. & n.500.*

*Alternatiua non deſinit gaudere Epiſcopus, non reſidens in menſibus Iunij, & Decemb. qui ſemper ſunt Ordinarij, & conſequenter prouiſus ab Epiſcopo, de beneficijs in eis vacãtibus, non tenetur probare reſidẽtiam, ſicut in alijs quatuor menſibus, contra Gonzalez c.1.n.507 p.5.*

*Alternatiua non habet locum in vacantibus per reſignationẽ cum non ſint reſeruata per hanc regulam, & in quibus locũ habeat, c.1. n.545.p.5.*

*Alternatiuam quando habet Epiſcopus quod dicitur de octo menſibus reſeruatis ſcilicet debere fieri mentionem, de mẽſe vacationis; procedit etiam in ſex mẽſibus alternatis Papæ, c.1.n 678.p.5.*

*Alternatiua ſolum conceditur Epiſcopis, & Archiepiſcopis, & Patriarchis reſidentibus, vt inuitentur ad reſidendum, cap.1.nu.682.p.5, & ſic non habet locum in inferioribus, num, 683.p.5. nec in Capit. nu, 684. etiam ſede vacante, vt n.685.*

*Alternatiuæ menſes an debeant eſſe integri, vt Epiſcopus ea vti poſſit c.1.num. 692.p.5. reſoluitur negatiue, quamuis Rota contradicat, ibid.*

*Alternatiua an gaudeat Epiſcopus, qui de ordinario, & vt plurimum non reſidet in ſuo Epiſcopatu, ſed ad tempus cum animo recedendi, in beneficijs tunc vacantibus cum reſidet, c.1, a n.699 cum ſeq. p.5.*

*Alternatiua an poſſit gaudere Epiſcopus qui eam acceptauit, in beneficijs ad eius prouiſionem ſpectantibus exiſtentibus in alia diœceſi, c.1.a nu, 705.p.5. reſoluitur affirmatiue cum Rota.*

*Alternatiua an poſſit gaudere Epiſcopus in ſuo turno, in Eccleſijs in quibus collatio eſt communis Epiſcopi, & Capituli, facta inter eos concordia de prouidendo alternis vicibus c.1.n.717.p.5. cum ſeq. reſoluitur que affirmatiue cum Rota cuius deciſio ampliatur, à n.710.*

*Alternatiua conceſſa Epiſcopo prodeſt Capit. vbi menſes ordinarij inter Epiſcopum & Capit. ſunt diuiſi ex concordia etiam facta ante conceſſam alternatiuam, ca.1.n, 718. & 719.p.5. Et quid ſi concordia non ſit authoritate Apoſtolica confirmata, n. 721.*

*Alternatiua an poſſit gaudere Epiſcopus in Canonicatu, & Præbenda Pœnitentiariæ, & in qua electio perſonæ eſt ſolius Epiſcopi, non obſtante quod collatio Præbendæ ſit cõmunis epiſcopi, & capit. vel ſolius capituli, cap. 1.729. cum ſeq par.5. reſoluitur affirmatiue. Et quid in beneficio, cuius præſentatio ad Epiſcopum, inſtitutio vero ad alium ſpectat, n.734.*

*Alternatiuæ acceptatæ an videatur renuntiari, per indultum obtentum ad conferendum in omnibus menſibus, c.1.num. 737.p.5. reſoluitur quod non, & quomodo ea amittatur, n. 738. vbi deciſiones Rotæ ponuntur, & an ſit neceſſaria declaratio, nu.743. & 784 cum ſeq & quid debeat facere Epiſcopus, qui ſemel eam amiſit, nu.751.*

*Alternatiuam an amittat Epiſcopus qui ſe intromiſit in prouiſione beneficiorum reſeruatorum, propter ignorantiam reſeruationis, c.1.à num.752.pa.5. reſoluitur cum diſtinctione. Et quid ſi ab initio habuit iuſtam cauſam ignorantiæ, ſed poſtquam certioratus eſt, mittit in poſſeſſionem ab eo prouiſum, n 756. & ſeq.*

*Alternatiuam an amittat epiſcopus qui ſe intromittit in prouiſione beneficij litigioſi, c.1, n.760 p.5. reſoluitur quod nõ niſi ſcienter ſe intromitteret, nu.761.*

*Alternatiua, quomodo acceptetur, & de modo illius remiſſiue. c.1.n.162.p.5.*

*Alternatiua Romæ acceptata, an epiſcopus poſſit ante habitam notitiam acceptationis valide prouidere in quatuor menſibus, an vero ſtatim illi ceſſent, & effectualiter incipiat gaudere alternatiua, c.1.n.762 cum ſeqq p.5.*

*Alternatiua non poſſe vti Epiſcopum, ante notitiam acceptationis, & receptam fidem aliqui curiales voluerunt, c, 1.n.767.p.5.*

*Alternatiua ſolum remouet obſtaculum reſeruationis, & licet Ordinarius ignoret eius acceptationem, certus tamen eſt de fundamento ſuæ prouiſionis, quod videtur ſufficere, c. 1.n,768.p.5.*

*Animarum cura ſubeſſe quando dicatur remiſſiue, cap. 4.n, 43.p.7.*

*Annexio prebendæ, ſcilicet, canonicalis facta dignitati perſonatus, ſeu officio eiuſdem Eccleſiæ, etſi videatur facta acceſſorie, tamen non fit per viam incorporationis, & ſuppreſſionis, ſed vti duo beneficia obtinentur, & c.p. 12.c. 2.nu. 57. Et ideo collatio prebendæ pœnitentiarij ſpectat ad collationem illorum, ad quos antea ſpectabat, quamuis prouiſio officij pœnitentiarij, cui illa eſt annexa, ad ſolum epiſcopum ſpectet, nu. 58. Et ideo etiam non poſſunt duæ prebendæ ſimul teneri in eadem eccleſia, etiam ſi vna ſit annexa dignitati, num, 59.*

*Annus probationis debet eſſe continuus intra clauſtra, non interpolatus, nec priuilegium aliquod ſuffragatur, quia eſt ſublatum, nec anno probationis renuntiari poteſt, & habet locum, etiam in eo qui ex voto religionem ingreditur, & in profeſſo in vna tranſeunte ad aliam, etiam laxiorem; nec poteſt abbreuiari, etiam in ingreſſo poſt matrimonium ratum, & c. ex S. Congreg c.9.n.7.p.11.*

*Antiquum tempus, quod dicatur, vide verbo, tempus antiquum.*

*Appellatio ſuſpenſiua non datur a ſententia in iudicio executionis penſionis, c.5.n.570.p.1. & quæ clauſulæ tunc ponantur in cõmiſſione appellationis traditur, n.571. & ſeq.*

*Appellare non licet à Vicario generali ad Epiſcopum cap.8. num. 28.par. 5. A foraneo tamen ſecus eſt, quia nec facit vnum conſiſtorium cum Epiſcopo, n.29. nec poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus.*

*Appellari poteſt a iudice Metropolitani Archiepiſcopi Compoſtellani reſidente in ciuitate Salamantina, ad Archiepiſcopum ex Rota, c.8.nu.30.pa.5. nec poteſt eſſe delegatus Apoſtolicus, n 31.*

*Appellatio datur à liquidatione, ſeu taxatione exceſſiua ſuſpenſiua eius, c.3.n.132.p.6. non tamen niſi ſemel, vt nu. 133 & ſeq. & ea pendente, datur abſolutio a cenſuris cum moderatione tamen de qua, a n. 135. cum ſeqq.*

*Appellanti obtinenti, an Auditor Rotæ, cui commiſſa eſt cauſa appellationis, poſſit conferre parochialem reſignatam, c.2.§.1.n.253.*

# INDEX.


*Appellantis instantia expirat quando electus recedit, vel decedit ante factum examē coram iudice appellationis, cap. 1. n. 254 p. 9.*

*Appellatio Abulens. venit ciuitas & diœcesis, & verbum clericus Abul. est aptum capere vtrumque ea. 9. num. 27. p. 7. Et etiam appellatione diœcesis in proposito venit ciuitas, n. 28. p. 16.*

*Appellatio, an, & quando detur à mala prouisione, seu dispositione parochialis, cap. 2. §. 1. a n. 239. p. 9. resoluitur non dari appellationem a relatione examinatorum, nec ab eorum reprobatione, à mala tamē ordinarij electione dari appellationem. Et adducitur declaratio S. Congregationis, & resolutio.*

*Appellationem non dari à reprobatione examinatorum, vt dictum est, quod etiam de deuolutiua intelligitur, solum procedit in beneficijs curatis, cap. 2. §. 1. num. 242. p. 9 secus in simplicibus in quibus licet præsentati a quibuscunque Ecclesiasticis personis non debeant institui, nisi prius fuerint ab Ordinarijs examinati, & idonei reperti, tamen a reprobatione examinatorum datur appellatio suspensiua, non obstante, cap. 9. sess. 25. versic. adhæc Concilij Trident. nu. 243. & sequ. Imo etiam in parochialibus iuris patronatus laicorum datur appellatio præsentatis, quando vnus solus est præsentatus. Nec habet locum concursus a reprobatione examinatorum, sicut habenti gratiam in forma dignum n. 245.*

*Appellatio licet in Parochialibus detur a mala ordinarij electione est solum ad effectum deuolutiuum, nam non impedit, aut suspendit, quominus executioni demandetur, & prouisus pendente appellatione à parochiali non est amouēdus, cap. 2. §. 1. n. 246. p. 9. etiamsi contra eum sit lata sententia per iudicem appellationis à quo ipse appellauit; nam ista secunda sententia non est executioni demandanda pendente appellatione, quæ habet vtrumque effectum, sicut ēt quando conceditur gratia per Papam de parochiali, & adest certus possessor, datur appellatio suspensiua a sententia executoris, nu. 147. vbi quod procedit etiam quando examinatores sunt discordes, 248.*

*Appellationi a mala Ordinarij electione quando sit locus, & an requiratur dolus Episcopi, c. 2. §. 1. n. 250. & 251. p. 9. vbi ponitur decis. Rot.*

*Appellatio tunc datur a mala Ordinarij electione, quando alias seruata est forma Concilij: illa enim non seruata, prouisio est nulla, & parochialis manet Papæ reseruata, c. 2. §. 1. n. 249. p. 9.*

*Apostata est plus quam hæreticus, & sic idem dicendum est de eis quod de hæreticis, & ipso iure amittunt beneficia, c. 10. §. 1. num. 147. part. 11. Licet alij apostatæ non sint ipso iure priuati beneficijs, nu. 148. & de apostatis qui sint videndi, n. 149.*

*Archidiaconi iurisdictio, quæ a iure ei data est, si esset in Archipresbytero ex Ecclesiæ consuetudine, ille Doctor esse deberet, &c. secundum Menoch cap. 7. nu. 42. p. 7. Archidiaconi qui oculi dicuntur Episcopi, debent esse in omnibus Ecclesijs vbi fieri poterit, Magistri, seu Doctores, aut licentiati in Theologia, vel iure canonico ex decreto Cōcilij Trident. cap. 7. num. 36. p. 7. Nec sufficeret gradus iuris ciuilis, & Medicinæ, vel Artium, n. 37. Et intelligitur de Archidiaconis, de quibus loquitur titulus de officio Archidiaconi, qui sunt caput capituli, & habent iurisdictionem; & ea munera exercent, quæ de iure communi Archidiacono exercent, &c. a nu. 38. Et adducuntur declarationes S. Congregationis p. 24.*

*Archiepiscopus, an debeat visitare prouinciā c. 2. a n. 21. p. 1.*

*Arctati occasione beneficij recepti, illi dicuntur qui obtinent aliquod beneficium, ratione cuius tenentur se promoueri facere, c. 7. nu. 96. p. 5.*

*Arctati occasione beneficij recipiendi qui dicantur, traditur c. 7. n. 99. & 100. p. 5.*

*Arctatus occasione beneficij recepti, vel recipiendi, non potest dici electus in concursu, ad beneficium Curatum, cuius collatio facienda est a Papa, c. 7. n. 101. p. 5.*

*Arctatus occasione beneficii recipiendi non dicitur is, cui aliquis vult resignare beneficium requirens actu ordinē, quo ille caret, c. 17. n. 102. p. 5.*

*Assassinus qui est priuatus ipso iure beneficijs, non facit fructus suos irreuocabiliter ante sententiam, cap. 10. nume. 54. part. 5. Nec occidentes Cardinalem qui beneficii sunt ipso iure priuati, num. 55. Nec occidentes Episcopum, qui etiam sunt priuati beneficijs, quæ in Ecclesia cui talis Episcopus præest, obtinet, nu. 56. Nec in occidente Prælatum, vel con beneficiarium qui est priuatus ipso iure beneficio, quod obtinet in ea Ecclesia, nu. 57. & seq. vbi quod dictio prorsus importat ipso iure.*

*Assertioni iudicis non statur super causa, fine qua actum facere non potest, c. 4. n. 55. p. 11.*

*Assignatio & deputatio Prębendæ pro Pœnitentiario, non impedietur per optionem post electionem factam, quamuis ante electionem recte possit optari, c. 4. nu. 129. p. 5. & cōcordantur Rotæ declarationes, nu. 130. & 131.*

*Assumendus ad Episcopatum imprimis debet esse Magister, Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico, aut publicum alicuius Academiæ testimonium habere, c. 7. nu. 32.*

*Auditoriatus, & Clericatus Camerę, quomodo vendantur, c. 2. n. 21 p. 1.*

*Augmentum vt enim potest fieri excrescentibus facultatibus non obstante confirmatione Papæ, ita & diminutio diminutis facultatibus, c. 1. n. 5. p. 12. Et idem videtur, etiamsi in confirmatione sit clausula decreti irritantis sicut ea non obstante fit augmentum auctis facultatibus, secundum Fel. contra Abbat. de diminutione stante d. clausula aliter dicētem, qui tamen potest intelligi, vbi non euenit dicta diminutio, secundum eundem Felin. n. 6. & 7.*

*Authoritas Papæ nō requiritur in redemptione pensionis ex eo quod cedat in causam alimentorum, c. 5. nu. 30. p. 1 sed ad excludendam Simoniam, nu. 31. 33. & 34.*

*Author ex constitutione Pii V. 58. existimat noue prohiberi resignationem coram ordinariis factam cum mutua intentione, vt certa persona beneficium conferatur, etiam sponte, aut designando etiam nutu, vel signo futuros successores, alias designatio erit nulla propter decretum irritans, c. §. 2. n. 206. Et tamen beneficium tanquam vacans manebit reseruatum Sedi Apostolicæ, aut superioribus ordinarii, nu. 207. At admittentes talem resignationem incurrūt suspensionis panam, nu. 208. Si vero resignatio fieret cum intentione, & spe resignantis tantum, vt beneficium conferatur alteri. pro quo postea rogare intendit, non tamen vllo modo illum designando, non videtur esse contra dictam cō. stitutionem. quæ tamen videtur prohibere mutuam intentionem, n. 209.*

*Authori non placet quod aliqui dicunt, quod excommunicatus iniuste, qui fuisset in mora petendæ absolutionis, seu qui se absoluendum non curaret, fructus eo tempore perceptos nō recuperabit, c. 13. §. 1. à num. 123. par. 7. quod procedat in distributionibus, & fructibus qui residēdo, & diuinis interessendo lucrifiunt, &c. n. 123.*

*Authoritas Matthæi, & Marci, quos Deus coniunxit homo non separet, intelligitur de matrimonio consummato, c. 10. n. 85. p 7. In quo non potest Papa dispensare, n. 86.*

# INDEX.


*Authoritate propria capiens poſſeſſionem beneficij, vide verbo, beneficio an priuetur.*

*Axioma turpius eiicitur, &c. refertur, num. 15. p. 7. 25.*

*Azonis opinio improbatur, quod legatus poteſt vnire ſine conſenſu patronorum clericorum, vel laicorum ex præſcriptione, conſuetudine, aut priuilegio, cap. 2. §. 2. num. 211.*

B

*Beneficium in genere quid ſit traditur, cap. 1. num. 1. 2. & 3. deque varia acceptatione beneficij, num. 4. par. 1.*

*Beneficij appellatione de iure Canonico intelligitur beneficium Eccleſiaſticum, c. 1. nu. 5. p. 1. & per antonomaſiam. nu. 6.*

*Beneficium ab aliquibus Sacerdotium dicitur, ſed non eſt relinquendum verbum beneficium vſitatum, cap. 1. num. 7. part. 1.*

*Beneficium dicitur etiam Prabenda, & quomodo accipiatur Prabenda, c. 1. num. 8. & 9. par. 1. & de origine beneficiorum remiſſiue, num. 10.*

*Beneficij Eccleſiaſtici variæ definitiones traduntur, capit. 2. num. 1. par. 1. 2.*

*Beneficium eſt ius percipiendi fructus ex bonis dedicatis clerico, propter diuinum officium competens, cap. 2. num. 2. & 3. par. 1.*

*Loco verbi (clerici) melius eſſet ponere, perſonæ Eccleſiaſticæ, & addere, (vel obſequium) vel definito comprehendat Præceptorias, cap. 2 nu. 4. p. 1.*

*Beneficium eſt ius ſpirituale, c. 2. num. 5. p. 1. non principaliter, ſed annexum, num. 6. & 7.*

*Beneficium non poteſt à laico, ſine priuilegio Apoſtolico teneri, c. 2. nu. 28. par. 1. quo caſu beneficium ſit quid ſiculare, & laicum, num 29.*

*Beneficium non poteſt à laico conferri, c. 2. num. 32. p. 1. ſi ex priuilegio Apoſtolico. num 33.*

*Beneficium datur propter officium, quod in laudibus diuinis conſiſtit c. 2. nu. 60 par. 1.*

*Beneficium quomodo cognoſcatur, c. 2. nu. 61. p. 1. & ibi reſolutiones Rotæ, à num. 62.*

*Beneficij de eſſentia non eſt eſſe perpetuum. c. 2. nu. 66. par. 1. limita ſaltim aptitudine, num. 79.*

*Beneficia manualia ſunt vere beneficia, & vt talibus in eis committitur Simonia, c. 2. num. 77. p. 1. licet aliqui contra teneant. num 78.*

*Beneficij manualis, & ad nutum amouibilis. facienda eſt mentio in impetratione ſecundi, cap. 2. num. 80. par. 1.*

*Beneficio dimiſſo, non tenetur quis ad ſolutionem penſionis, nec ad cautionem Banchariam promiſſam, etiam ſi ei conſenſerit, & ſe obligauerit in forma cameræ, & cum iuram. &c. c. 5. nu. 178. p. 1. & ceſſat obligatio fidciuſſorum, num. 181. & etiamſi reſignatio ſit nulla, & reſignatarius poſſidet, n. 182. & reſolutiones Rotæ traduntur, n. 179. & 180.*

*Beneficium habens penſione granatum non iuuatur beneficio cap. Odoardus quo ad penſionem, c. 5. nu. 237 par. 1.*

*Beneficij variæ diuiſiones traduntur, c. 9. num. 1. 2. & 3. p. 1. & num. 11. 14. & 16.*

*Beneficium habens curam fori exterioris dicitur Curatum, cap. 6. num 7. par. 1.*

*Beneficium in dubio non cenſetur Curatum, ſed ſimplex, & qui dicit curatum debet probare, cap. 6. num. 8. p. 1.*

*Beneficia triplicia dicuntur Dignitates, Perſonatus, & Officia, cap. 9. num. 9. p. 1. & quæ illa ſint, & in quo differant, num. 20.*

*Beneficia cenſetur ſecularia, niſi contrarium probetur, cap. 6. num. 12. par. 1.*

*Beneficia regularia quæ ſint, c. 6. num. 13. p. 1.*

*Beneficia quæ prouidentur per electionem, quæ non egent confirmatione ſuperioris, non ſunt electiua, ſed potius collatiua, & dicuntur mixta, quia conferuntur eligendo, cap. 6. num. 23. cum ſeqq. par. 1.*

*Beneficia electiua adeo ſunt ſpeciali nota digna, vt non veniant in mandatis de prouidendo, non facta mentione de electione, etiamſi nullus modus exprimantur, ſed ſimpliciter mandetur prouideri, c. 6. nu. 27. p. 1. contrarium traditur, num. 28. & 29.*

*Beneficij appellatione large ſumpto vocabulo, omnia comprehenduntur beneficia. c. 6. nu. 37. & 39. p. 1. non improprie, ſed proprie, quia beneficium eſt genus, num. 38.*

*Beneficij appellatione in materia ſtricta, vt in literis, non veniunt omnia, nec curata, & Dignitates, c. 6. nu. 49. p. 1. ex defectu intentionis concedentis, numer. 50. nec Prabenda Canonicalis, num. 51. & 52.*

*Beneficiorum quorumcunque appellatione in materia reſtringibili, an comprehendantur Canonicatus, & Dignitates, c. 6. num. 52. par. 1. & Decius, & Staphileus declarantur, num. 54. & 55. & quid de ſtylo Curiæ, num. 56.*

*Beneficium à iure prolatum, etiam in materia ſtricta comprehendit omnia beneficia. c. 6. num. 74. par. 1. & alio traditur, num. 75.*

*Beneficium ſeruit de titulo quoad ordines ad quos (præſertim ſacros) non poteſt quis promoueri ſine titulo, cap. 5. num. 1. part. 2.*

*Beneficium habens etiam curatum non ſufficiens, non poteſt ad eius titulum ſacris initiari, cap. 5. num. 121. part. 2. & quid ante Concil. obſeruaretur traditur, nu. 122. 123. & 124. & amplia etiam ſi cum eo, & pitanciis haberet honeſtum victum, & etiam ſi Epiſcopus promittat ſe ſuppleturum, num. 125. & 126.*

*Beneficium ad cuius titulum quis fuit ſacris ordinatus non poteſt renuntiari, niſi facta mentione, quod ad illius titulum fuit ordinatus, & conſtito quod aliunde viuere poſſit, c. 5. num. 191 & ſeq. p. 2. & amplia, vt num. 193. & 194.*

*Beneficium per cuius aſſecutionem vacat illud, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, non poteſt dici ſubrogatum loco illius c. 5. num. 211. p. 2.*

*Quod dicitur de beneficio & patrimonio ad cuius titulum quis eſt ordinatus, procedit etiam in beneficio, & patrimonio ſubrogato loco illius, ibid. num 210.*

*Beneficium quodlibet, obligat ſaltim ad recitandum Horas, cum detur propter officium, c. 1. n. 1. p. 3. etiam ſi ſit tenue. nu 38 39. & 40. & non recitantes etiam intra ſex menſes peccant mortaliter, & poſt ſex menſes, non faciunt fructus ſuos, pro rata emiſſionis officij & temporis, num. 2.*

*Beneficium nullos omnino habens reditus non obligat ad Horas. c. 1. nu 41. p. 3 & amplia vt num. 42. 43. 44. & 45.*

*Beneficij titulum tantum habens, reſeruatis aliis omnibus fructibus, an teneatur recitare? c. 1. nu. 46. & ſq; ad n. 59. p. 3.*

*Beneficia aliqua ſunt quæ requirunt ordinem Sacerdotij, Diaconatus, aut Subdiaconatus, c. 4. num. 1. p. 3. & obtinentes ea, tenentur infra annum ordines ſuſcipere requiſitos, nu. 2. & Parochus id non faciens, eſt parochialis ipſo iure priuatus, num. 3. qua priuatio obligat in conſcientia num. 5. limita vt nu. 6. & 7. & 9. vbi traditur declaratio Congregationis, & nu. 8. & vide infr. verbo Parochus, & tales non habent vocem in Cap. nu. 12. & dimidiam partem diſtributionum perdunt, & poſt monitionem poſſunt beneficijs priuari, num. 16. niſi careant ætate requiſita, num. 17.*

*Beneficia variis modis prouidentur, & acquiruntur, c. 1. nu. 1. & 2. par. 4.*

*Beneficium vacat per mortem impetrantis qui ſignata ſupplicatione deceſſit, & non vt prius, cap. 2. num. 141 & 4.*

# INDEX.


*Beneficium vacare per obitum, seu resignationem, habentis solam supplicationem signatam etiam in forma gratiosa, sed vt prius tenet Cancellaria & Camera cui erit standum c.2.n.18.p.4.& dubium refertur,nu. 19.*

*Beneficium vacat ante acceptationem collatarij, licet non libere,& illo moriente acceptationem vacat vt prius,c.3.n. 41.p.4.& decisio Rotæ,n.41.*

*Beneficiū aliquando conceditur non in titulum,sed in commendam, & quando dicatur concedi in titulum,c.4.nu.1.p.4.*

*Beneficium conceditur in commendam, cum datur alicui in custodiam,& administrationem,c.4 nu.6.p.4.*

*Beneficium, seu Prioratus, datus in commendam perpetuam non requirit professionem,c.4 n 27 p. 4. nec ad id cogi potest illud habens,n.28.*

*Beneficium an vacet per obitum commendatarij, & an per commendam expiret reseruatio,c.4.n 60.cum seq p.4. & amplia,vt nu.73.*

*Beneficium manet effectum per commendam factam a Papa siue ad vitam siue ad tempus, quamuis apud Gallos id non seruetur,c.4.n 68.69.& 70.p.4.*

*Beneficia reseruata,seu quoquo modo affecta non cadunt, sub spe datiua,c.4.n.71.& 72.p.4.*

*Beneficiorum libera, & plena dispositio pertinet primo, & principaliter ad Papam,c.1.n.1.p.5.*

*Beneficia sunt instituta de iure positiuo, & quod sint titulus perpetuus, est de iure positiuo Canonico, cap.1.nu.3.p. 5.limita.vt n.4.*

*Beneficia affecta per appositionem manus Papæ, an dicantur specialiter reseruata c.1.nu.62.p.5.*

*Beneficia in curia vacantia specialius cæteris sunt affecta Papæ,c.1.nu. 72.p.5.& quando dicantur apud sedem vacare,n.73.& 74.*

*Beneficia hæreticorum vacant in partib. vbi fuit commissum delictum,& non in curia vbi sententia lata fuit,c.1.n.80. p.5.quæ hodie sunt reseruata,nu.81.*

*Beneficia habentium domicilium in Romana Curia non comprehenduntur in hac reseruatione nisi curiales sint c.1.nu. 83.p.5. Et quid de beneficiis officialium & Capellanorum Papæ,& aliorum,nu. 84.*

*Beneficia vacantia ob non publicationem non vacant in curia nisi resignatio sit facta coram Papa,c.1.n.90.p.5.& narrans resignationem non publicatam, & beneficium adhuc per resignationem vacare,narrat verum,nu.91.licet Rota teneat contra.*

*Beneficia vacantia in curia, si Papa non confert infra mẽsem à die vacationis, ordinarij possunt illa conferre,ex c statutum de præben.in 6.c.1.nu.96.p 5.limita,vt nu.97.*

*Beneficia vacantia post renuntiationem Episcopatus, Papa admissam, vel post translationem ad alium Episcopatum, etiam antequam Episcopus habeat notitiam sunt reseruata,quamuis Episcopatum possit administrare.c.1.n.245.p. 5.quod limita,vt nu.146.Cessatque dubium, quod fuit in Rota agitatum,nu.247.& respondetur quibusdam decisionibus Rotæ,n.250.cum seqq.*

*Beneficia vacantia per obitum alicuius, cuius mors ignoratur quo die,& mense fuerit, an censeantur vacare in mense Apostolico,an in ordinario,& an ordinarius possit illud conferre,c.1.n.527.p.5.cum seqq. vbi late resoluitur.*

*Beneficia vacantia in mense Ordinario, non sunt reseruata, ex eo quod vacatio duret, ac intret in mensem reseruatum, quia regula solum, reseruat beneficia de nouo vacatura, in mensibus Apostolicis, secus ac in regula secũda reseruatoria beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante,c.1.n.536.p.5.*

*Beneficia vacantia, sede Apostolica vacante in mense alias Apostolico, non reseruantur per superuenientem regulam mensium,c.1.n.537.p.5.*

*Beneficia vacantia in Romana curia non includuntur in reseruatione huius regulæ,in qua tamen includuntur alia beneficia reseruata contra Gonzalez.c.1.n.540.pa.5.quamuis quo ad expressionem mensis vacationis, non habeat locum regula in beneficiis alias reseruatis,n.541.p.5.*

*Beneficia litigiosa non sunt reseruata contra aliquos, c.1.nu. 133.cum seqq.p.5.& ponuntur decisiones Rotæ.*

*Beneficium non manet affectum per Breue de capienda possessione nomine cameræ,etiã si possessio sit capta eius nomine, & promissus decedat antequam illi possessio sit cessa, c.1.n. 173.p.5.*

*Beneficia familiariũ Papæ reseruantur per tertiam partẽ regulæ,& qui de ea tractẽt,c.1.n.273.& 274.p.5.remissiue.*

*Beneficia Collectorum,& Subcollectorum cameræ Apostolica reseruãtur,c.1.a n.344.p.5. Et an requiratur eius exercitium vt sint reseruata,dicitur quod non,n.345.& decisio Rotæ.nu. 346. Sola enim deputatio sufficit etiam ante notitiam,n.147.quamuis alii contra,nu.350.& explicãtur verba regulæ,n.351.& etiam si ante officium illa obtinuissent,n.352.Quamquam Mandosius contra n.353. & ibi de interpretatione verbi obtinere,n.354.& seq.*

*Beneficia Subcollectoris particularis in vna Ciuitate sunt reseruata,etiam stante Subcollectore generali in vna Prouincia,c.1.n.357.p.5.& amplia,vt n.358.Limita in Subcollectore particulari deputato,ab alio Subcollectore particulari, etiam ex facultate data a Papa,vt nu. 373. essent tamen reseruata beneficia primi Subcollectoris à Collectore deputati n.374.Et quid si vnus Subcollector esset in ciuitate,& alius in Diœcesi,n.375. dic quod non, etiam si esset Diœcesis valde lata.*

*Beneficium Subcollectoris a Collectore generali, deputati,qui tempore deputationis erat excommunicatus, & publicatus, exercuerat tamen officium,est reseruatum,c.1.n.381. p.5.limita,vt nu. 382.*

*Beneficium impetranti vt reseruatum, ratione Subcollectoria, sufficit illam probare; nec tenetur probare quod erat vnitum,sed aduersario incumbit onus probandi pluralitatem.c.1.n.356 p 5.*

*Beneficia illius qui vni tantum negotio est impositus, nõ sunt reseruata,& ibi ratio traditur,c.1.nu.383.p.5.*

*Beneficia regularia perpetua comprehderentur in regula, ẽt si de regularib.expressa mentio non fieret,c.1.nu.512.p.5. quia beneficiorum appellatione etiam regularia veniunt.*

*Beneficia regularia ordinum militarium, etiam minora, non comprehenduntur in hac reseruatione,c.1.n.513.p.5.contra Gonzalez comprehenduntur tamen beneficia, etiam tenuissima in hac reseruatione,n.514.*

*Beneficia patrimonialia,an comprehendantur in reseruatione remissiue,c.1.n.515.p.5.& an canonicatus Doctoralis,& Magistralis,nn. 516. & quod in beneficiis Ecclesiæ non numeratæ,n.517.*

*Beneficia vnica siue monocularia comprehenduntur sub reseruatione,etiam si sint Dignitates maiores, & principales,c. 1.nu.518.p.5. Et beneficia postea creata,nu.519.limita, vt n.520.& amplia,vt n.521.*

*Beneficia iuris patronatus ecclesiastici,in hac reseruatione cõprehendũtur,nã ẽt non facta particulari expressione in reseruationibus cõprehenderentur, nec in gratia beneficii est necessaria mentio patronatus ecclesiastici,c.1.n.552.p.5.*

*Beneficia iuris patronatus Ecclesiastici, licet receptum sit comprehendi in reseruationibus, tamen in Hispania non seruatur,& an id defendi possit, cap.1.num.557.p.5.& resoluitur negatiue.num. 558.& quid si beneficia debita*

# INDEX,


*ſint certis perſonis, aut certo generi perſonarum, num. 559. cum ſeq. vſque ad nu. 566.*

*Beneficia iurispatronatus laicorum, non comprehenduntur in reſeruationibus etiam in corpore iuris clauſis, nec legatus poteſt illa conferre, imo in gratia eorum neceſſaria eſt mẽtio & derogatio iuris patronatus, cap. 1. num. 571. parte 5. verba regula comprehendunt præſentationem laicorum, ſed clericorum, num. 572. declara vt num. 571. & ſequ. Etiam ſi ſpectet ad Duces, & Principes, niſi ſit regnum, num. 575. & ad excludendam reſeruationem ratione patronatus oportet docere de iure patronatus ex fundatione, num. 576. & quid ſi oſtendatur per immemorialem, num. 577. & 578. & quid ſi ſunt veri patroni, ſed non ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed alij, num. 579. & limita vt n. 580. & 581.*

*Beneficia iurispatronatus mixti non comprehenduntur ſub reſeruationibus nec à Legato conferri poſſunt, nec valeret prouiſio Papæ, non facta mentione de eo, cap. 1. numero 582. part. 5.*

*Beneficia in quocumque menſe reſignata in manibus Ordinarij, non ſunt reſeruata, per hanc regulam, & reprobatur Gonzalez c. 1. n. 542. p. 5.*

*Beneficia poſſunt permutari in quolibet menſe anni coram ordinario, cum vacant per reſignationem, ca. 1. n. 543. pa. 5. & regula excipit reſignationem expreſſam, non vero tacitam, quæ ipſo iure fieri intelligitur, nu. 544.*

*Beneficia ad collationem vnius tantum pertinentia, comprehenduntur in verbis regulæ, ibi quorumcunque collatorum, quid pluralitas reſoluitur in ſingularitates, c. 1. n. 618. p. 5 Etiam collatorum ex priuilegio, n. 619. & tam ordinarios, quàm extraordinarios, nu. 620. & alios. nu. 621.*

*Beneficia tunc per reſeruationem ante vacationem ſunt affecta, cum reſeruatio facta eſt abſolute, & pure. & de beneficijs certis, ſeu certarum perſonarum, ſeu ratione qualitatis beneficij, ſeu perſonæ, c. 1. n. 788. p. 5. Secus ſi alias, n. 789. vbi refertur Gonzalez. Et quid ſit attendendum ad inducendam reſeruationem, nu. 790. quæ omnia ſunt approbata per Rotam, cuius deciſio traditur n. 791.*

*Beneficia ſimplicia, quæ parochialem habent anaexam acceſſoriè non cenſentur curata, ſed ſimplicia, c. 3. num. 122. & 123. p. 5. & ſic à Nuncio poſſunt prouideri, niſi annexio eſſet æquè principalis, n. 124.*

*Beneficia ſimplicia quæ ex conſtitutione, vel ex conſuetudine Eccleſiæ habent onus gerendi vices curati in ſede illius vacante, non ſunt curata, & ideo poterunt a Nuncio prouideri, c. 3. n. 125. p. 5. Limita in ſimplicib. quæ habent onus perpetuum adminiſtrandi Sacramenta, n. 126. & 127.*

*Beneficia quæ curam animarum habent annexam, etiamſi per plures adminiſtrentur videntur curata, & obligant ad reſidentiam, c. 3. n. 128. p. 5.*

*In Beneficijs reſeruatis, poſſidens Beneficium, etiam cum bona fide & ex prouiſione Ordinarij, non facit fructus ſuos, ſed contra eum fit condemnatio fructuum a die intruſionis, cap. 5. num. 24 p. 5. Quamuis aliàs a die motæ litis fieri ſoleat, num. 25. etiam in ſpolio, niſi ſit violentum, aut attentatum. n. 26. quod procedit non ſolum in reſeruatione clauſa in corpore iuris, ſed & in alijs, etiam non data ſcientia in prouiſo, à nu. 27. cum ſeqq.*

*Beneficia cum de iure præſumantur libera, ex vnica præſentatione non acquiritur quaſi poſſeſſio præſentandi, ad hunc effectum, quia bona fides non præſumitur, niſi probetur fama iuris patronatus, c. 5. à nu. 95. p 5.*

*Beneficij vtilitas, in fori etiam priuilegio conſiſtet, cap. 2. nu. 1. p. 2.*

*Beneficia alia ſunt ſecularia, ſcil. ſecularibus addicta, qualia cenſenda ſunt omnia, niſi contrarium probetur; alia regularia, quæ ex fundatione, vel conſuetudine, &c. religioſis ſunt addicta: & cum indecorum ſit, & rationi non congruat, homines diſparis profeſſionis, vel habitus Eccleſiis præficere, &c. ſecularia ſecularibus, & regularia regularibus conferri debent, c. 10. nu. 1. p. 7.*

*Beneficia alia ſunt, quæ non niſi actu presbyteris, vel alium ordinem habentibus prouideri poſſunt ex fundatione, conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, c. 1. nu. 57. p. 7. Vt quãdo inſtitutio, vel ſtatutum dicit, quod beneficium non conferatur, niſi presbytero, vel quod conferatur presbytero; & capellaniæ in quarum fundatione dicitur, quod præſentetur ſacerdos, vel quod præſentetur capellanus, ſeu clericus qui miſſam celebret, vel alia verba reſpicientia tempus ſeuẽ præſentationis, & tunc præſentatus tempore præſentationis debet eſſe ſacerdos actu, &c. n. 58.*

*Et idem quando fundator, vel ſtatutum diceret, quod prouiſus de capellania ſit capellanus, vel ſacerdos, aut quod ſit ſacerdos, vel capellanus, n. 59. & 60.*

*Beneficia aliqua ſunt ſacerdotalia, quæ requirunt de iure, cõſuetudine, ſtatuto, priuilegio, vel fundatione, quod ea obtinentes in presbyteros ordinentur, alia diaconalia, & alia ſubdiaconalia ſimiliter, cap. 1. num. 40. p. 7. Et tunc dicitur annexus ordo aptitudine, & attento tempore proſecutionis, n. 41.*

*Beneficia amittuntur per matrimonium, etiamſi eo non conſummato vxor religionem ingrediatur, & ſic matrimoniũ diſſolueretur, c. 8. n. 3. p. 11.*

*Beneficia an vacent durante tempore diſpenſationis, ſi cum promoto eſſet diſpenſatum quod non teneretur conſecrari intra annum, reſoluitur non vacare, etiam ſi diſpenſatio eſſet ad inſtantiam partis, cõtra aliquos. c. 6. n. 14. & 15. p. 11. Et idem in prorogatione temporis dati ad ſe conſecrandum, qui in effectu idem eſt & eadem ratio, n. 26.*

*Beneficia commendatariorum ordinis D. Iacobi, & ſimilium, alijs alterius profeſſionis nullatenus conferri poterunt, nec etiam commendatarij ipſi ad beneficia ſecularia admitti poterunt, c. 10. n. 9. p. 7.*

*Beneficia conferentes habentibus defectum ſcientiæ competentis, ſeu alias indignis, non ſolum peccant mortaliter, ſicut etiam indignus acceptans, ſed etiam tenentur Eccleſiæ de damno, & intereſſe, c. 7. num. 24. & 25. p. 7. Et tenentur reſtituere fructus, & reditus, quos indignus quotannis percipit ex beneficio indigne, nu. 26. Licet non ſit indiſtincte verum, quod aliqui dicunt, quod collatio facta indigno eſt nulla vtroque foro, num. 27.*

*Beneficia cum ſint aliqua, quæ ex fundatione, vel alias ſunt debita certis perſonis, ſeu certo generi perſonarum, illis & non alijs ſunt conferenda, vnde eorum collatio dicitur neceſſaria c. 15. n. 1. p. 7. Vt cum debent conferri filijs patrimonialibus, vel clericis eiuſdem Eccleſiæ, vel cum ad capellaniam vocantur conſanguinei fundatoris, n. 2.*

*Beneficia duo curata quamuis poſſit quis tenere, quando vnum venit per annexionem; tamen in eadem Eccleſia non poteſt quis habere duas præbendas, etiamſi altera ſit annexa dignitati, c. 5. §. 2. n. 187. p. 11. Vnde diſpenſatus ad duo ſub eodem tecto non poterit illa obtinere, ſi alteri ſit annexa capellania, vel aliud beneficium in eadẽ Eccleſia, niſi hoc quoque in diſpenſatione fuerit expreſſum, ſecundum Rebuffum, num. 188.*

*Nec poteſt quis ſine diſpenſatione retinere beneficium ſimplex Eccleſiæ primæ, ſecundum Nauarr. num. 189. & dicunt DD. quod iura magis abhorrent pluralitatem duarum præbendarum, ſeu duorũ beneficiorum ſimplicium ſub eodẽ tecto, quam duorum curatorum, nu. 120. Et duæ præbẽdæ ſunt*

*magis*

# INDEX.


magis incompatibiles ſub eodem tecto, etiamſi altera ſit annexa, quam dignitas cum parochiali annexa præbendæ in Eccleſia cathedrali, ſecundum Gomez. nu. 191.

Beneficia duo diſformia, & diſſimilia ſub eodem tecto, an ſint incompatibilia, vt dignitas, & canonicatus, curatum, & ſimplex, canonicatus, & capellania, cap. 5. §. 2. num. 230. vſque ad nu. 237. p. 11.

Beneficia duo diſformia ſub eodem tecto, quod ſint incompatibilia tenet S. Congregatio Concilij, vt in declarationibus poſitis, c. 5. §. 2. num 243. p. 11. Et ſic conſequenter dicendum eſt primum ipſo iure vacare per aſſecutionem alterius, ex Concilio nu. 244. poteſt tamen ex conſuetudine teneri dignitas cum canonicatu in eadem Eccleſia, cui non eſt per Concilium derogatum, ex eadem S. Congreg. vt in declarationibus poſitis à nu. 245. Nec huiuſmodi conſuetudo eſt pericul oſa ſed rationabilis, contra Oiedam. nu. 248.

Beneficia duo diuerſarum diœceſum, & alias ad diuerſos collatores ſpectantia, ſi eſſent vnita æque principaliter, in prouiſione illorum requiritur conſenſus vtriuſque, c. 2. nu. 47. p. 13. Sicut in Eccleſijs Cathedralibus ſeu collegiatis ſic vnitis, quamuis canonici vnius non ſint canonici alterius, electio deberet fieri ab omnibus communiter, & ab vtroq; collegio ſimul, nu. 48. quamuis in prouiſione beneficij, cui alterum alterius diœceſis eſt vnitum accеſſorie ſufficiat cõſenſus Epiſcop: beneficij principalis, nu. 49. & ſic ſi vnum monaſterium vniatur alteri, Epiſcopus principalis habebit confirmare Abbatem, ſecundum Ioann. de Lignano contra Pet. de Perugio, cuius opinio ſolum procedet, quando vnio eſt æque principaliter, contra Cacialupum, à nu. 50.

Beneficia duo etiam ſimplicia, certum eſt non poſſe ſimul teneri, ſi ambo requirunt perſonalem reſidentiam incompatibilem, cap. 5. §. 3. num. 261. p. 11. in ordine, ſed non in impreſſione.

Beneficia duo habens vnita æque principaliter requirentia alias reſidentiam perſonalem debet in digniori reſidere, & alias vbi commodius, & vtilius eſſe videbitur: at in æqualitate, in quo maluerit, cap. 2. nu. 45. fol. 294. par. 12.

Beneficia duo ſimplicia vniformia, ſiue ſimilia, ac duæ dignitates, perſonatus, præbendæ, portiones, canonicatus, ſeu officia ſub eodem tecto, ſunt incompatibilia, adeo vt per aſſecutionem ſecund. vacet primum ipſo iure, etiam de iure antiquo, c. 5. §. 2. nu. 182. p. 11. Nec valet ſtatutum Epiſcopi in contrarium, num. 183. nec etiam conſuetudo contraria etiam immemorialis, num. 184. nec Epiſcopus poteſt diſpenſare, nu. 185. & improbatur dictum Zerolæ nu. 186.

Beneficia duo ſimplicia perſonalem reſidentiam non requirentia, certum eſt poſſe quem obtinere, quando alterum eorum non eſt ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, capite quinto, §. 3. num. 292. part. 11.

Beneficia duo ſi quis habeat, quorum quodlibet de per ſe non eſt ſufficiens, & poſtea aliquod eorum contingit fieri ſufficiens, an poſſit adhuc illa ſimul retinere ſtante decreto Concilij Trid. ſeſſ. 24. c. 17. Reſolvitur non poſſe, ſed debere vnum ex eis dimittere, c. 5. §. 3. nu. 319. par. 11.

Beneficia duo, vel tria habenti, quæ non ſufficiunt ad congruã, an poſſit aliud, vel alia beneficia, vſque ad congruam conferri ad effectum retentionis, cap. 5. §. 3. nu. 305. pag. 11. Et certum eſt ante Concilium licuiſſe plura beneficia alias non incompatibilia, etiam vltra duo tenere vſque ad congruam, num. 306. Sed ſtante Concilio id non licet, vt contra Nauar. & alios & Rotam tenet S. Congregatio in declarationibus adductis à nu. 307.

Beneficia extinguuntur, etiam quando authoritate Papæ, vel Epiſcopi, vel alio modo Eccleſiæ deſtruuntur vna cum reditibus c. 1. nu. 14. p. 12.

Beneficia nouitij non reſignata, cum per ingreſſum religionis ante poſſeſſionem non vacent, an interim lucretur fructus, c. 9. nu. 27. p. 11. Reſolvitur quod in beneficijs habentibus fructus in abſentia nouitius interim eos lucrabitur, nec debet eis priuari, ſiue poſtea exeat ſiue profiteatur, nu. 29. & ſi eſt curatum, debet obtinere licentiam ordinarij in ſcriptis, & ſi nollet eam dare, eſſet recurrendum ad ſuperiorem, nu. 30. in beneficijs vero non habentibus fructus in abſentia, vt canonicatibus, & præbendis, quorum fructus reſidẽdo lucrifiunt, non lucrabitur, cum non reſideat, nu. 31.

Beneficia omnia poſſunt libere permutari, cap. 7. nu. 1. p. 11. Non ſolum habita in titulum, ſed etiam in commendam, nu. 12. ſed cum beneficia commendata ſint affecta, non poteſt eorum permutatio fieri, niſi coram Papa, nu. 13.

Beneficia omnia promoti ad Abbatiam vacant adepta poſſeſſione pacifica ipſius, vel ſi per eum ſteterit, etiamſi non fuerit benedictus, c. 7. nu. 1. p. 11. Pro quo allegatur cap. presbyteros 16. q. 1. & facit regula Cancellariæ 25. num. 2. quod procedit tam in Abbatijs regularib. quam ſecularib. nu. 3. intelligendo de Abbatijs ſecularib. quando Abbas in Eccleſia collegiata, habet generalem, & omnimodam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, ita vt dici poſſit ſponſus, & paſtor: ſecus in alijs Abbatijs ſecularibus, nu. 4. procedit etiam in priori, ſeu prioratu, qui habet locum Abbatis, & eſt principalis prælatura in Eccleſia regulari, ſeu collegiata, & in effectu eſt eadem dignitas, ac Abbatia, & idem ſi vocaretur alio nomine, nu. 5.

Beneficia plura obtinens ex diſpenſatione Papæ, ſine cauſa tamen rationabili, an ſit tutus in foro conſcientiæ remiſſiue, c. 5. §. 3. nu. 378 p. 11.

Beneficia plura retinentur hodie non ſolum ex prouiſione motu Sanctiſſimi ſignata, ſed etiam ex prouiſione ſignata per conceſſum manu Cardinalis, vel alterius qui non poſſunt dici diſpenſare contra Concilium, capite 5. §. 3. num. 429. p. 11. Et refertur, quod circa hoc ait Zechus, num. 330. & quod ſucceſſit Romæ de impetrationib. quæ fieri prætendebantur, & c. decretum Concilij. & declarationes S. Congregationis, nu. 331. Vnde videtur probabilem opinionem Innocentij, quam conſuetudo antiquiſſima probauit, etiam hodie poſſe procedere, & c. nu. 332.

Beneficia plura ſimplicia reſidentiam non requirentia, an ſint incompatibilia, & non poſſint retineri, quando alterum eorum eſt ſufficiens, cap. 5. §. 3. num. 263. p. 11. Et prima ſententia Innocentij, & aliorum eſt, poſſe teneri, quam ſeruat conſuetudo quam Papa ſcit, & tolerat, & c. à num. 264. Contraria ſententia eſt gloſſæ, Abbatis, & aliorum, & communem obſeruantium, & conſuetudinem contrariam non valere à num. 268. Quomodo procedant dictæ opiniones ante, & poſt Concilium Trident. à num. 272. vſque ad num. 280.

Beneficia priora, quæ per adeptionem poſteriorum vacant virtute capituli de multa, non reſeruantur per Extrauagantem, execrabilis, verſ. quæ vero de præbendis, ſed ſolum poſteriora, quæ propter indebitam retentionem priorum vacant virtute dictæ Extrauagantis, c. 5. nu. 45. p. 11. Quidquid dicant alij relati à n. 46. iuxta quæ eſt accipienda reſeruatio regulæ 1. Cancellariæ, in qua reſeruantur beneficia quæ per conſtitutionem, execrabilis, vacant, vel vacare cõtigerit. num. 49. Beneficia tamen priora, quæ tempore illius conſtitutionis qui retinebat de facto ſine diſpenſatione, comprehenduntur in dicta reſeruatione, num. 50.

Beneficia priora licet per Epiſcopatum uacent, per adeptionem tamen dignitatum, vel beneficiorum non vacat Epiſcopatus, vel Abbatia, c. 6 nu. 43. p. 11.

Beneficia promoti in Epiſcopum quando vacare cenſeantur, con-

# INDEX.


controuersia est, & resoluitur de iure non vacare, nisi post adeptam possessionem pacificam, & consecrationem, seu huius loco lapsum trimestris ad consecrationem dati, cap. 4. num. 5. p. 11. In Curia tamen beneficia electi in Episcopum consecrati in Curia, statim conferuntur, etiam ante adeptã possessionem, secundum glossam, & alios, nu. 16. Alij vero dicunt, quod de stylo, & consuetudine Curiæ beneficia promoti statim vacant per promotionem, statimque, vt vacantia per Papam conferuntur, nu. 7. Declarando tamen, quod licet statim conferantur, tamen collatio non debeat habere effectum, & beneficia vere, & effectualiter vacare non censeantur, nisi saltim adepta possessione vel per eum stante, secundum Abbatem, & alios. num. 8. Rota tamen, & alijs interpretantur istud de stylo Curiæ procedere, quãdo in promotione Papa decreuit beneficia vacare, alias stari iuris communis dispositioni, & ab eo regulari stylum Curiæ, num. 9. & tunc non intrabit dicta declaratio Abbatis, sed decernente Papa beneficia statim vacare, vacabunt vere, & effectualiter statim, & prouisus de eis poterit possessionem capere, etiam ante adeptam à promoto possessionem Episcopatus, quamuis si non posset postea eam capere, posset & redire ad sua beneficia, etiam sine noua collatione, num. 10.

Beneficia promoti in Episcopum vacant sine controuersia, c. 6. num. 1. p. 11. Vacantque omnia beneficia, num. 2. etiam simplicia, num. 3. ac etiam pensiones num. 4.

Beneficia promotorum ad Episcopatus in terris infidelium existentes, seu titulares, non vacant, cap. 6. num. 24. par. 11.

Beneficia quando dicantur sub eodem tecto, seu in eadem Ecclesia, an si vnum sit in Ecclesia, & aliud in capella, claustro, aut cœmeterio, vel ambitu eiusdem Ecclesiæ, censeantur esse sub eodem tecto, & in eadem Ecclesia. cap. 5. §. 2. num. 258. par. 11. Resoluitur, quod beneficium situm in capella, claustro, cœmiterio, seu ambitu contiguis Ecclesiæ, censetur esse in eadem Ecclesia: si vero non essent Ecclesiæ contigua sed extra septa illius, beneficium ibi situm non cẽseretur esse in Ecclesia principali, num. 259.

Beneficia quando sunt annexa inuicem æque principaliter, cuiusiubet qualitas, & natura est attendenda, & sic si alterum illorum esset curatum, vel incompatibile, impenderet assecutionem alterius similis sine dispensatione, alias per assecutionem alterius incompatibilis vacaret vtrumque annexum c. 2. nu. 41. p. 12. Quamuis ipsa beneficia alius incõpatibilia mutuo vnita, nõ sunt incompatibilia inter se ratione vnionis, nu. 42. vbi adducitur declaratio S. Congreg.

Beneficia quæ dicuntur vicariæ, quæ tamen sunt beneficia de per se, & vicaria erecta in Ecclesijs vnitis, abdicando ab illis curam, & transferendo in vicarias, comprehenduntur certe sub reseruationibus, c. 2. §. 2. nu. 319. p. 9. Et qui sint videndi de vicarijs parochialium vnitarum, nu. 320. f. 150.

Beneficia quæ permutantur, quando sunt in diuersis diœcesibus quod faciendum, remittitur ad glossam in cap. 1. de rerum permut. lib. 6. verbo collationem, & ibi DD. c. 4. num. 65. part. 11. Et sententia glossæ est communiter approbata, quam sequuntur relati, num. 66.

Beneficia quæ promoti obtinent tempore promotionis, sunt Papæ reseruata per Extrauagantem ad regimen, siue tunc, siue postea quomodocunque vacent, c. 6. num. 50. par. 11. Et quamuis Extrauagans sit tẽporalis, tamen omnes SS. Pontifices eam renouant in prima regula Cancellariæ nu. 31. & ponitur decisio Rotæ, nu. 32. & quod in ea dicitur beneficia promoti vacare in Curia, & vt sic esse reseruata intelligitur quando in promotione Papa decreuit ea vacare. num. 33.

Beneficia regularia in titulum regularibus professis prouideri consueta Concilio Tirden. decretum est, vt religiosis tantum illius ordinis, & non alijs conferantur, c. 10. num. 8. par. 7.

Beneficia regularia non possunt conferri nouitijs, sed debent dari expresse professis, c. 10. num. 4. par. 7.

Beneficia regularia secularibus vniri Concil. Trid. prohibetur, c. 10 nu. 7. par. 7.

Beneficia secularia possunt conferri nouitio, & valebit collato, seu electio de eo facta, c. 10. num. 5. par. 7. Qui consentiendo & beneficium acceptando non videtur ipsi religioni renuntiare, sicut è conuerso, num. 6.

Beneficia secularia quod secularibus regularia regularibus cõferantur, limitatur, nisi vrgeat necessitas, quia puta idonei non reperiantur, c. 10. nu. 16. p. 7.

Beneficia secularia quod secularibus, regularia regularibus conferantur, limitatur secundo, vt non procedat in Ecclesijs parochialibus, seu curatis secularibus, ad quas promoueri potest monachus, maxime si est aptus concionator, cap. 10. à nu. 17. p. 7. Sed contraria sententia tenetur, scilicet quod monachi sint inhabiles ad beneficia secularia etiam curata, nec Episcopus possit in hoc dispensare: canonici tamen regulares possunt obtinere curata à num. 20.

Beneficia secularia quod secularibus, regularia regularibus conferantur, limitatur tertio, nisi sit mutata qualitas, & status beneficij, ad quod requiritur quadraginta annorum possessio cum bona fide, scilicet quando constat de veritate beneficij, & anteriori statu: nam alias attendendus videtur vltimus status, maxime secularitatis, cap. 10. num. 34. & seq. vbi adducuntur resolutiones Rotæ: nec sufficit quadragenaria sinate priuilegio, vel dispositione Papæ cum decreto irritante seu prohibitione, sed opus esset immemoriali, num. 36.

Beneficia si sint simplicia, & requirant residentiam, ita quod non posset deseruiri in eis per alium: tunc per adeptionem secundi videtur renuntiari primo, c. 5. à num. 74. par. 11. Sed non placet, num. 75.

Beneficia vacãtia per assecutionem alterius authoritate Apostolica facta, sunt reseruata Papæ per extrauagantem ad regimen, quæ renouatur per omnes SS. Pontifices in regula 1. Cancellariæ, cap. 1. num. 51. & 52. p. 11. quæ reseruatio procedit in beneficijs vacaturis per assecutionem alterius, non solum ex dispositione iuris, sed etiam ex decreto Papæ, num. 53. Et similis erat reseruatio, quam pro suo tempore fecerunt Clemen. VI. & Vrbanus VI. de omnibus beneficijs vacantibus per assecutionem alterius incõpatibilis virtute expectatiuarum, num. 54.

Beneficia vacantia propter hæresim, dispositionis Sedis Apostolicæ reseruantur ex constitutione 26. Pij V. de qua c. 104 §. 1. num. 71. par. 11.

Beneficia vacant renuntiatione facta, ex causa permutationis, quæ potest fieri, etiam exprimendo Episcopo, quod renuntiant ex ista causa, c. 4. nu. 1. & 2. nu. 1. par. 11. Referuntur agentes de hac materia permutationis beneficiorum, quamuis non debeant, nisi permutantibus conferri, num. 3. adeo vt non solum expectatiua, sed nec optio permutationis effectum impediat, num. 4.

Beneficialis causa, & beneficium litigiosum, an sit quando quis se opponit prætendens sibi vti præsentando, vel alias beneficium esse debitum, cap. 3. num. 76. cum sequentibus part. 4.

Beneficiatus, an sit dominus fructuum, & an possit de eis libere disponere, disputatur, cap. 1. à num. 2. vsque ad 7. par. 2.

Beneficiatus etiam simplex, de iure communi non potest testari de fructibus beneficij, seu de acquisitis ex eis, cap. 1. à num. 8. par. 2.

Beneficiatus ex consuetudine potest testari de acquisitis, quæ

# INDEX.


*qua conſuetudo eſt approbata in Hiſpania, quoad clericos Epiſcopis inferiores, per Rotam Romanam, cap. 1. nu. 11. & 12. p. 2.*

*Beneficiati ſtante conſuetudine, an poſſint licite teſtari etiam ad vſus prophanos, eaque relinquere conſanguineis etiam diuitibus, diſputatur pro vtraque parte, c. 1. à nu. 13. vſque ad num. 21. p. 2.*

*Beneficiatus an poſſit locare fructus, etiam ad longum tempus vel ſibi bene viſum, traditur, c. 1. nu. 22. cum ſeq. p. 2.*

*Beneficiati non recitantes, non tenentur ad reſtitutionem fructuum, ex iure naturali & diuino, ſed ex iure poſitiuo, c. 1. num. 7. p. 3. & ita de iure antiquorum non tenebantur fructus reſtituere, nu. 8. & 10.*

*Beneficiatus omittens aliquod ſeruitium, ſeu munus iniunctũ, non tenetur ad reſtitutionem, ſed illud ſi poteſt ſupplere debet. c. 1. nu. 16. p. 3.*

*Beneficiatus non recitans intra ſex menſes primos, facit indiſtincte ſuos fructus ſuos, quidquid alij dicant, cap. 1. nu. 17. vſque ad 23. p. 3.*

*Beneficiatus omittens officium, primo ſemeſtri non tenetur ad reſtitutionem, non ſolum ſi ſtatim poſt collationem beneficij incipiat omittere, ſed etiam ſi poſt per aliquod tempus horas perſoluerit, & poſtea incipiat illas omittere, contra Summam coronam. c. 1. nu. 24. & 25. p. 3.*

*Beneficiatus qui bona fide, & abſque peccato mortali, omiſit recitare etiam poſt ſex menſes, non tenetur ad reſtitutionem. c. 1. nu. 26. p. 3. & intellige vt nu. 27.*

*Beneficiati non recitantes, tenentur in integrum reſtituere omnes fructus, etiam ſi beneficium ſit curatum, c. 1. num. 28. cum ſeq. p. 3.*

*Beneficiatus dicens officium per aliud Breuiarium à Romano, vel dicens de Sancto, cum eſſet de feria an ſatisfaciat, ita vt non peccet ſaltem mortaliter, c. 1. nu. 145. cum ſeq. p. 3. Et quid ſi recitaret de vno Sancto, cum eſſet recitandum de alio, num. 175. & quid ſi ſecutus fuit ſententiam peritorum, num. 176.*

*Beneficiatus recitans ſine debita attentione, an teneatur ad reſtitutionem fructuum, c. 1. num. 181. p. 3. cum ſequenti, & quid ſi recitat cum attentione, ſed ſine intentione ſatisfaciendi, an teneatur iterum recitare, à nu. 189.*

*Beneficiatus qui non poteſt recitare per ſe, poteſt tamen cum ſocio, an teneatur ſic recitare, c. 1. nu. 212. cum ſequentibus p. 3. Et an qui non poteſt totas horas, poteſt tamen partem, teneatur illam recitare nu. 216. cum ſeqq.*

*Beneficiandus non debet eſſe bigamus, c. 6. nu. 1. p. 7.*

*Beneficiatus, an ſi hodie ſtante Concilio Tridentino contraheret ſine parocho, aut teſtibus perderet ipſo facto beneficium & partem affi matiuam tenuit Rota in deciſione poſita, c. 8. nu. 13. p. 11. Sed contrarium verius videtur, nu. 14. nam matrimonium illud nullum eſt ex defectu forma contractus, & ex actu nullo propter defectum formæ, ſeu ſolemnitatis non incurritur pœna, nu. 14. ita tenent citati nu. 15.*

*Beneficiatus in ſacris conſtitutus, matrimonium contrahens de facto indiſtincte non perdit ipſo facto beneficium, ſed eſt priuandus per ſententiam, c. 8. nu. 17. p. 11. Quamuis alij teneant ipſo facto priuatum eſſe, nu. 18.*

*Beneficiatus in vna diœceſi, ſi acceptat aliud beneficium requirens ſimiliter reſidentiam in alia, & ibi commoratur, tunc tacite inducitur renunciatio primi, niſi aliud appareat, c. 5. nu. 71. p. 11. Sed contra tenetur, nu. 72. & ſeq.*

*Beneficiatus qui non habet ſcientiam competentem beneficio, quamuis collatio valuerit, tenetur addiſcere, quamprimum commode poſſit, alias tenetur illud dimittere, c. 7. nu 21. p. 7. Et etiam fructus reſtituere, ſecundum Aragon. num. 22. quod tamen non videtur verum, nu. 23.*

*Beneficij priuationem ipſo iure nullum crimen, etiam depoſitione dignum inducit, niſi ſit iure cautum, ſed eſt priuandus per ſententiam. & ita in dubio præſumitur, cap. 10. num. 5. part. 11.*

*Beneficio an priuetur quis, ob violentam beneficij apprehenſionem, ſeu occupationem, Corraſius dicit quod ſic, ex c. cum qui. de præbend. in 6. cap. 10. §. 3. num. 2. p. 11. Quem textum explicant relati nu. 209. & quando dicatur violentus poſſeſſor remiſſiue, nu. 210. Sed id intelligitur reſpectu iuris, quod in beneficio violenter occupato, vel ad illud taliter occupanti competebat, nu. 211. Et non eſſet priuatus iure qui poſſeſſionem apprehenderet, niſi violentiam adhiberet illi, qui iam eſt in poſſeſſione, quamuis capiens propria authoritate poſſeſſionem beneficij ab alio occupatam debeat puniri, etiam ſi violentiam non adhibeat, nec lucraretur fructus, nec eſſet manutenendus, ſecund. Rebuff. nu. 212.*

*Beneficiorum permutatio, vide verbo permutatio.*

*Beneficiorum prouiſio debet fieri infra ſex menſes, vide verbo prouiſio beneficiorum.*

*Beneficiorum ſecularium ſimplicium ſunt incapaces religioſi, etiam canonici regulares, cap. 10. num. 28. & 29. p. 7. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Beneficium alteratur in melius per erectionem in alium ſtatum ſuperiorem, vt cum collegiata erigitur in Cathedralem & Epiſcopalis in Metropolitanam, quod tamen ſolus Papa facere poteſt, capite 5. nu. 1. p. 12.*

*Beneficium amittitur, etiam per matrimonium cum conſanguinea, aut alias de facto contractum à beneficiato minorum ordinum, ſecundum communem contra Cardinalem, But. Imol. & alios dicentes priuandum eſſe per ſententiam, quibus accedunt Decius, & alij, quando ſcienter contrahit in gradu prohibito, dicentes communem habere quando ignoranter contraxit: quam Decij ſententiam reprehendunt Greg. Lopez, Couar. & alij. non enim ex eo, quod ſcienter contraxit, videtur in eo deficere conſenſus contrahendi, & quia magis peccans, non debet eſſe melioris conditionis, c. 8. à nu. 4. p. 11. Sed author è diuerſo exiſtimat, quod talis beneficiatus contrahens matrimonium in gradu prohibito ignoranter, & cum debita ſolemnitate, non amittit beneficium ipſo iure, nec per ſententiam debet priuari, quamuis ſcienter contrahens illud amittat ipſo iure, nu. 8. Et ratio differentiæ ponitur, nu. 9.*

*Beneficium, an quod vacat de iure licet non de facto quia aliquis eſt in poſſeſſione, conferri poſſit, c. 1. nu. 41. par. 10. Et poſſe conferri docent relati, num. 42. quod procedit quando poſſeſſio eſt euidenter iniuſta, aut eius color caſſatus à iure, vel ab homine, nam tunc collatio eſt nulla, etiam facta ab ordinario ex defectu poteſtatis, num. 44. & ſequentib. Sed contrarium tenetur, quia in ordinario non datur ſurreptio, quæ ſolum conſideratur in propoſito, à nu. 46. Licet in prouiſione Papæ vel legati, in quibus cadit ſurreptio, facienda eſt mentio de colorata alterius poſſeſſione, alias eſt ſurreptitia, & nulla, num. 48.*

*Beneficium, an ſi eſt patronatum, requiritur in reſignatione ad eius validitatem patroni conſenſus. c. 3. à num. 12. par. 11. Reſoluitur negatiue contra Abbatem & alios, quorum ſententia procedet, in reſignatione facta coram Papa in fauorem alicuius ſine conſenſu patroni laici, & abſque derogatione iuris patronatus, quæ patrono reclamante intra tempus ad præſentandum eſt irritæ, nu. 16.*

*Beneficium clerico dare quis non poſſet cum conditione, quod illud ei dimittatur, ſeu reſignet libere, cum dederit ei aliud pinguius: imo eſſet ſimonia, c. 2. nu. 26. p. 8.*

*Beneficium conferri poteſt ſimul atque beneficiatus mortuus eſt, vel alias vacat, ab ordinario, etiam ignorante mortem,*


*ſeu*

# INDEX.


*seu vacationem, & sub conditione si vacat, c. 1. num. 37. p. 10. Cum per obitum vacat beneficium conferri potest, etiam nondum sepulto corpore defuncti quidquid sit in electione prælati, quæ alias videtur cassanda, à nu 37.*

*Beneficium cum detur propter officium, oportet quod promouendus non sit irregularis, c. 11. nu. 1. p. 7.*

*Beneficium cum vacat, non solum conferri, sed etiam promitti potest, & promissum debetur, licet affectum non sit, sed valeat collatio alteri facta, c. 1. nu. 31. p. 10. Et patronatus qui promisit alicui eum præsentare ad beneficium vacans, licet possit variare, tenetur etiam illum præsentare, secundum Lochium, nu. 32. contra quem tenet Lambertin. cuius tamen rationes non videntur bonæ, nu. 33. & 34. refertur sententia Gabrielis Vazquez: authori vero satis probabile videtur promissionem etiam de beneficio vacante, licet iure non sit prohibita nunquam tamen obligare. nu. 35. & 36.*

*Beneficium cum vacet renuntiatione facta ex causa permutationis, non poterit ad illud redire renuntians sine noua collatione, etiamsi permutatio non sequatur, seu non teneat, nec habet effectum, cap. 4. nu. 5. par. 11. Quamuis contra teneant alij relati, nu. 6. nempe quod si permutatio non habuit effectum, permutantes possunt redire ad sua beneficia absque noua collatione, quorum opinio tantum procedit in permutatione facta in manibus Papæ, nisi quando culpa eorum non habet effectum, nu. 7. & sequenti, vbi ponitur decis. Rotæ. Et ratio est, quia in permutatione facta coram Papa si non habet effectum, ius non abdicatur à resignante, sicuti in resignatione in fauorem, & conditionali, nu. 9. Nã tamen potest quis redire ad beneficium à se dimissum, ex eo quod permutans decesserit ante factam ei collationem, quamuis superstes cui fuit collatum beneficium permutantis possit vtrumque retinere illo decedente ante ipsius resignationem, nu. 10.*

*Beneficium de mensa Prælati dignitatis seu capituli, non vacat per mortem clericorum illi seruientium, quibus illius fructus quandoque conceduntur, & huiusmodi beneficijs etiam curatis potest seruiri per vicarium temporalem, & ad nutum amobilem, & c. c. 2. nu. 3. par. 11.*

*Beneficium existens in diœcesi suffraganei quando impetratur, vt deuolutum ad Sedem Apostolicam, iuxta Concilium Lateranense, quomodo sit probanda deuolutio gradatim, vtrum præsumatur scientia Archiepiscopi de vacatione beneficij in diœcesi suffraganei, & ei currat tempus, cap. 3. à nu. 21. par. 10 Et ei currere tenent Rota, & alij, quia debet celebrare Concilium prouinciale, & in eo statuere personas, quæ solicite inuestigent, quæ correctione sunt digna, & referant in Concilio sequenti: & quia habet visitare prouinciam. Sed resoluitur id de personis statuendis nihil referre ad propositum, vltra quod non videtur vniuersaliter esse in vsu, & similiter non esse in vsu Archiepiscopos visitare prouinciam, nec ex Concilio posse, nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali. & sic non præsumi scientiam dictæ vacationis, nec currere tempus, nisi probata alias scientia.*

*Beneficium extinguitur suppressione, & desinit esse, vt cum supprimitur dignitas, vel prebenda, seu numerus illarum diminuitur, c. 1. nu. 1. p. 12.*

*Beneficium nondum vacans non potest conferri, vel promitti c. 1. nu. 1. par. 10. Nec iuramento confirmatur, n 2. præterquam à Papa qui ex plenitudine potestatis ius tribuit ad vacatura, nu. 3.*

*Beneficium non perdit clericus per matrimonium, nec ipso iure, nec per sententiam si matrimonium esset nullum ex defectu consensus clerici, cap. 8. nu. 10. par. 11. Et idem quando matrimonium est nullum ex defectu consensus mulieris procedentis ab eius furore, seu amentia, nu. 11. At si esset nullum ex defectu consensus legitimi mulieris, vt quia fuit vi, vel metu compulsa, clerico libere consentiente ipso iure perdet beneficium, quando ipse libere, & scienter contraheret cum muliere coacta, nu. 12.*

*Beneficium non potest capi per obitum ex clauf. Sine alio quouis modo, posita in resignatione, cum ante factam resignationem per procuratorem principalis est mortuus, & sic resignatio non potest verificari, nec de iure, nec de facto, c. 1. num. 65. part. 11. Quidquid sit de alio capite ex regula de verisimili, quæ non videtur intrare, cum non principaliter impetratur pro obitum, num. 66. & seq. vbi ponitur decisio Rotæ.*

*Beneficium non potest conferri clerico incidenti in cacitatem, cap. 12. nu. 21. p. 7.*

*Beneficium non sufficiens habenti, si detur aliud sufficiens de per se, vacat primum ipso iure, c. 5. §. 3. à nu. 302. par. 11. nec tollit Concilium, qui habenti beneficium simplex non sufficiens liceat conferri aliud non curatum, & c. nu. 304.*

*Beneficium non vacat per sponsalia de futuro, c. 8. nu. 19. par. 11. & sic reprobatur decisio Rotæ antiquæ dicens, quod clericus contrahens matrimonium cum impubere vndecim annorum per verba de præsenti, etiam non secuta copula, perdit beneficium: nam hic contractus cum impubere iuris interpretatione solum est sponsalia de futuro, & contra illam tenet communis, nu. 20. Nec placet concordia, quod communis procedat, quando clericus sciebat eam esse impuberem, & opinio Rotæ quando ignorabat, numer. 21. & 31. & 265.*

*Beneficium perdit clericus ipso facto, matrimonio contracto, etiam non secuta copula, cap. 8. num. 1 par. 11. Et si etiam accessus, regressus & alia iura ad beneficium competentia licet non extinguatur dispensatio, & habilitas ad beneficia, num. 2.*

*Beneficium per vnionem, etiam extinguitur, seu saltem alteratur aliquo modo, c. 2. nu. 1. p. 12. vbi ponitur summa totius materiæ vnionum, de qua qui sunt videndi nu. 2.*

*Beneficium potest permutari, etiamsi nondum sit adepta possessio ipsius, nam habens ius in re, non tamen possessionem, potest cum alio permutare, c. 4. nu. 15. p. 11.*

*Beneficium primum, ita demum vacat per assecutionem secundi beneficij incompatibilis, si assecuti, & possessio secundi sit pacifica, non solum de facto, sed etiam de iure, id est, non litigiosa sed absque controuersia iuris, & facti iudiciali, & extraiudiciali, contra Innoc. & alios. cap. 5. §. 1. nu. 105. par. 11. Et sequenti, vbi ponitur decisio Rotæ. Nec alias intrat decretum de dimittendo, quod non currit, nisi à die captæ possessionis pacifica, & notæ: sufficit tamen, quod possessio secundi sit pacifica quoad obtinentem, & c. nu. 106.*

*Beneficium primum, vt vacet per assecutionem secundi incompatibilis, non requiritur, quod vtriusque habeatur pacifica possessio. nam quamuis primum fit litigiosum, multo magis vacabit per assecutionem secundi pacifice possessi, & sic intelligitur declaratio Sanctæ Congregationis allata. Nec per possessionem pacificam, id est, deceptam post obtentionem secundi litigiosi, istud vacat, cap. 5. §. 1. n. 107. & 108. part. 11. In terminis vero cap. ordinarijs, §. in conferendis, vt collatio tertij facta habenti duo similia incompatibilia non valeat, nihil refert, quod tertium fit litigiosum, quamuis valeret, si fieret collatio tertij retinenti duo incompatibilia, quia secundum erat litigiosum: quæ tamen vacarent per assecutionem tertij pacificam, nu. 109.*

*Beneficium principale debet exprimi in impetratione, nec est opus exprimere vnitum accessorie, cap. 2. nu. 20. par 12. & per collationem principalis habetur vtrumque, nec est necessaria*

# INDEX.


ceſſaria alterius collatio, num. 31. & capta poſſeſſione Eccleſiæ, ſeu beneficij principalis, etiam alterius illi unita intelligitur capta, num. 22.

Beneficium quando debeat conferri certæ perſonæ, ſeu certo generi perſonarum, intelligitur data habilitate talis perſonæ, & ſi illa idonea ſit, non alias: & qualibet diſpoſitio, quantumuis generalis, recipit interpretationem de habilitate, c. 15. num. 12. p. 7 & ſic inhabilis non poteſt optare, ex Rota, num. 13. & num. 14. ponitur alia reſolutio Rotæ ad id. Sed id de optione intelligendum eſt, quando mutatur titulus beneficij, ſecus vbi non mutatur, ſed optio ſit tantum quoad prabendam temporalem, num. 15.

Beneficium reſignare an poſſit ingreſſus religionem in anno probationis, & ante Concilium, clarum eſt quod poterat, c. 9. nu. 9. p. 11. Difficultas eſt ſtante Concilio ſeſſ. 23. c. 16. de regularibus an illud decretum procedat etiam in renuntiatione beneficij, & procedere tenet Maiolus, num. 10. & Flam. Pariſ. relatus, num. 11. ſed contrarium tenetur, num. 12. Nec Flam. loquitur conſequenter, num. 13. nec creditur S. Congregat. cenſuiſſe, quod decretum habeat locum in renuntiatione beneficij, num. 14.

Beneficium reſignatum poteſt ab ordinario libere conferri, & à clerico impetrari. cap. 3. §. 3. nu. 264. par. 11. intelligendo de beneficijs ſimpliciter reſignatis quæ quibuslibet aliis idoneis poſſunt libere conferri, & impetrari. nam reſignata in fauorem non niſi his, in quorum fauorem reſignantur, poſſunt conferri, num. 265. & cum coram ordinarijs non renuntientur beneficia niſi ſimpliciter, poſſunt per eos conferri libere quibuslibet excipiendo caſus exceptos per conſtitutionem 58. Pij V. videlicet, quod beneficia coram ordinarijs reſignata, non poſſunt conferri conſanguineis, affinibus, aut familiaribus ipſorum collatorum, vel reſignantium, num. 266. quod etiam procedit in parochialibus prouidendis per concurſum, num. 267. non tamen in beneficijs iuris patronatus, num. 268.

Beneficium ſi vnum tantum eſſet in perſona patris & filij cum alternatiua reſidentia pater tenetur in totum cedere filio totum ius quod haberet, reſeruata ſibi penſione. c. 3. nu. 79. p. 7. & idem eſt quando pater eſſet coadiutor filij, num. 80.

Beneficium ſufficiens habenti, an nequeat conferri aliud, niſi prius illo dimiſſo, & alias collatio ſit nulla ex decreto Concilij Triden ſeſſ. 24. cap. 17. vt videtur ex eius verbis, & facit cap. is cui de præbendis in 6. capit. 5. §. 3. nu. 281. & ſequentib. part. 11. Sed contrarium reſolvitur, nam verba dicti decreti intelliguntur ad effectum retentionis tantum, ex San. Congregat. & Rota nu. 283.

Beneficium ſufficiens habenti, an ſi conferatur aliud non ſufficiens, per aſſecutionem iſtius vacet ipſo iure primum, capit. 5. §. 3. num. 300. part. 11. reſolvitur affirmatiue, num. 30.

Beneficium ſufficiens quod dicatur, remiſſiue, capit. 5. §. 3. num. 320. part. 11. & ad iſtum effectum computandæ ſunt diſtributiones quotidianæ certæ in beneficijs requirentibus reſidentiam, & de groſſa canonicatuum certum videtur, licet reſidendo lucrifiat, & ideo etiam non computetur in fructibus ad effectum regulæ de valore, num. 321. & ſeq.

Beneficium vacat, & amittitur priuatione, ſeu depoſitione, quæ propter graue delictum imponitur cap. 10. nu. 1. par. 11. nec eſt locus pœnæ priuationis beneficiorum, niſi in caſibus à iure expreſſis, num. 2. Sed quia non omnia crimina comprehenduntur certa definitione, debebit iudex in his, quæ ſimilia ſunt expreſſis, in quibus imponitur depoſitionis pœna, eandem regulam ſequi, num. 3. non tamen debet iudex attendere multum ad canones antiquos, quia illi de facili imponebant pœnam depoſitionis, nec niſi pro graui crimine depoſitioni, ſeu priuationis locus eſt, numero 4.

Beneficium vacat per ingreſſum religionis, ſecuta profeſſione expreſſa, vel tacita, non ante, cap. 9. num. 1. par. 11. & de profeſſione tacita intelliguntur verba cap. beneficium de regularib. in 6. ibi, Aut conſtet, &c. & ibi, Seu Scienter, &c. num. 2. & ſeq.

Beneficium vacat per mortem beneficiati, nam mors omnia ſoluit, c. 2. num. 1. par. 11. fallit vbi beneficium ſuppreſſum eſſet ab habente poteſtatem, vel vnitum, num. 2.

Beneficium vacat renuntiatione etiamſi ex cauſa permutationis facta ſit renuntiatio, quæ eſt vera reſignatio, licet ad effectum reſeruationis, ſuppreſſionis, & vnionis habentur pro non vacantibus, præſertim quando ſunt de primo vacaturo, cap. 3. à num. 3. p. 11.

Beneficium vacat renuntiatione, per quam amittitur omne ius in beneficio competens, proprietas, titulus & poſſeſſio, c. 3. num. 1. par. 11. de qua materia reſignationis beneficiorum videndus eſt copioſus tractatus Flam. Pariſ. num. 2.

Beneficium vientis vniuerſitati conferri poteſt ſecũdum Corraſ. cap. 1. num. 24. par. 10. Sed ſecundum Rebuffum non poteſt conferri in titulum, ſecus in proprietate, id eſt per vnionem. abſque præiudicio poſſidentis, nu. 25. & 26. nec poteſt ei conferri beneficium in titulum, etiamſi non ſit vientis, ſed ſolum in proprietate per vnionem. Et ſic eſt intelligendus Corraſ. num. 27. Et collatio, ſeu reſignatio facta in fauorem capituli, vel collegij vnioni æquipollet, nu. 28. & vnio de beneficio vientis poteſt fieri non ſolum collegio, vel capitulo, ſed etiam dignitati, aut beneficio alicuius perſonæ particularis, nu. 29. Et c. 1. 2. & 3. de conceſſione prabenda loquuntur de collatione tituli, num. 30.

Beneficium vnum permutari poteſt pro duobus, ſi nihil aliud obſtat, c. 4. num. 14. par. 11.

Bigami incapaces ſunt beneficiorum, cum ad ordines promoueri nequeant, c. 6. num. 2. par. 7.

Bigamia eſt triplex, vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria, & quæ ſit illa, c. 6. num. 15. par. 7.

Bigamia interpretatiua contrahitur, quando quis vxorẽ adulteram cognouit etiam ignoranter, vt eſt communis, cap. 6. num. 16. par. 7. quamuis contra eam male teneant aliqui: quia iſta bigamia non eſt voluntaria, quod parum refert, cũ iſta irregularitas præcipue ſit inducta ob defectum Sacramenti, & diuerſa ratio in irregularitate ex occiſione hominis iuſta, à numer. 17. Reliqua de bigamiæ irregularitate per quos ſunt videnda, num. 19.

Bona fide licet regulariter præſumatur etiam ſine titulo, niſi alius poſſeſſor antiquior appareat, tamen vbi ius reſiſtit, non præſumitur bona, ſed mala fides, c. 5. num. 84. & 85. par. 5. niſi poſſeſſio ſit iuſto titulo, aut probabilibus rationibus acquiſita, vel longi temporis, nu. 87. vel ſimus in iure dubio, vt num. 88.

Breuia regulariter quæ dicantur, traditur, capit. 3. numero 2. par. 6.

Breuia regulariter, & de ſtylo dantur ſolum ſuper beneficijs reſeruatis ſeu affectis, cap. 3. à num. 9. par. 6. & reſolutio Rotæ, num. 11.

Breue eſt ſurreptitium, ſi beneficium erat litigioſum, & non ſit in eo facta mentio de lite, neque operatur effectum, & poſſeſſio capta eſſet vitioſa & attentata, cap. 3. num. 14. & 15. par. 6.

Breuia de capienda poſſeſſione, etiam nomine cameræ & poſſeſſio capta eius nomine ſunt ad vtilitatem promiſi, cap. 3. num. 17. par. 6. Vnde ſi gratia principalis eſt nulla, conſequenter & breue erit nullum. num. 18. & 19.

Breuium ad executionem, ſolum requiritur verificatio eius quod eſt poſitum in forma illius, ſub clauſula conſtito, c. 3. à num. 25.

# INDEX.


à nu. 25. p. 6. & deciſio Rotæ, nu. 27. quamuis contrarium etiam tenuerit in alia, nu. 28. quæ non placet. Quando vero in clauſula conſtito, &c. ſit mentio de pertinentia collationis, eſt verificanda, nu. 34. & reprobatur doctrina Gonzalez, nu. 35.

Breuia de capienda poſſeſſione, hodie non dantur niſi cum clauſula conſtito, &c. & ſic executor debet aſſumere partes iudicis, c. 3. nu. 58. p. 6. & reſolutio Rotæ, nu. 59.

Breue licet habet clauſulam, conſtito, &c. ſi tamen in eo non continetur reſeruatio, tenebitur poſtea impetrans illam verificare ad excludendum ſpolium, & reuocationem ſententiæ excuſandam, c. 3. nu. 60. p. 6. & ita procedit deciſio Rotæ relata, num. 61.

Bullæ tunc dicuntur expeditæ quando ſunt plumbatæ, cap. 2. num. 56. par. 4.

Bullæ Cœnæ Domini explicatur, c. 10. §. 1. à num. 115. vſque ad nu. 136. p. 11.

C

Candelabri aurei dictum improbatur, & aliorum dicentium, quod ſi delictum deductum ſit ad forum contentioſum, non tamen probatum, vnde reus abſoluitur, aut in Eccleſijs etiam deprauatis poteſt Epiſcopus diſpenſare, c. 11. à nu. 48. par 7. & illorum ſententia admitti poteſt in ſecundo caſu cap. 6. ſeſſ. 24. de reformatione Concil. Trident. de abſolutione, nu. 51.

Canere in choro an teneantur Canonici, & obtinentes dignitates, vel portiones, ſub pœna peccati mortalis, & obligatione reſtituendi, an vero ſatisfaciant, cum ſola aſſiſtentia, & horas priuatim recitando, c. 2. nu. 512. p. 3.

Canere tenentur Canonici ex ſua inſtitutione, & iure communi in choro, ſeu peccato mortali ſi in hoc eſſent notabiliter negligentes c. 2. nu. 513. p. 3. ad lucrandos tamen fructus, & diſtributiones ſola aſſiſtentia ſufficit, etiam ſi non canent, nec ſint attenti, ſed cum alijs loquantur, contra aliquos, nu 514. cum ſeqq.

Canonici noui an teneantur recitare primo anno, in quo non lucrantur fructus ex ſtatuto, vel conſuetudine Eccleſiæ, c. 1. nu. 60 p. 3. vſque ad nu. 77.

Canonicus ingrediens religionem, non lucrabitur anno nouitiatus fructus præbendæ, quamuis ſit iuſte excuſatus à reſidentia, c. 2. nu. 341. p. 3 & quid in Canonico electo ad Epiſcopatum Italiæ qui debet Romæ examinari, nu. 342.

Canonici exiſtentes in ſeruitio Epiſcopi non poſſunt percipere diſtributiones cotidianas: quod fallit ſtante conſuetudine in contrarium, cap. 2. num 348. p. 3. Secundo fallit, vt num. 349. & ſeq. vbi ponuntur declarationes. Itemque differentia traditur quo ad lucrandos fructus, num. 352. vſque ad num. 355.

Canonicus Vicarius Epiſcopi, non poteſt percipere diſtributiones in abſentia, quamuis percipiat fructus, niſi ſit conſuetudo in contrarium, c. 2. nu. 357. p. 3. Secus in Vicario Capit. Sede vacante, nu. 358.

Canonici, & alij Beneficiati, priuate celebrantes Miſſam in eadem Eccleſia, tempore officiorum, an habeantur pro præſentibus, c. 2. nu. 396. cum ſeq. p. 3 reſoluitur quod non, licet contrarium de conſuetudine ſeruetur, quod poteſt tolerari, nu. 400. & 401.

Canonicus ſuæ obligationi ſatisfaciens quoad reſidentiam & ſeruitium chori an poſſit ordinarie abeſſe à Capit. cap. 2. n. 524. par. 3. fundatur pars affirmatiua, à nu. 525. reſoluitur non licere, & reſpondetur contrarijs, à nu. 529. limita, vt nu. 537. vſque ad nu. 547.

Canonici, qui nondum fecerunt fidei profeſſionem, an poſſint haberi pro præſentibus de licentia Capituli c. 3. nu. 50. p. 3. & reſoluitur quod non, nu. 51. & amplia, vt nu. 52.

Canonici regulares Eccleſiæ B. Mariæ loci del Burgobond. Abul. diœceſ. ordinis S. Auguſtini non poſſunt habere beneficia ſecularia. c. 4. nu. 23. p. 1.

Canonicus qui non eſt in ſacris poteſt optare ſi ſtatutum, vel conſuetudo non ſit in contrarium, c. 4. nu. 31. p. 3.

Canonicus ex decreto Concilij non poteſt eligi ſupra numerum ad futuram præbendam, c. 1. nu. 5. p. 6. Sed in Eccleſijs vbi ſunt Canonici Titulares, id non eſt ſublatum, num. 6. & ibi traditur declaratio S. Congreg. & nu. 7.

Canonicus pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis debet eſſe magiſter, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico, ſeu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur, cap. 7. num. 49.

Canonicatus & Præbendæ Doctorales, & Magiſtrales ad quorum diſpoſitionem, & prouiſionem ſpectent, traditur capite 4. à nu. 168. p. 5. & explicatur Bulla Sixti IV. & Motus proprius Leonis X. nu. 169.

Canonicatus & Dignitates non habentes fructus in abſentia, poſſunt ſimul, ſeu cum alio poni in 24. licet alias ſolus ſolear poni & numerari in 24 c. 2. nu. 168. p. 6.

Capellania erecta in titulum beneficij, poteſt ex ordinatione fundatoris dari puero, ante primam tonſuram titulo ſeculari, c. 2. nu. 30. p. 1. ſi fundator expreſſe ita diſponat, nu. 31.

Capellaniæ ad nutum amouibiles non ſunt beneficia vbi non inſtituuntur authoritate Epiſcopi, c. 2. nu. 81 p. 1. ſecus ſi eius authoritate, vt nu. 82.

Capellaniæ perpetuæ, inſtitutæ authoritate Eccleſiaſtica, ſunt beneficia ſine dubio, & obligant ad horas, c. 2. nu. 95. p. 1. & reſolutio Rotæ, nu. 96. & tunc non tenet prohibitio teſtatoris, quod Ordinarius non ſe intromittat in earum prouiſione, ſed ad ſolos laicos ſpectet, nu. 97.

Capellaniæ etiam perpetuæ fundatæ ſine authoritate Ordinarij, non ſunt beneficia, nec obligant ad horas, c. 2. nu. 102. cum ſeq. p. 1. & in eis valet ordinatio fundatoris, quod Ordinarius non ſe intromittat in eorum prouiſione, num. 105. deciſio Rotæ nu. 106. & 107.

Capellania in cuius primæua fundatione, non interuenit Ordinarij authoritas, poteſt poſtea per Ordinarium erigi in beneficium, ſi non rel ctatu fundatoris voluntas, c. 2. nu. 108. p. 1. Quod intellige in Capellanijs fundatis in vltima voluntate, nu. 109. aut inter viuos quorum effectus differtur poſt mortem. nu. 110. Secus in inſtitutis inter viuos, & ſtatim effectuatis, nu. 111.

Capellania in dubio cenſetur beneficium ſi appareat de vnica collatione, vel inſtitutione Ordinarij, c. 2. nu. 113. p. 1. & vltimus ſtatus beneficij attenditur, nu. 114.

Capellania & beneficia ſimplicia, quæ nullos fructus habent in abſentia, an requirant perſonalem reſidentiam, non obſtante conſuetudine contraria, c. 2. nu. 187. & ſeq. 3. reſoluitur quod ſic, ex Congreg. Concilij, & an Concilium tollat conſuetudinem immemorialem nu. 189.

Capellania an ſit Sacerdotalis ex eo ſolum, quod habeat onus celebrandi annexum, c. 1. §. 1. nu. 75. & 76. p. 7. ſunt variæ ſententiæ: prima ſententia Barbatiæ & aliorum ponitur nu. 77. ſecunda ſententia quam tenuit Rota cum deciſionibus adductis, nu. 79. & 80 & 81. Tertia ſententia conciliatrix, nu. 83. & ſequenti. Quarta ſententia vera, & tenenda. & reſolutio Rotæ, ac declarationes Sanctæ Congregationis à nu. 58. cum ſequentibus.

Capellania vbi eſt Sacerdotalis actu, vel habitu ex fundatione, an poſſit Epiſcopus cũ conſenſu patroni hæredis, ſeu ſucceſſoris, fundatoris, ſaltem pro vna vice diſpenſare, vt prouideatur non habenti dictam qualitatem, cap. 1. num 102.

# INDEX,


par.7. & queritur de patrono herede, seu successore: nam de patrono fundatore clarum videtur posse tollere, & alterare conditiones, seu qualitates cum consensu Episcopi, saltem ex iusta causa, quando essent viles Ecclesiæ, nu. 101. & sequenti. De hoc sunt plures sententiæ. Prima est affirmativa, & ponitur, nu. 105. & 106. Secunda est negativa, quæ de plano procedit stante Concilio Trid sess. 25. c. 5. nu. 108. cum sequentibus, & tenet Sancta Congregatio in declarationibus adductis, nu. 112. & Rota decis. adducta, nu. 113. & 114. & 115.

Capellania si aliqua esset fundata cum obligatione residentiæ personalis, cuius fructus essent adeo minuti, vt non essent sufficientes tali oneri, posset ordinarius tollere eam obligationem, ita quod per substitutum possit illi deseruire, cap. 1, nu. 126. p. 7. Obijcitur Concilij Trident. sess 25. de reform. c. 4. Ex quo videtur Episcopum id non posse facere, nisi in Synodo diœcesana, nu. 127. sunt tamen plures sententiæ, circa dictum Decretum. Sententia Navarri ponitur, num. 128. Sententia Enriquez, P. Ledesmæ, Emanuelis Rodriguez, num. 129. & dictum primum, & secundum authoris ponitur cum declarationibus Sanctæ Congregationis numer. 131.

Capellaniæ in fundatione si caueatur quod præsentetur Sacerdos proximior de parentela, si inueniatur alias clericus, si tempore præsentationis fuerit aliquis Sacerdos, ille debet præsentari, licet remotior, & erit præferendus, etiam si postea ante institutionem alter proximior esset Sacerdos, c. 1. nu. 73. & 74 p. 7. vbi ponitur Rotæ decisio.

Capellaniæ in fundatione, vbi caueretur, quod per se ipsum deberet celebrare, seu quod deberet personaliter deseruire, aut quod resideat, tunc capellania erit Sacerdotalis aptitudine, non tamen actu, cap. 1. nu 98. par. 7. & num. 99. ponitur declaratio Sanctæ Congregationis, & ita procederet resolutio Rotæ in causa Lucana, & etiam videtur accipienda decisio Abulensis capellaniæ de Cebreros. num. 100. & sequenti, vbi ponitur decisio.

Capiens possessionem virtute breuis eiecto possessore tenebatur, & poterat postea plene verificare reseruationem, quæ in breue fundabatur, ad excludendum spolium restituibile, de quo eiectus agebat, cap. 3. à num. 53. p. 6. vbi traduntur Rotæ decisiones.

Capiens possessionem, etiamsi non se ingerat administrationi, nec fructus percipiat, ac etiam si violentiam non adhibeat, videtur, quod sit priuatus iure ad rem, quia eam capiens ante collationem, & ius in re, est intrusus, cum eam capiat sine titulo, cap 10. §. 3. nu. 223. par. 11. & intrusus non solum cadit à iure suo, si quod habet ad beneficium, sed etiam fit inhabilis ad illud, num. 224. Intrususque tenetur in gratia illius facere mentionem de sua intrusione, alias gratia est surreptitia & nulla, num. 225. & sequenti, vbi adducitur resolutio Rotæ, & etiam de fructibus, si quos percepit, tenetur mentionem facere: nam fructus indebite percipiens inhabilis fit, & rehabilitatione indiget, n. 227. quod tamen non habet locum in distributionibus, quando alias habet fructus præbendæ, alioquin idem esset in eis saltim in grossa, nu. 228. & gratia non facta mentione de fructibus male perceptis non suffragatur, nu. 229. iuxta quod erit accipiendū, quod tradit Nau. & Henriquez citati, nu. 230.

Capitulum tradendo possessionem prouiso videtur approbare prouisionem Episcopi, c. 4. nu. 47. p. 5. Quamuis secus si eā tradiderit dicens velle obedire mandatis, nu. 48.

Capitulum solum posse conferre stante absentia Episcopi, qui erat in Curia, & cuius reditus de facili non sperabantur, nō placet authori, c. 4. nu. 49. p. 5. & ibi tex. in c. vnic. ne Sede vacante in 6. declaratur, nu. 50. & 51.

Capitulum non poterit Pœnitentiariam prouidere, occurrente vacatione sede Episcopali vacante, etiamsi collatio Præbendarum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli, sed spectabit ad Papa, c. 4. nu. 145. cum seq. p. 5. neque ei præbendam assignare, vt nu. 148, cum seq. & ibi ratio traditur.

Capitulum si sede vacante infra annum daret dimissorias alicui arctato ratione beneficij de facto possessi, non haberent locum pœnæ concilij, c. 9. nu. 149. p. 2.

Capitulum an possit dare licentiam absentiæ Canonicis & Præbendatis, & eos habere pro præsentibus, vltra tempus à Concilio permissum saltem ad breue tempus ex iusta causa, c. 2. à nu. 402. p. 3. & quid stante consuetudine quæ dat iurisdictionem, nu. 414. & resoluitur non posse, num. 417. Adeo quod nec fructus percepti, in tali absentia eius fiant, etiam si possint in absentia lucrari per tempus à Concilio permissum, nu. 425. cum seqq.

Capitulum an possit dare licentiam absentiæ ex causis alias à iure expressis, alteratis tamen seu modificatis per statuta, seu consuetudines Ecclesiæ, c. 2. nu. 433, cum seq. p. 3,

Capituli maior pars non sufficit in materia delicti, & prohibitorum, quod tendunt ad damnum Capituli, & contradictio vnius facit ne videatur gestum à Capitulo, cap. 2. nu, 455. par. 3.

Capitula absolute non possunt fieri tempore, quo officia, & præsertim Missa maior celebrantur & consequenter non tenetur quis, nec licite potest tunc interesse Capitul. cap. 2. nu. 548. par. 3. & ratio traditur, nu. 549. cum seqq. & ita fuisse declaratum per Clem. VIII. traditur, num. 557. & Congreg. Concilij nu. 559.

Capitula tenere ante horas, interim dum aduenit hora recitandi eas, non est vtile, sed damnosum, secundum Nau. c. 2. nu, 560. p. 3. & quo tempore sint celebranda, nu. 361.

Capitulum quamuis possit conuocari, ex sententia Congregationis suo arbitrio, id intelligendum est dummodo tempore commodo conuocetur, & non officiorum, cap. 2. nu. 563. p. 3. & ibi an acta gesta in Capit. tempore officiorum sint nulla, nec ne, num. 564. & resolnitur negatiua, quod intellige, vt nu. 565.

Capitulo interesse qui non tenetur, vbi non conuocatur legitime, & ibi quando dicatur non ritè congregatum, c. 2. num. 571. cum seqq. p. 3. & quid si congregetur, omnibus non vocatis, nu. 574. & 575. vbi refertur statutū Ecclesiæ Abul. & idem si conuocetur tempore insolito, nu. 577.

Capitulum potest committere collationem, vel nominationem beneficij Canonico, qui non sit in sacris, c. 4. nu. 31. p. 3.

Capitulum sede vacante, an possit beneficia conferre, & an in eorum collatione succedat, c. 7. nu. 1. p. 5

Capitulum sede vacante fungitur vice Episcopi & succedit in omnibus quæ sunt iurisdictionis ordinaria, exceptis casibus à iure expressis, cap. 7. nu. 4. par. 5. quamuis alij aliter dicant, vt nu. 2. & 3. & de officio capit. & potestate sede vacante remissiue, nu. 5,

Capitul. sede vacante tenetur creare Vicarium infra octo dies, qui saltem sit Doctor in iure Canonico, vel Licentiatus, vel alias idoneus ad iurisdictionalia exercenda, alias ad Metropolitanum creatio deuoluitur cap. . nu. 6. p. 5.

Capitulum etiam quod intra octo dies Vicarium non deputauerit, poterit re integra, antequam Metropolitanus nominet, moram purgare, c. 7. nu. 7 p. 1.

Capitulum sede vacante non potest se in aliquo intromittere, circa administrationem iurisdictionis, seu sibi aliquid reseruare, sed debet totum libere Vicario relinquere, licet antea posset dare ei potestatem limitatam, c. 7. nu. 25. p. 5. nec potest vnam causam alteri delegare, nu. 26.


Capitulum

# INDEX.


Capitulum in quod transit indistincte ius visitandi, non potest eligere visitatorem ad visitandam Diœcesim absque Vicario, & qualiter intelligatur, cap. 7. num. 27. par. 5.

Capitulum sede vacante, an possit plures Vicarios constituere traditur, cap. 7. num. 35. par. 5. & resolvitur posse.

Capitulum sede vacante fungi vice Episcopi, & succedere in his quæ sunt iurisdictionis procedit, vbi ea iure communi cõpetunt, cap. 7. num. 38. par. 5. Secus in his quæ competunt iure speciali, num. 39. & declara, num. 40.

Capitulum sede vacante non succedit in iurisdictione delegata Episcopo, c. 7. num. 42. par. 5. etiam si post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus, numer. 43. & etiam si delegatio fiat à Canon. num. 44. contra Paninum, & alios. num. 46.

Capitulum sede vacante non potest visitare Monasteria Monialium exempta, quæ visitat Episcopus authoritate Apostolica, cap. 7. num. 45. par. 5. & amplia, vt num. 47. cum seqq.

Capitulum sede vacante non potest beneficia conferre, nec succedit in collatione beneficiorum, cap. 7. num. 51. par. 5. nec in præsentatione, seu electione spectante ad Episcopum, numero 52. etiam ob devolutionem, num. 53. & intellige, vt num. 54.

Capitulum sede vacante, collationes necessarias beneficiorum facere potest, cap. 7. à num. 55. par. 5. contra Corrasium, cui respondetur à num. 50. & nu. 71. & 72. & ita servatur in beneficijs patrimonialibus, nu. 67. de quibus remisse, num. 68.

Capitulum sede vacante, an possit conferre parochiales secluſa reservatione, ex quo debent conferri magis idoneo reperto ex approbatis in concursu, c. 7. nu. 79. & 80. p. 5. & resolutio Rotæ, num. 81. & 82.

Capitulo sede vacante non licet infra annum ordinandi licentiam concedere, nisi beneficij recepti, siue recipiendi occasione arctato, cap. 7. numer. 91. par. 5. & ibi Bulla Sixti V. contra male promotos à Capitulo traditur, & limitatur, num. 92.

Capitulum sede vacante potest infra annum dare dimissorias ad primam tonsuram, ex declaratione 6. & 7. tradita ad Concil. Trid. cap. 10. sess 7. cap 7. num. 94. par. 5. sed contrarium verius videtur, num. 95. & 96.

Capitulum sede vacante potest dare licentiam volenti ædificare Ecclesiam, vt fiat Patronatus, capitul. 9. numero 79. part. 5.

Capitulum sede vacante succedit in potestate vrendi cap. 2. §. 1. num. 67. par. 12. non tamen poterit sibi vnire, sicut sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi capitulo directe, & principaliter, & c. num. 68.

Capituli quia propter de electione declaratur. cap. 6. num. 19. 21. & 22. par. 1.

Capitulum beneficium de regularibus in 6. ibi, (aut constet,) & ibi, (seu sciente,) intelligitur, capitul. 9. num. 2. & 3. par. 11.

Cap. eum qui de præbendis in 6. intelligitur, cap. 10. num. 6. par. 11.

Capitulum quia nonnulli, & cap. de multa de præbendis, & extravagans execrabilis eodem titulo, cum solum loquantur in beneficijs curatis, & dignitatibus, ac personatibus, seu officijs, sequitur decisionem cap. referente, & c. præterea de præbendis dantium optionem non esse correctam per dicta iura, in alijs beneficijs incompatibilibus, nec in eis per assecutionem secundi vacare primum, c. 5. num. 65. contra Innocent. & alios relatos, num. 66.

Cap. 2. de electione in 6. non procedit in præsentatione, cap. 2. num. 3. par. 8.

Cap si quis cum duabus, & cap. quidam 34. qua. 2. satisfit, c. 3. num. 111. par. 8.

Cap. suscepturn de rescriptis in 6. limitatur multoties, cap. 1. num. 11. 15. 16. & 17. & 20. cum seq. & num. 83. & 9. part. 11.

Capitulum suscepturn de rescriptis in 6. non procedit in ordinario, sed etiam vno modo expresso continetur alius, secundum Domin. quod probabilissimum videtur, capite 1. à nu. 77. p. 11. & quidquid esset de hoc, certum est in ordinario apparente clausulam (sine alio quouis modo) non esse necessarium vllo modo verificare modum expressum, nec etiam de facto, num. 80.

Cap. suscepturn de rescriptis in 6. rectè procedit in executore, seu commissario Papæ, cap. 1. num. 81. par. 11. sicut etiam in legato, num. 82.

Cap. is cui de præbendis in 6. procedit in habente potestatem delegatam prouidendi de beneficio personæ idoneæ, qui non potest prouidere beneficiato sufficienter, quia ad istum effectum non dicitur persona idonea de iure, c. 5. §. 3. num. 284. par. 11. secus vero est in collatore ordinario, & conferente authoritate ordinaria, num. 285. & in patrono, nu. 286. & quamuis in delegatione non apponatur verbum personæ idoneæ, intelligitur nisi exprimatur quod alias beneficiato possit prouidere, num. 287. & seq.

Cap. commissi, priuandi ibi, (vel priuatos nuntiandi,) de hæreticis in 6 intelligitur contra Couarr. cap. 10. §. 1. num. 67. & 68. par. 11.

Cap anter solicitudines de purgatione canonica, & c. omnis. 1. q. 1. & c. conuenientibus §. fin. 1. q. 7. procedunt in hæretico c. 10. §. 1. num. 83. par. 11.

Cap. 2. §. hæretici, de hæreticis lib. 6. loquitur de his qui sunt hæretici, & sic nondum emendati, & conuersi, non autem emendatorum, c. 10. §. 1. num. 83. par. 11.

Cap. ei cui de præbendis in 6. & allegata per Flamin. Paris. loquuntur de beneficio Sacerdotium requirente, non tamen actu, & decisio 1. de præbendis in nouis fundatur in derogatione per clausulas generales, caput 1. numero 68. part. 17.

Capitulum 1. de rescriptis in 6. vbi quod non valet gratia, seu rescriptum impetratum ab excommunicato, habet locum in gratijs concessis ab ordinario, capitul. 13. numero 11. part. 7.

Capitulum Ordinarij, parag. in conferendis de offic. Ordinar. in 6. non habet locum in Papa, capit. 5. par. 1. num. 176. part. 11.

Cardinalis consensus requiritur in collatione beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis, in cuius familiaritate decessit, cap. 1. num. 175. par. 5. idem in legato, & intellige in familiari continuo per quatuor menses, sed non quo ad effectum reseruationis, num. 276. etiam si postea familiaris esse desierit, num. 277.

Cardinales obtinentes Episcopatus, qui in eis residunt, solent habere indultum à Papa, vt priuilegijs concessis Cardinalibus præsentibus in curia gaudeant, capitul. 1. num. 406. part. 5.

Cardinalis Collator si non contulit beneficium vacans in mense alias Apostolico, infra semestre, an deuolutio fiat ad Archiepiscopum seu Capitulum, an vero ad solum Papam, c. 1. num. 631. par. 5. resolvitur fieri ad Archiepiscopum limita tamen, vt num. 632.

Cardinalis Episcopus an possit conferre beneficium, quod vacauit in mense Apostolico ante eius promotionem, in vita sui antecessoris qui cardinalis non erat, capitulo 1. numero 633. par. 5 resolvitur non posse cessante indulto, & eo decedente, ante collationem beneficij vacantium men-

se

# INDEX.


*ſe alias reſeruato poſſit illud conferre Epiſcopus ſucceſſor non Cardinalis,nu.634.reſoluitur non poſſe contra Gonzalez,nu.636.*

*Caſus in quibus quis priuatur ipſo iure beneficijs, & in quibus venit priuandus per ſententiam remiſſiue,cap.10.num. 6. par. 11.*

*Cauſa poſſeſſoria beneficij,& aliorum ſpiritualium ſeu quaſi, dicitur Eccleſiaſtica,c.22.nu.52.p.1.*

*Cauſę cognitio excluditur, in concordia quæ eſt inter partes, quando confirmatio fuit obtenta ad ſupplicationem vnius partis tantum,c.2.nu.229.p.3.*

*Cauſæ eadem & ſolemnitates requiruntur in diſmembratione,ſeu diminutione beneficij,quæ in vnione: ut ſic conſenſus capituli,requiritur etiam vocatio rectoris, vel defenſoris, & aliæ ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiæ requiſita,c. 3.nu 3.& ſeq.p. vbi ponuntur deciſiones Rotæ.*

*Cenſura aliqua ligatum non eſſe oportet eum, cui de beneficio prouidetur.c.15.nu.1.p.7.*

*Cenſura ſecundum Canoniſtas triplex eſt,excommunicatio,ſuſpenſio,& interdictum,c.13.nu.2.p.7.*

*Citatio partis an requiratur in executione breuis de capienda poſſeſſione nomine camerę abſque vitio attentatorum traditur,& contra Lancellotum reſoluitur,cap.3.à num.45. part. 6.*

*Citatus ſi diceret ſe non poſſidere beneficium, ſuper quo penſio eſt reſeruata aut qui conſenſu penſionem,non habuiſſe poſſeſſionem,vel bonum ius illius,penſionarius debet probare, cap.5.nu. 566.p.1. & quando non ſit neceſſaria probatio, nu. 567.cum ſeqq.*

*Citatio generalis per edictum non ſufficit,quando ſunt alij patroni certi,ſed debent ſpecialiter, & nominatim citari, alias inſtitutio eſt nulla,c 4.nu.8.& 9.par.9.vbi ponuntur reſolutiones Rotæ: prædicta tamen reſolutio non procedit, vbi eſſet conſuetudo in contrarium.nu.10.& ſeq. vbi ponitur reſolutio Rotæ, & cum non ſit contraius, ſed contra communem opinionem,ſufficeret decennalis, nu. 12. & in his partibus non eſt in vſu ſpecialiter citare alios patronos, licet ſint certi, ſed ſolum ſit citatio generalis per edictum, num.13.*

*Clauſula apponi ſolita iuxta regulam cancellariæ in literis indulgentiarum intelligitur tantum de ipſo Papa concedente, & non de anteceſſore.c.1.nu.651.p.5.*

*Clauſula ſublata,&c.& de decreto irritante an liget Papam, Legatum, ſeu Nuntium remiſſiue, capit. 1. nu. 781.p.5.*

*Clauſula transferendi non cenſetur per quaſcunque clauſulas generales conceſſa,niſi ſpeciali mentione facta,cap.5.num. 241.par.1.& à ſolo Papa concedi poteſt, nu. 242. & de eius formula.nu.243.*

*Clauſula transferendi intelligitur de prima dumtaxat, cap. 5. nu.247.& ſeq.p.1.*

*Clauſula quæ ponitur in penſionibus pro Palatinis,cap. 5. nu. 89.par.2.*

*Clauſula,dummodo remaneant centum pro rectore, & mille pro Epiſcopo,intelligitur de tempore gratiæ, & reſeruationis non vero annorum futurorum. ſicut clauſula dummodo medietatem fructuum non excedat,cap.5.numer.397. & ſeq.par.1.*

*Clauſula, dummodo remaneant centum pro Rectore non eſt ſuperflua,cap.5.nu.403. vſque ad 408. cum ſeq. & deciſ. Rotæ,424. & 425.p.1.*

*Clauſula ſine retardatione, &c. arbitrio Rotæ poteſt procedi retardatæ ſolutione,cap.5.nu.465.p.1.*

*Clauſula ſiue promiſſio de non petendo annullari penſionem. debet intelligi ſtante dicta conditione,& de facto non de iure,c.5.nu.467.p.1.& reſpondetur deciſ. Rotæ,nu.468.*

*Clauſula Motu proprio,&c. quid operetur traditur,capit. 5 nu.510.par.1.*

*Clauſula ſine retardatione ſolutionis,ſolet poni in commiſſionibus ſuper nullitate, vel ſuper reductione penſionis à Papa reſeruatæ, ob reuerentiam literarum Apoſtolicarum, & fraudes recuſantium ſoluere, etiam ſi non adſit quaſi poſſeſſio exigendi,c.5.nu.516.& 517.p.1.*

*Clauſula ſine retardatione, &c. limitat & ſuſpendit iuriſdictionem iudicis commiſſionis,ita vt index non poſſit procedere niſi prius ſoluta penſione,cap. 5. num. 518. & ſeqq. part. 1.*

*Clauſula ſine retardatione,&c.quid operetur traditur,cap.5. nu.520.& ſeqq.p.1.*

*Clauſula ſine retardatione ſolutionis,&c.aliquando ponitur arbitrio Rotæ,cap.5.nu.526.p.1.*

*Clauſula ſine retardatione, &c. in penſionibus reſeruatis per inferiores à Papa, non apponitur,cap.5.num.528.par.1. & in quibus caſibus prædicta clauſula apponi ſoleat, numero 529.*

*Clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis quid operetur exponitur,c.5.nu.573.p.1.& deciſio Rotæ,nu.576.*

*Clauſula quorum tenores &c.& ſupplentes omnes facti, & iuris defectus, &c. non faciunt vt confirmatio ſit ex certa ſcientia,& quid illa operentur,c.3.nu.234.p.3.*

*Per clauſulam dummodo in eo non ſit alicui ius quæſitum,etc. quod ius cenſeatur reſeruatum traditur,cap. 3. numero 10. part. 4.*

*Clauſula decreti irritantis in alternatiua non eſt poſita reſpectu Papæ, ſed Ordinarij,vel verius reſpectu inferiorum,c. 1.num.3.par.5.*

*Clauſula quæ additur in prouiſionibus dummodo collatio ad nos hac vice pertineat reſtringit clauſulas generales, in eventum quod beneficia non eſſent reſeruata,c 1.num.178. cum ſeqq.p.5.& quare ea ponatur,nu.182.*

*Clauſula cum libera, vel cum plena poteſtate, inducit mandatum ſpeciale,cap.8.num.72.part, 5. vbi ponitur deciſio Rotæ,nu.73.*

*Clauſula quod poſſit omnia quæ dominus facere poſſet, importat mandatum cum libera,c.8.nu.74.p.5.*

*Clauſula quod promittit habere ratum, & firmum quidquid per procuratorem factum fuerit non inducit mandatum, cum libera,c.8.nu.75.p.5.*

*Clauſula contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo, intelligitur de contradictoribus de facto,c.2.nu.115.p.6. & deciſ.Rotæ,à nu 116.cum ſeqq.*

*Clauſula quod reſignans habet aliunde vna cum penſione reſeruata, verificatur ſufficienter ſi ex penſione habeat vnde viuere poſſit, licet non verificetur quod habet etiam aliunde, cap. 2.numero 293.part.6. & amplia, vt num.294.*

*Clauſula dummodo non vltra tres dietas, &c. non intelligitur reſpectu Auditoris Camerę, ſed aliorum,cap.3.nu.12. & par.13.5.*

*Clauſula conſtito, &c. inducit formam & conditionem, vt præcedat cauſæ cognitio, etiam parte citata cum adeſt intruſus, alias ſufficeret extraiudicialiter conſtare, capit. 3. numero 36.& ſequen. part.6.& deciſ.Rotæ, numero 38. & 39.*

*Clauſulam amoto quolibet detentore intelligi iuris ordine ſeruato:procedit vbi non eſt clauſula,ſine vitio ſpolij.c.3.nu. 50.p.6.& deciſ.Putei declaratur,nu.51.& 52.*

*Clauſula conſtito quod defunctus in poſſeſſione fuerit, an probetur ex poſſeſſione illius de præterito,cap.3.á numer. 70. cum ſeqq.par.6.*

*De clauſula non tamen à nobis prouiſionem habentibus*

# INDEX.


*agitur remissiue, c. 3. nu. 79. p. 6. quæ exceptio quando habeat locum traditur, nu. 80.*

*Clausula sublata, &c. an obstet agenti de spolio, & nullitate gestorum vigore brevis donec aperiatur os, c. 3. à nu. 81. p. 6. & resolvitur non obstare, à nu. 84.*

*Clausula sublata, &c. intelligitur, veris existentibus narratis cap. 3. numer. 87. par. 6. & illa solum non operatur, vt non possit opponi de surreptione, num. 88. cum seqq. vbi ponuntur decisiones.*

*Clausula quod de surreptione & obreptione dici non possit etiam cum clausula sublata non facit validam gratiam alias surrepititiam c. 3. nu. 98. p. 6.*

*Clausula sublata brevis quamuis non obstet agenti de spolio tamen non signatur nisi cum clausula parito brevi, c. 3. n. 100 p. 6. limita vt nu. 101. 102. & seqq. nec impedit manutentionem in possessione iam capta, nu. 104. & seqq.*

*Clausula parito brevi, &c. quid operetur exponitur, cap. 3. à nu. 110. par. 9 & ea stante in commissione inhibitio facta eius vigore non operatur si non est paritum, nam censetur facta stante dicta conditione pro vt in commissione, n. 140. & quæ requirantur ad paritionem brevis circa possessionem, à nu. 141.*

*Clausula brevis, volumus autem vt dictus N. infra sex menses à data præsentium, &c. non est comminatoria tantum, c. 3. num. 153. p. 6. & intellige, vt nu. 154. & an ea stante si impetrans non expedierit intra sex menses à data brevis beneficium vacare censeatur eo ipso, nu. 156. & resolvitur negative, nu. 158.*

*Sub Clausula brevis de capienda possessione, non tamen à nobis provisis, &c. comprehenduntur provisi à prædecessoribus iuxta subiectam materiam, & provisus virtute literarum Papæ, dicitur provisus à Papa, cap. 1. nu. 652. par. 5. limita, vt nu. 613.*

*Clausula posita in commenda attento quod clericis secularibus commendari consuevit, an verificetur in vno actu, cap. 10. num. 37. par. 7. vbi quod non licet, secus, si dixisset, solita est.*

*Clausula stante in supplicatione, nec non causa annulla inę. & infectiuæ etiam proprij tituli, ac possessionis an exprimi possint, &c. secundum Mandosium non obstitisset præcedens occupatio, & intrusio, nec etiam mala fructuum perceptio, etiam si de illis non esset alias facta mentio, &c. cap. 10. par. 3. nu. 237. par. 11. qui bene ait non obstare tunc intrusionem, male tamen non obstare malam fructuum perceptionem, nu. 238. & 239.*

*Clausula vocatis vocandis facit executorem mixtum, & vbi est interesse habens, qui debet vocari, seu alias est contradictor, tunc debet fieri processus, &c. cap. 2. §. 1. numer. 140. par. 12.*

*Clausula vbi ponitur, (etiamsi Sacerdotalis) cessatur, quando narratur Diaconatus, vel Subdiaconatus, quo casu gratia est surrepitia, si præbenda habet annexum ordinem superiorem, si impetrans illo caret, alias secus, cap. 1. nu. 55. & 56. par. 7. communis approbata per Rotam, nu. 64. alias devolui provisionem ad superiorem, nu. 65. & 66. ponitur decisio Rotæ, & allegantur aliæ decisiones; impugnantur sententiæ authorum, nu. 67.*

*Clausula vbi in supplicatione apponitur, & (quod Oratoris dispensationes habeantur pro expressis) valeret impetratio, etiamsi adderetur dispensatio dispensationi, c. 2. n. 74. p. 7. Sed clausula hac tempore Sixti V. non habetur quo ad dispensationem super defectum natalium. nu. 75.*

*Clementina fi. de præbendis, intelligitur de præbendis canonicalibus, seu quasi, cap. 5. §. 2. num. 200 par. 11. & præbenda quasi canonicalis est, quãdo eam habens reputatur pro canonico, & habet vocem in cap. vt canonicus licet non sit canonicus, nu. 201. & intelligitur de præbendis spiritualibus, & titulis beneficialibus: secus vero de præbendis, seu portionibus temporalibus, quæ non inducunt incompatibilitatem, nu. 202.*

*Clementina, si plures de præbendis, potest intelligi in obtinente plura incompatibilia beneficia ex dispensatione, qui acceptat tertium ex provisione Papæ, in qua fuit facta mentio priorum: seu sunt habita pro expressis, quo casu tenet provisio tertij, quia c. Ordinarij §. in conferendis de officio Ordinarij in 6. non habet locum in Papa, c. 5. §. 1. num. 176. & seq. p. 11. vbi adducitur decisio Rotæ, quæ impugnatur quatenus dicit regressum ad incompatibilia causare impedimentum tertij, sicut ipsa beneficia, nu. 178.*

*Clementina si vna c. fi. de rebus Ecclesiæ procedit, quando vnio fit capitulo principaliter, & directe: secus vero, quando in consequentiam, & indirecte, & in vtilitatem Cap. c. 2. §. 2. nu. 69. p. 12. secus etiam vbi vnio fieret alicui dignitati vel præbendæ capituli etiam omnibus præbendis distinctis, non simul, sed separatim, & distincte vnicuique alicuius beneficij, & sic intelligitur Decretum Concil. Trid. sess. 24. c. 15. p. 1. titulo singulis præbendis singula beneficia vniantur, non omnib. simul indistincte vnum, aut plura secundum Hieronymum Gabrielem, nu. 170. quæ videtur nimia restrictio ad d. Decretum, in cuius terminis verius videtur, posse ex eo fieri vnionem omnibus præbendis, seu distributionibus simul, vt videtur sentire S. Congregatio. cuius declaratio adducitur, quamuis non possit fieri cap. seu mensæ capitulari, nu. 171.*

*Clementina, si vna supradicta de rebus Ecclesiæ, non procedit in suppressione, & extinctione alicuius dignitatis, vel præbendæ, quam ex causa potest facere Episcopus cum consensu cap. nisi bona Episcopi, & cap. sint communia cap. 2. §. 2. num. 112. p. 12. Sed contrarium tenent alij, si id cadret in vtilitatem cap. quia fructus ii applicantur, seu eius mensæ, etiam diuisæ, n. 173. tamen si vellent applicare vni præbendæ, vel etiam singulis, possent secundum Imolam, quem sequitur Decius contra Felin. cuius rationi respondet, num. 174. sequitur etiam Hieronymus Gabriel ita intelligens secundam partem dicti Decreti Concilij, nu. 175. sed in terminis istius Decreti verius videtur posse ex eo applicari fructus præbendarum suppressarum reliquarum distributionibus simul, & in communi, & indistincte, 176.*

*Clerici attento iure communi non possunt testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, secus de consuetudine Hispaniæ, cap. 1. nu. 594. p. 5.*

*Clericus si ageret contra laicum qui eum turbat in possessione beneficij seu vexat, iudex laicus esset competens, cap. 2. num. 59. par. 1.*

*Clericus minorum pensionem habens non gaudet priuilegio fori, secundum congregationem Concilij cui standum est, cap. 5. nu. 70. cum seq. p. 1.*

*Clericus minorum habens pensionem non debet soluere gabellam, vel alia tributa, c. 5. nu. 74. p. 1.*

*Clerici minorum hodie non gaudent priuilegio fori nisi beneficium habeant, licet antea gauderent, c. 2. num. 2. p. 2. etiam si benefic. sit exiguum, nu. 3. licet non deferant habitum clericalem, nu. 4. 5. & 6. sed an sufficiat solus titulus beneficij, & ius in re, vel de facto, nu. 7. vsque ad nu. 15.*

*Clerici minorum non habentes beneficium licet priuentur fori priuilegio, non tamen priuilegio Canonis, c. 2 n. 19. par. 2. & contraria sententia Solis reprobatur, nu. 20.*

*Clerici etiam primæ tonsuræ non coniugati sunt exempti de iure communi à gabellis licet non habeant beneficium, cap. 3. nu. 1. p. 2. limita, vt nu. 2. et 3.*

# INDEX


*Clerici beneficiati, seu alias exempti, & gaudentes priuilegio immunitatis sunt exempti, etiam quoad exactiones pro necessitatibus publicis, & communibus, cap 3. num. 11. eum seqq. p. 2.*

*Clerici promoti sine titulo, sunt ipso iure suspensi ex constitutione Sixti V. cap. 5. n. 34. p. 2. cuius absolutio reseruatur Papæ, n. 35.*

*Clericus in minoribus non solum potest, libere alienare patrimonium, etiamsi ad illius titulum sit promotus, sed etiã resignare beneficium, licet non habeat vnde viuere possit, nec facta de eo mentione, c. 5. n. 203. p. 2.*

*Clericalis ordo confertur per primam tonsuram, secundum Canonistas contra Theologos, licet non sit Sacramentum, cap. 1. num. 2. p. 7. de quo, & quot sunt ordines, remissiue, num. 5.*

*Clericatus est prima, & præcipua qualitas inter eas, quas habere debent ij quibus beneficia conferuntur, cap. 1. num. 1. par. 7.*

*Clericatus quamuis tempore præsentationis omnino requiratur non tamen requiritur, quod tunc præsentatus incedat in habitu clericali, ex constitutione Sixti V. qua solum id requirit tempore collationis, quamuis ex ea teneatur statim dictum habitum assumere, c. 1. n. 39. p. 7.*

*Clericatus quomodo probetur, qui cum sit qualitas extrinseca, non præsumitur, c. 1. nu. 138. p. 7. Resoluitur probari, non solum literis testimonialibus Episcopi, seu titulo ordinum, sed etiam testibus, n. 139. etiam de publica voce & fama: nam sufficit probatio de communi reputatione, & fama, & per argumenta, & indicia, seu coniecturas, & per semiplenas, & leues probationes probatur, n. 140. & ita seruat Rota in possessorio, & petitorio, n. 142. contra Rebuffum & alios relatos, nu. 141. & seq.*

*Clericatus quod probetur communi reputatione præsumptionibus, & indicijs, non procedit in materia obiectiua, c. 1. n. 144. p. 7. Aut vbi præsumptio est contra aliquem, puta, quia est illegitimus, qui debet probare suum clericatum per literas, nec sufficit communis reputatio, & fama, nu. 145. nisi probetur dispensatio, quæ non probatur per narratiuam literarum ordinaria, n. 146. & seq. constando enim de dispensatione clericatus illegitimi probatur per communem reputationem, sicut clericatus legitimi, nu. 148. & n. seq. adducitur resolutio Rotæ & ita poterit procedere quædam decisio Rotæ relata, n. 150. licet contrarium dicatur alia decisione relata, 151.*

*Clericatus probatur etiam vnico teste, c. nu. 154. p. 7. etiam in iudicio, quando lis esset super beneficio, n. 155. contra Rebuffum, & alios relatos, nu. 156.*

*Clericatus probatur solo sigillo Episcopi recognito, etiam collatus non subdito, c. 1. n. 157.*

*Clericatus illegitimi probantur concurrentibus aliquibus coniecturis cum fama, cap. 1. n. 152. p. 7. & in iudicio possessorio restitutionis sufficeret illegitimo probare clericatum per reputationem, & actor illegitimus non tenetur dare literas sui clericatus ex Rota n. 153.*

*Clericatus an probetur per literas, seu ostensionem superiorum ordinum puta Sacerdotij, seu Diaconatus, c. 1. n. 158. p. 7. & non reprobari tenent Rebuffus, & alij, quia per saltum posset esse promotus, quo casu non valet prouisio ei facta de beneficio, n. 159. nam per saltum promotus est irregularis, n. 160. quamuis aliqui dicant eum suspensum, n. 161. non tamen est irregularis respectu ordinum inferiorum, quos legitime susceperat; nam ab vsu illorum non est suspensus, n. 162. vnde valeret prouisio ei facta de beneficio non requirente alium ordinem &c n. 163. Contrarium tenetur in d. difficultate, nempe quod ad probationem clericatus, & Minorum Oratorum, fa[illegible] [illegible] Bona [illegible] 164. & adducuntur [illegible] [illegible] a nu. 165. et procedit etiam in [illegible] n. 69. et respondetur Bartolo in contr[illegible] n. 170.*

*Clerici appellatione venit simplex clericus primæ tonsuræ, etiam in capellanijs, in quibus clerici generaliter vocantur c. 1. §. 1. n. 90.*

*Clerici ciuitatis ipsius præferendi sunt exteris alijs in concursu ad parochiales, dummodo in maxima scientia non præcellãt extranei, & c. c. 9. n. 9. p. 7.*

*Clerici concubinarij notorij, quod non sint suspensi a beneficio, sunt qui tenent, & vsus, & consuetudo est pro hac sententia, c. 14. n. 52. p. 7. supposito, quod non sint a iure suspensi ab officio suspensione, censura, nec etiam a benefic. n. 53. & supposito quod ita essent ab officio suspensi, verius est, non esse a beneficio suspensos. n. 54 & n. 55. respondetur c. præter, 32. dist. & n. 56. c. si quis a modo 81. dist.*

*Clerici concubinarij, an sint priuandi beneficijs, & de pœnis concubinariorum remissiue c. 14. nu. 63. p. 7.*

*Clerici concubinarij notorij cum non sint suspensi a beneficio suspensione censura, saltim ex consuetudine, valebit collatio beneficij eis facta. cap. 14. n. 60. part 7. quamuis clericis concubinarus, etiam non notorijs, non debent beneficia conferri ex defectu morum, nu. 61. Nec debent præsentari ad beneficia, etsi præsentarentur, & opponeretur de concubinatu, seu fornicatione, præsentatio non procederet, nisi essent emendati, n. 2.*

*Clerici concubinarij, an sint priuati, seu priuandi beneficijs, resoluitur, non esse priuatos, nec priuandos, seu deponendos, sed suspensionis pœna puniendos, c. 10. §. 2. num. 181. par. 11. Nisi fuerint moniti, & ad secundam, vel tertiam monitionem non destiterint; tam tunc sunt priuandi beneficijs, n. 182. Et hodie debet præcedere tertia monitio, ex Cõcil. Trid. sess. 25. c. 14. vbi præfigitur ordo, & modus procedendi, & puniendi concubinarios, n. 183. Et adducitur resolutio Rotæ, n. 184. Et de pœnis concubinariorum qui sunt videndi, n. 185. Et videnda Concilium, & declarationes S. Congreg. positæ, n. 186.*

*Clerici concubinarij hodie a iudicibus Ecclesiasticis non puniuntur, vt præcepit sancta Synodus Concil. Triden. & ut monet Pius Quintus, nec puniunt concubinarios iuxta formam Concilij, sed semper contra eos vtuntur pecuniarijs pœnis, quæ non causant emendationem, & correctionem delinquentium, sed potius scandalum, & notam, cap. 10. §. 2. a n. 188. p. 12.*

*Clerici coniugati, an & quando gaudeant priuilegio fori, remissiue, c. 5. n. 6. p. 7.*

*Clerici etiam primæ tonsuræ habentes beneficium etiam simplex, aut etiam ius in illo, vel ad aliud, seu pensiones percipientes, debent tonsuram, & habitum clericalem, vestes scil. talares iugiter deferre, alias ipso facto sunt priuati omnibus beneficijs, &c. ex constitutione Sixti V. de habitu et tonsura, c. 1. n. 18. p. 7.*

*Clerici quod sint actu, & in habitu clericali, & tonsura incedentes tempore collationis beneficiorum, hodie requiritur, ex constitutione Sixti V. de habitu & tonsura, alias collatio est nulla, c. 1. nu. 15. p. 7. & Decretum irritans quod in fine habetur refertur ad omnia præcedentia, n. 16. & cum sit in iure positum, legabit etiam ipsum Papam, nisi ex certa scientia contra fecerit, n. 17.*

*Clerici suspensi ab officio, esto quod vera esset illa sententia, quod sunt suspensi a beneficio, tamen supposito, quod clerici concubinarij notorij non sunt ab officio suspensi censura, non potest dici, quod sint a beneficio suspensi, c. 14 n. 57. p. 7. Sed absolute verius est suspensũ ab officio, sine iure*

# INDEX.


*sine à homine, non esse suspensum à beneficio, quoad ea, quæ competunt non interessentibus diuinis, nisi aliud constet ex mente dispontis, num. 58. & suspensus ab officio si interfit diuinis, quamuis peccet, lucratur distributiones numero 59.*

*Clericos concubinarios notorios sunt qui tenent non esse suspensos, vera suspensione censura directè inducta in pœnam, sed suspensione ratione cuiusdam honestatis ab ipso canone facta ob decorem potius quam in pœnam directam criminis, vel principaliter à Deo, & à Canone per approbationem, & sic celebrantes non effici irregulares, c. 14. à nu. 19. p. 7. & respondetur cap. præter &c. si qui sunt, 32. dist. & c. fi. de cohab. cler. à num. 25. quod magis obstat est declaratio S. Congregationis, nu. 32. fol. 78. & 79. Et dato quod ista suspensio esset vera censura de iure, potest dici eam iam non esse in usu à num. 32. & ad declarationem S. Congregationis dici potest, respondere de iure, & non tollere consuetudinem, num. 35.*

*Clericum qui narrat Abulensem seu oriundum Abulens. debet id verificare, maxime quando ibi impetrat beneficium, c. 9. num. 29. par. 7. ad cuius verificationem non sufficit habere ibi beneficium, vel domicilium, etiamsi habuerit domicilium per decem annos, & vltra, nu. 30. & quamuis is posset dici naturalis ciuiliter, & improprie, ortus tamen, seu oriundus nullo modo dici potest nu. 31. & quando quis diceret se naturalem Abulensem, intelligendum erat de naturalitate ratione natiuitatis seu originis nu. 32.*

*Coadiutor an teneatur recitare, cap. 1. nu. 107. 108. & 109. parte 3.*

*Coadiutor solet Ecclesijs, & beneficijs concedi, & aliquando cum futura successione, c. 5. nu. 1. p. 4.*

*Coadiutoria duplex est, cap 5. num. 2. par. 4. & de eius materia, nu. 3. de temporali agitur, nu. 4. & 5. de perpetua vero, nu. 15. & 16.*

*Coadiutores possunt deputare Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati, illiteratis & impeditis parochialium Rectoribus, appellatione, & exceptione remota, cap. 5. nu. 7. par. 4. quæ deputatio ad eum spectat qui potest instituere concursum, num. 8. nec dicetur attentata etiamsi sit executa post appellationem, vt resoluit Rota. num 9. nam solum tollitur, quoad effectum suspensiuum, numer. 12. limita, vt nu. 11. & 12.*

*Coadiutoria ante Concil. Trid. cum futura successione solebant à Papa concedi, cap. 5. nu 22. par. 4 tamen à Concil. Trid. sunt sublatæ. nu. 23. Postea tamen concessæ fuere à tempore Sixti V. absque derogatione Concilij, nu. 24 patitur tamen difficultates, vt num. 25. cum seq. & respondetur Concilio, nu. 30. cum seqq vbi ponitur resolutio Rotæ, & Motus proprius Pij V. nu. 36.*

*Coadiutoriarum hodiernarum formula refertur, cap. 5. nu. 53. par. 4. & nu. 54.*

*Coadiutor an teneatur (principali volente pro ea deseruire) ad damnum, & interesse subsequutum, c. 5. nu. 55. & sequentibus p. 4. resoluitur affirmatiue nu. 57. & eo absente, vel egrotante, an possit pro eo deseruire, absque eius consensu, aut eo nolente, nu. 58. cum sequentibus.*

*Coadiutorem habens, an sit habendus pro præsente, ratione infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti, cap. 5. nu. 61. cum seqq p. 4. & resoluitur quod sic.*

*Coadiutori an sit assignanda eadem sedes principalis, & cum eadem antiquitate, cap. 5. numero 65. cum seq. part. 4. & an in ingressu teneatur fabricæ soluere, quod est solitum soluere per nouos Canonicos, numero 78. & vide, numero 110.*

*Coadiutor an possit gaudere mensibus datis causa recreationis, cap. 5. numer. 79. par. 4. & dic quod sic.*

*Coadiutor agrotans, vel alias legitime impeditus habetur pro præsenti c. 5. nu. 80. p. 4. quando tempore impedimenti superuenientis erat actu seruiens, vt nu. 81.*

*Coadiutor an possit (principali excommunicato) inseruire, & lucrari fructus, c. 5. à nu. 83. cum seq. p. 4.*

*Coadiutor an habeat vocem activam, & passiuam in Capit. 5. nu. 87 & seq. p. 4. dic quod sic.*

*Coadiutorem habens, an possit se iuuare beneficio inhabilitatis, cap. 5. num. 89. part. 4. & quomodo intelligatur indultum coadiutori concessum, quod gaudeat regula de triennali, num. 90.*

*Coadiutor in Ecclesijs vbi sunt admissi, an sit puniendus cum illis, c. 5. nu. 91. cum seq. p. 4.*

*Coadiutor qui non est in sacris, sed solum in minoribus an gaudeat priuilegio fori, stante Concil. cap. 5. n. 97. & seqq. p. 4. & an teneatur deferre habitum, licet non seruiat, nu. 99. cum seq. & recitare, & sacris ordinari ad titulum coadutoriæ, num. 102.*

*Coadiutor seruiens pro coadiuto, an debeat exire de Capitulo, in quo tractatur de negotijs ipsius coadiuti, cap 5. nu. 103. cum seq. par. 4. Et an ambo possint esse in Ecclesia, & seruitio eius, nu. 107. cum seq. Et an Canonicus coadiutor Dignitatis lucretur vestiarium in Ecclesijs, in quibus Canonici vestiarium lucrantur, seruiendo pluribus diebus, quam obtinentes Dignitatem, num. 114. cum seq. & quid è conuerso, num. 117.*

*Coadiutoria, an inducat incompatibilitatem, c. 5. à nu. 123. p. 4. resoluitur negatiue, & an coadiutor possit cedere coadutoriæ inuiso coadiuto, nu. 125. & an eius confessio noceat coadiuto, vel è contra, nu. 127. Et quid si tempore datæ coadutoriæ, coadiutus esset mortuus, an successio locum habeat, à nu. 131. resoluitur quod non, contra Gonzalez, limita tamen vt nu. 14. & decis. Rotæ nu. 148. vsque ad 153.*

*Coadiutoriam impetranti, narranti ætatem & alia impedimenta coadiuti, non sufficit probare impedimentum ætatis tantum, ex Rota c. 2. nu. 195. p. 6.*

*Collector Subcollectorem secundum deputando, primum reuocare videtur, cap. 1. nu 366 p. 5.*

*Collegium Cardinalium sede vacante non potest beneficia conferre, cap. 2. nu. 6 p. 5.*

*Coadiutoriam habens an Concilium Trid. cum futura successione in Ecclesia paterna, an possit succedente vacatione post Concilium succedere in tali beneficio vigore coadutoriæ, c. 3. nu. 81 cum seq. p. 7.*

*Collatio beneficij facta ordinato prima tonsura ab alieno Episcopo sine dimissorijs est nulla, c. 5. nu. 141. quia est suspensus maxime hodie ex Concil. Triden. nu. 142. & reseruatio pensionis, nu. 143. & resolutio Rotæ, nu. 144.*

*Collationem beneficij habens acceptam tenetur recitare, licet nondum acceperit possessionem, nec per eum steterit, cap. 1. num. 93. par. 3. & contraria sententia discutitur, num. 93. vsque ad 96.*

*Collatio quid sit, c. 1. num. 3. p. 4. & quid institutio quæ sub ea comprehenditur, nu. 4.*

*Collatio est duplex, necessaria & voluntaria, & eius vtrius sit cap. 1. nu. 5. par. 4.*

*Collatio libera ad effectum alternatiuæ illa dicitur, quæ potest fieri à solo Episcopo, absque alterius dispositione, tentatione, vel consilio aut alias, c. 1. nu. 495. p. 5. vel quando collator tenetur conferre certo generi personarum, nu. 476.*

*Collatio beneficiorum Curatorum reseruatur Tota per totam regulæ ibi, cum cura, c. 1. nu. 508. p. 5. non tamen datur concursus, nu. 509. & intellige de beneficijs perpetuis, non de manualibus secularib. siue regularib. vt n. 510. & 511.*

# INDEX.


*Collatio beneficij vacantis in menſe alias Apoſtolico, ſede Apoſtolica vacante facta ab Epiſcopo ignorante vacationem dictæ ſedis valet, c.1.nu.772.p.5. ad quod conducit reſolutio Rotæ relata, nu.773.*

*Collatio vbi ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul pertinet, Capitulum habet vnam vocem, & Epiſcopus ſolus aliam diuidam, c.4.nu.28.p.5. & ſic ſi non concordauerint, ſed in diſcordia contulerint, neutra collatio valet contra Hoſtienſ. cuius doctrina reprobatur communiter num.29. quo caſu ſi Papa prouidet, prouiſus à Papa dicetur habere potius ius, & eius prouiſio erit bona, nu.33.*

*Collatio præbendæ ſpectantis ad collationem Epiſcopi & Capituli, facta ab Epiſcopo valet, non contradicente capitulo infra ſemeſtre, & è contra, quia poteſt fieri ſeparatim, c.4. nu.42.p.5. & ponitur deciſio Rotæ, nu.43. & interim erit ius conſiderabile quæſitum prouiſo, vt nu.44.*

*Collatio vbi ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum, poteſt Epiſcopus conuocare Capitulum, & cogere id congregari, ad prouiſionem faciendam, cap.4 nu.52.par.5. quamuis alias non poſſet ſi de eius vtilitate tractaretur, vel ſuorum num. 53. & ſeq.*

*Collatio de iure in beneficijs minoribus Eccleſiarum inferiorum, pertinet ad Epiſcopum, etiam ſine Conſilio Capituli, ſaluo iure patronatus, cap.4.nu.235.p.5. etiam ſi ſint Eccleſiæ Cathedralis, nu.236 ſecundum Abbatem: quod non procedit in portionibus & alijs beneficijs participantibus de menſa, nu.237. Minora autem beneficia Epiſcopus cum conſilio Capituli conferre debet, à nu.238. Ex generali tamen conſuetudine Epiſcopi in nullis beneficijs extra Cathedralem ſitis requirunt conſilium Capituli, quæ conſuetudo valet, vt nu.240.*

*Collatio beneficiorum facta per Epiſcopum putatiuum, qui ſe gerit pro Epiſcopo & Prælato ſed ex aliquo defectu non eſt verè Prælatus, an valeat, c.4.num.276.part. 5. reſoluitur valere, l.Barbarius, nu.277. limita vbi aliquis eſt intruſus in dignitate reſeruata, nu.278. quamuis Egidius contra teneat, nu.279 & ſeq. Secundo limita niſi authoritas ſuperioris deeſſet. & tunc ius ab eo collatus quamuis inualidus ex aliquo defectu occulto, num.28. quidquid Bart. & alij teneant communem errorem ſufficere, cum poſſeſſione officij, nu.282. & tex. in l.1.C. de teſtam. interpretatur, num. 283. & non cuiuslibet ſuperioris authoritas requiritur, ſed legitimi nu.284. & traditur reſolutio Rotæ, num.285. Et quid ſi ordinis defectus non eſt in materia, id eſt, in perſona electi? diſponit forma n.286. cum ſeq. Declara tamen vt non procedat hæc limitatio, quando per decennium quis ſe geſſit probabiliter, vt nu.289.*

*Collatio quando eſt adminiculata cum aliquali probatione poteſtatis Vicarij valet, & valent etiam geſta per prouiſum à Vicario, nam tunc tribuit titulum coloratum, cap.4. nu.309.par.5.*

*Collatio facta à Prælato putatiuo, & alia geſta per eum non valeat, in fauorem ſcientium impedimentum Prælati, c.4. num.310.par.5. quamuis alij mero iure valere, ſed eſſe retractandam ſentiant, num.311. quod intellige, vt num. 312. & ſeq.*

*Collationes, & electiones factæ à Prælato putatiuo iure primato, & ratione priuati officij, non valent, c.4.nu.314.p. 5. cum ſeq. etiam ſtante extrauag. ad euitandam. nu 321.*

*Collatio facta ab excommunicato ratione publici officij non occulto ſed publico non tamen notorio, aut denunciato, an ſit valida, c.4. à nu 322.p.5. reſoluitur non valere, à n. 324. cum ſeqq. & ſic procedit deciſio Rotæ relata, nu.326.*

*Collatio facta à Prælato qui commiſit aliquod delictum, ob quod ipſo iure, & facto ſit priuatus Prælatura, puta hæreſim, an valeat, c.4.à nu.328.p.5. reſoluitur valere quando priuatio eſt occulta, num.329. & ſeqq quamuis aliqui contra, nu 330. qui intelligetiam ſi Prælatus eſſet accuſatus de dicto crimine, nu.333. non obſtante doctrina Bart. cui reſpondetur, nu.334. & etiam ſi eſſet condemnatus, & depoſitus per ſententiam, ſi tamen ab ea appellauit, nam pendente appellatione fungi officio meminit probatur, nu. 338. ſecus ſi non appellauit, quia talis ſententia ſolum eſſet declaratoria criminis, nu.339.*

*Collatio præſentatio, vel electio ad eum pertinet qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi, præſentandi, vel eligendi, quod ſufficit: quæ ſunt fructus eorum, qui ad bonæ fidei poſſeſſorem pertinent, c.5.à nu.1 cum ſeqq.par.5. etiam ſi in conſequentiam, & non principaliter ſit in poſſeſſione, vt nu.9. quamuis Sabaga contra dicere videatur, num.10.*

*Collationis pertinentia ad inferiorem Epiſcopo ad quem de iure non ſpectat, probatur per famam, & communem reputationem, cap.5 nu.144. 5.par. quod intellige quando ſuper ea directe non agitur, nec pronunciandum exiſtit, & cum ordinarius non eſt in cauſa, vel prouiſus ab eo alius à Papa, vel Legato vt nu. 145. nam quod non ſufficeret contra ordinarium voluit Rota, nu.145. cum ſequentibus. Secundo intelligo, vt nu.150.151. & 152.*

*Collatio neceſſaria ea dicitur, quæ debetur certo generi perſonarum, ſeu certæ perſonæ, c.7.nu.73.p.5. & reprehenditur Coraſ. nu.74. & ideo quando Patronus præſentaſſet plures æque idoneos poſſet Capitulum ſede vacante inſtituere quem maluerit, nu.75.*

*Collationem Parochialium, etiam hodie neceſſariam non eſſe, (quia tota radicatur in voluntate Epiſcopi tenuit Rota, c. 7.nu.81.p.5. quod fundamentum videtur magis iuridicum ex conſtitutione Pij V. nu.84.*

*Collatio parochialis vacantis, ſede Epiſcopali vacante, in menſe Ordinarij de iure reſeruatur ſucceſſori Epiſcopo, & ſic Dux Albanus virtute ſui indulti, non potuit præſentare ad parochialem vacantem, ſede Epiſcopali vacante in menſe Septembri, ex Rota, cap.7.num.87.par. 5. hodie tamen ſecus erit per rationem de qua nu.88. & ampliat, vt nu. 89. & 90.*

*Collatio beneficiorum, an ſicut poteſt fieri extra diœceſim, poſſit etiam fieri inſtitutio præſentati, ſeu confirmatio electi, cap.8.à num.138.par. 5. & reſoluitur cum Lambertino, num.142.*

*Collatio beneficij facta à Vicario Epiſcopo reuocato per mortem Epiſcopi, ſtante eius ignorantia valet, cap.8.num.175. part. 5..*

*Ex collatione facta ab Ordinario ſpreto patrono infra tempus præſentandi, interim videtur quæſitum ius conſiderabile prouiſo, ita vt non valeat prouiſio Papæ alteri poſtea facta, non facta mentione de illa, c.9.nu.242.p.5. Quamuis contrarium teneat Rota, nu.243. cuius ſententia procedit, vt nu.244. & in prouiſione facta à Papa ſine derogatione iuris Patronatus laicorum, vt nu.245. cum ſeq. & in prouiſione facta à Nuncio, vel Legato, nu.248. & in omni caſu quo fieret deuolutio ad Epiſcopum, nu. 249. cum ſeq. & quando collatio eſt facta iure ordinario & originali, ſecus ſi iure deuoluto, nam tunc non teneret, ex quo deuolutio nondum erat facta, nu.252. & tandem ſi Ordinarius ſciens beneficium eſſe iuris patronatus confert, non autem ſi ignoranter, nu.253. quæ declaratio nimis reſtringit, nu.254.*

*Collatio aut fit cum conditione, modo, ſeu pacto præſtandi poſtea iuramentum, & tunc eſt ſimoniaca, & nulla, cap. 2.n. 39.par.8. aut ante collationem exigitur dictum iuramentũ, & tunc collatio non videtur ſimoniaca nec exactio iuramẽti illicita, n.40. niſi forte ille à quo exigitur, habeat ius*

# INDEX.


ad beneficium, nu. 41. quod tamen non videtur militare in parochialibus, quæ proidentur in concursu, &c. nu. 42. nec videtur istud iuramentum inualidum, contra Flam. Paris. nu. 43.

Collatio beneficij facta imperito seu illiterato, an sit nulla ipso iure, cap. 7. p. 7. à num. 12. Resoluitur esse nullam, intelligendo non de his, qui non habent scientiam competentem requisitam, vt licite conferatur beneficium, sed de penitus illiteratis, & imperitis, ita quod nesciant legere, & n. 20. adducuntur, & examinantur declarationes Gonzalez circa hoc.

Collatio beneficij facta infami seu criminoso, an sit nulla ipso iure, c. 8. nu. 38. par. 7. à num. 39. ponitur sententia tenentium esse nullam, quæ fundatur 4 num. 43. Contraria sententia ponitur nu. 47. quæ fundatur a nu. 48. eo præcipuè, quod non est tex. qui conuincat nullitatem talis prouisionis, nam esto, crimen inducat priuationem beneficij, siue per sententiam siue ipso iure, & ob id alia non debeat admitti, tamen non ideo prouisio est nulla, nam in priuatione ipso iure non veniunt beneficia postea acquisita. Et hæc sententia tenetur, omissa distinctione Nauarri, & Couarr. quæ iure non probatur, nu. 51. & procedit etiam in collatione facta a Papa etiam ad instantiam partis, a nu. 53. & etiam in prouisione facta virtute literarum ad vacatura, a num. 57. & a num. 59. respondetur fundamentis contrariæ sententiæ.

Collationem beneficij factam clericis concubinarijs seu fornicarijs non esse nullam, c. 14. n. 7. p. 7. nam ij sunt suspensi ab officio, & eorum officia audire est prohibitum, num 8. etiam in minoribus constitut', contra aliquos, nu. 9. & 10. & nu. 11 ponitur declaratio Sanctæ Congregationis, atque ideo si celebrant, sunt irregulares. nu. 13. & sunt etiam suspensi a beneficio, a n. 15.

Collatio beneficij sine diminutione fieri debet, cap. 1. numero 121. p. 8.

Collatio beneficiorum, quæ dignioribus sunt conferenda, quãuis debeat fieri instar distributiuæ iustitiæ, tamen ibi non est vere, & propriè distributiua iustitia etiam minus principaliter; nec eligens dignum omisso digniore peccat peccato acceptatione personarum propriè sumptæ contra iustitiam distributiuam, sed solum peccato iniustitiæ contra cõmutatiuam iustitiam, & fidelitatem ex officio debitam ecclesiæ, cap. 16. num. 51. & 52. par. 7. Vnde si ex omissione dignioris sequerentur aliqua damna, vel interesse, tenerentur ei ad restitutionem illorum, exemplo œconomi, num. 53. & 54. Quod non solum procedit in beneficijs, quæ siue edicto & oppositione prouidentur, sed etiam quæ prouidẽtur per dictum, & oppositionem, num. 55. Nisi forte in edicto promitteretur collatio digniori, num. 56. quæ tamen non videtur promitti dicendo, quod seruabitur vnicuique sua iustitia, n. 57 quamuis oppositores descripti, & concurrentes in tempore præstituto habeant ius ex iustitia cãmutatiua, vt vni ex illis prouideatur, alias teneretur collator ad restitutionem, nu. 58. & quomodo sit facienda ista restitutio, n. 59. & 60.

Collatio beneficiorum post resignationem, quæ in permutatione debet intervenire, requiritur, c. 4. n. 85. p. 11.

Collatio beneficij potest esse conditionalis, sic conditio insit de iure, puta si vacat beneficius, sub qua ab ordinario, etiam ignorante mortem, seu vacationem, collatio fieri potest, cap 2 num. 4. p. 8. Et etiam electio, num 5. & 6. Quamuis in electione contrarium teneat glossa, & alij nu. 7. Quorũ opinio procedet in conditionibus de futuro, quamuis tacitè insint, num 8. & in conditione de præterito, aut de præsenti, quæ tamen non inest, quę vitiabit electionem, quãuis non collationem, quæ solum vitiabitur ex conditione suspensiua, num 9.

Collatio beneficij facta electo in Episcopum ante confirmationem valebit, & vacabit post confirmationem, sicut alia obtenta; nec per illius assecutionem ius per electionem quæsitum perditur, c. 6. n. 47. p. 11.

Collatio beneficij requiritur quod purè fiat, non conditionaliter, nec alternatiue, c. 2. n. 1. p. 8. Nam caput 2. de electione in 6. habet locum in collatione, seu prouisione, n. 2.

Collatio clandestina, & secreta quamuis valeat. requiritur tamen ad eius probationem, vt fides de ea quoquomodo fieri possit per instrumenta, vel testes, quibus probatur collatio, cap. 4 num. 10. part. 8. Quæ iuxta stylum Palatij, & Curiæ Romanæ non probatur literis ordinarij, seu legati suo sigillo sigillatis contra impetrantes, seu prouisos Apostolicos, & in eorum præiudicium ad euitandas fraudes, &c. etiam si essent nominati testes, si Secretarius non esset Notarius, vel si testes non essent subscripti, à nu. 11. circa quod adducuntur variæ resolutiones, & decisiones Rotæ à num. 14. quarum summa ponitur, num. 27.

Collatio copulatiue fieri non debet, ne duo in eodem beneficio intitulentur, aut beneficij diuisio fiat, c. 2. nu. 49. par. 8.

Collatio excommunicato facta de iure est nulla, c. 13. nu. 4. p. 7. Etiamsi sit facta motu proprio. nu. 5. & ideo non præstat titulum coloratum, & sic possessio illius non est restituibilis constando ex actis, quod collatio fuit facta excommunicato, n. 6. licet secus ad effectum regulæ de triennali, nu. 7.

Collatio facta à secundo collatore ante factam deuolutionem non valet, nec conualescit, etiam si primus non conferat intra tempus, c. 3. n. 31. p. 10. Etiamsi collatio sit facta simpliciter, non dicendo iure deuoluto, quamuis secus sit in collatione facta ab ordinario de beneficio iuris patronatus, spreto patrono, nu. 32.

Collatio facta Episcopo dignitatum vel beneficiorum, an valeat, resoluitur quod non, nisi fiat ex dispensatione Papæ, aut ex iusta & necessaria causa, c 6. nu. 44. p. 11. Episcopo tamen titulari, vel qui renuntiauit Episcopat. facta collatio præsertim de beneficijs simplicibus valebit contra Card & Bursat num. 45. & reseruatio pensionis facta mentione de Episcopatu, nu. 46.

Collatio facta indigno cum non sit nulla, & ipse indignus non teneatur fructus restituere, sed illos faciat suos ratione tituli, videtur etiam conferentem non teneri illos restituere, sed solum ad damna inde secuta, c. 7. nu. 28. p. 7. Et prædicta sententia procedere posset, quando collatio esset nulla, & quãdo non esset titulus beneficii, sed merum salarium, &c. in quibus etiam ipse indignus teneretur restituere fructus, siue emolumenta officij &c. n. 29. & 30.

Collatio facta non idoneo scientia, moribus, & ætate, seu facta indignis ex quatuor defectibus, de quibus in cap. cum nonnullis de electione an sit nulla, vide verbo, Abb. doctrina,

Collatio non conualescit per sequentem absolutionem cap. 13. num. 8. par. 7. Et procedit etiam in collatione facta excommunicato occulto & ignoranti, etiam probabiliter, & inuincibiliter se esse excommunicatum, nam adhuc collatio est nulla, n 9.

Collatio non conualescit per seq. absolutionem, etiam in foro conscientiæ, in quo beneficium excommunicati ab ipso retineri non potest, c. 11. nu. 10. p. 7. Quæ doctrina, & ampliatio procedit, etiamsi excommunicatio sit iniusta cõtra Suarez, num. 11. & 12. quamuis secus si excommunicatio sit nulla, nu. 13.

Collatio non conualescit, etiam in electione, & præsentatione, seu nominatione, c. 13. n. 14. p. 7.

# INDEX.


*Collatio non conualescit per sequentem absolutionem in permutatione beneficiorum facta per excommunicatum, quæ non valet, c. 13. nu. 15. & 16. p. 7. Sed quamvis non valeat quoad excommunicatum, tenet tamen quoad non excommunicatum compermutantem, num. 17. & non valet collatio facta excommunicato ex causa permutationis, quamvis tempore resignationis, & admissionis non esset excommunicatus, num. 18. è converso si tempore collationis non erat excommunicatus valebit collatio, & permutatio, quamvis tempore resignationis, & admissionis ordinarij esset excommunicatus, nu. 19. quamuis si fieret coram Papa, seu legato resignatio, etiam ex causa permutationis in favorem excommunicati, siue absolutione ad effectum, quæ dari solet, non valeret admissio in favorem illius, numero 20.*

*Collatio non conualescit per sequentem absolutionem, non solũ in quibusuis beneficus Ecclesiasticis, sed etiam in quacunque dignitate, & officio Ecclesiastico, etiam temporalu habente vsum iurisdictionis, seu ordinis, c. 13. num 22. par. 7. Nam horum est incapax excommunicatus, qui a est incapax vsus iurisdictionis, & ordinis ad quem ordinatur numero 23. & idem est eadem ratione in dignitatib. seu officijs non Ecclesiasticis habentibus iurisdictionem, nam etiã horum collatio facta excommunicato, seu electio est nulla, contra Suarez, numer. 24. & 25. licet secus vbi abundant successione, seu ratione bonorum, vel maioratus, numero 26.*

*Collatio non conualescit etiam in excommunicato minori excommunicatione: nam collatio, electio, seu præsentatio illi facta est nulla, c. 13. nu. 27. p. 7. Et tamsi electores, vel collatores cum excommunicatum probabiliter ignorarent, nu. 28. quamuis alij aliter tenant à num. 29. vbi respondetur cap. si. de clerico excommunicato, ibi, scienter.*

*Collatio non conualescit per sequentem absolucionem, etiam in pensione, c. 13. nu. 34. p. 7.*

*Collationem palam fieri, & non clandestine, an necessario requiratur c. 4. p 8. à nu 1. resolvitur, quod licet collatio facta clandestine, & secrete, suspicione non careat, non tamen est nulla, sed valet, nec ideo est irritanda: & etiam facta de nocte, licet speciale sit in electione, quod facta clandestine, & de nocte non valeat, in ea duntaxat in qua seruanda est forma capit. quia propter delict. alias enim etiam facta occulte, & clandestine valet, sicut collatio.*

*Collatio parochialis non valeret sic facta, confero tibi si intra annum te feceris ad Sacerdotium promoueri, valeret tamen si diceretur, dummodo infra annum te facias ad Sacerdotium promoueri, cap. 2. num. 12. & 13. par. 8. adducitur resolutio Rotæ.*

*Collatio parochialis tenet ab ordinario facta habenti aliam sub conditione, si primam resignauerit, seu dimittat, secundum Abb quia ista conditio tacite inerat de iure, c. 2. nu. 22. p. 8. & nu. 23 ponitur resolutio Rotæ. & secus esset, si conditio tacite non inesset, vt quia primum non erat vacaturum ipso iure, num. 24. quamuis pensio bene posset reseruari per Legatum vel Episcopum sub conditione, vt cum primum habuerit beneficium, censeatur cassa, nu. 25.*

*Collatio præbendæ pœnitentiarij, ad quem pertineat, vbi præbenda est annexa dignitati, seu officio alicuius Ecclesiæ, vide verbo annexio.*

*Collatio recte conualescit per sequentem absolutionem in beneficij iam collati, vel sub spe expectatiuæ cadentis, acceptatione facta ab excommunicato, quæ valida est, cap. 13. nu. 15. p 7. & ratio est, quod acceptatio ius tituumque nõ tribuat, sed potius ad factum quam ad ius pertineat, num. 36. Beneficium tamen acceptatum vigore expectatiuæ non potest ei conferri ante absolutionem, sed collatio suspenditur nu. 37. Et respondetur difficultati quam mouet contr. quod acceptatio non sit ipsa collatio, iuris in re acquisitionem inducere videtur, à nu. 38. & iuxta dicta est accipendus Caietanus nu. 44.*

*Collatio recte conualescit in prouisione facta in favorem excõmunicati à Papa, vel Legato, cum clausula absolutionis à censuris ad effectum gratiæ consequendum in literis Apostolicis apponi solita, cap. 13. nu. 59. & 60. p. 7. vbi referuntur agentes de ista clausula, quæ non prodest insordescentibus ne irregulari, nu. 61.*

*Collatio recte conualescit, vt possit quis post absolutionem retinere beneficium, tempore excommunicationis collatum, si cum eo fuerit dispensatum, c. 13. nu. 71. p. 7. quæ dispensatio ab Episcopo fieri potest, nu. 74. & dispensatione facta non requiritur alia collatio, nu. 75.*

*Collatio recte conualescit in possessione capta ab excommunicato, quæ valida est, cap 13. nu. 89. p. 7.*

*Collatio requiritur quod non sit surreptitia, alias non tenet, c. 3. nu. 1. p. 8. nam surreptio vitiat gratiam ipso iure, quamuis rescripta iustitiæ non nisi ope exceptionis nu. 2.*

*Collatio si fiat excommunicato, qui eam acceptauit, ablata excommunicatione non valebit, c. 13. nu. 43. p. 7.*

*Commenda est duplex, altera temporalis, & altera perpetua, cap. 4. nu. 7. p. 4.*

*Commendare non potest beneficium inferior Episcopo, contra Hoiedam, & Cuchũ, c. 4. n. 8. cum seq. p. 4. nisi habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, nu. 12. & 13.*

*Commendari per Ordinarios alia beneficia possunt, vltra sex menses, etiam ad vitam c. 4. nu. 16. p. 4. quod intellige, vt nu. 17. & 18. vsque ad 23.*

*Commenda ob quid sit inuenta à Rom. Pontificib. traditur, c. 4. nu. 24. & 25. p. 5.*

*Commenda sola vim habet dispensationis, nec requiritur alia dispensatio, cap. 4. num. 29. par. 4. est enim collatio Papæ dispensatoria, nu. 30. & commenda perpetua, & vnio temporalis, sunt quædam pallatæ dispensationes, nu. 31. Et vbi an Monasteria, & Dignitates possint commendari minorib. 15. ann. nu. 32.*

*Commenda non inducit incompatibilitatem sicut titulus, c. 4. num. 33. cum seq. par. 4. amplia, vt nu. 36. cum seq. & 40. & 41.*

*Commenda ad vtilitatem personæ non est proprie & vere commenda, imo censetur titulus c. 4. nu. 43. p. 4. etiam si sit temporalis, nu. 44. Et ideo de ea debet fieri mentio per impetrantem, nu. 45. & 46. & traditur differentia, inter perpetuam & temporalem, nu. 47.*

*Commendatarij huiusmodi, habentur vt Titulares, & iura loquentia de Titularibus procedunt in eis, caput 4. nu. 48. cũ seq. par. 4. nec possunt remoueri magis quam Titulares, nu. 52. limita, vt nu. 53. cum seq.*

*Commenda causa custodiæ non impedit prouisionem beneficij, & sic ea durante currit tempus prouidendi, c. 4. n. 59. p. 4. & de materia commendæ qui sint videndi, n. 77. remissiue.*

*Commendatarij, & alij Prælati inferiores habentes quasi Episcopalem iurisdictionem etiam exempti, & nullius diœcesis non possunt remittere denuntiationes ex declaratione Papæ, & S. Congreg. contra Nau. c. 8. à nu. 56. par. 5. Quæ declaratio stante in his locis requiritur ad Episcopum intra cuius fines est locus, vel ad vicariorem, nu. 59. & 60.*

*Commissio habens clausulam (sine retardatione, &c. arbitrio Rotæ intelligitur prout de iure, c. 5. nu. 527. p. 1.*

*Commissarius Cruciatæ non potest dispensare in irregularitate propter ordinum malam susceptionem contracta, cap. 5. num. 59. par. 2.*

# INDEX.


Commissis facta Vicario, an transeat ad successorem in Vicariatu, c. 2. à nu. 28. p. 6. resolvitur transire contra communem, nu. 34. cum seq nisi sit facta cum qualitate, ex qua videatur habitus respectus ad personam, nu. 37.

Communis sententia, de qua c. 10. nu. 8. p. 11. non potest admitti nisi forte ex usu, & consuetudine, si illam receput, nec unic esset admittenda, vbi beneficium esset alteri collatum, nec vbi privatio esset notoria, nu. 35.

Computatio graduum quomodo sit facienda, an secundum canones, an secundum leges, cap. 15. p. 7. à nu. 23. Resolvitur secundum leges.

Concessio brevium non est contraria decreto Concilij Trid. de prima instantia coram ordinarijs tractanda, cap. 3. nu. 6. 7. & 8. par. 6.

Consil: Basil. quo reservationes abolentur fuit conciliabulum, c. 1. nu. 188. cum seq. p. 5.

Concilium generale, an possit beneficia conferre, & qui id tractent, c. 2 nu. 1. p. 5.

Concilium in quo Papa præsit potest beneficia conferre, cap. 2. num. 2. par. 5. secus si sine Papa ratione schismatis, nu. 3. Author tamen id Concilium non posse credit nisi Papa id specialiter permittat, nu. 4. & de Papa & Concilij potestate, qui sunt videndi, nu. 5.

Concilium Provinciale non potest conferre beneficia Provinciæ, nec Diœcesanum, beneficia Diœcesis, nisi quatenus is ad eius dispositionem spectant, id permitteret, c. 2. n. 7. p. 5.

Conc. Trid. Decretum explicatur, c. 5. nu. 219. cum seq. p. 2. & an procedat in alienatione voluntaria, an vero in necessaria, nu. 222. & 223. cum seq.

Concilij Lateranensis vltimi constitutio sub Leone X. sess. 9. §. statuimus, enucleatur, c. 1. nu. 3 4. 5. & 6. p. 3.

Conc. Trid. verba de ordinandorum natalib. & genere iuxta ius antiquum intelligenda sunt, & per ea Concilium voluit excludere illegitimos filios, aut nepotes hæreticorum, & seruos, ac neophytos, cap. 2. num. 2. par. 7. Nam Concilium ibi non intendit corrigere, aut alterare iura antiqua circa qualitates promouendorum, nu. 3. & 4. adducitur declaratio S. Congreg.

Conc. Trid. hortatur, vt in prouincijs, vbi commodè fieri potest dignitates omnes, & saltim dimidia pars canonicatuum in Cathedralib. Collegiatis insignib. conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico, c. 7. nu. 44. p. 7 Et cum Concilium hortetur, non autem præcipiat, id non est inducendum ex necessitate, nec per Concilium Prouinciale statui potest secundum S. Congreg. cuius declarationes ponuntur, nu. 45. Et sic Decreta Cõcilij Prouincialis Toletani, & Compostellani, quib. id statuitur, non habent vim, num. 49. nec istud Decretum Concil. Compostell. est confirmatum in confirmatione Pij V. numero 47. nec dicta Decreta videntur vsu recepta, numero 48.

Concilium Trid. sess. 24. cap. 15. tit. singulis præbendis singula beneficia vniantur, intelligitur, cap. 2. §. 2. nu. 170. & 175. par 12.

Conc. Trid. sess. 7. de reformatione, c. 4. addit c. de multa, quod quamuis in terminis d. c. de multa contendens retinere primum beneficium, quod ipso iure vacauerit per adeptionem secundi, etiam secundo esset privandus per sententiam, tamen ex Decreto Conc. ipso iure est privatus etiam secundo, c. 5. nu. 94. p. 11.

Conc. Trid. sess 7. d. cap. 4. de reform addit etiam quod licet d. c. de multa, vt privaretur secundo, requiritur monitio, vel quod retineret vsque ad litis contestationem, tamen cum Concilium dicat, retineret præsumpserit, non videtur necessaria iudicialis contentio, nec monitio. c. 5. nu. 95. par. 11. Nam illa verba solum denotant dolosam, seu malitiosam retentionem saltim ex lata culpa, num. 96. quæ recte datur sine monitione, aut litis contestatione, & a nu. 97 & adducuntur declarationes Sanctæ Congregationis, num. 98 sufficeretque ad pœnam Concilij retinere primum de facto cum secundo, licet fructus non recipceret, nu. 99.

Concil. Trid sess 24. cap. 17, non videtur in Hispania vsu receptum, nam post illud sunt antea Ordinarij conferunt plura beneficia, etiam vltra duo vni, etiam quod vnum sit sufficiens & omnia simul retinent, de quomodo aliqua sint incompatibilia, cap. 5. §. 3 num. 23. par. 11. Et etiam in Curia idem fit: nam SS. Pontifices narranti plura obtenta solent alia concedere, nec apponitur Decretum de dimittendo obtenta, nisi sint incompatibilia, num. 324. Nec potest dici Papam super illis tacite dispensare contra Ledesmam à num. 327. & solum id posset procedere vbi Papa illa simul conferret, num. 327. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. Nec etiam dici potest, id in Papa procedere ex facultate sibi tradita ab ipso Concilio per Decretum vltimum sessionis 25. de reformatione, quia id intraret, si Concilium prohiberet collationem sed non prohibet, nisi retentionem, num. 328.

Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. dum concedit Episcopis facultatem absoluendi in foro conscientiæ ab hæresi occulta qualiter debeat intelligi, & an requiratur Sacramentalis confessio, c. 10. nu. 137. vsque ad nu. 140. p. 11.

Conclauista conclauis Sixti V. sunt vere familiares Papæ, ex constitutione eius, quæ in alijs non habebit locum, cap. 1. nu. 311. & 312. p. 5.

Conclusio illa quod olim possessor, hodie possessor præsumitur de qua relati, nu. 75. qualiter intelligatur, traditur, cap. 3. num. 76. p. 6.

Concordia & turnorum diuisio, non intelligitur mortuo, seu deficiente Episcopo, secus eo suspenso, aut excommunicato, c. 1. nu. 237. cum seq. p. 5.

In Concordia proprietas remanet indiuisa, & accrescit Capitulo vacante sede, caput. 1. nu. 239. p. 5 sed contrarium traditur, nu. 241. & respondetur, nu 242.

Concordia Vgolini inter oppositiones Canonicarum, & Theologorum traditur, cap. 2. num. 210. par. 1. quam tenet Navarr. num 2.

Concurrentibus ad beneficium, vno habente aliud, & alio non habente, non habens præferendus est habenti ex Rota, c. 9. num. 12. & num. 13. par. 9. Ponitur eius decisio, & alias amplius fuit resolutum, quod non habens beneficium præferendus est habenti in concursu, quamuis habens sit magis sufficiens, & statutum dicat dandum esse magis sufficienti & habiliori, num. 14. Sed dicta decisio loquitur in beneficio simplici, & non in parochiali, in quibus aliud dicendum est, num. 15.

Concursus an habeat locum in parochialibus litigiosis vacantib. non obstante lite, c. 2. §. 1. à nu. 169. par. 9. Resolvitur affirmative, ex S. Congreg. cuius declaratio ponitur, electo tamen & indicato magis idoneo ab Episcopo non posset fieri interim collatio de parochiali litigiosa ab Episcopo seu alio inferiori, ad quem talis collatio spectaret, num. 172. Sed vel erit recurrendum ad Papam, vel expectandus finis litis, nu. 173. & talis electus si poterit, ad defensionem litis admitteretur, nu. 174.

Concursus an debeat fieri in beneficijs vacantib. per resignationem, c. 2. §. 1. à nu. 156. par. 9. Resolvitur in resignatione simplici debere fieri, secus in resignatione in favorem, in qua non requiritur examen per concursum. sed solum in forma dignum, & ponuntur declarationes S. Congregationis, & idem in beneficijs resignatis ex causa permutationis,


vt

# INDEX.


*ut non ſit faciendum examen per concurſum, num.161.*

*Concurſus an debeat fieri in Vicarijs perpetuis parochialium vnitarum, ſicut in parochialibus iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, c.2.§.2.à num.285.par.9. Reſoluitur non debere fieri concurſum, ſed ad nominationem illorum, quorum dignitati, vel Eccleſiæ parochialis eſt vnita, deputandos vicarios eum examine & approbatione Ordinarij etiam ſine examinatoribus Synodalibus, nec valere Decretum Concil. Toletani contrarium, nec ſuffragari poſſeſſionem contrariam, etiam in iudicio poſſeſſorio, & adducuntur declarationes S. Congregat. & alia.*

*Concurſus an faciendus ſit in dignitatibus habentibus curam animarum in Eccleſijs collegiatis, reſoluitur quod non, cap. 2.§.1.num.195.par.9. vbi ponitur declaratio S.Congreg. & num.ſeq.*

*Concurſus an faciendus ſit in beneficijs regularibus curatis, reſoluitur negatiue, cap.2.par.1,num.197 par.9. vbi ponitur declaratio S.Congreg. & num ſeq. reſolutio Rotæ, quod videtur procedere, etiam ſi ſint ſolita commendari ſecularibus, num.199.*

*Concurſus an faciendus in prouiſione dignitatum habentium vnitam parochialem, reſoluitur negatiue, cum vnio perpetuo & acceſſorie facta eſt, cap.2.§.1.num.192.par.9. & declarauit S.Congreg. in declarationibus poſitis num.193, ſed ſi eſſet vnita æque principaliter, faciendus eſſet concurſus, num.194.*

*Concurſus an poſſit fieri ab inferioribus Epiſcopo habentibus ius conferendi, c.2.§.1 à num.121.par.9. Reſoluitur negatiue, & adducuntur declarationes S.Congregationis, & Decretum Concilij Prouincialis Mediolanenſ. 5. & num. 126. allegantur deciſiones Rotæ: per quod tamen non tollitur præuentio inferiori competens in collatione, nu.125.*

*Concurſus debet fieri in beneficijs curatis, quæ dicuntur vicariæ, non tamen ſunt vicariæ parochialium vnitarum, ſed de per ſe, c.2.§.2.nu.198.p.9. & nu.ſeq. ponuntur reſolutiones Rotæ, & idem eſt in vicarijs erectis in Eccleſijs vnitis abdicando, & ſeparando curam ab ipſis Eccleſijs, & tranſferendo eam in vicarias, huiuſmodi enim vicariæ ſunt beneficia vere curata de per ſe, num.10 & 302. & nu ſeq. adducitur declaratio S Congregat.*

*Concurſus & examen, an vbi non fuit factum legitime iuxta formam Concilij gratia & prouiſio Apoſtolica facta in fauorem illius qui præſentauit approbationem, & literas Ordinarij, quibus teſtatur concurſum factum legitime, & ex approbatis illum elegiſſe, iuxta formam Concilij, ſit valida, & bona: an vero ſurreptitia, & nulla, c.2.§ 2.num.360. par.9. Et videtur dicendum non eſſe ſurreptitiam ſed validam: quia prouiſus non narrat concurſum legitime factum, ſed ſolum præſentat literas Ordin. id teſtantis, quibus Papa dans fidem, id ait ſibi innotuiſſe, & ſic non eget iuſtificatione, à num.361. Sed contrarium videtur verius, quia fundatur falſa cauſa & ex verbis Concilij, à num.365.*

*Concurſu facto, an ſi deſiſtat magis idoneus, ex reliquis oppoſitoribus ſit eligendus magis idoneus, an vero ſit faciendus alius concurſus de nouo propoſito nouo edicto, c.2.§.1.nu. 221.p.9. Reſoluitur, quod ſi ante factam per Ordinarium electionem de magis idoneo, ille deſiſtat, non eſt faciendus nouus concurſus, ſed ex reliquis eligendus eſt magis idoneus intra eundem terminum: ſi vero facta per Ordinarium electione de magis idoneo reperto, ille deſiſtat, ſeu cedat, vel decedat, non poterit eligi alius ex oppoſitoribus eiuſdem concurſus, ſed faciendus erit nouus concurſus, ad quem Ordinarius habebit nouum terminum à die deſidentiæ, ſeu ceſſionis, vel mortis ei nota, num.222. & 223. id tamen intelligitur, quando deſiſtit, cedit aut decedit ante lapſum quadrimeſtre datum ad ſignificandum Papæ, alias enim infra quadrimeſtre, non facta ſignificatione, ad Papam deuoluitur, num.324.*

*Concurſus faciendus an ſit in beneficijs, quorum cura plures adminiſtratur, c.2.§.1. à num.175.par.9. Reſoluitur eſſe faciendum ex Concilio, quamuis alias beneficia iſta non dicantur curata tamen ex authoritate Papæ, S.Congregationis, non eſſe receptum Decretum Concilij de concurſu, quoad iſta beneficia, maxime in Eccleſ. Collegia.*

*Concurſus videtur faciendus in prouiſione beneficij ſimplicis alicuius Eccleſiæ parochialis habentis de per ſe adminiſtrationem curæ in aliquo loco d. parochialis, cap.2. §.1. num. 191.par.9.*

*Concurſus prouiſionis Ordinarij, vbi non datur, non eſt neceſſe fieri mentionem, de menſe non placet, cap.1.num.664. par.5.*

*Concurrentibus ad beneficium, vno habente aliud, & alio non habente, non habens præferendus eſt habenti ex Rota, cap. 9.num.12. & num.13.par.7. ponitur eius deciſio, & alias amplius fuit reſolutum, quod non habens beneficium præferendus eſt habenti in concurſu, quamuis habens ſit magis ſufficiens & ſtatutum dicat, dandum eſſe magis ſufficienti, & habiliori, num.14. Sed iſta deciſio loquitur in beneficio ſimplici, & non parochialibus, in quibus aliud dicendum eſt, num.15.*

*Condemnatus, an poſſit priuari beneficijs, quando iudex in ſententia condemnatoria aliquam pœnam impoſuit, non faciendo mentionem de priuatione, cap.3,§.1.à num.107.p. 11. Reſoluitur affirmatiue in condemnato pro delicto inducente irregularitatem, licet ſecus in condemnato pro delicto, quod licet ſit dignum priuatione, non tamen inducit irregularitatem.*

*Conferre beneficia illegitimis, non erat ſtylus tempore Sixti V. etiamſi alias fuiſſent diſpenſati, & ſic ratione iſtius ſtyli, tunc videbitur neceſſarium exprimere diſpenſationem ſuper defectu natalium in impetratione, etiam quod eſſet executio diſpenſationis, cap.2.num.76. par.7. vt in deciſione Rotæ poſita, num.77.*

*Conferri non poſſunt beneficia excommunicato, cap.13.nu.3. par.7.*

*Confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ poteſt abſoluere à cenſuris extra confeſſionem, & ibi ratio traditur, cap.5.nu.53. & 54.par.2.*

*Confeſſores Ordinarij vt parochi poſſint audire confeſſiones ſubditorum extra parochiam, & etiam delegati ca.8.num. 131. par.5. Quod poſt Conc. Trid. intelligo ſi delegati ſint approbati in ea diœceſi, non vero in alia, vt nu.132. contra aliquos, a nu.133.*

*Confidentia beneficialis, abſque pacto, modo, ſeu conditione, non eſt ſimoniaca, prohibita, & punibilis per conſtitutionē Pij V. de confidentia, & Pij III. contra aliquos, abſque pacto enim nō inducitur ſimonia, c.3.§.2.n.165. & 166. p.11. & n.169. & ſeqq. adducuntur reſolutiones Rotæ, & nu.169. deciſio Rotæ.*

*Confidentiæ præſumptio intrat ex donatione omnium fructuū, aut partis, facta à reſignatario reſignanti, quoties fuit facta illico poſt reſignationem, ſecus ſi poſtea aliquo tempore interiecto, vel ex aliqua cauſa c.3.§.2.nu.198.p.11. & ex iſta prima coniectura non inducitur, nec cōcluditur vera confidentia, ſed colligitur præſumptio, ex qua alijs concurrentibus vult Papa probationem reſultare, & idem in ſecunda, tertia, & quarta coniectura, contra aliquos, à num. 198.*

*Confirmatio ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione illa dicitur, in qua eſt inſertus tenor rei confirmatæ, vel ſal-*

*tem*

# INDEX.


*tem narrata ſubſtantia, & eſt expedita præcedente ſolita diſcuſſione, c.2.à nn.226.p.3.*

*Confirmatio in qua adeſt clauſula ex certa ſcientia, non tamẽ eſt inſertus tenor, aut narrata ſubſtantia rei an ſit ex certa ſcientia, an vero in forma communi, c.2.num.230. cum ſeq.p.3.*

*Congregationes particulares commiſſariorum capit. aut occupari Beneficiatos in negotiis, & rebus Eccleſiæ dum diuina celebrantur, non licet fieri, cap.2.num.566. & ſeqq. part.3.*

*Coniugati qui ordinari prohibentur ſunt incapaces beneficiorum, cap.5.nu.1.par.7. adeo vt etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, n.2. & procedit etiam in adminiſtratione Eccleſiaſtica, nu.3. nec ex diſpoſitione Epiſcopi poſſunt habere beneficium etiam ſimplex, n.4. & cõcordia Capræ bene impugnatur per Otcdam.*

*Conſanguinei fundatoris, quando vocatur ad beneficium, ſeu capellaniam, an ſatis ſit præſentare quemlibet conſanguineum, an debeat præſentari proximior, c.15.à n.16.p.7. reſolvitur, quod debet præſentari proximior, & reſpondetur legi vnum ex familia §. ſi de falcidia, an attendatur proximitas reſpectu fundatoris an reſpectu vltimi capellani, a n. 19. reſoluitur reſpectu fundatoris.*

*Conſanguinei fundatoris, ſeu qui ſunt de parentela eius, genere, ſeu familia, quando vocantur ad capellaniam, an cenſeatur etiam vocati ſpurij, ſeu illegitimi, & deſcendentes ex illis, & videtur quod non; nam non dicuntur, nec ſunt de familia, agnatione, domo, ſeu caſſata, c.15.n.16.p.7. Neque etiam de parentela patris, nn.37. nec cum illa eſt cognatio, conſanguinitas, aut coniunctio ex parte patris, n. 38. & ideo appellatione coniunctorum non veniunt n.39. Sed diſtinguitur, an ſint appoſita verba iuris ſeu ciuiliter ſignificantia, & tunc illi veniant, & comprehendantur, à num.40. & cum vocatur conſanguineus proximior præferuntur remotiori legitimo, num. 47. & idem in legato pio, num.48.*

*Conſanguineus ex linea maſculina, an inæquali gradu ſit præferendus, ſiu ex parte mariti, c.15.a num. 21 p. reſoluitur quod non.*

*Conſanguinitas, ſeu parentela fundatoris in propoſito quomodo ſit probanda c.15.à nu.28.p.7. Reſoluitur probari per indicia & coniecturas, ſeu communem reputationem, & famam, nec requiri probationem per gradus diſtinctos, niſi agatur de probanda conſanguinitate reſtricta ad certum gradum, ſeu intra certum gradum, aut detur concurſus alterius & adducuntur reſolutiones, & deciſio Rotæ.*

*Conſenſus capituli, an præſumatur ex diuturnitate temporis interueniſſe, etiam in vnione non enuntiatus, videbatur præſumi, ſi lapſum eſſet tempus longiſſimum triginta annorum, ex traditis per Felin. & alios citatos, aut etiam concurrente poſſeſſione, & obſeruantia vnionis cum ſcientia & patientia aduerſarij, ſi lapſum eſſet longum tempus decem annorum, ex traditis per Aymon. & alios citatos, ca. 2.§.2.n.178 p.12. Sed reſoluitur, ita demum ex diuturnitate temporis præſumi conſenſum capituli in vnione non enuntiatum, ſeu ſolemnitatem aliàs in actu requiſitam, ſi lapſum ſit tempus triginta annorũ cũ poſſeſſione & obſeruantia vnionis, ſeu actus per illud tempus, aliàs non, num. 179. & ſeq vbi adducuntur reſolutiones Rotæ, & reprobatur doctrina Flores circa hoc, n.186.*

*Cõſenſus capituli, nõ præſumitur, niſi expreſſe probetur, & aſſerenti incumbit onus eum probandi, vel niſi alias de eo appareat, c.2 §.2.n.177.p.12.*

*Conſenſus capituli non videtur requiri in vnione faciendæ ſeminario, ſed eius loco requiritur, quod fiat cũ conſilio quatuor deputatorum ex Decreto Concilij, alias vnio non valet, c.2.§.2.n.190.p.12. vbi ponitur declaratio S. Congr. ſed Epiſcopus non tenetur ſequi eorum conſilium ex eadem S. Congreg. num.191. & adducitur reſolutio Rotæ, num.192.*

*Conſenſum capituli, prout dictum eſt, requiri in diſmembratione, ſeu diminutione beneficij, ſicut in vnione, ita demum procedit in diſmembratione beneficiorum Eccleſiæ inferioris, ſi Epiſcopus ſit author ipſius, c.3.num.11.p.12. ſecus ſi Epiſcopus non ſit author. ſed rector; vã in alienatione qualis eſt diſmembratio rei Eccleſiæ inferioris, quando Epiſcopus non eſt author, ſed rector ipſius Eccleſiæ non habentis collegium, ſufficit, quod rector alienet cum authoritate ſolita Epiſcopi, & ſi habet collegium, requiritur etiam conſenſus collegij, nu.12.*

*Conſenſus contra patronum, aut inferiorem collatorem, non præſumetur eorum, etiamſi in vnione enuntietur ab Epiſcopo, c.2.§.n.213.p.12.*

*Conſenſus illorum, ad quos collatio, electio, ſeu præſentatio pertinent, requiritur in permutatione, quamuis Epiſcopus totum debeat expedire, c.4.nu.72.p.11.*

*Conſenſus omnium habentium eligere, præſentare, vel conferre, an requiratur, an vero ſufficiat conſenſus maioris partis, remiſſiue, c.4.n.73.p.11.*

*Conſtare ſufficit de vnione, vt præſumantur omnia fuiſſe ſolemniter acta, & c.c.2.§.1.n.144.p.12.*

*Conſtitutio 9. Iulij III. non eſt in vſu in his Regnis, nec in Prouincia Mediolanen. c.1.nu.101. cum ſeq.p.2.*

*Conſtitutio Pij V. habet locum, tam in non profeſſis, quam in nuliter profeſſis, c.5.n.12.p.2. & vide, n.13. & 14.*

*Conſtitutio Pij Quinti ſuper collatione parochialium, non habet locum, niſi in his diœceſibus, in quibus fuit coacta Synodus, & in eis iuxta formam Concilij deputati examinatores ex declaratione Gregorij XIII, & S. Congreg. c.2. n.4.p.9.*

*Conſtitutio Pij V. de confidentia intelligitur, c.3 § 2.4. cum ſeq.p.11. & n.174. cum ſeq. & nu 187. & n. 188.*

*Conſtitutionis Pij V. de confidentia litera in verſ. quare nos, qualiter ſit legenda, c.3.§.2.a n.192.p.11. reliqua de confidentia apud quos videnda.*

*Conſtitutio Pij Quinti, 58. verſiculo caueant, intelligitur, c. 3.§.2. a num.202. cum ſequent. p.11. ex quo verſiculo apparet non poſſe coram ordinarijs renuntiari beneficia deſignando quouis modo ſucceſſorem, aut ea intentione, vt alteri conferantur etiam libere, dict. num.202. nec poteſt procedere deciſio Caſſadori, nu.203. & conuincitur interpretatio Flam. Pariſ. quod intelligatur de intentione tacite, vel expreſſe in conuentionem deducta, num.204. & interpretatio Ioannis Guttierez quod procedat in foro exteriori, ſecus in interiori, num.205.*

*Conſtitutio Pij V. ſupradicta verba caue.nt, non obſtante an poſſit reſignari beneficium coram ordinario cum intentione mutua, vt libere vniatur alicui certo loco, ſiu beneficio, vel deſignando locum, cui vniri deſideratur, abſque vllo tamen pacto, modo, vel conditione, c.3.§.2. à num.210.par.11. reſoluitur negatiue.*

*Conſt. Pij V. 58. quæ præſcribit caſus, in quibus ordinarij poſſunt admittere reſignationes, c.3.§.3.num.299.p.11.*

*Conſtitutio Pij V. 58. non videtur bene ſeruari in Hiſpania in qua prætenditur eam non eſſe receptam, ſed ab ea ſuppoſitum, c.3.§.3.num.270.par.11. circa quod ponitur reſolutio Rotæ, num.271.*

*Conſtitutio Pontif. Gregorij XIII. de reſignationibus ſolum loquitur de reſignationibus, etiam cauſa permutationis, & ceſſionibus, & ſic non procedit in coadiutoria etiam cum conſenſu*

# INDEX.


*ſenſu cum futura ſucceſſione: nam licet videatur habere naturam reſignationis, non eſt vere reſignatio, cap. 3. §. 4. nu. 275. par. 11.*

*Conſtitutio ſupradicta Gregorij XIII. habet etiam locum in reſignationibus nullis, ſeu invalidis, c. 3. §. 4. num. 276. p. 11. Sed non intrat vacatio ex dicta conſtitutione ob non publicationem, quando reſignatio alias eſt nulla ex def. ctu conſenſus; nam tunc vere non eſt reſignatio. & ſic quamuis tempus publicandi currat à data gratiæ, intelligitur modo ſit præſtitus, & extenſus, conſenſus, num. 277. & adducitur reſolutio Rotæ, num. 278.*

*Conſtitutio ſupradicta Gregorij XIII. capit reſignationem factam in manibus ordinarij, c. 3. §. 4. num. 282. p. 11. etiam quod ordinarius de beneficio reſignato non diſpoſuit, num. 283. vbi ponitur reſolutio Rotæ in vna Mediolanenſi, in qua habetur, quod licet in vnione non ſit neceſſaria publicatio, id procedit data validitate vnionis, ſecus vbi beneficium reſignatum vnitur nulliter, quamuis in eadem, & antea in alia Mediolanenſi relata fuiſſet contrarium deciſum, nu. 284. ſed verius neceſſariam eſſe publicationem, quando vnio eſt invalida, & intrat d. conſtitutio Gregorij XIII. num. 285.*

*Conſtitutio ſupradicta Gregorij XIII. non videtur vſu recepta in his partibus quoad reſignationes, & permutationes coram ordinario factas, cap. 3. §. 4. nu. 289. par. 11.*

*Conſtitutio ſupradicta Gregorij XIII. vult reſignationes etiam nullas, & invalidas publicari, & ex eis apprehendi, ſeu peti poſſeſſionem, &c. cap. 3. §. 4. nu. 332. par. 11.*

*Conſtitutio ſupradicta, an obſtet reſignatario, quod non vult expere beneficium ex reſignatione, ſed ex alia vacatione propter clauſulas generales, cap. 5. §. 4. nu. 331. par. 11. Et non obſtare fuit per Rotam reſolutum in deciſione adducta, num. 332. ſed iſta deciſio non placet ex verſiculo, quod ſi quicquam d. conſtitutionis, num. 333.*

*Conſtitutio ſupradicta non habet locum in beneficijs vacantibus per adeptionem aliorum iuxta Decretum apponi ſolitũ de dimittendo libere in manibus Sanctiſſimi intra duos mẽſes. ex Rota, cap. 3. §. 4. num. 334 par. 11. & alia deciſio quæ contrarium videbatur decidere, loquitur in reſignatione facta ad favorem, licet de vacante per adeptionem ſecundi, iuxta Decretum, num. 335. ratio aſſignatur ibi, nu. 336. quamuis reſpectu reſignationum coram ordinario loquatur de reſignationibus libere, & ſimpliciter factis etiam coram ordinario, qui non prouidit intra menſem, ita vt collatio ſit deuoluta ad Sedem Apoſtolicam, &c. num. 337.*

*Conſtitutio 70. in ordine Pij V. cum de exercentibus ſodomiæ crimen loquatur, non habebit locum in eo qui ſemel aut iterum illud perpetrauerit, ſed in eis, qui quaſi ex vſu continuato id exercent, cap. 10. §. 2. num. 198. par. 11. licet contra teneant Salcedo, & alij ex alia conſtitutione anteriori eiuſdem Pij V. num. 199. Cui reſpondetur, quod licet pœna iſtius primæ conſtitutionis comprehendat perpetrantes; pœnæ tamen ſecundæ, quæ ſunt graviores, comprehendunt tantum exercentes, ſicut etiam ſecunda non habet locum in laicis, vt prima, quæ reſponſio eſt melior alia adducta per Manuelem Rodriguez, & Ledeſmam, quod ſecunda declarat primam, à num. 200. nec comprehendit exercentes pollutionem extraordinariam, ſeu extra vas, ſed ſolum exercentes copulam ſodomiticam num. 203.*

*Conſtitutio ſupradicta Pij V. 70. an comprehendat exercentes beſtialitatem, cap. 10. §. 2. à num. 204. par. 11. reſoluitur negatiue contra Manuelem Rodriguez & Ledeſmam, ſaltim quoad pœnas ipſo iure impoſitas, nam licet beſtialitas ſit crimen graviſſimum, & contra naturam, & gravius ſodomia, non tamen eſt ſodomia, ſed diſtincta ſpecies, & in pœnalibus non fit extenſio, etiam ex identitate, & maioritate rationis, &c. procedit tamen in cognoſcente fœminam præpoſtere, num. 207.*

*Conſtitutio Sixti V. de habitu, & tonſura in his partibus cœpit ligare poſt lapſum octo menſium à die publicationis Romæ factæ, & ex tunc ad huiuſmodi priuationem incurrendam nõ requiritur lapſus alicuius certi temporis, ſed eo ipſo quod in publico quis non geſtat habitum clericalem ſupradictum, id eſt tonſuram, & veſtes talares, incurrit huiuſmodi priuationem cap. 1. num. 19. & 20. par. 7.*

*Conſtitutio ſupradicta Sixti V. de habitu, & tonſura forſan non eſt vſu recepta ſaltim quoad hoc, vt non deferentes prædictum habitum clericalem, maxime tonſuram, ſunt ipſo facto priuati beneficijs & quod collatio illis facta ſit nulla, cap. 1. num. 24 par. 7.*

*Conſuetudo quæ vni detrahit, & alteri acquirit non eſt proprie conſuetudo, ſed large, & abuſiue, & potius dicitur præſcriptio, cap. 4. num. 73. par. 5. & quando proprie dicatur conſuetudo, num. 74.*

*Conſuetudo, ſeu præſcriptio hæc qualis eſſe debeat, an quadragenaria, an immemorialis, vel quadragenaria cum titulo, cap. 4. à num. 75. par. 5. reſoluitur ſufficere quadragenariam ſine titulo, & traduntur variæ opiniones pro & contra, à num. 80. vſque ad num. 88. & reprobatur quædam deciſio, num. 89.*

*Conſuetudo generalis Prouinciæ, quod Capitulum eligat excluſo Epiſcopo, non extenderetur ad loca particularia, ſeu Eccleſiarum in quibus non eſſet talis conſuetudo, c. 4. nu. 92. part 5. ſed contrarium traditur, nu. 93. & explicantur deciſiones Rotæ, à num. 96. cum ſequent.*

*Conſuetudo optima eſt legum interpres, capitul. 5. num. 86. par. 1.*

*Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam, non valet, nec ante legem recompilationis, cap. 3. numero 7. 8. 9. & 10, par. 2.*

*Conſuetudo immemorialis nunquam cenſetur ſublata, niſi expreſſa mentio de ea fiat, nec comprehenditur in reuocatione conſuetudinis, etiam cum dictione vniuerſali, c. 2. nu. 190. part. 3. & ibi limitatio traditur.*

*Conſuetudini immemoriali eſt derogatum, per clauſulam derogatoriam conſuetudinem etiam iuramento, Apoſtolica confirmatione, vel alia quauis firmitate roboratum, cap. 2. num. 191. par. 3.*

*Conſuetudo vigens in Eccleſiis, (vbi matutini dicuntur media nocte) non intereſſendi illis, videtur excuſare, cap. 2. num. 316 par. 3.*

*Conſuetudo quod Archidiaconus viſitans percipiat diſtributiones valida eſt, c. 2. num. 333. par. 3.*

*Conſuetudo contra legem in Concilio generali editam, num valeat, traditur, cap. 5. nu. 50. 51, & 52. par. 4.*

*Conſuetudo quod Prælatus non adminiſtret ante inſtallationem, ſeu inductionem in poſſeſſionem ſeruanda eſt, cap. 4. num. 257. par. 5. & ea conſuetudo non ſolum in Hiſpania, ſed & in alijs partibus procedit, num. 258. & ſequentibus. Vnde in cauſa Burgen. fuit denegata remiſſoria, ad probandam conſuetudinem contrariam, à num. 261.*

*Conſuetudo immemorialis iuriſpatronatus probatur ex ſcripturis. per præſentationes efficaces ſpatio centum ann. ſicut per præſentationes continuatas teſtibus probatas ſpatio ſexaginta annorum. cap. 9. à nu. 107. par. 5. quamuis alias verius ſit immemorialem non probari per inſtrumenta à num. 111.*

*Conſuetudine aut priuilegio non ſtante quod prouidendus de beneficio ſit naturalis aut oriundus Regni, bene poteſt conferri*

# INDEX.


*ferri beneficium clerico alias idoneo, vndecumque ſit, c. 19. num. 4. par. 7. Sed qui ex loco ſeu Diœceſi beneficij debet, ſi eſt idoneus, aliis extraneis præferri, num. 5. ſicut etiam alteri præferendus eſt. qui eſt ex gremio Eccleſiæ, num. 6. Sed id intelligitur de honeſtate tantum, num. 7. niſi ſimus inter duos præſentatos aut alias habentes ius ad beneficium, tunc enim cæteris paribus præferendus eſſet de iure naturali, & qui eſt de gremio Eccleſiæ extraneo, num. 8. Et ita conſuetudo interpretata eſt aut recepta, num. 10.*

**Conſuetudini** *tenendi dignitatem cum Canonicatu vel portione in eadem Eccleſia, ſicut non eſt derogatum per Concilium, an ita etiam non ſit derogatum conſuetudini tenendi duo alia beneficia diſformia, & videbatur ſimiliter dicendum, non eſſe illi derogatum, cap. 5. §. 2. num. 255. par. 11. Sed contrarium cenſuit S. Congregatio, & ponitur ratio differentiæ, num. 256. Sed vbi Concilium non ſit, quo ad hoc receptum, videtur poſſe adhuc ſeruari dicta conſuetudo, quæ tamen non videtur certo ſtare in Epiſcopatu Abulenſ. numero 257.*

**Conſuetudo** *decennalis vbi non eſt contraius ſufficit, capit. 4. num. 12. par. 9.*

**Conſuetudo** *& conſtitutio cuiuſdam Eccleſiæ, quæ habet nouiter receptos, ſoluere certam quantitatem menſæ Capitulari, & certam fabricæ, & certum quid Cappellanis & pueris chori, eſt iniqua, & ſimoniaca, nec poteſt tolerari quoad quod ſoluitur menſæ & etiam Cappellaniæ & pueris, c. 1. nu. 91. p. 8. quamuis alias quod erogatur in ſumptus miniſtrorum Dei pium reputetur, nu. 92. vbi quid in pios vſus conuerti intelligatur.*

**Conſuetudo** *exequendi ſententiam & mittendi in poſſeſſionem Cappellaniæ ſeu beneficii cum in cuius fauorem lata eſt, ſi re vera ſtaret, & de ea conſtaret, ceſſaret attentata, cap. 3. num. 26. par. 9. & idem eſſet ſtante ſtatuto ſeu conſtitutione Synodali id ſtatuente, ſeu probibente appellationem reſpectu effectus ſuſpenſiui, nu. 30. vbi ponitur deciſio Rotæ, & declaratur num. ſequen. & prædicta reſolutio procedit etiam, quando plures ſunt præſentati ab vno patrono vel æquali patronorum ſuffragio, nam cum tunc Epiſcopus teneatur digniorem inſtituere, dignior prætermiſſus poterit ab eo appellare, numero 32. quamuis contrarium teneant aliqui, numero 33. & quamuis à gratificatione Epiſcopi quando ſunt æque digni non detur appellatio, numero 34.*

**Conſuetudo** *quod poſſit in eadem Eccleſia teneri dignitas cum Canonicatu, & procedit in beneficus diſformibus ſub eodem tecto, non habet locum in Canonico pœnitentiario, vt in declaratione S. Congregationis poſita, c. 5. §. 2. nu. 249. p. 11. habet enim officium pœnitentiarij. & inſuper Canonicatum tali officio annexum, num. 250. nec refert quod officium pœnitentiarij de per ſe non habet fructus, quia ſufficit quod eos habeat ratione adiuncti Canonicatus, nu. 251. aliquando tamen ex gratia & diſpenſatione Apoſtolica obtinet ſimul dignitatem, num. 252. & iſta ratio conſiderata in pœnitentiario, non militat in Canonico lectura, nec in Canonico doctorali, aut magiſtrali, in quibus ſolum conſideratur Canonicatus & præbenda cum tali onere, &c. numero 253.*

**Conſuetudo** *vel Statutum quod quis poſſit eſſe triplex in eadem Eccleſia abſque Papæ diſpenſatione non valet contra Botteum, c. 5. §. 2. p. 11 à nu. 238. & reprobatur conſilium Nauarri docentis, poſſe teneri duas Cappellanias cum dignitate in eadem Eccleſia ex conſuetudine, ſi dignitas non eſt ſufficiens, num. 240. & alia doctrina Zerolæ. num. 241. nec poterit Nuntius ſeu legatus in hoc diſpenſare, niſi haberet ſpecialem facultatem, num. 242.*

**Contractus** *vnius ſolemnis ſeu actus nullus de iure poſitiuo an ſit nullus in foro conſcientiæ, an validus, licet ſint variæ Doctorum ſententiæ: prima quæ ait eſſe validum, ſecunda quæ ait eſſe nullum, & tertia media, veriſſima eſt ſecunda ſententia, & reliquæ improbabiles vt bene oſtenditur, c. 1. num. 4. par. 9. & licet olim prima ſententia fuerit communis, iam tamen communiter reijcitur, & ſecunda eſt magis communiter recepta, præſertim per Iuriſtas, num. 13. quibus in hoc de intentione legum etiam pro foro conſcientiæ magis deferendum eſt quam puris Theologis, numero 14. quidquid eſſet de alijs actibus ſeu contractibus minus ſolemnibus: in propoſito tamen de electionibus ſeu proviſionibus beneficiorum tenenda eſt dicta ſecunda ſententia, num. 15.*

**Contributio** *ſubſidij, & excuſati per Penſionarium fieri debet habita ratione veri valoris beneficii, & quantitatis quam titulans ſoluit, cap 5. num. 176 par 1. & num. 177.*

**Conuentio** *de penſione reſeruanda initium habere debet à ſuperioris authoritate, non vero à partibus, nec arbitris compromiſſarijs, c 5. nn. 142. par. 1.*

**Conuerſi** *Monaſteriorum ſunt perſonæ Eccleſiæ, & gaudent priuilegio Canonis, & tamen dicuntur laici. cap. 4. nu. 11. par. 1.*

**Copulam** *habere penetrando vas etiam ſine ſeminatione intra ipſum vas, an ſufficiet ad effectum cauſandi impedimentum inceſtus, cap. 3. nu. 79. cum ſequentibus. p 17. 8.*

**Copula** *ſi ſit habita poſt diſpenſationem perfectam & factam ab Ordinario, vel poſt diſpenſationem impetratam in forma gratioſa, non commiſſaria diſpenſatio & matrimonium ſecuta ſunt valida, cap 3. num 73. par. 8. nec obſtat copula ſuperueniens, nam cum impetrati iam ſint diſpenſati & habilitati ad matrimonium, & eſto eſſet inceſtus non dirimeret matrimonium, numer. 74. & facit quod copula cum affine in tertio vel quarto gradu ex actu fornicario non eſt hodie inceſtuoſa ex quo poſſunt matrimonium contrahere, num. 75. & 76. ponitur declaratio S. Congreg. quæ facit etiam.*

**Corpore** *qui deformati inſigniter ſunt ita vt ſine notabili horrore aut ſcandalo miniſtri Eccleſiaſtici eſſe non poſſint, aut ſibi abſciderunt membrum aut partem membri, promoueri non poſſunt, non ſolum ad ſacros Ordines, & beneficia quæ ſacrum ordinem requirunt: ſed nec ad minores Ordines & primam tonſuram. & conſequenter nec ad vllum beneficium, c. 12. num. 3. par. 7. Nam ibi ſimpliciter & abſolutè ſunt irregulares, num. 4.*

**Corpore** *vitiatos oportet ad beneficia non eſſe promouendos, nam ij ſunt irregulares, cap. 1. nu. 1. p. 7. de qua irregularitate ſeu inhabilitate ex vitio ſeu defectu corporali qui ſunt videndi. num. 2.*

**Creditor** *cui fuit pignori data vniuerſitas in qua eſt ius patronatus, non præſentat, nec in eum tranſit ius præſentandi, cap. 5. num. 10. & 11. p. 5. & an procedat in terminis cap. ſalubriter, num. 12. & 13.*

**Crimen** *confidentiæ ſimoniacæ mentalis etiam vnius tantum partis intentione & conſcientia commiſſum voluit Pius V. prohibere & punire, ſaltim in quatuor caſibus cap. 3. §. 2. numer. 187. & 188. part. 12. in quibus caſibus ſimonia mentalis ſubiecta erit obligationi reſtitutionis, & cenſuris, & pœnis ex conſtitutione Pij V. licet alias ſimonia mentalis nullo modo obliget ad reſtitutionem, nec ſubiaceat cenſuris ex cap. final. de ſimonia, ex quo tamen colligitur quod de facto non punitur, non tamen quod Eccleſia non poſſit illam punire, numer. 189. ſicut etiam conſtitutio Gregorij XIII. de datis & promiſſis pro gratia vel iuſtitia obtinenda & eius pœnæ locum habent etiam in ſimonia mentali, num. 190.*

# INDEX.


num.190. & est in simili constitutio 33. Paul. Quart. quę declaratur, n.191.

*Crimen notorium etiam enorme non inducere irregularitatem ratione infamiæ,c.3.§.1.n.118.p.11.& istam sententiam videri magis conformem praxi & consuetudini.& ideo tenendam contra communem,n.119.*

*Crimen nullum occultum quantumlibet graue & enorme inducit irregularitatem, nisi illud de quo iure specialiter statuitur,c.8.n.68.p.7.*

*Crimen qui commisit propter quod incurrit pœnam priuationis beneficij,an ipso iure amittat statim titulum ita vt teneatur in conscientia illud dimittere etiam ante sententiam declaratoriam,c.1.n. num.7.p.11.& partem negatiuam tenent relati, num.8.pro qua facit quod de lege pœnali imponente pœnam ipso iure seu ipso facto vltra eos tradunt dict. communiter contra Abb. Fel. Castrum & alios quod non obligat in conscientia ad pœnam ante sententiam, quando requirit aliquam actionem seu executionem positiuam, seu imponitur in re iam quæsita,&c.nu. 9.adeo vt committens delictum propter quod ipso iure priuatur bonis,non amittat dominium eorum ante sententiam secundum aliquos,n.10. quamuis contrarium alij tenent n.11.quæ sententiæ concordantur,n. 12.id in beneficijs intelligendum est, quando non subungitur aliud verbum vnde constet,mentem Papæ esse, vt amittantur nulla expectata sententia secundum Anton. & alios,nn.13.*

*Crimina depositione digna si sunt notoria irregularitatem inducere & crimen notorium dici de quo lata est sententia, quæ transit in iudicatum,& sic omnem criminosum condemnatum de crimine priuatione digno posse etiam postea priuari beneficijs tanquam irregulares ex crimine notorio per sententiam,c.3.§.1.a nu.110 p.11.sed verius est indistinctè non esse irregularem notorium peccatorem & explicatur c.fi. de tempor. ordinat. quo fundatur communis,a numero 113.*

*Crimina quæ priuationem inducant, cap. 10. num.38. cum seq.p.11.*

*Cubicularij qui dicantur ad effectum regulæ reseruatoriæ 6. traditur,c.1.n 398.p.5. & non intellige de cubicularijs, seu camerarijs secretis,vt n. 398.*

*Cuchi sententia dicentis,quod illa conditiones electionem nõ vitiabunt, videl. eligo si iuramentum solitum præstiterit, vel si prius beneficium dimiserit, vel in Ecclesia recesserit, modo exprimantur sicuti insunt actu improbatur, ca.2. n.10.p.8.*

*Cura animarum dupliciter sumitur,c.6.n.6.p.1.*

*Cura an marum si pertineret ad vnum Canonicum ratione sui Canonicatus,cui est annexa,in prouisione talis Canonicatus esset faciendus concursus,c.2.§.nu.189.p.9. vbi ponitur declaratio S.Congreg.*

*Cura animarum si toti capitulo incumbens transferretur in certam dignitatem seu canonicum Ecclesiæ,prout fieri potest per Episcopum de consensu Capituli, ex sacra Congreg. in prouisione talis dignitatis seu canonicatus esset faciẽdus concursus.c.2.§.1.n.190.p.9.*

*Curatus an possit abesse per duos menses absque licentia Ordinarij ex causa,quæ sibi iusta videatur,cap.2.num.9.p.3. cum seq.*

*Curatum habens an possit admitti ad concursum alterius,vide verbo,admitti an possint.*

*Curia Romana quomodo accipiatur, nam aliqui dicunt ibi ad esse curiam vbi est Papa,c.1.n.387.p.5. alij vero aliter dicunt,vt nu.388.389.& 390.*

*Curia Romana tunc dicitur transferri cum Papa vadit cum Cancellaria, & tribunalibus suis, seu quando Cancellaria & alia tribunalia mutantur,c.1.n.391.p.5. nam quando Papa tantum alio vadit, non dicitur transferri,sed Papam ire,n.392. vt in Curia Regia,nu.393.*

*Curia licet ad effectum recusationis accipitur pro loco vbi est causarum audientia,& literarum Apostolicarum, tamen contrarium declarauit Paulus III.c.1.n.394. & 395.p. 5. & quoad reseruationem tam vacantia in loco Cancellariæ quam vbi est Papa beneficia comprehenduntur,n.395, & declarauit idem Paulus, n.396.*

D

*Dari aliquid non potest expensarum ratione vt a lite beneficij discedatur,cap. 5.n. 350.par.1.etiam si fiat authoritate superioris,si præcedat pactio inter partes,n. 351, & decis. Rot.353.*

*Dataria hodie vult exprimi Ordinem sacrum annexum in supplicationibus de Canonicatibus ac portionibus Ecclesiarum Cathedralium,& in supplicatione ponitur clausula;(Etiam si Sacerdotalis,) quæ antea solebat concedi,cassatur, vnde cum iam ista qualitas sit à stylo considerata, videtur in istis gratijs necessario facienda mentio de ordine sacro annexo,nisi esset Subdiaconatus, quem ad minus debent habere annexum de iure Concilij,cap.1.n. 52.& 53 p.7.sed nihilominus existimat author, id non esse necessarium, & num.54.*

*Decanus seu Archidiaconus ad quem spectat conuocare capitulum.proponere & resoluere, id potest facere,licet non sit in sacris constitutus,c.4.n.26.p.6.*

*Decanus in Ecclesijs in quibus potest cõstituere viccdecanum, poterit constituere illum qui non sit in sacris ad conuocãdum, præsidendum,& resoluend.c.4.n.27.p.3. limita, vt num.28.& 29.*

*Decisio Putei & Achilis citata,nn. 139. loquuntur ad effectum spolij,c.1.n.150.p.2.*

*Decisio Crescen.7.de iure patronatus explicatur,cap.3.n.71. cum seq p.4.*

*Decisio cap. Si tibi de præbendis in 6.non videtur procedere, quando maior pars fructuum secundi beneficij,aut etiã omnes sunt alteri reseruati,si non est etiam reseruata tota administratio,c.5.§.1.nn.133.& seqq.p.11. vbi adducitur declaratio S.congreg.& d.c.si tibi concesso,accipitur quãdo ad certum tempus alter fructus percipit. aut quando beneficium est de vento quod nondum habet fructus,licet succedente vacatione alterius eos sit habiturum,n.135.& adducitur decisio Rotæ,n.seq.*

*Decisio cap. Si tibi concesso supradicti non procedit vbi solutio fructuum differtur post mortem, quia quoc differtur nõ aufertur,c.5.§.1.n. 137. p.11. ex qua ratione huiusmodi statuta seu consuetudines Ecclesiarum non comprehenduntur decreto concilij sess.24.de reform.c. 14.nec Bulla Pij V.ex S.Congreg.n.138.vbi ponuntur declarationes,& n. 139. vbi refertur,ita fuisse declaratum in causa Ciuitatensi,& ita fuit per Rotam resolutum in decisione posita,num. 140. quamuis contrarium tenuerit Palac. & alias Rota Rota in decisione posita, nu. 141. & in resolutione adducta,num. 142. & procedit etiam si illi fructus non dentur renuntianti aut permutanti, aut qui non sepelitur in ipsa Ecclesia,n.143.*

*Decisio cap. Si tibi concesso supradicti an procedat in Ecclesijs in quibus ex earum statutis & consuetudinibus noui beneficiati non percipiunt fructus primi anni,nec reseruantur eis post mortem,c.5.§.1.& a n.144.p.11.resolnitur, quod si illi fructus applicantur Fabricæ, aut alijs piis vsibus habebit locum decisio d.c.si tibi concesso,nam illa non reuocãtur*


per

# INDEX.


per Concilium & conſtitutionem Pij V. niſi pro dimidia, quando vltra ſemeſtre reperiuntur conceſſi: ſi vero fructus cedunt antiquis, non habebit locum dict. cap. ſi tibi conceſſo, cum ceſſent tam dict. ſtatuta & conſuetudines etiam immemoriale ſtante Concilio & Conſtitutione Papæ Pij V. quibus reuocantur etiam ſi iuramento, & confirmatione Apoſtolica, etiam ex certa ſcientia munita ſint, & quamuis ante Concilium videbatur habere locum, quia tunc tolerabantur talia ſtatuta & conſuetudines ſaltim ab immemoriali tempore obſeruata.

Deciſio Cap. Si tibi conceſſo, ſupra citati an procedat hodie in Eccleſijs in quibus non eſt receptum dictum decretum Concilij & conſtitutio Pij V. ſed adhuc ſeruantur prædicta ſtatuta & conſuetudines, cap. 5. §. 1. num. 149. p. 11. pro parte affirmatiua adducitur regula, quod lex etiam Canonica non recepta non obligat quamuis primi non recipientes precauerint, num. 150 & ratio ponitur, num. 151. & procedit etiam, ſi lex habeat decretum irritans, numer. 152. & etiam ſi deroget conſuetudini, num. 153. & etiam ſi non ſit recepta per ignorantiam, num. 154. & quando dicatur lex non recepta, & an requiratur decennium, nu. 155. & 156. nec obeſt, quod Concilium eſt in Hiſpania receptum, nam receptio iſta eſt in genere & verbalis, cui non receptio in ſpecie & re derogat, num. 158. nec refert, quod ſit non receptio vnius Eccleſiæ ſeu Capituli, nam Capitulum in propoſito non conſideratur vti perſona particularis, ſed vti vniuerſitas, à num. 159.

Deciſio C. 1. quæſt. 367. 2. p. videtur iam ceſſare, Epiſcopum non poſſe examini denuo ſubijcere pro beneficio ſimplici præſentatum à clericis, quem iam examinauerat quando illum promouit ad ſacros Ordines c. 3. num. 16 p. 9. & num. 17. adducitur quædam declaratio S. Congregat. quæ tamen deciſio poſſet hodie procedere in præſentatis à patronis laicis, quando inſtitutio ad Epiſcopum pertinet, & etiam in præſentatis ab Eccleſiaſticis quo ad literaturam, num. 18. & ſupradicta doctrina confirmatur & declaratur ex declarationibus S. Congregationis poſitis, num. 19.

Deciſio Cenetenſ. Parochialis declaratur, cap. 1. num. 52. & ſeq. par. 11.

Deciſio etiam non placet, quod ſtante fundatione Cappellaniæ, quod eligatur vnus presbyter, qui pro ipſius anima Miſſam celebret & quod patroni poſſint eligere vnum presbyterum ſiue cappellanum, &c. Non ſit ſacerdoralis, quia teſtator alternatiue locutus eſt de presbytero ſeu Cappellano, ſed dictio, ſiue, ſtat expoſitiue, c. 1. num. 71. & 72.

Deciſio 1045. lib. 3. par. 3. diuerſorum non videtur vera, cap. 1. num. 50. par. 11. Nec deciſio Suppracien. Canon. part. 7. relata, num. 51.

Deciſio penultima de iure patronatus in nouis non procedit contra ipſum patronum negantem ſe præſentaſſe, & reclamantem ſaltim infra tempus datum ad præſentandum c. 4. num. 48 p. 8. nec etiam procedit vbi agitur de præiudicio alterius ſeu tertij, num. 49. & num. 50. ponitur deciſio 20. Rotæ.

Deciſio Rotæ non placet, beneficium non eſſe ſacerdotale ex obſeruantia interpretatiua ſubſecuta licet Bulla Papæ loquatur de presbyteris, nam iſta reuera non eſt obſeruantia interpretatiua, ſed contra dictam Bullam, cap. 1. num. 69. 70. & par. 7.

Deciſio Rotæ, 176. de reſcriptis alias, 628. in antiquis quæ ait quod ſi aliquis eſt ornandus de aliqua Diœceſi, & habeat domicilium vel beneficium in alia, ſi impetrat beneficium, dicendo ſe clericum Diœceſis beneficij, & non originis talis gratia, valet nec ſurreptitia, quæ deciſio videtur dubia, præcipue cum dicens ſe clericum Diœceſis beneficij ſeu domicilij impetrat beneficium eiuſdem diœceſ. c. 9. num. 17. & 18. p. 7. Nihilominus videtur vera, nam vt quis vere dicatur eſſe diœceſis alicuius, ſatis eſt ibi habere, vel originem, domicilium, vel beneficium num. 19. & prædicta doctrina procedit quando forenſis impetrans ſimiliter impetraret, num. 20.

Deciſio Rotæ Colonienſis Canonicatus ponitur, cap. 1. num. 74. p. 10.

Declaratoria dari non poteſt quoad fructus in quibus quid eſt condemnatus, ſi non ſunt liquidati, cap. 5. numer. 486. & 488. par. 1.

Declaratio S. Congregat. circa decretum Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 13. & 15. de reformatione ponitur, vbi etiam habetur, quod Abbatiæ non ſi profeſſis per Ordinarios conferri poſſint, pro quo facere videtur cap. 21. ſeſſ. 25. de regularibus verſiculo, quæ vero in poſterum vacabunt, &c. Quæ verba licet non ſint præceptiua, vt ait Rota, ſed conſultiua ſecundum San. Congregationem; tamen procedit reſpectu Papæ de quo ibi Concilium loquitur, caput. 10. numer. 11. part. 7.

Declaratio alia S. Congregat. circa dictum decretum ponitur, cap. 10. à num. 15. p. 7.

Declarationes Sanctæ Congregationis ponuntur, cap. 10. num. 31. & 32. part. 7. Ex quibus apparet, Papam nolle quod regulares etiam Canonici admittantur ad Parochiales, numero 33.

Declarationes S. Congregationis ſuper cap. 7. ſeſſ. 14. de reformat. Concilij Trid. ponuntur cap. 11. nu. 53. p. 7.

Declaratio S. Congregat. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 16. Licet loquatur de examinibus, & concurſu faciendis pro collatione Parochialium, ſed Cathedrali vacante, procedit etiam in examinibus & concurſu faciendis per Epiſcopum ſeu eius Vicarium ſede plena, c. 2. num. 9. p. 9.

Declaratio S. Congregat. non tollit quin ſi pro loco & emptore videatur plus neceſſarium ad congruam portionem quam duorum aureorum pro ſingulis menſibus aſſignari poſſit, c. 2. nu. 17. p. 9.

Decretum irritans non ligat Papam niſi in eo dicatur etiam per nos. c. 1 à num. 25. p. 5.

Decretum irritans alternatiue non obſtat proniſioni Papæ in forma dignum ſeu commiſſaria, licet ſecus in executoribus, ſeu delegatis circa beneficia incerta. cap. 1. num. 31. part. 5.

Decretum irritans, de quorum hac regula refertur ad omnes regulas præcedentes c. 1. num. 407. par. 5. & ceſſat quod ait Simoneta, nu. 408. & an decretum impediat reſtitutionem in ſpolio, & manutentionem, nu. 412. & traditur reſolutio Rotæ num. 413. cum ſeq. & conuincuntur Pinei & Rotæ deciſiones, à nu. 419. cum ſeq.

Decretum irritans poſitum in decreto de dimittendo non reſpicit hanc partem ſi ille non dimiſerit infra duos menſes, ſed reſeruationem beneficij in eventum non dimiſſionis cap. 1. à nu. 423. cum ſeq. par. 5. & deciſio Rotæ, nu. 425. quod intellige, vt num. 426.

Decretum irritans etiam ſuper certo corpore beneficij, aut in corpore iuris clauſum, non obeſt ad effectum manutentionis, niſi ſit inſtificatum, aut in continenti inſtificatur, c. 1. nu. 430. cum ſeqq p. 5. & quando ducatur reſeruata reſeruatio ad eum effectum traditur, nu. 430.

Decreti Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reformatione, non retentio, & conſtitutionis Pij V. an excuſet vel non, tamen in Eccleſijs in quib. ſunt ſtatuta & conſuetudines vt noui beneficati nõ percipiant fructus primi anni, & adhuc talia ſtatuta & conſuetudines ſeruantur ſiue de iure ſiue de facto, videtur habere locum deciſio c. ſi tibi conceſſo, de præbendis in 6. c. 5. §. 1. num. 165. p. 11. Niſi dicatur quod in terminis prædictorum

# INDEX.


*ſtitorum ſtatutorum & conſuetudinum, ex quibus noui reſidentes non lucrantur fructus, ſed remanent in menſa, diuidendi inter anti quos ſiue ſeruentur de iure ſiue de facto non habeat locum deciſio d. c. Si tibi conceſſo, nam Capit. non percipit illos fructus, tanquam fructus præbendæ noui reſidentis, ſed iure proprio, &c. Quod videtur probabile ſuppoſito quod nouus reſidens lucretur aliquos fructus ſeu diſtributiones, nu. 166. Similiter dicendum videtur, vbi eſt ſtatutum ſeu conſuetudo quod beneficiati qui nondum ſunt promoti ad Presbyteratus, vel Diaconatus, aut Subdiaconatus ordinem non lucrẽtur fructus, quod non eſt contra decretum Concilij & conſtitutionem Pij V. 167. et ſequenti vbi ponitur declaratio Sanct. Congregationis.*

*Decretum Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de reformatione in multis differt à iure communi, vt in declaratione S. Congreg. poſita, c. 3. nn. 14. p. 7.*

*Decretum Conc. ſupradictum habet locum in filijs naturalibus procreatis ante clericatum, ſicut conſtitutio Clemen. VII. cap. 3. num. 15. par. 7.*

*Decretum Concil. Trident. ſupra proxime citatum, facit inhabilem filium clerici ad obtinendum beneficium in Eccleſia paterna, & ſic collatio ei facta non valet, cap. 3, num. 16. par. 7.*

*Decretum Concil. ſupradictum, & dict. conſtitutio Clementis VII. an aliquid innouent quoad filios presbyterorum qui ſunt nati ex legitimo matrimonio, cap. 3. à num. 17. par. 7. Reſoluitur nihil innouari nec comprehendere nepotes illegitimos presbyterorum ex filio legitimo reſpectu beneficij ani, num. 20.*

*Decretum ſupra dictum Concilij, & dict. Conſtitutio Clementis VII. & diſpoſitio iuris communis an comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo reſpectu beneficij ani. cap. 3. num. 21. par. 7. reſoluitur negatiue cum Rota, S. Congregatione, contra Rebuff. & alios.*

*Decretum Concilij ſupradictum an habeat locum in illegitimis habentibus beneficia in Eccleſia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui tempore Concil. iam erat mortuus, vel reſignauerat, ita vt non poſſet ea retinere, cap. 3. par. 7. à nu. 40. reſolnitur negatiue contra Nauarrum, & adducuntur declarationes S. Congregationis, qua ita cenſuit.*

*Decretum Concilij ſupradictum non habet locum in habentibus penſionem ante Concilium ſuper beneficio à patre obtento, c. 3. num. 45. & ſeqq. par. 7. vbi ponuntur declarationes S. Congregat. nec dictum decretum quoad penſiones videtur habere locum in penſione poſt Concilium impoſita ſuper beneficio, quod nec erat, nec fuit patris, licet poſtea ad eum perueniat, num. 47. Sed pradicta reſolutio procedit, Primo, in eo cui ante Concilium fuit collatum beneficium in Eccleſia, in qua pater etiam ſi poſſeſſionem eius obtinuiſſet poſt Concilium, dum modo per eum ſteterit, quominus antea illam obtineret, num. 48. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. Secundo procedit, etiam ſi ante Concil. Trident. habuiſſet ſolum titulum reſeruatis alteri fructibus, titulo & denominatione, & poſt Concilium ceſſaſſet huiuſmodi reſeruatio, num. 49. vbi ponitur declaratio S. Congregationis. Tertio procedit in habente regreſſum reſeruatum ante Concilium, qui cum habeat cauſam de præterito non ſubijcitur diſpoſitioni Concil. quamuis poſt illud ſortiatur effectum, num. 58. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Decretum Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 12. comprehendit dignitates, & perſonatus etiam in Eccleſiis Collegiatis vt cenſuit S. Congregatio, quamuis in contrarium ſit alia declaratio eiuſdem S. Congregationis, & improbatur Manuel Rodriguez, c. 4. à num. 58. par. 7.*

*Decretum Concilij de committendis cauſis iudicibus Synodalibus totum videtur eſſe in vſu reſpectu Nuntij ſeu Legati, non vero Papæ, cap. 2. §. 2. num. 352. par. 9. circa quod decretum notanda ſunt declarationes poſita, num 352.*

*Decretum Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 17. cuius verba ponuntur, c. 5. §. 3. nu. 279. par. 11. comprehendit beneficia iuris patronatus, non obſtante quadam declaratione S. Congreg. cui reſpondetur num. 252.*

*Decret. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 17. non habet locum in penſionibus ex S. Congregat. licet enim penſiones hodiernæ ſuccedant loco beneficij: tamen non ſunt tituli beneficiales, cap. 5. §. 3. num. 314. par. 11. Vnde penſio non facit incompatibilitatem ſub eodem tecto, num. 315. Sed contrarium tenet Rebuff. & habere videtur ſtylus Curiæ, num. 316. & ſeq. ponitur quadam declaratio S. Congregat. quæ eſt notanda in propoſito.*

*Decret. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. de regularibus non eſt verum habere locum ex Congregat. ſententia, quando quis renuntiat ante ingreſſum, ſed intuitu ingreſſus Religionis vt ait Flam. ſed contrarium ſæpe cenſuit Congregat. nempe non habere locum in donationibus & renuntiationibus factis ante ingreſſum ſeu in ipſo ingreſſu, & ita tenent aliqui, licet alij etiam contra teneant, cap 9. num. 15. & 16. part. 11.*

*Decret. Concil. Triden. ſeſſ. 25 cap. 16. de regularibus non habet locum in teſtamentis & vltima voluntate vel eleemoſinis ex eadem S. Congregat. c. 9. num. 17. p. 11. licet contra fuit dictum per Rotam, num. 18.*

*Decretum Concilij Tridentini ſeſſion. 25. de reformatione, cap. 4. intelligitur, cap. 1. à num. 131. vſque ad numero 136. par. 7.*

*Decretum Concil. Trident. ſupra dictum in aliquibus Epiſcopatibus non eſt in vſu receptum, & vbi non eſt receptum, procedit opinio Nauarri & Manuelis Rodriguez, capit. 1. num. 136. par. 7.*

*Decretum de dimittendo obtentum intelligitur de dimiſſione pura & ſimplici, & non ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, non obſtante ſtylo prætenſo, quia non conſtat, Papam ſciuiſſe, fuiſſe factam ex decreto, & quia ſi aliquas admiſit, id fuit in eius voluntate, & cap. ex notatis cap. 5. numero 58. part. 11. Quamuis Flam. Pariſ. videatur velle, ſtante illa clauſula, poſſe reſignare in fauorem & cum penſione, quia ait quod hodie apponitur, vt libere dimittant, vnde non poſſunt reſignare in fauorem, vt antea fiebat, numer. 59. Hodie ad magis euitandas ſimiles renuntiationes dicitur, quod libere cum ſpecifica mentione præſentis decreti dimittere omnino teneantur, &c. numero 60.*

*Decretum de dimittendo ſi cui apponitur, is ſiue poſt habitam poſſeſſionem ſecundi, ſiue ante, non poterit reſignare primũ coram Papa conditionaliter, ſed ex cauſa permutationis, nõ facta mentione dicti decreti, alias reſignatio eſſet ſurreptitia & nulla à principio, & non facta alias dimiſſione iuxta formam decreti, lapſo bimeſtri, vtrumque vacaret ex d. decreto, c. 5. nu. 61 p. 11. Nec etiam poterit coram ordinario reſignare ſimpliciter vel ex cauſa permutationis: alias lapſo d. termino vacabit vtrumque ad diſpoſitionem ſolius Papæ & quamuis interim valuiſſet, tamen habita poſſeſſione ſecundi & adueniente tempore dimittendi, irrita cenſebitur, num. 62. Moriente tamen illo ante aduentum dicti temporis non intrabit decretum in beneficus ſic vacãtibus. Nec erunt reſeruata, &c. num. 63. vbi forma dict dimiſſionis, &c. Prædicta reſeruatio eſt extenſa per Paulum V. ad vacatura ante aſſecutionem reſignata, ſeu dimiſſa per conſtitutionem poſitam, num. 64.*

*Decret. de dimittendo primo beneficio, quando intret, & à quo*

# INDEX.


*quo tempore habeat locum, vide verbo beneficium primũ, el primero,*

*Deduci in pactum non potest, ad tollendas differentias seu lites illud, in quo versantur opiniones, seu pretensiones partium diuersæ, quamuis verior sit opinio de eo, quod in pactũ deducitur c.2.nu.19.p.8. & sic accipiendum est quod ait, Flam.Paris.&c.n 20.& ita posset procedere quædam decisio Rotæ.supra relata nu.21.*

*Defectu expeditionis literarum infra sex menses, obstat quãdo stetit per illum, qui potuit capere possessionem, & non cepit, cap.3.n.161.par.6.non tamen dicitur stare per eum stante intruso, n.162.*

*Delega.inferioris a Principe licet non possit subdelegare, tamẽ si habet ad hoc speciale mandatum poterit, c.8.n.160.p.5 contrarium tenent aliqui, n.161.& concorda, a n.162.vsque ad n.173.*

*Delegat cui Papa committit vt se diligenter informet de vtilitate Ecclesiæ, & si reperiret in euidentem vtilitatem cedere alienationem, confirmet, &c. satis est vt adhibeat cognitionem extraiudicialem absque citatione, cap.2.à n. 248.p.6.*

*Delegat. iudex, seu executor, cui iuxta regulam Cancellariæ committitur, vt si vocatis vocandis repererit causas esse veras, vnionem faciat, &c. An si referendo adhibuisse causæ cognitionem, & causas reperisse veras, procedat ad vnionem, præsumatur pro illo, & ei fides in iudicio condictorio adhibeatur super veritate causarum, ca.2.§.1. p.12.a n.134.resoluitur negatiue, obiectio ponitur, n.136 respondetur n.138.& ampliatur n.139.*

*Delicta si post dispensationem sunt deducta ad forum contentiosum, dispensatio facta prodest in foro interiori, non in exteriori c.11.n.52.p.7.*

*Delinquentem priuatum ipso iure beneficio nõ teneri illud dimittere ante sententiam tenet Couarr.& alij, c.10.n.14. p.11. Imo ait Couar. retinere beneficium priuatum per sẽtentiam, vel ipso iure, etiam secuta sententia declaratoria, donec sententiæ executio fiat cui consonat Enriquez & Azor.n.15.pro quo facit quod priuatus bonis ipso iure, etiã post latam sententiam non tenetur pœnam exequi, & bona offerre fisco, nisi illi præcipiatur n.16.& seq. sed verius videtur, quod committens delictũ ob quod priuatur ipso iure beneficijs, seu officijs publicis, teneatur in conscientia illud dimittere non solum post sententiam, quod certum videtur contra Couar. Enriquez & Azor. sed etiam ante sententiã n. 18. Nam licet in pœnã amissionis propriorum bonorum non debeat lex, imò nec secundum aliquos possit obligare delinquentem, vt sit executor illius contra se ante sententiam, & sic illa verba ipso iure, seu ipso facto non censeatur ad id obligare, tamen in bonis communibus (qualia sunt beneficia, & officia publica) rectè potest obligare delinquentem ad illa dimittenda ante sententiam num.19.& n.seq. confirmatur per plura.*

*De examine per concursum quæ habeantur in Concil. Prouincial. Benon. primo a S.Congr. approbatur, ponuntur c.2.§. 2.n.391.p.9.*

*Ad Denuntiat.& publicat.excommunicationis requiritur declaratoria illius, nec ex eo causa efficitur appellabilis ca. 5. n.586.p.1.non obstante Conc.Trid.sess.25.c.5.n.587.*

*Depositio & suspensio a beneficio an sint alimenta exhibenda, vide verbo alimenta.*

*Depositio, seu actis si apparet super vnione, & receptione testium, siue parte vocata, siue non, quia non erat, qui deberet vocari, stabitur illis donec contra probetur, si postea res adducitur in litigium, c.2.§.1.n.141.p.12.*

*Derogatio sententiarum per viam legis tollit etiam rem iudicatam, licet secus in rescripto, cap.2.num.101.par.3.& vbi Concilium non derogat sententijs, non comprehendit casus per sententiam determinatos, n.202.vsque ad 212. & an deroget statuto a sede Apostolica confirmato, num. 213.cum seq.*

*Derogatio constitutionis in specie & individuo non est necessaria in concessionibus contra constitutiones aliorum Conciliorum, sed sufficit dicere non obstante tali Concilio, cap. 5.n.37.par.14.maxime vbi derogatio est expressa, n.38. & 39. vbi ponitur decisio Rotæ, & extende, vt n.40.41 42.& 43.*

*Derogatur etiam Concilio generali per clausulam generalem, non obstantibus constitutionibus quando concessio est Motu proprio, & apparet de certa scientia Papæ, cap.5.n. 45.p.4.*

*Derogari non potest indulto Cardinalis per clausulam, seu si venerabili fratri Episcopo, &c.c.1.n.41.p. Neque sub derogatione indultorum Cardinalis, censetur derogatum indulto Cardinalis Ordinarij.n.42.*

*Derogatio addita a Sixto, non est superflua, nam stante consuetudine immemoriali, aut indulto Apostolico optandi, reseruata possent optari, c.1.n.452.cum seq.p.5. quamuis verius videatur non dari talem consuetudinem.*

*Derogatio iuris patronatus laicorum pro medietate, non est aliud, quam reducere consensus per plures patronos præstãdos ad medietatem, c.1.n.585.p.5.*

*Derogatio pro medietate an suffragetur quando præsentatio spectat ad vnum tantum, seu ad vniuersitatem, cap.1.n. 586.cum seqq.par.5.& de derogatione Patronatus remissiue, n.589.*

*Derogatur iuri patronatus etiam Principum in totum, quando beneficia vacant, per assecutionem alterius, aut deuolutionem. & aliàs vbi habent possessores, & admittitur etiam in Hispania, c.1.n.590.p.5.*

*Derogatio statutorum Ecclesiæ non solet apponi in literis Apostol. de beneficijs vacantibus nisi in beneficijs, & præbendis Ecclesiarum Cathedralium, seu Collegiatar. vnde alijs beneficijs non vitiabitur doctrina sup.d.c.1.n.12.p.7.*

*Detractio fructuum tertiæ partis qualiter facienda, cap. 2.n. 468.cum seq.p. 5. & quando eidem detractioni locus non sit, n.470.cum seq.*

*Detrahendum aliquid non est, pro distributionibus Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, ex beneficijs extra ea existẽtibus nisi essent perpetuo vnita præbendis illius, cap. 2. nu. 474.p.3.*

*Detractioni tertiæ partis, an sint obnoxij obtinentes Dignitates, pro residentia in Collegiata Eccl.c.2.n. 478. cum seq. p.3. & n.481.limita, vt n.472.& 473.*

*Detractioni tertiæ partis etiam sunt subiectæ Dignitates & præbendæ quæ sunt de iure patronatus laicorum, nisi repugnet fundatio, c.2.n.452.& seq.p.3.*

*Deuolutio ad quos fiat, remissiue, c.3.n.41.p.10.*

*Deuolutio an habeat locum in beneficijs manualibus, & ad nutum amouibilib.c.3.p.10.a n.43.resoluitur, dari in eis deuolutionem contra Aencam de Falcon.ad effectum, vt superior suppleat negligentiam inferioris, qui tamen reintegra poterit moram purgare, & prouidere, quamuis in alij non est locus purgationi moræ, nec valet collatio facta post deuolutionem ab inferiori etiam re integra.*

*Deuolutio fit cum onere, & qualitatibus requisitis in prima prouisione.c.10.p.3.n.42.*

*Deuolutio quomodo sit probanda gradatim, quando impetratur beneficium existens in diœcesi suffraganei, & impetratur, vt deuolutum, vide verbo beneficium existens.*

*Deuolutio sicut de capit. ad Episcopum fit, ita de Episcopo ad*

*Capit.*

# I N D E X.


*Capit. cap. 3. nu. 33. par. 10. quòd beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi proprio iure ſecus ſi iure ſpeciali, vel deuoluto, num. 34.*

*Dictio, prorſus, importat ipſo iure, cap. 10. nu. 58. part. 11.*

*Dictio, vel circa, quantum tempus importet quando narratur, quod reſignans poſſedit beneficium per quinque aut ſex annos, vel circa, & quando dicitur eſſe in tali ætate vel circa cap. 31. §. 4. par. 11. à num. 48. præſumitur importare ad ſummum ſex menſes, ſeu per illam ſaltim ſex menſes alias ſi diceretur ſine dictione, vel circa, deberet illud tempus integre verificari, num. 49.*

*Dictum innocentij, quod abdicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis, ſunt annexa ordini à iure poſitiuo improbatur, cap. 10. num. 96. & 97. par. 7.*

*Dictum Molinæ non placet, dicentis valere renuntiationem, ſeu donationem factam à nouitio, ſub conditione profeſſionis, nam non ſeruatur forma Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 16. de regularibus. c. nou. 19. par. 11. & videtur etiam facta in tempus inhabilem nam facta profeſſione non poterat donare, niſi eſſemus in religione bonorum incapace, nam eius poſſet dici, incipere ab hærede, niſi obſtare dictum decretum Concilij, vt quia eſſet facta à nouitio, licet renuntiatio hæreditatis futuræ, ſeu pactum de non ſuccedendo factum ſub dicta conditione profeſſionis valeret cum iuramento, &c. num. 20. ſicut etiam donatio facta à nouitio cum pacto, & modo, vt eo profitente ſit nulla, non valet nu. 22.*

*Dictum Toleti, quod S. Congregat. Concil. ex ſententia Sixti V. Epiſcopum, cum vero bigamo qui duas ſucceſſiue duxerat diſpenſantem ad primam tonſuram, & beneficium ſimplex indicauit ipſo iure ſuſpenſum ab ordinum collatione, procedit iuxta dict. conſtitutionem Sixti V. cap. 6. num. 12. par. 7.*

*Differentia traditur inter reuocationem factam per Epiſcopum, & reuocationem per mortem Epiſcopi aut aliam vacationem Epiſcopatus, capitul. 8. numero 176. cum ſeqq. par. 5.*

*Differentiæ rationis aſſignantur plures inter ſimoniam, & vſuram capite 1. num. 49. par. 8. & verior videtur ratio Caietani, numero 50. eſt etiam optima ratio, quam adducit Vitoria, num. 51. quæ confirmatur, quia vſura eſt contra iuſtitiam: ſimonia verò contra religionem nu. 52. eſt etiam bona ratio Vgolini, quæ in idem recidit, quam etiam tradit Philias, num. 53.*

*Differentia an ſit inter expreſſionem, quod poſſedit beneficium per tantum tempus, vel quod illud obtinet à tanto tempore cap. 3. §. 1. a num 51. par. 11. Reſoluitur expreſſionem, quod poſſedit per tantum tempus importare quòd illud poſſedit ſaltim de facto, & ſic cum titulo, vel ſine: expreſſionem verò, quod à tanto tempore obtineret, importare quod à tanto tempore in illo habet ius in re, vel illud de facto poſſidet, nam is dicitur obtinere qui habet ius in re, vel qui poſſidet de facto.*

*Differentia ſecundum Authorem non eſt inter curata, & duas præbendas in eadem Eccleſia, quoad incompatibilitatem, ſed ſolum eſt differentia in modo annexionis, nam per annexionem, & vnionem Eccleſ. Parochialis factam præbendæ, ſupprimitur, & extinguitur titulus parochialis, &c. cap. 5. §. 2. num. 192. par. 11. & ſic tunc non intitulatur quis in parochiali annexa, ſed in præbenda, num. 193. & non cenſetur habere curam, num. 194. & conſequenter parochialis poſſeſſa, vti vnita, & membrum alterius non inducit incompatibilitatem nu. 195. & qui habet duo curata, quando vnum venit per annexionem non dicitur habere duo curata, ſed vnum curatum, & aliud ſimplex, nam curatum annexũ ſimplici aſſumit naturam ſimplicis, nu. 196. & ſeq. vbi adducuntur declarationes S. Congreg. & idem eſſet in annexione portionis factæ dignitati acceſſoriè, & ſic obtinens talem dignitatem, cui eſt vnita portio, ſi ſimul obtineret aliam portionem, ſeu præbendam eiuſdem Eccleſiæ, non eſſet triplex, aut in eadem ſpecie duplex, num. 198. at per annexionem præbendæ, nempe Canonicalis quæ propriè dicitur præbenda, factam dignitatem eiuſdem Eccleſiæ, etſi videatur fieri acceſſoriè non ſolet extingui titulus, & nomen præbendæ, & Canonicatus, ſed vti duo beneficia obtinentur, & ideo non poſſunt duæ præbendæ ſimul teneri in eadem Eccleſia, etiam ſi vna ſit annexa dignitati, vt in clement. fin. de præbendis, & vnum. 199.*

*Dignitates Cathedralium quæ ibi non maiores exiſtunt, ſunt tamen principales in Collegiatis, ſunt reſeruatæ, capitul. 1. numero 260. parte 5. & ita Archidiaconatus de Vniueſſa, & alij ſimiles ſunt reſeruati, numero 261. & an in qualibet Eccleſia, duæ maiores reſeruentur, reſoluitur negatiue, numero 262. & quid ſi ſunt ambo qualiter principales in eadem Eccleſia, numer. 265. & intellige, vt numero 267.*

*Dignitates principales regularium Conuentualium, ſeu Monaſteria Fratrum, quæ non regantur per Abbates, ſeu per Priores Præpoſitos, &c. per ſecundam partem regulæ reſeruantur, capitul. 1. numer. 271. part. 5. limita in temporalibus num. 272.*

*Dignior electus ex quo etiam non poteſt ante collationem fructus percipere, etiam vti adminiſtrator, etiamſi antea eſſet conſtitutus adminiſtrator, &c. capit. 2. num. 25. par. 9. Nec videtur valere conſuetudo contraria num. 26 quamuis videatur excuſare à pœna priuationis beneficij ſui iuris de qua ibi, num. 27. nam conſuetudo etiam mala, non tamen, ſuadenter, tribuit iuſtam cauſam ignorantiæ, & qui facit, quod alij faciunt, excuſatur, ex num. 28. & qui haberet in eo malam fidem, & conſcientiam læſam, non excuſaretur à pœna priuationis, num. 29.*

*Dignior hodie ſtante conſtitutione Pij V. ſuper collatione parochialium, videtur habere ius de iuſtitia, vt ad parochialem præeligatur. & conſequenter Ordinarius eligens minus dignum, tenetur digniori prætermiſſo ad reſtitutionem dãni, cap. 16. num 61. par. 7.*

*Digniorem omittere, non eſſe peccatum mortale, ſed ſufficere dignum, & idoneum eligere, ſeu præſentare, eſt alia ſententia quæ ponitur cap. 16. num 11. quæ fundatur a num. 12. part. 7.*

*Dignioribus præteritis, licet in beneficijs ſine cura contra iuſtitiam diſtributiuam delinquatur, non tamen committitur peccatum mortale &c. Secundum Sotum quem alij ſequũtur cap. 16. num. 8. p. 7. ſed merito reprehenditur per alios, num. 9. & a fortiori ſententia Pedracæ, num. 10.*

*Dignitas aliqua ſi habet duas præbendas, ſeu portiones, neutra illarum eſt propriè præbenda Canonicalis, nec cenſetur duplex titulus beneficialis, ſed tantum vnus, nempe ipſius dignitatis cum duplici reditu præbendæ, ſeu portione temporali, capitul. 5. §. 2. numero 203. par. 11. niſi aliunde conſtet, aliquam illarum eſſe verè Canonicalem, ſeu quaſi, &c. numero 204. quòd tamen conſtare non dicetur ex eo ſolo, quod obtinens talem dignitatem, habeat vocem in cap. ſeu ſit de cap. num. 205. nam licet de iure communi id competat ſolis Canonicis, & ratione Canoniæ, numero 206. tamen de iure ſpeciali poteſt alijs competere, & ratione dignitatis a num. 207. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Dignitas cum Canonicatu poteſt teneri in eadem Eccleſia, vide, verbo beneficia conuenientia.*

*Dign. principalis in Collegiata exempta, cui ordinaria iuriſdi-*

# INDEX.


*ſtio, cum omnibus iuribus quaſi Epiſcopalibus competit, neceſſario conferri non debet Licentiato, vel Doctori ex San. Congreg. c. 7. nu. 33. p. 7.*

*Dimiſſio primi beneficij, qua in extravaganti execrabilis de prebendis. verſic. qui verò, iubetur fieri coram Ordinario, an ſit facienda intra menſem, ſicut in verſic. precedentibus, an verò ſtatim, & quàm primùm ſecundi poſſeſſionem proxiſus habueris, cap. 5. par. 11. à num. 34. reſolvitur, faciendam eſſe ſtatim, & incontinenti, cum gloſſ. Cencelini, & aliis contra gloſſ. Guillermi, & alios, quando dicatur fieri ſtatim, & incontinenti, & c intelligitur cum aliquo temperamento, ſecundum ſubiectam materiam arbitrio boni viri, num. 38. & quomodo ſumantur dictiones iſta incontinenti, mox, ſtatim, illico, quàm primùm, & circa remiſſiuè num. 39.*

*Diœceſis appellatione, quando profertur à iure comprehenditur etiam Civitas, cap. 6. numero 76. par. 1. etiam in mandato nu. 77. Secus in materia ſtricta diſpoſitionis hominis, num. 78.*

*Diſmembratione licet non extinguatur beneficium, ſeu Eccleſia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis, fructibus ſeu redditibus, eſt enim diſmembratio cùm aliqua bona, ſeu fructus beneficij ab eo ſeparantur, & alteri applicantur cap. 3. num. 1 p. 12. & ita quando fructus beneficij alteri uniuntur, remanente beneficio penes ſuum Rectorem, potius eſt diſmembratio, quàm unio, num. 2.*

*Diſpenſatio ſimplex ad beneficia, non ſolum non comprehendit prebendas, ſed nec alia beneficia Cathedralis, c. 6. num. 62. par. 1. & reſolutio Rotæ. num. 63.*

*Diſpenſatio eſt perfecta, & habet effectum ex ſola ſignatura, cap. 2. num. 28. par. 4. & reſolutio Rotæ, num. 29. & declaratur regula 53. Cancellariæ, num. 30. & 31. & limitatur, num. 33.*

*In Diſpenſatione Motu proprio conceſſa, veniunt omnia beneficia, c. 6. nu. 64. cum ſeq. par. 1 reprobata ſententia Enriq. num. 67. 68. & 69.*

*Diſpenſatio eſt ſtricta, & ſtrictiſſimè interpretanda, capit. 9. num. 58. 59. & 60. par. 1. reprobata ſententia Gambari, num. 61.*

*Diſpenſatus ad beneficium ſi illud conſequitur, non poteſt illud reſignare, reſervata penſione, cap. 1. num. 156. & ſeq. par. 1. licet ſecus in diſpenſato ad beneficia in plurali, nu. 158. par. 1.*

*Diſpenſatus ad beneficium ſi conſequitur penſionem conſumit diſpenſationem, nam ut intelligitur de primo, c. 1, nu. 152. & ſeq. par. 1. contra aliquos num. 154. & Penſio cedit loco beneficij, num. 155.*

*In Diſpenſationibus matrimonialibus quæ committuntur Ordinarijs, ſufficit narrata verificari tempore executionis cõmiſſionis, licet tempore data non eſſent vera, c. 2. nu. 281. par. 6. & quid in diſpenſationibus cum copula, num. 287. cum ſeq.*

*Diſpenſatio ob paupertatem, ſeu dotem minus competentem non vitiatur, ſi poſtquam ordinarius diſpenſavit, mulier facta eſſet dives, etiam ſi nondum matrimonium eſſet contractum cap. 2. num. 291. par. 6. etiam ſi tempore diſpenſationis ſucceſſionis haberet ſpem, num. 292.*

*Diſpenſationes quæ committuntur Ordinarijs ut precibus veris repertis diſpenſent, non expirant morte Papæ concedentis re integra, cap. 2. à num. 311. cum ſequen. par. 6. & ibid. declarantur tradita per Ioann. & Andr. Felyn. & alios, num. 314.*

*Diſpenſare quis poſſit in inhabilitate ſimoniaci ad beneficia, reſpectu ſimoniæ cap. 1. num. 74. p. 8. ubi ponuntur declarationes S. Congreg. Concil.*

*Diſpenſatio erit ſurreptitia, & nulla ſi coniuncti ingrent copulam inter eos eſſe habitam, & copulam ipſam, ſæpotius notam, & infamiam ex ea ortam tradant pro cauſa, ut facilius diſpenſetur ſi eo ſine habita ſit copula, & non exprimunt etiam in foro conſcientiæ contra Enriquez, & ita in literis diſpenſationum dicitur, quod eam habuerunt fragilitate carnis, & non animo facilius obtinendi diſpenſationem, & ponitur clauſula, quod accipiatur ab impetrantibus iuramentum de hoc, capitul. 3 à numer. 94. par. 8.*

*Diſpenſationes gratis concedi oportet cap. 1. numer. 99. par. 8. quod procedit in compoſitionibus, non vero in iuribus expeditionis bullarum, nu. 100. quamvis etiam reſpectu compoſitionum non ſervetur. num. 101.*

*Diſpenſationes gratis adeo concedenda ſunt, quod Ordinarij quibus committuntur diſpenſationes matrimoniales, & alia, non poſſunt quicquam accipere pro labore, & receptione, & examine teſtium, vel alio quovis titulo, c. 1. à nu. 102. par. 8. ubi ponuntur declarationes S. Congregationis, & decretum, & clauſula literarum diſpenſationum matrimonialium, nec poſſunt excuſari dicendo, quod per dictum decretum non prohibentur accipere ſtipendium, ſeu mercedem pro labore, ſed donativum, quia utrumque clarè prohibetur num. 109. nec rurſus poſſunt excuſari aliqua conſuetudine, etiam immemorial à num. 110. & num. 112. ponitur decretum Concilij Mediolanenſ & num. 115. ſententia Genuenſ. pro acceſſu tamen ad examinandos teſtes commorantes in alijs locis, abſolutè poſſet accipere moderatas expenſas, ſi expediret eum ire, & non committere examen, num. 116 pro tranſumpto etiam vitra inſtrumentum diſpenſationis poſſet aliquid accipi, nu. 117.*

*Diſpenſatio impetrata in forma commiſſaria non facta mentione de copula habita, poſt impetratam diſpenſationem, & ante quàm Ordinarius diſpenſet, eſt nulla, ob non factam mentionem de copula cap. 3. numer. 69. & ſequent. pag. 8. ubi ponuntur declarationes S. Congregationis, & pœnitentiariæ.*

*Diſpenſatio matrimonialis ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, an valeat, an verò ſit ſurreptitia, & nulla cap. 3. nu. 30 p. 8. & nu. 31. ponitur prima ſententia diſpenſationem valere ex prædicta doctrina, ſecundo ſententia talem diſpenſationem eſſe ſurreptitiam, & nullam nu. 32. & v. 61. & ratio eſt, quia inceſtuoſi etiam cum propijs conſanguineis iure prohibentur matrimonium contrahere iuxta communem Canoniſtarum contra Theologos, & alios à nu. 33. & ſic ius tacitè exprimi iubet inceſtum. qui de iure eſt impedimentum, licet non dirimens, & intrat prædicta doctrina, num. 40. & etiam de matrimonio de facto contracto debet fieri mentio, quamvis non ſit conſummatum, numero 41.*

*Diſpenſationem non eſſe petendam ob inceſtum, nec à Papa, nec ab Epiſcopo conſuetudine ſervatur, quæ videtur excuſare, etiamſi non conſtet Epiſcopos ſcienter diſſimulaſſe, maximè ſi eſt immemorialis cap. 3. à num. 49. par. 8. quod verum eſt, niſi quando petitur diſpenſatio ad contrahendum cum ipſa cognata, vel affini, cum qua eſt commiſſus inceſtus num. 50.*

*Diſpenſatio non probatur per narrativam Ordinarij cap. 1. nu. 146. par. 7.*

*Diſpenſatio non eſſet ſurreptitia ſi impetrantes non traderent pro cauſa diſpenſationis copulam expreſſam ſeu notam, & infamiam ex eo ortam, ſed aliam cauſam, quamvis non exprimant talem intentionem, & finem capit. 3. num. 97. par. 8.*

# INDEX.


*Diſpenſ. obtinenda à Schiſmatico an requiratur à Papa. an verò ſufficiat diſpenſatio Epiſcopi cap. 10. §. 1. à nu. 163. par. 11. reſoluitur requiri diſpenſationem Papæ cum Abb. licet aliàs aliter dicat.*

*Diſpenſationem ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis non facta mentione de copula eſſe ſurreptitiam & nullam in ta ſecundam ſententiam, quæ manet rectè proba ta cap. 3. num. 63. par 8. & idem eſt [redacted] impedimento cognationis ſpiritualis, & etiam in impedimento publicæ honeſtatis, num. 64.*

*Diſpenſationes ſubditorum inferiorum qui ſunt nullius diœceſis, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent illi ſunt committendæ ex S. Congregatione cap. 2. §. 1. part. 9. à numero 142. prius tamen coram Datario docendum eſt habere dictas qualitates, vel eſſe in quaſi poſſeſſione, vt ei committantur, ex eadem S. Congregat. num. 143. & idem videtur in inferioribus exemptis, habentibus quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, & proprium diſtrictum, licet non ſint nullius diœceſis, cum ſint Ordinarij à num. 145. vnde etiam Vicarijs huiuſmodi prælatorum poterunt committi, ſub num. 147.*

*Diſpenſationem valere obijcitur ſuper vno impedimento non facta mentione de alio, ſuper quo poſtea de per ſe poterit obtineri diſpenſatio, ſicuti valet impetratio abſolutionis ab vna excommunicatione non facta mentione de alia, &c. cap. 3. numero 53. par. 8. Sed reſpondetur id non eſſe verum in diſpenſationibus, quæ ſe contingunt, & impedimentum tacitum auget expreſſum, tunc enim neceſſe eſt de vtroque mentionem facere, alias diſpenſatio eſt nulla omnino, vt in exemplis adductis num. 54. Nam vbi plura obſtant impedimenta difficilius conceditur diſpenſatio, & vbi plura ſunt obſtacula, eſt neceſſaria mentio ſingulorum num. 55. & idem eſt in impetratione diſpenſationis vnius irregularitatis non facta mentione de alia, numero 56. & quod obijcitur ſolum habet locum in diſpenſationibus, quæ non ſe contingunt, nec tacitum auget expreſſum, &c. à numero 57. nec abſolutio ab vna cenſura contingit aliam, nec vna cenſura auget aliam numero 60. At contra reſponſionem obijcitur, quod ex ea ſequeretur diſpenſationem, quam quis impetraret ad contrahendum cum conſanguinea, vel affini, habens votum ſimplex caſtitatis, ſeu ſponſalia de futuro cum alio contracta non facta de eo mentione eſſe ſurreptitiam & nullam, &c. numero 61. reſpondetur, diuerſam eſſe rationem in impedimento voti ſimplicis, aut ſponſalium, num. 62.*

*Diſpenſatio valida erit, ſi copula ſit habita antequam ſupplicatio Papæ porrigatur, & in ipſa fiat mentio de copula, licet antequam Ordinarius diſpenſet, iterum copula habita ſit cap. 3. num. 92. par. 8. ſed ſi impetrantes poſt factam ſeparationem à Vicario delegato de nouo carnaliter ſe cognouiſſent, eſt opus noua diſpenſatione ſeu perinde valere, &c. num. 93.*

*Diſpenſatio, vide verbo Epiſcopus.*

*Diſpenſatus ad duo beneficia ſub eodem tecto, poterit illa obtinere etiam ſi alteri ſit annexa capellania, vel aliud beneficium in eadem Eccleſia contra Rebuf. cap. 5. §. 2. numero 216. par. 11. & contra Nauarr. quod non impeditur retentio beneficij ſimplicis cuiuſdam Eccleſiæ cum rectoria alterius propter annexionem factam rectoriæ de alio beneficio ſimplici Eccleſiæ primæ, numero 217. ſententia eorum ſolum procederet, quando vnio facta eſſet æque principaliter, vel ad tempus, ſeu vitam obtinentis tantum numero 218.*

*Diſpoſitio tex. in d. cap. de cetero, & in cap. ad audientiam de clericis non reſiden. procedit etiam in Canonico Doctorali, & Magiſtrali, cap. 2. num. 364. par. 3. limita, vt nu. 365. vſque ad num. 374. & non comprehendit Portionarios qui non ſunt de Capit. licet in eo habeant vocem, numero 376. cum ſeqq. & procedit etiam in Prælatis inferioribus Epiſcopo reſpectu ſuorum ſubditorum, numero 381. & idem in alijs, num. 382.*

*Diſpoſitum in Archipresbytero, vt debeat in Presbyterum ordinari non videtur hodie procedere in Archipresbyteris ruralibus, ſuppoſito, quod ſint beneficia ſimplicia, nec perſonalem reſidentiam requirunt, & ſic in his videtur ceſſare conſtitutio Synodalis Abulenſ. cap. 1. num. 43. part. 7.*

*Diſtributiones quotidianæ non poſſunt dari abſentibus á choro non obſtante quauis conſuetudine etiam immemoriali, cap. 2. num. 430. par. 3. nec poſſunt donari à Capit. aliquo prætextu, numer. 431. & ſeqq. vbi declarationes S. Congregat. ponuntur.*

*Diſtributiones quotidianæ quas amittunt abſentes, tempore à Concilio permiſſo, vel alias quæ ſint? Et quæ ſint diſtributiones quæ ſunt potius præbendæ, cap. 2. numer. 439. cum ſeq. par. 3.*

*Diſtributiones quotidianæ amiſſæ per non intereſſentes, vel alias, ad quos ſpectent, cap. 2. nu. 443. cum ſequentibus p. 3. & declara. vt nu. 447. cum ſeqq. vbi ponuntur declarationes Rotæ quæ difficultatem patiuntur, nu. 451. quibus reſpondetur, à nu. 452. cum ſeqq.*

*Diſtributiones aliarum horarum non ſunt diuidendæ pro congruis diſtributionibus aſſignandis quibus horis alij, ſed pro illis detrahenda eſt aliqua pars fructuum, capit. 2. numero 484. part. 3. & traduntur declarationes Rotæ, numero 485.*

*Diſtributiones ſunt ordinandæ, & compartiendæ, per omnes horas, & non per certas horas tantum, cap. 2. num. 487. cum ſeq. par. 3.*

*Diſtributiones, quas excommunicatus amittit, ad eos pertinent ad quos aliàs pertinere ſolent quotieſcunque amittuntur à non reſidente, de quo alias, cap. 13. §. 1. num. 138. par. 7.*

*Diſtributiones quotidianæ an ſint computandæ ad videndum an beneficium ſit ſufficiens, vide verbo beneficium ſufficiens quod dicatur.*

*Diuina miracula non ſunt trahenda in conſequentiam cap. 1. num. 13. & 14. par. 7.*

*Diuiſim bene poteſt concedi facultas admittendi reſignationem, & poſtea illa admiſſa, facultas conferendi, cap. 1. numero 13. par. 10.*

*Diuiſioni beneficij proxima eſt diſmembratio, per quam diuiditur & ſecatur ex vno faciendo duo, &c. c. 4. nu. 1. p. 12. qua eſt prohibita Concilio Turon. nu. 2. niſi ex iuſta, & rationabili cauſa fiat. & facultates ſufficiant num. 3. & ſeq. vbi ponuntur deciſiones Rotæ.*

*Docentes in ſcholis Theologiam, vel ius Canon. & ſtudentes in eis per quinquennium, de iure communi excuſantur à reſidentia, & in abſentia fructus percipiunt, cap. 2. numero 54. part. 3. & intellige, vt numero 55. cum ſequentibus.*

*Doctores agentes de permutatione beneficiorum, cap. 4. nu. 1. par. 11.*

*Doctores agentes de materia vnionum c. 2. nu. 2. p. 12.*

*Doctores qui ſunt videndi de reuocatione vnionis cap. 2. §. 3. num. 301. par. 12.*

*Doctores qui ſunt videndi de inhabilitate ad ordines, & beneficia, ſeu de irregularitate c. 2. nu. 5. par. 7.*

*Doctores videndi circa impetrationem beneficij viuentis c. 1. num. 23. par. 10.*

# INDEX.


*Doctores videndi de materia Clementina gratia de reſcriptis ſunt relati capit.5. numero 70. & deciſio Rota ibi poſita, par.11.*

*Doctores videndi circa cap.eum qui §.9. de prabend.in 6.cap. 5.§.1. numer.174.par.11. & ponitur reſolutio Rotæ numero 175.*

*Doctores videndi in materia hæreſis ac de hæreticis,c.10.§.1. num.146. par.11.*

*Doctores videndi de ſchiſmaticis capitul.10.§.1.num.165. par.11.*

*Doctores videndi circa materiam diuiſionis beneficiorum ſunt citati cap.4. num.6. par.12. qui vltra dicta requiſita in ea requirunt conſenſum Capituli, ſicut in alienatione, &c. num.7.*

*Doctores videndi de Vicarijs parochialium vnitarum cap.2. §.2.num.320.p.9.*

*Doctores videndi de bigamia irregularitate, capit.6.num.19. par.7.*

*Doctores videndi de pœnis concubinariorum capitul.10.§.2. num.186.par.11.*

*Doctrina Conarruuia dicentis, mentionem faciendam eſſe de cognatione ſpirituali per catechiſmum in diſpenſatione ſuper impedimento dirimente, procedit in vtroque foro contra Enriquez. cap.3.num.46.par.8. & etiam poſt Conc.Trid. per quod non eſt ſublatum hoc impedimentum cognationis ſpiritualis ex catechiſmo,nu 47. licet eſſe ſublatum teneant aliqui,num.48.*

*Doctrina Hieronymi Gonçalez, de probatione collationum Epiſcoporum adducitur & ponitur eius regula, quæ tamen in parte reprobatur cap.4. numero 52. & ſequent. par.8. & ſeptem ampliationes illius adducuntur numero 54. & quinque limitationes numero 55. vbi aliqua earum examinantur.*

*Doctrina Manuelis Rodriguez non placet dicentis decretum Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.19. de regularibus in donationibus cauſa mortis non habere locum,nam licet ſint reuocabiles, & quo ad effectum legatis æquiparentur, tamen in fieri ſunt inſtar contractus, & reſpectu formæ ſolemnitatis, & ordinationis æquparantur contractibus,cap.9.num. 22.par.11.*

*Doctrina Seluæ non videtur vera, tenentis, quod ſi Papa in conferendo beneficium, cuius collatio ad eum ſpectabat iure deuoluto, aut alias fundat ſe ſuper reſeruatione, tenet proniſio, non obſtante narratione reſeruationis,cap.1.num. 64.par.11.*

*Dominium rei dotalis an penes maritum, an vero penes vxorem exiſtat diſputatur, cap 9. à num.148. cum ſeq.par 5. & traduntur plures opiniones, vſque ad num.160. & concordia Barboſæ,num.161. & diſtinguuntur res æſtimatæ à non æſtimatis,num.162. & 163. & maritum vere & proprie dominum cenſeri verius videtur, num.164. cum ſeq. etiam irreuocabiliter, vt num.167.*

*Donatio facta qua dicatur,c.5.num.153.cum ſeqq.par.2.*

*Donatio pro ſuſcipiendis ordinibus filio ſimpliciter facta,an cõputari debeat in legitima, cap.5.num.159.par.2.& reſoluitur affirmatiue,num.160.*

*Donans patrimonium alicui ad ordines poteſt apponere pactum de eo reddendo, cùm ordinatus habeat alias vnde viuere poſſit,c.5.nu.169.p.2.*

*Donare an poſſit Epiſcopus de bonis, ſeu iuribus ſuæ menſæ Epiſcopalis Capitulo ſine ſolemnitate, & quod poſſit traditur, cap.1.num.722.par.5. & contrarium, num.723. cum ſeqq.*

*Donatio, licet non poſſit fieri Eccleſiæ quæ nondum eſt, hæreditas tamen & legatum ſic, id tamen non procedit in donatione ex cauſa dotis, quæ recte fieri poteſt Eccleſiæ conſtruendæ,c.9.nu.40.& 50.p.5.*

*Duæ Capellaniæ ſub eodem tecto ſunt incompatibiles,tanquam beneficia vniformia, & non poſſunt ſimul teneri, abſque diſpenſatione Papæ, ſed per aſſecutionem ſecundæ primæ vacat c.5.§.2.num.221.p.11.& tenuit Rota in deciſionibus poſitis à num.222.*

*Duæ Capellaniæ, ſeu altaria ſub eodem tecto ſecund. Nauarr. & alios non ſunt beneficia vniformia ad effectum incompatibilitatis, niſi ſint inſtituta ad vnum finem, & ad eadem munera, & vnam Congregationem: ſecus ſi ad diuerſa, & ſeparata munera,cap.5.§.2.num.225.par.11.quod videtur ſeruari in aliquibus partibus Hiſpaniæ num.226. ſed contrarium tenent relati,& Rota in deciſionibus adductis numer.227. & ſtante quod ſint beneficia vniformia, conſuetudo in contrarium non erit habenda in conſideratione, nec diſpenſatio Nuntij, ſicut nec Epiſcopi numer.228. ſed cum non ſit ius clarum eſſe beneficia vniformia, ſed in eo ſint opiniones, conſuetudo tenendi in eadem Eccleſia duas Capellanias huiuſmodi ſine diſpenſatione, aut cum diſpenſatione Ordinarij, ſeu Nuntij, videtur tolerabilis, etiam poſt Concilium, vbi illud quo ad hoc non ſit receptum,num.229.*

*Dubium ſi ſit æquale in materia expoſitorum ob fauorem prolis, melior & benignior pars eſſet ſumenda, & ideo cenſentur Chriſtian.antiqui, & ex puro ſanguine,&c.cap.2. num.26. de quadam Bulla Gregorij XIII. circa hoc aliegata per Enriquez. num.27.*

*Ducatus auri de camera,cuius valoris ſit & intelligatur, traditur,c.3.num.147 p.5.*

*Durante tempore perceptionis fructuum per priuilegiatum, obtinens ſecundum beneficium, etiam poſt adeptam eius poſſeſſionem, poteſt ipſum dimittere, & primum retinere, ſicut poſſet ante adeptam poſſeſſionem quia interim nõ vacat, contra Ioann.Andr.& alios cap.5.§.1.par.11.à nu. 129. & quando illorum opinio vera eſſet, non procederet, vbi ante aſſecutionem fructuum moneretur lis ſuper beneficio,num.132.*

E

*Eccleſia Parochialis vt conſtituatur, quæ concurrere debeant, c.6.nu.4 p.1. & quæ ſit differentia inter eam & curatam.nu 5.remiſſiue.*

*Eccleſia Collegiata, qua dicatur, & quæ ſigna & requiſita habere debeat, capitul.4.num.70.par.5.remiſſiue: In Eccleſijs regularibus ad quem de iure ſpectet creatio Canonicorum regularium & Monachorum,capit.4 numer.71. par.5.*

*Eccleſia aliquando erigitur in Collegiatam, quod videtur poſſe fieri authoritate Papæ, capitulo 5. numero 4. par.12.*

*Eccleſia ſimplex aliquando erigitur in curatam & parochialem,quod ex cauſa facere poteſt Epiſcopus par.12. cap.5. num.2. cui obeſt declaratio S.Congreg.adducta num.3. cui reſpondetur,ibi.*

*Edicti terminus currit ex quo tam in valuis Eccleſiæ Cathedralis, quam Eccleſiæ beneficij præfixum eſt iuxta decretum Concilij Compoſtellani cap.2.num.41.part.9. nec eſt neceſſarium, quod ſtet affixum per illud tempus, ſed eſt arbitrarium, quanto tempore debeat manere affixum, numero 42. & ſufficit quod Nuntius, vel Notarius referat affixum in loco, licet non dicat, quanto tempore ſteterit, numero 43. debet etiam apponi dies affixionis, & propoſiti edicti, vt ſciatur an intra terminum, vel poſt ſit factum*


examen

# INDEX.


*examen num.44. & ſufficit, quod aſſignatur, nec eſt neceſſe quod prius legatus, num.45.*

*Edicto ſemel propoſito, ſi nullus compareat vel ex oppoſitoribus nullus repertus ſit idoneus, quid faciendum c.2. §.1. num.218.p.9. reſoluitur, vt in declarationibus S. Congreg. poſitis num.219. circa quod etiam conſideranda ſunt aliæ declarationes poſitæ, num.220.*

*Edictum apponendum erit ad ſummum cum termino 20 dier. cum ſuccedat loco nominat. ab Epiſcop. faciendæ ad quam ex Concil. præfixum eſt tempus 10. dier. nec vltra alios 10. prorogari poteſt ex conſtitutione Pij V. cap 2. numer. 39. par.9. & ſic erit accipiendum decretum Concil. Compoſt. num.40.*

*Edictum cum quo termino debeat apponi, vbi Concilium Prouinciale illud requirens, non deſignat capitul.2.part.9. à numero 50. reſoluitur eſſe arbitrarium modo non excedat 20. dies.*

*Edictum ſi cum maiori termino 20. dierum ponatur, an ideo vitietur prouiſio parochialis, capitulo 2. parte 9. à numero 46. reſoluitur ex æquitate, & mente Papæ edictum poſitum cum maiori termino 20. dierum etiam à principio non eſſe nullum in totum, ſed quoad exceſſum, & ſic qui ſe oppoſuerint infra 20. dies, legitimos eſſe oppoſitores, non vero qui poſtea, niſi quando infra 20. dies nullus ſe oppoſuit, &c.*

*Effectuatio collationum, ſeu præſentationum probatur per ſubſequentes collationes, ſeu præſentationes factas per vacationem ex perſona illorum, cap.5. nu.105. & 106.par. 5. & ampliat, vt num.107.*

*Effectus qui reſultent ex illis verbis, ipſo iure, vel ipſo facto remiſſiue. c.10. num.37. p.11.*

*Electio quid ſit, c.1. nu.6. p.4. ad quam reducitur poſtulatio, & quid ſit, num.7. & 8. quibus coniuncta eſt nominatio qua duplex eſt num.9. & 10.*

*Ad Electiones Canonicatuum per concurſum, vbi ſolet præmitti Miſſa de Spiritu Sancto videtur poſſe tolerari, fieri etiam dum diuina celebrantur, capitul.2. numero 562. part.3.*

*Electionis & poſtulationis materia parum eſt in vſu, cap.1. num.1. par.4. & qui de ea tractent, num.12. & 13. & de electione monialium, num.14.*

*Electio Epiſcoporum non pertinet de iure diuino ad clerum, ſed ad Papam, vt vel ipſe eligat, vel modum eligendi præſcribat, cap.4. nu.7. par.5. prouiſio vero inferiorum Eccleſiarum olim pertinebat ad Epiſcopum, num.8.*

*In Electione Canonicatuum Doctoralis & Magiſtralis, an requiratur pro forma, quod vota præſentur ſecreto, ita vt ſi palam præſentur, electio ſit nulla, c.4. à num.183. par.5. & reſoluitur quod ſic, etiamſi vnus tantum id faceret, quamuis in alijs caſibus capitularibus de iure ſit ſecus. num.185. & an ſufficiat quod ab initio præſentur ſecreto, quamuis poſtea publicentur à num.186. reſoluitur id non ſatis eſſe, & quomodo dicatur electio ſecreta à num.189. & quid ſi vnus Canonicus oſtenderet ſchedulam, an eſſet electio nulla. & non ſecreta, nu.192. reſoluitur eſſe nullam, nu.193. quamuis contra tenet Nauarr. num.194. Nec debet permitti à Capit. quod quis palam votum ſuum præſtet, ſed debet excludi vt indignus, numer.195. Et quid ſi ante electionem id publicaret, numero 196. & ſequent. & quid ſi extraheret ſchedulas malas ac oſtendendum poſtea alicui, num.198.*

*Electio vbi fieri debet per vota ſecreta omnino, legitime impeditus qui poteſt alteri dare vices ſuas, non poſſet dare mandatum de eligenda certa perſona, cap.4. à numer.199. part.5. poteſt tamen ei iniungere quod ſuum votum daret tali, & ſi alteri daret peccaret, quamuis valeret votum, nu. 202. & ſeq.*

*Electio vbi debet fieri per vota Epiſcopi & Canonicorum ſecreta, & per ſcrutinia. non poteſt aliter fieri per viam inſpirationis, aut compromiſſi, capitulo 4. numero 204. part.5.*

*Electi duo, quando in vltimo ſcrutinio habent paria vota, an ſit deueniendum ad ſortes, an vero prius ad qualitates vt plures tenent, & fuit practicatum. capitul.4 à num.205. cum ſeqq. part.5. reſoluitur ad ſortes eſſe recurrendum, vſque ad numer.212. & quis debeat eſſe iudex in huiuſmodi controuerſijs, & alijs occurrentibus in prouiſionibus vt traditur, à num.214.*

*Poſt electionem an requiratur collatio, an vero electio ipſa habeat vim prouiſionis & collationis, capit.4. num.219. par.5.*

*Electio Canonicatuum Doctoralis, & Magiſtralis, an debeat fieri intra ſemeſtre, alias deuoluatur ad ſuperiorem, cap.4. à num.222. par.5.*

*Electio minus digni ex approbatis omiſſo digniori, prouiſio parochialis ſubſequuta, an ſit nulla ipſo iure ex decreto Concilij, & conſtitutione Pij V. an vero ſit inualida cap. 2. §.1 par.9. à numer.225. & multis hinc inde adductis contra Rotam cuius deciſiones ponuntur, reſoluitur eſſe validam, non obſtante decreto irritante Concilij & conſtitutionis Pij V. quod inducit formam, nam non videtur referendum ad prouiſiones factas de minus dignis, vnde talis electio, & prouiſus, videtur referendus ad prouiſiones factas de minus dignis, vnde talis electus, & prouiſus videtur facere fructus parochiales ſuos donec eius prouiſio per iudicem appellationis reuocetur, & ſic non eſt condemnatus in fructibus niſi ad ſummum à tempore primæ ſententiæ reuocatoriæ, & non a die motæ litis, vt dicebat Rota, nec a die intruſionis vt videbatur, ſuppoſito quod prouiſio eſſet nulla propter decretum irritans, num. 234. & 238.*

*Electus an ſi adminiſtraſſet de facto ante confirmationem, vacent beneficia priora, cap.6. par.11. a num.17 refertur ſententia Abbatis, & Decij reſoluitur vacare, quando ille eſt etiam conſecratus, licet illicite & iniuſte, modo conſecratio ſit alias valida & in forma Eccleſiæ.*

*Eligens dignum prætermiſſo digniori an teneatur illi ad reſtitutionem & prima ſententia eſt non teneri, cap.16. nu.26. par.7. quæ fundatur a num.27. Contraria ſententia nempe quod teneatur illi ad reſtitutionem ponitur, num.30 quæ fundatur a numero 31. & clarius procedit & in beneficijs quæ per examen & oppoſitionem conferuntur & vbi ex lege vel ſtatuto ſunt danda digniori, &c. a numer.37. & etiam aliqui admittunt quando edictum propoſitum fuerit quo promittatur beneficij collatio digniori, vel ſit oppoſitio ſub huiuſmodi pacto ſaltim implicito, numero 48. & 41.*

*Eligens, ſeu præſentans, aut promouens dignum omiſſo notabiliter digniori peccat mortaliter ſecundum communem ſententiam Theologorum licet prouiſio ſit valida, cap.16. num.1. & 2. par.7. & probatur ex iuribus & authoritatibus adductis numer.3. & Concilio Tridentino adducto, numero 4. & confirmatur ex electionibus a DEO factis, numero 5. & ſecundo probatur, quia violatur iuſtitia diſtributiua ex qua beneficia ſunt etiam bona communia & præmia meritorum, & committitur peccatum acceptationis perſonarum, &c. numero 6. violatur etiam ſecundum aliquos iuſtitia commutatiua, &c. numero 7. quæ ſententia procedit in Epiſcopatibus & beneficijs curatis ex Concilio Tridentino. Altera vero quæ tenet,*

# INDEX.


non esse peccatum mortale, dignioremomittere, sed sufficere dignum & idoneum eligere, procedat in beneficijs sine cura, numero 16. quae secunda sententia placet, & est intelligenda, nisi aliqua lege vel constitutione particulari, aut iuramento aliud cautum sit in beneficijs simplicib. numero 17. & maxime procedit in patronis non solum laicis, sed etiam Ecclesiasticis, numero 18. & in patronis laicis videtur sufficere dignum praesentare etiam ad curata, numero 19. & ad iura & authoritates adducta pro prima sententia respondetur, numero 20. 21. & 22. & ad confirmationem, numero 25. & ad secundum respondetur, beneficia non esse bona communia & praemia meritorum, & sic non violari iustitiam distributiuam, nu. 25. nec commutatiuam eligendo ministros idoneos praetermissis dignioribus &c. num. 26.

Emanuel Rodriguez & Vega dicentes, quod laicus potest se opponere ad beneficium presbyterale in Ecclesia, vbi est statutum, quod obtinens beneficium intra annum fiat presbyter dummodo attigerit 25. ann. quod non dicit Nauarrus per eos allegatus, cap. 4. nu. 87. par. 7. & quod ibi subdunt, quod quando patronus praesentat absentē, non sufficit quod tempore quo accedit nuntius cum schedula habeat aetatem requisitam, accipiendum est iuxta alias dicta cap. 1. nu. 88. part. 7.

Emanuelis Rodriguez opinio improbatur, quod per priuilegiū & facultatem datam Priori Sanct. Benedicti vniendi monasteria consentientib. Abbatib. & Monachis Monasteriorum vniendorum, non obstante fundatione, donatione, &c. potest fieri vnio Monasteriorum iurispatronatus sine consensu & vocatione patronorum, &c. cap. 2. §. 2. nu. 212. par. 12.

Enriquez improbatur, dum ait, quod si quis cum duabus sororibus eius cum qua vult contrahere, copulam habuit, non sit necessarium in dispensatione id exprimere, nec in dispensatione patruelium, seu consobrinorum exprimere quod sunt per viam vtriusque parentis, quod est falsum, nam ibi duplex gradus, cap. 3. numero 88. par. 8. vnde etiam in descendentibus ab illis erit duplex gradus exprimendus, numero 89. quamuis vbi duo consobrini ex dispensatione matrimonium contrahunt, in eorum nepotibus non videtur considerandus, nisi secundus gradus, nam alter confunditur & cessat per matrimonium, & dispensationem auorum, & secus esset, si sine matrimonio & dispensatione habuissent filios incestuosos, numero 90. & 91.

Episcopus dispensare potest cum illegitimo ad pensiones dummodo non sit super beneficio paterno, cap. 5. numero 159. part. 1.

Episcopus potest pensiones imponere, cap 5. nu. 295. par. 1. ex causa, nu. 296. quamuis Granutius teneat contrarium, nu. 296. vsque ad nu 304.

Episcopus an ex non vsu amittat hanc imponendi pensionem facultatem traditur, cap. 5. à num. 305. vsque ad numero 310. part. 1.

Episcopus an possit imponere pensionem super parochiali non excedente 100. ducatos traditur, cap. 5. num. 311. part. 1. vsque ad 314.

Episcopus non committit simoniam conferens beneficium reseruata pensione, quamuis sibi ipsi reseruare non possit, cap. 5. num. 115. & seq. par. 1.

Episcopum, seu Legatum posse clerico aegrotante consentiente, vt alius substituatur assignata sibi pensione pro alimentis, hoc facere etiamsi aegritudo sit perpetua, probabile videtur, cap. 5. nu. 354. par. 1. non tamen poterit is resignare in manibus inferioris à Papa cum reseruatione pensionis pro alimentis, numero 355.

Episcopus an possit imponere pensionem super beneficio iuris patronatus, sine consensu patroni, cap. 5. numer. 357. cum sequentibus part. 1. & resolutur posse, cum limitatione tamen.

Episcopus an possit statuere quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricae alicuius Ecclesiae, c. 1. num 93. par. 2.

Episcopum cuius dioecesi est beneficium, potest ordinare etiam si beneficium esset subiectum alteri Episcopo, quoad prouisionem, non vero quoad iura Episcopalia, cap. 4. numer 15. par. 2.

Episcopus de iure antiquo, poterat clericos promouere ad plures titulos, cap. 5. nu. 73. p. 2. hodie vero non, nisi ad titulum beneficij, vel patrimonij, nu. 74. & 75. & declaratio S. Congreg. 76.

Episcopus familiari quem ordinauit ex Concilio, tenetur statim re ipsa beneficium conferre, quod habet etiam locum in minoribus & prima tonsura, capit. 5. numero 84. part. 12.

Episcopus non potest dispensare cum familiari triennali, alias non subdito, super illegitimitate etiam ad minores, cap. 5. nu. 86. p. 2. nec super interstitijs, nisi pro Ecclesiae vtilitate, nu. 87. limita, vt nu. 88.

Episcopus, si ex iusta causa daret licentiam alienandi patrimonium maneret securus, secus si sine ea, cap. 5. num. 189. part. 2.

Episcopi, & alij Pastores, etiam Parochi tenentur residere de iure Canonico diuino & naturali, capit. 2. numero 16. part. 3.

Episcopus non potest occupare Parochum in suo seruitio, vltra bimestre contra Hoiedam, & Siluestrem, cap. 2. numero 40. & 41. p. 3. & ponuntur declarationes S. Congr. à numero 42. cum seq. & reprobatur Nauar. numer. 45. & 46.

Episcopus non potest statuere aliam seruitij, & officij formam praeter solitam, nec noua onera imponere pro lucranda tertia parte fructuum, Dignitatum, personarum, & officiorum in distributiones conuersa, cap. 2. nu. 490. p. 3.

Episcopus qui habet alternatiuam acceptatam, & est absens à dioecesi, an possit conferre beneficia vacantia in mensibus Aduart. & Sept. cap. 1. à numer. 687. par. 5. resolutur posse & limitatur.

Episcopus absens à sua dioecesi vltra tres menses absque causa legitima, licet fructus suos non faciat, & prouisio beneficiorum inter fructus computetur, potest conferre beneficia, quia prouisio non est proprie & vere fructus: & vbi fit mentio de fructibus ad suam sustentationem, proprie non venit praesentatio, seu collatio, cap. 1. num. 690. & sequenti, part. 5.

Episcopus non habens notitiam acceptationis alternatiuae nullatenus ea vti potest, cum non sit certus de sua potestate, cap. 1. nu. 765. p. 5.

Episcopus esto quod non possit valide prouidere ante notitiam acceptationis, virtute alternatiuae, tamen ea habita posset prouidere beneficia, quae vacarent mense alternato, post acceptatam Romae alternatiuam quod sufficeret, vt statim cessarent quatuor menses, capit. 1. numero 771. part. 5.

Episcopus qui misit Romam Epistolas acceptationis alternatiuae & nescit, an sint Romae receptae, & recognitae, an possit in dubio licite prouidere de beneficio tunc vacante in mense alternatiuae, cap. 1. nu. 774. cum seq. p. 5. resolutur posse, sub conditione non simpliciter.

Episcopus qui probabiliter dubitat an alternatiua sit iam acceptata,

# INDEX.


*acceptata, ſi ſimpliciter prouidet de beneficijs vacantibus, in menſe Martij vel Septembr. amittet alternatiuam ſi iam acceptata erat: at conferens virtute alternatiuæ cuius acceptatione non conſtat eam non amittet licet non ſit facta, c.1.num.779 p 5.*

*Epiſcopus & Capitulum qui in diſcordia cõtulerunt, cum neutra collatio valeat poſſunt intra ſemeſtre datum ad conferendum, concordare in vnum ex prouiſis, vel in alium, niſi interim Papa alicui prouidiſſet, alias deuoluetur prouiſio ad ſuperiorem, cap.4.num.35.par.5.*

*Epiſcopus non poteſt abbreuiare Capitulo tempus ſemeſtre, quod habet de iure ad prouidendum, c.4 num.55.p.5. nec cogere ad prouidendum, quamuis congregato Capitul. ad id poſſet maior pars ſi vellet prouiſionem differre, num.56. Nec è contra Capit. non poterit abbreuiare tempus Epiſcopo, nec illum vocare, vt interſit prouiſioni intra certum tempus, num.57.*

*Epiſcopus, vel alius Prælatus electus & confirmatus, an poſſit conferre, adminiſtrare, & exercere, qui ſunt iuriſdictionis, ante inſtallationem, vel inductionem in poſſeſſionem, cap.4. à num.243. cum ſeqq. p.5. & quid ſtante conſuetudine, num.257.*

*Epiſcopus non poteſt ſe ingerere adminiſtrationi, niſi oſtenſis, & præſentatis literis Cap. de cuius præiudicio agitur, cap.4. num.154. & ſeq. par.5.*

*Epiſcopus cui datus eſt coadiutor, an poſſit beneficia conferre, c.4.nu.263. cum ſeq. par.5.*

*Epiſcopus poteſt dare facultatem etiam generalem Vicario eius remittendi denuntiatione, reprobata ſententia Menoch. c.8.nu.62.p.5.*

*Epiſcopus ſi daret mandatum generale Vicario ad omnia excepta collatione beneficiorum, ſeu alia re requirente ſpeciale mandatum, an per hanc exceptionem veniant alia requirentia ſpeciale mandatum, capitulo 8. à numero 76. cum ſequentibus. par.5. & reſoluitur ſub diſtinctione, numero 79.*

*Epiſcopus non poteſt dare facultatem conferendi beneficia, niſi Vicario ſuo ſeu officiali generali, capitul.8. num.119. par.5.*

*Epiſcopus an poſſit exequi, ſeu expedire literas, in forma dignum, directas Vicario, ſeu officiali. & ſic an prouiſio vigore illarum facta ab Epiſcopo ſit valida, c.2. à num.19. cum ſequentibus par.6. & reſoluitur negatiue.*

*Epiſcopus poteſt ſuo Vicario dare facultatem conferendi beneficia etiam vigore alternatiuæ nondum competentis, cap.2. num.24.par.6.*

*Epiſcopatus non vacat per adeptionem dignitatum vel beneficiorum, vide verbo beneficia priora.*

*Epiſcopi ex decreto Concil. Trident. ſeſſ.24. de reformatione cap.6. poſſunt ab hæreſi occulta in foro conſcientiæ abſoluere per ſe ipſos, non per eorum Vicar. vllo modo, quamuis in alijs caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, poſſint abſoluere per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, cap.10.§.1.num.112. & 113.par.11. vnde communiter ſententia Cordubæ, quam alij ſequuntur & tenet Nauar. &c. num.114.*

*Epiſcopi hodie ex Concil. Trid. poſſunt omnino diſpenſare in irregularitate ex homicidio caſuali occulto, nec deducto ad forum contentioſum vt in c.6. ſeſſ.24. de reform. c.11. nu. 12.p.7. in iſto decreto Concilij non comprehenduntur inferiores habentes iuriſdictionem Ordinariorum, & quaſi Epiſcopalem nec etiam Prælati regulares, ſed tantum Epiſcopi primatiue quo ad omnes alios, nu.13. etiam ſi inferiores ſint nullius Diœceſis, à nu.14. quorum ſubditi debent pro diſpenſatione ſeu abſolutione de qua ibi, recurrere ad Papam nu.19. & idem eſt in exemptis licet non ſint nullius Diœceſis, nam non ſunt ſubditi Epiſcopi, nec ei ſe poſſunt ſubiicere, niſi in caſibus à iure expreſſis, num.20. & non excluditur Capit. ſede vacante, nu.21. quamuis loquendo de abſolutione hæreſis contrarium teneat Petr. Ledeſma, cuius rationibus ſatisfit, num.22.*

*Epiſcopi hodie non poterunt diſpenſare cum homicida caſuali non occulto etiam ad minores Ordines iam ſuſcepto, aut beneficium ſimplex ad quod antea poterant, cap.11. num. 27. par.7. quamuis contra teneant Nauarr. & alij dicentes, quod quantum ad homicidium caſuale nihil innouauit Concil. numero 28. quorum ſententia poterit procedere in mutilatione membri, in qua etiam voluntaria nihil innouauit Concilium, & in ea etiam voluntaria, ſi eſt occulta poteſt Epiſcopus diſpenſare ex dict. capitul.6 ſeſſ.24. de reformatione, num.29. appellatione enim homicidij non venit mutilatio, à num 30. quamuis contrarium ſentiant aliqui, num.33.*

*Epiſcopi illarum regionum in quibus Concil. Tridnt. receptum adhuc non eſt, non poſſunt vti facultate conceſſa in d.ca.6. ſeſſ.24. de reformatione, cap.11.num.23.par.7.*

*Epiſcopi nullo modo poterant diſpenſare cum homicidio voluntario etiam occulto, ſub quo intelligitur etiam mandans & conſulens, nec etiam ad minores aut beneficium ſimplex cõtra alios cap.11.nu.24. & 25.par.7. licet ante Concilium poſſent, num.26.*

*Epiſcopi poſſunt diſpenſare contra ius Canonic. etiam Concilij ex magna cauſa neceſſitatis, ſeu vtilitatis, quod procedit, quando ſuperior conſuli non poteſt, & in propoſito non videtur poſſe conſiderari periculum in dilatione ad conſulendum ſuperiorem, capit.5. §.4.num.339. & 340. par.11.*

*Epiſcopi ſeu alij indices quamuis ex mandatis poſſeſſionum beneficiorum non poſſint accipere ſportulas, alias committant ſimoniam, non tamen videntur incurrere pœnas impoſitas contra ſimoniacos in beneficio vel ordine, capitul.1. num.81.par.8.*

*Epiſcopi ſeu eorum Vicarij aſſiſtentes examinibus cum examinatoribus multo minus poſſunt aliquid accipere, ſeu ſportulas ex huius examinibus, quia cum non poſſint id accipere ex prouiſionibus beneficiorum, ita nec ex examinibus, c. 2.§.2.num.380.p.9.*

*Epiſcopi translati ad alium Epiſcopatum, videtur conſuetudine receptum in Hiſpania, quod adminiſtrent in primo & in eius poſſeſſione permaneant, donec poſſeſſionem ſecundi adipiſcantur, vel promotus ad primum poſſeſſionem eius capiat, quamuis non lucrabuntur fructus à die translationis facta cum conſenſu illorum, & ita ſeruatur maxime cum lucrentur fructus ſecundi Epiſcopatus, cap.6.num.41.p.11. non tamen non valebit prouiſio ab eis facta de beneficijs vacantibus poſt translationem ex regula 2. Cancellariæ, num.42.*

*Epiſcopus ad maiores Ordines, & beneficia curata nequit diſpenſare, ſed requiritur diſpenſatio Papæ, cap.2.nu.51.p.7. quantumuis magna ſubſiſtente cauſa vtilitatis ſeu neceſſitatis Eccleſiæ, num.52.*

*Epiſcopus an poſſit cum illegitimis diſpenſare in Canonicatu Eccleſiæ Cathedralis, cap.2.num.57.par.7. & num.58. ponitur ſententia affirmatiua communiter recepta, quæ fundatur, num.50. contraria tamen ſententia ponitur, numero 60. & eius fundamenta à num.61. vbi eis reſpondetur, numer.65. ponitur ſententia Maioli, ad Canonicatum in Cathedrali Epiſcopum olim potuiſſe diſpenſare iuxta primam ſententiam, & hodie quia omnes Canonicatus Cathedralium annexum habent Ordinem ſacrum, diſpenſare*

# INDEX.


non poſſe, pro qua eſt doctrina gloſſæ, quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare in beneficio ſimplici requirente ſacrum Ordinem, etiamſi non requirat cum actu ſed poſt, numero 66. qua ſententia Maioli videtur tenenda, ita tamen quod cum illegitimo ad ſacros Ordines diſpenſato, poſſit Epiſcopus etiam hodie ad Canonicatum diſpenſare, numero 68. & idem in portionibus Eccleſiæ Cathedralis: ſecus tantum in Canonicatu Collegiatæ, & in dimidijs portionibus, num.69.

Epiſcopus an poſſit facere concurſum ad parochiales vacantes in menſibus reſeruatis, vel alias reſeruatas ſeu affectas non obſtantibus regulis conſeruatorijs, reſoluitur affirmatiue, cap.1. §.1.num.153. par.9. & num.ſeq. ponitur declaratio S.Congreg. & ita intelligitur quod ait Nauar. parochiales eſſe ab omni reſeruatione exemptas, ſcilicet ad effectum concurſus tantum, non collationis quæ à Papa facienda eſt, num.155.

Epiſcopus an poſſit familiares conſanguineos & affines ſuos vel reſignantium admittere ad concurſum parochialium in ſuis manibus reſignatarum, ſtante conſtitutione Pij V. 58. cap.2. §.1. num.210. part.9. reſoluitur non poſſe vt cenſuit S.Congregat.num.211. quod non procedit in vacatione per obitum vel alias, num.212. & ſequenti vbi ponitur deciſio Rotæ.

Epiſcopus an poſſit in impedimentis matrimonium dirimentibus diſpenſare, quando impedimentum eſt occultum, & ad Papam non poteſt haberi recurſus propter paupertatem, vel alia impedimenta, & in ſeparatione eſſet magnum ſcandalum cap.5 §.4.nume.341. par.11. & communiter tenetur pars affirmatiua ex doctrina ſupradicta, quod Epiſcopi poſſunt diſpenſare contra ius, etiam Concily ex cauſa neceſſitatis, quæ hic concurrit, num.342. contrariam ſententiam tenent Sotus, Cordub, & alij relati, num.343. cum ſequent.

Epiſcopus an poſſit ſtatuere, quod fructus beneficiorum vacantium primi anni applicentur fabricæ alicuius Eccleſiæ, vel menſæ Epiſcopali, ſeu Capitulari, remiſſiue, cap.1.num. 122. par. 8.

Epiſcopus an quando vult conferre parochialem alicui oppoſitori habenti aliam ſeu eligere, & nominare eum ad illam, poſſit ei dicere, quod prius reſignet parochialem, quam habet, c.2.nu.45. p.8. reſoluitur licet non videatur adeſſe ſimonia, ſi libere, & ſine vllo pacto, & conditione fiat deſignatio, tamen non poſſe ſi is eſt conſtitutus in ſacris, nec habet aliam vnde ſuſtentari poſsit. & maxime ſi eſt ordinatus ad titulum primæ, num.49. ſi tamen faceret reſignationem cum cõditione, quod Epiſcopus ei conferret ſecundam, eſſet ſimonia num.47. & ſimiliter ſi reſignatio fieret ſaluo iure, & c. num.48.

Epiſcopus diſpenſare poteſt cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu ad ordines minores, & beneficium ſine curatum cum ſint honeſtæ vitæ, & virtute prædicti, nam in iſta diſpenſatione facienda per Epiſcopum requiritur cauſa, &c. capitul.2. numero 48. & ſequent.part.7. non tamen poteſt cum eis diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum ſimplicium, vt plura poſſint retinere; numero 50.

Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt quis habeat duo ſimplicia beneficia ſufficientia, c.5.nu.372.p.11. & 373. adducitur declaratio S.Congreg.

Epiſcopus diſpenſat in irregularitate orta ex hæreſi occulta, c. 10.§.1.nu.86.p.11.

Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum bigamis, non ſolum ad ſacros ordines, ſed nec ad minores, aut primam tonſuram, aut beneficium, etiam ſimplex, cap.6. à num.3. ponitur declaratio S.Congregat.par.7.

Epiſcopus diſpenſare non poteſt contra ius, niſi in caſibus à iure expreſsis c.5.num.5.p.7.

Epiſcopus diſpenſare non poterit, vbi beneficium illud conferre non poteſt, c.13.num.76.p.7. Et ideo vbi collatio, electio, ſeu præſentatio ad alium ſpectat, non poteſt Epiſcopus diſpenſare niſi illo conſentiente, num.77. & vbi Papa beneficium prouidit, non poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare, quia beneficium manet affectum, num.78.

Epiſcopus diſpenſare etiam non poteſt qui ſcienter huic beneficium contulit c.13.num.79.p.7. ſed contrarium tenetur cum Suarez, quia non eſt priuatus poteſtate illud iterum conferendi, nam c.in inuctis §.1. de electione habet locum ſolum in defectibus ibi expreſsis, & non in alio ſaltim deſe temporali, & facile mobili contra gloſſam & alios à num. 80. & facit conſil. Nauarr. quod Epiſcopus authoritate Concil.Trident.c.6 ſeſſ.24. poteſt diſpenſare in irregularitate deſcendente ex delicto occulto, & ipſo ſciente, & etiam de conſenſu, & mandato eius facto, num.87.

Epiſcopus diſpenſare non poteſt, etiam vbi quis ſcienter intruſus eſt in beneficia, ſibi excommunicato collato propter inhabilitatem ex intruſione contractam. cap.13. numer.88. par.7.

Epiſcopus habenti duo ſimplicia beneficia, etiam inſufficientia non poteſt conferre aliud ad effectum retentionis, & ſi contulerit tertium quod ſit ſufficiens, per aſſecutionem illius duo priora ipſo iure vacant: ſi vero tertium non ſit ſufficiens vacabit vnum ex prioribus, quod maluerit dimittere & ſic tunc habet locum optio, ſicut quando duo curata ſimul conferuntur, cap.5. §.3.num.311. & ſeq. par.11. & num.313. ponitur decretum Concil.Prouincial.Mediolanenſ.5.

Epiſcopus in homicidio voluntario inſto poterit hodie etiam diſpenſare, vt antea cum nihil quo ad illud videatur innouaſſe Concilium cap.11.num.34.p.7.

Epiſcopus in impedimento affinitatis ſuperueniente matrimonio, non poteſt diſpenſare ad petendum debitum, niſi forte ex conſuetudine c.5.§.4.num.155. par.11.

Epiſcopus manutenendus eſt in poſſeſſione conferendi parochiales, ſeu faciendi concurſum lite pendente ſuper iure patronatus, ſeu præſentandi, cap.2. §.2.num.259. par.9. vbi ponitur reſolutio Rotæ, ſicut manutenendus eſt Epiſcopus in iuriſdictione, in tota ſua Diœceſi contra inferiores prætendentes immemorialem, donec de ea conſtet ex iuris communis aſſiſtentia, non aliter probata quaſi poſſeſſione Epiſcopi, num.260.

Epiſcopus, Nuntius, ſeu Legatus an hodie ſtante Concil.Trid. poſsit diſpenſare ad duo beneficia difformia ſub eodem tecto, ſicut antea poterat ex communi cap.5.§.4.à nu.374. p.11. reſoluitur poſſe, nam iſta facultas non apparet ſublata per Concil. non obſtante cap.4.ſeſſ.7. & clare cenſuit S. Congregatio in declaratione poſita, num.377.

Epiſcopus, Nuntius, ſeu Legatus, an poſsit diſpẽſare ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium, c.5.§.4.num.336. par.11. in dignitatibus, perſonatibus, ſeu officijs, & curatis indiſtincte diſpenſare non poteſt, ſed ſolus Papa diſpenſat, num.337. etiam ſi diſpenſatio fieret principaliter propter neceſsitatem ſeu vtilitatem Eccleſiæ contra Hoſtienſ. & alios, num.338.

Epiſcopus, Nuntius, ſeu Legatus, poteſt diſpenſare, vt quis habeat plura beneficia, etiam reſidentiam requirentia, quæ non ſunt curata, aut dignitates perſonatus, vel officia, vel duo vniformia ſub eodem tecto vel duæ prebendæ diuerſarum Eccleſiarum, quarum quælibet de per ſe ſufficiat ſecundum Abbat. & alios ita explicantes.


cap. Sanct.

# INDEX,


*cap. Sanct. 70. distinctione, cap. 5. §. 4. n. 369. p. 11. sed in requirentibus residentiam verius est non nisi Papam posse dispensare num. 370. & hodie certum est ex Concil. Triden. contra quod Episcopus seu Legatus dispensare non potest, n. 371.*

*Episcopus, Nuntius, nec etiam Legatus non posset dispensare in beneficio paterno immediate, etiam cum legitimo contra Barbarum c. 3 n. 5. p. 7.*

*Episcopus, nec Vicarius non potest aliquid recipere pro collationibus beneficiorum, etiam parum contra Cechum cap. 1, n. 78. p. 8.*

*Episcopus ordinans bigamum etiam in minoribus ordinibus, seu prima tonsura, graviter peccat, nempe mortaliter, & etiam conferendo beneficium, nec valet collatio cap. 6. num. 6. par. 7. & secundum Navarr. videntur suspensus ipso iure a collatione ordinis, quem contulit bigamo, & etiam à missando per unum annum, nu. 7. sed contrarium refertur tenere S. Congreg. & de pœna suspensionis a collatione ordinis nullus est canon, & pœna suspensionis a missando non videtur lata ipso iure, sed ferenda per sententiam a num. 8.*

*Episcopus poteris Canonicos, seu Capellanos ad exercēdam curam animarum deputatos a Capit. vel alijs examinare, neque eis permittere absque eius approbatione curam exercere, licet ab immemoriali per eos exerceatur absque examine & approbatione Episcopi, ex S. Congr. cuius declarationes ponuntur c. 2. §. 1 nu. 182. & 183 p. 9. quamvis Navarr. dicat, quod si Canonici, & Capellani eo ipso, quod sint Canonici, & Capellani habent annexam facultatem exercendi curam, non potest Episcopus illos examinare; secus si requiratur deputatio ad curam exercendam. tamen Additio dicit, quod Congregat. vt refertur, absolute censuit Episcopum posse eos examinare. n. 186 & seq. quamdiu tamen Episcopus eis non inhibuerit, ne alias curam exercēāt, poterunt eam exercere, absque examine, & approbatione Episcopi, quando non requiritur deputatio, aliàs secus, num. 188.*

*Episcopus potest absque Synodo etiam hodie anniuersaria commutare, c. 1. n. 130. cum seqq. p. 7.*

*Episcopus quamvis possit committere vicario suo, aut officiali generali facultatem recipiendi resignationes, & conferendi beneficia, non tamen poterit id committere singulari personæ, nec etiam ipsi vicario de certo beneficio c. 1. n. 9. p. 10. quamvis contrarium tenuerint Rota, & Staphileus a nu. 10. in permutatione tamen, quam partes facere desiderāt, posset procedere opinio Rotæ, & Staphilei, maxime quādo esset de beneficijs diuersarum diœces. n 12.*

*Episcopus qui facit concursum ad parochiales spectantes ad collationem inferiorum, an si ex approbatis repetit plures æque idoneos, debeat omnes illos eligere, vt inferior parochialem conferat, cui maluerit, an vero possit Episcopos gratificare, & vnum solum eligere cap. 2. §. 1. a num. 148 parte 9. Resolvitur posse Episcopum vnum solum eligere, & respondetur cuidam declarationi S. Congreg. quæ videtur contra.*

*Episcopus, seu Capitulum Sede vacante in locum examinatorum defunctorum, vel absentium, alios deputare, non potest nec intra annum, nisi omnes deficiant, nec post annū, etiamsi omnes deficiant, c. 2. nu. 78. p. 9. quamvis in iudicibus Synodalibus detur facultas Ordinario ad substituendū, &c. n. 79, quæ facultas substituendi videtur intelligenda quando nondum aduenit tempus faciendæ Synodi, & transiuit in Capitulum Sede vacante, n. 80. & ponuntur declarationes S. Congr. a n. 81. quamvis Rota tenuerit deficientibus examinatoribus Synodalibus, posse Episcopum deputare examinatores, ne celebratione Synodi, vt in decisionibus positis a n. 86.*

*Episcopus solus, vel vicarius, & non ipsi examinatores debēt ex approbatis per examinatores eligere magis idoneum ca. 2. n. 108 p. 9.*

*Episcopus suo iudicio, & non ex votorum calculo, & collatio ne potest ex approbatis eligere, & debet eum qui sibi magis idoneus videatur, c. 2. nu. 109. p. 9. vbi ponitur declaratio S. Cong.*

*Error communis probabilis quod quis est legitimus minister, & habet iurisdictionem, licet ille in rei veritate non sit verus, an efficiat quod valeant gesta per illum, ca. 4. n. 305. sequentibus, par. 5. & an sufficiat titulus coloratus ad effectum, l. Barbarius, qui sufficeret ad effectum restitutionis spolij, n 308.*

*Examinatio vbi requiritur pro forma, vel alias est omnino necessaria pretermitti non potest, quantumuis præsentatus sit notus, c. 1. num. 22. p. 4. & resolutio Rotæ, num. 23. & an praxis hodierna possit sustineri, num. 24. & respondetur num. 25.*

*Examinatores ad parochiales in forma digna, debent facere relationem, & approbationem non solum quoad literaturam, sed etiam quoad Clericatum, legitimitatem, etatem, et mores, c. 2. a n. 236. p. 6.*

*Examinatus an si semel non reperiatur idoneus, possit iterum examinari, & illi tunc reperto idoneo, beneficium conferri, c. 2. a n. 253. p. 6. resolvitur negative, maxime in parochialibus, n. 255. cum seqq.*

*Examen ac approbatio in concursu requiritur semper pro forma ad singulas parochiales c. 2. n. 99. & seq p. 9. vbi ponitur declaratio S. Congr. & reprobatur quædam sententia Zerolæ, n. 101.*

*Examen ad parochiales debet fieri cum examinatoribus saltem tribus, c. 2. nu. 52. p. 9. circa quod ponitur declaratio S. Cong. n. 53.*

*Examen an esto non requiratur per concursum in promotionibus faciendis de beneficijs resignatis ex causa permutationis, requiritur tamen nouum examen ipsorum compermutantium coram examinatoribus Synodalibus, cap. 2. §. 1. a nu. 162. p. 9. Resolvitur, non requiri nouum examen, nisi fiat permutatio cum beneficio simplici, aut nisi esset magna inæqualitas, num. parochianorum, vel permutantes alias non fuissent examinati ex S. Congregat. cuius declarationes ponuntur, & decretum Concil. Prouinc. Mediolan. 5. Expediret tamen tunc fieri examen ante renuntiationem, numero 166. in permutationibus tamen quæ fiunt coram Papa, semper committitur Ordinario in forma digna, numero 167. circa parochiales obtentas ex regressu, ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis, numero 168.*

*Examen, & concursus factum cum tribus examinatoribus Synodalibus adhibito etiam alio vel alijs non Synodalibus an vitietur, cap. 2. §. 2. a num. 321. p. 9. resolvitur vitiari ex S. Congregat. & cum ea Rota, licet aliàs tenuisset contra.*

*Examen factum ante lapsum termini edicti, an subsistat, cap. 2. §. 2. part. 9. a numero 326. Resolvitur negative, etiam nullo postmodum comparente, nam non seruatur forma Concilij, quæ est præcisa, & non ad effectum, vt apparet ex decreto irritanti, vt aliàs fuit resolutum per Rotam in decisione posita, nu. 329. & in proposito in decisione posita, num. 331. licet antea secus tenuisset in decisione posita n. 327. ex quadam doctrina Lambertini, cui respondetur, n. 332.*

*Examen per concursum, quod fiat in parochialibus, iurispatrona-*

# INDEX.


*tronatus Eccleſiaſtici, precedit, niſi aliud in inſtitutione, & fundatione cautum ſit, quæ erit ſeruanda c.2.§.2. num. 270.& ſeq.p.9.& niſi inſtitutio facienda ſit à S.Pontifice, vt quia vacauerint in menſib. Apoſtolicis, vel aliàs ſicut reſeruata, nam tunc Ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet facere concurſum, & magis idoneum eligere, ac inſtituendum remittere, & ſignificare S.Pontifici, nu.272.& ſeq.vbi ponuntur declarationes S.Congr.*

*Examen per concurſum requiritur in parochialibus iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, ita vt ſi inſtitutio ad Epiſcopum pertineat, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatorib. indicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, vt ab eo inſtituatur, cùm verò inſtitutio ab alio erit facienda, Epiſcopus ex dignis eligat digniorem, quem patronus præſentet ad quem inſtitutio ſpectat c.2.§.2.nu.261.p.9. circa quod ponuntur declarationes S.Cong.nu.262.& 263.*

*Examen per concurſum an requiratur in parochialib. iuriſpatronatus, reſoluitur primo, in parochialibus iuriſpatronatus laicorum non requiri examen per concurſum, ſed ſolum præſentatum examinandum eſſe ab ordinario, cum tribus ſaltem examinatoribus Synodalibus & illi idoneo reperto inſtitutionem faciendam c.2.§.2.nu.55.par.9.vbi ponuntur declarationes S.Congregationis.*

*Examen tunc requiritur per concurſum quando fuerint plures præſentati à patronis laicis c.2.§.2.nu.256.par.9.vbi ponitur declaratio S.Congreg.quòd intelligitur, quando ſinguli præſentati habent aqualem vocem, nam ſi aliquis haberet plures voces, is ſolum eſſet examinandus, nu.257.& in propoſito nil videtur referre, quod iuſpatronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, aut ex priuilegio, ſeu conſuetudine, nu.258.*

*Examinari an debeat, ſi vnus tantum ad concurſum apparuerit, & ei, ſi reperitur idoneus, de parochiali prouideri c.2. §.1.p.9.nu.214.reſoluitur quod ſic, & adducuntur declarationes S.Congr.nu.215.*

*Examinatio, & approbatio cum requiratur pro forma, non poterit omitti quantumuis præſentatus ſit notorie idoneus c. 3.nu.15.par.9.*

*Examinatores debent facere relationem, & approbationem de omnibus, non ſolum quo ad literaturam, ſed etiam clericatum, ætatem, legitimitatem, mores, &c.c.2.num.105.par. 9.alias videntur peccare mortaliter examinatores, numero 106.*

*Examinatores debent deputari in Synodo vera, & formali, quæ eſt congregatio legitima, quam facit Epiſcopus cum clericis ſibi ſubditis ad tractandum de his quæ curæ paſtorali incumbunt, &c.c.2.nu.67.p.9. & non ſufficeret congregari clerum ad effectum ſolum nominandi examinatores, & iudices Synodales, &c.nu 68.*

*Examinatores debent deputari ſingulis annis in diœceſana Synodo, quod etiam Capitulum, ſeu Vicarius Sede vacante facere poteſt, ſaltim ſex qui debent propoſi ab Epiſcopo, & à Synodo approbari, &c.c.2.num.64.p.9.ex quibus Epiſcopus, vel vicarius debeat ſaltim tres eligere, vt ſecum examen perficiant, &c.nu 65.*

*Examinatores debent peracto examine renuntiare quotquot idonei reperti fuerint, c.2.nu.104 par.9.*

*Examinatores deputandi an ſint in Synodo particulari, & nominatim: an verò poſſint deputari in genere c.2.§.2.p.9.à num.332.reſoluitur non poſſe in genere deputari ita vt ſucceſſores, ſeu ſubrogati in officio, ſeu prebenda comprehendantur, ſed ſolum comprehendi tunc ſtantes ex S.Congregatione, cuius declaratio ponitur, nu.339.& Rota in deciſionib. poſitis à nu.341. & obſeruantiam, & conſuetudinem contrariam, non videri rationi multum conformem, nec præſcriptam, nec poſſe introduci propter decretum irritans, nec releuare, quòd dicatur, Concil. quo ad id non eſſe à principe receptum, à nu.345.*

*Examinatores ſemel deputati, eorum officium non expirat cum morte Epiſcopi dummodo ſex ſuperſint: at ſi pauciores ſupereſſent lapſo anno, alios loco mortuorum eſſe ebligendos in Synodo, alias qui ſupererint pro legitimis non ſint habendi, cap.2.nu.73.par.9.& non ſolum alij loco mortuorum ſunt tunc eligendi, ſed etiam qui ſupererant ſunt de nouo eligendi, vel relinquendi pro examinatorib. vel alij loco eorum, &c.num.74.*

*Examinatores ſi intra annum omnes mortui ſint, vel abfuerint, & videbatur, Epiſcopum eo caſu poſſe per ſeipſum examinatores deputare, nam vbi forma præcisè ſeruari non poteſt, ſufficit actum facere eo modo, quo fieri poteſt c.2.n.70. & 71.p.9.ſed Clem.VIII. fecit decretum ſuper hoc, vt in declaratione S.Congreg.poſita, nu.72.*

*Examinatores ſi pauciores quàm ſex in Synodo deputantur, non erat legitima deputatio, & examen, & concurſus cum illis factum erit nullum, c.2.nu.66.p.9.*

*Examinatores tenentur priuatim præſertim Epiſcopo petente renuntiare, quis ſit magis idoneus, & niſi Epiſcopo id aliàs conſtet poterit priuatim ſe informare de hoc ab ipſis examinatoribus, &c.c.2.nu. 110.p. 9. & ſic procedit quædam declaratio S.Congregationis poſita, nu.111.*

*Examinatores tenentur approbare quotquot idonei reperti fuerint, vt ex eis patronus eligat, c.2.§.2.nu.294.p.9.vbi ponitur declaratio S.Congregationis.*

*Examinatores vt ſingulis annis deputentur in Synodo non requiritur pro forma, dummodo poſt annum ſaltim ſex remaneant contra Rotam, cap.2.nu.75.part. 9. & an idem ſit in iudicibus Synodalibus in terminis Concil.Trid. ſeſſ. 25. cap.10.de reformatione, antiquatur ſaltim ſi non adeſſent alij legitimi iudices, num. 76.reſoluitur tunc rectè poſſe à Nuntio vel Legato cauſas aliis committi, quamuis ſi committantur iudicib.Synodalib.rectè etiam poſſit reſcriptum illis præſentari nu.77.*

*Examinatoribus competit renuntiare, quis ſit magis idoneus, c.2.nu.112.p.9.& reſpondetur conſtit.Tij V.num. 113. nec contrarium tenet Zechus relatus nu.114.*

*Examinatoribus qui ex decreto Concilij nihil prorſus occaſione examinis, nec ante nec poſt, poſſunt accipere, quacumq; etiam immemoriali conſuetudine non obſtante, &c.an poſſit ſtipendium pro ſuo labore dari, præſertim ex fructibus beneficij, c.2.§.2.par.9.à nu.360.reſoluitur negatiue ex S. Greg.& aliis, licet contrarium ſit ſtatutum Concilio Compoſtellano, & Toletano, & ita practicetur.*

*Examinatoribus videtur planè prohiberi, d. decreto Concilij quidquid datur occaſione examinis ſiue ante, ſiue poſt, etiã gratioſè & liberaliter et ad captandam beneuolentiam, etiam ſi ſit modicum, id enim rectè poteſt prohiberi tanquam ſimoniacum.c.2.§.2.nu.390.p.9.*

*Examinatorum defectus cum lapſo anno contingat culpa ipſius Epiſcopi non facientis Synodum ſic non excuſat eum ab obſeruatione forma, et ceſſat ratio Rotæ cap. 2. nu. 92. p.6 quod procedit etiam ſi Epiſcopus de nouo veniat ad Epiſcopatum, etc.num.93.et ſententia Rotæ poſſet procedere in terminis deciſionum Literen. nempe in beneficijs iuriſpatronatus laicorum, à quib. præſentati ſi non ſunt examinatores Synodales, poterunt examinari coram aliis ab Ordinario deputatis, à nu.94.et ponitur reſolutio Rotæ.*

*Examinatorum ſi vota paria aut ſingularia fuerint accedere poteſt Epiſcopus ſeu Vicarius, quibus magis videbitur, c.2. nu.54.p.9. nam Epiſcopus tantum vel Vicarius habet votum deciſiuum in hoc caſu ex S.Congr.nu.55.56.et 57.*

# I N D E X,


*Exèminatorum ſi fiat deputatio in genere, verbi gratia, lectorum, & cet. cum comprehendat ſucceſſores, ſeu ſubrogatos, ſed ſolum tunc ſtantes, videtur illos etiam dimiſſo officio manere examinatores, c.2.§.2.n.348.p.9.*

*Examinatorum ſeu deputatorum, ſi aliqui intra annum mortui fuerint, aut alias abfuerint, tota facultas examinandi ad ſuperſtites ſpectabit eo anno durante etiamſi vnus tantum ſupereſſent, c.2.n.69.p.9.*

*Exceptio nullitatis penſionis, non obſtat in poſſeſſorio, nec eſt neceſſarium verificare conditionem poſitam in reſervatione penſionis, & refertur deciſio Rotæ, cap. 5. numero 417 par. 1.*

*Exceptio reductionis admittenda eſt ad impediendam executionem etiam ſi non probetur incontinenti, ſed requirat altiorem indaginem qua oritur ex ventre ſupplicationis, c.5. n.479. & 490.p.1.*

*Exceptio quando requirat altiorem indaginem arbitrio iudicis relinquitur, c.5.n.548.p.1. reſolutiones Rotæ n. 549. vſque ad 552.p.1.*

*Exceptio quando non requirit altiorem indaginem, ſed altior indago oritur ex replicatione penſionarij, non eſt reſervanda in petitorio, c.5.n.557. cum ſeq.p.1.*

*Exceptio quod beneficium erat grauatum in penſione de qua non eſt facta mentio regulariter non impedit executionem, nam requirit altiorem indaginem, cap. 5. num. 560. & 561. p.1.*

*Excipiens contrariam penſionem ex eo quod non fuit facta mentio de prima teneatur probare, quod tempore ſecundæ, prima erat reſervata, & quod erat valida, cap.5. numero 565.par. 1.*

*Exceptio reſervationis reſpectu Cardinalium, an ſicut prodeſt Capitulo, ſic etiam in beneficijs ſimultaneæ collationis reſervatis ei profit indultum conceſſum Cardinali Epiſcopo, ad conferendum reſervata c.1.n.627. cum ſeq.p.5. & reſoluitur non prodeſſe contra Gonzalez.*

*Exceptio & noſtræ regulæ fauor, an excludatur ad Cardinales abſentes a Curia, vel ſolum procedat in reſidentibus in ea. c.1.n.637. cum ſeq.p.5.*

*Exceptio Apoſtaſiæ & inhabilitatis poteſt opponi, etiam agenti ad executionem brevis nomine Cameræ, ex Rota, c.3. n.20. & 21.p.6.*

*Excommunicatus ſeu ſuſpenſus, qui non percipit fruct. beneficij, an teneatur de ſuo ſoluere penſionem, an vero ſi ſoluenda ex fructibus, c.5.n.226. vſque ad 230. par.1. reſolvitur ex fructibus ſoluendam.*

*Excommunicatus tenetur ratione beneficij recitare, licet non percipiat fructus, c.5.n.231. & 232.p.1.*

*Excommunicationis & priuationis pœna non incurruntur ēt literis intimatis titulari, niſi penſionario volente & declarante, c.5.n.581.p.1.*

*Excommunicatio contra eccleſiaſticos ſoluentes exactiones, poſita per Bonifacium VIII. non innouatur in Concilio Lateranenſ. c.3.n.16 & ſeqq p.2. nec decretum Bonifacij per Bullam Cœnæ n.18. cum ſeqq.*

*Exemptio in Subſidio, & Excuſato, ſolum durat pro illo quinquennio, c.5.n.173.p.1. & reſolutio Rotæ, n. 174.*

*Excommunicatio non incurritur per hæreſim mentalem, ſed requiritur, quod ſit verbo aut facto exterius prolata, nam lex humana non ligat actus merè internos, nec in eo Eccleſia poteſtatem habet etiam ad præcipiendum, c.10. §.1.n. 91.p.11. quæ ſententia eſt hoc tempore communiſſima, & ſumitur ex D. Thoma docente, quod de his poteſt homo legē facere de quibus poteſt iudicare, &c. Et habet fundamētum in ſcriptura, n.91. & tenenda eſt quamuis contrariam teneant gloſſ. & alij citati. n.93. & ratio ponitur, n.94. quæ confirmatur, & explicatur, n.95. reſpondetur iuribus quibus excommunicantur aliquid credentes ſeu ſentiētes, quod intelligunt de credentibus, & ſentientibus in foro eccleſiæ, &c. n.96.*

*Excommunicatio irregularitatis non incurritur, & obligatio reſtituendi propter opus factum cum ignorantia comitanti, quæ ceſſante ignorantia, incurreretur, capit. 10. §. 1. n.97.p.11.*

*Excommunicationis pœna poſita in extrauaganti cum deteſtabile de ſimonia verſiculo ſtatuentes, eſto reſtringatur ad ſimoniam realem ex illis verbis, qui quomodolibet dando vel recipiendo ſimoniam commiſerit, tamen id non poteſt referri ad verſiculum, per electiones, vbi agitur de nullitate proviſionis ſimoniacè factæ, cap. 1. num. 43. part. 8. & verius eſt per illa verba non reſtringi excommunicationem ibi poſitam ad ſimoniam realem completam etiam ex parte rei temporalis, nam illa referuntur ſolum ad ſpirituale, nempe Ordines vel beneficia, ita quod tam dantes Ordines, vel beneficia, per ſimoniam, quàm illa ſic recipientes ſint excommunicati, niſi obſtet ſtylus & intellectus Rotæ contrarius, n.44.*

*Excommunicato dantur alimenta neceſſaria ad ſuſtentationē pro tempore quo non poſſet habere abſolutionem & receſſit a contumacia, c.13.§.1.n.104.p.7. vel quando eſſet in extrema neceſſitate, n.105.*

*Excommunicatus amiſſos fructus recuperare aut retinere non poteſt poſt abſolutionem, cap. 13.§.1. num.106.p.7. & improbatur cōſilium Navarri dicentis, excommunicatum ſatis iuſtè poſſe retinere fructus alios a diſtributionibus quotidianis receptos tempore excommunicationis, poſtquā fuerit abſolutus ab ea, & reſpondetur eius fundamento, n. 107. & ſeqq.*

*Excommunicatus amittit fructus etiam vbi ante excommunicationem fructus percipiendi ipſius creditori aſſignati eſſent, contra Vgolinum, cuius rationi reſpondetur ex capit. peruenit de fideiuſſoribus, & longè diuerſum eſt in penſione & ſubſidio, c.13.§.1.p.7. an. 109. & n. 113. ponitur deciſio Rotæ.*

*Excommunicatus an poſſit optare, cap.13. part.7. à num.48. vbi Reſoluitur, quod poterit optare, quando non mutatur titulus, ſed optio fit tantum quo ad præbendam temporalem, etiam ſi eſſet notorius excommunicatus, ſeu denuntiatus, & extra Calendarium & communionem Eccleſiæ; vbi verè mutatur titulus, & debet fieri noua collatio beneficij poterit optare, id eſt, declarare ſuam voluntatem ad optionem ſeu illam acceptare, non tamen ſibi facere prouideri de beneficio optato, ſed tunc differri debet prouiſio, donec ſit abſolutus.*

*Excommunicatus Canonicus, cuius excommunicatio ſeu declaratoria non fuit intimata Punctatoribus & ſic non fuit poſitus extra Calendarium, non videtur teneri reſtituere fructus & diſtributiones illius temporis ex dict. conſuetudine, quamuis ſi interfuit diuinis excommunicatus, poterit in pœnam priuari fructibus & diſtributionibus tunc lucratis, c.13.§.1.n.132. & 133.p.7.*

*Excommunicatus cum ſit priuatus fructibus beneficij, eſt etiā priuatus adminiſtratione bonorum eius, c.13.§.1.115.p.7.*

*Excommunicatus impetrans, abſolutus ad effectum præſentium conſequendum non poterit celebrare nec diuinis intereſſe, nec alia facere, cum illa abſolutio ſit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum. c.13.n.65.p.7. nec faciet fructus ſuos beneficij ſic collati, nu. 66.*

*Excommunicatus iniuſtè, qui fuit in mora petendæ abſolutionis an recuperet fructus eo tempore, vide verbo, authorī non placet.*


*Excom-*

# INDEX.


*Excommunicatus iniustè non amittit fructus, nec etiam quotidianas distributiones, cap. 13. §. 1. num. 118. par. 7. nec placet quod aiũt Vgolinus & alij, quod quando distributiones, alijs acquisitæ, seu adiudicatæ sunt, vt quia illis accrescunt non sunt ab illis petendæ, sed ab eo qui author fuit seu causa iniustæ excommunicationis, a num. 119. quamuis appellatio ab excommunicatione tanquam iniusta non suspendat executionem priuationis, nec sit attentata, nu. 121 distributiones verò seu fructus remanentes in mensa Capitulari ab ipso Capit. reddendi sunt excommunicato, cũ constiterit excommunicationem fuisse iniustam, aut nullam, &c. n. 122.*

*Excommunicatus non amittit fructus quando excommunicatio est nulla, c. 12. §. 1. n. 116. p. 7. onus tamen docendi de nullitate incumbit excommunicato, & non Capitulo quod ei denegauit distributiones, &c. ex Rota, n. 117.*

*Excommunicatus non amittit fructus vbi consuetudo est, vt eos non amittat, cap. 13. §. 1. nu. 128. par. 7. quæ videtur esse in Hispania, n. 129. & solum in ecclesijs Cathedralib. vel Collegiatis seu quasi, est in vsu non computare Canonicos & beneficiatos excommunicatos, &c. n. 130. & stãte illa consuetudine, beneficiatus excõmunicatus non videtur teneri restituere fructus temporis quo fuit excommunicatus sed illos lucrari, nec posse illis priuari. &c. n. 131.*

*Excommunicatus non amittit titulum beneficiorum ante excommunicationem habitorum etiam infordescens, priuatur tamen ipso iure fructibus ipsorum, eosque non facit suos, nec lucratur, quandiu est in excommunicatione maiori etiam occulta licet id in sententia non exprimatur, capit. 13. §. 1. num. 90. par. 7. quamuis glossa teneat eis non priuari, nisi in sententia exprimatur, &c n. 91. quod quamuis verum sit in suspenso ab officio, secus tamen de excommunicato, n. 92.*

*Excommunic. potest optare, & optio ab eo facta valet, vbi optio solum operaretur retentionem vnius beneficij & dimissionem alterius, c. 13. n. 53. & respondetur ca. referente de præbendis n. 54.*

*Excommunicatus priuatur fructibus, etiam si non maneat in contumacia seu non dormiat in sententia, ve sit in mora petendæ absolutionis, cap. 13. §. 1. n. 93. par. 7. quamuis contra teneant aliqui. n. 94 imò, & si iudex iniustè absolutionem differat, non erunt ei fructus reddendi, nec eos lucratur contra Suarez, licet contra iudicem habeat ius ad illos, &c. nu. 95. & seq. quamus Vgolinus dicat, quod fructus habebit, vbi impeditur quo minus absolutionem consequatur, &c. n. 97.*

*Excommunicatus si sit Beneficiatus, aut Canonicus pro causa suæ Ecclesiæ non amittit fructus, maxime stante statuto de hoc, & idem in Canonico, Vicario Episcopi, Capituli, vel Legato Apostolico ratione officij excommunicato secundum Ioann. Gutierez. de quo tamen valde dubitat author, c. 13. §. 1. n. 126. & 127. p. 7.*

*Excommunicatus si sit pensionarius non lucratur reditus pẽsionis pro tempore excommunicationis, capit. 13. §. 1. n. 114. par. 7.*

*Excommunicatus vnica excommunicatione ob plures causas, tacita aliqua, non censetur ligatus pluribus excommunicationibus, sicut absolutus ab vna, non censetur absolutus ab omnibus, vide verbo absolutio excommunicationis.*

*Excusationes literarum pensionis non impedientur pendente causa nullitatis, seu informationis coram Ordinario absque commissione, c. 5. n. 525. p. 1.*

*Executor literarum debet esse Canonicus Ecclesiæ Cathedralis & positus in dignitate, c. 5. n. 531. p. 1.*

*Executor non potest ponere sequestrum super fructibus beneficij pensione grauati, c. 5. n. 583. p. 1. quamus post sententiam possit, n. 584.*

*Executor absolute committit vices suas subexecutori ex clausula cæterum, c. 1. n. 585. p. 1.*

*Executores literarum & gratiarum beneficialium, alij sunt mandatorũ de prouidendo de beneficijs vacaturis, alij literarum & gratiarum de beneficijs vacantibus. capitulo 1. num. 1. part. 6. & de Prioribus qui tractent remissiue, n. 2. & 3.*

*Executores mandatorum de prouidendo, non sunt in vsu ex decreto Concilij Trid. c. n. 4. p. 6.*

*Executores hodie dantur literarum Apostolicarum, pro beneficijs vacantibus alij dantur, pro executione literarum in forma gratiosa, quæ habent cordas sericas, cap. 2. numero 1. part. 6. qui solent esse Canonici, aut alias in dignitate Ecclesiastica constituti, quos pars petit danturque Bullæ separatæ, quæ habent cordas Canapi, n. 2. & 3. Alij dantur pro executione literarum in forma dignum, & Bullæ expediuntur cum cordis Canapi, n. 5. cuius tenor ibi inseritur.*

*Executor vt possit procedere an requiratur receptio, & præsentatio literarum disputatur, capitulo septimo, a numero 7. part. 6. & affirmatiue resoluitur, per rationem traditam, n. 10.*

*Executoris primi data negligentia in rei veritate, an si secundus cui de ea non constat procedat, valeat eius executio & processus. cap. 2. n. 91. 92. p. 6. & resoluitur negatiue, n. 95. cum seq.*

*Executores maxime literarum in forma dignum, an possint alteri subdelegare, & committere vices suas in totum, vel in parte, præsertim quoad examen cap. 2. nu. 97. cum seqq. par. 6. & Resoluitur affirmatiue, nu. 100. & quid quando est Apostolica clausula super quo conscientiam tuã oneramus, n. 102. & seq. & quid in dispensationibus matrimonialib. n. 105.*

*Executores literarum in forma dignum, an sint meri, an vero mixti, capit. 2. num. 106. cum sequent. par. 6. & resoluitur, esse meros, nisi adsit intrusus, vel appareat legitimus contradictor, nam tunc sunt, & dicuntur mixti, num. 110 præsertim stante clausula, vocatis vocandis, nu. 111. & sic ab eis datur appellatio suspensiua, n. 112. & decisio Rotæ n. 113.*

*Executor si possessio beneficij sit vacans non tenetur aliquẽ citare, nec assumere partes iudicis, & ideo ab eo non potest appellari, cap. 2. num. 141. part. 6. etiam stante clausula vocatis vocandis, num. 142. Si tamen compareat legitimus contradictor debet audiri, numero 143. cum sequentibus.*

*Executorum potestas quibus mandatur, vt prouisum in possessionem beneficij inducant, & defendant inductum, &c. quamdiu duret exponitur, cap. 2. a n. 146. cum seq. p. 6. & quid quando prouisus semel fuit inductus in possessionem, si in ea turbetur, a n. 151.*

*Executores literarum Apostolicarum quid debeant verificare, sub distinctione exponitur, cap. 2. à num. 156. cum seq. par. 6.*

*Executor literarum in forma dignum, seu commissaria, tam primus quàm secundus, non tenetur verificare, nisi illud quod sibi a Papa mandatur verificari, uempe idoneitatem impetrantis, c. 2. n. 231. p. 6.*

*Executor quomodo debeat idoneitatem verificare tradetur, c. 2. n 235. p. 6.*

*Executor cui committitur collatio beneficij simplicis, in forma dignum si committit examen alicui, qui dat illi schedulam appro-*

# INDEX.


approbationis, absque examine, quia est ei nota scientia, an censeatur seruata forma examinis, & valeat collatio, c. 2. nu. 269. p. 6. & resoluitur quod sic.

Executor si fecerit examinationem, & putans ipsum idoneum esse cum non sit, contulit beneficium, an collatio valeat, c. 2. nu. 270. p. 6. resoluitur quod sic.

Executor si per examinationem factam, vel alias intelligeret eum non esse idoneum, & nihilominus conferret collatio non valeret, c. 2. nu. 274. p. 6.

Executor in Parochialibus debet impetranti conferre, & collatio erit valida si examinatores eum approbant, quamuis ipse eum non putet idoneum, c. 2. nu. 275. p. 6.

Executor si ex quo sibi non constitit de congrua pronuntiauit non esse locum executioni literarum, non erit locus appellationi, nec sufficit, & in gradu appellationis, constare, c. 2. num. 281. par. 6.

Executores breuium, seu literarum in forma breuis pro capienda possessione, qui dicantur, & quomodo concedantur, c. 3. nu. 1. 2. & 3 cum seq.

De Executoribus executorialium Rotæ, & quomodo procedendum sit in eisdem videndi sunt relati, cap. 5. nu. 1. & 2. par. 6.

Exigi à nouiter recepto seu in admissione ad possessionem Canonicatus seu prabendæ aut beneficij non potest aliquod etiam modicum conuertendum in commodum & vtilitatem Canonicorum & beneficiorum & personarum Ecclesia, sed est simoniacum, non obstante aliquo statuto vel consuetudine etiam immemoriali, c. 1. num. 83. & seq. p. 8. vbi ponitur declarat. S. Congr.

Ex oppositoribus descriptis si aliqui non comparent ad examen in die pro examine, & concursu deputata, nec se excusent, legitimè poterit fine eis examen & concursus fieri c. 2. §. 1. nu. 216. & seq. p. 9. vbi ponitur ratio S. Congreg.

Expectantes beneficia ratione spectatiuæ, vel resignationis debent sibi parare breuiarium, discereque modum recitandi sicuti sacris initiati, c. 1. nu. 99. par. 3.

Expositi an sint habendi legitimi, an vero illegitimi, c. 2. nu. 6. cum seq. par. 7.

Expressio mensis non est necessaria in vacatione per resignationem, siue in curia, siue extra nisi vbi resignatio non teneret, & resignatarius ex clausulis generalib. vellet capere beneficium, c. 1. nu. 667. p. 5.

Expressio mensis, in prouisionibus Episcoporum, & aliorum Ordinariorum non est necessaria, c. 1. nu. 674. p. 5.

Expressio mensis, vide infra verbo regula de expressione mensis, & verbo mensis.

Expressio dispositiue de mense vacationis, an sit facienda in prouisionibus Nuntij de beneficijs reseruatis ratione mensis vacationis, sicut in prouisionibus Papæ, c. 3. num. 138. p. 5. resoluitur quod sic, nu. 139.

Expressio eorum quæ tacite insunt non vitiat collationem, nec inducit simoniam, & sic in collatione beneficij possunt exprimi onera seu obligationes illi annexa, c. 2. nu. 14. par. 8. & ita pactio facta inter resignantem & resignatarium, vt ipse resignans possit exigere fructus ante resignationem decursos, & in exactos, non est confidentiaria nec simoniaca, &c. nu. 15. tamen id procedit secundum citatos vbi exprimuntur eo modo quo insunt, alias secus, nu. 16. sicut etiam quando fit expressio eius quod non inest vel oneris non annexi etiam pij est simonia, nu. 17.

Expressio hæresis quanta requiratur vt excommunicatio incurratur, & aliqui dicunt requiri expressionem verbo, signo, vel opere exteriori quod de se vel ex circunstantijs illam significet, seu manifestet: alioquin non incurrit excommunicationem, cap. 10. §. 1. nu. 98. p. 11. & idem tenet in effectu Nauar. & alij relati, nu. 99. & seq. etiam Suarez relatus, num. 100.

Expressio valoris maioris vero beneficij resignati facta à resignante, & resignatario, vt Papa signet supplicationem cũ maiori pensione pro resignante, non efficit eos simoniacos, vel confidentiarios, licet peccent mortaliter, & idem quoties non fuerit expressus verus valor aliorum beneficiorum obtentorum per resignatarium, super quibus imposita est pẽsio pro resignante, c. 3 nu. 40. & num. 41. p. 11. ponitur resolutio Rotæ quæ conducit ad prædicta, iuxta quam est accipienda alia citata, num. 42. & quod resignans cum reseruatione pensionis, si pensio non est valida, possit agere spolio, fuit alias resolutum, quod intelligitur iuxta dicta, nisi culpa ipsius resignantis pensio non sit valida, nu. 43.

Extrauagans ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ an obseruetur in Episcopatu Abulens. c. 1. nu. 47. p. 2. & in quibus recepta sit, & in quibus non, traditur nu. 87.

Extrauagantis ad euitanda scandala responsio, nempe extrauagantem non esse vsu receptam cum exceptione de notorio excommunicato, sed cum sola exceptione de notorio Clerici percussore iuxta literam Concil. Constant. cap. 14. nu. 41. 42. part. 7.

Extrauagantis prædictæ alia responsio, quod etiam retenta litera Concilij Basil. verius est, exceptionem de notorio excommunicato non habere locum in suspensis & interdictis notorijs, cap. 14. nu. 43. p. 7. nec potest dici esse eandem rationem nu. 44.

Exterior actus secundum alios qui est effectus interioris non tamen repræsentans in se malitiam interioris potest puniri ab Ecclesia per censuras, quia ille actus est peccatum externum, & c. c. 10. §. 1. nu. 101. p. 11. sed quod de facto Ecclesia non punit tales actus, & sic quando in actu exteriori nulla est significatio expressa, vel interpretatiua malitiæ interioris, non incurritur censura lata simpliciter contra committentes tale peccatum, nu. 102. Vnde secundum istã sententiam quamuis posset tamen de facto non punitur hæreticus, cum in actu exteriori nullo modo apparet malitia hæresis, nu. 103.

Exteriorem actum dicit author qui est effectus interioris, etiam non præsentantem malitiam interioris, posse puniri ab Ecclesia per censuras, & generaliter posse ab Ecclesia præcipi prohiberi & puniri actus exteriores, & procedentes à talibus interioribus seu quod idem est actus interiores, vt informantes aut afficientes exteriores, cap. 10. §. 1. numero 104. part. 11.


## F


Facultas data Episcopis per alternatiuam, an intelligatur, ita vt prorsus sit sublata reseruatio remissiue, capit. 1. nu. 736. par. 5.

Facultas concessa Episcopo à Concilio, sess. 24. de reform. cap. 6. competit etiam Capitulo sede vacante, cap. 7. num. 41. part. 5.

Facultas absoluendi à censuris, & panis data per Bullas seu Iubilea, non includit irregularitatem, & ita habet stylus Curiæ, cap. 11. nu. 57. p. 7. & hæc sententia confirmatur ex Iubileis quæ modo conceduntur num. 58. & approbatur in Concil. 3. prouinciali Mediolanens. nu. 59. quamuis in irregularitate contracta ratione peccati contrarium teneant aliqui, nu. 60.

Facultas absoluendi in foro conscientiæ concessa per Iubilea debet intelligi, quod virtute eorum non possit dari absolutio etiam à censuris extra confessionem sacramentalem c. 10. num. 141. par. 11.

# INDEX.


*Facultas conceſſa Epiſcopis ex decreto Concilij Tridentini ſeſſ. 24.cap.6.de reform. vt poſſint abſoluere ab hæreſi occulta in foro conſcientiæ, an ſit hodie ſublata per Bullas cœnæ Domini, Pij V. Gregorij XIII. Clementis VIII. late c.10. §.1.p.11.a nn.11.vſque ad n.136.*

*Facultas data Epiſcopis a Concilio Tridentino ſeſſ. 24.c.6.de reformatione circa abſolutionem ab hæreſi docet Emanuel Rodriguez, quod intelligatur ſolum, quando ipſe hæreticus ſolus abſque eo quod ab alio audiuerit, committit occultè crimen, nemine audiente, & non extenditur ad hæreſim occultam, quando adeſt complex, atqui Concilium non dat facultatem abſoluendi ab obligatione denuntiandi complicem, & c.c.10.§.1.n.143.p.11. ſed iſta reſtrictio non placet, nam ex vno etiam non complice non deſinit eſſe occulta, neque etiam ſi ſint plures complices, niſi ſint plures quã duo, quia per duos ſolos non probatur, nec ex eo deſtruitur machina San. officij nec tollitur obligatio denuntiandi cõplicem, & c.a n.143.*

*Facultas Inquiſitoribus conceſſa abſoluendi ab hæreſi non videtur abrogata per Bullam Cœnæ Domini, cap.10.§.1.n.120.121.p.11.*

*Facultate diſpenſandi ſuper irregularitate conceſſa ſi in ea excipitur irregularitas contracta ratione homicidij voluntarij, an ſub illa exceptione veniat homicidium voluntarium iuſtum ita vt vigore talis facultatis non poſſit in eo diſpẽſari, c.11.nu.38.p.7. & certum eſt, Epiſcopum vigore facultatis Concil. Triden. ſeſſ.24.c.6. de reformatione non poſſe in homicidio voluntario etiam iuſto diſpenſare, nam in illo ſolũ datur facultas diſpenſandi in irregularitate proueniente ex delicto, & ſic ex illo decreto non poteſt diſpenſare ſuper vlla irregularitate occulta proueniente aliunde quam ex delicto proprio, n.39. & quoad facultatem diſpẽſandi in omni irregularitate excepto homicidio voluntario certum etiam videtur non poſſe vigore illius diſpenſari in homicid. voluntar. iuſto, ſed comprehendi etiam ſub illa exceptione n.40. quamuis multi contrarium teneant, nu.41. & 42.*

*Facultate in generali non cenſetur conceſſa abſolutio ab hæreſi, vide verbo abſolutio ab excommunicatione.*

*Falſa qualibet expreſſio vitiat gratiam, etiam quam aliàs eſſet Princeps conceſſurus, cap.2.n.197.p.6. intellige, vt n.198. & ſeq.*

*Falſa expreſſio quę mouere potuiſſet Principem ad facilius cõcedendum, licet regulariter facit ſurreptitiam ſeu obreptitiam & vitiet gratiam, tamen non omnia tacita, quorum expreſſio mouere potuiſſet Principem etiam ad negandum, vitiant gratiam, ſed ea ſolum de quibus reperitur expreſsũ, & quæ ex iuris diſpoſitione exprimi debeat, vel de quibus in iure eſt cautum, quod eis expreſſis gratiam non conceſſiſſet, c.3.n.20.p.8. idem eſt in his quæ ex ſtylo Curiæ exprimi debent, n.21. quamuis Couarru. & alij contrarium teneant, à num.22. & prædicta reſolutio probatur duobus fundamentis, nu.25. & n.26. & contraria ſententia poſſet procedere in reſcriptis ad lites, ex capit. ſuper literis de reſcriptis, quod in eis loquitur, & ponitur ratio differentiæ, num.27.*

*Falſarij literarum Apoſtolicarum an ſint priuati beneficijs, reſoluitur affirmatiue ex capit. ad falſariorum de crimine falſi, ex quo etiam excommunicati ſunt, & in Bulla Cœnę caſu §. ſen 6. explicato per relatos, cap.10.§.2.n.171. par.11. & generaliter de falſarijs huiuſmodi qui ſunt videndi, n.172.*

*Familiares triennales Epiſcoporum alias ſibi non ſubditi, poſſunt ab eis ordinari ad titulum patrimonij, vel penſionis, c.5.n.80. & 81.p.2. vbi ponuntur declaratione S. Congregat. & amplia, vt num.83.*

*Familiares Papæ exiſtentes in eius ſeruitio percipiunt fructus in abſentia, c.2.n.383.p.3. quod limita in ſcriptoribus, & alijs officialibus Curiæ, n.384. ſed non percipiunt ſicut familiares Epiſcopi diſtributiones, n.385. & reſolutio Rotæ, n.386. circa indultum Subcollectorum.*

*Familiares Cardinalium excuſantur a reſidentia ſecundum aliquos, c.2.n.387.p.3. Sed contrarium traditur n.388. & quod in exiſtentibus in ſeruitio Regis, n.389. & ſequen. Et quod de Capellanis Regum dicit Nauar. c.25.n.125. declaratur, n.391.*

*Familiaris ſi habens regreſſum, acceſſum, vel coadiutoriam ante vacationem decederet; aut non eſſet familiaris vacationis tempore, tale beneficium non includeretur in hac regula, niſi in literis eſſet decretum, quod ex nunc plenum ius ſibi acquiſitum exiſteret. ca.1.num.304. cum ſeq.p.5.*

*Familiares an dicantur, fratres vel nepotes Cardinalium, qui ſunt eorum commenſales ad effectum huius regulæ, c.1.n.313. cum ſeqq. & reſoluitur quod non.*

*Familiares licet variè accipiantur, propriè tamen ſunt deputati ad ſeruitium domini, c.1.n.314.p.5. amici autem & ſimiles non ſunt familiares, n.316 nec etiam Vicarij, nec proniſores Cardinalium n.318. cum ſeq. nec viſitatores, & alij officiales, n.314. & quid in familiarib. familiarium habentibus partem a Papa vel Cardinali, n.325. cum ſeq. & an in beneficijs Cubiculariorum honoris, qui habent partem panis in Palatio, procedat regula, n.333.*

*Familiaris habens beneficium reſeruatum, an poſſit dimiſſo eo optare aliud: & poſito quod poſſit, vtrum dimiſſum maneat reſeruatum an potius optatum, cap.1.n.334.p.5. cum ſeq.*

*Ferretus improbatur, dicens per verba fundationis, quod eligatur ſeu præſentetur Sacerdos, non requiri ſacerdotium actu tempore electionis ſeu præſentationis, ſed ſolum aptitudine, niſi quando Ordo Sacerdotij ſuis annexus per verba negatiua, ſeu annullatiua, & prohibitiua, cap.1.n.61.par.7.*

*Fidei profeſſio facienda etiam eſt, a quo promouendis ad Epiſcopatus, & Dignitates conſiſtoriales, cap.3.n.2.p.3. & a promouendis ad Doctoratum, vel ad alium gradum n.3. limita, vt n.4.*

*Fidei profeſſio fieri debet iuxta formam traditam a Pio IV. c.3.n.5. & 6.p.3. Quod extendit ad quoſcumque Prælatos etiam regulares, & intelligit, vt n.7. & an promiſſi de dictis beneficijs ante Concilium tenerentur facere profeſſionẽ fidei, n.8.9. & 10. & an extendatur ad Canonicos, ſeu Dignitates in Eccleſijs Collegiatis, n.12. reſoluitur, quod non, nec ad Portionarios, etiam ſi habebant vocem in Capit. nec ad Beneficarios ſimplices, num.13. & 14. nec ad perſonatus, & officia Cathedralium, nu.15. eam tamen profeſſionem facere tenentur Canonici regulares Eccleſ. cathedralium, n.16.*

*Fidei profeſſionem qui ſemel emiſit, an in adeptione alterius beneficij teneatur emittere, c.3.n.17.18. p.3. reſoluitur, quod ſic idque ſponte & abſque monitione, n.19.20. etiam ſi ſit exemptus, n.21.*

*Fidei profeſſio, an poſſit fieri coram Vicario Epiſcopi, eo non impedito, cap.3.n.22. & ſeq.p.3. Et an ſi promiſi de Canonicatibus, vel Dignitatibus fecerint eam in Capitulo præſẽte Epiſcopo. ſatisfaciant abſque eo quod eam iterum faciant coram Epiſcopo, n.24. & quid ſede Epiſcopali vacante, n.25. cum ſeq.*

*Fidei profeſſionem facere debet prouiſus de beneficio Curato, coram Vicario Capit. ſede vacante, & non coram Capit. c.3.n.28.p.3.*

# INDEX.


*Fidei prouisionem intra duos menses non emittens, an teneatur postea emittere, resoluitur quod sic, c.3.n.29.p.3. & an possit ad quærendos fructus præteriti temporis, vel futuri, n.30. & 31. & quid in eo qui nondum accepit possessionẽ, stat tamen per eum, n.32. & vide n.76.*

*Fidei professionem non emittens an in conscientia teneatur fructus restituere, etiam non interueniente sententia, c.3.n.31. p.3. resolue quod sic, & qui sunt huiusmodi fructus amissi applicandi, n.36. cum seq. & debens illos non potest se cũ Cap. componere n.44. et quid de distributionibus cotidianis, n.58. cum seq.*

*Fidei professionem facere debentes, an teneantur illam ostendere, c.3.n.47. cum seq. p.3. & an Canonici habeantur pro præsentibus de licentia Cap. ante factam professionem, nu. 50.51. vbi resoluitur negatiue, & amplia, vt n.52.*

*Fidei professio an fuerit facta, non solet attendi quo ad capiendam possessionem, maxime in absentibus, c.3.n.56 p.3.*

*Fidei professionem non facientes, an peccent mortaliter, c.3. n.64.p.3. & quid si ob ignorantiam eam omiserint, n.66. cum seq. p.3.*

*Fidei professio fieri debet corporaliter, id est, talis scripturis, c. 3.n.71. cum seq. p.3.*

*Fidei professio non fit per procuratorem, ex sententia Rotæ, c.3 n.74 p.3. & traduntur decisiones, n.75.76. & 77.*

*Filij habiti ex incestu, quorum parentes postea contraxerunt matrimonium ex dispensatione Papæ cum Ecclesia, prolem susceptam, si qua est, & suscipiẽdam exinde legitimam decernendo, an efficiantur legitimi per subsequens matrimonium, quo ad omnia etiam ad successiones, fideicommissa, & maioratus, an vero legitimatio ista censenda sit sicut si esset facta a S. Pontifice separatim absque matrimonio, ita vt solum prosit ad spiritualia, & Ecclesiastica, c.n.49.p 7. vbi ponit sententiam Couar. & aliorũ censendum esse eo iure quo censeretur si esset facta separatim, & c. Sed contrariũ tenetur, n.40. vbi ponuntur decisiones Rotæ.*

*Filij illegitimi an possint obtinere beneficia vnita Ecclesiis, quas obtinuerunt seu obtinent eorum patres, seu Ecclesias filiales, & ab illis dependentes, c.3.n.61.p.7. super quo ponuntur declarationes S. Congr. n. 62. quæ planè procedunt quo ad Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia distincta à matribus, tunc enim rectè potest filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit seu habeat matricem vel è contra, nisi habens vnam, habeat ministrare in alia, n.63. quo ad beneficia vero vnita faciunt difficultatem dictæ declarationes, vt in n.64. quæ difficultas resoluitur, n. 65.*

*Filij illegitimi Clericorum non prohibentur cum suis patribus habitare, c.3.n.74.p.7.*

*Filij illegitimi in Ecclesiis vbi eorum parentes beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, non possunt quodcunque etiam dissimile obtinere secundum tempus Concilio Trident. iuxta decretum sess. de reformatione, ca. 15. vbi neque in dictis Ecclesiis ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum quæ parentes eorum obtinent vel alias obtinuerunt habere. & c.c.3.n.13.p.7. quod decretum in multis differt a iure communi, vt in declaratione S. Congr posita, n.14.*

*Filij illegitimi naturales efficiuntur quo ad omnia præter Cardinalatum verè legitimi per subsequens matrimonium, capit. 2. num. 28. part. 7. etiam sine instrumentis dotalibus de iure Canonico, n. 29. etiam per matrimonium putatiuũ bona fide saltim vnius coniugum contractum contra Sarmientum, n.30.*

*Filij illegitimi non legitimantur per subsequens matrimonium clandestinum vel interdictum; nam tunc non legitimantur per ipsum, cap.2.n. 31. par. 7. per quod tamen legitimantur si est validum, num.32.*

*Filij presbyterorum a beneficijs paternis, Ecclesiæque paternæ specialiter repelluntur. cap.3.nu.1.p 7. de quibus cum agitur, an possint succedere in beneficio patris, seu obtinere beneficia in Ecclesia paterna, cætera habilia supponuntur, & sic illis esse aliàs habiles seu dispensatos ad obtinenda beneficia, n.1.*

*Filij presbyterorum ex fornicatione nati, secundum tempus Constitutionis Clementis VII. nullo tempore quoquo modo obtinere possunt beneficia, quæ eorum parentes in titulum vel commendam, aut administrationem seu vt alijs perpetuo vnita aliquando obtinuerunt, & sic nec immediatè, nec mediatè, & c.c.3.n.9.p.7. hanc constitutionẽ Clem. VII. limitant Rota. Primò, non procedere in beneficijs quæ patres dimiserunt, ante illam constitutionem. Secundo, quãdo beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & postea fuit factus Canonicus, & sic erat aliud beneficiũ, n.10. sed prima limitatio non placet, n.11. & dicta constitutio habet locum in Clerico non presbyteri, & in filio nato ante Clericatum ex Rota. n.12.*

*Filij presbyterorum secundum tempus decretalium etiam legitimi non poterant immediatè succedere in beneficio patris, nisi ex dispensatione Papæ, mediatè verò poterant succedere, c.3.n.3.p.7. quod procedit non solum in filijs presbyterorum, sed etiam eorum qui in minoribus sunt constituti, n.4.*

*Filij spurij putatiui naturales non legitimantur per subsequens matrimonium etiam verum contra alios c.2.n.33.p.7. cuius ponitur, n. 34.*

*Filius Clerici an possit obtinere beneficium, olim a patre aliquandiu possessum sine legitimo titulo, & minus pacificè, cap.3.nn.58.p.7. resoluitur non posse, nec etiam obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater aliud possederit, licet sine Canon. titulo.*

*Filius eius qui habuit titulum & prouisionem beneficij, non possessionem, an dicto decreto Concilij comprehendatur, cap.3. a nn.54. par.7. Resoluitur negatiue, & adduntur declarationes S. Congreg. & sufficit quod habuerit possessionem nec requiritur quod pater ministrauerit in Ecclesia seu beneficio, n.57.*

*Filius, & pater non prohibentur celebrare Missam in eadem Ecclesia cum non habent beneficium, cap.3.n.73.p.7. vbi ponuntur declarationes S. Congreg.*

*Filius, & pater vbi tempore Concilij obtinebant beneficia in eadem Ecclesia, an filius præcisè teneretur beneficium resignare aut permutare infra tres menses, nec sufficeret patrem infra illud tempus suum beneficium dimittere, cap.3. num.75. par. 7. vbi resoluitur, filium præcisè teneri sine alia monitione sub pœna priuationis ipso iure, & ponuntur declarationes Sanct. Congregationis, Pius tamen IV. extendit dictum terminum ad sex menses, numero 76. & adeo filius teneretur resignare in dicto casu, vt procederet et amsi non posset permutare, nisi ex gratia cum aliquo dispensaretur vt in declaratione Sanct. Congregationis posita, numero 77. procedit etiam, licet super beneficio filij aliquis haberet regressum quo casu oblata illi resignatione cum honesta pensione, & non acceptata, poterit cum ea alteri resignare suspenso interim regressu vt in declarationibus S. Congreg. positis, n. 78.*

*Filius illegitimus an possit obtinere beneficium in Ecclesia in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis quam in alia Ecclesia obtinebat, c.3. n.66. p.7. vbi resoluitur negatiue & ponitur declaratio Sacra Congregationis, quod procedit etiamsi nunquam actu sedisset in talisede, nn.67.*

# INDEX.


*Filius illegitimus an possit canere tanquam musicus simplex seu alias ministrare in Ecclesia in qua pater habuit vel habet beneficium c.3.nu.68.par.7. vbi resoluitur non posse, & ponuntur declarationes Sanct. Congregationis, vnde non potest obtinere beneficium ratione cuius habet aliquod ministerium seu seruitium facere in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus &c.nu.69.nisi posset seruire per substitutum,num.71.*

*Filius illegitimus maximè spurius in Ecclesia patris viuentis non poterit etiam ex dispensatione Episcopi habere Canonicatum,seu aliud beneficium:secus in legitimo,caput. 3.n. 6.p.7.quamuis in hoc aliter loquantur Abbas & alij, nu. 7.& quod dicunt Fel.decis.& Selua cum Calderino accipiendum est de legitimo,nu.8.*

*Filius illegitimus non prohibetur à Concilio obtinere pensiones super beneficijs Ecclesiæ paternæ, capit.3.numero 39. part. 7.*

*Filius illegitimus non prohibetur in Ecclesia paterna ministrare,quando ministraret, & celebraret ibi ex deuotione, & voluntariè, non ex officio vel salario, cap. 3. numero 70. part. 7.*

*Filius illegitimus non prohibetur ministrare, & habere beneficium in Ecclesia in qua pater ministrauit & inseruiuit,etiam tanquam Capellanus, non tamen habuit titulum beneficij,seu tanquam Vicarius temporalis,c.3.nu. 72. p. 7. vbi ponitur declarat.S.Congr.*

*Filius qui antè Concilium obtinuit beneficium in Ecclesia in qua pater eius olim fuit beneficiatus an possit post Concilium ad aliud beneficium ascendere seu transire post optionem vel alias,c.3.p.7.à nu.52.resoluitur negatiue & adducuntur declarationes S.Congregationis.*

*Flaminij Parisij dictum non videtur verum, quòd si priuilegium conferendi concessum fuerit ab eo cuius iurisdictioni tantum detrahitur, venit facultas destituendi,& per consequens recipiendi resignationem,nisi addatur dictio taxatiua,nam & Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi non potest recipere resignationes secundum eundem Flaminium Paris.c.3.§.3.nu.263.par.11.*

*Flam.Paris.& Zech. improbantur dum dicunt in resignatione Archidiaconatus qui habet vocem in cap.faciendam esse mentionem de hoc,c.1.nu.50.& 51.p. 7. Respondetur eudem decisioni Palcotti.*

*Flaminius Parisius & alij improbantur,capit.1.numero 62. part. 7.*

*Flam. Parisius improbatur dum dicit decreta Concilij omnia habere decretum irritans ex constitutione Pij IV. super eius confirmatione,c.3.nu.13.p.9.*

*Flamin. Paris.improbatur dubitans an hodie Episcopi possint admittere permutationes beneficiorum,quia dicta constitutione Pij V. 58. v. ad hæc, expressè id conceditur ordinarijs,c.4.à num.62.p. 11.& cessat iam dictum Mandosij, quod permutationes in manibus Papæ tantum fieri poterant ex alia bulla Pij V.nu.94.*

*Fœminæ ex priuilegio possunt habere ius conferendi, cuius incapaces sunt de iure,c.1.nu.622.p.5.*

*Fœmina acquirere,& habere potest ius patronatus, capit. 9. nu.142.cum seq.p 5.*

*Fori priuilegio an gaudeant habentes pensionem remissiuè, c. 2.nu.15.par.2.*

*Fori priuilegio an gaudeant clerici minorum habentes beneficium,cap.2.nu.1.& 2.p.2.*

*Forma Capit.quia propter de delicto,& Conc.Trid sess.25.de regul.cap.6.non requiritur in electione Vicar. Capit.c. 7. nu.21.p.5.contra Fuscum,nu.22.*

*Forma breuis est omnino obseruanda,c.3.nu.40.p.6.*

*Forensis seu alienigena,si impetrat beneficium non faciat mentione de loco suæ originis,seu de sua diœcesi, gratia est surreptitia,c.19.nu.16.p.7.*

*Formam à iure,statuto,consuetudine, vel fundatione præscriptam oportet in prouisione beneficiorum obseruare, aliàs nulla erit,nam forma non seruata corruit actus,c.1.nu.1. p.9.quod procedit etiam in foro conscientiæ, in quo non poterit acceptari,nec retineri beneficium prouisum non seruata forma requisita,nu.2.contra Flam.Paris. vbi eius dicta videntur falsissima,nu.3.*

*Forma Capituli si de electione in 6. seruanda est in institutione præsenti: vnde institutio facta non proposito edicto, est nulla,nam illud caput etiam in institutione procedit,c.4.nu.1. p.9.& procedit etiam in canonicatibus,& prabendis,aliisque simplicibus beneficijs,nu.2.& num. 3. ponitur decisio Rotæ,& nu.4.allegantur aliæ decisiones,& nu.5.& 6. adducuntur resolutiones Rotæ.*

*Forma nulla specialis à iure præscripta reperitur in prouisione beneficiorum simplicium spectantium ad liberam collationem ordinariorum etiam inferiorum Episcopo,cap. 3. num. 2.par. 9.nec in collationibus beneficiorum requiritur citatio, aut vocatio etiam per edictum, numero 3. nec de iure requiritur concursus, sed sufficit vt is cui prouidetur, sit idoneus.*

*Forma obseruanda in concursu parochialium omitti nõ potest, etiamsi Episcopus velit parochialem conferre personæ,quãtumcumque & notoriè doctæ & idoneæ,c.2.nu.102.p.9. & etiam vicario vel doctori,siue licentiato in Theologia, seu iure Canonico,&c.ex Sacr.Congreg.*

*Forma præscripta à Concil. Trid. de examine per concursum seruanda est in prouisione parochialium, cap. 2. numero 1. par.9.& Pius V. in sua constitutione super collatione parochialium statuit omnes prouisiones præter & contra dictam formam factas,nullas esse,&c.numer. 2.& ponitur d.constitutio,nu.3.*

*Forma vbi in alienatione rei Ecclesiæ fuit seruata,& iuris solemnitas,in dubio præsumitur facta ex causa iusta cap.2.§. 1.numero 142.part. 12. quamuis quando fuit processum parte non vocata, etiam si sit in possessione qui obtinuit vnionem, contra teneat Aegidius & practicabilia Rotæ, num.143.*

*Fructus pensionis Ecclesiæ non possunt vendi,aut locari vltra tres annos,c.1.nu.37.p.2 limita,vt nu.38.*

*Fructus beneficiorum obuenientes tempore vacationis,debent futuris successoribus reseruari, nisi in vtilitatem Ecclesiarum expendantur,cap.1.num.89.par.2.& declaratur Zerola,num.90.*

*Fruct. Episcopatus in Hispania sede vacante ad Cameram spectant,c.1.nu.91.p.2.*

*Fructus quomodo diuidantur inter beneficiatum defunctum, & successorem examinatur, cap.1.nu. 94. vsque ad num. 100.par.2.*

*Fructus pensionis mortuo pensionario quomodo, & quatenus debeantur illius hæredibus,seu diuidantur pro illo anno traditur,c.1.nu.105.vsque ad 124.p.2.*

*Fructus ammissi ob non residentiam, restituendi sunt Fabricæ Ecclesiarum,aut pauperibus loci,nec habet locum compositio cap.2.nu.30.p.3.& quid in Episcopo restituente, & in parocho,nu.31.& seq.*

*Fructus annorum præcedentium qui hoc anno diuiduntur debentur Canonicis, qui nunc sunt & non qui erant illis annis,c.2.n.429.p.3.*

*Fructuum tertia pars accipienda est secundum verum valorem currentem, & non secundum taxam, cap. 2. numero 467.part.3.*

# INDEX.


*Fructuum appellatione propriè & verè non continetur præsentatio, & collatio beneficiorum, c.1.n.691.p.5.*

*Fructus omnes decursi a die vacationis debẽt restitui, nec possessor beneficij reseruati eos suos facit, c.3.n.115.p.6.*

*Fructus & distributiones perceptas, restituere tenetur intrusus in Canonicatu, & Præbenda, præparatione brevis, etiam si non sit facta protestatio, cap.3.a nu.116. cum sequ. p.6. & non perceptas ob non residentiam, quando ipsimet facta fuit legitima protestatio n.120. limita, vt num.121. cum seqq.*

*Fructus veniunt in condemnatione, & restitut. quando Canonicus fuit habitus pro præsenti, & numeratus ratione negotiorum Ecclesiæ: secus quando non fuit habitus pro præsenti; sed fructus sunt illi dati pro salario, cap. 1. num. 123. & seq. p.6.*

*Fructus & distributiones quos capitulum percipit, quia nullus residet, an pendente lite, seu controuersia contra intrusum, super executione brevis sint deponendi, seu sequestrandi & restituendi victori, c.3.à n.125.p.6. & resolvitur negative quicquid dicat Sallustius Tiberius, vt n.129.*

*Fructuum perceptio ad effectum liquidationis quomodo probetur, traditur, c.3.n.139.p.6.*

*Fructus amissi per excommunicatum ad quem pertineant, doctores communiter dicunt quod in vtilitatem Ecclesiæ sunt conuertendi. c.13.§.1.n.134.p.7. & sub Ecclesiæ vtilitate comprehenditur subuentio pauperum, licet non sit necessarium vt aliqua pars fructuum in vsus pauperum expendatur, contra Suarez, à n.135.*

*Fruct. quando amittat excommunicatus, vide verbo, excõmunicatus amittit, & verbo, excommunicatus canonicus cum seq.*

*Fructuum perceptio per resignantem, post resignationem licet inducat præsumptionem confidentiæ purgatur tamen cõstito de causa ex qua fuerunt percepti, nam contra quatuor cõiecturas positas a Pio V. admittitur probatio in contrariũ, c.3.§.2.n.197.p.11.*

*Fundatur Capellaniæ ad nullum amouibilis potest repellere Ordinarium ab administratione in Cura, & visitatione eiusdem; nisi in casu negligentiæ, cap.2.n.98 part.1. Sed non censetur excluſus ex eo. quod in fundatione alicui committatur visitatio, num.99. nec contrarium censuit S Congregat. in quadam declaratione, nu. 100. licet in terminis brevis Pauli V. censeatur excluſus a visitatione Priorum operum de Oropessa, n.101.*

*Fundator vbi constat quod noluit facere Capellaniam collativam, & beneficium, nõ videtur sufficere fuisse collatam vt Beneficium spatio 40. annor. sed requiritur immemorialis, c.2.n.115.p.1. sed contrarium tenetur. n.116.*

*Fundare ecclesiam propriè dicitur, qui fundum dat seu assignat in quo Ecclesia construatur, c.9.n.39.p.5.*

*Fundans construens vel Ecclesiam, seu beneficium acquirit ius patronatus etiam si illud non reseruauerit, dummodo expresse non remiserit c.9.n.62.p.5.*

*Fundans Ecclesiam, seu Capellam, potest in totum, vel pro parte remittere ius patronatus, & limitare illud in præiudicium hæredũ, vel descendentium vt sibi placuerit, c.9.nu. 63.p.5. quod intellige secundum Rotam, n.64. & 65.*

*Fundator si relinquat ius patronatus filio suo, & descendentibus, & ille discedat sine descendentibus relicto hærede collaterali, vel extraneo, transibit in talem hæredem, & idem in simil.bus, c.9.n.66.p.5. & idem est si testator sibi, vel alij reseruauerit n.67.*

*Fundator licet ab initio possit remittere ius patronatus, vel illud ordinare prout voluerit, eo tamen in esse deducto authoritate ordinarij, non poterit illud mutare, ca.9.n.68.p.5. nec illud renunciare se auferre in præiudicium c.seq. nu. 69. & 70.*

*Fundationi & ordinationi sacerdotium actu requirenti an cẽseatur derogatum per clausulas generales derogatorias, in literis Apostolicis positas non obstantibus statutis, &c. c. 1.n.116.p.7. Resolvitur per dictas clausulas censeri derogata, seu dilata statuta Ecclesiarum, etiam confirmata sacerdotium actu requirentia, ita quod possit huiusmodi beneficium consequi licet non sit sacerdos, dummodo sit ætatis legitimæ ad sacerdotium, non tamẽ censeri derogatum fundationi & ordinationi testatoris, nec fundationi etiam clerici, contra aliquos.*

*Fundatio laici id habet speciale, vt non censeatur ei derogatũ, etiamsi in clausulis derogatorijs dicatur, etiam non obstãtibus fundationibus, &c. c.1.n 122.p.7.*

*Fundator potest apponere conditionem, vt conferantur Capellaniæ, seu beneficia consanguineis, cap 15.nu.3. par.7. & est omnino seruanda in prouisione beneficij, nu.4. & 5. vbi ponitur decisio Rotæ, & aliter facta præsentatio, seu prouisio de non habente prædictam qualitatem parentelæ, seu consanguinitatis, est inualida, nu.6. quod accipiendum est contradicente & opponente se aliquo consanguineo, & sibi fieri prouisionem petente: aliàs enim præsentatio, seu prouisio aliter facta, sustineretur, nisi aliter dicatur ex defectu potestatis, quia potestas conferendi erat concessa cum limitatione, n.7. & 8. vbi ponitur decisio Rotæ.*


G


*Gabrielis Vazquez sententiam author non admittit, docentis posse nos operari contra nostram opinionem, & sequi opinionem contrariam quam viri docti sequuntur, & communiter existimatur non continere errorem, sed adhuc probabilitatem habere, quamuis ex propriis & extrinsecis principijs & rationibus non probetur, &c. cap. 5.§. 4. num. 360. par. 11. nam quamuis possit sequi opinio probabilis relicta probabiliori num. 361. quod etiam procedit in iudice qui potest iudicare, secundum opinionem probabilem relicta probabiliori, non ex parte facti, sed iuris, num. 364. tamen ea opinio probabilis est, quam asserunt viri sapientes & confirmant optima argumenta, quæ sequi nihil improbabile est, & sic debet esse conformis, non solum existimationi sapientum, sed etiam rectæ rationi, n.363. Et vt possit quis sequi opinionem probabilem, debet eam iudicare veram probabiliter, etsi non veriorem, nec id repugnat etiã ex propriis principijs & rationibus, num. 364. & sententia Gabrielis Vazquez solum videtur vera, in subdito obediẽti superiori, & c.n.366.*

*Gambarus credit dispensatum, ex Clementina si plures de prębendis, vt possit tenere quartum beneficium ad annum, si completo anno istud non dimittit, vacare alia tria cap. 5.§. 1.num.179.p.11. Sed contrarium tenuit. Rota in decisione posita, n.180.*

*Gesta ab eo qui est privatus beneficio, seu officio ipso iure non valent si privatio est notoria, quæ tamen alias deberent valere, secundum DD. communiter, c.10.n 27.p.11.*

*Glossa Magnæ doctrinæ in c. nisi cum pridem. de renunciatione. quod omne peccatum, quod ipso iure irrogat infamiam, impedit executionem ordinis etiam post peractam pœnitentiam, improbatur, c.8.n.67.p.7.*

*Gradus aliquis Doctoratus, vel licentiæ, &c. licet de iure communi antiquo in nullo beneficio requiratur, tamen hodie ex Conc. Trid. in aliquibus requiritur gradus, c.7.n.31.p.7.*

*Gradus etiam sine scientia competens sufficit ad beneficia, seu dignitates requirentia gradum, cap. 7. numero 50. p.7. nõ*

*pamen gradus contra Academiæ ſtatuta vel conſuetudines, vel alias nulliter receptus, n. 51.*

*Gradus non requiritur ad decanatum, quia id nullo Concilij decreto ſtatutum eſt, ex S. Congregatione, c. 7. n. 43. p. 7.*

*Graduum computatio, vide verbo, computatio.*

*Gratia de beneficio ſimplici vacante per obitum N. capiet præſtimonium vacans per obitum illius, ſi non fuit dictum eſſe ſeruitorium, c. 2. n. 120. p. 1.*

*Gratia penſionis inſtificari debet, quando non agitur contra eum qui penſioni conſenſit ſed ſucceſſorem, & traditur deciſio Rotæ, c. 5. n. 456. p. 1.*

*Gratia quando eſt conditionalis, vel modalis, licet agatur contra eum qui penſioni conſenſit inſtificanda eſt, cap. 5. n. 458. & 466. p. 1,*

*Gratia facta de beneficio, cuius ſumma viginti vt aſſeritur nō excedit, quando exceſſus eſt minimus impetranti debetur, ſic explicata deciſ. Rotæ, c. 5. n. 505. & ſeqq. p. 1.*

*Gratia perinde valere facta lite pendente non facta mentione litis eſt nulla, c. 3. n. 35. par. 4. & per clauſulam literarum principalium, & ſuper eo inter aliquos lis, &c. Solum cenſetur facta mentio litis quæ alias eſt ſuper beneficio, nō vero litis quæ eſt occaſione literarum, n. 35.*

*Gratia conditionalis, ante euentum conditionis, non afficit beneficium, &c. c. 1. n. 153. p. 5.*

*Gratia prior non inſtificata, non præiudicat poſteriori, c. 3. n. 192. cum ſeq. p. 5.*

*Gratia ſi neutri, &c. quamuis ſit conditionalis, & habeat duplicem conditionem, & impetrans debeat vtramque verificare, c. 2. n. 212. p. 6. Tamen quoad non ius alterius ſatis dicitur inſtificata ex eo quod tali iure in actis non conſtat, n. 214. cum ſeqq. limita quando aduerſarius nititur prouiſione Ordinarij quæ non eſt inſtificanda, n. 219. cum ſeqq. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Gratiam habens ab Ordinario, non tenetur eam inſtificare, quia ordinarius prouidet Motu proprio Eccleſijs, non perſonis, & cenſetur informatus de qualitatibus ſubditorum, c. 2. a n. 121. p. 6. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Gratia de prouidendo in forma dignum, an expiret morte papæ concedentis re integra, c. 2. a n. 296. p. 6. & reſoluitur contra aliquos non expirare, n. 300. cum ſeqq.*

*Gratia ad Beneficium vacaturum incertum non expirat morte papæ ante vacationem etiam re integra, quando non cōmittit executori prouiſionem, ſed ipſe confert ex nunc, pro vt ex tunc, cap. 2. à num. 305. p. 6.*

*Gratia ſi alicui ſit conceſſa per quam committitur aſſignatio certæ penſionis, non expirat morte Papæ re integra, cap. 2. num. 306. p. 6. ſecus verò ſi committeretur aſſignatio penſionis certæ, vt num. 310.*

*Gratia & mandatum, an expiret morte concedentis deque eius materia remiſſiue, cap. 2. num. 336. par. 6.*

*In Gratioſis omnia narrata verificanda ſunt c. 2. num. 189. cum ſeq. p. 6 quamuis in reſcriptis ad lites, ex pluribus narratis ſatis ſit vnum verificare, quod ſufficeret ad mouendum Principem, à num. 191. ampliat in materijs componendis, pro quibus ſequitur compoſitio. num. 194.*

*Gratia de beneficio vti vacante tali menſe, non valet, ſi vacauit in alio, nec poteſt capi beneficium ex clauſulis generalibus, niſi ſaltem de facto verificetur vacatio in menſe narrata, c. 1. nu. 55. & ſeq. p. 11. vbi adducitur reſolutio Rotæ, quod procedit ſine dubio, quando beneficium vacaſſet in menſe reſeruato, nec eſſet aliàs reſeruatum alia ratione, propter regulam de expreſſione menſis, num. 57. vbi ponitur reſolutio Rotæ, procedit etiam, quamuis menſis narratus eſſet reſeruatus, & vacaſſet in menſe ordinario, vt alias eſſet reſeruatum beneficium, num. 58. & num. ſeq. ponitur reſolutio Rotæ, quamuis alias Rota teneat, non deberi verificari menſem vacationis reſeruatum, narratum, nudato concurſu prætendentium, vt in reſolutionibus adductis à num. 60. Sed verius eſt etiam, tunc debere verificari ſaltim ſomiplene, num. 63.*

*Gratia & beneplacitum Papæ, vt experſa fierent per reſignatarium obtenta ex falſa cauſa expreſſa in ſupplicatione, nulla quia fuit dictum, attenta paupertate reſignantis, præcedente tractatu, eſt confidentialis, niſi illa clauſula fuiſſet poſita in ſupplicatione à reuſoribus inſcijs reſignante & reſignatario, cap. 3. §. 2. num. 149. p. 11. ſed obijcitur quod dictum eſt ſupra numer. 40. de expreſſione valoris maioris vero beneficij reſignati, nu. 150. quæ doctrina concordantur, num. 151.*

*Gratia facta de aliquo beneficio, habenti aliud incompatibile, ſeu ius ad illud, bodie in ea apponitur decretum, quod infra duos menſes primum dimittere, ſeu iuri cedere in manibus Romani Pontificis omnino teneatur, alioquin ambo vacent eo ipſo, &c. cap. 5. num. 55. par. 11. per quam clauſulam tacitè diſpenſatur, vt per illos duos menſes poſſit retinere primum cum ſecundo, & ideo ratione illius bulla plus taxatur, quæ maior taxa excuſatur expediendo bullam cum clauſula, quod ſi habita poſſeſſione, quam primùm dimittere teneatur, num. 56. quamuis etiam iſta clauſula importare videatur, quod non vacat primum per aſſecutionem & poſſeſſionem ſecundi, interim dum fit dimiſſio in manibus Papæ, num. 57.*

*Gratia non facta mentione de fructibus malè perceptis, non ſuffragatur, cap. 14. §. 3. num. 229. par. 11.*

*H*

*H*Abens duas Dignitates, in qua debeat reſidere diſputatur, c. 2. n. 185. p. 3. & quid in habente duo beneficia ex diſpenſatione, n. 186.

*Habens ante Concilium coadiutoriam cum futura ſucceſſione in Eccleſia paterna, an poſſit ſuccedente vacatione, poſt Concilium ſuccedere in tali beneficio vigore coadiutoriæ, cap. 3. n. 81. par. 7. reſolnitur non poſſe. & nu. 82. ponitur declaratio S. Congreg. & num. 83. deciſio Rotæ, & idem eſſet in acceſſu, num. 84. Sed contra obijcitur quædam declaratio S. Congreg. nu. 85. cui ſatisfit ex alia declaratione poſita, n. 86.*

*Habens canonicatum, ſeu dignitatem, cui ſit vnita parochialis acceſſoriè, perpetuo debet reſidere in canonicatu, ſeu dignitate, & non in parochiali, c. 2. n. 23. p. 12. & adducitur declaratio S. Congr. n. 24. & declaratur alia quæ videtur contraria, n. 25. & non requiritur ætas 25. annor. quæ in parochiali requiritur, ſed ſufficit ætas alias in canonicatu, ſeu dignitate requiſita, n. 26. & in reſignatione ſufficit facere publicationem in Eccleſ. beneficij principalis, vbi fieri debet, n. 27.*

*Habens inſtituere, vel confirmare, aut conferre beneficia permutata, ſi ſit negligens & differat, ſeu recuſet id facere, recurrendum eſt ad ſuperiorem, qui tempus præfigat, quo elapſo ipſe ſupplebit, vel compellendo, vel inſtituendo c. 4. n. 5. p. 10. quidquid dicant Bellamera & Gimon relati, nu. 6.*

*Habens iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem eo ipſo videtur habere ius congregandi ſynodū, niſi aliud ſit in contrariū, c. 2. §. 1. n. 139. p. 9. & quāuis habeant ius cōgregandi ſynodum ſi nondū illā congreganit, aut examinatores nō deputauit ſpe Habit cōcurſus ad Epiſcopū, intra cuius fines, ſeu diœceſim parochialis exiſtit, ſeu ad viciniorem, num. 140. quod tamen videtur ceſſare ſemel congregata ſynodo, & in ea deputatis examinatoribus licet illi extincti fuerint,*

*ſed*

# I N D E X.


*ſed tunc fieret deuolutio ad Papam, numero 141.*

*Habens re vera ſufficiens patrimonium arbitrio prudentum, qui probauit habere meius ad ſatisfaciendum Epiſcopo qui plus petebat, non poteſt dici ordinatus ſine licentia Epiſcopi, & propterea ſuſpenſionem incurriſſe, etiamſi cum eius licentia fuerit ab alio Epiſcopo ordinatus contra Ledeſmã, c.3.num.8.p.8. & qui ob fictium patrimonium ſic ordinatur, non incurrit ſuſpenſionem latam contra eos qui abſque licentia proprij Epiſcopi ordinantur, num.9.*

*Habenti duo, vel plura beneficia incompatibilia ſi conferatur aliud, eius poſſeſſione adepta pacificè vacant etiam omnia prima iuxta Clement. ſi plures de præbendis c.5.§.1.num. 169.par.11.contra quam obijcitur, c.ordinarij §.in conferendis.de officio ordinar.in 6.ex quo enim collatio tertij non tenet, non poteſt inducere vacationem priorum, num.170. reſpondetur quod licet collatio tertij non valeat, tamen eius poſſeſſione pacificè adepta vacant priora ex c.eum qui, p.1. de præbendis in 6.num.171. & idem erit ſi per prouiſum ſteterit quominus eam adipiſceretur, quamuis collatio non valeat, niſi antea ei renuntiauerit, num.172.ſed verior eſt contraria ſententia gloſſa, num.173.*

*Habere copulam penetrando vas, etiam ſine ſeminatione intra ipſum vas, ſufficiet ad effectum contrahendi impedimẽtum inceſtum, c.3.nu.98.p.8. ſicut ad rationem adulterij, & petendi diuortij ſufficeret ſimilis copula, nu.99 licet ad contrahendam affinitatem requiratur copula conſummata per quam ſeminetur intra vas, num.100. & ad conſummationem matrimonij, num.101. quamuis contrarium in propoſito teneant aliqui, num.102.*

*Habilitas perſona, vide verbo, beneficium, quando debet conferri.*

*Hæretice credentes, receptatores & defenſores ipſorum non ſolum, ſed & ipſorum filij, & nepotes priuantur ipſo iure beneficijs obtentis tempore commiſſi criminis, ita quod non ſolum ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia, ſed etiam ipſo iure priuantur obtentis, c.10.§.1.num.72.p.11. quæ ſententia fundatur ex iuribus & conſtitutionibus Pontific. relatis num.73. & ex relatis num.74. licet contra teneant alij relati, num.75. & 76. Sed prima ſententia tanquam magis de iure verior, & communiter recepta amplexa eſt à Rota, quæ dicit procedere etiam in penſionibus, num.77. & præmittens communem concluſionem, filios natos ante hæreſim pœnis canonicis affici & comprehendi, contra alios, num.78. quæ deciſio ponitur num.79.*

*Hæretici ſunt excommunicati de iure antiquo, ſed illa excommunicatio non eſt reſeruata, cap.10.§.1.num.88.par.11. excommunicantur etiam excommunicatione reſeruata in Bulla Cœnæ Domini primo caſu, quem explicant relati, num.89. & an ſit vna, vel plures excommunicationes remiſſiuè, num.90.*

*Hæreticus an ſit irregularis, & inhabilis ad acquirenda beneficia, & affirmatiuè tenent Speculator & alij, cap.10.§.1. par.11.nu.80. qui tenent, quod qui eſt, vel fuit hæreticus, irregularis eſt, etiam cõuerſus fuerit ad Catholicam Fidem, & pœnitentiam peregerit; aiunt tamen, quod poſt abiurationem, & peractam pœnitentiam diſpenſari poteſt vt in ſuſceptis ordinibus adminiſtret tantum, num.81. & quis poſſit cum eo diſpenſare videndus Vgolinus & Suarez, qui tamen Vgolinus malè ait poteſtatem, quam de iure antiquo Epiſcopus habebat ad diſpenſandum cum eo, quoad ordines ſuſceptos ante hæreſim, ipſis ſublatam eſſe de iure nouiſſimo Concil. Trident. ſeſſ.24.cap.6.de reformatione, vbi hæreſis non eſt occulta, & vbi ad forum contentioſum deducta eſt, num.82.*

*Hæreticus an ſit priuatus beneficijs ipſo iure, an ſit priuandus per ſententiam, c.10.§.1.n.59.p.11. & cõmunis ſententia eſt eſſe priuatum ipſo iure, nu.60 pro quo citatur c.cùm ſecundum leges de hæreticis in 6. quod tamen non loquitur de beneficijs, ſed de bonorum temporalium confiſcatione, nu.61. Citatur etiam c.quo iure 8 diſt. quod parum probat, vltra quod non eſt iuris deciſio, ſed diui Auguſtini, ſicut etiã alia iura allegata nu.62. allegatur etiam c.ad abolendam, §.1.de hæreticis, ibi, & ſic omni officio, &c. nam verbum ſpoliatus, executionem importat: ideo denotatur ipſa nu.63. Sed hæc inductio ceſſat & tollitur ex verbis præcedentibus num.64. & licet ſit contraria ſententia, quod non ſit priuatus ipſo iure, ſed priuandus per ſententiam, vt in nu.65. tamen tenetur communis, vt à num.66. vſque ad num.71.*

*Hæreticum dicit author, in caſu quo hæreſi in mente conceptæ, oculis, vel digitis, aut capite alias ve annuit, vel dicit ita eſt, incurrere excommunicationem latam contra hæreticos, quamuis in illo actu exteriori non manifeſtetur vllo modo malitia hæreſis, cap.10.num.105.p.11. & reſpondetur cap.fin. de ſimonia, procedere in pœnis ſimpliciter latis contra aliquod vitium, ſeu peccatum, ſecus vero in propoſito, n.105.*

*Hæreticus non eſt exterior, ita vt excommunicationem incurrat, qui ex interna hæreſi aliquod opus externum indifferens facit, verbi gratia, coram ſanctiſſimo Sacramento caput non nudat, ſeu non flectit genu, cap.10.§. 1.n.107. p 11. licet ſecus, quando omiſſio exterioris quod debet quis facere, ſit ad exprimendam hæreſim, & ſic intelligitur Toletus, n.108.*

*Hæreticus occultus, ſi a ſecreta hæreſi, vel apoſtaſia ſit in foro conſcientiæ legitimè abſolutus, non videtur manere irregularis c.10.§.1.n.84. & 85.p.11. quidquid alij dicant.*

*Henriquez improbatur dicens, quod beneficiatus qui manet contumax in maiori excommunicatione, non facit fructus ſuos, ſed ſi horas recitauit, & fecit officium parochi, aut Canonici, retinere poteſt fructus ſuos ſeruitio reſpondentes, nam ſeruitium illius qui aliàs non habet ius ad fructus beneficij, quia eſt illis priuatus, non eſt ſufficiens titulus ad id, quicquid idem dicat, cap.13.§. 1.numero 100. par.7. & ſimiliter in eo, qui non habet legitimum titulum beneficij, ſeruitium non eſt ſufficiens titulus, vt poſſit partem fructuum pro ſeruitio retinere, maximè ſi erat intruſus mala fide, num.101. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ; ſolum poſſet percipere diſtributiones quotidianas, & alia emolumenta ſimilia, quæ dantur pro labore & miniſterio perſonali, incerta tamen, n.103.*

*Hæres poteſt præſentari ante poſſeſſionem hæreditatis acquiſitam, c.5.n.82.p.5. quamuis Rota contra ſenſerit, n.83.*

*Homicida cum non perdat ipſo iure beneficium antea acquiſitum, faciet ſuos fructus irreuocabiliter donec per ſententiã priuetur, c.10 n.48.p.11. quicquid dicant relati, n.49. & ſi eſſet canonicus, poſſet canonicatui deſeruire, ſtando & canendo in choro, num.50. nam irregularis eas functiones obire poteſt, quas laici licitè obeunt, vt canere, n.51. Et ſic ſacerdos excommunicatus in choro cantans cum alijs, licet peccet, non incurrit irregularitatem, n.52. & ſimiliter etiã ſuſpenſus ab ordine, ſeu officio, poteſt canere in choro, ſicut laici. nu.53.*

*Homicida qui eſt irregularis, nec ad ordines promoueri poteſt, beneficium obtinere nequit, & collatio illi facta eſt nulla ipſo iure, cap.11.p.7. a nu.6. vbi adducuntur deciſiones Rotæ.*

*Homicidij appellatione non venit mutilatio, cap.11. num. 30.par.7.*

*Homicidium an priuationem beneficiorum inducat, & quomodo, cap.10.nu.38.p.11. Reſoluitur homicidam non eſſe*

# INDEX.


*priuatum beneficijs ipſo iure, ſed priuandum per ſententiã n.39. quod procedit non ſolum in ſimplici homicidio in quo* ■ *receptiſſimum eſt, ſed etiam in qualificato, n. 40. & ſequen. quamuis in qualificato contra teneat Felin. & in parricidio Rebuff. & Coraſ. nu. 42. & ita intelligitur cap. miror. 50. diſtin. de priuatione per ſententiam, n. 43. Poteſt etiam intelligi de priuatione executionis, & exercitij ordinis ſacerdotij, n. 44. & prædicta concluſio procedit etiam ſtante Concilio Trident. ſeſſ. 14. c. 7. cuius verba accipiẽda ſunt ſecundum ius antiquum, contra Maiolum, & præcipuè ibi agit Concilium de incapacitate homicidæ ad acquirẽda beneficia de nouo, n. 45. & 46.*

*Homicidium quod dicatur voluntarium, & quod caſuale, remiſſiue, cap. 11. n. 43. p. 7, & ponuntur declarationes S. Congr. n. ſeq.*

*Homicidium quod dicatur occultum in caſu diſpenſationis, & Nauarrus, & alij aiunt illud eſſe occultum, quod non eſt publicum, etiamſi ab aliquibus ſciatur, c. 11. n. 45. p. 7 ſed quamuis iſta ſententia probabiliter poſſet admitti, quoad breuia pœnitentiaria, tamen in propoſito verius eſt, occultũ dici, quod nõ poteſt probari, nu. 46. & ſeq. vbi ponuntur declarationes Sanct. Congr.*

*Hoſpitalia beneficia non ſunt, c. 3. n. 1. part. 1. niſi Eccleſiæ, vel beneficio eſſent vnita, num. 2. aut niſi religioſis perſonis eſſent deputata, eiſque ſolita in titulum conferri, nu. 3. aut niſi ſint danda in titulum ex ordinatione fundatoris, vel per viam electionis etiam Clericis ſecularibus num. 4. Nec comprehenduntur iſto caſu per literas generales ſuper promiſione alicuius, n. 5. & Clementina 2. de prabend. non habet locum in religioſis, n. 6. quæ declaratur per Rotam, n. 7. decretum Concil. Trid. de Hoſpitalib. n. 8. & declaratio S. Congreg. ſuper eo, n. 9. & 10.*

*Hoſpitale quando eſt vnitum alicui Eccleſiæ ſeu beneficio, an eius adminiſtratio ſit committenda alicui ad triennĩ tantum ex dicto decreto, cap. 3. num. 11. cum ſeqq. part. 1. vbi reſoluitur quod ſic, & de hac materia videndi ſunt Del relati, num. 14.*

## I

*IDoneus quis dicatur, & in quo conſiſtat idoneitas exponitur, c. 2. n. 233. cum ſeq. p 6.*

*In idoneitate probanda non requiritur citatio alicuius etiam ſi adeſſet intruſus, vel contradictor, cap. 2. a num. 242. p. 6. Nec eſt neceſſarium teſtes in forma recipere, n. 244. Nec verbum, ſi conſtiterit, includit citationem partis, & qualiter intelligatur, a n. 245.*

*Idoneitas impetrantis, ſeu veritas precum diſpenſationis, ſi per teſtes præſentatos probaretur, ſi tamen executori contrariũ conſtaret non liceret exequi commiſſionem, c. 2, n. 251. p. 6. & ibi conſilium optimum traditur, n 252.*

*Illegitimi, an ſine diſpenſatione poſſint obtinere penſionem, c. 5. n. 115. cum ſeqq. p. 1. reſoluitur quod non, contra Rotam niſi daretur in ſtipendium.*

*Illegitimus, vel alias incapax, diſpenſatur ad beneficia, an poſſit vigore huius diſpenſationis penſionem obtinere, c. 5. n. 145. p. 1. cum ſeq. reſoluitur affirmatiuè, niſi ſit diſpenſatus ad certum beneficium.*

*Illegitimi & deſcendentes ex illis, an ſint de familia, ſeu agnatione, vid. verbo, conſanguinei fundatoris.*

*Illegitimi, etiam ſpurij ex parte matris ſunt de eius parentela, genere, & cognatione, & ſic cenſetur vocati ad capellaniam, c. 15. n. 52. & n. 53. p. 7. refertur quod tradit Gonçalez in prædicta quæſt. & quædam deciſio Rotæ, & n. 54. circa materiam huius c. remiſſiuè.*

*Illegitimi, vide verbo, filij.*

*Illegitimus, ſeu irregularis diſpenſatus, vt quæcunque & qualiacunque beneficia recipere, & retinere valeat, dũmodo plura ſimul non ſint, quã quæ a Concilio Trid. permittũtur, ſeu dummodo plura non ſint, quod idem eſt iuxta Bꝛyũ, an vigore talis diſpenſationis poſſit retinere plura beneficia alias non incompatibilia, etiamſi vnum ſit ſufficiens, ſtante, quod Concilium in eo non liget, vtpote non receptum, & c. 5. §. 3. a n. 333. p. 11. & reſolvitur affirmatiue.*

*Illud etiam accipitur pro commodo proprio, & tendit in vtilitatem canonicorum, quod ſoluitur menſæ capitulari, ſeu cõuertitur in reparationem bonorum menſæ capitularis, ca. 1. n. 90. vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.*

*Immemorialis ſola, etiam cum allegatione priuilegij, nõ ſuffragatur cum adeſt incapacitas, niſi fama priuilegij cõcurrat, c. 2. n. 38. p. 1. & ibi reſolutiones Rotæ traduntur, n. 39.*

*Immemorialis iuris patronatus, an probetur per inſtrumenta, c. 9. n. 107. cum ſeqq. p. 5. & n. 111. cum ſeqq.*

*Impedimentum in fine anni ſuperueniens, non excuſat a prænouendo, ſi intra illud tempus non poterat prænoueri, cum Bellamera contra Rebuff. c. 5. §. 1. n. 119. pa. 11. & parochus in fine anni impeditus reſtituitur, non ad alterum annum, ſed ad tempus, in quo fuit impeditus, n. 120.*

*Impetrans beneficium vt reſeruatum, ob non reſidentiam Epiſcopi debet eam plenè, & concludenter probare, ca. 1. n. 504. p. 5.*

*In impetratione beneficij faciendæ eſt mentio de beneficijs obtentis, licet de facto, & de iure ad rem, niſi vbi impetrans ignorat, cap. 2. num. 122. 123. 124. & 125. p. 1. & de præſtimonijs, num. 126. & etiam de beneficio incompatibili vacaturo per aſſecutionem ſecundi contra Gõçalez, num. 127. & an ſit faciendæ mentio de penſione, c. 5. num. 75. cum ſeq. p. 1. vbi reſoluitur de penſione quæ datur in ſtipendium, non eſſe faciendam mentionem, num. 76. Nec de patrimonio ad cuius titulum quis eſt ordinatus, n. 77. & ſeq. nec de hoſpitalitate, num. 79. niſi eſſet in forma pauperum, n. 80. de penſione vero quæ datur loco beneficij faciendam eſſe mentionem n. 81. & amplia, vt n. 83. & 84. & ita ſeruatur n. 85.*

*Impetrans præbendam a Papa narrando fuiſſe diſcordiam in promiſione, inter Epiſcopum & Capitulum, an debeat eam plene & concludenter probare, an vero ſatis ſit ſemiplene, c. 4. n. 36. p. 5. vt fuit per Rotam reſolutum, n. 37. a qua deciſione receſſit, vt n. 38. cum ſeq.*

*Impetrans tenetur verificare narrata in ſua gratia, quæ mouerunt Papam ad concedendum, etiam parte non opponente, c. 2. n. 161. p. 6.*

*Impetrans parte non opponente non tenetur verificare niſi ea quorum falſitas vitiat gratiam, quia impetrans alias eſſet inhabilis, vel quia ſunt fundamentum gratiæ, vel alias, vt c. 2. n. 162. p. 6.*

*Impetrans tenetur verificare ætatem expreſſam, c. 2. n. 169. p. 6. & intellige vt n. 170. 171. & improbatur conſil. Menoch. n. 173.*

*Impetranti ſufficit verificare de facto Doctoratum narratũ, cap. 2. num. 205. p. 6. & ratio traditur n. 206. & limita, vt nu. 207.*

*Impetrans an ſit re vera idoneus, non tamen ſit per executionem verificatum teneat collatio, c. 2. n. 258. p. 6. & reſoluitur quod non.*

*Impetrans ſi ſit idoneus, & per executorem ſciatur, an poſſit ad executionem procedi abſque alia verificatione, c. 2. n. 259. p. 6. & reſoluitur, quod non, n. 260. cum ſeqq. etiam ſi de idoneitate notoriè conſtet, a n. 264.*

*Impetrans ſtante aperitione oris tenetur verificare narrata,*

*in ſua gratia, niſi ſit Motu proprio, cap. 3. n. 99. p 6. vbi deciſio ponitur.*

*Impetrans abſoluitur, etiam ab excommunicationibus & cenſuris reſeruatis Papæ, etiam in Bulla cœnæ, per clauſulam, teque a quibuſvis, &c. poſitam in literis Papæ, cap. 33. num. 67. p. 7 at per dictam clauſulam, poſitam in literis Legatorum, ſolum abſolnitur a cenſuris, a quibus ipſe alias poterat abſoluere, n. 68. Sed quamuis hoc de iure verũ ſit, videtur Nuntium Hiſpaniæ poſſe per dictam clauſulam abſoluere ad effectum a quibuſcumque cenſuris, etiam Papæ reſeruatis, a quibus aliàs non poſſet abſoluere ex clauſula ſuarum facultatum poſita, n. 69. & 70.*

*Impetrans beneficium tunc per annum pacificè poſſeſſum debet facere mentionem de poſſeſſione illius. ex regula de annali, cui tantum quoad iſtam primam partem ſolet derogari quæ habet locum etiam in beneficijs reſeruatis, non ſolum ſpecialiter, ſed etiam generaliter, quamuis tempore Greg. XI. loqueretur ſolum de ſpecialiter reſeruato, c. 1. à nu. 53. p. 10 & nu. 55. ponitur reſolutio Rotæ.*

*Impetrans certo modo tanquam devolutum, debet probare devolutionem, nec clauſula generalis ſupplicationis, ſine alio quovis modo, &c. aliàs locum habet, præſertim quia ponitur in calce ſupplicationis clauſula, & de devolutione detur diſpoſitiue in literis, c. 3. n. 16. p. 10. maxime ſi ante in literis clauſula, dummodo collatio ſit devoluta, vt præferatur n. 37 vnde ſi beneficium erat reſeruatum gratiæ locum non habebit, nam devolutio non cadit in beneficijs reſeruatis, n. 18 & vacationis tempus non devolutionis debet conſiderari vt dicatur beneficium liberum, vel reſeruatum n. 19. & clauſula generalis apponi ſolita, etiamſi reſeruatum, &c. operatur quando ordinarius vigore indulti reſeruatum conferre poſſit, n. 20.*

*Impetrans ita demum per dictas clauſulas generales poteſt conſequi beneficium ex alia vacatione, ſi vacationis modus diſpoſitiue, ſeu aſſertiue expreſſus ſitum de facto inſtificetur, prout fieri debet, vt poſſit recurri ad clauſulas generales, & ſtant iſta ſimul. c. 1. n. 36. par. 11. & ita procedunt deciſiones citatæ n. 37. & fuit reſolutum in deciſionibus relatis a n. 38 ad 46. & facit reſolutio adductæ n. 47. iuxta quod ſunt accipiendæ deciſiones & DD. citati n. 48.*

*Impetrans quando ſe dicit clericum Abulenſ. ſignificatur origo, quoniam verbum debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter, c. 9. n. 21. p. 7 ſicut quando dicitur talis de Peruſio, intelligitur naturaliter, n. 22. & ita cum in ſupplicatione quis ſe dicit clericum Abulenſ. in literis ſolet dici oriũdus, n. 23. & ſimiliter quando in ſupplicatione dicitur, Nicol. Clericus Abulenſ. diœceſis, intelligitur ſecundum ſtylũ ex diœceſi Abulenſi oriundus; & ita dicitur in literis, & ita iam de ſtylo non videtur procedere deciſio Rotæ 76. de reſcriptis, alias 618 in antiquis, n. 24.*

*Impetrans ſi eſſet excommunicatus, collatio ei facta an teneat ſi eſt facta in forma commiſſaria, aut per Papam, vide verbo acceſſus, & verbo, abſolutio quæ datur.*

*Impetrantes qui in diſpenſationibus matrimonialibus narrant eſſe ortos ex tali loco, non ſufficit verificare habitaſſe ibi, et habuiſſe domicilium vltra decem annos, c. 9. n. 33. p. 7. nec refert, ſi dicatur quod ſi Papa ſciiſſet, nihilominus cõceſſiſſet, quia caſus omiſſus non habetur pro expreſſo, & conceſſio facta in vno caſu non porrigitur ad alium, n. 34.*

*Impetrare quis poteſt duobus modis a Papa beneficia devoluta, vel tanquam ad ſedem Apoſtolicam devoluta, iuxta Concilium Lateranenſe, & tunc debet probari devolutio gradatim, vel tanquã devoluta ad inferiores ob negligentiã primi collatoris, vel Patroni, quia papa cum illis concurrit, & tunc ſufficit probare negligentiã primi, c. 3. n. 30. p. 10.*

*Impetratio beneficij facta a Papa per irregularem, ſeu homicidam, an valeat propter clauſulam in literis Apoſtolicis apponi ſolitam, (teque a quibuscunque) quæ ſumitur ex clauſula ſupplicationis, & cum abſolutione ad effectum præſentium. cap. 11. a n. 54. par. 7. Reſoluitur negatiue contra Cordubam. & alios, nam in d. clauſula non venit irregularitas, quæ non eſt cenſura, nec abſoluitur, ſed diſpenſatur, n. 56.*

*Impugnatur reſolutio Rotæ, quatenus ait, quod prouiſus ante Clericatum de canonicatu, immiſſus tamen in poſſeſſionem poſt clericatum dicendo, quod contulerunt, ac ſibi prouiderunt, non cenſeatur de nouo prouiſus. c. 1. n. 38. p. 7.*

*In beneficijs ſimplicibus præſentati ſeu electi, vel nominati a quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis, non debent inſtitui neque confirmari, nec admitti etiam prætextu cuiuſvis priuilegij, vel conſuetudinis, niſi prius fuerint ab ordinarijs examinati, & idonei reperti. c. 3 n. 5. p. 9. & ſi inſtitutio ad inferiores Epiſcopo pertineat, nempe ex fundatione ante Concilium, aut immemoriali, quæ non tolluntur per Concilium, præſentati debent prius ab Epiſcopo examinari & approbari, alias inſtitutio erit nulla, n. 6. & in præſentatis a patronis laicis, n. 7. & 8.*

*Ineapaces ſunt laici beneficiorum, vide verbo, laici.*

*Inceſtuoſum commictentibus ignoranter, non permittuntur cõiugia abſolute, ſed poſt pœnitentiam, c. 3. n. 111. p. 8.*

*Incompatibilia qualiter ſint duo beneficia ſimplicia ſub eodẽ tecto, vel duæ præbendæ, etiamſi vna veniat per annexionem, vide verbo, beneficia duo curata.*

*Incompatibilitas conſideratur duplici modo, quædam eſt illorum beneficiorum, quæ ſimul teneri non poſſunt; & primũ vacat ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, alia eſt quoad retentionem tantum. ſcilicet beneficiorum, quæ ſimul licitè retineri nõ poſſunt, licet non vacet primum ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, c. 5. n. 67. part. 11. & ad iſta reducitur triplex incompatibilitas, quam conſiderat Cardinal. num. 68.*

*Incompatibilitas vt inducatur, debent eſſe beneficia perpetua, ſaltim aptitudine, vt ſunt beneficia manualia, ſeu ad nutũ amobilia, quæ etiam cum dentur in titulum, & poſſint eſſe perpetua, inducunt incompatibilitatem; officia vero ſeu dignitates quæ conferuntur ad certum tempus non inducunt talem incompatibilitatem, cap. 5. §. 1. numero 181. p. 11. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Incontinenti & ſtatim fieri quando dicatur, & de dictionibus mox, illico, quamprimum, & circa c. 5. n. 38. & 39. p. 11.*

*Incontinenti turbari quãdo quis dicatur, vide verbo, adeptus.*

*Incumbens curæ animarum, imminenti ſuæ dignitati, habetur pro præſenti ex Concil. ſeſſ. 22. c. 3. & c. 2. n. 34. p. 3. & intellige, vt n. 335. & ibi declarationes Sanct. Congr.*

*Indultum, ſeu facultas conferendi beneficia, a Papa conceſſiũ, comprehendit omnia beneficia, etiam Curata & Dignitates, c. 6. n. 41. p. 1. & ratio traditur, n. 42. & n. 43. & reprobantur contrarium tenentes n. 44. & ſeq. non enim importat graue præiudicium Ordinarij, n. 48. ſaltem conſiderabile, n. 47.*

*Indulta, ſeu priuilegia Apoſtolica, quibus conceditur abeſſe vltra tres menſes, an ſint derogata, c. 2. n. 252. cum ſeqq. p. 3. & reſoluitur Rotæ.*

*Indultum conferendi beneficia vacatura, exceptis generaliter reſeruatis, an comprehendit reſeruata per regulam octo mẽſium, c. 1. n. 60. p. 5. & an dicantur reſeruata beneficia affecta, per oppoſitionem manus Papæ, n. 62.*

*De indultis Clementis VIII. ſuper modo prouidendi de beneficijs Patrimonialibus Caligurritan. late tractatur, c. 1. n. 568. cum ſeq. p. 5.*

# INDEX.


*De Indultis Cardinalium reuiſſiue, & ibi ponuntur limitationes quæ ponuntur in indultis modernis, cap. 1, numer. 630. par. 5,*

*Indultum conferendi, ſeu præſentandi beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis, non habet locum, ſede Apoſtolica vacante, quia tunc nulli ſunt menſes Apoſtolici, ſecundum Rotam, c. 1. num. 647. p. 5,*

*Indultis derogatur per verba, ac etiam diſponendi de huiuſmodi beneficijs, &c. cap. 1. num. 676. p. 5. & ad quæ ea verba referantur, num. 677.*

*Indultum Cardinalis Ordinarij collatoris de conferendis beneficijs ſuæ diœceſis, ſeu ad collationem ſuam de iure ſpectantibus, non comprehendit beneficia, in quorum poſſeſſione conferendi alius erat, cap. 5. num. 5. par. 5. ſicuti nec beneficia ad collationem inferiorum ſpectantia etiam diſpoſitioni Papæ reſeruata, niſi de illis facta ſit expreſſa mentio nu. 6. & ratio traditur, num. 7. & ſequent.*

*Infames ſecundum leges, ſunt infames ſecundum canones, c. 8, num. 11. par. 7.*

*Infamia facti eſt cum quis eſt notatus de aliquo crimine apud bonos & graues, ſeu cum opinio alicuius grauata eſt apud bonos & graues, ſuper aliquo crimine, c. 8. num. 12. par. 7, ſeu cum quis propter aliquod delictum graue apud bonos & graues viros male audit. nu. 13. & non eſt aliud quem vita ſordes & vilitas diuulgata, & ſic non poteſt eſſe occulta, num. 14.*

*Infamia iuris, de iure bene poteſt eſſe occulta & incurritur, quamuis delictum, ex quo illa oritur, ſeu propter quod ipſo facto irrogatur, ſit occultum, cap. 8. num. 17. p. 7. Sed contrarium tenent relati nu. 18. Sed verior eſt in rigore prima ſententia, quamuis de æquitate canonica poſſit ſecunda procedere, aut ſaltim quod non habeatur in conſideratione talis infamia ex delicto occulto proueniens, num. 19.*

*Infamia iuris illa dicitur quæ irrogatur per ſententiam, vel ipſo facto in caſibus in quibus iure cauetur tantum. cap. 8, num. 10 p. 7.*

*Infamia non ſolum impedit præfici, ſed etiam remoueri facit a dignitatibus habitis, cap. 8. num. 33. part. 7. num. 34. ſed id procedit ſolum infamia iuris, nam infamia facti licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen à dignitatibus quæſitis, niſi aiatur in ſententia, numer. 35. & licet infamis infamia facti ſit inhabilis ad obtinenda beneficia, obtentis tamen non priuatur, num. 36. & id procedit ſecundo in dignitatibus & honoribus citra titulos beneficiales, ſecus vero in beneficialibus, quia non eſt textus hoc dicens: vnde hæc pœna ſpecialis priuationis ipſo iure imponi non debet eſto infamis infamia iuris regulariter veniat priuandus, cap. 8. num. 37. p. 7.*

*Infamia notantur vſurarij, quamuis controuerſia ſit, an id ſolum procedat in vſuraris publicis, an etiam in occultis, c. 8. num. 39. cum ſeqq. par. 7.*

*Infamiam quando dicatur eſſe, ſeu aliquem eſſe infamatum de aliquo peccato, remiſſiue, cap. 8. num. 15. p. 7. & iſta infamia quomodo probetur etiam remiſſiue, num. 16.*

*Infamis maximè infamia facti, non eſt proprie ſimpliciter, & abſolutè irregularis, ſed large ſecundum quid, cap. 8. num. 94. par. 7. & in materia irregularitatis pro regula habendum eſt, impedimentum illud, quod abſque diſpenſatione tollitur, & poteſt ceſſare facto, non eſſe proprie irregularitatem, num. 65.*

*Infamis non eſt irregularis vere, etiam ſi infamia procedat ex delicto notorio, depoſitione digno, cap. 8. num. 66. part. 7.*

*Inferiores à Papa non poſſunt penſionem imponere interueniente pactione inter partes, nec coram eis poteſt fieri reſeruatio, ſeu ceſſio reſeruata penſione, capitul. 3, numer. 340. & 341. par. 1, reprobata ſententia Rebuffi, numero 342.*

*Inferior cui Papa conceſſit facultatem diſpenſandi ſuper aliquo prohibito à Concilio, non tenetur illi Concilio derogare in diſpenſatione, cap. 5. num. 46. par. 4.*

*Inhabilitatus ad beneficia per conſtitutionem penalem, generaliter, & ſimpliciter eſt inhabilitatus ad penſionem contra Nauarrum, cap. 5 num. 123. par. 1. ſecus in inhabilitate per ſententiam, num. 124.*

*Inhabilitas poſita in extrauaganti, execrabilis de præbendis, cum inducatur in obtinendis, non extenditur ad obtenta, cap. 5, num. 17. par. 11. habet locum in leguime diſpenſato ad plura, quia illa recipit non canonice, num. 18 quando diſpenſatio eſt conceſſa circa obtinenda, ſecus ſi circa obtenta num. 19. ſecus etiam ſi ſit conceſſa conditionaliter, ſi alias canonice conferantur: & idem ſecundum relatos, num. 20. Sed contrarium tenetur, nam illa clauſula non inducit formam & conditionem, ſed eſt expreſſio eius quod tacite ineſt, & ſic nihil operatur, num. 21.*

*In literis reſignationum parochialium, in forma dignum, dicitur, quod examen fiat adhibitis examinatoribus ſynodalibus ſi illic ſint vt eſſe debent, alioquin ab ipſo ordinario nominandis, cap. 2. num. 96. par. 9. & iſto caſu eſt difficultas, an ſi illic examinatores qui habentur pro ſynodalibus non tamen ſint legitimi, & coram illis tanquam ſynodalibus fiat examen in forma dignum, ſit validum, à num. 97. reſoluitur negatiue,*

*Inſtitutio & admiſſio præſentati à perſonis Eccleſiaſticis ſine examine, licet ſit nulla ex decreto Concilij, tamen in illo nõ eſt decretum irritans Bulla Pij IV. c. 1. nu. 434. par. 5.*

*Inſtitutio, ſeu collatio ab ordinario facta, ſpreto patrono infra tempus datum ad præſentandum, nulla eſt ipſo iure, cap. 9. num. 231. par. 5. reclamante tamen patrono intra dictum tempus alias inſtituto valebit, num. 232. & ratio traditur, num. 233. quæ refutatur, num. 234. & ſeq. & alia traditur, num. 236. quæ reprobatur, num. 237. & vera ratio aſſignatur, num. 238. cum ſeq. & talis promiſio eſt in pendenti, vt num. 240. cum ſeq.*

*Inſtitutio Parochialis, facta ab Ordinario, præſentato à Patrono, facta ſolũ relatione ab examinatoribus, quoad ſcientiam & non quoad mores, &c. eſt nulla ex Rota, cap. 2. à num. 239. p. 6 quamuis alias aliud dixiſſet.*

*Inſtitutus ad præſentationem poſſeſſoris mala fidei an ſit remouẽdus ſi poſtea conſtet de mala fide. c. 5. n. 79. cũ ſeq p. 5.*

*Inſtitutio, an quando eſt facta in contradictorio iudicio ſententia lata ſuper ea facienda, cauſa ſit appellabilis, reſoluitur inſtitutionem præſentati factam, pendente appellatione per alterum, interpoſita ſententia ordinarij, & poſſeſſionem ſubſequutam, & etiam poſſeſſionem à præſentato inſtituto captam, pendente appellatione iudiciali interpoſita ab inſtitutione facta in ſententia, eſſe attentatam, cap. 4. à num. 16. p. 9. & adducuntur variæ reſolutiones & deciſiones Rotæ, & num. 20. Reſpondetur doctrinæ Lambertini, & num. 26. improbatur Zanallos & Azeuedo. Nec eſt curatum de ſtylo contrario, ſeu conſuetudine, quæ in aliquibus Epiſcopatibus ſeruatur; nam non eſt toleratus, ſeu admiſſus; ſed per ſuperiores reuocentur, tanquam attentata, num. 27. ſicut etiam non eſt curandum de ſtylo tribunalis iudicis Metropolitani Salmanticæ reſidentis, qui ſemper dat incontinenti ſua ſententia, quando eſt confirmatoria primæ ordinarij, num. 28.*

*Inſtitutio, quando requirit vt præſentetur ſacerdos, vel quod præſentetur capellanus, ſeu clericus qui Miſſam celebret, vel alia verba reſpicientia tempus, ſeu actum præſentationis, & tunc præſentatus tempore præſentationis debet eſſe ſacerdos actu, cap. 2. num. 58. par. 7.*


Inſti-

# INDEX.


*Inſtitutio, vbi ad Epiſcopum pertinet in præſentatis a patronis laici, quos Epiſcopus ſi velit, poteſt examinare. non requiritur examen neceſſario ex Conci. Triden. ſeſſ. 7. cap. 13. quod ſolum loquitur in præſentatis a perſonis Eccleſiaſticis ac videtur etiã procedere in iure patronatus mixto, cap. 3. num. 9. part. 9. in quibus datur forma, ex quo cum examen procedere debeat, datur conſequenter ordo, qui inducit formam, qua non ſeruata actus eſt nullus; num. 10. & ſeq. vbi ponitur deciſio Rotæ, quamuis aliàs in terminis Statuti Romæ ſtatuentis, quod ante executionem ſententiæ fiat certum monitorium, & ſic dantis ordinem ſit reſolutum, executionem aliter factam non eſſe nullam, nu. 11. quod impugnatur, n. 14.*

*Inſtrumentum præſentationis requirit teſtes, c. 4. nu. 51. p. 8. vbi ponitur reſolutio Rotæ.*

*Intellectus domini Michaelis Coſtæ ad text. in capit. Radulfus de reſcript. probatur, c. 6. n. 79. & 80 p. 1.*

*Intentio dicentis Epiſcopum gaudere alternativa ſatis fundatur in acceptatione & præſumptione iuris, quod Epiſcopus reſidet in ſuo Epiſcopatu c. 1. n. 501. p. 5. Sed contrarium traditur, n. 502. & an præſumatur quis reſidere in loco vbi reſidere tenetur, n. 503.*

*Intimatio literarum fieri debet per Notarium data copia, ſi petatur, c. 5. n. 578. p. 1.*

*Intruſus & poſſidens beneficium ſine titulo tenetur ad ſolutionem penſionis, non autem beneficiatus verum titulum habens, c. 5. n. 183. p. 1.*

*Ioan. Gutierez opinio, dicentis in conſtitutionibus Pij IV. & Pij V. comprehendi confidentias illicitas, licet non ſimoniacas, quoad vtrumque forum, & etiam licitas, quoad forum exterius, communiter, c. 3. §. 2. n. 173. p. 11.*

*Irregularis ſeu illegitimus diſpenſatus ad Ordines etiam Sacros, nõ cenſetur diſpenſatus ad beneficium etiam ſimplex, c. 6. n. 70. 71. & 72. p. 1.*

*Irregularis, an ſit ægrotus morbo impediente vſum ordinis, vide verbo, morbo caduco.*

*Irregularis cenſeri debet quis non ſolum in dubio homicidij, ſed etiam alterius cuiuſcunque facti, ob quod incurritur irregularitas ad effectum abſtinendi, & ceſſandi ab officijs irregularibus prohibito, etiam in foro exteriori, & poſt factam diligentiam, vt in capit. ad audientiam, & capit. ſignificaſti de homicidio, quæ nouum ius non inducunt, non vero vt debeat ſpoliari beneficio, &c. p. 7. capit. 2. n. 18. & idem in dubio iuris, vbi quis dubitat an ſuo delicto ſit impoſita pœna irregularitatis, antequam fiat diligentia & examen in iure, & etiam poſt dum manet dubius, quamuis vbi dubium eſſet apud omnes, an in aliquo caſu ſit iure impoſita irregularitas, tunc non eſſet quis cenſendus irregularis, n. 21. & 22.*

*Irregularis eſt abſcindens ſibi membrum, aut eius partem, c. 1. n. 4. p. 6. quod procedit, etiamſi non ſit notoria eius culpa, n. 5. quamuis contrarium teneant relati, n. 6.*

*Irregularis non eſt, qui non ſua ſponte, ſed caſu, aut incunabilis, aut per vim, aut propter ægritudinem ſectus eſt, cap. 12. nu. 7. par. 7. niſi id ſua culpa acciderit, quia dabat operam rei illicitæ, vt in adultero, cui a marito, vel a iudice ſunt abſciſſa virilia, quem eſſe irregularem tenet communis. n. 8. Sed contrarium tenent alii, nu. 9. & iſta ſententia videtur verior ex adductis, n. 10. 11. & 12. etiam iuxta ſententiam Toleti circa irregularitatem ex homicidio caſuali poſitam, nu. 13. & 14. quæ videtur bona rum additione poſita, nu. 15. iſtiſque conſonare videtur dictum Manuelis Rodriguez, eſſe irregularem eum, qui cognouit carnaliter mulierem habentem morbum gallicum, ex cuius contagio amiſit membrum, niſi ignoranter etiam cognouiſſet quam ſanam putabat, n. 16 quæ tamen ſententia videtur nimis dura, n. 17.*

*Irregularis regulariter non eſt priuatus ipſe iure beneficio iam quæſito, ſed illud retinere poteſt, antequam pronuncietur ſententiam, per quam illo priuatur, quando irregularitas ſequuta eſt ob eius culpam ſeu delictum, c. 10. n. 47. p. 11.*

*Irregularitas vna tantum incurritur, & non plures, non ſolum ob celebrationem in excommunicatione, ſeu alia cenſura iteratam, ſed etiam ob homicidium, rebaptizationem, ſeu aliud delictum iteratum, quamuis ſecus ſit in cenſuris, quæ multiplicantur multiplicatis tranſgreſſionibus, ſeu peccatis, etiam eiuſdem generis c. 3. a n. 84. p. 18. & ratio differentiæ n. 87.*

*Iudex laicus de cauſis beneficij non poteſt cognoſcere, ca. 2. n. 49. p. 1. Non ſolum in petitorio, ſed nec in poſſeſſorio, n. 5. improbata contraria ſententia, n. 51. & 57.*

*Iudex non debet petere legitimationem perſonarum parte non opponente. c. 5 n. 569. p. 1.*

*Iudices ſynodales debent deputari & deſignari nominatim, & in particulari, & non poſſunt deſignari in genere, ca. 2. § 2. n. 349. & ſequenti, p. 9. & n. 351. ponitur quædam declaratio S. Congregationis.*

*Iudicis aſſertioni an ſtetur ſuper cauſa, ſine qua actum facere non poteſt, vide verbo, aſſertioni.*

*Iuramentum de reſignando beneficium, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, vel de non reuocando procuratorem ad reſignandum, cum non habeat alias vnde viuere poſſit, an valeat c. 5. n. 230. cum ſeqq. p. 2.*

*Iuramentum vbi defertur a iure, requiritur neceſſario in actu iurandi corporalis tactus ſcripturarum. c. 3. n. 79 p. 3.*

*Iuramentum de eligendo magis idoneum, quomodo ſit præſtãdum, c. 4. a n. 170. p. 5. & an poſſit præſtari per procuratorem, n. 172. cum ſeqq. & an in Eccleſijs, in quibus tale ſolet præſtari iuramentum, ſi omittatur valeat electio, ſine ſine tali iuramento, n. 176. & reſolutur valere, ſed contrarium verius eſt, n. 177. cum ſeq.*

*Iuramentum de non petendo relaxationem, an ſit validum remiſſiue, c. 2. n. 44. p. 8.*

*Iuramentum examinatorum, quando & quomodo præſtãdum ſit, reſolutur expedire vt publice in ſynodo, quo primum tempore delicti ſunt, illud præſtent, quamuis hoc non videatur neceſſarium. c. 2. §. 2. n. 356. & ſeq. p. 9. vbi ponitur formula iuramenti, & præſtandum eſt tactis Euangelijs, & alias non ſeruatur forma Concilij, n. 358. nec opus eſt illud præſtare in quolibet examine, ſed ſatis eſt iuramentum generale ſemel præſtitum, num. 359.*

*Iurare an debeant examinatores, & requiratur pro forma, quod iurent ſe quacunque humana affectione poſtpoſita fideliter munus executuros, alioquin examen & concurſus coram eis facta nulla ſint, 9. par. cap. 2. §. 2. nu. 314. reſolutur affirmatiue, num. 355.*

*Ius ad rem expoſtulatione nõ quæritur poſtulato, c. 3. n. 7. p. 4.*

*Ius ad rem habet præſentatus, quando præſentatio eſt per ipſum acceptata, non alias, cap. 3. num. 11. part. 4. Non tamen requiritur admiſſio ſuperioris, ſed quod ei ſit facta præſentatio, num. 12. Sed ſi ſunt præſentati, neutri quæritur, num. 13 & extende, vt nu. 14.*

*Ius ad rem ex acceptatione quæſitum includitur in regula 30. de impetrantibus, & intellige vt c. 1. nu. 82. p. 3.*

*Ius ad rem per mandatum de prouidendo de prima præbenda factum, receptoin Canonicum authoritate Apoſtolica, includitur in hac regula 30. quando durante familiaritate ſucceſſit vacatio præbendæ, c. 1. nu. 286. p. 5.*

*Ius ad rem per electionem includitur in hac regula, & d. regula 30. cap. 1. num. 288. & ſeqq. par. 5. item per præſentationem*

*ſationem cleric& & laici cum non poteſt variare a nn.290. per reſeruationem factam pro familiari,n.292, & ſeq. & per collationem nondum acceptatam,n.294.*

*Ius ad rem per conſuetudinem optandi non includitur in hac regula,quoad prebendam in optatam,licet ſecus in optata per eum,qui erat familiaris,tempore,quo competebat ei ius optandi,c.1.a n.295.p.5.*

*Ius ad rem per ceſſationem ſolutionis penſionis non includitur,in hac regula nec beneficium cadit in hac reſeruatione, decedente penſionario ante canonizatum regreſſum, vel acceſſum,c.1.n.266.& ſeq.p.5.*

*Ius ad rem per regreſſum includitur in hac regula,c.1.n.301. & 302.p.5.*

*Ius ad rem per priuationem in forma iuris non comprehenditur in reſeruatione huius regule c.1.nn.307.p.5.& alios modos acquirendi ius proſequitur author,n.308.*

*Ius ad rem per mandatum de prouidẽdo de certo beneficio vacante,includitur in hac regula,c.1.n.309.p.5.*

*Ius in re in beneficio acquiritur per collationem acceptatam, etiam ante poſſeſſionem,c.2.n.1.p.4.*

*Ius in re acquiritur per inſtitutionem præſentandi, conſummationem electi,& admiſſionem poſtulationis,c.2.n.3.p. 4. & an illud habens poſſit propria authoritate beneficij poſſeſſionem apprehendere,n.4.cum ſeqq.*

*Ius in re an acquiratur ex ſola ſupplicatione,aut ſignatura,literis non expeditis,ita vt per eam poſſit capi poſſeſſio,c.2, n.10.p.4. & reſolutio traditur,n.11,*

*Ius alterius ex ſupplicatione competens narrandum eſt in gratia.c.2.n.12.p.4.& communicitur ſententia Zerole,nn.15.*

*Ius alterius ex electione,ſeu præſentatione quæſitum,narrãdum eſt in impetratione gratiæ,aliàs erit nulla, cap.3.nn, 21. par.4.*

*Ius ad beneficium acquiritur decem modis ſecundum aliquos, cap.3 num.1.& 2.p.4. Primus eſt electio ſiue acceptata, ſiue non num.45. & 46.Secundus, Præſentatio Patroni, num.8.& 9.& deciſio Rotæ,num.10. Tertius,acceptatio vigore gratiæ expectatiuæ,num.15, 16. & 17. Quartus, gratiæ expectatiuæ Prebendæ, recepti in Canonicum, ſeu mandatum de prouidendo in prima Prebenda, num.36. & 37. Quintus, Collatio nondum acceptata, nn.38.Sextus, reſeruatio facta pro aliquo de certo beneficio,num.43 & 44. Septimus. optio ſeu ius optandi, num.45. & intellige, vt num.46.Octauus eſt, non ſolutio penſionis, num. 47.48. & 49. Nonus, priuatio iuris, num.53. Decimus eſt, per regreſſum, & acceſſum, & coadiutoriam cum futura ſucceſſione, nn.55.cum ſeqq. Vndecimus, per mandatum de prouidendo decreto beneficio vacante, num.59. Duodecimus eſt oppoſitio, ſtante conſuetudine dante ius opponendi,nn.61. & 62.*

*Ius beneficij dicitur eſſe penes reſignantem, & ſic vocat per obitum vere, quando Papa annullat collationem, ſi infirmus deceſſit infra 20. dies, & ſic non admittit illam reſignationem.c.1.n.166.p.5.*

*Ius breuis eſt perſonale, & expirat per mortem,ſeu reſignationem obtinentis.ante captam poſſeſſionem,nomine Cameræ c.3.n.23 p.9.limita vt nu.24.*

*Ius conferendi, probatur ex ſtatuto, ſeu conceſſione Epiſcopi confirmato authoritate ſedis Apoſtolicæ,etiam ſi non conſtet de quaſi poſſeſſione conferendi,& vſu ſtatuti c.5 num. 153.p.5.cuius obſeruatio præſumitur,n.154.*

*Ius ex acceptatione ſpectantis, non eſt conſiderabile, vt de eo debeat fieri mentio in impetratione ſeu reſeruatione,c.3.n. 18.p.4.nec quo ad clauſulam,dummodo non ſit in eo alicui ius quæſitum,n.19.*

*Ius ex acceptatione ſpectantis quæſitum,nõ eſt conſiderabile, quoad regulam de iure quæſito non tollendo etiam lite pendente,licet de lite debeat mentio fieri contra Sarnen.c.3.& n.27.ad 30.p.4.& quando de lite mentio fieri ſoleat, nn. 31.cum ſeqq.vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Ius opponentis ſe ad beneficium ſolum eſt conſiderabile reſpectu ordinarij & inferiorum a Papa,qui non poſſunt illi derogare,c.3.nn. 63.p. 4. & eſt facienda mentio de eo, nn, 64.& ad quem effectum,n.65.cum ſeqq.*

*Ius optandi, & ius ad rem acquiſitum, non videtur ſublatum per reſeruationem ſpiritualem beneficij, etiam Motu proprio factam poſt vacationem ipſius, niſi illi derogetur cum derogatione regulæ, de iure quæſito non tollendo c.1. n.455.p.5,*

*Ius recepti in Canonicum authoritate Papæ ſpectans primam Prebendam eſt conſiderabile quoad dictam clauſulam c.3, n.21.par.4.*

*Ius ad beneficium expirat per irregularitatem ſequentem contractam ex homicidio,vel alias,c.1.n.10.p.7.quis poſſit eũ homicida diſpenſare remiſſiue,n. 11.*

*Ius a reſignante, an per renuntiationem ſimoniacam,quamuis ſit nulla, abdicetur, & valeat in eius præiudicium, c.3.§. 2.a num. 213. p. 11. reſoluitur negatiue contra aliquos, quamuis ſic renuntians non poterit repetere beneficium a reſignatario, ſeu alio poſſeſſore illius, allegando propriam turpitudinem, n.218.*

*Ius conferendi cum ſpectat ſimul ad Epiſcopum, & Capitulum, qui inter ſe prouiſionem diuiſerunt per turnos, ſi Capitulum in ſuo turno non confert infra tempus, aut confert indigno, non fit deuolutio ad Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem cap.3.num.35.p.10. & idem eſt quando per Canonicum, cui in turno capitulari ex commiſſione ipſius prouiſio competit, non prouideretur infra tempus, nn.36. Quando vero iſte Canonicus prouideret indigno prouiſio infra ſemeſtre reuerteretur ad capitulum,niſi ſcienter eam ratam habuerit, nn.37.nec iſto caſu capitulum haberet nouum ſemeſtre vbi prouiſio ipſo iure eſt nulla,n.3. & ponitur reſolutio Rotæ, n.39.& alia n.40.*

*Ius ad rem acquiritur ex nominatione ante actualem præſentationem,c.1.n.34.p.7.& n.ſeq. adducuntur reſolutiones Rotæ ad predicta.*

*Iuri ad rem ad aliquod beneficium cenſetur quis renuntiare per aſſecutionem alterius beneficij, quod ſimul retineri non poſſit cum illo, etiamſi non ſit curatum, dignitas, perſonatus,c.5.n 69.p.11.*

*Iuriſpatronatus & præſentandi Regum Hiſpaniæ ad Epiſcopatus precipuum fundamentum eſt priuilegium Apoſtolicum quod habent Reges Hiſpaniæ,c.1.n.217.p.5.*

*De Iure patronatus Regum Hiſpaniæ remiſſiue c. 1. numero 214.p.5.& Franciæ,n.215.& varietas horum regnorum traditur n.216.*

*Iuri patronatus Regis derogari non cenſetur pro hanc reſeruationem, etiamſi ex priuilegio vel conſuetudine competat quamuis præſentatio ſit facienda Papæ,cap.1. nn, 219.& ſeq.p.5.*

*Ius patronatus Eccleſiaſticum,quid ſit,declaratur c.1.n.553 & ſeq.p.5. & ſi Patronus laicus ex fundatione ſiat religioſus,an ſit Eccleſiaſticum,n.555.*

*Ius patronatus ſpectans ad laicos religioſe viuentes, & habitum religioſum portantes, veluti magiſtros, & milites ordinum militarium etiam coniugatos, eſt Eccleſiaſticum,c, 1.n.556.p.5.*

*Iuri Patronatus mixto derogari ſolet, in totum in prouiſionibus Papæ,cap,1.num.583.par.5. & ibi de derogatione iuris patronatus laicorum pro medietate n.584.& quidem ſit n.585.*

# INDEX.


*Ius patronatus laicorum quid ſit explicatur, cap. 1. num. 592. part. 5.*

*Ius patronatus, an cenſeatur laicale, an vero Eccleſiaſticum, quando clericus Beneficiatus ex bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ, fundat ſeu dotat Eccleſiam, Capellam, ſeu Capellaniam relinquendo patronos ſuos hæredes, vel conſanguineos, cap. 1. num. 593. part. 5. & cenſetur Eccleſiaſticum attento iure communi, ſecus attenta conſuetudine Hiſpaniæ, qua mediante poſſunt teſtari. num. 594. & ſeq. amplia in Epiſcopis habentibus facultatem teſtandi, num. 596. & 597.*

*Ius patronatus competens operarijs, ſeu Oeconomis Eccleſiæ, an ſit Laicale an vero Eccleſiaſticum, c. 1. à nu. 567. cum ſeqq. p. 5. vbi reſoluitur eſſe Eccleſiaſticum, contra Felinũ, idem dic de ſpectantibus ad Hoſpitalarios etiam laicos, etiam quando eſt approbatum Hoſpitale, authoritate Epiſcopi, nu. 600. cum ſeqq.*

*Ius patronatus confraternitatum laicorum, an ſit laicale vel Eccleſiaſticum cap. 1. nu. 604. p. 5. reſoluitur de rigore eſſe Eccleſiaſticum, de æquitate tamen ad effectum derogationis, laicale num. 608. & ſeq. Idem dic de ſpectante ad priores, ſeu officiales eorum, num. 609. quamuis ſecus ſi eſſet relictum priori qui ſemper debet eſſe perſona Eccleſiaſtica, nam tunc erit abſolutè Eccleſiaſticum, nu. 610. & ſeqq. & idem dic de collegijs inſtitutis pro ſuſtentatione pauperum, numero 612. vbi de ſubſidio impoſito per Papam numero 613.*

*Ius patronatus, quando eſt Eccleſiaſtici & laici, & facta eſt conuentio de alternis vicibus præſentando, an in turno Eccleſiaſtici cenſeatur Eccleſiaſticum, & in turno laici laicale mere? cap. 1. à num. 614. cum ſeq. par. 5. & reſolnitur quod ſic.*

*Ius patronatus, penes quem ſit, quando laici vacante beneficio nominant rectorem, quem perſona Eccleſiaſtica præſentat Epiſcopo, vel contra, & ſic an ſit Eccleſiaſticum an vero laicale, cap. 1. num. 616 par. 5. reſoluitur eſſe apud eos qui nominant.*

*Ius patronatus non tranſit in conductorem ad modicum tempus, etiam cum vniuerſitate bonorum capit. 6. numer. 10. par. 5. etiam ſi aliter conuentum ſit num. 11. comprobatur Rebuffus, num. 12.*

*Ius patronatus cuius varias tradunt doctores diffinitiones, eſt ius non mere ſpirituale ſed temporale potius annexum ſpirituali antecedenter, quia ordinatur ad præſentandum ad beneficia, c. 9. nu. 4. p. 5. vſque ad nu 8.*

*Ius patronatus vendi nequit, alias venditio eſt Simoniaca, cap. 9. numero 9. part 5. niſi cum vniuerſitate bonorum, num. 10.*

*Ius patronatus an tranſeat in emptorem cum hæreditate venditæ capit. 9. numero 11. part. 5, reſoluitur cum communi tranſire, vt tenuit Rota num. 12. quamuis contrarium tradatur, à num. 13.*

*Ius patronatus an tranſeat in creditorem cui vniuerſitas bonorum in quo eſt ius patronatus pignori data eſt, cap. 5. nu. 10. & 11. par. 5.*

*Ius patronatus, an tranſeat in fideicommiſſarium vniuerſalem, c. 9, à nu. 17. p. 5.*

*Ius patronatus, an veniat in confiſcatione bonorum, capit. 9. numero 25. par. 5. & reſoluitur ſub diſtinctione, num. 27. & 28.*

*Ius patronatus: (ſequuta ſententia priuatoria iudicis Eccleſiaſtici,) ſi eſt ſanguinis, & pertinet ad familiam, ſeu conſanguineos, ad illos tranſibit, ſi verò eſt hæreditarium, ad extraneos tranſmiſſibile, euaneſcit, & Eccleſia remanet libera, cap. 9. numero 29. par. 5. non tamen ſequuta tali ſententia priuatoria, tranſiret ad hæredem ex teſtamento, vel ab inteſtato ipſius condemnati, eo defuncto, numer. 30. præterquam in crimine hæreſis, in quo ipſo iure eſt priuatus, numero 31.*

*Ius patronatus, vt tranſeat cum re vendita, ſeu alienata ſatis eſt adhærere acceſſorie alicui fundo, non ſolum qui vniuerſitatem conſtituat, ſed etiam particulari, contra communem, c. 9. à nu. 35. par. 5.*

*Ius patronatus quamuis ſit inuendibile, & pro eo non poſſit aliquid præſtimonij dari, tamen hoc non tollit quin cum illud eſt annexum bonis, ratione illius bona pluris æſtimentur, & vendantur, quam alias, c. 9. nu. 35. p. 5.*

*Ius Patronatus tam per laicos, quam per clericos, acquiritur fundatione, dotatione & conſtructione, capite 9. num. 36. p. 5. & refertur decretum Concil. Trid. circa hoc, num. 37. & declaratur nu, 38. & 39.*

*Ius patronatus ſola fundatione, hoc eſt fundi aſſignatione, non ſtatim acquiritur, ſed ſequuta conſtructione, vel dotatione, ab eo, vel ab alijs, non poteſt dici patronus quis Eccleſiæ quæ nondum eſt, c. 9. nu. 44. p. 5.*

*Ius patronatus acquiritur Eccleſiæ cœpta ædificari, ſtatim poſito primo lapide, cum conſenſu ordinarij, quamuis non acquiratur eius exercitium, cap. 9 num. 45. & ſeqq. par. 5. limita niſi daretur dos in limine fundationis Eccleſiæ numero 47. Eccleſia enim incepta, ſtatim eſt capax dotis, & ita poſt affixionem primi lapidis ſtatim ei acquiritur, numero 48.*

*Ius patronatus ita demum ex dotatione acquiritur ſi ſit congrua, & ſufficiens, nam dotans inſufficienter, non efficitur Patronus, cap. 9. nu. 52. p. 5. etiam ſi ea ſit conſignata cum conſenſu Epiſcopi, nu. 53,*

*Ius patronatus acquiritur ex dotatione Eccleſiæ, etiam iam conſtructæ, & conſecratæ quando eſſet ſine dote, & cum conſenſu Epiſcopi id fieret, c. 9. nu. 55. quamuis contradicat gl. nu. 56. pro qua faciunt declarationes S. Congreg. nu. 57. & ſeqq. quibus reſpondetur nu. 59.*

*Ius patronatus licet acquiratur ex dotatione, non tamen ex ſimplici dotatione, vel legato, niſi fiat pro dote, tacite vel expreſſe, c. 9. nu. 60. p. 5. & reſolutio Rotæ nu. 61.*

*Ius patronatus acquiritur ex prædictis cauſis authoritate tamen ordinarij, & non alias, c. 9. nu. 71. p. 5. quæ authoritas ex poſt facto interpoſita ſufficit, nu. 72. & an præſumatur intercueniſſe, nu. 73, & deciſio Rotæ nu. 74.*

*Ius patronatus competens ex dotatione, vel fundatione, licet præferatur à Concil. Trid. non tamen refutat illud quod alias poteſt probari ſecundum regulas iuris communis, cap. 9. nu. 81. par. 5.*

*Ius patronatus non ſolum probatur ex immemoriali quæ probat legitimum titulum, cap. 9. numero 82. par. 5. ſed etiam per famam, vbi eſt antiquum, num. 83. concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione, ita vt non cenſeatur reuocatum per Concil. num. 84. & deciſio Rotæ numero 85. & probatur etiam contra Ordinarium vindicantem Eccleſiam in libertatem, numero 86. & ibi traditur deciſio Rotæ quæ videtur contra.*

*Ius patronatus probatur ex enunciatiuis inſtrumentorum antiquorum, emanatis à diuerſis perſonis non ſuſpectis, cap. 9. numero 87. cum ſeqq. part. 5. vbi ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Ius patronatus, quando dicatur antiquum, remiſſiuè, cap. 9. numero 92. par. 5. vbi ponuntur deciſiones Rotæ, nu. 93. cum ſeqq.*

*Ius patronatus in priuatis perſonis probari ex vnico actu, vt quia ſemel quis præſentauit, & ſequuta fuit inſtitutio ſpatio 40. ann. ſecundum Zerolam reprobatur, c. 9. n. 97. p. 5.*

# INDEX.


*Ius patronatus quando agitur de familia potenti, in qua præsumitur ex vsurpatione debet probari secundum formam Concilij, cap. 9. num. 98. par. 5. & decisio Rotæ. numer 99. cum seqq. idem dic de iure patronatus vniuersitatum, etiàsi hæ paruæ sint. cap. 9. num. 102. par. 5. & ibi an testes de vniuersitate sufficiant.*

*Ius patronatus, an personis potentibus, & vniuersitatibus (in quibus vt immemorialis suffragetur, præsentationes etiam continuatæ non minori quam 50. ann. spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probari debent) probari etiam debeat per authenticas scripturas, an verò possit etiam aliter probari, cap. 9. à num. 103. cum seqq. par. 5. & an id requiratur pro forma. num. 113.*

*Ius patronatus quomodo probetur, & an probetur confessione, traditur remissiuè, cap. 9. num. 114 par. 5.*

*Ius patronatus ex priuilegio reuocatum est per Concilium, c. 9. nu. 115. par. 5. vbi traditur S. Congreg. declaratio nu. 116. & Rotæ num. 117. etiam si in priuilegio dicatur, quod si prorsus eiusdem roboris & naturæ ac si ex dotatione competeret, nu. 118. & ponitur declaratio S. Congreg. nu. 119.*

*Limita in priuilegijs concessis ex causa onerosa, num. 120. & declaratio Rotæ num. 121.*

*Ius patronatus ex augmento dotis, de iure non acquiritur, sed requiritur, quod in totum Ecclesia dotetur, nec sat est quod sit commodè dotata. c. 9. num. 122. & seqq. par. 5.*

*Ius patronatus ex augmento dotis concessum etiam per Papam à 40 anni circa subijcitur examini & remissioni Ordinarij. Concessum verò ante annos 40. à confirmatione Concilij, non. cap. 9. num. 124. par. 5. & ponuntur decisiones Rotæ, vsque ad numerum 127.*

*Ius patronatus non potest competere ex concessione, & priuilegio Episcopi, cap. 9. num. 128. par. 5. vbi ponitur declaratio S. Congreg. & num. 129. cum seqq. & amplia, vt num. 133. cum seqq.*

*Ius patronatus hereditarium, etiam in fœminas hæredes transit, c. 9. nu. 143. par. 5. etiam si relictum sit consanguineis, seu eis qui sunt de genere, parentela, seu familia; quidquid sit contra in Italia, num. 144. & etiam in maioratu, nisi expressè sit exclusa, num. 145. cum seq.*

*Ius patronatus villæ in dotem datæ, ad quem spectet, ad maritum, an verò ad vxorem, cap. 9. à numer. 147. cum seqq. par. 5.*

*Ius patronatus rebus dotalibus annexum ad maritum transit sicut & dominium, & ita ad eum solum pertinebat præsentare, & non ad vxorem, cap. 9. num. 177. par. 5. quamuis alij contra teneant, num. 178. quibus satisfit, num. 179. & seq. improbata sententia Rotæ, à nu. 181. & Lambertini, num. 184. & limita vt num. 185.*

*Ius patronatus aliud est Ecclesiasticum, aliud laicale, aliud mixtum, & sic patroni alij dicuntur Ecclesiastici, alij laici, alij Ecclesiastici & laici simul. c. 9. num. 208. p. 5.*

*Ius præsentandi competit vsufructuario, omnium bonorum, c. 9. num. 207. p. 5.*

*Ius patronatus mixtum ad effectum concursus, an censendum sit Eccl siasticum, an potius laicale. par. 9. cap. 2. §. 2. à num. 276. resolvitur censendum esse Ecclesiasticum ex S. Congregatione, cuius declarationes ponuntur num. 278.*

*Ius patronatus mixtum cum ad effectum concursus censendum sit Ecclesiasticum, an parochiales talis iuris patronatus cadant sub reservationibus, ita vt si vacauerint in mensibus reservatis ordinario, nulla habita ratione patronorum, deferri [illegible] & eligere magis idoneum, part. 9. c. 13. [illegible]. num. 282. Resolvitur non cadere, sed ad istum [illegible] non esse laicale, num. 284. Et quod dicitur [illegible] iuris patronatus Ecclesiastici, idem dicendum videtur de parochialibus, in quibus persona Ecclesiastica habet ius nominandi rectorem, nam idem in effectu est, num. 281.*

*Iurisdictio transfertur in delegatum à tempore datæ, licet non quoad exercitium ante præsentationem literarum, capit. 1. num. 348. & seq. par. 5.*

*Iurisdictio voluntaria, potest exerceri extraterritorium, c. 8. num. 128. p. 5. etiam si sit delegata, & concessa ab inferiore à Principe, num. 129. & respondetur ad l. 2. versic. apud legatum ff. de officio. proconsul. num. 130.*

*Iurisdictionis actus non est proprièinteresse matrimonio, cap. 8. num. 35. p. 5. & ibi qui Parochus teneatur assistere matrimonio.*

L

*Laicus cum ex priuilegio confert beneficium non requiritur institutio, aut confirmatio episcopi, aut alterius clerici, c. 2. num. 34. p. 1.*

*Laico ius conferendi non potest competere, etiam ex conditione apposita in limine fundationis, cap. 2. nu. 35. p. 1. & etiam si adsit immemorialis, num. 36.*

*Laici incapaces sunt beneficiorum si non sint clerici saltim primæ tonsuræ par. 7. cap. 1. num. 9. adeo vt non sufficiat destinatio concurrente etiam habitu clericali, num. 19. neque etiam reputatio, qua quis existimetur clericus, si re vera non erat talis nu. 11. quamuis clerico putativo de cuius clericatu non constat, nisi per communem reputationem, potest dari pensio & beneficium, pro quo obtinendo sufficit communis reputatio; num. 12.*

*Laicus qui non habet primam tonsuram, cum sit incapax beneficiorum, non potest ad beneficium præsentari, alias præsentatio erit nulla, c. 1. nu. 25. p. 7.*

*Laicus qui de proximo est clericandus, potest præsentari ad beneficium cap. 1. num. 26. par. 7. quæ tamen doctrina Flaminij Parisij videtur esse contra Lambert. & alios docentes, non sufficere præsentatum post præsentationem in continenti clericari, num. 27. sed prædicta doctrina procederet, quando proximè clericandus expressè, vel tacitè præsentaretur in tempus, quo esset clericus, & sic in tempus habile, num. 28. & tacitè diceretur præsentari in dictum tempus, quando patronus eum præsentaret non absolutè sed dicendo præsento talem proximè clericandum, vel præsento talem & peto eum ordinari, &c. num. 29. & ita est accipienda declaratio S. Congregationis adducta, num. 30. & in casu quo absolutè præsentaretur nondum habens primam tonsuram præsentatio esset nulla & facta de indigno & incapace, quantumuis de proximo clericaretur, & ita procedit doctrina Lambertini & aliorum, numero 31. & Rota quam Flamin. citat loquitur diuersa casu & intelligitur, numero 32. & 33.*

*Laudes quantumuis sint vna hora cum matutino, tamen possunt ab illo diuidi, & recitari per modum horæ distinctæ, cap. 1. num. 224 par. 3. dicendo Pater noster, & Aue: numero 223. & alia de materia horarum Canonicarum, numero 227.*

*Lector & Pœnitentiarius cum sint priuati ipso iure suis Canonicatibus, ob absentiã vnius mensis à ciuitate absq; Ordinarij, vel Capituli licentia ex d. Bullis, si infra semestre ab huiusmodi absentia, Ordinarius, vel Capitulum non prouiderint, vel non egerunt super declaratione vacationis, fiet devolutio ad superiorem, capit. 4. numero 225. part. 5. Nec ad priuationem requiritur declaratio & voluntas Capituli, numero 226. idem erit si haberent licentiam, sed nullam num. 227.*

# INDEX.


*Lecturæ præbendæ ad cuius prouiſionem pertineat, capit. 4. à num. 153. cum ſeqq. par. 5. & de Concil. Trid, ſuper ea loquente, nu. 154. & ſufficit quod talis præbendæ ſit actualiter deputata pro Theologo, num. 155. & ſatisfit concilio Theologiam Scholaſticam legendo, nu. 156. & de tempore, hora & materia lecturæ, & de ſubſtituto ponendo, n. 157. 158. & 159.*

*Lecturæ prouiſio, & collatio, in erectis ante Concil. fieri debet ab illis ad quos ante Concil. pertinebat, cap. 4 numer. 161. part. 5. in erectis vero poſt Concil. electio perſonæ lectoris ad ſolum Epiſcopum pertinet: collatio vero perſonæ, ad illos ad quos antea ſpectabat, num. 162. & ſeq. & traduntur Rotæ declarationes Intellige vbi Præbenda vacaret in menſe Ordinarij, ſecus ſi in menſe Apoſtolico, vel alias eſſet reſeruata, nam tunc electio & collatio, ad Papam ſpectaret, num. 164.*

*Lecturæ præbendæ erectæ in Regno Caſtellæ & Legionis, in quocunque menſe vacent, ex decreto Concilij prouidentur per Epiſcopos, & Capitulum, ad inſtar Doctoralium & Magiſtralium, c. 4 nu. 165. p. 5. quamuis contrarium per Rotam fuerit reſolutum, n. 166. & refertur doctrina Gonçalez num. 167.*

*Ledeſma reprobatur dum dicit, quod ſi tres examinatores fuerint diuiſi in ſuis votis, poteſt Epiſcopus accedere cui voluerit, & ſi fuerint pro vna parte, & alius pro alia poteſt etiam accedere parti cui voluerit, cap. 2. numer. 63. part. 9.*

*Legentes, ſeu ſtudentes, in ciuitate Salmantina, poſſunt etiam vltra triennium locare fructus beneficiorum, cap. 1. num. 39. part. 2.*

*Legatus poteſt penſionem imponere, capit. 5. numero 281. & ſeq. par. 1.*

*Legatus à latere poteſt beneficia conferre, & omnia exercere in prouincia, quæ poteſt Epiſcopus, cap. 5. num. 283. & ſeq. par. 1. & limita, vt nu. 285.*

*Legati miſſi, vel nati, non poſſunt reſeruare penſiones, niſi eis ſpecialiter ſit conceſſum, cap 5. num. 286. p. 1. vel niſi ſint cum authoritate Legati de latere, nu. 287.*

*Legati ſimplices miſſi abſque poteſtate Legati de latero, cum poteſtate tamen conferendi beneficia, nihil dicendo de reſeruatione penſionum an poſſint eas reſeruare, c. 5. num. 290. cum ſeqq. p. 1. vbi diſtinguitur.*

*Legatus an poſſit beneficia conferre, & de eius officio, & poteſtate, qui agant cap. 3. num. 1. par. 5. etiam in conferendo beneficia, nu. 2.*

*Legati alij ſunt à Latere, alij miſſi, ſeu conſtituti, alij nati, & qui illi ſint, c. 3. nu. 3. p. 5.*

*Legati à latere poſſunt conferre beneficia ſuæ Prouinciæ, cap. 3. num. 4. par. 5. & an ex priuilegio, numero 5. idque iure ordinario in beneficijs exemptis, numero 6. quam gloſſ. contra num. 7.*

*Legati licet ſint Ordinarij, tamen dicuntur Ordinarij ſuper inducti, & non naturales, ſed odioſi, capit. 3. numero 9. part. 5.*

*A Legato iure legationis prouiſus, & vt Legato, non dicitur prouiſus authoritate Apoſtolica, c. 3. nu. 10 & 11. p. 5. tamen prouiſio Legati dicitur prouiſio ſedis Apoſtolicæ, cuius appellatione Legatus venit, nu. 12.*

*Legatus in ſua Prouincia, vices gerit ſedis Apoſtolicæ, in non reſeruatis, c. 3. nu. 13. p. 5. & ſic Legatorum literæ dicuntur Apoſtolicæ, nu. 14. & eo reſpectu ab eo prouiſus, dicetur authoritate Apoſtolica prouiſus, num. 15. & de interpretatione clauſulæ amotis quibuſcunque &c. nu. 19.*

*Legati à latere poſſunt conferre beneficia etiam de iure patronatus Eccleſiaſtici, c. 3. nu. 17. par. 5. etiam non facta mentione illius, nu. 18. & ſpectantia ad collationem exemptorum, etiam ſi beneficia ipſa ſint exempta, nu. 19. & 20. & etiam ſi collatio ad ſedem Apoſtolicam deuoluta ſit, nu. 21. eſt enim Legatus Ordinarius exemptorum, vt ibi dicto numero 19.*

*Legato non currit tempus ſex menſium ad conferendum, ſicut currit alijs Ordinarijs, cap. 3. numer. 22. par. 5. ſed Lapus contra num. 23. & concordant Cardinal Imola, & alij, numero 24. & 25. ſed cum poſſit conferre deuoluta ex propria negligentia, verius videtur non currere ſibi tempus, num. 20.*

*Legatus poteſt conferre beneficia ſuæ prouinciæ quamuis deuoluta ad prælatum extra ſuam legationem contra communem. cap. 3. num. 27. par. 5. & ratio traditur, nu. 28. Nam in materia collationis attenditur locus, vbi ſitum eſt beneficium, & non locus perſonæ, ad quam ſpectat collatio, nu. 29. Secus autem eſt in beneficijs extra ſuam prouinciam, etiamſi per deuolutionem, vel alias ſpectarent ad collationem alicuius Prælati de prouincia nu. 30.*

*Legatus cum non habeat facultatem conferendi beneficia extra ſuam prouinciam, eius prouiſio non præſtat titulum coloratum, niſi conſtet eſſe intra limites legationis, c. 3. n. 31. par. 5. limita, vt nu. 50. & 51.*

*Legatus non poteſt conferre beneficia ad epiſcopum deuoluta, ex negligentia prælati regularis exempti, cum Epiſcopus ea conferat authoritate Apoſtolica, & vt Delegatus Papæ, cap. 3. num. 32. & 33. p. 5. poterit tamen cum limitatione, de qua num. 14.*

*Legatus poteſt beneficia vacatura, ſuæ collationis reſeruare, cap. 3. num. 35. par. 5. cum modificatione, de qua n. 36. & ſeq. Perſonæ tamen cui reſeruauit, nullum ius quæritur, quia non poteſt dare ius ad vacaturum, n. 38. amplia, vt num. 39.*

*Legatus de latere in ſua prouincia concurrit (ſicut & Papa) cum quolibet ordinario, in collatione beneficiorum, & inter eos eſt locus præuentioni, etiam in menſibus Ordinarijs conceſſis, c. 3. a n. 40. p. 5. Non obſtantibus concordatis Germaniæ, cuius deciſiones ponuntur, num. 43. & 44. Quod etiam procedit attentis regulis hodiernis, vt num. 45. cum ſequent.*

*Legatus non poteſt conferre, vel reſeruare Eccleſias Cathedrales, vel regulares Collegiatas, ſeu ipſarum Dignitates maiores poſt Pontificalem electiuas, c. 3. n. 52. p. 5. Nec beneficia reſeruata, n. 53. etiamſi ſit ei facultas conceſſa beneficia qualitercunque vacantia conferendi, n. 54.*

*Legatus etſi haberet facultatem conferendi beneficia reſeruata, non propterea poterit conferre vacantia in curia, niſi ſpecialiter ſit conceſſum, cap. 3. numero 55. part. 5. Nec beneficia litigioſa, num. 56. Nec Cardinalis virtute indulti, num. 58.*

*Legatus habens facultatem conferendi litigioſa beneficia, non poterit conferre litigioſa iuris patronatus laici, cap. 3. num. 61. par. 5. quamuis prouiſio Papæ valeret, non facta mentione, nec derogatione illius nu. 6. Nec poteſt Legatus conferre beneficia iuris patronatus laicorum, num. 63. & prouiſio abſque patroni conſenſu erit nulla, quamuis eo non reclamante intra tempus ſuſtinebitur, num. 64. & ſeq. poteſt tamen conferre ea, ſi deuoluta ſunt ad Epiſcopum, ex negligentia Patroni, num. 66. Nec iuris patronatus mixti, numero 67. quod limita vt numero 68. quæ limitatio non placet, vt numero 69. & ſeq. Nec contra ſentit Couarr. num. 71.*

*Legatus benè poteſt conferre beneficia iuris patronatus laicorum ex priuilegio, vel præſcriptione, numero 72. & ſeq. p. 5. quod amplia etiamſi ſit priuilegium ſpeciale ad certa beneficia,*

# INDEX.


*neficia, & non generale, quamuis secus in habente priuilegium speciale etiam perpetuum ad conferendum beneficia curata, & Legatus cum Papa non potest concurrere, num. 74. cum seq.*

*Legati alij qui non sunt à latere, sive missi sive nati, conferendi beneficia potestatem non habent, nisi hoc eis specialiter sit permissum, c. 3. nu. 80. p. 5. Nisi sint missi cum potestate Legati de latere, nu. 82.*

*Legatus non potest alicui committere receptionem resignationis beneficiorum & collationem ipsorum in genere, aut in specie, p. 10. num 6. quod habet locum in alijs collatoribus, nu. 7. licet legatus bene possit resignationes beneficiorum recipere & illa conferre, num. 8.*

*Leges collegiorum imponentes pœnam privationis collegij ipso iure, seu ipso facto tale quid facientibus obligant in conscientia ad pœnam, etiam ante sententiam contra aliquos, c. 10. num. 36. par. 11.*

*Legitimatio facta dispensando in radice matrimonij est ex matrimonio, & valet ad omnia, cap. 2. nu. 41. p. 7. & quando sit dispensatio in radice matrimonij, nu. 42.*

*Legitimati per subsequens matrimonium an admittantur ad fideicommissa, seu primogenia, ad quæ vocantur ex legitimo matrimonio nati remissiue, & resoluitur affirmatiue, c. 2. num. 43. par. 7.*

*Legitimati per Papam habebuntur vt legitimi ad ordines & beneficia, cap. 2. num. 45. part. 7. de quo qui sunt videndi, num. 46.*

*Legitimi an illegitimi sint habendi expositi, cap. 2. num. 6. par. 9. & num. 7. ponitur prima sententia habendos esse pro legitimis, & posse absque dispensatione promoueri, & nu. 8. secunda sententia contraria, cuius ratio ponitur, numero 9. & magis placet, numero 10. & ea admissa non poterit Episcopus cum eis dispensare. Posset prima sententia post factum admitti, propter authoritatem eam tenentium, nu. 11 & pro secunda adducitur alia ratio, num. 12. quæ intelligitur num. 13. & 14.*

*Legitimi an & quando sint filij nati in figura matrimonij ex matrimonio putatiuo, c. nu. 44. p. 7.*

*Legitimos esse etiam oportet promouendos ad beneficia & ex legitimo matrimonio, nam illegitimi inhabiles sunt ad Ecclesiastica beneficia, cum nec ad ordines, nec ad clericatum admittantur, c. 2. nu. 1. p. 7.*

*Lex Regia 2. tit. 4. lib. 1. recopil. declaratur, cap. 3. num. 2. 3. & 4. cum seq.*

*Lex Concilij, quatenus priuat fructibus pœnalis est, & sic non obligat in conscientia ad restitutionem, cessante peccato contra Ladesimam cap. 3. numero 67. & 68. cum sequen. part. 3.*

*Lex 1. ff. ad Turpilianum, ibi: Si autem pronuntiauerit, intelligitur, c. 3. §. 1. nu. 100. par. 11. ex qua apparet damnatum de crimine, quod de iure meretur privationem eo ipso priuatum esse, licet in sententia non exprimatur, & ita videtur aliàs tenere Innoc. quamuis alias etiam videatur velle, quod requiratur noua sententia in executione pœnæ à dicto nu. 100. vbi ponuntur sententiæ Doctorum, concordantur opiniones, nu. 105. & 106.*

*Lex humana, quando liget actus merè internos, vide verbo, excommunicatio vel primero.*

*Lex potest in pœnam impedire acquisitionem fructuum beneficiorum, & aliorum publicorum, ita vt in conscientia debeant restitui, c. 10. nu. 21. p. 11.*

*Lex quando dicatur non recepta, & an requiratur decennium c. 5. §. 1. nu. 155. & 156. p. 11.*

*Liber Dataria probat in fauorem eius ad cuius commodum, & contemplationem pensio fuit reseruata, cap. 5. nu. 270. par. 1. & decisio Rotæ, num. 271. & 272.*

*Licentia alienandi patrimonium non potest dari, per Vicarium Episcopi, sine speciali mandato, capit. 5. num. 290. part. 2.*

*Licentia ad non residendum studiorum causa hodie est à superiore petenda, nec sine ea abesse licet, cap. 2. nu. 87. part. 3. limita in docentibus, vt ibidem, & idem erat de iure antiquo, nu. 88. & 89. Nisi consuetudo, aut priuilegium sint in contrarium, nu. 93.*

*Licentia (in casibus, in quibus absentes à iure habentur pro præsentibus) non requiritur à Prælato, cap. 2. numero 96. & seq. par. 3.*

*Licentiam absentiæ Ordinarius non potest dare Canonicis, vltra tempus à Concilio permissum, cap. 2. num. 68. par. 3. & concordia Concilij Toletan. & Compostellan. super illis, numer. 99. & 100. & declaratio S. Congreg. num. 101. & amplia etiam pro studio Theologiæ, & alijs, à nu. 102. & 107. cum seqq.*

*Licentia, quæ datur Canonicis, ad se absentandum, an spectet ad Capitulum, ad quod spectat eorum prouisio, & non ad Capitulum cum Portionarijs, cap. 4. num. 230. par. 5. & quando ea non sit necessaria, num. 231. & quid si habeant licentiam pro negotijs fictis, nu. 232. & licentia debet esse expressa, & non tacita, vt num. 233. qua vbi ea requiritur debet esse expressa.*

*Licentia eligendi confessarium data à Papa Episcopo, vel parocho, non expirat morte concedentis, quia est gratia facta ipsi pœnitenti, cap. 2. nu. 315. p. 6. licet alij contra, nu. 316. quod intellige, vt nu. 318. & seq.*

*Licentia audiendi confessiones, data alicui Sacerdoti ipsum contemplatione, à Papa, Episcopove, non expirat morte concedentis, c. 2. nu. 319. cum seqq. p. 6. quid in licentia, seu inuestitione alicui data à Parocho, ad audiendas confessiones suorum subditorum, nu. 325. & seq.*

*Licentia audiendi confessiones certarum personarum, data alicui ipsarum fauore, expirat morte concedentis, cap. 2. num. 327. par. 6.*

*Licentia & facultas testandi concessa à Papa, non expirat morte concedentis re integra, cap. 2. num. 328. par. 6. nec licentia faciendi maioratum, num. 329. & seq. amplia vt n. 331. cum seqq.*

*Licentia proprij Episcopi probatur, sola assertione ordinandi, cap. 1. nu. 171. p. 7.*

*Licentia quælibet ab ordinario per surreptionem, seu deceptionem obtenta, erit valida quamuis obtinens decipiendo peccet, cap. 3. nu. 7. p 8.*

*Lis et illius prosecutio super Dignitate non excusat possessorem à residentia vltra tempus à Concilio permissum, persecutio vero litis super iuribus, seu bonis Dignitatis, aut Canonicatus excusat, c. 2. nu. 49. & seq. part. 3.*

*Lis introducta super beneficio vt vnito, non est super beneficio, c. 2. nu. 32. p. 12. vbi ponitur resolutio Rotæ.*

*Literæ facultatis transferendi, an debeant coram iudice præsentari, traditur remissiuè c. 5. nu. 250. p. 1.*

*Literæ reseruationis Pensionis, quando agitur contra successorem in beneficio non consentientem reseruationi, debent amplificari, c. 5. nu. 448. p. 1. & decisio Rotæ, nu. 449.*

*Literæ pensionis, & reseruationis fructuum, siue modum, siue conditionem continent, amplificandæ sunt, cap. 5. nu. 460. part. 1.*

*Literæ originales in primis præsentandæ sunt coram executore, seu processus fulminatus, seu solum processus, in quo ipsæ literæ sunt inserta, donec pars opponat, cap. 5. nu. 532. & seq par. 1.*

*Literis pensionis præsentatis, quid pensionarius, & index facere*

# INDEX.


*ſacere debeant, exponitur, cap.5.num.535. & ſeq. vſque ad num.546.par.1.*

*Litera quamuis non ſint intimatæ titulari etiam ſucceſſori, poterit executor dare ſententiam contra eum, quam mandet, quod infra certum terminum ſoluat, c.5.num.579.p.1. & idem vbi non eſſet lapſus menſis vt num.580.*

*Literarum originalium, vel alias authenticarum præſentatio, neceſſaria eſt ad exercitium iuriſdictionis, nec ſufficit tranſumptum factum à Notario ſeu copia, c.2.num.16.p.6. & tradunt deciſiones Rotæ, à num.17.cum ſeqq.*

*Litera vnionis non dicuntur litera de beneficio, ſed de proprietate, & re profana, capite 2.num.33.par.12.*

*Literis Epiſcopi de reſignatione an credatur, cap.4.à num.42. par.8. & placet deciſio Creſcentij, quod literæ Epiſcopi ſolo ſigillo ſigillatæ ſine tabellione, non probent reſignationem, etiam ſi eſſet eodem tempore facta, intelligendo contra eum, quem dicit reſignaſſe id negantem & contradicentem, alias ſecus, num.47.*

*Literis ordinarij ſolo ſuo ſigillo roboratis, ſtatur, vbi non agitur de antidatione, ſeu anterioritate proniſionis, in his, quæ ad eius officium pertinent coram eo vno, & eodem tempore factis, alias ſolum probarent vltimum actum, contra Maſcardum.cap.4. à num.34.par.8.*

*Litigioſum non eſſet beneficium, vbi ageretur de priuatione ipſo iure incurſa, etiam ad inſtantiam habentium intereſſe, & ius præſentandi beneficium, ſi tamen non petebant adiudicationem, ſeu collationem illius in illo iudicio, vt in reſolutione Rotæ poſita, c.3,§.1.num.83.par.11.*

*Locatio fructuum beneficiorum, facta vltra triennium, an ſit totum nulla, an vero ſuſtineatur pro triennio diſputatur, cap.1.num.48.cum ſeq.par.2.*

*Locatio fructuum, ſeu rerum beneficij facta vltra triennium, an confirmetur iuramento in præiudicium ipſius beneficiati accurate diſputatur, cap.1.num.83.cum ſeqq.par.2. & negatiue reſoluitur.*

*Locationis prohibitio, & eius nullitas eſt inducta in fauorem Eccleſiarum, & miniſtrorum, & ideo beneficiatus poterit agere contra eam, cap.1.num.88.par.2.*

M

*MAndato de manutenendo in poſſeſſionem penſionis, vt ſit locus, quæ requirantur, cap.5.num.453. & ſeq. par.1.*

*Mandatum de prouidendo ante collationem non dat titulum & ius in re, ſed ad rem, & ſic per obitum illud habentis, non vacat beneficium, ſed per prius, capitul.3.numero 60. par.4.*

*Mandatum de prouidendo de beneficio vacaturo, aut incerto, non inducit affectionem beneficij de iure, cap.1.num.148. par.5. quamuis de ſtylo curiæ contrarium ſit.num.149.*

*Mandatum datum Vicario ad conferenda beneficia debere eſſe ſpeciale qualiter intelligitur, traditur cap.8. num.113. vſque ad 118. par.5.*

*Mandatum de manutenendo conceditur, etiam ſpoliatori & detentori contra ſpoliatum, capitul.10.§.3.numero 213. par.11.*

*Manutentio datur reſignatario, etiam poſt probatam non publicationem, donec declaretur id per iudicem, c.3.nu.312. par.11.*

*Marcus Antonius Genuen. improbatur, dicens, quod quando debet eligi ſacerdos, debet eſſe actu, quando onus impoſitum eſt à laicis, ſecus ſi ab Eccleſiaſtico, vel per ſtatutum Eccleſiæ, & Gonzalez, & alij, c.1.num.63.par.7.*

*Maritus verè & propriè rei dotalis dominus cenſetur, cap.9. numero 164. & ſeq. parte 5.*

*Maritus licet rem dotalem alienare non poſſit, dominus tamen earum eſt, cap.9.num.166.par.5. ſicut pupillus, minor, & ſimiles. vt num.167.*

*Maritus rectè poteſt manumittere ſeruos dotales abſque donatione vxoris, cap.9.num.168.p.5.*

*Maritus dominus eſt partuum ancillarum dotalium & aliorum, quæ in fructu non computantur, cap.9. numero 169. par.5.*

*Maſcardi doctrina, quod licet beneficia reſignata ex cauſa permutationis vacent, tamen de æquitate quadam non dicuntur vacare ad effectum, vt alteri conferri poſſint, & vt cõprehendantur iuribus & priuilegijs loquentibus de beneficus vacantibus & in expectatiuis intelligitur de iuribus, & priuilegijs, per quæ permutatio poſſet impediri conferendo beneficia alteri, c.3.num.11.p.11.*

*Maſculinum quamuis comprehendat fœmininum, tamen maioris explicationis gratia, addita ſunt in regula, verba illa collatricium, cap.1. num.622.par.5. Nam fœmina ex priuilegio poſſunt habere ius conferendi, cuius capaces ſunt de iure, vt ibidem.*

*Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato, denuntiatoue, &c. vel alio Sacerdote de eius licentia valet, capit.8.numero 135.par.5. etiam in aliena parochia. num.136.*

*Matrimonij contractus cum impubere, quod iuris interpretatione fit ad ſponſalia de futuro, procedit etiam hodie ſtante Concil.Trident. in matrimonio clandeſtino, contracto ſine parocho & teſtibus, quamuis alias eſt omnino nullum ex S. Congregatione, cap.8.num.23.par.11. vbi ponitur declaratio S.Congregationis.*

*Matrimonium contrahens de facto beneficiatus, an perdat beneficium ipſo facto, vel veniat priuandus per ſententiam, vide verbo, beneficiatus in ſacris.*

*Melioratio facta filio pro ſuſcipiendis ordinibus, etiam ſine traditione eſt irreuocabilis, capitul.5.num.156.cum ſeqq. par.2.*

*Mentio an ſit facienda per intruſum in noua proniſione, ſeu gratia de fructibus per eum perceptis remiſſiue, capitul.1. num.92.par.2.*

*Mentionem fieri debere de menſe vacationis ſtatutum, eſt, quia vult Papa certior reddi, an beneficium vacauerit in ſuo menſe, c.1.num.655.p.5. & an diſpoſitiue, an vero abſolutè, & indubitanter facienda ſit, num.656. quod ſolum procedit in menſibus reſeruatis, num.657.*

*Mentio an neceſſario facienda ſit de ordine annexa beneficio, ſeu prebendæ ex conſuetudine, ſtatuto, priuilegio, vel fundatione ab impetrante, eſto ſit in ætate ad talem ordinem requiſita, c.1. num.44. p.7. reſoluitur negatiue cum communi contra alios, & adducitur deciſio Rotæ, cuius ratio eſt: nam de qualitatibus non conſideratis, & expreſſis à iure, ſeu ſtylo, non eſt facienda mentio, num.48. & qualitates exprimendas qui ponunt, num.49.*

*Mentio an ſit facienda in impetrationibus de diſpenſatione, c. 2.num.72.par.7. vbi reſoluitur, quod non quando eſt executio diſpenſationis iam factæ, ſecus in ſecunda diſpenſatione, ſeu vbi additur diſpenſatio diſpenſationi, num.72. & ſequenti, vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Mentio beneficiorum obtentorum, non eſt neceſſariam prouiſione de parochiali, quæ à Papa fit electo in concurſu ab ordinario, nam eſt illi debita collatio, cap.4.num.96.par.11. ſicut etiam in inſtitutione præſentati facta à Papa, non eſt neceſſaria mentio obtentorum, nu.97. nihilominus in proniſione parochialium praxis, conſuetudo, & ſtylus videtur habere contrarium, num.98.*


Mentio

# INDEX.


*Mentio de intruſione eſt facienda, etiamſi intruſus non adminiſtrauerit, nec fructus perceperit, & ſi fructus perceperit, etiam de illis facienda eſt mentio, cap. 10 §. 3. num. 23. par. 11. niſi fructus debeantur tertio, num. 232. vel niſi quando adeſt lis, ex qua timere poteſt reſtitutionem fructuum num. 233. vbi adducitur reſolutio Rotæ nullibi tamen recte probari, quod intruſus, aut percipiens fructus indebite, ſit inhabilis ad beneficium illud, niſi in caſu cap. quiſquis de electione, numero 234. & quamuis de ſtylo curiæ videtur intruſum quamdiu eſt intruſus, & qui percipit fructus indebite, quamdiu illos habet, eſſe inhabiles ad illud beneficium, nam de ſtylo datur illis rehabilitatio, tanquam inhabilibus, cum compoſitione tertiæ partis fructuum perceptorum, tamen id non procedere in eo, qui habens ius ad rem intruſit ſe in beneficio per ſolam poſſeſſionem, abſque eo, quod ſe ingeſſerit adminiſtrationi, vel fructus perceperit, &c. numero 235. & 236.*

*Mentio etiam non eſt facienda de colorata alterius poſſeſſione, quando in literis eſt clauſula, amoto quolibet detentore, nam ſatis videtur facta mentio de poſſeſſione colorata per iſtam clauſulam, quæ habet vim expreſſionis illius, cap. 1. numero 66. part. 10. quod procedit quando illa clauſula apponeretur in literis gratioſis, ſecus ſi in literis executorijs, vel in executione gratiæ, prout conſueuit poni, ſecundum DD. à numero 70. & de dicta clauſula, amoto, &c. remiſſiue, num. 73.*

*Mentionem facere de obtentis, non eſt opus in permutatione facta coram ordinario, ſicut nec in alia prouiſione ab eo facta, capite 4. nu. 99. par. 11.*

*Mentione facta reſeruationis per clauſulam, ſiue alio quouis modo, venit omnis reſeruatio, capit. 1. numero 27. p. 11. præterquam per vacationem apud ſedem, ſeu in curia, nam hæc requirit ſpecialem mentionem, numero 28. & ad quandam deciſionem Rotæ in una Spoletana, quam Mandoſius allegat in contrarium, Reſpondetur, quod ibi aderat etiam clauſula, verumque & vltimus vacationis modus, etiamſi ex illo quauis generalis reſeruatio, etiam in corpore iuris clauſula, reſultet, habeatur pro expreſſo, numero 29.*

*Mentione facta reſeruationis per dictam clauſulam, ſiue alio quouis modo, quod veniat omnis reſeruatio, proccait maxime ſtante clauſula, ac diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſeruatum exiſtat, cap. 1. num. 30. par. 11. & quando illa apponatur, & quando ſolum dicatur, ac diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatum exiſtat, quo caſu non venit generalis reſeruatio, nu. 31. Dicta clauſula, ſiue alio quouis modo, capit etiam vacationem per priuationem, nu. 32.*

*Mentio non eſt facienda de colorata alterius poſſeſſione, ſtante clauſula in ſupplicatione, ac de N. & aliorum quorumcunque conceſſiones, prouiſiones, & poſſeſſiones habeant pro expreſſis, capit. 1. numero 56. part. 10. & idem ſtante clauſula, ac de N. & aliorum quorumcunque conceſſiones, iura prouiſiones, &c. habeantur pro expreſſis, numero 57.*

*Mentio non eſt facienda de colorata alterius poſſeſſione, quando in reſcripto eſt clauſula, vocatis vocandis, quæ operatur expreſſionem coloratæ poſſeſſionis, cap. 1. nu. 58. p. 10. & vbi ea apponatur, à nu. 59.*

*Mentio non eſt facienda de colorata alterius poſſeſſione, quando in reſcripto eſt clauſula, dummodo non ſit alterius quæſitum, cap. 1. numero 61. part. 10. & vbi ea apponatur, numero 62. & ratio ponitur, nu. 63. quæ clauſula non ſuſpendit gratiam, & nu. 64. de ea remiſſiue, nu. 65.*

*Mentionem oportet facere in impetratione de vtroque beneficio annexo æque principaliter, cap. 2. nu. 42. par. 12. quamuis ſi ſolum facta ſit mentio de vno per clauſulam cum annexis in literis apponi ſolitam, conſertur vtrumque, & per clauſulam ſupplicationis, quorum & illi forſan annexorum, &c. num. 44.*

*Mentio quod debeat fieri de inceſtu in diſpenſatione, facit doctrina Couarr. quod in diſpenſatione ſuper impedimento dirimente eſt facienda mentio de cognatione ſpirituali per catechiſmum tantum contracta, quæ impedit, & non dirimit matrimonium, cap. 3. numero 42. part. 8. quod intelligitur quando illud impedimentum dirimens non eſſet cognatio ſpiritualis ex eodem baptiſmo, tunc enim ſufficeret exprimere cognationem ſpiritualem ex baptiſmo, cumque ea confunditur cognatio ex catechiſmo, numero 43. ſicut impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, aut matrimonio rato, cum affinitate ſuperueniente ex matrimonio conſummato confunditur, num. 44. licet ſecus quando impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus concurreret cum affinitate ex copula illicita, aut affinitas ex copula illicita præcedenti cum publica honeſtate ex matrimonio rato ſubſequuto, num. 45.*

*Menſis qui datur recreationis gratia, à Conſilio, quot dies contineat, c. 2. nu. 506. cum ſeq. p. 3.*

*Menſes abſentiæ ex quibus diebus, & horis ſint conficiendi, c. 2. nu. 327. & ſeq. p. 3.*

*Menſes alternatiuæ non ſunt reſeruati, nam ea ſolum removet obſtaculum reſeruationis, cap. 1. num. 22. part. 5. vbi deciſio Rotæ.*

*Menſes octo, Ianuarij, Februar. &c. prout iacent, ſunt Apoſtolici, & reliqui quatuor Ordinarij, cap. 1. numero 522. part. 5.*

*Menſis vnde incipiat & computetur in propoſito, c. p. 1. num. 523. par. 5.*

*Menſes nulli ſunt reſeruati, reſpectu Cardinalium, quia eos regula excipit, alias eos comprehenderet, cap. 1. nu. 624. p. 5. intellige de Cardinalibus Ordinarijs Collatoribus tantum, num. 625. etiam in beneficijs ſimultaneis cum Capitulo, nu. 626. cui etiam prodeſt.*

*Menſis vacationis & obitus, exprimendus eſt quando beneficium impetratur per obitum habentis ius in re, alio exiſtente in poſſeſſione: quando vero impetratur per obitum vltimi poſſeſſoris de facto poſſidentis, ſufficit exprimere menſem illius vacationis de facto, capite 1. nu. 663. par. 5. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Media nox, quæ dicatur, c. 1. nu. 524. p. 5. & quid vbi ſunt diuerſa horologia, num. 525. alias ſumenda eſt à communiter accidentibus, vt nu. 526.*

*Metropolitanus, (ad quem reprobatus & reiectus ab executore appellauit,) an teneatur eum iterum examinare, traditur cap. 2. nu. 78. par. 6. & quid in hac Prouincia Compoſtellana, num. 79.*

*Milites Hieroſolymitani, ſunt vere religioſi, cap. 4. nu. 3. p. 1. & ideo per eorum profeſſionem diſſoluitur matrimonium ratum, num. 4. quamuis aliqui dicant non eſſe proprie religioſos, num. 5.*

*Milites regulares militiæ S. Iacobi de Spatha, aliique huiuſmodi, non ſunt incapaces beneficiorum ſecularium, ſeu ſimplicium ſiue curatorum, neque etiam penſionum, cap. 4. nu. 24. par. 1.*

*Milites ſancti Iacobi, dicuntur laici ad differentiam Clericorum, vere tamen ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, c. 4. nu. 9. 10. & 13. p. 1. & vide, nu. 14.*

*Milites ſancti Iacobi, Calatraua, & Alcantara, ſunt tam proprie & vere religioſi ſecundum plures, c. p. 4. nu. 15.*

# INDEX.


*p.r. 1. Contrarium tenent alij, num. 26. et Rota, num. 17. & 19. refertur votum D. Pamphilij, num. 18. & intelligе, vt nu. 21. & 22.*

*Milites S. Petri, & alij habentes priuilegium transferendi pensiones, coram Notario & testibus, possiunt illas transferre, etiam non ostensis priuilegijs, nec literis reseruationis, c. 2. nu. 15. par. 6.*

*Miracula diuina non sunt trahenda in consequentiam, cap. 1. nu. 13. & 14. p. 7.*

*Monachi & regulares possunt ad dignitatem Episcopalem euehi, cap. 10. nu. 30. p. 7.*

*Monachus factus Episcopus non habet bonorum, seu fructuum dominium & proprietatem, sed administrationem & dispensationem. c. 1. nu. 89. p. 7.*

*Moniales dicuntur personæ Ecclesiasticæ, & gaudent eo priuilegio, c. 4. nu. 12. p. 1.*

*Morbo caduco laborans, aut sinistri oculi infirmitate, aut capitis morbo, non est inhabilis ad obtinenda beneficia simplicia, licet secus in beneficijs requirentibus ordinem sacrum, & agrotus morbo impediente vsum ordinis est irregularis ad beneficium curatum de nouo suscipiendum, non ad simplex, c. 12. nu. 20. p. 7.*

*Mors omnia soluit, cap. 2. nu. 1. p. 21.*


## N


*NArrans habere reseruatos fructus, seu partem illorum pro pensione debet narrare illorum valorem, & illam iustificare, capite quinto, nu. 101. p. 1.*

*Narrans se obtinere pensionem certæ quantitatis, non tenetur probare se illam habere, & non excedere quantitatem narratam, capite quinto, nu. 101. par. 1.*

*Narratiua super qua fundatur reseruatio pensionis debet plene iustificari. c. 5. nu. 477. p. 1.*

*Narratiua facta proprio motu in reseruatione pensionis, si detur, an possis probari contrarium, caput. 5. numero 498. part. 1.*

*Narrare copulam, non erit opus in dispensatione, si copula sit habita inter coniunctos ignorantes probabiliter, seu bona fide esse coniunctos, quia tunc non contrahitur impedimentum incestus, cap. 3. num. 106. par. 8. Quia tunc non est incestus formaliter, nec fuit commissum peccatum incestus, num. 107. Et idem etiam in concessione non esset opus, tunc dicere circumstantiam consanguinitatis, num. 108. Habens tamen copulam cum coniuncta scienter, ignorans pœnam contra incestuosos iure positam incurrit illam contra Vegam, numero 109. quamuis verum sit, quod quoties narratur copula in dispensatione, etiamsi dicatur ignoranter habita, soluitur maior compositio, sicut quando scienter: sicut etiam quando dispensatio ponitur ob notam & infamiam mulieris, etiam non sequuta copula, numero 110.*

*Narrare sufficit Papæ in supplicatione dispensationis copulam non dicendo quot vicibus sit habita, licet sæpe habita fuerit, cap. 3. num. 77. part. 8. sicut si quis tenet, seu teneat in Baptismo plures filios alicuius, vnica tantum est compaternitas, num. 78. & si quis ter, vel quater contraxit nuptias, non est necesse id exprimere in dispensatione bigamiæ. num. 79. Et in dispensatione irregularitatis contractæ, ex eo quod quis excommunicatus celebrauit, non videtur necessarium exprimere, quod pluries celebrauit, aut plurибus excommunicationibus ligatus, quia vna tantum videtur irregularitas, licet secus in eo, qui celebrat ligatus diuersis censuris, á num. 80.*

*Natura Capellaniæ ad nutum amouibilis, non mutatur si de facto quis ordinetur, ad titulum eiusdem, cap. 2. numer. 91. part. 1.*

*Naturales attenta consuetudine, seu lege particulari, qua gaudent nobilitate parentum, vt in Hispania, sunt de familia, domo, &c. nisi subiecta materia aliud importet, vt successio maioratus, seu iuris patronatus, cap. 15. numero 49. 50. & 51. part. 7.*

*Naturalis seu oriundus Regni, vbi est beneficium, debet is esse, cui de beneficio prouidetur in Regnis, vbi est tale priuilegium, seu consuetudo, cap. 9. numero 1. part. 7. exterius enim beneficium ibi obtinere nequit sine Regis permissu, & literis naturalitatis, vt in Gallia, & Regnis Castellæ, numero 2. & 3.*

*Nauarrus consil. 14. de clericis non residentibus reprobatur, cap. 2. nu. 339. p. 3.*

*Nauarri consil. 13. de rebus Ecclesiæ, non videtur verum, c. 2. num. 19. par. 12.*

*Nauarri doctrina de eo, qui vinum non potest bibere, quin eumat, quod licet sit irregularis ad presbyteratum, possit promoueri ad ordines, minores, & etiam ad diaconatum, & subdiaconatum, de qua cap. 12. nu. 24. par. 7. Respondetur contrarium esse verius, nu. 31. & 32. & quidquid in eo esset, tamen corpore vitiatis aliud dicendum esset, ex quo sunt absolute irregulares, nu. 31.*

*Nauarrus hallucinatur confundens quatuor casus confidentiæ, qui ponuntur in constitutione Pij V. de confidentia, versic. quare nos cum coniecturis, quæ etiam sunt quatuor, & ponuntur in vers. ad probandum, & illi quatuor casus vocantur præsumptiones iuris, & de iure, & non sunt arbitrariæ, sed iure definitæ, c. 3. §. 2. nu. 196. p. 11.*

*Negligentia data habentis instituere, ex præfixione termini illi facta à superiore, & sic ad eum facta deuolutione, non intelligitur ei præfixum semestre ad institutionem faciendam, contra Lambertinum, capit. 4. numero 7. & 8. part. 10.*

*Negligens si sit habens instituere, vel confirmare, aut conferre beneficia permutata, & differat, seu recuset id facere, recurrendum est ad superiorem, qui tempus præfigat, quo elapso ipse supplebit, vel compellendo, vel instituendo, c. 4. num. 5. par. 10.*

*Nepos legitimus ex filio seu filia illegitimis, non potest viuente auo obtinere pensionem super beneficio. quod auus possidet, vt anita incontinentiæ memoria arceatur secundum S. Congregationem cuius declaratio ponitur, c. 3. num. 24. & in nepote illegitimo ex filio illegitimo idem videbatur, nempe non comprehendi in dictis dispositionibus, quia in materia odiosa, & pœnali appellatione filiorum non veniunt nepotes. nu. 25. & confirmatur, nu. 26. & ita tandem censuit S. Congregatio, num 27.*

*Notarij & alij officiales, quibus alias salarium constitutum est, an ex possessione beneficij, seu mandato, & actis illius, possint aliquid accipere pro suo labore, videtur id non tolli dictis declarationibus, quæ non loquuntur de possessione, c. 1. num. 80. par. 8.*

*Nouitijs non possunt conferri beneficia regularia, sed debent dari expresse professis, cap. 10. num. 4. p. 7.*

*Nouitijs, possint ne conferri beneficia secularia, vide verbo, beneficia secularia.*

*Nox media. quæ dicatur, vide supra verbo media nox.*

*Nullitatis seu reformationis causa pendente coram Ordinario, absque commissione, non impeditur executio literarum pensionis, c. 5. num. 525. p. 1.*

*Nullitates orientes ex ventre, discutiendæ sunt in petitorio stante quasi possessione exigendi, capite 5. numero 554. part. 1.*

# INDEX.


*Nullus actus eſt pœna propriè, cap.1.num.98.par.8.*

*Numerus vbi à Papa, vel eius authoritate ſit præfixus, vel confirmatus, vel dignitas creata, licet non poſſint etiam ex cauſa diminuere, vel ſupprimere, tamen id intelligitur, niſi cauſa diminuendi, nempe diminutio reddituum ex poſt facto ſuperueniſſet, cap.1.num.3.& 4 par.12.*

*Nuntij Hiſpaniæ, an poſſint reſeruare penſionem, c.5.nu.288. & ſeq.p.1. reſoluitur negatiue.*

*Nuntius Hiſpaniæ licet mittatur cum poteſtate Legati de latere, tamen circa beneficia conferenda, datur ei facultas reſtricta ad beneficia 24. ducatorum valorem non excedentia, c.3.num.85. & ſeq.p.5. in cuius valore diſtributiones cotidianæ continentur, num.89.*

*Nuntius Hiſpaniæ non poteſt prouidere beneficia curata, c.3. num.85. par.5. nec Dignitates in Eccleſiis Cathedralibus, aut Collegiatis, qui non ſunt beneficia ſimplicia, num.86. & ſolum poteſt conferre vacantia beneficia per obitum, non per reſignationem, aſſecurationem, vel alias, numero 87.*

*A Nuntio facta proviſiones, antequam fide dignorum teſtimonio conſtiterit, beneficia non excedere valorem taxatiũ, nulla ſunt quantumuis verum non ſit excedere, c.3.nu.90. p.5. & intellige, vt num.91.*

*Nuntius an ſtante quod ſolum poteſt conferre beneficia ſimplicia, poſſit prouidere Archipresbyteratus, qui non ſunt in Eccleſijs Cathedralibus, ſeu Collegiatis, ſed dicuntur Rurales, & ſolent habere aliquam iuriſdictionem, ſuppoſito quod non excedant valorem 24. ducatorum, c.3. à nu.94. par.5. & reſoluitur quod ſic. Et an beneficia Curata habitu tantum non actu, quia caret Parochianis à num.99. & referuntur Doctorum ſententia, & Rota, vſque ad numerum 115.*

*Nuntius an poſſit prouidere beneficia litigioſa, cap.3. nu.29. part.5. reſoluitur quod non num.130. & ſeq. vbi explicatur clauſula facultatis eiuſdem, & an beneficia vacantia in menſibus Ordinarij, nu.132. reſoluitur quod ſic, limitatamen quatuor menſibus Ordinarij non habentis alternatiuam, num.133. & ſeq. Et ſic poterit apponere clauſulam in literis ſolitam Apoſtolicis apponi, ſeu ſi venerabili fratri Epiſcopo &c. per quam derogatur alternatiue, num.135. contrarium traditur, num.136. & concordia, vt num.137.*

*Nuntius an poſſit prouidere beneficia 24. ducatorum vacantia in Epiſcopatu, cuius ſedes vacat, ſtante regula 2. Cancellariæ, per quam reſeruantur omnia beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante cap.3. num.140. cum ſeqq. p. 5. reſoluitur negatiue.*

*Nuntius an poſſit prouidere duo beneficia annexa, quorum inſimul fructus excedunt valorem 24. ducatorum: ſingulorum vero non excedunt, cap.3. à num.143. cum ſequentibus par.5. reſoluitur cum diſtinctione, & ibidem de valore ducati auri num.147. cum ſequentibus, & an incerta, & emolumẽta funeralium, & vniuerſariorum in eo ſint computanda. numer.153. cum ſequentibus reſoluitur negatiue, cum limitatione tamen, & an redditus, & emolumenta competentia beneficiato ratione Capituli Beneficiatorum, num.58. cum ſeqq. Et an fructus qui in diœceſi Carthagin. & Concben. dicuntur tertiariæ, num.61. cum ſequentibus reſoluitur negatiue, & an ſint deducenda de dicto valore ſtipendia Miſſarum, num.163. cum ſeqq. reſoluitur negatiue.*

*Nuntius an poſſit pronidere beneficium, quod valet plus 24. ducatorum, eſt tamen penſione grauatum, qua deducta eos non valet. c.3. num.170. cum ſequentibus reſoluitur negatiue, niſi penſio eſſet perpetua, vt in num.173.*

*Nuntius an poſſit vigore dictæ facultatis prouidere beneficium, quod in modico excedit valorem 24. ducatorum, & an ſexta partis diminutio, quæ ſolet dari ad excuſandum malam valoris expreſſionem, eadem ſit prouiſioni Nuntij, capitulo 3. numero 180. parte 5. reſoluitur negatiue, num.182.*

*Nuntius an poſſit conferre beneficia iuris patronatus, non excedentia valorem 24. ducatorum, cap.3. à num.243. cum ſequentibus, par.5. reſoluitur cum diſtinctione.*

*Nuntius an poſſit derogare Iuri patronatus laicorum, pro medietate tantum, & mixto in totum traditur, c.3.nu.246. p.5. reſoluitur. num.247. & 248.*

*Nuntius poterat ex dicta facultate, conferre beneficia iuris patronatus laicorum ex negligentia eorum, ſeu culpa ad Papam, aut Ordinarium deuoluta, ſicut Legatus, dummodo non excedat valorem 24. ducat. cap.3. num.249. & ſeq.par.5.*

*Nuntius an poſſit conferre beneficia exempta, ſeu ad exemptorum collationem ſpectantia, non excedentia valorem 24. ducatorum, capitul.3. numero 251. par.5. & reſoluitur poſſe.*

*Nuntio an currat tempus ſemeſtre ad conferendum, capit.3. num.252. cum ſeq p.5.*

*Nuntij Hiſpaniarum facultas circa hoc de licentia ad Ordines traditur, c.7.nu.103 p.5.*

*Nuntius Hiſpaniæ non poteſt etiam Sede Apoſtolica vacante, dare Ordinandis dimiſſorias literas, niſi competenter Beneficiatis, & arctatis, cap.7.num.104.p.5. quamuis alias poſſit quis promoueri cum dimiſſorijs literis Legati de latere. vt num.205.*

*Nuntij Hiſpaniarum ſolent habere facultatem diſpenſandi in homicidio caſuali, etiam publico. cap.11. num.35. par. 7. & ſimiliter Commiſſarius generalis Cruciatæ, numero 36. vbi ponitur clauſula facultatis, quam explicant relati. num.37.*

*Nuntio Hiſpaniæ ſolet dari facultas diſpenſandi ſuper quocunque impedimento publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, &c. vt in clauſula poſita. capitul.5. §.4. numer.367. par.11. & Commiſſario Cruciatæ conceditur facultas in foro conſcientiæ diſpenſandi cum his, qui primo & ſecundo affinitatis ex fornicatione contracta gradibus coniuncti matrimonium contraxerunt, nec non in ſuperueniente ſimili affinitatis impedimento, &c. vt in clauſula poſita numero 368.*

O

*Obiectioni, quod illiteratus, ſeu imperitus ſit irregularis, atque adeo collatio illi facta ſit nulla, reſpondetur hanc non eſſe propriè & ſtrictè irregularitatem, maxime ſi non ſit penitus, & omnino illiteratus, ſicut etiam defectus morum, non eſt irregularitas, capitul.7.nume.19. part.7.*

*Obligatio ſoluendi penſionem, ſuppoſita parte affirmatiua, an incumbat ſolum Capitulo, an vero ſingularibus de Capitulo, pro parte quam percipiunt, cap.5. num.221. vſque ad 225. par.1. vbi diſtinguitur.*

*Obligatio recitandi quam habent beneficiati, ſicut & in ſacris conſtituti, non eſt iuſtitiæ, ſed religionis ex præcepto Eccleſiæ, cap.1. numero 14. & 126. par.3. contra aliquos, num.15.*

*Obſeruantia 30. annorum, præſumitur iuſta, cap.5. nu.479. par.1.*

*Obtinentes in Cathedralibus, & Collegialibus Dignitates & Canonicatus, ſi non reſideant etiam monitis non poſſunt*

# INDEX.


*hodie ſtatim priuari : Sed primo anno dimidia parte fructuum, ſecundo vero omnibus priuantur, c. 2. nu. 140. cum ſeqq. p. tertia idem eſt in ſimplicibus reſidentiam requirentibus, num. 141.*

*Obtinentes in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegialibus Dignitates, &c. tenentur ad reſidentiam, ita vt non liceat vltra tres menſes abeſſe, vt in Concil. Trident. cap. 2. cum 180. part. 3. Et an Concilium comprehendat Dignitates principales, & Capita Collegiatarum, numero 181. & 182.*

*Obtinens Parochialem, & Canonicatum ſi non reſideat in parochiali vt debet, cogitur reſidere in Canonicatu, capit. 2. num. 184. par. 3. & quid in eo, qui habet duas Dignitates, num. 185. & quid in habente duo Beneficia ex diſpenſatione, num. 186.*

*Obtinentes Dignitates in Eccleſia Toletana, & alijs pretendunt non teneri ad reſidentiam, & non reſident, propter immemorialem, cap. 2. num. 196. par. 3. & ibidem Concil. Trident. declaratur, nu. 197. & ſequenti, & limitatur hodie, vt num. 199.*

*Obtinenter Dignitatem, cui incumbit viſitatio, an poſſit ratione viſitationis abeſſe vltra tres menſes, ita quod lucretur fructus, cap. 2. nu. 332. p. 3.*

*Obtinentes ex diſpenſatione Parochialem, & Canonicatum, reſidentes in parochiali percipiunt fructus Canonicatus ex priuilegio Bullæ Pij V. cenſetur enim diſpenſatus, vt recipiat fructus alterius, quando diſpenſatio eſt perpetua, c. 2. num. 343. par. 3.*

*Obtinentes Dignitates pro reſidentia, an ſint obnoxij detractioni tertiæ partis, c. 2. nu. 478. cum ſeqq. par. 3. & limita, vt nu. 482. cum ſeq.*

*Obtinentes Dignitatem Canonicatum, vel Portionem, an teneantur per ſe, & non per ſubſtitutum obire diuina officia ſibi incumbentia, vt cantare Miſſam, Euangelia, &c. cap. 2. numero 494 cum ſeqq. part. 3. reſoluitur teneri per ſe, non obſtante contrario ſtatuto, numero 498. cum ſeqq.*

*Obtinentes Dignitatem ſimul cum Canonicatu, aut portione in eadem Eccleſia, an teneantur vtriuſque beneficij onera & officia ſubire, & per ſeipſos, c. 2. nu. 501. cum ſeqq. p. 3. reſoluitur affirmatiue limita ex cauſa iuſta, num. 504. & amplia, vt num. 506. cum ſeqq.*

*Obtinens Parochialem cum Canonicatu ex diſpenſatione ante Concilium obtenta poteſt poſt illud aliam Prebendam optare, cum non mutetur titulus, alias ſecus, cap. 1. num. 343. par. 5.*

*Obtinens parochialem in caſu cap. licet canon de electione in 6. ſi non ſit infra annum ad Sacerdotium promotus, ob quod ipſo iure illa priuatur, non poteſt illam retinere, ſed debet relinquere, c. 10. nu. 28. par. 11. Nec ſatisfacit quod dicunt Nau. & alij, quod in illo caſu conſtat de mente legislatoris id volentis, & quod priuatio, de qua ibi non imponitur propriè, vt pœna, ſed vt quædam conditio, vel modus rei traditæ, &c. nu. 29. & 30.*

*Officiales ſeu Prouiſor, vel Vicarius generalis, aut index Ordinarius Epiſcopi, vel alterius Eccleſiaſticam iuriſdictionem obtinentis hodie in Regnis Caſtellæ & Legionis, debet eſſe conſtitutus in Sacro ordine, alias electio eſt nulla, cap. 8. nu. 11. part. 5. ex Breui Clement. VIII. quod comprehendit officiales, & alios ad præſens exiſtentes, vt num. 12. & ante publicationem non ligat, à numer. 13. & 14. cum ſeqq.*

*Officialis executor cui prima litera ſunt directæ, ſi non poſſit exequi, quia erat mortuus Epiſcopus, vel quia erat intruſus ſeu contradictor, ſecundus exequutor non poſſet procedere ad exequutionem, c. 2. à num. 69. par. 6. à quo caſu ad quem erit appellandum dubitatur nu. 72. & videtur quod ad Papam, nu. 7. ſed contrarium traditur nu. 74. & concordantur nu. 75. 76. & 77.*

*Officium collatoris ſicut expiraſſe dicitur, per redditionem computorum, ita & officium Subcollectoris expiraſſe cenſetur, cap. 1. nu. 184. p. 5.*

*Onus iuſtificandi penſionem ſpectat ad penſionarium agentem contra ſucceſſorem in beneficio non conſentientem penſioni, c. 5. nu. 462. par. 1.*

*Onus probandi penſionem eſſe reducendam incumbit titulari, cap. 5. numero 484. ad medium, par. 1. & reſpondetur deciſ. Rotalibus contrarium affirmantibus, numero 485. & ſequenti.*

*Onus probandi cui incumbat, quando vnus dat de regula reuocatoria, & alter replicat vnionem fuiſſe ſortitam effectum remiſſiue, c. 2. §. 3. nu. 300. par. 12.*

*Oppoſitor ſi vltra oppoſitionem iuſtificauerit, qualitates reſignatas, per conſtitutionem, ita vt cenſeatur ab illa vocatus acquiritur ei ius conſiderabile, de quo in prouiſione aduerſarij erat facienda mentio, & aſſimilatur præſentationi, ſeu electioni, cap. 3. num. 69. par. 4. & refertur conſil. Mandoſij, num. 70. & quid ſi eſſent plures oppoſitores, numero 71. & amplia, vt numero 75. & intellige, vt numero 80.*

*Per Oppoſitionem ad Parochiales, an acquiratur ius conſiderabile, ſaltem approbato aut electo, tanquam magis idoneo, cap. 3. à num. 81. cum ſeqq. par. 4. & amplia, vt num. 85. cum ſeqq. quamuis Rota contrarium voluerit, numero 90. 91. & 92.*

*Opponens ſe poſt terminum edicti, an poſſit & debeat admitti cum deſcriptis, præſertim nondum facto examine, videtur reſoluendum negatiue, cap. 2. §. 1. num. 200. par. 9. & idem videtur, vbi non apponeretur edictum, vt examinandi nominati eſſent coram examinatoribus intra decem dies, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum numero 201. & ſequenti, vbi ponitur declaratio Congregationis.*

*Opponens ſe poſt terminum edicti, admittitur, ſi in edicto diceretur, quod etiam poſt eius terminum admitteretur, qui vellet examinari, aut ſi Decreto Concilij Prouincialis iubentis apponi edictum id caueretur, vt in Concilio Prouinciali Toletano, c. 2. §. 1. nu. 203. p. 9. & Concilio Compoſtellano cenſent aliqui cautum eſſe, nu. 204. Sed falluntur, num. 205. vbi illud explicatur, nihilominus reſoluitur eſſe admittendum re integra, nu. 206.*

*Optare nouam Prebendam, an poſſit Canonicus habens coadintorem perpetuum cum futura ſucceſſione, cap. 5. à num. 118. par. 4.*

*Optare quid, & an excommunicatus poſſit optare, vide verbo excommunicatus an poſſit optare.*

*Optio an impediatur in Eccleſijs vbi non optantur prebendæ, ſed præſtimonia annexa, c. 1. nu. 456. cum ſeqq. par. 5. reſoluitur non impediri.*

*Ordinarius non poteſt condonare fructus amiſſos, ob non factã profeſſionem, cap. 3. num. 51. cum ſeqq. p. 3. ſed ad Papam, vel pœnitentiarium recurrendum eſt.*

*Ordinarius in Eccleſijs vbi ſunt adiuncta, an poſſit abſque eis procedere ad priuationem Canonicorum, ob nõ receptionem ordinum, c. 4. num. 18 p. 3. & reſoluitur poſſe.*

*Ordinarius non poteſt dare coadintorem perpetuum & irreuocabilem, cum futura ſucceſſione, cap. 5. num. 17. par. 4. nec Legatus, num. 18.*

*Ordinarius non poteſt præuenire in beneficijs reſeruatis, cap. 1. nu. 51. p. 5. & ibi ratio traditur, num. 52.*

# INDEX.


*Ordinarij Collatores qui dicantur, traditur cap. 4. numero 1. part. 5.*

*Ordinarij appellatione, in materia collationis, non ſolum Epiſcopus venit, ſed etiam alius inferior, licet non habeat iuriſdictionem, c. 4. nu. 2. & 3. p. 5.*

*Ordinarij Collatores, de iure communi ſunt Epiſcopi ſeu Archiepiſcopi, qui in prouiſione beneficiorum ſuæ diœceſis fundatam habent intentionem, c. 4. num. 4. p. 5. & an beneficia, & Præbendæ Cathedralium, & Collegiatarum pertineant ad ſolius Epiſcopi prouiſionem, an vero ſimul cum Capitulo num. 5.*

*Ordinarius primus executor, an poſſit executioni mandare literas in forma dignum, & conferre ipſo termino 30. dierum, & moram purgare re integra capit. 2. numero 88. part. 6. & non poſſe traditur, nu. 89. ſed contraria ſententia eſt verior, vt num. 90.*

*Ordinarius vide ſupra verbo Epiſcopus, & verbo collatio.*

*Ordinatus ſine titulo quas pœnas incurrat, cap. 5. numero 15. par. 2.*

*Ordinatus ſine titulo ſuſpenſus, an poſſit abſolui ab ea per Bullam Cruciatæ poſteriorem, c. 5. nu. 38. p. 2. reſolvitur negatiue, nu. 39. cum ſeqq.*

*Ordinatus ad titulum patrimonij, ſine vlla neceſſitate aut Eccleſiæ vtilitate nullam incurrit pœnam etiam ſtante conſtitutione Sixti V. contra male promotos, capit. 5. numer. 89. & 90. par. 2.*

*Ordinatus ad titulum beneficij non poſſeſſionem an aliquam pœnam incurrat, c. 5. nu. 133. cum ſeqq. p. 2.*

*Ordinatus ad titulum Patrimonij ſufficientis, qui tantundem debet, an dicatur ordinatus ſine titulo ſufficienti, & incurrat pœnam, c. 5. nu. 136. vſque ad numerum 145. par. 2. & reſolvitur negatiue.*

*Ordinatus ad titulum Patrimonij donati cum pacto de non petendo ſeu de illo reddendo an dicatur ordinatus ſine titulo, & pœnam incurrat capit. 5. numero 150. cum ſeqq. part. 2.*

*Ordinatus ad titulum patrimonij quod fuit renuntiatum, vel reſtitutum, dicitur ordinatus ſine titulo, c. 5. nu. 170. p. 2. & idem ſi interuenit pactum de illo reſtituendo licet non fuerit reſtitutum, num. 171.*

*Ordinatus ad titulum patrimonij, qui poſt donationem illud retro donat, vel alienat, quamuis peccet, non tamen incurrit ſuſpenſionem, nec eſt ordinatus ſine titulo, capite 5. nu. 175. & ſeq. par. 2.*

*Ordinatus ſacris ordinibus ad titulum patrimonij ſi illo renuntiato, ad ſuperiores promoueatur, non eſt ſuſpenſus, nec promotus ſine titulo, cap. 5. numer. 182. part. 2. & limita, vt num. 183.*

*Ordinari quis non poterit ad titulum Capellaniæ, ad nutum amouibilis, nec alterius beneficij manualis, c. 2. nu. 83. p. 1. Nam titulus debet eſſe perpetuus, nu. 84.*

*Ordinari quis non poteſt ad titulum Capellaniæ amouibilis, non ad nutum, ſed ex iuſta cauſa capit. 2. numero 92. part. 1.*

*Ordinari poteſt quis ad titulum Capellaniæ non collatiuæ ſi eſt perpetua, tanquam ad titulum patrimonij, cap. 2. numer. 112. par. 1.*

*Ordinari quis poteſt ratione beneficij, ab Epiſcopo beneficij, ſeu de eius licentia, cap. 4. num. 1. par. 2. & quid ſi in diuerſis diœceſibus habet beneficia, nu. 2. vel beneficium ſit manuale, num. 3.*

*Ordinari quis non poteſt ratione præbendæ temporalis quam habet ratione lectura, c. 4. & 5. p. 2. Nec ratione Capellaniæ, non collatiuæ, nu. 6. Nec ratione perſonis, nu. 7.*

*Ordinari quis poteſt ratione beneficij, etiam tenuis, licet non ad titulum illius, cap. 4. nu. 8. par. 2. & ampliatſque ad num. 14.*

*Ordinari quis non poteſt hodie, ad titulum paternæ hæreditatis ſed requiritur quod vere & realiter habeat patrimonij, c. 5. nu. 91. & 92. p. 2. Neque ad titulum alicui beneficij, vel ſtipendij, nu. 93.*

*Ordinari quis poteſt ad titulum penſionis, ſeu ſtipendij à laico aſſignandi, ſi imponat talem penſionem, vel ſtipendium ſuper re certa fructifera non alias, cap. 5. nu. 94. cum ſeqq. part. 2.*

*Ordinari ad titulum ſtipendij ab aliquo promiſſi, aliquando ſpecialiter conceſſum eſt propter penuriam Sacerdotum, capite 5. nu. 97. p. 2.*

*Ordinari quis non poteſt ad titulum ſeruitij in aliqua Eccleſia cui aſcribitur, c. 5. nu. 98. & 99. cum ſeqq. p. 2. vbi de intellectu Concil. c. 16 ſeſſ. 23. Seminariſta tamen ordinari poteſt ad titulum ſeruitij beneficij Seminario vniti, nu. 104. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Ordinari quis non poteſt ad titulum beneficij habentis reditus incertos, c. 5. nu. 111. p. 2. an autem beneficium, vel patrimonium dicatur ſufficiens, iudicis arbitrio relinquitur, nu. 112. cum ſeqq.*

*Ordinari quis non poteſt ad titulum literaturæ contra aliquos, capite 5. nu. 128. & ſeq. par. 2. & ibi declaratio S. Congreg. Neque ad titulum de futuro, & in ſpe, vt num. 130. neque ad titulum mercedinariæ etiam perpetuæ cum futura ſucceſſione, numero 131. niſi forte haberet congruum, numero 132.*

*Ordinari quis poteſt etiam ad titulum donationis, cap. 5. numer. 7. par. 2.*

*Ordinarij an poſſint in prouiſionibus vti dicta clauſula, vel aliarquouis modo, cap. 1. num. 73. parte 11. reſolvitur affirmatiue, contra Rebuff. & poſſe conferre vacationis modo non expreſſo, & habere modum vacationis pro expreſſo.*

*Ordinarij an poſſint vti clauſula, teque à quibuſuis &c. in ſuis prouiſionibus, cap. 13. numero 71. part. 7. vbi reſolvitur affirmatiue, quamuis non ſoleant eam apponere, & per eam tantum poſſent abſoluere ab ijs, à quibus alias poterant.*

*Ordinarius an poſſit in collatione alicuius beneficij exigere iuramentum à collatario, de non reſignando illud cum penſione, nec in fauorem alicuius, ſed libere, &c. cap. 2. numero 29. part. 8. & Nauarr. & alij tenent negatiue, ex ratione de qua numero 30. & 31. diſcutitur à num. 32. cum ſeqq.*

*Ordinarius hodie in beneficijs curatis vnitis menſæ ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia poteſt facere deſeruiri per vicarium perpetuum ex Decreto Concilij, vbi derogatur priuilegio ponendi vicarium temporalem, ſeu amobilem, &c. & habet etiam locum in vnitis menſæ, &c. capit. 2. numero 4. 5. & 6. part. 11. & derogatur etiam immemoriali deſeruiendi per vicarios temporales, ſeu amobiles, numero 7.*

*Ordinarius intra quatuor menſes à die vacationis notæ debet facere concurſum ad parochiales ſpectatores ad collationem aliorum, & illis ſignificare perſonas electas pro collatione obtinenda, alias omnimoda diſpoſitio illis reſeruatur, §. 1. nu. 152. parte 9.*

*Ordinarius licet nullo modo poſſit alterare conditiones, vel qualitates poſſibiles annexas beneficio ex fundatione, an poſſit eas mutare, quando reditus ipſius beneficij eſſent inſufficientes ad illas, & reducere miſſas, &c. cap. 1. nu. 124. p. 7. Reſolvitur ſecundum DD. Epiſcopum poſſe facere*

# INDEX.


*facere cum conſenſu patroni, aut etiam eo inuito, ſi vocatus nollet conſentire, n.* 125.

*Ordinarius non poteſt libere, & ſine cauſa facere, vt beneficia vnita deſeruiantur per vicarios temporales, ſeu amobiles, quia eius arbitrio videtur relictum, nempe arbitrio boni viri, & ſic ratione regulato, cap.* 2. *num.* 8. *& ſequ. part.* 11. *vbi ponuntur declarationes S. Congregationis, nec niſi citatis, & auditis partibus, numero* 10. *Nec appellatione remota, niſi in viſitatione, & tunc tollitur quoad effectum ſuſpenſiuum tantum, numero* 11. *nec poteſt fieri niſi in viſitatione, quando beneficia ſunt vnita monaſterijs, &c. num. duodecimo. In quibus hodie ex conſtitutione Pij Quinti debet deputari vnus ex ipſis regularibus ad nutum amouibilis, numero* 13. *in parochialibus tamẽ, quæ non ſunt vnita monaſterijs, ſed eorum membra, nec Decretum Concilij, nec conſtitutio Pij V. locum habent, num.* 14.

*Ordinarius ſtante conſtitutione Pij Quinti quinquageſimo octauo, non poteſt admittere reſignationem beneficij religionem ingreſſuri, niſi ſtatim re ipſa profiteatur, ita enim intelliguntur verba illius, religionem ingreſſuri, & non de habitus ſuſceptione, vt volunt Fuſcus, & Flamin. Paviſ. qui reprobantur, capit.* 9. *numero vigeſimotertio, & ſequenti, part.* 11. *& ita iuxta dictam conſtitutionem, & non iuxta mentem Concilij procedet dictum Manuelis Rodriguez relati numero* 25. *In caſibus tamen alias permiſſis poterit ordinarius admittere reſignationem nouitij ſeu religionem ingreſſuri, etiamſi ſtatum non profiteatur, ſeu religionem ingrediatur, non obſtante dicta conſtitutione, numero* 26.

*Ordinatus ordine ſacro cenſetur idoneus ad beneficium ſimplex c.* 7. *n.* 10 *p.* 7.

*Ordinem presbyterij, diaconatus, aut ſubdiaconatus, an habeant annexum in omnibus Eccleſijs cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones, c.* 4. *n.* 15. *p.* 7.

*Ordo annexus aptitudine, quando dicatur, vide verbo beneficia aliqua ſunt.*

*Ordo an ſit prima tonſura, c.* 1. *n.* 6. *p.* 7.

P

*Pacifice ſi prædeceſſor triennio poſſedit, & communiter reputabatur beneficiatus, & in poſſeſſione ceſſit, ſeu deceſſit, non tenetur amplius ſucceſſor inſtificare illius titulum, & præfertur cuilibet alij impetranti ex perſona alterius ex allegatione Lapi, quam Palatius ſeruat, & reducit ad triennium, cap.* 1. *numero* 12 *par.* 11. *& qui ſint videndi de ea, n.* 13.

*Pactio de ſoluenda penſione ſine authoritate Papæ præcedens reſignationem beneficij eſt confidentialis, & contra cõſtitutionem Pij V. c.* 5. *n.* 63. *& ſeq in fine, p.* 1.

*Pactio de ſoluendo penſionem literis non expeditis, non eſt cõfidentialis eſt tamen ſimoniaca, maxime ſtante clauſula quod literis non expeditis reſeruatio ſit nulla ex qua etiam eſt confidentialis, c.* 2. *n.* 45. *p.* 4.

*Papa poteſt imponere penſionem, cap.* 5. *numero* 274. *part.* 1. *Nec in eo requiritur cauſa, aut conſenſus beneficiati, numero* 275. *deciſio Rotæ, num.* 276. *quamuis aliqui contra, num.* 277.

*Papa regulariter non aſſignat penſionem ſine cauſa, & conſenſu beneficiati, cap.* 5. *numero* 278. *par.* 1. *reſolutio Rotæ, num.* 279.

*Papa licet poſſit imponere penſionem ſine conſenſu patroni, tamen ſi beneficium eſt iuriſpatronatus laicorum ex dotatione, & fundatione penſio eſt nulla, non facta mentione de eo, cap.* 5. *num.* 361 *p.* 1.

*Papa aliquando prouidet ſeculari, de beneficio regulari in cõmendam, c.* 4. *n.* 26. *p* 4.

*Papa poteſt de iure coadiutorem cum futura ſucceſſione deputare, c.* 5. *n.* 19. *&* 20. *p.* 4. *Nec iſta coadiutoria ſunt contra Concilium Lateranen. n.* 21.

*Papa quando diſponit aliquid contra Concilium, per viam legis, non requiritur aliqua derogatio contra aliquos, c.* 5. *n.* 47. *p.* 4.

*Papa poteſt ſine cauſa clericum priuare ſuo Beneficio, c.* 1. *nu.* 2. *cum ſeqq. p.* 5.

*Papa poteſt prouidere de omnibus beneficijs & concurrit cum quolibet Ordinario, vt Ordinarius Ordinariorum & orbis, capitulo* 1. *numer.* 8. *p.* 5. *& inter eos eſt locus præſentiam, etiam in menſibus Ordinarij a numero* 9. *& idem eſt in legato, numero* 13. *& an idem ſit in ſex menſibus alternatiuæ habentis decretum irritans, numero* 14. *cum ſeqq.*

*Papa ſi præueniat in prouiſione alicuius beneficij, cuius Prælatus eſt Cardinalis, & habet indultum; an eius prouiſio præferenda ſit ſtante decreto irritante indulti, in quo dicitur etiam per nos, &c. cap.* 1. *numero* 32. *cum ſeqqu. par.* 5.

*Papa ſi præueniat in prouiſione alicuius beneficij reſeruati, Cardinalem Ordinarium collatorem, habentem indultum cum decreto irritante, dicente etiam per nos, &c. Non valet prouiſio niſi derogetur indulto, capitulo* 1. *nu.* 40. *part.* 5.

*Papa per regulam reſeruatoriam non intendit ledere Concordata Germaniæ & Franciæ, de quibus remiſſiue, cap.* 1. *n.* 641. *p.* 5.

*Papa etiam ſine cauſa poteſt derogare, & reuocare priuilegia data ad conferendum beneficia, capit.* 1. *num.* 678. *parte* 5.

*Papa cum diſpenſat cum monacho, vt matrimonium contrahat, illo contracto conſequenter etiam manet relaxatum votum paupertatis, & obedientiæ, cap.* 10. *numero* 90. *part.* 6. *Et reſpondetur cap. cum ad monaſterium de ſtatu monach. in fine, licentiam ibi intelligi voluntariam, & ſine cauſa, nu.* 91. *Et ſecunda reſponſio, quod in ſenſu compoſito, id eſt cum monacho, non poſſit Papa diſpenſare in votis caſtitatis, & paupertatis, nu.* 92. *&* 93. *quæ defenditur ab impugnatione Ledeſmæ, à n.* 94.

*Papa ex ſuprema plenaque quam habet in beneficijs poteſtate, collationem facere poteſt ſub conditione etiam de futuro, & quæ non inſit alternatiuæ, copulatiuæ, & ad tempus, c.* 2. *n.* 50. *p.* 8.

*Papa hodie diſpenſat cum illegitimis ad obtinenda quæcũque beneficia præter dignitates, ac canonicatus in cathedralibus, ac principalem in collegiata, dummodo plura non ſint, & c. de qua clauſula remiſſiue, c.* 2. *n.* 71. *p.* 7.

*Papa in voto ſolemni caſtitatis, quod fit in ſuſceptione ſacrorum ordinum, vbi eſt etiam traditio perſonæ, poteſt diſpenſare, cap.* 10. *numero* 50. *parte* 7. *Nec refert dicere, quod votum, ſeu debitum continentiæ non ſit eſſentialiter annexum ordini ſacro, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ, ſtatui vero religionis ſit eſſentiale, nam ſuppoſito quod ſic, eſſet indiſpenſabile ſicut votum Religionis, ſi traditio eſſet ratio diſpenſabilitatis, n.* 51.

*Papa ſolus poteſt cum illegitimis diſpenſare ad dignitates, vel perſonatus etiam ſine cura cum communi, contra Gambarum, c.* 2. *n.* 53. *p.* 7.

*Parentelam, & deſcendentia antiqua probatur per enuntiatiuam plurium inſtrumentorum diuerſorum notariorum, quia æquipollet famæ, quæ ſufficit ad probationẽ huiuſmodi*

# INDEX.


*descendentiæ, c. 15. nu. 32. p. 7. & descendentia probatur per fidem libri Baptismi, addito aliquo adminiculo, ex Rota, nu. 33. Non vero sufficit ad probationem descendentiæ, etiam antiquæ vna enuntiatiua, sed ad minus requiruntur duæ de antiquo emanatæ à diuersis personis non suspectis, n. 34. vbi ponitur decisio Rotæ.*

*Parochus qui abfuit per duos aut vnum mensem, absque licentia Ordinarij in scriptis, vel absque aliqua honesta causa, an non faciat fructus suos, cap. nu. 25. cum seqq. part. 3. & resoluitur negatiue.*

*Parochus habens iustam causam, & necessitatem discedendi notoriam, an possit discedere non petita licentia, c. 2. nu. 33. & 34. p. 3. & an tacita sufficiat, nu. 35.*

*Parocho habenti re vera iustam causam absentiæ, non satis est petere licentiam ea non obtenta, sed debet recurrere ad superiorem, nec interim potest abesse, cap. 2. numer. 37. cum seqq. par. 3.*

*Parochus qui residet in parochiali, non tamen per se exercet officium, sed per substitutum an teneatur ad restitutionem fructuum, c. 2. nu. 52. p. 3. resoluitur negatiue, nu. 53.*

*Parochi quibus à Papa datus est coadiutor perpetuus, an teneatur ad residentiam, an vero excusentur ab ea, c. 2. num. 172. cum seqq. p. 3. resoluitur non excusari, & ibi declarationes S. Congreg. traduntur, nn. 179.*

*Parochus non se faciens intra annum ad sacerdotium promoueri, eo elapso est parochiali priuatus ipso iure, c. 4. nu. 3. & 5. par. 3. limita in Canonicatibus, Dignitatibus, & alijs Beneficijs, vt nu. 10. quia in eis non habet locum text. in cap. licet canon. num. 11.*

*Parochus qui ad Sacerdotium promoueri non attendens, parochialem receperit peccat mortaliter cum obligatione restituendi fructus nisi voluntate mutata promotus fuerit, cap. 4. num. 2. par. 3. & an idem procedat in accipientibus alia beneficia, vide num. 34. cum seqq. & quid in accipiente beneficia simplicia, quibus non est ordo annexus, numero 42. cum seqq. & quid in accipiente beneficia, quib. non est ordo annexus, numero 42. cum seqq. & quid in eo qui à principio bonum animum habuit suscipiendi, postea tamen mutato consilio retinet beneficium, numero 52. & 53. cum seqq.*

*Parochiales in curia vacante sede vacante, etiam quæ vacarunt viuente Papa possunt per Ordinarium prouideri, cap. 1. num. 101. & 102. p. 5. & ibi de intellectu c. si Apostolica, de præbend. in 6. numer. 103. & an sit ei derogatum, nu. 104. cum seqq.*

*Parochus impeditus in fine anni restituitur, non ad alterum annum, sed ad tempus in quo fuit impeditus, c. 5. §. 1. num. 120 par. 11.*

*Pater an prohibeatur succedere in beneficio filij, cap. 3. à nu. 28. part. 7. resoluitur non prohiberi cum communi contra Hostien. & alios.*

*Pater habens pensionem cum facultate transferendi, an possit illam transfere in filium, cap. 3. à num. 32. par. 7. resoluitur negatiue contra Gigantem, etsi pensio esset constituta super beneficio, quod pater nunquam obtinuit, tam ex constitut. Clementis VII. quam ex Decreto Concilij Trid.*

*Pater post Concil. Trident. an possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius filius illegitimus est beneficiatus de præsenti, cap. 3. num. 30. par. 7. & resoluitur non posse num. sequenti.*

*Pater, vel alia coniuncta persona in causa spirituali, non admittitur pro alio sine speciali mandato, etiam cum cautione, c. 9. nu. 203. p. 5. limita vt num. 204. cum seq.*

*Patri donanti filio, qui testatur merita præcise non creditur, c. 5. nu. 327. p. 1.*

*Patrimonium habens potest promoueri, licet expressum assignatur in titulum, c. 5. nu. 77. p. 2.*

*Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, debet consistere in re immobili, & fructifera, c. 5. num. 105. & 106. p. 2. & debet esse sufficiens ad victum honestum, vt num. 107. 108. & 109.*

*Patronus Capellaniæ etiam collatiuæ ita fundatæ vt ad nutū sit amouibilis, potest ad nutum, & liberam voluntatem, absque causa à nu. 85. p. 1. toties quoties voluerit amouere Capellanum, c. 2. nu. 86. Nec poterit Ordinarius destitutum tueri in sua possessione, nu. 87.*

*Patronus, solus non erit faciens in Ecclesia Capellam, vel Altare, sed etiam Ecclesia erit compatrona, & concurret in præsentando ratione fundi quem ponat, id est el sitio. cap. 9. num. 40. par. 5. Valet tamen consuetudo, vt Ecclesia non sit compatrona ratione fundi, &c. quæ seruatur in Hispania numero 41. limita (seclusa consuetudine) si faciens Capellam solueret aliquid Ecclesiæ pro fundo, id est per el sitio. num. 42.*

*Patroni vbi plures concurrunt in dotatione, sed tamen inæqualiter, an æqualiter fiunt patroni, traditur, cap. 9. numero 54. par. 5.*

*Patronus alicuius Ecclesiæ, vel Capellæ, non potest illam vendere sine lue simonia, contra Lasarte, Ledesma, & alios, c. 9. nu. 138. & seq. p. 5 & traduntur declarationes Rotæ, ex quibus prædicta confirmatur, à nu. 141.*

*Patroni Ecclesiastici habens semestre ad præsentandum, laici quadrimestre. c. 9. nu. 209. par. 5. & quando sint Ecclesiastici & laici simul, omnes habent semestre ratione communis, num. 210.*

*Patroni laici possunt variare ante institutionem Episcopi, & alium præsentare à cumulando quod non possint facere patroni Ecclesiastici, c. 9. nu. 211. & p. 5.*

*Patroni laici, licet possint variare, & alium præsentare cum latine, non tamen possunt sine causa à prima præsentatione discedere, c. 9. nu. 213 par. 5.*

*Patronus laicus variare non potest, lite alias pendente inter præsentatos, nisi collitigantem præsentet, cap. 5. à num. 217. par. 5.*

*Patroni vbi sunt plures, possunt singuli separatim præsentare, alijs non requisitis, quando ius patronatus spectat ad eos vt singulos, vt in dubio præsumitur, & non vt vniuersos, & iure collegij c. 9. nu. 222. p. 5. quamuis contrarium tenat Abbas, nu. 223. cui respondetur, num. 224. & procedere potest sententia Abbatis, vt numer. 226. 227. & 228. & quid sit dicendum, quando aliqui nolunt conuenire ad præsentandum, nu. 229. & seq.*

*Patronus, reliqua in materia, require supra verbo beneficia mixta patronatus, & verbo ius patronatus.*

*De Patronis, & de iure patronatus qui tractatus ediderint remissiue, cap. 9. nu. 1. p. 5. et qui sint videndi, num. 2. et quæ sint notanda, nu. 3.*

*Patroni debent præsentare intra semestre, nisi sint patroni laici tantum, qui solum habent quadrimestre, cap. 2. nu. 6. par. 10.*

*Patronus Ecclesiasticus, an si reperiantur duo æque idonei, possit, gratificare, et præsentare Episcopo quem maluerit, an vero debeat ambos præsentare, vt Episcopus instituat vnū ex eis quem voluerit, c. 2. §. 2. nu. 205. p. 9.*

*Pecunia non datur pro executione ordinis, aut clamium, sed pro iure percipiendi fructus, c. 2. nu. 14. p. 1.*

*Pensio an sit beneficium, et beneficij nomine veniat, capit. 5. num. 2. par. 1. vbi ponitur sententia Barbatiæ affirmatiua, (et qui de pensionibus tractent, traditur, num. 1.) contraria tamen sententia traditur, num. 3. et 4 quæ approbatur, num. 5.*

# INDEX.


*num. 5. & 6. & quod non agitur de penſione quæ datur in titulum beneficij, ſed de ea quæ ſimpliciter conſtituitur ad tempus ſuper fructibus beneficij, vt dicto numero 5. & 6.*

*Penſio eſt quid mere temporale, cap. 5. numero 7. part. 1. quod verum eſt in penſione quæ titulo ſeculari, & vti laico aſſignatur, quæ eſt omnino profana, & in laicum cadit, vt numero 8.*

*Penſio quæ hodie eſt in vſu, quæ loco beneficij aſſignatur, non eſt quid mere temporale, ſed ſpirituali annexum, c. 5 nu. 9. 17. 18. 19. & 47. par. 1. quia ſicut beneficium præexigit clericatum, ſecundum ſtylum curiæ, num. 10.*

*Penſionem obtinentes, & habitum & tonſuram deferre debent, c. 5. nu. 11. 12. 13. & 14. p. 1.*

*Penſio non poteſt imponi ab inferiori à Papa alicui laico, ab ipſo tamen Papa poteſt, c. 5. nu. 15. & ſeq. p. 1.*

*Penſio non poteſt redimi, ſeu emi nec pretio transferri ſine authoritate Papæ, c. 5. nu. 20. vſque ad nu. 28. p. 1. Contraria tamen ſententia eſt verior in penſione, quæ titulo ſeculari, & vti laico aſſignatur in ſtipendium, vt num. 25.*

*Penſio, commoditas & fructus poſſunt vendi, & liberatio obligationis, quam habet Hiſpanus in cuius capite eſt impoſita penſio, c. 5. nu. 29. p. 1.*

*Penſio ſola ſine cauſa, cedit in cauſam alimentorum, cap. 5. nu. 32. par. 1.*

*Penſio poteſt gratis remitti, abſque authoritate ſuperioris, c. 5. nu. 39. p. 1. etiamſi expreſſe reſeruata eſſet pro alimento, nu. 40. & 41. cum ſeqq. & ibi an Penſio æquiparetur contractibus, an vero vltimis voluntatibus.*

*Penſio ad cuius titulum quis fuit ordinatus, non poteſt remitti abſque authoritate ſuperioris, capit. 5. numero 46. part. 1.*

*Per penſionem non intitulatur quis Eccleſiæ, ſicut per beneficium, à quo in alijs etiam differt, capit. 5. numer. 50. part. 1.*

*Penſio eſt quoddam ius temporale ſeparatum & formale diſtinctum a beneficio, c. 5. nu. 49. p. 1.*

*De Penſione vbi facienda eſt mentio, an ſit exprimenda eius quantitas, ſicut valor beneficij ex regula de valore, cap. 5. num. 92. part. 1. cum ſeqq. & reſoluitur quod ſic, & quod dictio & aliud quodcumque beneficium, comprehendit penſionem.*

*Penſio an amittatur per contractum matrimonij, & per promotionem in Epiſcopum, ſicut beneficium, c. 5. num. 105. cum ſeqq. p. 1. & reſoluitur affirmatiue, in penſione aſſignata loco beneficij, & non in ſtipendium, idem in promotione ad Abbatiam, nu. 112. & in aſſumptione ad Papatum, n. 113. & an idem ſit per profeſſionem religionis nu. 114.*

*Penſio cum cedat loco beneficij, etiam quoad habilitates, regulanda eſt tanquam beneficium, & qui non eſt capax beneficij, non eſt capax penſionis, c. 5. nu. 121. par. 1.*

*Penſio non poteſt reſeruari irregulari, c. 5. nu. 135. par. 1. contrarium tenet S. Congreg. loquens in homicida cui erit ſtandum. nu. 136. cum ſeq. Nec religioſo ſine diſpenſatione, nu. 139. & reſolutio Rotæ, nu. 140.*

*Penſio an fiat ſpolium, & an Penſionarius de iure prohibeatur teſtari de redditibus penſionis, c. 5. nu. 160. & ſeq. p. 1. vbi reſoluitur quod ſic contra aliquos.*

*Penſionis diffinitio traditur c. 5. nu. 162. p. 1. vt per Gigantem quæ parum differt à diffinitione Corraſij. nu. 163. quæ defenditur, nu. 164. reiectis aliis, nu. 165. & alijs relatis, à nu. 166. & melior diffinitio refertur, nu. 170.*

*Penſio ſoluenda eſt ab œconomo vacante beneficio, ex fructibus, cap. 5. nu. 188. par. 1. & ſequeſtrato beneficio à ſequeſtro, nu. 189.*

*Penſio ſoluenda eſt inter acceſſorem, & ſucceſſorem in beneficio pro rata temporis quo quis poſſidet & gaudet fructibus, cap. 5. nu. 90.*

*Penſio conſtituta ſuper fructibus, & diſtributionibus prebendæ, pro tempore vacationis, ſeu quos beneficiatus non lucratur, an ſit ſoluenda à Capitulo eos percipiente, c. 5. nu. 209. vſque ad nu. 220 p. 1.*

*Penſio debet ſolui in loco beneficij niſi aliud reſeruatione expreſſum ſit, capit. 5. numero 233. parte 1. Sed ſi penſionarius non eſſet ibi, vel alias in loco deſtinatæ ſolutionis, vel procurator eius, penſionem debens non eſſet in mora, ſeu culpa, capit. 5. numero 234. parte 1. quamuis ad ſciendum vtrum ille reperiatur deberet fieri proclama, num 235.*

*Penſio extinguitur morte penſionarij, cap. 5. num. 239 par. 1. Nec poteſt transferri, niſi quando adeſt clauſula transferendi, num. 240.*

*Penſio etiam reſeruata transfertur in alium de conſenſu penſionarij, & eam ſoluentis, authoritate Papæ, cap. 5. numero 251. par. 1. etiam in vim priuilegiorum, vt numer. 252. cum ſeqq.*

*Penſio prima extinguitur per translationem, & noua creatur, cap. 5. numero. 255. par. 1. reſolutiones Rotæ, nu. 256. & ſeq.*

*Penſiones reſeruatæ in perſona, & capite vnius ad commodum alterius per cuius obitum expirent traditur cap. 5. numer. 261. par. 1. cum ſeqq. & reſoluitur expirare per mortem vtriuſque.*

*Penſio impoſita etiam à Papa ex falſa cauſa eſt nulla, cap. 5. num. 280. par. 1.*

*Penſionis aſſignandæ cauſas, qui Doctores tradant ponitur remiſſiue, c. 5. nu. 318. par. 1.*

*Penſio impoſita ſine cauſa per inferiorem à Papa nulla eſt, c. 5. nu. 322. p. 1. ma vime ſi in fraudem Canonis conſtitueretur incapaci beneficij, num. 323.*

*Penſio præſumitur in fraudem impoſita niſi appareat de cauſa, c. 5. nu. 324. p. 1. de qua debet conſtare, nu. 325. nec ſufficeret aſſertio Epiſcopi, nu. 326.*

*Penſio debet commenſurari cauſæ, vt non excedat, cap. 5. numero 328. par. 1. alias non eſſet nulla in totum, ſed reducenda, vt donatio remuneratoria excedens merita, numero 329.*

*Penſiones impoſitæ per Epiſcopum, an tranſeant ad ſucceſſores in beneficio, c. 5. nu. 330. cum ſeqq p. 1.*

*Penſio ab Ordinario imponi nequit, in permutatione beneficiorum, ad coæquandum fructus ex pactione partium, contra aliquos, c. 5. num. 344. cum ſeqq. p. 1. Nec refundi pecunia, num 347. reprobata ſententia Vgolini, num. 348. deciſio Rotæ, nu. 349.*

*Penſio conſtituenda eſt in quantitate, & non in quota, c. 5. nu. 362. par. 1. & ita obſeruat Papa, nu. 363. & ita inferiores à Papa non poſſunt reſeruare penſiones in quota, nu. 364. licet de iure communi ſecus, nu. 365.*

*Penſio moderata eſſe debet, cap. 5. num. 366. part. 1. alias ad debitam quantitatem reducenda eſt, numero 367. & declara, vt numero 368. & in quanta quantitate, num. 370. & ſeq.*

*Penſio non imponitur in parochialibus non excedentibus centum ducatos, cap. 5. nu. 372. p. 1. & qualiter ducati intelligantur, nu. 373.*

*Penſio ſi excedit 100. ducatos in parochiali ſolet reſeruari pro quantitate excedenti, c. 5. nu. 347. p. 1.*

*In Penſione ſuper parochiali ſolet apponi clauſula dummodo remaneant 100 ducati pro Rectore, c. 5. nu. 375. par. 1. & aliquando non, vt nu. 376.*

# INDEX.


*Penſio nunquam cenſetur impoſita ſuper incertis, & diſtributionibus, niſi expreſſe dicatur c.5.n.379.p.1. & amplia, vt n.390. vſque ad 387. & 350.*

*Penſio reſeruata ſuper diſtributionibus poteſt transferri vigore priuilegiorum dantium facultatem transferendi penſiones reſeruatas, ſuper fructibus, redditibus, & prouentib. c.5.n.15. & deciſio Rotæ n.392.*

*Penſio imponi non ſolet in Epiſcopatibus non excedentibus mille ducatos, c.5.n.393. cum ſeq. p.1,*

*Penſio in Epiſcopatibus Hiſpaniæ ſolet reſeruari, vſque ad tertiam partem, c.5.n.395.p.1. & clauſula apponi ſolita traditur, vt n.396.*

*Penſio non ideo erit diminuenda ſi attento tempore gratiæ remanebant centum Rectori deducta penſione, etiam ſi poſtea contingat aliquibus annis non remanere, c.5.nu.399.p.1. & limita, vt n.400.*

*Penſio pure & abſolute reſeruata, quæ eſt ſurreptitia ob malã expreſſionem valoris, beneficij, vel alias eſt nulla in totum c.5.n.417.p.1.*

*Penſio reſeruata cum narratiua, quod tantam partem non excedit ſi excedit eſt in totum nulla, cap. 5.nu.428. cum ſeq.p.1.*

*Penſio impoſita vltra poteſtatem imponentis eſt nulla in totum, & ratio traditur, c.5.n.430. & ſeq.p.1.*

*Penſio reſeruata a Legato vltra tertiam partem habente facultatem illam reſeruandi, vſque ad tertiam partem eſt nulla in totum, capitulo 5.num.432. par.1. & declara, vt nu.433.*

*Penſio reſeruata Motu proprio non eſt iuſtificanda, cap. 5. num.491.p.1. quod procedit etiam in impoſitis ſuper Epiſcopatibus Hiſpaniæ, nu. 492. & 493. Secus ſi non Motu proprio, vt n.494.*

*Penſio ſi aſſignatur Motu proprio, ex aliqua cauſa quæ non ſit vera, Motus proprius facit gratiam valere non obſtante ſurreptione, c. 5.n.499. vſque ad 503.p.1.*

*Penſio ſi aſſignatur Motu proprio, propter merita in genere valet gratia, licet cauſa falſa ſit, c.5.n.504.p.1.*

*Penſio peti non poteſt ab eo, qui non eſt vel ſucceſſor iuris, vel poſſeſſionis conſentientis, c.5.n.512.p.1.*

*Penſione ſemel impoſita non poteſt poſtea in iudicio executionis allegari reſignantem nunquam habuiſſe ius, cap.5. nu. 515.par.1.*

*Penſio ſecunda non valet, nam facta mentione de prima, cap. 5.num.561 p.1. & amplia, vt n.562. & 564. & deciſio Rotæ, n. 563.*

*Penſio an ſalua conſcientia exigi, & ſolui poſſit literis non expeditis non ſtante clauſula quod ſola ſignatura ſufficiat, ca. 2.n.34. cum ſeqq.part.4. vbi affirmatiue reſoluitur, & ſola ſupplicatio ſufficit in foro conſcientiæ, vt quis ſit tutus, nu. 37. quod hodie ceſſat poſt clauſulam opponi ſolitam tempore Gregor. XIII. n.39. & 40. & Sixti V. n.41. & 42. & Clementis VIII. n.43. & 44.*

*Penſio impoſita ſuper fructibus Canonicatus Corduben. Nec non præſtimonij illi annexi mortuo poſſeſſore tota ſolui debet a ſucceſſore in Canonicatu, & nihil a ſucceſſore in præſtimonio, c.1.n.459.p.5.*

*Penſionis translatio non valet, niſi literæ facultatis fuerint exhibitæ coram iudice, cap. 2. num.11. par. 6. aut ſaltim proceſſus fulminatus in quo literæ ſint incertæ, nu. 12. vel ſupplicatio ſignata, vt num.13. quamuis Gambarus aliter dicat, n.4.*

*Penſionarius non tenetur dicere officium diuinum, c.5.n. 65. & 66.par.1. Hodie tamen tenetur ad officium parum B. Mariæ.n.67. ad quod non tenetur percipiens penſionem titulo ſeculari, n.68. & 69.*

*Penſionarius excommunicatus, non facit ſuos reditus penſionis, cap.5.num.131. cum ſeqq.p.1. niſi ſit penſio reſeruata in ſtipendium quæ etiam reſeruata excommunicato valet, num.134.*

*Penſionarius tenetur pro rata ſoluere ſubſidium & excuſatiõ, & alia onera impoſita reſpectu fructuum, cap.5.n.171.p. 1. & limita, vt n. 172.*

*Penſionarius tanquam creditor, præfertur Eccleſiæ Cathedrali, in Pontificali, & ornamentis pro penſionibus debitis ab Epiſcopo defuncto, capit. 5. numero 204. & ſeqq. par.1.*

*Penſionarius præfertur in fructibus beneficij quibuſuis creditoribus, c.5.n.236.p.1.*

*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi, non tenetur in poſſeſſorio oſtendere literas reſeruationis, nec alias qualitates verificare, c.5.n.446.p.1.*

*Penſionarius quando agitur de nullitate penſionis in petitorio tenetur verificationem facere, etiam ſi ſit in poſſeſſione exigendi, c.5.n.455.p.1.*

*Penſionarius quando agitur de nullitate, tenetur iuſtificare ſuam gratiam, maximè vbi penſio fuit reſeruata ſub conditione aliqua, cap.5.n.457. & ſeq.p.1. & deciſio Rotæ, num.459.*

*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi, ſi penſio fuerit reſeruata dummodo mille remaneant pro Epiſcopo, in poſſeſſorio non tenetur probare remanere, ſecus ſi Epiſcopus agat petitorio, c.5. n.461.p.1.*

*Penſionarius vbi agitur in petitorio tenetur iuſtificare conditionem ſub qua penſio fuit reſeruata, cap. 5.nu.463. & ſeq.p.1.*

*Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem per 30. annos, in petitorio non debet iuſtificare conditionem, & narrata in reſeruatione, & ibi ratio traditur, c.5. n.478.p.1.*

*Penſionarium debere verificare conditionem reſeruationis pẽſionis, intelligendum eſt, in caſu nullitatis, ſi conditio nõ vera, ſecus in caſu reductionis, c.5.n.484.p.1.*

*Penſionarius tenetur probare poſſeſſionem, vel bonum ius illius qui primo conſenſit penſioni, niſi eſſet eius ſucceſſori in iure illius, c.5.n.511.p.1.*

*Penſionarius ſi allegaret, nullitatem, ſurreptionem, vel aliam exceptionem requirentem altiorem indaginem debet remitti iudicio Ordinario, c.5.n.547.*

*Penſionarius vt poſſit declarari incidiſſe in excommunicationem, qua requirantur traditur, cap. 5. num. 575. cum ſeqq.p.1.*

*Permutans & optans bona retento titulo beneficij tenetur ad penſionem, c.5.n.183.p.1.*

*Permutatio debet fieri authoritate ſuperioris, & licet clerici inter ſe tractare de permutando valeant, per ſe tamen permutare beneficia nullo modo poſſunt, c.4.n.56.q.11. alias permutatio propria authoritate facta erit ſimoniaca, & nulla, n.57. & ſua beneficia perdunt qui ea ſic permutant, qui ea illis priuantur per ſententiam, n.58. imo ex extranaganti cum detectabile de ſimonia, videntur illis priuati ipſo iure, & incurrere excommunicationem contra aliquos, num.59.*

*Permutatio debet fieri ex cauſa, nam ad eam iuſta cauſa requiritur, quam Epiſcopus diſquirere, & cognoſcere debet, c. 4. num.44 p.11. an debeat fieri ex cauſa neceſſitatis, ſeu vtilitatis Eccleſiæ: an vero poſſit fieri ex ſola experientia, & vtilitate perſonarum, quę redundat in vtilitatem Eccleſiæ, quamuis ad hoc, vt ſuperior teneatur admittere permutationem, requiratur cauſa neceſſitatis, vel magna & euidentis vtilitatis Eccleſiæ.*

# INDEX.


*Permutationem expedire non poteſt Epiſcopus, ſi beneficia ſunt reſeruata, quorum permutationi ſolus Papa authoritatem interponit, cap. 4. num. 82. part. 11. pro quo allegatur extrauagans execrabilis, verſiculo inhibentes de prabendis, ſed non multum facit. nu. 82. verum tamen eſt, quia de beneficijs reſeruatis inferior non poteſt ſe intromittere, numero 84.*

*Permutatio facta abſque conſenſu patroni, non eſt nulla ipſo iure, ſed venit annullanda, patrono intra tempus datum ad præſentandum contradicente, cap 3. num. 19. p. 11. & vbi ponitur deciſio Rotæ, quamuis eſſe nullam teneant Bellamera, & alij, nu. 20. & alia dicta Cabedi reprobantur, nu. 21. & idem erit in permutatione facta ſine conſenſu electorum, vel inferiorum collatorum, nu. 22.*

*Permutatio facta abſque vlla cauſa iuſta, quæ ſaltim redundet in vtilitatem Eccleſiæ, & ad eam ſaltim reductiue pertineat, nulla eſt, ſi coram inferiore à Papa fiat: ſufficeret tamen cauſa ex parte vnius permutantium, modo ex parte alterius non ſit in damnum Eccleſiæ conſiderabile, cap. 4. nu. 49. par. 11. quod maxime procedit ſtante conſtitutione 50. Pij V. verſ. ad hoc, nu. 50. ex qua inducta conſtitutione 42. eiuſdem, beneficia ſic permutata coram ordinarijs abſque iuſta cauſa, manebunt tanquam vacantia reſeruata, & admittens ſuſpenſus, nu. 51.*

*Permutationes fieri poſſunt, etiam coram legato à latere, licet ſecus, ſi non ſit de latere, c. 4. nu. 41. p. 11.*

*Permutatio ita demum beneficiorum eſt permiſſa, ſi cui vnita non ſint, nam beneficia vnita permutari non poſſunt, cap. 4. num. 23. par. 11. quod poteſt intelligi primo de beneficijs vnitis, poſtquam vnio ſortita eſt effectum num. 24. ſed beneficium vnitum capitulo poteſt permutari cum alio Petri, vt hoc vniatur capitulo, & illud conferatur Petro, &c. numero 25. & beneficia vnita videntur poſſe permutari inter ſe, numero 26. & intelligitur ſecundo de beneficijs vnitis antequam vnio ſortiatur effectum, quæ etiam permutari non poſſunt, numero 27. non ſolum coram ordinario, ſed etiam coram Papa: nam effectus vnionis non tollitur per prouiſionem Papæ ſubſequentem, niſi ſit facta Motu proprio, numero 28. & niſi permutatio, ſeu reſignatio in fauorem fiat coram Papa cum narratiua vnionis: nam tunc videtur ſuſpendi pro illa vice, etſi non ſit derogatum regulæ de iure quæſito, numero 29. & in reſignationibus, ſeu permutationibus ſolet dari ſuſpenſio vnionum, ſuppreſſionum, & aliarum gratiarum, numero 30. & ſic procedunt declarationes Sacræ Congregationis adductæ, numero 31.*

*Permutationem non in fraudem, ſed ex honeſta affectione proceſſiſſe credendum eſt, quia ſuperioris authoritas ſuſpicionē tollit, nec delictum præſumendum eſt cap. 4. nu. 100. p. 11. niſi in contrarium vrgeant coniecturæ, num. 101. ſed coniecturæ iſtæ, quas adducunt DD. citati, militant reſpectu expectantium, quando erant expectatiuæ, nunc autem cum non adſint expectantes, quia ſunt ſublati per Concilium, iſtæ coniecturæ fraudis permutationum videntur ceſſare, numero 102.*

*Permutationes non poteſt expedire vicarius Epiſcopi, niſi mādatum habeat ſpeciale, cap. 4. nu. 74. p. 11.*

*Permutatio non poteſt fieri ex cauſa concordiæ cum alio beneficio, ſi duo litigarent ſuper illo beneficio ab vno ex illis poſſeſſo, c. 4. nu. 20. p. 11.*

*Permutatio non præſumitur in dubio facta ex iuſta cauſa nec credetur ordinario dicenti ſe facere illam iuſta de cauſa, niſi probetur illa, ſi non eſt facta cum cauſæ cognitione, cap. 4. numero 52. part. 11. quamuis contrarium teneant Bellam. & Anchar. quorum ſententia procedet, quando ordinarius in ipſa permutatione enuntiaret adhibuiſſe cauſa cognitionem, numero 53. & facmnt adducta, numero 54. & 55.*

*Permutatio non valet pro tertio, cap. 4. num. 21. par. 11. & debet eſſe inter duos, non triangularis, vel quadrangularis, numero 22.*

*Permutatio non valet, ſi vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio, contra Gambarum, & fortiori non valet facta cum beneficio ficto, c. 4. nu. 19. par. 11.*

*Permutatio quando fieret coram ordinario, illis quorum intereſt, ſcilicet patronis, collatoribus, ſeu electoribus inuitis, & contradicentibus, eſſet nulla, ita quod abſque alia caſſatione poterit prouiſio fieri, niſi fiat propter neceſſitatem, vel vtilitatem ipſarum Eccleſiarum, c. 3. nu. 23. p. 11. Sed ſi fieret, per Papam aut niſi eſſent patroni laici per legatū, abſolute valeret. nu. 24.*

*Permutatione reſciſſa ob contradictionem patroni, abſque cuius conſenſu fiunt facta, poſſunt permutantes etiam inuito patrono redire ad ſua beneficia mediante noua collatione, quando non fuerunt in culpa, cap. 3. num. 29. par. 11. alias ſi eſſent in culpa, redire non poſſunt, num. 30. & ſequenti, adducitur reſolutio Rotæ: nec excuſat in proposito ignorantia iuris, cum requiratur ignorantia probabilis, numer. 32. quamuis contra teneat Bellamera, cuius ſententia ſolum procedet in ignorantia iuris dubij, numero 33. & ſic quando eſſent in culpa, patronus poſſet præſentare, & collator conferre talia beneficia, tanquam vacantia per reſignationem, numero 34. & idem videtur in reſignatione in fauorem coram Papa facta ſcienter, ſine conſenſu patroni laici, num. 35.*

*Permutatio ſolum fieri poteſt de beneficijs proprijs, cap. 4. nu. 16. par. 11. & ſic non poteſt fieri de iure ad rem, nu. 17. nec de penſionibus, nu. 18.*

*Plura beneficia habens, an omittens officium peccet tot peccata, quot habet beneficia, an vero vnum ſolum, cap. 1. num. 121. cum ſeqq. p. 3.*

*Pœna ſuſpenſionis fuit mutata per Innocent. III. in hanc, quod ordinator, vel ſucceſſor compellantur ordinato in neceſſarijs prouidere, cap. 5. numero 18. vſque ad num. 30. part. 2.*

*Pœna c. pen. & c. per tuas, de ſimonia non procedit in proposito, cap. 5. nu. 31. p. 2.*

*Pœna cap. cum ſecundum Apoſtolum de prabendis, habet locum in Epiſcopo ordinante aliquem ſine titulo, ſcienter, cap. 5. num. 32. par. 2. non tamen vbi non fuit in culpa, numero 32.*

*Pœna Beneficiati non reſidentis in beneficio reſidentiam requirente eſt priuatio beneficij, cap. 2. num. 126. p. 3. debet tamen prius moneri, nu. 127. & ſeqq. nec eſt ipſo facto priuatus, num. 129 & quæ requirantur ad procedendum contra eum, num. 130.*

*In Pœna priuationis fructuum, non eſt opus præuia monitione, vt reſideat, cap. 2. nu. 145. p. 3. & cui debeat applicari, nu. 146. cum ſeqq.*

*Pœna in Beneficio curato, ſeu parochiali, non reſidentis incurritur ipſo iure, ex cap. extirpandæ, §. qui vero, in fine, de prabend. cap. 2. nu. 131. cum ſeqq. p. 3. & quid in parochiali annexa, nu. 132. cum ſeq. & an requiratur monitio, num. 135. cum ſeqq.*

*Pœna priuationis fructuum non poteſt remitti ab Epiſcopo, c. 2. numero 141. par. 3. quamuis ante ſententiam poſſit ex cauſa, augere, vel minuere, numero 150. & ſi Epiſcopus remittat, vel diſſimulet, non tenebitur Canonicus fructus illos quos alias fecit ſuos, reſtituere in foro conſcientiæ, num. 151. & ſeqq. Et quid ſi Canonicatus non haberet*

# INDEX.


*fructus quibus priuari possit puniendus est arbitrarie citra priuationem, num. 153. Quomodo autem sit procedendum contra non residentes, nu. 154. cum seq. neque trina citatio est necessaria, num. 160.*

*Pœnarum executio contra Parochos non residentes suspendi non potest, priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, appellatione, aut inhibitione, c. 2. nu. 161. & limita quoad deuolutiuam, num. 162.*

*Pœna priuationis Beneficiorum, in breui & monitorio contenta, cum solum sit lata ob contumaciam, ea cessante cessat, maxime data absolutione ab illa, cap. 3. num. 151. & seq. part. 6.*

*Pœnitentiarius institutus, statim habet à iure facultatem audiendi confessiones illius Diœcesis & iurisdictionem absoluendi, sicut Parrochus, sine noua licentia Ordinarij, cap. 4. numero 114. par. 5. & quilibet satisfaciet decreto confitendi, numero 113. secus erit in alia Diœcesi etiam si confitentes habeant Bullam, vt numero 114. nec habet facultatem absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, nisi Episcopus ei illam specialiter dederit, numero 115. Quo casu integras debet confessiones audire, numero 117. nec potest recusare confessiones audire, numero 118. & si recusat poterit puniri, numero 119. ab Episcopo etiam sine adiunctis, vt num. 120.*

*Pœnitentiario potest Episcopus committere absolutionem de qua loquitur Concilium, c. 6. sess. 24. vt c. 4. nu. 116. p. 5. vbi ponitur decisio Rotæ.*

*Pœnitentiarius non tenetur ad maiorem residentiam, quam Canonici, cap. 4. num. 122. p. 5. vbi ponitur declaratio S. Congregationis imo censetur præsens in Choro, dum confessiones audit, nu. 123. actu et vere: non vero dum est in confessionario licet officium ibi recitet, nu. 124. & in processionibus & exequijs defunctorum, num. 125. vbi declarationes traduntur.*

*Pœnitentiaria ad cuius prouisionem spectet traditur, c. 4. nu. 109. par. 5. & de Concilio Trid. super ea disponente, num. 110. quod cum loquatur in Cathedralibus tantum, non habet locum in collegiatis, nu. 111.*

*Pœnitentiariæ prouisio ad quem spectet examinatur, c. 4. nu. 137. cum seqq. p. 5. & nu. 140. cum seq. vbi ponuntur decisiones Rotæ, nu. 141. limita vbi vacat in mense Apostolico, vel alias est reseruata, vt nu. 144. neque ad Pœnitentiariæ prouisionem requiritur edictum, neque concursus ex Concilio nu. 143.*

*Pœnitentiaria potest resignari, sicut aliæ prebendæ etiam in fauorem alterius dummodo habeat qualitates requisitas & dari in coadiutoriam, c. 4. nu. 151. p. 5. & de eius qualitatibus remissiue, nu. 152.*

*Portionarij Ecclesiæ Abulen. possunt assumi ab Episcopo, in familiares, sicut Canonici ex statuto Ecclesiæ, c. 2. nu. 379. p. 3. & idem dic in dignitatibus, nu 380.*

*Portiones tertiæ partis ■ distributionibus connersæ, quas absentes amittunt, intereſſentibus accrescunt in terminis Concilij, cap. 3. sess. 21. de reform. c. 2. nu. 459. p. 3. non obstante eodem Concilio, c. 3. sess. 22. vt nu. 46■ quorum vera interpretatio traditur nu 464.*

*Possessio Beneficij, est quid spirituale, seu annexum spirituali, & ideo ea carenti non licet redimere vexationem, c. 2. nu. 53. p. 1. & resolutio Rotæ, nu. 54.*

*Possessio ex sola signatura, seu supplicatione antea præerat iure capi. c. 2. num. 46. par. 4 secus tamen hodie, ex constitutione 33. Iulij III. num. 47. & decisio Rotæ, numero 49. cum seqq.*

*Possessio stante intruso, non potest capi ex monitorio decreto ab auditore cameræ in vim breuis maxime cùm habeat clausulam, quod si quis se ingesserit se grauatum, &c. vel ſſ. milem & sic resolutur in citationem, cap. 3. à numer. 41, part. 6.*

*Possessor Castri, vel Comitatus, ratione cuius competit inspræsentandi, licet nunquam præsentauerit potest præsentare, quia Dignitas seu Castrum semper id ius retinuisse videtur, cap. 5. numero 9. par. 5. & idem est in possessore maioratus, numero 15. 16. & 17. vbi ponitur resolutio Rotæ, & idem est in Regnis Castellæ, in quibus possessio naturalis & ciuilis statim transfertur in successorem maioratus quamuis ei lius apprehenderit prouisionem illius, num. 18. & limita, vt num. 19.*

*Possessor Dignitatis, aut Beneficij ad quod spectat præsentatio, seu collatio potest præsentare, seu eligere, dummodo Beneficia non sint reseruata, nam tunc non valebit præsentatio, propter decretum irritans, cap. 5. num. 20. & 21. cum seq. part. 5. quod & possessionem, & fructuum ac quisitionem impedit, num. 23.*

*Possessor malæ fidei non facit fructus suos, cap. 5. à numer. 71. part. 5.*

*Possessori Beneficij causa, esto quod non esset spiritualis, de ea non posset inter clericos laicus cognoscere, c. 2. nu. 55. p. 1. & resolutio Rotæ, nu. 56.*

*De Possessorio processu, & modo procedendi in eo remissiue, cap. 5. nu. 588. p. 5.*

*Possessio amittitur. & acquiritur ex actu nullo, cap. 13. §. 4. nu. 324. par. 11. & possessio capta sine titulo est mala, & iniusta non tamen nulla, nu. 325.*

*Possessionem pacificam beneficij, seu tituli, & liberum curæ exercitium sufficit habere in terminis c. commissa, & cap. licet canon de electione in sexto, vt prorsus teneatur ad Sacerdotium promoueri, & currat tempus, de quo ibi cap. 5. §. 1. nu. 126. & seq. p. 11. vbi ponitur declaratio S. Congregationis, & reprobatur, seu declaratur quædam doctrinæ Rebuffi, num. 128.*

*Possessionem qui accepit simoniace, quamuis peccauerit, & fuerit nulla, tamen si alias beneficium est suum, & in eo habet legitimum titulum, poterit illam continuare, cap. 1. nu. 82. par. 8.*

*Possidens beneficium habitum per simoniam scienter omissam, habet titulum coloratum, & gaudebit beneficio regulæ de triennali. cap. 1. nu. 15. p. 8.*

*Potestas dispensandi in fauorem illius concessa, cui datur potestas, est fauorabilis, & large interpretanda, cap. 6. num. 73. par. 1.*

*Practica Hispaniæ in materia pensionum, cap. 5. numero 550. part. 1.*

*Prebendæ collegiorum cum sint institutæ, non vt stipendia pro labore, sed vt præmia meritorum, & in sustentationem pauperum dantium operam literis, & sic principaliter propter ipsos eligendos, eligentes dignum omisso digniori contra statuta Collegij, non solum peccarent mortaliter contra iustitiam distributiuam, sed etiam tenerentur ad restitutionem digniori, c. 16. nu. 46. p. 7. & si eligerent indignũ, non habentem qualitates, & conditiones requisitas, tenerentur etiam collegio restituere, quod cum illo expendit ipso non restituto, prout tenetur amittere collegium, numero 47.*

*Prebenda semel deputata in Pœnitentialem pro Pœnitentiario, seu Theologalem, pro Theologo, non potest optari cum vacat, ab alio Canonico, c. 4 num. 132. part. 5. nec Pœnitentiarius potest optare aliam, retento officio Pœnitentiariæ nu. 133. nec dimisso, vt nu. 134. & quid in Ecclesiis, vbi non optantur prebendæ sed præsentia, omnia illis annexa, audiatur num. 135.*


Pre-

# INDEX.


*Prebenda prima vacans poſt Concil. pro quo ſit prius aſſignãda, an pro Theologo an vero pro Panitentiario? cap. 4. nu. 136. par. 5. remiſſiue.*

*Prabenda lectura, vide ſupra verbo lectura prabẽda, & verbo lector, & verbo lectura promiſio.*

*Præceptoriæ S. Ioannis Hieroſolimitani ſunt Beneficia, c. 4. num. 1. & 2. p. 1.*

*Præceptoriæ ordinis diui Iacobi, Calatraue, Alcantaræ, & ſimilium, ſunt Beneficia, cap. 4. num. 6. & 8. p. 1.*

*Præſcriptio immemorialis non cenſetur ſublata, quatumque præſcriptione, capitulo 2. num. 192. par. 3. limita, vt num. 193.*

*Præſcriptio immemorialis requiritur cum capitulum prætendit prouidere prabẽdas Eccleſiæ Cathedralis, excluſo Epiſcopo ex conſuetudine: aut quadragenaria cum titulo, c. 4. nu. 90. p. 5. ſicut ad hoc, vt inferior acquirat ius conferendi contra ordinarium habentem fundatam ſuam intentionem de iure communi, num. 91.*

*Præſcriptio immemorialis an ſit neceſſaria ſi forte in confirmatione ſtatuti, eſſet clauſula decreti irritantis, quæ operatur non ſolum, quod ſtatuentes non poſſint illud reuocare, ſed etiam quod non poſſit contra illud induci conſuetudo, niſi immemorialis, c. 4. nu. 106. & ſeq. par. 5.*

*Præſentatio quid propriè ſit traditur cap. 1. num. 15. p. 4.*

*Præſentari clericum, idem eſt quod exhiberi, & offerri Epiſcopo, nam de abſente, præſentatio regulariter non fit, niſi perſona eſſet cognita, cap. 1. num. 16. p. 4. nec valet conſuetudo in contrarium, num. 17. quamuis ſi caſu facta eſſet, & admiſſa, valeret, num. 18. & ita poteſt ſaluari conſuetudo, num. 19.*

*Præſentari quamuis poſſit abſens, vbi notus eſt manifeſte, Ordinarius tamen non tenetur admittere præſentationem, c. 10. num. 20. parte 4. & vbi admittitur, requiritur etiam acceptatio præſentati intra tempus legitimum, vt numero 21.*

*Ad Præſentationem reducitur nominatio Vicarij, c. 1. nu. 26. p. 4. & de nominationibus Vniuerſitatum ad Beneficia, quæ in Gallia fiunt, num. 27.*

*Præſentatio facta à Patrono excommunicato etiam occulto eſt nulla, & illius inſtitutio cap. 4. nu. 316. p. 5. quod procedit in patrono Eccleſiaſtico, nam facta à laico etiam publicè excommunicato valet, numer. 317. cum ſeqq. Poſſet tamen Epiſcopus talem præſentationem factam à laico publicè excommunicato non admittere, etiamſi non ſit denuntiatus, nam ſi eſſet, teneretur eam repellere, alias peccaret, num. 319. cum ſeqq. reprobaturque ſententia Bertachini, num. 320.*

*Præſentatio ſeu prouiſio non poteſt dici habuiſſe effectum, ad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem præſentandi, licet fuerit ſecuta inſtitutio, & prouiſus manſerit in prouiſione, ſi tamen manſit ex cauſa concordiæ ſubſequuta, cap. 5. nu. 108. par. 5.*

*Præſentatio vnius ſine aliis, (vbi plures ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi,) etiam effectum ſortita, non priuat alios quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed magis illam præſeruat, niſi fiat animo priuandi illos, cap. 5. num. 115. & ſequentibus, par. 5. & ibi reſolutio Rotæ. Et quando dicatur fieri animo priuandi alios, num. 117.*

*Præſentatus ab vxore relicta à marito vſufructuaria omnium bonorum præfertur præſentato ab hærede, quia ius patronatus tranſit cum vniuerſitate, & in vſumfructuarium omnium bonorum, cap. 9. num. 21. par. 5. intelige vbi ius patronatus eſt bonis annexum, numero 22. limita, vt numero 24.*

*Præſentatus à Pupillo maiore ſeptennio, præfertur præſentato per tutorem, etiam ſi præſentatus à Pupillo eſſet minus dignus, cap. 9. num. 186. par. 5. quamuis alij contra num. 187. & ſeqq. ſed communis ſententia tenenda eſt, numero 189.*

*Præſentare an poſſit tutor ſine voluntate pupilli cap. 9. à nu. 190. part. 5. & reſoluitur poſſe, & eius præſentationem valere, niſi pupillus alium antea præſentaſſet, num. 194. idem dic in Curatore Puberis, num. 195. Nam in his Curatoris poteſtas non attenditur, num. 196. nec patria poteſtas, num. 197.*

*Præſentatio vbi ſpectat ad filium famil. ſolum, vt quia ipſe eſt patronus, pater præſentare nequit, cap. 9. numer. 198. parte 5. & idem dic in Curatore, numero 199. & ſequentibus etiam ſi præſtiterit cautionem de rato, numero 201.*

*Ad Præſentandum requiritur ſpeciale mandatum, cap. 9. nu. 202. par. 5.*

*Præſentatio literarum vide ſupra, verbo literarum originalium.*

*Præſentatio non ſolum alternatiua, ſed etiam conditionalis, incerta, dubia, & obſcura procedet, dummodo infra tempus datum ad præſentandum purificetur, &c. & ſi venit purificanda per habentem inſtituere, ſtatim dicitur purificata, &c. capitulo 2. numero 3. parte 8.*

*Præſentati debent examinari antequam inſtituantur, vide verbo, appellationem non dari.*

*Præſentatus etiam ſi Epiſcopus differat eum inſtituere ſine cauſa, poteſt appellare a grauamine ſibi illato, cap. 4. num. 9. par. 10.*

*Præſentibus permutare volentibus, & petentibus renuntiationem admitti, & collationem fieri, an ſuffieeret, ſi Epiſcopus dicat, placet nobis, & permittimus cap. 4. à numero 86. part. 11. reſoluitur non ſufficere, ſed opus eſſe quod fiat expreſſa renuntiatio, & collatio, contra Beliameram, &c.*

*Præſtimonia & præſtimoniales portiones ſunt Beneficia, c. 2. num. 117. & ſeq. par. 1. quamuis aliqui contra teneant, & alij diſtinguant, num. 119.*

*Præſtimonium comprehenditur inſpectatiua ad Beneficium ſimplex aut cum cura, vel ſine cura, niſi in certis caſibus, c. 2. num. 121. par. 1.*

*Præuenire non poteſt Ordinarius, in Beneficijs reſeruatis, capitulo 1. numero 51. par. 5. & ibi ratio traditur, numero 52.*

*Præuentioni locus eſt inter Papam & Ordinarium, niſi prouiſo obſtet regula de veriſimili notitia, nam tunc eius prouiſio non valet, c. 1. nu. 43. p. 5.*

*Priuatio vbi inducitur à iure, ſiu ex decreto propter actum poſitiuum, Beneficium vacat vbi ſit actus, cap. 1. nu. 79. par. 5.*

*Priuatus cum quis eſt beneficio ipſo iure, etiam in pœnam, ſtatim poteſt prouideri contra Lapum, & Lancellotum, capit. 10. num. 23. & 24. & ſic tempus datum ad prouidendum curret à die ſententiæ commiſſi criminis, ob quod quis priuatur beneficio ipſo iure, numero 25. vnde ſequitur quod ille non habet in eo titulum, nec poteſt illud retinere, ſed tenetur relinquere ei, cui prouiſum eſt, numero 26.*

*Priuatus ipſo iure, ſi ſit peritus, an ſit priuandus beneficijs, cap. 10. §. 2. à num. 166. par. 11. Reſoluitur cum communi non eſſe priuatum ipſo iure, ſed priuandum, contra Rebuff. & de ſtylo non dari pro peritia priuationem beneficiorum, niſi ſit inuic. alc, & num. 169. adducitur reſolutio Rotæ.*

# INDEX.


Priuatus quod non eſſet iure qui apprehenderet poſſeſſionem, niſi violentiam adhiberet poſſeſſori, intelligitur de habente ius in re, ſecus in habente ius ad rem, c.10.§.3.n.214.p. 11. Namis priuatur eo iure intrudendo, & ingerendo ſe adminiſtrationi beneficij, etiamſi vacet, & nemo illud detineat, quod procedit in quibuslibet beneficijs, & in præſentatis, ſeu nominatis, nu. 215. & ſequenti; nec excuſatur ab illa pœna, etiamſi ſit inſtitutus ſi inſtitutio ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, vel aliàs, quia fuit facta non poſſitio edictis, n.217. & ſeq. niſi excuſaret error facti, aut iuſta credulitas, vel ſententia ſuperioris declarantis, non eſſe neceſſaria edicta, nu.219. & 220. adducitur reſolutio Rotæ, n.221.

Priuilegium Innocen. IV. cõceſſum fratribus minoribus, quod ratione itineris, ſeu alterius iuſtæ cauſæ, exiſtentes extra ſuos Conuentus poſſint recitare, non iuxta ordinem breuiarij, an ſit reuocatum per Bullam Pij V. c.1.n.177.p.3. cum ſeqq & eſſe reuocatum reſolnitur.

Priuilegium conceſſum per Martinum Quintum fratribus S. Hieronym. quod infirmi & ſenes ſatisfaciant obligationi recitandi, recitando aliquos pſalmos, & alia ſimilia non videntur reuocata, quia non ſunt contra dictam Bullam, c. 1.n.180.p.3.

Priuilegium docentium in ſcholis, an procedat hodie ſtante Concil. in Parochialibus, & Curatis, cap. 2. numer. 68. cum ſeqq. par. 3. & quoad Canonicatus, & alia Beneficia reſidentiam requirentia manet incorrectum, numero 85. & ſeq.

Priuilegium Eugenianæ conſtitutionis, non habet locum in beneficijs, etiam ſimplicibus, reſidentiam ex fundatione requirentibus, c.2.n.111.p.3.

Priuilegia perpetua de non reſidendo, conceſſa certis perſonis, ſeu certo genere perſonarum ſunt reuocata per Concilium, c. 3 n.266.p.3. & conceſſum Capellanis Regis n. 267. & referuntur duæ difficultates, n.268. uſque ad n.277. & n. 283. uſque ad n.302.

Priuilegia regularium, quod non teneantur ſeruare interdicta in aliquibus diebus tantum, ſunt ſublata per Concil. cõtra aliquos, c.2.n.278. cum ſeqq.

Priuilegium & gratia percipiendi diſtributiones in abſentia, concedi ſolet ad tempus, & prorogari Inquiſitoribus, & miniſtris S. Inquiſitionis Hiſpaniæ, c.2.n.356.p.3. & ibi declaratio S. Cangr.

Priuilegium quod ſcriptores Apoſtolici, dimiſſo officio, remaneant Prothonotarij, non eſt in uſu, c.1.n.205.p.5 ſed cõtrarium traditur, n. 206. & quando non eſſet in uſu per regulam reſeruatoriam renouatur, n. 208.

Priuilegium non operatur antequam innoteſcat priuilegiato, c.1.n.766 p.5.

Priuilegium de fructibus primi anni beneficiorum vacantium, comprehendit etiam vacantia cauſa permutationis, cap. 3. num. 8 p.11. & reprobatur Conſilium 2. Mandoſij, n.9.

Probatio conditionis, quod remaneant centum pro rectore, & aliarum debet eſſe concludens & plena, c.5.nu.473. cum ſeqq.p.1.

Probatio qualis requiratur, pro iuſtificatione gratiæ & verificatione narratorum, cap.2.a n.224. part.6. vbi reſolutio traditur.

Probatio ſemiplena an ſufficiat, pro verificatione clauſulæ cõſtito, & c. an vero plena requiratur latiſſime traditur, c. 3. a n 62. cum ſeqq.p.6.

Probare plene tenetur impetrans, ob non publicationem iſtam negatiuam, c.3.§.4.n.308.p.11. nam negatiua debet probare plene per eum qui in eaſe fundat, ſiue agendo, ſiue excipiendo, n.309. & adducitur reſolutio Rotæ n.310. & deciſio eiuſdem, n.311.

Probari quibus modis poſſit huiuſmodi negatiua, non publicationis remiſſiue, cap.3.§.4. num.316.p.11. & adducitus reſolutio Rotæ, quod non probetur, niſi per confeſſionem partis, vel probato, quod litteræ non fuerunt expeditæ intra tempus ad publicandum, & idem eſt, quando fuerunt expeditæ intra tempus, ad finem tamen termini, ita vt non potuerit deferri in tempore ad locum, num.317. & negatiua non expeditionis literarum probatur ex diligentijs factis in Cancellaria, Camera, & regiſtro ſecreto parte citata, numero 318.

Probari requiritur eum poſſediſſe ad probandam execrabilitatem extrauagantis execrabilis de prebendis capitulo 5. num.42. par.11. & debet liquido conſtare de poſſeſſione incompatibilium ex Rota. num. 43. ex qua etiam non ſufficit producere inſtrumenta poſſeſſionum parochialium, niſi probetur perceptio fructuum, vel tantum tempus effluxiſſe, quod ei poſſet pro notabili negligentia imputari. Quæ deciſio ſi requirit actualem perceptionem fructuum, non videtur vera, maxime ſi ingeſſit ſe adminiſtrationi, nume- 44.

Probatur non publicationis negatiua, ex non petitione poſſeſſionis infra tempus, & ex eo quod infra tempus datum ad publicandum non habuit reſignatarius collationem, ſine qua poſſeſſio adipiſci non poteſt: nam conſtitutio intelligitur de valida poſſeſſione, cap.3. §.4. num.319. & ſeqq. par.11. vbi ponitur deciſio Rotæ, & intrat vacatio in dicta conſtitutione, ſi non eſt petita poſſeſſio infra tempus, etiam quod reſignatio alias fuerit nulla; nec eſt ſatisfactum per præſentationem commiſſionis ſuper executione literarum, & petitionem executionis earum, niſi copulatiue etiã concurrat, quod poſſeſſio inſtanter petatur ex Rotan. 321. Nec ſatisfit per mandatum de mittendo datum in ipſa collatione, ſeu purificatione gratiæ in forma dignum, ex eadem, nu. 322.

Procurator conſtitutus ad acceptandum beneficia, poterit etiam Curata & dignitates acceptare, c.6.n.48. p. 1.

Procuratores generales Clerici Hiſpaniæ a Congregatione deputati, reſidentes in Curia Romana, & Regia, non excuſarentur a reſidentia, nec lucrerentur fructus in abſentia, niſi ſtaret Breue Clementis VIII. cap. 2. num. 375. par. 3.

Procurator ad præſentandum ad beneficium vacaturum poteſt conſtitui, quando daretur poteſtas præſentandi in genere, c.1.n.19.p.10.

Procurator ad præſentandum ad beneficium vacaturum, poteſt conſtitui ex iuſta cauſa, ſi patronus haberet ſe abſentare in longinquas partes, quia tunc poterit authoritate Ordinarij intercedente aliquam ponere, vt præſentes ad vacatura, c.1.n.18. parte 10.

Procuratorem ad præſentandum ad beneficium vacaturum, poteſt conſtituere perſona illuſtris, vt Epiſcopus, per c. ſignificaſti, de iure patronatus, ſecũdum vnum intellectum, qui tamen non conuenit illi, nec placet iſta limitatio, c.1.num. 16. & 17.p.10.

Procurator generalis, ſeu adminiſtrator negotiorum patroni, poteſt conſtitui ex iuſta cauſa abſentia ante vacationem beneficij, cui præſentationem committat; nam tunc valet datio procuratoris, etiam quod vnicam præſentationẽ haberet c.1.nu.20. & ſeq.p.10. vbi ponitur reſolutio Rotæ, quod tamen ſecus eſſet, ſi eſſent nominatæ perſonæ præſentandæ, n.22.

Procurator non poteſt conſtitui in ſpecie ad præſentandum ad beneficium vacaturum, c.1.n.14.p.10. non ſolum in beneficijs

# INDEX.


*ſciis vacanti per mortem, ſed etiam per renuntiationem, vel alias, num. 15.*

*Profeſſio fidei vide ſupra verbo, fidei profeſſio.*

*Profeſſio facta cum conditione, pacto, ſeu modo, de retinendo, ſeu habendo proprio, non valet, cap. 10. nu. 98. par. 7. contra aliquos citatos, num. 99. Reſpondetur cap. fin. quod clerici, vel vouentes, num. 100.*

*Profeſſio quamuis olim poſſit fieri expreſſa, vel tacita infra annum probationis, tamen hodie ex Decreto Concilij Trident. non poteſt fieri, nec tacita, nec expreſſa, nec quæ obliget Religiosi, etiam in genere, non ſolum in Mendicantibus, ſed nec in alia Religione. cap. 9. num. 4. & 5. circa quod in permutatione collatio non eſt gratioſa, & libera, ſed neceſſaria: nam admiſſio non eſt neceſſaria, num. 95.*

*Promotus ſine titulo quas pœnas incurrat, cap 5. num. 15. p. 2. & quæ pœnæ imponantur per Concil ibidem, & nu. 16. & 17.*

*Promoueri quis poteſt ad Subdiaconatum & Diaconatum, ad titulum Beneficij licet non lucretur illius fructus niſi poſt presbyteratum, cap. 5. num. 110. par. 2.*

*Prouiſi de quibuſcunque Beneficijs curam animarum habentibus in manibus Epiſcopi, vel Vicarij, & prouiſi de Canonicatibus, & Dignitatibus, etiam in capitulo, profeſſionem fidei facere tenentur, cap. 3. num. 1. par. 3.*

*Prouiſio ab Ordinario, vel Nuntio (licet male) qui vigore eius prouiſionis, poſſeſſionem ingreſſus eſt, & poſtea vigore nouæ prouiſionis, Papæ literis non expeditis, poſſeſſionem continuat, non obſtat dicta conſtitutio: Sed erit tutus in conſcientia, modo noua prouiſio ſit conceſſa, in forma gratioſa, & non commiſſaria c. 2. nu. 52. 53. & 55. par. 4. & eſt tutus ſola ſupplicatione ſignata, vt num. 54.*

*Prouiſi de Beneficijs, in quocunque menſe vacantibus à Cardinal. Ordinario Collatore habente indultum, non tenetur expedire nouam prouiſionem, ratione indulti, cap 1. num. 37. & 39. par. 5. & ibi deciſ. Putei, 2. de Prebendis declaratur, num. 38.*

*Prouiſiones facta per Capitulum Sede vacante, non conſumunt, nec alterant turnum neutrique computantur, nec Capitulo, nec Epiſcopo, cap. 1. num. 243. p. 5.*

*Prouiſus Apoſtolicus de Beneficio vacante, in menſe Martij, vel Septemb. tanquam reſeruato ex [illegible] quod Epiſcopus gaudet alternatiua, non ſolum tenetur probare acceptationem illius, ſed etiam quod Beneficium ſit liberæ collationis, & intellige, vt cap. 1. num. 505. par. 5.*

*Prouiſus Apoſtolicus in aliquo ex menſibus Martij & Septembris, qui ceſſante alternatiua ſunt Ordinarij, non tenetur probare quod Epiſcopus reſidebat, in menſibus Februarij, & Auguſti reſpectiue, vel ſaltem in ipſo menſe Martij, aut Septembris licet non ex ratione Gonçalez, cap. 1. num. 507. par. 5.*

*Prouiſus à Papa, agens contra prouiſum à Nuntio, ad fundandam ſuam intentionem, an teneatur probare valorem narratum, in ſua gratia poſſeſſori, & ſic excedere valorem 24. ducatorum, cap. 3. num. 195. cum ſeqq. par. 5. & quomodo non teneatur probare exceſſum à numero 208. cum ſeqq. Et qualiter probetur valor Beneficiorum, à numero 218.*

*Prouiſus à Papa de Beneficio vacante in menſe Ordinarij, non tenetur facere mentionem de menſe, contra Gonçalez, c. 1. num. 657. p. 5.*

*Prouiſio Cathedralium olim pertinebat ſolum ad Romanum Pontificem, cap. 4. num. 6. part. 5. prouiſio vero inferiorum Eccleſiarum ad Epiſcopum, numer. 8. Sed poſtea data fuit poteſtas à Papa, cuilibet Collegio eligendi ſibi prælatum, ſiue ſit Eccleſia Cathedralis, ſiue inferior, vt num. 9.*

*Prouiſio prebendarum Eccleſiæ Cathedralis, pertinet ad Epiſcopum cum conſenſu Capituli ſecundum primam opinionem. cap. 4. num. 11. par. 5. niſi bona Epiſcopi & Capituli ſint communia ſecundum ſecundam, nu. 12. vel ad vtroſque ſimul, num. 13. quam hodie ſequitur Rota, num. 14. & confirmatur, vt nu. 15. inter quas opiniones tertia placet, quia communior eſt, num. 17. idem de Dignitatibus dicendum eſt, num. 20.*

*Prouiſio & collatio Canonicatuum prebendarum & dignitatum Eccleſiæ Collegialis ad quem pertineat, variæ ſunt Rotæ opiniones, cap. 4. num. 58. par. 5. Prima quod ad Prælatum, & Capitulum, & non ad Epiſcopum pertineat de iure, a num. 59. Secunda ad Epiſcopum ſolum a num. 62. Tertia quod præſentatio, ſeu electio, ſpectet ad capitulum; inſtitutio vero, ſeu confirmatio, ad Epiſcopum, num. 64. cum ſequentibus,*

*Prouiſus a poſſeſſore, præfertur prouiſo a proprietario, cap. 5. a num. 1. p. 5.*

*Prouiſio a poſſeſſore malæ fidei facta, quamuis non teneat, & ſic inſtitutus ſit remouendus, adhuc tamen prouiſio facta a proprietario, qui non poſſidet non valebit, c. 5. a num. 73. par. 5. contra Innocent, num. 77. traditurque concordia authoris, num. 78.*

*Prouiſio facta a proprietario, qui non eſt in poſſeſſione, valet, nullo alio exiſtente in poſſeſſione, capitul. 5. num. 81. par. 5.*

*Prouiſio facta de Beneficio ſito in Diœceſi vbi Cardinalis habet indultum, eſt nulla etiamſi Cardinalis non prouideret, propter vim decreti irritantis, cap. 5. nu. 103. p. 5.*

*Prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum, ſeu quaſi poſſeſſionem iurispatronatus, ſeu conferendi. c. 5. num. 118. & 119. p. 5. vbi ponitur deciſio Rotæ, nu. 120.*

*Prouiſus in caſu collationis (poſt litem ſuper proprietate mota) factæ, ab eo qui antea erat in quaſi poſſeſſione conferendi, non videtur remouendus, etiam ſi collator poſtea ſuccumbat in proprietate, c. 6. num. 31. p. 5. Sed videtur probabilius, quod pendente lite ſuper proprietate, poteſt etiam fieri præſentatio, & inſtitutio, num. 32. & tenet Congregatio, num. 33.*

*Prouiſio facta ſpreto patrono, eſt in pendenti, & interim habet implicitum ſtatum, ita vt patrono reclamante, ſit nulla à principio, & ex tunc, eo vero non reclamante, cenſentur valida à principio, vt ex tunc, cap. 9. num. 240. p. 5. quamuis alij, valere collationem, vt ex nunc, & non vt ex tunc teneant, num. 241.*

*Prouiſus à Papa, in forma dignum, an tibi Ordinarius, cui ſunt directæ literæ principales, infra 30. dies non confert Beneficium impetranti, ſub prætextu quod non eſt idoneus, vel alias, poſſit recurrere ad ſecundum executorem, vigore alterius Bullæ executoriæ, capit. 2. à num. 59. parte 6. reſoluiturque negatiue, numero 61. cum Rota, numero 62. & 63. nec ſic prouiſus inuabitur regula de triennali, numero 64. reſpondeturque contrarijs à num. 65. cum ſeq. & an profit ad Nuntium recurrere, num. 80. reſoluitur non poſſe, num. 81. & 82. & deciſio Rotæ, nu. 84. cui adhæret Gonçalez num. 85.*

*Prouiſio quæ debet fieri de hoſpitalibus, eſt facienda, etiam infra ſex menſes in hoſpitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficij, cap 2. numer. 8 par. 10. & quod dicunt DD. quod non eſt tempus ſtatutum ad conferendum hoſpitalia, accipitur de hoſpitalibus, quæ non conferuntur in titulum beneficij, n. 9.*

*Prouiſionem, ſeu collationem factam non habenti qualitatē requiſitam, licet dicatur valere ſi aliquis qualificatus non petit*

petit collationem ſibi fieri, non eſt verum in beneficiis, quæ ſunt conferenda perſonis qualificatis, non ob reſpectum & favorem perſonarum ſed Eccleſiæ & beneficij, vt graduatis in communi, vel habentibus talem ætatem, ſeu ordinem, c.15.nu.10 p 7.

Promiſſus a Papa de ſecundo incompatibili non poteſt excuſare vacationem primi, ex eo quod non expedierit bull. s, ſine quibus non poteſt capere poſſeſſionem, ſi per eum ſtat, ca. 5.§.1.n.104 p.11.

Promiſſus de parochiali, ſi poſſeſſionem illius aliquando, ideſt ſaltim per duos menſes obtinuit ſine litigio, arctatur conſtitutione c. commiſſa de electione in 6. & tenetur infra annum ad Sacerdotium promoueri, & ſufficit, quod ſemel cæperit pacifice poſſidere, quamuis poſtea ius moueatur, ſecundum glaſſam & alios, c.5.§.1.n.117.p.11. Sed in terminis d.c commiſſa verius videtur, quod etiamſi poſt duos menſes lis ſupernoriat, promiſſus de parochiali nec tenetur ſe promoueri facere, nec arctatur illa conſtitutione, ſaltim ſi adhuc reſtabat tempus ſufficiens ad ſe promouendum, num. 118. Sed contrarium tenet S. Congr. etiam ſi a principio parochialis ſit litigioſa, vt in declarationibus poſitis, nu. 121. cui erit ſtandum, n.122.

Promiſſus ſi aliquis eſſet de beneficio incompatibili, in quo alius eſſet intruſus, non vacabit primum, licet contra intruſum nullam faciat diligentiam pro capienda poſſeſſione ſecundi, cap. 3.§.1.n.102. par. 11. etiamſi eſſet monitus & præfixus terminus per ſuperiorem ad faciendam diligentiã, num.103.

Publicatione alia non eſt opus, cum literæ reſignationis nulla publicantur, & capitur poſſeſſio obtento poſtea perinde valere, c.3.§.4.n.313.p.11.

Publicationem debet impetrans facere infra ſex, aut nouem menſes, & non infra tres, cum impetratur beneficium coram ordinario reſignatum, ob non factam promiſionem per ordinarium, ſeu publicationem infra tempus conſtitutionis præfixam, contra notata, cap. 3. §. 4. num.287 part.11. Et reſtitutio ad publicandum impetrata ante lapſum temporis non ſuffragatur, niſi Papa id intellexerit contra eandem, n.288.

Publicatio, & apprehenſio, ſeu petitio poſſeſſionis in tempore, eſt pars reſignationis. & ſic qui nititur reſignationi, id probare debet, c.3.§.4.n.299.p 11. vbi ponitur deciſio Rotæ, & n.300. Reſolutio Rotæ, quod etiam procedit in gratia, & impetratione ob non publicationem, n.301. vbi adducitur reſolutio Rotæ.

Publicatio facienda eſt cum litteris, ſeu earum tranſumpto authentico in manibus, c.3.§.4.n.290.p.11. vbi ponitur formula publicationis, nec opus eſt ipſas literas legere, nec earum datam, n.291. & oportet eam facere in lingua vulgari, quamuis non ſit neceſſarium, n.292.

Publicatio facta extra tempus conſtitutionis, non ſuffragatur, nec reſtitutio obtenta ad publicandum, ſi fuit impetrata lite pendente, nec de ea fuit facta mentio, c.3.§.4.n.384.p. 11. vbi ponitur reſolutio Rotæ.

Publicatio facta in choro coram Canonicis, & presbyteris dũtaxat, eſt nulla ex Rota, c.3.§.4.n.294.p.11.

Publicatio in reſignatione, ſeu permutatione beneficiorũ æquè principaliter annexorum facienda eſt in Eccleſia vtriuſque c.2.n.36.p.12.

Publicatio non valet facta ſummiſſa voce, & in tali loco, quod plerique eam non intelligunt. ſed ſolum illi qui ſunt in teſtes adhibiti, & ſi qui forte prope ſint, cap.3. §.4. n. 293.p.11.

Publicatio probari poteſt, non ſolum inſtrumento authentico, nempe a notario cum teſtibus nominatim expreſſis cõfecto, c.3.§.4.n.301.p.11. ſed etiam teſtibus, n.303.

Publicatio præſumitur, quando reſignatarius eſt triennalis pacificus poſſeſſor, & ideo ei datur manutentio, cap.3.§.4. n.213.p.11. quæ tamen præſumptio non habebat locum in ſpolio, quando reſignans in terminis conſtitutionis Pij V, agebat ſpolio contra reſignatarium, qui non docebat de publicatione, nu.314. nam nec triennalis, nec allegatio Lapi habent locum in ſpolio, n.315.

Publicatio quando debeat, & conſtare, & de ea doceri, hodie ſtante conſtitutione Gregorij XIII. tantum procedit, quando reſignatarius agit ad canonizationem ſuæ gratiæ, ſecus quando non vult ſuam gratiam canonizare, ſed tantum nititur excludere vacationem per obitum, de qua in gratia aduerſarij, c.3.§.4.n.305.p.11. vb. ponitur deciſio Rotæ, & num. ſeq. vbi ponitur reſolutio eiuſdem. Idem fuit reſolutum in cauſa Abulen. beneficij, fuit tamen dictum, quod ad excludendam vacationem per obitum, contra actorem, qui probauit intentionem ſuam, debet in cæteris iuſtificari reſignatio, etiam per eum, & poſſeſſorem, vt in deciſione poſita, n.307.

Publicatio requiritur etiam in vnione valida beneficij reſignati, & habet locum conſtitutio Gregorij XIII. quamuis conſtitutio Pij V. non procederet in vnionibus, cap.3.§.4. n.286.p.11.

Publicatio ſi probatur facta non debito tempore, præſumitur non fuiſſe facta aliàs debito tempore, capitulo 3.§.4. numero 329. part. 11. quod procedit, dummodo conſtet illam publicationem eſſe factam per reſignatarium, ſeu de eius ordine, non alias, num.330. vbi ponitur deciſio Rotæ ſic accipienda.

Publicatio vt valeat, debet affigi in valuis Eccleſiæ exemplum continens ea quæ dicta ſunt, & debet affigi quædam charta, quæ ſufficit quod ſit ſimplex, in qua dicatur, vt in formula poſita, cap. 3. §.4. num.295. par.11. Et ſufficit affigi in vna porta, quamuis Eccleſia plures habeat, num. 296. praxis tamen habet, vt affigatur copia integra ipſarum literarum, quo pacto pinguius adimpletur forma dictæ conſtitutionis, num.297. ſicut etiam pinguius adimpletur affigendo ipſummet originale, num.290. vbi adducitur deciſio Rotæ.

## Q

Quadrimeſtre, vel ſemeſtre, vt locus ſit devolutioni non currit quando eſt lis inter perſonas præſentatas, cap.6. num.58. par.5. etiam ſi lis ſit ex vi iuriſpatronatus, numero 29. quidquid dicat Lambertinus, & deciſio, Rotæ, num.30.

Qualitas narrata, tendens in præiudicium alicuius, etiam quod facilius non inducat ad concedendum verificanda eſt, c.2. num.209. par.6.

Qualitas, & habilitas requiſita. requiritur tempore oppoſitionis & petitionis, cap.4.num.85. & 86. par.7.

Qualitas requiſita in beneficijs, alias vacantibus, requiritur etiam in vacantibus ex cauſa permutationis, cap.3. num. 6. parte 11. & ſic beneficia, quæ debentur filiis patrimonialibus, non poſſunt permutari ad favorem aliorum, numero 7.

Qualitates conſiderandæ in præſentatis, & in æquali gradu conſanguinitatis, ſeu alias in paritate vocum debeant alijs præferri, & in concurrentibus in oppoſitione qui ſint videndi, capitul.9. numero 11. parte 7. vbi ponitur deciſio Rotæ.

Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem, acquiritur per tres actus ſolutiones, cap.5.num.450.par.1. etiam ſalte-

# INDEX.


*ti cenſuarum,n.451.niſi fiat proteſtatio,n.452.*

*Quintanaduennas improbatur dicens,c.referente,& c.præterea,de præbendis,non eſſe ante,ſed poſt Concil.Lateranenſe ſub Alexand.III.cap.5.num.4.& 5.par.11.& cap. eum te de ætate, & qualitate, in quo fundatur, explicatur num. 6.*

*Quintanaduennas improbatur dicens,quod ſi in varijs Eccleſijs plures aliquis dignitates conſequutus ſit, non amittet priorem ipſo iure,ex c.de multa,c.5.n.9.p.11.*

*Quomodo in cauſis penſionum ſit procedendum & narrata verificandum,c.5.n.442.p.1.& deciſiones Rotæ,n.443. cum ſeqq.*

*Quaſi poſſeſſio defuncti, ſeu prædeceſſoris ad præſentationem, ſeu collationem ſufficit,nam ea tranſit in hæredem,vel ſucceſſorem abſque noua apprehenſione,c.5.a n.33.cum ſeqq. p.5.quod intellige, vt n.37.cum ſeq.*

*Quaſi poſſeſſio iuris præſentandi acquiritur ex ſolo vnico actu c.5.n.59.cum ſeqq.p.5.& attenditur vltimus,& immediatus ſtatus, n.63.traduntur que deciſiones Rotæ, nu.64. cum ſeqq. limita ſi actus vltimus eſſet factus ſine præiudicio iuris alterius, vt n.65.*

*Ad Quaſi poſſeſſionis acquiſitionem ad effectum præſentationis,& collationis,& eius validitatem, quæ requirantur, traduntur,c.5.n.66.& ſeqq.p.5.*

*Quaſi poſſeſſio Capituli conferendi parochiales, Sede Epiſcopali vacante,non ſuffragatur ad validitatem collationis, vt Rota reſoluit,c.5.n.90.cum ſeqq.p.5.& videtur contraria deciſio adducta, n.94.*

*Quaſi poſſeſſio præſentandi non acquiritur vbi inſtitutio, aut conſummatio ſecuta eſſet non præuio edicto, licet inſtitutus ac facto habuiſſet poſſeſſionem, cap. 5. a numero 99. cum ſequ. par.5.limita, vt num. 104.& reprobatur ſententia Ferreti dicentis, quod ſtatus, ſeu quaſi poſſeſſio libera collationis,non poteſt induci,per collationem factam de beneficio iurispatronatus abſque conſenſu patroni.c.5.n. 101.par.5.*

*Quaſi poſſeſſio prouidendi non acquiritur per prouiſiones etiã effectuatas,factas contra decretum irritans, poſitum in indulto,vel alia diſpoſitione,quia decretum inficit omnia etiã poſſeſſionem,c.5.n.102.p.5.*

*Quaſi poſſeſſio conferendi, ſeu præſentandi vbi acquiritur aduerſus Epiſcopum,requiritur eius ſcientia, & patientia, cũ eo ipſo quod eſt in poſſeſſione Epiſcopatus, ſit in poſſeſſione libere conferrẽdi,c.5.n.123.& ſeq. p.5.& amplia,vt n. 125.& ſeqq.& in quaſi poſſeſſione iurispatronatus quãuis non præſentaſſet,vt n.127.*

*Quaſi poſſeſſio ſeruitutis cum acquiritur aduerſus dominum fundi, qui eſt in eius poſſeſſione, requiritur eius ſcientia, et patientia cum eum poſſideat tanquam liberum cap. 5. nu. 128.p.5.*

*Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem non tranſfertur in tranſlatarium, etiamſi ius & proprietas tranſferatur, quia eſt quid facti,c.5.n.470.p.1.*

*Quod de iure ineſt,non poteſt deduci in pactum ad inducẽdam ſpecialem obligationem, quæ eſt fortior ad excuſandam cõtradictionem,nec obligatio antidotalis,c.2.n.18.p.8.*

R

*Rationes & computa bonorum & reddituum menſæ & fabricæ,non licet facere dum diuina fiunt,ſaltem mane,c.2.n.568.p.3.*

*Rebuffi dictum refertur, hodie vſum communem obtinuiſſe, quod poſt requiſitionem patroni, maxime etiam eo non cõſentiente, permutatio approbatur ab Epiſcopo, & valet, cap.2.num.26.p.11.quod videtur approbare Sacra Congregat. in declaratione poſita, nu.27.Sed accipienda erit, quando permutatio fieret in magnam Eccleſiæ vtilitatem, num.28.*

*Rebuffi ſententia dicentis quod ſimoniacus non priuatur ipſo iure beneficijs ante ſimoniam adeptis,ſed eſt opus priuatione,c.1.n.41.p.8.*

*Reædificatio ſub conſtructione,ſeu fundatione comprehenditur c.9.n.51.p.5.& ibi an acquiratur iuſpatronatus, ex Eccleſia penitus deſtructa.*

*Recitare an quis teneatur, etiam ante poſſeſſionem quæſitam, cap.1.num.78.p.3.& ponuntur ſententiæ doctorum vſque ad num.83.limita niſi per eum ſtet,quominus accipiat, n. 85.cum ſeq.*

*Recitare neſcienti non eſt licitum accipere beneficium ſibi collatum, cap.1.nu.97.p.3.quæ ſententia videtur nimis rigida, nu. 98.*

*Recitare an etiam teneatur, habens titulum & proniſionem beneficij in cuius poſſeſſione, eſt alius contra quem litigat, aut neuter,c.1.n.100.p.3.& diſputatur pro vtraque parte,vſque ad n.104.*

*Recitare an teneatur beneficium tenens in commendam capit.1.num.105.& ſequen.parte 3.& ſub diſtinctione reſoluitur, & an coadiutor ad id teneatur, num.107.cum ſeqq.*

*Recitare officium an teneatur pluries habens plura beneficia, cap.1.n.110.p.3.cum ſeqq.& reſolnitur negatiue,etiamſi iniuſte poſſideat,n.120.*

*Recitare non tenentur officium parum B.Mariæ,habentes cũ beneficio,ſeu ordine ſacro penſionem, ſed ſatisfaciunt recitando officium maius,c.1.n.117.p.3.& quid ſit dicendũ in penſionario Clerico,n.118.*

*Recitare omittens vno die omnes ſeptem horas, an committat vnum tantum peccatum, an vero plura, cap. 1. num. 131.p.3.cum ſeqqu.& reſolnitur,vnum tantum committere, & quid in omittente recitare per vnum menſem nu. 139.& 140. Et quid in confeſſione ſit explicandum nnm. 141.cum ſeqq.*

*Redemptio penſionis non poteſt fieri authoritate Nuntij. cap. 5.n.35.p.1.*

*Redditus penſionis amiſſi ob excommunicationem penſionarij remanent ipſi titulari,& ipſi ſunt reſtituendi, cap. 13. n.139.p.7.*

*Reductio penſionis non poteſt fieri per inferiorem,in penſione per Papam impoſita,c.5.n.369.p.1.*

*Reductio ſine reformatio penſionis poteſt fieri per Ordinarium etiam ſi ea eſſet reſeruata per papam,c.5.nu.401.p.1.limita,vt n.402.*

*Reductio peti non poteſt ſi computatis funeralibus, & ingreſſu,remanet rectori congrua,c.5.n.401.p.1.*

*Reges Hiſpaniæ,quibus Adrianus VI. induiſit ius præſentãdi Abbates & alios præfectos,non potuerunt præſentare ante Concilium Trid.ad præfecturas regulares, perſonas ſeculares, nec regulares alterius ordinis, & multo minus poſt cõcilium poterunt,c.10.n.14.p.7.*

*Regiſtrum Apoſtolicum fidem facit ſaltim in curia,cap.5.nu. 534.p.1.*

*Regula de infirmis non habet locum in translatione penſionis c.5.n.258.p.1.nec conſtitutio de publicandis, nu.256.& de materia remiſſiue,n.260.*

*Regula quod datum ob cauſam, cauſa non ſecuta repeti poteſt explicatur,c.1.n.11.cum ſeqq.p.3.*

*Regula de veriſimili notitia, ſolum habet locum in vacatione per obitum,c.1.n.44.p.5.& per quem debeat probari,nu. 45.& concludenter,n.46.*


Regula

# INDEX.


Regula de verisimili notitia, non habet locum in Ordinario. & Legato contra aliquos c.1.num.47. & 48.p.5. & qui de ea tractent. num.50.

Regula reseruatoria Monasteriorum, comprehendit Monasteria electiua, cap.1.num.118. parte 5. & alias dignitates inferiores electiuas, & beneficia electiua, numer.119. cum seq. etiam non facta mentione de electione, num.122. cum seq.

Regula de impetrantibus beneficia per obitum familiarium, habet locum in vacatione per obitum inducta per regulam de infirmis, cap.1.num.168 par.5. nec opus est exprimere modum vacationis inductæ, num.169.

Regulam reseruatoriam de qua hic, non habere locum in Cardinalibus tenuit Rota, cap.1.num.252.par.5. de qua author dubitat num.253. & seqq. nec habet locum in dignitatibus non reseruatis, vt num.255.

Regula reseruatoria dignitatum maiorum post Pontificalem, intelligenda est de maioribus alijs, nec sufficit erectio in posterum, cap.1.num.257.par.5. secus si tempore prouisionis esset alijs maior, licet non tempore vacationis, num.258. cum seqq.

Regula mensium non debebat edi, & publicari, c.1.nu.439. p.5. quam Sixtus V. publicari fecit à num.440. cum seqq. & de eius origine num.444. & quo tempore duraverit, & duret, num.446 cum seqq.

Regula non solum habet locum in vacatione de iure, & de facto, sed etiam in vacatione de iure tantum, aut de facto tantum, cap.1. num.548.par.3. quam limita si habens ius ad beneficium, decedat in mense Apostolico, num.549.

Regula hæc non procedit in beneficijs Ecclesiæ non numeratæ, sed receptiuæ, quamunquam vacant, cap.1.num.550. par.5.

Regula reseruatoria, an sicut non comprehendit Cardinales, similiter etiam non comprehendat Reges Collatores, cap.1. numero 639. parte 5. resoluitur quod non, & quare regula dicat Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, &c. num.640.

Regula hæc, an reseruet beneficia ad prouisionem quorumcunque quomodolibet pertinentia, sine de iure communi, sine speciali, c.1.num.642.p.5.

Regula de mense exprimendo procedit in gratia si neutri &c. cap.1. num.659. par.5. & in nona prouisione, quando in prima gratia non fuit expressus, num.660. & etiam si quis velit capere beneficium per clausulas, generales sine alio quouis modo, num.661. & in gratia de beneficio vacante non solum de iure, & facto, sed etiam de iure tantum, & de facto tantum, num.662. & non solum in vacatione per obitum sed etiam alio quocunque modo in quo intrat reseruatio regulæ, num.665. nec praxis Datariæ est in contrarium, num.666.

Regula de expressione mensis non habet locum in beneficijs alias reseruatis, & in vacantibus in Curia, cap.1.nu.668. part.5. nec in prouisionibus Papæ de beneficijs iurispatronatus laicorum. num.669. nec in præsentatione & institutione, etiam coram Papa numer.670. nec in subrogationibus quoad beneficium litigiosum in locum, & ius defuncti, quamuis secus in gratia si ventri, num.671. nec in gratia reformatoria, seu perinde valere, num.672. & an in prouisionibus Nunty, seu Legati, num.673. & an etiam Ordinarij, num.674.

Per Regulam de expressione mensis non censetur derogatum Bullæ Sixti IV. & Leonis X. & de Canonicatibus Doctoralibus & Magistralibus Hispaniæ, & quare cap.1. num. 679. cum seqq par.5. vbi de rationibus Gonçalez.

Regula 10. reseruatoria videtur superflua, cap.1.num.783.

par.3. contrarium num.784. & loquitur de beneficijs vacantibus post obitum prædecessorum reseruantium, vt numero 785.

Regula Cancellariæ, quæ supervenit de vnionibus non sortitis effectum, non obstat, quando aliqua bonorum portio a beneficio est dismembrata, & vnita monasterio, ex Rota, cap.2.§.3.num.287.par.12. Sed non videtur verum, quia regula etiam de dismembrationibus expresse loquitur, numero 28.

Regula cap. Inquisitioni, de appellat. quod clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, non procedit vbi est diuersa ratio, nec vbi adest maior ratio, quod referatur ad proximiora quam ad præcedentia, nec vbi constat de mente contraria, c.10.§.1.num.136.p.11.

Regula de triennali an iuuet contra Decretum Concilij cap.3. num.88.par.11. vbi resolvitur negatiue cum S.Congregat. & Rota, num.89.

Regula de triennali non habet locum in beneficio vnito, cap.2. num.28. par.12. & similiter nec allegatio Lapi, num.29. quamuis diuersum sit in regula de annali, in qua non requiritur titulus, & sic obtinens beneficium vt vnitum, potest excipere de regula annali contra actorem, qui illud impetrauit tanquam beneficium; & titulus, quia ex persona actoris ius metimur, num.30. & sequenti. vbi ponitur resolutio Rotæ.

Regula de triennali non suffragatur contra Decreta Concil. Trid. sess.7.c.4. & sess.24.c.17. ex S Congregat.c.5.§.4. num.379.p.11. de quo remissiue, nu.380. & nu.381. adducitur alia declaratio S.Congreg.

Regula, infamibus procedit, tam in infamia facti quam iuris, c.8.num.9.p.7.

Regula legis non dubium. C. de legibus non procedit quando lex eadem prohibens & puniens, c.8.num.62.

Regula legis si forte, ff. de castrensi peculio, non procedit in iudice, pro quo iura præsumunt stante cumulatione solemnitatum, c.2.§.1.nu.133.p.12.

Regula reuocatoria vnionum non videtur intrare, saltim in parte vnio sortita fuit effectum, cap.2.§.3.num.29. par. 12. licet secus sit in Decretis Concilij Trident. sess.7. cap. 6. & sess.25. cap.9. ex S.Congregatione, & Rota, à numero 295.

Regularia beneficia sunt manualia, & ad nutum amouibilia, nisi sint curata, aut electiua, cap.2.numer.66.par.1. resolutio Rotæ.num.67. & seqq. & sunt vere beneficia, numero 69.

Regularia beneficia quæ sint exponitur, capit.6. numero 13. par.1.

Regulares secluso priuilegio, non possunt de iure, absolvere à casibus Episcopo non solum à iure, verum specialiter per ipsum reseruatis, contra aliquos. cap.2 nu.303. & sequentibus, parte 3.

Religiosi Societatis Iesu, qui emiserunt tria vota non solemnia, non comprehenduntur sub decreto Concilij 3. caput.5. numer.9. part.2. Sed Pius V. illud extendit ad regulares non professos. numero 10. & declaratio. S.Congregat. numero 11.

Religionum breuia, seu priuilegia, quod earum fratres non possint vti Bulla Cruciatæ quoad indultum eligendi confessorem, an derogentur per sequentes Bullas: capitulo 5. numero 60. cum sequentibus, par.2. & resolvitur non derogari.

Religiosi an sint omnino incapaces beneficiorum secularium, maxime in titulum, & Corras. ait, quod præter Ecclesias curatas, & cathedrales, & aliorum quorumcunque beneficiorum secularium, vt temporalium rerum, etiamsi dispensatione

# INDEX.


*ſpenſatione Papæ incapaces ſunt, c.10.nu.38.p.7. Certum tamen eſt ex diſpenſatione Papæ eſſe capaces beneficiorum ſecularium etiam in titulum, ſicut poſſunt habere titulum ſuorum beneficiorum regularium, num.37. & 40. Sed inquit Corraſ. eſſe capaces temporalium, etiam ex diſpenſatione Papæ, num.41.*

*Religioſi ſunt incapaces beneficiorum ſecularium ſimplicium & etiam canonici regulares, cap.10. numero 28. & 29. pag.7.*

*Religioſos ex diſpenſatione Papæ eſſe capaces temporalium rerum verum eſt, non ſolum quoad adminiſtrationem, & diſpenſationem, ſed etiam quoad dominium, & proprietatem, c.10 num.42. Nam Papa poteſt ex cauſa diſpenſare in voto ſolemni religionis, num.43. quamuis contrarium teneant D. Thom. & alij, nu.44. in quo communis ſententia Canoniſtarum, & Theologorum tenenda eſt, quæ comprobata eſt facto Pontificum, num.45. Et ratio eſt, nam ſicut in voto ſimplici, & iuramẽto, quorum obligatio etiam eſt de iure diuino, Papa poteſt diſpenſare ita in voto ſolemni, cuius etiam obligatio procedit ex actu humano, nu.46. Et obiectioni, quod in voto ſolemni non poſſit diſpenſari ratione traditionis perſonæ, in qua ſolemnitas voti conſiſtit, ſatisfit quod qua ratione poteſt Papa diſpenſando ex cauſa tollere obligationem voti ſimplicis, & iuramenti, & ius ex promiſſione Deo quæſitum, eadem poteſt tollere ius ex traditione Deo quæſitum, & traditionem reuocare, nu.47. & 48. ſicut etiam in matrimonio rato poteſt diſpenſare, num.49.*

*Renuntiatio patrimonij donati facta ante quam ordinetur, non eſt ſymoniaca, & valet cap.5. num.127. cum ſeqq. par.2.*

*Renuntiari an poſſit ſtatuto, ſeu priuilegio habenti decretum irritans expreſſe vel tacite, cap.2.num.242.cum ſequent. part.3.*

*Renuntians beneficium, quæſitum, ad præſentationem patroni in manibus Ordinarij neſciente Patrono, & accepta collatione libera ab eo, non videtur ponere Ordinariam in quaſi poſſeſſione libere conferendi. cap.5.num.110.vſque ad nu.14.par.5.*

*Renuntians ſine ſuperioris authoritate, licet non amittat ius, & proprietatem beneficij, amittit tamen poſſeſſionem, quæ facilius amittitur, cap.3.§.3.num.235.par.11. circa quod remiſſiue, num.236, & ita videtur procedere deciſio Rotæ relata, num.237.*

*Renuntiare beneficio an poſſit minor remiſſiuè cap.3.§.1.nu.59.par.11. & an minori in beneficialibus competat reſtitutio, etiam remiſſiuè num.60. & nu.61. ponitur reſolutio Rotæ in iſta quæſtione.*

*Renuntiare beneficio licet de iure communi infirmus poſſet, tamen hodie non valet renuntiatio infirmi infra 20.dies decedentis ex regula Cancellariæ de infirmis, capitul.3. §.1. num.57. parte 11. & qui ſcribunt ſuper ea, num.58.*

*Renuntiare beneficio proprio regulariter, cuiquam liberum eſt, cap.3. §.1.num.44. par.11. hodie tamen in curia non admittuntur abſolute reſignationes parochialium, & aliorum beneficiorum reſidentiæ, nam dataria vult quod exprimatur per quantum tempus beneficium poſſedit reſignans, ſeu à quo tempore illud obtinet, & ſi tempus eſt breue, reſignatio reijcitur, num.45. & idem eſt in permutationibus huiuſmodi beneficiorum cum alijs non reſidentiæ, num.46. qui ſtylus inciput à tempore Gregorij XIV. & hodie regulariter requiritur quod poſſederit per quinque annos, vel circa, num.47.*

*Renuntiare non poteſt beneficium obtinens, ſeu cedere in manibus Epiſcopi ad effectum, vt vniatur alicui loco, ſeu Eccleſiæ, & non aliàs, quamuis contrarium videatur ſupponere Rota vna Segobienſ. relata, cap.3. §.2. numer.157. par.11.*

*Renuntiare non poteſt libere beneficio hodie in ſacris ordinatus, præſertim ad titulum illius, nam non poteſt illud reſignare, niſi aliunde habeat, vnde commode viuere poſſit, c.3.§.1.num.36 p.11.*

*Renuntiare non poteſt maximè in fauorem criminoſus priuatus ipſo iure beneficijs, cap.3.§.1.numer.124 par.11. & idem erit in priuato beneficijs per ſententiam, quæ tranſit in rem iudicatam per quam beneficium vacat, num.125. quamuis R. buff dicat, quod ante exequutionem poteſt reſignare, quia ſola ſententia non priuat iure, nec poſſeſſione, quod ſolum verum eſt reſpectu poſſeſſionis, qua non eſt priuatus ante executionem, & ſic procedit dictum Felini, quod canonicus priuatus per ſententiam non perdit ipſo iure ſtallum in choro, & locum in capitulo: ſed oportet, quod diſtalletur per ſuperiorem, non tamen eſt verum quoad ius, & titulum beneficij, quo ſtatim priuatus eſt, & poteſt conferri num.126. & 127.*

*Renuntiare poterit accuſatus, etiam in fauorem, & renuntiatio valet, etiam non facta mentione de crimine, nec de accuſatione, ſeu inquiſitione, aut proceſſu, nec de priuatione, cap.3. §.1.numer.120.par.11. quia de iure non cauetur, num.121. limitatur vt non procedat, quando in impetratione facta à tertio in euentum priuationis fuerit adiecta clauſula, & cum Decreto, quod reſignatio illius cedat in fauorem impetrantis, num.122. ex eo tamen non tollitur Epiſcopo diſpenſandi poteſtas in caſibus in quibus aliàs poteſt, ipſaque diſpenſatio impediet priuationis ſententiam, num.123.*

*Renuntiare poteſt intruſus beneficio detento propria authoritate, quando eſt intruſus exiſtenter & apparenter carens titulo, cap.3.§.3.num.250.p.11.*

*Renuntiare poteſt quis beneficio non ſolum per ſe, ſed etiam per procuratorem c.3.§.1.nu.42.p.11, vbi de procuratore ad reſignandum, remiſſiue.*

*Renuntiatio beneficij litigioſi, ſi ius anceps ſit, poteſt fieri ſine ſuperioris authoritate, cap.3.§.3.num.249.p.11.*

*Renuntiatio cum licentia, ſeu authoritate ſuperioris fieri debet, cap.3. §.3.num.219.par.11. aliàs non tenebit in præiudicium Eccleſiæ, aut ſuperioris, tenebit tamẽ in damnum, aut præiudicium renuntiantis, quia ex hoc videtur feciſſe tacitum pactum de non petendo beneficium ſecundum gloſſam, & DD. relatos, num.220. pro quo faciunt deciſiones Rotæ relatæ, num.221. & ſeq. Sed verum eſt non tenere, etiam in præiudicium renuntiantis, nec quoad ipſum beneficium valere, ſed adhuc verum habere titulum, & ius in eo, donec ea renuntiatio per ſuperiorem admittatur, ſeu ratificetur, num.223. Et ſic de beneficio taliter renuntiato debet fieri mentio in impetratione, num.224. & adducitur reſolutio Rotæ, num.225.*

*Renuntiationem dicitur etiam tenere in præiudicium renuntiantis quoad hoc, vt ſuperior poſſit eum priuare ob delictum ſuum. quia reſignant ſine conſenſu ſuperioris, ex cap. quod in dubijs de renuntiatione, c.3.§.3.nu.230.p.11. Sed ille textus id non probat, ſed tantum renuntiantem in manibus laici, & ab eo denuo ſuſcipiẽtem, quod maius delictum eſt, eodem beneficio eſſe priuandum. num.231. & deciſionibus Rotæ pro contraria parte adductis, num.221. & ſequenti, reſpondetur, num.232. & 233. & ſeq.*

*Renuntiatio facta, & ab alias non renuntiaturo, etiam in manibus inferioris. ea intentione & ſpe, vt alicui certæ perſonæ conferatur, ſine pacto tamen, aut conditione, valet, nec committitur vlla ſimonia etiam mentalis, c.3.§.2.nu.161. par.11.*

p.11.& ſic non eſt ſimoniacum mandatum ad reſignandũ certa beneficia in manibus inferioris a Papa, pure, libere, et ſimpliciter, nec non petendum, & obtinendum de eis prouideri certæ perſonæ, ex Rota, apud Caſſadorum, n.163.& ſimile ait Rebuffus relatus n. ſeq.

Renuntiationem factam ſine authoritate ſuperioris tenere in præiudicium renuntiantis, intelligendum eſt quoad hoc, vt ſuperior poſſit eam approbare, & ratam habere, c.3.§.3.n. 226.p.11.niſi ante admiſſionem & ratificationem reuocauerit renuntiationem, nam re integra poterit pœnitere, nu. 227.& ideo in ſupplicationibus, & in literis ponitur illa clauſula, ſine præmiſſo, &c. qua operatur vt Papa per eã approbare videatur renuntiationem factam coram non ſuperiori de beneficio illo, & de illo ſic vacante prouidere, num.228.& ſeq.

Renuntiatio facta in fauorem certæ perſonæ, ſeu vt beneficiũ alicui conferatur, ſimoniaca eſt, & nulla, cap. 3.§.2.num. 152.par. 11. quicquid dicant alij relati, nu. 153.quorum opinionibus omiſſis communis tenetur & probatur, n. 154. nec poterit inferior conditionem reijcere, & reſignationem ſimpliciter admittere contra aliquos, num. 155.vnde reſignatio facta in manibus Legati ſimpliciter, cum mandatum ad cedendum eſſet in fauorem certæ perſonæ, licet eidem prouiderit, fuit nulla, ex Rota contra Rebuffum, & alios, n. 156.

Renuntiatio facta in fauorem a priuato beneficio ipſo iure, vel per ſententiam ante executionem, vel ab obtinente beneficium alias ſine titulo, erit bona nihilominus, & valida ex clauſulis generalibus, ſiue præmiſſo ſiue alio quouis modo, &c. quomodo alteri antea non ſit ius quæſitum, capit. 3. §.1. numero 128.par. 11. vbi ponitur reſolutio Rotæ: in permutatione vero ſecus erit propter clauſulam, quæ in permutationibus apponitur iuxta regulam Cancellariæ 39. num. 129.

Renuntiatio in fauorem alterius, an eſto quod non poſſit fieri coram ordinario, poſſit tamen quis conſentire, quod ſuum beneficium conferatur certæ perſonæ, ſeu vniatur certo loco, in ſui præiudicium, ſicut poteſt abſolute cõſentire, quod prouideatur, c.3.§.2.a n.158.p.11.reſoluitur affirmatiue & an coram Ordinario fieri poſſit ceſſio iuris, litis, & cauſæ in fauorem collitigantis, n. 160.

Renuntiatione in tacita, vt quæ fit per adeptionem ſecundi, etiam requiritur licentia, ſeu approbatio ſuperioris, aliàs non vacat primum ſecundum communem, cap. 3.§.3. nu. 238. parte 11. contrarium tamen tenet glo. & alij relati, num.239.

Renuntiatio literarum ad beneficia ſen iuris ad rem, poteſt fieri abſque ſuperioris authoritate, c 3.§.3.n 247.p 11.reprobatur tamen dictum Flam. Pariſ. quod poteſt quis abſque authoritate ſuperioris tacite renuntiare literis beneficiorum vacantium, in quibus per collationem, & acceptationem habet ius in re, non capiendo poſſeſſionem illorum, nu.n.248.

Renuntiatio tacita duplex eſt ſecũdum authorem, tacita quædam quæ ſine verbis fit facto hominis, & in hac requiritur conſenſus ſuperioris ſicut in expreſſa, & ita procedet communis c.3.§.3.n.240.p. 11. ſufficiet tamen conſenſus tacitus ipſius ſuperioris in acceptando, nu. 241. alia renuntiatio tacita eſt, quæ a iure inducitur, & ipſo iure fieri intelligitur, etiam parte contrarium proteſtante, vt quæ fit per adeptionem ſecundi incompatibilis, & in alijs caſibus, quæ non eſt vera renuntiatio, n.242.& in hac contra communem non requiritur licentia ſeu approbatio ſuperioris, & procedit ſententia gloſſæ, nu. 243. pro quo faciunt iura adducta, a n. 244.

Renuntiatio vt conſiſtat, debet eſſe libera, & ſpontanea, nõ metu facta, aut per dolum, vel fraudem, licet donec reſcindatur, mero iure teneat, c.3.§.2.n.143.p.11.& renuntiatione ſic facta, aut poſt ſpolium, & de prouiſione metu facta, remiſſiue, n.144.

Reprobatur ſententia Germonij tenentis a Vicario foraneo, ad Epſc. appellari non poſſe, c.8 n.32.p.5.

Reprobatur doctrina Sbroci dicentis non dari appellationem ad Epiſcopum a ſententia Vicarij generalis, conſtituti tantum in ciuitate, c. 8.n.33.p.5.

Reprobatur doctrina Sylueſtri & Cechi, dicentium, Vicarium foraneum eſſe ordinarium, & idem conſiſtorium cum Epiſcopo, ſi ad Vniuerſitatem cauſarum ſit deputatus, c. 8.nu. 34.& 35.p.5.

Reprobatur ſententia Lapi & aliorum, quod ſine inſimul, ſine diuerſis temporibus fiat commiſſio ſpecialis alicui, vel aliquorum requirentium ſpeciale mandatum, & addatur clauſula generalis de qua hic, tunc tota iuriſdictio erit ordinaria, c.8.n.45.p.5.

Res dotales, naturaliter in vxoris permanent dominio & eius eſſe intelligitur, capit. 9. num. 172. par. 5. quod intellige quoad ſpem, quia ad eam ſunt reuerſuræ. nu. 173. cum ſeq.

Reſeruatio ſi impetraretur contra Petrum Opidi de Arebalo Abul. Diœceſis, & alios eiuſdem Diœceſis, per illam clauſulam generalem poſſent conueniri alij eiuſdem Oppidi. c.6.n.81.p.1.

Reſeruatio penſionis facta excommunicato non abſoluto ad effectum eſt nulla, c.5.n.130 p.1.

Reſeruatarius in cuius perſona fuit penſio reſeruata an poſſit valide, eam transferre, & caſſationi conſentire, etiam ſine conſenſu eius in cuius commodum eſt, c.5.n.268.& ſeq.p. 1.& reſoluitur affirmatiue.

Reſeruatio expirat per collationem ſecuta acceptatione ſine poſſeſſione, cap.2.num.1. par. 4. item & per prouiſionem factam cum ſola ſupplicatione, num. 15. ſi ea eſt regiſtrata num. 16.& in forma gratioſa, ſecus ſi in forma commiſſoria, vt n.17.

Reſeruatio, non comprehendit beneficium ad quem quis eſt electus, ſeu collatum non acceptatum, cap.3. numero 22. par.4.

Reſeruatio de tali beneficio interim facta etiam motu proprio non impediret acceptationem illius, non obſtante d. c.ſi, eo tempore, vt c.3.n 40 p.4.

Reſeruati nulli ſunt menſes, reſpectu Cardinalis Ordinarij collatoris, cap.1.num.34.pa.5.etiam in beneficijs ſpectantibus ad prouiſionem prælati & Capituli ſimul, nu.35.vbi ponitur deciſio Rotæ, n. 36.

Reſeruationes, aliæ dicuntur generales, alia ſpeciales, & quæ illæ ſunt cap.1. numero 56.cum ſequentibus, parte 5.& qui de eis tractent, numero 53.& de tempore quo ceperũt, num. 54.& 55.

Reſeruationes ſpeciales, in fauorem aliquorum, maxime mentales, iam non ſunt in vſu, cap 1.num.6.p.5.

Reſeruationis potentia, & effectus, à quibus pertractentur traditur, c.1.nu.112.p.5.

Reſeruatione non continentur Epiſcopatus, bene tamen Abbatiæ c.1.num.113.cum ſeq.p.5.& ibi de intellectu extrauagantis, ad regimen. & an comprehendantur monaſteria num.117.

In reſeruationibus factis ſub iſta forma, reſeramus Beneficia ad cuiuſcunque collationem, prouiſionem, præſentationem, ſeu diſpoſitionem ſpectantia, non comprehenduntur beneficia electiua, capunl.1. numero 124. cum ſequent. par.5.

# INDEX.


*Reſeruatio ſine affectio, inducitur Beneficio, per ſolam appoſitionem manus Papæ quamuis vtiliter factam, capitul. 1. num. 137. & ſeq. p. 5. & per commendam factam à Papa num. 140. limita vt num. 150. 151. 152. 154. 177. 186. & ſeq.*

*Reſeruatio Papæ facta ad tempus, vel ex certa cauſa ſi illa ſemel affecit, Beneficium ſemper manet affectum etiam poſt tempus, c. 1 nu. 144. p. 5.*

*Reſeruatio Beneficij non euaneſcit per collationem Papæ inualidam, nec poteſt Ordinarius illud conferre, c. 1. nu. 145. p. 5. amplia vt num. 147.*

*Reſeruationes plures inducuntur per regulas Cancellariæ, quas Summi Pontifices facere ſolent ſuo tempore duraturas, numero 190. parte 5. de quibus hic agendum eſt, numero 191.*

*Reſeruationes extrauagantis ad regimen innouantur, capit. 1. num. 192. vſque ad num. 196. p. 5. ad eius effectum non ſufficit ius ad rem ſed in re num. 197. quod intellige, vt nu. 198. cum ſeq. & verba extrauagantis, ibi declarans nihilominus & illa, &c. ea etiam Beneficia declarantur, num. 200. cum ſeq.*

*Reſeruatio de Beneficijs de quibus Ordinarij contra Concilij Tridentini decreta diſponunt, in quibus amplificari poſſint traditur, cap. 1. num. 209. parte 5. & limita in Beneficijs de quibus Patroni diſponunt numero 210. & intellige, vt num. 211.*

*De Reſeruatione Eccleſiarū Cathedralium & monaſteriorum qui tractent, capitul. 1. num. 212. par. 5. & ad quos olim Epiſcopatuum prouiſio pertineret, numero 213. remiſſiue.*

*Reſeruatio Pij V. de qua c. 1. num. 221. & ſeq. p. 5. an comprehendat Beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi & Capituli ſimul, & non comprehendere reſoluitur, cum Gabriele, cap. 1. num. 223.*

*Reſeruatio Pij V. quia perſonalis ſpirauit cum ipſo, capit. 1. num. 224. cum ſeq. par. 5. quam non fecit Gregor. XIII. ſed ſucceſſores Pij V. vt num 228.*

*Reſeruatio de qua hic locum habet ſi ad Epiſcopum ſolum ſpectat electio, nominatio quamuis collatio & inſtitutio ad alium pertineat, ſeu ſit communis capitul. 1. numer. 230. parte 5. non tamen è contrario, vt num. 231. cum ſequentibus vbi ponitur deciſio Rotæ quæ confirmatur, vt numero 233.*

*Reſeruatio, an habeat locum vbi ſimultanea eſt prouiſio diuiſa per turnos, cap. 1. num. 234. cum ſeq. parte 5. reſoluitur quod non, nec habet locum vbi collatio Beneficium ſpectans unus alius ad collationem Epiſcopi, Sede Epiſcopali vacante ſpectat ad aliquem nec reſeruaretur futuro ſucceſſori, numero 244.*

*Reſeruatio regulæ 30. de impetrantibus includit Beneficia ad quæ familiaris habebat ius ad rem, capit. 1. numero 278. & ſequen. parte 5. limita & declara, vt numero 280. & 281.*

*De Reſeruatione Beneficiorum collectorum, & Subcollectorum, remiſſiuè, cap. 1. num. 344. par. 5. & vide ſupra verbo beneficia collectorum.*

*Reſeruatio regulæ 5. non continetur in extrauaganti, ad regimen licet contineatur in corpore iuris, & qui ſint de ea videndi, c. 1. num. 386. p. 5.*

*Reſeruationes Beneficiorum curialium dum curia transfertur, qualiter intelligantur traditur, c. 1. à nu. 387. cum ſeq. p. 5. & à num. 391. cum ſeq.*

*De Reſeruatione Beneficiorum Cubiculariorum, & curſorum Papæ ad regulam 6. qui ſint videndi traditur remiſſiuè, c. 1. nu. 397. par. 5.*

*De Reſeruatione Beneficiorum Eccleſiarum Sanctis Ioannis Lateranenſ. Sancti Petri, & aliarum, & titulorum Cardinalium, à Curia abſentium, agitur capitul. 1. numer. 401. par. 5. & an hæc regula ſit ſuperflua, num. 402. & de quibus Epiſcopatibus intelligatur reſeruatio facta numer. 403. cum ſeq.*

*Reſeruatio ſine decreto, an liget manus ordinarij, ita quod eius collatio non valeat, cap. 1. num. 408. part. 5. & quid cum decreto ante notificationem, num 409. & an non ſolum inficiat titulum, ſed etiam & poſſeſſionem, aut omnia, num. 410. & quid ſi decretum ponatur in literis de beneficio vacante in menſe ordinarij, num. 437.*

*Reſeruatio menſium Apoſtolicorum, & alternatiua pro Epiſcopus reſidentibus traditur, cap. 1. à numer. 438. cum ſeq. par. 5.*

*Reſeruatio ſemper cenſetur præcedere, contingente eadem die vacatione Beneficij, in menſe reſeruato, & prouiſione ordinarij, nec non reſeruatione noſtræ regulæ, cum aliis regulis factæ; etiam ſi prouiſus ab ordinario anteriorem poſſeſſionem haberet, quia tota dies comprehenditur in regula, c. 1. nu. 443. par. 3.*

*Reſeruatio regulæ locum habet in beneficijs vacantibus in menſibus Apoſtolicis, non ſolum vna vice, ſed etiam pluries c. 1. num. 538. p. 5. Et de verbis regulæ ibi, ad ſuæ voluntatis beneplacitum num. 539. remiſſiuè.*

*Reſeruatio expreſſa ſicut non cadit in beneficio iuris patronatus laicorum, & mixti, ita nec tacita ex appoſitione manus Papæ, cap. 1. numero 591. part. 5. ubi deciſiones Rotæ ponuntur.*

*Reſeruatio hæc eſt perſonalis, & ſic cum conditore expirat, maxime quia eſt facta ad ſuæ voluntatis beneplacitum, quod morte expirat, c. 1. nu. 643. & ſeq. p. 5.*

*Reſidere vbi debeat habens duo beneficia vnita æque principaliter, vide verbo beneficia duo habens.*

*Reſidentia in omnibus beneficijs etiam ſimplicibus de iure requiritur, cap. 2. num. 1. par. 3. exceptis præſtimonijs, nu. 2. De conſuetudine tamen generalis in ſimplicibus reſidentia non requiritur, num. 3. Et reſolutio Rotæ, nu. 4. 5. et 6. vſque ad 9. Quæ autem beneficia requirant perſonalem reſidentiam, et de cauſis excuſantib. ab ea, et qui de ea tractent num. 13. 14. et 15.*

*Reſidere quomodo teneantur Epiſcopi, & Curati, & quanto tempore abeſſe poſſint traditur remiſſiue, cap. 2. num. 18. par. 3.*

*Reſidentiæ obligatio, an ſolum procedat in habentibus vere curam animarum, aut beneficia curata, an etiam in habentibus exercitium Curæ, cap. 1. nu. 163. cum ſeqq. par. 3. & reſolutur affirmatiue.*

*Reſidere in Canonicatu, an teneatur habens Canonicatum & Monaſterium in commendam cap. 2. num. 183. par. 3.*

*A reſidentia excuſatus, non lucratur fructus, qui non lucrifiunt in abſentia, niſi in caſibus à iure expreſſis, cap. 2. nu. 340. par. 3.*

*Reſidere tenentur, non ſolum obtinentes in Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis Dignitates, Canonicatus aut Portiones, ſed etiam Manſionarij ac Capellani, & obtinentes alia beneficia perpetua, & habentia annexum ſeruitium in choro, cap. 2. nu. 475. par. 3.*

*Reſidere an præſumatur quis in loco, vbi alias reſidere tenetur, c. 1. num. 503. p. 5.*

*De reſidentia Epiſcoporum ad alternatiuam requiſita capit. 1. num. 686. par. 5.*

*Reſidere in ſua Diœceſi, an dicatur Epiſcopus exiſtens in loco exempto ſuæ Diœceſis, ita vt gaudeat alternatiua, c. 1. nu. 703. cum ſequentibus. par. 5. & reſolutur negatiue.*

# INDEX,


*Reſignans beneficium reſeruata penſione cum habeat ius ad illud incompatibile, debet facere mentionem de obtentis & de illo ad quod habet ius, cap. 5. numer. 90. & ſequentibus part. 1.*

*Reſignans tenetur ad ſoluendum penſionem ſtante clauſula, quod non poſſit reſignare in fauorem alicuius, niſi facta penſionario intimatione, ac facta obligatione per reſignatariũ, cap. 5. nu. 184. & ſeq. p. 1.*

*Reſignans, an ſtante quod penſio reſeruata ſit in totum nulla, poſſit redire ad beneficium, & ſit reſtituendus ad poſſeſſionem diſputatur, capit. 5. numero 434. cum ſequentibus part. 1.*

*Reſignatarius non obſtante conſenſu & approbatione iuris reſignationis, poteſt dicere de nullitate penſionis, ſi vult probare non ius, vel falſitatem cauſæ, cap. 5. nu. 514. p. 1. vbi ponitur deciſio Rotæ.*

*Reſignans beneficium à quo tempore deſinat lucrari fructus, cap. 1. num. 125. par. 2. & reſolutio traditur, nu. 126. cum ſequent.*

*Reſignans, an faciat fructus ſuos, perceptos ante ſcientiam dimiſſionis reſignationis, cap. 1. nu. 133. cum ſeq. p. 2. reſoluitur negatiue.*

*Reſignans dicitur poſſidere, & poteſt inſiſtere poſſeſſioni donec beneficium reſignatario in forma dignum acquiratur, capit. 2. numero 139. part. 2. & ratio traditur num. 141. & 142.*

*Reſignans in Canonicatibus & Prebendis, quorum fructus reſidendo lucrifiunt, tandiu eos lucrabitur, quamdiu licite inſiſtit poſſeſſioni, & reſidet, c. 1. nu. 196. p. 2.*

*Reſignare libere beneficium aliquis ad cuius titulum ordinatus quare prohibeatur, ratio traditur, cap. 5. numero 197. part. 2.*

*Reſignare beneficium ſacris initiatus vllo modo poteſt etiam ſi ad illius titulum non ſit promotus, niſi aliunde habeat vnde viuere poſſit, vt in conſtitutione Pij V. cap. 5. nu. 198. p. 2. Quam intellige, vt nu. 199. Et quid in Curia ſeruetur, nu. 200. cum ſeq.*

*Reſignans, ſi moriatur in Curia infra 20. dies licet prouiſio per reſignationem non teneat, ex regula de infirmis, beneficium tamen eſt reſeruatum & effectum Papæ, capit. 1. numero 158. & ſeq. part. 5. contrarium traditur, numero 160. cum ſeqq.*

*Reſignans in Curia in fauorem, ſeu conditionaliter ſcienter nulliter, beneficium vacat per dictam reſignationem & ſic manet reſeruatum & affectum Papæ, capit. 1. numero 170. part. 5. reprobata ſententia Gulielmi, numero 171. cum ſeq.*

*Reſignans reſeruata penſione, an poſſit impedire reſignatariũ, ne capiat poſſeſſionem beneficij reſignati, & poſſeſſionem captam per dictum reſignatarium, pendente appellatione ab ipſo reſignante interpoſita, & an id dicatur eſſe attentatum, cap. 2. nu. 2. nu. 133. par. 6. Reſoluitur eſſe attentatum, ſi de facto impedit, vel opponendo friuolam exceptionem. num. 134. Et deciſio Rotæ nu. 135. cum ſeq. & reprobatur Flores, nu. 138. ponitarque reſolutio ſignaturæ, num. 139. & reprobatur Gonçalez nu. 140.*

*Reſignantem nam tempore datæ, ſit neceſſarium probare, aliunde habere congruam, an vero ſufficiat quod eam habeat tempore executionis gratiæ, diſputatur, cap. 2. à num. 276. par. 6. & reſoluitur ſatis eſſe, quod de ea conſtet tempore executionis, nu. 277.*

*Reſignatio valida eſt etiam ſtante clauſula, quod alias reſignatio cenſeatur facta in fauorem penſionarij, ſi illi non agit ad beneficium, cap. 5. nu. 186. p. 1. quæ ſolet poni in penſionibus pro Palatinis. nu. 187.*

*Reſignatio beneficij in fauorem ſcholaris, cum Clericus factus fuerit fortitur effectum ſi reſignans ante caracterem ſuſceptum moriatur, licet ſecus in translatione penſionis, c. 1. nu. 132. & 163. par. 2.*

*Reſignatio vbi conditionalis eſt in fauorem, poteſt reſignans incumbere poſſeſſioni, & omnia pertinentia ratione beneficij exercere, donec reſignatarius capiat poſſeſſionem ſecundum Flamin. Pariſ. c. 1. nu. 142. f. 2. Sed id eſt falſum num. 143. vſque ad nu. 155.*

*Reſignatio facta ab eo, qui nõ habet vnde viuere poſſit, etiam de beneficio ante Concilium obtento, eſt nulla, c. 5. nu. 195, p. 2. & amplia, vt nu. 196.*

*Reſignatio cum eſt expedita in forma gratioſa, tunc narratiua de congrua debet eſſe vera tempore data, cap. 1. numero 282. par. 6.*

*Reſignans beneficium in fauorem alterius in forma dignum, qui non fuit repertus idoneus, non poteſt redire ad beneficiũ, ſed remanebit vacans libere per reſignationem, quid ſcire, vel neſcire debuit illum non eſſe idoneum, niſi præberet diligentiam adhibitam, aut iuſtam ignorantiam, &c. & reſignauit reſeruata ſibi penſione, non valebit etiam reſeruatio. cap. 3. nu. 38. par. 11.*

*Reſignans beneficium in fauorem alterius reſeruata ſibi valida certa penſione, non alias, & reſeruatio fuit nulla, ob expreſſionem maioris valoris beneficij factam ab ipſo reſignãte ſcienter, & ſic culpa ſua, non poterit redire ad ſuum beneficium, ſed ius ab eo abdicatur, nec tenebitur ſucceſſor in beneficio ad ſolutionem penſionis, quamuis reſignatarius qui conſenſit, non poſſit excuſari ab eius ſolutione, niſi fuerit in errore iniuſto. c. 3. nu. 39. p. 11.*

*Reſignans in fauorem, ſeu conditionaliter, quotics ſcienter nulliter reſignat, per talem reſignationem ius abdicatur ab illo, cap. 5. nu. 36. par. 11. ex quo procedit, quod tradit Zanallos citatus nu. 37.*

*Reſignatarius, quando non habuit collationem, nec bene, nec male, aut eam non habuit ab executore reputati tunc cum & ſi infra tempus apprehenderet poſſeſſionem non ſatisfaceret conſtitutioni Gregorij XIII. c. 3. §. 4. nu. 326. p. 11. quamuis ad publicationem non ſit neceſſarium faciam eſſe collationem ab executore, nu. 327. at vbi virtute reſignationis, & literarum facta eſſet collatio reſignatario per executorem, ſiue bene, ſiue male, ſiue valide, ſiue inualide, & ſucceſſiue apprehenſa poſſeſſio infra tempus datũ dictæ conſtitutione, non videtur illa intrare, nu. 328.*

*Reſignatarius, ſeu ceſſionarius, virtute clauſulæ, ſiue alio quouis modo, poteſt capere beneficium tunc vacans per obitum alterius, quamuis reſignans ſeu cedens nullum ius in eo haberet, c. 1. nu. 33. p. 11. Et præfertur alteri qui poſtea impetraſſet per obitum, etiam ab eodem, contra Rebuffum, n. 34 ſi quis velit capere beneficium per dictas clauſulas generales, obſtabit regula de menſe, ſi vacauit in menſe reſeruato, nec eſt alias alia ratione reſeruatum, quia erat neceſſaria expreſſio menſis, num. 35.*

*Reſignationem alicuius volentis in eius manibus beneficium ſuum reſignare, vt de eo prouideat, non poteſt recipere, qui ſolum habet poteſtatem conferendi, vt executor datus ad prouidendum de beneficijs vacantibus, niſi hoc ei nominatim eſſet iniunctum. c. 3. §. 3. nu. 261. p. 11.*

*Reſignatio etiam cauſa permutationis publicari debet iuxta conſtitutionem Gregor. XIII. & eius formam, per quam conſtitutio Pij V. fuit in totum abrogata, cap. 3. §. 4. numero 273. par. 11. & ſumma d. conſtitutionis Greg. ponitur num. 274.*

*Reſignatio etiam pura eſſe debet, non ſolum à pecunia, ſed etiã ab omni pactione, debet enim eſſe libera, & ſine vllo pacto*

modo,

# INDEX.


*modo, vel conditione, alias ſimoniaca eſt, & nulla, cap. 3. §. 2. num. 145. par. 11. quamuis non eſt confidentialis reſignatio beneficij facta cum pacto, quod reſignatarius ſuffragatur reſignanti, vel alteri in aliqua electione, committitur tamen ſimoniaca, num. 146.*

*Reſignatione facta ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, non facta mentione, ſeu ſuſpenſione vnionis, an ſtatio ſubintret vnio, c. 4. à num. 33. p. 11. reſoluitur negatiue, niſi ſit facta ſcienter, quamuis in reſignatione ſimplici ſtatum ſubintret, iuxta quæ accipitur declaratio S. Congregationis adducta: & iſta procedunt in vnione de beneficio certo, ſeu beneficijs certis, per quam acquiritur ius ad tale beneficium, ſaltim ad rem, num. 37. vnio vero de beneficio primo vacaturo non capit beneficium reſignatum ex cauſa permutationis, ſeu in fauorem, num. 38.*

*Reſignatio facta cum pacto, quod reſignatarius faciat omnem impenſam in admiſſione, & expeditione literarum penſionis pro reſignante, eſt ſimoniaca, etiamſi poſtea retineat in primo termino ſolutionis penſionis, contra Flamin. Pariſ. niſi fiat cum beneplacito Papæ, cap. 3. §. 2. num. 147. ſeq. par. 11.*

*Reſignationem non poteſt admittere vicarius Epiſcopi niſi habeat ſpeciale mandatum, cap. 3. paragr. 3. numero 255. part. 11.*

*Reſignationes poteſt admittere Capitulum ſede vacante, contra Rebuffum, cap. 3. §. 3. num. 256. & ſequent. par. 11. quod procedit non ſolũ in reſignatione, quæ fit in reſignantis pœnam, ſed etiam in qualibet reſignatione, contra Flam. Pariſ num. 258. cuius rationi reſpondetur num. ſeq. procedit etiam in beneficijs ſpectantibus ad collationem ſolius Epiſcopi, num. 260.*

*Reſignatio ſi fiat alicuius beneficij in fauorem filij clerici, reſeruata tamen penſione reſignanti ſuper beneficio patris de conſenſu eius, an intret Decretum Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformatione, cap. 15. verſic. ad hæc, cap. 1. numer 87. par. 7. vbi reſoluitur intraret, & ponitur declaratio S. Congregat.*

*Reſignationi authoritatem non interponit, qui iure ſpeciali beneficium confert, quoniam deſtituere non poteſt, cap. 3. §. 3. num. 262. par. 11.*

*Reſolutio Rotæ, quod à concordia in beneficialibus, licitum eſt recedere ante beneplacitem Sedis Apoſtolicæ, cap. 5. num. 138. par. 2. nec recedens tenetur ad expenſas alterius partis, num. 239.*

*Reſponſum Ripæ approbatur, electionem factam ſub illa conditione, ſi placuerit Summo Pontifici, irritam fieri, quamuis contra eum teneat Cuchus. c. 1. 2. p. 7.*

*Reſtitutio diſtributionum quotidianarum, ſeu groſſæ Canonicatuum, quæ Canonici alias choro intereſſentes amittunt, ob non recitationem, fabricæ & pauperibus, non vero alijs Canonicis facienda eſt, capitul. 1. num. 35. cum ſequent. part. 3.*

*Reſtitutio fructuum amiſſorum ob non ſuſceptum ordinem intra tempus, cui ſit facienda traditur, cap. 4. numero 59. par. 3.*

*In Reſtitutione fructuum facienda per condemnatum detrahenda eſt quantitas penſionis antiquæ ſolutæ, licet non illius quam ipſe conſenſit, cap. 5. num. 238. par. 1.*

*Reſtituendi obligatio eſt, ſi eligat aut præſentet dignum omiſſo digniori in Epiſcopatibus, & beneficijs curatis, & alijs quæ ex aliqua lege, vel conſtitutione danda ſunt dignioribus, & magis idoneis; nam cum beneficia ſint inſtituta propter ſeruitium Eccleſiæ, conſtitutio illa quæ eſt iuris humani, quod dentur dignioribus, & magis idoneis facta videtur in fauorem Eccleſiæ, vt ipſa habeat meliores miniſtros, & non in fauorem ipſorum miniſtrorum. & c. c. 16. nu. 43. p. 7. Et confirmatur exemplo domini, qui ſuo operi præſperet eligi operarios magis idoneos, & c. num. 44. Et idem dicendum eſt in cathedris, & alijs officijs publicis, quæ ex lege, ſeu ordinatione debent dari dignioribus. nu. 45.*

*Reſtituendi obligatio non eſt in beneficijs ſine cura, in quibus non eſt peccatum dignioremi dimittere, cap. 16. numero 42. par. 7.*

*Reſtitutio an competat minori in beneficialibus vide ſupra verbo, renuntiare beneficio, el primero.*

*Reuocatio in beneficijs manualibus, fieri poteſt ſine cauſa, malitia tamen ceſſante, cap. 2. num. 88. par. 1. non obſtante regula de triennali, numero 89. quidquid alij dicant; num. 90.*

*Reuocatio procuratoris conſtituti ad reſignandum ex cauſa permutationis, vel alias etiam cum iuramento valet cap. 5. num. 235. par. 2. contra aliquos relatos, num. 236. quod intellige vt num. 237.*

*De Reuocatione procuratorum conſtitutorum ad reſignandum beneficia, & de illius intimatione neceſſario requiſita, ac de illius materia, agitur remiſſiue, c. 8 nu. 180. p. 5.*

S

*Sacrilegi an ſint priuati, ſeu priuandi beneficijs, reſoluitur eſſe priuandos per ſententiam, nam eſt graue delictum, & depoſitione dignum, c. 10. §. 2. num. 173. p 11.*

*Sacrilegi autem inſequentes, percutientes, aut capientes Cardinalem, ſunt ipſo iure priuati beneficijs, cap. 10 §. 1. num. 175. par. 11. & percutientes, aut capientes ſeu bannientes Epiſcoporum, num. 176. & etiam procurantes capi Eccleſiaſticos, vt ſuis renuntient beneficijs aut ne citati vadant ad Curiam Romanam, num. 177. quamuis alias percutientes clericum non ſunt priuati, nec regulariter priuandi beneficijs, ſed incurrunt excommunicationem canonis, ſi quis ſuadente diabolo, num. 178 de cuius canonis excommunicatione qui ſunt videndi, num. 179. qui de ſacrilegis generaliter, num. 180.*

*Sacrilegi ſunt infames, & impediuntur promoueri, cap. 10. §. 2. num. 174. p. 11.*

*Sanctam Congregationem apparet ſentire, quod capitulum ſede vacante, etiam ſtante Concilio, non poſſet facere collationem parochialium, in quocumque menſe vacarent, etiam ſecluſa reſeruatione beneficiorum vacantium ſede Epiſcopali vacante, quæ tempore factæ declarationis Toletanæ non ſtabat, c. 2. num. 115. ad quod facit alia declaratio adducta nu. 116. p. 9.*

*Schiſmatici huiuſmodi non videntur abſolutè, & in vniuerſum excommunicati iure ant quo, quicquid aliqui dicant, nam cap. licet de electione loquitur in caſu particulari, c. 10. §. 1. numer. 113. parte 11. nec cap. firmiſſime de hæreticis probat contrarium, num. 154. nec etiam excommunicantur in cap. de ligaribus, 23. q. 4. nec in cap 2. de ſchiſmaticis. num. 155. nec etiam in cap. nulli 19. diſt. nu. 156. nec in c. 1. de ſchiſmaticis, nu. 157. Sed quidquid ſit tam in bulla Cœnæ caſu 1. excommunicantur abſolutè Schiſmatici, num. 58.*

*Schiſmatici non poſſunt etiam de iure antiquo conferre beneficia, c. 10. § 1. num. 159. p. 11. quamuis videatur valere collatio ratione publici officij facta à ſchiſmatico occulto & tolerato, num. 160.*

*Schiſmatici non poſſunt ſine diſpenſatione obtinere beneficia, etiamſi ad Eccleſiæ vnitatem redirent, ſed ſchiſmaticus etiã ad vnitatem Eccleſiæ reuerſus de iure cõmuni inhabilis, inhabilis, & irregularis remanet, c. 10. §. 1. nu. 161. p. 11.*

# INDEX.


Quod videtur posse intelligi de schismatico publico, secus de occulto, maxime emendato & conuerso qui non videtur inhabilis, seu irregularis, nu. 161. & an requiratur dispensatio Papæ, an vero sufficiat dispensatio Episcopi, a num. 163. resolvitur requiri dispensationem Papæ cum Abbate, licet alias aliter dicat.

Schisma si est sine hæresi, non videtur ius expressum, vt ipso facto priuentur beneficijs schismatici, c. 10. §. 1. num. 151. p. 11. respondetur cap. nos consuetudinem, 12. dist. & cap. quia diligentia de electione allegatis, num. 152.

Schisma vbi est cum hæresi, dicendum est idem de schismaticis, quod de hæreticis & sunt ipso iure schismatici priuati beneficijs vti hæretici, & vt tales etiam sunt excommunicati iure antiquo, c. 10. §. 1. num. 150. p. 11.

Scholastria, de cuius origine, & officio remissiue, conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiato in Theologia, aut in iure canonico, & alias prouisip est nulla cap. 6. numero 34. parte 7. Sufficit autem quod sit graduatus in qualibet vniuersitate approbata, licet non sit ex illis, quæ essent in illa regione, in qua esset scholastria ex S. Congregatione, num. 35.

Scientia & patientia ad acquirendam possessionem, non requiritur si ille in cuius præiudicium dicta quasi possessio acquiritur non est in possessione illorum iurium, traditurque ratio, c. 5. num. 121. & seq. par. 5.

Scientia & patientia illius, de cuius præiudicio agitur, an præsumatur, relinquitur arbitrio iudicis, cap. 5. num. 129. & seq. p. 5.

Scientia & patientia, ex lapsu longi temporis probatur, cap. 5, num. 131 par. 5. etiam respectu Episcopi, quin teneatur visitare, num. 132.

Scientia ex coniecturis colligitur & probatur, cap 5. nu. 133, par. 5.

Scientia & patientia præsumpta sufficit ad acquirendam quasi possessionem, & ex præsumpta scientia, infertur ciuilis possessionis amissio c. 5. num. 134. cum seq. p. 5, & scientia officialium sufficit, vt num. 136.

Scientia Archiepiscopi vtrum præsumatur in vacatione beneficij in diœcesi suffraganei, & ei currat tempus, cap. 3. à num. 21. p. 10.

Scientia ea requiritur in beneficijs, qua aliquem ordinem habent annexum, qua necessaria est in ordine annexo, cap. 7. num. 11. p. 7.

Scientia præsumpta sufficit contra patronum, nec id negant qui dicunt non sufficere scientiam interpretatiuam. capit. 2. nu. 32. p. 10. & ad decisiones Putei, & Mohed. in contrarium citatis respondetur, quod in proposito non agitur de omissione, vel priuatione iuris conferendi, vel præsentandi absolutè, sed solum pro ea vice, quod non est maximi præiudicij, imò sufficit scientia præsumpta, etiamsi sit narrata in gratia, num. 39.

Scientia, seu literatura in beneficiando requiritur, c. 7. num. 1, & illiterati ab ordinibus etiam repelluntur, num. 2. de qua scientia, & literatura ad beneficia, & ordines requisita, qui sunt videndi, num 3.

Scientia vnius patroni non nocet alteri ex Rota, c. 2, nu. 40. p. 10. & ius præsentandi etiam in vno ex patronis, qui non habuit scientiam, conseruari potest alijs propter scientiam exclusis, ex Rota, cuius resolutio ponitur, num. 41.

Scire exacte non requiritur ad primam tonsuram & beneficium simplex, sed parum scieus, & parum constructus est habilis, c. 7. num. 7. p. 7.

Scire legere & scribere, licet ad primam tonsuram solum requiratur, tamen ad beneficium, etiam simplex, maior sufficientia requiritur, nempe quod sciat legere, construere, & cantare, c. 7. nu m. 4. f. 7. Imò videtur si facere quid sciat legere, & construere, vt est praxi receptum, & quod dicitur de cantu, præcedit in beneficio seruitorio, nec requirat seruitium personale, quamuis nec in his soleat multum curari de cantu, nec in eo fieri examen, quia vsu & exercitio addisci solet, num. 5. & 6.

Secularia beneficia, quamuis de sua natura sint perpetua, c. 2, numer. 70. par. 1. tamen per Papam, non vero per inferiorem, possunt ad tempus concedi. num. 71. Et ex fundatione possunt esse temporalia, & ad nutum amobilia, num. 72. licet Navarr. contra teneat numer. 73. qui tamen admittit posse esse temporalia per Papam, seu immemorialem, numero 74.

Secularia beneficia, etiam ex constitutione, vel statuto possunt esse temporalia, seu manualia, c. 2. num. 75. p. 1. licet Navarr. contra sentiat, num. 76.

Sede Apostolica vacante omnes mensæ sunt Ordinarij, & tunc Ordinarij possunt prouidere de beneficijs vacantibus in quolibet mense, ante factionem regularium Cancellariæ cap. 1. num. 645. p. 5. nisi alias sint affecta, vt num. 646.

Separatio tertiæ partis fructuum pro distributionibus faciendæ, ex Decreto Concilij Trident. non est ita facienda, vt fiat necessaria dismembratio bonorum, sed sat est, si valor tertiæ partis fructuum ponatur pro illis, c. 2. nu. 466. p. 3.

Semestre ad impetrandas literas virtute breuis, currit à die adeptæ possessionis, & non antea, cap. 3. num. 163. par. 6. quod intellige, vt num. 164. & seq. & an elapso, possit postea quandocunque expedire antequam sit tertio ius quæsitum, num. 166. & resolvitur affirmatiuè; & an beneficium eo ipso vacans, à solo Papa prouideri possit, an ab Ordinario, à num. 169. & resolvitur ad solum Papam pertinere, à num. 171.

Seminare intra vas, si vir illud non penetrat, non videtur sufficere ad contrahendum impedimentum incæstus, & idem ad rationem adulterij, & diuortij, saltim respectu viri, capit. 3, numero 103. quamuis sufficiat ad contrahendam affinitatem, num. 104. & consummationem matrimonij, num. 105.

Sententia lata contra vnum coadiutorem, an noceat secundo, & an lata contra coadiutorem noceant coadiuto, c. 5. num. 127. p. 4.

Sententia Auditoris Camera super executione breuis non tollit quin sit apponendum sequestrum lata prima sententia per Rotam in petitorio, & etiam in possessorio, cap. 3. nu. 149. cum seqq. par. 6.

Sensus moralis in scriptura, non probat aliquid esse de iure diuino, c. 2. num. 17. p. 1.

Sententia Ægidij vera videtur, quod quando plures modi vacandi copulatiue narrantur, omnes debent, saltim de facto verificari, contra alios, c. 1, nu. 49.

Sententia improbatur multorum dicentium Episcopum posse dispensare cum bigamo in minoribus, saltim vbi maxima causa esset dispensandi, aut quoad vsum susceptorum, c. 6. num. 13. & num. 14.

Sententia Mascardi de probationibus concl. 991. alias, numero 10. procedet quoad solemnitates requisitas ad actum enunciatas, saltim in genere in literis Episcopi, cap. 4. numero 38. Ex qua ratione præcipuè procedit decisio Rotæ penult. par. 11. de iure patronatus in nouis, alias 423. quæ ad præsentationem probati per solam narrationem Episcopi factam in literis institutionis, quia factum præsumitur solemniter actum, nisi contrarium probetur, quam sequuntur relati, num. 39. & intelligitur in Episcopo narrante de facto coram eo, non autem in vicario asserente de facto coram Episcopo, ex Rota nu. 40. quæ tamen intelligentia


non

# INDEX.


non videtur certa, & difficultatem patitur, ex aliàs dictis, num. 41.

Sententia prima lata contra poſſeſſorem apud Curiam parochialis ſequeſtrabitur, non obſtante conſtitutione Pij V. quia loquitur in prima ſententia ordinarij, cap. 2. §. 1. numero 248.

Sententia Suarez dicentis ex vi extrauagantis cum deteſtabile de ſimonia non incurri ipſo facto cenſuras quæ in antiquioribus iuribus erant tantum ferendæ: at depoſitio non incurritur ipſo facto, c. 1. nu. 42.

Sequeſter beneficia confert, & præſentat, c. 6. num. 1. p. 5 ſiue ius patronatus ſequeſtretur de perſe, ſiue vniuerſitas in qua continetur, num. 2. quamuis alij contra num. 3. & alij voluntarium ſequeſtrum à neceſſario diſtinguant, num. 4. & contra Zechum nu 5.

Sequeſter, an colligat fructus nomine alieno & ſic non poſſit præſentare ſicut creditor pignoris examinatur, cap. 6. nu. 6. cum ſeqq. par. 5.

Sequeſter beneficia confert, data prius in eo capacitate, ſcilicet, ſi Clericus eſt, ſecus ſi laicus: cap 6 num. 13. par. 5. & idem in præſentatione, num. 14. quando ius præſentandi pertinet ad Eccleſiam, ſeu beneficium, num. 15. & quando laicus deputatur ſequeſter Prælaturæ, ſeu beneficij, ſolum cenſetur deputatus ad temporalia, num. 16. & de materia ſequeſtri, nu. 17.

Sequeſter voluntarius poſſidet, neceſſarius vero non, ſecundum communem, cap. 6. num. 18. par. 5. licet alij aliter tenent, num. 19.

Si ſequeſtratio Eccleſiæ, de qua contenditur non ſit facta, & pendente lite vacatio acciderit beneficij, pertinentis ad collationem, vel præſentationem illius Eccleſiæ, Quis debeat tunc conferre dubitatur & reſoluitur, cap. 6. à numer. 20. cum ſeqq. par. 5.

Seruitium ad augendum, licet iuxta deciſionem Marſicanam poſitam, par. 12. cap. 3. numer. 4. requiratur quod probetur aliquos parochianos deceſſiſſe ſine Sacramentis ob multitudinem incolarum, & miniſtrorum paucitatem, obiter aduertendum eſt S. Congreg. contrarium cenſuiſſe, vt in declaratione poſita, nu. 9 cui ſtandum eſt, quamuis Rota eam intelligat, Epiſcopum ita poſſe ex officio, ſi ſibi extraiudicialiter videbitur ita eſſe opus, & arbitretur, &c. vt in reſolutione poſitum, nu. 10.

Simonia committitur, cum promiſio beneficiorum ſit pretio, ſeu mercede aliquoque pacto, modo, ſeu conditione, & non gratis, p. 8. c. 1. nu. 1. & 2.

Simonia facta promiſio beneficij vitiatur, & eſt nulla ipſo iure impediente illius acquiſitionem, par. 8. cap. 1. numer. 3. etiamſi ſimonia ſit facta ignorante promiſo, contra Felin. & alios, num. 4.

Simonia mentalis non inducit nullitatem, nec obligationem reſtituendi, quia nec ex natura rei, nec ex iure naturali, aut diuino, ſimonia eam inducit, quia nulli fit iniuſtitia, cum voluntariè hinc inde detur, nec de iure humano ea introducta eſt in ſimonia mentali, ſed ſolum in exteriori, part. 8. cap. 1. num. 54. & reprobatur ſententia Leſſij, & Suarez, num 55.

Simonia mentalis non inducit nullitatem, nec ſimoniacus mentalis tenetur ad reſignationem, vel reſtitutionem, p. 8. c. 1. nu. 45. licet contra teneant aliqui citati, nu. 46.

Simoniaca promiſio eſt nulla ipſo iure, etiam in eo qui acquiſiuit beneficium per ſimoniam cum conſiliario, ſeu amico commiſſam, ipſo promiſo, & etiam collatore ignorantibus niſi factum eſſet in fraudem promiſi, p. 8. c. 1. nu. 8. Et etiamſi collator alias eſſet collaturus, ſi etiam fuit motus conſilio, vel interceſſione illius, nu. 9.

Simoniaca promiſio eſt nulla, licet ad beneficium per huiuſmodi ſimoniam quæſitum antea ius haberet, contra Nau. p. 8. c. 1. nu. 13. & tunc non ſolum vitiatur confirmatio, ſeu inſtitutio, ſed etiam amittitur ius ad rem ex electione, ſeu præſentatione, nu. 14.

Simoniaca promiſio eſt nulla, quamuis illa ſimonia fuiſſet commiſſa cum vno ex multis electoribus, præſentatoribus, aut collatoribus, quorum maior pars alias eum elegiſſet, par. 8. c. 1. nu. 10. Sed contra videtur deciſio Rotæ num. 103. vbi quod præſentatio ſimoniaca vnius patroni non vitiat præſentationes aliorum nu. 11. concordata, nu. 12.

Simoniæ materiam, vide per DD. relatos, par. 8. cap. 1. numero 123.

Simonia in beneficijs ſolum eſt de iure poſitiuo ſecundum Canoniſtas, c. 2. nu. 8. & 9. p. 1.

Simonia eſt dari pecuniam pro præceptoria Ordinis Sancti Iacobi Alcantaræ, & aliorum, c. 4 nu. 7. p. 1.

Simonia an committatur & confidentia per promiſſionem factam à Titio, de ſoluendo ex ſuo penſionem, conſtitutam ſuper beneficio Ioannis ad fauorem Meuij reſignantis ſuum beneficium, in fauorem ipſius Titij, cap. 5. num. 57. vſque ad nu. 63. p. 1.

Simonia eſt conuenire Canonicos inter ſe, vt quicunque eorum eligatur in Vicarium, ſede vacante teneatur diuidere ſalarium aliis Canonicis, c. 7. nu. 16. p. 5.

Simoniace promiſio beneficij facta, non ſolum eſt nulla, ſed etiã ſimoniaci inhabiles ſunt ad illud, p. 8. c. 1. nu. 56.

Simoniacus in beneficio non eſt ipſo iure ſuſpenſus, vt ſimoniacus in ordine, ſed ſolum excommunicatus, cap. 1. num. 70. par. 70. tamen hodie ſunt inhabiles ad beneficia quæcunque ex conſtitutione Pij V. etiam in foro conſcientiæ contra Nauarrum, numer. 71. & 72. Non tamen ex eo ſimoniacus poteſt dici irregularis, ſicut nec confidentiarius numero 73.

Simoniaci infames ſunt infamia iuris, cap. 1. numero 57. p. 8. Non tamen ipſo facto, ſed cum per ſententiam de hoc crimine fuerint damnati, ſecundum Abb. contra aliquos dubitantes, à numero 58. Et videtur non ſufficere eſſe ſequutam ſententiam ſuper crimine ſimoniæ, niſi in ea imponatur pœna infamiæ, ſaltim ſi ad alias pœnas eſt proceſſum, numero 61.

Simoniaci reddũtur inhabiles ad alia quæcunque beneficia, c. 1. nu. 62. p. 8. etiam in ſimonia conuentionali, ſecundum Rotam, nu. 63. pro quo facit, quod ſimoniacus, etiam in beneficio eſt irregularis, ſecundum aliquos, & committentes confidentiam, nu. 64. & 65. Sed id de iure communi difficultatem habet etiam in ſimonia reali, præcipuè quia iſta inhabilitas non videtur in fine expreſſa, nu. 66. Quamuis ob ſimoniam etiam conuentionalem, ſeu pactum ſimoniacũ quis reddat ſe indignum ad acquirendum beneficium, n. 67. & contrarium tenent alij, nu. 68. nec eſt verum illud de irregularitate. nu 69.

Simoniacos non eſſe illos qui coacti dant ſportulas pro collationibus, æquum videtur, & praxi conſentaneum, quia non poſſunt reſiſtere, dummodo voluntarie non dent, nec etiam ſoluentes Capitulo in admiſſione ad poſſeſſionem quod ſolum conſuetum eſt, cap. 1. num. 39. par. 8. Maximè in foro conſcientiæ, modo non dent pretio, nec pro cauſa principali, & immediata beneficij, ſeu poſſeſſionis, nu. 94. & ſequenti, & licet promiſio ſimoniace facta etiam cum ignorantia, & bona fide eſt nulla, id procedit quando beneficium eſt acquiſitum per ſimoniam directè, ſecus in propoſito, vbi non eſt ſimonia directè. num. 97. & ſic nullitas actus eſt pœna propriè, quæ ceſſante peccato ſimoniæ debet ceſſare, nu. 98.

Simoniam & confidentiam induci ex mutuo, quando actus per

# INDEX.


*Sum tacitum, siue expressum, cessante vero pacto non, c. 1. §. 2. num. 170. par. 11. Quamuis aliqui teneantur ex mutuo non committi confidentiam etiam stante pacto. Quæ opinio certa videtur, quando mutuum fuit factum ante resignationem, vel in ipsa resignatione, num. 171. Vnde etiam renuntiantes beneficia reseruata pensione ea spe, & intentione, vt illa statim redimatur, non committit confidentiam, nec simoniam, nisi pactum intercesserit, num. 172.*

*Simonia non committi etiam mentalem, quando intentio renuntiantis, vt beneficium alteri detur, &c. non intendit ad id artare, & obligare, sed vt libere & sponte fiat: at si intendit ad id artare, non tamen declarat pravam suam intentionem, committitur simonia mentalis, cap. 3. §. 2. num. 184. & 185. p. 11. sicuti in simili dicitur de vsura mentali, quæ non est perpendenda ex intentione principali, sed ex eo quod mutuans intendat aliquid sibi dari gratis, vel non gratis, num. 186.*

*Sodomitæ an sint privati beneficijs ipso iure, an privandi: Rebuffus tenet quod ipso iure, cap. 10. §. 2. numer. 191. Sed id non est expressum, nec probatur in iure, sed quod sint privandi, & deponendi, num. 192. & qui videndi sunt de hoc crimine, nu. 193. Nec etiam est expressum in iure, quod sint ipso iure suspensi, aut irregulares, contra DD. nu. 194. & seqq.*

*Sodomitæ si sint clerici, hodie ex constitutione Pij V. omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico ipso iure privantur, &c. & sic: sunt ipso iure depositi, & in effectu irregulares, c. 10. §. 2 nu. 196. p. 11. Quod procedit etiam in foro interiori saltim quoad privationem executionis officij, & inhabilitatem, seu irregularitatem, num. 197.*

*Solemnitas extrinseca, an in exemplatione instrumenti præsumatur ex æquitate tempor. s, remissiue, cap. 2. §. 2. num. 187. par 12. Sed huiusmodi præsumptioni non est locus, vbi ex ipso instrumento apparet de contrario, nempe non interuenisse dictum consensum, seu solemnitatem, alias in actu requisitam, num. 188. & sequenti, vbi adducuntur resolutiones Rotæ.*

*Solemnitas extrinseca licèt aliàs regulariter non præsumatur, etiam enuntiata instrumento, quæ tempore actus verisimiliter intervenire non potuit parte opponente, tamen pro decreto, vel actu iudicis, in quo enuntiantur solemnitates, præsumitur, quod omnia fuit solemniter acta, nisi contra probetur. cap. 2. §. 1. à nu. 123. p. 12. Quod intelligitur, quando causæ. & solemnitates requisitæ nominatim, & in specie exprimuntur. secus in genere, num. 116. Sed quod præsumatur etiam pro Decreto, si in genere exprimantur solemnitates, dicendi in communi causa cognita, vel iuris solemnitate firmata, tenent alij, num. 127. & absolutè Sardus relatus. num. 128. conciliantur & concordantur, nu. 129. & 130. & declaratur quod ait Menoch. relatus num. 131. & Romanus, & alij, num. 132.*

*Solemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesiæ, non desideratur in constitutione pensionis cap. 5. num. 319. vsque ad 321. par. 1.*

*Solui, an possit pensionario pecunia redemptionis contenta ante obtentum beneplacitum Papæ, cap. 5. numer. 37, & seq. par. 1.*

*Solutio pensionis præsumitur continuata a tempore reseruationis, stante exactione de præsenti, quod intellige, vt c. 4 nu. 480. cum seq. p. 1.*

*Spirtulas accipere iudices Ecclesiasticos est contra ius canonicum, c. 2. §. 2. nu. 381. p. 1. Et quando detur valere consuetudinem in contrarium, vt tenent relati, nu. 382. In quo tamen non valeat talis consuetudo, tenet Abb. & alij discentes communem, nu. 383. tamen in proposito non est consuetudo præscripta, num. 385. & quod tempus requiratur ad eam, a num. 386. Sed stando in primo fundamento, nulla consuetudo etiam immemorialis excusaret, nu. 198.*

*Staphilius dicens in permutatione quæ fit inter beneficiatos de authoritate Episcopi non requiri consensum patroni, reprobatur, c. 1. nu. 25. p. 11.*

*Status Ecclesiæ vnita non alteratur per vnionem ad aliam, sed debet in ea more solito deseruiri, nempe per vicarium perpetuum, si est curata, & si sunt beneficia simplicia, per vicarium temporalem, nisi in Ecclesijs collegiatis vnitis cap. 2. num. 33. par. 12. de vnitis verò mensæ Prælati, vel Capituli seu quoad spiritualia & tẽporalia remissiue, n. 16.*

*Statuentes non possunt reuocare statutum a Papa confirmatum, quando concernit fauorem alterius, & quando est confirmatum cum præcepto, quod omnino seruetur, ex Rota, c. 1. nu. 12. p. 12. & de suppressione & extinctione beneficij, remissiue, nu. 13.*

*Statuta, vel consuetudo Ecclesiæ, quæ habet vniuersaliter receptos & possessionem canonicatus, vel prebendæ, teneri soluere aliquid, approbatur per Concilium, quando id in vsus pios conuertitur, vt in vsum fabricæ Ecclesiæ, &c. cap. 1. numero 85. parte 8. quamuis de iure communi communis esset opinio valere huiusmodi consuetudinem in vsum pium, quando non præcessit exactio, non tamen statuta imponentia onus recepto, vel recipiendo, etiam in vsum pium, num. 86.*

*Statutum de cætero non poterit fieri, vt aliquid soluatur in vsum pium, nisi fuerit per Papam ex certa scientia approbatum, cap. 1. num. 87. & 88. par. 8. Nec potest post Concilium Triden. capi pro rebus pijs, quod consueuit capi pro commodo proprio, num. 89.*

*Statutum quod prosequens litem sibi motam super prebenda, post triennalem possessionem habeatur pro præsente difficile videtur, c. 2. num. 51. p. 3.*

*Statutum vel consuetudo Ecclesiarum, in quibus vltra tres menses, datur singulis mensibus ipsius Canonicis vnus dies pro tonsione barbæ, an sit reuocatum, cap. 2. num. 245. & seq. par. 3. & resolvitur esse reuocatum, nisi in specie confirmatum.*

*Statutum seu consuetudo, vt prebenda seu glossa lucrifiat interessendo vna hora, vel duabus, aut minori tempore nouem numerum non valet, cap. 2. num. 329. par. 3. Sed non seruatur in Hispania, num. 330. & quid in Ecclesia Ciuitatensi obseruetur. num. 331.*

*Statuta & consuetudines Ecclesiarum, concedentia inhabilitationem deseruientibus per 40. annos, an sit contra ius, & derogata per Concilium. c. 2. nu. 344. p. 3. & ibi Sacra Congregat. declaratio ponitur.*

*Statutum Ecclesiæ Abulens. quod Doctoralis, non procuret, nec acceptet familiaritatem Episcopi, nec ea vtatur, maxime viget, cap. 2. num. 367. par. 3. limita in Portionarijs & Canonicis, vt num. 279. & 280.*

*Statutum est in Ecclesia Abulen. quod Canonici adiuuent ad canendum in choro. c. 2. num. 523. par. 3.*

*Statutum quod electio siue collatio facta aliquo contempto sit ipso iure, licet non valeat quia est contra ius, valet tamen Statutum quod contractus, & alia negotia Ecclesiæ facta non vocatis absentibus, non valeant, cap. 2. num. 567. p. 3.*

*Studium generale est, quod est erectum per Papam, Regem, Principem, cap. 2. nu. 56. par. 3. & inter alia Salmanticense dicitur approbatum nu. 57. & seqq.*

*Studium adire, quot possint simul de vna Ecclesia, est arbitrarium, c. 2. num. 67. p. 3.*

*Studentes in Ecclesijs Cathedralibus, nõ gaudent dicto priui-*

legio

# INDEX.


legio de percipiendis fructibus in abſentia, c.2. num.117. p.3. & quid de Canonico Lectura, ſeu Theologali, nu.118. vſque ad num.122. & quid in Canonico qui in eadem Eccleſia præiudicaturus eſt, nu.123. cum ſeqq.

Stylus Curiæ facit ius, c.5. §.2.nu.254.p.11.

Stylus Curiæ ſeruat, quod in diſpenſationibus ſuper impedimento conſanguinitatis, affinitatis, cognationis ſpiritualis, vel publicæ honeſtatis, fiat mentio de copula, & ſtylus facit ius etiam in partibus, cap.3.nu.65.par.8. & ita declarauit S. Congregatio Concilij, vt in declarationibus poſitis, num.66. & aduertit additio Nauarri relata nu.67. & P. Ledeſma relatus, num.68.

Stylus Curiæ, vt videatur intruſio quamdiu quis eſt intruſus, & percipit fructus indebite, non procedit in impetrante non habente alias bonum titulum, ad cuius vtilitatem & inſtantiam fuit capta poſſeſſio nomine Cameræ, ante quam ei ceſſa ſit, c.10.§.3.num.240.p.11. Nec etiam in eo, qui ſe intruſit in aliquo beneficio, tanquam vnito acceſſorie alteri, & ſic non vt titulo, ſi poſtea impetraret in titulum, quamuis procederet, ſi de nouo impetraret vnionem, nu.241. nec procedit etiam in bona fidei poſſeſſore, vt in deciſione Rotæ poſita, nu.243. Et licet alias contra eam tenuum eſt poſſidentem beneficium reſeruatum ex prouiſione ordinarij, etiã cum bona fide, non facere fructus ſuos, etiamſi reſeruatio nõ ſit clauſula in corpore iuris, nec de certo beneficio, adhuc tamen poteſt in eo procedere ad effectum, vt impetratione nouæ gratiæ non teneatur facere mentionem de fructibus perceptis, nec ſe ſuper illis componere, &c. numer.243. Et hoc quod dicitur de bona fidei poſſeſſore, videtur poſſe procedere, etiamſi tempore impetrationis nouæ gratiæ dubitet, ſeu habet iam notitiam de ſuo malo titulo, ſi ſtatim confugit ad remedium, & ad Papam pro nouæ gratiæ, nec ſuit in mora etiamſi interim permaneat in poſſeſſione, numero 244.

Stylus erat etiam tempore Sixti V. non conferre beneficia illegitimis, etiamſi alias fuiſſent diſpenſati, & ſic ratione iſtius ſtyli tunc videbitur neceſſarium exprimere diſpenſationem ſuper defectu natalium in impetratione, etiam quod eſſet executio diſpenſationis, c.2.nu.76.p.7. vt in deciſione Rotæ poſita num.77.

Stylus qui ſtabat tempore Sixti V. non conferendi beneficia illegitimis, etiam ſi alias fuiſſent diſpenſati, hodie non viget, & ideo ſtandum erit reſolutioni ſupradictæ, c.2.nu.78.p.7. de quo an in ſecunda diſpenſatione, ſeu gratia ſit facienda mentio de alia priori, remiſſiue, num.79.

Stylus ſaltim decennalis valet contra legem, etiam canonicam ab initio non receptam, ſicut ſtylus iudicis præſcriptus ſpatio 40. annorum valet, contra ius ab initio receptum, c.1.num.137.par.7.

Stylus Curiæ facit ius c.5.nu.87.p.1. & ſi facit ius vniuerſale etiam in partibus faciet, vt num.88.

Subcollectorem (cum ſit delegatus) non poſſe alium ſubcollectorem conſtituere, qualiter intelligatur, accurato traditur c.1.nu.359.cum ſeqq.par.5.

Subcollector ſi ſucceſſiue plures ſubcollectores deputauit, in aliqua ciuitate, ita quod eodem tempore vnicus tãtum fuit, eorum omnium beneficia ſunt reſeruata, c.1.num.365.p.5. ſecus quando eodem tempore ſunt duo, aut plures, nu.367. licet vtriuſque deputatio valeat, nu.368. limita, vt num. 369. & 372. Quod intellige ſiue facta ſit vtriuſque deputatio ſimul, ſiue alias, num.370. & ſeq.

Subcollectorem ſecundum deputando quis primum tacite reuocare videtur, c.1.num.366.p.3.

Subcollectoris facultas probatur per teſtes, Collectoris autem, per literas, c.1.num.376.p.5. ad effectum probanda facultate ad effectum ſoluendi, nu.377. & intellige, vt nu.378.

Subcollector ad eligendum, debet eſſe deputatus cum omni iuriſdictione, nec ſufficit eſſe deputatum vti nudum miniſtrũ, c.1.num.380.par.5. ad effectum reſeruationis.

Subcollector debet eſſe perſona in dignitate conſtituta & qualificata, alias & deputatio erit nulla & reſeruatio ceſſebit. c.1.nu.385.p.5.

Subſidium & excuſatum, an ſit deducendum de valore beneficij? vt à Nuntio poſſit prouideri, cap.3. à numer.174. par.5.

Subſtitutus à Vicario, habente facultatem ſubſtituendi, poteſt Vicario ſubſtituenti beneficium conferre, quia iure Epiſcopi conferret non Vicarij, cap.8.numer.145.par.5. Sicut procurator ſubſtitutus poteſt ſubſtituentem præſentare. numero 146.

Subſtitutus à vicario habente facultatem recipiendi reſignationes, & beneficia cõferendi, poteſt conferre beneficia ſubſtituentis reſignantis, cap.8.num.147.par.5.

Subrogatio gratioſa (quæ eſt dum ipſe Papa ſubrogat) habet vim breuis de capienda poſſeſſione, & ibi quæ dicatur ſubrogatio rigoroſa, c.4.num.1. & 2.p.6. vbi de hac materia multa traduntur à num.3.

Subrogatus qui petit immitti in poſſeſſionem debet probare poſſeſſionem defuncti, de tempore obitus, cap.4.numer.7. par.6.

Subrogatio gratioſa, ſuffragatur quo ad poſſeſſionem, etiam quod beneficium non eſſet litigioſum, vt tenuit Rota. c.4.à num.8.p.6. Quamuis quandoque aliud ſenſerit à num.11. & intellige, vt num.15.

Subrogationi gratioſæ locus etiam eſt quo ad poſſeſſionem, & non requiritur iuſtificatio in beneficio reſeruato ſicuti in litigioſo, vt in deciſionibus adductis, cap.4.à num.21.par.6. & declara, vt per eas, a nu.24. vbi reſeruatio eſt notoria, & clara.

Subrogato gratioſè, etiam quoad poſſeſſionem dari mandatum de imminendo, etiam non iuſtificata ſua gratia, fallit. Primo quando ſubrogatio datur in beneficio non litigioſo, vel non reſeruato clarè, cap.4. numero 29. par.6. Secundo fallit quando ſubrogatio fuit data incidenter & acceſſorie ad gratiam principalem, numero 31. Quamuis Rota contra tenuerit, num.32. & 33. Quam intellige, vt num. 34. Tertio fallit quando eſt par titulus ab alio productus, num.35. Quarto fallit in ſubrogato in ius ſui authoris non poſſidentis, num.36.

Subrogatio collitigantis ad hoc, vt annulletur omnis alia gratia facta tertio petenda eſt intra menſem, cap.4. num.36. in fine par.6. & qui de hac materia ſint videndi remiſſiue, num.37. & quandiu dicatur durare lis videndæ ſunt deciſiones poſitæ, à num.38.

De Subrogato illius qui habuit executoriales remiſſiue, cap.5. num.3.p.6.

Succeſſor in beneficio an teneatur ſoluere penſiones decurſas tempore anteceſſoris, c.5.nu.191. vſque ad nu.202.p.1. reſolvitur teneri & qualiter, num.203.

Succeſſor poteſt docere de non iure poſſeſſoris, qui conſenſit penſioni, cap.5.num.513.p.1.

Succeſſor maioratus vel caſtri, an poſſit præſentare, vide ſuprà verbo poſſeſſor Caſtri.

Superioris authoritas ſuſpicionem tollit, cap.4. numero 100. part.11.

Superiori cuilibet, ad quem gradatim fit deuolutio, non currit ſemeſtre, quod ſibi datur ad conferendum, etiamſi deuolutio fiat a patrono laico, niſi a die notitiæ, cap.3.num.9. cum ſequentibus, par.10. vbi ponuntur reſolutiones, & deciſiones Rotæ.

*Superior intelligitur non collator, sed is qui potestatem habet instituendi, & destituendi, c.3.§.3.nn.251.p.11. vt Papa nn.252. & Episcopus, nu.253. & inferior habens Episcopalem iurisdictionem, nu.254.*

*Superior intelligitur non solum Papa, sed etiam Episcopus, c. 4.nn.60.par.11.*

*Supplicatio interposita à lege, & constitutione generali, an suspendat interim eius executionem, donec secunda missio superueniat. Quod non cum Manuele Rodriguez contra alios cap.3.§.3.nn.272.par.11.*

*Suppressio & diminutio, licet sine causa fieri non possit, tamen ex causa, puta propter diminutionem reditum, bene potest fieri ab Episcopo cum consensu capituli, sicut vnio, capit.1. num.2.par.12.*

*Suppressio, vel diminutio, quod non possit fieri aduertit author vbi non euenit diminutio, si authoritate Papa numerus est prefixus, vel confirmatus, vel dignitas creata, etiamsi non adsit clausula decreti irritantis, quamuis secus sit in augmento, quod potest fieri etiam non auctis facultatibus, non obstante confirmatione si non est clausula decreti irritantis per quam videtur Papa habere pro illicito, quod fieret in contrarium, & animaduertisse ad fauorem Ecclesiæ, & obuiare facilitati canonicorum, cap.1.à numer.8. part.11.*

*Supplicatio sola iuris proprij vel tertij excludit iuris agentis, pro possessione valet ad obtinendam absolutoriam, rit.2. num.23.par.4.*

*Supplicatio non probat gratiam, vbi agitur ad illius Canonizationem, secus in absolutoria, & in possessorio, cap.2.nu.24. par.4. & decisio Rotæ, nu.25.p.4.*

*Surreptio datur in Papa, & Legato non in ordinario, sed dicitur prouidere motu proprio, & Ecclesiæ, non personæ, sicut Papa, & Legatus, & sic prouisio ordinarij non potest de surreptione impugnari, cap.3.num.3.par.8. Quod tamen non procedit, quando Episcopus dispensauerit cum illegitimo vt possit habere beneficium & postmodum tacita prima dispensatione ab eodem impetratur secunda super pluralitate beneficiorum, qua non valet secundum Seluam, numer.4. Sed id est, quando ex iure speciali, & ex dispensatione fit collatio beneficij, num.5. Et supponunt falsum, quod Episcopus possit dispensare cum illegitimo super pluralitate beneficiorum simplicium.*

*Surreptio in vno capite, seu in vna parte, non vitiat rescriptum quo ad alia capitula separata regulariter, nisi surreptio sit dolosa: nam tunc vitiat in totum: quod non procedit vbi capitula videntur omnino separata, cap.3.nu.16. & num. 17.par.8. ponitur decisio Rotæ: tamen quando surreptio in vno fuit causa obtinendi quoad omnia rescriptum vitiatur in totum, nu.18.*

*Surreptio non datur in ordinario, c.1.nu.46.p.10.*

*Surreptione non solum non vitiatur gratia beneficialis, sed etiam qualibet gratia ordinarij, c.3.nu.6.p.8.*

*Surreptio rescriptorum infitiæ non datur in Curia propter facilem recursum ad signaturam, capit.3. numero 114. Et idem videtur etiam seruari in rescriptis, & commissionibus emanatis à Nuntio, ad quem recurritur pro reformatione, num.115.*

*Surreptitia est remissio secundi homicidij, non facta mentione de remissione alterius, & est nulla, cap.3.num.28.p.8. Et ratio ponitur nu.seq.*

*Surreptio vitiat gratiam, nedum quando fuit causa inductiua, & finalis gratiæ, sed etiam si fuit impulsiua, vt quia Princeps alias concessisset, sed non tam facile, cap.2.n.200.p.6. amplia, vt nu.201.*

*Suspectus de hæresi absurans de vehementi, & publici priuatus non est inhabilis ad beneficia, cap.10.§.1.nu.874.11.*

*Suspendere interdictum potest iudex ad aliquem effectum, & etiam cessationem, cap.13.nu.72.p.7.*

*Suspensis ab officio, vel beneficio, non possunt beneficia conferri, sed illorum sunt incapaces, proinde si quæ eis facta est nulla, cap.14.num.1.par.7. Quam nis Suarez dicat non esse irritam, sed irritandam, num.2. & 3. pro qua decisio Rotæ, & num.4. allegatur alia, & iam est in mandatis personaliter, nu.5.*


## T


*Tempora quatuor ante Concilium Tridentinum sunt consideranda, & distinguenda, pro intelligentia materia de incompatibilitate beneficiorum, & vacatione vnius per assecutionem alterius, de qua est copiosus tractatus Heredæ, cum Doctorib. relatis, c.5.nu.1.p.11.*

*Tempora tria alia, ante quatuor illa tempora possunt notari, cum Quintanaduennas, cap.5.num.11.p.11. Primum ex Concilio Calcedonen. de quo in c. Clericum, 21.q.1.nu.12. Secundum ex Nicæna Synodo 2. seu 7. generali de quo in c.1.21.nu.13. Tertium ex Concilio Vrbani XI. Placentiæ, de quo in c. sanctorum, 70. dist. vbi titulorum pluralitas generaliter prohibita est, n.14. Antiquitus enim nemo poterat ordinari sine titulo certæ Ecclesiæ seu beneficij, in qua Ecclesiastica munia personaliter exerceret, n.15.*

*Tempus antiquum quod dicatur, aliqui docent debere esse centum annorum, cap.§.3.numer.261.par.12. Et facit nam quamuis variæ sint opiniones: quod dicatur antiquum in materia probationis, tamen communis, & magis recepta est, vt requiratur tempus 100. annorum, à nu.262. Quod Rota intelligit, quoad instrumenta, & scripturas: in testibus vero illud dicit antiquum, quod excedit 60. annos, nu. 294. & sequenti, vbi adducitur resolutio Rotæ. Rota tamen alias in instrumento tenuit tempus 99. annorum pro antiquo, & sustineri potest, cum in tanto tempore vnus annus parum importet, nu. 266. Et tam in testibus, quam in instrumentis, cum ambigitur, an sint de antiquo, detrahendum est tempus litis, nu.267. Et sequenti, vbi adducuntur resolutiones Rotæ.*

*Tempus conceptionis, an natiuitatis sit considerandum, vt filij iudicentur naturales, vel spurij, aut etiam legitimi. Et prima opinio est, considerandum esse tempus vtilius proli, c.2.nu.35.p.7. Secunda est, inspiciendum esse tempus conceptionis, nu.36. Et prima approbata est per l.Tauri, n.37. Sed magis placet secunda, quamuis prima sit approbata de l.Tauri, quæ procedet quoad effectus iuris ciuilis, non tamen quoad hoc, vt tempus nattiuitatis sufficiat, vt alias sint legitimi, aut sicut naturales legitimentur per subsequens matrimonium, & c. Et si d.lex contrarium vellet in proposito, ex defectu potestatis inutilis esset, nu.38.*

*Tempus patronus iuratus ad præsentandum, sine à iure sine à fundatore, currit non à die vacationis, vt tenuit Rota antiqua, & alij, sed à die notitiæ vacationis, c.2.à nu.34.p.10. & adducuntur resolutiones Rotæ, nu.36. & 37.*

*Tempus primum ante Concilium Trid. considerandum in intelligentia materia de incompatibilitate, est ante Concilium Lateranense sub Alex.III. & tunc obtinenti duo curata, vel dignitates, vel alias incompatibilia dabatur optio, & non vacabat primum ipso iure per assecutionem alterius, nec priuabatur secundo, c.5.nu.2.p.11.*

*Tempus secundum est dicti Concilij Lateranensis sub Alex. III. in quo fuit prohibitum, vt nullus diuersas dignitates, & plures Ecclesias reciperet, alioquin priuaretur secundo, & c.c.5.nu.3.p.11.*

# INDEX.


*Tempus ſemeſtre ad conferendum de beneficijs, an currat Legato, & Nuntio c. 2. num. 14. p. 10.*

*Tempus ſemeſtre conferendi ad hoc vt currat neceſſario requiritur notitia vacationis, &c. adducitur reſolutio Rotæ c. 2. num. 20. p. 10.*

*Tempus ſemeſtre datum ad conferendum, currit à tempore ſcientiæ vacationis numerandi, capitulo 2 numero 15. nam datur in odium negligentis, numero 16. & ſic etiam non currunt impedito, ſiue fuerit impedimentum iuris, ſiue facti, numero 17. & in tempore impedimenti computatur tempus ſuſpenſionis, & peregrinationis pro abſolutione obtinenda, num. 18.*

*Tempus ſemeſtre datum ordinarijs ad conferendum parochiales ad eorum collationem ſpectantes per bullam Pij V. quæ dicit à die vacationis, intelligitur die vacationis nota, quamuis Epiſcopus nondum accepiſſet poſſeſſionem Epiſcopatus, cum per ipſum ſtetiſſet, ex Rota in deciſionibus poſitis, c. 2. à num. 21. p. 10. Ex quibus communiter ſententia Flores docentis, ſemeſtre datum in dicta bulla currere à die vacationis, etiam ignorantibus, num. 25. & quadam doctrina Rebuffi, num. 26.*

*Tempus ſemeſtre datum ad conferendum debet computari ſecundum Calendarium, & ſecundum quod menſes occurrunt, & quod deficit de primo menſe, accipiendum eſt de vltimo, cum aſſignetur tempus, à quo debeant incipere, c. 2. num. 42. p. 10. & de momento ad momentum eſt huiuſmodi computatio facienda, à tempore ſcilicet ſcientiæ, ſeu vacationis notæ.*

*Tempus ſemeſtre, & dicta de diuolutione procedunt ſolum in prouiſione voluntaria, & libera, ad inſtitutionem vero præſentati, & confirmationem, non eſt præfinitum tempus à iure, cap. 4. numero 1. parte 10. & idem eſt in beneficijs reſignatis ex cauſa permutationis, ad quorum collationem tempus præſtitutum non eſt, numero 2. quamuis contra teneat Ioann. Nicol. Delphinus, numero 3. quod eſt falſum quia in collatione neceſſaria non habet locum, capitul. 2. de conceſs. præbenda, ſed in habente liberam poteſtatem conferendi, num. 4.*

*Tempus ſemeſtre non currit durante litè ſuper iure conferendi, ſeu eligendi, licet ſecus ſit in patronis, cap. 2. num. 19. par. 10.*

*Tempus ſemeſtre, numerandum eſt à tempore ſcientiæ vel à tempore, quo ſcire potuit, & debuit collator, vt Epiſcopus qui tenetur viſitare ſingulis annis c. 2. nu. 27. p. 10. & ſeq. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ. oportet enim quod ignorantia Epiſcopi non ſit ſupina, num. 30.*

*Tempus ſemeſtre, quod currit a tempore ſcientiæ debet intelligi de notitia vera, vel præſumpta vacationis, quæ determinari debet per iudicem, conſiderata qualitate beneficij, modo vacationis, & longitudine temporis illius, diſtantia locorum & fama, &c. cap. 2. nu. 31. & 32. p. 10. & nu. 33. ponuntur reſolutiones Rotæ.*

*Tempus tertium ante Concil Trident. conſiderandum pro intelligentia materiæ incompatibilitatis, eſt Concil. Lateran. ſub Innocentio III. in quo ſtatuit, quod ſi habens beneficium curatum, aut perſonatum, vel dignitatem reciperet ſecundū ipſo iure vacet primum, & ſi illud retinere contenderit, etiā ſecundo ſpolietur per ſententiam c. 5. num. 7. p. 11. Et idem in officijs, & beneficijs regularibus curam animarum habentibus, & in dignitatibus regularibus, etiam in manualibus, ac in Vicarijs perpetuis, num. 8.*

*Tempus vltimum, & quartum conſiderandum ante Concilium Tridentinum, pro intelligentia materiæ incompatibilitatis, eſt extrauagantis execrabilis de præbendis, in qua ſtatuitur, quod recipiens ſecundum beneficium curatum, aut dignitatem, perſonatum, ſeu officium primum quod ipſo iure vacat, abſque mora coram ordinarijs dimittere debeant verbo & facto, alioquin ex tunc ſint ipſo iure ſecundo priuati, & ad ſacros ordines, & beneficia inhabiles, c. 5. num. 10. p. 11.*

*Tempus vltimum Concilij Tridentini ſeſſ. 7. de reformatione, cap. 4. ſucceſsit poſtea, cap. 5. nu. 76. par. 11. Cui decreto non aduerſatur aliud eiuſdem Concilij ſeſſ. 24. de reformatione, cap. 17. quod obtinentes plures parochiales, vna retenta, alias infra ſpatium ſex menſium dimittere teneantur, nam loquitur de obtinentibus tunc plures parochiales &c. Non autem de pluribus parochialibus, aut alias incompatibilibus beneficijs poſt Concilium obtentis, de quibus loquitur d. c. 4. num. 77. Et ita accipitur, quod tradunt Salcedo, & alij relati, num. 78.*

*Termino edicti elapſo, quamuis Doctores dicant, quem non eſſe admittendum, ſeu audiendum etiam re integra, id eſt, inſtitutione non ſequuta, tamen contrarium ſeruatur, nam ante inſtitutionem ſemper admittuntur, qui præſentantur ab alijs patronis, ſeu pretendunt habere ius, cap. 4. num. 14. par. 9. Quod non videtur contra ius, ex quo in edictis non dicitur, quod poſt terminum illius non admitterentur, ſed procedetur in cauſa, nu. 15.*

*Terminus competens, & peremptorius debet aſſignari in edicto, cap. 4. nu. 7. p. 9.*

*Tertia pars fructuum, vide ſupra verbo fructuum tertia pars, & c. 2. nu. 467. p. 3.*

*Teſtes an in Regnis Caſtellæ tres requirantur attento iure Regio, cui in eis ſtandum eſt, etiam in cauſis Eccleſiaſticis, cum non ſit ius Canonicum contrarium, & reſolnitur duos ſufficere etiam de iure Regio, quamuis tres communiter apponantur, contra aliquos, cap 29. par. 8.*

*Teſtes quot requirantur, vt titulus, ſeu prouiſio ordinarij, cum ſubſcriptione notarij, & teſtibus rectè probet, vti publicum inſtrumentum de iure communi, certum eſt duos ſufficere in inſtrumentis, cap. 4. num. 28. par. 8.*

*Teſtes ſuper valore beneficij, debent reddere rationem ſui dicti, etiam non interrogati, alias non probant, c. 3. nu. 242. par. 5.*

*Teſtes recipere in forma, non eſt neceſsarium in diſpenſationibus, quæ committuntur ordinarijs cum clauſula, quod diligenter ſe informent, &c. Sed ſufficit, extraiudicialiter ſeſe informare, capitulo 2. numero 249. & ſequen. par. 6.*

*Textus in Concil. Trid. ſeſs. 24. de reformat. cap. 12. verſ. præterea obtinentibus, &c. Declaratur, cap. 2. nu. 180. & 213. cum ſequentibus vſque ad num. 226. par. 3.*

*Textus in Concil. Trid. ſeſs. 22. cap. 3. declaratur, cap. 2. num. 337. p. 3.*

*Textus in Concilio Tridentino capitul. 3. ſeſsione 21. de reformatione declaratur, cap. 2. num 459. & 272. cum ſequen. par. 3.*

*Textus in Concil. Trident. cap. 3. ſeſs. 22. explicatur, cap. 2. nu. 476. par. 3.*

*Textus in Concil. Trident. cap. 4. ſeſs. 22. de reformatione, comprehendit ea omnia beneficia, quæ ordinem requirunt, & declaratur, cap. 4. num. 13. 14. & 15. p. 3.*

*Textui in Concil. Trident. cap. 10. ſeſs. 7. duodecim declarationes factæ à S. Congregatione traduntur, cap. 7. num. 93. par. 5.*

*Textui in Cano. ex multis. 1. q. 3. reſpondetur, cap. 1. num. 16. 17. & 18. p. ..*

*Textus in capit. cum in illis. §. illis. de præbendis, in 6. iunctæ Clement. 1. eo titulo declaratur, capitul. 6. numero 30. parte 1.*

# INDEX.


*Tex.in cap.licet Canon, & in c.commiſſa de electio.in 6. explicantur c.4.num.4. & 11.p.3.*

*Text.in cap.commiſſa. §.caterum de electione, in 6. declaratur. cap.4. numero 46. cum ſeqq. & numero 57. & 58. par.3.*

*Tex.in cap.ſi eo tempore de electione, in 6. explicatur cap.3. num.23.par.4.*

*Tex.in cap.nemo de electione in 6.declaratur,c.4.num.14.& 15 par.4.*

*Tex.in cap.ſtatutum de prebendis,in 6.corrigitur,c.1.nu.98. cum ſeqq.par.5.*

*Tex.in cap.ſi beneficia de prebendis in 6. declaratur. cap.1. num.758.par.5.*

*Tex.in cap.unico, in fine, ne Sede vacante. in 6.explanatur, c.4.nu.50.& ſeq.p.5.*

*Textui in cap.ſi diligenti de Simonia reſpondetur, capit.19. par.1.*

*Tex.in c.quia propter de electione,declaratur,cap.6.num.19. 21.& 22.par.1.*

*Tex.in cap.penultimo, & in capit.per tuas de ſimonia explicantur,cap.5.num.66.par.2.*

*Tex.in cap.relatum de Clericis non reſidentibus declaratur, c. 2.num.90. & ſeq.p.3.*

*Tex.in cap.finalis,de magiſtris latè examinatur,c.2.num.92. 94.& 95.par.3.*

*Text.in cap.decreto, & in cap.ad audientiam, de Clericis non reſident. an ſit derogatum per Concil.traditur, cap.2. numero 345. cum ſeqq. part.3. & an procedat in Canonico Doctorali, & Magiſtrali, numero 364. & 365. & limita uſque ad num.374. & latius vide ſupra verbo diſpoſitio textus.*

*Tex.in cap.nonnulli, ibi vel expreſſam,& c.declaratur,c.5. num.44 par.4.*

*Tex.in cap.ſalubriter de uſuris interpretatur,cap.5.num.13. & 14.p.5.*

*Tex.in cap.conſultationibus de iure patronatus hodie non procedit in diſtinctione ex Decreto Concilij Triden.ſeſſ.25.c.9. vt cap.5. num.137 part.3. & traduntur deciſiones Rotæ, num.138.& 139. & declaratur,num.140. & reſolutiones Rotæ,num.141.& 142.*

*Tex. in cap.quoniam in fine cum aliis de iure patronatus, intelligitur & declaratur, c.6.nu.27.p.5.*

*Tex.in cap. Ne Sede vacante procedit in collatione libera & gratioſa,ex rationibus aſſignatis,quæ non militant in collatione neceſſaria, cap.7.num.69.& 70.par.5.*

*Tex.in cap.eam te de reſcriptis exponitur, cap.2.num.26. & 27.par.6.*

*Tex in cap.quoniam Abbas de officio delegati, an procedat in iudicibus in ſynodo deputatis, qui dicuntur iudices ſeculares cap.2.num.38.& 39.par.6.*

*Tex.in cap.ſuper litteris, in ſecundo caſu de reſcriptis, loquitur in reſcriptis ad lites, nec habet locum in gratioſis, capit.2. num 202 par.6.*

*Tex.in cap.gratum, & in cap.relatum, & in c.licet de officio delegati, interpretantur, c.2.num.324.p.9.*

*Tex. in Clement.unaplures. §.fin.de iure patronat.explicatur, c.9.n.216 p.5.*

*Tex.in Extranaganti Ambitioſæ de rebus Eccleſ.alien. vel non, explicatur, c.1.num 28 p.2.& præſumitur uſu recepta,nec ganti incumbit onus probandi,num.40. & ratio traditur,num.41.uſque ad num.46.*

*Tex.in Extranaganti Ambitioſæ ampliatur etiam in mandato ad locandum res Eccleſiæ ultra triennium, c.1.num.71. p.2. Sed reprobatur,num.72.& 73. & declaratio beneficiato volentes eas alienationes annullare,num.74.75.*

*Tex.in Extranaganti. 33.Julij 3. ad finem explicatur cap.2. num.26.& 27.par.4.*

*Tex.in l.meminiſſe. ff.de officio proconſult.explicatur,cap.1. num.151.uſque ad num.154.p.2.*

*Tex.in l.ubi autem.ff.de in diem adictione,& in l.neceſſario. §. quod ſi pendente. ff.de periculo & commodo rei venditæ,explicatur,c.1.num.164.par.2.*

*Tex. in l.Barbatus. ff.de officio prætoris, in materia Epiſcoporum conferentium beneficia, cum non ſint Epiſcopi latè explanatur,c.4.d.nu.176.& 177.cum ſeq.p.5. & num. 327.remiſſive.*

*Tex.in l.ad varios.C.de numera.& actua lib.12.explicatur, c.4.nu.295.p.5.*

*Tex.in l.in rebus. C.de iure dotium, latè explicatur, cap.9.d num.171.cum ſeq.p.5.*

*Thomas Sanchez, Reuellus, & Suarez reprobantur in materia dubij. c.2.num.23.& 24.& Salas num.35.p.7.*

*Thomas Sanchez, & alij reprobantur, cap.5. §.4.num.356. part.11. ex decreto Concilij Trident.ſeſſ.24. de reformat. matrim.c.5.*

*Thomas Zerola, & Zechus improbantur, cap.1. numero 62. part.7.*

*Thomas Zerola improbatur dicens in caſu capitul.licet Canon. de electione in 6. non teneri parochum dimittere parochialem,niſi poſt latam ſententiam, cap.10.nu.31.par.11.& Doctor Sahagum dicens iudicis pronuntiatione opus eſſe in ſpecie d.c.licet Canon,num.32.Qui improbatur etiam dum ait, iudicis pronuntiatione opus eſſe in ſpecie cap.licet Epiſcopus,par.2.de prebendis in 6.vbi non agitur de pena, & requiritur ibi vocatio poſſeſſoris, nam & iniuſtus poſſeſſor non debet amoueri à poſſeſſione inauditus, & ſine cauſæ cognitione,nu.33.& 34.*

*Thomas Zerola improbatur. c.2.num.10.par.9.*

*Titulus præſumitur in poſſeſſorio, ex poſſeſſione longitemporis,nempe decennij.c.5.nu.483.p.1.*

*Titulus beneficij ad minores ordines, & primam tonſuram,an requiratur? & quid de iure antiquo,nouo, & de conſuetudine, c.5.num.2.cum ſeqq.par.2.*

*Titulus ad ordines an requiratur,ſolum in Clericis ſecularibus, an etiam in regularibus.c.5.nu.7.& 8 p.2.*

*Titulus accipitur pro quolibet modo legitimo obtinendi beneficia,c.4.num.2.p.4.licet alias multis modis ſumatur,num. 3.& ibi qui dicatur titulus iuſtus, nu.4. & de titulis coloratis remiſſiue,num.5.*

*Titulus præſumitur ex poſſeſſione decennali, cap.4.num.299. & ſeq.p.5.vbi non conſtat de contrario,nec reſiſtit ius,nu. 301.& 302.cum ſeq.*

*Titulus coloratus qui ſufficeret ad effectum reſtitutionis in ſpolio beneficij, an ſufficiat ad effectum l.Barbatus, cap.4. num.308.p.5.*

*Translatio penſionis fieri nequit ſub conditione, ſi moreretur ex infirmitate præſenti,c.5.num.55.p.1. nec per teſtamentum,vt num.56.*

*Translatio penſionis iuxta clauſulam Facultatis, coram quo fieri debeat,c.5.nu.244.cum ſeq.p.1.*

*Translatio penſionis, vide ſupra verbo penſionis translatio.*

*Translatarius tenetur iuſtificare reſeruationem penſionis, non ſolum in petitorio, ſed etiam ſi agat ad ſolutionem, nec poſſeſſio transferentis ei prodeſt, cap.5. numero 469. par.1.*

*Translatarius ſi non iuſtificat ſuam gratiam non proceditur ad executionem literarum Apoſtolicarum, c.5.num.471. p.1.& deciſio Rotæ, num.472.*

*Transferentes penſiones per confidentiam non comprehenduntur conſtitutionib.Pij IV. etiam contra confidentiam,*

c.5.n.51.& decisio Rotæ.nu.52.Peccant tamen mortaliter,& committunt simoniam,n.53.

*Transferendi pensionem habens facultatem, non potest illam transferre cum reservatione, seu pacto illam exigendi quoad vixerit,c.5.n.54.p.1.*

*Transferendi facultas non consumitur per translationem invalidam,c.5.n.248.p.1.*

*De Transactione & compositione in spiritualibus remissiue, c.5.n.356p.*

*Turnorum materia in collationalibus beneficiorum, remissiue, c.1.n.728.p.5.*

*Tutor in Hispania (vbi datur decima fructuum tutoris pro labore) an possit decimare eius præsentandi, seu præsentationes competentes pupillo,c.9.n.206.p.5.*

*V*

*Vacandi modus de præsenti solum venit per clausulam vel alio quouis modo, non autem de futuro,cap. 1.n. 25.par.11.*

*Vacantem parochialem non posse conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus,& electus, dum affert Bullas Papæ, nec posse interim constitui vicarium in ea, aut ei quoquo modo præfici,cap.2.nu.21. & 22.part.9. vbi ponitur declaratio S. Congreg. quamuis contrarium seruetur,num.23.iurique videatur conforme ex c.cauaritia de electione in 6.quod procedit in quibuslibet beneficijs,n.24.*

*Vacationes an veniant per eas, etiam beneficiorum reservatorum, resolvitur negatiue, si non est facta mentio reservationis c.1.n.26 p.11.*

*Vacatio beneficij probatur ex persona alicuius probationes possessione, & obitu eius, nisi detur titulus alterius, ca.1. num.14 p.11.*

*Vacatio beneficij varijs modis contingit, quos ponunt relati, cap.1.n.1.p.11.& vacant aliquando de iure, & de facto aliquando de iure, & non de facto, aliquando de facto, & non de iure, n.2.*

*Vacatio etiam per mortem dari nequit, vbi canonicatuum, & prabendarum, non est certus numerus, c.2.n.17.p.11.*

*Vacatio narrata non est necessario verificata, quando gratia non est ad illam restricta, sed narrat etiam aliam vacationem, saltim in genere dicendo, aut alias certo modo,& ideo sufficit illam verificare,c.1.n.68.cum seq.p.11.vbi adducuntur resolutiones, & decisiones Rotæ.*

*Vacatio non intrare videtur ex constitutione 87. Gregorij XIII. ob non publicationem, quando resignatio est nulla, quia resignans in sacris constitutus non habet alias vnde viuere possit, vt Papa vult, aut quia non fuit facta mẽtio, quod ad illius titulum est ordinatus, cap.3.§.4.n.279. par.11.*

*Vacatio non intrat ex d. constitutione ob non publicationem, quando resignatarius decessit intra tempus datum ad publicandum.c.3.§.4.n.281.p.11.*

*Vacationis omnes modi, verbo vacationis veniunt præsertim, vbi eadem est ratio,cap.1.num.3.p.11.Et verbum vacatio simpliciter prolatum comprehendit omnem modum vacationis,etiam in materia penali,n.4.& ita quando in supplicatione fit mentio de vacatione simpliciter comprehenditur omnis modus vacandi,n.5.Et idem in expectatiua.n. 6.In gratia tamen de beneficio vacante requiritur de stylo, quod exprimatur modus vacandi, & ex qua persona, nisi quando impetratur certo modo,n.7.*

*Vacatio primi beneficij, an inducatur ipso iure per adeptionem secundi in beneficijs residentiam requirentibus, etiam simplicibus decretum Concilij Tridentin.sess. 7.de reform. cap.4.cap.5.n.76.par.11.Ponitur sententia Nauarri,& aliorum negatiua, num.80. Quam tenuit Rota in decisionibus relatis,n.81. Et est in praxi seruata in Hispania,num. 82. Contraria sententia, & sic affirmatiua tenetur,qua est approbata,per S.Congregationem Concilij, vt in declarationibus adductis, & recepta & practicata in dataria, & cancellaria,& tenetur iam a Rota, vt in resolutionibus & decisione adductis, & est reuera satis conformis Concilio, quod extendit cap. de multa ad quæcunque beneficia incõpatibilia,a nu.83.*

*Vacationem primi beneficij incompatibilis ad inducendam per assecutionem secundi, non sufficit collatio sola, & acceptatio eius, sed requiritur adeptio possessionis secundi pacifice, vel quod per prouisum stet, quominus eam adipiscatur, cap.5.§.1.num.100.p.11.Collatio vero non acceptata, vel ius ad rem, non sufficit ad inducendam vacationem primi, quamuis per eum stet, quominus habeat ius in re,& possessionem,n.101.*

*Vacatio primi beneficij incompatibilis, vt inducatur per assecutionem secundi, requiritur quod habeat pacificam possessionem nedum beneficij, & tituli seu exercitij, curæ, vel officij, sed etiam bonorum, & fructuum, seu maioris partis eorum, nam si fructus, seu maiorem partem eorum secundi non potest habere, quia ex priuilegio, vel alias ad alium pertinet ad tempus, non vacat primum c.5.§.1. numero 123. par.11, & idem est in beneficijs promoti ad Episcopatum,num.124. & decisio cap.1.si tibi concesso de prebendis in 6.non est correcta per extrauagantem, execrabilis,n.125.*

*Vacationis vno modo expresso alij non veniunt, cap.1. num. 8. p.11.cuius quinque limitationes ponunt Felin. & Selua,num.9.*

*Vacationis vno modo expresso venit alius, & limitatur cap. susceptum de rescriptis in 6. vbi communis opinio est,quod vacet beneficium vno modo, nam quamuis reuera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impetrantem, quando est vnicus impetrans, cap. 1. numero 10.pa. 11.qua limitatio intelligitur, quando exprimitur vacatio ex persona eius,qui communiter reputabatur verus beneficiatus,alias secus,nu.11.*

*Vacationis vno modo expresso venit alius,vbi appareat de intentione impetrantis cap.1.n.15.p.11.seu potius de intentione mandantis,videlicet Papæ,n.16. & quando dicatur de ea constare a n.17.*

*Vacationis vno modo expresso venit alius in acceptatione, ca. 1.nu.20.p.11.*

*Vacationis vno modo expresso venit alius, quando exprimeretur certus vacationis modus cum clausula, vel alio quouis modo vacet. tunc enim venit omnis modus vacandi ex persona expressa,licet nõ ex alia, nisi addatur,aut ex alterius cuiuscũque persona,qua clausula cõmuniter apponuntur,c.1.nu.21.& 22.p.11. Et tamen est satis probabile, quod si diceretur,vel alio quouis modo vacet,tunc propter verbum vacet,non comprehendatur modus vacandi,nu.23 Et ita potest accipi decisio Rotæ,nu.24.*

*Vacationis vno modo expresso non venit alius in literis ad beneficia,quæ ambitiosæ reputantur,cap.1.num.84.par.11. alias vero in dispositione hominis expresso vno modo vacationis non includitur alter etiam in materia fauorabili, nu. 85.Nisi fieret mentio de morte,& in casu, de quo agitur, eundem effectum operaretur mors ciuilis, quem naturalis, tunc enim mors ciuilis,& naturalis equiparantur, etiamsi materia non sit fauorabilis nu.86.In dispositione iuris, facta mentione de vacatione certo modo, puta per mortem,*

# INDEX.


etiamſi materia ſit odioſa, includetur alius, quando in eo eſt eadem ratio, ac in expreſſo, alias ſecus, num. 87. Ex quo reprobatur quoddam dictum Franchi, nu. 89.

*Vacatio ex reſignatione, vbi ſimpliciter exprimeretur, non veniret vacatio, ob non publicationem, quæ ſpecialiter exprimi debet, c. 1. nu. 95. p. 5.*

*Vacatio per obitum inducta per illam regulam, eſt etiam vera, & non ficta, quia in his quæ ſunt iuris poſitini, lex non fingit, ſed vere agit, c. 1. nu. 107. p. 5.*

*Vacare Eccleſiam ibi dicitur, vbi fit priuatio, vel renuntiatio, etiam à procuratore alibi conſtituto, c. 1. nu. 75. p. 5. etiam ſi perſona ſit alibi, nu. 79. cum ſeqq.*

*Valor narratus in gratia etiam motu proprio facta, eſt probandus, quando ex aduerſo probatur contrarium, cum errore notabilis quantitatis, c. 5. nu. 508. p. 1.*

*Valoris beneficij, de quo fit gratia, requiritur expreſſio ſecundum regulas modernas, c. 5. nu. 509. p. 5.*

*Valor beneficij à Nuntio collati, à quo probandus ſit traditur, cap. 5 à nu. 187. par. 5. reſoluitur à proviſo, nu. 188. idque plene, num. 189.*

*Valor beneficiorum quomodo probetur, traditur. cap. 3. num. 218. cum ſeqq. par. 5.*

*Valor beneficiorum vbi narratur, diſtincte & ſeparatim ita quoque debet probari, & non in confuſo, c. 2. nu. 195. p. 6.*

*In Valoris verificatione qualisqualis probatio, etiam minor & ſemiplena ſufficit. c. 2. à nu. 166. cum ſeqq. p. 6.*

*Variatio Patronis laicis ſemel tantum cenſetur permiſſa, & pro prima vice, cap. 9. num. 214. par. 5. quamuis alij contra, num. 215.*

*Verba Concilij Trident. ſeſſ. 24. c. 18. ibi, ſi opus fuerit quorſum tendant, cum ſemper videatur eſſe opus vicario cap. 2. num. 13. par. 9. Vbi reſpondetur, cum declaratione S. Congregationis poſita.*

*Verba enuntiatiua inſtrumentorum antiquorum bene probant quando iſta inſtrumenta antiqua haberent originem à diuerſis perſonis, non ab eiſdem, p. 12. c. 2. §. 3. num. 254. Et quando verba enuntiatiua ſunt clara, nu. 255. Sufficiet tamen virtualiter enuntiare vnionem, vt in reſolutione, poſita nu. 256. p. 1. Et debent habere originem à diuerſis perſonis non ſuſpectis, nu. 257. Nam enuntiatiua plurium inſtrumentorum antiquorum non habent vim publicæ vocis, & fama ſi videntur emanaſſe à perſonis ſuſpectis, nu. 258. Et ſufficiunt, & requiruntur ad minus duo inſtrumenta, num. 259. Et adducitur reſolutio Rotæ, nu. 260.*

*Verba ipſo iure, ſeu ipſo facto, an cenſeantur velle obligare in conſcientia ad rem qua priuatur dimittendam ante ſententiam, c. 10. nu. 22. p. 11.*

*Verbum, interſit, vel aſſiſtat, parum importat, quantum verbum reſideat, ſecus de verbo cantet, vel ſeruiat, vel ſacris operetur, niſi aliunde colligatur. c. 1. §. 1. nu. 9. p. 7.*

*Verbum, ordo, generaliter prolatum comprehendit etiam primam tonſuram ſecundum communem vſum canonum, c. 1. num. 6. par. 7. & ſic decreta Concilij Triden. ſeſſ. 7. cap. 7. quoad principalem diſpoſitionem, & ſeſſ. 23. cap. 8. verſ. vnuſquiſque autem de reformatione, comprehendunt primam tonſuram, nu. 7. & 8.*

*Verbum oriundus, vt apparet ex ſtylo, accipitur pro orto, c. 9. p. 7. nu. 25 quamuis alias oriundus quis dicatur ab origine ſeu natiuitate propria, vel paterna, nu. 26.*

*Verbum, penitus, de quo in cap. nouis de ſimonia ſignificat nullitatem ipſo iure, c. 1. nu. 5. p. 8.*

*Verbum libere, importat idem quod abſque grauamine & diminutione, cap. 5. num. 376. par. 1. reprobato Conſilio Nauarri, nu. 377.*

*Verbi vt accepimus, & verbi ſicut intelleximus, & verbi, vt aſſeritur, differentia explicatur, cap. 5. numero 495. cum ſeqq. par. 1.*

*Verbum proviſio, & verbum diſpoſitio late ſumptum, & ſic in materia fauorabili comprehendit omnem modum prouidendi, & ſic electionem, c. 6. nu. 31. p. 1.*

*Verbum collatio, ſeu conferre eſt generale & comprehendit alios modos, cap. 6. nu. 32. par. 1. ſecus in materia odioſa, nu. 33. 34. & 35.*

*Verbum ſtatim, intelligitur in continenti, cap. 5. nu. 85. p. 2.*

*Verbum ſtatuimus eſt iuris noui inductiuum, c. 1. nu. 9. p. 3.*

*Verbum, obtinere, non ſolum ſignificat impetrare, ſeu aſſequi, ſed etiam tenere ſeu retinere, c. 1. nu. 354. & ſeq. p. 5.*

*Verba, ac etiam diſponendi de huiuſmodi beneficijs, referuntur non ſolum ad priuilegia & indulta, ſed etiam ad conſuetudines, etiam immemoriales diſponendi de eis, cap. 1. numer. 677. par. 5.*

*Verba, vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum, qualiter accipiantur traditur, remiſſiue cap. 1. nu. 539. p. 5.*

*Verba ad collationem, proviſionem, &c. Per quos tractentur, & explicentur, remiſſiue traditur, c. 1. nu. 55. p. 5.*

*Verba regulæ reſeruatoriæ, præſentationem, &c. Quid includant, c. 1. nu. 572. p. 5.*

*Verba, electionem & quamuis aliam diſpoſitionem &c. Per quos tractentur, remiſſiue, c. 1. nu. 617. p. 5.*

*Verbum, Collatorum, &c. Quid comprehendat, cap 1. num. 621. par. 5.*

*De verbo generaliter, & de verbo reſeruauit, remiſſiue, cap. 1. nu. 654. par. 5.*

*Verba ac conſuetudines etiam immemoriales operari, &c. Nec non priuilegia & indulta, explicantur remiſſiue, cap. 1. nu. 675. p. 5.*

*Verba, etiam cum quibuſcunque derogatoriarum derogatorijs, &c. Qualiter intelligantur remiſſiue, c. 1. nu. 681. p. 5.*

*Verba authoritate Apoſtolica, &c. Quando coniunguntur cū verbis concedimus facultatem, &c. Non faciunt iuriſdictionem delegatam, ſecus quando coniunguntur poteſtati faciendi, c. 7. nu. 50. p. 5.*

*Veſtes talares quamuis in rigore dicantur, quæ hominem vſq; ad pedes tegunt, tamen ex epicheia, & æquitate talares iudicabuntur, quæ iuxta conſuetudinem clericis ſunt decentes, quamuis non ſint nimis longæ, c. 1. num. 21. & 22. part. 7. nec eſt neceſſarium portare duas veſtes longas, ſed vna ſufficit, num. 23.*

*Vicaria perpetua debet prius erigi in executionem decreti Concilij Trid. ſeſſ. 7. c. 7. de reformatione, c. 2. nu. 15. p. 11. & ſi non conſtat de erectione, non eſt attendendus vltimus ſtatus quod ſit collata, vt perpetua, &c. nu. 16.*

*Vicaria quando vacat in menſibus reſeruatis, an de ea idem ſit dicendum, quod dictum eſt de vicarijs perpetuis parochiarum vnitarum, cap. 2. §. 2. p. 9. à nu. 304. adductis variis deciſionibus Rotæ, reſolutur vicarias perpetuas erectas ante Concilium comprehendi ſub reſeruationibus, & tunc earum proviſionem ad Papam ſpectare, abſque præiudicio concurſu, in vicarijs vero perpetuis, ex Decreto Concilij erectis vacantibus in menſibus Apoſtolicis poſſe fieri nominationem & deputationem, non obſtante reſeruatione, ita tamen quod vicarij teneantur expedire nouam proviſionem, nec aliàs ad poſſeſſionem admitti poſſunt ex cõſtitutione Pij V. 46. quæ ſolum loquitur de vicarijs Eccleſiarum vnitarum quæ ante Concilium non habebant vicarios perpetuos, ſed amobiles ſicut Concilium, nec habent locum in Eccleſijs in quibus ante Concilium vicaria perpetua iam erecta erant, ex S. Congregatione, contra Rotam.*

*Vicarij deputatio ſpectat ad Epiſcopum, ſeu vicarium eius in parochialibus ſpectantibus ad collationem aliorum, c. 2. §. 1.*

# INDEX.


num.127 p.9. & in locis exemptis vicarij electio ad eum spectat, ad quem spectat concursus ex S.Congreg.n.128. limitatur prædicta resolutio, nisi inferior Episcopo sit nullius diœcesis, habens proprium, & distinctum territorium, & omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem & ius congregandi Synodum, a nu.129. vbi ponuntur declarationes S.Congregationis, & decisiones, & resolutio Rotæ id tenentis, & idem videtur in inferiori exempto, licet non sit nullius diœcesis, habente tamen proprium districtum & Episcopalem iurisdictionem primatiue & ius congregandi synodum n.136. & num. seq. adducitur declaratio S.Cõgregationis. & ita est intelligendum, quod dicit Ledesma relatus, n.138.

Vicario, parochiali vacante, simpliciter dato, non omnes fructus, sed congrua portio arbitrio ordinarij iustè determinanda debetur, nec Episcopus a principio posset omnes assignare, nisi omnes essent necessarij ad congruam portionem, c.2.n.16.p.9.

Vicarium esse constituendum in vacatione parochialis cum cõgrua fructuum portionis assignatione, c.2.n.14.p.15. circa quod ponuntur declarationes S.Congreg.n.15.

Vicarius Episcopi an ex generali commissione absque speciali mandato, possit facere concursum ad parochiales, & ex approbatis digniorem eligere, resolvitur affirmatiue, c.2.§.1. nu.117.p.9. quod procedit etiam vbi esset locus gratificationi inter plures approbatos æquè idoneos, nec per concilium id tollitur, etiam Episcopus non sit impeditus, nu.119. non tamen poterit vicarius absque speciali mandato facere collationem parochialium magis idoneo electo, nu.120.

Vicarius Episcopi habens specialem facultatem conferendi, poterit conferre omnibus quibus potest Episcopus, & sic etiam habentibus beneficium, etsi dictum sit quod cõferat idoneis, non obstante cap.is cui, de præbendis in 6. quod non procedit in delegato ordinarij, sed solum in habente potestatẽ delegatam conferendi authoritate Apostolica, c.5.§.3.n.292 p.11. & improbatur Sbrocius a n. 295.

Vicarius Episcopi, seu capitulum, an sede Episcopali vacante, possit facere concursum ad parochiales vacantes & ad ipsum spectet obire illa munia quæ Concilium statuit obeunda ab Episcopo, seu eius vicario, cum parochialis Ecclesiæ vacatio contigerit, c.2.a n.6.p.9. Resolvitur affirmatiue, & ponitur declaratio S. Congregationis Toletana,

Vicarius generalis Episcopi vnire non potest sine speciali mãdato, etiamsi sibi sit data facultas conferendi cum clausula generali, & ad omnia alia, &c. qua non extenditur ad maiora, c.2.§.1.n.69.p 12. quamuis contra teneant Mohed. & Hieron.Gabr. & Gambarus relati, n.70.

Vicarius positus in parochialis vacatione, parochialis onera sustinebit, donec de rectore prouideatur, qui etiam debet habere custodiam omnium bonorum parochialis, c.2 n.18.pa. 9. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Vicarius, seu œconomus, quod deputetur cum congrua, donec de rectore prouideatur per eum, ad quem spectat, non est de forma concursus, & promissionis, ita ut alias non valeat, quidquid aliàs vellet Rota, quæ tamen postea hoc admittit, &c.p.9.c.2 n.19.& 20.

Vicarius constituendus est per Episcopum, vacante parochiali, quam primùm notitia vacationis eius habetur, quod procedit etiam in parochialibus ad alium spectantibus, c.2.n.10 & 11.p.9. ponitur n.11. quædam declaratio S. Congregationis, quæ declaratur, n.12.

Vicarius Episcopi, non potest constituere pensionem, nisi sit specialiter ei concessum, c.5.n.317.p.1.

Vicarius Episcopi, cui facultas conferendi beneficia data est, beneficia etiam curata, & dignitates conferre potest. cap.6.num.40.p.1.

Vicarius Episcopi non debet necessario esse doctor, vel graduatus, licet Episcopus teneatur idoneum vicarium constituere, c.7.n.17.p.5. & graviter peccant Episcopi, qui aliquãdo constituunt vicarios Theologos seu alias ineptos, nu.18. & etiam peccant ipsi acceptantes, n.19.

Vicarius Episcopi, an possit beneficia conferre, cap.8.num.1. part.5.

Vicarius Episcopi debet esse clericus, saltem prima tonsura, nã laicus esse non potest, c.8.n.2.p.5. nec Clericus coniugatus, n.3. nec bigamus, nisi fuerit dispensatus ad ordinem susceptũ etiam soluto matrimonio, n.4. cum seqq.

Vicarius Episcopi esse non potest, qui fuit iudex maleficiorum, & protulit sententiam mortis, etiam si postea vel antea fit factus Clericus, & ratio traditur, c.8.n.7.p.5. Sed improbatur hæc sententia, n.8. & 9.

De Vicario Episcopi qui sint videndi remissiue, cap. 8. num. 20.p.5.

Vicarius Episcopi Ordinarius est, sicut & ipse Episcopus, ca.8. n.21.p.5. amplia etiam in vicaria Sede vacante, num.22. Quamuis contrarium teneant relati, n.23.

Vicarius Episcopi non ex eo est ordinarius quod lex det huiusmodi iurisdictionem, quoniam verius est eam accipere ab Episcopo deputante, c.8.n.24.p.5. Sed quia ex iuris permissione, & consensu Episcopi, constituitur, vt eius locum teneat, n.25. vt in vicarijs prætorum, n.26. quod procedit in vicario generali, vt n. 27.

Vicarius quem ponit Archiepiscopus Toletanus in ciuitate Toleti, non videtur vicarius generalis & principalis, si non est positus cum potestate generali ad totam Diœcesim, nec vicarius Matriti, & Compluti, cum non sint positi ad totã Diœcesim, nec possint esse delegati Apostolici, c.8.n.36.p. 5. quidquid dicat Flores. n. 37. & 38.

Vicarius Episcopi, quæ sunt meræ gratiæ expedire non potest, c.8.n.46.p.5. vnde ex generali mandato dispensare nõ potest, vt nu. 47.

Vicarius Episcopi non potest remittere denunciationes ad matrimonia requisitas, nisi ei specialiter sit concessum, & ibi ratio traditur, c.8.n.50. cum seq.p. 5. quamuis aliqui contra teneant, nu. 57. & refertur decretum Concilij Prouincialis Toletani, & Mediolanen. n.55. & declaratio Rotæ, n.61.

Vicarius Episcopi expedit ea quæ sunt iustitiæ & necessitatis, & quæ sunt voluntariæ iurisdictionis non tamen sapiunt gratiam, cap.8. num 63. & sequ. part. 5. & regulariter omnia potest, quæ Episcopus, nu.65. exceptis prohibitis, & quæ requirunt speciale mandatum, nu. 66. & quæ sint illa remissiue, n. 67.

Vicarius Episcopi poterit etiam facere omnia quæ requirunt speciale mandatum, si in mandato exprimitur aliquid requirens speciale mandatum, adiecta clausula, (& ad omnia alia etiamsi mandatum exigant speciale) cap.8.numero 68. par.5. dummodo non sint maiora, vel graviora expressis, num.69.

Et post expressum aliquid requirens speciale mandatum, non sufficeret dicere (& generaliter ad omnia alia) nisi addatur etiam si mandatum exigatur speciale, c.8.n. 70.p.5. Nec contrarium voluit Rota, n.71.

Vicarius, Episcopi sine speciali mandato non potest conferre beneficia, c.8.n.80.p.5. cum collatio beneficiorum sit quædam donatio quæ non venit in generali mandato, n. 81. nec præsentare beneficium pertinens ad præsentationem Episcopi, n.82.& 83.

Vicarius Episcopi potest confirmare electos, & instituere præsentatos, quæ sunt necessitatis & iustitiæ, c.8.n.85.part.5.


contra

# INDEX.


*contra Rebuffum, & alios, n. 86. & ita cenſuit congregatio Concilij, num. 87. etiam ſi eſſet locus gratificationi inter plures præſentatos, n. 88.*

*Vicarius Epiſcopi cum accipiat poteſtatem ex commiſſione eiuſdem, poteſt ipſe Epiſcopus aliquo ſibi reſeruare, quæ alia venirent in generali mandato, capite 8. n. 89. p. 5. ex declaratione Rotæ, cui declaratio contraria traditur, n. 90. & 91 & reſpondetur, vt c. 92. & 93.*

*Vicarium Epiſcopi poſſe decernere excommunicationes ſine ſpeciali mandato, etiam ſtante Concilio decreuit S. Congr. c. 8. a n. 94. cum ſeqq. p. 5.*

*Vicarius Epiſcopi, an ſicut ſine ſpeciali mandato poteſt inſtituere, ita etiam & poſſit id facere Iudex delegatus alicuius cauſæ, c. 8. n. 100. p. 5. Reſoluitur non poſſe, & ad text. in Clem. Auditor de reſcriptis. Reſpondetur quod ſolum procedit in Auditoribus Romanæ Curiæ, nu. 101. contrarium tamen ſeruat praxis, n. 103.*

*Vicarius Epiſcopi poteſt etiam conferre beneficia ex cauſa permutationis reſignata, ſi poteſtatem habeat ab epiſcopo recipiendi reſignationes ex cauſa permutationis, & ſic poteſt conferre beneficia, nominatis, & aliam quamlibet collationem neceſſariam facere, c. 8. nu. 104. p. 5. Quamuis aliqui contrarium teneant, a n. 107. cum ſeq.*

*Vicarius Epiſcopi ſpeciale mandatum habens ſine dubio confert beneficia, etiam quæ ſunt liberæ collationis, c. 8. n. 112. q. 5. vbi qui ſunt, videndi de hoc.*

*Vicarius Epiſcopi habens facultatem conferendi beneficia, poterit illa conferre, etiam extra Dioeceſim ſicut & ipſe Epiſcopus poterat, cap. 8. nu. 126. p. 5. contra Baldum, & alios. n. 127.*

*Vicarius Epiſcopus habens facultatem conferendi beneficia non poterit conferre eidem Epiſcopo beneficium, etiamſi alias eſſet capax. Cum vna perſona, ſeu vnum corpus cenſeatur, c. 8. n. 143. p. 5.*

*Vicariũ Epiſcopi, poſſe facere, ſeu ſubſtituere alium vicariũ (licet poſſit conſtituere delegatum ad Vniuerſitatem cauſarum) difficile videtur, c. 8. n. 148. cum ſeq. p. 5. quod amplia & intellige vt n. 150. cum ſeqq.*

*Vicarius Epiſcopi poteſt alium conſtituere, quando ei data eſt facultas ſubſtituendi ſecundi ſecundum Panium, capit. 8. num. 154. p. 5. Quod procedit ſi addita fuiſſent verba, damus facultatem ſubſtituendi alium, quem nec vicarium cũ eadem poteſtate ſubſtituimus, vt num. 155. & 156. Quo caſu non erit vicarius incertus, n. 157. & declara, vt num. 158. cum ſeq.*

*Vicarius Epiſcopi habens facultatem conferendi, ſi fuerit reuocatus valet collatio facta ab eo reuocationem ipſam ignorante, c. 8. n. 174. p. 5.*

*Vicarius Epiſcopi, an ſicut non poteſt beneficia conferre ſine ſpeciali mandato, ita etiam non poſſit vicarius Papæ c. 8. a n. 181. p. 5. & reſoluitur non poſſe, nu. 182. etiam ſi vacatio eſſet Cardinalis, a n. 283. limita, vt n. 186.*

*Vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali mandato non habet authoritatem ad reſeruationem iuris patronatus, c. 9. n. 75. p. 5. Sicuti nec ad confirmandum donationem iuris patronatus, num. 76. & deciſio Rotæ. num. 77. & quando præſumatur facultas vicarij. qui iuri patronatus conſenſit remiſſiue, num. 78.*

*Vicarius Epiſcopi non poteſt, ſe intromittere in cauſa, ſeu introductione Epiſcopo delegata, cap. 2. num. 22. 6. limita vt n. 23.*

*Vicarius Epiſcopi habens facultatem conferendi poteſt conferre vigore alternatiuæ non conceſſæ tempore commiſſionis, licet de ea nulla fiat mentio in commiſſione, cap. 2. nu. 25. par. 6.*

*Vicarius Capituli Sede vacante, an poſſit exequi, & expedire literas in forma dignum, & diſpenſationes directas officiali, ſeu vicario ſimpliciter, capit. 2. a num. 40. cum ſeqq. p. 6. reſoluitur negatiue attento ſtilo Curiæ, & Cancellariæ, nu. 44. cum ſeqq. vt ſæpius reſoluit Rota a nu. 46. cum alijs, & an proniſio a vicario Capituli, poſſit fieri de nouo collatio a n. 55.*

*Vicarius Capituli Sede vacante (Canonicus tamen) non ſolũ habetur pro præſenti, & lucratur fructus in abſentia, ſed etiam diſtributiones, c. 2. nu. 359. & 360. p. 3. niſi ſit conſuetudo contraria, vt n. 361.*

*Vicarius Capituli Sede vacante debet eſſe Doctor, vel licentiatus, alias deputatio eſt nulla & deuoluitur ad Metropolitanum, cap. 7. num. 9. part. 5. & cenſuit congregatio Concilij, nu. 10. & 11. Quod male ſeruatur in Eccleſiis huius Regni, nu. 14. Quod intellige & declara, vt n. 12 & 13. & reprobatur conſuetudo aliquarum Eccleſiarum circa hoc, n. 15.*

*Vicarius Capituli Eccleſiæ Collegiatæ Sede vacante prælati, qui ordinariam & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habet, non debet neceſſario eſſe Doctor, aut Licentiatus, ca. 7. n. 20. p. 5.*

*In Vicarium a Capitulo Sede vacante electum, eo ipſo tranſit tota iuriſdictio Capituli competens, nec eſt neceſſarium ſpeciale mandatum, quo ad ea quæ ſine eo in vicarium Epiſcopi non tranſeunt, c. 7. num. 28. p. 5. quamuis antea non tranſiret in eum maior poteſtas, Sede vacante, quam in vicarium Epiſcopi, n. 29.*

*Vicarium Capituli cum non habeat iuriſdictionem aliunde, niſi ab ipſo Capitulo, Si Capitulum det ei limitatum mandatum reſeruando ſibi aliqua, non videtur poſſe exercere poteſtatem, in illis quæ ſibi Capitulum reſeruauit, cap. 7. numero 30. parte 5. Quamuis Hugolinus videatur ſentire contrarium, num. 31. Quem impugnat Suarez, nu. 32. & 33. Metropolitanus autem ob negligentiam Capituli, poterit dare illi iuriſdictionem in illis quæ ſibi Capitulum reſeruauit, n. 34.*

*Vicarius Capituli, Sede vacante, poterit conferre beneficium, ſi illud ex fundatione conferendum eſt certæ perſonæ, vel certo generi perſonarum, quamuis non ſit iuris patronatus, aut patronus non præſentaſſet in tempore, c. 7. n. 76. p. 5. & amplia, vt n. 77.*

*Vicarius Generalis dicitur is tantum qui in ſpiritualibus & temporalibus eſt creatus, cap. 8. num. 120. & 121. pa. 5. Author tamen ſufficere eſſe ſolum in ſpiritualibus creatum verius exiſtimat, num. 122. & ſeq. contra Bonifacium & Panium, num. 124. & ſufficere eſſe Vicarium generalem certi loci, vt poſſit ei commiſti facultas, conferendi beneficia illius loci, n. 125.*

*Vicarius generalis poſitus, in oppido Dioeceſis, tunc tantum eſſet principalis, quando in ciuitate non eſt alius Vicarius Generalis, ſed eſt in illo oppido cauſa maioris commoditatis, c. 8. n. 39. p. 1.*

*Vicarius Generalis in his quæ requirunt ſpeciale mandatum, & ſpecialiter cõmittuntur erit delegatus, & ſic in eis ab eo appellabitur ad epiſcopũ, ſecus in his quæ veniunt ex generali cõmiſſione, c. 8. nu. 40. p. 5. Quod intellige quando iſta ſeparatim committerentur, ſecus ſi ſimul cum iuriſdictione generali & ordinaria poteſtate, qui tunc in omnibus erit ordinarius, vt n. 41. & ſeqq. & amplia. vt n. 43. & 44.*

*Vicarius Generalis Epiſcopi in terminis Concilij Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. non poterit diſpenſare in irregularitatibus. & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, quamuis Epiſcopus poſſit illi committere eam facultatem etiam in genere, c. 8. n. 48. & 49. p. 4.*

# INDEX.


*Vicaria temporalis ſeu ad nutum amouibilis, non eſt beneficium.c.2.nu.93.p.1.& deciſio Rotæ,nu.94.*

*Videnda circa diſpenſationem illegitimorum,cap 2. num.70. part.7.*

*Viſitans, ſeu exercens iuriſdictionem imminentem ſuæ dignitati,vel Eccleſiæ, non lucratur diſtributiones, quando eſt abſens à ciuitate,ſeu loco Eccleſiæ,alias ſecus,c.2.nu. 336. p.3.& quid in Archidiacono viſitante,nu.338.*

*Vitare non tenemur hodie etiam ſeclusa conſuetudine,clericos concubinarios,ſeu fornicarios notorios,per ſententiam, aut confeſſionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, & notorietatem facti, niſi per iudicem fuiſſent publicati, & denuntiati, ex extrauagante ad euitanda ſcandala relata per citatos,c.14.nu.36.p.7. quæ etiam hoc caſu procedet,& eſt ſeruanda,nu.37.quod procedit etiam in concubinarijs notorijs notorietate facti,num. 38, quamuis in hoc contrarium tenant Coſmas,& alij, exceptione de notorio excommunicato poſita in d. extrauagante iuxta l terarum Concilij Baſilienſ.nu.39. quam exceptionem habere etiam locum,& extendi paritate rationis ad ſuſpenſos, & interdictos,ita notorios tenet Coſmas,& alij,nu,40.*

*Vitare ſolum hodie tenemur excommunicatos in duobus caſibus.ſcilicet quando eſt notorius clerici percuſſor, aut publice denuntiatus ſpecialiter,& expreſſe,cap,14.nu.45.p.7, quod non ſolum procedit in excommunicato generaliter à iure,vel ab homine, ſed etiam in excommunicato ab homine ſpecialiter,& nominatim,nam etiam iſte non eſt euitandus,niſi ſit publicatus,& denuntiatus in Eccleſia,vel loco publico,num. 46.& ſequentibus,vbi rectè expenditur,& inducitur dicta extrauagans, quamuis contrarium teneant Pal.& alij,nu.49. & 50. & quid ſeruetur in Epiſcopatu Abulenſi nu.51.*

*Vita quoque, ac morum honeſtas in promouendo ad beneficiũ neceſſaria eſt,cap.8.num.1.part. 7. & oportet promouendum,cuius opinio in nullo vacillare debet, nulla nata vel infamia reſperſum eſſe:nam notatis,& infamibus porta dignitatum patere non debent,nu.3.accipitur dignitas in propoſito pro quolibet beneficio,nu. 3. & ſemper infamia impedit habere beneficium,nu.4.& omnis infamis tam de iure,quam de facto repellitur à promotione,nu.5.*

*Vitium qui patitur, ſeu defectum corporis celebrationem impediens tantũ,vel caret vſu oculi canonis vel pollice, &c. eſto ob id impediatur à ſacerdotio ſuſcipiendo, an poſſit nihilominus promoueri ad diaconatum,& alios inferiores ordines, ad quorum actuum executionem non habet impedimentum,c.12.à nu.22 p.7.reſolnitur negatiue,& nu.30. ponitur deciſio Rotæ.*

*Vitium ſeu defectus corporis abſque culpa proueniens,impedimentum præſtans executioni alicuius actus,ſeu officij ordinis propter impotentiam.ſeu debilitatem, vel inſignem deformitatem, licet quoad ordines ſuſcipiendos abſolute irregularitatem inducat,tamen quantum ad ſuſceptos non reddit quem ex toto irregularem,ſed ſolum quoad illum actum, ſeu officium ordinis,ad quem eſt inhabilis,cap.12.num.18. p.7.& ſic qui ſine ſua culpa incidit in irregularitatem, quæ naſcitur ex defectu ad vſum vnius ordinis, & non alij iam ſuſcepti, poteſt dari beneficium non requirens maiorem vſum,nu.19.*

*Vnio ad vitam inducit incompatibilitatem, ſaltim hodie ex Concilio Trid.quamuis antea ſecus eſſet,ſicut in commenda ad vitam,cap.5.§.2.n.119.p,11. & ſic habens in aliqua Eccleſia dignitatem ad ſui vitam erectam,cui pro eius dote portio d.Eccleſiæ eſt vnita, non poteſt iam obtinere aliam portionem,ſeu prabendam eiuſdem Eccleſiæ, nec in ea coadiutor deputari ſine ſpeciali diſpenſatione Apoſtolica, quæ tamen vix concedetur,numer. 220.*

*Vnionem alleganti eſſe factam ſecundum Felin.& Rebuf.ſufficit ad eam probandam probare poſſeſſionem 40.annorum cum fama tituli ex doctrina Bartoli in l. Celſus de vſucapionib.violentis quod ſufficiat probare titulum ad vſucapionem publica forma,c.2.§.3.nu,244.Sed id videtur falſum nec doctrina Bartoli videtur vera,& c.num. 245.& quamuis Rota ſecuta ſit dictam doctrinam Felini in vna Alexandrina,vt in reſolutionibus adductis,numer. 246, tamen videntur poſtea reuocata, vt in reſolutione adducta num.247.*

*Vnio alia eſt perpetua,alia temporalis,ſeu ad vitam illius, cui conceditur,c.2,nu.9.p,12.*

*Vnionem an hodie poſſit Epiſcopus facere ſine conſenſu capituli,ex Concilio Trid.ſeſſ.21.c.5. vbi datur Epiſcopis facultas vniendi,etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, c. 2.§.2.à nu.157.p. 12. Reſoluitur negatiue ex illis verbis iuxta formam iuris contra Nauarr.& Zerolam ex S. Congregatione,cuius declaratio adducitur,& numero 160.adducitur reſolutio Rotæ, vltra quod illud Decretum procedit ſolum in vnionibus beneficiorum cum curatis, &c. nu. 161. at vbi extat conſuetudo in contrarium, non videtur conſenſus capituli neceſſarius etiam in terminis d. Decreti, num.162.*

*Vnio,an ſit acceſſorie,vel æque principaliter, colligendum eſt ex verbis ipſius vnionis,&c.cap.1.nu.55.par.12. & aliàs quomodo id cognoſcatur,nu.56.*

*Vnionem Apoſtolicam vitiat ipſo iure ſurreptio cap. 2. §. 1, num.117.& ſequentibus,par.12. vbi adducuntur reſolutiones Rotæ.*

*Vnionis cauſæ ex quibus ab ordinarijs debeant fieri, ad duas reducuntur,ſcilicet ad euidentem neceſſitatem,vel vtilitatem,c.2.§.1.nu.108.par.12.& plures adducuntur cauſæ à citatis.nu.109.*

*Vnionis cauſæ non præſumuntur veræ,etiamſi ordinarius, vel legatus eas inſerat in vnione & aſſerat eſſe veras, ſed in animas ſe vnione tenetur illas probare,c.2.§.1.n.120. p. 12. Sed ſi ordinarius,vel legatus in vnione enuntiet adhibuiſſe cauſæ cognitionem,& ſolemnitates requiſitas, & reperiſſe cauſas eſſe veras,videtur ſtandum eius aſſertioni, & præſumendum eſſe pro vnione, donec contrarium probetur, etiamſi proceſſerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat qui deberet vocari,n.121. quamuis contradicat præſticabilia,Rotæ,n.122.ratio ponitur,n.123.*

*Vnio de beneficijs etiam certis per receſſum, vel deceſſum facta,non videtur habere locum in beneficijs reſignatis in fauorem,ſed intelligi de ceſſu ſimplici, niſi diceretur per ceſſum,etiam in fauorem.c.4.n.39.p.11. Nam beneficia reſignata ex cauſa permutationis,ſeu in fauorem, non dicuntur vacare ad effectum,vt alteri conferri poſſint, &c. nu, 40.Sed verius eſt non valere talium beneficiorum reſignationem in fauorem, ſeu ex cauſa permutationis, niſi facta mentione,& ſuſpenſione vnionis n.41.& ſequenti,vbi ponitur deciſio Rotæ,& ſi facta eſſet ſcienter, intraret ſtatim vnio,num.43.*

*Vnio de beneficio primo vacaturo non capit beneficium reſignatum,ex cauſa permutationis,ſeu in fauorem,c.4. num. 38 par.11.*

*Vnio de beneficio non vacante non impedit eius vacationem pro prima vice,immo vt vnio intret,& habeat effectum, requiritur vacatio illius,cap.2.§.1.num.97.par. 12. vnio enim iſta non fit,vt ex tunc,ſed in futurum cum vacauerit, numero 98.& ſequenti, vbi adducitur declaratio S. Congregationis.*

*Vnionis diffinitio,c.2.nu.3.p.12.*

# INDEX.


*Vnionis effectum non impedit reseruatio, nec suspendet in terminis Concilij Trid. sess. 21. cap. 5. & sess. 23 c. 18 & sess. 24. c. 15. de refor. ex illis decretis, c. c. 2. §. 1. n. 100. & seq. p. 12. vbi adducitur resolutio Rotæ, quod solum habet locũ in vnionibus facilis ante vacationem, alias non valent vniones de beneficijs reseruatis facta virtute illorum Decretorũ c. 18. & 15. ex S. Congregatione, vt in declarationibus positis, n. 102. consonat Concil. Bonon. adductum, n. 103. Nec obstant aliæ declarationes adductæ, n. 104. quia intelligũtur vt in nu. 105. & seqq.*

*Vnionis effectum impedit reseruatio superueniens, & illam suspendit, donec reseruatio cesset, ex quo fit motu proprio, quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad instãtiam partis, non facta mentione, seu suspensione vnionis, c. 2. §. 1. num. 94. part. 12. quamuis contra teneat Felin. dicens vnionis effectum non suspendi per reseruationem superuenientem, &c. num. 95. & quamuis Rebuff. dicat reseruationem generalem non impedire vnionem, quia beneficium per unionem dicitur suppressum, ob id non dicitur amplius vacare. n. 96.*

*Vnio etiam Apostolica facta ex falsa causa est nulla, cap. 2. §. 1. n. 115. p. 12. etiamsi facta sit motu proprio, n. 116.*

*Vnionis faciendæ facultas restringitur a Concilio Trident. in aliquibus casibus. Primo in terminis, c. 9 sess. 14. de reform. vt beneficia vnius diœcesis non vniantur beneficijs, seu locis alterius, c. 2. §. 1. n. 85. p. 12. Secundo in terminis c. 13. sess. 24. vt beneficia curata non vniantur monasterijs, dignitatibus, prabendis, seu alijs beneficijs simplicibus, &c. nu. 86. quo Decreto non solum vnio parochialis prohibita, sed etiam partis fructuum, ex S. Congregatione, sicut in terminis c. 16. sess. 25. de reform. beneficia curata in simplex conuerti non possunt, etiam pro parte fructuum, vt in declarationibus positis n. 87. & notatur error Gonçalez n. 88. Tertio restringuitur in terminis c. 18. sess. 23. & c. 15. sess. 14. de reform. ad beneficia simplicia, & sic d. cap. 15. non non comprehendit dignitates ex S. Congregatio. numero 89. Quarto in terminis cap. 9. sessione 25. vt beneficia liberæ non possint vnirj beneficijs, vel hospitalibus iurispatronatus, n. 90.*

*Vnio facta æque principaliter nihil aliud operatur, nisi vt rector vnius sit rector alterius, vtrumque tamen beneficium manet sicut erat, & qualibet Ecclesia in suo statu, & honore remanet, & proprios reditus agnoscit, & gaudet suis priuilegijs, c. 2. nu. 37. p. 12. Quod procedit etiam quando vnio accessorie facta est ad tempus, seu vitam, nam non est extinctiua tituli, nec vera, & propria vnio, sed magis quadam palliata dispensatio. &c. num. 38. & sic hodie vnio ad vitam indicit incompatibilitatem nu. 39. & obtinens canonicatum, cui sit vnita parochialis ad vitam, debet in parochiali residere, & non in canonicatu.*

*Vnio facta ex causa onerosa, & in recompensa, non reuocatur per regulam Cancellariæ cap. 2. §. 3. nu. 297. p. 12. & facit quod videtur tenere Mandosius regulam illam non habere locum in vnione facta ex causa remuneratoria obseruatiue, seu merita extraordinaria, num. 298. quamuis in vnione facta cum clausula in vim contractus habere locum alias Rota resolverit, n. 299.*

*Vnio facta pauperis Ecclesiæ non dissoluitur, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, tribuit tamen talis restauratio iustã causam dissolutionis, c. 2. §. ... n. 306. p. 12.*

*Vnio facta per ordinarium sine causa, vel ex causa falsa, etiã seruata iuris forma, est nulla ipso iure, c. 2. §. 1. nu. 113. p. 12. quicquid in facta ex falsa dicant citati, nu. 114.*

*Vnio facta semel bene, seminario actu erecto, & habenti scholares, an si postea illi desinant ibi esse ad tempus, vt reddatus insumatur in fabricam, seu reparationem domus, vel alia de causa expiret vnio beneficiorum, cap. 2. §. 2. nu. 197. part. 12. Resolnitur non expirare, in odium tamen Episcopi tollentis scholares a Seminario, licet ad tempus forte impetrarentur, & concederentur beneficia, illi vnita a Papa dissoluente vnionem, num. 200. & si esset pensio reseruata seminario, licet tunc non expiraret, non posset exigi pro illis annis, nu. 201.*

*Vnio facta seminario vt valeat requiritur etiam quod sit actu erectum, & habeat actu scholares, & magistros, ex S. Congregatione, cuius declarationes ponuntur, cap. 2. §. 2. num. 193. & sequenti p. 12. & adducuntur resolutiones Rotæ, n. 195. & seq.*

*Vnio fit quinque modis, quos ponunt relati, c. 2. n. 5. p. 12. primo quoad spiritualem communicationem tantum, sed ista non est vnio proprie; secundo, cum vna Ecclesia subijcitur alteri; tertio vt neutraliter subijciatur. sed æque principaliter; quarto cum ex duabus fit vna, quinto cum vna ecclesia erigitur in cathedralem vniendo illam alteri, vt idem sit Episcopus vtriusque quæ reducitur ad tertium modum, n. 6*

*Vnionem ille potest dissoluere, qui potuit illam facere, c. 2. §. 3. n. 302 p. 12. & potest Episcopus non solum vnionem a se factam, sed etiam a Papa, vel legato reuocare causa subsistente, nisi facta sit a Papa ex plenitudine potestatis, secundum P. de Pers. n. 303. & 304.*

*Vnio ita demum est nulla, ex defectu consensus capituli, si hoc dicat capitulum, in cuius fauorem fuit introducta ista solẽnitas, alias non, exemplo alienationis rei Ecclesiæ, quæ est nulla, si placet Ecclesiæ, &c. secundum Rotam in una Segobien. c. 2 §. 2. num. 163. p. 12. Sed non placet, nam consensus capituli [redacted] vnione non tã fuit introductus in eius fauorem, quam pro forma, & solemnitate, &c. num. 64. & adducitur resolutio Rotæ, num. 165. & sic vnio facta sine consensu capituli erit nulla, etiam capitulo non dicente, nec allegante: & ista nullitas poterit opponi a quocumque cuius interest, num. 166. & de alienatione rei Ecclesiæ est diuersa ratio, quia eius nullitas est in fauorem ipsius ecclesiæ, &c. n. 167.*

*Vmo magis concernit iustitiam, quam gratiam, & cum causa præsertim necessitatis tenetur Episcopus eam facere, & si recusaret, posset adiri superior, c. 2. §. 1. n. 110. p. 12. & similiter si capitulum nollet consentire, recurrendum est ad superiorem, & posset compelli, si iusta causa subesset, nu. 111. In terminis autem Concilij Trident. sessione 24. c. 15. de reform. potest Episcopus, sed non tenetur, nec metropolitanus potest supplere, ex S. Congregatione, nu. 112.*

*Vniones non potest facere inferior Episcopo, etiamsi habeat facultatem conferendi, nisi hoc ei competat ex priuilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo aut nisi haberet iurisdictionem Episcopalem c. 2. num. 71. & 72. p. 12. possent etiam inferiores Episcopo facere vnionem stante consuetudine propria sicuti præscripta, licet non immemoriali, num. 73. & pro prædictis facit declaratio S. Congregationis adducta, num. 74. nec obstant aliæ declarationes adductæ numero 75. quibus respondetur numero 76.*

*Vnio non præsumitur, sed probari debet ab eo qui factam asserit, cum vnire sit quid facti, & odiosum, cap. 2. §. 3. nu. 224. parte 12. & reprobatur Menoch. id declarans, vt non procedat, quando asseritur facta vnio duarum Ecclesiarum, de quarum paupertate, & inopia apparet, nam tunc facta præsumitur, quod est sine fundamento, nec Felin. quem citat id dicit, sed solum quod est coniectura, &c. num. 225.*

*Vnio omnia emolumenta beneficij vniti transfert in Ecclesiam,*

# INDEX.


*ſium, cui facta eſt vnio, & ad eam pertinent cap. 2. num. 34. part. 12.*

*Vnionem poteſt Epiſcopus facere cum onere legendi, cap 2. §. 1. nu. 82. p. 12. non tamen poteſt facere vniones ad tempus, ſeu ad vitam, ſed ſolus Papa, n. 83. & ſic c. 15. ſeſſ. 24. de reform. non habet locum in ſuppreſſionibus ad tempus, ſed perpetuis, ex S. Congregatione, n, 84.*

*Vniones poteſt Epiſcopus facere, etiam monaſterijs & locis religioſorum, c. 2. §. 1. n. 77. etiamſi religioſi, & monaſteria ſint exempta, n. 78. ac fabricæ Eccleſiæ etiam cathedralis, num. 79. Nec obſtat declaratio adducta nu. 80. cui reſpondetur, num. 81. & comprobatur ex alia declaratione adducta, n. 82.*

*Vnio poteſt fieri per Epiſcopum abſque capitulo, vbi extat cõſuetudo in contrarium, cap. 2. §. 2 nu. 125. p. 12. licet gloſſa in Clementina ſi vna, & alij citati, teneant non valere conſuetudinem contrariam, nu. 153. & reſpondetur verbis d. Clementinæ, n. 154. debebit tamen eſſe conſuetudo immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, nu. 155. niſi ſimus in conſuetudine generali, quæ conſuetudo eſſet propria, & non præſcriptio, tunc enim ſufficeret ſolum tempus 40. annorum, quæ conſuetudo in his Regnis eſſe videtur, n. 156.*

*Vnio probanda eſt per inſtrumentum, ſeu literas ipſius vnionis, cap. 2. §. 3. n. 226. & ſequenti, vbi quod requiritur ſcriptura, nec ſufficiunt teſtes ex Rota, contra Caccialupum, et Zerolam relatos, n. 226.*

*Vnio probatur ex diuturnitate temporis c. 2. §. 3. n. 229. par. 12. ſed quod tempus requiratur reſoluitur contra aliquos relatos requirt tempus immemoriale, vel quadragenarium cum titulo putatiuo dante cauſam præſcribendi, n. 230. & ſequ. & in probanda d. immemoriali debet probari, quod beneficium ſemper eſt tanquam vnitum poſſeſſum, & debet eſſe probatio 40. annorum de viſu, n. 232. quod probatur ex iuribus, & ratione adductis, n. 233. & ita tenet Rota, vt in reſolutionibus adductis, nu. 234. & in deciſionib. poſitis a n. 235. & in reſolutione adducta, n. 238. quod ſolum videtur procedere in vnione acceſſoria, & extinctiua tituli, ſecus in vnione æque principaliter, in qua quodlibet beneficium remanet in ſuo ſtatu, & retinet nomen, & iura ſua, & ſolum agitur, vt vnus ſit rector vtriuſque. & ſic nõ ita reſiſtit ius commune; vnde in ea non erit neceſſaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo. ſed ſufficiet quadragenaria ſine titulo cum bona fide. vt videtur velle Rota in deciſionibus poſitis a nu. 239. pro quibus facit declaratio S. Congregationis adducta, n. 143.*

*Vnio probatur etiam ex verbis enuntiatiuis plurium inſtrumentorum antiquorum, in quibus beneficia tanquam vnita enumerentur, c. 2. §. 3. n. 248. p. 12. nam verba enuntiatiua plurium inſtrumentorum antiquorum habent vim famæ, n. 249. & fama in antiquis bene probat, etiam quod agatur de graui præiudicio, dummodo ſit vniformis, & ſolida, ac conſtans, & illæſa, &c num. 250. & 251. & quod verba enuntiatiua inſtrumentorum antiquorum probent tradunt citati, n. 252. & adducitur reſolutio Rotæ, n. 253.*

*Vnionem probari ex enuntiatiuis inſtrumentorum antiquorũ, id intelligendum eſt concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione ipſius vnionis non alias, c. 2 §. 3. n. 269 p. 12. & facit doctrina Aymon. & aliorum. quod licet alias in antiquis probationes leuiores, ſeu præſumptiuæ. & coniecturales admittantur, hoc tamen non habet locum contra poſſeſſorem, cõtra quem actor debet pleniſſime probare, non obſtante temporis antiquitate, n. 270. quamuis idem Aymon. alias tenet ſufficere probationes leuiores per iudicium, & coniecturas in antiquis, etiam contra poſſeſſorem qui nondum præſcripſit n. 271. Quæ ſententia non placet, & ſolum poſſet procedere, quando præſens ſtatus & poſſeſſio illius, contra quẽ agitur, non repugnaret illis indicijs, & coniecturis, ſeu intẽtioni agentis, aut quando ageretur de recuperanda re amiſſa, de qua amiſſione alias conſtaret, n. 272.*

*Vnio probatur etiam per confeſſionem partis aduerſæ, ca. 2. §. 3. n. 273 p. 12. Sed obijcitur, quod titulus beneficij non probatur per confeſſionem aduerſarij, licet ex ea poſſit inſtificari, & coadiuuari, nu. 274. & quod ius patronatus non probatur ex ſola confeſſione aduerſarij. vt S. Congregatio cenſuit in declaratione adducta num. 275. & ſic predicta ſententia non videtur vera, niſi concurrentibus adminiculis & coniecturis, vt in ſimili de iure patronatus tenuit Rota in deciſione poſita, num. 278. & alijs ibi allegatis, &c. n. 279. iuxta quas deciſiones ita demum ex confeſſione partis aduerſæ, concurrentibus etiam adminiculis, probabitur vnio, ſi non agatur ad illius canonizationem, alias id non ſufficeret, vt dicitur de iure patronatus, quamuis confeſſio etiam ſola non reuocata actoris prætendentis beneficium, tanquam non vitium ſufficeret ad imponendum ei ſilentiũ, num. 280.*

*Vnio quando dicatur ſortita effectum, quod eſt vtile ad regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionum, & ad Decretum Concilij Trid. ſeſſ. 7. cap 6. & ſeſſ. 25. cap. 9. reſoluitur dici ſortitum effectum ſi ſecuta ſit poſſeſſio, non alias c. 2. § 3. n. 281. p. 12. & ſic non ſubſecuta poſſeſſione, ante dictam regulam reuocatoriam ſuperuenientem, vnio per eam reuocatur, & ſuccedente vacatione poteſt de beneficio tanquam verè vacante legitime prouideri, niſi vnio ſit facta pro dote neceſſaria, n. 282. & ſequenti, vbi ponuntur reſolutiones Rotæ, & num. 289. ponitur deciſio eiuſdem, & refertur quod tradit Gonçalez.*

*Vnio quando fit, vt ex duobus beneficijs, ſeu Eccleſijs vnum fiat, operatur vt conſuetudo, & priuilegia data alteri cõpetant, & ſi ſunt contraria, meliora, & fauorabilia conſeruabuntur, p. 12. c. 2. nu. 10. p. 12. Operatur etiam quod canonici qui ſunt in vna Eccleſia ſint in alia, & faciant vnum corpus, num. 11.*

*Vnio reuocari poteſt ceſſante cauſa, propter quam facta eſt, vel alias ex cauſa neceſſitatis, & vtilitatis eccleſiæ, vel quia redundat in eius damnum, c. 2. §. 3. nu. 305. p. 12.*

*Vnionis reuocatio operatur, quod Eccleſia vnita remaneat in in ſtatu antiquo, & ſicut erat ante vnionem, paragr. 3. num. 309.*

*Vnio ſi facta ſit ab Epiſcopo ipſi capitulo, non valet, cum quis non poſſit authorizare in facto proprio, iuxta Clement. ſi vna § fin. de rebus Eccleſ. quæ eſt iuris antiqui declaratiua, contra Oldrad. & ideo requiritur authoritas Papæ, cap. 2. §. 2. num. 168. p. 12.*

*Vnio tribus modis potiſſimum fit. Primò, vt ex duobus beneficijs, ſeu Eccleſijs vnum fiat: ſecundo vt vna Eccleſia alteri ſubijciatur, ſeu vnius beneficij alteri acceſſoriè: tertio, duorum beneficiorum, ſeu Eccleſiarum inuicem æquè principaliter, c. 2. nu. 7. p. 12. & quando duæ Eccleſiæ cathedrales vniuntur, vtraq; æquè principaliter cenſetur vnita, &c, & idem quando duæ parochiales vniuntur, num. 8.*

*Vnio vnius beneficij facta alteri acceſſoriè, operatur extinctionem, & ſuppreſſionem nominis, & tituli beneficij vniti, ita vt amplius beneficium dici non poſſit, ſed indicatur, vt prædium eius, cui fit vnio, par. 12. cap. 2. num. 12. & ſequenti vbi adducitur reſolutio Rotæ, & ſic vnum tantum eſt beneficium, nam vnum omnino transfertur in aliud beneficium, & cum titulo illius cui facta eſt vnio, confunditur, & efficitur vna maſſa, ſeu vnum corpus, num. 14. & non datur vacatio beneficij uniti, num. 15. & non ſolum nomen, ſed etiam titulus beneficij extinguitur contra Pet. Gregor.*

num. 19.

# INDEX.


*Vnionis effectum non impedit reseruatio, nec suspendet in terminis Concilij Trid. sess. 21. c. 5. & sess. 23 c. 18 & sess. 24. c. 15. de refor. ex illis decretis, c. c. 2. §. 1. n. 100. & seq. p. 12. vbi adducitur resolutio Rotæ, quod solum habet locũ in vnionibus factis ante vacationem, alias non valent vniones de beneficijs reseruatis facta virtute illorum Decretorũ c. 18. & 15. ex S. Congregatione, vt in declarationibus positis, n. 102. consonat Concil. Bonon. adductum, n. 103. Nec obstant aliæ declarationes adductæ, n. 104. quia intelligũtur vt in nu. 105. & seqq.*

*Vnionis effectum impedit reseruatio superueniens, & illam suspendit, donec reseruatio cesset, ex quo fit motu proprio, quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad instãtiam partis, non facta mentione, seu suspensione vnionis, c. 2. §. 1. num. 94. part. 12. quamuis contra teneat Felin. dicens vnionis effectum non suspendi per reseruationem superuenientem, &c. num. 95. & quamuis Rebuff. dicat reseruationem generalem non impedire vnionem, quia beneficium per vnionem dicitur suppressum, ob id non dicitur amplius vacare. n. 96.*

*Vnio etiam Apostolica facta ex falsa causa est nulla, cap. 2. §. 1. n. 115. p. 12. etiamsi facta sit motu proprio, n. 116.*

*Vnionis faciendæ facultas restringitur a Concilio Trident. in aliquibus casibus. Primo in terminis, c. 9 sess. 14. de reform. vt beneficia vnius diœcesis non vniantur beneficijs, seu locis alterius, c. 2. §. 1. n. 85. p. 12. Secundo in terminis c. 13. sess. 24. vt beneficia curata non vniantur monasterijs, dignitatibus, præbendis, seu alijs beneficijs simplicibus, &c. nu. 86. quo Decreto non solum vnio parochialis prohibita, sed etiam partis fructuum, ex S. Congregatione, sicut in terminis c. 16. sess. 25. de reform. beneficia curata in simplex conuerti non possunt, etiam pro parte fructuum, vt in declarationibus positis n. 87. & notatur error Goncalez n. 88. Tertio restringuntur in terminis c. 18. sess. 23. & c. 15. sess. 14. de reform. ad beneficia simplicia, & sic d. cap. 15. non non comprehendit dignitates ex S. Congregatio. numero 89. Quarto in terminis cap. 9. sessione 25. vt beneficia liberanon possint vniri beneficijs, vel hospitalibus iurispatronatus, n. 90.*

*Vnio facta æque principaliter nihil aliud operatur, nisi vt rector vnius sit rector alterius, vtrumque tamen beneficium manet sicut erat, & qualibet Eccl. sia in suo statu, & honore remanet, & proprios redditus agnoscit, & gaudet suis priuilegijs, c. 2. nu. 37. p. 12. Quod procedit etiam quando vnio accessorie facta est ad tempus, seu vitam, nam non est extinctiua tituli, nec vera, & propria vnio, sed magis quadam palliata vnitio. &c. num. 38. & sic hodie vnio ad vitam inducit incompatibilitatem nu. 39. & obtinens canonicatum, cui sit vnita parochialis ad vitam, debet in parochiali residere, & non in canonicatu.*

*Vnio facta ex causa onerosa, & in recompensa, non reuocatur per regulam Cancellariæ cap. 2. §. 3. nu. 297 p. 12. & facit quod videtur tenere Mandosius regulam illam non habere locum in vnione facta ex causa remuneratoria obseruatiue, seu merita extraordinaria, num. 298. quamuis in vnione facta cum clausula in vim contractus habere locum alias Rota resolucrit, n 299.*

*Vnio facta pauperis Ecclesiæ non dissoluitur, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, tribuit tamen talis restauratio iustã causam dissolutionis, c. 2. §. n. 306. p. 12.*

*Vnio facta per ordinarium sine causa, vel ex causa falsa, etiã seruata iuris forma, est nulla ipso iure, c. 2. §. 1. nu. 113. p. 12. quicquid in facta ex falsa dicant citati, nu. 114.*

*Vnio facta sumet bene, seminario actu erecto, & habenti sibotares, an si postea illi desinant ibi esse ad tempus, vt reddatus insumatur in fabricam, seu reparationem domus, vel alia de causa expiret vnio beneficiorum, cap. 2. §. 2. nu. 197. part. 12. Resoluitur non expirare, in odium tamen Episcopi tollentis scholares a Seminario, licet ad tempus forte impetrarentur, & concederentur beneficia, illi vnita a Papa dissoluente vnionem, num. 200. & si esset pensio reseruata seminario, licet tunc non expiraret, non posset exigi pro illis annis, nu. 201.*

*Vnio facta seminario vt valeat requiritur etiam quod sit actu erectum, & habeat actu scholares, & magistros, ex S. Congregatione, cuius declarationes ponuntur, cap. 2. §. 2. num. 193. & sequenti p. 12. & adducuntur resolutiones Rotæ, n. 195. & seq.*

*Vnio fit quinque modis, quos ponunt relati. c. 2. n. 5. p. 12. primo quoad spiritualem communicationem tantum, sed ista non est vnio proprie; secundo, cum vna Ecclesia subijcitur alteri; tertio vt neutraliter subijciatur. sed æque principaliter; quarto cum ex duabus fit vna, quinto cum vna ecclesia erigitur in cathedralem vniendo illam alteri, vt idem sit Episcopus vtriusque quæ reducitur ad tertium modum, n. 6*

*Vnionem ille potest dissoluere, qui potuit illam facere, c. 2. §. 3. n. 302 p. 12. & potest Episcopus non solum vnionem a se factam, sed etiam a Papa, vel legato reuocare causa subsistente, nisi facta sit a Papa ex plenitudine potestatis, secundum P. de Pers. n. 303. & 304.*

*Vnio ita demum est nulla, ex defectu consensus capituli, si hoc dicat capitulum, in cuius fauorem fuit introducta ista solẽnitas, alias non, exemplo alienationis rei Ecclesiæ, quæ est nulla, si placet Ecclesiæ, &c. secundum Rotam in una Segobien. c. 2 §. 2. num. 163. p. 12. Sed non placet, nam consensus capituli in vnione non tã fuit introductus in eius fauorem, quam pro forma, & solemnitate, &c. num. 64. & adducitur resolutio Rotæ, num. 165. & sic vnio facta sine consensu capituli erit nulla, etiam capitulo non dicente, nec allegante: & ista nullitas poterit opponi a quocumque cuius interest, num. 166. & de alienatione rei Ecclesiæ est diuersa ratio, quia eius nullitas est in fauorem ipsius ecclesiæ, &c. n. 167.*

*Vnio magis concernit iustitiam, quam gratiam, & cum causa præsertim necessitatis tenetur Episcopus eam facere, & si recusaret, posset adiri superior, c. 2. §. 1. n. 110. p. 12. & similiter si capitulum nollet consentire, recurrendum est ad superiorem, & posset compelli, si iusta causa subesset, nu. 111. In terminis autem Concilij Trident. sessione 24. c. 15. de reform. potest Episcopus, sed non tenetur, nec metropolitanus potest supplere, ex S. Congregatione, nu. 112.*

*Vniones non potest facere inferior Episcopo, etiamsi habeat facultatem conferendi, nisi hoc ei competat ex priuilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo aut nisi haberet iurisdictionem Episcopalem c. 2. num. 71. & 72 p. 12. possent etiam inferiores Episcopo facere vnionem stante consuetudine propria sumpta præscripta, licet non immemoriali, num. 73. & pro prædictis facit declaratio S. Congregationis adducta, num. 74. nec obstant aliæ declarationes adductæ numero 75. quibus respondetur numero 76.*

*Vnio non præsumitur, sed probari debet ab eo qui factam asserit, cum vnire sit quid facti, & odiosum, cap. 2. §. 3. nu. 224. parte 12. & reprobatur Menoch. id declarans, vt non procedat, quando asseritur facta vnio duarum Ecclesiarum, de quarum paupertate, & inopia apparet, nam tunc facta præsumitur, quod est sine fundamento, nec Felin. quem citat id dicit, sed solum quod est coniectura, &c. num. 225.*

*Vnio omnia emolumenta beneficij vniti transfert in Ecclesiam,*

# INDEX.


*ſium, cui facta eſt vnio, & ad eam pertinent cap. 2. num. 34. part. 12.*

*Vnionem poteſt Epiſcopus facere cum onere legendi, cap 2. §. 1. nu. 82. p. 12. non tamen poteſt facere vniones ad tempus, ſeu ad vitam, ſed ſolus Papa, n. 83. & ſic c. 15. ſeſſ. 24. de reform. non habet locum in ſuppreſſionibus ad tempus, ſed perpetuis, ex S. Congregatione, n. 84.*

*Vniones poteſt Epiſcopus facere, etiam monaſteriis & locis religioſorum, c. 2. §. 1. n. 77. etiamſi religioſi, & monaſteria ſint exempta, n. 78. ac fabricæ Eccleſiæ etiam cathedralis, num. 79. Nec obſtat declaratio adducta nu. 80. cui reſpondetur, num. 81. & comprobatur ex alia declaratione adducta, n. 82.*

*Vnio poteſt fieri per Epiſcopum abſque capitulo, vbi extat cõſuetudo in contrarium, cap. 2. §. 2 nu. 125. p. 12. licet gloſſa in Clementina ſi vna, & alii citati, teneant non valere conſuetudinem contrariam, nu. 153. & reſpondetur verbis d. Clementinæ. n. 154. debebit tamen eſſe conſuetudo immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, nu. 155. niſi ſimus in conſuetudine generali, quæ conſuetudo eſſet propria, & non præſcriptio, tunc enim ſufficeret ſolum tempus 40. annorum, quæ conſuetudo in his Regnis eſſe videtur, n. 156.*

*Vnio probanda eſt per inſtrumentum, ſeu literas ipſius vnionis, cap. 2. §. 3 n. 226. & ſequenti, vbi quod requiritur ſcriptura, nec ſufficiunt teſtes ex Rota, contra Caccialupum, et Zerolam relatos, n. 226.*

*Vnio probatur ex diuturnitate temporis c. 2. §. 3. n. 229. par. 12. ſed quod tempus requiratur reſoluitur contra aliquos relatos requiri tempus immemoriale, vel quadragenarium cum titulo putatiuo dante cauſam præſcribendi, n. 230. & ſequ. & in probanda d. immemoriali debet probari, quod beneficium ſemper eſt tanquam vnitum poſſeſſum, & debet eſſe probatio 40. annorum de viſu, n. 232. quod probatur ex iuribus, & ratione adductis, n. 233. & ita tenet Rota, vt in reſolutionibus adductis, nu. 234. & in deciſionib. poſitis a n. 235. & in reſolutione adducta, n. 238. quod ſolum videtur procedere in vnione acceſſoria, & extinctiua tituli, ſecus in vnione æque principaliter, in qua quodlibet beneficium remanet in ſuo ſtatu, & retinet nomen, & iura ſua, & ſolum agitur, vt vnus ſit rector vtriuſque. & ſic nõ ita reſiſtit ius commune; vnde in ea non erit neceſſaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo ſed ſufficiet quadragenaria ſine titulo cum bona fide. vt videtur velle Rota in deciſionibus poſitis a nu. 239. pro quibus facit declaratio S. Congregationis adducta, n. 143.*

*Vnio probatur etiam ex verbis enuntiatiuis plurium inſtrumentorum antiquorum, in quibus beneficia tanquam vnita enuntientur, c. 2. §. 3. n. 248. p. 12. nam verba enuntiatiua plurium inſtrumentorum antiquorum habent vim famæ, n. 249. & fama in antiquis bene probat, etiam quod agatur de graui præiudicio, dummodo ſit vniformis, & ſolida, ac conſtans, & illæſa, &c num. 250. & 251. & quod verba enuntiatiua inſtrumentorum antiquorum probent tradunt citati, n. 252. & adducitur reſolutio Rotæ, n. 253.*

*Vnionem probari ex enuntiatiuis inſtrumentorum antiquorũ, id intelligendum eſt concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione ipſius vnionis non alias, c. 2 §. 3. n. 269 p. 12. & facit doctrina Aymon. & aliorum, quod licet alias in antiquis probationes leniores, ſeu præſumptiuæ. & coniecturales admittantur, hoc tamen non habet locum contra poſſeſſorem, cõtra quem actor debet pleniſſime probare, non obſtante temporis antiquitate, n. 270. quamuis idem Aymon. alias tenet ſufficere probationes leniores per indicium, & coniecturas in antiquis, etiam contra poſſeſſorem qui nondum præſcripſit. n. 271. Quæ ſententia non placet, & ſolum poſſet procedere, quando præſens ſtatus & poſſeſſio illius, contra quẽ agitur, non repugnaret illis indicijs, & coniecturis, ſeu intẽtioni agentis, aut quando ageretur de recuperanda re amiſſa, de qua amiſſione alias conſtaret, n. 272.*

*Vnio probatur etiam per confeſſionem partis aduerſæ, ca. 2, §. 3. n. 273 p. 12. Sed obijcitur, quod titulus beneficij non probatur per confeſſionem aduerſarij, licet ex ea poſſit iuſtificari, & coadiuuari, nu. 274. & quod ius patronatus non probatur ex ſola confeſſione aduerſarij, vt S. Congregatio cenſuit in declaratione adducta num. 275. & ſic pradicta ſententia non videtur vera, niſi concurrentibus adminiculis & coniecturis, vt in ſimili de iure patronatus tenuit Rota in deciſione poſita, num. 278. & alijs ibi allegatis, &c. n. 279. iuxta quas deciſiones ita demum ex confeſſione partis aduerſæ, concurrentibus etiam adminiculis, probabitur vnio, ſi non agatur ad illius canonizationem, alias id non ſufficeret, vt dicitur de iure patronatus, quamuis confeſſio etiam ſola non reuocata actoris prætendentis beneficium, tanquam non vnitum ſufficeret ad imponendum ei ſilentiũ, num. 280.*

*Vnio quando dicatur ſortita effectum, quod eſt vtile ad regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionum, & ad Decretum Concilij Trid. ſeſſ. 7. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 9. reſoluitur dici ſortitum effectum ſi ſecuta ſit poſſeſſio, non alias c. 2. § 3. n. 281. p. 12. & ſic non ſubſecuta poſſeſſione, ante dictam regulam reuocatoriam ſuperuenientem, vnio per eam reuocatur, & ſuccedente vacatione poteſt de beneficio tanquam verè vacante legitime prouideri, niſi vnio ſit facta pro dote neceſſaria, n. 282. & ſequenti, vbi ponuntur reſolutiones Rotæ, & num. 289. ponitur deciſio eiuſdem, & refertur quod tradit Gonçalez.*

*Vnio quando fit, vt ex duobus beneficijs, ſeu Eccleſijs vnum fiat, operatur vt conſuetudo, & priuilegia data alteri cõpetant, & ſi ſunt contraria, meliora, & fauorabilia conſeruabuntur, p. 12. c. 2. nu. 10. p. 12. Operatur etiam quod canonici qui ſunt in vna Eccleſia ſint in alia, & faciant vnum corpus, num. 11.*

*Vnio reuocari poteſt ceſſante cauſa, propter quam facta eſt, vel alias ex cauſa neceſſitatis, & vtilitatis eccleſiæ, vel quia redundat in eius damnum, c. 2. §. 3. nu. 305. p. 12.*

*Vnionis reuocatio operatur, quod Eccleſia vnita remaneat in in ſtatu antiquo, & ſicut erat ante vnionem, paragr. 3. num. 309.*

*Vnio ſi facta ſit ab Epiſcopo ipſi capitulo, non valet, cum quis non poſſit authorizare in facto proprio, iuxta Clement. ſi vna § fin. de rebus Eccleſ. quæ eſt iuris antiqui declaratiua, contra Oldrad. & ideo requiritur authoritas Papæ, cap. 2. §. 2. num. 168. p. 12.*

*Vnio tribus modis potiſſimum fit. Primò, vt ex duobus beneficijs, ſeu Eccleſijs vnum fiat: ſecundo vt vna Eccleſia alteri ſubijciatur, ſeu vnius beneficij alteri acceſſorie: tertio, duorum beneficiorum, ſeu Eccleſiarum inuicem æquè principaliter, c. 2. nu. 7. p. 12. & quando duæ Eccleſiæ cathedrales vniuntur, vtraq; æquè principaliter cenſetur vnita, &c. & idem quando duæ parochiales vniuntur, num. 8.*

*Vnio vnius beneficij facta alteri acceſſorie, operatur extinctionem, & ſuppreſſionem nominis, & tituli beneficij vniti, ita vt amplius beneficium dici non poſſit, ſed iudicatur, vt prædium eius, cui fit vnio, par. 12. cap. 2. num. 12. & ſequenti vbi adducitur reſolutio Rotæ, & ſic vnum tantum eſt beneficium, nam vnum omnino transfertur in aliud beneficium, & cum titulo illius cui facta eſt vnio, confunditur, & efficitur vna maſſa, ſeu vnum corpus, num. 14. & non datur vacatio beneficij uniti, num. 15. & non ſolum nomen, ſed etiam titulus beneficij extinguitur contra Pet. Gregor.*

# INDEX


num.19. & attenditur, tantum qualitas, & natura beneficij, principalis, non autem annexi, numero 17. Nam vnitum assumit naturam, consuetudines, & priuilegia principalis num.8.

Vnio vt dicatur sortita effectum, quamuis Mandos. & Reta cum Calder. videantur velle fructus etiam esse percepios, id non videatur necessarium, sed statim ac possessio capta est, dici sortitum effectum, par.12.c.2.§.3.num.250. Et adducitur resolutio Rotæ, numero 291. Necest necessarium ad istum effectum, quod possessio sit pacifica, numero 262. Requiritur tamen præcise possessio, nec sufficit voluisse eam capere, & fecisse quantum in se fuit non potuisse habere, num.293.

Vnio vt reuocetur, requiritur causæ cognitio, & consensus capituli, sicut in facienda, cap.2.§.3.nu.307.p.12. Et vlterius requiritur vocatio defensoris, & citatio eorum, quorum interest, nu.308.

Vnio vt teneat vltra causæ cognitionem faciendam per Episcopum, requiritur consensus capituli, cap.2.numero 145.12. Quamuis non requiratur tractatus, num.146. Qui consensus potest intercenire, etiam post vnionem, nu.147. De quo relati, nu. 148. Quamuis contrarium teneat Bursatus relatus, nu.149.

Vnio vt valeat requiritur etiam vocatio, & consensus patroni, & inferioris collatoris, & electorum, c.2.§.2 num.202. p.12. Nam debet fieri vocatis, quorum interest, aliàs non valet, tam ex iure communi, quam ex Concil. Trid. numer. 203. Et qui sunt isti, quorum interest, qui vocandi sunt remissiue, num.204. Circa quod adducuntur resolutiones Rotæ, à numero 205. Et declarationes S. Congregationis, numero 210.

Vnire an possit Episcopus beneficia reseruata, seu deuoluta, c. 2.§.1.à num.91.par. 12. Resolnitur quod sic, nam reseruatio non impedit fieri vnionem per ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo à Papa præter quam si reseruatio esset perpetua, vt in prima dignitate, qui quid dicant.

Vnire Episcopatus solus Papa potest: cap.2.§.1.numer.60. par.12. Qui etiam potest vnire omnia alia beneficia numero 61.

Vnire potest etiam Episcopus ex legitimis causis beneficia suæ diœcesis non exempta, cap.2.§.1.num.62 par.2. Non tamen poterit vnire omnia beneficia suæ diœcesis, nu.63. Vbi additur declaratio S. Congregationis, quamuis possint plures Ecclesiæ seu beneficia vni vniri num.64.

Vnire potest ex causa rationabili, & legitima, Legatus à latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest in sua prouincia, & quæ Episcopus in sua diœcesi beneficia suæ prouinciæ, quæ conferre potest. p.12.cap.2.§.1.nu.65. Quamuis Legatus non à latere, ex quo non potest conferre beneficia, nõ possit etiam illa vnire, nam qui non potest conferre, non potest vnire, num.66.

Vniri an possint beneficia regularia secularibus, vide verbo beneficia regularia.

Vniri seu incorporari possunt fructus beneficij remanente beneficio penes suum Rectorem, ex Rota: sed ista potius est dismembratio, cap.2.nu.4.p.12.

Vnio facta à Papa de beneficio vacante ad vitam inducit effectionem, per appositionem manus Papæ sicut commenda c.4.nu.74.p.4. limita in vnione facta ad vitam de beneficio iam collocato & pleno, vt num.75. & ratio differentiæ traditur, nu.79.

Vnio prebendæ proxime vacaturæ facta pro panitentiario, etiam si facta authoritate Concilij censetur præseruata in Regula Cancellaria de reuocatione vnionum etiam, si sit facta ex authoritate Sedis Apostolicæ, c.4.nu.126.p.5. intellige de prebenda Canonicali quæ absoluta dicitur prebenda, & non de portione, num.127. & 128.

Vnita prima dignitate post Pontificalem Capitulo: an regula intret in sequenti & illa prima traditur, c.1.nu.268.p.5. & accesio Rotæ, nu 270.

Vocandi sunt per edictum publicum, qui voluerint examinari pro obtinenda parochiali vacante, c.2 num.35.p.9. Quod accipiendum est, vbi Concilium prouinciale id statuerit, vt Toletanum & Compostellanum, nu. 36. & sequenti, vbi ponitur declaratio S. Congregationis, quamuis aliqui absolute dicant esse necessarium nu.38.

Vocare Episcopum non oportet in vnione facienda per legatum, seu ex commissione Papæ, contra aliquos, c.2.§.2.nu.221. par.12. Nam quamuis ex vnione ei auferatur collatio, id prouenit ex natura vnionis, & legatus habet in hoc eandem potestatem, quam Episcopus, & conuenit cum eo, & alias sententia, iura & iurisdictio inuiolata remanent Episcopo. nu 222 & dictum Petri de Perusio, quod sicut Episcopus non potest vnire sine consensu ordinarij collatoris, ita nec legatus intelligitur, de ordinario collatore inferiori, nu.223.

Vocari non debet plebs, audiretur tamen si causam rationabilem allegaret ne fieret, c.2.§.2.nu 219.par.12. Nam parochianorum interest bonum habere pastorem, ideo sunt legitima persona in causa hac respiciente, ex Rota, nu.220.

Vocationem rectoris beneficij certum est non requiri, nec eius consensum, cum ei ad suam vitam non prouideretur, nec defensoris, si vacat, c.2.§.2.nu. 214.p. 12. quod procedit etiam in vnione facienda per legatum, nu 215. Nec etiam rector Ecclesiæ est vocandus in vnione facienda de aliquo beneficio seu præstimonio, suæ Ecclesiæ, nu.116. quod procedit etiam in casibus positis per Concil. Trident. vt vocatis his quorum interest, vniones fiant, quamuis in illis citandum esse rectorem. & possessorem beneficij videatur velle Fusus nu.217. procedit etiam in vnione facienda ex commissione Papæ vocatis quorum interest, nu.218.

Vocem habentes in capitulo, etiam in omnibus ex eo solo, non sequitur eos esse de capitulo, c.5.§.2.nu.210.p.11. & dignitas habens de consuetudine, vel priuilegio vocem in capitulo, si assequatur canonicatum, debet habere duplicem vocem, sicut etiam duplices distributiones, nisi aliud habeat consuetudo, num. 211. quod quoad vocem non seruatur in Ecclesia Vlixbonensi, nu. 212. & ita in Ecclesia Palentina Decanus, & in Seguntina Decanus & Thesaurarius qui habent duas prebendas, & vocem in capitulo, solent simul obtinere aliam prebendam canonicalem, seu portionem, non obstante impetratione, & contradictione facta, &c. a nu. 213.

Vota quomodo sint danda ab examinatoribus ponitur quedã declaratio S. Congregationis, c.2.nu.107. p. 9.

Vota singularia quando dicantur, vt Episcopus possit accedere, quibus videbitur, supposito quod examinatores debent esse tres ad minus, c.2.nu.61. p. 9. resolutur quod cum ex tribus vnus approbat vnum, quem alter reprobat, & alter nec approbat, nec reprobat. nu.62.

Vocem in Capitulo non habent, qui in subdiaconatus ordine constituti non sunt, licet id eis ab aliis concedatur c. 4. nu. 24.p.3. nec consultatiuam, nec assistentiam nu.25.

Vota Societatis Iesu, licet iam dirimant matrimonium ex constitutione Greg. XIII. adhuc dicuntur simplicia, quia non sunt perpetua ex parte societatis sed donec prælatis placuerit, c.10.nu. 74. p. 7. ex qua etiam ratione non dissoluunt matrimonium præcedens, nu.75.

Voti in dubio, & præcepti distinguendum est inter negatiuum de

# INDEX,


*de non faciendo, quod eſt ſeruandum, & affirmatiuum de faciendo, quod non obligat, c.2.num.16.par.7. & inde etiam procedet diſtinctio, cap. Inquiſitioni, verſ. verum de ſenten. excommun. de qua latè agunt relati, num.17.*

*Voti ſolemnitas conſiſtit formaliter non in traditione, quam ipſum votum includit, ſed in hoc quod Eccleſia authoritate ſtatuum eſt votum eſſe ſolemne, ſcilicet per quod homo inhabilis eſt ad matrimonium, ſeu in hoc quod fiat vt Eccleſia decernit, c.10.nu.58.p.7.*

*Voti ſolemnitas cum ſit de iure poſitiuo, apparet poſſe Papam diſpenſare in voto ſolemni religionis, ſicut in voto ſimplici, c.10.nu.59.p.7. & quod poſſit diſpenſare in voto ſolemni paupertatis docent relati, num.60. & obiectioni Nauarri reſpondetur, num.61. & 62. & 63.*

*Voti ſolemnitas, ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta, vt per iſta verba inquit Bonifacius, & Gregorius XIII. c.10. num.54.p.7. quæ non poſſunt intelligi, vt intelligunt Thomiſtæ de cæremonia ſolemnitatis, num.55.*

*Voti ſolemnitatem non eſt verum conſiſtere in traditione, ita quod votum ſolemne ſit promiſſio, & traditio, ſeu exhibitio perſonæ per aſſumptionem ſtatus, ſimplex verò, ſola promiſſio, nam etiam in votis ſimplicibus poteſt eſſe traditio, ſicut in voto ſolemni, quæ nihil aliud eſt, quam dedicare, & mancipare ſe Deo, & eius ſeruitio, c.10.nu.52.p.7. Vt patet in eo, qui perpetuo vouet ſeruare caſtitatem, & in eo, qui extra religionem approbatam voueret perpetuo caſtitatem, paupertatem, & obedientiam, & in ſocietate Ieſu, num.53.*

*Voto paupertatis, & caſtitatis, etiam ſolemni, cum non tam repugnet dominium, quam vſus, & ſola Eccleſiæ conſtitutione monachus ſit incapax dominij ſicut & ad matrimonium inhabilis, rectè poterit Papa illum facere habilem, & capacem dominij etiam manentem monachum, c.10. num. 87.p.7. Quamuis id non ſoleat facere, ſed concedere adminiſtrationem & diſpenſationi rerum, qualem habent beneficiarij regulares fructuum ſuorum beneficiorum, num.88.*

*Votum ſimplex & ſolemne non differunt eſſentialiter, & ſpecifice, ſed ſolum accidentaliter, & ex inſtitutione Eccleſiæ ſuntque eiuſdem ſpeciei, ex parte obiecti, vnde ſumitur ſpecificatio, c.10.nu.56.p.7. Quamuis ſolus Aragon, & alij teneant differre ſpecie, nu.57.*

*Votum ſolemne paupertatis, ſola Eccleſiæ conſtitutione facit monachum inhabilem ad dominium, vel retinendum, vel acquirendum, c.10.nu.64.p.7. Sicut etiam votum ſolemne caſtitatis, etiam monachi, ſola Eccleſiæ conſtitutione facit inhabilem ad matrimonium, & illud dirimit, num. 65. Et quando id introductum ſit, num. 66. & ſequentibus, Quamuis contrarium teneant D. Thomas, & alij ratione traditionis, quam includit votum ſolemne, nu.69. Cui rationi reſpondetur, à nu.70.*

*Votum ſolemne religionis, cum ſolo iure Eccleſiaſtico diſſoluat precedens matrimonium ratum, ſequitur poſſe Papam ex cauſa diſpenſare in matrimonio rato, vt tenent communiter Canoniſtæ, c.10.nu.83. p.7. Quamuis contrarium teneant Theologi communiter, nu.84.*

*Votum ſolemne Religionis, ſi faceret inhabilem ad matrimonium ſua natura ratione traditionis, etiam votum ſolemne ordinis Sacri id faceret, c.10.nu.72. Et etiam vota ſimplicia ſocietatis IESV, num.73.*

*Votum ſolemne Religionis, cum ſola Eccleſiæ conſtitutione dirimat matrimonium ſubſequens, conſequenter dicendum eſt à fortiori, ſolo Iure Pontificio diſſoluere precedens ratum, cap.10.num.76. & 77. Quamuis alij aliter, & varie teneant. quorum ſententiæ improbantur, à num.78.*

*Vota Canonicorum, an debeant pro forma præſtari ſecreto, in electionibus Canonicatuum Doctoralis, & Magiſtralis, ita quod alias ea non ſeruata ſit nulla, cap.4.num.183.par.5, Et quid in alijs, num.185. & cætera de materia vide ſupra verbo, electio, & verbo electio Canonicatuum.*

*Votare an poſſit is, qui non interfuit actibus oppoſitorum, & reſoluitur contra Rotam poſſe. cap.4.num.21[illegible].par.5.*

*Vſurarij, etiamſi non ſint publici, aut manifeſti, non debent ad ordines promoueri, nec eligi, aut promoueri ad dignitates Eccleſiaſticas, & officia, repelluntur enim à beneficio obtinendo, nec poſſunt eligi, aut præſentari ad beneficium, c.8. à num.28.par.7.*

*Vſurarij qui dicantur manifeſti, & de pœnis vſurariorum remiſſiue. c.8.nu.32.par.7.*

*Vſurarij ſi pœniteant, & reſtituant vſuras, amittunt infamiã de æquitate canonica, cap.8.num.69.par.7.*

*Vſurarius mentalis tenetur ad reſtitutionem, quando mutuatarius coactè dat vltra ſortem ratione mutui. ſecus quando liberè, & ſponte dat, licet mutuans iniquam habeat intentionem, c.1.num.47. & 48.par.8.*

*Vſufructuarius eſt quaſi dominus ſeu procurator in rem ſuam, c.9.num.23.p.5.*

*Vtilitas beneficij in fructuum perceptione conſiſtit, capit.1, num.1.par.2.*


FINIS.

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google